image
not
available

ROBERTI STEPHANI
LEXICOGRAPHORUM PRINCIPIS

THESAURUS LINGUÆ LATINÆ

IN IV. TOMOS DIVISUS,

CUI

POST NOVISSIMAM LONDINENSEM EDITIONEM,
COMPLURIUM ERUDITORUM VIRORUM COLLECTIS CURIS
INSIGNITER AUCTAM.

Accesserunt nunc primùm

HENRICI STEPHANI ROB. F.
ANNOTATIONES AUTOGRAPHÆ
EX CODICE BIBLIOTH. P. CIVIT. GENEV.

Nova cura recensuit, digessit, ab Auctorum citationibus atque
Interpretationibus falsis, Interpolationibus supervacuis, Mendisque
quamplurimis repurgavit,
Suasque passim ANIMADVERSIONES adjecit
ANTONIUS BIRRIUS PHILIATER BASIL.

TOMUS III.

BASILEÆ
Typis & Impensis E. & J. R. THURNISIORUM Fratr.
M DCC XLI.

L

Latinorum semivocalis & liquida, cui Græcorum λάμβδα respondet. Triplici gaudet sono. Priscian. lib. 1. L triplicem, ut Plinio videtur, sonum habet: Exilem, quando geminatur secondo loco posita; ut, Ille, Metellus, &c. Plenum, quando finit nomina vel syllabas, & quando habet ante se in eadem syllaba aliquam consonantem; ut, Sol, Sylva, Flavus, Clarus: Medium in aliis; ut, Lectus.

L transit in R; ut, Tabula Taberna.

L in X; ut, Paolum Pauxillum, Mala Maxilla, &c.

L, si in termino inveneris, suæ normæ facturam designat, limitem gammatum, & in longinquo arcam finalem ostendit, & convallis ejus fundi finem vindicant. Var. auct. de Limitib. p. 271. Goes.

L in numeralibus notis, Quinquaginta, Sestertius.

L. Laribus, Latinus, Latum, Legavit, Lex, Legio, Libens, Libera, Liber, Liberta, Libertus, Libra, Locavit, Locus, Longum, Lubens, Ludus, Lucius, Lucia, Lustrum, J. Libertus, Lucia.

L. A. Libens animo. LA. C. Latini Coloni. L. A. D. Libens animo dedit, Locus alteri datus. L. ADQ. Locus adquisitus. L. AG. Lex agraria L. AN. Lucius Anius. L. AP. Ludi Apollinares. LAR. Lares, Larentioalia. LAT. Latina, Latinus, Latitudine, Latum. LATIC. Laticlavium, Laticlavialis. LAT. P. D. Latum pedes decem.

L. B. Liberta bona, Libertus bonus.

L. B. M. D. Libens merito dicavit, Locum bene merenti dedit.

L. C. Latini cives, Lege caveter, Libens curavit, Loco concesso.

L. Ↄ. L. Lucii conlibertus, vel conliberta.

L. D. Lasum divinorum, Libens dedit, Libertus dedit, Locum dedit, Locum dedicavit, Locus datus. L. D. A. B. M. Libens dedit amico bene merenti. L. D. D. Libens dono dedit, Locus datus decreto. L. D. D. C. Locus datus decreto collegii. L. D. D. D. Locus datus decreto decurionum. L. D. P. Libertus domino posuit, Locum dedit publice. L D S. Libens de suo. L. D. S. D. Libens du suo dedit.

L. E. D. Lege ejus damnatus, Libens ei dedit, Locos ei datus.

L. F. Libens fecit, Locum fecit, Lucii filius, Lustrum fecit. L. F. C. Libens fieri curavit, Libertis faciundum coravit, Libertus fieri curavit. L. F. D. N. Lucii filius Decimi nepos. L. F. V. P. Locum filiis vivens fecit.

L. H. Libertus heres, Locum hunc, Locus heredom. L. H. D. Libens hoc dedit, Libertus heres dedit. L. H. F. C. Libertus heres fieri curavit, Locum hunc fieri curavit. L. H. L. D. Libens hunc locum dedit, Locus hic liber datus.

L. I. Lex Julia, Locum instituit.

L. K. Lustrum Kapitolinom.

L. L. Libens lubens, Libertis libertabus, Lucii liberta. L. L. L. Luciorum liberta, vel libertus. L. L. M. Libentissime merito. L. L. P. Libentissime posuit, Libertis libertabus posuit. L. L. Q. E. Libertis libertabusque eorum. L. L. Q. F. Libertis libertabusque fecit. L. L. S. Libertis libertabusque suis. L. L. SS. Libertis libertabus suprascriptis.

L. M. Legavit memoriam vel monumentum, Libens merito, Libero monere, Locus monumenti. L. M. D. Libens merito dedit vel dicavit, Libertos monumentum dedit, Locum monumenti dedit. L. M. E. Locum monumenti elegit. L. M. P. Libens merito posuit, Locum monumenti posuit. L. M. S. Libens merito solvit. L. M. T. F. I. Locum monumenti testamento fieri jussit. L. M. V. C. Locom monomenti vivens curavit. L. M. V. S. Libens merito votum solvit.

L. N. Latini nominis, Librarius notarius.

L. O. Libertis omnibus

L. P. Libens posuit, Libertus posuit, Loco privato vel publico. L. P. C. D. D. D. Locus publice concessus datus decreto decurionum. L. P. C. R. Libens poncodum curavit requietoriom. L. P. D. Locus publice datus. L. P. D. D. Locus publico decreto datus. L. P. F. F. Locum publice fieri fecit. L. P. S. Locum posuit sibi.

L. Q. S Locus qui supra.

L. R. Lege rogatur, Locavit requietorium, Locus religiosus.

L. S. Laribus sacrum. Libens solvit, Locus sepulturæ. L. S. D. Laribus sacrum dedit, Locum sepulturæ dedit. L. S. M. C. Locum sibi monumenti constituit L. S. P. Liberis suis posuit. L. S. S. Libertis suprascriptis. Locum sibi sepulturæ. L. S. S. C. Locum sibi sepulturæ constituit.

L. T. Legavit testamento. L. T. F. I. Libens titulum fieri jussit, Locum testamento fieri jussit. L. T. F. M. Libens titulum fieri mandavit, Locum testamento fieri mandavit.

L. V. Libens vovit. L. V. S. Libens votum solvit.

L A B

Lăbărus, i. m. vel potius **Lăbărum**, i. n. [λάβαρον, λάβουρον] Vexillum est quod ante Imperatores ferri, & a militibus adorari moris fuit. Erat autem auro & pretiosis lapidibus opertum: ut Socrates episcopus scribit in tripartita historia lib. 1. cap. 5. Hæc ex Alciato. De Labaro sic ait Nicephorus Ecclesiasticæ historiæ lib. 7. cap. 37. Jusserat autem Constantinus Magnus crucis signum præferri, quod a Romanis antea labarum dicebatur, signis militaribus aliis longe præstantius, quod id a militibus præferri & adorari lege cautum fuerit. Quam ob causam etiam Constantium puto, celeberrimum Romani imperii vexillum in Christi signum mutasse, ut frequenti ejus spectaculo & cultu subditi in desuetudinem pristinæ superstitionis venirent, eumque solum deum esse arbitrarentur, quem Imperator & duces ejus colentes, propugnatore adversus hostes uterentur. Hæc & plura Nicephorus. Tertullianus in Apologetico cap. 16. Siphara, inquit, illa vexillorum & labarorum stolæ crucium sunt. Laudo diligentiam: noluistis nudas & incultas cruces consecrare Sed emendati codd. Et cantabrorum. ut & lib. 1. ad Nat. cap. 12. exhibent. Prudentius lib. primo contra Symmachum, 466.

> Hoc signo invictus transmissis Alpibus ultro
> Servitium solvit miserabile Constantinus,
> Quum te pestifera premeret Maxentius aula. Et 482.
> Testis Christicolæ ducis adventantis ad Urbem
> Mulvius, exceptum Tiberina in stagna tyrannum
> Præcipitans, quanam victricia viderit arma
> Majestate regi, quod signum dextera vindex
> Prætulerit, quali radiarint stemmate pila.
> Christus purpureum gemmanti textus in auro
> Signabat labarum: clypeorum insignia Christus
> Scripserat: ardebat summis crux addita cristis.

Labasco, V. labo, as.

Labdăca, æ. f. de Muliere, quæ λαβδάζει, in Priapeiis, n. 78. Al. Landace.

Labdacismus, i. m. [λαβδακισμός] est, cum pro uno L duo pronuntientur. Isidor. 1. 31. Labdacismus est, si pro uno L duo pronuntientur, ut Afri faciunt; sicut Colloqoium pro Conloquium: vel quoties unum L exilius, duo largius proferimus, &c. V. etiam Mart. Capell. 5. p. 167. & Erasm. in Dialog. de Pronunciat. p. 54.

Labdăcus, i. m. [Λάβδακος] Rex Thebanus, Phœnicis filius, Laium genuit Thebarum regem, OEdipi patrem ex Iocasta Creontis Thebani filia.

Labdacĭdes, æ. m. Laius, Labdaci filius, Oedipi pater. Stat. 6. Theb. 461. — nec verbera pallidus addit

> Labdacides.

Labdacidæ etiam Thebani dicti. Stat. 10. Theb. 36.

> — sic ille truces hortatibus implet Labdacidas.

Labecula, **Labefacio**. V. labes.

Labellum, V. labrum, post labium.

Labeo, V. labium.

Lăberius, i. m. [Λαβέριος] Poeta mimographus, Eques Romanus, cujus meminit Macrob. Saturn. lib. 2. cap. 3. & Gell. lib. 11. cap. 9. Hor. 1. Serm. 10. 6.

> Et Laberi mimos, ut pulchra poemata, mirer.

Lăbes, is. f. [λώβη] a Lapsu dicitur; Violenta quædam vel aquæ illuvies, vel tempestatis, grandinisve ruina, aut quum terra in altissimum hiatum vel barathrum aperitur. Cic. 1. de Divin. 78. Ut multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræque desederint. Ulpianus Locati & conducti, l. Ex conducto D. Sed etsi labes facta sit, omnemque fructum tulerit, damnum coloni non esse.

Conscientiæ labes, Translate. Cic. 3. Off. 85. Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? Alii Maculam exponunt.

Innocentiæ labes & ruina. Cic. pro L. Flacco, 24. An innocentiæ labem aliquam, aut ruinam fore putatis?

Mali prima labes. Virg. 2. Æn. 97. Ubi Servius Ruinam interpretatur.

Reipublicæ labes, Ruina & occasus. Cic pro Domo 107. Nam si illa labes ac flamma Reip. Idem 2. Verr. 2. Labes ac pernicies provinciæ.

Dare labem putresque ruinas. Lucret. lib. 5. 1145.

> Sic igitur magni quoque circum mœnia mundi
> Expugnata dabunt labem, putresque ruinas. h. e. Labentur, & fœdissime corruent.

Labes [σπίλος, κηλὶς] inquit Festus, Macula in vestimento dicitur: & deinde metaphoricôs transfertur in homines vituperatione dignos. Cic. pro Corn. Balb. 15. Est enim hujus seculi labes quædam & macula virtuti invidere, velle ipsum florem dignitatis infringere. Plaut. Perf. 3. 3. 4. Impura. inhoneste, injure, illex, labes populi.
Adulterii labe carere. Ovid. 3. Amor. 5. 44.
Pudoris labem aluere. h. e. Abstergere maculam pudoris violati. Senec. Hippol. 8.
Aspergere labe. Cic. in Vatin. 15.
Inferre labem. Cic. pro Cœl. 42. Ne probrum castis, labes integris, infamia bonis inferatur.
Candor ab insolita labe notandus erat. Ovid. 4. Epist. 32.
Labi, ablativus. Usus est Lucret. lib. 5. 928.
Nec novitate cibi, nec labi corporis ulla.
Labes & Tabes confunduntur sæpe a librariis. V. Burm. ad Quintil. Decl. 12. 4. p. 244. Et Drakenb. ad Sil. 8. 21.
LĀBĔCŬLA, æ. f. [σπιλίδιον] dimin. Cic. in Vatin. 41. Sed quum T. Aonium tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas, &c.
LĀBĪNA, æ. f. a Labe dicta, eo quod ambulantibus lapsum inferat. Isidor. 16. 1.
LĀBŌSUS, a, um. Adj. Veteres a Labe dixerunt. Lucilius apud Non. 8. 46.
Præterea omne iter hoc est labosum atque lutosum. Turnebus.
LĂBĔFĂCIO, ēci, actum, [σφάλλω, λυμαίνομαι, μιξανάω] ĕre. Rumpere, destruere. Ter. Adel. 2. 2. 37. Omnes dentes labefecit mihi.
Aliquem labefacere, Deterrere. Cic. pro Sext. 101. Quem nulla unquam vis, nullæ minæ, nulla invidia labefecit. Budæus.
Aliquid in omnem partem labefacere. Ovid. 3. Met. 70.
Fidem suam labefacere. Suet. in Vespas. cap. 4.
Labefacere, Enervare, frangere, debilitare, resolvere. Lucret. lib. 4. 1107.
Membre voluptatis dum vi labefacta liquescant. Budæus.
LABEFACTUS, a, um. Partic. [μεμοχλευμένος] ut,
Labefacta cadebat Relligio. Claud. 1. in Ruff. 14.
Animum labefactus amore. Virg. 4. Æn. 395.
Jugera labefacta. Virg. 2. Georg. 264.
Ossa labefacta. Idem 8. Æn. 390.
Robora labefacta. Ovid. 12. Met. 329.
LABEFACTIO, ōnis. f. [μόχλευσις] Plin. lib. 23. cap. 1. Tussim veterem inhibat, & gutturis rheumatismos, orthopnœam, dentium labefactionem. Edit. Harduin. Labefactationem exhibet.
LABEFACTO, [σφάλλω, μοχλεύω] āre. frequent. Idem significans quod Labefacere: nempe Debilitare, evertere. Columel. lib. 2. Cic. de Senect. 20. Quod si legere & audire velitis externa, maximas Resp. ab adolescentibus labefactatas, a senibus sustentatas & restitutas reperietis. Hic Restituere opposuit verbo Labefacto. Labefactatas, i. e. Eversas. Alii legunt Labefactas.
Labefactare & pervertere. Cic. 3. de Fin. 70.
Aratores labefactare, & penitus avertere. Cic. 5. Verr. 47. Labefactarat vehementer aratores jam superior annus: proximus vero funditus everterat.
Commoda alicujus labefactare atque oppugnare. Cic. 5. Verr. 83.
Fidem suam aut alterius pretio labefactare: h. e. Corrumpere & violare. Liv. 24. 21. Et Cic. pro Cluent. 194.
Opinionem labefactare. Cic. pro Cluent. 6.
Rempub. labefactare & evertere. Cic. 1. de Fin. 44.
Signum vectibus labefactare. Cic. 6. Verr. 94. Postea convulsis repagulis, effractisque valvis, demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur.
Vitas hominum labefactare. Cic. 2. de Invent. 4.
Labefactare aliquem, pro Commovere, & a proposito avertere. Ter. Eun. 3. 3. 3.
Ita me video ab ea astute labefactarier. Cic. de Amicit. 34.
Quod si qui longius in amicitia provecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris contentionem incidissent.
Animam labefactare. Lucret. lib. 6. 798.
Labefactare aliquem atque infirmare. Cic. 1. Verr. 44. Nunquam illa me opprimet consilio, nunquam ullo artificio pervertet, nunquam ingenio me suo labefactare atque infirmare conabitur.
LABEFACTĀTUS, a, um. Partic. ut, Fides labefactata. Tacit. 4. Ann. 60. 4. Res secundæ labefactatæ. Sallust. lib. 1. Fragm. cap. 10.
LABIĒNUS, i. m. [Λαβιῆνος] Cognomen gent. Ro. T. Labienus Cæsaris in Gallia legatus, qui magnas sub eo res gesserat: demum bello Civili transfugit ad Pompeium, cui Cæsar bona, quæ habebat in potestate, remisit. Lucan lib. 5. 345.
— dux fortis in armis
Cæsareis Labienus erat, nunc transfuga vilis.
T. Labienus historicus, cujus scripta abolita fuere. Tranquillus in Calig. cap. 16.
LABĬLIS, V. LABOR, ĕris.
LĂBIUM, i. n. quod sæpius plur. num. dicitur, LABIA, orum. [χεῖλος] Extremitates oris hominis. Ter. Eun. 2. 3. 44. Labiis demissis.
Trementia labia. Sil. lib. 8. 115.
In labiis primoribus versatur. Vide VERBUM. H. St.
LABIA, æ. f. probat Nonius 3. 120. ex Plauto, Stich. 5. 4. 48.
Age tibicen, quando bibisti, refer ad labiam tibias. Et ex Nævio, Macho Exule, Verberatio, populus homini labias pugnis cædere. Mercer. Labeas. Gellius 10. 4. Labias sensim primores emovemus. Adde Apul. 10. Met. p. 249. 252.
LABEÆ, arum. f. pl. Idem quod Labiæ. Pompon. apud Nonium 6. 43. Rictum & labeas cum considero. Adde d. præc. Gell. 18. 4. & Caton. R. R. cap. 20.
LABIŌSUS, a, um. Adj. Labiis prominentibus. Lucret. lib. 4. 1164.
Simula, σιλὴ ac satyra est: labiosa φίλημα. i. e. Quæ labris est prominentibus: ea dicitur Osculum, seu Os ad oscula factum & compositum. Nam & suavius viros osculantur labiosæ puellæ, quam quæ sunt brevibus labris: & labiosas osculari viris dulcissimum est. Lambinus in Lucretium.
LABEO, ōnis. m. [χείλων, πρόχειλος H. St.] Cui magna sunt labia. Plin. lib. 11. cap. 37. Labra a quibus bronci, labeones dicti, & os probum duriusve, animal generantibus. Hard. Bocchi Labeones. Geminum gentis Corneliæ cognomen. Fuerunt & Antestii Labeones. conf. BROCCHUS. Labeo Antistius vel potius Antestius, [Λαβέων] (inquit Gellius) juris quidem civilis disciplinam principali studio exercuit, & consulentibus de jure publice responsitavit: ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit, & in Grammaticam sese atque Dialecticam, literasque antiquiores, altioresque penetraverat: Latinarumque vocum origines, rationesque percalluerat: eaque præcipue scientia ad enodandos plerosque juris laqueos utebatur. Hactenus Gellius lib. 13. cap. 10. De quo rursum cap. 12. ejusdem libri.
Insanior Labeone. Hor. 1. Serm. 3. 82.
LĂBRUM, i. n. [χεῖλος] Idem quod Labium. Cic. in Pison. 27. Quod quidem tu, qui bene nosses conjunctionem meam & Cæsaris, aludebas: cum a me trementibus omnino labris, sed tamen cur tibi nomen non deferrem requirebas. Martial. lib. 2. 10.
Basia dimidio quod das mihi, Postume, labro, &c. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 14. Capilloque sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput & labrum superius.
Æmula labra. V. ÆMULUS.
Incana labra situ Famis, apud Ovid. 8. Met. 802.
Laxa labra. Pers. 3. Sat. 102.
Pallida labra. Juven. 10. Sat. 229.
Trementia labra. Juven. 10. Sat. 198. al. Membra.
Uncum labrum. Lucret. lib. 4. 592.
Admovere labra poculis. Virg. 3. Ecl. 47.
Degustare labris. Cic. 2. de Divin.
Detorquere labra. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Diducere labra. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 24.
Immulgere ubera teneris labris. Virg. 11. Æn. 572.
Movet labra metuens audiri. Hor. 1. Epist. 16. 60.
Labris primoribus attingere aliquod genus vitæ. Cic. pro Cœl. 28. V. in DIGITUS, Attingere digitis extremis.
Labrum, pro Marginibus & extremis oris fluminis, lacus, fontis, & hujusmodi, quæ leni aquæ motu perluuntur. Plin. 5. Epist. 10. Inter has marmoreo labro aqua exundat, circumjectasque platanos, & subjecta platanis leni aspergine fovet. conf. Liv. 37. 37.
Labra (inquit Budæus) Crateres lapideos significant, quibus aqua saliens ex siphunculis concipitur.
Labra doliorum circumlinas. Cato cap. 107.
Labrum, Genus vasis, ad lavandum aptum. Cic. 14. Fam. 20. Labrum si in balneo non est, ut sit. Virg. 8. Æn. 22.
Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis
Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ. Bud. Labra lapidea balneis usum præstant, Fossæque lapideæ in balneis Labra vocabantur. Cujus significationis exempla sunt apud Vitruv. lib. 7.
Labra vinaria, lupinaria, & olearia; dicuntur In quibus lupini conduntur, & in quæ vina e lacu, oleum e cortina transferuntur. Cato R. R. c. 66. Oleum in labrum primum indito.
Spumat plenis vindemia labris. Virg. 2. Georg. 6.
Culeare labrum. Cato cap. 154. Vinum emptoribus sine molestia quomodo admetiaris. Labrum culeare illi sei facito: id habeat ad summum ansas quatuor, ut transferri possit. Rectius Al. Culleare illæ &c.
Eluacrum labrum est, In quo aliquid eluitur & lavatur quod sordidum est. Hujus meminit Cato de R. R. cap. 10. Al. 11. V. ELUACRUM.
Lupinarium labrum. Cato R. R. cap. 10. & 11.
Olearium labrum. Cato ibid. cap. 13.
Vinaticum labrum, sive vinarium. Cato ibid. cap. 10. & 11.
Labrum pro Fossa dixit Ausonius Urb. 5. 9.
Mœniaque in valli formam circumdata labro. V. Scalig. Lect. Auson. 1. 23. p. 65.
LABRUM VENERIUM, [δίψακος] Herba in fluminis nascens, de qua Plin. lib. 25. cap. 13.
LABRŌSUS, a, um. Adj. [χειλώδης] Quod extremitates habet, veluti quædam labra prominentes. Celsus in septimo, cap. 26. Ferramentum fecit in summa parte labrosum, in ima semicirculatum. Gloss. Gr. Lat. πρόχειλος, labrosus.
Ut & Labiosus, quod & Labeo. H. St.
LĀBELLUM, i. n. dimin. [χειλάριον] Plaut. Asin. 4. 1. 52. Cic. 1. de Divin. 78. At Platoni quum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est singulari illum suavitate orationis fore.
Aridula labella. Catul. Argon. 62. 316.
Exporrectum labellum. Pers. 3. Sat. 82.
Ima labella, Extrema. Ovid. 3. de Arte Am. 284.
Purpurea labella. Ovid. 3. Amor. 3. 23.
Rosea labella. Catul. ad Gellium, 78. 1.
Tenera labella. Ovid. 1. de Arte Am. 667.
Compescere labellum. V. COMPESCO.
Extendere labellum. Juven. 14. Sat. 325.
Labellum, pro Vasculo, Labrum parvum. Columel. lib. 12. cap. 43. Labellum fictile novum impleto paleis. Ibid. cap. 28. Cic. 2. de Legib. 66. Sepulcris autem novis finivit modum. Nam super tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiorem, aut mensam, aut labellum: & huic procurationi certum magistratum præfeceret.
Labellum pullulum, est Labellum parvulum: de quo Cato de R. R. cap. 10. Labello autem & duabus amphoris totidem uncos ferreus tribuit. Turnebus.
LĂBO, [σφάλλομαι, ὑποφέρομαι] āre. Ruere, & repente cadere, inquit Valla lib. 5. Translatio sumpta ab arbore, quæ multis ferri ictibus succisa, tandem incipit casum ruinamque minari. Virg. 2. Æn. 492.
— labat ariete crebro
Janua. Cic. 6. Verr. 85. Hora amplius jam in demoliendo signo permulti homines moliebantur: illud interea nulla labebat ex parte.
Ædes labantes reficere. Hor. 3. Carm. 6. 3.
Cursus labat mihi incerto limite. Stat. 5. Silv. 3. 237.
Dentes labant. Cels. lib. 7. cap. 12.
Genua labant. Virg. 12. Æn. 905.
Naves labant. Ovid. 2. Met. 163.
Pedes dubii stantque labantque. Ovid. 6. Fast. 678.
Labare sermone, per translationem, pro Inconstanter & timide loqui. Plin. lib. 14. cap. 22.
Labant animi: h. e. Deficiunt. Liv. 36. 9.
Animum labantem impulit. Virg. 4. Æn. 22.
Consilium labat meum quod fixum erat. Cic. 8. Att. 22. Et simul cito

labare

labare meum consilium illud quod jam satis fixum videbatur: nos mihi satis idonei sunt auctores ii, qui a te probantur.
Corda vulgi labantia variant. Virg. 12. Æn. 223.
Fortuna. Senec. Thyest. v. 34. — dubia violentæ domus
Fortuna reges inter incertos labet.
Memoria labat. Liv. 5. 18.
Mens labat. Cels. lib. 2. cap. 7. Quibus causa doloris, neque sensus ejus est, his mens labat.
Pectora nostra in dubio labant. Ovid. 17. Epist. 178.
Spes labat mixto metu. Ovid. 4. Trist. 3. 12.
Vita labat. i. e. Non recta est & integra. Lucan. ad Pison. 10.
Labare, & mutare sententiam. Cic. 1. Tusc. Movemur enim sæpe aliquo acute concluso: labamus, mutamusque sententiam.

L A B A N S, antis. [σφαλλόμενος, ὀλισθαίνων, ὑποφερόμενος] Partic. Liv. 26. 41. Sustinuisse labantem fortunam Populi Romani.
Acies labans. Tacit. 3. Hist. 23. Sustinuit labantem aciem Antonius accitis prætorianis.
Oculi labantes languore. Catull. 61. 37.
Ordo labans. i. e. Senatus. Suet. Cæs. cap. 14. Labantem ordinem confirmavit Catonis oratio. conf. infra Labens Partic. in verbo L A B O R.

L Ā B A S C O, [σφάλλομαι, ὑποφέρομαι] ĕre. inchoativum verbum, inquit Donatus, Ruinam minari, & ruinæ proclivem esse. Ter. Eun. 1. 2. 98.
Potius quam te inimicum habeam: si istuc crederem
Sincere dici: quidvis possem perpeti.
P. Labascit, victus est uno verbo, quam cito! h. e. Suis blandis verbis perpellit ea illum ut assentiatur. Idem Adel. 2. 2. 31.
Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet?
S. Labascit. Ubi Donatus, Hoc presse dicitur. Et proprie dicit Labascit, ut & suam instantiam, & conctationem tarde incipientis consentire monstraret. Et est metaphora ab arbore fracta: quæ multis succisa ictibus ferri, tandem incipit in casum ponderis, ruinamque minitari.
Vincitur in longo spatio tamen, atque labascit. Lucret. lib. 4. 1279.

L A B A S C O R, sci. deponens, pro primitivo. Varro Rerum divinarum lib. 7. Postquam vidit misericordia labasci mentem infirmam populi. Nonius 7. 41.

L Ā B O R, lapsus sum, [σφάλλομαι, ὀλισθαίνω, ὀλισθέω, ἐκκλίζω] labi. Leniter & sensim decidere, ruere, deficere, mori, falli.
Labi etiam dicuntur ii, Qui in lubrico imprimentes vestigia, ad terram feruntur: non cum ruina, sed lentius, inquit Valla, & cum aliqua mora.
Anguis labitur, pisces in aqua, muræna, & quicquid motu lubrico est, labitur.
Gutta labitur ex oculis. Ovid. 1. Trist. 3. 4.
Humor in genas furtim labitur. Hor. 1. Carm. 13. 6.
Lacrymæ labuntur. Ovid. 2. Met. 656.
Ætas occulte labitur. Ovid. 1. Amor. 8. 49.
Tempora labuntur. Ovid. 15. Met. 179.
Pennis labi. Virg. 4. Æn. 223.
Per æquora labi rate. Ovid. 10. Epist. 65.
Frigus per ungues labitur. Ovid. 2. Met. 823.
Somnus labitur in artus. Ovid. 11. Met. 631.
Labitur is qui ad egestatem vergit jactura & infortunio. Cic. pro Rabir. 43. Equitem Romanum veterem amicum suum non libidine, non turpibus impensis, sed experientia patrimonii amplificandi labentem excepit, corruere non sivit, fulsit, & sustinuit, re, fide, fortuna. Budæus.
Quin laberer longius, nisi me retinuissem. Cic. 1. de Legib. 52. Per translationem dictum, pro Longius a proposito recedebam.
Labi, Errare, falli, peccare. Cic. 1. de Fin. 18. Epicurus autem in quibus sequitur Democritum, non fere labitur.
Errore labi. Modestinus in l. Si alii. D. De bono pos. secun. tab.
Imprudentia labi. Cic. pro Rabir. 25. Sed in his rebus omnibus imprudentia laberis.
Mente labi, pro Delirare. Cels. de signis percussæ vulvæ, lib. 5. cap. 26.
Verbo labi. V. V E R S U M.
In adulationem labi. Tacit. 4. Ann. 6.
In gaudia labi. Valer. 6. Argon. 662.
In imprudentiam labi. Varr. 3. de R. R. cap. 2. Quoniam ego ignoro, inquit, quid sit villa, velim me doceas, ne labar in imprudentiam. Alia exemplaria habent, Ne labar imprudentia.
In officio labi. Cic. 2. Tusc. 12. Sic philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior est, quod in officio, cujus magister esse vult, labitur.
In proclive labi. Cic. 4. Tusc. 41. Quod quum ipsum per se odiosum est, tum eo molestius, quia sunt in lubrico: Incitataque semel in proclive labuntur, sustinerique nullo modo possunt. De vitiis loquitur.
In vitium labier. Hor. 2. Epist. 1. 94.
Ad mollitiem labuntur mores. Cic. 2. de Legib. 38. Quarum mores lapsi ad mollitiem pariter sunt immutati cum cantibus. De Græciæ civitatibus loquitur.
Ad perniciem. Cic. de Amicit. 41. De C. Gracchi autem Tribunatu quid exspectem, non libet augurari: serpit enim deinde res: quæ proclivius ad perniciem, quum semel cœpit, labitur.
Ad opinionem aliquam labi. Cic. 4. Acad. 118. Vos autem mihi veremini ne labar ad opinionem, & aliquid asciscam, & comprobem incognitum, quod minime voltis.

L A B E N S, entis. Partic. [ὀλισθαίνων, πίπτων, ῥέων] Liv. 2. 20. pr. Moribundus Romanus, labentibus super corpus armis, ad terram defluxit.
Annus labens cælo. Idem 1. Georg. 6.
Anni labentes. Virg. 2. Æn. 14.
Anni labentes tacito passu. Ovid. 4. Trist. 10. 27.
Caput labens levat. Lucan. lib. 3. 732.
Die labente quæris convivia. Virg. 4. Æn. 77.
Disciplina. Labente deinde paulatim disciplina, velut desidentes primo mores sequatur animo. Liv. in Præfat. [Forte tamen Labante legendum, ut 36. 6. pr. Labante egregia quondam disciplina gentis. An potius hic Labente? Multum hoc verbo utitur Livius. Quoties autem hæc in MSS. confundantur dicere nihil attinet.
Domus labentis miserere. Virg. 4. Æn. 318.
Flumina labentia sub terras. Virg. 4. Georg. 366.
Ocellos labentes premit somnus. Propert. lib. 1. 10. 7.
Sidera tacito labentia cælo. Virg. 3. Æn. 515.

L A P S U S, a, um. Partic. [ὀλισθηκώς, σφαλείς, πεσών] Cic. pro Lege Manil. 41. Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cælo lapsum intuentur.
Per funem demissum lapsi. Virg. 2. Æn. 262.
Pede lapsus. Hor. 2. Serm. 8. 72.
Lapsus spe, pro Frustratus. Cæs. 5. Bell. Gall. 53.
Lapsus in verbo. Ovid. 2. Amor. 8. 7.
A vera ratione lapsus. Lucret. lib. 2. 176.
Lapsus per vinum. Arrianus in l. Omne delictum. §. Per vinum. D. de re mili.
Lapsus animi. Plaut. Cistel. 2. 1. 8.
Lapsus facultatibus dicitur, Qui ad inopiam decidit. Ulpian. in l. 1. D. de Magistrat. convent. Quod si satis exegit, & idoneum exegit, quamvis postea facultatibus lapsi sunt tutores, vel fidejussores: quod ei qui non dedit imputetur.
Succurrere lapsis, res est regia. Ovid. 2. de Pont. 9. 11.
Ales lapsa plaga ætheria. Virg. 1. Æn. 398.
Consuetudo lapsa. Cic. 2. Off. 9. In quo verbo lapsa consuetudo deflexit de via.
Diebus paucis post lapsis Cassios consequebatur. i. e. Elapsis & præteritis. Cic. 10. Philip. 8. Sed in MSS. Cassii classis paucis post diebus cons. V. not. Ferrar.
Fides lapsa solo tempore. Ovid. 2. Epist. 102.
Res lapsæ. Virg. 4. Georg. 449.
Rapinæ lapsæ. Valer. 4. Argon. 503.
Signa lapsa sub terras, & Orta, contraria. Ovid. 1. Fast. 2.
Tempora lapsa. Ulp. in l. Furti. in princip. D. de iis qui not. infam. Si omnia tempora provocationis lapsa sunt.
Lapsus & Lassus confunduntur a Librariis. V. Drakenb. ad Sil. 10. 606. Broeckh. ad Propert. 4. 4. 62.

L A P S Ū R U S, a, um. [ὀλισθήσων, σφαλησόμενος] aliud Partic. ut, Domus lapsura. Ovid. in Ibin 513.
Silex jamjam lapsura. Virg. 6. Æn. 602.

L A B U N D U S, a, um. Accius apud Nonium 10. 5. Unda sub undis labunda.

L A P S I O, ōnis. f. [ὀλίσθησις, σφάλμα, ὀλίσθημα] Cic. 4. Tusc. 28. Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis proclivitas, ut significet lapsionem, in neutris habeat superius nomen.

L A P S U S, ūs. m. [ὄλισθος, ὀλίσθημα, σφάλμα, ῥύσις] Casus, Ruina, præcipitium. Item Progressus. Cic. de Senect. 52. de vinea loquens, Quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum.
Fidei lapsus. Plin. lib. 5. cap. 1. Haud alio fidei proniore lapsu, quam ubi falsæ rei gravis auctor exsistit.
Fluminum lapsus. Hor. 1. Carm. 12. 10.
Rotarum lapsus. Virg. 2. Æn. 236. — pedibusque rotarum
Subjiciunt lapsus. h. e. Rotas quibus facilius labatur ingens ille equus ligneus.
Scalarum lapsus. Plin. lib. 7. cap. 37.
Serpentum lapsus, Serpentum progressus dicitur. Virg. 2. Æn. 225.
Ancipites rerum lapsus. Claud. 1. in 1. Cons. Stil. 142.
Graves nimio sub pondere lapsus. Lucan. lib. 1. 71.
Immundus lapsus. V. I M M U N D U S.
Miserandus lapsus. Sil. lib. 4. 386.
Placidus lapsus. Ovid. 6. Fast. 500. de Nymphis natantibus.
Pronus lapsus fluminum. Claud. 1. in Rufin. 159.

L A B Ĭ D U S, a, um. Labilis. Vitruv. lib. 6. procem. Itineribus labidis vadere.

L A B Ĭ L I S, e. Adj. Quod facile labi potest. Arnob. lib. 3. adversus gentes, Quicquid enim tale est, mortale esse arbitramur, & labile.
Limus labilis. Ammian. 27. 23. Per labilem limum digressus.

L A B I L Ĭ T A S, ātis. f. Sarisb. 2. 21. Labilitas subjectorum.

L A P S O, [ὀλισθαίνω, πταίω, σφάλλομαι] āre. frequent. Virg. 2. Æn. 551:
— hæc dicens altaria ad ipsa trementem
Traxit: & in multo lapsantem sanguine nati. De Priamo.
Lapsantem gressum firmare. Sil. lib. 3. 633.

L Ā B O R, ōris. m. [πόνος, κόπος, μόχθος, ταλαιπωρία] Opera, defatigatio. Valla; Labo primam brevem habet, Labor primam longam. Hinc, Labor, laboris: & Laboro, laboras, prima brevi: quod an ab altero illorum derivetur, an ab utroque potius, liberum opinaturis relinquo. Hactenus Valla lib. 5. Cic. 2. Tuscul. 35. Labor est functio quædam vel animi vel corporis gravioris operis & muneris. Virg. 2. Æn. 708. — nec me labor iste gravabit.
Sine labore. Cic. de Senect. 82. Otiosam ætatem & quietam sine ullo labore aut contentione traducere?
Impiger ad labores belli. Cic. pro Font. 33.
Auxilium laborum. Virg. 3. Æn. 145.
Fructus laboris. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Imprudens laborum. Virg. 2. Georg. 372.
Liber laborum. Hor. de Arte Poet. 212.
Mollis, & impatiens laboris. Ovid. 3. Trist. 2. 10.
Monimenta laboris. Ovid. 3. de Pont. 5. 35.
Patiens laborum. V. P A T I O R.
Patiens laboris natura. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Pretium non vile laboris. Ovid. 18. Epist. 163.
Remissio laborum non inutilis. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Socius & consors laboris. V. C O N S O R S.
In tenui labor. Virg. 4. Georg. 6.
Tædium laboris. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Animi capitisque labore quanto? Hor. 1. Epist. 1. 44.
Anni labor. Virg. 2. Georg. 514. Rusticum nempe totius anni opus.
Corporis. Cic. pro Cæl. 39. Omnemque vitæ suæ cursum in labore corporis, atque in animi contentione conficeret.
Operum labor. Virg. 1. Æn. 459.
Acrior labor. Sil. lib. 3. 92.
Additus labor frumentis. Virg. 1. Georg. 150.
Armiferi labores. Stat. 1. Silv. 2. 96.
Assiduus labor. Stat. 4. Silv. 4. 29.
Austerus labor. Hor. 2. Serm. 2. 12.
Blandus labor. V. B L A N D U S.
Brevis & expeditus labor. Plin. 3. Epist. 9.

Cassus

Cassus labor. V. CASSUS.
Castrensis labor. V. Castrensis, in CASTRUM.
Catenati labores. V. Catenatus in CATENA.
Continui labores. V. Continuus, in CONTINEO.
Difficilis labor. Ovid. 2. de Arte Am. 538.
Dulcis erat mercede labor. Ovid. 6. Fast. 661.
Duri labores. Valer. 5. Argon. 278. Virg. 4. Georg. 114.
Extremus labor. Virg. 10. Ecl. 1.
Facilis labor alternis. Virg. 1. Georg. 79.
Felix labor. Valer. 4. Argon. 329.
Illiberalis labor. V. ILLIBERALIS.
Immensus labor. Ovid. 1. Met. 728.
Imperatorius labor. V. IMPERO.
Indignus labor. Juven. 7. Sat. 17.
Ineptus labor. V. INEPTUS.
Infinitus labor. Cic. in Orat. 149. Nam esset cum infinitus, tum puerilis labor.
Ingratus labor. Virg. 3. Georg. 97.
Intendens labor & vigiles curæ. Stat. 1. Silv. 4. 54.
Levis labor. V. LEVIS.
Militaris labor. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Multo sudore & labore ferre aliquid. Cic. pro Font. 2.
Parvus labor. Tibul. lib. 4. ad Messalam. 1. 16.
Pervigil labor. Valer. 5. Argon. 141.
Positus labor. Sil. lib. 7. 283.
Præcipuus labor. Virg. 3. Georg. 74.
Prædurus labor. Valer. 1. Argon. 235.
Quotidiani laboris continuatione quassatus. Firmic. lib. 6. cap. 31.
Suetus labor. Sil. lib. 16. 533.
Supervacuus labor. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Accessit mihi ad reliquos labores. V. ACCEDO.
Addere labori. V. ADDO.
Addere laborem. V. ADDO.
Affecta labore, ac vigiliis corpora. Liv. lib. 36. 24. pr.
Afferre laborem. V. AFFERO.
Agi labor dicitur in orbem. Virg. 2. Georg. 401. V. ORBIS.
Aspirat primo fortuna labori. Virg. 2. Æn. 385. V. ASPIRO.
Augere labores. Lucret. lib. 2. 1163.
Cecidit magnus labor incassum. Lucret. lib. 2. 1165.
Capere laborem. Cic. pro Rosc. Com. 49. Non fuit causa cur tantum laborem caperes, & ad me venires. V. CAPIO.
Capere laborem nullum. Lucret. lib. 5. 1181.
Compensati gloria labores mitigantur. Cic. 3. de Orat. 14. Summi labores nostri, magna compensati gloria, mitigantur.
Consumere plus operæ ac laboris in aliqua re. Cic. 1. de Orat. 234.
Decurrere incœptum laborem. Virg. 2. Georg. 44.
Defatigare aliquem assiduo labore. V. DEFATIGO.
Defessa membra labore. Catull. ad Licinium, Epig. 48. 14.
Delegare laborem. Cic. 8. Fam. 1.
Detrahere laborem. Cic. 3. Fam. 6.
Dilata pars laborum. Ovid. 3. Met. 174.
Dare finem laborum. Virg. 1. Æn. 245.
Edomiti, exsudatique labores. Sil. lib. 3. 531.
Effusus labor omnis. i. e. Functus & frustratus. Virg. 4. Georg. 492. Servius.
Exacta est pars laboris. Ovid. 1. Fast. 723.
Exantlatus ab Hercule labor. h. e. Absolutus. Cic. 4. Acad. 108.
Excipere magnos labores. Cic. de Clar. Orat. 242.
Exercere se in laboribus. Cic. pro Arch. 28. Quid est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo & tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus?
Exercet labor apes. Virg. 2. Æn. 435.
Exhaustus labor. Quintil. lib. 4. cap. 5. V. EXHAURIO.
Exhausta est pars laboris. Ovid. 1. de Arte Am. 771.
Experiri laborem. Virg. 4. Georg. 156.
Exsudati labores. V. Edomiti.
Facere aliquid nullo labore. Cic. 4. Verr. 135. Quod cuique negotii conflari volebat, nullo labore faciebat.
Facere finem laboris. Lucret. lib. 3. 956.
Fallente studio austerum laborem. Hor. 2. Serm. 2. 12.
Ferre laborem. Cic. Anteq. iret in exil. 13.
Ferre onus, gemini laboris. Ovid. 19. Epist. 166.
Ferre præmia laborum. Hor. 2. Serm. 1. 11.
Finire labores. Hor. 3. Carm. 4. 39.
Frangere se laboribus. Cic. pro Arch. 28. Nec tantis se laboribus frangeret.
Fracti labores. Cic. Tu labores tuos, quod Ædilis non sis factus, fractos putas, &c.
Furare temet assiduo labori. Stat. 4. Silv. 4. 29.
Impendere laborem ac sumptum ad incertum casum. Cic. 5. Verr. 227.
Impendere laborem præcipuum. Virg. 3. Georg. 74.
Impertiri laborem. Cic. pro Muren. 8.
Imponere laborem. Cic. pro Muren. 38. Nunquam iste plus militi laboris imposuit, quam sibi sumpsit. V. IMPONO.
Imponere finem labori. Virg. 2. Æn. 619.
Incumbere labori. Sil. lib. 4. 820.
Ingemens laboribus. Hor. 5. Epod. 31.
Injungere laborem alicui. Quintil. in Procem. lib. 1. V. INJUNGO.
Insumere magnum laborem ac sumptum in aliquam rem. Cic. 2. de Invent. 113.
Intendere laborem & studium alicujus. V. INTENDO.
Intermittere laborem. Ovid. 3. Met. 154.
Interponere laborem, studium, operam. V. INTERPONO.
Invenire quippiam labore. V. INVENIO.
Irrogare labori quippiam. V. IRROGO.
Lassavit me labor insolitus. Ovid. 10. Met. 554.
Levare laborem alicujus. Virg. 1. Æn. 334.
Levandi laboris sui causa passim ac libere solutas opere volitare. Cic. 2. de Orat. 23. Subaudi Volucres.
Levare laborem alicui. V. LEVO.
Minuere laborem. V. MINUO.

Mutare laborem. Virg. 10. Ecl. 64.
Niti præstante labore noctes atque dies. Lucret. lib. 2. 12.
Obire laborem. V. OBEO.
Oblita laborum corda. Virg. 4. Æn. 528.
Parcere labori. V. PARCO.
Parta pabula sine labore. Lucret. lib. 5. 867.
Perire labore. Lucret. lib. 4. 1114.
Perit irritus labor anni. Ovid. 1. Met. 273.
Perferre laborem. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Perfunctus laboribus. Cic. 1. Fam. 8. V. PERFUNGOR.
Postulare laborem. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Præstare se invictum a labore. V. INVICTUS.
Rapiunt sibi quisque laborem. Sil. lib. 13. 187.
Relegunt suo sermone labores. Ovid. 4. Met. 569.
Relevare requie longum laborem. Ovid. 15. Met. 16.
Scribere cum labore. V. CUM.
Solata longum cantu laborem. Virg. 1. Georg. 293.
Subire labores. Cic. 3. Att. 15. extr.
Succedere labori. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Succurre præsens nostro labori. Virg. 9. Æn. 404.
Sudatus labor. Sil. lib. 3. 92.
Sudatus labor in Æmo. Stat. 5. Theb. 189.
Sum. ut, Esse labori alicui, h. e. Oneri: vel Molestiam adferre. Cic. 3. Verr. 16. Nemini meus adventus labori aut sumptui, neque publice, neque privatim fuit.
Esse in labore, i. e. In opere, Laborare. Plin. lib. 11. cap. 17. Quum populus in labore est, ipse opera intus circuit, similis exhortanti, solus immunis. De rege apum.
Superare omnia continenti labore. V. CONTINEO.
Superesse nequeunt blando labori. Virg. 3. Georg. 127.
Supersedere labore. Cic. 4. Fam. 2. Supersedeas hoc labore itineris.
Suscipere laborem. Cic. de Opt. gen. Orat. 13. Putavi mihi suscipiendum laborem utilem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium.
Sustinere laborem. Cic. Anteq. iret in exil. 4.
Terere manum duro labore. Virg. 4. Georg. 114.
Tolerare labores. Ovid. 9. Met. 289.
Trahit ingratum laborem. Virg. 3. Georg. 96.
Vigilati labores. Ovid. 2. Trist. 11.
Urgent famulas laboribus. Ovid. 4. Met. 35.
Labor, ac sæpius pl. Labores, apud poetas frequenter pro Periculo, Calamitate, vel alio quovis incommodo. Virg. 1. Æn. 632.

> Me quoque per multos similis fortuna labores
> Jactatam, hac demum voluit consistere terra.

i. e. Multis periculis exagitatam.
Requies ea certa laborum. Virg. 3. Æn. 393.
Series immensa laborum. Ovid. 9. Epist. 5.
Tædia longa laborum. Ovid. 14. Met. 158.
Adire multos labores. Virg. 1. Æn. 14. V. ADEO.
Carere malis laboribus. Hor. Epod. 16. 16.
Durare patiar quemvis laborem. Virg. 8. Æn. 577.
Defunctus laboribus. Hor. 3. Carm. 24. 15.
Emensus diversum laborem pelagi terræque. Sil. lib. 4. 54.
Ferre longos castrorum labores. Juven. 14. Sat. 198.
Superare labores magnos. Virg. 3. Æn. 368.
Superare belligeros labores. Valer. 5. Argon. 617.
Labores, pro Agricultura, vide in LABORO. H. St.
Labor, pro Puerperio per Synecdochen, ut

> Altera tum primos Lucinæ experta labores. Virg. 4. Georg. 340.

conf. Utero laborare in Verbo infra, & Ex dolore laborare. &c.
Labores, pro Eclipsi solis & lunæ. ut,
Lunæ labores. Virg. 2. Georg. 478. h. e. Defectus.
Solis labores. Virg. 1. Æn. 746.
Canere solis labores. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Labos, oris. etiam pro eodem dicitur. Plaut. Trin. 2. 1. 35. Quanquam ibi animo labos grandis capitur. Legitur & apud Catul. 53. 13.
Arduus inde labos. Valer. 6. Argon. 352.

LĂBŌRIŌSUS, a, um. Adj. [κακοπαθὴς, ἐπίπονος, μοχθηρὸς] Laboris patiens. Cic. 2. Tusc. 36. Itaque industrios homines, illi studiosos, vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laboriosos. Idem 11. Philip. 8. Multi, ex morbi gravitate majores: quos tamen non miseros, sed laboriosos solemus dicere.
Cohors laboriosa Ulixei. Hor. Epod. 16. 60.
Chartæ doctæ & laboriosæ. Catul. ad Cornelium 1. 7.
Deambulatio laboriosa, i. e. Quæ non sine magno labore perficitur. Ter. Heaut. 4. 6. 2.
Exercitationes laboriosæ. Cic. 2. Tusc. Et 1. de Fin. 68. Quis nostrûm exercitationem ullam corporis suscepit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur?
Fabula laboriosa. Ter. in Prol. Heaut. v. 44.
Gradus laboriosus. Martial. lib. 7. 38.
Servus laboriosus, cui opponitur Desidiosus. Caius in l. Si quid. in princip. ff. de ædil. edict.
Versus laboriosus. Martial. lib. 11. 7.
Compar. Cic. pro Milon. 5. Quid enim nobis duobus, Judices, laboriosius? Et Nepos 25. 12. Quod utrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare.
Superl. Laboriosissimus hominis socius in agricultura bos. Columel. lib. 6. in Procemio.
Laboriosissimi aratores. Cic. 5. Verr. 86.

LABORIŌSE, [μοχθηρῶς, ἐπιπόνως] Adv. Difficulter. Cum magno labore. Catull. 36. 1.

> Male est, Cornifici, tuo Catullo,
> Male est, mehercule, & laboriose.

Compar. Cic. pro Rosc. Com. 31. Jam quo quisque est solertior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius.
Superl. Idem 1. Verr. 71. Itaque semper ii diligentissime laboriosissimeque accusarunt.
Laboriose, Adhibendo multum laboris. Jus laboriosissime dixit. Sueton. in Claudio cap. 14. de eo loquens. Sed non videtur sibi constare, ut dico de illo in carm. ad princ. H. St.

Labōrĭfer, ĕra, ĕrum. Adj. [[illegible]] ut,
Currus laboriferi Tithoniæ. Stat. 6. Theb. 25.
Hercules laborifer. Ovid. 9. Met. 285.
Juvencus laborifer. Ovid. 15. Met. 129.

Labōro, [[illegible]] āre. Sese exercere, fatigari, & cum labore aliquid agere. Cic. 5. Verr. 130. Omnibus enim nervis mihi connitendum est, atque in hoc laborandum, ut omnes intelligant &c.
Arma laborare, i. e. Laborando conficere. Stat. 3. Theb. 579.
Laborare cum Accus. Terram vel Tellurem postremis sæculis pro Arare. Ex quo sumptum videri potest quod dicimus *Labourer la terre*. Sic Virgil. Hominumque boumque labores. H. St. Non exstat tamen apud Cangium, nec memini me legere.
Ambitiose circa aliquid laborare. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Laborare ad rem aliquam. Cic. 7 Verr. 204. Si nullam ad rem nisi ad officium, & veritatem omnes meæ curæ, vigiliæ, cogitationesque laborarunt.
Laborare in aliquam rem. Livius lib. 7. pag. 9. a principio. Adeo in quæ laboramus, sola crevimus, divitias, luxuriamque. Nisi scribendum In quibus laboramus, In ea, in quæ laboramus. H. St. Exstant. cap. 25. lib. dict.
In spem laborare. Ovid. 15. Met. 367.
Laborare ut. Cic. 4. Acad. 139. Laboro ut assentiar Epicuro, aut Aristippo, revocat virtus: vel potius reprehendit manu.
Laboravi amari ab eo. Plin. 1. Epist. 10.
Laborare, per translationem, pro Male habere sumitur. Cic. 2. Tusc. 61. Artus vehementer laborant.
Laborare morbo aliquo. Cic. 1. de Fin. 59.
Laborare a frigore. Plin. lib. 32. cap. 10.
Laborare a veritate. Liv. 22. i. e. Destitui veritatis testimonio. [An locus est lib. 22. 39 extr. Veritatem laborare nimis sæpe aiunt, exstingui nunquam?
E dolore laborare dicitur puerpera. Ter. And. 1. 5. 33.
Ex desiderio laborare. Cic. 16. Fam. 11. Non ignoro quantum ex desiderio labores.
Ex invidia laborare, Invisum & odiosum esse. Cic. pro Rosc. Amer. 149. Quod si omnes, qui eodem loco nati sunt, facerent, & Resp. ex illis, & ipsi ex invidia minus laborarent.
Ex inscientia laborare. Cic. 2. de Invent. 5. Minus in arrogantiam offenderent, non tantopere in vitiis perseverarent, aliquanto ex inscientia levius laborarent.
Ex renibus laborare. Cic. 2. Tusc. 60. Et 7. Fam. 27. Laborare ex intestinis.
In acie Laborare ea pars dicitur, quæ Infirmior est & pæne succumbit hosti. Auctor de Viris illust. cap. 26. extr. Cum convenisset ut cujus cornu in acie laboraret, dis se Manibus voveret.
Ob avaritiam laborare, Avarum esse. Hor. 1. Serm. 4. 26. Al. Ab avaritia ex MSS.
Ambitione laborare. Hor. 1. Serm. 4. 26.
Animo laborare. Cæs. 7. Bell. Gall. cap. 30.
Causa laborare. Quintil. Inst. 4. 1. Si enim causa laboramus, persona subveniat. i. e. Si causa invidiosa nos premit. Bud.
Cerebro laborare. Plaut. Milit. 2. 2. 51.
Curis laborare. Claud. de Phœnice 62.
Desiderio partus laborare. Columel. lib. 6. cap. 27.
Domicœnio laborare. Martial. lib. 5. 79.
Fame laborare. Columel. lib. 1. in præf.
Fœnore laborare, h. e. Premi fœnore & gravari. Liv. 35. 7.
Frigore laborare. Columel. lib. 2. cap. 10.
Ingenio laborare. Martial. lib. 8. 18.
Injuria laborare. Cic. 4. Tusc. 18. Misericordia est ægritudo ex miseria alterius injuria laborantis. i. e. Gravati. [Immo Injuria hic adverbialiter, pro Immerito ponitur, & Laborare absolute, pro Miserum esse.
Hostibus laborare. Cic. ad Brut. 10. Ingravescit enim in dies intestinum malum, nec externis hostibus magis quam domesticis laboramus. i. e. Premimur.
Locis laborare. Cels. lib. 2. cap. 8. i. e. Ex vulva.
Nota infamiæ laborare. Ulpianus in lege 2. §. 2. ff. De iis qui notantur infamia.
Magnitudine sua laborare. Liv. lib. 1. in procem. Et quæ ab exiguis profecta initiis, eo creverit, ut jam magnitudine laboret sua.
Odio laborare apud hostes, & contemptu inter socios. Liv. 6. 2. pr.
Opinione arrogantiæ laborare. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Omni parte laborare. Hor. 1. Serm. 2. 38.
Podagra laborare. Martial. lib. 1. 99.
Re frumentaria laborare, Inopia rei fr. premi. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 9. Al. A re.
Res Romanas laborare. Cic. 4. Att. 16. Efficiemus rem gloriosissimam, nam in campo Martio septa tribuniciis comitiis marmorea sumus, & tecta facturi, &c. Paulo post, Dicis, Quid mihi hoc monimentum proderit? Ad quid laboramus res Romanas? hoc est, Quorsum igitur de rebus Romanis laboramus? Qui enim hoc monimentum contemnit, apparet eum de rebus Romanis nihil laborare. Sin autem laboramus, non est, ut hoc monimentum contemnere possimus.
Vitiis laborare. Liv. 34. 4.
Utero laborare. Hor. 3. Carm. 22. 2. ad Dianam. [Pro Ex utero, H. St. conf. LABOR.
Laborare alicui rei, pro Intentum esse. Senec. de Vita beata.
Non laboro de hac re, i. e. Non curo, neque anxius sum, inquit Budæus. Cic. pro Rosc. Amer. 97. Cujus manu sit percussus, non laboro. Idem 2. de Fin. 81. Non laboro, inquit, de nomine.
Nihil laboro. Cic. 8. Philipp. 26. Mustellæ & Tironi prospicit: de se nihil laborat.
Noli laborare. Cic. 7. Fam. 26. Quod epistolam conscissam doles, noli laborare: salva est domi.
Nihil laboro nisi ut salvus sis. Cic. 16. Fam. 6.
Nihil est quod labores. Cic. pro Cæcin.
Valde laboro ne. Cic. 12. Fam. 14.
Non magnopere laboro. V. MAGNUS.
Laborare de. Cic. pro Cæcin. 3. De quibus (testibus) ego antea laborabam, ne si improbi essent, falsi aliquid dicerent. Idem 2. Tusc. 29. Concludunt ratiunculis Stoici, cur non sit malum; quasi de verbo, non de re laboretur.
Laborare de re alicujus. Cic. 13. Fam. 27. Sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare, quam ipsum de sua.
Laborare in aliquo, Ardere amore alicujus. Hor. 1. Carm. 17. 19.
Laboratur Impers. ut Cic. 1. Fam. 1. Laboratur vehementer: inclinata res est.
Laboratum est. Plin. lib. 2. cap. 96. Locris & Crotone pestilentiam nunquam fuisse, nec ullo terræ motu laboratum, annotatum est. Liv. 1. 31. Pestilentia laboratum est. Ibid. lib. 4. 30. Siccitate.
Atlas en ipse laborat. Ovid. 2. Met. 296.

Labōrans, antis. Partic. [[illegible]] ut,
Opem ferre laboranti. Ovid. de Nuce 14.
Puellæ utero laborantes. Hor. 3. Carm. 22. 2.
Ratem laborantem deserere. Ovid. 2. de Pont. 6. 22.
Silvæ laborantes, scil. Onere nivis. Hor. 1. Carm. 9. 3.

Labōrātus, a, um Adj. ex Partic. [[illegible]] Compositus, cultus, & multo labore atque industria factus. Virg. 1. Æn. 643.
Arte laboratæ vestes.
Laborati libri; h. e. Compositi, elucubrati. Martial. lib. 4. 33.
Compar. ut, Continentia laboratior. Tertull. de Veland. Virgin. cap. 10.

Laboratio, ōnis. f. apud Hieronymum.

Laborator, ōris. m. apud August.

Lăbōriæ, arum. f. pl. Italiæ pars illa quæ vulgo *terra laboris* dicitur, quod ingens labor sit in ea colenda: quippe solum habet arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius pæne, quam viris possit, affligens agricolam. Ex Plin. lib. 17. cap. 4. Idem Plin. lib. 18. cap. 11. Quantum autem universas terras campus circumcampanus antecedit, tantum ipsum pars ejus quæ Laboriæ vocantur, quem Phlegræon Græci appellant. Finiuntur Laboriæ via ab utroque latere Consulari, quæ a Puteolis, & quæ a Cumis Capuam ducit. Hinc

Laborīnus Campus nobilis in Campania. Plin. lib. 17. cap. 4.

Labrax, ăcis. m. [λάβραξ] Lupus piscis, quod λάβρως, i. e. avide edat. Plin. 32. 11.

Lăbros, i. m. [λάβρος] Canis nomen apud Ovid. 3. Met. 224.

Labrosus, **Labrum**, V. LABIUM.

Lābrusca, æ f. [[illegible]] Vitis agrestis dicitur, spissis & candicantibus foliis, geniculata, rimoso cortice: fert uvas rubentes, cocci modo, quæ cutem in facie mulierum purgant. Hæc Plin. lib. 23. cap. 1. Virg. 5. Ecl. 7.
Silvestris raris sparsit labrusca racemis. Ea in sepibus & in labris agrorum & terminis nasci dicitur. Columel. lib. 8. cap. 5. Uva labrusca de vepribus immatura lecta.

Lābruscum, i. n. Virg. in Culice v. 52.
Densaque virgultis avide labrusca petuntur.

Laburnum, i. n. Arboris genus in Alpibus crescens. Plin. 16. 18.

Lăbyrinthus, i. m. [λαβύρινθος] inquit Servius, Locus apud Cretam factus a Dædalo perplexis parietibus, ubi Minotaurus inclusus est. Labyrinthum exprimit Virg. 5. Æn. 588.
Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta, &c.
Quatuor autem esse Labyrinthos Plinius docet lib. 36. cap. 13. Creticum, qui arte maxime fuit spectabilis: cujus Ovid. lib. 8. Met. Fab. 2 meminit. Ægyptium, omnium maximum, & portentosissimum humani ingenii opus, quem Pomponius Mela libro primo cap. 9. describit. Lemnium, columnarum nitore insignem, & quartum Italicum a Porsena Hetruscorum rege sepulchri causa exstructum.

Labyrinthēus, a, um, Adj. [[illegible]] ut,
Flexus Labyrinthei. Catul. Argon. 69. 114.

Labyrinthĭcus, a, um. Adj. Sidonius Anacreontico epistolæ 13. lib. 9. inserto,
Iter asperum viasque
Labyrinthicas cucurrit.

L A C

Lāc, lactis. n. rarius. m. [γάλα, γλάγος] Succus maternus quo animalia nutriuntur. Plaut. Amph. 2. 1. 54.
Neque lac lacti magis est simile, quam ille ego similis est mei. Virg. 3. Ecl. 6.
— & lac subducitur agnis.
Abundans lactis. Virg. 2. Ecl. 20.
Coagulatio lactis. Plin. lib. 28. cap. 10.
Copia largi lactis. Virg. 3. Georg. 308.
Copia pressi lactis. Virg. 1. Ecl. 82.
Densitas spongiosa lactis, colostra vocatur. Plin. lib. 28. cap. 9.
Massa coacti lactis. Ovid. 8. Met. 666.
Maturitas firma lactis. Columel. lib. 7. cap. 9.
Sinus lactis. Virg. 7. Ecl. 33.
Alibile maxime lac. V. Alibilis, in ALO.
Aquatius lac. V. Aquatus, in AQUA.
Alminum lac. Plin. lib. 28. cap. 9.
Bobulum lac. Plin. lib. 31. cap. 10.
Camelinum lac. Plin. lib. 28. cap. 9.
Caprinum lac. Plin. lib. 11. cap. 41.
Circumfusum lac. V. CIRCUMFUNDO.
Crassissimum est lac asinæ. Plin. lib. 11. cap. 41.
Equinum lac. Plin. lib. 28. cap. 10.
Ferinum lac. Ovid. 3. Fast. 53.
Fertilius caseo est lac bubulum, quam caprinum. Plin. lib. 11. cap. 41.
Ficulnum lac. Plin. lib. 23. cap. 7.
Gallinaceum lac, de re singulari & admodum rara dicitur. Plin. in præfat. Hist. Nat. p. 4. Ut vel lactis gallinacei sperare possis in volumine haustum. conf. Petron. Fragm. p. 130. V. Erasm. Chiliad.
Humanum lac. Plin. lib. 28. cap. 9.
Maternum. Plin. lib. 11. cap. 41.
Merum lac. Lucret. lib. 1. 262.
Muliebre lac. Cels. lib. 6. cap. 6. de Euelpidis collyrio.
Nigrum. Plin. lib. 2. cap. 103.
Niveum. Ovid. 13. Met. 829.
Novum, Recens. Virg. 2. Ecl. 22.

Ovillum. Plin. lib. 28. cap. 9.
Pingulus lac, stomacho minus utile. Plin. lib. 28. cap. 9. & 10.
Recens. Plin. lib. 28. cap. 10.
Suavissimum. Plin. lib. 28. cap. 41.
Suillum. Plin. lib. 28. cap. 9.
Tepefactum. Plin. lib. 28. cap. 10.
Vaccinum. Plin. lib. 25. cap. 8.
Acescere, aut coire densarique lac non patitur menta. Plin. lib. 20. cap. 14.
Auget lac rosmarinum in vino potum. Plin. lib. 24. cap. 11.
Auget gith lac mulierum. Plin. lib. 20. cap. 17.
Bibere lac. Ovid. 3. Amor. 10. 22.
Coagulatur lac in stomacho. Plin. lib. 22. cap. 24.
Coagulatur lac in caseum surculo caprifici. Plin. lib. 23. cap. 7.
Cogere lac in duritiam. V. COGO.
Coire. ut, Lac animalium utrinque dentatorum non coit: proinde caseus non fit ex eo. Plin. lib. 11. cap. 41.
Densare lac. Plin. lib. 11. cap. 41.
Densatum lac in casei speciem. Plin. lib. 28. cap. 9.
Depulsus lacte leo. Hor. 4. Carm. 4. 15.
Excitat lactis ubertatem eugalacton. Plin. lib. 27. cap. 9. ad finem.
Facit lactis abundantiam semen vitis albæ. Plin. lib. 20. cap. 23.
Facit lactis ubertatem vitex. Plin. lib. 24. cap. 9.
Facit lactis copiam mulieribus glaucifcus e jure sumptus. Plin. lib. 32. cap. 10.
Facit lactis fecunditatem nutricibus galactites. Plin. lib. 37. cap. 10.
Fit lactis ubertas puerperis hoc cibo. Plin. lib. 28. cap. 9.
Fervet quum lac, ne circumfundatur, præstat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus, ita ne quid fundat. Plin. lib. 28. cap. 9.
Immulgere lac. V. IMMULGEO.
Minuitur lac semine Circææ. Plin. lib. 27. cap. 8.
Replet lactis defectu potum hippomarathron mammas. Plin. lib. 20. cap. 23.
Repletur dulci lacte femina quum peperit. Lucret. lib. 5. 812.
Restituit lactis ubertatem intermissam glaucion. Plin. lib. 27. cap. 10.
Lac, de nucibus dictum. Ovid. de Nuce 95. conf. LACTEO & LACTESCO.
Jucundioris disciplinæ cibo ac lacte satiari, per metaphoram. Quintil. lib. 2. cap. 4.
In masculino posuit Gell. 12. 1. Quorum ad præbendum lactem adhibetis. Et Apul. 8. Met. p. 214. Hominum lactem concupiscere.

LACTE, is. n. in nominativo dixit Plaut. Men. 5. 9. 30.
Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti, crede mihi, usquam similius.
Idem Bacchid. 5. 2. 16. Quæ nec lactem, nec lanam ullam habent. Quædam exemplaria hic legunt Lacte, ut sit neutri generis. quod & Nonius 8. 4. probat ex Varrone. Candidum lacte papilla quum fluit. Cæcilius, Titthe: Præsertim quæ non peperit, lacte non habet.

LACTEUS, a, um Adj. [γαλακτώδης, γαλάξιος] Quod ex lacte, vel Lacti simile est.
Circulus lacteus. [γαλαξίας] Plin. lib. 2. cap. 21. Omnes ferme sub ipso Septentrione aliqua ejus parte non certa, sed maxime in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. V. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 15. Claud. 6. Conf. Hon. 174. Hunc Ovid. 1. Met. 169. Viam lacteam appellat.
Colla lactea. Virg. 8. Æn. 660. i. e. Alba.
Crure lactea. Columel. lib. 10. 189.
Punicea depexa coma; sed lactea crure est. i. e. Candida, suavis, succulenta.
Humor lacteus, Candens. Lucret. 1. 259.
Liquor lacteus, Liquor lactis. Tibul. lib. 2. 3. 18.
Orbis lacteus, Circus candens. Cic. in Somn. Scip. 8.
Porcus lacteus. Martial. lib. 3. 47. h. e. Adhuc lactens.
Vernæ lactei. Martial. lib. 3. 58. Lutei legit Domitius, interpretaturque Sordidos.

LACTEŎLUS, a, um. Adj. dimin. ut, Puellæ lacteolæ. Catul. in Camerium, Epigr. 53. 17.

LACTANEUS, a, um. Adj. Oct. Horat. 4. In sanguineum colorem vel lactaneum mutari. &

LACTĪNEUS, a, um. Venant. Fort.
Regia lactineo commutans pallia cultu. V. Barth. Adverf. 46. 3.

LACTĀRIUS, a, um. Adj. [γαλακτηρός] Quod ex lacte confectum est. ut Lactarium opus, quod vulgo *lacticinium* dicitur. V. seq. dict.
Lactarius, Quod lac habet. Plin. lib. 26. cap. 8. Tithymalum nostri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam.
Boves lactariæ, Lactantes. Varro 2. de R. R. cap. 1. Dandum bubus lupinum: & lactariis medica & cytisum.

LACTARIUS, i. m. Qui cibos ex lacte conficit: Lampridius in Heliogabalo cap. 27. Dulciarios & lactarios tales habuit, ut quæcunque coqui de diversis edulibus exhibuissent, vel structores, vel pomarii, illi modo de dulcibus, modo de lactariis exhiberent.

LACTICINIUM, i. n. Cibus ex lacte. Apic. 7. 11.

LACTĬCŎLOR, ōris. m. Auson. Epist. 7. 54. —oblinat
Forvam lacticolor spongia sepiam.

LACTICULARIUS, & LACTICULOSUS, i. m. Gloss. Lat. Gr. Lactigulosus, λιπογάλακτος, & Gr. Lat. Λιπογάλακτος, lacticularius, lacticulosus. V. Scheff. in Petron. Fragm. p. 126.

LACTEO, [θηλάζω] ēre. Lac sugere. Non occurrit, nisi LACTENS, Partic. Cic. 2. de Divin. 47. Romulus lactens fulmine ictus. Idem 3. in Catil. 19. Tactus est etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus: quem inauratum in Capitolio parvum atque lactantem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis.
Agna lactens. Ovid. 4. de Ponto 8. 41.
Catuli lactentes. Ovid. 2. de Arte Am. 375.
Porcus lactens. Var. 2. de R. R. cap. 4.
Porca lactens. Ovid. 2. Fast. 656.
Vituli lactentes. Ovid. 10. Met. 227.
Item Lactens, Lacteo humore plenus, ut,
Frumenta lactentia, Lactis plena. Virg. 1. Georg. 314. Ubi Servius: Frumenta lactentia. i. e. Tenuia & lactis plena. Sciendum, inter Lactantem & Lactentem hoc interesse, quod Lactans est, Qui lac præbet; Lactens, Cui lac præbetur.
Ficus lactens. Ovid. 2. Fast. 263.
Fruge lactenti tumet coma spicea. Propert. lib. 4. 2. 14.

LACTESCO, [γαλακτοῦμαι, γαλακτοῦμαι] ĕre. In lac converti, seu Lacte impleri. Cic. 2. de Nat. Deor. 128. Omnis fere cibus matrum lactescere incipit. Plin. 11. cap. 41.

LACTO, [θηλάζω, γαλακτίζω] āre. Lac præbere: & proprie matrum est. Varro 2. de R. R. cap. 7. Anniculis jam factis dandum hordeum, & furfures, usquequo aderunt lactantes. Alii legunt, Usque quoad erunt lactantes.
Lactare, per translationem, significat Aliquem per blanditias allicere, atque decipere. Terent. Andr. 4. 1. 24.
— nonne tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium,
Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres? Ibid. 5. 4. 9.

LACTANS, antis. Partic. [γαλακτοῦχος, θηλάζων] Quæ lac in mammis habet. Gellius lib. 12. cap. 1. Nam plerumque sine crimine quæcunque lactans est, id temporis offerri solet. Ad nutricationem scilicet. Budæus. Lactantia ubera. Lucret. lib. 5. 533. conf. BACCANTIA.
Lactantia Celsus vocat Omnia quæ lac emittunt, vel pro iis quæ vulgo *Lacticinia* dicuntur, accipit: vel pro Cibis lactariis, lib. 2. cap. 28. Omne pistorium opus, lac, mel, ideoque lactantia, &c. Et cap. 29. Mel crudum, lac, lactantia omnia, mulsum, &c. Budæus. Lind. Lactentia edidit utrobique.
Lactans, Deus, qui segetes facit lactescere. Serv. ad Virg. 1. Georg. 314. Sane sciendum, Varronem in libris rerum divinarum dicere, Lactantem, Deum esse, qui se infundat segetibus & eas faciat lactescere.

LACTATIO, ōnis. f. verbale apud August.

LACTĀTUS, ūs. m. [θηλασμός] Idem. Plin. lib. 32. cap. 2. Oh id sibilo a piscatoribus, tanquam serpentibus, evocari & capi, pinguescere lactatu, &c. De murænis. Hard. ex MSS. Jactatu. q. V.

LACTITO, āre. frequent. Mart. Capell. 7. 101. Cor oxor lactitat.

LACTA, æ. f. Caligæ genus. Plin. 12. 19. Lactam vocant talem barbaro nomine. Et Tertull. de Pudicit. cap. 6. Lactæ sortes non habentes idoneæ. [Sic olim legebatur. Sed MSS. exhibent, Et jactæ sordes non ablui idoneæ. Unde Rigaltius Lacteæ sordes. q. V. Ego nil mutem. Perperam ad hanc vocem in Thes. Lips. simpliciter refertur.

LACTILĀGO, ĭnis. f. Herba; al. Chamædaphne. Apul. de Herb. cap. 27.

LACTORIS, ĭdis. f. [γλαυξ sive γλαύξ] Herbæ genus. Plin. lib. 24. cap. 18. Æque nota lactoris vulgo est, plena lactis, quod degustatum vomitiones concitat. [Suspecta mihi hæc vox est, nec Græcæ respondens analogiæ, nec Latinæ. Apud Apul. de Herb. c. 111. Lathyris, Lateris & Laceris scribitur. λαθυρὶς Græcum est, & Tithymalum denotat. An Latium Lactarem, scil. herbam, appellavit, atque ita apud Plin. legendum? conf. LACTARIUS Adj.

LACTŪCA, æ. f. [θριδαξ, θριδακίνη] a Lactis copia dicta est, quod abundantia lactis exuberet. V. Plin. lib. 19. cap. 8. Martial. lib. 13. 14.
Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum:
Dic mihi, cur nostras inchoet illa dapes?
Officiunt claritati oculorum lactucæ. V. OFFICIO.
Silvestris lactucæ succo vernam nauseam draco restinguit. Plin. lib. 8. c. 27.

LACTŪCŬLA, æ. f. dimin. [θριδάκιον] Columel. lib. 10. 111.
— jam teneris frondens lactucula fibris. Suet. in August. cap. 77.

LACTUCINUS, i. m. Cognomen Valeriorum a Lactuca. Plin. lib. 19. cap. 3.

LACTES, ium. f. pl. (inquit Priscianus lib. 6.) Partes sunt intestinorum, a Græco γαλακτίδες dictæ: & servaverunt apud nos quoque idem genus, cujus singulare hæc Lactis est. Titinnius in Ferentinati: Craticula, cerebellum, lactis agnina. Pomponius in Lare familiari: Oro te, Base, per lactes tuas. Hæc Priscianus fol. 55. b. Aldi. Quod autem attinet ad illum Titinnii locum, is nunc sic in vulgaris Nonii (4. 270.) codicibus legitur: Lactes dicuntur intestina. Titinnius Psaltria: Farticula, cerebellum, Lactes agninas. nisi quis forte contenderit diversos esse locos. In Plinium vero sic Hermolaus: (lib. 11. cap. 37.) De lactibus miror unde Theodorus Gaza pro Mesenterio acceperit. Plautus certe in aliis quoque animalibus quam in homine atque ove, intestina exiliora lactes vocavit. Illud nimis licenter, ut alia. Spartianus ait, (cap. 23. extr. vitæ Hel.) murænarum lactibus & luporum in locis mediterraneis Heliogabalum pavisse rusticos suos. & paucis interjectis: Ex lactibus autem, hoc est gracilioribus intestinis (quæ tria sunt, tenue, jejunum, piluros.) id quod jejunum dicitur, Varro ilam sive hiram vocavit. (de L. L. lib. 4. 22. p. 29. ed. tert. Steph.) At si quis Theodorum tueri velit, pro mesenterio lactes interpretantem: sciat partem, & id quod continetur pro eo quod continet acceptam. Etenim mesenterio lactes involvuntur, ut a spinæ contacto duro munitiores magisque septas reddat. Probus: Lactes alii dicunt loca sub umbilico in lateribus pube tenus, delicata adeo, ut plagam ferre non possint. Quidam pro intestinis pinguibus: ut Persius lactes unctos dixerit hinc. quidam, inquit, pro membranis, quibus cohærent intestina inter se. Hactenus Hermol. Theodorus Gaza (ait Budæus lib. 1. de Asse) vir Græcus, non modo Latine doctissimus, sed etiam medicus, lactes pro mesenterio dixit: quo nomine ab Hermolao Barbaro & aliis reprehensus est, quasi eo in loco hallucinatus sit, vel in eo potius verbo. At ego consulto eum id fecisse censeo, ut qui in eo verbo Plinii auctoritatem sequi nollet. Lactes enim non tam intestina significant, quam pingue illud quod ambit intestina. Tranquillus de patina Vitelliana, in Vitellio cap. 13. In hac (inquit) scarorum jecinora, phasianorum & pavonum cerebella, linguas phœnicopterorum, murænarum lactes commiscuit. Quare immerito Hermolaus hoc verbum, ut licenter usurpatum, in Spartiano notavit. Nostrates, piscium lactes, *lactentias* appellant. Hactenus Budæus. [Qui mentem Hermolai non assecutus est, quum illud Licenter nimis, quod de Plauto dictum est, de Spartiano dictum putavit. Male autem ille Pyloron, ut tertium intestinum Gracilius ponit. V. f. l. Gloss. Lat. Gr. Lactes, λεπὶ τῶν σπλάγχνων. λεπτὰ ἔντερα τῶν ἰχθύων.
Lactes in sacrificiis. Pers. 2. Sat. 30.
— quidnam est, qua tu mercede deorum
Emeris auriculas? pulmone & lactibus unctis? i. e. Pinguibus.
Lactes, pars corporis humani. Plaut. Curc. 2. 3. 39.
Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame,
Ita cibi vacivitate venio lassis lactibus. Alii legunt Laxis. Idem in Pseud. 1. 3. 84.
Tibi ego credam? P. cur non? B. quia pol qua opera credam tibi,
Una opera alligem canem fugitivam agninis lactibus. Plinius videtur sentire lactes tantum in ovibus & hominibus esse. Sic enim lib. 11. cap. 37. scribit, Ab hoc ventriculo lactes in ove & homine, per quas labitur cibus.

Nomen

Nomen habere putantur Lactes, aut a mollitie, aut a pinguedinis candore: nam ab Lacte denominantur. Perottus a verbo Licio deducit, quod cibum alliciant.

LACCA, æ. f. Vegetabile quoddam. Apul. de Herb. cap. 3. n. 12. Laccæ crudæ foliorum succus expressus.
Item Nodus seu Tumor jumentorum in cruribus est. Veget. Mulom. 1. 27. Si laccæ in gambis fuerint.

LACCARIUS, V. LACUS.

LACCOBRIGA, V. LACOBRIGA.

LĂCEDÆMON, ŏnis. m. [Λακεδαίμων] Jovis filius: a quo

LACEDÆMON, vel LACEDÆMONIA secundum Latinos, Peloponnesi urbs, Menelai regia. Virg. 7. Æn. 363.
At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor. Hæc alio nomine Sparta dicta est. Conf. Ovid. 1. Epist. 5.
Armipotens Lacedæmon. Claud. 4. Conf. Hon. 507.
Patiens Lacedæmon. Hor. 1. Carm. 7. 10.
Ejus cives Lacedæmones, & Lacedæmonii dicuntur. Veget. Prol. lib. 3. Athenienses & Lacedæmones ac Macedonas rerum potitos. [Stew. exhibet, Athenienses & Lacedæmonios ante Macedonas. An apud Suidam Λακεδαίμονες, ἢ Λακεδαιμόνιοι, pro Λακεδαιμόνιος, legendum? Stephanus Byz. non agnoscit hoc gentile.

LACEDÆMONIUS, a, um. Adj. [Λακεδαιμόνιος] ut, Tarentum Lacedæmonium. Hor. 3. Carm. 5. 56.

LĂCO & LACON, ŏnis. m. [Λάκων] Qui ex Laconia est. Nepos, 13. 1. 3. A quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset. Et 17. 2. 3. Inducias a Lacone petivit. Stat. 6. Theb. 716.
Tandem inspiratus Mida de plebe Laconum.
Lacon, Canis nomen, apud Ovid. 3. Met. 219.
Prævalidusque Lacon, & cursu fortis Aello. V. & Hor. Epod. 6. 5.
Venator Lacon. Sil. lib. 3. 295.
Ledæi Lacones. Claud. de Bell. Gild. 222.

LACÆNA, æ. f. [Λάκαινα] a Laconia. q. V. Cic. 1. Tusc. 106. Mulier Lacæna. Virg. 2. Æn. 601.
Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacænæ. Ubi Serv. A provincia Laconica. Et notandum derivationem minorem esse a principalitate: quod rarum est.
Adultera Lacæna, Helena. Hor. 3. Carm. 3. 25.
Pulchræ. Claud. de Bell. Get. 630.
Teneres. Claud. 2. Conf. Stilich. 300.
Virgines Lacænæ. Virg. 2. Georg. 487.

LACŌNIA, æ. f. [Λακωνική] Provincia in Peloponneso, quæ & OEbalia & Lacedæmonia ab aliquibus dicitur. Hinc Lacon, masculini generis, & Lacæna, feminini. Nec invenitur Lacænus, pro Laconico, habetque Lacæna diphthongon in penultima.

LACŌNĬCUS, a, um. Adj. [Λακωνικός] ut, Ager Laconicus, & Laconicæ canes, apud Plin. lib. 10. cap. 63.
Purpuræ Laconicæ. Hor. 2. Carm. 18. 7.

LACONĬCUM, i. n. [ὑπόκαυστον, ὑπόκαυσις] ponitur pro Loco orbiculari ambitu in se recurvo in balneis, in quibus sudor elicitur sicco calore, ut docet Cels. lib. 2. cap. 17. V. Vitruv. lib. 5. cap. 10. Columel. in præfat. Mox deinde ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exucto sudore sitim quærimus. V. EXUCTUS. Dictum Laconicum, quod eo Lacones peculiariter uterentur, ut legimus apud Dionem lib. 53. Cic. 4. Att. 10. Nostram ambulationem & laconicum, eaque quæ circa sunt, velim quum poteris invisas. V. Cornarium in Galenum, p. 514.

LACŌNISMUS, i. m. [λακωνισμὸς] i. e. Breviloquentia. Laconismum, veluti proverbio breviloquentiam vocant Græci, sive quod Lacedæmonii factis magis quam eloquentia præcelluerunt; sive quod in Apophthegmatis præcipue valuerunt. Horum autem præcipua gratia, ut paucissimis verbis plurimum sententiæ complectantur. Cic. 11. Fam. 25. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum, altera jam pagella procedit.

LĂCER, & LĂCERUS, a, um. Adj. [ἀποχθείς, δρυφθείς, ῥακώδης, ῥακώδης] Dilaceratus. Proprie (ut Asconius 2. Verr. 17. ait) Lacer dicitur Amputatis membris a corpore suo fuum, h. e. auribus oculisve. Festus, Lacer, Quod auribus curtatis est: Lacerum, Quodcunque est in corpore imminutum. Virg. 6. Æn. 495.
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, &c. Tacitus 3. Hist 27. extr. Donec soluta compage scutorum, exsangues lacerosque prosternerent. Liv. 1. 28. extr. Deinde in diversum iter equi concitati lacerum in utroque curru corpus, qua inhæserant vinculis membra, portantes.
Crudeliter lacer. Virg 6. Æn. 495.
Membris cæsis undique lacer. Lucret. lib. 3. 404.
Artus laceri. Ovid. 9. Met. 169.
Aures laceræ scabie. Claud. 1. in Eutrop. 136.
Comæ laceræ. Lucan. lib. 2. 31.
Cornu lacerum. Ovid. 9. Met. 97.
Crines laceri. Stat. 3. Silv. 3. 133.
Currus lacer. Ovid. 2. Met. 318.
Funus lacerum. i. e. Dilaniatum cadaver. Virg. 9. Æn. 491. Servius.
Gentilitates laceræ. Plin. in Paneg. cap. 39. Sparsas, atque, ut ita dicam, laceras gentilitates colligere atque connectere. V. GENTILITAS.
Morsu lacero divellere artus suos. Ovid. 8. Met. 877.
Navis lacera. Ovid. 2. de Ponto, 3. 28.
Puppes laceræ. Ovid. 2. Epist. 45.
Regni laceri corpus. Claud. 2. pr. Conf. Stilich. 203.
Tabulæ laceræ. Ovid. 11. Met. 428.

LACĔRO, [δρύπτω, ἀμύσσω, σπαράσσω, κατακόπτω, σπαράττω] &c. Dilaniare, sæpius vulnerare, & quasi per membra discindere, comminuere. Terent. Adelph. 3. 2. 17.
Tum autem Syrum impulsorem, vah! quibus illum lacerarem modis.
Sublimem medium arriperem, & capite pronum in terram statuerem,
Ut cerebro dispergat viam.
Lacerare aliquem virgis. Liv. 3. 58.
Ferro lacerare. Hor. 3. Carm. 27. 46.
Manu ora lacerans. Sil. lib. 8. 154.
Morsu viscere lacerare. Cic. 2. de Divin. 63. Sic,
Unguibus lacerare. Cic. 2. Tuscul. 24.
Capillos lacerere. Ovid. 14. Met. 420.
Ora, comas, vestem lacerat. Ovid. 11. Met. 726.
Fructus lacerari. Cic. 5. Verr.
Opes alicujus lacerare. Ovid. 3. Epist. 86.
Urbes lacerandæ. Lucan. lib. 10. 45.
Lacerare homines male suadendo, & lustris. Detrudere ad paupertatem. Plaut. Curcul. 4. 3. 22.
Diem lacerare, In vanum consumere diei tempus. Plaut. Sticho, 3. 1. 45.
Rem suam lacerare, Absumere bona patria. Plaut. Merc. prol. 48.
Reliquias lacerare vitæ alicujus & distrahere. Cic. pro Quint. 50.
Scelere omni lacererunt patriam. h. e. Discerpserunt. Cic. 1. Off. 57.
Metaph. Proscindere maledictis. Famam alicujus lacerare. Liv. 38. 54.
Virum optimum lacerare incesto ore. Cic. 11. Philipp. 5.
Carmina alicujus lacerare. Ovid. 4. de Ponto, 16. 1.
Lacerare plerosque solet invidia. Cic. in Brut. 156. Tantum abest ab obtrectatione, & invidia, quæ solet lacerere plerosque: h. e. Carpere, & contumeliis invidiosus multos facere. Vel Plerosque lacerare, & exedare. Vel Utrumque simul facere. Invidia enim, ut ait Ovid. 2. Met. 781.
— carpitque & carpitur una,
Suppliciumque suum est.
Probris lacerere aliquem. Liv. 31. 6. extr. Laceratusque probris in senatu tribunus plebis.
Rumore vulgi lacerari. Tacit. 15. Ann. 73.
Dolore lacerari. Cic. 4. Acad. 27. Intolerabili dolore lacerari potius, quam aut officium prodat, aut fidem.
Lacerat me meus mœror. Cic. 2. Att. 8.

LACERĀTUS, a, um. Partic. ut, Oculus laceratus. Lucret. 3. 409.
Crines lacerati. Curt. 3. 11. 25.
Navigia lacerata. Idem 9. 9. 24.
Tergum virgis laceratum. Liv. 26. 13.
Metaph. Existimatio lacerata. Suet. Cæs. 75.

LACERĀTIO, ōnis. f. [ἄμυγμα, σπαραγμός] Cic. in Pison. 42. An ego, si te & Gabinium cruci suffixos viderem, majore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quam afficior ex infamia? Et 3. Tusc. 62. Muliebres lacerationes genarum. V. etiam Liv. 7. 4.

LACERĀTOR, ōris. m. Qui lacerat. ut, Impius lacerator. Augustin. de Moribus eccles. cathol. cap. 1.

LACERĀTRIX, īcis. f. Macer. 2. 6. Scabies cutis laceratrix.

LACERĀBILIS, e. Quod lacerari facile potest. Auson. Idyll. 15. 17.
— ipsa senectus
Objicit innumeris corpus lacerabile morbis.

LĂCERNA, æ. f. [χλαμύς] Virilis vestis fimbriata, & fere militaris, quæ Græce Chlamys dicitur. dicta, ut ait Fest. vel Paulus, Quod capitio minor sit. Hæc utrimque indui poterat, & ex utraque parte rejici. Juven. 1. Sat. 27. — cum verna Canopi,
Crispinus, Tyrias humero revocante lacernas, &c. Cic. 2 Philipp. 76. Primum luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec Gallicis, nec lacerna. Al. Caligis. Nobiliores, illustrioresque lacernis non utebantur, nisi pluvio tempore, aut in spectaculis. Quare Tullius objectat Antonio quod rediisset in urbem cum gallicis & lacerna. [Habitu parum honesto in cive principe, præsertim Consulatum petente.
Lacerna, militum quoque erat. Propert. lib. 4. 3. 18.
Texitur hæc castris quarta lacerna tuis. conf. Ovid. 2. Fast. 745.
Lacernis utebantur Romani, quum spectaculis operam sedentariam præstarent, & togæ superinduebant ad arcenda frigora. Martial. lib. 14. 137.
Amphitheatrales nos commendamur ad usus,
Quum tegit algentes nostra lacerna togas.
Lacernis candidis utebantur in spectaculis, si Martiali credimus, lib. 4. 2. ludenti in Horatium qui nigra lacerna spectaculis aderat.
Lacernis & mulieres utebantur. Juven. 1. Sat. 62.
Ipse lacernatæ quum se jactaret amicæ. [Immo negat Scholiast. Satirice, inquit, habitu virili feminam describit. Videtur de Sporo Neronis catamito dictum, ut apud Sueton. Ulyxes stolatus de Livia. Non igitur feminis hic locus vindicat Lacernas.
Lacernæ item pauperiorum erant. Juven. 3. Sat. 146.
Quid quod materiam præbet, causasque jocorum,
Omnibus hic idem, si fœda & scissa lacerna. Martial. 8. 28. ad Mamurianum,
Cerea si pendet lumbis ac trita lacerna.
Aurata lacerna. Juven. 10. Sat. 212.
Pingues lacernæ. Juven. 9. Sat. 28.
Tristis lacerna. Martial. lib. 1. 97.
Odoratum caput obscurante lacerna. Hor. 2. Serm. 7. 55.
Lacernas deponebant honoris causa, ut testatur Suetonius in Claud. cap. 6. Quin & spectaculis advenienti assurgere, & lacernas deponere solebant.

LACERNĀTUS, a, um. Adj. [χλαμυδοφόρος] Qui lacerna est indutus: ut Amica lacernata. Juven. 1. Sat. 62. V. dict. super.

LACERNŬLA, æ. f. dimin. Arnobius lib. 2. p. 56. Lænas, lacernulas, trabeas, &c. sibi fecerunt.

LĂCERTA, æ. f. & LĂCERTUS, i. m. [σαῦρα] Serpentis genus. Plin. lib. 10. cap. 65. Lacertum ore parere Aristoteles negat. Idem lib. 8. 28. extr. Lacerti Arabiæ cubitales. In utroque, genere masculino Lacertus dicitur, dictus quod pedes habeat ad similitudinem nostrorum lacertorum: hoc est nostrarum manuum & pedum.
Parva lacerta. Ovid. 5. Met. 458.
Virides lacertæ, vel lacerti. Hor. 1. Carm. 23. 6.
Lacerta, de pisce marino. Cic. 2. Att. 6. Nam ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ.
Lacertas quoque cum muria sua contineri esculenta penu, nec Labeo negavit. Ulpian. in l. 3. §. 3. ff. de pen. leg. Nisi utroque loco, ut viris doctis placet, Lacertos legendum. V. dict. seq.
Lacertum, i. neutri generis probat Nonius 3. 181. citans Accium, Atreo,
Concoquit partem vapore, flammam tribuit verubus lacerta in focos.

LĂCERTUS, i. m. [σαῦρος] Piscis nomen. Lacertorum multa genera recenset Plin. lib. 32. cap. ult.
Æstivos lacertus. Juven. 14. Sat. 131.
— necnon differre in tempore cœnæ
Alterius, conchem æstivi cum parte lacerti. Æstivi, h. e. Putrefacti: pisces enim æstate facile putrescunt. Al. Æstivam.
Byzantiacus lacertus. Stat. 4. Silv. 9. 13. de risu Saturnalitio ad Plotium,
Aut Byzantiacos colunt lacertos.

Rutati

Rutati lacerti, Ruta tecti. Martial. lib. 10. 48.
Secta coronabunt rutatos ova lacertos,
Et madidum thynni de sale sumen erit. Al. Muriatos. V. paulo post.
Saxetanus lacertus. Martial. lib. 7. 77.
Quum saxetani ponatur cauda lacerti,
Et, bene si cœnas, conchis inuncta tibi est. Sexi, urbs in Bætica, teste Plin. lib. 3. cap. 1. unde Sexitani legunt quidam apud Martialem.
Tenuis lacertus. Martial. lib. 11. 53.
Mox vetus & tenui major cordyla lacerto,
Sed quam cum rutæ frondibus ova tegant.
LACERTUS, i. m. [μυών, βραχίων, ὠλένη] in homine dicitur Brachium a cubito ad manus vertebram, quæ carpus vocatur. Cic. de Senect. 27. de Milone Athleta, Aspexisse lacertos suos dicitur, illacrymansque dixisse, At hi quidem jam mortui sunt. Idem 2. Tusc. 22.
O pectora, ô terga, ô lacertorum tori. Ovid. 18. Epist. 83.
Jamque fatigatis humero sub utroque lacertis. De Leandro natante.
Blandis lacertis tenere colla alicujus. Ovid. 2. Met. 100.
Captivis lacertis parabantur vincla. Ovid. 13. Met. 667.
Cupidis lacertis amplecti aliquem. Ovid. 13. Epist. 115.
Ferox lacertus. Ovid. 4. Epist. 81.
Flexi post terga lacerti. Ovid. 6. Met. 552.
Fluidi pendent lacerti. Ovid. 15. Met. 231.
Formosi lacerti. Ovid. 3. Amor. 8. 11.
Fortes lacerti. Lucan. lib. 1. 364.
Giganteo jaculantem saxa lacerto. Ovid. 14. Met. 184.
Gravi lacerto vibrata fraxinus. Ovid. 5. Met. 142.
Imbelles lacerti. Ovid. 13. Met. 109.
Infirmi lacerti. Ovid. 10. Met. 407.
Juveniles lacerti. Ovid. 12. Epist. 7.
Nivei lacerti. V. NIX.
Squalentes ære lacerti. Valer. 6. Argon. 525.
Teneri lacerti. Ovid. 13. Epist. 5.
Validus lacertus Ovid. 12. Met. 368.
Adductis spumant freta versa lacertis. Virg. 5. Æn. 141.
Aptare lacertos. Virg. 4. Georg. 74.
Dare colla lacertis. Stat. 2. Achil. 170.
Intendere lacertos armis. Stat. 2. Achil. 179.
Movere lacertos, pro Convalescere viribus, per Metaph. Flor. Præfat. 8.
Lacerti in Oratore qui sint, vide Soccus orationis, in SUCCUS.
LACERTŌSUS, a, um. Adj. [μυώδης] Robustus, ac validis lacertis. Cic. 8. Philipp 26. Quos Centuriones pugnaces & lacertosos inter mimorum & mimarum greges, collocavit.
Coloni lacertosi. Ovid. 11. Met. 33.
Equus lacertosus. Varro 2. de R. R. cap. 7.
Gallus gallinaceus lacertosus. Varro 3. de R. R. cap. 9.
LACASSO cum derivatis, V. in LACIO.
LACHANIZO, V. LACHANON.
LĂCHĀNUM, i. n. Dictio Græca λάχανον, i. e. Olus. Hor. 1. Serm. 6. 113.
Ad porri & ciceris, refero, laganique catinum. Alii legunt Lagani.
LACHANIZO, [λαχανίζω] ām. Languero. Sueton in August. cap. 87. Et betizare, pro languere: quod vulgo lachanizare dicitur.
LĂCHĔSIS, is f. [Λάχεσις] Una ex Parcis est, quæ de nobis sortitur. Nam Sortiens Latine interpretari potest. λαγχάνειν enim est sortiri. V. PARCÆ.
Dura Lachesis. Ovid. 5. Trist. 10. 45.
Ferrea Lachesis. Claud. de Bell Get. 55.
Longæva Lachesis. Claud. 2. in Eutrop 288.
LĂCHRȲMA, æ f. [δάκρυον, δάκρυ] Humor ex oculis flentium manans. A Græco δάκρυον derivatus, δ in λ mutata. Usus tamen obtinuit ut Lachryma cum aspiratione scribatur, etsi in Monumentis antiquis LACRIMA, vel LACRUMA fere legatur, rarius cum Y vel Aspirata. Festus, Dachrymas pro lachrymas Livius (Andronicum intelligit) sæpe posuit, nimirum quod Græci δάκρυα appellant. Cic. in Partit. 57. Cito arescit lachryma, præsertim in alienis malis.
Gratis lachrymarum. Stat. 6. Theb. 623.
Rivos lachrymarum. Ovid. 9. Met. 655.
Rore lachrymarum madidæ coronæ. Ovid. 14. Met. 707.
Fideles lachrymæ. Ovid. 14. Epist. 127.
Mitas lachrymæ. Ovid. 6. Met. 505.
Pauciores lachrymæ Tacit. in Vita Agric. cap. 45. extr.
Piæ lachrymæ. Ovid 6. Met 534.
Rudes lachrymæ. Claud. de Napt. Hon. 80.
Afferre lachrymas. V. AFFERO.
Cadunt lachrymæ. V. CADO.
Ciere lachrymas. V. CIEO.
Cogere ad lachrymas. V. COGO.
Cohibere lachrymas. Sen Agamem. 7.
Combibere lachrymas suas. Ovid. 11. Epist. 54.
Compesce lachrymas. Sen. OEth. 13.
Comprimere lachrymas. Sil. lib. 15. 822.
Confici lachrymis. Cic. 14. Fam. 4.
Conspergere aliquem lachrymis. V. CONSPERGO.
Consumpta lachrymis Byblis. Ovid. 9. Met. 662.
Consumptæ lachrymæ. Cic. 2. Philipp. 64. Miserum me! consumptis enim lachrymis, tamen infixus animo hæret dolor.
Continere lachrymas. V. CONTINEO.
Dedere se lachrymis & lamentis muliebriter. Cic. 2. Tusc. 48. Si se lamentis muliebriter lachrymisque dedet.
Demittere lachrymas. Virg 6. Æn. 455.
Dare lachrymas, Lachrymari. Virg. 4. Æn. 370.
Dare lachrymas alicui. Quintil. lib. 6. cap. 1. Ovid. 2. Met. 341.
— & inania morti
Munera dant lachrymas.
Effundere lachrymas. Cic. pro Planc. 104. Lachrymæ, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti.
Effusæ genis lachrymæ. Virg. 6. Æn. 686.
Effundi in lachrymas. Tacit. 4. Ann. 8.
Effusi lachrymis nos contra. Virg. 2. Æn. 651.

Emisit obortas lachrymas. Ovid. 11. Met. 458.
Evicta meis lachrymis. Virg. 4. Æn. 548.
Exarescunt lachrymæ. Cic. 10. Att. Ep. 14. pr.
Excutere lachrymas. Ter. Heaut. 1. 1. 115.
Fatigari lachrymis. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Fluunt inde lachrymæ. Ovid. 2. Met. 364.
Fluentes per ora lachrymæ. Ovid. 4. Met. 581.
Fundit lachrymas verba inter singula. Virg. 3. Æn. 348.
Habet interim lachrymas ex miseratione ejus rei. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Jacere in lachrymis. Cic. 14. Fam. 2.
Imperare lachrymis. V. IMPERO.
Implere verba lachrymis. Ovid. 6. Epist. 58.
Inarescunt lachrymæ. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Indulgere lachrymis. Ovid. 9. Met. 142.
Indulget dulcibus lachrymis. Valer. 3. Argon. 371.
Inhibere lachrymas alicui. Senec. OEth. 16.
Manat illi plurima lachryma. Hor. 1. Epist. 17. 60.
Miscuimus lachrymas mæstos uterque suas. Ovid. 5. Epist. 46.
Movere lachrymas. Quintil. lib. 4. cap. 2. Solet nonnunquam movere lachrymas ipsa confessio. V. MOVEO.
Obortis lachrymis. Virg. 3. Æn. 492.
Perfundere lachrymis. Ovid. 2. Met. 339.
Præbere lachrymas dolori alicujus. Cic. 3. Att. 24.
Profundere vim lachrymarum. Cic. in Somn. Scip. 5. Quem ut vidi equidem, vim lachrymarum profudi.
Profudit lachrymas oculis. Virg. 12. Æn. 154.
Renovare lachrymas alicujus. Ovid. 11. Met. 472.
Reponere lachrymas. Stat. 5. Silv. 5. 48.
Resorbet ira lachrymas. Stat. 5. Theb. 654.
Rigabat vultum lachrymis. Virg. 9. Æn. 251.
Saturari lachrymis. Virg. 10 Ecl. 29.
Siccat lachrymas pollice. Ovid. 9. Met. 395.
Simulare lachrymas Ovid. 2. Amor. 1. 36.
Spargunt ora rorantibus lachrymis. Lucret. lib. 2. 976.
Suffusa oculos lachrymis. Virg. 1. Æn. 232.
Sumere lachrymas. Senec. Troad. 8.
Superare adamanta lachrymis. V. ADAMAS.
Suspensæ diu lachrymæ. Ovid. 1. Amor. 7. 57.
Temperare a lachrymis. Virg. 2. Æn. 8.
Tenere lachrymas. Cic. 7. Verr. 71. Paulo ante, Judices, lachrymas in morte misera atque indignissima navarchorum non tenebamus.
Tingere ora lachrymis. Ovid. 2. Met. 622.
Tradere se lachrymis ac tristitiæ. Cic. 5. Fam. 14.
Volutæ per ora lachrymæ. Virg. 10. Æn. 790.
Hinc illæ lachrymæ, ex Ter. And. 1. 1. 99. usurpatum proverbialiter per illusionem videtur ab Hor. 1. Ep. 19. 41. Usurpavit ad hunc modum M. Tullius in Actione pro M. Cælio 61. Hinc illæ lachrymæ nimirum, & hæc causa est omnium horum scelerum atque criminum. Dicetur autem de Rei causa aliquandiu dissimulata, quæ vere tandem deprehendatur. veluti si quis dicat Multos damnare Græcas litteras, ut scilicet ipsi parum docti videantur, commode subnectet, Hinc illæ lachrymæ. h. e. Quod eos male habet.
Lachrymæ arborum dicuntur Theophrasto ipse Humor naturalis, quem interdum ipsæ arbores foris ostendunt, vel qui in ipsis interioribus partibus continetur. Plin. in procem. lib. 23. Lachryma vitium, quæ veluti gummi est, lepras & lichenas & psoras nitro ante præparatas sanat.
LACHRYMŌSUS, a, um. Adj. [δακρυόεις, δακρυώδης, ἔνδακρυς] Abundans lachrymis. Plin. lib. 17. cap. 18. Quin & vitium radicibus aquam salsam jubent affundi, si sint lachrymosæ.
Carmen lachrymosum. Ovid. 5. Trist. 1. 35.
Fumus lachrymosus, Lachrymas provocans. Hor. 1. Serm. 5. 80.
Funera lachrymosa. Ovid 13. Epist. 137.
Lumina lachrymosa vino. Ovid. 1. Amor. 8. 111.
Mater lachrymosa. Apul. 7. Miles. p. 199.
Oculi lachrymosi. Plin. lib. 28. cap. 6.
Poemata lachrymosa. Hor. 1. Epist. 1. 67.
Risus lachrymosus. Stat. 6. Theb. 164.
Singultus lachrymosus. Apul. 5. Miles. p. 164.
LACHRYMŌSE, Adv. [δακρυωδῶς] Plin. lib. 16. cap. 43. Stamineam hoc ossa probant venam, & vocant fertilem, argumento similitudinis, quoniam lachrymose crispa. Harduinus legit Laciniose.
LACHRȲMO, [δακρύω, δακρυχέω] āre. neutrum: & LACHRYMOR, āri. dep. Lachrymas effundere, vel profundere. Ter. Adel 3. 3. 55. Oh, lachrumo gaudio. Cic. 7. Verr. 120. Ecquis fuit, quin lachrymaretur? Decenter lachrymare. Ovid. 3. de Arte Am. 291.
Lachrymat ex abitu. Plaut. Amph. 1. 3. 31.
Lachrymat id: i. e. Ob id. Ter. Eun. 5. 1. 13. [Pone in ID. H. St.
Exsequiis mærentibus lachrymandus. Stat. 9. Theb. 100.
Lachrymari minus est quam Plorare. Senec. Epist. 64. Al. 63. Ne sicci sint oculi amisso amico, nec fleant: lachrymandum est, non plorandum.
LACHRȲMANS, antis. Partic. [δακρύων] Cic. 5. Verr. Principem suæ civitatis lachrymantem testari ac dicere, &c.
Lumina lachrymantia. Ovid. 13. Met. 132.
Oculi lachrymantes. Catull. 61. 48.
Calamus lachrymans & Aridus, contraria. Plin. lib. 17. cap. 14. De arboribus.
LACHRYMĀTUS, a, um. [δακρυθείς] Partic. pass. Ovid. 1. Fast. 339.
Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas
Acta per æquorem hospita navis aquas.
LACHRYMĀBUNDUS, a, um. Adj. [δακρυχέων] Liv. lib. 3. 46. At ille lachrymabundus, Gratum est, inquit: crastina die vestra opera utar, sponsorum nunc satis est. De Icilio Virginiæ sponso.
LACHRYMĀTIO, ōnis. f. [δάκρυσις] Plin. lib. 11. cap. 37. Quas subinde purificant lachrymationum salivis. Idem in procem. lib. 23.
LACHRYMĀTOR, ōris. m. apud Augustinum.
LACHRYMĀBĬLIS, e. Adj. [πολύδακρυς, ἀγέδακρυς] ut,
Bellum lachrymabile. Ovid. 8. Met. 44.
Gemitus lachrymabilis. Virg. 3. Æn. 39.
Tempus lachrymabile. Ovid. 5. Trist. 12. 2.

Lachry-

Lachrymabile, neutrum absol. Ovid. 2. Met. 796.

Vixque tenet lachrymas, quia nil lachrymabile cernit.

LACHRYMĀBĬLĬTER, Adv. ut, Lachrymabiliter indicare, Hieronym. adv. Rufin. c. 7. Deprecari lachrymabiliter, Idem Epist. 139.

LACHRYMŬLA, æ. f. [δακρύδιον] dimin. Ter. Eun. 1. 1. 22. Cic. pro Planc. 76. Et mihi lachrymulam Crispini judicii objectas.

Falsæ lachrymulæ. Catull. 64. 16.

LACIBURGIUM, i. n. [Λακιβούργιον] Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs. Hodie *Rostochium*.

LACIDAS, Philosophus quidam. V. LACYDES.

LACINIA, æ. f. [πτερύγιον, κράσπεδον] In vestimento Pars extrema, & cæsuræ particulatim concisæ decoris causa, inquit Perottus, a lacerando dictum.

Lacinia, Pars vestimenti, ut ait Festus. Plaut. Merc. 1. 2. 16.

At tu edepol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi. Cic. 16. Fam. 21. Videor enim videre ementem te rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina.

Lacinia togæ. Suet. in Calig. cap. 35. Ut calcata lacinia togæ, præceps per gradus iret. Idem in Claud. cap. 15. Ut descendentem e tribunali non solum voce revocarent, sed & lacinia togæ retenta, &c. detinerent.

In lacinias pecus ægrotum distribui jubet Columel. i. e. In particulas separari, ut facilius convalescant, lib. 7. cap. 5. Idem lib. 7. cap. 6. Ut nec in pastione separatim laciniæ deducantur.

Laciniæ, Insigne caprarum. Plin. lib. 8. cap. 50. Feminarum generositatis insigne, laciniæ corporibus e cervice binæ dependentes.

LACINIŌSUS, a, um. Adj. Flexuosus & sinuosus.

Alexandria laciniosa. Plin. lib. 5. cap. 10.

Folia laciniosa. Plin. lib. 25. cap. 10. Folia ei plantaginis, nisi angustiora essent, & magis laciniosa, convexaque in terram.

Sermo laciniosus, i. e. Diffusus. Tertul. de Virgin. veland. cap. 4. Naturaliter compendium sermonis & gratum & necessarium est: quoniam sermo laciniosus, & onerosus & vanus est.

Superl. Hieronym. in Dan. cap. 11. Sermone laciniosissimo aliquem prosequi.

LACINIOSE, Adv. Plin. 16. 43. Laciniose crispa. Ita Harduin. alii Lacunose: vulgo Lachrymose.

LACINIĀTIM, Aliud Adv. Particulatim, & per lacinias. Apul. 8. Met. p. 209 Non laciniatim disperse, sed cuneatim stipato commeatu, difficultates illas transabiremus.

LACINIUM, i. n. [Λακίνιον] Promontorium Bruttiorum, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgo *Colone*, *vel Cabo de Colone*.

Lacinium, Italiæ promuntorium est inter Adriaticum & Ionium mare, sic cognominatum, ut inquit Theocriti enarrator, & Servius, a Lacino latrone, quem illic Hercules occidit: & hoc loco expiato Junoni templum constituit, quæ ob id Lacinia dicta est. Virg. 3. Æn. 552.

LACINIUS, a, um. Adj. Junonis ejusque in Calabria templi epitheton. Serv. ad illud Virg. 3. Æn. 552.

— attollit se Diva Lacinia contra. Et Liv. 42. 3. Eodem anno ædes Junonis Laciniæ detecta.

Litora Lacinia. Ovid. 15. Met. 13. & 701.

Templa Lacinia. Lucan. 2. 434. V. ibi Scholiast.

LĂCIO, ui & xi, secundum Priscianum [δελεάζω] ĕre. significat In fraudem inducere, decipere. Festus, Lacit, Decipiendo inducit. A quo Allicio, Illicio, Pellicio, &c. Lucret. lib. 4. 1201.

Quæ lacere in fraudem possent, &c.

Passive, Idem 4. 1140.

Nam vitare, plagas in amoris ne laciamur. Hinc

LĂCESSO, ivi, & sii, itum, [ἐπισπάω, ἐρεθίζω] ĕre. Provocare, & quasi lacerando irritare, vel ad iram vel ad certamen: ut fit quum quis laceratur, pulsatur, vel tangitur, sive impellitur scripto, voce, verbo, facto. Et tam in bonum quam in malum accipitur. Terent. in prol. Eunuch. v. 16.

Is ne erret moneo, & desinat lacessere. Cic. 12. Fam. 20. Sic igitur facies, meque amabis, & scripto aliquo lacesses. Ego enim respondere facilius possum, quam provocare. Virg. 3. Ecl. 21.

Efficiem posthac ne quenquam voce lacessas.

Ciere & lacessere. Martial. lib. 4. 45.

Lacessere aliquem, pro Flagitando obtundere. Hor. 2. Carm. 18. 12.

Capitaliter aliquem lacessere. V. Capitaliter, in CAPUT.

Lacessere ad pugnam. Liv. 2. 45. pr.

Bello lacessere, & tentare populos. Cic. pro Lege Manil. 23.

Ferro lacessere fortissimum virum auderet. Cic. pro Milon. 84.

Injuria lacessere. Cic. pro Domo 66.

Insidiis lacessere aliquem. Catul. ad Aurelium 16. 16.

Jurgiis lacessere. Liv. 38. 33.

Maledictis lacessere. Cic. 1. Philipp. 2.

Prælio lacessere. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 81.

Sponsione lacessere. Cic. 5. Verr. 132. Quid? quum palam Syracusis te audiente, maximo conventu P. Rubrius Q. Apronium sponsione lacessivit, ni Apronius dictitaret, te sibi in decumis esse socium: hæc te vox non percolit?

Tactu quodam corporis lacessitus risus. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Campum lacessit taurus. Stat. 12. Theb. 604.

Pelagus lacessere. Hor. 1. Carm. 35. 7.

Pugnam lacessere. Virg. 5. Æn. 429.

Romam fortuna lacessit. Lucan. lib. 1. 256.

Rupes lacessit taurus. Sil. lib. 16. 8.

Sermones lacessere. Cic. 3. Fam. 8. Hos ego sermones quod & multi sunt, & tuam existimationem, ut ego sentio, non offendunt, lacessivi nunquam, sed non valde repressi. i. e. Excitavi, inquit Budæus.

Sidera lacessunt clamore Sil. lib. 17. 387.

Visum lacessere. Lucret. lib. 4. 695.

Voces lacessunt aures. Lucret. lib. 4. 601.

Lacessere, pro Titillare. Sen. de Vita beata cap. 11. extr. Mollibus, lenibusque fomentis totum lacessitur eorum corpus.

LACESSIOR, [ἐπισπάομαι, ἐρεθίζομαι] iri. passivum quartæ conjugationis. Columel. lib. 9. cap. 8. Solent cæli novitate lacessiri. Ibid. cap. 15.

LACESSENS, entis. Partic. Vulg. Interpr. 2. Macc. 12. 14. Maledictis lacessentes Judam.

LACESSĪTUS, a, um. Partic. [ἐπισπασθείς] ut,

Dente cruento lacessitus. Hor. 2. Epist. 1. 150. Sævo morsu & diffamatorio.

Injuria lacessitus. Cic. 1. Off. 20.

Mare lacessitum primo. Lucan. lib. 3. 193.

Princeps lacessitus. Vellei. 2. 68. 5.

LACESSITIO, ōnis. f. Provocatio, irritatio. Ammian. 19. 6. Lacessitionibus crebris occupatæ obsidioni adhærentes.

LACESSITOR, ōris. m. Isidor. 10. in litt. L. Lacessitor dictus e canibus vel a feris, quæ solent latrando provocare.

LACIPPO, ut scribit Ptolem. lib. 2. cap. 4. Hispaniæ civitas, alio nomine Lapecia dicta.

LACOBRIGA, æ. f. Hispaniæ urbs, Ptol. lib. 2. cap. 6. Alia Lusitaniæ, de qua Pompon. 3. 1.

LACON, LACONIA, LACONICUM, LACONICUS, LACONISMUS. V. LACEDÆMON.

LACOTŎMUS, i. m. [λακότομος] Linea recta. Vitruv. 9. 8. V. Bald. Lex. Vitruv. p. 64.

LACRINES, is. m. Fuit vir Lacedæmonius missus ad Cyrum, teste Herodoto lib. 1.

LACTARIUS, LACTEO, LACTEUS, LACTILAGO, LACTO, LACTORIS, LACTUCA, LACTUCULA, LACTUCINUS, V. LAC.

LACUNA, LACUNAR. V. LACUS.

LĂCUS, ûs. vel i. m. [λίμνη] Locus profundus, cum aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit rivos & flumina. Græcis λάκκος dicitur.

Alto lacu se condidit fluvius. Virg. 8. Æn. 66.

Clausi lacus speluncis. Virg. 4. Georg. 364.

Cænosus lacus. V. CŒNUM.

Compluvius lacus. V. COMPLUVIUM.

Limpidi lacus. Catul. 4. 24.

Patuli lacus. Ovid. 2. Met. 379.

Torpentes lacus. Stat. 9. Theb. 452. Senec. Hippol. v. 584. Stil. Inferni.

Vivi lacus. Virg. 2. Georg. 469.

Albanus lacus. Hor. 4. Carm. 1. 19.

Lucrinus lacus. Hor. 2. Carm. 15. 4.

Lacus [λάκκος] dicitur Locus qui continet mustum prelo ex vinaceis expressum, & transmittit, ut in dolia condatur. Columel. lib. 12. cap. 29. Antequam prelo vinacea subjiciantur, de lacu quam recentissimum addito mustum in amphoram novam, eamque oblinito, & impicato diligenter. Ovid. 4. Fast. 888.

Præmia de lacubus proxima musta tuis.

Lacus in ædificiis, Plana trabe vel tabulatum, quo tectorum ac camerarum superiora ornantur. Lucil. Resultantque ædesque, lacusque.

Lacubus distinguuntur granaria, ut separatim quæque legumina ponantur. Columel. lib. 1. cap. 6.

LACCARIUS, vel LACARIUS, I. m. Qui puteos & fossas fodit. Gloss. Gr. Lat. λακκορύκτης, LACCARIUS. [Forte qui lacum in vindemia curat.

LACUSCŬLUS, i. m. [λακκίδιον] dimin. Columel. lib. 12. cap. 50. Oportet habere lacusculos tam multos, quam postulabit modus olivæ. Budæus, Lacusculi in horreis pensilibus in solo exstructi ad reponendas olivas.

Lacusculus, Foveola, inquit Bud. Columel. lib. 4. cap. 8. Quoniam si juxta truncum radicem præcideris, aut ea cicatrice plures enascentur: aut hiemalis, quæ ex pluviis consistit in lacusculis ablaqueationis, aqua, brumæ congelationibus nova vulnera perurit, & ad medullam penetrabit. Ibidem, Prædicti lacusculi æquandi sunt.

LĂCULO, āri. Apul. 2. Florid. p. 21. Modico mento laculatur. Sic legunt Edit. Ald. & Rom. Al. Modica mento lacuna. Elmenh. Modico mento facies. p. 351.

LACULĀTUS, a, um. Partic. Isidor. 19. 22. Vestis laculata est, Quæ lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos aut additos acu.

LĂCŪNA, æ f. [λάκκος, τέλμα] Fossa, auctore Servio, in qua collecta aqua stare consuevit. Virg. 1. Georg. 117.

Unde cavæ tepido sudant humore lacunæ.

Salsæ lacunæ maris. Lucret. lib. 3. 1044.

Vastæ lacunæ. Lucret. lib. 1. 116.

Lacuna, dicitur etiam Fossa ad siccandos agros parata. Virg. 3. Georg 365.

Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ.

Bibulæ lacunæ. Stat. 4. Silv. 3. 54.

Lacuna, etiam accipitur pro quacunque Fossula. Varro 2. de R. R. cap. 7. His majores qui sunt, intelligi negant posse, præterquam quum dentes sunt facti brochi, & supercilia cava, & sub ea lacunæ, ex observatu dicunt eum equum habere annos sedecim.

Lacuna in pavimento, pro Loco sidente ponitur a Vitruvio lib. 7. cap. 1.

Lacunam rei familiaris explere. Erasmus, Lacunam explere, pro Sarcire damnum, non sine proverbii specie dixit Cicero Actione 4. in Verr. 138. Idem 12. Att. 6. pr. De Cœlio, vide quæso ne quæ lacuna sit in auro. h. e. Ne quid desit. Gell. lib. 1. cap. 3. Famæ lacunam dixit pro Macula; Minimaque illa labes, & quasi lacuna famæ imminentis, partarum amicorum utilitatum ratione solvitur. Quin & in libris Mendum dicitur, quod depravatum est: Lacuna ubi deest aliquid: illud eluitur, hæc expletur. Hactenus Erasmus. Budæus, Lacunam rei familiaris explere, i. e. Exinanitam rem familiarem redintegrare. Ciceronianum illud ad Atticum sic interpretatur Paulus Manutius: Ne quæ lacuna sit in auro: Ne vitium sit in auro quod a Cœlio argentario pecunia permutanda meo nomine accepturus es. Lacuna dicitur esse in auro, quum in nummo qui aureus videtur, aliquid est, quod aurum non sit. quasi enim lacuna est in eo loco, ubi aurum non est, translatione sumpta a fundis, quos lacunæ faciunt deteriores. V. COLLYBUS.

LACUNŌSUS, a, um. Adj. [λακκώδης, τελματώδης] Lacunis & foveis plenus, neque æqualis. Cic. 2. de Nat. Deor. 47. Quid enim pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet? quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? Videtur Eminens opposuisse Lacunoso.

Incile lacunosum. Apul. 9. Met. p. 228. Via lacunosis incilibus voraginosa.

Intervalla lacunosa. Vitruv. 8. 6.

LACŪNO, [τελματόω, φατνόω] āre. Idem quod Stagnare, vel Lacus aut lacunaria facere. Ovid. 8. Met. 563.

Summa lacunabant alterno murice conchæ.

LACUNĀTUS, a, um. [τελματώδης] Partic. Plin. lib. 15. cap. 10. Intus exiles

exiles nucleos lacunatis includi toris. h. e. Foventis (si ita dicere licet) & depressis.

LACUNAR, āris. n. [ὀρόφωμα, φάτνωμα] dimin. a Lacus, ut ait Serv. ad 1. Æn. 730. accipitur pro Trabe. Suet. in Neron. cap. 34. Lacunaria quæ noctu super dormientem laxata machina deciderent, paravit. Potius tamen Lacunar, Interstitium tignorum est a similitudine lacuum. Hor. 2. Carm. 18. 2.

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar. Cic. 5. Tusc. 62. In hunc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari, seta equina aptum, demitti jussit. Dicitur & Laquear. V. paulo infra.

LACUNARIUM, i. n. Lacuna, lacus. Vitruv. 4. 3. Incommoda in opere triglyphorum & lacunariorum distributione. V. notas ad loc.

LACUNARIUS, i. m. Qui lacunas facit. Firmic. lib. 8. cap. 21. Nona pars Geminorum si in horoscopo fuerit inventa, operarios faciet, lacunarios, & perpetuo infelicitatis onere gravatos.

LĂQUEAR, & LAQUEĀRE, is. n. Idem, quod Lacunar. Principaliter Lacus dicitur, ut Lucilius.

Resultant ædesque lacusque. diminutivo lacunar facit. Inde fit alia diminutio Lacunarium, & per antistœchon Laquearium fecit. Hæc Serv. ad Virg. 1. Æn. 730.

— dependent lychni laquearibus aureis. Legitur & Lacunaribus. Hæc ille. Plin. lib. 33. cap 3. Laquearia quæ nunc & in privatis domibus auro teguntur, post Carthaginem eversam primo inaurata sunt in Capitolio.

Summi laquearia tecti. Virg. 8 Æn. 25.

LAQUEARIUS, i. m. Artifex struendi laquearia vel lacunaria. l. 2. Cod. Theod. de excusat. Artif. Architecti, laquearii, albarii, &c.

LAQUEO, āre. Velut Lacubus distinguere. Manil. 1. 535.

Ignibus in varias cælum laqueantia formas.

LAQUEĀTUS, a, um. Adj. [φατνωτὸς] Laquearibus ornatus. Cic. 2. de Legib 2. Equidem qui nunc potissimum huc venerim, satiari non queo, magnificasque villas & pavimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. Dicitur & Lacunatus, teste Serv. ad l. c. Virg.

Laqueatum auro templum: h. e. Laquearibus aureis vel auratis ornatum, qualis structura in tectis regii palatii Parisiis visitur. Liv. 41. 20. In alio significato, V. LAQUEUS.

LACUTURRIS, is. f. Brassicæ species in valle Aricina, ubi quondam fuit lacus turrisque. Plin. 19. 8.

LACYDES, æ. m. [Λακύδης] Cyrenæus Philosophus, novæ Academiæ princeps, Arcesilæ auditor. Auctor Suidas. Hujus meminit Cic. 4. Acad. 16.

L A D

LADA, æ. f. [λήδον] appellatur Herba ex qua Ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhærescens. Plin. lib. 26. cap. 8. Item lib. 12. cap. 17.

LADANUM, [λήδανον] Gummi sui generis. V. LADA.

LADAS, æ. m. Cursor fuit Alexandri velocissimus. Martial. lib. 2. 86. Hunc Ladam tanta fuisse aiunt pernicitate pedum, ac corporis levitate, ut per pulverem vel arenam curreret, nullis pedum vestigiis apparentibus. Auctor Patritius de regno. Meminit ejus Solinus cap. 6.

LADON, ōnis. m. [Λάδων] Nomen canis Actæonis. Ovid. 3. Met. 216.

Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon. A fluvio Arcadiæ nomen sumpsit; nam a fluminibus etiamnum canes interdum cognominantur.

Ladon, Fluvius Arcadiæ, cujus filia fingitur Daphne fuisse. Ovid. 1. Met. 705.

Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem
Venerat.

Undæ Ladonis. Stat. 9. Theb. 573.

L Æ C

LÆCASIN, is. f. Vox obscure apud Petron. cap. 42. Frigori læcasin dico. Schefferus legit, Frigori loecos indico. i. e. Exitium, a λοιγός. Sed Burm. Læcasin explicat ex λαικάζειν, quod est decipere. V. not. in loc.

LÆDO, si, sum, [ἀδικέω, βλάπτω, ὑβρίζω] ĕre. proprie est Contumelia afficere. Sumptum a Græcis, qui λοιδορίαν contumeliam vocant. Transfertur tamen ad omne genus offensionis.

Lædere dicto vel facto. Plaut. Capt. 2. 2. 53. Sic
Lædere aliquem injuria. Cic. 4. Tusc. & 5. Verr. 1.
Contumeliose aliquem lædere. V. CONTUMELIA.
Libere lædere. V. LIBER.
Contactu lateris læditur. Ovid. 3. Amor. 2. 22.
Ferro lædere. Plin. lib. 12. cap 25. Balsamum ferro lædi vitalia odit. i. e. Incidi. Virg. 2. Georg. 302.

— neu ferro læde retuso Semina.

Fortuna iniqua lædi. Ovid. 4. de Ponto, 6. 39.
Infamia lædere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Lingua læsit eos. Tibul. lib. 3. 4. 16.
Ludibrio lædere. Cic. 5. Fam. 1. Nec absentem ludibrio læsum iri. i. e. per Ludibrium.
Odore lædi. Plin lib. 17. cap. 24.
Perjurio aliquem lædere. Cic. pro Cæcin. 28. Qui quum ita vehemens acerque venisset, ut non modo Cæcinam perjurio suo læderet, sed etiam mihi videretur irasci. i. e. Testimonio falso perjurus.
Versu tristi lædere aliquem. Hor. 2. Serm. 1. 21.
Amorem lædere. Ovid. 4. Met. 191.
Animum lento curarum frigore lædit. Ovid. 3. de Ponto, 4. 25.
Famam alicujus suspicionibus. h. e. Detrahere alicujus famæ. Cic. pro Cluent. Itaque diutius suspicionibus obscuris lædi famam suam noluit.
Ferrum lædere rubigine terra dicitur. Virg. 2. Georg. 220.
Fidem lædere. Cæs. 2. Bell. Civil. 44.
Herbas morsu læsere juvencæ. Ovid. 13. Met. 926.
Majestatem publicam lædere. Martian. in l. 3. ff. Ad legem Juliam majest.
Me non lædit. Cic. 4. Acad. Nihil me lædis, inquit.
Numina læsit. Ovid. 20. Epist. 100.
Oculos lædere. Hor. 1. Epist. 2. 38.
Os lædere alicui. Ter. Adel. 5. 4. 10. Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. i. e. Nullum præsentem lædere, inquit Donat.

LÆSUS, a, um. Partic. [ἀδικηθεὶς, λωβηθεὶς] ut, Læsus dente serpentium. Plin. lib. 28. cap. 3.
Levissime læsus. V. LEVIS.
Ceres læsa grandine. Ovid. 5. Fast. 322.
Crimine turpi læsus. Ovid. 1. Trist. 2. 69.
Cor vulnere læsum. Ovid. 12 Met. 421.
Dignitas læsa. Cic. pro Cluent. 118.
Fides læsa. Hor. 1. Carm. 33. 4.
Fœdus læsum. Virg. 12. Æn. 496.
Ingenium longa rubigine læsum. Ovid. 5. Trist. 12. 21.
Pudicitia læsa. Ovid. 5. Epist 103.
Rebus succurrite læsis Ovid. 1. Trist. 5. 35. Al. Lapsis rectius.
Vestes læsæ Ovid. 3. Fast. 821.

LÆSIO, ōnis. f. [illegible] Cic. 3. de Orat. 203. Purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atque execratio. In enumeratione Schematum sententiarum.

Læsio publica. Ulpian. in l. Jurisgentium. §. Si paciscar. ff. De pactis, Et in ceteris omnibus ad edictum Prætoris pertinentibus, quæ non ad publicam læsionem, sed ad rem familiarem respiciunt.

LÆSURA, æ. f. Idem. Vetus inscriptio apud Gruter. p. 567. n. 8. QVAE. VIXIT. MECVM. ANNIS. XVII. M. II. D. III. SINE. VLLA. ANIMI. LAESVRA. Et Tertull. de Patientia. cap. 7. Læsura divitiarum. i. e. Detrimentum.

LÆLAPS, ăpis. m. [λαῖλαψ] Græcis Turbo, ventus procellosus. Hinc Lælaps, Canis Cephei. Ovid. 7. Met. 772.

Poscor & ipse meum consensu Lælapa magno.

Item Actæonis canis, a velocitate atque impetu dictus. Idem 3. Met. 211.

LÆLIUS, [Λαίλιος] Nomen gent. Ro. Ex qua nobilis in primis C. Lælius, Scipionis Africani summus amicus, Sapiens a Romanis appellatus, ut ait Plutarchus in vita Tiberii & Caii Gracchorum. De hoc multa apud Ciceronem.

Mitis sapientia Læli. Hor. 2. Serm. 1. 72.
Item Decimus Lælius, Orator. Quintil. 10. 1. V. ibi Burm.

LÆNA, æ. f. Græci vocant χλαῖναν: unde abjectione unius litteræ, ut auctor est Sex. Pompeius, fit Læna. quamvis Varro L. L. 4. 30. a Lana deducat. Nonius 14. 26. Læna, Vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Virg. 4. Æn. 262.

— Tyrioque ardebat murice læna. Ubi Servius; Læna, Genus vestis: est autem proprie Toga duplex, amictus auguralis. V. Baysium, & Cic. de Clar. Orat. 56.

Demissa ex humeris læna. Juven. 5. Sat. 131.

LÆNAS, ātis. Cognomen Popilliorum a M. Popillio ad posteros propagatum, qui quum Consul esset, & læna amictus sacrificium publicum faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, seditionemque cum auctoritate, tum oratione sedavit. Cic. de Clar. Orat. 56.

LAERTES, æ. m. [Λαέρτης] Acrisii filius, & pater Ulyssis: a quo etiam Laertiades dictus passim apud poetas.

Senex Laertes. Ovid. 1. Epist. 98.

LAERTIUS, a, um. Adj. [Λαέρτιος] ut, Heros Laertius, Ulysses. Ovid. 13. Met. 124.

Regna Laertia. Virg. 3. Æn. 272.

LAERTIADES, æ. m. patronym. [Λαερτιάδης] dicitur Ulysses Laertis filius. Lucan. ad Pison. v. 61.

Vim Laertiadæ, brevitatem vincis Atridæ.

LAERTIULUS, contr. LARTIOLUS, i. e. Ulysseus. Cic. 7 Att. 1. Mirus est φυσικός, germanus Lartidius. Sensus est, Ulysses, qui Lartides vel Laertides erat, astutissimus & callidissimus veterator habitus est: talem Philotimum dicere possum, & Lartidium, id est Ulysseum appellare. Turnebus. 20. 16.

LAERTES, [Λαέρτης] apud Strabonem lib. 14. Ciliciæ castellum, in tumulo quodam situm, qui mamillæ speciem præbet, stationem habens. Hinc

LAERTIOS, [Λαέρτιος] dictus Diogenes Historicus, qui de Philosophorum vitis scripsit.

LÆSTRYGŌNES, um. m. pl. [Λαιστρυγόνες] fuerunt, teste Marciano Cap. lib 7. in extremo Italiæ, versus Siciliam, gentes feritate famosæ. Eos Ulysses apud Alcinoum narrat humana carne vesci, ut Cyclopas V. Hom. Odyss 10. a pr. ubi regem eorum memorat Antiphatem. Plin. lib. 3. cap. 5. Oppidum Formiæ, Hormiæ prius olim dictum: ut existimavere, antiqua Læstrygonum sedes. Juven. 15. Sat 18.

Fingentem immanes Læstrygonas, atque Cyclopas. V. & Plin. circa initium libri 7. Et Gell. lib. 15. cap. 21. Quidam LESTRYGONAS, διὰ τοῦ λῃστὰς scribunt. sed repugnantibus Græcis codicibus.

Inculti Læstrygones. Tibull. 4. 1. 59.

LÆSTRYGONIUS, a, um. [Λαιστρυγόνιος] Adj. ut,
Amphora Læstrygonia. Hor. 3. Carm. 16. 34.
Campi Læstrygonii. Plin. 3. 8.
Rupes Læstrygoniæ. Sil. 7. 276.

LÆTUS, a, um [illegible] Adj. Qui hilaritatem quam intus habet, etiam vultu ostendit. A latitudine mentis, ut quidam putant, nam qui gaudium aspectu promunt, dilatare quodammodo faciem videntur. Virg 4. Æn. 295.

Imperio læti parent.

Lætus est de amica. Ter. Adel. 2. 2. 45.
Lætus atque alacer, Humilis & demissus, contraria. Cic. 2. Verr. 17.
Lætus lætitiis omnibus. Cic. 2. de Fin. 13.
Lætus in adversis. Lucan. lib. 8. 128.
Lætus animi & ingenii. Patercul lib. 2. 93. [i. e. Fecundo & felici ingenio, ut Læti agri &c. dicuntur. V. infra.
Iræ lætissimus. Sil. 17. 308. Al. 312.
Laboris lætus Idem 15. 569.
Justo lætior Virg. 2. Georg. 251.
Meo lætus. Martial. lib. 4. 77. 2. in Zoilum,

Nunquam divitias deos rogavi,
Contentus modicis, meoque lætus.

Intexere læta tristibus. V. INTEXO.
Miscentur tristia lætis. Ovid. 6. Fast. 464.
Lætum, pro Fausto & fortunato. Plin. lib. 8. cap. 46. Sunt enim delubra gemina: alterum intrasse, lætum est: in altero, dira portendit.
Lætum prodigium. Plin. lib. 11. cap. 37.
Lætus. Idem ac Libens. Hor. 1. Epist. 7. 39.

Inspice, si possum donata reponere lætus.

Læta inanimata dicuntur, Quæ aspectu homines lætificant. Plin. in Paneg. cap. 92. Quibus edicto, quibus spectaculo celebrare contingeret diem

diem illum triplici gaudio lætum, qui principem abstulit pessimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit.
Æstas læta. Virg. 3. Georg. 322.
Dies lætus. Virg. 1. Æn. 736.
Clamor lætus. Virg. 3. Æn. 524.
Conviva lætus. Hor. 2. Serm. 6. 111.
Frons parum læta. Virg. 6. Æn. 862.
Honor lætus. Virg. 1. Æn. 595.
Locus lætus, atque plausibilis. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Memoria læta. Tacit. 3. Hist. 54.
Mentes lætæ. Virg. 5. Æn. 595.
Ore læto alloqui aliquem. Ovid. 9. Met. 242.
Pectora lætissima. Ovid. 15. Epist. 169. al. Lentissima.
Plausus lætus. Stat. 6. Theb. 894.
Pubes læta. Hor. 1. Carm. 25. 17.
Res lætæ. Virg. 2. Æn. 783.
Sedes lætæ, Piorum apud inferos. Hor. 1. Carm. 10. 17.
Victoria læta. Hor. 1. Serm. 1. 8.
Urbes lætæ. Lucret. lib. 1. 256.
Vultus lætus. Ovid. 4. Fast. 343.
Lætus, Fertilis, Fecundus, Luxurians. per transl. ut
Ager lætus. Virg. 1. Georg. 102.
Arbusta læta. Lucret. lib. 2. 343. al. Armenta.
Arva læta. Virg. 6. Æn. 744.
Fruges lætæ. Virg. 1. Georg. 69.
Genus lætum vitis. Virg. 2. Georg. 262.
Herbæ lætæ. Idem 1. Georg. 339.
Legumen lætum. Virg. 1. Georg. 74.
Pabula læta. Virg. 3. Georg. 385.
Pascua læta. Hor. 4. Carm. 4. 13.
Prata læta. Senec. Herc. fur. 9.
Ramus lætior unus ceteris, quem nisi recideris, tota arbor contristabitur. Columel. lib. 5. cap. 9. extr.
Sata læta. Virg. 2. Æn. 306.
Segetes lætæ. i. e. Fertiles. Virg. 1. Georg. 1.
Solum lætum. Columel. lib. 4. Pallad. Jan. tit. 13. pr.
Vineta læta. Lucret. lib. 2. 1157.
Viridaria læta. Phædr. 2. 5. 14.
Armenta læta. Virg. 3. Æn. 220.
Indoles læta, generosique conatus. Quintil. lib. 2. cap. 4. pr.
Lætus & latus miscentur a librariis. V. Drakenb. ad Sil. 5. 178.

Læte, Adv. [εὐθύμως, εὐφρόνως] Jucunde & hilariter, coi opponitur Severe. Quintil. lib. 8. cap. 3. Concitate dicere, an moderate, læte an severe, &c.
Compar. Lætius frondere. i. e. Uberius. Pallad. 4. 9. extr.
Lætius fruticat radix recisa. Plin. lib. 16. cap. 31.
Lætius audere aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 4. p. 140. Burm.
Superl. Gell. 3. 15. Lætissime gaudere.

Lætitia, æ. f. [χαρά, εὐφροσύνη, εὐθυμία] Exsultatio animi, quæ gaudio efferventiore fieri solet, propter eventum rerum expetitarum. Cic. 4. Tusc. 14. Lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur.
Humi, atque stirpis lætitia. Columel. lib. 4. cap. 24. non ita procul ab initio.
Loci lætitia. Columel. lib. 4. cap. 21.
Plenus lætitiæ. Hor. de Arte Poet. 427.
Lætitiæ Bacchus dator. Virg. 1. Æn. 738.
Tempora lætitiæ. Ovid. 16. Epist. 5.
Gestiens lætitia. Cic. 4. Tusc. 15. Quum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur. Quum autem inaniter & effuse animus exsultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest, quam ita definiunt, sine ratione animi elationem.
Insolens lætitia. Hor. 2. Carm. 3. 4.
Abundare lætitia. V. ABUNDO.
Accipere motus lætitiæ. Lucret. lib. 3. 117.
Accipere cum lætitia. V. ACCIPIO.
Afferre lætitiam. V. AFFERO.
Afficere lætitia. Cic. pro Milon. 78.
Auctus lætitia. V. AUGEO.
Carere lætitia. Cic. Post red. ad Quirit. 2.
Capere lætitiam. V. CAPIO.
Conjicere in lætitiam. V. CONJICIO.
Contorquere judicem ad lætitiam. Cic. 2. de Orat. 72.
Dare lætitiam, Præbere causam lætitiæ. Cic. pro Planc. 103. Nolite, Judices, per vos, per fortunas vestras, per liberos, inimicis meis, his præsertim quos ego pro vestra salute suscepi, dare lætitiam, gloriantibus vos jam oblitos mei.
Efferri lætitia. Cic. pro Deiot. 26.
Excitari lætitia ad canendum. Cic. 2. de Divin. 56.
Exorta ingens lætitia. Virg. 3. Æn. 100.
Expulit ex omni pectore lætitias. Catul. 74. 22.
Extollere lætitia. Cic. 2. Fam. 10. Nullam me epistolam accepisse tuam post comitia ista præclara, quæ me lætitia extulerint.
Exsultare lætitia in municipiis. Cic. 14. Att. 6.
Exsultans lætitia. Virg. 12. Æn. 700.
Facere lætitiam. Cic. 1. de Fin. 27. Recta & honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam. [Quod & composite Lætificare. H. St.
Ferre lætitiam. Cic. 14. Att. 13. Lætitiam apertissime tulimus omnes.
Fremebant lætitia ludisque. Virg. 8. Æn. 717.
Incessi lætitiis omnibus repente. Cic. 2. Fam. 9.
Mulcent lætitiæ hæc loca circum. Lucret. lib. 3. 143.
Objicere lætitiam alicui. Ter. Heaut. 1. 2. 11.
Percipere lætitiam. Cic. 1. de Orat. 197. Percipietis etiam illam ex cognitione juris lætitiam & voluptatem, quod, &c.
Perfrui lætitia. Cic. 1. in Catil. 26. Hic tu qua lætitia perfruere, quibus gaudiis exsultabis, quanta in voluptate bacchabere?
Prosequi aliquem lætitia. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Repetere lætitiam convivii. Tacit. 13. Hist. 16.
Viget animus lætitia. Lucret. lib. 3. 151.

Lætitudo, inis. f. [εὐφροσύνη] antiquum verbum, idem significans quod Lætitia. Accius apud Non. 2. 487. Quanta in venando affectus est lætitudine?

Lætaster, tri. m. Qui lætum se ostendit. Titin. apud Festum.
Obstrude lentis aliquid, quod pectam sedens
Aut hic lætaster, aut formaster frigidus. V. ibi Scalig.

Lætor, [χαίρω, εὐθυμέομαι, εὐφραίνομαι, ἥδομαι] ari. Gaudere, delectationem capere, sed extrinsecus. Cic. 2. de Divin. 22. An Cn. Pompeium censes tribus suis Consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuisse, si sciret se in solitudine Ægyptiorum trucidatum iri, &c.
Lætor utrumque: h. e. De utroque. Cic. 7. Fam. 1. Utrumque lætor, & sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse.
Gaudere & lætari. Cic. pro Rosc. Amer. 136. Hæc perfecta esse gaudeo, vehementerque lætor.
Lætor malorum. Virg. 11. Æn. 280. —nec veterum memini, lætorve malorum. More Græcorum hic habet genitivum, teste Servio. [Nisi propter antecedens Memini sic loquitur poeta, & est Synchysis.
Lætor hac re. Virg. 6. Æn. 718.
Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. Cic. 7. Verr. 120.
Toto pectore lætor. Ovid. 1. de Pont. 8. 63.

Læto, [εὐφραίνω, ἥδω] are. active antiqui dixerunt. Actius, Et te ut triplici lætarem bono. & Liv. Andron. apud Non. 2. 494.

Lætans, antis. Partic. [ἡδόμενος, χαίρων] Cic. 4. Tusc. 16. Voluptati malevolentia, lætans malo alieno, delectatio, jactatio, & similia. Alii legunt Lactans. V. Non. 1. 54.
Animo lætanti. Cic. pro Cluent. 28. Itaque nobis Oppianico continuo Sassia lætanti jam animo, & spe optima confirmata.
Cygni lætantes agmine. Virg. 1. Æn. 397.
Loca lætantia aquarum. Lucret. lib. 2. 344. i. e. Quæ lætos reddunt.
Pectus lætans. Catull. 62. 221.

Lætandus, a, um. Partic. Sallust. Jugurth. cap. 14. §. 22. Lætandum magis, quam dolendum puto casum tuum.
Arbores lætandæ. i. e. Stercorandæ. Pallad. 1. 6.

Lætātus, a, um. Partic. ut, Armis lætatus. Virg. 10. Æn. 827.
Arma, quibus lætatus, habe tua: &c.
Juno lætata. Idem 12. Æn. 841.
Vaccenses lætati. Sallust. Jugurth. cap. 69.

Lætābundus, a, um. Gell. 11. 15.

Lætanter, Adv. Idem quod Læte. Lampridius in Commodo cap. 5.

Lætatio, ōnis. f. Lætitia. Cæs. Bell. Gall. 5. 52. extr. Neque hostibus diutina lætatio, neque ipsis longior dolor relinquatur. Emendati codd. habent Lætitia.

Lætābilis, e. Adj. [εὐθυμίας ἄξιος] Lætitia dignum. Cic. 4. Tusc. 37. Is est sapiens quem quærimus, is est beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad efferendum videri potest. Ibid. lib. 1. 49. Quid habet ista res aut lætabile, aut gloriosum?
Factum cunctis lætabile. Ovid. 9. Met. 255.
Jus lætabile. Stat. 4. Silv. 8. 21.
Jus tibi tergeminæ dederat lætabile prolis.

Lætāmen, inis. n. [κόπρος] Fimus qui per agros jacitur, quod eos lætos, hoc est pingues faciat. Plin. lib. 18. cap. 16. Ipsumque pro lætamine est.

Lætisco, [εὐφραίνομαι] ere. Lætum fieri. Sisenna apud Non. 2. 494. Utrumne dii cultu erga se mortalium lætiscant, an supernæ gentes humana negligant. Obsoletum. conf. Cic. 1. Tusc. 69. Ibique Gebhardi not.

Lætificus, a, um. [εὐφραντικός] ut, Lætificæ vites. Cic. 1. Tusc. 69. Ex antiquo poeta.
Plausus lætifici. Stat. 16. Theb. 561.

Lætifico, [εὐφραίνω, ἥδω, χαίνω] are. Lætum facere. Cic. 2. de Nat. Deor. 102. Contrahit terram, tum vicissim lætificat, ut cum cælo hilarata videatur.
Gloria lætificat illum. Lucan. lib. 3. 48.
Terram lætificare, Fimo injecto aut re alia pinguefacere, stercorare. Plin. lib. 17. cap. 8.

Lætificor, [εὐφραίνομαι] ari. dep. Lætus fio. Plaut. Aulul. 4. 9. 15.
—nunc eo alii lætificantur
Meo malo & damno.

Lætificātio, ōnis. f. Apud Arnobium.

Lætificātor, ōris. m. apud Tertull.

Lævus, a, um. [λαιός, σκαιός] Adj. Sinistrum. Plaut. Milit. 4. 7. 24.
Habeo quidem hercle oculum. PY. at lævum dico. Subaudi, Oculum. [Videtur hic per Metaph. pro Inerti & parum acuto, dictus.
Auris læva. Ovid. 12. Met. 336.
Ex humero lævo dependet. Ovid. 8. Met. 320.
Iter lævum radit. Virg. 5. Æn. 170.
Latus lævum. Hor. 3. Carm. 26. 5.
Oculus lævus. Lucret. lib. 4. 301.
Dextera transmutare lævis. Lucret. lib. 2. 487.
Lævum quum de humanis rebus loquimur, significat Contrarium, stultum. Virg. 1. Ecl. 16. Et 2. Æn. 54.
Et, si fata deûm, si mens non læva fuisset. Servius.
Homo lævus, pro Sinistro & inepto. Hor. de Arte Poet. 301.
— ô ego lævus,
Qui purgor bilem sub verni temporis horam.
Tempore lævo interpellare aliquem. Hor. 2. Serm. 4. 4. h. e. Importuno.
Lævus, quum de cælestibus loquimur, Prosperum significat. Virg. 2. Æn. 693.
Intonuit lævum. Quia sinistra nominum, intuentibus dextra sunt. Idem 4. Georg. 7. — si quem
Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo. V. Gell. 5. 12.
Lævum lumen, Noxium. Virg. 10. Æn. 275. De Sirio. Serv.

Læva, æ. f. [subauditur Manus substantivum. H. St.] a Græco deducitur. quippe Græci λαιάν, lævam dicunt, & significat Sinistram manum. Festus, Læva, sinistra: quod eam Græci σκαιάν dicunt, unde tractum cognomen Scævola. Cic. 4. Acad. 145. Quum autem lævam manum admoverat, & illum, &c.
Comam implicuit læva. Virg. 2. Æn. 552.
Ad lævam: vel Ad lævam manum. V. AD præpositionem.
Petere lævam. Virg. 3. Æn. 563.
Petentibus lævam: i. e. Euntibus ad lævam. Plin. lib. 14. cap. 6. Falernus

lernus ager a ponte Campano læva petentibus Urbanam coloniam Syllanam incipit.

Versi ad lævam. Liv. 1. 14.

Dextra montibus, læva Tiberi amne septus. Liv. 4. 32.

LÆVE, Adv. Hor. 1. Epist. 7. 52.

— puer hic non læve jussa Philippi
Accipiebat. Cuning. Non lævus.

LÆVORSUM, Sinistrorsum, inquit Festus. Apul. in Florid. post princip. Lævorsum vel dextrorsum tanta mole corporis labitur.

LÆVORSUS, Adv. Idem. Ammian. 31. 10. Lævorsus flexo itinere.

LÆVINUS, i. m. Cognomen Valeriorum fuit, non ex eo, ut suspicatur Turnebus, quod primus hujus nominis sinistro & improbo lævoque esset animo, sed quod læva manu pro dextra uteretur, ut Scæva & Scævola.

LÆVIS, e. Adj. [λεῖος] significat Quod tactu asperum non est, idque auctores dicunt Inoffensum, lubricum & tenerum, ut sunt ova volucrum. Pers. 1. Sat. 82.

Trossulus exsultat tibi per subsellia levis.

Aspera mista lævibus. Lucret. lib. 2. 470.

Frons lævis. Virg. 6. Ecl. 51.

Ora lævia. Tibul. 1. 8. 31.

Pocula lævia. Virg. 5. Æn. 91.

Podex lævis. Juven. 2. Sat. 12.

Tigna lævia radere. Lucret. lib. 5. 1266. al. Lævare & radere tigna.

Vir lævior femina. Ovid. 3. de Arte Am. 437.

Læve, absolute, pro Re lævi, quale est marmor politum. Hor. 2. Serm. 7. 87.

Externi ne quid valeat per læve morari. Al. LĒVIS scribunt.

LÆVĬTAS, ātis. f. [λειότης] Asperitati contraria. Marcianus Capella, Lunarem circulum ingressa Virgo conspicatur globosum quoddam, tenerumque corpus e superni roris lævitate compactum instar speculi prænitentis. Plin. lib. 9. cap. 29. Hic Lævo opposuit Asperum. Idem lib. 2. cap. 3. Lævitate continua lubricum corpus.

Lævitas intestinorum. Cels. lib. 4. cap. 16. V. LIENTERIA.

LÆVĬTŪDO, inis. f. Lactant. de Ira D. 10. 7. Lævitudo granorum.

LÆVOR, ōris. m. [λειότης] Idem quod Lævitas, hoc est complanatio, sive expolitio. Plin. lib. 13. cap. 12. Spectantur in chartis tenuitas, densitas, candor, lævor. Idem lib. 9. cap. 35. Lucret. lib. 4. 547.

— & item lævis lævore creatur.

LÆVĬGO, [λεαίνω, λειόω] āre. Complanare, polire; quasi Læve facere. Plin. 36. 18. Sunt quidam in eo genere molliores, qui & cote læviganlur. Varro 3 de R. R. cap. 11. Omnes parietes tectorio læviganlur, ne feles, aliave quæ bestia, introire ad nocendum possit.

LÆVĬGĀTUS, a, um. Partic. Columel. 6. 17. Semina lævigata.

Marmor lævigatum. Lactant. 2. 6.

Compar. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12. Quod & lævigatius & spissius est. Faciliora enim ad coeundum videntur, quæ lævigatiora densatioraque sunt.

LÆVIGATIO, ōnis. f. Vitruv. 7. 1. Lævigationibus & polituris cum fuerint perfecta.

LÆVIGATOR, ōris. m. apud Mart. Capel.

LÆVO, [λεαίνω] āre. Idem quod Lævigo. Stat. 1. Theb. 519.

Pars teretes lævare manu, ac disponere mensas. Cels. 8. 3. extr. Lævat quæ exasperata sunt.

LÆVĀTUS, a, um. Partic. [λεανθείς] Senec. ad Helv. cap. 1. Lævati mensarum orbes.

Compar. Gell. lib. 17. cap. 8. extr. Ad coeundum ideo videntur faciliora, quæ lævatiora, lævioraque sunt. Al. Levatiora, levioraque.

L A G

LĂGĂNUM, i. n. [λάγανον] Acron. ad loc. subject. Hor. Lagana sunt quædam quasi membranulæ ex farina & aqua, quæ jure pingui coctæ, ex caseo, pipere, croco, cinnamomoque conditæ in cibis dantur. Catinus lagani. Hor. 1. Serm. 6. 115. V. ibi Torrent. V. & LACHANUM.

LAGARI, [λαγαροί] Versus dicuntur qui in medio claudicant pede: sicut Myuri, qui postremo: & Acephali, qui a brevi syllaba incipiunt. Ex Athen. lib. 14. Macrob. lib. 5 Saturn. cap. 14. Lagari, qui in medio versu breves syllabas pro longis habent.

LĂGĒNA, æ. f. [λάγηνος, ὁ λάγυνος] Genus vasis testacei, non tam ad aquam, quam ad vinum, & alios humores continendos accommodatum. Plaut. Curc. 1. 1. 78. Quasi tu lagenam dicas, ubi vinum solet
Chium esse. Martial. lib. 4. 46.

Et nigri Syra defruti lagena.

Signum læsum lagenæ. Hor. 2. Epist. 2. 134.

Catenata lagena. V. CATENA.

Sitiens lagena. Pers. 3. Sat. 92.

Vapida lagena. Pers. 6. Sat. 17.

Fuit & Mensuræ genus. Hieronym. in Vita Hilarionis, Cumque centum lagenis æstimata fuisset integra adhuc vinea, post dies viginti trecentas fecit.

Dicitur etiam Laguna. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 578. n. 4. L. TROPHIMVS. AVG. LIB. A. VESTE. ITEM. A. LAGVNA.

LAGUNCŬLA, æ. f. dimin. [λαγυνίδιον] Parva lagena. Cic. 6. Att. 1. In his Joventæ sunt quinque lagunculæ matronarum, in quibus, &c.

Laguncula parvula. Plin. 2. Epist. 6.

LAGUNCULARIS, e. Adj. Ad lagunculam pertinens. ut, Lagunculaοris pix. Marc. Emp. cap. 36.

LĂGEOS, i. f. [λάγειος] Uva quæ Latine Leporaria dicitur. Virg. 2. Georg. 93.

Et passo psithia utilior, tenuisque lageos
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam. Servius.

LAGO, inis. f. Herba, quam aliqui Echiten vocant, alii Laginem, nonnulli Tenuem scammoniam. Plin. 24. 15.

LĂGŌIS, idis. f. [λαγωΐς] Avis quæ leporinas habet carnes. Nam λαγὼς apud Græcos, lepus est.

Lagois, Genus piscis. Hor. 2. Serm. 2. 22.

Nec scarus aut poterit peregrina juvare lagois.

LAGONOPONOS, i. m. Iliorum dolor, τῶν λαγόνων πόνος. Plin. 20. 4. Semen eorum tostum, ipsumque commanducatum prodest ad lagonoponon.

LĂGŌPUS, ŏdis. f. [λαγώπους] Avis quæ in Alpibus visitur, de qua Plin. lib. 10. cap. 48. Martial. lib. 7. 86. 1.

Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus.

Lagopus, Herba a pedis leporis similitudine dicta. Plin. lib. 28. cap. 8.

LAGOPHTHALMOS, i. m. [λαγώφθαλμος] Genus mali est apud Celsum, quoties in aliqua curatione plus æquo excisa cute, vel alia causa evenit ut oculus non contegatur. A leporibus dictum, qui apertis oculis dormire consueverunt, quum superior palpebra non descendit. cui vitio contrarium est Ectropium. Corrupte legitur apud Cels. lib. 7. cap. 7. §. 9. Glaucophthalmos, pro Lagophthalmos. Hæc ex Hermolao.

LAGUNCULA, V. LAGENA.

LAGOS, V. in dictione PTOLEMÆOS.

LAGYGES, Populi sunt Sarmatiæ. Perottus.

LAGYRA, æ. f. Ptolemæo lib. 3. cap. 6. Urbs est Tauricæ Chersonesi.

L A I

LĀĬCOS, a, um. Adj. [λαϊκός] Budæus, Profani dicti sunt, qui sacris initiati non erant; quod Virg. 6. Æn. 258. significat, quum inquit,

— procul, ô procul este profani,
Conclamat vates. Nunc Laicos vocamus, quasi Populares. Laicum enim vulgo Attrectabile significat: sicut Sacrum dicitur & Sanctum, cujus tactu populo interdictum est. Sic accipiuntur Laici panes primi Regum, capite 21. ad Sacrorum differentiam. Et Ezechielis ultimo. V. Tertull. Exhort. Castit. cap. 7.

LĀIS, idis. f. [Λαΐς] Corinthia meretrix, quæ ob elegantiam, venustatemque formæ grandem pecuniam demerebat: conventusque ad eam ditiorum hominum ex omni Græcia celebres erant: neque admittebatur, nisi qui dabat quod poposcerat. poscabat autem illa nimium quantum. Hinc ait Sotion natum esse illud frequens apud Græcos adagium, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ᾽ ὁ πλοῦς. Quod frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare quod posceretur. Hæc Gell. cap. 8. lib. 1. Ubi plura V. Expressit Hor. 1. Epist. 17. 36.

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

Multis Lais amata viris. Ovid. 1. Amor. 5. 12.

LĀIOS, i. m. [Λάϊος] Thebarum rex, Labdaci filius, & OEdipi pater ex Jocasta Creontis Thebani filia. Bocatius. V. Stat. 1. Theb. 296. & 2. 66.

L A L

LĂLĂGE, es. f. Nomen puellæ apud Hor. 1. Carm. 22. 23.

LALETĀNIA, æ. f. Hispaniæ regio: inde

LALETĀNUS, a, um. Adj. ut, Laletani populi: & Laletanum vinum, magis copia quam bonitate laudatum. Plin. lib. 14. cap. 16.

LĂLĪSIO, onis. m. [λαλισίων] Pullus est onagrorum. Martial. lib. 13. 97.

Quum tener est onager, solaque lalisio matre, &c. Plin. lib. 8. cap. 44. Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui. Pullis eorum, ceu præstantibus sapore, Africa gloriatur, quos lalisiones appellant.

LALLO, [βαυκαλάω] āre. Antiquum verbum; est (ut inquit Murmellius) Lac sugere: vel, ut alii volunt, Lente lac trahere, aut Blande loqui more infantium. Pers. 3. Sat. 18.

Et similis regum pueris pappare minutum
Poscis, & iratus mammæ lallare recusas? Hieronymus accipere videtur de Nænia nutricum, quam infantibus occinunt potissimum quum somnum eis conciliant. Verba ejusd. ad Læt. sunt, Forsitan & laxis uberum pellibus mater, arata rugis fronte, antiquum referens mammæ lallare congeminet. Alii vocem esse, qua nutrix ad lactandum invitet, aiunt. Nobis Gallis inde *La* vox adhortantis est.

LALLUS, i. m. Deus fuisse videtur, qui præesse næniis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & pueros reddere sopitos, credebatur. Nulla enim littera est quam facilius sonent pueri quam lambda: quinetiam ejus frequentia somnum inducebant. Ausonius Epist. 16. de filio Probi, v. 91.

Nutricis inter lemmata
Lallique somniferos modos. Turnebus Advers. 18. 34. Scalig. Auson. Lect. 2. 11.

L A M

LAMA, æ. f. [τέναγος] Aquæ collectio est, inquit Festus.

Lama est etiam Spina Indica, ex qua effluit mastiche. Plin. 12. 17.

LAMBĔRO, āre. est, inquit Festus, Scindere atque laniare. Plaut. Pseud. 2. 4. 53.

Euge, pellepide Charine, ne meo ludo lamberas. Sic enim ex schedis veteribus restituit Turnebus. Verberari autem & vapulare se suo ludo servus dicit: eisdem enim appetitur jocis, quibus lacessiverat.

LAMBO, bi, ĭtum, [λιχμάζω, λάπτω] ĕre. Lingere, lingua aliquid suaviter tangere, ut solent canes bibentes. Lucil. Sat. 23.

Jucundasque puer qui lamberat ore placentas. [Vide annon & Diomedes meminerit. H. St. τὸ Lambero, puto, non Lambo.

Lambere cibos. Columel. lib. 8. cap. 17.

Lambunt muscæ. Martial. lib. 14. 67.

Per translationem, Cic. 5. Verr. 28. Volusii aruspicis & Cornelii medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere.

Lambere, Tangere. Virg. 3. Æn. 574.

Attollitque globos flammarum, & sidera lambit. Hyperbolice dixit.

Metaph. Alluere. de fluminibus. Hor. 1. Carm. 22. 7.

— vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes.

LAMBENS, entis. Partic. Ovid. 3. Met. 57.

Tristia sanguinea lambentem vulnera lingua.

Catellæ lambentes. Martial. 1. 82.

LAMBĬTUS, ûs. m. Aurel. Vict. de Orig. gentis Romanæ cap. 20. Lupam primo lambitu pueros detersisse.

LAMBĬTO, [λάπτω] āre. frequent. Solinus cap. 25. Ægyptii canes e Nilo nunquam nisi currentes lambitant.

LAMBOTON, i. m. Fluvius est Africæ apud Strabonem. [Nisi error est.

LAMBRUS, i. m. [Λάμβρος] Fluvius in Cisalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum, ut ait Plin. lib. 3. cap. 16. & 19. A quo,

LAMBRANI, orum. m. pl. [Λαμβρανοί] Accolæ. Suet. in Cæs. cap. 10. Per Lambranos & Transpadanos.

LAMELLA, V. LAMINA.

LĀMIN-

LAMENTOR, [ὀλύζω, θρηνέω, κωκύω, ὀδύρομαι, ὀλοφύρομαι] āri. Voce querula, tristique oratione damnum ac dolorem testari: auctore Valla lib. 5. Cic. 1. de Orat. 245. Lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegisset. Ter. Andr. 1. 1. 94.
Quæ tum mihi lamentari præter ceteras
Visa est.
Conqueri adversam fortunam, non lamentari decet. Pacuvius apud Cic. 2. Tusc. 50.
Lamentari, Lamentatione dignum aliquid monstrare. Cic. 1. Tusc. 75.
Nam hæc quidem vita mors est, quam lamentari possem si liberet.
Passive & Impers. Apul. 4. Met. sub. fin. Mæretur, fletur, lamentatur diebus pluscŭlis.

LAMENTANS, antis. Partic. Cic. 3. de Orat. 214. Matremne ut miseram, lamentantemque videam.

LAMENTĀTUS, a, um. Partic. [ὀδυρθείς, θρηνηθείς] ut,
Fata diu lamentata. Sil. lib. 13. 711.

LAMENTĀTIO, ōnis. f. [θρῆνος, ὀδυρμός] Ægritudo cum ejulatu, ut docet Cic. 4. Tusc. 18. Et lib. 1. 30. Sed illa lugubris lamentatio, fletusque mærens, ex eo est, quod, &c.
Mæsta lamentatio. Sen. Hippol. 7.

LAMENTĀTOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. θρηνητής, Lugubris, lamentator. [Tollenda videtur distinctio. Etiam in Lat. Gr. Lamentator θρηνητής.

LAMENTATRIX, īcis. f. Scriban. de Pass. Christ. cap. 10. Vocare lamentatrices ad lamentum.

LAMENTARIUS, a, um. Adj. [θρηνώδης] Quod ingerit lamentationem. Plaut. Capt. 1. 2. 28. Quæ ædes, lamentariæ Mihi sunt. Antiquum.

LAMENTĀBĬLIS, e. [θρηνώδης, μεμπτός] Dignum lamentatione. Virg. 2. Æn. 4.
Trojanas ut opes, &, lamentabile regnum
Eruerint Danai.
Carmen lamentabile. Stat. 5. Silv. 3. 1.
Comploratio lamentabilis. Liv. 3. 47.
Decus lamentabile. Stat. 11. Theb. 161.
Funera lamentabilia. Cic. 2. de Legib. 64. Posteaquam ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera & lamentabilia cœpissent, Solonis lege sublata sunt.
Gemitus lamentabilis. Cic. 2. Tusc. 57.
Tributum lamentabile Ovid. 8. Met. 262.
Voce lamentabili deplorare. Cic. 2. Tusc. 32.

LAMENTA, æ. f. apud veteres, pro Lamentatione. Pacuvius Hermiona, Lamentas, fletus facere compendi licet. Nonius 2. 493.

LAMENTUM, i. n. [κωκυμα, θρῆνος] Quasi LAMENTAMENTUM. Ipsa lamentatio. Cic. pro Milon. 34. Sine cantu, sine ludis, sine exsequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere. Idem de Senect. 73. Solonis quidem sapientis elegium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum, lamentisque vacare. [Sic lego. V. ELOGIUM. Dedere se lamentis. V. DEDO.
Tecta fremunt lamentis gemituque. Virg. 4. Æn. 664.

LĂMIÆ, arum. f. pl. [λαμίαι] Mulieres quæ strygum instar, infantium sanguinem sugunt, sive ipsæ Stryges. Hor. de Arte Poet. 340.
Neu pransæ lamiæ puerum vivum extrahat alvo.
Philostratus in Apollonio ait Lamias a quibusdam larvas appellari, & lemures, esseque ad amorem & Venerem propensas: & carnes humanas, maximeque formosorum esurienter appetere, quæ libidinis cupiditate alliciant eos quos postea cupiant devorare.
Lamia etiam, Meretricis insignis nomen fuit. Et
Lamia, Animal est faciem prætendens muliebrem, ab inferiori parte pedes equinos habens.
Lamia cognomen nobilis familiæ Romanæ Æliorum, a Lamo Antiphatis patre, & Læstrygonum rege, qui Formiis regnavit, ortum habens. Hor. 3. Carm. 17. 1.
Æli vetusto nobilis ab Lamo. Hinc

LAMIANUS, a, um. Adj. ut, Horti Lamiani. Cic. 12. Att. 21.

LĀMĬNA, æ. f. [ἔλασμα, πλάξ] V. BRACTEA. Liv. 23. 19. extr. Et tria signa cum titulo laminæ æneæ inscripto, Manicium pro militibus, qui Casilini in præsidio fuerint, votum vovisse. Al. Lamnæ. Cic. 2. de Legib. 58. Ad eam quum lamina esset inventa, & in ea scriptum, DOMINA HONORIS, ea causa fuit ædis hujus dedicandæ.
Fulva lamina, Aurea. Ovid. 11. Met. 124.
Mollis lamina. Ovid. de Nuce v. 95. ponitur hic pro Putamine, quo nuces involutæ sunt.
Argenti levis lamina. Ovid. 1. Fast. 208.
Ensis lamina dissiluit. Ovid. 5. Met. 173.
Religare laminis & clavis. Cæs. 2. Bell. Civil. cap. 10.
Laminæ, quarum mentio apud M. Tullium, 7. Verrin. 162. Ferreæ velut crustæ erant, quæ candefactæ admovebantur noxiorum corpori. Prudentius, passione Romani v. 486.
Nec sic inusta laminis ardet cutis,
Ut febris atro felle venas exedit. Monuit Turnebus.
Admovere laminas candentes. Cic. 7. Verr. 162. Quid, quum ignes, candentesque laminæ, ceterique cruciatus admovebantur?
Metaph. Aurium laminas dixit Cæl. Aurel. Tard. 2. 1. & 14. Cartilagines intelligens.
Lamna, pro Lamina, apud Horat. In Carminibus legitur lib. 2. 2. 2. ad Salustium,
Nullus argento color est avaris,
Addito terris inimice lamnæ
Crispe Salusti: nisi temperato
Splendeat usu. Ubi Porphyrio, Lamnam pro Rudi & infabricata materia posuit: per quod signat non libenter habere absconditas & sine usu pecunias. [V. quæ de hoc loco in dictione COLOR notavi.
Candente lamna ventres nepotum urere. Hor. 1. Epist. 15. 36.
Crepitante lamna audivit sonitum. Senec. Agamem. 9.

LAMNULA, æ. f. sen LAMINULA, dimin. Tertull. de Coron. cap. 12.

LAMELLA, æ. f. aliud dimin. [ἐλασμάτιον] Vitruvius lib. 7. cap. 3. Speculum argenteum tenui lamella ductum. Seneca De brevitate vitæ, cap. 12. pr. Majorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit.

LAMELLŬLA, æ. f. aliud dimin. Petron. cap. 57. Glebulas emi, lamellulas paravi. i. e. Aurum & argentum. V. ibi Heins. & [illegible]. [Cui non concesserim Argentum, vel Aurum, non æque Signatum, ac In lamellas redactum hac voce intelligi. V. LAMINA.

LAMIUM, i. n. Urticæ genus: de quo Plin. lib. 21. cap. 15. Quæ innoxia est, morsu carens, lamium vocatur.

LAMIUS, V. LATMUS.

LAMPAGO, ĭnis. f. Herba eadem quæ Saxifraga. Apul. de Herb. cap. 97.

LAMPAS, ădis. f. [λαμπάς, δᾳς, φανός] Græca dictio, quæ Candelabrum, vel Facem significat. In accusativo, Lampada facit. Virg. 9. Æn. 535.
Princeps ardentem conjecit lampada Turnus. Ter. Adel. 5. 7. 9.
— missa hæc face,
Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas. Columel. lib. 12. cap. 18. Ferreis lampadibus ardentibus calefiunt.
Ænea lampas. Juven. 3. Sat. 285.
Clara lampas. Stat. 10. Theb. 121.
Coruscis lampadibus densum funale. Ovid. 12. Met. 247.
Igniferæ lampades. Lucret. lib. 2. 25.
Vacant igne lampades. Ovid. 3. de Pont. 3. 60.
Lampas, pro Luce, vel splendore: ut, Lunaris lampas. Stat. 10. Theb. 277.
Phœbea lampas, Sol. Virg. 4. Æn. 6.
Rutilantem attollens lampada Titan. Sil. lib. 12. 648.
Prima lustrabat lampade terras Orta dies. Virg. 7. Æn. 148.
Lampas, Genus facis in cælo apparens. Plin. lib. 2. cap. 26 Duo genera faciunt: lampades vocant plane faces: alterum bolidas: quale Mutinensibus malis visum est. Vulgus Faces ardentes, vel lanceas ignitas vocat.
Lampada cursu tradere, proverbialis metaphora, pro eo quod est, Partes suas quasi successione in alium atque alium transferre. Lucret. lib. 2. 77.
Et quasi cursores vitaï lampada tradunt. De animantibus agit, quæ successione propagantur, vita per vices ab aliis in alia transfusa. Eodem pertinet Persianum illud 6. Sat. 61.
Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis? Sumta est metaphora a lampadum certamine, quod Athenis celebratum fuit Festis Panathenæorum, Promethiorum, & Vulcanaliorum; in quo certamine Primus facem dabat secundo, secundus tertio; & similiter omnes donec currentium numerus impleretur. V. Aristoph. Scho. Ran. Pausan. in Attic. p. 30. Weeh. & Vet. Interp. Pers. Sat. 6. v. 61. Victor. & Ursin. ad Varr. de R. R. 3. 16.

LAMPĂDA, æ. f. Idem quod Lampas. Plaut. Cas. 4. 4. 16. Tene hanc lampadam. conf. Priscian. p. 758. In emendatis codd. Lampadem exstat.

LAMPADARIUS, i. m. Qui fert lampada, aut Qui eam accendi curat. V. l. fin. C. de divers. off.

LAMPĂDIAS, æ. m. [λαμπαδίας] Cometæ genus. Plin. 2. 25. Lampadias ardentes imitatur faces.

LAMPADO, ōnis. m. Bulbus. Th. Priscian. de Diæt. cap. 10. Bulbi, id est lampadones desiccativi sunt.

LAMPETIA, æ. f. [Λαμπετία] fuit Solis filia ex Neæra, sororque Phaetusæ. Hæ transeunte Ulysse armenta custodiebant, ut videbimus in dictione PHAETUSA. V. Ovid. 2. Met. 349.

LAMPETO, Amazonum regina. Justin. 2. 4.

LAMPĒTRA, æ. f. Piscis genus a lambendis petris nomen sortita. Hunc piscem nonnulli Murænam vocant. Perottus. V. MUSTELA.

LAMPĒUS, i. m. [Λαμπεῖος] Mons est Arcadiæ, teste Plin. lib. 4. cap. 6.

LAMPĪA, æ. f. [Λαμπεία] Mons est Arcadiæ idem, pars Erymanthi, cujus meminit Stat. lib. 4. Theb. 290.
— cadensque jugis Lampia nivosis. Al. Lampea.
Est item, Oppidum Arcadiæ ejusdem nominis apud Lactantium. [Apud Stephanum Λάμπεια & Ethnicum Λαμπεύς, nisi error est.

LAMPON, onis. m. [Λάμπων] Panchates, Pelorus, & Camphasus, nomina sunt equorum apud Sil. 16. 334. De Lampone scribit hoc modo,
Evolat ante omnes, rapidoque per aera cursu
Callaicus Lampon fugit, &c. Interpretatur Candidus vel Splendidus.
Fuit & Lampon, Sacrificus vates, per anserem velut avem auguralem jurare solitus. Erasmus in proverbiis, ex Suida.

LAMPRIDIUS, i. m. (Ælius) Historicus tempore Constantini M. a quo descriptas habemus vitas quatuor Imperatorum. V. Voss. de Hist. Lat. 2. 7.

LAMPSACIUS, i. m. Filius fuit Cilicis, eique successit in regno, ut auctor est Paulus & Theodontius antiquissimi scriptores apud Bocatium lib. 2. cap. 48.

LAMPSĂCUM, i. n. [Λάμψακος] ante Pityusa vocata, civitas est Bithyniæ in Hellesponto, nomen a splendore tractum. Nam λάμπω, idem est quod splendeo. Strabo urbem clarissimam nobili portu esse ait, & templo Matris deûm insignem, lib. 13. V. Cic. 3. Verr. 63.

LAMPSĂCUS, i. f. vel Græca terminatione LAMPSACOS, Idem. Valer. Flac. 2. Argon. 623. — transmissaque puppi
Lampsacus, &c.

LAMPSACĒNUS, a, um. Adj. [Λαμψακηνός] Unde Charon historicus, & Adimanthus, & Anaximenes, & Metrodorus Epicuri sodalis, Lampsaceni dicti. Ipsum etiam Epicurum Lampsaceni dicunt diu Lampsaci versatum. Strab. lib. 13.

LAMPSACIUS, a, um. Idem quod Lampsacenus, ut Lampsaciæ puellæ. Martial. lib. 11. 52. De Titio,
Tanta est quæ Titio columna pendet,
Quantam Lampsaciæ colunt puellæ.
Versus Lampsacius, pro Salaci & impudico. Martial. lib. 11. 17. Ad lectores,
Nam mea Lampsacio lascivit pagina versu.

LAMPSĀNA, æ. f. [λαμψάνη Diosc. 2. 142.] Olus silvestre. V. LAPSANA.

LAMPȲRIS, ĭdis. f. [λαμπυρίς] Genus vermis, de quo sic Plin lib. 11. cap. 28. Lucent ignium modo noctu, laterum & clunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc vero compressu obumbratæ, non ante matura pabula, aut post desecta conspicuæ.

LĀMUS, i. m. Equus generosus apud Sil. 16. 474.
Tum Lamus & Sicoris proles bellacis Ilerdæ.
Lamus etiam filius Herculis ex Omphale. Ovid. 9. Epist. 54.

LĀMȲRUS, i. m. Lacertorum genus. Plin. lib. 32. cap. 11.
Inter Pisces refertur in Ovid. Fragm. Halieut. v. 120. [Quasi non & Plinius de Lacertis piscibus loquatur. V. LACERTUS.

LAMYRUS, Filius fuit Herculis ex Iole Euryti regis filia. Bocatius.

LĀNA, æ f. [ἔριον, ἔρια, ἄωτον, πόκος, λάχνη] Vellus, quo oves potissimum vestiuntur. Hanc a Laniando dictam putant quidam, ut Vellus a vellendo. Laniare enim, Scindere est: scinditur enim nunc lana, quæ velli quondam solebat. Cic. 2. de Orat. 277.
Quando ad me venis cum tua colu & lana? Ex quodam poeta.
Globus lanæ. Hor. 1. Epist. 13. 14. al. rectius Glomus. q. V.
Mollis lana. Virg. 2. Georg. 120.
Pectita lana. V. Pectitus in PECTO.
Sordida lana. Ovid. 3. de Arte Am 222.
Succida lana. Juven. 5. Sat. 24. V. SUCCIDUS.
Tincta murice lana. Ovid. 1. de Arte Am. 251.
Tonsæ lanæ. Hor. 3. Carm. 15. 14.
Carpere lanam. V. CARPO.
Ducunt lanas aut stamina pollice versant. Ovid. 4. Met. 34.
Excolere rudes lanas. Ovid. 2. de Arte Am. 220.
Facere lanam. Lucret. lib. 5. 1353. unde Lanificium.
Fucare Virg 2. Georg. 465.
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.
Glomerabat rudem primos lanam in orbes. Ovid. 6. Met. 19.
Invertere albentes lanas murice. Sil. lib. 16. 569.
Involvere niveam pensis lanam. Claud. 1. in Eutrop. 276.
Medicata lana fuco. Hor 3. Carm. 5. 28.
Mentiri varios discet lana colores. Virg. 4. Ecl. 42.
Mollire lanam. Ovid 3. Fast. 817.
Tingebat bibulas murice lanas. Ovid. 6. Met. 9.
Trahere lanam. Juven. 2. Sat. 54.
De lana caprina rixari. Hor. 1. Epist. 18. 15. est De nihilo contendere. V. Adagia Erasmi.
Lana non tantum de ovibus dicitur, sed de aliis etiam quibusdam animalibus & arboribus. Ulpian. in l Si cui lana. §. Lana leg. ff. De legatis & fideicom. 3. Lana legata etiam leporinam lanam, & anserinam, & caprinam credo contineri, & de ligno, quam Græci ἐριόξυλον appellant.
LANŬLA, æ. f. dimin. Cels. lib. 7. cap. 27. pr. Tenuesque carunculæ lanulia similes.
LANARIUS, i. m. [ἐριουργός] Qui lanam curat. Plaut. Aul. 3. 5. 34.
Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Ex Inscript. apud Reines. Class. 11. n. 96.
M. SILANO. M. L. SYRO.
LANARIO. Gloss Gr Lat. Ἐριουργός, Lanarius.
LANĀRIS, e. Adj. [ἐριοφόρος] Quod lanam gerit. Varr. 2. de R. R. cap. 9. Nos qui pascimus pecus lanare.
LANĀTUS, a, um. Adj. [λαχνήεις, μαλλωτός] Quod lanam habet. ut, Lanatum pecus. Columel. lib. 11. cap. 2.
Oves lanatæ. Columel. lib. 7. cap. 3.
Pelles lanatæ. Columel. lib. 6. cap. 2.
Vites lanatæ, Amineæ dictæ, quod canescant lanugine. Columel. lib. 3. cap. 2.
Compar. ut, Lanatiore canitie folia. Plin. lib. 21. cap. 20.
Verum enimvero qui dixit Deos pedes lanatos habere, verissime dixit. Lento enim gradu & insono vestigio ad sontes puniendos progrediuntur. Beroald. in principio Comm. in Titum Vespasianum Suetonii. Sed puto potius Laneos pedes dictum fuisse. H. St.
LANĔRUM, i. n. Vestimenti genus ex lana succida confectum. Festus.
LANEUS, a, um. Adj. [ἐρεοῦς] Quod ex lana est. Plaut. Mil. 4. 4. 42.
Causiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam.
Infula lanea. Virg. 3. Georg. 487.
Latusculum laneum, i. e. Latus lanæ instar mollissimum. Catul. ad Thallum, 23. 10.
Pallium laneum. Cic. 3. de Nat Deor. 83.
Tracta lanea, pro Laneis liciis, vel Laneis pannis, vel potius pro Lanæ glomis reperimus. Varro apud Non. 3. 247. Etiam suis manibus lanea tracta ministrasset Infectori. Turnebus. Mercer. Impectori.
Vitta lanea. Propert. lib. 3. 6. 30.
Laneus lupus, Piscis. Martial. lib. 13. 89.
Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi. Lupum piscem vocat Laneum, ob vicinos montes Euganeos (circa hos enim Timavus in mare effunditur) abondantes pecore lanas mollissimas ferente. [Languidus forte scribendum.
LANESTRIS, e. Adj. Laneus. Vopisc. Aureliano cap. 29. Lanestre pallium.
LANŌSUS, a, um. [δασύμαλλος, ἐριώδης] Lana abundans. Columel. lib. 7. cap. 3. Eliges bimam, vasti corporis, cervice prolixa, prolixi villi, nec asperi, lanosi & ampli uteri. V. LANA.
LANOSITAS, ātis. f. Tertull. de Pallio cap. 3. Muscosæ lanositatis conchæ.
LANITIA, æ. f. Laberius apud Non. 3. 333. Mollis e lanitia Attica vestis.
LANITIES, ēi. f. Idem. Tertull. adv. Marc 2. 3.
Sed quia lanities renovata hæc corpora vestit. conf. LANITIUM.
LANITIUS, a, um. Adj. Arnob. 5. p. 174. Custos gregis lanitii.
LANITIUM, sive LANICIUM, i. n. [ἐριουργία, ταλασιουργία] dicitur, sicut a Fuga, Effugium; teste Servio. Virg 3. Georg. 184.
Si tibi lanicium curæ, &c. Plin. lib. 6. cap. 17. Primi sunt hominum, qui noscantur, Seres, lanicio silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem. [V. loc. Colum. in LANUGO.
Lanicium, non tam Curam lanæ significat, quam lanati pecoris, ut ex Arnobio apparet sic scribente lib. 1. Nunquid in culpa natura est, quod laniciis extulit importunissimam belluam? Iterum, Lanicia curent vestra numerosis fœtibus multiplicari. Turneb. 15. 21.
LANIFICIUM, i. n. [ταλασιουργία] Lanæ opificium. Columel. lib. 12. in Proœm. Nunc vero quum pleræque sic luxu & inertia diffluant, ut ne lanificii quidem curam suscipere dignentur. Et Apul. 9. Met. p. 219. Ego misera, & pernox & perdia, lanificio nervos meos contorqueo.
LANIFICUS, a, um. Adj. [ἐριουργός, ταλασιουργός, ἐριουργικός] Qui lanæ artem exercet. Martial. lib. 6 58.
Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores
Stamina, nec surdos vox habet ista deos.
Artis lanificæ doctissimus. Claud. 2. in Eutrop 382.
Manum lanificam imponere pensis. Tibul lib. 2. 1. 10.
Lanificus, cum genitivo; ut, Staminis albi Lanificæ. Juven. 12. Sat. 65. de Parcis. [Potest tamen & aliter construi, ut ad v Pensa scil. genitiv. referas.
LANIFER, ĕra, ĕrum. Adj. [ἐριοφόρος] Quod lanam fert. Plin. lib. 13. cap. 14. Æthiopia Ægypto contermina insignes arbores non fere habet, præter laniferas. V. LANA.
LANĬGER, ĕra, ĕrum. Adj. [ἐριοφόρος] Idem. Plin. lib. 12. cap. 10. Ejusdem insulæ excelsiore suggesto lanigeræ arbores alio modo quam Serum.
Greges lanigeros agitare. Virg. 3. Georg. 287.
Oves lanigeræ. Virg. 3. Æn. 660.
Pecus lanigerum. Accius apud Cic. 1. de Divin. 44.
Pecudes lanigeræ. Virg. 3. Æn. 642.
Vellus lanigerum. Ovid. 18. Epist. 144.
Laniger Absolute, pro Ove. Phæd. 1. 1. 6.
Effœtus laniger annis. i. e. Aries. Ovid. 7. Met. 312.
LANIPENDIA, æ. f. Quæ lanam pendet & distribuit. l. 33. ff. de donat. inter vir.
LANIPENDIUS, i. m. Σταθμοῦχος ἐρίων. Gloss. Lat. Græc.
LANITONDIUM, i. n. Commentator Horatii in edit. Cruquii 254. col. prior. H. St. Verba ejus ad Epod. 2. 16. hæc sunt, Nam oves æstate lanitondium patiuntur.
Sic & Lanitonsorem dicas licebit.
LĀNŎCŬLUS, i. m. Qui lana vitium oculi tegit, inquit Festus. conf. Casaub. ad Suet. Domit. cap. 17.
LĀNŪGO, inis. f. [ἴουλος, χνοῦς, λάχνη] Tenera pilatio, a lanæ similitudine, qualis in adolescentium genis, & in pomis quibusdam cernitur. Columel. lib. 3. cap. 2. Lanatam quoque Amineam quidam maxime probant: quæ hoc vocabulum non ideo usurpat, quod sola ex omnibus Amineis, verum quod præcipue canescit lanugine. Martial. lib. 1. 123.
Dum nulla teneri sordent lanugine vultus. De Barba prima.
Comæ graciles instar lanuginis. Ovid. 1. Amor. 14. 23.
Fuscante tamen lanugine malas. Lucan. lib. 10. 135.
Nova lanugo. Ovid. 5. Fast. 173.
Primæ lanuginis ætas. Ovid. 15. Epist. 85.
Primæ lanuginis anni. Propert. lib. 3. 7. 59.
Rara lanugo. Plin. lib. 8. cap. 37.
Ridens lanugo. Claud. in Cons. Prob. & Olyb. 70.
Rosea lanugine malæ. Stat. 9. Theb. 703.
De Fructu & Arboribus dicitur; ut, Mala cana tenera lanugine. Virg. 2. Ecl. 51.
Frondium lanugine vestiri. Plin. lib. 7. cap. 2.
Molli lanugine abundans herba. Lucret. lib. 5. 815.
Lanugo, pro Scobe. Columel. lib. 4. cap. 29. Nulla interveniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.
LANUGĬNEUS, a, um. Adj. Apul. de Herb. cap. 62. Floccosis vel lanugineis adnationibus.
LANUGINŌSUS, a, um. Adj. [χνοώδης] Plin. lib. 22. cap. 20. Est & alia similis, pseudanchusa ob id appellata, a quibusdam vero enchusa, aut doris, & multis aliis nominibus, lanuginosior & minus pinguis.
LANARIA, æ. f. [στρουθίον] Herba. Plin. lib. 24. cap. 18. Herba lanaria ovibus jejunis data, lactis abundantiam facit. Volgus *coronarium* vocat, quæ eadem est cum gnaphalio Dioscoridis. conf. Columel. 11. 2.
LANARIS, LANARIUS, LANATUS, V. LANA.
LANCEA, æ. f. [λόγχη] a latitudine ferri dicta est, vel quia Græce λόγχη dicitur. Teli genus longissimum. Hispanica dictio est, non Latina, ut Gell. ait lib. 15. cap. 30. extr. ex Varrone. Hanc olim Luculli Lucullean appellarunt. Festus, Lancea a Græco dicta, quam illi λόγχην vocant: λόγχη enim hasta, & λογχῖται satelles. Plin. lib. 15. cap. 30. Tacit. 3. Hist. 29. extr. Disjectam fluitantemque testudinem, lanceis, contisque scrutantur, donec, soluta compage scutorum, exsangues aut laceros prosternerent.
Felix lancea. Lucan. lib. 6. 190.
Lancea, i. e. Spiculum venabuli vel jaculi, inquit Budæus.
LANCEARIUS, i. m. [λογχοφόρος] Qui lanceam gerit. Budæus, Lancearii sunt ex Tranquillo qui nunc vulgo *picarii*, i. e. Spicularii dicuntur. V. Ammian. 21. 13. & 32. 33.
LANCEŎLA, æ. f. dimin. Capitol. Maxim. Jun. cap. 4. Lanceola fissa est fulmine.
Est etiam Planta, quæ & Plantago minor, Tabernæm. p. 1111. Hinc,
LANCEOLATUS, a, um. Adj. ut, Plantago lanceolata, l. c. V. etiam Macer. 2. 3. 5.
LANCEO, āre. Lanceam mittere. Tertull. adv. Marc. 3. 13. Qui ante norint lanceare quam lancinare. conf. idem adv. Judæos cap. 9.
LANCEĀTUS, a, um. Adj. [λογχωτός] Lancea armatus.
Lanceatus. Partic. Ictu lanceæ percussus. Firmicus, Quicunque habuerunt horoscopum in XXI parte Tauri, lanceati moriuntur.
LANCĬNO, [σπαράσσω, νύσσω] āre. Ferire, lacerare. Plin. lib. 11. cap. 34. Est & volucre canibus peculiare suum malum, aures maxime lancinans, quæ defendi morsu non queunt.
LANCINĀTUS, a, um. Partic. Translate, utitur Catull. 27. 15.
Paterna primum lancinata sunt bona. Adde Senec. de Ira 1. 2.
LANCINATIO, ōnis. f. apud Celsum. [Modo ut exter apud Celsum.
LANCINATOR, ōris. m. Qui lancinat. Prudent. Romano v. 1057. Lancinatores gregum.
LANEUS, V. LANA.
LANGA, æ. f. Genus animalis, quod alii Languriam vocant, quam dicunt circa Padum inveniri. Plin. lib. 37. cap. 2. ubi de Lyncurio lapide. Alii dixere langurium, & esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas vocat easdem, & circa Padum iis vitam affirmat.
LANGĪA, æ. f. Fons est in Nemæa silva Arcadiæ, ut indicat Stat. lib. 4. Theb. 728. Ex hoc refectus fuit Argivus exercitus ad Thebas vadens, quum graviter sitisset.
LANGUEO, ui, [ἀσθενέω, ὀλιγωρέω] ēre. Deficere, infirmum esse, dissolvi. ut,
Artus confecti languent. Lucret. lib. 3. 960.
Corpora languent tristi morbo. Virg. 4. Georg. 252.
Cor languens. Catull. Argon. 62. 99.
Gratia languet. Sil. lib. 17. 361.
Ictus languens. Lucan. lib. 3. 687.
Jubar lunæ nimbosum languet. Stat. 12. Theb. 305.
Manu languenti tenere aliquid. Ovid. 12. Met. 318.
Membra languentia. Lucret. lib 6. 797.
Vires in corpore languent. Ovid. 1. de Pont. 4. 3.
Vox la[illegible]. Cic. 1. Off. 133.

Langue-

Languere a via. Cic. 1. Philipp. 12.
Incitat languentes vis sonorum, & excitatos languere facit. Cic. 2. de Legib. 38.
Languere, Timidum esse. Sallust. Catil. cap. 52. 18. Si paulum modo vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt. [Exponendum erat, Remissius agere, Remittere curam.
Languere, Otio torpere & marcere. Cic. in Pison. 82. Nec despero tamen (quanquam langoet juventus, nec perinde atque debebat, in laudis & gloriæ cupiditate versatur) futuros aliquos qui abjectum hoc cadaver, Consulatibus spoliis nudare non nolint.
Languere otio. Cic. 1. de Nat. Deor. 7. Nam quum otio langueremus, & is esset Reip. status, &c.

Languesco, [illegible] ēre. Languere incipere. Virg. 9. Æn. 435.

> Purpureus veluti quum flos succisus aratro
> Languescit moriens. Cic. 4. de Fin. 65. Hebes acies est cuipiam oculorum, corpore alius languescit.

Lumina languescunt morte. Catull. Argon. 62. 188.
Languescere, Invalidum, tepidum, seu otiosum fieri. Cic. in Caton. 28. Orator metuo ne languescat senectute.
Cupido languescit: h. e. Minuitur. Plin. Epist. 2. 20. pr.
Languescente colore in luteum. Plin. lib. 27. cap. 13.

Languĭdus, a, um. Adj. [illegible] Quod languet.
Languidus vino, vigiliisque. Cic. 5. Verr. 31. Et in Catil. 2. 10. Vino languidi, confecti cibo, sertis redimiti.
Aura languida. Ovid. 2. de Pont. 1. 2.
Auctoritas languida patrum facta est. Plin. lib. 15. cap. 29.
Cassis languida. Martial. lib. 5. 24.

> Hermes casside languida timendus. [De gladiatore in quovis genere pugnæ nobili. Forte Cuspide languida scripsit, & Gladium lassi ac jam pugna defatigati intellexit.

Cervix languida. Stat. 10. Theb. 300.
Colore languido herba in candidum vergente. Plin. lib. 21. cap. 18.
Conviva languidus. Hor. 2. Serm. 4. 39.
Ictus languidus, cui Creber opponitur. Plin. lib. 11. cap. 37. De pulsu arteriarum.
Ignis languidus. Plin. lib. 34. cap. 8.
Lumina languida. Catull. Argon. 62. 220.
Pecus tarda & languida. Cic. 2. de Fin. 39. Ut tardam aliquam & languidam pecudem, ad pastum &c. ortum esse voluerunt.
Quies languida. Virg. 12. Æn. 908.
Compar. Alienior & languidior homo. Cic. 1. Quint. frat. Ep 2. extr. Si qui antea aut alieniores fuerant, aut languidiores, nunc horum odio se cum bonis conjungunt.
Ira languidior indies. Plin. Epist. 9. 13. 4.
Semina nequitiæ languidiora facit. Ovid. 3. Amor. 4. 10.
Vina languidiora, Vetustata leniora. Hor. 3. Carm. 21. 7.

Languĭde, Adv. [illegible] Cunctanter, negligenter, otiose. Columel. lib. 11. cap. 1. Hoc igitur custodire oportet villicum, ne statim a prima luce familia cunctanter & languide procedat. Cæs. 7. Bell. Gall. cap. 17.
Compar. Plin. 37. 7. Qui languidius & lividius lucent.

Languidŭlus, a, um. [illegible] Adj. dimin. ut, Somni languiduli. Catull. Argon. 62. 331.
Coronæ languidulæ. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Languor, ōris. m. [illegible] proprie est Defectus virium, & succi naturalis. Poetæ fere pro Morbo ponunt.
Aquosus languor, Hydrops. Hor. 2. Carm. 2. 15.
Discedit languor a corpore. Ovid. 20. Epist. 3.
Habet perpetuus corpora languor. Ovid. 3. Trist. 8. 24.
Inficere animum languore. V. INFICIO.
Peresus multis languoribus. Catul. in Camerium, 53. 31.
Solutus molli languore. Ovid. 11. Met. 648.
Soluta membra languore. Ovid. 11. Met. 612.
Languor, ad animum quandoque transfertur, pro Debilitate, defectu, torpore, inertiaque. Cic. 1. Off. 123. Nihil autem magis cavendum senectuti, quam ne languori se desidiæque dedat. Idem 14. Att. 6. Vides languorem bonorum.
Languor, Lassitudo. Plaut. Asin. 3. 2. 18.

> Ubi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo
> Validos lictores, ulmeis affectos lentis virgis.

Languitūdo, inis. & **Languĭtas**, ātis. f. Gloss. Gr. Lat. [illegible], Ægrimonium, Morbus, Languitudo, Languitas.

Languĕfăcio, ēre. Cic. 2. de Legib. 38. Languefacit excitatos. Al. Languere facit.

Languĭfĭcus, a, um. Languere faciens. ut, Leo languificus. Auson. Ecl. p. 558.

Languriium, i. n. Electri species ex langis sive languriis factum. Plin. lib. 37. cap. 2. V. LANGA.

Lanicium, **Lanifer**, **Lanificium**, **Lanificus**, **Laniger**. V. LANA

Laniarium, **Laniarius**, **Laniatio**, **Laniatus**, **Laniena**, **Lanignus**, **Lanio**, **Lanionius**, **Lanista**, **Lanistitius**, V. LANIUS.

Lănius, i. vel **Lănio**, ōnis. m. [illegible] Qui carnes in carnario vendit. A laniandis pecoribus, quod ea concidat, lanietque. Ter. Eun. 2. 2 26.

> Concurrunt læti mihi obviam cupedinarii, cetarii, lanii,
> Coqui, &c. Martial lib 6. 64.
> Omnia crudelis lanius per compita portat.

Instrumentum lanionis, Paulus JCt. l. 18. pr. ff. de Instruct. V. Olaum Borrich. in Voss. Cogitat. p. 152

Laniēna, æ. f. [illegible] Officina in qua fiunt & venduntur carnes. Plaut. Epid. 2. 2. 15.

> Per myropolia & lanienas, circumque argentarias. Adde Tertull. de Anima cap. 33.

Est etiam Actus ipse laniandi; unde Medicorum sectio, Laniena Hippocratica a Prudent. dicitur Roman. v. 498.

Lanea, æ. f. Idem quod Laniena. Liv. lib. 44. cap. 16. extr. Laneasque & tabernas conjunctas in publicum emit. Sed in emendatis libris exstat Lanienasque.

Lanignus, a, um. Adj. ut ab Abiete Abiegnum, a Larice Larignum, sic a Lanio Lanignum pro Laninnio veteres formarunt Varro, Huc intervallo primum forensis dignitas crevit, atque ea tabernis lanignis argentariæ factæ. Hæc ea Non. 12. 55. conf. Turneb Advers. 14. 19.

Laniōnius, a, um. [illegible] Adj. Quod ad lanium pertinet. Unde Lanioniæ mensæ, in quibus scinditur caro. Suet. in Claud. cap. 15. Carnificem statim acciri cum machæra, mensaque laniona flagitavit. V. ibi Casaub.

Lanio, [illegible] āre. Discindere. Liv 9. 1. Placari nequeant, nisi hauriendum sanguinem, laniandaque viscera nostra præbuerimus.
Laniare dentibus hostem. Liv. 22. 51. extr.
Amictus tenues laniavit. Ovid. 4. Met. 104.
Capillos laniare. Ovid. 9. Met. 154.
Carnem laniare dicitur lanius. Paul. in l. Quum de lanionis. in princip. ff. De fund. instruct.
Corpus laniare. Ovid. 4. Fast. 238.
Crinem laniare. Ovid. 2. Met. 350.
Membra sua laniare. Ovid. 14. Met. 195.
Mundum laniant venti. Ovid. 4. Met. 60.
Tunicam laniare. Ovid. 2. de Arte Am. 171.

Laniātus, a, um. Partic. [illegible] ut, Capillos laniata. Ovid. 12. Epist. 157.
Classis laniata. Ovid. 7. Epist. 175.
Genas laniata. Virg. 12. Æn. 606.
Sinus laniata Clymene. Ovid. 2. Met. 335.

Laniātus, ūs. m. [illegible] Cic. 1. Tusc. 104. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti? Plin. lib. 8. cap. 40. Laniatuque & latratu adactum, ut cogeretur fateri scelus.

Laniatio, ōnis. f. Senec. de Clem. 2. 4. In cædes hominum ac laniationes pervenit.

Laniarius, i. m. Idem quod Lanius. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 1035. n. 4. C. NIGIDIVS. PRIMVS. LANIARIVS. SIBI &c.

Laniarium, i. n. [illegible] pro Laniena. Varr. 2. de R. R. cap. 4. Quis enim nostrum fundum colit, quin sues habeat, & qui non audierit patres nostros dicere, ignavum & sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario, quam ex domestico fundo. [Subaudi Petitam, vel Emptam, nec dubita, quin Ablativus sit a nominativo Laniarium, i. n. Sic Cic. in Pison 67. Panis & vinum a propola.

Lănista, æ. m [illegible] Magister & institutor gladiatorum: sub cujus dominatu, & quo hortante homines gladiaturam exercent, atque in mutuam necem ruunt. Hic Gladiator alias dicitur, [V. infra Ibid.] Hi familias habebant domi ad gladiaturam exercendam: quas instituere, & mox paratas vendere solebant munerariis. Juven. 3. Sat. 158.

> Hic plaudat nitidi præconis filius, inter
> Pinnirapi cultos juvenes, juvenesque lanistæ.

Lanista, Gladiator, id est Carnifex Tosca lingua appellatus, a Laniando scilicet corpora. H. St ea Isidor. lib. 10. litt. L.
Translate. Cic. 13. Philipp. 40. Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitavit, ne videret unius corporis duas acies, lanista Cicerone dimicantes. Hic per translationem accipitur, teste Budæo. q. d. Instigante Cicerone. V. etiam Liv. 35. 33.
Lanistæ avium dicti sunt a Columel lib. 8. cap. 2. Qui aves certaminibus præparabant. [Ex Instituto Græcorum. Videatur Beroald. in Suet. Cæs. cap. 26.

Lanistitius, a, um. Adj ut, Lanistitia familia. Petron. Fragm. Tragur. cap 45.

Lanivium, sive **Lanuvium**, i. n. [illegible] Dianæ lucus, id est Artemisium (sic enim vocant) e sinistra viæ regione, ex Aritia ad Arecinam viam conscendentibus: quod templum nominant ædificium Tauricæ. V. Ovid. 6. Fast. 59. [Hæc ea Thes. Lips. Apud Ovid tamen Oppidum ipsum Lanuvium intelligitur, Junonis Sospitæ templo inclytum.
Lanuvium [illegible] Municipium Latii ex Cic. Miloniana notissimum, de quo Ptol. lib. 3. cap. 1.
Lanuvium, i. n. pro Obscæna mulierum parte, velut quodam lanitie vel lanugine hirta. Propertius, 4. 9. 20.

> Lanuvii ad portas, hei mihi solus eram. Ille enim, etsi ad nomen municipii, quod Lanuvium vocabatur, respexit, tamen mulierum pudenda intellexit. Turnebus. V. Broeckh. ad l.

Lanuvinus, a, um. Adj. [illegible] ut, Ager Lanuvinus, apud Hor. 3. Carm. 27. 3.
Ater Lanuvinus. Catull. in Egnatium, 37. 12. Adde Cic. 9. Fam. 22.

Lanoculus, **Lanositas**, **Lanosus**, **Lanuginosus**, **Lanuginosus**, **Lanugo**, V. LANA.

Lanuvium, V. LANIVIUM.

Lanx, lancis. f. [illegible] Vas latum & profundum, minus excavatum quam patinæ. a Latitudine dicitur, ut quidam putavere. Vas escarium in quo caro tam tosta, quam elixa conditur, mensæque infertur. Plaut. Amphit. 4. 2. suppos. 3. 21.

> Interea dum isti certant, in popinam divertendum est mihi:
> Lances detergam omnes, omnesque trullas hauriam. Cic. 6. Att. 1.

Lancibus & splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere.
Cælata lanx. Ovid. 3. de Pont. 5. 20.
Cavatæ lances. Martial. lib. 11. 32.
Grandis lanx. Ovid. 4. de Pont. 8. 40.
Pandæ lances. Virg. 2. Georg. 194.
Quadratæ lances. Ulpian. l. Quum aurum. ff. de aur. & argent. &c. legat.
Rotundæ lances. Hor. 2. Serm. 4. 40.
Lances, Trutinæ, seu Stateræ dici certum est apud antiquos, quod ad lancium formam factæ essent & excavatæ. Unde Bilances dictæ sunt, Quæ duas lances habent. Cic. 5. de Fin. 91. Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere.
Gemina justum suspendere lance. Pers. 4. Sat. 10.

Lanx etiam Vas fuit sacrificiis dicatum. Auson. Monosyll. v. 104.

Turibula, & pateræ, quæ tertia vasa deûm? lanx. Virg. 2. Georg. 192.

Hic laticis; qualem pateris libamus & auro,
Inflavit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Lancibus, inquit Servius, Pandis: aut Patulis, aut extorum pondere curvatis. Reddi autem dicebantur Exta, quum probata & elixa aræ superponebantur. Vulgus Offerre dicit.

Lanx Satura, V. SATURA.

LANCULA, æ. f. dimin. Vitruv. 10. 8. Cum enim ansa propius caput, unde lancula pendet, &c. de Trotina loquens.

LANCICULA, æ. f. aliud dimin. Arnob. lib. 2. p. 59. Trulla, lancicula, candelabrum.

L A O

LĀŎCŎON, ontis. m. [Λαοκόων] fuit Priami regis filius, ut nonnullis placet, Thymbræi Apollinis sacerdos, qui immissis draconibus, ob admissum piaculum, una cum filiis suis interemptus est. V. Virg. 2. Æn. 41.

Laocoon ardens summa decurrit ab arce, &c.

LAODAMAS, [Λαοδάμας] Halius & Clytoneus. filii fuere Alcinoi regis & Aretes.

LAODAMĪA, æ. f. [Λαοδάμεια] Protesilai, qui primus ad Trojam occubuit, uxor, quæ cum nuntium mortis ejus accepisset, optavit os umbram ejus videret, votique compos facta, in viri umbræ apparentis amplexu exspiravit. Volater. V. Ovid. 13. Epist. Serv. ad 6. Æn. 447.

Fuit & Laodamia, Bellerophontis filia, quæ a Jove compressa, ut ait Homer. 6 Iliad. 195. Sarpedonem dium edidit. Quare Diana irata, Laodamiæ mortem attulit. Vide apud Catul. Epig. ad Mallium 66. 74.

LĀŎDĬCĒ, vel (ut nonnulli legunt) LAODOCA, es. f. [Λαοδίκη] Homero auctore, Una filiarum Priami formosa, quæque Helicaoni Antenoris regis Thraciæ filio nupsit.

Altera fuit, eodem teste, Il. 9. 145. Agamemnonis ex Clytemnestra filia.

Flavaque Laodice, cæloque recepta Celeno. Ovid. 19. Epist. 135.

LĀŎDĬCĒA, æ. f. [Λαοδίκεια ἐπὶ Λύκῳ] Urbs celeberrima Magnæ Phrygiæ, Lyco flumini imposita, latera alluentibus Asopo & Capro, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 29. prius Diospolis appellata, dein Rhoas.

Laodicea, Urbs Phœniciæ, apud Melam lib. 1. cap. 12. extr. Nunc vulgo *Liche* vocetur, ut scribit Olivarius in Melam. Alias Laodicea Cabiosa, sive ad Libanum dicta. Laodiceas plures V. apud Geographos.

LAODICENUS, a, um. Adj. [Λαοδικηνός] Incola Laodiceæ. Cic. 12 Fam. 13.

LAODICENSIS, e. Adj. ut, Civitas Laodicensis. Idem 5. Fam. 20.

LĀŎDŎCUS, i. m. [Λαόδοκος] teste Homero lib. Iliad. 4. 85. Antenoris Trojani filius, strenuus, in cujus formam transfigurata Pallas, intulit se in acies Trojanorum, ut Pandarum invenire posset, quo ei suaderet ut sagitta Menelaum transfigeret.

LĀŎMĔDON, ontis. m. [Λαομέδων] Pater Priami regis Trojæ, & Antigones.

Opes magnæ Laomedontis. Propert. lib. 2. 14. 2.

Laomedon pater Antigones. Ovid. 6. Met. 96.

Idæus Laomedon. Ovid. 3. Amor. 6. 54.

Senex Laomedon. Ovid. 11. Met. 757.

LAOMEDONTIADES, æ. m. [Λαομεδοντιάδης] patronym. in quo additur A. ut in multis aliis, sicut Anchisiades, Telamoniades. Priamus apud Juven. Sat. 6. 326.

Laomedontiadæ dicti sunt Trojani. Virg. 3. Æn. 284.

LAOMEDONTEUS, a, um. Adj. [Λαομεδόντειος] possess.

Pastor Laomedonteus, Paris. Sil. lib. 7. 437.

Trojæ Laomedonteæ luimus perjuria. Virg. 1. Georg. 502.

Urbem Laomedonteam, Romam intelligit. Sil. lib. 17. 4.

LAOMEDONTIUS, a, um. Aliud Adj. ut, Heros Laomedontius. Virg. 8. Æn. 18.

Pubes Laomedontia. Virg. 7. Æn. 105.

L A P

LAPĂTHUM, i. n. [λάπαθον] Herbæ genus multiplex. Plin. lib. 20. cap. 21. Nec lapathum dissimiles effectus habet. Est autem & silvestre, quod alii Oxalidem appellant, sativo proximum, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima: nostri vero Rumicem, alii Lapathum cantherinum, ad strumas cum axungia efficacissimum. Est & alterum genus, fere Oxylapathon vocant, sativo idem similius, & acutiora habet folia ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Est & aliud Hippolapathon, majus sativo, candidiusque ac spissius.

Herba brevis lapathi. Hor. 2. Serm. 4. 29.

Cantherinum lapathum. V. CANTHERIUS.

LAPATHOS, vel LAPETHUS, vel LAPITHUS, i. f. [Λάπαθος, Λάπηθος, Λάπιθος] Urbs in Cypro. Plin. lib. 5. cap. 39. & Steph. Ptol. & Diod. Sic. 19. 59. V. Meurs. Cypr.

LĂPIS, ĭdis. m. [λᾶας, λᾶς, λίθος] proprie est quem Græci λίθον vocant: Saxum, quod ab illis πέτρα dicitur. Lapis mitior, minorque ac tenerior est, Saxum majus, asperius, duriusque. Unde Gemmæ, Lapides, non Saxa dicuntur. Plin. lib. 36. cap. 18. de mola versatili, Nusquam hic utilior, quam in Italia gignitur, lapisque non saxum est. Idem, cap. 22. Est & viridis lapis, vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus: & ubi invenitur, lapis, non saxum est. Hæc Perottus.

Lapidum finalium genera apud eos qui de limitibus scripserunt, multa reperiuntur. sunt enim hæc verba p. 304. Gœs. ex libris Latini de Terminis. Lapis fluvialis, cromaticus vocatur: lapis Tiburtinus, cæsalis dicitur. terminos eductus testaceus, ullageris dicitur. lapis albus silicineos, si peralbus fuerit, Galliensis nuncupatur: si mixtam venam habuerit, ignifer nomen habet. Nam in aliquibus locis terminos non dolatos posuimus, & nihil illis subter addidimus. Terminus, si venas mixtas habuerit, ficto aciem dicitur: Aspratilis, qui velut signum congulatus lapis naturalis fuerit.

Lapis gammatus dicebatur in quo forma gamma. Græcæ litteræ. appareret: qui pentagoni recipiebat rationem. unde & gammati termini dicebantur. V. GAMMA.

Conjectus lapidum. Lucret. lib. 3. 199.

Adesi lapides. Hor. 3. Carm. 29. 36.

Angularis lapis. Cato cap. 14.

Bibulus lapis. Virg. 2. Georg. 348. h. e. Pumex. Servius Arenarium vocari ait.

Clari lapides. Hor. 4. Carm. 13. 14.

Incusus lapis. i. e. Manualis mola cudendo exasperata. Virg. 1. Georg. 274. Servius.

Lubricus lapis. Sen. Med. 10.

Manalis lapis, V. MANO, are.

Missiles lapides. V. MITTO.

Molaris lapis. Quintil. lib. 2. cap. 19.

Numidicus lapis, Marmor Numidicum. V. NUMIDIA.

Operarii lapides. V. Operarius, in OPERA.

Ordinarius lapis. V. Ordinarius, in ORDO.

Osseus lapis. V. OS.

Parius lapis, Marmor Parium. Virg. 1. Æn. 597.

Pelluciduli lapidis deliciæ. Catull. in Rufum, 67. 4.

Quadrato lapide, vel lapide structili reficiat. Ulp. in l. Et si forte. §. Modus. D. Si servit. vindic.

Stratus lapis. Paulus in l. Si prius. ff. De aqua pluv. arcend.

Lapis vivus, Latinis, quem Græci Pyriten vocant. Gratius Cyneg. 404.

Et vivum lapidem & circa Malitesis nectunt
Coralia, &c. Turnebus 6. 9. V. & Vlitii not.

Appetere lapidibus. V. APPETO.

Circumstruere lapidibus. V. CIRCUMSTRUO.

Cooperire aliquem lapidibus. V. COOPERIO.

Emptos de lapide dicimus. Plaut. Bacch. 4. 7. 17.

O stulte stulte, nescis nunc venire te:
Atque in eo ipso altas lapide ubi præco prædicat. I. e. Te venalem esse pronunciat. Chrysalis servi senem irridentis, quem argento defraudabat, verba sunt. Quadrabit ubi quis præsens, videns, audiensque tamen deluditur. Nam vendi etiam hodie vulgo dicuntur, quibus fit impostura. Quod autem meminit lapidis, id traductum est a lapide quodam editiore, quem Romæ fuisse complurium auctorum testimonio constat, unde præcones in auctionibus res venales nuntiabant. Unde M. Tullius vilissimos homunculos, De lapide emptos appellat. Hactenus Erasmus. Columel. lib. 3. cap. 3. De lapide vinitorem comparare. Cic. in Pison. 35. Tribunos de lapide emptos esse ait, quia mercede accepta redempti fuerant ut faverent Clodio, sicut servi de lapide pecunia emebantur. Et sic Beroaldus interpretatur locum Columellæ, Merulam reprehendens qui ad rupem Tarpeiam retulerit, ex qua deturbari nocentes solebant. Cælius tamen lib. 25. cap. 22. Merulæ sententiam tuetur, eos intelligens de lapide noxios, qui ob sua scelera digni sunt jamjam præcipitari: aut qui periculum id adierunt quidem, revocati tamen emissique ratione aliqua sunt. sicuti vulgo dictitari audimus, a furca redemptum esse aliquem. ex mediis quem supplicii faucibus liberatum intelligimus. Itaque verba Columellæ refert Cælius non ad Lapidem præconis, sed ad Lapidem Capitolinum, seu Rupem Tarpeiam. Turnebus Beroaldo assentitur, quem vide.

Ferre Lapidem altera manu, panem ostentare altera. Plaut. Aulul. 2. 2. 18. In eos hoc dicitur, qui coram blandiuntur, clam obtrectantes; palam amicos agunt, clanculum nocent: aut qui hic prosunt, illic lædunt, falsam beneficii spem ostentant, ut nacti occasionem funditus perdant. Translatum ab iis qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accedentibus, saxum illidunt. Erasmus.

Jactare lapidem. Virg. 1. Georg. 62.

Incessere aliquem jactu lapidum. Ovid. 13. Met. 566.

Incidere in lapidem. V. INCIDO.

Loqueris lapides. V. LOQUOR.

Movere omnem lapidem. i. e. Omnia conari & experiri. Plin. 1. Epist. 20. V. Erasm.

Notare diem candidiore lapide. Catul. ad Mallium 66. 148. V. CANDIDUS.

Obruere lapidibus. V. OBRUO.

Terit lapis lapidem. Plaut. Asin. 1. 1. 16.

Nunc me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit. i. e. Metuo ne me in pistrinum rapias.

Lapidem verberas, aliud proverbium, pro In vanum laborare. Plaut. Curcul. 1. 3. 40.

Lapidibus apud veteres miliaria signabantur: Idcirco Lapis quandoque pro Miliario ponitur. Unde, Ad quartum lapidem, & similia frequentissima apud Livium leguntur. Et, Extra primum lapidem, id est *banlieuam*, inquit Budæus. Adde Flor. 2. 6. 56.

Lapis, pro Monte. Virg. 1. Ecl. 48.

Et tibi magna satis: quamvis lapis omnia nudus,
Limosoque palus obducat pascua junco. Servius.

Lapidem, Hominem dicimus negligentem, stupidum, qui non movetur ad id agendum quod maxime oporteat. Ter. Heaut. 4. 7. 3.

Cape hoc argentum, ac defer. a. hei, quid stas lapis?
Quin accipis? Idem Hec. 2. 1. 17.
Tu, inquam mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem putas.

Lapis, Feminino genere in usu apud antiquos, ut auctor est Nonius 3. 123. citans Ennium, Tanto sublatæ tunc agmine sunt lapides. ad Homeri similitudinem, qui genere feminino Lapides posuit.

LĂPIDEUS, a, um. Adj. [λίθινος, λάινος] Quod ex lapidis materia constat. Plaut. Truc. 4. 3. 44.

Lapideus sum, commovere me miser non audeo. Hic per translationem: i. e. Gravis & ponderosus. [Immo Instar lapidis metu obrigui. V. mox Niobe lapidea.

Duritia lapidea. Plin. lib. 27. cap. 11.

Imber lapideus. Cic. 2. de Divin. 60. Te nec terræ fremitus, nec cæli discessus, nec lapideus aut sanguineus imber, nec trajectio stellæ, nec faces visæ terrebunt.

Imbri lapideo pluit. Liv. 30. 38.

Litus lapideum. V. ALBION.

Murus lapideus. Liv. 1. 38.

Niobe lapidea, In lapidem conversa. Cic. 3. 63. Tusc. Niobe fingitur lapidea, propter æternum in luctu silentium.

LAPIDŌSUS, a, um. Adj. [λιθώδης] Quod lapidibus abundat. Plin. lib. 19. cap. 8. In locis incultis, lapidosis.

Ager lapidosus. Ovid. 8. Met. 799.
Corna lapidosa, Dura. Virg. 2. Georg. 34.
Ictus lapidosus grandinis. Claud. de Bell. Get. 240.
Montes lapidosi. Ovid. 1. Met. 44.
Nitrum lapidosum. Plin. lib. 31. cap. 10.
Panis lapidosus. Senec. de Benef. lib 2. cap. 7.
Pomis lapidosis obruta terra. Columel. lib. 10. cap. 2.
Rivus lapidosus. Ovid. 3. Fast. 273.
Terra lapidosa, Lapidosa loca. Var. 1. de R. R. cap. 9.
Compar. Plin. 34. 12. Mysi est lapidosius.

LAPIDOSĬTAS, ātis. f. Tertull. de Habitu Muliebri cap. 6. In piscium cerebris lapidositas quædam est.

LAPIDARIUS, a, um. Adj. [λιθοξοϊκός] Quod ad lapides pertinet. ut, Lapidariæ latumiæ. Plaut. Capt. 3. 5. 65.
Inde ibis porro in latomias lapidarias. [Forte Lapidarius scribendum. Ita enim jocus elegantior exsistit. V. dict. seq.
Litteræ lapidariæ. i. e. Saxis incisæ. Petron. cap. 58.
Navis lapidaria. Idem cap. 117.

LAPIDARIUS, i. m [λιθουργός] Ulpian. in l. Si ut certo. §. Sed interdum. D. Commodati, Nam & Mela scripsit, si servus lapidario commodatus, sub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligarit. V. Funerarius, subst. in FONUS. [Subauditur, puto, Opifex Gloss. Lat. Gr. Lapidarius, λατόμος.

LAPILLUS, i. m. diminut. [λιθίδιον] Plin. lib. 10. cap. 23. Nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes.
Attritus lapillus, V. ATTERO.
Lapilli, Lapides pretiosi, ut sunt gemmæ, margaritæ. Hor. 1. Serm. 2. 80.
Nec magis huic intra niveos, viridesque lapillos. i. e. Margaritas & Smaragdos.
Peregrini lapilli. Ovid. de Nuce, v. 141.

LAPILLŬLUS, i. m. aliud dimin. Solin. cap. 15. Grues sublatis lapillulis ad moderatam gravitatem saburrantur.

LAPICĪDA, vel, ut nonnullis placet, **LAPIDICĪNA**, æ. m. [λιθοτόμος, λιθοξόος] Qui lapides cædit. Varr. de L. L. 7. n. 33. Qui lapides cædunt, lapicidas, qui ligna lignicidas non dici.

LAPICIDĪNA, æ. f. [λιθοτομία] Locus ubi lapides excidontur, Latomiæ a Græcis dictæ. Unde & Carcerem Latomias, vel Latumias vocamus: sive quod damnati ad lapides cædendos mittebantur: sive quod Simuessani Campaniæ populi, latumias habebant instar carceris excavatas, ex quibus excisi lapides fuerant ad urbem exstruendam, hisque pro carcere utebantur. Plaut. Capt. 3. 5. 78.
In lapicidinas facite deductus fiet. Cic. 2. de Divin. 49. Potest igitur tale aliquid etiam sua sponte in lapicidinis Chiorum exstitisse. Ulpianus in l. Si fundi. §. j. D. de usufructu, Si lapicidinas habeat, & lapides cædere velit. Scribitur & Lapidicina, sed minus recte.

LAPICIDINARIUS, i. m. Idem quod Lapicida. Gloss. Cyril. λιθοξόος, Lapicidinarius.

LAPĬDO, [λιθοβολέω, λιθάζω, καταλιθάζω, λεύω] āre. Lapidibus cædere. Quintil. lib. 8. cap. 2. Lapidare quid sit, manifestum est. Florus lib. 1. cap. 22. Exercitus Postumium Imperatorem, inficiantem quas promiserat prædas, facta in castris seditione, lapidavit.
Lapidata templa sunt. Tranquil. in Caligula c. 5.
Lapidare, ad inanimata transfertur, & significat Percutere, pulsareque, etiam sine lapidibus. Macrob. Sat. 2. 7. Notantes impotentiam ejus hac dicacitate lapidatam.
Lapidavit, pro Lapidibus pluit. Liv. 43. 13. Reate imbri lapidavit.
Lapidatum est, pro Lapidavit, i. e. lapidibus pluit. Liv. lib. 44. 18. Idem 29. 14. Et novendiale sacrum, quod de cælo lapidatum esset, factum.

LAPIDANS, antis. Partic. Vulg. Interpr. Act. 14. 19. Lapidantes Paulum traxerunt. In Gr. λιθάσαντες, i. e. Quum lapidassent.

LAPIDĀTIO, ōnis. f. [λιθοβόλησις] Cic. pro P. Sull. 15. Ille ambitus judicium tollere, ac disturbare primum conflato voluit gladiatorum, ac fugitivorum tumultu: deinde, id quod vidimus omnes, lapidatione, atque concursu. i. e. Lapidum jactu, inquit Budæus.
De grandine dicitur. ut, Ne ventis grandinisque lapidatione quaterentur. l. 4. Cod. de Malific. & Math.
De Theatralibus lapidationibus V. Erhard. & Burm. ad Petron. cap. 90. Barth. Advers. 22. 13. Meurs. ad Lycoph. Cassandr. v. 331. & Casaub. Animadvers. in Athenæum lib. 6. cap. 11.

LAPIDĀTOR, ōris. m. [λιθαστής] Cic. pro Domo 13. Percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ.

LAPIDESCO, [λιθοῦμαι] ĕre. pro In lapideam duritiem converti, apud Plin. legitur lib. 2. cap. 103. Idem lib. 32. 2. de coralio, Aiunt tactu protinus lapidescere.
Lapidescere in duritiem. Plin. lib. 16. cap. 6.

LAPIO, īre. Durum efficere: & quasi In lapidem convertere. Pacuvius apud Non. 1. 87. Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. Hæc Nonius. Festus; Lapit, Dolore afficit. Obsoletum verbum.

LĂPĪTHÆ, arum. m. pl. [Λαπίθαι] Thessaliæ populi fuerunt, quorum rex fuit Pirithous. Hi Pindum & Othryn Thessaliæ montes habitarunt. Virg. 3. Georg. 115.
Frena Pelethronii Lapithæ gyrosque dedere. A Græcis scribitur Λαπίθαι: ideo Lapithæ, non Lapitæ dici debent. Servius in sextum Æneid. Lapithæ, populi Thessaliæ fuerunt, quibus imperabat Ixion amicissimus Jovi, Phlegiæ filius. Virg. 6. Æn. 601.
Quid memorem Lapithas?
Sævi Lapithæ. Hor. 2. Carm. 12. 5.

LAPITHÆUS, a, um. Adj. [Λαπιθαῖος] ut, Genus Lapithæa. Ovid. 12. Met. 530.

LAPITHĒIUS, a, um. aliud Adj. [Λαπίθειος] ut, Prælia Lapitheia. Ovid. 14. Met. 670.

LAPITHONIUS, a, um. Idem. ut, Lapithonia Nympha. Stat. 7. Theb. 297.

LAPPA, æ. f. [ξάνθιον] Herbæ genus: cujus tria genera memorat Perottus. Plin. lib. 21. cap. 17. Notabile & in lappa, quæ adhærescit, quoniam in ipsa flos nascitur, non evidens, sed intus occultus, & intra se germinat, velut animalia quæ in se pariunt. Idem lib. 18. cap. 17. pr. Lappas inter frugum morbos numerat. Et Virg. 1. Georg. 153.
— primum aspera silva, Lappæque tribulique absint.

Lappa boaria. V. BOA.
Tenax lappa. Ovid. 2. de Pont. 1. 14.

LAPPĀCEUS, a, um. Adj. Lappæ simile. Plin. lib. 22. cap. 17. Semina in capitibus lappaceis adhærentia vestibus. De helxine.

LAPPĀGO, īnis. f. Herba similis anagallidi, nisi esset ramosior, ac pluribus foliis aspera, rugosa, asperioris succi, gravis odoris. Plin. lib. 26. cap. 10.

LAPSĀNA, æ. f. [λαψάνη Hesych.] Olus Silvestre, trium foliorum. de quo Plin. lib. 20. cap. 9. V. Varronem 3. de R. R. cap. 16. Et Columel. lib. 9. cap. 4. Scribitur & Lampsana per M, q. V.
Lapsana vivere, proverbialis locutio, pro Parce duriterque. V. Erasm.

LAPSIO, **LAPSUS**. V. LABOR, ĕris.

LAQUEAR, **LAQUEARE**, **LAQUEARIUS**, **LAQUEATUS**, **LAQUEO**. V. LACUS.

LĂQUEUS, i. m. [βρόχος, ἀγχόνη, παγίς] Vinculum. unde, Laqueo vitam finire, Suspendio vitam finire. Cic. 6. Verr. 37. Homini jam perdito & collum in laqueum inserenti subvenisti.
Teretes laquei. Senec. Hippol. 1.
Tenaces laquei. Senec. Hippol. 10.
Validi laquei. Propert. lib. 2. 34. 48.
Captare feras laqueis. Virg. 1. Georg. 139.
Claudere animam laqueo. Ovid. 7. Met. 604.
Compellere aliquem ad laqueum. V. COMPELLO.
Implicare collum laqueis. Ovid. 2. Epist. 192.
Injicere laqueum alicui. V. INJICIO.
Interimere aliquem laqueo. Hor. 2. Serm. 3. 131.
Ligare guttura laqueo. Ovid. 6. Met. 132.
Nodatus collum laqueo. Ovid. Rem. Amor. 17.
Premere collum laqueo. Hor. 1. Epist. 16. 37.
Laqueus, per translationem, pro Quacunque re qua homo capi & irretiri potest. ut,
Disputationum laquei, Interrogationes captiosæ. Cic. de Orat. 1. 42.
Revertamur ad Chrysippi laqueos. Cic. de Fato 7.
Judicii laquei. Cic. pro Milon. 41. Atque illam belluam judicii laqueos declinantem jam irretitam teneret. Idem pro Cluent. 150. Putant enim minus multos laqueos legum & conditionum ac judiciorum propositos esse oportere.
Juris laqueos enodare. Gell. 13. 10.
Periculorum multis laqueis implicari. Firmic. lib. 5. cap. 1. Adde 4. cap. 14.
Induere se in laqueos. V. INDUO.
Involvere se laqueis insidiosæ interrogationis. Plin. 1. Epist. 5. ad Voconium.
Laqueo verbi capi. Cic. pro Cæcin. 83. Si ad interdicti sententiam confugis: & de quo fundo actum sit tum, quum Æbutius restituere jubebatur, id quærendum esse dicis: neque æquitatem rei, verbi laqueo capi putas oportere: in meis castris, præsidiisque versaris.
Inexplicabiles laquei. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Cadere in laqueos, pro Decipi, usus est Ovid. 3. de Arte Am. 591.

LAQUEĀRIUS, i. m. Isidoro 18. 56. est inter Gladiatores, qui laqueum adversario injiciebat, ut prosterneret & perimeret. V. Lips. Saturn. 2. 13.
Laquearius pro Artifice Lacunario, V. LAQUEAR, post LACUS.

LAQUEO, āre. Laqueo irretire. tralate Juvenc. 1. 524.
— si te laqueaverit error. V. Lutat. ad Stat. 11. Theb.

LAQUEĀTUS, a, um. Adj. [φατνωτός] Laqueis irretitus, vel ligatus. Columel. lib. 6. cap. 19. Ceterum corpus laqueatum & distentum temonibus obligatur, sicque immotum medentis arbitrio est expositum. V. Solin. cap. 25.
Laqueatus, in alio significato, V. LAQUEAR.

LAQUEĀTOR, ōris. m. Idem quod Laquearius, apud Isidor. 18. 56. conf. Stewech. ad Veget. 3. 22. p. 261.

L A R

LAR, laris. V. post LARA.

LAR, lartis. re. quod nomen sæpenumero legimus, adeo ut in prænomen abierit, videtur Ducem significare vel Regem. Nam Ausonius Viridomarum Gallorum ducem, quem interfecit Marcellus, cuique opima spolia detraxit, Aremoricum lartem, i. e. Gallicum ducem appellat, ab Aremoricis populis Galliæ, quos multi Aremoricos quam Armoricos vocare malunt. Auson. Idyll. v. 83.
Tertia opima dedit spoliatus Aremoricus lar. Ex Turnebo.

LARA, sive **LARUNDA**, æ. f. [Λάρα] Nympha fuit Tiberina, cui Juppiter linguam abscidit, quod furtivos amores ipsius cum Juturna Junoni indicasset, & ad inferos duci jussit per Mercurium, ut inter nymphas Stygias constitueretur. Mercurius vero dum mandata exsequeretur, nymphæ pulchritudine in itinere captus, cum ea concubuit. Quæ prægnans facta, peperit geminos, quos a matris nomine Lares appellavit. (V. Ovid. 2. Fast. a v. 583. ad v. 617. & ex eo Lil. Gyrald. Syntagm. 15.) Hos ergo Geniales deos dixere: sive quod ut gignamur, curant: sive quod una nobiscum gignantur: seu quod genitos semper tueantur. Euclides Socraticus duplicem omnibus hominibus appositum esse genium scribit, hoc est duos Lares. Unde apud Florum (lib. 4. cap. 7.) malus genius Bruto sese obtulit. Hæc Perottus.

LĀR, lăris. & pl. **LĂRES**, ium. m. [δαίμονες οἰκεῖοι, ἐφέστιοι θεοί, θεοὶ κατοικίδιοι] Lares & Genios, eosdem esse, sunt qui credant, existimantes unicuique duos deos esse, alterum bonum, alterum malum. V. LARA.
Lares dici Græcis δαίμονας scribit Cic. de Univers. 34.
Lares colebantur domi, focusque illis sacer erat. Unde vulgus Focum, *focular*e appellat, quasi Laris focum. [Immo a Foculo dicsin Gall. *fouyer*.
Lases, pro Lares Varro. H. St. Varr. de L. L. 5. pr. A Lasibus Lares.
Lares putati sunt Dii domestici, qui ad urbis commoda vigilare dicuntur inter compita. Ovid. 6. Fast. 791.
Lucifero subeunte lares delubra tulerunt. Dii agrorum ab aliquibus vocati sunt. Tibull. lib. 1. 1. 20.
Vos quoque felices quondam, nunc pauperis agri
Custodes, fertis munera vestra Lares. Plin. lib. 14. cap. 4.
Non maria plus temerata conferre mercatori, quam sedulum ruris larem.
Lares Permarini, Dii Marini. Liv. 40. 52. V. Lex. Pitisc.
Querquetulani Lares apud Varron. 4. de L. L. 8. dicuntur, quod ibi quer-

qua-

quetulum fuisset. Quod ibi, inquit, lucus fagutalis, & lucus Mephitis, &c. Item lucus larum qoerquetulanum sacellum. [Sed rectius distinguitur post Larum. V. QUERQUETULANUS.

Succincti lares. Pers. 5. Sat. 31. Succinctos autem vocat, ut quorundam est opinio, quod pellibus caninis induti essent. Sunt qui dici volunt quasi præfectos militaribus: qui quo expeditiores essent, se cingebant. Sed posterius hoc satis frigide.

Lares viales apud Plaut. Merc. 5. 2. 24. ut suspicor, Dii sunt qui viæ præsunt, ut sint θεοὶ ὁδίοι, quos invocare solent qui peregre proficiscuntur, & ad viam se accingunt, quo etiam cognomento colebatur Mercurius. Turnebus.

Lares, privatorum domibus etiam præesse credebantur. Plaut. Aul. prol. 2.
Ego lar sum familiaris ex hac familia,
Unde exeuntem me aspexistis. &c.

Lar, pro ipsis Ædibus, seu Domo privata. Martial. lib. 1. 77.
Flacce Antenorei spes & alumne laris. Hor. 1. Serm. 2. 56.
Qui patrium mimæ donat, fundumque, laremque. Cic. 5. Verr. 27. Pauci essent reliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros, atque ad suum larem familiarem redirent.

Parvo sub lare. Hor. 3. Carm. 29. 14.
Paterni laris inops. Hor. 2. Epist. 2. 50.
Pressus lar. Pers. 5. Sat. 109.
Fodere larem sub terris. Virg. 4. Georg. 43. de Apibus.
Ponere larem in montibus. Ovid. 5. Fast. 652.
Homo sine lare. Curt. 5. 12. 2. i. e. Non habens conjugem, liberos, domum.
Lar item pro Parte interiore domus. Ovid. 1. Fast. 135.
Omnis habet geminas hinc atque hinc janua frontes:
E quibus hæc populum spectat, at illa larem. Posset hic etiam pro Foco accipi, sicut alibi apud poetas.
Lar, pro Igne. Columel. lib. 11. cap. 1. de villico, Consuescatque rusticos circa larem domini, focumque familiarem semper epulari.

LARĀRIUM, i. n. [ἱερὸν τῶν ἡρώων] Sacrarium domesticum, in quo lares & dii domestici colebantur. Scribit Lampridius Alexandrum Severum in larario suo rem divinam matutinis horis factitasse ad effigies deorum, in quibus habebat Abrahamum & Christum. cap. 29. Idem cap. 31. extr. Virgilium autem Platonem poetarum vocabat, ejusque imaginem, cum Ciceronis simulacro, in secundo larario habuit.

LARIFŪGA, æ. f. ut, Larifuga nocturnus. Petron. in Fragm. Tragur. cap. 57.

LARANDA, orum. n. [Λάρανδα] Civitas Lycaoniæ. Unde Ptolem. lib. 5. cap. 6. Larandam in Lycaoniæ parte Antiochisna collocat.

LARBASON, i. n. Stibium. Plin. 33. 6.

LARDUM & LĀRĪDUM, i. n. [ὕειον τάριχος] dictum quasi Late aridum; Caro suilla est quoquomodo salsa, sive id Pingue quod est in sue. Plin. lib. 28. cap. 11. dixit, Lardum pingue, quasi & macrum dici possit. [Macræ suis dixit cap. 17. pr. libri ejusdem.
Frustra semesa lardi. Hor. 2. Serm. 6. 85.
Grave lardum. Stat. 4. Silv. 9. 34.
Natalitium cognatis ponere lardum. Juven. 11. Sat. 84.
Pinguia larda. Ovid. 6. Fast. 169.
Rubens. Martial. lib. 5. 79.
Et pallens faba cum rubente lardo.
Laridum vocat Macrob. Saturn. 7. 12. Salitam carnem laridum vocamus, ut opinor, quasi large aridum. conf. Apic. 7. 9.

LĀRENTIA, æ. f. [Λαρεντία] cum prænomine ACCA. Scribitur & LAURENTIA, Uxor Faustuli, Romuli & Remi nutrix. V. Liv. 1. 4. Ovid. 3. Fast. 55. Larentia dicitur a Lactant. 1. 20. & Macrob. Saturn. 1. 10. Hinc

LARENTĀLIA, ōrum. n. Festa dicebantur, quæ in hujus Accæ Larentiæ honorem fiebant. Ovid. 3. Fast. 57. Lactant. 1. 20. Larentinalia nominat, & Fest. Larentalia. q. V. Al. LAURENTALIA.

LARGE, LARGIENS, LARGIFICUS, LARGIFLUUS, LARGILOQUUS, LARGIMENTUM, LARGIOR, LARGITAS, LARGITER, LARGITIO, LARGITIONALIS, LARGITOR, LARGIUSCULUS, V. LARGUS.

LARGUS, a, um. Adj. [δαψιλὴς, ἐπιδαψιλὴς, λαμπρὸς, ἄφθονος] a Largior deducit Perottus. [Sed verisimilius est a Nomine verbum deduci.
Largus, Qui largitur. Cic. 2. Off. 55. Omnino duo genera sunt largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Idem pro Deiot. 26. Magnanimum, largum, beneficum, liberalem.
Constr. cum Genit. ut Lachrymarum largus. Plaut. Asin. 3. 1. 30.
Opum largus. Virg. 11. Æn. 338.
Largus opum, lingua melior, sed frigida bello
Dextra. Ubi Servios, Largus opum, Abundans opibus, dives.
Rapinæ largus. Sil. lib. 8. 250.
Cum Ablat. ut Animo largus. Tacit. 2. Hist. 59.
Lingua largior est. Plaut. Asin. 2. 2. 24.
Opera nocturna largus. Plaut. Asin. 3. 3. 8.
Cum Infinit. Donare largus. Horat. 4. Carm. 12. 19. i. e. Largus in donando.
Cum Gerund. Mercandi largus. Sil. lib. 15. 498.
Largos, Abundans. Et varie substantivis jungitur. Plin. lib. 11. cap. 14. Ut largo alimento valida exeat soboles.
Æstus largus. Lucret. lib. 2. 1136.
Æther largior. Virg. 6. Æn. 640.
Fetu largo pubescit vinea. Virg. 2. Georg. 390.
Fletus largos effundere. Virg. 2. Æn. 271.
Flumen largum. Virg. 1. Æn. 469.
Fons largus. Lucret. lib. 5. 282.
Herbæ largæ. Hor. 4. Carm. 2. 55.
Ignis largior. Hor. 1. Serm. 8. 44.
Imber largus. Ovid. 11. Met. 516. & Virg. 1. Georg. 23.
Lux larga. Cic. 2. de Nat. Deor. 94.
Luce larga repletus. Lucret. lib. 2. 805.
Mero largo celebrare diem. Ovid. 3. Fast. 656.
Messis larga. Ovid. 4. Fast. 617.
Munera larga. Hor. 4. Carm. 1. 18.
Opes Largæ, Abundantes & multæ. Martial. lib. 5. 26.
Pabula larga. Lucret. lib. 5. 867.
Vina larga. Hor. 3. Carm. 18. 6.
Vino largiore est usus, Affatim bibit. Liv. 40. 13.
Undæ largæ fluminis. Lucret. lib. 1. 1030.
Compar. Flagitare largiora. Hor. 2. Carm. 18. 13.
Superl. Cic. 3. Verr. 118. Si largissimus esse vellet, &c.

LARGUS, cognomen fuit Cæcinarum in gente Licinia. V. Spanh. de Usu & Præst. Num. diss. 10. p. 10.

LARGE, Adv. [δαψιλῶς] Liberaliter, abundanter. Hor. 1. Carm. 9. 5.
Ligna super foco large reponens.
Large, effuseque donare. Cic. pro Rosc. Amer. 23.
Large blandus. Plaut. Aul. 2. 2. 19.
Mensæ constructæ large. Catull. 62. 304.
Facultates large superfunt illi. Plin. Epist. 3. 2. pr.
Æstimare large, liberaliterque. Cic. 5. Verr. 204.
Mittit homini munera satis large. Cic. 6. Verr. 62.
Annuis victibus large sufficiens. Plin. lib. 7. cap. 46.
Compar. Ter. Eun. 5. 8. 48. Et habet quod det, & dat nemo largius.
Circumferre merum largius. Curt. 7. 4. 7.
Superl. Cic. 3. Verr. 158. Decuriæ mihi copia quam largissime facta est.

LARGĪTER, Adv. [δαψιλῶς, ἀφθόνως] Idem quod Large. Cic. Ep. ad Brut. 17. ad fin. Sed persuade tibi, de voluntate propria mea nihil esse remissum, de judicio largiter. i. e. Multum. P. Manut.
Largiter argenti. Plaut. Rud. 4. 4. 144.
Largiter mercedis. Plaut. Rud. 5. 2. 28.
Largiter vini. Plaut. Truc. 5. 11.
Opus nutrici, utrem habeat veteris vini largiter,
Ut dies noctesque potet. [Malim post Vini comma reponi, ut Adv. ad verbum Potet referatur.
Auferre largiter. Hor. 1. Serm. 4. 132.
Peccasti largiter. Plaut. Most. 2. 2. 8.

LARGĪTUS, Idem. Afranius apud Non. 11. 44. Quid lacrymas? largitus proloquere.

LARGIUSCULUS, a, um. Adj. dimin. Aliquantum largus. Solin. cap. 7. Largiusculos haustus salivarum facit.

LARGĪTAS, ātis. f. [δαψίλεια] Abundans liberalitas. Ter. Adelph. 5. 9. 28. Quæ istæc subita est largitas? Idem Heaut. 3. 1. 31.
Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis,
Aut largitate nimia, aut parsimonia. Cic. 2. de Nat. Deor. 156.
Maxima largitate fundit ea.

LARGĪFICUS, a, um. [δαψιλὴς] Adj. ut, Stipe largifica ditare aliquem. Lucret. lib. 2. 627.

LARGIFLUUS, a, um. Adj. [πολύρρυτος, seu πολύρροος] Cic. 3. de Orat. 155.
Grando mista imbri largifluo subita præcipitans cadit. Ex quodam poeta. Lucret. lib. 5. 597.
Largifluum fontem scatere, atque erumpere flumen.

LARGILŎQUUS, a, um. Adj. [πολύλογος] Qui abundanter loquitur. Plaut Cistel. 1. 2. 2.
Idem mihi, magnæ qood parti est vitium mulierum,
Quæ hunc quæstum facimus: quæ ubi saburratæ fumus,
Largiloquæ extemplo sumus: plus loquimur quam sat est.
Lingua largiloqua. Plaut. Mil. 2. 3. 47.

LARGIOR, [δωρέομαι, δίδωμι, χαρίζομαι, δαψιλεύομαι] Iri. Abunde donare.
Beneficium ex facili largiri. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 8.
Civitatem. Cic. pro Corn. Balb. 50. Homo tum gravitate & prudentia præstans, tum vel nimium parcus in largienda civitate.
Cœnam. Plaut. Amph. 1. 1. 155.
Exseqoias & solennia largiri alicui, Præstare. Stat. 12. Theb. 80.
Fructum, Reddere. Plin. lib. 16. cap. 12. Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur.
Honores largiri alicui. Hor. 2. Epist. 1. 15.
Lætitiam. Plaut. Capt. 4. 2. 49.
Libertatem populo. Cic. 3. de Legib. 38. Sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem istam largior populo, ut & auctoritate valeant, & utantur bonis: sic enim a me recitata lex est de suffragiis.
Mores liberis, Tradere. Plaut. Asin. 5. 2. 82.
Munera largiri alicui. Propert. lib. 1. 3. 25.
Occasionem impudentiæ. Plin. lib. 2. cap. 23.
Plusculum amori quam concedat veritas. Cic. 5. Fam. 12. Amori nostro plusculum etiam, quam concedet veritas, largiare.
Prædam munifice largiri. V. post MUNUS.
Se largiri oltro, Offerre. Plaut. Mil. 4. 6. 28.
Vitam. Plaut. Asin. 3. 3. 20.
Si tempus non largitur. i. e. Non concedit, non permittit. Columel. lib. 5. cap. 9.
Largibere, pro Largieris. Plaut. Bacch. 4. 7. 30.
Tum libertatem Chrysalo largibere.
De te largitor, puer. i. e. Quod in tua est potestate. Ter. Adelph. 5. 8. 17.
Largiri ex alieno. Cic. 3. Fam. 8. Qoum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.
Largītus, passivom. Plin. lib. 17. cap. 11. Aut si conditio largita non sit. [Sic in Thes. Lips. Sed in emendatis Plinii codd. expressum est, Si id conditio largita non sit. Nec proinde Passive dictum est.
Largi Imp. Act. a Largire. Lucil. & Accius apud Non. 7. 19.

LARGIENS, entis. Vulg. Interpr. 2. Paral. 14. 6. Domino pacem largiente.

LARGITIO, ōnis. f. [δωρεά, παροχὴ, δεκασμὸς, δαψιλὴς χορηγία] est Expensa quæ fit ad aocupandum favorem in petitione magistratuum, &c. Cic. 2. Offic. 53. Præclare in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione benevolentiam Macedonum consectetur. Et 2. Off. 55. Jam in proverbii consuetudinem venit, largitionem fundum non habere.
Augere aliquem largitione. Tacit. 13. Ann. 18.
Corrumpere largitionibus. V. CORRUMPO.
Cæcare mentes largitione. V. CÆCO.
Largitio, pro Liberalitate opportuna. Cæs. 1. Bell. Civil. 39. Quo facto duas res consecutus est, quod pignore animos Centurionum devinxit, & largitione redemit militum voluntates.

LARGITIONĀLIS, e. Adj. ut, Aurum largitionale, L. 13. C. de Suscept. Tituli largitionales, l. 12. C. Theod. de Vectigal.

LARGI-

Largitionalis, is. m. Largitionum minister, apud Vopisc. in Carino cap. 20.

Largitor, ōris. m. [δότης, δοτήρ, seu ὁ δωρεῶν δοτήρ] Profusor, prodigus. Cic 1 Off. 64. Exsistuntque in Repub. plerumque largitores & factiosi, ut opes quammaximas consequantur. Liv. 6. 16.
Honorum pronus largitor. Claud. 4. Cons. Hon. 117.
Opum largitor. Stat. 3 Silv. 1. 91.
Opum magnarum largitor. Claud. 4. Cons. Hon. 117.
In bonam partem Ambrosius de Spir. S. 2. 12. Largitor, fons moderator est largitatis.

Largimentum, i. n. Fulgent. 2. Mythol. Non hominis, sed divinum largimentum.

Largitor, āri. frequent. Plaut. Trin. 3. 3. 14. Ex ea (dote) largitarier illi.

Larides, æ. m. Dauci filius cum fratre Tymbro simillimo infelix bello. Virg. 10. Æn. 391. & 395.

Larignum, i. n. Castellum circa Alpes. V. Vitruvium lib. 2. cap. 9.

Larina, æ. f. ut scribit Servius, Nomen est nobilissimæ feminæ in Italia. Virg. 11. Æn. 655.
At circum lectæ comites, Larinaque virgo,
Tullaque, &c.

Larina, Fons est in Attica regione, ut auctor est Plin. lib. 4. cap. 7.

Larinum, i. n. Urbs in Frentanis, ad fines Apuliæ, hodie *Larino*. V. Cic. 7. Attic. 13. Hinc,

Larinas, ātis. Gentile. ut, Larinas accola. Sil. 15. 568. conf. Idem 12. 174. & 8. 404. & Cæs. 1. Bell. Civil. 23.

Larisa, Urbs est Æoliæ, Herodoto.

Larissa, æ. f. [Λάρισσα] Nomen multarum civitatum. Una est in plaga Thessalica, a qua Achilles Larissæus dictus est, apud Virg. 2. Æn. 197. Cæs. 3. Bell. Civil. 97. Universi simul Larissam versus se recipere cœperunt.
Opimæ campus Larissæ. Horat. 1. Carm. 7. 11.
Τρηχαλος, Λαρισσαῖος ἐν Μακεδονίας γένος. Suidas. H. St.
Alia pensilis in Creta: alia in Peloponneso arx Argivorum: alia in agro Attico. Ac Trallibus etiam Asiæ est Larissa (ut Strabo scribit) a qua Larissæus Jupiter est dictus. Larissa quoque in Italia, quam (ut Diodorus lib. 1. scribit) Pelasgi condidere.

Larissæus, a, um. Adj. [Λαρισσαῖος] ut, Larissæus Achilles. Virg. 2. Æn. 197.
Mœnia Larissæa. Catull. 65. 36.
Vertex Larissæus. Stat. 4. Theb. 5.

Larius, i. m. [Λάριος, seu Λάριον] Lacus Italiæ est, cujus aquas, auctore Plinio, Addua fluvius præterfluens dulces facit. V. eundem lib. 9. cap. 18. Dictus Larius a Larorum multitudine.
Larium, nunc Lacum Comensem vocant, vulgo *Lago di Como*. Strabo quippe lib. 4. scribit Comum esse Lario proximum. Blondus in Italia illustrata, Comum, inquit, civitas vetusta, lacui Lario, cui dat Comensem appellationem, contigua.

Larius, a, um. Adj. [Λάριος] Catull. ad Libellum, 36. 4.
Veronam veniat, Novi relinquens
Comi mœnia, Lariumque litus.

Larix, icis. f. [πεύκη, seu λάριξ] Arbor cognata abieti & pino, teste Plin. lib. 16. cap. 10. Lucan. lib. 9. 918.
Et larices, fumoque gravem serpentibus urunt
Abrotonum. Laricem Alpini vocant *Melze*, Veneti *Larego*.

Laroni, orum. m. pl. Populi sunt in Asia Scythica, Herodoto.

Larymna, æ. f. [Λάρυμνα] Oppidum Bœotiæ ad Cephissum fluvium, ut scribit Plin. 4. 7. Strabo lib. 9. & Pomponius Mela lib. 2. cap. 3.

Larva, æ. f. [μορμολύκειον, γόργειον] pl. **Larvæ**, arum. Noxiæ inferorum umbræ. A Lare, hoc est malo genio, dici putantur. Plaut. Aulul. 4. 4. 15.
Larvæ hunc, atque intemperiæ, insaniæque agitant senem. Idem Amph. 4. 2. Suppos. 1. 14.
Larva umbratilis, tu me minis territas?
V. Apul. de Deo Socrat. p. 90. & Isidor. 7. cap. ult.
Cum mortuis non nisi larvæ luctantur, Proverbium in eos qui mortuos conviciis insectantur. Plin. præfat. Hist. Nat. extr.
Larva etiam Personam significat, quæ barbaris *masca* dicitur. Hor. 1. Serm. 5. 64.
Nil illi larva, aut tragicis opus esse cothurnis.

Larvor, āri. Pass. Larvis infestari. Firmicus lib. 3. cap. 149. In nono ab horoscopo loco Mercurius cum Venere partiliter constituti, fascinantes mulieres dabunt uxores, quæ etiam ipsos artus larvari ac fascinari faciant. [An ipsos partus?

Larvātus, a, um. [μανιώδης] Adj. Furiosus, & mente motus, inquit Festus: quasi a Larvis exterritus, quales sunt quos vulgo *Dæmoniacos* appellant. Plaut. Men. 5. 4. 2.
Num larvatus, aut cerritus? fac sciam.
Larvatus, Personatus. apud Antiquos non occurrit.

Larvālis, e. Adj. Senec. Epist. 24. Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat & tenebras, & larvalem habitum nudis ossibus cohærentium.
Forma larvalis. Apul. Apol. p. 506.
Umbræ larvales. Sidon. 3. Epist. 13.
Larvialis scribitur in Priap. Carm. 32.
—& affert
Pallorem, maciemque larvialem.

Larvosus, a, um. Adj. apud Augustin.

Larus, i. vel **Laros**, i. m. [λάρος] Avis. V. gavia. Laro vesci non licebat Judæis, ut videre est Levitic. cap. 11. 16. & Deuteron. cap. 14. 15. Divus Augustinus Fulicam interpretatur: Theodorus Gaza apud Aristotelem, Gaviam, cujus duo facit genera, albam & cineream. Ut autem Aquila Jovi, Gallus gallinaceus Marti, Pavo Junoni, ita Larus Mercurio dicatus est, qui a loquacitate nomen invenisse putatur. λάρος enim quasi λάλος, i. e. loquax & garrulus dicitur. propterea que in ejus dei tutelam adscribitur, qui loquendi artifex perhibetur. Putatur & Cepphus vocari. V. cepphus.
Parturit larus, Proverb. in eos, qui ingentia pollicentur, & nihil dignum promissis exhibent. V. Erasm. Chil.
Est etiam Piscis hoc nomine. [Si Lexicographo isti credimus, sed vereor ne Scarum cum Laro confuderit.

Lasănum, i. n. [λάσανον] Vasculum ad evacuandum ventrem. Hor. 1. Serm. 6. 108.
Te pueri lasanum portantes, œnophorumque. Sic Acron. Et Petron. cap. 41. Ab hoc ferculo Trimalchio ad lasanum surrexit. V. ibi Scheffer.

Lascīvus, a, um. Adj. [λάγνος, ἀσελγής, ὑβριστής] est tum in vita, tum in sermone Molliculus, & plus teneri, quam robusti ac virilis habens, inquit Valla in Raudensem. Quintil. lib. 6. cap. 4. Siculi quidem ut sunt lascivi & dicaces, aiebant in delphino sedisse. Varro lib. 1 de R. R. 14. pr. Inter septa primum est naturale sepimentum, quod obseri solet virgultis, aut spinis, quod habet radices vivæ sepis, ac viatoris prætereuntis lascivi non metuet facem ardentem. Quo in loco Petulantem & noxium significat. V. lascivia infra.
Lascivus in vino. Plin. lib. 11. cap. 42.
Ætas. Hor. 2. Epist. 2. 216.
Amor. Tibull. lib. 1. 10. 59.
Capella. Virg. 2. Ecl. 64.
Carmina. Ovid. 5. Trist. 1. 15.
Corpora. Ovid. 3. Met. 686.
Discursus. Claud. 2. in Eutrop. 100.
Forum. Propert. lib. 4. 9. 50. Al. 8. 76.
Grex. Hor. 3. Carm. 13. 8.
Hymenæus. Sil. lib. 5. 22.
Jocus uxoris lascivus cum marito. Plin. lib. 8. cap. 40.
Licentia. Hor. 1. Carm. 19. 3.
Nox. Ovid. 2. Amor. 10. 27.
Pagina. Martial. lib. 1. 34. i. e. Impudica.
Puella. Virg. 3. Ecl. 64.
Pueri. Hor. 1. Serm. 3. 134.
Compar. Ovid. 13. Met. 792. Hædo lascivior.
Superl. Picturæ lascivissimæ. Suet. Tiber. cap. 43.

Lascive, Adv. Apul. Apol. p. 413. Etiam mulier Lesbia, lascive illa quidem, tantaque gratia, &c.
Compar. Avienus in Prognost. Arati, v. 514.
Et si persultans aries lascivius herbas
Appetit.

Lascivia, æ. f. [ἀσέλγεια, ὕβρις, ἐξύβρισις] Mollities, petulantia, incontinentia animi, nec virtutem nec probitatem reverentis, procacitateque se oblectantis. Plaut. Asin. 2. 2. 32.
O catenarum colone. LI. ô virgarum lascivia. i. e. Petulantia, in quo virgæ lasciviunt, quum tergum tuum verberant: non aliter quam vituli atque hœdi lascivire præ nimia mollitia & intemperantia solent.
Lasciviam Plin. lib. 26. cap. 1. Jocum petulantia & procacitate improbum vocat. Ulpian. in l. Cornelia, ad legem Corn. de Sicariis, Quum quidam per lasciviam causam mortis præbuisset, comprobatum est factum Taurini Ignatii Proconsulis Bæticæ. Budæus.
Jocularis lascivia, vide in mentaura, unde cognoscimus Lasciviam habere aliquid jocatorium. Ibidem subjungitur Procax. H. St.
Læta lascivia. Lucret. lib. 5. 1399.
Recens lascivia. Quintil. lib. 2. cap. 4. Lasciviæ recentis flosculis capti.
Theatralis lascivia. Tacit. 11. Ann. 13. Theatralem populi lasciviam severis edictis increpuit. Lascivia populi, i. e. Licentia, petulantia.
Maledicendi lascivia. Quintil. lib. 9. cap. 2. Nam quanto minus aut ipsi in quos dicimus, aut judices, aut assistentes oderint hanc maledicendi lasciviam, si nolle nos credant? i. e. Dicacitatis voluptatem.
Militum lascivia. Liv. 4. 53. Prope solennis militum lascivia in consulem.
Orationis lascivia. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Veneris lascivia. Ovid. 1. Amor. 4. 21.

Lascivitas, ātis. f. Idem quod Lascivia. Firmic. lib. 1. cap. 1. Nec Asiana lascivitas, sobriis Jovis moderatione corrigitur. Paulo ante dixerat, Luxurioli semper Asiani, & voluptatibus occupati.
Animi lascivitas. Cæl. Aurel. Tard. 3. 8.

Lascivio, [ἀσελγαίνω, ἐξυβρίζω] īre. Senec. Epist. 57. ad Lucilium, Nunquam vacat lascivire districtis: nihilque tam certum est, quam otii vitia negotio discuti.
Lascivire, est Petulanter agere, ut equi indomiti solent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter solitum, aut lusitare exsultareque solent. Propterea Livius lib. 2. 29. Appius, inquit, Claudius & natura immitis, & efferatus, hinc plebis odio, illinc patrum laudibus, non miseriis ait, sed licentia tantum concitum turbarum: & lascivire magis plebem, quam sævire. i. e. Plebem nimio otio magis petulantem se præbere, quam veram seditionem meditari, nulla satis digna nobilitatis injuria concitatam. De plebe enim tanquam de equis, qui ab aurigante reguntur, loquutus est.
Fuga lascivit agnus. Ovid. 7. Met. 321.
Lascivire alicui. Stat. 1. Silv. 5. 9. —dilecto volo lascivire sodali.
Lascivire etiam arbores dicuntur, Quum nimia pabuli ubertate luxuriant. Budæus. [Alludens, puto, ad Horatianum illud lib. 1. od. 36. extr.
Lascivis hederis ambitiosior.

Lasciviens, entis. Justin. 16. 4. 3. Plebs nimio otio lasciviens.
Bos lasciviens. Vulg. Interpr. 1. Paral. 13. 9.

Lascivibundus, a, um. Plaut. Stich. 2. 1. 16.
Quidnam dicam, Dinacium.
Lascivibundum tam lubenter currere?

Laser, V. laserpitium.

Laserpĭtium, vel potius **Laserpīcium**, i. n. [σίλφιον] Virgultum herbidum. Plin. lib. 19. cap. 3. In ea laserpicium gigni solitum. rem feram ac contumacem: & si coleretur, in deserta fugientem: radice multa, crassaque, caule ferulaceo, haud simili crassitudine, &c. Plaut. Pseud. 3. 2. 27.
Eo laserpicii libram pondo diluunt. Columel. lib. 6. cap. 17.
Facit & radix, quam Græci σίλφιον vocant, vulgus autem nostra consuetudine Laserpicium appellat.
Laserpitium, ait Dioscorides lib. 3. cap. 94. in Syria, Media, & Libya nascitur: caule ferulaceo, quem Masperum vocant: foliis apio similibus: lato semine. Laser e radice atque caule scarificatis colligitur. Præfertur autem rufum, translucens, myrrhæ æmulum, non porraceum, odore valens, suave gustu, quod dilutum facile albescit. Cyrenaicum si quis degustaverit, humorem toto corpore ciet: blandissimo odore, adeo ut ne os quidem gustanti nisi paululum spiret. Medicum & Syriacum

cum minus viribus valent, & magis virosum reddunt odorem. Caulem aliqui silphion, radicem magudarin, & folia maspelon vocavere. Efficacissimum laser, mox folia, postremo caulis. Hæc & plura Dioscorides. cujus interpres Mathiolus, Mauritani, inquit, Laserpicium Anviden nominant. Laser vero, quæ laserpitii est lacrima, Assam appellant: quam in fœtidam, & odoratam dividunt. Id quod & ipse Dioscorides fecisse videtur, quod Cyrenaicum laser suavissimo odore commendaverit: Medicum vero, ac Syriacum, quoniam virosum emittant odorem, omnino damnaverit. Quamobrem non plane improbanda videtur eorum opinio, qui concretum illum succum quem officinæ & vulgus *Belzoinum* vocant, legitimum laser volunt esse, cui Dioscorides blandissimum tribuit odorem: Assam vero fœtidam Mauritanis vocatam, id tantum, quod ex Media Syriaque defertur, quod Sagapeni instar fœtidum deprehenditur. In quorum equidem sententiam non potui non ipse quoque deduci. Deinde multa affert in hanc rem testimonia, quæ nimis longum forat hic attexere. Videndus etiam est Theophrastus lib. 6. cap. 3. de plantarum historia.

LASER, ĕris. n. [ὀπὸς σιλφίου] Succus laserpicii. Plin. lib. 19. cap. 3. Ab his proximum dicetur auctoritate clarissimum laserpicium, quod Græci silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum: cujus succum vocant laser, magnificum in usu medicamentisque, & ad pondus argentei denarii pensum. V. LASERPITIUM.

Laser Cyrenaicum, dicitur etiam succus Cyrenaicus: laser Medicum, succus Medicus: laser Syriacum, succus Syriacus.

LASERĀTUS, a, um. Adj. Lasere conditus. ut, Acetum laseratum. Plin. Valer. 1. 21.

Pullus laseratus. Apic. 6. 9.

LASERATUM, i. n. Edulii, seu juris genus ex lasere. Apic. 1. 30.

LASERPICIĀTUS, a, um. Adj. [σιλφιωτός] ut, Laserpiciatum acetum: i. e. Laserpicii succo dilutum. Plin. lib. 18. cap. 30.

LASERPICIARIUM, i. n. Id quod conditum laserpicio. Petron. Fragm. Tragur. cap. 35. extr. Teterrima voce de laserpiciario, mimo canticum extorquet. Scheffer. primum Laserpicario, deinde Laserpiciario vino legendum conjiciebat.

LASERPICIFER, ĕra, ĕrum. Laserpicii ferax; ut, Laserpiciferæ Cyrenæ. Catull. carm. 7. 4.

LASES, V. LAR.

LASĪRIS, [λάσανα] inter Ornamenta muliebria numeratur a Polluce lib. 7. cap. 22.

LASSUS, a, um. Adj. [κεκμηκώς, κοπιακὼς] dicitur Labore, tam animo, quam corpore fatigatus. Ideoque ad ea demum spectat, quæ laboris molestiam sentiunt. Propert. lib. 2. 33. 26.

At nondum est talos mittere lassa manus.

Lassus opere faciundo. Plaut. Asin. 5. 2. 23.

Studio venandi lassus. Ovid. 3. Met. 237.

Lassus de via. Plaut. Pseud. 2. 2. 66.

Amore lassus. Ovid. 3. Amor. 7. 80.

Via lassus. Ovid. 5. Trist 4. 2.

Animus lassus & cura confectus. Ter. And. 2. 1. 4.

Aures lassæ Hor. 1. Serm. 10. 10.

Humus lassa. Ovid. 1. de Pont. 4. 14.

Lumina lassa. Ovid. 7. Met. 579.

Pietas lassa malis. Ovid. 4. de Pont. 8. 8.

Res lassæ. Plaut. Stich. 4. 1. 16.

Rebus lassis petere solatia. Ovid. 5. Trist. 2. 41. al. Lapsis.

Sanguis lassus. Stat. 2. Theb. 669.

Stomachus lassus. Horat. 2. Serm. 8. 8.

Terra lassa. Plin. lib. 17. cap. 5.

Visus lassus. Stat. 1. Silv. 3. 14.

LASSŬLUS, a, um. Adj dimin. [ὁ σμικρόν τι κεκμηκώς] Catul. 61. 35.

Itaque ut domum Cybeles tetigerunt, lassulæ

Nimio e labore, somnum capiunt sine Cerere.

LASSITŪDO, inis. f. [κόπος] Molestia quam ex labore suscipimus. Cic. 12. Fam. 25. Sed nulla lassitudo impedire officium & fidem debet. Cæs. Bell. Gall. cap. 23. Cursu ac lassitudine exanimatus.

Lassitudines pl. Plin. lib. 31. cap. 10. Reficit lassitudines nitrum.

LASSESCO, [κοπιάομαι, ἀποκάμνω, ἀποτρύομαι] ĕre. Lassum fieri. Plin. lib. 30. cap. 16. Non lassescere in ullo labore, qui nervos ex alis & cruribus grui habeant.

Torpore feminco lassescere. Apul. in Trismeg p. 88.

Translate Plin. 7. 40. Ne lassescat fortuna, metus est.

LASSO, [ἀποκναίω, κοπόω] āre. Fatigare. Plin. Epist 9. lib. 3. Multisque causis non lassaretur modo, verum etiam confunderetur. Martial. lib. 8. 31.

Sed jam supplicibus dominum lassare libellis Desine.

Artus lassavimus calamo. Ovid. 21. Epist. 245.

Brachia lassare aquis. Ovid. 3. de Pont. 7. 28.

Manus tela lassaret. Ovid. 1. Epist. 10.

Me jam lassavit labor insolitus. Ovid. 10. Met. 554.

LASSOR, [κοπιάομαι, ἀποτρύομαι] āri. pass. Ovid. 2. Met. 577.

— in molli nequicquam lassor arena.

LASSĀTUS, a, um. Partic. [κοπωθεὶς] Juven. 6. Sat. 130.

Et lassata viris, nondum satiata, recessit.

Sequendo lassata. Ovid. 9. Met. 648.

Membra lassata. Ovid. 6. Met. 353.

LASSATIO, ōnis. f. apud Mart. Capell.

LASSATOR, ōris. m. apud Augustinum.

LASTAURUS, i. m. [λάσταυρος] Scortator, salax & impudicus. Suet. de Grammat. cap. 15. Lastaurum & lusconem & nebulonem, popinonemque appellans. V. Turneb. & Pitisc. in l.

LASTHENIA, æ. f. [Λασθένεια] Mulieris Mantineæ, ex Arcadia, nomen, quam Platone præceptore usam scribit Plutarchus: ornatuque virili auditorium ingressam scribit etiam Laertius in Plat. Segm. 46.

LASUS, [Λᾶσος] primus de Musica scripsit, & dithyramborum certamen primus protulit; vixitque temporibus Darii Persarum regis. V. Suid

L A T

LATACE, es. f. Herba magica. Plin. 26. 4. pr. Latacen dari solitam a Persarum rege legatis, ut quocunque venissent, omnium rerum copia abundarent.

LATAGUS, i. m. Unus ex Ponticis regibus, qui Æetæ Colchorum regi contra Persen auxilio venerunt. Valer. Flacc. 5. 584

Item unus Teucrorum, occisus a Mezentio. Virg. 10. Æn. 697.

LATE, Adv. a Latus adjectivo. V. LATUS.

LĂTEO, ui, [λανθάνω, διαλανθάνω] ēre. In occulto esse.

Latuit ad hanc ætatem. Cic. 1. Tusc. 4. Vetus MS. habet Jacuit.

Latere abdite. Cic. 4. Verr. 181.

Abditus latet agro Hor. 1. Epist. 1. 5.

Clam latere. Ovid. Rem. Amor. 437.

Furtim latere. Ovid. 14. Met. 275.

Causa mihi latet. Lucan. 1. 419. Virg. 5. Æn. 6.

— quæ tantum accenderit ignem

Causa latet. Cum Accus. Virg. 1. Æn. 134.

Nec latuere doli fratrem Junonis & iræ. i. e. Non ignorabat fraudem.

Latet plerosque, h. e. Plerisque occultum & clam est, atque incertum & ignotum. Plin. lib. 2. cap. 20.

Æquor latet sub classibus. Virg. 4. Æn. 482.

Amor latet. Ovid. 18. Epist. 14.

Ara latet. Ovid. 10. Met. 252.

Error latet aliquis. Virg. 2. Æn. 48.

Fures nocte latent. Catul. in Carmine nupt. 60. 34.

Res latuit patrem. Ovid. 4. Fast. 211.

Virtus latet obruta paupertate. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 122.

Latet apud. Martial. lib. 5. 59.

Nunquid apud Parthus, Armeniosque latet?

In loco aliquo latet, aut re aliqua. Virg. 3. Ecl. 93. Cic. 3. Verr. 39.

In occulto latere. Cic. 1. Acad. extr. Sic omnia latere censebant in occulto, neque esse quicquam quod cerni aut intelligi possit.

In tenebris latere. Cic. 1. Q. Frat. 1.

Inter dentes latet. Plaut. Trin. 4. 2. 80.

Sub arcis latent. Plaut. Casin. 3. 5. 32. Translate Liv. 34. 9. extr. Erant etiam eo tutiores, quod sub umbra Romanæ amicitiæ latebant.

Nocte latent mendæ. Ovid. 1. de Arte Am. 249.

LATENS, entis. Partic. [λανθάνων, κρυφαῖος] ut

In alvo matris latentes. Hor. 4. Carm. 6. 19.

In latenti retinere jus civile. V. In latenti, in præpositione IN.

Manifestare latentem. Ovid. 13. Met. 106.

Dolus latens. Stat. 10. Theb. 236.

Gemitus. Lucan. lib. 1. 257.

Ira. Lucan. lib. 5. 256.

Saxa latentia. Virg. 1. Æn. 112.

Verba. Ovid. 9. Met. 572.

Compar. ut, Origo latentior. August. de Genesi ad lit. 12. 18.

LATENTER, Adv. [λανθανόντως, κρυφῆ, λάθρα] Clam, occulte. Cic. in Topic 63. Quum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ eventus, obscura causa, quæ latenter efficitur.

Amare latenter. Ovid. 3. ex Pont. 6. 60.

Incendere latenter. Ammian. 31. 44.

Irrepere latenter. Idem 27. 21.

LATĪTO, [ἐμφωλεύω] āre. frequent. Cic. pro Domo 83. Jube adesse, latitat omnino. Ulpianus in l. Fulcinius. D. Quibus ex causis in possessionem eatur. Latitare, est cum tractu aliquo latere: quemadmodum factitare, est frequenter facere.

Corpora clausus latitat fetus. Ovid. 7. Epist. 134.

Parsque tui latitat corpore clausa meo. Al. Lateat rectius.

Alicui latitare. Plaut. Trin. 4. 2. 81. Ille ignavissimus mihi latitabat.

Latitare dicuntur, Qui ad judicium vocati frustrantur, & ludificantur. Cic. pro Quint. 54. Ego experiri non potui: latitavit, procuratorem nullum reliquit. Budæus.

LATITANS, antis. Cic. pro Cluent. 39. Extrahitur domo latitans Oppianicus.

Aper latitans. Hor. 3. Carm. 12. 12.

Sidera latitantia. Ovid. 10. Met. 449.

LATITĀBUNDUS, a, um. Sidon. 1. Epist. 6.

LATITĀTIO, ōnis. f. [ἐμφώλευσις] Quintil. lib. 7. cap. 3. Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, similia.

LATITĀTOR, ōris. m. apud Augustin.

LĂTĔBRA, & LATĒBRA, æ. & LATĒBRÆ, arum. f. [καταδύσις φωλεός] Loca in quibus quid delitescere & occultari potest Plin. lib 7. cap. 45. Et lib. 8. cap. 27. Idem, hiberna latebra visu obscurato, &c. Cic. pro Lege Manil. 7. Ita regnat, ut se nec Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit.

Cæcæ. Virg. 3. Æn. 232.

Curvæ. Virg. 3. Georg. 544.

Dulces. Hor. 1. Epist. 16. 15.

Tutæ. Sil. lib. 17. 618.

Ferarum latebræ. Liv. lib. 46. [Manifestus error est in loci notatione. OEnanthe quidem etiam statos latebræ dies habet. Plin. lib. 10. cap. 19.

Tabellæ latebra. Cic. 3. Fam. 12. Nullam, ne in tabellæ quidem latebra, fuisse absconditam malevolentiam, quæ te impugnare auderet?

Adhibere latebram obscuritatis. Cic. 2. de Divin. 111.

Conjicere se in mirificam latebram Cic. 2. de Divin. 46.

Dare latebram populo, in qua, &c. Cic. 3. de Legib. 35.

Erumpere ex latebris. Cic. pro Sext. 9. Quum illa conjuratio ex latebris, atque ex tenebris erupisset.

Habere latebram. Cic. 2. de Fin. 107. Ludi, cœnatio, villa Luculli (nam si tuam dicerem, latebram haberes) ad corpus, &c.

Vita hominum altos recessus, magnasque latebras habet. Vide infra in RECESSUS. H. St.

Peragrare latebras suspicionum. V. PERAGRO.

Quærere latebram perjurio. Cic. 3. Off. 106. Sed si hoc sibi sumant, nullam esse fidem quæ infideli data sit, viderint, ne quæratur latebra perjurio. i. e. Excusatio quæ lateat & non videatur perjurium.

Latebræ & recessus in animis hominum. Cic. pro Marcel. 23.

LATEBRŌSUS, a, um. Adj. [φωλεώδης] ut, Locus latebrosus, In quo frequentes latebræ sunt. Plaut. Bacch. 1. 1. 22.

Colles latebrosi. Sil. lib. 5. 191.

Flumina latebrosa. Virg. 8. Æn. 713.

Frondes latebrosæ. Claud. 2. Cons. Stil. 313.

Locus

Locus latebrosus ad equites tegendos. Liv. 21. 54.
Nox latebrosa. Lucan. lib. 6. 120.
Pumex latebrosus. Virg 5. Æn. 214.
Vita latebrosa Cic. pro Sext. 126.
Superl August. Retract. 1. 19. Latebrosissima quæstio.

Latebrōse, Adv. [λαθραίως] Occulte, clam. Plaut. Trin. 2. 2. pr.
— Pater adsum,
Impera quid vis, neque tibi ero in mora: neque latebrose me abs tuo
Conspectu occultabo.

Latebrĭcŏla, æ. c. Qui latebras incolit. Plaut. Trin. 2. 1. 14. Latebricolarum hominum corruptor.

Lătĭbŭlum, i. n. [φωλεός] Idem quod Latebra. Sed Latebras proprie hominum, Latibula ferarum esse inquit Valla. quæ differentia sæpissime confunditur. Cic. 1. Off. 11. Omniaque quæ sint ad vivendum necessaria, anquirat & paret, ut pastum, ut latibula, ut alia ejusdem generis. De animali.
Latibulum etiam de hominibus dicitur. Cic. 12. Att. 14. Ego autem volo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei.
Adire omnia latibula. Catul. 61. 54.

Latibŭlo, [φωλεύω] āre. Latere. Varro apud Non. Vide ne servus domini latibulet. V. seq. dict.

Latibŭlor, [φωλεύω] āri. dep. Idem. Accius Putatoribus, Progredere, & ne quis latibuletur, prospice. Nævius Erotopægnion, Nocte ut opertus amictu latibuletur. Non. 2. 496. Antiquum.

Lăter, m. [πλίνθος] latĕrem, latĕre; & latĕres, in plurali integrum, genitivus & dativus singulares raro leguntur; Terra seu argilla ad solem siccata, vel cocta, & in lapidem durata. Vitruvius lib. 1. cap. 5. sub finem, sive silex, sive cæmentum, aut coctus later, sive crudus, his erit utendum. Cic. 2. de Divin. 98. Num hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta est, potuit valere?
Proprie Later est ad solem siccatus. V. Vitruvium paulo post in Ducere lateres.
Coctiles lateres. V. coquo.
Coquere lateres in fornacem. V. coquo.
Ducere lateres. Vitruv. lib. 2. cap. 3. Itaque primum de lateribus, qua de terra duci eos oporteat, dicam. Non enim de arenoso, neque calculoso, neque sabuloso luto sunt ducendi, quod ex his generibus quum sunt ducti, primum fiant graves: deinde quum ab imbribus, in parietibus asperguntur, dilabuntur & dissolvuntur, paleæque, quæ in his ponuntur, non cohærescunt propter asperitatem. Faciendi autem sunt ex terra albida cretosa, sive de rubrica, aut etiam masculo sabulone. Ducendi autem sunt per vernum tempus, & autumnale, ut uno tenore siccescant. Qui enim per solstitium parantur, ideo vitiosi sunt, quod summum corium sol acriter quum percoquit, efficit ut videantur aridi, interius autem sint non sicci: & quum postea siccescendo se contrahunt, perrumpunt ea quæ erant arida: ita rimosi facti, efficiuntur imbecilli. Maxime autem utiliores erunt, si ante biennium fuerint ducti namque non ante possunt penitus siccescere. Ex his liquet, laterem duci & fieri eodem significatu dici: eumque proprie esse, qui ad solem fuerit exsiccatus. Qui enim coquitur in fornacibus, aut Testa dicitur, aut Coctus later. Idem lib. 2. cap. 8. Saxo quadrato, aut ex testa, aut silicibus ordinariis struat bipedales parietes. Ibidem, non ita procul a fine, De ipsa autem testa, si sit optima, seu vitiosa ad structuram, statim nemo potest judicare, quod in tempestatibus & æstate in tecto quum est collocata, tunc si firma est, probatur. Nam quæ non fuerit ex creta bona, aut parum erit cocta, ibi se ostendet esse vitiosam gelicidiis & pruina tacta.
Laterem lavare, proverbium, pro Operam ludere. Ter. Phorm. 1. 4. 8.
Purgem me? laterem lavem.

Laterītius, a, um. Adj. [πλίνθινος] Ex latere factum. Plin. 10. 30.
Lapide duro, ac silice æquo construunt, veluti lateritios parietes.
Opus lateritium. Columel. 9. 6.
Urbs lateritia. Suet. Aug. cap. 28.

Laterarius, a, um. Adj. Lateribus aptus. ut, Terra lateraria. Plin. lib. 19. cap. 8.

Laterarius, i. m. Aceratum vero est lutum paleis mixtum, ut laterariis usus est. Nonius. H. St. V. Non. 5. 97. in Aceratum, quanquam inedit. Gothofr. Laterarii excusum est. Gloss. Gr. Lat. πλινθουργός, Laterarius.

Lateraria, æ. f. [πλινθουργεῖον] Officina in qua fiunt lateres. Plin. lib. 7. cap. 56. Laterarias ac domos construxerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis: antea specus erant pro domibus.

Laterina, æ. f. Idem. Tertull. adv. Marc. cap. 2. 20. Mercedes pro laterinis deductis.

Laterāmen, inis. n. Vas lateritium. Lucret. 6. 232.
— rareque facit lateramina vasis. V. ibi Lambin.

Lateranus, i. m. Deus focorum, & Genius, dictus hoc nomine, quod ex laterculis crudis caminorum istud exædificetur genus. Arnob. 4. p. 130.

Laterculus, i. m. [πλινθίον] dimin. Parvus later. Plinius lib. 30. cap. 7. extr. Facto crudis laterculis, ad formam camini. Curtius lib. 5. 1. 25. scribit Laterculo coctili structos fuisse muros Babylonios. Columel. lib. 8. cap. 14. Sub porticibus deinde quadratæ haræ cæmentis vel etiam laterculis exstruuntur.
Est etiam Genus pistorii operis a forma, in quam fingitur, vocati. Apul. 10. Met. p. 245. Elmenh Heic panis crustula, lucunculos, hamos, laterculos, & complura scitamenta mellita. V. Turneb. Adverſ. 8. 8.

Laterculum, i. n. Codex dignitatum omnium, tam militarium quam civilium. l. 1. & 2. Cod. de Offic. Quæstor. Et Isidor. 6. 17. de Cyclo Paschali. Hinc & Laterculum dictum, quod ordinem habeat stratum annorum.

Lateralis, V. latus subst.

Lateranus, i. m. [Λατερανός] Proprium nomen patricii Romani qui latere frequens in otio solebat. Hic Consul designatus jussu Neronis interfectus est. Ædes ejus amplissimæ datæ fuerunt a Constantino Imperatore Pontifici maximo. Juven. 10. Sat. 17.
— egregias Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors. Inde, Lateranense palatium, & Lateranensis basilica, Sancti Joannis ædes vocata est, quæ in Lateranorum nobilissimæ gentis ædibus exstructa fuit.

Laterculus, V. later.

Laterium, i. n. fuit Qu. Ciceronis villa in ipsius patria Arpino: quam quum vellet vendere, Arpinatum erat fremitus excitatus. Cic. 4. Att. 7. Arpinatum fremitus est incredibilis de Laterio.

Lātĕrna, æ. f. [φανός] a Lateo, lates, quod primam corripit, Laterna vero producit: notæ significationis. Martial. lib. 14. 61.
Dux laterna viæ clausis feror aurea flammis:
Et tuta est gremio parva lucerna meo. Ibid. 62. de Laterna ex vesica,
Cornea si non sum, nunquid sum fuscior? Cic. 4. Att. 3. Clodii vestibulum vacuum sane mihi nuntiabatur, paucis pannosis sine laterna.
Laterna Punica. Plaut. Aulul. 3. 6. 30.
Ita is pellucet, quasi laterna Punica.
Pareus in Lex. Crit. p. 660. ait Veteres Lanterna dixisse.

Laternārius, i. m. [φανοφόρος] Qui alteri laternam præfert. Cic. in Pison. 20. An cum altero barbato Epicureo, cum altero Catilinæ laternario? V. Præferre facem in fax.

Laterunculus, V. latro.

Latesco, V. latus adjectivum.

Lătex, ticis. m. [illegible] Omnis humor Poëtis dicitur: ab eo quod intra aliquid lateat. Unde & de aqua, vino, & ceteris dicitur. Virg. 1. Æn. 690.
Regales inter mensas, laticemque Lyæum. Ovid. 8. Met. 274.
Palladios latices dixit, quum Oleum dicere vellet. Et Lucret. lib. 1. 940. Absynthii laticem. Cic. 2. de Divin. 63.
Nos circum latices gelidos fumantibus aris, &c. Ex Homero.
De aqua dixit Lucret. 1373.
Cedere squammiferis latices nitentibus aiunt, &c.
Cupido laticum, Sitis. Lucret. lib. 4. 1086.
Liquoris vitigeni latex, Vinum. Lucret. lib. 5. 15.
Calidi latices. Virg. 6. Æn. 218.
Cærulei latices. Ovid. 3. Trist. 10. 29.
Perennes latices. Lucret. lib. 5. 263.
Sacri. Ovid. 5. Met. 263.
Congerere laticem in vas. Lucret. lib. 3. 1022.
Perpotare absynthi amarum laticem. Lucret. lib. 4. 16.
Refovere aliquem gelido latice. Sen. Agam. 8.

Lathyris, idis. f. [λαθυρίς] Herba quæ Cataputia major appellatur. Plin. lib. 27. cap. 11. Lathyris folia habet multa lactucæ similia, tenuiora, germina multa, in quibus semen tuniculis continetur, ut capparis.

Lathyrus, i. m. Herba, quæ alias Leontopodion. Apul. de Herb. cap. 7.

Latialis, Latiar, Latiaris, V. latium.

Latibulum, V. lateo.

Laticlavium, Latifolium, Latifundium. V. latus, a, um. adj.

Latine, Latini, Latinus. V. latium.

Lătīnus, i. m. [Λατῖνος] teste Virgilio 7. Æn. pr. Laurentum rex, Fauni & Maricæ nymphæ Laurentis filius. Virg. 7. Æn. 45.
— rex arva Latinus & urbes, &c. Hic, ut idem testatur, Æneam profugum suscepit hospitio: & uti responso acceperat, ei Laviniam filiam, jam Turno Dauni filio promissam, dedit uxorem: quamobrem bellum ingens inter Æneam & Turnum exortum est, in quo Latinum cecidisse ex Virgilio & Servio manifestum est.
Fuere & alii plures Latini, ut auctor est Hyginus Fab. 127. Hic Circe & Telemacho genitus est, ut Hesiodus vero, Circe & Ulysse. Theog. extr. conf. Serv. ad loc. cit. Æneid.
Latinus Silvius, ut ait Livius 1. 3. Æneæ Silvii fuit filius, & mortuo patre Albanis imperavit, & ab eo coloniæ deductæ eorum qui Prisci Latini nuncupati sunt.

Latio, V. fero.

Latito, V. lateo.

Latitudo, V. latus, adj.

Lătium, i. n. [Λάτιον] ut ait Plin lib. 3. cap. 5. pr. ea pars Italiæ est, ubi sunt Tiberina ostia & Roma terrarum caput. Dictum Latium a Latendo, quod illic latuerit Saturnus, Jovem filium fugiens. Ovid. 1. Fast. 238.
Dicta quoque est Latium terra, latente deo. Virg. 8. Æn. 322.
— Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris. Varro autem Latium dici putat, quod latet Italia inter præcipitia Alpium & Apennini, teste Serv. ad loc. Est autem duplex Latium, ut dicit Servius, Unum a Tiberi usque ad Fondos: aliud inde usque ad Vulturnum. Latium vero antiquum, ut ait Plin. lib. 3. cap. 5. a Tiberi Circeios servatum est m passuum L longitudine. tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis sæpe mutatis tenuere aliis alii temporibus, Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutoli. Et ultra Circeios Volsci, Osci, Ausones, unde nomen modo Latii processit ad Lirin amnem. Cic. pro Arch. 5. Studiaque hæc & in Latio vehementius tum colebantur.
Facetiæ oblitæ Latio. Cic. 9. Fam. 16. Mirifice capior facetiis maxime nostratibus, præsertim quum eas videam primum oblitas Latio tum, quum in urbem nostram est infusa peregrinitas: nunc vero etiam Braccatis & Transalpinis nationibus, ut nullum veteris leporis vestigium appareat.
Ferox Latium. Hor. 1. Carm. 35. 10.
Felix Latium. Hor. in Carm. sæcul. 66.

Lătīni, ōrum. m. [Λατῖνοι] Populi Italiæ in Latio: de quibus Salust. Primo Italiam tenuisse quosdam, qui appellabantur Aborigines: hos postea adventu Æneæ Phrygiis junctos, Latinos uno nomine nuncupatos. Servius autem ait Æneam victis Latinis, ut eorum favorem sibi conciliaret, nomen Latinum non solum illis non sustulisse, sed etiam Trojanis imposuisse.

Latius, a, um. [Λάτιος] Adj. Poëtis usitatius. Columel. lib. 1. in pr. An Latiæ Musæ non solos adytis suis Accium & Virgilium recepere, sed eorum & proximis & procul a secundis sacras concessere sedes?
Ag i Latii. Ovid. 3. Fast. 606.
Arces Latiæ. Ovid. 15. Met. 582.
Gens Latia. Ovid. 4. Fast 42.
Lingua Latia. Ovid. 2. de Pont. 3. 75.
Latius, Latus, Lætus miscentur a librariis. V. Drakenb. ad Sil. 12. 411. & 17. 433.

Latiālis, vel **Latiaris**, e. [Λάτιος] Quod est ex Latio: ut, Latialis Jupiter, apud Cic. pro Milon. 86. Al. Latiaris.
Caput Latiale, Capitolium. Lucan. lib. 1. 530.

Doctrina Latialis. Macrob. lib. 1. cap. 1.
Sermo Latialis, Romanus & Latinus, quo Latini primum usi sunt. Plin. lib. 3. cap. 1. Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia. i. e. Latino.

LATIAR, is. n. Ipsum solenne Latinarum feriarum, de quibus in LATINUS, a, um. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 16. Quum Latiar, hoc est Latinarum solenne, concipitur, item diebus Saturnaliorum, sed & cum mundus patet, nefas est prælium sumere. quare nec Latinarum tempore, quo publice quondam induciæ inter Romanum populum Latinosque firmatæ sunt, inchoari bellum decebat, &c. Cic. 2. Q. frat. 4. extr. De nostra Tullia tui mehercule amantissima, spero cum Crassipede nos confecisse. Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi: ceterum, qui confectum erat Latiar, erat exiturus. Vide Interpp. ad loc. Cæl. Rhodig. lib. 28. cap. 24. & in primis J. F. Gronov. Obs. lib. 4. cap. 25.

LATINUS, a, um. aliud Adj. [Λατῖνος] Virg. 1. Æn. 10.
— genus unde Latinum.
Carmen Latinum. Hor. 1. Carm. 32. 3.
Consuetudini Latinæ tradere. Columel. in præfat. lib. 12. i. e. In Latinum sermonem vertere.
Feriæ Latinæ. Var. 5. de L. L. 3. Latinæ feriæ dies conceptivus dictus a Latinis populis, quibus ex Albano monte ex sacris carnem petere jus fuit cum Romanis. A quibus Latinis, Latinæ dictæ. Hactenus Varro. Cic. pro Planc. 23. Quibus e municipiis vix jam qui carnem Latinis petant, inveniuntur. conf. Liv. 32. 1. & 37. 3.
Feriæ Latinæ. Dionysius Halicarnasseus lib. 4. Tarquinius Superbus designare templum statuit Romanis & Latinis commune, atque Hernicis & Volscis, eis quidem qui in societatem scripti erant: ut convenientes quocunque anno in designatum locum nundinarent unaque vescerentur, ac de communibus sacris partem quique eorum caperent. Grate autem suscipientibus rem omnibus, locum designavit ubi conventum facerent, in medio maxime gentium earum positum, montem celsum qui Albanorum superstat urbi, in quo nundinas quotannis agi & inducias esse omnibus erga omnes lege statuit: Sacrificiaque perfici commonia Latiali Jovi: epulas idem quoque statuens, quas exhibere oporteret ad sacrificia unamquamque urbem, & quam partem unamquamque accipere. Quæ vero participes erant hujus solennitatis & sacrificii urbes fuere, tribus demptis, quinquaginta. Has autem solennitates & sacrificia Romani usque ad hæc nostra tempora perficiunt, Latinas eas vocantes. Feruntque in eas hæ, quæ participes sunt sacrorum, urbes: aliæ agnas, aliæ caseos, aliæ lactis mensuram quandam, aliæque his simile aliquod molæ genus. Uno autem tauro communiter ab omnibus immolato, statutam partem urbs quæque accipit. Sacrificant enim pro omnibus, principatumque sacrorum Romani habent. Idem sub finem lib. 6. Decrevit Senatus etiam agendas esse diis gratias de reconciliatione plebis, sacrificiaque perficienda, unam diem adjiciens Latinis feriis vocatis, quæ duarum erant: primam quidem sacram faciente Tarquinio, quo tempore Etruscos vicit: secundam vero addente Populo quum Reges ejiciens liberam civitatem fecit. quibus duabus tertia quoque adjuncta est, reditûs rebellium gratia. Patrocinium autem & curam sacrificiorum quæ in his fiunt, atque certaminum, accepere Tribunorum ministri, nunc habentes potestatem ædilitiam, ornati ipsi a Senatu purpura & solio eburneo, aliisque insignibus quæ Reges habuerant. Plin. lib. 27. cap. 7. Latinarum feriis quadrigæ certant in Capitolio, victorque absinthium bibit: credo sanitatem præmio dari honorifice arbitratis majoribus. Arnobius adversus gentes lib. 2. ubi de cærimoniarum mutatione agit, In Albano antiquitus monte nullos alios licebat, quam nivei tauros candoris immolare: nonne istum morem, religionemque mutastis, atque ut rufulos liceret dari Senatus constitutum sanctione? Plutarch. in Camill. ad finem, Quum multæ in Senatu variæque contentiones essent, quod in varias sententias civium mentes trahebantur, tandem in hanc sententiam itum est, ut alter ex Consulibus plebejus crearetur. Dictator (Camillum intelligit) quum ad populum hoc nuntiaret, statim populus cum Senatu reconciliatus est, & Camillum plausu ac clamore domum usque deducunt. Postridie autem congregati decreta tulere, ut ædes Concordiæ (quemadmodum Camillus voverat,) quæ foro & concioni immineret, rebus bene gestis, exstrueretur. Adjectus insuper Latinis dies unus, ut quaternis diebus agerentur, utque populus Ro. omnis in præsentia sacrificaret coronatus. V. & Liv. lib. 6. ad finem.
De Feriis Latinis Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 7. In hunc modum, Romanos Consules comitiis creatos, sortitis provinciis, aut extra sortem datis, Latinas ferias indicere consuevisse plane perspicuum est: Jovique Latiali in monte Albano sacrum facere, quod Latiar dixere, ubi carnem Latinis populis dare mos erat, quæ visceratio dicta. Est enim mons Albanus inter Albam & urbem Romam tractu fere pari disjunctus, ubi templum a Tarquinio Superbo Jovi Latiali constructum ferunt. Paulo post: Has Latinas Tarquinius a principio in unam diem indixit. post Reges vero exactos, altera populi jussu adjici cœpta fuit. Demum restituta plebe, quæ ad sacrum montem secesserat, in tres aut quatuor dies indictas a Consule vel Præfecto Latinarum fuisse: interjecto deinde tempore, in decem dilatas servatasque invenimus.
De Præfecto Latinarum puero nobili, qui, absentibus magistratibus, ne urbs sine imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus redderet, ac subitis medaretur, ut ait Tacit. 6. Ann. 11. pr. meminerunt Fenestella, & Pomponius in l. 2. D. de origine juris. ubi omnino Rupertum V. Is Præfectus Urbi etiam vocabatur. De Visceratione in iisdem feriis suo loco dicetur.
Feriis autem Latinis, maximo Romanorum Latinorumque magistratuum conventu, Consules procurabant, quum interea cum populo agere non liceret: ut ob eam caussam Latinæ aliquando a Consulibus instaurarentur, quum tribunis pl. obsistere vellent, populares leges, & reipub. perniciosas, ferre cupientibus. itaque Cic. 2. Q. frat. 5. Consul, inquit, Lentulus dies comitiales exemit omnes. nam etiam Latinæ instaurantur: nec tamen deerant supplicationes. sic legibus perniciosissimis obsistitur, maxime Catonis. Instaurabant Latinas etiam Pontifices, ut Liv. lib. 32. cap. 1. tradidit. id autem fiebat, quasi jam, faciendis iis, aut prætermissum aliquid esset, aut, quod non oporteret, commissum. Primus eas in unum diem Tarquinius Superbus instituit: secundus dies additus, pulsis regibus: tertius post secessionem in Aventinum: quartus, plebe & patribus a Dictatore Camillo in concordiam reductis. In eo meam fluctuare sententiam fateor, conceptivæne an stativæ feriæ fuerint Latinæ. si Varronem, & Macrobium sequamur, antiquitatis utrumque peritissimum, conceptivæ erant, non stativæ, concipiebanturque in dies vel certos, vel incertos. Livius tamen stativas indicat fuisse, quum ait lib. 25. 12. pr. Romæ Consules, Prætoresque usque ante diem v. Cal. Mai. Latinæ tenuerunt. eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisque provincias proficiscuntur. Non enim simile veri est, Consules, quum victor Annibal vastaret Italiam, consulto in v. Cal. Maias, qui dies a primo initi magistratus die, hoc est ab Idibus Martii, XLIII dierum spatio distat, Latinas distulisse: ut ipsi sibi diutinæ in urbe mansionis necessitatem imponerent: quum ire in Provincias neque Consulibus, neque Prætoribus liceret, nisi Latinarum sacro perpetrato. aut igitur eas e stativis in ordinem conceptivarum postea transisse credendum est: aut latentem caussam alii perscrutentur. Ex P. Manutii commentariis in epist. ad Attic. 1. 3. pr. & ad Q. fratrem 2. 4. [Latinas variis temporibus indictas docet Livius, ut ante d. III. Non. Maji & ante d. III. Id. Sextil. lib. 41. 20. & Prid. Kal. April. lib. 44. 22. & ante d. IV. & III. & prid. Id. Novemb. lib. 45. 3. & Kal. Jun. 42. 35. Unde satis apparet, revera conceptivas fuisse, h. e. Anniversarias quidem, non tamen stato die redeuntes, sed quotannis a Consulibus in certam diem indictas. Itaque nec in antiquis Fastis, seu Kalendariis usquam annotatas reperies. Liberum autem consulibus fuisse in quem diem vellent indicere, nisi nominatim S. C. vetarentur, apparet ex Liv. 44. 17. & 21. unde simul cognoscimus quo minus mature fierent sæpe religiones obstitisse. conf. eundem 42. 10. extr.
Fides Latinæ. Hor. 1. Epist. 3. 12.
Gens Latina. Virg. 8. Æn. 55.
Juniani Latini in libertorum numerum [lege Junia Norbana] inducti fuerunt, similitudine eorum qui socii Latini & Latini colonarii dicebantur, qui in Latinas colonias deducti fuerant. Lex sociis nominis Latini dabat, qui stirpem ex sese domi relinquerent, ut cives Romani fierent. Hæc apud Livium 41. 12. lex exstat, a qua profectam esse primum rationem eam qua jus Quiritium consequerentur Latini liberti existimo, ut prole. De his sæpe fit mentio apud Jurisconsultos, & Ulpianum præsertim in institutis. Turneb. V. in LATINITAS.
Lingua Latina locupletior Græca. Cic. 1. de Fin. 10. Ita sentio, & sæpe disserui, Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putarent, sed locupletiorem etiam esse quam Græcam.
Vertere in Latinum, h. e. In Latinam linguam. Quintil. lib. 10. cap. 5. subaud. Sermonem.
Verbis Latinis miscere Græca. Hor. 1. Serm. 10. 20.
Vocabula parum Latina. Martial. lib. 2. 8.
Voce Latina loqui. Ovid. 3. Trist. 12. 39.
Urbs Latina. Virg. 9. Æn. 367.
Compar. Hieronym. Epist. 13. ad Paulin. Nihil Latinius tuis voluminibus.
Superl. Idem Epist. 51. Homo Latinissimus.
Viri Latinissimi. August. de Grammat. Tom. 1. p. 98. V. Cellar. Cur. Post. p. 149.

LATINÆ, arum. f. pl. subaudito Feriæ. V. LATINUS, a, um. adj.

LATINE, Adv. [Λατινιστὶ] More Latinorum. Cic. 6. Verr. 2. Latine me scitote, non accusatorie loqui. Idem 7. Philipp. 17. Qui plane & Latine loquuntur. h. e. Proprie, aperte & ut res habet, sine figuris ullave obscuritate aut circuitu.
Quoniam turpe est Latine loquentibus non quamque rem nomine suo appellare. V. Favor. apud Gell. libri 4. cap. primo. H. St.
Loqui Latine, i. e. Pure & emendate loqui. Cic. de Opt. gen. Orat. 4. & de Clar. Orat. 108.
Scire Latine. Cic. pro Cæcin. 55. Quid enim facilius est, quam probari iis, qui Latine sciant, in uno servulo Familiæ nomen non valere?

LATINĬTAS, ātis. f. pro Latino sermone. Cic. 7. Att. 3. Secutusque sum non dico Cæcilium, Mane ut ex portu in Piræeum (malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium, &c. Et 4. ad Herenn. 17. Latinitas est, quæ sermonem purum conservat, ab omni vitio remotum.
Latinitas, Jus Latii, jus civium Romanorum. Cic. 14. Att. 12. Scis quam diligam Siculos. Multa illis Cæsar, neque me invito, etsi Latinitas erat non ferenda, &c. i. e. Jus civium Romanorum. Nam Latini, cives Romani: itaque & suffragia ferebant, & magistratus gerebant. Si igitur Siculis Cæsar jus Latii concessisset, res fuisset non ferenda, veruntamen ferri potuisset. Ut autem Antonius legem figat, quasi a Cæsare latam, qui nullam hac de re mentionem fecit, hoc vero neutiquam ferri potest.
Merita erga populum Ro. allegantes Latinitate vel civitate donavit. Suet. in Augusto cap. 47. H. St. Planissime de Latii antiqui seu Latinitatis jure Ez. Spanhem. orb. Rom. Exerc. 1. cap. 8. & 2. 19. q. V.

LATINIENSIS, e. Idem quod Latinus. Cic. de Arusp. Respon. 20. Quod in agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu.

LATINO, āre. Latine vertere. Cæl. Aurel. Tard. 5. 4. Cujus nominis vim sæpe latinavimus. [Nisi Latinizavimus legendum.

LATINIZO, āre. Idem. Cæl. Aurel. Acut. 2. 1. Sorani hæc sunt, quæ latinizanda suscepimus.

LATMIUS, V. LATMOS.

LATMUS, i. m. [Λάτμος] Plinio 5. 29. Ioniæ mons nobilis, ob Endymionis fabulam, quem aiunt a Luna adamatum, cum in eodem obdormivisset. Cic. 1. Tusc. 92. Endymion vero, si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmo obdormivit, qui est mons Cariæ. Nondum, opinor, est experrectus. Num igitur eum curare censes, cum Luna laboret, a qua consopitus putatur, ut eum dormientem oscularetur? Hinc

LATMIUS, a, um. Adj. Ovid. 3. de Arte 83.
Latmius Endymion non est tibi, Luna, rubori. Quidam corrupte Lamius legunt.

LATOMIÆ, vel LATUMIÆ, vel LAUTUMIÆ, arum. f. [Λατομίαι] Lapicidinæ, & metalla saxaria. Liv. lib. 26. 27. pr. Comprehensa postea privata ædificia, comprehensæ latomiæ, forumque piscatorium. V. LATUMIÆ.
Ad latomias damnari solebant ii, qui in opus metalli damnabantur. Apud Plaut. Capt. 3. 5. 65. Tindarus in latomias lapidarias ab Egione damnatur.
Inde ibis porro in latomias lapidarias. V. LAPIDARIUS.

LATŎMUS, i. m. [Λατόμος] Lapicida, qui lapides cædit.

LĀTŌNA, æ. f. [Λητὼ] Cœi filia, a Jove dilecta pariter & compressa, Apolli-

Apollinem & Dianam peperit. Unde Apollo Latoides, & Diana Latonia dicitur. Virg. 9. Æn. 405.

Astrorum decus, & nemorum Latonia custos. Similiter Delos insula, ut ait Servius, dicta est Latonia, quod in ea Latona enixa sit Dianam & Apollinem.

Filius Latonæ, Phœbus. Tibul. lib. 3. 4. 72.
Genus duplex Latonæ. Virg. 12. Æn. 198.
Puer Latonæ, Phœbus. Hor. 4. Carm. 6. 37.
Candida Latona. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 184.
Dilecta Jovi Latona. Hor. 1. Carm. 21. 4.

LATŌNIUS, a, um. Adj. [Λητῷος] ut, Proles Latonia. Ovid. 8. Met. 15.
Delos Latonia. Virg. 3. Georg. 6.
Luna Latonia. Tibul. lib. 3. 4. 29.
Stirps Latonia. Ovid. 3. Trist. 2. 3. MSS. habent Latoia.
Velox Latonia. Stat. 9. Theb. 679.

LATONIA, æ. f. Absol. Diana. Virg. 9. Æn. 405.
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos.

LATONĪGĔNA, æ. c. [Λητογενὴς] pl. LATONIGĔNÆ, arum. m. [Λητογενεῖς] Apollo & Diana. Senec. Agam. 320.
Duo Latonigenæ. Ovid. 6. Met. 160.

LATŌUS, i. m. [Λητῷος] Apollo. Hor. 1. Carm. 31. 18.
Frui paratis, & valido mihi,
Latoe, dones.

LATŌIUS, a, um. [Λητῷος] Idem quod Latonius. Ovid. 8. Met. 541.
— Parthaoniæ tandem Latoia clade
Exsatiata domus. conf. 3. Trist. 2. 3.

LATŌIS, ĭdos. f. [Λητωΐς] Diana. Ovid. 21. Epist. 153.
Confiteor, timeo sævæ Latoidos iram.

LATŎĪDES, æ. m. [Λητοΐδης] Apollo. Stat. 1. Theb. 663. Et pl. Latoidum numina. i. e. Apollinis & Dianæ. Auson. Epitaph. 27. 2.
Λητοΐδης Latoides apud Just. Mart. in Epist. ad Diognetum a me edita est μονογενεῖα. H. St.

LATOR, ōris. a Fero, fers. V. FERO.

LATRĪA, æ. f. [λατρεία] Latine Cultus, Obsequium, servitus religionis.

LATRĪNA, æ. f. [ἀφεδρών, ἀφεδρῶν] Locus privatarum sordium, & nonnunquam Locus ad exonerandum ventrem accommodatus. A latendo. Apuleius de Asino, lib. 9. p. 223. Elm. Omnia prorsus, ut in quandam cœnosam latrinam, in ejus animum flagitia confluxerant. Varr. lib. 2. de Analog. Deinde quum brevitatis causa nomina contraherent, quo essent aptiora, pro lavatrina, latrinam nominaverant. V. Lavatrina, in LAVO. [Miror autem, ni Lotrinam potius dixerint, ut Lotura pro Lavatura & cetera itidem. Gloss. Lat. Gr. apposite, Latrina, λουτρών.
Latrina, In quam lotura projicitur. Plaut. Curc. 4. 4. 24.
Non pluris facio, quam ancillam meam, quæ latrinam lavat.

LATRINUM, i. n. apud Laberium, teste Nonio 3. 131. Sequere in latrinum, ut aliquid gustes ex Cynica hæresi. Lucil. lib. 6. Hoc tu apte, credit quemquam latrina petisse.

LATRO, pr. comm. [ὑλάω, ὑλακτέω] āre. Proprium est canis, quum impetum facit & voce terret. Virg. 3. Ecl. 18.
— multum latrante Lycisca. Plaut. Amph. 4. 3. 24.
Nec gannio, nec latro. Cic. pro Rosc. Amer. 56. Quod si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint, &c.
Latrare, ad homines translatum, pro Vociferari, & intentione voce clamare. Cic. 2. de Orat. 220. Quid enim hic meus frater ab arte adjuvari potuit, quum a Philippo interrogatus quid latraret, furem se videre respondit? Idem de Clar. Orat. 58. Latrant enim jam quidam oratores, non loquuntur.
Rumperis, & latras magnorum maxime regum. Hor. 1. Serm. 3. 136.
Rumperis, Ex impatientia. Latras, More canum amare objurgas.
Latrare aliquid, i. e. Poscere. Lucret. lib. 2. 17.
— nonne videtis
Nil aliud sibi naturam latrare, &c. Fest. lib. 10. Latrare Ennius pro Poscere posuit. Hactenus ille. Versus autem Ennii citatur a Varr. lib. ult. de Ling. Latina, non ita procul a fine: Multa, inquit, ab animalium vocibus translata in homines: partim, quæ sunt aperta: partim, obscura. Perspicua, ut Ennii: Animus cum pectore latrat. quo loco multi codices perperam habent Lactat. conf. LATRANS Partic.
Latrare, cum accus. pro Allatrare. Hor. 2. Serm. 1. 85.
— si quis
Opprobriis dignum latraverit integer ipse. Adde Epod. 5. 57. Stat. 1. Silv. 3. 5. & Gell. 7. 1.
Latrare etiam Poetis dicuntur aquæ. Claud. 1. de Rap. Pros. 148.
Hinc latrat Gætula Thetis. &c. V. Drakenb. ad Sil. 3. 471.

LATROR, [ὑλακτοῦμαι] āri. passiv. Plin. lib. 25. cap. 10. Hanc habentes, negant latrari a canibus.
Latratur, imperf. Ovid. 2. Trist. 459.
Scit cui latretur, quum solus obambulat ipse.

LATRANS, antis. Partic. [ὑλακτῶν] ut, Colla latrantia canis. Propert. lib. 3. 18. 23.
Bella undique latrantia. Claud. 2. in Eutrop. 486.
Janitor latrans. Virg. 6. Æn. 400.
Monstrum latrans. Idem 6. Ecl. 75.
Undæ latrantes. Sil. 3. 471. V. Supra in LATRO.
Stomachum latrantem lenire. Hor. 2. Serm. 2. 17.
Substantive posuit Phædr. 5. 10. 7. pro Cane:
Canem objurgabat. cui senex contra latrans. ubi prima corripitur, alias auctoritate optimorum poetarum semper producta. [Sed Hogstratanus legit Cui latrans contra senex, probante Burmanno, ut metri ratio consistat.

LATRĀTUS, a, um. [ὑλαγμένος] aliud Partic. ut
Caput latratum Capharei. Stat. 1. Achil. 451. i. e. Fluctuum tumultu affectum.
Cibus latratus. Martial. lib. 4. 53. ad Cosmum, de Cynico philosopho,
Cui dat latratos obvia turba cibos. i. e. Latratu mendicatos more canis.

LATRĀTUS, ûs. m. [ὑλαγμός] Plin. lib. 8. cap. 40. Ab alio in Epiro agnitum in conventu percussorem domini, laniatu & latratu adactum ut cogeretur fateri scelus?
Latratus gravis. Varr. 2. de R. R. cap. 9.
Aper actus latratibus. Ovid. 2. Fast. 231. Al. Laurentibus.

Claris latratibus actus cervus. Ovid. 13. Met. 806.
Dare latratus. Senec. Medea, 10.
Implet vagis latratibus dumeta venator. Sil. lib. 3. 294.
Intonare latratu ingenti. V. INTONO.
Remugit nemus latratu. Senec. Thyest. 8.
Sævit canum latratus in auras. Virg. 5. Æn. 257.
Turbare apros latratu. Virg. 3. Georg. 411.

LATRĀTOR, ōris. m. [ὑλακτὴς] Virg. 8. Æn. 698.
Omnigenumque deûm monstra, & latrator Anubis, &c. Servius, Latrator quia canino capite pingitur; hunc volunt esse Mercurium: ideo quia nihil est cane sagacius. Adde Martial. 12. 1.
Pro Rabula molesto ponitur a Quintil. 12. 19. p. 1083. Si a viro bono in rabulam latratoremque convertitur.

LATRĀBILIS, e. Adj. Latranti similis. Cæl. Aurel. Acut. 3. 11. Vox obtusa & veluti latrabilis. [An Latratilis?

LATRO, ōnis c. pr. syll. c. [λῃστὴς, ἐνεδρευτής] Qui publice vel per vim furantur. Latrones Viarum obsessores dicuntur, quod a Latere adoriuntur, vel quod latenter insidiantur, inquit Festus. Cic 2. Philip. 62. Erat ei vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset.
Infesti latrones. Hor. 2. Serm. 1. 42.
Insidiosus latro. V. INSIDIOR.
Latronem, pro Venatore usurpant nonnunquam poetæ. Virg. 12. Æn. 7.
— fixumque latronis
Impavidus frangit telum.
Latrones, eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, ἀπὸ τῆς λατρείας. Festus. Sed docti ἀπὸ τοῦ λάτρου reponunt, ex Varr. de L. L. 6. 3. Nam serviebant mercede, quæ Gr. λάτρον dicitur. Moris autem erat, ut hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. Dicti quasi Laterones, inquit Varro, l. c. quia circa latera esse soleant. quos nunc Satellites vocant. Plaut. Mil. 1. 1. 75.
Nam rex Seleucus me opere oravit maximo,
Ut sibi latrones cogerem & conscriberem.
Latrones etiam sunt Calculi, Latrunculi alias. Ovid. 3. de Arte Am. 357.
Cautaque non stulte latronum prælia ludat. V. LATRUNCULUS.

LATRUNCULUS, i. m. dimin. [λῃστίδιον] Cic. de Provinc. Cons. 15. Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a Proprætore una cohorte auxiliaria gesta.
Latrunculus, sive Laterunculus, qui & Latro, est etiam Quo ludimus, sedecim scrupis gemina acie utrinque directis, in quibus duo reges sunt invicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, sedecim pedites, quatuor satellites, totidem centuriones. Martial. 14. 20.
Insidiosorum si ludis bella latronum. Seneca, Latrunculis ludimus. Idem de Tranq. 14. extr. Ludebat laterunculis, quum centurio, agmen periturorum trahens, & illum quoque citari jubet. V. seq. dict.

LATERUNCULARIUS, a, um. Adj. ut, Lateruncularia tabula, In qua laterunculis luditur. Senec. Epist. 118. al. 117. circa finem, Nemo qui ad incendium domus suæ currit, tabulam laterunculariam perspicit, ut sciat quomodo alligatus exeat calculus. Latrunculariam dicit Laterunculariam, qui & alibi Latrunculos Laterunculos vocat, nisi nos fallant exemplaria. [Videri potest Laterunculus alterum diminutivum a Later, subit. Et forsan laterum figuram habebant isti calculi.

LATRUNCULĀTOR, ōris. m. [λῃστοδικαστής] Qui rerum capitalium judex, sive Quæstor appellatur, & vulgo Judex maleficiorum. Ulpian. lib 5. Digest. de Judiciis. l. Solemus, Latrunculator de re pecuniaria judicare non potest.

LATRŌCĬNOR, [λῃστεύω] āri. Latronum more prædari. Cic 1. de Nat. Deor. 87. Tot millia latrocinantur morte proposita: alii omnia quæ possunt fana compilant. Idem 1. de Legib. 43. Jus esset latrocinari, jus adulterare, &c.
Latrocinari ex occulto. Plin. lib. 9. cap. 42.
Latrocinari, Mercede militare. Plaut. Cornicularia, 1. Frag. 70.
Qui regi latrocinatus decem annos Demetrio. conf. Trin. 2. 4. 197. Mil. 2. 6. 19. & Pœn. 3. 3. 90.

LATROCINĀTIO, ōnis. f. Plin. lib. 19. cap. 4. Multitudinis innumeræ sæva latrocinatio.

LATROCINĀTOR, ōris. m. Idem ac Latro in Dig.

LATROCĬNIUM, i. n. Idem. quod Latrocinatio, & usitatius est. Cic. pro Rosc. Amer. 61. Quod putares hic latrocinium, non judicium futurum. Idem 3. Verr. 57. Tu quæ ex fanis religiosis per scelus & per latrocinium abstulisti, &c. Cæs. 8. Bell. Gall. 24. Quia repentino latrocinio atque impetu incolæ illorum, &c. Hor. 1. Serm. 3. 122.
— quum dicas esse pares res,
Furta latrociniis.
Imago latrocinii. Ovid. 2. de Arte Am. 207.
Castrense latrocinium. V. CASTRUM.
Nefarium latrocinium. V. NEFARIUS.
Agitare latrocinia. Tacit. 12. Ann. 27.
Conjicere in latrocinium. V. CONJICIO.
Latrocinium, ipsa Militia. Plaut. apud Non. 2. 508. Qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti.

LATROCINĀLIS, e. Adj. Apul. 2. Miles. p. 121. Elm. Quodcunque vel ignotorum miseratione, vel amicorum benevolentia extraximus, id omne latrocinalis invasit manus.
Castra latrocinalia. Ammian. 27. 2.
Globi latrocinales. Idem 31. 16.

LATROCINALĬTER, Adv. Mart. Capell. lib. 6. Latrocinaliter interimere.

LĀTUMIÆ, [λατομίαι] vel LATOMIÆ, aut etiam (ut alii volunt) LAUTUMIÆ, arum. f. Lapicidinæ. Festus, Latumias ex Græco & maxime a Syracusanis, qui latomias & appellant & habent, ex quibus locis excisi sunt lapides ad exstruendam urbem. V. LATOMIÆ. Præcipue ita nominatus est Carcer Syracusanus, quem describit Cic. 7. Verr. 68. his verbis, Opus est ingens, magnificum, regum ac tyrannorum: totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso, & multorum operis penitus exciso: nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum undique; nihil tam tutum ad custodias, nec fieri, nec cogitari potest. Idem 3. Verr. 14. Qui juratus apud vos dixit multos cives Romanos in latumiis istius imperio crudelissime per vim morte esse mulctatos. Idem 7. Verr. 145. Quæcunque navis ex Asia, quæ ex Syria, quæ Tyro, quæ Alexandria venerat, statim certis indicibus & custodibus tenebatur: vectores

omnes in latumias conjiciebantur. Sic habent vulgati codices. Meus vero Plinius membranaceus manu scriptus sane quam vetus lib. 11. cap. 37. sic habet, Ipse convulneratus & captus semel per cavernam lautumiarum evasit, angustos vulpium aditus secutus. Et ita scribendum, evidentissime apparet ex Seneca lib. 9. Declamationum, decl. 4. de Sabino quodam: Illin etiam, inquit, quum reus rogaret ut le lautumias transferretur, Ne cunc, inquit, quemquam vestrûm decipiat nomen, Lautumiæ illæ minime laota res est. Jocabatur in miseriis & periculis suis. In quibus non debuisse quis nescit? potuisse quis credit? Hæc Seneca. Ex quo Turneb. 22. 17.

Quemvis Carcerem & vincula publica significat. V. Liv. 26. 27. Ulp. l. 1. §. ult. D. de Aleatoribus. & Plaut. Pœn. 4. 2. 5.

LATUMARIUS, vel LAUTUMARIUS, I. m. Sceleratus, & qui sæpe in carcere fuerit. Quas enim Græci latomias, Latini lautumias, ut Varro, Plautus, aliique appellarunt. Ita carcer quidam Romæ vocabatur, quod in eo lapidicinæ aliquando fuissent. Cic. in orat. in Pisonem 20. Cum altero Catilinæ lautumario. Lautumarium Catilinæ vocat Unum e sceleratis illis Catilinæ affectatoribus & gregalibus, qui sæpe coloni carceris fuissent. Sic Turnebus legit, quum in excusis Laternario edatur.

LATUS, a, um. Partic. a Fero, fers. V. FERO.

LĀTUS, a, um. ior, issimus. Adj. [εὐρὺς, πλατὺς, λαῦρος] Spatiosus, amplus, laxus. Cujus contrarium est Angustus. Ovid. 3. Fast. 280.

Aut pecus, aut latam dives habebat humum.

Aditus latus. V. ADEO.
Æquor. Hor. 2. Epist. 2. 20.
Agri. Virg. 8. Æn. 88.
Amnis. Virg. 1. Georg. 141.
Area. Ovid. 1. Epist. 72.
Armi. Virg. 11. Æn. 644.
Campi. Virg. 1. Georg. 492.
Flumina. Virg. 3. Georg. 213.
Orbis latus. Hor. 1. Carm. 12. 36.
Ore lato ingens fenestra. Virg. 2. Æn. 482.
Pectus latum. Ovid. 1. Fast. 378.
Radice lata arbor. Plin. lib. 22. cap. 7.
Regna latissima. Ovid. 2. Epist. 3.
Unguis latus. Plin. lib. 11. cap. 45.
Latus pectora. Martial. lib. 12. 38.
Latus, cum genitivo. Columel. lib. 3. cap. 13. Avarius quidam dupondio & dodrante altum sulcum, latum pedum quinque faciunt. Vide Longus pedum quatuor, in LONGUS.
Latus, cum accusativo. Plin. lib. 6. cap. 26. de Babylone: Sexaginta millia passuum amplexa muris, ducenos pedes altis, quinquagenos latis.
Buccina tortilis in latum. Ovid. 1. Met. 336.
Erigi & latum fieri. Cic. 4. Acad. 127. Est animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque naturæ. Erigimur, latiores fieri videmur, humana despicimus. [Sed MSS partim Altiores, partim Elatiores exhibent. Ex quibus prior lectio multo potior videtur.
Latus clavus, [ὁ πλατύσημος] Vestis Senatoria; dicta a textura. V. CLAVUS, & paulo post LATICLAVIUS.
Honor lati clavi. Lamprid. Commod. cap. 4.
Jus lati clavi. Quintil. 11. 3.
Tunica lati clavi. Suet. Aug. cap. 94.
Hac veste utebantur etiam sacerdotes. Sil. 3. 27.

Sacrificam lato vestem distinguere clavo.

LATE, Adv. [πλατέως] i. e. Multis in locis. Plin. Epist. 10. lib. 8. ad Fabatum, Quibus videor a meo, tuoque latere, pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus.
Sacer late lucus. Virg. 8. Æn. 598.
Victrices late catervæ. Hor. 4. Carm. 4. 23.
Aperire latius. Tacit. in Vita Agric. 38.
Audiri latius. Tacit. 3. Hist. 3.
Complent loca milite late. Virg. 2. Æn. 495.
Diffusa late longeque laus Pompeii. Cic. pro Corn. Balbo 13.
Discedere late. Virg. 4. Georg. 359.
Disseminatum est hoc malum latius opinione. Cic. in Catil. 4. 6.
Divisum late atque dispersum bellum. Cic. pro Lege Manil. 31.
Effusum late mare. Hor. 1. Epist. 11. 26.
Fusus latius locus. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Loqui latius, cui opponitur Compressius. Cic. 2. de Fin. 17. Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressius.
Patet late, & ad multos pertinet hæc ars. Cic. 1. de Orat. 235. Et 2. Off. 92. Hoc latissime pateat, ad plurimosque pertineat.
Possidere latius. I. e. Amplius possessiones habere. Ovid. 5. Met. 130. V. Burm. ad Petron. cap. 82.
Remotus longe lateque a vulgo. Hor. 1. Serm. 6. 18.
Perscribere latius atque inflatius omnia ad aliquem. i. e. Gestis aliquid affingendo. Cæs. 2. Bell. Civil. 17. Sic & 3. 79.
Sparsa late vestigia currus. Ovid. 2. Met. 318.
Vagatus late ignis. Liv. 24. 47. extr.
Vagabitur nomen tuum longe atque late. Cic. pro M. Marcell. 30.
Latius, pro Diuturnius. Plin. 3. Epist. 10. Cujus famæ latius consuletur, si dispensata & digesta fuerit.

LATITŪDO, inis. f. [εὖρος, πλάτος] Cic. 1. de Nat. Deor. 54. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum.
Crescere in latitudinem. V. CRESCO.
Possessionum latitudo. Cic. 3. de Lege Agr. 67. Qui latitudinem possessionum tueri, qui invidiam Sullanorum agrorum ferre non possunt.
Verborum latitudo. Cic. 2. de Orat. 91. Oris pravitatem & verborum latitudinem imitatur.

LATITIA, æ. f. Latitudo. Innocent. de casis litt. p. 222. Gœs. Proximum casa venit fines quam maxime in longum habens, in latitia breviores. Adde p. 241.

LATESCO, [πλατύνομαι] ĕre. Latum fieri & in latum extendi. Columel. lib. 2. cap. 10. Quia non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. Cic. in Arato 285.

Hic equus a capite & longa cervice latescit. [Immo a Lateo est pr. brevi.

LATIFŎLIUS, a, um. Adj. [πλατύφυλλος] Quod lata habet folia. Plin. lib. 15. cap. 29. Distinctio myrti sativæ atque silvestris, & in utraque latifoliæ. Idem lib. 15. cap. 7. Optima laurus ad id latifolia.

LATIFUNDIUM, i. n. [μεγαγεωργία] Quod habet latum fundum & magnum: vel Fundus latus & amplus. Plin. lib. 17. cap. 22. Latifundiis, non legitima naturæ festinatio. i. e. Non potest una certa ratio præscribi putandæ vineæ in magnis prædiis, quod aliæ serius id, aliæ maturius desiderant. Idem lib. 8. cap. 6. Latifundia perdidere Italiam.
Ampla latifundia. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 6. de C. Licinio, Ampla ab eo relicta latifundia festinantes consumpsit.

LATICLĀVIUS, a, um. Adj. Latum clavum habens, ut, Tribunus laticlavius. Suet. Domit. cap. 10.
Tunica laticlavia. Valer. Max. 5. 1. 7.
Laticlavii, [πλατύσημοι] Senatores, eorumque sub Augusto liberi appellati sunt, a lato tunicæ clavo quo utebantur. Suet. in August. cap. 38. pr. Ac ne quis expers castrorum esset, binos plerumque laticlavios præposuit singulis alis. V. totum illud caput.
Laticlavius, pro Senatore. Suet. Nerone, cap. 26. A laticlavio, cujus uxorem attrectaverat, pæne ad necem cæsus.

LATICLAVIUM, i. n. [πλατύσημον Gloss. Gr. Lat.] Idem ac Latus clavus.

LATICLAVIĀLIS, e. Adj. Idem, ac Laticlavius. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 180. n. 3. C. MARIVS. DRVSVS. C. F. PR. DICTVS. EX. PROVINCIA. DACICA. TRIBVNVS. LATICLAVIALIS. &c.

LATĬPES, ĕdis. Avienus Prognost. Arat. v. 358.

Latipedemque anatem cernes excedere ponto.

LĂTUS, ĕris. n. [πλευρὰ, λαγὼν, πλευρόν] Quod est infra axillam. Virg. 2. Æn. 393.

— laterique Argivum accommodat ensem.

Artifices lateris, Pantomimi. Ovid. 3. de Arte Am. 351.
Conatus laterum. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Dolor laterum acutus, Pleuritis. Hor. 1. Serm. 9. 32.
Inclinatio laterum fortis ac virilis. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Inflexio laterum. Cic. 3. de Orat. 218.
Aridua latera. Virg. 3. Æn. 665.
Forte latus. Hor. 1. Epist. 7. 26.
Invalidum latus. Ovid. 3. Amor. 11. 14.
Longum latus. Sen. Hippol. 10.
Longo nullus lateri modus. Virg. 3. Georg. 54.
Loreum latus. Plaut. Milit. 2. 2. 2. Ego faciam latera vestra lorea. Sunt autem Lorea latera, Latera virgis cæsa & lacerata, quod corium sic vapulantium in lora scindi videatur. Nam Lora, Corium in corrigias scissum significat. Perinde igitur est ac si diceret, E vestro corio scindam lora virgis. Turnebus.
Niveum. Virg. 6. Ecl. 54. Ovid. 2. Met. 865.
Patiens laboris latus. Quintil. in procem. lib. 1.
Rigidum. Stat. 6. Theb. 708.
Accinctus ensis lateri. V. ACCINGO.
Accommodare ensem lateri. Virg. 2. Æn. 393.
Adhærere lateri. V. ADHÆREO.
Adjungere aliquem lateri filii. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Astare in latus obliquum. h. e. Verso latere versus aliquem. Ovid. 3. Met. 187.
Cinxit latus ense. Ovid. 2. Fast. 784.
Claudere latus. Juven. 3. Sat. 131.

Divitis hic servi claudit latus ingenuorum
Filius. V. ibi Interpr. & infra Tegere latus.

Conserere latus lateri. Ovid. 2. Epist. 58.
Extentum cursu missa latus eruit hasta. Ovid. 12. Met. 477.
Exsolvere a latere pugionem. Tacit. 3. Hist. 68.
Exonerare latus ense. Senec. Agamem. 6.
Fodere latus dextrum. Hor. 1. Epist. 6. 50.
Hæret lateri lethalis arundo. Virg. 4. Æn. 73.
Munire latus navis. Ovid. 11. Met. 487.
Peregit latus ense. Ovid. 4. Epist. 119. i. e. Transfixit, transegit; Egit ensem per latus. V. PERAGO.
Resolvis latus ense. i. e. Discingis ensem. Lucan. ad Pison. 132.
Solvuntur ima latera. Virg. 3. Georg. 523.
Submittere latus, Procumbere. Ovid. 3. Met. 23.
Tegere latus alicui. Hor. 2. Serm. 5. 18.

Utne tegam spurco Damæ latus? Ubi Interpr. Latus alicui tegere, dicitur qui virum honoratum vel stipat ut satelles, vel comitatur ut assecla: Tegere latus etiam dicebantur Gladiatores, qui defendebant, ne inferretur ictus. Hinc,

Tecto latere discedere, est Tuto & extra periculum discedere. Ter. Heaut. 4. 2. 5. [Contrarium est Dare latus, vel Præbere latus apertum. Sen. in præf. lib. 4. Nat. Quæst. pr. Nec adulatoribus latus præbeas. Tibull. 1. 4. 46.

Si volet arma, levi tentabis ludere dextra,
Sæpe dabis nudum, vincat ut ille, latus.

Adde Sisennæ illud apud Non. 4. 5. Adoriuntur adversos, ut apertis lateribus. quo nil frequentius apud Cæsarem, Livium &c. Nam a corpore humano, ad Corpus militum, seu Aciem eadem locutio translata fuit, ut plenius Brœkh. ad Tib. d. l. demonstravit.
Homines a latere. I. e. Cari & amici principum, & qui eorum lateribus semper adsunt. Curt. lib. 3. 5. 15. Quum ad perniciem ejus etiam a latere ipsius pecunia solicitaret hostis. Liv. 24. 5. Ab latere tyranni, quorum capita vilissima &c. [Ut A manu, A pedibus. Potest tamen ita exponi q. d. Juxta, vel Proxime latus. Hinc
Latus etiam pro Laterone, sive Eo qui latus tegit, ponitur a Martial. 6. 68.

Eutychus ille tuum, Castrice, dulce latus.

Latus, pro Viribus corporis. Cic. de Senect. 27. Neque enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus & lacertis tuis. de Milone athleta.
Latera, pro Contentione vocis & spiritu. Cic. in Orat. 85. Valentiorum hæc laterum sunt. h. e. Eorum qui vehementius clamare possunt, qui dicuntur habere Latera firma: sicuti contra Infirmis dicuntur esse lateribus, Ii qui vocis contentionem ferre non possunt.
Latus mundi, Regio. Hor. 1. Carm. 22. 19.
Campi latus. Ovid. 10. Met. 674.
Insulæ latera, pro Extremis utrinque partibus. Cic. 2. de Legib. 6.
Æqua latera. Quintil. lib. 1. cap. 10.

LATE.

LATERARIS, e. Adj. Plin. lib. 21. cap. 21. Idem si lateralis dolor sit, aut inter scapulas, aut in thorace.
LATERALIA, ium. n. pl. sunt Capsulæ, in quibus ad ephippium suspensis necessaria in itinere reconduntur; Scævola l. 102. ff. de Legat. & fid. 3. Pecuniam, cum esset profecturus in urbem, in lateralibus condidit.
LATERANI, orum. m. [δορυφόροι] dicuntur Satellites, qui principis alicujus latus tuentur, qui etiam Laterones & Latrones dicuntur. V. LATRO. & LATEO. [Ex Thes. Lips.
LATERARIUS, a, um. Adj. ut, Laterarium lignum. Vitruvius lib. 10. cap. 20. Ipsi autem laterariis circa fixis contineantur, teganturque tabulis maxime palmeis.
LATERĀTIM, Adv. Ex utroque latere. Guil. Brito Phil. 7. 112.
Has facit in medio lateratim flumine mergi.
LATERENSIS, e. Adj. Tertull. adv. Marc. 4. 43. Laterensibus uti. i. e. Satellitibus, qui sunt a latere.
LATUSCŪLUM, i. n. dimin. [πλευρίδιον] Catul. ad Thallum 23. 10.
Ne laneum latusculum, manusque mollicellas,
Inusta turpiter tibi flagella conscribillent.
Speculorum latuscula. i. e. Parva latera, seu Faciecula. Lucret. lib. 4. 312.

L A V

LAVACRUM, LAVATIO, LAVATRINA. V. LAVO.
LAUDABILIS, LAUDATE, &c. a LAUDO deducta. V. mox in LAUS.
LAUDEMIUM, vel LAUDIMIUM, i. n. Præmium quod præstatur pro renovatione emphyteutica. l. 3. C. de Jur. Emphyt.
LAUDICENUS, V. LAUDICŒNUS in LAUS.
LAUDO. āre. derivatur haud dubie a LAUS, (etsi Stephanus Nomen Verbo subjecit) ut Fraudo a Fraus, Culpo a Culpa, Spero a Spes. Præcedat igitur
LAUS, laudis. f. [ἔπαινος, αἶνος, ἐγκώμιον] Præconium, commendatio, gloria. Virg. 5. Æn. 355. — primam merui qui laude coronam.
Laus, dicta est ἀπὸ τοῦ λαοῦ: quod proprie laus, sit populi de aliquo recta loquentis. [Hoc suspectum sibi signo apposito Henr. Steph. declaravit. Merito.
Laus cæseo Romæ, ex provinciis Nemausensi, &c. Plin. lib. 11. cap. 42.
In laude olei nominatur id quoque. Plin. lib. 13. cap. 1.
Beatus omni laudum cumulo. Stat. 4. Silv. 3. 158.
Conspicuus laude. V. CONSPICIO.
Dignus vir laude. Hor. 4. Carm. 8. 27.
Inclytus laude. Senec. Agamemn. 6.
Vita mirabili ad laudem, & prope singulari. Cic. de M. Catone in or. pro domo sua 406. H. St. segm. 21.
Potentes laude homines. Lucret. lib. 6. 12.
Æmulus laudis alicujus. Ovid. 6. Met. 83.
Avarus animus laudis. Hor. 2. Epist. 1. 179. V. AVARUS.
Cupido immensa laudum. Virg. 6. Æn. 823.
Hæres laudis alicujus. Ovid. 9. Epist. 110.
Imago falsa laudis. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Obtrectatio laudis. V. OBTRECTO.
Perpetuitas laudis. V. PERPETUUS.
Antiquæ laudis res. Virg. 2. Georg. 174.
Armatæ laudes. i. e. Laudes propter arma & res bellicas. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 1.
Attonsa. V. ATTONDEO.
Bellica laus, Res militaris. Cic. in Brut. 84. Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. Rem militarem vocat, Bellicam laudem, ut Eloquentiam, Dicendi laudem vocare solet. V. mox Abstrahere ad bellicas laudes, Abundare bellicis laudib.
Non ego sum laudi, non natus idoneus armis. Propertius, At Virgil. Laudem videtur vocare Fortitudinem bellicam H. St. Locus Propert. est. 1. 6. 29. Virgilianum quem intelligi velit nescio.
Bellicæ laudes. Senec. Troade 8.
Blandæ laudes. Virg. 3. Georg. 185.
Continua laus. V. CONTINUO.
Imperatoria laus. V. IMPERO.
Inclyta laus. Senec. OEth. 7.
Marmoratæ laudes. V. MARMOR.
Modica laus. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Nascens laus. V. NASCOR.
Numerosa laus. Lucan. ad Pison. 66.
Solidæ laudis cupido. Valer. Max. 4. 4.
Abstrahere ad bellicas laudes. V. ABSTRAHO.
Abest ab hac laude. V. ABSUM.
Abundare bellicis laudibus. Cic. 1. Off. 78.
Adipisci laudem. Cic. Magnam ex ea re laudem adipisci poteris.
Afferre laudem. Quintil. lib. 1. cap. 5. V. AFFERO.
Afferre laudem alicui. Virg. 12. Æn. 321.
Afficere laude. Cic. 2. Off. 47. Ex qua ætate qui exercentur, laude affici solent.
Agere laudes. V. AGO.
Amare laudes alicujus. Plin. in totius operis præfatione, Quanto tu ore patris laudes tonas? quanto fratris amas? quantus in poetica es? i. e. Quanta eloquentia laudes fratris tui Domitiani celebras, idque amantissime: id enim est hic Amare laudes fratris.
Amittere laudem. V. AMITTO.
Appetere laudem. V. APPETO.
Asciscere sibi laudem. V. ASCISCO.
Assequi laudem. Cic. Sed etiam liberalitatis laudem assequi singularem.
Asserere sibi laudes alicujus. Ovid. 1. Met. 462.
Assumere laudem, & laudi. V. ASSUMO.
Canendus longa laude. Stat. 8. Theb. 552.
Capere laudem. V. CAPIO.
Celebrare laudes. V. CELEBRO.
Celebratus laude illustri. Cic. pro Muren. 16.
Certare laudibus alicujus. Virg. 2. Georg. 138.
Colligere omnium laudes. V. COLLIGO.
Comparare laudem. Cic. 2. Fam. 4. extr. Quibus artibus eæ laudes comparantur, in iis esse laborandum. [Forte Elaborandum.
Communicare laudem cum altero. V. COMMUNICO.
Concedere laudem alicui. Cic. 1. de Orat. 13. Ut eorum quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est, &c.
Conciliare laudem. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Condere laudes. V. CONDO.
Conjungere laudem ad aliquid. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Consequi magnam laudem. V. CONSEQUOR.
Contribuere alicui laudem. V. CONTRIBUO.
Crescere laude postera. Hor. 3. Carm. 30. 8.
Crescere laude. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Cumulare aliquem laudibus. Tacit. 2. Hist. 57.
Cumulatus orator omni laude. Cic. 1. de Orat. 118. V. CUMULO.
Debetur illi laus. Hor. 1. Serm. 6. 88.
Delibare de laudibus. Cic. 10. Fam. 21.
Deterere laudes alicujus culpa ingenii, Minus digne narrare. Hor. 1. Carm. 6. 12.
Detrectare laudes. Ovid. 5. Met. 246.
Dicere laudes alicujus. Virg. 6. Ecl. 6.
Dicere laudem alicujus rei. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Dicuntur in laudem. Gell. lib. 4. cap. 9.
Diffusa, laus Pompeii late longeque. V. LATUS adjectivum.
Dare laudem virtutis necessitati. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Dare aliquid alteri laudi. Cic. pro Planc. 89. Tu id in me reprehendis, quod Q. Metello laudi datum est, hodieque est, & semper erit, maximæ gloriæ.
Duci laude ad pejora. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Edunt oblivia laudem. Sil. 13. 665.
Efferre laudibus summis usque ad cælum. Cic. 9. Fam. 14.
Egentes animi laudis. Virg. 5. Æn. 751.
Extollere laudibus ad cælum. Cic. 15. Fam. 4.
Ferent facta mihi laudem. Virg. 11. Æn. 791.
Ferre aliquem insigni laude. Virg. 1. Æn. 629.
Florere laudibus. Lucret. lib. 5. 1279.
Fraudare aliquem debita laude. Quintil. lib. 2. cap. 14.
Habere laudem. Cic. de Opt. gen. Orat. 6. Quod omnes laudes habet, id est optimum. Cic. de Clar. Orat. 50. Brevitas autem laus est interdum in aliqua parte dicendi, in universa eloquentia laudem non habet.
Habere laudes de aliquo. Cic. 13. Att. 28. Bruti nostri quotidianis, assiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiaverunt, commotum istum aliquando scripsisse aliquid ad me.
Haurire laudem. Cic. 6. Fam. 6. Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, ex quo sit leviter adspersus.
Illustrare laudibus. Cic. 6. Fam. 14.
Imminuere laudem alicujus. V. IMMINUO.
Impertire laudem. V. IMPERTIO.
Incumbere ad laudem. V. INCUMBO.
Invenire laudem. V. INVENIO.
Libare laudem. Auct. ad Heren. lib. 4. 5.
Mereri laudem. V. MEREO.
Minuere laudem. Cic. 1. Off. [Immo Opinionem de bellicæ laudis præstantia. 1. Off. 74.
Mutuari laudem aliunde. V. MUTUUM.
Natus laudi. V. NASCOR.
Obsolescit laus. Tacit. 4. Ann. 26.
Obterere laudes majorum. V. OBTERO.
Occupavit laus omnia. Cic. pro Muren. 12. Maledicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit.
Onerare laudibus. V. ONERO.
Ornare laudibus veris aliquem. Cic. 2. Q. frat. 7.
Pendere ex laude. V. PENDEO.
Peragunt carmina vestrarum præconia laudum. Ovid. 4. de Ponto, 8. 49.
Perculsus amore laudum. Virg. 9. Æn. 197.
Percussit spes magna laudis cor meum. Lucret. lib. 1. 922.
Perferre laudem ex urbe. V. PERFERO.
Ponere in laude. Cic. 5. Verr. 212.
Præesse laudi alicujus. Cic. 1. Fam. 7. Nascenti nostræ laudi præfuisti.
Præripere laudem. Cic. de Arusp. Respon. 9.
Procedere laudibus. Cic. in Brut. 137.
Quærere laudem. Cic. pro Flacc. 28.
Referre egregiam laudem, Reportare. Virg. 4. Æn. 93.
Servire laudi. Cic. 3. Verr.
Scribere laudes. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Scribere laudem alicujus. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Suffragari laudi. Cic. 12. Fam. 14.
Sum. ut, Esse magnæ laudi. Hor. 2. Serm. 3. 99.
Est tua laus, Laudandus es propterea. Cic. 2. Fam. 17. Qui si dignum se majoribus suis præbuerit, ut spero & opto: tua laus ex aliqua parte fuerit.
Ponitur in vitio & Laudis est, pro Ponitur in malam partem & in bonam. Cic. Vide VITIUM. H. St.
Sumere laudem a crimine. Ovid. 6. Met. 474.
Tactus cupidine laudis. Ovid. 4. Trist. 5. 11.
Tollere in astra plena manu laudes alicujus. V. MANUS.
Tollere aliquem laudibus. Hor. 1. Carm. 21. 9.
Transfundere laudem. In TRANSFUNDO.
Tribuere laudem alicui. Cic. ad Brut. 15. Quanquam ego illi tum verborum laudem tribui, eamque modicam.
Venari laudem. Auct. ad Heren. lib. 4. 5.
Venerari aliquem laudibus, ac gratiis. Tacit. 12. Ann. 37.
Vertit laudem in crimina. Ovid. 8 Epist. 55.
Laudis nomine Cicero frequenter Eloquentiam intelligit, quoniam nihil ea laudabilius putabat. ut lib. 2. de Officiis, & lib. 1. de Oratore videre licet. Idem in Brut. 28. Post hanc ætatem aliquot annis Themistocles fuit, quem constat cum prudentia, tum etiam eloquentia præstitisse. Post Pericles, qui quum floreret omni genere virtutis, hac tamen fuit laude clarissimus. Sic Laudem dicendi, & Laudem oratoriam dicit in eodem Bruto.
Hoc exemplum non convenit, quia non dicit simpliciter laude, sed hac laude, & potest de quavis re idem dici. H. St. Non puto usquam Laudem ἁπλῶς pro Eloquentiæ laude poni. V. Gruter & Gronov. ad Cic. 1. Off. 77.
LAUDO, [αἰνῶ, ἐπαινῶ, αἰνίζομαι, ἐγκωμιάζω] āre. Verbis extollere. Cic. pro Flacc. 63. Sic optimatum consilio gubernatur, ut omnes ejus instituta laudare facilius possint, quam æmulari.

Probare & laudare. Cic. 3. Fam. 20. Quam quidem omnes non folum probant, fed etiam laudant.
Laudare alterum ad aliquem. V. AD præpofitionem.
Laudare cum exceptione. I. e. Non integre. Cic. 1. Q. frat. 1. Unum eft quod tibi ego præcipere non definam, neque te patiar (quantum erit in me) cum exceptione laudari. omnes enim qui ifthinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, ut in tuis fummis laudibus excipiant unam iracundiam.
Carmine laudari alicujus. Ovid. 3. de Pont. 1. 61.
Laudibus laudare. Plaut. Capt. 2. 3. 62.
Ore alicujus laudari. Ovid. ad Liviam, 465.
Uolitate laudatur, non arte. Cic. 1. de Fin.
Laudare, Nominare. Plaut. Capt. 2. 3. 66.
Id ut fcias, Jovem fupremum teftem laudo, Hegio,
Me infidelem non futurum Philocrati. Quo tamen in loco, non Teftem laudo, fed Teftem do, vulgo legitur: fed mendofe, ut ex Nonio 4. 276. apparet. Laudare (inquit Macrobius lib. 6. Saturn. cap. 7.) fignificat prifca lingua Nominare, appellareque. Sic in actionibus civilibus auctor Laudari dicitur. i. e. Nominari. Budæus.
Vide etiam Pontanum in 3. lib. Georgic. Virgil. fol. 444. fuper illa
— Illaudati Bufiridis aras. H. St. v. 5.
Laudare tamen, quod verbum eft ipfum juris, fi quis diligenter advertat, non modo Nominare, ut Gellius, & Macrobius, & Nonius dixerunt: fed etiam Nominatim citare fignificat & appellare: h. e. Judicem dictato interpellare. Cic. 3. de Orat. 68. de Carneade loquens, Hujus ego etfi multos auditores cognovi Athenis, tamen auctores certiffimos laudare poffum, & focerum meum Scævolam, qui eum Romæ audivit adolefcens, & Metellum familiarem meum. Idem de Clar. Orat. 44. Et pro Flacc. 93. His tu igitur epiftolis, Deciane, recitatis, his muliercults productis, illo abfente auctore laudato, tantum te crimen probaturum putafti, &c. Gell. lib. 3. cap. 16. Varro undecimo menfe nafci hominem poffe dicit: ejufque fententiæ tam de octavo, quam de undecimo menfe, Ariftotelem laudat auctorem. Pomponius in l. Tenetur. De actionibus empti & venditi, Si tibi iter vendidero, ita demum auctorem me laudare poteris, fi tuus fuerit fundus, cui acquirere fervitutem volueris. Laudare auctorem Modeftinus & Pomponius, quo modo & Cicero, pro Nominatim citare pofuerunt, & ad fui defenfionem arceffere, appellareque. Budæus.
Immo Laudare puto, quod foleant teftes laudari, ut Cic. Act. In Verrem de Suppliciis, quæ a Lambino dicitur Liber quintus, Teftis fplendidiffima civitas Lilybetana, teftis honeftiffimus, maximufque conventus civium Ro. H. St. Locus eft f. 10.
Laudo, pro Recufo, improbo, nolo; ex eo, ni fallor, quod fimulata verborum laudatione plerumque id efficimus, quod toto pectore improbamus atque damnamus. Sic accepit Virgilius quum in Georgicis fcribit, 2. 412. — laudato ingentia rura,
Exiguum colito. Nam latifundia improbat, modicumque agri modum prætert. Turnebus. [Immo Laudare quidem ingentia rura, & dicere Rem pulchram effe, fed eligere tamen exigua. H. St.
Laudando concipit ignem. Ovid. 10. Met. 582. i. e. Amorem.
LAUDANDUS, a, um. Partic. [ἐπαινετός] ut, Joci non laudandi. Ovid. 1. Trift. 8. 62.
Voluntas laudanda eft. Ovid. 3. de Pont. 4. 79.
LAUDĀTUS, a, um. [ἐπαινεθείς] Partic.
Abunde laudatus. Ovid. 1. Trift. 6. 31.
Falfo laudata femina. Ovid. 3. Amor. 12. 43.
Forma laudata. Ovid. 16. Epift. 131.
Laudatior. Plin. lib. 17. cap. 23.
Forma laudatiffima. Ovid. 19. Epift. 131.
Virgo laudatiffima dote formæ. Ovid. 9. Met 713.
LAUDATE, Adv. Compar. Plin. 14. 17. Saporem vini affequi nufquam laudatius.
Superl. Idem 36. 6. Regias quoque domos, cum laudatiffime, præter æs, aurum, alectrum, argentum, ebore tantum adornans, de Homero.
LAUDATIO, ōnis. f. [αἶνος] eft Oratio ipfa laudans.
Funebres laudationes. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Laus & Laudatio differunt. Sen. Epift. 102. Præterea aliud eft laus, aliud laudatio. Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, fed laudationem: cujus officium oratione conftat.
Laudatio in judicio exhibita. Cic. pro Font. 4. Vos autem abfens orat atque obfecrat, ut fua religio, laudatio, auctoritas, aliquid apud veftros animos momenti habuiffe videatur.
Præclara laudatio, cum duabus in rebus legatorum una opera confumitur, in laudando atque repetendo. Cic. 4. Verr. 13.
Decernere laudationem. V. DECERNO & mox LAUDATOR.
LAUDĀTOR, ōris. m. [ἐπαινέτης] Qui laudat. Auct. ad Herenn. lib. 4. 30.
Nolo effe laudator, ne videar adulator.
Veteres in judiciis non Teftes modo, verum etiam Laudatores adhibebant, viros graves, qui reo laudis teftimonium, vel fcripto, vel coram exhiberent. Cic. pro Font. 6. Eo nos jam laudatore & tefte utemur. [Idque Civitates miffis legationibus officium præftabant. Idem pro Flacc. 74. & 100. V. LEGATUS.
Laudator voluntarius. Cic. 6. Verr. 143.
Adhibere laudatorem. V. ADHIBEO.
Dare laudatores alicui. Quintil. lib. 3. cap. 7. [V. Græv. ad 7. Verr. 57. Cic. 2. de Or. 341. 4. Verr. 114. Laudatores etiam in comitiis candidati dabant, ut apparet ex Plin. Ep. 3. 20.
LAUDĀTRIX, īcis. f. [ἐπαινέτις] Cic. 3. Tufc. 4. Vitiorum laudatrix fama popularis.
Laudatrix Venus eft infidiofa mihi. Ovid 17. Epift. 126.
LAUDĀBĬLIS, e. Adj. [αἰνετός, ἐπαινετός] Quod merito laudari debet. Plaut. Perf. 4. 5. 1.
Edepol dediſti, virgo, operam laudabilem,
Probam, & fapientem, & fobriam.
Carmen laudabile. Hor. de Arte Poet. 408.
Opus laudabile. Lucret. lib. 3. 179.
Res rectæ & laudabiles. Cic. 1. de Fin.
Vita laudabilis. Cic. de Amicit. 23.
LAUDABILITER, Adv. [ἐπαινετῶς] Cic. 5. Tufc. 12. Quid? ad recte, honefte, laudabiliter, poftremo ad bene vivendum, fatisfne eft præfidii in virtute?

LAUDABILĪTAS, ātis. f. l. 1. Cod. de metallariis: Laudabilitas tua.
LAUDĀTĪVUS, a, um. Adj. [ἐπαινετικός] Quod ad laudationem pertinet. Unde, Laudativum genus dicendi dicitur Demonftrativum.
Materies laudativa. Ammian. 16. 1.
Pars Rhetorices laudativa. Quintil. 2. 15. al. 16. Laudativam totam, quæ eft pars rhetorices tertia.
LAUDATŌRIUS, a, um. Idem. Fulgent. 1. Mythol. Laudatorio palmulæ tactu alicujus mulcere cæfariem.
LAUDĬFĬCO, āre. Gloff. Gr. Lat. ἐπαινῶ, laudifico.
LAUDICŒNUS, i. m. [ἐπαινοδείπνος] Plin. 2. Epift. 14. ad Maximum, Sequuntur auditores actoribus fimiles, conducti & redempti mancipes. Convenitur in media bafilica, ubi tam palam fportulæ, quam in triclinio dantur. Ex judicio in judicium pari mercede tranfitur. Inde jam non inurbane σοφοκλεῖς vocantur. Iifdem Latinum nomen impofitum eft laudicœni: & tamen crefcit in dies fœditas utraque lingua notata. Al. Laudiceni fcribunt. [Certe alluditur, ad Laodicenos populi nomen. Non tamen a Canendis laudibus puto: alioqui Laudicines potius dicti effent: Sed a Cœnæ pro laudibus mercede, Laudicœni, licentia vulgi potius, quam ex Analogiæ præfcripto dicti funt.
LAVENDŬLA, five LAVANDULA, æ. f. a Lavando dicta, quod infervit fomentis & lotionibus. Sic, Lavendula latifolia. Tabernæm p. 755.
LAVER, ĕris. n. & aliquando f. [σίον] Herba quam metathefi litterarum vulgo *berlam* dicimus, & *beru am*. Plin. 26. cap 8. Laver quoque nafcens in rivis, condita & cocta, torminibus medetur. V. SION.
LAVERNA, æ. f. [κερδῴα] Dea fuit, quam Romani coluere, a qua Laverniones dicti funt Fures. Hinc & Lavernalis porta Romæ dicta eft ab æde Savernæ proxima. Feft. in Lavernio. Hor. 1. Epift. 16. 60.
— pulchra Laverna,
Da mihi fallere, da jufto fanctoque videri:
Noctem peccatis & fraudibus objice nubem. Ubi Acron. Laverna, via Salaria lucum habet. Eft autem dea furum: & fimulacrum ejus furea colunt, aut qui confilia fua volunt tacita. Dicta a lavando. Nam fures Lavatores dicuntur. Cum filentio preces ejus exercentur. conf. Non. 2. 509.
LAVERNALIS, e. Adj. ut, Porta Lavernalis, Feft. l. c. & Varro L. L. 4. 34.
LAVERNIO, ōnis. m. Laverniones Fures antiqui dicebant, quod fub tutela deæ Savernæ effent, in cujus luco obfcuro abditoque foliti furta, prædamque inter fe locare. Feftus.
LĀVĪCI, five LABICI, orum. m. Oppidum Latii. V. Liv. 2. 39: 4. 45. pr. & 41. Hinc,
LAVICĀNI, orum. m. pl. fcil. Populi. Liv. 4. 55. & 6. 21.
LAVICANUS, a, um. Adj. ut, Agri Lavicani. Liv. 3. 7.
Porta Lavicana. Plin. 36. 5.
Via Lavicana. Liv. 4. 41.
LĀVĪNIA, æ. f. [Λαουινία] Latini & Amatæ filia, uxor fuit Æneæ, propter quam Turnus iratus, tam in Latinum quam in Æneam bella fufcepit, a Mezentio impetratis auxiliis. Servius.
LAVINIUM, i. n. [Λαουίνιον, Λαβίνιον] Urbs, quondam caput Latii, a Lavinio Latini fratre, ut fentit Servius. Deinde Laurentum a lauro inventa a Latino, dum adeptus imperium poft fratris mortem civitatem augeret. Lavinium vero a Lavinia Æneæ uxore, ut Livius dicit, lib. 1. cap. 1. Aliis Laurolavinium, ut Serv. ad 6. Æn. 760. Strabo dirimit Lavinium a Laurento, ut & Dionyfius Halicar.
Sedes facræ Lavinii. Ovid. 15. Met. 728.
LAVINIENSIS, is. m. Lavinienfes condiderunt oppidum Albam. Varr. R. R. 2. 4.
LAVINIUS, a, um. Adj. [Λαουίνιος] ut,
Arva Lavinia. Virg. 4. Æn. 236.
Virgo Lavinia. Ovid. 14. Met. 570.
LĂVO, lāvi, lautum & lōtum, & antique lāvātum, [λούω, πλύνω, νίζω, ...] āre, in compofitis Luere. eft Aqua quæque fordida purgare. Ovid. 3. Faft. 12.
Sacra lavaturas mane petebat aquas.
Manus lava, & cœna. Cic. 2. de Orat. 246.
Membra lavabis aqua. Ovid. 2. Epift. 90.
Olea lavatur aqua calida in aheno. Ulpian. in L Sed addes. §. Illud nobis. D. Locati.
Omnes in fonte lavabo. fubaudi Capellas. Virg. 3 Eclog. 97.
Reliquias vino, & bibulam lavēre favillam. Virg. 6. Æn. 227.
Vulnera lacrymis fæva lavas. Ovid. 3. de Arte Am. 744.
Peccatum fuum lavare, Excufare, tranflate. Ter. Phorm. 5. 8. 80.
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum.
Lavare, pro Lavari: ut in balneis, in quibus & lavamus & lavamur. Ter. Eun. 3. 5. 34.
Abducit fecum ancillas: paucæ, quæ circum illam effent, manent
Noviciæ puellæ. continuo hæc adornant, ut lavet. & v. 47.
Cape hoc flabellum, & ventulum huic fic facito, dum lavamus.
Ubi nos laverimus, fi voles, lavato. & v. 53.
Abeunt lavatum, perftrepunt. Idem Heaut. 4. 1. 3.
Abi jam nunc intro, atque illa, fi jam laverit mihi nuntia. Plaut. in Truculo. 2. 3. 1.
Pifces ego credo, qui ufque dum vivunt lavant,
Minus diu lavare, quam hæc lavat Phronefium Ibid. 1. 2. 95.
Vife illam, atque opperire ibi: jam exibit, nam lavabat.
Studio geftire lavandi. Virg. 1. Georg. 387.
LAVO, lavi, lōtum vel lautum, ĕre. Idem. Cato cap. 65. Si inquinata erit, lavito.
Corpora fanguis ater lavit. Virg. 3. Georg. 221.
Crines lavis amne Xantho. Hor. 4. Carm. 6. 26.
Mala dulci vino lavere. Hor. 3. Carm. 12. 2.
Ora manufque tua lavimus, Feronia, lympha. Hor. 1. Serm. 5. 24.
Saxa humida proluvie larga lavere. Lucret. lib. 5. 948.
LAVANS, antis. Partic. Hor. 1. Serm. 4. 75.
Scripta foro recitent funt multi, quique lavantes. i. e. Inter lavandum.
LAVATUS, LAUTUS, [contr. ex LĀVĀTUS] five etiam LOTUS, a, um. [λελουμένος] Partic. Ter. Phorm. 2. 2. 25.
Tene afymbolum venire, unctum, atque lautum e balineis? Cic. pro Deiot. 20. Quid igitur caufæ excogitari poteft, cur te lautum voluerit, cœnatum noluerit, occidere?

In

In unda lotus. Stat. 1. Silv. 5. 62.
Manus lautæ. Hor. 2. Serm. 3. 280.
Lautus, [λουστὸς, πολυτελὴς] Elegans, i. e. Mundus & splendidus, inquit Donatus ad Ter. Eun. 3. 1. 37. Cic. 3. Verr. 27. Quum iste atque istius amici, homines lauti, & urbani, sermones hujuscemodi dissipassent. Plaut. Pseud. 1. 2. 31.
Hæc, cum ego a foro revortar, facite ut offendam parata omnia,
Versa, præstege, strata, lautaque, coctaque omnia uti sint. [Nisi hic proprie sumitur Lauta, i. e. Lavata, seu Lota.
Militariter lautus. Tacit. 2. Hist. 80.
Puella lauta. Plaut. Mil. 3. 1. 192.
Lautam vis, an quæ nondum sit lauta? P. siccam succidam. i. e. Vis admodum puellam & adolescentulam tenerioremque, quæ nondum balneis utatur, an grandiusculam & matronam nuptamque & virum sæpe expertam, quæ jam publice lavet? Turnebus.
Negotium lautum. V. NEGOTIUM.
Opera lauta. Plin. lib. 13 cap. 4.
Servi lautiores, Elegantiores. Cic. in Parad. 5.
Lautus, pro Delicato. Cic. 7. Fam. 14. Valde jam lautus es, qui gravere ad me litteras dare, homini præsertim prope domestico. Sunt qui Fastuosum interpretentur. [Rectius Beatum, & eo superbum, interpretabere, ex Juvenal. Sat. 1. 67.
— qui se lautum atque beatum
Exiguis tabulis & gemma fecerat uda. V. Ep. 16. extr.
Lautus, Dives, nitidus, in veste & victu delicato. Ter. Heaut. 4. 5. 10.
Omnes te in lauta & bene aucta parte putant. [An Bene uncta? Nam eadem metaphora in utraque voce. Sed nihilo minus versus impeditus erit. V. Bentl.
Puto apud Juvenalem, initio cujusdam Satyræ,
Atticus eximie si cœnat, lautus habetur. H. St. Est initium Sat. 11.
Civitas lauta, Opulenta & nobilis. Cic. 13. Fam. 33. In Halesina civitate tam lauta tamque nobili conjunctissimos habeo.
Cibus lautus. Ter. Adelph. 3. 3. 71.
Cœna lautissima. Plin. 9. Epist. 17.
Cœnæ lautorum. Martial. lib. 13. 7.
Convivium lautissimum. Plin. lib. 14. cap. 14.
Culina lauta. Hor. 2. Serm. 4.
Epulæ lautiores. Stat. 1. Silv. 6. 32.
Patrimonium lautum, Amplum. Cic. pro Flac. 90.
LAUTIUSCŬLUS, a, um. Adj. dimin. Apul. 7. Met. p. 191. Vestem lautiusculam proferunt.
LAUTE, Adv. [λαμπρῶς] Eleganter. ut, Laute vestitus. Plaut. Casin. 4. 1. 10.
Administrare munus suum laute. Ter. Adelph. 5. 1. 2.
Diversari laute. Cic. 3. Verr. 64.
Loqui laute. Plaut. Milit. 4. 2. 11. Loquitur laute, & minime sordide. Ter. Eun. 3. 1. 37. Facete, lepide, laute, nihil supra.
Compar. Cic. 2. de Legib. 3. Villa lautius ædificata.
LAUTITIA, æ. f. [πολυτέλεια] Epularum magnificentia, a lavatione dicta: quia apud antiquos hæ elegantiæ quæ nunc sunt, non erant, & raro aliquis lavabat. Hæc Festus. Lautitia igitur Munditia est quæ in vestitu & cibo fit. Plin. lib. 9. cap. 35. Quum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix, lautitiam ejus omnem apparatumque obtrectans. Cic. 9. Fam. 16. Fama ad te de mea nova lautitia veniet.
Invidia lautitiarum. Suet. Aug. 71. pr.
Studiosissimus lautitiarum. Suet. Cæs. cap. 46.
LAVATIO, ōnis. f. [λοῦσις] Cic. 9. Fam. 5. Faciam ut lavatio parata sit i. e. Balneum. Plin. lib. 8. cap. 45. Lavatione calidæ aquæ traduntur pinguescere.
Lavatio est etiam Vas lotioni destinatum. Phædrus 4. 4. 22.
Seponit mœchæ vestem, mundum muliebrem,
Lavationem argenteam, eunuchos glabros. Adde Ulpian. l. 25. §. 4. ff. de aur. arg. [Non est Unum vas, sed Vasa omnia lavacro, seu balneo servientia, & proinde Instrumentum balneare.
LŌTIO, ōnis. f. Vitruv. 7. 9. Lotionibus & cocturis efficitur. V. Lips. Sat. 2. 1.
LOTUS, ûs. m. Cels. 1. 3. de his, quæ corpus refrigerant. Aqua quam frigidissima; oleum si aqua miscetur, & lotus [Sed verba hæc Et lotus, in una Lindenii editione leguntur, incertum unde petita, & merito suspecta sunt, ut alia quam plurima a Viro illo Clarissimo Celso adjecta.
LOTOR, ōris. m. Fabrett. Inscript. p. 435. DIANAE AVG. COLLEG. LOTOR. SACR.
LOTŪRA, æ. f. [λῶσις] Lavatio. Plin. 33. cap. 7. Differentiam artis esse, quod alii minium faciunt prima lotura; apud alios id esse dilutius, sequentis autem loturæ optimum.
LAVATURA, æ. f. Idem. ut, Lavatura carnis recentis. Const. Afer. 5. 9.
LAVAMENTUM, i. n. Idem. Veget. 3. 5. [Sic in Thes. Lips. Sed locum apud Mulomedicum non reperi.
LAVATORIUS, a, um. Scribon. in Antv. Lavatoria specus.
LAVĀCRUM, i. n. [λουτρὸν] Balneum in quo quis lavari commode potest. Gell. lib. 1. cap. 2. Propulsabamus caloris incommoda lucorum umbra ingentium, longis ambulacris, & mollibus ædium posticum refrigerantibus lavacris.
Avidus splendere lavacris. Claud. 2. in Eutrop. 410.
LAVATRINA, æ. f. Est Lavatrina, quod nunc Balneum dicitur, inquit Nonius 3. 132. V. Balneæ, in BALNEUM, & LATRINA suo loco.
LAVANDRIA, orum. n. pl. Laberius, Elutriare lintea & lavandria dixit, quæ ad Lavandum sunt data, inquit Gell. 16. 7. pr.
LAUTĬA, orum. n. [λαύτια] Munera dicebantur, quæ Romani per Quæstores legatis exterorum nationum mittebant, ut ait Plutarchus in Problem. Ro 43. Festus, Dautia dicebant veteres, quæ Lautia dicimus: dabantur legatis hospitii gratia. Liv. 35. 23. extr. Attalo gratiæ actæ & ædes liberæ, locus, lautia decreta. Liv. 28. 39. extr. Locus inde lautiaque legatis præberi jussa, & muneris ergo in singulos dari ne minus dena millia æris. [Idem 30. 17. ad fin. Dona a Lautiis distinguere videtur, nisi forte Dono legendum.
Lautia etiam feminine Livius, Ad hue ædes, libera loca, lautiæ, legatis decreta. Budæus. Emendati codd. sic habent 30 17 extr. de Masinissæ legatis, Ad hoc ædes, libera loca, lautia legatis decreta. [Scribendum Ædes liberæ, locus, lautia &c. ut in ceteris Livianis locis omnibus fere, ubi Lautiorum mentio fit.

LAVATRĪNÆ, arum. f. Locus extra urbem, ubi lavandi usum exercebant. Fest. & Varr. de L. L. 4. 32.
LAURĀGO, Inis. f. Herba sic dicta. Apul. de Herb. cap. 58.
LAUREA. V. LAURUS.
LAURENTALIA, LAURENTIA, V. LARENTIA.
LAURENTUM, i. n. [Λαύρεντον] Nomen civitatis, quod ibi sepultus sit Tatius rex, qui a Laurentibus occisus fuit. Vel a silva laurea, qua excisa ædificatus est vicus. Vel, ut ait Priscianus, a lauro ibi inventa, dum Picus eam conderet. V. Virg. 7. Æn. 59. Hinc,
LAURENS, entis. Adj. & hic & hæc LAURENTIS, Qui ex Laurento civitate est. Virg. 7. Æn. 171.
— Laurentis regia Pici.
Arva Laurentia. Virg. 9. Æn. 100.
Populi Laurentes. Virg. 6. Æn. 891.
Puellæ Laurentes. Stat. 1. Silv. 2. 163.
Tibris Laurens. Virg. 5. Æn. 797.
LAURENTĪNUS, a, um. Adj. Idem quod Laurens. Plin. 2. Epist. 17. Laurentinum meum. scil. Prædium.
Via Laurentina. Valer. Max. 8. 5. 6.
LAUREOLA, V. LAURUS.
LAURIŌTIS, is. f. Cinerula quæ dum argentum in fornace uritur, in ipsa fornacis area colligitur ex favillis argenteis sursum ascendentibus, ac deinde in aream decidentibus. Plin. lib. 34. cap. 13. Fit & in argenti furnacibus spodos, quam vocant laureotin. Harduin. leg. Lauriotin.
LAURETUM, LAUREUS. V. LAURUS.
LAURĪCES, um. Plin. lib. 8. cap. 55. Leporum generis sunt & quos Hispania cuniculos appellat, fecunditatis innumeræ, famemque Balearibus insulis, populatis messibus afferentes. Fetus ventre exsectos, vel uberibus ablatos, non repurgatis interaneis, gratissimo in cibatu habent: laurices vocant.
LAURICOMUS, LAURIFER, LAURIGER, LAURINUS. V. LAURUS.
LAUROLAVINIUM, Urbs Latii proxima Laurento. V. LAVINIUM.
LAURUS, i. f. secundæ, & LAURUS, ûs. f. quartæ declinationis, sonantius autem est in secunda. Est genus arboris, quæ Græce δάφνη dicitur. Plin. lib. 15. cap. 30. Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarum, Pontificumque: quæ sola & domos exornet, & ante limina excubat. Duo ejus genera tradit Cato: Delphicam & Cypriam. Pompeius Lenæus adjecit quam mustaceam appellavit, quoniam mustaceis subjiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidoque & albicante. Delphicam æquali colore, viridiorem, maximis baccis, atque e viridi rubentibus. Hac victores Delphis coronari, & triumphantes Romæ. Cypriam esse folio brevi, nigro, per marginem imbricato, crispam. V. & cetera, quæ in eodem capite tradit Plinius.
Lauri fruticem non icit fulmen, ut ait idem Plin. lib. 2. cap. 55.
Amantes carmine laurus. Stat. 4. Silv. 6. 48.
Apollinea laurus, quia dicata est Apollini. Ovid. 6. Fast. 91.
Delphica lauro comam cingere. Hor. 3. Carm. 30. 15.
Fatidica laurus. Claud. 2. Cons. Stil. 50. Vel quod Apollini fatidico deo est dicata. Vel quod ex ejus crematæ strepitu futura colligebant: ut Porphyrius philosophus, & Iliados primo scribit Eustathius. Fragosius enim combusta felicitatem portendere credebatur. Tibul. lib. 2. 5. 83.
At laurus bona signa dedit, gaudete coloni. Contra si tacita conflagrasset, triste erat augurium. Propert. lib. 2. 28. 36.
Et jacet extincto laurus adusta foco. Vel quia, ut promittit Antiphon, & Philochorus, quibus Artemon atque Serapion Ascalonites etiam adstipulantur, & ex nostris Fulgentius Planciades, si quis lauri frondes suo pulvillo capiti subjectas habuerit, is vera somnia noctu est visurus. conf. p. p. Præscia venturi.
Fragilis laurus. Virg. 8. Ecl. 82.
Martia. Claud. in præfat. 2. Cons. Stil. 20.
Nitidissima. V. NITEO.
Pacifera, V. Pacifer, in PAX.
Parnaside lauro vinctus caput. Ovid. 11. Met. 165.
Peneia. Quia Daphne Penei fluminis filia, in laurum mutata est. V. Ovid. 1. Met. 452. Valer. 1. Argon. 386. V. PENEUS.
Phœbea lauro cingentur tempora. Ovid. 4. Trist. 2. 51.
Præscia venturi laurus. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 109. De cujus epitheti ratione vide Barthium in Claudianum. Cælium Rhodig. quoque lib. 5. cap. 7. Sacra enim Apollini laurus est, vel ob amorem Daphnes, ut lib. 1. Met. Fab. 9. Ovid. vel ex eo quod ignis habet in se semina: Apolloque idem cum Sole & igne est. ideoque nocturna larvarum terriculamenta fugat: & futura præsentit. Nam nihil æque tanto cum crepitu flagrat, ut ait Lucretius. & eo prior Theocritus. unde natum proverbium contra conviciatores, Clamosius obstrepit quam laurea dum crematur, quod alii sic efferunt, Clamosior ardente lauro. Porro Daphne Græce dicitur ab intensiva particula δα, & φωνεῖν, quod est clamare: quod ingenti cum strepitu crematur, unde futura colligebant. Quid si venturi præsciam, propter Daphnen, poeta dixit? Philarchus enim refert Amyclæ filiam Daphnen, quum Apollinem vim afferre volentem aufugeret, in plantam fuisse conversam, atque ab eodem deo divinandi accepisse potestatem. Huic divinos honores Spartani decreverunt, & fanum, unde certissima reddebantur oracula: quapropter eandem mutato priore nomine, Pasiphaen vocaverunt. Auctor Plutarchus in Agide. conf. Fatidica laurus supra.
Triumphales. Ovid. 2. Amor. 12. 1.
Mordere laurum. Juven. 7. Sat. 19.
— necti quicunque canoris
Eloquium vocale modis, laurumque momordit. Imitatio est, inquit Britannicus, Horatiana 1. Serm. 10. 71.
Sæpe caput scaberet, vivos & roderet ungues. Persiana quoque, 1. Sat. 106.
— nec demorsos sapit ungues. Sæpe enim poetæ in faciendo carmine talia solent facere. Laurum autem ideo dicit corrodi, quod & lauro coronantur, & in cella plurimam habent, utpote Apollini consecratam, in cujus tutela sunt ipsi poetæ. Hæc Britannicus. Alii sic exponunt, Quicunque momordit laurum, i. e. Gustavit dulcedinem gloriæ poetæ laureati. h. e. quicunque conatur dignus esse laurea. Cæl. lib. 5. cap. 7. ex Hesiodicæ Theogoniæ interpretis sententia docet, laurum efficacis esse auxilii in hominum afflatu: propterea apud Sophoclem & Lycophronem Daphnephagos dici vaticinatores. Et Aphthonius,

Divinationis symbolum esse Laurum testatur. Dionysius item in Panegyricorum ratione, Laurum μαντικὸν φυτὸν appellat, i. e. Vaticinam arborem. Hinc illud Tibulli de Sibylla, lib. 2. 5. 63.

Vera cano: sic usque sacras innoxia lauros
Vescar, & æternum sit mihi virginitas. Putatque huc spectare illud Juven. 7. 19. — laurumque momordit. Certe Tibulli interpres sic habet: Vescar lauros sacras, i. e Fungar scientia vaticinandi. V. ad eum locum Brœkh.

Innectere crinem lauro. Ovid. 6. Met. 161.

Laurus pro Victoria ponitur: tum quod victoriæ laureatis litteris nunciarentur, tum quod in Jovis Capitolini gremio laurus a victoribus deponeretur, etiam cum triumphus ductus haud esset. V. Sil. 15. 120. & infra in LAUREA, & LAUREATUS. [Cic. 2. Fam. 16. Incurrit hæc nostra laurus non solom in oculos, sed jam etiam in voculas malevolorum. Id maxime dixit propter Lictores laureatos, qui victorem imperatorem sequebantur, ut ex eodem loco apparet.

Parthica laurus. Plin. Paneg. 14. pro Victoria Parthica. conf. Stat. 4. Silv. 1. 41. & Plaut. Cist. 1. 3. 53.

LAUREUS, a, um. Adj. [δάφνινος] Quod ex materia lauri est: ut, Laurea corona. Liv. 23. 11. pr. Sicut coronatus laurea corona & oraculum adisset, & rem divinam fecisset, ita coronatum navim ascendere, nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset.

Ramus laureus. Plin. lib. 15. cap. 30.

Serta laurea. Ovid. 2. Trist. 172.

LAUREA, æ. f. Frons lauri. Plin. lib. 15. cap. 30. Unius arborum Latina lingua nomen imponitur viris. Unius folia distinguuntur appellatione: lauream enim vocamus.

Cana laurea. Ovid. 3. Fast. 142.

Gratissima Phœbo laurea. Virg. 7. Ecl. 62.

Laurea, Corona ex lauro facta, quæ in triomphis adhibebatur. Cic. de Provinc. Consul. 35. Si in Capitolium invehi victor cum illa insigni laurea gestiret.

Linguæ & triomphorum laurea. Plin. lib. 7. cap. 30. ad Cic. Salve primos omnium parens patriæ appellate, primus in toga triomphum, linguæque lauream merite, & facundiæ Latiarumque litterarum parens: atque (ut Dictator Cæsar, hostis quondam tuus, de te scripsit) omnium triumphorum lauream adepte majorem, quanto plus est, ingenii Romani terminos in tantum promovisse, quam imperii. [Lego. Quando plus &c.

Donandus Apollinari laurea. Hor. 4. Carm. 2. 9.

Mittere lauream ad aliquem. Tacit. 3. Hist. 77.

Referre lauream Jovi Capitolino. Suet. Domit. cap. 6. De Cattis, Dacisque post varia prælia duplicem triumphum egit. De Sarmatis lauream modo Capitolino Jovi retulit. ubi Pitisc. In ejus gremium solent interdum deponere Imperatores victores; sed hæc depositio non fuit triumphus. conf. Casaub. in l.

Lauream, & mutata diphthongo Loream, & Laurum, pro eodem accipit Cato, lib. de R. R. [Sic quidam codd. cap. 8. Loream Delphicam. Sed in emendatis libris exstat Laurum, ut & cap. 133.

Laurea, pro Lauro ponitur. Hor. 2. Carm. 15. 9.

Tum spissa ramis laurea fervidis.

LAURĒTUM, i. n. [δαφνών] Locus lauris consitus. Plin. lib. 15. cap. 30. Durat & in Urbe impositum loco, quando Lauretum in Aventino vocatur, ubi silva lauri fuit.

LAUREO, āre, Laurea coronare. Chrysolog. Serm. 66. Postes tuos suis ulceribus laureavit. Et Saresb. Epist 298. Ecclesia martyrum sanguine laureatur.

LAUREĀTUS, a, um. Adj. Lauro coronatus. Festus, Laureati milites sequebantur currum triumphantis, ut quasi purgati a cæde humana intrarent urbem. Itaque eandem laurum, omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat: vel quod medicamento siccissima sit, vel quod omni tempore viret, ut similiter Resp. floreat.

Fasces laureati, Fasces laurea, vel lauro circumvoluti, ut mos erat, victoria insigni reportata. Cic. 1. de Divin. 59.

Lictores laureati, Qui laoreatos fasces & laureas coronas gerunt. Cic. 7. Att. 10.

Litteræ laureatæ, Victoriæ nuntium portantes. Liv. 45. 1.

Sic App. in Mithrid. 143. Paris. in fine, Καὶ Λεύκολλος περὶ τῶν ἐν Ῥωμαίοις ἐπιστείλας, τὰ γράμματα δάφνῃ περιελὼν, ὡς ἔθος ἐστὶν ἐπὶ νίκαις. H. St.

Tabellæ laureatæ, Idem. Liv. 45. 1.

Prosequi gesta laureatis. Tacit. in Vita Agric. 18. subaud. Litteris.

Poetarum laureatorum origo ex ludis Capitolinis. V. Scalig. Auson. Lect. 1. 10.

Postes laureati, Lauro coronati. Quintil. lib. 8. cap. 6.

Vomer laureatus, per translationem. Plin. lib. 18. cap. 3. Ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri, ut fas est credere, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore.

LAUREŎLA, æ. f. dimin. Cic. 2. Fam. 9. qualemcunque triumphum laureolam appellat. Velles enim, ais, tantum modo ut haberem negotii quod esset ad laureolam satis.

Laureolam in mustaceo quærere. h. e. Ex frivolis negotiis captare famam haud præclaram, neque magnificam. Est autem Mustaceum sive Mustaceus, Libi genus, cui aliquid additur de virga lauri decusum, ac decoquitur suppositis lauri foliis, ut indicat Cato libro de Agricultura cap. 121. Unde Plin. lib. 15. cap. 30. Mustaceum dictum putat tertium lauri genus, quod ad eum usum adhibebatur. Alioqui Laurus erat triumphalis Ornamentum ædium principalium ac pontificiarum. Hanc qui non poterant assequi laurum, in mustaceo quærere dicebantur laureolam. Cic. 5. Att. 20. Bibulus, inquit, credo, voluit appellatione hac inani nobis esse par. In eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere. Cicero In Provincia res præclaras gesserat: Bibulus frigebat Eras.

LAURĪNUS, a, um. Adj. [δάφνινος] Quod est ex lauro. Plin. lib. 23. cap. 4. Oleum laurinum utilius quo recentius.

Foliis laurinis. Plin. lib. 19. cap. 8. i. e. Foliis lauri similibus. De lepidio.

LAURĬCŎMUS, a, um. Adj. ut, Montes lauricomi. Lucret. lib. 6. 151.

LAURĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [δαφνηφόρος] Laurum ferens. Plin. lib. 15. cap. 30. Lauriferam tellurem illam osculatus ex responso.

Currus lauriferi. Lucan. lib. 5. 332.

Phœbus laurifer. Ovid. 3. de Arte Am. 389.

LAURĬGER, ĕra, ĕrum. Adj. [δαφνηφόρος] Idem. Martial. lib. 3. 66.

— laurigeros ageres quum læta triumphos. Idem lib. 7. 5.

Martia laurigera cuspide tela virent.

LAURĬPŎTENS, entis. Adj. Epitheton Apollinis apud Mart. Capell. 1. p. 10.

LAUS, V. LAUDO.

LAUSUS, i. m. Mezentii filius, ferarum debellator egregius. Virg. 7. Æn. 649.

Lausus equum domitor, debellatorque ferarum.

Item, Numitoris filius, frater Iliæ Silviæ, quem Amulius patruus occidit. Ovid. 4. Fast. 55.

LAUTIA, LAUTITIA, LAUTUS. V. LAVO.

LAUTUMARIUS, LAUTUMIÆ. V. LATUMIÆ.

L A X

LAX, Fraus est, inquit Festus; unde Lacire. Utrumque obsoletum.

LAXAMENTUM, LAXE, LAXATUS. V. LAXUS.

LAXUS, a, um. [χαῦνος] Adj. a Lato deducitur; & significat Latum, & spatii majoris. Virg. 3. Georg. 166.

Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Cervici subnecte.

Laxus & Angustus contraria. Columel. lib. 1. cap. 3. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam angustus eximie.

Paludes laxæ. Lucan. lib. 2. 71.

Amictus laxus. Ovid. 3. de Arte Am. 268.

Calceus laxus male hæret in pede. Hor. 1. Serm. 3. 31.

Domus laxior, pro Ampla & spatiosa. Plin. in Paneg. cap. 50.

Opes laxæ, Amplæ. Martial. lib. 2. 30.

Sinu laxo ferre aliquid. Hor. 2. Serm. 3. 172.

Tempus laxius, Plin. Epist. 4. 9. Laxa dies. Cic. 6. Att. 1. Diem statuo satis laxam, quam ante si solverint, &c. i. e. Tempus solutionis satis longum. Proculus in l. Quum stipulatus. D. de verborum obligationibus, Quum ipse arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim. i. e. Quum diem protulerim.

Laxus, Mollis, remissus, languidus, dissolutus. Virg. 1. Æn. 67.

Et premere & laxas sciret dare jussus habenas. Unde Laxi rudentes: h. e. Languidi, semiconsumpti.

Arcus laxus. Virg. 11. Æn. 874. Ovid. Rem. Amor. 702.

Funes laxi, Non contenti. Virg. 8 Æn. 708.

Janua laxa, Aperta. Ovid. 1. Amor. 8. 77.

Tunica laxa. Ovid. 16. Epist. 247.

Compar. Spatia laxiora. Columel. 4. 30.

Stomachus laxior. Pallad. 11. 14. 12.

Superl. Habenæ laxissimæ amicitiæ. Cic. de Amicit 45. Commodissimum esse quam laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, quum velis, vel remittas.

LAXE, Adv. [χαύνως] Cic. pro Domo 115. Habitare laxe & magnifice voluit, duasque & magnas & nobiles domos conjungere.

Anguste & Laxe, contraria. Varr. 2. de R. R. cap. 10.

Dilatate laxe. Plin. lib. 13. cap. 4.

Compar. Sallust. Bell. Jugurth. cap. 87. Romanos, remoto metu, laxius licentiusque futuros.

Superl. Laxissime pererrare. i. e. Vagari seu ferri. Plin. lib. 2. cap. 16.

LAXUM, Adv. pro Late. Martial. 3. 22.

— & adhuc superet centies tibi laxum. [Immo Centies laxum Adjective, i. e. Ingens. Notum est hæc adverbia numeralia in re nummaria pro Substantivis neutris haberi. V. Gronov. de Pec. Vet. lib. 2. cap. 3. Sic Opes laxæ supra.

LAXĬTAS, ātis. f. [χαυνότης] Dilatatio, Amplitudo. Cic. 1. Off. 139. Sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cujusque modi multitudo, adhibenda est cura laxitatis.

Domus laxitas, Amplitudo & vacuitas quædam. Cic. pro Domo 116.

Viarum laxitas. Columel. lib. 4. cap. 18.

LAXO, [χαυνόω, ἀνίημι] āre. Laxum facere, dilatare. Cic. 4. Att. 15. Ut forum laxaremus, & usque ad atrium Libertatis explicaremus.

Arva laxant sinus. Virg. 2. Georg 331.

Sese laxare ab angustiis in latitudinem. Plin. lib. 21. cap. 5.

Tempus fugæ laxare, i. e. Extendere, producere. Sen. Med. 420.

Laxare, Aperire, liberare. Virg. 2. Æn. 259.

Laxat claustra Sinon.

Laxari a vinculis. Cic. de Senect. 7. Qui se a libidinum vinculis laxatos esse non moleste ferrent.

Astringere & Laxare, contraria. Cic. 6. Att. 2. De isto hactenus. dixerim. me vel plurima vincla tecum summæ conjunctionis optare, etsi sunt amoris arctissima: tantum abest, ut ego ex eo, quo astricti sumus, laxari aliquid velim.

Laxare aliquid ex rigore juris. Ulpian. in l. Quum hic status. in principio D. de donat. inter vir. & uxor. Sic enim habent Pandectæ Florentinæ, quamvis Haloander legat relaxare.

Animum laxare a laboribus, Conquiescere. Liv. 32. 5.

Annona haud multum laxaverat. Liv. 26. 20. extr. Ubi videtur Laxaverat accipi pro Laxata erat.

Artus laxaverat quies. Virg. 5. Æn. 857.

Catenas laxare. Lucan. lib. 10. 57.

Corpora laxantur rugis. h. e. Fiunt rugosa. Ovid. 3. de Arte Am. 73.

Curas laxare somno. Virg. 9. Æn. 224.

Curas laxare in otia. Claud. de magnete 23.

Ferrum laxatur ad usus Innumeros. Stat. 1. Achil. 429.

Frenos laxat populis furentibus. Lucan. lib. 7. 124.

Humus die laxatur. Ovid. 2. Epist. 123.

Iras laxare. Stat. 6. Theb. 828.

Membra laxare quiete. Virg. 5. Æn. 836.

Mentem duram munera Bacchi laxarunt. Sil. lib. 11. 287.

Sese laxare molestiis. Cic. 5. Fam. 14.

Vincula laxare. Stat. 1. Theb. 135.

LAXĀTUS, a, um. [χαυνωθεὶς, ὑφειμένος] Partic. Plin. lib. 19. cap. 1. Maceratas indicio est membrana laxatior.

Curis laxatus. Cic. 1. Tusc. 44. Quodque nunc facimus, quum laxati curis sumus, ut spectare aliquid velimus, &c.

Aër densatus, & laxatus. Quintil. lib. 5. cap. 9.

Classis laxata. Lucan. lib. 3. 543.

Custodiæ laxatæ, i. e. Remissæ, Romotæ. Liv. 21. 32. extr.

Femina

Femina dolore laxata, Liberata. Stat. 5. Theb. 606.
Nocte laxata, lucida pirent claustra. Sil. lib. 13. 550.
Ordines laxati. Tacit. 3. Hist. 25. Laxati ordines abrumpuntur.
Pugna laxata, Remissa. Liv. 21. 59.
Compar. Plin. 19. 1. Lini membrana laxatior.

LAXĀTIO, ōnis f. Vitruv. 4. 7. Compactura habeat laxationem. V. Eund. 9. 9. & Cæl. Aurel. Tard. 2. 1. 56.

LAXĀMENTUM, i. n. [χάλασμα] Plin. in Paneg. cap. 82. extr. An non plerique principes hoc idem tempus in aleam, stupra, luxum conferebant, quum feriarum laxamenta curarum, vitiorum contentione supplerent? Laxamentum venelis comitatus timorem. Macrob. 7. Saturn. 11.
Laxamenti nihil, nec veniæ, habere leges, si modum excesseris. Liv. 2. 3.
Dare legi laxamentum. Cic. pro Cluent. 89. Non modo causæ, sed ne legi quidem quicquam per Tribunos plebis laxamenti datum.

LAXĀTĪVUS, a, um. Adj. Laxans, Emolliens. Cæl. Aurel. Tard. 2. 3. Laxativa cataplasmata.
Virtus laxativa. Apul. de Herb. cap. 60.

L E

LE. Legio. LECTIC. Lecticarius. LECTIST. Lectisternium. LEG. Legato, Legatum, Legatus, Legavit, Legio. LEG. I. Legio prima. & sic deinceps II. III. &c. LEM. Lemonia, scil. Tribus. LENT. COS. Lentulus Consul. LEP. Lepidus.

LEA, æ. f. V. LEO, ōnis.

LEA, æ. f. Brassicæ genus, quam Græci [illegible] appellant, hoc est lævem, a foliorum lævitate. Plin. lib. 20. cap. 9. Alteram leam, latis foliis e caule exeuntibus.

LEA, æ. f. [Λέα] Insula est juxta Cyrenaicam Africæ regionem, apud Plin. 4. 12. legitur Leæ.

LEÆNA, V. LEO.

LEÆNA, [Λέαινα] Scortum Atheniense, cujus memorabilis mentio apud Plin. lib. 34. cap. 8. & lib 7. 23. & Lactant. 1. 20. conf. LEONTIUM.

LEANDER, vel LEANDRUS, i. m. [Λέανδρος] Viri proprium, Herūs puellæ amator, ex Abydo urbe. de quibus exstat Musæi poema. Ovid. 3. Trist. 10. 41.
Si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuisset,
Non foret angustæ mors tua crimen aquæ. V. Ovid. Epist. 17. & 18.
Lege Pont. in 3. Georg. 487. H. St.

LEANDRIUS, a, um. [Λεάνδριος] Adj. denom. ut, Hellespontus Leandrius, in quo Leander periit. Sil. lib. 8. 622.

LEARCHUS, i. m. [Λέαρχος] Athamantis & Inūs filius, quem pater furore arreptus occidit. Ovid. 6. Fast. 490.
Inous Learchus Valer. 1. Argon. 280.

LEARCHĒUS, a, um. Adj. [Λεάρχειος] Ovid. 6. Fast. 491.
Mæsta Learcheas mater tumulaverat umbras.

L E B

LĔBĂDIA, æ. f. [Λεβάδεια] Urbs Bœotiæ est, ubi Orchomenus oppidum & Cephissus amnis, & Lebaitis lacus, arundinis tibialis fertilitate nobilis. V. Stat. 7. Theb. 345. & Plin. 16. 36.

LĔBĔDUS, i. m. [Λέβεδος] Civitas, quæ e Colophone centum & viginti stadiis distat. Hic scenicorum histrionum collegium fuit, qui ludos & certamina Libero patri quotannis celebrabant. Hor. 1. Epist. 11. 7.
An Lebedum laudas odio maris, atque viarum?
Scis Lebedus quam sit Gabiis desertior, atque
Fidenis vicis.

LĔBES, ētis. m. [λέβης] Vas æneum, in quo quid igni applicamus ut ebulliat, ut docet Porphyrius super nonum Iliados Homeri. Ovid. 3. Epist. 31. Viginti fulvos operoso ex ære lebetas.
Curvi lebetes. Ovid. 12. Met. 243.
Dodonæi lebetes. V. DODONE.
Gemini ex ære lebetes. Virg. 5. Æn. 266. V. ibi Servium.

LĔBYNTHŌS, i. f. [Λέβυνθος] Insula una ex Cycladibus. Ovid. 8. Met. 227.
Dextra Lebynthos erat, fecundaque melle Calydna. Adde de Arte Am. 2. 81.

L E C

LĔCĂNŌMANTĪA, æ. f. [λεκανομαντεία] Divinatio ex Pelve, quæ Græcis [illegible] dicitur. V. Buleng. de Divinat. l. 3. c. 5. Meminit Plin. lib. 28. cap. 8. & lib. 30. cap. 2.

LECANOMANTĬCUS, i. m. [λεκανομαντικός] Qui divinat per pelves. Strab. lib. 6. Geograph.

LĔCHÆUM, i. n. [Λέχαιον] Navale Corinthiorum, teste Suida. Alterius maris portum appellat Livius 32. 23. Græci [illegible] lectos vocant. Stat. 2. Silv. 2. 35. — si subeas Ephyres Baccheidos altum
Culmen, ab Inoo fert semita tecta Lechæo.

LĔCHIÆ, arum. apud Stat. 4. Silv. 3. 59. eodem sensu accipiuntur a Gevartio Barthioque. Alii legunt Daviæ; Vossius Clivæ, Cl. Marklandus Lechio legit. V. notas in l.

LECTARIUS, V. LECTUS, i.

LECTA, V. LEGO, ĕre.

LECTICA, LECTICARIUS. V. LECTUS, lecti.

LECTIO, LECTITO, & LECTUS, partic. V. LEGO, ĕre.

LECTISPHAGĪTAS, æ. m. inter Vina factitia commemoratur a Plin. 14. 16. extr. [Nisi quid in lectione vitii est.

LECTRUM, LECTUALIS, LECTUARIUS. V. LECTUS, i.

LECTUS, i. m. [κλίνη, λέκτρον, κλιντήρ] Locus super quo quiescimus. Dictus, ut innuit Varro de L. L. 4. 35. quod lectis herbis & frondibus stramenta facerent. Vel ut Festus ait, Lectus dictus, vel a collectis foliis ad cubitandum, vel quod fatigatos ad se alliciat: Vel a Græco λέκτρον. [Cui Varro l. c. subscribit, cujus en verba: Lectica, quod legebant, unde eam facerent, stramenta atque herbas, ut etiam nunc fit in castris. Lectos, ne essent in terra, sublimes in his ponebant. Nisi ab eo quod Græci antiqui dicebant lectron. ubi forte Lectas legendum. scil. Herbas. Forte tamen a Gr. λέχος, genere mutato, deducitur.
Jura socialia lecti. Ovid. 3. Amor. 11. 45.
Succuba nostri lecti. Ovid. 6. Epist. 153.
Archiaci lecti. V. ARCHIAS.

Communes. V. COMMUNIS.
Cubicularis lectus, a Cic. 2. de Divin. 134. dicitur ad differentiam Tricliniaris lecti.
Dapsilis. V. DAPS.
Eburni. Hor. 2. Serm. 6. 103.
Funebris lectus, In quo funus seu cadaver efferebatur. V. Clinicus, in CLINICE.
Furtivi fœdera lecti. Tibull. lib. 1. 5. 7.
Genialis. Hor. 1. Epist. 1. 87.
Jugalis. Virg. 4. Æn. 496.
Liber. V. CAUSA, adj.
Obscœnus. Ovid. 10. Met. 465.
Quassus ab imposito corpore. Ovid. 11. Epist. 78.
Temerati fœdera lecti. Ovid. 5. Epist. 101.
Vacuus conjuge. Ovid. 10. Met. 437.
Viduo discedere lecto. Ovid. 1. Epist. 81.
Comminxit lectum potus. Hor. 1. Serm. 3. 90.
Concutere alienum lectum, Mœchari. Juven. 6. Sat. 21
Cubare in lecto. V. CUBO.
Decidere de lecto. V. DECIDO.
Exspectare non posse lectum. Plin. lib. 14. cap. 22.
Imponere corpus lecto. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Incumbere lecto. Ovid. 11. Met. 657.
Sem. ut, Esse in lecto. Cic. 9. Fam. 23. Dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares.
Temerare lectum alicujus. Ovid. 1. de Arte Am. 743.
Teneri lecto, Decumbere, jacere, & morbo vexari. Cic. 7. Verr. 138. Pater grandis natu jamdiu lecto tenebatur.
Lectus, quo accubabant antiqui ad mensam, Gr. κλίνη unde Triclinium dictum. Cic. 4. Verr. 183. Jam non quæro unde CCCC amphoras mellis habueris, unde tantum Melitensem vestem, unde quinquaginta tricliniorum lectos, unde tot candelabra, &c.
Imi lecti derisor, hoc est ejus qui in loco infimo discumbit. Hor. 1. Epist. 18. 11. — & imi
Derisor lecti. Simile est huic, Imi subsellii vir. [Si cum Schol. exponas, Qui in ima parte lecti decumbit. Sed videtur potius is intelligi, qui in imo lecto accubantes deridet.
Desiderato acquiescimus lecto Catul. 29. 10.

LECTUM, i. n. Idem quod Lectus. Ulpian. in l. librorum, in fine. D. de leg. 3. Ut lectum legatum contineat & fulcra.

LECTĀRIUS, i. m. Lectorum fabricator. Gloss. Gr. Lat. κλινοποιός, Lectarius.

LECTRIX, icis. f. Inscript. apud Fabrett. p. 311. DRVSI CVBIC. SER. COLIT. OSSA. EIVS CNIDE. LECTRIX. CONIVNX. EIVS. [Forte tamen a Legendi officio Lectrix, ut Lector: vel Quæ legit, scil. Ossa.

LECTUĀLIS, e. Adj. Spartian. de Adriano cap. 21. In morbum incidit lectualem. Ubi Salmasius notat, Lectuales ejusmodi Morbos vocasse, qui diu in lecto detinerent ægrotantes.

LECTUARIUS, a, um. Adj. ut Lectuaria Sindon. Non. 14. 5. V. LECTICARIUS.

LECTŬLUS, i. m. [κλινίδιον] Cic. pro Muren. 75. Stravit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & exposuit vasa Samia. Idem 14. Att. 13. A ducenda autem uxore sic abhorret, ut libero lectulo neget esse quicquam jucundius.
Castus lectulus. Catul. 62. 88.
M[illegible] a lectulo jacebant. Catul. 48. 15.

LECTISTERNIUM, i. n. [κλινοστρωσία] proprie Jovis epulum dicebatur. In Capitolio enim stratis tribus lectis convivium apponebatur tribus diis, Jovi, Junoni, & Minervæ. Juppiter, id est Jovis simulacrum, statuebatur in lectulo recubans, Juno & Minerva in sellis considebant. Apposítas epulas de multa nocte introducti septem epulones absumebant. De inventione & causa lectisterniorum lege Liv. 5. 13. Item lib 7. 2. & 27. V. & Val. Maxim. lib. 2. cap. 1. exemp. 2. [Imperabatur & aliis diis. V. Liv. passim.

LECTISTERNIĀTOR, ōris. m. [κλινοστρώτης] Qui lectum tricliniarem sternit. Plaut. Pseud. 1. 2. 29.
Tu esto lectisterniator, tu argentum eluito, idem exstruito.

LECTISTITIUM, i. n. Lecti statio. Isidor. Gloss.

LECTĪCA, æ. f. [φορεῖον, κράβαττος] Cathedra & sedes, qua ferebantur divites & potentes, in qua pulvinar & lectulus stratus erat. Græci Hexaphoron, quod a sex servis, Octophoron, quod ab octo portaretur, vocabant. Cic. 2. Q. frat. 5. Eo die cœnavi apud Crassipedem, cœnatus in hortos ad Pompeium lectica latus sum. Plin. lib. 17. cap. 14. In mollibus arborum lecticis. Hic Parvum lectum significat.
Gestamen lecticæ. Tacit. 2. Ann. 2.
Lucubratoria lectica. V. LUCUBRO.
Gestare aliquem lectica. Hor. 2. Serm. 3. 214.
Inditur lecticæ. Tacit. 15. Ann. 69. Ibi, monente Præfecto, festis vocibus exceptus, inditur lecticæ. [Quia clausa undique fuit.

LECTICŬLA, æ. f. dimin. [φορείδιον] Cic. 7. Fam. 1. Ut nostras villas obire, & mecum simul lecticula concursare possis. Sueton. in Augusto, cap. 78. A cœna se in lecticulam lucubratoriam recipiebat.

LECTICARIUS, a, um. Adj. Ad lecticam pertinens. dicitur per omnia genera, ut si dicas Patulam, vel Plagulam lecticariam, ex illo Suetonii loco in Tito Vesp. cap. penult. Cum inde lectica transferretur, suspexisse dicitur, dimotis plagulis cælum. Sed & Nonius, Plagæ, grandia linteum tegmen, quod nunc totale, vel lecticariam sindonem dicimus. H. St. V. LECTUARIUS. Nam in edit. Merceri & Gothofr. Lectuariam legitur. Non nego tamen conjecturam viri doctissimi probabilem mihi videri. Quia sindone lecticarum plagulas obducebant.

LECTICARIUS, i. m. [φορειαφόρος Gloss. Gr. Lat.] Qui lecticam deferebat. Sulpic. ad Cic. 4. Fam. 12. Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre.
Lecticarii olim etiam erant Vespillones efferendis cadaveribus deservientes. V. Novell. Just. 43.

LECTICARIA, æ. f. Femina amore Lecticariorum infamis. Hinc

LECTICARIŎLA, æ. f. dimin. Martial lib. 12. 58.
Ancillariolum tua te vocat uxor, & ipsa
Lecticariola est: estis, Alauda, pares. h. e. Tu rem habes cum ancillis, ipsa cum lecticariis. V. ANCILLARIUS, in ANCILLA.

LECTICĀLIS, is. m. Qui lectulos facit. Gloss. Isidor.

Lecythus, i. m. & f. [λήκυθος] Ampulla olearia. V. Cornarium in Galenum p. 413.

Lecythus aliud significat apud Cic. 1. Att. 14. Totum, inquit, hunc locum, quem in Aristocratia ego varie meis orationibus soleo pingere, de flamma, de ferro (nosti illas ληκύθους) valde graviter pertexuit. Pingere, i. e. Admodum exornare, quum incendiis urbem, civitatem cæde, mea vigilantia, meaque virtute dico esse liberatam. Nam ut pictores ἐκ τῶν ληκύθων, quæ sunt ampullæ pigmentorum, sumunt quæ ad colorandum apta novere: sic orationem suam Cicero quum volebat eloquentiæ veluti coloribus illustrare, ad illa loca, de flamma, de ferro, quasi ad suas ληκύθους confugiebat. Hunc Ciceronis locum videtur non satis intellexisse auctor lexici Græci. Plin. 1. Epist. 2. ad Arrianum, Tentavi enim imitari Demosthenem semper tuum, nuper meum, duntaxat figuris orationis. Paulo post, Non tamen omnino Marci nostri ληκύθους fugimus, quoties paulum itinere decedere non intempestivis amœnitatibus submonebamur. Marcum Ciceronem intelligit. ληκύθους vero interpretantur Locos communes, quibus oratio quasi picturata redditur additis topographiis, hologiis, chresterismis, aliisque figuris, quæ florentem efficiunt dictionem, & quasi colorem addunt rebus. Egressiones & excursus vocat Cicero. Alii etiam Digressiones. [Nugæ meræ. Græci ληκύθους eadem metaphora, ac Latini Ampullas, de verborum inani strepitu, & ad implendas aures, vel alioqui ad ostentationem composita oratione usurpaunt. V. AMPULLA, & AMPULLOR.

Lecythinus, a, um. In lecytho asservatus. Petron. cap. 21. Nos lecythino pertusos oleo refecerunt. Al. Legitimo.

L E D

Lēda, æ. f. [Λήδα] Thestii filia, uxor Tyndari regis Laconiæ, cum qua Juppiter in forma Cygni dicitur congressus. Illa autem ex eo congressu ova duo enixa est, ut fabulantur poetæ. Ex uno nati sunt Pollux & Helena immortales: ex altero Castor & Clytemnestra mortales. Hor. de Arte Poet. 147.

Nec bellum gemino Trojanum orditur ab ovo. Hinc

Ledæus, a, um. [Λήδαιος] Adj.

Dii Ledæi, Castor & Pollux. Ovid. 1. Fast. 706.

Fratres Ledæi. Ovid. ad Liv. 283.

Lēdarion, [ληδάριον] atque etiam **Ledus**, λῆδος, & **Ledium**, λήδιον, Tunica æstiva, ut multis placet, communis virorum & mulierum Polluci lib. 7. cap. 13.

L E G

Legalis, V. LEX.

Legarium, V. LEGO, āre.

Legatarius, **Legator**, **Legatus**. V. LEGO, āre.

Legerda, Urbs est Armeniæ majoris in Antena regione, non longe ab Euphrate fluvio. Ptolemæus lib. 5.

Legibilis, V. LEGO, ĕre.

Legirupa, V. LEX.

Legio, ōnis. f. [λεγεὼν, τάγμα, στῖφος] a Legendo, id est eligendo dicitur, Quod leguntur milites in delectu, ut ait Varro lib. 4. de L. L. 16. Dividiturque legio in decem cohortes: Cohors in quinquaginta manipulos: Manipulus in viginti quinque milites pro uno quoque manipulo. [Immo Cohors trium manipulorum, Manipulus binarum centuriarum fuit. V. Lips. de Mil. Ro. lib. 2. Dial. 2. & seq. & Lex. Pitisc. Varie autem hæc sæpe mutata satis constat. V. quæ paulo post afferuntur.] Cic. 1. Tusc. 101. Quum legiones scribat Cato sæpe alacres in eum locum profectas. Liv. 37. V. Veget. de Re Milit. lib. 2. cap. 2. & 6. ac sequentibus. Legio. In quavis legione erant, ætas prima triariorum, altera principum, tertia hastatorum, ultima velitum: quæ velitibus exceptis, dividebantur singulæ in decem centurias: singulis autem centuriis primarii centuriones præerant: eæque in triariis ita appellabantur, primum pilum, secundum pilum, tertium pilum, & deinceps usque ad decimum pilum: in principibus, primus princeps, secundus princeps, usque ad decimum: in hastatis, primus hastatus, secundus hastatus, item usque ad decimum: duces appellabantur, primi pili centurio, primi principis centurio, primi hastati centurio, & ita usque ad decimum: velites vero in has triginta centurias pro rata parte distribuebantur. Cic. ad Brut. Ep. 8. de C. Nasennio, Cretensi bello, inquit, Metello imperatore, octavum principem duxit. id est octavam centuriam principum. Ex P. Manut. commentario ad Q. fratrem.

Legio Romana non eundem semper numerum militum habuit. Hinc aliæ dictæ sunt Ordinariæ, aliæ Extraordinariæ. Ordinariæ, quæ completum numerum habebant, qui erat sex millium peditum, & septingentorum triginta equitum. Has quadratas legiones Vegetius, Livius expeditas vocat. Extraordinariæ, quæ & imperfectæ dicebantur, aliæ quidem habebant quinque millia peditum, & equites nunc quadringentos, nunc trecentos, atque etiam ducentos: aliæ vero quatuor duntaxat peditum millia complectebantur, & equites plus minus trecentos: aliæ rursus tria duntaxat millia peditum, & equites trecentos: pleræque mille duntaxat pedites ac quingentos, cum equitibus trecentis numerabant. Veget. lib. 2. cap. 6. His decem cohortibus legio plena fundatur, quæ habet pedites sex millia centum, equites septingentos viginti sex. Liv. 24. 41. Carthaginienses Illiturgim oppugnare adorti, quia præsidium ibi Romanum erat, videbanturque inopia eum locum maxime oppugnaturi, Cn. Scipio, ut sociis præsidioque ferret opem, cum legione expedita profectus, inter bina castra cum magna cæde hostium urbem est ingressus. Idem 26. 17. pr. Claudio Neroni ex iis duabus legionibus, quas ad Capuam habuerat, sex millia peditum, & trecentos equites, quos ipse legisset, & sociûm Latini nominis peditum numerum parem, & octingentos equites decernunt. Idem 44. 21. Hunc exercitum ad collegam primo quoque tempore mittere in Macedoniam jussus, neque in ea provincia plus quam duas legiones esse: eas repleri, ut sena millia peditum, trecentos haberent equites. Idem 42. 31. pr. Legiones quatuor novas scribi placuit, binas singulis Consulibus. Id præcipue provinciæ Macedoniæ datum, quod quum alterius Consulis legionibus quina millia & ducenti equites ex vetere instituto darentur in singulas legiones: in Macedoniam sena millia peditum scribi jussa, equites trecenti æqualiter in singulas legiones. Idem 8. cap. 8. Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis. Idem 23. 30. Decreverunt Patres, ut Qu. Fulvius Flaccus quinque millia peditum, quadringentos equites scriberet, eamque legionem primo quoque tempore in Sardiniam trajiciendam curaret. Idem 39. cap. 38. extr. Senatusconsultum factum, ut Prætores quatuor millia peditum Romanorum scriberent, quadringentos equites, &c. Idem 6. 22. ad fin. Quatuor legionibus quaternum millium scriptis, exercitu indicto ad portam Esquilinam in posteram diem. Et 7. 25. Undique non urbana tantum, sed etiam agresti juventute decem legiones scriptæ dicuntur, quaternûm millium & ducenorum peditum, equitumque trecentorum. Idem 28. cap. 28. pr. Propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor, in foro Romæ securi percussi sunt. Cæs. 3. Bell. Civil. 106. In his erant legionibus hominum tria millia ducenti. Et de Bello Alex. 69. Excepta enim legione sexta, quam secum adduxerat Alexandria veteranam, multis laboribus periculisque functam, multisque militibus partim difficultate itinerum ac navigationum, partim crebritate bellorum adeo diminutam, ut minus mille hominum in ea esset.

Acies legionum. Tacit. 3. Hist. 23.

Contubernium legionum. Tacit. 1. Hist. 41.

Attenuata præliis legiones. V. ATTENUO.

Completa legio per manipulos. Sil. lib. 8. 470.

Conferta manipulis legio. Sil. lib. 7. 390.

Semiplenæ legiones. Paterc. lib. 2. 80. pr.

Validæ legiones. Lucret. lib. 5. 1227.

Curare legiones, Legionibus præesse. Tacit. 6. Ann. 30.

Decernere legiones in Siciliam. V. DECERNO.

Decimare legiones. V. Decimo in DECEM.

Dissociant legionem a legione. Tacit. 1. Ann. 28. extr.

Dare alicui legiones. Liv. 21. 17. Sempronio datæ legiones duæ.

Dare legiones in discrimen. Tacit. 2. Ann. 11. pr.

Explicuit longa legio cohortes. Virg. 2. Georg. 280.

Imperitare magnis legionibus. Hor. 1. Serm. 6. 4.

Instruere legiones. V. INSTRUO.

Locare legionem. Tacit. 4. Hist.

Paret legio Tribuno. Hor. 1. Serm. 6. 48.

Quod mihi pareret legio Romana Tribuno.

Præesse legionibus. Liv. Bell Pun.

Pugnare legione. Quintil. lib. 2. cap. 13.

Supplere legiones. Liv. 29. 24.

Transmotæ Syria legiones. Tacit. 13. Ann. 35. pr.

Legiones distinguebantur vel ordine; ut, Prima, Secunda, Tertia, &c. legio: vel cognominibus; quæ vel ab institutoribus; ut, Augusta, Claudiana, Galbiana, &c. vel a Provinciis devictis; ut, Parthica, Scythica, Gallica; vel a Deorum nominibus; ut, Apollinaris, Venerea, &c. vel ab eventibus; ut, Victrix, Fulminatrix, &c. accipiebant. V. Dion. Cass. lib. 5. Onuph. Panvin. Descript. Imp. Rom. lib. 3. Spanh. de Usu & Præstant. Numm. diss. 10. p. 231. Fulv. Ursin. in Denariis gentis Antoniæ.

Legiōnārius, a, um. Adj. [λεγεωνάριος] Quod est legionis, vel Quod ad legionem pertinet. Cic. 10. Fam 32. Militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi. Centurio legionarius. Plin. 10. Epist. 81.

Cohortes legionariæ. Liv. 10. 43.

Milites legionarii. Cæs. 5. Bell. Gall. 19. & lib. 1. 51.

Legionarii, absolute. Cæs. 1. Bell. Civil. 78. Et 2. Bell. Gall. 27. Item lib. 6. 33.

Legio secunda augusta, [Λεγεὼν δευτέρα Σεβαστή] Britanniæ urbs, ut scribit Ptolemæus lib. 2. Vulgo *Leskard*.

Legiuncŭla, æ. f. [λεγεώνιον] dimin. Parva legio. Liv. 35. 49. Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum instar in castris regis.

Legirupa, **Legislator**, **Legitimus**. V. LEX.

Legiuncula, V. LEGIO.

Lēgo, [ἀποστέλλω] āre. In legationem mittere, sive legatum mittere.

Legare ad. Cic. 5. Verr. 114. Nobilem Andronem Centuripinum legatum ad Apronium.

Legare in. Sallust. Jugurth. cap. 25. Legantur tamen in Africam majores natu, nobiles, amplis honoribus usi.

Famulum legare aliquo. Catull. 64. 57.

Legare alicui. Plaut. Amph. 1. 1. 50.

Legare, Legatum sibi facere. Cic. 6. Fam. 6. Cassium sibi legavit, Brutum Galliæ præfecit. Idem 15. Att. 11. Dolabella me sibi legavit ad IIII Non. April. Cic. 4. Att. 2. Ego me a Pompeio legari ita sum passus, ut nulla re impedirer, quod nisi vellem, mihi esset integrum, &c.

Legare negotium alicui, Committere. Plaut. Casin. 1. 1. 12.

Legare fortunæ, pro Assignare. Liv. 28. 42.

Legare [διατίθεσθαι, καταλείπειν] aliquid alicui, Testamento aliquid alicui relinquere. Cic. pro Cæcin. 12. Usumfructum omnium bonorum suorum Cæsenniæ legat.

Legare ab aliquo. V. AB.

Argentum autem omne legavit. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Legatus, a, um. Partic. Cic. ad Octav. Qui tanquam in dotali matrimonio rempublicam testamento legatam sibi obtineret.

Legātum, i. n. [ληγᾶτον] Modestinus in l. Legatum. D. de legatis secundo, Legatum, est donatio quædam testamento relicta. Et legati appellatione, fideicommissum, & mortis causa donatio continentur.

Legatum, est Quod legis modo, id est, imperative, testamento relinquitur. Nam ea quæ precativo modo relinquuntur, fideicommissa vocantur. Legamus autem quatuor modis: per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per præceptionem. Per vindicationem his verbis legamus, Do, lego, capito, sumito, sive habeto. Per damnationem his verbis, Hæres meus damnas esto dare, dato, facito: Hæredem meum dare jubeo. Sinendi modo, ita, Hæres meus damnas esto sinere Lucium Titium sumere illam rem, sibique habere. Per præceptionem sic, Lucius Titius illam rem præcipito. Hæc Ulpianus titulo vigesimo quarto ejus libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Ulpiani.

Petere legatum ex testamento. Quintil. lib. 4. cap. 14.

Legatārius, a, um. Adj. [ληγατάριος] Cui ex testamento aliquid legatum

gatum est. Justin. Instit. de legatis. §. Sed si rem, Sed si rem legatarii quis ei legaverit, inutile est legatum.
Testator & Legatarius, opponuntur. Pomponius in l. Si ex toto. D. de leg. & fideicommissis primo.
Provincia legataria, Quæ alicui delegata est. Cic. 15. Att. 9. pr. O rem miseram; primum ullam ab istis: dein, si aliquam, hanc legatariam Provinciam: atque haud scio, an melius sit, quam ad Eurotam sedere. Alii legunt Locatariam, alii Legatoriam. V. Græv. in loc. [Pæne malim Nugatoriam legi, siquidem codices variant, quo verbo & alias Tullius, ubi quid ob levitatem valde extenuare vult, utitur.
Editiones legatariæ. at, Tertull. de Spectac. cap. 6. Etiam privatorum memoriis legatariæ editiones parentant. i. e. Testamento mandatæ.
Legator, ōris. m. [ληγατάτωρ] Qui aliquid legat. Suet. in Tiber. cap. 31. Iterum eo censente, ut Trebianis legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit quin rata voluntas legatoris esset.
Legatus, i. m [πρεσβευτὴς, πρέσβυς, ἄγγελος] Qui refert mandata alterius. Virg. 11. Æn. 227.
Legati responsa ferunt. Cic. pro Flacc. 100. Opponemus Asiæ provinciæ, primum magnam partem ejusdem provinciæ, quæ pro hujus periculis, legatos, laudatoresque misit.
Decernere legatum. Cic. 1. Fam. 1. Crassus tres legatos decernit. i. e. Mittendos censuit in senatu.
Mittere legatos cum auctoritate. V. MITTO.
Missi legati de magnis rebus. Hor. 1. Serm. 5. 29.
Mittere legatum de aliqua re. h. e. Mittere aliquem, qui de aliqua re cum alio, nostro nomine tractet. Cic. 1. de Orat. 115. Quum Athenienses ad Senatum legatos de suis rebus maximis mitterent. Liv. 2. 18. Legatos de pace mittunt.
Obiit legatus Ægyptum & Syriam. Cic. in Somn. Scip. 3.
Venire legatum de. Cic. de Clar. Orat. 312. Dictatore Sulla legatus ad Senatum de Rhodiorum præmiis venerat.
Legatus, [ἀντιστράτηγος, ὕπαρχος] Cæs. 2. Bell. Civil. 17. Neque se ignorare quod sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum, pro Vicario, id est *locum tenente* intelligendum: quem propterea fiduciariam operam obtinere dixit, quia redeunte Imperatore, aut Consule, cedere eum oportet. Bud. V. Suet. Vesp. cap. 4. & Tito, cap. 4. ubi Legati legionum dicuntur.
Dio πρεσβευτὴν, 186. [illegible] Sed non probo hanc interpretationem. Nam Legatus dicitur ab alio usu verbi Legare, magis generali, ut Delegare aliquod munus alicui. H. St. Adjunxit & aliam, vel potius eandem ex Appiano observationem, cujus, prioribus insectis, hæc tantum verba supersunt, [illegible] Vide eundem in Civil. p. 176. [Sunt autem hæc ibi App. verba, [illegible] Priorem locum Investigare non licuit in præsentia. Quod vero Legati legionum iidem dicti sunt ex eo profectum est, quod fere singuli singulis legionibus præficiebantur, ut ex Cæs. de Bell. Gall. 1. 52. pr. aliisque passim locis apparet, tametsi sæpe & bini uni legioni, & singuli castris, annonæ, equitatui, navibus &c. ut imperatori visum est, præficerentur, ut ex eodem scriptore demonstrare promptum esset. Iidem sub libera jam rep. etiam Duces dicebantur, ut ex eodem lib. 6. cap. 8. apparet.
Legati, nuntii pacis & belli, curatores, interpretes, bellici consilii auctores, ministri muneris provincialis. Cic. in Vatin. 35. Loquitur de Legatione provinciali. V. 3. Verr. 68. & seq. ad 86.
Legatis in decem. Cic. 13. Att. 5. Sp. Mummium putaram in decem legatis fuisse. Ibid. 6. Non dubito quin fratri fuerit legatus, non in decem. Atque hoc etiam accepi, non solitos majores nostros legare in decem, qui essent Imperatorum necessarii. Paulo post, Illudque ὑπάρχοντα, Illum fratri in primis ejus legatis fuisse. i. e. In iis quos primum eduxit. Proficiscentibus enim ad bellum legati dabantur: postea, quum quid prospere gestum esset, decem insuper legati decernebantur. Fuit igitur Sp. Mummius in primis fratris legatis, in decem non fuit.
Rectores provinciarum sine successore decedentes, legatos, qui præessent, relinquebant. Sic Pompeius Hispaniam provinciam per legatos Afranium & Petreium administravit. Cic. 5. Att. 21. [Sic & Cæsares deinde provincias eas, quas, partitione cum populo facta, sibi servaverunt, per Legatos suos, senatorii, vel equestris ordinis, nonnunquam & Consulares, vel Prætorios, administrabant, qui Cæsaris Legati dicebantur, quum in reliquas provincias more solito Proconsules & Proprætores mitterentur. Itaque Galba Legati Cæsaris nomine Hispaniam Tarraconensem regens, quum a Nerone defecisset, Legatum se senatus ac populi Ro. professus est, teste Suet. cap. 10. Imperatoris titulum per modestiam recusans, ac post necem demum Neronis cognitam, Deposita Legati, suscepit Cæsaris appellationem, ut idem cap. seq. testatur. Postea Judices, qui & Rectores dicti sunt, ut alias dicetur.
Legatio, ōnis. f. [πρεσβεία, πρέσβευσις] Legati munus. Cic. 9. Philipp. 1. Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, ejus monimentum exstare voluerunt: ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audacius.
Irritus legationis rediit. Tacit. 4. Hist. 32.
Libera legatio. Budæus, Legationes liberæ olim ornamenti tantum causa ab Senatu impetrabantur; quemadmodum honorarii magistratus a principibus honestamenti causa conceduntur, tituloque tenus obeuntur & geruntur. Hæ autem ab iis Senatoribus impetrabantur, quibus negotia futura erant in provinciis: ut qui hæreditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant in provinciis, legatorum personis acceptis commendabiliores controversias haberent, atque favorabiliores. Quamobrem lege XII Tabul. id vetitum erat, his verbis, Rei suæ ergo ne quis legatus esto. Quæ verba Cic. enarrans lib. 3. de Legib. 18. Omitto, inquit, quemadmodum isti se gerant atque gesserint, qui legatione hæreditates aut syngraphas suas persequuntur: in hominibus est hoc fortasse vitium. Sed quæro, quid re ipsa sit turpius, quam sine procuratione Senator legatus, sine mandatis, sine ullo Reipub. munere? Idem 2. contra Rull. 44. Legatos nostros, homines auctoritate tenui, qui rerum privatarum causa legationes liberas obeunt: tamen exteræ nationes ferre vix possunt. Grave est enim nomen imperii, atque id etiam in levi persona pertimescitur: propterea quod vestro, non suo nomine, quum hinc egressi sunt, abutuntur. Idem 15. Att. 11. Habent (ut opinor) liberæ legationes definitum tempus lege Julia, nec facile addi potest. Bella est autem hujus juris quinquennii licentia. Quibus ea verbis conjicio interdum quinquennales dari solitas legationes. Nomen autem liberæ legationis inde ortum videtur, quod introire in Urbem, & rursus exire, liberam legationem habentibus liceret. quod eodem in loco ostenditur, quem attigi jam lib. 15. ad Att. Budæus. conf. pro Flacc. 86.
Orba & debilitata legatio. Cic. 9. Philipp. 1. V. ORBUS.
Pacificatoria legatio. V. PAX.
Votiva legatio, Quæ voti prætextu suscipitur. Cic. 15. Att. 8. Scribas ad me velim, simulque cogites quid agendum nobis sit super legatione votiva, &c. V. Votiva legatio, in VOVEO.
Accipere legationem, Suscipere onus legationis obeundæ. Cic. pro Flacc. 45. Qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit a suis civibus, sed usque Tmolo petivit.
Agere legationem. V. AGO.
Decernere legationem contra aliquem. V. DECERNO.
Dare legationem. Cic. 1. de Lege Agr. 8. Hæreditatum obeundarum causa, quibus vos legationes dedistis.
Fungi legationibus. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Gerere legationem, Fungi legatione, & legatum esse. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Habere legationem. V. Accipere legationem.
Mittere legationem ad aliquem, pro Mittere legatos. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Obire legationem. V. OBEO.
Perficere legationem. Cic. 1. Fam. 4. Senatus haberi ante Calendas Februarias per legem Pupiam non potest: neque mense Februario toto, nisi perfectis aut rejectis legationibus. i. e. Perfecte auditis, aut negotiis legationum tractatis.
Sum. ut, Esse in legatione. Quintil. lib. 7. cap. 1. p. 502. Et qui aberat & qui militabat, & qui in legatione erat. h. e. Legatus creatus erat, necdum tamen legationem absolverat.
Renuntiare legationem. Cic. 9. Philipp. 1.
Legativum, i. n. [πρεσβευτικὸν] Id quod datur legato impensæ nomine. Arcadius in l. Munerum. D. de Mun. & honor. Legati quoque qui ad ærarium principis mittuntur, quia viaticum (quod legativum dicitur) interdum solent accipere. Ulpian. l. 2. D. de legationibus. His qui non gratuitam legationem susceperunt, legativum ex forma restituitur. Sic legit Budæus. Alii legunt Legatitium. Haloander & Pandectæ Florentina habent Legativum. [In Gloss. Gr. Lat. πρεσβευτικὸν Legatum. Forte Legativum. Dicitur a Legatione, ut a Donatione Donativum.
Lego, lēgi, lectum, [ἀναλέγομαι] ĕre proprie Colligere. Virg. 3. Ecl. 92.
Qui legitis flores, & humi nascentia fraga.
Halitum alicujus ore legere. i. e. Ore excipere. Virg. 4. Æn. 684.
Mala legere. Virg. 2. Ecl. 51.
Mala lecta ex arbore. Virg. 3. Ecl. 70.
Ossa homini mortuo. Cic. de Legib. 2. 60. V. in Os, ossis.
Poma legit ab arboribus. Tibul. lib. 1. 7. 32.
Sermonem legere alterius, per translationem dictum, pro Attentius audire & accipere. Plaut. Pseud. 1. 1. 61.
Spolia hostis occisi legere. Liv. 5. 36.
Vela navita legit humida. Virg. 1. Georg. 373.
Venas legere dixit Celsus, & idem Colligere venas lib. 7. cap. 24. extr. Colligendæ, inquit, venæ, vinciendæque, ubi tumoris inhærebunt, & sub his nodis præcidendæ sunt.
Vestigia legere, Pone sequi. Ovid. 3. Met. 17.
Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu.
Legere, Oculis scripta percurrere: quoniam litteræ oculis legi, id est colligi videntur. Cic. 7. Fam. 1. Dummodo is tibi nodus potius, quam orationes meas legerit. Plin. Ep. 3. 1. Interim audit legentem remissius aliquid & dulcius.
Oculis invitis legere verba alicujus. Ovid. 18. Epist. 4.
Legere per se. Cic. in Topic. 2. Eos libros per te ipse legeres.
Commode legere. i. e. Scite. Plin. Epist. 5. 19. Cui opponitur Male legere apud eundem lib. 9. Ep. 34. pr. Audio me male legere, duntaxat versus: Orationes enim commodius.
Intente legere. Plin. Epist. 190.
Judicio candido legere aliquid. Ovid. 2. Trist. 80.
Male. V. Commode.
Maligne legere. Plin. Epist. 9. 18. extr.
Legi apud Clitomachum, quum Carneades, &c. Cic. 4. Acad. 137.
A Bruto edictum Antonii legi. Cic. 16. Att. 7. subaudi, Datum, vel Missum.
A posteritate legi. Ovid. 3. de Pont. 2. 30.
Scripta legere secum. Ovid. 2. Amor. 2. 19.
Verba legenda. Ovid. 3. Trist. 10. 74.
Legere, Præterire navibus proxime. Liv. 21. 51. Ipse compositis Siciliæ rebus, oram Italiæ legens Ariminum pervenit. Virg. 3. Æn. 292.
Littoraque Epiri legimus. Idem 3. Æn. 127.
— & crebris legimus freta concita terris. Ubi Servius, Legimus, Præterimus. Tractus sermo a nautis, quod funem legendo, id est colligendo, aspera loca prætereunt.
Legere, Eligere. Auctor de Viris Illust. cap. 36. pr. Nam quum temere servos manumitterent: dum in curiam legerent, consensu servorum oppressi, quum multa indigna paterentur, clam Roma auxilium petierunt.
Milites legere, Deligere. Cic. 8. Att.
Tempus legere. Ovid. 1. de Arte Am. 357.
Tempus idoneum legere. Ovid. 9. Met. 610.
Legere in demortuorum locum. Liv. 23. 23. [Subaudi In senatum, quod proprie Censorum fuit. V. CENSOR. Revera autem recitabant senatorum nomina ex albo, indeque Legere senatum & In senatum dicebantur.
Legere in Senatum. Liv. ibid. & Cic. pro Cluent. 132.
Senatum legere. Liv. 40. 51. Cic. pro Cluent. 129.
Legere, Furari. Virg. 10. Æn. 79.
Quid soceros legere, & gremiis abducere pactas? Servius.
Sacra legere. Hor. 1. Serm. 3. 117. unde Sacrilegus, q. V.

Pugno legere aliquem, i. e. Ferire. Plaut. Amph. 1. 1. 160. V. Turneb. Adversf. 30. 34. & Gronov. ad loc.

LEGENS, entis. Partic. Cic. pro Marcell. 28. Obstupescent posteri triumphos audientes & legentes tuos.
Mala legens. Virg. 8. Ecl. 31.

LECTUS, a, um. [λεκτὸς] ior, issimus. Adj. ex Partic. h. e. Selectus, e aliorum numero separatus.
Juvenes lecti. Virg. 5. Æn. 729.
Ossa e vulneribus lecta. Quintil. lib. 6. cap. 1. p. 508. Et ab accusatoribus ostendi cruentum gladium, & lecta e vulneribus ossa, & vestes sanguine perlusas. [Sed E funeribus cum Burm. legendum puto.
Virgines lectæ. Hor. in Carm. sæcul 6.
Compar. Cic. de Inv. 1. 52. Ut neque vir melior, neque femina lectior in terris sit.
Superl. Corpora lectissima matrum. Virg. 9. Æn. 272.
Personis fere ut Laudis epitheton addi solet, ut Adolescens lectissimus. Cic. 5. Verr. Item 1. Verr. 29. ubi Ornatissimi synonymum adjungit.
Femina lectissima. Cic. 1. de Invent. 52.
Juvenum lectissimus. Stat. 5. Silv. 1. 247.
Vir lectissimus. Cic. pro Flacc.
Viri lectissimi atque ornatissimi. Cic. 3. Verr.
Sententiæ optimæ & verba lectissima. Cic. in Orat. 227. Ita Lamb. Sed V. LECTE Adv.

LECTE, Adv. Superl. Cic. in Orat. 227. Optimis sententiis verbisque lectissime dicere. V. Sidon. 9. 9.

LECTIO, ōnis. f. [ἀνάγνωσις] ut, Lectio litterarum. Cic. 1. Att. 13. Quotus enim quisque est qui epistolam paulo graviorem ferre possit, nisi eam per lectionem relevarit? Al. Pellectione relevarit.
Tædium lectionis. Quintil. lib. 6. cap. 12.
Virilis lectio, & cum suavitate quadam gravis. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Accelerare lectionem. Quintil. lib. 1. cap. 22.
Continuare lectionem. Idem lib. 1. cap. 1.
Formare lectione. Idem lib. 1. cap. 11. p. 118.
Lectio, Electio. Liv. Et eam lectionem nemo ratam habuerat. conf. 9. 29. & 30. Et Suet. Aug. cap. 35. Senatorum affluentem numerum ad modum pristinum & splendorem redegit duabus lectionibus. [Revera non est Lectio h. l. Electio, sed Recensio, Recognitio. V. in ipso verbo.
Lectio lapidum, Collectio. Columel. lib. 2. cap. 2.

LECTIUNCŬLA, æ. f. dimin. Cic. 7. Fam. 1. Per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris.
Lectiuncula. Longol. Epist. lib. 1. in Epist. ad Bembum, cujus principium, Epistolæ argumentum &c. Diem enim ita consumo, ut matutinas horas Latinis lectiunculis tribuam, prandium trigonali pila condiam. et paulo post Ambulatiunculæ. H. St. Exstant Ep. 4. pr. desiderabatur omnino hæc vox in edit. Lugd.

LEGĬBĬLIS, e. Adj. Quod legi potest. Ulpian. in l. j. §. j. D. de his quæ in testament. delent. Sufficit autem si legibilia sunt inconsulto deleta.

LECTUS, ûs. m. [ἐκλογὴ] pro Delectu. Tacit. 4. Hist. 70. 5 Tutor Trevirorum copias, recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorum, lectu auctas, veterano pedite, atque equite firmavit. Alii legunt Delectu.

LECTOR, ōris. m. [ἀναγνώστης] Qui legit. Martial. lib. 5. 16.
— tu causa es, lector amice, mihi. Cic. 2. de Orat. 223.
Quum enim Brutus duos lectores excitasset, & alteri de colonia Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset, &c. [Ubi Servos lectores intelligere videtur. Notum est enim Veteres huic officio destinatos peculiares servulos habuisse, quibus libros, orationes, carmina & quicquid luberet, quovis tempore, ex commodo suo, super cœnam, in itinere, in balneo, legendum dabant. Id officium etiam Tironem apud Tullium obiisse ex hujus ad illum epistolis liquet V. 16. Fam. 10. & 22. quem alias constat Ciceronis A literis & studiis fuisse. Græcis Anagnostæ. q. V.
Placidus lector. Ovid. 3. de Pont. 4. 9.

LECTRIX, V. LECTUS, i. m.

LECTO, āre. frequent. Hor. 1. Serm. 6. 122.
Ad quartam jaceo, post hanc vagor: aut ego lecto
Aut scripto quod me tacitum juvet.

LECTĬTO, [ἀναγινώσκω] āre. aliud frequent. Cic. 1. de Orat. 95. Aut si quis pari fuerit ingenio, pluraque quam hic & audierit, & lectitarit, & scripserit, paulum huic aliquid poterit addere. Idem de Clar. Orat. 121.
Lectitare, pro Identidem colligere. Valer. lib. 8. cap. 8. Conchulas & calculos in litore lectitasse.

LEGITO. Lego, legis, Legito; Fugio, fugis, fugito. apud Priscianum hæc legi, libro 8. cap. de Speciebus verborum. H. St. Contendit nimirum Grammaticus in *gi* terminantia Præteritum, a Præsentis secunda persona, abjecta *s* & addito *to* facere frequentativum. Usus tamen & MSS. codices pro Lectito stant.

LECTURIO, īre. Desiderativ. Sidon. 9. Epist. 7. Cum merito lecturiremus.

LEGŬLUS, i. m. Qui uvam aut oleas colligit, teste Varrone, lib. 5. de L. L. 7. Cato R.R. cap. 144. Legulos quot opus erit, præbeto, & factores. Auri legulos dixit Paulinus ad Nicet. v. 278.
Purpuræ leguli, Vetus Poeta apud Terentianum p. 99.

LEGŪMEN, inis. n. [ὄσπριον] Varr. 1. de R. R. cap. 23. de cicere, Hoc enim quoque legumen ut cetera, quæ velluntur e terra, neque subsecantur, succum tollunt: quæ quod ita leguntur, legumina dicta. Virg. 1. Georg. 74.
Unde prius lætum siliqua quassante legumen. Cic. 2. de Nat. Deor. 156.

LEGARIUM, i. n. [χέδροψ] Idem. Varr. 1. de R. R. cap. 32. Serendum vitiam, lentem, cicerculam, erviliam, ceteraque, quæ alii legumina, alii (ut Gallicani quidam) legaria appellant: utraque dicta a legendo quod ea non secantur, sed vellendo leguntur. Al. Legarica.

LEGUMENTUM, i. n. Idem quod Legumen. Gell. 4. 11. Nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum quam fabis.

LEGUMINŌSUS, a, um. Adj. ut, Epulæ leguminosæ. apud Celsum. [Nisi falsa allegatio est

LEGULA, æ. f. ut, Aurium legulæ. Sidon. 1. Epist 2. forte corrupta vox ex Ligula, de quo V. in LINGUA. [Gloss. Lat Gr. Legulam, μύστρον. At in al. Lingula, Μύστρον ἢ γλῶσσα, & Gr. Lat. Μύστριον, Ligula. V. Steph. Thes. Gr. in h v.

LEGULEIUS, V. LEX.

LEGULUS, LEGUMEN, V. LEGO, &c.

L E I

LEĪTUS, i. m. [Λήϊτος] Unus ex quinque Bœotorum ducibus, qui ad Trojam profecti sunt, teste Homero lib. 2. Iliad 494.

L E L

LELAPS, V. LÆLAPS.

LĔLĔGES, sive LĔLĔGES, m. p. [Λέλεγες] Populi errabundi, qui quondam Thessaliam & diversa alia loca tenuerunt. Alii tradunt Caras & Lelegas esse contermínos. Scribit Plin. lib. 5. cap. 29. Miletum Ioniæ caput, Lelegeidem fuisse nominatam. Eustathius docet Lelegas dictos, quasi λελεγμένους, id est collectos: eo quod prius errarent, & gens collectitia esset. Alii Leleges e Lelege duce appellatos asserunt. Virg. 8. Æn. 725.
Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos
Finxerat. Ubi Servius, Lelegas, Thessalos.
Armiferi Leleges. Ovid. 9. Met. 644.

LELEGĒIS, idis. f. [Λεληγηὶς] ut, Nymphæ Lelegeides. Ovid 9 Met. 652.

LELEGĒIUS, a, um. Adj ut, Litora Lelegeia. Ovid. 8. Met 6.

LELANNONIUS, i. m. Sinus Britannicus apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 3. Lemannonius tamen legitur in antiquo exemplari.

L E M

LĒMA, æ. f. [λήμη] Græcis dicitur Lacryma, sed congelata. Plin. lib. 23. cap 1. Aut si cruore suffunduntur oculi, vel si lemæ in oculis erunt. Hermolaus. V. Cælium Rhodig. lib. 12. cap. 6.

LEMĀNUS, i. m. [Λεμάνος] Lacus est Galliæ, quem influit Rhodanus. Hunc hodie Genevensem & Lausannensem vocant. Lucan. lib. 1. 396.
Deseruere cavo tentoria fixa Lemano.

LEMBUS, i. m. [λέμβος] Navicula brevis, & velocissima. Liv. 28. 8. Inde quinqueremibus septem & lembis viginti amplius, quos, ut adjungeret Carthaginiensium classi, miserat in Corinthium sinum, profectus ad Erythras Ætolorum. Idem 34. 35. Neve ipse navem ullam, præterquam duos lembos, qui non plus quam sedecim remis agerentur, haberet. Virg. 1. Georg. 201.
Non aliter quam qui adverso flumine lembum
Remigiis subigit, &c.

LEMBĀRIUS, i. m. Miles classicus, in lembis constitutus. V. Vopisc. in Aurel. cap. 38. cum not. Salmas. in Hist. Aug. p. 381.

LEMBŬLUS, i. m. dimin. Prudent. in Vincent. 455.
Levique vectum lembulo
Amplum per æquor auferas?

LEMBUNCŬLUS, i. m. Aliud dimin. [Λεμβίδιον] Tacit. 14. Ann. 5. extr. Nando deinde occursu lembunculorum Lucrinum in lacum vectam. h. e. Occursu navicularum. Frequentius scribitur
Lenunculus, Modo ne aliud sit Navigium piscatorium. Sallust. apud Non. 13. 8. Incidit forte per noctem in lenunculo piscantis. Cæs. 2. Bell. Civil. 43. Horum fuga navium onerariarum magistros incitabat. Pauci lenunculi ad officium imperiumque conveniebant. ubi V. Cellar.
Apud Sigismundum Gelenium in interpr. libri 2. App. de Bello civili, p. 248. Qui expedirent sibi lemunculum celerem. Ita enim scribitur. H. St. Vet. Gloss. Lat. Gr. Lemonculus, Πλοιάριον, Σκαφίδιον.

LEMMA, ătis. n. [λῆμμα] Sumptio. Cic. 2. de Divin. 108. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant Dialectici: sed nos Latine loqui malumus, &c. Hodie adhuc Assumptiones sive Assumpta vocamus.
Lemma, Argumentum Epigrammati ascriptum. Martial. lib. 14. 2.
Lemmata si quæris cur sint ascripta, docebo:
Ut si malueris, lemmata sola legas. Idem 11. 43.
Vivida componis epigrammata, mortua ponis
Lemmata.

LEMNISCUS, i. m. [λημνίσκος] Syracusanum verbum est, teste Hesych. quo Stricta angustaque tænia significatur. Auson.
Et quæ jam dudum tibi palma poetica floret
Lemnisco ornata est, quo mea palma caret. V. Scalig. Aus. Lect. 1. 10.
Lemnisci, Fasciolæ coloriæ, ex coronis dependentes, propterea dicuntur, quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum. Hæc Festus. [Quasi a Lana dicerentur. An Lemniarum legendum?] Plaut. Pseud 5. 1. 21.
Unguenta, atque odores, lemniscos, corollas dari dapsiles. Plin. lib. 21. cap. 3. pr. Crassus dives, primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit. Accesseruntque & lemnisci, quos adjici ipsarum coronarum honos erat, propter Hetruscas, quibus jungi, nisi aurei non debebant. V. Liv. 33. 33.
Lemniscorum nomen Celsus, Aetius, aliique medici dederunt Linamentis, quæ vulneribus induntur. V. Cels. 7. 28.

LEMNISCĀTUS, a, um. [λημνισκωτὸς] Adj. ut, Palma lemniscata. Cic. pro Rosc Amer. 99. Audio præterea non hanc suspicionem nunc primum in Capitonem conferri, multas esse infames palmas; hanc tamen primam esse lemniscatam, quæ Romæ deferatur. V. ibi Hotom & LEMNISCUS.

LEMNOS, i. f. [Λῆμνος] Insula, quæ & Hypsipyla dicitur, ab Hypsipyla Thoantis filia, quæ in ea regnavit. Hæc est in Ægæo mari, ab Oriente Trojam, ab Occasu Athon spectans, a Borea Thraciam: ab Austro, sed longo tractu, Cretæ opposita est. hodie dicitur *Stalimene*, & *Stalimni*, aliis *Lemno*. Olivarius in Melam dicit vocari *Sdrio*. In ea colebatur Vulcanus deus ignis. Unde & Lemnius ardor dicitur a poetis. A Lemno, Teterrima quæque facinora apud Græcos Lemnia dicuntur.
Æquorea Lemnos. Valer. 2. Argon. 323.
Calens Lemnos. Claud. de Gigantom. 37. 85.
Vulcania Lemnos. Valer. 4. Argon. 440.

LEMNIAS, ădis. f. Gentile. Ovid. 6. Epist. 53.
Lemniadesque viros, nimium quoque, vincere norunt.

LEMNIUS, a, um Adj. [Λήμνιος] Quod est ex Lemno: ut, Turba Lemnia. Ovid. in Ibin 398.
Saxa Lemnia. Ovid. 5. Trist. 1. 62.
Lemnia terra, exsiccandi vim habens, in eaque caprinus sanguis miscetur, & idcirco Rubrica appellatur.

LEMNIĂCUS, a, um. [Λημνιακὸς] aliud Adj. ut,
Antra Lemniaca. Stat. 3. Silv. 1. 132.

Catenæ

Catenæ Lemniacæ. Stat. 1. Theb. 274.
LEMNICŎLA; æ. c. Incola Lemni insulæ. Ovid. 2. Met. 757.
Lemnicolæ stirpem contra data fœdera vidit. scil. Erichthonium.
Sic optimi codices; nonnulli autem legunt Lemniacam stirpem.
LAMONIA Tribus. V. TRIBUS.
LEMONIUM, sive LIMONIUM, i. n. Beta silvestris, & Tintinabulum terræ Latinis, vulgo *Pyrola* Plin. lib. 25. cap. 9. Lemonium succum lacteum mittit concrescentem gummi modo humidis locis. conf. 22. 22. Quidam voluerunt eandem esse ex descriptione Dioscoridis cum Veratro nigro.
LEMŬRES, um. m. [Μορμῶνες] Larvæ nocturnæ & terrificationes imaginum & bestiarum, idquit Nonius 2. 518. Varro de vita P. Rom. lib. 1. Quibus temporibus in sacris fabam jactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra januam ejicere.
Nigri Lemures. Pers. 5. Sat. 185.
Nocturni Lemures. Hor. 2. Epist. 2. 209. V. & Ovidii locum in dict. seq. adduct.
LEMURIA, orum. n. [Μορμώνια] Festum Lemuribus sacrum.
Lemuria festa, quasi Remuria dicta sunt. Romulus enim Remuria defuncto fratri Remo instituit, quæ postea Lemuria unius litteræ mutatione dicebantur: ut scribit Ovid. 5. Fast. 479. q. V.

L E N

LENA, V. LENO.
LENÆUS, i. m. [Ληναῖος] scribitur cum diphthongo, quo nomine dictus est Bacchus, ἀπὸ τῆς ληνοῦ, quod lacum significat: hoc est, vas in quo uvæ exprimuntur, cui præsidere fingitur. Virg. 2. Georg. 4.
Huc pater ô Lenæe, tuis hic omnia plena
Muneribus.
LENÆUS, a, um. Adj. ut, Dona Lenæa, h. e. Bacchica: Vinum. Stat. 4. Silv. 6. 80.
Honorem Lenæum libat. Virg. 4. Æn. 207. i. e. Vinum.
Latices Lenæi. Virg. 3. Georg. 510.
LENE, Adv. V. LENIS, e. LENIMEN, LENIMENTUM, V. LENIO, in LENIS.
LENIS, is. m. Vasis genus. Nonius 15. 13. V. Alfen. in Digestis; & Cujac. Observ 6. 7. & 10. 15.
LĒNIS, e. Adj. [ἤπιος, πρᾳΰς] quidam a Lento dictum existimant: nam Lentum proprie significat Tenerum & facile flexuosum. Lene autem dicitur Quod tactu nullam asperitatem habet.
Lene & Asperum, contraria. Cic. 2. de Finib. 76. V. & Cæs. Bell. Civil. 2. 24.
Cibi lenes & Acres, apud Celsum opponuntur, lib. 2. cap. 21.
Aura lenis. Ovid. 7. Met 811.
Auster lenissimus, & mitis. Cic. 7. Att. 7.
Flabra lenia. Virg. 3. Georg. 199.
Merum lene. Hor. 3. Carm. 29. 2.
Sonus lenior, Placidus. Cic. 2. de Orat. 58.
Spiritus lenis. Tibul. lib. 1. 8. 58.
Tormentum lene. Hor. 3. Carm. 21. 13.
Venenum lene, Quod dulcem quodammodo & vix sensibilem mortem inducat. Cic. 2. Att. 21. Sed ita lenibus uti videbantur venenis, ut posse videremur sine dolore interire.
Venetus lenis. Virg. 6. Æn. 203.
Volatus lenis. Ovid. 12. Met. 527.
Vinum lene, Delicatum, non vehemens, aut asperum, neque linguam aut cerebrum feriens. Ter. Heaut. 3. 1. 50. Cels. lib. 2. cap. 18.
Lenis, transfertur ad animum, & pro Miti modestoque accipitur. Plaut. Epid. 4. 1. 35. Habe animum lenem, & tranquillum face. Terent. Heaut. 3. 1. 29.
Si te tam leni, & victo esse animo ostenderis.
Carmina lenia. Lucret. lib. 5. 1379.
Consilium lene. Hor. 3. Carm. 4. 41.
Dominus non lenis. Hor. 2. Serm. 7. 93.
Homines & natura, & consuetudine, & disciplina lenissimi. Cic. 3. Verr. 81.
Ira lenior. Ovid. 5. Trist. 1. 41.
LENITER, [ἠρέμα] Adv Moderate, suaviter.
Agere leniter: h. e. Modeste. Liv. 27. 9. Castigando increpandoque plus, quam leniter agendo profecturos rati.
Arridere leniter. Cic. de Somn. Scip. 4.
Componitur leniter manipulatim amomum. Plin. lib. 12. cap. 13.
Disputare leniter. Cic. 4. Acad.
Illustrans leniter nox placida, vel potius Luna, placida nocte. Plin. lib. 2. cap. 18.
Ire leniter. Ovid. 1. Amor. 6. 7.
Procedere placide leniterque. Cæs. 4. Bell. Civil. 70.
Pungit leniter eos animi dolor. Cic. 3. Tusc. 61. Al. Perleviter, rectius.
Suspensis demissa leniter alis aquila. Liv. 1. 34.
Tentare leniter aut minaciter. Plaut. Stich. 1. 2. 20.
Compar. Quintil. 9. 4. Quis dubitat, alia lenius, alia concitatius, alia sublimius, alia pugnacius, alia gravius esse dicenda.
Aura aspirans lenius. Catull. 66. 64.
Superl. ut, Sentire lenissime. Cic. 5. Fam. 2. Suet. Vesp. cap. 13. pr. Amicorum libertatem, causidicorum figuras, ac philosophorum contumaciam lenissime tulit.
LENE, Adv. [ἀτρέμας] Idem. Martial. 1. 50.
Tepida natabia lene Congedi vada. Sed in emendatis libris legitur
Tepidi natabis lene Congedi vadum. ut sit Adj. Lene.
LENĬTAS, ātis. f. [ἠπιότης] Suavitas. Plin. lib. 26. cap. 8. Differentia intelligitur lenitate gustus.
Lenitas, Mansuetudo, facilitas, modestia. Cic. in Parad. 78. Lenitas est justitia in moderatione animadvertendi.
Inepta semper lenitas patris. V. INEPTUS.
Dare se ad lenitatem. Cic. 13. Fam. 1.
Deducere de lenitate. Cic. in Catil. 2. 28.
Revocare ad lenitatem. Cic. 1. de Orat. 53.
LENITŪDO, inis. f. [πρᾳότης] Clementia, suavitas. Cic. 5. Tusc. 46.

Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Idem 6. Verr. 136. Nimia te illum non lenitudine, sed etiam liberalitate oppugnarer.
LENIO, ivi & ii, itum, [ἡμεροῦν, πραΰνειν, μαλάσσειν] ire. Polire, lævigare. Columel. lib. 5. cap. 11. pr. Quum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam lenito. Sic legit Calepinus: exemplaria autem quotquot vidimus, Levato legunt, ut & paulo post: Infectasque partes tenui scalpello levare.
Lenire ad animum transfertur, & significat Placare, mitigare, flectere. Salust. Catil. cap. 48. In tali tempore tanta vis hominis magis leniunda, quam exagitanda videbatur.
Animos placat, ac lenit concordia quadam temperantia. Cic. 1. de Fin. 47.
Animum dictis. Virg. 6. Æn. 468.
Numina leniri possunt. Ovid. 3. Trist. 5. 26.
Stomachum latrantem cum sale panis bene leniet. Hor. 2. Serm. 2. 18.
Superos lenire rogando. Ovid. 4. de Pont. 8. 1.
Tigres & leones lenire. Hor. de Arte Poet. 393.
Lenire, Imminuere, levare, adjuvare. Ter. Heaut. 1. 1. 74.
— pro se quisque sedulo
Faciebat, quo illam mihi lenirent miseriam.
Ægritudo lenitur. Cic. 3. Tusc. 43.
Clamorem. Hor. 1. Carm. 27. 7.
Curas somno. Virg. 4. Æn. 528.
Desiderium, Consolari. Cic. 15. Fam. 21. Tuam profectionem amore prosequar, reditum spe exspectem: absentem memoria colam: omne desiderium litteris mittendis, accipiendisque leniam.
Dolentem lenire solando. Virg. 4. Æn. 393.
Dolorem lenivit morte. Sil. lib. 17. 472.
Dolores lenire requie. Ovid. 13. Met. 317.
Moras lenire. Ovid. 19 Epist. 210.
Noctem lenire. Propert. lib. 4. 8. 33.
Pavorem hospitii lenivit honos Sil. lib. 8. 77.
Remedia aspera molli manu & levi lenire. Quintil. lib. 2. cap. 49.
Tempestates. Plin. lib. 18. cap. 20.
Tempus lenit odium. Ovid. in Ibin, 136.
Timorem lenire. Virg. 1. Æn. 455.
Lenibo etiam facit in futuro. Propert. lib. 3. 21. 32.
Lenibunt tacito vulnera nostra sinu.
LENĪTUS, a, um. Partic. ut, Lepide lenitum reddere, pro Lenire. Plaut. Bacch. 5. 2. 31.
Cæsar lenitus. Ovid. 1. ex Pont. 2. 151.
— precibus lenito Cæsare vestris.
Vulnus lenitum. Idem 2. ex Pont. 3. 6.
LENĪMEN, inis. n. [πράϋσμα] Ovid. 11. Met. 450.
— addidit illis
Hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem.
LENIMENTUM, i. n. [ἠπίασμα] Idem Quod aliquid lenit & dulcorat. Plin. lib. 25. cap. 5. Nuper invenere diffissis raphanis inserere elleborum, rursusque comprimere raphanos, ut transeat vis, atque eo lenimento dare.
LĒNO, ōnis. [μαστροπός, προαγωγός, πορνοβοσκός] communis generis, quamvis habeat femininum Lena, ut ait Priscianus. quo nomine significatur is qui scortorum productor est, etiam invitarum personarum, qui legibus vindicatur. Dictus vel ab alliciendo, quod adolescentulos alliciat: vel a leniendo, quod leniendo animos adolescentum corrumpat. Ter. Adel. 2. 1. 34.
Leno ego sum, fateor, pernicies communis adolescentium,
Perjurus, pestis, &c.
Avarus leno. Ovid. 1. Amor. 10. 23.
Leno insidiosus. Hor. 2. Epist. 1. 172.
Leno etiam est Legatus, fecialis, mediator. Justin. 2. 3. Scythis bellum indixit Vexoris rex Ægyptius, missis primo lenonibus, qui hostibus parendi legem dicerent. Sed in duobus MSS. legitur Legatis. Probat tamen P. Danielis MS. Glossarium: Leno, id est, mediator. V. & Gloss. Isidor.
LENA, æ. f. [μαστροπίς] Lenas, inquit Ulpianus, l. Palam ff. de Ritu nupt. eas dicimus, quæ mulieres quæstuarias prostituunt: Lenam accipiemus & eam, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet. Si qua cauponam exercens in ea quæstuaria corpora habet (ut multæ assolent sub prætextu instrumenti cauponarii prostitutas mulieres habere) dicendum, hanc quoque lenæ appellatione contineri. V. LENO.
Lena callida. Tibull. 1. 5. 58.
Lena etiam ad res inanimatas transfertur. V. Barth. ad Claudian. Nupt. Honor. & Mariæ v. 25.
Lena per innumeros iret pictura penates.
LENULLUS, i. m. dimin. [μαστροπίσκος] Parvus leno. Plaut. Pœn. 2. 1. 25.
— ita ut occœpi dicere,
Lenulle, de illac pugna pentethronica.
LENUNCŬLUS, i. m. [μαστροπίσκιον] aliud dimin. Plautus Pœn. 5. 5. 7.
Sic deiforem ære militari tetigero lenunculum. Al. Si dedero, ære &c.
An Lenunculus, quasi parvus minister ad Lenocinandum accommodatus? H. St.
Lenunculus navigii genus, V. LEMBUS.
LENŌNIUS, a, um. Adj. [μαστροπικός] Quod ad lenonem pertinet. Plaut. Rud. 5. 3. 30.
— ne, leno, postules
Te hic fide lenonia uti: non potes. Idem Asin. 1. 3. 88.
Portitorum simillumæ sunt januæ lenoniæ.
Oppidum lenonium. Plaut. Pseud. 2. 4. v. ult. per jocum dixit.
Servitus lenonia. Idem 3. 1. 2.
LENŌNINUS, a, um. Plaut. Men. 1. 2. 49. Cavum lenoninum. Sed Gronov. legit Leonino.
LENŌNICE, Adv. Lenonum more. Lamprid. in Commodo cap. 15. Quæ gladiatorie, quæ lenonice faceret, actis Urbis indi juberet.
LENŌCĬNIUM, i. n. [μαστροπεία] Ulpian. in l. Palam ff. De ritu nupt. Lenocinium facere non minus est, quam corporis quæstum exercere. Cic. 5. Verr. 6. Pudorem & pudicitiam qui colit, potest animo æquo istius quotidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum lenocinium videre? Ulp. De iis qui notant. infam. l. Athletas, Lenocinium facit qui quæstuaria mancipia habuerit: sed & qui in liberis hunc quæstum exerceat.

Leno.

Lenocinium, Exquisitior elegantia. Suet. in August. cap. 79. Omnis lenocinii negligens, & in capite comendo incuriosus. Cic. 2. de Nat. Deor. 146. Perspicuum est enim quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia processerint.

Lenocinium, Delinimentum, allectamentum, illecebra, blanda assimulatio. Cic. pro Sext. 138. Et se vitiorum illecebris & cupiditatum lenociniis dediderunt.

De orationis verborumque fucatis ornamentis atque illecebris dicitur. Suet. Calig. cap. 39. Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit. Quintil. lib. 4. cap. 2. Caret enim ceteris lenociniis expositio: & nisi commendetur hac venustate, jaceat necesse est.

Addere orationi lenocinium. Tacit. 1. Hist. 18. Lenocinium facere.

LENOCINOR, [μαστροπεύω, σωματεμπορεύω] ari. Lenocinari, per translationem, pro Blandiri, sive Allicere, quemadmodum lenones facere solent. Cic. 1. Verr. 48. Tibi serviet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet quam poteft. Budæus.

Lenocinari, Gratiam conciliare. Plin. 2. Epist. 9. Potest tamen fieri, ut quanquam in his difficultatibus, libro isti novitas lenocinetur. i. e. Gratiam concilict. Quintil. lib. 5. cap. 2. Budæus.

LENOCINANS, antis. Partic. ut, Verba lenocinantia. Symmach 9. Epist. 87. Ergo parce verbis lenocinantibus, & fuco oblitis, & ad gratiam comparatis.

LENOCINATOR, oris. m. Tertull. adv. Marc. 1. 22. Gratiæ lenocinator.

LENOCINAMENTUM, i. n. Sidon. 7. Epist. 9. Pro omni gratiarum privilegio, decoramento, lenocinamento.

LENO, āre. Lenocinari. V. Parei Lex. Crit. p. 243.

LENOSTAIS, is. m. Idem quod Leno. Plaut. Pœn. suppos. v. 20.

LENOBATES, æ. m. [ληνοβάτης] Uvæ calcator.

LENS, lendis. f. [κόνις] a Lædo deductum verbum; est Capitis bestiola, quæ deinde in pediculum convertitur. Plin. lib. 28. cap. 11. Quo cum aceto calefacto & lendes tolluntur. Idem lib. 29. cap. 6.

LENS, lentis. f. [φακὸς] Genus leguminis: a Lenis nomen factum, quod qui ea vescuntur, lenes ac moderati fiunt. Plin. lib. 15. cap. 12. Inveni apud veteres auctores æquanimitatem fieri vescentibus lente. Virg. 1. Georg 228.

> Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.

Lentim, pro Lentem, frequens apud Catonem, ut cap. 35. Lentim in rudeto & rubricoso loco, qui herbosus non fiet, serito. Nisi error est. Lens, masculinum apud antiquos, teste Nonio 3. 117. illud Titinnii antiqui auctoris citante, Lenti calido, helvellæ, rumici.

LENTICULA, æ. f. dimin. [φακοῦ] utitur Plin. lib. 35. cap. 11. Folia sunt lenticulæ similia. Idem lib. 18. cap. 12.

Lenticula, pro Legumine simili quidem lenti est, sed diversa. Quod si Theodoro Gazæ credimus, phacen Græci vocant. Nam lentem, non phacen, sed phacon dicunt. Hermolaus. [Alii posterius ipsius crudi leguminis, prius pulmenti ex eodem nomen esse dicunt. in Gloss. Gr. Lat. Φακὴ Lens, Lenticula. Φακὸς Lentis. In Lat. Gr. Lens φακός.

Lenticula quoque a Plinio & ceteris vocatur Lens cocta. de qua proverbium illud fertur, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, hoc est unguentum in lenticula, cujus meminit in Epistolis ad Atticum Cicero in mentione Lentuli 1. 19. & M. Varro, & Gellius, Athenæus quoque in Cœnis. Ex Hermolao. Tradit Ruellius lib. 2. cap. 40. hoc proverbium in eos jactari solitum, qui nullo rerum discrimine quas agunt aut dicunt, pari nixu cuncta moliuntur: quos, ut apud Senecam & Gellium, Infrunitos appellamus, Græce Cacozelos & Apirocalos.

Lenticulæ, Maculæ in corpore sunt quæ Lentigines dici solent. Cels. lib. 6. cap. 5. Lenticulas tollunt galbanum & nitrum. V. totum caput.

Lenticula, Vasis genus est: a figura lentis dictum, ut ait Plinius, cujus etiam meminit Celsus 2. 17. videturque id esse quod Discos appellatur Dioscoridi. Unde & Lenticulari forma ampulla olearia L. Apuleio in Floridis p. 346. Hæc Hermolaus. Quidam hoc nomen a Liniendo deducunt, aiuntque esse Vas olearium, ex quo reges & sacerdotes liniebantur.

Lenticulæ figura probata in gemmis. Plin. lib. 37. cap. 12. Nunc communiter ad omnium gemmarum observationem pertinentia dicemus, opiniones secuti auctorum. Cavæ aut extuberantes, viliores videntur æqualibus. Figura oblonga maxime probatur, deinde quæ vocatur lenticula, postea cycloides & rotunda: angulosis minima gratia.

LENTICULARIS, e. Adj. ut, Forma lenticularis. Apul. 2. Florid. V. LENTICULA.

LENTICULATUS, a, um. Idem. Folia lenticulata. Celsus. [Immo Appuleius de Herb. cap. 91. in descriptione Ebuli. Deceptus est Lipsiensis Thesauri farcinator verbis ambiguis indicis Elmenhorstiani in Appul.

LENTE, LENTESCO. V. LENTUS.

LENTIGO, inis. f. [φακὸς] Macula subrufa, & interdum in facie ad lentis similitudinem. Plin. lib. 20. cap. 20. de atriplice, Nec nisi mutata sæpe aqua coquendum, stomacho contrarium esse, lentigines & papulas gignere. Idem lib. 20. cap. 6. Lepras, lichenas, lentigines exulcerat.

LENTIGINOSUS, a, um. [φακώδης Gloss. utroque] Adj. Cujus facies lentigine maculosa est. Valer. Max. 1. 7. ext. 6. Prævalentem, flavi coloris, lentiginosi oris.

LENTISCUS, i. f. [σχῖνος] Arbor, quæ mastichen gummi modo sudat, & est trifera. Columel. lib. 5. cap. 10. In imum scrobem lentisci taleam inverso cacumine demittito. Cic. 1. de Divin. 15. Ex antiquo poeta,

> Jam vero semper viridis, semperque gravata
> Lentiscus triplici solita grandescere fetu:
> Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

Lentiscum dictam putaverim, quod liquore quodam lentescat: nam & resinam ubique sudat. Lentisci fructum Hippocrates σχινίδας, & arborem σχῖνον nominavit. Ruell. lib. 1. cap. 20.

Mandir Lentiscum. Adagium est, ut ait Hermolaus Gloss. in Plin. v. ocnos, adversus eos qui nimio se comendi studio superfluunt, quasi dentibus extergendis & fricandis tantum incubent præ desidia. Nam ex lentisco dentiscalpium, vel poeta Martialis commendat hoc disticho lib. 14. 22.

> Lentiscum melius: sed si tibi frondea cuspis
> Defuerit, dentes pinna levare potest.

Quo in loco Lentiscum generis est neutri, quia pro arboris ligno sumitur. Idem lib. 6. 74.

> Foditque tonsis ora laxa lentiscis.

[In Gloss. Gr. Lat. σχῖνος, Lentiscum, Lentiscus. & Lat. Gr. Lentiscum σχῖνος.

LENTISCINUS, a, um. Adj. [σχίνινος] Ex lentisco factum. Plin. lib. 23. cap. 2. Tunc addito lentiscino oleo.

LENTISCIFER, ēra, ērum. Adj. [σχινοφόρος] Ferens lentiscos: ut, Lentisciferum Liternum. Ovid. 15. Met. 714.

LENTITIA, LENTITUDO, LENTO, āre. LENTOR, ōris. LENTULUS, Adj. V. LENTUS.

LENTULUS, i. m. [Λέντλος] Cognomen fuit Corneliorum, inde illis inditum quod lentem optime fererent. uti quidem Plin. tradit lib. 18. cap. 3. Cognomina etiam, inquit, prima inde: Pilumni, qui pilum pistrinis invenerat: Pisones, a pisendo. Jam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, ut quisque aliquod optime genus fereret. [Forte tamen ab Adj. Lentulus est, a Lento scil. partu, vel incessu. Sic Cunctator, Celer, Claudus, in cognominibus Romanorum. Hinc denominativum

LENTULITAS, ātis. f. [Λεντλότης] Cic. 3. Fam. 7. Ullam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas? V. Appietas, in APPIUS.

LENTUS, a, um. Adj. [γλίσχρος, εὐκαμπὴς] Tener & flexibilis. Plaut. Asin. 3. 2. 29.

> Ubi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo
> Validos lictores ulmeis affectos lentis virgis. Virg. Ecl. 5. 16.
> Lenta salix quantum pallenti cedit olivæ. Ovid. 13. Met. 800.
> Lentior & salicis virgis, & vitibus albis.

[Ut Vimen lentum. Vide in verbo LENTARE. H. St. Nempe apud Virg. 3. Æn. 31.

Brachia lenta. Hor. Epod. 15. 6.

Hastile lentum. Ovid. 4. Epist. 81.

Radix lenta. Ovid. 11. Met. 78.

Remi lenti. Virg. 4. Georg 558.

Lentus in frangendo calamus. Plin. lib. 12. cap. 22.

Vincula lenta escaria. i. e. Tenacia. Plaut. Men. 1. 1. 18.

Lentum, pro Facili Lucilius, (quod sane quam rarum est, posuit, crede quod quæ lenta sunt, ut vimina, ea etiam ad opus facilitatem habent) Sat. 11.

> Lucius Cotta senex, Crassi pater hujus Paceni
> Magnus trico fuit nummarius, solvere nulli
> Lentus.

Nonius, 1. 85 & 4. 281. [Sed forte post Nulli distinguendum.

Lentus [βραδὺς] Tardus. Cic. de Rep. lib. 5. apud Non. 4. 281. Marcellus ut acer & pugnax. Maximus, ut consideratus & lentus. [Sic Mercer. Sed Gothofr. Ut taceret pugnax: Maximus ut consideratus, ut lentus. Ego scripsisse Tullium puto: Marcellus & acer & pugnax, Maximus & consideratus & lentus.

Lento gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat. Valer. Max. lib. 1. cap 1. ext. 3.

Lentus & celer contraria. Particulæ graves, acres, lentæ, celeres, remissæ. Quintil. lib. 9. cap. 4. p. 851.

Lentus cœpti, terra cunctaris Ibera. Sil. lib. 3. 176.

In ira lentus. Ovid. 17. Epist. 249.

Amor lentus me torret. Hor. 3. Carm. 19. 28.

Carbonibus lentis urere aliquem. Ovid. 3. Trist. 11. 47.

Color lentus. Plin. lib. 12. cap. 25. Color in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus.

Cupido lentus. Hor. 4. Carm. 13. 6.

Ignibus lentis macerari. Hor. 1. Carm. 13. 8.

Ignis lentus e palmis: h. e. Diu durans. Plin. lib. 13. cap. 4.

Ira lenta. Ovid. 3. Epist. 22.

Mora lenta. Martial. lib. de Spect. 23.

Passibus lentis peragere iter. Ovid. 5. Trist. 10. 6.

Spes lenta. Ovid. 2. Epist. 9.

Tepor lentus, Remissus. Plin. lib. 12. cap. 19.

Venus lenta videt. Ovid. 3. Art. 452.

Vivacitas lenta, Tenax & longa. Plin. lib. 8. cap. 27.

Lentus, Securus & otiosus. Virg. 1. Ecl. 4.

> Nos patriam fugimus, tu, Tityre, lentus in umbra
> Formosam, &c.

Lentus spatiare sub umbra. Ovid. 1. de Arte Am. 67.

Lentus, Frigidus. Virg. 1. Georg. 290.

> — noctia lentus non deficit humor.

Tellus lenta gelu. Propert. lib. 4. 3. 39.

Lentus etiam Segnis, & qui per stuporem ac tarditatem animi nunquam irascitur. Laberius apud Gell. 16. 9. Nunc lentus es tu, &c. V. Casaub. ad Suet. Tiber. 57. Broeckh. ad Propert. 2. 11. 14.

Lentus ... patiens. Propert. lib. 2. Eleg. 2. (v. 47.)

> Nunc, Pari, tu sapiens, & tu, Menelae, fuisti:
> Tu, quia poscebas: tu, quia lentus eras.

apud Propert libri 2. Elegia 14. (Al. 12. v. 6.)

> — & dixit, siccine, lente, jaces?

Idem libri primi elegia sexta (v. 11.)

> His ego non horam possum durare querelis.
> Ah pereat, si quia lentus amare potest.

H. St. priora verba hujus animadversionis cultro ablata sunt. Forte indicabat τῷ Lentus contrarium esse τὸ Impatiens, in amore.

Compar. Pugna lentior fit. Liv. 30. 18.

Superl. Hor. 1. Serm. 9. 64. Brachia lentissima. i. e. Quæ reluctantur, nolunt obsequi.

Lentus & Lætus miscentur a librariis. V. Drakenb. ad Sil. 12. 567.

LENTE, Adv. [βραδέως] Tarde & cunctanter. Plin. 1. Epist. 13. Ac tum quoque lente, cunctanterque veniunt.

Agere lente: h. e. Remisse, & segniter. Liv. 1. 11.

Ferre lente, Patienter ferre. Cic. 2. de Orat. 287. Neque facile est perficere, ut irascatur ei, cui tu velis, judex, si tu ipse id lente ferre videare. i. e. Leniter & sine ira.

Ferre injurias lente, Leniter & placide. Cic. in Hortens. apud Non. 4. 281. Qui quum publicas injurias lente tulisset, suam non tulit.

Gradiens asellus lente. Ovid. 11. Met. 179.

Nasci lente, hoc est Tarde. Plin. lib. 12. cap. 14.

Probare aliquid lente ac fastidiose. Cic. 2. Att. 1. Quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente ac fastidiose probavissem.

Compar. Disputare lentius. Cic. in Parad. 1. Sed hæc videri possunt obscuriora, quum lentius disputantur.

Superl. Mandere lentissime. Columel. lib. 2, cap. 15.

LENTĬTIA, æ. f. [κομματισμὸς] Flexibilitas & mollitia. Plin. lib. 16. cap. 37. Aliæ virgas sequacis ad vincturas lentitiæ.
Pituitæ lentitia. Plin. lib. 20. cap. 7. Vulgus *viscositatem* vocat.

LENTĬTIES, ēi. f. Idem. ut, Plumbi lentities. Virg. in Ætna v. 542.

LENTĬTŪDO, ĭnis. f. [βραδύτης] Tarditas. Cic. 1. Q. frat. 1. 31. Nam illud non solum est gravitatis, sed nonnunquam etiam lentitudinis. Idem 4. Tusc. 42. Eamque quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant.
Lentitudo exitus, vel mortis. Tacit. 15. Ann. 51.

LENTOR, ōris. m. [γλισχρότης] Humor tenax & glutinosus, inquit Budæus. Plin. lib. 9. cap. 51. de piscium generatione, Quæ durioris testæ sunt, ut murices, purpuræ, salivario lentore. Columel. lib. 5. cap. 6. Ut aliquem tamen succum & lentorem habeat, injiciemus areis. Plin. lib. 13, cap. 5. Fert & folliculos, emittentes quædam animalia, ceu culices, lentoremque resinosum, qui & cortice erumpit. [Lego Ex cortice.

LENTŬLUS, a, um. Adj. dimin. Cic. 10. Att. 11. An existimas illum in isto genere lentulum aut restrictum? nemo est minus.

LENTO, [κάμπτω] āre. Virg. 3. Æn. 384.
Ante & Trinacria, lentandus remus in unda. Servius, Lentandus: aut lente tibi navigandum est. Nam totam Siciliam circuit. Aut flectendus. unde Lentum vimen dicimus. i. e. Flexibile.
Arcus lentare. Stat. 1. Achil. 436. h. e. Flectere.
Bella lentare. Sil. 8. 11. V. ibi Drakenb.

LENTĀTUS, a, um. Partic. Treb. Pollio in Claud. cap. 6. Videntur fata Romana boni principis occupatione lentata. i. e. Retardata.

LENTEO, ui, ēre. Esse lentum, molle ac tenerum. Lucil. Lentet opus, dixit. Usitatius

LENTESCO, [γλισχραίνομαι] ĕre. Lentum, seu Tenerum ac molle fieri, vel glutinosum & tenax. Virg. 2. Georg. 250.
Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. Servius; Lentescit, Cohæret. Columel. lib. 11. cap. 2. Quæ si natura minus lenta est, ante dies quindecim præcidenda, & purgata, in stercore obruenda est ut lentescat. Idem lib. 2. cap. 11.
Curæ lentescunt tempore. Ovid. 2. de Arte Am. 357.
Dente lentescere. Plin. lib. 12. cap. 16.

LENTĬPES, ĕdis. Tardus pedibus. Auson. Epist. 21. 40.
Spondeus ille lentipes ibat comes.

LENULLUS, LENUNCULUS. V. LENO, & LEMBUS.

L E O

LEO, lēvi, [ἀλείφω] lĕre. nunc in usu non est: composita autem ejus usurpantur: ut, Deleo, Releo. [V. Priscian. lib. 9. extr.
Levi, præteritum. Hor. 1. Carm. 20. 3.
— Græca quod ego ipse testa
Conditum levi. Ubi Porphyrio, Levisse se gypso utique vult intelligi. Huic contrarium est Terentianum illud Heaut. 3. 1. 51. Relevi dolia atque omnes serias. Quod significat Aperui & quasi regypsavi. Forsan melius est hoc præteritum a Lĭno, lēvi, ĕre, deducere.

LEO, ontis. m. [Λέων] Byzantius auditor Platonis, sophista nobilis, Philippo contra Byzantium venienti occurrens, Dic age, inquit, Philippe, quæ te causa trahit oppugnatum nostra mœnia? At ille, Amor, inquit, tuæ patriæ, qua nti potiar, veni. Leo excipiens respondit, Atqui instrumento musico, non bellico amantibus opus est. Hæc ex Philostrato. Suidas vero ait, Philippum, quum Leontem in expugnatione Byzantii præter ceteros adversantem haberet, epistolas ad Byzantios scripsisse calumniæ plenas, quasi si voluisset tantum dare pecuniæ Leonti, quantum petebat, jamdudum urbe fuisset potitus. cives hoc accepto domum ejus circumstetisse, illumque sibi metuentem laqueo vitam finiisse.

LEO, ōnis. m. [λέων, λὶς] notum animal. V. Plin. lib. 8. cap. 16. Hujus femina dicitur Lea, & Leæna.
Genus acre leonum. Ovid. 4. Fast. 215.
Seminium triste leonum. Lucret. lib. 3. 741.
Vis violenta leonum. Lucret. lib. 3. 297.
Asper leo. Hor. 3. Carm. 2. 11.
Avidus. Ovid. 9. Epist. 37.
Cæsius. Catull. 43. 7.
Flavus. Hor. Epod. 16. 33.
Frendens. Sil. lib. 10. 22.
Fulvus leo. Virg. 2. Æn. 722.
Hirsutus. Ovid. 9. Epist. 111.
Horridus. Senec. Herc. OEth. 12.
Innoxius. V. INNOXIUS.
Insanus. Hor. 1. Carm. 16. 15.
Iracundus. Ovid. 15. Met. 86.
Jubatus. Senec. Thyest. 8. V. JUBA.
Magnanimus. Ovid. 3. Trist. 5. 33.
Magnus. Virg. 4. Ecl. 22.
Rapidus. Hor. de Arte Poet. 393.
Rigidus leo. Martial. lib. 10. 65.
Sævus. Lucret. lib. 4. 1010.
Sanguineus. Valer. 3. Argon. 588.
Torvus. Claud. 2. in Eutrop. 303.
Trux. Valer. 8. Argon. 456.
Validus. Lucret. lib. 5. 983.
Violentus. Ovid. 2. Met. 81.
Leo marinus, ex cancrorum genere. Plin. lib. 32. cap. 11.
Leo, Signum cæleste. Plin. lib. 17. cap. 24.
Stella vesani leonis. Hor. 3. Carm. 29. 19.
Æstivus leo. Claud. 1. in Ruff. 365.

LĒA, æ. f. [λέαινα] quæ & Leæna dicitur, est Femina leonis. Lucret. lib. 5. 1317.
Irritata leæ jaciebant corpora saltu.
Sæva lea. Ovid. 4. Met. 102.

LEÆNA, æ. f. [λέαινα] Virg. 2. Ecl. 63.
Torva leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam. Plin. lib. 8. cap. 16. Is ergo tradit, leænam primo fetu parere quinque catulos, ac per annos singulos uno minus, ab uno sterilescere.
Getulæ leænæ. Hor. 3. Carm. 20. 2.

LEŌNĪNUS, a, um. Adj. [λεόντειος] Quod ad leonem pertinet: ut, Adeps leoninus. Plin. lib. 24. cap. 17. Et
Species leonina. Varro 2. de R. R. cap. 9.
Societas leonina. Proverb. Ubi alter damnum tantum, alter lucrum sentit. V. l. 29. §. 2. Dig. pro Socio.
Versus leonini qui dicantur, V. apud Scalig. Poet. 2. 29.

LEŌCHĂRES, is. m. [Λεωχάρης] Sculptor eximius, qui auctore Plin. lib. 36. cap. 5. unus fuit eorum qui cælavere Mausoleum.

LEŌNĬDA, vel LEONĬDES, æ. m. [Λεωνίδης] Nobilis Spartiates, deinde Lacedæmoniorum rex, qui adversus Xerxem pæne incredibilia egit. Hic pro patria ad Thermopylas, quum illas angustias custodiret, occubiturus, commilitonibus dixit, Pergite animo forti, hodie apud inferos forte cœnabimus. V. Nep. 2. 3. 1. Justin. 2. 11. Gell. 3. 7. & alios.
Fuit & alius Leonides, Alexandri pædagogus. Quintil. lib. 1. cap. 1.

LEONTĪCE, es. f. [λεοντικὴ] Herba. Plin. lib. 25. cap. 11. Cacalia, sive leontice vocatur: semen margaritis minutis simile, dependens inter folia grandia, in montibus fere. Hæc (inquit Ruell. lib. 2. cap. 141.) officinis dicitur *carui agreste*.

LEONTIOS, i. [λεόντιος] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 11. Sunt & a leonis pelle & pantheræ nominatæ, leontios, pardalios.

LEONTIUM, i. f. [Λεόντιον] Meretrix Epicurea. Cic. 1. de Nat. Deor. 93. Sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa sit. conf. Theon. Progymn. cap. de laudatione. [Dicitur forma diminutiva Λεόντιον a Λέαινα, quod item proprium nomen f apud Græcos est. V. f. l.
Leontium [Λεόντιον] etiam Urbs Siciliæ mediterranea. Ptolem. Unde,

LEONTĪNUS, a, um. Adj. possess. ut, Campus Leontinus. Cic. 3. Verr. 47. V. 1. de Divin. 73. Apud alios

LEONTINI & oppidi & populi nomen est. V. Plin. 3. 8. Pompon. 2. 7. Hodie *Lentini*.

LEONTIUS, i. m. [Λεόντιος] Nobilis statuarius. Plin. 34. 8.
Item alius Leontius Philosophus, qui ex arte sua cognoverat filiæ fortunam, quæ Theodosii Imp. uxor facta est. V. Zonar. & Suid. de aliis.

LEONTOCARON, i. n. [λεοντόκαρον] herba Polium. Apul. de Herb. cap. 57.

LEONTOPETĂLON, i. n. [λεοντοπέταλον] Herbæ genus, pedi leonis folia similia habentis, quam eandem esse cum Consiligine Plinii nonnulli putant ex descriptione Dioscoridis. Plin. lib. 27. cap. 11. Leontopetalon, alii rhapeion vocant, folio brassicæ, caule semipedali. alæ multæ, semen in cacumine in siliquis ciceris modo, radix rapo similis, grandis, nigra.

LEONTOPHŎNON, i. n. [λεοντοφόνον] exiguus Vermis esse dicitur, nec alibi nascens quam ubi leo gignitur: quo gustato statim expirat leo. Plin. lib. 8. cap. 38.

LEONTOPODION, i. n. [λεοντοπόδιον] Plin. 26. cap. 8. Herba hæc amatoria est, quam fere eandem esse cum Camo refert Herm. Barbarus in Dioscoridem. V. Ruell. lib. 3. cap. 130.

LEONTOSPERMON, i. n. [λεοντόσπερμον] Eadem herba. Apul. de Herb. cap. 7.

LEŎPARDUS, i. m. [λεοπάρδαλις] Animal ex leone & panthera natum, vel ex pardo & leæna: nigris maculis leoninam pellem distinguentibus, & jubis caret. V. Plin. lib. 8. cap. 16.

LEOSTHĔNES, is. m. [Λεωσθένης] Nomen viri, qui quum sponsus esset, & Lamiacum bellum concitasset, interfectus est. Ob cujus amorem sponsa, Demotionis Areopagitarum principis filia, se interfecit, sicut Hieronymus contra Jovinianum testatur. Suidas ait bello contra Macedones lapide percussum in caput improvise, In prælio cecidisse.

L E P

LĔPĂDŪSA, V. LŎPADŪSA.

LĔPAS, ădis. f. [λεπὰς] Conchæ genus. Plaut. Cas. 2. 8. 57.
Emito sepiolas, lepadas, lolligiunculas. V. LOPAS.

LEPIDIUM, i. n. [λεπίδιον, ἰβηρίς] Herba. Columel. lib. 12. cap. 8. Sunt qui sativi vel etiam silvestris lepidii herbam quum collegerunt, in umbra siccent. Plin. lib. 19. cap. 8. Peregrinum fuit & lepidium. Seritur a Favonio. Dein quum fruticavit, juxta terram præciditur. Tunc runcatur stercoraturque. Hæc herba hodie in Italia non reperitur, ut ait Matthiolus.

LEPIDŌTIS, ĭdis. f. [λεπιδωτὶς] Gemma quæ λεπίδας, i. e. squamas piscium imitatur. Plin. lib. 37. cap. 10. Al. Lepidotos, λεπιδωτὸς scribunt. [Forte Lepidoides λεπιδοειδής.

LEPĬDUS, a, um. Adj. [χαρίεις] In quo leporis est plurimum, inquit Donatus ad Andr. 5. 4. extr. & tam de hominibus, quam de oratione & aliis dicitur rebus. Compar. Plaut. Milit. 3. 1. 65.
At quidem illuc ætatis qui sit, non invenies alterum
Lepidiorem ad omnes res. Superl. Ter. Eun. 3. 3. 25. O capitulum lepidissimum,
An Lepidus, pro Lepotidus? H.St. Male. Nec Don. sibi constat. V. infra.
Nimium lepidus. V. post NIMIS.
Cantio lepida & suavis. Plaut. Stich. 5. 5. 19.
Cardo lepidus. Plaut. Curc. 1. 1. 94.
Causa lepida. Plaut. Trin. 3. 3. 80.
Conjux lepidissima. Catull. de Gallo 76. 1.
Dictum lepidum. Hor. de Arte Poet. 273.
Dies lepidus. Plaut. Aul. 4. 8. 4.
Facinus lepidum. Plaut. Pœn. 1. 2. 95.
Fama lepida. Plaut. Trin. 2. 2. 98.
Forma lepida & liberalis. Plaut. Epid. 1. 1. 41.
Libellus lepidus. Catull. ad Cornelium 1. 1.
Litteræ lepidæ. Plaut. Pseud. 1. 1. 25.
Locus lepidus. Plaut. Bacch. 1. 1. 51.
Mores lepidi. Plaut. Mostel. 1. 3. 12.
Nuntium lepidum. Plaut. Stich. 2. 1. 2.
Pueri lepidi & delicati. Cic. 2. in Catil. 23.
Tabellis lepidis, Lepida conscriptis manu. Plaut. Pseud. 1. 1. 26.
Versus lepidi. Catul. ad Flavium 6. 17.
Unguentum lepidum. Plaut. Casin. 2. 3. 10.
Lepida memoratu. Plaut. Bacch. 1. 1. 28.
Lepida & concinna, cito fastidiis afficiunt aurium sensum fastidiosis.

dioſiſſimum: ampla & pulchra diu placere poſſunt. Auct. ad Heren. 4. 33.

Lepidus, qui Politus eſt, inquit Donatus ad Eun. 3. 1. 37. ot λεπὶς, i. e lamina. [Inſche Rectius a Lepore deducitur, etſi Stephanus poſtponit.

LEPIDUS, i. m. Cognomen gentis Æmiliæ apud Romanos, quo quatuor in primis nobiles, de quibus Rutilius Numatianus Itinerario, cujus verſus illuſtrat declaratque Lipſius ad 14. Annal. Tacit. p. 369. V. etiam Flor. 3. 23. 1. Plutarch. Pomp. Val. Max 2. 8. 5. & Suet. Cæſ. cap. 3.

LEPIDUM, Adv. pro Lepide. Plaut. Pœn. 4. 2. 39. Lepidum eloquere. Al. Lepide.

LEPIDE, Adv. [χαριέντως] Cum gratia. Cic. 2. Att. 3. Nunc ſit lepide illa ἀγχωνις radiorum

Adjuvas lepide hercle: h. e. Eleganter & ad tempus. Plaut. Perſ. 4. 2. 5.
Efficiam lepide, mea hera, officium. Plaut. Truc. 4. 2. 1.
Ego hoc effectum lepide tibi tradam, tace. Plaut. Curc. 3. 15.
Intelligere lepide. Plaut. Truc. 3. 2. 13.
Memoras lepide. Plaut. Bacch. 1. 1. 35.
Referre lepide gratiam. Plaut. Truc. 1. 2. 15.
Stratus lepide lectus Plaut. Pœn. 3. 3. 84.
Tentavi lepide hercle animum tuum. Plaut. Aulul. 5. 17.
Volo lepide molliculas eſcas. Plaut. Caſin. 2. 8. 55.
Vin' tu lepide facere? PY. loquere. Plaut. Milit. 4. 1. 31.

LEPIDŬLUS, a, um. Adj. dimin. Mart. Capella 6. p. 235. Infacetus & impar lepidulis.

Satiræ lepidulæ. Idem 8. 272.

LEPIDŬLE, Adv. dimin. Plaut. Pſeud. 1. 5. 15. Eum circumducam lepidule.

LĔPOR, & LĔPOS, ōris. m. [χάρις, χαριεντισμὸς] quemadmodum Honor & Honos dicitur. Eſt Venuſtas, & voluptatis cujuſdam amœnitas, quæ potiſſimum verbis fit. Plaut. Caſin. 2. 3. 2.

Nec potis quicquam commemorari, quod plus ſalis, pluſque leporis hodie Habeat. Plin lib. 17. cap. 1. Craſſus faceto lepore ſolers.

Lepos quidam, facetiæque, & eruditio libero digna. Cic. 1. de Orat. 17.
Facetiarum & urbanitatis oratorius, non ſcurrilis lepos. Cic. de Clar. Orat. 143.
Sermonis lepor. Cic. pro Flac. 58.
Admirabilis dicendi lepor: h. e. Ornatus, concinnitas, elegantia. Cic. 4. Acad. 16. Cujus primo non admodum probata ratio (quanquam floruit acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi) proxime, &c.
Diſertus leporum ac facetiarum. Catull. in Aſinium 12. 8. Voſſ. Diſſertus.
Non infaceto lepore. V. INFACETUS.
Magnus in jocando lepos erat in homine. Cic. 2. de Orat. 27.
Nitidus & levis lepor. Lucret. lib. 5. 1258.
Affluens lepore ac venuſtate. Cic. 7. Verr. 142.
Conſecutus eſt leporem quendam & ſalem. Cic. 2. de Orat. 98.
Dare æternum leporem dictis. Lucret. lib. 1. 29.
Diſtincta vario lepore omnia. Lucret. lib. 5. 1375.
Illigantur lepores verborum in eo genere. V. ILLIGO.
Perfuſa lepore omnia corridens. Lucret. lib. 4. 80.
Surgit medio de fonte leporum amari aliquid. Lucret. lib. 4. 1126.

LĔPIS, idis. f. [λεπὶς] Squama æris. Scribon. Largus comp. 133. Sed per ellipſin ita Græci, alias enim λεπίδα χαλκοῦ vocant.

LEPISTA, æ. f. Genus vaſis aquarii. Feſt. Varr. de Vit. pop. Rom. lib. 1. Lepiſtæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus pleriſque aut fictiles ſunt aut æneæ. Ex Nonio 15. 35. [In Gloſſar. Lepiſtra, εἶδος χώνης. & Ap. Varr. de L. L. 4. 26. p. 31. ed. 3. Steph. Depeſta corrupte ſcribitur. V. Scalig. in Conject. p. 57. & eund. ut & Urſin. ac Dacer. ad Feſt.

LĔPONTII, orum. m. pl. [Λεπόντιοι] Germaniæ populi, Alpium Rhæticarum (montem ſancti Gutthardi vocant) incolæ, apud quos oritur Rhenus fluvius, ut teſtatur Cæſar 4. Bell. Gall. cap. 10. Plin. lib. 3. cap. 20. Lepontios ac Salaſſos Tauriſcæ gentis idem Cato arbitratur. Ceteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretatione Græci nominis credunt, præuſtis intra ſinus Alpium nive membris Hactenus ille. Lepontii quidem Rhætos habent ab Ortu, Inſubres ad Meridiem, Salaſſos Seduniſque ad Occaſum, Helvetios ad Septentrionem. De his longe plura Glareanus in Cæſarem.

LĔPONTĬCUS, i. m. Nom. proprium. Sil. 4. 235.

Occidis & triſti, pugnax Lepontice, fato.

LEPORARIUM, LEPORINUS. V. LEPUS.

LEPRA, æ. f. [λέπρα] Morbus qui alio nomine dicitur Elephantia, ſive Elephantiaſis. Et duplex eſt: Una quæ incurabilis eſt, quam Malam ſcabiem Horatius in Arte Poet. 453. nominat. Alia quæ poteſt curari. Plin. lib. 23. cap. 1. Lacrimæ vitium, quæ veluti gummi eſt, lepras & lichenas & pſoras, nitro ante præparatas, ſanat.

LEPRŌSUS, a, um. Adj. Gloſſ. Vet. Leproſus λεπρός. V. Tertull. Apol. cap. 21. & de carne Chriſti cap. 4.

LEPREUM, vel LEPREON, i. n. [Λέπρεον] Plinio, Oppidum in Achaia prope Alpheum amnem. Dictum a lepra qua curabantur ibi, quodam ſe flumine mergentes. Hinc Lepreatæ, Populi.

Eſt & aliud Leprium in Arcadia, ut teſtis eſt Cic. 6. Att. 2. Vetus tamen exemplar hic legit Lepreon. [Pauſaniæ Λέπρεος, Lepreus m. g. dicitur. Nec eſt aliud, ſed idem oppidum, quod alii Arcadiæ, alii Elidi adſcribunt. Ptolem. maritimum ſtatuit, forſan errans.

LEPTĒ ĂCRA, es. f. [Λεπτὴ ἄκρα] q. d. Promontorium gracile. Solin. c. 70. A promontorio Indiæ curſus dirigatur, quod alii Lepten acran, alii Drepanum nominaverunt. V. ſupra in DREPANUM.

LEPTIS, [Λέπτις] Africæ minoris, quæ Zeugitana provincia dicitur, duarum urbium nomen eſt. Eſt enim Leptis duplex: Minor, quæ Sarrana cognominatur a Sarranis Phœniciæ. Sil. lib. 3. 256.

Tabraca tum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis. Saluſt. Duæ ſunt Syrtes, inter quas Leptis, unde Leptitani. Altera trans Syrtim minorem ſita juxta Œam oppidum, Magnæ cognomen habet: illam Neapolim dici exiſtimant. Hæc Vadianus Melæ enarrator ad lib. 1. cap. 7. V. Strab lib. 17. pag. 835. Caſaub. Sall Jug. cap. 78.

LEPTITANUS, a, um. Adj. Sall. Jug. cap. 77. & 78.

LEPTOCARYON, i. n. [λεπτοκάρυον] Nux avellana. Dioſc. 1. 146.

LEPTOMERICUS, a, um. Adj. [λεπτομερικὸς] Th. Priſcian. de Diæta cap. 10. Acori radix virtutem habet leptomericam. i. e. Partes attenuandi. Nam λεπτομερὲς Græci vocant id quod tenuium partium eſt, ut Ignis.

LEPTON, i. n. [λεπτὸν] Centaurii nomen, a tenuitate ſic dicti. Plin. 25. 6.

LEPTOPHYLLON, i. n. [λεπτόφυλλον] quædam Tithymalli ſpecies, a tenuitate foliorum ſic dicta. Plin 26. 8.

LEPTORĂGES, um. f. pl. [λεπτόραγες] Uvæ acinos minutos habentes. Plin. 14. 1. [Nominativus ſing. eſt λεπτόῤῥαξ cum geminata littera, ut μικρόῤῥαξ, quod ex Plat. lib 8 de Legib. affert Bud. Scribendum igitur Leptorrhages. Harduinus ſcribit λεπτοῤῥᾶγες, ut in Epigr. Gr. ἀμφιῤῥᾶγες penult. longa. Sed poetica parellipſis videtur cum ectaſi ſyllabæ ſeq.

LEPTYNTĬCUS, a, um. Adj. [λεπτυντικὸς] i. e. Attenuatorius. Th. Priſcian. de Diæta cap. 10. Ceparum virtus leptyntica.

LĔPUS, ŏris. m. [λαγὼς, λαγωὸς, πτὼξ] Animal vulgo notum: Varro lib. 3. de R. R. cap. 12. Lucius Ælius putabat ab eo dictum leporem a celeritudine, quod levipes eſſet. Ego arbitror a Græco vocabulo antiquo, quod eum Æoles Bœotii λέποριν appellabant. Plaut. Capt. 1. 2. 81.

I modo, venare leporem, nunc erim tenes. V. Gell. 1. 18.

Auriti lepores. Virg 1. Georg. 308.
Fecundus lepus. Hor. 2. Serm. 4. 44.
Pavidus. Hor Epod. 2. 35.
Proni lepores. Ovid Rem. Amor. 201.
Solicitus lepus, Timidus. Ovid. 5. Faſt. 372.
Captare leporem. Hor. Epod. 2. 35.
Exagitatus lepus. Ovid. 3. de Arte Am. 662.
Venari leporem canibus. Virg. 3. Georg 410.
Lepus a poſteriore parte, h. e. a lumbis & clunibus pulpamentum de ſe præbet, eaque corporis parte lautiſſimus eſt. Hor. 2. Serm. 4. 44.

Fecundi leporis ſapiens ſectabitur armos. Ter. Eun. 3. 1. 36.
Lepus tute es, & pulpamentum quæris. i. e. Quod in te habes, hoc quæris in altero. Et eſt πρόσωπον ἀπαγγελία. V. Donat. in Eunuch.

Lepus, Piſcis ex lacertorum genere. Plin. lib. 32. cap. 11.

LEPŎRĪNUS, a, um. Adj. [λαγῷος] Quod ex lepore eſt: ut, Leporinus cinis. Plin. lib. 28 cap. 11.

Lac leporinum. Varro 2. de R. R. cap. 11.
Lana leporina. Ulpian. in l. Si cui lana. § lana legata. ff. de legat. 3.

LEPORĀRIUM, i. n [λαγωτροφεῖον] Varro de R. R. lib. 3. cap. 3. Leporaria te accipere volo, non ea quæ tritavi noſtri dicebant, ubi ſoli lepores ſint, ſed omnia ſepta affixa villæ quæ ſunt, & incluſa habent animalia quæ paſcuntur. Ibid. cap. 12. V. Gell. lib. 2. cap. 20.

LEPUSCŬLUS, i. m. dimin. [λαγίδιον] Cic. 6. Verr. 47. Si minus ejuſmodi quippiam venari potuerant, illa quidem certe pro lepuſculis capiebantur, patellæ, pateræ, turibula. Sic 1. de Nat. Deor. 89. Var. 3. de R. R. cap. 3. Et Columel. in præf. lib. 9. [τὸ Pateræ apud Cic. mihi ſuſpectum eſt. Forte Crateræ legendum, aut omnino delendum, ut ex Gloſſa natum τοῦ Patellæ.

L E R

LERIA, orum. n. pl. [λῆρος] Feſtu, Ornamenta tunicarum aurea.

LERNA, æ. vel LERNE, es. f. [Λέρνη] Argivi & Mycenæi agri locus eſt, ſuper quem fuit Argos oppidum. Unde

LERNÆUS, a, um. Adj. [Λερναῖος] ut, Palus Lernæa, ubi fuit hydra quinquaginta capitum, ab Hercule interfecta Sunt qui ſcribant, Lernam regiunculam eſſe Arcadiæ, a Lerno rege cognominatam.

Alumni Lernæi. Stat. 4. Theb. 618.
Peſtis Lernæa. Lucret. lib. 5. 26.
Venena Lernæa. Ovid. 9. Epiſt. 115.

LERNĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [Λερνοφόρος] ut, Venenum Lerniferum. Ovid. 9. Epiſt 141. Sed Heinſius legit in letifero Eveno.

LĔRUS, i. f. [Λέρος] Inſula eſt in Icario mari. Strab lib. 10 extr.

LERVOSA, æ. f. teſte Ptolem. lib 2. cap. 6. Hiſpaniæ urbs: Straboni Dertoſa: Hodie *Tortoſa* dicitur. [Similitudo litterarum Λ & Δ cauſam mendi aperit in Ptolemæi codicibus.

L E S

LESBOS, i. f. [Λέσβος] Inſula in Ægæo, Æolicarum urbium metropolis, & univerſæ Troadis imperium obtinuit. Urbes in ea fuere memoratu dignæ, Mitylene, a qua nunc inſula vocatur, & Pyrrha in Occidentali litore ſita. Fuit & Ereſſos & Antiſſa cum portu, & Methymna.

LESBIUS, a, um. Adj. [Λέσβιος]

Plectrum Lesbium. Hor. 1. Carm. 26. 11.
Vina Lesbia. Hor. Epod. 9. 34.

LESBŌUS, a, um. aliud Adj. Hor. 1. Carm. 1. 34.

Lesboum refugit tendere barbiton.

LESBIĂCUS, a, um. Idem. Sidon. 9. Epiſt. 13. Juncto Lesbiaco ſive Anapæſtico.

LESBIS, ĭdis. [Λεσβὶς] patronym. f. a loco. Ovid. 3. Epiſt. 36.

— forma præſtante puellæ
Lesbides, everſa, &c. Idem 15. Epiſt. 199.
Lesbides æquoreæ nupturæ, nuptaque proles:
Lesbides Æolia nomina dicta lyra.

LESBIAS, ădis. f. [Λεσβιὰς] Gemma Lesbi patriæ nomen habens. Plin. 37. 10.

LESSUS, ûs. m. [ἀλοφυρμὸς] Lugubris ejulatio, eſtque vox fictitia per onomatopœiam. Cic. 2. de Legib 59. Mulier genas ne carpito, neve leſſum funeris ergo habeto. His enim verbis ſignificatur Lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi. Leſſum autem habere, ea dicitur forma, qua feriis habere, habere comitia: ut quum hera toti familiæ lamentationem imperat. Plaut. Truc. 4. 2. 18.

Thetis quoque etiam in lamentando leſſum fecit filio. [MSſ. Lanſum. Al. Luſum, quod probo. i. e. Operam luſit, Fruſtra lamentata eſt. Quod alibi Ludos facere dixit. ut Rud. 4. 1. 9.

LESTORUM, [Λῃστῶν] ſive Piratarum regio, in India, auctore Ptolem. lib. 7. cap. 2. Hodie regnum Pegu dicitur Hujus incolæ ſilveſtres eſſe dicuntur, & in ſpecubus habitare. Ferunt in ea eſſe corvos albos, & pſittacos.

LESTRYGŎNES, LAESTRYGONES, V. LÆSTRYGONES.

LESCHES, is. m. [Λέσχης] Antiquiſſimus τῆς μικρᾶς, ſcil. parvæ Iliadis, auctor. V. Salmaſ. Exercit. Plin. p. 598. ſq.

LĒSŪRA, æ. f. Fluvius in Moſellam influens. Auſon. in Moſella v. 365. V. Scalig. Auſon. Lect. 1. 2. pr.

LETHA.

LETHALIS, LETHALITER. V. LETHUM.
LETHARGUS, i. m. [λήθαργος] est Marcor & inexpugnabilis pene dormiendi necessitas, inquit Celf. lib. 3. cap. 20. pr. Perottus, Lethargus, morbus est quem Latini Torporem appellant. Dicitur autem Lethargus, ut quidam putant, ἀπὸ τῆς λήθης, h. e. ab oblivione. nam in eo morbo accidit oblivio omnium rerum: a pituita humidiora frigidioreque posteriores ventriculos cerebri occupante, in quibus est memoria. Plin. lib. 20. cap. 12. Præterea insaniam facere, & lethargos & jocineris vitia.
Undæ nigræ lethargi. Lucret. lib. 3. 841.
Adde quod in nigras lethargi immergitur undas. i. e. Obliviones similes iis quas facere dicitur aqua Lethæa.
Gravis lethargus. Lucret. lib. 3. 438.
Grandi lethargo oppressus. Hor. 2. Serm. 3. 145.
Gravi lethargo pressus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
LETHARGIA, æ. f. [ληθαργία] Idem. Plin. lib. 24. cap. 9. Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phrenesi.
LETHARGICOS, a, um. Adj. [ληθαργικὸς] ut, Morbus lethargicus. Plin. lib. 20. cap. 4. Gravedinem enim, morbumque lethargicum patitur.
LETHARGICUS, i. m. [ληθαργικὸς] Qui lethargia laboret. Plin. lib. 20. cap. 4. Hydropicis quoque ex aceto aut sinapi sumpta, & lethargicis. Idem lib. 26. cap. 11. Lethargicos excitari labor est.
LETHATUS, V. LETHUM.
LĒTHE, ēs. f. [λήθη] Fluvius quem apud inferos esse poetæ tradiderunt, cujus latices si quis gustaverit, omnium præteritarum rerum obliviscitur. Idcirco ἀπὸ τῆς λήθης, i. e. ab oblivione nomen habet. Datus est hinc fabulæ locus, quia morientibus omnium rerum oblivio surrepit. Constat autem hunc amnem in Africa circa extremum Syrtium cornu, Beronicen urbem alluere: sed enim apud veteres fama fuit ad ea loca inferna inundationa prorumpere. Lucan. lib. 9. 355.
Quam juxta Lethes tacitus prælabitur amnis,
Infernis (ut fama) trahens oblivia venis.
Secura Lethe. Ovid. 2. de Pont. 4. 23.
LETHÆUS, a, um. [ληθαῖος] Adj. Lucan. lib. 3. 28.
Non me Lethææ, conjux, oblivia ripæ
Immemorem fecere tui.
Amnis Lethæus. Virg. 6. Æn. 705.
Aquæ Lethææ. Ovid. 1. Trist. 7. 36.
Fluminis Lethæi unda. Virg. 6. Æn. 714.
Janitor Lethæus, Canis. Stat. 3. Silv. 2. 112.
Papavere Lethæa, Somnifera. Virg. 4. Georg. 545.
Ripæ Lethææ oblivia. Lucan. lib. 3. 28.
Somnus Lethæus. Virg. 1. Georg. 78.
LETHIFER, V. LETHUM.
LETHUM, vel potius LETUM, i. n. [θάνατος] Mors. Secundum Priscianum lib. 9. extr. a Leor simplici fit, quo veteres usi sunt pro Deleo, quoniam est ipsa res, quæ delet vitam. Quæ opinio si vera est, aspirationem non recipit Letum. Apuleius a Luo deducit, ideoque per æ scribi præcepit [ubi?] Varro de L.L. 6. 1. & Festus a λήθη, i. e. ab oblivione fieri putant, unde & per TH, absque diphthongo scribunt. [Immo & in ipsis Varronis codd. Letum cum tenui scribitur.] Alii per antiphrasin dictum volunt, quasi Minime lætum. Liv. 2. 40. Abductis deinde legionibus ex agro Romano, invidia rei oppressum perisse tradunt: alii alio leto.
Dolor ac morbus leti fabricator uterque. Lucret. lib. 3. 473.
Genus miserabile leti. Ovid. 1. Trist. 2. 51.
Limen leti. Lucret. lib. 6. 1155.
Sopor consanguineus leti. Virg. 6. Æn. 278.
Vis horrida leti. Lucret. lib. 3. 171.
Voluntas animosa leti. Stat. 9. Theb. 80.
Felices leti. Sil. lib. 4. 398.
Ignobile letum. Sil. lib. 3. 118.
Memorabile letum. Sil. lib. 11. 173.
Nobile letum Catonis. Hor. 1. Carm. 12. 36.
Absumere animam leto. Virg. 3. Æn. 654.
Adimere aliquem leto. Hor. 3. Carm. 22. 3.
Avehi instanti raptum leto. Sil. lib. 17. 385.
Devitari non potest letum. Lucret. lib. 3. 1092.
Dare aliquem leto. Virg. 5. Æn. 806.
Eripere se leto. Virg. 2. Æn. 134.
Ferre letum. Virg. 11. Æn. 872.
Interire leto, vel perire. Cic. 1. de Divin. 26.
Labuntur lumina leto. Virg. 11. Æn. 818.
Offerre caput leto. Lucret. lib. 3. 1054.
Ostentant omnia letum. Catull. Argon. 62. 187.
Parere sibi letum manu. Virg. 6. Æn. 434.
Perire præcipiti leto. Senec. Hippol. 2.
Prævertit celeri tristia leto. Lucan. lib. 8. 50.
Sternere leto aliquem. Virg. 8. Æn. 566.
Volvi leto. Virg. 9. Æn. 455.
LETHĀLIS, vel potius LETALIS, e. Adj. Mortiferum. Plin. lib. 11. cap. ult. Homini non utique septimo (subaudi Die) letalis inedia. Durasse & ultra undecimum plerosque certum est. scilicet Diem.
Ensis letalis. Ovid. 13. Met. 392.
Hiems letalis. Ovid. 8. Met. 817.
Frigus letale. Ovid. 2. Met. 611.
Jaculum letale. Ovid. 5. Met. 182.
Serpens letalis. Stat. 6. Theb. 40.
Vulnus letale. Virg. 12. Æn. 749.
Minari letale. Stat. 4. Silv. 4. 84.
LETALITER, Adv. Plin. lib. 11. cap. 37. Oves quidem letaliter circum renes concreto pingui.
LETABILIS, e. Idem quod Letalis. Ammian. 19. 4. Lues veloci velocitate letabilis.
LETIFER, ĕra, ĕrum. Adj. Quod infert mortem. Columel. lib. 7. cap. 12. Et (ut plurimi pastores affirmant) rabies arcetur, letifer morbus huic generi. De canibus.
Æstus letifer. Ovid. 7. Met. 532.
Anguis. Stat. 5. Theb. 628.
Annus. Virg. 3. Æn. 139.
Arcus. Virg. 10. Æn. 169.
Cædes. Claud. In Conf. Prob. & Olyb. 19.
Certamen belli. Catul. Argon. 62. 394.
Dextra. Ovid. 12. Met. 606.
Ictus. Ovid. 8. Met. 362.
Locus letifer. Ovid. 5. Met. 133.
Sanguine letifero totus miscebitur orbis. Ovid. 1. Fast. 123.
LETIFICUS, a, um. Idem. Stat. 8. Theb. 2. Domus letificæ. Al. Lætificæ.
LETHO, vel potius LETO, āre. Interficere, leto dare. Virg. in Culice, v. 322.
Rursus acerba fremunt, Paris hunc quod letat, & hujus
Alma dolis Ithaci virtus quod concidit icta.
LETĀTUS, a, um. Partic. ut, Letata corpora, Morte mulctata & interempta. Ovid. 3. Met. 55. de sociis Cadmi interemptis a serpente,
Ut nemus intravit, letataque corpora vidit,
Victoremque supra spatiosi corporis hostem.
LĒTHUSA, æ. f. [ληθοῦσα] Papaver soporiferum. Apul. de Herb. cap. 53.

L E V

LEVAMEN, sive LEVAMENTUM, LEVATIO. V. Levo, in LEVIS.
LEUCA, æ. f. Spatium, quo Galli terras sive itinera metiebantur, quale apud Persas Parasanga; apud Romanos Milliarium dicebatur. Erat mille & quingentorum passuum. Papias in Glossas. Ammian. 16. 23. A loco, unde Romana promota sunt signa, ad usque vallum barbaricum, quarta leuca signabatur & decima, i. e. unum & viginti millia passuum. Alii aliter legunt. V. Barth. & Nithard. ad Rutil. 2. 8. Voss. de Vit. Serm. 3. 39. & Vales. ad l. c. Ammian. p. 140.
LEUCACANTHA, æ. f. [λευκάκανθα] Herba in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ commanducata dentium dolorem sedat. Plin. lib. 22. cap. 16.
LEUCACHĀTES, æ. m. [λευκαχάτης] Gemma quæ alba est. Plin. lib. 37. cap. 10.
LEUCADIA, æ. f. [Λευκαδία] Insula est contra Ambracium sinum, ut est auctor Pomponius Mela lib. 2. 7. quondam Neritis appellata, opere accolarum abscissa a continenti, ac reddita ventorum flatu, congeriem arenæ accumulantium, ut ait Plin. lib. 4. cap. 1. Dicitur &
LEUCAS, ădis. f. [Λευκὰς] Insula, quæ superioribus annis (ut Strabo auctor est lib. 1.) litus extitit: quæ insula effecta est. Et lib. ejusdem Strabonis 10. legimus, Corinthii Cherronesi terra angusta effossa, Leucadem in insulæ formam redegerunt, & in eum locum transportata Nerito, qui quondam fuerat Isthmus, nunc vero fretum & euripus est, ponte injecto, mutato nomine dixere Leucadem: sumpto (ut reor) a Leucate vocabulo. Hæc insula hodie vocatur *Sancta Maura*. Ut scribit Pompon. lib. 2. cap. 3. Leucas Leucadiæ, regionis ejusdem Acarnaniæ, oppidum est. Sic & Plin. Liv. aliqua distinguunt. Poetæ fere oppidi nomen insulæ tribuunt.
Aspera Leucas. Lucan. lib. 1. 43.
LEUCADIUS, a, um. [Λευκάδιος] Adj. ut, Aqua Leucadia. Ovid. 15. Epist. 180.
Deus Leucadius, Apollo. Ovid. 5. Trist. 2. 76. & 3. 1. 42.
Vertex Leucadius. Lucan lib. 5. 638.
Unda Leucadia. Ovid. 15. Epist. 183.
LEUCÆTHIŎPES, um m. pl. [Λευκαιθίοπες] ut ait Plin. lib. 5. cap. 7. Populi sunt qui primi omnium cum Libyægyptiis in interiori ambitu Africæ ad Meridiem versus, superque Gætulos intervenientibus desertis, habitant. A quibusdam Leucæ Æthiopes, & Libyi Ægyptii scribitur: quod Hermolao non placet.
LEUCĂGUS, i. m. Viri nomen proprium. de quo Virg. 10. Æn. 586.
Excussus curru, moribundus volvitur arvis. Alii scribunt Lucagus.
LEUCANTHĔMIS, ĭdis. f. [λευκανθεμὶς] Herba. Plin lib. 22 cap. 21. Anthemis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. Aliqui Leucanthemida vocant, alii Leucanthemum, alii Eranthemon: quoniam vere floreat: alii chamæmelon, quoniam odorem mali habeat: nonnulli melanthemon vocant. Genera ejus tria flore tantum distant, palmum non excedentia, parvisque floribus ut rutæ candidis, aut malinis, aut purpureis.
LEUCANTHES, is. f. [λευκανθὲς] ita alii Parthenium vocant. Plin 21 30.
LEUCANTHUS, i. m. [λευκάνθος] Herba. Apul. de Herb. cap. 98.
LEUCARGILLOS, i. f. [λευκάργιλλος] Plin. lib. 17. cap. 7. Leucargillon vocant candidam argillam, qua in Megarico agro utuntur.
LEUCAS, V. LEUCADIA.
LEUCASPIS, is. m. cum Ænea in Italiam navigans, Troja diruta, procella oborta obrutus, teste Virg. 6. Æn. 334.
LEUCASPIS, ĭdis. Adj. [λεύκασπις] Candido scuto utens Macedonum phalanx. Liv. 44. 41. Secundam legionem L. Albinus consularis ducere adversus leucaspidem phalangem jussus.
LEUCĀTES, æ. m. [Λευκάτης] Mons, seu promontorium prope Sinum Ambracium in Epiro, mare intrans. Virg. 3. Æn. 274.
Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis. Dictus Leucates (Λευκάτης ut ait Strab. lib. 10.) a petra ejusdem nominis, coloris albi, in pelagus projecta: in qua est Apollinis fanum. Al. Leucate, æ. f.
Nubifer Leucates. Claud. de Bell. Get. 186.
LEUCE, es. f. [Λευκὴ] auctore Plin. lib. 5. cap. 39. Oppidum est in finibus Ioniæ, quod etiam insula fuit.
Est præterea, eodem lib. 4. c. 13. & Mela 2. 7. pr. auctoribus, Insula Ponti Borysthenis ostio objecta, parva admodum: & quod ibi Achilles sepultus est, Achillæa dicta: eadem & Macharon appellata. [an Macharion?
LEUCE, [λευκὴ] Vitiliginis species. V. ALPHOS.
LEUCĒŌRON, i. n. [λευκέωρον] Herba eadem, quæ & Leontopodion, de qua supra. V. Plin. 26. 8. Apul. de Herb. cap. 7.
LEUCIPPIS, ĭdos. f. Patron. i. e. Leucippi filia, quod Epitheton Phœbes, quam amabat Castor, occurrit apud Propert. 1. 2. 15. V. Hygyn. F. 80.
LEUCIPPUS, i. m. [Λεύκιππος] Eleates, seu Abderites, seu Milesius, ut aliis placet, Philosophus, Zenonis Eleatis auditor, qui omnia pleno & inani constare dixit, ut est apud Cic. 4. Acad. 118. Ejus placita plenius exponit Diogen. Laërt. lib. 9. §. 30.
LEUCOÆTHIOPES, Æthiopum natio. V. LEUCÆTHIOPES.

LEUCOCHRYSOS, i. m. [λευκόχρυσος] Gemma, quæ fit chrysolitho interalbicante. Plin. lib. 37. cap. 10.

LEUCOCOMUS, a, um. [λευκόκομος] Albente coma, seu fronde præditus, ut, Punica mala leucocoma. Plin. 13. 19.

LEUCOGEA, æ. f. [λευκογαία] Gemma, quæ & Leucographia. q. V. Plin. lib. 37. cap. 10.

LEUCOGÆUS, a, um. Adj. [λευκόγαιος] Cujus terra alba est, ut, Collis Leucogæus. Plin. 18. 11.

LEUCOGÆI, ōrum. m. pl. [λευκόγαιοι] Plin. lib. 35. cap. 15. colles sunt in Italia in Neapolitano Campanoque agro, inter Puteolos & Neapolim, in quibus invenitur alumen simul & sulphur.

LEUCOGRAPHIS, ĭdis. f. [λευκογραφίς] Lapis Ægyptiacus, a lacteo colore nominatus. Plin. 27. 11. & Diosc. 5. 100.

LEUCOGRAPHIA, æ. f. [λευκογραφία] Gemma, forsan eadem, quæ & Leucogæa, & Galactites. Plin. 37. 10.

LEUCOION, i. n. [λευκόιον] Plin. de chalcantho lib. 34. cap. 12. Sed ex eo candidum colorem sentientem violam, leucoion appellant. Sed ne quis hallucinetur, sciendum est Leucoii nomine omnia Violarum genera comprehendi, sed coloris alio addito nomine: unde Leucoia candida dixit Columel. lib. 10. 97. Dicuntur & Leucoia lutea, purpurea, &c.

LEUCŌMA, ătis. n. [λεύκωμα] Album dicitur: h. e. Tabula illa in qua judicum descripta erant nomina, & in qua singulorum annorum acta litteris mandabantur a Pontifice maximo. Pittacium alias dicitur, & Matrix, seu Matricula. Hermolaus.

Accipitur & Leucoma pro Albo ovi, & pro Oculorum albugine, vel potius morbo, corneam tunicam macula alba obfuscante.

LEUCON, onis. m. [Λεύκων] Rex Ponti a fratre Oxilocho interfectus, quod cum ejus uxore adulterii & incestus consuetudinem haberet. Ovid. in Ibin, 310.

Item Leucon, Agricola; de quo proverbium, Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. V. Alia Leucon, &c. in ALIUS.

LEUCONIUM, sive LEUCONICON, i. n. [γνάφαλον] Tomentum dicitur. Martial. lib. 11. 22.

Culcitra leuconio quam viduata suo. Al. Leuconico. Idem lib. 14. 159.

Accipe leuconicis vellera rasa fagis. Sic MSS. Legitur & Lingonicis. conf. 160.

LEUCŎNŎE, ĕs. f. [Λευκονόη] Nomen proprium Græcum est e mentis candore: quanquam candidam mentem Græci interdum pro mala etiam dicunt, nisi apud Hesychium ψυχρᾶν pro χρηστὴν legas, quod legendum reor. Turneb. 11. 28.

LEUCONOTOS, i. m. [λευκόνοτος] Candidus Auster, ventus. Auson. Edyll. 12. 55.

Velivolique maris constrator Leuconotos Libs.

LEUCOPĔTRA, æ. f. [Λευκοπέτρα] Promontorium Siciliæ. Cic. 1. Philip. 7. Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontorium agri Rhegini, venti detulissent.

LEUCOPHÆUS, a, um. Adj. [λευκόφαιος] Color nativus ex albo & nigro nomen trahens, λευκὸς, album: φαιὸς, medium inter album & nigrum, i. e. fuscum & pæne nigrum. Plin. lib. 32. cap. 10. Jecur rubetæ vel cor adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodest. Idem lib. 24. cap. 12. Purpurea aut leucophæa, & quæ facillime diluitur. Vitruv. lib. 8. cap. 3. Censet Baysius eum esse colorem quem Cinericium vocamus.

LEUCOPHÆĀTUS, a, um. Adj. [λευκοφαιατός] Leucophæo colore indutus: cujusmodi sunt Franciscani, aut quos vulgus Italorum *Beretinos* vocat. Martial. 1. 97.

Amator ille tristium lacernarum,
Et bæticatus atque leucophæatus.

LEUCŎPHLEGMATIAS, æ. m. [λευκοφλεγματίας] certa Hydropis species, (hæc enim vox subauditur) qua tumores per totum corpus oriuntur, quæ & Anasarca dicitur. V. Cels. 3. 21. [Vulgo perperam f. Leucophlegmatia usurpant, quasi ex Gr. λευκοφλεγματία.

LEUCOPHORUM, i. n. [λευκόφορον] Glutinum auri. Plin. lib. 35. cap. 6. & lib. 23. cap. 3.

LEUCOPHTHALMOS, i. m. [λευκόφθαλμος] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Leucophthalmos rutila alias, oculi speciem candidam, nigramque continet.

LEUCŎPIS, ĭdis. f. [λευκῶπις] Albos oculos habens. Ita Græci vocant artemisiam ob flores albos. Apul. de Herb. cap. 10.

LEUCOS, i. m. [λευκὸς] Ardeolæ genus. Plin. 10. 60. & 11. 37. Alias Gr. λευκερωδιός.

LEUCŌSIA, æ. f. [Λευκωσία] Insula contra Pæstanum sinum, in mari Tyrrheno Lucaniæ adjacens, ut Strab. lib. 6. refert: parvum ad continentem habens cursum.

LEUCOSTICTOS, i. m. [λευκόστικτος] Lapis ab albis punctis nomen habens. Plin lib. 36. cap. 7. Rubet porphyrites in eadem Ægypto: ex eo candidius intervenientibus punctis, leucostictos vocatur.

LEUCOSYRI, orum. pl. m. [Λευκόσυροι] Cappadoces olim dicti, teste Strab. lib. 12. & Plin. 6. 3.

Leucosyrorum cubitus, Ptolem. lib. 5. cap. 6. Cappadociæ locus. hodie Lirus.

LEUCOTHĔA, æ. f. [Λευκοθέα] Aurora: quasi alba dea. Cic. 1. Tusc. 28. Quid Ino Cadmi filia, nonne Leucothea nominata a Græcis, Matuta habetur a nostris? Sic 3. de Nat. Deor. 39.

LEUCOTHŎE, vel LEUCOTHEE, es. f. [Λευκοθόη, ἢ Λευκοθέη] Ovid. 4. Met. 468. fuit Orchami Babylonii ex Eurynome filia, quam a Phœbo gravidam factam, pater crudeliter defodit vivam. Sed Phœbus mutavit eam in arborem tus ferentem. Est etiam Asiæ Regio turifera. V. Plin. 5. 9.

LEUCŎZŌMOS, a, um. Adj. [λευκόζωμος] Albo jure conditus. ut, Pullus leucozomus. Apic. 6. 9. Aliis est Leucozumus.

LEUCRION, i. n. herba, Cynoglossa. Apul. de Herb. cap. 96.

LEUCTRA, orum. per c ante t, n. pl. [Λεῦκτρα] Oppidum est Bœotiæ. De eo Cic. 1. Tusc. 110. Et 2. Off. 61.

LEUCTRA, æ. f. [Λεῦκτρα] Idem. Solinus enim cap. 12. §. 250. Leuctras videtur usurpasse.

LEUCTRUM, [Λεῦκτρον] Laconicæ oppidum, a Leuctris Bœotiæ denominatum.

LEUCTRĬCOS, a, um. Adj. [Λευκτρικὸς] Cic. 1. Tusc. 110. Priusque Leuctra tollentur, quam pugnæ Leuctricæ gloria. Leuctricam pugnam appellat, in qua Thebani apud Leuctra vicum Bœotiæ, res Lacedæmoniorum gloriamque attriverunt. V. Cæl. lib. 5. cap. 8.

LEVI, præteritum a Leo, les. V. LEO.

LEVI, m. [Λευὶ] erat tertius Jacobi filius ex Lea. Genes. cap. 29. Hinc

LEVITA, vel LEVITES, æ. m. [Λευίτης] Qui est ex familia Levi, cui rerum sacrarum administratio tradita apud Israelitas fuit. V. Num. cap. 3. 4. & Arat. 1. 600.

Levitæ etiam Evangelii Ministri dicuntur a Christianis scriptoribus. V. Isidor. 7. 12. Sidon. 9. Epist. 2. & Hieron. T. 4. lib. 7. de Ordin. Eccl.

LEVITICUS, a, um. Adj. [Λευιτικὸς] ut, Genus Leviticum. Vulg. Interpr. Deut. 17. 9. Stirps Levitica. Vulg. Interpr. Jos. 3. 3.

LEVITICUS, i. m. [Λευιτικὸς] Liber tertius Pentateuchi, seu librorum Mosis appellatur, eo quod Levitarum ministeria exsequitur, inquit Isidor. 6. 2. conf. Tertull. advers. Gnostic. cap. 2. & advers. Marc. 4. 23.

LEVITONARIUM, i. n. Colobium sine manicis. Isidor. Gloss.

LEVIATHAN, anis. m. [λευιαθὰν] Bellua marina. Job cap. 40. & 41. V. Bochart. Hieroz. 2. 5. 16.

LEVICULUS, LEVIUSCULUS, seu LEVISENSUS, V. LEVIS.

LEVIGO, V. Lævigo in LÆVIS.

LEVIPES, V. LEVIS.

LĒVIR, iri. m. [δαὴρ] Fest. Levir, est Uxoris meæ frater. Nonius 19. 5. Levir dicitur Frater mariti, quasi levus vir. Modestinus Jurisc. de Gradibus affinitatis. l. Non facile, Viri frater, levir est: apud Græcos δαὴρ appellatus, ut est apud Homerum relatum: sic enim Helena ad Hectorem dixit,

Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης. I. e. *Levir mei canis*, omnis mali causatricis horridæ.

LĔVIS, e. Adj. [κοῦφος, ἐλαφρὸς] Quod sine pondere est. Leve dicitur proprie, Quod facilius sursum attollitur quam deorsum tendat. Virg. 10. Æn. 169. Corytique leves humeris, & letifer arcus. Sic, Leve pondus. Plin. lib. 12. cap. 9.

Animæ leves. Lucret. lib. 3. 419.

Arma levis. Ovid. 3. Trist. 12. 19.

Armaturæ levis milites. V. ARMA. Cic. 10. Philip. 14. Nostræ sunt legiones, nostra levis armatura, nostri equitatus, &c. h. e. Pedites levius armati.

Armaturæ levis excursio in oratione, eleganter dicitur pro Prima argumentorum leviorum textura. Cic. 2. de Divin. 26. Sed hæc fuerit nobis tanquam levis armaturæ prima orationis excursio: nunc cominus agamus, experiamurque, si possimus, cornua commovere disputationis tuæ.

Currus levis. Ovid. 1. de Arte Am. 4.

Equus, Celer. Valer. 6. Argon. 240.

Piper leve, Quod pondere tale apparet. Plin. lib. 12. cap. 7.

Pondus leve. Ovid. 2. Met. 161.

Rota, Volubilis. Virg. 1. Æn. 151.

Stipula. Virg. 1. Georg. 85.

Foliis levior. Ovid. 5. Epist. 109.

Levis homo, Inconstans, & qui facile opinionem mutat. Plaut. Trin. 5. 2. 47.

Auctor levis, nec satis fidus super tanta re. Liv. 5. 15. extr.

Homo levis, Vilis & abjectus. Plaut. Men. 3. 2. 23.

— quid ais, homo
Levior quam pluma, pessume & nequissume? Cic. de Amicit. 91.
Levium hominum atque fallacium, &c.

Judex nequam & levis. Cic. 4. Verr. Et pro Cluent. 75. Leves ac nummarii judices.

Vulgus leve. Ovid. 10. Met. 53.

Levia hæc sunt, quæ & tu pergravia esse in animum induxti tuum. Ter. Hec. 3. 1. 12. i. e. Inutilia & vana.

Acumen leve mentis discurrit. V. ACUMEN.

Brachio levi aliquid agere, i. e. Indiligenter. Cic. 4. Att. 16. V. BRACHIUM.

Causæ leves. Ter. Hec. 3. 4. 12.

Olim quidem te causæ impellebant leves. i. e. Facile commovebaris. Cic. 3. de Finib. Qui leviori de causa.

Colla levis. Propert. lib. 2. 3. 13.

Cura levior. Virg. 3. Georg. 305.

Dolor levis, Parvus. Cic. 1. de Fin. 40. Quod mors sensu careat, dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis soleat esse, ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem allevatio consoletur.

Fortuna levior malorum. Ovid. 4. Trist. 1. 61.

Fortunam facere levem. Stat. 1. Theb. 177.

Gratia levis. Plaut. Pœn. 3. 6. 17.

Jactura levis. Claud. 2. in Eutrop. 118.

Impensa levis. Ovid. 2. de Arte Am. 255.

Insania levis. Hor. 2. Epist. 1. 118.

Juventus levis. Hor. 2. Carm. 11. 6.

Labor levis. Ter. Heaut. 2. 4. 19.

Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leves.

Labor levior, minorque. Ovid. 1. de Pont. 4. 25.

Munus leve. Ovid. 1. Met. 620.

Nomine leviori appellare, Minus odioso. Cic. pro Rosc. Amer. 93. Sin eos, quos, qui leviore nomine appellant, percussores vocant, &c. Nomen enim percussoris levius est quam Sicarii.

Noxa levis. Ter. Hec. 3. 1. 32.

Poena levior. Ovid. 1. Amor. 1. 4.

Pretium levius. Ovid. 3. de Arte Am. 272.

Reprehensio levis. Cic. 4. Acad.

Res leves. Virg. 4. Georg. 3.

Ruina non levis. Hor. 2. Carm. 19. 15.

Scriptura levis. Ter. in prol. Phorm. 5.

Qui ita dictitant, quas antea fecit fabulas,
Tenui esse oratione, & scriptura levi.

Servitutem levem reddere. Plaut. Capt. 2. 1. 4.

Nunc servitus si evenit, ei vos morigerari mos bonus est,
Eamque herili imperio, ingeniis vostris levem reddere. Al. Lenem.

Spes leves. Hor. 1. Epist. 5. 8.

Somnus levis. Virg. 5. Æn. 838.

Tactus levis. Plin. lib. 11. cap. 53.
Verba leviora foliis. Ovid. 2. Amor. 16. 45.
Versus leves. Hor. de Arte Poet. 231.
Vina levia: i. e. Tenuia. Plin. ait lib. 23. cap. 1. Levissimum vinum esse, quod celerrime inveteratur.
Umbra levis. Tibul. lib. 2. 5. 96.
Vomere levi admodum sauciare summam partem terræ: h. e. Leviter terram arare. Columel. lib. 2. cap. 2.
Usus non levis amicitiæ, i. e. Non mediocris. Ovid. de Rem. Amor. 590.
Vulnus leve. Ovid. 3. Met. 87.
Habere aliquid in levi. Tacit. 2. Hist. 21. 4. Quocunque casu accidit, dum atrociora metuebantur, in levi habitum.
Levis, Non arduus. V. Leve fastigium, in FASTIGIUM.
Levis, cum Infinitivo. Sil. lib. 16. 488.
Omnes ire leves, atque omnes vincere digni. h. e. Agiles ad cursum.

LEVĬTAS, ātis. f. [κουφότης, ἐλαφρότης] de Re quæ exiguo vel nullo pondere est, dicitur. Plin. lib. 12. cap. 12. Sincerum quidem levitate deprehenditur. Idem lib. 11. cap. 23. Nec puduit has vestes usurpare etiam viros, levitatem propter æstivam.
Volucri levitate ferri. Lucret. lib. 4. 203.
Levitas, Inconstantia, vilitas. Cic. 4. Acad. Ut omittam levitatem temere assentientium, &c.
Vana levitas incertæ mentis. Sil. lib. 16. 148.
Constans in levitate fortuna. Ovid. 5. Trist. 8. 18.
Convincere levitatis. V. CONVINCO.
Culpanda levitas. Ovid. 2. de Arte Am. 429.

LEVĬTER, Adv. [κούφως, μέτρως] Sine pondere.
Agnoscere Leviter. Cic. 2. de Fin. 33. Sunt & in animo præcipua quædam, & in corpore: quæ quum leviter agnovit, tunc discere incipit.
Aspersus leviter, Subaudi Probris. Cic. 6. Fam. 6. Eodem fonte se haustrum intelligit laudes suas, e quo sit leviter aspersus.
Attingere leviter studia, pro Parvo tempore litteris operam dare, & quasi a limine salutare ipsa studia. Sueton. de Clar. Grammat. 9. Functusque militia, studia repetiit, quæ jam inde a puero non leviter attigerat.
Attingere aliquid leviter in transitu. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Dicere levissime. Cic. 3. in Catil. 17. Tamen, ut levissime dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset.
Diffidere leviter. Cic. 1. Att. 10. Ejus autem Collega & in me perhonorificus, & partium studiosus, ac defensor bonarum: quin nunc leviter inter se diffident. h. e. Aliquantum diffident. Tale est & illud 2. Att. 1. Mihi quod defendissem, leviter succensuit.
Dolere leviter. Ovid. 10. Met. 138.
Eminere leviter. Cic. 2. de Nat. Deor. 143. Genæ deinde, ab inferiore parte tutantur subjectæ, leviterque eminentes. i. e. Paululum.
Eruditus leviter homo, i. e. Mediocriter. Cic. 3. de Orat. 24.
Ferre levissime, h. e. Facile & patienter. Cic. de Prov. Conf. 47. Hoc velim probare omnibus, P. C. sed levissime feram, si forte bis aut minus probaro, qui meum inimicum repugnante vestra auctoritate texerunt, &c.
Fundata leviter fides. Liv. 2.
Inflexum leviter, h. e. Parum incurvum vel paululum. Cic. 1. de Divin. 30. Bacillum incurvum, & leviter a summo inflexum.
Læsus levissime. Plin. Epist. 30. pr. lib. 6. Villa Camilliana, quam in Campania possides, est quidem vetustate vexata: ea tamen quæ sunt pretiosiora, aut integra manent, aut levissime læsa sunt.
Ligurire non timide, nec leviter aliquid. Cic. 5. Verr. 177.
Ornatus leviter. Cic. in Orat. 21. Alii in eadem jejunitate concinniores, id est, faceti, florentes etiam & leviter ornati.
Saucius leviter. Cic. 2. de Invent. 154.
Succensere alicui leviter. Cic. 2. Att. 1. Mihi quod defendissem, leviter succensuit. i. e. Aliquantum.
Tangere aliquid leviter. Cic. pro Rosc. Amer. 83. Tametsi neque omnia dicam, & leviter unumquodque tangam. h. e. Obiter, & quod dicitur, in transcursu.
Velle bene alicui leviter. Plaut. Pœn. 3. 3. 26.
Quanquam bene volumus leviter lenonibus. [Junge, Benevolumus.
Levius, pro Minus, adverbium quantitatis: ut illud Caton. dist. 2. 24.
Nam levius lædit quicquid prævidimus ante. Sic apud Hor. 2. Serm. 7. 19. — quanto constantior idem
In vitiis, tanto levius miser.
Dolere levius. Ovid. 1. de Ponto 9. 30. Et in Ibin 255.

LEVĬCŬLUS, a, um. [κουφότερος] Adj. dimin. Cic. 5. Tusc. 105. Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia est: insusurrantisque alteri, Hic ille Demosthenes.
LEVĬCŌMIS, e. vel LEVICOMUS, a, um. Adj. Fulgent. 1. Mythol.
LAVIDANSUS, a, um. & LAVIDANSIS, e. Adj. Cic. 9. Fam. 12. Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque eam tibi misi, quam velim sic legas, ut causam tenuem & inopem, nec scriptione magnopere dignam. Sed ego hospiti veteri & amico, munusculum mittere volui levidense, crasso filo, cujusmodi ipsius solent esse munera. Servius ostendit, Levidensam vestis esse genus vile, raro, tenuique textu. Quondam inter hospitum xenia, vestes in primis erant. Unde & apud Juven. 9. Sat. 30. queritur quispiam vestes donari, villo crasso, coloreque malo,
Et male percussas textoris pectine Galli. Proinde M. Tullius orationem suam parum elaboratam, atque expolitam, Levidense munus appellat. Eleganter accommodabitur ad munus leviculum, aut officium vulgare, non admodum ex animo, neque diligenter præstitum amico cuipiam vulgari. Eras. Levidensa dici videntur, quasi Leviter & negligenter densata textaque. V. Isidor. 19. 22. Et Interpr. ad Cic. loc. cit.
LAVENNA, æ. m. pro Homine levi dixit Laberius apud Gell. 16. 7. V. loc.
LEVĬFĂCIO, ĕre. Gloss. Lat. Gr. Levefecit, ἐλεήνατο.
LEVĬFĬDUS, a, um. Adj. [κουφόπιστος] Qui levi fide est. Plaut. Perf. 2. 3. 61. Omnes sunt lenæ levifidæ. Plautina dictio est.
LĔVĬPES, ĕdis. Adj. [ἐλαφρόπους] Celer & pedibus levis. Varr. 3. de R. R. cap. 12. Lucius Ælius putabat ab eo dictum leporem a celeritudine, quod levipes esset.
LEVĬSOMNUS, a, um. Adj. [κουφόϋπνος] Quod levi somno est: elegans canum epitheton, qui levi somno premuntur. Lucret. lib. 5. 862.
Et levisomna canum fido cum pectore corda.

LĔVO, [αἴρω, ἀείρω] āre. In altum tollere, veluti leve quiddam.
Manum levare. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Membra levare cubito. Ovid. 21. Epist. 16.
Palmas levavit ad cælum. Stat. 11. Theb. 556.
Se levare de. Ovid. 2. Met. 427.
— de cæspite virgo Se levat. i. e. Surgit.
Levare in sublime. Plin. lib. 2. cap. 16.
Levare, Auferre. Virg. 2. Æn. 146.
— atque arcta levari
Vincla jubet Priamus. Cic. 1. Tusc. 118. Emittique nos e custodia, & levari vinculis arbitremur.
Levare [κουφίζειν] aliquem onere, & Levare alicui onus, Exonerare. Virg. 9. Ecl. 65. — ego hoc te fasce levabo. Cic. 3. Fam. 12. Leva me igitur hoc onere.
Levari a pœna. Plin. lib. 28. cap. 4.
Auxilio levare aliquem. Virg. 2. Æn. 452.
Ægritudine Levare. Cic. 9. Att. 6. Longior vero epistola non me solum, sed meos omnes ægritudine levavit. Sic Levare cruciatu, Idem 4. de Fin.
Amicitias levare remissione usus. Cic. de Amicit. 78. Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus levandæ: & (ut Catonem dicere audivi) dissuendæ magis quam discindendæ. i. e. Sensim levius colendæ, inquit Budæus.
Angorem levare Cic. 1. Att. 15. Tu autem qui sæpissime curam & angorem animi mei sermone & consilio levasti tuo.
Animum levare exercitatione, Recreare. Cic. de Senect. 36. Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt, animi autem se exercendo levantur.
Animum religione levare. Liv. 21. 62. Magna ex parte levaverunt animos religione.
Atrocitatem alicuius rei levare. Cic. pro Quint. 52. Si res ista gravissima sua sponte videretur, tamen ejus atrocitas necessitudinis nomine levaretur. h. e. Minueretur, levior efficeretur.
Auctoritatem suam levare inconstantia: i. e. Minuere. Cic. 4. Acad. 69.
Annonam levare, & Populum levare, frumento suppeditato in caritate annonæ: h. e. Populo annonæ penuria laboranti subvenire. Liv. 26. 40. ad fin. Cic. pro Corn. Balb. 40. Hoc tempore ipso populum Rom. quem in caritate annonæ, ut sæpe ante fecerant, frumento suppeditato, levaverunt.
Calamitatem innocentium levare. Cic. pro Rosc. Amer. 7. Deinde a vobis, Judices, ut audaciam sceleri resistatis, innocentium calamitatem levetis, &c.
Cladem levare auctore. Ovid. 2. Met. 281.
Si placet hoc, meruique, quid ó tua fulmina cessant
Summe deûm? liceat perituræ viribus ignis,
Igne perire tuo, clademque auctore levare. Verba sunt Terræ ad Jovem.
Cruciatum levare. Cic. 7. Verr. 117. Ut levandi cruciatus sui gratia lictori pecunia daretur.
Cura aliquem levare. V. CURA.
Curas & sitim levare vino. Ovid. 12. Met. 156.
Cura levanda verbis. Ovid. 5. Fast. 237.
Dentes levare penna. Martial. lib. 14. 22. h. e. Purgare.
Dolorem levare alicujus. Cic. ad Brut. 9. Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teque per litteras consolarer, nisi scirem his remediis, quibus meum dolorem tum levasses, te in tuo non egere.
Facinus levare alicujus. Liv. 4. 17. pr. h. e. Excusare, & minus grave dicere.
Famem levare fronde & cæspitibus. Ovid. 14. Epist. 96.
Fœnus levare, & Fœnore levari. Liv. 6. 27. & 32. & 39.
Ictum serpentis levare, Sanare. Plin. lib. 7. cap. 2.
Injuriam levare. Cæs. 1. Bell. Civil. 9.
Inopiam levare. Cæs. 3. Bell. Civil. 48.
Invidia levari. Cic. 15. Att. 2. Balbum levari invidia per nos velim.
Invidiam levare. Vellei. 2. 31. 4. Sed interdum persona, ut exemplo nocet, ita invidiam auget aut levat.
Laborem alicui levare. Virg. 1. Æn. 330.
— nostrumque leves quæcunque laborem. Ubi Servius; Leves, Levem facias.
Laborum, vel Labore levare aliquem. Plaut. Rud. 1. 4. 27.
Spes mea, ut me omnium jam laborum levas? Cic. 2. de Orat. 23. Adjungam etiam de memoria, ut labore Crassum levem.
Membra levare quiete, Reficere. Ovid. de Rem. Amor. 206.
Metum alicui, vel Aliquem metu levare. Cic. 2. Tusc 59. His levabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis & gloria. Liv. 2. 22. Volscia levatis metu, &c.
Morbum alicui levare, pro Ægritudinem animi auferre. Plaut. Milit. 4. 6. 57. Levandum morbum mulieri video.
Nemus levandum fronde. Virg. 2. Georg. 400.
Obsidione levari. Virg. 10. Æn. 25.
Opinione aliqua aliquem levare. Cic. de Amicit. 74. Qui hac opinione non modo verbis, sed etiam opere levandi sunt. i. e. Deducendi ab ea opinione, quæ eis gravis est. Budæus.
Ora arida levare aqua. Ovid. de Rem. Amor. 230.
Partu levare aliquam dicitur Lucina. Ovid. 9. Met. 697.
Paupertatem alicui levare, pro Subvenire pauperi. Plaut. Epid. 4. 1. 29.
Plagam levare, vel infectas partes de arbore: h. e. Auferre tenuissimas partes quæ post incisuram remanserunt, ne insitioni noceant. Columel. lib. 5. cap. 11. Tum arborem fici detrunca, plagamque leva. Ibid. cap. 9. Sed forte in his locis legendum Lævare, ut idem sit quod Lævigare, hoc est plagam lævem facere, ne quid extet, asperumve emineat.
Promissa multa fidem levant. Hor. 2. Epist. 2. 10. h. e. Imminuunt. Multa promittentibus non habetur fides.
Se liberare, sive levare ære alieno. Cic. 6. Att. 2.
Sese infamia levare, Liberare. Cic. 5. Verr. 110. Potestas erat isti homini integro atque innocenti data, ut in Apronium quum animadvertisset, sese gravissima levaret infamia.
Sitim levare de fonte. Ovid. 15. Met. 322.
Sumptum levare. Ter. Heaut. 4. 4. 24.

Super

Superstitione levari. Cic. 1. de Fin. 63. Omnium autem rerum natura cognita, levamur superstitione, liberamur mortis metu.
Suspicionem levare, & a se removere. Cic. 5. Verr. 116. Tum iste homo innocens, qui illam suspicionem levare, atque ab se removere cuperet, recuperatores dicit se de cohorte sua daturum.
Tributum levare alicujus agri, Redditus illius capere. Ulpian. in l. Forma. §. Si vero. D. de censibus.
Viam sermone levare. Virg. 8. Æn. 309. h. e. Minus molestum, & magis jucundum iter facere.
Vitium levare. Ovid. 17. Epist. 49.
Vitiis levari atque erroribus. Cic. 4. de Fin. 65. Qui virtuti student, levantur vitiis, levantur erroribus. h. e. Liberantur.

Levans, antis. Partic. Hor. 2. Epist. 1. 140.

Agricolæ prisci, fortes, parvoque beati,
Condita post frumenta, levantes tempore festo
Corpus, & ipsum animum, spe finis dura ferentem.

Fomenta levantia vulnus. Idem Epod. 11. 25.

Levatus, a, um. Partic. [ἀρθείς] Liv. 21. 58. Et mox aqua levata vento, quum super gelida montium cacumina concreta esset, tantum nivosæ grandinis dejecit.
Nebula levata in nubes. Liv. 37. 41. pr.
Saxa levata vadis. Hor. Epod. 16. 26.
Compar. Gell. 17. 8. Quæ levatiora leviora que sunt. Al. Lævatiora.

Levatio, ōnis. f. [κούφισις] Consolatio, sive quod Alleviationem vocant. Cic. 12. Att. 23. Levatio quædam est, si minus doloris, at officii debiti. Sic Levatio ægritudinis. Cic. 1. Tusc. 119.
Vitiorum levatio. Cic. 4. de Fin. 67. Levatio igitur vitiorum magna fit his qui habent ad virtutem progressionis aliquantum.

Levator, ōris. m. Qui rem aliquam levat, quam non debet. Petron. cap. 140. extr. Unde plani autem, unde levatores viverent, &c. Al. Lavatores. V. not.

Levamen, inis. n. [κούφισμα] Quod levat & minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit, sive Consolatio. Cic. 12. Att. 16. Quod si esset aliquod levamen, id esset in te uno. Martial. lib. 6. 68.

Hic tibi curarum socius, blandumque levamen.

Omnis curæ casusque levamen. Virg. 3. Æn. 709.
Mite levamen. Ovid. 3. Epist. 62.

Levamentum, i. n. [κούφισμα] Idem. Cic. 5. de Fin. 53. Nos autem non solum beatæ vitæ istam oblectationem videmus, sed etiam levamentum miseriarum. Plin. lib. 8. Epist. 19. Ad unicum doloris levamentum studia confugio.
Malorum levamenta. Tacit. 4. Ann. 8.
Modicum in præsens levamentum fuere. Tacit. 3. Ann. 28.
Uxoriom levamentum. Tacit. 3. Ann. 34.
Præstare levamentum. Plin. lib. 30. cap. 3.
Esse levamento, Levare, & sublevare, aut exonerare. Cic. 12. Att. 43. Quod ﬁles recte mi illam rem fore levamento, bene facis, quum id esse (mihi crede) perinde ut existimare tu non potes. V. not. ad loc.

Levamentarius, i. m. Qui levat naves. Theod. Cod. 13. 4. Si navicularius originalis levamentarius fuerit.

Levabilis, e. Cæl. Aurel. Acut. 3. 7. Levabilis & possibilis motus.

Levana, æ. f. Dea, quæ pueris de terra levandis præest. V. Augustin. de Civ. Dei 4. 11. Turneb. Adverf. 4. 15. Rosini Antiquitat. Rom. 2. 19.

Levor, **Levus**. V. **Lævor**, **Lævus**.

Leuphana, [Λευφάνα] Germaniæ urbs apud Ptolem. Vulgo *Hanover*.

Leuson, i. n. [λεῦσον Theophr.] Medulla in abiete Plin. 16. 39.

Leutychides, is. m. [Λευτυχίδης] Vir Lacedæmonius, inimicus Demarathi, post cujus fugam constitutus fuit Spartanorum rex, ut scribit Herodot. lib. 6.

L E X

Lex, legis. f. [νόμος, θεσμός] Cic. 1. de Legib. 18. Lex est ratio summa insita in natura, quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria. Eadem ratio, quum est in hominis mente confirmata & confecta, lex est. Itaque arbitrantur prudentiam esse legem, cujus ea vis sit ut recte facere jubeat, vetet delinquere: eamque rem illi Græco putant nomine suum cuique tribuendo appellatam, ego nostro a Legendo. Nam ut illi æquitatis, sic nos delectus vim in lege ponimus, & proprium tamen utrumque legis est. Quod si ita recte dicitur (ut mihi plerumque videri solet) a lege ducendum est juris exordium. Ea est enim naturæ vis, ea mens ratioque prudentis, ea juris atque injuriæ regula. Sed quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit: & eam Legem, quæ scripto sancit quod vult, aut jubendo, aot vetando, ut vulgus, appellare. Hæc Cic.
Leges, In urbe Roma nec nisi a magistratibus, nec nisi comitiis ferebantur; sed, quia nec unus magistratus, nec una comitia erant, utrum ab uno, an ab omnibus magistratibus, & utrum unis, an omnibus comitiis ferrentur, aperiendum videtur. Ferebantur leges a magistratibus majoribus quatuor, uno minore: a majoribus, prætore, & consule, qui ordinarii magistratus erant: item a dictatore, & interrege, qui majores quidem, ordinarii tamen magistratus non erant: neque populi comitiis creabantur: censor autem; etsi erat inter majores magistratus, jus tamen ferendæ legis, aut habendorum comitiorum non habebat: minor magistratus, qui leges ferret, tribunus pleb. erat; nam ædiles curules, quæstores, ædiles pl. III viri capitales, III viri monetæ cudendæ, tribuni militum tam Rufuli, quam Comitiati, etsi magistratus erant, leges tamen non ferebant: legislatores autem vel tributis comitiis, vel centuriatis, vel etiam, ut in imperio mandando, & in adoptionibus, curiatis legem ferebant: si tributis, aut cum S. C. aut sine: si centuriatis, e S. C. semper: plus omnino dignitatis, atque auctoritatis in centuriatis, sed potestatis non minus erat in tributis: æque enim populus universus tenebatur iis legibus, quæ tributis comitiis ferebantur, atque iis, quæ centuriatis: idque sancitum esse lege a Q. Hortensio dictatore lata. Lælius Felix memoriæ prodidit: quum ante jure eo, quod statuisset plebs, patricii non tenerentur: non enim advocare patricios tribuni pl. neque ad eos referre ulla de re poterant: ita ne leges quidem proprie, sed plebiscita dicebantur, quæ tribunis pl. ferentibus accepta erant. Hortensius, quæ rogata plebs sanxisset, ea pertinere ad omnes Quirites voluit: sive, ut jura plebis augeret, quum plebeius ipse esset: sive utili reip. consilio, quod in libera civitate dissimilem conditionem discordiæ semina putaret. Legem laturus magistratus, scribebat eam domi, & cum peritis consultabat, ne quid contra populi rem, aut voluntatem sanciret, ne forte pugnantia capita simul ferret, neve quid, quod vetus aliqua lex, si ferretur, inane infirmumque juberet esse, (etsi, quæ postea ferretur lex, superiores omnes, præter sacratas, abrogabat) ne curationem, potestatem, commodumve aliquod ipse sibi sua lege, aut collegis, cognatis, affinibus mandaret: quod leges duæ, Licinia, & Æbutia, fieri vetuerunt: contra quas leges fecit P. Clodius: tulit enim, quod in oratione pro domo traditum est, ut sibi Ciceronis ædes liceret possidere; etiam illud in scribenda lege cavebatur, ne pluribus de rebus, quæ non ejusdem generis viderentur, una rogatione ferretur: quod fieri quum lex Cæcilia & Didia vetabat, itaque a Clodio factum accusat Cicero pro Domo (50. & 53.) tum, faciendum non esse, indicat idem in legib. lib. 3. (11.) his verbis: Qui agent, Non plus quam de singulis rebus consulunto. Nam, Consulunto, est, populum roganto; consulitur enim populus, quum lex rogatur: itaque in oratione pro Milon. 10. Nihil, inquit, de ejus morte populus consultus, nulla quæstio decreta a senatu est; & pro domo sua: (53.) Si populus de ista re consultus esset; & Festus: Rogatio est quum populus consulitur. Addebatur illa exceptio, ut, si quid jus non esset rogari, ne esset rogatum; quod in oratione pro domo notavimus (106.) item: si quid contra alias leges ejus legis ergo latum esset, ut ei, qui eam legem rogasset, impune esset. quod fuisse translatitium, hoc est, scribi solitum in omnibus legibus, tradit Cic. 3. Att. Ep. (23.) Hæc igitur, quæ proposui, quasi legitima a bonis viris in ferenda lege omnia cavebantur; sed, ubi rationem vicit libido, spreta bonorum consuetudine, nihil præter suam potentiam, & utilitatem in lege spectarunt; ideo sæpe leges Clodii, aut Vatinii, alienas a more majorum, acerbe reprehensas a Tullio videmus. Scripta lege, legislator bene de republica sentiens, ante quam eam promulgaret, referebat ad senatum, ut, quo plus ponderis majoremque vim lex haberet, de senatus eam sententia ferret; popularis vero, ac seditiosus magistratus sæpe, prætermissa senatus auctoritate, aut etiam contra senatus auctoritatem, legem rogabat. Promulgabatur deinde lex, id est, in publico ponebatur; est enim Promulgare, ut ait Festus, quasi Provulgare; id autem & fiebat, ut inspiceret qui vellet, inspectam consideraret; non solum, ut intercedi posset ante quam ferretur, verum etiam, ut aliquanto ante statuere cuivis liceret, utrum, quum ferretur, antiquanda, an accipienda lex esset; adde etiam illud, ut quivis monere legislatorem posset vel de corrigenda, vel omnino de non ferenda lege. Spatium autem promulgationis, ut ex Dionysio, & aliis patet, quæcunque de re ferretur lex, erat trinundinum, id est per trinas nundinas, quum enim nundinarum caussa ex agris in urbem cives convenirent, per trinundinum leges patere, ut a rustica plebe ter legi cognoscique possent, voluerunt; quod quum M. Antonius non servasset, invehitur in eum Cicero Philipp. 5. 8. his verbis: Ubi lex Cæcilia, & Didia? ubi promulgatio trinundinum? & Idem pro domo sua: (41.) Hora fortasse sexta diei questus sum in judicio, quum C. Antonium collegam meum defenderem, quædam de rep. quæ mihi visa sunt ad illius miseri caussam pertinere, hæc homines improbi ad quosdam viros fortes longe aliter, atque a me dicta erant, detulerunt; hora nona, illo ipso die tu es adoptatus, si, quod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum: nihil reprehendo; sin eadem observanda sunt, ut decrevit senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam & Didiam latæ essent, populum non teneri: jam intelligis, omni genere juris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum pl. non fuisse. Neque vero trinundinum ita interpretor, ut, ipso tertiarum nundinarum die latas esse leges existimem; quum & Macrob. lib. 1. Sat. (cap. 16.) Comitia nundinis haberi non potuisse, neque concionem advocare, id est cum populo agere, licuisse, veterum testimonio probet: & Festus, nundinas non solum inter ferias, sed etiam inter nefastos dies apud antiquos fuisse dicat; inter ferias, ne cum populo agi liceret, inter nefastos dies, ne lege. Nundinas, inquit, feriatum diem esse voluerunt antiqui, quo rustici mercandi vendendique caussa in urbem convenirent, eumque nefastum, ne, si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores. Aliud autem erat, Cum populo agere, aliud, Lege agere: cum populo agere, populum, est, ad consilium, aut concilia vocare, ut ait Fest. lege agere, jus experiri, in judicio contendere. lib. etiam 4. ad Att. (Ep. 3.) per duos nundinarum dies neque comitia esse habita, neque concionem ullam, his verbis Cicero declarat: Ante x. cal. nondinæ, concio biduo nulla. Trinundinum igitur in eam sententiam dictum accipio, ut inter eum diem, quo promulgata lex erat, & eum, quo deinde ferretur, trinæ nundinæ intercederent, quo & sæpius, & a pluribus, urbem mercandi vendendique caussa visitantibus, promulgata lex cognosci posset. Post tertias nundinas, magistratus in eum locum, ubi legem laturus erat, sive in forum, sive in campum Martium, populum convocabat; ibi quum legem præco, subjiciente scriba, recitasset, tum, (forte etiam in toto trinundino, quotiescunque populus coisset, vel suadebant legem, vel dissuadebant: sed, maxime, ac vehementer fieri solitum quo die ferenda lex erat, consentaneum est) primum quidem is, qui legem promulgaret, populo suadebat, ut rogationem acciperet; sed post eum alii, non privati modo, quibus ab aliquo magistratu concio daretur, (nam alioqui concionandi potestas privatis non erat) verum etiam quandoque magistratus, pro suo quisque sensu, vel suadebant, vel dissuadebant; suasorem rogationis eum, qui rogabat, fuisse, Ita verisimile est, ut exemplis, quæ multa suppetunt, mihi esse utendum in re minime dubia non existimem; quod autem minus verisimile est, ut aliquis ejus rogationis, quam ferret, ipse dissuasor fuerit, id nisi testimoniis probem, credibile non erit; atque hoc tum fiebat, quum magistratus non e sua, sed e senatus sententia rogationem ferebat; neque enim prohibebatur dissuadere ad populum, quod non probaverat in senatu. Pisonis consulis exemplum habemus in epistola, Vereor. ad Att. lib. 1. (14.) Piso, inquit, consul, lator rogationis, idem erat dissuasor; qood Attico, ut novum & iniquum scripsit Cicero, quum suadere suas rogationes reliqui solerent; unde illud Attici ad Ciceronem lib. 2. de legibus (24.) Suade igitur, si placet, istam ipsam legem, ut ego, Uti rogas, possim edicere. Inquitur enim Atticus cum Cicerone, ut cum magistratu legem rogante; & quem-

quemadmodum in eo libro personam Cicero sustinet magistratus legem rogantis, quod proxima superiora verba declarant, (23.) Si quæ forte leges a me hodie rogabuntur, quæ non sint in nostra rep. nec fuerint, tamen erant fere in more majorum, qui tum ut lex valebat: sic Atticus civem agit de ipsa lege suffragium ferentem; quod indicat illud: Ut ego, Uti rogas, possim edicere; refert enim modum illum tabellarum, quibus sciscebatur lex: quæ his duabus erant litteris signatæ, V. R. id est, uti rogas: quum eæ, quibus lex rejiciebatur, una littera A essent inscriptæ: quæ valebat, Antiquo, hoc est, nihil novari volo, antiqua probo. Privatus legem Cinciam de donis & muneribus Q. Fabius Maximus suasit, Ogulniam de sacerdotiis P. Decius Mus, Voconiam de hæreditatibus M. Cato ille Censorius, Corneliam de reditu Ciceronis Cn. Pompeius. Nec vero, qui privati item leges dissuaserunt, invenire non facile est; exemplum habemus in oratione pro lege Manilia (c.17.) Q. Hortensii: in libro de Amicitia (c.25.) C. Lælii, & minoris Africani. Maniliam legem, de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mandando, dissuasit Hortensius: Papiriam, de tribunis pl. reficiendis, Lælius, & Africanus; atque hanc ipsam consuetudinem, ut privati legem suaderent, aut dissuaderent, indicat Livius libro 45. (cap. 21.) his verbis: Ita traditum erat, ne quis prius intercederet legi, quam privatis suadendi dissuadendique potestas facta esset: quo melius aut commoda legis aperirentur, aut vitia, quo persæpe evenit, ut aut ii qui ad intercedendum venerant, desisterent: aut intercederent, qui non professi essent se intercessuros; & eodem libro infra (cap. 36. pr.) Quum in Capitolio rogationem eam Ti. Sempronius ferre vellet, & privatis lege dicendi locus esset, neque ad suadendum, ut in re minime dubia, quisquam procederet: Ser. Galba repente processit. item Cicero in oratione pro C. Cornelio, cujus extant reliquiæ quædam, cum Asconii commentariis editæ, (p. 1790. Verburg.) Est, inquit, jus vetandi, dum privati dicunt, dum tabellæ diribentur, dum sitella defertur, dum æquantur sortes, dum sortitio fit. quibus in locis quum & Livius & Cicero de solis privatis meminerint, non tamen eam potestatem solis privatis fuisse debemus existimare. partem enim pro toto posuerunt: quia privati & sæpius, & plures, quam magistratus, aut pro lege, aut contra legem dicere solerent. Magistratuum porro vel suadentium vel dissuadentium legem exempla habemus hæc; M. Porcius Cato, ille sapiens, prætor Liciniam de cooptatione sacerdotum ad populum transferenda dissuasit. legem Maniliam prætor Cicero luculenta, quæ extat, oratione suasit: Agrariam Rulli iis, quæ extant, orationibus consul idem dissuasit. Verum hæc, quæ paulo longius, ut illustriora fierent, produximus, paucis admodum verbis libro de Legib. 3. (11.) Cicero comprehendit. Populum, inquit, docento, doceri a magistratibus privatisque patiuntor. in quo significatur, ut ipsi magistratus, qui legem ferrent, doceant, hoc est de ipsa lege dicant, & dicere alios quoque tum magistratus, tum privatos patiantur. Infra vero, eodem libro (43.) quum dixit, De promulgatione, de singulis rebus, de privatis, de magistratibus audiendis; privatos posuit ante magistratus, quum supra primum magistratus, deinde privatos nominasset. quod si ad veritatem ordo referatur, prius nominari privatos, deinde magistratus oportuit. prior enim privatis locus in suadenda dissuadendave lege ideo datus est, ne, si eos, qui magistratum gerebant, ante audissent, ab iis dissentire non auderent. idque Dio historiæ suæ libro 39. scriptum reliquit. quos autem suadere, aut dissuadere leges solitos fuisse diximus, eos in oratione pro Flacco (15.) Legis auctores Cicero appellat: quum auctores intelligat vel accipiendæ legis, vel antiquandæ. Hæc de suadentibus dissuadentibusque legem: nunc de loco, unde suaderent aut dissuaderent. Nemo ad populum, nisi de loco superiore, concionabatur, sive is privatus esset, sive magistratum administraret. id autem ob eam caussam, quo longius a stantibus in concione tum exaudiri vox, tum intelligi verba possent: concionabantur igitur, si in foro, de Rostris, quæ ad Comitium fuisse, prope juncta curiæ, Pedianus ait: (In Enarr. or. pro Mil. 12.) si in campo Martio, vel alibi, de suggestu, aut editiore aliquo loco. concionari autem magistratibus, pro ea, quam habebant, potestate, omnibus licebat: privatis, quod jam diximus, nisi concionem, id est concionandi potestatem, a magistratu aliquo acciperent, non licebat. & quia sæpius in foro, ubi Rostra fuisse diximus, quam in campo, leges ferebantur: ideo sæpius pro Rostris, quam in campo conciones habebantur. multo enim plures tributis comitiis, quæ, legum quidem caussa, in foro, interdum & in Capitolio habebantur, quam centuriatis, quæ in campo, latas esse constat, quum tribuni pl. qui comitia tributa, non centuriata, habebant, facillime ad leges rogandas adducerentur, quippe qui leges non ferrent ex senatus auctoritate: quod necesse erat de legibus centuriatis. Quum suaserant, dissuaserantve legem primo loco magistratus, qui legem ferebat, secundo privati, tertio reliqui magistratus, tum præsentibus sacerdotibus, ut scribit Dionysius, & divina exponentibus, sitella, quam nominat Pedianus, deferebatur: in quam sive tribuum, si tributis comitiis lex ferretur, sive centuriarum, si centuriatis, nomina conjiciebantur: deinde, sortibus æquatis, hoc est, ita agitata sitella, ne qua sors subsultaret, atque exiliret, sed pariter omnes æquatæ jacerent, sortitio fiebat: quæque prima vel tribus, vel centuria, quæ secunda, quæ tertia de sitella exisset, eundem, quem sors dederat, in suffragio ferendo locum atque ordinem tenebat. hæc dum agerentur, si quis tribunus pl. legi vellet intercedere, locus erat. nonnunquam autem ante suasionem dissuasionemque legis intercessionem fuisse, declarant illa proxime recitata, quæ Livius lib. 45. (cap. 21.) Cicero in oratione pro C. Cornelio tradiderunt.

Et quoniam de intercessione, quæ legem impediebat, mentionem fecimus: (neque enim legi tantum, verum & senatus consultis, & prætorum decretis, aut judiciis intercessum esse, animadvertimus) omnibus de caussis, quæ, quo minus promulgata lex perferri posset, impedimento fuerunt, dicendum nobis est. Hæ quinque traduntur: Prima, intercessio, quum tribuni pl. quorum proprie intercedendi jus erat, edita voce illa, Veto, de qua meminit Livius, (6. 35. extr.) intercedebant: cujus generis exempla suppetunt. Altera, quum is, qui promulgaret, vel amicorum precibus adductus, vel senatus auctoritate commotus, vel ipse sua sponte consilium mutabat: quod C. Manilius, & L. Cæcilius, uterque tribunus pl. diversis temporibus fecerunt, ille in lege de libertinorum suffragiis, hic in ea, quam de minuenda ambitus pœna promulgavit. Tertia ratio fuit, quum, neque intercedente tribuno, neque eo, qui promulgaverat, consilium mutante, Comitiales dies, id est eos, quibus agi cum populo licebat, consul eximebat, vel Supplicationibus decernendis, vel Feriis indicendis, non solum iis, quæ Latinæ dicebantur, quas indicere soli consules poterant, sed etiam iis, quæ Imperativæ, quas non modo consulibus, verum etiam prætoribus ipsorum arbitratu licebat imperare. quo genere usum esse Marcellinum consulem, ut C. Catonis triboni pl. legibus obsisteret, videmus in epistola, Placiturum, (9.) lib. 2 ad Quintum fratrem. Quartam caussam, quæ & ipsa comitiis, quacunque de re haberentur, impedimento esset, Obnuntiationem inveni: quam omnes plane magistratus, ut ego arbitror, habebant. nam, quod oratione secunda in Antonium ita legitur: (81.) Nos nuntiationem solum habemus, consules, & reliqui magistratus spectionem: duas dictiones, Nuntiationem, & Spectionem, alteram alterius sedem occupasse, facile crediderim: ut augures spectionem duntaxat habuerint, magistratus si modo augures essent, ut erat Antonius, idem consul & augur, simul cum spectione etiam nuntiationem, hoc est obnuntiationem. idque cum ad ipsam Ciceronis sententiam magis quadrare, qui diligenter animum intenderit, intelliget: tum Festus Pompeius ita esse, depravatis ille quidem verbis, satis tamen aperte significat in dictione Spectio, legamus igitur in ea oratione sic: Nos enim spectionem solum habemus, consules & reliqui magistratus etiam nuntiationem. ut augures intelligat, quum, Nos, dicit: erat enim ipse augur: quum vero, Consules, subjicit, in eo notat Antonii consulis inscitiam, qui se id auguratus jure posse diceret, quod, quia consulatum gerebat, multo facilius poterat. præterea, ut de magistratibus obnuntiantibus, ita de auguribus de cælo servantibus haud parum sæpe legimus; quod quidem spectionem significat: quæ tolleretur, si verum illud esset, Nos nuntiationem solum habemus, Quod si quis dixerit, ideo verum esse, nuntiationem solum habuisse augures, quia spectionem, nisi jussi a magistratibus, non haberent: facile refelletur. nam si augurum spectio non est, quia pendet a magistratuum voluntate: ne nuntiatio quidem erit, quia pendet a spectione. qui enim esse potest nuntiatio, nisi spectio antecedat? præterea, si spectionem augur non habet, nisi jubente magistratu: ne nuntiationem quidem habet, nisi eodem volente. neutram igitur habebit: quandoquidem non ipsius, sed magistratus in utraque potestas est. quomodo igitur consistit illud, Nos nuntiationem solum habemus: sive nuntiationem pro renuntiatione, sive pro obnuntiatione accipias? Quinta impediendi ratio fuit, quum de cælo vel fulgebat, vel tonabat; erat enim in augurum disciplina, ut, Jove fulgente, tonante, comitia dimitterentur: quo genere impedimenti Pompeius Magnus in secundo consulatu, ne M. Cato prætor crearetur, comitia dissolvit.

Redeo ad institutum. Sortitione tribuum aut centuriarum facta, dicebat is, qui legem ferebat: Si vobis videtur, discedite Quirites. de quo Pediani verba subscribam (Pro C. Corn. l. c.) Quum, inquit, id solum superest, ut populos sententiam ferat, jubet unumquemque is, qui fert legem, discedere. quod verbum non hoc significat, quod in communi consuetudine est, de eo loco, ubi lex fertur, sed in suam quisque tribum discedat, in qua est suffragium laturus. populus enim confusus, ut semper alias, ita & in concione. Livius autem libro 2. (cap. 56.) ubi de lege Lectoria loquitur, Consul, inquit, Appius, negare jus esse tribuno in quenquam, nisi in plebeium; non enim populi, sed plebis eum magistratum esse, nec illum ipsum summovere pro imperio posse more majorum: quia ita dicitur: Si vobis videtur, discedite Quirites. ubi Discedite, dictum apparet, ad suffragia ferenda. libro vero 3. (cap. 11.) ubi de Terentilla lege agit, idem significat, quum ait: quemadmodum se tribuni gessissent in prohibendo delectu, sic patres, in lege, quæ per omnes comitiales dies ferebatur, impedienda gerebant initium erat rixæ, quum discedere populum jussissent tribuni: quod patres se summoveri haud sinebant. Quum igitur, de concione jussi discedere, in suam quisque tribum, aut centuriam abiisset, privatos homines invenio, qui de lege laborarent, non modo populum, ut legem acciperet, ante lata suffragia rogasse, verum etiam, ne quid fallaciæ committeretur; ipsos aut tabellas distribuisse, aut distribuentibus aliis præfuisse. idque, Diribere, proprio vocabulo dicebatur quod muneris quia fere obiri curarique ab iis soleret, qui neque ætate graves, neque gestis honoribus insignes admodum essent, id sibi & a senibus, & a dignitate præstantibus præcipue contigisse, gloriose commemorat Cicero in Pison. 36. Hoc, inquit; certe video, quod indicant tabellæ publicæ, vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabellarum: & quod in honoribus vestrorum propinquorum non facitis, vel ætatis excusatione, vel honoris, id in salute mea, nullo rogante, vos vestra sponte fecistis, eodemque verbo eadem de re usus est in oratione Post reditum in senatu. Nec dubito, quin legendum sit, Diribeantur, non Diripiantur, in ea in Pison 96. in eo loco, An exspectas, dum de te 75. tabellæ diripiantur? Plinius quoque libro 36. cap. 15. hoc verbum usurpavit. Hic est, inquit, ille domitor orbis populus, qui gentes & regna diribet. Cistis autem suffragiorum custodiendis certos homines in comitiis præfuisse, qui Nongenti sint appellati, idem Plinius libro 33. cap. 2. scriptum reliquit. Tabellis distributis, primo loco ea tribus, aut centuria suffragium ferebat, quæ omnium tribuum, aut centuriarum nominibus in sortem conjectis, prima de sitella, de qua jam diximus, sorte exierat: eaque Prærogativa dicebatur, quia prima rogaretur a magistratu, qui comitia, habebat. At in prima tribu, aut centuria quis primus? videlicet is, quem magistratus legem ferens deligebat: deligebat autem, quem & dignitate præstare, & rogationi suæ præter ceteros favere judicabat. utrumque cognoscitur in oratione pro Plancio: (35.) in qua ita scriptum est. Nam quod primus scivit legem de publicanis, tum, quum vir amplissimus consul id illi ordini per populum dedit, quod per senatum, si licuisset dedisset: si in eo crimen est, quia suffragium tulit, quis non tulit publicanus? si, quia primus scivit: utrum id sortis esse vis, an ejus qui illam legem ferebat? si sortis, nullum crimen est in casu: si consulis; splendor etiam Plancii, hunc ab summo viro principem ordinis judicatum. quo constat, ideo primum Plancium ad suffragium ferendum a Cæsare consule lectum esse, quia primus ordinis equestris judicaretur. quod ipsum confirmant illa pro domo sua: (79.) Consulari homini P. Clodius eversa repub. civitatem adimere potuit, concilio advocato, conductis operis non solum egentium, sed etiam servorum, Sedulio principe? dixit enim, Sedulio principe, pro, primo omnium suffragium ferente. quod apertius proxime ostendit, quum ait: (80.) Sin autem is primus scivit. Erat enim quodammodo legis ornamentum, quum is eam sciscebat primus, cujus in civitate

civitate non levis esset auctoritas. quod etsi satis clare indicant ea, quæ ex oratione pro Plancio recitavimus: tamen in hac ipsa pro domo sua idem fit illustrius. subjungit enim post ea, quæ proxime ad exemplum attuli, non magno intervallo: Tu hujus, ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate honestes, auctoritatem amplecteris. quasi Clodius Sedulii, tanquam clari hominis, nomen publicis in tabulis ad legem honestandam scripsisset, aut fortasse etiam in æs simul cum ipsa lege incidisset. Quum igitur ab eo, qoem magistratus ipse primum delegisset, deincepsque ab aliis ejusdem tribus, aut centuriæ perlata suffragia erant, tum suffragiis in utramque sententiam dinumeratis, &, quomodo veteres loquebantur, diremptis, nomeroque eorum punctis notato, ejus tribus, aut centuriæ voluntas cognoscebatur, eaque a præcone renuntiabatur, &, eadem in reliquis tribubus aut centuriis ratione servata, ex majore tribuum centuriarumve numero vel antiquabatur, vel sciscebatur lex. ac de antiquata quidem lege nihil est dicendum. scitam autem, atque acceptam, omnium civium jurejurando confirmari solitam legimus. itaque Q. Metellus, ille Numidicus, ne in legem Saturnini per vim latam juraret, in exilium abire maluit, sibique potius de patria, quam de sententia, decedendum putavit. quem anno post 43. imitatus non est M. Cato, is, quem Uticensem historici nominant: qui quum leges P. Clodii nullo neque jure, neque more rogatas putaret, in eas tamen juravit, consilio usus optimo, ut Cicero ait in oratione pro Sextio. (61.) nam ab eo, quod omnino ne fiat, fieri non potest, cum periculo dissentire, temeritatis videtur esse. Post jusjurandum, in æs lex incidebatur: quod indicat Livius libro 3. (cap. 57. extr.) his verbis: Prius quam in urbem consules egrederentur, leges decemvirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in æs incisas in publico proposuerunt. quod ipsum lib. 10. Dionysius confirmat, & Cicero in oratione 3. in Catilinam, (19.) Memoria tenetis, inquit, Cotta & Torquato coss. complures in Capitolio turres de cælo esse percussas: quum & simulacra deorum immortalium depulsa sunt, & statuæ veterum hominum dejectæ, & legum æra liquefacta. quod ipsum versibus deinde persecutus est in secundo de consulatu suo, ut libro 1. & 2. de divinatione patet. eandem consuetudinem confirmant illa, quæ in 1. Philippica (25.) scripta sunt. Forum sepietur: omnes claudentur aditus: armati in præsidiis multis in locis collocabuntur. quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit, & in æs incidi jubebitis? quod etiam non multo ante dixerat: (16.) Quæ ille in æs incidit, in quo populi jussa perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? exemplis non egemus. sed unum Suetonii, quod in C. Cæsaris vita (cap. 28.) legimus, quod apertam rem multo etiam illustrius ostendit, apponemus: Marcus, inquit, Claudius Marcellus consul, edicto præfatus, de summa se rep. acturum, retulit ad senatum, ut ei succederetur ante tempus: quoniam, bello confecto, pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: & ne absentis ratio comitiis haberetur, quando nec plebiscito Pompeius postea obrogasset. acciderat autem, ut is, legem de jure magistratuum ferens, eo capite, quo a petitione honorum absentes summovebat, ne Cæsarem quidem exciperet per oblivionem: ac mox, lege jam in æs incisa, & in ærarium condita, corrigeret errorem. Ne illud quidem prætermittam, non in tabulis modo æneis, sed etiam in columnis incisas esse leges. de tabulis dubium non est: quas etiam aliquot in hunc usque diem servatas ipsi vidimus. de columnis autem Cicero pro Balbo 53. sic: Cum Latinis omnibus fœdus ictum Sp. Cassio, Posthumo Geminio coss. quis ignorat? quod quidem nuper in columna ænea meminimus post Rostra incisum & perscriptum fuisse. qua ipsa de re Livius lib. 2. (cap. 33. extr.) sic: Tantum sua laude obstitit famæ consulis Marcius, ut, nisi fœdus cum Latinis, columna ænea insculptum, monimento esset, ab Sp. Cassio uno, quia collega abfuerat, ictum, Posthumum bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset. & Varro, ut apud Macrobium (lib. 1. Sat. cap. 13. extr.) legimus, antiquissimam legem in columna ænea scripsit incisam fuisse, cui mentio, intercalaris ascriberetur. nec deest Dionis in historia testimonium, qui lib. 41. columnas, quibus incisæ leges legerentur, de cælo tactas memoriæ prodidit. Scripta jam lege, promulgata, perlata, in æs incisa, (his enim quasi gradibus ad id, quod in lege ultimum, ac summum est, pervenimus) unum restat, ut, ubi custodienda reponeretur, ostendamus. Scire igitur oportet, non eandem legum omnium fuisse rationem, sed aliquot, maximeque tabulis [an Columnis?] æneis incisas, in publico proponi solitas, ut oculis civium paterent: quod exempla demonstrant. quæ vero æneas in tabulas essent incisæ, eas ad ærarium delatas, quod scilicet & S. C. ibi cum publicis pecuniis, omniumque publicarum rationum libris condita asservabantur. erat autem ærarium in Saturni Opisque templo: templum autem in vico Jugario, ad Capitolii radices: unde septies millies HS, a Cæsare dictatore depositum, post illius interitum M. Antonius consul abstulit. etsi tantum Opis in Philippica 1. (17.) & 2. (35.) ubi hac de re Cicero loquitur, mentio fit: puto, quod duabus cellis simulacra Opis & Saturni separatim dedicata colerentur, & ad Opis cellam propius, quam ad Saturni, eam pecuniam Cæsar locasset. primis tamen reip. temporibus legem Juliam in templo Dianæ quod in Aventino monte fuit, repositam esse, legimus in historia Dionysii. Quæ ad rationem perferendæ legis attinerent, quæ fere ponderis alicujus esse viderentur, omnia, ut arbitramur, persecuti sumus. Perlatæ vero legis quæ vis esset, primum utrum maxima: deinde, si maxima, utrum perpetua, brevi differemus. Erat in lege summa vis, non solum, quia, quod erat lege sancitum, eo Quirites omnes tenebantur: quod tribus legibus, una consulari Valeria Horatia, duabus dictatoriis, Publilia, & Hortensia, cautum est, (paucas tamen excipio, quibus non omnes plane cives obstringebantur, quo de genere fuisse legem de Repetundis, animadverti: lata enim est post illas tres, consularem unam, dictatorias duas, a nobis proxime nominatas: & quodcunque postremum populus jussit, id jus ratumque esse XII. tab. lege sancitum est) verum etiam, quia, non, ut prætoris edictum, item lex annuo spatio terminabatur, sed vigebat usque dum alia lege abrogaretur. abrogari vero omnes licuit, præter sacratas: quæ violatæ sæpe, abrogatæ nunquam sunt. abroganti vero non eadem, quæ violanti legem, pœna sancitur. ceteræ leges & abrogari omnes potuerunt, & abrogatæ multæ sunt. tametsi nulla lata lex est, quæ ipsa se contra abrogationem quasi sanctionis sepimento non munierit, gravi pœna, multave ei, qui abrogasset, irrogata. at multi multas abrogaverunt, neque tamen ullam propterea subiere pœnam. Dixi jam, plus fuisse potestatis in eo, quod postremum populus jussisset, quam in eo, quod antea jusserat: id lege XII tab. sancitum esse. jussum autem populi & suffragia fuerunt, quibus abrogabantur leges. itaque non quid antea populo placuisset, sed quid ei postremum placeret, spectari solebat. sensit autem in hoc genere populus non semper e rep. nam quemadmodum sæpe malas leges bonus populus, sic interdum bonas malus abrogavit. a senatu vero nunquam lex ulla, nisi reip. caussa, sublata est, ut, cum Apuleiæ, Mario consule referente, S. C. damnatæ sunt, quod ab hoste reipub. L. Apuleio Saturnino rogatæ essent: aut, cum Liviæ consilio Philippi consulis sublatæ, quia contra auspicia, quæ servari lex Ælia jubebat, a M. Livio Druso latæ judicarentur. erant enim quatuor omnino genera, (ut ipsa fere Ciceronis verba usurpem, quæ sunt in oratione pro C. Cornelio) quibus per senatum more majorum statueretur aliquid de legibus: unum hujusmodi, placere legem abrogari, ut Q. Cæcilio, M. Junio coss. quæ leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur. atque hoc genere non abrogabat legem senatus, (nam abrogare proprie populus dicebatur) sed, ut abrogaretur, statuebat. Alterum genus erat: quæ lex lata esse diceretur, ea non videri populum teneri, ut L. Marcio, Sex. Julio coss. de legibus Liviis: quæ ut uno S. C. tollerentur, Philippus consul, Livii inimicus, obtinuit a senatu. (Cic. 2. de Legib. 31.) ideo autem, hujusmodi legibus non videri populum teneri, senatus decernebat, quia, contra auspicia latas esse, augures monuissent. tanta Romæ fuit in auguribus auctoritas: de quibus lib. 2. de Legibus (31.) hæc a Cicerone scripta legimus. Quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi jus aut dare, aut non dare? quid, legem, si non jure rogata est, tollere? Tertium, de legum rogationibus. quo de genere persæpe S. C. fiunt, ut de lege Calpurnia, de ambitu, quæ derogaretur. Quartum genus, quod ea Ciceronis oratio mutila admodum est, neque in ipsa, neque in Pediano interprete, ac ne alibi quidem, quod sciam, invenitur. me tamen in eam partem conjectura duci, ut existimem, quum aliquem senatus hostem judicaret, simul, ut ejus quoque leges, quæ quidem adversus remp. essent, tollerentur, eodem S. C. aut alio, proxime facto judicasse. quarum enim maxime legum caussa perniciosus patriæ civis damnatus sit, & a rep. remotus, eas ipsas leges in rep. non hæsisse, sed abjectas in loco esse, etiam si ab historia non prodatur, veri tamen simillimum est. quale fuit, quod de legibus Saturnini, proxime, & de legibus M. Antonii traditum est. postremum illud est, quum, verbo quidem, neque a senatu, neque a populo, tacito autem omnium consensu per desuetudinem leges abrogabantur. Id quod & Julianus Jurisconsultus notavit. (l. 32. D. de Legib. SCtis.) Agamus nunc de loco ferendæ legis. is erat interdum Prata Flaminia, qui postea circus Flaminius dictus est, interdum etiam lucus Petelinus, quandoque Capitolium, sed plerumque forum, aut campus Martius. de Pratis Flaminiis, luco Petelino, Capitolio, Livius (V. 3, 54, & 63. 6, 20.) testis est. de foro, declarant illa pro C. Rabirio Postumo: (18.) Si lex ferretur, convolaretis ad Rostra. erant enim Rostra in foro. dixit autem, Convolaretis ad Rostra, quum hoc subintelligeret, ut inde legem dissuaderetis. & aperte in oratione 1. (25.) in Antonium, & in 5. (8.) & pro domo: & ubi non? de campo, inde constat, quod, quum leges centuriatis comitiis sæpe latæ sint, centuriata porro comitia in campo esse habita, omnes historiæ narrent: manifeste sequitur, ut leges centuriatis comitiis latæ, in campo latæ sint. Hic oritur alia consideratio, locone sacro an profano ferretur lex. sacro potius, quam profano, crediderim: primum, quod in Rostris, qui locus erat auguratus, templumque dicebatur, sæpe a magistratu ferretur: itaque pro Sextio, (75.) Princeps, inquit, rogationis Q. Fabricius templum aliquanto ante lucem occupavit. occuparat enim ut legem ferret. quod illa verba pro Milone (38.) declarant: Potuitne Q. Fabricio, viro optimo, quum de reditu meo legem ferret, pulso? Occuparat autem Rostra, non templum alicui deo sacrum; quod ipse Cicero declarat infra, in eadem pro Sextio subjungens, Tribunos pl. ferro e Rostris a Clodio pulsos, Fabricium intelligens. sed clarissime in Vatinium (24.) his verbis: Cum L. Vectium &c. indicem in Rostris, in illo, inquam, augurato templo ac loco collocaris. & Livius lib. 8. (14. extr.) Naves, inquit, Antiatium partim in navalia Romæ sunt ductæ, partim incensæ: Rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit: Rostraque id templum appellatum. Altera est ratio, quod leges a P. Clodio tribuno pl. in templo Castoris latas invenio, quod indicat illud in Pisonem: (21.) Eodem in templo, eodem & loci vestigio & temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti. Nam illud, eodem in templo, ego sic interpretor: Quo in templo legem de mea pernicie tulerat Clodius, eodem in templo de Macedonia tibi tradenda statim legem tulit: quam tu provinciam ad arbitrium tuum pro meo funere, quod idem funus patriæ fuit, ipse pactus eras. itaque provinciam lege traditam, quasi præmium a Clodio debitum, abstulisti. Et apertius in oratione pro domo sua: (54.) Quum arma, inquit, in ædem Castoris comportabas, nihil aliud, nisi, uti ne quid per vim agi posset, machinabare. In libro autem (2.) de Inventione, (52.) Flaminium, inquit, eum, qui consul remp. male gessit bello Punico secundo, legem agrariam per seditionem ad populum ferentem, pater suus de templo deduxit: accersitur majestatis. & apud Livium, ante quam Rostra in foro exstructa essent, de tribunis pl. legum rogandarum caussa in templum coeuntibus, non semel mentionem fieri videmus. Ferebat ergo magistratus legem in templo: ferebat suffragia de lege populus circa templum. locum enim tantæ multitudini ullo in templo fuisse, credibile non est. cum vero lex a magistratu ferretur, eodem in templo alios quoque magistratus affuisse, eos nimirum, qui cum magistratu legem ferente consentirent, legimus in oratione in Vatinium: (18.) Quæ quidem leges, inquit, anno post, sedentibus in templo duobus non consulibus, sed proditoribus hujus civitatis, ac pestibus, una cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni jure publico conflagraverunt. Ostendi latam in templo legem, quum in foro ferebatur, hoc est tributis comitiis. quid quum in campo centuriatis: tum in templis deorum non existimo, quæ in campo nulla fuisse legimus: quo tamen in loco a magistratu ferretur, eum locum ante inauguratum fuisse crediderim. nam si tributis comitiis semper in templo, cur centuriatis, quæ majorum rerum caussa habebantur, profano in loco lex ferretur? sed fortasse videri possit infirma conjectura. addamus exemplum, ut dubia res testimonio probetur. Livius lib. 3. (20.) Tribuni, inquit, ut impediendæ rei nulla spes erat, de proferendo exercitu agere, eo magis, quod, & augures jussos adesse ad lacum Regillum fama exierat, locumque inaugurari, ubi auspicato cum populo agi posset: ut, quidquid Romæ vi tribunitia ro-

gatum

gatum esset, id comitiis ibi abrogaretur. Inter leges autem, quæ in foro, & eas, quæ in campo ferrentur, dixi jam hoc interfuisse, quod in foro tributis comitiis ferrentur, in campo centuriatis: nunc adjungo, primum illud Centuriatis comitiis eas esse latas, quæ a S. C. ferebantur: deinde illud; quæ in centuriatis comitiis ferrentur, eas, si e S. C. non ferrentur, patribus quidem auctoribus semper esse latas. id quod non a primis reip. temporibus, sed tantum post Publilii Philonis dictaturam observatum est. hunc enim dictatorem legem tulisse, ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante latum suffragium patres auctores fierent, scribit Livius lib. 8. (12. extr.) quo significatur, non omnes antea leges, quæ centuriatis comitiis ferrentur, e S. C. aut patribus auctoribus esse latas. quod si factum nunquam antea non erat, consuetudine servata, quæ in Numa Rege creando est inducta, ut scilicet, ante quam populus suffragium iniret, patres in incertum comitiorum eventum auctores fierent, (Liv. 1. 17. extr.) Publilius in plebem propensus, quia plebeiæ gentis erat, quod senatui liberum erat, id necessarium fecit; quodque more factum erat, id ut lege fieret, sua lege sanxit. Neque vero, quod ait Livius, Patres auctores fierent, expono, patres S. C. probarent. fiebat enim de re & relata, & disputata S. C. quid porro referri & disputari opus erat id, quod omnino probari a senatu Publilia lex juberet? nam de quo fit S. C. id ejusmodi est, ut improbari & abjici potuerit. est autem & probatum, & acceptum, quia major pars senatus ita senserit. at in hoc non, utrum vis licere, neque plurium senatorum voluntatem spectari, Publilius voluit, sed, quasi ab universo senatu jam probatum esset, ita vellent nollent, patres auctores esse. ergo sic existimare debemus: & eas leges, quæ centuriatis comitiis ferrentur, post legem Publiliam aut e S. C. aut certe patribus auctoribus esse latas: & eas, quæ ante legem Publiliam centuriatis comitiis latæ erant, alias e S. C. alias sine S. C. Patribus tamen auctoribus, alias neque a S. C. neque patribus auctoribus esse latas. Nihilne igitur interfuit, dicet aliquis, inter leges, quæ patribus auctoribus, & eas, quæ e S. C. ferrentur? nihil plane, ante legem Publiliam. nam, sive a S. C. sive patribus auctoribus ferrentur, a senatus voluntate ferebantur. post legem autem Publiliam multum inter hujusmodi leges interfuit, atque adeo tantum, quantum inter secundam & diversam voluntatem interest. nam secunda senatus voluntate ferebantur eæ leges, quæ S. C. probatæ jam erant: adversa vero nonnunquam eæ, quarum patres auctores fiebant. probabant enim inviti, lege coacti. itaque honorificentius habebatur id, quod e S. C. centuriatis comitiis latum esset, quam id quod iisdem comitiis patribus auctoribus. sed extremis reip. temporibus nullam legem centuriatis comitiis sine S. C. patribus auctoribus latam invenio, permultas autem a S. C. iisdem comitiis: sive, quod abrogata sit Publilia lex: sive, quod postea quam Q. Hortensius Dictator multis annis post Publilium legem tulerit, ut eo jure quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur; nihil attinuit patres auctores de eo fieri, quo, vel si auctores ipsi non fierent, tamen omnes cives æque tenerentur. itaque magistratus aut e S. C. centuriatis comitiis, aut, si senatus dissentiret, tributis leges tulerunt: (quanquam & leges multæ tributis comitiis ex S. C. latæ sunt) cum lege Hortensia eandem vim haberent leges tributis comitiis latæ, quam habuerunt antea leges eæ, quæ centuriatis comitiis, patribus auctoribus, latæ erant. Hic fortasse quæretur, ante Publiliam legem omnesne leges, quas senatus, sive centuriatis, sive tributis comitiis ferri cuperet, ferrentur e S. C. an vero aliæ e S. C. aliæ vero sine S. C. tantum patribus auctoribus? utrumque factum est. nam neque omnes e S. C. neque omnes patribus auctoribus latæ sunt. de latis a S. C. testimonium res non desiderat: exemplorum enim plena sunt omnia. patribus autem auctoribus minus quidem multæ, sed aliquot tamen latæ sunt, ut Petilia (Al. Poetelia) de ambitu, a tribuno pleb. tributis comitiis lata; de qua Livius lib. 7. (15. extr.) Quæretur etiam, utrum centuriatis comitiis leges a majore tantum magistratu, an etiam a minore ferrentur. faciamus quod oratores solent: qui quum testibus rem probare non possunt, argumentantur a simili, & hoc genere sæpe fidem faciunt. itam nos, quum, centuriatis comitiis a minore magistratu leges latæ sint, necne, affirmare non possimus, (quia neutrum ab antiquis proditum est,) similitudinem sequemur, &, quod in creandis magistratibus fieri solitum est, idem in ferendis legibus observatum esse dicemus. nam si creandis magistratibus centuriata comitia nunquam, nisi a majore magistratu habita sunt: itidem, ferendis legibus nunquam, nisi a majore, esse habita consentaneum est. illud autem est: esse igitur & hoc dicemus. neque enim cur non sit, aut ratio suadet, aut exempla demonstrant. Ex P. Manut. libro de Legibus Romanis.

Legum ferendarum morem describit Cic. pro Flacc. 15. O morem (inquit) præclarum, disciplinamque quam a majoribus accepimus, siquidem teneremus: sed nescio quo pacto jam de manibus elabitur. Nullam enim illi nostri sapientissimi & sanctissimi viri vim concionis esse voluerunt. Quæ scisceret plebs, aut quæ populus juberet, summota concione, distributis partibus, tributim & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus: auditis auctoribus, re multos dies promulgata & cognita, juberi vetarique voluerunt.

Auctor legis atque adjutor. V. ADJUVO.

Auxilium legum. Tacit. 1. Ann. 2.

Constitutor legis. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Latores legum. Quintil. lib. 3. cap. 2. V. infra LEGISLATOR.

Necessitudo legis. Tacit. 4. Ann. 20.

Nexus legis. Tacit. 3. Ann. 28.

Peritus juris, legumque. Hor. 1. Serm. 1. 9.

Sanctor legum. Tacit. 3. Ann. 26.

Tutela legum. Ovid. 2. Trist. 233.

Vigor legis. Ulpian. in l. 1. D. de constitutionibus principum, Quod principi placuit, legis habet vigorem. Quod & Vim legis dicitur.

Lege populi aliquid poscere. Plaut. Trin. 5. 2. 22.

Lex majestatis. Tacit. 2. Ann. 50.

Curiatæ leges. V. CURIATUS. Sic

Centuriatæ leges. V. CENTURIA.

Julia lex jubet persequi ab iis qui, &c. Cic. pro Rabir. Posth. 8.

Julia lex, qua civitas est sociis & Latinis data. Cic. pro Corn. Balb. 21.

Licinia lex, ne quis ipse sibi curationem ferret. Cic. pro Domo 51.

Licinia lex quæ est de sodalitiis. Cic. pro Planc. 36.

Maria lex pontes fecit angustos. Cic. 3. de Legib. 18.

Papiria lex vetat ædes injussu plebis consecrari. Cic. pro Domo 130.

Pompeia lege cautum est. Plin. Epist. 10. 83.

Amissæ pereunt leges. Lucan. lib. 3. 120.

Arctæ leges additæ. V. ARCEO.

Aspera lex. Quintil. lib. 4. cap. 3.

Barbarica lex. V. BARBARUS.

Colonicæ leges. V. COLONUS.

Consulares leges. Cic. contra Rull.

Decemvirales leges. V. DECEMVIR.

Derogativa lex. V. DEROGO, & ABROGO.

Difficillimæ leges. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Exitiabiles leges. Patercul. lib. 2. 18. extr.

Frumentariæ leges. Flor. 3. 13. 1.

Judiciaria lex. V. JUDICO.

Malignæ leges. Ovid. 10. Met. 329.

Mollior lex. Cic. 3. Verr. 26. V. MOLLIS.

Mortales leges. V. MORIOR.

Perniciosæ leges. Paterc. lib. 2. 18. extr. Cic. 2. Philipp.

Prædiatoria lex. Quæ prædiati bona, si non solveret, vendi jubet. Suet. Claud. cap. 9. extr. Cum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit sub edicto præfectorum. [Puto, mutata distinctione, scribendum: Liberare non posset in vacuum, lege &c. Venalis pependisse dicitur, Cujus bona proscripta fuerunt, in tabula fixa sub edicto ærarii præfectorum.

Publica lex hominum. Pers. 5. Sat. 98.

Rubræ leges. Juven. 14. Sat. 193.

— causas age, perlege rubras
Majorum leges. i. e. Miniatas. Nam capita legum notari solent minio. Unde & Rubricæ dictæ.

Sacratæ leges. V. Sacratus, in SACER.

Sanctæ leges. Hor. 2. Serm. 1. 81.

Secundissimæ plebi, adversæ nobilitati leges. Liv. 8. 12. extr.

Severa lex. Ovid. 3. de Pont. 3. 57.

Socia lex, Quæ omnes ex æquo alligat. Ovid. 4. Epist. 62.
In socias leges ultima gentis eo. Al. In solitas

Sumtuaria lex, Quæ impensas præscribit, & mensarum sumtus comprimit. Suet. Cæs. cap. 43. Legem præcipue sumtuariam exercuit.

Theatralis lex. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Tribonicia lex. Cic. contra Rull. 2. 36. & Liv. 6. 35.

Vanæ leges sine moribus. Hor. 3. Carm. 24. 35.

Vetus lex. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Viduata judice leges. Claud. Cons. Mal. Theod. 117.

Liber a legibus. V. LIBER.

E lege. Quintil. lib. 5. cap. 10. Quod accusatores eorum qui erant & ipsi ambitus damnati, e lege sint post hanc victoriam restituti. V. E præp.

Legibus & præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitiis: h. e. Per leges. Cic. 1. de Orat. 247.

Abdicare legem. V. ABDICO.

Abrogare lege, legi, & legem. V. ABROGO.

Abuti legibus ad quæstum. V. ABUTOR.

Accipere legem, & leges. V. ACCIPIO.

Accipere aliquid contra leges. V. ACCIPIO.

Adæquare aliquem legibus. Tacit. 12. Ann. 60. extr.

Administrare leges. V. ADMINISTRO.

Agere. Lege agere, Jure legibus constituto certare. Ter. Phorm. 5. 8. 91. Una injuria est tecum. o. lege agito ergo. Valer. 7. 7. 5. Lege agere dixit, pro Bonorum possessionem secundum tabulas petere, vel Ex testamento agere. Cic. 4. Verr. 39. Quis unquam isto Prætore Chelidona invita lege agere potuit? Ex Budæo.

Lege agere, pro Vinctos virgis cædere, & deinde securi ferire, exsequendo scilicet sententiam, quam judex tulit. Livius de Campanis loquens, lib. 26. 15. Fulvius acceptas litteras, neque resolutas, quum in gremio reposuisset, præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet. i. e. Ut ex officio suo ageret, & sententiam in damnatos exsequeretur. Valer. lib. 3. cap. 8. 1. Ex Budæo.

Lege agere, Actionem & querelam inofficiosi intendere. Cic. 1. de Orat. 167. Alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex in XII Tabul. permiserat: quod quum impetrasset, causa caderet. Budæus.

Agitur reus spretarum legum. Ovid. 15. Met. 36.

Agitant magnis sub legibus ævum. Virg. 4. Georg. 154.

Ascribere in legem, vel in legibus. V. ASCRIBO.

Assuescere legibus. V. ASSUESCO.

Astringi legibus. Cic. 1. Q. frat. 1. Quoad per se negligeret eas leges quibus esset astrictus.

Cedere legibus. V. CEDO.

Coactus legibus. V. COGO.

Coæquare leges. V. COÆQUO.

Coangustare legem. V. COANGUSTO.

Committere contra legem. V. COMMITTO.

Comparent leges. V. COMPAREO.

Componere & sancire leges. Cic. 2. de Legib. 65.

Comprobare legem. V. COMPROBO.

Conculcare legem. Cic. in Vat. 23. Deinde sanctissimas leges, Æliam & Fufiam dico, quæ in Gracchorum ferocitate, &c. etiam inter Syllana arma vixerunt, solus conculcaris, ac pro nihilo putaris.

Condemnari lege aliquem. Cic. 2. Philipp. 56. Hominem vero omnium nequissimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege, quæ est de alea, condemnatum &c.

Condere legem. Cic. 2. de Legib. 11.

Conscribere legem. V. CONSCRIBO.

Conserere leges. V. CONSERO.

Constituere legem alicui. Cic. 2. de Lege Agr. 59. In posterum vero lex hæc imperatoribus vestris constituitur.

Convellere legem. Cic. Quas leges ausus est nemo improbus, potuit quidem nemo unquam convellere.

Dare leges. Virg. 1. Æn. 507.
Jura dabat, legesque viris.

Defendere legem. Valer. 1. Argon. 213.
— legem defendere cuncti
Hortantur.

Delere legem. Cic. pro Sext. 56.

Denuntiare lege. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Discedere a lege. Cic. pro Cluent. 146.
Edomuit mos & lex maculosum nefas. Hor. 4. Carm. 5. 22.
Egredi leges suas, Transgredi. Tacit. 3. Ann. 24.
Epulari intra legem. V. INTRA.
Evertere & perfringere leges. Cic. 1. in Catil. 18.
Ferre legem, Auctorem legis esse. Cic. Post red. in Senat. 10. Legem Tribun. pleb. tulit ne auspiciis obtemperaretur.
Fixit leges pretio, atque refixit. Virg. 6. Æn. 622. Cic. 14. Att. 12. Antonius accepta grandi pecunia fixit legem a Dictatore comitiis latam.
Florent sub Cæsare leges. Ovid. 2. Fast. 141.
Fundare urbes legibus. Quintil. in Procem. lib. 1.
Illædere legem, pro Dissolvere. V. ILLÆDO.
Imponere legem alicui. Virg. 1. Georg. 60. V. IMPONO.
Imponere leges populo per vim & contra auspicia. Cic. 6. Philipp. 3.
Incidere leges ligno. Hor. de Arte Poet. 399. V. INCĪDO.
Incidebantur leges antiquitus in æs, vel etiam in marmore, quo perpetuæ essent, & in Capitolio vel loco aliquo publico figebantur, ut omnibus apertæ essent. Cic. 3. Philipp. 30. Falsas leges C. Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curaverit.
Indicere leges. Propert. lib. 4. 9. 55.
Infirmare legem. Cic. in Philipp.
Intercedere legi. Cic. Post red. in Senat. 10.
Interpretari legem & æquitate explicare. V. INTERPRETOR.
Innuere leges. V. INNUO.
Irritam legem facere. Cic. 5. Verr. 21.
Irrogare leges. V. IRROGO.
Jubere legem. Cic. pro Corn. Balb. 37. Legem Populum Rom. jussisse de civitate tribuenda.
Jurare in leges alterius. V. JURO.
Labefactare leges ac jura. V. LABES.
Manet lex. V. MANEO.
Mitigare leges, & Intendere, contraria. Plin. lib. 4. Epist. 9.
Observare legem. Cic. 2. Off. 40.
Obtrectare legi. V. OBTRECTO.
Perfringere leges. V. PERFRINGO.
Permissum est lege. V. PERMITTO.
Perrumpere leges. Cic. 3. Off. 36.
Perrumpere medias militie leges. Lucan. lib. 1. 322.
Ponere leges. Hor. 1. Serm. 3. 105.
Promulgare legem. Cic. 13. Fam. 4.
Reddere leges suas civitatibus. Cic. in Verr.
Refigere leges. V. paulo ante, Fixit leges. Refigere, i. e. Improbare.
Repudiare legem. Cic. de Amicit. 96.
Rescindere validas ævi leges. Lucret. lib. 5. 59.
Restituere leges. V. paulo post, Statuere leges.
Rogare leges. Lucret. lib. 6. 3.
Ruptis legibus arma ferunt urbes. Virg. 1. Georg. 510.
Sancire leges. Cic. de Amicit. 40. Hæc prima lex in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpes, &c.
Sciscere legem. Cic. pro Planc. 35.
Scribere leges. Cic. pro Domo 47. Hanc legem Clodius scripsit.
Sequitur aurum lex. Propert. lib. 3. 13. 50.
Siluere leges bello coactæ. Lucan. lib. 1. 277.
Solvere legibus, i. e. quod nunc Dispensare vocamus. Liv. 10. 13. Cic. 11. Philipp. 11. Vopiscus ille, homo summo ingenio, summa potentia, qui ex Ædilitate Consulatum petit, solvatur legibus, quanquam leges eum non tenent. Verba sunt ironica, significantia Hominem perditissimum & exlegem. Budæus.
Solutus lege. Lucret. lib. 3. 687.
Solvere ænigmata legum. Juven. 8. Sat. 50.
Statuere leges. Cic. 6. Philipp. 3. Leges statuimus per vim & contra auspicia latas: hisque nec populum, nec plebem teneri: num eas restitui posse censetis?
Subrogatur lex. V. SURROGO.
Teneri legibus. Lucret. lib. 2. 718.
Teneri implicatum legibus. V. IMPLICO.
Timendæ leges in pace. Lucan. lib. 2. 251.
Tolerare iniquas leges. Claud. 4. Cons. Hon. 259.
Tollere legem. Cic. Sustulit duas leges, &c. Sic 2. Agr. 22.
Lege vendere, ut Lege agere: i. e. Legitime. Plaut. Merc. 2. 3. 113.
Non potes tu lege vendere illam. D. ego aliquid videro. i. e. Quia mancipio non accepta est, ideo lege vendi non potest.
Vetita legibus alea. Hor. 3. Carm. 24. 58.
Uti legibus. Lucret. lib. 5. 957.
Lex est etiam Conditio. ut, Legem & conditionem instituere. Cic. pro Muren. 60. Iniquam legem, Judices, & miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit, &c. Plaut. Asin. 4. 1. 1.
Agedum, istum ostende, quem conscripsisti, syngraphum
Inter me & amicam, & lenam, leges perlege.
Vincula legum. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Certa lex temporum. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Compositæ leges. Virg. 12. Æn. 315.
—ictum jam fœdus, & omnes
Compositæ leges.
Metricæ leges. V. METRUM.
Alligari lege. Quintil. lib. 4. cap. 5. V. ALLIGO.
Conscribere leges. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Dicere legem sibiipsi. Ovid. 13. Met. 72.
Dissolvere firmatas pacis leges. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 63.
Facere legem. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Imponere sibi leges. V. IMPONO, & paulo supra.
Indicere sibi legem innocentiæ. V. INDICO.
Proponere legem. Phædr. 3. Fab. 13. 5.
Servare certam legem temporum. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Tendere ultra legem opus. Hor. 2. Serm. 1. 2.
Tenemur fatali lege. Ovid. 10. Met. 203.
Tradere se sub leges pacis. Virg. 4. Æn. 618.
Vertet natura se in novas leges. Sen. Theb. 1.
Lege hac, Hoc jure, hac conditione: vel Hoc pacto. Ter. And. 1. 2. 29.
Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam, usque ad necem,
Ea lege atque omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam. Idem Eon. 1. 2. 22.
Verum heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem.
Lex, Norma, regula, typus, forma. Cic. 3. de Orat. 88. Hanc igitur, Crassus inquit, ad legem cum exercitatione, tum stilo, qui & alia & hoc maxime ornat ac limat, formanda vobis oratio est. Idem in Orat. 198. Quo etiam difficilius est oratione uti quam versibus, quod in illis certa quædam & definita lex est, quam sequi oportet.
LEGISLĀTOR, ōris. m. [νομοθέτης, νομοθετής] Qui etiam Legumlator dicitur, & separatim Lator legum vel legis. V. LEX. Denominativum, Qui legem fert. Liv. 34 31. extr. Noster legumlator non in paucorum manu Rempub. esse voluit. Cic. 4. in Catil. 10. Latorem legis Semproniæ, jussu populi pœnas Reip. dependisse. [Ex quibus ipsis locis apparet rectius divise scribi Legis, vel Legum lator.
LĒGISPĔRĪTUS, i. m. [νομικός] Vulg. Interp. Luc. 7. 30.
LĒGĬCRĔPA, æ. m. [νομόκρ... Gloss. L. Gr.] Qui leges crepat. Varro Atacinus apud Fulgent.
Legicrepæ tundunt, latrant fora, classica turbant.
LĒGĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [θεσμοφόρος Gl. L. Gr.] Idem ac Legumlator. Virg. 4. Æn. 58. Legiferæ Cereri.
Minos legifer. Ovid. 3. Amor. 10. 41.
Optavit Minos similes sibi legifer annos.
LEGIRŬPUS, a, um. Adj. Prudent. Hamartig. v. 238.
Omnia legirupis quassantia viribus orbem.
LĒGĬRŬPA, æ. m. [παράνομος] Qui legem rumpit & violat. Plaut. Pseud. 1. 3. 119.
LEGIRUPIO, ōnis. m. [νομολαξίας] Idem. Plaut. Rud. 3. 4. 4.
LĒGŬLĒIUS, sive LEGULAUS, i. m. [νομικός] Qui legum studia sectatur. Cic. 1. de Orat. 236. Ita & tibi Jurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. V. & Quintil. 12. 3. p. 1067.
LĒGĬTĬMUS, a, um. Adj. [νόμιμος, ἔννομος, γνήσιος] Æquum, justum, conveniens & secundum legem.
Ætas legitima ad petendum Ædilitatem. Liv. 25. 2.
Amor legitimus, Conjugalis. Ovid. 13. Epist. 30.
Conjux legitima. Ovid. 10. Met. 437.
Dies legitimus comitiis habendis. Cic. 4. Verr. 129.
Dies legitimi dicebantur, quas nunc *dilationes ordinarias* dicimus: Qui legitimi erant accusatori ad accusandum, & defensori ad respondendum. Budæus.
Diem legitimum, Supremum vocat Zeno Veronens. Serm. de Resurrect. quo judicaturus orbem sedebit Deus.
Faces legitimæ. Lucan. lib. 2. 356.
Finis legitimus. Ovid. 1. de Arte Am. 282.
Fœdere legitimo junctus amor. Ovid. 2. Trist. 536.
Horas legitimas accipit Cicero pro Diebus legis. V. HORA.
Impedimentum legitimum. Cic. 2. de Lege Agr. 24.
Jus legitimum. Cic. 1. Off. 64. Ex quo fit, ut neque disceptatione vinci se, nec ullo publico ac legitimo jure patiantur.
Nuptiæ legitimæ. Cic. 1. de Invent.
Poema legitimum, Juxta carminis leges factum. Hor. 2. Epist. 2. 109.
Potestas legitima. Cic. 1. Tusc. 74. Nec tamen illa vincula carceris ruperit, leges enim vetant, sed tanquam a magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic a deo evocatus atque emissus exierit.
Potestas justa & legitima. Cic. 3. de Nat. Deor. 88.
Quæstiones legitimæ. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Scientia legitima. i. e. Legum scientia. Justin. Imp. procemio Institut.
Verba legitima. i. e. Verba legis. Senec. 4. Controvers. p. 174.
Viri legitimi. i. e. Conjuges, non adulteri. Ovid. 5. Epist. 78. Al. Tores.
Vox legitima. Ovid. 3. de Arte Am. 293.
Quid quum legitima fraudatur litrera voce?
Blæsaque fit jusso lingua coacta sono?
Uxor legitima. Martial. lib. 5. 76.
LEGITIMA, ōrum. n. pl. Ceremoniæ, quæ in publicis judiciis observantur. Nepos 19. 4. 2. Inde judicio, legitimis quibusdam confectis, damnatus, &c. V. Cic. 1. Philipp. 26.
Legitima [τὰ νόμιμα] etiam sunt Præcepta legis. Vulg. Interpr. Levit. 18. 26. Custodite legitima mea.
LEGITĪMĒ, Adv. Cic. 1. Off. 13. Juste & legitime imperanti.
Nubere legitime. Juven. 10. Sat. 338.
LEGITIMĀTIO, ōnis. f. Actio, qua liberi naturales fiunt legitimi. Novell. Collat. 7.
LĒGĀLIS, e. Adj. [νομικός] Quod ad legem pertinet. Quintil. lib. 3. cap. 10. Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in privata maxime consilia.
Genus legale quæstionum. Quintil. lib. 3. cap. 5.
Homines legales. Firmic. lib. 5. cap. 7. Docti, sapientes, legales, & qui optimo legum ac judiciorum discursu omnia pertractent. [An Discussu?
Quæstiones legales. Quintil. lib. 3. cap. 8.
LEGALĬTER, Adv. ot, Legaliter provocare. Cassiodor. 4. Epist. 37.
LEXIPYRETUS, [λεξιπύρετος] feminino genere pronuntiatur rectius, quam LEXIPYRETA. Utitur ea voce Plinius semel opere toto, utuntur & Græci, medicinas ita nominantes, quæ febres finiunt, ἀπὸ ὅ λήγειν τοὺς πυρετούς. Hæc Barbarus in Plinium. Plin. lib. 20. cap. 18. Ego tamen damnaverim collyriis addi: multoque magis quas vocant Lexipyretas, quasque pepticas, & cœliacas. Ubi Cornarius legendum censet Lexopyretos, adjectivum communis generis. λήγω, cesso, finio. πυρετός, febris. V. Marc. Empir. cap. 16. & Harduin. ad Plin. l. c. & Henr. Steph. Thes. Gr. col. 634. c.
LEXIPYREXIA, æ. f. [λεξιπυρεξία] Marcell. Emp. cap. 20. Sanare lexipyrexias.
LEXIS, eos. f. [λέξις] Græcum est, Dictio Latine. Cic. 3. de Orat. 169.
Quam lepide lexeis compostæ, ut tesserulæ, omnes
Arte pavimento atque emblemate vermiculato. Ex poeta. Idem in Orat. 149.
LEXICON, i. n. [λεξικόν] Vocabularium, Dictionarium.
LEXICOGRĂPHUS, i. m. [λεξικογράφος] Qui scribit lexicon.
LEXĪDION, i. n. [λεξίδιον] Parva lexis, seu Dictiuncula. Gell. 18. 7. Vana colligitis lexidia.

Lexubii, Lexubis, [Λεξούβιοι] Ptolemæo lib. 2. cap. 8. Lexovii. Cæf. Bell. Gall. 3. 9. extr. & 7. 75. Galliæ populus, cujus hodie Urbs vulgo *Lisieux* dicitur.

L I B

LIB. Liber, Liberalia, Liberalitas, Liberta, Libertus, Libra. LIB. ANIM. VOT. Libero animo votum. LIB. AVG. Liberalitas Augusti. LIBB. Liberti, Libertæ; Libertis, Libertabus. LIBB. MER. Liberti merentes. LIB. CARISS. Liberta cariffima, Libertus cariffimus. LIBERAL. AVG. Liberalitas Augusti. LIBER. D. Libere dedit, vel donavit, seu dedicavit. LIBRTIS. Libertis. LIB. LEG. Librarius Legionis. LIB. OFF. Libertus officinator. LIB. PVB. Libertas publica. LIC. Licinas. LICT. CVR. Lictor Curiatus. LIMETA. Limetanus. LINAR. Linaria, Linarius.

Liba, æ. f. Liba quoque vini, quarta pars hin. Vulg. Interp. Levit. 23. 13. [In Gr. est σπονδὴν, i. e. Libamentum. unde liquet errare eos, qui Mensuræ genus esse putant. Gloss. Lat. Gr. Liba, πόπανα, σπονδαί. V. Libum, in Libo.

Libadium, i. n. [λιβάδιον] Herbæ genus, quæ nostris vulgo *Centaurium minus* appellatur. Plin. lib. 25. cap. 6.

Libamen, Libamentum, Libassus, Libatio. V. Libo, āre.

Libanitis, idis. f. Polium vocatur apud Apul. de Herb. cap. 57. [Nisi Libanotis legendum.

Libanius, i. m. [Λιβάνιος] Sophista Antiochenus floruit temporibus Juliani Apostatæ. Is est qui argumenta in omnes orationes Demosthenis edidit. Orationes duas de laudibus Juliani. Epistolas item 400. V. Socrat. lib. 4. Hist. Ecclesiast. Suid. & Fabric. Bibl. Græc.

Libanochrus, is. f. Gemma, quæ thuris similitudinem ostendit, sed succum mellis. Plin. lib. 37. cap. 10. Quo loco legitur a quibusdam Libanochrus. [λιβανόχρους] & ita legitur in Edit. Harduin.

Libanōtis, idis. f. [λιβανωτίς] Herba odorem thuris reddens, quæ a nostris *rosmarinum* dicitur. Plin. lib. 19. cap. 12.

Libănus, i. m. [Λίβανος] Mons inter Arabes & Phœnices, excelsas arbores habens. Ex eo Orontes fluvius oritur. V. Strab. lib. 16.

Libanus [λίβανος] etiam Arbor est quæ tus producit, tam masculini quam femin. generis. Unde pro Ture accipitur, quod & Libanus, Officinis Olibanum, dicitur.

Libanus, a, um. Adj. ut, Libana cedrus. Sedul. 4. 55.

Libarnum, i. n. [Λιβάρνον] Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Libarna Plinio 3. 5. urbs Liguriæ. Hodie Lavanium, Lavaniæ comitatus.

Libella, V. Libra.

Libellus, V. Liber, libri.

Libens, Libenter, Libentia, Libentīna, V. in Libet.

Liber, ĕri. m. [Βάκχος, Διόνυσος] dicitur Bacchus, multos autem fuisse Liberos sive Bacchos Diodorus scribit. Celebratior vero qui ex Semele & Jove genitus fertur, quem tertium fuisse autumant, & Thebis Bœotiis natum: qui Liber appellatus est a Liberando. nam libertatis deus est, sive quod Bœotiæ urbes liberas fecerit: ipse enim pro Bœotiæ libertate pugnavit: vel quia vinum curas solvat, & mentem ab illis liberet, & audaciorem in omnes conatus faciat, ut notum est ex Hor. 1. Epist. 15. 18.

Ad mare quum veni, generosum & lene requiro,

Quod curas abigat, &c. Fiunt autem plerique ebrietate petulantiores. Senec. lib. de Tranquill. vitæ c. 15. Varr. a Labendo deducit. Quod lubrica mens quo lubet prolabitur. Augustinus de C. D. 6. 9 docet Liberum vocari, quod mares in coeundo, per ejus beneficium, emissis seminibus, liberentur. Hoc idem dicunt in feminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. V. Cic. 2. de Nat. Deor. 62.

Liber pater. Hor. 2. Epist. 1. 5.

Jocosi munera Liberi. Hor. 4. Carm. 15. 26.

Modici transilire munera Liberi. Hor. 1. Carm. 18. 7.

Ornatus viridi tempora pampino Liber. Hor. 4. Carm. 8. 33.

Interdum Liber ponitur pro ipso Vino: sed tantum apud poetas, teste Quintil. lib. 8. cap. 6. Ter. Eun. 4. 5. 6.

Sine Cerere & Libero friget Venus.

Liber dicitur Sol, quia libere per aerem vagatur. Virg. 1. Georg. 7.

— Vos ô clarissima mundi

Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,

Liber, & alma Ceres. V. ibi Pierii notas.

Liberālia, ōrum. n. [Διονύσια] Dies Libero sacer, quo togæ pueris dabantur XVI Calend. April. Ovid. 3. Fast. 713. Cic. 12. Fam. 25. Liberalibus litteras accepi tuas.

Liber, ĕra, ĕrum. [ἐλεύθερος] Qui nullius habito respectu, quod sentit, dicit & facit.

Libera ori lingua. Plaut. Cist. 1. 2. 9.

Libero corde fabulari. Plaut. Epid. 1. 2. 4.

Homo liber. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Liber, Qui nulli subjectus est: cujus relativum est Servus. Plaut. Men. 5. 7. 40.

Mea quidem hercle causa liber esto, atque abito quo voles.

Statu liber. V. Status, in Sto.

Ædes liberæ, Quibus quis uti potest tanquam suis. Plaut. Milit. 3. 1. 84.

Animus liber, Vide locum Livii in Perplexus a me annotatum. H. St.

Aqua liberior. Ovid. 1. Met. 42.

Arbitrium liberum, Animi voluntas ac sententia libera. Liv. 37. 1. Idem 4. 43.

Bilis libera inæstuat præcordiis. Hor. Epod. 11. 23.

Cælum liberum, Quod omnibus æque commune est. Cic. 1. Tusc. 58. Multo difficilior occurrit cogitatio, multoque obscurior, qualis animus in corpore sit, tanquam alienæ domi, quam qualis quum exierit, & in liberum cælum quasi in domum suam venerit.

Cælo liberiore frui. Ovid. 15. Met. 301.

Campus liber, Apertus, Patens. Liv. 31. 39. Ovid. 4. Fast. 292.

Civitas libera. Suet. Tiber. 28. In civitate libera linguas mentesque liberas esse debere. De liberis civitatibus V. Spanh. de Usu & Præst. Num. diss. 9. p. 874. infra Agri liberi.

Consuetudo peccandi libera. Cic. 5. Verr. 177. Ita serpit illud insitum in natura malum consuetudine peccandi libera, finem ut audaciæ statuere ipse sibi non possit.

Cursu libero ferunt equitem in hostem equi concitati. Liv. 34.

Dies liber. Senec. Thyest. 1.

Egressus liber. Tacit. 4. Ann. 32.

Exitus patet liber. Lucret. lib. 4. 399.

Fama libera. Propert. lib. 4. 11. 97.

Fides nulla parte libera. Ovid. 20. Epist. 40.

Iter liberum. Hor. in Carm. Sæcul. 43.

Jurisdictio libera, Sine appellatione. Tranquil. 4. 16.

Lectulus liber. Cic. 14. Att. 13.

Legatio libera. V. Lego, legas.

Locus liber. Plaut. Caf. 3. 2. 7.

Mandata libera, Quæ plenam rei constituendæ potestatem habent. Bud. Liv. 37. 56. pr. His, quæ præsentia disceptationis essent, libera mandata. de summa rerum senatus constituit. [An, De his, quæ &c. libera mandata data? de summa &c.

Otia libera. Ovid. 2. de Arte Am. 729.

Tempus liberum, quod & Vacuum dicimus. Cic. 1. de Fin. 33. Nam libero tempore, quum soluta nobis est eligendi optio, quumque nihil impedit, quo minus, &c.

Toga libera, Togam significat virilem, qua sumpta adolescentes excedebant e magisterio pædagogorum & tutoris auctoritate, & suæ libertati permittebantur. Propert. 4. 1. 132.

Matris & ante deos libera sumpta toga est. Eam etiam vestem Liberalibus induere solebant pueri in Liberi honorem, vel liberæ vitæ significationem, atque eo die prodibant cultu tironum sumpta toga pura, id est virili, de quo Ovid. in Fast. 3. 771.

Via libera facta luxuriæ. Propert. lib. 3. 13. 4.

Vina libera. Hor. de Arte Poet. 85.

Vitæ liberioris iter. Ovid. 3. Fast. 778.

Vox libera. Liv. lib. 35. Idem. 39. 25.

Agri liberi atque immunes. Cic. 4. Verr. 166. Sic Civitates Liv. 37. 55.

Libera prædia meliore jure sunt, quam serva. Cic. 3. de Lege Agrar. 19.

Cum præpositione. ut, A delicto liber, Nulli delicto obnoxius. Cic. 1. de Lege Agrar. 27. Omnes qui se incolumes volent, sequentur auctoritatem Consulis soluti a cupiditatibus, liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus.

Ab irrisione liber. Qui propterea irrideri non potest. Cic. 4. Acad. 123. Liber a tali irrisione Socrates, liber Aristo Chius, qui nihil istorum putat sciri posse.

A legibus liber, Qui non subditus legibus. Plaut. Trin. 4. 3. 26.

Loca ab arbitris libera, Remota. V. Abditus, in Abdo.

A metu liber insidiarum campus. Liv. 39. 30. extr.

A prædonibus libera provincia. Cic. pro Lege Manil. 32. Quam provinciam tenuistis a prædonibus liberam per hosce annos?

Aliquando subauditur præpositio: ut, Liber omni cura animus. i. e. A cura. Cic. 1. de Fin.

Equus liber habenis. Virg. 3. Georg. 194.

Metu omni liber. Liv. 7.

Pavore liber. Plin. lib. 10. cap. 33. Alii legunt, In pavore.

Religione liber animus. Liv. 2. 36. pr.

Terrore liber animus. Cic. 5. de Fin. 87.

Liber est harum rerum, cum genitivo, pro Liber in his rebus agendis. Plaut. Amph. prol. 105. [Al. Liberalem exponunt, perperam. Constructio Græca est. V. Vechner. Hellen. lib. 1. cap. 18.

Laborum liber rusticus. Hor. de Arte Poet. 212.

Liberum est mihi hoc facere, vel non facere. h. e. Licet, possum, & in arbitrio meo constitutum est. Plin. 1. Epist. 8. Erit enim & post emendationem liberum nobis, vel publicare, vel continere.

Permittere liberum aliquid. V. Permitto.

Relinquere liberum alicui. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Liber, Qui ore liberius utitur. Martial. lib. 1. 68.

Liber homo es nimium, dicis mihi, Chœrile, semper.

In te qui dicit, Chœrile, liber homo est. h. e. Nimium libere loqueris. [Perit acumen joci, nisi interrogationis notam in fine apponas. Q. d. Ergo, si diis placet, liber homo est, qui in te, cænum & quisquiliæ, dicit.

Liber ad scribendi licentiam. Cic. 1. de Nat. Deor. 124.

Truculentior, atque plus æquo liber. Hor. 1. Serm. 3. 52.

Indignatio liberrima. Hor. Epod. 4. 10.

Jocus liberior. Ovid. 4. Fast. 946.

Lingua libera. Ovid. 3. de Pont. 2. 82.

Litteræ liberæ, Quæ liberius atque audacius loquuntur. Cic. 1. Att. 10. Ita neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paulo liberiores litteras committere audeo.

Verba libera edere. Tibul. lib. 1. 9 26.

Liber, Quod eminet & exstat. Varr. Eumenid. Iterum Tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. Nonius.

Liber; Magnus, seu Validus. Ovid. 8. Epist. 106.

Perfruor infelix liberiore malo. Sic & Campus liberior dicitur. i. e. Major ad dicendum ratio.

Libĕre, Adv. [ἐλευθέρως, ἀνέδην] Solute, sine alicujus obstaculo. Plaut. Bacch. 5. 1. 19. An non vides ut solæ libere grassentur?

Dare consilium libere. Cic. de Amicit. 44. Consilium verum dare gaudeamus libere.

Defendere libere. Cic. 1. de Fin. 23. A Cyrenaicis melius liberiusque defenditur.

Dicere libere. Cic. 2. de Fin. Sed hæc quidem liberius ab eo dicuntur & sæpius.

Educari libere. h. e. Ingenue, & quemadmodum liberos pueros decet. Ter. And. 5. 4. 8.

Ferre liberius. Virg. 2. Georg. 128.

Fugere imperia alicujus nimis libere. Catul. 61. 80.

Lædere libere. Cic. 7. Verr. 112. In quo homine tantum animi fuit, non solum ut istum libere læderet, &c. Convicio nempe.

Loqui libere. Plaut. Truc. 2. 1. 2.

Vivere libere. i. e. Suo modo vivere, neque subjici alterius voluntati. Ter. And. 1. 1. 25.

Tuto & libere senatus, quæ vellet, decernere auderet. Cæf. 1. Bell. Civil. 2.

Libertas, ātis. f. [ἐλευθερία, ἄδεια] opponitur Servituti. Cic. in Parad. 5. Quid enim est libertas? potestas vivendi ut velis.

Libertas (ut ait Florentinus Jurisconf. de statu hominum. l. Libertas) est Naturalis facultas ejus quod cuique facere libet: nisi si quid vi aut jure prohibetur.

Libertas trifariam contingebat. Cic. in Topic. 10. Si neque censu, neque testamento, neque vindicta liber factus est, non est liber. Quem locum sic exponit Boethius: Faciendi liberi tres sunt partes. Una quidem, ut censu liber fiat: censebantur enim antiquitus soli cives Romani. Si quis ergo consentiente, vel jubente domino, nomen detulisset in censum, civis Romanus fiebat, & servitutis vinculo solvebatur. Atque hoc erat censu effici liberum, per domini consensum nomen in censum deferre, & fieri civem Romanum. Erat etiam pars altera adipiscendæ libertatis, quæ vindicta vocabatur. Vindicta vero est virgula quædam, quam Prætor manumittendi servi capiti imponens, eundem servum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba solennia: atque ideo virgula illa vindicta vocabatur. Illa etiam pars faciendi liberi est, si quis supreme voluntate in testamenti serie servum suum liberum scripserit. Hæc Boethius.

Castigata libertas. Stat. 9. Theb. 688.

Maturior libertas. V. MATURUS.

Otiosa libertas. V. OTIUM.

Potior metallis libertas. Hor. 1. Epist. 10. 40.

Precaria libertas. Liv. 39. 37.

Abdicare se libertate. V. ABDICO.

Non modo Consulatu, sed etiam libertate se abdicare. Cic. 3. Philipp. 12.

Accipere libertatem. Cic. ad Brut. 16.

Adimere libertatem & amittere. Cic. pro Domo 20. Quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses.

Amittere libertatem. Cic. pro Domo 77.

Asserere libertatem Reipub. Quintil. lib. 6. cap. 5.

Capessere libertatem. V. CAPESSO.

Coalescit libertas. Tacit. 4. Hist. 45.

Concedere libertatem. V. CONCEDO.

Confirmare aliquem libertati. V. CONFIRMO.

Deturbare libertatem. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 12.

Dare libertatem alicui. h. e. Liberum facere. Cic. pro Planc. 16. Tabella quæ dat eam libertatem, ut quod velint faciant.

Donari libertate. Cic. pro Corn. Balb. 24. Servos denique, quorum vis & conditio infima est, bene de Repub. meritos, persæpe libertate, id est civitate, publice donari videbamus. Quo in loco videtur Cicero Libertatem interpretari Civitatem. Sed hoc ait, quia civium Romanorum servi tum cives fiebant, quum libertate e Prætore publice donabantur. [Publice. i. e. Jussu Senatus populique Romani, nonnisi Vindicta tamen, liberati. Exempla in historia obvia sunt. V. Liv. 2. 5. extr. & 22. 33. pr. Sall. Catil. cap. 30.

Habere libertatem. Cic. pro Sext. 69. Sed eos voluntatem semper eandem, libertatem non eandem semper habuisse.

Inculcare atque tradere libertatem. V. INCULCO.

Largiri libertatem. Cic. 3. de Legib. 38. Libertatem istam largior populo, ut & auctoritate valeant, & utantur bonis.

Moriens libertas. Tacit. 1. Ann. 74.

Obruere libertatem bello. Stat. 4. Silv. 6. 68.

Omittere cœptam libertatem. Tacit. 4. Hist. 44. pr.

Perdere libertatem. Cic. pro Rabir. Post. 24.

Præcidere sibi vivendi libertatem. Cic. 5. Verr. 3.

Recipere libertatem. Cic. ad Brut. 16. Quæ ne traditam quidem, atque inculcatam recipere possit libertatem.

Retinere libertatem. Cic. 15. Att. 3. Sed quod egerit de libertate retinenda (qua nihil est dulcius) tibi assentior.

Tenere libertatem omnium rerum. Cic. 1. de Orat. 226. Virtus tamen suum jus atque omnium rerum libertatem impunitam tenere debeat.

Tenere interclusam libertatem alicujus. V. INTERCLUDO.

Tueri libertatem. Lucan. lib. 2. 282.

Vindicari in libertatem. Cic. 2. de Orat. 145. Idem 1. de Nat. Deor. 56. His terroribus ab Epicuro soluti, & in libertatem vindicati.

Libertas & licentia, in malum, pro Effreni quadam animi libidine. Cic. 4. Acad. 30. Ut verear ne majorem largiar ei qui contradicturus est libertatem ac licentiam. Idem pro Flacc. 16. Hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum. De Græcia.

Furtiva libertas. Ovid. 2. Amor. 2. 15.

Loquendi libertas. Cic. 9. Fam. 22. Amo verecundiam, vel potius libertatem loquendi.

Maxima libertas data est nobis Ovid. 17. Epist. 153.

Multa cum libertate notare aliquem. Hor. 1. Serm. 4. 5.

Affectatores libertatis. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Jubarum libertas. Stat. 9. Theb. 687.

Testamentorum libertas. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Libertas, Dea Romanis erat, cui Atrium dedicatum. Suet. Aug. cap. 29. commemorat.

LIBERĀLIS, e. Adj. [ἐλευθέριος, ἐλευθερικός] ut ingenuum decet, Beneficus, munificus: cui contrarium est Parcus.

Largus, beneficus, liberalis. Cic. pro Deiot. 26.

Regium, liberale, munificum. Cic. 2. de Orat. 32.

Largum & liberale viaticum. Cic. pro Flacc. 14.

Liberalis & Avidus, contraria. Cic. pro Rosc. Com. 21. Liberalis avidum fraudasse dicitur.

Epulæ liberales. Tacit. 12. Ann. 55.

Fortuna liberalior. Liv. 22. 26. Animum ad spem liberalioris fortunæ adjecit. Gronovius pro Animum legit Animos; & pro Adjecit, Fecit.

Artes liberales dicuntur, Quæ ingenio coluntur, & propterea dignæ suot liberis hominibus. Plin. in procem. lib. 14. Passum iere vitæ pretia: omnesque, e maximo bono, liberales dictæ artes in contrarium cecidere, ac servitute sola profici cœptum. Cic. 1. de Orat. 73. Ingenuas appellat.

Conjugium liberale. i. e. Honestum, ingenuum. Ter. Andr. 3. 3. 29.

Doctrina liberalis. Cic. 4. Fam. 4.

Eruditio liberalis & doctrina. Cic. 2. Tusc.

Facies liberalis. Ter. Eun. 3. 2. 20. i. e. Libero homine digna, qualis decet ingenuum.

Forma liberalis. Elegans. Plaut. Mil. 4. 1. 20. Lepida & liberali forma est. Ter. And. 1. 1. 96. Et quia erat forma præter ceteras honesta ac liberali.

Ingenium liberale. Ter. Adelph. 4. 5. 50.

Joci liberales, Libero quodam animo pronuntiati. Plin. in P. neg. cap. 49. extr. [i. e. Ingenui, honesti.

Responsum minus liberale. h. e. Illiberale. Cic. 3. Att. 15. Quod si non modo tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeii minus liberali responsu perterritum a turpissimo consilio revocaret, quod, &c.

Studia liberalia. Tacit. 3. Ann. 43.

Sumptus. Cic. 2. Off. 42. ut, Non solum necessarii, sed etiam liberales sumptus.

Uxor liberalis. Ter. Phorm. 1. 3. 16.

Ut ne addam, quod sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es. Ubi Donatus; Ingenuam, liberalem: Hoc natalium, illud morum est.

Liberalis, Ad liberum statum pertinens, ut

Liberale judicium, & Causa liberalis; Quum quis aliquem vindicat in libertatem. Quintil. lib. 6. cap. 4. de risu, Quod fecit Longus Sulpicius, qui quum ipse fœdissimus esset, eum, contra quem judicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plaut. Pœn. 5. 2. 4.

— si frugi esse vis,

Eas liberali jam asseres causa manu. V. ASSERO. conf. in LIBERI infra.

LIBERALITER, Adv. [ἐλευθερίως, φιλοτίμως] Large, abundanter, frugaliter: cui contrarium est Parce.

Large & liberaliter. Cic. 5. Verr. 204. Qua in re Senatus optime ac benignissime cum aratoribus egisset, large liberaliterque æstimasset, in ea, &c.

Educatus liberaliter & Ingenuus. Cic. 3. de Fin. 57. Est hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audire a parentibus, &c.

Eruditus liberaliter, Optimis artibus institutus. Cic. 2. Tusc. 6. Eos si possumus excitemus, qui liberaliter eruditi, adhibita etiam disserendi elegantia, ratione & via philosophantur. Sic liberaliter instructus, apud Cæs. 3. Bell. Civil. 61.

Genitus liberaliter. Plin. lib. 23. cap. 1. Saluberrimum liberaliter genitis Campaniæ quodcunque tenuissimum.

Habere aliquem accurate & liberaliter. Sallust. Jugurth. cap. 103.

Largiri dotem liberalissime. Apul. 10. Met. p. 250.

Polliceri liberaliter. Cic. 5. Att. 13. Thermoque tametsi ante adventum meum liberalissime erat pollicitus tuis omnibus, tamen Philogenem, &c.

Servire liberaliter. Ter. Andr. 1. 1. 11. Liv. 1. 34. extr. Notitiamque eam brevi apud regem liberaliter, dextereque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat jura.

Tractare aliquem liberaliter. Cic. 4. Verr. 12. Hi porro qui successerunt, vehementer istius cupidi, liberaliter ex istis cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt.

Vivere liberaliter. Cic. in Parad. 6. Cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit.

Liberaliter, pro Indulgenter. Sallust. Catil cap. 11. Exercitum quem in Asia ductaverat luxuriose, nimisque liberaliter habuerat. Budæus.

LIBERALITAS, ātis. f. [ἐλευθεριότης, δωρεά] Cic. 1. Off. 20. Justitiæ est conjuncta beneficentia: quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licet.

Libidinosa liberalitas. Valer. Max. lib. 8. cap. 2. 2. de C. Visellio, C. Visellius Varro gravi morbo correptus, trecenta millia nummûm, ab Octacilia Laterensi, cum qua commercium libidinis habuerat, expensa ferri sibi passus est, eo consilio, ut si decessisset, ab hæredibus eam summam peteret, quam legati genus esse voluit, libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando.

Sinistra liberalitas. Catul. 27. 15.

Dividere liberalitatem in multos. Sen. de Benefic. lib. 2. cap. 28.

Liberalitas, pro Bonitate. Ter. Adelph. 1. 1. 32.

Pudore & liberalitate liberos

Retinere satius esse credo, quam metu. Donatus; Pudore, ad filios retulit: Liberalitate, ad parentes. Argumentum a conjugatis: Liberalitate regendi sunt, propter quod Liberi dicuntur. Liberalitatem autem Bonitatem dicit.

Liberalitas in sorores. Cic. de Amicit. 11. Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem, liberalitate in sorores, bonitate in suos, justitiæ in omnes?

Ingenii liberalitas. Cic. 1. de Fin. 52. Opes vel fortunæ, vel ingenii, liberalitati magis conveniunt.

Liberalitas eleganter Fonti comparatur. Plin. lib. 2. Epist. 4. ad Calvinam, Sunt quidem omnino nobis modicæ facultates, dignitas sumptuosa: reditus propter conditionem agellorum, nescio minor, an incertior: sed quod cessat ex reditu, frugalitate suppletur, ex qua velut ex fonte liberalitas nostra decurrit. Quæ tamen ita temperanda est, ne nimia profusione inarescat. sed temperanda in aliis: in te facile ratio constabit, etiam si modum excesserit. Cessat, h. e. Deest.

LIBĔRI, orum. m. [παῖδες, τέκνα] Filii, filiæque dicuntur numero fere pl. quamvis & in singulari aliquando reperiatur: dicitorque in plurali etiam de uno filio filiave. Caius de Verb. signific. l. Non est, Non est sine liberis, cui vel unus filius, unave filia est. Hæc enim enuntiatio, Habet liberos, semper pro plurativo numero profertur: sic ut & Pugillares & Codicilli. Scævola, l. Scævola. D. de verborum & rerum signif. Paulus de Grad. affin. l. Jurisconsultus, Liberi usque ad trinepotem: ultra hos, Posteriores vocantur. Papinianus de verborum signific. l. Cognoscere. Callistratus Ibidem, l. Liberorum, Liberorum appellatione, nepotes & pronepotes, ceterique qui ex his descendunt, continentur: hos enim omnes liberorum appellatione lex XII Tab. comprehendit.

Liberûm, pro Liberorum. Cic. 3. Verr. 40. Habitus sit in liberûm loco: sicut mos majorum ferebat. Loquitur de Necessitudine fortis inter Quæstorem & Procos.

Liberi, de Uno tantum filio dictum. Ter. Hec. 2. 1. 15.

Qui illum decrêrunt dignum, suos cui liberos committerent. Ubi Donatus, Multum sonanter, & accusatorio strepitu nec masculinum nec femininum posuit: nec unum, sed liberos. Sic Cic. (3. Verr 93.) En cui tuos liberos committas. Quum de uno ageret. Et, (153.) Habemus enim liberos omnes. De puella. Hactenus Donatus. Cic. pro Cluent. 31. Fratris autem liberos vita privavit. De uno tantum filio loquitur. V. Gell. lib. 2. cap. 13. conf. 3. Verr. 113. Ter. And. 5. 3. 20.

Liberi dicti sunt e liberalitate regendi, ut ait Donatus in Adel. 1. 1. 32.

Certi liberi. V. CERTUS.

Dulces liberi. Hor. Epod. 2. 40.
Similes patri liberi. Senec. Med. 1.
Auctus liberis. Tacit. 3. Ann.
Commendare liberos. V. COMMENDO.
Dare liberos. Catul. 59. 67.
Imperare liberis. V. IMPERO.
Parere liberos. Senec. Theb. 1.
Procreare liberos. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Suscipere liberos. Cic. in Topic.
Trium liberorum ius, inter præmia fuit, quæ lege Papia Poppæa, Maritis patribusque decreta fuerunt, cujus hæc erat vis, ut in petitione magistratûs præferrentur candidati, quibus plures liberi essent: item, ut in ipso magistratu præcederent tales, denique ut ante XXV. annum ætatis contra legem annariam possent admitti. Quæ beneficia non nisi in illis locum habebant, quibus terni liberi nati essent; quibus pauciores, excidebant. V. Lips. Comment. in 3. Ann. Tacit. cap. 25. pr. n. 45. seqq.

LIBERĀLIS, e. Adj. Ad liberos pertinens. ut Liberalia nomina. Varro de L. L. 7. 18. extr. p. 91. ed. tert. Steph.

LIBERTUS, i. m. [ἀπελεύθερος] cujus correlativum est Patronus; Is est, qui quum esset servus, factus est liber. Ulpianus eum esse libertum definit, quem quis ex servitute ad civitatem Romanam perduxit. Plaut. Asin. 3. 3. 100. — magis decorum est,
Libertum potius, quam patronum onus in via portare. Modestinus, Libertis, libertabusque meis, libertum liberta testatoris non contineri.
Assignare libertum. V. ASSIGNO.
Libertus primus, secundus. Martial. 1. 3.
Libertum docti Lucensis quære Secundum. Et in quadam inscriptione reperio, FECIT SIBI ET PETIAE COLLIBERTAE PRIMAE VXORI. Ex quibus verbis facile conjicere est in patronorum libertis ordinem quendam fuisse, & quosdam primos, quosdam secundos vocatos fuisse, quod alteri apud patronum priorem locum obtinerent, alteri proximum. Ergo Primi & Secundi dicebantur, ut aliis omnibus potiores: ac fortasse inde factum est ut apud Jurisconsultos tam sæpe nomen Primi & Secundi legamus. Turneb. 18. 3.

LIBERTA, æ. f. Suet. Aug. cap. 65. Cum una ex consciis liberta suspendio vitam finiisset.
Fortissima liberta. Hor. 1. Serm. 1. 99.

LIBERTĪNUS, i. m. [ἀπελευθερικός] dicitur Qui ex justa servitute manumissus est: & habet correlativum Ingenuus. Cic. 2. Att. 1. ad fin. An libertinis, atque etiam servis serviamus? [Libertini Ciceroni sunt Libertorum posteri, seu Descendentes.
Libertini, Ipsi Liberti quoque dicti. Suet. in Claud. cap. 24. Ignarus temporibus Appii, & deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.

LIBERTĪNA, æ. f. ut, Merx libertinarum. Hor. 1. Serm. 2. 28.
Phryne libertina. Hor. Epod. 14. 15. — me libertina, neque uno
Contenta Phryne macerat. Plaut. Mil. 3. 1. 189.

LIBERTĪNUS, a, um. Adj. ut, Pater libertinus. Hor. 1. Serm. 6. 6. & 45.
Conditionis libertinæ homo. Modestinus in l. Homo liber. D. de statu hominum.

LIBERTINĬTAS, ātis. f. in l. Juxta. Codic. De liberali causa, Sive de libertinitate, sive de ingenuitate quæstio moveatur. Masurius Sabinus in l. 2. D. Si libertus ingen. esse dicat. Qui ex libertinitate ingenuitati se asserunt.

LIBERTINIUM, i. n. Idem. Calpurn. Decl. 14. extr. Ego postulo tenue libertinium, quod vix sufficit istius funeri. Burm. edit. Libertinum. viz. Patrimonium.

LIBĔRO, [ἐλευθερόω, ἀπαλλάττω, ῥύομαι, ἐρύομαι] āre. Manumittere, dare libertatem alicui.
Liberare, Absolvere. Cic. Nihil antiquius fuit, quam ut te a sceleratorum hominum calumniis liberarem.
Liberatus sum, Dave, hodie tua opera: h. e. Periculo ereptus. Ter. And. 2. 2. 33.
A creditoribus liberare. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 7.
De domino liberare. Jabolenus in l. Fullo de actione. D. de Furtis.
Ære alieno se liberare, Creditam sibi pecuniam creditori numerare, debita persolvere. Cic. 6. Att. 2. Ita multæ civitates omni ære alieno liberatæ, multæ valde levatæ sunt.
Liberare fidem reliquam ære alieno. In quodam ex vet. Epist. ad Dalech. H. St. Obligatam ærario fidem liberare, exstat apud Suet. in Claud. cap. 9. conf. VIDES. Quædam hujus observationis a pt. desecta fuerunt verba.
Culpa liberare, Absolvere. Cic. 13. Att. 22. Ego librarios tuos culpa libero.
Cura liberare, Eximere. Cic. 7. Verr. Remitto tibi hoc totum, atque ista te cura libero.
Custodiis corporis liberare. Cic. in Somn. Scip. 6.
Erroribus animos hominum liberare. Cic. 1. de Fin. 14. Eum quem ego arbitror unum vidisse verum, maximisque erroribus animos hominum liberavisse.
Infamia liberare. Cic. 2. Verr. 43. Ut odio, invidia, infamia, turpitudine totum ordinem liberetis.
Invidia magna & inveterata liberare. Cic. 2. Offic. 58.
Metu aliquem liberare, Metum alicui adimere. Ter. And. 2. 2. 2. Sic
Opere magno liberare. Cic. 4. Acad. 121. Sic ille & deum opere magno liberat, & me timore.
Periculo liberare. V. PERICULUM.
Promissa nonnulla liberantur jure prætorio &c. pro Irrita habentur, vel Eorum tollitur obligatio, ne ligent. Cic. 1. Off. 33.
Suspicione aliquem liberare. Cic. 1. Fam. 2. Quem ego ipsum quum audio, prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis. De Pompeio loquitur. i. e. Judico liberum, aut vacuum esse debere ab omni suspicione. Enallage est facti pro Judicio.
Tædio liberare. Plin. lib. 26. cap. 13.
Vagina liberat ensem. Ovid. 6. Met. 551.
Voto liberari. V. VOTUM.
Culpæ aliquem liberare. Liv. 41. 19.
Liberare fidem suam, Præstare promissum. Cic. pro Flac. 46. Ipse tamen Fufiis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. [V. Ære alieno liberare supra.

Liberare (inquit Perottus) etiam aliquando usurpamus pro eo quod est Addicere. Unde in licitationibus rem, quæ venalis proposita est, plus offerenti addicere seu liberare dicimur: & non modo qui vendit, sed etiam qui emit, rem ipsam sic venditam, Liberare dicitur. Hinc Liberationis vocabulum, Paulus Jurisc. in l. Liberationis. D. de verborum & rerum significatione, affirmat eandem vim habere, quam Solutionis. Et contra, Solutionis verbum ad omnem liberationem pertinet, ut vult idem Paulus in l. Solutionis, D. de solutionibus.

LIBERĀTUS, a, um. Partic. Plin. 22. 4. Liberatis obsidione, abominandoque exilio totis castris.
Dominatu regio liberata respublica. Cic. 4. Tusc. 1. Pœna bis liberatus. Curt. 9. 7. 11.
In Judiciis liberatus, Absolutus. Nepos 19. 2. 3. Ab eodem in judiciis, cum capitis causam diceret, defensus, aliquoties liberatus discesserat.
Liberata ponebant pro Effata, id est, locuta. Festus.

LIBERĀTOR, ōris. m. [λυτήρ] Qui aliquem liberat. Cic. ad Brut. 16. Non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Cic. 14. Att. 12. Quid censes, quum Romam puer venerit, ubi nostri liberatores tuti esse non possunt?
Orbis terrarum liberatores. Curt. 3. 10. 5.
Patriæ liberatores. Nepos 10. 10. 2.
Urbis liberator. Liv. 1. 60.

LIBERATIO, ōnis. f. Cic. 1. Q. frat. 1. Possunt in pactionibus faciendis non legem spectare Censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negotii, & liberationem molestiæ.
Culpæ liberatio. Cic. pro Ligar. 1.
Malorum liberatio. Quintil. lib. 5. cap. 10.

LĪBER, bri. m. [φλοιός] Pars corticis interior, quæ ligno adhæret. Columel. l. 5. c. 10. Ita librum arboris inolescere finito. Virg. 10 Ecl. 67.
Nec si, quum moriens alta liber aret in ulmo, &c. Idem 2. Georg. 77.
— huc aliena ex arbore germen
Includunt, udoque docent inolescere libro.
Liber, [βίβλος, τεῦχος, λόγος, σύνταξις] In quo scribimus, quia ante usum chartæ, de libris & corticibus arborum volumina compaginabantur. V. Serv. in Virg. Æn. 11. Aliter tamen sentit Salmasius, qui ex Græco βίβλος deducit, pro quo Æoles βίβλος, βλίβος, vel λίβρος dixerint. V. eum de Modo usurarum cap. 10 p. 406. Cic. 9. Att 11. Demetrii librum de concordia tibi remisi. Idem 4. Att. 13. extr. De libris oratoriis factum est a me diligenter, diu multumque in manibus fuerunt, describas licet.
Liber, ipsum Opus integrum. Plin. 1. Epist. 20. Postea recisa, ac purgata, in unum librum, grandem quidem, unum tamen, coartasse. Cic. 15. Att. 27. Librum tibi celeriter mittam de gloria. Librum posuit pro Volumine, & toto opere. De Gloria enim duos libros uno volumine scripsit Cicero.
Liber, pro certa Parte operis; ut Virgilii Æneis in duodecim libros distincta est.
Liber etiam dicitur Oratio. Cic. 2. Att. 1. Libros appellat, quas paulo ante Orationes vocarat. Iisdem, inquit, ex libris perspicies, & quæ gesserim, & quæ dixerim. Quin & Verrinas actiones, & orationes in Catilinam ipse Libros vocat. Asconius quoque in Verrinæ tertiæ argumento, In ceteris, inquit, orationibus defensor futurus, accusationis officium his libris, qui Verrinarum nomine nuncupantur, compensare decrevit. Paulo post, Libros igitur pro qualitate criminum Tullius dividens, &c. Ibidem tertiam Verrinam quatuor locis librum vocat. Id quod facit & in quartæ Verrinæ argumento. Cic. in Orat. 103. de septem Verrinis loquens, Quod igitur in accusationis septem libris, non reperitur genus? Itaque sic Lambinus inscripsit.
Liber grandi volumine. Gell. lib. 14. cap. 6.
Liber & volumen. Quintil. lib. 9. cap. 4. circa finem.
Copia bona librorum. Hor. 1. Epist. 18. 109.
Carminum libri. Hor. Epod. 17. 4.
Liber de contemnenda morte, secundus de tolerando dolore. Cic. 2. de Divin.
Bonus liber. V. BONUS.
Chronici libri. V. CHRONICA.
Insignes libri. Plin. lib. 1. Epist. 10. ad Octavium.
Laborati libri. V. LABOR.
Lintei libri. V. LINTEUM.
Longi libri. V. LONGUS.
Musteus liber. V. MUSTUM.
Nobiles libri undique coempti. Hor. 1. Carm. 29. 13.
Subtiles tres libri & diligentes. Plin. 5. Epist. 100.
Venosus liber. Pers. 1. Sat. 76. V. Venosus in VENA.
Verax aperit præcordia liber. Hor. 1. Serm. 4. 89.
Colligere librum. V. COLLIGO.
Comparare libros in aliquid. Quintil. in procem. lib. 1.
Componere librum. V. COMPONO.
Conficere librum. V. CONFICIO.
Conjicere in librum. V. CONJICIO.
Corrigere librum. Cic. 6. Fam. 7. Ego filio dixeram librum tibi legeret, & auferret: aut ea conditione daret, si reciperes te correcturum, hoc est, si totum alium faceres. Ibid. in fine, Quod ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te, ne exeat: aut ita corrigas, ne mihi noceat.
Credere arcana libris. Hor. 2. Serm. 1. 31.
Ille velut fidis arcana sodalibus olim
Credebat libris.
Edere libros de re aliqua. Quintil. lib 6. cap. 3.
Edidit librum, non esse Cæsaris filium quem Cleopatra dicat, &c. Suet. in Jul. c. 52. h. e. Librum conscripsit, in quo contendit non esse, &c.
Emittere librum de re aliqua. Quintil. in procem. lib. 6.
Excipere librum. Quintil. in procem. lib. 1. pag. 7. Duo jam sub nomine meo libri ferebantur artis rhetoricæ, neque editi a me, neque in hoc comparati. Namque alterum sermone per biduum habito, pueri, quibus id præstabatur, exceperant.
Habemus nos autem in libris, non modo, &c. Cic. 9. Att. 11.
Inchoare libros & conficere. V. INCHOO.
Incidere in libros alicujus. V. INCIDO.
Inscribere quicquam in libro. V. INSCRIBO.
Inscribere libros nomine alicujus. Quintil. lib. 3. cap. 5. Sunt tamen inscripti nomine Hermagoræ libri.

Insenescere libris. Hor. 2. Epist. 2. 83.

> Et studiis annos septem dedit, insenuitque
> Libris, & curis.

Legati si libri sint: perscripti libri nondum malleati, vel ornati, continebuntur. Proinde & nondum conglutinati, vel emendati continebuntur. Ulpian in l. librorum appellatione. D. de leg. 3.
Pervolutare libros. Cic. 5. Att. 10.
Portare fasciculum librorum. Hor. 1. Epist. 13. 13.
Scribere in libro. Cic. 1. de Orat. 94. Scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente & invito excidit.
Volvere libros. Claud. de Nupt. Honor. 232.
Volvendi sunt libri Catonis. Cic. de Clar. Orat. 298.
Vulgare librum. Quintil. in proœm. lib. 1. pag. 7.
Liber, pro Inventario, ut vulgo dicitur, vel Registro. Cic. 5. Verr. 167. Misit in Siciliam litteras ad Carpinatium, quas ego Syracusis apud Carpinatium in litterarum allatarum libris, Romæ in litterarum missarum apud magistrum Tullium familiarem tuum inveni. Budæus.
Liber pro Epistola ponitur a Nepote 6. 4. 2. Librum gravem multis verbis conscripsit, &c.
Librorum nomine interdum κατ' ἐξοχὴν Sibyllinos intelligebant. Liv. 3. 10.

Librarius, a, um. Adj. [χαρτικός] Quod ad libros pertinet. Plin. lib. 35. cap. 6. Omne autem atramentum sole perficitur, librarium gummi, tectorium glutino admisto.
Scriptor librarius. Hor. de Arte Poet. 354.
Taberna libraria. Cic. 2. Philipp. 21. Nisi se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset.

Libraria, æ. f. [βιβλιοθήκη] Locus in quo reponuntur libri, Græce Bibliotheca. Gell. lib. 5. cap. 4. Apud Sigillaria, forte in libraria ego & Julius Paulus poeta, vir memoria nostra doctissimus, consederamus.

Librarium, i. n. Cista in quo servantur libri. Cic. in Orat. pro Milon. 33. Exhibe quæso, Sex. Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo. Alii legunt Libellarium.

Librārius, i. m. [βιβλιογράφος] Qui libros transcribit. Cic. 2. de Lege Agr. 13. Aliquando tandem, me designato, lex in publicum proponitur: concurrunt jussu meo plures uno tempore librarii, descriptam legem ad me afferunt.
Mendosus librarius. V. MENDA.
Scrinia librariorum. Catul. 14. 17.
Librarius & scriptor. Liv. 38. 55. In L. Scipione malim equidem librarii mendum, quam mendacium scriptoris esse, in summa auri atque argenti.
Librarios possumus appellare eos, quos nunc Impressores vocamus: qui suis typis librum unum, in varia transfundunt exemplaria: quique uno die tantum excudunt, quantum vix mille librarii possent scribere.

Librarius, e Libra. V. LIBRA.

Librariŏlus, i. m. dimin. [βιβλιογραφίσκος] pro Servulo a manu. Cic. 4. Att. 4. Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos quibus Tyrannio utatur glutinatoribus. Et 1. de Legib. 7. Cujus loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis.

Librĭcŏla, æ. m. Sarisb. in Carm.

> Nummipetæ cum libricolis nequeunt simul esse.

Librĭger, ĕra, ĕrum Qui libros portat. Paulin. Nolanus Epist. 28. Postulasti per eundem librigerum, &c.

Libellus, i. m. dimin. [βιβλίον, γραμμάτιον, [illegible]] Cic. ad Planc. 16. Att. 16. Atticus libellum composuit: eum mihi dedit, ut darem Cæsari; eram autem cœnaturus apud eum illo die: quum libellum Cæsari dedi, probavit causam: scripsit Attico æqua eum postulare.
Argutus libellus. V. ARGUO.
Aureolus. V. AURUM.
Doctus. Martial. lib. 10. 19.
Famosus libellus. V. Famosus, in FAMA.
Macer. V. MACER.
Lepidus novus libellus. Catull. 1. 1.
Rusticulus non nimis. Martial. lib. 10. 19.
Sacri libelli Juven. 13. Sat. 19.
Severus parum Martial. lib. 10. 19.
Tristes libelli. Propert. lib. 1. 9. 13.
Curare libellos recognoscendos, emendandosque. Plin. ad Nepot. 4. Epist. 26.
Dedicare libellos. V. DEDICO.
Dare libellos de re aliqua. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Emittere libellos, Publicare, edere. Plin. 1. Epist. 2. ad Arrianum, Libelli, quos emisimus, dicuntur in manibus esse.
Innotescere libellis alicujus. Ovid. 3. Amor. 12. 7.
Proferre libellos Tacit. 2. Ann. 30. pr.
Libellus, dicitur quam vulgus Supplicationem appellat. Sueton. Aug. cap. 53. Promiscuis salutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut quendam joco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem. Libellum Tranquillus vocavit Schedulam supplicem, qua postulata populares Principibus exponere solent. Hæc Budæus.
Libellos, pro Libello supplici. Vide Torr. in quendam locum Suetonii. H. St.
Signare libellos. Suet. in Aug. cap. 50. Subnotare, Plin. 1. Epist. 10. Bud.
Vacare libellis supplicibus. Martial. lib. 8. 31.

> Idem supplicibus vacat libellis.

A libellis, dicti ministri, qui principi in hoc negotio subserviunt, nempe ut supplices libellos ministrent. Suet. in Domit. cap. 14. Epaphroditum a libellis capitali pœna condemnavit. Lampridius in Alexandro cap. 31. pr. Postmeridianis horis subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab epistolis, a libellis, & a memoria semper assisterent.
Agere libellos. Tryphonius in l. Rescriptum. D. de distractione pignorum, Rescriptum est ab imperatore libellos agente Papiniano. i. e. Libellis apud imperatorem præfecto. Budæus.
Libellos, pro Commentario, quam Memoriam vulgo vocant. Quintil. lib. 10. cap. 8. Pessimæ vero consuetudinis est libellis esse contentum, quos componit aut litigator qui confugit ad patronum, aut alii ex genere advocatorum. Budæus. Cic. 1. Philip. 16.

Libellos memorialis, Scriptum memoriæ causa paratum. Suet. in Jul. Cæs. cap. 56. Epistolæ quoque ejus ad Senatum exstant, quas primum videtur ad paginas & formam memorialis libelli convertisse.
Libellus, quem *citationem* vocant. Plaut. Curc. 1. 3. 6.

> Ubi tu es, qui me libello Venerio citasti? ecce me
> Sisto: ades contra.

Libelli, pro Litteris, vel etiam Punctis & articulis quos vocamus. Cic. 11. Fam. 11. Nec de Planco quidem spem adhuc abjecit, ut ex libellis ejus animadverti. Cic. 4. Verr. 183. Recita mihi quæso, hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canuleii.
Libellos proponere in locis celeberrimis, h. e. Programmata seu Inscriptiones, quibus significantur res aliquæ esse venales. Cic. pro Quint. 50. Cujus bona venierunt, cujus non modo illæ amplissimæ fortunæ, sed etiam victus vestitusque necessarius sub præcone cum dedecore subjectus est, de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe tacite obscureque conceditur.
Dejicere libellos is solebat, qui creditoribus se obligare paratus erat, vel solvere parabat, vel denique eum cujus bona proscribebantur defendere volebat. Cic. pro Quint. 25. Jussit bona proscribi, &c. Paulo post 27. Libellos Sextus Alphenus procurator P. Quintii, familiaris & propinquus Sexti Nævii, dejicit. Ibid. 61. Qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est? Quum proscribebas? Ergo affuit, non passus est: libellos dejecit Sextus Alphenus. Seneca de Benef. 4. 12. Spondeo pro judicato, & suspensis amici bonis libellum dejicio, creditoribus ejus me obligaturus. Turneb. Advers. 12. 9.
Libellus, Epistola est assertoria, quam vulgo Certificationem vocamus, ut quas tributorum & vectigalium immunes ad publicanos destinare solent, ne pro vectora res suas advehentes importantesve inhibeant. Paulus in l. Si publicanus. De publicanis, Significet, inquit, id libello manu sua subscripto, eumque ad publicanum mittat. Budæus.
Libellum pro Taberna libraria posuit Catull. 56. 3.

> Te campo quæsivimus minore,
> Te in circo, te in omnibus libellis.

V. Ibi Scalig. & Is. Voss. ut & J. Gesn. 4. Inst. Orat. p. 211. Al. Tabellis, vel Tabernis perperam.
Libellus, Genus mensuræ. Cato cap. 15. Parietes villæ si locet in pedes centum, id est, pedes denos quoquoversum, habeat libellum in pedes quinos, & perticam unam pedum III. CIX. Al. Libellis. V. LIBRA.

Libellŭlus, i. m. Aliud dimin. Mart. Capell. 3. p. 71. Quantum solo inditum libellulo.

Libellātĭcus, Qui metu suppliciorum eo pertrahebantur, ut idolis etiam sacra facerent, Sacrificati dicebantur, iidemque Turificati: Qui non incendissent quidem ture idolis, sed tamen per libellos tantum nomina dedissent, Libellatici vocabantur. Cyprian. 4. Epist. 2. ad Antonianum, Nec tu existimes, frater carissime, sicut quibusdam videtur, libellaticos cum sacrificatis æquari oportere. V. ibidem plura. Ex Erasmo in Cyprian.

Libellensis, is. m. Qui libellis præest aut suscipiendis aut recitandis. L. 32. Cod. de Appell.

Libellāris, e. Adj. Sidon. 9. Epist. 11. Opus libellare conficere.

Libellarium, i. n. Cista in qua conditi servantur libelli. Cic. pro Milon. 33. Exhibe libellarium illud. Alii legunt Librarium.

Libellio, ōnis. m. [γραμματεύς] a veteribus dicebatur, ut quem Tabellionem vocamus. Varr. apud Non. 2. 499. Tum ad me ferunt, qui libellionem esse sciebant.
Libellio, Minutorum librorum venditor, qui & Librariolus dici potest. Tales autem non in taberna aut pila, sed in capsa totam suorum libellorum supellectilem facile urbem circitantes gerunt. Stat. 4. Silv. 9. 21.

> De capsa miseri libellionis, &c.

Libet, vel **Lubet**, libuit, vel libitum est. [ἀρέσκει] ēre. Impers. Idem quod Placet: a Labendo, ut Varro inquit L. L. 5. 6. quod, ut lubrica, mens prolabitur.
Non libet mihi deplorare vitam, quod multi fecerunt. Cic. de Senect. 84. Et 2. Att. 18. De Repub. non libet plura scribere.
Insanire libet tibi. Virg. 3. Ecl. 36.
Liberet. Cic. 1. de Nat. Deor. 82. Ut mihi quidem admirari liberet, in homine esse Romano, &c.
Libere, Velle, placere. Cic. 14. Att. 21. Cui facile persuasi, mihi id quod rogaret, ne licere quidem, non modo non libere.
Libet, personaliter positum. Cic. 2. de Fin. Aut quod esset natura appetendum, aut quod prodesset, aut quod juvaret, aut quod liberet. Sueton. in Jul. Cæs. cap. 20. Cetera item, quæ cuique libuissent, dilargitus est. [An Libuisset?
Libitum est. Ter. Adel. 5. 1. 4. Prodeambulare huc libitum est. Cic. 2. de Orat. 348. De quo genere libitum est mihi paulo plura quam ostenderem dicere.
Ut libebit. Cic. de Senect. 58. Id ipsum tamen, ut lubebit. &c. Ut lubet. Cic. de Clar. Orat. 44. Magis lubet. V. MAGIS.
Ad libitum. V. AD præposit. conf. LUBET.

Libens, entis. [ἄσμενος] Volens, facilis. Cic. 13. Fam. 65. Consecutus es ut libentissimis Græcis cum quod velis consequare.
Animo libenti, & Libentibus animis aliquid facere: h. e. Libenter, & admodum æquo animo. Cic. pro Cluent. 6. Eamque animis vestris aut libentibus aut æquis remittatis. Liv. 29. 8. Ut modicas injurias non æquo modo animo pati, sed prope libenti possent. Al. Lubenti.
Illo libente. Cic. 1. pro Lege Agr. 48. Quam ego dignitatem etsi libente illo, tamen absente illo per vos consecutus sum.
Me libente. Cic. 10. Att. 4. Si vera sunt, ignosces; si falsa, me libente eripies mihi hunc errorem.
Compar. Plaut. Asin. 2. 2. 2. Ut ego illos libentiores faciam. L. e. Hilariores.
Superl. Omnibus libentissimis: h. e. Æquissimis, & non repugnantibus. Cic. 4. Att. 2. Illam porticum redemptores statim sunt demoliti, libentissimis omnibus. Plaut. Pseud. 5. 2. 22. Cor lubentissimum.
Lubens, seu Libens, pro Libenter [ἀσμένως] auctore Donato. Ter. Andr. 2. 1. 39. Fugin' hinc? s. ego vero ac lubens. Idem Heaut. 4. 5. 15.

> Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.

Idem Adelph. 5. 5. 6.

> Servum haud illiberalem præbes te, & tibi
> Lubens benefaxim.

& 5. 6. 8.

Et tibi ob eam rem, fi quid ufus venerit,
Lubens benefaxim. meditor effe affabilis. conf. Plaut. Amphit. 4. 4. 36. & Cafin. 5. 1. 12.

Morior libens. Ovid. 14. Met. 721.

Libenter, Adv. [ἀσμένως, ἡδέως] Æquo, feu Lubenti animo.

Legere aliquid libenter. Cic. 2. Att. 1. Quanquam illa toa (legi enim libenter) horridula mihi atque incompta vifa funt. Libenter, quafi Diligenter: ut contra, Non libenter legunt, qui Negligenter. Plaut. Rud 4. 2. 18.

Nam qui dormiunt libenter, fine lucro & cum malo qoiefcunt.

Vivere lihenter & cœnare. Ter. Eun. 5. 8. 44. — tu hercle cum illa, Phædria,
Et libenter vivis, etenim bene libenter victitas. Ubi Donatus; Libenter vivis, i. e. Bonorum ciborum edax es. Cato cap. 156. Si voles in convivio multum bibere, cœnareque libenter, ante cœnam efto crudam quantum voles ex aceto. De Braffica loquitur.

Magis lubenter, V. Magis.

Nimium libenter. V. Nimis.

Compar. Plaut. Capt. 1. 2. 10.
Omnes profecto liberi lubentius
Sumus, quam fervimus. Hor. 2. Epift. 1. 262.
Dicit enim citius, meminitque libentius illud
Quod quis deridet, quam quod probat, & veneratur.

Superl. Cic. 2. de Legib. 1. Illo loco libentiffime foleo uti.

Libentia, æ. f. [ἡδυπάθεια] Voluptas, gratia. Gell. lib. 15. cap. 2. Cui libentiæ gratiæque omnes conviviorum incognitæ fint. i. e. Complacentiæ, voluptates, quafi libidines quædam decentes.

Libentina, vel Lubentina, æ. f. Dea libidinis, Venus. Cic. 2. de Nat. Deor. 61. Quo ex genere, Cupidinis, & Voluptatis, & Lubentinæ Veneris vocabula confecrata funt. Auguftin. de Civ. Dei 4. 8. Libentinæ nomen a libidine. conf. Varr. de L. L. 5. 6.

Libīdo, ĭnis. f. [ἐπιθυμία, λαγνεία] eft (auctore Donato ad Hecyr. 2. 2. 3.) quælibet Voluntas temere fufcepta. Cic. 4. Tufc. 12. Voluntas eft quæ qoid cum ratione defiderat: quæ autem ratione adverfa incitata eft vehementius, ea libido eft, vel cupiditas effrenata, quæ in omnibus ftultis invenitur. Plaut. Epid. 1. 1. 87.

Nequam homo es, Epidice, cui libido eft male loqui. Idem Perf. 2. 2. 6. Audacter, fi libido eft perdere. Trin. 4. 2. 23.

Magis libido eft obfervare quid agat: ei rei operam dabo. Ter. Heaut. 2. 1. 4.

Ex fua libidine moderantur, quæ nunc eft, non quæ olim fuit.

Sæva libido habendi. Lucan. ad Pifon. 208.

Invafit libido plerofque. V. Invado.

Libido, pro Nimia Veneris appetentia; ut
Fœdus ac maculofus avaritia & libidine. Tacit. 1. Hift. 7.

Damnofa libido. Hor. 2. Epift. 1. 107.

Dira. Lucret. lib. 4. 768. & Perf. 3. Sat. 36.

Feminea. Ovid. 1. de Arte Am. 341.

Furiofa. Ovid. 1. de Arte Am. 281.

Inextinctæ libidinis homo. Ovid. 1. Faft. 413.

Intoleranda libido. V. Intolerandus.

Mafculæ libidinis femina. Hor. Epod. 5. 41.

Potens libido. Senec. Octav. 7.

Tætra. Hor. 1. Serm. 2. 33.

Vetita. Ovid. 9. Met. 576.

Vitiofa. Hor. 1. Epift. 1. 85.

Amittere libidinem. V. Amitto.

Exftimulat innata libido hunc. Ovid. 6. Met. 458.

Obfiftere libidini. V. Obsisto.

Occlufa libido contumeliis. V. Occludo.

Regnat ebrietas geminata libidine. Ovid. 12. Met. 226.

Libidines, pl. fere de Actibus venereæ libidinis. Cic. de Provinc. Conf. 8. Lateant libidines ejus illæ tenebricofæ, quas fronte & fupercilio, non pudore & temperantia contegebat.

Minifter libidinum. V. Ministro.

Importuniffimæ libidines. V. Importunus.

Commeant libidines. V. Commeo.

Conftringi libidinibus. V. Constringo.

Contegere libidines. V. Contego.

Dedere fe libidinibus. V. Dedo.

Facere delicias & libidines in uno. Catul. 43. 24.

Rumpere affiduis libidinibus membra. Propert. lib. 2. 16. 14.

Libido, Voluntas hominis inceiti ac levis. Ter. Phorm. 4. 5. 4.
Atque ita opus facto eft, & mature, dum libido eadem hæc manet. Donat.

Ad noftrum arbitrium, libidinemque, adverfariorum minas elodamos. Cic. 2. Verr. 10. Sic 2. de Fin. Nam & ipfa declinatio ad libidinem fingitur. Vulgo, Ad lubitum dicunt.

Agere rem aliquam libidine, non ratione. Cic. pro Quint. 14.

Libido, in bonam partem accepta. Salluft. in Catil. cap. 7. Magifque in decoris armis, & militaribus equis, quam in fcortis & conviviis libidinem habebant. Idem ad Cæf. De repub. ordinanda, ad finem Ep. 2. Quod fi tibi bona libido fuerit patriæ, & parentibus gratificandi, &c. V. Cort. ad priorem locum.

Libidinōsus, a, um. Adj. [ἀσελγὴς, ἀκόλαστος, ἀφροδισιαστικὸς] Qui libidine propenfus eft.

Dapes libidinofæ, Curiofæ & exquifitæ. Columel. in præfat. lib. 10.

Eloquentia libidinofa. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Sententia libidinofa. Cic. pro Domo 4. i. e. Quæ pro libidine cujufque feruntur.

Voluptas libidinofa. Cic. 1. de Fin. 59.

Libidinofus, Pronus ad venerem, five appetentens veneris. Cic. de Senect. 29. Libidinofa etenim & intemperans adolefcentia, effœtum corpus tradit fenectuti.

Caper libidinofus. Hor. Epod. 10. 23.

Compar. Plin. lib. 11. c. 39 Libidinofiores hominum quoque hirtos colligens.

Libidinōse, Adv. [ἀσελγῶς] Appetenter, Ad Libidinem. Salluft. Catil. cap 51. §. 30. Poft ubi paulatim licentia crevit, juxta bonos & malos libidinofe interficere.

Facere aliquid libidinofe. Cic. 1. Verr. 38. Ut quæ ille libidinofe, quæ nefarie, quæ crudeliter fecerit.

Libidinofe crudeliterque confulere in aliquem. Liv. 3. 36.

Compar. ut, Libidinofius fævire. Tertul. de Monogam. cap. 16.

Libidĭnor, [ἀσελγαίνω] āri. Sueton. in Neron. cap. 28. ad finem. Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum incefte, ac maculis veftis proditum affirmant.

Libidinĭtas, ātis. f. idem ac Libido. Laber. apud Non. 8. 61. Libidinitate labitur.

Libethrus, i. m. [Λείβηθρος] apud Lycophrontem poetam, videtur effe Mons Macedoniæ habens ad radicem Pimpleam fontem. Unde Mufæ dicuntur Libethrides. Strabo fcribit lib. 9. & 10. [Λείβηθρον] Libethrum effe locum Thraciæ, ex quo nonnulli qui in Bœotiæ partem migraffent, obi Parnaffus, eodem nomine Libethrom dicarunt. apud Plin. 4. 9 pr. eft Libethra. pl. n. Fons Theffaliæ. Hinc

Libethrĭdes, um. f. pl. Mufæ. Virg. 7. Ecl. 21. Libethrides nymphæ.
Nymphæ, nofter amor, Libethrides.

Libidinosus, Libido. V. Libet.

Libĭtīna, æ. f. Dea eft, quam alii Proferpinam, alii Venerem dicunt: in cujus templo vendebantur & locabantur ea quæ ad fepulturam pertinent, ut docet Plutarchus in Problem. Rom. 23. A libendo Libitina dicta, ut ait Varro. [Immo Libentina. q. V. in Libet.

Libitina, Ipfæ exfequiarum expenfæ. Liv. 40. 19. pr. Peftilentia in agris, forisque & conciliabulis & in urbe tanta erat, ut libitina tunc vix fufficeret. Ad fuppeditanda fcilicet funeribus neceffaria. Vel, Operæ libitinariorum, ut vult Budæos.

Libitina, Ipfa fepeliendi ars, feu vendendi ea quæ ad fepulturam pertinent. Valer. Max. lib. 5. cap. 2. 10. Qui tunc libitinam exercebant, &c. Hor. 2. Serm. 6. 19.
Autumnufque gravis libitinæ quæftus acerbæ.

Libitina, pro Morte, feu pro Lecto in quo mortui ferebantur; quoniam in æde Libitinæ pararentur neceffaria ad funebrem apparatum. Hor. 3. Carm. 30. 6.
— multaque pars mei
Vitabit libitinam.

Libitinārius, i. m. [νεκροθάπτης] Qoi libitinæ præeft, & actionem libitinariam exercet, quæftui inferviens: & qui neceffaria funeribos venditat: feu qui conducit funera, aut qui curam fepeliendorum cadaverum habet. Ulpian. in l. Quicunque. D. de Inftitoria actione, Si libitinarius (quem Græci νεκροθάπτην vocant) fervum pollinctorem habuerit, ifque mortuum fpoliaverit, dandam in eum quafi inftitoriam actionem. Ex quibus verbis patet, Libitinarium effe curatorem funeris. Seneca de Benef. 6. 38.

Libitinensis, e. Adj. Ad libitinam fpectans; ut, Porta libitinenfis, per quam ex Amphitheatro cadavera interfectorum gladiatorum efferebantur. Lamprid. Commodo cap. 16. Galea ejus bis per portam Libitinenfem elata eft.

Lĭbo, [λείβω, σπένδω] āre. eft Leviter deguftare, & quafi Primis labris attingere. Dictum, ut quidam putant, a Labiis, quafi Labiare. Virg. 4. Georg. 54.
Purpureofque metunt flores, & flumina libant.

Amnem libavit quadrupes. Virg. 5. Ecl. 26.

Cibum libare digitis. Ovid. 1. de Arte Am. 577.

Dapes libavit ferpens. Virg. 5. Æn. 92.

Libata guftu potio traditur Britannico. Tacit. 13. Ann. 16. i. e. Guftu explorata.

Virginitas libata. Ovid. 2. Epift. 115.

Libare, per metaphoram, Leviter tangere fignificat. Virg. 1. Æn. 260.
Ofcula libavit natæ, dehinc talia fatur.

Libare, Sacrificare. Virg. 7. Æn. 133.
Nunc pateras libate Jovi. Liv. 39. 43. Ubi libare diis dapes, ubi bene precari mos effet, &c. Gell. lib. 2. cap. 7. Solenni die Jovi epulum libaretur. Sic Cic. 2. de Legib. 19.

Pateris altaria libant. Virg. 12. Æn. 174.

Honorem laticum libavit in menfa. Virg. 1. Æn. 740.

Merum libatum. Propert. lib. 3. 17. (Al. 15.) 38.

Lacrymas libare alicui defuncto. Ovid. 1. de Pont. 9. 41.

Pomum libatum. V. Libatus Partic.

Tura libare diis. Ovid. 4. de Pont. 8. 39.

Uvam libare deo. Tibul. lib. 1. 10. 21.

Libare, Excerpere legendo auctores, & quod fibi utile eft tranffumere. Cic. 5. Tufc. 82. Sed a te impetrarim libenter, ut nifi moleftum fit, quoniam nulla vincula te impediunt ullius certæ difciplinæ, libafque ex omnibus, quodcunque te maxime fpecie veritatis movet. Idem 1. de Orat. 218. Plin. lib. 7. cap. 37. Variarum artium fcientia innumerabiles enituere, quos tamen attingi par fit florem hominum libantibus. i. e. Præcipuos referentibus.

Excerpere & libare. Cic. 2. de Invent. 4. Omnibus unum in locum coactis fcriptoribus, quod qoifque commodiffime præcipere videbatur, excerpfimus, & ex variis ingeniis excellentiffima quæque libavimus.

Libans, antis. Partic. Virg. 2. Georg. 529.
Te libans, Lenæe, vocat, &c.

Carchefia libans. Virg. 5. Æn. 77.

Libātus, a, um. Partic. [ἀπαρχθεὶς] qoafi Acceptus, five excerptus. Cic. 2. de Divin. 26. Naturale quod animus arriperet, aut exciperet, extrinfecus ex divinitate, unde omnes animos hauftos, aut acceptos, aut libatos haberemus.

Cibi libati ore alicujus, i. e. Prægustati. Ovid. 1. Amor. 4. 34.

Potio libata guftu, i. e. Guftu explorata. Tacit. 13. Ann. 16.

Non libatæ vires, i. e. Non attenuatæ, Intactæ, Integræ. Liv. 21. 29. Integro bello, nufquam ante libatis viribus, Italiam aggrediendam cenfent.

Libatus, Sacrificatus. Tibull. 1. 1. 19.
Et quodcunque mihi pomum novus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante deo.

Libatio, ōnis. f. [λοιβὴ] Sacrificatio, vel ea deguftatio quæ facrificiis fieri folebat. Cic. de Arufp. Refp. 21. Te appello, Lentule, tui facerdotii funt tenfæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum publicorum. Adde Apul. de mundo p. 74.

Libāmen, ĭnis. n. [σπονδὴ] Libamentum, i. n. & Libatio, onis. f. pro eodem fumuntur: fignificantque Quicquid in facris libatur. A Libero patre, qui primus Jovi libavit. Ovid. 3. Faft. 733.
Nomine ad auctoris ducunt libamina nomen. Cic. 2. de Legib. 29. Quod tempus, ut facrificiorum libamenta ferventur, fœtufque pecorum, &c.

Cumulat pingui libamine flammam. Valer. 1. Argon. 204.
Ferre libamenta ad aras. Stat. 3. Silv. 1. 164.
Imponit libamina prima ignibus sacris. Virg. 6. Æn. 246.
Famæ libamina. Ovid. 4. Epist. 27.

LIBĀTOR, ōris. m. apud Augustinum.

LIBATŌRIUM, i. n. [σπονδεῖον] Crater, quo funditur libamen in sacris. Interp. Vulg. 3. Esdr. c. 13. & 1. Maccab. c. 23.

LIBUM, i. n. [ψαιστὸν] Genus dulciarii cibi ex farre, & melle, & oleo: sic dictum, quod libandi causa fiat. Virg. 7. Æn. 109.

— & adorea liba per herbam
Subjiciunt epulis. Vel a verbo Græco λείβω: vel e Libero patre. Ovid. 3. Fast. 735.

Liba deo fiunt, succis quia dulcibus idem
Gaudet, & a Baccho mella reperta ferunt. Cato R. R. cap. 75. Libum sic facito: Caseum bene disterere in mortario; ubi bene triverit, farinæ siligineæ libram: aut si voles tenerius esse, selibram similaginis solum eodem indito, permisceto que cum caseo bene, ovum unum addito, & una permisceto bene. Inde panem facito, folia subdito, in foco calido sub testa eo coquito leniter.

Annua liba. Ovid. 1. Fast. 670.
Calenti libo infusa mella. Ovid. 3. Fast. 761.
Grandia liba facere. Ovid. 4. Fast. 776.
Rustica liba. Ovid. 3. Fast. 670.
Tosta liba. Ovid. 6. Fast. 482.
Venalibus libis plena domus. Juven. 3. Sat. 187.

LIBUS, i. m. Idem. Nigid. de Diis: Deinde surgat, faciat libos quatuor, & intra libos duos e dextra, & duos derexos. Nonius 3. 127.

LIBACUNCULUS, i. m. dimin. Parvum libum. Tertull. de Spectac. cap. 27. Stillicidium mellis de libacunculo venenato.

LIBĀRIUS, i. m. Qui liba vendit. Senec. Epist. 56. Jam libarii varias exclamationes, &c.

LIBĬTO, āre. frequent. a LIBO. Cic. 3. Fam. 8. Etsi de tua prolixa, beneficaque natura libitavit aliquid, &c. Alii legunt Limavit; alii Limitavit.

LIBŎNŌTUS, i. m. [Λιβόνοτος] Ventus flans inter Liba, id est Africum, & Notum. Plin. lib. 2. cap. 47.

LIBŌRA, æ. f. [Λιβώρα] olim Elbora, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs: Talabrica hodie. Vulgo *Talavera*.

LIBRA, æ. f. [λίτρα, σταθμὸς, ζυγὸς] quæ & As, & Mina seu Mna, & Pondo dicitur, duodecim constat unciis.

Una libra farris. Hor. 1. Serm. 5. 69.
Implere libram. V. IMPLEO.

Libra non solum Pondus, sed etiam Mensura, quæ & ipsa duodecim unciis mensuralibus constat. Galenus lib. 1. de compositione medicamentorum per genera, Appellatur enim a Romanis librale pondus solidorum corporum, nomine simili libralis liquidorum mensura: quæ permulta in tota urbe est, ex cornea materia constans. Idem lib. 6. ejusdem operis, Idcirco medicos in libris de medicamentis accuratius oportebat scribere, qualesnam uncias vel libras medicinarum liquidarum præciperent injici, mensuralesne, an ponderales. Ex quibus locis clarissima intelligitur libram duplicem Romanis fuisse, mensuralem & ponderalem. Quod si ponderalem indicamus, discriminis faciendi causa adjiciendum est pondo: si mensuralem, mensura. Quale est illud ipsius Galeni lib. 1. ejusdem operis, ubi scribit Constare album emplastrum ex argenti spumæ & cerussæ singulorum libra pondo, olei vero duabus libris mensura. De hac Libra mensurali videtur intelligendus locus ille Suetonii in Cæsare Dictatore, cap. 38. Populo præter frumenti denos modios ac totidem olei libras, tricenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim divisit. Apparet etiam ex Galeni verbis supra citatis, oleum cornibus libralibus vendi consuevisse, hoc est libram unam mensuralem capientibus. Verum ejusmodi cornua non solum fuisse libræ unius, sed aliquæ duarum etiam librarum, ex Horatio intelligimus, lib. 2. Serm. 2. 61.

— cornu ipse bilibri
Caulibus instillat. h. e. Duarum librarum mensuralium capaci. Sic Plautus, Bilibrem aqualem, duarum librarum capacem, dixisse videtur in Milit. 3. 2. 39. Porro libram mensuralem in duodecim uncias mensurales dividi, abunde testatur Galenus ejusdem operis lib. 3. his verbis, Est autem apud ipsos (de Romanis loquitur) mensura, qua oleum metiuntur, intersecta lineis dividentibus totam in duodecim partes. Atque Mensura integra, vocatur ab ipsis Libra: Duodecima vero pars ejus Uncia. Quantum autem pendeat Libra mensuralis, potest utcunque colligi ex ipso Galeno, qui lib. 6. de compositione medicamentorum per genera, sic ait, Ego sane olei libram Romæ nuncupatam, quam per intersecta cornua metiuntur, appendi aliquando, cupiens scire quantum ponderis haberet. Inveni vero duodecim uncias mensurales, decem ponderalibus æquales. Ex quibus verbis apparet, Libram & Unciam mensuralem non e ponderalibus, ut una alteri respondeat, constitutas, quemadmodum hodie a Pharmacopolis magno errore constituuntur.

Libra, Instrumentum quo res ponderantur, lancem unam utrinque habens. Alio nomine Bilancem vocant. Cic. 5. Tusc. 51. Quo loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram lancem animi bona imponat: in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat. [Lego Præpendere.

Translate, Plin. Epist. 9. 9. Jam illa, quanta probitas in ore, quanta in sermone cunctatio, quam pari libra gravitas, comitasque.

Anceps libra. Pers. 4. Sat. 11.

Libra, Signum cæleste. Plin. lib. 18. cap. 25. Alterumque æquinoctium Libræ.

Libra Phœbeos tenet æqua currus. Senec. Herc. fur. 20.
Pendula cælestes libra movebat aquas. Ovid. 4. Fast. 386.
Libra die somnique pares ubi fecerit horas. Virg. 1. Georg. 208.

Libra, Instrumentum fabrile. Columel. lib. 8 cap. 1. Sin autem locus, ubi vivarium constituere censemus, pari libra cum æquore maris est, in pedes novem defodiatur piscina.

Turres ad libram factæ in navibus. L. a. Eadem rectitudine. Cæs. 3. Bell. Civil. 40 [Æquali pondere alii rectius exponunt.

Libra, pro Libramento. Plin. lib. 16, cap. 36. Contra flatus quoque pervicax libra Bononiensibus calamis.

LIBRĀLIS, e. Adj. [λιτραῖος] Quod est unius libræ. Vegetius scribit lib. 2. de Re Mil. cap. 23. meon sole omnes milites meditatos libralia saxa jactare: qui usus paratior credebatur, quia non desiderabat fundam. Plin. lib. 19. cap. 2. Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere.

Librales offas, in præsolsæ adipis liquamine tinctas, singula demittito. Columel. lib. 6. cap. 2. Librales offæ; vel unius libræ pondere & mensura, vel quæ singula librantur & demittuntur in os bovis. [Sed ex Pallad. Mart. tit. 12. extr. legendum In gulam demittito, ut probe vidit Gesn. Libralis autem offa est Libræ mensuralis.

Pira libralia. Plin. lib. 15. cap. 11. ad finem, Nec non & quædem e piris libralia appellata, amplitudinem sibi ponderis nomine asserunt.

LIBRARIUS, a, um. Adj. [λιτραῖος] Quod ad libram pertinet: ut, Libraria frusta; Quæ singula sunt ponderis libræ unius. Columel. lib. ult. cap. 53. Caro in libraria frusta conciditur.

LIBRARIA, æ. f. Fabrett. Inscript. p. 611. AVG. L. LIBRARIA. CON. SVO. &c. Libraria, non a libris scribendis; sed a libra, tanquam partiendis pensis præfecta. Juven. 6. Sat. 475.

— si nocte maritus
Aversus jacuit, perit libraria. Ubi Schol. Vet. Libraria, Lanipendia. ubi V. & Schurzfl.

LIBRĪLE, is. n. [σταθμοῦχος] Scapus libræ, inquit Festus.

Synecdochice pro tota Libra. Gell. 20. 1. Perpendi in librili.

Est etiam Instrumentum bellicum. Festus: Librilia appellantur instrumenta bellica; saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum loris revincta. Ita Scalig. legit. Al. Librilla. V. Parei Lex. Crit. p. 677. qui huc refert locum Cæs. 7. Bell. Gall. 81. Fundis, librilibus, sudibusque quas in opere disposuerant, ac glandibus Gallos perterrent. Sic placet & Davisio. [Alioqui, sublata distinctione, Libralibus legendum esset. In vet. Gloss. Lat. Gr. Librale, χοινιξ alia notione. Librile vero e Librando dictum esse apparet; ita ut ad id ipsum verbum pertineat.

LIBRIPENS, endis. m. [ζυγοστάτης Gl. L. Gr.] a Pendendo, secundum Priscianum lib. 6. extr. consentit Plin. lib. 33. cap. 3. Boethius in Topica Ciceronis lib. 3. V. MANCIPATIO.

LIBELLA, æ. f. dimin. [ζυγιον] Nummulus argenteus, qui & As dicitur. Cic. 4. Verr. 26. Et quis Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? Libellam pro Asse posuit: ex eo dictam quod libra æris valebat, id est assa. Quum autem minimam pecuniolam significare volebant, assem & libellam dicebant. Idem pro Rosc. Com. 11. de pœna plus petentium loquens, Si peteret sestert. ꟾↃↃ dari oportere: hic, nisi planum facit, sestert. ꟾↃↃ ad libellam sibi deberi, causam perdit. i. e. Si minimo quidem nummo minus debitum fuit, ex formula plus petitionis, causa cadit. Plaut. Capt. 5. 1. 27.

At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. Libella argenti ideo dicitur, quod nummulus erat argenteus. Hæc ex Budæo. Cic. 7. Att. 2. Fecit palam te ex libella, me ex teruncia. Subaud. Hæredem h. e. Te omnium bonorum hæredem. Nam Libræ nomine significatur omnis hæreditas. Teruncia quarta pars est libræ: ergo & quarta pars bonorum. Scriptum itaque erat in testamento, ut Atticus, hæres ex libra, quartam deinde partem Ciceroni attribueret. V. Adag. Eras. p. 1015. [Teruncia vox Latina non est. Ex teruncio itaque fubit tuunt consensu docti. Gronov. de Pec. Vet. lib. 2. cap. 1. extr. Libellam interpretatur Quatuor uncias cum tribus sicilicis & scriptulo, Teruncium vero Unciam & scriptulos quinque. Libellam autem in Sestertieris ratione intelligit, de qua V. Volus. Mæcian. Distribut. p. 399. edit. ejusdem Gronov. conf. Varr. L. L. 5. 36. Ceterum de eodem Cic. loco, quum MSS. longe e vulgata lectione abeant, parum constat, quomodo legendus sit.

Libella erat Moneta argentea, atque decima pars denarii: ut alia libella decima pars sestertii. Auctor Georgius Agricola ex Volusio Mæciano. [Moneta, seu Nummus revera non fuit, sed Nomen tantum, partem, vel Denarii, vel Sestertii decimam denotans, ut l. c. videre licet.

Libella, Fabrile est instrumentum. Plin. lib. 36. cap. 22. Structuram ad normam & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet. Varr. de R. R. 1. 6. Locus ad libellam æquus.

Deliberare, a libella, qua quid perpenditur, dictum. Festus. H. St. Non probavit tamen se doctis hoc etymon.

Libella claudicat. Lucret. lib. 4. 516. Libella autem constat regulis duabus æqualibus, ita junctis inter se alteris duobus capitibus, & divaricatis duobus alteris, ut rectum angulum efficiant. Additur tertia regula, & ab utroque suo extremo cum ceteris duabus per medias circiter partes compingitur. pendet præterea e filo ab angulo, quem efficiunt duæ majores regulæ, plumbea parvula massa turbinata. Hæc Lambinus in Lucretium.

LIBRO, [σταθμίζω, σταθμίζομαι, ταλαντεύω] āre. Ponderare, trutinare, æstimare, & examinare. Apul. Omnia prius, quam aliquid statuas, libranda sunt.

Metum librare. Stat. 9. Theb. 166.

Librare, Grava facere. Plin. lib. 11. cap. 10. Apes, si coortus est procella, apprehensi pondusculo lapilli se librant. V. Virg. 4. Georg. 196.

Cursum librare in aere, de avibus dicitur. Ovid. 2. Amor. 6. 4.
Corpus libravit in alas geminas. Ovid. 8. Met. 201.
Malleum librare. Ovid. 2. Met. 624.
Sese librans ex alto, inquit Plinius de aquila. lib. 10. cap. 3.
Tela librata, Magna vi conjicere & jaculari. Virg. 9. Æn. 417.

— hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure.

Librare, Æqualiter dividere. Columel. lib. 10. 40.

Et paribus Titan orbem libraverat horis.

LIBRĀTUS, a, um. Partic. ut, Terra librata ponderibus. Cic. 5. Tusc. 69.
Tellus ponderibus librata suis. Ovid. 1. Met. 13.

Compar. Liv. 30. 10. Gravior, ac pondere ipso libratior, superne ex onerariis ictus erat. i. e. Melius libratus.

LIBRATIO, ōnis. f. Librandi actus. Vitruv. 8. 6. Qui Archimedis libros legit, dicet, non posse fieri veram ex aqua librationem.

Divina libratio summi moderatoris. Minut. Felix cap. 17.

LIBRATŪRA, æ. f. Idem. Veget. de Re Vet. 2. 12. pr. Libratura cutis.

LIBRĀTOR, ōris. m. [σταθμιστὴς] Qui peritiam habet librandi aquam ad libellam. Vulgo nunc *libellator* dicitur. Plin. 10. Epist. 50. Superest ut tu libratorem vel architectum, si tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, sitne lacus altior mari.

Libra-

Libratores, Qui lapides in bello emittebant. Tacit. 13. Ann. 39. Libratoribus, funditoribusque attributus locus, unde eminus glandes torquerent: ne qua pars subsidium laborantibus ferret, pari undique metu. Contra Turnebus libratores apud Tacitum esse ait, non qui in hostem missilia vibrant, mittuntve manu, sed qui ex tormentis excutiunt. Taciti verba sunt, (2. Ann. 20.) Remotisque paulatim legionibus, funditores, libratoresque excutere tela, & proturbare hostem jubet: missæ e tormentis hastæ, &c.

LIBRĀMEN, ĭnis. n. Ipsa vis ejaculandi & vibrandi. Liv. 42. 65. Huic spiculo ad libramen pinnæ tres, ut sagittis solent, circumdabantur.

LIBRĀMENTUM, I. n. [σταθμισμός] Æquamentum. Columel. lib. 1. cap. 5. Nam ejusmodi positio medium temperatumque libramentum ventorum hiemalium & æstivorum tenet. Plin. lib. 4. Epist. 30. extr. An nescio quod libramentum abditum & cæcum, quod quum exinanitum est, suscitat & elicit fontem, &c.

Aquæ libramentum. Plin. 31. 6.

Plumbi libramenta, Massæ plumbeæ in arietes conjectæ, & vibratæ. Liv. 38. 5.

Tormentorum libramenta, Habenæ & lora seu funes quibus librabantur seu vibrabantur tormenta. Tacit. 3. Hist. 23.

LIBRALIS, LIBRARIA, LIBRARIOLUS, LIBRARIUS. V. LIBER & LIBRA.

LIBRILE, LIBRIPENS, LIBRO, are. V. LIBRA.

LIBS, Libis. m. [Λίψ] Ventus. Plin. lib. 18. cap. 34. Ex adverso Aquilonis ab Occasu Brumali Africus flabit, quem Græci Liba vocant. Sic lib. 2. cap. 47. Vulgo nunc vocatur *Le beix*.

Libs etiam Homo Africanus. Sidon. Carm. 9. 94. & 15. 143. pro Libys.

LIBUI, orum. m. Populi ut ait Liv. 5. 35. qui locos tenuerunt, ubi nunc Brixia & Verona urbes sunt.

LIBUM, V. LIBO, āre.

LIBURNIA, æ. f. [Λιβυρνία] Regio inter Illyricum & Dalmatiam, seu (ut quidam aiunt) Pars Dalmatiæ, in qua sunt Salonæ urbs insignis, cujus populi

LIBURNI [Λιβυρνοί] vocitati sunt, de quibus Lucanus lib. 4. 530.

Pugnacesque mari Graia cum classe Liburnos.

Regna Liburnorum. Virg. 1. Æn. 248.

Item, Qui privatim quoscunque in judicium vocabant jussu magistratuum (quod vilissimorum hominum officium erat) dicebantur Liburni, quod fere e Liburnia essent. Martial. lib. 1. 50. v. 33. ad Licinium, de Hispaniæ locis,

Procul horridus Liburnus, & querulus cliens. Juven. 4. Sat. 75.

— clamante Liburno. [Ubi Schol. vet. Qui admissionibus præerat. = Non dubito, quin uterque de Liburno atriensi loquatur, qui & Salutatores, & Clientes admittebat.

LIBURNUS, a, um. Adj. [Λιβυρνικός] ut, Terra Liburna. Lucan. lib. 8. 38.

Rostra Liburna. Propert. lib. 3. 11. 44. Sic MSS. Alii legunt, Nostra Liburna. I. e. Romanas Liburnicas. V. paulo infra.

LIBURNICUS, a, um. Idem. ut, Insulæ Liburnicæ. Plin. 3. 26.

LIBURNA, & LIBURNICA, æ. f. [Λιβυρνίς] Genus navis bellicæ velocissimæ, a Liburnis populis in Illyrico, qui olim navibus velocibus usi, Ionium mare, insulasque prædabantur. Qua ex causa Romani naves levitate celeritateque præstantes, appellavere Liburnicas, ut refert Appianus. Hor. in Epod. 1. 1.

Ibis liburnis inter alta navium

Amice propugnacula. Lucan. lib. 3. 529.

Ordine contentæ gemino crevisse liburnæ. Plin. lib. 6. Epist. 16. ad Tacitum, Jubet liburnicam aptari: mihi, si venire una vellem, facit copiam. [Subauditur semper Navis. Græci neutraliter usurpant τὸ Λιβυρνικὸν σκάφος. Steph. in Λιβυρνοί.

LIBURNUS, Portus Tuscorum, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie *Livorno*.

LIBYA, æ. & LIBYE, es. f. [Λιβύη] Africa: quod inde Libs ventus flare soleat: seu quod pluviæ indigeat propter nimiam siccitatem, ἀπὸ τῆς λείπω. Vel a Libya Epaphi filia, Jovis filii.

Agri soli Libyæ. Virg. 3. Georg. 249. Soli, Deserti.

Æstiferæ Libyes squalentia arva. Lucan. lib. 1. 206.

Sitientis Libyes calidæ arenæ. Lucan. lib. 1. 368.

Deserta Libyæ. Virg. 1. Æn. 388.

Litus arenosum Libyæ. Virg. 4. Æn. 257.

Vastitas Libyæ. Cic. 1. de Nat. Deor. 101.

Est etiam hoc nomine Fluvius in Mauritania.

LIBYS, yos. m. gentile [Λίβυς] & LIBYSSA, æ. f. [Λίβυσσα] ex Libya orti, vel ortæ. Unde

Arena Libyssa. Adjective, Catul. ad Lesbiam, epig 7. 3. Hinc ambiguitas oraculi, quo Hannibal deceptus fuit. Nam & Bithyniæ Libyssa est. V. infra. conf. LIBYCUS.

LIBYSSĪNUS, a, um. Adj. [Λιβυστῖνος] Martianus Capella, Gravi ac Libyssino calore exustus.

Montes Libyssini. Catul. 58. 1. [Sed Libystini dedit Voss. recte. Λιβυστῖνος & Λιβυστὶς agnoscit Stephanus in Λιβύη.

LIBYSTIS, Idis. f. [Λιβυστὶς] patronym. Virg. 5. Æn. 37.

— pelle Libystidis ursæ. Al. Libystidos. V. Lips. Elect. 2. 4. Salmas. in Solin. p. 220. Voss. de Idol. 3. 52. p. 503. Steph. d. l.

LIBȲCUS, a, um. Adj. [Λιβυκὸς] unde, Libycum mare. Libycus campus, in agro Argeo appellatus, quod in eo primum fruges ex Libya allatæ sunt. Quam ob causam etiam Ceres ab Argeis Libyssa vocata est, inquit Festus.

Gentes Libycæ. Virg. 4. Æn. 320.

Terræ Libycæ. Virg. 4. Æn. 271.

Urbs Libyca. Virg. 4. Æn. 348.

Libycus asparagus, Silvestris. Plin. 20. 10.

LIBYCIS, idis. Urbs Judææ ab Orientali parte Jordanis, quam Herodes exstruxit.

LIBYSSA, æ. f. [Λίβυσσα] Bithyniæ urbs, Ptolemæo lib. 5. cap. 1. Vulgo *Palmen* Bithyniæ φρούριον vocat Stephanus. nota est Annibalis interitu.

LIBYSTĪNUS, dictus est Apollo ab his qui Pachynum Siciliæ promontorium incolebant, eo quod immissa Libycis, hoc est hostibus Carthaginiensibus peste, pæne cuncti subita morte interierint.

L I C

LICHAS, æ. m. [Λίχας] Nomen viri qui Herculem secutus est, auctore Festo. Vulgo scribi solet Lychas. Hunc fabulantur Poetæ versum fuisse in scopulum, dum ab Hercule furente præcipitatur in mare. V. Ovid. 9. Met. 155. ibique Heins.

LICENTER, LICENTIA, LICENTIOSUS. V. LICET.

LĬCEO, ui, [πωλοῦμαι] ēre. cujus supinum est ab impersonali Licitum est; passivam habet significationem, & significat Pretio augeri quum fit auctio. Plaut. Men. 5. 9. 95.

Auctio fiet Menæchmi mane sane septimi:

Venibunt servi, suppellex, fundi, ædes, omnia

Venibunt, quiqui licebunt præsenti pecunia. Martial. lib. 6. 66.

Active, ut vult Gronov. de Præcone vendente puellam,

Parvo quum pretio diu liceret. Cic. 12. Att. 24. De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram, & ut opinor, heri ad te scripseram. [Potest tamen subaudiri Emere, ut & apud Martialem, ut sit a Licet Impers. Porro & Plautus active posuit.

LĬCEOR, licitus sum, [ἀντωνέομαι] ēri. Dep. Valla, Liceor, videtur carere præterito, tamen quasi præteritum habeat, format a se frequentativum (sed ejusdem tamen significationis) Licitor. Unde sunt participia Licitans, & Licitaturus. Utriusque igitur verbi significatio est, Pretium deferre in auctione facienda, hoc est in venditione quæ publice fit. Hactenus Valla. Plaut. Stich. 1. 3. 68.

Jocos ridiculos vendo, agite, licemini. Al. Logos. Cic. 5. Verr. 77. Herbitenses quum viderent, si ad Æschrionem pretium redisset, se ad arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri: liciti sunt usque eo, quoad efficere posse arbitrabantur. Pers. 5. Sat. 196.

Et centum Græcos curto centusse licetur.

Absolute aliquando ponitur: aliquando accusativo jungitur, adjecto pretio vel in ablativo, vel in genitivo. Ulpianus, Si res ejus venierit, & exsistat qui plus liceatur, &c.

Liceri contra aliquem. Cic. 3. Off. 61. Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor apponet. conf. LICENS Partic. & LICITATOR.

Usurpatur hoc verbum non in emtionibus tantum, sed etiam in conductionibus. Suet. Cæs. cap. 20. Ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur, propalam monuit. [Sic & in loc. Cæs. seq.

LICENS, entis. Pretium offerens pro aliqua re. Cæs. 1. Bell. Gall. 18. Quod illo licente, contra liceri audeat nemo.

LĬCĬTOR, [ὑπερθεματίζομαι] āri. frequent. a Liceor. Curt. lib. 4. 1. 12. Et quum habeatis arma, licitamini hostium capita.

Licitari, Congredi, pugnare. Ennius apud Non. 2. 105. Pars ludicre saxa jactant, inter se licitantur. Cæcilius Hymnide, Quæ narrare inepti & scitras ferventis, quin machæra licitari adversum eum cœpit il sciens. Nonius.

Licitari dicuntur (inquit Festus) in pugnando, sive mercando contendentes.

LICĬTANS, antis. Partic. [ἀντωνούμενος] Qui licitatur. Caius in l. Locatio. D. de Publicanis, Locatio vectigalium, quæ calore licitantis ultra modum solitæ conductionis inflatur, ita demum admittenda est, si fidejussores idoneos & cautionem is, qui licitatione vicit, offerre paratus sit.

LICITĀTIO, ōnis. f. [ἀντώνησις] Auctio. Cic. 11. Att. 15. Genus enim conditionis ejusmodi fuit, in quo non solet esse controversia: quum ea pars quæ videtur esse minor licitatione expleri posset.

Facere licitationem. Cic. 4. Verr. 133. Exquisitis palam pretiis & licitationibus factis, describebat Censores binos in singulas civitates Timarchides.

Vincere licitatione. V. VINCO.

LICITĀTOR, ōris. m. [ἀντωνητὴς] Qui pretium auget. Cic. 3 Off 64. Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet. Sed rectius legitur Apponet. Sic

Apponere licitatorem. Cic 7. Fam. 2. Nunc quum tuum pretium novi, licitatorem potius apponam, &c Alia exemplaria habent, In licitatorem potius ponam. V. not. Gronov. [Verbum Apponere in hac re ἀγων. Sequiori ævo dixerunt Appositare, unde Itali *Appostare* & Galli *Apposter*.

LICERUM, I. n. Urbs Aquitaniæ. Hinc

LICERIANUS, a, um. Adj. ut, Pira Liceriana. Plin. 15. 15. [Immo ab auctore. An ergo Laceriana? C. Laceril Tr. pl meminit Liv 5. 10. extr.

LĬCET, licuit, [ἔξεστι, ἐνδέχεται] ēre. impers Fas esse, & licitum Cic. 5. Tusc. 55. Id enim licere dicimus quod cuique conceditur.

Peccare nemini licet. Cic. 5. Tusc. 55.

Cum accusativo. Quintil. lib. 4. cap 4. Procuratorem tibi esse non licuit. Quidam legunt Procuratori, in dativo. Cic. pro Corn. Balb. 29. Si civi Romano licet esse Gaditanum.

Cum dativo. Cic. 1. Tusc. 33. Licuit enim esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ. Hor. 1. Serm. 1. 19. — eja

Quid statis? nolunt, atqui licet esse beatis. Cic. ad Brut. 16. Sed quis supplicat, ut optime meritis de Rep. liceat esse salvis? Grammatici notant, hanc formulam cum dativo esse ex Consuetudine Græca; accusativum ex natura linguæ Latinæ.

Licet, Responsio permittentis vel concedentis. Plaut. Rud. 4. 6. 8.

Eum rogato ut relinquat alias res, & huc veniat. T. licet. V. SCILICET, Adv.

Licet mihi discere de te, pro Possum. Ter. Eun. 2. 2. 31. Cic. 7. Verr. 179. Sed non idem mihi licet, quod iis qui nobili genere nati sunt.

Licet me id scire quid sit? Plaut. Pseud 1. 1. 14.

Liceat modo. Ter. Heaut. 5. 2. 28. Modo liceat vivere, est spes.

Licet sis, Esse potes. Plaut. Rud. 1. 2. 51.

Mea quidem hercle causa salvos sis licet.

Si per te licet, i. e. Si permiseris: vel, Si potero, a te non Impeditus. Plaut. Asin prol 12. Ter in prolog Heaut. 136 — date potestatem mihi

Statariam agere, ut liceat per silentium i. e. Quod ego possim vobis tacentibus. Idem Hec. 5. 4. 33 Per me exquirere licet Vulgus barbarorum dicit, *Ego sum contentus quod tu, &c.* Cic. 2. Philip. 9. Potis ut tibi per me liceat quendam de exilio reducere.

Licet, absolute, pro Poteris facere. Cato de R. R. cap. 158. extr. Et si voles insuper vinum Coum mittum bibere, licebit bibas. Cic. 1. Off 102. Licet ora ipsa cernere iratorum. Idem 4. Acad. 57. Hic pugnes licet, non repugnabo

Impune licere. Tibul. lib. 1. 9. 5.

Utitur etiam hoc verbo in precationibus Hor. 3. Carm. 27. 13.

Sis,

Sis, licet, felix, ubicunque mavis,
Et memor noſtri, Galatea, vivas.

LICĬTUM eſt, [ἐξῆν] Idem quod Licet. Virg. 10. Æn. 105.
Quandoquidem Auſonios conjungi fœdere Teucris
Haud licitum eſt: nec veſtra capit diſcordia finem. Ter. Hec. 5. 3. 39.
Ego dom illo licitum eſt, oſa ſum benigno, & lepido & comi. Cic. 14. Fam. 4. Expectaſſem Brunduſii, ſi eſſet licitum per nautas.

LICAT, [ἴσω] Adv. cooeedentis, quemadmodum Eſto. Virg. 6. Æn. 400.
— licet ingens janitor antro
Æternum latrans exſangues terreat umbras.
Licet [κἄν, καίτοι] pro Quamvis, adverſativa particula eſt, ſere ſeqoente Tamen. Cic. de Aruſp. Reſp. 19. Quam volomus licet, P. C. ipſi nos amemus, tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, &c. Virg. 6. Æn. 803.
Fixerit æripedem cervam licet. V. Juven. 9. Sat. 18.

LICITUS, a, um. Adj. ex Partic. ut Negotiatio licita. Ulpian. in l. 2. D. De jure patro.
Licitæ acies. V. ACIES.

LICITŪRUM eſt, [ἐξέσεσθαι] Cic. 2. Att. 1. Quod nihilo magis ei licitum eſſet plebeio Remp. perdere, quam ſimilibos ejus me COS. patritiis eſſet licitum. [Pro Licitum futurum, quomodo forſao legendum.

LICĬTO, Adv. Solin. cap. 16. Ædes numinis, præterquam nudos veſtigia, nullus licito ingreditur.

LICĬTA, Adv. Idem. ut, Licite oſurpare. Oroſ. 6. 10.

LICENS, entis. Adj. ex Partic. Propert. 4. 1. 26.
Unde licens Fabius ſacra Lupercus habet.
Greſſus licens. Martial. 4. 8.
Joci licentes. Stat. 1. Silv. 6. 93.
Compar. [ἐξουσιαστικώτερος] Cic. 3. de Orat. 183. Inde ille licentior & divitior fluxit dithyrambus.
Accuſatio licentior. Valer. lib. 9. cap. 2. 3. de Damaſippo.
Epiſtola licentior, In qua libere ſcribimus qoicquid volumus. Plin. in Epiſt. Dicatoria ad. N. H.
Vita licentior, pro Diſſoluta. Valer. lib. 9. cap. 1.

LICANTEA, Adv. [ἀδεῶς] Per licentiam. Cic. in Orat. 77. Solutum quiddam ſit, nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut liceoter videatur errare. Sic Liv. 26. 10. Id eom tam licenter atqoe otioſe facere Fiacco Indignum viſum eſt.
Ede audacter & licenter. Catul. 53. 16.
Compar. ut, Dicere licentius. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Errare licentios. Ovid. 4. de Pont. 10. 29.

LICENTIA, æ. f. [ἐξουσία, ἄδεια] in verbis ſemper in malam partem accipitur, ſcilicet pro Temeritate loquendi quæ velis. Io factis in malum accipitur, nonnunquam in bonum. Eſt autem Licentia, Impunita facultas loquendi, vel agendi quæcunque placent. Hæc ex Valla lib. 4. Ter. Adelph. 3. 4. 63.
— verum nimia illæc licentia
Profecto evadet in aliquod magnum malum. Idem Heaut. 3. 1. 74.
Nam deteriores omnes ſumos licentia.
Licentia & libertas vivendi. Cic. 5. Verr. 3. Niſi facile cupiditates noſtras teneremus, nunquam ipſimet nobis præciderēmus iſtam licentiam, libertatemque vivendi.
Pœna abfuit, & licentia conſecuta eſt. Cic. 5. Verr.
Licentia ad maledicendum. Cic. pro Foot. 30.
Ferri licentia, Armorum. Lucan. lib. 1. 8.
Quis furor ô cives, quæ tanta licentia ferri?
Licentia temporum. Plin. 3. Epiſt. 3. extr.
Conſtricta licentia nullo modo. Claud. de Nopt. Honor. 78.
Effrena. Claud. de Bell. Get. 369.
Effuſa. Tacit. 4. Ann. h. e. Immodica.
Feſta. Quintil lib. 6. cap. 3. Quin illæ ipſæ, quæ Dicta ſunt, ac vocantur, quas certis diebus feſtæ liceotiæ dicere ſolebamus, &c.
Fecunda licentia vatum. Ovid. 3. Amor. 12. 41.
Immenſa licentia ponti. Ovid. 1. Met. 309.
Indomita. Hor. 3. Carm. 24. 28.
Laſciva. Hor. 1. Carm. 19. 3.
Nocturna licentia. Ovid. 5. Faſt. 367.
Aſſequi licentiam. Cic. 1. Off. 148.
Concedere licentiam. Cic. pro Muren. 20.
Dare licentiam pecunias eripiendi. Cic. 3. Verr. 220.
Dare infinitam licentiam judici. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 7.
Injecit vaganti frena licentiæ. Hor. 4. Carm. 15. 10.
Largiri licentiam. Cic. 4. Acad. 30.
Notare licentiam verbi. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Obtinere licentiam. Cic. 10. Att. 4.
Patere licentiam. Cic. de Amicit. 89.
Permittere licentiam. V. PERMITTO.
Pollicetur licentiam luxuriæ. Cic. 2. de Fin. 70.
Poſſidere licentiam. Cic. 4. Verr. 67.
Præcidere licentiam. Cic. 5. Verr. 3.
Prodere licentiam mentiendi. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Refrenare licentiam. Hor. 3. Carm. 24. 28.
Tranſcendet hæc licentia in provincias. Tacit. 1. Hiſt. 30.
Licentia, ſimpliciter pro Poteſtate, ſive Permiſſione. Tacit. 14. Ann. 49. Statuerent ut vellent, data & abſolvendi licentia. Ibid. 50. Mox licentia habendi oblivionem attulit.
Licentia, In bonam partem. Cic. 3. Off. 20. Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat. Idem 1. Off. 148. Nec quemquam eo errore duci oportet, ut ſi quid Socrates aut Ariſtippus contra morem conſuetudinemque civilem fecerit, locutive ſiot, idem ſibi arbitretur licere: magnis enim illi, & divinis bonis hanc licentiam aſſeqoebantur. Budæus.

LICENTIATUS, i. m. Honoris hodie vocabolum, i. e. Deſignatus, ut licentiam habeat ad conſequendam dignitatem ſupremi tituli. De derivatione hujus vocis V. Horoman. de verbis joris: Eraſm. Dialog. de Pronon. p. 35. & Lanſii Comm. 1. de Academ. p. 75.
In paupertatem eo licentiatus. Laber. apud Non. 3. 130. Sed alii legunt Licentatos. Mercer. Meo licentiatus. [Poto Licentiatu, ſexto caſu.

LICENTIŌSUS, a, um. Adj. [ἀκόλαστος] Tacit. Ex moribus imperatoris miles intactus aut licentioſus. Quintil. lib. 1. cap. 6. Nam ebor dicere, non minus eſt licentioſum, quam ſi ſulphuri & gutturi ſubjicerent o mediam in genitivo.

LICHĂNOS, i. m. [λιχανός] Phthongorum mobilium onus, apud Vitruv. 5. 4.

LĪCHAN, ēnis. m. vel LICHĒNA, es. f. [λειχὴν] Morbi genus, quod Latini Mentagram vocant, quod a mento incipiat. Plin. lib. 26. cap. 1. Graviſſimum ex his lichenas appellavere Græco nomine: Latine, quoniam a mento fere oriebatur, joculari primum laſcivia (ut eſt procax natura multorum in alienis miſeriis) mox & uſurpato vocabulo mentagram, occupantem in multis totos utique vultus, oculis tantum immunibus, deſcendentem vero & in colla pectuſque ac manus, fœdo cutis ſurfure. Martial. lib. 11. 99.
Non ulcus acre, poſtulæve lucentes,
Nec triſte mentum, ſordidive lichenes. Noſtra ætate, inquit Cornarius, ab anno Chriſti quingenteſimo ſupra milleſimum, per omnem Eoropam ſæviſſime graſſati ſunt lichenes. Neque enim alterius generis cenſendus eſt, qui vulgo hodie Gallicus & Neapolitanus morbos, & ab aliis Hiſpana ſcabies nominatur: quaoquam hæc ipſa affectio multarum ſpecierum exſiſtat, & non recens aut nova hujus ſæculi, joxta quorundam traditionem. Videntur autem λειχῆνες appellati, non quod linctura ſalivæ humanæ curentur, ut quidam opioati ſunt, ſed quod lambendo proſerpant, velut etiam lichen herba in petris ſolet. λείχω, idem valet quod lingo, lambo.
Lichenas oris præſtantiſſime vincit glutinum factum e genitalibus vitulorum. Plin. 28. 12.
Lichenes equorum. Dioſcorid. lib. 2. cap. 8. ex verſione Ruellii, Lichenes ſunt in equorum genibus, & ſuper ungulas indurati calli, qui triti, & in aceto poti, comitialibus mederi traduntur. Meminit & Plin. lib. 28. cap. 11.
Lichen, Herba. Plin. lib. 26 cap. 4. Lichen vero herba his omnibus præfertur, inde nomine invento. Naſcitur in ſaxoſis, folio uoo ad radicem lato, caule uno parvo, longis foliis dependentibus.

LICINIA, æ. f. Olivæ genus ſic dictum ab ioventore. V. Columel. 12. 49. & 52.

LICINIUM, i. n. Veſtis quædam. Iſidor. 19. 22. Liciniom vocatum, qood textura ejus ligata ſit in totum, quaſi diceres Liginum, C, pro G, littera commutata.
Item Lignum luceos; Iſidor. 17. 6. Ligna dicta, quod incenſa convertuntur in lumen. Unde & Licinium dicitur, Quod lumen det. [Rectius Lucinium. Quod Cicindelam exponunt.

LICINIUS, Nomen Ro. gentile, cujus nominis multi in hiſtoria Romana occurrunt, & apud Ciceronem. coof. CRASSUS.
Licinius Macer, hiſtoriæ Romanæ ſcriptor antiquiſſimus, laudatus a Liv. 4. 20. & alibi ſæpe.

LICINIUS, a, um. Adj. ut, Lex Licinia. Cic. pro Planc. 36.
Atria Licinia. Cic. pro Quint. 12.
Stagoa Licinia. Stat. 4. Theb. 744.

LICINIANUS, a, um. Aliud Adj. ut, Domus Liciniana. Cic. 2. Q. frat. 3.
Olea Liciniana. Cato de R. R. cap. 6.

LICIATUS, a, om. V. LICIUM.

LICIUM, & LICIA, ōrum. n. [μίτος, μίτωμα] Fila ſunt quibus in telis textrices implicant ſtamina: ſignificat etiam Stamen ipſum: unde Trilicem dicimus veſtem, Quæ tribus liciis conſtat. Plin. lib. 8. cap. 48. Plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexaodria inſtituit. Virg. 8. Ecl. 73.
Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore
Licia circumdo. In quem locum ſic ait Servius, Ut Licia ſtamen implicant, ita adoleſcentis mentem implicare contendit. Hæc ille. Certe licia vim habere in magicis putabantur. Plin. lib. 28. cap. 4. Inguinibus medentur aliqui, licium telæ detractum alligantes novenis ſeptenisve nodis, ad ſingulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguina adalligantes licio.
Cantata licia. Ovid. 2. Faſt. 575. i. e. Incantata ad implicandas vinciendaſque hoſtiles linguas.
Dira ſororum licia conſulit. Stat. 1. Achill. 520.

LICIATUS, a, um. Adj. i. e. Tela textus. Auguſtin. de Civ. Dei 22. 14. Liciatum eſſe videtur.

LICIATORIUM, i. n. [μίταλον] Lignum in quo licium iovolvitur. Volg. Ioterpr. 1. Sam. 17. 7.

LICĪNUS, a, um. Adj. Comas ſurſum habens criſpatas. Gloſſ. Lat. Gr. Licinus, ἀνάσιμος. V. Meorſ. p. 2. Exerc. Crit. p. 227. Hinc,
Boves licini apod Serv. ad Virg. 3. Georg. 55.

LICITATIO, LICITATOR, LICITOR. V. LICEO.

LICITO, adv. LICITUM eſt, LICITURUM eſt, LICITUS. V. LICET.

LICTOR, ōris. m. [ῥαβδοῦχος, ῥαβδοφόρος, δήμιος] Miniſter publicus, qui apparebat in Urbe magiſtratibus ordinariis Conſulibus, Prætoribusque ſolis, extra ordinariis Dictatori, Magiſtro equitum, Interregi, Decemviris, & Tribb. mil. coſ. pot. Extra Urbem omoibus, qui cum imperio erant, turbam ſubmovendo, prehendeodo, ducendo, animadvertendoque. Nam idem olim carnificis officio fungebatur. Sed duodeni lictores Conſuli. Interregi, Xviro, ac dictis trib. erant: Dictatori XXIV. Prætori ſeni tantum, portantes virgarum faſciculos cum ſecuribus ligatos, magiſtratibuſque præibant: ac quoties juſſi erant, faſciculos ſolventes, primo virgis cædebant ſontem, mox ſecuri feriebant. Plaut. Aſin. 3. 2. 29.
Ubi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores, ulmeis affectos lentis virgis. Liv. 2. 5. extr. Miſſique lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædunt, ſecurique feriunt. Cic. 8. Att. 10. Subito conſilium cepi, ut ante quam luceret, exirem: ne qui conſpectus fieret, aut ſermo, lictoribus præſertim laureatis. Idem 1. Q. frat. 10. Sit lictor non ſuæ, ſed tuæ lenitatis apparitor, majoraque præferant faſces illi ac ſecures dignitatis inſigoia, quam poteſtatis.
Atri lictores. Hor. 1. Epiſt. 7. 6.
Conſularis lictor. Hor. 2. Carm. 16. 9.
Laureati lictores. V. LAURUS.
Paludati lictores. V. PALUDAMENTUM.
Lictor unde dicatur, docet Gell. lib. 12. cap. 3. his verbis, Valgius (inquit) Rufus io ſecundo librorum, qoos inſcripſit De rebos per epiſtolam quæſitis, Lictorem dicit a ligando appellatum eſſe: quod quum magiſtra-

giftratus Populi Romani virgis quempiam verberari juffiffent, crura ejus, & manus ligari vincirique a viatore fulita fint: isque qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor fit appellatus. Utiturque ad eam rem teftimonio M. Tullii, verbaque ejus refert ex oratione, quæ dicta eft pro C. Rabir. r3. I lictor, inquit, colliga manus. Hæc ita Valgius, & nos fane cum illo fentimus. Sed Tiro Tullius M. Ciceronis libertus, lictorem vel a lino, vel a licio dictum fcripfit. Licio enim tranfverso, quod limum appellatur, qui magiftratibus, inquit, præminiftrabant, cincti erant. Plutarchus in Problem. Rom. 67. Cur lictores dicti funt? An quod fontes colligabant? Hi enim lora in finu geftantes Romulum fequebantur. An c interpofitum eft, quum ante fine c litores dicerentur, quafi publici quidam miniftri? Nam quod λῖτον noftris etiam temporibus publicum eft, multis Græcorum legibus fcriptum effe, neminem latere puto.
Lictor etiam inter facrorum miniftros cenfebatur. Pomp. Feft. lib. 6. Flaminius lictor eft, Qui flamini diali facrorum caufa præfto eft. Ovid. 2. Faft. 23.

Lictōrius, a, um. Adj. [ῥαβδουχικός] Quod ad lictorem pertinet. Plin. lib. 7. cap. 300. Fafces lictorios januæ fubmifit is, cui fe Oriens Occidenſque fubmiferat.
Virga lictoria. Flor. lib. 1. cap. 26.

L I D

Liduna, æ. f. Receffus maris, olim Salacia. Marcell. Empir. cap. 25. Liduna ante prandium.

L I E

Lien, ēnis. m. [σπλήν] Unum ex vifceribus internis. Plaut. Curc. 2. 1. 29.
Lien diruptus eft. P. ambula: id lieni optimum eft. Al. Directu'ft.
Idem Merc. 1. 2. 14.
Perii, feditionem facit lien, occupat præcordia.
Magnitudine lienis intemperantiam rifus fieri affirmant phyfici. Perf. 1. Sat. 14. V. splen.
Intumefcit quandoque lien, ut cingere hominem videatur. Cato cap. 157.

Liēnis, Idem. Celf. lib. 3. cap. 21. Si jecor aut lienis eft affectus. Lind. Lienem affectum effe &c. Idem lib. 2. cap. 8. Quos lienis male habet. Lind. Lienes habent.
Bubulus lienis, apud Celf. lib. 4. cap. 9.
Torquet lienis. Celf. lib. 5. cap. 18.

Lienōsus, a, um. Adj. [σπληνικός] Qui liene laborat, quoties excrementi plus in lienem divertit, quam calor ejus vifceris poffit conficere. Ariftot. lib. 3. De partibus animalium. Plin. lib. 7. cap. 2. de Pyrrho refert, cujus dextri pedis pollex lienofis medebatur.
Cor lienofum. i. e. Lienis naturam habens, ut turgeat ficut lien. Plaut. Cafin. 2. 6. 62. Fortaffe legendum Ludiofum: i. e. Subfultans mure ludionum, ac in corpore emicans, ut illi in theatro [Ni verfus negaret.

Lienicus, a, um. [σπληνικός] Idem quod Lienofus. Plin. lib. 29. cap. 3. Sic & lienicis. Harduinus legit Lientericis.

Lientĕria, æ. f. [λειεντερία] Inteftinorum lævitas, inquit Feftus. Celfus lib. 2. cap. 1. His etiam lævitas inteftinorum, quæ λειεντερία vocatur. Unde Lienterici Plinio, Alvini, qui hoc morbo vexantur. Dicitur autem proprie Lienteria, Alvi fluxus quo inteftina continere nihil poffunt, & quicquid affumptum eft, inconfectum protinus reddunt, auctore Celfo lib. 4. cap. 19. pr. Dicitur & Cœliaca paffio.

Lientericus, a, um. Adj. [λειεντερικός] apud Plin. 29. 3. ut Harduinus reftituit. V. notas & emendationes ejus ad l. c. n. 15. p. 718.

L I G

Ligamen, V. ligo, are.

Ligarius, [Λιγάριος] Nomen gentile Romanum. Pro Q. Ligario habuit Orationem apud Cæfarem Cicero, quæ exftat.

Ligariānus, a, um. Adj. [Λιγαριανός] Cic. 13. Att. 12. Ligarianam, ut video, præclare auctoritas tua commendavit. Subintelligit Orationem, quam pro Ligario habuit.

Ligatura, **Ligatus**. V. ligo, are.

Līgea, æ. f. Nymphæ nomen apud Virg. 4. Georg. 336.

Ligellum, V. ligo, are.

Līger. ĕris. m. [Λίγηρ] Galliæ fluvius, qui & **Ligeris** in nominativo dicitur. Unde & Ligerim in accufativo lectum eft. Hic e Cemmenis montibus, five Gebenna, in Arvernorum finibus oriens, & inter Heduos & Bituriges verfus Septentrionem primo fluens; inde in Occafum per Aurelianos, Turones, Andes, & Nannetes, receptis aliquot fluviis, properat; & in Oceanum Aquitanicum fefe magna aquarum mole exonerat. Cæf. 7. Bell. Gall. 55. Liger ex nivibus creverat. Idem 75. Paulo poft magnis itineribus ad Ligerim pervenit. Vulgo *Loire*.
Liger etiam Rutuli cujufdam nomen apud Virg. 9. Æn. 571. Idem 10. Æn. 584.
— vefano talia late
Dicta volant Ligeri, fed non & Troïus heros
Dicta parat contra.

Lignum, i. n. [ξύλον, κᾶλον] a Legendo, inquit Varro L. L. 5. 7. quod ligna caduca in agris legebantur, quibus ad fucum uterentur. Plin. lib. 12. cap. 11. Conftat arboribus fructus radice, frutice, cortice, fucco, ligno, &c.
Ligna, & farmenta. Cic. 3. Verr. 69. Cædere januam faxis, inftare ferro, ligna & farmenta circumdare, ignem fubjicere cœperunt.
Aridum compone lignum. Hor. 3. Carm. 17. 13.
Arida ligna explicare in flammas. Lucret. lib. 2. 880.
Attrita inter fe ligna. V. attero.
Dedicatum lignum. Cic. 2. de Legib.
Durum. Virg. 9. Æn. 544.
Dolatum. Juven. 12. Sat. 58.
Fiffum. Virg. 9. Æn. 413.
Fiffile. Virg. 1. Georg. 544.
Inutile. Hor. 1. Serm. 8. 1.
Lunatum. V. luna.
Mobile nervis alienis. V. mobilis.
Odoratum, Balfami. Virg. 2. Georg. 118.
Offeum. V. os.
Viridibus ex lignis atque humidis ignem facere. Cic. 3. Verr. 45.
Accendere lignum. V. accendo.
Conficere ligna ad fornacem. V. conficio.
Reponere ligna fuper foco. Hor. 1. Carm. 9. 5.
Lignum, pro tabulis ligneis, in quibus fcribebatur, apud Jurifconfultos. Vide Muretum in variis lectionibus. H. St. Nempe lib. 9. cap. 6.
Lignum etiam dicitur Vitium in pomis. Plin. 15. 28. Pomorum aliis intus corpus & foris lignum, ut nucum. Aliis foris corpus intus lignum, ut Perficis & prunis: vitiumque cinctum fructu.

Ligneus, a, um. Adj. [ξύλινος] Quod ex ligno eft. Cic. 2. de Invent. 170. Materiam ligneam flamma uri poffe neceffe eft.
Cuftodia lignea. Plaut. Pœn. 5. 6. 28.
— tantifper quidem
Ut fis apud me lignea in cuftodia. i. e. In nervo, nexus.
Deus ligneus. Tibul. lib. 1. 10. 20.
Equus ligneus. Plaut. Rud. 1. 5. 10.
Ponticulus ligneus. Cic. 5. Tufc. 59.
Signum ligneum. Cic. 6. Verr. 1.
Simulacra lignea. Ovid. 10. Met. 694.
Soleas ligneas in pedes inducere. Cic. 2. de Invent. 149.
Turris lignea. Liv. 23. 37. pr.

Ligneŏlus, a, um. Adj. dimin. Cic. 3. Q. frat. 7. Hanc fcripfi ante lucem, ad lychnuchum ligneolum. Fortaffe legendum Lineolum.
Figura ligneola. Apul. de Mundo p. 70. Qui in ligneolis hominum figuris geftus moveat.

Lignarius, a, um. Adj. Quod ad lignum pertinet: ut, Faber lignarius.
Negotiatio lignaria. Capitol. in Pertin. cap. 1.

Lignarius, i. m. Qui lignatum it. Liv. 35. 41. Et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

Lignōsus, a, um. Adj. [ξυλώδης] i. e. Inftar ligni durum, inquit Perottus. Plin. lib. 12. cap. 7. Arbor radice lata, lignofaque.

Lignor, [ξυλίζομαι] āri. dep. Ad ferenda ligna ire. Plaut. Capt. 3. 4. 126.
Ite iftinc, atque efferte lora. c. num lignatum mittimur? Liv. 25. 34. pr. Et deinde aliquot dies noctefque infeftus aderat, ut non vagos tantum, procul a caftris lignatum pabulatumque progreffos, exciperet, fed ipfis obequitaret caftris.

Lignātio, ōnis. f. [ξυλισμός] Lignorum defectio, vel deportatio. Cæf. 5. Bell. Gall. 39. Ut nonnulli milites qui lignationis munitionifque caufa in filvas difceffiffent, &c.
Lignatio, aliter. Columel. lib. 1. cap. 5. Si autem vel intra villam, vel extrinfecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumque vicinum. i. e. Silva, unde ligna peti poffint.

Lignātor, ōris m [ξυλιστής] Miles qui lignatur. Liv. 10. 25. Cæf. 5. Bell. Gall 26. Subitoque, oppreffis lignatoribus, magna manu, &c.

Lignicīda, æ. c. Qui ligna cædit. Varro de L. L 7. 33.

Līgo, [δέω, ἀναδέω, ἐνδέω, δεσμέω] āre. Vincire, conftringere. Quidam a Lino deducunt, quafi Lino ago: quod omnia, lino ligentur. Plin. lib. 11. cap. 46. Talus autem rectus eft in articulo pedis ventre eminens, concavo in vertebra ligatos.
In catenas aliqua ligare. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Guttura ligavit laqueo. Ovid. 6. Met. 134.
Vulnera ligare. Ovid. 7. Met. 849.
Legibus ligare aliquem. Stat. 4. Silv. 3. 75.
Pacta ligare. Propert. lib. 4. 4. 82.

Ligātus, a, um. Partic. [δεθείς] ut, Comas ligatas auro fubftringere. Lucan. lib. 3. 280.
Crines ligatos impedit vitta. Tibull. lib. 1. 6. 66.
Filius ligatus. Cic. 4. Catil. 13. Filiumque ejus impuberem, ligatum a prætore miffum in carcerem, necandum effe dixit. Al. Legatum a patre miffum, in carcere necatum. V. not.

Ligātura, æ. f. Pallad. 1. 6. Ligatura in vitibus, &c.

Ligāmen, inis. n. [δέσμα, δεσμός] Quo quid ligatur Columel. lib. 11. cap. 2. Poffit etiam falix decifa pridie ad lucubrationem expurgari, & ad vitium ligamina præparari.
Nocturna ligamina mitræ. Propert. lib. 2. 29. 6.

Ligamentum, i. n. Idem. Tacit. 15. Ann. 54. Vulneribus ligamenta, quibufque fiftitur fanguis, &c.

Ligellum, i. n. [καλύβιον] Breve domicilium, & tuguriolum. Plaut. Aul. 2. 4. 24.
De fuo ligello fumus fi qua exit foras. Nonius 2. 504. Tornebus in alia longe eft fententia, aitque fibi in mentem veniffe vocabulum hoc diminutionis formam quandam adumbrare. Poftulat autem proportio ut quemadmodum a tigno tigillum & tigellum deducitur, unde & Tigellii nomen, fic a ligno ligillum & ligellum derivetur. Parvum igitur lignum intelligit quod in foco uratur fumumque reddat. Alii ex MSS. legunt Tigillo.

Līgo, ōnis. m. [δίκελλα, μάκελλα] Rufticum inftrumentum, fic dictum, quod radicibus quæ fub terra funt, ligetur. Lucan. lib. 1. 169.
Vomereque antiquos Curiorum paffa ligones. Plin. lib. 18. cap. 6. Adduxit graves ligones, vomeres ponderofos.
Duris ligonibus exhauriebat humum. Hor. Epod. 5. 30.
Incurvi ligones. Stat. 3. Theb. 589.
Jactati pullarunt arva ligones. Ovid. 3. Amor. 10. 31.
Longis purgare ligonibus arva. Ovid. 1. de Pont. 8. 59.

Ligula, V. lingua.

Ligūria, æ. f. [Λιγυστική] Italiæ regio, majore ex parte montofa, inter amnes Varum & Macram, ab altero latere habens mare Liguſticum, ab altero Padum, Tufciam attingens. Cujus caput eft Genua A qua Liguftica ora, & Mare Liguſticum. Dicta Liguria, a Ligyftu Phaethontis filio, converfione y in u. Nunc vulgo dicitur *Terra de Genua*. Teftis Obvarius in Melam.

Ligŭr, & **Ligus**, ŭris. c. [Λίγυς] Nomen gentile. Probus declinat hic & hæc Ligur, & hic & hæc & hoc Ligus, pro incola Liguriæ.
Affuetus malo Ligur. Virg. 2. Georg. 68.
Femina Ligus. Tacit. 2. Hift. 13. Auxit invidiam præclaro exemplo femina Ligus, quæ filio abdito, &c.
Tonfus Ligur. Lucan. lib. 1. 442.
Vanus Ligus. Virg. 11. Æn. 715.

Ligurīnus, a, um. Adj. ut, Alpes Ligurinæ. Gratian. Cyneget. v. 510.

Liguαῖνus, i. m. Cognomen Ro. Martial. 3. 44.
Circa te, Ligurine, solitudo.

Liuustis, idis. gentile. Sidon. 9. Epist. 15. 44.
Humo atque genta cretus in Ligustide.

Liguaticus, a, um. Adj. [[illegible]] Juven. 3. Sat. 257.
Nam si procuboit qui saxa Ligustica portat.

Ligusticum, sive ut Bocatios, Ligustinum mare, est maris Tuscl pars a Liguria provincia cul adjacet, denominatom. Hoc (ut refert Solinus) corallium procreat, quod fulminibus resistit.

Ligusticum, i. n. [[illegible]] Harbæ hortensis genus. Plin. lib. 19. cap. 8. Ligusticum silvestre est. In Liguriæ suæ montibus seritur. Ubique suaviur sativum, sed sine viribus. Panacem aliqui vocant. Crateuas apud Græcos cunilam bobulam eo nomine appell·t: ceteri fere conizoides, cunilaginem. Dictum autem ligosticum a Liguria: alii Libysticum a Libya vocatum putant. Pharmacopolæ vocant *levisticum*.

Ligūrio, ivi vel ii, itum, [[illegible]] ire. Multa avide consumere, & suaviora edulia carpere. Liguriunt muscæ, inquit Varr. de R. R. 3. 16. 6. Ter. Eun. 5. 4. 14.

Quæ cum amatore suo quum cœnant, liguriunt. Ubi Donatus, Liguriunt, [illegible], quod secundum Græcos suave intelligitur. Ligurire dicitur, qui eleganter & more senum, multo fastidio suaviora quæque degustat. Non. 2. 507. Ligurire, Degustare. unde Abligurire, Multa avide consumere. Ubi codd. Ligurrire exhibent, cum geminata canina litera. V. paulo infra.

Furta ligurire, i. e. Cibum furto ablatum. Hor. 2. Serm. 4. 79.

Jus tepidum ligurire. Hor. 1. Serm. 3. 81.

Ligurire, ait Budæus, est Paulatim in ora commanducare aliquid gustu suave. unde Cic. Ligurire lucra, est Sensim lucrifacere, & in eo oblectari: cui opponitur Devorare, quod fit præavide ab homine hiantis avaritiæ. Et Liguritur procurationum vel curationum, *qui en est friand, & en fait son profit sagement.* Cic. 11. Fam. 21. Quum quidam de collegis nostris agrariam curationem ligurirent, disturbavi rem, totamque in adventum vestrum integram reservavi. i. e. Quum legis agrariæ mentionem sensim tentarent, & cum magna suavitate in animo versarent. Hæc Budæus.

Videtur intelligere B. *Ils s'en lechant les babines.* Ita appeterent, ut sputum suum lingerent, ut vulgo dicitur. Vel ut suaviter meminissent, vel ut rem suavem lingerent legis agrariæ promulgationem. B. H. St. Verisimiliter asserunt hoc verbum Meditativum esse a Lingo, sive pro Linctuiio dictum est, seu non formatus a Sopino, ut multa ejus generis. Contendit tamen in MSS. plerisque eum geminata littera Ligurrio scriptum esse Victor. ad Varr. de R.R. 3. 16. 6. quem Mercer. apud Non. 2. 507. & novissimus Horatii poematum editor Cuningamius sequuntur. Non dubito quin magistellis arriserit hæc scriptio olim, quia alias Desiderativa verba id genus antepenultimam corripiunt, præter Scalpurio & Scaturio, quæ similiter producunt. Primam autem corripit, ut Ligula, etsi contractum sine dubio ex Lingula sit.

Liguaītio, önis. f. [[illegible]] Aviditas, immoderata appetentia. Cic. 4. Tusc. 26. Ægrotationi autem talia quædam subjecta sunt, avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & si qua sunt similia.

Liguaītor, öris. m. Gulosus, antiquis Catillo dictus. Auson. Epigr. 120. in obscæno sensu.

Liguritor, Piscis genus. Macrob. 2. Saturn. 12. extr.

Ligus, Ligusticum, Ligusticus, V. liguria.

Ligustrum, i. n. [[illegible]] Eadem arbor est (inquit Plin. lib. 24. cap. 10) quæ in Oriente Cypros. Suos in Europa usus habet. Succus ejus nervis, articulis, algoribus: folia ubique veteri ulceri, cum salis mica, & oris ulcerationibus prosunt. Virg. 2. Ecl. 18.

Alba ligustra cadunt. Sed hic Ligustra vocat, Flores ligustri, quos constat esse candidissimos. Martial. lib. 1. ad Procillum, 116.

Toro candidior puella cygno,
Argento, niva, lilio, ligustro. Al. Loto. Vulgus Gallicum *troenum* vocat.

Niveum ligustrum. Ovid. 13. Met. 789.

Ligustrum, Genus herbæ, per sepes & macerim serpens. Columel. lib. 10. 301.

— & nigro permista ligustro
Balsama. Quo in loco si forte Ligustrum arbusculam intelligit Columella, respexit ad ejus Semen seu Baccas, quas passim videmus nigerrimas. Al. Niveo legont.

Ligyes, [[illegible]] Populi sunt Asiæ qui cum Xerxe, teste Herodoto lib. Hist. 4. contra Græcos militarunt.

Liuystus, i. m. teste Fabio pictore, Phaethontis fuit filius, a quo Liguria cognominata est. V. liguria.

L I L

Lilæa, æ. f. [[illegible]] Urbs Phocidis, apud Statium 7. Theb. 348.

Lilium, i. n. [[illegible]] Herbæ hortensis genus, de qua apud Plin. lib. 21. cap. 5.
Alba lilia. Virg. 4. Georg. 131.
Breve lilium, Fragile. Hor. 1. Carm. 36. 16.
Candida lilia Virg. 6. Æn. 709.
Candentia lilia. Ovid. 12. Met. 411.
Grandia lilia. Virg. 10. Ecl. 25.
Infringere lilia. Ovid. 10. Met. 191.
Lilium, Genus quoddam munitionis appellatur ex similitudine floris. Cæs. 5. Bell. Gall. 73.

Liliăceus, a, um. Adj. [[illegible]] unde, Oleum liliaceum, Palladio lib. 6. cap. 14.

Lilinus, a, um. Adj. Idem. ut, Lilinum unguentum. Interp. Diosc. c. 53.

Liliētum, i. n. [[illegible]] Locus in quo liliorum copia est. Palladius Febr. lib. 3. cap. 21. extr. In alios digesta ordines, nova lilieta formabunt.

Lilybæum, i. n. [[illegible]] Siciliæ promontorium est, quod Africam respicit; sunt enim Siciliæ tria promuntoria, ut docet Pomponius lib. 2.

Lilybēius, a, um. Adj. [[illegible]] Virg. 3. Æn. 706.
Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.

Lilybætānus, a, um. aliud Adj. Cic. 6. Verr. 37. A Lisone vero Lilybætano primo homine, apud quem diversatus es, Apollinis signum certe asse non oportuit.

Lima, æ. f. [[illegible]] Instrumentum fabrile, quo ferrum, aut aliquid aliud expolitur terendo. Quintil. lib. 10. cap. 3. Opus poliat lima.
Lima, per translationem. ut,
Ultima lima defuit meis scriptis. Ovid. 1. Trist. 6. 30.
Intendere limam alicujus. Plin. 1. Epist. 2. ad Arrianum, Imo quo magis intendam limam tuam, confiteor & ipsum me, & contubernales ab editione non abhorrere. h. e. Ut acuam & excitem tuum judicium ac emendationem in hunc librum quem ad te misi.
Mordet librum lima censoris. Martial. lib. 5. 81. ad Severum, de libello quem volebat ab eo & Secundo castigari,

Quem censoria cum meo Severo
Docti lima momorderit Secundi. I. e. Quem censura Severi & Secundi limaverit atque emendaverit.

Persequi scriptum aliquod lima, pro Limare, emendare, castigare. Plin. lib. 1. Epist. 8. ad Saturninum, Memini quidem te jam quædam notasse, sed generaliter. ideo nunc rogo, ut non tantum universitati attendas, verum etiam particulas qua soles lima persequaris.
Rasus liber lima. Ovid. 2. de Pont. 4. 17.
Uti lima mordacius. Ovid. 1. de Pont. 5. 19.

Limo, [[illegible]] āre. Plin. lib. 18. cap. 1. Atque quum in arbores exacuant, limentque cornua elephanti.
Scalpere atque limare gemmas. Plin. lib. 36. cap. 7.
Limare, per translationem, pro Expolire, & redundantiam circumcidere, ut ait Budæus. Cic. 1. de Orat. 115. Neque hæc ita dico, ut ars aliquid limare non possit: neque enim ignoro & quæ bona sint, fieri meliora posse doctrina.
Ornare ac limare. Cic. 3. de Orat. 88.
Cura tenui limari. Ovid. 4. de Pont. 6. 36.
Politius limare aliquod opus. Cic. 1. Acad. 2. I. e. Ornatius facere.
Ratio limat aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Veritas ipsa limatur in disputatione. Cic. 2. Off. 35. Alia est illa quum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas: alia quum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. i. e. Cum crasso modo disputamus, non subtilitate philosophica. Budæus.
Limare caput cum altero. i. e. Conjungere, inquit Nonius 4. 274. Allatis ex Plaut. Pœn. 1. 2. 81. & antiquiorum pluribus exemplis.
Limare commoda alicujus, Attenuare, imminuere. Hor. 1. Epist. 14. 37.

Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat. Budæus. i. e. Atterit, & invido oculo fascinat. Porphyr.

Limātus, a, um. [[illegible]] Partic. Cic. 2. de Nat. Deor. 74. Nec vero hoc in se uno convenit moribus domesticis, ac nostrorum hominum urbanitate limato, sed &c. I. e. Polito, inquit Budæus.
Limatus & emunctus. Quintil. lib. 12. cap. 10.
Tersus ac limatus. Quintil. lib. 12. cap. 10.
Oratione limatus. Cic. 1. de Orat. 180. Q. Scævola æqualis & collega meus, homo omnium & disciplina juris civilis eruditissimus, & ingenio, prudentiaque acutissimus, & oratione maxime limatus atque subtilis. Limatus est, e cujus oratione nihil fere removere possis, quin totam imaginem demoliare. Subtilis, qui acuta quædam, & a sensu remota tractat, minuta quidam & parva. Nam subtilitati gravitas opposita est.
Genus dicendi limatum, quod Subtile & attenuatum vocant. Cic. in Brut. 89. Ex hac Rutiliana narratione suspicari licet, quum duæ summæ sint in Oratore laudes, una subtiliter disputandi ad docendum, altera graviter agendi ad animos audientium permovendos: multoque plus proficiat is qui inflammet judicem, quam ille qui doceat: elegantiam in Lælio, vim in Galba fuisse. Ibid. 91. Videmus alios Oratores inertia nihil scripsisse, ne domesticus etiam labor accederet ad forensem: alios, quod melius putent dicere se posse, quam scribere. quod peringeniosis hominibus, neque satis doctis, plerumque contigit, ut ipsi Galbæ: quem fortasse vis non ingenii solum, sed etiam animi, & naturalis quidam dolor dicentem incendebat, efficiebatque ut & incitata, & gravis, & vehemens esset oratio: dein quum otiosus stilum prehenderat, motusque omnis animi tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio; quod iis qui limatius dicendi consectantur genus, accidere non solet, propterea quod prudentia nunquam deficit Oratorem, qua ille utens, eodem modo possit & dicere, & scribere. ardor animi non semper adest: isque quum consedit, omnia illa vis & quasi flamma Oratoris extinguitur. Idem in Orat. 20. Tria sunt omnino genera dicendi, quibus in singulis quidam floruerunt. Nam & grandiloqui (ut ita dicam) fuerunt cum ampla & sententiarum gravitate, & majestate verborum, vehementes, vari, copiosi, graves, ad permovendos & convertendos animos instructi & parati. Et contra, tenues, acuti omnia docentes, & dilucidiora non ampliora facientes, subtili quadam & pressa oratione limitati. Idem 3. de Orat. 31. Ecce præstentes duo prope æquales Sulpicius & Cotta. quid tam inter se dissimile? quid tam in suo genere præstans? Limatus alter & subtilis, rem explicans propriis aptisque verbis, hæret in causa semper: & quid Judici probandum sit, quum acutissime vidit, omissis ceteris argumentis, in eo mentem orationemque defigit. Sulpicius autem fortissimo quodam animi impetu, plenissima & maxima voce, summa contentione corporis, & dignitate motus, verborum quoque ea gravitate & copia est, ut unus ad dicendum instructissimus a natura esse videatur. Sensus est: Cotta limatus est, hoc est sic attenuatus in exactam simplicitatem, ut nihil fere nisi causæ necessarium dicat: subtilis, tenuis, humilis, rem explicans propriis aptisque verbis: hærens in causa, non excursionibus vagus & effusus, eligens quod esset in causa præcipuum, & in eo mentem defigens & orationem. Ut summatim dicam: Nihil dicebat extra causam, & quod erat in causa, tenuiter & jejune peragebat.
Homo limatus in vario usu togæ. Martial. lib. 7. 51. ad Urbicum de Auclo loquens,

Jure madens, varioque togæ limatus in usu. i. e. Optime callens omnia quæ togato viro conveniunt. Calderinus aliter interpretatur.

Limatior. i. e. Politior & emendatior. Acron. Hor. 1. Serm. 10. 65.

— fuerit Lucilius (inquam)
Comis & urbanus, fuerit limatior idem
Quam rudis.

Ingenium limatius. Plin. lib. 1. Epist. 20. ad Cornel. Tacit.

Limātius, Adv. Compar. Ammian. 15. cap. ult. Constantinus cum limatius superstitionum quæreret sectas. i. e. Accuratius.

Lima-

LIMATŬLUS, a, um. Adj. dimin. a Limatus. Cic. 5. Fam. 33. Opus est huc limatulo & politulo tuo judicio. i. e. Terso & subtili.

LIMATIO, ōnis. f. apud Augustinum.

LIMATŪRA, æ. f. [ῥίνημα] Pulvisculus limando detractus. Onomast. Vet.

LIMĀTOR, ōris. m. [ῥινητὴς] Gloss. Cyrill.

LĪMAX, ācis. Adj. [ῥινηκὴς] Qui exquirit ut aliquid auferat. Plaut. 3. Fragm. 42. Limaces viri; quod atterant & consumant, inquit Nonius 4. 274.

LĪMAX, ācis. m. & f. [κοχλίας] Cochlea terrestris. Columel. lib. 10. 324.
Implicitus conchæ limax, hirsutaque campe. Festus, Limaces cochleæ a limo appellatæ. Plin. lib. 29. cap. 6. Limacis inter duas orbitas inventæ ossiculum, &c.

LIMBATUS, LIMBOLARIUS, V. LIMBUS.

LIMBUS, i. m. [κράσπεδον] Pars vestis extrema, eam fasciæ modo ambiens. Virg. 2. Æn. 616.
— limbo effulgens, & Gorgone sæva. Alii legunt Nimbo. Idem 4. Æn. 137.
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. Ubi Servius; Limbus, est Fascia, quæ ambit extremitatem vestium secundum antiquum ritum.
Aureus limbus obibat chlamydem. Ovid. 5. Met. 51.
Ultima pars telæ tenui circumdata limbo. Ovid. 6. Met. 127.
Limbum XII signorum appellat Varro R. R. 2. 3. 7. Zodiacum, teste Budæo.

LIMBĀTUS, a, um. Adj. ut, Chlamydes limbatæ. Treb. Poll. in Claud. cap. 17.

LIMBOLĀRIUS, i. m. Qui limbum vestibus prætexit. Plaut. Aulul. 3. 5. 45.
Textores, limbolarii, arcularii ducuntur, datur
Æs. Pareus legit Limborarii, ex Non. 14. 30. probante Guliel. ubi tamen Mercer. Limbolarii.

LĪMEN, ĭnis. n. [οὐδὸς] dicitur Quod ex transverso in janua est: a Limo, id est obliquo, quod ingredientibus exeuntibusque transversum sit, ut est apud Donatum & Festum. Ter. Hec. 3. 3. 18.
Mater consequitur jam ut limen exirem, ad genua accidit.
Limen, etiam Superiorem partem ostii significat. Juven. 6. Sat. 227.
— pendentia liquit
Vela domus, & adhuc virides in limine ramos. Cato utrumque complectitur, quum inquit cap. 14. R. R. Tigna omnia, quæ opus sunt, limina, postes, &c.
Limen superum & inferum dixit Novius Macco exsule,
Limen superum quod mihi misero sæpe confregit caput:
Inferum autem, ubi ego omneis digitos defregi meus. Apud Non. 4. 278.
Limen superum inferumque discedentes salutabant. Plaut. Merc. 5. 1. 1.
Limen superum, inferumque salve, simul autem vale.
Fere tamen pro Inferiori limine absolute ponitur, ut
Revulsum tellure limen. Ovid. 12. Met. 281.
Rigido crudeles cum limine postes. Ovid. 1. Amor. 6. 73.
Tritum limen. Catul. ad Mallium, 66. 71.
Adire limina alicujus. Virg. 6. Æn. 115.
Circumvolitare potentiorum limina. V. CIRCUMVOLITO.
Insistere limen. Virg. 6. Æn. 563. V. INSISTO.
Scandere limina turris. Stat. 12. Theb. 15. de Dracone.
Sedere in limine. Virg. 4. Æn. 473.
Transire limen cautius. Ovid. 1. Amor. 12. 5.
Limen, Omnis ingressus. Non. 4. 278. Virg. 2. Æn. 453.
Limen erat, cæcæque fores, & pervius usus. Plin. lib. 3. in Præf.
Carceris ostium limenque. Cic. 5. Tusc. 13.
Cubiculi limen. Cic. pro Cluent. 15.
Portarum obsessa tenere limina. Virg. 3. Æn. 803.
Limen pro Janua, seu totis foribus per Synecdochen. ut
Astrictum limen, Clausum. Ovid. 3. Amor. 1. 50.
Auratum limen. Senec. Oeth. 609.
Incustodita & aperta limina. V. INCUSTODITUS.
Marmoreum limen. Hor. 1. Epist. 18. 73. Vulgo *Portale.*
Perfractum limen. Senec. Troad. 7.
Prosperum limen. Stat. 4. Silv. 3. 97.
Superba civium potentiorum limina. Hor. Epod. 2. 8.
Compescet ferrea limina Jani. i. e. Claudet. Lucan. lib. 1. 62.
Exturbatus limine templi. Sil. lib. 11. 103.
Irrumpit interiora domus limina. Virg. 4. Æn. 645.
Perrumpit dura limina bipenni. Virg. 2. Æn. 480.
Pulsare limina. Ovid. 2. Amor. 19. 39.
Limen, Interior pars domus. Virg. 2. Georg. 504.
— penetrant aulas & limina regum. Ubi Servius, Profitentur satellitium. Limina autem ait interiorem familiaritatem. Virg. 3. Æn. 616.
— dum trepidi crudelia limina linquunt.
Dulcia limina, Penates. Virg. 2. Georg. 54.
Læta limina. Virg. 1. Æn. 711.
Religiosa deorum limina, Templa. Virg. 2. Æn. 366.
Limen, Locus standi datus Non. l. c. Virg. 5. Æn. 316.
— signoque repente
Corripiunt spatia audito: limenque relinquunt.
A limine disciplinas salutare. V. A, vel AB.
Ad limina servus, pro Atriensi, apud Apuleium lib. 2. de Asino. Et apud Virgil. 9. Æn. 648.
— fidusque ad limina custos. i. e. Ædituus, ait Servius. V. AD. Budæus.
In limine, In principio. ut, In limine belli. Tac. Ann. 3. 74.
Limen, pro Amicitia, teste Servio, enarrante illud de Turno, libro 7. Æn. 579.
— de limine pelli. Juven. 3. Sat. 124.
Limine submoveor, perierunt tempora longi
Servitii. i. e. Repellor ab amicitia. [Immo A domo amici, Excludor.
Limina imperii, Gall *lisieres & frontieres* dicunt. [Nisi Limites potius dicendum.
Lethi limina. Lucret. lib. 6. 1155.
Senectutis limen ingressus. Firmic. lib. 3. cap. 1.

Limina & Lumina miscentur a librariis. V. Drakenb. ad Sil. 1. 66. Item Limina & Litora, V. Idem ad Sil. 3. 4. Limen & Limes. ad 4. 105.

LIMINĀRIS, e. Adj. Ad limen pertinens. ut, Liminares trabes. Vitruv. 6. 4. Liminaris pagina. Calep. ex Augustino. H. St. Desiderabatur hæc vox in Lugd.

LIMENTINUS, i. m. Deus qui præest liminibus. V. Tertull. de Idol. cap. 15. & de Coron. mil. cap. 13.

LIMEN, ĕnis. [λιμὴν] Græca vox, Latine Portum significat. A quo

LIMENARCHA, æ. m. [λιμενάρχης] Qui locis maritimis præest, unde projectus est ad exteras nationes. Dictio mere Græca: λιμὴν enim, Latine Portus dicitur. Paulus, D. de servis fugitivis, l. Limenarchæ. Hos Aristoteles lib. 6. Politicôn, circa finem, Limenophylacas vocat, quasi portuum custodes. Budæus. [Immo divise λιμένων φύλακας. cap. 8. a pr. in Gloss. Gr. Lat. Portitor exponitur.

LĪMES, ĭtis. m. [ὅρος, ἀτραπὸς] Transversa via dicitur. Virg. 9. Æn. 324.
— & lato te limite ducam. Columel. lib. 1. 8. Semitas, novosque limites in agro fieri non patiatur. A Limo deducit Perottus. Festus, Limites in agris nunc Termini, nunc Viæ transversæ sunt.
Acclivus limes. Ovid. 2. Met. 19. V. ACCLIVIS.
Arctior limes. Stat. 1. Theb. 24.
Attritus limes aquarum. Ovid. 18. Epist. 133.
Curvus. Senec. Thyest. 9.
Directus. Stat. 2. Silv. 2. 84.
Longo limite sulcus. Virg. 2. Æn. 697.
Obliquus. Senec. OEdip. 4.
Scopulosus. Stat. 1. Theb. 332.
Sectus in obliquum. Ovid. 2. Met. 130.
Spatiosus. Ovid. 15. Met. 849.
Tenuis. Ovid. Rem. Amor. 599.
Limes erat tenuis, longa subnubilus umbra:
Quo tulit illa suos ad mare sæpe pedes.
Descendere curvo limite. Ovid. 14. Met. 830.
Grassari recto limite. Ovid. 2. Trist. 477.
Incidere rectum limitem. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Partiri limite campum. Virg. 1. Georg. 126.
Rescindere limites. Stat. 4. Silv. 3. 41.
Limites, ait Siculus Flaccus in libro de Conditionibus agrorum p. 15. Gœs. ab Liminibus vocabula accepisse. Quo modo limina introitus exitusque locis præstant, limites agris similiter introitus exitusque: qui in agris divisis & assignatis semper pervii esse debebunt, tam itineribus, quam & mensuris agendis. Pergit idem Flaccus his verbis: Quum omnes limites a mensura denûm actuum Decimani dicti sint, hi qui Orientem Occidentemque intuentur, qui Meridianum & Septentrionem tenent, unum vocabulum illis erat: Decumanum nuncupabant matutini & vespertini & meridiani & septentrionis cardinem. Alii vero ab regionum positione & natura appellaverunt Maritimos & Montanos: postea vero, quum agri dividerentur & assignarentur, Decimani quidem vocabulum permansit, ut hi, qui Orientem Occidentemque intuentur, Decimani dicerentur: ii vero, qui Meridianum & Septentrionem, quoniam cardinem mundi tenerent, Cardines sunt appellati. Et omnes limites dirimunt agros, centuriasque designant: qui ut supra diximus, in agris divisis & assignatis semper pervii esse debebunt, & itineribus, & mensuris agendis. Limitum autem nomina hæc invenimus in libello extremo ejusdem Flacci; Orientales, ait, dicuntur Decumani. Septentrionales, Cardines: item, Maximi, C. M. Actuarii, Intercisivi, Quintani, Cultellati, Nonani, Maritimi, Gallici, Temporales, (qui solis ortum sequuti sunt,) Regales, Subruncivi, Lineares, Sextanei, Tessellati, Diagonales, Montani, Austrinales, Præfecturales, Undecimani, Colonici, Passivi, Hypotenusales, qui angulis subjacent: Duodecimani, Egregii, Solitarii, Perpetui, Limites qui per anticam & posticam dividunt. Aggenus autem in libro de Limitibus agrorum pag. 46. Gœs. distinguit Limitem a Rigore his verbis: Limes est quodcunque in agro ad observationem finium opera manuum factum est: Rigor vero suæ rectitudinis naturalis nomen accepit. Rursus Hyginus in libello & ipse de Limitibus constituendis pag. 150. Gœs. sic: Antiqui mensuras agrorum normalibus longitudinibus incluserunt. primum duos limites constituerunt: unum, qui ab Oriente in Occidentem dirigeret: hunc appellaverunt Duodecimanum, ideo quod terram in duas dividat partes, & ab eo omnis ager dividatur: alterum a Meridiano ad Septentrionem, quem Cardinem nominaverunt, a mundi cardine. Duodecimanum postea decimanum appellaverunt: quare a decem potius quam a duobus, sicut duo pondo nunc dicimus Dupondium, & quod dicebant antiqui Duo vinginti, [An Duoginti?] nunc dicimus Viginti. Similiter duo decumanus, decumanus est factus. Reliquos limites fecerunt angustiores: &, qui spectabant in Orientem, Prorsos, qui ad Meridianum, Transversos appellaverunt. Limites autem appellati a limo, id est antiquo verbo, transversi. nam & limum cinctum, ideo quod purpuram transversam habeat. item limina ostiorum. postea prorsos & transversos limites appellaverunt, a liminibus, quod per eos agrorum limina servantur: postea apud quosdam nomina a loci natura acceperunt: & qui ad mare spectant, maritimos, qui ad montem, montanos appellaverunt. Omnis ergo hujus recturæ longitudo rationalis, limes appellatur. nec interest quicquam, decumanum dicamus, an limitem. decumanûm autem primus, maximus appellatur, item Cardo: nam latitudine ceteros præcedunt. sunt alii limites actuarii, alii linearii. Actuarius est limes, qui primus actus est, & ab eo quintus quisque: quem si numeres cum primo erit sextus: quoniam quinque centurias sex limites cludunt. reliqui medii limites linearii appellantur, in Italia subruncivi. Actuarii autem extra maximos, latitudinem habent pedum XII. per hos iter populo, sicut per viam publicam, debetur. Ita enim cautum est lege Sempronia, & Cornelia, & Julia. quidam ex his latiores sunt XII pedibus, ut si qui sunt per viam publicam militarem acti. habent enim latitudines viæ publicæ. Linearii limites mensuræ tantum disterminandæ caussa sunt constituti: & si finitimi interveniunt, latitudinem secundum legem Mamiliam accipiunt. in Italia itineri publico serviunt sub appellatione subruncivorum. habent latitudinem pedum octonûm. Hos conditores coloniarum fructus asportandi caussa publicaverunt. nam & possessiones pro æstimio ubertatis, angustiores sunt assignatæ: ideoque limites omnes non solum mensuræ, sed & publici itineris caussa latitudines acceperunt. Secundum antiquam constitutionem limites in Occidentem

diri-

diriguntur: quare non omnis agrorum mensura in Orientem potius quam in Occidentem spectet. in Orientem, sicut ædes sacræ. nam antiqui architecti in Occidentem templa spectare recte scripserunt. postea placuit omnes religionem eo convertere, ex qua parte cæli terra illuminatur. sic & limites in Orientem constituuntur. Hæc Hyginus in libro de Limitibus agrorum.

Limites in urbe sunt, ut Semitæ, Viæ transversæ, Livio, ut lib. 31.24. Intra portam, extraque latæ sunt viæ: ut & oppidani dirigere aciem a foro ad portam possent: & extra limes mille ferme passus in Academiæ gymnasium ferens, pediti equitique hostium liberum spatium præberet. Budæus.

Limes laxus benignitatis, per translationem. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 14. Quare si quis existimat nos, quum ista præcepimus, benignitatis fines introrsus referre, & illi minus laxum limitem aperire, &c.

Limes, pro Termino limitem finiente. Virgil. 12. Æn. v. 898.
Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat
Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.

LIMĬTO, āre. & LIMITOR, [ὁρίζω] āri. i. e. Partiri, dividere, sive distinguere. Plin. lib. 17. cap. 22. Vineas limitari decumano oportet, XVIII pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus, &c.
Limitare de. Cic. 3. Fam. 8. Etsi de tua prolixa beneficaque natura limitabit aliquid posterior annus propter quandam tristitiam temporum. Ubi Limitabit legendum videtur Budæo: & ita in vetustioribus codicibus legitur. Al. Limavit.

LIMITĀTUS, a, um. Partic. ut, Ager limitatus, In centurias dimensus, inquit Festus. Ulpian. in l. 1. D. de fluminib. ne quid, &c. Si insula in publico flumine nata fuerit, in eaque aliquid fiat: non videtur in publico fieri. Illa enim insula aut occupantis est, si limitati agri fuerint: aut ejus, cujus ripam contingit.

LIMITĀTIO, ōnis. f. [ὁρισμὸς] Columel. lib. 3. cap. 12. Non intempestive commemorabimus Julii Græcini conscripta, velut formulam ad quam posita est limitatio terræ vinealis.

LIMITĀRIS, e. Adj. ut, Iter limitare. Varr. de L. L. 4. 4. i. e. Semita modica quæ relinquitur inter duo confinia.

LIMITĀNEUS, a, um. Adj. [ὅριος] ut, Limitanei milites, Qui in limitibus regni constituuntur in præsidio, ob incursus hostium vicinorum. Jurisconsult. in l. ultima, de Fundis limitrophis, Agros limitaneos universos cum paludibus, omnique jure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio atque arare consueverunt, &c. Fundi limitanei, i. e. Limiti deputati. V. Spartian. in Nigro cap. 7. & Vopisc. in Prob. 14.

LIMITRŎPHUS, a, um. Adj. unde milites limitanei aluntur. V. Tit. Cod. de fundis limitrophis. [Scribendum Limitotrophis. λιμιτότροφος, a λίμιτον, Limes. V. Gloss. Gr. Cang.

LIMEUM, i. n. Herba appellatur a Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod *Venenum cervarium* vocant. Hæc Plin. lib. 27. cap. 11.

LIMIA, æ. f. Fluvius Hispaniæ, apud Melam lib. 3. 1. Linia hodie dicitur, teste Olivario.

LIMICOLA, LIMIGENUS, &c. V. LIMUS, i.

LIMINIUM, i. n. Cic. in Topic. 36. Quum ipsius postliminii vis quæritur, & verbum ipsum notatur. in quo Servius noster (ut opinor) nihil putat esse notandum nisi post, & liminium illud productionem esse verbi vult, &c. Lamb. legit Post. Liminium &c. q. V.

LIMIOSALEUM, i. n. [Λιμιοσάλεον] Ptolem. lib. 2. cap. 11. Urbs Germaniæ, vulgo *Gnisa*.

LIMITO, āre. V. LIMES.

LIMMA, ătis. [λεῖμμα] Defectus. Macrob. in Somn. Scip. 2. 1. Plato semitonium limma vocitavit.

LIMNE, es. f. [λίμνη] Stagnum, lacus. Vitruv. 8. 3. Limne Asphaltitis habet supernatans liquidum bitumen.

LIMNĒSIUM, i. n. [λιμνήσιον] Herba Centaurium. Diosc. 3. 6. & 7.

LIMNĪCE, es. f. [λιμνική] Herba, quæ & Gladiolus. Apul. de Herb. cap. 78.

LIMNI, Insula juxta Orientalem plagam Hiberniæ, quæ deserta est, auctore Ptolem. lib. 2. cap. 2. Silimnus dicta Plin.

LIMO, āre. V. LIMA.

LIMONIA, æ. f. Alterum genus anemones. Plin. lib. 21. cap. 11.

LIMONIATES, æ. f. Gemma eadem videtur quæ Smaragdus. Plin. lib. 37. cap. 10.

LIMONIUM, V. LEMONIUM.

LIMŌNUM, i. n. [Λίμονον] Pictonum oppidum in Gallia, teste Ptolem. lib. 2. cap. 7. Vulgo *Limon*.

LIMOSUS, V. LIMUS subst.

LIMPĬDUS, a, um. Adj. [διαφανὴς] Clarus, purus, lucens. Columel. lib. 12. cap. 28. Postea quum de doliis aut de seriis diffundere voles, vere florente rosa defæcatum quam limpidissimum in vasa bene picata & pura transferto.
Lacus limpidi. Catul. 4. 24.
Vocem limpidam ac canoram facit sandaracha. Plin. lib. 34. cap. ult.

LIMPIDĬTAS, ātis. f. Oct. Horat. 4. Usque ad limpiditatem contere.

LIMPITŪDO, ĭnis. f. [τὸ διαφανὲς] Plin. lib. 32. cap. 11. Stant veluti suillo crure longo in arena defixæ, hiantesque qua limpitudo est, pedali non minus spatio.

LIMPĬDO, āre. Purgare. Macer. 2. 5. Appositum humores limpidat omnes. conf. Veget. R. V. 2. 18.

LIMPIDATUS, a, um. Partic. Zeno Veronens. Peccatorum paleis limpidatus.

LIMVICI, Ptolem. lib. 2. cap. 7. Galliæ populi, alio nomine Lemovices. Vulgo *Limosin*.

LĪMUS, i. m. Vestis genus. Virg. 12. Æn. 120.
Velati lino, & verbena tempora cincti. Ubi Servius post longam de lino interpretationem, sic dicit, Caper tamen & Iginus hoc loco dicunt lectionem esse corruptam: nam Virgilium ita reliquisse confirmant, Velati limo. Limus autem, est Vestis qua ab umbilico usque ad pedes tegebantur. Hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est flexuosam: unde & nomen accepit. nam Limum, Obliquum dicimus. Sed Servius existimat Poetam Lino scripsisse. conf. Aggen. in LIMES.

LĪMUS, i. m. [ἄσις, ἰλὺς] Lotum est, seu cænum illud mollius quod ex aquarum putredine relinqui solet. Plin. lib. 11. cap. 37. Labra herbas eruentibus, limumque, lata, ut suum generi.
Informis limus. Virg. 6. Æn. 416.
Niger limus. Virg. 4. Georg. 478.
Durescit limus igni. Virg. 8. Ecl. 80.
Obducere plagam limo. V. OBDUCO.
Unge rimosa cubilia lævi limo. Virg. 4. Georg. 45.
Limus pro Sordibus quibusvis. Hor. 2. Serm. 4. 80.
Sive gravis veteri crateræ limus adhæsit.

LIMĀCEUS, a, um. Adj. [χοϊκὸς] Tertull. de Resurr. Carn. cap. 49. Primus homo de terra choicus, id est, limaceus.

LIMARIUS, a, um. Aliud Adj. Frontin. de Aquæduct. 1. p. 227. Interposita est piscina limaria.

LIMŌSUS, a, um. Adj. [ἰλυώδης, πηλώδης] Limo plenus, & cænosus.
Aqua limosa. Columel. lib. 5. cap. 9.
Flumina limosa. Ovid. 1. Met. 634.
Humus limosa. Ovid. de Rem. Amor. 142.
Juncus limosus. Virg. 1. Ecl. 49.
Lacus limosus. Virg. 2. Æn. 136.
Radix limosa. Plin. lib. 27. cap. 5.
Ulva limosa. Lucan. lib. 2. 70.
Compar. affertur ex Plin. lib. 16. cap. 36. Ubi limosiore callo induruit. Sed Hard. legit Lignosiore.

LIMOSĬTAS, ātis. f. Const. Afer. 2. 22. Dentium limositas.

LIMĬCŎLA, æ. f. Habitator limi. Auson. Epist. 7. 36.
Junctus limicolis musculus ostreis.

LIMIGĔNUS, a, um. Adj. In limo natus. Auson. Mosella v. 45.
— limigenis ripam prætexeris ulvis.

LĪMUS, a, um. Adj. [πλάγιος] quod & LĪMIS, e. dicitur. Festus, Limis, Obliquus, id est transversus: unde & Limina. Ter. Eun. 3. 5. 53.
— ego limis aspecto
Sic per flabellum clanculum, & simul alia circumspecto. Ubi Donatus; Limis, si nominativus singularis est, Transversus significat, si septimus pluralis, deest Oculis. Nam Limis, est Transversus: unde Limen dicitur quoque, quod ingredientibus exeuntibusque transversum sit. Quum igitur dissimulant homines se videre quod vident, & non recta facie, sed transversa intuentur: limes dicuntur aspicere.
Oculis limis aspicere vel intueri: h. e. Torve & oblique, quod ferocitatis & iræ indicium esse solet. Plaut. Mil. 4. 6. 2.
Aspicito limis oculis, ne ille nos se videre sentiat.
Ocellis limis subridere. Ovid. 3. Amor. 1. 63.
Venerei appellati sunt limi oculi. Quintil. 11. 3.

LIMŬLUS, a, um. [ὑποπλάγιος] Adj. dimin. Plaut. Bacch. 5. 2. 12.
Viden' limulis ut obsecro intuentur?

LIMO, Adv. Solin. cap. 40. de Leonibus, Nunquam limo vident.

L I N

LINAMENTUM, LINARIUS. V. LINUM.

LINDOS, i. f. [Λίνδος] Urbs est Rhodi insulæ. In Rhodo, inquit Pomponius 2. 7. tres quondam erant urbes, Lindos, Camiros, Ialysos. Meminit Homer. in Catalogo v. 163.
Apud Lindum, quod est oppidum Rhodi, Herculis sacra sunt, quorum a ceteris longe diversus est ritus: Siquidem non εὐφημίᾳ, ut Græci appellant, sed maledictis & exsecratione celebrantur, eaque pro violatis habent, si quando inter solennes ritus vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum. Hæc Lactant. Inst. 1. 21.

LINDIUS, a, um. [Λίνδιος] Gentile.

LINDUM, i. n. [Λίνδον] Ptolem. lib. 2. cap. 3. Urbs est Britanniæ insulæ: alio nomine Lincolina & Lindecolinum. Vulgo *Lincoln*.

LINEA, æ. f. [γραμμὴ] a Lino, linis; est Filum illud quo fabri materiarii utuntur ad signandam materiam: quod ex lino fiat. Et quoniam ab hac, si rubrica vel alio colore intincta fuerit, figura designatur longa sine latitudine: ea quoque linea vocatur. Perpendiculo & linea uti. Cic. 3. Q. frat. 1. Aliquando perpendiculo & linea discet uti.
Alba linea. Gell. in Præfat. Namque illi omnes, & eorum maxime Græci, multa & varia lectitantes, in quas res cumque inciderent, alba, ut dicitur, linea, sine cura discriminis, solam copiam sectati, converrebant. Alba linea, i. e. Negligenter, simpliciter. Metaphora ducitur a pictoribus, qui priusquam tabellæ colores allinant, solent figuras creta delineare.
Circumcurrens linea. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Extremæ lineæ. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Longinqua linea. V. LONGUS.
Amare extrema linea. Ter. Eun. 4. 2. 12. i. e. Amare ex longinquo; sumta metaphora a duabus lineis, quæ in stadio fuerunt; a quarum altera procurrebatur ad carceres: altera, ubi flectebatur, ad metam. Extrema linea fuit, unde instituebatur cursus: primam enim & principem habebat alteram ad metam, a qua extrema ista longissime distabat. Hinc, Extrema linea amare, est, Ex longinquo. [Utitur eadem locutione Lactantius Statii interpres. V. in HYMENÆUS.
Designare aliquid velut primis lineis. Quintil. lib. 4. cap. 2. Non ut consumantur affectus, sed tamen ut velut primis lineis designentur.
Ducere lineam. V. DUCO.
Ducere primas lineas, Prima lineamenta duntaxat tradere, quod Galli vocant *Faire l'ébauche*. Quintil. lib. 2. cap. 6. pr.
Ferri suo deorsum pondere ad lineam, hunc naturalem esse omnium corporum motum dicit Epicurus apud Cic. 1. de Fin. 18. Add. 19. Id est Recta linea.
Incipere a linea. V. A.
Subvolent rectis lineis in cælestem locum ignea. Cic. 1. Tusc. 40.
Transire lineas. Cic. in Parad. 1. Siquidem est peccare tanquam transire lineas.
Linea, Filum omne dicitur ex lino, & quicunque tenuis funiculus. Columella R. R. 8. 11. 15. Ligato pede longa linea gallina custoditur. [Ursinus legit Linea cannabina. Forte τὸ Gallina ab aliena manu est.
Linea, Qua capiuntur pisces, & cui hamus deligatur. Plin. lib. 9. cap. 43. At vulpes marinæ, simili in periculo glutiunt amplius usque ad infirma lineæ, quæ facile prærodant. Martial. lib. 5. 57.
Tremulaque captum linea trahit piscem.
Mittere lineam, apud Plaut. in Mostel. 5. 1. 22.
Non ego illi extemplo meum ostendam sensum: mittam lineam:
Dissimulabo me horum quicquam scire. Nonnulli a captatoribus piscium

piscium dictum volunt, in quos linea mittitur. Alii per metaphoram a pictoribus deducunt, qui ubi pingere aliquid volunt, lineam prius umbræ cuidam similem mittunt: per quam ipsi picturam dirigant, sed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprehendi potest de picturæ futuræ forma. [Alii, non male, Bolidem, quam καταπειρατηρίαν, i. e. Exploratorium funiculum Herodotus vocat, intelligi putant. V. Scheff. de Mil. Nav. 215. p. 150.

Linea, in venatione significat *Formidinem* ab aliis dictam, vario plumarum nexu discolorem, qua terrentur apri, vulpes, lupi, ursi, sed potissimum cervi. In ea alternus textus plumarum, sed vulturis & cygni præcipue laudatur: sed & interdum sandice fucabatur. Nemesianus Cyneg. v. 303.

Linea quinetiam magnos circumdare saltus
Quæ possit, volucresque metu concludere prædas,
Digerat innexas non una ex alite pinnas. Eam etiam lib. 4. de venatione v. 406. Oppianus ὀρνιθέων μήρινθον, id est Lineam formidolosam appellat, & v. 403. ὄρνιθα πολύχροον id est Formidinem multicolorem. Turneb. Adversf. 5. 5. conf. Senec. Hippol. v. 46. Ibique Delrium.

Ultima linea rerum mors est. Hor. 1. Epist. 16. 79.

Lactis longam lineam Severus Sulpicius dixit Lac demanans ex ubere & lineam veluti signans. Dial. 2. 2. extr. [Pro Longo siphone, ut Juvenalis alia de re Sat. 6. 310.

Margaritarum linea. Scævola in l. Medico. §. ulti. D. de auro, argento, mundo, &c. Idem in l. Lineam. D. Ad legem Falcid. Lineam margaritarum triginta quinque legavit.

Uti in linea pertusis margaritis. Ulpianus in l. Si servus ser. §. Si quum. D. ad l. Aquil. Si quum maritus uxori margaritas extricatas dedisset in usum, ea invito vel inscio viro perforasset,ut pertusis in linea uteretur,&c.

Linea proprie appellatur longitudo latitudinis prorsus expers, cujus quidem extremitates sunt duo puncta. Est igitur linea recta, ab uno puncto ad aliud brevissima extensio, in extremitates suas eam recipiens. V. Euclid. 1. Elemen.

Linea, Gradus agnationis. paulus in l. Stemmata. D. de grad. & affin. & nom. Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur.

Linea est etiam Longurius, vacerra, cujusmodi in stabulis interponi equis solent, ne invicem pugnent. Quintil. 11. 3. p. 1028. Nam & Cassius Severus urbane adversus hoc facientes lineam poposcit. V.ibi not.

LINEĀRIS, e. Adj. [γραμμικός] Quod ad lineam pertinet. Unde Linearis pictura vocata est, Quæ primum lineis circum umbram hominis deductis inventa fuit, cujus auctor Philocles putatur, teste Plin. lib. 35. cap. 3.

Probationes lineares. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Ratio linearis. Quintil. lib. 1. cap. 10.

LINEALIS, e. Idem. Ammian. 22. 40. Omnes ambitus lineales farina respersit. Loquitur de metatione Alexandriæ, quam descripsit Curtius 4. 8. 6.

LINEALĪTER, Adv. Mart. Capell. 8. p. 280. Circulos, quos linealiter fecit.

LINEO, [ὑπογράφω] āre. Lineas ducere, lineis rem aliquam figurare & deformare Cato cap. 14. Et quæ opus sunt domui, præstabit: & ad opus dabit, succidet, dolabit, lineabit, secabitque materiam solam duntaxat. Radios lineare. Vitruv. 9. 4.

LINEATUS, a, um. Partic. Deformatus. ut, Carina bene lineata. Plaut. Mil. 3. 3. 42.

LINEĀTIO, ōnis. f. Firmic. lib. 1. cap. ult. Unde enim sese singuli propria corporis lineatione cognoscunt, &c. i. e. Lineamentis. V. seq dict.

LINEAMENTUM, i. n. [ὑπογραφή] Extremitas ipsa, & quasi linea quædam corporis, per quam hominis forma dignoscitur, a lineari pictura tracta, in qua per solas lineas effigies pingebantur.

Lineamenta, pro Formæ descriptione. Justin. lib. 1. 11. pr. Lineamentorum æqualitas matri & filio persimilis. Galli *Traits* vocant.

Lineamenta & formæ deorum. Cic. 1. de Nat. Deor. 75.

Lineamenta, in geometria: h. e. Linearum productiones. Cic. 1. de Orat. 187. In geometria lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines, &c.

Animi lineamenta. Cic. 3. de Fin. 75. Animi lineamenta sunt pulchriora quam corporis.

Numerus extrema lineamenta orationi attulit. Cic. in Orat. 186. i. e. Manum extremam, & expolitionem, Ita orationem absolvit, ut in ea expolienda nihil amplius desideraretur.

LINEŎLA, æ. f. dimin. Gell. 10. 1.

LINEUS, V. LINUM.

LINGO, linxi, linctum, [λείχω] ĕre. Aliquid lingua molliter tangere. Plaut. Casin. 2. 8. 21. Mel mihi videor lingere.

Lingere rursus dicimur, quum aliquid in ore tenentes, guttatim defluere in stomachum sinimus. Plin. lib. 37. cap. 10. Sed lingentium calculos frangit, pellitque. Idem lib. 31. cap. 9. Datusque lingendus, & oculis jumentorum insputur.

LINCTUS, ûs. m. [λεῖγμα] Plin. lib. 31. cap. 9. Multi tussim veterem linctu salis discussere. conf. Linitus in LINIO.

LINGŎNES, um. m. pl. [Λίγγονες, Λόγγωνες] inter Celtas populi finitimi Heduis, Sequanis ac Tullensibus, qui dicebantur Leuci, nomen retinent. Civitas est episcopalis in Burgundiæ & Campaniæ confinibus, ac Francorum regno sita, *Langres*. Cæs. 1. Bell. Gall. 26.

Pugnaces Lingones. Lucan. lib. 1. 398.

LINGŎNUS, i. m. [Λίγγονος] Idem. Martial. lib. 8. 75.

Lingonus a Tecta, Flaminiaque recens.

LINGONĪCUS, a, um. Adj. [Λιγγονικός] ut, Lana Lingonica. Martial. 11. Epigr. 57.

Tomentum Lingonicum. Idem 14. 160.

LINGUA, æ. f. [γλῶσσα] notæ significationis: dicta a lingendo vel ligando, quod lingat cibum; nam cibos vi sua conglobat ac deprimit, in ventremque transmittit: seu quod ipsa, dentium septia quasi muro vallata ac ligata sit.

Foramina raræ perplexa linguæ. Lucret. lib. 4. 625.

Radix ultima linguæ. Ovid. 6. Met. 557.

Solutio linguæ. Cic. 2. de Orat. 114. V. Solute & suaviter dicere, in DICO, ĕre.

Templa linguæ. Lucret. lib. 4. 628.

Humida linguai circum sudantia templa. h. e. Partes linguæ sudantes.

Humor linguæ deficit. Ovid. 9. Met. 566.

Aspera lingua premit fauces. Virg. 3. Georg. 508.

Aspera lingua nimia siccitate. V. ASPER.

Bisulca lingua Anguis. Ovid. 9. Met. 65.

Fissa lingua in duas partes draconi. Ovid. 4. Met. 585.

Frigida lingua. Virg. 4. Georg. 525.

Multifidas linguas vibrans draco. Valer. 1. Argon. 61.

Nigra lingua subest. Virg. 3. Georg. 388.

Suppressa lingua palato. Ovid. 3. Trist. 3. 21.

Tribus linguis præsignis draco. Ovid. 7. Met. 150.

Trisulcis linguis micat ore. Virg. 3. Georg. 439.

Vibrantes linguæ. Virg. 2. Æn. 475.

Abstulit comprensam forcipe linguam. Ovid. 6. Met. 556. Al. Compressam.

Coruscare linguis dicuntur serpentes. Ovid. 4. Met. 493.

Excidere vel avellere linguam. Cic. 3. de Orat. 4. Hæc tibi est excidenda lingua: qua vel evulsa spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit.

Resecta lingua ense. Ovid. in Ibin, 439.

Lingua sæpissime pro Loquela, nec raro in malam partem pro Maledicentia ponitur. Plaut. Pœn. 3. 3. 12.

Istic est Thesaurus stultis in lingua situs,
Ut quæstui habeant male loqui melioribus.

Lingua loqui. V. LOQUOR.

Commercia linguæ, i. e. Colloquia. Ovid. 3. Trist. 11. 9.

Facundia linguæ. Ovid. 3. Trist. 5. 29.

Intemperantia linguæ provehi, vide locum Livii in COMMUNITER. H. St.

Tela linguæ. Ovid. 4. de Pont. 6. 36.

Astricta lingua mercede. V. ASTRINGO.

Blæsa lingua. Ovid. 3. de Arte Am. 294.

Celeri lingua & exercitata sunt oratores quidam. Cic. 1. de Orat. 83.

Dives lingua. Hor. 2. Epist. 2. 121.

Elegans. Catul. 41. 4.

Exanimis. Ovid. 11. Met. 52.

Facunda. Hor. 4. Carm. 1. 36.

Falsæ perjuria linguæ. Ovid. 7. Epist. 67.

Ficta gratia linguæ. Ovid. 12. Epist. 12.

Garrula lingua. Tibul. lib. 4. 13. 20.

Inexplanata lingua. V. INEXPLANATUS.

Magicæ potentia linguæ. Ovid. 7. Met. 330.

Modesta lingua. Ovid. 19. Epist. 63.

Nocens lingua. Propert. lib. 2. 28. 14.

Nulla lingua est, qua negem quicquid roges. Plaut. Capt. 5. 1. 15.

Patruæ verbera linguæ. Hor. 3. Carm. 12. 3. V. PATRUUS.

Pia lingua. Ovid. 15. Epist. 68.

Pictæ tectoria linguæ. Pers. 5. Sat. 25.

Procax lingua. Sil. lib. 8. 250.

Professoria lingua. Tacit. 13. Ann. 14.

Prompta lingua ad rigidos sonos. Ovid. 4. Fast. 310.

Sacrilega lingua. Ovid. de Rem. Amor. 367.

Secretior lingua. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Subdola lingua. Ovid. 1. de Arte Am. 598.

Trepidans lingua. Catul. 61. 28.

Vanæ mendacia linguæ. Ovid. 3. Amor. 11. 21.

Venalis lingua. Lucan. lib. 1. 269.

Acuere linguam caulis. Hor. 1. Epist. 3. 23.

Auferre usum linguæ alicui. Ovid. 14. Met. 99.

Constat lingua. Senec. Epist. 84. Tentantur pedes, lingua non constat. De ebrio loquitur.

Continere linguam. V. CONTINEO.

Deerat lingua palato, i. e. Non poteram loqui. Ovid. 15. Epist. 111.

Delirat lingua. Lucret. lib. 3. 454.

Deperdere usum linguæ. Ovid. 5. Met. 562.

Divertere linguam ad mores alicujus, pro Reprehendere. Plaut. Pœn. 5. 2. 24.

Eripere linguam alicui. Ovid. 2. Fast. 608.

Favere linguis. V. FAVEO.

Fervet lingua mero. Ovid. 2. Fast. 732.

Fundere stolidæ convicia linguæ. Ovid. 13. Met. 306.

Habeant fac linguam ædes tuæ. A. quid ita? S. quom veniam invocent. Plaut. Casin. 3. 1. 13.

Habere crimen linguæ. Ovid. 1. Fast. 445.

Hæsit inutilis lingua. Ovid. 4. Epist. 7.

Hæsitare lingua. Cic. 1. de Orat. 115. V. ABSONUS.

Infringitur lingua. Lucret. lib. 3. 1156.

Legere properante lingua. Ovid. 3. de Pont. 5. 9.

Loqui titubante lingua. Ovid. 3. Trist. 1. 21.

Occludere linguam alicui. V. OCCLUDO.

Præstringens aciem gladiorum lingua. Plaut. Truc. 2. 6. 11.

Retundere linguam alicujus. Liv. 33. 31. extr. Si Ætolorum linguas retundere vellent.

Riget lingua. Ovid. 1. de Arte Am. 515.

Silet rapta altera lingua. Ovid. 6. Met. 632.

Solvere linguam ad jurgia, Vide SOLVO. H. St.

Esse linguam in quæstu. Quintil. in procem. lib. 1.

Tardescit lingua. Lucret. lib. 3. 478.

Non tenere linguam nimio mero. Ovid. 2. Trist. 446.

Tenere linguam in ore clauso. Catull. 53. 18.

Titubat lingua. Ovid. 1. de Arte Am. 598.

Torpet lingua. Catul. 49. 9.

Torpuerat gelido lingua retenta metu. Ovid. 11. Epist. 82.

Vibrare linguam. Lucan. ad Pison. 58.

Densaque vibrata jaculari fulmina lingua.

Uti libera lingua. V. LIBER adj.

Lingua, pro Oblocutione, seu Obtrectatione. Cic. 9. Fam. 2. Tibi autem idem consilii do, quod mihimetipsi, ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possimus.

Lingua, pro Differentia sermonum: unde, Linguas scire, apud Plaut. Pœn. prol. 112. Plin. lib. 12. cap. 1. Est Gortynæ in insula Creta juxta fontem platanus una, insignis utriusque linguæ monumentis. Cic 5. Tusc. 116. In his linguis, quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profecto sumus.

Linguam Græcam Latina copiosiorem esse dicit. Cic. 2. Tusc. 35.
Agmina dissona lingua. Sil. lib. 16. 19.
Gentes variæ linguis. Virg. 8. Æn. 723.
Sermo lingua concinnus utraque. Hor. 1. Serm. 10. 23.
Egestas linguæ, Verborum penuria sermonis patrii. Lucret. lib. 1. 140.
Doctus sermones utriusque linguæ. Hor. 3. Carm. 8. 5. &
Ediscere duas linguas. Ovid. 2. de Arte Am. 122. Intelligit Romanam & Græcam. Sic infra Quintil.
Lingua Latina. V. LATIUM.
Facere potentiorem linguam Latinam. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putant, sed locupletiorem etiam esse quam Græcam sentit Cic. 1. de Fin. 10.
Tueri æquali cura linguam utramque. Quintil. lib. 1. cap. 1. pag. Burm. 17. i. e. Alere, discere.
Linguæ etiam dicuntur Promontoria a similitudine. Cæs. 3. Bell. Gall. 12. pr. Erant ejusmodi fere situs oppidorum, ut posita in linguis promontoriisque, &c. Alii legunt Lingulis, sed alteram lectionem confirmat Festus: Lingua promontorii genus, non excellentis, sed molliter in planum devexi. Liv. lib. 37. cap. 31. extr. Inde in altum lingua mille passuum excurrens. V. Ciacc. ad loc. Cæs. & Andr. Schott. Observ. lib. 3. cap. 28. ἰσθμοῖς Interp. Gr. Cæs.
Lingua, Herba quæ nascitur circa fontes. Plin. lib. 24. cap. 19. V. LINGULACA.

LINGUĀRIUM, i. n. Linguæ velut theca & repositorium. Seneca de Benef. 4. 36. Ecce, inquit, ut doleat tibi, ut postea consideratius loquaris, quod dicere solemus, linguarium dabo. Linguarium, i. e. Linguarum thecam & repositorium, in quo se dicit linguam conditurum, ne temere promittat. Natum est hoc verbum a joculari vulgi sermone, quo & nos plerumque jocantes utimur. Gronov. de Pec. Vet. 4. 4. Æs, Aurum, Argentum, aut simile vocabulum subaudiri putat, ut in Vestiarium, Calcearium & similibus.

LINGUĀTUS, a, um. Adj. Eloquens. Tertull. de Anima cap. 3. Apostolus Athenis expertus linguatam civitatem.

LINGUAX, ācis. Adj. [γλωσσαργος, λάλος] Verbosus, multum loquens, dicax. Gell. lib. 1. cap. 15. Hoc genus homines in verba projectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt. Alii legunt Lingulacas. Sed Onomast. Vet. Linguax, λάλος.

LINGUŌSUS, a, um. Adj. Petron. cap. 43. Duræ buccæ fuit, linguosus. Artes linguosæ. August. Confess. 1. 9. pr.

LINGŬLA, sive **LĬGŬLA**, æ. f. dimin. [γλωσσίδιον, ἐπιγλωττὶς] Festus, Lingula per diminutionem linguæ dicta: alias a similitudine linguæ exsertæ, ut in calceis: alias insertæ, id est intra dentes coercitæ, ut in tibiis.
Lingula & Ligula observo a doctis indifferenter scribi. Attamen Martial. lib. 14. 120. de ligula argentea,

Quamvis me ligulam dicant equitesque patresque,
Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

Calceorum ligula, Qua calcei vinciuntur. Martial. lib. 2. 29.
Non extrema sedet lunata ligula planta. Ubi propter primæ syllabæ productionem, alii legunt Lingula. Juven. 5. Sat. 20.

— & ligulas dimittere, solicitus ne
Tota salutatrix jam turba peregerit orbem.

Lingula edolata. Columel. lib. 8. cap. 11. Stabulum autem carere debet uligine: cujus in solo per ordinem figuntur breves paxilli: eorumque partes summæ lingulas edolatas habent, quæ transversis foratis perticis inducantur. [An Induntur, vel Induuntur?
Lingula, in torculario Catonis de R. R. cap. 18. significat Novissimam partem quæ inter duas arbores inseritur. Eam pedes duos & semissem longam esse vult Cato, & ita inter arbores convenire debere, ut digitum pollicem laxamenti habeat, quo facilius prelum moveatur, quam si arctius jungeretur. Ex Turneb.
Ligula, Instrumentum cavum & oblongum, in speciem linguæ factum: quale est illud quo utuntur aromatarii ad extrahenda e vasis unguenta. Plin. lib. 21. cap. 14. Cera Punica fit hoc modo: Ventilatur sub dio sæpius cera fulva. Deinde fervet in aqua marina, ex alto petita, addito nitro. Inde ligulis hauriunt florem, id est candidissima quæque, transfunduntque in vas, quod exiguum frigidæ habeat. Al. Lingulis. Ex quibus verbis palam est, Ligulam esse vas ad hauriendum idoneum: proinde non (ut male putavit Perottus) planum. Nomen habere putatur a similitudine linguæ ad palatum retractæ, atque ita cavæ, quæ sane cochlearis est forma. Columel. lib. 6. cap. 2.
Ligulam vocat Columel. Instrumentum ad purgandam e vase spumam, lib. 9. cap. 16. Deinde (inquit) ubi liquatum mel in subjectum alveum defluxerit, transfertur in vasa fictilia, quæ paucis ante diebus aperta sint, dum musteus fructus defervescat: isque sæpius ligula purgandus est.
Ligula, Mensuræ genus, quæ & Cochlear dicitur. Est autem quarta pars cyathi. Quatuor enim ligulæ complent cyathum. V. Georg. Agricol. de Mens. Rom. lib. 1. p. 33. Frob. Plin. lib. 20. cap. 5. Item opisthotonicis & jocinorum vitiis, & torminibus, & stranguriæ, duarum aut trium ligularum mensura. Idem lib. 20. cap. 23. extr. V. Columel. lib. 12. cap. 21. [Ligulam, a Cochleari, ut majus, seu mensuræ, seu vasculi, genus a minore distinguit Martial. lib. 8. Epigr. 23. Quo tenuitatem phialæ, a Paulo sibi dono missæ, exagitat,

Quid tibi cum phiala, ligulam cum mittere posses:
Mittere cum posses vel cochleare mihi? In fragm. Cleopatræ tamen de Cosmet. Ligula æquiparatur Cochleari, quam sententiam plerique juniores medici cum Galeno sequuntur.

Lingulam vocitavere etiam veteres Gladiolum oblongum, in speciem linguæ factum. Teste Gell. lib. 10. cap. 25. ex Nævio.
Lingula, sive Lingua, pro Promontorio oblongo. Cæs. 3. Bell. Gall. 12. Bud. V. supra in LINGUA.

LINGULĀCA, æ. f. [γλωσσοειδὴς] Genus piscis, vel Mulier auguratrix, inquit Fest. Canter. legit Argotatrix. [Malim Oggannitrix, vel Oggarritrix?] Plaut. Cas. 2. 8. 62.

Vin' lingulacas? s. quid opus est, quando uxor domi est?
Ea lingulaca est nobis: nam nunquam tacet. De Soleis quæsierat.

Hermolaus, Quem Plautus atque Varro lingulacam nominant: aut solea est, aut ei non absimilis.
Lingulaca, quæ & Lingua, Herba circa fontes nascens. Plin. lib. 25. cap. 11. V. LINGUA.

LINGULĀTUS, a, um. Adj. [γλωσσοειδὴς] ut, Lingulatus tubulus, cui opponitur Elinguis. Dicuntur autem Lingulati tubuli ex parte altera, ut alius in alium inire convenireque possint, veluti linguæ schema præferentes. Ex Vitruvio, lib. 8. cap. ult.

LINIO, are. V. LINEA.

LĪNIO, īvi, ītum, [ἐπαλείφω] īre. Ungere, vel fricare, aut aliquid leviter digito aut aliquo instrumento alicui rei superinducere, & molliter ac tenuiter imprimere, non autem crasse. Columel. lib. 6. cap. 30. Tepenti adipe vel vino liniuntur. Al. Linuntur. Ibidem, cap. 17. Quicquid vitiosi est inurere, atque ita liquida pice cum oleo linire. Al. Linere. Liniuntur cæde sagittæ. Propert. lib. 3. 12. 11. al. Lætantur. [Omnino hoc verbum sequioris ævi esse, nec in bonæ notæ codicibus ullius probati auctoris exstare contendit Burm. ad Quintil. Decl. 13. c. 5. p. 277.

LINITUS, ûs. m. Plin. 20. 12. Prævalere contra serpentes potu & linitu. [Sic & Hard. sed non dubito, quin Linctu legendum sit.

LĬNO, (līni, līvi,) lēvi, lĭtum, [ἐπαλείφω, ὑποχρίειν] ĕre. est Crasse aliquid aliquo instrumento superinducere. Liv. 21. 8. ad fin. Id sicut in pilo quadratum stuppa circumligabant, linebantque pice. Martial. 4. 39.

Nec quæ Callaico linuntur auro.

Ora linere venenis, i. e. Fucare faciem. Ovid. de Rem. Amor. 351.
Ora linit luto. Ovid. 3. Fast. 760.
Tecta auro sublimia linuntur. Ovid. de Medicam. faciei, 7.
Spiramenta cera linere, Obturare. Virg. 4. Georg. 39.
Linisti. Quintil. in Declam. 1. Cæci. Et ne quid sceleri impio deesset, mariti tui cruore parietem linisti. Sic citat Voss. de Anal. lib. 3 cap. 29. Sed emendati codices habent, Mariti tui cruore lusisti. V. not. Burm.
Livi. Columel. lib. 12. cap. 50. 17. Multi quum semel nova dolia, vel forias crassa gummi liverunt, una in perpetuum gummitione contenti sunt. [Nisi Leverunt legendum.
Levi. Cato R. R. c. 69. Si recte leveris, in dolium quinquagenarium gummi P. IV. satis erit. V. Hor. 1. Carm. 20. 3. De his Præteritis V. Burm. l. c.
Linere, Insignire, & quasi liniendo & poliendo exornare. Cic. 2. Q. frat. 11. Lucretii poemata (ut scribis) lita sunt multis luminibus ingenii, multæ tamen artis. i. e. Insignita, & quasi fucata. Ex vetusto exemplari legitur, Non ita.
Carmina linenda cedro. Hor. de Arte Poet. 331.

LĬTUS, a, um. Partic. [ἐπαλειφθεὶς] Maculatus, Inspersus. Virg. 4. Georg. 38. Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

LĬTUS, ûs. m. Plin. lib. 33. cap. 6. Usus ejus ad collyria, & litu ad muliebrium cicatricum fœditates tollendas.

LĬTŪRA, æ. f. [ἐπαλειφὴ] Superinductio & complanatio, deletio; fit quum superinducto atramento, aliove liquore scripturam vel picturam destruimus. Cic. 3. Verr. 92. Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit. Ovid. 3. Epist. 3.

Quascunque aspicies, lacrymæ fecere, lituras. Martial. lib. 4. 10.
Non possunt nostros multæ, Faustine, lituræ
Emendare jocos, una litura potest.

Cæcæ lituræ, Officientes lectioni. Ovid. 11. Epist. 1.
Multa litura coercuit carmen. Hor. de Arte Poet. 293.
Contemplari lituras codicis. V. CONTEMPLOR.
Facta litura admonitu tuo. Ovid. 2. de Ponto 4. 18.
Suffusas lituras habet littera. Ovid. 3. Trist. 1. 15.
Litura, pro Linimento. Columel. lib. 4. cap. 24. Solem etiam & pluvias arcet ejusmodi litura.

LITŪRO, āre. Inducere, delere litura. Sidon. 6. Epist. 3. Tunc certius te probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognovero.

LITURĀRIUS, a, um Adj. Idem quod Deletitius. Auson. præfat. in Centonem, Hoc die uno & addita lucubratione properatum modo inter liturarios meos cum reperissem. V. Scalig. Auson. Lect. 2. 13.

LINĪMEN, inis. n. Th. Priscian. 1. 18. Pro linimine adhibere.

LINIMENTUM, i. n. Idem Pallad. Octob. 4. 14. Linimentum dolii.

LINODRYS, yos. f. [λινόδρυς] Herba quæ & Chamædrys. Diosc. 3. 112. Tabernæm. p. 759.

LINOCALAMIS, [λινοκαλαμὶς] Diosc. 2. 94. Spur. Al. cap. 125.

LINOMYRON, i. n. [λινόμυρον] V. Diosc. l. c. & in Noth.

LINOSTĒMA, ătis. n. [λινόστημα] Vestis ex lana linoque confecta. Isidor. 19. 22.

LINOSTŎLIA, æ. f. [λινοστολία] Idem. Proverb. Isiacum non facit linostolia, nec barba Philosophum. V. Novar. Adag. Eccl. T. 2. p. 259.

LINOSTRŎPHON, i. n. [λινόστροφον] Herba quæ alias Marrubium dicitur. Plin. lib. 20. cap. 22. Marrubium plerique inter primas herbas commendavere, quod Græci prasion vocant, alii linostrophon. Vulgo nomen retinet.

LINOZOSTIS, is. f. [λινόζωστις] Herba quæ alias Mercurialis dicitur, teste Plin. lib. 25. cap. 5.

LINQUO, līqui, lictum, secundum Priscianum [λείπω] ĕre. Idem quod Relinquere, & deserere. Virg. 1. Ecl. 3.

— & dulcia linquimus arva. Cic. pro Planc. 26. An Minturnenses coloni, quod C. Marium &c. linquentem terram eam, quam servaverat, lacrymis, votisque omnibus prosequuti sunt, æterna in laude versantur: &c. [Puto, Votis, bonisque ominibus.

Animas linquebant. Virg. 3. Æn. 140.
Hospitium linquere. Virg. 3. Æn. 61.
Laborem longum linquere. Virg. 3. Georg. 160.
Lumina vitalia linquere, Mori. Cic. 1. de Divin. 18. Ex quodam poeta.
Mensas linquere. Catul. in Carm. Nupt. 60. 3.
Promissa linquere. Catul. Argon. 62. 59.
Linqui animo. Sueton. Cæs. cap. 45. Extremo tempore repente animo linqui solebat. Budæus.
Linqui deinde animo, & submitti genu cœpit. Curt. 22. H. St. Exstant lib. 4. cap. 6. §. 20.
Liquitur animo apud Senecam, non Linquitur, Epistola 58. pr. Quidam ad vulneris novi, quidam ad veteris & purulenti tractationem, inspectionemque concidunt, & liquuntur animo. Ita enim in utraque editione Germ. & tamen verbi λειποθυμεῖν imitatione ita locutus est. Constat, Latine ideo dicendum Linqui animo, ut ipse animus Liqui fortassis dici possit, τήκεσθαι. H. St. Gruteriana Sen. editio exhibet Linquuntur animo.

LINQUENS, entis. Partic. Curtius 9. 5. 11. Quem ut injicere corpori suo manus sensit (credo ultimi dedecoris indignitate commotus) linquentem

quentem revocavit animum, & nudum hostis latus subjecto mucrone hausit. Budæus. V. ANIMUS.

LINQUENDUS, a, um. Partic. [λειπτέος] Ovid. 13. Met. 72.
—utque reliquit,
Sic linquendus erat.

LICTUS, a, um. Partic. Capitol. in Antonin. Philos. cap. 7. Imperium lictum cum alio participare. Sed lectio merito suspecta est. V. Casaub not.

LINTEARIUS, LINTEATUS, LINTEO, LINTEOLUM. V. LINTEUM.

LINTER, tris. m. & frequentius f. [σκάφη] Navicula e cava arbore facta. Cæs. 7. Bell. Gall. cap. 60. Conquirit etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Liv. 21. 26. extr. Itaque ingens coacta vis navium est, lintriumque temere ad vicinalem usum paratarum. conf. cap. 27. Cic. de Clar. Orat. 216.
Exiguus linter. Tibul. lib. 2. 5. 34.
Convehere lintribus aliquid in. Cic. pro Milon. 75. Repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma convexit.
Nat in liquida tibi linter aqua. Tibul. lib. 1. 7. 38.
Transvecti amnem lintribus. Claud. 1. in 1. Cons. Stil. 206.
Linter, Vas uvis portundis aptum. Tibul. lib. 1. 5. 23.
Hæc mihi servabit plenis in lintribus uvas.
Cavat arbore lintres. Virg. 1. Georg. 262. Ubi Serv. Lintres Fluviatiles naviculas. Alii Lintres in quibus uva portatur accipiunt.

LINTRĬCŬLUS, i. m. dimin. Cic. 10. Att. 10. extr.

LINTRARIUS, i. m. Qui lintri præest, apud Ulpian. l. j. §. De exercitoribus. D. nautæ, caupones, stabularii, ut recepta restituant.

LINTERNUM, LINTERNINUS, LINTERNUS, V. LITERNUM.

LINTEUM, i. n. [ὀθόνιον, σινδὼν] a Lino fit; Pannus lineus, ut sudarium, quo in balneis utimur, & aliis negotiis ad extergendum. Martial. lib. 14. 56.
Non tam sæpe teret lintea fullo tibi. Cic. pro Rabir. Post. 39.
Auditæ visæque merces fallaces quidem & fucosæ, chartis & linteis & vitro delatæ.
Tepefacere linteum. Cels. lib. 3. cap. 6.
Lintea, Quæ sunt idonea ad spectandum umbracula. Unde legimus Cæsarem totum forum linteis adumbrasse.
Lintea, Vela quibus utuntur nautæ. Virg. 3. Æn. 636.
— certum est dare lintea retro.
Cava lintea. Valer. 4. Argon. 83. V. CAVUS.
Conversa domum dare lintea, Renavigare domum. Hor. Epod. 16. 27.
Orba lintea ventis. Ovid. 13. Met. 195.

LINTEĀRIUS, a, um. Adj. ut, Negotiatio lintearia. Ulpian. in l. Procuratoris. §. Si plures. ff. De trib. act. Duas negotiationes exercebat, puta sagariam & lintcariam.

LINTEARIUS, i. m. Qui lintea conficit aut vendit. l. 5. §. 4. Dig. de instit. Act. & Cod. Theod. l. 16. de murilegulis & gynæcearis: si quis ex corpore lintcariorum. i. e. Ex collegio illorum.

LINTEĀMEN, inis. n. Idem quod Linteum. Apul. 11. Met. p. 261. Candido linteamine cinctum pectorale.
Lotum linteamen. Lamprid. Heliog. cap. 26.

LINTEŎLUM, i. n. dimin. [ὀθόνιον] Plin. lib. 20. cap. 17. Destillationem narium discutit tusum, in linteolo olfactum. Plaut. Epid. 2. 2. 46.
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium. Columel. lib. 6. cap. 16. Præfractis cornibus linteola sale atque aceto & oleo imbuta superponuntur.

LINTEUS, a, um. Adj. [λίνεος] ut, Lintea vestis, Lino compacta & conteata. Cic. 7. Verr. 145. Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam, tus alii atque odores, vestemque linteam.
Libri lintei, Qui lino fiebant, sive Qui in linteis vice chartæ erant scripti: cujusmodi Annales quidam fuerunt. Liv. 4. 7. Licinius Macer auctor est, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetæ inventos. Plin. lib. 13. cap. 11. In plumbeis linteisque voluminibus scriptitatum constat.

LINTEĀTUS, a, um. Adj. [ὀθονωτὸς] Linteo indutus. Senec. de Vita beat. cap. 27. pr. Laurumque linteatus senex & medio lucernam die præferens, conclamat iratum esse aliquem deorum. Liv. 10. 38. Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est. V. quæ paulo supra exstant, ibidemque Interpr.

LINTEO, ōnis. m. [ὀθονοποιὸς] Qui texit linteamina pro conficiendis vestibus, ut docet Servius lib. 7. Æneid. Plaut. Aulul. 3. 5. 38.
Propolæ, linteones, calceolarii.

LĪNUM, i. n. [λίνον] ἀπὸ τοῦ λινεῖν antiquo verbo, quod est Teneo: quia lino omnia tenentur. Plin. lib. 10. cap. 33. Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens.
Seges lini urit campum. Virg. 1. Georg. 212.
Semen lini. Plin. lib. 34. cap. 12.
Carpere linum. V. CARPO.
Factum linum, Linum infectum. Ulp. in l. Si cui lana legetur. D. de legat. 3.
Linum, pro Filo. Cels. lib. 7. cap. 14. A quibusdam ad imum acu trajectatur duo lina ducente: deinde utriusque lini duobus capitibus diversæ partes astringuntur. Sic sæpe alibi. Aliquando tamen Filum pro Lino dicit.
Crudum linum, Non lotum. Cels. lib. 7. cap. 4.
Trajicere duo lina acu. Cels. lib. 7. cap. 21.
Multiplex linum, pro Thorace lineo, apud Sil. 4. 293. V. Drakenb. ad l. c. & ad 9. 581.
Linum, pro Fune nautico. Ovid. 3. Fast. 578.
Dumque parant torto subducere carbasa lino.
Linum pro Vinculo, quo epistola obligatur. Cic. 3. Catil. 10. Tabellas proferri jussimus, quæ a quoque dicebantur datæ. Primum ostendimus Cethego signum; cognovit. Nos linum incidimus.
Linum, pro Verriculo. Virg. 1. Georg. 142.
—pelagoque alius trahit humida lina.
Lina pluraliter, pro Cassibus quibus feræ capiuntur. Ovid. 3. Met. 148.
Lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum. Ibid. 153.
Sistite opus præsens, nodosaque tollite lina.
λινάρια καὶ [illegible] apud Pamphylios. Eustath. H. St.

LINEUS, a, um. Adj. [λίνεος, λινοῦς] Quod ex lino factum est. Plin. lib. 12. cap. 6. Sed unde lineas vestes faciunt, &c.
Lineam compedem, Vide in VIACUM. H. St.
Vincula linea. Virg. 5. Æn. 510.

Nebula linea eleganter a Petronio cap. 55. dicitur Coa vestis, mollissima ac pellucida.

LINĬFĬCUS, i. m. Idem qui Linteo. L. Cod. 13. de Murileg. & Gynæc.

LINĬGER, ĕra, ĕrum. Adj. [λινοφόρος] Ovid. 1. Met. 747.
Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Isidis sacerdotes intelligit, vestibus lineis indui solitos.
Grex liniger. Juven. 6. Sat. 532. de iisdem. Hinc
Isis linigera. Ovid. 2. Amor. 2. 25.

LINĀMENTUM, i. n. [μοτὸς] Filum quod ex lino volvendo trahitur, inquit Perottus. Pro Linea tela, Plin. lib. 32. cap. 10. Delphini adipe linamenta accensa excitant vulvæ strangulatu oppressas. Columel. lib. 6. cap. 11.
Linamentum Celsus semper accipit pro penicillo quod vulneri imponitur ex linteolo vel spongia vel lana, Budæus. [Immo pro Linteis carptis. V. lib. 6. cap. 26. Vulgo *Carpia*.
Linamentum demittendum. Cels. lib. 8. cap. 9.
Superdare linamenta. Cels. lib. 7. cap. 25.

LINARIUM, i. n. Locus ubi linum nascitur. Columel. [Ubi?

LINIVIO, vel LINYPHIO, onis; vel LINYPHIARIUS, i. m. Lini textor. Vopisc. Saturn. cap. 8. & Cod. Theod. Tit. 8. & 16.

LĪNUS, i. m. [Λίνος] Thebanus poeta antiquissimus, Apollinis filius, inquit Servius apud Virgilium 6. Ecl. 67.
Ut Linus hæc illi divino carmine pastor. Hermodorus vero Platonicus lib. 1. Disciplinarum, dicit hunc Mercurii ex Musa Urania filium, & Thebis genitum. Occubuit in Eubœa, sagitta ab Apolline transfixus.

L I O

LIO, āre. Tectoria polire, vel inducere. ut, Cisternam liare. Tertull. de Idol. cap. 5.

LIACULUM, i. n. Politio sive tectorium, uti Salmasius restituit. Vitruv. 7. 3. Liaculorum subactiones. sed in Gloss. est Liaculum, λειαντὴς, pro instrumento, quo liantur parietes. Vitruv. 2. 4. & Salmas. in Solin. p. 142.

L I P

LĬPĂRA, æ. f. [Λιπάρα] Una ex Æoliis insulis. Æoliæ autem dictæ sunt, quod Æolus Iliacis temporibus ibi regnabat, ut scribit Plinius. Sunt porro VII. Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phœnicusa, Euonymos. Plinius, Solinus, Strabo. dicitur & Græca terminatione

LIPĂRE, es. f. [Λιπάρη] Claud. 3. Cons. Hon. 196.
Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis. &

LIPARÆ, arum. Liv. 5. 78.

LIPARENSIS, e. Adj. Cic. Verr. 5. 84. Emit agri Liparensis, miseri atque jejuni, decumas. Sic ibidem frequenter.

LIPARÆUS, a, um. Aliud Adj. ut, Liparæa taberna. Juven. 13. Sat. 45.

LIPARITANUS, a, um. aliud Adj. ut, Obsidio Liparitana. Val. Max. 2. 7. 4.

LĬPĂRA, æ. f. [λιπαρὸς] Liparæ, inquit Hermolaus, medicamenta pinguia sunt, & ut Celsus ait, lenia. Plin. lib. 33. cap. 6. Addunt & in medicamenta quæ vocant liparas, ad excrescentia ulcerum, &c. Cels. lib. 5. cap. 19. Lenia quoque quædam emplastra sunt, quas λιπαρὰς fere Græci nominant.

LIPARIS, is. m. Genus lacertorum, teste Plin. lib. 32. cap. 11.
Liparis etiam, sive Lipare, Gemmæ nomen est, quæ suffita omnes bestias evocat, teste Plinio lib. 37. cap. 10.

LIPARIS, [Λιπαρὶς] Plin. lib. 5. cap. 27. Ciliciæ fluvius, ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ, quoniam scribit Vitruv. lib. 8. cap. 3. natantes in hoc flumine, aut se lavantes, non aliter ungi ab ipsa aqua, quam si oleo aut adipe lavarentur.

LĪPIO, īre. de Milvo, Auct. Philomel. v. 24.
Accipiter pipat, milvus hiansque lipit.

LIPPUS, a, um. Adj. [λημῶν] Qui oculos habet lacrymantes, quum putredo ab his defluit. Plaut. Mil. 4. 3. 15.
Cubare in navi lippam, atque oculis turgidis
Naucleius dixit, qui illas advexit, mihi: Plin. Epist. 141. Quas satis acribus oculis, quanquam adhuc lippis, pinguissimas vidi. Hor. 1. Serm. 3. 25.
Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? Al. Male.
Omnibus & lippis notum & tonsuribus. Hor. 1. Serm. 7. 3. V. Adagia Erasmi.
Ficus lippa, Martial. lib. 7. 20. dicta vel quod succus foliorum ejus lacteus lippis prodest, vel quod dum folia & ramuli truncantur, succum lacrymosum emittant. [An Lacunosas intelligit? ut in seq.
Lacuna lippa. Martial. lib. 8. 53. In luscum furem,
Aspicis huncuno contentum lumine, cujus
Lippa sub attrita fronte lacuna patet.

LIPPŬLUS, a, um. dimin. Arnob. lib. 7. p. 240.

LIPPĬTŪDO, inis. f. [λήμη, γλήμη] Ipse morbus lippientium. Plin. lib. 26. cap. 37. Flos ejus contra lippitudinem illinitur. Cic. 7. Att. 13. Sed dictavi propter lippitudinem.
Subire lippitudines. Cels. lib. 2. cap. 1.
Perodiosa lippitudo. V. PERODIOSUS.
Si turpitudo malum est; & turpem esse malum est: tam mehercules quam si lippitudo malum est, & lippire malum est. Senec. Epist. 117.

LIPPIO, īvi, ītum, [λημάω, γλημάω] īre. Lippum fieri, h. e. Marcorem in oculis contrahere. Plin. 28. 4. Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos qui quum pedes lavant, aqua inde ter oculos tangant. Cic. 7. Att. 14. Quum leviter lippirem, has literas dedi.
Fauces lippiunt, ridicule dixit Plautus Curcul. 2. 3. 39.

LIPPĪTUR, [λημῶσιν] impers. Plin. lib. 38. cap. 8. Aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, & croci uncia.

LIPPIENS, entis. Partic. Tertull. advers. Marc. 1. 2. Lippientibus etiam singularis lucerna numerosa est.

L I Q

LIQUAMEN, LIQUEFACIO, LIQUEFIO, LIQUENS, LIQUENTER V. post LIQUOR, ĕris.

LIQUENTIA, æ. f. [Λιβεντία] Fluvius Venetiæ post Tarvisinum agrum.

Liquio, Liquisco, Liquet, impers. Liquidus, Liquo, are, Liquor, oris. V. post liquor, eris.

Liquor, eris, [τήκομαι] liqui. dep. Dissolvi. Virg. 1. Georg. 44.
 Vere novo gelidus canis quom montibus humor
 Liquitur. i. e. Paulatim defluit, inquit Servius.
Amnes liquuntur. Virg. 2. Georg. 187.
Ætas liquitor. Lucret. lib. 2. 1131.

Liquidus, a, um. Adj. [ὑγρὸς, ῥυτὸς] Molle & fluxum proprie dicitur. Plaut. Mil. 3. 1. 70. Liquidius, cultiusque quam ventus est Favonius. Hæc Nonius 4. 275. V. liquidiusculus dimin. Lucret. lib. 4. 1252.
 Crassaque conveniunt liquidis, & liquida crassis. Ubi eandem syllabam brevem, longamque facit, quam reliqui poetæ fere corripiunt.
Alvus liquida. V. alvus.
Aquæ liquidæ. Ovid. 1. Amor. 8. 6.
Auræ liquidæ. Lucret. lib. 5. 213.
Cælum liquidum. Ovid. 1. Met. 23.
Colores liquidi. Hor. 4. Carm. 8. 7.
Humor liquidus aquarum. Lucret. lib. 1. 350.
Iter liquidum, Iter per aquam. Propert. lib. 3. 21. 14.
Nubes liquidæ. Virg. 5. Æn. 525.
Odor liquidus. Virg. 4. Georg. 415.
Plumbum liquidum, Liquefactum. Hor. 1. Carm. 35. 20.
Sorores liquidæ. Ovid. 1. Met. 704. Sic vocat Nymphas amnicas.
Venter liquidus. Martial. lib. 13. 116. h. e. Fluidus & laxus.
Liquidus, Purus. Virg. 4. Georg. 102.
 Dulcia mella premes, nec tantum dulcia quantum
 Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem. i. e. Defæcata, & sine sordibus, inquit Servius: non quæ fluunt: nam mala sunt. Cic. pro Cæcin. 78. Quicquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. Virg. 6. Ecl. 33.
 Et liquidi simul ignis. h. e. Ætherei. Idem 2. Georg. 200.
 Non liquidi gregibus fontes. Sine pestilentia. Servius.
Aër liquidus. Virg. 1. Georg. 404.
Æstas liquida. Virg. 4. Georg. 59.
Æther liquidus. Virg. 7. Æn. 65.
Amnis liquidissimus. Ovid. 6. Met. 400.
Fontes liquidi. Virg. 2. Ecl. 59.
Lumen liquidum. Lucret. lib. 5. 282.
Tempestas liquidissima cæli. Lucret. lib. 4. 169.
Liquidus eodem modo translate, ut
Fides liquida, i. e. Pura, integra, sincera, doli expers. Valer. Max. lib. 6. cap. 5. de populo Romano, Idem, quum P. Claudius Camerinos ductu atque auspiciis suis captos, sub hasta vendidisset: etsi ærarium pecunia, fines agris auctos animadvertebat, tamen quia parum liquida fide id gestum ab Imperatore videbatur, maxima cura conquisitos redemit, hisque habitandi gratia locum in Aventino assignavit, & prædia restituit. Parum liquida: quia quum se ejus fidei dedidissent, illos tamen vendiderat. V. liquido Adv.
Auspicium liquidum, Optimum. Plaut. Pseud. 2. 4. 72. V. auspicium.
Liquidus animus & tranquillus. Plaut. Epid. 5. 1. 36.
Mente liquida videre aliquid. Catul. de Berecynth. 61. 46.
Somni liquidi potentia. Valer. 4. Argon. 16.
Voluptas liquida & libera. Cic. 1. de Fin. 58.
Liquidus, Clarus, ad Sonum quoque transfertur, ut
Carmen liquidum citharæ. Lucret. lib. 4. 978.
Querela liquida cygnorum. Lucret. lib. 4. 552.
Voces liquidæ avium. Lucret. lib. 5. 1378. Virg. 1. Georg. 410.
Litteræ liquidæ, & Mutæ apud Grammatic. Liquida cum Muta. H. St. V. Priscian. lib. 1. cap. 3. de Accid. litt.

Liquidum, i. n. [ὑγρὸν] pro Aqua. Hor. 1. Serm. 1. 54.
 Ut tibi si sit opus liquidi non amplius urna
 Vel cyatho.
Ad liquidum explorata veritas. Liv. 3. 8. V. ad.

Liquidiusculus, a, um. Adj. dimin. pro Leni, Molli sive Sereno usus est Plaut. Mil. 3. 1. 71.
 Liquidiusculusque ero, quam ventus est Favonius. Sic & Nonii emendati codd. 4. 275. Al. Liquidius, cultiusque.

Liquido, Adv. [σαφῶς] Pure & manifeste, inquit Donatus. Ter. Andr. 4. 3. 14.
 Quia si forte opus sit ad herum jurandum mihi
 Non apposuisse, ut liquido possim. Alii malunt interpretari, Vere. Cic. 15. Fam. 6. Gratissimum est, te libenter amicitiæ dedisse quod liquido veritati dares.
Dicere liquido, h. e. Aperte. Cic. 5. Verr. 136. Nemo esset, quin hoc se audisse liquido diceret.
Discere satis liquido aliquid ab aliquo. Liv. 39. 47. pr.
Liquido, pro Vere. Cic. 6. Verr. 124. Confirmare hoc liquido, Judices, possum, valvas magnificentiores, ex auro atque ebore perfectiores nullas unquam ullo templo fuisse. Plin. lib. 37. cap. 2. Non liquido affirmare possumus in cautibus Alpium nasci, atque adeo inviis, ut plerumque fune pendentes eam extrahant. De crystallo verba facit. Ovid. 3. de Pont. 3. 49.
 Scis tamen, & liquido juratus dicere posses,
 Non me legitimos sollicitasse toros. Idem lib. 4. 6. 21.
 Te quoque idem, liquido possum jurare, precari,
 O mihi non dubia cognite Brute nota. Senec. lib. 7. de Benef. cap. 9. de perlucidis mulierum vestibus, Video sericas vestes (si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est quo defendi aut corpus aut denique pudor possit) quibus sumptis, mulier parum liquido nudam se non esse jurabit; i. e. Parum vere. Ulpian. in l. alias autem. D. de jurejurando. Sive enim dominus petat, cogetur reus docere liquido se jurasse, posita scilicet exceptione: sive ex stipulatione de rato agat, necesse habebit ipse de perjurio suo docere. Hic, Liquido jurare, & Pejerare, opponuntur. Est igitur Liquido jurare, idem quod Vere jurare.

Liquide, [σαφῶς] idem. ut, Non liquide consistere. Gell. 14. 1.
Compar. Cic. 10. Fam. 10. Liquidius de toto sensu tuo judicavi: h. e. Apertius, & certius, ac facilius.
Superl. Defendere liquidissime. August. Epist. 28.

Liquiditas, ātis. f. ut, Aeris liquiditas. Apul. de Mundo p. 707.

Liquido, āre. Liquidum reddere. apud JCt.

Liquor, ōris. m. [ὑγρασία] Ipse humor liquidus. Plin. lib. 10. cap. 52. Piscium ova ex liquore mollia.
 Aquæ effusæ liquor declarat ei admistum esse calorem. Cic. 1. de Nat. Deor. 26.
 Blandus liquor amaracini, Unguentum amaracinum. Lucret. lib. 2. 846.
 Dulcis, flavusque liquor mellis. Lucret. lib. 1. 936.
 Fluidus liquor. Virg. 3. Georg. 984.
 Gelidos haurire liquores. Ovid. 6. Met. 347.
 Levem fundunt oculi liquorem. Senec. OEdip. 12.
 Niveus liquor. V. nix.
 Olaceus liquor. V. olea.
 Perlucidi amnium liquores. Cic. 2. de Nat. Deor. 98.
 Perspicuus liquor. Ovid. 4. Met. 300.
 Vitigeni liquoris latex. Lucret. lib. 5. 14.

Liqueo, licui, [τήκομαι] ēre. sive Liquesco, ĕre. Liquidum & fluidum fieri, mollescere. Ovid. 1. de Ponto, 2. 57.
 Sic mea perpetuis liquescant pectora curis. Virg. 8. Æn. 446.
 Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit. Ubi Servius, Liquescit, proprie dixit: nam ferrum non semper solvitur, sed mollescit.
 Cera liquescit igni. Virg. 8. Ecl. 80.
 Mens liquescit, more nivis. Ovid. 1. de Ponto, 1. 67.
 Silex fornace liquescit. Stat. 3. Silv. 1. 122.
 Voluptate liquescere, & fluere mollitia: h. e. Mollem esse, & voluptati deditum. Cic. 2. Tusc. 52. Opinio est quædam effeminata ac lenis, nec in dolore magis, quam eadem in voluptate: qua quum liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus.
 Liquescere, eleganter pro Colari & dilabi, quod quæ liquida sunt sic diffluere solent. Vitruv. l. 8. c. 1. de aquis loquens, Robro saxo, inquit, & copiosæ & bonæ, si non per intervenia dilabantur & liquescant. i. e. Modo per intervenia non diffluant, transcolenturque ac disperdantur. Et Senec. Epist. 26. Incommodum summum est minui & deperire, & ut proprie dicam, liquescere. conf. Prudent. Hymn. ante somnum extr.

Liquescens, entis. Partic. [τηκόμενος] Liv. 21. 36. Per nudam infra glaciem, fluentemque tabem liquescentis nivis ingrediebantur.

Liquens, entis. Partic. Idem ac Liquidus. ut,
 Campi liquentes, pro Mari, apud Virg. 6. Æn. 724.
 Mella liquentia. Virg. 1. Æn. 436. Ubi prima longa est. V. liquidus.
 Vina liquentia. Virg. 5. Æn. 238.

Liquentius, Adv. Compar. Gell. 18. 5. Ut pure liquentiusque foret.

Liquo, [ἠθέω, τήκω] āre. Liquidum facere, quum scilicet aurum vel plumbum dissolvitur. Lucan. lib. 7. 149.
 — ereptaque tela liquavit. Plin. lib. 15. cap. 6. Ut fraces & amurca liquentur.
 Alvum liquare. Cels. lib. 4. cap. 7. 2. Liquanda alvus, interdum etiam ducenda. Quo ex loco intelligendum est Liquidam alvum appellari, quæ fluida est & libera, neque astricta: Ducta autem alvus, quæ liberius fluit quam natura patiatur, & multum soluta est. [Immo Liquare alvum Celso est Potu, vel Medicamento idoneo purgare, Ducere vero, infuso Clystere eluere. V. Ipsum lib. 3. cap. 12.
 Vina liquare. Hor. 1. Carm. 11. 6. Vina, inquit, liques. Ubi Turnebus, Id ex antecedente consequens significat, i. e. Vinum bibas, & tibi indulgeas: ex antiquorum consuetudine, qui vinum ut defæcarent, & liquidius redderent, minusque nocens, fractis velut viribus, antequam biberent colo transmittebant. Tertullianus, Conquisito altilium enormem saginam, defæcato senectutem vini. Hæc ille.

Liquātus, a, um. Partic. ut, Guttæ liquatæ solis ardore. Cic. 2. Tusc. 25.
 Mella liquata expressis favis. Ovid. 4. Fast. 152.

Liquātio, ōnis. f. Liquandi actus. Vopisc. Aurel. cap. 46. Aurum per varios bractearum, filorum & liquationum usus perit.

Liquatōrium, i. n. Colum vinarium. Cæl. Aurel. Acut. 2. 39. Non aliter quam si vinum sine fæce per liquatoria fundatur.

Liquābilis, e. Adj. Quod liquescere potest. ut, Cera liquabilis. Apul. Apol. p. 454.
 Saxum liquabile. Prudent. Hamart. v. 743.

Liquāmen, inis. n. [τάγηρον] Pinguedo animalium ad ignem liquefacta, & in usum coquinarium servata ad condiendos cibos. De aliis etiam dici potest, quæ non comeduntur, ut est apud Columel. lib. 7. cap. 4. Succus excocti lupini, veterisque vini fæx, & amurca pari mensura miscentur, eoque liquamine tonsa ovis imbuitur.

Liquamĭnātus, a, um. Adj. ut, Porcellus liquaminatus. Apic. 8. 7.

Liquaminōsus, a, um. Adj. ut, Res salsæ & liquaminosæ. Marcell. Empir. c. 5.

Liquĕfacio, [ἐκτήκω, χέω] ĕre. Catull. in Gellium, 87. 6.
 Omentum in flamma pingue liquefaciens. Ubi observare licet secundam esse productam, præter aliorum poetarum consuetudinem.

Liquĕfio, [ἐκτήκομαι, χέομαι] ĕri. Idem quod Liquescere. Senec. Quæst. Nat. 3. 30. Tellus liquifiet. V. & Ovid. 1. de Pont. 2. 57.

Liquefactus, a, um. Partic. [πηγνύμενος] ut, Aqua liquefacta. Cic. 2. de Nat. Deor. 26.
 Æra liquefacta. Cic. 3. in Catil. 19.
 Coagula liquefacta lacte. Ovid. 4. Fast. 545.
 Glacies liquefacta Noto. Claud. de crystallo 6.
 Medullæ tabe liquefactæ. Ovid. 9. Met. 175.
 Membra liquefacta. i. e. Consumpta. Sil. lib. 1. 178.
 Saxa liquefacta. Virg. 1. Georg. 473.
 Viscera liquefacta. Virg. 4. Georg. 555.
 Unda liquefacta. h. e. Liquida: vel Quæ prius turbata, post facta est limpidior & purior. Ovid. 3. Met. 486.

Liquet, impers. [ἀναμφίλογόν ἐστι, ἀναμφισβήτητόν ἐστι] Constat, manifestum & certum est. Quoniam quæ resolvuntur, certa, constantia & manifesta fiunt. Ter. Eun. 2. 3. 40.
 Illum, liquet mihi dejerare, bis mensibus,
 Sex, septem, prorsus non vidisse proximis. Cic. 4. Acad. 94.
 Si habes quod liqueat, neque respondes, superbis.
 Liquet inter nos, Compertum habemus & certum. Cic. 1. de Nat. Deor. 3. Sed (quod inter nos liqueat) ne tu quidem intelligis.
 Non liquere de causa dicebant veteres, quando probationes & argumenta non satis erant idonea ad dijudicandam causam. Cic. pro Cluent. 76.

Deinde

Deinde homines sapientes ex vetere illa disciplina judiciorum, qui neque absolvere hominem nocentissimum possent, neque eum de quo esset orta suspicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita primo condemnare vellent: non liquere dixerunt. Budæus. Paulus in l. Pomponius. D. de re iudic. Pomponius lib. 38. ad Edictum scribit, Si unl, &c. Ulpianus de Arbitris, in l. Idem Pomponius, Proinde si forte urgeatur a Prætore ad sententiam: æquissimum erit, si juret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari. [Idque Ampliationem vocabant. V. Ascon. ad 3. Verr. 26.

LIQUIRITIA, æ. f. Idem quod Glycyrrhiza. Priscian. de Diæta, cap. 9. Liquiritia frigida est & dulcis. [Vox sine dubio corrupta est.

LIRA, æ. f. Columel. lib. 11. cap. 3. Est autem lira similis ei porcæ quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem vitent. Idem lib. 2. cap. 4. Liras autem rustici vocant easdem porcas, quum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat.

LIRO, āre. Liram facere. Varro lib. 1. de R. R. cap. 29. Tertio, quum arant jacto semine, boves lirare dicuntur, i. e. cum tabellis additis ad vomerem, simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas, quo pluvialis aqua delabatur. Columel. lib. 11. cap. 2. Lirantur autem jugera duo opera una: at si facilis est terra, proscinditur jugerum duabus operis, iteratur una: lirantur una jugera quatuor, quum in subacta jam terra latiores porcæ sulcantur.

LIRĀTIM, Adv. Per liras. Columel. lib. 11. cap. 3. Habet enim velut allium plures cohærentes spicas: eæque quum sint divisæ, liratim seri debent, ut in pulvinis positæ, minus infestentur hiemis aquis.

LIRĀMENTUM, i. n. Deliramentum. Vet. Interp. Irenæi 2. 42. Liramenta confirmare.

LIRIMIRIS, [Λιριμειρὶς] Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs, vulgo *Mulheim*.

LIRION, i. n. [λείριον] i. e. Lilium. Apul. de Herb. cap. 107. unde

LĪRĪNUS, a, um. Adj. [λείρινος] ut, Lirinum oleum. Plin. 21. 5.

LIRIŎPE, es. f. Nympha, Oceani & Tethyos filia, ex qua Cephissus Narcissum suscepit. V. Ovid. 3. Met. 342.

LIRIS, is. m. [Λεῖρις] Fluvius Campaniæ, Minturnas præterfluens, (qui & Glanius. Vulgo *Garigliano*.) De hoc Ptolemæus l. 3. c. 1. Hor. 1. Carm. 31. 7.

Non rura, quæ Liris quieta,
Mordet aqua, taciturnus amnis. Virgilius,
— & umbrosæ Liris per regna Maricæ. Acron. [Hic versus autem non Virg. est, sed exstat apud Lucan. 2. 424.

In Lirem præcipitat Fibrenus. Cic. 2. de Legib. 6.

Ἀπὸ Λίριος ποταμοῦ, ὃν νῦν μοι δοκῶ Λιτερνὸν ἀγγέλλεσθαι. App. in Emphyl. 176. H. St. Exstant lib. 1. dict. pag. ed. Paris. 1551. Erit igitur ejusdem fluminis quadruplex nomen Liris, Liternus, Glanis, Clanius, de quibus singulis f. l. V. Male nou nulli Lyris per *y* scribunt.

LIRUS, i. m. [λῆρος] pl. Liri, [λῆροι] Nugæ, frivola. Plaut. Pœn. 1. 1. 9. Liroe scribitur. conf. Turneb. Adverf. 3. 20.

L I S

LIS, litis. f. [ἔρις, δίκη] a Limite dicta est, quod primæ inter homines lites de limitibus fuerunt.

Litis nomen, ut vult Ulpianus in l. Litis. D. de verb. & rer. signific. Omnem actionem significat, sive in rem, sive in personam sit.

Jurgium & Lis hanc habent distantiam: quod Jurgium, levior res est. M. Tull. de Republ. lib. 4. Admiror, nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam. Si jurgant, inquit. Benevolorum concertatio, non lis inimicorum, jurgium dicitur. Et in sequenti, Jurgare igitur lex putat inter se vicinos, nòn litigare. Nonius 5. 34.

Judex de lite jocosa. Ovid. in Ibin, 265.

Cupidus litium & rixæ. Hor. 3. Carm. 14. 26.

Æstimatio litis. Cic. pro Cluent. 116. V. ÆSTIMO.

Contestatio litis est, Hinc inde, negotii apud judicem principalis facta narratio, ut placet Jurisconsultis. Cic. 16. Att. 15. Possumus enim, ut sponsores appellentur, procuratorem introducere: neque enim illi litem contestabuntur. quo facto, non sum nescius sponsores liberari.

Lis contestata dici potest judicio jam constituto, h. e. dijudicatis ac disceptatis præscriptionibus Litis auspicatum morantibus. Cic. pro Rosc. Com. 32. Lite contestata, judicio damni injuria constituto. Et rursus 35. Iste cum eo litem contestatam habebat. V. CONTESTARI litem.

Forum orbum litibus. Hor. 4. Carm. 2. 44.

Instrumentum litis a Quintiliano dicitur, quod nos *productionem* vocamus. Quintil. lib. 12. cap. 8. Ideoque opus est intueri omne litis Instrumentum: quod videre non est satis: perlegendum erit. Nam frequentissime aut non sunt quæ promittebantur, aut minus, &c.

Medullæ litium. Quintilian. lib. 2. cap. 1. In mediis litium medullis versantur.

Hæreditariæ lites. Quintil. lib. 3. cap. 10.

Nummaria lis. Auson. in Monosyllabis, v. 101.

Quis subit in pœnam capitali judicio? vas.
Quis, quum lis fuerit nummaria, qui dabitur? præs. [Sic lego.

Nostra omnis lis est. V. NOSTER.

Pecuniaria lis. Quintil. lib. 6. cap. 1. Quum Domitiæ uxoris suæ pecuniariam litem adversus aliquem ageret.

Accipere litem. V. ACCIPIO.

Æstimare litem. Cic. pro Cluent. 116. V. ÆSTIMO.

Agere litem adversus aliquem, Quintil. lib. 6. cap. 1.

Amittere litem. V. AMITTO.

Auferre litem. V. AUFERO.

Cecidisse lite dicitur (inquit Festus) qui ejus rei, de qua agebat, causam amisit. Cic. Plautus & Hor. Litem perdere dixerunt. V. infra. At Causa cadere, & in judicio cadere frequenter Cic.

Coire in lites. V. COEO.

Componere lites inter aliquos. Virg. 3. Ecl. 108.

Concire lites. V. CONCIO.

Conferre lites, Risari. Hor. 1. Serm. 5. 54.

Constituere summam totius litis in re aliqua. V. CONSTITUO.

Contestari litem. V. CONTESTOR.

Contrahere lites. V. CONTRAHO.

Creare & serere lites. V. CREO.

Dare litem secundum tabulas alicujus. Cic. pro Rosc. Com. 3.

Dijudicata lis. Hor. 3. Carm. 5. 54.

Discernere litem arvis, [διακρίνειν H. St.] dicitur Limes. Virg. 12. Æn. 898.

Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat
Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.

Facere litem. Quintil. lib. 3. cap. 11. p. 295. Burm. Quid litem faciat, quod ab illis Causa, vel Continens dicitur.

Facere suam litem, Litis causam suscipere, & tanquam suam defendere. Cic. 2. de Orat. 305. Quid? si quæ vitia aut incommoda sunt in aliquo judice uno, aut pluribus, ea tu in adversariis exprobrando, non intelligas te in judices invehi, mediocre peccatum est? quid? si quum pro altero dicas, litem tuam facias: aut læsus efferare iracundia, causam relinquas, nihilne noceas? i. e. Si ita agas, ut non alienam causam, sed tuam agere videaris. Budæus.

Facere litem suam dicitur judex, quum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere videtur, si evidens arguatur ejus gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes: ut veram æstimationem litis præstare cogatur. Ulpianus in l. filius familias. D. de judiciis.

Gell. lib. 10. cap. 1. pr. Nam & Varro satis aperte, quid dici oporteret, edocuit: Et ego adversus eum, qui doctus esse dicebatur, litem meam facere absens nolui. Hoc est Volui potius Varronis auctoritatem, pro ratione afferre, quam dicendi schema in me recipere & ratione tueri. Aliter dixisset vero, qui in jure dicatur judex Litem suam facere. Gellius enim pro eo accepit, quod est Non recipio in me hujus rei periculum, vel Non præsto id quod dico, sed te ad auctorem meum rejicio, & ut vulgo dicitur, Trado tibi itidem, atque accepi. B. (I. e. Budæus) in lib. ff. 21. Cæl. Calcagn. lib. 1. Epistola 37. Quod si qui fortasse obstinatius reluctentur, ne tuam, ut dicitur, litem facias, eos ad Aristotelem protinus rejicito. H. St.

Generare litem. Quintil. lib. 7. cap. 4. Nisi propter verba, quæ litem generant.

Habere litem cum aliquo, Controversiam. Cic. 4. Acad. 8, Mecum vero quid habent litium, qui ipsorum disciplinam sequor?

Implicitus atris litibus. Hor. de Arte Poet. 344.

Incidere novas lites. Virg. 9. Ecl. 14.

Quod nisi me quacunque novas incidere lites
Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris, nec viveret ipse Menalcas.

Inferre litem capitis in aliquem. Cic. pro Cluent. 116.

Instruere litem. V. INSTRUO, & Instrumentum litis, paulo supra.

Intendere litem alicui. Cic. 1. de Orat. 42. V. INTENDO.

Ire in litem. Ovid. 6. Fast. 89.

Jurare in litem. V. JURO.

Liberare se periculo litium. Cic. 3. Verr. 95.

Morari aliquem iniqua lite. Hor. 2. Epist. 2. 19.

Perdere litem. Cic. 1. de Orat. 197. Neque intelligebat, si ita esset actum, litem adversarium perditurum. Plaut. Casin. 3. 3. 6.

— contrivi diem,
Dum asto advocatus cuidam cognato meo:
Quem hercle ego litem adeo perdidisse gaudeo. Hor. 1. Serm. 7. 37.
Ventum erat ad Vestæ, quarta jam parte diei
Præterita, & casu tunc respondere vadato
Debebat: quod ni fecisset, perdere litem.

Perorare litem. Cic. 3. Off. 43.

Resolvere litem lite. Hor. 2. Serm 3. 103.

Nil agit exemplum, quod litem lite resolvit.

Secare. Hor. 1. Epist. 16. 42.

Quo multæ magnæque secantur judice lites.

Sum. Hor. de Arte Poet. 78.

Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.

Suscipere litem. Quintil. lib 4. cap. 2.

Trajicere arbitrium litis in aliquem. Ovid. 12. Met. 628.

Vertere litem in rem suam dicitur judex, quum Rem inter duos controversam adjudicat sibi: quod est, quum judex ita cum litigatoribus agit, ut ei jure suo cedant. Liv. lib. 3. circa finem, Orare ne pessimum facinus pejore exemplo admitterent judices, litem in suam rem vertendo. Budæus.

Litem, pro Discrepantia & confusione quarumcunque rerum, etiam inanimatarum, posuit Ovid. 1. Met. 21. — quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
Hanc deus, & litem melior natura diremit. De Chao.

Stlites dixisse antiquos, Quintil. 1. 4. p. 45. & marmora testantur.

LITIGO, [ἐρίζω, ἀμφισβητῶ, διαφέρομαι] āre. quasi Litem agere, disceptare, contendere. Plaut. Rud. 4. 4. 16. Qua de re nunc litigatis inter vos? Cic. 3. Philipp. 30. Hic cum C. fratre putat se litigare.

LITIGANS, antis. Partic. Cic. pro Cœl. 27. Aliquot in causis eum videram frustra litigantem.

LITIGĀTUS, ûs. m. Quintil. Declam. 6. p. 147. Burm. In hoc litigatu quodammodo tibi ipsa excidisti.

LITIGĀTOR, ōris. m. [ἐριστὴς] Qui litigat: cujus femininum est Litigatrix. Cic. pro Domo, 115. Emit domum, litigatoribus defatigatis, prope dimidio carius quam æstimabat. [Immo Licitatoribus. V. Ursin. not. Rusticus, illiteratusque litigator. Quintil. lib. 2. cap. 21

Urbani litigatores. Suet. Aug. 33.

LITĬGIUM, i. n. [ἔρισμα] Plaut Casin. 3. 2. 31.

Nam ego quid contrahere cupio litigii inter eos duos. Plin. lib. 37. cap. 10. Siderites ferro similis, & litigio illata discordias facit.

LITIGIŌSUS, a, um. Adj. [ἐριστικὸς] Qui frequens in litibus versatur, vel Qui quavis de causa litem facit. Cic. 1. de Orat. 255. Vereris ne tua domus, talis & viri & civis, si a litigiosis hominibus non colatur, a ceteris deseratur? Idem pro Muren. 26. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebatur, non habebat.

Ager litigiosus, De quo litigatur. Ovid. 2. Fast. 660.

Disputatio litigiosa. Cic. 5. de Fin. 76.

Dominus litigiosus. Hor. 1. Serm. 3. 285.

Fora litigiosa, Plena litibus. Ovid. 4. Fast. 188.

Ignoratio juris litigiosa, potius quam scientia. Cic. 1. de Legib. 18.

Compar. Sidon. 8. 3. Anus, quibus nihil unquam litigiosius,
Superl. August. Epist. 68.

LISSOS, i. f. [Λίσσος] Ptolemæo, Dalmatiæ urbs: hodie *Alessio*. V. Lucan. 5. 719.

LISSUS, i. m. [Λίσσος] Fluvius est Thraciæ. Ad hunc quum venisset Xerxes, rex Persarum, cum exercitu, non sufficiens ad potum defecit, teste Herodoto lib. 7. cap. 108 unde ait Juven. 10. Sat. 177.
— epotaque flumina Medo Prandente.

L I T

LITATIO, V. LITO.

LITERA, LITERALIS, LITERARIUS, LITERATE, LITERATIO, LITERATUS, LITERATORIUS, LITERATRIX, LITERATULUS, LITERATURA, LITERO, V. LITTERA.

LITERNUM, i. n. [Λίτερνον] Campaniæ vicus, ubi Scipio Africanus invidiæ cedens obiit, ac sepultus est. V. LITERNINUM. Sic autem scribendum esse, non LINTERNUM cum N, docet Sigon. ad Liv. 22. 16. Nic. Heins. ad Sil. 6. 654. Cellar. Geogr. Ant. 2. 449.
Lentisciferum Liternum. Ovid. 15. Met. 713.
Palustre Liternum. Sil. lib. 8. 533.

LITERNUS, a, um. Adj. [Λίτερνος] ut, Palus Literna. Sil. lib. 7. 278.

LITERNINUS, a, um. Idem. ut, Rus Linterninum. Plin. 14. 4. & 16. 44.

LITERNINUM, i. n. Subaudito Prædium. Liv. 38. 52. pr. Die longiore prodicta, in Literninum concessit. De P. Scipione reo.

LITERNUS, [Λίτερνος] Campaniæ fluvius est, haud longe a Vulturno fluvio & oppido, qui & alias Clanius. Meminit Liv. 32. 29.

LITERULUS, LITERULA, V. LITTERA.

LITHARGYRUM, i. n. sive LITHARGYRUS, i. m. [λιθάργυρος] Argenti scoria, in duritiam lapideam compacta: cujus usus est in medicinis, appellantque pharmacopolæ *lithargyrium argenti* corrupte, ad differentiam scoriæ vel spumæ aureæ, quam *lithargyrium auri* nominant. Plin. 26. 10.

LITHIZONTES, um. m. [λιθίζοντες] Lapidibus similes, sive gemmæ languidius lucentes Plin. 37. 7.

LITHOCOLLA, æ. f. [λιθόκολλα] Glutinum quo lapides conjunguntur. fit enim ex lapide pario, aut marmore cum taurino glutino. Dioscorides lib. 5. & Plin. 7. 56.

LITHOSPERMUM, i. n. [λιθόσπερμον] Herba de qua Plin. lib. 27. cap. 11. Vulgus nostrum hanc herbam *milium Solis* appellat.

LITHOSTROTUS, i. m. & LITHOSTROTUM, i. n. [λιθόστρωτος] dictio composita ex λίθος lapis, & στρωτὸς stratus, est Locus lapidibus stratus. Lithostrota ex parvulis coloris varii lapillis quadratis, seu tesseris, constabant, quibus solum pavimenti incrustabatur. Varr. 3. de R. R. cap. 1. Quum enim villam haberes opere tectorio & intestino, ac pavimentis nobilibus lithostrotis spectandam: parum putasses esse, ni tuis quoque litteris exornati parietes essent. Ibid. cap. 2. Nuncubi hic vides citrum, aut aurum? num minium aut armenium? num quod emblema, aut lithostrotum? Plin. lib. 36. cap. 25. Ævo sequiore Musivum opus vocarunt, veteres Latini Tessellatum. V. in TESSERA.

LITHOTOMUS, i. m. [λιθοτόμος] Lapicida. Cels. 7. 29. [Sic in Thes. Lips. Sed locum Celsi frustra quæras. Est autem Lithotomus Medicis, qui Calculum vesicæ exsecat artifex. de qua Curatione agit Celsus lib. 7. cap. 26.

LITICEN, V. LITUUS.

LITIGATUS, LITIGIOSUS, LITIGO, LITIGIUM, V. LIS, litis.

LITO, [θύω, ἐκθύω] are: & LITOR, aris. dep. Sacrificio facto deos placare, votumque impetrare. Auctor de Viris Illust. 4. Et dum Numam Pompilium sacrificiis imitatus, Jovi Elicio litare non potuit, fulmine ictus cum regia conflagravit. Cic. 2. de Divin. 36. Quum tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur sæpe pulcherrime. Ibid. 38. Quid quum pluribus diis immolatur, qui tandem evenit ut litetur aliis, aliis non litetur?
Inter Litare & Sacrificare hoc interest, ut ait Non. 5. 12. Sacrificare, est Veniam petere: Litare est Propitiare & votum impetrare. Virg. 4. Æn. 50.
Tu modo posce deos veniam, sacrisque litatis,
Indulge hospitio. Serv. Diis litatis [an Litatus?] debuit dicere. Non enim sacra, sed deo sacris litamus, id est placamus. Ergo nove dixit.
Litasse veteres quum dicebant, quo verbo grata acceptaque diis immortalibus sacra fuisse intelligebant, a solvendo, si Varroni credimus, ita loquebantur: proinde quasi sit Litare, Lutare, i. e. Luere & solvere. tum enim denique solutum diis esse videtur, quum acceptum fecere. Varronis verba sunt, Habes qui & cujus rei causa fecerim Hecatomben, in quo ego, ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi: Itaque ut Maximus & Maxumus dicitur: ita Lutavi & Litavi dici Varro videtur existimasse. Turneb. 18. 20. ex Non. 2. 482. V. LITATUS, & LUO.
Exta ovis pastor litabat. Propert. lib. 4. c. 24. ubi V. Broekh.
Victimas litare, apud Tranquill. Othon. cap. 8. extr. i. e. Victimis cæsis litare: ut ait Budæus, Nam & victimas Diti patri cæsas litavit: cum tali sacrificio contraria exta potiora sint. [Ubi Grævius tamen cum Mss. Salmas. & Rob. Steph. edit. Victima cæsa legendum docet, nisi forte mavis Victimis cæsis. Ceterum ex hoc & ceteris item locis apparet verbo hoc, ex Haruspicum disciplina petito, proprie Exta læta significari, ut vel Non litare eadem Tristia.
Litare, pro Satisfacere. Plin. in Paneg. cap. 52. de statuis, Ergo istæ quidem æreæ & paucæ manent, manebuntque: illæ autem aureæ & innumerabiles strage & ruina publico gaudio litaverunt. Budæus.

LITATUS, a, um. Partic. Festus: Litatum alii solutum, deditum Deo, quasi Luitatum: alii ex Græco a precibus, quas illi λιτὰς dicunt.
Sacra litata. Virg. 4. Æn. 50.

LITATO, Adv. [αἰσίως] eo modo dictum quo Auspicato. Liv. 5. 38. Non deorum saltem, si non hominum memores, nec auspicato, nec litato instruunt aciem diductam in cornua.

LITANDUS, a, um. Partic. [ἐξιλαστέος] Virg. 2. Æn. 118.
Sanguine quærendi reditus, animaque litandum
Argolica.

LITATIO, onis. f. [ἐξιλασμός] Livius 27. 23. Per dies aliquot hostiæ majores sine litatione cæsæ: diuque non impetrata pax deûm. Adde 41. 15.

LITAMEN, inis n. Sacrificium quo litatur. Prudent præfat. Hamartig. v. 50.
Cujus litamen sordet, & terram sapit.

LITABILIS, e. Adj. ut, Hostia litabilis. Minuc. Felix cap. 32. Victima litabilis, i. e. grata Deo. Lactant. 1. 21. At

LITANIA, æ. f. [λιτανεία] a λιτανεύω pro λίσσομαι supplico, precor; Græcum nomen ad publicas rogationes & supplicationes, Processionesque in Ecclesiæ translatum est & latinitate donatum. Sidon. 5. Epist. 7. & aliis. V. Walafrid. Strabon. de rebus Ecclesiasticis, cap. 28. Cangii utrumque Gloss. & Macri Hierolex. &

LITURGIA, æ. f. [λειτουργία] Ministerium sacrum. V. Suic. Thes. Eccl.

LITURGUS, i. m. [λειτουργὸς] Minister publicus. Mart. Capella 2. p. 45. Cum liturgos cælo miraretur astare.

LITURGICUS, a, um. Adj. [λειτουργικὸς] ut, Libri Liturgici apud Ecclesiast.

LITURA, LITUS. V. LINO, linis.

LITTERA, Sic enim in Mss. & Lapidib. scribitur, æ. f. [γράμμα] in singulari & plurali, significat Elementum, ut A, B, C. Cic. pro P. Sulla, 45. Litteræ posteritatis causa repertæ sunt. Idem 3. de Orat. 43. Ut iota litteram tollas, & e plenissimum dicas.
Figuras litterarum invenerunt Cadmus, qui ex Phœnicia in Græciam primum eas intulit, & Evander. Auxerunt Palamedes & Simonides. V. Plin. 7. 56. Tacit. 11. Ann. 14. & ibi Lipsium; & Scalig. ad Euseb. p. 110. ad num. 1617.
Litteræ in terminis inventæ quid significent, ostenditur in libro variorum auctorum de limitibus, in quo sunt hæc p. 270. Goes. A, si in termino inveneris, finem in proximum significat, aut aquam vivam designat. B, si in termino inveneris, bifurcium ostendit, aut trivium significat. C, si in termino inveneris, a centuria nunquam recedas. D, si in termino inveneris, decimanum ostendit. E, si in termino inveneris, vallem ante se significat, aut rivum, aut fluvium: & super se subrectiore loco per planitiem limes excurrit. F, si in termino inveneris, finalem caussam exponit, & in longinquo terminum ostendit. G, si in termino inveneris, sui termini auctorem, limitem tortuosum ostendit. H, si in termino inveneris, grandes longitias limitum ostendit, & rariora signa in fine invenies. I, si in termino inveneris, viam significat, aut collis rigorem ostendit, hoc est jugum. K, si in termino inveneris, cardinem ostendit, quem terminum subtilissimum & speciosum invenies, hoc est formosum. L, si in termino inveneris, fuæ normæ facturam designat, limitem gammatum, & in longinquo arcam finalem ostendit, & convallia ejus fundi finem vindicant. M, si in termino inveneris, fines quadras designat, & in proximo signa finalia invenies. N, si in termino inveneris, proximam aquam significat, & quadras fines habentes aquæ, a Septentrione arcam marmoriam invenies. O, si in termino inveneris, a Septentrionali parte silvam demonstrat, & per ipsam silvam rivus currit, & trans rivum signa demonstrat. P, si in termino inveneris, pedaturam significat, extra aliis signis finalibus, vel quod litteras finales continet. has per singulos titulos invenies, aliosque finales titulos sine nostris signis in agris posuimus, qui rationem ostendunt limitum, & caussam dirigunt finalem. Q, si in termino inveneris, per collicellum terminos invenies. S, si in termino inveneris, supra possessionem multas aquas vivas indicat, quæ alveum transeunt. T, si in termino inveneris, trifinium ostendit. V, si in termino inveneris, terminum in collem meridianum ostendit, per limitem orientalem. X, si in termino inveneris, quadrifinium exponit, & pro decumano finem habebis. Y, si in termino inveneris sub se fontanam proximam habet. Z, si in termino inveneris, a sinistra parte fontem significat.
Caducæ litteræ. V. CADUCUS.
Litteræ neque expressæ, neque oppressæ. V. Appellare litteras, in APPELLO.
Immutatis litteris. V. IMMUTO.
Maximæ litteræ. Cic. 4. Verr. 24.
Minutæ litteræ, & Maximæ, contraria. V. diminut. LITTERULA.
Quadratæ litteræ. Petron. cap. 29. Superque quadrata littera scriptum. Hieronym. Præfat. in Job. Unciales vocat. His Romani utebantur in Inscriptionibus.
Salutaris littera. V. Salutaris, in SALUS.
Affigere litteras alicui. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Appellare litteras, Exprimere litteras, Obscurare litteras negligentius, Dilatare litteras. V. Appellare litteras, in APPELLO.
Computare & annumerare litteras. Quintil. lib. 11. cap. 3. de Pronontiatione: Ut est autem necessaria verborum explanatio, ita omnes computare & velut annumerare litteras, molestum & odiosum.
Dicere litteram. Quintil. lib. 1. cap. 4. Ut pro Fundanio Cicero testem, qui primam ejus litteram dicere non posset, irridet.
Imprimere litteram humi. V. IMPRIMO.
Inspirare alicui litteræ. V. INSPIRO.
Intexere litteras vestibus. V. INTEXO.
Ordinare litteras syllabarum. V. Ordino, in ORDO.
Præformatæ infantibus litteræ. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Litera, dicitur quasi Legitera, eo quod legenti præbeat iter. Vel quod in legendo iteretur, ut ait Servius. Vel a lituris, quod scripta deleri possit: quia in ceratis tabulis plerumque antiqui scribere solebant, & inde delebant. Vel a lino, linis, quod in scribendo illinitur, id est leniter inducitur atramentum. Julius tamen Scaliger lib. 1. de causis linguæ Latinæ cap. 4. longe aliter sentit. ejus verba subjecimus: De litera acturi, veram ejusce nominis rationem ex figura emergere comperiemus, quum literas certis lineis contineri videbimus. Exemptis namque ex prisca nominis origine aliquot elementis, quum primum dictæ essent lineaturæ, literæ postea factæ sunt, sicut apud Græcos γράμματα παρὰ τὸ γράμμαι. Neque enim a lituris literæ, quia delerentur: prius enim factæ quam deletæ sunt. Nec geminata consonante scribendum est: sub suæ namque originis forma producit primam natura. Si igitur a lineis dicta est, & linea minima corporis dimensio est: erit profecto litera, minima pars dictionis. Vide ibi reliqua. Quæ tamen explodit Cellarius in Orthogr. Lat. q. V.
Litteram longam facere, pro Laqueo vitam finire, quod laqueus similitudinem litteræ habeat. Vel potius quia suspensi corpus rectum, & pedes porrecti, speciem habent I litteræ. Plaut. Aulul. 1. 1. 38.
Trium litterarum homo. i. e. Fur. Plaut. Aulul. 2. 4. 46.
— tun' trium litterarum homo
Me vituperas? fur, etiam fur trifurcifer.

Ad

Ad litteram, idem quod Ad verbum, & quod barbari *litteraliter* dicunt. Quintil. lib. 9. cap. 1. V. AD.
Litteræ, Scripta. Cic. 1. Att. 11. De Crasso, qui mihi eam laudem eo minus deberet, quod meis omnibus litteris in Pompeiana laude esset perstrictus.
Litteras nescire. i. e. Nescire scribere. Paul. in l. 3. D. de accusationibus, Item subscribere debebit is, qui dat libellos, se professum esse: vel alius pro eo, si litteras nesciat. Suet. in Neron. cap. 10. Et quum de supplicio cujusdam capite damnati, ut ex more subscriberet, admoneretur: Quam vellem, inquit, nescire litteras. Sic & Seneca in lib. 2. de Clementia.
Litteris mandare, pro Scribere. Plin. lib. 9. cap. 8. V. MANDO.
Commendare litteris. V. COMMANDO.
Consignare litteris. Cic. 4. Acad. 2. Itaque ut litteris consignamus, quæ monumentis mandare volumus. V. CONSIGNO.
Dare in litteras. Macrob. 5. Saturn. cap. [illegible]
Tradere aliquid litteris. Quintil. in proœm. lib. 1.
Dum latine loquentur litteræ. Cic. 1. de Legib. 2.
Litteræ, arum. pluraliter tantum, pro Epistola accipitur. Cic. 12. Att. 52. Hodie tuas litteras exspectabamus matutinas.
Litteræ de Britannia. Cic. 2. Q. frat. 13.
Littera in singulari, pro Epistola, apud poetas quandoque legitur. Ovid. 3. Epist. 1.
Quam legis, ab rapta Briseide littera venit.
Arcana littera. Ovid. 9. Met. 515.
Deducta mero littera. Ovid. 17. Epist. 88.
Infelix littera, Quæ infaustum aliquid nuntiat. Ovid. 1. Amor. 12. 2.
Lecta littera. Ovid. 21. Epist. 238.
Nuntia littera. Ovid. 6. Epist. 9.
Scripta littera. Ovid. 5. Epist. 2.
Tristis littera. Ovid. 1. de Arte Am. 483.
Victrices litteræ. V. Victrix, in VINCO.
Aculeatæ litteræ, Cic. 14. Att. 18. Acerbæ, 21. & 16. Fam. Minaces, 11. Fam. 3. Odiosæ, 9. Fam. Stomachosæ, 3. Fam. 11.
Accuratæ litteræ. V. ACCURO.
Antiquæ litteræ. Cic. 7. Att. 21. extr.
Ardentes litteræ. V. ARDEO.
Atroces litteræ. V. ATROX.
Compositissimæ litteræ. V. COMPONO.
Contumeliosæ in aliquem litteræ. V. CONTUMELIA.
Crebræ litteræ. V. CREBRA.
Disertæ litteræ. Cic. 3. Fam.
Frigidæ litteræ. Cic. 10. Fam. 16.
Humanæ litteræ, vel sparsæ humanitate, jucundæ, suaves, facetæ, refertæ officiis, amabiles. Cic. in Fam. passim.
Inanes litteræ. Cic. 6. Fam. 22.
Inconstantes litteræ. V. INCONSTANS.
Languidæ litteræ, vel somnium adferentes. Cic. 9. Att. 19. Et alibi, Jam Balbi ad me litteræ languidiores, &c.
Laureatæ litteræ. Liv. 45. 1. pr. V. LAURUS.
Lepidæ litteræ. V. LEPIDUS.
Liberiores litteræ. V. LIBER.
Plenæ litteræ rerum. Cic. 10. Fam.
Pomeridianæ litteræ. Cic. 12. Att. 52.
Properæ litteræ. Tacit. 1. Ann. 5. Viadum ingressus Illyricum Tiberius, properis matris litteris accitur.
Recentes litteræ, vel proximæ, pro recentibus. Cic. 5. Att.
Veteres litteræ. Cic. Et si tuæ litteræ, sed jam nimis veteres. Et 5. Att.
Unæ litteræ. Cic. 2. Att. 2. V. UNUS.
Mutum a litteris tempus. V. MUTUS.
Brevitas litterarum. Cic. 11. Fam. 9.
Diligentia litterarum. Cic. 7. Att.
Exemplum litterarum. Cic. 6. Fam.
Prudentia litterarum. Cic. 6. Att.
Sermo litterarum. Cic. 7. Fam.
Accire litteris. V. paulo supra Properæ litteræ.
Accipere litteras. V. ACCIPIO.
Accommodare litteras ad rem aliquam. V. ACCOMMODO.
Affluunt litteræ. V. AFFLUO.
Afferre litteras. V. AFFERO.
Aperire litteras. V. APERIO.
Appellare litteris quempiam. V. APPELLO.
Assequi litteras. V. ASSEQUOR.
Cantant litteræ. V. CANTO.
Castigare litteris. V. CASTIGO.
Cognoscere ex litteris. V. COGNOSCO.
Colloqui per litteras. V. COLLOQUOR.
Commeant litteræ. V. COMMEO.
Committere litteras. V. COMMITTO.
Committere litteris, vel commendare. Cic. 2. Fam. 4.
Componere litteras. V. COMPONO.
Litteras conficere. Cic. Plures litteras conficere non potui.
Conquiescent litteræ, nisi quid novi exstiterit. Cic. 12. Att. 39. extr.
Dare litteras, pro Reddere. Cic. 10. Fam. 16. Et 7. 5.
Dare & mittere absolute, pro Dare & mittere litteras. Cic. 4. Att. 4. Et 7. Fam. 5.
Deferre litteras alicui, & ad aliquem. V. DEFERO.
Elicere litteras. Cic. 7. Att. 12.
Exarare litteras. Cic. 12. Att. 1. Et 13. 17.
Exspectare avide litteras amici. V. AVIDUS.
Incidunt litteræ in alicujus manus. Cic. 2. Att.
Intercipere litteras. V. INTERCIPIO.
Intermittere litteras. Cic. Ne patiamur intermitti litteras.
Mittere litteras. V. MITTO.
Mittere obviam litteras. V. MITTO.
Monere litteris. V. MONEO.
Obsignare litteras. V. OBSIGNO.
Obstrepere litteris alicui. Cic. 5. Fam. 4. pr.
Perferre litteras. V. PERFERO.
Recitare litteras. Cic. 12. Fam. 25.
Reddere litteras. Cic. 1. Att. 12. Et 2. Fam. 17.
Referre litteras. Cic. Et ita te litteras mihi referat.
Regustare litteras alicujus. V. REGUSTO.
Requirere litteras, vel desiderare. Cic. Brut. 14.
Resignare litteras. Cic. 11. Att. 9. Nam quod resignatæ sunt litteræ.
Resolvere litteras. i. e. Resignare. Liv. 26. 15.
Scribere litteras. Cic. 14. Att. 12.
Veniunt litteræ alicui ab aliquo. Cic. 11. Fam.
Volare litteras. Cic. 2. Att. 19.
Flammavere insuper allatæ a Vespasiano litteræ. Tacit. 4. Hist. 24.
Littera, pro Scribentis manu. Cic. 7. Att. 2. Nam Alexidis animum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ, manum non amabam: quod indicabat te non valere. V. not. in loc. conf. Mea manu litteræ in MANUS.
Littera, pro Paucis verbis, vel Epistolio. Cic. 13. Att. Neque inde venit, unde mallem, neque diu abfuit, neque ullam litteram ad me. Idem 2. Fam. 16. Ille quum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me litteram nunquam misit.
Nullam litteram scripsi, pro Nihil scripsi. Cic. pro Arch. 18. Et 2. de Orat. 86. De frangendis cupiditatibus, confirmandis hominum moribus, littera in eorum libris nulla inveniretur. Cic. 3. Verr. 92. Quum eum ad HS XX quinquies redegisse constaret, ut Romam rediit, nullam litteram pupillo, nullam matri ejus, nullam tutoribus reddidit. i. e. Schedulam nullam scripsit, qua testaretur & agnosceret se accepisse pecunias, &c.
Litteræ publicæ, quæ barbari *Registra* vocant. Cic. 3. Verr. 89. Quamobrem unam ex decem, non prædonum repentino adventu, sed legati latrocinio: non vi tempestatis, sed hac horribili tempestate sociorum amissam, in litteras publicas retulerunt. viz. Navem.
Corrumpere litteras publicas. V. CORRUMPO.
Litteræ, pro Edicto & mandato magistratus. Cic. 7. Verr. 56. Cedo mihi ejusdem Prætoris litteras, & rerum decretarum, & frumenti imperati, & tritici empti. Bud.
Litteræ, Auctoritates scriptæ. Cic. 3. Verr. 26. Quo in negotio industriam meam celeritas reditionis, diligentiam multitudo litterarum, & testium declaravit.
Condere litteras in ærario. V. CONDO.
Perscrutari litteras. V. PERSCRUTOR.
Quæro manifestas litteras. V. MANIFESTUS.
Litteræ, Instrumenta, documenta, monumenta. Cic. pro Quint. 38. In Galliam ad te ipsum venit; In agrum communem: eo denique, ubi non modo res erat, sed ratio quoque omnis, & omnes litteræ. Litteras vocat, societatis rationes, & scripturam seu perscriptiones & tabulas. Idem 7. Verr. 164. Itaque ego id solum ex litteris ostendam Syracusanorum. Budæus. conf. 147. & 148.
Litteræ, pro Scientiis & disciplinis, quæ litterarum monumentis continentur. Cic. 5. Fam. 15. Quod enim esse poterat mihi perfugium spoliato & forensibus, & domesticis ornamentis, atque solatiis? litteræ credo, quibus utor assidue. Plaut. Truc. 4. 2. 22.
Litteras didicisti: quando scis, sine alios discere. [Nisi hic Litteræ pro Scriptura, seu Scribendi arte ponuntur.
Litteræ & studia. Cic. 4. Att. 16. Quæque vita maxime est ad naturam, ad eam me refero, & litteras & studia nostra.
Nullis litteris vir. V. NULLUS.
Infelices litteræ. Quintil. in proœm. lib. 6. Tunc igitur optimum fuit infaustum opus, & quicquid est in me infelicium litterarum, super immaturum funus consumpturis viscera mea flammis injicere.
Interiores litteræ. Cic. 7. Fam. 33. Opus est hic limatulo & politulo tuo judicio, & illis interioribus litteris meis, quibus sæpe verecundiorem me in loquendo facis.
Pinguiores rusticorum litteræ. Columel. lib. 9. cap. 14. de solstitiis & æquinoctiis: Nec tamen Hipparchi subtilitas pinguioribus, ut aiunt, rusticorum litteris necessaria est. Simile est illi, Pingui Minerva.
Reconditæ litteræ. Cic. 15. Fam. 21. Multæ erant, & reconditæ litteræ, vis non erat. de Calvo oratore.
Vulgares, & Interiores, sive reconditæ litteræ: contraria. Cic. de Clar. Orat. 265. Erant in eo plurimæ litteræ: nec eæ vulgares, sed interiores quædam, & reconditæ.
Abdere se litteris. V. ABDO.
Alienus a litteris. V. Alienus in ALIUS.
Assidere litteris. V. ASSIDEO.
Attingere litteras. i. e. Tractare, & versari in studiis litterarum. Cic. 16. Fam. 14. Ego omni delectatione, litterisque omnibus careo, quas ante, quam te videro, attingere non possum.
Attingere leviter litteras. V. ATTINGO.
Conticescunt litteræ. Cic. in Brut. 19. Ego a te peto ut scribas aliquid: jampridem enim conticuerunt tuæ litteræ.
Deditus litteris a pueritia. V. DEDO.
Doctus litteris. Cic. de Clar. Orat. 169.
Eruditus litteris. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Loquuntur litteræ. Valer. Max. lib. 3. cap. 4. in fine, Alterius patrem cultellos venditasse, omnium pene doctorum litteræ loquuntur.
Esse litteras in aliquo. Cic. 15. Fam. 21.
Imbutus leviter litteris. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Initiatus litteris. V. INITIUM.
Instituere aliquem litteris. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Involvere se litteris. V. INVOLVO.
Nescire litteras. Cic. 3. de Orat. 259.
Perdiscere litteras. V. PERDISCO.
Politus litteris. Cic. in Pison. 70.
Tinctus litteris. V. TINGO.
Versari in studio litterarum. Cic. de Arusp. Resp. 18.
Vorare litteras. Cic. 4. Att. 10.
Litteræ, pro Grammatica. Cic. in Brut. 153. de Ser. Sulpicio: Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam, quasi lucem, ad ea quæ confuse ab aliis aut respondebantur, aut agebantur. Dialecticam mihi videris dicere, inquit. Recte, inquam, intelligis. sed adjunxit etiam & litterarum scientiam, & loquendi elegantiam. Idem lib. 3. de Orat. 125. Eleus Hippias quum Olympiam venisset maxima illa quinquennali celebri-

celebritate ludorum, gloriatus est cuncta pæne audiente Græcia, nihil esse ulla in arte rerum omnium quod ipse nesciret: nec solum has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem, & poetarum, atque illa quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de Rebuspublicis dicerentur: sed annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse. Idem 3. de Orat. 130. Nam Geometriam Euclide aut Archimede, num musicam Damone aut Aristoxeno, num ipsas litteras Aristophane aut Callimacho tractante, tam discerptas fuisse, ut nemo genus universum complecteretur? Certe solet Cicero Grammaticam per litteras significare, nec id immerito: nomen quippe habet a litteris. Grammata litteræ sunt.

Litteræ altiores, Artes magicæ. Plin. 14. 4. Litteris ejus altioribus, &c.

LITTERŬLA, æ. f. dimin. [γραμμάτιον, γραμματίδιον] Cic. 6. Verr. 93. Signum Apollinis pulcherrimum, cujus in femine litterulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum. Idem 16. Fam. 16. Accepi tuam epistolam vacillantibus litterulis.

Litterulæ, Epistoliam. Cic. 12. Att. 1. Undecimo die postquam e te discesseram, hoc litterularum exaravi. Eidem lib. 14. 4. extr. Et, si novi nihil, nostro more tamen, ne patiamur intermitti litterulas.

Litterulæ, pro Studiis. Cic. 16. Fam. 10. Litterulæ meæ sive nostræ tui desiderio oblanguerunt. Idem lib. 7. 2. Chrysippum vero, quem ego propter litterularum nescio quid libenter vidi, in honore habui.

Græcis litterulis imbutus. Hor. 2. Epist. 2. 7.

LITTERĀLIS, e. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 1. 5. Litteralis lectio adhibenda. Sensus litteralis, apud Theologos, opponitur Typico & Figurato.

LITTERĀTUS, a, um. Adj. [γραμματικός] Litteris ornatus, eruditus, doctus. Cic. 3 Verr. 92. Circum pedes autem homines formosos, & litteratus, suos esse dicebat, se emisse. V. Cic. 3. de Nat. Deor. 22. Viri litterati, ac studiis, doctrinisque dediti. Cic. pro Corn. Balb. 3. Litteratus & disertus fuit. Cic. de Clar. Orat. 81.

Otium litteratum. Cic. 5. Tusc. 105. Quid enim est dulcius otio litterato? i. e. In quo litteris operam damus. [Au Otio litterario? H. St.

Compar. Gell. 18. 9. Alter litteratior fuit, alter litteras sciens.

Superl. Cic. 9. Fam. 16. Pueri litteratissimi.

Litteratus, Cui aliquid inscriptum, sive insculptum est. Plaut. Rud. 4. 4. 113.

> Ensiculu'st aureolus primum litteratus. D. dicedum,
> In eo ensiculo litterarum quid est? P. mei nomen patris.
> Post altrinsecus, est securicula ancipes, item aurea,
> Litterata: ibi matris nomen in securicula est. Idem Pœn. 4. 2. 14.
> Ibi tu videas litteratas fictiles epistolas,
> Pice signatas, nomina insunt cubitum longis litteris.

Frons litterata. i. e. Notis Threiciis exaratus. Apul. 9. Met. p. 222. [Sic Elmenh. in Indice, quasi Frontem genere virili dixisset. Sed potius constructio Græca est. En verba. Frontes litterati, & capillum semirasi, &c. V. Vechner. Hellenol. 1. 20.

Litteratus, Absolute pro Stigmatia. Plaut. Cas. 2. 6. 49. Si hic litteratus, me sinat. Idem Rud. 2. 5. 21.

> Nam hæc litterata est, ab se cantat cuja sit.

LITTERĀTE, Adv. [γραμματικῶς] Docte, erudite, eleganter. Cic. de Arusp. Resp. 17. Quid igitur responderem? (quæro ex eo ipso qui ferre me non potest) me civem esse Romanum? litterate respondissem. an tacuissem? desertum negotium. I. e. Scite. Idem in Pison. 61. Quas rationes si cognôris, intelliges nemini plus quam mihi litteras profuisse. Ita enim sunt perscriptæ scite & litterate, ut scriba, &c.

Compar. Idem de Clar. Orat. 105. Iisdemque temporibus L. Furius Philus perbene Latine loqui putabatur, litteratiusque quam ceteri.

LITTERATŬLUS, i. m. dimin. Hieron. adv. Rufin. 1. 7.

LITTERARIUS, a, um. Adj. [γραμματικός] Quod ad litteras pertinet. unde Ludus litterarius. Plin. lib. 9. cap. 8. Ex Baiano Puteolos in ludum litterarium itantem, &c. i. e. In scholam. Quintil. lib. 1. cap. 4.

LITTERŌSUS, a, um. aliud Adj. Idem quod Litteratus. Cass. Hemina Annal. lib. 4. Homo mere litterosus. Nonius 2. 495.

LITTERATIO, ōnis. f. Quasi a Littero, are. apud August. T. 1. p. 488. conf. etiam Isidor. 1. 3.

LITTERĀTOR, ōris. m. [γραμματιστής] Qui litteras novit vel docet. V. omnino Suet. de Clar. Gramm. cap 4. ubi & hæc habet, Nam apud majores, ait Orbilius, quum familia alicujus venalis produceretur, non temere quem litteratum in titulo, sed litteratorem inscribi solitum esse; quasi non perfectum litteris, sed imbutum.

Litterator Sulla, Ludi magister. Catull. 14. 9. Al. Stilo. V. Is. Voss.

Litterator etiam, Qui prima litterarum rudimenta docendus est. Apul. Flor. 4 pag. 363. Elm. Prima cratera Litteratoris ruditatem eximit, secunda Grammatici doctrina instruit, tertia Rhetoris eloquentia armat. [Puto post Litteratoris, Grammatici, &c. distinguendum, ut ipsius Litteratoris cratera dicatur prima, quæ ruditatem eximit, &c.

LITTERATRIX, īcis. f. Primas litteras docens. Quintil. 2. 14. Grammatice litteratura est, non litteratrix.

LITTERATORIUS, a, um. Adj. ut, Eruditio litteratoria. Tertull. de Idol. cap. 10. Adde Quintil. 2. 14.

LITTERATŪRA, æ. f. [γραμματεία] Ars quæ de litteris tractat. Cic. in Partit. 26. Nihil sane præter memoriam, quæ est germana litteraturæ quodammodo, & in dissimili genere persimilis. Quintil. lib. 2. cap. 14. Nos ipsam nunc volumus significare substantiam, ut Grammatice litteratura est, non litteratrix, quemadmodum oratrix: nec litteratoria quemadmodum oratoria. Martian. Capell. lib. 3. Mihique attributum litterarum formas propriis ductibus, lineare: hicque mihi Romulus litteraturæ nomen adscripsit. Verba sunt Grammatici.

Litteratura, Litterarum cognitio & scientia. Cic. 2. Phillp. 116. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litteratura, cogitatio, diligentia. De Cæsare loquens.

LITTERIO, ōnis. m. Idem qui Litterator, vel contemtius aliquid. Ammian. Marcell. 17. 12. Julianum carpentes appellantesque loquacem talpam, & purpuratam simiam, litterionem Græcum.

LITUS, oris. n. [αἰγιαλός, ἀκτή, ἀκτὴ, θίς, ῥηγμίν] Terra quæ ab aqua tangitur. Dictum quod alluitur, vel quod aqua ad id allidat, vel quod id aqua elidat: proprieque de mari dicitur. Sueton. in Neron. cap. 27. Dispositæ, per litora & ripas diversoriæ tabernæ. In carmine solet duplici T scribi. [Sed male. V. Cellar. Orthogr. Lat.

Litus (inquit Celsus Jurisconsultus) l. Litus. D. de Verborum & rerum significatione, est Quousque maximus fluctus a mari pervenit, idque M. Tullium aiunt, quum arbiter esset, primum constituisse.

Litus esse dicunt Jurisconsulti, qua fluctus alludit. Fabius lib. 5. in fine. Pro Alluit, item Elidit. H. St Eludit in novissime editis, ut & apud Cic. in Top 32. eamque lectionem veriorem puto.

Litus, Terra mari vicina: inquit Servius. Virg. 4. Æn. 212.

> — cui litus arandum.

Litus, de fluminibus etiam dicitur. Virg. in Diris, 49.

> Litora, quæ dulces auras diffunditis agris. Quum de Mincio loqueretur. Idem 7. Æn. 797.
> Qui saltus, Tiberine, tuos, sacrumque Numici
> Litus arant. Idem 8. Æn. 81. Plin. lib. 9. cap. 57. Cavernasque faciat sibi in terra, atque in iis vivat, etiam reciprocis amnibus siccato litore.

Litus & Ripa, pro eodem accipi videntur apud Columel. lib. 1. cap. 5. Villa semper mare recte conspicit, quum pulsatur, ac fluctu respergitur, nunquam ex ripa, sed paulum summota a litore.

Albicans litus, pro Mari positum. Catul. 61. 87.

> At ubi humida albicantis loca litoris adiit.

Aprica litora. V. APRICAS.

Arenosum litus Libyæ. Virg. 4. Æn. 257.

Bibulum litus. Ovid. 17. Epist. 139.

Breve litus & incertum. Tacit. 14. Ann. & 6. Ann. 33. Brevia litorum vadantur.

Curvum. Virg. 3. Æn. 16. V. CURVUS.

Densum. Ovid. 2. Met. 572.

Deserta litora. Virg. 3. Æn. 122.

Dira litora. Virg. 7. Æn. 22.

Flavum litus. Ovid. 15. Met. 722. Flavum vocat propter arenam.

Fluctifragum litus. Lucret. lib. 1. 306.

Fruticosa litora calcare. Ovid. 2. Epist. 121.

Inclusa litora. Virg. 5. Æn. 149. — studiisque faventum

> Consonat omne nemus: vocemque inclusa volutant
> Litora.

Incurvi litoris bibulam lavit æquor arenam. Lucret. lib. 2. 376.

Inhospitale litus. V. INHOSPITUS.

Inhospita litora. Lucan. lib. 1. 367.

Iniquum litus. Hor. 3. Carm. 10. 4.

Innocuum litus. Virg. 7. Æn. 230.

Juncosa litora. Ovid. 7. Met. 231.

Lætissima litora myrtetis. Virg. 2. Georg. 112.

Lata litora. Ovid. 2. Epist. 122.

Nuda litora. Senec. Agamem. 6.

Percussa fluctu litora. Virg. 5. Ecl. 83.

Porrecta litora. Ovid. 10. Epist. 93.

Procurva litora. Virg. 5. Æn. 765.

Raucum litus. Stat. 5. Theb. 291.

Scelerata litora. Ovid. 13. Met. 628. Al. Limina.

Siccum litus. Virg. 3. Æn. 135.

Sinuosa litora blando anfractu. Valer. 2. Argon. 452.

Spumosa litora. Catul. 62. 121.

> Aut ut vecta ratis spumosa ad litora Diæ.

Udum litus. Hor. 1. Carm. 12. 8.

Applicare puppim litori. Senec. Herc. fur. 9.

Arare litora. V. ARO.

Contingere litus. Lucan. lib. 8. 33.

Discretum esse regionibus litoribusque. Quintil. lib. 5. cap. 10. pr. Piscium quoque genera alia planis gaudent, alia saxosis: regionibus etiam litoribusque discreta sunt.

Feriunt fluctus litora. Virg. 9. Ecl. 43.

Interluit angusto litore diductas urbes pontus. Virg. 3. Æn. 411.

Nudare litora. V. NUDUS.

Petere litora cursu. Virg. 1. Æn. 161.

Radere litus. Virg. 7. Æn. 10.

> Proxima Circææ raduntur litora terræ.

Torquere clavum ad litora. Virg. 5. Æn. 177.

Tunditur litus unda. Catul. 11. 3.

Proverbialiter utitur Cic 1. Attic. 18. Metellus, non homo, sed litus atque aer, & solitudo mera.

Ponitur etiam pro Secessibus amœnis. Tacit. 3. Hist. 63. Vitellius de numero servorum & electione litorum loqui. V. ibi Lipsium.

Cœuare in litora. Quintil. 7. p. 622.

Litora & Limina confunduntur a librariis. V. LIMEN.

LITŎREUS, a, um. Adj. [αἰγιαλώδης] Quod est litoris, & ad litus pertinet.

Arena litorea. Ovid. 15. Met. 725.

Arx litorea. Stat. 2. Achill. 28.

Aves litoreæ. Virg. 12. Æn. 248.

> Litoreas agitabat aves. Servius, Palustres.

Cancer litoreus. Ovid. 10. Met. 127.

Domus litorea, Quæ in litore, aut juxta litus constructa est. Martial. lib. 10 58.

> Anxuris æquorei placidos, Frontine, recessus,
> Et propius Baias, litoreamque domum.

Ilex litorea. Virg. 3. Æn. 390.

> Litoreis ingens inventa sub ilicibus sus. Idem versus legitur, & 8. Æn. 43.

Myrtus litorea. Ovid. 1. Amor. 1. 29.

LITORĀLIS, e. Adj. [ἀκταῖος] Idem. ut

Dii litorales. Catull. 4. 22.

> Neque ulla vota litoralibus deis
> Sibi esse facta.

Piscis litoralis, In litore vivens. Plin. lib. 9. cap. 17. Nec litoralibus gratia.

LITORĀRIUS, a, um. Adj. Idem. Cæl. Aurel. Tard. 5. 11. 135. Arenæ litorariæ fervor.

LITORŌSUS, a, um. Adj. [αἰγιαλώδης] Plin. lib. 37. cap. 10. Calais sapphirum imitatur, candidior, & litoroso mari similis. h. e. Eum aquæ marinæ colorem referens, qui est circa litus.

LITUUS, i. m. [λίτυος] Gall. lib. 5. cap. 8. Lituus est virga brevis, in parte

parte qua robustior est, incurva, qua augures utuntur. Sic Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 8. Cic. 1. de Divin. 30. Quid lituus iste vester (quod clarissimum est insigne auguratûs) unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum quum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus (id est incurvum, & leviter a summo inflexum bacillum, quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine, nomen invenit) quum situs esset in curia Saliorum, quæ est in Palatio, eaque deflagrasset, inventus est integer. Liv. 1. 18. Augur ad lævam ejus capite velato sedem cepit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens: quem lituum appellaverunt. Lituus, Genus esse buccinæ incurvæ, scribit Fest. unde vox gracilior exiret. Virg. 6. Æn. 167.

Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Ab hujus similitudine dictus est lituus baculus auguralis, teste Cicerone in superiori exemplo, & Gell. lib. 5. cap. 8.

Stridor lituûm, clangorque tubarum. Lucan. lib. 1. 237.

Acuti litui. Stat. 6. Theb. 228.

Et lituis aures circumpulsantur acutis.

Terribiles litui. Claud. de Conf. Mal. Theod. 181.

Daturus erat jam lituus pugnæ signa. Ovid. 3. Fast. 217.

Patitur lituos equus, Sonum litui perferre discit. Virg. 3. Georg. 183.

Primus equi labor est, animos atque arma videre
Bellantum, lituosque pati, &c.

Permistus sonus tubæ lituo. Hor. 1. Carm. 1. 23.

Strepunt litui. Hor. 2. Carm. 1. 18.

Liticen, inis. m. a Lituo, quod eo canat, dictum esse, & ab antiquis usurpatum probat Nonius 1. 268. Siticines, ut Liticines a Lituo; ut Tubicines, a Tuba. V. & Varr. de L. L. 4. 16.

Cantus liticinum. Ammian. 14. 8. Adde 16. 34. V. & Cat. apud Gell. 20. 2.

L I V

Liveo, Livesco, Lividus. V. livor.

Livia, cognomento Drusilla, uxor Augusti. V. drusilla.

Fuerunt aliæ plures; ut, Livia uxor Drusi, quæ Livilla Suetonio. Item Livia Medullina, Ocellina, Orestilla apud Suet.

Livius, [Λίϐιος] Nomen gentis Romanæ plebejæ quidem, sed nobilis, & variis cognominibus in familias distinctæ. Memorantur enim Dentres, Drusi, Salinatores, Libones, Macati &c.

T. Livius Historicus Patavinus. De hoc Hieronymus ad Paulinum, Ad Titum Livium lacteo eloquentiæ fonte manantem de ultimis Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus. Et quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Hunc Caius princeps tanquam verbosum infectabatur. Pollio vero tanquam Patavinitatem redolentem. Quintiliano magnopere laudatur: eumque Herodoto comparat, in concionibus præsertim, suadetque pueris ediscendum, ut Ciceronis imitatorem. Scripsit Romanam Historiam ab Urbis initio ad suam usque ætatem lib. 111. de quibus 35. habemus: Ceterorum vix epitomæ supersunt; Quin plura alia, atque in iis Dialogos, quæ tamen omnia perierunt. V. Senec. Epist. 45. & 100. & Quintil. 10. 1. Natus est ante Ciceronem interfectum annis 18. V. Fabric. Bibl. Lat.

Livii locus de Cleopatra, apud Commentatorem Horatii, excusum opera Cruquii col. 8 b. ubi Cleopatra dicit, Non triumphabor. Ab eodem citatur Livius ex libro 127. p. 362. princ. col. Suidas in Κατίνα de iis quæ scripsit, Μὴ ὑβρισθῶ τὰς ἐκπομπὰς Ἐντρέπεσθαι, ἐμφανῆ ἐμπλησθέντος Λίϐιος τοῦ Ρωμαίου. H. St. Ex quibus apparet, forsan de Livio, ejusque scriptis plusculа allaturum fuisse Henricum Stephanum.

Fuit & alius Livius Andronicus, Livii Salinatoris libertus, cujus filios erudiit, ab eodemque ob ingenium libertate donatus. Auctor Eusebius. Primus Romæ fabulam dedit, C. Claudio Cæci filio, M. Tuditano coss. anno ante nativitatem Ennii. De eodem scripsit Cic. de Clar. Orat. 72. Hor. 2. Epist. 1. 69.

Non equidem insector, delendaque carmina Livi
Esse reor: memini quæ plagosum mihi parvo
Orbilium dictare: sed emendata videri,
Pulchraque, & exactis minimum distantia, miror.

Livius, a, um. Adj. ut, Livia lex apud Romanos possim.

Arbos Livia. Columel. 10. 413.

Familia Livia. Tacit. 6. Ann. 51.

Livianus, a, um. Aliud Adj. ut, Æs Livianum. Plin. 34. 2.

Fici Liviani. Columel. 5. 10.

Livor, oris. m. [πελίωμα, σμῶδιξ] Vestigium & nota fœdi coloris, quæ fit ex aliqua percussione aut contusione, sive ulcere. Plin. lib. 20. cap. 22. Illinitur & livoribus suggillatisque cum melle.

Subcruentus livor. Cels. lib. 5. cap. 18. Quod si facie contusa livor subcruentus est.

Tumidi livores. Juven. 16 Sat. 11.

Venit livor pressos in artus. Ovid. 10. Met. 258.

Tumore aut livore decoloratum corpus mortui si sit, significat eum veneno necatum. Auctor ad Heren. lib. 2. 8.

Livor, Colorem nigriorem significat. Varro, Paulatim livor in candorem vertitur, & omnis macies e corpore abscedit.

Niger livor. Ovid. 3. Amor. 5. 26.

Sed niger in vaccæ pectore livor erat.

Abit de corpore livor. Ovid. 2. Trist. 454.

Et quibus e succis abeat de corpore livor. [Lego, A succis.

Contrahere livorem, Nigrescere. Columel. lib. 12. cap. 47. Hæc candidior est oliva, quam ea quæ contusione livorem contrahit.

Ducere livorem. Juven. 2. Sat. 81.

Uvaque conspecta livorem ducit ab uva. Proverb.

Livor, pro Invidia. Lucan. lib. 1. 283.

Livor edax tibi cuncta negat, gentesque subactas.

Videtur opponi Livori Candor. H. St. Adscripserat & alia quædam ad hanc vocem, sed, resectis ceteris, supersunt tantum hæc verba.... esse feriam. lib. 30. p. 501. Puto Ammiani aliquem locum adscriptum fuisse. Nam Livii non esse ex pag. adscripta colligo.

Invidiæ livor. V. immaculo.

Malignitas, & livor. Tacit. in vita Agric. cap. 41. Pessimi malignitate & livore, pronum deterioribus principem exstimulabant.

Acerbus livor. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 290.

Edax livor. Ovid. 1. Amor. 15. 1.

Invidus livor. Firmicus lib. 8. cap. 1. Nam & istum tractatum Petosiris invido voluit livore celare.

Impediuntur malevolentia & livore ne quid faciant. Cic. 11. Fam. 20. V. impedio.

Lædere vivos Livor, & inviso carpere dente solet. Ovid. 3. de Ponto, 4. 74. Idem 1. Amor. 15. 29.

Pascitur in vivis livor, post fata quiescit.

Livēdo, inis. f. Idem quod Livor, sensu proprio. Apul. 9. Met. p. 222. Dii boni! quales illic homunculi vibicibus livedinis totam cutem depicti.

Lividus, a, um. Adj. [πελιδνὸς, πίλιος] Qui ex percussu carnem nigram habet, fluxione cruoris ad eum locum, qui percussus est. Plinius, Thapsiæ succus suggillatis ac lividis prodest. [Videtur error. Plin. lib. 13. cap. 22. extr. hæc habet de Thapsia, quibusdam morbis auxiliante, Item in alopeciis, suggillatisque ac liventibus.

Colla livida facta lascivis notis. Ovid. 1. Amor. 8. 98.

Ora livida facta digitis. Ovid. 20. Epist. 82.

Lividus, Niger. Virg. 6. Æn. 320.

—illæ remis vada livida verrunt. Servius.

Brachia livida armis. Hor. 1. Carm. 8. 10.

Cortex lividus. Plin. lib. 16. cap. 55.

Dens lividus, Cariosus. Hor. Epod. 5. 47.

Racemi lividi, Uvæ colorem ducentes. Hor. 2. Carm. 5. 10.

Vorago paludis lividissima. Catul. ad Coloniam 18. 11.

Lividus, Invidus: quod qui invidia laborant, exedentes se dolore, hunc colorem contrahunt. Martial. lib. 1. 125.

Omnibus invideas, livide, nemo tibi.

Invidus, malevolus, lividus. Cic. 4. Tusc. 28. Ergo & invidi & malevoli, & lividi, & timidi, & misericordes, quia proclives ad eas perturbationes, non quia semper feruntur.

Lividus & mordax. Hor. 1. Serm. 4. 93.

Lingua livida, Mordax. Ovid. 1. Fast. 74.

Obliviones lividæ. Hor. 4. Carm. 9. 33.

Livĭde, Adv. Compar. Plin. 33. 7. Qui languidius ac lividius lucent.

Lividŭlus, a, um. Adj. dimin. [ὑποπέλιδνος] Juven. 11. Sat. 110.

Ponebant igitur Tusco farrata catino
Omnia tunc: quibus invideas, si lividulus sis.

Liveo, [πελιδνόομαι, πελιοῦμαι] ēre. Atrum esse. Plin. lib. 20. cap. 43. Quidam eodem nomine appellant pustulas liventes, ac noctibus infestantes. Labellis impressis livere. Ovid. 1. Amor. 7. 41.

Rubigine livent dentes. Ovid. 2. Met. 776.

Livere, Invidere. Pompeius, Malignus homo fortunis aliorum semper livens. Martial. lib. 8. 61.

Livet Carinus, rumpitur, forit, plorat. Adde Tacit. 13. Ann. 42. 3. [Cujus & superiora videntur de Pompejo.

Livens, entis. Partic. ut,

Brachia liventia. Ovid. 6. Met. 279.

Crura liventia compedibus. Ovid. 2. Amor. 2. 47.

Genæ liventes. Stat. 5. Silv. 5. 12.

Lacertos planctu liventes atra. Lucan. lib. 2. 37.

Nebula livens. Sil. lib. 6. 282.

Pectora liventia tundunt. Ovid. 8. Met. 535.

Pruna nigro liventia fucco. Ovid. 13. Met. 817.

Racemi liventes. Propert. lib. 4. 2. 13.

Terga liventia equorum. Sil. lib. 7. 685.

Item invidus. ut, Fata liventia. Stat. 5. Silv. 1. 145. Magis usitatum est Invida fata.

Liventer, Adv. Cum livore, Fusce. Paulin. Petrocor. 4. 592.

Liventer fracto nigrescunt gutture fauces.

Livesco, [πελιδνοῦμαι] ēre. Lividum fieri & Invidere. Claud. lib. 3. de Rapt. Proserp. 27.

Haud equidem invideo, nec enim livescere fas est,
Vel nocuisse deos.

Digiti livescunt in pedibus. Lucret. lib. 3. 527.

Livescens, entis. Partic. Scribon. Larg. Comp. 149. Omni sensu carent livescentibus membris.

Livĭdo, āre. Lividum reddere. Paulinus Nolan. ad Cyther.

Pallore vultum livídet.

Lividinans, antis, Livore laborans. Petron. cap. 138. Ipse Paris, Dearum lividinantium judex. Alii legunt Libidinantium, alii Litigantium. V. Gruter. Suspicion. lib. 1. cap. 12. & Barth. ad Stat. 2. Achill. v. 337. [Puto Livedinantium scribendum esse, ut a Livedine ἀναλόγως deducatur verbum, sensu tamen translato.

L I X

Lix, licis. f. [κόνις] Cinis. Varro apud Plin. lib. 36. cap. 27. Lix cinis est foci. Vel

Lix, Aqua cineri immista. conf. Non. 1. 309.

Lixīvium, i. n. sive Lixivia, æ. f. [κονία] Aqua, in qua lavandi gratia decoctus est cinis. Columel. lib. 12. cap. 16. Sunt qui culmos fabæ exurant, & ex eo quod cremaverunt, cinere lixivium faciant. Legitur Lixiviam feminino genere. sequitur enim, Deinde in lixiviæ sextarios, &c. Idem lib. 12. cap. 16. In ollanova fictili ampla præparatam lixiviam cineris sarmenti calefieri convenit, &c.

Lixīva, æ. f. Scrib. Largus comp. 184. extr. Lixiva calda ex cinere sarmentorum facta. Rhodius Lixivia exhibet. Alibi tamen Lixiva Adj. V. seq. dict.

Lixivus, vel Lixivius, a, um. Adj. Scribon. Largus comp. 216. Hoc teritur ex cinere lixiva. Sic ibidem frequenter. V. Lexicon Rhod. Cinis lixivius. Plin. 14. 20.

Vinum lixivum [πρότροπος οἶνος] dicitur a Columel lib. 12. cap. 41. quod Plinius Protropum vocat. V. protropum.

Lixa, æ. [ἀκόλουθος] & pl. Lixæ, arum. m. sunt (ut scribit Festus Pompeius) Qui exercitum sequuntur, quæstus gratia. dicti quod extra ordinem sint militiæ, eisque liceat quod libuerit. Alii eos a Licha appellatos credunt, quod & illeHerculem sit secutus. Quidam a liquriendo quæstum. At Non. Marcellus 1. 309. Lixarum proprietas hæc est, quod officium sustineant militibus aquæ vehendæ: Lixam namque Aquam veteres vocaverunt. Perottus Lixas affirmat appellatos a cinere. Liv. 39. 1. extr. Itaque non

non lixa sequebatur, non jumentorum longus ordo agmen extendebat. Idem 23. 16. Impedimenta subsequi jussit, calones, lixasque, & invalidos milites vallum ferre.

Vulgus lixarum. Sil. lib. 5. 31. — omnisque ruebat
Mistus eques, nec discretis levia arma maniplis
Insertique globo pedites: & inutile Marti
Lixarum vulgus, &c. V. Burm. ad Quintil. 8. 6. p. 744. Tacit. 7. Ann 62. Curt. 3. 3. 26. & Suet. Galb. cap. 20.

LIXABUNDUS, a, um. [ἀναλφοφαλεῖν] Qui exiguæ mercedis gratia vilissimis sese obsequiis immiscet. Plaut. apud Festum, Qui famam tuam lixabundus & nomen fœdas. [Ego apud Festum nihil aliud invenio, quam hæc verba: Lixabundus, Iter libere ac prolixe faciens. conf. Isid. Gloss.

LIXO, [ἑψάω] āre. Lixum facere. Frequentius Elixo.

LIXUS, a, um. Partic. [ἑφθὸς] Quod est coctum cinere ollæ supposito. Frequentius Elixus.

LIXAMEN, inis. & LIXAMENTUM, i. n. Coctio, apud Apicium. [Immo Liquamen, nisi fallor. Et cetera ubi?

LIXATURA, æ. f. Idem, apud Sidonium. [Nisi Elixatura legendum.

LIXIO, onis. m. Aquarum portitor. Gloss. Isidor. [Immo Portator.

LIXULA, æ. f. dimin. Cibi genus ex farina, caseo & aqua commistum. V. Varr. de L. L. 4. 22.

LIXUS, [Λίξος] Colonia a Claudio Cæsare facta in Mauritania, vel fabulosissima ab antiquis narrata. Ibi regia Antæi, certamenque cum Hercule, & Hesperidum horti. Affunditur autem huic æstuarium e mari flexuoso meatu, in quo draconis custodiæ instar fuisse nunc interpretantur. Verba sunt Plinii lib. 5. cap. 1.

Est & Lixus, Amnis in eadem ora, cujus meminit ibidem Plinius, & Pomponius Mela in fine sui operis.

L O

LO. Locus. LOC. Locus. LOC. EMPT. Locus emptus. LOC. I. Locum instituit. LOC. MON. DED. Locum monumenti dedit. LOC. SEPVL. Locus sepulturæ. LONG. P. LAT. P. Longum pedes, latum pedes. LOVM. Locum.

LŌBA, æ. f. [ὁ τραχηλίας λόβος] quid sit interpretatur Plinius lib. 18. cap. 7. Milium intra hos decem annos ex India in Italiam invectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis: lobas vocant, omnium frugum fertilissimum.

LŌBIA, orum. n. pl. [λόβια] Fructus smilacis hortensis, vel siliculæ, Diosc. 2. 135.

LŎBUS, i. m. [λοβὸς] Infima pars aurium, quam Latini vocant Imam auriculam, ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν, id est a capiendo. hanc enim prehendimus, quum aliquem admonemus, παρὰ τὸν λοβόν. Est autem Labe, ansa, vel prehensio. Plin. lib. 11. cap. 45. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes antestamur. In jus quippa rapturi adversarium, testes faciebant. Porro sic faciebant, ut contingentes imam auriculam, dicerent, Esto memor. Nec licebat hoc, ni futurus testis annuisset: ideo ita interrogabatur, Licet antestari? Vide in ANTESTOR.

Dicitur etiam λοβὸς Græcis summa sive extrema pars cujusvis rei. Hinc jecoris λοβοὶ, pro partibus inferioribus, aut superioribus, teste Suid. & Hesych quæ Lat. Fibræ vocantur.

Ciceris item aut fabæ vas, seu Siliquam Lobum dicimus. nam cortex omnis intra quem latent semen, Lobus dicitur. Ex Budæo & Cælio. Galenus cap. 7. lib. 4. De compos. pharmac. secundum locos, λοβοὺς vocat, quos ὄνυχας, id est ungues Dioscorides appellat. Sunt autem candidæ foliorum partes, quibus detractis rosæ dicuntur exungues.

L O C

LOCARIUM, LOCARIUS, LOCATIO, LOCATOR. V. in LOCOS

LOCELLUS, V. Loculus, in LOCUS.

LOCITO, Loco. V. LOCOS.

LOCORITUM, i. n. [Λοκόριτον] auctore Ptolemæo, urbs Germaniæ, hodie Trutonia. Vulgo Forcheim [Portenta nominum, qualia pleraque, quibus Ptolemæi nomina reddit: quibus immorari ou bis non licuit.

LOCRIS, idos. f. [Λοκρίς] Regio est Græciæ, proxima Phocidi & Ætoliæ.

LOCRI, [Λοκροὶ] ejus regionis populi, qui Cognominibus distinguuntur. Alii Locri Ozolæ, a malo odore cognominati, cis Parnassum, inter Ætoliam & Phocidem colebant.

Alii Opuntii Bœotiis finitimi, ad Euripum Euboïcum.

Alii Epicnemidii dicti sunt, Cnemidem montem accolentes. Sunt qui omnes, qui cis Parnassum fuerunt, Epicnemidios appellant.

LOCRI, [Λοκροὶ] Item, Urbs insignis in Bruttiis, a Locris Ajacis Oilei sociis, Evanthe duce, condita, qui paulo post conditam Crotonem & Syracusas, in Italiam profecti sunt e sinu Crissæo, qui in Corinthiaco est. Virg. 3. Æn. 399.

Hic & Narycii posuerunt mœnia Locri. Notandum vero, Epicnemidios fuisse dictos, ante quam Italiam petierint, mox Epizephyrios, ut notant Vadianus & Servius, quia Zyphyrium promontorium occuparunt.

LOCRENSES, ium. m. pl. Cic. 7. Verr. 90.

LOCULATUS, LOCULAMENTUM, LOCULUS, LOCUPLES. V. LOCUS.

LŎCUS, i. m. [τόπος, χῶρος, χωρίον] pl. loci, m. vel loca, orum. n. in diversa significatione, Quicquid aliquid continet: sive, ut ait Varro de L. L. 4. 2. Ubi quicquam consistit. Plaut. Cistel. 4. 2. 8.

—ubi ea sit nescio: nisi, ut opinor,
Loca hæc circiter excidit mihi. Virg 8. Æn. 46.
Hic locus urbis erit. Cic. in Partit. 36. In locis autem & illa naturalia, maritimi an remoti a mari, plani an montuosi, læves an asperi, salubres an pestilentes, opaci an aprici: & illa fortuita, culti an inculti, celebres an deserti, coædificati an vasti, obscuri an rerum gestarum vestigiis nobilitati, consecrati an profani.

Loca & Locos, Gellius pro eodem ponit lib. 6. cap. 6. Nam quoniam non ipsæ tantum aves quæ prosperius prævolant, sed etiam loci, quos capiunt, quod idonei felicesque sunt, præpetes appellantur: iccirco Dædali pennas præpetes dixit, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora pervenerat. Ubi notandum Locos porro & præpetes, Augures appellasse. Virg. 1. Æn. 369.

Devenere locos, ubi nunc ingentia cernis
Mœnia.

Ad id locorum. V. AD præpositionem.

Alienus loci, Qui peregrinus est in loco aliquo. Ovid. 1. Fast. 396.
Di quoque cultores gelidi venere Lycæi,
Et quicunque loci non alienus erat. Al. Locis. Burm. Joci. cujus not. V.

Cultus locorum. Stat. 2. Silv. 2. 41.
Cultus, habitusque locorum. Virg 1. Georg. 52.
Facies locorum. Tacit. 14. Ann. 10. Non ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur.
Forma locorum. Ovid. 3. Trist. 4. 56.
Fraus loci. Virg. 9. Æn. 397.
— ac videt Euryalum, quem jam manus omnis
Fraude loci, & noctis subito turbante tumultu
Oppressum rapit.
Ignarus loci. Virg 2. Æn. 384.
Ingenium loci. Stat. 2. Silv. 2 44.
Opaca locorum. Virg. 2. Æn. 725.
Positus locorum. i. e. Situs locorum. Stat. 5. Silv. 3. 236.
Regio certa loci. Lucret. lib. 2 260.
Species, cultusque locorum. Stat. 2. Silv. 2. 41.
Ubicunque locorum vivitis. Hor. 1. Epist. 3. 34.
Abdita loca. V. Abditum, in ABDO.
Æstivus locus. V. ÆSTAS.
Affluens studiis locus. V. AFFLUO.
Amicta loca nive. Catul. de Berecynth. 61. 70.
Amœnus locus, ab arbitris remotus. Cic. 7. Verr. 79.
Appositus. V. APPONO.
Apricus. V. APRICUS.
Aptus locus equis. Hor. 1. Epist. 7. 41.
Arbustivus locus. V. ARBUSTUM.
Aspera loca. Ovid. 1. Met. 510. V. ASPER.
Bacchata loca. V. BACCHOR.
Bellicosissimus locus. V. BELLUM.
Calculosa loca. V. CALCULUS.
Circumjecta loca urbi. V. CIRCUMJICIO.
Clivosus locus. V. CLIVOS.
Commodior locus. Ovid. 3. de Pont. 3. 64. Exilii scilicet.
Conclusus locus. Hor. 1. Serm. 4. 76.
Culta loca. Lucret. lib. 1. 210.
Declivis & præceps locus. V. DECLIVIS.
Deformes loci visu ac memoria. Tacit. 1. Ann. 61. Incedunt mæstos locos, visuque ac memoria deformes.
Deserta pastorum loca. Lucret. lib. 5. 1386.
Dira furiarum loca. Senec. Herc. fur. 15.
Editiora loca. Cæs 1. Bell Civil cap. 7.
Effera loca Ponti. Valer 4. Argon. 318.
Finitimi loci. Ovid. 7. Epist. 120.
Feta loca furentibus Austris. Virg. 1. Æn. 55.
Inania loca. V. INANIS.
Infamis locus. Ovid. 18. Epist. 141. Idem in Ibin, 365.
Integer locus. V. paulo post, Viriatus locus.
Intumescens locus. V. INTUMEO.
Lætantia loca aquarum. Lucret. lib 2. 344.
Læti loci, Beatorum sedes. Virg 6. Æn. 638.
Devenere locos lætus, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum.
Lapidosa loca. V. LAPIS.
Latebrosus locus. V. LATEO.
Liber locus V. LIBER, adj.
Mæsti loci. Tacit. 1. Ann. 61.
Medius mundi locus. V. MEDIUS.
Montosus locus. V. MONS.
Munitissimus habendi Senatus locus. V. MUNIO.
Natalis locus. Ovid. 2. Amor. 16. 38.
Nebulosus locus. V. NEBULA.
Nefasti loci. Stat. 1. Theb. 273.
Notus locus prodigio. Ovid. 6. Met. 320. Al. Lacus.
Obnubila loca. V. OBNUBILUS.
Obsita virgultis loca, & Obsita tenebris loca. V. OBSERO.
Occultissimus locus. V. OCCULTOS.
Oculatissimus locus. Plin lib. 34. cap. 6. V. OCULUS.
Opacus locus. V. OPACUS.
Opacus locus & frigidus in silva. Cic. 3. de Orat. 18.
Opaca loca & silvis redimita. Catull. de Berecynth. 61. 3.
Oppletus locus crebro salicto. V. CREBER.
Opulenta loca. Seneca Herc. fur. 5.
Palustris locus. V. Palustris, in PALUS.
Perbonus locus. V. PERBONUS.
Pervia loca equo. Ovid. 14. Met. 361.
Plena metus loca. Ovid. 4. Met. 111.
Plena timoris loca. Ovid. 10. Met. 29.
Præcipites loci. Lucret. lib. 4. 512.
Privati, ac publici loci. Tacit. 11. Ann. 38.
Purus locus. V. PURUS.
Sacer locus. Pers. 1. Sat. 113.
Saluber locus. Claud. 4. Cons. Hon. 322.
Secreta loca. Hor. de Arte Poet. 298.
Silentia loca. Virg. 6. Æn. 265. Intelligit Regna inferorum. al. Tacentia.
Non steriles loci. Senec. OEth. 2.
Surda loca, In quibus nullus auditur strepitus, aut nulla vox. Senec. Herc. fur. 7. Sic Cæca vocantur loca, Quæ tenebricosa sunt.
Viridis locus Eurotæ. i. e. Prata Eurotæ. Stat. 1. Silv. 5. 40.
Abducere in aliquem locum. V. ABDUCO.
Adducere in locum. V. ADDUCO.
Ambire bis locum. Ovid. 5. Met. 624.
Capere ante locum. Virg. 5. Æn. 185. V. CAPIO.
Celebrare locum conventu. V. CELEBRO.

Cedere loco. V. CEDO.
Circumscribere locum alicui. V. CIRCUMSCRIBO.
Compellere in unum locum. V. COMPELLO.
Complent aurfa loca camporum. Lucret. lib. 2. 323.
Confluere in unum locum. V. CONFLUO.
Congregare unum in locum. V. CONGREGO.
Conquiescere in loco. V. CONQUIESCO.
Convenire in locum. V. CONVENIO.
Convestire locum dicitur hedera. V. CONVESTIO.
Decedere loco. Tacit. 3. Ann. 31.
Deferre in aliquem locum. V. DEFERO.
Demovere aliquid locis. Tacit. 11. Ann. 38. Censendo, nomen & effigies, privatis ac publicis locis demovendas.
Errare ignotis locis. Ovid. 4. Met. 294.
Explorare novos locos. Virg. 1. Æn. 310.
Imposuere delubra nefastis locis. Stat. 1. Theb. 274.
Inaugurare locum. V. INAUGURO.
Incolere locum aliquem. V. INCOLO.
Incumbere loco. Ovid. 2. Met. 338.

> Repperit ossa tamen peregrina condita ripe,
> Incubuitque loco, nomenque in marmore lectum
> Perfudit lacrymis.

Incurrere in loca. V. INCURRO.
Insidere locum insidiis. V. INSIDEO.
Instruere locum insidiis. V. INSTRUO.
Intendere locum sertis. V. INTENDO.
Legunt loca forte. Virg. 5. Æn. 132.
Migrare in locum. V. MIGRO.
Moliri locum. Virg. 7. Æn. 158. V. MOLIOR.
Mutare locum. V. MUTO.
Mutare locum in melius. Lucan. lib. 6. 60.
Mutare se loco. Hor. 2. Serm. 7. 64.
Novi locum ubi sit. V. NOSCO.
Obsidere locum, & Locus obsessus corporibus. V. OBSIDEO.
Optare locum, pro Eligere. V. OPTO.
Ordinare locum vitibus. V. Ordino, in ORDO.
Parare locum. V. PARO.
Penetrare locos. Lucret. lib. 4. 1240.
Pererrare omnem locum. Virg. 5. Æn. 442.
Possidere locum. Lucret. lib. 1. 965.
Vadit celeberrima per loca. Hor. 1. Epist. 17. 28.
Vexare locum aliquem. Hor. 1. Serm. 8. 18.

> — furesque, feræque suetæ
> Hunc vexare locum.

Ex inferiore loco agere. Cic. 3. de Orat. 176. Nam sive de cæli natura loquitur, sive de terræ, sive de divina vi, sive de humana, sive ex inferiore loco, sive ex æquo, sive ex superiore. De inferiore loco, est ad Judices: de superiore, pro Rostris: ex æquo, est in Senatu. Budæus.
Locus, pro Parte certa corporis,
Letifer locus. Ovid. 5. Met. 133.

> Hujus in obliquo missum stetit inguine ferrum:
> Letifer ille locus.

Vitiatus locus. Cels. lib. 5. cap. 26. Si nihilo magis malum constitit: uri id, quod est inter integrum ac vitiatum locum, debet.
Destinare locum vulneri. Senec. Theb. 1.
Locus, Status, Conditio rei. ut, In eum locum res rediit, i. e. In eum statum. Plaut. Bacch. 4. 2. 24. Ter. Adelph. 3. 2. 46.

> Pejore res loco non potest esse, quam in quo nunc sita est.

Meliore loco, i. e. Statu & fortuna. Cic. ad Brut. 3. Nostræ res meliore loco videbantur. Sic Virg. 2. Æn. 322.

> Quo res summa loco, Panthu? Budæus. V. Melior in BONUS.

Deduxit rem in eum locum. Cic. 2. Att.
Incidi in eum locum. V. INCIDO.
Stare eodem loco. Liv. 21.
Sit quo loco res, pro Quomodo se habeat. Cic. 3. Att. 24. Hæc res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco sit, velim ad me scribas.
Simus ut meliore loco, ne optandum quidem est. Cic. de Arusp. Resp. 61.
Eo loci res erat, & causa nostra, ut, &c. Cic. pro Sext. 67.
Vide annon & Hic loci, Huc loci dicatur. Subaud. *les lieu*, seu *Ihi lieu*. H. St. Dicitur & Mei, Tui, Nostri, Vestri loci, sed tum maxime ad Genus, seu Ordinem refertur, de quo infra.
Venerat res in eum locum, vel deducta est, ut nisi, &c. Cic. ad Brut. 7. Et 16. Fam. 12. In eum locum res deducta est, ut nisi quis deus, vel casus aliquis subvenerit, salvi esse nequeamus.
Difficili loco est res. Cic. 12. Fam. 27. Res neque nunc difficili loco mihi videtur esse.
Perbono loco res est. Cic. 6. Att. 1. Quoad mecum res fuit, perbono loco res fuit.
In loco digno res posita: i. e. Digne. Cic. 7. Verr. 37. Ut hæc ipsa ædilitas, &c. recte collocata, & judicio populi digno in loco posita esse videatur. Al. Digno omittunt.
Locus, pro Æstimatione, & amore, gratiaque. Cic. 2. Philip. 71. Quem locum apud ipsum Cæsarem post ejus ex Africa reditum obtinuisti? quo numero fuisti? Budæus.
Obscuro positus loco, i. e. Non celebri & claro. Senec. Thyest. 4.
Summus locus, Subaudi In Civitate. Juven. 10. Sat. 110.

> Quid Crassos, quid Pompeios evertit, & illum
> Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?
> Summus nempe locus nulla, non arte petitus, &c.

Assignare potissimum locum. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Attribuere locum. V. ATTRIBUO.
Dare locum alicui oratori. Cic. 1. de Orat.
Facere locum muneribus. Ovid. 2. Amor. 13. 26.
Fungi primo loco. Quintil. lib. 3. cap. 6. Porro harum pleromque levissima quæque primo loco fungitur.
Habere eodem loco. Cæs. de Bell. Gall. 1. 26. extr. Qui si juvissent, eodem se eos loco, quo Helvetios, habiturum.
Habere eo loco honestatem, ut sine ea, &c. Cic. de Fin. V. LOCO.
Obtinere locum primum ac potentissimum Quintil. lib. 6. cap. 5.
Pervenire in locum ac numerum alicujus. Cic. de Petit. Consul. 4. Prodest quorum in locum ac numerum pervenire velis, ab his ipsis illo loco ac numero dignum putari.
Reponere in aliquo artis loco. Cic. 1. de Orat.
Est locus in. Cic. in Orat. 4. Nam in poetis, non Homero soli locus est, (ut de Græcis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro: sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos.
Esse eodem loco apud patronum quo alius. Cic. Fam. 13.
Tenere principem locum, & auctoritatem: h. e. Esse in magno pretio & auctoritate. Cic. pro Domo. Et pro Planc. 81. Qui in mea salute principem semper locum auctoritatemque tenuistis.
Tenere locum oratorum. Cic. de Clar. Orat. 137. Qui hoc munere in civitate functi sunt, ut tenerent oratorum locum.
Tribuere locum alicui. Quintil. lib. 3. cap. 3. Huic quoque igitur necessario tribuendus est quintus locus.
Locus pro Vice. ut, Fratris loco diligere: h. e. Tanquam fratrem. Ter. And. 1. 5. 57.

> Si te in germani fratris dilexi loco,
> Sive hæc te solum semper fecit maximi. Idem Heaut. 1. 1. 52.
> Licere speras facere me vivo patre,
> Amicam ut habeas prope jam in uxoris loco?

Valla, Loco patris, loco fratris, loco filii te habeo, non ita accipitur, quod ubi illi antea erant, ibi tu nunc apud me sis: sed quod in ea caritate qua illi aut fuerunt, aut sunt, aut essent, aut esse debent, ut Chrysis Pamphilo apud Terentium loquitur, Si te in germani fratris dilexi loco. Cic. 1. Verr. 61. Prætorem Quæstori suo, parentis loco esse oportere. Hactenus Valla lib. 3. Cic. 5. Fam. 3. Te mihi fratris loco esse duco.
Ascendere in summum locum civitatis. Cic. pro Cluent. 150.
Amare in loco fratris. V. IN præpositionem.
Ducemini ipsi in hostium numero locoque. Cic. 7. Verr. 124.
Habere aliquem loco vetustissimorum familiarium. Cic. 10. Fam. 51.
In locum damus, ubi aliud erat, aliud successit: & requirit hæc sententia tale aliquod verbum, quale est apud Quintilianum lib. 12. cap. 1. Nam quomodo pugnam incuntibus, tot simul metus laborum, dolorum, postremo mortis ipsius exciderint, nisi in eorum locum pietas & fortitudo & honesti præsens imago successerit? Hæc Valla lib. 3.
Cooptari in locum alterius. V. COOPTO.
Duceretur quæ mulier in concubinæ locum. Cic. 1. de Orat. 183.
Inaugurari in locum alterius. V. INAUGURO.
Petere Consulatum in locum alterius. V. IN præpositionem.
Mittere aliquem in locum alterius. V. MITTO.
Restitui in locum. Cic. Restitui in eum locum cupit unde decidit.
Substituere in locum. Quintil.
Succedere in locum lacrymarum. Quintil. lib. 6. cap. 1. In locum lacrymarum ejus ipse successit. Cic. ad Brut. 13. Succedere in patris locum.
Est mihi loco voluptatis, loco turpitudinis, loco honoris; i. e. Voluptuosum, turpe, honorificum. Hæc Valla lib. 3.
Deferre aliquid in beneficii loco alteri. Cic. 4. Verr. 29. Revera multo magis est petendum ab hominibus, si salvi & honesti esse volumus, ut eant nobiscum in provinciam, quam hoc illis in beneficii loco deferendum.
Petere loco præmii. Cic. 2. de Invent. 144. Petebat id sibi loco præmii.
Ponere aliquid loco, vel in loco maledicti, & contumeliæ. Cic. in Pison. 31. Tune etiam, immanissimum ac fœdissimum monstrum, ausus es, meum discessum illum, testem sceleris & crudelitatis tuæ, in maledicti & contumeliæ loco ponere?
Putant criminis loco, quod vivam. Cic. 7. Fam. 3. Qui voluptatem nullo loco numerat? h. e. Nihili facit. Cic. 2. de Finib. 90. V. NUMERO.
Numerare in loco. Cic. In injuriæ loco id numerant si quando ab inimicis admoneantur.
Si in istoc fiem loco: i. e. Si meum esset negotium, si mea res ageretur. Plaut. Bacchid. 4. 9. 116.

> Verum ut ego opinor, si ego in istoc fiem loco,
> Dem potius aurum, quam illum corrumpi sinam.

Locus, Distributio temporum quæ cuique in spectaculum venturo tribuebantur ab Ædilibus. Unde, Motus loco dicitur, Qui suas horas non obtinuerit inter præcedentes & sequentes. Et Cicero loco motus est, quum urbe pulsus est. Ter. Phorm. prol. 33.

> Quum per tumultum noster grex motus loco est. Ex Budæo.

Constitutus a judicibus locus. V. CONSTITUO.
Loco aliquid quærere: h. e. Ad tempus, & quando res postulat. Cic. in Partit. 8. Loco tu quidem quæris, sed planius quodvis explicabitur, quum ad orationis ipsius, quæstionumque rationem venero.
Dicere loco. Cic. 3. de Legib. 40. Huic jussa tria sunt: ut adsit, nam gravitatem res habet, quum frequens ordo est: ut loco dicat, id est rogatus: ut modo, ne sit infinitus. V. ORDO. Conf. ibid. 11.
Priore loco causam dicere, est Ante defendere quam quis sit accusatus. Cic. pro Quint. 32. Aut causam capitis, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. Budæus. conf. 8. & 31. ibid.
Posteriore loco causam dicere. i. e. Defensorem esse, & pro reo dicere. Cic. pro Quint. 33. Quoniam majores ita constituerunt, ut qui pro capite diceret, is posteriore loco causam diceret.
Dicere certo loco. V. CERTUS.
Secundo loco, pro Deinde. Cic. 1. Fam. 6. Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum.
Nullo loco deesse, pro Nunquam, vel, quod eodem redit, Nusquam, Nulla occasione. Cic. 16. Fam. 6. Adhuc dum mihi nullo loco deesse vis, nunquam te confirmare potuisti. V. NULLUS.
Reddere non loco. i. e. Non opportune. Cic. 11. Fam. 16. Quemadmodum coram qui ad nos intempestive adeunt, molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendunt, non loco redditæ.
In loco, Opportune. Ter. Heaut. 3. 2. 26. In loco ego vero laudo. Budæus. Interdum, vel Nonnunquam, aut Opportune interpretatur. V. IN.
Dulce est desipere in loco. Hor. 4. Carm. 12. 28.
Locus, Occasio, ut, Bellus locus. V. BELLUS.
Assequi & Tueri aliquem locum in civitate, V. TUERI. H. St.
Captus opportune locus ad eam rem. Cic. pro Rosc. Amer. 68.
Cedit loco sententia mutata. Virg. 9. Æn. 220.
Lepidus locus. Plaut. Bacch. 2. 51. V. LEPIDUS.

Nancisci locum. Cic. 1. Att. 15. Nactus mihi videbar locum resecandæ libidinis, &c.
Locum dare aliquid faciendi, i. e. Tempus vel spatium. Ter. And. 1. 4. 6.
— Dii, date facultatem obsecro
Huic pariundi, atque in aliis potius peccandi locum. Plaut. Capt. 2. 1. 18.
— ut sine hisce arbitris
Atque vobis, nobis detis locum loquendi.
Veritas locum, ubi consistat, reperire non poterit. Cic. pro Quint. 5. i. e. Nusquam valebit.
Locus in. Cic. pro Planc. 81. Si in mea familiaritate locus esset nemini nisi litigioso aut nocenti. Idem pro Muren. 12. Maledicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est: quod omnia laus occupavit.
Locus inter. Cic. 4. in Catil. 21. Erit profecto inter borum laudes aliquid loci nostræ gloriæ.
Locus ignoscendi apud hominem constantem. Cic. pro Muren. 63.
Bonitati locus non est, vel honestæ morti: h. e. Nullo est in pretio bonitas. Cic. 3. de Fin. 66. Quod si ita se haberet, nec justitiæ ullus esset, nec bonitati locus. Idem pro Quint. 49. Mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit.
Preci locus non est relictus: h. e. Precibus amplius flecti non potest. Ter. And. 3. 4. 22.
Negligentiæ locus in aliquo. Liv. 24. 8. pr. Si aut pacem in Italia, aut bellum cum eo hoste haberemus, in quo negligentiæ aut errori locus esset. [In emendatis codd. legitur, Negligentiæ laxior locus esset, qui &c. Cato apud Sall. Catil. 52. Si mehercule peccato locus esset, facile paterer vos ipsa re corrigi.
Segnitiæ nihil loci. Ter. And. 1. 3. 1.
Differendi locus. Cic. 1. de Fin.
Faciendæ medicinæ non erit locus. Cic. pro Quint. 8.
Gaudendi locus. Cic. 9. Att. 16. Bonis viris quod ais probari quæ adhuc fecerimus, scirique ab iis non profectis, valde gaudeo: si est nunc ullus gaudendi locus.
Instituendi aut docendi locum nullum habeo. Cic. in Orat. 143. i. e. Nullam temporis partem.
Respirandi non est locus. Cic. 3. Q. frat. 1.
Nulli improbo locus esset ad Rempublicam violandam. Cic. 1. Fam. 9.
Patet fugæ locus. V. PATEO.
Locus objurgandi, Occasio. Ter. And. 1. 1. 127.
Quis igitur relictus est objurgandi locus?
Defendendi locum dare. Cic. pro Quint. 61. Qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est? i. e. Occasio, ut ait Budæus.
Existimandi nonnihil loci dare alicui secus. Cic. 3. Fam. 6.
Sermoni obtrectatorum locum non reliquit in tam suspiciosa ac maledica civitate. Cic. pro Flacc. 68. i. e. Non præbuit aliis ullam ansam sive occasionem obtrectandi.
Aperire locum suspicioni. V. APERIO.
Dare locum dubitationi. Cic. 2. Off. 17.
Rationi dare locum, Cedere rationi & ratione uti. Cic. pro Quint. 53.
Prætermittere locum. Cic. 12. Fam. 14. Ego nullum locum prætermitto (nec enim debeo) non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem.
Habere locum. Quintil. lib. 3. cap. 5. Erunt quædam remotæ ab affectibus, qui ut non ubique habent locum, ita quocunque irrumpunt, plurimum valent.
Locus, Genus aliquando dicitur. Salluft. Catil. 23. pr. Natus haud obscuro loco.
Equestri ortus loco. V. ORIOR.
Honesto loco natus. Cic. pro Flacc. 18.
Ignobili loco natus. V. IGNOBILIS.
Infimo loco natus. V. INFERUS.
Summo loco nata. Liv. 1. 34. pr.
De summo loco adolescens. V. DE præpositionem.
Locus, pro eo quod *passum scripturæ* barbari dicunt. Cic. 2. de Legib. Et hunc locum satis in iis libris quos legistis, expressit Scipio. Ter. in prol. Adelph. 9.
In Græca adolescens est, qui lenoni eripuit
Meretricem in prima fabula: eum Plautus locum
Reliquit integrum. eum hic locum sumpsit sibi
In Adelphos, verbum de verbo expressum extulit. [Forte In Adelphœs. i. e. ἀδελφοὺς, Græca terminatione Latini casus.
Locus, pro Materia, sive argumento & tractatu disputationis. Cic. in 7. Verr. 2. Novi locum, video ubi se jactaturus sit Hortensius. Turneb.
Anceps & lubricus locus. Plin. 1. Epist. 8. ad Saturninum.
Capitalis locus. V. Capitalis, in CAPUT.
Committere se in locum præcipitem. V. COMMITTO.
Displicet iste locus. Hor. 1. Epist. 19. 47.
Loci, orum, Sedes argumentorum sunt, quæ intra se continent argumenta, & ex quibus ipsa argumenta petenda sunt. Cic. in Orat. 46. Idemque locos (sic enim appellat, quasi argumentorum notas) tradidit. Ibid. 162. Itaque hunc locum longe, & late patentem philosophi solent in officiis tractare. Idem in Topic. 8. Locus est argumenti sedes.
Penetralia loci. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Frequens locus. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Fusus est latius locus hic. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Gravior locus. Quintil. In proœm. lib. 4. Quum ad aliquem graviorem venissent locum.
Lætus, atque plausibilis locus. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Repetiti loci ex intima quæstionum naturalium subtilitate. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Speciosi loci. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Uberes loci. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Verbosissimi loci. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Concludere locum in aliquid. Quintil. lib. 6. cap. 2. Non tamen potui ac ne debui quidem, locum istum in unam speciem concludere.
Constituere locum. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Dimovere animum loco. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Ediscere locos electos. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Excutere locos argumentorum. Quintil. lib. 4. cap. 10.
Exercere locum. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Instare loco. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Loci communes. Cic. 3. de Orat. 106. Loci communes qui de universa re tractari solent, ut, &c. Idem in Orat. 126. Tamen in communibus locis maxime excellet: qui communes appellati, eo quod videntur multarum iidem esse causarum, sed proprie singularum esse debebunt. De Auxesi. V. 2. de Orat. 152. & in Brut. 46.
Conjicere in communes locos. Cic. in Parad. 1. V. CONJICIO.
Tradere locos communes. Quintil. lib. 5. cap. 1.
Loci, pluraliter tantum, Uterus mulieris, quem Matricem etiam vocant. Varr. de L. L. 4. 2. Sic Loci muliebres, in quibus nascendi initia consistunt. Plin. lib. 11. cap. 37. Feminis eadem omnia, præter vesicæ junctus utriculus, unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus vulvam.
Loci, de equa etiam dicitur. Columel. lib. 6. cap. 27. Quod si admissarius iners in Venerem est, odore perfricatur detersis spongia feminæ locis, & admota equi naribus.
Loca, de pavonibus. Columel. lib. 8. cap. 11. Sæpiusque digitis loca feminarum tentanda sunt: nam in promptu gerunt ova.
Locus, Sepulcrum notat. Plura exempla in Inscriptionibus antiquis: ut Romæ; LOCVS OPORTVNI CIRCITORIS CONIVGISQVE EIVS ALBINAE, &c.
LOCĀLIS, e. Adj. Ad locum pertinens. ut, Locales ærumnæ. Ammian. 14. 7. Determinatio localis. Tertull. adverf. Marc. 4. 24.
LOCĀLĬTER, Adv. ut, Localiter appellatus. Ammian. 19. 12. Et Tertull. de Pallio cap. 2. Mutat & nunc localiter habitus, cum situs læditur.
LOCALĬTAS, ātis. f. Necessaria corporis affectio. V. Claud. Mamert. de Statu animæ 3. 3. & 4.
LOCĀRIUS, i. m. Martial. lib. 5. 25. de Hermete gladiatore nobilissimo, Hermes divitiæ locariorum. Locarii (ait Domitius) dicuntur illi, qui locant foros ad spectandum: ut dicat Hermetem esse divitias locariorum, quod multi confluerent ad eum spectandum, conductis locis a locatoribus. Vel Locarios dicit eos, qui ad ludos instruendos instrumenta locare solent. Vel locariorum divitiæ, quia diligebatur ab iis qui ludis delectabantur. Hactenus ille. Varro tamen de L. L. lib. 4. 2. Locarium, inquit, Quod datur in stabulo & taberna, ubi consistant. Ex quo Varronis loco Cælius lib. 4. cap. 23. locum Martialis putat liquido explicari: in quo fluctuat Domitii sententia. [Locarium Varro vocat, quod pro Loco dabatur argentum. Hinc Locarii, qui Locarium in spectaculis accipiebant. Dicerem & Lucar eodem pertinere, nisi Plutarchus per dipthongum λοῦκαρ scriberet, Quæst. Ro. 87. a Luco arcessens, quomodo & constanter scribitur. V. f. l.
LOCĀTIM, Adv. Per loca; scil. Pagos. Valer. Max. 5. 3. ext. 3. Siquidem ille locatim dispersos cives suos in unam urbem contraxit. Sic MSS. Al. Vicatim. V. Græv. ad Cic. 7. Att. 3. p. 673.
LOCŬLUS, i. m. dimin. [τοπίδιον] Parvus locus. Varro lib. 3. de R. R. cap. 17. Hortensius familiaris noster quum piscinas haberet magna pecunia ædificatas ac loculos, ita sæpe cum eo ad villam ivi. Ex vetusto codice legitur, Ædificatas ad Baulos. Plaut. Milit. 3. 2. 38.
Sed in cella est paulum nimis loculi lubrici.
Loculus, [βαλάντιον, γλωττόκομον] Sacculus in quo pecunia servatur. Frequentius in plurali legitur: ut, Loculi eburnei. Martial. 14. 12.
Hos nisi de flava loculos implere moneta
Non decet: argentum vilia ligna ferant.
Apud Valerium pro Marsupio ponitur, libro 7. teste Budæo. Sic Varr. 3. de R. R. cap. 5. Quendam depreheosum tesserulas conjicientem in loculum. Juven. 13. Sat. 139. — gemmaque princeps
Sardonychum, loculis quæ custoditur eburnis. [Ergo non sacculi.
Condi loculis. Ovid. 2. Amor. 15. 19.
Demittere nummum in loculos. Hor. 2. Epist. 1. 175.
Depromit gramina loculis eburnis. Ovid. 6. Fast. 749.
Loculi & Sacculus. Martial. lib. 5. 40. Al. 39.
Excussi loculosque, sacculumque.
Stimulorum loculi. Plaut. Casin. 2. 8. 11.
At candidatus cedit hic mastigia,
Stimulorum loculi. i. e. Ut in loculis conditur pecunia, ita hic meretur ut in ipso stimuli recondantur, quo vexetur magis.
Loculus, Feretrum in quo mortui includuntur. Plin. lib. 7. cap. 2. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque loculo in templo.
LOCELLUS, i. m. Aliud dimin. [βαλαντίδιον] Martial. lib. 14. 13.
Si quid adhuc superest in nostri fæce locelli,
Munus erit: nihil est, ipse locellus erit. conf. 18. 88.
LOCŬLĀTUS, a, um. Adj. Quod habet diversos locos. Varr. 3. de R. R. cap. 17. Nam ut Pausias, & ceteri pictores ejusdem generis loculatas magnas habent arculas, ubi diversi colores sint, certas: sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habeant pisces. Vetus exemplar habet, Ubi discolores sint ceræ.
LOCULĀRIS, e. Adj. ut, Locularis resina. Pallad. Feb. t. 25. Nisi vitiosa lectio est.
LOCULĀMENTUM, i. n. Locus distinctus, sive capsula, in qua aves & similia nidificare seu habitare solent: & a loculis deduci videtur. Columel. lib. 8. cap. 8. Vel si non ita competit, paxillis adactis tabulæ supponuntur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent aves, vel fictilia columbaria recipiant. Idem lib. 9. cap. 12.
Loculamentum, pro Conceptaculo, sive theca. Vitruv. lib. 10. cap. 14. Super autem tertium tympanum planum eadem ratione dentatum, inclusum in alterum loculamentum collocetur. Ibid. Inque ejus tympani theca (sive id loculamentum est) fiat foramen. Budæus.
Loculamenta appellantur etiam, Loculi libris digerendis compositi in bibliotheca. Senec. de Tranquill. vitæ, cap. 9. Apud desidiosissimos videbis quicquid orationum historiarumque est, & tectotenus exstructa loculamenta.
LOCULŌSUS, a, um. Adj. Multis loculis plenus. Plin. 15. 22. Sola differentia generum in putamine duro fragilive, & tenui ac crasso, loculoso & simplici.
LOCŬPLES, ētis. [πολυκτήμων, πολυκτέανος, εὔπορος] omnis generis secundum Priscianum: ablativo locuplete vel locupleti. Dicitur a lata humo, hoc est locorum plenus: qui pleraque loca, id est qui multas possessiones habet. Fest. Locupletes, locorum multorum domini. Quintil. lib.

lib. 5. cap. 10. Præterea finimus aut vi, ficut fuperiora: aut ἐτυμολογίᾳ, ut alliduum ab affe dando, & locupletem a locorum, pecuniofum a pecorum copia. De finitione loquens. Cic. de Senect. 56. Semper enim boni affiduique domini referta cella vinaria, olearia, & penaria: villaque tota locuples eft, abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, cafeo, melle.

Locuples & Tenuis aut egens, contraria. Cic. 4. Verr. 138. Sic pro Planc. 86. Egentes in locupletes, perditi in bonos, fervi in dominos armabantur.

Pauperes & Locupletes, contraria. Hor. 1. Epift. 1. 25.
— id quod
Æque pauperibus prodeft, locupletibus æque.

Parum locuples. Hor. 2. Carm. 18. 22.

Tu me fecifti locupletem. Hor. 1. Epift. 7. 15.

Locuples copiis rei familiaris, & pecuniofus. Cic. pro Rofc. Com. 44.

Annus locuples frugibus. Hor. 2. Epift. 1. 137.

Civitas locuples copiis. Cic. 5. Verr.

Domus locuples. Hor. 2. Serm. 6. 102. — quum ponit uterque
In locuplete domo veftigia.

Homo domi fuæ cum primis locuples. Cic. 4. Verr.

Provincia locuples ac referta. Cic. 1. de Orat. 161.

Ad alia transfertur. ut, Oratio locuples, Dives verborum & abundans. Cic. 3. de Orat. 18. Inde ille licentior & divitior fluxit dithyrambus: cujus membra & pedes, ut ait Idem, funt in omni locupleti oratione diffufa.

Eloquentia locuples, & fpeciofa vult effe. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Lingua Latina locupletior quam Græca. Cic. 1. de Fin. 10.

Lyfias locuples oratione, rebus ipfis jejunior. Cic. 5. de Fin. 3.

Locuples, Large inftructus & copiofus. metaphoricôs. Cic. 1. de Nat. Deor. 313. Locupletior igitur hominum natura ad beate vivendum eft quam deorum: quod pluribus generibus fruitur voluptatum.

Locuples, Firmus certufque ad rem quamlibet. Unde locupletem auctorem dicimus, locupletem teftem, locupletem tabellarium. Poffumus etiam locupletem teftem interpretari bonum & magnæ auctoritatis, quem ipfe Cicero graviffimum etiam vocat. Teftes ex cenfu & facultatibus fpectantur, quod homines tenues & egentes facile pretio ad falfum dicendum adducantur. Unde Teftes idonei, Locupletes teftes dicebantur. Cic. in Topic. 73. Opulentos homines, & ætatis fpatio probatos, dignos quibus credatur putamus. non recte fortaffe: fed vulgi opinio vix mutari poteft. [V. Juvenal. Sat. 3. v. 137. feq.

Auctor locuples. Cic. 2. de Divin. 119. Jam Pythagoras & Plato locupletiffimi auctores, quo in fomnis certiora videamus, præparatos, &c.

Teftis locuples. Cic. 3. Offic. 10. Accedit eodem teftis locuples Pofidonius: qui etiam fcribit in quadam epiftola, &c.

Tabellarius locuples, pro Fideli, certo, & idoneo, cui recte litteras committere poffis. Cic. Q. frat. 3. Sed quæro locupletem tabellarium accipiat.

Parum locuples ad augendam facultatem dicendi. Quintil. lib. 10. cap. 1. De Varrone Attacino. p. 905. Burm.

Locupletissime, Adv. ut, Filia locupletiffime dotata. Epit. Victor. in Vefp.

Locupleto, [πλουτίζω] āre. Locis & poffeffionibus quempiam ditare. Quamvis etiam ad omnia, ficut Dito, transferri poffit, ut quum quis opibus, rebufque etiam incorporeis ditatur. Columel. lib. 3. 3. pr. Ut ante perpenfum, & exploratum habeamus, an locupleret patrem familiæ vinearum cultus. Cic. 5. Verr. 185. Ob bafce res, quoniam te locupletavi, hoc annulo aureo dono. Idem 1. Offic. 43. Hi arbitrantur fe beneficos in fuos amicos vifum iri, fi locupletent eos quacunque ratione.

Eloquentiam locupletare. Cic. de Clar. Orat. 331. Qui non linguam modo acuiffes exercitatione dicendi, fed & ipfam eloquentiam locupletaviffes graviorum artium inftrumento.

Fortunis locupletare. Cic. 2. de Lege Agrar. 67.

Locupletātus, a, um. Partic. Cic. 7. Verr. 80. Hac tanta præda auctus, mancipiis, argento, vefte locupletatus, &c.

Prædiis locupletatus. Suet. Neron. 30.

Ratio totius perfectione vitæ locupletata. Cic. 2. de Fin. 38.

Locupletātor, ōris. m. Eutrop. 10. 7. 9. Familiarium locupletator. Et Nummo Hadriani apud Valliant. tom. 1. p. 66. LOCVPLETATORI ORBIS TERRARVM. Adde Spanh. de Ufu & præftant. num. diff. 13. p. 556.

Loco, [τίθω, ἐκδίδωμι, μισθόω, ἐκμισθόω] āre. quafi In loco ponere, Conftituere. Virg. 1. Æn. 432. — hic alta theatri
Fundamenta locant. Cic. 15. Fam. 2. Caftraque ad Cybiftra locavi.

Ordine locare aliquid. Virg. 5. Æn. 102.

Ante aciem aliquem locare. Tacit. in lib. de Germ. 6. Quos ex omni juventute delectos ante aciem locant.

Arcem locare, Ædificare. Lucret. lib. 5. 1107.
Condere cœperunt urbes: arcemque locare,
Præfidium reges ipfi fibi, perfugiumque.

Beneficium apud gratos locare. Liv. 7. 20.

Equites pro cornibus locare. Quintil. lib. 2. cap. 13.

Fundamenta in ftabili loco locare. Plin. lib. 36. cap. 14.

Fundamenta theatri locant. Virg. 1. Æn. 432.

In dominatu locari. Cic. 4. de Fin. 8. Quum autem affumpta ratio eft, tanto in dominatu locatur, ut omnia, &c.

In exordio locare. Quintil. lib. 4. cap. 1. Non inutiliter interim ex quæftionibus in exordio locabuntur.

In numero veterum locare. Quintil. lib. 10. cap. 1. Quem in numero veterum locare non timeas. i. e. Annumerare inter veteres.

In parte regni locare aliquem. Virg. 4. Æn. 374.
— ejectum, litore egentem
Excepi, & regni, demens, in parte locavi.

In fede locare. Virg. 2. Æn. 525.
— fic ore effata, recepit
Ad facra fefe, & longævum in fede locavit.

Infidias alicui locare. Plaut. Rud. 2. 5. 17.
Metuo hercle ne illa mulier mihi infidias locet,
Ut comprehendar cum facra urna Veneria. h. e. Struat & ponat.

Legionem alicubi locare. Tacit. 4. Hift. 3. Capuæ legio tertia hiemandi caufa locatur.

Sedes & templa locarunt in cælo. Lucret. lib. 5. 1187.

Virtutem ita locetis. Cic. de Amicit. extr. Vos autem hortor, ut ita virtutem locetis, fine qua amicitia effe non poteft: ut ea excepta, nihil amicitia præftabilius putetis. [Lectio corrupta videtur. Colatis probabiliter Grævius legit. Forte tamen Ita locetis, eft Eo loco ac numero habeatis.

Vitam in tranquillo locare. Lucret. lib. 5. 12.

Urbem Patavi, fedefque locavit Teucrorum. Virg. 1. Æn. 251.

Filiam locare. h. e. Nuptum tradere. Ter. Phorm. 4. 3. 41.
Quod dixi adeo ei: quæfo, quid fi filiam
Suam unicam locaret? Idem Phorm. 5. 1. 26.
Ut potui virginem nuptum locavi huic adolefcenti. [Ufitatius tamen fuit Collocare, ut Varro de L. L. 4. 2. teftatur.

In familiam luculentam locari. Plaut. Cift. 2. 3. 18.
Tu locere in luculentam familiam:
Unde tibi talenta magna viginti pater
Det dotis.

In matrimonium locare. Plaut. Trin. 3. 3. 52.
Tum tu igitur demum id adolefcenti aurum dabis,
Ubi erit locata virgo in matrimonium.

Ornamenta, quæ locavi metuo ut poffim recipere. i. e. Tradidi. Plaut. Curc. 4. 1. 3.

Locare fruendum, vel faciendum. i. e. Dare fruendum &c.

Adverfione locare, vel Per adverfionem. V. Adverfio in Adversus.

Agrum fodiendum locare: i. e. Dare agrum fodiendum pacta mercede. Plaut. Amphit. 4. 2. fuppof. 1. 27.
Perinde eft præbere, ac fi agrum fterilem fodiendum loces. Sic Locare fternendum locum. Cic. 15. Att. 16.

Agros locare, Dare alicui colendos, mercede conftituta. Plin. lib. 7. Epift. 30. ad Genitorem, Inftat & neceffitas agrorum locandorum perquam molefta, adeo rarum eft invenire idoneos conductores. Cic. 5. Verr. 55. Xenonis Meneni, nobiliffimi hominis, uxoris fundus erat colono locatus.

Argentum locare. i. e. Infumere in mercatura exercenda. Plaut. Moftel. 1. 3. 144.
Nec quicquam argenti locavi jam diu ufquam æque bene. Plaut. Moftel. 3. 1. 3.
Locare argenti nemini nummum queo.

Cædendum. Idem Capt. 4. 3. 39.
Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt.

Caftrandum me loces, Des me caftrandum. Plaut. Aul. 2. 2. 72.
Si hercle ego te non elinguandam dedero, ufque ab radicibus:
Impero, auctorque fum, ut me cuivis caftrendum loces.

Faciendum locare. Cic. 4. Fam. 12. Ut iidem Athenienfes in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Sic Liv. 34. 53. Ædiles eam biennio ante ex multaticio argento faciendam locarant. h. e. Commiferant & curaverant.

Fundum locare in quinquennium. Paul. in l. Si a Colono. D. De verborum obligat.

Funus locare. Cic. 7. Verr. 119.

Portanda cadavera in arca locare. Hor. 1. Serm. 8. 9.

Noctes locare. Ovid. 1. Amor. 10. 30.
Sola viro mulier fpoliis exfultat ademptis,
Sola locat noctes: fola locanda venit.

Operam fuam locare alicui, Aliquid faciendum fufcipere. Gell. lib. 3, cap. 3. Ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ trufatiles appellantur, operam piftori locaffet. De Plauto.

Operam locare pulchre. Plaut. Amph. 1. 1. 122.
Perge, nox, ut occœpifti: gere patri morem meo:
Optume optumo optumam operam das, datam pulchre locas.

Opus aliquod locare alicui. Plaut. Afin. 2. 4. 37.

Opus locatur id, quod ex mea pecunia reficiatur. Cic. 3. Verr. 142.

Vigiles nocturnos locare. Plaut. Amph. 1. 1. 197.
Rex Creo vigiles nocturnos fingulos femper locat. [i. e. Conftituit.

Locare ad. Plaut. Rud. 2. 6. 51.
Quid, fi aliquo ad ludos me pro manduco locem?

Ad artes nugatorias operam locare. Plaut. Trin. 4. 2. 2.

Locare, pro Conducere. Varro in præfat. lib. 2. de R. R. Igitur quod nunc intra murum fere patres familiæ correpferunt, relictis falce & aratro, & manus movere maluerunt in theatro ac circo, quam in fegetibus ac vinetis, frumentum locamus qui nobis advehat ex Africa & Sardinia.

Locare, inquit Varro de L. L. 4. 2. Præco, dicitur, quoadufque id emitur, quoad in aliquo confiftit pretium. [Vectigalium nimirum locationem refpiciens, quæ per licitarionem fiebat. Ceterum legendum puto, Quod ufque &c. & Confiftat pretium.

Locatus, a, um. Partic. Lucret. 3. 610. Anima incerta regione locata.

Benefacta male locata. Cic. 2. de Off. 62.

Civitas in fide alicujus locata. Cic. 6. Att. 1.

Equites ab utroque cornu locati. Curt. 3. 9. 8.

Exercitus in terra locatus. Vellei. 2. 85. 2.

Membra fuo quæque loco locata. Cic. de Clar. Orat. 209.

Tabernaculum fuper ripam fluminis locatum. Curt. 7. 8. 1.

Locito, [ἐκμισθόω] āre. frequentativum formatum a fupino, a in i mutata. Ter. Adelph. 5. 8. 26.
— agelli hic fub urbe eft paulullum, quod locitas foras:
Huic demus qui fruatur.

Locarium, i. n. V. Locarius in Locus.

Locātio, ōnis. f. [ἐκμίσθωσις] Idem fignificat ac Conductio, tam ejus qui pretium dat, quam ejus qui id accipit. Cic. 3. Verr. 152. Hic iftius fcelerata locatione, nefarioque latrocinio, bonis patriis, fortunifque omnibus fpoliatus venit in judicium. Idem 4. Att. 3. Difturbata porticus Catuli, quæ ex s. c. coss. locatione reficiebatur, & ad tectum pæne pervenerat.

Vectigalium locatio. Suet. Cæf. 20.

Inducere locationem. Cic. 1. Att. 17. Afiani, qui de Cenforibus conduxerant, quefti funt in Senatu, fe cupiditate prolapfos, nimium magno conduxiffe: ut induceretur locatio, poftulaverunt. h. e. Minueretur locationis pretium. [Immo, ut fublata, refeiffaque priore locatione, de integro alia fieret. V. Liv. 39. 44. Ceterum non Inductionem tamen, fed Remiffionem tertiæ mercedum Afianos Publicanos impetraffe ex l. c. Suetonii apparet.

Ludificari locationem. V. LUDUS.

LOCĀTOR, ōris. m. [ὁ λόγος μισθῶν] Budæus, Quanquam locator fit plerumque qui pretium accipit, & Conductor qui dat: ut fit locator dominus, conductor inquilinus: tamen nonnunquam vice versa evenit, ut locator pretium det, conductor accipiat. Plin. lib. 7. cap. 52. Romæ quoque Corfidium, materteræ fuæ maritum, funere locato revixiffe, & locatorem funeris ab eo elatum.

Fundi locator. l. 35. Dig. Locati conduct.

LOCATĀRIUS, i. m. Qui domum, aut fundum, aliudve in locatione conducit. JCt.

LOCATĪTIUS, a, um. Adj. Gloff. Vet. Locatitius μισθώσιμος.

Fatigatio locatitiæ. Sidon. 6. Epift. 8.

Manus Locatitiæ. Salvian. Epift. 1.

LŎCUSTA, æ. f. [ἀκρίς] Animal ex infectorum genere. V. Plinium lib. 11. cap. 29.

Locuftæ, Pifcium five lacertorum genus, de quo Plin. 9. 30. & 32. 11. Suet. Tiber. cap. 60. Gloff. Lat. Gr. Locufta, κάραβος.

LŎCUSTA etiam, Mulier veneficii peritiffima, Neroni grata. Tacit. 12. Ann. 66. & 13. 15. conf. Juven. 1. Sat. 71.

LOCUTIO, LOCUTOR, LOCUTULEIUS. V. LOQUOR.

L O D

LŌDIX, īcis. f. [ἐπίβλημα] Operimentum lecti. Juven. 6. Sat. 194. Et 7. Sat. 66.

> Magnæ mentis opus, nec da lodice paranda
> Attonitæ, currus, & equos, faciefque deorum
> Afpicere. V. Martial. 14. 152.

LODĪCŬLA, æ. f. [ἐπιβλημάτιον] dimin. Suet. in Auguft. cap. 83. Ita ut in extremis fpatiis fubfultim decurreret, fefterio, vel lodicula involutus.

L O E

LŒDORIA, æ. f. [λοιδορία] Convicium, maledictum, opprobrium, fales conviciofi. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 3. pr. Præter categoriam quæ eft ψόγος, & præter διαβολὴν quæ delatio eft, funt alia duo apud Græcos nomina, Lœdoria, & Scomma: quibus nec vocabula Latina reperio, nifi forte dicas Lœdoriam exprobrationem effe ad directam contumeliam. Scomma enim pæne dixerim morfum figuratum, quia fæpe fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud fonet, aliud intelligas. & paulo infra: Eft autem Lœdoria hujufmodi: Oblitufne es quia falfamenta vendebas? Vide plura ibidem.

Defp. Lœdoria, i. e. Convicium, Objurgatio: Lœdorio Convicior. Atqui Latina non funt, & dicendum effet Lœdoreo. Sic alia multa Græca ponuntur ab eodem, tanquam Latinis ufitata. Immo ne admonet quidem effe Latina, nec Latine fcripta inveniuntur. H. St.

LŒMODES, is. f. [λοιμώδης] Species luis peftilens, volucri velocitate letalis. Ammian. Marcell. 19. 4.

L O G

LOGĒUM, i. n. [λογεῖον] Pulpitum fignificat. Teftis Vitruvius, lib. 5. cap. 8. Minoreque latitudine pulpitum, quod logeum appellant.

LŎGOS, i. m. [λόγος] apud Græcos modo Sermonem, verbum, orationem fignificat: modo Rationem, modum, fupputationem. Nonnunquam & pro Libro ufurpatur: A verbo λέγω, quod eft dico, five colligo.

Logos, pro Dicto ridiculo & contemnendo fumitur. Cic. pro Gallio, Ego te certo fcio omnes logos, qui ludi dicti funt, animadvertiffe. Hæc Nonius 1. 318. Ter. Phorm. 5. 2. 8.

> Fœneratum iftud beneficium tibi pulchre dices. n. logi.

Ridiculos logos vendere. Plaut. Stich. 1. 3. 68.

LOGĀRIUM, i. n. [λογάριον] Ratiuncula. Ulpian. in l. Qui penum. §. ult. D. de penu leg. Sed & chartas ad ratiunculam, vel ad logarium paratas contineri.

LOGĬCA, es: five LOGICA, æ. f. [λογική] Latine Rationalis difciplina. nam Græci λογικὸν, rationale dicunt. Cic. 1. de Fin. 22. Jam in altera philofophiæ parte, quæ eft quærendi ac differendi, quæ Logice dicitur, ifte vefter, ut mihi quidem videtur, plane inermis ac nudus eft. Ibid. Totaque eft logice, quam rationem differendi voco. Sed rectius hæc atque alia talia in Cic. codd. Græce fcribuntur.

LOGICA, ōrum. n. [λογικὰ] Cic. 4. Tufc. 33. Habes ea quæ de perturbationibus enucleate difputant Stoici, quæ logica appellant, quia differuntur fubtilius.

LOGICUS, i. m. [λογικὸς] Qui logicam docet. V. Ifidor. 8. 6. & Sidon. Epithalam. 101.

> Phyfica vel logico, logicum vel jungit ad ethos.

LOGISTA, æ. m. [λογιστὴς] Rationalis, qui reddendis rationibus præeft. apud JCtos. Et in Vet. Infcript. Hifp.

LOGISTŎRĬCUM, i. n. [λογιστορικὸν] Liber, fermonum & dictorum infignium narrationem continens. Gell. lib. 4. cap. 19. Marcus Varro in logiftorico fcripfit. A Logo & Hiftoria dictum videri poteft. [Logiftorici dicti funt omnes Varronis libri, in quibus Saturam Menippæam expreffit, profa oratione carminibus diftincta. V. Mercer. in Non. p. 207.

LOGODÆDĂLUS, i. m. [λογοδαίδαλος] Orator varii fermonis artifex. V. Cic. Orat. 39.

LOGODÆDALIA, æ. f. [λογοδαιδαλία] Nimis operofa fermonis elaboratio. Aufon. 12. Idyll. pr.

> E logodædalia ftrides modo qui nimium trux.

LOGOGRĂPHUS, i. m. [λογογράφος] Rationarius, qui libros rationum fcribit; & qui in tabulas publicas refert, quæ ad rempublicam refert. V. Cod. lib. 10. t. 69. de Tabulariis, fcribis logographis, &c. Et Dig. lib. ult. t. 4. l. 18. §. 10.

L O L

LŎLĪGO, īnis. f. [τευθὶς] Genus pifcis, dictum eft quafi Voligo, ut ait Varro de L. L. 4. 13. Plin. lib. 32 cap. 15. Sunt lacertorum genera, loligo volitans, locuftæ, lucernæ, &c. Idem lib. 32. cap. 2. Trebius Niger loligines evolare ex aqua tradit, tanta multitudine, ut navigia demergant. Hic pifcis caput inter pedes & ventrem habet, quem vulgo

Calamarium vocant, a thecæ calamariæ fimilitudine. Habet enim officula duo quafi cultrum & calamum, & cruorem nigrum atramenti modo, quum externe albus fit. [Tu V. Rondelet. de Pifcib. 17. 4.

Loligo, pro Livore hominis atri, id eft malevoli. Hor. 1. Serm. 4. 100.

> — hic nigræ fuccus loliginis, hæc eft
> Ærugo mera. Porphyrio. Sunt qui Lolligo fcribunt.

LOLIGUNCŬLA, æ. f. [τευθὶς] dimin. Plaut. Cafin. 2. 8. 57.

> Emim fepiolas lepidas, loligunculas
> Hordeias.

LŌLIUM, i. n. [αἶρα] Herbæ genus fegetibus inimicum, quod Gallis *yvrae* ab inebriando dicitur. Græce appellatur Zizania. Plin. lib. 18. cap. 17. Nam lolium & tribulos, & carduos, lappafque non minus quam rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipfius terræ peftem numeraverim. Virg. 1. Georg. 154.

> Infelix lolium, & fteriles dominantur avenæ.

Lolio victitare dicuntur, qui vifu funt imbecillo: nocet enim oculis lolium, propter vapores acres, quos in cerebrum attollit. Plaut. Mil. 2. 3. 50.

> Mirum eft lolio victitare te, tam vili tritico. Ovid. 1. Faft. 691.
> Et careant loliis, oculos vitiantibus, agri.

LOLIĀCEUS, a, um. Adj. [αἴρινος] ut, Farina loliacea. Varro de R. R. 3. 9.

LOLIĀRIUS, a, um. Adj. [αἰρικὸς] Ad lolium pertinens. Columel. lib. 8. cap. 5. Cribro viciario, vel etiam loliario, qui jam fuerit in ufu, pulli fuperponantur.

LOLIĒTUM, i. n. Locus lolio obfitus. Gul. Brito 5. Philipp. 170.

> Per Baiocarum lolieta, per arva Caletum.

L O M

LŌMENTUM, i. n. [λῶμα] Farina fabacea qua ad erugenda corpora ufa eft antiquitas. Martial lib. 3. 42.

> Lomento rugas uteri quod condere tentas. Lomentum, Græci λῶμα vocant, quod tritum proprie fignificat, ut ait Hermolaus. Plin. lib. 33. natr. Eft & viliffimum genus lomenti, quod quidam tritum vocant, quinis affibus æftimatum.

L O N

LONCHĪTIS, is. f. [λογχῖτις] Non eadem herba eft, quæ Xiphion aut Phafganion, quanquam cufpidi fimilis femine: habet enim folia porri, &c. Plin. lib. 25. cap. 11.

Appellamus etiam plantaginis fpeciem oblongam a lanceæ fimilitudine vulgo lonchitin, vel lanceolatam.

LONDĪNIUM, i. n. [Λονδίνιον] Ptolemæo, aliis Londinum, Britanniæ infulæ metropolis. Vulgo *London*, Gallice *Londres*. Tacit. 14. Ann. 33. pr. Londinium perrexit, cognomento quidem coloniæ non infigne, fed copia negotiatorum & commeatuum maxime celebre.

LONGĀBO, ōnis. Farciminis genus. Varr. de L. L. 4. nn. Tertium fartum eft Longabo, quod longius, quam duo illa. [Puto idem, ac Longano. Ac fortaffis ita fcribendum, vel, ut aliis placet Longavo. Longanonis fæpe meminit Cæl. Aurelian. eamque fcriptionem veram puto. Gloff. Lat. Gr. Longao κωλέντερον, fcribo κῶλον, ἔντερον. Ab interp. Mofchionis φῦσα, i. e. Folliculus, feu Vefica, fic redditur. Papias Longio exhibet.

LONGĀNON, vel LONGANO, ōnis. m. [ἀπευθυσμένον] vel ut alii fcribunt Longavo. Rectum inteftinum dicitur, quod juxta anum eft, & excrementa emittit, fic dictum, quia in longum protenditur, & non eft ita orbibus implicitum, ficut inteftinum tenue. Apicius 4. 2. Longanones porcinos ex jure Tarentino farios, coctos, concifos. conf. LONGABO.

LONGŌBARDI, orum. m. Populi, quos vulgo ferunt nominatos a prolixa barba & nunquam tonfa. Ifidor. 9. 2. Alii a telo, quod Alabardum vocant, dictos volunt; vel quafi Lingobardos, eo quod Lingones ex Germania & Bardi ex Gallia facta unione ad utramque Padi ripam fedem fixerunt. Tacit. Germ. cap. 40. pr. Suevis eos aggregat.

LONGUS, a, um. Adj. [μακρὸς] Porrectus. Virg. 9. Æn. 229.

> Stant longis innixi haftis & fcuta tenentes.

Longior fum quam tu. Plaut. Trin. 4. 2. 58.

> Qua facie eft homo? s. fefquipede quidem eft, quam tu longior.

Longum fefquipede, latum pede. Plin. lib. 35 cap. 14.

Longus pedes feptem. Plin. lib. 6. cap. ult. In hoc cæli circumplexu æquinoctii die media, umbilicus, quem gnomonem vocant, feptem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit.

Longus pedum quatuor. Columel. lib. 2. cap. 11. In morem horti areas latas pedum denûm; longas pedum quinquagenûm facito. Paulo poft, Atque ita menfe ultimo Aprilis ferito tantum, quantum ut finguli cyathi feminis locum occupent decem pedum longum, & quinque latum.

Non ita longus. V. NON.

Abfentia longa & continua. Tacit. 3. Ann. 31.

Ætas longa. Hor. 1. Serm. 4. 132.

Ævum longum. Hor. de Arte Poet. 346.

Agmen longum pafcitur per valles. Virg. 1. Æn. 190.

Alvus longa. Virg. 3. Georg. 427.

Ambages longæ. Virg. 1. Æn. 345.

Amor longus, i. e. Diuturnus. Virg. 3. Æn. 487.

Anni longi. Ovid. 1. Amor. 3. 5.

Bellum longum. Virg. 2. Æn. 109.

Certamen longum. Hor. 1. Epift. 10. 35.

Circuitus longus. Virg. 3. Æn. 412.

Crines longi. Virg. 7. Æn. 73.

Curfus longus. Virg. 3. Æn. 116.

Dies longa. Plaut. Epid. 4. 1. 17. i. e. Longum tempus.

Dies longi. Celf. lib. 1. cap. n. Longis diebus meridiari potius ante cibum, fin minus, poft eum.

Experimenta longa & magna. Plin. 5. Epift. 15. Quod mihi cognitum eft, non fama, qua alioqui optima & meritiffima fruitur, fed longis magnifque experimentis.

Fabula non longa. Hor 2. Serm. 1. 95.

Facies longa. Hor. 2. Serm. 4. 12.

Feriæ longæ. Hor. 4. Carm. 5. 37.

Fletus longos ciebat. Virg. 3. Æn. 344.

Fluctus longi, Longe procurrentes. Virg. 3. Georg. 200.

Haftæ longæ. Virg. 9. Æn. 229.

Homo

Homo longus, i. e. Stultus. Catull. 68. 47. ad Janoam Mœchæ.
Longus homo est, magnas quoi lites intulit olim
Falsum mendaci ventre puerperium.
Intervallum longum. Virg. 5. Æn. 320.
Iter longum. Hor. 1. Serm. 5. 94.
Latus longum. Virg. 3. Georg. 54.
Libri longi, Prolixi & fusi. Plaut. Perf. 3. 1. 64.
Librorum ecce illum habeo plenum foracum.
Si hoc accurassis lepide, cui rei operam damus,
Dabuntur dotis tibi inde sexcenti longi,
Atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis. In emendatis libris exstat Logi.
Militia longa. Hor. 2. Carm. 7. 18.
Mora longa. Ovid. 1. Met. 214.
Mora non longior plena hora. Ovid. 10. Met. 734.
Navis longa. Liv. 27. 22. Additæ ei, ad præsidium provinciæ, quinquaginta longæ naves. V. NAVIS.
Negotia longa. Hor. 3. Carm. 5. 53.
Nox longa, diesque lenta videtur. Hor. 1. Epist. 1. 20.
Oblivia longa. Virg. 6. Æn. 715.
Opulentia longa. Tacit. 14. Ann. 31. pr. Rex Icenorum Prasutagus, longa opulentia clarus.
Opus longum. Hor. de Arte Poet. 360.
Ordo longus. Virg. 1. Æn. 399.
Pes longus. Hor. 1. Serm. 2. 93.
Piper longum. V. PIPER.
Potentia longa. Ovid. 2. Met. 416.
— sed nulla potentia longa est.
Secessus longus. Virg. 1. Æn. 163.
Senectus longa. Hor. 2. Carm. 16. 30.
Series longissima rerum. Virg. 1. Æn. 645.
Sermo longus. Virg. 1. Æn. 221. Plaut. Trin. 3. 3. 77. At enim nimis longo sermone utimur.
Servitium longum. Hor. 2. Serm. 5. 99.
Spatium longius æquo. Lucret. lib. 4. 179.
Spatium longius anno. Ovid. 18. Epist. 25.
Supplicium longum, diutinumque. Plaut. Mil. 2. 6. 23.
— at ita dî me deæque omnes ament,
Nisi mihi supplicium virgarum de te datur
Longum, diutinumque, a mane usque ad vesperum.
Tempus longum. Virg. 2. Georg. 80.
Tractus longi flammarum. Virg. 1. Georg. 367.
Versus longi, Heroici. Cic. 2. de Legib. 68. Ne plus quatuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius.
Via longa. Martial. lib. 1. 33.
Et comites longæ quæris habere viæ.
Umbræ longæ. Plin. lib. 12. cap. 1.
Longus, pro Perniciofo. Virg. 1. Æn. 753.
Infelix Dido, longumque bibebat amorem.
Longus, pro Longinquo. Sil. 5. 9.
Lydius huic genitor, Tmoli decus, æquore longo
Mæoniam quondam in Latias advexerat oras. V. ibi Drakenb. & Broekh. ad Tibul. 1. 4. 18. & Heins. ad Ovid. Remed. Amor. 591.
Nimium longi sumus in rebus apertissimis. Cic. 2. de Fin. 41.
Longior esse nolo. Cic. 1. de Nat. Deor. 83. Possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longior.
Longum est. Ter. Phorm. 3. 2. 30. Experire, non est longum. i. e. Non multi temporis. Idem And. 5. 6. 13.
Memini: atque adeo longum est, nos illum exspectare dum exeat. i.e. Diutius exspectandum nobis esset. Cic. 4. Acad. Longum est explicare.
Commemorare longum est & non necessarium quæ apud, &c. Cic. 6. Verr. 135.
Dicere quam improbe fecerit longum est. Cic. 3. Verr. 156.
Refellere est longum & supervacaneum. Plin. lib. 7. cap. 43.
Longum est si. Ter. Heaut. 2. 3. 94.
— longum est, Clitipho,
Si tibi narrem quam ob rem id faciam: vera causa est.
Longum est, pro Longum esset, sæpe apud Suetonium. Sic tamen & Vopiscus in Tacito circa finem, Multa hujus feruntur, sed longum est ea in litteras mittere. Sic Jul. Capitol. in Opilio Macrino 211. Longum est ejus crudelitates omnes aperire: attamen unam ostendam non magnam, ut ipse credebat, sed omnibus tyrannicis inhumanitatibus tristiorem. Vopiscus in Caro, Longum est quæ feruntur universa connectere. Et frequenter apud Ammianum Marcellinum, pro Longum esset. H. St. Capitolini locus exstat cap. 12. Vopisci prior cap. 11. posterior cap. 3. Sic & in superioribus exemplis exponendum.
Ne longum faciam, i. e. Ut breviter dicam. Hor. 1. Serm. 3. 137.
Longum & obscurum. Cic. 4. Verr. 156. Atque adeo hoc ne longius aut obscurius esse possit, procedite in medium, explicate, &c.
Nihil mihi longius, quam. Cic. pro Rabir. Post. 35. Nec mihi longius quicquam est, Judices, quam videre hominum vultus. De Alexandrinis loquens. i. e. Nihil exspectatius, aut nihil desideratius. Idem 11. Fam. 27. Quem quum objurgarem, quod parum valetudini parceret, tum ille, nihil sibi longius fuisse, quam ut me videret.
In longum ducere. Virg. 9. Ecl. 56.
Causando nostros in longum ducis amores. h. e. Differs. Servius.
Durare in longum. V. Duro, in DURUS.
Sufficere in longum. Tacit. 4. Hist. 22. Ita paucis diebus per licentiam absumpta sunt, quæ adversus necessitates in longum suffecissent.
Esse in longum. Tacit. 11. Ann. 20. Nec multo post Curtius Rufus eundem honorem adipiscitur; qui in agro Mattiatico recluserat specus quærendis venis argenti: unde tenuis fructus, nec in longum fuit.
Trahere in longum. V. IN.
LONGUM, Adv. Longo tempore. Virg. 10. Æn. 740.
— non me, quicunque es, inulto,
Victor, nec longum lætabere.
Vale longum. Virg. 3. Ecl. 79.
Et longum, formose, vale, vale, inquit, Iola.
Sis memor ô, longumque vale. Claud. 2. de Raptu Proserp. 234.
LONGE, Adv. [μακρὰν, πόῤῥω, τηλοῦ] pro Longitudine tam temporis quam loci.
Longe lateque diffusum aut dispersum. Cic. 2. de Fin. 115. Quæ autem est alia causa erroris tanti, tam longe, lateque diffusi, nisi quod &c. Idem pro Lege Manil. 35. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, &c.
Longe a mari rus est. Ter. Eun. 3. 3. 13.
Rus Sunii ecquod habeam, & quam longe a mari. Cic. pro Lege Manil. 32. Longe a domo bellare. Idem 4. Verr. 13. Qui locus est non longe a Syracusis. Sic 1. de Legib. 5. Non longe a tuis ædibus. Liv. 1. 50. Principibus longe ab domo excitis.
Abieram longe. Ter. Eun. 4. 2. 5.
Abeam ne longe, per translationem. Cic. lib. 2. de Fin. V. ABEO.
Abest longe. Ovid. 8. Met. 811.
Abest longe hinc. Plaut. Rud. 1. 5. 9.
Verum longe hinc abest, unde huc vectæ sumus.
Abest longe gentium, idem quod Perquam longe. Cic. 6. Att. 3. Non quo me aliquid juvare posses, quippe res enim est in manibus, tu autem abes longe gentium.
Abest longe a me. Plaut. Curc. 1. 2. 24. Cic. 13. Fam. 59. Sentiatque meam sibi amicitiam, etiam quum longissime absim, prodesse in primis apud te. Subaud. A te.
Abesse longe, procul, &c. V. ABSUM.
Arcere aliquem longe. Virg. 1. Æn. 35. — jactatos æquore toto
Troas, relliquias Danaûm, atque immitis Achillei,
Arcebat longe Latio.
Arcet longe summotos. Virg. 6. Æn. 316.
Discedere longe. Ovid. 15. Epist. 107.
Distare longe. Lucret. lib. 2. 334.
Efferre pedem longe ab aliquo. Plaut. Bacch. 3. 3. 19.
Nego tibi annis viginti fuisse primis copiam,
Digitum longe a pædagogo pedem ut efferres ex ædibus.
Fugere longe. Plaut. Most. 2. 1. 43.
Non modo ne introeat, verum etiam ut fugiat longe ab ædibus?
Habes stimulum longe: h. e. Longe vel in longum protensum. Plaut. Truc. 4. 3. 79.
Næ ista stimulum longe habet, quæ usque illinc cor pungit meum. Al. Longum.
Habito longe usque illic. Plaut. Rud. 4. 3. 95.
Ubi tu hic habitas? G. porro illic longe usque in campis ultimis.
Procedere obviam longe alicui. Cic. 4. Verr. 65.
Prospicere longe futuros casus. Cic. de Amicit. 40. Eo loco, Fanni & Scævola, locati sumus, ut nos longe prospicere oporteat futuros casus Reipublicæ.
Resonantia longe litora. Virg. 1. Georg. 358.
Esse longe. Plin. in Paneg. Exspectatum est, provisumque, ne quis æger, ne quis occupatus, ne quis denique longe fuisset, &c.
Est longe hinc in saltum vestrum. Cic. pro Quint. 79.
Est longe mihi. Martial. lib. 1. 82.
Longe, pro Multo aliquando accipitur: tuncque comparativo jungitur, aliquando pro Valde, & tunc superlativo: nonnunquam nominibus, verbis, & adverbiis: ut vides in subjectis exemplis. V. Vallam. lib. 1.
Comparativo. Virg. 9. Æn. 556.
At pedibus longe melior Lycus.
Beatior longe longeque cunctis illa est. Ovid. 4. Met. 325. al. Potentior.
Superlativo. Cic. 1. de Orat. 15. Principi longe omnium in dicendo gravissimo & eloquentissimo Platoni.
Doctissimus longe. Hor. 1. Serm. 5. 3. [In his subauditur Omnium.
Pulcherrimus panis longe. Hor. 1. Serm. 5. 89.
Longe, longeque plurimum. Cic. 2. de Fin. 68. Alteri plurimum se, & longe longeque plurimum tribuere honestati, sed tamen &c.
Positivis Excellens & Præstabilis junctum aliquando reperitur. Apul. de deo Socratis p. 52. Elm. Chalcas autem longe præstabilis hariolari. Idem in Florid. Longe ante ceteros excellens. [Observa tamen & Positivos hosce & Adverbia vim Comparativi, vel Superlativi exprimere.
Longe ceteris artibus antecedit illud studium, h. e. Præstat & excellentius est. Cic. 1. Acad. 3. Præsertim quum & ipse in eo excellas, & id studium, totaque ea res longe ceteris & studiis & artibus antecedat.
Longe aliter. Cic. pro Domo 41. Hæc homines improbi ad quosdam viros fortes longe aliter, atque a me dicta erant, detulerunt.
Aliter longe evenit. Liv. 22. Idem 2. Res aliter longe evenit.
Ante videre futura longe. Cic. 3. Tusc. 26. Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum, quæ venientia longe ante videris.
Ante alias specie ac pulchritudine longe insignis. Liv. 1. 9.
Alius longe. Sallust. Catil. 52. pr. Longe mihi alia mens est, Patres Conscripti, cum res atque pericula nostra considero, & cum sententias nonnullorum meeum ipse reputo.
Dispar longe. Cic. pro Font. 39. O fortunam longe disparem M. Fontei.
Dissimilis longe succus. Hor. 2. Serm. 8. 28.
Princeps longe, i. e. Excellentior ceteris. Cic. 13. Fam. 14. L. Castronius Pætus longe princeps municipii Lucensis est, honestus, gravis, plenus officii. Liv. 1. 49. extr. Is longe princeps Latini nominis erat.
Primus longe, quemadmodum Facile primus; h. e. Excellentior. Cic. 4. Verr. 65. Longe primus civitatis est Epicrates. Liv. 23. 32. Qui tum auctoritate atque opibus longe primus erat.
Plurimum longe. Cic. de Clar. Orat. 55. Coruncanium, qood ex Pontificum commentariis longe plurimum ingenio valuisse videatur. Liv. Longe plurimos captivos ante currum duxit.
Longe secus. Cic. de Amicit. 22. Quod si ita esset, ut quisque valetudinis minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus: quod longe secus est.
Antecellere ceteris longe. Cic. 6. Verr. 118.
Anteire longe. Plaut. Bacch. 5. 1. 3.
Quicunque ubi ubi sunt, qui fuere, quique futuri sunt posthac
Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones,
Solus ego omnes longe antideo stultitia & moribus indoctis.
Anteponere longe. Cic. 5. Tusc. 12. Cujus ego judicium, pace tua dixerim, longe antepono tuo.
Dissentire longe. Cic. de Amicit. 32. Ab his qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentimus. i. e. Nullo pacto cum eis sentimus.
Errat longe. Ter. Adelph. 1. 1. 40.

Et

Et errat longe, mea quidem sententia,
Qui imperium credat gravius esse aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud quod amicitia adjungitur.

Præcedere longe. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Præstare longe. Lucret. lib. 5. 1178.
Præstat aut superat longe multumque. Cic. 5. de Fin. 40. Quum longe multumque præstet mens atque ratio.
Remotus longe ab ambitione. Plin. Epist. 110. Sicut est ab omni ambitione longe remotus.
Remotus a vulgo longe lateque. Hor. 1. Serm. 6. 18.
Longe illis nauticæ artes. i. e. Nauticæ artes nihil illis profuerunt. Flor. 2. 2. 8. Sic Idem 2. 6. 34. Virg. 12. Æn. 52. & Ovid. 8. Met. 435.
Compar. [πόῤῥωτέρω, ἀπωτέρω] de luco & tempore dicitur. Plaut. Trinum. 3. 2. 95. Idem Cistel. 2. 3. 37.
Avecta est, inquit, peregre hinc habitatum longius. In edit. Gronov. non additur Longius.
Abesse longius. h. e. Diutius. Ter. Heaut. 5. 2. 31.
Abesse longius, & de brevi tempore dicitur. Cæs. 3. Bell. Gall. cap. 18. Neque longius abesse, quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat. [Addita nempe negativa.
Abire longius. Ter. Eun. 4. 3. 20.
Currere longius. Cic. 2. de Fin.
Curare longius. Tacit. 3. Hist. 15. Exploratores, ut mos est, longius curabant.
Discedere longius a naturæ constantia. Cic. 4. Tusc.
Ire longius. Lucret. lib. 4. 207.
Procedunt longius iræ. Virg. 5. Æn. 461.
Provehi longius. Quintil. in procem. lib. 4.
Provectus longius in amicitia. Cic. de Amicit. 34. Quod si qui longius in amicitia provecti essent, tamen semper labefactari, si in honoris contentionem Incidissent.
Recedunt longius a stabulis. Virg. 4. Georg. 192.
Superl. de loco & tempore etiam dicitur. Liv. 1. 18. extr. Signum contra, quô longissime conspectum oculi ferebant, animo finivit.
Abest longissime a vero. Cic. 4. Acad. 36.
Abhorret longissime mea ratio voluntasque ab hoc facto. Cic. 4. Verr. 10.
Comprehendere longissime disjuncta. Cic. in Pison. 3.
Memini longissime. Plaut. Men. 5. 9. 52.
Quid longissime meministi, dic mihi, in patria tua?
Patet longissime ab Occasu. Plin. 2. 8. pr. Pars nostra terrarum, de qua memoro, ambienti, ut dictum est, Oceano velut innatans, longissime ab Ortu & Occasu patet, &c.
Longissime, pro Longum est. Plaut. Stich. 4. 1. 24.
— quid tu, quam dudum in portum venis
Huc? P. longissime.

Longŭlus, a, um. Adj. dimin. [ὑπομήκης] Cic. 16. Att. 13. Longulum sane iter, & via inepta. V. not. Græv.

Longŭle, Adv. dimin. a Longe. Plaut. Rud. 1. 5. 8.
Illico hinc imus haud longule ex hoc loco. Idem Men. prol. 64.
Nam rus ut ibat, forte & multum pluerat,
Ingressus fluvium rapidum ab urbe haud longule.
Dissita longule, Quibus opponuntur, Proxime assita. Apul. Flor. 1. pr. adde Ter. Heaut. 2. 2. 10.

Longiuscŭlus, a, um. [ὑπομακρότερος] aliud Adj. dimin. a comparativo Longius. Cic. pro Arch. 25. Quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis.

Longiuscŭle, Adv. Sidon. 8. Epist. 11.

Longĭtūdo, inis. f. [μῆκος, μακρότης] denom. notam habet significationem. Plin. lib. 11. cap. 25. Intelligi autem gracilitate & longitudine. Itineris longitudo. Cic. 9. Philipp. 2. Non longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingravescens retardavit.
Orationis longitudo. Cic. Partit. 59.
Longitudo, de tempore. Ter. Heaut. 5. 2. 10.
Ubi te vidi animo esse omisso, & suavia in præsentia
Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem,
Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut hæc posses perdere.
At Cic. dicit potius Longinquitas. H. St.
Diei longitudo. Cic. 3. de Legib. 30.
Noctis longitudo. Cic. 7. Verr. 26. Ita diei brevitas, conviviis: noctis longitudo stupris & flagitiis conterebatur.
Immodica longitudo. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Nimia longitudo. Jul. Cap. in fine vitæ Pertinacis. Quam (epistolam) ego inseri ob nimiam longitudinem nolui. Sed idem dicit Longitudinem, non addens Nimiam initio vitæ Gordianorum, Sed ne ego, qui longitudinem librorum fugi, &c. H. St.
Loci longitudo apud Geographos est Distantia graduum in Æquatore a primo meridiano, unde apparet, an locus sit, altero orientalior, vel occidentalior.

Longitia, æ. f. Idem. Innocent. de Casis liter. p. 230. Edit. Goes. Sub se in campo limes excorrit extremus in longitia alienum est &c. [Nisi hic In lungitia, est ἐν τῇ ἐσχατιᾷ. i. e. In ultimo angulo, seu confinio.

Longĭter, pro Longe, Adv. antiq. Lucil.
Non (ut opinor) id a lecto jam longiter acti. Ex Nonio 11.49.
Usus est & Lucretius lib. 5. 133. & 3. 682.

Longinquus, a, um. Adj. [πόῤῥιος] Remotum, distans.
Arva longinqua. Hor. 1. Epist. 8. 6.
Bella longinqua, opponit Finitimis Justin. 1. 1. Sed longinqua, non finitima bella gerebant.
Montes longinquos respicit. i. e. Remotos. Plin. 2. Epist. 17.
Orbis longinquus. Ovid. 3. Trist. 1. 26.
Longinquo referam lassus ab orbe pedem.
Spes non longinqua. Stat. 2. Silv. 1. 52.
Vetustas longinqua. Virg. 3. Æn. 415.
Ex longinquo veniens. Plin. lib. 10. cap. 42. Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit: sed expressior loquacitas certo generi picarum est.
E longinquo multa annuntiare. Plin. lib. 7. cap. 52. Reperimus inter exempla, Hermotimi Clazomenii animam relicto corpore errare solitam, vagamque e longinquo multa anuntiare, quæ nisi a præsenti nosci non possent.
Longinquum amanti istuc: h. e. Diu nimis exspectandum, Plaut. Merc. 5. 2. 55. Conf. Longum est in Longus.
Loqui longinquum, h. e. Diutius. Plaut. Merc. 3. 4. 23.
In longinquo absens. Paulus in l. Quum servus. in principio. D. de leg. 1. *En lointain pays.*
Longinqui, Qui longe absunt. Cic. 15. Fam. 17. Non dubito quin præsentes censeant: nos quidem longinqui, & a te ipso missi in ultimas gentes.
Longinquus, Diuturnus. Cic. de Senect. 85. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum: non quod æquo animo ferrem, sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore.
Ævum longinquum. Lucret. lib. 2. 68.
Bellis longinquis obruti. Plin. lib. 7. cap. 54. Catul. Argon. 62. 345.
Morbus longinquus. Liv. 1. 31. Donec ipse quoque longinquo morbo est implicitus.
Oppugnatio longinqua. Cæs. 3. Bell. Civil. 80.
Longinquus, Longus. Fornax longinqua, pro Longa. Plin. lib. 9. cap. 38. Ac modico vapore torreri, & ideo longinquæ fornacis cuniculo.
Itinera longinqua acturi Sarmatæ, &c. Plin. lib. 8. cap. 42.
Linea longinqua, pro Longa. Plin. lib. 9. cap. 17. Longinqua linea per os ad branchias religata
Sermo longinquus: cui Brevis opponitur. Plaut. Milit. 4. 2. 29.
Vita longinqua. Plaut. Milit. 3. 1. 133.

Longinque, Adv. pro Longe. Accius Andromache, apud Non. 11. 49. Hæc malos annos multosque longinque a domo bellum gerentes, &c.
Compar. Gell. 1. 22. Superfit dixit, pro longinquius diutiusque adsit.

Longinquĭtas, ātis. f. Ipsa distantia locorum. Cic. 2. Fam. 8. Propter longinquitatem & propter latrocinia tardissime omnia perferuntur.
Locorum nimia longinquitate commoveri. Cic. pro Lege Manil. 23.
De tempore, ut Navigandi longinquitas. Plin. lib. 31. cap. 6.
Ætatis longinquitas. Ter. Hec. 4. 2. 20. h. e. Diuturnitas.
Temporis longinquitas. Cæs. 1. Bell. Civil. 29. Cic. 2. de Fin. 188. Qui autem voluptate vitam effici beatam potabit, qui sibi is convenlet, si negabit voluptatem crescere longinquitate? Idem 5. Tusc. 117.
Pro Longitudine posuit Gell. 1. 1. Quanta longinquitas corporis ei mensuræ conveniret.

Longinquo, āre. Claud. Mamert. 1. 1. Deum a se longinquare. Adde Tertull. de Pudicit. cap. 8.

Longisco, [μακρύνομαι] ĕre. Longum fieri, vel Frangere. Ennius. lib. 17.
— neque corpora firma
Longiscunt quicquam. Idem,
Cum sola est eadem faciunt longiscere longe. Nonius, 2. 506.

Longo, āre. Longum facere. Fortunat.
Tempore longatur, sed variatur amor.

Longævus, a, um. Adj. [μακραίων, δηναιὸς, μακρόβιος] Quod est longi ævi. De hujus vocis significatione disputatio est apud Gell. 2. 16. Virg. 6. Æn. 764.
Quem tibi longævo serum Lavinia conjunx
Educet silvis.
Caput longævum. Propert. lib. 4. 1. 52.
Capilli longævi. Martial. lib. 14. 27.
Si mutare paras longævos, cana, capillos:
Accipe Mattiacas, (quo tibi calva?) pilas.
Nutrix longæva. Ovid. 1. Epist. 103.
Parens longævus. Virg. 3. Æn. 169.
Senecta longæva. Propert. lib. 2. 13. 47.
Senes longævi. Virg. 5. Æn. 715.
Vetustas longæva. Martial. lib. 1. 5.

Longævĭtas, ātis. f. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 5. Nam non minus edacitatis habent, quam de longævitate eorum opinio fabulatur. De corvis & cornicibus loquitur.

Longănĭmus, a, um. Adj. [μακρόθυμος Gl. L. Gr.] Tardus ad iram, remissior in ulciscendo. Vox frequens apud Theologos. V. Isidor. ro. lit. L.

Longanimĭtas, ātis. f. [μακροθυμία] Passim apud eosdem. V. Vulg. Interp. Gal. 5. 22. & 2. Rom. 4.

Longanimĭter, Adv. [μακροθύμως] Vulg. Interp. Hebr. 6. 15. Fulgent. Epist. ad Venant. Pressuras longanimiter tolerare.

Longĭpes, ĕdis. [μακρόπους] Plin. lib. 30. cap. 4. Buprestis animal est rarum in Italia, simillimum scarabeo longipedi. i. e. Longos pedes habenti.

Longitrorsus, Adv. Festus, Longitrorsus sic dicitur, sicut Dextrorsus, Sinistrorsus.

Longŭrio, ōnis. m. [ἐπιμήκης] i. e. Longus. Varro Triphalo, apud Non. 2. 484. Ego nihil narro, adeo hic ita curat qui ante me est nescio qui longurio. Antiquum.

Longŭrius, i. m. [κάμαξ] Pertica longior, quæ sepibus hortorum vel etiam bellicis trajici solebat ad eas confirmandas. Varro de R. R. lib. 2. cap. 7. Itaque in stabulis ab humore prohibere oportet humum, clausa habere ostia ac fenestras, & inter singulas a præsepibus interjicere longurios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. Cæs. 7. Bell. Gall. 84. A castris longurios, musculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis causa paraverat, profert. Ibid. 4. cap. 17. Hæc directa materia injecta contexebantur, ac longuriis, cratibusque consternebantur.

L O P

Lŏpas, ădis. f. [λεπὰς] Genus conchæ marinæ. Plaut. Rud. 2. 1. 8. Echinos, lopadas, ostreas, balanos captamus, conchas. Al. Lepadas. Hinc

Lŏpădūsa, æ. f. [Λεπάδουσα] Africæ opposita e regione Thapsi oppidi insula. Meminit Plin. 5. 7. Strab. lib. 17. a Patellis ostreorum genere dicta, quasi Patellaria. Sunt qui Lepadusa scribunt.

L O Q

Lŏquor, [λαλέω, αὐδάω, μυθέω, φθέγγομαι] lŏqui. dep. Varr. lib. 5. de L. L. 7. Loqui ab loco dictum: quod qui primo dicitur fari, & vocabula, & reliqua verba dicit, ante quam suo quidque loco (ea) dicere potest. Et paulo post, Igitur is loquitur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit.
Loqui & Dicere aliquando synonyma. Cic. 9. Fam. 22. Quum loquimur terni, nihil flagitii dicimus. Plaut. Men. 2. 2. 47.
Tibi & parasito & mulieri? M. quas mulieres,
Quos tu parasitos loquere?
Accuratius loqui. Quintil. lib. 3. cap. 2.

Loqui ad voluntatem, Dicere quod placeat alteri. Cic. in Parad. 5. segm. 2. extr. Loquitur ad voluntatem: quicquid denuntiatum sit, facit: adsentator, assidet, muneratur. Idem de Amicit. 91. Quamvis multis nominibus est hoc vitium notandum levium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem.
Loqui ad voluptatem: h. e. Voluptatem suo sermone audientibus afferre. Cic. pro Quint. 93. Fatetur se non belle dicere, non ad voluptatem loqui posse. Legitur in emendatis codicibus, Voluntatem.
Immo Voluptatem puto melius, ut [illegible]. H. St. cum Stephano facit Lambinus, repugnante Passeratio. V. not. ad loc.
Aperte rem ipsam loqui. Ter. And. 1. 2. 31.
Ita aperte ipsam rem modo loquutus, nihil circuitione usus es.
Aliquid loqui inter se. Cic. 3. de Fin. 9. Sæpiusque ista loquemur inter nos, agemusque communiter.
Apud aliquem loqui turpiter. Cic. 2. de Fin. 74. Mene ergo & Triarium dignos existimas, apud quos turpiter loquare?
Asperrime loqui de aliquo. Cic. 2. Att. 22. Sed postea tamen ille non destitit de nobis asperrime loqui.
Audita sit mihi fas loqui. Virg 6. Æn. 266.
Cetera mitte loqui. Hor. Epod. 13. 10.
Citra reprehensionem loqui. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Commode loqui. V. COMMODUS.
Commodum loqui. Plaut. Trinum. 5. 2. 12. V. ORDIOR.
Comprehense loqui. V. COMPREHENDO.
Confidenter loqui. Plaut. Amph. 2. 2. 206.
Mulier es, audacter juras. A. quæ non deliquit, decet
Audacem esse, & confidenter pro se, & proterve loqui.
Confuse loqui. V. CONFUNDO.
Convenienter loqui. V. CONVENIO.
Cum aliquo loqui de re aliqua. Cic. 1. Fam. 2. Ita sum cum illo locutus, ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere.
Cum aliquo loqui vehementer. Cic. 8. Fam. 11. Cum Curione vehementer loquutus est. conf. infra Secum loqui.
Cum gravitate loqui. Cic. 9. Att. 11. Illud me præclare admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, & ut cum gravitate potius loquar.
Loqui de. Cic. 10. Att. 4. De ea re nos inter nos locutos. Idem de Amicit. 17. Nulla videbatur aptior persona quæ de illa ætate loqueretur, quam ejus qui, &c.
De magnis rebus loqui. Lucret. lib. 4. 1012.
Deliramenta loqui. Plaut. Amph. 2. 2. 64.
Dulce loqui. Hor. 1. Epist. 7. 27.
Efficaciter minus loqui. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Emendate loqui. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Ex navibus loqui. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 15. Loquuntur ambo ex navibus cum M. Acilio & Statio Murco legatis.
Facta, infecta loqui. Stat. 3 Theb. 430.
Falsa loqui Ovid. 14. Epist. 45.
Familiariter loqui cum aliquo. Plaut. Aulul. 2. 1. 15.
Ficta loqui. Ovid. 1. Met. 771.
Fronte porrectiore loqui. h. e. Audacter. Plaut. Casin. 2. 4. 3.
Furtim loqui aliquid. Ovid. 17. Epist. 261.
Haud ignota loquor. Virg. 2. Æn. 91.
Impensius loqui. Senec de Benefic. lib. 2. cap. 24.
Impune loqui. V. in dictione Additum, in ADDO.
In eandem sententiam, vel rationem, loqui: h. e. Tantundem dicere. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 1. In eandem sententiam loquitur Scipio, Pompeio esse in animo Reip. non deesse, si Senatus sequatur. Cic. 3. Verr. 28. Hæc quum omnes sentirent, & quum in eam rationem, pro suo quisque sensu, ac dolore, loqueretur, &c.
Inconstanter loqui. V. INCONSTANS.
Inductum & quasi devium loqui. V. INDUCO.
Inter se loqui. Cic. 5. Att. 1. Ex quo ego veni ad ea quæ fueramus ego & tu inter nos de sorore in Tusculano locuti. V. INTER.
Lapides loqueris, Duro sermone uteris. Plaut. Aulul. 2. 1. 30.
Latine loqui. Cic. 5. Verr. 164. Latine me scitote, non accusatorie loqui. V. LATINUS.
Latine, & Grammatice loqui, differunt. Quintil. lib. 1. cap. 6. Mihi non invenuste dici videtur, aliud esse Latine, aliud Grammatice loqui.
Laute loqui. Plaut. Mil. 4. 2. 11. Quia enim loquitur laute, & minime sordida.
Lepide loqui. Plaut. Milit. 3. 1. 21.
Quis homo sit magis meus, quam tu es? PL. loquere lepide & commode.
Libere loqui. V. LIBER.
Lingua loqui. Plaut. Truc. 2. 1. 26.
— male corde consultare,
Bene loqui lingua.
Longinquum loqui. V. LONGUS.
Magnifice loqui. V. MAGNUS.
Magnifice magna loqui. Tibul. lib. 2. 6. 11.
Magnum loqui, nitique cothurno. Hor. de Arte Poet. 280.
Male loqui absenti: i. e. Detrahere absenti. Ter. Phorm. 2. 3. 25.
Pergin' hero absenti male loqui, impurissime? V. MALUS.
Male loqui mandata. I. e. Partes in scena agere. Horat. de Arte Poet. 104.
Mature loqui & graviter. Plin. 4. Epist. 2. pr. Commendabat actionem, quod tanquam homo Romanus, & bonus civis, in negotio suo, mature & graviter loquebatur.
Mente simulata loqui. Virg. 4. Æn. 105.
Mirabiliter de te loquuntur & sentiunt. Cic. 4. Fam. 13.
Mollius de peccato suo loqui. Quinctil. lib. 4. cap. 2. Servi nostri de peccatis suis mollius loquuntur.
Monstra ac portenta loqui. Lucret. 4. 594.
Non est quod multa loquamur. Hor. 2 Epist. 1. 30.
Nec recte loqui, est Maledicere. Plaut. Bacch. 4. 4. 81.
Chrysalus mihi usque quaque loquitur, nec recte, pater. Sic, Nec recte dicere, usurpatur in Asinaria. (1. 3. 3.) Turnebus. Subscribit Taubm.
Nomen tuum loquere mihi. h. e. Dic, effer. Plaut. Men. 5. 9. 7.
Optata loqui. V. OPTO.
Ore rotundo loqui, Polite, perfecteque. Hor. de Arte Poet. 324.

Omnes simul uno ore loquuntur. Ovid. 12. Met. 241.
Ore duarum & viginti gentium loqui. Auctor de Viris illust. cap. 76. pr. Mithridates rex Ponti, oriundus a septem Persis, magna vi animi & corporis, ut sexjuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur.
Ore muto nititur loqui. Ovid. 2. Fast. 614.
Otiose loqui. V. OTIUM.
Paucula loqui. Ter. Haut. 4. 6. 24.
Quod imperabit facito: loquitor paucula.
Plane & diserte loqui. Plaut. Amph. 2. 1. 31.
Satin' hoc plane? Satin' diserte here nunc videor tibi loquutus Esse?
Prælia loqui. 4 Carm. 15. 1.
Pro aliquo loqui. Cic. 8. Fam. 6. Pro Cæsare loqui cœpit.
Pro re pauca loquar. Virg. 4. Æn. 337.
Rem aliquam loqui, pro De aliqua re. Senec. Epist. 91. Virg. 6. Ecl. 74.
Quid loquar? aut Scyllam Nisi, &c. At apud Martial. lib. 5. 42.
Theatra loqueris, & gradus, & adicta, &c. i. e. Jactas.
Secreto loqui cum aliquo. Horat. 1. Serm 9. 67
Secum loqui. Plaut. Mostel. 2. 2. 80 Quid tute tecum loquere? Cic. pro Quint. 53. Ne hæc quidem tecum loquutus es. V. supra Cum aliquo loqui.
Securius inter cœnam loqui de aliquo. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Submissa loqui. Quintil lib. 6. cap. 5.
Superba loqui. Propert. lib. 1. 10. 22.
Verba fortia loqui. Ovid. ad Liv 10.
Verba loquor socianda chordis. Hor. 4. Carm. 9. 4.
Vitiose loqui. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Voce supplice loqui. Ovid. 4. de Pont. 6. 10.
Orsa loqui vates. Virg. 6. Æn. 125.
Scientia loquendi, Usus loquendi, Vide LOQUENDI. H. St.
Loqui & Dicere. Cic. in Brut. Scipio collega meus mihi sane bene & loqui videtur & dicere. Hic docet Loqui & Dicere non idem esse. Nam disputandi ratio & loquendi, Dialecticorum est: Oratorum autem, dicendi & ornandi, ut ait Cic. in Orat. de Rhetorica & Dialectica verba faciens: Ut hoc videlicet differant inter se, quod hæc ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Sensus est: Ratio dicendi. quæ Rhetorica est, late copioseque disserit: ratio vero loquendi seu disputandi, breviter contracteque rem agit. hæc autem est Dialectica. Verba ejus sunt, 113. Aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere: attamen utrumque in disserendo est. Disputandi ratio & loquendi Dialecticorum sit, Oratorum autem dicendi & ornandi. Sensus est: Loqui est, quomodocunque verba facere: Dicere vero, polite & ornate. Sed tamen utrumque, sive quis oratione utatur, sive disputatione, sive loquatur, sive dicat, in disserendo versatur. Est enim Disserere verbum commune, tam ad Rhetores quam ad Dialecticos pertinens. Nam Dialectica, Ratio disserendi Latine vocatur: & qui dicendo valent, Diserti appellantur.
Loquier, pro Loqui. Cic. 12. Att. 32. pr. Publia ad me scripsit, matrem suam cum Publilio loquier, ad me cum illo venturam, & se una si ego paterer. Vetustus codex habet Loqueretur. Al. Cum Publilio loqui retur. V. not.
Loquuntur hoc palam. Cic. 5. Verr. 113. Hoc quum palam decumani tota provincia loquerentur, &c.
Loquuntur vulgo, suppositum, &c. h. e. Vulgo circumfertur. Cic. 7. Verr. 74. Quum vulgo loquerentur, suppositum in ejus locum quem pro illo probare velles, &c.
Loquuntur annales, Loquuntur historiæ. h. e. Referunt, commemorant. Cic. pro Domo, 86. Ut annales populi Rom. & monimenta vetustatis loquuntur. Idem 4. Acad 5. Ego autem quum Græcas litteras M. Catonem in senectute didicisse acceperim: P. autem Africani historiæ loquuntur in legatione illa nobili, &c.
Loquitur res ipsa: Apertissima est, & sermone non eget. Cic. 3. Att. 1. extr. Pluribus verbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur.
Conclusio ipsa loquitur nihil percipi posse. Cic. 4. Acad. 67.
Loquitur fama, Celebrat. Martial. lib. 1. 1.
Digiti cum voce locuti. Tibul. 3. 4. 41.
Hæc quidem mere scelera loquuntur. Cic. 9. Att. 14. conf. Rem loqui.
Loquendi, loquendo, loquendum. [[illegible]] ut,
Complexus, seriesque loquendi. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Finem dedit ore loquendi. Virg. 6. Æn. 76.
Forma loquendi. Quintil. lib. 1. cap 6.
Lex, & observatio loquendi. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Ratio loquendi Quintil. lib. 4. cap. 2.
Scientia, V. Usus, paulo post.
Studium immane loquendi. Ovid. 5. Met. 678.
Vices loquendi. Ovid. 2. de Pont. 10 35.
Vires loquendi habere. Ovid. 2. Fast. 797.
Usus. Cic. in Orat. Usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. H. St. Exstant 160. segm.
Valet loquendo. Ovid. 13. Met. 12.
Consumere tempora loquendo. Ovid. 5. Trist. 13. 27.
LOQUENDUS, Partic. [[illegible]] Martial. lib. 5. 26.
Quem chartis famæque damus populisque loquendum.
LOQUENS, entis. Partic. [[illegible]] Cic. 3. de Legib. 2. Vereque dici potest, magistratum, legem esse loquentem: legem autem, mutum magistratum. Plaut. Rud. 4. 4. 70.
Eo tacent, quod tacita bona est mulier semper, quam loquens.
Omnia magna loquens. Hor. 1. Serm. 3. 13.
Perpauca loquens. Hor. 1. Serm. 4. 18.
Di bene fecerunt, inopis me, quodque pusilli
Finxerunt animi, raro & perpauca loquentis.
Verba violenta loquens. Ovid. 3. Met. 717.
Voce furtiva loquens. Catul. ad Januam 65. 41.
Inducere aliquem loquentem. V. INDUCO.
Chordæ loquentes. Lucret. lib. 4. 978.
Lex loquens. Cic. 3. de Legib. 2.
Supercilio pene loquente signa dare. Ovid. 17. Epist. 82.
Verba superciliis sine voce loquentia dicam. Ovid. 1. Amor. 4. 19.

LOQUENTIA, æ. f. [λαλία] In compositione duntaxat usurpatur, ut Breviloquentia, Multiloquentia, Blandiloquentia, & si qua alia sunt hujusmodi. Quamvis Valerius Probus Grammaticus illustris illud Salustianum Catil cap. 5. sic legendum, & sic ab eo relictum affirmare solitus sit, Satis loquentiæ, sapientiæ parum. quod loquentia novatori verborum Salustio maxime congrueret, eloquentia cum insipientia, minime conveniret. Hæc Perottus ex Gell. lib. 1. cap. 15. [Quam lectionem & Cortius secutus est, repugnantibus licet codd. præter unum, omnibus. Ego vero nunquam mihi persuadere potui Sallustium sic reliquisse, quia, cum Loquentia sine dubio in vitio ponatur, destruitur antithesis in propositione adversativa, nisi Eloquentiæ legeris; ita ut ex duobus bonis alterum quidem largiatur scriptor Catilinæ, alterum non item. Accedit hoc, quod ipsemet Sallustius Catilinæ testimonium eloquentiæ tribuit, dum plane disertum facit in orationibus, quas ei attribuit. Fuit hæc quoque industriæ laus in Adumbratis illis virtutum signis, quæ in hoc monstro agnoscit Cic in oratione pro M. Cœlio 12. Denique boni potius, quam vitii mentionem ipsa particula Satis omnino flagitat. Sic de Sempronia cap 25 pr. Genere atque forma, viro, liberis, satis fortunata. Plura exempla V. apud ipsum Stephanum & Tursellinum in hac Particula.

Aliud est eloquentia, aliud loquentia. Plin. 5. Epist. 20. Itaque Julius Candidus non invenuste solet dicere, aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam. Et paulo post. Hæc vero quam Candidus loquentiam appellat, multis atque etiam impudentissimo cuique maxime contingit.

LOCŪTUS, sive LOQUŪTUS, a, um. Partic. [φθεγξάμενος] ut, Dicenda, tacenda locutus. Hor. 1. Epist. 7. 72.
Mirifice sperabat se esse locutum. Catull. de Arrio, 82. 3.
Lingua titubante furtim locutus. Ovid. 3. Trist. 5. 21.
Ore sic locuta est. Virg. 1. Æn. 618.
Ore blando locutus. Valer. 8. Argon. 36.
Voce demissa locuta est. Virg. 3. Æn. 320.
Voce tristi locutus. Ovid. 7. Met. 517.

LOCŪTIO, sive LOQUUTIO, ōnis. f. [φράσις] Sermo, sive verbum. Cic. 1. Offic. 146. Ex mæstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione. Idem de Clar. Orat. 258. Solum quidem, inquit ille, & quasi fundamentum oratoris vides locutionem emendatam & Latinam. Quintil. lib. 1. cap. 10. Quid enim tam necessarium, quam certa locutio?
Procax locutio. Catul in Epithal. Jul. 59. 127.
Recta locutio. Quintil. lib. 1. cap. 6.

LOCUTOS, ūs. m. Apul. 2. Florid. sub fin. p. 350. Elmenh. Passis versibus, soluto locutu, libera oratione.

LOCŪTOR, sive LOQUŪTOR, ōris. m. [λάλος] Qui nimium loquitur. Gell. lib. 1. cap. 15. Qui sunt leves & futiles & importuni loquutores.

LOCŪTŪLEIUS, a, um. Alcimus 5. 148.
Sueta locutuleis fundet succumbere ranis. &

LOCUTULEIUS, i. m. [ἀθυρόγλωσσος] Linguax, lingua prodigus & infrenis. Gell. lib. 1. cap. 15. Neque minus insigniter veteres quoque nostri hoc genus homines in verba provectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

LOCŪTIUS, i. m. Deus apud Romanos. V. AIUS.

LOQUAX, ācis. Adj. [λάλος, σπερμολόγος] loquacior, loquacissimus. Verbosus, garrulus. Cic. in Parad. 5. segm. 3. Adolescentibus paulo loquacioribus est serviendum.
Loquax & Mutus, contraria. Cic. 2. de Orat. 160. Istam autem totam dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium est, in judicandis nimium loquax. De Dialectica.
Nuto, manibusque loquax. Claud. Cons. Mall. Theod. 313.
Avis loquax. Ovid. 3. Trist. 12. 8.
Epistula loquax, Verbosior & longior. Cic. 4. Att. 19.
Fama loquax. Ovid. 9. Met. 157.
Lymphæ loquaces. Hor. 3. Carm. 13. 15.
Nutus loquaces. Tibul. lib. 1. 2. 21.
Oculi loquaces. Tibul. lib. 2. 6. 43.
Ranæ loquaces. Virg. 3. Georg 431.
Senectus loquax. Cic. de Senect. 55.
Vultus loquax. Ovid. 1. Amor. 4. 17.

LOQUĀCŪLUS, a, um. Adj. [λαλίσκος] Lucret. lib. 4. 1158.
At flagrans odiosa, loquacula, Lampadion fit.

LOQUĀCITAS, ātis. f. [λαλιά, πολυλογία] Stulta & inanis copia loquendi. Cic. 7. Att. 13. Loquacitati ignosces, quæ & me levat ad te quidem scribentem, & elicit tuas litteras. Idem 1. de Orat. 105. Gerendus est tibi mos adolescentibus, Crasse: qui non Græci alicujus quotidianam loquacitatem sine usu, neque ex scholis cantilenam requirunt; sed &c.
Conterere loquacitatem vultu. V. CONTERERE.
Inhibere loquacitatem immodicam. Plin. lib. 28. cap. 8.
Pro Facundia posuit Sidon. Carm. 14.
Ejs Calliope, nitente palma,
Da sacri laticis loquacitatem,
Quem fodit pede Pegasus volanti.

LOQUACĪTER, Adv. [πολυλόγως] Cic. pro Muren. 26. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebatur, non habebat.
Scribetur tibi forma loquaciter. Hor. 1. Epist. 16. 4.

LOQUACĪTO, āre. Garrire. apud Hieron.

LOQUĒLA, æ. f. [λόγος, λαλιά] Cic. 4. de Fin. 68. Ex ea difficultate illæ fallacis loquelæ, ut ait Accius, malitiæ natæ sunt. Sic Aldus edidit, sic & MSS. Pall. Quædam exemplaria legunt. Fallaciloquæ, quod Lambinus arripuit. Nonius 2. 354. Fallaciloquentiæ, quem Victorius sequitur.
Blanda atque infracta nutricis loquela. Lucret. lib. 5. 231.
Commodare loquelam. V. COMMODO.
Fundere suaves ex ore loquelas. Lucret. lib. 1. 40.
Gaudet Venus verbosa loquela. Catul. in Camerium, 53. 30.

LOQUELĀRIS, e. Adj. Isidor. 1. 12. Præpositiones loquelares dicuntur, quia loquelis, id est verbis semper cohærent, nec aliquid valent solæ positæ.

LOQUĪTOR, [λαλέω] āri. frequent. deponens. Plaut. Bacch. 4. 7. 5.
Ehu tu, loquitatusne es gnato meo male
Per sermonem, quia mihi id aurum reddidit? Apul. In Florid. lib. 2. p. 352. Elmenh. Hoc erat primum sapientiæ rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere.

L O R

LŌRA, vel LŌRA, æ. f. Uter est. Ausonius Perioch. 8. Odyss. Socii que ejus opes aliquas in lora inesse existimantes. De Sociis Ulixis. Quo verbo quidam offensi, In scorto, subjiciunt: sed hanc dictionem retinendam esse Turnebus probat, 10. 21.

LŌRA, æ. f. [δευτερίας οἶνος] quid significet, declarat Varro de R. R. lib. 1. cap. 54. Quum desiit sub prelo fluere, quidam circumcidunt extrema, & rursus premunt: & rursus, quum expressum, circumcisum appellant: ac seorsum, quod expressum est, servant: quod resipit ferrum, expressi acinorum folliculi in dolia conjiciuntur, eoque aqua additur: ea vocatur lora, quod lota acina, ac pro vino operariis datur hieme. Columel. lib. 12. cap. 40. Plin. lib. 14. cap. 10. Non possunt jure dici vina, quæ Græci deuterias appellant, Cato & nos Loram, maceratis aqua vinaceis. Sed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera: decima parte aquæ addita quæ musti expressa sit, & illa nocte & die madefactis vinaceis, rursusque prelo subjectis. Alterum quomodo Græci factitavere, tertia parte ejus quod expressum sit addita aquæ, expressoque decocto ad tertias partes. Tertium est fæcibus vini expressum: quod fæcatum Cato appellat. Nulli ex his plus quam anno usus.
Lorea a Catone vocatur, lib. de R. R. cap. 25. Indidem si voles, lavito paululum, & lorea erit familiæ, quod bibat.

LORAMENTUM, LORARIUS, LOREUS. V. LORUM.

LORĪCA, æ. f. [θώραξ] a Loro; dicitur Munimentum corporis, quale in imperatorum antiquissimis statuis videmus. In universum dicitur Cujuscunque rei tutela, & protectio, & munimentum, ut ait Budæus. Liv. 5. 38. extr. Multosque imperitos nandi, aut invalidos, graves loricis, aliisque tegminibus, hausere gurgites. Cic. pro Muren. 52. Descendi in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum, & cum illa lata insignique lorica, non quæ me tegeret; etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput & collum solere petere. Ovid. 3. Met. 63.
Loricæque modo squamis defensus, & atræ
Duritia pellis, validos cute reppulit ictus.
Æneæ loricæ & galeæ. Cic. 6. Verr. 97.
Conserta hamis lorica. Virg. 3. Æn. 467.
Linteæ loricæ. Suet. Galb. cap. 19. V. ibi Torrent. & Casaub.
Rigens ex ære lorica. Virg. 8. Æn. 621.
Triplex auro lorica. Virg. 5. Æn. 259.
Ambulare cum lorica. Cic. pro Flacc. 41.
Cælare loricas opere Corinthio. V. OPUS.
Circumdare. Virg. 12. Æn. 88.
— auro squalentem, alboque orichalco
Circumdat humeris loricam.
Lorica, Pars est murorum & structurarum. Vitruv. lib. 2. cap. 8. de latericiis parietibus. Quum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut ventis dejectæ, qua possit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica testacea lædi laterem, sed projectura coronarum rejiciet extra perpendiculum stillas. Loricam appellat Coronarum projecturam, quæ fit in parietibus ejuscemodi. Curt. lib. 9. cap. 4. extr. Angusta muri corona erat non pinnæ, sicut alibi, fastigium ejus distinxerant: sed perpetua lorica obducta transitum sepserat. Itaque Rex hærebat magis, quam stabat in margine, clypeo undique incidentia tela propulsans. Loricam appellat Structuram fastigiatam, quæ aquam pluviam utrinque dispellit extra perpendiculum veluti suggrundulis prominentibus. Capistratæ hujuscemodi structuræ a structoribus nostris appellantur.
In pavimentis etiam ruderatis Lorica appellatur Corium e marmore tuso cum calce & arena Vitruv. lib. 7 cap. 1. Itaque si necessitas coegerit, ut minime vitiosa fiant, sic erit faciendum. Quum coaxatum fuerit, insuper altera coaxatio transversa sternatur: clavisque fixa, duplicem præbeat contignationi loricationem. Deinde ruderi novo tertia pars testæ tusæ admisceatur. Varr. 1. de R. R. cap. 57. Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi. Budæus. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 39. Turres contabulantur: pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur. V. seq. dict.

LORĪCŬLA, æ. f. dimin.
Lorica, sive Loricula in re militari significat Munimentum, quod obsessores urbium construunt. Nam ultra jactum teli fossam faciunt: eamque vallo, sudibus, & turriculis instruunt: ut erumpentibus e civitate possint obsistere: quod opus Loriculam vocant. Auctor Vegetius de Re Mil. lib. 4. cap. 28. ubi tamen membranæ, Loricam præferunt. Cæs. 8. Bell. Gall. 9. Hæc imperat vallo XII pedum muniri, coronisque pro hac ratione ejus altitudinis inædificari, fossam duplicem, pedum quinûm denûm lateribus directis deprimi, turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum, pontibus trajectis, constratisque conjungi, quorum frontes viminea loricula munirentur, ut hostis a duplici propugnatorum ordine depelleretur.

LORĪCO, [θωρακίζω] āre. Lorica induere. Plin. lib. 8. cap. 24. de ichneumone, Mergit se limo sæpius, siccatque sole. Mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricavit, in dimicationem pergit.
Parietes loricare, i. e. Calce obducere. Varr. R. R. 1. 24.

LORĪCĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. ut, Loricata statua. [τεθωρακισμένος ἀνδριάς] Liv. 23. 19. Statua ejus indicio fuit Præneste in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite, &c.
Milites loricati. Liv. 35. 48. pr. de copiis Antiochi: Partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim sagittis ex equo utentes, &c.

LORICATIO, ōnis. f. Actus, quo lorica seu incrustatio ædificio inducitur. Vitruv. 7. 1. Coaxatio clavis fixa præbeat contignationi loricationem.

LORICARIUS, i. m. Gloss. Gr. Lat. θωρακοποιός, loricarius.

LORICĬFER, ĕra, ĕrum. Eadem Gloss. θωρακοφόρος, loricifer.

LORIPES, V. LORUM.

LŌRUM, i. n. [ἱμάς, ἡνία, ῥυτήρ] Græca dictio, λῶρον, Latine Corrigia dicitur.
Lora, Retinacula jumentorum, & habenæ. ut,
Abrupta lora. Ovid. 2. Met. 315.
Colla jugo eruptunt, abruptaque lora relinquunt. al. Excutiunt.
Fluitantia lora. Ovid. 2. de Arte Am. 433. Laxæ & solutæ habenæ.
Rubra lora. Catull. ad Varum, 20. 7.
Undantia lora. Virg. 5. Æn. 146.
Nec sic immissis aurigæ undantia lora
Concussere jugis. h. e. Valde effusa & laxa.
Concute lora per admissas jubas. Ovid. 2. Amor. 16. 49.
Corripe lora manu. Ovid. 2. Met. 145.
Dant lora proni. Virg. 3. Georg. 107.
— illi instant verbere torto,
Et proni dant lora: volat vi fervidus axis.

Tenens

Tenens lora. Virg. 1. Æn. 481.
Fertur equis, curruque hæret resupinus inani
Lora tenens tamen.

Lorum, Quodcunque ligamentum dici potest. Gell. lib. 5. cap. 14. Postea, inquit, videbamus Androdum & leonem loro tenui revinctum. Cic de Arusp. Resp. 23. Puer ille patrimus & matrimus si terram non tenuit, aut thensam, aut lorum omisit.

Solutis ire loris, Liberum esse. Ovid. 1. de Arte Am. 42.
Dum licet, & loris passim potes ire solutis,
Elige, cui dicas, tu mihi sola places.

Lora, Corrigiæ, quis noxii cædebantur. Plaut. Epid. 5. 1. 6.
Periphanem emere lora vidi: aderat ibi una Apœcides. Ter. Adelph. 2. 1. 28.
Nam si molestus pergis esse, jam intro arripiere, atque ibi
Usque ad necem operiere loris. S. loris liber? M. sic erit. Ubi Donatus, Lora apud veteres Laura dicebantur, a lauro triumphorum, sub qua mos erat captivos vinciri, ducique per pompam. Ideo autem, ut conditionis reminiscantur, loris cæduntur mancipia.

Cædere loris. Cic. 8. Philip. 24. & 13. 26. V. CÆDO.

Variari loris. V. VARIUS.

Uri loris. Hor. 1. Epist. 16. 47.
Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat
Servus, habes pretium, loris non ureris, aio.

Sensit lora restrictis lacertis. Hor. 3. Carm. 5. 35.

Lora, dicuntur Corrigiæ quibus lecti & sellæ instruuntur, super quas tomenta vel culcitræ imponuntur. Martial. lib. 2. 57.
Recensque sella linteisque lorisque.

LŌRUS, i. m. Idem. Apul. 3. Met. p. 84. Et cum dicto lorum quempiam sinu suo depromit.

LŌREUS, a, um. Adj. [[illegible]] Plin. lib. 18. cap. 31. Antiqui funibus vittisque loreis ea detrahebant, & vectibus. Cato cap. 31. Loreus funis. Loreum latus. V. in LATUS.

LŌRĀRIUS, i. m. dicebatur Qui in scenicis fabulis parebat iis qui ludis erant præfecti, & vel vinciebat, vel cædebat quos jussus erat vincire vel cædere. Tortores quoque, Lorarios vocatos legimus. Gell. lib. 10. cap. 3. Itaque il sequebantur magistratus, tanquam in scenicis fabulis, qui dicebantur lorarii.

LŌRĀTUS, a, um. Adj. Virgil. in Moreto, v. 122.
Sub juga parentes cogit lorata juvencos. i. e. Loris vincta.

LŌRĀMENTUM, i. n. [[illegible]] Ligamentum. Justin. lib. 11. 7. Quum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, violentius oraculo rex usus, gladio loramenta cædit. De nodo Gordii loquitur.

LŌRIPES, ĕdis. [[illegible]] Qui pedem in modum lori tortum habet. Juven. 2. Sat. 23.
Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. Plaut. Pœnul. 3. 1. 7.
Nequicquam hos procos mihi elegi, loripedes, tardissimos.

Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, nec Strumosum, &c. Juven. 10. Sat. 308.

L O T

LOTIO, V. LAVO.

LŌTIUM, i. n. [[illegible]] a nomine Lotio, onis, dicitur; Urina: e diluendis corporibus sic dicta. Sueton. in Vespas. cap. 23. Reprehendenti filio Tito, quod & urinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares, sciscitans, num odore offenderetur? At illo negante, Atqui, inquit, e lotio est.

Lotium utique primam habere brevem docet Valla lib. 1. cap. 2. idque contra primitivi naturam. Videtur tamen Catullus produxisse in hoc scazonte ad Egnatium, 37. extr.
Hoc te amplius bibisse prædicet loti. Loti pro Lotii. Sic enim multi legendum putant, non Lotus. [Ego non dubito, quin semper primam longam habeat. Cui sententiæ etiam Borrichius astipulatur, quia fit a Supino Lotum.

Lotium difficilius transibit. Cato cap. 122.

Suillum lotium. Cato cap. 7.

LOTIOLENTUS, a, um. Adj. Idem quod Commictilis, apud Non. 2. 109.

LOTIOLENTE, Adv. dictum veluti Lutulente, a Lotio. Titinnius, Lotiolente flocci fiet, & circulator. Non. 2. 485. Antiquum.

LŌTŎMĒTRA, æ. f. [[illegible]] Genus panis. Plin. lib. 22. cap. 21. Est & lotometra quæ fit ex loto sata: ex cujus semine simili milio fiunt panes in Ægypto a pastoribus, maxime aqua vel lacte subacto.

LOTOS, V. LAVO.

LŌTOS, LŌTUS, & LŌTIS, Idis. f. [[illegible]] Proprium nomen nymphæ Neptuni filiæ, quæ Priapum a quo adamaretur fugiens, & deorum auxilium implorans, illorum miseratione in arborem sui nominis versa est. Ab hac

LŌTOS vel LŌTUS, i. f. [[illegible]] Arboris nomen, de qua Plin. lib. 13. cap. 17. Eadem Africa qua vergit ad nos, insignem arborem lotum gignit, quam vocant celtin: & ipsam Italiæ familiarem, sed terra mutatam. Præcipua est circa Syrtes atque Nasamonas. Magnitudo quæ piro: quanquam Nepos Cornelius brevem tradat. Incisuræ folio crebriores, alioquin ilicis viderentur. Differentiæ plures, eæque maxime fructibus fiunt. Magnitudo huic fabæ, color croci, sed ante maturitatem alius atque alius, sicut in uvis. Nascitur densus in ramis myrti modo, non ut in Italia cerasi. Tam dulcis ibi cibus, ut nomen etiam genti, terræque dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriæ. Ferunt ventris non sentire morbos, qui eum mandant. Melior sine interiore nucleo, qui in altero genere osseus videtur. Vinum quoque exprimitur huic simile mulso, quod ultra denos dies negat durare idem Nepos: baccasque contusas cum alica ad cibos doliis condi. Quin & exercitus pastos eo accepimus, ultro citroque commeantes per Africam. Ligno color niger. Ad tibiarum cantus expetitur. E radice cultellis capulos brevesque alios usus excogitant. Ovid. 10. Met. 96.
Amnicolæque simul salices, & aquatica Lotos.

Lotos etiam, Fructum loti arboris significat. Ovid. 4. de Pont. 10. 18.
Nec degustanti lotos amara fuit.

Lotos, Herba. Plin. lib. 13. cap. 17. Est autem eodem nomine & herba, & in Ægypto caulis in palustrium genere. Recedentibus enim aquis Nili riguis, provenit similis fabæ caule, foliisque densa congerie stipatis, brevioribus tantum, gracilioribusque: cui fructus in capite papaveri similis incisuris, omnique alio modo. Intus grana ceu milium. Incolæ capita in acervis putrefaciunt, mox separant lavando, & siccata tundunt, eoque pane utuntur. Mirum est quod præter hæc traditur, Sole occidente papavera ea comprimi, & integi foliis. Ad ortum autem aperiri donec maturescant, flosque qui est candidus, decidat.

Lotos pro Tibia ponitur. Festus. Lotos arboris genus, ex cujus materia frequenter tibiæ fiebant.

Adunca lotos. Ovid. 4. Fest. 190.
Terret, & horrendo lotos adunca sono.

Mygdonia lotos. Sil. 8. 505. V. ibi Heins.

LŌTŎPHĂGI, orum. m. [[illegible]] Populi Africæ Minoris. Plin. lib. 5. cap. 4. Lotophagorum oram citra Borion in intimo sinu Syrtis majoris statuit: Ptolemæus inter duas Syrtes Ortum versus, ad Cyniphem fluvium. Herodot. lib. 4. ad minorem Syrtim fere, & Gindanes illos, quorum uxores adeo se Venere jactant, locat. Horum nullus Melæ 1. 7. extr. convenit, trans Borion oram eorum statuenti. Strabo certe libro ultimo, ad minorem Syrtim & insulam ejus insignem, cui nomen est Meninx, Lotophagos habitasse, argumentum esse ait monimenta quædam, & Ulyssis aram, & loton arborem suavissimi fructus, a qua his nomen datum est, in ea copiosam. Quam Plinius quoque ab Eratosthene Lotophagiten dictam esse ait. Illius sententiæ suffragatur Silius illo versiculo lib. 3. 318.
Neritia Meninge satos. &c. Ubi de Cosspe Afro Neritiam insulam cognominet, ob Ulyssis in ea memoriam, qui Ithacam patriam habuit, in qua mons Neritos nemorosus & altus Homero ponitur libro Odysseæ nono v. 91. seq. Hospitales Lotophagos & appulsis mites fuisse constat, atque inde tanta eorum laus. Nam ut Strabo ex Eratosthene retulit, in his litoribus communis Barbarorum mos hospites pellendi. De his Sil. lib. 3. 310.
Spectari castris, quos succo nobilis arbor,
Et dulci pascit lotos nimis hospita bacca. Nimis hospitam dixit, quod vescentes, ejus dulcedine adeo capiuntur, ut terram suo nisi inviti deserant. Hinc illa Odysseæ lib. 9. Homeri de sociis Ulyssis fabula.

LOTURA, LOTUS, a, um. V. LAVO.

LOTUS, i. V. supra LOTOS.

LUXA, æ. f. [[illegible]] Ptolemæo lib. 2. cap. 3. Fluvius Britanniæ. Vulgo *Pyrth*.

L U

LV. Ludus, Ludos, Quinquaginta quinque. LVCAR. Lucaris. LVCR. Lucretia, Lucretius. LVD. APOLL. Ludi Apollinares. LVD. CIRC. Ludi Circenses. LVD. SAEC. Ludi seculares. LVD. VICT. Ludi victoriæ. LVG. P. S. Lugduni pecunia signata.

LUA, æ. f. Dea quædam apud veteres fuit, a luendo expiandoque nomen sortita, quæ præerat lustrationibus & lustris. Liv. lib. 8. 1. Armorum vis magna tum inter cæsa corpora hostium, tum in castris inventa est. Ea Luæ matri dare se Consul dixit. Annotavit Turnebus.

L U B

LŬBET, lubuit, [[illegible]] impers. per u scripsere veteres: quod tamen per i scribimus. Plaut. Pers. 3. 1. 48.
— at, meo si liceat modo,
Sapienter potius faciam, quam stulte. S. lubet.
V. Lubere per me tibi licere intelligo:
Verum lubere haud lubeat, si liceat mihi. Idem Amph. prol. 187.
Ita versipellem se facit, quando lubet. Ibid. 2. 1. 8.
Proinde, ut commodum est & lubet, quicque facias. Idem Asin. 4. 1. 36.
Deam invocet sibi, quam lubebit, propitiam. Idem Curcul. 1. 2. 39.
— quid est? ecquid lubet? L. S. lubet.
PA. Etiam mihi quoque stimulo fodere lubet te. V. LIBET.

LŬBENS, entis. Partic. [[illegible]] Plaut. Cistel. 1. 1. 83. ...
Lubentique edepol animo factum & fiet a me.

Lubente me facies. Plaut. Stich. 3. 2. 20.
Lubente, me hercle, facies. S. idem ego istuc scio. i. e. quod barbari dicunt, *Ego sum contentus ut facias.* Idem Truc. 2. 4. 10. Me lubente facies. Idem Amph. 2. 2. 218. Edepol me lubente facies. Idem Men. 2. 1. 47.
Cape atque serva: me lubente feceris.

Lubentes sunt malo muliebri. Plaut. Cistell. 4. 2. 13.
Non sum scitior, quæ hos rogem, aut quæ fatigem,
Qui semper malo muliebri sunt lubentes. i. e. Delectat eos malum inferre, sive nocere mulieribus. V. LIBENS in LIBET.

LUBENTER, LUBENTIA, LUBIDINITAS, LUBIDO, V. LIBET.

LŪBRĬCUS, a, um. Adj. [[illegible]] Valla, Lubricus locus est, in quo nequeas insistere, nec ingredi, quales sunt herbæ perfusæ sanguine, ut apud Virgilium de Niso, & Homerum de Ajace Oilei: aut aliter humectatæ: marmora lævigata, lapidesque vel humore conspersi, terra glaciata, aquæ gelatæ, pavimenta, ceteraque hujusmodi, lubrica dicuntur. Hactenus Valla lib. 4.

Semita lubrica canenti clivo. I. e. Glacie. Sil. lib. 3. 519.

Terra lubrica. Tibull. lib. 2. 3. 52.

Via lubrica tota. Propert. lib. 4. 4. 49.

Oculi dicti sunt lubrici eo modo quo a quibusdam pes lubricus pro eo quod est in lubrico: ita oculi quasi in lubrico positi sunt, ut vix queant consistere. Quale est quum dicimus, Spargo humum floribus, pro eo quod est, Spargo humi flores: & Sterno lectum pallio, pro eo quod est Sterno pallium lecto. Hæc Valla lib. 4. Cic. 2. de Nat. Deor. 142. Sed lubricos oculos fecit & mobiles.

Ora lubrica tabo. Stat. 9. Theb. 73.

Viæ lubricæ adolescentiæ. Cic. pro Cœl. 41. Et interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix posset. Lubricam adolescentiam, inquit Valla, per translationem vocamus; in qua qui sunt, velut in glacie facile labuntur.

Lubricus, qui facile elabitur, nec prehendi potest. ut

Anguis lubricus, Labilis, & qui facile effluit si comprehendatur manibus. Virg. 5. Æn. 84.
— adytis quum lubricus anguis ab imis.

Amnis lubricus. Ovid. 3. Amor. 6. 81. De Amne, ut Deo.
Conchilia lubrica. Hor. 2. Serm. 4. 30.
Terga lubrica. Virg. 2. Æn. 474.
Lubrica convolvit sublato pectore terga. Servius; Lubricum dicitur & Quod labitur dum tenetur, ut piscis, serpens: & Locus in quo labimur; ut,
Et sese oppofuit Salio per lubrica surgens.
Vultus nimium lubricus aspici. Hor. 1. Carm. 19. 8.
Spes lubrica. Stat. 1. Achill. 547.
Umbra lubrica. Ovid. 5. Fast. 476.
Lubrica prensantes effugit umbra manus.
Lubricus, Fallax, mobilis. Virg. 11. Æn. 716.
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes. Servius.
Lubricus assensus, Inconstans, non tutus, fragilis. Cic. 4. Acad. 108. Ego enim etsi maximam actionem puto repugnare visis, obsistere opinionibus, assensus lubricos sustinere, &c.
Defensio lubrica. Cic. pro Planc. 5.
Lubricus locus, per translationem, pro Difficili & incerto. Cic. 1. Off. 65. Qui locus est sane lubricus, quoniam vix invenitur qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Cic. 4. Acad. 68. Tum paucis additis venit ad Soritas, lubricum sane, & periculosum locum.
Observatio lubrica. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Lubricum, i. n. [ὄλισθος] ut, Lubricum itinerum. Tacit. 1. Hist. 79. Et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate.
Paludum lubricum. Tacit. 1. Ann. 65. Illi sanguine suo, & lubrico paludum lapsantes, &c.
Viarum angusta & lubrica. Tacit. 3. Hist. 82. Per angusta, & lubrica viarum flexerant.
Metaph. Adulescentiæ lubricum. Tacit. 14. Ann. 56. Quin si qua in parte lubricum adolescentiæ nostræ declinat, revocas. V. ADOLEO.
Ætatis lubricum. Plin. Epist. 3. lib. 3. ad Hispullam.
Linguæ lubricum. Modestinus in l. Famosi. D. Ad legem Jul. majest. Nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & an ante quid fecerit, & an cogitaverit, & an sanæ mentis fuerit: nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum est.

Lubrĭce, Adv. [ὀλισθηρῶς] Dubie, periculose. Cic. 2. Philipp. 59. Et lubrice versatus in bello est. Ex vetusto codice legitur, Reliquorum factorum ejus, P.C. difficilis sane est reprehensio & lubrica. versatus in bello est, &c.

Lubrĭco, [ὀλισθηρὸν ποιῶ] āre. Lubricum reddere. Juven. 11. Sat. 173.
Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem. Sic legit Turnebus, hoc sensu, Qui sputo & saliva trochum, quem jacturus est, lubricum & volubilem magis reddit. Constat enim genus illud ludi Græcanicum fuisse, ut & nomen trochi ostendit, & quod apud auctores reperimus Græco trocho ludere. Lacedæmonii autem omnium Græcorum maxime exercitationes colebant: unde & Lacedæmonium orbem, ut mihi videtur, appellavit. [At Trochus agitabatur, non jactabatur, uti Discus. Nec possunt tamen hæc de Discobolo intelligi. Dici vix potest quot in sententias abierint interpretes. V. Schol. Vet. Grang. & Schurzfl.
Angues lubricat in spiras. Tertull. in Genesi cap. 1.

Lubricātus, a, um. Partic. Arnob. lib. 1. adversus gentes, Lubricatus lapis, & ex olivi unguine ordinatus.

L U C

Lŭca, æ. f. [Λοῦκα] Hodie Civitas Tusciæ, sui juris opulenta ac maxime splendida munitaque. Imperiali libertate gaudet. Cluver. Dicta a Lucumone Hetruscorum rege. Quondam primum Galliæ Cisalpinæ oppidum, ut ex Suet. Jul. 24. & Cic. 1. Fam. 9. constat. De hac Strabo lib. 5. Luca urbs est ad montes Lunæ incumbentes, ubi plerique vicatim habitant: regio tamen virorum probitate floret, & robur militare hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus Senatus militares cepit ordines.

Lūca, vel **Lucas**, æ. m. Bos luca, dicitur Elephas. [ἐλέφας] Plin. lib. 8. cap. 6. Elephantes Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, & Boves lucas appellavit, in Lucanis visos. Nævius apud Varr. Atque prius pariet locusta lucam bovem. Ideo dicti boves, quod nostri maximam quadrupedem, quam haberent, vocarent bovem. Cur Elephantes dicti sunt Lucæ boves, non satis convenit. V. Varr. de L. L. 6. 3. Isidor. 12. 2. Lips. Elect. 2. 4. & Drakenb. ad Sil. 9. 572. [Gloss. Gr. Lat. Ἐλέφας, Elefantus, Vocluca, Barrus. scribe Bos luca.

Lucania, æ. f. [Λευκανία] Italiæ ultimæ, seu Magnæ Græciæ regio. In qua fuit Pæstum oppidum, & Velia urbs, & Heraclea ad Tarentinum sinum.
Violenta Lucania. Hor. 2. Serm. 1. 38.

Lucānus, a, um. Adj. [Λευκανικός] ut, Aper Lucanus. Hor. 2. Serm. 8. 6.
Juga Lucana. Sil. lib. 8. 571.
Mare Lucanum. Stat. 3. Silv. 2. 85.
Pascua Lucana. Hor. Epod. 1. 28.

Lucāni, orum. m. [Λευκανοί] Populi inter Calabros & Apulos siti, & a Samnitibus orti, duce Lucio, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5.

Lucanĭca, æ. f. [ἀλλᾶς] Genus farciminis porcinis carnibus infarctum, a Lucanis populis primum inventa. Martial. lib. 13. 35.
Filia Picenæ venio lucanica porcæ,
Pultibus hinc niveis grata corona datur.

Lucanius, i. m. Nomen hominis Plebeii apud Ammian. 28. 4.

Lucanus, i. m. [Λουκανός] Cognomen Ro. M. Annæus Lucanus, Cordubensis patria, poeta egregius, Senecæ philosophi nepos. Scripsit præter 10 libros Pharsaliæ, quos habemus, alia plura: Saturnalia, Tragœdiam Medeam, de Incendio urbis, de Incendio Troico, Silvarum lib. 10. Orphea, & alia quæ veteres Grammatici enumerant in ejus Vita.

Lūcar, āris. [λοῦκαρ Plut.] ut ait Festus, appellatur Æs quod ex lucis captatur. Alii Lucar, Erogationem dicunt, quæ in lucis fiebat. Et Lucaris pecunia, Quæ in luco erat data. V. Scalig. ad Fest. & Lips. ad Tacit. p. 743. & Tertull. adv. Gnost. cap. 8. V. supra ad dict. LOCARIUS notata, in LOCUS. [In Gloss. Lat. Gr. Lucar, Θεατρικόν, Γέλιον, Μισθὸς τῶν φωνῶν. Lego, Γελώων μισθὸς τῶν φωνῶν. Nam γελῶοι sunt γελωτοποιοί. i. e. scenici artifices, teste Suida.

Lucarĭa, orum. n. [ἀλσῶδη ἑορτή] Festa quæ in luco Romani celebant, qui permagnus erat inter viam Salariam & Tiberim, pro eo quod victi a Gallis fugientes e prælio ibi sese occultaverint. Festus.

Luccius, i. m. vel potius **Lucceius**, ut in antiquis monumentis est, Historicus fuit Romanus, quem Cicero rogat, ut res in consulatu gestas seorsum describat, 5. Fam. 12.

Lucellum, V. LUCRUM.

Lucens, V. LUX.

Lucentia, æ. f. Citerioris Hispaniæ urbs, & Romanorum quondam colonia, ut scribit Pomponius Mela lib. 2. cap. 6. Nunc vulgo *Lugent*, teste Olivario. V. ad dict. seq.

Lucentum, i. m. [Λουκεντόν] Hispaniæ Tarraconensis oppidum a superiore diversum, quod Ptolemæus lib. 2. cap. 6. statuit supra Carthaginem Occasum versus. Vulgo *Susana* [Cellarius Lucentiam Melæ, Lucentum Plinii & Lucentos Ptolemæi, idem oppidum esse statuit. Hodie *Alicante*.

Luceo, V. LUX.

Lucĕres, um. m. pr. c. tertia pars fuere populi Rom. temporibus Romuli regis. Fest. Servius, Constat primo tres partes fuisse populi Rom. unam Tatiensium, a Tito Tatio duce Sabinorum, jam amico, post fœdera: alteram Ramnetum a Romulo: tertiam Lucerum, quorum, secundum Livium (1. 13.) & nomen & causa in occulto sunt. Varro tamen dicit, Romulum dimicantem contra Titum Tatium a Lucumonibus, id est Tuscis, auxilia postulasse: &c. Ergo a Lucumone Luceres dicti sunt. Hæc Servius in illud Virg. 5. Æn. 560.
Tres equitum numero turmæ, terni que vagantur
Ductores, &c. [Rectius Liv. tertiam equitum centuriam fuisse.
Luceres, prima modo producta, modo correpta. Propert. lib. 4. 1. 31.
Hinc Tities, Ramnesque viri, Luceresque coloni. Ovid. 3. Fast. 132.
Quineriam partes totidem Tatiensibus ille,
Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit.

Lucerenses, & **Luceres**, iidem, teste Fest.

Lŭcĕria, æ. f. [Λουκερία] est Dauniorum colonia in Apulia, teste Plinio lib. 3. cap. 11. Strabo quoque idem docet lib. 6. dicitque fuisse Luceriæ nobile fanum Minervæ.
Arx Luceriæ. Lucan. lib. 2. 473. Emendati codd. habent Nuceriæ.
Nobilis Luceria. Hor. 3. Carm. 15. 13.
Te lanæ prope nobilem
Tonsæ Luceriam, non citharæ decent.

Lucerius, vel **Lucerus**, i. m. Ardeæ rex, qui auxilio fuit Romulo contra Tatium. Fest. in Lucerenses. conf. LUCETIUS.

Lucerna, **Lucesco**. V. LUX.

Lŭcĕtius, i. m. dictus est Juppiter, a luce, quam præstare hominibus putabatur. sic Juno Lucetia, quod lucis causa sit. V. Fest. Serv. ad 9. Æn. 570. Gell. 5. 12. in Gloss. vet. Lucerius scribitur.

Luci, adv. **Lucidus**, **Lucifer**, **Lucifuga**. V. LUX.

Lucianus, i. m. [Λουκιανός] Syrus urbe Samosata, [vel potius Armosatis,] sub M. Antonino Philosopho potissimum floruit. Omnem vim & suavitatem Atticæ eloquentiæ in perstringendis tum aliorum hominum, tum potissimum philosophorum suæ ætatis moribus explicavit, qua in re dialogi vires comœdiæ lepore ita temperavit ut novum quoddam ac suum dicendi genus effinxerit. V. Fabric. Bibl. Græc. lib. 4. cap. 16.

Lūcīlius, i. m. [Λουκίλιος] Nomen gent. Ro. a luce deductum. a Luce enim Lucius, a Lucius Lucilius. [ut a Mane, Manius, Manilius.
Lucilius Satyrarum primus inter Latinos promeruit laudem, & apud Neapolim anno ætatis suæ quadragesimo sexto defunctus, publico funere elatus fuit. De Lucilio meminit Hor. 1. Serm. 4. & 10. ubi de scriptoribus veterum comœdiarum loquitur.
Sapiens Lucilius. Hor. 2. Serm. 1. 17.
Lucilius Bassus, malus Poeta. Cic. 12. Att. 5. Cato me quidem delectat, sed etiam Bassum Lucilium sua.
Alius Lucilius, Senecæ epistolis clarus, & Nat. Quæst. libris, quos ei inscripsit, fuit Procurator Siciliæ, vir eruditus & studiosus; & insignis poeta ut ex eodem Seneca constat. Sunt qui Lucillius scribunt.

Lucilianus, a, um. Adj. ut, Filius Lucilianus. Cic. 16. Att. 11.
Charactere Luciliano libelli. Varr. de R. R. 3. 2.

Lūcīna, æ. f. dicta est Juno, quæ partui præest, quod partum ferat in lucem. Sunt qui a Luco deducunt, qui Romæ Junoni sacer est in Exquiliis. Plin. lib. 16. cap. 44. Ovid. 2. Fast. 449.
Gratia Lucinæ, dedit hæc tibi nomina lucus:
Aut quia principium tu dea lucis habes. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. ult. Lucina, quæ Luna est, a parientibus invocatur, quia proprium ejus munus est distendere rimas corporis, & meatibus viam dare: quod accelerando partui est salutare.
Lucina, Ilithyia, Genialis; Idem. Hor. in Carm. sæcul. 15.
Casta fave Lucina. Virg. 4. Ecl. 10.
Experta primos labores Lucinæ. Virg. 4. Georg. 340.
Favente Lucina pignora bina dedi. Ovid. 6. Epist. 122.
Pati Lucinam, Parere. Virg. 3. Georg. 60.
Parce precor gravidis, facilis Lucina, puellis. Ovid. 2. Fast. 451.

Lucīnus, a, um. Adj. ut, Horæ Lucinæ. i. e. Horæ, quibus edimur in lucem. Prudent. contra Symmach. 2. 222.

Lucinia, æ. V. LUSCINIA.

Lūcius, i. m. [Λούκιος] Prænomen apud Romanos fuit frequens, multisque commune, ut Lucius Piso, Lucius Cæsar, &c. A Luce ducitur. Lucius (ait Pompeius Festus) prænomen est ejus, qui oriente luce natus est. Varro de L. L. lib. 5. 2. Lucii, a prima luce in creatione. conf. 8. 18 extr.

Lucipor, ōris. m. Lucii puer vel servus. Plin. 33. 1. Apud antiquos singuli Marcipores, Luciporesve, dominorum gentiles, victum in promiscuo habebant. V. MARCIPOR.

Lucomedi, orum. m. a duce suo Lucomo dicti: qui postea Lucerenses dicti sunt. Festus. Alii Lucumedi a Lucumone vocantur. V. LUCUMO.

Lūcrētia, æ. f. [Λουκρητία] Nobilis in historia Romana femina, Sp. Lucretii filia, quam Sex. Tarquinius, Tarquinii Superbi Romanorum regis filius, per vim & fraudem stupravit. Quod ipsa quum patri & viro Collatino indicasset, gladio se occidit, fecitque ut populus scelus ulciscentibus faveret, & reges exigeret. Claud. de Laud. Seren. 153.
Et gravis incumbens casto Lucretia ferro, &c. Hanc historiam narrat Liv. 1. circa finem: & Ovid. 2. Fast. 685. Seneca Octav. 300.
Te quoque bellum triste secutum est,
Mactata tua miseranda manu

Nata

Nata Lucretii, ftuprum fævi
Paffa tyranni.
Pro Pudica, & mariti amante ponitur a Petron. cap. 9. Cum ego proclamarem, gladium ftrinxit, & fi Lucretia es, inquit, Tarquinium invenisti. V. Martial. 11. 105.

LŬCRĒTĬLIS, is. m. [Λουκρήτιλος] Mons eft in Sabinis, de quo Hor. 1. Carm. 17. 1.
Velox amœnum fæpe Lucretilem
Mutat Lycæo Faunus.

LUCRETILĪNUS, a, um. Adj. ut, Sol Lucretilinus. Cic. 7. Att. 11.

LŬCRĒTIUS, i. m. [Λουκρήτιος] poeta Terentio, Varrone, & M. Tullio paulo antiquior. Scripfit de Rerum natura libros fex. Periit ætate integra, quum paucos annos fupra quadraginta implevifset. Eufebius tradit eum tanto furore percitum fuiffe affumpto amatorio poculo, ut propria manu fe interfecerit. Ovid. 1. Amor. 15. 23.
Carmina fublimis tunc funt peritura Lucreti,
Exitio terras quum dabit una dies.

LUCRĪNUM, i. n. Dauniorum eft oppidum in Apulia, ut fcribit Strabo lib. 6. & Pomponius lib. 2. [Sic quidam codd. cap. 4. In emendatis eft Larinum. Strabonis quoque citatio falfa eft.

LŪCRĪNUS & Avernus [Λουκρῖνος καὶ Ἄορνος] lacus, uterque in Baiano finu eft. At Lucrinus Populi Romani cura pifcofus factus, vectigalibus operam penfantibus. V. Servium apud Virg. 2. Georg. 161.
An memorem portus, Lucrinoque addita clauftra, &c.

LUCRĪNUS, a, um. Adj. [Λουκρῖνος] ut, Aqua Lucrina. Propert. lib. 1. 11. 10.
Lacus Lucrinus. Hor. 2. Carm. 15. 3.

LUCRINENSIS, e. Idem. ut, Res Lucrinenfes. Cic. 4. Att. 10.

LUCRUM, i. n. [κέρδος] Quæftus. Ter. Heaut. 4. 4. 25.
Næ ille haud fcit, hoc paulum lucri quantum ei
Damni apportet.
Lucrum & quæftus. Cic. 5. Tufc. 9. Alii emendi aut vendendi quæftu & lucro ducerentur.
Cupido lucri. Ovid. 3. de Arte Am. 373.
Scabies & contagia lucri. Hor. 1. Epift. 12. 14.
Studium lucri. Hor. 4. Carm. 12. 25.
Bonum lucrum. V. BONUS.
Dulce. Ovid. 1. Faft. 194.
Perenne lucrum. V. PERENNIS.
Pudenda lucra. Ovid. 3. de Arte Am. 448.
Sordidum lucrum. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Abrumpere lucrum. Ulpian. in l. j. Quarum rerum actio datur, Neque enim oneratum fe hoc nomine poteft queri libertus, fi lucrum abruptum ex re patroni non fecerit. Lucrum abruptum dicit, quafi Præceps, & præter fpem abactum, ait Budæus. Legitur & Abreptum & Obruptum.
Afficere lucro. V. AFFICIO.
Apponere lucro. Hor. 1. Carm. 9. 14.
Quid fit futurum cras, fuge quærere: &
Quem fors dierum cunque dabit, lucro
Appone.
Deputare in lucro. Ter. Phorm. 2. 1. 21.
Quicquid præter fpem eveniet, omne id deputabo in lucro.
Dare lucrum vel Addere. Cic. 5. Verr. 72. Imperat Agyrinenfibus ut decumas ipfi publice accipiant, Apronio lucrum dent. Et paulo poft, Quare putabas emptori lucrum addi oportere?
Facere lucrum ex vectigalibus publicis. Cic. 5. Verr. 86. Quomodo igitur hoc affequar, Judices, ut fciam lucri quantum factum fit?
Facere lucri rem dicitur pro Facere lucrum alicujus rei. Nepos 8. 1. 3. Quæ ille univerfa naturali quodam bono fecit lucri. V. LUCRIFACIO.
Ligurire lucra. V. LIGURIO.
Ponere in lucro aliquid. Cic. pro Flacc. 40. Quiefcant igitur & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Idem 7. Fam. 24. Id ego in lucris pono.
Revocare ad lucrum. Cic. 3. Philipp. 30. Reliquas res ad lucrum, prædamque revocaverit.
Effe in lucro. Ovid. 1. Trift. 3. 68.
Eft lucro. Plaut. Mil. 3. 1. 80. Cic. 13. Philipp. 40. Quibus utri noftrûm ceciderint, lucro futurum eft.
Eft lucri, Prodeft. Ter. Phorm. 1. 2. 11. Ubi quid mihi lucri eft te fallere?
Lucrus, mafculino genere, tefte Nonio, apud Plautum Perf. 4. 3. 23.
— nunc eam narrabo, unde tu pergrandem lucrum facias. Al. Pergrande.

LUCRŌSUS, a, um. Adj. [κερδαλέος] Plenum lucro. Plin. lib. 18. cap. 31. Id peræque lucrofiffimum. Idem lib. 37. cap. 12. Neque eft ulla fraus vitæ lucrofior.
Bona lucrofa. Caius in l. Ejus. D. de teftam.
Dolus lucrofus. Ulpian. in l. 3. D. de tribut. action.
Eloquentia lucrofa, & fanguinans. Tacit. de Orat. 12.
Pœna eft lucrofa poetæ. Ovid. 2. Trift. 507.
Voluptas lucrofa. Ovid. 1. Amor. 10. 35.

LUCRŌSE, Adv. Hieron. Epift. 22. de Cuftod. Virg. cap. 5. Sub virginali nomine lucrofius pereant. fed M. Victorius ibi Turius mavult.

LŪCELLUM, i. n. dimin. [κερδύλλιον] Cic. 5. Verr. 72. Age, quid tum? fi Apronio, deliciis Prætoris, lucelli aliquid juffi funt dare, putate Apronio datum: fi Apronianum lucellum, ac non Prætoria præda vobis videbitur.
Dulce lucellum. Hor. 1. Epift. 18. 102.

LUCROR, [κερδαίνω, χρηματίζομαι] āri. depon. Lucrum facere. Cic. 7. Verr. 61. Pretio certo miffos facere nautas: mifforum omne ftipendium lucrari.
Indicia veteris infamiæ lucrari. Cic. 3. Verr. 33. Damna, dedecora &c. prætereantur: lucretur indicia veteris infamiæ. i. e. Ne repofcatur ab eo illiufmodi damnorum ratio. Hotom. [Apparet Judicia legiffe V. C. Sed melius Indicia. i. e. Non indicabo, Prætereibo filentio hanc infamiam ipfius. V. Græv.
Moram fati lucrari. Stat. 9. Theb. 779.
A morte lucrari. Lactant. Divin. Inftit. lib. 5. pag. 2. Nam fi lucrari hoc a morte, ad quam concitatiffime tendunt, non potuerimus. i. e. A morte eripiendo lucrum facere. H. St. Extant cap. 1. non longe a principio.

LUCRANS, antis. Partic. Suet. Neron. cap. 45. Ex annonæ caritate lucrantium accrevit invidia. Al. Luctantium. V. loc.

LUCRĀTUS, a, um. Partic. [χρηματισάμενος] ut, Hor. 4. Carm. 8. 19. de Scipione, qui Africanus dictus fuit.
Ejus, qui domita nomen ab Africa Lucratus rediit.
Pythias emuncto lucrata Simone talentum. Hor. de Arte Poet. 238.

LUCRATIO, ōnis. f. Tertull. adv. Gnoft. cap. 4. & ad Uxor. 2. 7.

LUCRĀTĪVUS, a, um. Adj. Julianus in l. Omnes. D. de action. & oblig. Omnes debitores, qui fpeciem ex caufa lucrativa debent, liberantur, quum ea fpecies ex caufa lucrativa ad creditorem perveniffet.
Acquifitio lucrativa. Ulpian. in l. Apud Celfum. §. Auctoris. D. de doli mali. except.
Opera lucrativa. Quintil. 10. 7. p. 958. Sed vox Lucrativa fufpecta eft Burm. V. eum ad loc.

LUCRĬFĂCIO, ēci, actum, [κερδαίνω] ĕre. Idem quod Lucrari. Martial. lib. 8. 11.
Emit lacernas millibus decem Baffus,
Tyrias coloris optimi lucrifecit.
Sic per Analogiam & Sumptifacere, vide in REBUS H. St.
Injuriam lucrifacere. Plin. lib. 7. cap. 39. i. e. Injuriam impune committere, & pœnam non luere. Budæus.
Nomen lucrifacere. Varr. 3. de R. R. cap. 4. Atque adeo non diffimulabo quod volo de ornithone primum, quod lucrifecerunt hoc nomen turdi. In moltis libris divifim fcribitur.

LUCRĬFĪO, [κερδαίνομαι] ĕri. paffiv. Cic. 5. Verr. 171. Quid fi oftendo in hac una emptione lucrifieri tritici modios centum?

LUCRIFACTUS, a, um. Partic. [κερδανθείς] Cic. 5. Verr. 174. Jam vero ab ifto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis.

LUCRĬFĬCUS, a, um. Adj. ut, Facula & Fortuna lucrifica. Plaut. Perf. 4. 3. 46, 47.

LUCRĬFĬCO, āre. Tertull. de Præfcript. cap. 24. Paulus factus omnibus omnia, ut omnes lucrificaret.

LUCRIFICĀBILIS, e. Adj. [κερδαλέος] Plaut. Perf. 4. 7. 2.
Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis. i. e. Lucrum afferens. Antiquum.

LUCRĬFŬGA, æ. m. [φυγοκερδὴς] Qui lucrum fugit. Plaut. Pfeud. 4. 7. 33.
— Venus mihi hæc
Bona dat, quum hos huc adjicit lucrifugas, damni
Cupidos, qui fe fuamque ætatem bene curant.

LUCRIPĔTA, æ. m. ut, Fœnerator lucripeta. Plaut. Moft. argument. v. 6.

LUCRIUS, i. m. Qui lucro præeft. Mercurius. Arnob. 4. p. 132. Quis eft, qui credit effe Deos Lucrios, & lucrorum confecutionibus præfidere? de Mercurio loquitur, qui κερδῷος dictus. V. Meurf. ad Lycoph. Alexandr. v. 208.

LUCRIO, vel LUCRO, ōnis. m. Lucrari undique cupiens. Sic Lucro, Servile nomen apud Petron. cap. 60. conf. l. 37. §. 3. ff. de Legat. 3.

LUCTATIUS, V. LUTATIUS.

LUCTA, æ. f. [πάλη] Unus ex quinque ludis Græcorum, quo alius alium profternere in terram nititur. Hygin. Fab. 273. Ajax vicit lucta. V. Sidon. 2. Epift. 1. & Aufon. Epigr. 93. Mercurial. de Art. Gymn. 2. 8.

LUCTOR, [παλαίω, διαπαλαίω] āri. a Luo, luis, derivatum; fignificat Conari, niti: quia in hujufmodi conatu membra folvuntur, inquit Perottus. [Sed verifimilius eft a nomine verbum deduci, ut a Lucrum, Lucrari, a Bellum, Bellare, a Præda, Prædari, a Pugna, Pugnare. Sic & Gr. παλαίω a πάλη Stephanus deducit.
Luctari dicuntur qui fe invicem complectentes, alter alterum in terram dejicere nituntur. Virg. 6. Æn. 643.
Contendunt ludo, & fulva luctantur arena.
Luctantur inter fefe. Hygin. Fab. 126.
Complexu luctatur Polypus. Plin. lib. 9. cap. 30.
Equo luctari. Sil. 4. 240.
Molimine magno luctari, dicitur Boreas. Ovid. 6. Met. 694.
Morti luctari. Sil. lib. 10. 296. Morti, Cum morte.
Sicut Pugnare cum Dativo, verbum fimplex pro compofito Reluctari. Vide in MORS. H. St.
Remis ad opem luctare ferendam, Quantum potes. Ovid. 4. Trift. 5. 19.
Luctandum in turba. Hor. 2. Serm. 6. 28.
Translate. Liv. 7. 38. An æquum effe, deditiitios fuos illa fertilitate atque amœnitate perfrui, fe militando feffos in peftilenti atque arido circa urbem folo luctari, aut in urbe infidentem tabem crefcentis in dies fœnoris pati?
Luctari cum aliquo, In difputatione. Cic. 1. de Orat. 74. Tum ridens Scævola, Non luctabor, inquit, tecum, Craffe, amplius.
Circa omnia momenta luctari. Quintil. lib. 5. cap. 13. Eft & illud vitium nimium folliciti, & circa omnia momenta luctantis. V. ibi Burm.
Lucto, are. apud antiquos. Ennius lib. 9. Viri a validis viribus luctant. Ter. Hec. 5. 3. 32.
Dicitque fefe illi annulum, dum luctat, detraxiffe.

LUCTANS, antis. Partic. [παλαίων] ut, Juvenci luctantes. Virg. 2. Georg. 357.
Anima luctans. Virg. 4. Æn. 696.
— Irim demifit Olympo:
Quæ luctantem animam, nexofque refolveret artus. h. e. Ægrodi conantem. [Morti luctantem. V. in ipfo verbo. Quod vulgo Agonizare dicunt.
Lumina luctantia compofuit fomnus. Sil. lib. 7. 204.
Ofcula luctantia carpit. Ovid. 4. Met. 358.
Venti luctantes. Virg. 1. Æn. 57.
— hic vafto rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempeftatefque fonoras
Imperio premit. Ubi Servius; Luctantes, Elaborantes egredi.
Viri luctantes. Propert. lib. 3. 14. 4.

LUCTANTES, ium. m. pl. in contignatione dicuntur, quod erecti invicem fe teneant more luctantium. Ifidor. 19. 19. Subauditur Trabes, aux vox fimilis.

LUCTĀTUS, a, um. Partic. metaph. Vellei. 2. 63. 3. Dubia fide diu, quarum effet partium, fecum luctatus.

LUCTĀTIO, ōnis. f. [πάλαισμα] Cic. de Fato, 12. Vigila Chryfippe, ne tuam caufam, in qua tibi cum Diodoro valente dialectico magna luctatio eft, deferas. Hic per translationem dictum. Liv. 21. 36. extr. Tetra ibi luctatio erat, ut a lubrica glacie non recipiente veftigium, &c.
Sine adverfario nulla luctatio eft. Cic. de Fato 30.

Luctātus, ûs. m. [διαπάλαισμα] Idem ac Luctatio. Plin. lib. 32. cap. 2. Quem luctatum ejus si forte alius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda adjuvare nixus erumpentis. Sic lib. 8. cap. 12. Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus.

Luctātor, ōris. m. [παλαιστής] Plaut. Pseud. 5. 1. 6.
— magnum hoc vitium vino est:
Pedes captat primum, luctator dolosu' est. Ovid. in Ibin, v. 395.
Ut jacet Aonio luctator ab hospite fusus.

Luctāmen, inis. n. [διαπάλαισμα] Idem ac Lucta. Virg. 8. Æn. 89.
Mitis ut in morem stagni placidæque paludis
Sterneret æquor aquis, remo ut luctamen abesset.
Miserum luctamen. Valer. 2. Argon. 234.

Luctītor, āri. frequent. Unde Priscianus, p. 797. inquit apud vetustissimos, Luctitor pro Luctito inveniri.

Lucto, **Luctuosus**. V. lugeo.

Lūcubro, [νυκτεγερσίω, λυχνεύζω] āre. Aliquid nocte ad lucernam componere. Liv. 1. 57. Sed nocte sera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inveniunt. De Lucretia.
Male exponitur tantum, Ad lucernam componere, pro Facere. H. St.
Farinam pervigilem lucubrare. Apul. 9. Met.
Lucubrandum est. Cels. lib. 1. cap. 2.

Lucubrātus, a, um. Partic. Cic. in Parad. 1. pr. Accipies hoc parvum opusculum, lucubratum his jam contractioribus noctibus: quoniam illud majorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit.
Nox lucubrata. Martial. 4. 89.

Lucubrātio, ōnis. f. [νυκτεγερσία] Columel. lib. 11. cap. 2. Item ad lucubrationem vespertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidemque per antelucanam lucubrationem. Cic. 1. de Nat. Deor. 91. Nam ista quæ vos dicitis, sunt tota commentitia, vix digna lucubratione anicularum.
Lucubrationum fuligo bibenda. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Ad lucubrationem conficere aliquid. Columel. lib. 11. cap. 2. Nulla regio non aliquid affert, quod ad lucubrationem confici possit.
In lucubratione aliquid agere. Columel. lib. 11. cap. 2. non ita procul a fine. Nam multa sunt quæ in lucubratione recte aguntur.
Per lucubrationem ferramenta acuere. Columel. lib. 11. cap. 2.

Lucubratiuncŭla, æ. f. dimin. Pro opere elucubrato. Gell. præfat. Si cui forte nonnunquam tempus voluptasque erit, lucubratiunculas istas cognoscere. Noctes Atticas suas intelligit.
Pro Tempore lucubrationis ponitur ab Auson. Epist. 21. Isti spatio lucubratiunculæ unius effusi, i. e. Vigilia unius noctis.

Lucubratōrius, a, um. Adj. Lucubratoriam lecticulam, [νυκτεγερσίας φοράδιον] Tranquillus appellat in Augusto cap. 78. Lectulum, in quo lucubrare solebat Augustus.

Luculentus, V. lux.

Lūcullus, i. m. [Λούκουλλος] Cognomen fuit Liciniorum. L. Licinius Lucullus hujus familiæ facile fuit clarissimus. Hic Quæstor in Asiam profectus, ibi permultos annos admirabili cum laude Provinciæ præfuit; deinde, factus Prætor, eo rediens, eam justissime rexit. Adversus Mithridatem missus, Collegam suum Cottam Chalcedone obsessum liberavit. Cyzicum obsidione solvit. Mithridatis copias ferro & fame afflixit, eumque regno suo Ponto expulit, quem rursum cum Tigrane rege Armeniæ subveniente, magna felicitate superavit. Hic (ut refert Athenæus) quum Romam post expeditionem Ponticam rediisset, ad vitam sumptuosam & elegantem se conjecit. tantas enim opes sibi paraverat, ut ædibus & Prætoriis exstruendis, hortis & cœnationibus amœnissimis, incredibilique sumptu paratis, & bibliotheca insigni utriusque linguæ libris referta, atque omnibus, obvia & patenti, opes bello quæsitas conterere non potuerit, quum interim quotidiano epularum apparatu in proverbium pæne venerit. Meminit hujus Dio lib. 35. Velleius lib. 2. 33. Flor. lib. 3. cap. 5. Eutrop lib. 6 cap. 7. Plutarch. in vita; & Appian. in Mithridaticis.

Lucullēus, a, um. Adj. [Λουκούλλειος] Plin. lib. 36. cap. 6. Post hunc Lepidum ferme quadriennio L. Lucullus Consul fuit, qui nomen (ut apparet ex re) Luculleo marmori dedit, admodum delectatus illo, primusque Romam invexit.

Lucullēa, n. pl. [Λουκούλλεια] Appian. in Mithrid. p. 143. circa principium. Καὶ λιμῷ πιεσθέντες ὑπὸ Λευκόλλου, ἀγῶνα τε αὐτοῦ ἔθεσαν, μέχρι νῦν τελοῦσι τὰ Λευκόλλεια προσλέγοντες. H. St. Græca forma dicitur, ut cetera id genus, Olympia, Isthmia, Nemea, &c.

Lucullānus, a, um. Aliud Adj. Sidon. Paneg. Autem. v. 511.
— Lucullianis freta cincta carinis.

Lūcŭmo, ōnis. m. [Λουκούμων] Proprium viri nomen, a quo Lucumones appellati. Varro, Dimicantem Romulum contra T. Tatium a Lucumonibus, id est Tuscis auxilia petisse. V. luceres. & Varr. L. L. 4. 9. Lucumo, pro Stulto & furioso. Auson. Ep. 4. ad Theonem, v. 70.
Anticyramque bibas Samii lucumonis acumen. Al. Anticipesque tuo. Nam insani se purgabant elleboro. Hæc vox a S. Pompeio Festo etiam observata est. ait enim, Lucumones quidam homines ob insaniam dicti, quod loca, ad quæ venissent, infesta facerent. V. Turneb. Advers. 2. 21.

Lūcuns, ontis. n. Edulii genus quoddam veteribus usitatum. Varro apud Nonium, 2. 481.
Ac nulla ambrosia ac nectar, non allia, sardæ,
Panis, pemma, lucuns, cibus qui purissimus multo est.

Lūconcŭlus, i. m. dimin. a Lucuns; Edulii quoque sive potius panificii sciti genus. Apuleius 10. Miles. p. 245. Hic panes, crustula, lucunculos, hamos, lacertulos, & complure scitamenta mellita. Afranius apud Non. l. c. Pistori cur non, cur non scriblitarium ut mittat fratris filio luconculos? Ex Turneb. Advers. 18. 20. V. Lex. Pitisc.

Lūconter, ĕris. m. Forte idem Genus operis pistorii apud Festum. V. ibi Jos. Scalig. & Salmas. ad Ælium Lamprid.

Lūcus, i. m. [ἄλσος, νέμος] Nemus arboribus densum. Dictus Lucus per antiphrasim, eo quod non luceat. quoniam quum nullæ illic arbores propter religionem cæderentur, opacus, & sine luce erat. Valla, Lucus nequaquam cæduus est: quin potius manu consitus religiosusque, atque vel alicui deo, vel alicujus hominis cineribus consecratus. Ideoque aut circa delubra numinum, aut circa sepulchra virorum positus est. Hactenus Valla lib. 4. Cic. pro Milon. 86. Vos enim Albani tumuli, atque luci, vos inquam, imploro atque obtestor. Et 1. de Divin. 101. Lucus vestæ. Virg. 1. Æn. 445.
Lucus in urbe fuit media lætissimus umbra. Ubi Servius; Ubicunque Virgilius Lucum ponit, sequitur etiam consecratio. Idem 6. Æn. 671.
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis. Dicuntur enim barum animæ lucos tenere. Lucus autem dicitur, quod non luceat: non quod fiunt ibi lumina causa religionis, ut quidam volunt. conf. ad alt. loc. Meminit Quintil. lib. 1. cap. 6.
Senium venerabile lucorum. Stat. 1. Silv. 3. 39.
Alti luci. Virg. 8. Ecl. 86.
Caligans nigra formidine lucus. Virg. 4. Georg. 468.
Desertis cessant sacraria lucis. Propert. lib. 3. 13. 47.
Inaccessi luci. Virg. 7. Æn. 11.
Iners lucus, Quietus. Stat. 10. Theb. 86.
Ingens lucus. Virg. 7. Æn. 29.
Pios errare per lucos. Hor. 3. Carm. 4. 7.
Prænubilus lucus densa arbore. Ovid. 3. Amor. 13. 7.
Sacri luci. Virg. 5. Æn. 761.
Secreti. Virg. 7. Æn. 78.
Sancti. Ovid. 15. Met. 793.
Silentes. Virg. 1. Georg. 477.
Sonantes. Virg. 10. Ecl. 58.
Steriles. Stat. 2. Theb. 12.
Viridis lucus. Virg. 7. Æn. 800. & Stat. 5. Theb. 152.
Umbrosi luci. Hor. 1. Carm. 4. 11.

Lucus Augusti, [Λοῦκος Αὐγούστου] Ptolemæo lib. 2. cap. 6. alio nomine Oluca, Hispaniæ Tarraconensis urbs: *Lugo* vulgo. Olucense episcopium. Aras Sestianas Plinius: Augusti turrim Mela nominat.

Lucus Feroniæ, Tuscorum colonia, auctore Ptolem. lib. 3. cap. 1. *Bientina* hodie.
Lucus item Feroniæ, Promontorium est Hetruriæ eidem Ptolemæo. Vulgo *Petra sancta*.

Lucŭlus, i. m. dimin. Suet. in Vita Horat. Domusque ejus ostenditur circa Tiburtini luculum.

L U D

Ludia, **Ludibrium**, **Ludibundus**, **Ludicrus**, **Ludifico**, **Ludius**, **Ludo**. V. ludus.

Lūdus, i. m. [παιδιά, παίγνιον] dicitur in facto, Jocus in verbo: ut ait Valla. ut, Ludus pilæ, vel tesserarum, vel talorum. Cic. 3. de Orat. 58. Ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, aut etiam novum sibi aliquem excogitant in otio ludum.
Campestris ludus. V. campus.
Consimilis ludus. V. consimilis.
Tempestivum pueris concedere ludum. Hor. 2. Epist. 2. 142.
Dare alicui operam ludo. Plaut. Rud. 2. 4. 13.
Otium ubi erit, tum tibi operam ludo & deliciæ dabo. i. e. Tecum ludam, & delicias faciam.
Dare ludum amori, Indulgere amori. Hor. 3. Carm. 12. 1.
Postremo, cum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, atque ad inanes hasce adolescentiæ cupiditates. Cic. pro M. Cœlio p. 500. edit. Lamb. H. St. Exstant segm. 42. Aliter 28. Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati. h. e. Conceditur ab omnibus.
Ducere noctem ludo. Virg. 3. Georg. 379.
Gaudens ludis. Hor. 1. Epist. 7. 59.
Genuit ludus trepidum certamen & iram. Hor. 1. Epist. 20. 48.
Incidere ludum. Hor. 1. Epist. 14. 36.
Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum. h. e. Interrumpere: desinere ludere aliquando.
Inani ludo prohibere animus. Virg. 4. Georg. 105. V. inanis.
Longo ludo satiatus. Hor. 1. Carm. 2. 35.
Publicus ludus urbis, Festivitas. Hor. 4. Carm. 2. 42.
Ludus, pro Joco accipitur quandoque. Hor. 1. Serm. 1. 27.
Sed tamen amoto quæramus seria ludo.
Jocans ludus. Lucret. lib. 4. 586.
Seria vertere ludo. Hor. de Arte Poet. 226.
Adhibere ludos. V. adhibeo.
Facere ludos. Lucret. lib. 4. 794.
Scilicet arte valent simulacra, & docta vagantur,
Nocturno facere ut possint in tempore ludos? Ter. in Phorm. 5. 7. 52, Oh tune is eras? n. ut ludos facit.
Facere ludos aliquem, pro Irridere. Plaut. Capt. 3. 4. 48.
Ut scelestus, Hegio, nunc iste ludos facit. Idem Bacchid. 5. 1. 4.
Facere operam ludos, Perdere operam. Plaut. Rud. 4. 1. 8.
Pol magis sapisset, si dormivisset domi:
Jam nunc & operam ludos facit, & retia. conf. ludo.
Novi jam ludum. Plaut. Amph. 4. 2. suppos. 2. 32. V. nosco.
Reddere ludos alicui. Ter. And. 3. 1. 21.
Hiccine me si imparatum in veris nuptiis
Adortus esset, quos mihi ludos redderet!
Ludo, ablativus, Per ludum. Virg. 5. Æn. 674.
Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.
Ludus, Cantilena. Virg. 7. Ecl. 17.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo. Servius.
Cauti ludi. pl. pro sing. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 206. Al. Casti.
Ludus est, illa perdiscere. i. e. Res nullius negotii. Cic. 2. de Fin. 27. Et 2. de Orat. 72. Omnium ceterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti.
Ludus & Jocus, pro Re abjecta ac parvi pretii, quæ merito contemni ac ludibrio haberi possit. Catull. 40. 3.
Jocum me putat esse mœcha turpis. Ter. Eun. 2. 3. 7.
Hic vero est, qui si amara occeperit, ludum jocumque
Dices fuisse illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit. Cic. pro Flacc. 12. quum fidem auctoritatemque ariperet testimoniis Græcorum, usus in collatione Romanorum hominum; Num, inquit, illos idem putatis? quibus jusjurandum, jocus est: testimonium, ludus: existimatio vestra, tenebræ. Liv. 28. 42. in oratione Fabii Max. adversus P. Scipionem, res ipsius gestas in Hispania contemnentis atque elevantis, Næ tibi, P. Corneli, quum ex alto Africam conspexeris, ludus & jocus fuisse Hispaniæ tuæ videbuntur. [Cic. 7. Verr. 181. Ut ad istos honores pervenirent, ad quos vos per ludum & negligentiam pervenistis.

Ludus, in ſingulari, de Privatis & de exercitatione gymnaſtica dicitur, quum multorum conventus ab uno eruditur præceptore. Aſconius in Divinat. 47. Omnem ſcholam ludum dicere Romani.

Ludus, [διδασκαλεῖον] pro Loco ſumitur in quo quis exercetur doceturve. Sic dicimus Ludum palæſtræ, Ludum pilæ, Ludum gladiatorium, Ludum muſicum, Ludum litterarium.

Gladiatorius ludus, Schola in qua gladiatoriæ arti dabatur opera. Sueton. in Cæſ. cap. 31. Formam, qua ludum gladiatorium erat ædificaturus, conſideravit. Quintil. in Gladiatore ſagm. 18. p. 200. Burm. Quia redemptorem illis divitem promiſeram patrem, in ludum vendiderant, tanquam decepti. h. e. Gladiatorum. Ludos tamen gladiatorios (inquit Valla) frequentius, quam Ludum dicimus, quando unum plurave paria gladiatorum ad ſpectaculum pugnatum producuntur. V. Torrent. ad l. c. Suet. & Broeckh. ad Tibull. 1. 4. 45. [Munus potius dicebant fere. q. V.

Antiquus ludus. Hor. 1. Epiſt. 1. 3.
Spectatum ſatis, & donatum jam rude, quæris
Mæcenas iterum antiquo me includere ludo.

Grammatices ludus. Cic. 2. de Orat. 100. Hoc in ludo non præcipitur: faciles enim cauſæ ad pueros deferuntur. Et ſtatim poſt, Hæc eſt in ludo cauſarum fere formula. De Grammatices ludo.

Litterarum ludus. Plin. lib. 9 cap. 8. de delphinis, Puerum, ex Baiano Puteolos itantem in ludum litterarum. Et paulo poſt, Receptumque Puteolos per magnum æquor in ludum ferebat. Ubi emendati libri Litterarium exhibent. V. mox. Liv. 6. 25. Ingreſſus urbem, ubi patentes januas & tabernis apertis propoſita omnia in medio vidit; intentoſque opifices ſuo quemque operi, & ludos litterarum ſtrepere diſcentium vocibus, &c.

Litterarius ludus, Schola in qua pueri litteris dant operam. Quintil. lib. 1. cap. 4. Litterarii pæna iſta ſunt ludi, & trivialis ſcientiæ. Sic Aſcon. l. c. Litterarii ludi magiſter. V. LITTERA.

Diſcendi ludus, non luſionis. Cic. 3. Q. frat. 4. Hæc ſcripſi ad IX Calendas Novembris, quo die ludi committebantur, in Tuſculanum proficiſcens, ducenſque mecum Ciceronem meum in ludum diſcendi, non luſionis.

Pueritiæ diſciplina & ludus. Cic. pro Lege Manil. 28. Qui e ludo, atque pueritiæ diſciplina, bello maximo atque acerrimis hoſtibus, ad patris exercitum, atque in militiæ diſciplinam profectus eſt.

Viles ludi. Hor. 2. Serm 10. 75.

Aperire ludum, pro Ludimagiſtrum fieri. Cic. 9. Fam. 18. Dionyſius tyrannus quum Syracuſis pulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum aperuiſſe.

Ludi, in plurali, Spectacula publica ſignificant, & Dies ſpectaculorum. Cic. 4. Verr. 130. Inter binos ludos.

Apollinares ludi. Cic. 10. Philipp. 7.

Cereales ludi. V. CERES.

Celebres ludi. Ovid. 1. de Arte Am. 97.

Apparare ludos magnificentiſſimos. Cic. 3. Q. frat. 8 extr. Ludos apparat magnificentiſſimos: ſic, inquam, ut nemo ſumptuoſiores. ſtulte bis terque non poſtulatus: vel quia munus magnificum dederat, vel quia facultates non erant, vel quia magiſter, vel quia potuerat magiſtrum ſe, non ædilem putare.

Celebrare dies feſtos ludorum. Cic. pro Arch. 13.

Committi ludi dicuntur, cum Primum exhibentur. Cic. 3. Q. frat. 4. V. Diſcendi ludus ſupra. Liv. 2. 37. Priuſquam committerentur ludi.

Condecorare ludus. V. CONDECORO.

Edere ludos. Tacit. 1. Ann. 15.

Facere ludos, pro Edere. Plin. lib. 7. cap. 45.

Facere ludos Apollini. Cic. de Clar. Orat. 78.

Inſtituere ludos. Quintil. lib. 3. cap. 8. Ovid. 1. Met. 446.
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos.

Spectaret populum ludis attentius ipſis. Hor. lib. 2. epiſt. poſteriore. ubi vocat Ludos, omnia, quæ deſcripſerat. H. St. Exſtant Ep. 1. v. 197. nec alio ſenſu, ac in ſuperioribus exemplis, intelligi debet.

LUDIMAGISTER, [γραμματιστής] Qui præeſt ludo litterario, aliſve. Cic. 1. de Nat. Deor. 72. Sed quum agellus eum non ſatis aleret, ut opinor, ludimagiſter fuit. Apud eundem in Divin. 47. legitur, Magiſter ludi neſcio quis. Magiſtri ludi (inquit Aſconius) dicuntur, qui primas litteras docent. Valer. Max. lib. 6. cap. 9. ext. 6. Magiſter ludi factus ex tyranno. De Dionyſio loquitur. [Rectius igitur diviſe ſcribitur Ludi magiſter.

LUDIUS, i. m. [ὑποκριτής] Hiſtrio. Cic. de Aruſp. Reſp. 22. Quum ille ſervorum & ludiorum multitudini, &c. Ovid. 1. de Arte Am. 112.
Ludius æquatam ter pede pulſat humum. Legitur & Lydius.
Ludii, inquit Dionyſius Halicarnaſſeus A. R. 2. 130. Adoleſcentes erant tuniculas induti inſignes, galeati, & enſiferi peltatique, qui omnibus circenſibus & theatralibus pompis in numerum incedebant, ipſius velut pompæ duces Saliis ſimiles. Ludii ex eo vocati, quod a Lydis id genus ludicri inventum videretur. Si qui igitur eorum eſſent grandiuſculi & jam veſticipes, vellebantur glabrique reddebantur. Plaut. Aulul. 2. 9. 6.
— tu iſtum Gallum, ſi ſapis
Glabriorem reddes mihi, quam volſus ludiu' eſt. V. & Nonium 12. 47. & Torrent. ad Hor. 1. Serm. 6. 1.

LUDIO, ōnis. m. [ὑποκριτής] Idem. Liv. 7. 2. Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes. Idem lib. 39. 6. extr. Tum pſaltriæ, ſambuciſtriæque, & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.

LUDIA, æ. f. [ὑποκρίτρια] Mulier artes ludicras exercens, aut uxor ludii. Hinc Juven. 6. Sat. 104. Hippiam, quæ relicto marito gladiatorem in Ægyptum ſequuta eſt, vocat Ludiam,
Qua tamen exarſit forma? qua capta juventa eſt
Hippia? quid vidit, propter quod ludia dici
Suſtinuit? Martial. lib. 5. 25.
Hermes, cura, laborque ludiarum. Martianus Capella, Ludiam quandam Gaditanam ſaltantem vidimus ſemicinctam.

LUDO, ſi, ſum, [παίζω] ĕre. Plin. Epiſt. 111. Ut parce cuſtoditeque ludebat. Ovid. 3. de Arte Am. 368.
— turpe eſt, neſcire puellam
Ludere, ludendo ſæpe paratur amor.

Ludere, cum accuſativo. Epigr. apud Suet. in Auguſt. cap. 70. extr.
Aliquando ut vincat, ludit aſſidue aleam.

Ludum ludere. Ter. Eun. 3. 5. 38.
— & quia conſimilem luſerat
Jam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi.

Ludum inſolentem ludere. Hor. 3. Carm. 29. 50.

Par impar ludere. Hor. 2. Serm. 3. 248.

Ludere, cum ablativo. Ter. Adelph. 4. 7. 21.
Ita vita eſt hominum, quaſi quum ludas teſſeris. Cic. de Fato, & 2. Philipp. 56.

Alea luditur pernox. Juven. 8. Sat. 10.

Artes quibus alea luditur. Ovid. 2. Triſt. 471.

Ludo ludere. Plaut. Moſtel. 5. 2. 36.
Scis ſolere illanc ætatem tali ludo ludere.

Pila ludere. Cic. 5. Tuſc. 257.

Ludere in numerum, Saltare ad modum rhythmi & cantilenæ, ut ait Servius. Virg. 6. Ecl. 28.
Tum vero in numerum Faunoſque feraſque videres
Ludere.

Ludere in ſpeciem chori. Ovid. 3. Met. 685.

Agni ſatiati ludunt. Lucret. lib. 2. 320.

Pecus omne ludit campo. Hor. 3. Carm. 18. 9.

Piſcis ludit in aqua. Ter. Adelph. 3. 3. 23.
Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere
Paulisper: ubi ego venero exoſſabitur. i. e. Moveri, ut interpretatur Servius. Sic Virg. 8. Æn. 632.
— geminos huic ubera circum
Ludere pendentes pueros.

Exſultim ludit velut equa trima. Hor. 3. Carm. 11. 10.

Operam ludere, Perdere operam, Fruſtra laborare. Plaut. Pſeud. 1. 3. 135.
In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Operam ludere in re aliqua. Ter. Phorm. 2. 2. 18.
Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur. Ubi Donat. Luditur opera: Exercetur, an illuditur, id eſt fruſtratur? [Quid ni poſterius?

Otium ludere. Martial. lib. 3. 67. 9.

Verba mea ludunt, pro Inaniter jactantur, incaſſum volant, & tanquam ludibria ſunt. Propert. lib. 2. 24. 23.
Non audis, & verba ſinis mea ludere, quum jam
Flectant Icarii ſidera tarda boves. [Lego Verba ſinis me ludere, i. e. Perdere.

Ludere, Jocari, & irridere, ſive ſcurriliter & leviter loqui, vel deludere alterum, ſive eludere, ut ait Valla. Ter. And. 4. 4. 48.
Hic ille eſt, non te credas Davum ludere. Cic. 3. de Nat. Deor. 3. Quum vero deos nihil agere, nihil curare confirmat, membriſque humanis eſſe præditos, ſed eorum membrorum uſum nullum habere, ludere videtur.

Sanguine hominis ludere in convivio. Liv. 39. 43. extr.

Ludere, Decipere. Virg. 1. Æn. 356.
— vana ſpe luſit amantem. Cic. 1. Tuſc. In utroque eandem habuit fortuna poteſtatem, ſed luſa in altero eſt.

Aciem oculorum ludere. V. ACIES.

Arte ſervuli ludi. Ovid. 3. de Arte Am. 332.
Cuive pater vafri luditur arte Getæ.

Dolis aliquem ludere, Dolo circumvenire. Ter. Eun. 2. 3. 94.
An potius hæc pati æquum eſt fieri, ut a me ludatur dolis?

Imaginibus falſis ludere aliquem. Virg. 1. Æn. 412.

Ludere, Canere, Pulſare. Gellius, Is optime ludere a magiſtro ejus didicerat.

Arbitrio ludat amica ſuo, Cantet. Ovid. de Rem. Amor. 380. Sed dubia lectio.

Ludere, Verſibus ſcribere: ſed non niſi in leviuſculis fere, qualia ſunt Epigrammata: & hujuſmodi opuſcula, Luſus dicuntur. Virg. 1. Ecl. 10.
Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti. Idem 4. Georg. 565.
Carmina qui luſi paſtorum. Hor. 1. Carm. 32. 2.
Poſcimus, ſi quid vacui ſub umbra
Luſimus tecum.

Læta & juvenilia luſi. Ovid. 5. Triſt. 2. 7.

Muſa tua luſit. Ovid. 3. Amor. 1. 27.

Modis bucolicis luſerat. Ovid. 2. Triſt. 538. De Virgilio.

Verſu ludere. Virg. 6. Ecl. 1.

Luſum, Luſu, ſupina. ut, Luſum ire. Hor. 1. Serm. 5. 48.
Luſum it Mæcenas, dormitum ego, Virgiliuſque.

LUDENS, entis. Partic. [παίζων] ut
Pueri ludentes. Hor. 1. Epiſt. 1. 59.
Verſus ludens. Lucan. ad Piſon. 162.
— ſi carmina forte
Nectere ludenti juvit fluitantia verſu.

LUSUS, a, um. Partic. [παιχθείς] Deceptus. Cic. 2. de Fin. 2. Sed & illum, quem nominavi, & ceteros Sophiſtas, ut e Platone intelligi poteſt, luſos videmus a Socrate.
Luſi verſus. H. St.

LUDIBUNDUS, a, um. Adj. [παίζων] dicitur Ludens. Cic. 5. Verr. 156. Si Valtejum habebis, omnia ludibundus conficies. & p. p. Quia multos, per ſe & per alios, multa ludibundos, libidinoſe, apud Verrem effeciſſe vidit, &c. Idem 3. de Orat. Tum ad te ludibunda docte & delicate detulit.
Immo fortaſſe Ludibundus, Tanquam Ludens, Ludentis more. Vide SNOLONABUNDUS. Eſt, (ni fallor,) apud Suetonium in Nerone, ubi dicit, illum initio talia feciſſe Ludibundum, ſed poſtea aperte. H. St. V. Suet. Ner. cap. 26. & 27. conf. Per ludum & jocum in LUDUS.

LUSIO, ōnis. f. [παιδιά] Verbale. Cic. 5. de Fin. 55. Infantes luſionibus vel laborioſis delectantur. Idem de Senect. 58. Sibi igitur habeant alii arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clavam, ſibi pilam, ſibi natationes, & curſus: nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant & teſſeras. De voluptate ſenili (inquit Valla) locutus eſt, non de ſpe lucri; cujus ſpei cauſa plerique ludunt.
Pilæ luſio. Cic. 1. de Orat. 73. Qui pila ludunt, non utuntur in ipſa luſione artificio proprio palæſtræ.
Luſio in Timæo, ut repoſui. H. St. Locum inveſtigare non licuit.

LUSUS, ūs. m. [παίγνιον] Ad voluptatem pertinet, inquit Valla, ſine ulla arte: & puerorum proprie dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 4. Nec me offenderit luſus in pueris: eſt & hoc ſignum alacritatis.
Anni luſibus apti. Ovid. 15. Epiſt. 21.
Virgineis exercent luſibus undas Naiades. Ovid. 14. Met. 556.
Luſus etiam pro Joco accipitur, opponiturque Seriis. Plin. 5. Epiſt. 3.
Quos

Quos, quantosque auctores sequar, facile impetrari posse confido, ut errare me, sed cum illis sinant, quorum non seria modo, verum lusus etiam exprimere laudabile est.

Lusus & jocus. Martial. lib. 2. 4.
Carentes gravitate lusus. Ovid. 1. de Pont. 9. 9.
Dare venustissimos lusus. Quintil. lib. 5 cap. 13.
Inepti lusus. Ovid 2. Trist. 223. sic vocat sua poemata.
Aleæ lusus. Suet. in Calig cap. 41.
Lusus equi nunc est, levibus nunc luditur armis. Ovid. 3. Trist. 12. 19. Al. Usus.

Lusor, ōris. m. [παίκτης] Qui ludit, aut decipit. Plaut. Amph. 2. 2. 62.
Quid enim censes, te ut deludam contra lusorem meum,
Qui nunc primum te advenisse dicas, modo qui hinc abieris? [Au ἀντὶ Contralusorem?
Amorum lusor. Ovid. 4. Trist. 10. 1.
Ille ego qui fueram tenerorum lusor amorum. i. e. Scriptor.
Pro Aleatore ponitur apud Ovid. 1. de Arte Am. 451.
Sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor,
Et revocat cupidas alea sæpe manus.

Lusōrius, a, um. Adj. [παικτικός] Quod ad ludum spectat: ut, Tabula lusoria, Qua tesseris luditur. Plin. lib. 17. cap. 56. Lusoriam pilam Pyrrhus invenit. Idem lib. 37. cap. 2. Transtulit alveum cum tesseria lusorium e gemmis duabus.
Flammæ leves & lusoriæ, pro Innoxiis fulminibus, apud Senec. 2. Nat. Quæst. 44.
Imperium lusorium. Paul. in l. ultim. D. Ne quid in loco publico fiat, Qui adversus edictum Prætoris ædificaverit, tollere ædificium debet: alioqui inane & lusorium Prætoris imperium fuerit.
Naves lusoriæ dicebantur, quas Romani habebant in fluminibus, ut imperium disterminarent e barbaris. V. Baluz. ad Lactant. de Mort. persec. cap. 21. & quos ibi laudet, & Ammian. 18. 2.
Nomen lusorium, pro Ficto & ementito. Senec. lib. 5. de Benef. cap. 8.
Quæstio lusoria, Vel quæ ludo fit, vel de ludo tractat. Plin. lib. 7. cap. 53.
Spectaculum lusorium, Inane & ridiculum. Senec. Epist. 81.

Lusorium, i. n. Amphitheatrum, aut locus in quo ludi edebantur. Lamprid. de Heliogab. cap. 25. Stravit sibi triclinium in summo lusorio. conf. Ammian. 17. 2.

Lusorie, Adv. l. 50. §. 1. Dig. de Legat. & fidei commiss. Si hæreditatis judex contra hæredem pronunciaverit non agentem causam, vel lusorie agentem.

Lusito, [παίζω] āre. frequent. Plaut. Capt. 5. 4. 6.
Nam ubi illo adveni, quasi patritiis pueris, aut monedulæ,
Aut anates, aut coturnices dantur, quibuscum lusitent.

Ludifăcio, ěre. Deludere. Plaut. Epid. 5. 2. 41.
Quomodo me ludifecisti de illa conductitia. Al. Ludos fecisti.

Ludifĭcus, a, um. Adj. ut, Ludificas caveis habere. Plaut. Pœn. 5. 5. 2.

Ludifĭco, [χλευάζω] āre. activum. Plaut. Amph. 2. 2. 38.
Sequere sis, herum qui ludificas dictis delirantibus. [Forte Ludifacis.

Ludifico, passivum. Lucret. lib. 1. 938.
Ut puerorum ætas improvida ludificetur. Plaut. Capt. 3. 1. 30.
Nunc redeo inde, quoniam me ibi video ludificarier.

Ludifĭcor, depon. Deridere, seu per jocum & ludum fallere. Ter. Eun. 4. 4. 49.
Actum est, si quidem tu me hic etiam, nebulo, ludificabere? Cic. pro Rosc. Amer. 55. Quum enim aliquid habeat quod possit criminose ac suspiciose dicere, aperte ludificari, & calumniari sciens non videatur.
Impune aliquem ludificari. Tacit. 3. Ann. 21. Irritum, fessumque Romanum impune ludificabatur.
Locationem ludificari. Liv. 39. 44. extr. Censores edicto summotis ab hasta, qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paululum imminutis pretiis locaverunt.
Mala ludificari alicujus, i. e. quasi Per ludibrium vexare. Plin. Epist. 28. lib. 7. ad Cornel. Tacit.
Ludificatus est patrem aurum: h. e. Per fallaciam aurum abstulit a patre. Plaut. Bacchid. 3. 4. 28.
— neu quid ei succenseat,
Mea causa de auro, quod eum ludificatus est.
Rostra ludificari fuga. i. e. Eludere flexu levi impetum navis hostilis. Flor. 2. 2. 8.
Virginem ludificari. i. e. Stuprare. Ter. Eun. 4. 3. 3.

Ludifĭcans, antis. Partic. [χλευάζων] Sil. lib. 7. 224.
— sicci stimulabant sanguinis enses
Ludificante ducem Fabio

Ludifĭcātus, a, um. Partic. [χλευασθεὶς] Sil. lib. 7. 645.
— levibus flexu per devia gyris
Ludificatus equo.
Ludificatus, passivum [χλευασθεὶς] Sallust. in Jugurth. cap. 50. Ludificati incerto prælio.

Ludifĭcātio, ōnis. f. [χλευασμός] Cic. pro Sext. 75. Quum omni mora, ludificatione, calumnia, senatûs auctoritas impediretur. Liv. 22. 18. extr. Ne nihil actum censeret, exacta prope æstate per ludificationem hostis.

Ludifĭcātus, ûs. m. Plaut. Pœn. 5. 5. 2.
Tum profecto me sibi habento scurræ ludificatui.

Ludifĭcātor, ōris. m. Plaut. Most. 5. 1. 18. Ludificator meus, &c.

Ludifĭcatōrius, a, um. Adj. ut, Imaginatio ludificatoria. August. de Civ. Dei 11. 46.

Ludifĭcābĭlis, e. Adj. [χλευαστικός] Ludificabiles ludi. Plaut. Casin. 4. 1. 3.
Nec pol ego Nemeæ credo, neque ego Olympiæ,
Neque usquam ludos tam festivos fieri,
Quam hic intus fiunt, ludi ludificabiles,
Seni nostro, & nostro Olympioni villico.

Ludibrium, i. n. [χλεύη] Res vana & deridenda. Virg. 6. Æn. 75.
— foliis tantum ne nomina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Cic. in Parad. 1. Ille hæc ludibria fortunæ ne sua quidem putavit, quæ nos appellamus etiam bona.
Fœdissima ludibria. Quintil. lib 1. cap. 6.
Obnoxius ludibriis. V. OBNOXIOS.
Haberi ludibrio, Derideri. Ter. Hec. 4. 1. 11.
Non sic ludibrio tuis factis habitus essem.
Læsum iri ludibrio. Cic. 5. Fam. 2.
Proculcare, ac ludibrio sibi habere aliquid. Lucret. lib. 5. 1234.
Esse ludibrio alicui, Falli vel irrideri ab aliquo. Cic. ad Brut. 2. Nec pati sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium Pop. Rom. Sic 7. Verr. Ludibrio esse vobis gloriam.
Vertere in ludibria. Tacit. 12. Ann. 26.

Ludibriōsus, a, um. Adj Firmic lib. 1. cap. 3. Platonem cum illis animi virtutibus vendidit fatum, & illam divini animi disciplinam tyrannicis crudelitatibus, ac ludibriosis Dionysii potestatibus tradidit. V. Ammian. 15. 13.

Ludibriōse, Adv. Ammian. 26. 6. Ad hoc dehonestamentum honorum omnium ludibriose sublatus.

Ludĭcer, vel **Ludicrus**, cra, crum. Adj. [παιγνιώδης] Jocularius, lusorius, levis. Virg. 12. Æn. 764.
— nec enim levia, aut ludicra petuntur
Præmia.
Ars ludicra. Columel. in præf. lib. 1. Sine ludicris artibus. Quintil. lib. 3. cap. 6. Translate Plaut. Aul. 4 3. 3.
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram. i. e. Subsilire.
Certamen ludicrum. Senec. Agam. 13.
Res ludicra. Hor. 2. Epist. 1. 180.
Subtilitas ludicra. Gell. lib. 6. cap. 13.
Tibiæ ludicræ, Quibus luditur. Plin. lib. 16 cap 36.

Ludĭcrum, i. n. [παίγνιον] non modo Ludos histrionicos & scenicos significat, sed quodcunque Opus lusorium & jocularе. Liv. 1. 5. pr. Jam tum in Palatino monte Lupercal, hoc fuisse ludicrum ferunt, & a Palanteo urbe Arcadica Palanteum, (Al. Palatium) deinde Palatinum montem appellatum. Ibidem cap. 35. extr. Ludicrum fuit, equi pugilesque, ex Hetruria maxime acciti.
Celebrare ludicrum. Liv. 27. 37.
Vertere in proverbii ludicrum. Plin. lib. 3. cap. 12.

Ludĭcre, Adv. ut, Pars ludicre jactant. Ennius apud Non. 2. 505. Apul. 9. Met. p. 220. Maritum suum astu meretricis tractabat ludicre.

L U E

Luentinum, i. n. [Λουέντινον] Britanniæ Insulæ urbs, Ptolem. teste lib. 2. cap. 3. Vulgo *Porvusland*.

Lues, is. f. [λοιμός] Valla, Lues & Pestis hoc differunt, quo genus & species. Nam quum in urbe, aut in agro febris, aliudve genus morbi sævit, sive solos homines, sive sola pecora, sive utrosque corripiens, Lues dicitur. Interdum etiam si arbores & sata. Pestis vero aut cito occidit, aut cito abit ab eo quem invasit, quæ eadem [& quidem rectius] dicitur Pestilentia. Nonnunquam tamen pro Lue ponitur: atque ad animi vitium sæpe transfertur. Hactenus Valla lib. 4.
Lues a lavando dicta, ut nonnullis placet. Festus, Lues est diluens usque ad nihil: Tractum a Græco λύειν.
Morbi lues. Claud. de Bello Gildon. 1119.
Demissa cælo lues. Stat. 11. Theb. 274.
Dira lues. Ovid 7. Met. 124.
Gravem populis luem sparsum pestis. Senec. Thyest. 1.
Miseranda lues venit arboribus satisque. Virg. 3. Æn. 138.
Violenta lues. Valer 5. Argon. 15.
Lues, ut Pestis, pro Homine pestifero. Cic. de Arusp. Resp. 24. Ut eos ludos hæc lues impura pollueret. Sen. Med. v. 181.
Abolere propere pessimam ferro luem
Equidem parabam.
Lues, pro Soluta aqua, ut quum nives in tabem, aquamque liquatæ sunt. Petron. Arbiter cap. 123.
Vinctaque mox stabant, fluctus stupuere pruina,
Et paulo ante lues, jam concidenda jacebat. Ait enim aquas quæ ante labebantur solutæ, repente in pruinam concrevisse & glaciem, ut ferri earum rigor frangendus esset. Turneb 4. 19. [Lego Jacebant.
Luis pro Lues nominandi casu dixit Prudentius Hamartig v. 249.
— si terras luis incentiva fatigat. V. & Psychom. 508.

L U G

Lugdūnum, i. n. [Λουγδοῦνον] Civitas Galliæ apud Aquitaniam, quam Plancus, quum Galliam comatam regeret, traditur condidisse. [V. mox.] In ea fluvii Araris & Rhodanus. Hæc una cum tota regione, Senecæ temporibus, fatali igne exusta est. V. Strab. lib. 4. Sidon. 5. v. 576.
Lugdunumque tuum, dum præteris aspice, victor.
Lugdunum, dictum quod in monte olim situm erat, tanquam Lucii mons, quum ipsam urbem a L. Munatio Planco conditam fuisse multi censeant. Antiquis enim Gallis *dunum* collem significabat, & hodie etiam quibusdam in Galliæ locis aggerem denotat. Turneb. [Immo Colonia eo deducta civibus Ro. frequentasse Plancum ex lapide antiquo constat Cajetæ invento, qui est apud Grut. p. 439. n. 8. Nomen autem a Colle habere creditur, qui vet. Gallorum lingua *Dun* seu *Dunu* vocabatur, & *Lug*, quod Corvum denotat; nisi mavis a Celtico *Lugen*, i. e. Cernere, quod Speculæ convenit, arcessere. in vet. M. Antonii nummo apud Fulv. Ursin. & Oisel. Tab. 26. 11. LUGUDUNUM scribitur.
Lugdunum ad confluentes, vide in CONFLUENS H. St.
Lugdunum Batavorum, urbs ampla & culta in Hollandia.

Lugdūnensis, e. Adj. Juven 1. Sat. 44.
Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.

Lugeo, xi, ctum, [πενθέω, κλαίω, ὀδύρομαι, ὀλοφύρομαι] ēre. In luctu esse. A Luo derivari dicit Perottus: quod luctus, vitam hominis solvat. Cic. 3. Tusc. 70. Quid qui non putant lugendum viris?
Fratrem lugebat ademptum. Ovid. 11. Met. 273.
Matres lugere Iliæ. Hor. Epod. 17. 11. al. Ungere.
Rempub. lugere, Casum & fortunam Reip. dolere. Cic. 7. Fam. 29.
Vitam lugere hominum. Cic. 1. Tusc. 83.
Luxi. Præt. Ovid 11. Met. 47.
— positis te frondibus arbos
Tonsa comas luxit. De Orpheo.

Luxi,

Luxti, pro Luxisti. Catul. 64. 21.
At tu non orbum luxti deserta cubile, &c.
Vita lugenda. Ovid. 4. Trist. 3. 39.
Lugetur, imperf. [πενθεῖται] Catul. 37. 5.
—seu pii ad rogum filii
Lugetur, orba quum flet unicum mater. [Lego, Quem flet.
LUGENS, entis. Partic. [πενθῶν] ut, Solator lugentium. Stat. 5. Silv. 5. 40.
Campi lugentes, apud Inferos. Virg. 6. Æn. 441.
Imago viri lugens. Cic. pro Muren. 88.
Lanæ lugentes, Pullæ. Martial. 14. 157.
Senatu lugente, mærentibus bonis omnibus. Cic. pro Domo 26.
LUCTUS, ûs. m. [πένθος, γόος, κῆδος, ὀδυρμός, ὀλοφυρμός] Valla, Luctus est dolor qui exterius proditur vultu ipso, atque aspectu. Sæpe ipse habitus vultus, atque vestis, luctus est. Unde secundo bello Punico, post cladem illam Cannensem censuerunt P. C. ne feminæ ultra triginta dies in luctu essent: non videlicet ne in dolore (non enim imperare dolori possumus) sed in illo lugubri habitu. Hactenus Valla lib. 4.
Cic. 4. Tusc. 18. Luctus, ægritudo ex ejus, qui carus fuerit, interitu acerbo.
Mæror & Luctus. Cic. 3. Tusc. 71. Luctum & mærorem non putabant viri.
Squalor & luctus. Cic. pro Planc. 21. Quam quidem nunc multitudinem videtis, Judices, in squalore & luctu supplicem vobis.
Fessa luctuque viaque. Ovid. 14. Met. 426. de Canente Nympha.
Ater luctus. Senec. Herc. fur. 9.
Coacervati luctus. Ovid. 8. Met. 484.
Per coacervatos pereat domus impia luctus.
Crudelis ubique luctus. Virg. 2. Æn. 369.
Gravis. Senec. Octav. 2.
Ingens. Virg. 6. Æn. 868.
Miser. Valer. 3. Argon. 740.
Impudens. V. IMPUDENS.
Levior. Ovid. 1. Met. 655.
Tristis. Cic. pro Planc. 73.
Abstergere omnem luctum. Cic. 3. Tusc. 43. V. ABSTERGO.
Absumi luctu inerti. V. ABSUMO.
Accensa luctu phalanx. Virg. 12. Æn. 277.
Afficere luctu. Cic. in Pison. 18. Ut eos, quos luctu afficeret, lugere non sineret?
Attenuare luctum alicujus, Levare. Ovid. ad Liviam 342.
Avertam luctus, & tristia damna vetabo. Stat. 3. Silv. 1. 173.
Cepit civitatem luctus. V. CAPIO.
Luctu confici. Cic. Quare quum me afflictum & confectum luctu audies, &c.
Dare animum in luctus. Ovid. 2. Met. 384.
— seque ipse, diemque
Datque animum in luctus, &c.
Excidit omnis luctus. Ovid. 8. Met. 450.
Extendere luctus in ævum æternum. Ovid. 1. Met. 663.
Externare aliquem assiduis luctibus. Catul. 62. 71. V. EXTERNO.
Haurire luctum. Cic. pro Sext. 63.
Importare luctum alicui. Phædr. 1. Fab. 29. 6.
Incidere in maximos luctus. Cic. 1. Off. 32.
Inserere cogitationem aliquam luctibus. Quintil. in proœm. lib. 6. Ut aliqua tot luctibus alia cogitatio inseri possit.
Levare luctum. Cic. 4. Fam. 6. pr. & 3. Tusc. 40. & 60.
Manere in luctu. Cic. Equidem in hoc luctu maneo.
Minuere luctus. Ovid 15. Met. 629.
Miscentur mœnia luctu. Virg. 2. Æn. 298.
Diverso interea miscentur mœnia luctu.
Mordent luctus lacrymæque. Senec. Troad. 1011.
Lentius luctus, lacrymæque mordent,
Turba quas fletu simili frequentat.
Operire luctum. Mærorem & tristitiam dissimulare, & celare. Plin. Epist. 16. lib. 3. Quo majus est, sine præmio æternitatis abdere lacrymas, operire luctum, amissoque filio matrem adhuc agere.
Percipere luctum. Cic. 14. Fam. 1.
Permovere luctu. Quintil. lib. 2. cap. 10. p. 163. Affici vero, & ira vel luctu permovere, cujus est ludibrii, &c. [Immo Permoveri.
Præcipitare luctus. Lucan. lib. 5. 795.
Sustinet amplexu dulci, non colla tenere,
Extremusque perit tam longi fructus amoris:
Præcipitantque suos luctus, neuterque recedens
Sustinuit dixisse vale. h. e. Ante tempus accelerare suos luctus.
Præditus luctu miser. Cic. pro Rosc. Amer. 23. Al. rectius Perditus.
Renovare. Sen. Octav. 124.
Renovatque luctus & metus miseræ mihi. Ibidem 270.
Renovare luctus parce cum fletu pios.
Renovantur amari luctus admonitu. Ovid. 14. Met. 465.
Satia meo tua pectora luctu. Ovid. 6. Met. 281.
Succensus acerbo luctu. Valer. 2. Argon. 585.
Sum. ut, Esse in maximis luctibus. Cic. 3. Off. 94.
Tabescere æterno luctu. Lucret. lib. 3. 924.
Tollite muliebrem luctum. Hor. Epod. 16. 39.
Vanescit luctus. Catul. 62. 199.
Vos nolite pati nostrum vanescere luctum:
Sed quali solam Theseus me mente reliquit,
Tali mente, deæ, funestet seque, suosque.
Vocare in luctum, h. e. Dolorem & mærorem excitare. Cic. 3. Att. 7. Ne & meum mærorem exagitem, & te in eundem luctum vocem.
Luctus, I, apud antiquos declinabatur. Accius apud Non. 8. 17. Cesso hinc ire, & rapere lucti vestem in lecto conjugis?
LUCTUŌSUS, a, um. Adj. [γοερός, πενθικός] Luctu plenum. Cic. 3. Att. 9. Non deseram, neque optimi atque unici fratris miseras ac luctuosas preces, nec, &c. Sic 2. de Divin. 79. Luctuosa res.
Hesperia luctuosa. Hor. 3. Carm. 6. 8.
Di multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosæ. i. e Italiæ.
Luctuosum, Quod luctum affert. Cic pro Lege Agra. 2. 47. Quam mehercle ego præconi huic ipsam luctuosam, & acerbam prædicationem futuram puto. Idem 7. Verr. 118. Illorum liberi quum erunt securi percussi ac necari, corpora feris objicientur: hoc si luctuosum est parenti, redimat pretio sepeliendi potestatem.

Victoria luctuosa. Sallust. Catil. cap. 58. extr. Virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.
Compar. Cic. pro Quint. 95. Luctuosum est tradi alteri cum bonis; luctuosius inimico.
Superl. Cic. pro Sulla 33. Crudelissimum & luctuosissimum patriæ exitium comparasset.
LUCTUŌSE, Adv. Compar. Liv. 28. 39. Imperatores vestri luctuosius nobis prope, quam vobis perierunt. August. de Opere Monach. cap. 32. Luctuose ridiculum est.
LUCTĬFĬCUS, a, um. Adj. [πενθικός, γοερός] Quod luctum facit. Cic 2. Tusc. 25.
Luctifica clades nostro infixa est corpori. Ex Æschylo.
Clangores luctifici. Stat. 10. Theb. 546.
Jubar luctificum. Valer. 3. Argon. 292.
Pavor luctificus. Sil. 6. 557.
Titan luctificus. Lucan. lib. 7. 2.
Segnior Oceano, quam lex æterna vocabat,
Luctificus Titan, nunquam magis æthera contra
Egit equos.
Verba luctifica. Senec. Theb. 1.
LUCTIFICĀBĬLIS, e. Adj. Tanquam a LUCTIFICO. Pers. 1. Sat. 78.
Antiope ærumnis cor luctificabile fulta
LUCTĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [πενθοφόρος] Qui luctum fert vel nuntiat. Senec. Herc. fur. v. 687.
Hic vultur, illic luctifer bubo gemit.
Fax luctifera. Senec. Med. 10.
Vota tenentur, ter latratus
Audax Hecate dedit, & sacros
Edidit ignes face luctifera.
LUCTĬSŎNUS, a, um. Adj. [γοερός] Ovid. 1. Met. 733. De Io mutata in vaccam,
Quos potuit, solos tendens ad sidera vultus:
Et gemitu, & lacrymis, & luctisono mugitu
Cum Jove visa queri est, finemque orare malorum.
LUGŪBRIS, & LUGŪBRE, e. Adj. [γοερός, πενθήρης, πενθικός] Quod ad luctum pertinet.
Acerbus & Lugubris. Cic. 3. Verr. 58. Memini, vidi simul cum Pop. Rom. forum comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum, cogitationemque, acerbo, & lugubri.
Carmen & rebus, & verbis, & modis lugubre. Cic. 3. Tusc. 45.
Cantus lugubres. Hor. 1. Carm. 24. 2.
Ejulatio lugubris. Cic. 2. de Legib. 59. Lælius lessum, quasi lugubrem ejulationem, ut vox ipsa significat.
Hedera lugubris. Plin. lib. 16. cap. 35.
Lamentatio lugubris, fletusque. Cic. 1. Tusc. 30.
Pectora lugubria. Ovid. 10. Epist. 145.
O rem lugubrem! itaque intercludor dolore. Cic. 8. Att. 8.
Sordes lugubres. Cic. ad Quir. post red. 7.
Vagitus lugubris. Lucret. lib. 5. 227.
Verbum lugubre, Quod luctum præ se fert. Cic. 5. Verr. 126. Reliquos, inquit, Aratores. Reliquos? prope lugubri verbo calamitatem provinciæ Siciliæ significat.
Vestis lugubris. Ter. Heaut. 2. 3. 45.
Mediocriter vestitam, veste lugubri.
Vox lugubris. Lucret. lib. 4. 550. de cygnis.
Cum liquidam tollunt lugubri voce querelam.
LUGUBRIA, orum. n. pl. Quæ ad luctum pertinent; substantive interdum accipitur, ut apud Ovid. 11. Met. 669.
Surge age, da lacrymas, lugubriaque indue, nec me
Indeploratum sub inania tartara mitte.
Amicta conjux lugubribus. Senec. Herc. fur. 9.
Lugubria, pro Habitu mærentium. Senec. de Consolat. ad Helv. 16. pr. Nosti quasdam, quæ amissis filiis, imposita lugubria nunquam exuerunt.
LUGŪBRE, [πενθικῶς] Adv. quod & Lugubriter dicitur. Plaut. Cist. 1. 1. 47.
Nam si hæc non nubat, lugubre fame familia pereat
LUGUBRĬTER, Adv. Idem Apul 3. Milef. p. 132. Lugubriter ejulantes.
LUGIDŪNUM, i. n. [Λουγίδουνον] Ptolem. lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs. Hodie Glogavia. Vulgo *Glogavv*.

L U M

LŪMA, æ. f. Genus spinæ, ut ait Perottus ex Hermolao, quæ in pratis nascitur, & locis uliginosis. Sic dicta, quod agricolæ eam e terra luunt, id est solvunt. [Gloss. Lat. Gr. Luma, Βοτάνη ὁμοία [illegible] καλάμῳ, ἄλλοι χαλαμίνθην.
LUMĒTA, vel LUMECTA, orum. n. Loca lumis plena. V. Varr. de L. L. 4. 31. in dict. seq.
LUMĀRIUS, a, um. Adj. ut, Lumariæ falces sunt, Quibus secant lumecta, cum in agreis serpunt spinæ. quas quod a terra agricolæ solvunt, id est luunt, Lumecta, inquit Varr. de L. Lat. 4. 31.
LUMBRĪCUS, i. m. [ἕλμινς] Vermis e terra nascens: a lubricitate, ut opinor, dictus. Columel. lib. 7. cap. 9. Terram rimentur, effodiantque lumbricos. De suibus loquitur. Plin. lib. 27. cap. 13. Sunt & gentium differentiæ non mediocres: sicut accepimus de tineis, lumbricisque inesse Ægypti, Arabiæ, Syriæ, Ciliciæ populis.
Lumbrici, etiam Vermes dicuntur, qui in ventre hominis, aut etiam aliorum animalium nascuntur. Columel. lib. 6. cap. 25. Solent autem nocere lumbrici, qui fere nascuntur cruditatibus. Idem lib. 6. cap. 30. Solent etiam vermes quasi lumbrici nocere intestinis.
Lumbricorum alii sunt teretes, alii lati. V. Cels. lib. 4. cap. 17.
Multiplices lumbrici. Cels. lib. 4. cap. 17.
Teretes lumbrici maxime exercent pueros. Cels. lib. 4. cap. 17.
Lumbricus dicebatur, Qui ex imis sordibus ad summas dignitates erat evectus. Plaut. Aulul. 4. 4. 1.
Foras, lumbrice, qui sub terra erepsisti modo. Al. Erupsisti.
LUMBUS, i. m. [ψοία, ἰξύς, ὀσφύς] Pl. Lumbi. Pars corporis quinque inferiores spinæ vertebras complectens, qua libido designatur: sunt enim circa renes. Plin. lib. 20. cap. 2. Lumborum vero dolori, semine sole siccato, dein, &c. Plaut. Epid extr.
Plaudite, valete: lumbos surgite atque extollite. Al. Lumbos pergite. Vulgus nostrum generaliori vocabulo *Rehes* vocat, quod circa sedem renum sint. Pluraliter autem fere usurpant antiqui.

Excuſſi lumbi. Propert. lib. 2. 16. 27.
Incurvi lumbi. Ovid 8. Met. 804.
Condi lumborum tenus. Cic. in Arat. 83.
— & Cepheus conditur ante
Lumborum tenus, a prima depulſus ad undas.
Dolare lumbos alicujus fuſte. Hor. 1. Serm. 5. 22.
Infringere lumbos. Hor. Epod. 11. 22.
Limina dura, quibus lumbos, & infregi latus.
Movere lumbos duros qui nequeunt. Catull. 17. 11.
Lumbus, etiam de brutis dicitur. Hor. 1. Serm. 6. 106.
— nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel ſi lubet, uſque Tarentum:
Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos.
Ficedulæ lumbus. Martial lib. 13. 5.
Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo,
Quum tibi forte datur, ſi ſapis, adde piper.
Leporis lumbus, apud Plin. Galli *rablum* vocant.
Lumbāre, is. n. Quod lumbis religetur, vel quod lumbis hæreat. Iſidor. 19. 22. & Hieron. 2. Epiſt. 37.
Lumbifragium, i. n. [ψοάγιον] Plaut. Amph. 1. 1. 208.
Nam ſi me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes. h. e. Frangam tibi lumbos. Fictum verbum Plauto.
Lumbŭlus, i. m. dimin. [ψοάδιον] Plin. lib. 28. cap. 11. Sicca lippitudo, lumbulis ſuum toſtis, atque contritis, & impoſitis, tollitur.
Lumbellus, i. m. aliud dimin. apud Apic. 7. 1.
Lumbāgo, inis. f. [ψοῶν ἀσθένεια] Vitium & debilitas lumborum, ut inquit Feſtus.
Lūmen, inis. n. [φῶς, φῶς, φέγγος, λύχνος] notæ ſignificationis: dictum a Lucendo, quaſi Lucimen.
Lumen a Luce Servius diſtinguit 2. Æn. 683. quod in lumine ſit ſplendor, ſed cum fumo: in luce ſolus ſplendor.
Breve lumen candelæ. Juven. 3. Sat. 286.
Florentia lumina flammis. Lucret. lib. 4. 452. de Lucernis.
Fulvum lumen. Virg. 7. Æn. 76.
Fumea lumina tædis. Virg. 6. Æn. 593.
Hiberni luminis ignes. Virg. 1. Georg. 291.
Multifida lumina. Stat. 3. Theb. 142.
Multifida attollens antiqua lumina cedro
Nocte ſubit campos.
Nocturna lumina. Virg. 7. Æn. 13.
Urit odoratam nocturna in lumina cedrum.
Nocturnum lumen extinctum recens. Lucret. lib. 6. 791.
Piceum fert fumida lumen tæda. Virg. 9. Æn. 75.
Vigilantia lumina, i. e. Semper ardentia. Ovid. 18. Epiſt. 31.
Accendere lumen. V. accendo.
Admovere lumen. Plin. lib. 10. cap. 75.
Collucere luminibus. V. collucëo.
Exilit lumen ſi lapidem percutiat lapis. Lucret. lib. 6. 161.
Fundunt ignes lumina. Virg. 2. Georg. 432.
Paſcunturque ignes nocturni, & lumina fundunt.
Luſtrare veſtigia lumine. Virg. 2. Æn. 754.
Sternuit lumen. i. e. Crepitavit, quod futuri ſucceſſus dat præſagia. Ovid. 19. Epiſt. 151.
Clariſſima mundi lumina Liber & Ceres. Virg. 1. Georg. 5. i. e. Sol & Luna.
Sparſa micant ſtellarum lumina cælo. Sil. lib. 15. 680.
Caſſus lumine aër. Lucret. lib. 4. 369.
Diurnum lumen, Lux diei. Lucret. lib. 4. 369.
Jucundum cæli lumen. Virg. 6. Æn. 363.
Lævum lumen. V. læva.
Lurida lumina præbebat terris Sol. Ovid. 15. Met. 786.
Orientia lumina Solis. Virg. 8. Æn. 68.
Primo cum lumine Solis. Virg. 7. Æn. 130.
Rubrum lumen. Claud. lib. 2. de Rapt. Proſerp. 229. Al. rectius Rubri fulminis.
Sera rubens accendit lumina Veſper. Virg. 1. Georg. 251.
Serenum lumen Solis. Lucret. lib. 2. 149.
Solare lumen. Ovid. 5. Triſt. 9. 37.
Dumque (quod ô breve ſit) lumen ſolare tenebo,
Serviet officio ſpiritus iſte tuo. V. infra Cæli ſpirabile.
Splendida lumina Solis. Lucret. lib. 2. 107.
Stellantia lumina. Valer. 2. Argon. 459.
Tremulum lumen. Virg. 7. Æn. 9.
— ſplendet tremulo ſub lumine Pontus. Subaudi Lunæ.
Vaga lumina noctis, Sidera. Stat. 3. Theb. 63.
Claret lumen. V. clareo.
Dare lumina terris, dicitur Sol. Ovid. 2. Met. 149.
Inferre mortale lumen in clariſſimum Solem. Quintil. lib. 5. cap. 12. In rebus apertis argumentari tam ſit ſtultum, quam in clariſſimum Solem mortale lumen inferre.
Pervulgant ſolis lumina cælum. Lucret. lib. 4. 209. i.e. Vulgo, ſeu paſſim percurrunt. [Pro Aperiunt dictum puto. An Provulgant?
Præbebat mundo lumina Titan. Ovid. 1. Met. 10.
Premit lumen luna obſcura. Virg. 4. Æn. 80.
Privatus lumine aër. Lucret. lib. 4. 367.
Spoliatur terra lumine. Lucret. lib. 4. 378.
Veſtit purpureo lumine campos æther. Virg. 6. Æn. 640.
Lumen, pro Luce ac die. Cic. pro Rabir. Poſt. 29. Si te ſecundo lumine hic offendero, moriere. i. e. Cras, ſive ſecundo die. Virg. 6. Æn. 356.
— via lumine quarto
Proſpexi Italiam. i. e. Die quarto.
Manifeſtum lumen, pro Claro, aut Nimbo, cujus majus eſt lumen, ut inquit Servius. Virg. 4. Æn. 358.
— ipſe deum manifeſto in lumine vidi
Intrantem muros, vocemque his auribus hauſi.
Purpureum lumen juventæ. Virg. 1. Æn. 595.
— namque ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix, lumenque juventæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. i. e. Pulchrum nitorem.

Cæli ſpirabile lumen. i. e. Vitale. Virg. 3. Æn. 600.
Attingere vitæ lumina. Virg. 6. Æn. 829.
Caſſus lumine, Mortuus. Virg. 2. Æn. 85.
— nunc caſſum lumine lugent.
Exoriri in oras luminis. Lucret. lib. 1. 23. ad Venerem,
Nec ſine te quicquam dias in luminis oras
Exoritur, neque fit lætum, neque amabile quicquam.
Linquebant dulcia lamentis lumina vitæ. Lucret. lib. 5. 987.
Relinquam inviſa lumina, i. e. Moriar. Virg. 12. Æn. 63.
Lumen, pro Oculo etiam ponitur, quod oculorum beneficio lumen conſpiciamus. Plin. lib. 11. cap. 37. Ab iiſdem qui altero lumine orbi naſcerentur, Coclites vocantur. Quintil. lib. 9. cap. 3. Si quis ducere os exquiſitis modis, & frontis ac luminum inconſtantia trepidare non deſinat, rideatur. Idem in proœm. lib. 6. Prior alterum ex duobus erui lumen. Sed hic metaphorice loquutus eſt. Alterum enim e duobus filiis mortuum intelligit.
Acies luminum. Senec. Herc. fur. 9.
Oculorum lumina. Lucret. lib. 4. 823.
Orbis inanis luminis. Ovid. 14. Met. 200.
— me luridus occupat horror
Spectantem vultus, etiamnum cæde madentes,
Crudeleſque manus, & inanem luminis orbem. De Polyphemo.
Orbus luminis, i. e. Cæcus. Ovid. in Ibin 262. Idem 16. Met. 89.
Receſſus cavi luminum, & inanes ſinus. Senec. OEdip. 12. de OEdipo, qui oculos ipſe ſibi eruerat.
Frons læta parum, & dejecto lumina vultu. Virg. 6. Æn. 862.
Adoperta lumina ſomno. Ovid. 1. Met. 714.
Apertum oculorum lumen. Lucret. lib. 4. 1137.
Ardentia lumina. Virg. 2. Æn. 405.
Ad cælum tendens ardentia lumina fruſtra.
Cærula lumina Germani. Juven. 13. Sat. 164.
Cava lumina. Ovid. 8. Met. 801. de Fame,
Hirtus erat crinis, cava lumina, pallor in ore.
Crudelia lumina. Ovid. 14. Met. 728.
Corpora ut exanimi crudelia lumina paſcas.
Diſtenta lumina. Lucan. lib. 6. 95.
Jam riget atra cutis, diſtentaque lumina rumpit.
Expertia ſomno oculorum lumina. Lucret. lib. 6. 1179.
Ferrea lumina. Stat. 2. Theb. 31. de Cerbero,
Ni deus horrentem letæo vimine mulcens
Ferrea tergemino domuiſſet lumina ſomno.
Flammea lumina. Ovid. 12. Epiſt. 107.
Glauca lumina. Claud. in Conſ. Prob. & Olyb. 214.
Humida lumina. Ovid. 9. Met. 536. i. e. Lacrymantia.
Languida lumina. Catul. Argon. 62. 219.
Acuere lumina. V. acuo.
Adimere lumen alicui. Virg. 3. Æn. 658.
Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.
De Polyphemo. V. adimo.
Amittere lumina oculorum. Nepos 20. 4. 1. Celſus. 6. 6. 9.
Ardentes oculi glauco lumine. Virg. 4. Georg. 451.
Arrecta lumina. Virg. 2. Æn. 173.
Vix poſitum caſtris ſimulacrum, arſere coruſcæ
Luminibus flammæ arrectis: ſalſuſque per artus
Sudor iit.
Attollens vix lumina. Virg. 5. Æn. 847.
Cernere aliquem obliquo lumine. Ovid. 2. Met. 787.
Circumfert lumina campo. Sil. lib. 17. 518.
Clauduntur in æternam lumina noctem. Virg. 10. Æn. 746.
Claudere alicui lumina. V. claudo.
Compoſuit luctantia lumina ſomnus. Sil. lib. 7. 204.
Condit natantia lumina ſomnus. Virg. 4. Georg. 496.
Condere lumina alicujus digitis. Ovid. 10. Epiſt. 120.
Ergo ego nec lacrymas matris moritura videbo?
Nec mea qui digitis lumina condat, erit?
Condere digitos in lumina. Ovid. 13. Met. 561.
— digitos in perfida lumina condit,
Expilatque genis oculos.
Corrumpere orbem luminis. Lucret. lib. 3. 411.
Ut lacerato oculo circum ſi pupula manſit
Incolumis, ſtat cernendi vivata poteſtas:
Dummodo ne totum corrumpas luminis orbem.
Declinare lumina ſomno. Virg. 4. Æn. 185.
Defigere lumina aliquo. Virg. 1. Æn. 230. — ſic vertice cæli
Conſtitit, & Lybiæ defixit lumina regnis.
Defixus mæſto lumina vultu. Virg. 6. Æn. 156.
Demittere lumina. Ovid. 16. Epiſt. 225.
Detorquet lumen ab illa. Ovid. 6. Met. 515.
Domare lumina ſomno. Stat. 2. Theb. 31.
Effoſſum lumen. Virg. 3. Æn. 663. Translate Vellej. 2. 52. Effoſſumque alterum Romani imperii lumen. de Pompejo.
Facere noxia lumina. Ovid. 2. Triſt. 103.
Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Fallere lumina. Ovid. 4. Met. 177.
Retiaque & laqueos, quæ lumina fallere poſſent,
Elimat. i. e. Quæ videri non poſſent.
Flectere lumina. Ovid. 5. Met. 232.
Tunc quoque conanti ſua flectere lumina, cervix
Diriguit.
Jactare lumina in aliquem. Ovid. 3. Epiſt. 11.
Labuntur frigida leto lumina. Virg. 11. Æn. 819.
Lacrymantia lumina. Ovid. 13. Met. 133.
Morientia lumina. Ovid. 9. Met. 391.
Occidit lumen, h. e. Videndi facultas, ſeu virtus viſiva, ut loquuntur, perit. Lucret. lib. 3. 416.
At ſi tantula pars oculi media illa pereſa'ſt:
Incolumis quamvis alioqui ſplendidus orbis:
Occidit extemplo lumen, tenebræque ſequuntur.
Patentia lumina. Lucret. lib. 4. 1178.
Pererrare aliquem tacitis luminibus. Virg. 4. Æn. 364.

Per-

Perstringit fulmen lumina obliqua flamma, i. e. Oculos offuscat corusca-
tione. Lucan. lib. 1. 154.
Recipere lumen. Cels. lib. 6. cap. 6. 37.
Resignat lumina morte. V. RESIGNO.
Simulatur tecto lumine somnus. Ovid. 21. Epist. 199. i. e. Clausis oculis.
Spectantia lumina. Ovid. 4. Trist. 3. 44.
Spectare aliquid inexpleto lumine. Ovid. 3. Met. 439.
Spectare aliquem torvo lumine. Ovid. 9. Met. 27.
Subduxi flammea medicato lumina somno. Ovid. 12. Epist. 107.
Subit sopor furtim fessa lumina. Ovid. 19. Epist. 56.
Suffecta lumina leto. Valer. 1. Argon. 821.
Suffundit lumina rore, i. e. Flet. Ovid. 10. Met. 360.
Tegere somno incepto lumina. Virg. 4. Georg. 414.
Tenere immota lumina. Virg. 4. Æn. 331.
Tergere lumina manu. Catul. 64. 30.
Tersit rorantia lumina. Stat. 2. Silv. 2. 102.
Torquens flammantia lumina. Virg. 3. Georg. 433. de Serpente.
Versantes lassaque supremo lumina motu. Ovid. 7. Met 578.
Videre aliquem placido lumine. Hor. 4. Carm. 3. 2.
Lumen, pro Expositione. Cic. 7. Fam. 19. extr. Num jus civile vestrum ex libris cognosci potest? qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen lumenque desiderant. h. e. Interpretationem. Ex vetusto codice legitur Unumque. Manutius legit Usumque, id est exercitationem.
Lumen, Scientia. Lucret. lib. 1. 145.
Clara tuæ possim præpandere lumina menti
Adhibere lumen. V. ADHIBEO.
Extollere clarum lumen e tenebris. Lucret. lib. 3. 1. Scientiam.
Lumen, pro Fenestra. Cic. de Opt. gen. Orat. 5. Sed earum omnium rerum, ut ædificiorum, memoria fundamentum est, lumen actio. Vulgo tamen parum attendunt, Lumen eo loco Fenestras significare, quibus in ædes lumen admittitur: quum tamen in hac significatione non raro a scriptoribus usurpetur, ut a Catone R. R. cap. 14. apud quem etiam Luminariâ, Foriculas fenestrarum significant & specularia. V. locum.
Obserata lumina. Apul. 2. Miles. p. 125. Intro vocat me, & conclave quoddam, obseratis luminibus umbrosum, demonstrat.
Obstruere luminibus, verbum antiquum juris. Cic. pro Domo 115. A Q. Seio contendit, ut Q. Postumius sibi domum venderet. Quum ille id negaret, primo se luminibus ejus esse obstructurum minabatur. Lumina fenestrarum intelligit: quibus obstruere solent vicini, id est murum, parietem, tectum. vel tale quid contra struere, & ita lumen impedire Jurisconsulti & Officere luminibus dicunt. V. mox seqq.
Obstruere alicujus luminibus, per metaphuram usus est Cic. de Clar. Orat. 66. Nam ut horum concisis sententiis, (interdum etiam non satis apertis, cum brevitate, tum nimio acumine) officit Theopompus elatione, atque altitudine orationis suæ: quod idem Lysiæ Demosthenes: sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum, quasi exaggerata altius, oratio. De Philisto & Thucydide. Qui locus Ciceronis corrupte impressus est. Quemadmodum enim, inquit, claritati antiqui nominis Thucydidis tanquam luminibus Theopompus officit historicus grandiloquentia stili, tanquam altitudine ædificii, & Demosthenes oratur Lysiæ: sic fusciorem illum splendorem orationis Catonianæ recentiores oratores sublimiore ac florido dicendi genere quasi præumbrantes obscuraverunt. Budæus.
Devolvitur lumen in ædes. Ulpian. D. de servitut. urban. præd. l. Si arborem, Interdum dici potest, eum quoque qui tollit ædificium vel deprimit, luminibus officere, si forte κατ' ἀντανάκλασιν, vel pressura quadam lumen in eas ædes devolvatur.
Immittere lumen, Idem ac Fenestras immittere. Paul. D. de servitut. urban. præd. l. Eos qui, Eos qui jus immittendi luminis non habuerunt, aperto pariete communi, nullo jure fenestras immisisse respondi.
Impedire lumen. Ulpian. D. de servitut. urban. præd. l. Si arborem, Si arborem ponat, ut lumini officiat: æque dicendum erit, contra impositam servitutem eum facere. nam & arbor efficit, quo minus cælum videri possit. Si tamen id quod ponitur, lumen quidem nihil impediat, solem autem auferat: &c.
Minuere lumina. Paul. D. de servitut. urban. præd. l. 3. Luminum servitute constituta, id acquisitum videtur, ut vicinus lumina vicini excipiat. Quum autem servitus imponitur, ne luminibus officiatur: hoc maxime adeptum videbitur, ne ius sit vicinu invitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina nostrorum ædificiorum.
Nocere lumini. Ulpian. D. de servitut. urban. præd. l. Inter servitutes, In luminibus observatur, ne lumina cujusquam obscuriora fiant. Quodcunque igitur faciat ad luminis impedimentum, prohiberi potest, si servitus debeatur. Opus quoque novum ei nuntiari potest, si modo sic faciat, ut lumini noceat.
Obscurare lumina ædium. Marcell. D. de servitut. urban. præd. l. Scaurus, Qui binas ædes habebat, si alteras legavit: non dubium est, quin hæres possit altius tollendo obscurare lumina legatarum ædium.
Officere luminibus. Caj. D. de servitut. urban. præd. l. 1. Urbanorum prædiorum jura talia sunt: altius tollendi, & officiendi luminibus vicini, aut non extollendi. Idem ibidem, l. Hæc autem. Si ædes tuæ ædibus meis serviant, ne altius tollantur, ne luminibus mearum ædium officiatur: & ego per statutum tempus fenestras meas præfixas habuero, vel obstruxero: ita demum jus meum amitto, si tu per hoc tempus ædes tuas altius sublatas habueris.
Recludere lumen. Marcell. D. de servitut. urban. præd. l. Scaurus, Sine accessu nullum est fructus legatum: habitari autem potest etiam ædibus obscuratis. Ceterum usufructu loci legato, etiam accessus dandus est: quia & haustu aquæ relicto, iter quoque ad hauriendum præstaretur. Sed ita officere luminibus, & obscurare legatas ædes conceditur: ut non penitus lumen recludatur, sed tantum relinquatur, quantum sufficit habitantibus in usus diurni moderationem.
Lumina præferre menti alicujus dicitur deus: idque significat quod vulgo *Inspirare* aliquem dicimus. Cic. Anteq. iret in exil. 9. Vos, vos obtestor dii immortales, qui meæ menti lumina prætulistis, quum consensum exstinxi conjurationis, arcemque urbis ab incendio ac flamma liberavi.
Lumina civitatis, pro Insignibus viris, & claris quos dicimus. Cic. 3. in Catil. 24. Tum vero, clarissimis viris interfectis, lumina civitatis exstincta sunt. Idem pro Deiot. 15. Omnium gentium, atque omnis memoriæ clarissimum lumen exstinguere.
Conventus lumen: cui opponitur, Tenebræ & solitudo. Quintil. lib. 1. cap. 2. Lumen illud conventus honestissimi tenebris ac solitudini prætulissem.
Animi lumen. Columel. in præf. lib. 1. Quæ prænoscere sine lumine animi, & sine exquisitissimis disciplinis non quemquam posse crediderim.
Eloquentiæ & præceptis ejus præcipuum lumen dedit Cicero. Quintil. lib. 3. cap. 1. Hoc lumen ipsum fuisse intelligi vult.
Ingenii lumen est eloquentia. Cic. in Brut. 59.
Probitatis lumen prospicere in aliquo, h. e. Maximam probitatem. Cic. de Amicit. 27. Quod in eo quasi lumen aliquod probitatis & virtutis prospicere videamur. Al. Perspicere.
Virtutis lumen, Clara & magna virtus. Cic. 12. Fam. 5. Nunc autem opto, ut ab istis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat.
Lumina in pictura, Umbræ & alia. Plin. lib. 35. cap. 5. Tandem se ars ipsa distinxit, & invenit lumen atque umbras, differentia colorum alterna vice sese excitante: deinde adjectus est splendor alius hic quam lumen: quem quia inter hoc & umbram esset, appellaverunt tonon. Bud. Hinc ad Ornatum oratorium transfert Cic. ut, de Clar. Orat. 261. Itaque quum ad hanc elegantiam verborum Latinorum &c adjungit illa oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tanquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Ex Bud. [Ego vero hic Lumen dictum puto, pro Loco ad spectandam tabulam idoneo, ratione luminis.
Lumina orationis sunt Sententiæ, præcipuæ quæ in clausulis ponuntur, translatum vocabulum a pictura. Græci vocant Schemata. V. Quintil. lib. 9. cap. 1. & quæ hic subjicimus.
Eloquentiæ lumen. Cic. in Brut. 66. Catonis Origines quem florem, aut quod lumen eloquentiæ non habent? Lumen, h. e. Quod ornamentum, schema? Ut enim Ingenii lumen est Eloquentiæ; sic Eloquentiæ lumina sunt Schemata. Idem in eodem Brut. 275. Erant autem & verborum & sententiarum illa lumina, quæ vocant Græci σχήματα, quibus tanquam insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio. Idem in Orat. 83. Illam autem concinnitatem, quæ verborum collocationem illuminat his luminibus, quæ Græci, quasi aliquos gestus orationis, σχήματα appellant, &c.
LUMINĀRE, is. n. [φωστήρ] Idem quod Lumen.
Luminaria, metaphorice. Cic. 2. Philipp. 51. In te autem, M. Antoni, id decrevit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminaribus exstinctis, quod in hostem togatum decerni est solitum more majorum. i. e. Tot egregiis viris exstinctis, inquit Bud. Alii legunt Luminibus.
LUMINŌSUS, a, um. Adj. [φωτώδης] significat Clarum, inquit Nonius 2.489. Cic in Orat. 125. Tum sunt maxime luminosæ, & quasi jactuosæ partes duæ. Translatio est a pictura, in qua lumen dicitur, quod umbræ opponitur. Al. Actuosæ.
LUMĬNO, [φωτίζω] āre. Idem quod Illuminare. Martian. Capel. lib. 1. Quos stellantibus oculis interstinctos crebri vibratus ignium luminabant. V. INTERSTINGUO.
Luminare lumine. Apul. in Herm. Trismeg. p. 96. Tibi, Deus summe, gratias ago, qui me videndæ divinitatis tuæ luminasti lumine.
LUMINĀTUS, a, um. Partic. Apul. 9. Met. p. 280. Male luminati. i. e. Male videntes.
Locus fenestris altioribus luminatus. Cæl. Aurel. Acut. 1. 9. 58.

L U N

LŪNA, æ. f. [σελήνη, μήνη] dicta a Lucendo, quod noctu luceat. Cic. in Somn. Scip. 8. Erant autem eæ stellæ, quas nunquam ex hoc loco vidimus, & eæ magnitudines omnium, quas esse nunquam suspicati sumus: ex quibus erat ea minima, quæ ultima cælo, citima terris luce lucebat aliena. De Luna. Idem 2. de Nat. Deor. 68. Luna a lucendo nominata.
Luna modo curvata in cornua, modo æqua portione divisa, modo sinuata in orbem, maculosa, eademque subito prænitens, immensa orbe pleno, ac repente nulla. Plin. lib. 2. cap. 9.
Lunæ phases seu permutationes sunt septem. Primam in ea phasin statuunt, quum exoritur, emergitve a sole. Et corniculatio dicitur, aut corniculans luna. ea figura a Græcis Menoides, nominatur, aut Monoides, ut legitur apud Firmicum in Præfatione libri quarti. [corrupte sine dubio] Postea est Dichotomos, hoc est dimidio orbe cæsa vel dividua. Deinde Amphicyrtos, quod est, utrinque gibbosa: utpote major dimidia, minor plena. Inde Panselene, sive plena: e Solis regione quum normaliter steterit. Rursusque Amphicyrtos, ac denuo Dichotomos. Demum luminis universitate privatur, quum silere intelligitur: & a Græcis Synodica nuncupatur, velut cum Sole commeans, ut tradit Theon. Hæc ex Firmic. in præfatione lib. 4. Mart. Capell. lib. 8. Cæl. Rhodig. lib. 20. cap. 7.
Luna infra terram. Columel. lib. 12. cap. 3. de allio loquens, Servabimus ut luna infra terram sit.
Luna supra terram, & sub terra. Plin. lib. 18. cap. 32. Seminaria quum luna supra terram sit, fieri: calcari musta, quum luna sub terra.
Cælum sine luna. Plin. lib. 14. cap. 21. Ipsa quoque defruta ac sapas, quum sit cælum sine luna. h. e. In sideris ejus coitu, neque alio die coqui jubent.
Coitus lunæ. Plin. lib. 16. cap. 39. V. Silens luna. Idem lib. 2. cap. 11. Defectus ducentis viginti duobus mensibus redire in suos orbes certum est, solisque defectum non nisi novissima primave fieri luna, quod vocant coitum.
Concursus lunæ & solis, pro Coitu. Cels. lib. 1. cap. 4. pr. [Nisi intelligit potius Vespertinum utriusque luminis concursum, quem in primis noxium vitare hi, quibus infirmum caput est, debent.
Defectus lunæ. Plin. lib. 2. cap. 13.
Globus lunaï. Lucret. lib. 5. 70. Virg. 6. Æn. 725.
Labores lunæ, Eclipses. Virg. 2. Georg. 478.

Defectus solis varios, lunæque labores.
Meatus solis lunæque. Lucret. lib. 1. 189.
Nomen lunæ. Plin. lib. 18. cap. 38.
Orbis lunæ. Plin. lib. 8. cap. 9. V. ORBIS.
Status lunæ. Plin. lib. 18. cap. 29.
Vultus purpureus lunæ. Ovid. 1. Amor. 8. 12.
Alta luna. Virg. 9. Æn. 403.
Aquilonia luna. Plin. lib. 2. cap. 97. V. AQUILO.
Aurea luna. Ovid. 10. Met. 448.
Bicornis luna, regina siderum. Hor. in Carm. secul. 35.
Candida luna. Virg. 7. Æn. 9.
Cava luna. Plin. lib. 8. cap. 54.
Celeres lunæ. Hor. 4. Carm. 7. 13.
Decrescens luna. Plin. lib. 17. cap. 9. ad finem.
Dimidia luna. V. Intermenstrua luna.
Dimidiata luna. Plin. lib. 18. cap. 32.
Dividua luna. Plin. lib. 8. cap. 18. In quadrato solis dividua est, in triquetro seminani ambitur orbe, impletur autem in adverso.
Errans luna. Quintil. lib. 1. cap. 10. V. Canere lunam, infra.
Extrema luna. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 37. pr. Dies lunares quoque observandi, qui quodam modo bipartiti. Quod nova luna crescit ad plenam, & inde rursus ad novam lunam decrescit, quoad veniat ad intermenstruum, e quo die dicitur luna esse extrema, & prima.
Globosa luna, an plana, an acuta. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Hibernæ ventosa cacumina lunæ. Stat. 3. Theb. 48. Quia signa tempestatis in lunæ cornibus sunt constituta. Lactantius.
Intermenstrua luna. Plin. lib. 18. cap. 32. Stercus nisi decrescente luna ne tangito. Maxime intermenstrua dimidiaque stercorato.
Intermestris luna. Plin. lib. 18. cap. 39. Nisi intermestri luna atque dimidiam, ne tangas materiem. V. INTERMESTRIS.
Menstrua luna. Virg. 1. Georg. 353.
Minor luna. Hor. 2. Serm. 8. 32. i. e. Imminuta.
Nascentes lunæ. Hor. 2. Serm. 4. 30.
Noctivaga luna. Stat. 3. Silv. 5. 101.
Novæ pergunt interire lunæ. Hor. 2. Carm. 18. 16.
Novissima luna. V. Coitus lunæ. Plin. lib. 8. cap. 97. V. NOVUS.
Pernox luna. Plin. lib. 2. cap. 9.
Plena luna, & Nova Luna. Cæs. 4. Bell. Gall. 29. Eadem nocte accidit ut esset luna plena. Plin. lib. 18. cap. 32. Ova luna nova supponito: Scrobes luna plena noctu facito. V. NOVUS.
Pauperata luminibus luna. Firmic. lib. 1. cap. 2.
Quarta luna nati, i. e. Laboriosi & infelices. V. Erasmi Chiliad.
Radiantis imago lunæ. Virg. 8. Æn. 23.
Redeuntis cornua lunæ, i. e. Renascentis. Ovid. 10. Met. 479.
Roscida luna. Virg. 3. Georg. 337.
Rubens luna. Hor. 1. Serm. 8. 10.
Sanguinea luna. Ovid. 2. Amor. 1. 23.
Carmina sanguineæ deducunt cornua lunæ.
Secunda luna. Plin. lib. 28. cap. 16.
Sera luna. Plin. lib. 2. cap. 9.
Sicca luna. Plin. lib. 17. cap. 9. ad fin.
Sitiens luna. Plin. lib. 17. cap. 9. Ibid. cap. 14. Luna sitiente, hoc est sicca.
Surgens luna. Tacit. 3. Hist. 23. Donec adulta nocte luna surgens ostenderet acies.
Tacitæ per amica silentia lunæ. Virg. 2. Æn. 255.
Turbida luna. Claud. de Bell. Gildon. 495.
Vicesima luna, pro Vicesimo die post novam lunam. Plin. lib. 2. cap. 97. Æstus idem triduo in mense consistit septima, octava, nonaque luna.
Agit luna sub terra. Plin. lib. 18. cap. 32.
Canere lunam errantem. Quintil. lib. 1. cap. 10. Iopas ille Virg. 1. Æn. 746. nonne canit,
— errantem lunam, solisque labores?
Colligit quum primum ignes luna revertentes. Virg. 1. Georg. 427.
Complent se lumine tertia lunæ cornua. Virg. 3. Æn. 645. i. e. His tertius est mensis.
Crescens luna. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 37. Quædam facienda in agris potius crescente luna, quam senescente. Paulo post, Lunam & crescentem, & contra senescentem. Plin. lib. 18. cap. 32. Omnia quæ cæduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decrescente luna, quam crescente fiunt.
Crescit luna. Plin. lib. 9. cap. 14. conf. Extrema luna, supra.
Deducere lunam cælo. Virg. 8. Ecl. 69.
Deducere lunam e curru. Tibull. lib. 1. 8. 21.
Deripere lunam cælo. Hor. Epod. 5. 46.
Decrescens luna. Varr. lib. 1. de R. R. cap. 37. pr.
Evanescunt cornua lunæ. Ovid. 2. Met. 117.
Fulgebat cælo luna sereno. Hor. Epod. 15. 1.
Deficiens luna. Plin. lib. 2. cap. 9.
Deficit luna. Plin. lib. 2. cap. 13.
Fudit se luna plena per insertas fenestras. Virg. 3. Æn. 152. V. INSERTUS.
Imminente luna, i. e. Sub vesperum. Hor. 1. Carm. 4. 5.
Implet luna orbem cornibus quater junctis. Ovid. 2. Met. 344.
Ineunte luna, vide an etiam dici possit. H. St.
Latuit quater luna, pleno quater orbe recrevit. Ovid. 2. Epist. 4.
Lucet luce aliena luna. V. LUX.
Operatur noctes luna. V. OPEROR.
Minuitur luna. Plin. lib. 2. cap. 14.
Protulit os vaga luna decorum. Hor. 1. Serm. 8. 21.
Premit lumen obscurum luna. Virg. 4. Æn. 81.
Rubet luna. Hor. 2. Carm. 11. 10.
Succurrere laboranti lunæ. Juven. 6. Sat. 442.
Tenebat nox lunam in nimbo. Virg. 3. Æn. 587.
Senescens luna, V. Crescens luna. V. etiam Plin. lib. 2. cap. 9.
Silens luna. Plin. lib. 16. cap. 39. Lunam vocat silentem, quando non lucet. V. SILEO & SILENTIUM.
LUNĀRIS, e. Adj. [σεληναῖος] Quod ad lunam pertinet. Cic. in Somnio Scip. 12. Quam ob causam summus ille cæli stelliferi cursus, cujus conversio est incitatior, acuto & excitato movetur sono: gravissimo autem hic lunaris & infimus.
Annus lunaris, Qui mense uno suum efficit cursum.
Currus lunares. Ovid. 15. Met. 790.
Equi lunares. Ovid. 5. Fast. 16.
Globus lunaris. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 298.
Jubar lunare. Claud. 1. in Ruff. 147.
Lampas lunaris. Stat. 10. Theb. 877.
Orbitas lunaris. V. ORBIS.
Sidus lunare. Senec. de Provid.
Lunaris ratio. Plin. lib. 18. cap. 39.
LUNĀTICUS, a, um. Adj. [σεληνιακός Gl. Lat. Gr.] Lunatici dicuntur, In quos luna agit, &, ut Apuleius ait, Qui cursum lunæ patiuntur: quales sunt potissimum qui comitiali morbo laborant, aut insania, aliove morbi genere quopiam certis lunæ temporibus gravantur & agitantur. Unde Paulus mancipium furiosum aut lunaticum redhibendum censuit, in l. Bovem. §. Aliquando. D. de Ædil. edicto. Isidorus lib. 10. litt. C. Caducus a cadendo dictus, id est Lunaticus, eo quod certo lunæ tempore patiatur. Artemidorus quoque eum morbum lunæ acceptum ferri ait.
LUNŬLA, æ. f. [σελήνιον] Res, parvæ in lunæ modum incurvata. Isidor. 10. 31. Lunulæ sunt Ornamenta mulierum, in similitudine lunæ, bullulæ aureæ dependentes. Plaut. Epid. 5. 1. 34.
Non meministi me auream ad te afferre natali die
Lunulam, atque anellum aureolum in digito?
Lunulæ in calceis patriciorum, vel Centenarii numeri nota fuere, quot primum patres a Romulo lecti sunt, vel alia de causa ascitæ. V. Plutarch. probl. Ro. 76. & Vet. Interpr. ad Juven. 7. Sat. 191.
LUNO, [σεληνοειδῶς κάμπτω] āre. In modum lunæ, quando in cornua curvatur, flectere. Ovid. 1. Amor. 1. 23.
Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum. i. e. Intendit.
LUNĀTUS, a, um. [καμπύλος] Partic. Curvatus: ut, Ferramentum lunatum. Columel. lib. 12. cap. 54.
Æquora lunata placido recessu. Stat. 2. Silv. 2. 13.
Cauda lunata delphinorum. Senec. OEdip. 5.
Classis lunata. Lucan. lib. 3. 533. V. CLASSIS.
Cornibus lunatis obliquatur mare Caspium. Plin. lib. 6. cap. 13.
Flexus lunati. Sil. lib. 4. 319.
Frons lunata vituli, Cornuta. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 129.
Juba lunata. Martial. lib 8. 49.
Aurea lunatæ quum stetit unda jubæ. De horrente leonis juba loquitur.
Juvenci nondum lunati fronte. Stat. 6. Theb. 267. conf. Frons lunata.
Lignum osseum lunatumque in pomis. Plin. lib. 13. cap. 4.
Pellis lunata. Martial. 1. 50.
Lunata nusquam pellis, & nusquam toga; ubi Interp. i. e. Non aderant nobiles Romani, quibus moris erat Lunæ formam in calceis gestare. V. Supra in LUNULA; & Alb. Ruben de Re Vestiar. 2. 1. & 3. [Periphrasis est Calcei senatorii, & forensium, gestaminis perquam molesti.
Peltæ lunatæ Amazonum. Virg. 1. Æn. 494.
LUNÆ Montis promontorium, [σελήνης ὄρους ἄκρον] Ptolem. lib. 2. cap. 5. Lusitaniæ locus. Vulgo *Ponte de luna*, rectius *Punte de luna*, id est, *poincte*.
LUNARIUM Promontorium, [Λουνάριον ἄκρον] Bæticæ Hisp. Ptol. lib. 2. cap. 6. Alio nomine, *Mons Jovis*, *Scala Annibalis*: nunc *Moveni*.
LŪNA, æ. f. [Λούνα] Ligurum oppidum, portu nobile. Ennius,
Lunai portum est operæ cognoscere, cives. Nunc vulgo *Serrazana*. Olivarius in Melam.
LUNENSIS, e. Adj. [Λουνήνσιος] ut, Caseus sic dictus, ab oppido Hetruriæ nomine Luna. Plin. lib 11. cap. 42. Lunensem, magnitudine conspicuum, e mixto Hetruriæ atque Liguriæ confinio mittunt. Martial. lib. 13. 30.
Caseus Hetruscæ signatus imagine Lunæ,
Præstabit pueris prandia mille tuis.
Ara Lunensis, Ex marmore Lunensi. Suet. Neron. cap. 50.
Marmor Lunense. Plin. 36. 6. V. Drakenb. ad Sil. 8. 482.
LUNCHUS, i. m. [λόγχος] a λόγχη lancea. Tertull. de Coron. Mil. cap. 11. Super luncho, quo perfussum est latus Christi.
LUNUS, i. m. Isidor. 19. 33. Lunus est cinctus, quem publice habent servi. Et dictus lunus, quia transversas habet purpuras, i. e. Lunas. conf. LIMUS.
Lunus etiam Deus Carrenorum. Idemque ac Luna. V. Spartian. in Caracall. cap. 7. Casaub. & Salmas. ad loc. & Selden. de Diis Syr. 2. 2. p. 239.
De Luno deo in nummis V. Spanh. De Usu & præst. Numism. diss. 4. p. 191.

L U O

LUO, lui, luitum, [λύω, τίνω, λύτρόω] ĕre. Solvere. V. Varr. loc. in LUMETA. Liv. Ut tandem debito supplicio scelus lueret. i. e. Solveret, seu purgaret. A lavando quidam ductum volunt, alii a Græco λύω, λούω, λύω. Cic. 12. Att. 6. pr. Quomodo hoc ergo lues? uno scilicet, si mihi librum miseris. i. e. Expurgabis hoc peccatum.
Æs alienum luere, pro Solvere. Curt. lib. 10. cap. 2. ad fin. V. ÆS.
Delicta alicujus luere. Hor. 3. Carm. 6. 1.
Facta luere. Stat. 1. Theb. 601.
Libidinem alicujus luere sanguine innocentium, h. e. Abluere & expurgare. Cic. 3. Verr. 77. Verresne tibi tanti fuit, ut ejus libidinem, hominum innocentium sanguine lui velles?
Maculas luere sanguine, h. e. Abstergere & eluere. Cic. 7. Verr. 120. Errabas Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine luere arbitrabare. Emendati codd. legunt Eluere.
Peccata luere, Delictorum supplicium ferre. Liv. 38. 48. Ego tamen & cum

& cum aliis pro dignitate Imperii vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi. Virg. 10. Æn. 31. V. ibi Servium.
Periculum luere. Liv. 10. 28. Datum hoc nostro generi est, ut luendis periculis publicis piacula simus. Verba sunt P. Decii cos. cum se devoveret.
Pœnas luere, quod & Dare pœnas dicitur, pro Ferre supplicium. Cic. 2. Att. 9. Itaque mei peccati luo pœnas: quamquam tuæ me litteræ sustentant.
Pœnam luere. Tacit. 6. Ann. 4. Præcipuus olim circumveniendi Titii Sabini, & tunc luendæ pœnæ primus fuit.
Stuprum oblatum voluntaria morte luit Lucretia. Cic. 5. de Fin. 54.
Supplicia luere, Sustinere, pati. Justin. lib. 1. cap. 5. Quicunque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt.
Luere capite, Capite puniri. Liv. 9. 5. Obsides etiam sexcenti equites imperati, qui capite luerent, si pacto non staretur.
Luitur. Lucan. lib. 2. 312.

— hac cæde luatur
Quicquid Romani meruerunt pendere mores.

Luere, Pretium redemptionis redemptori offerre, inquit Budæus. Ulpian. in l. Qui status. D. de re militari. Qui status controversiam patiuntur, licet revera liberi sint, non debent per id tempus militiæ dare, &c. sed nec qui ab hostibus redempti sunt prius, quam se luant.

Luitūrus, a, um. Partic. [λύσων] ut,
Luitura pœnas puppis. Claud. 6. Cons. Hon. 140.

Luendus, a, um. Partic. [λυτέος] Ovid. 2. Trist. 101.
Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.

Luĭtio, ōnis. f. [λύσις] Ulpian. de Captivis & postliminio reversis. l. Si patre, Si patre redempto & ante luitionem defuncto, filius post mortem ejus redemptionis quantitatem offerat, dicendum est suum ei posse hæredem exsistere.

Luēla, æ. f. Idem. Lucret. lib. 3. 1028.

Sed metus in vita pœnarum pro malefactis
Et insignibus insignis, scelerisque luela
Carcer, &c. i. e. Carcer sceleris expiatio & pœna. Lambinus.

Lŭto, āre. Idem quod Luere. Varro ἑκατομβῇ. Habes qui, & cujus rei causa fecerim hecatomben, in quo ego (ut puto) quoniam est luere solvere, lutavi. Non. 2. 482. Antiquum. [Forte Luitavi legendum. a Partic. enim Luitum, (unde Luiturus, & Luitio) fit Luito frequentativum, indeque Luto & Lito. V. Fest. in Litatus.

L U P

Lupa, **Lupanar**, V. LUPUS.

Lŭperca, æ. f. Dea, quæ lupis præest, ne noceant. Arnob. 4. p. 128.

Lŭpercal, ālis. n. [Λυπερκάλιον, Λύκαιον] Locus sub monte Palatino Romæ. Servius, Sub monte Palatino est quædam spelunca, in qua de capro luebatur, id est sacrificabatur: unde Lupercal dictum nonnulli putant. Alii quod illic lupa Remum & Romulum nutrierit. Alii (quod est verius) locum esse hunc sacratum Pani deo Arcadiæ: cui etiam mons Lycæus in Arcadia est consecratus. Et dictus est Lycæus, quod lupos non sinat in oves sævire. Ideo & Evander deo gentis suæ sacravit locum, & nominavit Lupercal, quod præsidio ipsius numinis lupi a pecudibus arcerentur. Hæc Servius enarrans illud Virg. 8. Æn. 343.

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi. Ovid. 2. Fast. 381.

Quod si dicitur a Luendo, quod ibi per caprum luebatur, hoc est sacrificabatur: erit dictio ex tribus orationis partibus composita, quasi Luere per caprum. V. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Lupercālis, e. Adj. ut, Sacrum lupercale. Suet. August. cap. 31. V. ibi Pitisc.

Lupercālia, ōrum. n. [Λυπερκάλια] Celebritas erat Romæ in honorem Panos; & qui hæc sacra faciebant, Luperci dicebantur. Servius, Quum in honorem Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur, pecora Romanorum subito a latronibus rapta sunt. Illi projectis vestibus persecuti sunt latrones: quibus oppressis, & receptis animalibus, propter rem a nudis prospere gestam, consuetudo permansit ut nudi Lupercalia celebrarent. Hæc Servius explicans illud Virg. 8. Æn. 663.

Hic exsultantes Salios, nudosque Lupercos. V. Liv. lib. 1. cap. 5. Et Valer. Max. lib. 2. cap. 2. tit. ult. De ordine equestri. De Lupercalibus etiam Plutarchus scribit in Romulo & Cæsare. Fiebant autem mense Februario ad expiandos manes. Græci Λύκαια vocant. Cic. 2. Philip. 89. Et 2. Q. frat. 12. Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis.

Luperci, orum. m. dicti sunt quasi ex illorum mysteriorum semine exorti, sive (ut Varro de L. L. 4. 15. putat) quod Lupercalibus in Lupercali sacra facerent. Faciebant autem nudi in honorem Panos. Cic. 2. Philip. 85. insectatur M. Antonium, quod in Lupercalibus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus, is consul nimis lupercum exhibuerit. Nam nudi sacerdotes luperci currendo lustrabant civitatem, & verberabant prægnantium manus mulierum (ut facilioris essent partus) zona ex corio capri. V. Serv. d. l. Ovid. 5. Fast. 101.

Semicaper coleris succinctis, Faune, Lupercis. Plin. lib. 34. cap. 5. Lupercorum habitu.

Lupfurdum, i. n. [Λουπφούρδον] Ptolem. lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs, Hodie Misna, vulgo *Meissen.*

Lupia, sive **Luppia**, æ. f. [Λουππίας] Germaniæ fluvius in Rhenum illabens, Pomponio lib. 3. 3. Conjectura probabilis est eum esse quem hodie vulgo *die Lippe* vocant. V. Cluver. Introd Geogr. lib. 3. cap. 5. Strabo lib. 7. longe secus quam Pomponius Lupiam in eandem partem cum Visurgi & Amisia deferri ait, ut Lupiæ nomine non *die Lippe*, sed is amnis quem hodie Fuldam vocant, intelligatur. Tacitus (adeo in re tantilla variant scriptores) libro Augustæ historiæ 2. Lupiam vocat amnem, non in Rhenum, sed in Oceanum elapsum. [immo nihil usquam de ostio Luppiæ Tacitus. V. eum Ann. 1. 60. & 2. 7. Hist. 5. 22. Non igitur a Mela dissentit. Quin nec Strabo, siquidem nihil aliud intelligi voluit, quam omnes hos fluvios in Oceanum denique influere.

Lupiæ, arum. f. Urbs Calabriæ, apud Melam lib. 2. cap. 4. Hodie vulgo dicitur *Lezo*, ut scribit Olivarius in Melam.

Lupīnum, i. n. & frequentius **Lŭpīnus**, i. m. [θέρμος] Genus leguminis, omnium amarissimum. Plin. lib. 18. cap. 14. Lupino est usus proximus, quum sit & homini & quadrupedum generi ungulas habenti communis. Remedium ejus ne metentes fugiat exsiliendo, ut ab imbre tollatur. Nec ullius quæ seruntur, natura assensu terræ mirabilior est. Primum omnium cum sole quotidie circumagitur, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat. Ter præterea floret. Terram amat, terraque operiri non vult. Et unum hoc seritur non arato. Quærit maxime sabulosa & sicca, atque etiam arenosa. Coli utique non vult. Tellurem adeo amat, ut quamvis frutetoso solo conjectum inter folia vepresque, ad terram tamen radice perveniat. Pinguescere hoc satu arva, vineasque diximus. Itaque adeo non eget fimo, ut optimi vicem repræsentet. Hor. 1. Epist. 7. 23.

Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis. De Imperito rerum. V. Adagia Erasmi.

Pallentes lupini. Ovid. de Medicam. faciei 69.
Tristis lupini fragiles calami. i. e. Amari. Virg. 1. Georg. 75.

Lupīnāceus, a, um. Adj. ut, Lomentum lupinaceum. Apul. de Herb. cap. 21. n. 2.

Lupīnārius, a, um. Adj. ut, Labrum lupinarium. Cato de R. R. cap. 10. & 11.

Lupinarius, i. m. Negotiator lupinorum, seu forte Quorumvis leguminum. Lamprid. Alex. Sever. cap. 33. Corpora omnium constituit, vinariorum, lupinariorum, &c.

Lupillus, i. m. dimin. Plaut. Stich. 5. 4. 9.
Olea in tryblio, lupilli comminuto crustulo.

Lupinus, a, um. Adj. a Lupus. V. post seq. dict.

Lŭpus, i. m. [λύκος] Notum animal.
Hic & Hæc Lupus dicere artis est, inquit Servius, qui videtur Lupa apud Virgilium tanquam pro novo habere. H. St. V. Serv. ad 8. Æn. 641. conf. ad 2. 355.
Barba lupi. Hor. 1. Serm. 8. 42.
Genus acre luporum. Virg. 3. Georg. 264.
Incursus luporum. Virg. 3. Georg. 407.
Acres lupi. Hor. Epod. 12. 26.
Asper lupus. Ovid. 11. Met. 403.
Avidus. Ovid. 1. Trist. 1. 78.
Avius. Virg. 11. Æn. 810.
Canus. Ovid. 6. Met. 528.
Cervarius lupus. V. CERVUS.
Cruentus. Stat. 5. Theb. 165.
Fulvus lupus. Ovid. 11. Met. 772.
Infestus pecori lupus. Hor. Epod. 15. 7. Ovid. 2. Fast. 800.
Insatiabiles lupi. Ovid. in Ibin 172.
Martiales lupi. Hor. 1. Carm. 17. 9. Martiales vocat, quia olim Marti hoc animal sacrum fuit. V. Liv. 10. 27.
Montani. Ovid. 11. Epist. 90.
Proceri lupi. Hor. 2. Serm. 2. 36.
Rapaces. Horat. Epod. 16. 19.
Superbi. Valer. 3. Argon. 635.
Vehemens lupus. Hor. 2. Epist. 2. 28.
Acuunt agni lupos balatibus. V. ACUO.
Frementes lupi circum stabula. Ovid. 5. Met. 627.
Insidiatus pleno lupus ovili. Virg. 9. Æn. 59.
Petit tauros cornu, lupus dente. Hor. 2. Serm. 1. 52.
Ululantes lupi. Virg. 1. Georg. 486.
Triste lupus stabulis. Virg 3. Ecl. 80. Proverbii formam habet.
Lupus est homo homini. Plaut. Asin. 2. 4. 88.

Lupus est homo homini, non homo, quum qualis sit, non novit.

Hoc proverbio monemur ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde atque a lupo caveamus. Ex Erasmo.
Ovem lupo commisisti. Ter. Eun. 5. 1. 26. Concinne utemur hoc proverbio, quoties ei servandum aliquid committitur, cujus gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cic. 3. Philip. 27. Etenim in concione dixerat se custodem futurum Urbis, usque ad Calendas Maias ad Urbem exercitum habiturum. O præclarum custodem! ovium (ut aiunt) lupum. Custosne Urbis, an direptor & vexator esset Antonius? Ex Erasmo.
Eripere agnum lupo. Plaut. Poen. 3. 5. 31. Utemur hoc proverbio ubi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus injecit rapax aliquis. Improbum enim videtur, sperare futurum, ut lupus agnum semel arreptum amittat. Ex Erasmo.
Lupus in fabula, vel sermone. Ter. Adelph. 4. 1. 21. Dicitur hoc adagium, quum forte fortuna in medio sermone intervenit is, cujus mentio fiebat. Cic. 13. Att. 33. De Varrone loquebamur. Lupus in fabula: venit enim ad me, & quidem id temporis ut retinendus esset. Plaut. Stich. 4. 1. 71.

Atque eccum tibi lupum in sermone: præsens, esuriens adest.

Ex Erasmo.
Tenere lupum auribus. Dicitur in eos qui ejusmodi negotio involvuntur, quod neque relinquere sit integrum, neque tolerari possit. Ter. Phorm. 3. 2. 21.

Mihine domi est? immo quod aiunt, auribus teneo lupum.
Nam neque quomodo a me amittam, invenio: neque uti retineam, scio.

Fortunatum Phædria Antiphonta dixerat, cui quod amet domi sit. Sueton. in Tiber. cap. 25. Cunctandi causa erat, metus undique imminentium discriminum: ut sæpe lupum se auribus tenere diceret. Ex Erasmo.
Lupi Mœrin videre priores. Virg. 9. Ecl. 54. In raucum dicitur, & cui vox repente sit adempta. Festivius dicetur in eos, qui metu alicujus obticescunt, alioqui feroces. Servius admonet physicos auctores dixisse, inesse eam vim lupis, ut si quem hominem priores viderint, ei vocem adimant. Plin. lib. 8. cap. 22. Sed in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius: vocemque homini, quem priores contemplentur, adimere ad præsens. Ex Erasmo.

Lupus, [λάβραξ] Piscis. Plin. lib. 32. cap. 2. Minus in providendo lupus solertiæ habet, sed magnum robur in pœnitendo. nam ut hæserit in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera, donec excidant insidiæ. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati, a candore, molliniaque carnis. Martial. lib. 13. 89.

Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi,
Æquoreo dulces cum sale pastus aquas. V. LANEUS.

Proceri lupi. Hor. 2. Serm. 2 36.

—laudas insane trilibrem
Mullum; in singula quem minuas pulmenta, necesse est.
Ducit te species, video: quo pertinet ergo
Proceros odisse lupos? quia scilicet illis
Majorem natura modum dedit: his breve pondus.

Rapax lupus. Columel. lib. 8. cap. ultim.

Lupi, Freni asperrimi, a lupinis dentibus dicti, quia inæquales sunt: sive quia duritiam habent lupinorum dentium similem, & propterea morsus eorum asperrimus. Dicuntur & Lupata: vide infra post LUPOR. His frenis utebantur Galli. Ovid. 4. Trist. 6. 4.

Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.

Lupus, Instrumentum aduncum, quo vasa quæ in puteum forte ceciderunt, extrahuntur: Harpax Græco vocabulo, & Harpago nominatur. Liv. 28. 3. In alios lupi superne ferrei injecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur.

Lupus, Aranei genus. Plin. lib. 11. cap. 24. Luporum nomine minimi non texunt.

LUPUS SALICTARIUS, [βρύον] Ruellius. Herba cujus meminit Plin. lib. 21. cap. 15. Officinis vulgo *Lupulus* vocatur, Gallis *hupelon* vel *hubelon*. Caulibus aculeatis longissimisque reptat in vepribus & salictis, foliis vitis albæ. Hoc frugibus admisto Germani suam condiunt cervisiam.

LŬPA, æ. f. [λύκαινα] Auctor de Viris illust. cap. 1. Parvulos in Tiberim abjecit, quos aqua in sicco reliquit: ad vagitum lupa accurrit, eosque uberibus suis aluit. Et Liv. 1. 4. Lupam sitientem ex montibus, qui circa sunt, ad puerilem vagitum cursum flexisse: eam summissas infantibus adeo mitem præbuisse mammas, ut lingua lambentem pueros magister regii pecoris invenerit. ab eo ad stabula Laurentiæ uxori educandos latos. Sunt, qui Laurentiam vulgato corpore Lupam inter pastores vocatam putent: inde locum fabulæ ac miraculo datum. V. Inscript. Grut. p. 105. n. 2. Plin. lib. 8. cap. 17. Quæ de infantibus ferarum lacte nutritis, quum essent expositi, traduntur, sicut de conditoribus nostris a lupa, magnitudini fatorum accepta ferri æquius, quam ferarum naturæ arbitror.

Inhumana lupa. Propert. lib. 4. 4. 54.

Rapidæ tradis ovile lupæ. Ovid. 3. de Arte Am. 8.

Rava lupa. Hor. 3. Carm. 27. 3.

Lupa, pro Meretrice. Plaut. Epid. 3. 3. 22.

Divortunt mores virgini longe, ac lupæ. Hinc

LUPŬLA, æ. f. dimin. Apul. 5. Met. p. 164. Elm. Perfidæ lupulæ magnis conatibus nefarias insidias tibi comparant.

LUPĪNUS, a, um. Adj. [λύκειος] Quod pertinet ad lupum. Plin. lib. 28. cap. 9. Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit. Cic. in Catil. 3. 19. Quem inauratum in Capitolio, parvum atque lactentem, uberibus lupinis inhiantem, fuisse meministis.

Galea lupina. Propert. lib. 4. 11. 20.

LUPĀNAR, āris. n. [πορνεῖον, χαμαιτυπεῖον] Locus in quo diversantur meretrices. Quintil. lib. 7. cap. 4. An deprehensus in lupanari cum aliena uxore adulter sit, quæritur. Juven. 6. Sat. 22. de Messalina.

Intravit calidum veteri centone lupanar.

O lupanar, Convicium apud Catull. 40. 13.

Non assis facis? o! lutum, lupanar,
Aut si perditius potest quid esse. Al. Oblitum. If. Voss. legit

O lutum lupanare. q. V. [Commodius, repetita interjectione, leges O lutum! o lupanar! V. LUTUM.

LUPANĀRIUM, i. n. Idem. [πορνεῖον] Ulpian. De petitione hæreditatis, Licet a lupanario præceptæ sint. nam & in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exercentur. Idem in l. Quid tamen. D. De receptis.

LUPANARIS, e. Adj. Apul. 9. Met. p. 229. Elmenh. Larem mariti lupanari maculasset infamia. V. Voss. d. l. Catull.

LUPOR, [πορνεύω] āri. Scortari, meretricari. Accius apud Non. 2. 497. Qui cum meretrice per vias habitu nostro lupantur. Antiquum.

LUPĀTUS, a, um. Adj. ut, Frena lupata. Hor. 1. Carm. 8. 6.

Gallica nec lupatis Temperat ora frenis. Frena autem lupata, frena sunt lupos habentia, & duriora, asperioraque: ut currus falcati dicuntur, qui falces habent: secures dolabratæ, quæ habent dolabram, &c. Turnebus. Hinc

LUPĀTUM, i. n. [χαλινὸς] Idem quod Lupus, pro Freno asperrimo. Virg. 3. Georg. 208.

—pressique negabant
Verbera dura pati, & duris parere lupatis. Dicta lupata, ut

ait Servius, a lupinis dentibus, qui inæquales sunt. Unde & eorum morsus vehementer obest.

Dura lupata. Ovid. 1. Amor. 2. 15.

Asper equus duris contunditur ora lupatis.

LUPĀTUS, i. m. dixit Solinus cap. 57. Ducis, qui in acie ceciderat, equum ovaturus insiluit: isque adeo sprevit lupatos, ut de industria cernuatus, ruina & se & equitem pariter affligeret.

L U R

LŪRA, æ. f. Os culei, sive utris ab antiquis dicta est. Festus. conf. LORA.

LURCO, ōnis. m. [γαστρίμαργος] Gulosus, & bonorum suorum consumptor: a Lura, inquit Festus. Plaut. Pers. 3. 3. 16.

Perenniserve, lurco, edax, furax, fugax. Lucilius apud Non. 1. 34.

Edite lurcones, comedones, vivite ventres. Suet. de Clar. Grammat. cap. 15. Lastaurum & lurconem, & nebulonem, popinonemque appellans, & vita, scriptisque monstrosum.

LURCONIĀNUS, a, um. Adj. Tertull. de Anima cap. 33. Condimenta Apiciana & lurconiana.

LURCO, āre; & LURCOR, āri. dep. [λαιμαργεῖν] Cum aviditate cibum consumere. Pomponius Syris, Lardum lurcabat lubens. Lucilius Satyr. 2.

Nam quid mœtino, subjectoque huic opus signo,
Ut lurcaretur lardum, & carnaria furtim. Ex Non. 1. 34.

LURCABUNDUS, a, um. Adj. Quintil. 2. 6. Burman. scribit cum CH.

LURIA, æ. f. Oxymelum appellatum, quod ex aceto & melle componitur. Isidor. 20. 3. conf. LORA.

LŪRIDUS, a, um. Adj. [πελιδνὸς] Quod est supra modum pallidum, quasi Loridum & loro percussum, lividumque factum. Turnebus autem Luridum colorem existimat esse appellatum a similitudine coloris Luræ, id est utris coriacei, atque adeo a similitudine corii. Plaut. Capt. 3. 4. 63.

Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?

Aconita lurida, Ab effectu. Ovid. 1. Met. 146. V. ACONITUM.

Color luridus. Plin. lib. 18. cap. 10. Quod nisi festinato peragatur, lurido colore mucescere.

Dentes luridi. Hor. 4. Carm. 13. 10.

Fetæ luridæ. Varro 2. de R. R. cap. 10. Quum in Liburniam venisses, te vidisse matresfamilias eorum, afferre ligna, & simul pueros quos alerent, alias singulos, alias binos, quæ ostenderent fetas nostras quæ in conopœis jacent dies aliquot, esse luridas, mucidas & contemnendas.

Horror luridus. Ovid. 14. Met. 198.

Lumina lurida. Ovid. 15. Met. 786.

—solis quoque tristis imago
Lurida solicitis præbebat lumina terris. V. p. p. Sol.

Mors lurida. Sil. lib. 13. 560.

Orcus luridus. Hor. 3. Carm. 4. 74.

Mœretque partus fulmine luridum
Missos ad Orcum.

Pallor luridus. Ovid. 4. Met. 267.

Pelle lurida amicta ossa. Hor. Epod. 17. 22.

Sol luridus, Pallidus & nubilus. Plin. Epist. 20. lib. 6. Mox dies verus, sol etiam effulsit: luridus tamen, qualis esse, quum deficit, solet.

Sulfura lurida. Ovid. 14. Met. 792.

LUROR, ōris. m. [πελίωμα] Pallor. Lucret. lib. 4. 333.

Lurida præterea fiunt quæcunque tuentur
Arquati: quia luroris de corpore eorum
Semina multa fluunt simulacris obvia rerum.

Deformes lurore. Apul. 9. Met. p. 222.

LURIDĀTUS, a, um. Quasi Partic. a Lurido. Tertull. advers. Marc. 4. 8. Qui tetro luridati delinquentiæ maculis, & nigrati ignorantiæ tenebris.

LURŬLENTUS, a, um. Adj. Apul. 7. Met. p. 100. Conceptaculum aquæ lutulentæ. [Sed rectius Elmenh. p. 196. & Stewech p. 574. Lutulentæ. Quin plane perspicuum est, errorem esse typothetæ.

L U S

LUSCĬNIA, æ. f. [ἀηδὼν] Avis, dicta quod lugens canat. Plin. lib. 10. cap. 29. Lusciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in novissimum digna miratu ave. Primum, tanta vox. tam parvo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in una perfecta musicæ scientia. modulatus editur sonus, & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur revocato, infuscatur ex inopinato: interdum & secum ipse murmurat, plenus, gravis, acutus, creber, extentus, ubi visum est vibrans, summus, medius, imus. Græci Philomelam vocant. Martial. lib. 14. 80.

Flet philomela nefas incesti Tereos: & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur avis. Horat. 2. Serm 3. 245.
Luscinias soliti impenso prandere coemptas.

LUSCINIUS, i. m. Idem. Phædr. 3. Fab. 18. 2. [In Gloss. Lat. Gr. Luscinia, ἀηδὼν, & Luscinus ἀηδών. Nisi Luscinius legendum.

LUSCINIŎLA, æ. f. dimin. [ἀηδόνιον] Plaut. Bacch. 1. 1. 4.

Pol ego quoque metuo, lusciniolæ ne desuat cantio. Proverb. de iis quæ miraculo affinia sunt.

LUSCIŌSUS, qui & LUSCITIŌSUS, a, um. Adj. [μύωψ, νυκτάλωψ] Lusciosi sunt, ut quidam existimant, quos Græci Nyctalopas appellant, qui & mane & vesperi exiliter admodum vident, nec fere nisi interdiu. V. dict. seq. Nonius 2. 512. Lusciosi, qui ad lucernam non vident, & μύωπες vocantur a Græcis. Plin. lib. 29. cap. ult. Fimum quoque gallinaceorum duntaxat rubrum lusciosis illinendum monstrant. Plaut. Mil. 2. 3. 52. Verbero, edepol tu quidem cæcus, non luscitiosus. conf. Taub. ad h. l.

LUSCITIO, ōnis. f. Vitium visus, quod Græci νυκταλωπίαν dicunt. Fest. Luscitio, vitium oculorum, quod clarius vesperi, quam meridie cernit. Ulpian. in l. Idem Ofilius. §. Sed & D. de Ædil. edicto, Id est, ubi homo neque matutino tempore videt, neque vespertino: quod genus morbi Græci vocant νυκτάλωπα. Luscitionem eam esse quidam putant: ubi homo lumine adhibito nihil videt. Quidam Nuscitionem, quidam Eluscationem hic legunt. Hinc Lusciosus, qui & Luscitiosus & Nuscitiosus, ut ait Budæus. V. NUSCITIOSUS.

LUSCUS, i. m. [ἑτερόφθαλμος] Qui altero captus est oculo. Pers. Satyr. 1. 128.

—qui possit dicere, lusce. Cic. 2. de Orat. 246. Cœnabo, inquit, apud te, huic lusco familiari meo C. Sextio: uni enim locum esse video. Martial. lib. 8. 53.

Hunc tu convivam cautus vitare memento:
Tunc furit, atque oculo luscus utroque videt.

Dux luscus. Juven. 10. Sat. 158.

Quum Getula ducem portaret bellua luscum. Intelligit Annibalem, altero oculo captum.

Lusca, æ. f. [ἑτερόφθαλμος] Martial. lib. 1. 171.
Oculo Philænis femper altero plorat:
Quo fiat iftud quæris modo? lufca eft.

Luscīnus, a, um. Plin. 8. 37. Qui altero lumine orbi nafcerentur, Coclites vocabantur: qui parvis utrifque, Ocellæ; Lufcini injuriæ cognomina habuerunt. [De violenta elufcatione exponit Harduinus. Legendum puto Ocellæ: Et Lufcini &c. facile enim copulativam particulam abforbere potuit præmiffa diphthongus. Injuriam autem naturæ intelligit, Lufcos gignentis. Tametfi potius exiftimem Lufcinus adoptivum cognomen effe, a Lufcius gentili tractum, ut Flamininus a Flaminios, Antoninus ab Antonius.
Cognomen fuit Fabriciorum Romæ. V. Liv.

Lusio, V. ludo.

Lūsitānia, æ. f. [Λυσιτανία] Pars ulterioris Hifpaniæ, quam nunc Portugalliam appellant. Scribit Plin. lib. 3. cap. 1. Lufum Liberi patris aut Lyfam cum eo bacchantem nomen dediffe Lufitaniæ. Hæc Oceano Occidentali alluitur, in qua eft civitas Emerita. Strabo lib. 3. Tagi regio ad Aquilonem fpectans Lufitania eft, inter Hifpanos gens ampliffima, & annis plurimis Romanorum armis oppugnata. V. plura ibidem.

Lusitānus, a, um. Adj. ut, Tela Lufitana. Valer. Max. 9. 1. 5.
Manus Lufitana. Sil. 5. 335.

Lusito, **Lusor**. V. ludo.

Lusius, [Λύσιος] Bocatio, five, ut quidam, **Lysius**, i. m. Arcadiæ fluvius, quem penes eft fepulchrum Æfculapii, Afippi & Arfinoæ filii, qui primus alvi purgationem, atque dentis avulfionem adinveniffe dicitur. V. Paufan. Arcad. p. 260. Wech.

Luspiæ, [Λουπίαι] Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Calabriæ orbs, Lupia Plinio. Vulgo *Lecce*, *Leze*.

Lustrāgo, ĭnis. f. herba Verbenaca, in luftrando olim adhibita. Apol. de Herb. cap. 3.

Lustrum, i. n. [φωλεός, καταδύσεις, χειά] Ferarum habitaculum in filvis. A luto: quod fit lutofa lacuna. Virg. 2. Georg. 471.
Non abfunt illis faltus ac luftra ferarum.
Deferta ferarum luftra. Virg 3. Æn. 647.
Devia luftra. Ovid. 3. Met. 146.
Invia luftra. Virg. 4. Æn. 151.
Tetrica luftra. Stat. 9 Theb. 615.
Luftrum, Popinæ & lupanaria, ac meretricum diverticula. Servius ad 3 Æn. 647. Lupanaria luftra dicimus, ubi habitant lupæ, id eft meretrices: dictæ ab obfcænitate, & odoris fimilitudine. Plaut. Afin. 5. 2. 83.
Cano capite, te cuculum uxor ex luftris rapit. Cic. 2. Philip. 6.
Quum omnes impuritates pudica in domo quotidie fufciperes, vino luftrifque confectus. Idem pro Cœl. 57. In qua luftra, libidines, &c.
Mala luftra. Hor. 1. Serm. 6. 69.
Jacere in luftris. V. jaceo.
Perire luftris. Lucret. lib. 4. 1130.
Defidiofe agere ætatem, luftrifque perire.
Luftrum, Quinquennale fpatium fignificat, auctore Fefto: in quot annos prædia locari olim folebant, ut nunc in ter ternos, id eft novenos. Luftrum nominatum tempus quinquennale a luendo, hoc eft folvendo, inquit Varro, de L. L. 5. 2. extr. quod quinto quoque anno vectigalia, & ultro tributa, per cenfores perfolvebantur. Plin. 9 Epift. 37. Nam priore luftro, quanquam poft magnas remiffiones, reliqua creverunt. Luftrum a Latinis vocatur, quod Olympias apud Græcos dicitur, id eft quinquennium: ita tamen ut quadriennio exacto, quinto quoque anno ineunte, luftrum peractum effe intelligatur. Plin. lib. 2. cap. 47. Omnium quidem (fi libeat obfervare minimos ambitus) redire eafdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modo, verum & reliquarum tempeftatum magna ex parte. Et eft principium luftri ejus femper intercalari anno Caniculæ ortu. Ulpianus in l. Si quis nec caufam. D. de Rebus creditis, Nam etfi colonus poft luftrum completum fructus percepetit: condici eos conftat. Tacitus Ann. 16. 2. Secundum luftrum appellat, ut Secundam Olympiadem: de ludicro quinquennali loquens Romæ inftituto. Hæc Budæus. Cic. 6. Att 2. Populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipfo luftro nihil folverant, etiam fuperioris reddiderunt.
Veniet luftris labentibus ætas. Virg. 1. Æn. 287.
Luftrum & Olympias a multis eodem fignificatu ufurpantur. Ovid. 4. de Pont. 6. 6.
In Scythia nobis quinquennis olympias acta eft,
Jam tempus luftri tranfit in alterius. Martial. lib. 4. 45. ad Phœbum,
Ut qui prima novo fignat quinquennia luftro,
Impleat innumeras Burrus olympiadas. Aufon. de fuo Faftorum lib. ad Proculum,
Fors erit, ut luftrum quom fe cumulaverit iftis,
Confectam Proculus fignet olympiadem. Servius exponens illud Virg. lib. 1. Æn. 287.
— veniet luftris labentibus ætas, &c. Luftris, inquit, i. e. Quinquenniis. Et bene olympiadibus computat tempora: quia nondum erant vel Roma, vel Confules. Luftrum autem dictum, quod poft quinquennium unaquæque civitas luftrabatur. Hæc ille.
Luftrum, Purgatio Urbis quæ facrificiis, cenfu peracto, fiebat. Omnes centuriæ & equites in campum Martium convocati, fue, ove, tauro, cæfis immolarunt, quod Luftrum eft dictum: ficque a facrificio illo Cenfus obtinuit nomen luftri. V. Liv. 1. 44. Adde Afcon. in Divin. 8. & Cic. 1. de Orat. 183. V. suovetaurilia.
Luftro condendo, non victimarii, fed Cenfores ipfi hoftiam immolabant. Athenæus lib. 14. Deipnof. Sed & apud Romanos, Cenfores, qui maximus magiftratus eft, prætexta induti, & coronati, fecuri hoftias profternebant. Cic. 2. de Orat. 268. Afello Africanus objicienti luftrum illud infelix, Noli, inquit, mirari: is enim qui te ex ærariis exemit, luftrum condidit, & taurum immolavit. Sortiri autem folebant Cenfores, uter luftrum conderet. Liv 29. 37. Luftrum condunt ferius, quia per provincias dimiferunt Cenfores, ut civium Romanorum in exercitibus, quantus ubique effet, referretur numerus. Cenfa cum iis ccxv millia hominum. condidit luftrum C. Claudius Nero. Idem 35. 9. pr. Cenfores erant priore anno creati Sex. Ælius Pætus, & C. Cornelius Cethegus. Cornelius luftrum condidit. Et lib. 38. 36. extr. M. Claudius Marcellus Cenfor, forte fuperato T. Quintio, luftrum condidit. Rurfus 42. 10. pr. Eo anno luftrum conditum eft. Cenfores erant, Q. Fulvius Flaccus, L. Poftumius Albinus. Poftumius condidit.

Lustrālis, e. Adj. [καθάρσιος] Quod ad luftrum, vel Luftrationem pertinet. Liv. 1. 28. Caftra caftris jungere jubet: facrificium luftrale in diem pofterum parat.
Aqua luftralis. Ovid. 3. de Pont 2. 73.
Cenfus luftralis. V. Luftrum condere, in lustrum.
Certamen luftrale. Tacit. 16. Ann. 4. V. paulo infra.
Exta luftralia. Virg. 8. Æn. 183. Exta luftralia veteres dixerunt Præpinguia: eo quod luftralis, id eft quinquennalis bos dicitur effe perfectæ ætatis. [V. Serv. ad loc.
Luftrale folenne exercitus. Tacit. 10. Ann. [At non exftat hic liber Ann. Certamen luftrale, quod & Quinquennale alias vocat, habes Ann. 16. 4. pr.

Lustrīcus, a, um. Adj. [ἁγνιστικός] onde, Luftrici dies infantium appellantur, puellarum octavus, puerorum nonus: quia iis infantes luftrantur, & nomina eis imponuntur. Hæc Feft. Eadem fere Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16. Suet in Neron cap. 6. Ejufdem futuræ infelicitatis fignum evidens die luftrico exftitit. Qui eos luftrant vocantur Luftratores, & fi feminæ funt, Luftratrices. Qui vero luftrantur, Luftrati nominantur. V. in varbo lustro.

Lustrĭfĭcus, a, um. Adj. [καθαρτικός] Idem. ut, Cantus luftrificus. Valer. 3. Argon. 448.

Lustro, [ἁγνίζω, περικαθαίρω] āre. Expiare fignificat. Virg. 5. Ecl. 75.
— & quum folennia vota
Reddemus nymphis, & quum luftrabimus agros. Idem 3. Æn. 279.
Luftramurque Jovi, votifque incendimus aras. Serv. Aut, Luftramur, i. e. Purgamur, ut Jovi facra faciamus. Aut certe, Luftramur Jovi, i. e. Expiamur.
Viros luftrare. Virg. 6. Æn. 231.
Idem ter focios pura circumtulit onda,
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ:
Luftravitque viros, dixitque noviffima verba.
Urbem luftrare. Plin. lib. 10. cap. 13.
Luftror, paffivum. [ἁγνίζομαι] Ovid. 1. 3. Met. 953.
— ego luftror ab illis,
Et purgante nefas novies mihi carmine dicto,
Pectora fluminibus, jubeor fupponere centum.
Magico luftrabere ritu. Ovid. 10. Met. 398.
Luftrare exercitum, Recognofcere, & recenfere exercitum. Cæf. 8. Bell. Gall. 52. Cic. 1. de Divin 77. Qui, exercitu luftrato, quum Aretium verfus caftra moviffet, & contra Annibalem legiones duceret, &c. V. Liv. 40. 6. [Hoc quoque non fine Sacrificio peractum. Hinc Tacit. 15. Ann. 26. Tum luftratum rite exercitum ad concionem vocat. V. Lomejeri Epimenidem cap. 31. Cic. 1. de Div. 102.
Luftrare, [ἐπιέναι, περιέρχεσθαι, περιοδεύειν] Circuire, ambire, aut etiam peragrare. Virg. 8. Æn. 153.
— totum luftrabat lumine corpus. Cic. 5. de Finib. 87.
Ægyptum luftravit. Cic. 4. Tufc. 43.
Æquora luftrare. Virg. 3. Æn. 377.
Arva luftrare, Pererrare. Virg 4. Georg. 519.
Campos oculis luftrare. Lucan. lib. 7. 795.
Limina aliena luftrare. Ovid. in Ibin 113.
Muros equo luftrat. Virg. 9. Æn. 58.
Opera omnia flammis fol luftrat. Virg. 4. Æn. 607.
Veftigia luftrare. Virg. 2. Ecl. 12.
Lampade luftrare. Virg. 4 Æn. 6.
Poftera Phœbea luftrabat lampade terras. Ubi Serv. Aut illuftrabat: aut revera luftrabat, i. e. purgabat: nam nox quodammodo polluit mundum.
Luftrare animo, pro Confiderare, reputare, perfpicere. Cic. 1. Off. 57. Idem 2. de Fin. 115. Sed luftremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a majoribus nominabantur.
Pericula incerta luftrare. Virg. 9. Æn. 96.

Lustror, āri. dep. In luftris, & lupanaribus verfari. Plaut. Pfeud. 4. 7. 6.
Nam qui liberos effe illico fe arbitrantur,
Ex confpectu heri fui fi fefe abdiderunt,
Luxuriantur, luftrantur, comedunt. Idem Caf. 2. 3. 29.
Unde is nihili? ubi fuifti? ubi luftratus? ubi bibifti?

Lustrātus, a, um. Partic [ἁγνισθείς] Expiatus.
Capitolium luftratum atque purgatum. Liv. 3. 19.
Claffis luftrata. Liv. 36. 42. Luftrata claffe ad Lacinium. De modo luftrandi claffes apud Romanos, V. Appian. Bell. Civ. 5. p. 727.
Corpus luftratum divino odore. Ovid. 14. Met. 605.
Exercitus luftratus. Cic 1. de Divinat. 77.
Purificatione religionis luftratus. Martial. Epift. præf. lib. 8. Meminerit non nifi religionis purificatione luftratus accedere ad templa debere. Al. Luftratos.

Lustrātio, ōnis. f. [περιοδεία] Circuitio, peragratio. Cic. 2. Philipp. 57. In eodem vero Tribunatu quum Cæfar in Hifpaniam proficifcens, huic conculcandam Italiam tradidiffet, quæ fuit ejus peragratio itinerum, luftratio municipiorum? Sic 5. Tufc. 79. Quid beftiæ, nonne frigus, non famem, non montivagos atque filveftres curfus, luftrationesque patiuntur?
Luftratio, [ἁγνισμός] Sacrificium expiationis. Columel lib. 2. cap 22. Hoc loco certum habeo quufdam, quum folennia feftorum percenfuerim, defideraturos luftrationum, ceterorumque facrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem prifcis ufurpatum.

Lustrātor, ōris. m. Apul. Apol. p. 288. Hercules luftrator orbis, i. e. Peragrator.

Lustrāmen, ĭnis. n. [καθάρσια] Idem, quod Luftratio, Valer. 6. Argon. 509.

Semi-

Seminecesque duces inter sua tela, suosque
Inter equos, sævam misero lustramine versant
Congeriem.

Lustramentum, i. n. Purgatio facta per veneficium, aut sacrificium, aut incantationem. Martian. In l. Ejusdem. D. Ad L. Juliam de sicar. Pigmentarii, inquit, sicui temere cicutam, salamandram, aconitum, pityocampas, buprestim, mandragoram, cantharidas, aut quid lustramenti causa dederint: pœna teneantur hujus legis. Hotomann. de Verb. Jur. de intemperanti & effrenata rei Venereæ cupiditate intelligit, eum cantharidum ea vis sit, ut ad eam incitent.

Lustrago, V. suo loco.

Lusus, V. ludo.

L U T

Lutamentum, Lutarius. V. lutum.

Lutatius, Sic enim in denariis antiquis scribitur, Nomen gentis Ro. Plebejæ quidem, sed nobilis, cognominibus Cerconum, & Catulorum. C. Lutatius Catulus cos. primo Punico bello navibus ccc. adversus Pœnos profectus dc. eorum naves commeatibus onustas ad Ægates insulas inter Siciliam & Africam depressit, finemque ei bello imposuit. Epit. Liv. lib. 19. Liv. 28 38. Alii Luctatius scribunt.

Lutecia, æ. f. vel Lutetia, [Λουκοτεκία Interp. Cæs.] Galliæ urbs maxima & nobilissima, magnitudine & frequentia certat cum maximis Europæ urbibus. Græci Λευκοτεκίαν nominant ab albedine parietum, ut quidam contendunt. Lutecie Parisiorum dicta est a Cæs lib. 6. Bell. Gall. cap. 3. Ut omnia postponere videretur, concilium Luteciam Parisiorum transfert. [Sic & Ammian. 15. 27. & Itiner. Anton. Straboni & Ptolemæo Λουκοτοκία dicitur. Stephanus videtur Λουκοτεκία legisse.

Lutesco, V. lutum.

Lūteum, sive **Lutum**, i. n. Herba est, qua cæruleum inficiunt. Auctore Vitruv. 7. 14. V. Plin. 33. 5. in lutea, infra.
Lutum croceum. Virg. 4. Ecl. 44.
Inficere se luteo. Cæs. 5. Bell. Gall. 14. Omnes vero se Britanni luteo inficiunt, quod cæruleum efficit colorem. Al. Vitro, vel Glasto. V. not Davies, & quæ ad vitrum notavi.

Lūteus, a, um. [κρόκεος] Adj. ut, Luteus color, qui est dilutior rutilus, qualis est color auri. unde Luteus dictus videtur quasi Dilutus. Quidam a Luto, priore longa, adjectivum esse existimant. Plin. lib. 21. cap. 8. Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum feminis concessum. Quidam a Luce deducunt. V. luteum supra.
Frutex luteus, purpurea viola. Columel. lib. 9. cap. 13.
Membrana lutea. Tibul. lib. 3. 1. 9.
Lutea sed niveum involvat membrana libellum.
Palla lutea. Tibul. lib. 1. 7. 46.
Pallor luteus. Hor. Epod. 10. 16.
Papaver luteum. Catull. 59. 195.
Pellis lutea. Pers. 3. Sat. 95.
— surgit tacite tibi lutea pellis:
At tu deterius palles.
Sulfura lutea. Ovid. 15. Met. 351.
Vela lutea, rufaque, & ferruginea. Lucret. lib. 4. 73.
Violæ luteæ, apud Plin. lib. 21. cap. 6. Violis honos proximus. Earum plurima genera: purpureæ, luteæ, albæ. Et paulo post, Sed satius maxima auctoritas luteis.
Vulcanus luteus, pro Igni, sive flamma. Juven. 10. Sat. 132.
Quem pater ardentis massæ fuligine lippus,
A carbone, & forcipibus, gladiosque parante
Incude, & luteo Vulcano ad Rhetora misit.
Ovi luteum, Vitellus est. Plin. 10. 53. Ipsum animal ex albo liquore ovi corporatur, cibus in luteo est. Sic alibi sæpius. V. indicem Hard.

Lutea, æ. f. Herba. Plin. lib. 33. cap. 5. Ut plane intelligatur nihil aliud chrysocolla quam vena putris. Nativa duritia maxime distat, luteam vocant. Et tamen illa quoque herba, quam luteam appellant, tingitur. Natura est quæ lino, lanæve ad succum bibendum. Harduin. legit Lutum. V. supra luteum.

Lūteus, a Luto. V. lūtum.

Luteŏlus, a, um. Adj. dimin Columel. lib. 9. cap. 4. At in horteris lira consita nitent candida lilia, nec his sordidiora, leucoia, tum puniceæ rosæ, luteolæque & sarranæ violæ.
Caltha luteola. Virg. 2. Ecl. 50.

Lūto, āre. V. 1. ūtum.

Lutra, æ. f. [ἐνυδρίς] Animal amphibium, hoc est tum in aqua, tum etiam in terra degens, castori simile, nisi cauda differret: dictum quod se frequenter in aquis lutet, id est diluat. Plin. lib. 8. cap. 30. Cauda piscium iis: cetera species lutræ. Utrumque aquaticum: utrique mollior pluma pilus Idem lib. 32. cap. 11.

Lūtum, i. n. [πηλός] Terra humore soluta, inquit Festus, a λύειν. Juven. 6. Sat 13.
Compositique luto nullos habuere parentes.
Amica luto sus. Hor. 1. Epist. 2. 26.
Paleatum lutum. V. Paleatus, in palea.
Palæstritarum lutum. V. haphe.
Recenti luto spargere jumenta. Juven. 7. Sat. 180.
Udum & molle lutum. Pers. 3. Sat. 23.
Aspersus imbre lutoque. Hor. 2. Epist. 11. 11.
Composuit pocula de facili luto. Tibul. lib. 1. 1. 40.
Concinnare lutum. V. concinno.
Demersa in luto cauda verris. Cic. 4. Verr. 191.
Fictus ex argilla & luto homullus Epicureus. Cic. in Pison. 59.
Volutatus in luto totius corporis vestigiis Verres. Cic. 6. Verr. 53.
In medio luto esse. Plaut. Pseud. 4. 2. 27. i. e. Implicari molesto negotio, aut in periculo esse.
In eodem luto hæsitare, i. e. Sic implicari cuipiam negotio, ut se quisquam nequeat extricare. Ter. Phorm. 5. 2. 15.
Quid fiet? in eodem luto hæsitas: vorsuta solves,
Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ crescunt.
A viatoribus translatum, qui simulatque in lutum inciderint, quum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur: Rursum ut hunc extrahant, alter quem eduxerant, denuo est infigendus. Ex Erasm. V. hæreo.
Lutum es, Convicium apud Rumanos in hominem nequam & nullius rei. Plaut. Most. 5. 2. 45. Verberibus cædere, lutum, pendens. Idem in Pers. 3. 3. 10.
Possum te facere ut argentum accipias, lutum? Lenonem alloquitur. Cic. in Pison. 62. O tenebræ, ô lutum, ô sordes! conf. lupanar.
Lutus, i. m. apud antiquos, referente Nonio 3. 132. Claud. Annal. lib. 4. Pluvia, imbri lutus erat multus.

Lūteus, a, um. Adj. [πήλινος] Ex luto factum. ut, Luteus paries, Vasa lutea. Cic. 6. Verr. 32. Tum illos cœpisse Prætori dicere, putasse se, id quod audissent, alicujus pretii scyphos esse Pamphili, luteum negotium esse, non dignum quod in suo argento Verres haberet.
Caput luteum Rheni. Hor. 1. Serm. 10. 37.
Homo luteus, Contemptus, nulliusque pretii. Plaut. Pœn. 4. 2. 4.
Neque perjurior, neque pejor alter usquam est gentium,
Quam herus meus est, neque tam luteus, neque tam cæno collitus.
Meretrix lutea. Plaut. Truc. 4. 4. 1.
Opus luteum. Ovid. 1. Fast. 158.
— Ignotaque prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe fingit opus.
Panis luteus. Plaut. Men. 5. 5. 19.
Purpureum panem, an puniceum soleam ego esse, an luteum?
[Hic videtur de colore accipiendum.

Lūtārius, a, um. Adj. [πηλαῖος] Quod in luto degit. Plin. lib. 32. cap. 4. Sunt ergo testudinum genera terrestres, marinæ, lutariæ, & quæ in dulci aqua vivunt.
Mullus lutarius, Piscis. Plin. lib. 9. cap. 17.

Lūtensis, e. Luto nutritum. Plin. lib. 9. cap. 37. Purpuræ, nomine alio pelagiæ vocantur. Earum genera plura, pabulo ut solo discreta. Lutense putri limo, & algense enutritum alga, vilissimum.

Lūtōsus, a, um. Adj. [πηλώδης] Luto plenum. Plin. lib. 18. cap. 19. Lutosam terram ne tangito. Columel. lib. 2. cap. 4. Sed quandocunque arabitur, observabimus, ne lutosus ager tractetur.
Rapa lutosa, Quorum radix luto est infecta. Columel. lib. 12. cap. 54.

Lūtŭlentus, a, um. Adj. [πηλώδης] Plenum luto. Plaut. Bacchid. 3. 1. 17.
Ut eum ex lutulento cæno propere hinc eliciat foras. Columel. lib. de Arborib. cap. 12. Lutulentam terram neque arare, neque fodere oportet.
Amnis lutulentus. Ovid. 3. Amor. 6. 95.
Palma lutulenta. Hor. 2. Serm. 4. 83.
Sus lutulentus. Cic. in Sallust. 3. Itaque nihil aliud studet, nisi, ut lutulentus sus, cum quovis volutari. Sic, Idem in Pison. 27. At ne tum quidem emersisti, lutulente Cæsoni, ex miserrimis naturæ tuæ sordibus, cum &c. Et in orat. pro Rosc. Com. 20. Lutulenta persona.
Fluit lutulentus. Hor. 1. Serm. 4. 11. de Lucilio,
Quum flueret lutulentus, erat, quod tollere velles. Petita a flumine turbulento metaphora.
Compar. Plaut. Pœn. 1. 1. 30. Illius domino non lutum est lutulentius.

Lūto, [πηλόω] āre. Luto inficere, sive oblinere. Cato de R. R. cap. 92. Eo granarium totum oblinito crasso luto; postea conspergito amurca bene omne quod lutaveris.
Lutare, Maculare. Martial. lib. 14. 50.
Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos:
Hac poteris madidas condere pelle comas.
Pro Luere vel solvere usus est hoc verbo Varro apud Non. 2. 482. V. luo.

Lūtātus, a, um. Partic. Pers. 3. Sat. 104.
— crassoque lutatus amomo. Lamprid. Heliogab. cap. 14. pr. Ubi primum lutati sunt tituli statuarum.

Lūtāmentum, i. n. [πήλωμα] Opus luto oblitum, ut ait Budæus. Cato de R. R. cap. 128. Ita neque aspergo nocebit, neque mures cava facient, neque herba nascetur, neque lutamenta scindent se.

Lūtesco, [πηλοῦμαι] ēre. Lutum fieri, & in lutum verti. Furius Antias vet. poeta. apud Gell. lib. 18. cap. 11.
Sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit. Columel. lib 8. cap. 17. Quæ limo, cœnoque lutescunt (ut ante jam dixi) conchyliis maris & jacentibus apta sunt animalibus.

Lūtŭlo, āre. Conspurcare, luto inquinare. Plaut. Trin. 2. 2. 15. Eosdem lutulant, quos collaudant.

Lūtum, Herba, V. lūteum.

L U X

Lux, lūcis. f. [φῶς, φέγγος] proprie significat Claritatem sive splendorem.
Lux masculino genere apud antiquos reperiri probat Non. 3. 118. ex Plaut. in Aulul. 4. 10. 18.
Luce claro diripiamus aurum matronis palam. V. infra Cum prima luce.
Egens lucis aër. Ovid. 1. Met. 17.
Egenus lucis Tartarus. Lucret. lib. 3. 1024.
Diei lux. Lucret. lib. 4. 81.
Omnia corrident concepta luce diei.
Corusca lux. Sil. lib. 13. 640.
Diurna lux. Lucret. lib. 6. 848.
Est apud Hammonis fanum fons luce diurna
Frigidus, at calidus nocturno tempore fertur.
Larga lux. V. largus.
Maligna lux. V. malus.
Præclara lux. Lucret. lib. 2. 1031.
Publica lux mundi Phœbus. Ovid. 2. Met. 35.
Pura lux. Virg. 2. Æn. 590.
Rosea lux. Stat. 3. Silv. 1. 134.
Siderea lux. Ovid. 4. Met. 169.
Vaga lux. Valer. 3. Argon. 558.
Stagna vaga sic luce micant ubi Cynthia cælo
Prospicit.

Admit-

Admittere lucem in thalamos totis fenestris. Ovid. 3. de Arte Am. 807.
Albescit primum lux. Virg. 4. Æn. 586. V. ALBUS.
Convestit omnia perfundens sua luce Sol. Lucret. lib. 2. 147.
Cucurrit stella multa cum luce. Virg. 2. Æn. 694.
Dispergere claram lumine lucem. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 8.
Dant clara incendia lucem erranti. Virg. 2. Æn. 570.
Fundere tristem lucem per auras. Senec. Med. 10.
Gignuntur tenebræ & lux alterno tempore. Lucret. lib. 5. 976.
Haurire lucem. Virg. 2. Georg. 340.
Oborta lux. V. ORORIOR.
Refulsit humus purpurea luce. Ovid. 6. Fast. 252.
Subducta lux repente. Sil. lib. 8. 634.
Subducta luce cælum fretumque miscet. Senec. Agam. 6.
Metaphora hujus vocis varia est. ut,
Historia lux est veritatis. Cic. 2. de Orat. 36.
Proferre res occultas in lucem. Cic. 4. Acad. 62.
Luce clarius. Cic. 4. Verr. 186. Erit vobis luce clarius, Judices, quum eos ipsos produxero qui dederunt.
Luces, in plurali. Cic. in Arat. 96.
Illæ quæ fulgent luces ex ore corusco. pro Stellis.
Lux, pro Coruscatione. Sil. lib. 17. 478. Al. 482.
Lux atrox micat. De fulmine.
Lux pro Splendore vel Fulgore: ut, Viridi cum luce smaragdi. Lucret. lib. 4. 1120. conf. infra ad fin.
Lux, pro Die. Gell. lib. 2. cap. 29. Alia luce orta avis in pastum profecta est. Martial. lib. 8. 20.
Quum facias versus nulla non luce ducentos.
Luce vicesima, pro Vicesimo die. Plin. lib. 2. cap. 9. Cic. pro Milon. 99. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii, & opinor ultra, &c.
Luces, numero plurali, idem quod Dies. Varr. Hebdomad. sub imagine Demetrii; Hic Demetrius est catus* Quot luces habet annus absolutus. Nonius 12. 39.
Multis ante lucibus, i. e. Multis diebus ante. Ovid. 2. de Pont. 1. 25.
Acerba lux. Senec. OEth. 1419.
Exacta lux, exactus dies. Stat. 2. Silv. 2. 47.
Festæ luces. Hor. 4. Carm. 6. 42.
Hesterna lux. Ovid. 2. Amor. 11. 3.
Hodierna lux. Ovid. 9. Epist. 167.
Honorata lux. Claud. in 2. Conf. Stilich. 79.
Ignava lux. Juven. 14. Sat. 105. de Mose,
Sed pater in causa, cui septima quæque fuit lux
Ignava, & partem vitæ non attigit ullam. Sabbathum intelligit.
Longior mihi hæc lux toto anno. Virg. 7. Ecl. 43.
Natalis lux. Ovid. in Ibin 219.
Oriens lux. Catul. Argon. 62. 376.
Orta luce. Liv. 8. 38.
Patens lux. Ovid. 2. de Arte Am. 620.
Peracta lux. Ovid. 21. Epist. 85.
Profestæ luces & sacræ. Hor. 4. Carm. 15. 25.
Prona lux in astra, i. e. Dies vergens ad noctem, in qua lucent astra. Senec. Agam. 6.
Renata lux. Senec. Herc. fur. 2.
Sacra lux. Stat. 1. Achil. 287.
Serena lux. Virg. 5. Æn. 104.
Viridans lux fluvii. V. Viridans, in VIRIDIS.
Ab ortu lucis ad umbram. Hor. 2. Epist. 2. 187.
Abstulit nox lucem tenebris. Lucan. lib. 8. 58.
Condit nox alma lucem. Senec. Med. 11.
Data est mensæ pars optima lucis. Ovid. 7. Met. 622.
Dormire in lucem. Hor. 1. Epist. 18. 34.
Lucebit luce. Plaut. Curc. 1. 3. 36.
Perditur lux, i. e. Amittitur dies sine commodo. Hor. 2. Serm. 6. 39.
Propinquat inimica lux. Virg. 9. Æn. 355.
Reducet aurora lucem. Ovid. 3. Met. 149.
Luce & palam. Cic. in Pison. 23. Etenim illa jam omitto, quum servorum delectus haberetur in foro, arma in templo Castoris luce & palam comportarentur. Idem 3. Off. 93. Si quis sapiens rogatus sit ab eo qui eum hæredem faciat, quum ei testamento sestertiûm millies relinquatur, ut ante quam hæreditatem adeat, luce palam in foro saltet.
Luce demum ausus incursare in hostem. Liv. 8. 38.
Clara luce. Plaut. Aulul. 4. 10. 18.
Multa luce revecti hostes. Tacit. 5. Hist. 22.
Luce finit pasci, i. e. Interdiu. Ovid. 1. Met. 630.
Luce finit pasci: quum Sol tellure sub alta est,
Clauditur, & indigno circumdat vincula collo.
Lux, ἀπὸ τῆς λύκης dicta est: λύκην enim veteres Græci appellabant primam lucem, quæ præcedit solis exortum, quod & summum mane dicitur.
Vide AMPHILYCE. H. St.
Cum prima luce. Ter. Adelph. 5. 3. 54. Ceterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Donatus legit Cum primo lucu; dicens, Cum primo lucu veteres dicebant, Lucum pro Luce, pro Sole ponentes. Ergo, Cum primo lucu, Quum primum Sol cœperit illucescere. Cum primo lucu. Veteres masculino genere dicebant *lucem*. [Scribe *Lucum*. Hinc nomen Luculentus. Tametsi Nonius quoque Lux Masculini generis profert. 3. 118. V. LUCI, Adv.
Prima luce, Sabinus ante quam hostilia cœptarent, &c. Tacit. 3. Hist. 70. Liv. 1. 44. Ut omnes cives Romani, equites, peditesque in suis quisque centuriis in campo Martio prima luce adessent.
A prima luce. Cæs. 1. Bell. Civil. 81. Hoc idem postero die a prima luce faciunt.
Leniter illustrans lux. V. LENIS.
Bibere in lucem, & Cœnare in lucem. V. IN præpositionem.
Pugnare ad lucem. V. AD præpositionem.
Ante lucem. V. ANTE præpositionem.
Cœptæ obscurum lucis. Tacit. 4. Hist. 50. Illi raptim vecti, obscuro adhuc cœptæ lucis, domum Proconsulis irrumpunt.
Cœpta luce, missæ in latera legiones. Tacit. 1. Ann. 65. Idem 15. 55. Cœpta luce Milichus in hortos Servilianos pergit.

Dubiæ lucis crepuscula. Ovid. 11. Met. 596.
Seram pepulere crepuscula lucem. Ovid. 15. Met. 651.
Æstiva lux. Virg. 4. Georg. 52.
— ubi pulsam hiemem sol aureus egit
Sub terras, cælumque æstiva luce reclusit.
Brumalis lux, Tempus hibernum. Ovid. 1. Trist. 11. 39.
Jactor in indomito brumali luce profundo.
Indiscreta lux. V. INDISCRETUS.
Lux, pro Vita. Cic. 2. Tusc. 10. Etsi enim mihi conscius sum, nunquam me nimis cupidum fuisse vitæ, tamen objiciebatur interdum animo metus quidam, & dolor cogitanti, fore aliquando finem hujus lucis, & amissionem omnium vitæ commodorum.
Brevis lux. Catul. 5. 5.
Nobis quum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda. ubi simul ad alteram vocis significationem, qua pro Die ponitur, alludit.
Contemptor lucis animus. Virg. 9. Æn. 205.
Cupiditas lucis. Quintil. lib. 3. cap. 8. Non cupiditatem lucis allegabimus?
Rudimentum lucis. Plin. lib. 7. in præfat. Ab hoc lucis rudimento, quæ ne feras quidem inter nos genitas, vincula excipiunt.
Abrumpere invisam lucem. V. ABRUMPO.
Abrumpere ense invisæ lucis moras. Senec. Troad. 10.
Accipere lucem ab Natura. Cic. pro Cluent. 31.
Aspicere lucem. V. ASPICIO.
Carere luce. V. CAREO.
Carentum luce corpora, i. e. Mortuorum. Virg. 4. Georg. 255.
Dilecta magis luce. Virg. 4. Æn. 186.
Dare lucis usuram alicui, Sinere eum vivere. Cic. 7. Verr. 74. Cur, inquam, civibus Romanis, quos piratæ ceperant, securi statim percussis, ipsis piratis lucis usuram tam diuturnam dedisti?
Editi in lucem gnati. Senec. OEdip. 12.
Frui communi luce. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 261. al. Sole.
Frui optata luce. Virg. 4. Æn. 619.
Orbare se luce. Cic. 3. Tuscul. 26. Tu te, Thyesta, damnabis, orbabisque luce, propter vim sceleris alieni?
Piget lucis, Tædet vitæ. Virg. 5. Æn. 678.
Relinquere lucem. Virg. 4. Æn. 452.
Lux mea, Blandimentum. Cic. 14. Fam. 2. Hem mea lux, meum desiderium.
Lux, pro Oculo. Stat. 11. Theb. 585.
— & effossæ squalent vestigia lucis.
Adempta lux. V. ADIMO.
Ademptæ lucis damnum. i. e. Cæcitas. Ovid. 14. Met. 197.
Lux, pro Auxilio, vel ope, vel Gloria, vel Securitate. Cic. pro Lege Manil. 33. Proh, dii immortales, tantane unius hominis incredibilis ac divina virtus, tam brevi tempore lucem adferre Reip. potuit?
Lux, pro Publico: quoniam omnes in luce degunt. Cic. de Senect. 12. Nec vero ille in luce modo, atque in oculis civium magnus, sed intus domique præstantior.
Vocare in lucem. Cic. pro Deiot. 30.
Forensis lux. Cic. de Clar. Orat. 32. Isocrates, cujus domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi, magnus Orator, & perfectus magister, quanquam forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo judicio est postea consequutus. h. e. Foro, quod lux & theatrum ingenii esse solet.
Lux doctrinarum altera Cicero. Plin. lib. 17. cap. 5. dixit, quo insigne quid & præstantissimum significatur. Sic Cic. 4. Catil. 11. Videor enim mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum, &c. Et Virg. 2. Æn. 281.
O Lux Dardaniæ, &c. conf. LUMEN & LUMINARE.
Lux, Nitor, vel Color, ut vult Faber. Virg. 2. Æn. 470.
— primoque in limine Pyrrhus
Exsultat telis, & luce coruscus ahena. i. e. Splendore æris.
Tyriæ luces. i. e. Colores. Manilius lib. 5. 253.
Liliaque, & Tyrias imitata papavera luces. V. Gronov. Observ. 2. 7. [Non tam Colorem, quam Fulgorem Tyriæ purpuræ denotat. Nec usquam sane pro Colore ἁπλῶς positum occurrit.

LUCUS, m. g. dixerunt veteres, teste Donato in Adelph. 5. 3. 54. pro Lux. Unde apud Plautum & Terentium sæpius legitur Lucu in ablativo.
Cum lucu simul abii hinc mane. Plaut. Merc. 2. 1. 31.
Cum primo lucu. Plaut. Cistel. 2. 1. 49. Vide paulo ante, Cum Prima luce. & seq. dict.

LUCI, Adv. [μεθ' ἡμέραν] i. e. Die, sive Mane. Plaut. Casin. 4. 2. 7.
Sed properate istum atque istam actutum emittere
Tandem, ut veniamus luci: ego cras hic ero. Cic. 12. Philipp. 25. Quis enim audeat luci, quis in militari via, quia bene comitatum, quis illustrem aggredi? [Luci claro affert Non. 3. 118. ex Planto, Varrone, Tullio. Nisi omnibus iis locis Lucu claro legendum, ut sit ablativus a Lucus. q. V. Nisi potius antiquus a Lux, ut Diu, Noctu, a Dies & Nox. Sed Luci defendit Bentl. ad Ter. Adelph. 5. 3. 55. Dicitur nempe ut Primo mane, vel mani. V. MANE. ubi Adverbium, ex Ablativo natum, substantivi neutr. vicem sustinet, ut equidem puto. V. omnino Voss. de Anal. lib. 2. cap. 12. De Ellipsi præpos. in eodem loquendi modo, eundem adi de Constr. cap. 44. & Perizon. ad Sanctii Min. lib. 1. cap. 6. not. 4. Quin etiam subauditur v. Diei, ut plena locutio sit Luce vel Luci diei, quæ & sæpius occurrit.

LUCIDUS, a, um. Adj. [Φωτεινός] Clarum, perspicuum. ut, Lucida nox. Plin. lib. 2. cap. 79.
Aer candens lucidus. Lucret. lib. 3. 341.
Gemma lucida. Ovid. 15. Epist. 74.
Ordo lucidus. Hor. de Arte Poet. 41.
Ovis lucida. i. e. Candida. Tibull. 2. 1. 62.
Saxa lucida. Stat. 3. Silv. 3. 200.
Sedes lucidæ, Sedes deorum. Hor. 3. Carm. 3. 33.
Sidera lucida. Hor. 1. Carm. 3. 2.
Spicula lucida. Virg. 7. Æn. 626.
Domus lucidior. Ovid. 1. Fast. 94.
Stella lucidissima. Vitruv. 9. 6.

Oculi fulgentes lucidum, Adverbii forma. Hor. 2. Carm. 12. 14.

LUCIDE, Adv. Cic. 2. de Orat. 108. Lucide breviterque definire.
Compar. Senec. Epist. 2. p. 265. Animus lucidius tranquilliusque inter divina mansurus.

LUCIDO, are. Chrysol. Serm. 112. Obscura lucidare.

LŪCŬLENTUS, a, um. Adj. Plenum luce, splendens, perspicuum, ornatum, elegans, pulchrum. A Luce enim dicitur, testibus Festo & Nonio. Significat aliquando Magnum, teste Valla. Cic. 7. Fam. 10. Camino luculento utendum. [Frequentius tamen translate positum occurrit, & quidem, ut arbitror, fere pro Valde splendido, Praeclaro; similis enim utrinque metaphora est.
Luculentum, Pulchrum, bonum & perspicuum; dictum a Luce. Non. 1. 317. [Itaque primam longam habet. V. LUCUS.
Ambulacrum luculentum. Plaut. Mostel. 3. 2. 132.
Viden' vestibulum ante ædes hoc, & ambulacrum cujusmodi?
TR. Luculentum edepol, profecto.
Auctor luculentus. Cic. 10. Att. 16. Non credo, ut est luculentus auctor: potuisse certe tenere illam provinciam scio.
Conditio luculenta, Optima, vel opima. Plaut. Milit. 4. 1. 6.
Quin tu tuam rem cura potius, quam Seleuci: quæ tibi
Conditio nova & luculenta fertur per me interpretem.
Dies luculentus. Plaut. Epid. 3. 2. 5. i. e. Felix, fortunatus.
Divitiæ luculentæ. Plaut. Rud. 5. 2. 33.
Facinus luculentum, Insigne. Plaut. Men. 1. 2. 32.
Vin' tu facinus luculentum inspicere? P. quis id coxit coquus?
Familia luculenta. Plaut. Cistel. 2. 3. 17.
Ego te reduco & revoco ad divitias, ubi
Tu jam locere in luculentam familiam.
Femina luculenta atque festiva. Plaut. Milit. 4. 1. 12.
Forma luculenta. Ter. Heaut. 3. 2. 12.
Hæreditas luculenta atque magna. Plaut. Truc. 2. 3. 24.
Homo luculentus. Plaut. Capt. 2. 2. 76.
Materia luculenta. Plin. Epist. 5. 17. pr. Recitabat καταστερισμούς: eruditam sane, luculentamque materiam.
Navigia luculenta. Cic. 16. Att. 3.
Oratio luculenta, Aperta vel etiam optima. Sallust. Catil. cap. 31.
Patrimonium luculentum. Cic. 12. Philipp. 19.
Patronus luculentus Cic. in Brut. 129.
Plaga luculenta. Cic. 7. Philipp. 17. Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix. i. e. Magnam.
Reclamatio præclara & luculenta. Cic. 4. Philipp. 5.
Res luculenta. Cic. 4. Att. 16. De re filiæ quod scribis, erit mihi curæ: etenim est luculenta res.
Scriptor luculentus, Probatus, optimus. Cic. 7. Att. 17.
Verba luculentiora. Cic. 12. Att. 21.

LUCULENTE, Adv. [διαφανῶς] Clare, splendide.
Dicere luculente. Cic. 1. de Divin. 131. Quum ipse, paucis interpositis versibus, dicas satis luculente.
Habere luculente diem. i. e. Laute atque opipare se curare. Plaut. Epid. 1. 2. 54.
Scribere luculente, Aperte. Cic. de Clar. Orat. 76. Et luculente scripserunt, etiam si minus quam tu, polite.
Vendere luculente. Plaut. Merc. 2. 3. 88.

LUCULENTER, Adv. Idem. Cic. 3. Off. 60. Hoc quidem sane luculenter, ut ab homine perito definiendi. Idem 2. de Fin. 15. Quum Græce, ut videor, luculenter sciam.

LUCULENTIÆ, arum. f. Splendores, nitores. Arnob. lib. 3. p. 103. Verborum luculentias sumere a Cicerone.

LUCULENTITAS, ātis. f. [τὸ διαφανές] antique dictum. Cæcilius Hymnide, Vide luculentitatem ejus & magnificentiam. Laberius Tucca, Dominus noster tua luculentitate captus. Nonius, 2. 150.

LŪCEO, [λάμπω, φλέγω, ἀμαρύσσω] ēre. Splendere, lucem emittere. & sæpius Lucet, impersonaliter. Cic. pro Rosc. Amer. 97. Occisus est a cœna rediens: nondum lucebat, quum Ameriæ scitum est. Sic 7. Verr. 94. Lucebat jam fere.
Facem lucere alicui, pro Ante faciem lucem ferre: id est, alicui præferre lumen. Plaut. Casin. 1. 30.
Primum omnium huic lucebis novæ nuptæ facem. Idem Curcul. 1. 1. 9.
Tu te tibi puer es, lautus luces cereum. Puer. i. e. Servulus.
Focus lucet igne. Tibul. lib. 1. 1. 6.
Luna lucere luce aliena dicitur, quod a sole lumen suum mutuetur. Cic. in Somn. Scip. 8.
Oculi lucent. Ovid. 1. Met. 239.
Officia lucent alicujus. Cic. 3. Att. 15. Meaque officia & studia, quæ parum antea luxerunt, sic exsequar, ut, &c.

LUCENS, entis. Partic. [λάμπων] Splendens, conspicuus. Virg. 6. Æn. 725.
Lucentemque globum lunæ.
Faces lucentes. Ovid. 3. Fast. 270.
Lympha lucens. Ovid. 4. Met. 297.
Marmora lucentia. Stat. 1. Silv. 4. 36.
Tunicæ lucentes auro. Stat. 9. Theb. 691.

LUCESCO, vel, ut aliis placet, LUCISCO, ĕre. Virg. 6. Ecl. 37.
Jamque novum terræ stupeant lucescere solem.
Lucescit, impers. [ἡμέρα γίνεται] Lucem fieri. Liv. 4. 28. Et jam lucescebat, omniaque sub oculis erant. Ter. Heaut. 3. 1. 1.
Lucescit: hoc jam cesso pultare ostium vicini? Al. distinguunt, Lucescit hoc jam: cesso &c.

LUCIMEN, V. LUMEN suo loco.

LUCINA, V. suo loco.

LUCIUS, Lucenatus, vide MANIUS. H. St. V. & LUCIUS f. I.

LŬCERNA, æ. f. [λύχνος] Instrumentum Lumen, accenso oleo imbuto funiculo, præferens. Cic. 4. Acad. 80. Itaque Timagoras Epicureus negat sibi unquam, quum oculum torsisset, duas ex lucerna formulas esse visas. [Servius in 1. Æn. 730. negat a Luce dictam, sed a Gr. λύχνος derivandam vocem contendit. V. in LYCHNUS.
Cubicularis lucerna. V. CUBILE. Cubicularia Martiali lib. 14. 39.
Matutinæ lucernæ. Juven. 12. Sat. 92.
Seræ lucernæ. Martial. lib. 10. 19.
Simplex lucerna. h. e. Unam tantum partem exporrectam habens, & uno ellychnio contenta, aut dimyxos, ad duo ellychnia ferenda: aut trimyxos, ad tria: aut polymyxos, ad plura. Martial. lib. 14. 41.
Illustrem quum tota meis convivia flammis,
Totque geram myxas, una lucerna vocor.
Vigiles lucernæ. Hor. 3. Carm. 8. 14.
Vivæ lucernæ. Hor. 3. Carm. 21. 23.
Lucerna eadem scripsi. Cic. 8. Att. 2. extr. Ego XIIII Calend. quum eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam, Formiis ad Pompeium, si de pace ageretur, præfectus: si de bello, quid ero? i. e. Ad eandem lucernam.
Deserit me lucerna. Cic. Att. lib. 7. 7. Facerem diutius, nisi me lucerna desereret.
Fraudare lucernas. Hor. 1. Serm. 6. 124.
— ungor olivo,
Non quo fraudatis immundus Natta lucernis. Quo loco Turnebus, Non ut opinor, inquit, oleum intelligit e lucerna sumptum. Nec enim in ea satis est olei ad unctionem: deinde quis e lucerna quam ampulla sumere mallet? Ego genus quoddam olei lucernarium fuisse appellatum lego, quod vile & rancidum esset, & ad lumina relegatum: quo tamen inopes & sordidi ungere se solebant, quum Horatius optimo oleo primæque notæ uteretur. Nam qui oleo se ungit, eo quo solent lucernæ accendi, is lucernas defraudat alimento suo, suoque somento. De oleo lucernario Aetius meminit, ut ibidem Turnebus refert Advers. 3. 9. pr.

LUCERNATUS, a, um. Adj. Lucerna illustratus. Tertull. ad Uxor. 2. 6. Janua laureata & lucernata.

LUCERNŬLA, æ. f. dimin. Hieron. Epist. 47. Extemporalis est dictatio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profusa, ut notariorum manus lingua præcurreret.

LUCUBRO, V. suo loco.

LŪCĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [φωσφόρος] ut
Diana lucifera Valer. 7. Argon. 179. Al. Lætifera. Cic. 2. de Nat. D. 68.
Equi luciferi. Ovid. 11. Epist. 46.
Denaque luciferos luna movebat equos.
Fenestræ luciferæ, opponuntur Prospectivis in Cod. lib. 8. t. 10. l. 12. §. 3.
Pueri luciferi. Ovid. 3. Fast. 771.
Restat ut inveniam, quare toga libera detur
Luciferis pueris, candide Bacche, tuis.

LUCĬFER, ĕri. m. [Φωσφόρος] Stella Veneris, quum antegreditur Solem: quum vero subsequitur, appellatur Hesperus, teste Cic. lib. 2. de Nat. Deor. 53.
Sidus Luciferi. Virg. 3. Georg. 324.
Nitens Lucifer. Tibul. lib. 1. 3. 94.
Obscurus Lucifer illa nocte fuit. Ovid. 11. Met. 570.
Renovatus Lucifer. Sil. lib. 7. 639.
Undecimus Lucifer stellarum agmen coegerat. Ovid. 11. Met. 98.
Age diem Lucifer. Virg. 8. Ecl. 17.
Nascere, præque diem veniens age Lucifer almum.
Ducit diem Lucifer. Virg. 2. Æn. 801.
Exit clarus Lucifer albo equo. Ovid. 15. Met. 189.
Exit aquis Eois vigil Lucifer. Ovid. 6. Fast. 474.
Pulsabat tertius auroram Lucifer. Stat. 12. Theb. 50.
Retegens diem, noctisque fugans tempora Lucifer. Ovid. 8. Met. 1.
Luciferi. Ovid. 3. Fast. 877.
Tres ubi luciferos veniens præmiserit Eos.

LUCĬFICUS, a, um. Adj. ut, Solis lucifici vapor. Cæl. Aurel. Acut. 2. 9. V. August. contra Manich. 1. 9.

LUCIFLUUS, a, um. Adj. Luce fluens. Prudent. Psych. v. 625.
Quærite lucifluum cælesti dogmate pastum.

LUCIFŬGUS, a, um. Adj. Qui fugit lucem. Cic. 1. de Fin. 61. Ecce autem alii minuti & angusti, aut omnia semper desperantes, aut malevoli, invidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi.
Lucifuga, in LUCRUM. Hic & Lucifugæ dici potuit. H. St. Nempe a Lucifuga, æ. m. seq.
Blattæ lucifugæ. Virg. 4. Georg. 243.
Natio lucifuga. Minuc. Felix cap. 8. Latebrosa, & lucifuga natio. Ita MSS. & veteres libri; vulgo Lucifugax. [Quod Latine dici non puto, nisi dividas Lucis fugax.

LUCIFŬGA, æ. c. Senec. Epist. 122. Lucifugarum turba. Et Apul. Apol. p. 430. Cum ipse humilitate abditus & lucifuga, non sis mihi mutuo conspicuus.

LUCĬFŬGAX, ācis. Adj. Idem ac Lucifugus. V. supra in LUCIFUGUS.

LUCIPĂRENS, entis. Idem quod Lucifer. ut, Luciparens nox. Avienus in Phœnom. Arat. v. 854.

LUCIPOR, V. LUCIUS.

LUCISĂTOR, ōris. m. Auctor lucis. Prudent. Cathem. 3. 1.
O Crucifer bone, lucisator Omniparens, &c.

LUXO, [ἐξαρθρόω] āre. a Luo, luis: significat Solvere, suo loco movere. Plin. lib. 17. cap. 24. Aut circumfossor injurioso ictu verberavit, vel etiam subarator imprudens luxavit radices.
Luxari, pro Luxuriari V. in LUXURIA.

LUXATUS, a, um. Partic. Luxata [ἐξηρθρωμένα, στρέμματα] dicuntur inquit Festus, Locis suis mota & soluta. Plin. lib. 17. cap. 28. Contra luxata membra jungenda harundinum fissuræ. Cato cap. 157. Et luxatum si quod est, bis die calida foveto.

LUXATIO, ōnis. f. Vet. Gloss. Luxatio, στρέμμα. V. mox LUXUM.

LUXATURA, æ. f. Idem. Marcell. Empir. cap. 36.

LUXUS, a, um. Idem quod Luxatus, apud Non. 1. 272. conf. Fest. in Luxa. Pede luxo. Sallust. Fragm. lib. 3. p. 1009. Cort. ubi ipsum V.

LUXUM, i. n. Στρέμμα Gloss. Lat. Gr. [nisi Luxatum forte legendum, aut est Acc. a Luxus, ûs. Nam additur, ὁ λυγισμὸς, ἡ ἀσωτία. ubi Scalig. ad Fest. in Luxa λυγισμὸς restituit. Sed & in Gr. Lat. Στρέμμα, Luxum, Luxatio. V. & loc. Non. in LUXURIA.

LUXUS, ûs. m. Idem quod Luxatio. Apul. 1. Florid. p. 27. Cruris articulus loco concessit, atque eo luxu adhuc fluxus est. V. & Apul. de Herb. cap. 31. 4. & Plin. Valer. 2. 49.

LUXUS, ûs. m. [ἀσωτία] Superfluitas, & nimia profusio: Sumptuosior cibi, vestitus, & aliarum rerum cura. Cic. 5. Verr. 62. Nisi forte existimatis, eum in vino ac luxu non risisse, qui, &c. Ter. Adel. 4. 7. 42.
Domus sumptuosa, adolescens luxu perditus.

Diffua-

Dissuasor honesti, luxus. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 28.
Populator opum, luxus. Claud. 1. in Ruff. 35.
Famosus luxus Tarenti. Claud. Conf. Mall. Theod. 158.
Pudendus luxus. Tacit. 3. Ann. 53.
Regali luxu splendida domus. Virg. 1. Æn. 641.
Regifico luxu paratæ epulæ. Virg. 6. Æn. 605.
Ducere pocula multo luxu. Propert. lib. 2. 9. 21.
Effusus in luxum. Tacit. 4. Hist. 74.
Explicare suos luxus. Lucan. lib. 10. 110.
Fovere hiemem luxu, Transigere. Virg. 4. Æn. 193.
Onerare aliquid avaritia & luxu. i. e. Gravius reddere per avaritiam &c. Tacit. 4. Hist. 14.
Solutus luxu. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Luxŭria, æ. f. [ἀσωτία] Idem. Nonius 1. 272. Luxum, id est, Vulsum & loco motum, quod nunc Luxari ignari Latina dicimus: inde Luxuria: quia a recta vivendi via sit exclusa & ejecta. [Verbum Luxari apud Celsum lib. 8. nonnisi in lemmatibus positum reperio, quæ ipsius non esse satis constat. At utitur sæpissime Plinius, ut & Seneca Ep. 104. Fest. Luxantur, a Luxu dictum, i. e. Luxuriantur. quo forsan respexit Nonius.
Luxuria, (inquit Festus) Morum est solutio. V. Non. 4. 286. Cic. 1. Off. 106. Intelligimus quam sit turpe diffluere luxuria, delicate ac molliter vivere. Idem pro Muræn. 76. Odit Pop. Rom. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.
Convicia luxuriæ. Quintil. lib. 4. cap. 2. Ut si defendendus est M. Cœlius, nonne optime patronus occurrat prius conviciis luxuriæ, petulantiæ, impudicitiæ, quam veneficii?
Instrumenta luxuriæ. Ovid. 5. Fast. 279. Intelligit, Aurum & argentum.
Pestis blanda, luxuria. Senec. Octav. 7.
Misera luxuria. Propert. lib. 1. 2. 33.
Solers luxuria. Pers. 5. Sat. 142.
Cepit præfectos luxuria. V. CAPIO.
Circumscribere luxuriam utilitate. V. CIRCUMSCRIBO.
Facta est via luxuriæ. Propert. lib. 3. 13. 4.
Indulgere luxuriæ. V. INDULGEO.
In Luxuria varius. Jul. Capitol. in fine. vitæ Clodii Albini. In Luxuria varius. nam sæpe appetens vini, frequenter abstinens. Sic etiam apud Suet. in Vitellio cap. 13. Sed vel præcipue luxuriæ, sævitiæque deditus. Ubi male Sævitiæ. an Helluitiæ? H. St. Inepte vir doctissimus. Locus est cap. dict. pr. de Sævitia cap. 14. statim subjicit, ut assuevit hic scriptor, præmissa partitione. Capitolini locus exstat cap. 13. pr. utroque in loco agitur de intemperantia victus.
Luxuria, Redundantia. ut, Foliorum luxuria. Virg. 1. Georg. 191.
    At si luxuria foliorum exuberat umbra V. Non. l. c.
Humoris luxuria. Plin. lib. 9. cap. 2. Causa evidens, humoris luxuria.

Luxŭries, ēi. f. [ἀσέλγεια] Idem. Cic. 1. Verr. 3. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, avaritia in rapinis, &c. Ibid. 4. Quum perferre non possent luxuriem, crudelitatem, avaritiam, superbiam. Et pro Rosc. Amer. 75. In urbe luxuries creatur, ex luxuria exsistat avaritia necesse est.
Perferre luxuriem alicujus. V. PERFERO.
Prædulce malum luxuries. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 132.
Segetum luxuries, quam Plin. lib. 18. cap. 17. inter vitia frugum ponit, i. e. Redundantia germinis: nempe quando seminis abundantia ipsas segetes suffocat. Virg. 1. Georg. 112.
    Luxuriem segetum tenera depascit in herba.
Translate. Cic. 2. de Orat. 96. Quod si hic noster Sulpicius faceret, multo ejus oratio esset pressior, in qua nunc interdum, ut in herbis rustici solent dicere, in summa ubertate inest luxuries quædam, quæ stilo depascenda est. i. e. Scribendi frequentia, & assidua meditatione reprimenda illa naturalis ubertas, quæ interdum redundat.

Luxŭriōsus, a, um. Adj. [ἄσωτος] In re familiari solutus, inquit Festus. Cic. 2. de Fin. 21. Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis & doloris metu &c.
Luxuriosus in. Cic. 2. de Lege Agrar. 57. Ut in suis rebus, ita in Rep. luxuriosus nepos, qui prius silvas vendat, quam vineas.
Amor luxuriosus. Ovid. Rem. Amor. 746.
Cultus luxuriosus, Delicatus & mollis. Quintil. lib. 8. in procem. Muliebris & luxuriosus cultus non corpus exornat, sed detegit mentem.
Frumenta luxuriosa, Quæ confertim & copiose nimis proveniunt: ita ut immitti in ea soleant oves ad depascendum. Cic. in Orat. 81. de rusticis loquens, Siquidem est eorum gemmare vites, sitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta, &c.
Lætitia luxuriosa, Nimia, & profusior quam par est. Liv. 2. 21. Eo nuntio erecti Patres, erecta plebs, sed Patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia.
Pabula luxuriosa, Quæ maximam herbarum copiam adferunt. Plin. lib. 17. cap. 4. Nec luxuriosa pabula, pinguis soli semper indicium habent.
Seges luxuriosa. Ovid. 1. Fast. 690.
Vitis luxuriosa. Columel. lib. 5. cap. 6. Plerique vitem validam & luxuriosam falso crediderunt feraciorem fieri.
Compar. Plin. lib. 17. cap. 3. Alterum genus luxuriosius.
Superl. Columel. 8. 16. Luxuriosissimum factum atque dictum.
Pestis luxuriosissima. Treb. Pall. cap. 8.

Luxŭriōse, Adv. [ἀσώτως] ut, Luxuriose vivere: h. e. Molliter & delicate. Cic. pro Cœl. 13. Cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose vivere.
Compar. Nepos 4. 3. 2. Epulari luxuriosius.
Superl. ut, Bibere luxuriosissime. August. de Morib. Eccles. Cathol. cap. 34.

Luxŭrio, āre. vel **Luxurior**, [ἀσωτεύω] āri. dep. utrumque significat Superabundare, profundere, & lascivire. Liv. 1. 19. Positis externorum periculorum curis ne luxuriarent otia animi, quos metus hostium, disciplinaque militaris continuerat. Plaut. Pseud. 4. 7. 6.
    Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod
    Habent.
Deliciis luxuriare. Ovid. 16. Epist. 192.
Liber luxuriat umbilicis. Martial. lib 3. 2.
Picturis variis colorum luxuriari. Plin. lib. 16. cap. 25.
Animi luxuriant rebus plerumque secundis. Ovid. 2. de Arte Am. 437.

Animi luxuriant juvenilibus annis. Ovid. 5. Fast. 274.
Mens luxuriat. Ovid. 1. de Arte Am. 360.
Membra luxuriant. Ovid. 7. Met. 292.
Pecus luxuriat in pratis. Ovid. 1. Fast. 156.
Luxuriare, Nimis abundare. ut, Arbores luxuriantur, quum abundantius ramos emittunt, sive producunt. Columel. de Arbor. cap. 11. Cacumina virgarum ne luxurientur demutilato.
Ager assidua luxuriabat aqua. Ovid. 4. Fast. 644.
Humus luxuriat. Ovid. 1. Epist. 54.

Luxŭrians, antis. Partic. [ἀσωτεύων] ut,
Compescere luxuriantia. Hor. 2. Epist. 2. 122.

Luxŭriātus, a, um. aliud Partic. Ovid 5. Trist. 1. 44.
    Non tamen, ut lusit, rursus mea littera ludet:
    Sit semel illa meo luxuriata joco.
Fames luxuriata multo sanguine. Stat. 2. Theb. 676.

L Y Æ

Lyæus, i. m. [Λυαῖος] dicitur Bacchus, eoque & vinum, ut Grammaticis placet ἀπὸ τοῦ λύειν, id est solvere, quod curas solvat, atque discutiat.
Pater Lyæus. Virg. 4. Æn. 58.
Succus Lyæi. Sil. lib 7. 169.
    Pocula nec norant succis mulcere Lyæi:
    Fonte sitim, & pura soliti defendere lympha.
Tempora uda Lyæo. Hor. 1. Carm. 7. 22.
Annosus Lyæus, Vinum vetus. Tibul. lib. 3. 2. 1.
Corniger Lyæus. Ovid. 3. Amor. 15. 17.
Dulci Lyæo curam solvere. Hor. Epod. 9. 38.
Jocoso Lyæo consilium arcanum retegere. Hor. 3. Carm. 21. 14.
Largi flumina Lyæi. Stat. 1. Silv. 6 95.
Pubescentem Lyæum, i. e. Uvas maturescentes, dixit Stat. 1. Silv 2. 100.

Lyæus, a, um. Adj. [Λυαῖος] pro Lyæius, figurate: ut, Latex Lyæus, i. e. Vinum. Virg. 1. Æn. 690.

L Y C

Lycæus, V. LYCEUS.

Lycambes, is. m. [Λυκάμβης] Vir Thebanus, quem Archilochus poeta ita iambis, ob negatas sibi filiæ Neobules nuptias, insectatus est, ut contumeliæ impatiens se suspenderit. de quo vide in dictione ARCHILOCHUS.
Infidus Lycambes. Hor. Epod. 6. 13. Idem de Lycambe, lib. 1. Epist. 19. 25.

Lycambēus, a, um. Adj. [Λυκαμβεῖος] Ovid. in Ibin, v. 52.
    —in te mihi liber jambus
    Tincta Lycambeo sanguine tela dabit. Et Martial. 7. 11.
    Si qua Lycambeo sanguine tela madent.

Lycāon, ŏnis. m. [Λυκάων] Titanis ac Terræ filius, Arcadiæ rex, qui (ut in fabulis fertur) a Jove in lupum conversus fuit, quod Jovem hospitem necare molitetur. Servius enarrans locum Virg. 1. Georg. 138.
    Navita tum stellis numeros, &c. V. Ovid. 1. Met. 165.
Notus feritate Lycaon. Ovid. 1. Met. 198.
Ara fontes Lycaonis. Stat. 11. Theb. 128.

Lycāŏnius, a, um. Adj. [Λυκαόνιος] ut,
Axis Lycaonius, Septentrionalis. Ovid. 3. Trist. 2. 2.
Astra Lycaonia. Claud. Conf. Mall. Theod. 299.
Callisto Lycaonia. Catull. de coma Berenices, 64. 66.
Mensæ Lycaoniæ fœda convivia. Ovid. 1. Met. 165.

Lycāŏnis, idis. f. [Λυκαονίς] Ovid. 2. Fast. 173.
Perjura Lycaoni, i. e. Callisto, Lycaonis filia, vocandi casu.

Lycāon, ŏnis. m. [Λυκάων] Solinus cap. 43. Æthiopia mittit Lycaonem. Lupus est cervice jubatus, & tot modis varius, ut nullum illi dicant colorem abesse. Plin. lib. 8. cap. 34. in Indis Lycaones esse scribit. Pomponius libro 3. cap. 10. de Æthiopia scribens, Sunt & sævissimæ feræ omni colore varii lycaones, & quales accepimus sphingas.

Lycaones, um. m. [Λυκάονες] Populi sunt Asiæ, Phrygibus & Gallogræcis, quos Galatas nominari ante scripsimus, vicini, inquit Pompon. Mela lib. 1. cap. 2.

Lycaonia, æ. f. [Λυκαονία] Ipsa Asiæ regio, a qua Lycaones, quæ medium quodammodo locum & arcem occupat.
Sunt qui scribunt Lycaoniam esse partem Arcadiæ cognominatam.

Lycaste, es. f. [Λυκάστη] Priami filia fuit pulchritudine insignis adeo, ut captus ea Polydamas Antenoris & Theano Toronis Hecubæ filius, illam ex concubina susceptam sumeret in uxorem. Bocatius.
Fuit & alia Lycaste, quæ ob pulchritudinem Venus vocabatur.

Lycastos, i. f. [Λύκαστος] Urbs Cretæ, sic a luporum multitudine dicta, quæ ibi esse creditur. Hujus meminit Mela lib. 2. 7. Strabo item lib. 10. Hom. Il. 2. 647.

Lўces, i. m. Fluvius. Idem, qui & Lycus. Valer. 4. Argon. 719.
    Quas Tanais, flavusque Lyces, Hypanisque, Nomasque
    Addat opes. V. LYCUS.

Lўcēum, vel **Lўcīum**, i. n. [Λύκειον] Nobile fuit, idemque suburbanum, Athenis Gymnasium, in quo scholam sibi, relicta Academia, ubi Platonem audierat, & quidem in Peripato, i. e. Ambulacro adjuncto, Aristoteles constituit. Unde Peripateticorum nomen effulsit. At Cic. 1. Acad. 17. Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt: quia disputabant inambulantes in Lycio. V. Laërt. in Proœm. S. 17. & vit. Aristot. 2. Ibidemque Menag. Suid. in voce, Meurs. Athen. Att. 2. 3.
Lyceum, fuit etiam Gymnasium Ciceronis in Tusculano, a nomine scholæ Aristotelicæ, de quo lib. 1. de Divin. 8. sic refert, Quibus de rebus & alias sæpe, & paulo accuratius nuper, quum essem cum Q. fratre in Tusculano, disputatum est. Nam quum ambulandi causa in Lyceum venissemus: (id enim superiori gymnasio nomen est,) Perlegi, ille inquit, tuum paulo ante tertium de natura deorum. Sunt qui Lycæum scribunt perperam.

Lўcæus, i. m. [Λύκαιος] Mons Arcadiæ, qui Pani deo sacer est, & ubi templum bicornis Fauni. A quo Lycea, ludicra illi sacrata, Lupercalia dicta. Ovid. 2. Fast. 474.

Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Dictus Lyceus ἀπὸ τῶν λύκων, id est a lupis, quibus propter frequentiam pecudum abundabat.
Amnes Lycei. Virg. 3. Georg. 2.
Saltus Lycei. Virg. 1. Georg. 16.
Culti arbusta Lycei. Ovid. 2. Met. 710.
Gelidi saxa Lycei. Virg. 10. Ecl. 15.
Viridis Lyceus. Virg. 4. Georg. 539.
Umbrosus Lyceus. Stat. 1. Theb. 363.

LYCÆUS, a, um. Adj. [Λύκαιος] ut, Faunus Lyceus in dict. super.
Collis Lyceus. Ovid. 1. Met. 698.
Namus Lyceum. Ovid. 8. Met. 317.

LYCHAS, æ. m. [Λίχας] Nomen famuli Herculis, cui Daianira vestem, imbutam cruore Nessi, ad maritum perferendam dedit. Illa vero, quum vestis ardore & veneno consumeretur, furore actus Lycham in mare Euboicum ex Oeta monte dejecit, qui illic in scopulum mutatus fuisse dicitur. Fabulam vide apud Ovid. lib. 9. Met. 226. quam his versibus claudit,
Nunc quoque in Euboico scopulus brevis eminet alto
Gurgite, & humanæ servat vestigia formæ,
Quem quasi sensurum nautæ calcare verentur,
Appellantque Lychan.

LYCHNIS, idis. f. [λυχνίς] Herbæ genus. Diosc. & Plin.

LYCHNITES, is. m. [λυχνίτης] Lapidis genus, de quo Plin. lib. 36. cap. 5. Omnes autem tantum candido marmore usi sunt e Paro insula, quem lapidem cœpere lychnitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, ut auctor est Varro, multis postea candidioribus repertis.

LYCHNITIS, idis. f. [λυχνῖτις] Herbæ species: de qua Plin. 25. 10.

LYCHNICUS, a, um. Adj. ut, Lapides lychnici, Hygin. Fab. 223. sunt Marmor candidum e Paro insula, quod & Lychniten appellavere. conf. Plin. 36. 5.

LYCHNUS, i. m. [λύχνος] Latine Lucerna dicitur. Varro de L. L. 4. 25. Lucerna a luce dicta est: aut ab eo quod vocant Græci λύχνον. Cic. 3. Q. fratr. 7. Hanc scripsi ante lucem, ad lychnum ligneolum, qui mihi erat perjucundus, quod eum te aiebant, quum esses Sami, curasse faciendum. Legitur, in emendatis libris, Lychnuchum. Idem pro Cæl. 67 Lux denique longe alia est solis & lychnorum.
Incensi lychni dependent laquearibus aureis. Virg. 1. Æn. 730.
Pendentes lychni. Lucret. lib. 5. 296.
Lychnius non autem Lychnus dicendum ostendit Servius: quum primam corripi dicat: quod fieri non posset, nisi post n sequeretur i, & trisyllabum fieret. Virg. 1. Æn. 730.
— dependent lychnii laquearibus aureis. [Immo Servius tantum dicit Græcam esse vocem. Græci autem non λύχνιος sed λύχνος dixerunt, prima, ob mutæ & liquidæ positionem, communi. Itaque Aristoph. in jambis plerumque corripit, Homerus vero Odyss. 19. 34. produxit. Addit vero Serv. ideo & primam corripi in Lucerna, quod a Gr. λύχνος dicta sit. V. ipsius verba.

LYCHNUCHUS, i. m. [λυχνοῦχος] dicitur Quicquid lucernam sustinet. Plin. lib. 34. cap. 3. Placuere & lychnuchi pensiles in delubris aut arborum modo mala ferentium lucentes. Sueton. in Cæs. cap. 37. Ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.

LYCHNOBII, orum. m. pl. [λυχνόβιοι] Qui ad Lucernam vitam degunt. Senec. Epist. 122.

LYCIA, æ. f. [Λυκία] Minoris Asiæ regio inter Pamphyliam & Cariam sita, cognominata est a Lyco rege Pandionis filio, atque, ut ferunt, infestata olim Chimæræ ignibus. Pompon. lib. 1. 15. pr. Lycia prope tota Tauro monte premitur, ejus jugis bona parte clausa. Lycios autem primum Termilas dictos Herodot. lib. 7. scribit, quem vide. De Lyciorum laudibus legito Strab. lib. 14. de Lycia agit Ptolem. lib. 5. cap. 3. hodie Briquia dicitur.
Dumeta Lyciæ. Hor. 3. Carm. 5. 62.
Urbes Lyciæ. Ovid. 4. Met. 296.
Fertilis agris Lycia. Ovid. 6. Met. 317.
Hiberna Lycia. Virg. 4. Æn. 143.

LYCII, orum. m. pl. Incolæ. Virg. 1. Æn. 117.

LYCIUS, a, um. Adj. [Λύκιος] ut, Catervæ Lyciæ. Hor. 1. Carm. 8. 16. Coma Lycia, pro Ea quæ promissior sit & comptior: proverbium est inde natum, quod Lycii consueverant studiose alere comam, atque adeo, ut mulctam subire maluerint, quam eam præcidere. V. Cæl. Rhodig. 16. 19.
Deus Lycius, Apollo. Propert. lib. 3. 1. 38.
Ne mea contempto lapis indicet ossa sepulchro
Provisum est, Lycio vota probante deo.
Montes Lycii. Stat. 1. Silv. 2. 222.
Pharetra Lycia. Virg. 7. Æn. 816.

LYCIDAS, æ. m. [Λυκίδας] Centauri nomen apud Ovid. 12. Met. 310. & pastoris apud Theocr. Idyll. 7. 12. & Virgilium.
Lycida, Vocativus. Virg. 7. Ecl. 67.
Sæpius at si me, Lycida formose, revisas.
Lycidas, Nomen etiam pueri apud Hor. 1. Carm. 4. 19.
Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet juventus
Nunc omnis, & mox virgines tepebunt.

LYCIMNIUS, i. m. Frater Astyochiæ, avunculus Tlepolemi, a quo & ipse interemptus est. Homer.

LYCISCA, æ. f. [Λυκίσκα] Nomen canis, diminutivum a λύκαινα quod lupam significat, appellata sic, quod vel ex lupo nata sit, vel similis sit lupæ. Virg. 3. Ecl. 18.
— multum latrante Lycisca. Ovid. 3. Met. 220.
Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lycisca.

LYCISCUS, i. m. [Λυκίσκος] Pueri nomen apud Hor. Epod. 11. 23.
Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia, amor Lycisci me tenet.

LYCIUM, i. n. [λύκιον] Medicamentum ex radice rhamni silvestris factum. Plin. lib. 24. cap. 14. Hujus radice decocta in aqua fit medicamentum, quod vocant lycium. Et paulo post, Lycium præstantius a spina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironiam vocant.

LYCOMEDES, is. m. [Λυκομήδης] Creontis fuit filius, teste Homer. Il. 9. v. 84.
Lycomedes, Rex Scyri insulæ, apud quem muliebri habitu delituit Achilles, ne ad bellum Trojanum proficisci cogeretur, cujus & filiam Deidamiam vitiavit, nato ex ea Pyrrho. Stat. 1. Achill. 396.

LYCON, ōnis. m. [Λύκων] Nomen Philosophi Peripatetici ex Troade, Stratonis discipuli, e Theophrasti schola. Cujus in dicendo suavitatem id maxime demonstrat, quod addita littera g, Glycon sit cognominatus. habitu fuit mollis & delicatus. Quatuor hujus nominis memorantur, Primus Pythagoricus, Secundus hic, Tertius heroici carm. scriptor, Quartus epigrammatôn poëta. Diogen. Laërt. in ejus vita, lib. 5. S. 65.

LYCOPHOS, ōtis. n. [λυκόφως] Festus: Lycophos Græci dicunt, quod nos Primum tempus lucis: dictum autem Lycophos, quasi λευκὸν φῶς, id est lumen candidum. Sed rectius Scaliger a Gr. λύκη arcessit. q. V. & Henr. Steph. Thes. Gr. V. & Etymol. Magn.

LYCOPHRON, ōnis. m. [Λυκόφρων] Chalcidensis ex Eubœa, filius Soclis, adoptatus vero a Lyco Rhegino, grammaticus, & Tragœdiarum scriptor. Estque unus ex septem, qui ob ipsum hoc numero, quasi totidem stellæ, Pleias vocati sunt. Stat. 5. Silv. 3. 157.
Carmina Battiadæ, latebrasque Lycophronis atri. Atrum vocat quasi obscurum, vel quia in omnibus scriptis obscurior fuit: vel certe ad Alexandram alludit, de qua dixit Suidas. Ovid. eum sagittis interfectum esse innuit, quum inquit in Ibin, 532.
Utque cothurnatum periisse Lycophrona narrant,
Hæreat in fibris fixa sagitta tuis.

LYCOPHTHALMOS, i. m. [λυκόφθαλμος] Gemma quatuor est colorum, ex rutilo & sanguineo: in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illi per omnia similis. Plin. lib. 37. cap. 11.

LYCOPHUM, i. n. Herba, Latine Scelerata dicta. Apul. de Herb. cap. 8.

LYCOPOLIS, is. f. [Λυκόπολις] Urbs Ægypti, sic a lupis cognominata. Diod. Sicul. lib. 2.

LYCOPSIS, idis. f. [λυκοψίς] Herba. V. Plin. lib. 27. cap. 11.

LYCORIAS, ădis. f. [Λυκωριάς] Nymphæ nomen apud Virg. 4. Georg. 339.

LYCORIS, idis. f. [Λυκωρίς] Meretrix fuit alio nomine Cytheris dicta, a Cornelio Gallo poeta adamata. De qua Virg. sæpe in Gallo. V. item multa in dictione CORNELIUS.

LYCORMAS, æ. m. [Λυκόρμας] Fluvius est qui e Bolensibus inter Ophientes gentem Æeolicam oritur, vocatus postea Evanus, ab Eveno qui se in eum præcipitavit. De quo Strab. lib. 7. ubi V. not. Ovid. 2. Met. 245.
Arsurusque iterum Xanthus, flavusque Lycormas.

LYCUS, i. m. [λύκος] Genus aranei. Plin. lib. 30. cap. 6. V. LUPUS.

LYCTONIA, æ. f. Urbs Cretæ insulæ, ut notat Turtal. vel potius

LYCTUS, i. f. [Λύκτος] Urbs Cretæ, a Lycto filio Lycaonis appellata. Quidam Lyttum vocant, eo quod in loco alto posita sit. Quod enim sursum & sublime est, lyttuta vocant. Hæc Stephan. de Urb.

LYCTIUS, a, um. Adj. [Λύκτιος] ut, Lyctius Idomeneus. i. e. Cretensis. Virg. 3. Æn. 401. V. & 5. Ecl. 72.

LYCURGUS, i. m. [Λυκοῦργος contr. ex Λυκόεργος] Spartæ rex, qui Lacedæmoniis leges sanctissimas condidit: astrictisque civibus juramento, quod tata diu eas intemerata observarent, donec ipse rediret; e patria nunquam rediturus emigravit. De quo apud Valer. Justin. Aristot. & Plutarch. plura V.
Lycurgus doctissimarum Lacedæmoniis legum auctor musices disciplinam probavit. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Lycurgus item rex Nemeæ regionis Hypsiphilen regis Thoantis filiam nato suo nutricem adhibuit. Auctor Stat. 5. Theb. 39.
Lycurgus præterea rex Thraciæ fuit, qui, ut habet fabula, dum contemnens Liberum, ejus amputat vites, crura sua incidit. Re vera autem abstemius fuit: quos constat acrioris esse naturæ: quod etiam de Demosthene dictum est. Hæc Servius enarrans illud Virg. 3. Æn. 14.
Thraces arant acri quondam regnata Lycurgo.
Exitium Thracis Lycurgi. Hor. 2. Carm. 19. 16.
Regna latissima Lycurgi. Ovid. 2. Epist. 111.
Bipennifer Lycurgus. Ovid. 4. Met. 22. de Baccho.
Vesanus Lycurgus. Propert. lib. 3. 17. 23.
Alius Lycurgus, Orator Atheniensis fuit, cujus extat oratio unica in Leocratem, inter reliquas orationes Græcas multorum. V. Fabric. Bibl. Gr. 2. 26. 7.

LYCURGĒUS, a, um. Adj. [Λυκούργειος] Cic. 1. Att. 13. Nosmetipsi, qui Lycurgei a principio fuissemus, quotidie demitigamur. Ubi interpres; Lycurgei, i. e. Optimates, legum assectæ & propugnatores, qualis Lycurgus apud Laconas legum conditor. Budæus Severissimum interpretatur. Turnebus contra a Lycurgo oratore, qui accusatos vehemens fuit & acerbus, adjectionem illam derivatam scribit, ac Acrem & asperum interpretatur, qualis Cic. in Clod. fuisse videtur. V. Not. Græv. p. 76.

LYCOS, i. m. [Λύκος] Nomen proprium viri, quo nomine multi vocati sunt.
Unus Trojanus, de quo Virg. 1. Æn. 226. Fata Lyci.
Alter Thebanus ignobilis exul, quia absente Hercule reversus, Creontem regem occidit, & regnum tenuit.
Item alius Thebanus rex maritus Antiopæ.
Alius Pandionis filius, qui a se Lyciam nominavit. V. LYCIA.
Alius Lycaon, in lupum a Jove conversus est. V. LYCAON.
Fuit & alius Lycus, Priami filius.
Item unus ex centauris.
Fuit item Lycus medicus Neapolitanus, cujus meminit Plin. lib. 20 cap. 20.
Fuit etiam Lycus, Historicus, de quo Suidas & Voss. Hist. Gr. 1. 12.
Lycus, Puer quidam fuit ab Alcæo dilectus. Hor. 1. Carm. 32. 11.
Lycus [Λύκος] Armeniæ fluvius. Strab. lib. 11.

LYCYMNIA, æ. f. ut uxor Mæcenatis, aut ipsius Horatii amica, inquit Schol. vet. de qua lib. 2. Carm. 12. 14.
Me dulcis dominæ Musa Lycymniæ, &c. Al. Licymniæ.

L Y D

LYDA, æ. vel LYDE, es. f. [Λύδη] Antimachi poëtæ uxor fuit, quam egregie caram habuit, quæ quum mortua esset, elegiam, qua mœrorem solaretur sibi fecit Lydenque inscripsit, ubi enumeratis heroicis calamitatibus & infortuniis, malis alienis ægritudinem sibi minuit. Hujus meminit Plutarch. in lib. de Consolat. Ovid. 1. Trist. 5. 1.
Nec tantum Clario Lyde dilecta poëtæ, &c.

LYDDA,

LYDDA, æ. f. [Λύδδα] Palæstinæ Judææ urbs, Ptolem. lib. 5. cap. 16. Alio nomine Diospolis. Hodie Rama.

LȲDIA, æ. f. [Λυδία] Asiæ regio Æolis & Ioniis vicina, nota est Crœsi fortuna & rebus gestis, tum etiam Tmoli montis, & Pactoli fluvii fama aurum trahentis. V. Strabonem lib. 13. & Pomponium lib. 1. cap. 2. in summa Asiæ descriptione.

Ingens Lydia. Virg 4. Georg. 211.

Tota Lydia fremit. Ovid 6. Met. 146.

LȲDUS, a, um. Adj. [Λυδὸς] Ovid. 2. Fast. 356.

Ridet amatorem Lyda puella suum. Intelligit Iolen.

LȲDUS, i. m. [Λυδὸς] Qui est ex Lydia. Lydi (auctore Herodot. lib. 1.) primi aurum argentumque percusserunt, primique caupones institoresque fuerunt.

Lydorumque manum, collectos armat agrestes. Virg. 9. Æn. 11. i. e. Thuscorum, qui ex Lydia oriundi.

LȲDIUS, a, um. aliud Adj. [Λύδιος] ut, Aurifer amnis Lydius. Tibul. lib. 3. 3. 29. Intelligit Pactolum.

Sonus Lydius & modus quis sit, V. Plin. 7. 56. & Micræl. Lexic. Philosoph. in Music.

Lydius lapis, [Λυδία λίθος] Theophrast. lib. de Natura lapidum, ait lapidem quendam esse, qui Lydius seu Heraclius dicatur, qui attritu aurum atque argentum cujusmodi sit arguat. Hunc quidam magnetem putant, velut Herculanom, qui ferrum ad sese trahit: unde nomen etiam additum sideritæ. Sed ex Theophrasti verbis satis liquet Basanon significari, quem Latini vocant Indicem, in quem Battus ille pastor apud Ovid. 2. Met. 688. transfiguratus est, manente nimirum etiamnum in lapide prodendi studio, nec Heraclium vocatum ab Hercule, sed ab Heraclea Lydiæ civitate. Plin. lib. 33. cap. 8. Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem Coticulam appellant, quondam non solitus inveniri nisi in flumine Tmolo, ut auctor est Theophrastus: nunc vero passim, quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis, binasque latitudinis non excedentes. Iis coticulis periti, quum e vena ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione, non fallente. Vicem autem proverbii habet in eos, qui vehementer acri, exactoque judicio sunt. Erasmus.

LYDIA, æ. f. Amica Horatii, cujus in Odis sæpe meminit.

LȲDUS, i. m. [Λυδὸς] Herculis filius ex Iole.

Alter filius Athys, & frater Tyrrheni: a quo Lydia regio est appellata. Nam quum propter terræ sterilitatem fratres simul ferre non posset: Tyrrhenus sorte jacta discedens, cum ingenti multitudine ad Italiam veniens eam tenuit partem, quæ ad mare Inferum versa est, & a se Tyrrheniam nominavit. Lydus vero remanens, Mæoniam de suo nomine Lydiam vocavit. Hæc fere Serv. in 8. Æn. 479.

L Y G

LYGDANUM, i. n. [Λύγδανον] Plin. lib. 5. cap. 30. Oppidi nomen est Troadis.

LYGDAMUS, i. m. [Λύγδαμος] Nomen est servi proprium. Propert. 4. 7. 43.

LYGDĪNUS, i. m. [Λύγδινος] Lapis in Tauro (Paro Harduin.) repertus candoris eximii. Plin. 36. 8.

LYGDUM, i. n. ipsum lapidem ita appellat Martial. 6. 42.

LȲGUS, i. m. [Λύγος] Frutex, idem qui Vitex. Plin. 24. 9.

L Y M

LȲMĪRA, æ. f. [Λυμίρα] Lyciæ flumen est, & eodem nomine civitas, inquit Mela lib. 1. 15. in descriptione Lyciæ. V. Ovid. 9. Met. 646.

LYMPHA, æ. f. [νύμφη] Aqua dicitur Latinis, Græcis vero νύμφη; mutaverunt autem Latini ν in λ. Poeticum est. Columel. lib. 10. 135.

Doctaque Parthenope Sebethide roscida lympha.

Fluvialis lympha. Virg. 4. Æn. 635.

Fugax lympha trepidat obliquo rivo. Hor. 2. Carm. 3. 12.

Gelida lympha. Ovid. de Medicam. faciei 99.

Levis lympha. Hor. Epod. 16. 48.

Liquidæ lymphæ. Ovid. 3. Met. 451.

Loquaces lymphæ saxis desiliunt. Hor. 3. Carm. 13. 16.

Lucentis lymphæ stagnum. Ovid. 4. Met. 298.

Manantes lymphæ. Hor. Epod. 2. 27.

Puteales lymphæ. Lucret. lib. 6. 1172.

Sobria lympha mista mero. Tiball. lib. 2. 1. 46.

Abluere vulnera lymphis. Virg. 4. Æn. 683.

Dare lymphas manibus. Virg. 1. Æn. 705.

Finit copia lymphæ sitim. Hor. 2. Epist. 2. 146.

Hausit de gurgite lymphas. Virg. 9. Æn 23.

Lavimus ora manusque tua, Feronia, lympha. Hor. 1. Serm. 5. 24.

Restinguere pocula lympha. Hor. 2. Carm. 11. 20.

Siccare vulnera lymphis. Virg 10. Æn. 834.

Lymphæ & Nymphæ confunduntur a librariis. Drakenb. ad Sil. 12. 420.

LYMPHOR, ōris. m. antiquum, Idem quod Lympha. Lucilius, Impermistum lymphorem. Non. 3. 180. [Mercer. Lymfa & Lymforem scriptum exhibet per digamma. Suspicor autem Lucilium Limporem scripsisse a Limpidus. ut a Liquidus, liquor; a Languidus, languor; Candidus, candor &c.

LYMPHĀCEUS, a, um. Adj. Crystallinus. Mart. Capell. lib. 6. p. 188. V. ibi Not. Grotii.

LYMPHĀTĬCUS, a, um. Adj. [νυμφόληπτος] Furiosus, insaniens, qui vitium ex aquæ conspectu contraxit, vel ex imagine visa in aqua. Festus, Vulgo memoriæ proditum est, quicunque speciem quandam a fonte, id est effigiem Nymphæ viderint, furendi non fecisse finem, quos Græci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphatos appellant. Plin. lib. 25. cap. 5. scribit helleborum mederi melancholicis, insanientibus, & lymphaticis, elephantiasi, &c.

Lymphatici etiam dicuntur Hydropici. Serenus de hydrope loquens,

Helleboro quoque purgatur lymphaticus error.

Lymphatici etiam Isidoro sunt, Qui a rabioso cane morsi aquam metuunt: adscribam ejus verba, Unde & Latini hunc morbum ob aquæ metum lymphaticum vocant. [Aliter tamen sonant Isidori verba lib. 10. litt. L. nisi forte alius locus est.

Nummi lymphatici. Plaut. Pœn. 1. 2. 132.

Sunt mihi intus nescio quot nummi aurei lymphatici.

M. Deferto ad me, faxo actutum constiterit lymphaticum. i. e. Nummi qui se in crumena continere non possunt.

Pavor lymphaticus. Liv. 10. 28.

Somnia lymphatica Plin. lib. 26. cap. 8.

LYMPHO, āre. Act. Perturbare, & in furorem impellere. Valer. 3. Argon. 46.

Rupta quies: deus ancipitem lymphaverat urbem.

LYMPHANS, antis. Partic. Stat. 10. Theb. 154.

Ecce recens, superis animum lymphantibus, horror

Thiodamanta subit. V. 7. Theb. 662.

LYMPHOR, [μαίνομαι] āri. Pass. Insanire, desipere. Plin. lib 24. cap. 17. Hac herba epota, lymphari homines obversantibus miraculis Curtius 4. 12. 14. Quippe lymphari, trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente. Al. Lymphati trepidare.

LYMPHĀTUS, a, um. Partic. [νυμφόληπτος] Idem quod Lymphaticus, Insanus, quasi Nympharum spiritu correptus. Liv. 7. 17. Et tunc quidem, velut lymphati & attoniti, munimentis suis trepido agmine inciderunt. Et Plin. lib. 30 cap. 10. Rursus magi tradunt lymphatos sanguinis talpæ aspersu resipiscere.

Flexanima tanquam Lymphata. Pacuv. apud Varr. de L. L. 6. 5. & Cic. 1. de Divin. 80.

Furor lymphatus. Senec. Med. 6.

Metu lymphato. Lucan. lib. 7. 186.

— populos, quos lux extrema manebat,

Lymphato trepidasse metu. [Malim Lymphatos.

Mente lymphata furebant. Catul. Argon. 62. 254.

Ore lymphato furens. Senec. Troad. 1.

Pectora lymphata. Ovid. 11. Met. 3.

Urbs lymphata incertis horroribus. Stat. 10. Theb. 551.

LYMPHATIO, ōnis. f. [νυμφοληψία] ut, Lymphationes nocturnæ. Plin lib. 34. cap. 15. Namque circumscribi circulo, terve circumlato mucrone, & adultis & infantibus prodest contra noxia medicamenta: & præfixisse in limine, e sepulchro evulsos clavos, adversus nocturnas lymphationes.

LYMPHĀTUS, ûs. m. Plin. lib. 37. cap. 10. Aliam eodem nomine argentei coloris, contra lymphatum habendam.

LYMPIDUS, V. LIMPIDUS.

L Y N

LYNCESTUS, i. [Λύγκεστος] Aqua, quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit. Plin. lib. 2. cap. 103. Harduin. legit Lyncestis. Hine

LYNCESTIUS, a, um. Adj. [Λυγκέστιος] Ovid. 15. Met. 329. quum de Clitorio amne dixisset,

Clitorio quicunque sitim de fonte levarit,

Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis. Subjungit deinde,

Hinc fluit effectu dispar Lyncestius amnis,

Quem quicunque parum moderato gutture traxit,

Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

LYNCEUS, a, um. Adj. V. LYNX.

LYNCEUS, [Λυγκεύς] dissyllabum, hujus Lyncĕi vel Lyncĕos, m. Nomen proprium unius ex Argonautis, qui fuit acutissima oculorum acie præditus: qui dicebatur videre trans parietem, & (ut historici tradunt) conspexit novissimam Lunam, primamque eodem die in signo Arietis, quod paucis mortalium contigit. Unde Valer. 1. Argon 467.

— solus transibit nubila Lynceus. Hunc Varro centum triginta millia passuum prospexisse scribit: solitumque exeuntem a Carthagine classem Punicam, numerumque navium ex Lilybætana Siciliæ specula manifestissime notare. Hæc fere Solinus cap. 6. hunc Strabonem vocans. Plin quoque lib. 7. cap. 21. Tradidit Cicero fuisse, qui pervideret centum triginta quinque millia passuum. Huic & nomen M. Varro reddidit, Strabonem vocatum. Solitum autem Punico bello, a Lilybæo Siciliæ promontorio, exeunte classe Carthaginis porta, etiam numerum navium dicere. Certe ratio temporum non patitur eundem esse Lynceum Argonautam, & hunc Varronis Pliniique Strabonem. nam Argonautæ ante bellum Trojanam fuere. at hic Strabo tempore belli Punici fuit in vivis. Quamobrem mirari subit Valerium Maxim. lib. 1. cap. 8. de Miraculis ext. 14. ita scribentem: De Lynceo, deinde subit, Nec illius quidem parvæ admirationis oculi, quem constat tam certa acie luminum usum esse, ut a Lilybæo portu Carthaginiensium egredientes classes intueretur. Sed forte Lynceum dicit Valerius adjective, quasi Lynceis oculis præditum. Judicet lector. [Verba, De Lynceo deinde subit, non sunt in Mss. & codd. emend.

Pindarus & Apollonius in Argon. referunt Lynceum per abietem fratrem suum a Castore occidi vidisse, cujus necem describit Ovid. 5. Fast. 709.

Pectora trajectus Lynceo Castor ab ense, &c.

Lynceo perspicacior. Proverbium vide apud Erasmum. Hor. 1. Epist. 1. 28.

Non possis oculo quantum contendere Lynceus:

Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.

Cleomedes lib. 2. [illegible] H. St.

Male utique hunc Lyncea Græcorum cum Strabone Varronis, quem Cic. 4. Acad. 81. innominatum reliquit, confundunt nonnulli, in quibus est Schol. Hor. ad Sat. 1. 2. 90.

Lynceus & Idas, Apharei filii fuerunt, unde Aphareidas illos vocat Apollon. 1. Argon. & Ovid 8. Met. 303.

Et duo Thestiadæ, & proles Aphareia Lynceus. Pausanias in Messeniacis p. 112. Wech. Inter Apharei inquit, filios, natu grandior Idas erat, & celsiori animo præditus. Lynceus junior. Quem (si cui credibile videtur) tanta oculorum acie valuisse Pindarus scripsit, ut quercus etiam truncos perspexerit. Lynceus an filium habuerit, nescimus. Idas autem ex Marpessa filiam Cleopatram suscepit, quam Meleager uxorem duxit. Paulo post, Ex Apharei filiis, commissa cum Dioscuris consobrinis propter boves pugna, alterum Pollux interemit, Idas autem

autem fulmine ictus interiit, Apharei familia masculis hæredibus plane est orbata. Hæc Pausan. De hoc Lynceo sic canit Orphei Latinus interpres Argonaut. v. 178. —accessit & Idas,

Quique procul longe trans æthera, trans mare Lynceus,
Et subter Plutum, terræque barathra profundæ
Solus in homania visu penetravit acuto.

Censentur itaque Idas & Lynceus inter Argonautas. Porro quod trans æthera viderit Lynceus, putant ad Astrologiæ cognitionem, rerumque cælestium observationem referendam. Plin. lib. 2. cap. 17. Novissimam lunam primamque eadem die vel nocte, nullo alio in signo quam Ariete conspici: id quoque paucis mortalium contigit. Et inde fama cernendi Lynceo. Plutum vero, terræque barathra visu penetrasse propterea dicitur, quod primus fodinas reperit, & metalla e terræ visceribus eruit, ut vult Lycophronis interpres. cui succinit Palæphatus de Incredib. cap. 10. his verbis: Lynceum dicunt, quod ea etiam quæ sub terra erant, prospiciebat. quod quidem falsum prorsus est. Nam veritas ita sese habet: Lynceus æs, argentum, ceteraque metalla primus inquirere cœpit. In qua quidem metallorum inquisitione, lucernas secum intra terræ penetralia circumferens, ibidem eas forte relinquebat, ac sursum ipse æs ferrumque reportabat. Quod factum videntes homines, dicere consueverant, quod Lynceus subterranea etiam prospiciebat, ob idque argentum inde sursum afferebat. Hæc ille. Hujus Lyncei mater fuit Arana, ut voluit Pherecydes: vel Polydora, ut Pisander: vel Laocoosa, ut Theocritus. Auctor Apollonii Græcus scholiastes. Hyginus quoque fabula 14. Lynceus (inquit) & Idas Apharei & Arenæ Bibali filiæ filii, Messenii ex Peloponneso. Ex his Lynceus sub terra quæque latentia vidisse dicitur, neque ulla caligine inhibebatur, ideo quod aurifodinas norat, in quas descendebat, & aurum subito ostendebat. Ita rumor fuit, eum sub terra solitum videre. Nec ab re fuerit hic attexere Valer. Flac. de Lynceo carmina ex 1. Argon. 462.

Occupat & longe sua transtra novissimus Idas.
At frater magnos Lynceus servatus in usus,
Quem tulit Arene, possit qui rumpere terras,
Et Styga transmisso tacitam deprendere visu.
Fluctibus e mediis terras dabit ille magistro,
Et dabit astra rati. quumque æthera Juppiter umbra
Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus.

Magnos servatus in usus: quia demortuo succedens gubernatori, navim moderabitur. Rumpere terras: Irrumpere, visu penetrare. Terras dabit ille magistro: Dicet, indicabit, ostendet ipsi etiam navis magistro & gubernatori, quæ terræ vitandæ, quæ adeundæ. erit ipsius magistri magister. Perdiderit: Offuscaverit, occultaverit.

Idæ & Lyncei mortem his verbis exsequitur Hyginus fabula 80. Idas & Lynceus Apharei filii ex Messeniis, habuerunt sponsas Phœben & Ilairam Leucippi filias. Hæ autem formosissimæ virgines quum essent, & esset Phœbe sacerdos Minervæ, Ilaira Dianæ, Castor & Pollux amore incensi, eas rapuerunt. Illi amissis sponsis, arma tulerunt, si possent eas recuperare. Castor Lynceum in prælio interfecit: Idas amisso fratre, omisit bellum & sponsam, cœpitque fratrem sepelire. Quum autem ejus ossa collocaret in pila, intervenit Castor, & prohibere cœpit monumentum fieri, quod diceret se eum quasi feminam superasse. Idas indignatus, gladio quo accinctus erat, Castori inguina trajecit. Alii dicunt, quemadmodum ædificabat pilam, super Castorem impulisse, & sic interfectum. Quod quum nuntiatum esset Polluci, accurrit, & Idam uno prælio superavit, corpusque fratris recuperatum sepulturæ dedit. Hactenus Hyginus. De hoc raptu meminit Ovid. in Arte Am. 1. 680.

Vim passa est Phœbe, vis est illata sorori,
Et gratus raptis raptor uterque fuit.

Lynceus, Qui acutissime videt, quique est maxime perspicax. Cic. 9. Fam. 2. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?

Oculis Lyncei contemplari aliquid. Hor. 1. Serm. 2. 90. ubi Lyncei Genitivus est.

Lyncēus, a, um. Adj. [Λύγκειος] V. exemplum Ovidii in LYNCEUS dissyllabum.

Lyncīdes, æ. m. [Λυγκεΐδης] Patronym. Ovid. 4. Met. 767.

Lyncurium, i. n. [λυγκούριον] Gemma quæ e lyncis urina concreta est. Plin. lib. 8. cap. 38. Lyncum humor ita redditus, ubi gignuntur, glaciatur arescitve in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes, lyncurium vocatus, atque ob id succino a plerisque ita generari prodito. Novere hoc sciuntque lynces: & invidentes, urinam terra operiunt. Ovid. 15. Met. 413.

Lyncos, i. m [Λύγκος] inquit Servius in 1. Æn. 327. Rex Scythiæ fuit, qui missum a Cerere Triptolemon, ut hominibus frumenta monstraret, susceptum hospitio, ut in se gloria tanta migraret, interimere cogitavit. ob quam rem irata Ceres eum convertit in lyncem feram varii coloris, ut ipse variæ mentis exstiterat.

LYMOUS, V. LIMNUS.

LYMVES, V. LINTER.

Lynx, lyncis. m. vel f. [λύγξ] Animal est ex cervariorum genere, vario colore, & musculoso tergore, & acutissimo visu præditum. Virg. 1. Æn. 327. —maculosæ tegmine lyncis. Plin. l. 28. c. 8. Peregrinæ sunt & lynces, quæ clarissime omnium quadrupedum cernunt.

Fugaces lyncas cohibere arcu. Hor. 4. Carm. 6. 34.
Imbelles lynces sectari. Stat. 2. Achil. 407.
Timidos agitare lyncas. Hor. 2. Carm. 13. 40.
Variæ lynces Bacchi. Virg. 3. Georg. 264. Varias dicit quas alibi Maculosas dixerat. Sunt autem in tutela Bacchi.


LYNCĒUS, a, um. Adj. [Λύγκειος] Quod pertinet ad lyncem.

Lynceis oculis contemplari, est Intentissime conspicere. Hor. 1. Serm. 2. 90. Sed rectius scribitur Lyncei. V. LYNCAOS supra.

L Y R

Lyra, æ. f. [λύρα] Instrumentum musicum, chordis tensis instructum ad canendum.

Astrologiæ scriptores volunt Lyram esse a Mercurio primum inventam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini datam; Apollinem autem inventa cithara Orpheo lyram concessisse: mortuo autem Orpheo, a musis in cælo fuisse collocatam. Alii dicunt esse lyram Arionis citharœdi, qui floruit temporibus Periandri tyranni Corinthiaci, & primus fuit omnium citharistarum. Plin. lib. 7. cap. 56. Citharam Amphion: ut alii Orpheus: ut alii Linus invenit. Septem chordis additis Terpander: Octavam Simonides addidit: Nonam Timotheus. Lyra cecinit Thamyras primus: cum cantu Amphion, ut alii Linus. Citharœdica carmina composuit Terpander. Hieron. scribit effici in modum Δ litteræ cum chordis viginti quatuor, & per digitus variis vocibus, tinnulisque ictibus in diversis modis concitari. Constat autem multiplices fuisse distinctasque lyrarum species, quas hic subjiciendas curavimus. [At hic sunt consimiles omnes. Itaque hæ lyræ λῆροι.



Lyram formam esse testudinis docet Plin. lib. 9. cap. 10.
Canor lyræ. Ovid. 16. Epist. 180.
Canorus assumpta lyra. Ovid. 3. de Arte Am. 142.
Fidicen lyræ. Ovid. 4. de Pont. 16. 28.
Solers lyræ musa. Hor. de Arte Poet. 407.
Aurata lyra. Ovid. 8. Met. 16.
Canoræ lyræ. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 257.
Curvæ lyræ parens. Mercurius. Hor. 1. Carm. 10. 6.
Distincta lyra gemmis. Ovid. 11. Met. 167.

Distinctamque lyram gemmis & dentibus Indis
Sustinet a læva. al. Instructamque fidem.

Eburna lyra. Hor. 2. Carm. 11. 22.
Garrula lyra. Tibul. lib. 3. 4. 38.
Imbellis Hor. 1. Carm. 6. 10.
Invita. Ovid. 3. Amor. 9. 24.
Canere alicujus laudes lyra. Oid. 3. de Arte Am. 50.
Increpare lyram digitis. Ovid. 3. Epist. 118.
Lyra, Signum cæleste. Varro 2. de R. R. cap. 5. Hoc secundum astri ortum facit, quod Græci vocant Lyram, Fidem nostri. Ovid. 2. Fast. 75. Columel. lib. 10. 79.

Sidereoque polo cedet Lyra mersa profundo.

Lyræ lyræ; vox effutitia est, quam pro Nugis & frivolis veteres posuerunt. Plaut. Pœn. 1. 1. 9.

Gerræ germanæ, atque edepol, lyræ lyræ.

Scio magnus hujus ætatis viros aliud sentire, sed nihil afferunt, quod me de sententia demoveat. Verba sunt Turnebi, 3. Adverf. 20. conf. 15. 6. [Sed, quicquid Vir magnus statuit, certo certius est Plautum Liroe, vel potius, Leroe, Leroe, scripsisse, ex Gr. λῆρος, λῆρος. V. Gronov. in loc.

Lyricus, a, um. Adj. [λυρικός] Quod ad lyram pertinet: hinc Poetæ Lyrici dicti, qui ad lyram sua carmina cantabant, statuebaturque eis chorus quinquaginta virorum, ac tauro donabantur.

Modi lyrici. Ovid. 15. Epist. 16.
Vates lyrici. Hor. 1. Carm. 1. 35.
Lyrica, pro Carminibus lyricis, dixit Plin. 3. Epist. 1. Scribit enim & utraque lingua lyrica doctissime.

Lyricen, inis. m. [λυρῳδός] Qui lyra canit. Onomast. Vet.

Lyristes, æ. m. [λυριστής] Sidon. 8. Epist. 11. Alceo potior lyristes ipso. Plin. 9. Epist. 17. Quam multi, quum lector, aut lyristes, aut comœdus inductus est, calceos poscunt? Solebant enim inter Acroamata convivalia interponi Fidicines & Psaltriæ, ut notum est.

LYRCÆUS, vel potius LYRCĒUS, vel LYRCĪUS, i. m. [Λύρκειος] Fons est, ex quo Inachus fluvius oritur ad Cynuriam montem Arcadiæ. Auctor Strabo lib. 8. Stat. 4. Theb. 711.

Aret

Aret Lerna nocens, aret Lyrcæus, & ingens
Inachus. Al. Lyrceus. Lyrcæum montem vocatum, & ex eo Lyrcæam & Lyrcæiam aquam, docet Steph. q. V.

Lyrcæus, vel potius **Lyrceus**, vel **Lyrceios**, u, um. Adj. [illegible] Ovid. 1. Met. 598. in fabula Ius mutatæ in vaccam,
— jam pascua Lernæ,
Consitaque arboribus Lyrcea reliquerat arva.

Lyrceius, a, um. aliud Adj. [illegible] Valer. Flac. 4. Argon. 355.
— Lyrceia tellus. Conf. Steph. d. l.

Lyris, V. lyeia.

Lyrnessus, [illegible] Urbs Troica, una ex undecim quæ in Troade sunt. Lyrnessos, civitas est Phrygiæ, unde fuit Briseis. Servius in illud Virg. 10. Æn. 128.
Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis, Lyrnessius Acmon.

Lyrnessis, idis. [illegible] patronym. f. Ovid. pro gentili posuit, 4. Trist. 1. 15.
Fertur & abducta Lyrnesside tristis Achilles. i. e. Briseide quæ ex Lyrnesso erat.

Lyrnessius, a, um. Adj. V. locum Virgilii citatum supra in lyrnessus.
Mœnia Lyrnessia. Ovid. 12. Met. 108.

Lyron, i. n. [illegible] Herba. Plin. 25. 10. quæ & Alisma.

L Y S

Lysander, dri. m. [illegible] Dux Lacedæmoniorum invictissimus, cujus ductu Athenienses sub duce Conone illam navali pugna cladem acceperunt. Ex quo Athenæ semidirutæ, impositumque jugum triginta tyrannorum fuit. Victus denique Lysander a Conone ipso terrestri pugna, & interfectus, ubi Pausanias ejus collega in exercitu suspectus, in exilium profectus est. Emicuit enim Lysander tempore Pausaniæ & Agesilai Lacedæmoniorum. Lysander & rebus gestis & animi magnitudine Sullæ ex nostris comparatur. V. ejus vitam apud Nepot. Plutarch. in Paral. & Ælian. Hist. Var. 6. 4.

Lysanias, [illegible] Orator Græcus. [Nisi cum Lysia confunditur. Alter, vir in Arcadia, qui Lycaonem regno expulit.

Lysiades, [illegible] Atheniensis, Phædri philosophi Epicurei filius. De quo Cic. 5. Philip. 13.

Lysias, æ. m. [illegible] Oratorum Atheniensium, qui sub exitum belli Peloponnesiaci floruere, ut ætate, ita quoque laude fere primus. Natus est Athenis Cephalo patre Olymp. 80. 2. V. Plat. de Rep. l. 1. init. Dionys. Halic. In Judicio de Lysia, Plutarch. in Vit. 10 Oratorum, Suid. &c. Ad Triginta Tyrannos debellandos, a quibus, interempto fratre, solum vertere coactus est, plurimum & opera & auctoritate contulit. Dicitur Orationes ultra quadringentas conscripsisse, aliis recitandas, ipse enim ad causas dicendas, unica fortasse excepta, nunquam accessit. Ex tanto numero hodie nonnisi 1 xxiv. supersunt, purissimo sermone. De ejus vita & scriptis editis, ineditis V. Fabric. Bibl. Gr. 2. 26. 4. Lysiam multis præconiis extulere viri laudatissimi. Cic in Bruto 35. Fuit Lysias in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans, quem jam prope audeas Oratorem perfectum dicere. Idem in Orat. 29. Venustissimus scriptor ac politissimus. Quintilianus item 10. 1. Lysias subtilis atque elegans, & quo nihil, si Oratori satis sit docere, quæras perfectius. Nihil enim est inane, nihil arcessitum, puro tamen fonti quam magno flumini propior. Et lib. 9. cap. 4. Nam neque illud in Lysia dicendi textum tenue atque rarum lætioribus numeris corrumpendum erat. Perdidisset enim gratiam, quæ in eo maxima est, simplicis atque inaffectati coloris perdidisset fidem quoque. Gell. 2. 5. Favorinus de Lysia & Platone solitus est dicere, Si ex Platonis, inquit, oratione verbum aliquod demas mutesve, atque id commodissime facias, de elegantia tantum detraxeris: si ex Lysia, de sententia. Plurimum ex eo profecisse Isocratem qui ætate proxime sequebatur, notarunt inter ceteros Theo & Photius.

Lysicrates, is. m. [illegible] Vir quidam, qui capillos jam canos nigro tingebat, quo juvenis etiamdum videretur. Suid. ex Aristoph.

Lysidicus, i. m. [illegible] apud Cic. in 11. Philipp. 14. Qui jura omnia dissolvit. Hodie dici potest Diremptor controversiarum.

Lysimachia, æ. f. [illegible] Auctore Strabone lib. 10. Urbs Ætoliæ humi prostrata, & ipsi ad lacum adjacens, quæ prius quidem Hydra, postea vero Lysimachia nominata fuit. Verum Justino lib. 17. pr. urbs est Hellesponti quæ terræ motu corruit xxii anno postquam a Lysimacho rege uno ex principibus Alexandri fuerat condita. Sed postmodum reædificata, causa fuit maximarum cladum [Chersonesi Thraciæ urbem intelligit, cujus & lib. 7. extr. Strabo meminit, consentiente Steph. qui & alteram illam Ætoliæ subjungit, & Liv. 34. 58.

Lysimachiensis, e. Adj. Gentile nomen ab hac urbe ductum. Liv. 33. 38.

Lysimachus, i. m. [illegible] Agathoclis filius, e successoribus Alexandri Magni Pergamo præfuit, ubi thesauri regis fuerunt. Hic illustri quidem Macedoniæ loco natus, virtute illustrior fuit: amore literarum ac philosophiæ ardebat adeo, ut Callisthenem tunc ab Alexandro afflictum, atque in vinculis habitum, de virtute disserentem sæpius audiverit, poculumque ei, ac remedium miseriæ optanti porrexerit. Quod ægre ferens Alexander, Lysimachum leoni objecisse dicitur: sed ille viribus fretus, rem posteris prodendam fecit, manum quippe amiculo convolutam in os leonis inferens, adrepta lingua feram exanimavit; quo facto vehementius postea Alexandro dilectus, & apud eum in honore maximo fuit. V. Trogum lib. 15. Lysimachus natione Acarnan, Alexandri pædagogus, secundas post Leonidam obtinuit, nullo urbanitatis genere præditus, nisi quod se Phœnicem: Alexandrum, Achillem: Philippum vero, Peleum nuncupabat. Auctor Plutarchus in Alexandro Magno. V. Justin. 17. 2.

Lysippe, [illegible] Una fuit ex filiabus Prœti Argivorum regis, quæ in vaccas commutatæ fuerunt.

Lysippus, i. m. [illegible] Sicyonius nobilis fictor, a quo solo Alexander se ære fingi passus est. Cic. 5. Fam. 12. Neque Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & a Lysippo fingi volebat: sed quod illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ esse putabat. Propert. lib. 3. 9. 9.
Gloria Lysippo est animosa effingere signa.
De Lysippo & Alexandro, Hor. 2. Epist. 1. 239. Multa habet Plin. lib. 34. cap. 7. ubi & sexcenta x opera ab illo facta tradit. Meminit equi cujusdam Stat. 1. Silv. 1. 86. quem Lysippus Alexandro Magno donaverit, Romam translati.
Lysippus item, poeta comicus, cujus fabulas enumerat Athenæus.

Lysis, is & ios. f. pr.c. [illegible] i.e. Solutio. Cic 3. Tusc 61 Ex quo ipsam ægritudinem [illegible] quasi [illegible] Chrysippus, quasi solutionem totius hominis appellatam putat. Alii Codd. omittunt, quasi [illegible].
Lysis in architectura, Hiatus est januarum, id est solutio continui parietis. Vitruv. lib. 6. cap. 10.

Lysis, is. m. [illegible] Philosophus Pythagoræus, de quo V. Plutarch. in Vit. & Nep. 15. 2. Fabric. Bibl. Gr. 2. 13. in Elencho Pythagoricorum.

Lysistratus, i. m. [illegible] Sicyonius, Lysippi statuarii frater, primus statuam e gypso finxit, crevitque res in tantum, ut nulla signa statuæve sine argilla fierent. Plin. lib. 35. cap. 12.

Lysius, V. lusius.

Lyso, ônis. [illegible] quidam Ciceronis hospes, ut ipse scribit 16. Fam. 6.

L Y T

Lytæ, [illegible] de quibus mentio fit in Edicto Justiniani, quo juris auctoritas confirmatur, Solutores interpretandi sunt, videlicet qui jam tantos progressus habent in jure, ut de eo respondere prope possint, & quæstiones solvere. Atque hi erant qui responsis prudentum operam dabant & quæstionibus. Lyti, i. e. Soluti quibusdam dicuntur, sed male. Turnebus.

Lytta, [illegible] Vermiculus est in lingua canum, quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Plin. l. 29. c. 5.

Lycus, [illegible] Fluvius est minoris Asiæ in Pontum defluens.

M

MΰGræcorum, Hebræorum autem *Mem.* Littera liquida Semivocalis. Dicta est littera mugiens. Terentianus, Clauso quasi mugit intus in ore. Et alibi, Mugit intus abditum & & cæcum sonum: & Quintilian. 12. 10. Quid quod pleraque nos illa quasi mugiente littera cludimus M, qua nullum Græce verbum cadit. C. Victorinus Afer; M, impressis invicem labiis, mugitum quendam intra oris specum attractis naribus dabit. Facillimæ & naturalis est pronuntiationis. In H enim, I, L, M, N, R, quid insistam? De sono & elatione constat, & vix, si quis velit, in iis peccet. Lips. de Recta pronuntiat. L. L. c. 15. Et fortasse religiosior est paulo Priscianus quam oportuit, cum ei tres sonos tribuit. Ita enim lib. 1. fol. 9. a. Aldi, M, inquit, obscurum in extremitate dictionum sonat, ut Templum; apertum in principio, ut Magnus; mediocre in mediis, ut Umbra. Transit per derivationes in N, sequentibus D, T, C, Q: ut Quendam, Tantum, Nuncubi, Nunquam. Similiter Am præpositio mutat suum M in N: ut Ancisus, Anfractus, &c. ex eodem loco.

M est quasi servilis, & adhibetur in flectendis Nominibus & Verbis: aliquando pro ν Græcorum posita: ut, quod illi *μοῦσαν, φάρμακον*, Latini Musam, Pharmacum exprimant: aliquando adventitia, idque maxime in accus. tertiæ, ut *λαμπάδα* lampadem, *πατέρα* patrem. In verbis est quasi Index primæ personæ, quasi ab *ἐμὲ, ἡμεῖς*: ut Legebam, legebamus; Docuerim, imus; Amarem, &c. Ex hac servitute efficitur ut apud Poetas elisioni obnoxia sit, cum apud antiquos sæpissime brevis occurrat.

> Insignita fere tum millia militum octo
> Duxit delectos bellum tolerare potentes. Ennius apud Priscian.

lib. 1. fol. 9. a. extr. Aldi.

M. putat Priscianus Mille significare, quia ejus nominis prima sit littera. Sed inscite. Neque enim & C Centum. Unde enim L & D ad Quinquaginta & Quingenti exprimenda rite vocari possent? Pro Quingentis enim veteres scribebant IↃ, pro Mille CIↃ; unde negligentia simul & ignorantia describentium fluxit M, errorem creante similitudine quod M quandoque ita scribitur ∩∩, ut minimum discrepare videatur a CIↃ. Simili incuria pro CIↃ aliquoties in libris describi videmus ∞. Vide Huetiana. Rationem hujus, ceterarumque notarum numeralium scite explicat Alciat. Pareg. Juris, 10. 25.

M. Marcus, Maceria, Macula. Magister, Magistratu, Magnus, Male, Mallius, Manibus, Manumissus, Manus, Marius, Marti, Martius, Mater, Maximus, Mecum, Meam, Meis, Memmius, Memoria, Mensa, Mensis, Mercede, Miles, Militavit, Militiæ, Mille, Minucius, Missio, Missus, Modo, Moneta, Monumentum, Moram, Mordax, Mors, Mortuus, Mos, Mucius, Mulier, Mundus, Municeps, Munus.

M' cum apostropho, vel, ut in denariis expressum est, M/. Manius.

M. B. Memoriæ bonæ, Merenti bene, Mulier bona. M. B. M. Matri, vel Monumentum bene merenti. M. B. M. F. Marito bene merenti fecit, vel Matri, vel Mulieri. [Vel potius, ut sæpe exprimitur in Lapidibus, Monumentum, vel etiam Memoriæ.

M. C. Mater Caii, Memoriæ causa, Mille centum, Monumentum condidit, consecravit, confectum, constituit, curavit; Mortis causa. M. C. D. Memoriæ causa dedit, vel donatum. M. C. F. Memoriæ causa factum, Mortis causa fecit, Monumentum curavit fieri, vel faciundum. M. C. M. Memoriæ, vel Mortis causa manumissus. [vel Miles Cohortis Maternæ, vel Milliariæ] M. COH. Miles cohortis. M. C. P. Maceria centum pedum. M. C. T. Mala conjux tua, Mali causa tui, Monumentum curavit testamento. M. C. V. Manu consertum vocat, Monumentum curavit vivens. [Vel Miles Cohortis Victricis, vel Vigilum, vel Vipiæ, vel Voluntariorum, vel Vrbanæ.

M. D. Manibus diis, Manu divina, Matri deûm, Memoria dignus, Merenti dedit, Monumentum dedit, dedicavit, donavit. M. D. D. Mercede deductus, Monumentum dedicavit, dedicaverunt. M. D. H. Mandavit dari hoc, Mortis domus hæc. M. DIG. Memoria, Mercede, Morte dignus; Mulier digna. M. D. M. Magnæ deûm matri, vel Matri Deum Magnæ. M. D. M. I. Magnæ deûm matri Idææ, vel Isidi. M. D. SVO FEC. Monumentum de suo fecit.

M. E. Memoriam erexit. [vel Municeps ejus.] M. E. M. Municeps ejus municipii. M. E. M. D. D. E. Municipibus ejus municipii dare damnas esto. M. EOR. Mater eorum. M. EQ. Magister equitum.

M. F. Malæ fidei, Monumentum fecit. M. F. C. Memoriam, Monumentum fieri curavit. M. F. I. Monumentum fieri instituit. M. FI. P. Malæ fidei possessor. M. F. L. Monumentum fieri licebit.

M. H. Monumentum hoc. M. H. AD H. N. T. Monumentum hoc ad hæredes non transit. M. H. E. Mihi hæres erit, esto. [Monumentum hæredis esto, vel hoc erexit.] M. H. E. N. R. Monumentum hoc hæredem non recipit, vel exterum. M. H. F. C. Monumentum hæres faciundum curavit, Monumentum hic [hoc] fieri curavit. M. H. H. S. Monumentum hoc hæredem sequitur. M. H. H. N. S. Monumentum hoc hæred. non sequitur. M. H. S. F. Monumentum hoc sibi fecit. M. H. S. M. Memoriam hanc sibi madavit, Monumentum hoc sibi mandavit.

M. I. Matri Idææ, Maximo Jovi, Monumentum instituit, jussit.

M. L. Mandavit lege, Merito libens, Miles legionis, Militum locus, Mille quinquaginta, Missæ litteræ, Monumenti [vel Monumento,] locus, Monumentum legavit, Monumentum liberti, Munere libero. M. L. D. Merito libens dedicavit, Monumentum liberto decrevit, Monumentum libens dedit. M. L. D. D. Merito libens dedicavit, dono [Decreto] dedit, Monumenti locum dono dedit. M. L. D. D. D. Monumenti locus datus decreto Decurionum. M. L. VII. G. F. Miles legionis septimæ Geminæ Felicis.

M. M. Magister magistratus, [At qui?] militum, munerum; Magnæ Matri. [vel Memoriæ merenti, vel Meritissimæ] M. M. D. Matri vel Marito monumentum dedit, Matri magnæ Deæ, [Immo Deum] Merenti monumentum dedit. M. M. F. Marito monumentum fecit, vel merenti, vel matri, vel meritissimo. M. Mil. Magister militiæ. M M M. More majorum. M. M. P. Monumentum petit, posuit; Marito monumentum posuit, vel matri, merenti &c. M. M. T. FEC. Marito monumentum titulum fecit. [vel Merenti memoriæ.

M. N. Memoriæ nostræ, Meo nomine, Millia nummûm.

M. O. Matri optimæ. M. O. P. Marito obsequens [Cur non potius Optimo? V. mox MA.] posuit.

M. P. Male positus; Memoriam, Mensam posuit, Mille passus, Mærens posuit, Monumentum posuit. M. P. C. Monumentum ponendum curavit. M. POT. Maximus Pontifex. M P. P. Monumentum pie posuit. M. P. TR. POT. Maximus Pontifex Tribunitiæ potestatis. M P. V. Millia passuum quinque, Monumentum posuit vivens. M. P. XI. Mille passus undecim, Monumentum pedes undecim.

M. R. Miles Romanus.

M. S. Manibus sacrum, Memoriæ suæ, statuit, Merito solvit, Monumentum statuit. M. S. C. Monumentum sibi constituit. M. S. D. Municipibus suis dedit. M. S. D. D. Municipes sui decreto Decurionum. M. S. P. Memoriæ suæ posuit. M. S. S. E. H. N. S Monumentum sententia Senatus [vel, ut al. Sive Sepulcrum, vel, ut malim, Supra Scriptum] exterum hæredem non sequitur. M. S. S. H. N. S. Monumentum sive sepulchrum hæredem non sequitur.

M. T. F. E. Malo tuo factum est.

M. V. Manibus, Monumentum, vivens.

M. X. Menses decem. M. X. D. II. Menses decem, dies duo.

M A

MA. Macuvius, Magnus. MAG. Magister, Magistratu. MAG. EQ. Magister equitum. MAG. IVV. Magister juvenum. MAG. MIL. Magister militiæ. MAG. MVN. Magister municipii. MAG. AVG. Magister Augustalis. MAG. VIC. Magister vici. MAN. Manibus. Manius. MAN. IRAT. II. Manes iratos habeat. MAR. CARIS. Maritus carissimus. MARIT. Marita, Maritæ. MARIT. OP. FAC. CUR. Marito optimo faciendum curavit. MART. Marti. MART. PAC. Marti Pacifero. MART. VICT. Marti Victori. MART. VLT. Marti Ultori. MATR. Matralia. MAX. Maximus. MAX. CS. Maximus Cæsar. MAX. POT. Maximæ potestatis. MAX. SEN. Maxima senectute.

M A C

MACÆ, [*Μάκαι*] Populi sunt Arabiæ Felicis, Carmanis oppositi, eo in tractu nardum & myrrham ferentis, ut est auctor Pomponius Mela lib. 3. cap. 8.

MACAREÆ, *Μακαρέαι*, vel MACARIA, [*Μακαρία*] Urbs Arcadiæ, a Macareo Lycaonis filio condita, quam Stephanus a Romanis Beatam vocari tradit.

MACAREATES, [*Μακαρεάτης*] Gentile eodem Stephano teste.

MACARÉUS, i. m. [*Μακαρεύς*] Filius Æoli, qui Canacem sororem suam vitiavit. Ovid. lib. 2. Trist. 384.

> Nobilis est Canace fratris amore sui.

MACARIA, [*Μακαρία*] i. e. Beata quondam Cyprus dicta, teste Plin. 5. 31.

MACARIA, [Μακαρία] Herculis filia, se pro incolumitate publica devovit inferis, ad expiandum scelus, ut scribunt Cælius & Erasm. in Provarb. Meminit Plato in Hippia, & Plutarch. in Pelopida.

MACARON, [Μακάρων] i. e. Beatorum, Insulæ, Asiatico litori oppositæ, & ad promontorium Tauri montis expositæ, quas quidam dici sic putavere, sive quod fortunati admodum cæli solique sint, sive quod eas suo suorumque regno Macar occupaverat. Verba sunt Pomponii Melæ lib. 2. cap. 2. pr.

MACCUS, i. m. & pl. MACCI, orum. dicuntur Stolidi, & fatui, idque de nomine mulieris cujusdam stupidæ & bardæ. Apuleius in Apolog. p. 325. Elm. Si cum hac una Rufi fallacia contendantur, macci prorsus & bucconea videbuntur. Novium etiam in Macco citatum invenimus, qui titulus fabulæ est. Ex Turneb. 29. 20. [In Maccis & sæpius in Macco exsule citatur a Nonio. conf. Suid Etymologicum M. in Μακκοᾶν, & Hesych. Non dubito, quin Græca vox sit.

MACEDNON, [Μακεδνόν] Pindi montis Thessaliæ regiuncula, Herodoto lib. 1.

MĂCĔDO, ŏnis. m. [Μακεδών] Filius Osiridis filii Jovis, a quo Macedoniam quidam dictam volunt.
Macedo, Philosophus, de quo Gell. lib. 13. cap. 8. Is pro foribus omnium templorum scribi debere censebat versum hunc,
Ego odi homines ignava opera, & philosopha sententia.

MĂCĔDŎNIA, [Μακεδονία] Regio a Macedone Osiridis Jovis filio dicta est. Habet Macedonia ab Oriente Thracium limitem, ab Occasu Ionium pelagus, a Meridie Epiro terminatur, a Septentrione habet Dalmatiæ partem. V. Plin. lib. 4. cap. 10.
Macedonia dicta est, ut ait Stephanus de Urbibus, ab Macedonia filia Jovis & Thyiæ filiæ Deucalionis.

MĂCĔDO, ŏnis. m. [Μακεδών] Qui Macedoniam habitat. Lucan. lib. 8. 694.
Quum tibi sacrato Macedo servetur in antro.
Vir Macedo. Hor. 3. Carm. 16. 14.
Alexander Macedo, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio & tricesimo anno mortem obiit? Cic. 5. Tuscul. 48. Græci nonnunquam penultimam per ectasin producunt, & per ω scribunt Μακεδών, & sic in ceteris.

MACĔTA, æ. m. [Μακέτης] Idem. Stat. 4. Silv. 6. extr.
Nec te, regnator Macetûm. i. e. Alexander. Nonnulli legunt Macedûm pro Macedonum, qui talem contractionem haud patitur. Macetûm pro Macetarum restituit Scaliger ad Auson. de Clar. Urb. cap. 3. V. Drakenb. ad Sil. 17. 633.
Fines Macetûm. Lucan. lib. 10. 28. [Ego vero ubique Maceton scribendum puto, ut sit ipse genitivus Græcus Μακετῶν, a recto Μακέται, quem Stephanus, ut usu tritam, affert in Μακεδονία. conf. Hesych. Sic Colonia Thereon, & Philenon aræ apud Sall. Jug. 19. & sexcenta talia passim. V. Cort. in loc. Etiam Rutil. tamen, errorem vulgi secutus,
Magni Parthorum reges, Macedumque tyranni.

MĂCĔDŎNIUS, a, um. Adj. [Μακεδόνιος] Ovid. 12. Met. 466.
Qui clypeo, gladioque, Macedoniaque sarissa
Conspicuus. Ubi necessitate metri coactus, propter tot syllabas breves secundam produxit, [Exemplo, ut diximus, Græcorum.

MACEDONĬCUS, a, um. [Μακεδονικός] Adj. possess. a Macedonia. unde Mare Macedonicum, quod est Ægæi pars, & incipit a Pallene monte, qui Thraciæ finem facit. Extenditur usque Megaram, quo Isthmos interpositus, misceri Ægæum Ionio non permittit, cujus litora a civitatibus nomen accipiunt. Plin. 4. 11.

MĂCEDONIENSIS, e. aliud Adj. Plaut. Pseud. 4. 4. 4. Vir Macedoniensis.

MĂCELLA, [σμινύη] Genus ferramenti, est, quod uno tantum cædit mucrone, sicut Dicella dicitur, quod bifariam. Cæl. Rhodig. ex Theone, lib. 11. cap. 16. V. DICELLA.

MĂCELLUM, i. n. [ὀψοπώλιον] Locus quo venalia omnia, quæ ad victum humanum pertinent, proponebantur. Plaut. Aulul. 2. 8. 3.
Venio ad macellum: rogito pisces, indicant
Caros, agninam caram, caram bubulam,
Vitulinam, cetum, porcinam; cara omnia. Cic. 2. de Divin. 59.
Si Epicuri de voluptate liber rosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore.
Macellum, Varro human. Rer. Numerius Equitius Cupes, inquit, & Romanius Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis, publicata sunt bona, & ædes ubi habitabant dirutæ: eque ea pecunia scalæ deûm Penatium ædificatæ sunt. Ubi habitabant, locus ubi venirent ea, quæ vescendi causa in Urbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero Forum cupedinis appellatum est. Hæc ex Donati commentariis in Eunuch. 2. 2. 25. Sed aliam affert rationem nominis Varro lib. 4. de Ling. Lat. 32. V. MACELLOTA infra.
Pernicies & tempestas, barathrumque macelli. Hor. 1. Epist. 15. 31. de Mænio decoctore.

MACELLĀRIUS, a, um. Adj. ut, Macellaria taberna. Valer. lib. 3. cap. 4. 3. Miro gradu Varro ex macellaria patris taberna ad Consulatum conscendit.

MACELLĀRIUS, i. m. [ὀψοπώλης] Qui in macello non solum carnes, sed omnia obsoniorum genera, quinetiam panem & frumentum vendit. Sueton. in Cæs. 26. Ea quæ ad epulum pertinebant, quamvis macellariis ublocata, etiam domesticatim apparabat.
Macellarii, item, Qui obsonia vendebant lautiora. Varro R. R. 3. 2. Et num plures tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam hic apros macellario Seius? In omnibus codicibus legitur Macellarios, sed male, ut annotavit Turnebus.

MACELLŌTA, æ. m. [μακελλῶται] Varro lib. 4. de L. L. 32. Hoc erat antiquum Macellum, ubi olerum copia. Ea loca etiam nunc Lacedæmonii vocant μακελλῶτας: sed Iones ostia hortorum & castelli, μακέλλας. Hesych. μακέλλαι & μάκελλα, φραγμοὶ & δρύφρακτα exponit.

MACEO, MACESCO. V. post MACER.

MĂCER, cra, crum. [ἰσχνός] Adj. Exilem extenuatumque significat, quem medici Gracilem vocant, cujusmodi fere biliosi fere omnes. Virg. 3. Ecl. 100.
Heu heu quam pingui macer est mihi taurus in arvo. Perottus a Græco deduci putat. Græci enim μακρὸν longum dicunt, quæ autem tenuia sunt, longiora videntur.
Macer, a Marcere. Varro de L. L. lib. 5. 6. extr. Mærere a mar-

cere, quod mærore corpus marcescere videatur: hinc etiam dicti Macri.
Agello macro pauper. Hor. 2. Serm. 6. 71.
Boves macræ. Propert. lib. 4. 1. 22.
Humus pinguissima vel macerrima. Columel. lib. 2. cap. 9.
Libellus macer, Exiguus. Martial. lib. 2. 6.
Solum exile & macrum. Cic. 2. de Lege Agr. 66.
Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti. Hor. 1. Epist. 7. 33.
Macrior, compar. Varr. de L. L. lib. 7. 39.
Vitis macrior. Columel. lib. 4. cap. 24.
Macerrimus, superl. De hoc Varr. de L. L. lib. 7. 39.

MACELLUS, a, um. [ἰσχνόλος] Adj. diminut. pro Macilento. Si nosti, non magnus homo est, nasutus, macellus. Lucil. apud Non. 2. 524.
Alterum diminutivum Macriculus Varro l. c. 40. dici negat.

MACRITŪDO, inis. f. [ἰσχνότης] Plaut. Capt. 1. 2. 32.
Ossa, atque pellis sum, misera, macritudine.

MĂCROR, sive MĂCOR, ōris. m. [ἰσχνότης] Ipsa macri tenuitas corporis. Pacuvius Peribœa apud Non. 2. 525. Corpusque meum tali mærore, errore, macore senet. conf. Sen. de Tranquil. cap. 2.

MĂCĬES, ēi. f. [ἰσχνότης, φθίσις] Idem ac Macror. Columel. lib. 6. cap. 14. Est etiam illa gravis pernicies, quum pulmones exulcerantur, inde tussis & macies.
Adducit cutem macies. Ovid. 3. Met. 397.
Concidimus macie. Ovid. 21. Epist. 215.
Confecta viri forma suprema macie. Virg. 3. Æn. 590.
Deformat macies horrida vultum. Virg. 4. Georg. 255.
Minari maciem, & infirmitatem. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Narrare de sua sollicitudine macieque. Cic. 3. Att. 15.
Occupat turpis macies decentes malas. Hor. 3. Carm. 27. 53.
Senescere ævo & macie. Lucret. lib. 1. 326.
Tenuare aliquem macie. Virg. 3. Georg. 129.

MĂCĬLENTUS, a, um. Adj. [λεπτόσαρκος] Festus; Macilenti, Macie attenuati. Plaut. Capt. 3. 4. 113.
Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? AR. dicam tibi,
Macilento ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris.

MĂCEO, sive MACREO, ui, [λεπτύνομαι] ēre. Macrum esse. Plaut. Aulul. 3. 6. 28.
Qui ossa atque pellis totus est, ita ut cura macet.

MACESCO, [ἰσχναίνομαι, συντήκομαι, ὑπoτήκομαι] ĕre. Macrum fieri. Plaut. Capt. 1. 2. 31.
Quis hic loquitur. E. ego qui tuo mærore maceror,
Macesco, consenesco, & tabesco miser. Varro 3. de R. R. cap. 16.
Tum enim propter laborem asperantur & macescunt.

MACRESCO, ĕre. Idem. Varr. 2. de R. R. cap. 5. Algor enim eas, & fames macrescere cogit. Hor. 1. Epist. 2. 57.
Invidus alterius macrescit rebus opimis.

MACIO, [ἰσχναίνω] āre. Macrum facere. A quo Emacio. Solin. cap. 15. Maciari imbribus.

MACĔRO, [ἀτρύω, λεπτύνω] āre. Attenuare, conterere; & ad corpus tunc refertur. Liv. 26. 13. Alterum annum circumvallatos inclusosque vos fame macerant.
Macerare hostem, Fatigare, vexare. Florus 2. 6. 28. Itaque per Samnium totum, per Falernos, Gauranosque saltus sic maceravit Annibalem, ut, qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur.
Se Macerare, ad animum translatum, est Nimia cura, studio, vel sollicitudine seipsum conficere & attenuare. Ter. Andr. 4. 2. 2. Tu modo, anime mi, noli te macerare.
Invidia macerat nos. Lucret. lib. 3. 75.
Macerare, Mollificare, ut fit quum quippiam tam diu in aqua tenetur, donec tenerum & molle fiat. Ter. Adelph. 3. 3. 27. Salsamenta hæc, Stephanio, fac macerentur pulchre. Columel. lib. 2. cap. 9. Hoc medicamine una nocte semina macerata jaciuntur.
Brassicam macerare in aquam. Cato cap. 156.
Macerare, Proluere, perluere, madefacere. Plin. de Poppæa, lib. 11. cap. 41. de lacte asinino, Balnearum etiam solio totum corpus illo lacte macerabat. Vitruvius item 7. 2. pr. jubet calcem coctam diu macerari, ante quam fabri ea utantur. Budæus.

MACEROR, āri. Passivum. Hor. 1. Carm. 13. 8.
— quam lentis
Penitus macerer ignibus. i. e. Tabescam, liquescam, consumar, Lambinus.
Maceror interdum, quod sim tibi causa doloris. Ovid. 20. Epist. 185.
Male maceror. V. MALE.

MACERĀTUS, a, um. Partic. Mollis & tener factus. Plaut. Pœn. 3. 2. 21.
Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boves.
Lana sæpius macerata. Senec. Epist. 71.
Pars exercitus macerata. Vellei. 2. 112. 3.

MACERATIO, ōnis. f. Vitruv. lib. 7. cap. 2.
Viscerum maceratio. Arnob. lib. 4.

MACERASCO, ĕre. Maceratum fieri; Antiquum. Cato de R. R. cap. 102. Frumento curculio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito: palearum paulum addito, sinito macerescant bene. [An Macerascant?

MACRO, āre. unde Emacrare. q. V. loco suo.

MĀCĔRIA, æ. vel MACERIES, ēi. f. [τειχίον] Paries, sive murus, vel congeries lapidum in unum compactorum, sine cæmento aut alio genere ferruminis, quo vineæ claudi solent. Ter. Adelph. 5. 7. 10.
Atque hanc in horto maceriam jube dirui
Quantum potest. Cic. 16. Fam. 18. Helico nequissimus HS M dabat, nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa.

MACERIES, ēi. f. [τῆξις] pro Macritudine, sive maceratione. Afranius Excepto, Si ille hoc nunc senrit facere illi fatis, vis quanta illius mora sit, maceries tibi. Nonius 2. 536.

MACERIŎLA, sive MACERIOLA, æ. f. dimin. Vet. Inscript. apud Spon. Misc Erud. Antiq. LOCVS MACEREOLA CLVSVS. Ubi Sponius dicit Maceriolam esse Murum, quo sepulchrorum areæ claudebantur. [Busta intelligit. V. Suet. Ner. cap. 33. ed. Gronov.

MACĬDUS, a, um. Adj. Macilentus. Constant. Afer. 13. 12. Si materia sit cholarica, corpus erit macidum. [Hinc Macor, quod V. in MACROR supra.

Macero, Macesco. V. MACER.

Macetus, i. m. [Μάκετος] Fluvius est Mœsiæ, in Rhindicum influens. Plin. lib. 5. cap. 31.

Măchæra, æ. f. [μάχαιρα] Græcum est, Latine Sica, gladius, culter. Plaut. Curcul 3. 54. Clypeatus elephantum ubi machæra diligit. Juven. 7. Sat. 9. de Gladiatore,

— ames nomen, victumque machæræ.

Liv. 7. 24. pr. Lævo humero machæra prope trajecto, cesserat parumper ex acie. Ee vetusto codice legendum Marari.

Machærium, i. n. [μαχαίριον] Cultellus coquinarius. Plaut. Aulul. 2. 9. 1.

Dromo, desquama pisces, tu machærio
Congrum, murænam, exdorsua, quantum potes.

Item Gladiolus. Plaut. Rud. 2. 2. 9. Qui tres duceret chlemydatos cum machæriis. [Priore loco alii Machærion proprium coqui nomen esse putant. V. dict. seq.

Machærionae, um. m. pl. [Μαχαιρίωνες] apud Spartanos dicti sunt Anticraris posteri, quod is machæra, i. e. gladio Epaminondam in bello strenue confecisset. Meminit Cæl. lib. 13. cap. 7. Ex Plut. in Agesil. p. 616 Francof.

Machæropœus, i. m. [μαχαιροποιός] Faber gladiorum. Quo nomine dictus est Demosthenis pater: ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam, multisque artificii servis instructam habebat. V. Plut. pr. vit. ejus.

Machærophŏrus, i. m. [μαχαιροφόρος] Stipator gladium ferens. Cic. 2 Q. Frat. 10. Cum hominem portarem ad Bajas Neapoli, Octophoro Aniciano, machærophoris centum sequentibus, miros risus nos edere, cum ille, ignarus sui comitatus, repente aperuit lecticam, & pæne ille timore, ego risu corrui.

Machærus, untis. [Μαχαιροῦς Stephano] Arx Judææ, secundum olim ab Hierosolymis dignitatis locum obtinens. Plin. lib. 5. cap. 16.

Machærōnion, i. n. [μαχαιρώνιον] Dioscoridi, lib. 4. Herba est quæ Xiphion quoque dicitur, & Gladiolus seu Pugio: quoniam gladii speciem foliis præbeat, radice (Theophrasto tradente) dulci, ubi excoquatur: proinde trita farinæ admiscebatur. V. Cæl. lib. 13. cap. 7. ad finem

Machærŏphyllon, i. n. [μαχαιρόφυλλον] Eadem herba. Apul. de Herb. cap. 78.

Machagistia, æ. f. verbum mysticum, quo, ut Ammianus 23. 6. loquitur, Magiam Plato Machagistiam esse docuit, divinorum incorruptissimum cultum. V. ibi Lindenbrog [At nihil de hac voce Lindenbrogius, nisi quod Agathiæ locum affert, ubi μαγικὴ ἁγιστεία divisa voce, i. e. Magica ceremonia dicitur, unde suspicor & apud Marcellinum Magicam hagistian legendum.

Măchāon, ŏnis. m. [Μαχάων] fuit, teste Homero lib. Iliad. e. 732. Æsculapii filius, Podalirii frater. Is ob præstantiam medicinæ artis cum aliis heroibus Græcorum ad Trojam e Creta convocatus fuit Propert. 1. 2. 59.

Tarda Philoctetæ sanavit crura Machaon.

Machāŏnius, a, um. Adj. [Μαχαόνιος] Ovid 1. de Pont. 3. 5. Machaoniæ artes. i. e. Medicæ. Idem Rem. Amor. 546.

Illa Machaonia vix ope sanus erit.

Succo Machaonio sæva coierunt vulnera. Stat. 1. Silv. 4. 114.

Măchĭmos, [Μάχιμος] Civitas est extra hunc orbem, teste Æliano, cujus incolæ pugnaces sunt, armatique nascuntur, ac bellum assidue gerunt, collimitaneos plurimum evertendo, quippe gentium multarum esse compotem unam modo civitatem. In ea censeri hominum myriadas ducentas haud pauciores, quos non absumpserint bella, morbis plane conficiuntur. Sed perrarum id est. Intereunt vero in præliis saxis percussi, aut lignis: nam ferri ictum non admiserint. Auro argentoque abundant earenus, ut sit ibi aurum vilius quam apud nos ferrum. Hæc & plura Cælius ex Æliano lib. 17. cap. 35.

Māchĭna, æ. f. [μηχανή, ἐπίνοια] Conatus, molitio, excogitatio, inventum.

Machina dicitur, ut ait Ulpianus, ubi non tam materiæ ratio, quam manus, atque ingenii ducitur.

Mundi machina. Lucret. lib 5. 97.

Machinæ etiam olim dicebantur, quibus servi in ergastulo aut alibi continerentur, & coercerentur: etiam liberi interdum Plin. 35. 10. Paucis diei horis pingebat, id quoque cum gravitate, quod semper togatus, quanquam in machinis. Turnebus. [Machinas intelligit Pegmata, seu Confixa asseribus junctis, & vel ea funibus, vel fulcris longioribus suspensa, in quibus Amulius, ne indignum gravitate Romana habitum sumeret, togatus pingebat. V. paulo infra Machina *Eschafaud.*

Machina, Instrumentum quo moles aliqua facile quocunque volueris, impelli potest. Plin. lib. 19 cap. 2. Quanto sit in usu omnibus terris, navium armamentis, machinis ædificationum.

Bellicas machinas vocamus Opera fabrilia, quibus in bello, oppugnandi, vel propugnandi causa, utimur.

Belli machina. Virg. 2. Æn. 151.

Arietaria, in ARIES.

Ingens. Hor. 2. Epist. 2. 73.

Murales. V. MURUS.

Admovere machinam, in ADMOVEO.

Apponere, in APPONO.

Audere machinas. Tacit lib. 4. Hist. 23.

Fabricata in muros nostros. Virg. 2. Æn. 46.

Machinæ, per translationem, Consilia quibus decipere hostem conamur. Plaut. Bacch. 2. 2. 54. Aliquam machinabor machinam.

Dolus & machina. Cic. 3 de Nat. Deor. 73.

— nec quid inde sciam,
Nec quem dolum ad eum, machinamve, commoliar
Scio quicquam.

Ea poeta. Et paulo post, Quid ergo isti doli, quid machinæ, quid fallaciæ, præstigiæque? Num sine ratione esse potuerunt?

Adhibere omnes machinas ad aliquid efficiendum. Cic. ad Brut. epist. ult. Ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem.

Machina, *Eschafaud*, & Machinari, *Eschafauder* dici potest, hoc est Tabulatum facere. Bud. Ulpian. l. 5. D. Commodat. Si servum tibi tectorem commodavero, & de machina ceciderit; periculum meum esse Vivianus ait. Sed ego hoc ita verum puto, si tibi commodavi ut in machina operaretur. Ceterum si ut de plano opus faceret, tu eum imposuisti machinæ: aut si machinæ culpa factum est, minus diligenter non ab ipso ligatæ, vel funium perticarumque vetustate: dico periculum, quod culpa contigit rogantis commodatum, ipsum præstare debere. nam & Mela scripsit, Si servus lapidario commodatus, sub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligarit.

Machina, Aristoteli lib. de Poetica arte dicitur, quoties in tragœdia adhibendus est deus, ad ea quæ sunt extra fabulam expedienda: quæ vel ante facta sunt, neque hominem scire fas est, vel postea futura sunt, & prædictionem ac nuntiationem desiderant. Cum Aristotele consentit Horatius de Arte poetica, v. 191. qui vetat deum (ae machina) adhibere, nisi nodus difficilis, & deo dignus inciderit, id est nisi talis difficultas exstiterit, ut sine machina exitus fabulæ non possit explicari. Exstant multa apud probatos auctores hujus moris exempla ac testimonia. Annotavit Lambinus ad d. l.

Machinŭla, æ. f. dimin. Festus in Grome: Genus machinulæ cujusdam. V. eund. in Incitega, & Mustricola.

Machinālis, e. Adj. [μηχανικός] Quod ad machinas spectat. ut Machinalis scientia. Plin. lib. 7. cap. 37.

Pondus machinale. Auson. Epist. 21. 34.

Cui subjugabo de molarum ambagibus,
Qui machinali saxa volvunt pondere.

Machinārius, a, um. Adj. ut, Asinus machinarius. Alfenus in l. Quum quæreretur. §. ultimo D de legat. & fideicommiss. Asinum machinarium legatum videri. Est autem Asinus machinarius. Molendarius, qui molit: i e. Qui molam machina quadam inclusam volvit & torquet, quam & Machinam frumentariam vocat Jurisconsultus. Sic Amica de machinis empta a Q. Cicerone de Pet. cons. 6. fortasse dicitur, i. e de pistrino vel moletrina Ex Turnebo.

Mensor machinarius. Ulpian. in l. Vel cujus. D. Si mensor fal. mo. &c. Etsi mensor machinarius fefellerit.

Machinarius, i. m. Qui ad machinam est, vel Mechanicus Paulus in l. Si putator. D. Ad legem Aquiliam, Si putator quum ex arbore ramum dejiceret, vel machinarius, hominem prætereuntem occidit, &c

Machinōsus, a, um. Adj. [μηχανώδης] ut, Navigium machinosum, apud Suet in Neron. cap. 34. Paulo ante Navem solutilem appellarat. [Q. d. Machinis plenum. H. St.

Machio, ōnis. m. Isidor. 19. 8. Machiones dicti e Machinis in quibus insistunt propter altitudinem parietum. [Machinones puto legendum.

Machĭnor, [μηχανάομαι, ἐπινοέω, τεχνάομαι, ἐπιτεχνάομαι] āri dicitur a μηχανάομαι, quod est Invenio. Unde μηχάνημα, Inventum & molimen dicitur. In bonam partem accipitur, pro Invenire ratione. Cic. 2. de Nat. Deor. 128. Nam primum aliæ mares, aliæ feminæ sunt; quod perpetuitatis causa machinata natura est. De bestiis.

Nam tibi præterea quod machiner, inveniamque, nihil est. h. e. Nam quod tibi præterea excogitem, aut fabricer, quod tibi placeat, nihil est. Lucret. lib. 3. 957.

Machinari frequentius in malam partem, Imaginari, cogitare, invenire per dolum. Cic. 2. Verr. 15. Quum interea aliud quiddam jamdiu machinetur. Plaut. Casin. 2. 4. 22.

Illa mihi nubet, machinare quod lubet, quovis modo.

Necem machinari. Liv. 1. 51. pr.

Pestem aliquam machinari in omnes. Cic. 3. de Nat Deor 66.

Machinātus, a, um Partic. Pass. ut, Strepitus machinatus, i. e. Per machinae effectus Sallust apud Non. 2. 859

Machinātio, ōnis. f. [μηχάνησις, πάλαμα, ἐπιτέχνησις] pro Machina. Cæs 2. Bell. Gall. 31. Primum irridere ex muro, atque increpitare vocibus, quod [an Quo?] tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur. Liv. 34. 34 Nunc impensa quoque magna eget in opera, in machinationes & tormenta, quibus tanta urbs oppugnanda est. Adde 37. 5.

Machinatio, Inventio & astutia. Cic 2 de Orat. 72. Qui tanquam machinatione aliqua, tum ad severitatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum lætitiam est contorquendus.

Machinatus, ûs. m. Apul. Apol. p. 381. Me suo machinatu reum postulatum. V. & Sidon. 5. Epist 6.

Machinămentum, i. n. [μηχάνημα, τέχνασμα] pro Machina. Liv. 24. 34. Turres contabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant.

Oppugnationum machinamenta & astus. Tacit. 12. Ann. 45. Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta & astus oppugnationum.

Suspensum & nutans machinamentum. Tacit. 4. Hist. 30.

Promovere scalas & machinamenta. Tacit. 15. Ann. 4. Adiabeni quum promovere scalas & machinamenta inciperent, facile detrusi.

Machinātor, ōris. m. [μηχανοποιός] ut, Machinator bellicorum instrumentorum: h. e. Qui bellicas machinas invenit vel conficit. Liv. 24. 34. Archimedes machinator bellicorum tormentorum.

Belli machinator. Liv. 1. 28.

Doli machinator. Tacit 1. Ann. 10.

Omnium architectus & machinator. Cic. pro Rosc. Amer. 132.

Scelerum horum omnium improbissimus machinator, h. e. Inventor & auctor. Cic. 3. in Catil. 6.

Machinătrix, icis. f. Seneca Medea v. 266.

Tu malorum machinatrix facinorum.

Machlis, is. f. Fera est Scandinaviæ insulæ peculiaris, alcæ similis, sed nullo suffraginum flexu. Unde dormitum non cubat, sed arbori se acclinans somnum capit: quæ a venatoribus ante succisa, quum semel acciderit, erigere se non potest, eaque sola ratione capitur: alias miræ velocitatis. Labrum ei superius prægrande: ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens involvatur. Plin. lib. 8. cap. 15. Harduin. legit Achlin. q. V.

Machlyæ, [Μάχλυες Herodoto] Populi Africæ supra Nasamones, quos Androgynos esse tradit Calliphanes, utriusque naturæ vicibus inter se coeuntes. His Aristoteles tradit dextram mammam esse virilem, lævam muliebrem. V. Plin. lib. 6. cap. 2

Macia, æ. f. herba, alias Anagallis dicta, Marcel. Emp. cap. 8.

Macinus, i. Urbs Thraciæ, quam Ptolemæus Madi nominat degenere vocabulo. V. Vadianum in Melam lib. 2. cap. 2. in descriptione Thraciæ.

MACI-

Macidatus, a, um. Adj. Liquoris infusione madens. Apuleius lib. 8. p. 210. Ille spongiis macidatis tumores comprimere. Al. Inacidatis. q. V.

Macies, Macilentus, Macio, are. V. macer.

Macir, Plinio, aliis Macer, [μάκιρ Dioscoridi] Cortex est subrufus & magnæ radicis, qui ex India advehitur, detractus ex arbore sui nominis.

Macistus, i. [Μάκιστ@ Stephano] Oppidum est Triphyliæ, hoc est Elidis, quod Caucones inhabitarunt: ita dictum a Macisto fratre Phryxi. Plin. lib. 4. cap. 6. Macistum enumeret inter Arcadiæ civitates.

Macomaca Ville, [Καλαμαγκα κώμη] apud Ptolemæum, lib. 4. cap. 3. Urbs Syrtis magnæ: vulgo *Mesrata.*

Macra, æ. m. [Μάκρα] Flumen Liguriam separans ab Hetruria, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5.
Est & insulæ nomen in Carcinite sinu, ut scribit idem Plin. lib. 4. cap. 13. Ptolemæo Marcalla dicitur.

Macreo, Macresco, Macro. V. macer.

Macris, Insula, V. abantis.

Măcrŏbii Meroeni [Μακρόβιοι] supra Ægyptum populi: dicti quod ipsorum vitæ spatium nostram ætatem dimidio exsuperet. Meroenos autem intra Cancri tropicum, & æquatorem esse Ptolemæus auctor est. V. Pomponium, lib. 3. 10. in descriptione Æthiopiæ. Hinc, Omnes apud Græcos, qui præter solitum ætatem suam protraxeruot, Macrobii dicuntur. V. Plin. 7. 48. & Valer. Max. 8. 13. ext. 5.

Măcrŏbius, i. m. [Μακρόβι@] Aurelius Theodosius Macrobius Auctor Latinus, sæculi 12. scripsit in Somnium Scipionis libros duos; & septem libros Saturnalium conviviorum, varii argumenti, potissimum tamen philologici.

Măcrŏchĕra, æ. f. [μακροχειρίς] Tunica manicata. Lampridius in Alex. Severo, cap. 33. Macrocheras ea purpura ad usum suum revocavit.

Măcrŏchir, [Μακρόχειρ] Cognomen fuit Artaxerxis Assyriorum regis, ideo illi impositum, quod alteram manum haberet longiorem. Latini Longimanum vertunt. V. Nep. 21. 1. 4.

Măcrŏcollon, i. [μακρόκολλ@] Plin. lib. 13. cap. 12. de variis chartarum generibus loquens: Igitur e secundo corio statumina facta sunt: e primo subtegmina. Auxit & latitudinem. Pedalis erat mensura, & cubitalis macrocollis. de Augusta charta. Ubi Hermolaus, Macrocola sunt eo nomine Majores & longiores chartæ, quas modo Regias (ut arbitror) vocamus. Nam & Catullus regiam chartam vocat. Hactenus Hermolaus qui Macrocolum, i. n. videtur derivare a κῶλον, quod Membrum significat, quasi Longa membrana: itaque simplici l. scribi deberet. Alii rectius a κόλλα deducunt; Sic enim scribitur in MS. Cic. 13. Att. 25. Sed tamen ego non despero probatum iri Varroni: & id, quoniam impensam fecimus in macrocolla, facile patior teneri. Idem 16. 3 pr. Sed tamen σύνταγμα mili ad te retractitius: & quidem archetypum ipsum, crebris locis inculcatem & refectum. Hunc tu tralatum in macrocollum, lega in arcano convivis tuis. i. e. In chartam novam transcriptum, inquit Budeus. V. Harduin. in Plin. l. c.

Măcrŏlŏgia, æ. f. [μακρολογία] Isidor 1. 33. Macrologia, longiloquium res non necessarias comprehendens, ut, Legati, non impetrata pace, retro, unde venerant, domum reversi sunt.

Macron Tichos, [Μακρὸν Τεῖχ@] Oppidum est Thraciæ, non procul ab Isthmo Cherronesi, ita dictum a longo muro, quem Miltiades ibi a Propontide ad Melanem sinum duxit, Cherronesum a reliqua excludens Thracia. Auctor Plin. lib. 4. cap. 11.

Măcrŏnes, um. m. pl. [Μάκρωνες] Populi sunt in Ponto, quos ab Eubœa colonos illuc adductos memorant, unde & nomen, quoniam Eubœa quandoque Macris sit nuncupata, quod Dionysius Chalcidensis significat. Alii vero dici Macrones putant, quia apud eos plures inveniantur macrocephali, id est capitis justo longioris. ut apud Persas grypos invenias plerosque, id est adunci nasi. Plin. lib. 6. cap. 10.

Macror, V. macer.

Mactator, Mactes, &c. V. post macto.

Mactea, æ. f. [ματτύη] Cibi genus. Sueton. in Calig. cap. 38. Et multis venenatas macteas misit. Hoc nomine, ut ait Athenæus lib. 14. extr. omne fertamentum, & omnis cupedia, jucundumque & pretiosum edulium censetur, quum tamen initio esset quædam massa. V. mattya.

Mactĕŏla, æ. f. dimin. Arnobius lib. 7. p. 231. Frustilla hæc parvula pro suavibus macteolis sumunt. Al. Mattenlis.

Mactĭcus, a, um Qui habet magnas malas, & os patens, quasi Malacticus. Festus. [Immo Perottus. Festi verba V. in mattica.

Macto, [θύειν, θύω, σφάζω] āre. Immolare. Virg. 4. Æn. 57.
— mactant lectas de more bidentes. Ubi Servius, Mactant, Verbum sacrorum, κατ' εὐφημισμὸν dictum, quasi Magis auctum. [An Auctant? V. reliqua apud Serv. & infra in mactus, Macte virtute.
Caprum mactare. Ovid. 2. Fast. 445.
Honores mactavit meritos. Virg. 3. Æn. 118.
Juvencos mactare. Virg. 6. Æn. 38.
Mactare, pro In modum victimæ interficere. Cic in Pison. 16. Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto vobis ducibus mactatus essem.
Gloriæ & ultioni aliquem mactare. Tacit. 2. Ann. 13.
Orco mactare hostes, In Orcum demittere & præcipitare. Liv. 9. 40.
Supplicio mactare. Cic. 1. In Catil. 27. Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis?
Supplicio mactare aliquo jus civitatis, per translationem pro Violare. Cic. 6. Verr. 26. Quo minus sibi arrogent, minusque vos despiciant, quum videant jus civitatis illo supplicio esse mactatum.
Mactare, pro Augere usurparunt veteres. Cic. 6. de Repub. Ferunt laudibus, mactant honoribus. Nonius 4. 291.
Mactare, Honorare. Plaut. Tamen honeste mactatum reducam domum. Accius Didascalicôn, lib. 2. Sapientiæque invictæ gratia atque honoris pater, honasta rem mactavit aurea. Nonius l. c.
Mactare, per translationem, pro Malo afficere, seu male tractare ponitur: ut docet Nonius l. c.
Infortunio mactare. Plaut. Curcul. 4. 3. 5.
Non edepol nunc ego te mediocri macto infortunio;
Sed eo pse illo, quo mactare soleo cui nihil debeo.
Malo & damno mactare. Plaut. Aulul. 3. 5. 61.
Dotatæ mactant & malo & damno viros. Cic. pro Cœl. 36. Post te continuo fecit idem in duobus prodigiis Reip. Clodius; quo etiam majore malo es mactandus.
Re magna mala mactari cupis. Plaut. Most. 1. 1. 58.
Si sapiam, hoc, quod me mactat, concinnem lutum. i. e. Affligit. Plaut. Rud. 1. 2. 8.
Mactare, Præcipitare. Accius Antenoridis, Qui aut illorum copias fundam in campo, aut naves urem, aut castra mactabo in mare. Nonius l. c.

Mactatus, a, um. Partic. [τυθόμεν@] ut, Hostia mactata. Hor. 2. Carm. 19. 16.
Caper Bacchi mactatus ad aras. Ovid. 15. Met. 114.

Mactandus, a, um. aliud Partic. [θυτέ@] ut, Senec. Troad. 361.
Mactanda virgo est Thessali busto ducis.

Mactātio, ōnis. f. Arnob. 7. Innoxiorum animantium mactatione lætari. V. Ilid. 6. 19.

Mactātus, ûs. m. [θύσις] Immolatio, mactatio. Lucret. lib. 1. 100.
— nubendi tempore in ipso
Hostia concideret mactatu mœsta parentis. De Iphianassa.

Mactātor, ōris. m. [φονεύς] Seneca Troad. 1002.
— perge mactator senum.

Mactābilis, e. Adj. Quod mactare potest. Lucret. 6. 805.
At quum membra hominis percepit fervida febris:
Tum fit odor vini plagæ mactabilis instar. Alii legunt Manebilis, sed corrupte. [Immo recta.

Mactus, a, um. Adj. i. e. Magis auctus, ut ait Festus. Genitivo & ablativo jungitur, & ut plurimum in vocativo utimur. Ut macte virtutis, & virtute; i. e. Magis aucte, cumulateque. Dictio est, quæ laudet simul & adhortetur eum, quem probitate crescere videas.
Nominativo utitur Cato R. R. cap. 134. Jane pater, te hac strue commovenda, bonas preces te precor, uti sies volens propitius mihi, liberisque meis, domo familiæque meæ mactus hoc ferto. conf. Serv. p. p.
Macte animi vir, h. e. Sagaci & magno animo prædite. Martial. lib. 12. 7.
Macte animi, quem rarus habet, morumque tuorum,
Quos Numa, quos hilaris possit habere Cato.
Macte virtute, sive Macte virtute esto. Cic. Macte vir virtute esto. Virg. 9. Æn. 641.
Macte nova virtute puer, sic itur ad astra. Sermo est, inquit Servius, tractus e sacris. Quoties enim aut tus, aut vinum super victimam fundebatur, dicebant: Mactus est taurus vino, vel ture: hoc est, cumulata hostia & magis aucta.
Macte bonis animi. Stat. 1. Silv. 3. 106.
Macte hac gravitatis gloria, Cæsar. Plin. in Paneg. cap. 46.
Macte uterque ingenii in Remp. merito, cui hoc tantum boni contulistis. Plin. Paneg. cap. 89. extr.
Macte toris. Stat. 1. Silv. 2. 201. Applausus est, & congratulatio. Felix, inquit, & beate talibus nuptiis.
Macte amare, i. e. Maxime, Adverbialiter. Plaut. Milit. 2. 1. 22.
Is amabat meretricem macte Athenis Atticis. Sed omnino Mattre legendum. V. Gronov.
Macti, in plur. Liv. 7. 36. Macti virtute milites Romani estote.
Vos quidem macti virtute estote. Curt. 4. 1. 18.
Macti ingenio este, cæli interpretes. Plin. lib. 2. cap. 12. al. Macte.
Macte, absolutum. Cic. 12. Att. 9. Servulos autem dicere aiebant, eum & agripetas ejectos a Buthrotiis. Macte. Sed amabo te, perscribe mihi totum negotium.

Mactra, æ. f. [μάκτρα, κάρδοπ@] est, ut Gellius ait, Arca panaria Mactram lingua vernacula *buctam* appellat, in qua & panis & conspersio reconditur. A verbo Græco μάττω dicta, quod subigere, conspergere, pinsere, commolereque significat. Bud. Gellii locus est lib. 13. cap. 24. Sed in MS. deest Lat. hæc interpretatio.
A mactra illam sustuli. Petron. cap. 47. ut vult Scheffer.

Măcŭla, æ. f. [κηλίς, σπίλ@, μῶμ@] Labes, sive sordes. A Macie deducit Perottus: quoniam, inquit, macies animal decolorat, ac fœdum facit. Plin. Fullones eas maculas a vestibus tollunt.
Macula, Nota seu signum. unde genitivæ notæ in corpore, maculæ dicuntur. Plaut. Capt. 3. 4. 63.
Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Plin. lib. 13. cap. 15. Maculæve discolores.
Lucentes maculæ, Marmoris Synadici. Stat. 1. Silv. 5. 38.
Nigræ maculæ sub adverso pectore. Ovid. 3. Amor. 5. 43.
Pullis maculis infuscare vellera. Virg. 3. Georg. 389.
Squalentibus auro maculis ardens. Virg. 4. Georg. 91. de Apum rege.
Insignis bos maculis. Virg. 3. Georg. 55.
Albis maculis bicolor equus. Virg. 5. Æn. 566.
Fugare maculas ore. Ovid. de Medic. faciei, 78.
Increscunt maculæ ac verrucæ. V. incresco.
Macula, Translate Dedecus, Infamia. Cic. 1. Verr. 11. Cujus ut adolescentiæ maculas, ignominiasque prætermittam. Ter. Adelph. 5. 8. 32.
— vitium commune omnium est,
Quod nimium ad rem in senecta attenti sumus: hanc maculam nos decet
Effugere.
Labes & macula. Cic. pro Corn. Balb. 15. Est hujus sæculi labes quædam & macula, virtuti invidere.
Afficere macula. Cic. pro Rosc. Com. 133. Legationis ipsius ceremoniam polluerit, maculaque affecerit.
Aspergere maculis, in aspergo.
Concipere maculam, in concipio.
Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Cic. pro Lege Manil. 7.
Eluere maculam. Cic. pro Sext. 63. Illa in Repub. macula regni publicati maneret, quam nemo jam posset eluere.
Imprimere maculam laudibus. Senec. Herc. OEth. 11.
Macula quæ penitus jam insedit, atque inveteravit in Populi Romani nomine. V. insideo, & invetero.
Inurere æternas maculas alicui, quas reliqua vita eluere non possit. Cic. in Salust. 16.
Luere maculas sanguine, in luo.
Suscipere maculam. Cic. pro Lege Manil. 9. V. Delenda.
Paucæ maculæ in carmine. Hor. de Arte Poet. 352.
Macula, Foramen retis, seu plaga. Cic. 7. Verr. 27. Reticulumque ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ.
Rete grandi macula. Varr. 3. de R. R. cap. 11. Idque septum totum rete grandi.

grandibus maculis integitur, ne eo involare aquila possit, neve ex ea evolare anas.
Distincta maculis retia. Ovid. 5. Epist. 19.

MACULŌSUS, a, um. Adj. [σπιλωτὸς, κηλιδωμένος] Sordidum & immundum significat. Plautus, Sordida ac maculosa facie. Cic. 2. Philipp. 73. Auctionis vero miserabilis aspectus, vestis Pompeii non multa, eaque maculosa.
Maculosus, Varius, ac notis sive maculis conspersus. Virg. 1. Æn. 327.
Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine lyncis. Plin. lib. 35. cap. 6. Glebis suus colos, extra maculosus.
Cutis maculosa. Plin. lib. 26. cap. 1.
Fulgor maculosus squamam incendebat auro. Virg. 5. Æn. 87. de Angui.
Litera maculosa suffusas habet lituras. Ovid. 3. Trist. 1. 15.
Maculosa myrrha. Martial. lib. 10. 80.
Notis grandibus maculosus anguis. Virg. 3. Georg. 427.
Vellere maculoso velat corpus. Ovid. 3. Met. 197.
Maculosus homo, per translationem, pro Immundo & Impuro. Cic. 1. Att. 13. Non enim unquam turpior in ludo talario consessus fuit, maculosi Senatores, nudi equites, &c.
Avaritia, & libidine fœdus, & maculosus. Tacit. 1. Hist. 7.
Dedecore maculosus. Tacit. 3. Hist. 38.
Nefas maculosum. Hor. 4. Carm. 5. 22.

MACŬLO, [σπιλόω] āre. Deturpare, fœdare. Plaut. Capt. 3. 4. 63.
Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?
Sanguine maculans sola terræ. Catul. 61. 7.
Terram tabo maculant Virg. 3. Æn. 29.
Ferrum maculavit sanguine. Ovid. 7. Met. 315.
Translate. Plin. lib. 6. Epist. 31. Nupta hæc Tribuno militum honores petituro, & suam, & mariti dignitatem, Centurionis amore maculaverat.
Nomen alicujus crimine. Virg. 10. Æn. 851.
Scelere, dedecore, &c. maculare. Cic. de Arusp. Respon. 27. Quominus castissimos ludos omni flagitio pollueret, omni dedecore macularet.
Ne parricidio macularent partus suos. Liv. 1. 13. pr.
Metus pœnarum maculat præmia vitæ. Lucret. lib. 5. 1150.

MACULATIO, ōnis. f. Firmic. lib. 1. cap. 3. Ignavus ille vir, & omni infamia maculationeque pollutus. Item lib. 3. cap. 15. Matrem ignobilem, vel aliqua infamiæ faciet maculatione pollutam.

MACULĀBILIS, e. Adj. V. IMMACULABILIS. H. St. Adscripsit & locum Ausonii, qui in IMMACULABILIS allatus est.

M A D.

MĂDĬRŌSIS, eos. f. [μαδάρωσις] Latine Glabritas, medicis affectio est, ubi ex palpebris defluunt pili, quod ex fucci pravitate procedit. De hac Galen. & alii, ut refert Cæl. lib. 19. cap. 1. V. Henr. Steph. Thes. Gr. Append.

MADAURA, æ. f. [Μαδαύρα] vel MADAURA, ōrum. n. [Μάδαυρα] Civitas in confinio Gætuliæ, & Numidiæ, a qua Apuleius Madaurensis est vocatus. V. Cellar. Geogr. 4. 5. 49.

MADEFACIO, V. post seq. dict.

MĂDEO, ui, [ὑγρὸς εἰμί] ēre. Madidum esse, & humore aliquo conspersum. Plin. lib. 8. cap. 25. Tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis, præterquam si humore madeat. Plaut. Most. 1. 3. 38.
Madent jam in corde parietes, periere hæ oppido ædes.
Ensis cruore maduit. Ovid. 13. Met. 389.
Genæ madent imbre tristi. i. e. Lacrimis Catul. 66. 56.
Humus madebit cælesti rore sparsa. Ovid. 1. Fast. 312.
Natabant pavimenta vino, madebant parietes. Cic. 2. Philip. 105.
Pocula madeant generoso Baccho. Tibul. lib. 3. 6. 5.
Vindemia madet nimbis continuis. Martial. lib. 1. 27.
Vino madere, Ebrium esse. Martial. lib. 11. 16. Plaut. Truc. 4. 4. 2.
Si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium.
Mero. Idem. Tibull. lib. 2. 2. 8.
Mens madet. Lucret. lib. 3. 478. de Ebrio.
Metu madere: h. e. Præ timore sudore aspersum esse. Plaut. Most. 2. 1. 48.
[Nisi potius est, Metu ebrius, i. e. plenus sum.
Sermonibus Socraticis madet. Hor 3. Carm. 21. 9. i. e. Refertus & plenus, & quasi ebrius est præceptis Socraticis. Hoc enim magis placet quam quod Acron ait, Madet, i. e. Fluit. conf. MADIDUS.
Divitiis madent fercula. Propert. lib. 4. 4. 74. Al. Deliciis.
Madere, pro Coqui, Elixari. Virg. 1. Georg. 196.
Et quamvis igni exiguo properata maderent. Plaut. Perf. 1. 3. 12.
Collyræ facite ut madeant, & coliphia. Idem Men. 2. 2. 51.
Jam ergo hæc madebunt faxo, nihil morabitur. Rursum 1. 3. 28.
Madida quæ mihi apposita in mensam, milvinam suggerant. i. e. Cocta. Id ex eo credo, quod plerumque quæ cocta sunt, tenerescere & madescere solent. Annotavit Turneb. in Advers. 18. 15.

MADENS, entis. Partic. [ὑγρὸς ὤν] Humore aliquo conspersus. Cic. Post red. in Senat. 12. Primum processit: qua auctoritate vir? vini, somni, stupri plenus, madenti coma, composito capillo. i. e. Unguento illita & uncta.
Ense madens, i. e. Cruore madens hausto ab ense. Stat. 3. Theb. 230.
Fletu madens os. Ovid. 3. Trist. 5. 12.
Oculis madens, Flens. Stat. 5. Silv. 3. 58.
Sanguine madens vestis, apud Quintil. lib. 6. cap. 2. de prætexta Cæsaris interfecti.

MADESCO, [ὑγραίνομαι, διαίνομαι] ĕre. Infici madore, humescere vel humectari. Columel. lib. 11. c. 3. Hæc enim res efficit, ut in coctura celerius madescat, & viridem colorem sine nitro conservet. De brassica transferenda loquitur.
Madescere, etiam extrinsecus dicitur. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 311.
— largis tunc imbribus ora madescunt.
Tellus madescit nubibus. Ovid. 1. Met. 65.

MADĔFĂCIO, ēci, actum, [ὑγραίνω, διαίνω] ĕre. Inficere madore, Humore aspergere. Cic. 1. de Divin. 68. Vaticinatum, madefactum iri minus XXX diebus, Græciam sanguine.
Virides madefecerat herbas. Virg. 5. Æn. 330.
Madefacere terram. Columel. lib. 2. cap. 4.

MADEFĪO, [διαίνομαι] ĕri. Aqua, aliove liquore aspergi, imbui. Sueton. in Cæs. 64. Quum decidisset in mare, per ducentos passus evasit ad proximam navem elata læva, ne libelli, quos tenebat, madefierent.
Cæde madefieri. Ovid. 15. Met. 824.
Sepulchra madefient cæde. Catul. Argon. 62. 368.
Tyrio madefactus tempora nardo. Tibull. lib. 3. 7. 31.
Plumæ madefactæ sanguine. Ovid. 6. Met. 529.
Terra madefacta cruore. Ovid. 8. Met. 402.

MADEFACTIO, ōnis. f. Octav. Hor. 1. 2.

MADEFACTO, āre. Frequ. Venant Fortun. 1. 21.

MADĬFĬCO, āre. Plin. 28. 7. Anguli oculorum subinde madificentur. [Sic in Thes. Lips. Sed in emendatis Plinii codd. legitur, Madefiant.

MADĬDUS, a, um. Adj. [ὑγρὸς, κάθυγρος, διυγρος] Aliquo liquore respersus, imbutus. Cui opponitur Siccus. Plin. lib. 13. cap. 24. Hieme vero quod inaruit, madidum. Ovid. 1. Met. 264.
— madidis Notus evolat alis.
Barba madida. Ovid. 1. Met. 339.
Capilli madidi myrrha. Ovid. 5. Met. 53.
Genæ. Ovid. 1. de Arte Am. 660.
Palus. Ovid. 1. de Arte Am. 554.
Vestis. Virg. 5. Æn. 179.
Madidus, pro Ebrio dicitur aliquando, quemadmodum Madere vino. Plaut. Amph. 3. 4. 18.
Desupero, quum huc accesserit, faciam ut sit madidus sobrius. i. e Efficiam ut videatur ebrius, quum nihil biberit, infusa in caput matula.
Madida vestis cocco, Infecta. Martial. lib. 5. 24.
Non nisi vel cocco madida, vel murice tincta.
Madidus artibus, pro Imbuto. Martial. lib. 1. 40.
Si quis Cecropiæ madidus Latiæque Minervæ
Artibus. conf. MADEO.

MADĬDE, Adv. Plaut. Pseud. 5. 2. 7.
Molliter siste nunc me, cave ne cadam: non vides me, ut madide madeam.

MADĬDO, [ὑγραίνω] āre. Madidum esse, ut vult Barth. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 88. — ille novo madidantes nectare pennas
Concutit, & glebas fecundo rore maritat. i. e. Imbutas, madidas.

MADOR, ōris. m. [ὑγρασία] Humor inhærens rei cuipiam. Salust. apud Non. 2. 54. Quasi par in oppido festinatio, & ingens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur: nam mœnia stagnabant, redundantibus cloacis adverso æstu maris. [Forte Latere novo. Subaudi Structa. Laterem enim, non coctum, sed crudum intelligit. V. in hac voce.

MADON, i. n. [μάδων] Vitis alba alias dicitur, teste Plin. lib. 23. cap. 1. Hujus sarmenta longis & exilibus internodiis geniculata scandunt. Folia habet pampinosa, ad similitudinem hederæ Auctor idem Plin. ubi supra.

MADRITIUM, i. n. *Madrid*, Hispaniæ urbs metropolitana, olim Mantua Carpentanorum.

MADULSA, æ. m. [μέθυσος] Ebrius, quia madidus satis vino sit. Plaut. Pseud. 5. 1. 7. Apud Fest Madusa, sine L, legitur, his verbis; Madusa, Ebrius, a Græco μαδᾶν, deductum: vel quia madidus sit vino.

M Æ.

MÆA, V. MAJA.

MÆANDER, & MÆANDROS, dri. m. [Μαίανδρος] Fluvius Phrygiæ sive Mæoniæ. Per Phrygiam currit, Lydiamque disterminat a Caria. Plin. lib. 5. cap. 29. Mæander ortus e lacu in monte Aulocrene, plurimisque affusus oppidis, & repletus fluminibus crebris, ita sinuosis flexibus, ut sæpe credatur reverti: Apamenam primum pervagatur, mox Eumeneticam, ac dein Bargyleticos campos: postremo Cariam placidus, omnesque eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimum a Mileto stadium lenis illabitur mari. Ovid. lib. 8. Met. 162.
Non secus ac liquidus Phrygiis Mæander in arvis
Ludit & ambiguo lapsu refluitque, fluitque.
Vagus Mæander incerta unda ludit. Senec. Herc. fur. 9.
Mæandri. Erasmus, Quum res agitur non simpliciter, sed vafris & obliquis consiliis, Mæandros dicimus: metaphora sumpta a fluvio Mæandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur. Cic. in Pison. 53. Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula, flexionesque quæsisti?
Mæandri more: h. e. Flexuose & tortuose. Columel. lib. 8. cap. 17. Virg. 5. Æn. 251.
Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura, Mæandro duplici, Melibœa cucurrit. Ubi Servius, Mæandro duplici, flexuoso. Et hoc dicit, Erat in chlamyde, flexuosa, & in se remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ provinciæ.
Festus neutro genere dicit, Mæandrum, inquit, genus picturæ, dictum est a similitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus.

MÆANDRIUS, a, um. Adj. [Μαιάνδριος] Ovid. 9. Met. 573. Juvenis Mæandrius. de Cauno, Mæandri fluvii ex Cyanee & Mileto nepote.

MÆANDRĬCUS, a, um. Aliud Adj. Tertull. de Pallio, cap. 4. Fluxu Mæandrico delicata vestis. Salmas. Menandrico, ex MSS. & vet. edit. V. not. ejus p. 339.

MÆANDRĀTUS, a, um. Adj. antiquum. Varr. Mihi facies mæandrata, & vermiculata, atque etiam adeo ingens (alii Cingens) orbem terræ. Ex Non. 2. 550.

MÆATÆ, [Μαιᾶται] ut ex Dione Xiphilinus scribit in Severo, Britanniæ populi sunt, qui montes incolunt asperos, & aquis indigos, & campestria deserta ac palustria, sine civitatibus, domibus, agrorum cultu, fructibus tantum & pabulo victitantes. Eos esse dicit, Juxta murum, qui insulam in duas partes dividit: Caledonios post illos.

MÆCĒNAS, ātis. m. [Μαικήνας] sic enim scribendum est, non ut quidam, Mæcenas, vel ut alii, Mecænas. Plures fuerunt Romani, qui hoc nomine usi sunt.
Primos omnium memoratur a Silio, 10. 40. nisi ficta persona est.
Proximus ab illo est, cujus mentionem fecit Cicero pro Cluent. 153. Tunc C. Flavius Pusio, Cn. Titinius, C. Mæcenas, illa robora populi Romani.
Fuit autem celeberrimus ille, qui tempore Augusti floruit, ab Hetruriæ regibus oriundus, cui, tanquam unico litterarum ac litteratorum patrono,

tronn, Virgilius Georgica sua, & Horatius primum Carminum suorum inscripsit. Hinc Martial. 8. Epig. 56. ad Flaccum, eos vocat Mæcenates qui doctis favent, & patrocinantur,

Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones. De Mæcenatis vita, moribus & rebus gestis exstat liber singularis J. H. Meibomii.

MÆCENATIĀNUS, a, um. Adj. Quod Mæcenatis est. Suet. Neron. 38. Turris Mæcenatiana.

MÆDI, [Μαιδοί] Populi sunt supra Macedoniam siti, Triballis & Dardanis vicini; quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 1. Scribitur autem hæc dictio per æ diphthongum in prima syllaba, ad differentiam Medorum, qui in Asia sunt, Parthis finitimi.

MÆDIA, Mædorum regio.

MÆLIS, V. MELIS.

MÆLIUM, i. n. Varro de R. R. 2. 9. de Canibus, Ne vulnerentur a bestiis, imponunturhis collaria, quæ vocantur Mælium, id est cingulum circum collum ex corio firmo cum clavulis capitatis. al. Millus, ex conjectura Scaligeri. V. MILLUS.

MÆLIUS, Nomen gentis Ro. ex qua fuit Sp. ille Mælius, equestris ordinis, qui ob frumentarias largitiones regni affectati suspicionem incurrit, & ab Ahala Servilio Magistro equitum Cincinnati Dictatoris jussu Interfectus est. de quo Liv. lib. 4. 13. seqq. Valer. Max. 6. 3. 1.

MÆLIANUS, a, um. Adj. ut Frumentum Mælianum, & Mæliana cædes. Liv. 4. 16.

MÆNA, V. MÆNIS, & MENA.

MÆNĂDĔS, um. f. pl. [Μαινάδες] Mulieres illæ dicebantur, quæ Bacchi sacra, capillis sparsis cursitantes huc illuc, celebrabant. Sic παρὰ τὸ μαίνεσθαι, i. e. insanire, & furere dictæ; quare a nobis furiosæ seu insanæ dici possunt. Nom. sing. est Mænas, ădis, Gr. Μαινάς.

Ausoniæ Mænades. Ovid. 6. Fast. 504.

Priapi Mænades, Mulieres libidinosæ. Juven. 6. Sat. 316.

MÆNĂLA, orum. n. [Μαίναλα] intellectu singulare, voce autem plurale, inquit Priscianus. At datur Mænalus, ut Diomed. docet, in singulari num. generis mascul. in plurali neutrius. Stephan. vero montem genere neutro Mænalum vocat; τὸ ὄρος, τὸ Μαίναλον, singular. num. Idque contra Priscianum. Mons est Arcadiæ amœnissimus. Meminit Plin. lib. 4. cap. 6. Virg. 8. Ecl. 22.

Mænalus, argutumque nemus, pinosque loquentes
Semper habet: semper pastorum ille audit amores.

Frondens Mænalus. Stat. 9. Theb. 639.

Pinifer. Virg. 10. Ecl. 55.

Mænala. n. pl. Virg. 1. Georg. 17.

Pan ovium custos, tua si tibi Mænala curæ,
Adsis ô Tegeæe favens. Ubi Menala sine diphthongo scribit Servius, quum inquit, Menala mons Arcadiæ. dictus ἀπὸ τῶν μήλων, h. e. ab ovibus, quibus plenus est.

Horrenda latebris ferarum Mænala. Ovid. 1. Met. 216.

Est & nomen oppidi Arcadiæ, ad eundem montem siti, a Mænalo Lycaonis filio. Stephan.

MÆNĂLIUS, a, um. Adj. [Μαινάλιος] Quod est ex Mænalo. Pan dictus est Mænalius, ἀπὸ τοῦ μαίνομαι, quod est Furere, insanire. Vel potius a Mænalo monte.

Aper Mænalius, quem Hercules Eurystheo detulit. [At hic Erymanthius potius dicitur poëtis omnibus. vellem auctorem dedisset. Solent tamen hæc etiam ab antiquis confundi. Ramum Mænalium vocat Propert. 4. 9. 15. Herculis clavam.

Deus Mænalius, Faunus. Ovid. 4. Fast. 650.

Feræ. Ovid. 1. Amor. 7. 14.

Nemus. Stat. 9. Theb. 719.

Silvæ. Ovid. 2. de Arte Am. 193.

Sinus. Ovid. 5. Met. 608.

Versus Mænalii. i. e. Arcadici. Virg. 8. Ecl. 21. [Ita Serv. Sed rectius Bucolicos exponeret.

MÆNĂLIS, Idos. [Μαιναλίς] patronym. F. Ovid. 3. Trist. 11. 8.

Cumque truci Borea, Mænalis ursa videt. Positum est pro adjectivo, i. e. Ursa Mænalia, & intelligit Arcton.

MÆNARIA, Insula est in mari Ligustico, ita dicta a Mænis piscibus, quorum ibi magna capitur copia. Meminit insulæ hujus Plin. lib. 3. cap. 6. Diversa a Mænariis ut videtur, de quibus cap. 5. ibid.

MÆNIS, Idis. f. [Μαινίς] Piscis est notissimus: Theodor. dicitur Alec. Hunc Hecate antiqui immolabant, quod sit quibusdam maniæ, id est furoris causa, ut iis qui dicuntur σελινιζόμενοι. Antiphanes certe Mænidas vocat Hecates cibum. V. Rhodig. lib. 20. cap. 6. & supra APHYA.

MÆNIUS, [Μαίνιος] Nomen gentile Ro. C. Mænius COS. anno ab urbe condita CCCCXVII, devictis navali prælio priscis Latinis ac Antiatibus, eorum rostra navium ærata in foro posuit, appellarique id suggestum Rostra cœpit. auctor Liv. lib. 8. 14. extr. V. Plin. lib. 34. cap. 5.

Mænius, Decoctor item quidam fuit & luxuriosus scurra, qui amplissimo consumpto patrimonio, frugalis esse cœpit, de quo Hor. lib. 1. Epist. 15. 26.

Mænius, ut videtur alius, qui domo vendita, columnam tantum exceperat, super quam tectum projiceret, ex provolantibus tabulatis, unde spectaret gladiatores, quæ propterea Mænia dicta est. Hæc fere Pedian. in Divinat. 50. ubi Cic. hujus columnæ meminit. Eundem hunc Mænium cum decoctore facit Scholiastes Horatii ad 1. Sat. 3. 21. adducitque auctorem Lucilium. Ab eodem & Mæniana dicta esse putantur. Quidam scribunt per E. Sed antiqua monumenta per Æ.

MÆNIUS, a, um. Adj. ut Mænia columna. V. dict. præced.

MÆNIANA, ōrum. pl. n. Mæniana ædificia a Mænio sunt appellata, is enim primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora. Sic Paulus Festi compilator. Nam Fulvii Ursini schedæ aliter habent. De origine nominis consentit Nonius 1. 135. Salmasius tamen per œ diphthongum Mœniana scribendum contendit. Suetnn. in Calig. cap. 18. extr. Commissi & subitos, cum e Gelotiana apparatum circi prospicientem pauci ex proximis Mænianis postulassent. Adde Cic. 4. Acad. 70. Plin. lib. 35. segm. 37. ibidemque Harduin. Javolen. l. 242. D. de verb. signif.

Mænianum. nom. sing. habet Paulus J. C. l. 20. D. de Servit. præd. Urb. & Gloss. Lat. Gr. Mænianum, ἐξώστης. At Gloss. Lat. Gr. MÆNIANUS, seu MENIANUS, Ἐξώστης, sed Gr. Lat. rursus Ἐξώστης, Menianum, Projectio, Projectus.

MÆNŎLES, [Μαινόλης] dictus est Dionysus, quod Latine Totum furentem significat, cui Bacchæ orgia celebrant, & crudas carnes comedentes sacro furore initiantur. V. Henr. Steph. Thes. Græc.

MÆNŎMĔNON, i. n. scil. Mel. [μαινόμενον μέλι] Genus est mellis venenati, quod in Ponto ex rhododendri flore contrahitur; ita dictum ab insania quam gignit. Plin. lib. 21. cap. 13.

MÆNUS, i. m. qui & Menus, & Mœnis, & Mœnus scribitur, fluvius nobilissimus Germaniæ, qui in Rhenum influit. Meminit Pompon. 3. 3. Plin. 9. 15. Tacit. Germ. cap. 28. Ammian. 17. 11. Eumen. Paneg. Const. 13.

MÆŎNIA, [Μαιονία] Lydia est, regio minoris Asiæ. Unde Mæones, populi. Hæc vocatur regio exusta. Nam (ut scribit Strabo) cinerulenta est in superficie, & tota arboribus caret præter vitem. Dionys. scribit hanc regionem esse sub altissima Tmoli montis rupe sitam, ex qua Pactolus amnis effluit. Hinc

MÆONIUS, a, um. Adj. [Μαιόνιος] Lydius, ut, Bacchus Mæonius. Virg. 4. Georg. 380.

Puellæ. Ovid. 9. Epist. 65.

Ripæ. Ovid. 2. Met. 252.

Senex Mæonius, Homerus. Stat. 2. Silv. 1. 117.

Homerus Mæonius. Hor. 4. Carm. 9. 5.

Carmen Mæonium, Homericum. Hor. 1. Carm. 6. 2. Martial. 14. 183. de Homerica Myobatrachomachia,

Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

Carmine Mæonio consurgere. Ovid. 3. de Pont. 3. 31.

Chartis Mæoniis condere aliquid. Ovid. 4. de Pont. 12. 27.

Mæonius Automedon, titulus erat Satiræ cujusdam Varronis, quo nomine significabantur juventutis institutores rectoresque, eam Homeri & poetarum scriptis erudientes. Sic Turneb.

MÆONIDES, æ. m. [Μαιονίδης] per excellentiam dicitur Homerus, unde & Mæonium carmen, & Chartæ Mæoniæ pro Homericis accipiuntur. Martial. lib. 5. 10.

Et sua riserunt sæcula Mæoniden.

MÆONIDÆ, arum. pl. Lydii. Virg. 11. Æn. 759.

MÆŎNIS, Idis. f. [Μαιονίς] Ovid. 6. Met. 103.

Mæonis elusam designat imagine tauri
Europam. Arachnen intelligit puellam Lydiæ. Idem 5. Met. 268.
Felicesque vocat pariter studioque, locoque
Mæonidas. i. e. Musas. Heinsius hic legit Mnemonidas.

MÆOTÆ, arum. m. pl. [Μαιῶται] Scythiæ populi, a quibus Mæotidi paludi nomen est inditum. Plin. lib. 4. cap. 12 A Buge super Mæotin Sauromatæ, & Essedones. At per oram ad Tanaim usque Mæotæ, a quibus lacus nomen accepit.

MÆŌTIS, Idos. f. [Μαιῶτις] Palus Scythica in regione Septentrionali juxta Phasidis ostium, frigore congelascens, ut ait Servius. Cic 5. Tusc. 49. Hodie vulgo vocatur, *Le goulfe de la Tana, en de Tanais.* Olivarius in Melam dicit vocari, *El mar negro.* i. e. Mare nigrum.

Solida Mæotis. Stat. 12. Theb. 526. i. e. Gelu concreta.

MÆŌTIS, Idis. f. [Μαιῶτις] patronym. f. pro Adj. 2. Epist. Sabin. 9.

Qui modo peltiferas fudit Mæotidas armis. Intelligit Amazonas.

Ara Mæotis. h. e. Mæotica. Juven. 15. Sat. 114. Aram intelligit Dianæ Tauricæ, cui hospites immolabantur.

Hiems Mæotis. Ovid. 3. Trist. 12. 2.

Longior antiquis visa Mæotis hiems. ubi primam licenter corripuit poeta. [Sed lectio merito suspecta est. Si tot interpretum conjecturis adjicere & nostram licet, legerim Tomitis hiems, quo nihil nec aptius nec simplicius invenio. Tentabam & Madytis ab urbe Madyto vicinæ Cherronesi. Sæpe enim e vicinia ejusmodi epitheta mutuatur Ovidius.

MÆŌTICUS, a, um. Adj. [Μαιωτικός] Virg. 3. Georg. 349.

At non qua Scythiæ gentes, Mæoticaque unda.

Mæotica tellus, Scythica; cujus palus est Mæotis, inquit Serv. Virg. 6. Æn. 799.

MÆRA, [Μαῖρα] Canis quidam dictus est Orionis, ut poetæ narrant; proprie tamen eo nomine Capra significatur λευκομέλαινα, id est ex albo nigricans. Auctor Cæl. lib. 17. cap. 28. V. MERA.

MÆREO, MÆROR, MÆSTITIA, MÆSTUS, &c. V. MŒREO.

MÆSON, onis. m. [Μαίσων] fuit Comicus hypocrites, patria Megarensis, qui personam excogitavit primus, quam de ejus nomine Mæsona item vocant; quod Byzantius Aristophanes prodit in commentatione de personis, ab eo inventam scribens servi personam, nec non coqui. Scommata quoque, quibus id genus homines, præcipue scoptici mordacesque, utuntur, Mæsonica vocantur. Ac ne quid omittam, Mæsona item dixere veteres, urbanum & elegantem coquum, Peregrinum vero & inurbanum Tettiga, id est cicadam. Hæc Cæl. lib. 6. cap. 17. ex Athen. l. 14. Meson, inquit Festus, persona comica appellatur, aut coci, aut nautæ, aut ejus generis. Dici ab inventore ejus Mesone comœdo, ait Aristophanes grammaticus. Hæc ille. Sed per diphthongum scribi debet, ut ex Hesych. quoque constat.

MÆVIUS, V. MEVIUS.

M A G

MĀGĀLIA, orum. n. pl. [καλύβαι Gl. L. Gr.] Vici dicuntur; quamvis Magaria secundum Servium dici debere videatur, cujus prima producatur. Virg. 1. Æn. 425.

Miratur molem Æneas, magalia quondam. Idem lib. 4. Æn. 259.

MĂGAS, ădis. [μάγας] sive MAGĀDIUM, i. n. [μαγάδιον] dimin. Instrumentum musicum lamina lignea quadrata constans, leviter convexa, intentis in ea citharæ fidibus. Dicitur etiam ea pars lyræ in quam plectrum illiditur; id est ubi percussio fit chordarum manu dextra. Jugum vero dicitur ubi sinistra manu chordæ premuntur. Budæus ex Hesych. & Suid.

MAGDALIS, Idis. f. [μαγδαλίς] Scribonius Largus, Compos. 201. Dum desinit fervere, emplastrum manibus subigetur; & redactum in rotundas ampliores, quas magdalidas dicunt, reponetur. Vulgo Magdaleones vocant. V. Suid. in Ἀπομαγδαλία & infra MANDALIA.

MAGDŌLUS, [Μάγδωλος] Ægypti oppidum apud Stephanum; cujus incolæ dicuntur Magdolitæ.

MAGIA, [Μαγία] Illyrici oppidum est Stephano, cujus incolæ Magiatæ dicuntur & Magiani.

Est & Magis, Fontis nomen in agro Syracusano, apud eundem.

MAGIA, MAGICUS. V. MAGUS.

MAGIRISCUM, i. n. [μαγειρίσκιον] Plin. lib. 33. cap 12. Fecit idem & coquos, magiriscia appellatos, parvolis potoriis, sed e quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere. Tam opportuna injuriæ subtilitas erat. Palam est diminutivum esse, μάγειρος enim coquus dicitur, unde μαγειρίσκος diminutivum, & ab hoc alterum μαγειρίσκιον.

MAGIS, idis. f. [μαγίς] Bud. Pullux, lib. 7. §. 22. Magis, inquit, & mactra vas in quo farinæ subiguntur. Et lib. 10. 81. Quæ autem tripodibus imponuntur, & trapezæ, id est mensæ, & magides appellantur. Sic hodie vocitari potest orbicularum instrumentum, quo panifices & dulciarii pistores, quos *pasticiarios* dicimus, subigendis farinis opificii sui utuntur, *Kondel um* appellant. De magide, Paul. in l. Servus. D. de condict. indebiti.

Magis, Genus lancis ejusdem formæ. Plin. lib. 33. cap. 11. Fenestella tradit tympana se juvene appellata stateras, & lances quas antiqui magidas appellaverant. *Platellam* nostri vocant. Budæus.

Magida, æ; declinat Varro, atque Magidam a magnitudine dici. V. lib. 4. de L. L. 25. extr.

MAGIS, [μᾶλλον] Perottus, Magis adverbium est, & significat Plus. deduciturque a Magnus, quod grandem significat. Plaut. Curc. 3. 6.

Si magis me instabunt, ad Prætorem sufferam.

Accipiunt magis ad contumeliam omnia. Ter. Adel. 4. 3. 15.

Magis credo. Cic. de Amicit. 9. Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut, si quisquam, ille sapiens fuit.

Magis diceres. Cic. de Amicit. 25. Tu magis id diceres, Fanni, si nuper in hortis Scipionis, quum est de Rep. disputatum, affuisses, qualis tum patronus justitiæ fuit contra accuratam orationem Phili!

Magis dicas, si sciat quod ego scio. h. e. Majora dices. Plaut. Mil. 5. 36.

Dabimus etiam magis. Plaut. Perf. 5. 2. 66.

Magis est, deficere stipulationem. Marcel. in l. Qui decem. § Stichum. D. de solut. Martianus in l. Statuæ ff. de usufr. Statuæ & imaginis usumfructum posse relinqui magis est.

Magis est, ut edicto locus sit. Ulpian. in l. 3. § ult. D. Quib. ex caus. in possess. eat. Paul. in l. Si tibi domum D. locat.

Etsi magis est quod gratuler tibi, quam quod te rogem, tamen etiam rogo, ut si quæ, &c. Cic. 16. Att. 5.

Magis loqui cum aliquo. Plaut. Casin. 2. 2. 40.

Magis lubet. Plaut. Perf. 4. 4. 108.

Magis metuo. Plaut. Milit. 5. 43.

Magis noris. Ter. Heaut. 5. 1. 16. Magis, si magis noris, putes ita rem esse.

Magis quadraginta annos natus, pro Amplius. Cic. pro Rosc. Amer. 39.

Magis optandum quam sperandum. V. OPTO.

Magis videtur esse Potius in Suet Claudio cap. 41. Composuit & de vita sua octo volumina, magis inepte, quam ineleganter. i. e. Potius inepte, Non autem Quæ essent minus inelegantia, quam inepta. H. St.

Magis quasi ad correctionem adhibetur, ut, Monito magis eo, quam rogato. Livius dec. 3 lib. 4. p. 319. Frob. H. St. Exstant lib. 24. cap. 6.

Magis profecta a natura. Cic. de Amicit. 20. Sed antiquior & pulchrior, & magis a natura ipsa profecta alia causa.

Magis scibo, antique, pro Magis sciam. Plaut. Trucul. 2. 6. 69.

Magis vellem, pro Mallem. Ter Eun. 5. 7. 1.

Magis vereor. Ter. Heaut. 1. 2. 23.

Magis vidi. Plaut. Merc 4. 3. 24.

Magis major. Plaut. Pœn. prol. 82.

Argentum, nisi qui dederit, nugas egerit:
Verum qui dederit, magis majores egerit. Et Amph. 1. 1. 145.
Igitur magis modum in majorem in sese concipiet metum. Virg. Cul. 78.
Qui queat optato magis esse beatior ævo. Magis dulcius. Plaut. Stich. 5. 4. 22.

Magis, cum positivo, implet vicem comparativi cum casu. Ovid. 2. Met. 856.

Cornua parva quidem, sed quæ contendere posses
Facta manu, puraque magis pellucida gemma. V. Burman. ad Quintil. p 997.

Magis anxius. Ovid. 1. Met. 182.

Aperte. Ter Adelph. 4. 5. 30.

Apta dona. Hor. 1. Epist. 7. 47.

Carus vita. Virg 5. Æn. 725.

Deformis Quintil. lib. 9. cap. 4.

Dulce. Plaut Perf. 5. 1. 12.

Elegans. Ter Eun 5. 4. 13.

Humanum. Ter. Hec. 4. 1. 39 Donatus, nota pro Humanius, Tarentino more

Impense cupere. Ter. Adelph. 1. 9. 36.

Incondite facere. Varr. de L. L. lib. 4. 22.

Indubitatus, Certior. Stat. 2. Achill. 21.

Lubenter. Plaut. Most. 1. 3. 3.

Mane, Primum mane. Varr. L. L. 8. 44.

Mirum. Plaut. Amphit. 2. 1. 48.

Molestus. Ter Eun. 3. 1. 24.

Severus Ter. Eun 2. 1. 21.

Similis. Plaut. Amphit. 2. 2. 43.

Varium. Varr. de L. L. lib 8. 33.

Verum. Ter. And 4. 2. 15.

— non Apollinis magis verum atque hoc responsum est.

Vespere, significat Novissimum vesper. Varr. lib. 8. de L. L. 44.

Virilis. Quintil. lib. 9. cap 4.

Ex usu, pro Utilior, inquit Donatus. Ter. Eun. 5. 9. 47.

Ad omnia hæc, magis opportunus, nec magis ex usu tuo
Nemo est.

Magis ex sese. Ter. And. 5. 4. 52. Quia habet aliud magis ex sese, & majus.

Magis quam. Cic de Amicit. Vereor ne invidi magis, quam amici sit.

Magis id adeo. Ter. And 1. 1. 135. Cic. 2. de Orat. 15. Magis adeo id facilitate, quam alia ulla culpa mea contingit.

Magis ædilis fieri non potuisset. Cic. pro Planc 60. Quæris quid potuerit amplius assequi Plancius, si Cn. Scipionis fuisset filius? Magis ædilis fieri non potuisset: sed hoc præstare, quod ei minus invideretur.

Magis sit. Cic in Parad. 3. Nihil huc addi potest, quo magis virtus sit.

Nisi forte magis erit parricida, si quis Consularem patrem, quam si quis humilem necaverit. Cic. pro Milon. 17.

Nihil magis. Cic. 1. Fam 9 Quumque Pompeius ita contendisset, ut nihil unquam magis. V. Ita ut f. l.

Nihilo magis. V. NIHILUM.

Multo magis. Cic. 16. Fam. 19. Exspecto tuas litteras de ipsis rebus, teipsum multo magis.

Hoc magis quod, &c. Cic pro Flacc 69.

Eo magis vel quam, &c. Cic. 5. Verr. 1. Atque eo magis, si, &c.

Magis infra. Lucret. lib 2. 275.

Nec magis hac infra quicquam est in corpore nostro. I. e. Nihil magis abstrusum. Quidam legunt Intra Lambinus.

Magis, ac magis, repetitum: h. e. Frequentius. Plaut. Most. 3. 2. 13.

Quo magis ac magis ego cogito cum meo animo, &c. Al. Ac magis omittunt. Suet in Vitell cap. 11. pr. Magis deinde ac magis omni divino humanoque jure neglecto &c.

Magis & magis. Idem. Cic. 14. Att. 20. Itaque de Græcia quotidie magis & magis cogito.

Magis atque magis clarescunt sonitus. Virg. 2. Æn. 301.

Magis, magisque. Cic. Fil. 16 Fam 21. Enitar ut in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio.

Magis magis. Catull. Argon. 61. 274.

Post vento crescente, magis magis increbrescunt. Potest & legi,
Post vento crescente magis, magis increbrescunt.

MAGE, pro Magis, apud Plaut. Trucul. 4. 4. 34.

Quem ego ecastor mage amo, quam me, dum id quod cupio inde aufero. Archaismus est, ut Pote, pro Potis, auctore Donato ad Ter. Adelph. 2. 3. extr. Mage pollens aer. Lucret. lib. 4. 344. Phædr. 5. 4. 11.

Hoc argomentum veniam mage dari docet, &c. Adde Virg. 10. Æn. 481.

MAXIMA, superl. [μάλιστα] pro Summe, vel admodum: ut, Maxima adolescens. Plaut. Milit. 3. 1. 190.

Cognata. Ter. Phorm. 2. 1. 65.

Cupiens illius. Plaut. Amphit. Prol. 133.

Dignus. Ter. Eun 5. 2. 27.

In culpa esse. Cic. 7. Verr. 20.

Libet Cic. 1. Fam. 8.

Liberalissimus. Cic. 12. Att. 38. Sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quæ maxime liberalissima, doctoque homine dignissima, laudari me etiam oportere. [Sed locus merito suspectus est, & ob eam rem Henricus Stephanus induxerat. V. Viris doctis ad eum notata.

Naturalis. Cic. de Amicit. 82. Itaque pulcherrima illa, & maxima naturali carent amicitia.

Necessarius. Cic. 1. Acad

Pessima apis. Columel. lib. 9. cap. 3. Si vero sævior, maxima pessima est. [An Si vero sævior, maxima pessima est? i. e. Maxima quæque, pessima est.

Potenter. Ter. Adelph. 3. 4. 56.

Utile Ter. And. 5. 1. 16.

Maxime indigere opis. Cic 1. Off. 49. Ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari.

Memini. Plaut. Men. 5. 9. 59.

Filii quot eratis? M. S. ut nunc maxime memini, duo.

Studuit omnium maxime. Cic. in Brut 78. Qui maxime omnium nobilium Græcis litteris studuit. I. e. Magis quam alii omnes.

Vellem, ut, &c Cic 8. Philip 31.

Maxime, Præcipue. Cic. pro Domo 47. Intuemini paulisper animis juventutem, & eos maxime, &c.

Maxime quod, pro Potissimum Cic. 9. Att. 22. Ego tuis consiliis usus sum, maximeque quod & gravitatem in congressu nostro tenui quam debui, & ad urbem, &c.

Maxime scilicet. Cic in Orat. 120. Cognoscat etiam rerum gestarum, & memoriæ veteris ordinem, maxime scilicet nostræ civitatis.

Et maxime. Cic. 7. Att. 12. Scribe aliquid, & maxime si, &c.

Et id maxime fieri temporibus hibernis. Cic. 2. de Nat. Deor. 27.

Vel maxima. Cic. in Partit. 114. Quæ quidem vel maxime suspicionem movent.

Maxime, Responsio concedentis, vel annuentis, pro Sane, vel certe. Ter. And. 4. 6. 23.

Duc me ad eam: quando huc veni, ut videam. M. maxime. Idem Eun. 1. 2. 109.

Tu, Parmeno, huc fac illi adducantur. P. maxume.

MAGISTER, tri. m. [διδάσκαλος, καθηγητής] proprie dicitur Artium præceptor, auctore Festo. Ter And. 1. 1. 27.

Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, magister prohibebant? Paulus l. Cui præcipua. D. de Verb. signif. Cui præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quam ceteri diligentiam & solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent: hi magistri appellantur. Quinetiam ipsi magistratus per derivationem a magistris cognominantur. Unde etiam cujuslibet disciplinæ præceptores, magistros appellari a monendo vel monstrando.

Non solum usi sunt voce, eam inserentes suo sermoni, ut peregrinam, posteriore sæculo, verum & usi sunt quadam facta ea ea, nam legimus μαΐστωρ ὁ διδάσκαλος apud Suidam, & notandum, sustulisse litteram g. sicut & nos, qui dicimus *maistre* & *maistrise*, δηλ., Vide Suid. H. St. Sic & Germani *Meister*, mutata diphthongo. Apud Suidam tamen etiam legimus μαγίστωρ, διδάσκαλος, totum locum apud ipsum V.

Magister itaque proprie est, Disciplinæ aut artis præceptor, deinde, Imperator in re quacunque. Sumitur item pro Suasore, sive auctore. V. Burm. ad Phædr. 2. 6. 15.

Magister ad rem aliquam, Consiliarius. Ter. And. 1. 2. 20.

Declamandi magister. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Dicendi Quintil lib. 2. cap. 8.

Artis magister. Quintil. lib 1. cap. 2.

Eloquentiæ magistrum se polliceri. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Magister, Idem qui Pædagogus Græca. Ter. Phorm. 1. 2. 22.

Abeuntes

Abeuntes ambo hinc tum senes me filiis
Relinquunt quasi magistrum.
Aridus. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Barbati. Juven. 14. Sat. 12.
Doctissimum & incomparabilem magistrum domi habeat. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Sævus. Horat. 1. Epist. 18. 13.
Capere magistrum, in CAPIO.
Exuere, Amandare. Tacit. 14. Ann. 52. extr.
Ferre se magistrum alicujus. Tacit. 4. Hist. 10.
Fingit equum tenera docilem cervice magister. Hor. 1. Epist. 2. 64.
Linquere regimen indocto magistro. Senec. Medea, 8.
Servire timido pudet magistro. Stat. 2. Achill. 189.
Magister fracta aure. Martial. 7. 31.
At juvenes alios fracta colit aure magister,
Et repit innumeras sordidus unctor opes. Ego hoc a Græco sumptum arbitror Græcorumque exercitationibus, apud quos qui Gymnasiorum plagis contusi multatique fuerant, propterea quod a concertatoribus fere tempora & aures feriri solerent, auribus fractis dicebantur. Igitur, Magister fracta aure, est, Magister exercitationum, & Gymnasiorum exercitor, qui luctam pugilatumve docet, quique pila vel folle ludere. Pollux, ἐπὶ δὲ τῶν ἐν γυμνασίοις πληγῶν τὰ ὦτα κατεαγέναι καὶ ἀποτεθλάσθαι. Hesychius, ἀποτεθλασμένοι, τὰ ὦτα τεθλασμένοι. Turneb. Adversf. 24. 28.
Magistri (inquit Festus) non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia omnes ii magis ceteris possunt.
Magister convivii, Apuleio & aliis. Idem qui Varroni Modimperator, Horatio Arbiter bibendi, Græcis συμποσίαρχος.
Curiæ. Plaut. Aulul. 1. 2. 29.
Nam noster nostræ qui est magister curiæ, &c. Magister curiæ, inquit hic Turnebus, videtur esse is, quem Græci φρατρίαρχον appellant. Ut enim curia pars est tribus Romanis; sic & Græcis φρατρία. Græca ad consuetudinem Romanam traducta sunt; & ut pagorum erant magistri, sic & curiarum.
Equitum. Varr. 4. de L. L. 14. Magister equitum, quod summa potestas hujus in equites & accensos, ut est summa populi Romani Dictator, a quo is quoque Magister populi est appellatus. Pomponius in l. 2. §. Populo deinde aucto. D. de Origine juris. Et his Dictatoribus Magistri equitum jungebantur, sic quomodo Regibus Tribuni Celerum; quod officium fere tale erat, quale hodie Præfectorum Prætorio; magistratus tamen habebantur legitimi.
Ludi, qui & Ludimagister uno verbo dicitur. Cic. 2. Verr. 47. Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit, verbo uno discesseris. V. in LUDUS.
Militiæ utriusque. In Cod. Theodos. & antiquis Inscript. V. Noris. ad Cenotaph. Pisan p. 441.
Morum, i. e. Censor. Cic. 3. Fam. 13. Eo brevior est hæc Epistola, & ut adversus magistrum morum, modestior.
τῶν τε τρόπων ἐπιστάτης ἀπεδείχθη. Dio 144. Par. circa med.
Dum ætas, metus, magister prohibebant. Terent. H. Se. Exstant And. 1. 1. 27. Ceterum Magistri morum appellationem extra ordinem Cæsari datam fuisse, neque Censoris proinde nomini synonymum esse subjectis his verbis l. c. Dio declarat: [illegible] In Gloss. Lat. Gr. Magister morum, ἠθόνομος.
Navis magistrum accipere debemus eum, cui totius navis cura mandata est. Hæc Ulpianus l. 1. §. 1. D. de Exercitoria actione. Liv. 29. 25. Ut ex navibus gubernatoresque & magistri navium, & bini milites in forum convenirent ad imperia accipienda. Adde Petron. cap. 75. & Burman. ad cap. 101. Valer. 1. Argon. 18.
—Graiis Elice servanda magistris. h. e. Nautis, seu navium magistris & rectoribus.
Pagorum. Sic. Flacc. de Condit. Agr. p. 25. Adde Meurs. Miscell. 2. 7.
Pecoris, Pastor. Varro de R. R. lib. 2. cap. 10. Contra, pernoctare ad suum quemque gregem, esse omnes sub uno magistro pecoris; eum esse majorem natu, potius quam alios, & peritiorem, quam reliquos. Cic. 7. Verr. 17. Nominat iste servum, quem magistrum pecoris esse diceret.
Peditum. Ammian. Marcell. apud Cælium, lib. 12. cap. 17.
Populi, Dictator. Cic. 3. de Fin. 75. Rectius Magister populi (is enim est Dictator,) quam Sulla, qui trium pestiferorum vitiorum, luxuriæ, avaritiæ, crudelitatis magister fuit. V. Equitum.
Sacrorum dicebatur, Qui velut princeps, & sacri ipsius pontifex, aliisque sacerdotibus major erat. Livius 39. 18. extr. Ne quis magister sacrorum, aut sacerdos esset. Apud Capitolinum quoque scribitur in M. Aurel. Antonini vita cap. 4. pr. de Saliorum sacerdotio. Fuit in eo sacerdotio & præsul, & vates, & magister. Et in inscriptione antiqua legitur, SALIVS ALBANVS, IDEM MAGISTER SALIORVM. Annotavit Turnebus.
Societatis. Cic. 13. Fam. 9. dicebatur, Qui maximam partem vectigalium in Publicanorum societate, quæ coierat ad hujus vel illius provinciæ aut portoria aut scripturam aut decumas conducendas, conduxerat, sive in Urbe esset sive in provincia.
Scripturæ, Qui civitatis alicujus publicos pecorum proventus scribendi munus habet. Cic. 5. Verr. 167. Misit in Siciliam litteras ad Carpinatium, quum esset Magister scripturæ & ejus societatis publicanorum.
Vicorum. Suet. Aug. cap. 30. Spatium urbis in regiones vicosque divisit: instituitque ut illas annui magistratus sortito tuerentur. Hos magistri e plebe cujusque viciniæ electi. conf. Fest. supra.
Magistri dicuntur, Qui bona sub hasta vendunt. Nam quum in auctione bona venirent, ut inter hæredes aut creditores dividerentur, de sententia cohæredum aut creditorum eligebatur qui præesset auctioni, qui scilicet quanti quæque res venire deberet, ipse statueret arbitratu suo, sociis non repugnantibus, is Magister dicebatur. Hinc, lib. 6. cap. 4. Quintil. dictum recitat Ciceronis in Plætorii matrem; Ludum habuisse, dum vixit; magistros, postquam mortua sit. Ita infamem significavit & ab impudicitia, dum viveret; & mortuam, ab ære alieno. Et Ludum per translationem dixit, Magistros per ambiguitatem; quod ad Plætorii matrem, dum vixit, infames feminæ convenire solitæ; post mortem, ejus bona venibant. V. Cælium, lib. 21. cap. 17. Cic. 1. Att. 1. Una agebant ceteri creditores, in quibus erat Lucullus, & P. Scipio, & is, quem putabant magistrum fore, si bona venirent, L. Pontius.
Magister, olim dicebatur Venditor patrimonii ejus, qui solvendo non esset, quia illius bonis vendendis ab omnibus creditoribus auctoritate Prætoris præponebatur. Hinc Magistri carmen. Cic. 1. de Orat. 245. Vel si causam ageres militis, patrem ejus, ut soles, dicendo a mortuis excitasses, statuisses ante oculos, complexus esset filium, flensque eum centumviris commendasset; lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegisses; ut totum illud, Uti lingua nuncupassit, non in XII Tab. quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in Magistri carmine scriptum videretur. Legitur fere in omnibus editis Magico carmine, sed mendum est. Agit enim lege in hæreditatem testamento patris exheres filius, non tamen nominatim exhæredatus, sed alio hærede scripto, quum ipse militiæ mortuus existimatus esset. Eam igitur causam si Crassus egisset, inquit Cicero, carmen illud XII Tab. Uti lingua nuncupassit, ita jus esto; quo nexa, mancipia, testamenta confirmantur; iniquum injustumque increpasset, neque tam legum carmen, quam magistrorum bona debitorum proscribentium, & a liberis debitorum ad alienos transferentium clamasset, præsertim quum eo testamento, veluti auctione, ad extraneum bona transitura essent. Carmen autem magistri interpretor Tabellam, quam magister proponebat, & qua proscribebat se alicujus bona venditurum. Ejus enim olim, qui multis debebat latitabatque, neque defendebatur, Prætorem creditores adibant, apud quem querebantur, bonorumque possessionem petebant; quam & Prætor dabat, atque in diem certam ea possidebant; quæ quum venerat, Prætorem rursus adibant, petebantque sibi ut liceret unum a suo numero deligere, qui bonorum venditioni præesset, qui Magister dicebatur. Is in compitis celebribus, & frequentibus urbis locis Tabulas proponebat, se debitoris bona venditurum his verbis; Titius debitor noster incidit in causam venditionis bonorum, nos creditores ejus bona vendemus; qui volet emptor accedat. Hanc proscriptionem, Cicero hic appellat Magistri carmen.

MAGISTRA, æ. f. Cic. 1. de Finib. 128. Magistra ac duce natura. Idem pro Rosc. Amer. 75. Vita hæc rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniæ, diligentiæ, justitiæ magistra est.
Magistra ei ludo. Ter. Hec. 2. 1. 7.
Æqua. Ovid. 5. Epist. 96.
Magistræ artes. Ovid. 15. Epist. 83.
Certissima loquendi magistra, consuetudo. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Roma magistra luxuriæ. Propert. lib. 13. 10. 18.

MAGISTELLUS, i. m. Diminutivum quidam usurpant, ut puto e Niger dici Nigellus. H. St. Sic a Macer, Macellus. V. Priscian. lib. 3. cap. de Diminutivo, & Voss. de Analog. 4. 29.

MAGISTRĀLIS, e. Adj. Ad magistrum pertinens. Vopisc in Saturnin. cap. 10. Romæ frequentaverat pergulas magistrales. Idem in Tacit. cap. 6. Qui manuum magistralium ictibus terrorique subjaceat.

MAGISTRĪVUS, a, um. Adj. Idem. Apul. Flor. 4. p. 36. Pueritia apud magistrivos. At Stewech. p. 27. & Elmenh. 359. Et pueritia apud vos, & magistri vos.

MAGISTĔRIUM, i. n. [διδαχή] Magistri dignitas seu officium. Plaut. Bacch. 1. 2. 40.
Jam excessit mihi ætas ex magisterio tuo. h. e. Regimine & auctoritate.
Magisterium, Doctrina. Plaut. Most. 1. 2. 38.
Virtute id factum tua, & magisterio tuo. i. e. Doctrina, & (ut loquuntur) instructione.
Magisterium, Præfectura & magistratus. Sueton. in August. cap. 2. Avus municipalibus magisteriis contentus, abundante patrimonio, tranquillissime senuit. h. e. Præfecturis & magistratibus.
Magisterium, aliter. Cic. de Senect. 46. Me vero & magisteria delectant a majoribus instituta, & is sermo qui more majorum a summo adhibetur magistro in poculo. V. Græv. not. Columel. lib. 11. cap. 1. Potissimum autem est in eo magisterio scire & æstimare, quale officium sit cuique injungendum.
Vana magisteria. Tibull. lib. 1. 4. 84.

MAGISTERIUS, a, um. Adj. ut, Magisteria potestas, l. 6. c. de Jurisdict. & l. 3. c. ubi Senator. conf. Salmas. in Script. Historiæ Augustæ, p. 293.

MAGISTRO, sive MAGISTERO, [διδάσκω] are. Magisterere, Regere & temperare est, Magisterare, moderari, unde Magistri non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur, quia omnes hi ceteris magis possunt, unde & Magistratus, qui per imperia potentiores sunt quam privati. Hæc Festus.
Inter manipulares vitam militarem magistrans. Spartian. in Hadr. cap. 10. V. Casaub. ad loc.
Magistrare, idem est quod Facere magistrum Taubmanno in Sched. Port. p. 657.

MAGISTRĀTUS, ûs. m. [ἄρχων] significat, Eum qui in potestate aliqua est constitutus, ut est Consul, Proconsul, Prætor, Proprætor, & alii qui civitates & provincias regunt. Cic. 1. Offic. 124. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem & decus sustinere, servare leges, jura describere, & fidei suæ commissa meminisse. Idem, lib. 3. de Legib. 2. Videtis magistratus hanc esse vim, ut præsit, præscribatque recta & utilia, & conjuncta cum legibus. Ut enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus; vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum.
De magistratibus qui sint majores, & qui minores, & quamobrem ita vocentur, vide Gell. lib. 13. cap. 14.
Magistratus vitio creatus. Contrariis auspiciis. Liv. 5. 17. pr. Nihil profecto aliud esse, quam magistratus vitio creatos, &c. V. in CREO.
Nuda a magistratibus Respub. In NUDUS.
Major magistratus. In MAGNUS.
Mutus. In MUTUS.
Patricius. In PATER.
Declarare. Cic. pro Muren. 2. Consul declaratus. i. e. Renuntiatus.
Designare. Cic. 10. Fam. 3. Consul es designatus.
Magistratus, [ἀρχή] Ipsa potestas, seu officium. Cic. de Amicit. 63.
Ubi

Ubi eos inveniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiæ non anteponant, &c.

Abdicare magistratum, & Abdicare se magistratu, V. ABOICO.

Abire magistratu. Liv. 3. 31. & 40. & 41. & 51. ut 54. Decemviratu.

Abolere magistratum alicui, pro Abrogare. Liv. 3. 38.

Abrogare. In ABROGO.

Accelerare. In ACCELERO.

Accipere loco prædæ. Cic. in Salloft. 17.

Adipisci. Cic. 1. Off. 124.

Assequi. Cic in Pison. 2.

Capere. In CAPIO.

Continuare. Liv. 27. 6.

Creare. Lucret. lib. 5. 1142.

Dare. Cic. 2. de Lege Agrar. 26. Jam hoc inauditum & plane novo more, ut Curiata lege magistratus detur, cui oullis comitiis ante sit datus.

Deponere. Cæs. 7. Bell. Gall. cap. 33.

Ejurare. Tacit. 12. Ann. 4.

Esse in magistratu. Liv. lib. 5.

Gerere. Cic. pro Planc. 8. Tum magistratum non gerebat is qui ceperat, si Patres auctores non erant facti.

Habere. Cic 7. Verr. 137. Venit ad me Heraclius is, qui tum magistratum Syracusis habebat.

Imminuere dicebant veterea, quod nunc Derogare juribus, & prærogativis officii dicunt. Cic. 3. Verr. 31. Cur imminuisti jus legationis? Quo in loco Asconius, Qui potestatem, inquit, suam in administrando non defenderit; imminuti magistratus, veluti majestatis læsæ, reoa est.

Infringere. Cic. 1. de Orat. 24. Drusique tribunatus &c. infringi jam, debilitarique videretur.

Ingredi. Sallust. in Jugurth. cap. 43. pr.

Inire. V. INEO.

Legere. Virg. 1. Æn. 430.

Mandare. Cic. pro Muren. 74. Cato negat judicium hominum in magistratibus mandandis, voluptatibua corrumpi oportere. Ibid. 76. Nulla re allici mentes hominum oportere ad magistratum mandandum, nisi dignitate.

Obrepere ad. In OBREPO.

Occipere. Tacit. 3. Ann. 2.

Peragere. Cic. 12. Fam.

Petere. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Renuntiare. Cic. in Pison. 13.

Venire in. Cic. 12. Fam. 14. Nam quod huc properent in magistratum venire, aut exercitum mittere, causam non habent.

De magistratibus, quod scitu est non utile modo, sed necessarium, sic disserit Paulus Manutius in libro de legibus Romanis. L. Villius tribunus plebis rogationem tulit, quot annos nati quique magistratum peterent, caperentque; unde & ipsi & posteris cognomen inditum, ut Villii Annales dicerentur. hoc a Livio traditum (40. 44. pr) sed quoniam, quis plane cuique magistratui petendo legitimus annus esset, nominatim hac lege expressum non invenio; quid ipse legendo observaverim, breviter subjiciam. Omitto quæsturam, tribunatum pl. ædilitatem pl. quia curules tantum magistratus in lege Villia nominatos existimo. nam si quæsturæ (de tribus non curulibus magistratibos, exempli gratia, unum ponam) certum annum Villius sua lege statuisset, unde postea tam incerta ratio? gesserunt enim quæsturam duo Gracchi, Tiberius, & Caius anno ætatis XXVII, M. Cicero anno XXXI, C. Cæsar, is qui perpetuam dictaturam invasit, XXXIII. M Cato Uticensis XXIX. Quod si quis dixerit, liberam fuisse, quo quis anno vellet, quæsturæ petitionem, modo peteretur post annum XXVI, qui esset ad petendum legitimus, ideo mirum videri non debere, si Cicero, Cæsar, & Cato non eodem omnes anno petierint; quandoquidem satis duxerint leges observare, quæ petendæ quæsturæ annum definiebant XXVI, gerendæ XXVII. hoc si quis objecerit, ad conjecturam, id est ad rationem ipsam, confugiam. Quid enim? similene veri est, C. Cæsarem (omitto Ciceronem; cui tamen, quum homo novus esset, laborandum maxime fuit de dignitate, nec, quæ prima daretur, occasio negligenda) sed C. Cæsarem, quo nemo magis honores appetivit, nemo potestatis & imperii fuit avidior, eumne verisimile est petitionem quæsturæ ab anno XXVI, si is legitimus esset, in annum XXXII, distulisse? verum habeo, quo nitar, aliud paulo firmius argumentum. video enim Pompeium Magnum, quum annum ageret XXXV, consulatum gessisse, solutum videlicet legibus, meritorum ingentium in remp. eximiæque virtutis ergo. at eo anno magistratum per leges capi nullum potuisse, Cicero demonstrat in ea oratione, qua rogationem Maniliam suasit. (62.) Quomodo igitur, dicet aliquis, Cicero ipse, & Cæsar, & Cato quæsturam ante annum XXXV ceperunt? Num obscurum est, leges loqui de curulibus tantum honoribus, ædilitate, prætura, consulatu; quæsturæ autem, ædilitatis pl. tribunatus pl. rationem habuisse nullam? Sed recitentur verba Ciceronis. (l. c.) Quid, inquit, tam singulare, quam ut, ex S. C. legibus solutus, consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset? Dicit, Ullum aliom magistratum. quod, si de quæstura leges locutæ sunt, falsum est; quum, ut ostendi, quæsturam multi gesserint ante annum XXXV; quo anno gestum esse primum a Pompeio consolatum, quem Cicero significat, tum ex Appiano constat, tum ex Velleii historia, in qua scriptum est, (2. 53.) periisse Pompeium Cæsare & Servilio coss. anno ætatis suæ LVIII. a quo anno si retrorsum numeres, cadet primus ejus consulatus in annum ejus ætatis XXXV. ut tamen ita supputes, non simul cum anno ætatis Pompeii finiisse consulatum, sed quum ille jam annum esset ingressus XXXVI. ita cum fastis Capitolinis & cum Appiano Velleii congruet historia. nam, quod ait Plutarchua, anno LIX interiisse Pompeium, id quoque potest esse verum boc modo, ut primum ejus ætatis annum capiamus C. Attilio Q. Servilio coss. quo anno Pompeium esse natum, Velloius affirmat, (l. c) tametsi, quum ait ipse Pompeium periisse anno LVIII, non incipit numerare ab eo anno, sed a proximo sequenti; quod scilicet non ita multo ante exitum consulatus Attilii & Servilii, natus esset Pompeiua, & exiguum illlud spatium in annorum numero videretur omittendum. Constat igitur, legem Villiam nihil de iis hooorībus sanxisse, qui caperentur ante eum annum, qoo

Pompeius primum consul fuit, sive eum velis esse XXXV, sive malis XXXVI. nam ædilitatis curulis annus erat XXXVII. cujus rei argumentum est, quod eam petiit Scipio Æmilianus XXXVI, &, solutus legibus, consul factus est, annum porro fuisse ejus ætatis XXXVI, Velleius demonstrat his verbis: (2. 5. extr.) Decessit M'. Aquillio, C. Sempronio coss. anno ferme LVI. de quo si quis ambiget, recurrat ad priorem consulatum ejus, in quem creatus est anno XXXVI. ita dubitare desinet. ut omittam, qood quum ædilitas præturam, biennio antecedat, & prætura item biennio consulatum: consulatus autem geratur anno XLIII. quod paulo post ostendemus, necesse est, ut gerendæ ædilitati legitimua annus sit XXXVII. Nunc agamua, quando satis de ædilitate dictum est, de anno præturæ. at hoc, si de ædilitate conceditur, in dubium vocari non potest, geritur enim ædilitas anno XXXVII. sequitur post biennium prætura: quod indicant & multorum exempla, & illa maxime verba Ciceronis in epistola ad Furnium: (Fam. 10. 25.) Si ædilis fuisses, post biennium tuus annus esset. ergo geritur prætura anno XL. Nec de Consulatu difficilis probatio est. percurrantur fasti: neminem iovenies, nisi prætura biennio saltem ante gesta, consulem fuisse. est igitur annus consulatus quadragesimus tertius. accedit Ciceronis testimonium in oratione quinta in Antonium 48. in qua sunt hæc, Quid Macedo Alexander? quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio & trigesimo anno mortem obiit? quæ ætas nostris legibus X annia minor, quam consularis. Hanc, opinor, legem Dio significavit, quum ait libro XXXIX: Consules in senatu sententiam dixerunt, ut ei prætura daretur, licet nondum per leges liceret. quo spectavit & Plutarchus, quum dixit: Decrevit senatus, ut Catoni prætura extra ordinem daretur. & Valerius lib. IIII. (1. 14.) quum inquit, Cato Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia in Urbem deportaverat. cujus ministerii gratia senatus relationem interponi jubebat, ut prætoriis comitiis extra ordinem ratio ejus haberetur. sed ipse id fieri passus non est, iniquum esse affirmans, quod nulli alii tribueretur, id sibi decerni. Quanquam est quiddam, hac in re cur magnopere dobitem. nam, quum eo sit anno decretum, quo Marcellinua & Philippus consulatum gesserunt: certe per ætatem potuit Cato petere præturam. tribunus enim plebis ante annos quinque Silano & Murena coss. fuerat, prætura vero quadriennio tantum a tribunatu distat. eoque magis liquet, potuisse Catonem Marcellino & Philippo coss. petere præturam, quod anno sequenti, Pompeio & Crasso coss. petiit, non ut designaretur, sed, ut creatus magistratum statim iniret: quod anno proximo superiore habita comitia nulla fuerant: ideoque consules Pompeius & Crassus ex interregno facti sunt: qui deinde prætores crearunt. quod igitur ob domesticas discordias Marcellino & Philippo coss. producta in annom sequentem comitia sunt, propterea Cato non petiit eo anno, petiit autem sequenti, consulibua, ut dixi, Pompeio & Crasso, creatis. quare, etiam si Plutarchua dixerit, Licet nondum per leges liceret: videndum tamen est, an senatus potius decreverit, ut omnino Cato prætor crearetur, neque a populi suffragiis penderet, quorum dubius esset eventus, quam sententiam illa quoque videntur confirmare Valerii verba: Campestrem experiri temeritatem, quam curiæ beneficio uti, satius esse duxit. Verum paulo altius repetamus, quo pateat illustrius hæc tota cognitio: prima fuit, ut opinor, lex de magistratibus hæc, ut de senatu, id est de patriciis familiia, omnes magistratus crearentur: idque a Romulo institutum reliqui deinde reges observarunt. sanxit enim Romulus, quod ait Dionysius lib. II. ut patricii sacra curarent, magistratus gererent, jus dicerent: plebeii, qui rudea inopesque essent, agros colerent, quæstuariisque artibua operam darent: temperamentum illud tamen, quo civitatum concordia, id est salus ipsa, custoditur, maxime quæsivit. nam, ne nimis in ordinem patricium videretur esse propensus, datum aliquid populo voluit, &, ut is suis suffragiis magistratos crearet, leges scisceret, bella decerneret, curiatis comitiis tulit. Regibua pulsis, consul P. Valerius Bruti collega, duas leges tulit, quibus plebia potestas aucta, senatua & magistratuum imminuta: primum, ut magistratum nemo caperet nisi qui a populo imperium acciperet: si quia aliter fecisset, capitali pœna puniretur: qui eum occidisset, ei impune esset: deinde, ut adversus magistratum provocatio ad populum esset, neve quis magistratus civem Romanum adversus provocationem verberare, aut necare vellet. quam legem centuriatis comitiis esse latam, Valerius tradidit lib. IIII. (1. 1.) De plebeiis magistratibus in Sacro monte primum lata lex est, quæ inde Sacratæ nomen accepit, ut plebi, quæ patriciorum injuriis nuda quodammodo pateret, sui magistratus essent, iique sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consules esset, neve cui patrum capere eum magistratum liceret. qua lege tribuni pl. qoinque primi creati sont. Plebeii autem magistratus curiatis primum facti comitiis. Postea, tributis ut fierent, lege tribunitia, quam Publilius & Lætorius tulerunt, cautum est. Sed magistratum omnino oullum ei gerere licebat, cujus pater in hostium potestate esset. quod ex Livio colligitur. is enim lib. XXVII, (21. extr.) Servilium, inquit, negabant, jure aut tribunum pl. fuisse, aut ædilem esse. quod patrem ejus, quem III virum agrarium occisum a Boiis circa Mutinam esse, opioio per X. annos fuerat, vivere, atque in hostium potestate esse, satis constabat & lib. XXX. (19.) de eodem: Latum ad populum est, ne Cn. Servilio fraudi esset, quod patre, qui curuli sella sedisset, vivo, quum id ignoraret, tribunus pl. atque ædilis pl. fuisset, contra quam legibus sancitum erat. Verum, quia satis constat, plebeios magistratus fuisse, tribunatum pl. ædilitatem pl. patricios autem, ædilitatem curulem, præturam, consulatum: primum illud sciendom, plebeios magistratus appellatos, qui ab initio plebis caussa sunt instituti; patricios item, qui patriciorum; deinde, totam hanc gerendorum magistratuum rationem paulatim esse permixtam, atque commutatam. nam plebi, cui tantum plebeii magistratus patuerant, post etiam ad patricios omnea aditus fuit. nec tamen mutatum est nomen; sed patricii semper magistratus dicti, qui primis temporibus patriciorum caussa facti, postea communicati cum plebe sunt. plebeioa tamen magistratus patricii homines non gessere, qoia, credo, contra dignitatem ducerent, quum majora consequi possent, minora persequi. Generale illud fuit, ne is, qui comitiis præesset, sui rationem in petendo

petendo magistratu haberet; idque lege vetitum, significat Liv. lib. 8. (15. extr.) Etiam, ne quis magistratum absens peteret, legem tulit Pompeius Magnus in tertio consulatu; in qua quum neminem excepisset, mox, soceri sui C. Cæsaris recordatus, lege jam in æs incisa, & in ærarium condita, correxit errorem, uno Cæsare excepto. quod a Tranquillo proditum (cap. 28. Jul.) legimus.

MAGISTRĀTIO, ōnis. f. Apul. de Dogm. Plat. lib. 2. p. 15. Elmenh. Quæ beneficio solo naturæ proveniunt, vel quæ solis disciplinis traduntur, & magistratione discuntur. Ita restituit Salmas. ad Solin. p. 336. Inde, Publicæ magistrationes in Cod. Theod. sunt Scholæ publicæ. Sed Elmenh. Magistra ratione.

MAGMA, ătis. n. [μάγμα] Pastillus & massa facta ex unguentorum fæcibus. Plin. lib. 13. cap. 2. Siccis odoribus constant quæ diapasmata vocantur. Nam fæcem unguenti magma appellant.
Magma croci, quod quasi Recrementum est ejus. Cels. lib. 5. cap. 18. adde Scribon. Larg. Compos. 157.

MAGMANATĀRIUS, i. m. μυρεψός. Gloss. Lat. Gr. [legendum Magmatarius, vel Magmamentarius.

MAGMENTUM, ut ait Festus, veteres dixerunt quasi Magis augmentatum. Alii Magmentum dicunt, quasi Majus augmentum, & auxilium: quoniam augebant numerum hi qui accedebant alienigenæ ut adjumento essent.
Magmentum, a Magis: quod ad religionem magis pertinet, inquit Varro de L. L. lib. 4. 22. Utitur Arnob. 7. p. 230.

MAGMENTĀRIUS, a, um. Adj. ut, Magmentaria fana. Arnob. lib. adv. Gent. Itaque propter hoc magmentaria fana constituta sunt certis locis, quo id imponeretur. Sic restituit Turneb. Advers. 22. 6. quum alii Mentarea legant, nullo sane sensu. Sunt autem Magmentaria fana, Vasa sacra, quibus magmenta & exta sacra imposita aræ inferebantur. Vetus lexicon, Magmentarium, ἐφ' ᾧ τὰ σπλάγχνα ἀνατιθέμενα τοῖς βωμοῖς ἀναφέρονται. Itaque libentissime Magmentaria vasa legerem.

MAGNA GRÆCIA, [Μεγάλη Ἑλλὰς] dicta est ea pars Italiæ, quæ a Tarento usque ad Cumas est, vel (ut Plin. lib. 3. cap. 10. ait) a Locris Italiæ fronte, ad Tarentum usque protenditur. Sic dicta, quod multæ magnæque civitates in ea fuerint a Græcis conditæ, ut ait Festus. V. Justin. lib. 20. pr. Virg. 3. Æn. 398.
Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis. A quibusdam tota Italia dicta est Major Græcia. Ovid. 4. Fast. 64.
Itala nam tellus Græcia Major erat. conf. GRÆCIA.

MAGNALIA, MAGNANIMITAS, MAGNANIMUS, MAGNARIUS, MAGNATES, V. MAGNUS.

MAGNES, ētis. m. [μαγνῆτις] Genus lapidis ad se ferrum attrahentis. Plin. lib. 36. cap. 16. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patitur mores; trahitur namque a magnete lapide, domitrixque illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit; atque ut propius venit, assilit, tenetur que & complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inventore, ut auctor est Nicander, in Ida repertus. Namque & passim invenitur, ut in Hispania quoque. Invenisse autem fertur clavis crepidarum, & baculi cuspide hærentibus, quum armenta pasceret. Hæc Plin. Lucret. lib. 6. 908.
Quem magneta vocant patrio de nomine Graji,
Magnetum quia sit patriis in finibus ortus.
Allicit & trahit ferrum magnes lapis. Cic. 1. de Divin. 86.

MAGNĒTICUS, a, um. Adj. [μαγνητικός] Claud. de Magn. 26.
— Venerem magnetica gemma figurat.

MAGNES, [Μάγνης] Atheniensis Comicus antiquæ comœdiæ, tempore Epicharmi, docuit fabulas novem, vicit duabus.
Magnes item alter Smyrnæus, puer, præ ceteris mortalibus formosus: poetica insuper & musica ornatus, corona insignis aurea, ac habitu molliore indutus, civitates obibat multis dilectus, præsertim Gygi Lydorum regi. Cognati autem ejus probrum hujusmodi perosi, capta occasione comam ejus detonderunt: vestem, ornatumque omnem laceraverunt. Quare perturbatus Gyges, in Magnesios bellum movit; quibus tandem superatis revertens, Sardibus panegyres celebravit magnificentissimas. Suidas.

MAGNĒSIA, [Μαγνησία] Macedoniæ regio, Thessaliæ annexa. Plin. 4. 9. Est & Magnesia, urbs ejusdem regionis.
Alia in Asia, ad Sipylum montem, apud quam Scipio Asiaticus Antiochum regem magna clade affecit, teste Liv. 37. 37. & seqq.
Et civitas item Ioniæ ad Mæandrum fluvium, auctore Stephano, Themistocli donata. V. Thucyd. & Nep. 2. 10. 3.

MAGNĒTES, [Μάγνητες] qui & Magnesii populi vocati sunt. Lucan. lib. 6. 385.
Et Magnetes equis Minyæ gens cognita remis. V. Liv. 35. 31.

MAGNĒSIS, idos. f. [Μαγνῆσις] Quæ ex Magnesia est. Ovid. 12. Epist. 9.
Cur unquam Colchi Magnesida vidimus Argo?

MAGNĒSIUS & MAGNESSUS, a, um. Adj. Lucret. 6. 1062. & Hor. 3. Carm. 7. 18.

MAGNĒTARCHĒS, æ. m. [Μαγνητάρχης] apud Magnetes erat, princeps Concilio gentis præsidens. Livius 35. 31. Magnetarchen summum magistratum vocant.

MAGNUS, a, um. Adj. [μέγας, μεγαλεῖος, ἀμέγαρτος, κατάδηλ] Grandem significat. cujus comparativum est Major, superlativum Maximus.
Acervus. Virg. 1. Georg. 158.
Adjutor. Hor. 1. Serm. 9. 46.
Ædes, Laxæ. Hor. 2. Serm. 7. 11.
Æquor. Virg. 4. Georg. 388.
Amore dilectus. Virg. 1. Æn. 248.
Animus. ut, Majorem ad res gerendas animum facit cura. Cic. 1. Off. 12.
Bellum. Virg. 2. Æn. 193.
Calceus pede major. Hor. 1. Epist. 10. 43.
Caput. Plaut. Pseud. 4. 7. 21.
Caterva. Virg. 1. Æn. 501. & 2. 40.
Causa doloris. Propert. lib. 1. 16. 35.
Certamen. Virg. 7. Ecl. 16.
Clamor. Virg. 3. Georg. 375.
Cœna. Hor. 2. Serm. 6. 104.
Cogitatio. Tacit. 15. Ann. 54.
Concursu accedere magno. Virg. 1. Æn. 513.
Corpus crassa farragine. Virg. 3. Georg. 205.

Cura. Virg. 4. Georg. 354.
Dedecus. Hor. 1. Serm. 4. 52.
Dies. Tacit. Agric. 34. extr. Transigite cum expeditionibus. Imponite quinquaginta annis magnum diem. Magnum diem, felicissimæ & lætissimæ victoriæ diem, quo bellum erit totum confectum, nullis superstitibus ejus reliquiis, appellat. Turnebus. V. DIES.
Dii magni. Virg. 3. Æn. 13.
Documentum. Hor. 1. Serm. 4. 119.
Dos. Hor. 3. Carm. 24. 21.
Exitium. Virg. 2. Æn. 190.
Fas, nefasque. Hor. Epod. 5. 87.
Fastidia. Hor. 2. Serm. 4. 78.
Fortuna. Hor. 3. Carm. 27. 74.
Gratia major debetur illi. Hor. 1. Serm. 6. 18.
Honos. Ovid. 13. Met. 95.
Ignis. Plaut. Capt. 4. 2. 64.
Ingenium. Cic. 4. Acad. 1.
Intervalla. Lucret. lib. 2. 97.
Ira. Virg. 5. Æn. 707.
Labor. Hor. 1. Serm. 9. 59.
Lætitia. Catull. ad Mulum, 81. 2.
Laus. Hor. 2. Serm. 3. 99.
Licentia. Hor. de Arte Poet. 211.
Lites. Hor. 1. Epist. 16. 42.
Lues. Virg. 4. Georg. 454.
Modus. ut, Majorem in modum eum tibi commendo. Cic. 2. Q. frat. 14.
Momentum. ut, Magnum in omnia momentum Syphax affectanti res Africæ erat, opulentissimus ejus terræ rex, &c. Liv. 28. 17.
Motus. Virg. 4. Georg. 68.
Murmur. Virg. 1. Æn. 59.
Naufragia. Lucret. lib. 2. 552.
Numerus frumenti. Cic. 4. Verr. 176.
Numina magna loci. Virg. 3. Æn. 697.
Onus majus nostris viribus. Ovid. 4. Trist. 10. 36.
Opes. Hor. 3. Carm. 16. 28.
Opprobrium. Hor. 3. Carm. 24. 42.
Opus magnum in manibus habeo. Cic. 1. Acad. 4.
Parens. Ovid. 1. Met. 383.
Ossaque post tergum Magnæ jactate parentis. Et non multo post,
Magna parens terra est. Ad quem locum Turnebus, Quum Magnus pater, inquit, Latinis sit Avus, major pater, proavus, maximus, abavus, Magnam parentem reor dici Tellurem antiquam & primam humani generis procreatricem. Eodem fortasse modo & Patria, Magna parens vocari posset, quam Cicero in libris de Republica appellat Antiquiorem parentem. Sic enim scribit, Sed quoniam plurima beneficia continet patria, & est antiquior parens, quam si quis, ut aiunt, curaverit, major ei profecto quam parenti debetur gratia. Hæc ille.
Magna pars Arabiæ. Plin. lib. 12. cap. 14.
Magna ex parte, pro Fere. Cic. 1. Tusc. 1. Aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus, &c.
Magnam partem occupatus in. Cic. 4. Tusc. 9. Chrysippus & Stoici, quum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his partiendis & definiendis occupati sunt.
Pondus. Plin. lib. 12. cap. 19.
Pondus auri. Virg. 3. Æn. 49.
Pretii. Plaut. Stich. 1. 3. 81.
Prudentia major rerum. Virg. 1. Georg. 416.
Regio magna miranda. Hæc duo epitheta ἀσυνδέτως posuit Lucret. lib. 1. 727.
Quæ quum magna modis multis miranda videtur.
Gentibus humanis regio.
Res magnæ. Hor. 1. Serm. 5. 15.
Risus, jocusque. Hor. 1. Serm. 8. 50.
Ritus. Plin. lib. 11. cap. 37.
Rumor. Plin. 9. Epist. 3.
Signum. Ter. And. 2. 2. 29.
Spiritus & incessus major corpore. Hor. 2. Serm. 3. 310.
Stridor. Virg. 1. Georg. 407.
Terrorem magnum inferre alicui. Hor. 3. Carm. 4. 49.
Ventus. Plaut. Milit. 2. 6. 33.
Vires majores. Plin. lib. 11. cap. 30.
Vis magna. Virg. 1. Georg. 169.
Vis major, est Impulsus & instinctus dei, & major quædam quam humanum vis & potestas. Cic. 1. Tusc. 64. Aut eloquentiam sine majore quadam vi fluere, abundantem sonantibus verbis, uberibusque sententiis.
Vis Major, Horridior quædam & vehementior interdum tempestas: quo sensu apud Jurisconsultos exempla passim offendes. Turnebus. V. VIS.
Vitium. Hor. 2. Serm. 2. 69.
Voce magna confiteri. Cic. pro Cæcin. 92.
Magis major. In MAGIS.
Multo maximus. In MULTUS.
Inter omnes maximus fluvius. Ovid. 4. de Pont. 10. 57.
Agmen, Numerosum. Virg. 1. Georg. 381.
Grex. V. GREX.
Populus. Plaut. Truc. 1. 1. 55.
Populo in magno coorta seditio. Virg. 1. Æn. 152.
Turba maxima. Virg. 6. Æn. 611.
Magnus amator mulierum. Plaut. Men. 2. 1. 43.
Amicus. Cic. 7. Fam. 29. Sed, amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere. Veteribus, inquit Turnebus, magni erant amici homines potentes, qui ab inferioribus, ut clientibus patroni, observantia omni & officio necessitudinis & obsequii colebantur. Juven. 6. Sat. 312.
— Tu calcas, luce reversa,
Conjugis urinam, magnos visurus amicos. i. e. Dum salutatum is homines potentes. [Potest tamen apud Cic. de Summo, vel intimo amico intelligi.
Magnus, pro Stolido; V. Barth. ad Claud. Mamert. p. 373.
Magnus pro Opulento. ut Magna & vetere prosapia. Suet. in Galb. cap. 2. Sic, Magnas propinquitates pro Opulentis dixit idem Othon. cap. 1. conf. paulo ante Amicus magnus.

Eques. Hor. Epod. 4. 15.
Pueri magni, Nobiles & magnorum virorum filii. Hor. 1. Serm. 6. 72.
Linguæ, Magniloqua, superbe. Hor. 4. Carm. 6. 2.
Ora magno sonere. Virg. 3. Georg. 294.
Major, ad annos relatum, pro Longioris ævi. Ter. Eun. 3. 3. 21.
  Verum ea si vivit, annos nata est sedecim:
  Non major. Martial. lib. 9. 31.
  — major erat mensibus illa tribus.
Magno natu. Liv. 3. 71. Consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu.
Major natu. Cic. 1. Tusc. 3. Anno ante natum Ennium, qui fuit major natu quam Plautus & Nævius.
Audivi ex majoribus natu hoc idem fuisse. Cic. 1. Off. 109.
Majores natu consulemus. Liv. 1.
Maximus natu. Liv. 21. 19. & Ter. Adel. 5. 4. 27. Pro quo Nepos 14. 71. Maximo natu filius.
Natu maxima una e multis. Virg. 5. Æn. 644.
Major invidia, Superior. Hor. 2. Carm. 20. pr.
  Non usitata, nec tenui ferar
  Penna, biformis per liquidum æthera
  Vates, neque in terris morabor
  Longius; invidiaque major
  Urbes relinquam. Major invidia, i. e. Per invidiam, aut certe Major quam sit invidia, quia invidiam gloria superavero. [Hellenismus est.
Magnum est quicquid quæritat. Plaut. Merc. 4. 5. 17.
Magnum facere, i. e. Magnum aliquid præstare. Hor. 2. Serm. 10. 20.
Narras magnum, vix credibile. Hor. 1. Serm. 9. 52.
Peccare magna. Tacit. 11. Ann. 38.
Magnum est efficere ut quis intelligat quid sit illud verum & simplex bonum. Cic. 1. Acad. 7. h. e. Magni laboris, vel Magnæ utilitatis.
Magnum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori. Cic. de Amicit.
Majus. Plaut. Trucul. 5. 17.
  Quanquam parum est. M. ad omne majus istuc positum parum est. In emendatis codd. aliter legitur.
Quod majus est. Cic. de Amicit. 71. Quod si tanta vis probitatis est, ut eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel (quod majus est) in hoste etiam diligamus.
Concipere majora animo. Ovid. 15. Met. 5.
Viribus majora audere. Virg. 10. Æn. 811.
Magno, absolute positum, pro Magno pretio. Plin. In Paneg. Magno æstimabatur. Idem 2. Epist. 6. Magno constat. Cic. 5. Verr. 71. Si magno emerat: quoniam tu es, qui diligentissime pretium exquisisti, qui, ut eis, magno vendidisti: quare putabas emptori lucrum addi oportere?
Mercari aliquid magno. Virg. 2. Æn. 104.
Maximo pretio. Plin. lib. 12. cap. 12.
Magni item absolute, pro eodem. Cic. 15. Fam. 15. Magni erant mihi litteræ tuæ. i. e. Habebo eas in pretio.
In eo bello ejus opera magni fuit. Nep. 9. 2. 1.
Magnum, pro Valde. Plaut. Mostell. 2. 2. 57.
  Atque ille exclamat de repente maximum.
Major morbus, qui & Comitialis dicitur. Cels. lib. 3. cap. 23.
Majores [πρόγονοι] intelligi possunt quicunque Avi, abavi, proavi, atavi, tritavi, & ante hos in infinitum. Cic. in Salust. 5. Ego meis majoribus virtute mea præluxi: ut, si prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriæ suæ. Hor. 1. Serm. 5. 55.
  — ab his majoribus orti
  Ad pugnam venere. Videtur Horatius intelligere eos Majores nostros vocari, non quicunque ætate nos antecesserunt, sed tantum qui in honore aliquo & dignitate fuerunt. Nam & hoc loco manifesta ironia est: & infra paulo, sat. 6. 10. apertius indicat quum inquit,
  Multos sæpe viros nullis majoribus ortos. i. e. Obscuro genere natos, & novos homines.
Major herus, Paterfamilias; Minor, Filius. Plaut. Truc. 2. 2. 51.
  Nisi ista ego vestra hero majori facta denarravero. Sic, Dominas minores, pro Filiabus ponit Augustin. Confess. 9. 8. 5.
Majores, de Auctoribus sectæ, aut disciplinæ. Apul. Apol. p. 297. Majores meos, Aristotelem dico & Theophrastum &c. & in Florid. pr. At non itidem major meus Socrates.
Optimus maximus, non solum de Deo dicitur, sed de fundo, agro, domo, & aliis. Cels. in l. Quum venderes D. de Contrahenda emptione, Quum venderes fundum, non dixisti, Ita ut optimus maximusque est: verum est (quod Quinto Mucio placebat) non liberum, sed qualis esset, fundum præstari oportere.
Maximus Pontifex dicebatur, quod maximus rerum quæ ad sacra, & religiones pertinent, judex sit, vindexque contumaciæ privatorum, magistratuumque. Minorum Pontificum Maximus dicitur, qui primus in id collegium venit. Item Minimus qui novissimus. Festus. V. PONTIFEX.
Maximæ dignationis Flamen dialis est inter quindecim Flamines: & quum ceteri discrimina majestatis suæ habeant, minimi habetur Pomonalis, quod Pomona levissimo fructui agrorum præsidet pomis. Festus.
Majores Flamines appellabantur patricii generis: Minores, plebeji. Festus.
Maximus Curio, Cujus auctoritate curiæ, omnesque curiones reguntur. Festus. V. CURIO.
Maximi annales appellabantur non magnitudine, sed quod eos Pontifex maximus confecrasset. Festus.
Majorem Consulem L. Cæsar putabat dici, vel eum penes quem fasces sunt, vel eum qui prior creatus sit. Prætorem autem Majorem, Urbanum: Minores, ceteros. Maximum Prætorem dici putant alii eum qui maximi imperii sit: alii qui ætatis maximæ pro collegio; quia augurum decretum est, quod in salutis augurio Prætores majores & minores appellantur, non ad ætatem, sed ad vim imperii pertinere. Festus.
Magnum annum dicunt mathematici, Quo septem sidera errantia, expletis propriis cursibus, sibimet concordant. Paulus. V. Cic. 2. de Nat. Deor. 52.
Maximam hostiam ovili pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. Festus. [Scribendum Ovilli omnino, aut Ovilis pecoris. Prius tamen malim.
Magnum socerum appellat vir Avum uxoris suæ. Magnam socrum vir Aviam uxoris suæ appellat. Festus.

Major socer, Uxoris meæ proavus. Major socrus, Uxoris meæ proavia. Festus.
Major patruus, Avi & aviæ patruus. Major amita, Avi & aviæ amita. Festus.
Major avunculus, Avi & aviæ avunculus. Festus. [Apud Suet. in Aug. cap. 7. Julius Cæsar Octaviani Major avunculus dicitur, qui fuit ipsius Aviæ frater. Sic & in Claud. 3. nec aliter JCti. V. AVUNCULUS. Prorsus nugari videtur Paulus.
Major magistratus Consul dicitur. Festus.
Magni dicuntur homines, Qui res magnas gesserunt. ut Alexander & Pompeius. V. Spanheim. de Usu Num. diss. 10. p. 66.
Achilles magnus. In ACHILLES.
Animæ, h. e. Excellentium & præstantium virorum animæ, seu manes. Suet. Si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnæ animæ. [Hoc unde sit nescio, nec comparet in Suetonii fragmentis a viris doctis collectis. apud Hor. 1. od. 12. 37.
  — animæque magnæ
  Prodigum, Pœno superante, Paullum.
Dnces. Hor. 2. Carm. 1. 21.
Mens major humana. Sil. lib. 7. 5.
Pectus. Virg. 4. Æn. 448.
  Haud secus assiduis hinc atque hinc vocibus heros
  Tunditur, & magno præsentit pectore curas.
Vir maximus & spectatus. Cic. de Amicit. 9. Ne comparentur Catoni, maximo & spectato viro.
Animo magnus, major imperio suo. Plin. lib. 35. cap. 10.
Animo stabili & firmo & magno vir. Cic. 3. de Finib. 29.
Bello major. Virg. 1. Æn. 550.
  Rex erat Æneas nobis, quo justior alter
  Nec pietate fuit, nec bello major & armis.
Maximus ille armis, maximus ille toga. Ovid. ad Liv. 14.
Vir maximus factis. Ovid. 14. Met. 108.
Principum maximus. Hor. 4. Carm. 14. 6.
Regum magnorum maxima. Hor. 1. Serm. 3. 136.
MAGNUS Cn. Pompeius cognomento fuit. Appian. Mithrid. p. 252. principio, Quasi Magnus esset factus a Ro. dantibus illi magnam potentiam. Idem in 2. Civil. p. 240. Paris. Videtur interpretationem alteram non probare. μέγας τε [illegible] Μάγνος ἐπικληθείς. Utitur autem alicubi Romana voce, dicens μάγνον, ut Bell. Civil. lib. 4. 326. [illegible] H. St. Nimirum ita loquitur de Magni cognomine Appianus priori loco, quasi non ob rerum gestarum, verum ob concessæ potentiæ magnitudinem, Pompeio datum sit, quum posteriori loco communi sententiæ astipulatur.
MAGNITUDO, inis. f. [μέγεθος, ὄγκος, μεγαλεῖον] Amplitudo, sublimitas.
Ampla magnitudo. In AMPLUS.
Inaudita. V. INAUDITUS.
Inhabilis magnitudinis navis. V. INHABILIS.
Justa. V. JUSTUS.
Capere magnitudinem. In CAPIO.
Cogere in. V. COGO.
Complere magnitudinem alicujus rei. Plin. lib. 16. cap. 7.
Excedere in nimiam magnitudinem. Cels. lib. 2. cap. 21.
Implere magnitudinem suam anno. V. IMPLEO.
Acerbitatis & odii magnitudo. Cic. pro Deiot. 30.
Æris alieni. Cic. pro Rosc. Amer. 39.
Amoris. Cic. 2. Fam. 7.
Animi. Cic. in Partit. 81. Magnitudinem animi superbia imitatur in animis extollendis. Et 2. Fam. 7. Magnitudinem animi ne infectas cujusquam injuria.
Causarum magnitudo & varietas. Cic. 1. de Orat. 15.
Frigorum. Cic. 7. Verr. 23.
Fructuum. Cic. 2. contra Rull. 94.
Maris Ægæi. Cic. 3. de Fin. 45.
Mundi. Cic. 1. Off. 154.
Quæstus. Cic. 7. Verr. 23.
Periculi. Cic. pro Quint. 6.
Regionum. Cic. 13. Philip. 5.
Conspicuus magnitudine. In CONSPICIO.
MAGNITAS, atis. f. [μεγαλότης] pro Magnitudine apud antiquos. Accius apud Non. 2. 523. Neque fat fingi, neque dici potest pro magnitate.
MAXIMITAS, atis. f. [μεγιστότης] Magnitudo. Lucret. lib. 2. 497.
  Ne quædam cogas immani maximitate
  Esse supra, quod jam docui non posse probari. Vox est rara. Usus est Arnobius, lib. 6. p. 204. Porrigere se longius atque in maximitatem producere.
MAGNALIA, ium. n. pl. [τὰ μεγαλεῖα] Res magnæ atque illustres apud Tertull. & Cyprian. V. Borrich. Cogitat. p. 157. Usus est vulgatus interpres Act. 2. 11. Magnalia miraculorum. August. Confess. 13. 27.
MAGNARIUS, [μεγαλέμπορος] Negotiator magnarius, apud Apuleium lib. 1. Milef. p. 104. Elm. pro Magno negotiatore ponitur, a negotiorum magnitudine, tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis. Vetus Inscr. apud Gruter. 281. 1. CORPVS CORIARIORVM MAGNARIORVM. V. Turneb. Advers. 27. 21.
MAGNATES, ium. m. pl. Optimates. Vet. Inscript. quam produxit Demster. ad Rosin. Antiq. MANSIONES PALATINORVM SALIORVM A VETERIBVS OB ARMORVM MAGNATIVM CVSTODIAM CONSTITVTAS, LONGANIMITATE NEGLECTAS PECVNIA SVA REPARAVERVNT PONTIFICES VESTAE V V CC PRO MAGISTRO PROTI IACILII LVCILII PRAETEXTATI.
MAJUSCULUS, dimin. a Major, tam ad corpus, quam ad ætatem refertur. Plin. lib. 26. cap. 6. Folia sunt majuscula, quam hederæ De tussilagine seu bechio herba. Ter. Eun. 3. 3. 21. Thais, ego quam sum, majuscula est. i. e. Paulo major ætate.
  Pone hic MAJESTAS. H. St. Ita debuit & MAGIS, & MAXIME huc trahi. Sed quid vetat suo loco legi?
MAGNANIMUS, a, um. Adj. [μεγαλόψυχος, ὑψηλόφρων, μεγαλόνους] Qui magno animo est. Cic. 4. Tusc. 61. Constantem enim quendam volumus, sedatum, gravem, humana omnia prementem, illum esse, quem

quem magnanimum & fortem virum dicimus. Talis autem nec mærens, nec timens, nec cupiens, nec gestiens esse quisquam potest.
Achilles magnanimus. In ACHILLES.
Duces. Virg. 4. Georg. 4.
Equi. Virg. 3. Æn. 704.
Gentes. Virg. 10. Æn. 139.
Heroes. Virg. 6. Æn. 647.
Leo. Ovid. 3. Trist. 5. 33.
Magnanimus, [μακρόθυμος] Patiens. V. seq. dict.

MAGNANIMĬTAS, ātis. f. [εὐψυχία, μεγαλοψυχία] Sublimitas, & præstantia animi. Cic. 1. Offic. 152. Nam quum omnis honestas manet a partibus quatuor, quorum una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, &c.
Magnanimitas, quod est subinde in litteris apostolicis μακροθυμία, quod alii vertunt Longanimitatem. Cyprianus in tractatu de Eleemosyna, Hæc hæreant firmiter sensibus nostris, hæc intelligantur plena fide, hæc corde toto diligantur, hæc indesinentium operum magnanimitate redimantur. De præmiis cælestibus homini Christiano promissis. Idem in tractatu de Zelo & livore, Caritas magnanima est, caritas benigna, caritas non zelat: docens scilicet & ostendens eum posse caritatem tenere, quisquis magnanimus & benignus, & a zelo & livore alienus est. Hæc ex Erasmo in Cyprianum.

MAGNĬDĬCUS, a, um. Adj. Plaut. Rud. 2. 6. 31.
Dum tuis auscnlto magnidicis mendaciis. Idem Mil. Glor. 3. 3. 48. & Ammian. 23. 6. Persis.

MAGNĬFĂCIO, ĕre. Extollere. Ter. Hec. 2. 2. 18.
Quem ego intellexi illam haud minus, quam seipsum magnifacere.
Et Cic 13. Fam. 16. Ejus libertum Apollonium jam tum equidem cum ille viveret, & magnifaciebam & probabam. Al. divise scribunt Magni facere.

MAGNĬFĬCUS, a, um. Adj. [μεγαλοπρεπής, μεγαλεῖος, μεγαλουργός] Qui in magnis pro dignitate sumptum facit, quique circa publicam magnificentiam impensas facit honorificas, veluti in ludis, in rebus diis sacrificatis, in ædificiis, in epulo publico: non autem qui in seipsum sumptuosus est. [Hic Munificum cum Magnifico confundit.] Liv. 1. 10. Inde exercitu victore reducto, ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor, &c. V. Cic. loc. in MAGNIFICENTIA.
Ædes magnifica. Ovid. 6. Fast. 637.
Apparatus. h. e. Sumptuosus & lautus, vel potius Immodicus. Cic. 1. Offic. 25.
Cœna. Cic. 9. Fam. 16.
Defensio magnifica & præclara. Cic. 7. Verr. 1.
Domus. Plin. lib. 17. cap. 1.
Genus dicendi. Cic. 2. de Orat. 89.
Ludi. Cic. 3. Q. frat. 8.
Ornatus. Cic. 3. Verr. 58.
Splendor. Lucret. lib. 4. 1023.
Succus in usu, medicamentisque. Plin. lib. 19. cap. 3.
Triumphi. Ovid. 1. Amor. 2. 28.
Verba. Ter. Eun. 4. 6. 3.
Usque adeo ego illius ferre possum ineptias, & magnifica verba. i. e. Jactantiæ & ostentationis plena.
Urbes. Ovid. 2. de Pont. 10. 21.
Magnificum abunde est voluisse. Plin. in Præf.
Dicere aliquid magnificum. Tibul. lib. 1. 5. 6.
Magnificus, nonnunquam in malam partem sumitur. Unde illud Cornelii Nepotis de Attico in ejus vita cap. 13. Quod elegans fuerit, non magnificus: splendidus, non sumptuosus. Ter. Heaut. 2. 1. 15.
Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis.
Magnificissima dicebant antiqui pro Magnificentissima. Re enim vera Magnificens dici non potest, unde Magnificentissima videtur deduci. Fest.
Magnificentior. Cic. 2. de Fin. 113. Ad altiora quædam & magnificentiora, mihi crede, Torquate, nati sumus.
Magnificentissimum Senatusconsultum. h. e. Amplissimum & nobilissimum. Cic. 1. de Divin. 59.
Magnificentissima ædilitas. Cic. 2. Off. 57.

MAGNĬFĬCE, Adv. [μεγαλοπρεπῶς, μεγαλείως, μεγάλως] Laute, honorifice. Ter Heaut. 3. 2. 45.
Et næ ego te (si usus veniat) magnifice, Chreme,
Tractare possim.
Magnifice aliquem accipere, Honorifice. Plaut. Pseud. 1. 2. 4.
Compellare aliquem. Plaut. Pseud. 2. 4. 11.
Dicere, Laudabiliter, cum excellentia quadam. Ter. Adelph. 2. 3. 4.
Efferre se, Multum, mirum in modum. Ter. Heaut. 4. 3. 31.
Habitare. Cic. pro Domo 115.
Incedere. Liv. 2. 6. Ipse en ille, nostris decoratus insignibus, magnifice incedit.
Ire advorsum. Plaut. Cas. 3. 6. 4.
Loqui. Cic. ad Brut. 16. Juvat magnifice loqui, & certe decet apud ignorantes.
Loqui magna magnifice. Tibul. lib. 2. 6. 11.
Vivere. Cic. 1. Offic. 92. Hæc præscripta servantem licet graviter, magnifice, animoseque vivere, atque etiam simpliciter, fideliter, & vitæ hominum amice.
Magnifice utilis. Plin. lib. 23. cap. 7.
Magnificius, Cato pro Magnificentius dixit: & non frustra. Nam positivus ejus Magnifice est. Festus.

MAGNIFICENTER, Aliud Adv. Vitruv. 6. 11. Cum magnificenter opus perfectum adspicitur. Et 1. 6. Oppidum magnificenter ædificatum.

MAGNIFICENTIA, æ. f. [μεγαλοπρέπεια, μεγαλειότης, μεγαλουργία] Est (inquit Cic. 2. de Invent. 167.) Rerum magnarum & excelsarum, cum animi ampla quadam & splendida propositione, agitatio atque administratio. Ter. Phorm. 5. 8. 37.
I hinc in malam rem cum istac magnificentia. Cic. pro Muren. 39. Noli ludorum hujus elegantiam, & scenæ magnificentiam valde contemnere.
Adhibere magnificentiam. In ADHIBEO.
Abstruere aliquid magnificentia. In ABSTRUO.
Magnificentia verborum. h. e. Apparatus. Cic. de Amicit. 21. Ne metiamur eam, ut quidam docti, verborum magnificentia.

Magnificentia & Despicientia rerum humanarum. Cic. 1. Offic. 72. Capessentibus autem Remp. nihilo minus, quam Philosophis, haud scio an magis etiam, & magnificentia, & despicientia adhibenda sit rerum humanarum.

MAGNIFICO, [μεγαλύνειν, μεγαλύνω] āre. Extollere, exaltare. Plin. lib. 17. cap. 9. M. Varr. principatum dat turdorum fimo ex aviariis. Quod etiam pabulo boum suumque magnificat: neque alio cibo celerius pinguescere asseverat. Plaut. Men. 2. 3. 19.
— quia pol te unum ex omnibus
Venus voluit me magnificare: atque id haud immerito tuo.

MAGNIFICĀTIO, ōnis. f. Macrob. Saturn. 5. 13. Personarum varia magnificatio.

MAGNĬLŎQUUS, a, um. Adj. [μεγαλόῤῥημων, σεμνόφωνος] Qui magna loquitur. Martial. lib. 2. 43.
Candide, κοινὰ φίλων hæc sunt tua, Candide, πάντα,
Quæ tu magniloquus nocte dieque sonas.
Homerus magniloquus. Stat. 5. Silv. 3. 62.
Flatus magniloqui. Stat. 3. Theb. 192.
Ore magniloquo tumidus. Ovid. 8. Met. 396.

MAGNILOQUENTIA, æ. f. [μεγαλοῤῥημοσύνη] Cic. in Orat. 191. Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior.
Homeri magniloquentia. Cic. 13. Fam. 15.
Rhodiorum legati magniloquentiam vix Curia ante ceperat. Liv. 44. 15. pr.

MAGNĬPENDO, [περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι] ĕre. In magna æstimatione habere. Plaut. Pseud. 1. 2. 85.
— sed, scio, tu oleum haud magnipendis, vino te
Devincis. Ter. Adel. 5. 4. 25.
Ego quoque a meis me amari, & magnipendi postulo. Hoc quoque alias divise scribitur, Magni pendere.

MAGNŎPĔRE, Adv. [λίαν, μεγάλως] Valde, vehementer. Ter. Heaut. 4. 1. 13.
Meministine me esse gravidam, & mihi te magnopere interminatum,
Si puellam parerem, nolle tolli?
Magnopere labi. Lucret. lib. 2. 176.
— sed in omnibus rebus
Magnopere, a vera lapsi ratione videntur.
Magno opere, separatim etiam aliquando legas. Cic. 13. Fam. 34. magnoque opere abs te peto, uti &c.
Magnopere censeo tibi Romam properandum. h. e. Operæ pretium esse. Cic. 15. Fam. 14. Ego ceterarum rerum causa tibi Romam magnopere properandum censeo.
Nemo magnopere eminebat in novo populo. Liv. 1. 17. pr.
Magnopere providendum. Cic. pro Font. Et 4. Verr. 28. Qua de re, Judices, vobis magnopere providendum est.
Magnopere nil facere. Cic. 7. Verr. 103. Quid, inquam, magnopere potuit Cleomenes facere, istius avaritia navibus exinanitis?
Non magnopere laboro; quod vulgo dicunt, Non multum curo. Cic. pro Rosc. Com. 43. Et quorsum recidat responsum tuum non magnopere laboro.
Non magnopere miror. Cic. 4. Acad.
Non magnopere quærere. Cic. 6. Verr. 1. Genus ipsum prius agnoscite, judices, deinde fortasse non magnopere quæretis, quo nomine appellandum putetis.
Nihil dicendum magnopere videtur. Cic. pro Rosc. Amer. 124. Tametsi ita res se habet, ut mihi in communem causam sectorum dicendum nihil magnopere videatur.
Non magnopere visus Phœnix in toto orbe. Plin. lib. 10. cap. 2.

MAXĬMŎPĔRE, [σφόδρα] superlativi gradus adverbium, Idem quod Vehementissime. Cic. 3. Fam. 2. A te maximopere pro nostra summa conjunctione, tuaque singulari humanitate, etiam atque etiam quæso & peto, ut quibuscunque, &c.
Maximo opere, divise. Ter. Eun. 3. 3. 26.
— Thais maximo
Te orabat opere, ut cras redires.

MAGNUS PORTUS, [Πόρτος μέγας] apud Ptolem. lib. 2. cap. 3. Britanniæ locus. Vulgo Portsmouth, vel Portus Hamonis, ubi civitas Southampton.

MĀGO, ōnis. [Μάγων] Magones plures fuerunt duces Carthaginiensium. ut, Mago Machæi successor, qui militari disciplina ordinata, conditi Pœnorum imperii gloriam reportavit. de quo Justin. l. 19. pr.
Mago alter fuit, Annibalis frater, qui causa victoriæ apud Trebiam fuit, teste Liv. 21. 54. & 55. sed apud Locros a Manlio clausus, ab Annibale liberatus est. Liv. lib. 30. 19. scribit Magonem Annibalis fratrem in agro Insubrium vulneratum, cum in Africam per legatos revocatus navigaret, apud Corsicam obiisse.
Mago alius ex gente Barcina propinquus Annibalis, a T. Manlio Prætore in Sardinia captus. Liv. 23. 41.
Mago alius a Scipione capitur apud Carthaginem in Hispania, Romamque per Lælium mittitur. Liv. 26. 46. & 27. 53.
Mago item quidam fuit Afer, qui de re rustica scripsit, de quo Columel. lib. 1. cap. 1. sic ait; Verum tamen Carthaginensem Magonem rusticationis parentem veneremur. Nam hujus octo & viginti memorabilia illa volumina ex Senatusconsulto in Latinum sermonem conversa sunt. Hujus Magonis meminit & Servius, quem Virgilium in Georgicis scribit imitatum. Meminit & hujus Varr. 1. de R. R. cap. 1. & Plin. lib. 17. cap. 10. & lib. 18. cap. 3.
Mago denique Oppidum est in minoribus Balearibus, ut scribit Pomponius in fine lib. 2. Hodie Port Mahon, una cum tota insula ditionis Anglicanæ.

MAGOG, [Μαγώγ] Nomen viri, filii Japhet, proprium; a quo (ut ait Josephus, lib. 1.) Magogæ dicti sunt, qui a Græcis Scythæ.

MAGUDĂRIS, sive MAGYDĂRIS, [μαγύδαρις] Priscian. lib. 7. cap. de accusativo extr. Magudaris, inquit, significat frugis. id est caulis genus, qui nascitur ex ea parte, cujus radix silphii avellitur; vel, ut alii volunt, siliginem. Hactenus Priscian. Hanc, caulem laserpicii quidam existimant. Plaut. Rud. 3. 2. 19. Seu tibi confidis fore multam magudarim. Columel. lib. 6. cap. 17. V. LASER. & Salmas. ad Plaut.

MĂGUS, i. m. [μάγος] dictio Persica, qua apud eos Sapiens significatur, eos enim Persæ Magos vocant, quos Græci Philosophos, Latini Sapientes,

Sapientes, Galli Druydas, Ægyptii Prophetas, sivè Sacerdotes. Cic. 2. de Legib. 26. Patrum delubra esse in urbibus censeo; nec sequor magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur. Sapientum & doctorum genus magorum habebatur in Persis. Cic. 1. de Divin. 46.

Artes magorum. Ovid. 7. Met. 195.

Portenta magorum. Cic. 1. de Nat. Deor. 43.

MAGA, æ. f. Augustin. de Civ. Dei 18. 17. Maga famosissima Circe. Ovid. adjective dixit, 1. Amor. 8. 5.

Illa magas artes Ææaque carmina novit.

MAGIA, æ. f. [μαγεία] duplex est. Altera infamis, eo immundorum spirituum commerciis inauspicata. Altera non fere aliud est, quam naturalis philosophiæ apex. Priorem illam Græci γοητείαν vocant, incantationibus & carminibus nefariæ curiositatis arte compositis concinnatam, cujus studiosos volgo damnabiles & maleficos appellant. De qua concionantur libri, quos improbatæ lectionis appellat Jureconsultus Ulpian. prorsusque esse corrumpendos statuit. Quæ vero proprie magia nuncupatur, perfecta creditur & summa scientiæ potestas: quando Persarum lingua est Magus non fere alius, quam Divinorum interpres & cultor. Hæc & multo plura Cæl. lib. 9. cap. 23.

MAGICUS, a, um Adj. [μαγικός] Quod ad magum vel magiam pertinet; ut, Magica ars. Plin. lib. 11. cap. 37. Quem vide lib. 30. cap. 1. & 2.

Artes magicæ. Virg. 4. Æn. 493.

Auxilia. Tibul. 1. 8. 5.

Carmen. Cic. 2. de Orat. 245. In magico carmine scriptum videretur. Al. melius Magistri carmine.

Linguæ magicæ potentia. Ovid. 7. Met. 330.

Os. Ovid. 14. Met. 58.

Portenta. Plin. lib. 25. cap. 3.

Ritu lustrari. Ovid. 10. Met. 398.

Sacra. Virg. 8. Ecl. 66.

Soni. Ovid. 2. de Arte Am. 102.

Terrores. Hor. 2. Epist. 2. 208.

MAGICE, es. f. [μαγική] Ars ipsa incantandi, quam quidam Magiam vocant. Plin. lib. 30. cap. 1. Si non aspera, fedes ejus, tota Thrace magices fuisset.

MAGYDARIS, V. MAGUDARIS.

M A I

MĀJA, [μαῖα] Atlantis filia, ex qua Jupiter Mercurium suscepit. Virg. 8. Æn. 138.

Almæ filius Maiæ, Mercurius. Hor. 1. Carm. 2. 43.

Genitus Maia, Mercurius. Virg. 1. Æn. 301.

Natus Maia, Mercurius. Hor. 2. Serm. 6. 5.

Maia, pro stella una ex Pleiadibus. Virg. 1. Georg. 225.

Est & dea, Fauni filia, cui in mellario vase non mel, sed vinum sacrificabant. V. Macrob. 1. Sat. 12.

Significat Græcis [μαῖα] & Obstetricem, et auctor est Suidas in Socratis vita.

Maia item Græcis, patris matrisque matrem significat, qua voce, ut patria passim utuntur Patavini, pro amita.

Est etiam προσφώνησις ἀπὸ νεωτέρου πρὸς πρεσβυτέραν, i. e. honesta adversus ætatem grandiorum alloquutio. Hesych.

Apud Aristot. quoque lib. 4. cap. 2. pr. de Hist. Animal. Cancrorum maximi dicuntur μαῖαι, hoc est maiæ; ut Theod. etiam placet. V. Plin. l. 9. c. 32. [Si Græcum nomen est μαῖα, Latine Mæa scribendum, aut Græce μαῖα.

MĀJĀLIS, is. m. [τομίας χοῖρος] Majales, porci castrati dicti sunt antiquis. Varr. 2. de R. R. cap. 4. Castrantur verres commodissime anniculi, utique ne minores quam semestres, quo facto nomen mutant atque e verribus dicuntur majales. Elegantur Titin. apud Non. 2. 330. Ne ego majalis fiam: pro, Ne ego castrer. V. Turneb. Adverf. 21. 15. & 29. 3. Apud Ciceronem in Pisonem, Consulem ego tum requirebam: consulem, inquam: non illum quidem, quem in hoc majali invenire non possem. Quæ lectio probatur ex Isidoro. Sed vulgo Animali, præterquam in posterioribus editionibus. H. St. V. Isidor. lib. 2. cap. 31. Hotoman. lib. 8. observ. cap. 7. Cic. locus exstat in ad. Verburg. 19.

MAJESTAS, ātis. f. [μεγαλειότης] a Magnitudine dicta est, auctore Festo: est autem Decus, amplitudo & dignitas, vel populi, vel Senatus, vel magistratus, vel principis, aut imperatoris, aut privati cujusdam magni viri; aut alterius etiam inanimatæ rei. Hor. 2. Epist. 1. 258. ad Augustum,

— sed neque parvum
Carmen majestas recipit tua.

Majestas male exponitur e Suetonio. H. St. Vellem locum Tranquilli indicasset, non enim quem potissimum intelligi velit assequi facile licet.

Majestatem lepida fingunt poetæ, Honoris & Reverentiæ filiam esse. V. Ovid. 5. Fast. 25.

Majestas, populi dicebatur: Auctoritas autem, Senatûs. Populus enim sciscere solebat & jubere; Senatus censere, & auctor esse. Cic. 3. Philipp. 13. Tantus autem est consensus municipiorum, coloniarumque provinciæ Galliæ, ut omnes ad auctoritatem hujus ordinis, majestatemque Populi Rom. defendendam conspirasse videantur. Sed legitur & Majestas Senatus sæpe, ut apud Plin. 8. Epist. 6 ad Montanum, Erat enim contra majestatem Senatus, si, &c. Liv. 22. 3. Consul ferox ab consulatu priore, & non modo legum ac patrum majestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens.

Divinæ solertiæ majestas. Cic. 4. Acad. 120. Negatis hæc tam polita, tamque subtiliter effici potuisse sine divina aliqua solertia, cujus quidem vos majestatem deducitis usque ad apium, formicarumque perfectionem.

Loci alicujus majestas, h. e. Præstantia & excellentia. Liv. 1. 53. Concepit animo eam amplitudinem Jovis templi, quæ digna Deum hominumque rege, quæ Romano imperio, quæ ipsius etiam loci majestate esset. Eandem cap. 38. extr. Amplitudinem loci dixerat.

Majestas in oratione, h. e. Gravitas. Cic. de Amicis 96.

Afferre orationi majestatem aliquam. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Nominis majestas, h. e. Magnitudo & dignitas. Martial. in præf. lib. 8. Cum pars libri & major & melior ad majestatem sacri nominis tui allegata sit.

Imperii. Hor. 4. Carm. 15. 15.

Rectoris. Sil. lib. 15. 417.

Viri. Livius libro 34. in principio orationis M. Porcii Catonis. Si in sua quisque nostrum matre familiæ, Quirites, jus & majestatem viri retinere instituisset. H. St.

Acris. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 126.

— & inhorruit acri
Majestate nemus.

Regia. Claud. de Nupt. Honor. 198.

Sancta. Ovid. 3. de Arte Am. 407.

Verenda. Ovid. 4. Met. 539.

Conservare majestatem, idem significat quod Retinere majestatem. Cic. pro Rabir. 20. Fit Senatusconf. ut C. Marius, L. Valerius Consules, adhiberent Trib. pleb. & Prætores, quos eis videretur: operamque darent, ut imperium Populi Romani, majestasque conservaretur. Idem pro Corn. Balb. 36. de Gaditanorum fœdere loquens, Adjunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus: Majestatem Populi Rom. comiter conservanto, &c. h. e. Obsequium, observantiamque, liberis non indignam nec indecoram, Imperio Romano, populoque benigne exhibeant: & ut comiter obsequiosum se ille populus Populo Romano præbeat: curetque ut imperium semper penes Romanos sit. Ex Budæo.

Constituere majestatem, significat Lapsam aut labentem confirmare dignitatis venerationem, atque amplitudinis existimationem, ut in illo loco concionis Salustianæ, in Bell. Jugurth. in C. Memmii oratione cap. 31. 17. Majores vestri parandi juris, & majestatis constituendæ gratia, per secessionem armati bis Aventinum montem occupavere. Budæus.

Prætoris majestas contempta. Paul. in l. Si famil. D. de jurisdict. omnium judic.

Imminuere, & Minuere. Cic. 2. de Orat. 164. Si majestas est amplitudo ac dignitas civitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus Populi Romani tradidit. Ibid. 107. Mihi ipsi cum Sulpicio fuit in Norbani causa summa contentio. Pleraque enim de iis quæ ab isto objiciebantur, quum confiterer, tamen ab illo majestatem imminutam negabam. Quod Cicero Minuere majestatem vocat, ætas sequens Lædere appellavit. Ex Budæo. V. Crimen majestatis p. p.

Retinere, id est quod nunc vulgus *Servare auctoritatem* vocat. Cic. in Orat. 102. Jus omne retinendæ majestatis Rabirii causa continebatur. Ergo in omni genere amplificationis exarsimus. Budæus.

Solvere. Liv. lib. 22. 42. extr. Horum opportunus adventus Consules imperii potentes fecit, quum ambitio alterius suam primum apud eos prava indulgentia majestatem solvisset. Budæus.

Venerari majestatem naturæ deorum. Quintil. lib. 3. cap. 7. Verum in deis, generaliter primum majestatem ipsius eorum naturæ venerabimur.

Crimen majestatis, subaudito Læsæ. Sueton. in Claud. Cæs. cap. 16. Notavit & quendam, quod comes regis in provincia fuisset: referens, majorum temporibus Rabirio Postumo, Ptolemæum Alexandriam crediti servandi causa secuto, crimen majestatis apud judices motum. Ex quibus verbis apparet, Majestatem Populi Romani læsam majores ob id existimasse, quod civis Romanus asseclam se regi & comitem præbere non dubitasset contra morem majorum, ut creditam pecuniam reciperet. Bud. Paul. Manutius de legib. Romanis, Crimen hoc esse maximum nemo nescit: interdum tamen capitale non fuit. Nam Claudiæ Vestalis, Appii Cæci filiæ, C. Fund. & T. Sempr. Ædiles pleb. quod populo Romano calamitatem esset imprecata, multam dixerunt æris gravis XXV. millia. quæ capitalis pœna non fuit, judicium autem illud Majestatis nomine notatum, Suet. in Tiber. pr. significat. Et majestas quidem multis modis lædebatur, his fere: ubi quid in populum suum, suamve Remp. aut in magistratus, personamve principis commissum est. In populum, ut si quis exercitum hostibus tradidit: si exercitum sollicitavit, delectumve injussu populi aut Senatus habuit: si quis exercitum extra suam provinciam injussu populi duxit, aut ipse, relicto exercitu, provinciæ finibus excessit: si quis Remp. sua culpa male gessit: si stationem deseruit: si contra libertatem consilia iniit; si seditionem, aut bellum excitavit; si publicum hostem domi privatus habuit; si jus civitatis, aut magistratus imminuit; si præter dignitatem populi Rom. Regio in comitatu fuit; si contra bonum publicum loquutus est; quod majestatis quidam crimen, non tamen capitale fuit, ut exemplo docuimus; præterea si quis ad hostem transiit, aliudve quid cum iis adversus Remp. pactus est. Hæc in populum læsæ majestatis crimina. In magistratum autem, vel in principis personam, si quis vim omnino ullam attulit; si Tribuno pl. intercedenti non paruit, aut ab eo concionem avocavit, eumve privati loco habuit, ut puta, si occurrenti in via non cessit; si consilium plebis disturbavit. Et hujus generis alia, quæ facile possumus intelligere ex ea definitione, quæ prodita litteris est: Majestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus amplitudo civitatis constat. Hoc de crimine leges nominantur hæ, primum illa XII Tab. de qua Polyb. lib. 5. ut, qui hostem concitasset, vel civem hosti tradidisset, capite pœnas daret; deinde, tribuniciæ, Appuleia, Varia; consulares, Cornelia, Julia, Antonia: Appuleiam tulit, opinor, L. Appuleius Saturninus tribunus pl. quem postea cum C. Servilio Glaucia prætore C. Marius VI consul. s. c. interfecit. Variam tulit Q. Varius Sucronensis tribunus plebis qui Philippo & Cæsare Coss. in locum M. Livii Drusi interfecti tribunus pleb. creatus est. Hujus legis hæc sententia fuit, ut quæreretur de iis quorum ope, aut consilio bellum Italicum esset concitatum. Quo crimine cum essent multi condemnati, & ad plures præterea, quos damnari necesse esset, ea culpa pertinere videretur; fecit sapienter Senatus, qui decreverit ne, dum tumultus Italicus esset, judicium ullum lege Variæ fieret. Secuta est Cornelia, L. Sullæ dictatoria; inde Julia, C. Cæs. in primo, ut opinor, lata consolatu, aut post victum in Pharsalia Pomp. nam consul iterum, bello Pompeii, aut Alexandrino impeditus, abfuit. Hæc lex damnatis aqua & igni interdicebat. Postremo Antonia, M. Antonii consulis, qui III vir postea fuit, quæ damnatis de majestate provocationem ad populum dabat, quod antea in uno perduellione, omnium de majestate criminum gravissimo, licebat. In causa majestatis & proditionis, impunitatem indici datam Pedianus ait (in Divinat. 34.) in causis repetunda-

petundarum negat. Nulla vero prorsus in causa Senatusib. licuisse indicium profiteri, ne videlicet summi dignitas ordinis minueretur.
Actio majestatis. scil. Criminis. Quintil. 5. 10.
Accersere majestatis. In ACCERSO, vel ARCESSO.
Damnatus majestatis. In DAMNO.

MAJORES, In MAGNUS.

MAJORINA, æ. f. Species olivæ. Plin. 15. 3. In Theod. Cod. l. 9. t. 21. & 23. Adj Majorina pecunia dicitur.

MAJŪMA, æ. f. Ludi genus apud Romanos. Theod. Cod. l. 15. t. 6. Placuit ut Majumæ lætitia provincialibus redderetur. & Jac. Gothofr. ad l. c. Cod. Dilherr. T. 2. Disp p. 81. & Chok Fac. Hist Cent. 1. 56. fol. 111.

MĀJUS, [Μάϊος, μουνυχιών] Mensis a majoribus dictus est, quia (inquit Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 12.) Majoribus consecratus erat, quorum consilio Respub. gerebatur. Tertius, e Majoribus, Majus. Varr. de L. L. lib 5. 4. De mensibus loquens. Ovid. 5. Fast 73.
Hinc sua majores tribuere vocabula Majo. Sunt qui Majum e Majestate dea denominatum velint, quod tamen Vulcanalis Calendis Majis huic deæ rem divinam facit. Alii a Maja Mercurii matre, propterea hoc mense mercatores omnes Majæ pariter & Mercurio sacrificare soliti erant. V. Macrob. 1. Sat. 12.
Mensis Majus. Cic. 2. Philip. 7.

MAJUSCULUS, V. MAGNUS.

M A L

MĀLA, æ. f. [μῆλον, σιαγών, γνάθος] Faciei pars est, dicta, quod rotunda, mali speciem præ se ferat. Plin. lib. 11. cap. 37. Infra oculos malæ, homini tantum, quas prisci genas vocabant, XII Tabularum interdicto radi a feminis eas vetantes. Pudoris hæc sedes: ibi maxime ostenditur rubor. Cic. in Orat. 153. Malam a Maxillis per contractionem sive decurtationem dici ait, quum inquit, Quinetiam verba sæpe contrahuntur, non usus causa, sed aurium. Quomodo enim vester Axilla Ala (Al. Ahala) factus est, nisi fuga litteræ vastioris? quam litteram etiam e Maxillis, & Taxillis, & Vexillo, & Paxillo, consuetudo elegans Latini sermonis evellit. h. e. Ut littera illa vastior x, quæ vim duarum consonantium habet, & sonum quendam agrestem, fugeretur. [At Priscianus ab Ala diminutivum facit Axilla, & sic cetera. V. AXILLA & MAXILLA.
Pars utraque malarum. Lucret. lib. 1. 89.
Audaces. Virg 7. Æn. 114.
Diffusæ. Pers. 3. Sat. 59.
Horribilis mala leonis. Hor. 4. Carm. 19. 24.
Crepitant duro sub vulnere. Virg. 5. Æn. 435.
Flavescere malæ dicuntur, quum primum barbæ lanugo crescere occipit. Ovid. 6. Met 718.
Absumere mensas ambesis malis. Virg. 3. Æn. 257.
Mandare malis. Citatus versiculus antiqui poetæ a Cicerone, ex Atreo fabula, lib 3. de Orat. 215.
Impius hortatur me frater, ut meos malis miser
Mandem natos. Sic enim rectius legitur; nam Mandare malis, est Malis committere & comesse; ut apud Lucret. 2. 637.
Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus. Est igitur vetus loquendi formula, quam & mensura versus postulat, ut Turneb. & Lambin. eruditissimi viri annotarunt Ceterum vulgo legitur, Manderem, &c.
Signarat teneras dubia lanugine malas. Ovid 13. Met. 754.
Juventas molli vestit lanugine malas. Lucret. lib. 5. 887.

MALABATHRUM, V. MALOBATHRON.

MALACA, Bæticæ Hispaniæ oppidum, ut scribit Pompon. lib. 2. cap. 7. Nomen retinet, teste Olivar.

MĂLĂCHE, es. f. [μαλάχη] Malvæ species. Plin. lib. 20. cap. 21. Columel. 10. 247.

MALACHRA, quam alio nomine Maldacon vocant, arbor est in Bactriana regione, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exsudans, quod Bdellium vocant. Plin. lib. 12. cap. 9.

MĂLĂCION, [μαλάκιον] Genus quoddam ornamenti muliebris, Pollux lib. 7. cap. 22. Idem quoque lib. 5 cap 16. inter colli ornamenta numerat. Hujus meminit Nævius poeta apud Non. Marcell. [ubi tandem?

MĂLĂCUS, a, um. Adj. [μαλακός] Mollis. Plaut. Bacch. 2. 3. 121.
Hic nostra agetur ætas in malacum modum. i e. Molliter. Idem Truc. 2. 7. 49. Mœchum malacum amas. Sic Mil. 3. 1. 94.
— eme, mi vir, lanam, unde tibi pallium
Malacum, & calidum, conficiantur tunicæ mihi hibernæ bonæ,
Ne algeam hac hieme.
In malaco sinum. Quintil. lib 8. cap. 2. Hic verbis non aliud significari putant, quam in cavoli mollitie & raritate summam intelligi mentis sanitatem, id est prudentiam & perspicaciam. V. Cæl. lib. 6 cap. 1.

MĂLĂCIA, æ f. [μαλακία] Tranquillitas, quum maris fluctus omnino quiescunt & languent, neque ulla aura commoventur. Cæs. 3. Bell. Gall. 15. Ac conversis in eam partem navibus, quo ventus ferebat, tanta subito malacia ac tranquillitas extitit, ut se loco movere non possent.
In otio inconcusso jacere, non est tranquillitas, malacia est. Seneca Epist. LXVII. extr. H. St.
Malacia, est in gravidis ille Languor & mollities dissoluti & cuncta fastidientis stomachi. Plin. lib. 23. cap. 6. Malicorium expetitur gravidarum malaciæ, quoniam gustatu moveat infantem. Sic lib. 28. cap. 7. Malacia stomachi.

MALACIA, Civitas, quam Philoctetes, quum ob Paridis necem in morbum femineum incidisset, eoque nomine erubesceret, deserta patria condidit, & ex re Malaciam dixit. V. Cæl. lib. 6 cap 1.

MĂLĂCISSO, [μαλακίζω] āre. Mollire, subigere. Plaut. Bacch. 1. 1. 40.
Ah, nimium ferus es. B. mihi sum. B. malacissandus es
Crotalizo, crotalisso, Malacizo, malacisso. in fragment. Cornuti de Orthographia apud Cassiodorum. Ep. 27. H. St. Exstant de Orthogr. cap 1. extr.

MĂLĂCOSTRĂCON, [μαλακόστρακον] Græci vocant, Quod mollem habet testam: unde Malacostracos pisces vocamus, qui testam quidem habent, sed tamen molliorem, ut in cancrorum genere est videre. Pisces enim omnes aut squamis teguntur, ut mugil, & cyprinus: aut molli cute, quos μαλακόδερμα vocant Græci, ut polypus & sepia: aut testis durioribus, qui ὀστρακόδερμα a Græcis appellantur, qualia sunt ostreæ, purpuræ, & buccinæ: aut molliore testa, quos μαλακοστράκους jam diximus appellari.

MALACTICUS, V. MALASSO.

MALAGINUM, i. n. Emplastrum quod sine igne conficitur. Plin. [Nisi error est.

MALAGMA, V. MALASSO.

MALASSO, āre. [μαλάσσω, μαλάττω] Mollio, subigo, maturo. unde Commalasso, quod est Mitigo, maturefacio. q V.

MĂLAXO, āre. Idem quod Malasso. Laber. apud Gell. 16. 7. Malas malaxavi. Hinc

MALAXĀTIO, ōnis. f. apud Theod Priscian. 1. 28.

MĂLAGMA, ătis. n. [μάλαγμα] Fomentum, ad rem duram emolliendam superpositum. Malagmata enim contusa, & super cutem imposita, abunde mollificant. a μαλάττω, mollio. his molliuntur apostemata, & matura fiunt. Columel. lib. 6. 17. 5. Cuminum contritum, eique adjicitur exiguum picis liquidæ & axungiæ, ut lentorem malagmatis habeat. Plin. lib. 22. cap. 24. Non fecit cerata, malagmata, emplastra, &c.
Expeditum malagma. Cels. lib. 5. cap. 14.

MĂLACTĬCUS, a, um. [μαλακτικός] Adj. Vim habens molliendi. Priscian. de Diæt. cap. 15.

MALCE, es. [μάλκη] Cæl. lib. 25. cap. 5. In frigoris autem ratione sciendum, in linguæ conceptum frigus, sed & in pedibus quandoque & manibus, nuncupari malcen; quanquam eo nomine intelligere Demetrius maluerit, ex frigoris vi solutionem inortam. Malcion certe dici novimus debile ac frigidum; unde in historia legimus haustum ab Mithridate pharmacum imbecille, ac malcion, quod serius vim ostendit. Sunt qui Malcen, pro Narce accipiant, id est torpedine. Omnino est Malce, Mollities ex rigore, ac motus difficultas.

MALCHUS, [Μάλχος] Historicus, scripsit historiam a Constantino usque ad Athanasium. Suid.

MALDĂCON, [μάλδακον Diosc.] Gummi genus ex bdellio arbore. Plin. 12. 9.

MALE, Adv. V. MALUS, adj.

MĂLEA, penultima interdum brevi, interdum producta, [Μάλεα & Μαλέα] Promontorium est Laconicæ provinciæ, quod, teste Servio, per quinquaginta milliaria in mare procurrit, ubi unda adeo sæva est, ut persequi navigantes appareat. Virg 5 Æn. 193.
Ionioque mari, Maleæque sequacibus undis. i. e. Persecutricibus. Lucan. lib 6. 58.
Et ratibus longe flexis donata Maleæ. Nomen a Maleo Argivorum rege inditum est; & loci periculo locus adagio datus, Maleam legens, quæ sunt domi obliviscere; quo in omni præsente periculo significando utimur. Plutarch certe in vita Arati Maleam ventis æstibusque atrocem esse testis est. Malea nunc vocatur *Le Cap sa nil Ange*. Olivarius in Melam dicit Maleam nunc vocari *Marvesiam*, & Maleum promontorium *Cabo de Malvesia*.
Curva Malea. Ovid 2 Amor. 16. 24.
Raucæ circumsonat ira Maleæ. Stat. 7. Theb. 16.
Sæva. Propert. lib. 3. 19. 8.
Spumantis Maleæ formidatum caput. Stat. 2. Theb. 33. Nautæ etiam hodie vocant *Capo Melio*.

MALEUS, a, um. Adj. e Malea. ut, Jugum Maleum. Flor. 2. 9. 4. Sinus Maleus. Idem. 3. 6. 3.

MALEDICO, MALEDICTUM, MALEFACIO. V. MALUS adj.

MALEVENTUM, Campaniæ urbs dicta quondam, quam deinde, boni ominis causa Beneventum appellarunt. V. Plin. lib. 3. cap. 10. conf. BENEVENTUM.

MALEVOLENTIA, V. MALUS adj.

MALEUS, ut refert Plin. lib. 2. cap. 73 In Indiæ gente Oretum mons est, juxta quem umbræ æstate in Austrum, hieme in Septentrionem jaciuntur.
Maleus Adj. V. in MALEA.

MALIĂCA, [Μαλίακα] Hispaniæ Tarraconensis urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Vulgo *Malgrado*.

MĂLĬCŌRIUM, i. n. [σίδιον] Putamen mali granati. inquit Hermolaus. Plin. lib 24. cap. 11. Cujus aridis foliis, ut malicorio, coria perficiuntur. Idem lib. 23. cap. 6. Vulgus coria maxime perficere illo novit, ob id malicorium appellant medici. De malo Punico. Frequentius divise scribendum Mali corium.

MALIEA, Urbs Thessaliæ; a qua populi Malienses, & mare vicinum Maliacum. V. Strabonem, lib. 13.

MALIGNE, MALIGNUS. V. MALUS adj.

MALINNUS, [Μαλιννός] Siciliæ mons Theocrito Eidyll. 3. 23. dictus quod malis, hoc est pomis sit refertus. [Immo Ostium lacus ad Crotonem, ut indicat Scholiastes.

MALISTUS, a, um. Adj. a Græco μάλιστα, maximus. Petron. cap. 57 extr. Domino satisfacerem, homini malisto & dignitoso. Sed lectio dubia est. MSS. Malisto. V. not. [Forte Molesto legendum. Difficilem nimirum dominum intelligit, morosumque.

MALITIA, V. MALUS adj.

MALLEUS, i. m [σφῦρα, ῥαιστήρ] Fabrile instrumentum; dictum quod res duras molliat, quasi molliens. Plaut Men. 2. 3. 52.
Perii misera! quam tu nunc mihi navem narras? MEN. ligneam,
Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 22. Corbes, fiscinæ, tribula, mallei, & rastelli.

MALLEO, āre. Malleo ferire. unde

MALLEĀTUS, a, um. Partic. [σφυρήλατος] Quod malleo cusum est. Ulpian. in l. Librorum appellatione. D. de Leg tertio, Sed perscripti libri nondum malleati, vel ornati continebuntur. Columel lib. 12 cap. 19. Isque qui præerit huic decoquendo, cola juncea vel spartea, ex crudo, id est non malleato, sparto præparata habeat.

MALLEĀTOR, ōris. m. [σφυρωτής] Martial. lib. 12. 57.
Illinc paludis malleator Hispanæ
Tritum nitenti fuste verberat saxum.

MALLEŎLUS, i. m. dimin. [μοσχεύματα] teste Columel lib. 3. cap. 6. dicitur Novus palmes vitis, innatus prioris anni flagello. sic dictus ob ipsius mallei similitudine; quod in ea parte, quæ deciditur ex vetere sarmento, prominens utrinque malleoli speciem præbet, & plantationi aptus est. Vel quod (ut Plin. ait lib. 17 cap. 21.) solebat capitulatus utrinque e duro surculus seri. Cic. de Senect 52. Malleoli, plantæ, sarmenta, vites traduces, propagines, nonne ita efficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent?

Malleoli vocantur, non solum Parvi mallei, sed etiam ii, qui ad incendium faciendum aptantur: videlicet ad similitudinem priorum dicti, inquit Festus. Cic. pro Milon. 65. Domus in clivo Capitolino scutis referta, plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum.

Malleolus, Genus sagittæ, ut opinor, capitatæ, unde ei nomen, in cujus capite includebatur ignis, qui turres ligneas urbem oppugnantes incenderet. Veget. lib. 4 cap. 18. Quod si oppidani exire non audeant, majores ballistas, malleolos, vel phalaricas cum incendio destinant; ut perruptis coriis, vel centonibus, intrinsecus flamma condatur. Malleoli velut sagittæ sunt, & ubi adhæserint, quia ardentes sunt, universa conflagrant. Fortassis non inepte vocaveris, *Μαπνας a fru.*

MALLEOLĀRIS, e. Adj. [μοσχευματικος] a Malleolus fit. Columel. de Arborib. cap. 3. Virgam malleolarem non amplius quam sex gemmarum esse convenit.

MALLOPHOROS, [μαλλοφόρος] Cereris est cognomentum in Megaride, quod ab iis videtur impositum, qui mortalium primi oves connutrire cœperunt. Siquidem lanam dicunt Græci μαλλὸν, ex quo & idam μαλλοφόρον vocarunt, velut πολυπρόβατον, id est ovibus abundantem. Auctor Cæl. lib. 25. cap. 1.

MALLŌS, [Μάλλος] Urbs Ciliciæ. Stephan. Lucan. lib. 3. 227.

Mallos, & extremæ resonant navalibus Ægæ. Hodie *Malo.*

MALLUS, [Μάλλος] Mons est in ea parte Indiæ, quæ est intra Gangem, a quo vicini populi Malli appellantur. Auctor Plin. lib. 6. cap. 17.

MALLŪVIUM, i. n. [χειρόνιπτρον] dicitur, quo manus lavantur, Malluviæ, quibus manus sunt lotæ. Fest. V. Baysium.

Malluvias feminino genere dixit Cæl. Antiq Lect lib. 28. cap. 2. V. Voss. Etym. Est autem quasi Maniluvium, sicut Pelluvium Pedilavium. V. Festi Interpp.

MĀLO, māvis, māvolt, [προαιρέομαι] pluraliter, Malŭmus, mavultis, malunt; præterito imperfecto, Malebam, &c. præterito perfecto, Malui, &c. præterito plus quam perfecto, Malueram, &c. futuro, Malam, males, malet, &c. Quintil. lib. 1 Qui Græcam figuram sequi malet. Cic 5. Verr. 69. Quid ergo? in singulos HS. quinquagenis millibus damnari mavultis?

Imperativo caret.

Optativo, Mallem. &c. præterito perfecto, & plus quam perfecto, Maluissem. futuro, Malim.

Conjunctivo, Malim. præterito imperfecto, Mallem. præterito perfecto, Maluerim. præterito plusquamperfecto, Maluissem. futuro, Maluero.

Infinitivo, Malle. præterito perfecto, & plusquamperfecto, Maluisse. Ceteris caret.

Malo, significat Magis, vel Mage volo. Cic. in Orat. 154. Malle pro magis velle.

Mavellem, mavolo, mavelim dixerunt veteres Plaut. in Amphit. 1. 3. 14.

Experiri istuc mavellem me, quam mihi memorarier. Idem Asin. 5. 2. 8.

— odio ego metui, amari mavolo,

Mi gnate, me abs te. Et Aul. 4. 5. 1.

Mortuum ego me mavelim leto malo.

MĂLŎBĂTHRUM, i. n. [μαλάβαθρον] Arbor. Plin. lib. 13. cap. 26. Dat & malobathron Syria arborem, folio convoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad unguenta, fertiliore ejusdem Ægypto, laudatius tamen ex India venit. Pro unguento Malobathrino. Hor. 2. Carm. 7. 7.

— coronatus nitentes

Malobathro Syrio capillos. Ex malobathrinis enim foliis antiqui unguentum sive oleum componebant ad tingendos, sive etiam odore aspergendos, mulierum capillos, atque hoc ideo foliatum appellabant. Græci per α μαλάβαθρον constanter scribunt, ut Dioscor. 1. 11. & 5. 67. Eamque scriptionem veriorem putat Henricus Stephanus.

MALOBATHRĀTUS, a, um. Adj. Malobathro unctus Sidon. 8. Epist. 3.

MALOBATHRĀRIUS, i. m. Qui malobathrum vendit. Ita pro Murobathrarius Lambin. leg. in Plaut. Aul. 3. 5. 37.

MALOION, [μαλοίον] a quibusdam appellata est herba, quam Dioscorides Lychnidem coronariam appellat.

MALOSSA, Malva. Plin. 20. 21.

MALTHA, æ. f. [μάλθα, μάλθη] Plin. lib. 36. cap. 24. Maltha e calce fit recenti: gleba vino restinguitur: mox tunditur cum adipe suillo & fico, duplici linamento, quæ res omnium tenacissima, & duritiam lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perfricatur ante. Idem lib. 2. cap. 104. In Comagenes urbe Samosata stagnum est, emittens limum (maltham vocant) flagrantem. Quum quid attigit solidi, adhæret. Præterea tactus sequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo, flagrabatque miles armis suis. Aquis etiam accenditur. Terra tantum restingui docuere experimenta. Ex quibus verbis apparet duplicem esse maltham; naturalem, & factitiam.

Maltha, est Julio Polluci Cera, qua tabella Judicum illinebatur, &, interprete Festo, Pix erat cum cera mixta. Similis est quam 1. in Verrem 24. Cicero Ceram legitimam vocat, qua tabellæ judiciales incerabantur. Hesychio Cera mollis est. Monuit Turneb. 6. 9.

Maltha etiam veteribus dicebatur Mollis, teste Non. 2. 167. Lucil. Insanum vocant, quem maltham & feminam dici vident. Sane Malthacia Græcis, Mollities dicitur Latinis: & Malthacos, Mollis, effeminatus. Inde Horatianus Malthinus, Mollis homo est & effeminatus, 1. Serm. 2. 25.

Malthinus tunicis demissis ambulat, &c. V. Lambin. in 2. Serm. 6. 26.

MALTHO, āre. Maltha ferruminare. V. primum Plinii exemplum, in MALTHA citatum.

MALVA, Africæ fluvius, Cæsariensem Mauritaniam a Tingitana dirimens, teste Ptolem. lib. 4. cap. 1. Plin. lib. 5. cap. 2. Malvanam appellat.

MALVA, æ. f. [μαλάχη] Herba quæ antiquis in deliciis acetariorum erat, quam quidam a molliendo dictam putant, quasi Molvam, quod ventrem molliat. Varr. lib. 4. 21. Malva, a μαλάχη. V. Plin. lib. 20. cap. 21. Martial. 3. 89.

Utere lactucis, & mollibus utere malvis. Cic. 7. Fam. 26. A beta & a malva deceptus sum.

Leves malvæ. Hor. 1. Carm. 31. 16.

Salubres malvæ gravi corpori. Hor. Epod. 2. 58.

Virides malvæ. Ovid. 4. Fast. 697.

MALVĀCEUS, a, um. Adj. [μαλαχώδης] Quod ad malvam pertinet, sive ad malvæ similitudinem factum. Plin. lib. 21. cap. 4. Alia funditur e caule malvaceo.

MALVACEUS, i. m. substantivum. Scribit enim lib. 3. in cap. de Diminut. Priscian. quædam esse diminutiva, quæ genere discrepant a sua origine, ut beta, malva, hic betaceus, malvaceus: h. e. Parvula beta, parvula malva, ut interpretatur Turneb. De hoc vide plura in dictione BETACEUS, suo loco. Adde Voss. de Analog. 4. 29.

MALVĀTICUM Vinum, & MALVĒSIUM, quod vulgo dicitur, ex Creta, sunt qui a veteribus dici Passum opinentur. Auctor Cæl. lib. 13. cap. 21. V. MONOBASITES.

MALVAVISCUS, i. m. Ibiscus. Apul. de Herb. cap. 38.

MĀLUS, i. f. [μηλέα] Arbor. Tractum nomen a Græcis, qui malum μῆλον dicunt. [Dorice μᾶλον. H. St. V. dict. seq. ubi & de Mali generibus.

MALUM, i. n. [μῆλον] Mali fructus. Virg. 3. Ecl. 64.

Malo me Galatea petit lasciva puella. Ovid. 20. Epist. 237.

Aurea ponetur mali felicis imago.

Malum, quod Æoles dicunt μᾶλον. Varr. de L. L. 4. 21. pr.

Aurea mala. Virg. 3. Ecl. 71. ob colorem.

Redolentia mala in patulis canistris. Ovid. 8. Met. 676.

Roscida. Virg. 8. Ecl. 37.

Orbiculatum. Plin. lib. 15. cap. 14.

Pelusiana. In PELUSIUM.

Sunt plura alia genera apud ipsum Plin. & Columel. lib. 5. cap. 10. & Varr. de R. R. lib. 1. cap. 59. Isidor. 17. 7.

Cana mala tenera lanugine, Cotonea. Virg. 2. Ecl. 51.

Citreum. Martial. lib. 13. 37. V. CITRUS.

Granatum. Plin. lib. 26. cap. 8. Isidoro 17. 7. Malogranatum. Gr. ῥόα.

Persicum. Plin. lib. 15. cap. 14. V. PERSICUS.

Punicum, Idem ac Granatum. Columel. lib. 5. cap. 10.

MĀLUM TERRÆ, Herba, quæ & Aristolochia, cujus genera quatuor recensentur a Plin. lib. 25. cap. 8.

MALĪNUS, a, um. Adj. [μηλινός] Quod est ex malo arbore factum. Columel. lib. 7. cap. 8. Est etiam non ingrati saporis muria perduratus, atque ita malini ligni, vel culmi fumo coloratus. De caseo. Al. Maligni, vel Maligno. [An Aridi ligni?

MALĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. ut Pomifer. Virg. 7. Æn. 740.

Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ.

MALŎGRĂNĀTUM, [ῥοὰ] composita vox Vulg. Interpr. Hagg. 2. 20. pro arbore posuit. V. Hieron. in Comment. Isidor. 17. 7. pro Pomo.

MALOGRANATA, æ. f. Arbor. Isidor. 17. 7.

MALOMELLUM, i. n. a dulcedine appellatum, quod fructus ejus mellis saporem habeat. Isidor. 17. 7. V. MELIMELUM.

MĀLUS, i. m. [ἱστός] Arbor navis, unde vela pendent. Lucret. lib 2. 554.

Antennas, proram, malos, tonsasque natantes. Cic. de Senect. 17. Ut si qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, quum alii malos scandant, alii per foros cursent.

Velifer malus Valer 2. Argon. 126.

Saucius celeri Africo. Hor. 1. Carm. 14. 5.

Rigido pendentia lintea malo. Ovid. 5. Epist. 53.

Erigere malum. Virg 5 Æn. 487.

Ingentique manu malum de nave Seresti Erigit.

MĂLUS, a, um. Adj. [κακός, φαῦλος, πονηρός, δεινός] Quod est Bono contrarium.

Homo minime malus. Cic. 3. Off. 39. Philosophi quidam minime mali illi quidem, sed non satis acuti.

Fortuna malorum levior. Ovid 4. Trist. 2. 61.

Pœnas exercere malorum, Castigare malos. Virg. 6. Æn. 542.

Mala ætas Plaut Aul. 2. 1 4.

Atque ut te dignam, mala malam ætatem exigas. [An, Atque, ut te dignum, mala mala &c.?

Ager. Virg 2 Georg. 243.

Ambitio Hor. 2. Serm 3. 18.

Consuetudo Hor. 1. Serm. 3. 36.

Contagia Virg. 1. Ecl. 51.

Dapes. Hor. Epod. 3. 7.

Dolus malus. In DOLUS.

Error. Virg 8. Ecl. 41.

Facinus. Plaut. Pseud. 2. 4. 56.

Fama. Ter. Phorm. 1. 3. 17.

Quod habes, ita ut voluisti, uxorem sine mala fama palam. Al. distinguunt, Fama: palam Beatus.

Gaudia. Virg. 6. Æn. 278.

Tum consanguineus leti sopor, & mala mentis

Gaudia.

Homo. Plaut. Men. 4. 2. 78. O hominem malum! ut dissimulat!

Merx. Plaut. Pers. 2. 2. 56.

Opera. Plaut. Asin. 3. 3. 144.

Hinc ierunt viginti minæ bonæ, mala opera partæ.

Pondus non malum. Plaut. Amphit. 1. 1, 56.

Haud malum huic est pondus pugno. S. perii, pugnos pondérat.

Pudor. Hor. 1. Epist. 17. 39.

Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

Puella. Propert. lib. 4. 4. 17.

Re mala magna mactari. In MACTO.

Scabies. Hor. de Arte Poet. 453. Turneb. hic, Malam scabiem interpretatur Feram, quam Græci ψώραν ἀγρίαν vocant, credebantque veteres Romani contagione ad alios transire. Cels. lib. 5. cap. 28. 16. De scabie.

Tempora. Martial. lib. 12. 6.

Temporibusque malis ausus es esse bonus.

Verba. Plaut. Trin. 1. 2. 30.

Malis te ut verbis multis multum objurgitem.

Versus. Cic. in Pison. 73.

Malus pro Invenustus. ut, Mala virgo. Plaut. Bacch. 5. 2. 42.

Mala facies. Quintil. lib 4.

Carmina. Hor 2. Serm. 1. 83.

Forma mala muliat, Illiberali, Indecenti. Plaut. Merc. 2. 3. 78.

Ancillam, virginem aliquam non malam, forma mala.

Mala manus, i. e. Furtiva. Virg. 3. Ecl. 11. Tibull. 3. 5. 19.

Malus,

Malus, i. e. Magicus. Tibull. 1. 2. 51. & in XII Tabb. Malum carmen est Incantatio.
Lingua, Incantatrix. Virg. 7. Ecl. 28.
Malus, i. e. Infelix. Mala ales. Hor. Epod. 10. 1.
Mala avis. Hor. 1. Carm. 15. 5.
Mala arbor. Calpurn. Eclog. 3. 89.
Compar. & Superl. infra sequuntur.
MALUM, i. n. Cic. 3. Att. 27. Heri etiam effeci epistolam ad Cæsarem; tibi enim placebit, quam non fuit malum scribi.
Malum, Damnum, incommodum, detrimentum, labor; ut, Malum præsentarium. Plaut. Poen. 3. 5. 47.
Qui, si quid boni promittunt, perspisso evenit;
Id quod mali promittunt, præsentarium est.
Assuetumque malo Ligurem. Virg. 2. Georg. 168.
Damnum aut malum dare. Ter. And. 1. 1. 116.
Quid facias illi qui dederit damnum aut malum?
Malum, pro Injuria & contumelia, verberibusque. Cic. 5. Verr. 62. Quid est, Lolli, inquis? Tu nisi malo coactus recte facere nescis? Ibid. 56. Nam vi, malo, plagis adductus est, ut frumenti daret, non quantum haberet, sed quantum cogeretur. Budæus.
Intolerabilibus malis comes est angor. Lucret. lib. 6. 1156.
Fessus malis. Ovid. 9. Met. 293.
Causa & cibus mali. Ovid. Rem. Amor. 138.
Ergo, ubi visus eris nostra medicabilis arte;
Fac monitis fugias otia prima meis.
Hæc, ut ames, faciunt; hæc, quæ fecere tuentur:
Hæc sunt jucundi causa, cibusque mali. i. e. Otia faciunt, & nutriunt malum.
Causa, crimen, caputque malorum. Virg. 12. Æn. 600.
Copia magna mali. Lucret. lib. 6. 819.
Evitatio, liberatio, imminutio, conversio malorum. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Domitor malorum somnus. Senec. Herc. fur. 12.
Irritamenta malorum opes. Ovid. 1. Met. 140.
Labes mali prima. Virg. 2. Æn. 97.
Moles. Lucret. lib. 5. 1069.
Tanta mali tanquam moles in pectore constat.
Requies nulla. Lucret. lib. 6. 1176.
Solamen. Virg. 3. Æn. 661.
Terminus. Lucret. lib. 3. 1033.
Timor. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Deforme malum. Ovid. 3. de Arte Am. 373.
Dura. Hor. 2. Carm. 13. 28.
Exitiale ambitus. Sil. lib. 8. 258.
Fatale. Ovid. 5. Trist. 1. 59.
Fœnebre. Tacit. 6. Ann. 16. Sane vetus Urbi fœnebre malum.
Funestum. Ovid. 3. Trist. 6. 28.
Furiale. Senec. Thyest. 19.
Gliscens. Sil. lib. 7. 353.
Grande. Hor. 2. Serm. 1. 49.
Gravius. Hor. 1. Serm. 2. 59.
Immedicabile malum cancer. Ovid. 2. Met. 825.
Insitum in natura. V. INSERO, insevi.
Insperatum, nec opinatum. Cic. 3. Tusc. 28.
Jocularium. V. JOCOR.
Intestinum. V. INTESTINUS.
Jucundum. Ovid. Rem. Amor. 138. Sic vocat Amorem.
Mediocre. In MEDIOCRIS.
Mortale. Ovid. 7. Met. 525.
Nascens & inveteratum. Cic. 5. Philip. 31. Omne malum nascens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robustius.
Nativum. In NASCOR.
Perpetuum. Ovid. 2. Amor. 5. 4.
Prædulce malum luxuries. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 132.
Publica. Tacit. 14. Ann. 51.
Abstrahere a malis, a bonis. In ABSTRAHO.
Accedit aliud malum. In ACCEDO.
Accidit malum. Cic. de Amicit. 10. Nihil mali accidisse Scipioni puto.
Accipere mala ex scholis. Quintil. lib. 1. cap. 2. Non accipiunt ex scholis mala ista, sed in scholas afferunt.
Adjicere multum malo. In ADJICIO.
Afferre in. V. Accipere mala, paulo supra.
Affligi. Quintil. in proœm. lib. 6. Ego vel hoc uno malo sic eram afflictus, ut me jam nulla fortuna posset efficere felicem.
Apportare. In APPORTO.
Avocare, a contuendis. V. AVOCO.
Cavere. Cic. 2. de Orat. 247. Quam sit bellum cavere malum, scire possumus.
Cœnare malum. V. CŒNO.
Comparare. In COMPARO.
Conficere. In CONFICIO.
Conjicere se in. V. CONJICIO.
Convertere malum aliquod ad salutem. In CONVERTO.
Crescere. Cic. in Philip.
Emergere e. Ter. in Andr. 3. 3. 30.
Eripere aliquem. Virg. 6. Æn. 565.
Erupturum illud malum aliquando, si impunitum fuisset, ad perniciem civitatis. Cic. de Arusp. Resp. 4. de Clodio.
Esse in malis. Cels. lib. 5. cap. 15. Nam quartana neminem jugulat; sed si ex ea facta quotidiana est, in malis æger est.
Evadere malum in perpetuum. Cels. lib. 4. cap. ult.
Evellere radicitus. Lucret. lib. 3. 311.
Nec radicitus avelli mala posse putandum est.
Excitare. Cic. 7. Att. 17. extr. Tantum mali excitatum, partim ex improbis, partim ex invidis civibus.
Exortum est malum. Senec. Octav. 7.
Facere. Cic. 5. Att. 20. Commemorat quid olim mali C. Julius fecerit, &c.
Gravescentibus in dies publicis malis. Tacit. 14. Ann. 51.
Habere malum, pro Pati. Cic. 7. Att. 2. Virum bonum oportere esse dicant ne malum habeat. Idem 1. Tusc. 15. Infinitum quoddam & sempiternum malum haberemus in vita.

Jacere in. Cic. 2. Att.
Impendent te mala. V. IMPENDEO.
Impertire aliquem malis. V. IMPERTIO.
Incaluit vis illa mali. Ovid. 9. Met. 161.
Incidere in malum. V. INCIDO.
Inferre mala. V. INFERO.
Ingerere in aliquem. V. INGERO.
Ingravescit in dies. V. INGRAVO.
Insultare malis, rebusque ægrescere lætis. Stat. 2. Theb. 18.
Invasit hoc malum in Rempub. V. INVADO.
Invehere. V. INVEHO.
Invigilare malis. Ovid 4. Fast. 530.
Intervenit cogitationibus avitum malum. V. INTERVENIO.
Lenire. Cels. lib. 6. cap. 6. de Euelpidis collyrio.
Levare malum arte Apollinea. Ovid. 3. Trist. 3. 10.
Mactare malo & damno. In MACTO.
Manabat illud malum urbanum. In MANO.
Mendicare. V. MENDICOR.
Metuere Reipublicæ malum ab aliquo. V. METUO.
Miscere. V. MISCEO.
Nancisci. V. NANCISCOR.
Nascitur. V. NASCOR.
Oblivisci malorum. Hor. Epod. 2. 37.
Obstare. Senec. Theb. 1.
Onerare aliquem malis. Virg. 4. Æn. 549.
Onerari. Cic. 9. Fam. 20. pr. Me autem a te, ut scurram velitem, malis oneratum esse, non moleste tuli. Malis oneratus, qui malis mulctatur & vapulat, oneraturque plagis: scurram autem velitem dicit, scurram tironem, non veteranum, gravis armaturæ. ut, enim si veles cum armato milite congrederetur, male acciperetur, sic ut velitem scurram se verberatum esse jocatur a Papirio dicacissimo & acerrimo scurra. Turneb. [Immo Malis: videlicet Pomis. Videtur enim Mala Pætus Ciceroni misisse. Forte legendum, Ut scurram in Veliterna. Est id nomen Terentianæ, alteriusque Turpilianæ fabulæ deperditæ.
Parere malum alicui. Tibul. lib. 4. 13. 20.
Hoc peperit misero garrula lingua malum.
Premi. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Relegare mala omnia ad crimen fortunæ. Quintil. in proœm. lib. 6.
Resistere malo. Ovid. 1. Met. 288.
Sanant vina malum. Propert. lib. 3. 17. 10.
Satiari malis, Indulgere dolori. Stat. 2. Silv. 1. 14.
Sedare malum. Cic. 2. Philip. 46. Quo ego tempore tanta mala florentissimæ familiæ sedavi, vel potius sustuli.
Quum serperet in orbe infinitum malum. Cic. 1. Philip. 5.
Aliquid mali subest. Cels. lib. 1. cap. 26.
Subire malum. Cic. 7. Att. 8. Quid horum malorum quorum aliquod certe subeundum est, minimum putes.
Sustinere. Cic. 11. Att. 11. Nihil est mali quod non sustineam & exspectem.
Tentari. Cels. lib. 5. cap. 28.
Tollere malum, V. Sedare paulo ante.
Transire multa malorum, Superare multa mala. Lucret. lib. 5. 228.
Vertere malo. Tacit. 6. Ann. 19. Ac ne dubium haberetur magnitudinem pecuniæ malo vertisse. V. MALE, & VERTO.
Vincere. Lucret. lib. 5. 842.
Urgeri. Cic. Nihil fingi potest mali, quo non urgear.
MALUM, Interjectio irascentis. Ter. Eun. 4. 7. 10.
Ubi alii? S. qui, (malum) alii? solus Sannio servat domum. Ubi Donatus, Malum per [illegible] suaviter infertur. Plaut. Epid. 5. 2. 45. Quæ (malum) hæc ferocia est? Et non interponitur Malum, nisi oculis conversis ad eum, qui id quod reprehendimus, dixerit. Malum nunc interjectio est. Ter. Phorm. 4. 5. 11. Quid tua (malum) id refert? Donatus, Malum interjectio est. Idem, Malum, adverbium interpositæ indignationis. ad Ter. Phorm. 5. 7. 55.
Argentum, quod habes, condonamus te. P. audio.
Quid vos (malum) ergo me sic ludificamini,
Inepti vestra puerili sententia? Plin. lib. 7. cap. 55. Quæ (malum) ista dementia est, iterari vitam morte? Ubi Hermolaus, Hic loquendi mos per interrogationem & honestus & usitatus Plinio, Ciceronique. Cic. 5. Att. 20. pr. Qui (malum) isti Pendenissæ? qui sunt? inquies. Idem 4. Verr. 3. Quæ (malum) ista fuit amentia? Idem 1. Philipp. 15. Et pro Rosc. Com. 56.
Malum, epiphonema per interpositionem est. Cæl. Calcagn. lib. 2. Epist. 8. addens Donatum sic super Terentium annotavisse: Quæ, malum! istæc dementia est. H. St. Non sunt tamen hæc Terentii verba, sed Plinii. Loca Donati supra habes. conf. Liv. 5. 54.
MALE, Pejus, Pessime. Adv. [κακῶς] variis verbis jungitur.
Male animo est. Ter. Adelph. 4. 5. 21.
Miletum usque obsecro? M. ita. Æ. animo male est. Ubi Donatus, Animo male fieri dicitur, quum ictu alicujus mœroris perculsus animus, non sustinet corpus, sequiturque ruina membrorum. Plaut. Curcul. 2. 3. 33.
Video' ut expalluit. datin' isti sellam, ubi assidat, cito,
Et aqualem cum aqua? properatin' ocius. CU. animo male est.
PH. Vin' aquam? CU. si frustulenta est, da obsecro, hercle obsorbeam.
conf. infra Sum, Esse male, Habere male, & MALEFACTUM.
Nimis male. V. NIMIS.
Concordes male. Lucan. lib. 1. 87.
Dispar. i. e. Valde dispar. Hor. 1. Carm. 17. 25.
Fidus. Ovid. 1. Trist. 5. 13.
Fidum caput. Ovid. in Ibin, 83. Virg. 2. Æn. 23.
Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis.
Gratus, Ingratus. Ovid. 2. Amor. 18. 25.
Moratus, Malis moribus præditus. Plaut. Stich. 1. 2. 52.
Facile invenies & pejorem, & pejus moratam, pater,
Quam illa fuit: meliorem neque tu reperies, neque sol videt.
Oculatus. Suet. de Clar. Rhet. cap. 5. pr. Sextus Claudius e Sicilia, Latinæ simul, Græcæque eloquentiæ professor, male oculatus, & dicax, Par oculorum in amicitia M. Antonii III viri extrisse se ajebat.
Pinguis arena. Virg. 1. Georg. 105.
Præcinctus puer. i. e. Luxuriosus ac effeminatus, indice cinctura laxiori. Suet. Cæs. cap. 45.

Sanus. Cic. 9. Att. 18. Ego autem illum male sanum semper putavi, nunc etiam impurum & sceleratum puto.
Sani poetæ. Horat. 1. Epist. 19. 3.
Sana cicatrix. Ovid. Rem. Amor. 623. al. legunt Male firma.
Salsus, Insulsus. Hor. 1. Serm. 9. 65.
Sana gratia. Hor. 1. Epist. 3. 31.
Sedulus. Ovid. 3. de Arte Am. 699.
Conjugis ad timidas aliquis male sedulus aures
Auditos memori detulit ore sonos.
Sobrius. Ovid. 6. Fast. 785.
Suadus, Qui male suadet. Plaut. Most. 1. 3. 55.
Illa hanc corrumpit mulierem male-suada vitilena. Al. Vulgi lena.
Suados sceptri. Stat. 11. Theb. 656.
Suada. Virg. 6. Æn. 276.
Male visa, invisa, ut Male sanus, insanus. V. INVISUS. H. St.
Male accipere aliquem verbis, pro Injuria afficere. Subauditur tamen aliquando Verbis. Cic. 4. Verr. 56. Epicrates homines multis verbis male a se acceptos dimisit. Idem 3. Verr. 141. Male accipit verbis Rabonium.
Male acceptus, Male mulcatus. Cic. 12. Fam. 14. Exclusus enim ab Antiochia Dolabella, & in oppugnando male acceptus, nulla alia confisus urbe, Laodiceam, quæ est in Syria, ad mare se contulit. Hirt. de Bell. Afric. 18. Itaque adversarii male accepti, tum demum præsidia contulerunt.
Acceptus pessime inopia omnium rerum. Cic. 11. Fam. 13. Recurri ad meas copiolas: sic enim vere eas appellare possum; sunt enim extenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessime acceptæ.
Animatus erga principem. Suet. in Vitel. cap. 7. Advenientem male animatus erga principem exercitus, pronusque ad res novas, libens ac supinis manibus excepit.
Audire. Male audio, i. e. Infamor, inquit Valla lib. 3. cap. 87. crimina mea audiens. Cujus contrarium est Male dico. Ter. Phorm. 2. 3. 12.
Si herum insimulabis avaritiæ, male audies.
Audire, & Bene. Cic. 6. Att. 1. Nonnulli amici Appii ridicule interpretantur, qui me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat.
Cadere, i. e. Male succedere, sive accidere alicui quod non sperabat. Cæs. 2. Bell. Civil. 15. Ubi tantos suos labores & apparatus male cecidisse viderunt.
Cogitare de aliquo, i. e. Malevolo in aliquem animo esse. Ad alterum enim refertur, inquit Valla, lib. 3. cap. 87. significatque perniciem, non errorem. Cic. de Senect. 18. At Senatui quæ sunt gerenda præscribo, & quomodo: Carthagini male jam diu cogitanti, bellum multo ante denuntio.
Conciliatus. Ter. Eun. 4. 4. 2. Fugitive prodi, male conciliate. Ubi Donatus; Male, Magno significat; ut, Plaut. Amphit. 1. 1. 132.
Hæc nox scita est, exercendo scorto conducto male. Ergo Male conciliate, Magno empte significat. Nam omnis conventio conciliatio nominatur. Plaut. Pseud. 1. 2. 1.
Exite, agite, ite ignavi, male habiti, & male conciliati. Sic Male emere. V. EMO. Conciliatum ergo, magno emptum. [Non persuadet tamen mihi Donatus. Quin Male conciliatum potius Inauspicato, Infeliciter emptum intelligi puto.
Conditum jus. Hor. 2. Serm. 8. 96.
Consulere in aliquem. Ter. Heaut. 3. 1. 28.
Quia pessime istuc in te atque in illum consulis,
Si te tam leni & victo esse animo ostenderis.
Credere. Plaut. Pœn. 4. 2. 67.
— male credam & credam tamen,
Sed hoc tu tecum tacitum habeto. M. Fidei non melius creditur. i. e. Tutum non fuerit tibi credere. Idem, Curcul. 5. 3. 1.
Argentariis male credi qui aiunt, nugas prædicant,
Nam & bene & male credi dico: id adeo hodie expertus sum,
Nam male creditur qui nunquam reddunt, sed prorsus perit.
Defendere aliquid. Virg. 1. Georg. 448.
Describere fabulas. Ter. in prol. Eun. 7.
Qui bene vertendo, & eas describendo male,
Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas. [Est autem Male in partes describere, seu ordinare.
Dicere. Ter. And. 4. 5. 15.
— verbum si mihi
Unum, præterquam quod te rogo, faxis cave.
M. Male dicis. Donatus; Male dicis, Cum contemptu loqueris, convicium facis. Apparet ergo, Male dicis lentius esse dictum, quum subjungit, Dic clare. Rursum Donatus; Male dicis, Nove Male dicis, pro Comminatione posuit, quum pro Convicio soleat poni. Nisi forte quia contumeliæ genus est comminatio. Hactenus Donatus. Ut plurimum conjunctim scribitur. V. infra, & paulo post Male loqui.
Docere. Ter. Heaut. 4. 1. 40. Male docet te mea facilitas multa. i. e. Causa est tibi, ut male agas: Arripis inde ansam male faciendi.
Facere. Cic. 11. Fam. 21. Dii isti Segullo male faciant, homini nequissimo omnium qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. V. MALEFACIO.
Aliter Idem 9. Att. 12. Quod si iste Italiam relinquet, faciet omnino male.
Favere alicui. Ovid. 2. Epist. 104.
Feriari. V. FERIATUS.
Formidare, pro Multum, & valde timere. Plaut. Amphit. 1. 1. 149.
— formido male,
Ne ego hic nomen meum commutem, & Quintus fiam e Sosia. Idem Cist. 4. 2. 4.
Quæ in tergum meum ne veniat, formido male. conf. mox Metuo.
Gesta res. Hor. 2. Serm. 3. 37.
Habet me hæc res, i. e. Illud me molestat, angit, vexat, sollicitat. Plaut. Asin. 5. 1. 14.
Scio equidem quamobrem me, pater, tu tristem credas nunc tibi:
Quia istæc est rerum: atque ego quidem hercle, ut verum tibi dicam, pater,
Ea res me male habet. Ter. And. 2. 6. 5.
Præter spem evenit sentio; hoc male habet virum. Idem Eun. 4. 2. 6.
Cum sensi, redeo rursum, male vero me habens.

Locata beneficia. Cic. 2. Offic. 70. ex Ennio.
Loqui alicui. Plaut. Capt. 3. 4. 33. Ter. Phorm. 2. 3. 25.
Pergin' hero absenti male loqui, Impurissime? Donatus; Male loqui, pro Male dicere.
Maceror. Plaut. Cistel. 1. 1. 61. i. e. Vehementer, valde.
Mereri de aliquo, pro Nocere alicui, & illi incommodare. Plaut. Asin. 1. 2. 3.
Bene merenti mala es, male merenti bona es. Cic. 1. de Fin. 10.
Male, credo, mererer de meis civibus.
Mereri de se. Cic. 5. de Fin. 28. Quare quotiescunque dicetur, male de se quis mereri, sibique esse inimicus, atque hostis, vitam denique fugere, &c.
Metuo, i. e. Valde timeo. Plaut. Curcul. 5. 3. 6.
Pessume metui, ne mihi hodie apud Prætorem solveret. Ter. Hec. 3. 2. 2.
Male metuo ne Philomenæ magis morbus aggravescat.
Mulcari, Male tractari, affici, & puniri. Cic. 6. Verr. 94. Qui primo quum obsistere ac defendere conarentur, male mulcati clavis ac fustibus repelluntur.
Nati versus. Hor. 2. Epist. 1. 233.
Male natus ager, vide in NATUS. H. St. Immo bene natus.
Nupta, Male collocata. Plaut. Casin. 2. 2. 7.
Ita solent omnes quæ sunt male nuptæ,
Domi & foris, ægre quod sit, satis semper est.
Odisse. i. e. Valde. Cic. 14. Att. 50. Non dubito quin me male oderit.
Olere. Cic. 4. Tusc. 53. Ut male olere omne cœnum.
Precari alicui, Maledicere alicui. Plaut. Merc. 2. 1. 11.
Male mihi precatur, & facit convicium.
Promereri. Plaut. Trinum. 5. 2. 49.
Miserum est, male promerita, ut merita, si mihi ulcisci non licet.
Quæsitæ opes. Ovid. 3. Amor. 8. 66.
Servare fidem. Plaut. Trinum. 4. 3. 41.
Male fidem servando, illis quoque abrogant etiam fidem,
Qui nihil meriti.
Suadere. Plaut. Curcul. 4. 2. 22.
Sit Antonio; siquidem Buthrotiis molestus est. Cic. 15. Att. 15. h. e. Male illi vertat fortuna, est enim imprecantis. Catul. de passere, 3. 13.
At vobis male sit, malæ tenebræ.
Male esse alicui. Catull. ad Cornificium, 36. 1.
Male est, Cornifici, tuo Catullo,
Male est, mehercule, & laboriose.
Timeo. i. e. Valde. Ter. Heaut. 4. 1. 56.
— ut præter spem evenit. quam timui male,
Ne nunc animo ita esses duro, ut olim in tollenda, Chreme.
Timere alicui, Valde timere ne quid mali alicui accidat. Ter. Heaut. 3. 2. 20.
Hominem pistrino dignum! S. quem? C. istum servulum
Dico adolescentis. S. Syre tibi timui male.
Vertat, Male optantis vel imprecantis quid alicui, locutio est. Ter. Adelph. 2. 1. 36.
Minis viginti tu illam emisti, quæ res tibi vertat male. Ubi Donatus, Adjicit contumeliam, quasi & hoc multum sit, & inimicum. sæpe autem male cedit quod bonum putatur; & hoc est male vertisse. Ut ille gladius, qui muneri datus adminiculum fuit reginæ pereunti, de quo Virg. 4. Æn. 646. — ensemque reclusit
Dardanium, non hos quæsitum munus in usus. Hactenus Donatus.
Vestitus. Cic. in Pison. 61. Ipse cum hominibus quindecim male vestitis ad portam, &c.
Vivere. i. e. Pauperrime, & in egestate, vel Anxie & sollicite. Plaut. Trinum. 4. 2. 154. Ego abeo, male vive, & vale.
Male, pro Parum, minus, vel non multum. Petron. cap. 86. Consurrexi ad aurem male dormientis.
Pertinax male. Hor. 1. Carm. 9. 23.
Pignusque direptum lacertis
Aut digito male pertinaci.

MALEBARBIS, e. Adj. Gloss. Lat. Gr. ϖαπίν. [scribendum ϖαπαπωγων.
MALĔDĪCO, [κακολογέω, κακηγορέω, βλασφημέω] ĕre. Malis dictis incessere, convicia jacere in aliquem.
Aliud est Maledicere, aliud Accusare. Cic. pro Cœl. 6. Idem in Sallust. 21. Is demum maledicit qui non potest ab altero verum audire. Ter. Eun. 4. 7. 29.
Cave sis, nescis cui maledicas nunc viro. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Liberius maledicere. Hor. 2. Serm. 8. 37.
Petulanter maledicere alicui. Cic. pro Cœl. 8.
Turpissime. Cic. 1. de Nat. Deor. 94. Epicurus Phædoni Socratico turpissime maledixit.
Verbo maledicere alicui. Plaut. Asin. 4. 1. 55.
Nec mater lena ad vinum accedat interim
Nec ulli verbo maledicat. si dixerit,
Hæc multa ei esto, &c.
MALEDĪCENS, entis. Partic. Plaut. Merc. 2. 3. 75.
Atque, ut nunc sunt maledicentes homines, uxori meæ,
Mihique objectent lenocinium facere.
MALEDĬCUS, a, um. Adj. [κακολόγος, βλάσφημος, κακήγορος, λοιδόρος] Obtrectator, mordax. Cic. 1. de Fin. 61. Malevoli, invidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi.
Civitas maledica. Cic. pro Flacc. 68. In tam suspiciosa & maledica civitate, locum sermoni obtrectatorum non reliquit.
Conviciator maledicus. Cic. pro Muren. 13.
Maledicus in omnes. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Compar. Maledicentior. Plaut. Merc. 1. 31.
At ego pol maledicentiorem, quam te, novi neminem.
Superl. Maledicentissimus. Historici maledicentissimi. Nepos 7. 11. 1. Cic. pro Flac. 7. Qui in uberrima re turpe compendium, in maledicentissima civitate, in suspiciosissimo negotio, maledictum omne, non modo crimen, effugit.
MALEDĪCE, Adv. Cic. 1. Off. 134. Cum de absentibus maledice, contumelioseque dicitur.
MALEDICENTIA, æ. f. [κακηγορία] Obtrectatio, convicium. Gell. lib. 3. cap. 3. Ob assiduam maledicentiam & probra in principes civitatis, de Græcorum poetarum more dicta.

MALEDICAX, ācis. Macrob. Saturn. 7. 3. Importuna urbanitas maledicacem luce privavit. [Nisi divise scribendum Male dicacem.

MALEDICTUM, i. n. [κακολογία] Convicium, probrum, contumelia. Cic. 2. Q. frat 3. Quum omnia maledicta, versus denique etiam obscœnissimi in Clodium & Clodiam dicerentur.
Refutatio maledictorum Quintil. lib. 4. cap. 3.
Vocis insanæ maledicta. Propert. lib 3. 8. 2.
Maledictum alicujus, pro In aliquem, Vide in COMMUNITAS. H St.
Commune. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 16. Pudorem rei tollet multitudo peccantium, & desinet esse probri loco commune maledictum.
Supervacua. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Vana. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Abstinere maledicto, & maledictis. In ABSTINEO.
Addere culpæ. Ovid. 5. Met. 666.
Arripere ex trivio. In ARRIPIO.
Celebrare aliquid vocibus maledictisque. Cic. pro Cœl. 6. Quod objectum est de pudicitia, quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus, maledictisque celebratum est, id nunquam tam acerbe feret Cœlius, &c.
Certare maledictis. In CERTO.
Conferre omnia in aliquem. Cic. 11. Att. 8.
Congerere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Conjicere in vitam alicujus. Cic. pro Planc. 30.
Dicere in aliquem. Cic. 2. Q. frat. 3.
Effugere. Cic. pro Flacco 7.
Exstinguere. Cic. pro Domo 94. Exstinctum jam est illud maledictum crudelitatis.
Figere omnes maledictis. Cic. 1. de Nat. Deor. 93. Zeno quidem non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, ceterosque figebat maledictis, sed Socratem ipsum, parentem philosophiæ, Latino verbo utens, scurram Atticum fuisse dicebat.
Insectari aliquem. V. INSECTOR.
Inurere notis maledictorum. Cic. Philipp. 13. 40.
Objicere aliquid alteri in maledictis. Cic. in Vatin. 5. Quum tu mihi Cornelii defensionem in maledictis objiciendam putaris?
Objicere in maledicti vel criminis loco aliquid alicui. Cic. pro Cluent. 62.
Ponere aliquid maledicti & contumeliæ loco. Cic. in Pison. 31.
Vexare aliquem probris & maledictis. Cic. pro Flacc. 48.

MALEDICTUS, a, um. Adj. Spartian. in Geta, cap 3. Maledicte parricida, fratrem tuum occidisti. V. Salmas. in Hist. Aug p. 168. conf. Tertull. adv. Marc. 5. 3.

MALEDICTIO, ōnis. f. [κακολογία] Cic. pro Cœl. 6. Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam.

MALEDICTOR, ōris. m. Festus, Maledictores dicebantur ab antiquis qui nunc Maledici.

MALEDICTO, vel MALEDICTITO, āre. frequent. Plaut Trin. 1. 2. 62.
Maledictitatur tibi vulgo in sermonibus. Al. Male dictitatur.

MALEFABER, bra, brum. Adj. Prudent. Hamartig. 714.
— suadelis sa malefabris
Illectam, suasisse viro.

MALEFACIO, [κακόω, κακουργέω] V. Male facio, in MALE, paulo ante. Quidam enim separatim scribunt. Ter. Adelph. 2. 1. 10.
Neque tu verbis unquam solves quod mihi re malefeceris. Cic. 11. Fam. 21. Dii isti Seguleio malefaciant. Plaut. Men 5. 2. 108.
Sane ego illum metuo, ut minatur, ne quid malefaxit mihi.

MALEFACTUM, i. n. Lucret. lib. 3. 596.
Quod genus est, animo malefactum quum perhibetur. Genus loquendi usitatum veteribus, quum significare volebant λειποψυχίαν, seu animi defectionem. Plaut. Mil. 4. 8. 21.
— postquam abs te abit, animo male
Factum est huic repente miseræ. Et alicui Malefactum dicebant, cui aliquid incommodi evenisset, ut idem ibid.
Nescio quid malefactum a nostra huic familiæ est, quantum audio. Contra Benefactum, & melius factum. Cic. 1. Tusc 86. Præterea Pompeio nostro familiari, quum graviter ægrotaret Neapoli, melius est factum. Monuit Lambin. Hanc λειποθυμίαν Medici Malefactionem dicunt. V. Macer. de Herb. 2. 4. 28. At Malefactum est proprie, Incommodum alicui illatum: Ægritudo, damnum, ut Cic. 2. Off. 62. Ex Enn.
Benefacta male locata, malefacta arbitror. [Omnino errat Lambinus, si conjuncte apud Lucretium, Plautumque Malefactum scribendum putat, quum & versus & constructio postulet ut dividatur. Animo male fieri dicitur, ut Male esse. V. a pr hujus vocis. At Factum male Commiserandi formula est, ut in Passere Catulli
O factum male! o miselle passer! q. d. Factum doleo, uti contra Factum bene, probe &c. pro Factum gaudeo, apud Comicos passim. Sed apud Cic. Malefactum pro Infortunio, ubi conjuncte scribendum puto, ut sæpe apud Sall. Liv. &c. qui fere tamen pro Maleficio ponunt.

MALEFACTOR, ōris. m. Plaut. Bacch. 3. 2. 11.
Malefactorem amitti satius quam relinqui beneficum. H. St. Desiderabatur in edit. Lugd.

MALEFICUS, a, um. Adj. [κακοῦργος, κακότεχνος, κακωτικός, κακοποιός] Qui damnum infert, qui nocet alteri. Cic. 7. Verr. 143. In externorum hominum & maleficorum, sceleratorumque custodias, in prædonum, bustiumque, tu tantum numerum civium Romanorum includere ausus es? Plin. lib. 11. cap. 52. Oculi quibuscunque sunt longi, maleficus esse indicant.
Maleficum frondibus animal capra. Plin. lib. 11. cap. 17.
Vis malefica. Plin. lib. 31. cap 2.
Vita. Tacit. 4. Ann. 21.
Ulcera [ἕλκη κακοήθη] Medicis dicuntur, Quæ aspectu mitia videntur, vi autem difficultatis continent plurimum Paul. Ægineta Malefica intelligit, In cicatricem vix coeuntia. Celsus, Ulcera interpretatur mala. Sunt qui Chironia, ut quæ Chironia medicæ artis experientissimi opem requirant: vel Telephia, quando hoc mali genere conflictatus insigniter Telephus fit Meminit Cel. lib 11. cap. 7.
Malefici κατ' ἐξοχὴν dicuntur Magi, Venefici, Sortilegi. V. Cod. tit. 18. leg. 9. de Maleficis & Mathemat.
Superl. Suet. in Galb. 15. Maleficentissimus incolumes præstitit.

MALEFICE, Adv. Plaut. Pseud. 4. 7. 113.
Ego nec sycophantiose quidquam ago, nec malefice.

MALEFICENTIA, æ. f. [κακουργία] Malefaciendi studium. Plin. lib. 9. cap. 9. Cæs. 1. Bell. Gall. 7. de Helvetiis, Sibi esse in animo sine ulla maleficentia iter per provinciam facere. Sed codd. emendati habent, Sine ullo maleficio.

MALEFICIUM, i. n. [κακούργημα, κακουργία] Damnum, injuria, facinus. Budæus, Maleficium dicitur, quicquid improbe admissum est. Ulpian. in L. 1. D. Si familia furtum fecisse dicatur, Utilissimum id edictum Prætor proposuit, quo domini prospiceret adversus maleficia servorum. Cic. pro Rosc. Amer. 103. Ut si dissimulare omnes cuperent se scire ad quem maleficium pertineret.
Maleficium & scelus. Cic. 2. Off. 40. Ut ne illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere.
Abest ab illo maleficium. V. ABSUM.
Admittere. In ADMITTO.
Committere maleficium, & Admittere maleficium. Cic. pro Rosc. Amer. 62.
Conquirere maleficia. Varr. de L. L. lib. 4. 14. V. QUÆSTOR.
Contaminare se maleficio. Cic. pro Rosc. Amer. 116.
Convictus maleficii. V. CONVINCO.
Facere maleficium. Auctor ad Heren. lib. 2. 8.
Occultare. Cic. pro Cœl. 53.
Perficere. Cic. ibid.
Persequi. Sallust. in Catil. 52. pr. Nam cetera maleficia tum persequare, ubi facta sunt. Sic MSS. Sed Cort. delendam hanc vocem censet.
Prohibere a. Cæs. 2. Bell. Gall. 28. extr. Finitimis imperavit, ut ab injuria & maleficio se suosque prohiberent.
Suscipere. Auctor ad Heren. lib 2.
Temperare ab injuria & maleficio. Cæs. 1. Bell. Gall. 15. Neque homines, data facultate itineris per provinciam faciendi, existimabat temperaturos ab injuria & maleficio. De Helvetiis.
Exercitus transit sine maleficio, i. e. Innoxius, nihil damni adferens. Cæs. 1. Bell. Gall. 9. extr.
Maleficium, per excellentiam, pro Veneficio, et Maleficus, pro Venefico, &c. V. Bynckersh. Obs. Jur. Rom. 3. 10. & Hambergeri Diss. de Incendiis pars altera, p. 2. 3.

MALEFICIOSE, Adv. [κακοτεχνῶς] Cic. pro Cæcin. 20. Quum hoc novæ litis genus tam maleficiose intenderet, &c. Alia exemplaria habent Malitiose.

MALEFERIATUS, a, um. Adj. vel potius distincte Male feriatus. V. FERIATUS.

MALEFIDUS, a, um. Adj. Virg. 2. Æn. 23.
— statio malefida carinis.
Caput malefidum. Ovid. in Ibin 85. conf. Petron. cap. 123. Al. divise.

MALEFORMIS, e. Adj. Gloss. Lat. Gr. δύσμορφος.

MALEFORTIS, e. Adj. Infirmus. Prudent. in Symmach. 2. 453. Nisi dividendum est, — male fortia fila.

MALELOQUAX, ācis. Adj. Gloss. Gr. Lat. κακολόγος & κακήγορος. Publ. Syro, est Maliloquax.

MALEOLENS, Cic. 2. de Orat. 249. At in maleolentem, Video me a te circumveniri, subridicule Philippus. [At quia conjuncte legendum statuat? V. in MALA similia quamplurima. Sic Male moratus in Gloss. Gr. Lat. δύστροπος, & in Lat. Gr. Male pacata, οὐκ εἰρηνευθέντα.

MALESANUS, a, um. Adj. [κακῶς ὑγιαίνων Gl. Gr. Lat.] Adj. Cic. 9. Att. 15. Ego illum malesanum semper putavi. conf. Prudent. Psychom. 203. Hor. 1. Epist. 19. 3. Virg 4. Æn 8 Malesana cicatrix. Ovid. Remed. Amor. 623. [Hoc quoque dividi potest, & sequens omnino debet.

MALESENTIENS, entis. Partic. Cic. in Pison. 10 An potest esse ulla excusatio, non dicam malesentienti, sed &c. Sed rectius divise scribitur.

MALESUADUS, a, um. Adj. [κακοσύμβουλος Gl. Gr. L.] Plaut. Most. 1. 3. 56. Malesuada vulgi lena. Virg 6. Æn. 276.
Et Metus & malesuada Fames, & turpis Egestas.

MALETRACTATIO, ōnis. f. unico vocabulo ab Arnob. dicitur, quam Rhetores actionem malæ tractationis, duobus scilicet verbis, proferunt. Sic enim scribit lib. advers. Gent. 4. p. 142. Et tolerari forsitan hæc maletractatio posset. Item alio loco, p. 149. Immunes tamen a deorum maletractatione nec sic estis. Annotavit Turneb.

MALEVOLUS, a, um. Adj. [κακόνους, δύσνους] Invidus; malum cuiquem exoptans. Cic. ad Brut. 15. Atque illo die cognovi paulo plures in Senatu malevolos esse quam gratos.
Malevoli sermones. Cic. 3. Fam. 10.
Malevolus pro Fascinatore. V. Barth. ad Gratii Cyneg. v. 406. p. 137 & 138.

MALEVOLENS, entis. [κακονοῶν] Idem quod Malevolus. Plaut. Bacch. 4. 3. 4. Malevolente ingenio natus. Al. Male volente Genio recte. conf. Capt. 3. 4. 51. & Stich. 2. 3. 68. Hinc
Superl. Cic. 1. Fam. 7. Malevolentissimæ obtrectationes.

MALEVOLENTIA, æ. f. [κακόνοια, δύσνοια] est Voluptas ex malo alterius sine emolumento suo; ut ait Cic. 4. Tusc. 20. Idem 1. Q. frat. 1. 34. Quanquam illorum erit verius judicium obtrectatione & malevolentia liberatum.
Occurrere malevolentiæ hominum. Cic. 10. Fam. 11.
Malevolentia suffusus. Cic. 1. Fam. 9.
Infuscatus malevolentia. Cic. pro Planc. 22. Vicinitas non infuscata malevolentia.

MALIGNUS, a, um. Adj. [κακότεχνος, κακόηθης] Difficilis. Malignus est, Qui difficultatem sui ostendit, inquit Donatus in Ter. Hec 1. 2 84.
Maligna multo, & magis procax facta illico est. Ordo est, Multo magis maligna & procax illico facta est. Plin. Homo malignus & invidus. V. MALIGNOSUS.
Mente maligna facere aliquid Catull. 66. 37.
Oculus, Invidus. Virg. 5. Æn. 653.
At matres primo ancipites, oculisque malignis
Ambiguæ, spectare rates.
Vulgus. Hor. 2. Carm. 16. 39.
Aditus maligni, apud Virg. 11. Æn. 525.
— tenuis quo semita ducit,
Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni. i. e. Angusti & arduì.
Ager malignus, Gracilis, minus ferax, inquit Nonius 4. 299. Unde etiam Maligni colles, Virg. 2. Georg. 179.

Fama

Fama maligna alicui. Ovid. 4. Trist. 10. 126. h. e. Fama angusta & tenuis.
Ignis, Exiguus. Martial. 10. 96.
Difficiles primum terræ, collesque maligni.
Lux, Subobscura. Virg. 6. Æn. 270.
Quala sub incertam lunam, sub luce maligna.
Munus. ut, Incertum ac fragile nimirum est hoc naturæ munus, quicquid datur nobis; malignum vero & breve. Plin. lib. 7. cap. 50.
Malignus, Parcus. Quintil. lib. x. cap. 2. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus. Budæus.

MALIGNE, Adv. [κακοήθως] Perverse, & quod malitiose Cicero dicit. Liv. 3. 63. Gemina victoria duobus bifariam præliis parta, maligne Senatus in unum diem supplicationes COSS. nomine decrevit.
Bene facta maligne detrectare. Ovid. 13. Met. 270.
Maligne divisus ager. Liv. 8. 12. Materiam autem præbebat criminibus ager in Latino, Falernoque, maligne plebi divisus.
Laudare aliquem maligne. Hor. 2. Epist. 1. 209.
Maligne virens. Plin. lib 34. cap. 11. h. e. Depravate, non optime.
Compar. Curt. 8 29. & Sen. Epist. 44.

MALIGNITAS, ātis. f. [κακοήθεια, κακοηθία, κακόνοια] Malus genius, perversa & depravata voluntas. Plaut. Capt. 3. 1. 5.
Nam hercle huic diei, si liceat, oculos effodiam lubens;
Ita malignitate oneravit omnes mortales mihi. Plin. lib. 25. cap. 8. Notata est autem hæc animalis hujus malignitas in alia herba major. de Cervo.
Malignitas, Parcitas. Livius 34. 34. Inopiam publicam, malignitatem conferendi ex privato.

MALIGNŌSUS, a, um. Adj. Κακότεχνος. Gloss. Lat. Gr. [At in Gr. Lat. vitiosa excusum Maluginosus. Nisi forte Maligenosus scribendum. Siquidem sine dubio Malignus ex Maligenus contractum est. Quin nec Malignitosus spreverim. V. Dignitosus in DIGNUS.

MALIGNO, & MALIGNOR, [κακοηθίζομαι Gl. Gr. L.] Vulg. Interpret. Psal. 63. 3 & 73. 3. & 83. 3.

MALITAS, ātis. f. Ulpian. l. 5. D. Quod metus causa, Timor majoris malitatis.

MALITIA, æ. f. [πονηρία, κακία, ῥᾳδιουργία] Erasm. Malitia, Perversitatem sonat, quum quis data opera male agit. Cic. 4. Tusc. 34. Hujus igitur virtutis contraria est vitiositas: sic enim malo quam malitiam appellare eam quam Græci κακίαν appellant. Nam malitia certi cujusdam vitii nomen est, vitiositas omnium. Idem 3. de Nat. Deor. 75. Malitia est versuta & fallax nocendi ratio. Idem 3. Off. 71. Nec vero in prædiis solum jus civile ductum a natura, malitiam, fraudemque vindicat; sed etiam in mancipiorum venditione venditoris fraus omnis excluditur. Idem 1. de Legib. 49. Atque etiam si emolumentis, non sua sponte, virtus expenditur, una erit virtus, quæ malitia rectissime dicetur. Ut enim quisque maxime ad suum commodum refert quæcunque agit, ita minime est vir bonus; ut qui virtutem præmio metiuntur, nullam virtutem, nisi malitiam putent.
Levis. Senec. Epist. 47. Hoc habent inter cetera boni mores, placent sibi & permanent; levis est malitia, sæpe mutatur non in melius, sed in aliud.
Mala. Plaut. Aul. 2. 2. 38.
Certa edepol equidem te civem sine mala omni malitia
Semper sum ratus, & nunc arbitror. Hinc Non. 6. 38. in Mediis vocibus ponit.
Audere aliquid malitia. Quintil. lib. 3. cap. 8. Sic Catilina apud Sallustium loquitur, ut rem sceleratissimam non malitia, sed indignatione videatur audere.
Certare. V. CERTO.
Malitia cæli, Inclementia. Plin. Quod modo cæli, modo terræ malitia facit. Varr. Id sæpe accidit malitia soli.

MALITIŌSUS, a, um. Adj. [κακότεχνος] Versutus, callidus, astutus, fallax. Cic. 3. Off. 58. Hoc autem celandi genus quale sit, & cujus hominis, quis non videt? certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non justi, non viri boni; versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri.
Malitiosa juris interpretatio, Calumnia. Cic. 1. Off. 33. & 3. 57.

MALITIŌSE, Adv. [κακοτέχνως] Callide & dolose. Cic. 2. Verr. 33. Ex istius tempore & causa, malitiose: necesse est istiusmodi.
Facere malitiose in eligendo. Cic. in Orat. 150.
Dolose aut malitiose. Cic. 3. Off. 61. Aut quum dicitur, inter bonos bene agier; quicquam agi dolose aut malitiose potest?
Malitiose atque consulto aliquid facere. Cic. 4. Verr. 162. Sed ego Metello non irascor: neque ei suam purgationem eripio, qua ille apud omnes utitur, ut nihil malitiose neque consulto fecisse videatur.
Malitiose versari in re aliqua. Ulpian. in l. Si rem alienam in principio. D. de pignorat. action.
Compar. Malitiosius gerere rem mandatam. Cic. pro Rosc. Amer. 111.

MALITIOSĬTAS, ātis. f. apud Tertullian.

PĒJOR, us. [κακίων] compar. a Malus. Cic. 8. Philip. 29. Turpis autem fuga mortis, omni est morte pejor.
Pejore res loco non potest esse, quam in quo nunc sita est. Ter. Adelph. 3. 2. 46.
In pejus ruere. Virg. 1. Georg. 200.

PEJUS, Adv. [χεῖρον] pro Magis, & multo magis ac vehementius. Cic. 11. Philip. 12. Quum hæc veteranus Capho, quo neminem veterani pejus oderunt.
Spe pejus. Hor. 1. Epist. 4. 13.

PEJŌRO, āre. Pejus deteriusve reddere. Paul. lib. 2. Sententiarum, cap. 19. Homo liber, qui statum suum in potestate habet, & pejorare eum, & meliorem facere potest. Hinc

PEJORANS, Partic. non semel apud Medic. Pejorans morbus. Cæl. Aurel. Acut. 2. 1. 3.

PESSĬMUS, a, um [χείριστος] superl. a Malus. Plin. lib. 11. cap. 37. Est autem jecur nihil aliud quam purgamentum pessimi sanguinis.
Omnium pessimus poeta. Catull. ad Marcum Tull. Cic. 47. 5.
Monumenta pessima scelerum. Ovid. 1. Amor. 7. 31.
Sors pessima rerum. Ovid. 14. Met 489.

PESSĬMUM, i. n. Maximum malum Varr. de R. R. lib. 1. cap. 13. Nunc contra, villam urbanam quam maximam ac politissimam habeant, dant operam; ac cum Metelli, ac Luculli villis pessimo publico ædificiis certant. Liv. 2. 3. Neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriæ Superbo exacto meruit, pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis immaturæ cupidine priorum Regum alicui regnum extorsisset.

PESSIME, Adv. [χείριστα] Cic. 5. Verr. 119. Intelligit secum actum esse pessime.
Sentire pessime de Republica. Cic. 14. Philip. 18.

PESSUMUM, Adv. Plaut. Rud. 2. 3. 64.
Nunc eam cum navi scilicet abiisse pessumum in altum. Sed emendati libri Pessum præferunt.

M A M

MAMAUS, [Μάμαος] Fluvius est Peloponnesi, in tractatu Triphyliaco, non procul a Pylo, qui olim Amathus dicebatur. Auctor Strab. lib. 8.

MAMELIA, Oppidum Æthiopiæ, ab ea parte qua Africam spectat. Auctor Plin. cap. 30. lib 4.

MAMERCUS, Prænomen Æmiliorum, a Mamerte i. e. Marte tractum. Mamercorum meminit Cic. de Claris Orat. 175. Et 2. Off. 58. V. Fest. & Spanh. de Usu Numism. Diss. 10.
Mamercus, Præsul fuit Viennensis, qui, teste Ptolemæo Lucensi, anno 454 supplicationes primus instituit, quas *rogationes* nostri vocabant, ob frequentes terræ motus, quibus ea regio infestabatur. Volaterran.

MAMERS, [Ἄρης] lingua Oscorum, dictus est Mars, detractione syllabæ. V. Fest.

MAMERTĪNI, [Μαμερτῖνοι] Populi Campani. Hi quum Messanam coloni misissent, ipsi quoque Mamertini potius quam Messanenses sunt vocati. Et quum ager eorum vini feracissimus sit: Mamertinum vinum, non Messanense appellatum est. Martial. 13. 117.
Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta,
Si detur, quodvis nomen habere potest. Dicti a civitate Mamertia, quæ a Lacedæmoniis subversa fuit, quod Messenii quinquaginta virgines Lacænas violare tentassent, & non consentientibus eas occidissent. Aliam nominis causam ex Alfio refert Festus, aliam item vetus interpres in Ibin. Ovid. 550. q. V.
De Mamertinis & Mamertina civitate, Cic. 4. Verr. 13. Item Plin. lib. 14. cap. 6.

MAMERTES, [Μαμέρτης] Corinthius, filios fratris sui Sisaponis libidine regnandi interfecit, maximo suo malo. Nam ubi Sisapo factum rescivit, eum membratim discerpsit, ut est auctor Ovid. in Ibin, 549.
Trunca geras sævo mutilatis partibus ense,
Qualia Mamertis membra fuisse ferunt. Legitur & Myrcini, al. Mimnermi.

MAMIACES, [μαμμιάκαι] Genus monilis, quod collo suspenditur, Doribus maxime proprium. De hoc Pollux lib. 5. cap. 16.

MAMILIUS, Octavius Tusculanorum dux Tarquinii superbi gener, ad quem expulsus se contulit, ejusque opibus adjutus bellum Romanis intulit, a T. Æbutio Magistro equitum ad lacum Regillum hasta perfossus occubuit. Liv. 2. 15. & seq
L. Mamilius Tusculi Dictator ob egregia in Urbem merita Romana civitate donatus. Liv. 3. 18. & 29. ab hoc videtur Mamiliorum gens fluxisse, variis cognominibus distincta. Festus altius a Mamilia Telegoni filia arcessit, qui Tusculum condidit.

MAMILLANA, Fici genus est, a mamillarum similitudine ita dictum; cujus meminit Plin. lib. 15. cap. 18.

MAMMA, æ. f. [μαζὸς, τιτθίον, μαστὸς] notæ significationis. Ter. Adelph. 5. 9. 17. Et quidem tuo nepoti, hujus filio, hodie primam mammam dedit hæc. Cic. 3. de Finib. 18. Alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni, plumæ versicolores columbis, viris mammæ atque barba.
Emacrescunt mammæ. Cels. lib. 2. cap. 9.
Exserta mamma. Virg. 1. Æn. 496.
Aurea subnectens exsertæ cingula mammæ.
Pressis manabunt flumina mammis. Virg. 3. Georg. 310.
Putres, Equina quales ubera. Hor. Epod. 8. 7.
Mammas habent bestiæ. Plin. lib. 11. cap 40. Quibus solida ungula, nec supra geminos partus, hæc omnia binas habent mammas, nec alibi, quam in feminibus. Eodem loci bisulca & cornigera; boves quaternas, oves capræque binas.
Balenæ vitulique mammis nutriunt fœtus. Plin. lib. 11. cap. 40. ad finem.
Ursæ mammas quaternas gerunt. Plin. lib. 11. cap. 40.
Mammæ porci. Martial lib x. 37. Plin. lib. 11. cap. 40 Primis genitis in quoque partu sues primas præbent; eæ sunt faucibus proximæ; & suam quisque novit, in fœtu quo genitus est ordine, eaque alitur, non alia; detracto illa alumno suo sterilescit ilico, ac residit. Uno vero ex omni turba relicto, sola munifex, quæ genito fuerat attributa, descendit. Residit, i. e. Intro retrahitur.
Mamma, pro Matre vel Nutrice. Plaut. Most. 1. 4. 7.
Ecquid tibi videor mammam adire? Lamb. Al. Mamma, madere. Cato apud Non. 2. 97. Qui cibum ac potionem buas & papas docent; & patrem tatam, & matrem mammam.
Mamma, [μάμμη] Græca dictio. i. e. Avia, patris seu matris mater. V. Mæa, in MAJA.
Mamma, in surculis arborum, Parva illa extuberantia corticis, a qua prosiliunt & enascuntur rami. Plin. lib. 17. cap. 16. de illo inserendi genere loquens, quam *emplastrationem* vocant.

MAMMĀTUS, a, um Adj. [μαστώδης] Quod mammas, vel mammarum similitudinem habet: unde tegulæ mammatæ dictæ sunt, quæ balneis adhibentur & aquæductibus. V. Plin. 35. ix. &c.

MAMMEĀTUS, a, um. [τιτθώδης] Adj. Idem. Plaut. Pœn. 1. 2. 181.
Hujus amica mammeata, mea inimica & malevola. Non. 2. 529.

MAMMŌSUS, a, um. Adj [τιτθώδης] A mamma, mammosa. Varr. de L. L. lib. 7. 5. Quæ habet magnas mammas. Martial. lib. 14. 149.
Mammosas metuo: teneræ me trade puellæ.
Mammosa pira, apud Plin. lib. 15. cap. 15. Pomponiana cognomine mammosa, liceriana, severiana, &c.
Panus. Plin. lib. 18. cap. 7. Sunt & panico genera: Mammoso a pano, parvis racemato paniculis & cacumine gemino.
Tus. Plin. lib. 12. cap. 14. Præcipua autem gratia est mammoso, quum hærente lacryma priore, consecuta alia miscuit se. i. e. Feminino, ad differentiam Turis masculi.

MAM-

MAMMŬLA, æ. f. dimin. Celf. lib. 7. cap. 26. Femina brevius urinæ similiter & rectius iter habet: quod mammulæ simile, inter imas oras super naturale positum, non minus sæpe auxilio eget.

MĂMILLA, æ. f. dimin. [τιτθίον, θηλή] Juvenal. 6. Sat. 400.

Illa loqui sicta facie, strictisque mamillis.

Mamillæ pensiles in capris. Varr. lib. 2. de R. R. cap. 3. Sub rostra duas ut mamillas pensiles habeant. Alia exemplaria habent Mammulas.

MAMILLĀRE, is. n. Velum sive fascia, qua mulieres mammas tegunt: de quo epigramma apud Martial. lib. 14. 66.

Taurino poteras pectus constringere tergo:
Nam pellis mammas non capit ista tuas.

MAMMACŪTHUS, [Μαμμάκυθος] Vir quidam fuit sola illustris fatuitate, sicut & quidam Malitides. Unde apud Aristophanem κεχηνότας μαμμακύθους, id est hiantes Mammacuthi. Hinc factum opinor, inquit Cæl. lib. 17. cap. 4. ut homines id genus quandoque Mammacuthos dicamus.

MAMMÆA, [Μαμμαία] dicta est Julia, Emesa Phœniciæ oriunda, Mæsæ, quæ Juliæ Severi soror fuerat, filia minor, Alexandri Severi mater, & Soæmiadis, quæ Elagabalum peperit, soror. Hæc primum filio favorem militum conciliavit, mox eidem, adjuvante Mæsa matre, adoptationem ab Antonino Elagabalo consobrino, Cæsarisque cum participatu imperii dignitatem impetravit, eumque ab insidiis illius, pœnitentia jam facti, prudentia sua texit. Qui cum, cæso a militibus Antonino, Imperatoris appellatione summam potestatem solus adeptus esset, puerilem ejus ætatem, simulque summam imperii, Augustæ nomina, magna prudentiæ & fortitudinis laude, moderata est. Sed impar avaritiæ, militum alienatis repentina defectione animis, una cum filio in Gallia, vel, ut alii tradunt, in Britannia, a Maximini factione occisa est. Herodian. lib. 5. & 6. Lamprid. Vict. Eutrop. in vita Alexandri. In nummis, non geminata litera, MAMÆA scribitur.

MAMMÆÆ, Lampridio in Alexand. cap. 26. tradente, Diætæ dictæ sunt, quas Alexander Romanus imperator in Palatio struxit, quasque, inquit, imperitum vulgus hodie Ad mammam vocat.

Fuit in Baiano item cum stagno palatium Mammæa nomine ab eodem ob Matris memoriam ædificatum, ut idem l. c. memorat. Meminit Cæl. lib. 12. cap. 18.

MAMMÆANUS, a, um. Adj. ut Puellæ & pueri Mammæanæ & Mammæani. Lamprid. l. c. 57. extr.

MAMMŌNAS, æ. m. [Μαμμωνᾶς] Chaldæorum lingua Divitiæ & opes nuncupantur.

Mammona neque Græca vox est, nec Hebraica, sed Syriaca, ut ostendit divus Hieronymus; idem apud eos significans quod apud Græcos πλοῦτος, quem poetæ deum faciunt. Est enim vox singularis numeri, & generis masculini. Divus Augustinus indicat linguam Pœnorum affinitatem habere cum Hebræorum lingua: id quod alicubi fatetur & Hieronymus. Porro Pœnorum lingua Mammon vocari lucrum. Erasmus in Matth. 6. 24.

MAMPHŬLA, æ. f. Panis Syriaci genus, de quo Lucil. apud Fest. q. V.

MAMPHUR, ŭris. n. Lignum rotundum loro circumvolutum quod circumagunt fabri in operibus tornandis. Fest.

MĀMURIUS, [Μαμούριος] Mamurius Veturius. Faber quidam fuit apud Oscos natus, tempore Numæ. Hic ancilia, pluraque deorum signa ex ære composuit. V. Fest. in Mamurii. Propert. lib. 4. 2. 61.

At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ. Quo in loco secunda syllaba producitur, quæ apud Ovid. 3. Fast. 382. corripitur.

Mamurius, morum, fabræ ne exactior artis, &c.

MAMURRA, æ. m. [Μαμούρρα] Formiis natus, Eques Romanus, Catulli carminibus proscissus, præfectus fabrûm C. Cæsaris in Gallia fuit, quem primum Romæ parietes totius domus suæ in Cœlio monte crusta marmoris operuisse ex Cornelio Nepote Plin. tradidit lib. 36. cap. 6. Urbs Mamurrarum. Hor. 1. Serm. 5. 37. i. e. Formiæ.

M A N

MANETHUS, [Μανεθὼς] Ægyptius fuit ex Diospoli urbe ortus, qui de physiologia & de astrologia judiciaria carmen reliquit.

Fuit & alter hoc nomine Mendesius, sacerdos apud Ægyptios. Utriusque meminit Suid.

MĂNĂCUS, i. m. Tarentina voce Lineam eclipticam, lunæ orbitam, Circulum manacum veteres appellarunt, quasi μηνιακὸς Dor. pro μηνιακός. V. Vitruv. 9. 8. Unde Calendarium Almanach dictum putat Dalechamp. ad Plin. 2. 9.

MANALIS Lapis, V. MANO.

MANCEPS, ĭpis. m. [ἐργολάβος] est (inquit Fest.) Quisquis a populo aliquid emit, conducitve, quia manu sublata significat auctorem se emptionis esse. Conductor alias Latine dicitur, aut Redemptor. Papin. in l. Qui fidejussor. D. locati cond. V. p. p.

Mancipes, sunt publicanorum principes, Romani homines, qui, quæstus sui causa, si decumas redimunt, Decumani appellantur: si portum, aut pascua publica, Portitores, aut Pecuarii: quorum ratio Scriptura dicitur. Hi omnes exigenda a sociis suo periculo exigunt, & Reip. repræsentant, providentes etiam in illa redemptione commodis suis. Hæc Ascon. in Divinat. 33.

Mancipes, Publicani, qui a Censs. quinto quoque anno publica, id est populi Ro. vectigalia redimebant: ii si vectigales agros, ut Decumani, redimebant, eos postea colonis & aratoribus elocabant. Paulo. l. 53. D. locat. Qui fidejussor extitit apud mancipem pro colono publicorum prædiorum, quæ manceps ei colono locavit, reipub. non tenetur. Cic. Verr. 5. publicanorum principes similiter Mancipes appellat. Hotomanus. V. Ascon. l. c. & in 2. Verr. 13.

Manceps, pro Emptore bonorum, seu Sectore. Cic. pro Rosc. Amer. 21. Hominis studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus. Budæus & Hotom. Cic. 12. Att. 3. pr. Nomen illud, quod a Cæsare, tres habet conditiones: aut emptionem ab hasta, aut delegationem a mancipe annua die, aut Vecteni conditionem, semisse. Sensus est: Metho proscripti bona sibi a Cæsare dono data venditurus erat auctione publica, ut Ciceroni solveret quod debebat. Ex tribus conditionibus primam posuit, quum dixit, emptionem ab hasta. Possum, inquit Cicero, emere ab hasta, id est emere in auctione (nam hasta ponebatur, ubi auctio fiebat) & accipere ex iis bonis quantum satis sit pro ea summa, quæ mihi a Methone debetur. Secunda conditio est, si alius ea bona quæ in auctione vendentur, emat: eamque pecuniam, quam Methoni pro emptione debebit, mihi ad annum se esse numeraturum promittat, Methone ipso concedente. Hæc est quam vocat delegationem a mancipe: propterea quod ea ratione Metho non ipse Ciceroni pecuniam solvisset, sed solutionis faciendæ curam delegasset mancipi, id est ei qui illa bona in auctione emisset. Mancipes enim dicuntur, qui aliquid in auctione emunt. Delegationem igitur a mancipe, translata solutione a Methone ad mancipem. Tertia conditio Methoniani nominis explicandi: Faciat Metho, quod Vectenus debitor meus facit. Pendat mihi semissem usuram pro ea pecunia quam debet. Ex P. Manut. comment. in Ep. ad Att. Sed aliter Popma cap. q. V.

Manceps, pro Negotiatore & coemptore, seu Monopola. Plin. lib. 33. cap. 4. Aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet. Budæus.

Manceps, metaphoricôs usus est Plin. lib. 2. ad Maximum, epist. 14. Sequuntur auditores actoribus similes, conducti & redempti mancipes. Convenitur a conductis & redemptis in media Basilica. Mancipes (inquit) id est ii qui causidicos in causa agendis, conducta ad hoc corona vulgi plaudantis, laudandos redemerunt. Budæus.

Manceps, pro Mancipatore, qui dat aliquid mancipio. Plaut Curc. 4. 3. 29.

Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quemquam.

Antea 4. 3. 9. autem dixerat,

— egon' ab lenone quicquam
Mancipio accipiam, quibus sui nihil est, nisi una lingua,
Qui abjurent, si quid creditum est. Budæus.

MANCĬPIUM, vel MANCŬPIUM, i. n. [κτῆμα] Mancipium, Dominii comparatio, possidendique jus, atque etiam dominium & mancipatio. Cic. 1. de Orat. 178. Quum enim Marius Gratidianus ædes Auratæ vendidisset, neque servire quandam earum ædium partem in mancipii lege dixisset, defendebamus quicquid fuisset incommodi in mancipio, id si venditor scisset, neque declarasset, præstare debere. Budæus. Cic. 7. Fam. 29. Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri: ergo fructus est tuus, mancipium illius. Et 7. 30. Attici proprium te esse scribis mancipio & nexu, meum autem usu & fructu. [Priore Cic. loco Mancipium, servum, seu mancipatum denotat.

Lex mancipiorum. Varr. de L. L. lib. 5. 7.

Mancipia veteres appellabant, quæ posteriores Mobilia; Prædia vero, quæ iidem Immobilia. Modestin. l. 3. D. de divers. temp. præscr. Longæ possessionis præscriptionem, tam in prædiis, quam in mancipiis locum habere manifestum est.

Mancipio vendere, est Eas res quæ mancipi sunt, ita vendere libra & ære adhibitis, ut evictionis periculum præstetur. Verum hoc amplius animadverti moris fuisse, ut Auctor, id est venditor nexu se dicis causa obligaret, ad rem mancipi, hoc est emptori perpetuo præstandam. Cic. pro Muren. 3. Quod si in iis rebus repetendis quæ mancipi sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit: profecto etiam rectius, &c. Hinc Mancipio & nexu conjungi videmus Varro de L. L. lib. 6. 5. Manilius scribit omne quod per libram & æs geritur, in quo sint mancipi, nexum esse. Mucius Scævola, quæ per æs & libram fiant, ut obligentur, præterquam quæ mancipio dentur. Hoc verius esse ipsum verbum ostendit, de quo quæritur. Nam idem quod obligatur per libram, neque suum fit, inde nexum dictum. Hæc ille; quæ sic intelligo, ut ex Mucii sententia ea Nexa dicantur, non tantum quæ abalienata sunt, sed etiam quæ oppignorata. Cic. 7. Fam. 30. Attici proprium te esse, scribis, mancipio & nexu; meum autem usu & fructu. Et de Arusp. Resp. 14. Multæ sunt domus &c. jure mancipii, & jure nexi. In Topic. 28. Abalienatio est ejus rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio. Quo ex loco conjuncto cum altero lib. 3. de Legib. animadvertere est eum qui mancipabat nexu obligatum rem mancipi tradidisse. Idem in Parad. 5. Non enim ita dicunt eos esse servos, ut mancipia quæ sunt dominorum facta nexu, aut aliquo jure civili. i. e. In jure cessione & usucapione. Ceterum qui mancipio vendebat, evictionis periculum in se recepisse, ex Plaut. patet, qui sic in Pers. 4. 3. 55.

Ac suo periculo is emat, qui eam mercabitur;
Mancipio, neque promittet, neque quisquam dabit. Et paulo post, 63.
Nisi mancipio accipio, quid eo mihi opus mercimonio? Hæc Hotoman.

Mancupio accipere. Plaut. Trin. 2. 4. 19.

Minas quadraginta accepisti a Callicle,
Et ille ædes abs te accepit mancupio. i. admodum.

Mancipio dare, pro Tradere in jus proprietatis. Seneca Epist. 73. Fortuna nihil dat mancipio. Huc pertinet etiam exemplum Lucret. lib 3. 985.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu. i. e. Nulli ita datur ut propriam ac perpetuam habeat.

Mancipium, [ἀνδράποδον, δορυάλωτος] Homo bello captus, & servituti subjectus. Varr. lib 5 de L. L. 8. Mancipium, inquit, quod manu capitur. Plin. lib. 28 c. 2. Mancipia fugitiva retinere. Cic 3. Off. 71. Nec vero in prædiis solum jus civile ductum a natura, malitiam fraudemque vindicat, sed & in mancipiorum venditione, venditorum fraus omnis excluditur. Idem 2. in Rull. 38. Qui agri, quæ loca, ædificia. Quid est præterea? multa in mancipiis, in pecore, auro, ebore, veste, supellectili, ceteris rebus.

Locuples mancipiis. Hor. 1. Epist. 6. 39.

Negotiatores mancipiorum. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Amicum mancipium domino, & frugi. Hor. 2. Serm. 7. 3.

Conciliatum. V. CONCILIO.

Fieri mancipium alicujus. Ovid. 4. de Pont. 5. 40.

Pro quibus ut meritis referatur gratia, jurat
Se fore mancipium tempus in omne tuum.

Sui mancipii esse, Nullius dominio subjectum esse. Cic. ad Brut. 16. An ut esset sui juris ac mancipii Respublica? nisi forte non de servitute, &c.

MANCĬPO, [πωλέω, ἀνδραποδίζομαι, ἐξανδραποδίζω] āre. quasi Manu capere. Plaut. Curc. 4. 2. 10.

Mancipare, pro Vendere quandoque accipitur. Cic. 2. Philipp. 51. Tum iste venditum, atque mancipatum Tribunatum, consiliis vestris opposuit. Mancipatum emphaticôs dixit, plus quam Venditum. Plinius lib 7. Epist. 18. Nam pro quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum ingenuarumque promiseram, agrum ex meis longe pluris actori publico

publico mancipavi, eundemque vectigali imposito recepi. Plin. Mancipare, non pro Vendere posuit, sed pro Alienare. Budæus.

Usus quædam mancipat. Hor. 2. Epist. 2. 159. Scribitur & Mancupo, ut Mancupium.

Mancipātus, a, um. [ἀνδραποδισθεὶς] Partic. Devinctus, astrictus. Cic. de Senect. 37. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si jus suum retinet, si nemini mancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Al. Emancipata.

Mancipātus, ûs. m. [ἀνδραποδισμὸς] Plin. lib. 9. cap. 35. de unione, Et hoc tamen æternæ prope possessionis est, sequitur hæredem, in mancipatum venit, ut prædium aliquod. i. e. Solennitates eæ adhibentur, quæ solent in iis rebus quæ sunt mancipi. Budæus. V. Hard. in loc.

Mancipatio, ōnis. f. [ἀνδραποδισμὸς] est (inquit Boethius in Topic. Cic. lib. 3.) Imaginaria quædam venditio; quod ipsum jus, proprium est Romanorum civium. Ea res ita agitur, Adhibitis non minus quam quinque testibus civibus Romanis puberibus; & præterea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens: is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio, isque mihi emptus est hoc ære, æneaque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei, a quo mancipium accipit, quasi pretii loco. Budæus. Videantur JC. maxime Heinec. antiquit. ad Instit. 1. 12. 6. sq.

Mancipi, sive **Mancŭpi**, indecl. Genitivum esse contractum docent Voss. de Art. Gram. 3. 46. Salmas. de Usur. cap. 8. & Perizon. ad Sanct. Minerv. 4. 4. 12.

Mancupi emptio. Plin. lib. 33. cap. 34. Qua consuetudine in iis emptionibus, quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Hard. Quæ mancipii sunt.

Omnes res aut mancipi sunt, aut nec mancipi. Mancipi res sunt, prædia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus, quam urbana, qualis domus. Item jura prædiorum rusticorum, velut via, iter, actus, & aquæductus. Item servi, & quadrupedes, quæ dorso collove domantur, velut boves, muli, equi, asini. Ceteræ res nec mancipi sunt. Elephanti & cameli quamvis collo dorsove domentur, nec mancipi sunt; quoniam bestiarum numero sunt. Hæc Ulpian. tit. 19 ejus libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Ulpian. V. Cic. pro Flacc. 80.

Mancupi ædes poscere. Plaut. Most. 5. 1. 43.

Vel hominem jube ædes mancupi poscere.

Mancīnus, [Μαγκῖνος] Cognomen gentis Hostiliæ. C. Hostilius Mancinus cum M. Æmilio Lepido Consul fuit A. U. C. 617. qui quod ignominiosam cum hostibus Numantinis pacem erat pactus, ad liberandos religione Romanos, hostibus fuit deditus, sed non receptus. V. Vellej. 2. 90. Flor. 2. 18 Appian. Iber.

Mancus, a, um. Adj. [ἀνάπηρος] proprie significat Eum qui sine manu est; quasi Manu carens. [vel Captus] Cic. pro Rabir. 21. Quintus Scævola confectus senectute, præpeditus morbo, mancus & membris omnibus captus ac debilis. Ovid. 3. Fast. 826.

Et licet antiquo manibus collatus Epeo
Sit prior, irata Pallade mancus erit.

Officiis mancus. Hor. 2. Epist. 2. 21. h. e. Ad talia officia perficienda inutilis.

Mancus, ad res inanimatas transfertur, pro Debili.

Cognitio. Cic. 1. Off. 154. Etenim cognitio, contemplatioque naturæ, manca quodammodo, atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur.

Fortuna. Hor. 2. Serm. 7. 88.

Prætura. Cic. pro Milo. 25. Occurrebat, mancam ac debilem Præturam suam futuram Consule Milone.

Virtus. Cic. 3. de Fin. 20. Qui mancam fore putaverunt sine aliqua accessione virtutem.

Mandane, [Μανδάνη] Astyagis filia, quæ ei visa est per quietem tantum urinæ facere, ut omnem ipsius urbem oppleret, atque universam Asiam inundaret. Hæc Cambysi nupsit, ex quo genuit Cyrum. Herodot. lib. 1. V. Justin. lib. 1. cap. 4. qui rem fusius tractat, paulo aliter tamen.

Mandanis, [Μάνδανις] Gymnosophista fuit insignis apud Indos, quem quum Alexander ad Jovis filii epulum vocari jussisset, constantissime fertur respondisse, nec illum Jovis filium esse, nec ejus minas pertimescere, & multa alia quæ vide apud Strab. lib. 15.

Mandatum, V. **mando**, āre.

Mandēla, [Μανδήλα] Pagus est in Sabinis, ut auctores sunt Acron & Porphyrion in Hor. 1. Epist. 18. 105. — gelidus Digentia rivus
Quem Mandela bibit rugosus frigore pagus.

Mandibula, In **mando**, ĕre.

Mando, [ἐντέλλομαι, ἐπιτάττω, παραγγέλλω, ἐπιτίθημι] āre. a Manu danda declinatum constat; quod in dandis accipiendisque mandatis manus sibi invicem dare mos erat. Est autem Mandare, Alicui personæ gerendum aliquid exsequendumque committere, ut ait Vall. lib. 5. Plaut. Pers. 4. 3. 61.

Jam hic credo aderit, accersi illum mandavi. Emendati libri, Arcessi illam a navi. Ter. Adelph. 3. 3. 18.

Huic mandes, si quid recte curatum velis.

Res suas alicui mandare. Tacit. lib. 4. Ann. 66. Res suas Cæsar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis, ex fama mandabat. I. e. Famam ipsorum secutus.

Extremas preces P. Quirino propinquo suo ad principem mandat. Tacit. lib. 2. Ann. 30.

Causam aliquam alicui, I. e. Committere. Ovid. 13. Met. 199.

Curam, Committere, vel relinquere. Caius in l. ex maleficio. §. ideo autem. D. de actione & obligationib. Nec ulli curam negotiorum suorum mandant.

Honores mandare alicui, pro Tribuere. Cic. 6. Verr. 81. Nobilitas desinat queri, Pop. Rom. hominibus novis, atque industriis libenter honores mandare, semperque mandasse.

Magistratum, Decernere. Cic. 3. de Legib. 33. Suffragia in magistratu mandando, aut reo judicando, aut lege, aut rogatione sciscenda, clam, an palam ferre melius esset.

Officium. Plin. 6. Epist. 110. Aliquanto magis me delectat mandatum mihi officium, postquam par Cornuto datum video.

Opus miserum mandat sociis. Stat. 9. Theb. 168.

Procurationem mandare, commendare, &c. Non. 2. 516.

Salutem suam mandare alicui. Ovid. 4. de Pont. 6. 13.

Animis mandare ea quæ adulta fructus uberrimos ferant. Cic. 2. Tusc. 13. Cultura autem animi philosophia est, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad satus accipiendos, eaque mandat his, & (ut ita dicam) serit, quæ adulta fructus uberrimos ferant.

Animis & mentibus mandare, quemadmodum & Mandare posteritati dicitur; hoc est, Memoriæ committere. Cic. 1. in Catil 27. Percipite quæso diligenter quæ dicam, & ea penitus animis vestris mentibusque mandate.

Arenæ semina, Committere. Ovid. 5. Epist. 115.

Fidei alicujus pecuniam, Credere, Commendare. Plaut. Trin. 1. 2. 91. Ter. And. 1. 5. 62.

Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.

Foliis carmina. Virg. 6. Æn. 74.

Humo aliquem, pro Inhumare. Virg. 9. Æn. 214. Sic apud Cic. lib. 3. Tusc. 65. ex Homero,

Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos.

Malis. Lucret. lib. 2. 637. V. in **mala**, æ.

Sulcis hordea. Virg. 5. Ecl. 36.

Terræ semina, pro Seminare. Columel. lib. 1. cap. 7.

Æternitati mandare, Commendare, Tradere. Plin. In Paneg. c. 75. pr. Ante orationes principum tantum ejusmodi genere monumentorum mandari æternitati solebant.

Immortalitati, Æternum ut sit curare. Cic. pro Domo 76. Semel, quum id feci, quod omnes non negent, immortalitati, si fieri potest, mandandum, tu supplicio puniendum putasti.

Litteris Latinis Græco sermone tractata. Cic. 1. de Fin. 1. Non eram nescius, Brute, quum quæ summis ingeniis, exquisitaque doctrina philosophi Græco sermone tractavissent, ea Latinis litteris mandaremus, fore ut hic noster labor in varias reprehensiones incurreret.

Litteris suas cogitationes. Cic. 1. Tusc. 6. Sed mandare quemquam litteris cogitationes suas, qui nec eas disponere, nec illustrare possit, nec, &c.

Litteris & memoriæ. Cic. 12. Philip. Quid huic facias, qui hoc litteris, memoriæque mandaverit?

Memoriæ est, h. e. Proditum, & memoriæ relictum. Gell. lib. 3. cap. 17. Memoriæ mandatum est, Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse. i. e. Scriptum est.

Memoriæ mandare aliquid, In memoria figere, & reminisci. Cic. de Amicit. 1. Ejus disputationis sententias memoriæ mandavi.

Monumentis mandare, Posteritati relinquere, & antiquitati committere. Cic. 4. Acad. 2. Ut litteris consignamus quæ monumentis mandare volumus; sic ille in animo res insculptas habebat. Ibid. lib. 1. 3. Nunc postea quam sum ingressus res eas, quas tecum simul didici, mandare monumentis, philosophiamque veterem illam a Socrate ortam, Latinis litteris illustrare, &c.

Monumentis annalium mandare. Cic. pro Sext. 102. Hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur.

Scriptis mandare, Scriptum posteritati relinquere. Cic. 2. Off. 3. Deinde ipsis scriptis non ea quæ nunc, sed actiones nostras mandaremus, ut sæpe fecimus.

Versibus, Versibus conscribere. Cic. pro Arch. 20. Neque est quisquam tam aversus a Musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facile præconium patiatur.

Mandare in ultimas terras, Mittere, Amandare. Cic. pro Sull. 57. Eum familiarissimum suum dimittere ab se, & mandare in ultimas terras?

Mandari infra mortuos. Cic. pro Quint. 50. Is non modo ex numero vivorum exturbatur, sed si fieri potest, infra etiam mortuos mandatur.

Fugæ se, Fugere. Cæs. 5. Bell. Gall. 18. Ut hostes impetum legionum atque equitum sustinere non possent, ripasque dimitterent, ac se fugæ mandarent. Sisenn. Histor. lib. 3. Post principia paulatim recedunt, atque inde cum paucis fugæ se mandant. apud Non. 2. 516.

Fugæ & solitudini mandare vitam suam. Cic. 1. in Catil. 20. Quæ quum ita sint Catilina, dubitas, si emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras, & vitam istam, multis suppliciis justis debitisque ereptam, fugæ solitudinique mandare?

Vinculis, In vincula conjicere. Cic. 4. in Catil. 10. Homo mitissimus atque lenissimus, non dubitat P. Lentulum æternis tenebris, vinculisque mandare.

Laqueum alicui, Imprecari. Joven. 10. Sat. 53.

Letum alicui. Senec. Herc. OEth. 10.

Mandans, antis. Partic. [ἐντελλόμενος] Ovid. 16. Epist. 314.

Utere mandantis simplicitate viri.

Mandātus, a, um. Partic. [ἐντεταλμένος] Cic. pro Rosc. Amer. 111. In privatis rebus si quis rem mandatam non modo malitiosius gessisset, sui quæstus aut commodi causa, verum etiam negligentius, eum majores summum admisisse dedecus existimabant: itaque mandati constitutum est judicium, non minus turpe quam furti, &c.

Arma mandata nepotibus. Sil. lib. 1. 18.

Castra mandata prosequi. Stat. 3. Silv. 2. 121.

Mandata imperia. Cic. pro Lege Manil. 47. Ego sic existimo, Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & ceteris magnis imperatoribus, non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam, sæpius imperia mandata, atque exercitus esse commissos.

Mandātum, i. n. [ἐντολὴ, ἐπιστολὴ, ἐφετμὴ] Sallust. Catil. c. 32. extr. Manlius ex suo numero legatos ad Marcium Regem mittit, cum mandatis ejusmodi. Vulgo Instructiones vocant.

Accipere mandata ad aliquem. Quintil. lib. 3. cap. 10.

Addere. Plin. lib. 8. cap. 40.

Admitti ad. V. **admitto**.

Agere mandata. In **ago**.

Bibere. In **bibo**.

Conficere. In **conficio**.

Curare. In **curo**.

Digerere, Ordinare. Cic. 2. Q. frat. 14. Facies scilicet, ut mea mandata digeras, persequare, conficias.

Dare. Ovid. 13. Epist. 141.

Dare alicui ad aliquem. Cic. 3. Fam. 1. Omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari a me voles, mandata des velim. conf. 10. Att. 13.

Dare alicui de magnis rebus. Cic. 6. Philip. 6.

Deferre.

Deferre. Cic. 10. Att. 14. pr. L. Cæsar mandata Cæsaris ad Pompeium detulit.
Deposcere, *Luy demander s'il veut rien commander.* Ut abeuntes solent. Cic. 5. Att. 2. In Cumano quum essem, venit ad me nuper Hortensius; cui deposcenti mea mandata, cetera universe mandavi, illud proprie, ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis provincias.
Excipere. Tacit. in Agric. 45.
Exhaurire, pro Exsequi & absolvere. Cic. 5. Att. 1. Reliquum est, ut antequam proficiscare, mandata nostra exhauries.
Explicare. Cic. Att. 13. 23.
Exsequi alicujus. Ovid. 14. Met. 602.
Facere. Quintil. lib. 4. cap. 4.
Fallere alicujus, i. e. Non exsequi mandata, verum simulare se exsecutum esse. Ovid. 9. Met. 696.
Ferre per auras. Virg. 4. Æn. 270.
Fungi mandatis. Tacit. 13. Ann. 21.
Gerere. Stat. 5. Silv. 2. 56.
Habere ab aliquo. Cic. 6. Philip. 86. A nobis Populoque Rom. mandatum id certe non habebas.
Instruere aliquem mandatis. V. INSTRUO.
Loqui. Senec. Med. 7.
Mittere. Cic. 4. Verr. 161. In quem ipsi cum gravissimo testimonio publice, quod nunquam antea, Romam mandata legatosque misissent.
Negligere alicujus. Ovid. 16. Epist. 303.
Peragere. Ovid. 7. Met. 500.
Perferre ad aliquem. Ovid. 2. de Pont. 2. 125.
Persequi, V. Digerere.
Refarta mandata mea regi. Virg. 7. Æn. 267.
Suscipere causam mandati alicujus legatum. Ovid. 2. de Pont. 2. 45.
Tenere constanti mente. Catul. Argon. 62. 209.
Tenere memori mente. Lucret. lib. 2. 580.
Venire cum mandatis. Cic. 4. Verr. 153. Veniunt cum mandatis, veniunt cum testimoniis publicis.

MANDĀTIO, ōnis. f. Idem quod seq. Mandatus. Julian. l. 37. pr. D. de acquir. rer. domin. Nec stipulatione nec mandatione.

MANDĀTUS, ūs. m. apud Jurisconsultos legitur, præsertim titulo Mandati. Paul. Mandatu meo in diem fidejussoris. Caius, Si mandatu meo Titio credideris. Julian. Mandatu creditorum. Sic sæpius.

MANDĀTOR, ōris. m. [ἐντολεύς] Gloss. Gr. Lat. Ἐντολοδότης, Mandator, & rursus Ἐγχειριστής, Mandator.
Cædis mandator. Paulus in l. Et si certus. D. ad Senatusc. Silanianum, Et si certus sit percussor, tamen habenda est quæstio, ut cædis mandator inveniatur. Budæus.
Delationis mandator. Callistrat. in l. Ex quibusdam. §. Divus Pius. D. de Jure fisci, Divus Pius Cæcilio Maximo rescripsit: constitutionem patris sui, qua compelleretur delator edere mandatorem, ac nisi edidisset, ut in vincula deduceretur: eo pertinere, non ut delator pœna subduceretur, si mandatorem haberet: sed ut mandator quoque perinde, atque si ipse detulisset, puniretur.
Mandatores sunt impulsores delatorum, interque delatores numerantur. Budæus. Tranquil. in Tito cap. 8. extr. Inter adversa temporum & delatores, mandatoresque erant. Turneb. Mandatores, qui accusatores subornabant & instruebant, & in exilium homines hac ratione calumnia oppressos pellebant.
Mandator Jurisconsultis dicitur, Qui alicui auctor est ut suam pecuniam alteri credat; qui & Fidejussor dicitur. Tametsi hoc plerumque differant, quod illud fere in eo ponitur, qui jussu suo nihil tale cogitantem induxit ut crederet: hoc vero in eo qui ad creditionem accessit, & obligationem quasi trabali clavo confirmavit, uti intelligitur ex tit. de Fidejuss. & mandat. lib. 46. Pandect. Hotoman.
Mandator fuit & aulæ Constantinopolitanæ officium Palatinum. Suid. Μανδάτωρ, ἄλλος ἀγγελιαφόρος. V. Cang. Gloss.

MANDĀTRIX, īcis. f. a Mandator. Mandatrix operum. Claudian. 4. Cons. Hon. 235.

MANDATĀRIUS, ii. m. JCt. est Qui mandatum suscipit ad implendum. Mandatarius a Beroaldo in Suet. tanquam verbum Jurisconf. affertur, pro eo Cui mandata dantur. H. St. Deest hæc vox in Thes. Lugd.

MANDO, [μασάομαι, φλάω] ĕre. Dentibus cibum conficere. A manu & dando existimant deductum: quod manu cibus ori admoveatur. Martial. lib. 13. 65. de perdice,

> Ponitur Ausoniis avis hæc rarissima mensis,
> Hanc in lautorum mandere sæpe soles.

Cic. 2. de Nat. Deor. 122. Alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt.
Lentissime mandere. In LENTUS.
Artus suos. Senec. Thyest. 8.
Ferrum admorsu. Sil. lib. 16. 359. Ferrum, Lupatos. de equo enim loquitur. Virg. 4. Æn. 135.

> Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.

Vulnera sævo dente. Ovid. 15. Met. 92.
Mandi, passivum. Cic. 2. de Nat. Deor. 134. Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur, & mollitur cibus.
Morsu leonis. Lucret. lib. 4. 1011.
Cibum mandendo exprimimus. Lucret. lib. 4. 620.
Mandier, pro Mandi. Matius poeta apud Varr. lib. 6. de L. L. 5,

> Corpora Graiorum mærebat mandier igni.

MANSUS, a, um. Partic. [μεμασημένος] Quintil. lib. 10. cap. 1. Cibos mansos ac prope liquefactos demittimus. Cic. 2. de Orat. 162. Atque omnia minima mansa (ut aiunt) nutrices infantibus pueris in os inserant. conf. Non. 1. 552.

MANSĬTO, āre. frequent. Plaut. Amphit. 4. 3. 4. Suppos. Mutatos Atticos in Arcadia homines, & sævas belluas mansitasse, &c.
Mansito, a verbo Maneo, V. MANEO.

MANDĬBŬLA, æ. f. In qua siti sunt dentes: quæ & Maxilla dicitur. Macrob. 7. Saturn. 4. Deorsum trahit cibaria confecta mandibulis. Idem in Somn. Scip. 1. 6. Post septem vero menses dentes incipiunt mandibulis emergere. [Puto esse a Mandibulum, i. n. Gl. L. Gr. Mandibulum, φάλαγμα.

MANDO, ōnis. m. [φάγος] Edax. Lucilius, Atque omnes mandonum gulæ. Varr. Bimargo, Magna ut tremiscat Roma, & magnæ mandonum gulæ. Non. 1. 58.

MANDŪCO, [μασάομαι] āre. Idem quod Mandere, i. e. Ore vel dentibus conficere. Suet. in August. Cæs. cap. 76. Qui in balneo demum post horam primam noctis duas buccas manducavi, prius quam ungi inciperem.

MANDŪCĀTUS, a, um. Partic. Varr. R. R. 2. 7. Pullos columbinos manducato candido farciunt pane.

MANDUCOR, āri. deponens apud antiquos. Lucil. lib. 14. (ut citat Non. 17. 79.)

> Quum illud quid faciat quod manducamur in ore.

MANDŪCO: ōnis: sive MANDŪCUS, i. m. [ἀδηφάγος] Edax. Pompon. Pictoribus, Magnus Camillus manducus canterius. V. Non. 1. 58. Apul. 6. Milef. sub fin. De isto asino, semper pigro quidem, sed manducone summo.
Vide Ber. in Suet. Vide GULO. H St.

MANDUCUM, i. n. Obsonium apud veteres dicebatur. Varr. de L. L. lib. 6. 5. Unde manducari, a quo in Atellanis obsonium vocant manducum. [Nisi a recto Manducus est. V. MANDUCUS & MANDUCO.

MANDUCUS, [μανδοῦκος] inquit Fest. Effigies in pompa antiquorum, inter ceteras ridiculas & formidolosas imagines ire solebat, magnis malis, ac late dehiscens, & ingentem dentibus sonitum faciens. de qua Plaut. ait in Rud. 2. 6. 51.

> Quid si aliquo ad ludos me pro manduco locem?

Exemplaria Manduca legunt in prima declinatione. Alii Manduco. V. Meurs. Mantiss. ad lib. de Lux. Rom. cap. 12. & Boxhorn. ad Plaut. [In vulgatis Festi (ut Nonii quoque) libris Manducus. Mss. Urs. Manduci. Cælio Rhodig. 8. 9. extr. est Mandus. Apud Plaut. Mendico legendum puto, idque ipso auctore, per totam illam scenam.

MANDALIA, um. n. pl. Frustilla. Plin. Valer. 1. 6. Facere mendalia. Adde Reines. Var. Lect. 2. 8. Barth. Advers. 1. 14. V. MAGDALIS.

MANDŌNIUS, [Μανδόνιος] Dux Hispanus. Hic & Indibilis partes Romanorum cum Scipione Africano in Hispania juvit. Deinde Scipione ægrotante, seditionem agitavere, in Romanosque insurgere cœperunt. Quos quum Scipio morbo liberatus comprehendisset, veteris officii memor tantum castigatos verbis dimisit. Liv. lib. 29. & Sil. Ital. 3. 376.

MANDRA, æ. f. [μάνδρα] Spelunca, cubile, & receptaculum pecorum ac pecudum. Juven. 3. Sat. 237.

> — & stantis convicia mandræ
> Eripiant somnum Druso.

Alii legunt, Somnos urso. Probus scribit Mandram esse vici ostium, vel ascensum vel arrectum: aut breve & vile ædificium, quod angustet latitudinem vici; vel ingens vehiculum quo trabes portantur, μάνδρα Græce dicitur. Martial. lib. 5. 22.

> Vixque datur longas mulorum vincere mandras;
> Quæque trabi multo marmora fune vides.

Lucan. ad Pison. 190.

> — hic ad majora movetur,
> Ut citus, & fracta prorumpat in agmina mandra.

[Hæc unde Stephanus arripuerit, nescio. In Gloss. Lat. Gr. Caulæ, μάνδραι. & Gr. Lat. μάνδρα, hic Septus; μάνδρα προβάτων, Caulæ, singulare non habet; μάνδρα αἰγῶν, Caprile. unde & Juvenalis Scholiastes exponit, Locum, in quo porci includuntur. Hesych. & Phavorin. μάνδραι, ἱερά, φραγμοί, ἅλως, σηκοί βοῶν τε ἵππων. Docti tamen, alii Plaustrum rusticum, alii Equorum, mulorumve greges exponunt. V. Lexic. Pitisc. Apud Hesych. pro ἅλως, legendum videtur αὐλαί. V. & ARCHIMANDRITA.

MANDRĂGŎRA, æ. m. [μανδραγόρας] Herba. Plin. lib. 25. cap. 13. Mandragoram alii circeium vocant. Duo ejus genera; candidus, qui & mas: niger, quæ femina existimatur, angustioribus foliis quam lactucæ, hirsutis & caulibus, radicibus binis ternisve rufulis, intus albis, carnosis tenerisque, pæne cubitalibus. Ferunt mala avellanarum nucum magnitudine, & iis semen ceu pirorum. Columel. lib. 10. non procul ab initio,

> Quamvis semihominis vesano gramine feta
> Mandragoræ pariat flores, mœstamque cicutam.

Mandragoram bibisse, Proverbio docta ac eleganter ii videntur posse dici, qui velut aspide icti somniculosa, nimis desides sunt, atque ita quodammodo a sensu disjiti abjunctique ut excitari non queant. Usus est Demosthenes 4. Philip. & Lucian. in Timone pr. Ratio vero proverbii est, quoniam is fructus est somni conciliator, ut tradit Plinius.

MANDRAGORĪTES, [μανδραγορίτης οἶνος] Vinum ex Mandragora confectum. conf. Diosc. 5. 81.

MANDRO, [Μάνδρων] fuit navicularius quispiam, qui aspirante fortuna, tandem factus est imperator: unde etiam factus adagio locus in eos qui præter meritum ad opes evecti, pristinæ conditionis non meminerunt. V. Suid.

MANDUCO, MANDUCUS. V. MANDO, ĕre.

MANDYA, æ. f. [μανδύα] Vestis est pænulæ similis, cujus meminit in Iphigenia Rhinton. Dio in Tiberio, Facta in conventu quodam pluvia, inquit, φαιὰς μανδύας ἐνέδυσε, ac in reliquum, vestem aliam capere ausus est nemo. Ejusdem meminit in Domitiano quoque: Quum, inquit, per naumachiam plueret vehementius, mandyas subinde mutabat, alium vero neminem permisit. Mandyam sunt qui etiam Loricium nuncupent, id est λωρίκιον quod pænulæ genus foret, qua se ut lorica munirent: Latini Mantellum dicunt. V. plura apud Cæl. lib. 16. cap. 10.

MĀNE, Adv. [πρωί, πρωΐας, ὄρθρου] Diei pars prima. Manum, Clarum veteres dicebant, teste Nonio 1. 337. Servius ad 1. Æn. 143. Manum antiqui Bonum dicebant: unde & Mane dicitur. Ter. Heaut. 1. 1. 15.

> Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi
> Domum revertor, quin te in fundo conspicer.

Cic. 7. Fam. 31. Qui usque ad Calendas Januarias esset, quæ erant futuræ mane postridie. [Ubi Mane abundat.
Mane, inquit Varro de L. L. 5. 2. Diei principium, quod tum manat dies ab oriente: nisi potius quod Bonum antiqui dicebant Manum; ad cujusmodi religionem Græci quoque, quum lumen affertur, solent dicere, φῶς ἀγαθόν.
Mane, magis & minus esse non potest, ante & post potest, inquit Varro lib. 8. de L. L. 44. [Non negat tamen, Magis mane recte dici. At Manius, Manissime negat. Unde liquet Mane ipsi esse Adv.
Mane & Mani dixerunt veteres, quemadmodum Here & Heri, & Vespere & Vesperi, propter cognationem litterarum e & i, auctore Donato in Ter. Phorm. 1. 1. 2. Servius Mani ablativum esse dicit a Mane, adducens Plauti exemplum, A mani usque ad vesperum. [Locum non reperi. Deducunt autem a recto Manis, e, quod idem ac Manus, a, um. unde & Manes & Immanis. V. Schol. Hor. Carm. 1. 4. extr.

Mane vigilare. Hor. 2. Epiſt. 1. 104.
Mane piger ſtertis. Perſ. 5. Sat. 132.
Hodie mane Dolabella, multus ſermo ad multum diem. Cic. 13. Att. 9.
Poſtridie mane. Cic. 3. Verr. 68.
Bene mane hæc ſcripſi. Cic. 4. Att. 11.
A mane. V. A.
A mane diei. Hirt. de Bell. Afric. 42. Præſertim quum milites a mane diei jejuni ſtetiſſent defatigati.
Mane totum dormire. Martial. lib. 1. 46.
Clarum mane. Perſ. 3. Sat. 1.

— jam clarum mane feneſtras
Intrat, & anguſtas extendit lumine rimas.

Obſcurum. Columel. lib. 7. cap. 12.
Vel poſt nonam, vel poſtero mane. Columel. lib. 9. cap. 15.
Multo. V. MULTUS.
Nimis. V. NIMIS.
Plane mane, i. e. Bene mane. Plin. 1. Epiſt. 5. ad Voconium, Rogo, mane videas Plinium domi, ſed plane mane; neque enim diutius perferre ſollicitudinem poſſum; & quoquo modo efficias, ne mihi iraſcatur.
A Mane, Manius. Vide MANIUS. H. St. V. & paulo ſupra ex Varr.
MĂNEO, ſi, ſum, [μένω, μιμνάζω, αὐλίζομαι, διαμένω] ēre. Loco inſiſtere, inquit Nonius 4. 308. ſive, ut ait Perottus, Continere ſe, & firmum ſtare. Virg. lib. 10. Æn. 770.

— manet imperterritus ille,
Hoſtem magnanimum opperiens. Ter. Eun. 3. 5. 31.
In interiore parte ut maneam ſolus cum ſola; adnuo. Ubi Donatus Maneam, Remaneam, perſeveremque in loco.

Pauliſper manere. In PAULISPER.
Diem unum. Propert. lib. 2. 9. 20.
Domi. Catul. ad Hiſpitillam, 30. 7.
Ad exercitum. Liv. 3. 29. Ita ſe Minucius abdicat Conſulatu, juſſuſque ad exercitum manet. h. e. Juxta exercitum. [Immo in exercitu, cui revera præfuit legatus ex conſule, vel Apud exercitum.
Ad urbem. Liv. 30. 27. In eadem provincia & C. Servilio prorogatum imperium, ſi Conſulem manere ad urbem Senatui placuiſſet. [Ad urbem eſſe dicebantur Conſules, Prætores, Dictatores, quique alii lege curiata imperium habebant, quod Urbem iis (ne in ea duo ſimul ſumma imperia eſſent) intrare non licebat, ſed ante Urbem manebant, ſeu nuper ex provincia reverſi triumphum peterent, ſeu nondum in provinciam profecti eſſent; dabaturque ipſis ſenatus extra urbem. V. Aſcon. in 2. Verr. 45. & 4. 17. Sen. 5. de Benef. 15. Ulp. l. 16. D. de offic. Procoſ. Proconſul portam Romæ ingreſſus deponit imperium.
Maneas apud me cum tuis. Cic. 4. Att. 17. Ter. Eun. 3. 3. 28. At tu apud nos hic mane, dum redeat ipſa.
Mane, mane; habet ſingularem vim in ſe revocantis. Ter. Phorm. 1. 4. 40. Ah, quid agis? quo abis Antipho? mane, mane inquam. Idem Heaut. 3. 3. 52.

Mane, mane. quid eſt quod tam a nobis graviter crepuere fores?

Mane; gaudentis aliquando, non autem opperiri jubentis, inquit Donatus. Ter. Adelph. 2. 3. 11. Sed quidnam foris crepuit? S. mane, ipſe exit foras. Plaut. Curcul. 1. 3. 3.

Placide egredere, & ſonitum prohibe forium, & crepitum cardinum;
Ne, quod hic agimus, herus percipiat fieri, mea Planeſium.
Mane ſuffundam aqualam.

Manedum, Cohibendi particula. Plaut. Aſin. 5. 2. 27.

Nihil ecaſtor eſt quod facere mavelim. P. manedum. A. quid eſt?

Plin. 8. Epiſt. 6. ad Montanum. Finem exiſtimas? Manedum, & majora accipe.
Manere pro Pernoctare. Suet. Cæſ. cap. 39. Tantum undique confluxit ut plerique advenæ, aut inter vicos, tabernaculis poſitis, manerent. & Aug. 72. Eodem cubiculo hieme & æſtate manſit. Cic. 1. Philip. 8. Cum intempeſta nox eſſet, manſi in villa P. Valerii. V. & Hor. 1. Carm. 1. 25. Donat. ad Ter. And. 2. 5. extr. Hinc
Manere ab aliquo, Secubare. Capitolin. in M. Anton. Philoſ. cap. 7. Per viginti & tres annos in domo patris ita verſatus, ut ejus quotidie amor creſceret, nec præter duas noctes per tot annos ab eo manſit diverſis vicibus.
Manere ut, pro Exſpectare. Plaut. Stich. 1. 2. 1.

Qui manet ut moneatur ſemper ſervus homo officium ſuum,
Nec voluntate id facere meminit, ſervus is habitu haud probus eſt.

Manere aliquem, Exſpectare. Plaut. Men. 5. 7. 49. Hic me mane. Ter. Phorm. 3. 1. 16.

Manſuruſque patruum pater eſt, dum huc adveniat.

Manet cum accuſ. caſu: ut, Manet te bonum. Plaut. Moſtel. prol. 47. Virg. 12. Æn. 61.

Qui te cunque manent iſto certamine caſus. i. e. Inſtant, imminent tibi, & futuri ſunt. Cic. 2. Philip. 7. Cujus quidem te fatum, ſicuti C. Curionem, manet. Ibid. 37. Neque vero eram tam indoctus, ignaruſque rerum, ut frangerer animo, propter vitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus.

Cura ea nepotes noſtros maneat. Virg. 3. Æn. 505.
Gloria te manet. Virg. 1. Georg. 168.
Nox una manet omnes. Hor. 1. Carm. 28. 15.
Periculum manet. Liv. 24. 22. extr. Periculumque ingens manet, niſi communi concordiæ conſulitis.
Pœna te. Tibull. lib. 1. 8. 77.
Manet, cum dandi caſu: ut, Manet tibi, i. e. Tibi paratum eſt, te exſpectat. Cic 2. Philip. 7. Cujus quidem tibi fatum, ſicut C. Curioni manet. Et Catull. 8. 15.

Scelesta, tene? quæ tibi manet vita? Virg. 9. Æn. 302.
Hæc eadem, matrique tuæ, generique manebunt.

Non manebat ætas virginis meam negligentiam. Ter. Phorm. 4. 1. 4. i. e. Virgo nubilis non poterat me exſpectare diutius immorantem: quod retardarem nuptias ejus.
Amicitia manente, Durante. Tacit. 4. Hiſt.
In amicitia perpetuo manere. Cic. 4. Verr. 2. Pleræque autem & maxime illuſtres in amicitia perpetuo manerent.
Arbor. Virg. 2. Georg. 294.
Amor manſit, nec ſolutum eſt conjugale fœdus. Ovid. 11. Met. 743.
Beneficium in eo. Cic. 13. Fam. 37. Eidem Dolabellæ, me audiente, Cæſar dixit, nihil eſſe quod de Mega vereretur, beneficium ſuum in eo manere.
Cauſæ manent. Cic. 12. Att. 28. Sed erant cauſæ cur hoc tempore iſtic eſſe nollem: quæ ſi manebunt, quærenda erit excuſatio ad Brutum, &, ut nunc eſt, manſuræ videntur. h. e. Duraturæ.
Cognomen. ut, Manſit Silviis poſtea omnibus cognomen, qui Albæ regnaverunt. Liv. 1. 3.
In conditione. Cic. 7. Att. 15. Plerique negant Cæſarem in conditione manſurum.
Conditio manet. Cic. 2. Fam. 6. Eaque mihi conditio maneat, qua profectus ſum.
Contentio manet mihi cum illo. Cic. 14. Att. 14. Mihi cum illo nulla contentio jam maneret.
Dolor. Cic. 2. de Fin. 93. Quid enim? ſummus dolor plures dies manere non poteſt.
Fama. Plin. 9. Epiſt. 3.
Fortuna manet ſtabili fundamento. Lucret. lib. 5. 1120. In curſu ſuo manet fortuna. Ovid. 15. Epiſt. 60. Intra fortunam ſuam manere. Ovid. 3. Triſt. 4. 26. V. INTRA præpoſ.
Gnatus unicus manſit domi: h. e. Remanſit. Ter. Heaut 3. 2. 29.
Honos nomenque tuum, laudeſque manebunt. Virg. 5. Ecl. 78.
Ingenia ſenſibus manent, modo permaneat ſtudium & induſtria. Cic. de Senect. 22.
Induciæ. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 16. Interea manerent induciæ, dum ab illo reduci poſſent, neve alter alteri noceret.
Lex manet, cui opponitur Abrogata. Cic. de Provinc. Conſul. 46. Quare aut vobis ſtatuendum eſt legem Æliam manere, legem Fuſiam non eſſe abrogatam.
Memoria rerum Rom. manet. Cic. 2. Off. 43. Tib. enim Gracchus P. F. tam diu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit.
Mos antiquus. Cic. 5. Fam. 20. Dein ſi rationum referendarum jus vetus, & mos antiquus maneret.
In numero. Quintil. lib. 1. cap. 4. Kappa apud Græcos, nunc tantum in numero manet. V. NUMERUS.
In officio manere, quod & Stare in officio dicitur: h. e. Munus ſuum diligenter exſequi. Cic. 1. Att. 1. Aviam tuam ſcito deſiderio tui mortuam eſſe; & ſimul quod verita ſit ne Latinæ in officio non manerent, & in montem Albanum hoſtias non adducerent. Subaudi Coloniæ. Sic In fide. Liv. 31. 2. i. e. Fidelem.
In fide & in officio. Liv. 28. 24. Non ſocii in fide, non exercitus in officio manſit.
Jus vetus, V. Mos antiquus.
Parietes urbis ſtant & manent. Cic. 2. Off. 29. Itaque parietes urbis modo ſtant & manent, iique ipſi jam extrema ſcelera metuentes.
Pax manſit. Liv. 1. 27. pr. Nec diu pax Albana manſit.
Promiſſis manere, idem quod Stare promiſſis. Virg. 2. Æn. 160.

Tu modo promiſſis maneas, ſervataque ſerves,
Troja, fidem.

Sententia manet, Perſtat. Cic. 8. Att. 22. Simul & elicere cupio ſententiam tuam, ſi manet, ut firmior ſim: ſi mutata eſt, ut tibi aſſentiar.
In ſententia vel propoſito manere, quod & Stare dicitur. Cic. 7. Fam. 24. Sed velim maneat Damaſippus in ſententia.
In ſententia philoſophorum manere, Sequi eorum ſententiam. Cic. 1. de Divin. 5. Quum omnes Socratici Zenoque, & ii, qui ab eo eſſent profecti, manerent in antiquorum philoſophorum ſententia, &c.
Societas manet inter nos. Cic. 12. Fam. 27. Quæ ſocietas inter nos ſemper, mi Cornifici, manebit.
In ſtatione. Lucret. lib. 4. 396.
Suo ſtatu manere, vel eodem ſtatu, pro In ſuo vel eodem ſtatu. Cic. 5. Att. 9. Memento curare per te & per omnes noſtros, in primis per Hortenſium, ut annus noſter maneat ſuo ſtatu, ne quid novi decernatur. Liv. 31. 29. Sperare quicquam eodem ſtatu manſurum.
Suſpicio manet. Cic pro Quint. 34. Non patiar iſtam manere ſuſpicionem, nos rem judicari nolle.
Verba maneant in animo. Senec. Med. 7.
Vita manet. Virg. 5. Æn. 724.

Nate mihi vita quondam, dum vita manebat,
Care magis.

In vita manere, cui Excedere e vita opponitur. Cic. 3. de Fin. 45. In quo enim plura ſunt quæ ſecundum naturam ſunt, hujus officium eſt in vita manere.
Voluntas eadem manet. Cic. pro Quint. 82. Si te nihil impediret, ſi voluntas eadem maneret, ſi valeres denique, &c.
Maneat ergo, quod turpe ſit, id nunquam eſſe utile: h. e. Sit ita, eſto. Cic. 3. Off. 49.
Manebitur, Imperſ. Cic. 8. Att. 3. extr. Id ſi eſt, in Italia fortaſſe manebitur.
Maneri, Imperſonale. Cic. 10. Att. Sed ad primum revertor: quid putes faciendum, occultene aliquo propius veniendum, an mare tranſeundum? nam hic maneri diutius non poteſt.
Manſum, ſupinum. Ter. Heaut. 1. 2. 26.

Quid tu tecum? CH. dicam, utut erat, manſum tamen oportuit.
i. e. Manendum erat, non diſcedendum.

MANSŪRUS, a, um. Partic. [διαμενῶν] ut, Amor manſurus. Ovid. 2. de Arte Am. 242.
Carmen manſurum, Immortale. Stat. 4. Silv. 2. 3.
Decus per ſæcula. Sil. lib. 17. 626.
Fama in ſæcula. Lucan. lib. 8. 74.
Monumenta per ævum. Ovid. 5. Met. 227.
Opus poſt mea fata. Ovid. 3. Amor. 15. 20.
Urbs. Virg. 3. Æn. 86.
MANENDUS, a, um. gerundiv. ut, Ætas manenda, i. e. Perduranda. Lucret. lib. 3. 1086.

Temporis æterni quoniam, non unius horæ
Ambigitur ſtatus, in quo ſit mortalibus omnis
Ætas poſt mortem, quæ reſtat cunque, manenda. Senſus eſt,

In quo ſtatu temporis æterni, omnem ætatem, quæcunque poſt mortem reſtat, neceſſario permanebunt & perdurabunt homines. Lambinus.
MANSIO, ōnis. f. [μονή, καταγωγή Gl. Gr. L. [Actus ipſe manendi & quieſcendi in aliquo loco. Ter. Phorm. 5. 9. 23.

Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ
Lemni?

Mansio & Decessio, contraria. Cic. 4. Fam. 4. Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione communicat.

Mansio in vita; cui contrarium est Excessus e vita. Cic. 3. de Fin. 60. Quum ab his mediis omnia proficiscantur officia, non sine causa dicitur ad ea referri omnes nostras cogitationes; in his & excessum e vita, & in vita mansionem.

Mansio, (inquit Perottus) Iter est unius diei. Plin. lib. 12. cap. 14. Gebanitarum caput Thomna est; abest a Gaza nostri litoris Judææ oppido. M. D. XXXVII. millia passuum; quod dividitur in mansiones camelorum sexaginta duas.

Mansio, Hospitium. Suet. in Tit. Vesp. cap. 10. Deinde ad primam statim mansionem febrim nactus, quum inde lectica transferretur, &c. V. MANEO.

MANSIUNCULA, æ. f. diminutivum hanc significationem sequitur in Vet. Bibl. Interpr. H. St. Intelligit novissime in dict. præced. allatam.

MANSIONARIUS, a, um. Adj. Ad mansionem pertinens. Fulgent. 3. Myth. Ignoto atque mansionario adi conjugio.

MANSUS, i. m. est JCt. Fundus, unde quis se & familiam alere potest. V. Cujac. Feud. 2. 2.

MANSUR, ōris. m. Hospes. Sedulius 5. 495.
Et faciat tenues tanto mansore capaces.

MANSITO, [Διατρίβω] āre. frequent. Tacit. lib. 13. Ann. 44. Quippe mansitasse una convincebatur.

Mansito, a verbo Mando, V. MANDO, ĕre.

MANTO, Idem. V. suo loco.

MĀNES, Acron in Hor. 1. Carm. 4. extr. Dii manes, dii boni, e Manum, quod est bonum. Antiqui animum a corpora separabant, manem deum nuncupabant. Apuleius de dæmonio Socratis p. 50. Elmenh. tradit, Manem Deum, animam dici, cujusvis meriti, corpore solutum, qui quamdiu in corpore nostro sit Genius dicatur; corpori renuntiantem, Lemurem: quorum quæ domos incursionibus infestarent, Larvæ appellarentur, contraqua qui boni fuerint, Lares familiares. Servius in 1. Æn. 143. per antiphrasin ait Manes esse deos inferos, quia non sint boni. Idem dicit alibi esse Animas corporibus exutas, quæ nondum in alia corpora migraverint. In 3. Æn. 63. ubi plura V. Festus, Manes dii ab auguribus vocabantur, quod per omnia manare credebant, eosque deos superos, atque inferos dicebant. Cic. 2. de Legib. 22. Deorum manium jura sancta sunto. De Manibus multa erudite disputat Cl. Norisius Cenotaph. Pis. & Guther. de Jure Manium. V. & Lex. Pitisc.

Manes. Virg. 6. Æn. 743.
Quisque suos patimur manes. Servius; Manes, Supplicia quæ sunt apud manes.

Manes animæ. Hor. 1. Serm. 8. 29.
Di manes. Hor. Epod. 5. 94.
Divi. Lucret. lib. 6. 764.
Imi. Virg. 4. Æn. 387.
Nocentes. Lucan. lib. 3. 13.
Profundi. Virg. 1. Georg. 243.
Semidei. Lucan. lib. 9. 7.
Sacrati. Sil. lib. 15. 447.
Sepulti. Virg. 4. Æn. 34.
Serviles. Varr. L. L. 5. 3. de quibus non satis constat.
Stygii. Ovid. 13. Met. 465.
Elicere manes ex fossis. Hor. 1. Serm. 8. 29.
Ciere. Virg. 4. Æn. 490.
Conditi rite manes. Plin. 7. Epist. 17. ad Suram. h. e. Exsequiæ perfectæ, & corpori funerato justa persoluta.
Confundere. ut, Caros urna confundite manes. Stat. 3. Theb. 168.
Lædere manes alicujus. Tibull. lib. 1. 1. 67.
Manes, Dii inferni. Serv. in 3. Æn. 63. Suet. Tiber c. 75. pr. Juvenal. Sat. 2. 149. Cic. 7. Verr. 113.

MANES, æ, & ātis. [Μάνης] Hæresiarcha, genere Persa, vita & moribus barbarus, tam acer ingenio, ut ex nominis argumento insanire videretur, sub Aureliano principe Romam a Perside venit. Ab hoc Manichæorum hæresis & nomen & ortum habet. Hunc denique Manetem ad ultimum rex Persarum vivum cute direpta necavit, quod filium ejus, quem rejectis aliis medicis curare pollicebatur, interfecerit. Ex Suida & Eusebio. V. infra MANNICHÆUS.

MANENS, entis. [Μάνης] Alter item hæresiarcha, a quo dogma illud nefarium, quo Euchetæ hæretici utebantur, in Syria fuit propagatum. V. Cæl. lib. 2. cap. 16. & Suid.

MANES, [Μάνης] Fluvius est, sive potius torrens, Locrorum Epicnemidiorum, Thronion præterfluens; interdum tam exiguus, ne transeuntis vix tingat pedes; interdum tam latus, ut in bina diffundatur jugera. Alio nomine Boagrius appellatur. V. Strabon. lib. 9.

MANESIUM, [Μανήσιον] Phrygiæ oppidum, a divite quodam, cui Manes nomen fuit, ita appellatum. Stephanus.

MANETHUS, V. MANATHUS.

MANETHUSA, Urbs Cretæ insulæ, apud Pomponium Melam, lib. 2. 7.

MANGO, ōnis. m. [ἀνδραποδοκάπηλος] Mangones dicti sunt, quasi Manuagones, quod homines agant in manum, id est potestatem, atant, enim magistri formæ puerorum, & mentiendi coloris artem probe callentes. Solebant enim pueros puellasque, quo facilius vendi possent, artificio quodam componere. Quintil. lib 2. cap 15. Adulationem autem Medicinæ vocet, Coquorum artificium, & Exercitatricis Mangonum, qui colorem fuco, & verum robor inani sagina mentiantur. Martial. 1. 59.
Millia pro puero centum me mango poposcit. Sueton. in Domit. cap. 7. Castrari mares vetuit; spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est.

Mangones, aliarum etiam rerum dicuntur, Qui merces poliunt atque interpollant, ut pluris vendant. Plin lib. 37. cap. 13. Decussi fragmenti paulum, quod in lamina ferrea teratur, efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum.

MANGŌNICUS, a, um. Adj. [ἀνδραποδοκαπηλικός] Quod ad mangonem pertinet. Plin. lib. 21. cap. 26. Suet. in Vespas. cap. 4. Necessarioque ad mangonicos quæstus sustinendæ dignitatis causa descendit.

MANGŌNIUM, i. n [μαγγανεία] Artificium quod ad res facilius vendendas adhibetur. Plin. lib. 10. cap. 50. Dedere & Parthi cocis suos mores; nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, hic clune, alibi pectora tantum gallinarum laudatis.

MANGŌNIZO, [μαγγανεύω] āre. Ornare, & quasi componere rem aliquam ad alliciendos emptores. Plin. lib. 32. cap. 10. Ita pueros mangonizavit Salpe obstetrix.

Mangonizantur etiam panni sive linei sive lanei. Equos præterea mangonizatos venire videmus. Hermol.

MANGONIZĀTUS, a, um. Partic. [μαγγανευθείς] Plin. lib 9. cap. 54. Ut qui primus pensiles invenit balineas, ita mangonizatas villas subinde vendendo.

Mangonizata etiam oratio dici potest, forma item, & domus, & reliqua; ut lenociniis & fuco potius quam veritate allectent. Hæc Hermolaus.

MANIA, æ. f. urbs Parthorum ab Oriente hiberno. Plin. lib. 6. cap. 25.

MANIA, æ. f. [μανία] Latine Insania dicitur; Græcum enim est vocabulum. Cic. 3. Tusc. 11. Græci autem maniam unde appellent, non facile dixerim, eam tamen ipsam distinguimus nos melius quam illi, hanc enim insaniam, quæ juncta stultitiæ patet latius, a furore disjungimus.

MANIÆ, arum. pl. f. [μορμολύκεια] Festus, Maniæ, turpes, deformesque personæ. Manias Ælius Stilo dici ait ficta quædam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii Maniolas appellant. Manias autem, quas nutrices minitentur pueris, esse larvas, id est Manes, quos deos deasque putabant, quosque ab inferis ad superos emanare credebant, ut Mania est eorum avia, materve. Hæc Fest. [Ubi Scalig. V. & Non. 2. 756. Varr. L. L. 8 38.

MANIÆ, Deæ. [Μανίαι] Cæl. lib. 17. c 4. In Arcadia porro pergenti ex civitate quam Μεγάλην vocant, Messeniam versus, dearum occurrit templum, quam & regionem templo circumjectam, Manias nuncupant. Eas eruditi Eumenidas interpretantur. Hæc ille ex Pausan. Arcad. p. 264. extr. Wech.

MANIBULA, V. MANICULA.

MĀNICA, æ. f. [χειρίς] a Manu derivatur, auctore Varrone L. L. 5. 8. extr. Vestis pars qua manus teguntur. Virg. 9. Æn. 616.
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Manicæ, Quibus adversum vim frigoris manus muniuntur, quas Græci Chirothecas vocant. Plin. ad Macrum, lib. 3. Epist. 5 Cujus manus hieme manicis muniebantur; ut ne cæli quidem asperitas ullum studii tempus eriperet.

Manicæ, [χειροπέδαι] Manuum vincula. Virg. 2. Æn. 146.
— manicas atque arcta levari
Vincla jubet Priamus. Cic. 11. Philip. 26. Solet enim accipere ipse manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere.

Truces. Valer. 2. Argon. 463.
Occupare aliquem manicis. Virg. 4. Georg. 439.
In manicis & compedibus tenere aliquem. Hor. 1. Epist. 16. 76.
Manicæ, & Thecæ sunt ferreæ, quibus bracchia & manus contra hostium injurias muniuntur. Juven. 6. Sat. 255.
Balthaus, & manicæ, cristæ, crurisque sinistri
Dimidium tegmen.

MANICĀTUS, a, um. Adj. [χειριδωτός Gl. Lat. Gr.] Quod habet manicas. ut, Manicata tunica. Columel. lib. 11. cap. 1. Quæ utraque prohibentur optime pellibus manicatis & sagatis cucullis. Al. Sagis cucullatis. conf. CENTO. Cic. in Catil. 2. 22. Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut pæne barbaros videtis, manicatis & talaribus tunicis, velis amictos, non togis. Probrosa nominat Cicero Manicatas tunicas, quasi hominum effeminatorum, quomodo etiam Virg. 9. Æn 616.
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. V. Gell 7 12.

MANICON, [μανικόν] Sthrychni herbæ species est, quam si quis drachmæ pondere sumpserit, variæ species ac lætitia plenæ animo observantur; quod pondus duplicatum mentis excessum triduo affert, triplicatum mortem. Alio nomine Dorycnion appellatur, eo quod cuspides in præliis eo tingerentur. V. Plin. lib. 21. cap. 31. Ea putatur esse, quæ hodie in officinis *Solanum mortale* appellatur.

MĀNICULA, Transversa est regula in stiva aratri; sic dicta, Quod manu bubulci tenetur; qui quasi est temo inter boves, inquit Varro de L. L. lib. 4. 31. Turnebus autem hunc locum sic legit, Stiva, a stando: & in ea transversa regula, manibula, quod manu bubulci tenetur; qui quasi temo est inter boves, bura a bubus, alii a curvo curvum appellant. Aliter interpungitur in Varronis codicibus, sed hæc lectio mihi fit verisimilior.

Est etiam dimin. a Manus. q. V. in MANUS.

MANICHÆI, V. MANNICHÆI.

MĀNIFESTUS, a, um. Adj. [ἔκδηλος, ἐκδηλος, κατάδηλος, φανερός, καταφανής] Clarus & apertus; quasi Ad manus foris stans. Cic. 4. Verr. 181. Manifestis in rebus hominem jam teneri videbatis.

Amator manifestus. Ovid. 2. Amor. 4. 39.
Cædes. Liv. 1. 26.
Causa. Propert. lib. 3. 13. 3.
Culpa. Ovid. 2. Amor. 2. 55.
Deus. Ovid. 1. de Pont. 1. 63.
Fides. Virg. 2. Æn. 309.
Furtum. Cic. 4. Verr. 48.
Ira nominis. Ovid. 6. Met. 313.
Libido. Ovid. 9. Met. 482.
Litteras manifestas quæris. Cic. 5. Verr. 146.
Pietas. Ovid. 2. de Arte Am. 382.
Signa dare. Ovid. 5. Met. 468.
Vestigia rotæ. Ovid. 2. Met. 133.
Manifestum facere. Plin. Epist. 318.
Manifestum aliquem habere. Sallust. in Catil. cap. 41. extr. Cicero per Sangam consilio cognito, legatis præcipit, ut studium conjurationis vehementer simulent, ceteros adeant, bene polliceantur: dentque operam, uti eos quammaxime manifestos habeant.
Negare manifesta. Ovid. 4. Epist. 3.
Manifesta res est. Plaut. Most. 3. 1. 8.
Testatæ & manifestæ res. Cic. 2. Verr. 48. Ejusmodi res, ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam; ut, &c.
Manifestus mendacii, aut sceleris, Cujus scelus aut mendacium omnibus palam est. Plaut. Truc. 1. 2. 30. Sallust in Jugurth. cap. 35. sub fin. At Jugurtha, manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti,

niti, quam animadvertit super gratiam atque pecuniam suam invidiam facti esse.
Vanitatis, flagitii, ambitionis manifestus, & similes loquutiones, quibus quidem frequenter utitur Tacit. ut 4. Ann. 53. Ne tamen offensionis, aut metus manifestus foret.
Conjurationis. Tacit. 15. Ann. 60. 3.
Delicti. Tacit. 2. Ann. 85. 3.

MANIFESTE, Adv. [σαφῶς, ἐμφανῶς, φανερῶς, ἐναργῶς, καταδήλως, ἀποφανδόν] Palam, perspicue, clare, non obscure. Cic. 3. in Catil. 4. Ut, quod erat difficillimum, quodque ego semper optabam a diis immortalibus, tota res non solum a me, sed etiam a Senatu, & a vobis manifeste deprehenderetur. adde 3. 17. & pro Flac. 68.
Compar. Tacit. 4 Hist. 23. 2. & 1. 88. 3. Virg. 8 Æn. 16.
Superl. Hieron. Epist. 59. cap. 25. & Apul. Apolog. p. 316.

MANIFESTO, Adv. [ἀμφαδόν] Idem. Cic. pro Cluent. 20. Quum manifesto venenum deprehendisset, &c.
Manifesto verberari, i. e. Palam. Plaut. Asin. 1. 2. 23.
Manifesto compertum atque deprehensum. Cic. pro Cluent. 42. Exponam vobis Oppianici facinus, manifesto compertum atque deprehensum.

MANIFESTARIUS, a, um. Adj. [ἐπαυτόφωρος, χειρόληπτος, ἐπίδηλος] Idem quod Manifestus. Quod vulgo *notorium* dicitur.
Manifestaria res est. Plaut. Mil. 2. 5. 34.
Manifestarius fur. Plaut. Aul. 3. 4. 10.
Capio fustem, obtrunco gallum furem manifestarium.
Manifestarium aliquem tenere. Plaut. Trin. 4. 2. 30.
—teneo hunc manifestarium,
Me sibi epistolas dedisse dicit. Ladam hominem probe.

MANIFESTO, āre. Manifestum facere. Justin. 41. 1. 2. Hoc ipsorum vocabulo manifestatur. Ovid. 13. Met. 106.
Insidias prodet, manifestabitque latentem.

MANIFESTĀTUS, a, um. Partic. Vulg. Interp.

MANIFESTATIO, ōnis. f. [φανέρωσις Gl. Gr. L.] Sulp. Sever. Dial. 3. 4. Augustin. & Ambros.

MANIFESTATOR, ōris. m. Non. 1. 46. Hujus rei manifestator est Lucretius.

MĂNIFŎLIUM, i. n. Herbæ nomen apud Apul.

MĀNILIUS, Nomen gentile Ro. Plebejum, siquidem Sex. Manilium ex xx. tribunis, qui plebe a patribus secedente creati fuerunt, alterum summæ rerum præfuisse docet Liv. lib. 3. 51.
M. vel ut aliis placet, C. Manilii exstat Astronomicon Augusto Cæsari inscriptum.

MANILIUS, a, um. Adj. ut, Lex Manilia apud Cic. a C. Manilio. Trib. pl. A. U. C. 687. lata.

MANILIĀNUS, a, um. Adj. ut, Maniliana offensio. Cic. pro Corn. 1.

MANIOLÆ, insulæ ex adverso Indiæ, extra Gangem, in quibus tradunt navigia, quæ clavos ferreos habent, detineri. Neque enim ultra progredi sinunt, ne quando lapis Herculeus, qui circa ipsas gignitur, illa ad se trahat. Eas tenent Anthropophagi, Manioli dicti: ut scribit Ptolem. lib. 7.

MĂNĬPŬLUS, i. m. [χειρόβολον, δράγμα] a Manu fit: & proprie significat Fasciculum, quem manu quis apprehendit metendo. Plin. lib. 18. cap. 28. Columel. lib. 11. cap. 2. Bonus operarius prati jugerum desecat, nec minus mille ducentos manipulos unus obligat, qui sint singuli quaternarum librarum. V. eundem lib. 2. cap. 19. & Varr. de R. R. lib. 1. cap. 49. & 50.
Filicum manipli, pro Manipuli. Virg. 3. Georg. 297.
Manipulus, [λόχος] Exigua militum manus, quæ unum sequitur signum. Erat enim pars centuriæ: ita dicta, quod Romulo adhuc paupere, Romanus exercitus manipulos fœni hastis alligatos, pro signis gerebat. Ovid. 3. Fast. 119.
Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Unde maniplaris nomina miles habet.
Manipulus Romuli fuit centenorum militum, teste auctore de O. G. R. cap. 22. & Plut. in Romulo, postea numerus fuit duplicatus. V. Gell. 16. 4. Serv. ad Æneid. 11. 463. Isid. 9. 3. Labente imperio rursus minor factus, ita ut plures manipulos centuria caperet. ut Veget. lib. 2. cap. 13. extr. scribit Manipulum vocari Contubernium decem tantummodo militum, sub uno papilione degentium: ab eo dictum, quod conjunctis manibus dimicarent. conf. Ammian. 17. 13. Ter. Eun. 4. 7. 6.
Cedo alios, ubi centurio est Sanga, & manipulus furum? i. e. Militum. conf. VUS.
Manipulos exercitus minimas manus, quæ unum sequuntur signum. Varr. de L. L. 4. 16. Et lib. 5. 8. extr. Quum jungit plures manus, Manipulus, unde Manipularis miles.
Armatos maniplos ad signa convocat. Lucan. lib. 1. 296.
Prostrati manipli. Sil. lib. 17. 604.
Disjectique duces, desolatique manipli. Virg. 11. Æn. 870.

MANIPULĀRIS, e. Adj. [λοχίτης] Quod ad manipulum pertinet, quodque de manipulo est. Plaut. Most. 1. 3. 154.
Conveniunt manuplares, eccos: prædam participes petunt. Cic. ad Attic. lib. 9. 12. Et me una hæc res torquet, quod non omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompeium, tanquam unus manipularis sequutus sim. conf. MILES.
Manipulares judices ex legione Alaudarum. Cic. 1. Philip. 20. [i. e. Milites gregarii, & opponuntur ibidem Centurionibus, at apud Cæs. Civ. 3. 53. & Suet. Aug. 24. Proprie tamen Manipulares inter se dicebantur, ut Cives, Municipes, Populares, Gentiles, Tribules &c. Unde & Possessivis pronominibus sæpe jungitur. ut, Manipularis meus, tuus &c.

MANIPULĀRIUS, a, um. Adj. ut, Habitus manipularius, apud Suet. in Calig. cap. 9. Caligulæ cognomen castrensi joco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur.

MANIPULĀTIM, Adv. [λοχηδόν] Per manipulos. Plaut. Pseud. 1. 2. 48.
Manipulatim mihi munigeruli facite ante ædes jam hic adsint. Liv. 8. 8. Et quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse.
Manipulatim. Collecta manu. Sisen. Hist. lib. 3. Requiescendi spatium nacti, condensiores manipulatim resistere hostibus instituissent. Non. 2. 562.

MANIS, fuit rex Phrygiæ vetustissimus, bonitate ac potentia perinsignis, cujus de nomine Phryges etiam nunc illustria admirandaque opera Manica nuncupant. A quibusdam Masdes vocatur. Auctor Cæl. lib. 21. cap. 6.

MĀNIUS, [Μάνιος] Prænomen dictum est ab eo quod mane quis initio natus sit, ut Lucius qui luce. Festus. et Varr. de L. L. 8. 38. Alii ominis causa, quasi bonos, dictos volunt, quod Manum antiqui bonum vocabant. Scribitur hoc nomen ita M', in nummis M/, ut distinguatur ab M. i. e. Marcus. V. Spanh. de Usu Numism. diss. 10. p. 25.
Manius Marcius Ædilis plebis primum frumentum populo in modios assibus donavit, ut scribit Plin. lib. 18. cap. 3.

MANLIANA, [Μανλιάνα] Urbs Lusitaniæ, Ptolem. Vulgo *Monte Major*.
Manliana item, Tuscorum urbs, Ptolem. auctor. Hodie Mallianum.

MANLIANUM, Villa Ciceronis, 3. Q. frat. 1. 1. Nisi error est.

MANLIUS, [Μάλλιος] Nomen gentis Ro. patriciæ, ex qua
M. Manlius, Capitolinus, ob defensum Capitolium, dictus, qui ob regnum deinceps affectatum de saxo Tarpejo dejectus fuit. De quo Plin. lib. 7. cap. 28. Liv. 5. 31. & 6. 5. & seq. V. CAPITOLINUS.
L. Manlius, cognomento Imperiosus, quod ab acerbitate delectus Dictator invenit. Liv. 7. 3. & seq. Hunc idem 4. 29. cum T. Manlio Torquato confundere videtur.
T. Manlius L. F. Torquatus, pietate in patrem, sævitia in filium nobilis. a quo Imperia Manliana dicta. V. Gell. lib. 9. cap. 13. Liv. 7. 10. & 8. 7. & alibi. V. Lexic. Pitisci.
Manlius alius, Mathematicus, qui apici obelisci auratam pilam addidit, cujus vertice umbra colligeretur in semetipsam, alia atque aliis incrementa jaculantem apice, ratione, ut ferunt, a capite hominis intellecta. Plin. lib. 36. cap. 10.

MANLIUS, a, um. Adj. ut
Manliæ gentis decreto nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, quum regnum affectasset, damnatus, necatusque est. Festus.

MANLIANUS, a, um. Adj. ut Manliana imperia. Liv. 8. 7. extr. & 4. 29. Cic. 2. de Fin. 105.

MANNA, æ. f. [μάννα, ἀερόμελι] Ros melleus matutinus, sive quod Mel roscidum Galenus de Alim. Fac. 3. extr. appellat, sive etiam quod Mel aerium Virg. Illud hac parte obiter levius attigero, Syriacum rorem a Celso in medicina capi pro eo quod nomine peregrino vocatur etiam Manna. Dioscorides in Libano probari manna tradit candore præcipuo. Sciendum tamen in ture quoque agnosci manna a Plin. lib. 29. cap. 6. quoniam sic elisas intelligit micas. Hæc Cæl. lib. 13. cap. 56.

MANNĬCHÆI, [Μανιχαῖοι] Hæretici fuere, a Persa quodam Mane, seu Manete, qui ab asseclis Μανιχαῖος dicebatur, appellatione ducta, ut supra scripsimus, qui duas introducebant naturas, & substantias duas, bonam unam, alteram mali causam. De his pluribus Cæl. lib. 1. cap. 14. & lib. 18. cap. 18. Fabric. Biblioth. Gr. 5. 1. 32.

MANNUS, [βουρίχος Gl. Lat. Gr.] Equus pusillus. Dicti sunt autem Manni, quod mansuetudine manum sequantur, ut inquit Acron. ad Hor. 3. Carm. 27. 7.
Detonsi manni. Propert. lib. 4. 8. 15.
Impositus mannis. Hor. 1. Epist. 7. 77.
Currit agens mannos ad villam. Lucret. lib. 3. 1076.
Mannus, dicitur etiam Colli ornamentum: unde Mannophori Græcis nuncupantur maniacia habentes, id est aurea peritrachelia. Hæc Cæl. lib. 23. cap. 3. Dicitur quibusdam Manos, si Monos. V. Polluc. lib. 5. cap. 16.

MANNŬLUS, i. m. Diminut. Martial. lib. 12. 24.
Nusquam est mulio, mannuli tacebunt. Plin. 4. Epist. 22. Habebat puer mannulos multos, & junctos & solutos: habebat canes majores minoresque.

MANNUS, [Μάννος] Filius fuit Tuistonis, seu Teutonis dei, a quo Alemanni dici gloriantur, teste Tacit. Germ. 2.

MĀNO, [ῥέω, λιβάζω, λείβω] Ire. proprie dicitur, quum aliquid ex integro, sed non satis solido per minutissimas partes stillat. Tractum a Græcis, qui μανὸν rarum & sine densitate appellant. Festus Manare a Mane deducit, & de sole proprie dici vult, quum orientes radii splendorem jactare incipiunt. Varr. de L. L. lib. 5. 2. Mane, quod tum manat dies ab oriente. Frequentius tamen ad aquam & ad humores refertur.
Manare, per translationem, Defluere, descendere significat. Res autem quæ manat, quandoque in nominativo ponitur, quandoque in accusativo, quandoque in ablativo.
Sudor ad imos manabat talos. Hor. 1. Serm. 9. 11.
Aqua manat de flumine. Ovid. Rem. Amor. 618.
Guttæ sanguineæ de vulnere. Ovid. 2. Met. 360.
Manat e fontibus. Cic. 1. Tusc. 6. Quare si aliquid oratoriæ laudi nostra attulimus industria, multo studiosius philosophiæ fontes aperiemus, e quibus etiam illa manabant.
Ingenium meum manat paupere vena. Ovid. 2. de Pont. 5. 21.
Lacrimæ genis. Sil. lib. 7. 709.
Mella cava manant ex ilice. Hor. Epod. 16. 47.
Sanguis palato. Ovid. 3. Met. 85.
Sudor corpore. Virg. 3. Æn. 175.
Dum gelidus toto manabat corpore sudor.
Unda fontibus. Tibull. lib. 3. 5. 1.
Manans cruore culter. Liv. 1. 59. pr.
Manat sudore. Cic. lib. 1. de Divin. 74.
Manat picem hæc arbor. Plin. lib. 14. cap. 20. Arborum succo manantium picem resinamque, aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa feruntur.
Manare aliquis mella poetica dicitur. Hor. 1. Epist. 3. 44.
—fidis enim manare poetica mella
Te solum, tibi pulcher. i. e. Confidis te versus edere quovis melle dulciores. Active. Genus est loquendi rarius.
Manare, Dispergi, disseminari, serpere, percrebrescere. Cic. 2. Tusc. 66. Latius enim manabit hæc ratio, & aliquanto majorem locum, quam de uno dolore occupabit. Idem 1. Philip. 5. Cum serperet in orbe infinitum malum, idque manaret indies latius. Et 3. Tusc. 8. Idque eorum nomen usque ad Pythagoræ manavit ætatem. Et 4. in Catil. 6. Latius opinione disseminatum est hoc malum: manavit non solum per Italiam, sed etiam transcendit Alpes.
Consilium. Liv. 7.
Fama vel rumor. Cic. 14. Philip. 15. Quum, ut scitis, hoc triduo vel quatriduo tristis a Mutina fama manaret.
Malum. Cic. 12. Fam. 1. Manabat enim illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie.

MANANS,

MANANS, antis. Partic. [ῥέων] ut, Aqua manans de nive. Ovid. 1. de Pont. 1. 68.
Lymphæ manantes. Hor. Epod. 2. 27.
Ulcera manantia. Plinius identidem pro iis quæ serpant accipit. ut lib. 23. cap. 3. Budæus.

MANĀTIO, ōnis. f. Actus manandi, apud Augustin. de Trin. cap. 20. & Frontin. de Aquæduct. 2. sub init.

MANĀBĬLIS, e. Adj. ut, Frigus manabile. Lucret. lib. 1. 535.

> Nam neque conlidi sine inani posse videtur
> Quicquam, &c.
> Nec capere humorem, nec item manabile frigus.

Manabile, inquit Lambinus, i. e. Quod facile in partes intimas penetrat.

MANĀLIS, e. Adj. ut, Manalis fons, Ex quo aqua perpetuo manat.
Manalem lapidem putabant esse ostium Orci, per quod animæ inferorum ad superos manarent, qui dicuntur Manes. Manalem lapidem etiam vocabant Petram quandam, quæ erat extra portam Capenam juxta ædem Martis; quam quum propter nimiam siccitatem in urbem pertraherent, insequebatur pluvia statim, eumque, quod aquas manaret, Manalem lapidem dixere. Hæc Festus.

MANOBRARAULUS, V. MARTIOBARBULI.

MANON, [μανὸν] Spongiæ genus minus spissum & mollius; ἀπὸ τοῦ μανότητος, hoc est a raritate appellatum. Plin. lib. 9. cap. 45. Spongiarum tria genera accepimus: spissum, prædurum, & asperum. Tragos id vocant: minus spissum & mollius, manon: tenue densumque, ex quo penicilli, Achilleum.

MANSISTERNA, Aquæ urna, id est urceus. Plaut. Bacch. Effer mansisternam cum aqua foras. [Hoc quid sit nescio.

MANSIO, V. MANEO.

MANSITO, V. MANDO, ĕre. & MANEO.

MANSTUTOR, V. MANUS.

MANSUCIUS, i. m. Edax. Fest. alii Mansucus. forte pro Manducus. Perottus Mansutius scribit.

MANSUESCO, ēvi, [τιθασσεύομαι] ĕre. Mansuetum fieri, mitescere. Columel. lib. 6. cap. 2. de bobus domandis, Nam per hæc blandimenta triduo fere mansuescunt. Originem vocis V. in MANSUETUS.
Corda nescia mansuescere precibus. Virg. 4. Georg. 470.
Feræ mansuevere clauso carcere. Lucan. lib. 4. 238.
Fructus mansuescunt terra. Lucret. lib. 5. 1376.
Mansuescere, pro Mansuefacere transitive posuit Varr. lib. 2. de R. R. cap. 1. Sic ex animalibus, quum propter eandem utilitatem, quæ possent, silvestria deprehenderent, ac concluderent, & mansuescerent. Fortasse legendum Mansuefacerent. [V. not. Gesn. Mihi plana omnia videntur, modo post Animalibus puncto distinguas, & deinde pro Et, reponas Ut.

MANSUĒTUS, a, um. Adj. ex Partic. [πρᾷος, ἥμερος, ἐπιεικὴς, τιθασὸς] Mitis, quasi Manu assuetus; quod omnia quæ sunt natura fera, manuum permulsione mitescant. Festus, Mansuetum, Ad manum venire suetum: alii aiunt Mansuetum dictum, neque ex misericordia mæstum, neque ex crudelitate sævum, sed modestia temperatum. Ter. Andr. 1. 1. 87.

> Hæc ego putabam esse omnia humani ingenii,
> Mansuetique animi officia.

Mansuetus & Ferus, contraria. Cic. 1. de Invent. 2. Deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, ex feris & immanibus, mites reddidit & mansuetos.
Amor mansuetus. Propert. lib. 1. 9. 12.
Bestiæ mansuetæ, Placidæ & cicures dicuntur. V. MANSUES.
Civis beneficus, salutaris, mansuetus. Cic. pro Milon. 20.
Ira mansuetior. Ovid. 3. Trist. 6. 23.
Litora. Propert. lib. 1. 17. 28.
Manus mansuetas porriget. Ovid. 4. de Pont. 5. 28.
Musæ mansuetiores. Cic. 1. Fam. 9.
Pectus. Ovid. in Ibin, 26.
Facere mansuetum, vel reddere. Plaut. Asin. 3. 1. 1.
In moribus suis erga necessarios declarandis mansuetissimus. Cic. 2. de Orat. 201.

MANSUES, ētis, & is. Antiqui dicebant pro Mansueto. Plaut. Asin. 1. 2. 19.

> Reddam ego te ex fera fame mansuetem.

Acc. Meleagr. Nunc me matrem mansues misericordia capsit. V. Non. 8. 5. Msc. Pal. apud Plaut. Mansuetam habet. [Ab hoc Mansuesco, Mansuefacio &c.

MANSUĒTE, Adv. [πρᾴως] Cic. pro Marcell. 9. At vero quum aliquid clementer, mansuete, juste, moderate, sapienter factum, &c.
Compar. Apul. 4. Met.

MANSUĒTŪDO, inis. f. [πρᾳότης, ἐπιείκεια, ἡμερότης] Cic. 7. Verr. 115. Illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperii, in tantam crudelitatem inhumanitatemque esse conversam? Græv Immanitatem.
Lenitatis & mansuetudinis genus orationis, cui opponitur Vehemens & atrox. Cic. 2. de Orat. 200.

MANSUĒTO, [ἡμερόω] āre. Vulg. Interp. Sap. 16. 18. Hinc

MANSUĒTĀRIUS, i. m. [τιθασευτικὸς] Qui feras mansuefacit. Unde etiam Ferarum mansuetarius dicitur. Lamprid. in Heliog. cap. 21. Habuit leones & leopardos, quos edoctos per mansuetarios, subito ad secundam mensam jubebat accumbere. Firmic. lib. 8. cap. 17. Septentrione oriente nati, erunt mansuetarii ferarum.

MANSUĒFĂCIO, fēci, [πραΰνω, ἡμεροῦν, τιθασεύω] ĕre. Mansuetum reddere. Plin. lib. 11. cap. 37. Quæ causa etiam mansuefacta, ubi ad vicinum sanguinem pervenit saliva, invitat ad rabiem. Liv. 3. 14. extr. Paulatim permulcendo, tractandoque mansuefecerant plebem.
Mansuefacti & exculti. Cic. 1. Tusc. 62. A quibus mansuefacti & exculti, a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus.
De inanimatis etiam. Plin. lib 34. cap. 9. Attritu domiti & consuetudine nitoris veluti mansuefacti. de Ære loquens.

MANSUĒFĪO, [τιθασεύομαι] ĕri. Cæs. 6. Bell. Gall. 28. Sed assuescere ad homines & mansuefieri, ne parvuli quidem excepti possunt. de Uris.

MANSUS, V. MANDO, ĕre.

MANTALUS, [Μάνταλος] Phrygiæ oppidum, ita dictum a Mantalo conditore. Gentile Mantalenus. Stephanus.

MANTELE, **MANTELIUM**, **MANTELUM**, V. MANTILE.

MANTES, vel potius **MANTIS**, is. [μάντις] Vates Latine dicitur. Cic. 1. de Divin. 95. Nam & Athenienses omnibus semper publicis consiliis divinos quosdam sacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerunt.

MANTĒUM, i. n. [μαντεῖον] Locus oraculis dicatus. Plin. lib. 5. cap. 29. Ab Epheso manteum aliud Colophoniorum.

MANTIANA palus, [Ματιανὴ λίμνη] quam Cæruleam interpretantur, in Armenia, post Mæotim maxima, qua de V. Strab. l. 11.

MANTĪCE, es. f. [μαντικὴ] Ars ipsa divinandi. Cic. 1. de Nat. Deor. 55. Sequitur μαντικὴ vestra, quæ Latine divinatio dicitur, qua, &c.

MANTĪCA, æ. f. [βαλάντιον] Nummorum receptaculum, quod manu geratur. [Manicam a Manu dici Varro ait. de Mantica negat Meric. Casaub. ad Pers. 4. Sat. 24. & Arabicam vocem esse contendit. Nec sane usquam in hac significatione ponitur.
Mantica. [πήρα] Pera viatoria, auctore Porphyrio. Hor. 2. Serm. 6. 106.

> Ire licet mulo, vel, si libet, usque Tarentum,
> Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos.

Ex Luciliano illo sumptum est

> Mantica cantherii costas gravitate premebat.

Commentator Hor. a Cruquio editus 375. H. St.
Non videmus manticæ quod in tergo est. Proverbium. Catul. ad Varr. 20. 2. i. e. Non videmus nostra ipsorum vitia, quum aliena curiosis oculis perspiciamus. Proverbium natum ex apologo quopiam Æsopico, qui fertur hujusmodi, Finxit Æsopus singulos mortales binas habere manticas, hoc est peras: alteram ante pectus, alteram a scapulis tergoque propendentem. Sed in priorem, inquit, aliena vitia immittimus: in posteriorem nostra. Pers. 4 Sat. 24.

> Ut nemo in sese tentat descendere, nemo,
> Sed præcedenti spectatur mantica tergo

V. Casaub ad loc.

MANTĪCŪLA, æ. f. dimin. [πηρίδιον] Fest Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro sæculo fuit. Sed V. omnino Scalig. not. de hoc & seq. vocabulis

MANTICULĀRIA, dicuntur Ea quæ in frequenti usu habentur, & quasi manu tractantur: frequens enim ad manus tergendas usus fuit manteliorum, unde hæc trahitur similitudo. Fellus.

MANTICULĀRIUS, i. m. [βαλαντιοτόμος] dicitur Fur, qui inserens se confertæ multitudini, marsupia aut secat, aut artificio doloso aperit & evacuat, ablata pecunia. Tertul. Apol. cap. 44.

MANTICŪLOR, [κλεψιάω] āri. est (auctore Festo) Manticulas furandi gratia attrectare. Inde pro Dolose aliquid agere, usi sunt quidam eo verbo. Pacuv. Ad manticulandum astu aggreditur. Plaut. Capt. 4. 2. 116.

> Nam hercle nisi manticulatus probe ero, fusti pectito.

Al. Mantiscinatus. Salmas. Panticinatus. Adde Apul. Apol. p m 297. 309. Elm.

MANTĪCHŌRA, [μαντιχώρας] Bestia in India, quæ triplicem dentium ordinem, & hominis faciem una cum corpore leonino habet, humanas carnes maxime affectans. Plin. lib. 8 cap. 21. De mantichora V. plura apud Ælian. Hist. Anim. 4. 20. & Solin. cap. 52.

MANTĪLE, vel **MANTĒLE**, is. n. [χειρόμακτρον, μανδύλη] composita dictio ex Manus & Tela, a manibus tergendis. Est enim Linteolum quo manus tergere solemus. Virg. 1. Æn. 705.

> Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris
> Expediunt, tonsisque ferunt mantilia villis.

Ovid. 4. Fast. 933.

> Dixerat: a dextra villis mantele solutis,
> Cumque meri patera thuris acerra fuit.

Est etiam Integumenti humeralis, sive pænulæ genus, quo bracchium manusque involvebant. Plin. lib 7. cap 2. Anthropophagos ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantilibus uti, Isogonus Nicæensis tradit. Hermolaus, Antiqua lectio pro Mantelibus, aut pro Mantelis; ita enim Pænulæ genus appellatur Plauto, quam Græci Mandyan quoque vocant, quo se ut lorica muniunt. Etiamsi Mantelia & Mantilia pro Mappis, quasi a manibus tergendis sumuntur, V. & Harduin. ad loc.

MANTILIUM, **MANTELIUM**, **MANTĒLUM** sive **MANTELLUM**, i. n. Idem. Festus in Manticularia. Frequens antiquis ad manus tergendas usus fuit mantillorum. Varr. de L. L. 5. cap 8. extr Mantelium, quasi manuterium, ubi manus terguntur. Plaut. Capt. 3. 3. 6.

> Nec mendaciis subdolis mihi usquam mantelum est meis:
> Nec sycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam est.

i. e. Tegmen. V. Arnob. lib. 2. adv. Gentes, Cæl. Rhodig lib. 16. cap. 10. Scalig. in Conject. in Varron. Casaub. ad Athen. lib. 9 cap. 16.

MANTILIARIUS, i. m. Qui mantilia conficit. Plaut. Aul. 3. 5. 37.

MANTĪNĒA, [Μαντίνεια] Arcadiæ urbs, quam Epaminondas superatis secunda pugna Lacedæmoniis illustrem reddidit, in qua & ipse diem obiit. Hæc Strab. lib. 8.
Mantinea item postea Antigonia dicta fuit, in adulationem Antigoni ejus qui Philippo Persæ patri curator regni fuit. Sed postea Adriani Imperatoris jussu rursus Mantinea fuit appellata. Ex Paus. Arc. p 243. Wech.

MANTIS, [μάντις] Locustæ genus, quæ in stipulis nascitur, virens colore, corpore prælongo, pedibus item prioribus prælongis, quos & agitat assidue. Aristarchus in commentario Lycurgi, locustam hanc scribit, si quod inspexerit animal, protinus illi quidpiam producere mali; unde, inquit, μάντις dicitur, ἐπιβλαβὴς καὶ χαλεπὴ ἰδεῖν, hoc est mantis vocatur, quæ noxii molestique aspectus est. Vel dicitur Mantis, quia locustis adventantibus, præsagium fit ingruentis penuriæ.
Mantis te vidit, Proverbium in eos quibus fascinator oculus mali objecit quidpiam.
Mantis, Vates. V. MANTES.

MANTISCĪNOR, āri. pro Vaticinari. Plaut. Capt. 4. 2. 116. V. MANTICULOR.

MANTISSA, vel **MANTĪSA**, [ἐπίμετρον] Additamentum dicitur lingua Tusca, quod ponderi adjicitur, sed deterius, & quod sine ullo usu est. Lucil. Mantissa obsonium vincit. Fest. ubi Scaliger, quasi Manutensam dictum putat.

MANTIUS, [Μάντιος] Melampi filius, ex Iphianassa filia Prœti. Ex qua, teste Homer. lib. Odyss. 5. Polyphideum & Clitum suscepit.

MANTO, [μένω] āre. Veteres pro Manere usurparunt, teste Non. 10. 9. Plaut. Pseud. 1. 3. 49.

> At dabit, parabit aliquid hos dies, manta modo.

Al. Aliquot hos dies. Idem Pœn. 1. 2. 52. Quia herus nos apud ædem Veneris mantat.

MANTŌ, ūs. f. [Μαντώ] fuit Tiresiæ vatis Thebani filia, quæ post Thebanorum clades servitutem primum servivit sub Creonte; postea sub Theseo; quæ post patris interitum ad diversa loca diffugiens, primum in Asiam venit, ubi Clarii Apollinis templum condidit. Sed quum interim

ex Tiberino Tusco rege Ocnus ei natus esset, qui & Bianor deinde cognominatus fuit; & ad oppidum ipsum Tusci quoque & Veneti confluerent: circumdedit Ocnus oppidum muris, & in aliam formam redegit. Quin a matre Mantuam appellavit, dicente Virg. lib. 10. Æn. 199.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis,
Qui muros, matrisque dedit tibi Mantua nomen. Ubi Serv. V.

MANTUA, [Μάντυα] Urbs clarissima. V. MANTO. Poetarum clarissimo vereque principe Virgilio Marone gloriatur Mantua, cujus felix ingenium tam omnes admirari debent, quam imitari nulli possunt. Virg. 9. Ecl. 28.

Mantua, væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Mantua Musarum domus. Sil. lib. 8. 595.
Dives avis Mantua. Virg. 10. Æn. 200. Mantua dives avis dicitur, quod olim potens fuerit ea urbs, quum Virgilii ætate plurimum amisisset de antiqua dignitate, & pristina magnitudine, essetque inferior multis Hetruriæ urbibus. Turneb.

MANTUĀNUS, a, um. Adj. [Μαντυανὸς] unde, Mantuanus Homerus Virgilius dictus est.
Fama Mantuana. Stat. 4. Silv. 7. 27.

MANTŌUS, a, um. Idem. Bapt. Mantuanus Ecl. 6.

MANTUM, i n. Breve amictum, quod manus tegat tantum. Isid. 19. 24.

MANTUĒLIS, e. Adj. In modum manti factus. ut, Chlamys mantuelis. Treb. Poll. Claud. cap. 17. V. Salmas.

MANTURNA, æ. f. Conjugii dea. Augustin. de Civ. Dei.

MANTUS, i. m. Dispater, Etruscis, teste Serv. in 10. Æn. 198.

MANUALIS, MANUARIUS, MANUBIÆ, MANUBRIUM, MANULEATUS, MANUMISSIO, MANUPRETIUM. V. MANUS.

MĂNŪCLA, æ. f. Pars illa in Catapultis, quæ nervum attractum continet. Vitruv. 10. 15. conf. Bald Lex.

MĀNUS, a, um. Adj. [ἀγαθός] dicitur Clarum: unde etiam Mane, post tenebras noctis diei pars prima. Nonius 1. 337.
Manum antiqui Bonum dicebant. Varr. lib. 5. de L. L. 2. V. MANE.

MĂNUS, ûs. f. [χεὶρ, παλάμη, πῖθηξ, μάρη] notæ significationis. dicta Manus, a manando, quod ex brachiis manat, vel quod ex ea digiti manant. [Fides sit penes ineptias Grammaticorum.

Vulgi manus. Hor. 1. Serm. 4. 72.
Ægra, Lassa. Ovid. 21. Epist. 246.
Amica, Cara. Ovid. 10. Epist. 122.
Arguta. V. in ARGUO.
Armiferæ. Ovid. 1. Amor. 13. 14.
Artifices. Ovid. 3. Amor. 2. 52.
Avaræ. Ovid. 2. Amor. 6. 39.
Audaces ad omne facinus. Senec. Herc. fur. 4.
Avidæ. Hor. 4. Carm. 7. 19.
Candida. Stat. 3. Silv. 4. 59.
Carnifices. Sil. lib. 1. 173. —non verbera, passim
Ictibus innumeris lacerum scindentia corpus,
Carnificesque manus, &c.
Cassa. Stat. 9. Theb. 770.
Cavæ. Virg. 12. Æn. 85.
Certa. Quintil. V. Incerta, Infra.
Docta. V. infra, Distinguere crinem docta manu.
Femineæ. Ovid. 8. Epist. 6.
Ferox Herculis. Senec. Herc. OEth. 4.
Formosa. Ovid. 18. Epist. 16.
Formatæ non ad unum modum. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Formidatæ. Ovid. 1. Amor. 7. 62.
Fulmineæ. Stat. 6. Theb. 747.
Furibunda. Senec. Troad. 2.
Grata sume manu. Hor. 1. Epist. 11. 23.
Gypsatæ. Cic. 7. Fam. 6. Hic, ut reliquorum sententiam omittam, Turnebus (Advers. 12. 18.) per Gypsatas manus, Mulierem barbaram significari putat: nam barbaræ mulieres manus sibi pingere solebant, ut Valerius Flaccus scribit: &, ut opinor, etiam ad candorem gypsare. Gypso enim ad se candefaciendas usas mulieres esse ex epigrammate Rufini constat, ubi scribit,
Ἀντὶ δὲ μοι παίδων ἄλλην χροιὴν, ἤγουν γύψῳ
Χρίσματι, &c. V. in GYPSUS.
Horrida clavâ. Sen. Herc. OEth. 413.
Ignavæ. Lucan. lib. 9. 26.
Immunis manus. Hor. 3. Carm. 23. 17. V. IMMUNIS.
Impia. Hor. Epod. 3. 1.
Incerta. Quintil. lib. 4. cap. 5. Ut certa manus uno telo posset esse contenta, incertæ plura spargenda sunt.
Incontinentes. Hor. 1. Carm. 17. 26.
Indoctæ, rusticæve. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Inermes. Virg. 1. Æn. 491.
Iners. Ovid. 2. de Arte Am. 706.
Invalidæ. Lucan. lib. 5. 275.
Languida facta manus in gremio jacet. Ovid. 9. Epist. 136.
Lanifica. Ovid. 1. Amor. 13. 24.
Lepida. V. LEPIDUS.
Levis. V. paulo post Mollis, &c.
Magna Portuni. Virg. 5. Æn. 241.
Media. Quintil. lib. 11. cap. 2. non procul ab initio, Quum semper cogitatio ultra id quod est, longius quærit, quicquid interim reperit, quodammodo apud memoriam deponit, quod illa quasi media quædam manus acceptum ab inventione tradit elocutioni. Media manus, *Main tierce*. Budæus.
Medica. Virg. 12. Æn. 402.
Ministræ. Lucret. lib. 4. 828.
Mollis. Ovid. 1. Amor. 4. 24.
Mollis & levis. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Niveæ. Catul. de Berecynth. 61. 8.
Nuda, Inermis. Juven. 15. Sat. 54.
Oculatæ. Plaut. Asin. 1. 3. 50.
Quum a pistore panem petimus, vinum ex œnopolio;
Si æs habent, dant mercem; eadem nos disciplina utimur,
Semper oculatæ nostræ sunt manus, credunt quod vident. Oculatas manus dixit Plautus, Quæ promissa velint exhiberi re, non oratione promitti. Nam oculos habere, quibus videant exhibita; aures non habere, quibus audiant pollicitationes. Erasmus.
Parca. Hor. 3. Carm. 16. 44.
Pestifera. Ovid. 4. Met. 495.
Piceata. V. Piceatus, in PIX.
Pigra. Ovid. 21. Epist. 159.
Plena manu, h. e. Ampliter, copiose, prolixe, minimeque maligne. Cic. 2. Att. epist. ult. At hercle alter tuus familiaris Hortensius, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit? Translatum ab iis qui non minutim & parce, sed plena manu largiuntur.
Manus plenæ mensura sorbentur ad firmandas fauces. Plin. lib. 20. cap. 22.
Prima manu marmora deformata. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Primæ & secundæ manus. Quintil. lib. 5. cap. 13. Nascuntur ex iis, quæ contradictioni opposuimus, aliæ contradictiones; euntque interim longius, ut gladiatorum manus quæ secundæ vocantur. Fiunt & tertiæ, si prima ad evocandum adversarii ictum prolata erit; & quartæ, si geminata captatio est, ut bis etiam cavere, bis repetere oportuerit. Hermolaus dicit secundas & tertias manus vocari posse, quando fessis recentes succedunt; sed tamen potius ictus significari videntur, ut ipse alibi nono. (cap. 1. p. 760. Burm.) Namque ut in armorum certamine adversos ictus & rectas ac simplices manus, cum videre, tum etiam cavere ac propulsare facile est; aversæ, tectæque minus sunt observabiles. Budæus.
Procax. Sen. Agam. 3.
Profana. Ovid. 2. Met. 755.
—subit hanc arcana profanâ
Detexisse manu.
Protervæ. Ovid. 12. Met. 234.
Puræ, Intaminatæ crimine. Hor. Epod. 17. 49. V. PURUS, & Lava manus infra.
Rigida. Ovid. 14. Met. 647.
Rusticæ. V. paulo ante, Indoctæ, &c.
Sacrilega. Hor. 2. Carm. 13. 2.
Scelestæ. Sen. in Agam. 11.
Sinistra. Catul. in Asinium, 12. 1.
Supinæ manus. V. paulo post, Arripere.
Supplex. Ovid. 11. Met. 279.
Tacita. Valer. 6. Argon. 262.
Teneræ. Propert. lib. 3. 3. 34.
Torpens. Lucan. lib. 2. 78.
Tremulæ. Ovid. 10. Met. 414.
Truculenta. Sen. Herc. fur. 4.
Valida. Ovid. 3. Amor. 2. 72.
Varæ. Ovid. 9 Met. 33.
Velatæ. Plaut. Amphit. 1. 1. 103.
Vesana. Ovid. 1. Amor. 7. 4.
Victrix manus mille laborum. Ovid. 9. Epist. 75.
Virginea. Ovid. 1. Amor. 3. 24.
Unca. Stat. 1. Theb. 427.
Abrumpere manibus. Ovid. 2. Met. 359.
Abscedere æquis manibus. Tacit. 1. Ann. 63.
Abscissa lacerto. Lucan. lib. 3. 617.
Abstinere manus ab alienis.
Abstinere manus in judicio.
Abstineo me manum.
Abstinere manum alieno. } V. ABSTINEO.
Accedere ad manum. Cic. 2. Att. 1.
Accipere in manum. Justin. lib. 1. cap. 4. de Cyro infante, Quem ut in manum mulier accepit, veluti ad notam allusit. Al. In manus.
Addere in vincula. V. ADDO.
Adducere rem ad mucrones & manus. Tacit. in Vita Agric. 36. V. Venire ad.
Adhibere manum. Quintil. lib. 7. cap. 1.
Adhibere medicas ad vulnera. Virg. 3. Georg. 455.
Adhibere genibus. Ovid. 9. Met. 216.
Adjuvat ira infirmas. Ovid. 1. Amor. 7. 66.
Admovere manum alicui. Catul. 15. 3.
Afferre manus beneficio suo. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 5. extr. est Jugulare quasi, & Perdere beneficium.
Afferre manus, quum de vi agitur, non semper est occidere. Ut apud Cic. pro Sextio, 472. Lamb. Impetum faciunt in Fabricium, manus afferunt, occidunt nonnullos, vulnerant multos. H. St. Exstant f. 75.
Afferre manus, de Furto Cicero in Verrem 178. edit. Lamb. H. St. De sacrilegio, 3. Verr. 47. Illi ne tu templo, tam antiquo, tam sancto, tam religioso, manus impias ac sacrilegas afferre conatus es? Manus alteri afferre est Vim facere in aliquem, Manus sibi afferre semper de nece illata intelligitur. Rei vero alterius manum afferre, vel inferre, semper de Rapina aut Furto. Exempla plura vide in ipso verbo Tomo priore, ubi & Afferre manus vulneri, pro Admovere.
Agere aliquid inassueta. Ovid. 1. de Arte Am. 300.
Appetere. V. APPETO.
Apponere ad os. V. APPONO. Significat autem aliquid dici, quod is, qui dicat, ab aliis exaudiri nolit. Ex Lambino.
Apprehendere manu. V. APPREHENDO.
Armare. Virg. 9. Æn. 115.
Armare procacem. Sen. Agam. 3.
Arripere beneficium manibus supinis. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 15.
Arripere aliquem inter manus, est Collatis simul manibus aliquem sublimem ferre. Plaut. Mostel. 2. 1. 30.
Asserere manu & manum. In ASSERO.
Asserere a lenone manu. V. A vel AB præpositiones.
Auferre e convivio inter manus. Cic. 7. Verr. 28. Itaque erant exitus ejusmodi, ut alius inter manus e convivio, tanquam e prælio, auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur. Nam proprie de Convulneratis dicitur.
Cadere manu alicujus. Ovid. 5. Met. 109.
Capere manu, & in manum. In CAPIO.
Capio tela tremente manu. Ovid. 14. Epist. 44.
Capere manu, i. e. Bello quærere. Sallust. Jug. cap. 5. Pop. Rom. quascun-

quæſcunque urbes & agros manu ceperat, regi donat. Budæus. V. Cort. in loc.
Capeſſit pugnam manu. Tacit 12. Ann. 30.
Captans tactum manus. Ovid. 21. Epiſt. 200. Captantem tactus ejicioque. i. e. Removeo manum cupientem me tangere.
Carpere ramum manu. Virg. 6. Æn. 146.
Carpendæ frondes uncis manibus. Virg. 2. Georg. 365.
Cedo manum. V. CEDO.
Cohibere. In COHIBEO.
Collidere. Quintil. lib. 2. cap. 12. Jam collidere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontem cedere, mire ad pullatum circulum facit.
Commaculare ſanguine. Virg. 8. Ecl. 48.
Componere manus manibus. In COMPONO.
Componere aliquid facili manu. Ovid. 1. de Arte Am. 160.
Comprimere. In COMPRIMO.
Compreſſa in pugnum manus. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Conferre. In CONFERO.
Conferre manum, Certare cum aliquo. Virg. 9. Æn. 44.
Conferre manu certamina pugnæ. Lucret. lib. 4. 841.
Confligere manu. In CONFLIGO.
Congeſta manu oppida. Virg. 2. Georg. 156.
Conſerere manum cum hoſtibus. V. CONSERO.
Conſerere manus cominus. Liv. 27. 18. Inſtabilis hoſtis ad cominus conſerendas manus.
Conſertum ex jure manu. V. EX præpoſitionem.
Conſeruere ſtrictas in ſe manus. Ovid. 12. Epiſt. 100.
Continere manus. In CONTINEO.
Continere manum alicujus. Ovid. 1. Faſt. 504.
Vix continet manus ab ore miſero. Ovid. 11. Epiſt. 80.
Contingere aliquid manibus cruentis. Virg. 2. Æn. 167.
Convenire in. Cic. in Topic. 23. V. CONVENIO.
Dare. Quintil. lib. 2. cap. 3. Ut velociſſimus quiſque, ſi forte iter cum parvulo faciat, det manum, & gradum ſuum minuat.
Dare placidam. Ovid. 3. Triſt. 1. 2.
Dare victas. Ovid. 4. Epiſt. 14. V. DO.
Dare in manum. V. IN præpoſitionem.
Datos in manum milites. Tacit. 4. Ann. 7.
Dare fata miſeris ſæva manu. Senec. Troad. 10.
Dare ſignum alicui concuſſa manu. Ovid. 11. Met. 465.
Decertare manu. In DECERTO.
Dedere manus, figura proverbiali, ſignificat Victum ſe fateri. Lucret. lib. 2. 1042. — ſed magis acri
 Judicio perpende: & ſi tibi vera videntur,
 Dede manus: aut ſi falſa eſt, accingere contra. V. DO.
Defendere ſe manu. In DEFENDO.
Deficiunt ad cœpta manus. Ovid. 8. Met. 492.
Demiſſis manibus. Plaut. Epid. 3. 4. 16.
 — immo ſi audias
 Meas pugnas, fugias manibus demiſſis domum. V. Caſaub. in loc.
Denumeravi his manibus. Plaut. Epid. 3. 2. 17.
 Nam leno omne argentum abſtulit pro fidicina: ego reſolvi,
 Manibus his denumeravi.
Deponere e, vel de manibus. Cic. 1. Acad. 3.
Diſtinere manum, quod Vulgo Diverſionem facere dicunt. Cæſ. 3. Bell. Gall. 11.
Dimittere e vel de. Cic. in Orat. 105. Demoſthenem totum cognoviſti, nec eum dimittis e manibus.
Diſtinguere crinem docta manu. Senec. Troad. 10.
Divellere montes manibus. Lucret. lib. 1. 202. de re impoſſibili.
Docere manu, Aperte. Cic. 1. de Nat. Deor. 49 Lege, Manu ducere. Expreſſit enim verbum Græcum χειραγωγεῖν, quod eſt Latine Manu ducere. Sic etiam Lucret. 2. 868.
 Sed magis ipſa manu ducunt. Id enim eſt, χειραγωγεῖν. Reſtituit Turnebus.
Ducere aliquem manu. Virg. 3. Æn. 372.
Eruere ſilvas. Virg. 4. Georg. 329.
Evadere alicujus. Virg. 9. Æn. 560.
Exercent puellæ. Propert. lib. 3. 3. 34.
Explicita, Extenſa. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Facere prælium in manibus, idem quod Cominus. Salluſt. in Jugurth. cap. 57.
Facere manu, i. e. Artificio adhibito. V. Eraſm. in Adag. Manu fingere. & infra MANUFACTUS.
Ferebat ſic manus. Virg. 3. Æn. 490.
 Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat.
Ferre in prælia. Virg. 5. Æn. 402.
Ferre manum contra. In FERO.
Fingere manu comas. eſt Arte, curaque formare. Tibul. lib. 1. 5. 50. V. FINGO.
Habere ad manum. Quintil. lib. 12. cap. 5. Hæc arma habere ad manum, horum ſcientia debet eſſe ſuccinctus. V. AD præpoſitionem.
Manum habet in Ætolis, mentem vero in Clopidis. Scomma eſt, quod in fortis extremæ hominem, ſemperque in petendo paratum, ac nihil niſi rapinas meditantem, optime jaci queat. Joci autem gratia ex verbi Græci notione conſurgit: αἰτεῖν enim petere eſt, & Ætolorum gens quædam, quod facit ambiguum. Ruiſus κλωπὴ furtum indicat. Urbanitas vero inde elicitur, quia Clopidæ in Leontide recenſebantur tribu. Dum ergo ſignari loca videntur, mores impoſtoris ac nefarii hominis ſcitius occultiuſve reteguntur. Uſus eſt Ariſtophanes in Comœdia, cui titulus Equites. Act. 1. Sc. 1. v. 80.
Habere manum ſub pallio. Quintil. lib. 12. cap. 10. Quapropter mihi falli multum videntur, qui ſolos eſſe Atticos credunt, tenues & lucidos & ſignificantes, ſed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac ſemper manum intra pallium continentes. Hactenus Fabius. Sumptum eſt a geſtu Rhetorum; nam qui languent, manum occultant ſub pallio: qui commoti ſunt, proferunt; & agitatione manus, brachiique pronuntiabantur ea quæ contentionis pluſculum haberent. Eraſmus.
Jactare. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Jactata in manibus, Tractata. Cic. pro Muren. 26. Poſtea vero pervulgata, atque in manibus jactata & excuſſa, inaniſſima prudentiæ reperta ſunt.
Illidere. V. ILLIDO.
Illigatæ poſt tergum. V. ILLIGO.
Immiſcere manus manibus. Virg. 5. Æn. 429.
Imponere. V. IMPONO.
Imponere manum ſtudiis. Ovid. 4. de Pont. 8. 82.
Imponere ſummam manum alicui operi. V. IMPONO.
Imponere ſummam in eloquentia manum. Quintil. in procem. lib. 1. Sed V. Burm. not. p. 6.
Impoſita eſt cœptis ultima manus Ovid. 8 Met. 201.
Incidit tremor unctis manibus. Hor. 1. Epiſt. 17. 23.
Incidere in manus. Cic. de Clar. Orat. 133. Nunquam enim in manus inciderent.
Incidere in manus hoſtis. V. INCIDO.
Inferre manus alicui. V. INFERO.
Injicere in. Ovid. 8. Epiſt. 16.
 Injice non timidas in tua jura manus. V. INJICIO.
Injicere manus alicui. Ovid. 1. de Arte Am. 106.
Manus injectio. Ulpian. in l. Sed ſi. D De in jus vocando, At ſi venditor, qui manus injectionem excepit, ipſe proſtituit, &c.
Inſerere cælo manus. Patercul. lib. 2. 103. Lætitiam ejus diei, concurſumque civitatis, & vota pæne inſerentium cælo manus, ſpemque conceptæ perpetuæ ſecuritatis, &c.
Inſerere manum tunicis. Ovid 2. Amor. 15. 2. i. e. Imponere, immittere.
Inſinuatis manibus, apud Hermolaum, pro In ſinum compreſſis, teſte Budæo.
Intenderat Sejano manus. Tacit. 4 Ann 3.
Intentare manus in aliquem. V. INTENDO.
Intentare manus alicui. Tacit 3. Ann. 36.
Interfici manu. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Involvere manum caudis ſerpentum. Ovid. 9. Epiſt. 86.
Jungere manus. Stat. 5. Silv. 3. 276. V. JUNGO.
Lava manus; ænigmatice in eum dicitur, qui aut furto, aut homicidio, aut alio quovis turpi facinore ſuas ipſe manus polluit. Inde jocus ille Sextii apud Cic. lib. 2. de Orat. 246. Manus lava, & cœna. Depeculatorem ſignificabat & furem, qui ſordidis & turpibus furtis eſſet ditatus. Furum enim manus inquinatas eſſe dicebant, ut de fure balneario Catul. epigr. 31. in Vibennios,
 O furum optime balneariorum,
 Vibenni pater, & cinæde fili:
 Nam dextra pater inquinatiore,
 Culo filius eſt voraciore:
 Cur non exſilium malaſque in oras
 Itis, quandoquidem patris rapinæ
 Notæ ſunt populo? &c. Græci quoque eum dicunt manibus puris non eſſe, qui cædem perpetravit. Herodot. lib. 1 de Adraſto qui fratrem ſuum imprudens occiderat, ob idque ad Crœſum regem expiandus venerat, Advenit, inquit, Sardis quidem calamitate præditus, manibuſque non puris, &c. conf. Puræ manus ſupra.
Miſcere manus, Conſerere. Tacit. 2. Ann. 15.
Mittere manus ad rem aliquam, i. e. Sumere in uſum aliquem. Ulpian. in l. At ſi quis. §. Sed etſi. D. de relig. & ſumpt. fune. Sed etſi res legatæ ſint a teſtatore, de cujus funere agitur, nec ſit unde funeretur: ad eas quoque manum mittere oportet.
Mittunt ſalutem manu. Plaut. Pſeud. 4. 2. 48. De militibus.
 Manu ſalutem mittunt benevolentibus;
 Eadem malam rem mittunt malevolentibus.
Movere bella ſanguinea manu. Ovid. 13. Epiſt. 64.
Nexæ ex ordine. Ovid. 8. Met. 747. de Choreis.
Obire forti manu. Senec. Herc. OEth. 10.
Objectum malum manu. V. MALUS.
Omittere rem de manibus. Liv. 37. 12. pr. Hæc agentibus quum intervenſſet nuntius Rhodiorum claſſis, omiſſa de manibus res eſt. i. e. Urbs jam capi cœpta. Budæus. Rectius ſcribitur Emiſſa.
Onerare ambas manus acutis jaculis. Virg. 10. Æn. 868.
Parere ſibi lethum manu. Virg. 6. Æn 435.
Parta manu, Bello quæſita. Varr. de L. L. lib. 5. 36.
Perire manibus hominum. Virg. 3. Æn 606.
Perire manu aliena. Quintil. lib. 5. cap. 9.
Perungere ora manu immunda. Ovid. 3. de Arte Am. 756.
Plangere pectora inſana manu. Ovid 3. Amor. 6. 58.
Porrigere manus. Catul. in Epithal. Juliæ, 216.
 Torquatus volo parvulus
 Matris e gremio ſuæ
 Porrigens teneras manus
 Dulce rideat ad patrem.
Porrigere extentas. Ovid. 3. Faſt. 872.
Poſcit hoc opus manus multas, h. e. Multi eſt laboris. Plin. 10. Epiſt. 50. conf. ad finem hujus dictionis.
Prærigent manus. Tacit. 13. Ann.
Præſtricta vinclis. Sen. Troad. 6.
Premere aliquid manu. Lucret. lib. 4. 623.
Pulſare aliquem utraque. Virg. 5. Æn. 460.
Rapi avaris. Ovid. 2. Amor. 6. 39.
Regere manum alicujus manu ſuperimpoſita. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Remittere manus in aleæ ludo. Sueton. in Auguſto, cap. 71. extr. Nam ſi, quas manus remiſi cuique, exegiſſem, aut retinuiſſem quod cuique donavi, viciſſem, vel quinquaginta millia. Remittere manus in alea, inquit Beroaldus, eſt Condonare colluſoribus jactum, quem ſua quiſque manu damnoſum ſibi fecit, debuitque ob id nummos ſolvere. Sabellicus ſic: Manus, Pecuniarum grumos in aleam conjectos: Remiſi, Condonavi. Caſaubonus, jactus ipſos talorum Manus intelligi putat.
Vix retinere manum. Ovid. 6. Met 35. Subauditur, Ab ictu.
Retortæ. Hor. 2. Epiſt. 1. 191.
Revocavit rem ad manus. Cic. 7 Verr. 28. Et pro Cluent. 136. Quum Tib pleb. populo concitato rem pæne ad manus revocaviſſet. h. e. Ad contentionem & pugnam.
Rotatæ. Stat. 6. Theb. 786.
 Præcipitatque retro juvenem, atque in terga ſupinat,

Dentibus horrendum stridens; geminatque rotatas
Multiplicatque manus.

Satiare manus sanguine. Lucan. lib. 5. 243.
Strictæ in fata alicujus. Ovid. 1. Amor. 6. 14.
Structa manibus meis mœnia. Virg. 5. Æn 811.
Subducere manum ferulæ, est Litteras discere, & præceptorum opera uti. Nam antiquitus litteratores, discipulorum manus ferula cædebant. Unde, Manum ferulæ subduxisse dicuntur, qui desierunt in ludo litterario versari, neque jam pueri docendi, sed utcunque docti sunt. Juven. 1. Sat. 15.

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Sullæ. Ex Erasmo. [Nihil aliud significat poëta, quam Se quoque Grammatici frequentasse ludum & Rhetoris.

Sublatæ ad cælum. Hor. 2. Serm. 5. 97. V. Tollere p. p.
Subvolvere saxa manibus. Virg. 1. Æn. 428.
Succedere sub manus, dicitur aliquid, Quod bene, & ad optatum contingit. Plaut. Milit. 3. 2. 58.

Lepide hoc succedit sub manus negotium. Idem Persa, 4. 1. 2.
Si quam rem accures sobrie, aut frugaliter,
Solet illa recte sub manus succedere.

Sum manus alicujus. Cic. 4. Verr 27. Comites illi tui delecti, manus erant tuæ: præfecti, scribæ, medici, accensi, aruspices, præcones, erant manus tuæ. I. e. Tibi parebant, te adjuvabant. Per eos quod volebas, transigebas.
In manu esse. Cic. 4. Tusc. Liv. 7.
In manibus esse, vel habere. V. IN. & Abest longe gentium, in LONGE.
In manibus terræ; subaudi, Sunt. Virg. 2. Georg. 45. h. e. In facili & in promptu est terrarum descriptio. Servius.
In manibus vestris quantus sit Cæsar habetis. Lucan. lib. 7. 253. h. e. In vestra potestate.
In manu mea est. V. IN.
Esse in manibus laudatio, oratio, aut liber dicitur, Qui editus est & legitur. Cic. de Senect. 12. Est in manibus laudatio, quam quum legimus, quem philosophum non contemnimus?
Plus illi est in manu, i. e. Ditior est. Habere enim in manibus dicuntur qui aliquid possident & divites sunt. Plaut. Asin. 1. 1. 73.
Inter manus aliquid esse dicitur, per translationem: pro In potestate esse. Virg. 11. Æn 312.

Ante oculos, interque manus sunt omnia vestra.

Sumere in manus. Cic. 3 de Orat. 15. Postulamus non a te quidem qui nobis summa omnia tribuis, sed a ceteris qui hæc in manus sument, ut majus quiddam de L. Crasso, quam quantum a nobis exprimetur, suspicentur. I. e. Legent. Quintil. lib. 10. cap. 1. Illud vero utilissimum, nosse eas causas, quarum orationes in manus sumpsimus.
Summissæ. Ovid. 20. Epist. 78.
Suspensa manu aliquid facere. V. SUSPENDO.
Tangit aram. Hor. 3. Carm. 23. 16.

Immunis aram si tetigit manus.

Tendere manus, Petentis auxilium, vel misericordiam implorantis signum. Cæs. 2. Bell. Gall. 13. Hedui manus tendere, deditionem significare. Virg. 6. Æn. 314.

Tendebantque manus ripæ ulterioris amore.

Tendere supinas manus ad cælum. Virg. 3. Æn. 177.
Tendit ad vestra genua supplices manus. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Tenera aliquid languenti manu. Ovid. 12. Met. 318.
Tenere correptum manibus. Virg. 4. Georg. 405.
Tollere manus, Modus loquendi Signum lætitiæ significans. Cic. 7. Fam. 5. Sustulimus manus & ego & Balbus, tanta fuit opportunitas.
Tradere manu longa, & manu brevi. Jabolenus in l. Pecuniam. D. de Solutionibus, Pecuniam quam mihi debes, aut aliam rem, si in meo conspectu ponere te jubeam, efficitur ut & tu statim libereris, & mea esse incipiat. Nam tunc quod a nullo corporaliter ejus rei possessio detineretur, adquisita mihi & quodammodo manu longa tradita existimanda est. Ulpian. in Tit. de Jure dotium, l. Licet soleat, Quoties autem extraneus accepto fert debitori dotis constituendæ causa: si quidem nuptiæ insequutæ non fuerint, liberatio non sequetur, nisi forte sic accepto tulit, ut velit mulieri totum donatum. Tunc enim credendum est brevi manu acceptum a muliere, & marito datum. Quæ si deflectas, plus babebunt veneris: veluti qui promissis agit, ac spem tantum ostendit, longa manu dat, quod animo contueri possis, non statim etiam tollere. Contra, qui præsens ac statim exhibet quod promittit, brevi manu dat. Pueri assem ostendunt elephanto, nec audent porrigere. Erasmus.
Tremens manus. Ovid. 14. Epist. 44.
Venerari manu; honoris causa Manum ori admovere, & aliquem colere. Tacit. 16. Ann. 4. 3. Postremo flexus genu cœtum illum manu veneratus, sententias judicum operiebatur. Et Suet Claud. cap. 12. Eosdem spectacula edentes voce manuque veneratus est.
Venire ad manum. Quintil. lib. 2 cap. 11.
Venire in manus. Sallust. in Jugurth. cap. 89. pr. Existimans Jugurtham ob suos tutandos in manus venturum. conf. Cæs. 2. Bell. Gall. 19. Tacit. 4. Hist. 71. & Gronov. ad Liv. 2. 46 pr.
Pugna jam in manus, jam ad gladios, ubi Mars est atrocissimus, venerat. Liv. 2. ab U. C. pag. 47. edit. Frob. Ubi distinguit pugnam, quæ jam ad gladios venit, ab ea, quæ venit jam ad manus. Multi autem putant idem esse. H. St. Locus est superior Livii, qui hic desiderabatur in edit. Lugdun.
Versantur inter manus libri, aut scripta. Cic. 8. Fam. 3. extr. Genere tamen, quod & ad nos pertineat, διδασκαλίαν quandam, ut versetur inter manus, habeat.
Versare libros nocturna manu, & diurna. Hor. in Arte Poet. 269.

— vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.

Verto. ut, Manum non verterim; proverbialis hyperbole, pro eo quod est, Nihil omnino laboro, aut mea nihil refert. Nihil enim facilius, quam manum vertere. Exstat præter alios apud Apuleium in Apologia magiæ: Quid de me inquit, Mezentius sentiat, manum non verterim. Item Cic. 5. de Fin. 93. Ne manum quidem versuros fuisse. Erasmus.
Vetat manus. Plaut. Trucul. 5. 7.

— ego, mea voluptas, si quid peccavi prius,
Supplicium ad te hanc minam fero auri, si mihi tides. aspice.
P. Manus vetat, prius quam penes sese habeat, quicquam credere.

i. e. Nihil credam te daturum, nisi prius numeraveris.
Vibrant tela manus. Lucan. lib. 7. 82.
Vincire manus post terga. Virg. 11. Æn 81.
Vindicare manu. Sallust. Jug. 106 extr. Cic. 3. Verr. 114.
Cum præpositionibus varie construitur, Cum Ad, ut videre est supra in constr. cum verbis Accedere, Adducere, Habere, Revocare, Venire. V. A. & AD. præpos.
De manu in manum. Cic. 7. Fam. 5. Totum hominem tibi trado, de manu (ut aiunt) in manum, tuam istam, & victoria & fide præstantem. Proverbium esse innuit.
De manibus aliquid amittere, pro E manibus. Cic. 5. Verr. 32. Te quum tuos omnes fructus publicano tradidisses, & rem de manibus amisisses, tum bona tua repetere, ac persequi lite atque judicio. conf. supra Dimittere, Omittere, & DE præpos.
Manum de tabula. Cic. 7. Fam. 26. Heus tu, manum de tabula: magister adest citius, quam putaramus. Videtur hac proverbiali figura Cic. admonuisse, ut desisteret a scribendis dicteriis. Allusum autem apparet ad Apellis nobilissimi pictoris dictum, qui quum Protogenis opus immensi laboris, ac curæ supra modum anxiæ miraretur, dixit omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora, sed uno se præstare, quod manum ille de tabula nesciret tollere. Memorabili præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiam. Hæc Plin. lib. 35. cap. 10. Proinde si quando admonebimus, ut recedat aliquis ab opere, negotiove quod in manibus habet, jubebimus illum manum de tabula tollere. Ex Erasmo. Turnebus vero sic explicat, his verbis, Ænigmatis præ se fert speciem illud Ciceronis, Sed heus tu, manum de tabula, &c. nec tamen ita illud de industria obscurat, ut non appareat eum de Cæsare loqui. Gallus Catonis laudationem Uticensis scribebat, quod sine Cæsaris offensione fieri non poterat, cujus hostis fuerat. Monet igitur Gallum, ut desinat scribere laudationem Catonis, quum revertatur in urbem Cæsar. Est autem translatio, vel a tabula litteraria, in qua pueri litteras discebant; in qua absente magistro ludere manu ducendis, non litteris, sed lineamentis, ut pueris usitatum est, solebant; deinde subito præceptore redeunte, alter alterum monebant ut manum de tabula tollerent. Vel a pueris pictorum, qui absente magistro pulcherrimis interdum illudunt tabulis, & illinunt temere pigmenta. Nisi forte si ut de pictore loquatur in hanc sententiam, Tu Catonem laudibus pingere & exornare, expolireque pigmentis orationis niteris; sed vide ne argumentum picturæ non probetur magistro officinæ, id est Cæsari dictatori. Nam pictores non ferunt æquo animo in suis tabulis alia, quam quæ probant argumenta depingi. Atque hoc sane sensa incommodior non fuerit translatio, neque inscitior quam superior, ac medius fidius ambæ mihi veriores videntur prima illa, quam attulimus ex Erasmo.
In manum, & In manu, V. supra Accipere, Convenire, Facere prælium, Sum, Venire. conf. IN, præpos.
Inter manus, V. supra Arripere, Auferre, Sum, Versari. V. & in ipsa præpositione.
Per manus, quod Cicero De manu in manum dicit. Cæs 6. Bell. Gall. 37. Per manus tractus servatur. Quod & Inter manus dicitur.
Per manus tradita disciplina vel historia dicitur, Quæ non monumentis litterarum, sed verbo tantum traditur, & a majoribus ad posteros sine litteris transmittitur. Liv. 5. 51. Equidem si nobis cum Urbe simul positæ traditæque per manus religiones nullæ essent. Et Liv. alibi. Disciplina militaris tradita per manus jam inde ab initiis urbis. conf. PER.
Præ manu, pro Ad manum. Ulpian. in l. petenti D. de pignorat action. Petenti mutuam pecuniam creditori, quum præ manu debitor non haberet, species auri dedit, ut pignori apud alium creditorem poneret.
Præ manu pecuniam aliquam dare, quod vulgo dicunt *Ante omnia* vel *Ante manum dare*. Ter. Adelph. 5. 9. 23. — siquidem porro, Micio,

Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum præ manu
Dederis, unde utatur, reddet tibi cito.

Præ manu, pro In manibus, vel Inter manus. Plaut. Bacch. 4. 3. 10.

— qui patri reddidi
Omne aurum, quod fuit præ manu. conf. PRÆ.

Sub manu, idem est quod Fere esse ad latus, expeditum, promptum in usum. Cic. 10. Fam. 23. Adjunxi hæc, in loco eligendo, flumen oppositum ut haberem, in quo mora transitus esset: Vocontii sub manu ut essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. I. e. In promptu & in proximo, inquit Budæus. Senec. Epist. 72. Consilia rebus aptantur. Res nostræ feruntur, immo volvuntur. Ergo consilium sub die nasci debet; & hoc quoque tardum est nimis: sub manu (quod aiunt) nascatur. Significatur Summa temporis celeritas.
Sub manus, V. supra Succedere, conf. SUB.
Manibus pedibusque, Extremum conatum significantes, dicimus. Ter. Andr. 4. 1. 52.

Ego, Pamphile, hoc tibi pro servitio debeo,
Conari manibus, pedibus, noctesque & dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.

Manus pretium, quod pro Manu, i. e. Arte datur. Alfenus in l. Qui insulam. §. Qui ædem. D Locati, Qui ædem faciendam locaverit, in lege dixerit, Quod ad opus lapidis erit, pro lapide & manus pretio dominus redemptori in pedes singulos septem dabit. V. MANUPRETIUM, Infra.
Quod manu factum erat, & datum pro eo, manupretium, a manibus & pretio. Verba sunt Varr. lib. 4. de L. L 36. Manipretium nonnulli scribunt. Plin. lib. 34. cap. 7. Solitum enim ex manipretio cujusque signi denarius seponere aureos singulos. Idem lib. 35. cap. 10. Manipretium ejus tabulæ & lib. 33. cap. 11. Nec copia tantum argenti fuerit vita, sed validius pæne manipretiis. Sic enim ex Mss. ubique Harduinus edidit. Al. divise, Manus pr.
Manus, in ludo dicitur, Id quod sibi tollit qui projecit Venerem. V. supra, Remittere manus in, &c.
Manus, Multitudo, vel exercitus. Virg 6. Æn. 660.

Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.

Agrestes manus. Virg. 11. Æn. 682.
Ardens juvenum. Virg. 6. Æn. 5.

Delecta.

Delecta. Nepos 1. 1. 4.
Expedita. Hirt. de Bell. Afric. 9.
Fatalis. Virg. 12. Æn. 232.
Fida manus, & fideles focii. Ovid. 1. Trist. 4. 63.
Firma Evocatorum. Cic. 15. Fam. 4. pr.
Ingens, Numerosa. Virg. 5. Æn. 487. Quintil. lib. 12. cap. 1. p. 901.
Importuna sceleratorum. Cic. in Catil. 1. 21.
Maxima. Cic. pro Domo, 23. Pop. Rom. exercitus eodem duce, non maxima manu, innumerabiles Armeniorum copias fudit.
Militaris manus. Ulpian in l. qui restituere. D. de rei vendicat.
Multa poetarum. Hor. 1. Serm. 4. 141.
Nova. Cæs. 1. de Bell. Gall. 37.
Parata prælio. Tacit. 2. Ann. 79.
Parvula. V. PARVUS.
Potentes. Hor. in Carm. sæc. 53.
Valida. Tacit. 2. Ann. 62. 79.
Cogere manum. Cæs. 2. Bell. Gall. cap. 2.
Confirmare. Cic. pro Lege Manil. 24.
Facere manum. Cic. pro Cæcin. 33. Qui in pace & otio cum manum fecerit, copias pararit, multitudinem hominum coëgerit, armarit, instruxerit.
Glomerare bellu. Virg. 8. Æn. 315.
Habere manum parvulam. Cic. 11. Fam. 9.
Orare pacem manu. i. e. Legatione missa. Virg. 10. Æn. 80. [Manum supplicem intelligit, cum insignibus supplicantium. Ergo ad priorem signif. refer.
Manus etiam est Famulus, sive Operæ quibus utimur. Martial. de Demetrio servo, lib. 1. 101.
Ille manus quondam studiorum fida meorum. Ita Plin. 9. Epist. 37. extr. Agriculturam onmerosas manus poscere dixit. conf. Poscere supra.
Manus item Scriptio, Chirographum. Cic. 3. Q. frat. 1. Occupationum mearum signum sit tibi librarii manus. Et 7. Att. 2. Nam Alexidis manum amabam.
Manus item Proboscis elephanti. Plin. 8. 10. Cic. 2. de Nat. Deor. 123.
Manus ferrea, Instrumentum de muris, vel navibus pugnantium, quo naves captæ tenentur. Lucan. lib. 3. 635.
Ferrea dum puppi rapidos manus inserit uncos. Græci ἁρπάγην, Lat. & Harpagonem vocant. V. Curt. 4. 2. 12.

MANŪFACTUS, unica dictione, aut duabus, opponitur Naturali. Celsus 3. 27. Ac si quo loco vel naturales, vel etiam manufactæ tales natationes sunt. Cic. 3. de Fin. 74. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius; aut in operibus manufactis tam compositum, tamque compactum & coagmentatum inveniri potest?
Ut χειροποίητος, conjuncte. H. St. Ego tamen divise scribendum puto. V. Serv. in 1. Æn. 431. Sic enim Manu structum, Laboratum, Munitum, Satum Captum, Partum, &c. legimus.
Opus manufactum. Paulus in l. supra. §. ult. D. de aqua pluv. arcend. Idem in l. Ateius. eod. tit. Manufactum aliquid.
Manufacta piscina. Varr. 3. de R. R. cap. 11. Sic Cic. 2. Off. 14. Adde ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositas fluctibus, portus manufactus.

MANŪMITTO, si, ssum, [ἀπελευθεροῦν] ĕre. (sive divisim, sive conjunctim legas) Dare libertatem. Ac de servis proprie dicitur. Nam quamdiu quis in servitute est, manui, hoc est potestati subditus est, & manumissus liberatur potestate. Ulpian. l. 4. D. De justit. & jure. Plaut. Aulul. 5. 9.
Igitur orabo ut manu me mittat. ibo atque eloquar. Adde Cic. pro Milon. 58. [Dicitur & Manu emittere, ut apud Plaut. l. c. v. 15, 16. & alibi passim. unde liquet divise rectius scribi. Manumissio vero & Manumissor dicitur, ut Manus injectio, Domuitio, & reliqua id genus.

MANUMISSUS, a, um. Partic. Cic. 2. Att. 18. & 19. pro Cœl. 68. Et 13. Fam. 77.

MANUMISSIO, ōnis. f. [ἀπελευθέρωσις] Cic. pro Cœl. 68. Sed scire cupio quid habeat argumenti ista manumissio. Manumissio, inquit Ulpian. l. 4. D. de justit. & jur. a jure gentium originem sumpsit; utpote quum jure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, quum servitus esset incognita. Sed posteaquam jure gentium servitus invasit, sequutum est beneficium manumissionis.

MANUMISSOR, ōris. m. Ulpian. l. 1. §. 5. D. Si a parente quis, &c. usus est.

MANUPRĔTIUM, i. n. Cic. 3. Verr. 147. Lapis aliquis cædendus & apportandus fuit machina sua. Nam illo non saxum, non materies advecta est: tantum operis in ista locatione fuit, quantum paucæ operæ fabrorum mercedis tulerunt, & manupretium machinæ. ubi Ascon. Manupretium inquit dicitur, ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque artis ducitur. Caius de Verb. significatione, l Mulieris, Quoniam in manupretio plus est quam in re. Quædam exemplaria legunt Manus pretium, ut sint duæ dictiones. Manus, id est, Artis. conf. & Parei Lex. Crit. p. 714. & supra in MANUS.

MANUVASTIŌSUS, a, um. Adj. Cato apud Gell. 13. 23.

MANUSATUS, a, um. Cæs. 3. Bell. Civ. 44. Multaque erant intra eum locum manusata, quibus interim jumenta pasceret. Sed rectius divise legitur, Manu sata.

MANSTŪTOR, ōris. m. Qui manu tuetur & tenet, quique possidet. Plaut Trucul. 4. 4. 6.
Video eccum qui manstutorem me adoptavit bonis. De femina loquens.

MANUĀTUS est, pro Furatus est, usurpat Laberius in Mimis. Et in Fullone, Furem, Manuarium appellat. Sed hæc obsoleta. V. Gell. lib. 16. cap. 7.
Manuatus, pro In manipulos collectus. Plin. 19. 2. ut Dalec. & Salmas. placebat. Animatum Hard. V. in hac voce.

MANUĀLIS, e. Adj. [χειριαῖος]
Pecten manualis. Plin. lib. 28. cap. 30.
Fasciculus lini. Plin. lib. 19. cap. 1. h. e. Qui manum implet. Sic 24. 15. Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus scapis ejus in tribus heminis aquæ decoctis usque ad tertias. Al. Scopis.
Saxa, Quæ manu commode tolli & projici possunt. Tacit. 4. Ann. 51.

MANUALE, is. n. [ἐγχειρίδιον] apud Isid. Gloss. Liber ad gerendum aptus.

MANUĀRIUS, a, um. Adj. Gell. lib. 18. cap. 13. Hoc æra collecto, quasi manuario, cœnula curabatur omnibus, qui eum lusum luseramus. Est autem Manuarium æs, Quod in manibus & usu habetur, ut Monetarium; sed quum, ut supra scripsimus, in aleæ lusu manus dicantur ipsæ ludendi vices, haud equidem dubitem quin Manuarium æs dicatur, Quod quis in alea lucratur. Ac vocabulo inde translato Gellium esse usum hæc fides sit, quod ab alea caput exorditur, ut videre poteris. Ex Turneb. Cui subscribit Casaub. ad Suet. Aug. c. 71.
Molæ manuariæ, & jumentariæ. Jabolenus in l. Dolia. D. de fund. instruct.

MANĬCULA, æ. f. dimin. [χειρίδιον] Parva manus. Plaut. Pseud. 5. 1. 16. Ubi mamma manicula opprimitur. conf. Rud. 4. 4. 125.

MANŬLEA, æ. f. Idem quod Manica. Plaut. Fragm. Clitell. 14. V. etiam Turneb. Advers. 2. 4. Hinc,

MANULEĀTUS, a, um. Adj. [χειριδωτός] ut, Homo manuleatus, Tunica indutus manicata. Et, Manuleatam tunicam dicimus, Manicas prolixiores habentem. Plaut. Pseud 2. 4. 48 Suet in Calig cap 52.
Manuleatus, metaphorice pro Delicato. Senec. Epist. 33. Apud me vero Epicurus est & fortis; quanquam manuleatus sit.

MANULEĀRIUS, i. m. [χειριδοποιός] Qui vestimenta manicata conficiebat. Plaut. Aulul. 3. 5. 37.
Flammearii, violarii, carinarii,
Aut manulearii, aut myrobrecharii. Adde Reines. ad class. 2. Inscrip. 83. & Spon. Misc. p. 224.

MANUBRIUM, i. n. [λαβή, λαβίς] Capulum cujuscemque rei significat. Plin. lib. 16. cap. 43. Hyginus manubria rusticis carpinea, iligna, cerrea. Manubrium, dictum quod manu teneatur. Varr. de L. L. lib 5. 8. extr. Ergo quasi Manutenium, aut quasi Manuteratur, Manuterium, deinde Manubrium. H. St.
Trulla excavata cum manubrio aureo. Cic. 4. Verr. 62.
Ossea manubria cultellorum. Juven. 11. Sat. 133.

MANUBRIĀTUS, a, um. Adj. Manubrio præditus. Ammian. 25. 4. Manubriati cultri. Adde Pallad. 1. 43.

MANUBRIŎLUM, i. n. dimin. [λαβίδιον] Cels. lib. 7. cap 6. de ungue oculorum, Lini duo capita apprehendere; & per ea erecto ungue, si qua parte oculo inhæret, manubriolo scalpelli diducere, donec ad angulum veniat.

MANUBALISTA, & } apud Veget. 2. 15: 4. 23. & 3. 14. V. BALISTA, & ARCUBALISTA.
MANUBALISTĀRIUS, }

MANŬBIÆ, arum. f. [λάφυρα, σκῦλα] pluraliter tantum legitur, Præda ex hostibus capta. Asconius in 3. Verr. 154. Manubiæ, inquit, sunt præda Imperatoris, pro portione de hostibus capta. Nonius Marcellus 5. 39. Manubias (inquit) a Præda hoc distare veteres existimaverunt; ut sit Præda, corpora ipsa rerum quæ capiuntur: Manubiæ vero, pecuniæ ex præda vendita redactæ. Idem sentit Gellius lib. 13. cap 24. Ubi tamen fatetur, hanc distentiam veteres non perpetuo observasse. Cic 1. de Lege Agr. 12. Quod ad quemque pervenit, pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Cic. 5. Verr. 186. Qua ex præda, aut manubiis, hæc abs te donatio constituta est?
Manubiæ, a manu. Varr. lib. 7. de L. L. 4.
Manubiæ, pro Præda. Cic. 5. Verr. 9. Nonne perspicuum est, Verrem esse, qui vestras villas suis manubiis ornet? i. e. Signis & supellectili quæ deprædatus est. Budæus.
Sunt contra, qui opinentur, ad manubias, & rapinas necessitate compulsum, summa ærarii fiscique inopia. Suet. in Vesp. cap 16. extr Ber. exp. Ad pecuniam prædatitiam, sive Ad prædam imperatoriam: Et addit, Etenim Manubias veteres quoque dixerunt prædam imperatoris, ex qua quod vellet faceret. Alias Manubiæ Fulmina Deorum Etiam de pecunia, quæ ex lupanari colligebatur dixit Manubias Suet in Calig. sed jocose, ut opinor, & lepide loqui volens. H. St. En locum cap 41. Ac ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in Palatio constituit, &c. Puto eodem modo positum ac in Vesp.
Manubias facere, Prædari. Cic. 3. Verr. 154. Dubitamus quid iste in hostium præda molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit?
Manubias, Cic. pro Domo 114. Decretam sibi a Senatu ad ædificandam domum pecuniam vocat: ducta ab Imperatoribus metaphora, qui de prædatitia pecunia, id est manubiis, monumenta, ut templum, porticum in urbe ædificabant. Domum vero suam Monumentum Senatus appellat. Meminit Turnebus.
Manubiæ, Manus exuviæ. Non. 2. 537. Festus, Manubiæ Jovis tres esse dicuntur, quarum unæ sunt minimæ, quæ moneant, placidæque sint. Alteræ quæ majores sunt, ac veniant cum fragore, discutiantque aut divellant, quæ a Jove sint, & consilio deorum mitti existimentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniant; & quanquam nullum sine igne fulgur sit, hæ propriam differentiam habeant, quod aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quæ statum mutent deorum consilio superiorum. V. Plin. 2. 52.

MANUBIĀLIS, e. Adj. [σκυλευματικός] Quod ad manubias pertinet; ut, Manubialis pecunia, Quæ ex manubiis contracta est. Sueton. in Aug. cap. 30.

MANUBIĀRIUS, a, um. Adj. [λαφύρων, μέτοχος] Manubiarum particeps. Plaut. Trucul. 4. 4. 27. Amicus mihi esto manubiarius. i. e. Qui manubias & exuvias affert & spolia. Turneb.

MANUCIŎLUM, i. n. Fasciculus, manipulus. Petron. cap. 63.

M A P

MĀPĀLIA, ōrum. n. [μαπάλια] Punica lingua Agrestes casæ dicuntur. Festus; Mapalia, Casæ Pœnicæ appellantur; in quibus, quia nihil est secreti, solet solute viventibus objici id vocabulum. Cato lib. 4. Originum, Mapalia vocantur ubi habitant; ea quasi cohortes rotundæ sunt. Plin. lib. 5. cap. 3. Numidæ vero Nomades, a permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est domus, plaustris circumferentes. Martial. lib. 8. 55.
Pallidus attonitus ad Pœna mapalia pastor
Cum revocat tauros &c.
Mapalia, per metaphoram. Senec. in Apotheosi Claudii, Ego, p. c. interrogare vobis permiseram, vos mera mapalia fecistis. i. e. Vos dissoluti fuistis, & a disciplina recessistis, inconditeque & perturbate omnia egistis. Hæc Turnebus.
Mapalia, inquit Servius, idem significat quod Magalia, Afrorum casæ.

Sed Magalia, MA producit: Mapalia vero corripit. Virg. 3. Georg. 340.
— & raris habitata mapalia tectis.

Dispersa mapalia. Sil. lib. 17. 90.
Vacua. Lucan. lib. 2. 89.

MAPĒTA, [Μάπητα] Sarmatiæ in Asia urbs, Ptolemæo. Vulgo *Copa*.

MAPPA, æ. f. [χειρόμακτρον] Qua recumbentes inter scyphos & epulas utebantur, & pro se quisque afferebat. Martial. 12. 29.
Attulerat mappam nemo, dum furta timentur. Idem lib. 10. 87.
Et vani triplices, brevesque mappæ &c.
Candidæ. Stat. 1. Silv. 6. 31.
Luridæ. Stat. 4. Silv. 9. 25.
Sordida. Hor. 1. Epist. 5. 22.
Triclinariæ. Varr. de L. L. lib. 8. 33. Quis facit mappas triclinarias non similes inter se? [An, Tricliniarias? V. in TRICLINIUM.
Variata. Martial. lib. 4. 46.
Compescere risum mappa. Hor. 2. Serm. 8. 63. In convivio enim mappa ori apponitur, compescendi risus gratia.
Mappam (inquit Quintil. lib. 1. cap. 5.) usitatum Circo nomen Pœni sibi vendicant. Ubi interpres vet. Cur mappam usitatum Circo nomen Fabius dicit? an quod in ludis Circensibus mappa a Prætore victori aurigæ veteri instituto mitti solebat? V. juniores Interpp. Martial. lib. 12. 29.
Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam;
Prætori mappam surripit Hermogenes. Juven. 11. Sat. 191.
Interea Megalesiacæ spectacula mappæ. Mappa, inquit Budæus, Circensium committendorum signum erat. Sueton. in Neron. cap. 22. Turnebus, Mappa erat ea, qua Prætor signum quadrigis mittebat, ut e carceribus exirent. Septim. Florens Tertull. de Spectac. cap. 16. Cognosce dementiam de vanitate; misit dicunt, & nuntiant invicem, quod simul omnibus visum est. Teneo testimonium cæcitatis: non vident missum quid sit, & mappam putant: Sed est diaboli ab alto præcipitati figura. [Ex quo loco quidam falso putant, nescio quas figuras in Mappa, circensis curriculi signo, pictas fuisse, eum Figuræ nomine Afer ille typum, seu simulacrum rei gestæ, in casu ex alto, intelligat. De Mappa plura V. apud Pitisc.

M A R

MARAS, [Μάρας] Vir apud Beroen Syriæ civitatem ditissimus, humanus & officiosus in omnes tum cives, tum hospites, ita ut ejus benignitas in proverbium abierit. V. Suidam, Diogenian. & ex eo Erasm.

MĂRASMUS, [μαρασμός] Idem quod Tabes, hoc est totius corporis, vel partis alicujus siccitas, quæ accidere solet humore nativo vi caloris absumpto. Hinc Febris marasmodes, [μαρασμώδης] a medicis appellatur Hecticæ species, quæ contingit ex febri ardente adeo propagata, ut humorem totius corporis absumat. V. Galenum de Differ. feb. lib. 1. cap. 10

MARASSUS, Vipera vulgo dicta, a Marsorum populis sumpto nomine, quia id genus maxime consectarentur Marsi, circumferrentque. V. Cæl. lib. 6. cap. 16.

MĂRĂTHĒSIUM, [Μαραθήσιον] Ephesiorum oppidum in Caria; cujus incolæ dicuntur Marathesii. Stephan.

MĂRĂTHON, ōnis. m. [Μαραθών] Campus Atticæ, seu civitas distans ab Athenis circiter decem millia. Et morte Icari regis interfecti insignis; & Miltiadis gloria, qui centum millia ex Darii Persarum regis exercitu profligavit. Auctor Strabo lib. 9. Ovid. 7. Met. 434.

MARATHŌNIUS, a, um. Adj. [Μαραθώνιος] Unde, Taurus Marathonius dictus est, Qui apud Marathonem a Theseo interfectus est. Cic. 4. Tusc. 49. & Plutarchus in Theseo.
Virgo Marathonia, Erigone. Stat. 5. Silv. 3. 74. i. e. Attica, a Marathonio campo Atticæ.
Marathonia pugna. Cic. 4. Att. 12. & Nepos 2. 2. 6.

MĂRĂTHŌNIA, [Μαραθωνία] Oppidum Thraciæ, non procul ab Abderis; cujus incolæ dicuntur Marathoniatæ. Stephan.

MARATHOS, [Μάραθος] Urbs est Phœniciæ apud Melam, lib. 1. cap. 12. Hæc hodie vocatur *Margath*, ut scribit Olivarius in Melam.

MĂRĂTHRUM, [μάραθρον] Herba quam Latini Fœniculum vocant. Plin. lib. 20. cap. 10. & alibi. Apul. Dioscorid.

MARATHRĪTES, [μαραθρίτης] Vinum, eo modo dictum, quo Aromatites, nempe quod marathrum infusum habet; valetque ad visus imbecillitatem adjuvandam. Columel. lib. 12. cap. 35.

MARĂTHUS, i. [μάραθος] Herba cujus meminit Ovidius de Medicam. faciei, 91.
Profuit & marathos bene olentibus addere myrrhis. Alii Marathros legunt.

MARATHŪSA, vel MARATHUSSA, æ. f. [Μαραθοῦσσα] Insula quædam a copia fœniculi sic dicta, quæ & Clazomeola dicitur.
Est oppidum Plinio lib. 4 cap. 12.

MARCELLUS, i. m. [Μάρκελλος] Cognomen gentis Claudiæ, familiæ plebejæ, ex qua nobilis inprimis est M. Marcellus, ejus gesta & a Plut. & ab aliis scripta sunt. Hic Gallorum ducem Virdumarum singulari certamine fudit, spoliaque opima, tertius a Romulo, Jovi Feretrio consecravit. Annibalem primus vinci doeuit, Syracusas per tres annos expugnavit: quintum Consul, insidiis Annibalis deceptus, occubuit, & ab eodem hoste magnifice sepultus fuit. Hæc fere ex auctore de Viris Illustr. cap. 45. Hor. 1. Carm. 12. 46.
Crescit occulto velut arbor ævo Fama Marcelli.
Ferox Marcellus. Claud. 1. in Eutrop. 456.
Loquax. Lucan lib. 1. 313.
Alii complures Marcelli apud Romanorum rerum scriptores memorantur, quos recensere non est nostri instituti. V. & Suid.
Marcellus, ut Plutarchus tradit, est idem ac Ἄρειος, hoc est Martius, Bellicosus. Putu autem Marcellum dictum esse, quasi Martellum, id est parvum Martem.

MARCELLA, æ. f. Cognomen femininum ejusdem familiæ.
Marcella, quum a matre rogata esset, gauderetne se nupsisse, Ita valde, respondit, ut amplius nolim. S. Hieron. in vita ipsius.

MARCELLĒA, [Μαρκέλλεια] Festum quoddam institutum Syracusis in honorem Marcelli, quod is Siciliam optime rexisset. Horum meminit Cic. 4. Verr. 51. & 154. & ex eo Cæl. lib. 18. cap. 12.

MARCEO, ui, [σήπομαι] ēre. Putrere. Martial. lib. 5. 79.
Marcentes tibi porrigentur uvæ.
Marcere, Torpere, inertia & ignavia teneri, inquit Budæus. unde etiam Luxuria marcere dicimur. Liv. 23. 45. pr. Marcere Campana Luxuria, vino & scortis, omnibusque lustris per totam hiemem confectos. de Annibalis militibus.
Epulis marcere. Claud. de Bell. Get. 368.
Animus marcet. Cels. lib. 2. cap. 2.
Corpus marcet annis. Lucret. lib. 3. 959.
Silva marcet comis. Stat. 5. Silv. 5. 29.
Venæ marcent. Lucan. lib. 4. 326.
Vir marcet ab annis. Ovid. 1. Amor. 13. 41.
Marcere, absolute, pro Ætate confectum esse. Lucret. lib. 3. 970.
Omnia perfunctus vitai præmia, marces.

MARCENS, entis. Partic. [σηπόμενος] Plin. lib. 9. cap. 45. Alias marcenti similis, & jactari se passa fluctu algæ vice.
Anni marcentes. Sil. lib. 15. 746. Senium.
Colla. Stat. 2. Theb. 632.
Guttura. Ovid. 7. Met. 314.
Pocula. Stat. 4. Silv. 6. 56.
Potorem marcentem recreare. Hor. 2. Serm. 4. 58.
Visu marcente. Senec. Agamemn. 8. i. e. Languente.

MARCESCO, ui, [σήπομαι, μαραίνομαι, καταμαραίνομαι] ēre. Putrescere. Plin. lib. 10. cap. 48. Corpus occisæ statim marcescit.
Marcescere desidia & otio, Languescere. Liv. 28. 35.
Sic alibi Senescere otio. Vide SENESCO. H. St.
Vino nimio. Ovid. 1. de Pont 5. 45.
Otia marcescunt per inertes somnos. Ovid. 2. de Pont. 9. 61.
Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Sueton. in Calig. 58. i. e. Languescente, inquit Budæus. Al. Marcente, rectius.

MARCĬDUS, a, um. Adj. [σαπρός, σαθρός, ἔκλυτος] Putridus, sive languescens. Plin. lib. 11 cap. 37. Fessis equis aures marcidæ.
Marcidus somno, & hesterna cœna redundans. Plin. in Paneg. cap. 63.
Otia marcida luxu. Claud. 3. Cons. Hon. 40.
Vina marcida, ab Effectu. Stat. 1. Silv. 6. 33.

MARCIDŬLUS, a, um. Adj. dimin. Mart. Capell. lib. 7. init.

MARCOR, ōris. m. [σαπρότης, σηπεδών] Putredo, vel languor, & consumptio, quæ & tabes dicitur. Cels. de Letharg. lib. 3. cap. 20. In hoc marcor, & inexpugnabilis pæne dormiendi necessitas.
Marcor, Ignavia, torpor. Patere lib. 2. 119. 2. Exercitus omnium fortissimus, marcore ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunæ circumventus.
Turpis marcor. Stat. 10. Theb. 263.

MARCŬLANTUS, a, um. Adj. Idem ac Marcidus Fulgent. Mytholog. 2. 8. Marculenta calvities.

MARCION, [Μαρκίων] Smyrnæus medicus, teste Plin. lib. 28. cap. 3. qui de simplicibus affectibus scripsit; rumpi scolopendras marinas sputo tradit: item rubetas, aliasque ranas. Al. Effectibus.
Est & Marcion Hæresiarcha. de quo V. Hist Eccles. scriptores.

MARCIPOR, ōris. m. [μαρκίπωρ] Marci puer, hoc est famulus, inquit Festus. Sic Publipor, Lucipor, & hujusmodi. Plin. lib. 33. cap. 1. Singuli Marcipores, Luciporesve dominorum gentiles, omnem victum in promiscuo habebant. Quibus verbis significat Plin. priscos Romanos singulis servis contentos fuisse: quare Marcipores & Lucipores, quasi Marci pueri, vel Lucii vocabantur, quasi ministri & asseclæ, ut Græci παῖδας vocant servos: quod in numerosa familia postea fieri non potuit. Quintil. lib. 1. cap. 4. In servis jam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur a domino, unde Marcipores, Publipores. Budæus. Adde Priscian. 6. p. 700. Voss. Institut. Orator. 4. 12. p. 225.
Marcipor, Satira quædam Varronis inscripta fuit, in qua, ut suspicatur Turnebus, de servitute disserebat, & herili imperio. V. plura apud eundem Advers. 24. cap. ult.

MARCIUS, [Μάρκιος] Nomen gentis Romanæ, quæ ex Sabinis traxit originem. Numa Marcius, Numam Pompilium ad regnum suscipiendum hortatus, cum eo Romam migravit. In senatum lectus a Numa, primus Pontif. Max. creatus est. Plutarchus in Numa, Livius 1. 20. Dionysius. De aliis Marciis historicos V. Sunt qui Martius scribunt, male.
Marcius Ancus, quartus Romanorum rex, æquitate & religione Numæ avo similis. Latinos bello domuit, Aventinum & Janiculum montes urbi addidit, nova mœnia oppido circumdedit, silvas ad usum navium publicavit, salinarum vectigal instituit, carcerem primus ædificavit, Ostiam Coloniam, maritimis commeatibus opportunam, in ostio Tiberis deduxit. V. Liv. Dionys. &c.

MARCIA, Catonis filia minor. [Qui tandem?] Quæ, quum quæreretur ab ea, cur post amissum maritum denuo non nuberet; Respondit, non se invenire virum, qui se magis vellet, quam sua. Quo dicto, ostendit divitias magis in uxoribus eligi solere, quam pudicitiam.

MARCIUS, a, um. Adj. ut,
Marcia aqua, quam Q. Marcius Rex in urbem duxit. Plin. 36. 15. extr. Idem lib. 31. cap. 3. Clarissima aquarum omnium in toto orbe, frigoris salubritatisque palma, præconio Urbis, Marcia est, inter reliqua deûm munere Urbi tributa. Vocabatur hæc quondam Aufeia, fons autem ipse Pitonia. Oritur in ultimis montibus Pelignorum, transit Marsos, & Fucinum lacum, Romam non dubie petens. Mox in specus mersa, in Tiburtina se aperit IX. M. pass. fornicibus structis perducta. Primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus Marcius, unus e regibus. Postea Q. Marcius Rex in prætura. Rursusque restituit M. Agrippa. Idem & Virginem adduxit, ab octavi lapidis diverticulo II. M. passuum, Prænestina via. Juxta est Herculaneus rivus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit. Horum amnium comparatione differentia supradicta deprehenditur, quum quantum Virgo tactu tantum præstet Marcia haustu.

MARCIĀNUS, a, um. aliud Adj. ut, Marciana carmina, a Marcio vate. Liv. 25. 12. Plin. 7. 33. Cic. Macrob.
Marcianum fœdus. apud Cic. pro Balb.

MARCŌMANI, [Μαρκόμανοι] Germaniæ populi. Stat. 3. Silv. 3. 170.
Quæ modo Marcomanos post horrida bella, vagosque
Sauromatas. V. Strabon. lib. 7. qui eos vocat Marcommanos.
Nisi error est.

MARCŬLUS, i. m. [σφυρίον] Instrumenti nomen, quo fabri ærarii uti solent. Plin. lib. 7. cap. 56. Tegulas invenit Cinyra Agriopæ filius, & metalla æris: utrumque in insula Cypro: item forcipem, marculum, vectem, incudem. Hard. Martulum. Martial. lib. 12. 57.
Vide MARTULUS. H. St.

MARCUS, [Μάρκος] Prænomen. Marcum vero dictum volunt, quasi Marseum,

Mascum, quod primus qui fuit eo prænomine, plane masculus esset. Alii a Marra, quasi Marricum, deducunt, quod a rebus rusticis Romani sæpe nomina capiebant. Alii Marcum putant eum esse dictum, qui Martio mense natus esset, nec eos movet, quod Marcus non Martius scribatur.

Marci municipem vides? Ænigmatice dixit Senec. in Apocolocynthosi, Existimo autem significari Claudium Cæsarem non verum germanumque Romanum esse, sed inquilinum, quales erant municipes Ciceronis, quos tamen contendebat veros esse Romanos, quum municipibus diceret duas esse patrias, unam loci, alteram juris. Claudius vero non Romæ, sed Lugduni natus fuerat. Hæc Turneb. 24. 46.

Mardi, [Μάρδοι] Asiæ populi. Plin. lib. 6. cap. 5. ad Heracleam Colchidis, Achæos, Mardos, & Cercetas nominat: quanquam & apud Persas Mardi sunt, alii tamen ab his.

Mardonius, [Μαρδόνιος] Persa, quem quum Xerxes apud Salaminam victus cum exercitu reliquisset, ut reliquias belli foveret, a Pausania ad Platæas victus est. Auctor Plutarchus in Aristide. Nepos in Pausania.

Măre, is. n. [θάλασσα, ἅλς, ὑγρή] notum vocabulum.

Accessus maris. In ACCEDO.
Æquor maris. Virg. 2. Æn. 780.
Æstus. In ÆSTUS.
Aspera maris. Tacit. 4. Ann. 6.
Forma injusti cærula maris. Ovid. 2. Amor. 11. 12.
Proxima maris. Tacit. 3. Ann. 1.
Rabies cælique marisque. h. e. Tempestas. Virg. 5. Æn. 802.
Via tuta maris. Ovid. 11. Met. 747.
Unda restagnantis maris. Ovid. 11. Met. 364.
Altum. Catul. de Berecynth. 61. 1.
Ardua. Valer. 8. Argon. 352.
Aspera. Virg. 6. Æn. 351.
Avarum. Hor. 3. Carm. 29. 61.
Cæruleum. Senec. in Hippol. 5. 1.
Commune omnibus. V. COMMUNIS.
Effusum late. Hor. 1. Epist. 11. 26.
Ferum. Catul. de Berecynth. 61. 40.
Fluctuosum. Plaut. Rud. 4. 2. 5.
Humida. Virg. 5. Æn. 594.
Ignotum. Martial. lib. 7. 18.
Immensum. Cic. 1. Tusc. 73. Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. conf. Profundum p. p.
Importuosum. Tacit. 12. Ann. 20.
Inclinata. Stat. 4. Theb. 62.
Indomitum. Tibull. lib. 2. 3. 49.
Infectum venenis. V. INFICIO.
Inferum, i. e. Tyrrhenum, vel Tuscum: Nam superum, id est Adriaticum, vel Ionium. Cic. 9. Att. 3. Adde 3. de Orat. 69. Et 8. Att. 3. & 25.
Infusa terræ. V. INFUNDO.
Ingens. Ovid. 3. Met. 448.
Iratum. Hor. Epod. 2. 6.
Magnum. Lucret. lib. 2. 553. V. infra.
Mediterraneum. V. MEDIUS.
Medium. Virg. 8. Ecl. 58.
Pigrum. Tacit. Agric. 10. 7.
Placidum. Virg. 2. Ecl. 26.
Procellosum. Senec. Medea, 6.
Profundum & immensum. Cic. pro Planc. 15. Illæ undæ comitiorum, ut mare profundum & immensum, sic effervescunt, &c.
Purpureum. Virg. 4. Georg. 373.
Purpureum mare videtur Favonio nascente. Cic. 4. Acad. 105.
Refluum Oceani. Ovid. 7. Met. 267.
Refugum. Stat. 12. Theb. 634.
Sævum. Senec. Octav. 6.
Solicitum, i. e. Impulsum & ventis agitatum. Virg. 4. Georg. 262.
Tranquillum. Stat. 4. Silv. 3. 93.
Tumidum. Virg. 8. Æn. 671.
Tumultuosum. Hor. 3. Carm. 1. 26.
Turgidum. Hor. 1. Carm. 3. 19.
Vastum. Senec. OEdip. 14.
Velivolum. Virg. 1. Æn. 228.
Ventosum. Hor. 3. Carm. 4. 45.
Acclinata terris maria. Stat. 5. Silv. 4. 6.
Adornare mare. In ADORNO.
Advehere per mare. V. ADVEHO.
Advenient mare. In ADVENIO.
Agitari mare & turbari vi ventorum. Cic. pro Cluent. 138. Ut mare quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari: sic, &c.
Agitatur mare ventis. Ovid. 2. Epist. 35.
Ambulare maria. V. AMBULO.
Ardet ventis mare. Florus lib. 4. cap. 2. i. e. Vehementissima agitatur.
Claudi mare dicitur, cum navigationes per tempestatum acerbitatem cessant. Aliter Cæs. 3. Bell. Gall. 9. Conclusum mare pro Interno vel Mediterraneo.
Collucet mare e Sole. In COLLUCEO.
Confundere mare cælo. V. Miscere p. p.
Conglobatur. In CONGLOBO.
Contrahitur. Ovid. 2. Met. 262.
Convolvit turbo. Senec. Agamemn. 6.
Decurrere tuto mari. Ovid. 9. Met. 590.
Dant maria placata venti. Virg. 3. Æn. 70.
Ferri mari incerto. Hor. Epod. 9. 32.
Habere infestum. V. INFESTUS.
Hiemat atrum. Hor. 2. Serm. 2. 17.
Jacet planum. Juven. 12. Sat. 62.
Incubuere mari venti. Virg. 1. Æn. 88.
Ingredi mare pedibus. V. INGREDIOR.
Invehi per mare. V. INVEHO.
Lacessitum. In LACESSO.
Mergit se in mari. In MERGO.
Miscere mare cælo, est Omnia turbare, nihilque non facere. Juven. 2. Sat. 25.
Quis cælum terris non misceat, & mare cælo? & 6. 282.
— clames licet, & mare cælo
Confundas.
Mollit mare. In MOLLIO.
Movere omnes terras, omnia maria. In MOVEO.
Navigare mare. V. NAVIS.
Pacatum. Liv. 24.
Peragrare pedibus maria. In PERAGRO.
Pergere per mare. V. PERGO.
Præbere navigabile. In NAVIS.
Prætervectus læva maris. Tacit. 2. Hist. 2.
Sævibat coortum. Lucret. lib. 5. 1000.
Scindere navigiis. Ovid. 2. de Arte Am. 671. al. Findere remigiis.
Secare. Hor. 1. Carm. 1. 14.
Myrtoum pavidus nauta secet mare.
Sistere turbatum. Ovid. 7. Met. 154.
Stat mare placidum ventis. Virg. 2. Ecl. 26.
Stridet. Virg. 4. Georg. 262.
Stringitur aura. Ovid. 11. Epist. 75.
Ut mare fit tremulum tenui quum stringitur aura.
Subsidit. Ovid. 1. Trist. 2. 73.
Sulcare. Virg. 10. Æn. 197.
Transire vastissimum. Cic. in Pison. 57.
Transilire. Pers. 5. Satyr. 146.
Tumescunt alta. Virg. 2. Georg. 479.
Tumuit insanum. Senec. Medea, 10.
Turbatum. Liv. 24.
Volitant per mare navitæ. Hor. 4. Carm. 5. 19.
Volvunt mare venti. Virg. 3. Æn. 196.

Mare magnum, per excellentiam Mediterraneum mare a Latinis appellatur. Cic. 1. de Divin. 67. ex antiquo poeta,
Jamque mari magno classis cita Texitur Plin. lib 9 [Nisi error]Intrant e Magno mari Pontum verno tempore gregatim. Isidorus lib 13 cap. 16. Mare magnum est, quod ab Occaso ex Oceano fluit & in Meridiem vergit, deinde ad Septentrionem tendit, quod inde Magnum appellatur, quia cetera maria in comparatione ejus minora sunt. Istud est Mediterraneum, &c. Hæc ille. Græci quoque ἅλα δῖαν ex magnitudine vocant.

Mare, terra, cælum, di vestram fidem! Plaut. Trin. 4. 3. 63. Exclamatio est perturbati & perterriti animi.

Mari terraque quærere, i. e. Ubique. Plaut. Pœnul. Prol. 105. Sic Cic. 5. Fam. 9. ad finem, Terra marique conquirere.

Mare, pro Fluvio. Virg. 1. Æn. 249.
Unde per ora novem vasto cum murmure montis
It mare proruptum. Idem a Nicandro factum est, qui in Theriacis scribit,
Τὸν ἀπὸ Θρηΐκης νιφόεν ποταμοῖο φέρονται,
Ὃν πόντον καλέουσιν. Turneb.

Mare acerrimum meretrix. Plaut. Asin. 1. 2. 8.
Nam mare, haud est mare, vos mare acerrumum.
Nam in mari repperi, hic elavi bonis.

Mare, Vas capacissimum ab Salomone in templo dicatum, in sanctis literis appellatur, teste Rhodigino, lib 10. cap. 20. V Vulg int 3. Reg. 7. 23.

Mare Rubrum, [Θάλασσα ἐρυθρά] (inquit Pomponius 3. 7) dicitur, sive quia ejus coloris est: sive quia ibi Erythras regnavit. Græci Ἐρυθρὰν θάλασσαν appellant, procellosum, asperum, profundum, & magnorum animalium magis, quam cetera capax. V. Pomponii enarratorem Vadianum. Hebræi vocant mare Suph; hoc est, procellosum, vel cariosum seu fruticosum. Contenduntque pro Rubro sic fuisse Latine vertendum. V. ERYTHRÆUM MARE.

Marīnus, a, um. Adj. [ἅλιος, πελάγιος, ἐνθαλάσσιος, θαλάσσιος, ἁλιηρός, ἀλιγενής] Quod mare incolit, vel quod ex mari est, inquit Valla. ut, Piscis marinus.
Æstus marini. Cic. 2. de Divin. 34.
Aqua. Plin. lib. 14. cap. 16.
Conchæ. Ovid. 15. Met. 264.
Di. Ovid. 13. Met. 964.
Fremitus. Virg. 2. Georg. 160.
Humores. Cic. 2. de Nat. Deor. 43.
Latex. Ovid. 3. de Pont. 1. 16.
Monstra. Virg. 7. Æn. 780.
Navis. Ulpian. in l. 1. §. navem. D. de exercit. action. conf. NAVIS.
Ostreæ. Plin. 10. 69.
Volucres. Ovid. 10. Epist. 123.

Marĭtĭmus, a, um. Adj. [παραθαλάσσιος, παράλιος] Quod mare accolit, vel quod ad mare est, vel quod ad mare fit, ut ait Valla. ut Ora, gens, bellum. Cic. 2. Att. 16. Quod extremum est, te in Arpinati videbimus, & hospitio agresti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempsisti.
Maritimus & Remotus e mari, contraria. Cic. in Partit. 36.
Alpes. Plin. lib. 8. cap. 39.
Domus. Liv. 27. 31.
Homines. Cic. 7. Verr. 68. Tamen homines maritimos non plane reformidat.
Moribus maritimis mecum experitur, &c. Plaut. Cist. 2. 1. 10. i. e. Periculum de me facit ejusmodi, cujusmodi quum mare jactatur variis fluctibus.
Oppida. Cæs. 3. Bell. Civil. 5.
Ora. Cic. 5. Tusc. 40.
Prælium. Gell. lib. 5. cap. 6.
Vita. Plaut. Bacchid. 2. 3. 108.
Maritimus, Quod maris est. Plaut. Rud. Prol. 69.
Increpui hibernum & fluctus movi maritimos. Cic. 5. Tusc. 40.
Quod multas naves in omnem oram maritimam dimisisset, &c. Idem 2. de Nat. Deor. 132. Æstus maritimi multum accedentes & recedentes.

Mărea, [Μαρεία] Lacus est Alexandriam a Meridie alluens, multis Nili fossis auctus: portum habens altero, qui ad mare est, multo utiliorem. Alio nomine dicitur Mareotis, ut testatur Strab. lib. 17.
Stephano item Marea oppidum est Mareotidi lacui adjacens.

Mărĕōtis, idis. [Μαρεῶτις] Lacus in Ægypto Straboni l. c. Plin. lib. 14. cap.

cap. 3. etiam asserit Mareotida partem Libyæ Ægypto conterminam appellari, & Mareotas, Populos in ea habitantes.
Mareotis etiam pars Epiri, in qua vinum optimum nascitur; unde Mareotides vites dictæ sunt, ut vult Colum. 3. 2.

MAREOTIS, Adj. forma patronym. f. Virg. 2. Georg. 91.
Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.

MAREŌTĬCUS, a, um. Adj. [μαρεωτικὸς] ut, Vites Mareoticæ. Columel. lib. 3. cap. 2.
Mareoticum, absolute, pro Vino quod ad Mareotidem Ægypti paludem nascitur. Hor. 1. Carm. 37. 14.
Mentemque lymphatam, Mareotico. Athen. lib. 1. δειπνοσοφ. scribit vinum Mareoticum esse Alexandrinum, a Marea fonte, qui in Alexandria est, & ab urbe ei fonti vicina ejusdem nominis, appellatum: eamque urbem fuisse olim maximam, nunc esse vicum: paucis verbis post, a Marone quodam, uno ex his qui cum Baccho militarunt, esse dictam.

MARGA, æ. f. [μάργα] Genus terræ in modum cretæ albæ, qua utuntur ad agros stercorandos. Plin. lib. 17. cap. 6.

MARGĂRĪDES, [μαργαρίδες] Palmæ sunt a margaritis nomen trahentes, quoniam & breves, & candidæ & rotundæ sunt, acinis quam balanis similiores. Plin. lib. 13. cap. 4.

MARGĀRĪTA, æ. f. [μαργαρίτης] Unio alias dicitur. Plin. lib. 9. cap. 35. Principium ergo, culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent. Ibid. 8. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, haud promptis rebus, in tantum ut nulli duo reperiantur indiscreti; unde nomen unionum Romanæ scilicet imposuere deliciæ. Plura ibidem.
Margaritæ, videntur nonnullis differre a Gemmis ob ea verba Ciceronis in 6. Verr. 1. Neque ullam gemmam, aut margaritam fuisse. Dicunt enim gemmas diversi coloris esse, margaritas tantum albas; vel gemmas integras, margaritas pertusas, ut vult Servius. Verum gemmæ, sunt veluti genus omnium pretiosorum lapidum; margaritæ autem species sunt, quas scilicet & uniones, & vulgo *perlas* dicimus. Porro margaritas inter ornamenta muliebria ponit Jurisconsult. in l. argumento. §. ornamentorum. D. de aur. & arg. leg. Ex Tiraquello.
Ornatus margaritarum insignis. Cic. in Orat. 78. [Penultimam vulgo producunt, & affertur versus in eam rem Mæcenatis. Nazianz. tamen corripuit, per Systolen.

MARGARĪTUM, i. n. [μαργαρίτης] Idem. Tacit. de vita Julii Agric. 12. Fere Britannia aurum & argentum & alia metalla gignit, & Oceanus margarita, sed suffusca & liventia.

MARGARITĀRIUS, i. m. Negotiator margaritarum. Apud Firmicum, lib. 4. cap. 6. Erunt, inquit, aut tinctores, aut margaritarii.

MARGARITĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [μαργαριτοφόρος] Ferens margaritas. Plin. lib. 32. cap. 11. Concharum genera inter quæ & margaritiferæ cochleæ.

MARGIANA, [μαργιανή] Regio Asiæ Majoris, inclytæ apricitatis, ut ait Solinus cap. 61. pr. ambitu stadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter arenosas solitudines, in qua Antiochus Antiochiam exstruxit, ut lib. 10. & 11. scribit Strabo.

MARGO, ĭnis. c. [κρηπιδώ, λῶμα] Folii extremitas, inquit Perottus. Margo, Cujuslibet rei etiam extremitas dicitur; ut Ripa agri non culti. Ovid. 1. Met. 14. Longo margine dixit. Juven. 1. Sat. 4.
— plena jam margine libri. Ubi Schol. Vet. Notandum Marginem feminino genere dici, cum Ovidius masculino dixerit.
Extremo in margine rasa littera. Ovid. 1. Amor. 11. 12.
Margo conchæ. Plin. lib. 9. cap. 33.
Testudinis. Plin. lib. 9. cap. 10.
Fluminis. Varr. 3. de R. R. cap. 5.
Gramineus margo fontis. Ovid. 3. Met. 162.
Ripæ. Ovid. 1. Met. 729.
Terrarum. Ovid. 1. Met. 14.
Margines imperii. Plin. lib. 12. cap. 20.
Continere marginibus. Quintil. lib. 1. cap. 1.

MARGĬNO, āre. Munire margine. Liv. 41. 27. Censores vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substernendas, marginandasque primi omnium locaverunt.

MARGINĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. [λῶμα ἔχων] ut, Marginata tabula, Quæ marginem habet latissimum. Plin. lib. 35. cap. 12.

MARGOPOLIS, Titulus erat Satiræ Varronis, insaniam ex professo civitatis in comitiis & magistratibus furentis, & honorum studio & ambitione luxuque & ingluvie perditæ & insanæ, acerrime notans. Ex ea citantur nonnulla in quibusdam auctoribus. Annotavit Turneb. Al. Marcopolis.

MARGUS, [μάργος] Asiæ fluvius, quem Ptolemæus lib. 6. cap. 10. duobus montibus Seraphiis descendere tradit, & per Massagetes, qui Margianis vicini sunt, ac Dorbicas in Oxum amnem deferri.

MĂRĬA, [μαριὰμ] femininum est a nomine Marius; & accentum in antepenultima habet; nam penultimam habet correptam. Claud. de Nupt. Hon. 11.
Præparat & pulchros Maria, sed luce minores
Eligit ornatus. Pro Deipara virgine vult Valla Mariam nominativo casu legi, quemadmodum Abraham, indeclinabile, & accentu in ultima. Sane apud Lucam 1. 27. ubi legimus, Et nomen virginis Maria; Græci codices habent μαριὰμ, voce & accentu Hebræo, ut annotavit Erasmus. Invenitur nihilo secius & Mariæ in genitivo, sed tunc Latina, dictio a nominativo Maria. Hebræi *Mirjam* dicunt duabus utique syllabis, ut Exodi cap. 15. de Aaronis sorore prophetissa. Nos J consonantem vertimus in vocalem.

MARIABA, [μαριάβα] Metropolis Sabæorum est. Strabo lib. 16. Hos sequuntur Sabæi, quorum metropolis est Mariaba.

MĂRIANDȲNI, [μαριανδυνοὶ] Bithyniæ populi juxta Pontum. Valer. 4. Argon. 171.
Et Mariandynûm patrias penetravit ad urbes.
Mariandynorum Regio sita est in Minori Asia, Bithyniæ contermina; ubi Hercules Cerberum canem tricipitem devicit, quem ferunt virus evomuisse, eamque regionem infecisse.

MARIĀNUS, Ptolem. lib. 2. cap. 4. Hispaniæ Bæticæ mons, vulgo *Sierra Morena*; saltus Castulonensis.

MARIĀNUS, a, um. Adj a Mario. V. MARIUS.

MĂRĪCA, [μαρίκη] Dea est litoris Minturnensium. Hor. 3. Carm. 17. 7.
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Litoribus tenuisse Lirim. Virg. 7. Æn. 47.
Hunc Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus. Ea Circe erat, interprete Lactantio, Inst. 1. 21. cujus verba sunt, Nam & Romulus post mortem Quirinus dictus est, Leda Nemesis, & Circe Marica. Claud. Conf. Prob. 259.
— flavæque tenens querceta Maricæ
Liris.

MARIDŪNUM, i. n. [μαρίδουνον] Britanniæ insulæ urbs, ut scribit Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vulgo *Caermarthen*.

MĀRĪLA, æ. f. [μαρίλη] Languidus ignis dicitur: item Pulvis, ac carbonum tenuissima. Unde illud, Faber fumo oppletus & marila. Cæl. lib. 26. cap. 16. Lat. Favilla.

MARINUS, a, um. Adj. V. MARE.

MARO, ōnis. m. Piscis in Danubio, porculo marino similis. Plin. 9. 15.

MARIŌNIS, [Μαριωνὶς] Germaniæ civitas ad Albim, Ptolem. lib. 2. cap. 11. Vulgo *Lauenburg*.
Marionis, altera Germaniæ civitas, Ptolemæo auctore lib. 2. cap. 11. Vulgo *Swerin*. Al. *Wismar*.

MARIS, [μάρις] Fluvius Agathyrsorum in Istrum fluens. Herod. lib. 4.

MARIS, [μάρις] idis. m. Mensura est sex capiens cotylas, sive heminas sex. V. Cæl. lib. 26. cap. 16. & Henr. Steph. Thes. Gr.

MĀRISCA, æ. f. [σῦκον ἄχυλον] Ficus insipida dicitur. Plin. lib. 15. cap. 18. Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito.
Mariscas quidam dicunt esse Ficus, quæ præ pinguedine aperiuntur, semenque ostentant. Columel. lib. 10. 416.
Purpureæque chelidoniæ, vilesque mariscæ. Martial. 11. 19.
Non boletus biare, non mariscæ
Ridere, aut violæ patere possunt.
Fatuæ mariscæ. Martial. lib 7. 24.
Marisca, [σῦκον] Genus morbi, ad similitudinem fici. Juven. 2. Sat. 31.
Cæduntur tumidæ, medico ridenta, mariscæ.

MARISCUM, i. n. vel MARISCUS, i. m. Genus junci. Plin. lib. 21. cap. 18.

MARITIMUS, V. MARE.

MĂRĪTUS, i. m. [ἀνὴρ, ἀκοίτης, γαμέτης, πόσις] Uxoris conjux, qui & Vir. Plaut. Cas. 5. 4. 5. Quid agis tu marite, mi vir? &c.
Maritum esse & Nubere, correlativa. Cic. 1. de Invent. 52. Multo maxime requiretis, & tu ut maritus sis quam optimæ mulieris, & hæc ut quam optimo viro nupta sit.
Ignara puella mariti, Virgo. Hor. 2. Epist. 1. 132.
Sororis maritus. Cic. pro Rabir. 8.
Jura violata mariti. Ovid. 2. de Arte Am. 381.
Durus. Ovid. 4. Epist. 141.
Juvenis. Hor. 3. Carm. 11. 37.
Novus. Plaut. Cas. 4. 2. 4.
Nam novum maritum, & novam nuptam volo
Rus prosequi.
Protervus. Hor. 3. Carm. 11. 12.
Captare maritos. Catul. 59. 55.
Colere maritum. Martial. lib. 7. 22.
Somno maritorum insidiari. Cic. 1. in Catil. 26.
Maritum esse, vel fieri. Plaut. Cas. 2. 4. 11. Plin. 7. Epist. 24. ad Geminium, Intra quartum & vicesimum annum maritus; & si deus adnuisset, pater.
Maritus, de gallinaceo. Columel. lib. 8. cap. 5. Rarior est in his avibus maritis bonitas.
Olentis uxores mariti, i. e. Capræ. Hor. 1. Carm. 17. 7. conf. VIR.
Vitis ulmo conjuncta marito. Catul. 60. 54. V. MARITUS, Adj.

MARĪTA, æ. f. Uxor. Ovid. 12. Epist. 175.
Forsitan & stultæ dum te jactare maritæ
Quæris. i. e. Uxori. Hor. Epod. 8. 13.
Nec sit marita, quæ rotundioribus
Onusta baccis ambulet.
Castæ maritæ. Ovid. 2. Fast. 139.
Tu rapis; hic castas duce se jubet esse maritas.

MARĪTUS, a, um. Adj. ut
Maritæ domus. Liv. 27. 31. Vagabatur enim cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctesque. i. e. Per domos maritorum adulterium committebat cum maritis mulieribus.
Faces maritæ. Ovid. 11. Epist. 101.
Fides marita. Propert. 4. 3. 11.
Fœdus maritum. Ovid. 3. de Pont. 1. 73. h. e. Maritale.
Pecunia. Plaut. Epid. 2. 1. 11.
— pulchra
Edepol dos pecunia est. P. quæ quidem
Edepol est non marita. Quasi dicat, Fateor pecuniam esse pulchram dotem; sed eam pecuniam quæ non sit uxori conjuncta; id est dummodo extra matrimonium habeatur. Al. Non maritata est.
Maritæ arbores dicuntur, Ad quas vites aut alia id genus applicantur, quasque suis claviculis complectuntur. Plin. lib. 14. cap. 1. Columel. lib. 11. cap. 2. Vel si quæ in agris aut vepribus singulares maritæ a putatoribus relictæ sunt.
Maritum olivetum. Columel. lib. 3. cap. 11.

MARĪTĀLIS, e. Adj. [γαμικὸς] Columel. lib. 12. in procemio, Maritale conjugium.
Capistrum maritale. Juven. 6. Sat. 43.
Stulta maritali jam porrigit ora capistro.
Vestis. Ovid. 2. de Arte Am. 258.

MARĪTO, [συνοικίζω] āre. Locare in matrimonium. Suet. in August. Vesp. cap. 14. Vitellii, hostis sui, filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam, & instruxit. Tacit. 12. Ann. 6. Capto rursus initio, quando maritandum principem cuncti suaderent, deligi oportere feminam, nobilitate, puerperiis, sanctimonia insignem.
Maritari etiam dicuntur canes. Varr. 2. de R. R. cap. 9. Tum enim dicuntur catulire, id est, ostendere se velle maritari.
Maritari, Prægnantem fieri. Solin. cap. 36. In proximis Ulyssipponia equæ lasciviunt mira fecunditate. Nam spirante Favonio vento concipiunt, & sitientes viros aurarum spiritu maritantur.

Mari-

Maritare, de arboribus etiam dicitur, & vitibus. Columel. lib. 4. cap. 22. Qui possint vel sua maritare statumina; vel si qua sunt vidua, in propinquo propaginibus vestire. Idem lib. 5. cap. 6. Si teneram ulmum maritaveris, novam sufferet; si vetustam vitem applicueris, conjugem necabit.
Populos maritare. Hor. Epod. 2. 10.
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos.

Marius. Maria gens Romæ plebeia fuit, ex qua C. Marius municeps Arpinas, humili atque obscuro loco natus, nulla majorum commendatione, amplissimos honores est consequutus. Contigit illi ut duabus in Ædilitate acceptis repulsis, septies tamen Consul summo populi studio crearetur. Vir, quem neque propter dignitatem laudare satis quisquam commode, neque propter crudelitatem abunde vituperare potest. Nemo unquam tanto metu & periculo Remp. liberavit, nemo majori calamitate eandem affecit. Qui enim gladios Cimbrorum & Teutonum in remp. districtos a jugulis civium rejeceret, qui faces jam accensas ad urbis excidium extinxerat: qui urbem & Italiam ex ore atque faucibus hostium eripuerat, primus in remp. gladium distrinxit, primus sceleratas faces patriæ intulit. Justas ergo & debitas pœnas Reip. persolvit, cum armis Sullanis urbe ejectus, in Minturnensium paludibus latuit, terra marique jactatus, in oris Africæ desertissimis jacuit; reduxque senex, hostis adventum metuens, voluntaria morte decessit. C. Marius, ejus filius, non ita multis post annis in cuniculis Præneste trucidatus, memoriaque simul & nominis & generis interiit.
Marii multi fuerunt, de quibus Virg. 2. Georg. 169.
— Volscosque verutos
Extulit; hæc Decios, Marios, magnosque Camillos. [Ita quidem Serv. sed nugatur more suo, quum poeta unum illum VII. COS. Marium intelligi velit. Propter emphasin autem plurali numero dixit, ut seq. Magnosque Camillos. Nam unum fuisse rursus falso dicit Servius, quum duo fuerint, L. & M. Dictatores ambo, & meritis in remp. clariss. Nihil autem hac numeri heterosi frequentius. Sensus est Extulit tales viros, ac fuerunt Decii pater & filius, C. Marius pater, & Camillus uterque. Ceterum Marios plures commemorat Volaterranus in Anthropolog. lib. 17. p. 391. quibus addere & alios liceret, nisi ab instituto nostro alienum esset.
μάριος· στρατηγὸς Dio 319. in fine. H. St.

Mariānus, a, um. Adj. [Μαριανὸς] Cic. 3. de Lege Agrar. 7. Quid ergo sit Marianus Trib. pleb. qui nos Sullanos in invidiam rapit? Propert. lib. 3. 3. 43. Marianum signum.
Muli Mariani. V. MULUS.
Quercus. Cic. 1. de Legib. 2.

Mariana Colonia, Corsicæ insulæ civitas, ita dicta a C. Mario septies Consule, qui eo coloniam deduxit. Auctor Plin. lib. 3. cap. 6.

Marianæ fossæ, Narbonensis provinciæ oppidum est, quod hodie *Aquas mortuas* vocant; ita dictum a vicina fossa a C. Mario ad mare usque ducta. V. Ptolem. lib. 2. cap. 10. Plin. lib. 3. cap. 4. & Strab. lib. 4.

Marium, [Μάριον] teste Stephan. Urbs fuit Cypri, quæ mutato nomine postea Arsinoe est vocata. Catull. 34. 12. masculine protulit his verbis,
Quæ sanctum Idalium Uriosque apertos. In Arsinoe autem Veneris erat templum & lucus. Sed & Plin. lib. 5. cap. 31. Marium cum Idalio conjungit. Quod autem Arsinoem a Mario separat, a Stephano non discrepat. Nam, ut Strabo narrat, duplex est Arsinoe in Cypro. Hæc Turneb. 24. 44. Sed V. Is. Voss. ad Catull.

Marmărĭca, [Μαρμαρικὴ] Regio Ægypto & Libyæ vicina, auctore Ptolem. lib. 4. cap. 5. Hodie *Barcha*.
Populi Marmarici. Sil. lib. 3. 687. Hinc

Marmărĭdæ, [Μαρμαρίδαι] teste Plinio 5. 5. Populi sunt Africæ, Ægypto contermini, qui & usque ad majorem Syrtim protenduntur.
Phalanx Marmaridum. Sil. lib. 5. 184.
Marmaridæ Psylli. Lucan. lib. 9. 893.
Marmaridæ medicum vulgus. Sil. lib. 3. 300. V. PSYLLI.

Marmărītis, idis. f. [μαρμαρῖτις] Herba, de qua Plin. lib. 24. cap. 17. Aglaophotin herbam, quæ admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiæ nascentem, Persico latere. Qua de causa & marmaritin vocari. Magos utique ea uti, quum velint deos evocare.

Marmax, ăcis. m. [Μάρμαξ] Unus fuit ex procis Hippodamiæ, omniumque primus ab OEnomao necatus, cujus equas tradunt vocatas Partheniam & Eripham, quas quum item jugulasset OEnomaus, jussit sepeliri: a Parthenia vero impositum fluvio nomen. Refert Cæl. lib. 21. cap. 22.

Marmessus, Mars est, Romanorum lingua, sic Lycophronis interpres. Barbarus autem hic, inquit, haud contentus aliis, etiam Romane scribit. Nam Romani & Itallaces Marmessum dicunt, sicuti memorant Diodor. vel Dion. Hæc ille. [Immo Mamertus vel Mamercus. V. Hesych. Fest. Turbat hic Cælius, cujus hæc verba sunt ex 6. 17.

Marmor, ŏris. n. [μάρμαρος] Genus lapidis, cujus diversæ sunt species. V. Plin. lib. 36. Marmoris nomen hinc ductum est, quod politum nitet. μαρμαίρω enim est splendeo; hinc μάρμαρος, id est marmor.
Nitor marmorum. V. NITEO.
Templum de marmore. Virg. 4. Æn. 457.
Candens marmor. Lucret. lib. 2. 766.
Desormata prima manu. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Incisa notis. Hor. 4. Carm. 8. 13.
Læve. Virg. 7. Ecl. 31.
Mygdonium. Ovid. 15. Epist. 142.
Numidicum. In NUMIDIA.
Parium marmor mallem rude. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Solido de marmore templa. Virg. 6. Æn. 69.
Expolire marmor. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Incidere in marmor. V. INCIDO.
Nobilitatur marmore Praxitelca. In NOBILIS.
Simulacrum e marmore. Cic. pro Domo, 111.
Secare marmora. Hor. 2. Carm. 18. 17.
Marmor pro Æquore posuerunt Poetæ. Virg. 7. Æn. 28. & passim.

Marmŏrĕus, a, um. Adj. [μαρμάρεος] Quod ex marmore est. Plin. lib. 31. cap. 2. Varro auctor est, Titium quendam Prætura functum, marmorei signi faciem habuisse propter id vitium.
Columnæ. Cic. pro Domo 6.
Domus. Tibul. 3. 2. 22.
Opus. Ovid. 4. Met. 674.
Pavimenta. Cic. 2. de Legib. 2. Tessellata e marmore intelligit.
Signum. Cic. 6. Verr. 8.
Sola. Cic. in Parad. 6. V. Pavimenta, paulo supra.
Tecta. Cic. in Parad. 8.
Marmoreus, Marmori similis, ut
Æquor marmoreum. Virg. 6. Æn. 729.
Candor. Lucret. lib. 2. 764.
Cervix. Virg. 4. Georg. 523.
Collum. Ovid. 4. Fast. 135.
Gelu, Rigidum. Ovid. 4. Fast. 918.
Palmæ. Ovid. 3. Met. 481.
Pedes. Ovid. 2. Amor. 11. 15.
Pollex. Ovid. 13. Met. 746.

Marmorōsus, a, um. [μαρμαρώδης] aliud Adj. Quod marmoream formam vel materiem habet. Plin. lib. 35. cap. 6. Fit & Romæ cremato sile marmoroso & restincto aceto. V. eund. 33. 12. extr.

Marmorarius, i. m. Qui marmora vel secat vel polit. Senec. Epist. 89. Non enim adducor, ut in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis quam statuarios, marmorarios, aut ceteros luxuriæ ministros. Firmic. lib. 8. cap. 19. [Adj. est, & subauditur Faber, quod Sen. Ep. 90. adjecit: Posse nos habitare, sine marmorario fabro.

Marmŏro, āre. Marmore incrustare. Lamprid. Alexand. cap. 25. & Inscript. apud Gruter. p. 129. Hinc

Marmorātus, a, um. Partic. [μαρμαρωτὸς] Quod superficiem tantum ex marmore habet. Varr. 1. de R. R. cap. 57. Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi. Stat. 4. Silv. 3. 96.
— pariterque se levarat
Ingenti plaga marmorata dorso.

Marmoratum, i. n. Cæmenti genus, Quod est ex marmore, luto, & calce factum. Varr. lib. 3. de R. R. cap. 7. Intrinsecus quam lævissimo marmorato toti parietes ac cameræ oblinuntur, & extrinsecus circum fenestras, ne mus aut lacerta qua adrepere ad columbaria possit. Et Plin. lib. 36. cap. 23. Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohæreat.

Marmorātio, ōnis. f. [μαρμάρωσις] Ex marmore constructio. Apul. lib. 3. Flor. p. 359. Elmenh. Non pavimenti marmoratio, nec proscenii contabulatio, &c.

Marnas, [Μαρνᾶς] Jupiter dictus, & hoc nomine Gazæ cultus fuit: quæ vox Cretensibus indicat Virginem. Hieronym. Gazæ Marnas luget inclusus. Meminit idem auctor in Enarrationibus in Esaiam & Steph. in Γάζα. V. Seld. de Diis Syr. Synt. 2. cap. 1.

Măro, ōnis. [Μάρων] ut quidam volunt, Opifex figulus: sive ut plures, Magi cujusdam viatoris mercenarius: pater P. Virgilii, cui etiam Maronis mansit cognomen.
Altisoni Maronis carmina. Juven. 11. Sat. 178.
Torvus Maro. Stat. 5. Silv. 3. 63.
Maro, item Optimus vinitor fuit, comes expeditionum Osiridis, quem ætate provectum, ut Diodor. scribit, in Thracia reliquit, Maroneæque conditor urbis fuit. De hoc forsan intelligi possit illud Propertii, 2. 30. 38.
Flumina sopito quæque Marone cadunt. Turneb. 7. 26. Verius Scaliger de Marone Peloponnesi fluvio. V. Broeckh. not.

Marōnēus, a, um. [Μαρώνειος] Adj. a Marone. Stat. 4. Silv. 4. 54.
Litus, ubi Ausonio se condidit hospita portu
Parthenope, tenues ignavo pollice chordas
Pulso, Maroneique sedens in margine templi
Sumo animum, & magni tumulis accanto magistri.

Mărōnēa, [Μαρώνεια] Ciconum urbs vino laudata: cujus meminit Homer. Iliad. 4. 197. seq. Hinc

Maronæus, a, um. [Μαρωναῖος] Adj. ut, Maronæus Bacchus, i. e. Vinum ex Maronea urbe. Tibull. lib. 4. 1. 57. Adde Plin. 14. 4. & Steph.

Marpēsus, [Μάρπησσα] Mons in Paro insula, a quo Marpesiam cautem, lapidem Parium, dixit Virg. 6. Æn. 471. Serv.

Marphadates, [Μαρφαδάτης] fuit Cappadociæ regulus, ad quem quum filius Catonis Uticensis divertisset, uxorem ejus quam Psychen appellabat, corrupit: unde exiit jocus, Porcius & Marphadates φίλοι δύο, ψυχὴ μία, id est, amici duo, anima una. Item, generosus & illustris Cato βασιλικὸς ψυχὴν ἔχει: erat enim rex Marphadates. Refert Plutarch. in vita Catonis extr. & post eum Cæl. lib. 24. cap. 9.

Marpissa, [Μάρπησσα] fuit, teste Homer. lib. 9. Iliad. Eveni filia, & speciosa inter paucas nympha: quæ quum raperetur ab Apolline, ejus vir Idas arcu, sagittisque sumptis, Apollinem invadere non dubitavit. Quam, postquam rapta est, parentes Halcyonem cognominaverunt: quod mater eam domi deflebat sortita luctuosum ac flebile Halcyonis fatum.

Marra, Instrumentum ferreum ad excidendas herbas. Columel. 10. 72.
Tu penitus marris eradere viscera matris
Ne dubita. Juven. Sat. 3. 311.
— ne marræ & sarcula desint. Plin. lib. 18. cap. 16. V. etiam Plin. 9. 15. ex emendatione Harduini.

Marrhes, [Μάρρης] fuit Ægypti rex, qui cornicem impendio mitem ac prorsum habuit cicurem, educationis solertiore cura eo provectam insuefactamque, ut pterophori cursarisque vice fungeretur. Quo enim concupisset altor, ceu rationis plane compos, epistolas deferebat, commonita noscens callide, qua transvolandum, quove dirigendus impetus, ac ubi sidendum foret, interquiescendumve. Quamobrem obsequio miti adeo, ac nullius stipendii indiga & utcunque parato, quum obiisset, digna a rege habita est, quæ sepulcro statuaque honoraretur, propagandæ in ævum longius facti tam inopinabilis, rarenterque auditi. Hæc Cæl. Rhodig. lib. 25. cap. 28. ex Græcorum monumentis.

Marrŭbii, vel Marruvii, [Μαρρούιοι] Populi fuerunt Italiæ, circa Fucinum lacum habitantes, sic dicti vel a rege Marrubio, vel quod circa mare habitent. Virg. 7. Æn. 750.
Quin & Marrubia venit de gente sacerdos.

Marrŭbium, vel Marrŭvium, [Μαρρούιον Strab.] ejusdem populi oppidum, Caput Marsorum. V. Plin. lib. 3. 12. Sil. 8. 500.

Marrŭbium, i. n. [πράσιον] Plin. lib. 20. cap. 22. Marrubium plerique inter primas herbas commendavere, quod Græci prasion vocant, alii linostrophon, nonnulli philopeda aut philochares, notius quam ut indicandum sit. Hujus folia semenque contrita prosunt contra serpentes, pectorum & lateris dolores, tussim veterem.

Marrucini, [Μαῤῥουκῖνοι] Italiæ Populi, quorum meminit Strabo lib. 5. Plin. lib. 15. cap. 19. Græcis simplici ρ scribitur.
Domus Marrucina. Sil. lib. 17. 454.
Gens Marrucina. Sil. lib. 15. 564.
Montes. Stat. 4. Silv. 4. 86.
Pubes. Sil. 8. 521.

Mars, Martis m. [Ἄρης, Ἐνυάλιος] Deus belli: dictus quod maribus in bello præsit, sive quod a Sabinis acceptus est, apud quos Mamers vocatur: a poetis Mavors, quod magna vertat, per epenthesim dicitur.
Arma horrentia Martis. Virg. 1. Æn. 4.
Opus grave Martis. Virg. 8. Æn. 516.
Belliger. Senec. Hippol. 6.
Dubius mediis Mars errat in armis. Virg. 2. Georg. 283.
Duri Martis arma. Virg. 10. Ecl. 44.
Indomitus. Virg. 2. Æn. 440.
Noster Mars. Virg. 12. Æn. 187.
Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem. Mars illorum esse videtur, quibus favet, qui victoriam obtinent, ut e contrario non videtur esse illorum quibus adversatur, quique vincuntur. Sensus igitur est hujus carminis, Si Mars nobis faverit, victoriamque dederit. Hæc ideo adscripsi, quod non satis accommodate explicata a Servio viderem. Monuit Turnebus.
Torvus. Hor. 1. Carm. 28. 17.
Mars varius, pro ipso Bello. Quintil. lib 8. cap. 6. Vario Marte pugnatum, eruditus est sermo. [In hoc exemplo, similibusque aliis, Mars non tam Bellum ipsum, quam Belli casum, seu Fortunam denotat. Sic Mars Communis, Dubius, Æquus, Anceps, Incertus, Noster, Par &c. Liv. 37. 45. Quum communis Mars & incertus belli eventus esset.
Amantes Martis Iberi. Sil lib. 16. 106.
Rigidi certamina Martis. Ovid. 8. Met. 20.
Anceps Mars. Liv. lib. 1.
Aperti copia Martis nulla fuit. Ovid. 13. Met. 208.
Cæco Marte resistunt, Prælio nocturno. Virg. 2. Æn. 335.
Cruentus. Hor. 2. Carm. 14. 13.
Ferox. Ovid. 13. Met. 11. — quantumque ego Marte feroci Inque acie valeo, tantum valet iste loquendo.
Impius. Virg. 1. Georg. 511.
Incertus. Tacit. 4. Hist. 35. Pugnatum longo agmine, & incerto Marte, donec prælium nox dirimeret.
Sanguineus. Ovid. Rem. Amor. 153.
Accendere Martem cantu. Virg. 6. Æn. 165.
Acuere Martem. V. acuo.
Cadere suo Marte. Ovid. 3. Met. 123. i. e. Civili bello.
Invadunt Martem clypeis, atque ære sonoro. Virg. 12. Æn. 712.
Insano Marte petere urbem. Claud. de Bell. Get. 507.
Collato Marte, & eminus pugnare. V. eminus.
Tentare novum Martem. Sil. lib. 15. 360.
Mars communis. Hoc dicto, Incertum ac varium belli eventum notabant veteres. Cic. 10. Philip. 20. Sed ut concedam incertos exitus esse belli, Martem communem: tamen pro libertate, vitæ periculo decernendum. V. Mars varius, supra.
Nostro Marte rem aliquam peragere dicimur, quoties nostropte ingenio, propriisque viribus, aut etiam nostro periculo eam rem peragimus. Cic. 3. Off. 34. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed ut dicitur, nostro Marte. Ex Erasmo.
Forensis Mars, Eloquentia. Ovid. 4. de Pont. 6. 29.
Stella Martis quatuor & viginti mensibus, sex diebus minus, lustrat orbem. Cic. 2. de Nat. Deor. 54.
Rapax. Propert. lib. 4. 1. 83. De stella Martis.
Mars Silvanus, cultus olim & celebratus fuit a rusticis. Cato R. R. cap. 83. Marti Silvano in silva interdius.

Marspiter, [Ἄρης πατὴρ] Martis pater; sicut Diespiter, Diei pater; teste Varr. L. L. 8. 46. & Gell. lib. 5. cap. 12.

Māvors, ortis. [Ἄρης] (inquit Servius) per epenthesim Mars dicitur: ut Navita, pro Nauta. [Forte potius ex Mavors Mars, ut Chors ex Cohors contr.] Ovid. 3. Fast. 171.
Sic ego; sic posita dixit mihi casside Mavors. Dictus est porro Mavors, quod magna verteret. Auctor Cic. 2. de Nat. Deor. 62.
Armipotens Mavors. Lucret. lib. 1. 33.
Fortissimus. Ovid. 2. de Arte Am. 586.
Furibundus. Senec. Thyest. 7.
Inclytus. Virg. 12. Æn. 179.
Rigidus. Stat. 5. Silv. 2. 128.
Sævus. Sil. lib. 7. 705.
Sanguineus. Virg. 12. Æn. 332.

Mavortius, a, um. Adj. [Ἀρήϊος] ut, Cuspis Mavortia. Stat. 9. Theb. 838.
Ætas. Claud. de Bell. Get. 35.
Facta. Sil. lib. 1. 55.
Mœnia. Virg. 1. Æn. 280.
Terra. Virg. 3. Æn. 13.

Martius, a, um. Adj. [Ἀρήϊος, Ἄρειος] Ad Martem pertinens: ut, Martia avis, Picus Marti dicata. Ovid. 3. Fast. 37.
Bella. Ovid. 3. Fast. 232.
Canor Martius rauci æris. Virg. 4. Georg. 71.
Castra. Tibull. 1. 2. 70.
Certamen. Hor. 4. Carm. 14. 17.
Hortor. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 147.
Miles. Ovid. 14. Met. 798.
Vulnera. Virg. 7. Æn. 182.
Campus Martius. Liv. 2. 5. Ager Tarquiniorum, qui inter urbem & Tiberim erat consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. & Cic. pro Rabir. 11.
Legio Martia. Cic. 4. Philip. 5. Quid legio Martia, quæ mihi videtur divinitus ab eo deo traxisse nomen, a quo Pop. Romanum generatum accepimus, &c.

Martius [Μάρτιος, πυῤῥοφορίων] dictus est primus mensis anni veteris: quoniam Romulus primum anni mensem genitori suo dicavit. Apud Ovid. 3. Fast. 75. Martem alloquens,
A te principium Romano ducimus anno, &c. Plin. lib. 11. cap. 3. Differantur in Martium mensem callosæ.
Martiæ Calendæ. Cic. 4. Att. 5. Sic Nonæ & Idus, Adjective.

Martiālis, e. Adj. [Ἄρειος] Qui natus est sub Marte stella: Vel qui Marti servit. Cic. pro A. Cluent. 43. Martiales quidam Larini appellabantur ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinarium consecrati.
Flamen Martialis. Cic. de Arusp. Resp. 12.
Lupi Martiales. Hor. 1. Carm. 17. 9.

Martiānus, a, um. Adj. [Μαρτιανὸς] ut, Fœdus Martianum. Cic. pro Corn. Balb. 39. Qui & veterem illam speciem fœderis Martiani, semper omni sanctiorem Marte duxerunt. Sed rectius Marciani & omni arce legitur. V. not. Græv.

Marticŏla, æ. c. [Ἀρειολάτρης] Qui Martem colit. Ovid. 5. Trist. 3. 22.
Nec patria est habitata tibi, sed adusque nivosum
Strymona venisti, Marticolamque Geten.

Marticultor, ōris. m. Qui Martem colit. Inscript. vet. apud Gruter. LV. 10.

Martigĕna, æ. c. [Ἀρειογενὴς] Qui est ex Marte natus. Ovid. 3. Amor. 4. 39.
In qua Martigenæ non sunt sine crimine nati,
Romulus Iliades, Iliadesque Remus.
Quirinus Martigena. Ovid. 1. Fast. 199. V. Plaut. Amphit. 4. 3. 14.

Marsus, i. m. Circes filius, a quo Marsi, quibus vi quadam genitali datum est, ut serpentium virulentorum domitores sint: & incantationibus, herbarumque succis faciant medelarum miracula. Refert Gell. lib. 16. cap. 11. Adde Sil. Ital. 8. 496. & Cellar. not. Plin. 26. 4: 28 2. & 3. Arnob. 2. p. 66. Sunt autem

Marsi, [Μάρσοι] Populi in Italia ultra Picenum Samnites versus, a Marso Circes filio, a quo originem duxerant, dicti. Cic. pro Domo, 116. Qui in Marsis natus est, &c. Plin. lib. 7. cap. 2. Et in proœm. lib. 25. Bellicosissima gens. Unde Proverb. Οὔτε κατὰ Μάρσων, οὔτε ἄνευ Μάρσων γενέσθαι θρίαμβον. App. bell. civilium lib. 1. p. 178. in fine. Nam videtur esse proverbium. H. St. quod adjecta verba λεγόμενον αἰνίττεται declarant. Marsi, Populus alius in Scythia, ut ait Herod. lib. 4.

Marsus, a, um. Adj. [Μαρσικὸς] ut, Nænia Marsa. Hor. Epod. 17. 29. & Cantus Marsi, Magici. Ovid. de Medic. faciei, 39. Fuit enim & incantamentis hæc natio infamis.
Duellum. Hor. 3. Carm. 14. 18.
Et cadum Marsi memorem duelli. Dictum est autem Marsicum bellum (inquit Strabo lib. 5.) ab iis qui defectionis illius auctores fuerunt, maximeque a Pompædio Marsorum duce. Quanquam initium belli a Picentibus natum esse tradit Livii Epitome lib. 72. quibuscum una defecerant a populo Romano Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani. Cujus defectionis causa ex eo nata est, quod quum se communione civitatis ac libertatis cum populo Romano conjungi postulassent, a Senatu, populoque Romano id non obtinuerant. Annotavit Lambinus.
Nives. Stat. 1. Silv. 4. 26.
Voces. Hor. Epod. 5. 76.

Marsicus, a, um. aliud Adj. [Μαρσικὸς] ut, Bellum Marsicum. Cic. 2. de Lege Agr. 89. Multæ in hac Repub. seditiones domesticæ, quas prætermitto, bella cum sociis, Fregellanum, Marsicum; quibus omnibus, &c. Marsica vina, & Marsica cepa. Columel. lib. 12. cap. 10. Et lib. 2. cap. 9. Marsicæ fabæ. Nam Massica sunt e Massicis montibus.

Marsūpium, i. n. [Μαρσύπιον] Sacculus nummarius; hoc est in quo nummi reconduntur. Plaut. Epid. 2. 2. 2.
— acutum cultrum habeo, senis qui exenterem
Marsupium. Varr. de R. R. lib. 3. cap. 17. Magis ad oculos pertinent, quam ad vesicam; & potius marsupium domini exinaniunt, quam replent.
Nummatum marsupium. V. nummus.
Inspicere marsupium. V. inspicio.

Marsya, vel Marsyas, æ. m. [Μαρσύας] Phryx tibicen, qui tibiis a Minerva primum inventis, deinde abjectis, cum Apolline certavit, a quo victus & excoriatus est. Ovid. 6. Fast. 707.
Provocat & Phœbum, Phœbo superante pependit;
Cæsa recesserunt a cute membra sua. Fuit ejus statua in foro Romano, pro Rostris, ubi convenire solebant causidici, ibidemque vadimonia sistebant. Hor. 1. Serm. 6. 120.
— non sollicitus mihi quod cras
Surgendum sit mane, obeundus Marsya, &c. V. Schol. vet.
Marsyas Peleus, historicus, nutritus una cum Alexandro Magno. Scripsit res Macedonicas libris decem a primo rege usque ad Alexandrum. De rebus Atticis libros duodecim.
Marsyas Philippeus, item historicus.
Marsyas Tabenus, qui scripsit de Tranquillitate libros 12. Fabulosa libris septem, & quædam alia de patria sua. Auctor Suidas.

Marsyas, sive Marsya, æ. m. [Μαρσύας] Fluvius Phrygiæ Apameam præterfluens; qui ex Nympharum lacrymis Marsyam deflentium crevit, ut est apud Ovidium 6. Met. 385. seqq. Hujus meminit Claud. 2. in Eutrop. 265. his verbis,
Icarium pelagus, Mycaleaque litora juncti
Marsya Mæanderque petunt; sed Marsya velox
Dum fusus est, flexuque carens: jam flumine mistus
Mollitur, Mæandre, tuo, contraria passus
Quam Rhodano stimulatus Arar: quos inter aprica
Planities, Cereique favet, densisque ligatur
Vitibus, & glaucos fructus attollit olivæ. conf. Curt. 3. 1. Ad. de Liv. 38. 13.
Fuit item hujus nominis Syriæ fluvius, in Orontem juxta urbem Apameam item defluens. V. Cellar. Geogr. Antiq. 3. 12. 11.

Martellus, V. martulus.

Martes, is. f. Animal notum e genere mustellino, cujus pellis magno habetur in pretio. Martial. 10. 37. ad Maternum,
Venator capta marte superbus adest.

Martia, Martialis, Martianus, Marticola, Martigena, Martius. V. mars, & marcius.

Martialis, Cognomen Ro. M. Valerius Martialis, [Οὐαλέριος Μαρτιάλιος] in Hispania Bilbili nobili Celtiberiæ oppido natus est, patre Frontone, matre Flaccilla. Venit in urbem Romam studiorum gratia, tenuique

nuique fupellectile contentus, in litteris duntaxat verfatus eft. Hujus meminit & Plin ad Cornelium Prifcum lib. 3. Epift. 21. adfcribens verfus aliquot ipfius Martialis.

MARTIOBARBULI, lafcivia militari appellati funt Milites, qui plumbatas gerebant, quæ & Ipfæ etiam nomine Martiobarbuli vocatæ per ludum & jocum videntur effe, quod quum pifces in deliciis effent, in quibus numerantur barbi & barbuli, plumbatæ, quafi non convivii, fed Martis barbi effent & cibi, jculariter Martiobarbuli dici potuerint. Veget. de Re Mil. 1. 17. Plumbatarum quoque exercitatio, quas Martiobarbulos vocant, eft tradenda junioribus, &c. V. Turneb Adverf. 24. 11. & Stewec. In loc. Veget. Scribitur & Marciobarbuli, & Marzarbuli, tefte eodem. Perottus vocabulum peregrinum vocat, & corrupte Manobarbuli fcribit.

MARTŬLUS, a Plin. 7. 56. pro Malleo ufurpatur. Caper Grammaticus, Martulus, inquit, e Marte, non Marculus. [In Gloff. Lat. Gr. Marculum, σφυρίον σιδήρ. ibid. Marculus, Malleolus & Malleus, σφυρα σιδηρ. ἢ κέντρον. In Gr. Lat. autem σφυρίον Malleolus, κέντρον, Bactulum, & [illegible] Battuarium redditur. conf. MARCULUS.

MARTELLUS, i. m. Dimin Petron. cap. 57. Martellum de finu proferens. Alii Martiolum, vel Martulum, vel Marculum. [Hinc Gallica vox *Marteau*. V. quæ in Præfatione ad finem leguntur.

MARTYR, ўris. c. [μάρτυς] Latine Teftis dicitur. Quo factum eft, ut qui fanguinis fui pignore Chrifto divinitatis teftimonium dederunt, Martyres vocentur. V. Suiceri Thefaur. Ecclefiaft.

MARULLUS, Cognomen gentis Epidiæ plebejæ. C. Epidius Marullus, Tribun. plebis cum L. Cæfetio Flavo, coronam Cafaris Dictatoris ftatuis detraxit, eofque, qui primi Cæfarem regem falutaverant, in vincula duci juffit. Quemobrem Cæfar utrumque magiftratu privavit. Auctor Plutarch. In Cæfare. V. Suet. Jul. cap. 79.
Marullus item Poeta mimographus fub M. Aurelio Antonino principe apud Spartianum cap. 8 pr.
Pomponius item Marullus Grammaticus, Romæ profitebatur, fermonis Latini exactor moleftiffimus; quum ex oratione Tiberium reprehendiffet, affirmante Atrejo Capitone, Et effe illud Latinum, &, fi non effet, futurum certe jam inde. Mentitur (inquit) Capito; tu enim, Cæfar, civitatem dare potes hominibus, verbis non potes. Sueton. de Clar. Rhet. 22. Ubi tamen non Marullus, fed M. Pomponius Marcellus vocatur.

MARUM, i. n. [μάρον Diofc.] Herba eft furculofa, flore origani, fed odoratiore, foliifque multo candidioribus, quæ circa Magnefiam & Tralleis copiofa gignitur. Plin. quoque lib 12 cap. 24. in Ægypto marum nafci tradit, fed pejus quam Lydium, majoribus foliis, ac variis.

M A S

MAS, măris. m. [ἄῤῥην, ἀῤῥενικὸς, [illegible]] cui contrarium eft Femina. Cic. 2. de Nat. Deor. 128. Beftiæ aliæ mares, aliæ feminæ funt.
Admittere marem. In ADMITTO.
Intromittere mares in feminas. V. INTROMITTO.
Mutari in marem. In MUTO.
Parere marem. Ovid. 9. Met. 675.
Permittere maribus feminas. V. PERMITTO.
Vitellus mas. Hor. 2. Serm. 4. 14.
Animi mares. Hor. de Arte Poet. 402. Nam aliquando adjective fumitur pro Virili & forti. Apul. lib. 3. de Afino Aureo. p. 131. Elmenh. Heus pueri, inquit, quin maribus animis & viribus alacribus dormientes aggrediamur.

MASCŬLUS, i. m. [ἀνδρείκελον] diminut. inquit Feftus. Plaut. Cift. 4. 2. 39.
Bona femina, & malus mafculus volunt te. Liv. 31. 12. In Sabinis incertus infans natus, mafculus an femina effet.

MASCULUS, a, um. Adj. [ἀνδρικὸς, ἄῤῥην] pro Forti & vehementi aliquando accipitur, ut vult Non. 2. 557. Varro, Si non plus tefticulorum offenderis, quam in caftrato pecore in Apulia, vincor non effe mafculum ad rem.
Bilis. Perf. 5. Sat. 144.
— calido fub pectore mafcula bilis
Intumuit, quam non extinxerit urna cicutæ.
Proles Hor. 3. Carm 6. 73.
Sappho. Hor. 1. Epift. 19. 28.
Temperat Archilochi mufam pede mafcula Sappho. Mafculam intelligit, (quamvis quidam obfcœnius interpretentur,) Quæ tam audaci & virili animo fuerit, ut de Leucade petra præcipitem dare fe aufa fit: quod e Papinio in Silvis ita canitur, 5. 3. 155.
— faltufque ingreffa viriles
Non formidata temeraria Leucade Sappho. Turnebus.
Tus mafculum. Plin. lib. 12. cap. 14. Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, mafculum vocamus, quum alias non fere mas vocetur, ubi non fit femina Mafculum aliqui putant e fpecie teftium dictum. Ovid. de medic. faciei 94. Virg. 8. Ecl. 65.

MASCULINUS, a, um. Adj [ἀρσενικὸς] Idem, quod Mafculum eft: ut, Rapum mafculinum & femininum. Plin lib. 18. cap. 13.
Mafculina & feminina vocabula dici melius eft fecundum Græcorum quoque confuetudinem, inquit Feftus.

MASCULINE, Adv. Charif. lib. 1. Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis deftinatum, aut quum commercium fignificamus. Mafculine autem, tabulata navium, & femper pluraliter, quamvis Gellius fora navium neutraliter dixerit: & Lucilius negotiorum forum mafculine extulerit lib. 3. Forus olim ornatus lucernis. Paulo poft, Calum quum fit neutrum, etiam mafculine veteres dixerunt. Iterum, Vulgus invenitur & mafculine elatum.

MASCULESCO, [ἀῤῥενόομαι] ĕre. Mafculum fieri. Plin. lib. 18. cap. 13. de rapis & napis loquens, Denfiore enim fatu mafculefcere, item in terra difficili.

MASCULĒTUM, i. n. [ἀμπελών] Locus in quo plantæ vincatum mafculæ confitæ funt. Plantæ autem mafculæ funt Quæ non fubiguntur, ut palmites alios emittant, fed altius crefcunt, & in altum attolli dimittuntur. Plin lib. 17. cap. 22. de vinearum putatione, Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum ufque pedamentum emitti, quod alii draconta, alii funiculos vocant, ut faciant quæ mafculeta appellant.

MASCARPIO, ōnis. m Idem quod Emafculator. Petron. cap. 134.

MASARIS, [Μάσαρις] Bacchi cognomen apud Caras, de cujus origine fic fabulantur, In comitatu Rheæ, cui Juppiter Bacchum alendum commiferat, mulierem fuiffe, cui nomen erat Ma: quam quum Juno rogaffet cujus is effet puer, Ἄρεος, hoc eft Martis, illa refpondit. Qua voce a vulgo excepta, Bacchus deinceps Mafaris dictus eft, quafi τοῦ Μᾶ Ἄρεος. conf. MASTAURA.

MASCES, V. MANIS.

MASDORĀNI, Afiæ populi, juxta Parthiam, & Carmaniam defertam incolantes. Horum meminit Ptolem. lib 6 cap 17.

MASDORĀNUS, Mons Afiæ, qui Parthiam ad orientem ab Afia dirimit. Ptolem. lib. 6. cap. 5.

MĂSINISSA, [Μασανάσσης] Numidarum rex in Africa, primum Populi Rom. hoftis capitalis fuit: deinde amiciffimus effectus, ufque ad finem vitæ perfeveravit. De quo multa Liv. 27. Suidas habet Mafaniffa. Ovid. 6. Faft. 769.
—fuperas Mafiniffa Syphacem.
Mafiniffa annos nonaginta natus, quum iter ingreffus pedibus erat, in equum omnino non afcendebat: quum equo, ex equo non defcendebat: nullo imbre, nullo frigore adducebatur ut capite operto effet: fumma erat in eo corporis ficcitas: itaque exfequebatur omnia regis officia & munera. Cic. de Senect. 34.

MASPĔTUM, i. n. [μάσπετον] Folium laferpicii. Plin. lib. 19. cap. 3. In ea laferpicium gigni folium, rem feram ac contumacem: &, fi coleretur, in deferta fugientem: radice multa, craffaque, caule ferulaceo, haud fimili craffitudine. Hujus folia mafpetum vocabant, apio maxime fimile.

MASSA, æ. f. [μᾶζα, φύραμα, κολλύρα] Farina omnis ad pinfendum macerata, & aqua fubacta, quam *paftam* vocant. [Ad panem conficiendum. H. St.
Maffa etiam fignificat Quidquid denfum fpiffumve eft, ad fimilitudinem farinæ fubactæ. Ut, Maffa auri, Maffa ferri, h. e. Pila & veluti moles. Columel. lib. 12. cap. 5. Quidam ferri maffas exurunt: ita ut ignis fpeciem habeant. Virg. 4. Georg. 170.
Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maffis, &c.
Maffam picis urbe reportat. Virg. 1. Georg. 275.
Ardentis maffæ fuligo. Juven. 10. Sat 130.
Lactis maffa coacti. Ovid. 8. Met. 666.
Dura maffa & pondus iners. Ovid. 3. de Arte Am. 220.
Nubila. V. NUBES.
Maffa etiam vocatur Fundus vel certa agri pars. Ammian. 14. 11. Natus apud Tufcus in maffa Veternenfi. conf. Barth. Adverf. 45. 17. Fabrett. Infcript. p. 98.

MASSŬLA, æ f. dimin. [μαζίδιον] Columel. lib. 12. cap 38. Pofthæc complures ex ea maffulæ fiunt, & ita per latera feriæ in muftum demittuntur, ne altera offa fuper alteram perveniat.

MASSO, āre. In maffam redigere, Conglobare, condenfare. Lucret. Lib. 1. 666.
Quod fi forte ulla credunt ratione poteffe
Igneis in cœtus ftringi, maffareque corpus, &c. Alii Mutare.

MASSA, [Μάσσα] Libyæ fluvius, Ptolem. Hodie *Maffatat*.

MASSÆSYLIA, [Μασσαισυλία] five, ut apud Steph. & Strab. legitur, Mafæfylia, [illegible] Africæ regio, a Maufia Muluche fluvio (quem Strab. Molochat appellat) dirempta. V. Strabon. lib. 17. & Plin. lib. 5. cap. 2. Hujus regionis populi Maffæfyli vocati fuerunt, quos Plinius teftatur fua ætate extinctos fuiffe.

MASSĂGĔTÆ, [Μασσαγέται] Populi nobiles Scythiæ Afiaticæ Orientem verfus, trans Araxem: quorum ftudium eft in fagittandi peritiam incumbere; Infeftiffimi funt hofpitibus, neque cum vicinis populis ullam fervare diutius amicitiam poffunt, neque fidem. Frumenti ac vini ufum prorfus ignorant; bibunt enim lac cum equorum admifto fanguine, ut Dionyfius fcribit; item Herod. lib. 1. & Strab. lib. 11.
Maffagetes, numero fingulari dicitur. Claud. 1. in Ruff. 310.
Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Maffagetes. & Lucan. 3. 283.

MASSACIS, Uva eft, quæ ex vite filveftri cum flore in Africa decerpitur; medicinæ tantum & odoramentis idonea. V. Plin. lib. 12. cap. ult. & in proœm. lib. 13.

MASSIA, [Μασσία Stephano] Oppidum Hifpaniæ ulterioris, non procul a Tarteffo, circa quod lateres fiebant ex terra pumicofa, qui ficcati non mergebantur in aqua. V. Plin. lib. 35 cap. 14. Hinc

MASSICA, Regio Bæticæ Tarteffis appofita. Hanc Vitruv. Maufiam appellat.

MASSĬCUS [Μασσικὸς] Mons Campaniæ, optimi vini ferax. Docet Servius Mafficus in plurali facere Maffica. Virg. 7. Æn. 726.
— vertunt felicia Baccho
Maffica. Sil. lib. 7. 263.
Mafficus uviferis addebat nomina glebis.
Radices Maffici. Cic. 2. de Lege Agrar. 66.
Uvifer Mafficus. Stat. 4. Silv. 3. 64.

MASSICUS, a, um. Adj. [Μασσικὸς] ut, Munera Maffica Bacchi. Virg. 3. Georg. 526.
Humor Mafficus Bacchi. Virg. 2. Georg. 143.
Vina Maffica. Hor. 2. Serm. 4. 51.

MASSĬCUM, i. n. [Μασσικὸν] fubaudito Vinum. Hor. 1. Carm. 1. 19.
Eft qui nec veteris pocula Maffici, &c
Vinum Mafficum autem laudat Plin. lib. 14. cap. 6. Nafcitur in iis Campaniæ montibus, qui Maffici nominantur. Commemorat & Athen. lib. 1. cum ceteris vinis Italicis, aitque effe aufterum quidem illud, fed ftomacho utile. Ætate maturefcebat, aufteritatemque minuebat.
Obliviofum Mafficum. Hor. 2. Carm. 7. 21. Quod faciat oblivifci curarum.

MASSĬLIA, [Μασσαλία] Galliæ Narbonenfis urbs aliquando fama rerum geftarum, meritifque in Romanam civitatem fociam, abundantia opum viriumque & doctrinarum gloria florentiffima. Cic. lib. 2. Off. 28. Portari in triumpho Maffiliam vidimus, & ex ea urbe triumphari, fine qua nunquam noftri Imperatores ex Tranfalpinis bellis triumpharunt. Idem pro Flacc. 63. Neque vero te, Maffilia, prætereo, quæ L. Flaccum militem Quæftoremque cognofti; cujus ego difciplinam atque gravitatem non folum Græciæ, fed haud fcio an cunctis gentibus anteponendam

jure dicam. Quæ tam procul a Græcorum omnium regionibus, disciplinis, linguaque divisa, quum in ultimis terris, cincta Gallorum gentibus, barbariæ fluctibus alluatur: sic optimatum consilio gubernatur, ut omnes ejus instituta laudare facilius possint, quam æmulari. De hujus origine Justinus lib. 43. multa. A Phocæensibus Asiaticis conditam esse constat, quos Justinus, aliique perperam cum Phocensibus Græciæ confundunt. Ammianus lib. 15. A Phocide (inquit) Asiaticus populus, Harpali inclementiam vitans Cyri regis præfecti, Italiam navigio petit; cujus pars in Lucania Veliam, alia condidit in Viennensi Massiliam. Quæ verba ex libro decimo Noctium Atticarum Gellii cap. 16. mutuatus est. De urbis hujus veteribus institutis agit lib. 2. Valer. cap. 6. 7. Eam multi Romanorum sedem & magistram studiorum habuerunt, ut Julius Agricola, ut Tacitus cap. 4. vitæ ejus testatur. Lege Strab. lib. 4. Lucan. lib. 3. 308. seq. Massilia vulgo hodie *Marseille*.

Hæc vini optimi ferax fuit; unde Martial. lib. 13. 123.

Fumea Massiliæ ponere vina potes.

MASSILIENSIS, e. [Μασσαλιώτης] MASSILITANUS, MASSILIOTICUS, a, um Adj. Unde Massilienses viri, Massilitana vina, & Massilioticum ostium apud Plin. Vitruv. & Auson.

Mores Massilienses. Plaut. Cas. 5. 4. 1. tanquam Optimos & probatissimos dixit.

MASSURIUS, vel MASURIUS, [Μασσούριος] cognomento Sabinus Legum interpres, Eques Romanus, tempore Tiberii Jurisconsultus non incelebris. V. Athen. in Procem. Deipnos. Pompon. l. 2. D. de O. J. §. ult. ejusdemque interpp.

MASSYLIA, (inquit Servius) Mediterraneæ est pars Mauritaniæ, unde haud longe sunt horti Hesperidum, & mons Atlas. Virg. 4. Æn. 483.

Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos, &c.

MASSYLI, [Μασσυλοί] ejus regionis populi, de quibus Virg. 4. Æn. 132.

Massylique ruunt equites, &c. Hæc gens neque ephippiis utitur, nec frenis, sed sola virga contenta est, qua agitet equos & moderetur. Horum meminit Plin. lib. 5. cap. 4.

MASSYLUS, a, um. Adj. [Μασσύλος] ut, Ora Massyla. Sil. lib. 16. 171. Oppida. Claud. de 6. Cons. Hon. 378.

Robora. Stat. 3. Silv. 3. 94.

MASSYLIS, a, um. aliud Adj. [Μασσυλίς] Idem. Lucan. lib. 4. 682.

Et gens quæ nudo residens Massylia dorso

Ora levi flectit frenorum nescia virga.

MASSYLĒUS, a, um. aliud Adj. [Μασσυλεῖος] Martial. lib. 9. 23.

Et Massyleum virga gubernat equum.

MASTAURA, [Μάσταυρα] Lydiæ civitas; ita dicta, quod in ea Rheæ, Bacchi nutrici (quæ Ma Lydis appellatur) taurus soleat immolari. Hujus incolæ dicti sunt Mastaurenses, & Mastauritæ Stephano, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

MASTAX, ăcis. [μάσταξ] Locustarum genus, quæ rodunt sata, quas quidam Bruchos appellant, & Attacos. Est apud Nicandrum Ther. 802. Alii tamen sunt qui universim locustas dici mastacas velint, idque in Ambracia in primis. auctor Cæl. lib. 3. cap. 25. Aliis Maxilla est.

MASTĬCHE, es. f. [μαστίχη] vel ut alii MASTICE, sine aspiratione: Lacryma est, quam lentiscus arbor gummi modo sudat. Plin. lib. 12. cap. 17. Sed mastiche quoque gemina est; quoniam & in Asia Græciaque reperitur herba radice folia emittens. Et paulo post, Laudatissima autem Chia, candida, cujus pretium in libras xx. nigræ vero xii. Chia e lentisco traditur gigni, gummi modo.

MASTICHĀTUS, a, um. Adj. Ex mastiche factus, vel conditus. Ut, Poculum mastichatum. Lamprid. in Heliogab. cap. 19.

MASTICHĪNUS, a, um. Adj. [μαστίχινος] Idem. Ut, Oleum mastichinum. Pallad. Mart. 1. 9.

MASTICO, āre. Manduco, Mando. Macer de viribus Herb. Carm. 3. Hinc

MASTICĀTUS, a, um. Partic. apud Apul. de Herb. cap. 79. Et

MASTICATIO, ōnis. F. Cæl. Aurel. Tard. 4. 3.

MASTIGIA, V. MASTIX.

MASTIX, īgis. m. [μάστιξ] Græcum est, Lat. Flagellum, scutica. Hinc verbum Græcum μαστίζω, sive μαστίζω flagello. Unde Homeromastix dictus est Zoilus ille, qui contra Iliadem & Odysseidem Homeri scripsit.

MASTĪGŎPHŎRUS, i. m. [μαστιγοφόρος] Qui agonothetas in sacris certaminibus comitabatur. Mastigophori, id est flagelliferi, erant lictores agonothetarum, ad submovendam turbam, & cohibendas seditiones. Budæus. Ex Suida. Accuratius de his disquirit Ant. Vandale Diss. 7.

MASTĪGIA, vel MASTIGIAS, æ. m. [μαστιγίας] Verbero, sive qui verberibus dignus est. Plaut. Amphit. Suppos. ad 4. 2. v. 3.

Ita ego te certo cruce & cruciatu mactabo. exi foras,

Mastigia. V. Fragm. 3. 14. Ter. Adelph. 5. 2. 6. Cæl. lib. 25. cap. 24. Qui mancipia cædunt, stigmatiæ dicuntur, & stigones; sicuti qui cæduntur, mastigiæ. Flagella ipsa nuncupantur nunc mastiges, nunc hystrichides, aut rhyteres. Hæc ille. [Sed errat de Stigmatiis. V. l. l.

MASTIGEUS, i. m. [μαστιγεύς] Idem. Apud Plaut. in Trin. 4. 2. 121. legitur,

Aggrediundus est hic homo mastichæus. Legendum Mastigeus, quum Mastigis in genitivo faciat Mastix; & Mastiche, mastiches aliud significet. [Immo, Mihi astu, heus. ut in codd. emendatis.

MASTOS. [μαστός] Herba, Plin lib. 26. cap. 15. non procul a fine, Quæ vero mastos vocatur, inquit, indita, pilos mammarum a partu nascentium aufert, & tineas in facie, aliaque cutis vitia emendet.

MASTRAMĒLA, [Μαστραμέλη] Nomen lacus vel stagni provinciæ Narbonensis, juxta oppidum Maritima Avaticorum, quod nonnulli eodem nomine appellant. V. Plin. 3. 4. Mela 2. 5. Steph. de Urb. Voss. ad Mel. In antiquioribus Plinii edd. perperam excusum ASTROMELA.

MASTRŪCA, æ. [μαστρούχα] Vestis scortea, pessime & gravissime olens, qua Sardi utuntur. Cic. pro Scaur. fragm. Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit. Sed & barbari Septentrionales, qui pelliti erant, illa utebantur. Prudent. in Symm. 2. 698.

— mastrucis proceres vestire togatos. Ex Turnebo. Mastrucas appellare possumus Luparias hibernas, quibus apud nos nobilitas induitur.

MASTRUCĀTUS, a, um. Adj. [μαστρουκᾶτος] Qui mastruca utitur. Plaut. Pœn. 5. 5. 34. Mastrucatus & plenus pulvere. Cic. de Provinc. Consul. 15. Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a Proprætore una cohorte auxiliaria gesta.

MASTURBOR, āri. [δέφω, ἢ δέφομαι] verbum obscœnum, quod & Manstuprare quidam dicunt, quo turpis, quæ manu fit, libidinatio exprimitur. utitur Martial. 11. 105. Hinc

MASTURBĀTOR, ōris. m. Martial. 14. 203.

MASTUS, i. m. [μαστός] Latine Mamma dicitur; & propria animalium est. Hinc Tubuli mammati seu mammæ in balneis & fontibus intelliguntur; quas Vitruv. lib. 8. cap. 3. Mastos Græca voce nominavit. Athenis, inquit, ex hujusmodi locis & fontibus, masti usque ad portum Piræeum ducti sunt salientes. In nostris codd. legitur Et in Asty & ad portum &c. Eas Varr. lib. 3. de R. R. cap. 14. Papillas convertit. Al. Mamillas.

M A T

MĂTĀRA, vel MATĔRA, æ. f. Jaculum lingua Gallorum, ut scribit Strabo lib. 4. ἡ ματαρίς, πάλτου τι εἶδος. Hoc verbo usus est Cæsar 1. Bell. Gall. 26. Nonnulli inter carros, rotasque mataras ac tragulas subjiciebant, nostrosque vulnerabant. ut legit Turneb. 9. 7. V. not. Rhellic. Cellar. & Davis. Interpres Græcus παλτὰ reddit. Ceterum videri potest nomen Gallicum, quo sagittam capitatam hodie appellamus matellatam, *un matras*, per diminutionem inde ortum. Alii scribunt Mazara. Sed perperam, licet in codd. nonnullis exstet Mss.

MATĀRIS, vel MATERIS, is. f. Idem, Græca forma. Liv. 7. 24. Consul, lævo humero matari prope trajecto, cesserat parumper ex acie. Al. Machæra perperam legunt. Non. 18. 26. Macer. Materæ, [al. Materes.] tela gravia bellica. Sisenna hist. lib. 3. Gallia materibus, Suni (Al. Saevi) lanceis configunt.

MATAURUS, [Μάταυρος] Siciliæ oppidum, Locrorum opus; cujus incolæ dicuntur Mataurini. Steph.

MĂTAXA, æ. f. videtur esse Restis seu funiculi species. Isidorus Etymolog. lib. 19. cap. 4. cui titulus est, De funibus; Catapirates, linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur. Lucil.

Hanc catapiratem puer eodem deferet unctum,

Plumbi pauxillum rudus, linique mataxam. Descriptio est bolidis, id est instrumenti quo maris altitudo tentatur. Idem lib. eodem cap. 29. cui titulus, De instrumentis vestium: Mataxa, quasi, metaxa; a circuitu scilicet filorum. Nam meta circuitus dicitur, vel quod transferatur. Sed hic ea videtur significari, quam Aquitani *madassam*, Itali *matassam* vocant, quam scilicet feminæ vertendo rhombo machinula perficiunt. Vitruv. pro Funiculo usurpavit lib. 7. cap. 3. Sin autem, inquit, arundinis Græcæ copia non erit, de paludibus tenues colligantur, & mataxæ & tomicæ ad justam longitudinem una crassitudine alligationibus temperentur, dum ne plus inter duos nodos alligationibus binos pedes distent. Quem locum Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 11. sub finem, videtur non intellexisse. Cujus hæc sunt verba: Sericum Græci metaxam vocant. Vitruv. tamen lib. 7. de paludibus, inquit, Tenues colligantur metaxæ. Atqui non hoc dicit Vitruvius, sed tenues arundines palustres tum adhibendas esse, quum Græcæ non suppeditabunt; mataxas vero, tomicasque temperandas, ac ad asseres religandas. μέταξα Græcis dicitur sericum. Sed nihil ad Vitruvium.

MATELLA, MATELLIO. V. MATULA.

MATEŎLA, æ. f. Genus est sarculi. Cato de R. R. cap. 46. Quum taleam demittes, pede taleam opprimito; si parum descendet, malleolo, aut mateola adigito. Turnebus Materiola legendum putat, aut saltem Mateolam pro Faste interpretandum. Al. pro Manubrio.

MĀTER, tris. f. [μήτηρ] nomen notum. Cic. pro A. Cluent. 12. Sassia mater hujus Habiti (mater enim a me nominis causa, tametsi in hunc hostili odio, & crudelitate est) mater inquam appellabitur; neque unquam illa ita de suo scelere & immanitate audiet, ut naturæ nomen amittat. Virg. 8. Ecl. 48.

— crudelis tu quoque mater.

Ad matrem. V. AD.

Felicissima matrum. Ovid. 6. Met. 155.

Turba matrum. Virg. 7. Æn. 357.

Orbæ. V. ORBUS.

Orbata. Lucret. lib. 2. 355.

Carentes matre privigni. Hor. 3. Carm. 24. 17.

Natus humana. V. MAJOR.

Mater, inquit Nonius 4. 294. Quæ quodvis animal partu edit. Virg. 4. Georg. 321.

Mater Cyrene, mater. [Hoc tamen exemplo nil probat, cum hic Mater Aristæi, Cyrene nympha, intelligatur.

Fœta mater. Stat. 9. Theb. 116. Vaccam intelligit.

Excretos prohibent a matribus hœdos. Virg. 3. Georg. 398.

Dignitatis nomen Mater. ut, Virg. 8 Æn. 665.

— castæ ducebant sacra per urbem,

Pilentis matres in mollibus. Significari enim puto Senatorias, nobiles, patricias mulieres, quæ sacerdotes erant. Et apud Lucret. 4. 76.

Namque ibi consessum caveai subter & omnem

Scenai speciem patrum matrumque deorumque

Inficiunt. Hic patres & matres conjunxit, & a cavea cuneisque populi separavit, orchestram significans, unde spectabant senatores & senatorum uxores. Ex Turnebo.

Mater, Nutricem aliquando significat, Nonio l. c. interprete. Plaut. Men. prol. 19. Virg. 8. Æn. 632.

Mater, ad Arbores translatum. Plin. lib. 12. cap. 5. Superiores ejusdem rami in excelsum emicant, silvosa multitudine, vasto matris corpore.

Mater, Effectrix, ut, Luxuries, avaritiæ mater. Cic. 2. de Orat. 171.

Sapientia, omnium bonarum rerum mater. Cic. 2. de Legib. 58. Varr. de R. R. 2. 5. Matres mellis apes.

Mater, & Divinitatis nomen est: ut, Lua mater, mater Matuta, &c.

Mater Berecynthia, Deûm, Idæa, Magna, Pessinuntia, Phrygia. V. CYBELE.

Terra Mater, V. TERRA.

MĀTERCŪLA, æ. f. [μητρίδιον] dimin. Cic. pro Flacc. 91. Nunc denique matercula suæ festivus filius, aniculæ minime suspiciosæ, purgat se per epistolam. conf. Hor. 1. Epist 7. 7.

MĀTERNUS, a, um. Adj. [μητρικός, μητρῷος] Quod est matris. ut, Maternus paternusque sanguis. Cic. pro Rosc. Amer. 66. & pro Cluent. 12. Nomen amantius indulgentiusque maternum. Ovid. 3. Met. 312.

Avus

Avus maternus. Virg. 4. Æn. 258.
Materno veniens ab avo Cyllenia proles. Intelligit Atlantem avum Mercurii. Maia enim Mercurii mater, filia fuit Atlantis.
Ubera materna. Stat. 1. Theb. 118.
Animus maternus. Ter. Heaut. 4. 1. 24.
Mens. Ovid. 8. Met. 498.
Res maternæ atque paternæ obsumptæ. Hor. 1. Epist. 15. 26.

MATRESCO, [μητρίζω] ere. Matri similem fieri. Pacuvius Dulorefte, Utinam nunc matrescam ingenio, ut meum patrem ulcisci queam. Nonius 2. 526.

MATERFAMILIAS, [οἰκοδέσποινα] genitivo Matrisfamiliâs. Casus genitivus est Familias ad imitationem Græcorum, qui femininorum in A purum desinentium genitivos in AS mittunt. Dicimus tamen & Materfamiliæ, & Matresfamiliarum. Est autem Materfamilias (ut docet Gellius lib. 18. cap. 6.) Ea sola quæ in mariti manu mancipioque est, aut in ejus, in cujus maritus manu mancipioque esset: quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum venisset. Festus, Materfamiliæ non ante dicebatur, quam vir ejus paterfamiliæ dictus esset. nec possunt hoc nomine plures in una familia præter unam appellari. Ulpianus de Verborum signif. l. Pronuntiatum, Matremfamilias accipere debemus eam, quæ non inhoneste vixit. matrem enim familias a ceteris feminis mores discernunt atque separant. proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua: ingenua sit, an libertina. nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matres familiarum, sed boni mores. Alii exemplaria legunt Matres familias. Idem de Liberis exhibendis, l. Deinde, Quum audis matremfamilias, accipe notæ auctoritatis feminam.
Mater familias & Matrona. Petulanter facimus, si matremfamilias, secus quam matronarum sanctitas postulat, nominamus. Cic. pro Cœl. 32.
Species & forma uxoris est materfamilias. Cic. in Topic. 14.
Materfamilias, pro Uxore. Liv. 34. 7. Et quum tibi viro liceat purpura in veste stragula uti, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non sines? Al. Matrem familiæ.
Justa materfamilias, & Pellex, contraria. Liv. 39. 53. pr. V. JUSTUS.
Materfamilias quoque dicitur, Quæ est sui juris & emancipata. Ulpianus in l. Post mortem. D. De adopt. & eman.

MATER MATUTA, V. MATUTA.

MATRĀLIA, [μητράλια] Matris Matutæ festa, inquit Festus. Obibant ea matronæ, a quibus excludebantur famulæ. V. Ovid. 6. Fast. 475.
Ite bonæ matres, vestrum matralia festum,
Flavaque Thebanæ reddite liba deæ. Celebrabantur III Non. Junii.

MATRŌNA, æ. f. [οἰκοδέσποινα, γυνή] dicitur (inquit Gellius lib. 18. cap. 6.) Quæ in matrimonium cum viro convenit, quoad in eo matrimonio manet, etiamsi sibi liberi nondum nati sint. Dictaque est a matris nomine, non adepto jam, sed cum spe & omine mox adipiscendo. Unde ipsum quoque Matrimonium dicitur. Cic. 2. de Finib. 12. Tanquam meretricem in matronarum cœtum. Ovid. 6. Fast. 33.
Si torus in pretio est, dicor, matrona tonantis. Verba sunt Junonis, quæ uxor est Jovis.
Matrona pudicior. Ovid. in Ibin, 351.
Partus matronarum. Cic. 3. de Nat. Deor. 47.
Sanctitas matronarum. Cic. pro Cœl. 32.
Matronæ nomen amittere. Ulp. in l. Si uxor. D. ad l. Juliam de adult.
Constuprare matronas. V. CONSTUPRO.
Matrona meretrici dispar. Hor. 1. Epist. 18. 3.
Opulentæ, optimates matronæ. Cic. 7. Fam. 6.
Pullens matrona. Ovid. 5. Met. 508.
Primores civitatis. Liv. 29. 14.
Summates matronæ. Plaut. Cist. 1. 1. 27.

MATRONĀLIS, e. Adj. [γυναικεῖος] Quod matronæ est. Plin. 5. Epist. 16. Nondum annos quatuordecim impleverat, & jam illi anilis prudentia, matronalis gravitas erat. Sic apud Liv. 26. 49. Matronale decus. Et apud Columel. lib. 12. in prœmio, Matronalis labor.
Matronales genæ. Ovid. 2. Fast. 828.

MATRONALIA, um. n. Festa fuerunt Kal. Mart. in Martis honorem, ob diremptum a matronis bellum cum Sabinis. V. Plutarch. in Romul. Ovid. 3. Fast. 170. Plaut. Mil. 3. 1. 96. Matronales feriæ dicuntur Tertull. de Idolol. cap. 14.

MATRONATUS, ûs. m. Conditio matronæ. Apul. 4. Met. p. 153. Virginem filo liberali, & ut matronatus ejus indicabat, summatem regionis.

MATRĪMŌNIUM, i. n. [γάμος, συζυγία] Maris & feminæ ingenuæ conjugatio. Cic. 5. Verr. 164. Vectius tuus affinis, cujus sororem habes in matrimonio.
Cupitor matrimonii. Tacit. 12. Ann. 7. Neque tamen repertus est, nisi unus talis matrimonii cupitor.
Dignitas. Cic. pro Cluent. 35.
Jus matrimonii castum & legitimum. Cic. pro Cluent. 173.
Justum matrimonium. Quintil. lib 5. cap. 11. V. JUSTUS.
Stabile & certum. Cic. 2. Philip. 44.
Violata. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Abire a matrimonio. V. ABEO.
Accipere aliquem in matrimonium. Tacit. 3. Hist. 45.
Amare in matrimonium. V. AMO.
Collocare aliquem in matrimonium. Cic. 1. de Divin. 104.
Conjungere secum aliquam matrimonio. Curtius lib. 6. 9. 30. Tunc Cœnus, quanquam Philotæ sororem matrimonio secum conjunxerat, tamen acrius, quam quisquam, in Philotam invectus est.
Dare in matrimonium. Cæs. 1. Bell. Gall. 4.
Ducere in matrimonium aliquam. Cic. pro Cluent. 125.
Exturbare aliquam matrimonio alicujus. Tacit. 11. Ann. 12. In C. Silium, juventutis Romanæ pulcherrimum, ita exarserat, ut Juliam Silanam, nobilem feminam, matrimonio ejus exturbaret. De Messalinæ adulterio cum C. Silio loquitur.
Habere aliquam in matrimonio. Cic. 5. Verr. 89. & 3. de Legib. 36.
Jungere secum aliquam matrimonio. Curtius lib. 5. 3. 12.
Vide Conjungere sibi feminam matrimonio ex Livio. H. St.
Locare aliquam in stabili & certo matrimonio. Cic. 2. Philip. 44.
Recipere aliquam in matrimonium. Justin. lib. 1. extr. de Dario, Cyri regis filiam in matrimonio recepit. i. e. Accepit.
Tenere aliquam matrimonio. Tacit. 15. Ann. 71.

Tradere filiam in matrimonium mediocri viro. Justin. lib. 1. cap. 4. De Astyage.
Matrimonium, pro Matrona seu conjuge. Liv. 23. Matrimoniis convocatis. Justin. 3. 3. 8. Ut severius matrimonia sua viri coercerent.

MATRIMONIĀLIS, e. Adj. Firmicus lib. 7. cap. 17. Aut sine tabulis matrimonialibus coibunt.

MATERTĔRA, æ. f. [μητροσυγγενής] Matris soror; quasi Mater altera, inquit Festus. Plaut. Curc. 5. 2. 4.
Pater istum meus gestavit. PL. at pol mea matertera. Cic. 2. de Orat. 2. & 1. de Divin. 114. Tacit. 4. Ann. 71. 3. & Pers. 2. Sat. 31. & 6. 54.

MATRUĒLIS, [ἀνεψιός] Ex matris fratre natus. In l. prima, Ad legem Pompeiam de Parricidiis. Et Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. cap. 15. Turnus matruelis Amatæ.

MATRĪMUS, i. Cujus mater adhuc vivit, ut ait Festus. Cic. de Arosp. Resp. 23. An si ludos constitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus & matrimus si terram non tenuit, &c. Liv. 37. 3. Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes, matrimique ad id sacrificium adhibiti. Festo sunt Matrimes & Patrimes.

MATRIX, icis. f. Femina, quæ fœtus gratia tenetur. Columel. Sint ergo matrices robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus. Varr. 2. de R. R. cap. 5. Habeo tauros totidem, quot Atticus, ad matrices septuaginta duas, unum anniculum, alterum bimum.
Matrix arbor. Suet. in August. cap. 94. Matricem arborem dicit, Ex qua stolones succreverunt. Matricem autem arboris appellat Theophrastus, Quod in medio ligni vel caudicis, tertium a caule continetur, quæ a nonnullis cor, ab aliis medulla dicitur.
Matricem [μήτραν] medici accipiunt pro Utriculo, qui in feminis junctus est vesicæ. Plin. lib. 27. cap. 10. Matricem autem & stomachum decocta in vino, sanat.
Matrix etiam est, Regestum sive Album. V. Gloss. Philoxen. & Tertul. de Fuga in persecut. cap. 13. Pro qua tamen usitatius ponitur Matricula. Vide Despauterium de hac voce p. 668. H. St.

MATRĪCŬLA, æ. f. dimin. Catalogus militum. Veget. de Re Mil. 1. 26. & 2. 7. Inde ad alias res transfertur. V. Voss. de Vitiis Serm. 3. 24.

MATRICULĀRIUS, i. m. Qui matriculam servat apud JCtos. Item, Inops, in Gloss. Isidor.

MATRICULUS, i. m. Genus piscis. Apul. Apol. 1. p. 162.

MATRICĀLIS, e. Adj ut, Matricalis vena. Veget. Molom. 1. 10.
Matricalis herba. Apul. de Herb. cap. 66.

MATRĪCĪDA, æ. [μητροκτόνος] Qui matrem occidit. Cic. 1. Q. frat. 2. Quem scribis certissimum matricidam. Et Nepos 13. 6. 2.

MATRICĪDIUM, i. n. [μητροκτονία] Actus ipse. Cic. 1. de Invent. 18. Orestes si accusetur matricidii, &c.

MATERA, MATERIS, V. MATARA.

MATRÆ, arum. Deæ. Cæl. lib. 11. cap. 6. Hinc lectum est, inquit, esse in Sicilia urbem, cui nomen Ægion, antiquissimam quidem & dearum religione celeberrimam, quæ Materæ nuncupentur, quarum simulacris tum Meriones, tum Ulysses hastas affixerint, inscriptis etiamnum dicantium nominibus.

MĀTĔRIA, æ. [ὕλη, ὑπόθεσις] vel MATERIES, ei. f. est, Qua aliquid fit. ut, Materia libri, Membrana & atramentum. Quintil. lib. 7. cap. 1. Opera exstruentibus satis non est saxa & materiam, & cetera ædificanti congerere utilia, nisi disponendis eis collocandisque artificium manus exhibeatur.
Rudis materia, i. e. Primum chaos. Lucan. lib. 2. 8.
Decoquunt anni materiam. V. DECOQUO.
Materies non suppetit. Plaut. Epid. 1. 1. 35.
Materia libri, sive etiam Materies: (nam utrumque recte dixeris) Hypothesis ipsa, & Argumentum quod vocant. Hor. de Arte Poet. 38.
Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam
Viribus. Cic. 3. de Orat. 51. Quandoquidem in ea versatur orator, atque ea est ei subjecta materies, omnia, &c. [Observa Cic. fere cum Adjecto Subjectam materiam dicere, ut Græcum ὑπόθεσιν vocabulum propius exprimeret.
Nitor materiæ. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Abundantior, atque ultra, quam oportebat, fusa materia. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Compositæ materiæ ad ostentationem. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Deliberativæ. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Felix materia in carmina. Ovid. 1. Amor. 3. 19.
Ingens ad dicendum. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Jocosa. Ovid. Rem. Amor. 387.
Luculenta. V. LUCULENTUS.
Mortales, Interituræ. Tacit. 5. Hist. 3. Profanos, qui deum imagines, mortalibus materiis, in species hominum effingant.
Multiplex, variaque. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Performata. V. PERFORMO.
Plurima ad fingendum, credendumque. Tacit. 1. Hist. 51.
Uberior. Quintil. 3. 11.
Aperiens se latine. Quintil. in procem. lib. 1.
Crescit mihi materies scribendi. V. CRESCO.
Destinata ad scribendum. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Detrahere materiem sceleri. Tacit. 12. Ann. 22.
Dicere materias fictas. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Dictare materias quas imitetur puer. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Dare materiam exordio. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Dare præformatam materiam secundum cujusque vires. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Dare alicui respondendi materiam, Copiam præbere. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Duplicat materiam. Quintil. lib. 2. cap. 4. De comparationis exercitatione.
Fingere materias veritati quam simillimas. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Exspatientur, & gaudeant materia. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Habere materiam. Cic. in Sallust. 9.
Nancisci. Cic. 3. Fam. 7.
Præbuit juveni materiem adipiscendi favoris. Tacit. 3. Ann. 31.
Præbet vita materiem malis. Ovid. 4. de Ponto, 16. 50.
Præbere materiam suo damno. Ovid. 2. Met. 213.
Quærere amori materiam. Ovid. 1. de Arte Am. 49.
Relinqueret materiem Drusi fratris gloriæ. Tacit. 2. Ann. 26.

Scribere de integro materiam retractatam. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Subtrahere materiam alicujus furori. Cic. pro Domo. 12.
Suggerere. Quintil lib. 5. cap. 7.
Superat opus materia. Ovid. 2. Met. 5.
Superans materia. Celf. lib. 3. cap. 4 Minui ergo tantum materiam superantem oportet, quæ naturaliter digeritur, ubi nihil novi accedit.
Trahere materiam a re aliqua. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Materia benefaciendi. Plin. in Paneg. cap. 38. pr. Delibasse quædam, seu potius demonstrasse contentus, largam, ac prope intactam benefaciendi materiam filio reservavit.
Mali materia. Hor. 3. Carm. 24. 49.
Ea vetustissima militaribus odiis materies. Tacit 1. Ann. 32.
Materiæ etiam appellatione, Ligna omnia comprehenduntur: quod Græci ὕλην & silvam & materiem vocent. Livius, Multam materiam ceciderat miles. Cato de R. R. cap. 17. Robus, materies item pro ridica, ubi solstitium fuerit ad brumam, semper tempestiva est. Cetera materies quæ semen habet, tum tempestiva est. Cic. pro Milon. 75. Repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta atque arma convexit.
Incorrupta contra omnia vitia materia. V. INCORRUPTUS.
Surda materia. V. SURDUS.
Materiem pro Ligno quod est inter corticem accipit Columel lib. 5. cap. 11. dicens, Cuneum ferreum vel osseum inter corticem & materiem considerare demittito, ne lædas, aut rumpas corticem. [I. e. Inter corticem & lignum. Lignum vero non inter corticem, sed infra vel intra eum est.
Materia interdum differt a Ligno. Ulpian. in l. arboribus. in princip. D. de usufruct. Arboribus eversis, vel vi ventorum dejectis, usque ad usum suum & villæ posse usufructuarium ferre, Labeo ait: nec materia eum pro ligno usurum, si habet unde utatur ligno. Idem in l. ligni. D. de legat. 3. Ligni appellatio nomen generale est; sed sic separatur, ut sit aliud materia, aliud lignum. Materia est, quæ ad ædificandum fulciendumve necessaria est. Lignum, quicquid comburendi causa paratum est.
Materia, Palmes qui de novello nascitur, & in tenero alligatus dependet. Columel. lib. 5. cap. 6.
Materies, de Equis etiam dicitur. Columel. lib. 6. cap. 27. Equinum pecus tripartito dividitur; est enim generosa materies, quæ Circo sacrisque certaminibus equos præbet.

MATERIŎLA, æ. f. dimin. Tertull. de Bapt. cap. 17. Concludere materiolam.

MATERIĀLIS, e. Adj. Ad materiam pertinens. Macrob. de Somn. Scip. 1. 12. Priusquam materialis influxio in corpus venientes animos ebriaret.

MATERIALĬTER, Adv. Idem. Sidon. 8. Epist. 11.

MATERIĀRIUS, a, um. Adj. [ὑλουργικός] ut, Materiarius faber, Lignarius, vel potius tignarius: &, Materiaria fabrica, Lignaria. Plin. lib. 7. cap. 56.
Materiaria incrustatio, est quod vulgo *lambritium* vocant. Budæus.

MATERIĀRIUS, i. m. [ὑλουργός] Faber lignarius, vel qui materiam præstat. Plaut. Milit. 3. 3. 46.
Adsunt fabri, architectique, eam quidem ad rem haud imperiti.
A. Si non nos materiarius remoratur, quod quidem opus est,
Novi indolem nostri ingenii, cito erit parata navis. Alter edit. Gronov. q. V. Inscript. apud Gruter. DCXLII. 6. FVLVIVS L. F. QVINTIANVS FABER MATERIARIVS.

MATERIOR, [ὑλίζομαι] ari. ea forma dictum qua Lignari; idemque significat, teste Perotto. Cæf. 7. Bell. Gall. 73. pr. Erat uno tempore & materiari & frumentari, & tantas munitiones fieri necesse.

MATERIĀTUS, a, um. Partic. [συνυλωμένος] Cic. 3. Off. 54. Male materiatæ ædes, i. e. Compositæ ex mala materie, ut ex lignis non cæsis tempestive.
Materiam, pro Materiato dicunt quidam Grammatici in Metonymia poni, ut Armatus ferro, id est Gladio. H. St.

MATERIANDUS, aliud Partic. Vitruv. 5. 12. Ea ædificis minime sunt materianda propter incendia.

MATERIATIO, ōnis. f. [σύνυλωσις] apud Vitruvium legitur lib. 4. cap. 2. In ædificiis omnibus insuper collocatur materiatio variis vocabulis nominata.

MATERIATURA, æ. f Idem, ibid. E quibus rebus, & a materiatura fabrili in lapideis & marmoreis ædium sacrarum ædificationibus, &c.

MATERĪNUS, a, um. Adj. ut, Terra pulla, materina, rudecta, arenosa. apud Cat. R. R. cap. 34. i. e. Dura, solida, & prope lignea, ut exponit Turneb. Adverf. 21. 25. Al. Macerinæ. [Sane a Materia non fieret Materinus, sed Materianus. Plin lib. 8. f. 46. fidus alioqui Catonis interpres, hoc ἐπίθετον omisit. Forte Macerrima scripsit. Materinæ plagæ Umbriæ meminit Liv. 9. 41.

MATERIŌSUS, a, um. Adj. Gloss. Gr. Lat. πολύϋλος.

MATERIS, V. MATARIS.

MATERNUS, MATERTERA. V. MATER.

MATHEMA, MATHEMATICA, MATHEMATICUS, V. MATHESIS.

MATHĒSIS, is. f. [μάθησις] Latine Disciplina dicitur. Ad disciplinam spectant geometria, musica, arithmetica, astrologia. Et hæ mathematicæ scientiæ, disciplinæ dicuntur. eo, quod discantur plane, & per demonstrationem quandam percipiantur. Alias Mathematici vocantur Genethliaci, astrologique, & qui Chaldæi vocantur. Gell. lib. 1. cap. 9. de ordine disciplinæ Pythagoricæ, Tum verba facere, & quærere, quæque audissent, scribere, & quæ ipsi opinarentur, exponere potestas erat: hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοί, scilicet ab iis artibus quas jam discere atque meditari incœperant; quoniam geometriam, & gnomonicam, musicam, ceterasque item disciplinas altiores, μαθήματα veteres Græci appellabant. Vulgus autem quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicare oportet, mathematicos dicit.
Sic Firmici Libri Matheseos, ut citat Beroaldus. Spartianus in Ælio Vero 146. Fuisse enim Hadrianum peritum matheseos. H. St. i. e. Genethliacorum. Exstant cap. 3. extr.

MATHĒMA, ătis. n. [μάθημα] Pl. Mathemata. Idem. V. dict. super.

MATHĒMĂTICUS, a, um. Adj. ut, Mathematicæ disciplinæ. conf. Vitruv. 1. 1. Plin. 30. 1.

MATHEMATICUS, i. m. Is qui Mathemata profitetur, vel Genethliacus. Cic. 1. de Orat. 10. Quis ignorat, ii, qui mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, & quam recondita in arte, & multiplici, subtilique versentur? Cic. 1. Tusc. 4. In summo apud illos honore Geometria fuit. Itaque nihil mathematicis illustrius.
Nota mathematicis genesis tua. Juven. 14. Sat. 248.

MATHEMATICA, æ. f. Ars ipsa. Vitruv. 1. 1. Sueton. Tiber. 69. Sen. Epist. 88. Cic. 1. de Fin. 72.

MATHIOS, Herba, quam quum serpentes comederunt, senium deponunt ætatis. Hæc Lactant. in lib. 4. Thebaid.

MĀTHO, Afer quidam, qui supplicium formidans, quod multa seditiose fecisset, primo Punico bello finito, sic in Carthaginenses invectus est, ut qui aliter consulturus surgeret, non exspectato orationis principio, conjectis lapidibus eum interficerent; quo pacto multi non solum duces, verum etiam privati homines sunt cæsi. Meminit hujus historiæ Cæl. lib. 29. cap. 2.

MĀTĪNUS, [Ματῖνος] Mons est Calabriæ. Lucan. lib. 9. 185.
— & calidi lucent busta Matini.

MATINUS, a, um. Adj. [Ματῖνος] ut, Apis Matina. Hor. 4. Carm. 2. 27. Cacumina Matina. Hor. Epod. 16. 28.

MATIOLĬCHUS, [ματιόλοιχος] ut Cælio videtur, Qui parum comedit, aut Qui in minimis astutum se præstat. Quanquam & Matiolichus dici valet, Qui ex mensuris lucrum venatur. Nam est mensuræ genus ματίον, & λείχω lambo. Hincque forsan Eusebio cuidam apud Marcellinum Matiocobæ factum cognomentum. V. Cæl. Lect. Antiq. lib. 26. cap 21.

MATIUS, Vir pomis inserendis insignis. Plin. 15. 14. Unde

MATIĀNUS, a, um. Adj. ut, Poma Matiana. Columel. 12. 45. V. Macrob. 2. Saturn. 15. Et Apic. 4. 3.

MATRALIA. V. MATER.

MATREAS, [Ματρέας] Alexandrinus quidam, qui Romanis Græcisque admirationi fuit, quod diceret, feram a se nutriri, quæ ipsa semet voraret, ut vel nunc anxie scrutentur multi, τὸ Ματρέου θηρίον τί ἐστι, id est, quænam sit Matreæ fera. Matreæ meminit Plin. lib. 16. Hist. Nat. cap. 27. hujus an alterius haud statuo nunc, Marcus, inquit, Varro auctor est, vitem fuisse Smyrnæ apud Matream triferam. Hard. Matroum. de quo paulo infra V. Hujus multæ sunt ambiguitates, quibus ludebat, ut refert Cælius Rhodig. lib. 11. cap. 11.

MATRICARIA, V. AMARACUS & PARTHENIUM.

MATRISCO, MATRICIDA, MATRIMUS, MATRIMONIUM, MATRIX, MATRONA, MATRONALIS. V. MATER.

MĀTRŎNA, [Ματρόνα] Fluvius Galliæ, ortus in finibus Lingonum, & Celtas a Belgis separans. Cujus mentio frequens apud Cæsarem. Vulgo *Marne*. Ausonius Eidyll. 10. seu Mosella 462.
Matrona non, Gallos, Belgosque intersita fines.

MĀTRŌUM, [Μητρῷον] apud Smyrnam celebrat Strabo lib. 14. Interpres au nomine Matronarum accipit locum. Rectius Cælius, Matris deûm templum dici mavult. Scribit Plutarchus, Lycurgum rhetorem ubi jam e vita demigrandum advertit, in matroum ac buleuterium ferri se jussisse, ut eorum quæ in republica gessisset, pœnas daret, si quid foret delictum. conf. supra in MATREAS.
Matroum etiam pro Loco Athenis accepit Libenius, ubi concionaretur Demosthenes. V. Cæl. lib. 9. cap. 7. & lib. 18 cap 17.

MATTA, æ. f. [ψίαθος, φορμός] Storea vel teges in quibus stuppa, vel fœnum, vel lanæ rudiores, aut aliud aliquid simile insertum est; fiuntque interdum e canabe, aut scirpo. Ovid. 6. Fast 679.
At dominus, discedite, ait; plaustroque morantes
Sustulit, in plaustro scirpea matta fuit.

MATTEA. V. MATTYA.

MATTIĀCA Pila, Saponis erat quoddam vile genus, quo ad rufandos crines mulieres utebantur. Martial. 14. 27.
Si mutare paras longævos, cana, capillos:
Accipe mattiacas (quo, tibi calva?) pilas. Dictæ sunt autem Mattiacæ pilæ, a Mattiaco Germaniæ oppido, de quo Plin. lib. 31. cap. 2.

MATTICI, [σιαγόνες] cognominantur Homines malarum magnarum, atque oribus late patentibus. Festus. al. Matrici. [Forte Mattyci, vel Mathyci, vel Mattyaci. Nam Hesychio ματτύαι, vel μαθύαι sunt γνάθοι, i. e. Maxillæ.

MATTUS, vel MATUS, Humidus, lutosus; quasi ex Madidus. Petron. cap. 41. Plane matus sum. V. Gloss. Isidor. Salmas Hist. Aug. p. 461. in Cic. 16. Att. 17. legit Via matta pro Via inepta, vel ut al. Amara.

MATTYA, æ. [ματτύη] primæ declinationis, ut ait Georgius Merula, dicitur Edulium quodcunque pretiosum. At Calderinus dicit Mattea cum a secunda vocali, neutrum plurale, Condimentum esse carnium unctum. Unde Matteulicus, id est Gulosus. Cælius vero lib. 9. cap. 12. Mazam, inquit, putant ex farina, oleo, & aqua confici solitam. Suidas etiam ex lacte; unde mox paulo nata & Mattya est, dictaque eo nomine pretiosa omnia edulia, ut scribit Athenæus. Hinc illud Martialis lib. 13. 92. sunt qui ita legant,
Inter aves turdus, si quis me judice certet,
Inter quadrupedes mattya prima lepus. Turnebus legit Mactya. Al. Gloria. Verba autem Athenæi quæ a Cælio allegata sunt, lib. 14. leguntur, ubi & inventum a Thessalis hoc esse inquit. Ceterum lib. 4. inter ἐπαίκλια seu τραγήματα numerat, & significatione idem esse inquit. Sunt aut ἐπαίκλια quæ post cœnam apponi solent: Latini Bellaria vocant, & secundas mensas. Nonnunquam etiam peregrina voce, Tragemata. Suet. in Calig. cap. 38. videtur Mucteas appellasse, nisi forte mendosus sit locus. V. & Erasmum in adagio ματτυάζειν.

MĂTŬLA, æ. f. [ἀμίς] Vas aquarium, sive ad aquam tenendam. Plaut. Mostel. 2. 1. 39.
Jam hercle ego vos pro matula habebo, nisi mihi matulam datis.
Matulam pro Meticuloso vanoque accipere videtur Plaut. in Persa, 4. 3. 64.
Tacen', an non taces? nunquam ego te tam esse matulam credidi:
Quid metuis?

MĂTELLA, æ. f. [ἀμίδιον] dimin. a Matula; est Aquarium vas, inquit Nonius 19. 2. Varro Endymionibus, Divitum aphocaschin ad communem revocat matellam.
Matella, Vas in quod urinam reddimus. Martial. 10. 11.
Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam
Dignus es.

MATELLIO, ōnis. m. [ἀμίδιον] dimin. a Matula, inquit Festus; & Varro de L. L. 4. 25. Matellio, a matula dictus, & dictus posteaquam longius

longius e figura matulæ discessit. Idem de vita P. R. Quæ utilitas postularet trulleum, matellionem, pelvim. Apud Non. 15. 38. Cic. in Parad. 5. 2. Si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissime tractantem, &c.

Maturus, a, um. Adj. [illegible] proprie de frugibus dicitur, Quod neque crudum, neque mite, neque caducum, neque nimium coctum, sed in tempore temperatum provenit: ut, Poma matura. Cic. de Senect. 71. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur; si matura & cocta, decidunt, &c.
Arbuta. Lucret. lib. 5. 939.
Messis albescit maturis aristis. Ovid. 5. Fast. 357.
Fœtus maturos edere. Ovid. de Nuce, 93.
Fruges. Virg. 3. Ecl. 80.
Uvæ maturæ vinitor. Virg. 10. Ecl. 36.
Ætas matura, Justa. Ulpian. in l. Cum filiofamilias, in fine. D. de legat. 3.
Maturus ævi, per translationem, pro Sene quandoque accipitur. Virg. 5. Æn. 73. — ævi maturus Acestes.
Animi maturus. Virg. 9. Æn. 246.
　Hic annis gravis, atque animi maturus Alethes.
Animo maturus & ævo. Ovid. 8. Met. 617.
Annis maturus. Tacit. 1. Ann. 4.
Ad arma maturus. Sil. lib. 16. 656.
Cibo maturus. Plin. lib. 12. cap. 27.
Militiæ. Liv. 42. 52.
Hic sponsæ maturus illa marito. Stat. 3. Silv. 1. 176.
Filia matura viro. Virg. 7. Æn. 53. conf. Virgo.
Consilium maturum. Claud. de Bell. Get. 126.
Dies. Lucret. lib. 4. 1025. I. e. Tempus maturum & idoneum.
Facultas maturior discendi. Cic. 1. de Orat. 95. Non despero fore aliquem aliquando qui & studio acriore, quam nos sumus, atque fuimus, & otio ac facultate discendi majore ac maturiore, & labore atque industria superiore, &c.
Funeri maturo propior, I. e. Morti vicinior. Hor. 3. Carm. 13. 4.
Gloria. Liv. 2.
Homo [Orator] maturus & mitis. Cic. de Clar. Orat. 287. Ipse Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset & mitior.
Judicium. Cic. pro Cæcin. 7. Si quis quod spopondit, qua in re verbo se uno obligavit, id non facit, maturo judicio, sine ulla religione judicis condemnatur.
Libertas. Liv. 2. [Immatura lib. 2. pr. & ibid. Maturis jam viribus.
Muria matura. Columel. lib. 12. cap. 6. Quum salem per aliquot dies videbis liquescere, ex eo intelliges nondum esse muriam maturam. Itaque subinde alium salem tamdiu ingeres, donec in sporta permaneat integer, nec minuatur: quod quum animadverteris, scies habere muriam maturitatem suam. Paulo post, Est & aliud muriæ maturæ experimentum. Nam ubi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit, maturam.
Onus maturum auferre utero. Ovid. 2. Fast. 452.
Papaver maturum ad excipiendum lacrymam. Cels. lib. 5. cap. 25.
Partus. Hor. in Carm. sæcul. 13.
Probitas maturior ævo. Stat. 2. Silv. 1. 40.
Puer alicui rei faciendæ. Quintil lib. 2. cap. 1. Nos porro quærimus, quando iis, quæ Rhetorice præcipit, percipiendis puer maturus esse videatur.
Reditus. Hor. 4. Carm. 5. 3.
Tempus. Cic. 15. Att. 4. Non recuso id quidem, sed & componendum argumentum est, & scribendi exspectandum tempus maturius.
Tempus maturum vino. Cels. lib. 4. cap. 11. h. e. Ut ægroto detur vinum bibendum.
Tempore maturo adepta conjugium. Catul. 60. 37.
Venter, Tempus pariendi. Ovid. 11. Met. 311.
Virgo matura viro. Virg. 7. Æn. 53. conf. Filia.
Virginitas matura toris. Stat. 1. Achill. 292.
Maturum, significat aliquando Festinum & repentinum. Cic. 7. Verr. 146. Ut etiam ille vox & illa imploratio, civis Romanus sum: quæ sæpe multis in ultimis terris opem inter Barbaros & salutem tulit, ea mortem illis acerbiorem & supplicium maturius ferret. Cæs. 4. Bell. Gall. 20. Etsi in iis locis, quod omnis Gallia ad Septentrionem vergit, maturæ sunt hiemes. Cic. de Senect. 76. Satietas vitæ tempus maturum mortis affert. & 1. Q. frat. 1. Ego tibi spem maturæ discessionis afferebam.
Maturum facere, pro Cito expedire. V. **maturum**, Adv.
Compar. Hor. 2. Carm. 17. 6.
　Ah! te meæ si partem animæ rapit
　Maturior vis.
Superl. [illegible] Columel. lib. 4. cap. 29. Fecundos & quam maturissimos surculos viti detraxerit.
Maturrimus, alius superl. Tacit. 12. Ann. 65. Robur ætatis quam maturrimum precari.

Maturum, Adv. Cato apud Gell. 3. 7. Maturum censeo faciundum, ut milites ad verrucam ire jubeas.

Mature, Adv. [illegible] Tempestive, sive Ad tempus. Ter. Eun. 2. 1. 2.
　Fac ita ut jussi; deducantur isti. P. faciam. PH. at diligenter.
　P. Fiet. PH. at mature. P. fiet. Ibid. 5. 4. 11.
　Me reperisse, quomodo adolescentulus
　Meretricum ingenia & mores posset noscere;
　Mature, ut quum cognorit, perpetuo oderit. Ubi Donat. Mature, Cito, & ante tempus.
Mature duo diversa significat, & Cito, & Tarde. Plaut. in Curc. 3. 10.
　Qui homo mature quæsivit pecuniam,
　Nisi eam mature parsit, mature esurit. Est enim sensus, Qui homo vix & ægre quæsiit pecuniam. Hæc Charis. lib. 2. Valla exponit, Seriuscule. ut sit sensus; Mature quæsivit, i. e. Tardiuscule; Mature parsit, i. e. Custodierit maturando ac retinendo; Mature esurit, i. e. Cito vel tandem fame laborat. [Mature, i. e. In tempore.
Mature facere aucupium oculis. Plaut. Mil. 4. 1. 43.
　Viden' tu illam oculis mature facere, atque aucupium auribus? Le. Ut festinat eudire. Emendati libri habent Venaturam facere.
Quæ si fuit sine mora, matureque decreta, facilius, &c. Cic. 5. Philip. 34.
Mature mittere. Cic. 15. Fam. 1. Hoc autem tempore res se sic habet, ut nisi exercitum tantum, quantum ad maximum bellum mittere soletis, mature in has provincias miseritis, &c.
Redeat mature, repetatque relicta. Hor. 1. Epist. 7. 97.
Venit ipse mature. Cic. 3. Off. 59.
Mature extollere aliquem ad summum imperium per omnes honorum gradus. Cic. 1. in Catil. 28.
Compar. Cic. 4. Acad. 9. Quo quidem & maturius venimus, quod erat constitutum, &c. Et 5. Verr. 60. Eo celerius de isto transigamus, quo maturius ad Apronium veniamus. Et Liv. 6. 23. Patere te vinci consilio, ut maturius bello vincas.
Superl. cui Tardissime opponitur. Cic. pro Cæcin. 7. Nam ut quæque res est turpissima, sic maxime & maturissime judicanda est; at ea, in qua existimationis periculum est, tardissime judicatur.
Dicitur etiam Maturrime, per contractionem, quemadmodum Celerrime. Cæs. 1. Bell. Gall. 33. Quibus rebus quam maturrime occurrendum putabat.

Maturitas, ātis. f. [illegible] Tempus maturum. Cic. 2. de Nat. Deor. 119. Sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque luna illuminata graviditates & partus afferat, maturitatesque gignendi. Maturitas frugum. Idem 1. Tusc. 68.
Ingenium celeriter maturitatem assecutum. Cic. 2. de Orat. 88. Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum.
Festinata maturitas occidit celerius. Quintil. in proœm. lib. 6.
Firma lactis maturitas. Columel. lib. 7. cap. 9.
Inchoata maturitas. V. **inchoo**.
Animadvertendi maturitas, Facultas idonea. Cic. 9. Fam. 14. Ut res ipsa maturitatem tibi animadvertendi omnium consensu daret.
Ætatis. Cic. 6. Fam. 18. Etsi abest maturitas ætatis: jam tamen personare aures ejus hujusmodi vocibus non est inutile.
Dicendi. Cic. de Clar. Orat. 161. Quod idcirco posui, ut dicendi Latine prima maturitas, in qua ætate exstitisset, posset notari.
Orationis. Cic. de Clar. Orat. 8. Quumque ipsa oratio jam nostra canesceret, haberetque suam quandam maturitatem, &c.
Sceleris. Cic. 1. in Catil. 31. Nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris & audaciæ maturitas, in nostri Consulatus tempus erupit.
Senectutis. Cic. de Senect. 33. Ut enim infirmitas est puerorum, & ferocitas juvenum, & gravitas jam constantis ætatis: sic senectutis maturitas, naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat.
Virtutis. Cic. pro Cœl. 76. Quæ studia in his jam ætatibus nostris contractiora esse debent; in adolescentia, tanquam in herbis, significant quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ.
Nondum est maturitas illud faciendi, i. e. Nondum est tempus maturum. Cic. 1. Att. 17. Inducendi Senatusconsulti maturitas nondum est.
Assequi maturitatem. V. **assequor**.
Capere maturitatem. V. **capio**.

Maturo, [illegible] āre. Accelerare, ita ut adhibeatur industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas; ex quibus duobus contrariis fit maturitas, ut neque aliquid citius, neque serius fiat.
Maturare aliquid sole. Plin. lib. 15. cap. 7. Alii foliorum mollissima decoquunt in oleo, & exprimunt; alii dejecta ea in oleum prius, sole maturant.
Olivas muria. Pallad. In Novembri, cap. 22. Electas olivas muria maturabis. *Tu feras meurir en saulmure.* Quidam legunt Macerabis, sed inepte. Sic enim loquitur Columel. lib. 12. cap. 47. Quum muria dura Pausea alba maturuerit, omne jus defundatur. Muria dura, duo sunt ablativi.
Ova. Plin. lib. 9. cap. 37.
Pomum. Plin. lib. 16. cap. 25. Floret prima omnium amygdala mense Januario, Martio vero pomum maturat.
Uvas. ut, Tibul. lib. 1. 4. 19.
　Annus in apricis maturat collibus uvas.
Maturat arbor, Subaudi Fructum. Plin. lib. 16. cap. 25. Serotino quædam germinatu florent, maturantque celeriter, sicuti morus.
Dicimus (ut ex præcedentibus, & sequentibus exemplis est manifestum) Maturare, absolute; & Maturare rem aliquam. Cic. ad Brut. 10. Quod ut faceres, idque maturares, magnopere desiderabat Resp.
Cœpta maturare. Liv. 24. 13.
Fugam. Virg. 1. Æn. 141.
Mortem alicui. Cic. pro Cluent. 171. Huic mortem maturabat inimicus, quod illi unum in malis perfugium erat calamitatis. Et Cels. 7. 26. In vesica vero non tuto vel hi conquiruntur vel attrahuntur, quoniam ubi illam convulnerarunt, ex distentione nervorum mortem maturent.
Maturare, Perficere. Quintil. in Epist. ad Tryphonem. Nam ipse eos nondum opinabar satis maturavisse. Quidam legunt Maturuisse; idque rectius, nempe a verbo Maturesco.
Maturare cum infin. ut, Maturare proficisci, i. e. Mature proficisci. & Maturare facere funus. Liv. 2. 38. Te exspecto & oro ut matures venire. Cic. 4. Att. 1. Ter. Heaut. 3. 1. 87.
　　— quod sensisti illos me incipere fallere,
　Id ut maturent facere. Sallust. Catil. cap. 36. Antonius Catilinam cum exercitu persequi maturet.
Maturare in. Pontanus (haud scio quo exemplo) de Bello Neap. lib. 1. In Apuliam maturavit. H. St.
Multa de hoc verbo Gell. 10. 11.

Maturor, pass. Idem quod Maturesco infra. Plin. 13. 18. Novissime sub hieme maturatur chelidonia.

Maturatus, a, um. Partic. [illegible] Maturum factum. Cic. de Senect. 33. Primo est peracerba gustatu; deinde maturata dulcescit.
Maturatum negotium, Acceleratum, aut perfectum. Et apud Plin. Maturata concoctio, Perfecta. [Immo, Concoctione maturata, vel potius, ut legendum arbitror Concoctioni. i. e. Ad concoctionem. Locus est lib. 21. Segm. 70. Negotium quoque Maturum puto, non Maturatum dicendum, ut Res matura Liv. 2. 45.
Maturato, ablativus junctus cum hac dictione Opus; ut, Maturato est opus, h. e. Celeritate & diligentia. Liv. 24. Idem 1. 58. Ut cum singulis fidelibus amicis veniant; ita facto, maturatoque opus esse, rem atrocem incidisse.

Maturate, Adv. [ἐπισπευσμένως] Festinanter. Liv. 32. 16. Jussis ceteris, quantum maxime possent maturate sequi. [An Maturato?
Maturate properare. Plaut. Pseud. 4. 7. 58.

Maturatio, ōnis. f. [ἐπείξις] Auctor ad Heren. lib. 3. 3. Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones, & ceteras res.

Maturesco, [πεπαίνω, ὡραΐζω] ēre. Maturum fieri; a Matureo derivatur. [Non necessario.] Plin. lib. 11. cap. 11. pr. Quum mella cœperunt maturescere, abigunt eos. Scil. Fucos. V. Columel. lib. 3. ad fin. Cæs. 6. Bell. Gall. 28. Ipse, quum maturescere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus.
Lucus maturuit pleno anno. Ovid. 11. Met. 191.
Annis nubilibus maturuit puella. Ovid. 14. Met. 336.
Partus maturescunt septem nonnunquam, aut, ut plerumque, novem lunæ cursibus. Cic. 2. de Nat. Deor. 69.
Libros nondum opinabar satis maturuisse. Quintil. in Epist. ad Tryphonem, h. e. Satis castigatos & recognitos ut emitterentur, sicut virgo matura viro emittitur.
Vites maturescunt. Plin. lib. 16. cap. 25.
In semen maturescere. Plin. lib. 18. cap. 16.

Maturescens, entis. Partic. [πεπαινόμενος] Plin. lib. 21. cap. 3. Malus Assyria omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis subnascentibus.

Mātūta, æ. f. [Λευκοθέα] seo, addito epitheto, Mater Matuta, Aurora a nostris dicitur, quæ a Græcis Λευκοθέα. Cic. 1. Tusc. 28. Quid Ino Cadmi filia? nonne Leucothea nominata a Græcis, Matuta habetur a nostris? Adde eundem 3. de Nat. Deor. 48. & Ovid 6. Fast. 545. Templi ejus meminit Liv. 6. 33. Dicta est quod matutino tempori præsit. vel a Mano i. e. Claro, ut Nonio 1. 337. vel Bono, ut Festo placet. Fabulam de Ino in Matutam versa refert Serv. in 5. Æn. 241. V. Ino.

Mātūtīnus, a, um. Adj. [πρωϊνός, ὄρθριος] ut, Tempus matutinum pro Mane. Cic. 1. Att. 15. Itaque quum bene completa domus est tempore matutino, &c.
Alites matutini. Propert. lib. 1. 16. 46.
Cliens, Mane salutatum cursans. Martial. lib. 12. 69.
Dies. Plin. lib. 8. cap. 32. ad fin.
Frigora. Hor. 2. Serm. 6. 45.
Horæ. Apud Plin. 28. 6. extr.
Pastus. Plin. lib. 12. cap. 17.
Pruina. Propert. lib. 2. 9. 41.
Radiis juga subdita matutinis. Ovid. 1. Met. 62.
Salutatio. Cic ad Brut. 4.
Tempora. Ovid. 3. Met. 581. & Cic. 7. Fam. 1.
Umbræ. Plin. lib. 16. cap. 13.
Matutinis omnibus, pro Quolibet mane. Plin. lib. 10. cap. 43.
Matutino, pro Mane; & subauditur Tempore. Plin. lib. 7. cap. 53. Nullis evidentibus causis obiere, dum calciantur matutino, duo Cæsares. Quintil. lib. 12. cap. 8. Pridie ad se venire litigatorem, aut eodem matutino jubent.
Matutinus homo. Virg. 8. Æn. 465.
Nec minus Æneas se matutinus agebat. Ubi Servius; Rem temporis, ad personam transtulit.
Matutinus, Epitheton Jani, quod ab eo diei & anni principium docatur. Hor. 2. Serm. 6. 20.
Matutine pater, seu Jane libentius audis. Ubi Schol. Vet. Janum, inquit, invocat, quod temporum sit Deus & præsit rebus incipiendis, quas matutino tempore recte incipere solemus, sive in urbe, sive ruri. Alibi tamen hoc Jani epitheton non memini legere, nec habet Macrob. lib. 1. Sat. cap. 9. ubi de Jani nominibus.

M A V

Mavelim, Mavellem. Mavolo. V. Malo, mavis.

Mahumet, Mahumed, sive Magmed, (utroque enim modo dicitur) Is qui magnam Orientis partem religione perversa implicuit, uti proditum est, morbo comitiali fuit obnoxius. Id quum animadvertisset uxor, & eo nomine plurimum indignaretur, ac rogaret subinde quid esset: Desine (inquit) mirari, morbus abest: sed quum adventantis numinis vim pati nequeam, mente collabor, ac stupent membra. Communis est hæc prophetarum affectio, quorum me esse unum, scias velim. Hac fraude delinita mulier; quem odisse cœperat eventus atrocitate, commenti versutia, ut divinum suspicere virum coacta est, quæ illuc denique prorupit fraus, ut illum moriens ex asse hæredem institueret. Quæ res potentiæ, quam mox adeptus est amplissimam, exordia præbuisse narratur. Cælius.

Mavors, V. Mars.

Mavorte, & Mavortes, is. m. & Mavortium, seu Mafortium, i. n. Genus vestis muliebris, quæ & Ricinium dicitur. V. Serv. ad Virg. 1. Æn. 286. & Isidor. 19. 25. Non. 14. 33. Lex. Pitisc. in Mafortium.

Maurella, æ. f. Herba, de qua Macer. 2. 34.

Mauritānia, [Μαυρητανία, Μαυρουσία] Africæ regio extrema, versus Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum. In ea Antæus gigas regnasse dicitur, ab Hercule victus. Est autem duplex, Cæsariensis a Cæsarea, & Tingitana a civitate Tingi. Dictaque est Mauritania, a μαῦρον, quod est nigrum; quod nigros habeat colonos. Gignit simias, dracones, struthiones, & elephantos.
Rex Mauritaniæ. Cic. pro Sull. 56.

Mauri, [Μαῦροι, Μαυρούσιοι] Populi qui Mauritaniam regionem incolunt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine, in hæc loca pervenisse multi crediderunt, ut Strabo lib. ult. scribit. Sallust. certe in Jugurthino cap. 18. Mauros & Numidas, reliquosque, qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis, bellis Punicis, maxime autem rebus contra Jugurtham gestis innotuerunt. V. Strab. lib. ult.
Incocti corpora Mauri. Sil. lib. 17. 633.
Leves. Claud. de 3. Conf. Hon. 54.
Occidui. Lucan. lib. 3. 294.
Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis. Sil. lib. 7. 682.

Maurus, a, um. Adj. [Μαῦρος] pro Mauritanus, sive Mauritanicus. ut, Mauri jaculi. Hor. 1. Carm. 22. 2.
Unda Maura, i. e. Mauritanica. Hor. 2. Carm. 6. 3.
— ubi Maura semper Æstuat unda.

Mauricus, a, um. Adj. Martial. 5. 29.

Maurice, Adv. [μαυρικῶς] Gell. lib. 2. cap. 25.

Maurūsius, a, um. Adj. [μαυρούσιος] Idem. ut, Arundo Maurusia. Sil. lib. 10. 400.
At molta thorax perfossus cuspide; & hærens
Loricæ interdum Maurusia pendet arundo. i. e. Telum ab hoste Mauro immissum.
Gens. Virg. 4. Æn. 206.
Præda. Sil. lib. 16. 554.
Tellus. Claud. 2. Conf. Stilich. 278.

Maurusiăcus, a, um. Adj. Idem, quod Maurusius. Martial. 12. 67.
Gemmantes prima fulgent testudine lecti
Et Maurusiaci pondera rara citri.

Mausōlus, i. m. [Μαύσωλος] dictio trisyllaba; fuit, inquit Gellius, ut Marcus Cicero ait, Rex terræ Cariæ: ut quidam Græcarum historiarum scriptores dicunt, Præfectus provinciæ Græcæ, quem σατράπην Græci vocant. Is Mausolus, ubi fato perfunctus est, & inter lamenta & manus uxoris funere magnifico sepultus est, Artemisia luctu atque desiderio mariti flagrans, ossa, cineremque ejus mista odoribus, contusaque in pulveris faciem, aquæ indidit, ebibitque: multaque alia violenti amoris indicia fecisse dicitur. Molita quoque est ingenti impetu operis, conservandæ mariti memoriæ causa sepulchrum illud memoratissimum, dignatumque memorari inter septem omnium terrarum spectacula. Hactenus Gell. lib. 10. cap. 18.

Mausolēum, i. n. [Μαυσωλεῖον] tetrasyllabum. Monumentum Mausoli regis Cariæ, de quo V. in dict. præced. Adde Vitruv. lib. 2. cap. 8. Plin. lib. 36. cap. 5. & Herodotum lib. 7. Hoc sepulchrum attollebatur in altitudinem vigintiquinque cubitis, cingebatur columnis triginta & sex. Ab hoc sepulchro, Omnia pretiosa sepulcbra Mausolea dicuntur. Unde Suet. in August. cap. 100. Sepulchrum Cæsarum appellavit Mausoleum, quod exstruxit Augustus. Idem in Caligula cap. 15. Duobus ferculis mausoleo intulit. Flor. 4. 11. extr. Quod ubi desperavit a Principe (Cleopatra) servarique se triumpho vidit, incautiorem nacta custodiam in Mausoleum se, sepulchra regum sic vocant, recipit. Martial. lib. Spectac. 1.
Aere nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.

Mausolaeus, a, um. Adj. [μαυσώλειος] Propert. 3. 2. 59.
Nec Mausolei dives fortuna sepulcbri.

Mausoli, [Μαυσωλοί] dicti sunt Cares, Asiæ populi, a Mausolo rege, Artemisiæ viro. Steph.

Mausos, [Μαυσός] Agri Corinthii vicus est Stephano.

M A X

Maxyes, [Μάξυες] Africæ populi, a Trojanis (ut ipsi gloriantur) orti, qui dextram partem capitis comatam gestant, sinistram radunt, & corpus minio tingunt. Auctor Herodot. lib. 4.

Maxilla, æ. f. [σιαγών] diminutivum a Mala, ut putavit Priscianus lib. 3. cap. de Diminutivo. Verum Mala a Maxilla fit per detractionem litteræ mediæ, auctore Cic. in Orat. 153. Quomodo (inquit) vester Axilla, Ala factus est, nisi fuga litteræ vastioris? quam litteram etiam e maxillis, e taxillis, & vexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit. V. Axilla. [Significationem quidem Maxilla diminutivi non habet. At habent alia ejusdem formæ. Itaque pro sententia Oratoris Romani pugnare nolim.
Maxilla, In qua fixi sunt dentes; quamvis etiam de parte exteriore quandoque dicatur, quæ barbam emittit. Pers. 4. Sat. 36. pro Pectine dentato posuit,
Tu, quom maxillis balanatum gausape pectas,
Inguinibus quare detonsus gurgulio exstat? [Forte Detonsis. Ceterum expositio falsa est. Nam versu priore grandiusculæ barbæ periphrasis est, quæ pecti possit, ut optime explicuit Nebrissensis, quem V.
Ordo maxillarum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Thesaurus maxillarum. V. Thesaurus.

Maxillāris, e. Adj. [σιαγόνιος, γομφίος] Quod ad maxillam pertinet. ut, Dens maxillaris, qui & Molaris dicitur. Plin. lib. 23. Maxillaresque ita sanari dentes præcipue putant.

Maxime, Adv. superl. a Magis, V. Magis.

Maxīmīnus, i. m. [Μαξιμῖνος] Thrax genere, ut in nummis vocatur, C. Julius Verus Maximinus, in pueritia pastor, per honorum militarium gradus promotus, corporis proceritate & viribus, & militarium operum peritia, Alexandro Severo commendatus, ab eodemque tironibus præfectus, ab his, occiso Alexandro, Imperator & Augustus salutatus est. A senatu tamen, ob sævitiam & ignobilitatem generis contemptus & hostis judicatus, in obsidione Aquilejæ a suis militibus anno v. imp. una cum Maximo filio, jam Cæsaris & Germanici cognomine decorato, occisus est. Tantæ voracitatis, & bibendi adeo avidus fuisse memoratur, ut sæpe illum opera diurna vini amphoram capitolinam pertiscasse scribat Cordus, & carnis vorasse libras quadraginta vel sexaginta quoque. V. Herodian. lib. 6. Capitol. in vita utriusque, Eutrop. lib. 9. pr. & Victor uterque.

Maximopere, Maximus. V. Magnus.

Maxyes, V. Maxies.

M A Z

Māza, [μᾶζα] quæ & Massa dicitur, solet ex farina, oleo & aqua confici, aut etiam ex lacte, secundum Suidam. V. dictionaria Græca.

Māzăca, [Μάζακα] Civitas est Cappadociæ, teste Plin. lib. 6. cap. & segm. 3. Sub monte Argæo, Mazacam, quæ nunc Cæsarea nominatur. Inde, Mazacæ populi, eidem lib. 6. cap. 7. Eusebius in Chronicis num. 2036. Tiberius multos reges ad se per blanditias evocatos nunquam remisit, in quibus & Archelaum Cappadocem, cujus regno in provinciam verso, Mazacam, nobilissimam civitatem, Cæsaream appellari jussit. Ubi Scalig. V. Hinc

Mazacēnus, a, um. [Μαζακηνός] Adj. gentile, & Mazax, ācis. [Μάζαξ] Suet. in Neron. cap. 30. Turba Mazacum. [Hoc gentile agnoscit

fuit Steph. quum inquit, λέγεται δὲ, Ἀπὸ μαζάκων. Nisi Mazacas Libyæ intelligit, qui ab ipso μάζοι vocantur. Salmasius tamen Mazicum, vel Mazucum legendum contendit, V. mox MAZAX.

MAZÆUM, [Μαζαῖον] Bithyniæ oppidum, teste Stephano in dictione Ἀμαζόνιον.

MAZÆI, [Μαζαῖοι] Pannoniæ populi sunt, apud Strab. lib. 7.

MAZARES, [Μαζάρης] ex Medorum Satrapis fuit, qui Prienenses in Cyri ditionem redegit. V. Herod. lib. 1.

MAZĂRA, V. MATASA.

MĀZAX, ăcis. m. [Μάζαξ] Africæ populus, qui in torquendis missilibus non est inferior Medis. Berouldus in illud Lucan. lib. 4. 681.

— æquaturusque sagittas
Medorum, tremulum quum torsit missile Mazax. Dicebantur & Mazaces equites, qui in comitatu nobilium erant fere ex Africa. Suet. In vita Neronis cap. 30. extr. Phalerata cum Mazacum turba atque cursorum. Quin & Nemesianus Cyneg. 261. equos Mazacas laudat, qui ex interiore Africa erant.

Quemque coloratus Mazax deserta per arva
Pavit, &c. [Immo non Equos, sed Equisones. V. not. Ulit. in loc. & in Suet. Torr. Casaub. Salmas. Cellar. Geogr. Ant. 4. 6. 47. & quæ supra in MAZACA.

MAZERAE, Fluvius in ora maris Hyrcani. V. Plin. lib. 6. cap. 16.

MĂZŎNŎMUM, i. n. [μαζόνομον] Græca dictio, qua Lanx grandior significatur, ut ait Acron, quo cibi feruntur in convivia. Hor. 2. Serm. 8. 86.

Mazonomo pueri magno discerpta ferentes
Membra gruis. Varr. 3. de R. R. cap. 4. Ut in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicate cœnitaret, & alios videret in mazonomo positos coctos, alios volitare circa fenestras captos.

M E

ME. Mecum, Meus, Mensa. MED. Medicus, Medius. MEN. Menenia. MENS. Mensa, Mensis. MER. Mercator, Mercurius, Mercurialis. MER. S. Mercurio sacrum. MER. AN. XXXVIIII. Meruit annis 39. MES. Menses, Mensis. MET. Metius. MEVAN. NAT. Mevania natus.

ME, accusativus, & ablativus, [ἐμὲ] ab Ego, mei.

Me, pro Mihi, inquit Festus, dicebant antiqui; ut Ennius, quum ait lib. 2.
Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis, &c conf. Plaut. Most. 5. 2. 44; 1. 3. 65. & Aul. 4. 10. 46. & Parei Lex. Crit. p. 724.

MEAPTE, ablativus cum syllabica adjectione; Mea propria, sive Mea ipsius. Ter. Heaut. 4. 3. 8.

Atque ita me di ament, ut ego nunc non tam meapte causa
Lætor, quam illius. conf. Plaut. Pœn. 1. 3. 37. & Most. 1. 2. 77.

MEABILIS, MEATUS. V. MEO.

MEARUS, Fluvius est Hispaniæ in ora Asturum, ut est apud Pomponium Melam lib. 3. cap. 1.

M E C

MĒCĂPHRŎDĪTON, [μηκωναφρόδιτον] Species est papaveris, spumeum habens semen; unde etiam a Dioscoride μήκων ἀφρώδης, hoc est spumeum papaver appellatur.

MECASTOR, Jurandi adverbium. Festus, Mecastor & Mehercules, jusjurandum erat; quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules; ut subaudiatur juvet. Ter. Hec. 1. 2. 8.

Philotis, salve multum. P. o salve, Parmeno.
SY. Salve mecastor Parmeno. P. & tu edepol Syra. Ubi Donatus, Olim salutantes addebant jusjurandum, ut hoc sedulo facere viderentur. ME, aut adjectio est, & abundat; aut positum est pro μὰ sylla-ba, ut Græci μὰ τὸν Ἀπόλλωνα dicunt.

Mecastor, Jusjurandum erat feminarum proprium, sicut viri per Herculem dejerabant. Edepol autem, quod est per Pollucem jurare, viro & feminæ commune est. Rationem vide apud Gell. lib. 11. cap. 6.

MĒCHĂNĬCUS, i. m. [μηχανικὸς] Faber, opifex eorum operum, quæ ingenio simul ac manibus fiunt. ἀπὸ τῆς μηχανῆς, quod inventionem significat. V. MACHINA. Sueton. in Vesp. August. cap. 18. Mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

MECHANICUS, a, um. Adj. [μηχανικὸς] ut, Ars mechanica, i. e. Fabrilis. Firmic. lib. 6. cap. 31. Hæc genitura divinum facit artis mechanicæ repertorem. Paulo post, Hic est Syracusanus Archimedes, qui Romanos exercitus mechanicis artibus sæpe prostravit. Adde Gell. 10. 12.

MECHANĬCE, es. f. Ars mechanica. V. Voss. de Scient. Mathemat. p. 264.

MECHANICŌS, Adv. Græcum [μηχανικῶς] Vitruv. 10. 1. Sunt alia quæ mechanicôs, alia quæ organicôs moventur.

MECHANĒMA, ătis. n. [μηχάνημα] Artificium, commentum. Sidon. 1. 9. Deos bona quæ ille digitis mechanemata facit.

MECŒNAS, V. MÆCENAS.

MĒCŌNĒ, [Μηκώνη] Civitas in Sicyone, in qua honores distribuerunt dii, quod significat Hesiodus in Theog. 535. quum ait,
Καὶ γὰρ ὅτ᾽ ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ᾽ ἄνθρωποι
Μηκώνῃ. Sed & Callimachus Meconem appellat μακάρων ἕδος, id est beatorum sedem. Meminit hujus Cæl. lib. 12. cap. 12. V. & Strab. lib. 8.

MĒCON, ōnis. f. [μήκων] Papaver. V. Plin. 20. 19. & 27. 12. Apul. de Herb. 53. 91.

MĒCŌNIS, idis. f. [μηκωνὶς] Lactucæ atræ genus, a similitudine quadam ad meconium, i. e. papaveris succum. Plin. lib. 19 cap. 8. Est etiamnum alia distinctio atræ, quæ meconis vocatur, a copia lactis soporiferi, quanquam omnes somnum parere creduntur. Apud antiquos Italiæ hoc solum genus earum fuit, & ideo lactucæ nomen adeptæ. Idem lib. 20. cap. 7. sub finem, Ex amara lactensque, quam meconidem vocavimus.

MĒCŌNĪTES, [μηκωνίτης] Gemma est papaveris similitudinem exprimens, de qua Plin. lib 37. cap. 10.

MĒCŌNIUM, i. n. [μηκώνιον] Papaveris succus, opio ignavior. Plin. 20. 18; 25. 12. & 13; 28. 8; 32. 3.

MĒCUM, [μετ᾽ ἐμοῦ] i. e. Cum me. Cic. in Orat. 154. Ex eo est Mecum,

& Tecum, non Cum me, & Cum te, ut esset simile illis Vobiscum atque Nobiscum. Plaut. Cist. 3. 15.

— nihil mecum tibi,
Mortuus tibi sum; hanc ut habeo, certum est non amittere.

Indignabar mecum. Virg. 2. Æn. 93.

Mecum cogito. Vide ANIMUS. Statutum & deliberatum cum animo. H. St.

Mecum simul. Cic. 3. Att. 8. Atque utinam jam ante vidisses, neque totum animum tuum mærori mecum simul dedisses.

Mecum una. Ter. Hec. 1. 2. 56. Ut colloqui mecum una possit.

Mecum una simul. Ter. Heaut. 5. 1. 34.

Clinia hæc fieri videbat? M. quidni? mecum una simul.

Mecum haud sentit. Ter. And. 2. 1. 26.

Sponsam tuam amat. P. næ iste haud mecum sentit.

Mecum, Intra me, vel apud me. Ter. Hec. 1. 2. 32.

Ita me di bene ament, haud propterea te rogo,
Ut hoc proferam: sed ut tacita mecum gaudeam.

Mecum, Apud me, & Secum, Apud se. Vide APUD. H. St.

MĒCYBERNA, [Μηκύβερνα] Macedoniæ oppidum; &

MECYBERNÆUS, a, um. Adj. [Μηκυβερναῖος] ut Mecybernæus Sinus, eidem oppido adjacens. V. Plin. lib. 4. cap. 10.

M E D

MEDDIX, Summi magistratus nomen erat apud Oscos. Ennius.

Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter. V. MEDIXTUTICUS.

MĒDĒA, [Μήδεια] Filia Æetæ regis Colchorum, ex Idyia conjuge, ut vult Cic. 3. de Nat. Deor. 48. quæ Iasonem ex Thessalia cum Argonautis profectum amavit. Cui quum jurasset ille eam se nunquam relicturum, adjumento ei fuit, ut vellus aureum acquireret, & pervigilem draconem occideret. Quum igitur cum Iasone alam abiret, & pater eam persequeretur, ut illum retardaret, fratrem suum parvulum nomine Ægialeum, vel vel Absyrtum, quem secum habebat, occidit, & ejus corpus membratim discerpsit. (V. Cic. l. c. & pro Lege Manil. 22.) Quumque jam multis annis cum Iasone vixisset in Græcia, & aliquot filios ex illo suscepisset, Iason eam repudiavit, & Glaucam, sive Creusam, ut alii vocant, Creontis regis filiam duxit. Medea repudiata filios Iasonis occidit, & regia incensa, Glaucam & Creontem exussit: Iason vero seipsum interfecit. Postea Medea facta est uxor Ægei regis Atheniensis. Deinde in Asiam refugit, ubi ex rege Medum filium suscepit, a quo Media provincia appellata est. V. Steph. in Μηδία, Justin. lib. 42. 2. & 3. Fuit autem Medea venefica, & incantatrix insignis. Vocatur Æetias a nomine patris, & Colchis a regione patria. V. Ovid. 7. Met. fab. 1. & 12. Epist. Senec. Medea, Solin. cap. 8.

Barbaræ Medeæ venena. Hor. Epod. 5. 61.

MEDĒIS, idis. patronymicum f. pro possessivo. Ovid. 2. de Arte Am. 101.

Non facient ut vincat amor, Medeides herbæ, &c. Medeides herbæ, h. e. Veneficæ, quibus utebatur Medea.

MEDEA, æ. f. Gemma nigra. Plin. 37. 10.

MEDELA, V. MEDEOR.

MĒDEON, [Μεδεὼν] Duorum vicorum nomen est apud Strabonem, lib. 9. quorum alterum in Phocide collocat ad sinum Crissæum; alterum in Bœotia, non procul ab Onchesto.

MEDERGA, [πρὸς ἐμὲ] pro Erga me; interpositum est d, propter hiatum vocalium. Plaut. Epid. 3. 3. 9.

Ego me excruciare animi, quasi quid filius
Meus deliquisset mederga, &c.

MĔDEOR, [ἀκέω, ἰάομαι, ἀλθαίνω, φαρμακεύομαι] ēri. dep. a Medius deducit Perottus, quod mediis quibusdam, hoc est temperatis rebus hoc fieri oporteat. Est autem Mederi, Auxilium malo afferre. Plin. lib. 12. cap. 3. Malus Assyria, quam alii vocant Medicam, venenis medetur.

Mederi, cum accusativo. Ter. Phorm. 5. 4. 2.

Quam scitum est ejusmodi parare in animo cupiditates,
Quas, quum res adversæ sint, paulo mederi possis. Et Cic. 2. Q. frat. 2. 24. Mederi incommoda hominum. [Immo Incommodis, ut in libris emendatis legitur. An apud Ter. Queis? V. not. Bentl.

Mederi contra serpentium ictus. Plin. lib. 9. cap. 31.

Mederi erroribus. Plin. in Panegyr. cap. 46. extr. qua constructione potissimum gaudet. Cic. 16. Fam. 10. Cui quum cuperem mederi, & ut arbitror, possem, cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt. Et 12. Fam. 10. Sunt permulta, quibus erit medendum.

Amori. Ovid. 9. Met. 652.

Capiti. Cic. pro Rosc. Amer. 128. Intelligo me errare, qui cum capiti mederi debeam, reduviam curem.

Inopiæ. Cæs. 5. Bell. Gall. 24. Ad hunc modum distributis legionibus, facillime inopiæ frumentariæ sese mederi posse existimavit.

Labori alicujus. Ovid. 7. Met. 837.

Morbo. Cic. 2. de Orat. 186.

Reip. pro Opem ferre. Cic. pro Sext. 31. Ut afflictæ & perditæ Reip. quantum posset, mederetur. Ibid. 135. Ii medentur Reip. qui exsecant pestem aliquam, tanquam strumam civitatis.

Religioni. Cic. 6. Verr. 114. Medemini religioni sociorum, conservate vestram auctoritatem.

Timori alicujus. Ovid. 9. Met. 774.

Vulneribus. Cic. 3. Tusc. 54. Et 2. de Orat. 186.

Medendi, do, dum. Virg. 12. Æn. 46.

— exsuperat magis, ægrescitque medendo. Ubi Servius; Medendo, Dum ei medetur: nam gerundi modus est a passiva significatione. [I. e. Inter medendum.

Ars medendi. Ovid. 2. de Arte Am. 735.

Utilis medendi radix. Ovid. 5. Epist. 147.

Sumitur etiam passive. ut, Medendæ valetudini, nullam divinam humanamque opem non adhibuit. Sueton. in Tit. cap. 8. [Nisi forte Medendi legendum.

MEDENS, entis. Partic. ut, Medentes manus. Apul. de Philos. mor. p. 27. Verba medentia. Stat. 2. Silv. 1. 5.

Substantive, Medicus. Plin. Paneg. Traj. cap. 22. Te parvuli noscere, ostentare juvenes, mirari senes. ægri quoque, neglecto medentium imperio, ad conspectum tui, quasi ad salutem sanitatemque prorepere.

Artes medentum. Ovid. 15. Met. 629. Adde Lucret. 1. 834.

MEDĒLA, æ. f. [ἄκος, φαρμακὸν] Auxilium. Julius Firmicus lib. 4. cap. 2. Tales decernit ægritudines, quibus curandi gratia, medela cauteriorum adustionibus conferatur. Gell. lib. 17. cap. 16. Ipsum autem regem assiduo talium medelarum usu a clandestinis epularum insidiis cavisse. De Mithridate loquitur, & ejus antidoto. Idem lib. 20. cap. 1. Non enim profecto ignoras legum opportunitates. & medelas, pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum præsentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, fervoribus, mutari atque flecti. Quintil. Declamat. 13. Nobis habere medelam non liceat, vobis liceat habere venena?
Medelæ animorum & corporum. Gell. lib. 4. cap. 13. Tanta prorsus est affinitas corporibus hominum mentibusque, & propterea quoque vitiis aut medelis animorum & corporum.
Facere medelam. Gell. lib. 12. cap. 5. Quum Taurus & medicos arcessisset, collocutusque de facienda medela esset, &c.

MEDĬCUS, a, um. Adj. [ἰατρικὸς] Quod est medici, vel Quod ad medendum accommodatum est. Virg. 3. Georg. 455.
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat.
Ars. Tibull. lib. 2. 3. 14.
Ope medica juvare aliquem. Ovid. 2. Amor. 9. 8.
Usus. Plin. lib. 22. cap. 8.

MEDĬCUS, i. m. [ἰατρὸς, ἰατὴρ, ἀκέστης, ἰατροτέχνης] Qui medendi artem profitetur. Cic. pro Cluent. 57. Jam hoc quoque prope iniquissime comparatum est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur; in periculis capitis, ut quæque causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimusque patronus adhibetur.
Medicus, a Medicina dictus. Varr. de L. L. lib. 4. 18. pr. Artificibus maxima caussa ab arte, id est ab arte medicina ut sit medicus, a sutrina, sutor; non a medendo ac suendo, quæ omnino ultima. [Immo, quicquid Varroni videtur, a Verbo est nomen verbale, non contra; ut a ἰάομαι, ἰατὴρ & ἰατρὸς apud Græcos; & a Suendo profecto Sutor, ut a Tuendo Tutor, a Sarciendo Sartor &c. V. MEDICINA.
Cura solers medicorum. Ovid. 1. de Pont. 6. 35.
Celer atque fidelis medicus. Hor. 2. Serm. 3. 147.
Fidi medici. Hor. 1. Epist. 8. 9.
Securus. Cels. lib. 2. cap. 6.
Adducere medicum. Cic. 2. de Divin. 9. Et pro Cluent. 40.
Adhibere. Cic. de Fato, 29.
Cogere medicos. Cic. 4. Fam. 12.
Convocare. Catull. 39.

MEDICA, pro Obstetrice. Vet. Inscript. Gloss. Isidor. V. Bartholin. de Ritu puerper. Rhod. ad Scrib. Larg. p. 193.

MEDICĪNA, æ. f. [ἰατρικὴ, ἰατρεία, φάρμακον, φαρμακεία, ἄκεσις] Ars medendi. Cic. 2. de Finib. 16. Quoniam ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia. Cic. 1. Off. 151. Quibus autem artibus aut prudentia major inest, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, architectura.
Adulatio medicinæ. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Medicina deducta ab experimentis. Cels. in procem. lib. 1.
Excolere medicinam. Cels. procem. lib. 7.
Exercere. Cic. pro Cluent. 178.
Facere alicui. Cic. 14. Fam. 7. Ita sum levatus, ut mihi Deus aliquis medicinam fecisse videatur.
Facere medicinam morbo. Plaut. Cist. 1. 1. 76.
Factitare. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Fungi omni munere medicinæ. Ovid. Rem. Amor. 795.
Vates medicinæ. Plin. lib. 1. cap. 37. Descriptus ab Herophilo, medicinæ vate.
Rationalis medicina, Quæ rationibus nititur, non solum usu & experimentis. Cels. in procem. lib. 1. huic opponitur Empirice.
Temeraria. Cels. lib. 3. cap. 9. Neque ideo tamen non est temeraria ista medicina: quia plures, si protinus a principiis excepit, interemit. i. e. Contra artem, sine consilio & prudentia tentata. Temeritas & ratio, contraria.
Trunca medicina & debilis sine naturæ rerum cognitione. Cels. in præfat. lib. 1.
Medicina, pro Medela, seu Auxilio, [θεραπεία] ut
Requies & medicina curæ. Ovid. 4. Trist. 10. 118.
Somnus publica medicina curæ. Ovid. 1. de Pont. 2. 43.
Furoris. Virg. 10. Ecl. 60.
Mali. Propert. lib. 1. 5. 28.
Imbecillis. V. IMBECILLIS.
Adhibere medicinam Reip. Cic. pro Sext. 135. Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos, Judices, ut aliquando essetis severi, aliquando medicinam adhiberetis Reip. non ea est medicina, quum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur atque integræ; carnificina est ista & crudelitas. Cic. 14. Fam. 7. & 16. Att. 15.
Admittere. V. ADMITTO.
Afferre. Cic. 2. in Catil. 17. Deinde singulis medicinam consilii, atque orationis meæ, si qua potero, afferam.
Parare. Ovid. Rem. Amor. 91.
Poscunt medicinam vulnera. Sil. lib. 11. 166.
Struere dolori. Stat. 5. Silv. 1. 16.
Medicinam, inquit Nonius 1. 75. dicimus & Venenum; tractum a Græcis, qui venenum φάρμακον appellant. Accius Phœnissis, Sterilem esse illius opera medicinam autumans.
Medicina. [ἰατρεῖον] Medici taberna. Quo nomine & Chirurgi & Pharmacopolæ officina comprehenditur, quum apud antiquos hæc munia divisa non fuerint. Hoc nomen in album Latinitatis acceptum est, & eo utitur Macrob. ἰατρεῖον Græce medicinam, hoc est medicorum officinam significat. Plaut. Amphit. 4. 1. 5.
In medicinis, in tonstrinis, apud omnes ædes sacras. Et Epid. 2. 2. 13. [V. Dousæ Expl. Plaut. 1. 3. extr. Varro. loco supra in MEDICUS allato, Adjective Medicinam artem dixisse videtur, nisi per Appositionem figura est.

MEDICINĀLIS, e. Adj. [ἰατρικὸς] Quod ad medicinam pertinet; ut, Herba medicinalis. Plin. lib. 32. cap. 10. Celsus in procemio lib. 1. non procul a fine, Vix ulla perpetua præcepta ars medicinalis recipit.
Medicinalis digitus dictus est Minimo proximus. ut ait Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 13. quoniam arteria quædam a corde nata pergit usque ad quartum digitum manus sinistræ. Ob quam causam novus nuptus huic digito, tanquam cordis vicario, suæ sponsæ imponit annulum.

MEDICŌSUS, a, um. Adj. ut Medicosæ fermentationes. Cæl. Aurel. Tard. 2. 1.

MEDĬBILIS, e. Adj. Medicabilis. Festus.

MEDĪCO, [φαρμακεύω] āre. Medicina curare, imbuere. Virg. 1. Georg. 193.
Semina vidi equidem multos medicare serentes. Plin. lib. 16. cap. 27. Ficus sola ex omnium arborum fetu maturitatis causa medicatur.
Capillos medicare. Ovid. 1. Amor. 14. 1.

MEDĬCOR, [ἰατρεύω] āri. dep. usitatius quam Medico, pro Mederi. Dativo aliquando jungitur. Ter. Andr. 5. 4. 42.
— egone hujus memoriam patiar meæ
Voluptati obstare, quum ego possim in hac re medicari mihi? Virg. 2. Georg. 135.
— senibus medicantur anhelis.
Accusativo. Plaut. Most. 2. 1. 40. Virg. 7. Æn. 756.
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Evaluit. Ubi Servius; Medicor illam rem, & illi rei.
Auferre dolorem medicando. Tibul. 3. 6. 3.

MEDICĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. [φαρμακώδης] Quod medicamentis admistis confectum est: ut, Medicatæ ficus. Plin. lib. 23. cap. 7.
Fruges. Virg. 6. Æn. 420.
Lana. Hor. 3. Carm. 5. 28. i. e. Tincta, infecta.
Papavera. Sil. lib. 10. 353.
Pocula. Martial. lib. 9. 95.
Sapor, vel odor. Plin. 8. Epist. 20.
Somnus. Ovid. 12. Epist. 107.
Vina medicata suffitione. Columel. lib. 1. cap. 6.
Tela veneno. Sil. lib. 7. 453.
Compar. Plin. 28 9. Et
Superl. Idem 28. 7. Res medicatissima.

MEDICĀTIO, ōnis. f. [φαρμακεία] Columel. lib. 2. cap. 10. Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mista commode servari.

MEDICATUS, ūs. m. Idem. Ovid. 12. Epist. 165.
Quæque feros pepuli doctis medicatibus ignes.

MEDICĀBILIS, e. Adj. [ἰατὸς, ἰάσιμος] Cui medicina adhiberi potest. Ovid. 1. Met. 123.
Hei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis! Idem 5. Epist. 149.
— nulla medicabilis arte
Læsa pudicitia est.
Cura medicabilis nulla arte. Ovid. 1. de Pont. 3. 25.
Medicabilis, pro Medicinalis aliquando ponitur. Columel. lib. 7. cap. 10. Quippe ligni succus medicabilis, epotus intestini tumorem compescit. Et Prudent. Hymn. ante somn. 23.

MEDICĀBŬLUM, i. n. Quod medicinam affert. Apul. Princ. 3. Florid. Gratissima prorsus sanis natabula & ægris medicabula.

MEDICĀMEN, Inis. n. [ἄκεσμα] Idem quod Medicina. Plin. lib. 7. cap. 16. Inunctis medicamine oculis.
Fortia medicamina. Ovid. 2. de Arte Am. 489.
Triste medicamen. Ovid. 6. Met. 140.
— extemplo tristi medicamine tactæ
Defluxere comæ.
Vinolenta. Cic. in Pison. 13. Et quum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis: quod diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. h. e. Vino medicato.
Medicamen, pro Succo purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 38. Centenas atque quinquagenas medicaminis libras æquari, &c.

MEDICAMENTUM, i. n. [φάρμακον, ἄκεσμα] Quo homines & cetera animalia curantur. Cic. 2. de Nat. Deor. 132. Medicamentorum salutarium plenissimæ terræ. Idem 3. Offic. 92. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem.
Medicamentum præsentaneum. Plin. lib. 28. cap. 13.
Medicamentum, Venenum etiam significat, ut Græce φάρμακον, auctor Nonius 4. 297. Ita Curt. 6. 10. 34.
Opitulantur medicamenta. Cels. lib. 5. in procem.
Vincitur medicamentum malo. Cels. lib. 5. cap. 28.
Medicamenta doloris. Cic. 2. de Finib. 22.
Medicamentum, pro Succo purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 40.

MEDICAMENTĀRIUS, a, um. Adj. [φαρμακευτικός] Quod ad medicamentum pertinet. Plin. lib. 7. cap. 56. Herbariam & medicamentariam. scilicet, Artem.

MEDICAMENTĀRIUS, i. m. [φαρμακοτρίβης] Qui medicamenta conficit. Plin. lib. 19. cap. 6. Sectivi duo genera: herbaceum folio incisuris ejus evidentibus, quo utuntur medicamentarii. Et pro Venefico, Cod. Theodos. 3. Tit. 16. Homicidam aut medicamentarium maritum suum esse probare.

MEDICAMENTŌSUS, a, um. [φαρμακώδης] aliud Adj. Quod medicamenti vim habet. Cato, cap. 15. Et primum scito de omnibus brassicis, nulla est illiusmodi medicamentosior. Et Vitruv. 8. 3. Aqua medicamentosa.

MEDITRĪNA, Medicamentorum dea, Festo. V. dict. seq.

MEDITRINĀLIA, orum. Sacra deæ Meditrinæ. Mos erat, ait Festus, Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, dicere ominis gratia, Vetus novum vinum bibo; veteri novo morbo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinæ deæ nomen captum; ejusque sacra Meditrinalia dicta sunt. Varr. de L. L. lib. 5. 3. Meditrinalia, dies dictus a medendo; quod, ut ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat, hoc die solitum vinum novum & vetus libari, & degustari medicamenti causa; quod facere solent etiam nunc multi, quum dicant, Novum vetus vinum bibo, novo veteri morbo medeor.

MEDIEDI, V. MEDIUSFIDIUS.

MEDIA, æ. f. [Μηδία] Regio in Asia; a Medo, Medeæ & Ægei Atheniensium regis filio sic nominata, ut Stephanus refert, a qua Medi populi dicti sunt. Hos tamen Josephus Antiquitatum lib. 1. cap. 11. scribit a Madeo Japheth filio dictos fuisse. Hæc regio, ut Ptolemæus ait, a

Septen-

Septentrione Hircano mari terminatur, ab Occasu majori Armenia & Assyria, a Meridie Perside, ab Oriente Hyrcania ac Parthia, quæ montibus excluditur. Sunt qui Mediam in duas Partes dividant, quarum alteram Majorem vocavere, alteram Atropatiam.

MEDUS, a, um. [Μῆδος] Adj. & Subst. gentile. Qui est ex Media.
Horribilis Medus. Hor. 1. Carm. 29. 4.
Braccati Medi. Pers. 4. Sat. 53.
Decori pharetra. Hor. 2. Carm. 16. 6.
Medi, pro Parthis dicti. Hor. 1. Carm. 2. extr.

Neo sinas Medos equitare inultos
Te duce, Cæsar. Et 3. Carm. 3. 44.
Roma ferox dare jura Medis. Illud Atticorum imitatione. Flacc.

Sicut enim Attici Persas solent appellare Medos, quod a Medis ad Persas imperium translatum sit; sic quum Orientis & Persarum opes in Parthorum tandem concesserint ditionem, Parthos appellavit Medos. Turnebus.

MEDICUS, a, um. [μηδικὸς] Adj. Idem. ut, Medicum imperium, Medica vestis. Nep. 4. 3. 2. Curt. &c.

MEDICA, æ. f. [μηδική] Herba equorum pabulo quam optima. Servius scribit in 1. Georg. 215. medicam a Medis in Græciam translatam, quo tempore eam Xerxes invaserat. V. Plin. 18. 16. Columel. lib. 2. cap. 11. Pabulorum genera complura, &c. Et paolo post, Sed ex iis quæ placent, eximia est herba medica: quod quom seritur decem annis durat: quod per annum deinde recte quater, interdum etiam sexies demetitur; quod agrum stercorat; quod omne emaciatum armentum ex ea pinguescit; quod ægrotanti pecori remedium est; qood jugerum ejus toto anno tribus equis abonde sufficit. De eadem Cato de R. R. Et Varro 1. de Re rust. cap. 42. Virg. 1. Georg. 215.

— tunc te quoque, medica, putres
Accipiunt sulci, & milio venit annua cura. Imperitia vulgi *Melega*, inquit Erythræus.

MEDICA, æ. f. [μηδικὴ μηλέα] Arbor Assyria. Plin. lib. 12. cap. 3. Malus Assyria, quam alii vocaot Medicam, venenis medetur. Virg. 2. Georg. 126.

Media fert tristes succos, tardomque saporem, &c. Dicta est Medica o Media regione, ot dictum est, non a medendo. Dicimus enim Medus, Medius & Medicus, auctore Stephano.

MEDIALEM appellabant hostiam atram, quam Meridie immolabant. Fest. [An Medidialem? V. MEDIDIES.

MEDIANUS, MEDIASTINUS, V. MEDIUS.

MEDIBILIS, V. MEDEOR.

MEDICA, Herba. V. MEDIA.

MEDICA, obstetrix, MEDICABILIS, MEDICABULUM, MEDICAMEN, MEDICAMENTARIUS, MEDICAMENTOSUS, MEDICAMENTUM, MEDICATIO, MEDICATUS, MEDICINA, MEDICINALIS, MEDICO, MEDICOSUS, MEDICUS, V. MEDEOR.

MEDIDIES, ēi. non dicitur, sed Meridies. [μεσημβρία] Cic. in Orat. 157. Ipsum meridiem, cur non medidiem? credo quod erat insuavius. V. D litera.

MEDIDIALIS, V. MEDIALIS.

MEDIETAS, V. MEDIUS.

MĔDIMNUS, i. m. & MEDIMNUM, i. n. [μέδιμνος] Genus mensuræ aridorum Atticæ, sex modios capiens Romanos. *Minne* apud Gallos, auctore Budæo de Asse lib. 5. Lucil. Sat. lib. 15. apud Non. 3. 137.

Præterquam in pretio primus semisse, secundus
Numo, tertius jam plures quam totus medimnus. Cic. 5. Verr.

112. In jogero Leontini agri medimnom fere tritici seritur, perpetua atque æquabili satione; ager efficit. cum octavo bene ut agatur: verum, ut omnes dii adjuvent, cum decimo: quod si quando accidit, tum fit ut tantom decomæ sit, quantom severis: hoc est, ot quot jugera sunt sata, totidem medimna decumæ debeantur. Hæc Cic. V. Suid. in voce, & Nepos 25. 2. 6. planissime. Et ex his Eisenschmid. de Pond. & Mens. 2. 3.

Medimnûm, genit. pl. syncopat. pro Medimnorum apud Cic. in eadem oratione sæpius, ot continuo post verba allata. Pluribus millibus medimnûm venisse decumas agri Leontini &c.

MEDIOCRIS, MEDIOCRITAS, MEDIOCRITER, V. MEDIUS.

MĔDIŌLĀNIUM, sive MĔDIŌLĀNUM. [Μεδιολάνιον] Ptolemæo, Britanniæ urbs: vulgo *Manchester*.

Item Mediolanium eidem, Germaniæ urbs. Hodie Monasterium, vulgo *Munster*.

Mediolanium aliud, Santonum urbs auctore eodem. Volgo *Saintes*, ut scribit Strab. lib. 4. ad Oceanum vergens, inter Aquitanias maxima ex parte arenosa & agro tenui, ex milio alimoniam captans, reliquis fructibus sterilis.

MEDIOLĀNUM, [Μεδιόλανον, Μεδιολάνιον] Urbs est Cisalpinæ Galliæ: de qua Strab. lib. 5. Insubres hac etiam ætate sunt, qui Mediolanum metropolim habuere, ea quidem pridem vicus erat: omnes enim vicatim habitabant; hac vero tempestate eximiæ dignitatis trans Padum civitas est, quodam modo Alpibus finitima. V. Plin. lib. 3. cap. 17. Vulgo *Milano*, Germ. *Meiland*.

Mediolanum Insubres Galli ædificarunt, ex nomine relicti ab eis Mediolani, qood Ptolemæus inter Cenomanos ponit. Hactenus Volaterranus. Livius autem 5. 34. extr. Galli, inquit, Taurino saltu invias Alpes transcenderunt: fusisque acie Tuscis, haud procul Ticino flumine, quum, in quo consederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognominem Insubribus pago Hedoorum: ibi omen sequentes loci, condidere urbem, Mediolanum appellarunt. Hactenus Livius. Ausonius in urbium catalogo,

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumeræ cultæque domus; facunda virorum
Ingenia, &c.

MEDIOLANENSIS, e. Adj. [Μεδιολανήσιος] Qui ex Mediolano est, sive Mediolani habitat Cic. in Pison 62.

MEDIOLUM, [Μεδίολον] Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs. Vulgo *Medina celi*.

MEDIOMATRICES, [Μεδιομάτρικες] Populi sunt inter Belgas Leucis & Eburonibus vicini, Metenses scilicet, & his vicini Lotharingiæ populi. Plin & Strab. Mediomatricos vocant. Vulgo *Metz en Lorraine*.

MEDION, [μήδιον] Herba est Mediæ peculiaris, (unde & nomen accepit) in locis umbrosis petrosisque nascens. Romani Trifolium odoratum vocant. V. Dioscor. lib. 4. cap. 20. Plin. 27. 12.

MEDIOXUME, MEDIOXUMUS, V. Mediocris in MEDIUS.

MEDIPONTUS, i. m. Instrumentum funerium, apud Catonem de R. R. cap 3. Funes loreos privos, vectes senos, fibulas doodenas, medipontos privos loreos, trochleas Græcanicas binas. Idem cap. 12. Medipontus autem dictus est, quod Medi, id est Xerxis pontem, quam σχεδίαν Herodotus appellat, imitabantur. Funiom enim ponte Xerxes Hellespontum conjunxerat. Cujus tamen usus esset in torculari non facile dixerim, nisi si ad traducendum forte haberetur, aut potius crassissimi funes essent ad vehementissime premendum. Ex Turnebo. 8. 6. Al. Melipootos legunt, quod eodem redit, litteræ unius permutatione, auctore eodem, astipolante quoque Meursio. V. D. litt. & paulo infra in MEDITOR.

MEDITERRANEUS, MEDITULLIUM. V. MEDIUS.

MĔDĬTOR, [μελετάω, φροντίζω, ἐνθυμέομαι] āri. quasi Medio animo versari: proprie enim est Cogitare, & ut ait Servius in 1. Æn. 678. Mente pertractare. Ter. Phorm. 2. 1. 12.

Quamobrem omnes, quum secundæ res sunt maxime, tum maxime
Meditari secum oportet, quo pacto advorsam ærumnam ferant.

Cic. 2. Off. 144. Ut si quis quum causam sit acturus, in itinere aut in ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliod attentius cogitet, non reprehendatur.

Meditari male nugis. Plaut. Pseud. 4. 7. 107. Al. Nugas.
Accusationem meditari. Cic. pro Muren. 43.
Amorem. Virg. 4. Æn. 171.

Nec jam furtivum Dido meditatur amorem. Hor. 3. Carm. 6. 23.
— & incestos amores
De tenero meditatur ungui.

Arma. Propert. lib. 3. 3. 1.
Exsilium. Cic. 14. Att.
Forum, Subsellia, Rostra, Curiam meditari. Cic. 1. de Orat. 32.
Fugam. Columel. lib. 19. cap. 8.
Insidias aut dolum alicui. Virg. 5. Ecl. 60.
Pœnam in fratrem. Cic. 4. Tusc. 77.
Meditari ad. Cic. 2. Fam. 2. Aut ne ad id meditere, imparatom te offendam. Et Plaut. Stich 2. 1. 34. Ad cursuram meditabor me.
Meditari adversus aliquem causam suam. Cic. 5. Att. 11.
Meditari in prælia. Virg. 10. Æn. 454. V. Nic. Heins. ad Sil. 5. 315.
Meditari de. Cic. 1. Fam. 8. Hæc ego ad te ob eam causam maxime scribo, ut jam de tua quoque ratione meditere. Et 1. Verr. 12.
Meditari quomodo. Cic. 9. Att. 17. pr. Ex ejus nuntio Matiique litteris meditabor, quomodo cum illo loquar.
Meditari cum Infinit. Cic. 2. Philip. 116. Non multos annos regnare est meditatus.
Meditari, est Attento animo se exercere. Virg. 6. Ecl. 8.

Agrestem tenui meditabor arundine musam. i. e. Carmen rusticum scribam, inquit Servius. Cic. 1. de Orat. 260. Demosthenes perfecit meditando, ot nemo planius loqueretur eo. Idem ibid. 147. Quæ in foro agenda sunt, exercitatione quasi ludicra, prædiscere & meditari. Et de Clar. Orat. 302. Nullum patior esse diem, quin aut in foro dicam, aut mediter extra forum.

Causam suam meditari. Ter. Adelph. 2. 1. 41.

Nunc vide utrum vis, argentum accipere, an causam meditari tuam. i. e. Exercere te, ad tutandum & defendendum jus suum in hac causa liberali, quam in te volo intendere. Causam meditari. Cic. 4. Att. 11. Et 8. 11.

Dicitur Meditor a Græco. Quod Græci μελετᾶν dicunt, per antistœchon Meditor dixerunt Latini. Servius, ad Virg. 1. Ecl. 2. Meditaris, Cantas, quasi Melitaris, *d* pro *l* posita. Sic *Solium* vel *Sella*, quasi *Sedda* dicitur a *Sedendo*. [Immo quasi Sedula, vel Sedicula.] Adde Gataker adv. Pfochen. in distrib. de stilo Novi Testam. cap. 1.

MEDITANS, antis. Partic. [μελετῶν] ut, Ictum obliquum meditans. Hor. 3. Carm. 22. 7.
Longam, & continuam absentiam paulatim meditans. Tacit. 3. Ann. 31. pr.

MEDITĀTUS, a, um. Partic. [μελετήσας] Ter. Andr. 2. 4. 3.

Venit meditatus alicunde ex solo loco. Plin. in Paneg. cap. 3. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore servamus, hoc singuli quoque meditati teneamus, &c. Meditati, i. e. Præparata oratione.

Paratus & meditatus. Cic. pro Quint. 39. In Siciliam paratus ad prædam, meditatusque venire cupiebat.

Meditatus, [μεμελετημένος] in passiva significatione reperitur. Ter. Phorm. 2. 1. 18.

Meditata mihi sont omnia mea incommoda, herus si redierit. Cic. 1. Off. 27. Leviora enim sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea quæ meditata & præparata inferuntur. Et 1. Catil. 26. Ad hujus vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui. Et de Arusp. Resp. 55. Verum tamen nocturnis vigiliis illud conceptum ac meditatum est. Et ibid. 3. Nihil feci non diu consideratum & multo ante meditatum. Et 2. Philip. 85. Attuleras domo meditatum & cogitatum scelus. Et 1. de Orat. 257. Accuratæ & meditatæ commentationes. Meditata oratio. Tacit. 14. Ann. 55. 1. Consilium 4. 57. 1.

Verba meditata componere. Ovid. 9. Met. 520.

MEDITĀBUNDUS, a, um. Adj. Idem qood Meditans. Justin. 38. 3. 7. Romanum meditabundus bellum.

MEDITATE, Adv. [μεμελετημένως] Plaut. Bacch. 3. 6. 16.

Edepol, næ tu illorum mores perquam meditate tenes. Quasi dicat, Probe calles illorum mores, tu illos ad unguem nosti, ex longa meditatione & usu sive experientia.

MEDITĀTIO, ōnis. f. [μελέτη, μελέτημα] Cic. 2. Tusc. 41. Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet.

Commentatio & meditatio. Cic. 2. de Orat. 118. Quos quidem locos multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos habere debetis.

Meditatio atque exercitatio. Cic. 2. de Divin. 96. Multi etiam naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt; ut Demosthenem scribit Phalereus, quum, &c.

Cura & meditatio. Cic. 9. Philip. 2. Servius in ipsa cura & meditatione obeundi sui muneris obiit.

Campestris meditatio. Plin. Paneg. cap. 13. i. e. Armorum & disciplinæ equestris. V. CAMPUS.
Dicendi meditatio. Quintil. 2. 10.
Stulta est meditatio futuri mali. Cic. 3. Tusc. 32.
Versari in meditatione. Cic. pro Cluent. 82. Anni sunt octo, quum ista causa in ista meditatione versatur.

MEDITĀTUS, ûs. m. Idem. Theodulf. 2. Carm. 187.

MEDITATOR, ōris. m. Prudent. Vincent. 266. Alii legunt Meditatus.

MEDITĀMEN, inis. n. Idem quod Meditatio. Prudent. Psych. 234.

MEDITAMENTUM, i. n. [φρόντισμα] Idem. Tacit. 15. Ann. 35. Nomina summæ curæ, & meditamenta. Idem 4. Hist. 26. 4. Et ceteris belli meditamentis militem firmabant.

MEDITĀTIVUS, a, um. Adj. [μελετητικὸν] dictio ficta a Grammaticis, qui Meditativum verbum appellant, quod sensum quendam meditandi videatur habere. V. Priscian. & Vallem 1. 24.

MEDITRINA, MEDITRINALIA, V. MEDEOR.

MEDIUS, [Μήδιος] fuit quidam ex Alexandri adulatoribus, ac velut hexarchus, & sophistes coryphæus in optimum quemque. Hic alios hortabatur, calumnias in quemvis audacter conflarent. Nam etiamsi, inquit, vulnus persanarit, in quem morsum infixeris, nihilominus cicatricosus convisetur locus. Ceterum, ne lingua nostra sit gladius acutus, dum sale multo hunc illumque defricamus, meminerimus. Auctor Cæl. lib. 15. cap. 25.

MĔDIUS, a, um. Adj. [μέσος, μέσσατος, μεσαίτατος, μεσαίχμιος] Quod mensuratum æqualiter distat ab extremis. Hor. 1. Epist. 18. 9.
Virtus est medium vitiorum, utrimque reductum. & Liv. 4. 43. extr. Remittendo de summa quisque juris, mediis copularent concordiam. A Græco deduci putat Perottus, quod est μέσον. Alii a Modus. V. Priscian.
Medium inter. Cic. 8. Philip. 3. Quum inter bellum & pacem medium nihil sit, necesse est tumultum, si belli non sit, pacis esse.
Medium dicitur etiam Quicquid inter duo extrema est, etiamsi non æqualiter distet, ut
Æstus medius. Virg. 1. Georg. 297.
At rubicunda Ceres medio succiditur æstu. i. e. Per diem quando æstus est. Servius.
Ætas mulieris. Plaut. Aulul. 2. 1. 40.
Post mediam ætatem qui mediam ducit uxorem domum. i. e. Mediæ ætatis uxorem. Al. Media. conf. Phædr. 2. 2. 3. ubi V. Interpp. & Gronov. ad Plaut.
Annus. Plin. in Paneg. cap. 59. Multum in commutandis moribus hominum medius annus valet, in Principum plus. Videtur dictum pro Media ætate.
Cædes per medias rapit ira. Hor. 3. Carm. 2. 12.
Cursum medium quendam tenere. Cic. in Vatin. 16.
Dicta &c. non magna, non minima, sed media. Capitol. in fine vitæ Gordianor. H. St. Exstant cap. 20. extr. Gord. Jun.
Dies. Columel. lib. 7. cap. 3. Sic apud Liv. 27. 49. Medium diei.
Dies medius, Meridies. Virg. 3. Georg. 303.
In medios dormire dies. Hor. 1. Epist. 2. 30.
Digitus. Plin. lib. 11. cap. 43.
In foro medio, vel per medium forum. Cic. pro Domo 49. Quum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares. Idem 2. Q. frat. 2. Dixi pro Bestia de ambitu apud Prætorem Cn. Domitium in foro medio.
Frigoribus mediis. Virg. 10. Ecl. 65.
Locus mundi. Cic. 1. Tusc. 40. Ut illæ superiores in medium locum mundi gravitate ferantur, & pondere.
In medio mundo terra sita est. Cic. 1. Tusc. 40.
Nox. ut, In media nimborum nocte. Virg. 1. Georg. 328. Cæs. 5. Bell. Gall. 8.
Pars. ut, Plus media parte. Ovid. 3. Met. 43.
Sermonem medium abrumpere. Virg. 4. Æn. 388.
Sonus medius. Plin. lib. 10. cap. 29. Modulatus editur sonus. Et paulo post, Summus, medius, imus.
Tempus, Inter negotia vacuum. Plin. 3. Epist. 5.
Medio tempore, pro Interea. Sueton. in Cæs. cap. 76.
Pacis & belli medius, Bello, pacique aptus, V. Medius cum Genitivo.
Mediam locavit. Virg. 1. Æn. 702. h. e. In medio.
Medium arripere; h. e. Per medium corpus. Ter. Adelph. 3. 2. 18.
Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem.
Mediam mulierem complectitur. Ter. Andr. 1. 1. 106.
Medium responsum, Dubium. Liv. 39. 39.
Medius & ambiguus sermo. Plin. lib 9. Epist. 13.
In media potione exclamavit mulier. Cic. pro Cluent. 30.
In voce media resistit. Virg. 4 Æn. 76.
Artes mediæ, quæ neque laudari per se, neque vituperari possunt, sed utiles, aut secus secundum mores utentium fiunt. Quintil. 2. 20. pr.
Media & Communia vocabula dicuntur, Quæ & in bonam & in malam partem accipi possunt. Qualia sunt Tempestas, Valetudo, Facinus, Dolus, Gratia, Industria, Periculum, Venenum, Contagium. Et apud veteres Honor; quo significabatur Injuria. V. Gell. lib. 12. cap. 9.
Medius, cum Genitivo. Sil. lib. 14. 481.
Transigitur valida medius dum se allevat alvi
Cuspide. I. e. Transfoditur per mediam alvum. Idem 1. 307.
Concidit exacti medius per viscera teli. Hor. 2. Carm. 19. 28.
— sed idem
Pacis eras, mediusque belli.
Medius, Importunus, incongruus, qui interrumpit & impedit. Virg. 1. Æn. 686.
Ne qua scire dolos, mediusve occurrere possit.
Interjectus ac medius, vel Interjectus medius. Cic. 1. Acad. 36. Iis ipsis alia interjecta & media numerabat. Idem de Opt. gen. Orat 2. Alios eis interjectos & tanquam medios putet. Et 10. Philip. 10. Qui duorum fratrum ætatibus medius interjectus, vitiis cum utroque certabat.
Medius, Manifestus. Virg. 2. Æn. 377.
— sensit medios delapsus in hostes. Servius, Manifestos. ut Idem Virg. 2. Æn. 533.
— quanquam in media jam morte tenetur.
Medius pro Mediocris. Paterc. 2. 29. 3. Innocentia eximius, sanctite præcipuus, eloquentia medius. Tacit. 1. Hist. 49. 4. Ipsi medium ingenium, magis extra vitia quam cum virtutibus.
Bella media. I. e. Mediocria. Liv. 5. 37. V. infra.
Ingenium, Temperatum. Liv. 1. 32. Medium erat in Anco ingenium, & Numæ & Romuli memor.
Medii item dicuntur Arbitri seu sequestri, mediatores. Quintil. 12. 8. Sequester ille & media litium manus & quidam interpres.
Medii item, Qui neutrius partis. Suet. Cæs. 75. pr. Ipse medios & neutrius partis, &c. Cic. 10. Att. 8. Medios esse jam non licebit. Et 10. 10. Qui se medium esse vult, in patria manet. Paterc. 1. 9. 2. Et 2. 21. 2.
Amicus, Qui duorum hostium amicus, eorum contentionibus & odiis se non miscet. Liv. 35. 48.
Medium, pro Legitimo. Serv. ad Virg. 1. Georg. 230.
— ad medias sementem extende pruinas.
Medium dicitur pro Mari, etiamsi non longe foret a litore. Virg. 3. Æn. 270. Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.
Afferre in medium. Cic. 1. Off. 22. Et communes utilitates in medium afferre mutatione officiorum. i. e. In communem usum.
Consulere in medium, pro In commune. Virg. 11. Æn. 335.
Discedere e medio, pro Secedere & occultari. Suet. in Cæsare, in principio. Budæus.
Excedere e medio, pro Mori. Ter. Hec. 4. 3. 14.
Pellere e medio. Cic. 3. Off. 37. Hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio.
Ponere in medio, idem quod Afferre in medium. Cic. 1. de Nat. Deor. 13. Ponam in medio sententias Philosophorum.
Posita in medio dicuntur ea, quæ Proposita sunt singulis, qui ambirent. Ter. Prol. Phorm. 17.
Is sibi responsum hoc habeat, in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam. Aliter Cic. Cic. 1. de Orat. 12. Ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur: dicendi autem omnis ratio in medio posita, communi quodam in usu, atque in hominum more & sermone versatur. [An In omnium ore &c?
Proferre aliquid in medium. Cic. 2. Verr. 29. Idem 15. Fam. 2. Sed tamen ante illud tempus, eam rem nunquam in medium propter periculi metum protulisse. Idem 2. de Orat. 102. Ut quicquid de re sua cogitarit, in medium proferat. Et pro Cluent. 72. Quæstus forensis in medium proferebatur.
Quærere in medium. Virg. 1. Georg. 126. i. e. In commune. Servius.
Recede de medio, per alium transigam. Cic. pro Rosc. Amer. 112.
Relinquere in medio. Cic. pro Cœl. 48. Mulierem nullam nominabo; tantum in medio relinquam, si qua, &c. i. e. Controversum relinquam, nihil statuam vel constituam. Budæus. Sallust. Catil. cap. 19. Cic. 1. Acad. 36. & Paterc. 2. 48. 4.
In medio esse, vel situm esse. Cic. 4. Verr. 104. Tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas atque interlitas esse clamant. Idem 5. Tusc. 94. Faciles, communes, in medio sitas esse dicunt. de Obscœnis voluptatibus loquens. conf. Ponere in medio.
In medio sit. Suet. Vitell. 2. Sed quod discrepat, in medio sit; i. e. Sit pro incomperto. Budæus. [Subaudi Relictum. V. paulo ante.
Sumere de medio. Cic. pro Domo 138. Non sunt quæsita ex occulto aliquo genere litterarum, sed sumpta de medio, ex rebus palam per magistratus actis.
Tollere de medio, pro Occidere. Cic. pro Rosc. Amer. 20. Perfacile hunc hominem incautum & rusticum, & Romæ ignotum de medio tolli posse.
Venire in medium, & Procedere in medium. Cic. 4. Verr. 175. Et 2. de Invent. 46. Item 1. de Finib. 13. Prima veniat in medium Epicuri ratio. Adde 2. de Fin. 76. Et 15. Fam. 2.
Vocare in medium. Cic. pro Cluent. 77. Homines totius ignari negotii, qui Oppianicum nunquam vidissent, virum optimum & hominem prudentissimum pecunia oppressum arbitrarentur, incensi suspicione, rem in medium vocare cœperunt, & causam illam totam deposcere.
Medio campi, Medio montium, Medio diei, & similes locutiones. Tacit. 1. Ann. 64. Idem 13. Ann. 38. Medio temporis contradicere liceret. pro quo Antiquiores, Medio campo, Tempore &c.

MEDIE, Adv. frequenter utitur Firmic. lib. 2. cap. 28. Item Apul. de Hab. doctr. Plat. p. 22. Quasi medie morati. Eutrop. de Claud. 7. 8. Hic medie imperavit, &c. i. e. Nec optime, neque pessime. Vox est sequioris ævi.

MEDIĀLIS, e. Adj. Solinus, cap. 51. Lignum omne atque mediale, eadem ferme & facie & nitore, quæ est in lapide gagate. h. e. Omnes hebeni partes, tam exteræ quam mediæ seu medullaceæ, similes sunt gagati lapidi. Idem cap. 33. De alia hujus vocis significatione V. supra suo loco.

MEDIĔTAS, ātis. f. [μεσότης, μέση] Cic. de Univers. 20. Ut in singulis essent bina media; vix enim audeo dicere medietates; quas Græci μεσότητας appellant; sed quasi ita dixerim, intelligatur, erit enim planius. Paulus in l. Antiqui. D. Si pars hæreditatis pet. Prudentissimi juris auctores medietatem quandam secuti sunt, ut quod fieri non raro admodum posset, intuerentur. Lactantius quoque de Opific. Dei. cap. 10. Sub ipsa medietate narium, lacuna quædam levis, quasi vallis. Vox est frequens Macrobio; ut in Somn. Scip. lib. 1. cap. 6. Habet enim medietatem, & est medietas. Paulo post, Quum vero medietas ipsa geminatur, &c. Ibidem. Quaternarius vero duas medietates primus omnium nactus est. Sic alibi frequenter. V. Cellar. Antibarb. p. 222.

MEDIO, āre. Medium facere, dividere. Apic. 3. 9.

MEDIANS, antis. Partic. Pallad. 4. 10. V. Cur. Post. Cellar. p. 379.

MEDIŎCRIS, e. Adj. [μέτριος, μεσαῖος] quasi Medium tenens.
Actor mediocris causarum. Hor. de Arte Poet. 370.
Ars. Cic. 1. de Orat. 6. Permultos excellentes in quoque genere videbis, non mediocrium artium, sed pæne maximarum.
Cura non mediocris. Hor. 2. Serm. 4. 94.
Industria. Nepos 25. 13. 4. Non mediocris est industriæ.
Infortunium. Plaut. Curc. 4. 3. 5.
Ingenium. Cic. 2. de Orat. 119. Hæc sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ.
Initium. Suet. de Clar. Grammat. cap. 1.
Iracundia mediocri iratus. Plaut. Curc. 4. 3. 1.

Malum. Cic. 3. Tusc. 22. Omne malum etiam mediocre, magnum est.
Orator. Cic. de Clar. Orat. 137. L. Cotta in mediocrium oratorum numero, dicendi non ita multum laude processit. Ibid. 100. Fannius in mediocribus oratoribus habitus est.
Pœnæ. Plaut. Bacch. 3. 3. 21.
Prudentia. Cic. 2. de Orat. 119. Hoc tamen prudentiæ est pæne mediocris.
Spatium. Plin. lib. 7. cap. 38.
Sponsalium mediocrium cœna, opposita Solenni cæremoniarum apparatui. apud Plin. lib. 9. cap. 35.
Status. Cic. 1. Q. frat. 1. Quod si in mediocri statu sermonis ac prædicationis nostræ res essent, nihil abs te eximium, præter aliorum consuetudinem, postularetur.
Telum non mediocre ad res gerendas. Cic. de Amicit. 61. Nec vero negligenda est fama: nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium.
Vitia. Hor. 1. Serm. 4. 130.

MEDIOCRĬTER, Adv. [μετρίως] Medio quodam modo: h. e. Prudenter & moderate. Cic. 1. de Finib. 6. Quid Theophrastus, mediocriterne delectat, quum tractat locos ab Aristotele ante tractatos?
Mediocriter doctus. Plin. 1. Epist. 10.
Etiam mediocriter a me tibi commendatus. Cic. 13. Fam. 29.
Non mediocriter ferre. Cic. 5. Verr. 95. Quod mehercule, Judices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Idem pro Quint. Tamen esset non mediocriter conquerendum.
Haud mediocriter. Plaut. Merc. 2. 1. 13. Cic. pro Quint. 13.
Mediocriter facere. Ter. Andr. 1. 1. 32.
Mediocriter vestita veste lugubri. Ter. Heaut. 2. 3. 45.

MEDIOCRĬTAS, ātis. f. [μετριότης] Medium dicitur, ut ait Nonius 1. 122. Cic. 4. Acad. 135. Mediocritates illi probabant, & in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum. Columel. lib. 3. cap. 5. pr. Mediocritas in electione loci maxime probatur, quoniam in confinio boni malique posita est. Cic. 1. Off. 89. Nunquam enim iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum, quæ placet Peripateticis. Et de Clar. Orat. 149. Omnis virtus est, ut vetus Academia dixit, mediocritas.
Mediocritas ingenii. Cic. 2. Philip. 2. Non video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despicere possit Antonius.
Vultus mediocritas. Auct. ad Heren. 3. 26. Vultus neque hilaris neque tristis.
Aurea mediocritas, Subaudi, Fortunæ. Hor. 2. Carm. 10. 5.

> Auream quisquis mediocritatem
> Diligit, &c.

Mediocritas præceptoris, pro Ipso præceptore mediocriter docto. Quintil. lib. 2. cap. 3. pr.

MEDIOCRICŬLUS, Idem quod Mediocris, ex Catone apud Festum.

MEDIOXĬMUS, vel MEDIOXŬMUS, a, um. Adj. [διάμεσος] Idem quod Mediocris, sive medius. Unde Medioxumi dii vocantur, Potestatis mediæ. Serv. in 8. Æn. 275. dicit Herculem communem deum utriusque naturæ, medium & inter mortalitatem & inter divinitatem. Sunt enim numina, inquit, aliqua tantum cælestia, aliqua tantum terrestria, aliqua media, quos deos medioxumos Apuleius vocat. V. Apul. de Hab. doctr. Plat. p. 8. Elmenh. Plaut. Cistel. 2. 1. 36.

> At ita me di deæque, superi, inferi, & medioxumi, &c.

Medioxuma uxor. Plaut. Cistel. 2. 3. 67. Antiquum.

MEDIOXIME, Adv. Medio modo. Varr. Modio, Quid aliud est quod Delphica canat columna litteris suis, ἄγαν μηδέν, quam nos facere adit mortalem modum medioxime, ut quondam patres nostri loquebantur. Ex Nonio 2. 556.

MEDIATĔNUS, Adv. Mart. Capell. 6. p. 220.

MEDIĀNUS, a, um. Adj. [μέσος] Quod in medio est. Unde Medianas columnas Vitruvius dixit, ut ab Angularibus quæ crassiores sunt, distingueret. V. Vitruv. lib. 3. cap. 1. & cap. 2. & ult.
Medianum cœnaculi. Ulpian. in l. Si vero. §. interdum. D. de iis qui dejecer. vel effud.
Medianus digitus. Veget. Molom. 2. 40.

MEDIASTĪNUS, i. m. [μεσαύλιος] Qui in medio lavantium stat in balneis, inquit Priscianus. Nonius, 2. 573. Mediastinos non Balnearum, sed ministros & curatores ædium legimus. Hæc Non. Sed & vilissima quæque mancipia, in agro maxime, mediastinos eos accipere debemus, qui abjectissima quæque inter servos officia obeunt; cujusmodi sunt hodie in principum domibus, cognomine Lignarii. Baeolarii; quorum una illa functio est, ut omnibus pareant, nec ullius imperium detrectent, in medio semper & propatulo ad nutus omnes excubent. Cic. 2. in Catil. 5. Itaque ego illum exercitum, &c. magnopere contemno, collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis, ex decoctoribus, &c. Alia exemplaria habent Mediaculis, alia Mendiculis, emendatiora hanc vocem omittunt. Columel. lib. 1. cap. 9. Mediastinus, qualiscunque status potest esse, dummodo perpetiendo labori sit idoneus. Ex Hermolao. Ulpian. in l. 1. §. Ceterum. D. Nautæ, caupones, stabularii, Qui mediastini opera fungitur, non continetur, ut purpurarii, atriarii, & focarii, & his similes. Cæl lib. 25. cap. 20. legit Mediastina opera, ut sit adjectivum. V. plura ibid. & Pignor. de Servis, & Torrent. ad Hor. 1. Epist. 14. 14.

> Tu mediastinus tacita prece rura petebas:
> Nunc urbem, & ludos, & balnea villicus optas.

[Nonius Mediastrinus scribit. Gloss. Lat. Gr. Mediestrinus, ἀσχύνος. qui in Gr. Lat. Perfusor. Hanc enim operam in balneis præstabant mediastini. de Roris mediastinis V. Beroald. Annot. in Colum.
Mediastinum appellant medici juniores, Membranam duplicem in ventre hominis medio, quæ veluti medius quidam paries, dividit thoracem totum in duos veluti ventriculos.

MEDĬCURRIUS, i. e. Medius currens. Arnob. 3. p. 118. conf. & Isidor. 8. 11.

MEDĬLŪNIUS, a, um. Adj. Mart. Capell. 7. p. 241. Luna primo corniculata, deinde medilunia.

MEDITERRĀNEUS, a, um. Adj. [μεσόγαιος, μεσόγειος] Quod est a mari remotum, quasi in media terra. Quintil. lib. 5. cap. 10. Montanus an planus, maritimus an mediterraneus.

Mediterranei agri. Suet. in Tib. cap. 12. Mediterraneis agris abditus, vitansque præternavigantium officia.
Oppidum. Plin. 6. 23.
Homines maxime mediterranei. Cic. 7. Verr. 70.
Substantive, Populi a mari remotiores. Cic. 1. de Nat. Deor. 89. Mediterranei mare esse non credunt. Et 5. Verr. 85. Ab hac etiam hæc frumentaria locra, tanquam a mediterraneis, exigebantur.

MEDITERRĀNEUM, i. n. Cui opponitur Ora, seu Litus. Plin. lib. 3. cap. 1. Celeberrima inter Bætim fluvium & Oceani oram in mediterraneo Segeda. h. e. In medio regionis, proculque ab ora litorali. Rursus eod. cap. paulo post. Et 5. 27.

MEDITERREUS, a, um. Adj. Festus, Mediterreum melius quam Mediterraneum Sisenna dici putat.

MEDĬTULLIUM, i. n. [μεσόγειον] non Medium terræ dicitur, inquit Festus; sed Procul a mari, quasi Meditellium, ab eo quod est Tellus. At Cic. in Topicis 36. dicit Tullium in hoc verbo extensionem esse vocabuli, nihil significantem. Utitur hac voce aliquoties Apul. in Asino Aureo. pro Medietate scilicet. V. Indic. Elmenh.

MEDIUSFIDIUS, [μὰ τὸν Διὸς υἱὸν] (inquit Festus) compositum videtur, & significare Jovis filium, id est Herculem; quod Jovem Græci Δία, & nos Jovem; ac Fidium, pro filio; quod sæpe antea pro L littera, D utebantur. Quidam existimant jusjurandum esse per divi fidem; quidam per diurni temporis, id est diei fidem. Hæc Festus. Alii sic, Me dius fidius. h. e. Per deúm Fidium. Nam Fidius deus est, qui fidei præest. Plaut. Asin. 1. 1. 8.

> Per dium Fidium quæris: jurato mihi
> Video necesse esse eloqui, quicquid roges.

Cic. 8. Att. 24. Et pro Sul. 83.
Ita dicitur, pro Ita me amet deus Fidius. H St. vel Jovet. V. MECASTOR.
Medi edi, pro Mediusfidius. Titin. An quia pol edepol fabulare, medi edi. Verba sunt adolescentis qui in feminam degenerarat, proindeque hoc jusjurandum non audebat eloqui, quum religio esset mulieribus illud proferre. Et quum vulgus hæc verba imminueret & depravaret, pro medios, medi dicens, facit quoque eum dicere pro medi edi. Annotavit Turnebus. V. & Serv. 8. Æn. 275.

MĔDIXTŪTICUS, [μεδιξτούτικος] Liv. 26. 6. Medixtuticus (qui summus magistratus apud Campanos est) eo anno Seppius Lesius erat. Sic 24. 19. Videtur divise scribendum Medix tuticus. V. MEDDIX supra.

MĔDON, ontis. [Μέδων] Nothus fuit Oilei, ex matre Rhena, teste Homero lib. 2. Iliados. 727.
Medon, Unus procorum Penelopes. Ovid. 1. Epist. 91.
Medon, Unus ex nautis, qui a Baccho in delphines mutati fuerunt. Ovid. 3. Met. 671.
Item filius Codri, primus Archon Atheniensium. Paterc. 1. 2. 4. Hinc

MEDONTIDÆ, [Μεδοντίδαι] Posteri Medonis. Paterc. 1. 2. 4.

MEDUACUS Portus, [Μεδόακος λιμὴν] Plin. lib. 3. cap. 5. Inde Meduacus, Venetorum fluvius, qui nunc vulgo *Brenta* dicitur. Nam ostia Padi Plin. lib. 3. cap. 16. describens, ait, Proximum portum facit Brondulum, sicut Edronem Meduaci duo & Fossa Clodia. Strab. lib. 5. scribit Meduacum vocari & portum & fluvium. Ibid. supra Venetos Carnorum & Meduacorum fuisse gentem tradit.

MĔDUĀNA, Fluvii nomen in Gallia, quam Belgicam vocant. Lucan. 1. 437. ut refert Turnebus,

> — nec ultra
> Instabiles Turones circumsita castra coërcent,
> In ripis, Meduana, tuis marcere perosus, &c.

Nomen hodie quoque retinet.

MĔDULLA, æ. f. [μυελὸς, ἐντεριώνη] dicta quod in ossibus media sit. Plin. lib. 11. cap. 37. Et medulla ex eodem videtur esse in juventa rubens, & senecta albescens. Plaut. Stich 2. 2. 16.

> At ego perii, cui medullam lassitudo perbibit.

In visceribus medullisque condidit omne bonum Metrodorus. Cic. 5. Tusc. 27.
Albæ medullæ. Ovid. 14. Met. 208.
Liquefactæ medullæ cæca tabe. Ovid. 9. Met. 175.
Ardet mollibus ignis in medullis. Catul. de Acme, 43. 16.
Est mollis flamma medullas. Virg 4. Æn. 66.
Fovet igne medullas amor. Ovid. 4. Epist. 15.
Hærere medullis alicujus, Carissimum esse. Cic. 15. Fam. 16.
Hærere in populi Romani medullis ac visceribus. Cic. 1. Philip. 36.
Includere aliquid medullis. Cic. 15. Att. 4.
Insidet in medullis fervor. Cic 4. Tusc. 24.
Intravit calor medullas. Virg. 8. Æn. 389.
Labitur totas furor in medullas. Senec. Hippol. 3.
Avidis medullis subdita flamma. Virg. 3. Georg. 271.
Mellis medulla, [μέλιτος μυελὸς] de re majorem in modum suavi dicebatur. Unde & Ennius apud M. Tullium de Claris Orat. 59. M. Cornelium Cethegum, Suadæ medullam appellat, ob singularem suaviloquentiam. Nam quod optimum est, id natura videtur intime recondidisse. Unde & illa passim obvia, In medullis, & Medullitus amare, non dissident a simulacro proverbiali. Erasmus.
Litium medullæ. Quintil. lib. 2 cap. 1. Et in mediis litium medullis versantur.
Medulla etiam dicitur pro Eximio, pro eo quod est præstantissimum, ut, Medulla lini, lanæ. apud Plin. Absinthii. Idem 27. 7. Medulla candoris. Idem 37. 5. [Sic & Suade medulla.

MEDULLĪTUS, Adv. [ἐκ μυελῶν] Ex intimo affectu, vel intime. Plaut. Most. 1. 3. 86.

> Ut videas eam medullitus me amare.

Idem Truc. 2. 4. 85. V. Non. 2. 544. Usus est aliquoties Apuleius in Flor. & in Met.
Medullitus Adv. Marcell. lib. 30. p. 501. Francf. Invidia præter hæc antedictus medullitus urebatur. Vide & indicem ibi. H. St. Exstant cap. 8. sub finem p. 467. Gronov. Fest. Medullitus, Ex intimis medullis. Gloss. Lat. Gr. Medullitus, ἐνδομυχῶς. scribendum ἐνδομυχιώτως.

MEDULLŬLA, æ. f. dimin. [μυελίδιον] Catull. Carm. 25. 2.

> Vel anseris medullula, vel imula oricella.

MEDULLĀRIS, e. Adj. Apul. 7. Miles. p. 193. Dolor medullaris mihi insidet.

MEDULLATUS, a, um. Partic. [περιμυελωμένος] apud Apul. de Hab. doctr. Plat. p. 21. & Vulg. Interp. Psalm. 65. 15.

MEDULLŌSUS, a, um. Celf. 8. 1. Humerus medius, teres, medullosus.
MEDULLIA, [Μεδουλλία] Stephano, Latii oppidum fuit, Albanorum opus, cujus meminit Plin. lib. 3. cap 5.
MEDULLI, ōrum. Populi Alpini. V. Harduin. ad Plin. 3. 20. & Vitruv. 8. 3.
MEDULLĪNUS, a, um. Adj. Auson. Epist. 5. 28. V. Scalig. lect. 2. 12.
MEDULLINA, æ. f. Virgo Romana, ab ebrio patre in tenebris violata: ut stupri auctorem agnosceret, digito ejus annulum detraxit. Ubi ex pignore patrem esse comperit, eundem ad aram gladio confodit. Auctor Plutarch. in Parallelis.
Liviæ Medullinæ Claudio Cæsari desponsatæ meminit Suet. in vita cap. 26.
MĒDUS, i. m. [Μῆδος] Proprium fluvii nomen in Medis, quod ex Strabone cognoscere licet lib. 15. ubi commemorat quos fluvios trajecerit Alexander Magnus, quum Persidem peragraret, ferroque vastaret. De hoc intelligendus locus est Hor. 2. Carm. 9. 21. ubi ait,
Medumque flumen gentibus additum, &c. non de Araxe, aut Tigri, aut Euphrate, ut alii arbitrantur Neque vero est quod quisquam miratur Horatium ita locutum esse, Medum flumen, si Medus proprium fluvii nomen est. Nam sic reperies pluribus locis locutum, ut lib. 4. ode 5. & 2 ode 6. & in epist. ad Pison. Lambinus.
MEDUS, nomen gentile. V. MEDIA.
MEDUS, i. m. Potio; quasi Melas, quia ex melle fit. Isidor. 20. 3.
MĔDŪSA, æ. f. [Μέδουσα] Filia fuit Phorci ex Cetho conjuge, quæ una cum duabus sororibus Euryale, & Stenone, Gorgadas insulas in Oceano Æthiopico tenuisse feruntur. Ejus capilli in angues a Minerva immutati sunt: & qui illam aspiciebant, in lapides vertebantur. Quam Perseus peremit; ex cujus cruore natus est Pegasus. De hac Suidas, & alii Græci. Meminit & Ovid 4. Met. 781.
Torva Medusa. Ovid. 2. de Arte Am. 309.
MEDUSÆUS, a, um Adj. [Μεδουσαῖος] ut,
Equus Medusæus. Ovid. 5. Fast. 8. i. e. Pegasus.
Os Medusæum. Ovid. 5. Met. 249.
MEDUSA, a quibusdam appellatur herba ea, quam Romani Veneriam, sive Lanceolam, Dioscorides λογχῖτιν appellavit. Habet hæc herba florem inverso pileolo similem, qui theatrales larvæ, & histrionicæ personæ formam refert; ex cujus medio, quasi ex aperto & hiante ore, se profert quædam quasi lingua candido colore. Ob quam causam & Medusam appellarunt, a Gorgonis abscissi capitis similitudine. V. M. Verg. in Dioscorid.
MEFANCĪTUM, i. n. Teli genus apud Fest. pro Mesancylum, si fides Turnebo Advers. 29. 32.

M E G

MĔGA, [μέγα] id est magnum, Promontorium Mauritaniæ Cæsariensis, inquit Ptolemæus.
MEGABOCCHUS, Juvenis quidam fuit socius filii Crassi, & ætate pari, qui sibi bello Parthico manus attulit; eum Plutarchus μεγάβοκχον appellat in Crassi vita. Meminit Cic. 2. Att. 7. quamvis alii de Pompeio dictum putent.
MĔGĂBYZI, [Μεγάβυζοι] sive MEGALOBYZI, [Μεγαλόβυζοι] dicebantur Ephesiæ Dianæ sacerdotes, quos eunuchos esse oportebat; unde & pro Imbellibus ac mollibus poni consueverunt, quales sunt spadones. Quintil. lib. 5. cap. 12. Megabyzi dicuntur Appiano lib. 5. Bell. Civil. & Plinio. 35. 10. ita scribenti, Ephesi vero est Megabyzi sacerdotis Ephesiæ Dianæ sepulchrum. Nec enim hic ut proprium nomen accipiendum videtur, sed ut appellatio omnium sacerdotum Dianæ communis. Annotavit Turnebus. Duces quoque regis Persici Megabyzi appellantur, inquit Cælius lib. 7. cap. 6. V. Hesych. Harduin. ad Plin. Burm. ad Quintil. Perizon. ad Ælian. 2. 2.
MĔGÆRA, æ. f. [Μέγαιρα] Una est e tribus Furiis. De qua Virg. 12. Æn. 846.

> Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ,
> Quas & Tartaream Nox intempesta Megæram
> Uno eodemque tulit partu.

Improba. Claud. 1. in Ruf. 74.
Torva. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 387.
MĔGĂLARTUS, [Μεγάλαρτος] Ceres dicta & culta est. Cæl. lib. 9. cap. 16. Apud Bœotiæ Scolum præstantes fieri panes confectos accepimus, unde & Cereris Megalarti & Megalomazi statua erecta colebatur. Consimiliter vero apud Messapios in Iapygia, ubi etiam fuisse res Artos dicitur. sed & festum nomine Megalartia, [Μεγαλάρτια] de panis magnitudine appellatione ducta. Hæc ille ex Athen. lib. 10. Deipnos.
MEGALENSIS. V. MEGALESIA.
MĔGĂLĒSIA, orum. n. [Μεγαλήσια] & Ludi Megalenses, in honorem Matris magnæ, seu Cybeles celebrati Romæ. Liv. 36. 36. M. Junius Brutus ædem Magnæ matris deûm in palatio dedicavit: & ludos ob eam dedicationem factos, Megalesia appellavit. Cic. de Arusp. Resp. 24. Nam quid ego de illis ludis loquar? quos in palatio nostri majores ante templum, in ipso Matris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebrarique voluerunt? V. Græv. in loc. Quintil. lib. 1. cap. 5. Quædam tamen & faciem solœcismi habent, & dici vitiosa non possunt, ut Tragœdia Thyestes, & ludi Floralia, ac Megalesia.
MEGALESIĀCUS, a, um. Adj. ut, Megalesiacæ matris operta. Auson. Ecl. de Feriis Rom. v. 2. & Juven. 11. Sat. 193.
MEGALIUM, i. n. [μεγάλειον] Unguentum a magnificentia sic appellatum, eo quod excusserit, Telinum ante se cantatissimum: alii a Megaleo inventore Siculo, sive Atheniensi dictum malunt. Vide Dioscorid. lib. 1. cap. 6. & Plin. 13. 2.
MEGALOGRAPHIA, æ. f. [μεγαλογραφία] Picturæ genus apud Vitruv. 7. 4. conf. Bald. Lex. Vitruv. p. 69.
MEGALŎPŎLIS, [Μεγάλη πόλις] Arcadiæ urbs. Ex hoc oppido originem traxerunt Cercidas, præstantissimus legislator, & meliambon poeta, Æneas Peripateticus Theophrasti discipulus, Acesodorus, qui de Urbibus scripsit, & Polybius historicus. Hæc Steph. Meminit Liv. 32. 5. & 36. 31.
Megalopolis item Asiæ oppidum fuit, postea Aphrodisias dictum, inter Lycum & Mæandrum fluvios situm, quod Stephanus Cariæ attribuit: quanquam in Græcis quibusdam codicibus Icariam corrupte legamus pro Caria.
Tertia ejusdem nominis civitas in Iberia collocatur ab eodem Stephano.

MEGALOPOLITÆ, [Μεγαλοπολῖται] Megalopolis incolæ. Steph. Liv. 28. 8. & 35. 27.
MEGALOPOLITĀNUS, a, um. Adj. [Μεγαλοπολιτικός] qualis Polybius fuit. Liv. 30. 20.
MĔGĂNĪRA, [Μεγάνειρα] Celei uxor fuit, ac Triptolemi mater, ut Græca prodidit historia, cujus sacellum erat non longe a puteo Bœotiæ, qui alio nomine Anthinos dicebatur. Meminit Cæl. lib. 24. cap. 17. ex Pausan. Att. p. 37. Wech.
MĔGĂRA, n. pl. [Μέγαρα] Urbs juxta Isthmum Corinthiacum, media inter Peloponnesum, Atticam, & Bœotiam. Dicta a Megareo Apollinis filio. Hujus meminit Cic. 4. Fam. 5. Et 1. de Divin 57. Patria fuit Euclidis philosophi Socratici. Nunc dicitur *Alcaroir*, ut scribit Olivarius in Melam. Fuit & Megara, Creontis regis filia, & uxor Herculis, quam furens interemit, ut scribit Sen. in Hercule furente.
Quo etiam nomine dictus est Mons in Sicilia, ubi apes multæ.
MEGĂRUS, a, um. Adj. [Μεγαρος] ut, Sinus Megari. Virg. 3 Æn. 689.
MEGARICUS, a, um. [Μεγαρικὸς] possess. ut Megarici philosophi, ab Euclide auctore sectæ. V. dict. seq. Cic. 4. Acad. 129. Qui quum Zenonis auditor esset, vides quantum ab eo dissenserit; & quam non multum a Platone Megarici, quorum fuit nobilis disciplina. Et paulo post, piura.
Sinus Megaricus, sive Saronicus, *Le goulfe de l'Egine.*
MEGARĒUS, [Μεγαρεύς] Idem. Cic. 4. Acad. 129. Post Euclides Socratis discipulus Megareus, a quo iidem illi Megarici dicti, &c.
MEGARĒIUS, a, um. Adj. [Μεγαρήϊος] ut, Heros Megareius, Hippomenes Megarei filius, apud Ovid. 10. Met. 659.
MEGARENSIS, e. Adj. Ex Megara. Gell. lib. 6. cap. 10. Decreto suo Athenienses caverant, ut qui Megaris civis esset, si intulisse Athenas pedem prehensus esset, ut ea res ei homini capitalis esset. Tanto Athenienses odio flagrabant finitimorum hominum Megarensium, &c.
MEGARIS, idis. f. [Μεγαρίς] Regio est Achaiæ, cujus Megara caput, a qua Bulbi Megarici, quos celebrat Cato R. R. cap. 8. Columel. lib. 10. 106.
Jam Megaris veniant genitalia semina bulbi. V. Plin. lib. 4. cap. 7.
Megaris. Urbe Siciliæ, apud Melam libro 2. cap. 7. Nunc dicitur *Agosta*, teste Olivario.
MĔGES, [Μέγης] Unus fuit ex Græcorum principibus qui ad Trojam profecti sunt.
MĔGISTĀNES, [μεγιστᾶνες] dicuntur Proceres, primatesque. Nam μέγιστος Latine dicitur magnus. Tacit. 15. Ann. 27. extr. Simul consilio terrorem adjicere, & megistanas Armenios, qui primi a nobis defecerant, pepulit sedibus. Suet. in Calig. cap. 5. conf. Sen. Epist. 21. & Suid.

M E H

MĒHERCŬLE, & MEHERCULES, [μὰ τὸν Ἡρακλῆ] Adv. jurandi, Per Herculem. Cic. 12. Att. Epistola tua gratissima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi: semper secum aliquid afferunt litteræ tuæ.
Mecastor & Mehercules jusjurandum erat, quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules, ut subaudiatur juvet. Festus. Cic. 6. Verr. Vere mehercules hoc, Judices, dicam. Idem in Orat. 157. Impetratum est, inquit, a consuetudine, ut peccare suavitatis causa liceret, & pomeridianas quadrigas, quam postmeridianas libentius dixerim: & mehercule, quam mehercules.
Dicitur & Mehercle & Hercle. H. St. Et Hercules ἀπλῶς. Quod causam errori quorundam præbuit, qui Celsum in Procem. p. 18. Lind. ubi ait, Neque, hercules, istud & antiqui medici nescierunt, de Hercule medico loqui putarunt.

M E I

MEI, vel MIS [ἐμοῦ] genitivus ab EGO. Vide suo loco.
MĔJO, minxi, mictum, [οὐρῶ, ὀμιχέω] ĕre. Urinam emittere. Diomedes præteritum Meji esse dicit, sed in usu Minxi. Pers. 1. Sat. 113.

> — sacer est, pueri, locus: extra
> Mejite. Martial. lib. 3. 78.
> Minxisti currente semel, Pauline, carina:
> Mejere vis iterum, jam Palinurus eris.

Mictum, supinum. Hor. 1. Serm. 8. 38.

> — atque in me veniat mictum atque cacatum
> Julius, & fragilis Pedatia.

Mula mejens. Catul. de Æmilio, 92.
Despauter. loquens de Pingo, Stringo, Fingo, Ringo, addit. Diom. & Prisc. addunt Mingo, quod Mancinellus & Nebriss. pluresque censent esse barbarum, aut certe obsoletum, quia doctiss. quisque Mejo dicit, non Mingo. H. St.
MICTŬRIO, īre. desiderativum verbum a Meio. Juven. 6. Sat. 308.
Noctibus hic ponunt lecticas: micturiunt hic. Pro primitivo Meio videtur hic positum.

M E L

MEL, mellis. n. [μέλι] notæ significationis. V. Plin. lib. 11. cap. 14. Cic. 3. de Finib. 34. Mel, etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis dulce esse sentitur.
Mel, a Græco μέλι fit per apocopen. Plaut. Truc. 1. 2. 75.

> In melle sunt linguæ sitæ vostræ atque orationes,
> Lacteque: corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto.

Dulcior melle. Ovid. 5. Trist. 4. 30.
Aerii mellis cælestia dona. Virg. 4. Georg. 1.
Attica mella, de Flavis favis. Ovid. de Medic. faciei 82.
Dulcia. Virg. 4. Georg. 101.
Flava. Ovid. 1. Met. 112.
Fragrantia mella thymo redolent. Virg. 4. Georg. 169.
Humida. Virg. 4. Æn. 486.
Liquentia stipant apes. Virg 1. Æn. 436.
Liventia veneno. Valer. 1. Argon. 63.
Purissima. Virg 4. Georg. 163.
Redolentia flore thymi. Ovid. 15. Met. 80.
Roscida. Virg. 4. Ecl 30.
Spumantia cogere pressis favis. Virg. 4. Georg. 140.
Tenacia fingunt. Virg. 4. Georg. 57.

Constru-

Constructa mella. Virg. 4. Georg. 213.
Generandi gloria mellis. Virg. 4. Georg. 205.
Liquata expressis favis. Ovid. 4. Fast. 152.
Pressa puris condit amphoris. Hor. Epod. 2. 15.
Reperta a Baccho. Ovid. 3. Fast. 736.
Mel, pro Eloquentia, seu dicendi suavitate. Lucan. ad Pison. 64.
Inclyta Nestorei cedit tibi gratia mellis.
Musæum dulce mel. Lucret. lib. 1. 946.
Poetica. Hor. 1. Epist. 19. 44. V. MANO.
Mel meum, Blandientis vox: quemadmodum est Meum suavium. Plaut. Most. 1. 4. 12. Cic 8. Fam. 8. Hinc
Melli esse, pro Gratissimum & jucundissimum esse. Hor. 2. Serm. 6. 32.

MELLICŬLUM, i. n. [μελίχιον] dimin. blandientis. Plaut. Cas. 4. 4. 14. Meum corculum, melliculum, verculum. Al. Mellitulum, vel Mollieulum. [Male. Sic Mellillum, V. infra. ut Villum a Vinum.

MELLEUS, a, um. Adj. [μελίχρωος] Quod ex melle est, vel mel refert colore, sapore &c. ut,
Coloris mellei fæx. Plin. lib. 11. cap. 16.
Odor melleus. Idem lib. 21. cap. 14.
Sapor melleus. Idem lib. 15. cap. 14.
Melleus, aliquando pro Dulci accipitur. ut. Vox mellea.

MELLĪTUS, a, um. Adj. [μελίτινος] Quod est melle conditum. Plin. lib. 36. cap. 19. Melitites succum remittit dulcem, mellitumque tusus. Varr. 3. de R. R. cap. 16. Et favi melliti intos ponendi a faucibus longe. Sueton. in Claud. Neron. cap. 27. extr. Iodicebat & familiaribus cœnas, quorum uni mellita quadragies HS constiterunt. Porro Mellita vocabantur, Cibaria dulciora, melle condita, quum luxuria nondum saccharum materiam ganeæ fecisset. Antiquitus enim saccharum ad medicinæ duntaxat usom adhibebatur: cujus hac tempestate tam frequens usus est, ad gulæ coodimenta. Al. Mitellita & Constitit. Lectio admodum dubia est. [An μελιτοῦττα? V. Henr. Steph. Thes. in hac voce.
Bellaria mellita. V. BELLARIA.
Placentæ mellitæ. Hor. 1. Epist. 10. 11.
Mellitus puer, pro Suavi & jucundo. Cic. 1. Att. 18. Ita sum ab omnibus destitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore & filiola & mellito Cicerone consumitur. Catul. 46. 1.
Mellitos oculos tuos, Juvenci, &c.

MELLĪTŬLUS, a, um. Adj. dimin. Apul. Met. 3. p. 139. Mea mellitula.

MELLĪTĪNUS, a, um. Adj. Idem ac Mellitus. Plin. Valer. 3. 26. extr. Ceræ pinguis mellitinæ libram unam.

MELLILLUS, a, um. [μελιτίδιον] dimin. alterum, similiter blandientis. Plaut. Cas. 1. 1. 47.
Mea vita, mea mellilla, mea festivitas. [A Mellina, ut placet Meurs. Nisi potius ex Mellitula formatum. An Meum Mellillum?

MELLŌSUS, a, um. Adj. Idem, quod Melleus. Cæl. Aurel. Acut. 2. 29. Mellosa dulcedo.

MELLĀRIUS, a, um. Adj. Quod ad mel pertinet. Plin. lib. 21. cap. 14. Vasa mellaria aut favos lavari aqua præcipiunt. Hæc etiam Apiaria dicuntur.

MELLARIUS, i. m. [μελιτουργὸς] Qui mellis opus exercet. Varr. lib. 3. de R. R. cap. 16. Ad extrema, qua mellarii favum eximere possint, opercula imponunt alveis.

MELLARIUM, i. n. [μελιττῶν] Ubi apes nutriuntur. Varr. de R. R. lib. 3. cap. 26. Melittônas ita facere oportet, quos alii melitrophia appellant: eandem rem quidam mellaria. Rectius al. Melittotrophia.

MELLĀTIO, ōnis. f. [μελιττουργία] Mellis vindemia, quum mel eximitur. Plin. lib. 11. cap. 16. Hæc ergo mellatio fine vindemiæ & Vergiliarum occasu. Idem lib. 11. cap. 15. Æstiva mellatione decimam partem Thalio Dionysio apibus reliqui placet.

MELLATIUM, i. n. Non. 17. 14. Sapa, quod nunc mellatium dicimus, mustum ad mediam partem decoctum. Al. Mellacium.

MELLĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [μελιτοφόρος] Ovid. 15. Met. 383. Melliferæ apes.

MELLIFĬCUS, a, um. Adj. [μελιτοποιὸς] A melle faciendo. Columel. lib. 9. cap. 13. ad finem, Ut ab opere mellifico evocatæ apes fœtibus ceras expleant.
Saltus mellifici. Columel. lib. 9. cap. 8.

MELLIFĬCIUM, i. n. [μελιτουργία] Mellis artificium. Varro de R. R. lib. 3. cap. 16. Sed ut hoc aptissimum ad sanitatem apium, sic ad mellificium thymum. Columel. lib. 9. cap. 12. Apes magis mellificiis, quam fœtibus student.

MELLĬFĬCO, [μελιτοποιῶ] āre. Mel facere. Plin. lib. 12. cap. 18. Aliarum quæ in arboribus mellificant.

MELLIFICĀTIO, ōnis. f. apud Varr.

MELLĬFLUUS, a, um. Adj. [μελίρρυτος] Ex quo fluit mel, vel fluere videtur; hoc est Dulce, jucundum. ut, Mellisflua oratio. Sed non videtur usurpatum ab Antiquioribus. Attamen

MELLIFLUENS, entis. apud Auson. Epist. 16. 14.

MELLĬGĔNUS, a, um. Adj. [μελιτογενὴς] Quod est ejusdem generis cum melle. Plin. lib. 16. cap. 7. Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi. h. e. Ejusdem succi, cujus est mel ipsum.

MELLĪGO, inis. f. Succus ex floribus, quem ad mellificationem apes convehunt. Plin. 11. 6. Idem, Succum uvæ immaturæ Melliginem dixit 12. 27.

MELLIMESSIO, dicitur Mellis collectio, quia æstate mella conduntur. Commentator Hor. per Cruquium editus. p. 254. col. priore. Nisi legendum Mellimessio. H. St. Plinio Mellatio. V. supra.

MELLINA, vel MELLINIA, æ. f. Potio est confecta adjecto melle. Plaut. Epid. 1. 2. 21. —ubi is ergo est? nisi si in vidulo,
Aut in mellina attulisti. i. e. Nisi si in scortea eum habes mantica, aut in œnophoro vel lagena mellinæ. Ex Turnebo. Sed Al. Melina rectius legunt. V. Scalig. in loc.

MELLŌNA, æ. f. Dea mellis. Arnob. 4. p. 131. Et Augustin. de Civ. Dei 4. 14.

MULSA, MULSUM, V. f. l.

MELA, æ. m. Fluvius Galliæ. Cisalpinæ. Virg. 4. Georg. 278. Et Catull. 68. 33.

MĔLÆNA, [μέλαινα] Insula est quæ alio nomine Corcyra appellatur. Plin. lib. 3. extr. Stat. 12. Theb. 619.
Icarii, Celeique domus, viridesque Melænæ.

MĔLANÆĔTOS, [μελανάετος] vel, ut alii. MELĂNASTOS, m. Aquila nigra, seu pulla. de qua V. Plin. lib. 10 cap. 3. pr.

MĔLAMPHYLLUM, i. n. [μελάμφυλλον] Species Acanthi herbæ, a foliorum nigredine sic dicta, quasi melanophyllum. Plin. lib. 22. cap. 22.

MĔLAMPŌDIUM, i. n. [μελαμπόδιον] Genus nigri Hellebori, a Melampode vate dictum. Plin. lib. 25. cap. 5.

MELAMPSYTHIUM, i. n. Passi genus, suum saporem, non vini referens. Plin. 14. 9.

MĔLAMPUS, ŏdis. m. [μελάμπους] fuit, teste Homer. lib. Odyss. 15. Filius Amythaonis ex patria Argo. Stat. 3. Theb. 453.
—Amythaone cretus,
Jam senior, sed mente virens Phœboque Melampus
Associat. Dicitur etiam fuisse Medicus illustris, & filias Prœti sanavisse helleboro. Virg. 3. Georg. 550.
Quæsitæque nocent artes: cessere magistri
Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.
Melampus, Canis nomen apud Ovid. 3. Met. 206 dicti sic, παρὰ τὸ μέλανας ἔχειν τοὺς πόδας, quod nigros habeat pedes. Ovid. 3. Met. 206.
—primusque Melampus,
Ichnobatesque sagax latratu signa dederunt.

MĔLAMPȲGUS, [μελάμπυγος] Lapis in Thermopylarum monte, ut legitur apud Herodotum hist. lib. 7. ubi desinit Anopæa via, qua grassantes Persæ Pylas occuparunt, Epialte duce.

MĔLANCHŎLIA, æ. f. [μελαγχολία] Latine dicitur Atra bilis, quæ sæpe in furorem agit homines. Cic. 3. Tusc. 11. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipsi vocant. Quasi vero atra bili solom mens, ac non sæpe vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur.

MELANCHOLĬCUS, a, um. Adj. [μελαγχολικὸς] Qui atra bile plurimum abundat. Cic. 1. Tusc. 80. Aristoteles quidem ait omnes ingeniosos melancholicos esse.

MELANCHLÆNI, [μελάγχλαινοι] Scythiæ populi, a nigris vestibus quas ferunt ita nominati Stephano. V. Mela 2. 1.

MELANCŎRȲPHUS, i. [μελαγκόρυφος] Avis quæ & Ficedula dicitur; sed ficedula nomen habet potissimom Autumno ab edendis ficis. Aliis temporibus melancoryphus, quod κορυφὴν μέλαιναν, hoc est verticem nigrum habeat, Latine Atricapillam dicere possumus: mutat enim formam & colorem. V. Fest. Plin. lib. 37. cap. 8.

MELANCRĀNIS, is. f. [μελάγκρανις] Junci genus. Plin. 21. 18.

MELANDRYS, ȳos. m. [μελάνδρυς] Piscis ex Thynnorum genere. Athen. 3. 34. Plin. 9. 15.

MELANDRYUM, i. n. [μελάνδρυον] Genus herbæ. Plin lib. 26. cap. 7. Melandryum vero apud Theophrastum est exalburnatum robur, de nigritie conciliato nomine.
Sed & Salsamenti genus Melandryum est, ex thynnis confectum, teste Cæl. lib. 7. cap. 27. V. Varr. L. L. 4. 12. Martial. 3. 77.

MĔLĂNES, vel Nigri montes, [μέλανα ὄρη] juxta deserta Arabiæ, Ptolemæo lib. 5. cap. 17. Hodie mons Sinai, mons S. Catharinæ: *Sur* desertum Hebræis, a Mauris *Tur* dicitur.

MĔLĂNEUS, [μελανεὺς] Nomen canis Actæonis apud Ovid. 3. Met. 222.
Harpalos & Melaneus, hirsutaque corpore Lachne.
Est & Centaurus apud eundem lib. 5. 127. Alii corrupte Meneleus scribunt.

MĔLĂNIA, æ. f. [μελανία] Idem quod Nigritia seu nigredo. Plin. lib. 24. cap. 8. Et lentiginem & carcinomata, melanias quoque veteres, addito melle emendant. Meminit etiam Hermolaus.

MELANION, i. n. [μελάνιον] Flos niger violæ. Plin. 21. 11.

MELANSPERMON, [μελάνσπερμον] V. MELANTHIUM.

MĔLANTĔRIA, æ. f. [μελαντηρία] Scribonius Largus, Melanteria, quæ creta sutoria dicitur, qua ligulæ calceolorum denigrantur.

MELANTHIA, teste Eustachio in 10. Odyss. Homer. Filia fuit Deucalionis ex Pyrrha.

MELANTHIUM, i. n. [μελάνθιον] Herba quæ vulgo *Nigella* appellatur a seminis nigredine; unde etiam Græcis Melanspermon appellatum est. Plin. lib. 20. cap. 17. Gith, ex Græcis alii melanthion, alii melanspermon vocant: optimum quam excitatissimi odoris, & quam nigerrimum. Medetur serpentium plagis & scorpionum.

MĔLANTHIUS. [μελάνθιος] Nomen viri; qui quum Gorgiæ inimicus esset, dixit, Hic nobis de concordia præcipit, qui tertius in una domo concordare non potuit.
Melanthius item, Nomen est viri Trojani, quem Eurypylus in bello Trojano interemit, ut scribit Homerus.
Alius ejusdem nominis Pastor est apud Theocritum.
Alius item Pictor fuit, cura pingendi præcipuus. Auctor Quintil. lib. 12. cap. 10. Plin. 35. 7.

MĔLANTHUS, [μέλανθος] Unus eorum, quos in Delphines mutavit Bacchus. Ovid. 3. Met. 617.

MĔLĂNŪRUS, i. [μελάνουρος] Piscis sic dictus, quod nigricantem caudam habeat, & inter saxatiles numeratur. Ennius apud Apul. in Apolog. p. 299. Melanurum, turdum, merulam, umbramque marinam Ubi primam produxit, penultimam corripuit; quom tamen Græce scribatur μελάνουρος. Proinde rectius Lippius in 3. Oppiani
Haud facili parvus melanurus fallitur arte. Plin. lib. 32. cap. 2. V. Cælium lib. 25. cap. ultimo.

MĔLĀPIUM, i. n. [μηλάπιον] Melapia sunt Mala, quæ & malorum & pirorum aliquam speciem præ se ferunt, unde etiam nomen habent ex pomis & piris compositum. Atque hoc est quod Plinius lib. 15. cap. 14. ait, Cetera e causis traxere nomen: germanitatis, cohærentia & gemella, nunquam singula in fœtu; coloris, serica; cognationis, melapia. Neque enim accipiendum est melappia (sic enim fere in omnibus exemplaribus legitur) cognationis nomen a gente vel familia Appiorum accepisse, sed a cognatione quam ea ipsa mala cum piris habent, ἄπιος enim pirum est Græcis, μῆλον malum sive pomum. Quod autem Plinius ipse non aliter quam melapia scripserit, & ut dico acceperit, ex eo manifestum est, quod paulo ante Appianorum malorum mentionem fecit, quæ ex Appio e Claudia gente sunt cognominata, & melapiorum nomen non ex gente, sed ex causa cognationis tractum esse ait.

MELAS, [μέλας] Multorum fluviorum nomen est. Nam unom esse in Mygdonia ostendere videtur Ovid. 2. Met. 247.
Mygdoniusque Melas.
Alium in Sicilia describit Ovid. 4. Fast. 476.

Sacra.

Sacratumque Melam pascus læta boum.

MĔLAS, ănos. m. [μέλας] Vitiliginis species. V. Cels. 5. 28. 19. Lactant. 4. 14.

MĔLEĂGER, vel MELEĂGRUS, i. m. [Μελέαγρος] Tydei frater fuit, OEnei filius, qui quum aprum Calydonium interfecisset, ejusque pellem & caput Atalantæ Schoenei filiæ, quæ prima aprum vulneraverat donavisset, Thestiadæ ejus avunculi utrumque illi ademerunt. Qua re cognita illos eos interfecit: Althæa vero, Meleagri mater, ob fratrum suorum cædem filio irata, eum execrata est, eique interitum exoptavit. Quum Calydon postea a Curetibus oppugnaretur, neque jam Calydonii impetum hostium sustinerent, Meleager neque patris, neque matris jam placatæ rogatu opem ferre patriæ voluit. Flexus tandem & victus Cleopatræ uxoris precibus, hostes a mœnibus Calydonis propulsavit. Althæa autem odio renovato, stipitem, quo fata Melegri continebantur, a Parcis sibi donatum, inflammavit. Quo absumpto & ille interiit, ejusque sorores in Meleagrides aves sunt conversæ. V. Homer. lib. 2. Iliad. & Ovid. 8. Met. 270.

MELEAGREUS, a, um. Adj. ut Meleagræa Calydon urbs dicitur, quoniam Meleager in ea imperavit. Perottus.

MELEAGRIDES, [μελεαγρίδες] Gallinæ Africæ. Plin. lib. 10. cap. 26. Simili modo pugnant meleagrides in Bœotia Africæ; hoc est gallinarum genus gibberum, variis sparsum plumis, quæ novissimæ sunt peregrinarum avium in mensas receptæ, propter ingratum virus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Columel. lib. 8. cap. 2.

MĔLESIGĔNES, [Μελησιγένης] dictus est Homerus, a patre Melete. V. Suid. in μέλης.

MELETÆUS, a, um. [Μελέταιος] Adj. i. e. Homericus. Tibull. 4. 1. 201. Meletææ chartæ. ubi V. Brœkh.

MELETA, æ. f. [μελέτη] Herbæ nomen eadem quæ Chamæleon. Apul. de Herb. cap. 25.

MELIA, [μελία] a Græcis dicitur arbor, quam Latini Fraxinum vocant. V. Ruell. lib. 1. cap. 82.

Est & Melia [Μελία] Cariæ oppidum, apud Stephanum.

MĔLIA Terra, [μηλία γῆ] Terræ genus est, Eretriæ cinereæ non dissimile, quodque digitis confricatum stridorem reddit tuito pumici similem. Vires habet in medicina easdem fere cum alumine, paulo tamen ignaviores. Pictoribus etiam usui est, ad diuturniorem colorum firmitatem. Plinius Melinum vocat, nomine deducto a Melo insula una Sporadum, unde advehi solet.

MELIBŒA, [Μελίβοια] Urbs est litoralis Magnesiæ. propinqua Thessaliæ, ut testis est Herodot. lib. 6.

Fuit etiam patria Philoctetæ, dicente Lucan. lib. 6. 354.

— pretioque nefandæ
Lampados, Herculeis fortis Melibœa pharetris.

MELIBŒUS, a, um. Adj. [Μελιβοιὸς] Unde, Purpura Melibœa, h. e. Melibœensis, ait Servius.

Fulgens Melibœa purpura. Lucret. lib. 2. 499.

MĔLĬCĒRIS, idis. vel MELICERIA, æ. f. [μελικηρίς] a Cera & Melle nomen accepit. Tuberculum mellis crassitudine in cubitis & genibus; interdum quoque aliis partibus, & in ore ipso, & in capite; quod ita nominatur, quia humor in eo melli similis includitur, nec pressum remittitur, ut id quod gangilion sive ganglion appellent in eadem parte, sed molle cedensque. Plin. lib. 20. cap. 21. Radice meliceridas & lepras curant. Idem lib. 21. cap. 20. Et contra meliceridas efficax. Sunt qui scribant Melliceris. V. Celsum lib. 5. cap. 28. 13. ubi tamen Lind. κηρίον exhibet, in aliis codd. μελικηρία.

MĔLĬCERTA, æ. m. [Μελικέρτης] Filius Athamantis & Inûs, cum quo mater quum videret Athamanta maritum, regem Thebarum, furentem, in mare se præcipitem dedit; & postquam in numina sunt commutati, Græce Leucothea & Palæmon sunt appellati; Latine Portunus, & Mater Matuta. Auctor Servius apud Virg. 1. Georg. 437.

Votaque servati solvent in litore nautæ
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

Fabulam describit Ovid. 6. Fast. 494.

MĔLĬCHLŌROS, i. m. [μελίχλωρος] Gemma parte flava, parte mellea. Plin. 37. 11.

MĔLĬCHRUS, [μελίχρους] Lapis modo niger, modo flavus; a mellis colore vocatus. Plin. lib. 37. cap. 11. Adde Lucret. 4. 1153.

MĔLĬCHRȲSUS, i. m. [μελίχρυσος] Gemma quæ ex India mittitur, quasi per aurum sincero melle translucens. Plin. lib. 37. cap. 9. *Topaz.*

MELICUS. V. MELOS.

MELICUM, ab imperito vulgo dicitur Gallinarum genus, quod Medicum dici debet, teste Columel. lib. 8. cap. 2. his verbis, Præcipue Tanagricum genus, & Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum & Medicum, quod ab imperito vulgo littera mutata Melicum appellatur: nobis nostrum vernaculum maxime placet.

MELIGINE, [Μελιγίνη] Ptolem. lib. 2. cap. 17. Melitusa Polybio dicitur, quam nos Meliten insulam vocamus ad mare Adriaticum, ante Dalmatiam sita.

MĔLĬGŪNIS, [Μελιγουνίς] Insula est Siciliæ adjacens, una ex Æoliis, quæ notiore nomine Lipara dicitur. Plin. lib. 3. cap. 9.

MĔLĬLŌTUS, i. f. [μελίλωτος] Herba quam Columella Sertulam Campanam appellat, quod in Serta urbe Campaniæ frequentissima fit. Plin. lib. 21. cap. 11. Melilotos ubique nascitur. Laudatissima tamen in Attica. Ovid. 4. Fast. 440.

Pars thyma, pars casiam, pars meliloton amat.

Conf. Plin. 33. 4. & Pallad. 11. 14.

MĔLĬMĔLI, is. n. [μελίμηλι] Sapor mali Cydonii ita conditi, ut melli quiddam simile referre videatur. Columel. lib. 12. cap. 45. Diosc. 5. 24.

MĔLĬMĒLUM, i. n. [μελίμηλον] dicitur Pomum musteum, sive dulce, quasi Mel pomum; nam μέλι Græcis dicitur mel, & μῆλον Malum, quod mellis saporem habeat. Plinius Musteum a celeritate mitescendi denominatum dicit, lib. 15. cap. 14. Mustea a celeritate mitescendi; quæ nunc melimela dicuntur a sapore melleo. Orbiculata, a figura orbis in rotunditatem circumacti. Add. Plin. lib. 23. cap. 6. Martial. lib. 7. 25.

Infanti melimela dato, fatuasque mariscas.

Hor. 2. Serm. 8. 31.

Post hæc me docuit melimela rubere, minorem
Ad Lunam delecta.

MĔLĪNUM, i. n. [μέλινον] Apiastrum vocat Varro de R.R. lib. 3. cap. 16. his verbis, Reliquum thymo, & cythiso obsevisse & apiastro, quod alii meliphyllon, alii melissophyllon; quidam melinum appellant.

MĒLĪNUS, a, um. Adj. ut, Color melinus. l. 78. §. 5. D. de legat. & fideicomm.

MĒLĪNA, æ. f. [ἐσθὴτος γένος] Vestis vel Marsupii genus, apud Plautum in Epid. 2. 2. 21. V. Scalig. Conjectanea. Alii quibus magis arridet potius ex melle, legunt Mellina; quod vide in MEL, & Turneb. Advers. 20. 1.

Est item Tibiæ genus acutissimi soni, ut Festus ait.

MĒLĪNUM, i. n. [μήλινον] Oleum ex flore malorum. Plin. lib. 23. cap. 6. Fit & oleum ex his, quod melinum vocavimus, quoties non fuerint in humidis nata. Ideo utilissima quæ ex Sicilia veniunt.

Item, Unguentum. Plin. lib. 13. cap. 1. Postea eodem loco prælatum est melinum, Cyprinum in Cypro.

Item, Coloris candidissimi species. Plin. lib. 35. cap. 6. Melinum candidum & ipsum est, optimum in Melo insula; in Samo quoque nascitur; sed eo non utuntur pictores propter nimiam pinguedinem. Plaut. Mostel. 1. 3. 107.

Neque cerussam, neque melinum, neque ullam aliam offuciam.

Quidam volunt esse colorem medium inter album & fuscum, qui dicitur Gilvus. conf. MELIA.

Item, Aluminis species. Plin. 35. 15.

MĔLĪNOPHAGI, [Μελινοφάγοι] Thraciæ populi, ut ait Stephanus. Ita dicti, quod panico vescantur, quod Græcis μελίνη & μέλινος.

MELIOR, MELIUSCULUS, MELIUS, V. BONUS.

MELIPHYLLUM, [μελίφυλλον] Nomen herbæ. Varro lib. 3. de R. R. cap. 16. Reliquum thymo & cythiso obsevisse, & apiastro, quod alii μελίφυλλον, alii μελισσόφυλλον, quidam μέλινον appellant. Virg. 4. Georg. 63.

Trita meliphylla, & cerinthe ignobile gramen.

Alii legunt Melisphylla. V. MELISSOPHYLLUM.

MĔLIS, is. vel, ut alii malunt, MELES, vel MELES, is. f. Animal quod & Taxo, sive Taxus dicitur, quod sit mellis avidissimum, & alvearibus semper infestum, in cavernis vivens, asperum, mordaxque, magnitudine vulpis, colore felis; ex cujus pelle pharetras & canum collaria obtegunt. Plin. lib. 8. cap. 38. Varro 3. de R. R. cap. 12. Alterum ne felis, aut melis, alieve quæ bestia intrare possit.

Lucifuga meles. Subit enim cavernas. Gratius in lib. de Venatione 402.

— collaribus ergo
Sunt qui lucifugæ cristas inducere melis
Jussere.

De collaribus canum loquitur. ubi V. Ulit. not. Martial. 10. 37.

Venator capta mele superbus adest.

V. Lotich. ad Petron. p. 392. & supra MÆLIUM.

Melis [μηλίς] item Hasta a ligno mali dicta, inquit Festus.

MELISANDER, dri. [Μελίσανδρος] Milesius, poeta antiquissimus, qui ante Homerum epos scripsit. V. Ælian. V. H. 11. 2.

MELISSA. V. MELISSEUS.

MĔLISSŌPHYLLUM, i. n. [μελισσόφυλλον] Plin. lib. 20. cap. 11. Apiastrum Hyginus quidem melissophyllon appellat; sed in confessa damnatione est venenatum in Sardinia. Virgilius per syncopam dixit, 4. Georg. 63. Trita meliphylla. Alii apud Virg. legunt Melisphylla. V. paulo supra.

MĔLISSEUS, [Μελισσεύς] Rex fuit Cretensis antiquissimus, qui, ut scribit Lactantius Instit. 1. cap. 22. primus diis sacrificavit, habuitque filias Amaltheam & Melissam, quæ Jovem puerum caprino lacte ac melle aluerunt, unde Melissa apes dicta fuit: & Amalthea capræ ejusdem nomen accepit. Columel. lib. 9. cap. 2. Nec sane rustico dignum est sciscitari, fueritne mulier pulcherrima specie Melissa, quam Juppiter in apem convertit. Unde & apes Græcis μέλισσαι dicuntur.

Fuit item Melissus Grammaticus muneri datus Mæcenati, ac manumissus ab eo & bibliothecæ præpositus. Sueton. de Grammat. illustr. cap. 21. Hujus meminit Ovid. 4. Pont. 16. 30. & Commentarium ejus de apibus laudant Plin. & Serv.

Melissus præterea Samius, Parmenidis auditor, philosophus, civibus suis carus, quibus præcepta plurima dedit, Rempublicam administravit, classique in bello præfuit, ut refert ex Apollodoro Diog. Laert. lib. 9. f. 24.

Fuit & alius Melissus, Helius nomine, summi quidem loci inter Grammaticos sui temporis Romæ, sed majore in litteris jactantia, quam opera. Meminit Gellius lib. 18. cap. 6.

MĔLĬTA, æ; sive MĔLĬTĒ, es. f. [Μελίτη] Insula inter Italiam Epirumque posita, ut scribit Strabo: sive, ut scribit Plin. 3. 26. inter Corcyram & Illyricum in Adriæ sinu.

Alia item notabilior inter Siciliam & Africam, de qua Cic. 6. Verr. 103. Melita insula satis lato ab Sicilia mari, periculosoque disjuncta; in qua eodem nomine oppidum. Nunc vulgo dicitur *Malta*. De hac Ovid. 3. Fast. 567.

Fertilis est Melite.

Diodorus refert in Melita insula pretiosam tenuitate ac mollitie telam fieri.

Est & Urbs hoc nomine Carthaginiensium colonia.

MELITÆUS, a, um. & MELITENSIS, e. Adj. [Μελιταῖος] ut, Canes Melitæi & Melitenses. Plin. lib. 30. cap. 5.

Melitensem rosam commendat Cic. 7. Verr. 27.

Vestem. Idem 4. Verr. 176. & Sil. 14. 251.

Catuli Melitæi. Plin. lib. 3. cap. ult.

MĔLĪTES, [μελίτης] Gemma est mali coloris, ut inquit Plin. lib. 37. cap. 11.

MĔLĬTĪTES, is. m. [μελιτίτης] Plin. lib. 36. cap. 19. Melitites lapis succum remittit dulcem, mellitumque tusus.

Item Potio ex musto & melle facta, auctore Plinio lib. 22. cap. 24. & 14. 9.

MELITTON, ōnis. m. [μελιττών] Ubi apes nutriuntur. Varro de R. R. lib. 3. cap. 16. Melittonas ita facere oportet; quos alii μελιτοτροφεῖα appellant, eandem rem quidam mellaria. V. Columel. 8. 1. & supra MELLARIUM.

MELITTURGOS, i. m. Gr. [μελιττουργός] Idem quod Mellarius Latine, qui mellariam exercet. Varr. de R. R. lib. 3. cap. 2. Merula, ut cetera fecit historicôs, quæ sequi melliturgi soleant, demonstrabit. V. MELLARIUS.

MĔLIUM, [μήλιον] Herba est in equis nascens, & locis uliginosis, semen habens lini semini non dissimile, aliquanto tamen majus & firmius, & præ lævore splendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vim habere creditur incendendi ad libidinem. Dioscor. lib. 3.

Melium item apud Varr. de R. R. 2. 9. Cingulum ex corio factum. Sed alii aliter legunt. V. MÆLIUM.

MĔLIUS, MĔLIAMUS, V. MÆLIUS.

MELIUS, comparativum a Bene, & MELIUSCULUS &c. V. BONUS.

MELI-

Melizomum, i. n. [μελίζωμον] Jus mellitum. Apic. 1. 2. Adjicere melizomo parum vini.

Mella, [μέλλα] Fluvius Galliæ est, juxta quem Amella herba freqeuos nascitur. Servius in Virg. loc. infra cit. Blondus in Italia illustrata, Brixiam, inquit, præterlabitur fluvius Mella: quod etiam testatur Catull. ad Januam 65. 33. his verbis,

Flavus quam molli percurrit flumine Mella,
Brixia Veronæ mater amata meæ.

Flumina curva Mellæ. Virg. 4. Georg. 278.

Mella, æ. f. Aqua e melle sic fieri solita, vel potius e ceris quibus adhuc nonnihil mellis adhærescebat. Quum secundarium mel de favis erat exceptum, ceræ statim minute resolvebantur ac rumpebantur, & aqua fontana vel cælesti macerabantur. Expressa deinde aqua colabatur, & in vas plumbeum defusa decoquebatur, omnisque spurcitia cum spumis eximebatur. quæ decocta, quum tam crassa esset quam defrutum, refrigerabatur; & bene picatis lagenis condebatur. Hac mella quidam pro aqua mulsa utebantur; nonnulli etiam pro defruto in condituras olivarum. Auctor Columella lib. 12. cap. 11. Erat igitur mella velut ablutio cerarum aliquid mellis adhoc habentium; aqua vero mulsa ex optimo melle fiebat, ut idem auctor scribit capite proximo.

Mellaria, Urbs Hispaniæ Bæticæ, patria Pomponii Melæ, ut ipse testatur lib. 2. cap. 6. sub finem. Olivarius dicit Mellariam hodie non exstare.

Mellarium, Mellarius, & Mellatio, Melliculum, Mellifer, Mellificium, Mellifico, Mellificus, Melligo, Mellillus, Mellitus, Mellonia, vel **Melona**. V. **mel**.

Melloproximus, Vox hybrida, Proximus designatus. Legg. 5. 7. & 14. C. de Proxim. sacr. scrin. & Theod. Cod. 6. 26.

Melo, Fluvius, qui & Nilus & Gehon appellatus est. Ausonius in Ænigmate. V. Fest. in vocibus Alcedo, Alumento, & Melo; & Serv. ad 4. Georg. 291. & 4. Æn.

Melobosis, [Μηλόβοσις] Nympha est; sic dicta ab ovibus pascendis, teste Hesiodo in Theogonia. 354.

Melocabus, [Μηλόκαβος] Germaniæ urbs apud Ptolemæum lib. 2. cap. 11. Vulgo *Coburg*.

Melocarpus, [μηλόκαρπος] Herba est quæ alio nomine Aristolochia longa appellatur. Dioscor. lib. 3. cap. 4.

Melodes, Melodia. V. **melos**.

Melonesa, vel **Melussa**, [Μηλοῦσσα] Insula Maris Tyrrheni, ad oram Pæstanam; non tam a pomorum, quam a pecoris abundantia dicta. V. Plin. lib. 3. cap. 10.

Melofolium, i. n. Genus malorum quibus folium unum, aliquando & geminum, erumpit e latere medio. Plin. 15. 14. Vox est hybrida.

Melomeli, [μηλόμελι] a Columel. lib. 12. cap. 45. vocatur, quum mala maturissima integra, sine macula in lagena in melle submerguntur. Sed rectius legitur Melimeli, quod vide suo loco.

Melones, dicuntur a Palladio Mar. 9. 6. Genus peponis, quod aliis Melopepo appellatur, quasi pepocydonius, vel cotoneus, quod mali cydonii figuram habeat. dicitur enim ἀπὸ τοῦ μήλου: hoc est a pomo vel malo, quod absolute Græcis Malum cotoneum significat. V. seq. dict.

Melopepones, [μηλοπέπονες] Fructus sunt ex genere peponum, qui mali figuram rotunditate imitantur. Non pendent hi, sed humi rotundantur, & odorem jucundissimum habent, ubi maturuere. Palladius Melones vocat. V. Ruell. lib. 1. & Plin. 19. 5.

Melos, n. [μέλος] indecl. Cantus suavitas, vel dulcis modulatio. Pers. in prolog. 15.

Cantare credas Pegaseium melos. Sic Calepinus. Græci autem, quorum hæc est dictio, τὸ μέλος, τοῦ μέλεος μέλους, τῷ μέλει. Lactantius Firmianus declinationem Latinam formavit, hoc Melos, hujus Meli, &c. apud quem ablativus Melo, in carmine de Christi resurrectione, legitur v. 31.

Fitque repercusso dulcior aura melo.

Melos, inquit Budæus, ad flexum vocis pertinet. constat enim canore ac sonis; rhythmus vero modulatione; pertinet enim ad corporis gestum & collocationem verborum, ut docet & Quintil. lib. 1. Instit. cap. 10. p. 107. Burm. de musica loquens.

Longum melos. Hor. 3. Carm. 4. 2.

Mele [μέλη] nominativus plur. Græcus a μέλος, idem quod Carmina & modulationes. Lucret. lib. 2. 412. — æque

Ac Musæa mele, per chordas organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Cygnea mele. Lucret. lib. 2. 504.

Melodia, æ. f. [μελῳδία] Dulcis cantus, sive Modulatus. Mart. Capell. 9. p. 306. Melodiæ, ultra cuncta rerum oblectamina recinentes, auditum complevere.

Melodes, is. m. [μελῳδὸς] Qui modulata carmina cantat. Sidonius 9. Epist. 15.
Proculus melodes insonare pulsibus. [Melodos legendum puto, Gr. μελῳδός.

Melicus, a, um. [μελικὸς] Adj. a μέλος, Idem quod Musicus. Unde Poetæ lyrici, etiam Melici dicti sunt. Ausonius,
Tu melicos, lyricosque modos. Cic. de Opt. gen. Orat. 1. Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici, &c. Melici sonores. Lucret. lib. 5. 335.

Melodus, a, um. Adj. Suaviter canens, apud inferioris ætatis poetas. Prudent. Cathem. 9. 2. Dulce carmen & melodum.

Melos, [Μῆλος] Insula inter Sporadas Pomponio numeratur, lib. 2. 7. & Plin. 4. 12. Quam nonnulli a rotunditate sic dictam volunt. Nunc vulgo *Mil*, aliis *Milo*.

Melota, æ. f. [μηλωτή] Pellis ovilla; sed non tam pellem ovis significat, quam exuvium, hoc est pellem corpori detractam una cum lana. Erasmus in Epist. ad Hebræos, cap. 11. De Melota vide Gesnerum Hist. Quadrup. p. 279. Bapt. Mantuan. Eclog. 6. — & ad ilia vulpes
Melotasque trahunt maculosaque tergora lyncis. Hinc

Melotæus, a, um. Adj. Mantuan. 1. Sily. 6. 18.
Et melotæis terga fovere togis.

Melothrum, [μήλωθρον] Herba est, quæ alio nomine ἄμπελος λευκὴ, hoc est Vitis alba appellatur. De hac Dioscorid. lib. 4. Plin. & Apul.

Melpomene, [Μελπομένη] Una Musarum. V. in dictione **musa**. Hor. 1. Carm. 24. 3.

— præcipe lugubres
Cantus Melpomene; cui liquidam Pater
Vocem cum cithara dedit.

M E M

Membliarus, [Μεμβλίαρος] Insula est maris Ægei, una Sporadum, non procul a Thera & Anaphe. Dicitur & Bliarus. Steph.

Membrum, i. n. [κῶλον, μέλος, ἄψος, γυῖον] Perottus, Artus a Membris ita distinguuntur, quod Artus dicimus ossa cum nervis & venis; Membra autem proprie vocamus carnem artus tegentem. Unde membrana, superior membri pars, hoc est pellis ipsa appellatur. Sil. lib. 2. 467.
— & venis male juncta trementibus ossa
Exstant, consumptis visu deformis membris. Quædam exemplaria legunt Nervis.

Membrum, etiam pro Singulis corporis partibus ponitur. Cic. 3. de Fin. 18. Jam membrorum, id est partium corporis, alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes, &c. Alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni.

Membra pl. sæpissime per Synecdochen apud poëtas, pro toto Corpore, ut ex infra subjectis exemplis constabit.

Iners membria. V. **iners**.
Artus magni membrorum. Virg. 5. Æn. 422.
Flexus membrorum. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Gravitas. Lucret. lib. 3. 477.
Abalienata membra. V. **abalieno**.
Accommoda bellis. Stat. 4. Silv. 4. 65.
Ægra. Ovid. 21. Epist. 190.
Candida. Ovid. 2. Met. 607.
Curva. Ovid. 3. Met. 277.
Debilia. Sil. lib. 10. 395.
Exilia. Ovid. 5. Met. 433.
Exsanguia. Sil. lib. 7. 679.
Fessa diurnis ministeriis. Ovid. 4. Met. 215.
Hispida. Juven. 2. Sat. 11.
Immania. Ovid. 12. Met. 501.
Muliebribus membris puer. Lucret. lib. 4. 1046. i. e. Puer tener.
Procera. Sil. lib. 16. 351.
Saucia. Ovid. 2. Met. 652.
Senecta. Lucret. lib. 3. 773.
Squalida. Lucret. lib. 5. 954.
Tenera. Lucret. lib. 4. 1097.
Turpia udo fimo. Virg. 5. Æn. 358.
Valida ac juvenilia. Juven. 11. Sat. 5.
Velocia. Sil. lib. 17. 537.
Vieta. Hor. Epod. 12. 7.
Vivida. Sil. lib. 7. 64.
Abluere membra lassata. Ovid. 6. Met. 353.
Abscindere. Lucret. lib. 3. 642.
Avulsa. Virg. 9. Æn. 490.
Cadunt membra languida. Ovid. 21. Epist. 156.
Cæsa. Ovid. 6. Met. 708.
Captus membris. In **capio**.
Componere membra defessa. Virg. 4. Georg. 438.
Corripiunt membra pavore. Lucret. lib. 5. 1218.
Dilaniat membra viva. Ovid. 6. Met. 644.
Direpta manibus. Ovid. 3. Met. 731.
Discerpta gruis. Hor. 2. Serm. 8. 87.
Disjecta laceri corporis. Sen. Hippol. 12.
Dissolvuntur membra, fluuntque. Lucret. lib. 4. 917. de somno.
Dividi a membris suis. Ovid. 1. Amor. 6. 36.
Hunc ego, si cupiam, nunquam dimittere possum,
Ante vel a membris dividar ipse meis.
Dare curata membra sopori. Hor. 2. Serm. 2. 81.
Dat placidam membris cura quietem. Virg. 4. Æn. 5.
Durare membra in duro opere. Lucret. lib. 5. 1359.
Erigere cubili. Sil. lib. 7. 287.
Excutit membra pavor. Senec. Thyest. 1.
Expressus membris infans. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Implicita. Lucan. lib. 3. 695.
Irrigare alicui quietem per membra. Virg. 1. Æn. 995.
Languescunt membra. Lucret. lib. 4. 948.
Laxare quiete. Virg. 5. Æn. 836.
Levare baculo. Ovid. 8. Metam. 693.
Liquefacta. Sil. lib. 1. 178
Luxuriant membra. Ovid. 7. Met. 291.
Madent vino. In **madeo**.
Movere mollia. Lucret. lib. 4. 457.
Posuere solo incurvata membra. Ovid. 6. Met. 246.
Quatit horror membra. Virg. 3. Æn. 30.
Recidere genitalia. Ovid. 2. Amor. 3. 3. V. infra Membrum κατ' ἐξοχὴν.
Rigentia fugiente vita. Lucan. lib. 2. 25.
Solvuntur frigore. Virg. 1. Æn. 96. Et 12. 951.
Soluta languore. Ovid. 11. Met. 612.
Truncata. Claud. de Bello Get. 263.
Valens. membris. Virg. 5. Æn. 431.
Venit membris lues tabida. Virg. 3. Æn. 137.
Venit vigor habilia membris. Virg. 4. Georg. 418.

Dicuntur & Membra in statuis. ut,
Fundere membra statuæ. Quintil. lib. 2. cap. 1. Is ne statuam quidem inchoari credet, quum ejus membra funduntur. Idem lib. 7. cap. 1. Neque enim, quanquam fusis omnibus membris, statua sit, nisi collocetur.

Membrum κατ' ἐξοχὴν, Illa pars, qua sexus discernitur. Poeta Phallicus Epigr. 69.
Hujus & Alcinoi mirata est filia membrum. conf. **Membrosus** Adj.

Membrum, in oratione, est (inquit Valla) Sensus numeris conclusus, sed a toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens. Auctor ad Heren. lib. 4. 27. Membrum orationis appellatur res breviter absoluta, sine to-

tius sententiæ demonstratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. Cic. in Orat. 223. Nescio cur, quum Græci κόμματα & κῶλα nominent, nos non recte Incisa & Membra dicamus. V. Incisum in INCIDO.

Membra [κεφάλαια] pro Partibus seu Locis orationis. Idem 1. Verr. 45. Quid, quum accusationis tuæ membra dividere cœperit, & in digitis suis singulas partes causæ constituere?

Membrum dormitorium dixit Plin. 2. Epist. 17. Adhæret dormitorium membrum transitu interjacente. I. e. Pars domus, quieti corporum dicata. Videtur autem esse Dormitorium membrum, quod idem Plinius lib. 5. Epist. 6. Dormitorium cubiculum vocat, quod etiam Sidonius imitatus est. Quin & partem domus Columella Membrum nominat lib. 1. cap. 6. cui titulus est De positione villæ. Modus inquit, membrorumque numerus aptetur universo consepto: & dividatur in tres partes, urbanam, rusticam, & fructuariam.

Membrum tabulæ. Ulpianus de manumissis testamento. l. Si ita fuerit Quæri inquit, potest, si fabris duobus vel pictoribus, si membrum depinxissent, vel fabricassent navem, quid adscriptum sit.

MEMBRŌSUS, a. um. Adj. unde comparativum Membrosior. i. e. Mentulatior. Poeta Phallicus præfat. Carm.

Sed ruber hortorum custos, membrosior æquo.

MEMBRĀTIM, Adv. [κατὰ κῶλα, μελιστί] Per singula membra. Plin. lib. 9. cap. 15. Hi membratim cæsi, cervice & abdomine commendantur. Sensum vitalem membratim deperdere. Lucret. lib. 3. 526.

Membratim tractare aliquid. Plin. lib. 11. cap. 37. Cic. in Partit. 121. Narratio autem accusatoris erit, quasi membratim gesti negotii suspiciosa explicatio.

Generatim & Membratim, contraria. Plin. lib. 25. cap. 11.

Incise & membratim dicere, Per Incisa & Membra. Cic. in Orat. 212. Quo autem pacto deceat incise membratimve dici, jam videbimus.

Membratim & cæsim. Quintil. lib. 9. cap. 4. Ubicunque acriter erit & instanter, pugnaciterque dicendum, membratim cæsimque dicemus. I. e. Per incisa & membra, sive per cola & commata. V. de his singulis suo loco.

MEMBROR, [μελίζομαι] āri Pass. Per membra formari: quo verbo utitur Censorinus, de Die natali cap. 11. Quinque & XXX diebus infans membratur.

MEMBRĀTŪRA, æ. f. [μελοποιία] Membrorum compositio. Vitruv. 8. 5.

MEMBRĀNA, æ. f. [ὑμήν] Pellis quæ artus tegit, ut supra dictum est. Cic. 2. de Nat. Deor. 142. Quæ primum oculos membranis tenuissimis vestivit & sepsit. Plin. lib. 9 cap. 29.

Squamea membrana chelydri. Ovid. 7. Met. 272.

Cerebri membrana. Cels. lib. 8. cap. 3.

Membrana, quæ fetum involvit [ἀμνίον] Lucret. lib. 4. 57.

Et vituli, cum membranas de corpore summo
Nascentes mittunt.

Membrana ligni. Plin. lib. 16. cap. 14. de tilia, Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana.

Membrana, Charta Pergamena, e pellibus animantium concinnata. Plin. lib. 13. cap. 11. Mox æmulatione circa bibliothecas regum Ptolemæi & Eumenis, supprimente chartas Ptolemæo, idem Varro membranas Pergami tradidit repertas. Horat. de Arte Poet. 389.

Membranis intus positis, delere licebit
Quod non edideris.

Bicolor membrana. Pers. 3. Sat. 10.

Consecare in tenues membrana. In CONSECO.

Directa plumbo membrana. Catul. ad Varum, 20. 7.

Lutea membrana niveum involvat libellum. Tibull. lib. 3. 1. 9.

Membrana, pro Superficie, figura & simulacro aliquo rerum ut, Membrana summi coloris. Lucret. lib. 4. 93.

At contra, tenuis summi membrana coloris
Quum jacitur, nihil est quod eam discerpere possit, &c. Sic etiam εἴδωλα Epicuri, sive rerum simulacra Membranis comparat v. 35.

MEMBRANŬLA, æ. f. dimin. [ὑμένιον] Cic. 4. Att. 4. lisque imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant. conf. Cels. 7. 7.

MEMBRANŬLUM, i. n. Idem. Apul. 6. Met. Hirundinis tenue membranulum. secundum lectionem Elmenhorst. p. 184. & Pricæi p. 127. Stewech. p. 488. Nec aliter edit. Venet. 1516.

MEMBRĀNEUS, a, um. Adj. [ὑμένινος] Quod ex membranis est. Ulpianus de Legat. 3. l. Librorum appellatione, Quod si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis.

MEMBRANĀCEUS, a, um. Adj. [ὑμενώδης] Quod similitudinem membranæ habet. Plin. lib. 16. cap. 31. Quibusdam cortex membranaceus, ut viti. Idem lib. 10. cap. 61. Volucrum animal parit vespertilio tantum, cui & membranaceæ pinnæ uni.

MEME. Accusativus geminatus, majoris vehementiæ gratia, ab Ego primitivo. Virg. 9. Æn. 427.

Meme, adsum qui feci, in me convertite ferrum
O Rutili. Ubi Servius; Meme, subaudi. Interficite; & est interrupta elocutio dolore turbati. [Sed dividi debet Me, me.

MĔMĔCȲLOS, [μεμαίκυλον] Species est arbuti. Plin. lib. 15. cap. 24. de unedone loquens, Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci Comaron, & Memecylon, ex quo apparet totidem esse genera apud nos. V. Dioscor. lib. 1.

MEMET, Pronomen compositum, pro Meipsum. Plaut. Capt. 2. 3. 68.

Nec me secus unquam ei facturum quicquam, quam memet mihi.
Idem Cist. 4. 2. 24.

Sed memet moror, quom hoc ago secius.

MĔMINI, [μέμνημαι, ἀναμιμνήσκομαι] Verbum defectivum in Præterito tantum conjugatur, & temporibus a præterito formatis, præter hæc etiam habet in imperativo, Memento, mementōte.

Memini, a Meno, antiquo verbo fit, quo veteres usi sunt pro Recordor, & in mentem revoco. Quamvis sit præteritum hoc verbum in præsenti fere semper accipitur, teste Valla in Raudens. Plaut Pers. 2. 1. 8.

Potin' ut taceas? potin' ne moneas? memini & scio, & calleo, & commemini. Ter. And. 5. 6. 13.

Tuus est nunc Chremes: facturum quæ voles scio esse omnia.
P. Memini, atque adeo longum est, nos illum exspectare dum exeat. Cic pro Quint. 55. Quemadmodum natus, & quo pacto educatus sim memini.

Bene memini. Hor. 1. Serm. 9. 68.

Libentius meminit illud. Hor. 2. Epist. 1. 262.

Longissime. V. LONGUS.

Maxime memini. In MAGIS.

Memoriter meminit. V. MEMOR.

Meminero. Plaut. Asin. 1. 1. 104.

Nempe in foro? D. ibi. si quid opus fuerit. L. meminero.

Meminerint sese unde oriundi sient. Plaut. Aul. 3. 6. 5.

Meministi, quantum. Cic. de Amicit. 2. Meministi enim, Attice, &c. quanta hominum esset vel admiratio vel querela.

Meminini quum. Nam memini, quum non minus, aut multo non minus æquior erat. H. St. Hujus observationis pars bona cultro resecta est.

Construitur eleganter cum præsenti pro præterito, & frequentius. ut.

Memini comprimere. Plaut. Epid. 4. 1. 13. Ter. And. 2. 5. 18.

Ego, cum illam vidi, virginem forma bona
Memini videre. Ubi Donatus, Memini videre, aut Memor sum me vidisse. Aut, Memini me videre: h. e. Intelligo, scio: aut, Memini quod viderim. Memini videre, pro Vidisse. Cic. 6. Verr. 32. Hoc me memini dicere. Idem 1. de Legib. 13. Nam a primo tempore ætatis juri studere te memini. Virg. 9. Ecl. 52.

Cantando puerum memini me condere soles. Valla in Raudensem, Hic (inquit) versus magis licentiam poeticam ostendit, qua ego non uterer, duntaxat in prosa. Dicerem enim sic, Memini me puerum condidisse, seu condere solitum esse dies cantando. Hactenus Valla; cujus sententiæ refragantur exempla ex Cicerone producta.

Memini prædicere quercus. Ecloga. H. St. Prima nempe Virg. v. 17. V. omnino Voss. de Constr. cap. 52. & Periz. ad Sanct. Miner. lib. 1. cap. 14.

Aliquando tamen cum præterito. ut,

Memini permisisse. Cic. 1. Att. 10. Idem pro Rosc. Amer. 122. Meministis me ita distribuisse initio causam.

Memini diei. Ter. Eun. 4. 7. 31.

Faciam ut hujus loci, dieique, meique semper memineris. V. Grammaticos.

Officium. Plaut. Cas. 2. 3. 42. Plin. lib. 8. cap. 40. de canibus, Itinera quamvis longa meminere. Ter. Phorm. 2. 3. 40.

Si meministi quod olim dictum est, subjice. Cic. 4. Acad. 160.

Numeros memini, si verba tenerem. Virg. 9. Ecl. 45.

Omnia amantes meminerunt. Ovid. 15. Epist. 43.

Disputata ab eo. Cic. de Amicit. [Videtur error. En verba a pr. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa etiam breviter & commode dicta, memoriæ mandabam.

Memini, pro eo quod est Mentionem facio: recusat accusativum, postulatque genitivum, vel ablativum cum præpositione De. ut, Quintil. lib. 11. cap. 2. Neque omnino hujus rei meminit usquam Poeta ipse. & iterum, De quibus multi meminerunt. Hæc Valla lib. 3.

Eras. Plinius meminit de silvestri quodam pomi genere. in Proverb. Bis & ter quod pulchrum est. H. St.

Meminisse; infinitivus pro nomine, quod Græci dicunt τὸ μεμνῆσθαι. Id est, memoria, seu vis ac potestas animi, qua res præteritas meminimus. Lucret. lib. 4. 769.

Præterea meminisse jacet, languetque sopore. I. e. Memoria. Sic loquitur Ennius,

Aut occasus ubi, tempusve audere repressit. i. e. Audaciam, τὸ τολμᾶν. monuit Lambinus.

MEMĬNENS, Partic. ab antiquo Memino. Sidon. 2. Epist. 20. & 4. 12. Auson. item in Professor. 2. 39. Conf. Voss. de Anal. 3. 39. & 4. 12. & de Vit. L. L. 4. 30. p. 767.

MENTIO, ōnis. f. [μνεία] a supino Mentum, qood a Meno verbo antiquo deducitur, teste Valla lib. 3. quod Recordor, & in mentem revoco significabat.

Construitur non raro cum De: ut Cic. 2. Philip. 39. Nunquam ab eo mentio de me, nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii.

Agitare mentionem. V. Agito, In AGO.

Facere mentionem, Commemorare. Cic. de Senect. 63. Lysandrum Lacedæmonium (cujus modo mentionem feci) dicere aiont solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis.

Facere mentionem necessariam alicujus rei. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Facere mentionem de pecunia, &c. Cic. pro Quint. 37. Quum statuisses de pecunia mentionem facere. Idem 3. de Legib. 14. Demetrius ille, de quo feci supra mentionem. Et 2. Q. frat. 10. De te a Sipylo mentio est honorifica facta.

Habere mentionem. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Jacere mentionem, Paterculus lib. 2. 65. pr. Tum inter Lepidum, Cæsarem, & Antonium commercia epistolarum, & conditionum jacta mentio.

Incidere in mentionem. Cic. 1. Verr. 50. Casu in eorum mentionem incidi. Idem de Amicit. 3. Scævola quum in eam mentionem incidisset.

Incidit de Philippo. V. INCĪDO.

Inferre. Liv. 4. 1. & 38. 56.

Injecta mentio de aliquo. Hor. 1. Serm. 4. 94.

Intermittere. Cic. 5. Att. 9. Nec tui mentionem intermitti sinit.

Movere rei cujuspiam. Liv. 28. 11.

Opprimere aliquam. V. OPPRIMO.

In mentione terræ dicetur: h. e. Cum mentionem terræ faciemus. Plin. lib. 2. cap. 8.

In sponsaliis proprium habet usum. Mentionem enim facere, est Poscere sponsam; & Repromittere est respondentis. V. Taubman. ad Plaut. Aul. 2. 2. 27. p. 183.

MĔMOR, ŏris. [μνήμων] omn. gen. secundum Priscianum, a Memini fit. Virg. 9. Æn. 447.

Nulla dies unquam memori vos eximet ævo. Ter. Aud. 1. 5. 47.
Unum hoc scio, hanc esse meritam ut memor esses sui. Virg. 4. Æn. 539.

Admissi memor. Ovid. 11. Met. 380.

Venturæ hiemis memores apes. Virg. 4. Georg. 156.

Facere aliquem memorem sui. Virg. 6. Æn. 664.

Vive memor, quam sis ævi brevis. Hor. 2. Serm. 6. 97.

Memor & gratus. Cic. 4. Verr.

Memor, Cujus nos memores sumus. Virg. 1. Æn. 8.

— sævæ memorem Junonis ob iram. Hor. 1. Carm. 13. 12.

— sive

— sive puer furens
Impressit memorem dente labris notam. h. e. Tam vehementem, ut non facile excidat memoria.
Aure memori vocem condidit. Ovid. 20. Epist. 98.
Cura memor. Ovid. 4. de Pont. 2. 7.
Ira memori te vindicat. Ovid. 21. Epist 9.
Mens memor. Hor. 2. Serm. 6. 31.
Memorem mones. Proverbiom. Plaut. Stich. 4. 1. 72. Capti consilil memorem mones. Convenit in eos, qui consilium dant consultissimo, vel docent doctiorem. Lucret. lib. 3. 1053. Admonoit memorem, dixit.
MEMŎRIA, æ. f. [μνῆμα, μνημεῖα, μνημοσύνη, μνεία, μνῆσις] Cic. 2. de Invent. 160. Memoria est per quam animus repetit ills quæ fuerunt. Dupliciter sumitur. Est enim vel Facultas, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. Thesaorus omnium rerum. Cic. 1. de Orat. 18. Thesaurus rerum inventarum & custos. 3. ad Heren. 27. Vel est Actus reminiscendi; ut dicimus Redire in memoriam. Ter. And. 5. 4. 41.
Nunquid meministi? ca. id quæro. p. egone hujus memoriam patiar meæ
Voluptati obstare, quum ego possim in hac re medicari mihi? Est & tertia significatio, ubi pro Rhetorici artificii parte ponitur, Memoria est (inquit auctor ad Herennium 3.) firma animi rerum & verborum dispositionis perceptio.
Memoria, teste Varrone, a manando dicta, quasi Manimonia. Itaqoe, inqoit, Salii qui cantant Mamorium Veturium significant Veterem memoriam. Hæc ille lib. 5. de L. L. 6.
Memoria & recordstio. Cic. de Clar. Orat. 9. Qoorum memoria & recordatio io maximis nostris gravissimisque curis jocunda sane fuit.
A memoria, & Ad memoriam. V. A & AD præpositionem.
Insigne ad memoriam. V. INSIGNIS.
In memoriam sempiternam. V. IN præpositionem.
Annalium memoria, Testimonlo. Tacit 4. Aon. 43. pr. Lacedæmonii firmabant annalium memoria, vatumque carminibus.
Memoiia patrum. Cic. pro Font. 13. Quod persæpe & nostra, & patrum memoria, sapientissimi jodices, de clarissimis oostræ civitatis viris, dubitandum non putaverunt.
Adolescens ille quidem, verum nostra memoria severissimus. Marcell. lib. 29. 481. pro, Omniom, qui nostra memoria fuerunt. H. St. Exstant cap. 1. p. 429. Gronov.
Memuria rerum. Cic. 10. Fam. 32. Et quidem quum ageretur, flevit memoria rerum gestarum commotus.
Nihil post hominum memorism gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi. Cic. 10. Fam. 16.
Ex omni memoria ætatum, temporum, civitatum. Cic. 1. de Orat. 16. Quis non jure miretur ex omni memoria ætatum, temporum, &c.
Omnis memoriæ facile princeps. Cic. Post redit. in Senat. 5. Cn. Pompeios omnium gentium, sæculorom omnium, omnis memoriæ facile princeps.
Omni memoria, vel In omni memoria: pro In omni tempore. Cic. de Arusp. Resp. 37. Quod quidem sacrificium nemo ante P. Clodium omni memoria violavit, nemo unquam adiit.
Inauditum in omni memoria. V. INAUDITUS.
Multi etiam superiore memoria cives Romani, &c. Cic. pro Corn. Balb. 28.
Usque ad hanc memoriam. h. e. Usque ad hoc tempus. Liv. 2. 41. pr.
Ut mea memoria est. Cic. 13. Att. 31. h. e. Quantum possum meminisse.
Mea memoria, Memoria tua: h. e. Quantum meminisse possumus. Cic. pro Sext. 36. Nec vero huic tantæ multitudini, quaota mea memoria nunquam ullo in Judicio fuit, deero. Idem pro Rabir. 25. Causam enim suscepisti antiqoiorem memoria tua.
Alta memoria. V. ALTUS.
Bona. In BONUS.
Continens. Quod quidem continens memoria sit. vide Nullus dum in NULLUS. ex Livio. H. St.
Egregia. Tacit. 4. Ann. 34.
Exoletæ jam memoriæ res. Liv. 37. 1.
Grati animi memoria apud me valuit. Cic. vide GRATUS. H. St.
Immortalis. V. IMMORTALIS.
Incredibilis memoria. Plin. 2. Epist. 3.
Intermortua memoria. V. INTERMORIOR.
Læta. Tacit. lib. 3. Ann. 48.
Recens. ut, Aliquanto minore cum misericordia, ab recenti memoria perfidiæ, auditi sunt. Liv. 30. 36. extr. de Carthaginensium legatis. i. e. Ob recentis perfidiæ memoriam.
Sancta. Tacit. 4. Hist. 18. Quippe Sorani sancta memoria.
Sempiterna. Cic. pro Domo, 112.
Tenacissima. Qointil. lib. 1. cap. 1.
Vetus. ut, E vetere. Tacit. 3. Ann. 21.
Abjicere memoriam doloris. In ABJICIO.
Abit. V. ABEO.
Accipere. V. ACCIPIO.
Adæquare memoiiam. V. ADÆQUO.
Adhibere memoriam. In ADHIBEO.
Adimere. In ADIMO.
Afferre. In AFFERO.
Affigere memoriæ. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Agitare. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Amittere. In AMITTO.
Amplecti. In AMPLECTOR.
Augere. In AUGEO.
Celebrare memoriam nominis alicujus. In CELEBRO.
Circumferri avorum memoria. V. CIRCUMFERO.
Colere memoriam. In COLO.
Colligere memoriam antiquitatis. Cic. de Clar. Orat. 214.
Commendo memoriæ. V. COMMENDO.
Complecti. Cic ad Brut. 14.
Comprehendere. V. COMPREHENDO.
Confunditur memoria. Columel lib. 7. cap. 9. In majore numero diversis notis opus est, ne confundatur memoria costodis.
Consecrare nominis memoriam. V. CONSECRO.
Conservare memoriam. Cic. 4. Fam. 13.
Consignata litteris. In CONSIGNO.
Continere memoria. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Custodire. ut, Animo percipere, & memoria costodire. Cic. 3. de Orat. 127.

Custodiri hominum memoria. In CUSTODIO.
Dare operam memoriæ alicujus. Cic. 8. Fam. 1. Non qoin mihi suavissimum sit, & occupato, & ad litteras scribendas (ut tu nosti) pigerrimo, tuæ memoriæ dare operam.
Defici memoria. Columel. lib. 7. cap. 9. Qui si memoria deficitur, quo minus agnoscat cujusqoe progeniem, pice liqoida eandem notam scrofæ & porcis imponat.
Delere memoriam. Cic. 2. Fam. Num & memoriam rerum delere possumus?
Deponere memoriam, vel ex memoria. Cic. pro Cœl. 50.
Dilabi, vel elabi memoris. Cic. 13. Philip. 11. Ut dicitur Excidere. H. St.
Discedit ex animo memoria. Cic. in Somn. Scip. 1.
Evanuit memoria. Cic. 2. de Orat. 95. Omnis eorum memoria sensim obscurata est, & evanuit.
Evellere e memoria. Cic. 5. Fam. 8.
Excitare memoriam, & ad memoriam. Cic. pro Sext. 11. & in Topic. 5.
Expellere. Cæs. 1. Bell. Civil. 34. Ne nova Cæsaris officia veterum suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent.
Exstinguere. Cic. pro Milon. 74.
Falli memoria. Plin lib. 10. cap. 42. Constat picas emori difficultate verbi victas, ac nisi subinde eadem audiant, memoria falli.
Firmare memoriam. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Firmavit vetus memoria. Tacit. 5. Ann. 28.
Fugiet memoriam jodicis, si nimium sit multiplex partitio. Quintil. lib. 4. cap. 5. pr.
Habere in memoria, Meminisse. Ter. And. 1. 1. 13. Ubi Donat. In memoria habeo; plus est quam si dixisset Scio: nam quæ scimos, possumus oblivisci, quæ vero memoriæ mandamus, nunqoam amittimus.
Implorare memoriam alicujus. V. IMPLORO.
Incurrere in memoriam communium miseriarum. V. INCURRO.
Inducere aliquem in memoriam rei alicujus. V. INDUCO.
Inferre memoriam sempiternam in domum suam. V. INFERO.
Infixa mentibus memoria consulatus amici. V. INFIGO.
Inhæret oculis memoria imaginis. V. INHÆREO.
Insidere memoriæ. V. INSIDO.
Insidet in memoria. Cic. 2. de Orat. 122. Nihil quisquam unquam me audiente egit orator, quod oon in memoria mea penitus insederit.
Intercidit memoria. V. INTERCIDO.
Labat memoria. V. LABO.
Mandare memoriæ. Cic. de Amicit. 1. Ejus disputationis sententias memoriæ mandavi, quas in hoc libro exposui meo arbitratu. Idem pro Quint. 24. Quæso ut eum diem memoriæ mandetis.
Manet. V. MANEO.
Memini memoria facile. Plaut. Capt. 2. 3. 33.
Moritur. In MORIOR.
Obruere memoriam. V. OBRUO.
Obscurare. Cic. 2. de Orat. 95.
Occidit. V. OCCIDO.
Perdere. In PERDO.
Prodere memoriæ sermonem alicujus. Cic. 3. de Orat. 14. Sed quoniam hæc jam neque in integro esse possunt, & summi labores magna compensati gloria mitigantur, pergamus ad ea solatia, quæ non modo sedatis molestiis jucunda, sed etiam hærentibus salutaria nobis esse possunt, sermonemque L. Crassi reliquum, ac pæne postremum, memoriæ prodamus.
Proditom memoria. Cic. 1. de Orat. 181. Quia memoria sic esset proditum, quem pater, &c. [An Memoriæ?
Prodere memoriam alicujus rei posteris. Cic. 8. Fam. 3.
Memoriæ proditum est. Cic. de Amicit. 39. Tum & cum iis, & inter se conjunctissimos suisse M. Curium & T. Coruncanium, memoriæ proditum est.
Proponere memoriam alicujus sibi atque imaginem. Cic. de Amicit 102. Nemo uoquam aut animo aut spe majora concipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet.
Prosequi memoriam. Cic. 10. Philip. 8.
Recordari. Cic. pro Arch. 1.
Redintegrare. Cic. 1. de Invent. 99.
Redire & regredi in memoriam. V. IN præpositionem.
Rediit in memoriam Quintlus, quo die, &c. Cic. pro Quint. 57.
Redite in memoriam, quæso, quæ libido istius fuerit. Cic. 3. Verr. 120. [Al. Reducite. Malim Redigite. An exemp. præc. Quintio?
Redigere, sive Reducere in memoriam. Ter. Phorm. 2. 3. 36.
Referre memoriam alicujus. Cic. pro Soll. 37.
Reficienda memoria brevi repetitione rerum. Qointil. in procem. lib. 4. 5.
Refricare memoriam facti alicujus. Cic. 3. Philip. 18.
Relinquunt acrem sui memoriam. Tacit. 15. Ann. 68.
Renovare memoriam generis intermortuam. Cic. pro Muren. 16. Et, ut Scaurus, memoriam prope intermortuam geoeris sui virtute renovare.
Repetere memoria. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Repetere memoria eveotus aliorum. Cic. 5. Fam. 16. Sic 1. de Orat. pr.
Replicare memorism. Cic. pro Sull. 27
Repræsentare memoriam. Cic. pro Sext. 26.
Revocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam. Cic. pro Flac. 60.
Sequuntur antecedentem memoriam. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Servare memoriam. Cic. 4. Fam.
Subeat tibi memoria nostri. Senec. Med. 7.
Sum. ut, Meliore memoria esse. V. Melior in BONUS.
In memoria esse alicui. Cic. pro Sull. 34. P. Sullæ nomen in memoria Cassio non fuit.
Memoria est. Plaut. Truc. 2. 1. 10. I. e. Memini.
Tenere memoria, sive retinere. Apud Cic. pro Rosc. Amer. 35. & 3. in Catil. 19. Idem Fam. 13. 74. Etsi non dubito, pro tua in me observantia, proque nostra necessitudine, quin commendationem meam memoria teneas.
Tenere vivam memoriam alicujus. Cic. 2. de Orat. 8. Deberi hoc a me tantis hominum ingeniis putavi, ut, cum etiam nunc vivam illorum memoriam teneremus, hanc immortalem redderem, si possem.
Tollere memoriam alicujus rei. Cic. 3. de Offic. 40.
Traditum est memoriæ. Cic. in Parad. 3. Illum doctom & sapientem virum fuisse, memoriæ traditum est.
Tradidit memoria. Columel. lib. 8. cap. 13.
Turbari memoria. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Vacillare memoria. Cic. 1. Att. 1.

 Vene-

Venerari memoriam alicujus. Tacit. in Vita Agric. 46.
Usurpare memoriam alicujus cum caritate. Cic. de Amicit. 28. Quis enim est qui C. Fabricii, M. Curii cum caritate aliqua & benevolentia memoriam non usurpet, quos nunquam viderit?
A libellis, a Memoria. vide in LIBELLUS. H. St.
Memoriæ, in plurali, Commentarii. Gell. Noct. Attic. lib. 10. cap. 12. Nam & plerique nobilium Græcorum, & Phavorinus philosophus, memoriarum veterum exsequentissimus, affirmatissime scripserunt, &c. Adde 4. 6. In veteribus memoriis scriptum est.
Memoria pro Vetustate, antiquum. Pacuv. Chryse, Perque nostram egregiam unanimitatem, quam memoria dajugat. Nonius 2. 571.
Vitæ memoria, pro Commentario de vita alicujus. Suet. Claud. cap. 1. extr. Sequiori ævo Memoria pro Monumento sepulcrali dici cœpit, V. Cangii Gloss.

MEMORIŎLA, æ. f. dimin. [μνημίδιον] Cic. 12. Att. 1. Sed quod scribis igniculum matutinum; γεροντικώτερον est memoriola vacillare.
In Inscript. Fabrett. p. 85. Idem est atque Conditorium.

MEMORIĀLIS, e. Adj. ut,
Memorialis liber, Enchiridion ad juvandam memoriam. Suet. in Cæs. cap. 56. Epistolæ quoque exstant ad Senatum, quas videtur primum ad paginas & formam memorialis libri convertisse.
Beroald. in Suetonium in c. 56. Jul. Cæs. Scribit Gellius, quosdam inscripsisse libros titulo Memoriales, tanquam essent ad memoriam administrandam comparati. H. St. Gell. in Præf. Est qui Memoriales titulum fecerit. Subauditur Libri. V. not. Gronov.
Memoriales etiam inter Palatina officia. Meminit Ambros. Ep. 31. V. L. 10. & 11. C. de proximis sacrorum scriniorum.

MEMORĀLIS, e. Idem quod Memorialis. Arnob. lib. 6. p. 196. Et absolute Memoralia, l. 144. D. de Verb. signif.

MEMORALĬTER, Adv. Fortunat. lib. 4. Carm.
Annuat omnipotens longo memoraliter ævo.

MEMORALIUS, i. m. Gloss. Gr. Lat. ὑπομνηματογράφος, Actuarius, memoralius. [An Memoralis, vel Memorialis?

MEMORĬTER, Adv. [ἀπὸ μνήμης, ἀπὸ μνήμης, μνημονικῶς] Quod & Ex memoria Cic. dixit. 3. Catil. 13. Barbari dicunt Mente tenus. Cic. 4. Acad. 63. Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quæ est habita memoriter, accurate, copiose.
Memoriter cognoscere: h. e. Optime, & mente memori tenere. Ter. Eun. 5. 3. 6.
Colligere. Cic. 1. de Fin. 34. Quos tu paulo ante cum memoriter, tum etiam erga nos amice & benevole collegisti.
Enumerare sententias philosophorum. Cic. 1. de Nat. Deor. 92.
Exponere. Cic. 4. de Fin.
Memorare. Plaut. Amph. 1. 1. 261.
Meminisse. Plaut. Capt. 2. 1. 53.
Narrare. Cic de Amicit. 1. Q. Mucius Augur, multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter & jucunde solebat.
Proferre quid. Ter. Phorm. 2. 3. 47.
— primus esses, memoriter
Progeniem vestram usque ab avo atque atavo proferens.
Pronuntiare. Cic. 1. de Orat. 88.
Recitare. Cic. 4. Att. 3.
Respondere. Cic. in Vatin. 10. Tum memoriter respondero ad ea, quæ de te ipso rogaro.
Salutare. i. e. Sine nomenclatore. Suet. Neron. cap. 10.
Vocare. Plaut. Asin. 3. 2. 38.

MEMORIŌSUS, a, um. Adj. Fest. Memoriosus, memoriosior, & Memoriosius & Memoriosissime facit. & Glossæ Lat. Gr. Memoriosus, μνήμων.

MEMORIŌSE, Adv. Fest. l. c. Corn. Fronto. p. 2194. Memoriose qui facit, ostendit in omni re naturæ bonum.

MEMŎRO, [μιμνήσκω, ὑπομιμνήσκω, ἱστορέω, λέγω] are. In memoriam reducere. Plaut. Pœn. 5. 2. 104.
Patris atque matris memini. H. memorandum mihi,
Si novi forte, aut si sunt cognati mihi. Sed emendati codd. habent Memora dum mihi.
Memorare, Commemorare, narrare. Cic. 1. de Legib. 7. Nam quid Accium memorem?
De re aliqua memorare. Tacit. 11. Ann.
Ordine memorare. V. ORDO.
Bella. Propert. lib. 2. 1. 25.
Memorant, pro Aiunt, ferunt. Liv. lib. 1. 7. Herculemque in ea loca, Geryone interempto, boves mira specie abegisse memorant.
Memorare memoriter. V. MEMORITER supra.
Verbum est verum quod memoratur: h. e. Quod dicitur, vel circumfertur. Plaut. Truc. 4. 4. 32. Cic. 6. Verr. 107. Enna autem, ubi ea quæ dico gesta esse memorantur, est loco præcelso atque edito.
Memorare, Dicere, efferre, pronuntiare. Plaut. Trin. 4. 2. 41.
Faciam ita ut vis. agedum nomen tuum primum memora mihi.
Virg. 1. Æn. 12.
Musa mihi causas memora.
Lepide memoras. V. LEPIDUS.

MEMŎROR, [ὑπομιμνήσκομαι] ari. pass. Plaut. Amph. 1. 3. 14.
Experiri istuc mavellem me, quam mihi memorarier. Cic. 2. de Legib. 61. Honoratorum virorum laudes in concione memorentur.

MEMORANDUS, a, um. Partic. [ὑπομνηματικός] Ovid. 13. Met. 13.
Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi,
Esse reor: vidistis enim.
Post nullos memorandus. i. e. Omnium primus memorandus. Ovid. 1. Trist. 4. 1.
Longum memorandus. Stat. 1. Silv. 3. 13.
Juvenis. Virg. 10. Æn. 793.
Juventa. Virg. 4. Georg. 283.
Pugnæ memorandæ. Plaut. Epid. 3. 3. 52.
Hoc memorandum contigit urbi. Lucan. lib. 3. 388.
Nomen memorandum condere. Sil. lib. 4. 37.

MEMORATUS, a, um. Partic. Justin. 41. 1. 8. Quid istis memoratis opus est?
Superl. Gell. 10. 18. Sepulcrum memoratissimum. Et 19. 8. Memoratissimus liber. Et Argum. 8. 4.

MEMORATIO, ōnis. f. Corn. Gallus 1. 291.
Dura satis miseris memoratio prisca bonorum.

MEMORĀTUS, ûs. m. [ὑπομνηματισμός] Idem quod Memoria. Gell. lib. 10. cap. 4. Eos versus non minus frequenti assiduoque memoratu dignos puto, quam philosophorum de officiis decreta. Adde Plaut. Bacch. 1. 1. 28. Gell. 19. 11. & Plin. 21. 12.

MEMORĀTOR, ōris. m. [ὑπομνηματιστής] Propert. 3. 33.
Necnon ille tui casus memorator Homerus.

MEMORATRIX, īcis. f. Valer. Flac. 6. 142.
— Eoæ memoratrix tibia pugnæ.

MEMORĀBILIS, e. Adj. [μνημόσυνος] Quod est dignum memoria. Ter. And. 4. 1. 1.
Hoccine credibile est, aut memorabile, &c. Idem Heaut. 2. 3. 73.
Non fit sine periclo facinus magnum & memorabile. Cic. de Amicit. 4. Sic quum accepissemus a patribus maxime memorabilem C. Lælii & P. Scipionis familiaritatem.
Causa memorabili, sed eventu misero. Plin. lib. 7. cap. 43.
Ingenium. Plin. 5. 10.
Letum memorabile. Sil. lib. 11. 172.
Munus. Tibull. lib. 2. 1. 57.
Nomen. Virg. 2. Æn. 583.
Ortus. Martial. lib. 7. 21.
Virtus gloriosa & memorabilis. Cic. 3. de Finib. 11. Si sapiens aliquis miser esse possit, næ ego istam gloriosam memorabilemque virtutem non magno æstimandam putem.
Compar. Liv. 38. 53. Memorabilior prima pars vitæ quam posterior.

MEMMIUS, [Μέμμιος] Nomen gentis Romanæ, veteris & illustris prosapiæ, siquidem Virg. 5. Æn. 116. a Mnestheo Trojano Æneæ comite, arcessit.
Velocem Mnestheus agit acri remige Pristin,
Mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi. Mox Italus, subaudi, Futurus. Ipse enim familiam Memmiorum constituit. Nobiles autem fuisse familias a Trojanis ortas Juven. ostendit 1. Sat. 100.
— jubet a præcone vocari
Ipsos Trojugenas. A quo nomine, scilicet Mnesthei, docent Memmii genus. Servius.
C. Memmii, qui de ambitu postulatus fuit a Q. Curtio, meminit Cic. 3. Q. frat. 2.
Alius C. Memmius L. F. Gemellus, Ad quem scribit Lucretius, qui ex Prætura Bithyniam provinciam administravit, a C. Cæsare de repetundis postulatus, absolutusque, in petitione consulatus rursus de ambitu accusatus & Cicerone defendente condemnatus, exulatum in Græciam abiit. Hunc Petrus Crinitus perperam cum L. Mummio confundit. Lucret. 1. 45. eum Memmiada vocat.

MEMNON, ŏnis. m. [Μέμνων] Filius Tithoni & Auroræ, qui Trojanis ex Oriente ferens auxilia, & fortiter pugnans, ab Achille occisus fuit. Ad cujus sepulchrum, quod est prope Ilium, quotannis ex Æthiopia volant aves, quas vocant Memnonidas. Lege Strab. lib. 15. ubi agitur de sepultura ejus. Ovid. 13. Met. 595.
Niger Memnon. Virg. 1. Æn. 493. Memnon dux Æthiopum fuit, non Æthiops, & a Susis Persarum, & Choaspo flumine oriundus: illas gentes sub imperio habens, ut ait Suidas.

MEMNŎNIUS, a, um. Adj. [Μεμνόνιος] ut, Color Memnonius, Niger. Ovid. 3. de Pont. 3. 96.
Domus Memnoniæ. Propert. lib. 1. 6. 4.
Regna. Lucan. lib. 3. 284. Intelligit Parthos & Babylonios.

MEMNŎNĬDES, [Μεμνονίδες] Aves ex cineribus Memnonis. Ovid. 13. Met. 618. V. Isidor. 12. 7.

MEMOR, MEMORIA, MEMORITER, MEMORO, V. MEMINI.

MEMPHIS, [Μέμφις] Ægypti urbs, quam Menes Rex Ægypti condidit, ambitus stadiorum centum & quinquaginta, urbem omnium Ægypti præclarissimam opportuniori totius ejus oræ loco, ubi Nilus in plures scissus partes efficit formam Δ, i. e. delta, litteræ quartæ Alphabeti Græcorum. quo fit ut tanquam in Nili claustro posita aditum præbeat, prohibeatve, ad superiora loca navigantibus; & ad cohibendam aquarum inundationem versus Notum aggeres ingentes opposuit; & a partibus ceteris undique effossus est lacus ingens ac profundus, qui urbem efficit munitissimam. Unde & posteri reges fere omnes, relictis Thebis, eam sibi regiam delegerunt, ut scribit Diodorus Siculus lib. 2. Hodie *Alcayrum* vulgo vocant. Apud hanc erant Pyramides exstructæ. unde Martial. lib. 1. 1. Spect. Barbara pyramidum sileat miracula Memphis.
Carens Sithonia nive Memphis. Hor. 3. Carm. 26. 10.
Memphis, Ptolemæo libro 4. cap. 5. in finibus Arabiæ civitas, quæ *Nophet* & *Migdol* Hebræis; hodie *Masser*.

MEMPHĪTES, æ. [Μεμφίτης] patronym. m. ponitur loco adjectivi. ut, Bos Memphites, Apis. Tibull. lib. 1. 7. 28.
Barbara Memphiten plangere docta bovem.
Memphites, item Marmoris genus. Plin. 36. 17. Diosc. 5. 158. Isidor. 16. 4.

MEMPHĪTIS, ĭdis. [Μεμφῖτις] patronym. f. Juven. 15. Sat. 122.
— anne aliam terra Memphitide sicca
Invidiam facerent nolenti surgere Nilo?

MEMPHĪTĬCUS, a, um. Adj. [Μεμφιτικός] ut, Tellus Memphitica. Martial. lib. 14. 38.
Dat chartis agiles calamos Memphitica tellus. Ovid. 1. de Arte Am. 77.
Nec fuge Niligenæ Memphitica sacra juvencæ.
Ensis Memphiticus. Lucan. lib. 10. 5.

MEMPRICUS, Rex Britanniæ, qui fratrem Malym exuit vita, ut eo mortuo regnaret. Auctor Volaterranus.

M E N

MĒNA, apud Romanos fuit dea, quæ menstruis mulierum floribus præesse putabatur. V. Augustin. de Civ. Dei 4. 11. & 7. 2.

MĒNA, [μαινίς] Piscis quidam brevis, qui hieme candidos, æstate nigrior fit. Cic. 2. de Fin. 91. Qui voluptatem contemnunt, eis licet dicere, se acipenserem menæ non anteponere. Sic citat Non. 17. 4. V. Plin. lib. 32. cap. 7. Sed rectius per *Mæna* scribitur, ut edidit Hard. V. MÆNIS.

MĒNAECHMUS, [Μέναιχμος] Philosophus Platonicus, Proconnesius, scripsit libros tres in libros Platonis de Republica.

Mena-

Menæchmus item Sicyonicus historicus, scripsit historiam Alexandri Magni. Meminit utriusque Suidas, sed perperam μένεχμος & μένεχμος scribit.

Menæchmi, [Μέναιχμοι] apud Plautum comœdia, in qua Menæchmi duo fratres introducuntur.

MĒNÆUS, [μηναῖος] Vitruv. 9. 8. Menstruus, pro quo tamen hodie legitur Manacus. V. Turneb. Adversf. 20. 12. [Sed Græci sermonis ratio postulat, ut aut Menæus, μηναῖος, aut certe Menicus, μηνικὸς legatur.

MĒNAIS, Idis. f. Herba magica serpentium ictus sanans. Plin. 24. 17. Harduin. legit Mioyas.

MĔNĂLIPPE, es. f. [Μελανίππη] fuit Antiopes Amazonum reginæ soror. Hæc ab Hercule rapta fuit in bello quod contra Amazones gessit. Juven. 8. Sat. 230. Syrma vel Antigones, seu personam Menalippes.

MENALIPPĬDES, æ. m. [Μελανιππίδης] Poeta Melius genere, scripsit Dithyrambicorum plores libros, & poemata epica, & epigrammata, & elegos. Hujus ex filia nepos Menalippides junior, item poeta, scripsit Lyrica & Dithyrambica. Vixit, mortuusque est apud Perdicam regem Macedoniæ. Suidas.

MĔNĂLIPPUS, [Μελάνιππος] Tydei fuit interfector, cui caput ante obitum corrosit Tydeus ex rabie, qui apud Stat. 8. Theb. 740. ita vociferatur. — caput ô caput, ô mihi siquis

Adportet, Melanippe, tuum.

Fuit & alter Menalippus Tydei frater, quem Tydeus in venatu fertur peremisse, obque id fratricidium exsulasse.

MĔNANDER, [Μένανδρος] Atheniensis comicus novæ comœdiæ, strabus fuit, mente acutus, amore in mulieres insanus: scripsit fabulas LXXX, & epistolam unam ad Ptolemæum regem, aliaque nonnulla soluta oratione. Hæc Suidas. V. Quintil. lib. 10. cap. 1. & Phædr. 1. 5. 18.

Facundus Menander. Stat. 2. Silv. 1. 114.

Jocundus. Ovid. 2. Trist. 369.

Fabula jucundi nulla est sine amore Menandri.

Menander item Laodiceus, sophista, scripsit commentarios in artem Hermogenis, & in præexercitamenta Minuciani. Suidas.

Menander Hæreticus, Simoni Mago successit, non solum ejus referens impietatem, sed longe superans, majoribus portentis efferebatur, sese servatorem dictitans ex Olympo ad hominum salutem demissum, docensque nullo pacto angelos ab hominibus vinci, aut cogi posse, quam artis magicæ disciplina & baptismo ab eo traditis, ex quibus immortalitas humano generi proveniat. Omnia ex libris Irenæi. Meminit item hujus Justin. Mart. & Euseb. lib. 3. Ab hoc Menandriani hæretici qui asserebant mundum non a Deo, sed ab angelis factum.

Menandrus & Menander, utroque modo dicitur. Propert. lib. 3. 20. 28.

Librorumque tuos, docte Menandre, sales.

MENANDRĒUS, a, um. Adj. [Μενάνδρειος] Propert. lib. 2. 6. 3.

Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim Tanta.

MENANDRĬCUS, a, um. Adj. Idem. ut, Menandricus fluxus. Tertull. de Pallio, cap. 4. Alii Mæandricus. Adde Salmas. ibid. p. 339.

MENANDRIANI, Hæretici. V. in MENANDER. Et adde Isidor. 8. 5.

MĔNAPII, [Μενάπιοι] Populi Galliæ inter Belgas, Treveris, Condrusis, Arduennæ silvæ, Rhenoque finitimi. Cæs. 2. Bell. Gall. 4. extr.

MENARIA, V. MÆNARIA.

MĒNAS, [Μηνᾶς] Sex. Pompeii libertus ditissimus fuit, qui quum nemini apud Romanos gestare aureum annulum, præter Senatores & Equites, esset permissum, ab Augusto id jus impetravit, ut scribit Dion. Meminit Plut. in Ant. & Cæl. lib. 6. cap. 12. [Μηνόδωρον vocat Appianus.

MENCAPS, Mente captus. Priscian. ut Auceps, aves capiens.

MENDA, æ. f. pro Vitio corporis fere ponitur. ut,

Facies mendæ caret. Ovid. 3. de Arte Am. 781.

Eximere mendas de corpore. Ovid. 2. de Arte Am. 653.

Nocte latent mendæ. Ovid. 1. de Arte Am. 249.

In toto nusquam corpore menda fuit. Ovid. 1. Amor. 5. 18.

MENDUM, i. n. [σφάλμα] Error, sive erratum. Cic. 2. Att. 7. Castricianum mendum nos corrigemus. Idem 13. Att. 23. Tantum librariorum menda tolluntur.

Continere mendum. Cic. 14. Att. 24. Idus Martiæ magnum mendum continent.

Corrigere. Idem 2. Verr. 104. Quid fuit antea scriptum? quod mendum ista litura correxit?

Librarii mendum. Liv. lib. 38. ubi de Scipione peculatus damnato. Malim equidem librarii mendum, quam mendacium scriptoris esse. H. St. C. 55.

MENDŌSUS, a, um. Adj. [σφαλματώδης] Plenum mendis & erratis. ut,

Exemplar mendosum, apud Plin. 10. Epist. 75.

Historia mendosior. Cic. de Clar. Orat. 62.

Mendosum est deesse aliquam partem, & superare, &c. Cic. 2. de Orat. 83. i. e. Vitiosum, inquit Budæus.

Librarius, Mendis obnoxius. Cic. 4. Verr. 188.

Mendosus & medicandus. Hor. 1. Epist. 16. 40. Al. Mendacem.

Facies equi. Ovid. 10. Met. 399.

Natura, Vitiosa. Hor. 1. Serm. 6. 66. Budæus.

Mores. Ovid. 2. Amor. 4. 1.

MENDŌSE, Adv. Incorrecte, Inemendate. Cic. 3. Q. frat. 5. De Latinis vero quo me vertam nescio, ita mendose & scribuntur & veneunt.

Mendose colligis, inquit Perf. 5. Sat. 85. i. e. Vitiose.

Reddere mendose causas. Lucret. lib. 4. 506.

Mendose, Perperam, male. Lucret. lib. 4. 519.

Omnia mendose fieri, atque obstipa necessum est.

MENDOSITAS, ātis. f. apud Augustinum Epist. 10. cap. 3. & Retract. 1. 7.

MENDAX, ācis. Adj. [ψεύστης, ψευδής] proprie, Qui frequenter dicit falsum. Cic. pro Rosc. Com. 46. At quid interest inter perjurum & mendacem? qui mentiri solet, pejerare consuevit. Plaut. Men. 2. 2. 58. Edepol haud mendacia tua verba.

Mendax debet præcedere, ut Fallax, Fallacia. Videtur autem esse Mendax ex Menda, nam Mendax utitur sermone mendoso. V. Livii locum in MENDUM. H. St. Formam tamen Adjectivi verbalis habet. Itaque alii a Mentior arcessunt, cum quo significatione convenit. Alioqui & Linguax a Lingua derivatum occurrit. Postponebatur in Lugd. voci seq.

Fui mendax mihi. i. e. Falso mihi persuasi. Ovid. 2. Epist. 11.

Sæpe fui mendax pro te mihi, sæpe putavi

Alba procellosos vela referre Notos.

Splendide mendax in aliquem. Hor. 3. Carm. 11. 35.

Mendax hujus rei est. i. e. De hac re mentitur. Plaut. Asin. 5. 2. 5.

Damnum mendax. Ovid. 1. de Arte Am. 431.

Fama. Propert. lib. 4. 2. 19.

Forma. Ovid. 3. Met. 439.

Fundus, Qui plus promittit, quam præstat. Hor. 3. Carm. 1. 30.

Nuncius. Claud. de Bell. Get. 366.

Os. Ovid. 9. Met. 322.

Somnus. Tibull. lib. 3. 4. 12.

Speculum. Ovid. 3. Trist. 7. 38.

Vis. Virg. 8. Æn. 644.

Compar. Hor. 2. Epist. 1. 112.

Invenior Parthis mendacior. Ex eo sunt Parthi mendaces, quod fugientes & tergo verso simulent se pugnare nolle, quum tamen fugiendo maxime pugnent. Alii, Parthos omnium hominum esse mendacissimos. Et quidem ita Muretus hunc locum explicat. sed priorem exegesin sequitur Lambinus.

Superl. Plaut. Rud. 3. 4. 49. Et Columel. præfat. Salutatoris mendacissimum aucupium.

MENDĀCIUM, i. n. [ψεῦδος, ψευδηγορία, ψευδολογία] Orationis vanitas.

Linguæ blandæ mendacia. Ovid. 15. Epist. 55.

Callidum mendacium. V. CALLIDUS.

Infacetum. V. INFACETUS.

Magna. Stat. 4. Silv. 6. 43.

Magnum & impudens. Cic. pro Cluent. 168.

Prodigiosa. Ovid. 3. Amor. 6. 17.

Accommodare mendacium. In ACCOMMODO.

Componere. In COMPONO.

Conflare. In CONFLO.

Dicere mendacium alicui. Cic. de Petit. Conf. 37.

Dicere mendacium & Mentiri quemadmodum distent, P. Nigidius (inquit Nonius 5. 80.) studiis bonarum artium præcellentissimus, manifestissime separavit, Qui mentitur, ipse non fallitur, alterum fallere conatur: Qui mendacium dicit, ipse fallitur. Quantum in se est, vir bonus præstare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat: alterum judicat in homine, alterum non. [An Indicat? Ceterum hæc differentia non observatur.

Eluditur mendacium mendacio. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Facere mendacium. Quintil. lib. 5. cap. 4. pr. [Immo Facile alicui mendacium facere. quod vulgo Facilitare dicunt. V. locum.

Fallere mendacio. Cic pro Muren. 92.

Perducere aliquem ad mendacium. In PERDUCO.

MENDACIUNCŬLUM, i. n. dimin. [ψευδύλλιον] Cic. 2. de Orat. 241. Quod tamen est mendaciunculis aspergendum. Quidam hic legunt Mendaciolis.

Mendaciolis Pontanus habet de Sermone lib. 4. p. 429. Non ab re autem putat Cic. mendaciolis aspergi oportere præsertim fabellas. H. St. V. not. Camerar. ad Cic.

MENDACITER, Adv. Arnob. lib. 5. adversus Gentes.

Superl. Mendacissime. Augustin. lib. 1. contra Julian.

MENDACITAS, ātis. f. apud Tertull. de Præscript. cap. 13.

MENDACILŎQUUS, a, um. Adj. [ψευδολόγος] Qui mendacium loquitur. Plaut. Trin. 1. 2. 163.

Nihil est profecto stultius, neque stolidius,

Neque mendaciloquius, neque argutum magis.

MENDĒ, es. f. [Μένδη] vel MENDIS, [Μένδις] et est apud Apollodorum, Civitas est in Thracia, unde Mendæum vinum. Steph.

Sunt & in Sicilia prope Palicos Mendæ. V. Rhodig. lib. 18. cap. 37.

MENDESIUM, [μενδήσιον] Unguentum dictum a Mendeso Ægypti urbe, vel a loco ubi Mendes, [Μένδης] quod Ægyptiis caprum significat, colebatur, Hermolao teste. Est autem Mendes hircus, itemque Pan deus, Ægyptia voce ac lingua vocatus, quem hirci effigie Panopolitani venerabantur, unde etiam ipsi Mendesiorum appellationem invenerunt. V. Herodotum in Euterpe, & Suid.

MENDICŬLA, æ. f. Vestis genus. Plaut. Epid. 2. 2. 39.

Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam

Impluviatam? [Forte Mundiculam.

MENDĪCUS, a, um. Adj. [πτωχὸς, ἐπαίτης, προσαίτης] Inops, & pauper. Festus, Mendicum dici Verrius putat a mente ejus, quem fefellerit fortuna: vel quod precetur quemque ut vitæ suæ medeatur cibo. Al. quod manu indicet. Varr. 4. de L. L. 27. Mendicus a minus: cui quum opus est, minus nullo est. Sed in emendatis codd. Miseri, non Mendici, hoc etymon proponitur. Plaut. Bacchid. 3. 4. 16.

Mendicum malim mendicando vivere. Al. Vincere. Cic. 5. de Finib. 84. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quamvis sit sapiens.

Julius Bassus apud Senec. lib. 6. Controvers. vocat Pueros mendicos ejus cui mendicabant, Meriturius, quia ille ex stipibus collectis comessabatur.

Superl. apud Cic. pro Muren. 61. Sapientes si mendicissimi sint, etiam divites esse.

Mendicum Instrumentum & exiguum, per translationem: h. e. Infirmum & imbecillum, Cic. 3. de Orat. 92. Instrumentum autem hoc forense, litigiosum, acre, tractatum ex vulgi opinionibus, exiguum sane atque mendicum est. [An Modicum? Forte & Tractum legendum.

Mendicum dici putant velum, quod in prora ponitur. Festus.

MENDĪCE, Adv. Sen. Epist. 33. Non tam mendice tecum agam, sed plena manu fiet. [Potest & hic Modice legi, & exemplo seq. Modicius, i. e. Parcius.

Compar. Tertull. de Pallio, extr. Credo ne mendicius patre cœnasset.

MENDĪCŬLUS, i. m. dimin. [πτωχίσκος] Cic. 2. in Catil. 5. Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus, &c. Sed abesse hanc vocem a MSS. testantur docti.

MENDĪCITAS, ātis. f. [πτωχεία] Cic. pro Rosc. Amer. 86. In hac enim causa, quum viderent illos amplissimam pecuniam possidere, hunc in summa mendicitate esse.

Offerre mendicitatem. Plaut. Rud. 2. 6. 30.

Consors mendicitatis. Cic pro Flac. 35.

Perpeti mendicitatem. Cic. 5. de Fin. 30.

Emergere ex mendicitate. Cic. in Vatin. 23.

Detrudere se ad mendicitatem. Plaut. Menæchm. 1. 3. 21.

MENDICIMŌNIUM, i. n. [προσαίτησις] pro eodem accepit Laber. teste Nonio, 2. 33. Conf. Gell. 16. 27.

MENDICO, [πτωχεύω, ἐπαιτέω, ἀγυρτεύω] āre. Vitæ alimenta ostiatim postulare. Juven. 6. Sat. 542.

Arcanam Judæa tremens mendicat in aurem.

Mendicare sibi malum, per metaphoram dixit Plaut. Amphit. 4. 2. 12.

Mendicarier, pro Mendicare, apud Plaut. in Vidul. Malim moriri meos quam mendicarier. Nonius, 2. 541.

MENDICANS, antis. Partic. [πτωχεύων] Plaut. Capt. 2. 2. 73.

Potius quam illi, ubi minime honestum est, mendicantem vivere.

MENDICĀTUS, a, um. [πτωχευθείς] aliud Partic. ut, Cibo mendicato pasci. Ovid. 5. Trist. 8. 14.

MENDICĀTIO, ōnis. f. Senec. Epist. 10. Quid sibi vult tam fœda vitæ mendicatio? Firmic. lib. 1. cap. 3.

MENDICĀBŬLUM, i. n. [ἐπαίτης] antiquum pro Mendicatione. Plaut. Aulul. 4. 8. 3.

— nam istos reges ceteros

Memorare nolo, hominum mendicabula. Nonius 2. 541. Apol. lib. 1. Florid. fin. Palliata mendicabula obambulant. Uti dicitur Scelus pro Scelesto. Nam Mendicabulum proprie dictum pro Mendicitate nusquam hodie occurrit. [Puto eadem forma dici, ac Prostibulum, nec de fortunæ conditione, sed de ipsis hominibus semper intelligi

MENDICĀBUNDUS, a, um. Adj. Augustin. Epist. 140. Mendicabunda prece stipem rogare.

MENDOSUS, MENDUM. V. MENDA.

MENĔCEUS, vel potius MENŒCEUS, trisyll. [Μενοικεύς] Creontis Thebanorum regis filius. Stat. 7. Theb. 251.

— video quæ noster signa Meneceus,

Quæ noster gerat arma Creon V. MENŒCEUS.

MĔNĔCINA, [Μενεκίνα] Urbs in Œnotria, a qua

MENECINÆUS, [Μενεκιναῖος] & MENECĪNUS, [Μενεκῖνος] gentile. Stephanus de Urbibus.

MĔNĔCRĂTES, [Μενεκράτης] Syracusanus medicus, nullam dicitur accepisse mercedem medendo. Curabat in primis sacrum morbum, tantum hac mercede contentus, ut liberati se ipsius esse servos faterentur; se vero Jovem appellabat. V. Ælianus de Varia historia 12. 51. Athen. lib. 7. Suidas.

Alter Menecrates Comicus poeta fuit, ut scribit Suidas.

MĔNĔDĒMUS, [Μενέδημος] Nobilis inter Socraticos philosophos, Phædri discipulus, pauperis architecti filius, oriundus ex Eretria civitate, a quo philosophi Eretriaci dicti sunt, teste Cic. 4. Acad. 129.

Menedemus alter Rhodius, Aristotelis auditor ac discipulus præcipui nominis, de quo vide Gell. 13. cap. 5.

MENĔLĀIUS Mons proxime Spartam, cujus meminit Liv. 34. 28.

MĔNĔLĀUS, [Μενέλαος] filius Atrei, frater Agamemnonis, Rex Spartæ civitatis, & maritus Helenæ, quam rapuit ei Paris.

Menelaum ipsum, dulcem illum quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem. Cic. de Clar. Orat. 50.

MENELAI PORTUS, inter Cyrenas & Ægyptum. de quo Nep. in Agesil. cap. 8. n. 6.

MENELĀĒUS, a, um. Adj. [Μενελάειος] Propert. 2. 12. 14.

Ipse Paris nuda fertur periisse Lacæna,

Cum Menelaeo surgeret e thalamo.

MENĔLEUS, V. MELANEUS.

MENENIA Gens, Romæ fuit Plebeja, ex qua Agrippa Menenius C. F. Lanatus, COS. cum P. Postumio Ann. CCL. ut Cassiodorus, ut Liv. CCLI. De Sabinis triumphavit. Legatus ad plebem in sacrum montem Ann. CCLX. eam in gratiam cum patribus redegit. Mortuus est Sp. Cassio, Post. Cominio iterum COSS. Ann. CCLXI. Ejus funus publica impensa elatum. Dionysius lib. 5. & 6. Liv. 2. cap. 33.

MENĔPHRON, [Μενέφρων] Viri proprium, qui cum matre concubuit, auctore Ovid. lib. 7. Met. 387. V. Hygin. Fab. 25.

MENERVO, Moneo. Vox antiqua & obsoleta, unde Promenervat, Monet, in Saliari carmine: & Menerva postea Minerva. V. Scal. conject. in Varr. v. Minerva.

MĒNES, [Μήνης] teste Herodoto, primus omnium hominum in Ægypto regnavit, sub quo tota Ægyptus, præter Thebaicam plagam, palustris fuit.

MENESTHIUS, [Μενέσθιος] fuit Areithoi & Philomedusæ filius, ex Arna civitate, quem Paris in Bello Trojano occidit: teste Homero in initio lib. 7. Iliad.

MENESTHO, Nympha: a memorando dicta. Unde

MENESTHEUS, [Μενεσθεύς] Auriga Diomedis, de quo Stat. 6. Theb. 712. Alius fuit Athenarum dux, Thesei & Phædræ filius, ac frater Demophoontis.

MENIANA, V. MÆNIANA in MÆNIUS.

MĒNINX, [Μῆνιγξ] Insula est, teste Plin. lib. 5. cap. 7. circa Africam clarissima, longitudine XXXV. mill. pass. latitudine XXV. ab Eratosthene Lotophagitis appellata. Vulgo *Gerbes*. V. Strab. ult. Sil. 3. 318.

Meninges [μήνιγγες] item dicuntur Cerebri involucra, quæ vulgo Duram & Piam Matrem vocant.

MENIPPUS, [Μένιππος] Phœnix, Philosophus Cynicus; nihil serium edidit: At ipsius libri ridendi materiam affatim præbent. Cumque habendi cupidissimus esset, bonis amissis laqueo vitam finivit. Auctor Diogenes Laërtius lib. 6. Hunc Macrobius philosophum & servum fuisse tradit, scripsisseque libros, quos in Satyris M. Varro imitatus, quas Menippeas nominavit; alii vero Cynicas. Vide ipsum Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11.

Menippus alius Poeta comicus fuit, auctore Suida.

Menippus item alius Stratonicensis, in tota Asia disertissimus, præceptor Ciceronis, ut ipse in Bruto, 315. testatur, Post a me, inquit, Asia tota peragrata est, cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar ipsis lubentibus; quorum princeps erat Menippus Stratonicensis, meo judicio tota Asia illis temporibus disertissimus; &, si nihil habere molestiarum, nec ineptiarum Atticorum est, hic Orator in illis numerari recte potest. Hactenus Cic.

MĒNIS, [μηνίς] Lunula in fronte librorum ad ornatum depicta. V. Turneb. Advers. 22. 10. Auson. Profess. Coronide,

Quos legis a prima doctores Menide libri,

Doctores patriæ scito fuisse meæ.

MĒNIUS, [Μήνιος] Lycaonis filius, qui quum, patre in lupum verso, & domo conflagrante, Jovem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est. Ovid. in Ibin, 472. conf. MÆNIUS.

MENLARIA, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs. Vulgo *Murcia*.

MENNONIA, æ. f. Gemmæ nomen apud Plin. 37. 10.

MĔNO, Verb. antiq. pro Recordor. Unde Memini.

MĔNŌBA, [Μενώβα] Urbs est Hispaniæ apud Melam, lib. 2. cap. 6. Olivarius dicit eam nunc vocari vulgo *Velez Malaga*.

MĔNŎDŎTUS, [Μηνόδοτος] Medicus insignis ætate Serapionis, cujus meminit Galen. in Therapeut.

MĔNŒCEUS, [Μενοικεύς] Juvenis Thebanus, filius Creontis, qui pro patriæ salute sanguinem suum, atque adeo vitam ipsam sponte profudit. V. Cic. 1. Tusc. 116. & Juvenal. 14. Sat. 240. V. MENECEUS.

MENŒCĒUS, a, um. Adj. [Μενοικεῖος] Stat. 10. Theb. 840.

MĔNŒTES, [Μενοίτης] Nomen unius ex sociis Æneæ, qui gubernator fuit navis cui nomen erat Centauro. Virg. 5. Æn. 161.

Rectorem navis compellat voce Menœtem.

MENŒTIUS, [Μενοίτιος] Filius Actoris pater Patrocli; unde

MENŒTIADES, æ. m. [Μενοιτιάδης] Ipse Patroclus. Sic vocant Poetæ. Ovid. 3. Epist. 23.

Ipse Menœtiades tunc, quum tradebar, in aurem, &c. Propert. lib. 2. 1. 38.

MENOGENON, i. n. Herba. Apul. cap. 64.

MĔNŎLES, V. MÆNULES.

MĔNŎPHĬLUS, [Μηνόφιλος] Eunuchus fuit, cui Mithridates a Pompeio victus filiam servandam dedit in arce quadam; quam quum Manlius Priscus obsedisset, defensoresque deditionem parare Menophilos sentiret, interfecta illa, gladium in viscera sua compegit, veritus ne captiva puella raperetur & violaretur. Auctor Ammianus Marcell. lib. 16. cap. 7. extr. Est & alius Menophilus apud Martial. lib. 7. 81.

MĔNOSCA, [Μένοσκα] Oppidum Vardulorum in Tarraconensi Hispania; cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 20. & Ptolem. lib. 2. cap. 6.

MĔNOSGADA, [Μενόσγαδα] Bohemiæ urbs apud Ptolemæum Hodie Egra, *Eger*.

MENS, mentis. f. [νοῦς, φρὴν] quasi eminens, est enim Altior animi pars, qua etiam divina percipimus. Lactant. lib. 7. cap. 12. Primum non idem est Mens & Anima: aliud est enim quo vivimus, aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens, non anima, sopitur; & in furiosis mens extinguitur, anima manet. Cic. 1. Off. 105. Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando; semper aliquid aut inquirit, aut agit, videndique & audiendi delectatione ducitur.

Mens animi. Plaut. Cist. 2. 1. 5. Nullam mentem animi habeo.

Plur. Mentes. Quintil. lib. 2. cap. 9. Discipulos id unum interim moneo, ut præceptores suos non minus, quam ipsa studia ament: & parentes esse non quidem corporum, sed mentium credant.

Mens, pro Anima. Prudent. Hymn. ad Exsequias 34. 10.

Nam quod requiescere corpus

Vacuum sine mente videmus.

Mens & cogitatio. Cic. 7. Verr. 35. O dii immortales, quid interest inter mentes hominum & cogitationes.

Mens & sententia. Cic. pro Muren. 1. Ut vestræ mentes atque sententiæ cum populi Romani voluntate suffragiisque consentiant.

Mens & voluntas. Cic. de Arusp. Resp. 41. Ut dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa.

Mens. Voluntas, sententia, & quam vulgus *intentionem* vocat. Virg. 1. Æn. 308.

— in primis regina quietum

Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.

Mens omnibus una est. Virg. 4. Georg. 212.

Hac mente sum. i. e. Eo animo. Cic. 1. de Orat. 380. Ego autem defenderem hac eum mente fuisse, &c.

Senatus princeps salutis mentisque publicæ. Cic. de Arusp. Resp. 58.

Quæ mens eum, aut quorum consilia, a tanta gloria avocarint? Cic. 10. Fam. 24.

Mens, pro Memoria. Cic. in Brut. 219. de Curione: Tum Brutus admirans, Tantamne fuisse oblivionem, inquit, in scripto præsertim, ut ne legens quidem unquam senserit quantum flagitii commisisset? Paulo post, Jam qui hac parte animi, quæ custos est ceterarum ingenii partium, tam debilis esset, ut ne in scripto quidem meminisset, quid paulo ante posuisset, huic minime mirum est ex tempore dicenti solitam effluere mentem. i. e. Memoriam.

Mens, pro Consilio. Virg. 1. Æn. 680.

Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem. Servius.

Mens, Dea apud Romanos. Ovid. 6. Fast. 241. Liv. 23. 31. Quæ & aliquando Bona Mens appellatur. Propert. 3. 23. 19.

Mens bona, sana; & Mens mala, stulta: contraria.

In querelis mens. V. IN.

Agitatio mentis. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Agitatus mentis. Varr. de L. L. lib. 5. 6.

Alienatio. Plin. lib. 23. cap. 21.

Discordia. Ovid. 10. Met. 445.

— non toto pectore sensit

Lætitiam virgo, præsagaque pectora mœrent.

Sed tamen & gaudet: tanta est discordia mentis.

Facies mentis. Ovid. 5. Met. 568.

Vertitur extemplo facies & mentis, & oris;

Nam modo quæ poterat Diti quoque mœsta videri,

Læta deæ frons est.

Gaudia mala mentis. Virg. 6. Æn. 278.

Præsagia Ovid. 15. Met. 440.

Quæstio. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Ruina. Ovid. 12. Epist. 32.

Tunc ego te vidi, tunc cœpi scire quis esses,

Illa fuit mentis prima ruina meæ.

Sacraria. Stat. 3. Theb. 246.

Arcem hanc æternam, mentisque sacraria nostræ

Testor. Verba sunt Jovis.

Templa. Lucret. lib. 5. 104.

— via qua munita fidei

Proxima fert humanum in pectus, templaque mentis. h. e. In secreta mentis & interioris animi, qui res a sensibus cognitas judicat & discernit.

Tumultus. Hor. 2. Carm. 16. 11.

Vitium.

Vitium. Ovid. 1. Amor. 10. 14.
Anxius mentem. Stat. 12. Theb. 193.
Compos mentis, Idem quod Sanæ mentis, vel suæ mentis. Cic. In Pison. 48. Præsidium tu populi Romani, custodiam provinciæ, injussu populi Senatusque dimisisses, si tuæ mentis compos fuisses.
Commotus mente. Plin. 23. 1.
Exsul mentis. Ovid. 9. Met. 409.
Attonitusque malis, exsul mentisque, domusque.
Ferox mentis. Ovid. 8. Met. 613.
Inops mentis. Ovid. 2. Met. 200.
— minitantem cuspide vidit
Mentis inops.
Integer mentis. V. INTEGER.
Non potens mentis. Senec. Thyest. 7.
Abderitica mens, i. e. Stupida. V. ABDERITA.
Adultera. Ovid. 3. Amor. 4. 5.
Ut jam servâris bene corpus, adultera mens est.
Ægra. Tibul. lib. 3. 4. 19.
Altæ mentis capax animal. Ovid. 1. Met. 76. h. e. Divinæ mentis particeps homo.
Antiqua. Ovid. 2. Met. 485. Pristinus animus.
Arida mens est. Valer. 7. Argon. 244.
Nulla quies animo, nullus sopor, arida mens est.
Augusta. Ovid. 15. Met. 145.
Avida belli. Lucan. lib. 6. 29.
Bona. Perf. 2. Sat. 8.
Bonæ mentis juvenes. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Cæca futuri mens hominum. Stat. 5. Theb. 719.
Captiva. Ovid. 1. Amor. 2. 11.
Ipse ego præda recens, factum modo vulnus habebo,
Et nova captiva vincula mente feram.
Certa. V. Gerere aliquid certa mente, & Manet mens. infra.
Circumflua luxu. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 40.
Conscia. In CONSCIUS.
Conscia sibi mens facti. Lucret. lib. 3. 1031.
Conscia sibi mens recti. Virg. 1. Æn. 608.
Crudelior ipso mens pelago. Ovid. 11. Met. 701.
Cupida. Ovid. 6 Epist. 71.
Dira. Virg. 2. Æn. 519.
Divinæ mentis pars. Virg. 4. Georg. 220.
Facilis ad pejora. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Fluxa senio. Tacit. lib. 5. Ann.
Fortis Ovid. 3. Amor. 2. 10.
Fragilis. Stat. 10. Theb. 165.
Frigida. Lucret. lib. 3. 300.
Furtiva. Ovid. 17. Epist. 265.
Generosa. Ovid. 3. Trist. 5. 32.
Honesta. Senec. Theb. 1.
Humanæ. Ovid. 1. Met. 55.
Ignara culpæ. Stat. 4. Silv. 6. 92.
Ignea. Sil. lib. 3. 136. i. e. Cælestis, & ardens omni virtute.
Illiberalis. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Impenetrabilis iræ mens. Sil. lib. 7. 561.
Impia. Senec. Octav. 5.
Impigræ experientia mentis. Lucret. lib. 5. 1451.
Incertæ discordia mentis. Ovid. 9. Met. 629.
Incertæ mentis levitas, & mobile pectus. Sil. lib. 16. 147.
Infirma. Ovid. 19. Epist. 7.
Insana. Tibull. lib. 2. 6. 18.
Integra. Hor. 1. Carm. 31. 19.
Interrita mens lethi. Ovid. 10. Met. 616.
Invicta. Sil. lib. 4 193.
Læva. Virg 1. Ecl. 16.
Liberæ. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Magna. Virg. 6. Æn. 12.
— magnam cui mentem animumque
Delius inspirat vates. De Sibylla.
Melior. V. Melior in BONUS.
Miseræ hominum mentes. Lucret. lib. 2. 14.
Perniciosissima mens, multisque malo futura. Quintil. lib. 5. cap. 9.
Pia. Ovid. 8. Met. 767.
Placida & alta. Quintil. in procem. lib. 6.
Præsaga mali. Virg. 10. Æn. 843.
Præscia. Sil. lib. 16. 89.
Pristina. Ovid. 3. Met. 104.
Profunda. Claud. de Bell. Get. 85.
— qui mente profunda
Hauserat urbis opes. Mentem vocat Cupiditatem.
Profusa, Liberalis. Stat. 3. Silv. 1. 91.
Tunc, inquit, largitor opum, qui mente profusa
Tecta Dicarchæi pariter, juvenemque replesti
Parthenopen? &c.
Prona mens in ferrum. Lucan. lib. 1. 456. In ferrum, In cædes,
Provida. Ovid 7. Met. 712.
Rudis. Quintil lib. 1. cap. 11.
Sacra. Ovid. 6. Fast. 6.
Impetus hic sacræ semina mentis habet.
Sagax. Lucret. lib. 1. 1021.
Sanæ mentis compos. Ovid 8. Met. 35.
Segnis ad artem. Claud. 1. in Eutrop.
Severa. Claud. in 1. Conf. Stilich. 26.
Sincera. Claud. 4. Conf. Hon. 229.
— æthereis miscens terrena Prometheus,
Sinceram patri mentem furatus Olympo, &c.
Sobria. Claud. 1. in Eutrop 229.
Solida, Constans. Hor. 3. Carm. 3. 4.
Stolidæ præcordia mentis. Ovid. 11. Met. 149.
Surda. V. SURDUS.
Temperata. Hor. 2. Carm. 3. 3.
Teneræ. Quintil. lib. 2. cap. 4. V. infra, Satiare teneras &c.

Tristis. Ovid. 12. Epist. 148.
Vacuæ. Virg. 3. Georg. 3.
Cetera, quæ vacuas tenuissent carmina mentes,
Omnia jam vulgata.
Accendere mentes in prælia. Sil. 4. 170.
Accipere benignam mentem in aliquem. Virg. 1. Æn. 308.
Addere mentibus. In ADDO.
Addere ardorem mentibus. Virg. 9. Æn. 184.
Adhibent solatia surdæ menti. Ovid. 9. Met. 653.
Adjicere mentem dictis, Auscultare diligenter. Ovid. 14. Met. 319.
Advertite mentes faciles. Ovid. 1. de Arte Am. 267.
Adverte huc mentem. In ADVERTO.
Agitare aliquid mente. Ovid. 1. Fast. 93.
Agitat mihi mens. Virg 9. Æn. 186.
Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum
Mens agitat mihi, &c.
Agitatur furiis mens vecors. Ovid. In Ibin 345.
Agit succensas mentes libido. Senec. Hippol. 4.
Agor miseræ turbine mentis. Ovid. 2. Amor. 9. 28.
Agere in mente. Varr. de L. L. lib. 5. 6.
Alienari mente. In ALIENO.
Alere mollius teneras mentes more nutricum. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Amovere mentem motam. Varr. lib. 5. de L. L. 6.
Aperire mentem. Ovid. 1. Fast. 445. de avibus,
Sed nihil ista juvant, quia linguæ crimen habetis,
Dique putant mentes vos aperire suas. Idem 1. de Arte Am. 241.
Tunc aperit mentes ævo rarissima nostro
Simplicitas.
Appellere mentem ad philosophiam. V. APPELLO.
Ardebant mentibus captis. Ovid. 4. Met. 62. Captis, amore.
Armata mens dolis. Sil. lib. 1. 188.
Arrectæ mentes, stupefactaque corda. Virg. 5. Æn. 643.
Audire æquis mentibus. Virg. 9. Æn. 234
Aversa deæ mens. i. e. Non favens nobis. Virg. 2. Æn. 170.
Augurat mens. Virg. 7. Æn. 273.
— hunc illum poscere fata,
Et reor, & (si quid veri mens augurat) opto.
Calere morbo mentis aliquo. Hor. 2. Serm. 3 80.
Captus mente, dicitur (auctore Festo) quum mens ex hominum potestate abiit.
Capere mente. In CAPIO.
Carere bona mente. Ovid. 2. Amor. 8. 10.
Circumspicere celeri mente. Ovid. Rem. Amor. 89.
Coire mente. Quintil. lib. 5. cap. 11. Nihil obstat, quo minus justum matrimonium sit mente coeuntium.
Colligere mentem. Ovid. 14. Met. 352.
Ut primum valido mentem collegit ab æstu,
Quid cuperet fassura fuit.
Commoveri mente. V. COMMOVEO.
Commota. Hor. 2. Serm. 3. 278.
Componere mentem belligeram somno. Sil. lib. 3. 162.
Comprehendere aliquid mente. Cic. 3. de Nat. Deor. 21.
Concidere mente. V. CONCIDO.
Concipere aliquid mente. Tacit. 2. Ann. 54.
Concussa metu mente virago. Virg. 12. Æn. 468.
Confusa. Virg. 2. Æn. 736.
Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum
Confusam eripuit mentem.
Conquassatur mens, animæque potestas. Lucret. lib. 3. 599.
Conscelerata. V. CONSCELERO.
Consentire mente una. In CONSENTIO.
Consistere mente. In CONSISTO.
Consistit mens, Quiescit. Virg. 1. Æn. 647.
Æneas (neque enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naves præmittit Achatem.
Consitus cæca caligine mentis. Catull. Argon. 62. 207.
Conspicere mente aliquem. In CONSPICIO.
Constringere dubias mentes, Coercere. Lucan. lib. 5. 256.
Convertere mentem alio. Lucret. lib. 4. 1058.
Convertere mentes hominum oratione. In CONVERTO.
Corruere molem mentis. Lucret. lib. 3. 824. h. e. In ruinam perditionemque dare.
Crescit & senescit mens. Lucret. 3. 447.
Dare mentem. Cic. pro Milon. 89. Hic dii immortales mentem dederunt illi perdito ac furioso, ut huic faceret insidias. Supra dixerat, Mentem injecit: Ea, inquit, vis igitur ipsa, quæ sæpe incredibiles huic urbi felicitates atque opes attulit, quæ illam perniciem extinxit ac sustulit, huic primum mentem injecit, ut vi irritare, ferroque lacessere fortissimum virum auderet. Significat autem Mentem dare, vel injicere, Excitare desiderium in pectore alicujus, subitoque ad aliquid gerendum impellere. Virg. 3. Georg. 267. de furore equarum agens.
Et mentem Venus ipsa dedit. Liv. 6. 18. ubi Manlium plebis animos contra Patres inflammantem inducit: Dii prohibebunt hæc. sed nunquam propter me de cælo descendent: vobis dent mentem oportet, ut prohibeatis, sicut mihi dederunt armato togatoque, ut vos a barbaris hostibus, a superbis defenderem civibus.
Deditæ mentes cum oculis. V. DEDO.
Deducere mentes. Perf. 5. Sat. 35.
Deduci a mente & consilio. In DEDUCO.
Deficere tota mente. Ovid. 9. Met. 635.
Deflectere duram mentem. Lucan. lib. 3. 303.
Demittere mentem, Desperare. Virg. 12. Æn. 609.
Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem:
Demittunt mentes: it scissa veste Latinus, &c. Servius.
Deponere mentem, mentumque in gremio mimæ. Cic. 13. Philipp. 24. Tu vero, qui te ab eodem Cæsare ornatum negare non potes, quid esses, si tibi ille non tam multa tribuisset? ecquo te tua virtus provexisset? ecquo genus? in lustris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne con.

consum pfiffes: ut faciebas, quum in gremiis mimarum mentem, mentumque deponeres. [An, Mentum, & mentemque?
Deprehendere aliquid memori mente. Lucret. lib. 3. 871.
Desistere a. Cic. 5. Fam. 2.
Destituunt verba paratam mentem. Lucan. lib. 5. 731.
Discedere a mente. Varr. de L. L. lib. 5. 6.
Dividere. Catull. 60. 15.
Nos alio mentes, alio divisimus aures.
Dominatur in æquas mentes Venus. Lucan. lib. 5. 727.
Durat mentem. Tacit. 3. Ann. 15.
Effervescit in iræ iracunda mens. Lucret. lib. 3. 296.
Effluit illi mens. V. paulo ante Mens, pro Memoria.
Emotæ mentis homo. Lactant. lib. 1. cap. 4. Quis enim mentis emotæ, non modo futura præcinere, sed etiam cohærentia loqui possit? i. e. Quis furiosus, &c.
Erecta mens circa studia. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Exacuere mentem ad varia conamina. Sil. lib. 7. 142.
Excoquit mentem ignis acrior. Senec. Herc. fur. 1.
Excutere mentem alicui. V. EXCUTIO.
Explorant mentes deorum. Sil. lib. 5. 60.
Extrahit mentem spes anxia. Stat. 1. Theb. 322.
Exuere mentem. Virg. 4. Æn. 319. — & istam
Oro (siquis adhuc precibus locus) exue mentem.
Facere aliquid bona mente. Quintil. lib. 5. cap. 10. Ut si dicam, bona mente factum, ideoque palam
Ferre aliquid composita mente. Ovid. 3. de Arte Am. 572.
Hic fera composita vulnera mente feret.
Ferre aliquid iniqua mente. Ovid. 8. Met. 634.
Ferre aliquid placida mente. Ovid. 13. Met. 214.
Firmata. Ovid. Rem. Amor. 245.
Flectere mentem duram. Ovid. 9. Met. 607.
Flectere consilium mentis crudelis. Catull. Argon. 62. 136.
Fodere mentes stimulo invidiæ. Sil. lib. 7. 512.
Formandam quam optimis institutis mentem infantium judicat. Quintil. lib. 1. cap. 1. de Chrysippo.
Formandæ asperioribus studiis teneræ mentes. Hor. 3. Carm. 24. 53.
Fugere. Ovid. 9. Epist. 135.
Mens fugit admonitu, frigusque perambulat artus.
Furiata mente juvenis. Virg. 2. Æn. 406.
Gerere aliquid certa mente, i. e. Obfirmata mente. Ovid. 18. Epist. 38.
Quid mecum certa prælia mente geris?
Gerere sollicitam mentem formidine. Lucret. lib. 3. 1062.
Gerere tumores magnos mente, Superbire. Lucan. lib. 10. 99.
Habitat mentes deus. Stat. 12. Thebaid. 503.
Nulla autem effigies, nulli commissa metallo
Forma Deæ: mentes habitare, & pectora gaudet.
Hærere mentibus. Hor. 2. Epist. 1. 53.
Mævius in manibus non est, & mentibus hæret
Pæne recens.
Impellere. ut, Dii illum in eam mentem impulerunt, Dii illi mentem dederunt, Dii illi mentem injecerunt ut conaretur, &c. Cic. pro Milon. 85. [Sic sæpe Herod. H. St. Puto Herodotum innuit.
Imposita mens cunctis. Stat. 1. Theb. 227.
Incidit mihi in mentem hæc res. V. INCIDO.
Incitatus mente. V. INCITO.
Induit in mentes animosque hominum apologos Æsopus. V. INDUO.
Inficere mentem. Quintil. lib. 1. cap. 11. Et mentem præcipua in ætate prima teneram adhuc, & rudem inficiunt.
Infixa. ut, Mens intelligentiaque nostra infixa in eas imagines, &c. Cic. 1. de Nat. Deor. 49.
Infixa mentibus memoria alicujus. V. INFIGO.
Inhærescunt penitus in mentibus. V. INHÆREO.
Innectere mentem alicujus. Senec. Hippol. 4. Implicare.
Insertare mentem cælo, Cælestia investigare animo. Stat. 3. Theb. 550.
Insidere in mente. V. INSIDEO.
Insistere mente & animo in rem aliquam. V. INSISTO.
Instigat mentes furor. Senec. Thyest. 1.
Intenta malis. Ovid. 4. Trist. 1. 4.
Intrare in mentem judicis dicitur quippiam. V. INTRO.
Introspice in mentem tuam ipse. V. INTROSPICIO.
Labat mens. Cels. lib. 4. cap. 19.
Labi mente. In LABOR, eris.
Lapsæ spes & mentes. Sil. lib. 10. 310.
Laxarunt duram mentem munera Bacchi. Sil. lib. 11. 288.
Loqui mente simulata. Virg. 4. Æn. 105.
Lymphata. Hor. 1. Carm. 37. 14.
Maculatæ crimine. Sil. lib. 11. 200.
Madet mens. Lucret. lib. 3. 479. h. e. Tanquam ebria vacillat.
Mandare animis & mentibus. V. MANDO, are.
Manet. ut, Mens mihi non manet certa sede. Hor. 1. Carm. 13. 4. [ἱδρύεται. H. St.
Manet immota mens. Virg. 4. Æn. 449.
Mulcere mentes. Ovid. 10. Met. 301.
Mutare. In MUTO.
Mutat insania mentem. Virg. 4. Æn. 595.
Negare rigida mente aliquid. Ovid. 3. Epist. 96.
Nutrita mens & indoles sub faustis penetralibus. Hor. 4. Carm. 4. 25.
Oblimare mentem. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 29.
— dissuasor honesti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes. V. OBLIMO.
Obtundere. In OBTUNDO.
Pacificare. Senec. Agamemn. 3.
Peragrare omnia mente, animoque. Lucret. lib. 1. 75.
Perculsa mentem formidine mater. Virg. 4. Georg. 357.
Perculsæ semel mentes mobiles ad superstitionem. Tacit. 2. Ann. 28.
Perculsa mente dederunt lacrymas. Virg. 9. Æn. 292.
Percussit mentem pietas. Stat. 11. Theb. 606.
Perfert obstinata mente. Catull. 8. 11.
Permanet firma mens. Ovid. 16. Epist. 168.
Permotus mente. In PERMOVEO.

Perturbata animi mens in mærore. Lucret. lib. 6. 1181.
Petere tota mente. Virg. 4. Æn. 100. — habes tota quod mente petisti.
Præcipitat mentem furor, iraque. Virg. 2. Æn. 317.
Præditus alta mente. In ALTUS.
Præmollire. Quintil. lib. 6. cap. 5. Quo genere defensionis etiam ostendisset nondum præmollitas judicum mentes.
Pressus mentem formidine. Virg. 3. Æn. 47.
Receptum munus læta mente. Ovid. 2. Amor. 15. 3.
Recludere mentes superas, Consilia aperire Deorum. Sil. lib. 1. 19.
Redit mens. Ovid. 9. Met. 582.
Mens tamen ut rediit, pariter rediere furores.
Reducit spem Lyæus anxiis mentibus. Hor. 3. Carm. 21. 17.
Relaxare mentem. Senec. Hippol. 4.
Relevata ab hac cura. Ovid. 1. Trist. 11. 12.
Repetere aliquid mente inoblita. Ovid. 4 de Pont. 15. 37.
Reponere mentem alicui, Reddere animum. Valer. 7. Argon. 245.
Repostum alta mente. Virg. 1. Æn. 30.
Revincire mentem amore. Catull. 59. 33.
Sanatur mens. Lucret. lib. 3. 509.
Et quoniam mentem sanari, corpus ut ægrum,
Cernimus, & flecti medicina posse videmus;
Id quoque præsagit mortalem vivere mentem.
Satiare teneras mentes veluti quodam jucundioris disciplinæ cibo, lacteque. Quintil. lib. 2. cap. 4. Quin ipsis doctoribus hoc curæ esse velim, ut teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & satiari velut quodam jucundioris disciplinæ cibo, lacteque patiantur.
Scrutari mentes deûm in fibris. Ovid. 15. Met. 136.
Senescit mens. Lucret. lib. 3. 447.
Sevocare mentem ab oculis. Cic. 3. de Nat. Deor. 21.
Stetit in dubio mens. Lucan. lib. 7. 247.
Subiit mentem ea res. Virg. 10. Æn. 824.
Et mentem patriæ subiit pietatis imago.
Succubuit mens labefacta. Senec. Troad. 10.
Suscipere. Cic. 3. in Catil. 22.
Sum. ut, Suæ mentis esse. Cic. in Pison. 50. Hic, si mentis esset suæ, nisi pœnas patriæ, diisque immortalibus eas, quæ gravissimæ sunt, furore atque insania penderet, ausus esset, &c.
Οὐκ ὄντα τῶν αὐτοῦ λογισμῶν. Plut. in Antonio. Inde illa quæ scripsit App. an eo in Parth. 106. H. St.
In mente, & in mentem est mihi. V. IN præpositionem.
Est mens mihi. i. e. Placet mihi, Volo. Ovid. 2 Epist. 134.
Non eadem est mens. Hor. 1. Epist. 1. 4. i. e. Non idem nunc placet.
Tenet mens. Varr. de L. L. lib. 5. 6. Sic reminisci, cum ea, quæ tenuit mens, ac memoria, cogitantur, & cogitando repetuntur.
Tenerascit mens in tenero corpore. Lucret. lib. 3. 766.
Tepescunt mentes. Lucan. lib. 4. 284.
Terrent etiam nunc nubila mentem. Ovid. 1. Met. 357.
Trepidat metu. Hor. 2. Carm. 19. 5.
Turbatus vulnere mentis. Virg. 12. Æn. 160.
Turbata. Virg. 11. Æn. 3.
Venire. ut, Hæc veniunt in mentem, Harum rerum memini. Cic. 2. de Nat. Deor. 168. Hæc mihi fere in mentem veniebant, quæ dicenda putarem de natura deorum. Idem 12. Att. 36. Nunquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuisset.
Vide in principio Mens pro Memoria. H. St.
Venit in mentem illius rei. Cic. 7. Fam. 3. Solet in mentem venire illius temporis. Idem pro Quint. 6. Non minus sæpe ei venit in mentem potestatis, quam æquitatis tuæ. Et 2. de Orat. 249. Ut quotiescunque gradum facimus, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. Idem Att. lib. 7. 13. Quum autem Dolabellæ venit in mentem, paulum respiro.
Venit in mentem de hac re. Cic. de Petit. Cons. 41. Hæc mihi veniebant in mentem de duabus illis commotionibus, &c.
Venit in mentem ut portorium vini instituerem. Cic. pro Font. 9. Fonteio non in Gallia primum venisse in mentem, ut portorium vini institueret.
Venit in mentem facere, dicere, &c. Cic. 1. de Orat. 24. Quid tibi in mentem venit ita respondere? Idem 2. de Divin. 57. Quid in mentem venit Callistheni dicere deos, &c. Sic. de Clar. Orat. 22. Mihi, Brute, in te intuenti crebro in mentem venit vereri cujusdam, &c. Et 4. Fam. 13. Nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare.
Videre aliquid mente. Ovid. 2. de Pont. 4. 8.
Videre liquida mente. Catull. 61. 46.
Vigilat mens animi. Lucret. lib. 4. 762.
Virens mente. Stat. 3. Theb. 451.
MENTIS, pro Mens, ex Ennio citat Priscian. Antiqui ita proferebant plura nomina Sanguinis, Gruis, pro Sanguis, Grus. V. Rittershus. ad Phædr. Fab. 1. 8.
MENTALIS, MENTALITER &c. Barbara sunt.
MENTIO, V. MEMINI.
MENTIOR, [ψεύδομαι, ψευδομυθέω, ψευδολογέω, διαψεύδομαι] Iri. Depon. Falsa loqui. Ter. Heaut. 3. 2. 38. Non est mentiri meum. i. e. Non consuevi, sive Non solitus sum mentiri.
Mentiri cum accus. Ter. Adelph. 1. 1. 30.
Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem,
Aut audebit; tanto magis audebit ceteros. [Sed monet Donatus, Separatim subaudiendum esse *Insuerit πρὸς τὸ Mentiri*. Quasi dicat, nempe, Qui mentiri insuerit, aut fallere patrem insuerit, aut audebit, & est Zeugma. Bentlejus pro Insuerit, Ita ut sit, legit.
Mentiebatur ad milites. Gell. lib. 15 cap. 22.
Adversus aliquem mentiri: Plaut. Aulul. 4. 7. 9.
In aliquem. Cic. in Sallust. 2. Dabo operam ut & pro me minimo cum fastidio respondeam, & in hunc minime mentitus esse videar.
Alicui. Plaut. Amphit. 1. 2. 6.
Mentiri, apud aliquem de. Cic. 2. de Orat. 189. De me autem causa nulla est, cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar.
De annis ætatis suæ multum mentiri. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Mentiri se filium alicujus, Fingere & simulare. Auctor de Viris Illust. cap. 62 pr.
Palam mentiri. In PALAM.
Mentior nisi. V. NISI.
Amorem. Ovid. 21. Epist. 183.

Causam

Causam fugæ. Ovid. 11. Met. 281.
Colorem fuco. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Colores varios mentitur lana. Virg. 4. Eclog. 42.
Color ille chrysocollam mentitur. Plin. lib. 35. cap. 6.
Dolorem capitis mentita puella. Ovid. 2. Amor. 19. 11.
Fidem. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 118.
Juvenem. Martial. 3. 43.

Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis:
Tam subito corvus, qui modo cygnus eras.

Robur verum inani sagina. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Sexum muliebri motu. Columel. in præfat. lib. 1.
Virum. Martial. lib. 1. 86.

Mentiturque virum prodigiosa Venus.

Vitam vanitas mentitur sibi. Plin. lib. 7. cap. 55.
Mentiri, pro Falsa scribere. Plin. lib. 12. cap. 15. Necnon fuere, qui e ture arbore utrumque nasci mentirentur.
Mentitus sum. Seneca Epist. 42. Jam tibi &c. & alibi. H. St. Cum intelligi vellet, Falsus sum.
Mentibor, [ψεύσομαι] Plaut. Milit. 1. 1. 35.

Et assentandum est quicquid hic mentibitur.

Mentītus, a, um. Partic. [ψευσάμενος] Cic. 4. Acad. 87. Ne tu, qui idem me facturum paulo ante dixeris, videare mentitus. Et dicitur etiam passive pro Falso & fucato, assimulato. V. Drakenb. ad Sil. 2. 637.
Os mentitum. Ovid. 6. Fast. 426.
Mentita & falsa plenaque erroris. Cic. 2. de Nat. Deor. 56. Quæque his vacant, mentita, & falsa, plenaque erroris. Legitur & Ementita.
Fama mentita. Ovid. 10. Met. 28.
Figuris mentitis calare se. Ovid. 5. Met. 326.
Mentitūrus, a, um. [ψευσόμενος] aliud Partic. Ovid. in Ibin, 66.

Non mentituri quilibet ore legat.

Vox mentitura. Ovid. 4. Trist. 3. 16.
Mentītio, ōnis. f. Verbale. Auctor ad Heren. lib. 3. 3. Dolus consumitur in pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, mentitione, & ceteris rebus, &c. Al. Mentione. V. not. Verburg. [An Maturatione, mansione?
Mensa, æ. f. [τράπεζα, δεῖπνον] Super quam edere solemus; dicta, inquit Varro, quasi Mesa, quod inter duos poneretur. V. Plutarch. in Problem. 63. Virg. 1. Æn. 710.

Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt
Pocula. Charisius lib. 1. Mensam sine n littera dictam Varro ait, quod media poneretur. Sed auctores cum n littera protulerunt, Virgilius sæpe. Sed & Mensam cum n posse dici, idem Varro ait, quod & Mensa [illegible], edulia & esculenta ponerentur. Hæc Charisius. Varronis hac de re verba lib. 4. de L. L. 25. sunt hæc: Mensam escariam cibillam appellabant. Ea erat quadrata, ut etiam nunc in castris est, a cibo cibilla dicta. Postea rotunda facta est. Et quod a nobis media, & a Græcis μέσα, mensa dici potest: Nisi etiam quod ponebant pleraque in cibo mensa. [Si ex Græco μέσα duceretur, primam brevem haberet. Forte a Dimensione nomen invenit, quod & ipsa Mensa est.

Acerna. Ovid. 11. Met. 254.
Argenteæ in delubris. Cic. 3. de Nat. Deor. 84.
Augustata. Macrob. Sat. 3. 11. ex Jure Papiniano. In templo Junonis Populoniæ augustata mensa est. Augustatam vocat, Quæ augusta facta est, id est consecrata. In editione Meursii legitur Augusta.
Citrea & acerna. Martial. lib. 14. 94. & 95. Cic. 6. Verr. 37. Tu maximam & pulcherrimam mensam citream a Lutatio abstulisti.
Curionales. V. CURIA.
Delphicæ e marmore, Abaci. Cic. 6. Verr. 131.
Gemmiferæ. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 265.
Pantherinæ. V. Pantherinus, in PANTHER.
Supina. Propert. lib. 4. 9. 18.
Tripes. Hor. 1. Serm. 3. 13.
Apposita. Ovid. 17. Epist. 75.
Astare mensæ domini. In ASTO.
Conscripta vino. Ovid. 2. Amor. 5. 17.
Consistere ad. Cic. 5. Tusc. 61. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos jussit consistere.
Discumbere mensis. Stat. 4. Silv. 2. 33.
Exstruere conquisitissimis cibis. Cic. 5. Tusc. 62. Idem in Pison. 67. Exstructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subrancida, servi sordidati ministrant, nonnulli etiam senes.
Instruere. Virg. 3. Æn. 231.
Onerare epulis. Virg. 4. Georg. 378.
Opulentare pretiosis dapibus. V. OPULENTO.
Polluta cruore. Sil. lib. 7. 183.
Reponere vina mensis. Virg. 7. Æn. 134.
Mensarum plura genera vide apud Varr. 4. de L. L. 25.
Mensa, Prandium, vel Cœna quandoque dicitur. Juven. 1. Sat. 138.

Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam
Antiquis, una comedunt patrimonia mensa.

Assecla omnium mensarum. Cic. in Sallust. 21.
Reverentia mensæ. Juven. 2. Sat. 110.
Mensa sine arte. Martial. lib. 10. 47.
Angusta mensa. Senec. Thyesta 452.

Tutusque mensa capitur angusta cibus. i.e. Tenui, non sumptuosa.

Apta joco. Ovid. 1. de Arte Am. 594.
Brevis. Hor. de Arte Poet. 198.
Cara, Quæ magni constat. Hor. 2. Serm. 4. 37.
Dives. Hor. 2. Serm. 4. 87.
Nitentes. Hor. 2. Serm. 2. 4.
Opimæ mensæ inconsuetus miles. Sil. lib. 11. 283.
Pingues. Catul. in Carm. nupt. 60. 3.
Plena. Virg. 11. Æn. 738.
Primæ mensæ, i. e. Primi cibi. Macrob. 7. Saturn. cap. 1. Primis mensis post epulas jam remotis, & discursim variantibus poculis minutioribus, &c. V. Secunda mensa & Removere mensam paulo post.
Regales. Virg. 1. Æn. 690.
Secundæ mensæ, i. e. Secundi cibi, vel epulæ. Virg. 2. Georg. 101. Cic. 14. Att. 6. Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa.
Syracusanæ mensæ, Proverbium. V. SYRACUSÆ.

Tenuis. Hor. 2. Carm. 16. 14.
Apponere mensam. In APPONO.
Auferre. V. AUFERO.
Communicare aliquem mensa. V. COMMUNICO.
Considere mensis perpetuis. Virg. 7. Æn. 176.
Data est mensis pars optima lucis. Ovid. 7. Met. 662. Alii legunt, Ultima pars.
Linquere mensas pingues. Catul. in Carm. Nupt. 60. 3.
Mittere de mensa. i. e. De iis, quæ mensæ apposita erant. Cic. 5. Att. 1. Discubuimus omnes præter illam, cui tamen Quintus de mensa misit; illa rejecit. De Pomponia Attici sorore, Q. Ciceronis uxore.
Percurrere mensas. PERCURRO.
Removere mensam. Virg. 1. Æn. 220.

—exempta fames epulis, mensæque remotæ. Turnebus hic intelligit Mensas, Fercula & magidas, & lances. Nam saturis conviviis removentur. V. & Serv.

Repellit mensas ingenti clamore. Ovid. 6. Met. 661. de Tereo.
Mensam tolli jubet. Cic. in Pison. 67.
Mensa, etiam Discus & quadra dicitur. Virg. 7. Æn. 116.

Heus! etiam mensas consumimus, inquit Iulus? i. e. Panicias mensas, inquit Servius, epularum sustentaculum. V. Burman. ad Petron. cap. 34.

Mensa, Tabula qua argentarii utuntur. Cic. in Pison. 88. Quid stipendium militibus per omnes annos a civitatibus, mensis palam propositis, esse numeratum? Idem pro Flacc. 44. Si Prætor dedit, ut scriptum est, a Quæstore numeravit, Quæstor a mensa publica, mensa aut ex vectigali, aut ex tributo.
Mensa, Particula quædam in ballistæ fabrica, de qua sic Vitruvius, Regulæ, quæ in mensa, longitudo foraminum octo. Quid autem sit mensa, declarat Turnebus his verbis, Mensa interior est, & media inter duas hinc & inde scutulas, constatque regulis, diapegmatis, & tabula, inter regulas & diapegmata collocata: estque in summo & imo capitulo, ut & peritreta. Ctesibius vel Hero, [illegible], τράπεζα. Hactenus Turnebus 2. 5.
Mensa etiam Arula. Petron. cap. 135. Enothea mensam veterem posuit in medio altari, quam vivis implevit carbonibus. V. Fest. in Mensæ, & Scalig. ad loc.
Mensŭla, æ. f. dimin. [τραπέζιον] Plaut. Mostel. 1. 3. 150.

Age, accumbe igitur. cedo aquam manibus puer, appone hic mensulam. Adde Apul. lib. 2. Asin. Aur. p. 121.

Mensārius, i. m. [τραπεζίτης, [illegible]] qui & Collybista, Nummularius, Argentarius. de quibus s. l. V. Habebant autem, inquit Budæus, nummularii sive mensarii aut mensularii & argentarii causam publicam, & rationem accepti expensique faciebant; & tam pecuniariam permutationem, quam majorem negotiationem exercebant; quibus olim moris fuit pecunias custodiendas dari, fœnerato interdum, interdum gratuito. Alias Latine Argentarius dicitur; a Græcis Trapezita. Cic. pro Flacc. 44. Cum civitate mihi res est acerrima & conficientissima litterarum, in qua nummus moveri nullus potest sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensariis, qui apud illos a populo creantur.
Mensarius, a, um. Adj. ut, Triumviri mensarii. Liv. 23. 21. V. TRIUMVIR. Sic Quinqueviri Liv. 7. 21. Novi Consules solutionem æris alieni in publicam curam verterunt; quinqueviris creatis, quos Mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt.
Mensālis, e. Adj. Ad mensam pertinens; ut, Argentum mensale. Vopisc. in Tacit. cap. 10. Et Vinum, Idem Aurelian. cap. 9.
Mensularius, idem quod Mensarius. Senec. Controvers. 4. 24.
Mensātim, Adv. Juvencus.
Mensio, ōnis. V. METIOR.
Mensis, is. m. [μήν, μήνη] a Metior deducitur, quasi res numero dierum mensa. Cic. 2. de Nat. Deor. 69. Qui quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur. De cursibus Lunæ. Macrobius lib. 2. Sat. 11. a Græco μήνη, id est a Luna trahit. Nam lunæ curriculo mensis conficitur. Ter. Adelph. 3. 4. 29.

— virgo ex eo
Compressu gravida facta est, mensis hic decimus est.

Mensis a Lunæ motu dictus, dum ab Sole profecta, rursus redit ad eum Luna, quod Græce olim dicta μήνη; unde illorum μῆνες, ab eo nostri. Varr. de L. L. lib. 5. 2. Liv. 1. 19. Numa ad cursum lunæ in duodecim menses describit annum.
Primis a mensibus. Virg. 1. Georg. 64.
Aprilis mensis marinæ Veneris. Hor. 4. Carm. 11. 15.
Augustus mensis. V. AUGUSTUS.
Bisseni menses. Stat. 3. Silv. 1. 18.
Brevis. Hor. 1. Epist. 1. 44.
Gelidi menses, Tempora hiemis. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 224.
Incerti menses sunt, Veris & Autumni. Nam & hiemis certum est frigus, & æstatis certus est calor: veris vero & autumni nunc frigus, nunc calor est. Servius in illud Virg. 1. Georg. 115.

Præsertim, incertis si mensibus amnis abundans
Exit.

Intercalaris. V. INTERCALO.
Opportunus & rectus. Plin. lib. 10. cap. 63.
Pauci. In PAUCUS.
Sextilis mensis, Augustus postea dictus. Hor. 1. Epist. 11. 19.
Tardi. Virg. 1. Georg. 32.
Totus ex ordine. Virg. 3. Georg. 341.
Vertens. Plaut. Pers. 4. 4. 76.

Nunquam hercle hunc mensem vertentem, credo, servibit tibi. V. Vertens annus, in ANNUS.

Volvendi, Volubiles. Virg. 1. Æn. 273. Servius.
Abit mensis. Ter. Adelph. 4. 5. 57. Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. Ubi Donatus: Quasi dicat, Te cessante, decem menses cessere. Et abire dicitur quod paulatim nos deserit.
Absunt tres menses. V. ABSUM.
Agitur mensis. V. AGO.
Consumere mensem. Cic. 6. Att. 1.
Exactis mensibus gravidæ errant. Virg. 3. Georg. 139.
Occupare primos menses. In OCCUPO.

Incipiunt magni procedere menses. Virg. 4. Ecl. 12.
Inire mensem, Cic. 1. Att. 1.
Ponere mensem. Cic. 6. Att. 2.
Pronos volvit menses Luna. Hor. 4. Carm. 6. 40.
Mensis etiam in singulari, pro Menstruo fluxu mulierum. Plin. lib. 17. cap. 28. Privatim autem contra erucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis, nudis pedibus, recincta. Frequentius tamen
Menses, in plurali. Plin. lib. 21. cap 21. Prodest & orthopnoicis & anhelationi, mulierumque mensibus retardatis.
Commorantes menses trahit lens. Plin. lib. 22. cap. 25.
Menses feminarum trahere dicitur mastiche condrilli. Plin. lib 22. cap. 22.
Menses mulierum abundant, vel subsidunt. Plin. lib. 22. cap. 8.
Abundantia mensium. Plin lib. 23. cap. 7.
Mensium ... Plin. lib. 28. cap. 7.
Evocare menses. Plin. lib. 26. cap. ult.

MENSTRUUS, a, um. Adj. [μηνιαῖος, ἐπιμήνιος, ἔμμηνος] Quod est unius mensis. Cic. 2. de Nat. Deor. 87. Hujus hanc lustrationem, ejusdem incursu radiis, menstruo spatio luna complet.
Menstrua adversaria. Cic. pro Rosc. Com. 7. Quid est quod negligenter scribamus adversaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ.
Cibaria, In mensem. Cic. 5. Verr 72.
Cursus menstruus Dianæ. Catul. in Carmine secul. 33. 17.
Luna, Menstrui cursus. Virg 1. Georg. 353.
Opus Cic. 2 de Legib. 45. Textile ne operosius, quam mulieris opus menstruum. I. e. Quod mense uno conficere possit.
Spatium menstruum. Cic. 2. de Nat. Deor. 88.
Vim Cic. 4. de Finib. 30.
Menstruus, Singulis rediens mensibus. ut
Cursus menstruus, Menstrua muliebria. Plin. lib. 11. cap. 39.
Feriæ menstruæ. Varr de L. L. lib. 5. 3.
Tura menstrua reddere Lari, i. e. Singulis mensibus. Tibul. lib. 1. 3.
Usura, In menses. Cic. 6. Att. 1.

MENSTRUUM, i. n. pro Alimento in singulos menses legato; ut Annuum, quod in singulos annos. Ulpianus in l. Qui bonis. D. De cessione bonorum, Si quid misericordiæ causa ei fuerit relictum, puta menstruum vel annuum, alimentorum nomine.
Menstruum, Cibaria, & velut annona, unius mensis. Liv. 44. 2. Prætore dimisso, Consul menstruum jussu militie secum ferre, profectus, &c.
Menstruum, pro Menstruo fluxu. Plin. lib 28. cap. 7. Quocunque autem alio menstruo, si nudatæ segetem ambiant, erucas ac vermiculos scarabeosque ac noxia alia decidere Sed frequentius

MENSTRUA, ōrum. pl. [ἔμμηνα] Mulierum profluvium est, quod illis unoquoque mense accidere solet. V. Plin. lib. 7. cap. 15. Columel. lib. 11. cap 3. Ejusdem frutex pluribus annis permanet innoxius; nisi si mulier, quæ in menstruis est, contigerit eum, & ob hoc exaruerit.
Menstrua bene respondentia. Cels. lib. 6. cap 6.

MENSTRUĀLIS, e. Adj [ἐμμηναῖος, ἐπιμήνιος] Quod singulis mensibus fit. Plaut. Capt. 3. 1. 23.
Quibus solebam menstruales epulas ante adipiscier.
Menstruale animal mulier, Quæ menstrua patitur. Plin lib. 7. cap. 15.
Mulier menstrualis, Menstruis laborans. Plin. 19. 10.
Pannus menstrualis, Menstruo sanguine pollutus. Marcell. Emp. cap. 35.

MENSTRUANS, antis. Partic. a MENSTRUO, āre. Pallad. 1. 35. Octav. Hor. Med. 4

MENSTRUATUS, a, um. aliud Partic. Vulg. Interp. Es. cap. 64. 6. Pannus menstruatæ. Subaudi Mulieris.

MENSOR, MENSURA, MENSUS. V. METIOR.

MENSULA, V. MENSA.

MENSURNUS, a, um. Adj Idem quod Menstruus, eadem analogia atque Diurnus, Nocturnus. V. Priscian. fin. lib. 8. qui Cic. vindicat ex lib. 1. de Invent. 39 Ubi hodie legitur, Annui, menstrui, diurni, nocturnive spatii. Nonnulli tamen codices Mensurni. V. Gruter. Usus est & Cyprian. Epist. 34. extr. & Novatian. de Trin. cap. 1.

MENTA, æ. f. [ἡδύοσμον] Menta autem appellata, quod suo odore mentem feriat. Cic. 9. Fam 22. Ruta & Menta, recte utrumque. Volo mentam pusillam ita appellare, ut rutulam. Plin. lib. 20. cap. 14. Mentæ ipsius odor animum excitat, & sapor aviditatem in cibis.
Olentes mentæ Ovid. 10. Met. 729.
Est & Menta aquatica, quæ a Dioscoride Sisymbrium dicitur. V. MINTHA.

MENTASTRUM, i. n. [ἡδύοσμον ἄγριον] Menta silvestris. Plin. lib. 20. cap. 14. Mentastrum silvestris menta est, differens specie foliorum quasi figuram ocimi, pulegii colore. Propter quod quidam silvestre pulegium vocant.
Mentastrum silvestre. Columel. lib. 11. cap. 3.

MENTAGRA, V. MENTUM.

MENTESICOSA, [Μεντησα] Hispaniæ urbs Ptolemæo; vulgo *Petraza de la sierra.*

MENTIGO, inis. f. [λειχὴν] Genus morbi, quod pecudes invadere solet. Columel. lib. 7. cap. 5.

MENTIO, V. MEMINI.

MENTIS, V. MENS.

MENTISA, [Μέντισα] Hispaniæ urbs Ptolemæo, alio nomine Mentesa; vulgo *Jaen.*

MENTOAS, Fluvius olim dicebatur, quem nunc (Eustathio in Dionysium teste) Istrum sive Danubium appellamus.

MENTOR, ŏris. m. [Μέντωρ] fuit in vasis cælandis mirus artifex, de quo Plin. lib. 12. Et lib. 33. cap. 12. Juven. 8 Sat. 102.
— raræ sine Mentore mensæ.

MENTŎREUS, a, um. Adj. [Μεντόρειος] Propert. lib. 1. 14. pr.
Lesbia Mentoreo vina bibas opere. Adde Martial. 9 60.

MENTŎRES, [Μέντορες] Stephano, Populi fuerunt in Illyrico, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 21.

MENTULA, æ. f. Membrum virile, quod & Penis. Exempla obvia in Priapeis. Conf. MENTA.

MENTULĀTUS, a, um. Adj. Priap. Carm. 36. extr.
Deus Priapo mentulatior non est. [Ubi tamen malim Mentulosior, ut respondeat præcedentibus in eodem carm. epithetis, Comosus, Lacertosus, Pectorosus.

MENTUM, i. n. [γένειον, ἀνθερεὼν] ab Eminendo dicitur, quod e gula emineat. Plin. lib. 11, cap. 37. Mentum nulli præter hominem, nec malæ. Cic. 1. Tusc. 10. Mento summam aquam attingens, siti enectus Tantalus.
Canities inculta mento jacet. Virg. 6. Æn. 299.
Incana menta. Virg 3. Georg 311.
Pediculosum mentum. V. Pediculosus, in PES.
Intorquere mentum. V. INTORQUEO.
A mento palearia pendent. Virg. 3. Georg. 53.
Nutanti mento percutere pectus. Ovid. 11. Met. 620. Gestus est eorum qui sedentes, vel subito caput inniei dormiunt.

MENTO, ōnis. m. Majore mento præditus. Arnob. lib. 3. p. 108.

MENTĀGRA, æ. f. [λειχὴν] Morbus dictus e Mento. Plin. lib. 26. cap. 1. Gravissimum ex his lichenas appellavere, Græco nomine: Latine, quoniam a mento fere oriebatur, joculari primum lascivia (ut est procax natura multorum in alienis miseriis) mox & usurpato vocabulo, mentagram, occupantem in multis totos utique vultus, oculis tantum immunibus, descendentem vero & in colla pectusque ac manus fœdo cutis furfure.

MENUS, Germaniæ fluvius est, in quo silurum aiunt piscem equos innantes deorsum trahere. Bocatius. V. MÆNUS.

MENŪTHIAS, [Μενουθιὰς] Insula Australis Ptolemæo lib. 5. cap. 9. ad Æthiopiam: hodie *Madagascar*, sive *insulam S. Laurentii* nominant, licet accolæ sint Mahumedistæ.

MENŪTHIS, [Μενουθὶς] Vicus Ægypti non procul e Canopo; cujus incolæ Menuthitæ vocantur. Stephanus.

M E O

MEO, [διαβαίνω, πορεύομαι, μετέρχομαι] Ire. Ultro citroque Ire. Item Exire, manare, hoc est fluere. Plin. lib. 10. cap. 38. Aves non in eadem natura meare videntur.
Anima means in membra diversa. Lucan. lib. 3. 640.
Mobilitas meandi per magnum inane. Lucret. lib. 2. 64.

MEĀTUS, us. m. [πόρος] Plin. lib. 10. cap. 38. Aves solæ vario meatu feruntur & in terra & in aere. h. e. Varia incedendi aut volandi ratione.
Bifido meatu divisus Rhenus. i. e. Alveo, seu Cursu Claud. de Bell. Get, 336.
Meatus siderum, h. e. Cursus & motus astrorum. Plin. lib. 2. cap. 8.
Cæli meatus. Virg. 6. Æn. 849.
Solis cursus, Lunæque meatus. Lucret. lib. 5. 772.
Solis, Lunæque meatus. Lucret lib. 1. 129.
Meatus etiam dicuntur πόροι in corpore. Plin. lib. 20. cap. 21. Succus malvæ decoctæ, poros, hoc est meatus suaves facit. Nostri exemplaris habent, Succus decoctæ, pori meatus suaves facit. [Harduinus Urinæ meatum intelligit. Locus admodum obscurus est. An Puri legendum? Nam & puris exscreationem malva adjuvat.

MEACŬLUM, i. n. Idem. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem, Meacula venarum.

MEĀBILIS, e. Adj. [διαβατὸς] Plin. lib. 2. cap. 5. Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, totoque consertum. i. e. Qui facile per omnia meat & fluit.
Meabilis transitus. Plin. lib. 6. cap. 1.

M E P

MEPHĪTIS, is. f. [μεφῖτις] proprie est Terræ putor, qui de aquis nascitur sulphuratis; & est in nemoribus gravior ex densitate silvarum. Alii Mephitim Deum volunt Leucotheæ connexum, sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alii Mephitin Junonem volunt, quam aërem esse constat. Novimus autem putorem non nisi ex corruptione aëris nasci; sicut etiam bonum odorem de aëre incorrupto: ut sit Mephitis dea odoris gravissimi, id est graveolentis. Virg. 7. Æn 83.
— nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat; sævamque exhalat opaca mephitin. Servius. Pers 3. Sat. 99.
Turgidus hic epulis, atque albo ventre lavatur:
Gutture sulphureas lente exhalante mephites. i. e. Odorem tæterrimum, seu halitus graves & olentes.
Mephitis Dea. V. modo ex Servio.
Ad ædem Mephitis. Plin. 2. 93.
Templum Mephitis. Tacit. 3 Hist 33. 7.

MEPHĪTICUS, a, um. [μεφιτικὸς] apud Sidonium Apollinarem 3. Epist. 13. pro Fœtulento.

MEPTE, pro Meipsum. Plaut. Men. 5. 8. 10.

MĒRA, [Μαῖρα] proprium nomen sacerdotis Veneris. Stat. 8 Theb. 478. Mera item Prœti & Antææ filia fuit, quæ quum venationi dedita Dianam per nemora sequeretur, e Jove visa & dilecta est, qui sumpta Dianæ figura, cum ea concubuit. Tandem in canem mutata est. V. Ovid. 7. Met. 362. & ejus Interpp. qui omnes per æ. Mæra scribunt.

MĔRĀCUS, a um. Adj [ἀκρατὴς] Idem quod Merum. Hor. 2. Epist. 2. 137.
Expulit elleboro bilem, morbumque meraco. Id quod Anticyras sorbere meracas. Pers. 4. Sat. 15. dixit.
Quod si Harduin. ad Plin. 23. 1. audias Meracum vinum est, cui paululum aquæ affusum, Merum, cui prorsus nihil. Hinc etiam Meracius bibere dicuntur, qui minus aquæ vino miscent. Cels. lib. 1. cap. 3. ad fin. ubi Dilutam potionem Meracæ opponit. [Sed obstant l. c. Horat. Pers. &c. Compar. Cic. 3. de Nat. Deor. 78. Ut si medicus sciat eum ægrotum, cui jussisset vinum sumere, meracius sumpturum, statimque periturum; magna sit in culpa. conf. Cels l. c.
Superl. Sidon. 3. 10. Meracissimus scientiæ fons.

MERACŬLUS, a, um. dimin. Plin. lib 20. cap. 19. Opium ex vino meraculo, si protinus detur, scorpionum ictibus resistit.

MERACLUS, per contractionem. Plaut. Cas. 3. 5. 15.
—nisi hunc meraclo
Se uspiam percussit flore Libyco. I. e. Vino mero Mareotico.

MERĀLIS, e. Adj Ad merum pertinens. Marcell. Empir. cap. 27. Meralem calicem jejuno dare.

MERCATIO, MERCATOR, MERCATURA, MERCATUS. V. MERCOR.

MERCENNARIUS, MERCENARIUS. In MERCES.

MERCES, ēdis. f. [μισθὸς, ἆθλον] Præmium quod datur pro labore seu stipendio:

stipendio: a Merendo, & Ære dicta, ut Varr. lib. 4. de L. L. 7. extr. vel a Merendo simpliciter, ut idem. 4. 36. & 7. 7. auctor est. Juven. 7. Sat. 157.
Scire volunt omnes, mercedem solvere nemo.
Dulcis labor mercede. Ovid. 6. Fast. 661.
Pactiones mercedum. Cic. In Pared.
Alta merces. i. e. Magna. Sil. lib. 17. 390.
— discriminis alta
In medio merces, quicquid tegit undique cælum.
Dilata merces officiis. Claud. Conf. Mall. Theod. 256.
Duplices. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Geminata. Ovid. 2. Met. 702.
Pacta. Hor. 3. Carm. 3. 22.
Virtus sibimet pulcherrima merces. Sil. lib. 13. 663.
Accersere mercede. In ACCERSO.
Accipere mercedem. Cic. pro Rosc. Amer. 80.
Bibere mercede. Hor. 1. Carm. 27. 13.
Caret mercede virtus. Ovid. 2. de Pont. 3. 35.
Conducere mercede. In CONDUCO.
Conductum diurna mercede pavit. Hor. 2. Serm. 7. 18.
Constituere mercedem. Cic. 7. Verr. 133.
Dare. Cic. 5. Verr. 76. De accessione dubito, an Apronio ipsi data sit merces operæ, pretiumque impudentiæ.
Exigere duplices ab aliquo. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Militare mercede. In MILES.
Negare mercedem operis. Ovid. 11. Met. 214.
Numerare in locum mercedis. Cic. 2. Fam. 6.
Pacisci mercede cum, &c. Liv. 25. 33.
Promittere. Cic. 16. Fam.
Sequi parvas. Hor. 1. Serm. 6. 87.
Solvere vel persolvere. Cic. pro Domo 23.
Tribuere. Cic. 3. Fam. 10.
Merces, pro Pensione & redito annuo. Cic. 2. de Finib. 85. Vides igitur si amicitiam sua caritate metiare, nihil esse præstantius: sin emolumento, summas familiaritates prædiorum fructuosorum mercede superari. Budæus.
Merces in malam partem, vide Malum alicui pro sceleribus debetur, in DABEO. H. St.
Merces, pro Pretio & damno. Cic. 3. Tusc. 12. Nam istuc nihil dolere, non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore. Et 1. Fam. 9. Tamen in molestiis gaudeo te eam fidem cognoscere hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognorem. Budæus.

MERCĒDŬLA, æ. f. dimin. [μισθάριον] Cic. 13. Att. 11. Credebam esse facile: totum est aliud, posteaquam sum a te disjunctior. sed fuit faciendum, ut & constituerem mercedulas prædiorum, & ne magnum onus observantiæ Bruto nostro imponerem. Hoc est, *Que s'affermasse ou baillasse a ferme mes terres.* Sic exponit Budæus. Paulus vero Manutius sic: Mercedulas, Vectigal, quod ex prædiorum locatione capiebat. Constituerem: Certiores atque uberiores redderem. Idem 1. de Orat. 198. Homines mercedula adducti.

MERCĒNĀRIUS, a, um. Adj. ut, Vincla mercenaria. Hor. 1. Epist. 7. 67.
—ille Philippo
Excusam laborem, & mercenaria vincla. I. e. Occupationes mercenarias, & præconias. erat enim præco, &, mercede conductus, interdum merces venales prædicabat. Ex Lambino.
Mercenarius & Gratuitus, contraria. Cic. pro Font. 22. Cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religiosis, &c. anteferre? Idem 1. de Legib. 48. Quid liberalitas? gratuitane est, an mercenaria? Si sine præmio benigna est, gratuita: si cum mercede, conducta.
Mercenarii testes. Cic. 3. Fam. 11.
Mercenarii Prætoris decretum. Cic. 7. Verr. 54
Mercenarium proœmium legis. Cic. 3. Verr. 111. Itaque quum a te caput illud tam multis verbis mercenario proœmio esset ornatum, ecquis est inventus postea Prætor, qui illud idem ediceret?

MERCĒNĀRIUS, i. m. [μισθαρνός, μισθωτὸς, μισθωτής, μισθωτικὸς, θὴς] Qui mercedis gratia operam suam alicui præstat. Marcellus in l. Respiciendum. D. de Pœnis, Domestica furta vocantur, quæ servi dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii, apud quos degunt, surripiunt. Cic. 1. Off. 41. Est autem infima conditio & fortuna servorum: quibus non male præcipiunt, qui ita jubent uti, ut mercenariis: operam exigendam, justa præbenda. Et 1. Off. 150. Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur.

MERCEDICIUS, vel MERCEDICUS, Idem ac Mercenarius. Festus.

MERCEDONIÆ Dies, a mercede solvenda. Festus.

MERCIMONIUM, MERCIPRETIUM. In MERX.

MERCABILIS, MERCATIO, MERCATOR, MERCATORIUS, MERCATURA, MERCATUS, V. MERCOR.

MERCĀLIS, V. MERX.

MERCOR, [ἐμπορεύομαι, ἀλλαξεμπορεύομαι] āri. depon. a Merce; significat modo Emere, modo Emendi aut Vendendi causa mercaturam exercere. Ter. Heaut. 1. 1. 2.
Inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es.
Mercari ad certam summam. Cic. 7. Fam. 24. Essent, mi Galle, omnia facilia, si & ea mercatus esses quæ ego desiderabam, & ad eam summam, quam voluerem.
Mercari a, vel de. Cic. 1. Off. 150. Sordidi etiam putantur, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant. Idem pro L. Flacc. 46. Fundum Cymæum Romæ mercatus est de pupillo Meculonio.
Mercari alicui. Ter Eun. 3. 5. 20.
Erat quidam eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi.
Amicam quivis mercatur muneribus. Propert. 2. 16. 15.
Delicias mercatus sum. Stat. 5. Silv. 5. 66.
Equos mercari. Hor 1. Serm. 2. 86.
Magistratum pretio. Cic. 4. Verr. 122. Ab isto, & præco qui voluit, istum ordinem pretio mercatus est.
Libra & ære aliquid. Hor. 2. Epist. 2. 158.
Magno aliquid. Virg. 2. Æn. 104.

Præsenti pecunia. Plaut. Capt. 2. 2. 8.
Pretio aliquid. Hor. 3. Carm. 19. 6.
Pretio minore mercatur. Gell. lib. 1. cap. 19.
Sestertiis sexcentis. Columel. lib. 3. cap. 3.
Mercari Græca fide. Plaut. Asin. 1. 3. 46.
Diem, aquam, solem, lunam, noctem: hæc argento non emo:
Cetera quæque volumus uti, Græca mercamur fide. Plautus Græcam fidem dixit. Ubi non verbis, neque stipulationibus, sed præsenti pecunia res agitur. Ob levitatem enim Græcis nihil habebatur fidei, nisi præsentem pecuniam numerassent. V. FIDES.
Largus mercandi. Sil. lib. 15. 498.

MERCANS, antis. Partic. [ἐμπορευόμενος] Qui mercatur. Columel. lib. 7. cap. 6. Quæ videntur esse robustiora, in supplementum gregis reservantur, cetera mercantibus traduntur. Sed alii aliter legunt. V. MERCALIS, in MERX.

MERCĀTUS, a, um. [ἐμπορευθείς] Partic. pass. Emptus. Plin. 37. 2. Trullam unam non ante multos annos mercatam.
Cultus mercatus. Propert. lib. 1. 2. 5.

MERCĀTIO, ōnis. f. [ἐμπορεία] Gell. lib. 3. cap. 3. Pecunia omni in mercationibus perdita. Avien. Astron. 250.

MERCĀTUS, ûs. m. [ἐμπόριον] Plaut. Asin. 2. 3. 18.
— asinos vendidit Pellæo mercatori
Mercatu. [i. e. In Mercatu.
Mercatus, [ἐμπόριον] Locus in quo agitur mercatura, innuit Non. 5, 35. Plaut. Pers. 2. 3. 8.
Nam herus meus me Eretriam misit, domitos boves ut sibi mercarer,
Dedit argentum: nam ibi mercatum dixit esse die septimi. Ter. Adelph. 2. 2. 23.
Nisi eo ad mercatum veniam, damnum maximum est. Ubi Donat. Mercatus, Locum, tempusque signat. Cic. 2. de Invent. 14. Quidam proficiscens ad mercatum quendam, & secum aliquantum nummorum ferens.
Frequens mercatus. Liv. 1. 30.
Concelebrare. V. CONCELEBRO.
Indicere. Cic. 4. Verr. 33. Tanto mercatu Prætoris indicto, concurritur undique ad istum Syracusas: flagrebat domus tota Prætoria studio hominum & cupiditate.
Instituere mercatum. Cic. 3. Philipp. 30. Earumque rerum omnium domesticum mercatum instituerit, Populo Romano leges imposuerit: armis & præsidiis Populum & magistratus foro excluserit. ¶ In omnibus his locis Mercatus nec Locum, nec Tempus denotat, sed Ipsam statam mercandi celebritatem, habetque Synonyma Nundinæ, & Panegyris. Gloss. Lat. Gr. Mercatus, ἀγορά, πανήγυρις: & Gr. Lat. πανήγυρις, Nundinæ. Fora deinceps vocare cœperunt, quod nomen Galli suum fecerunt.

MERCĀTOR, ōris. m. [ἔμπορος] Hor. 1. Epist. 1. 45.
Impiger extremos curris mercator ad Indos. Cic. in Orat. 232. Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitii, mercatoresque superarunt.
Sacci mercator olentis. Juven. 14. Sat. 269.
Dives. Hor. 1. Carm. 31. 11.
Incinctus tunica. Ovid. 5. Fast. 675.
Vagus. Hor. de Arte Poet. 117.

MERCATORIUS, a, um. Adj. ut, Mercatoria navis. Plaut. Bacch. 2. 3. 2.

MERCATŪRA, æ. f. [ἐμπορία] Cic. 1. Off. 51. Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda. Idem 3. Off. 6. Ad quos quum tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est. Sic Non. 1. 6. Alii codd. Mercatum exhibent.
Mercaturam a Mangonio veteres separavere. Plaut. Trin. 2. 2. 51.
Mercaturam ne, an venales habuit? ubi rem perdidit? Senec. lib. 4. de Benef. 13. extr. Mercator urbibus prodest, medicus ægris, mango venalibus. Turnebus.
Abire Tarentum ad mercaturam. V. ABEO.
Avertere se in mercaturam. In AVERTO.
Facere mercaturam. Cic. 7. Verr. 71. Alios qui a prædonibus erant capti, quum mercaturas facerent, ut aliquam ob causam navigarent.
Mercaturæ, in plurali. Hor. 2. Serm. 3. 107. Aversus mercaturis.
Quæstuosissima emendi & vendendi mercatura. Cic. 5. de Finib. 91.

MERCABĬLIS, e. Adj. Ovid. 1. Amor. 10. 21.
Stat meretrix certo cuivis mercabilis ære.

MERCURIALIS, V. MERCURIUS.

MERCURIUS, [Ἑρμῆς, Ἑρμείας] quasi Medius inter homines currens, quod sermo curret inter homines medius. Ideo Hermes Græce, quod sermo, vel interpretatio (quæ utique ad sermonem pertinet) ἑρμηνεία dicitur. Unde & mercibus præest, quia inter vendentes & ementes sermo sit medius. Modo Ligius, modo Argiphontes, modo Ilomius, modo Cyllenius. de quibus s. l. V. Ideo & alas in capite & pedibus ponunt, volentes signare, velocem ferri per aera sermonem. Ideo nuncium volunt dictum, quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Dictus est deus facundiæ; nam hominibus loqui præstare dicebatur. Dictus est deus mercatorum, palæstræ, furum, nuntiusque & interpres deorum, & præco. Lyram invenit, & luctam, unde & ab antiquis signum ejus gymnasiis apponebatur, ut ex multis Ciceronis, & aliis plurimis locis videre satis licet. Idem umbras mortuorum ad inferos ducere fingitur, Jovique supero atque infero juxta ministrare.
Quinque Mercurii, Cic. 3. de Nat. Deor. 56. numerantur, Unus, inquit, Cælo patre, Dia matre natus, cujus obscænius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit: Alter Valentis & Phoronidis filius, is qui sub terris habetur, idem Trophonius. Tertius Jove tertio natus & Maja, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt: Quartus Nilo patre, quem Ægyptii nefas habent nominare: Quintus, quem colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Ægyptum profugisse, atque Ægyptiis leges & literas tradidisse.
Mercurii facunde nepos Atlantis. Hor. 1. Carm. 10. 1.
Celer Mercurius. Hor. 2. Carm. 7. 13.
Mercurii etiam dicuntur Statuæ in Biviis, Pontibus, &c. quas Græci Hermas vocant. V. Ammian. lib. 31. & suo loco HERMES.

Est præterea Unus e septem planetis, cujus corpus cunctorum siderum minimum, fere semper sub radiis solaribus; a quibus non recedit longius, quam ducentos triginta gradus. Ideo ab Astronomis στίλβων dicitur, quod est radians. V. Plin. 2. 8. Cic. 2. Nat. Deor. 54. Unde solanus & perustus fingitur, quia nimis est vicinus Soli præter ceteras stellas.

MERCURIĀLIS, e. Adj. [Ἑρμαῖος] Cic. 2. Q. frat. 5. M. Furium Flaccum, Equitem Romanum, hominem nequam, Capitolini & Mercuriales de collegio ejecerunt. Collegium erat mercatorum, institutum Ap. Claudio, P. Servilio Coss. ut videtur innuere Liv. 2. 21. extr. & 27. Sic dicti, quod Mercurius, ut dictum est, mercibus & quæstibus præerat. De qua re vide plura, prol. Amphitr. Plaut. & Taubman. ad loc.
Mercuriales viri, pro Eruditis. Hor. 2. Carm. 17. 29.

MERCURIĀLIS, is. f. [λινόζωστις] Herba. Plin. lib. 25. cap. 5. Linozostis sive parthenion Mercurii est inventum, ideo apud Græcos hermupoan multi vocant eam, apud nos omnes mercurialem, &c. V. Apul. de Herb. cap. 83. Et Cato de R. R. cap. 158.

MERDA, [σκὼρ, σκατὸς, μίνθος] est Cibi excrementum. Hor. 1. Serm. 8. 37.
Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis
Corvorum, atque in me veniat mictum atque cacatum
Julius, &c.

Mere, Adv. V. MERUS.

MĒRENDA, æ. f. dicitur (auctore Nonio 1. 118.) Cibus qui post meridiem datur. Plaut. Most. 4. 2. 50.
Vide sis, ne forte ad merendam quopiam devorteris. Festus; Mercodam antiqui dicebant pro Prandio: quod scilicet medio die caperetur. At rectius Jos. Scal. a Merendo ducit; quod iis qui merebant ære, antequam labore mitterentur, a domino dabatur. Neque enim in meridiem, sed post meridiem, sub vesperam scilicet, merenda apponebatur. V. Calpurn. Ecl. 5. 60. Isidor. 20. 2. Mercurial. Var. Lect. 4. 17. Muret. Varr. Lect. 4. 12. Turneb. Adversf. 17. 7. & Voss. Instit. Orat. 4. p. 222.

MERENDĀRIUS, i. m. Alumnus, qui merenda vescitur. Sen. in Controv. 5. 33. Ostende nobis merendarios tuos.

MERENDO, āre. quasi Meridie edere, vel merendam capere. Isidor. 20. 2.

MĔREO, ui, itum; [μισθοφορέω, μισθαρνέω] & MEREOR, ēri. dep. significat (ut ait Donatus) Aliquid mercedis pro labore parare vel sumere, seu dignum esse. Merere, inquit Valla, mercede operari, laborare, atque alteri inservire. Plaut. Trin. 5. 2. 5.
Non videor meruisse laudem. culpa caruisse arbitror. Ter. And. 1. 5. 46. Unum hoc scio, hanc meritam esse ut memor esses sui.
Æra merere liber bibliopolæ dicitur. Hor. de Arte Poet. 345.
Amorem. Hor. 1. Serm. 1. 87.
Coronam primam laude merui. Virg. 5. Æn. 355.
Decus meruere non minimum. Hor. de Arte Poet. 286.
Famam apud Græcos Alcibiades meruit. Plin. lib. 14. cap. 22.
Favorem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Laudem. Cæs. 1. Bell. Gall. 40. Non minorem laudem exercitus, quam ipse imperator, meritus esse videbatur.
Laudem pietate. Ovid. 2. de Pont. 6. 31.
Lauream linguæ Cicero. Plin. lib. 7. cap. 30.
Magna merens. Stat. 5. Silv. 1. 112.
Præmia. Cæs. 7. Bell. Gall. 34. Eaque, quæ meruissent, præmia ab se, devicta Gallia, exspectarent.
Veniam meruere. Lucan. lib. 4. 123.
Virum dote. Plaut. Most. 1. 3. 124.
Mereri de Malo, ut
Exempla novissima meritus, h. e. Ultimum supplicium. Tacit. 12. Ann. 20. 4.
Exitium. Ovid. 2. Met. 290.
Necem meruisse. Ovid. 11. Epist. 109.
Notam exhæredationis non meruerunt. Ulpian. in l. 1. in princip. D. de conjung. cum emanc. liber. ejus.
Odium. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Offensam. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Supplicium meruisse. Ovid. 5. Met. 666.
Mereri cum Infinitivo. In tantum meruit augeri, ex Aurelio. Vide INITIATUS. Puto & alibi apud Jurisconf. Sic Emeruit cum Infin. vide EMEREO. H. St.
Officio meruit a quolibet hoc sibi donari. Florent. in l. Peculium & ex eo consistit. D. de pecul.
Mereri, de turpi lucro dictum, pro Quæstum sordidum facere. Varro Eumenidibus, Primum iste qui meret sestertios vicenos. Non. 4. 296. V. Suet. Calig. cap. 40. [Vide MERETRICIUM. H. St.
Mereri de aliquo, Committere aliquid in aliquem. Plaut. Aul. 2. 2. 45.
Nam de te, neque re, neque verbis merui ut faceres quod facis. i. e. Nunquam in te quicquam commisi, unde tu hæc faceres mihi. Ter. Heaut. 1. 1. 33.
Quæso quid de te tantum meruisti? i. e. Quid in te admisisti?
Bene mereri [ἀγαθοποιεῖν] de aliquo, Conferre beneficium in aliquem. Virg. 4. Æn. 317.
Si bene quid de te merui. Cic. 1. Fam. 9. Erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. Cic. 6. Verr. 81. Talis ille vir fuit, ita de Pop. Rom. meritus est, ut non uni familiæ, sed universæ civitati commendatus esse debeat. De P. Africano.
Male mereri de aliquo, Offendere aliquem, incommodare alicui. Cic. 1. de Finib. 7. Male, credo, mererer de meis civibus, si ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem.
Mereri erga aliquem. Plaut. Amphit. 5. 1. 49.
Mereri, [εὐεργετεῖν] Præstare beneficium. Ter. Hec. 3. 5. 37.
Quæ nunquam quicquam erga me commerita est, pater,
Quod nollem, & sæpe quod vellem meritam scio. Ubi Donat. Mereri bona dicimus, Commereri mala; id est Delinquere, peccare. Ergo hic Meritam, pro Præstitisse dixit. Idem in Adelph. 2. 1. 47.
Mereri & promereri, est præstare beneficium. Virg. 6. Æn. 664.
Quique sui memores alios fecere merendo.
Merere, In militia esse exerceri; proprie tamen spe stipendii ac præmii, quod & dicitur Stipendia facere, inquit Vall. lib. 4. Cic. 7. Verr. 161. Clamabat ille miser, se civem esse Romanum, municipem Cosanum, meruisse se cum L. Precio, splendidissimo Equite Romano, qui Panormi negotiaretur, ex quo hæc Verres scire posset. Idem pro Rabir. 21. Quo tu imperatore, Labiene, meruisti. [Subauditur vox Stipendia. Unde & Emerita stipendia dicuntur. V. in EMEREO.

Meruit sub. Liv. 21. 4. Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio sub Hasdrubale imperatore meruit.
Merere equo, & Merere equo publico. Plin. lib. 33. cap. 1. Liv. 27. 11. extr. Ne præterita stipendia procederent iis, qui equo publico meruerunt, sed dena stipendia equis privatis facerent. Cic. 1. Philip. 20.
Merere pedibus. Liv. 24. 18.
Alicui merere. Stat. 4. Theb. 237. Lucan. lib. 6. 144.
Scæva viro nomen, castrorum in plebe merebat.
Merere, cum ablativo. Cic. pro Rosc. Comœd. 28. Nam illa membra merere per se non amplius poterant duodecim æris: disciplina, quæ erat ab hoc tradita, locabat se non minus sestertiis ccclↃↃↃ. Lucan. lib. 10. 409.
Ære merent parvo. [In loco Cic. videtur cum Accusativo construi.
Est forma loquendi elegantissima, Non meream hoc vel hoc, ut Hoc vel illud faciam. Plaut. Men. 1. 3. extr.
Neque hodie ut te perdam, meream Deum divitias mihi. Idem Most. 4. 2. 71.
Siquidem isthæc vera sunt. P. quid merear, quamobrem mentiar?
Et Bacch. 5. 2. 65.
Quem quidem ego ut non excruciem
Alterum tantom auri non meream. Cic. 2. de Finib. 74. Quid merearis igitur, ut te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum? conf. in MERITUM.
In delationibus honorum, præmiorum, & laudum, urbane utebantur Antiqui hac forma, Si meruero. Suet. Neron. cap. 10. Agenti Senatui gratias, respondit, Cum meruero. Idem Aug. cap. 56. Nunquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, Si merebuntur.
Mereri etiam est plus quam ἀξιοῦσθαι, est τυγχάνειν Consequi; idque etiam sine præcedenti aliquo merito, gratia consequi. V. Casaub. ad Plin. 1. Epist. 8. n. 14. ad verba, Si casu aliquo non sequatur, idcirco quod gloriam non meruit, minus pulcrum est. & Grot. ad Matth. 6. 1. Alcim. Avit. de Virgine Matre, ad Soror. v. 214.
quæ pondere casto
Factorem portare suum, Dominumque perennem
Edere commeruit. i. e. Consecuta est per gratiam, quod aliis erat prælata ut ederet. Similiter Legatum mereri dicitur Paulo l. 21. D. ad Leg. Falcid. qui accipit sive consequitur legatum. Ita quoque Donationem merere. l. 10. de Pistor. Cod. Theodos.

MERENS, entis. Partic. Virg. 2. Æn. 229. Scelus expendisse merentem. & 585. Passim in Inscript. etiam in superlat. Merentissimus.

MERĬTUS, a, um. [ἄξιος] Partic. Ter. Phorm. 5. 9. 25.
Ego, Nausistrata, esse in hac re culpam meritam non nego,
Sed eam quæ sit ignoscenda. i. e. Non eo inficias, me in hac re deliquisse, & aliquid tale commisisse, unde culpari merear. Plin. lib. 7. cap. 30. Primus in toga triumphum, linguæque lauream merite.
Grates meritas agere. Ovid. in Ibin. 26.
Atque ei, etsi nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam, debitamque referamus. Affertur a Nizolio H. St. Ex 3. Cic. de Orat. 14.
Meritos aris imponit honores, i. e. Congruos & convenientes. Virg. 3. Æn. 118. & 3. Æn. 264.
Numina magna vocat, meritosque indicit honores.
Aliquam iracundiam non injustam, sed meritam ac debitam fuisse defendere. Cic. 2. de Orat. 203.
Morte jacent merita. Ovid. 3. Fast. 707.
Pœnas meritas dare. Ovid. 4. Fast. 239.
Passive. Plin. 7. 28. extr. Quæ Cannis corona merita?
Superl. Plin. 5. Epist. 15. Quod mihi cognitum est non fama, qua alioqui optima & meritissima fruitur, sed longis, magnisque experimentis. Conf. Reinef. Inscript. 5. 35.

MERĬTUM, i. n. [εὐεργεσία, εὐεργέτημα] Præstitum beneficium, Officium. Fere in pl. Cic. Quid enim tibi pro maximis tuis, ac pæne immortalibus in me meritis, præstare amplius possim? Idem 2. Att. 17. Merita in patriam ad annos sexcentos majora viderentur.
Memor meriti. Ovid. 5. Trist. 9. 3.
Tanti meriti non immemor. Virg. 9. Æn. 256.
Prædicator meritorum alicujus. Cic. 10. Fam. 7.
Præmia grandia meritorum. Hor. 2. Epist. 2. 38.
Immane meritum. Lucan. lib. 9. 1044.
Vilia. Ovid. 13. Met. 101.
Assequi alicujus meritum. V. ASSEQUOR.
Constare meritum. Cic. 1. Fam.
Dare merita. Cic. de Amicit. 26.
Exprobrare meritum alicui. Ovid. 12. Epist. 21.
Quid habeo, quod dicam? quod faciam pro tuis in me meritis, &c. Cic. pro Milon. 100.
Habere meritum. Cic. 10. Fam. 24.
Illustratur magnis in Rempublicam meritis virtus alicujus. Cic. 10. Fam. 12.
Implere aliquem meritis. Ovid. 2. Amor. 3. 11.
Oblitus meritorum. Ovid. 8. Met. 140.
Merita ad nihilum venire. Cic. 11. Fam. 12.
Meritum in malam partem. Justin. lib. 1. cap. 6. de Astyage, qui Harpagi filium interfecerat, epulandomque patri tradiderat: Astyages, inquit, meriti in Harpago oblitus, summam belli eidem committit, qui exercitum acceptum statim Cyro per deditionem tradidit, regis crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur. V. Macrob. Saturn. 1. 1.
Meritum, pro Mercede. Ter. Phorm. 2. 1. 75.
Egone illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
Nihil suave meritum est. Ordo & sensus hic est, Nihil mihi mercedis suave est, ut ego illam cum illo nuptam feram. Suave meritum enim, Suavem mercedem significat. Hæc Donatus cui subscribit Budæus. [Sic erit interrogationis nota post Egone? ponenda, ut fit idem loquendi modus, quem supra in ipso verbo attigimus, Non meream hoc &c.
Meritum meum est. h. e. Meritus sum. Ter. Heaut. 1. 1. 40.
Merito meo. Cic. 5. Fam. 9. Scis meam fortunam nescio quomodo facile obtrectatores invenire, non meo quidem, mehercules, merito. Ter. Eun. 3. 2. 5. Ecquid nos amas de fidicina istac? &c. Respondet Thais, Plurimum merito tuo.
Pro merito, Ita ut meritus est quis. Ter. Phorm. 2. 2. 23.
Ex merito. Ovid. 5. Epist. 7.

Leniter,

Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est.

MERITO, Adv. [ἀξίως, ἀναξίως, κατ' ἀξίαν] Digne, dicitur. Ter. And. 3. 2. 50. — haud dubium est mihi,
Si nolit quin eum merito possim cogere. Cic. 5. Verr. 158. Quanquam merito sum iratus Metello, tamen hæc, quæ vera sunt, dicam.

MERITISSIMO, [μάλα ἀξίως] Superl. h. e. Maximo merito. Cæcil. Asoto, Meritissimo hic me dejecit ex hac decuria. Cic. 1. de Orat. 234. Primum Scævolæ te dedisti, quem omnes amare meritissimo, pro ejus eximia suavitate, debemus. Plaut. Asin. 3. 3. 147.
Meritissimo ejus quæ volet faciemus, qui hosce amores
Nostros dispulsos compulit. ubi substantivi speciem habet.

MERITO, [μισθοφορέω] āre. frequent. Plin. lib. 7. cap. 39. Quippe quum jam apud majores Roscius histrio HS. quinquaginta annua meritasse prodatur, &c. Adde Cic. 5. Verr. 119.

MERITŌRIUS, a, um. Adj. [μισθωτικός] ut, Meritorius puer, Qui quæstum facit corpore suo. Cic. 2. Philipp. 105. Ingenui pueri cum meritoriis, scorta inter matresfamilias versabantur. [Vide CATAMITUS. H. St.
Meritorium cœnaculum, Quod quæstus gratia locatur. Sueton. in Vitell. cap. 7.
Salutatio. Senec. de Brevit. vitæ. cap. 14. de Clientibus, quasi de Mercede conductis loquitur.
Taberna. Valer. 1. 7. ext. 10. Diversorium atque hospitium mercenarium, ubi cuique licet introire danti mercedem. Cic. 1. de Div. 57. De eadem re loquens, Ad cauponem dixit.
Apud Pontanum sæpe Meritoria, sine adjectione, pro Taberna meritoria, ut in Dialogo, in quo introducitur caupo cum aliis. H. St.
Vehicula. Sueton. in Calig. cap. 39.
Meritorium, absolute, quandoque pro Taberna meritoria. Juven. 3. Sat. 234.
— nam quæ meritoria somnum
Admittunt? magnis opibus dormitur in Urbe. Ulpian. in l. Si cujus rei. §. Item si domus. D. De usufruct. & quemad. Item si domus ususfructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet, neo per cœnacula dividere domum. Et paulo post, Quod autem dicitur meritoria non facturum, accipe quæ vulgo diversoria, vel fullonica appellantur. [Schol. vet. Juvenal. Meritoria, Tabernæ, ab eo, qui mercedes præstat Schurzfl. legit, Ab eo quod ibi mercede prostant. Ego vero, non Tabernas, verum Domicilia meritoria, i. e. Locatitium intelligi puto, idemque, quod Cœnaculum meritorium Suet. in Vitell. 7. vocat.
Meritorium, pro Lupanari in quo prostant meretrices. Firmic. lib. 6. cap. 51. Si autem iis Veneris accesserit stella, illustribus viris de meritorio detracta mulier conjugali gratia copulatur. Paulo post, Eritque in publicis meritoriis prostituta. V. Barth. Adversar. 48. 6.

MĔRĒTRIX, īcis. f. [ἑταίρα, πόρνη, μαχλὰς] a Merendo: nam mercede suam exercet militiam, inquit Valla. Terent. in prol. Eun. 37.
Bonas matronas facere, meretrices malas. Plaut. Truc. 2. 7. 16.
— meretricem ego item esse reor, mare ut est: quod des devorat,
nec unquam
Abundat.
Peregrinæ olim meretrices dicebantur. V. PEREGRINUS.
Amor turpis meretricis. Hor. 1. Serm. 4. 111.
Artes sacrilegæ meretricum. Ovid. 1. de Arte Am. 435.
Alicariæ meretrices. In ALICA.
Arguta. Hor. 1. Serm. 10. 40.
Blanda. Ovid. 1. Amor. 15. 18.
Commoda. In COMMODUS.
Ingenua. In INGENUUS.
Lutea. In LUTUM.
Mercabilis certo ære. Ovid. 1. Amor. 10. 21.
Perjura. Hor. 1. Carm. 35. 26.
Mulier, non solum meretrix, sed etiam procax. Cic. pro Cœl. 49.
Avellere se a meretrice. In AVELLO.
Amica meretrice insanire. Hor. 1. Serm. 4. 49.

MERETRĪCŬLA, dimin. [ἑταιρίδιον] Cic. 5. Verr. 30. A meretricula commendati. Idem 1. de Nat. Deor. 94. Sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa est. Adde Hor. 2. Serm. 7. 46.

MERETRĪCIUS, a, um. Adj. [ἑταιρικός] Quod est meretricis, vel quod ad meretricem pertinet. ut
Amores meretricii. Cic. pro Cœl. 48. Ter. And. 5. 4. 20.
Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?
Disciplina. Cic. 5. Verr. 6.
Domus. Ter. Eun. 5. 5. 18.
Corpora. Ovid. 2. Trist. 311.
Opes. Cic. pro Cœl. 1.
Quæstus. Cic. 2. Philip. 44.
Turba. Ovid. 5. Fast. 349.
Vicinitas. Cic. pro Cœl. 37.
Vita. Cic. pro Cœl. 48.

MERETRICIUM, i. n. [ἑταιρισμός] Ipsa meretricandi ars. Tranquil. in Calig. cap. 40. extr. Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico & quæ meretricium, & quæ lenocinium fecissent.

MERETRICIE, Adv. [ἑταιρικῶς] In modum meretricis. Plaut. Milit. 3. 3. extr. Quam digne ornata incedit, haud meretricie?

MERETRĪCOR, [ἑταιρίζω] āri. Columel. lib. 11. cap. 1. Quippe plurimum affert mali, si operario meretricandi potestas fiat.

MERGA, æ. f. Furcula qua acervi frugum fiunt. Dictæ mergæ a mergis volucribus: quia ut illæ se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur, sic messores eas in fruges demergunt, ut elevare possint manipulos. Hæc Festus. Plaut. Pœn. 5. 2. 58.
Palam vendundas sibi ait, & mergas datas,
Ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat. Idem Rud. 3. 4. 58.
Jam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugnis probe. Al. Pugneis. Mergis pugnis dixit, quasi eis uti velit pro furculis ad dentes colligendos. Proinde dixit, Tibi messis in ore fiet, subaudi Dentium.

MERGES, itis. f. Spicarum manipulus, inquit Servius: a Mergendo dictus. Virg. 2. Georg. 517.
Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
Proventuque oneret sulcos, atque horrea vincat. Plin. lib. 18. cap. 30. Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atque inter duas mergites spica distringitur. Quo loco Calepinus accipit pro Ferramentis quibusdam, quibus in rariore segete messores spicas solent distringere, quæ & Mergæ vocantur a Columella, ut idem ait.

MERGO, si, sum, [βαπτίζω, βυθίζω, καταποντίζω] ĕre. Sub aquam, vel terram subire. Plin. Epist. 173. Idem lacus in flumen egeritur: quod ubi se paulisper oculis dedit, specu mergitur.
Mergere ponto. Columel. lib. 10. v. 61.
Pelago mergere, Plin. lib. 9. cap. 36. Pelago altius mersæ, quam ut penetrent radii.
Brachia mersit in aquas. Ovid. 3. Met. 429.
Mergere se in flumen. Varr. 3. de R. R. cap. 10. Martial. lib. 4. 22.
Merserat in ultidos se Cleopatra lacus.
Æquore mergere aliquem. Virg. 6. Æn. 348.
Limo se mergit sæpius, siccatque sole. Plin. lib. 8. cap. 24.
Unda aliquem. Ovid. 10. Met. 697.
In undis aliquem. Ovid. in Ibin, 389.
Mergere aliquem in aquam. Cic. 2. de Nat. Deor. 8.
Sub æquore aliquem. Virg. 6. Æn. 342.
Mergit se in mari. Cic. 2. de Nat. Deor. 124. Eam sibi cibum quærere advolantem ad eas aves, quæ se in mari mergerent: quæ quum emersissent, &c.
Adde quod in nigras lethargi mergitur undas. Lucret. lib. 3. 848. De anima.
Mergitur unda delphinus. Cic. in Arato 381.
Mergere cymbas, pro Submergere. Plin. lib. 9. cap. 44.
Unda mergit ratem in ima. Ovid. 11. Met. 557.
Pars maxima classis mergitur. Lucan. lib. 5. 754.
Lumina somno mergimus. Valer. 8. Argon. 65.
Ferrum mersit visceribus. Claud. 1. Eutrop. 447.
Mersus secundis rebus. Liv. 9. 18. pr. Et loquitur de Alexandro, nondum merso secundis rebus. i. e. Obruto. Juven. 10. Sat. 57.
— mergit longa atque insignis honorum Pagina.
Malis mergere aliquem. Virg. 6. Æn. 512.
Funere mergere aliquem. Virg. 6. Æn. 429.
Quos dulcis vitæ exsortes, & ab ubere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Mergere ultimis suppliciis, per translationem, pro Obruere. Plin. lib. 7. cap. 40.
Mergi, Ære alieno obrui. Ulpianus in l. Quid ergo. de Contraria & utili actione tutelæ. Neque enim in hoc administrantur tutelæ ut merguntur pupilli. Budæus.
Mersus conscientia flagitiorum scelerumque. V. Conscientia in CONSCIO.
Mersus furno vel foro, per translationem dixit Plaut. Epid. 1. 2. 16.
Malim istiusmodi mihi amicos forno mersos, quam foro.

MERSUS, a, um. Partic. [βαπτισθεὶς] ut,
Campus mersus cruore. Sil. lib. 1. 50.
Carina mersa. Lucan. lib. 5. 632.
Dolor in corde. Stat. 5. Silv. 1. 201.
Ferrum in robora. Lucan. lib. 3. 435.
Res caligine. Virg. 6. Æn. 267.
Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
Pandere res, alta terra, & caligine mersas.

MERSŪRUS, a, um. Partic. [βαπτίσων] Ovid. in Ibin, 144.
Sic te mersuras adjuvet ignis aquas.

MERSO, [βαπτίζομαι] āre. frequent. Sæpe mergere. Columel. lib. 7. cap. 4. Quarto die, si est vicinia maris, ad litus deducta mersatur ovis. Virg. 1. Georg. 272.
Balantumque gregem fluvio mersare salubri.
Contra nunc rerum copia mersat. Lucret. lib. 5. 1006.
Aries mersatur in gurgite. Virg. 3. Georg. 447.
Fluctibus fortunæ mersor. Catull. ad Mallium, 66. 13.

MERSĬTO, āre. frequent. a frequentativo Merso. Solinus cap. 57. ad finem, Quo quis acrior fuerit, speique majoris, eo profundius nares mersitat in bibendo. De pullo equino.

MERTO, [καταβαπτίζω] āre. Idem quod Mersare. Accius Deiphobo, Vel hic qui in ea porte effrenata impudentia præsentem præsens dictis mertare instituit. Hæc Nonius 2. 542. Festus, Mertat pro Mersat dicebant.
Mertaret item, Merentem faceret. Accius Myrmidonibus: Quod sicut decuit ista res mecum, aut meos mertaret dolor, jamdiu inflammari & ardere naves vidissent suas. Nonius, 2. 533.

MERGUS, i. m. [αἴθυια] Avis, dicta quod se in aquam, cibum captans, assidue immergat, ut ait Varr. de L. L. lib. 4. 23. quem alii Mergonem appellant. Virg. 1. Georg. 361.
Quum medio celeres revolant ex æquore mergi. Hujus avis natura est, ut sæpe mergens aurarum signa colligat; & prævidens tempestatem futuram, propere medio revolet ex æquore, & ad litorum tuta cum clamore contendat. Hor. 2. Serm. 2. 51.
Si quis nunc mergos suaves edixerit assos,
Parebit, pravi docilis, Romana juventus.
Aprici mergi. Virg. 5. Æn. 128.
Mergus prius vitabit aquas: de Re incredibili dixit Ovid. 1. de Pont. 6. 51.
Nam prius incipient turres vitare columbæ,
Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas,
Quam male se præstet veteri Græcinus amico.
Mergus, in vite quid sit, declarat Columel. lib. 4. cap. 15. his verbis, Mergi genus est ubi supra terram juxta suum adminiculum vitis curvatur, atque ex alto scrobe submersa perducitur ad vacantem palum; tum ex arcu vehementer citat materiem, quæ protinus applicata suo pedamento ad jugum evocatur. Idem lib. 5. cap. 5. Vulgus nostrum, inquit Budæus, *marquotas*, *sotellosque* vocat.

MERGIBULUS, V. MERGUS.

MERICUS, Idem quod Meracus. ut est apud Agretium, in Vet. Grammat. Sylloge Gothofr.
Vitis merica. Columel. 23. 2. [Forte Marica.

MĔRĪDIES, ēi. m. [μεσημβρία] Medius dies, quasi medidies, nam ut ait Varro lib. 5. de L. L. 2. u antiqui, non r, in hoc loco dicebant. Cic. in Orat. 157. Ipsum meridiem cur non medidiem? credo quod erat insuavius. Ter. Adel. 5. 5. 62.
Meridie ipso faciam ut stipulam colligat.

Meri-

Meridies olim fuit Romanis incognitus. Plin. lib. 7. cap. ult. de horarum observatione, Serius etiam hoc Romæ contigit. Duodecim tabulis ortus tantum & occasus nominatur. Post aliquot annos adjectus est & meridies, Accenso Consulum id pronuntiante, quum a Curia inter Rostra & Græcostasin prospexisset solem.
Appetit meridies. In APPETO.
Inclinat meridies. Hor. 3. Carm. 28. 5.
Ad meridiem. V. AD præpositionem.
In meridiem spectat. V. IN præpositionem.
Abusive, Varro Marcipore pro Media nocte. Repente noctis circiter meridiem, Non. 6. 16.
Meridies vocatur & Australis mundi regio. Cic. 2. de Nat. Deor. 30. Sol cursum flectit tum ad septentrionem, tum ad meridiem.

MERIDIĀNUS, a, um. Adj. [μεσημβρινὸς, μεσημβρινός] Quod ad meridiem spectat. ut,
Meridianus orbis. Plin. lib. 13. cap. 4.
Meridianus sol. Idem lib. 12. cap. 19.
Meridianum tempus. Cic. 3. de Orat. 17.
Meridiani, pro certo genere Gladiatorum. Suet. in Claud. cap. 34. Bestiariis meridianisque adeo delectabatur, ut etiam prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie, dimisso ad prandium populo, persederet. Meridianos, vocat Gladiatores qui hora meridiana digladiabantur, & quidem, ut Lipsio placet, inermi corpore. V. hunc Saturn. 2. 13. & Torrent. in loc.

MERIDIANUM, i. n. pro Meridie. Gloss. Gr. Lat. μεσημβρινὸν, Meridianum. Plin lib. 9. cap. 8. Et lib. 2. cap. 26. Præter ora populi meridiano transcurrit. h. e hora meridiana.

MERIDIĀLIS, e. Adj. Gell. 2. 22. Meridialis ventus, ut Salmas. Exerc. Plin. p. 881. emendavit, pro

MERIDIONALIS, e. V. Cellar. Cur. Poster. p. 311. ubi ex Firmic. 2. 12. Signum meridionale, produxit. Lactant. quoque 2. 9. Meridionalis plaga. Sed in Mss. Meridiana, teste Cellario. [Non dubito, quin & Firmicus Meridiale reliquerit, vel certe Meridianale.

MERIDIO, āre. vel MERIDIOR, [μεσημβρίζω] āri. depon. Somnum meridianum capere. Sueton in Calig. cap. 38. Gloriatusque est expergefactæ somno Cæsoniæ, quantum egisset, dum ea meridiaret. Corn. Cels. lib. 1. cap. 2. Longis diebus meridiari potius ante cibum utile est; sin minus post eum: per hiemem potius totis noctibus conquiescere. Plaut. (puto suppos.) Jentando, meridiando, comessando, pergræcando vitam ducere. Catull. ad Hispitillam 30. 3.
Amabo, mea dulcis Hispitilla,
Meæ deliciæ, mei lepores,
Jube ad te veniam meridiatum.

MERIDIĀTIO, ōnis. f. [μεσημβρίασμα] Quies meridiana. Cic. 2. de Divin. 142. Nunc quidem propter intermissionem forensis operæ, & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus uti antea non solebam.

MERIDIĀTUS. Pontanus in Dial. 138. H. St.

MĒRIŎNES, [Μηριόνης] Idomenei patruelis, quem Homerus inter Græcorum fortissimos numerat, lib. 7. Iliad. auriga ipsius Idomenei. Hor. 1. Carm. 6. 13.
— aut pulvere Troico
Nigrum Merionem. Ibid. 15. 26.

MĒRIS, [μηρὶς] Herba est, quæ alio nomine Trifolium appellatur. De hac Dioscorides lib. 4.

MĒRISMOS, [μερισμὸς] a Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini Distributionem vocant: quum scilicet genus in species, aut totum in partes dissecamus: ordine discreto: quæ sententiarum figura divisioni ac partitioni affinis est. Nam Dispositio (quæ utrumque complectitur) est, auctore Fabio, utilis rerum ac partium in loco distributio. Huc etiam pertinet διάλυσις, id est Dissolutio.

MERITO, MERITORIUS, MERITUM. V. MEREO.

MERITUS, Mons est Thraciæ, apud Plin. lib. 4. cap. 11.

MERKEDĪNUS, sive MERKEDŌNIUS, [μερκηδῖνος, ὁ μερκηδόνιος] dictus est Mensis anni Romani veteris, intercalaris. V. Græv. ad Cic. 6. Fam. 14. & Schurzfl. Comment. in Ant. Rom. Johan. p 202. & 212. Meminit Plut. in Numa p. 72. & in Cæs. p. 735. ed. Francof. [Priori loco perperam μεγαλῖνος excusum pro μερκηδῖνος, ut ex posteriore loco & ex Suida emendandum est, apud quem μερκηδόνιος, τόνος τις. Falso, ut multa. Festus quoque, Mercedonias dixerunt, a Mercede solvende. Subaudito Dies. De etymo nominis V. varias sententias in Lex. Pitisci.

MERMĔROS, Unus ex Centauris. Ovid. 12. Met. 305.
Quique pedum nuper certamine vicerat omnes
Mermeros, accepto tum vulnere tardior ibat. μέρμηρος autem Latine Curiosus interpretatus, a verbo μερμηρίζω, quod est cogito & consulo.

MERMESSOS, [μερμησσός] Urbs Troadis, Sibyllæ Erythreæ patria, ut Stephano placet, qui etiam ab urbis hujus rubedine Erythræam eam appellatam existimat. Straboni tamen magis credendum existimo, qui lib. 14. Erythræam Sibyllam dictam putat ab Erythris Ioniæ urbe non procul a Clazomenis sita. V. Brockhus ad Tibul. 2. 3. 68. Gallæus ad Lactant. 1. 6.

MEROBIBUS, MEROBIBULUS, V. MERUM.

MEROCHITES, vel MEROCTES, V. MOROCHTHUS.

MĔRŎĒ, ēs. f. [μερόη] insulæ Nili metropolis; a qua & tota insula Meroe dicitur. Hanc Cambyses condidit, a nomine sororis Meroe. Quum enim Ægyptum omnem occupasset, Meroen secum usque ad Ægyptios ducens, processit; quæ quum ibi mortem obiisset, urbi nomen indidit. Forma insulæ scuto persimilis, de qua Lucan. lib. 10. 303.
— gurgite rupto
Ambitur nigris Meroe fecunda colonis. Patet longitudine stadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum, ebenum; præterea fert & lapidum multiplex genus. Distatque a Syene quinque millibus stadiorum, ultra quam est ad Torridam zonam. Exsuperat omnes alias Nili insulas, quas circiter septingentas esse scribit Diodorus lib. 1. & 17. Vide Strabonem lib. 17. ubi de Æthiopibus a Romanis victis mentio est.

MEROIS, idis. f. [μεροΐς] Herba est apud Plin. 24. 17. a Meroë, ubi nascitur, dicta.

MĔRŎPE, [Μερόπη] Pleïadum una, uxor Sisyphi; de qua infra in dictione PLEIADES.
Est item insulæ nomen Plinio, lib. 5. cap. 31. & (ut quidam putant) a Merope terrigena, Triopæ filio dicta, quæ & MEROPIA. V. SIPHNOS.

MĔROPS, ŏpis. m. [μέροψ] Avis quæ apes comedit. Virg. 4. Georg. 14.
— meropes, aliæque volucres. Plin. lib. 10 cap. 33.

MĒROS, [μηρὸς] Mons Indiæ, Libero sacer, sub cujus radicibus est Nysa civitas constituta. V. Plin. lib. 6. cap. 21. Μηρὸς autem, cum Græcis Femur denotet, hinc fabula de Baccho Jovis femori insuto nata est. V. Curt. lib. 8. cap. 10.

MERSO, MERSO. V. MERGO.

MERTENSIS, ĭdis. f. [μύρτης] Herba apud Plin. 26. 11. V. not. Hard.

MĔRŬLA, æ. f. [κόσσυφος] Avis; cujus etymon sic tradit Festus lib. 11. Merum antiqui dicebant solum; unde & avis Merula nomen accepit, quod solivaga est, & solitaria pascitur. Varro sic lib. 4. L. L. 11. Merula, quod mera, id est sola volitat. Quo nomine ridet Varronem Quintil. lib. 1. cap. 10. ubi de etymologia disserit. Cic. 5. de Finib. 44. Deinde suo quæque appetitu movetur; serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas, cornibus uti videmus boves, &c. Plin. lib. 10. cap. 29. Merula ex nigra rufescit, canit æstate, hieme balbutit, circa solstitium muta; rostrum quoque anniculis in ebur transfiguratur, duntaxat maribus.
Intentus merulis auceps. Hor. de Arte Poet. 458.
Merula, Piscis saxatilis. Plin. lib. 32. cap. 11.

MĒRUS, a, um. Adj. [ἄκρατος] Idem quod Solum, inquit Nonius 4. 295. Festus, Merum antiqui dicebant Solum. Et p. p. Nunc Merum, Purum appellamus. conf. Varr. in dict. præced. Cic. 2. de Orat. 94. Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium; cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano, meri principes exierunt. Alia exemplaria habent innumeri.
Alia per sese mero auro decorant. Plin. lib. 33. cap. 1.
Meri bellatores gignuntur, quas hic prægnantes fecit. Plaut. Mil. 4. 2. 83.
Clamor. Plaut. Mostel. 3. 1. 112.
Lac. Lucret. lib. 1. 262.
Libertas. Hor. 1. Epist. 18. 8.
Monstra mera nuntiarat. Cic. 4. Att. 7.
Mora mera est moneriet. Plaut. Capt. 2. 3. 36.
Nugæ. V. NUGA.
Rus. Plaut. Truc. 2. 2. 14.
Scelera mera loquuntur. i. e. Nihil aliud quam scelera. Cic. 9. Att. 12.
Spes. Ter. Phorm. 1. 2. 96.
Vinum. Plaut. Amph. 1. 1. 276.
Eam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri. Subaudi Hirneam. i. e. Ebibi.
Vina mera bibere. Ovid. 15. Met. 331.
Vires. Ovid. 2. de Arte Am. 474.

MĔRUM, [ἄκρατον] Sæpe substantive ponitur, pro Mero vino, quod subauditur. Plin. lib. 23. cap. 1. Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum, aconita, viscum, meconium, argentum vivum.
Multi meri Damalis. i. e. Ebriosa. Hor. 1. Carm. 36. 13.
Latex meri. Ovid. 13. Met. 633.
Odium. Ovid. 13. Met. 328.
Plena pocula. Ovid. 9. Met. 238.
Vis. Ovid. 14. Met. 274.
Bimi patera meri. Hor. 1. Carm. 19. 15.
Diffusum pateris merum. Hor. 4. Carm. 3. 33.
Dulce. Hor. 3. Carm. 13. 2.
Lene. Hor. 3. Carm. 29. 2.
Pingue. Hor. 2. Serm. 4. 63.
Rubens. Sil. lib. 7. 190.
Superbum. Hor. 2. Carm. 14. 26.
Certare mero. i. e. Contendere poculis. Hor. 4. Carm. 1. 31. & 1. Epist. 19. 11. Nocturno certare mero, putere diurno.
Curare genium mero. Hor. 3. Carm. 17. 14.
Diluitur cura. Ovid. 1. de Arte Am. 237.
Implere cratera. Virg. 3. Æn. 623.
Ingurgitare in se merum. V. INGURGITO.
Ponere merum in gemma. Ovid. 8. Met. 572.
Succensi mero ad bellum Lapithæ. Senec. Herc. fur. 9.

MERE, Adv. [ἀκράτως] Pure. Plaut. Truc. 1. 1. 21.
Si semel amoris poculum accepit mere.

MERIBIBULUS, a, Qui vel Quæ vinum sine aqua bibit; cujusmodi homines a Græcis ἀκρατοπόται appellantur; quo veluti peculiari epitheto apud illos Thraces notati sunt. August. de Confess. 9 8. Quum temeri avidior esset, quadam die ab irata ancilla per convicium appellata est meribibula; quæ res tantum ei pudorem injecit, ut postmodum sobria prorsus fuerit. Et hoc quidem nomen diminutivum est a Merobibus. [Ergo Merobibulus scribendum foret. Sed satius est divise scribere Meri bibula. Sic Horat. lib. 1. Ep. 14. 34.
Quem bibulum liquidi media de luce Falerni. & Ep. 18. 91.
Potores bibuli media de nocte Falerni. Ubi tamen, ne quid dissimulem, Bentlejus e Ms. Liquidi legit, tuente priorem lectionem Cuningamio.

MERŌBIBUS, a, um. Adj. [ἀκρατοπότης] Qui merum bibit. Plaut. Curcul. 1. 1. 77.
Anus hic recubare solet custos janitrix;
Nomen est lenæ multibiba, atque merobiba.

MERULENTUS, a, um. Adj. Fulgent. 1. Myth. Pierides, perpetis ungulæ rivo merulentæ. V. Barth. Adversar. 25. 1. p. 1210.

MERŌSUS, a, um. Adj. video laudari ex Statio: idem scil. atque Meri bibulus.

MĒRO, [Μέρων] Joco dictus est Nero, quod impendio vinosior esset. Suet. in Tiber. cap. 42. In castris, tiro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur. [Forte pro Caldius scribendum Culleus. V. in hac ipsa voce.

MĔRŬSIUM, i. n. [μερούσιον] Siciliæ locus 70 stadiis a Syracusis distans, cujus incolæ Merusii dicti sunt. Auctor Stephanus.

MERX, mercis. f. [ἐμπόρευμα] Quod emitur, vendituve. Cic. 3. de Rep. apud Non. 5. 35. Phœnices primi mercaturis & mercibus suis, avaritiam & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportaverunt in Græciam.
Delicata. Plin. 4. Epist. 14. Tu fortasse orationem, ut soles, & flagitas &

& exfpectas; at ego, quafi ex aliqua peregrina delicataque merce, lufus meos tibi prodo.
Emendæ. Hor. de Arte Poet. 419.
Efculentæ. i. e. Ea quæ hominum efui accommodata venduntur. Columel. 11. 3. de cucurbitis, At fi efculentæ merci præparabis, recto cacumine de collo cucurbitæ fumptum femen ferendum erit; quo prolixior & tenuior fructus ejus nafcatur. h. e. Si ferere voles cucurbitas ad efum vendendas.
Fallaces & fucofæ. Cic. pro Rabir. Poft. 39.
Femineæ, Quæ ad feminas pertinent. Ovid. 13. Met. 165.
Improba. V. IMPROBUS.
Invendibilis, V. Proba merx.
Mala. In MALUS.
Proba. Plaut. Poen. 1. 2. 129.
Invendibili merci oportet ultro emtorem adducere,
Proba merx facile emtorem reperit, tametfi in abftrufo fita eft.
Sordidæ mercis negotiator. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Vendibilis. Plin. lib. 32. cap. 2. Nunc tanta penurie eft vendibili merce, ut perquam raro cernatur in fuo orbe.
Augere merces. In AUGEO.
Convehere ex Hifpania. In CONVEHO.
Effe in merce. Plin. lib. 12. cap. 25. h. e. Venire.
Expedire fuas merces, Oftendere & explicare. Ovid. 1. de Arte Am. 421.
Extrudere venales. Hor. 2. Epift. 2. 11.
Geftas mercem fine fucis. Hor. 1. Serm. 2. 83.
Mutare. Virg. 4. Ecl. 39.
Oftendere. Hor. 1. Serm. 2. 105.
Partiri. Cic. in Vatin. 12.
Vendere. Ovid. 5. Faft. 671.
Merx mala, conviciofe pro Homine infrugi. Plaut. Cift. 4. 2. 61.
Mala merx hem hæc & callida eft. Add. Perf. 2. 2. 56. Pfeud. 4. 1. 44.
MERCĀLIS, e. Adj. a Merce, quafi Vendibilis. Columel. lib. 7. cap. 6. Ex his fingula capita, quæ videntur effe robuftiora, in fupplementum gregis refervantur, cetera mercalibus traduntur. Ita Calepinus. Emendata autem exemplaria habent Mercantibus, vel Mercatibus.
MERCOR & deducta ab eo, V. fupra fuo loco.
MERCĪMŌNIUM, i. n. Idem. Plaut. Amphit. prol. pr.
Ut vos in veftris vultis mercimoniis
Emundis vendundifque me lætum lucris
Afficere. Idem Moft. 3. 3. 12. & Tacit. 15. Ann. 38. 2.
MERCĬPRĔTIUM, i. n. Plaut. Moft. 3. 1. 130. Sicuti mercipretium ftatui. Sic ibi una dictione legit Acidalius, ut Manupretium. [Sic in Thef. Lipf. fed falfa eft Plautini loci citatio, nec eam, propter æque mendofos indices, reftituere licuit.
MERYX, Pifcis genus. Plin. 32. 11.

M E S

MĔSA, [[illegible]] tefte Vitruvio, funt Partes mediæ ædium, quas idem Latine Medianas appellari afferit.
Item Cannabis laudatiffimum genus e medio, quæ mefa vocatur. Plin. 19. 9.
MĔSANCŬLOM, i. n. [[illegible]] Genus teli ufitati apud antiquos, cujus meminit Gell. lib. 10. cap. 25.
MĔSAPIA, V. MESSAPIA.
MĔSĂRÆUM, i. n. [[illegible]] Membrana eft ex venis, arteriis, ac nervis contexta, per cujus vafa ex ventriculo in hepar alimenti diftributio contingit. Idem etiam [illegible] appellatur, a fitu videlicet inter ventrem inteftinaque ac ipfum hepar medio, velut in Anatomicis lib. 6. Galenus tradit. Vafa autem, tum venarum, tum arteriarum, Mefaraica ab eadem membrana dicuntur. Hippocrates [illegible] appellavit, partis vocabulo pro toto ufus. Eft enim Mefocolon proprie ea pars Mefenterii, ex qua inteftina craffa dependent. Neque tamen altera pars Mefenterii, unde tenuia inteftina pendent, nomen aliquod privatim habet, ut videlicet [illegible] vel fimili vocabulo appelletur. Totum vero Mefenterium in unum quoddam fpinæ verticulum, poft feptum transverfum fub ventrem fitum, procedit; indeque ex ligamento nervofo dependet, velut Galenus in 4. Comment. in 6. Epidem. Hippoc. declarat. V. Hefych.
MESAULÆ, vel MESAULION, [[illegible]] Pl. Mefaulæ, vel Mefaulia, Ædium itinera dicuntur, quod inter duas aulas, id eft duo atria funt interpofita. noftri Andronas vocant. Vitruv. lib. 6. cap. 10. *Voyes communes entre deux falles.* V. Bald. Lex. Vitruv.
MĔSE, [[illegible]] eft Chorda, id eft, media: Unus ex 18 phthongis e quibus conftat muficum fyftema. V. Vitruv. 5. 4. Bald. Lex. Vitruv.
MĔSEMBRIA, [[illegible]] Megarenfium colonia, quam antea Menebriam vocabant, veluti Menapolim, id eft Menæ civitatem. Ejus enim ædificator Menas appellabatur. Bria vero fermone Thracio Civitas vocatur. Hæc Strabo lib. 7. Nunc vulgo vocatur *Meffember*; teftis Olivarius in Melam.
MESEMBRIACUS, a, um. Adj. ut Mefembriaci portus. Ovid. 1. Trift. 6. 37. i. e. Thracii. Mefembria enim urbs eft Thraciæ.
MESENTERIUM, [[illegible]] V. MESARÆUM.
MĔSĒS, [[illegible]] Ventus inter Boream & Cæciam. Plin. lib. 2. cap. 47.
MĔSIA, V. MŒSIA.
MESUA, Pomponio lib. 3. cap. 5. Infula eft finus Gallici.
MĔSŎCHŎRUS, i. m. [[illegible]] Fiftulator, citharifta in medio faltationum. Sidonius lib. 2. Ep. 2. extr. Nullus ibi lyriftes, choraules, mefochorus, tympaniftria, pfaltria canit.
MESŎCŎLOM. V. MESARÆUM.
MĔSŎLĂBIUM, [[illegible]] Inftrumentum eft ab Eratofthene excogitatum ad mediarum linearum inventionem, quibus folent mathematici figuras augere, aut duplicare; eas lineas [illegible] vocat in Marcello Plutarchus fic fcribens, [illegible] Hujus Mefolabi ratio ab Eutocio explicatur. Meminit Vitruvius 9. 3. V. Turnebum & Baldi Lexicon.
MĔSŎLEUCOS, [[illegible]] eft, inquit Plin. lib. 37. cap. 10. Gemma, quam mediam candida diftinguit linea.
Mefoleucos, Herba. Plin. lib. 27. cap. 11. Leuce Mercuriali fimilis, nomen ex caufa accepit, per medium folium candida linea tranfcurrente; quare Mefoleucon quidam vocant.
MĔSŎMĒDES, [[illegible]] Poeta Adriano principi cariffimus. Scripfit in laudem Antinoi cooleti ipfius. Auctor Suidas.

MĔSŎMĔLAS, ănos. m. [[illegible]] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Mefomelas nigra vena quemlibet colorem fecante per medium.
MESON, V. MÆSON.
MĔSŎNAUTA, æ. m. [[illegible]] Qui medium inter nautas locum obtinens reliquis remigandi fignum præbet. l. 1. §. 1. D. de Naut. Caup. Stab.
MĔSŎPERSICÆ, [[illegible]] Genus calceamentorum muliebrium, apud Pollucem lib. 7. cap. 22.
MĔSŎPŎTĂMIA, [[illegible]] Afiæ regio, inter Tigrim & Euphratem. Unde nomen fortita, ut eft notum, cum ex aliis, tum ex Philoftrato lib. 1. de vita Apollonii, & Tacit. 6. Ann. 37. Habet ab Oriente Tigrim, ab Occidente Euphratem, a Meridie Babyloniam, ab Aquilone Caucafum. Nunc dicitur *Halapia*, tefte Olivar. in Melam.
[illegible] Steph. H. St.
Mefopotamiam fertilem efficit Euphrates: in quam quotannis quafi novos agros invehit. Cic. 2. de Nat. Deor. 130.
MESOSPHÆRON, i. n. [[illegible]] Plin. lib. 12. cap. 12. de nardi generibus loquens, Quod minore folio eft, Mefofphærum appellatur.
MESPĬLUS, i. f. [[illegible]] Arbor. Plin. lib. 17. cap. 24. Mefpilus quoque in fenecta obnoxia ei morbo eft.
MESPILUM, i. n. [[illegible]] Fructus ejufdem arboris. Plin. lib. 15. cap. 20. Malorum, pirorumque generi adnumerantur jure mefpila atque forba.
MESSĀLA, [[illegible]] dictus eft Valerius Corvinus, quia primus Meffanam in Sicilia vicit, & primus ex familia Valeriorum urbis captæ in fe tranflato nomine, Meffana appellatus eft, paulatimque vulgo permutante litteras, Meffala dictus eft. Auctor Senec. lib. de Brevitate vitæ, cap. 13. Unde & Meffalarum familia Romæ florentiffima, ex qua Meffala Corvinus orator nobilis ortum habuit.
Difertus Meffala. Hor. de Arte Poet. 371. Sunt qui Meffalla fcribunt, geminata utraque littera, fed perperam.
MESSĀLĪNA, [[illegible]] nomen filiæ Barbati Meffalæ, confobrini Claudii imperatoris. Quæ quum adolefcentula effet, ipfi Ti. Claudio Imp. feni nupfit. fummæ libidinis mulier, ita ut innumeris adulteris fe fubmiferit, & mutata vefte, lupanaria frequenter adierit. Tandem ab ipfo Claudio fupplicio affecta eft, quum C. Silio adultero fuo, per fpeciem fimulatarum tantum nuptiarum decepto marito, confenfu ipfius nupfiffet. V. Suet. Claud. cap. 26. & 29. Tacit. Ann. 11. & Juven. 6. Sat. 118. & 10. 333.
MESSĀNA, [[illegible]] Civitas eft Siciliæ, propinqua Peloro monti, ut fcribit Plin. lib. 3. cap. 8. Clariffima autem eft ex Punicis & Atticis bellis, ante Zancle vocata. Nunc vulgo *Meffina* dicitur. Sil. lib. 14. 194.
Incumbens Meffana freto, minimumque revulfa. Poftea quum Mamertini, natio Campana, eo colonos mififfent, ipfi quoque Mamertini potius quam Meffanenfes funt vocati.
Feras Meffana. Ovid. 6. Met. 417. Scribitur & Meffene, Græco nomine. Steph. [illegible], unico s. Hinc
MESSĒNIUS, a, um. Adj. ut, Mœnia Meffenia. Ovid. 14. Met. 17.
Litore in Italico, Meffenia mœnia contra,
Scylla mihi vifa eft.
MESSĀPÆ, [[illegible]] Laconici agri locus, in quo Juppiter colebatur, ut ex Theopompi fententia refert Stephanus.
MESSĀPION, [[illegible]] Eubœæ infulæ mons, ita dictus a Meffapo, vel Meffapio quodam, qui inde in Italiam coloniam deduxit. Stephanus.
MESSĀPUS, [[illegible]] Unus ex fortiffimis Italiæ ducibus, qui Turno adverfus Æneam fuppetias tulit. Virg. 7. Æn. 691.
At Meffapus equûm domitor, Neptunia proles. Quem Virgilii locum exponens Servius, ideo Neptuni filium creditum sit, quod mari in Italiam fuerit advectus.
MESSAPIA, vel MESAPIA, æ. f. [[illegible]] Italiæ regio, alias Apulia, a Meffapo rege appellata. Feftus. Strab. 9. Hinc
MESSAPIUS, vel MESAPIUS, e, um. Adj. [[illegible]] ut, Meffapia arva. Ovid. 14. Met. 513.
MESSEIS, [[illegible]] Theffaliæ fons eft, non procul a Pharfalo oppido, cujus meminerunt Plin. lib. 4. cap. 8. & Strab. lib. 9.
MESSĒNIA, [[illegible]] Regio Achaiæ in Peloponnefo, duodeviginti montium, ut ait Plin. lib. 4. cap. 5. In illa regione oppidum eft Meffene. Nunc dicta *Mifferia*, ut fcribit Olivarius in Melam. Hinc
MESSENIUS, a, um. Adj. ut, Mœnia Meffenia. Ovid. 12. Met. 549.
Ille tuus genitor Meffenia mœnia quondam Stravit, &c.
MESSENIĂCUS, a, um. Adj. ut, Meffeniacus finus. *Le golfe de Coron.*
MESSIAS, æ. m. [[illegible]] Hebraice, Græce Χριςὸς, Latine Unctus dicitur.
MESSIO, MESSIS, MESSOR, MESSORIUS. V. METO.
MĔSŬVIUM, [[illegible]] Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs. vulgo *Magdeburg*.

M E T

MET, fyllaba, ornatus caufa ponitur, & adverbium eft; ut, Egomet. Jungitur cafibus omnibus pronominum primæ perfonæ, tam fingularis, quam pluralis numeri, abfque genitivo plurali, ut Egomet, Memet, Nofmet. Secundæ vero perfonæ obliquis tantum cafibus, ut Teimet, tibimet: nominativo non addunt, ne verbum putetur Tumet a Tumeo. Metipfe, pro Ipfemet. Tryphoninus in l. Ufufructuarium. D. de ufufruct. Si metipfæ inciderint, dilapfæve fuerint.
Tanquammet. Plaut. Curc. 5. 2. 29.
Phædrome, obfecro ferva me. PH. tanquammet genium meum.
In emendatis libris eft, Tanquam me & genium m.
Metfecundus, Mettertius &c. pro Secundus ipfe &c. Locutio ævi medii fcriptoribus peculiaris, damnata Voff. de Vit. Serm. 3. 25. extr. ubi & Metfeptimus affert.
MĒTA, æ. f. [[illegible]] Congeries feu ftrues in acutum tendens, ceu turbo inverfus, conos a Græcis appellata: quia effet pofita in dimenfo fpatio; vel quia eam metiuntur Curforum quadrigæ circum currentes. Mos enim erat, ut fepties metam luftrarent. Propert. lib. 2. 19. 66.
Aut prius infecto depofcit præmia curfu,
Septima quam metam triverit ante rota. Quum enim jam carceribus emiffæ ad metam veniffent quadrigæ, erat opus ut circum ipfam flecterentur. Virg. 5. Æn. 129.
Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam
Conftituit, fignum nautis, pater: unde reverti
Scirent, & longos ubi circumflectere curfus.
Contingere. Hor. de Arte Poet. 412.

Qui cupit optatam cursu contingere metam.

Stringere metas rota. Ovid. 3. Amor. 2. 12.

Tendere ad metam Ovid. 15. Met. 453.

Terenda meta edmissa rota Ovid. 1. de Arte Am. 40.

Meta, [τέρμα] per translationem, pro Agrorum termino ponitur, quem pyramidali forma effigiari mos fuit. [Immo quacunque forma essent termini, e mensore positi, Metæ dicebantur, quas peracta mensura rursus evallabant. V. Frontin. de Colon. p. 141. Gœs. & fragm. de Limit. p. 218.

Meta, pro Termino quocunque ac fine. Virg. 1. Æn. 282.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Sic apud Cic. 2. de Divin. 17. Meta noctis.

Mortis metæ. Virg. 12. Æn. 546.

Hic tibi mortis erant metæ.

Spatii. Senec. Troad. 6.

Contingere. at Virg. 5. Æn. 835.

Jamque fere mediam cœli nox humida metam

Contigerat.

Distare. ut, Sol ex æquo meta distabat utraque. Ovid. 3. Met. 145.

Orare metam laboribus. Sil. lib. 13. 260.

Hæsit ad metas fama ejus. Cic. pro Cœl. 75. In hoc flexo quasi ætatis (nihil enim &c.) fama adolescentis paulum hæsit ad metas, notitia nova mulieris, & infelici vicinitate, & insolentia voluptatum. [Manifesta allusio ad Curriculum circense, in quo cum periculo meta circumeunda fuit, sæpeque ad eam hæserunt aurigantes.

Properare ad metam. Ovid. ad Liv. 359.

Tangere metam vitæ. Ovid. 1. Trist. 8. 1.

Transcendere Pyliæ ævi metas, Superare annos Nestoris, id est trecentos. Stat. 5. Silv. 3. 255.

Venit ad metas voluptas finita. Ovid. Rem. Amor. 413.

Meta, quandoque accipitur pro Inferiore parte molæ; sicut Catillus pro Superiore. V. Catillus, in CATINUS.

Meta fœni, strues in similitudinem metæ confecta. Plin. lib. 28. cap. 28. Columel. lib. 2. cap 19. Certe quicquid ad eum modum, quo debet, siccatum erit, in metas construi conveniet, easque ipsas in angustissimos vertices exacui; sic enim commodissime fœnum defenditur a pluviis; quæ etiamsi non sint, non alienum tamen est prædictas metas facere, ut si quis humor herbis inest, exsudet atque excoquatur in acervis.

Meta lactis. dicitur Caseus ad formam metæ factus. Martial. lib. 3. 58. 35.

Fert ille ceris cana cum suis mella,

Metamque lactis. Idem 1. 44. Metas lactantes, quasi Adhuc lac stillantes, vocat:

Rustica lactantes nec misit fiscina metas.

METULA, æ. f. [κωνίδιον] dimin. legitur apud Plin. 5. Epist. 6.

METALITER, Adv. Mart. Capell. lib. 8. Lunæ defectus fit, cum linea Solis umbra terræ metaliter infuscatur. i. e. In formam metæ seu coni.

METARIUS, a, um. Adj. Arnob. lib. 2. Metariæ circumscriptionis expers.

METOR, [περιορίζω, ὁρίζω, χωρομετρέω] āri. depon. Metas in agris terminandi gratia disponere, Mensurare locum. V. Fest. Liv. 1. 10. Hæc tibi victor Rumulus, rex regia arma, fero: templumque iis regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico. Plin. lib. 7. cap. 37. Dinocrates metatus, Alexandro condente, in Ægypto Alexandriam. De geometriæ excellentia.

Metari cœlum Astronomus dicitur. Ovid. 1. Fast. 309.

Metari pedibus. Gell. lib. 1. cap. 1.

Metari, Disponere & parare. Virg. 2. Georg. 274.

— si pinguis agros metabere campi,

Densa sere. Metabere, i. e. Eliges. Servius. Unde, Castra metari dicimus, pro Castra disponere. Liv. Castra prope Tiberim metatus est.

Meto, etiam invenitur. [ὁρίζω] Virg. in Culice 173.

Metabat sese circum loca, cum videt ingens &c.

Metatus, etiam passive dicitur. Hor. 2. Carm. 15. 14.

— nulla decempedis

Metata privatis opacam

Porticus excipiebat Arcton.

Agellus metatus. Hor. 2. Serm. 2. 114.

METATIO, ōnis. f. [χωρομέτρησις] Dispositio. Columel. lib. 9. cap. 15. Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditissima ratione conficitur.

METATURA, æ. f. Idem. Lactant. 4. 11.

METATOR, ōris. m. [χωρομέτρης] Qui arbores in seminario vel arbusto disponit, [vel potius Qui agrum, castrave, metatur,] qui etiam a Cicerone dicitur Decempedator. Lucan. lib. 1. 382.

Audax Hesperios veniam metator in agros. Plin. lib. 18. cap. 33. Oliveti metator.

Metatores in castris dicuntur, Qui præcedentes locum eligunt castris ipsis, auctore Vegetio lib. 2. cap. 7. Cic. 14. Philip. 10. Quam, jam peritus metator & callidus, decempeda sua Saxe diviserat? de Urbe loquens.

Castrorum metator & urbis. Cic. 11. Philip. 12.

METABASIS, [μετάβασις] Latine Transitio; Figura qua monemus quid dictum sit, & proponimus quod superest; ut Cic. pro Deiot. 21. Habetis crimina insidiarum: nihil enim dixit amplius. Et paulo post sequitur, Reliqua pars accusationis duplex fuit.

METABOLE, [μεταβολή] quam quidam Trajectionem interpretantur; Figura est, quæ fit contrariis ita transpositis, ut a priori posterius oppositum proficiscatur: ut apud Terentium in Andr. 2. 1. 6.

Quæso edepol, Charine, quoniam id fieri quod vis non potest, id velis Quod possit.

METABUS, [Μέταβος] Metaponti conditor fuit, quam urbem etiam Barbari Metabum appellabant. Steph. Μεταπόντιον, inquit, πόλις Ἰταλίας ἡ πρότερον Σίρις, ἀπὸ Μεταβοῦ τοῦ Σισύφου τοῦ Αἰόλου. τὸ γὰρ Μεταπόντιον οἱ Βάρβαροι Μέταβον ἔλεγον. Virgilius 11. Æn. 540. Camillæ patrem Metabum dicit fuisse:

Priverno antiqua Metabus quum excederet urbe.

METAGONIUM, [Μεταγώνιον] Promontorium Africam a Numidia dividens: ita dictum, quod angulare sit. ob hoc promontorio Numidia ipsa Metagonitis dicitur. Auctores Plin. lib. 5. cap. 3. & Mela lib. 1. cap 7.

METALEPSIS, is. f. [μετάληψις] Figura est, quam modo translativam, modo transsumptivam, modo transpositivam dicimus, e μετὰ trans, λῆψις acceptio. Fit autem quum aliqua dictio aliud e propria sua significatione, ex his quæ præcesserunt, denotat. ut apud Virg. 1. Ecl. 70.

Post aliquot, mea regna videns, mirabor aristas. i. e. Segetes. [Sed V. in ARISTA notata.

METALLUM, i. n. [μέταλλον] dici potest Perscrutatum; a μεταλλάω, quod perscrutor significat; quod metallum intra terræ venas scrutari soleamus. Plin. lib. 33. cap. 21. Et ubicunque una inventa vena est, non procul invenitur alia; hoc quidem & in omni fere materia: Unde metalla Græci videntur dixisse μετὰ ἄλλα, id est post alia.

Ignis excoquit vitium metalli. Ovid. 4. Fast. 785.

Potior metallis libertas. Hor. 1. Epist. 10. 39. i. e. Potior auro.

Æris metalla ostendit venis terra. Virg. 2. Georg. 165.

Fulvum, Aurum. Senec. Agamem. 9.

Fulvi metalli vasta congeries Claud. 2. in Ruffin. 134.

Generosi vena. Lucan ad Pison. 213.

Incoctum. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 241.

Metalla, pro Locis unde metalla effodiuntur. Nepos 5. 1. 3. Magnas pecunias ex metallis fecerat. Ita

Aurata. Lucret. lib. 6. 811.

Aurifera. Lucan. lib. 3. 209.

Inexhausta. V. INEXHAUSTUS. Virg. 10. Æn. 174.

Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis. de Ilva.

Metallum miniarium. Plin. 33. 7.

Argentaria metalla, & auraria. Plin. lib. 34. cap. 18.

Ferraria. Plin. lib. 34. cap. 14.

Plumbarium. Plin. lib. 33. cap. 7.

Transfertur ad Lapicidinas. Lucan. 4. 303.

Tunc exhausta super multo sudore juventus

Extrahitur duris silicum lassata metallis. Hinc, In metallum damnare, est In lapicidinam damnare. Plin. 10. Epist. 66.

Nivea. Sil. lib. 8. 482. Intelligit Marmor.

Metallum, de creta dixit Plin. 18. 11.

METALLICUS, a, um. Adj. [μεταλλικός] Quod ad metallum pertinet: ut, Metallica natura. Plin. lib. 27. cap. 4. Fossa qui traderent in Judæa super Hierosolyma ejus naturam metallicam.

METALLICUS, i. m. [μεταλλεύς] Qui in metallis operatur. Plin. lib. 34. cap. 16. Lavant eas arenas metallici; & quod subsidit, coquunt in fornacibus.

Metallicus etiam dicitur In metalla damnatus. l. 10. §. 1. D. de Pœnis.

METALLARIUS, i. m. Qui metallum effodit. apud JCtos. V. tit. Cod. de his ipsis.

METALLIFER, ĕra, ĕrum. Adj. [μεταλλοφόρος] Stat. 4. Silv. 4. 23.

Anne metalliferæ repetit mea mœnia Lunæ?

Terræ metalliferæ. Sil. lib. 15. 498.

METAMORPHOSIS, eos. f. [μεταμόρφωσις] Latine Transformatio, vel transfiguratio dicitur. Quo nomine Ovidius opus suarum transformationum appellari voluit. Utitur hac voce Quintil. 4. 1.

METAPHORA, æ. f. [μεταφορά] Tropus est, quo ex simili simile significatur. Translatio e Cicerone dicitur: ut Virg. 9. Æn. 773.

— ferrumque armare veneno. Metaphora duplex est; nam & Veneno armare, & Ferrum armare, translatio est. Quintil. lib. 8. cap. 6. In totum autem metaphora est brevior similitudo; eoque distat, quod illa comparatur rei, quam volumus exprimere, hæc pro re ipsa dicitur.

METAPHYSICA, [μετὰ τὰ φυσικά] tantum pluraliter, Supernaturalia dicuntur. Quum tamen vere, & ex ipsius operis quod conscripsit Aristoteles titulo, μετὰ τὰ φυσικά scribatur. Titulus tamen hic factus ab indoctis interpretibus videtur, quum ab Aristotele ipso appelletur Theologia & Philosophia prima.

METAPLASMUS, i. [μεταπλασμός] ad verbum dici potest Transformatio. Est autem translatio quædam recti, solitique sermonis in alteram speciem, vel metri, vel ornatus, vel necessitatis gratia. Donatus.

METAPINUM, teste Plinio lib. 3. cap. 4. Unum est ex ostiis Rhodani.

METAPONTIS, idis. [Μεταποντίς] Insula est in mari Carpathio, inter Rhodum & Gnidum sita, recentiore nomine Syme appellata, a Syme Ialysi filia. V. Steph. in dictione Syme.

METAPONTUM, vel METAPONTUS, [Μεταπόντιον] Italiæ oppidum in sinu Tarentino a Pyliis, qui Nestore duce e Troja navigaverunt, conditum; adeo terræ proventu & agricolatione felix, ut ea gratia auream æstatem Apollini Delphico aliquando donum obtulerit. Testis Strabo lib. 6. quod de Statua vel Simulacro æstatis intelligendum videtur. Meminit Pomponius lib. 2. 4. Ptolemæo Metapontium dicitur. Plin. lib. 14. cap. 1. Metaponti templum Junonis vitigineis columnis stetit.

METAPONTINUS, a, um. Adj. [Μεταποντῖνος] Liv. 22. 61: & 29. 19.

METATHESIS, is. f. [μετάθεσις] Latine Transpositio dicitur, quum una littera necessitatis causa ex uno dictionis loco in alium transponitur, ut Tymbre pro Tymber, & Evandre, pro Evander.

METATIO, METATOR. V. Metor in META.

METAURUS, [Μέταυρος] & METAURUM, Umbriæ fluvius in Flaminiam decurrens; quæ regio Gallia dicebatur, ubi Claudius Nero consul cum Salinatore Asdrubalem cecidit. Nunc Plumbe fluvius, teste Olivario in Melam. Plin. lib. 3. cap. 14. Olivarius in Melam lib. 2. cap. 4. aliud facit Metaurum, quod dicit vocari Tariana.

Flumen Metaurum. Hor. 4. Carm. 4. 38.

Vagus prærupta valle Metaurus. Claud. 6. Cons. Hon. 301.

Velox. Lucan. lib. 2. 405.

METAXA, æ. f. [μέταξα] a junioribus Græcis dicitur, Latine Sericum. Qua voce usi sunt Arcadius & Honorius lib. 11. Cod. titulo 7. de murilegulis. Martianus quoque, D. de publican. & vectigal. l. ult. Metaxa, inquit, vestis serica vel subserica. Aetius & Actuarius medici, bombycum vermium vellus, antequam cortinam vel colorem experiatur, id est (ut vulgo dicunt) Sericum crudum, cataxam vocant, luxata dictione, pro mataxa sive metaxa. Utcunque cataxam agnovit Ruellius de stirpibus lib. 2. cap. 150. in fine. adeo pertinax in illis auctoribus menda irrepserat.

METAXARIUS, i. m. Metaxæ sive serici negotiator. Justinianus lib. 8. Cod. titulo 14. De pignoribus & hypothecis.

METELIS, [Μέτηλις] Oppidum Ægypti, non procul ab Alexandria, recentiore nomine Re-bis appellatum; a quo vicinus Nomus Metelites dictus est. Stephanus.

METELLA, æ. f. Crates de ligno facta & lapidibus repleta, quæ in caput machinas

machinas admoventium dejicerentur. Veget. 4. 6. [Sed variant codd. teste Stewechio Forte Matella scribendum, quia super caput oppugnatorum, velut Matula, effunditur.

METALLI, dicuntur in re militari, quasi Mercenarii. Accius Annalium 27. Calones, famulique, metellique, caculæque. Hæc Sext. Pomp. lib. 11.

METELLUS, [μέτελλος] Cæciliæ gentis cognomen. Metelli plebeii fuere, verum clari victoriis & magistratibus. Quorum primus L. Cæc. Metellus cæcus & Pontifex maximus; quam orbitatem contraxit dum sacra ex incendio ædis Vestæ rapuit. Prius enim primo bello Punico, adversus Pœnos speciosissimum egit triumphum, XIII ducibus hostium, & CXX elephantis in eo doctis. V. Liv. Epit. 19.

Q. Cæc. Metellus, a domita Macedonia Macedonicus vocatus, Prætor Pseudophilippum vicit, & Achæos, quos bis prælio fudit, triumphandos Mammio tradidit. Invisus plebi ob nimiam severitatem, & ideo Consul ægre factus. Hæc fere Auctor de Viris Ill. cap. 61. De hoc Liv. Epit. lib. 59.

Memorantur alii plures Metelli, ut Q. Balearicus, L. Vittatus, quem Plinius Diadematum vocat.

Metellus præterea Numidicus dictus, quod consul de Numidiæ rege Jugurtha triumphavit. Cujus meminit passim Cicero, Sall. in Jug. item Gell. lib. 1. cap. 6. & lib. 6. cap. 11.

Q. Metellus Creticus a devicta Creta dictus, cujus meminit Plutarchus in Pomp.

L. Metellus Dalmaticus e devictis Dalmatis. Auctor Pædianus Act. 3. in Verrem 154.

Pugnax Metellus. Lucan. lib. 3. 114.

Fortes. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 147.

METELLINUS, a, um. [μετέλλινος] Quod est Metelli. Cic. 1. Att. 10. In illam orationem Metellinam addidi quædam. i. e. Contra Q. Metellum Nepotem scriptam. Ejus orationis meminit Gell. lib. 18. cap. 7. his verbis, Sicut M. Tullius in oratione, quæ inscripta est contra concionem Q. Metelli. Quintil. lib. 9. cap. 3. de Dissolutione, Ut Cicero dicit contra concionem Metelli.

METEMPSYCHOSIS, [μετεμψύχωσις] Latine reddi potest, Animarum transmigratio, hoc est transitus ex uno corpore in aliud, quod fuit Pythagoræ placitum.

METEORUS, & n Meteoron. Adj. [μετέωρος] Suspensus, sublimis, sublevatus ad aliquam rem. Inde Meteora, n. pl. dicuntur ea quæ in cælo fiunt, de quibus extat Aristotelis opus, in quo de rebus sublimibus vel cælestibus tractatur.

METERINA, æ. f. Castaneæ species. Plin. 15. 23.

METHODUS, i. f. [μέθοδος] Breve discendi compendium vertit Quintilianus, quasi brevem viam, qua quam celerrime ad peritiam evadimus. Cicero Viam, artem, & rationem vocat. Ex Budæo. [Cels. in Proœm. Viam quandam, quam μέθοδον Græci nominant.

METHODICUS, a, um. Adj. [μεθοδικός] Methodici medici, de quibus Celsus l. c. & Cælius Aurelianus, huic sectæ addictus.

METHODICE, [μεθοδική] est Paragrammatice, rationem loquendi tradens. Quintil. lib. 1. cap. 15.

METHODIUM, i. n. [μεθόδιον] Fictio, ludificatio. Petron. cap. 36. Trimalchio ejusmodi methodio lætus.

METHONE, [μεθώνη] Urbs Peloponnesi, Ptolemæo lib. 3. cap. 16. Hodie Modona, vulgo Modon. Via peregrinantium Hierosolyma a Venetiis.

METHURIADES, [μεθουριάδες Stephano] sive (ut apud Plinium legitur) METHARIDES, Insulæ quatuor sunt in sinu Megarico, non procul a Trœzene. V. Plin. lib. 4. cap. 12.

METHYDRIUM, [μεθύδριον Stephano] Arcadiæ oppidum est, de quo Strabo lib. 8. & Plin. lib. 4. cap. 6.

METHYMNA, [μήθυμνα] Civitas est in Lesbo insula, optimum habens vinum. Ovid. 1. de Arte Am. 57.

> Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

METHYMNÆUS, a, um Adj. [μηθυμναῖος] Virg. 2. Georg. 90.

> Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
> Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.

Lesbos Methymnæa. Ovid. 11. Met. 5.

Meri Methymnæi grata saliva. Propert. lib. 4. 12.

Palmes Methymnæus. Virg. 2. Georg. 91.

Uva. Hor. 2. Serm. 8. 50.

Vates, Arion. Stat. 2. Silv. 2. 60.

METHYMNIAS, ădis. f. [μηθυμνιάς] Patronym. Ovid. 15. Epist. 15.

> Nec me Pythiades, Methymniadesve puellæ, &c.

METIA Tribus. V. TRIBUS.

METICULOSUS. V. METUO.

METIOCHUS. [μητίοχος] fuit, teste Herodoto, lib. 6. Miltiadis Atheniensis ducis filius, qui quum a Phœnicibus caperetur, & Dario Persarum regi, contra quem pater bellum gerebat, præsentaretur, in nullo prorsus læsus fuit, sed eum donavit Darius pulcherrimo palatio, multis possessionibus & divitiis, atque uxorem Persicam dedit, ex qua liberos suscepit.

METIOR, mensus sum, [μετρέω] iri. Mensurare. A Græco deducitur, μετρῶ. Plin. lib. 16. cap. 44. Decem arbores metiens singulas. Cic. 4. Acad. 128. Nec magis affirmabunt signum illud, si erunt mensi, sex pedum esse, quam solem, quem metiri non possunt, plusquam duodeviginti partibus majorem esse quam terram.

Metitus sum, at Dimetitus in DIMETIOR. H. St. utitur Ulp. l. 52. Librorum. §. 2. D. de legat. & fideic. 3.

Parce & restricte metiri. V. PARCUS.

Intervallis æqualibus aliquid metiri. Cic. 3. de Orat. 178.

Æternitas, quam nulla temporis circumscriptio metitur. Cic. 1. de Nat. Deor. 21.

Agrum aliquem metiri. Cic. 9. Fam. 17.

Annum metiri sol dicitur. Ovid. 4. Met. 226.

Frumentum metiri. Cic. 5. Verr. 192.

Frumentum parce & paulatim metiri. Cæs. 7. Bell. Gall. 71.

Magnitudinem mundi metiri. Cic. 1. Off. 154.

Stipendium, Finire. Curt. lib. 5. 1. extr. Ex pecunia deinde Babyloniæ, Macedonibus equitibus sexceni denarii tributi: peregrinus eques quingenos accepit; ducenis pedestrium stipendium mensum est.

In hasta metiri se, Æstimare vires suas. Stat. 1. Achill. 41. de Achille,

> — Lapitharum prælia ludit
> Improbus, & patria jam se metitur in hasta.

Oculo metiri aliquid. Hor. 1. Serm. 2. 103.

> Metiri possis oculo latus.

Prospectu metior æquora. Ovid. 10. Epist. 28.

Terras metitur oculis. Lucan. lib. 6. 30.

Animo metiri aliquid. Ovid. 2. Met. 188. de Phaethonte,

> — multum cæli post terga relictum,
> Ante oculos plus est; animo metitur utrumque.

Pectus alicujus metiri cuspide. Sil. lib. 4. 294.

Pedibus metiri aliquid. Cic. 3. Q. frat. 1. Sese autem mensum pedibus aiebat passuum CCCC, ∞, mihi plus visum est.

Metimur hinc gradibus, pro Abimus. Plaut. Pseud 4. 4. 11.

> Quin hinc metimur gradibus militariis? Subauditur Viam. [Suspecta tamen lectio Boxhornio & Salmasio fuit. Quid si legas Hinc motamur, vel Mutemur? ut sit verbum frequ. pro primitivo positum.

Iter cursu metiens. Catull. 32. 18.

Metiri, Transmeare. Lucil. lib. 16. Vir mare metitur, magnum fluctibus tradidit. Virg. 4. Georg. 389.

> Et juncto bipedum curru metitur equorum. Nonius 4. 316.

Aquas metiri carinam dixit Ovid. 9. Met. 447.

Auribus sonantia omnia metiri. Cic. in Orat. 187.

Metiri, Æstimare. Cic. de Senect. 45. Neque enim ipsorum conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis, quam cœtu amicorum & sermonibus metiebar.

Metiri summum bonum honestate, aut suis commodis. Cic. 2. de Finib. Hunc tu tuus Epicurus omnino ignorare dicit, quam, aut qualem esse velint, qui honestate summum bonum metiantur. Idem 1. Off. 5. Nam qui summum bonum sic instituit, ut nihil habeat cum virtute conjunctum, idque suis commodis, non honestate metitur, &c. i. e. Summum bonum in suis tantum commodis & voluptatibus constituit, non autem in honestate. Idem 1. de Nat. Deor. 113. Omnia quæ ad beatam vitam pertineant, ventre metiri.

Amicitiam metiri sua caritate, Suo pretio. Cic. 2. de Finib. 85.

Caritatem patriæ non nostro sensu, sed salute ipsius patriæ metiri. Cic. 1. Tusc. 90.

Consilium rei utilitate reip. metiri. Cic. 10. Philip. 31.

Eloquentiamque ipsius viribus, non imbecillitate sua metiantur. Cic. in Orat. 23.

Fidelitatem sua conscientia metiri. Cic. 10. Fam. 4.

Fructum pecuniæ utilitate. Cic. 2. de Orat. 235.

Honores tantos anguste metiris. Stat. 11. Theb. 683.

Magnitudinem fortunæ peccandi licentia. Paterc. 2. 30.

Modum divitiarum, ex eo, quantum cuique satis est, homines metiuntur. Cic. in Parad. 6.

Odium. ut, Metiens aliorum in se odium suo in alios odio. Liv. 3. 54.

Officio metiri omnia. Cic. 8. Att. 16.

Peccata vitiis hominum, non rerum eventu metienda sunt. Cic. in Parad. 3.

Scientiam clarorum virorum rerum gestarum magnitudine metiri. Cic. 1. de Orat. 7.

Se suo modulo ac pede metiri. Hor. 1. Epist. 7. 98.

Studia nostra naturæ regula metiamur. Cic. 1. Off. 110.

Vim eloquentiæ facultate sua, non rei natura metiri. Cic. de Opt. gen. Orat. 10.

Virtutem verborum magnificentia non metiamur, sed vitæ sermonisque nostri consuetudine interpretemur. Cic. de Amicit. 21.

Voluptates obscœnas forma, ætate, & figura metiri. Cic. 5. Tusc. 94.

Usum pecuniæ non magnitudine, sed ratione. Nepos in Attic. 14. 3.

Passive Lactant. de Mort. Persecut. 23. 2. Agri glebatim metiebantur.

MENSUS, a, um. Partic. Cato R. R. cap. 146. Modio oleario mensum dato unguinis pondo X.

Spatia mensa quia conficiunt cursus lunæ, menses vocantur. Cic. 2. de Nat. Deor. 69. conf. alia exempla in ipso verbo, ubi & de altero Partic. METITUS, a, um.

MENSIO. ōnis. f. [μέτρησις] Idem quod Dimensio, seu mensura. Cic. in Orat. 177. Aures enim, vel animus aurium nuntio, naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem. [Malim. Auris enim &c. Secundum mensionem ejus. Quintil. lib. 2. cap. 16.

MENSUS, ūs. m. Idem. Apul. de Mundo, p. 615. Cujus mensu appensaque distincta est natura.

MENSOR, ōris. m. [μετρητής] Columel. lib. 6. cap. 1. Quod ego non agricolæ, sed mensoris officium esse dicebam. Plin. lib. 6. cap. 17. Alexandri magni vestigiis insistamus: Diognetus & Beton itinerum ejus mensores, scripsere, &c.

Mensores, (Inquit Veget. lib. 2. cap. 7.) Qui in castris ad podismum dimetiuntur loca, in quibus milites tentoria figant: vel hospitia in civitatibus præstant. *Fourriers du camp, qui ordonnent les quartiers.* Legitur & Metatores. q. V.

Maris & terræ mensor Archytas. Hor. 1. Carm. 28. 1.

MENSURA, æ. f. [μέτρον] notæ significationis. Plin. lib. 7. cap. 56. Mensuras & pondera Phidon Argivus, aut Palamedes, ut maluit Gellius, invenit.

Colligere solis, ac terræ mensuras. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Roboris mensura implebat ter quinque ulnas. Ovid. 8. Met. 748.

Brevior mensura capillis. Ovid. 9. Met. 788.

Agere mensuram alicujus rei. Plin. lib. 2. cap. 1. Quasi vero mensuram ullius rei possit agere, qui sui nesciat.

Agitare mensuram animo. V. AGO.

Currit mensura. Plin. lib. 6. cap. 33. Ut per Meroen & Syenen mensura currat XVIII. LXXV. M. pass.

Implere nominis sui. Ovid. 1. de Pont. 2. 1.

> Maxime, qui tanti mensuram nominis imples, &c.

Inire mensuras agrorum. V. INEO.

Venit ad digitos. Plin. lib. 2. cap. 23. h. e. Computatur.

Venit in computationem. Plin. lib. 6. cap. 33.

Ut rebus lætis par sit mensura malorum. Juven. 10. Sat. 98.


Parva mensura relictæ partis. Juven. 14. Sat. 93.

Beneficii mensura. Plin. Epist. 268.


Pro Æstimatione dignitatis usus est Tacitus 1. Hist. 52. 3. Nec consularis legati mensura, sed omnia in majus accipiebantur.

Mensura sic definitur, & exponitur ab iis, qui de Limitibus scripserunt: quorum hæc sunt verba p. 320. Goes. Mensura est, quicquid pondere, capaci-


capacitate, longitudine, latitudine, altitudine, animoque finitur. Majores itaque nostri orbem in partes, partes in provincias, provincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in centurias, centurias in jugera, jugera in climata, climata in actus, actus in perticas, perticas in passus, passus in gradus, gradus in cubitos, cubitos in pedes, pedes in palmos, palmos in uncias, uncias in digitos diviserunt. Digitus est pars minima agrestium mensurarum; inde uncia habens digitos tres, palmus autem quatuor digitos habet, pes vero XVI, passus pedes V, pertica passus duos, id est pedes X. habet. Hæc illi. Pertica autem inquit Isidorus 15. 15. qui & superiora pæne ad verbum excerpsit, a portando dicta, quasi portica. Omnes autem præcedentes mensuræ in corpore sunt, ut palmus, pes, passus, & reliqua: sola pertica portatur. est enim X pedum, ad instar calami in Ezechiele templum mensurantis. Seqxitur p. 321. Goes. Actus minimus habet in latitudine pedes quatuor, in longitudine CXX. Clima dicitur pars agri quadrata, quæ habet ex omni parte pedes LX; ita,



Actus major, qui Quadretus dicitur, habet undique pedes CXX; ita.



Hunc Bætici inquit Isid. l. c. Arapennem dicunt, ab arando scilicet. Actus duplicatus jugerum facit; ab eo quod est junctum, jugeri nomen accepit. jugerum autem constat longitudine pedum ducentorum XL, latitudine CXX; ita,



Actum provinciæ Bæticæ rustici Agnam vocant; Porcam iidem Bætici XXX pedum latitudine; & LXXX longitudine definiunt; ita,



Sed Porca est quod in arando exstat; lyra, quod defossum est. Galli Candetum appellant in areis urbanis spatium centum pedum, quasi centetum; in agrestibus autem, pedum CL quadratorum justum candetum vocant. Porro Stadialis ager habet passus CXXV, id est pedes DCXXV, cujus mensura octies computata Milliare facit, quod constat quinque millibus pedum. Centuria autem ager est ducentorum jugerum, qui apud antiquos a centum jugeribus vocabatur. Sed postea duplicata est, nomenque pristinum retinuit. In numero enim centuriæ multiplicatæ sunt, nomen mutare non potuerunt. Hæc ex Anonymo de mensuris & Isid. Frontinus autem sic in libro de Limitibus p. 29. Goes. Mensura est complurium, & inter se æqualium intervallorum longitudo finita. Finitur, ut pes per uncias, per pedem decempeda, per decempedam actus, per actum passus, per passus stadium, per stadium milliarium, & his similia. & p. p. Minima harum mensurarum pars est digitus. si quid enim intra digitum metiamur, partibus respondemus, ut dimidiam aut tertiam. & p. p. In pede porrecto semipedes duo, in pede constrato semipedes quatuor; in pede quadrato semipedes octo. pes habet palmos quatuor, uncias duodecim, digitos sexdecim. palmus habet digitos quatuor, uncia tres, sextans, quæ eadem dodrans appellatur, habet palmos tres, uncias novem, digitos duodecim: &c.

Mensurālis, e. Adj. ut, Linea mensuralis, apud Sic. Flac. p. 19. & 23. edit. Goesii.

Mensuraliter, Adv. Hyginus de Limitibus, p. 192. Goes. In forma mensuraliter comprahendimus.

Mensuro, āre. posterioris ætatis pro Metiri. Passiv. Vulg. Interpr. Jerem 31. 37. Veget. de Re Mil. 1. 25.

Mensurātio, ōnis. f. Idem quod Mensio; ut, Mensuratio jugeri. Auct. de Limit. p. 264. Goesii.

Mensurator, ōris. m. Idem ac Mensor. Veget.

Mensurābilis, e. Adj. apud Prudent. Apotheos. 817.

Mētis, ios. [μῆτις] teste Hesiodo in Theogonia 358. Nympha quædam una fuit ex filiabus Oceani & Tethyos, sic dicta a μήδομαι, i.e. Consulendo.

Metiscus, Turni auriga. De quo Virg. 12. Æn. 469.

Aurigam Turni media inter lora Metiscum
Excutit, &c.

Metius Carus, Delator insignis fuit, de quo Plin. 1. Epist. 5. ad Voconium, & lib. 7. Ep. 27. ad Suram.

Metius item Curtius, Sabinorum dux contra Romulum, ob raptas Sabinas acriter pugnavit. Liv. 1. 12. Sed Gronov. Mettus legendum contendit.

Metius Fuffetius, dux Albanorum, quod contra fœdus societatis in bello Fidenatium animum ancipitem & infidum gesserat, jussus est in concione a Tullo Hostilio quadrigis discerpi. Liv. lib 1. 23. seq. Al. Metius, al. Mettus scribunt. [Ego non dubito, quin Mettus antiquum sit Prænomen, quod descriptores in Metius, nomen gentile, mutarint. V. Præf. nostr. ad Liv & Burm. ad Quintil. p. 54. Sigon. de Nom. Ro.

Metius Geminus, Al. Geminius Metius dux Tusculanorum, singulari certamine a T. Manlio superatus bello Latino. Liv. 8 7.

Meto, āre. V. Metor, āri. in META.

Mĕto, messui, messum, [θερίζω, ἀμάω] ĕre. Secare significat, ut ait Servius in 4. Georg 54. & tam de uva & aliis rebus, quam de frugibus dicitur. Plaut. Pœn 5. 2. 59

Ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat. Cæs 4. Bell. Gall. 32. Tum dispersos depositis armis, in metendo occupatos subito adorti. Plin lib. 12. cap. 13. Metitur cardamomum eodem modo & in Arabia.
Arva metere. Propert. lib. 4. 11. 30.
Farra metere. Ovid. 2. Fast. 519.
Flores purpureos metunt Apes. Virg. 4. Georg. 54.
Lilia summa metere virgâ. Ovid 2. Fast. 706.
Pabula falce metit. Ovid. 6. Epist. 84.
Ut sementem feceris, ita metes. Proverb. Cic. 2. de Orat 261.
Fructum metere ut possis, serere beneficium, est liberale officium. Cic. Anteq. iret in exil. 2.
Metere messem malorum. Plaut. Trin. 2. 1. 12.

Neque quicquam hic vile nunc est, nisi mores mali;
Eorum licet jam messem metere maximam. Idem Epid. 5. 2. 53.
Sed ut est acerbum, pro bene factis quum mali messem metas.

Mihi istic nec seritur nec metitur; Plaut Epid. 2. 2. 80. sane quam eleganter usurpavit; i. e. Ista res nihil ad me pertinet, ut quæ neque meo fiat periculo, neque emolumento. Metaphora notissima est. Etenim qui sementem facit, is suo impendio, suoque periculo facit; qui metit, compendium accipit, & in tuto est. Diversum est huic quod est apud eundem in Merc. prol. 71.

Tibi eras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis. Erasmus.

Eleganter per metaphoram pro Internecione bellica, &c. Sil. 17. 147.

Prostratis opibus regni Phœnissa metuntur
Agmina. V. Idem 13. 218. & 14. 135. V. Cellarius in Ind.

Virg 10. Æn. 513.

Proxima quæque metit gladio. Hor. 2. Epist. 2. 178.
— quidve Calabris
Saltibus adjecti Lucani, si metit Orcus
Grandia cum parvis non exorabilis auro? Sic Cic. 3. Tusc. 59.
Reddenda est terræ terra, tum vita omnibus
Metenda, ut fruges. Ex quodam poeta.

Messus, a, um. [θερισθείς] Partic. ut, Herbæ messæ falcibus. Virg 4. Æn. 513.

Messio, ōnis. f. [θέρισις] Ipsa metendi actio. Var. Onomast.
In compositione ut Mellamessio, nisi potius scribendum Mellimessio, vide quæ adscripsi margini in MEL. H. St.

Messor, ōris. m. [θεριστής, ἀμητής] Qui metit. Cic. 3. de Orat. 43. Non mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari.
Durus messor. Ovid. 14. Met. 643.
Fessi messores. Virg. 2. Ecl 10.
Inducere messorem arvis. Virg. 1. Georg. 316.
Messor scelerum. Plaut. Capt. 3. 5. 3.

Sator, sartorque scelerum, & messor maxime.

Messōrius, a, um. Adj. [θεριστικός] Quod ad messorem pertinet. Cic. pro Sext. 82.
Falces messoriæ. Ulp. in l. Instrumento. D. de instructo vel instrum. legato. Cic. pro Sext. 82. Gracchus messoria se corbe contexit.

Messis, is. f. [ἀμητός] Tempus metendi. Plin. lib. 6. cap. 17. Alia illinc cæli facies, alii siderum ortus; binæ messes in anno, binæ æstates. Varr. de R R. lib. 1. cap. 50. pr. Messis proprio nomine dicitur in iis quæ metimur, maxime in frumento; & ab eo esse vocabulum declinata. Al. Est.
Nemo tam sine oculis, tam sine mente vivit, ut quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino nesciat, Cic. 1. de Orat. 249.
Semente prohibita, aut messe amissa, fructus annuus interit. Cic. 5. Verr. 125.
Messis, [ἀμητός] Seges jam matura. Virg. 4. Georg. 330.

— atque interfice messes.

Amara. Ovid. 3. de Ponto, 1. 24. de Absinthio.
Frugiferæ. Ovid. 5. Met. 656.
Gravidis onerati messibus agri. Ovid. 8. Met. 781.
Larga. Ovid. 4. Fast. 617.
Nudatæ. Ovid. 3. Fast. 557.
Opima. Plin. 5. Epist. 6. ad Apollinarem.
Satæ. Virg 8. Ecl. 99.
Peregrina messe plenæ carinæ. Lucan. lib. 6. 105.
Triticea. Virg. 1. Georg. 219.
Coquit siccas canicula. Pers. 3. Sat. 5.
Eludit seges herbis fallacibus. Tibull. lib. 2. 1. 19.
Inhorruit campis. Virg. 1. Georg 314.
Percoquere messem. Plin. lib. 5. Epist. 6. ad Apollinarem, Pingues terrenique colles planissimis campis fertilitate non cedunt; opimamque messem serius tantum, sed non minus, percoquunt.
Ruperunt horrea. Virg. 1. Georg. 49.
Seruntur messes. Virg 1. Georg. 103.
Surgunt. Virg. 1. Georg. 161.
Teret area messes. Martial. lib. 9. 92.
Vestiti messibus agri. Ovid. 4. Fast 707.
Messibus, ablativus, Tempore messis. Plin. lib. 22. cap. 13. Semen colligi messibus oportet. De urtica.
Per messes. Idem. Plin. lib 24. cap. 14. Flos mori per messes colligitur.
Messim, accusativus, pro Messem, apud Plautum in Mostel. 1. 3. 5.

Messis,

Messis, per translationem, pro Præda abundante. Cic. in Parad. 6. Qui proscriptiones locupletum, qui cædes municipiorum, qui illam Sullani temporis messem recordetur.

Metere messem malorum. In METO.

MESSIA, Dea in circo Romano culta. Tertull. de Spectac. cap. 8. V. Hardain. ad Plin. 18. 2.

MESSŪRA, æ. f. Actus metendi fructus, apud Diomed. Grammat. [Sic in Thes. Lips. pro Messura vitiose excusum opinor.

METŎCHE, es. f. [μετοχὴ] Interfectio. Vitruv. 3. 3.

METŒCUS, [μέτοικος] Qui de una civitate in aliam migravit habitandi animo. Latine Advena dici potest, vel Inquilinus.

METON, ōnis. [Μέτων] Astrologus ex his unus, qui Atheniensibus adscriptus fuit, navigaturis in expeditionem Siciliæ, onus detrectare cupiens, tempestatem futuram prædixit. Quumque propterea minime proficeret, simulavit insaniam, atque hoc modo missionem impetravit; feliciusque hoc illi contigit, quam Ulyssi, cujus ficta insania a Palamede detecta & accusata fuit. Auctor Ælianus de Varia histor. 13. 12. & Plutarchus etiam in Vita Alcib. p. ed. Francof. 200. & Niciæ p. 532.

METŌNYMIA, æ. f. [μετωνυμία] Latine Transnominatio, vel Denominatio: ut Bacchus pro Vino. Similiter quum dicimus Pigrum frigus. Cic. in Orat. 93. Hanc hypallagen rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, metonymiam Grammatici vocant, quod nomina transferuntur. Festus, Metonymia est tropus, quum ab eo quod continet, significatur id quod continetur; aut superior inferiore, aut inferior superiore. Quod continet, id quod continetur; ut Ennius quum ait,

Africa terribili tremit horrida terra tumultu. Ab eo quod continetur, id quod continet; ut quum dicitur, Epota amphora vini. A superiore inferior; ut Ennius,

Cum magno strepitu Volcanum ventus vegebat. Ab inferiore superior; ut, Persuasit animo vinum, deus qui multo est maximus. [Posterior versus forsan ita legendus,

Persuasisti animo, vinum: qui maximu' multo
Es Deus. Aliter Scaliger, q. V.

METŎPA, æ. f. [μετόπη] Architecturæ vocabulum. V. Vitruv. 4. 3. Bald. Lex. Vitruv. & Henr. Steph. Thes. Gr.

METŌPION, [μετώπιον] Arbor est in Africa Æthiopiæ subjecta nascens, ex qua Ammoniaci lacryma in subjectas arenas destillat. Plin. lib. 12. cap. 28. Dioscoridi vero Metopion, Ferula est in Syria nascens, ex qua galbanum destillat.

Est & Metopion, Olei genus ex amaris amygdalis confectum, teste Plin. lib. 15. cap. 7.

METŌPOSCŎPOS, i. m. [μετωποσκόπος] Qui frontem considerat, id est divinat ex facie hominis; quique privatim ex inspectione frontis, quid cuique eventurum sit, prædicit. μέτωπον frons, σκοπὸς inspector. Plin. lib. 35. cap. 10. Suet. Tit. cap. 2.

METOR, ari. V. META.

METRA, Erisichthonis cujusdam Thessali filia, meretrix liberali forma, ad quam qui commeabant adolescentes, corporis copiam non assequebantur, nisi equos, boves amplissimaque deferrent munera; quia nondum id temporis repertus fuerat gemmarum usus. Porro Thessali per jocum dicebant Metram Erisichthonis verti in ea omnia quæ illi ab amatoribus donabantur: unde fluxit proverbium, Mutabilior Metra Erisichthonis.

METRĒTA, æ. m. [μετρητὴς] Genus vasis quod conficitur ex duobus battis. Budæus, Metreta est congiorum decem, ut auctor est Dioscorides. Decem autem congii sexaginta sextarios valent, id est amphoram & quadrantem. Columel lib. 12 cap. 22. Martial. 5. 16.

Plurimus Hispanas mittet mihi nauta metretas. Adde Juven. 3. Sat. 246. & Caton. R. R. cap. 100. Oleum si in metretam novam inditurus eris. [Sed non dubito quin Novum legendum sit, & apud Martial. Hispanos. Est enim nomen Græcum omnino, & g. masc.

METRŌCŌMIA, [μητροκωμία] eodem modo dici videtur quo Metropolis, in titulo, Non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre, lib. 11. C. Item in l. ultima. De exact. tribut. lib. 10. Budæus. Significat autem Vicum, ex quo alii vici, velut coloniæ, extiterunt.

METRŌDŌRUS, [Μητρόδωρος] Lampsacenus, Epicuri discipulus, fidissimusque amicus, Strabone, Diogeneque testibus.

Metrodorus item Atheniensis, Carneadis auditor, ut Cicero testatur; pictor & philosophus fuit. Plin. 35. 11. Cic. de Orat. lib 1. 45. Erat (inquit) etiam Metrodorus, qui cum illis una illum ipsum Carneadem diligentius audierat.

Metrodorus præterea Scepsius, qui e philosophica vita in civilem mutatus est, magna ex parte in suis scriptis oratorie loquitur; & novo quodam dicendi genere usus est, quo multis admirationi fuit. Propter nominis famam, quanquam pauper erat, clarum tamen conjugium apud Carthaginienses adsecutus est: atque ut Carthaginiensis vivebat. Quumque amicitiam Mithridatis regis sibi conciliasset, ad illum cum uxore discessit, & honore maximo affectus est. Hæc Strabo lib 13. Hujus etiam meminit Cicero, memoriamque commendat 2. Tusc. 59. Non quæro (inquit) quanta memoria Simonides fuisse dicatur, quanta Theodectes, quanta is qui a Pyrrho legatus ad Senatum est missus Cyneas, quanta nuper Carneades, quanta qui modo fuit Scepsius Metrodorus, quanta noster Hortensius.

METRŌPŎLIS, [μητρόπολις] quasi Mater civitas dicitur. Budæus, Metropolis dicitur urbs ea, qua coloniæ deductæ sunt, quales multæ Athenis, & ab urbe Roma; sic enim se habet metropolis ad coloniam, ut mater ad filiam.

Inferiori ævo Metropolis dici cœpit quævis Primariæ alicujus provinciæ civitas. Hinc

METROPOLITĀNUS, a, um. Adj. Sic dicimus Ecclesia metropolitana. Sed & Metropolitanus, i. m. sæpe est pro Metropolita.

METROPOLĪTA, vel METROPOLĪTES, æ. m. [μητροπολίτης] Metropolitanæ civitatis Pontifex, qui & Archiepiscopus.

METRUM, i. n. [μέτρον] Mensura Latine dicitur. Græcis μέτρον.

Metra, dicuntur Versus a Latinis, quoniam mensurantur. Columel. lib. 3. cap. 10. Exceptis quæ retulimus metris Virgilii.

Servire metro coguntur. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Quam late extendatur vis hujus vocabuli apud Græcos, ut non solum mensuram, sed etiam unum pedem, duos pedes, plures etiam, item totum stichum complectatur, vide aureolum fragmentum Longini quod scripsit pro addita ad Hephæstionem.

METRĬCUS, a, um. Adj. [μετρικὸς] Plin. lib. 11. cap. 37. Arteriarum pulsus, in modulos certos, legesque metricas per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus.

METRICA, æ. vel METRICE, es. f. [μετρικὴ] Canonices pars. apud Gell. 16. 18.

METULA, V. META.

MĔTUO, [δείδω] ĕre. a quodam motu animi dicitur, ut inquit Varro L. L. 3. 6. Et proprie servorum est. Ita Donat. in Andr. 3. 2. 16. Veretur liber, Metuit servus. V. Cicer. pro Quintio statim a principio. Significat autem Timere & formidare, ac vereri. Cic. de Senect. 37.

Magis metuo. V. MAGIS.
Male metuo. V. MALUS.
Metuit loqui. Ovid. 1. Met. 745.
Metuit tangi. Hor. 3. Carm. 11. 10.
Metuo crimen. i. e. Ne detur crimini. Cic. 7. Verr. 78.
Metuo illum. Plaut. Amphit. prol. 31.

Contagione mei patris metuo malam. Ter. Eun. 3. 1. 43. Metuebant omnes jam me.

Metuo illum ne. Ter. Eun. 3. 5. 61.

— metuo fratrem,
Ne intus sit: porro autem patrem, ne rure redierit jam.

Metuo neminem de. Plaut. Merc. 3. 1. 22.

De lanificio neminem metuo, una ætate quæ sit.

Metuo tibi, Ne quid mali scilicet tibi accidat. Plaut. Amphit. 5. 1. 61.

Metuo meo amori moram, Ne remoretur matrimonium meum. Plaut. Pœn. 3. 1. 6. — amicos fugitavi senes:

Sciebam ætate tardiores, metui meo amori moram.

Metuo illum mihi ne. Plaut. Asin. 1. 1. 98.

Metuo a vel ab. Cic. 9. Att. 7. Sed quum eadem metuam ab hac parte, &c. Idem 5. Fam. 6.

Quid a nobis metuis? Plaut. Capt. 2. 1. 11.
Hei metui a Chryside. Ter. And. 1. 1. 79.
Ab Annibale metuens. Liv. 23. 36. pr.
Metuo abs te de verbis tuis. Plaut. Men. 1. 2. 41.
Metui ab. Ovid. 13. Met. 114. Non cur metuaris ab hoste.
Metuo Reip. malum ab eo. Cic. 1. Att. 8.
Metuo de vita. Cic. 10. Att. 4.
Haud metuo. Ter. Eun. 4. 6. 20.
Metuo ne. Plaut. Pseud. 4. 1. 8.

Hem! te hercle ego circumspectabam: nimis metuebam male ne abisses. Idem Asin. 3. 3. 153. Ne uxor resciscat, metuit.

Metuo ne non. Plaut. Cas. 3. 3. 12. Metuo ne non sit surda. Ter. Heaut. 3. 3. 14.

Quid? metuis ne non, quum velis, convincas illum esse tuum? Cic. pro Milon. 58. Cur igitur hos manumisit? metuebat scilicet ne indicaretur? ne dolorem perferre non possent?

Metuit, nequando &c. Ter. Eun. 3. 1. 59.
Metuebam propter vos, ne. Plaut. Rud. 4. 4. 2.

Metuo propter vos, ne uxor mea me extrudat ædibus.

Metuo quid agam, vel quid sit. Ter. Heaut. 4. 3. 42.
Metuo quin. Plaut. Amphit. 5. 1. 34.
Metuo quot. Plaut. Truc. 4. 3. 35.
Metuo ut. Ter. Hec. 2. 2. 15.
Metuo ut ne. Plaut. Bacch. 4 5. 2.

Metuoque ut hodie ne possim emolirier. In al. Ne abest. Cic. Metuo ut ne pereat.

Metuo, i. e. Caveo. Virg. 1. Georg. 246.

Arctos oceani metuentes æquore tingi. Sic Hor. 2. Carm. 2. 7.
Illum aget penna metuente solvi
Fama superstes. V. Lambin. ad loc.

Pro Dubito videtur usurpasse Plaut. Amph. 5. 1. 53.

METUENS, entis. Partic. Ter. And. 3. 4. 6.

Idque adeo metuens, vos celavi quod nunc dicam.

Cladem metuens. Ovid. 3. Met. 359.
Fortunam. Ovid. 3. de Pont. 6. 49.
Superos metuens. Stat. 3. Silv. 3. 79.
Inopi metuens formica senectæ. Virg. 1. Georg. 186.

Item nomen ex participio: ut, Metuens legum, Metuens judiciorum. Cic. Post red. in Senat. 4. Consules modesti, legumque metuentes impediebantur lege, non ea quæ de me, sed ea quæ de ipsis lata erat. Idem pro Domo 70. Homines legum judiciorumque metuentes.

Flagelli metuens. Juven. 3. Sat. 154.
Invalidum, metuensque pericli. Virg. 5. Æn. 716.
Compar. Ovid. 6. Fast. 259. de Numa,

Regis opus placidi, quo non metuentius ullum
Numinis ingenium terra Sabina tulit. Idem 19. Epist. 83.
Quid tamen eveniat cur sis metuentior undæ? Et alibi sæpe. V. 1. Met. 323. & Heins. ad loc.

Hospes metuentior. Sil. lib. 8. 503.

METUENDUS, a, um. Partic. [φοβερὸν] Cic. de Arusp. Resp. 63. Eodem fere tempore, factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræ motus horribilis, cum quibusdam multis metuendisque rebus.

Antrum metuendum. Propert. lib. 4. 10. 9.
Eques hasta. Hor. 3. Carm. 2. 4.
Pericula. Hor. 2. Epist. 1. 136.
Vis. Virg. 4. Georg. 37.

METŪTUS, a, um. Partic. passivum veteribus usurpatum, posterioribus obsoletum. [φοβηθεὶς] Lucret. lib. 5. 1139.

Nam cupide conculcatur nimis ante metutum. h. e. Formidatum, quod homines ante metuerunt.

METUS, ûs. m. [φόβος, δέος, δεῖμα] est, de instanti vel futuro periculo, Mentis trepidatio, inquit Ulp. Cic. 4. Tusc. 80. Metus, opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur. Et tam active quam passive sumitur; nam Metus hostium recte dicitur, & quum timent hostes, & quum timentur. Rursum Cic. 4. Tusc. 64. Ægritudini finitimus est metus: de quo pauca dicenda sunt. est enim metus ut ægritudo præsentis, sic ille futuri mali; itaque nonnulli ægritudinis partem quandam metum esse dicebant, alii autem metum præmolestiam appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiæ. Quintil. lib. 6. cap. 3.

cap. 3. Metum duplicem intelligi volo, quem patimur, & quem facimus.
Mortalitatis metus. Quintil. in proœm. lib. 6.
Metus aestimationis vivorum. Cic. 3. Verr. 93. Hæc est istius præclara tutela; en cui tuos liberos committas, en memoria mortui fodalis, en metus vivorum aestimationis.
Metus fulminis. Quintil. in proœm. lib. 6.
Metus de. Cic. 3. Att. 8. Me & meorum malorum memoria & metus de fratre in scribendo impedit.
Metus ex corpore. Celf. lib. 4. cap. 24.
Metus in hac re. Celf. lib. 2. cap. 10.
Frigido metu exsanguis. Senec. Hippol. 10.
Liber e metu. In LIBER, Adj.
Liber omni metu. V. LIBER, Adj.
Trepidi exsanguesque metu. Stat. 3. Theb. 361.
Vacuus metu. Ovid. 10. Met. 580.
Dubii inter spem & metum. Virg. 1. Æn. 222.
Acer metus. Virg. 1. Æn. 366.
Acrior metus omni cura. Valer. 1. Argon. 693.
Adjunctus. In ADJUNGO.
Ambiguus, Tacit. 2. Ann.
Audax metus, & pallens fiducia. Stat. 6. Theb. 264.
Cæcus. In CÆCUS.
Depositus. Ovid. 5. Met. 363.
Falsi. Ovid. 1. Trist. 4. 37.
Feminei. Senec. in Med. 1.
Gelidus. Ovid. 11. Epist. 82.
Graves. Senec. in Agam. 4.
Humiles. Valer. 3. Argon. 395.
Inanis. Tacit. 13. Ann.
Ingens. Virg. 6. Æn. 491.
Insignis pœnarum. Lucret. lib. 3. 1027.
Lymphatus Lucan. lib. 7. 186.
Pavidi. Ovid. 1. Fast. 16.
Sollicitus. Ovid. 3. de Pont. 2. 12.
Vani. Ovid. 16. Epist. 342.
Vigiles. Sil. lib. 7. 286.
Abolere metus. Stat. 1. Achil 135.
Abstergere animi metum. Cic. 9. Fam. 16.
Aberant pœnæ, metusque. Ovid. 1. Met. 91.
Accipere metum. In ACCIPIO.
Acuere metum alicui. Virg. 12. Æn. 850.
Adducere in metum, & Adduci metu, in ADDUCO.
Adducere in metum aliquem. Tacit. 15. Ann. 50.
Adhibere. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Adimere. In ADIMO.
Adjungere. In ADJUNGO.
Afferre metum alicui, & spem ostendere. Cic. 4. Verr. 135.
Afficere metu. In AFFICIO.
Admittere metum. AMITTO.
Amovere. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Amoto metu. Ter. And. 1. 2. 10.
Ardere metu. V. ARDEO.
Auferre. Virg. 12. Æn. 316.
Capere. In CAPIO.
Captus metu subito. Stat. 12. Theb. 369.
Commovere; ut, Repens metus commovit me. Senec. Troad. 6.
Commota vehementi metu mens. Lucret. lib. 3. 153.
Compellere in metum. In COMPELLO.
Compressa metu murmura. Stat. 1. Theb. 207.
Concipere. In CONCIPIO.
Concitare. In CONCITO.
Concussus mentem metu. Virg. 12. Æn. 468.
Conjicere in metum. V. CONJICIO.
Defendere e metu. Cic. pro Lege Manil. 14. Hæc vobis provincia, Quirites, si & belli utilitatem, & pacis dignitatem sustinere voltis; non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda.
Dejicere Provinciæ alicui. Cic. 7. Verr. 130.
Demere. Ovid. 2. Met. 866.
Depellere. Cic. post red in Sen. 19. Qui primus post meum discessum metum bonis, spem audacibus, timorem huic ordini, servitutem depulit civitati. V. not. Lamb.
Diriguere metu. Ovid. 7. Met. 115.
Dissolvunt animi magno se angore, metuque. Lucret. lib. 3. 916.
Exanimari. Cic. pro Mil. 65. Non poteram in illius mei, patriæque custodis tanta suspicione, non metu exanimari.
Excessere metum mea jam bona. Ovid. 6. Met. 197.
Excipere metum. Celf. lib. 7. cap. 26. §. 5. Siquidem ut distentione nervorum periclitatur aliquis, dum vesica ejus agitatur, sic alter metus excipitur, remotis medicaminibus, ne tantum sanguinis profluat ut occidat. Lind. legit Metus excipit. i. e. Sequitur.
Excutere metum alicui. Ovid. 14. Epist. 43.
Excussit somnum metus. Ovid. 10. Epist. 13.
Excutere metum corde. Ovid. 3. Met. 689.
Exsolverat metus suos turba. Lucan. lib. 5. 259.
Facere metum alicui, pro Inferre. Ovid. 5. Trist. 10. 28.
Facere graves metus. Senec. Agamemn. 4.
Frangi metu vel debilitari. Cic. 1. de Orat. 121.
Habere aliquid metu, i. e. Metuere. Cic. 6. Att.
Habere metum. Cic. 8. Fam. 10. Ego quidem præcipuum metum, quod ad te attinebat, habui, quod scirem, &c.
Habet ista res vanos metus. Ovid. 16. Epist. 342.
Incidit animis metus tacitus. V. INCIDO.
Incutere metum. Cic. 8. Fam. 4.
Inferre. V. INFERO.
Ingruit. V. INGRUO.
Injicere alicui. V. INJICIO.
Insinuavit metus pectora. Lucret. lib. 5. 74.
Intendunt metum. Tacit. 1. Ann. 28.

Intrat metus. Tacit. 1. Ann. 39. Pavidos, & conscientia vecordes intrat metus.
Lenire. Sil. lib. 3. 131.
Levare alicui. V. LEVIS.
Liberare aliquem metu. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Misti metus lætitiæ. Ovid. 16. Epist. 6.
Objicere metum. Cic. 2. Tusc. 10.
Offerre metum. In OFFERO.
Ostendere. In OSTENDO.
Pallens metu. Ovid. 13. Met. 74.
Parcere metu. In PARCO.
Pati metum. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Pellere metum. In PELLO.
Pelle femineos metus. Senec. Med. 1.
Permotus metu. In PERMOVEO.
Ponere aliquid in metu, pro Metuere. Cic. 14. Att. 23. Quid autem absurdius, hoc metuere, alterum in metu non ponere? Idem lib. 12.
Retenta metu lingua. Ovid. 11. Epist. 82.
Sedare metum. Senec. Thyest. 8.
Semota metu mens. Lucret. lib. 2. 19.
Solari metum alicujus. Virg. 12. Æn. 110.
Solvere metus. Virg. 1. Æn. 467.
Sublatus metus. Celf. lib. 4. cap. 5. metus subactus ib. l. 5.
Sum; ut, In metu esse, pro Metuere. Ter. Phorm. 1. 2. 7. Cic. 3. Att. 9. Mihi etiam unum de malis in metu est fratris miseri negotium. Idem 2. de Finib. 53. Tum etiam pœnæ timore, qua aut afficiuntur, aut semper sunt in metu, ne afficiantur aliquando.
Tentari metu. Lucret. lib. 3. 313.
Trepidare metu. Sil. lib. 15. 581.
Trepidare metu falso. Ovid. 1. Trist. 4. 37.
Trepidare ingenti metu. Virg. 6. Æn. 491.
Turbari metu monstri. Ovid. 15. Met. 517.
Urget mortales inanis metus. Lucret. lib. 3. 995.
Metus, nove & eleganter positum. Sallust. Hist. lib. 1. Ad bellum excitabit metus Pompeii victoris: i. e. Quod de Pompeio metueretur. Nonius 2. 554.
Metus, pro Religione: quoniam ut docet Servius, ex timore nata est. Virg. 7. Æn. 60.

Laurus erat tecti medio, in penetralibus altis,
Sacra comam, multosque metu servata per annos.

Metus, fem. gen. Ennius,

Ni metus ulla tenet rite in virtute quiescunt. Nonius 3. 141. Sic Festus ex Ennio; Vivam, an moriar, nulla in me est metus. V. Idem in Masculino.

METICULŌSUS, a, um. Adj. [δειλήμων] Timidus. Plaut. Amph. 1. 1. 137. Nullus est hoc meticulosus æque. Adde Most. 5. 1. 52.
Valde meticulosus ψοφοδεής. Formidolosus Activa & Passiva, sed raro Active. At contra Meticulosus semper Active, nunquam Passive. H. St.

M E U

MEU, V. MEUM.
MEVĀNIA, [Μηουανία] Umbriæ civitas, ad viam Flaminiam, juxta quam labitur Clitumnus fluvius, cujus equa pota candidos boves facit; inclyta Propertio alumno. A qua Mevanates populi. Plin. lib. 35. cap. 14. In Italia quoque lateritius murus Aretii & Mevaniæ est. Lucan. lib. 1. 468.

—tauriferis ubi se Mevania campis
Explicat. Ubi commentator, Mevania est pars Tusciæ, cujus nominis & insula Hiberniæ proxima Mevania dicitur. V. CLITUMNUS.

MEVIUS, [Μαίβιος] pessimus Poeta, Virgilio & Horatio inimicus. Virg. 3. Ecl. 90.

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mevi. Hor. Epod. 10. 2. Olens Mevius. Al. Mævius per diphthongum scribunt.

MEUM, [μῆον] Herba est caule foliisque aniso non absimilis, quæ in Italia nonnisi a medicis seritur, & iis admodum paucis. Duo genera ejus describit Plin. lib. 20. cap. 23. Quidam Meu legunt, per duas syllabas.
MEUS, a, um. Pronomen possessivum, [ἐμός] Plaut. Trin. 2. 2. 48.

De meo: nam quod tuum est, meum est: omne meum, est autem tuum.

Ter. Heaut. 3. 1. 22.

Meus gnatus? c. sic est. M. venit? c. certe. M. Clinia
Meus venit? c. dixi. M. eamus, duc me ad eum obsecro.

Mea, Mea tu, & hujusmodi. Ter. Adelph. 3. 1. 2.

Obsecro, mea nutrix, quid nunc fiet. c. quid fiet rogas? recte
Edepol spero. S. modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.

Idem Eun. 4. 3. 14.

Au obsecro, mea Pythias, quid istuc nam monstri fuit? Mea tu, inquit Donatus, blandimentum est, sine quo non progreditur colloquium feminarum, & maxime trepidantium.

Cum mei unius salute, civitatis salus conjuncta, pro Mea unius. Cic in Vatin. 8. Quid ergo, homo imperitissime solidæ laudis ac veræ dignitatis, præstantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriæ atque ominis mei sempiternam, quam omnes hoc cives meos judicare, civitatis salutem cum unius mei salute esse conjunctam? Sic Budæus. Vetus tamen exemplar legit Mea salute.
Meum est negare. Plaut. Pseud. 1. 5. 68. Cic. 5. Att. 13. extr. Et, si intelligis quam meum sit scire, & curare quid in Rep. fiat, &c.
Meum non est mentiri, quod vulgo dicitur, *Non est mea natura*, vel *Consuetudo*. Ter. Heaut. 4. 2. 38.
Meum est, pro Meum est inventum, Excogitavi illud. Ter. Eun. 3. 1. 39.

Tuum, obsecro, ne hoc dictum erat? vetus credidi.
T. Audieras? G. sæpe; & fertur in primis T. meum est. [Subaudi Dictum.

Mea est descriptio. i. e. Ego ipse descripsi, non alius. Cic. de Senect. 59. Atqui ego ista sum omnia dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio, multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ.
Meus sum, i. e. Meæ potestatis, mei juris. Perf. 5. Sat 88.

Vindicta postquam meus a prætore recessi. conf. 114.

Mea quidem sententia, pro, Ut ego sentio, ut opinor. Ter. Adelph. 1. 1. 40.

Meus

Meus carnifex. Ter. And. 4. 1. 27. Donatus; i. e. In me carnifex, qui me torserit; ut alibi, Deo irato meo. h. e. In me irato deo.
Meo pretio emptus, A me facto, a me statuto, inquit Donat. Ter. prol. Hec. 55.
De meo. V. DE præpositionem.
De meo nihil addo. Cic. de Arusp. Resp. 40. Aruspicum verba sunt hæc omnia, nihil addo de meo.
Mea manu litteræ. Cic. 5. Att. 14. Antequam aliquo loco consedero, neque longas a me, neque semper mea manu litteras exspectabis. V. MANUS.
Meus est, eleganter dictum de Inescatis. Plaut. Curc. 3. 61. Meus hic est, hamum vorat. Et Pseud. 2. 2. 6. Meus hic est homo. Ovid. 4. Met. 356.
Vicimus, & meus est, exclamat Nais. [Eodem pertinet & illud Ter. And. 1. 1. 55. Certe captus est: habet. Sed aliter Homo meus, alias dicitur per contemptum. V. Phædr. 5. 7. 32.
Meopte ingenio id reperi. Plaut. Most. 1. 2. 77.
Meapte militia, Meapte causa. Plaut. Truc. 2. 5. 18. Ter. Heaut. 4. 3. 8.
Atque, ita me di ament, ut ego nunc non tam meapte causa
Lætor, quam illius, quam ego scio esse honore quovis dignam.

M E Z

MEZENTIUS, Pater Lausi, deorum contemptor, apud Virg. 7. Æn. 648.
Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemptor divûm Mezentius, &c. Fuit enim impius in homines, sine deorum respectu, inquit Macrobius.

M I

MI, pro Mihi, [μοί] dandi casus, a genitivo Mis. q. V. Virg. 6. Æn. 104.
— & mi genus ab Jove summo. i. e. Mihi. Catull. 49. 1.
Ille mi par esse deo videtur.
Mi vocativus, pro Meus. Ter. Adelph. 2. 4. 5. O mi Æschine, mi germane. Idem Phorm. 2. 1. 24. Mi patrue salve. n. salve. Ubi Donat. Mi. vim blandimenti habet; nam significat Meus. Mi bumo. Ter. Phorm. 5. 9. 13. Idem Eun. 1. 2. 15.
Ne crucia te obsecro, anime mi. Phædria. Donat. Feminarum oratio, etsi non blanditur, blanda est.
Mi pro Mei plur. vocativ. Plaut. Cist. 4. 2. 9.
— mi homines,
Mi spectatores facite indicium, si quis &c. Petron. cap. 116. O mi hospites.

M I A

MIACORUS, [Μιάκωρος] Chalcidis oppidum referente Stephano; A quo fit gentile Miacorius.

M I C

MICA, æ. f. [ψίχιον, ψάμμινον] Pulvisculus ille, qui in arena, quasi argentum, fulget. A quo & panis, & omnium rerum frustula, quæ tractantibus nobis aliquam rem, inde emicant, micæ appellantur. Plin. lib. 12. cap. 14. de Ture loquens, Micas concussu elisas mannam vocamus.
Auri micæ. Lucret. lib. 1. 839.
Salis. Martial. lib. 7. 24. Translate. Catull. 84. 4.
Nulla in tam magno est corpore mica salis. h. e. Nihil in tam magno corpore est ridiculum. Sic exponit Quintil. lib. 6. cap. 4. V. not. Burm.
Lucida mica salis. Ovid. 1. Fast. 338.
Turis. Columel. 6. 30. conf. Plin. supra.
Saliens. Hor. 3. Carm. 23. 20. Salientem micam, Salis granum intellige: quod saliat, quum in ignem missum sit. Porphyr.
Micam etiam cœnationem suam appellari voluit Domitianus, propter parvitatem. Martial. 2. 59.
Mica vocor, quid sim cernis, cœnatio parva. V. Heinf. ad Petron. cap. 34. p. 135.
MICULA, æ. f. dimin. Arnob. lib. 2. p. 77. Exiguæ miculæ. Idem lib. 7. p. 230.
MICATUS, a, um. In micas redactus. Plin. Valer. 1. 63.
MICIDUS, a, um. Adj. Tenuis, exilis. Innocent. in Agrar. Goes. p. 231. Micidiores, hoc est minores, invenies. Scil. Terminus. [An Macidiores?
MICO, micui, [σπινθηρίζω] āre. est Subinde & per intervalla, ut micæ faciunt, resplendere. Virg. 1. Æn. 94.
— crebris micat ignibus æther.
Micare digitis. Lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, ut repente porrectis digitis certantium, uterque numerum divinet. Per translationem dictum, quod talis quædam variatio, dum digitis sortimur, apparet. Hujus Cicero mentionem facit lib. 2. de Divin. 85. Quid enim sors est? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod tesseras. M. Varro (apud Non. 4. 303.) Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. Ex Erasmu. V. Casaub. ad Suet. August. cap. 13. Turneb. Adverf. 20. 13. Hinc
Qui certissima esset fide, eum antiqui dignum dicebant, quicum in tenebris micaretur. Cic. 3. Off. 77. Hoc non turpe est dubitare philosophos, quod ne rustici quidem dubitent? a quibus natum est id quod jam tritum est vetustate proverbium: quum enim fidem alicujus bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices. Idem 2. de Finib. 52. Cur justitia laudatur? aut unde est hoc contritum vetustate proverbium, quicum in tenebris? Porro, quicum mices in tenebris, ei liberum est, si velit, fallere. Proinde dignus quicum in tenebris mices dicitur, qui sit usque adeo certa fide, ut nec si tuto possit, velit quempiam mendacio fallere. Ex Erasmo.
Micare etiam dicitur de Motu quovis celeri flammas imitante; ut, Corde micante. Ovid. 3. de Arte Am. 722. &, Metu micuere sinus. Idem 1. Epist. 45. V. Heinf. ad locum priorem, & Broekhus. ad Tibull. 1. 11. 12.
Animus micat hostis ardore. Liv.
Ardor flammæ micat. Lucret. lib. 5. 1098.
Ardor micat ex oculis. Lucret. lib. 3. 290.
Cor timore micat. Ovid. 3. Fast. 36.
Enses triste micant. Stat. 4. Theb. 154.
Equus auribus. Virg. 3. Georg. 84.
Gemma micat. Virg. 10. Æn. 134.
Gladii. Liv. 6. 12. Adde 2. 30. extr.
Ignis oculis. Virg. 12. Æn. 134.
Linguis ore trisulcis. Virg. 3. Georg. 439. de angui.
Nubila micuerunt celeri flamma. Ovid. 1. Trist. 2. 45.
Oculi micant igne. Ovid. 3. Met. 33.
Sinus metu. Ovid. 1. Epist. 45.
Sidera. Ovid. 7. Met. 217.
Sidus Julium. Hor. 1. Carm. 12. 46.
Venæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 24. Jam vero venæ & arteriæ micare non desinunt quasi quodam igneo motu.
MICANS, antis. Partic. ut, Aurum micans. Ovid. 2. Met. 2.
Æra micantia. Virg. 2. Æn. 734.
Cor micans. Ovid. 6. Fast. 338.
Crura. Ovid. 9. Met. 37.
Labellum. Catull. 59. 220. al. Semihians.
Membra. Claud. de Nupt. Honor. 283.
Sidera. Catull. 62. 206.
MICATIO, ōnis. f. Actus ille sortitionis, de quo in MICO.
MICĀTUS, ûs. m. Mart. Capella 4. p. 95. & Saxo Grammat. 1. 18.
MICCA, [Μίκκα] Filia fuit Aristodemi Eliensium tyranni, quæ moribunda Megisthenem rogavit, ne se post mortem turpiter nudatam jacere pateretur. Meminit Plutarch. lib. de Claris mulier. cap. 15.
MICCŌTRŌGUS, quasi Paucirodus a μικκός, pro μικρός & τρώγειν. Epithet. Parasiti, apud Plaut. Stich. 1. 3. 89. Pareus vero habet Micotrogus.
MICHO, ēre. de hirco, Auct. Philomelæ 58. si fides Schutto, quem vide Hum. Observat. 2. 52.
MICHĀLE, V. MYCALE.
MICIDUS, V. MICA.
MICIO, V. MITIS.
MICIPSA, æ. m. [Μικίψας] Numidarum rex, Massinissæ regis filius, qui Jugurtham Manastabalis fratris filium, una cum Adherbale & Hyempsale filiis, regni participem reliquit. De quo Sallust. de Bello Jugurth. cap. 5. seqq. & Flor. 3. 1. 3.
MICO, V. MICA.
MICON, ōnis. m. Nom. propr. Micones duos Plin. memorat, Atheniensem & Syracusanum. [Puto Miccon, Μίκων scribendum.
MICROCOSMUS, [μικρόκοσμος] Latine Parvus mundus, Homo dicitur. Isidor. 3. 22.
MICROLOGIA, [μικρολογία] a Græcis appellatur Anxia cura circa minutula, & sedulitas quovis modo rem augendi. Is quoque, qui rem vilem magni facit, & tenuissimum lucellum undecunque aucupatur, Micrologus appellatur.
MICROPSYCHOS, [μικρόψυχος] Pusillanimus dicitur, & timidus. Plin. lib. 22. cap. 24. Invenio apud auctores hunc potum bibendum assuefis; item animi humilis ac præparci, quos illi dixere micropsychos.
MICROSPHÆRUM, i. n. [μικρόσφαιρον] Genus nardi. Plin. 12. 12.
MICROSPHYCTI, [μικρόσφυκτοι] Græcis medicis dicuntur, quibus pusilli sunt venarum pulsus, longitudine, altitudine ac latitudine minima, uti ab Galeno proditum est, surrecta arteria. V. & Cæl. Rhod. lib. 3. cap. 15. [Parvi pulsus mentio crebra apud Cæl. Aurelianum.
MICTYRIS, Paupercula pulmentaria. Lucil. lib. 20. Pulmentaria ut intubus, aut aliqua id genus herba, & jus mænarum, bene habet se, mictyris hæc est Mers. Nonius, 2. 532. Junius medicus Mictylis emendat. Mercer. Mictiris exhibet.
MICTURIO, ire. V. MEIO.
MICULA, V. MICA.

M I D

MIDAS, [Μίδας] Gordiæ bubulci filius, & rex Phrygum, qui cunctorum pæne regum opes pecuniæ abundantia antecessit. De quo Herodot. & Justin. lib. 11. multa scripserunt.
Auriculas asini Midas habet, proverbium quod refertur a Diogeniano, natum a fabula notissima Midæ regis Phrygiæ: cui Phœbus, quod stolide Pana canentem sibi prætulisset, asininas affixit auriculas. Quas quum diu mitra occuluisset, tandem a tonsore animadversum est, ac prolatum in vulgus, ut refert Ovid. 11. Met. 174. Porro adagium recte dicetur in stolidos, & crassis auribus, pinguique judicio homines. Alii narrant, quum aliquando præteriret asinos hujus dei, atque eos affecisset injuria, iratum Bacchum Midæ auriculas asininas addidisse. Sunt qui dicant huic aures natura prælongas fuisse, & asininarum instar prominentes, atque hinc fabulæ jocum ortum esse. Quanquam pluribus placet, hac allegoria significatum, Midam, utpote tyrannum, Corycios ac subauscultatores dimittere solitum, per quos quæcunque per omnem regionem vel fierent, vel dicerentur, cognosceret, nimirum illis utens aurium vice. Proinde quum vulgus admiraretur, ab illo resciri etiam ea, quæ clam ac procul fierent, occasionem fabulæ dederunt, ut Midas diceretur auriculas asini habere. Vel quod nullum aliud animal acrius audiat quam asinus, excepto mure: vel quod aures habeat omnium longissimas. Pers. 1. Sat. 121.
Auriculas asini, quia non habet? Ferunt nonnulli primum a poeta scriptum fuisse:
Auriculas asini Mida rex habet. Deinde metu Cæsaris scripturam mutasse, Quis non habet. Erasmus.
Mida etiam dicitur, Claud. 2. Cons. Stilich. 230.
Ditabat rutilo quicquid Mida tangeret auro.
MIDAS, [μίδας] Vermiculus in fabis nascens, ut ait Theophrast. lib. 4. de plantarum causis.
MIDIA, sive MIDEA, [Μίδεα Stephan.] Oppidum fuit in agro Argivo, ita dictum a Midia Aloei filia, quum antea Persepolis appellaretur. Meminit oppidi hujus Homer. lib. 2. Iliad.

M I E

MIEZA, [Μίεζα] Oppidum Macedoniæ, quod olim Strymonium vocabant, a Mieza Beretis Macedonis filia cognominatum. Plin. lib. 31. cap. 2. Nam Miezæ in Macedonia, etiam pendentes in ipsis cameris; at in Corintho quum decidere, &c.

M I G

MIGDILYBS, h. e. Mixtus Libys. Plaut. Pœn. 5. 2. 73.
Qui huc advenisti nos captatum migdilybs. Significat Hominem mixti

mixti generis & bilinguem, i. e. διγλώττον & μιγάδα, quales erant Carthaginienses. Virg. 1. Æn. 665.

Quippe domum timet ambiguam, Tyriosque bilingues. Nam Carthaginienses & lingua Tyriorum & Afrorum utebantur. Duplici autem lingua qui utuntur, infideles & veteratores improbique habentur. Itaque Hanonem ut bilinguem dicit esse bisulca lingua, quasi proserpentem bestiam. Omnes codices habent Magdalia: verum sic restituit Turnebus, idque optima ratione. V. Plaut. Pœn. 5. 2. 73.

MĪGRO, [ἀποικέω, ἀποικίζω] āre. est Domicilium mutare, & alio se ad habitandum conferre, relicta priore habitatione: ut ait Valla lib. 5.
Migrare domo. Cic. 4. Verr. 89.
Ex urbe. Ter. Hec. 4. 2. 13.
Hinc. Plaut. Epid. 3. 2. 7.
De vel ex vita, Mori. Cic. in Somn. Scip. 1. Antequam ex hac vita migro, conspicio in meo regno, & his tectis P. Cornelium Scipionem. Idem 1. de Fin. 62. Non dubitat (si ita melius sit) migrare de vita.
In cælum. Plaut. Amph. 5. 2. 13.
In locum. Lucret. lib. 2. 774.
E fano foras. Plaut. Curc. 2. 1. 1.
Migratum est Romam. Liv. 1.
Anima migrat in varias figuras. Ovid. 15. Met. 172.
Dicta migrare ut possint, quo volo. i.e. Pervenire. Plaut. Pseud. 1. 5. 55.
Migrat officium a me. Plaut. Trinum. 3. 2. 13.
Omnia migrant, Mutantur, Transeunt. Lucret. lib. 5. 828.
Voluptas migravit ab aure ad oculos. Hor. 2 Epist. 1. 187
Migrant in mucronem cornua, Desinunt. Plin. lib. 11. cap. 37.
Fluvius migrat adverso meatu. Claud. 4. Conf. Hon. 482.
Active pro Mutare. Cic. 3. de Legib. 11. Quod quis earum rerum migrasset, noxiæ pœna par esto. i. e. Si quis quid eorum violarit, transilierit, contraque fecerit. Simile est illud 1. de Divin. 8. Credo, ne communia jura migrare videatur. Alii legunt, Communi jure. Et rursus 1. Off. 31. Ut reddere depositum, promissum facere, quæque pertinent ad veritatem & ad fidem, ea migrare interdum & non servare sit justum. Rursus 3. de Fin. 67. Quoniamque ea natura esset hominis, ut cum genere humano quasi civile jus intercederet; qui id conservaret, eum justum; qui migraret, injustum fore. Gell. 2. 29. Cassita nidum migravit. Hinc
Passive. Sil. 7. 431.

— migrantur Rhœteia regna. Et Liv. 10. 34. Relicta quæ migratu difficilia essent.

MIGRANS, antis. Partic. Virg. 4 Æn. 401.

Migrantes cernas, totaque ex urbe ruentes.

MIGRĀTIO, ōnis. f. [ἀποικισμός] Cic. 1. Tusc. 27. Mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationemque vitæ. Liv. 5. 53. Nunc hæc migratio nobis misera ac turpis, Gallis gloriosa est.
Migrationem pro Metaphora eleganter dixit Cic. 16. Fam. 17. Cui verbo (Fideliter scilicet) domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ.

M I H

MĬHI, [ἐμοί, per aphæres. μοί] Dativus est primæ personæ ab Ego pronomine.
Mihi, Ad meam utilitatem, aut damnum. Ter. Heaut. 3. 1. 102.

Hic mihi quanto nunc plus sapit, quam egomet mihi? Idem Adelph. 1. 2. 36.

Is meus est factus, si quid peccat, Demea,
Mihi peccat, ego illi maximam partem feram.

Mihi, Quantum ad judicium meum pertinet, interprete Donato. Ter. Adelph. 5. 6. 5.

Nam is mihi est profecto servus spectatus satis,
Cui dominus curæ est.

Mihi, A me. Ter. Eun. 3. 5. 2.

Jamne erumpere hoc licet mihi gaudium? Donatus. [Sed rectius Jam ne licet mihi? construas.

Mihi, Circa me. Ter. Andr. 1. 1. 85. Quid si ipse amasset? quid hic mihi faciet, patri? Donatus. [Malim Erga me. Et forsan sic reliquit magister.
Mihi & Tibi, aliquando ita ponuntur in oratione, ut neque ad me, neque ad te, neque ad aliquem referantur, sed tantum festivitatis gratia. Cic. in Pison. 2. Is mihi etiam gloriabitur se omnes magistratus sine repulsa assecutum. Idem, Ecce tibi Pompeius. Et 1. Philip. 25. Quas tu mihi intercessiones, inquit, quas religiones nominas? Idem 4. Verr. 82. Tu mihi ita defendas. Sic aliis locis multis. Ter. Phorm. 5. 8. 21.

Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes. Adde Cic. 1. de Orat. 174. & 3. Verr. 82 & 2. de Orat. 85. & 2. Catil. 4. Ita Liv. in prooem. Ad illa mihi quisque attendat animum. Ita & Tibi pariter. V. Drakenb. ad Sil. 1. 46.

Mihi crede, affirmantis particula, idem quod Certe significans. Cic. in Pison. 60. Inania sunt ista, mihi crede, delectamenta pæne puerorum. Ibid. 56. Fertur ille vir (mihi crede) gloria; flagrat, ardet cupiditate justi & magni triumphi. [Observa etiam Crede mihi rarius in soluta oratione usurpasse veteres, quia principium est Hexametri vel Pentametri versus; ne Hemistichium effunderent. Unde fere apud solos poëtas occurrit.
Mi pro Mihi, V. supra f. I.

MIHIMETIPSI, [ἐμαυτῷ] Cic. pro Quint. 8. Brevitas postulatur quæ mihimetipsi amicissima est.

MIHIPTE, pro Mihiipsi posuit Cato, Festo teste. V. MEUS.

M I L

MILĀGO, ĭnis. f. Piscis qui evolat super aquam. Isidor. 12. 6. An Milvago?

MĪLĀNION, [Μειλανίων] Adolescens fuit, qui Atalantam puellam Arcadiæ venatricem amavit. Sunt qui eundem & Meleagrum dictum fuisse putent. Propert. lib. 1. 1. 9.

Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores,
Sævitiam duræ contudit Iasidos. Ovid. 3. de Arte Am. 775.
Milanion humeris Atalantes crura ferebat, &c. Quædam exemplaria legunt Melanion, inter quæ & Aldinum, Alia mendose Minalion.

MĪLAX, [μίλαξ] a Galeno appellatur frutex hederæ similis, quem Smilacem vocat Dioscorides. V. infra in dictione SMILAX.

MILBON, i. n. Herbæ nomen apud Apul. de Herb. cap 8.

MĪLĒS, ĭtis. c. [στρατιώτης] Qui militiam exercet. Miles autem appellatur, a militia, [an Molestia?] id est duritia, quam pro nobis sustinent: Aut a multitudine: Aut a malo quod arcere milites solent, aut a numero mille hominum. Auctor Ulpian. l. 1. Militibus. §. 1. D. de militari testam. Festus, Militem Ælius a mollitia per antiphrasin dictum putat: eo quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat. ubi Dacer. V. Cic. pro Lege Manil. 28. Qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris. Idem pro Corn. Balb. 47. C. Marius P. Africani discipolus ac miles. Et pro Cluent. 128. Miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum, vimque pertimuit.
Miles, a Mille. Is qui in Orationem pro Milone scripsit, a Plantino excusus, idem qui & in Horatium. Unde contendit scribendum per unicum l. H. St. Quem hic Scholiasten Milonianæ intelligi velit, inquirant quibus Plantiniani codicis copia est. Nam quem Viri docti Asconio subjecerunt, is a principio hujus orationis deficit.
Opponitur Pagano. Plin. 10. Epist. 17. Et milites & pagani, a quibus justitia ejus & humanitas penitus inspecta est, certatim ei qua privatim qua publice testimonium perhibuerunt.
Militem Cæsar emphatice pro Pedite dixit, 2. Bell. Civil. 40. & 42. & 3. 76. & alibi.
In militem, ut in capita, in naves & similia. V. IN præpositionem.
Incursio militum in agros hostium. V. INCURRO.
Incursus militum. V. INCURRO.
Instructio militum. V. INSTRUO.
Levis armaturæ milites. In LEVIS.
Acerior. Hor. 3. Carm. 5. 26.
Ærarii. In æs, æris.
Argentati. In ARGENTUM.
Armatus. Virg. 2. Æn. 20.
Aurati. In AURUM.
Causarii. In CAUSA.
Dirus. Senec. Herc. OEth. 17.
Ferox. Hor. 1. Carm. 6. 4.
Impius. Virg. 1. Ecl. 71.
Incruentus. V. INCRUENTUS.
Infandus. Lucan. lib. 7. 762.
Infestus. Seneca. Herc. fur. 8.
Innumerus. Ovid. 16. Epist. 366.
Inordinati & incompositi. V. INORDINATUS.
Invalidi. V. INVALIDUS.
Justus. In JUSTUS.
Legionarii. In LEGIO.
Maniplaris. Ovid. 3. Fast. 119.

Pertica suspensos portabat longa maniplos,
Unde maniplaris nomina miles habet. V. MANIPULUS.

Mercenarii. Liv. 24.
Pharetratus. Sil. lib. 7. 636.
Præstantior. Ovid. 11. Met. 525.
Rapido milite perfractæ portæ. Sil. lib. 13. 255.
Statarius. V. Statarius, in STO.
Subitus. Tacit. 4. Hist. 76. 2. i. e. Subito collectus.
Vagus. Sil. lib. 4. 828.
Avocare milites a signis, a bello. In AVOCO.
Cogere. In COGO.
Colligere. In COLLIGO.
Decurrunt milites. Senec. Miles in media pace decurrit sine ullo hoste, vallum jacit, & supervacuo labore lassatur, ut sufficere necessario possit. V. DECURRO.
Deducere ex aliquo loco. In DEDUCO.
Militum delectum habere, Recensere milites. H. St. V. DELECTUS.
Dirutus ære. In æs, æris.
Excitatur classico miles truci. Hor. Epod. 2. 5.
Fieri militem. Cic. 7. Philip. 24. Qui vicinos suos non cohortatus est solum ut milites fierent, sed etiam facultatibus suis sublevavit.
Incitare milites in aliquem. V. INCITO.
Legere milites. In LEGO, ĕre.
Obsedit milite campos. Virg. 3. Æn. 400.
Ordinare. In ORDINO.
Milites, pro Apparitoribus judicum & magistratuum. Ulpianus in l. in eadem. D. Ex quibus causis majores. In eadem causa sunt, & qui a militibus statoribusque, vel a municipalibus ministeriis adservantur; si probentur rei suæ superesse non potuisse. Hinc Manus militaris. Idem in l. Qui restituere. D. de Rei vendicatione, Qui restituere jussus. judici non paret, contendens non posse restituere; siquidem habet rem, manu militari officio judicis ab eo possessio transfertur.
Miles in feminino genere. Ovid. 11. Epist. 48.

Et rudis ad partus, & nova miles eram.

MILĬTIA, æ. f. [στρατεία] quandoque Bellum, & quandoque Rem militarem significat, Cic. 3. Off. 97. Sed insimulant eum tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse. De Ulysse.
Acer militiæ. Tacit. 2. Hist. 5.
Decora. Liv. 2. 23.
Facta splendida. Ovid. 13. Epist. 118.
Gnarus. Tacit. 12. Ann. 45.
Impiger. Tacit. 3. Ann. 48.
Labor. Ovid. 1. Fast. 302.
Maturus. Liv. 42.
Piger, & malus. Hor. 2. Epist. 1. 124.
Rudimenta. Stat. 5. Silv. 2. 8.
Gravis militia. Hor. 1. Carm. 18. 5.
Imaginaria. Suet. in Claud. Cæs. cap. 25. Equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem, alam; post alam, tribunatum legionis daret; stipendiaque instituit, & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur super numerum; quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Budæus.
Impigra militia. V. IMPIGER.
Intenta. Tacit. 12. Ann. 39.
Longa militia fessum latus. Hor. 2. Carm. 7. 18.

Pia. Ovid. 7. Met. 48e.
Colere militiam. Ovid. 2. Fast. 508.
Detrectare. Ovid. 13. Met. 37.
Dare nomen militiæ, est Ad delectum se exhibere. Cic. 7. Philip. 12. Milites cum gladiis sequuntur, Consuli præsidio sunt, specie Consuli, re & veritate nobis; omnes sine ulla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant.
Exercere munera togatæ militiæ. Lucan. ad Pison. 27.
Ferre sævam militiam. Hor. 1. Epist. 18. 55.
Proficisci in militiæ disciplinam. Cic. pro Lege Manil. 8. Ad patris exercitum, atque in militiæ disciplinam profectus est.
Sequi præmia militiæ pulverulenta. Ovid. 1. Amor. 15. 4.
Solvebatur militia. Tacit. 1. Ann. 44.
Sustinere militiam belli. V. Militia belli, in BELLUM.
Tolerare militiam, & grave Martis opus. Virg. 8. Æn. 516.
Tueri signa militiæ. Ovid. 1. Amor. 11. 12.
Vacare militia. Quintil. lib. 9. cap. 2. Alio bello petierat, ut militia vacaret.
Militiæ, genitivus adverbii vice positus, ut Domi. Cic. 3. de Orat. 134. Iidemque & in Senatu, & apud populum, & in causis amicorum, & domi, & militiæ consilium suum fidemque præstabant. Idem 5. Tusc. 55. Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita.
Militia, Exercitium. Plaut. Pers. 2. 2. 50.

— at confidentia
Illa militia militatur magis, quam pondere.

Militia, itidem ut Miles, de Ministerio, de Apparitoribus & Accensis magistratuum. V. Plin. 10. 33. Gothofr. ad Cod. Th. l. 12. t. 1. de Decurionibus l. 63. p. 413.
Militia urbana, est Eorum qui in foro versantur. Cic. pro Muren. 28. Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi, plenam sollicitudinis ac stomachi sequutus est; jus civile didicit, multum vigilavit, laboravit, præsto multis fuit.
Veneris militiam pati. Propert. lib. 4. 1. 137.
MILITIŎLA, æ. f. dimin. Auctor vitæ Juvenalis. Semestribus militiolis tumentem.
MILITO, [στρατεύω] are. Militiam exercere, Stipendia in bello merere. Cic. 1. Off. 36. Qui in eadem legione militabat.
Militare sub. Plin. in præf. Militare didicisset sub Annibale. Et pariter Liv. 23. 42. Nostra juventus omnis sub signis militat tuis.
Et militavi non sine gloria. Hor. 3 Carm. 26. 2.
Militare mercede. V. MILITANS Partic.
Militat in silvis catulus. Hor. 1. Epist. 2. 67.
MILITOR, [στρατεύομαι] Pass. legitur apud Plautum in Pers. 2. 2. 50. V. supra, Militia, Exercitium.
Bellum militatur. Hor. Epod. 1. 23.
MILITANS, antis. Partic. Vell. 2. 120. 7. Legatus sub Varo militans. Curt. 6. 3. 7. Græci mercede apud Persas militantes.
MILITANEUS. Vide in CONSECRANEUS H. St.
MILITĀRIS, e. Adj. [στρατιωτικὸς, στρατηγικός] Quod ad milites aut militiam pertinet; ut, Militaris homo. Plaut. Epid. 1. 1. 14.
Ætas. Tacit. 2. Ann. 60. i. e. Robusta, ac apta ad militiam.
Daunia. Hor. 1. Carm. 22. 3.
Industria. Plin. lib. 18. cap. 6.
Labor. Cic. pro Muren. 11.
Manus. Senec. Agamemn. 6.
Opera. Liv. 54.
Ornatus. Cic. 1. Off. 61.
Rem militarem discere. Cic. 1. de Orat. 131.
Sepimentum. Varro de R. R. lib. 1. cap. 14.
Signa. Cic. 2. in Catil. 13. Quum arma, quum secures, quum fasces quum tubas, quum signa militaria, quum aquilam illam. V. Liv. 22. 21.
Timor. Plaut. Pseud. 4. 1. 19.
Via. Varro de R. R. lib. 1. cap. 3.
Militaris equitet. Hor. 1. Carm. 8 5.

Cur neque militaris
Inter æquales equitat. I. e. Militarem in morem, vel ut hominem militarem decet, vel quum sit militaris, vel qui militaris esset, si equitaret. Est autem usitatum Horatio, cum verbo nomen aliquod epithetum conjungere, quod verbi significationem augeat, aut certe adjuvet, ut Carm. 28. lib. 1. & Sat. 6. lib. 2. & aliis locis infinitis. Lambinus.

Compar. Tertull. Apoll. cap. 11. extr.
MILITARIS Herba. V. Plin. 24. 18. & Apul. de Herb. cap. 3.
MILITARIUS, a, um. Adj. [στρατιωτικός] Plaut. Pseud. 4. 4. 11. Quin hinc metimur gradibus militariis? Pro Militaribus, antique; uti quoque legere velit Douza.
MILITARĬTER, Adv. [στρατιωτικῶς] More militum, vel More militari. Liv. 4. 41. Ceterum militariter gravis, non suis vana laudibus, non crimine alieno læta.
Lautus militariter. Tacit. 2. Hist. 80. Militariter lautus, læta omnia, & affluentia excepit. Significat Vespasianum non fuisse exquisite, seu urbana elegantia excultum.
Tecta militariter ædificare. Liv. 27. 3.
MILITARIE, aliud Adv. Idem. Treb. Poll. 30. Tyran. cap. 22. Militarie ob hoc cæsus.
MILETIA, Una fuit ex filiabus Scedasi, de quibus V. in LEUCTRIDES.
MILĒTŎPŎLIS, [Μιλητόπολις] Urbs in minore Asia, inter Cyzicum & Bithyniam, ad Rhindacum amnem, cujus meminit Strab. lib. 12.
MILĒTUS, [Μίλητος] Filius fuit Apollinis, & Areæ Cleochi filiæ, vel (ut Ovidius habet) Deiones, qui quum Minos Cretensium regem jam senem regno privare vellet, a Jove territus, in Samum, deinde in Cariam Asiæ regionem fugit, ibique oppidum condidit, quod de suo nomine Miletum appellavit, ejusque incolas Milesios. Ovid. 9. Met. 446. Alii tamen aliam afferunt nominis rationem. Inde
MILETIS, idis. patronym. f. i. e. Byblis, Mileti filia. Ovid. 9 Met. 634.
MILĒTUS, [Μίλητος] Urbs fuit in finibus Ioniæ & Cariæ (auctore Herodoto) a Neleu ædificata. Hanc generosa vellera nobilitarunt. Unde proverbium mansit, Milesia stragula. Martial. lib. 8. 28.

Nec Miletus erat vellere digna tuo. Hæc autem Anactoria nominata, super octoginta urbium per cuncta maria genitrix, ubi oraculum fuit antiquitus Branchidarum appellatum, postea Apollinis Didymei. V. Pomponium Melam lib. 1. 17. pr. Meminit etiam Cic. 3. Verr. 87. Nunc vulgo *Melasso* vocatur, ut testatur Olivarius in Melam.

Alia fuit ejusdem nominis urbs in Creta, teste Homero lib. 2. Iliados.
MILĒSIUS, a, um. Adj. [Μιλήσιος] Milesii, Populi dicti sunt, qui quum prius potentes essent, & opulenti, deliciis dediti, & opes & potentiam amiserunt. Unde proverbium, πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Olim fuere strenui Milesii. Vide Athen. 12. 7. p. 523. Adde Spanh. ad Aristoph. Plut. 1003.
Mulier Milesia. Cic. pro Cluent. 32. Memoria teneo Milesiam quandam mulierem, &c.
Milesia vellera, Lanæ pretiosissimæ dicuntur. Virg. 3. Georg. 306.
MILESIÆ, ārum. f. Fabulæ, seu Fabellæ ludicræ & lascivæ. Cujusmodi sunt, quas nunc vocant, Romanenses. V. Apul. in princ. sui, uti ipse nominat, sermonis Milesii. Politian. Miscel. cap. 16. & Wower. in Vita Apul. p. 26.
MILESIACUS, a, um. Adj. & MILESIACA, ōrum. n. Idem. [λόγοι μιλησιακοί] quales composuit Aristides, de quo V. Ovid. 2. Trist. 413. Faber in Epist. Burman. ad Ovid.
MILESIUM, i. n. Halcyonum genus. Plin. 32. 8.
MILITARE, MILITIA, MILITO. V. MILES.
MILIUM, i. n. [κέγχρος] Genus frugis. Plin. lib. 18 cap. 7. Milium intra hos decem annos ex India in Italiam invectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis, Lobas vocant, omnium frugum fertilissimum. Virg. 1. Georg. 213. — tunc te quoque medica putres

Accipiunt sulci; & milio venit annua cura.

Fiscella milii. Ovid. 4. Fast. 743.
Liba de milio. Ovid. 4. Fast. 743.
Milium (inquit Festus) quidam putant cepisse nomen a maxima numerorum summa, quæ est mille.
MILIĀCEUS, a, um. Adj. [κεγχρινος] Quod ad milium pertinet, vel quod est milii. Miliaria avis, Quæ milio vescitur & pinguescit. Varro de R. R. lib. 3. cap. 5.
MILIACIA, æ. f. herba dicitur, Quæ milium necat. Plin. lib. 22. cap. 23.
MILIARIUM, i. n. Ulpianus in l. Quum aurum. §. Si cui. D. de aur. & arg. legat. Certe si cacabos argenteos habebat, vel miliarium argenteum, vel sartaginem, vel aliud vas ad coquendum; dubitari poterit, an argento escario contineatur, & hæc magis coquinarii instrumenti sunt. Vas est longum & angustum ad similitudinem milii. Palladius April. extr. Vas, inquit, æneum miliario simile, id est altum & angustum. Eo ad balnea utebantur. Subdebatur etiam trepeto miliarium, tanquam fulcimentum, & in eo columella ferrea recta stabat, qua mola tenebatur; quod miliarium ita temperari accommodarique oportebat, ut quod ad latitudinem attinet, inter orbem & miliarium non amplius digitum interesset; quod si plus interesset, miliarium constringebatur, & in arctum adducebatur ejus laxitas. Cato de R. R. cap. 22. pr. Inter orbem & miliarium, unum digitum interesse oportet. V. Turneb. Advers. 10. 7. Vet. Gloss. Miliarium, θερμαντὴρ χαλκοῦν.
Alias significationes vide infra in MILLE.
MILLE, [χίλια, χίλιοι] Substantivum n. [Nisi Adj. pl. V. infra.] declinatur hoc Mille; plural Millia, vel Milia, um. & Genitivo jungitur. Cic. 6. Philip. 15. Quis unquam in illo Jano inventus est, qui L. Antonio mille nummûm ferret expensum?
Milli passum, antiquo more, pro Mille passuum. Lucil. apud Gell. 1. 16.

Hunc milli passum qui vicerit atque duobus. Plaut. Men. 1. 2. 64.

Milli passum commoratus cantharum. h. e. Quantum satis est peragrando mille passuum spatio. Turneb. De hac locutione V. omnino Gronov. de Pec. vet. lib. 1. cap. 9. & 10.
Octo millia nummorum. Hor. 2. Epist. 2. 5.
Centum millia frumenti. Hor. 2. Serm. 3. 45. subauditur Modiûm.
Curarum millia. Propert. lib. 1. 5. 30.
Multis cum millibus ibat. Virg. 5. Æn. 75.
Millia remediorum ex eo animali demonstrantur. Plin. lib. 28. cap. 10.
Milli, in ablativo lectum est apud antiquos, teste Gellio lib. 1. cap. 16. V. Milli passum paulo ante. Lucil. lib. 9.

Tum milli nummûm potes uno quærere centum. Hoc est quod Græci vocant χιλιάδα.

Mille etiam adjectivum est, & tunc tantum declinatur pluraliter, Mille, horum mille, &c. Columel. lib. 3. cap. 3. Percipere debet in annos singulos mille septingentos quadraginta sestertios. [Mille semper Adjectivum pl. est, & propter ellipsin substantivi, pro substantivo habetur, uti contendit Gronov. l. c. Milia in pl. scribendum esse unico l. quidam putant. V. in MILES. Fest. in Milium & Cellarii Orthogr. Suidas etiam μυρίοι, q. V.
Tercentum mille cadi. Hor. 2. Serm. 3. 116.
Mille usus. Plin. lib. 12. cap. 1.
Mille, pro Numero infinito. Virg. 4. Æn. 701.

Mille trahens varios adverso sole colores. De Iride. Idem 2. Ecl. 21.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Plura supra exempla sunt.

Millia, pro Mille passuum, absolute. Cic. pro Cæcin. 28. Is non ausus est dicere quot millia fundus suus abesset ab urbe, nam cum dixisset minus abesse LIII, populus cum risu acclamavit ipsa esse. Et 3. Att. 3. Rogatio confecta est ut mihi ultra quadraginta millia liceat esse.
MILLIES, Adv. [χιλιάκις] Pro numero magno indefinito. Ter. Andr. 3. 4. 44. Ex ipsa millies audivi. Cic. pro C. Rabirio perduel. reo, 15. Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quam in ejus concione carnifex consisteret.
Millies revocatum est. Cic. pro Sext. 123. Et 1. Off. 113. Millies oppetere mortem, quam illa pati maluisset.
Quinquies millies. Plin. lib. 2. cap. 23.
MILLĒSĬMUS, a, um. Adj. [χιλιοστός] Cic. de Fato, 13. Quanquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo edictum esset. Et 2. Att. 4.
MILLIĀRIUS, vel MILIARIUS, a, um. Adj. [χιλιάριος] Quod Mille numero comprehendit. unde Apri milliarii, dicebantur Mille librarum, qui apponebantur in cœnis Romanorum. Varr. de R. R. lib. 3. cap. 2. Plin. lib. 17. cap. 12. Milliarias vocari multas narrant a pondere olei, quod ferant annuo proventu. De oleis.
Milliarius aper. Senec. 19. Epist. 2.
Milliariæ decuriæ. Varr. de L. L. lib. 8. 49.
Milliarius grex, h. e. Mille capitum. Varr. de R. R. lib. 2. cap. 10.

In

Ingregibus oviam, fed magnis, quos milliarios faciunt quidam, facilius de fumma hominum detrahere poffunt, quam de minoribus, ut funt Attici.

Porticus milliariæ. Suet. in Neron. cap. 31. h. e. (ut opinor) Mille paffuum.

Milliāre, is. & Milliārium, i. n. [μίλιον] Mille paffuum fpatiam. Cic. 6. Att. 1. Accepi tuas litteras ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentiffime. Sed alii locum aliter legunt. Paulus in l. Plane. D. de excufationibus tutorum, Plane ultra centefimum milliarium ab Urbe, filiorum Collegarum fuorum tutelam fufcipere non coguntur. V. Ifid 15. 16.

Milliarium, Columna quædam, quæ in capite Romani fori prope ædem Saturni fuerat, in quam omnes Italiæ viæ terminabantur; quod etiam Milliarium aureum dictum eft. Plin. lib. 3. cap. 5. Roma dividitur in regiones 14. compita earum 265. paff. ejufdem fpatii menfura currente a milliario in capite Romani fori ftatuto ad fingulas portas, quæ funt hodie numero 37. Tacit. 1. Hift. 27. Otho, innixus liberto, per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad milliarium aureum fub ædem Saturni, pergit. Tranquill. quoque in Othone cap 6. Præmonitis confciis, ut fe in foro, fub æde Saturni, ad milliarium aureum, opperirentur. Plutarch in vita Galbæ, In forum ibat ad eam partem, in qua fteterat aurea columella, ad quam omnes Italiæ viæ terminantur.

Milliarii, dicti funt quidam Hæretici Auguftino, quos Græci χιλιαστὰς vocant. propter illud ex facra pagina, Una dies, ut mille anni, & mille anni ut una dies. Meminit Rhodig. lib. 1. cap. 14.

Milliastæ, iidem Ifidor. 8. 5.

Millefōlia, æ. f. [στρατιώτης χιλιόφυλλος] Herbæ genus. Plin. lib. 25. cap 5. Aliqui & hanc panacen heracleon, alii fideritin, & apud nos millefoliam vocant, cubitali fcapo, ramofam, minutioribus quam fœniculi foliis veftitam ab imo.

Millefōlium, i. n. [μυριόφυλλον] Herba, caulis teneri, fimilis fœniculo, plurimis foliis, unde & nomen accepit Plin. lib 24. cap 16.

Milleformis, e. Adj. utitur Prudentius Cathem. 9. 55 & Auguftinus.

Millepĕda, æ. f. [ὄνισκος] ab aliis Centipeda aut Multipeda dicta; Animal eft e vermibus terræ, pilofum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens fe, Onifcon Græci vocant, alii Tilon. Hæc Plin. lib 29. cap 6.

Milliarium, Millies. V. mille.

Millum, i. n. vel Millus, i. m. Collare canum. Varr. de R. R. lib. 2. cap 9 Et ne vulnerentur a beftiis, imponuntur his collaria, quæ vocantur millum, id eft cingulum circum collum ex corio firmo cum clavulis (alii legunt clavis) capitatis, cui infra capita infuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Aliqua exemplaria habent Mælium. Feftus, Millus, collare canum venaticorum, factum ex corio multis clavis ferreis eminentibus adverfus impetum luporum. Scipio Æmillianus ad populum, Nobis, inquit, Reique publicæ præfidio eritis, quafi millus cani.

Milo, ōnis. [Μίλων] proprium nomen.

Fuit hoc nomine Crotonienfis athleta, qui taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occidiffe dicitur, & fine fatigatione per ftadii fpatium fupra humeros portaffe, totumque eo die comediffe. Plin lib. 7. cap. 20. Crutoniata Milonem athletam, quum conftitiffet, nemo veftigio educebat, malum tenenti nemo digitum corrigebat. Is, inquit Valerius 9. 12. ext. 9. tandem fuis viribus nimium fidens, quum in filva vidiffet ingentem arborem caudice difciffam, immiffis manibus penitus difcindere cupiens, reclufifque fiffuris, deficiente conatu, fe fatis lacerandum præbuit.

Milo etiam cognomen gentis Anniæ Ro. in quam

T. Annius Milo, a Lanuvio municipio, familia Papia, adoptatus eft a T. Annio avo materno, cliens Ciceronis in caufa cædis Clodianæ. Auctor Pedian Hic quum ob eam caufam exfularet Maffiliæ, vidiffetque Ciceronis orationem pro fe fcriptam, longe meliorem ea, quæ habita fuerat, dixiffe fertur, Si fic orafftet Cicero, non ego Maffiliæ lumbricos legerem. Auctor Dion in Romanorum hiftoria.

Eft & Milo, five Milos, nomen montis Indiæ, in quo homines averfis plantis nafcuntur, octonos digitos in fingulis pedibus habentes. Plin. lib 7. cap. 2.

Milōnianus, a, um. Adj. a Milone Ro. utitur Pedian. in proœm. Orat pro Mil.

Milōnia, [Μιλωνία] Oppidum Samnitium, apud Dionyf. lib. 16. Antiq.

Miltiădes, is. [Μιλτιάδης] Cimonis filius, Dux clarus Athenienfium qui decem millibus fuorum, profligavit infinitam multitudinem Perfarum in campis Marathoniis.

Plures fuerunt hoc nomine infignes. V. Ælian. Var. Hift. 12. 35. & not. Periz.

Miltites, æ m. [μιλτίτης] Hæmatitæ lapidis fpecies. Plin. 36. 20.

Miltos. i. f. [μίλτος] Minium vel Cinnabaris. Vitruv. 9. 3. Plin. 33. 7. In Gloff Greco-Lat. redditur Rubrica.

Milva, Milvago, V. Milvius.

Milvius, Nomen proprium parafiti apud Hor. 2. Serm. 7. 36.

Milvius & fcurræ, &c. Mulvius. Bentl.

Milvius, vel Milvus, i. m. [ἰκτῖνος] Avis rapaciffima. A molli volatu, ut quibufdam placet: vel fictitio nomine a voce quam edit. Ter. Phorm. 2 2 16. Non rete accipitri tenditur, neque milvio. Plin. lib. 10. cap. 10. Milvi ex eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Notandum in his, rapaciffimam & famelicam femper alitem, nihil efculenti rapere unquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara.

Rapidiffima volucris milvius. Ovid. 2. Met. 716.

Milvius, de Homine rapaci dicitur, per translationem. Plaut. Rud. 4. 4. 80.

Vidi petere milvium, etiam quum nihil auferret tamen.

Milvus, Pifcis. Plin. lib. 9. cap. 27. Volat hirundo, fane perquam fimilis volucri hirundini; item milvus. Scribitur & Miluus.

Milva, æ. f. Tralate Petron. cap. 75. Bonum tuum concoquas, milva.

Milvīnus, a, um. Adj. [ἰκτίνειος] Quod ad milvum pertinet. Plin. lib 37. cap 10. Milvinis nigricans veluti plumis.

Milvina menfa. Plaut. Men. 1. 3. 29.

Madida quæ mihi appofita menfam milvinam fuggerant. Al. In menfam milvinam fugg. Subaudiru Famem V. Turneb. [An Milvi iram? Ea enim ipfa eft fames. Ridicule, more Plauti.

Milvinus pullus, per translationem. Cic. 1. Q. frat. 2. Quid vero ad C. Fabium nefcio quem (nam eam quoque epiftolam T. Catienus circumgeftat) renuntiare tibi Licinium plagiarium cum fuo pullo milvino tributa exigere?

Milvinus pes, Herbæ nomen. Columel lib. 2. cap. 7.

Milvinæ tibiæ, quæ in accentus exeunt acutiffimos, tefte Solin. cap. 11. Quod milvi vocem imitarentur fcilicet.

Milvāgo, inis. f. Pifcis genus, qui extra aquam volitans, tempeftates prædicit. Plin. 32. 2. V. milvus, & milago.

Milvius, Pons. V. mulvius.

Milyas, Herodot. Locus in Afia, cujus populi jam tunc appellabantur Solymi. His poftquam imperavit Sarpedon, Termilæ funt appellati, tantifper dum Lycus Pandionis filius a fratre Ægeo Athenis pulfus, ad Sarpedonem in Termilas abiiffet, factumque effet, ut temporis progreffu ad Lyci nomen Lycii vocarentur.

M I M

Mimallis, Plin. lib. 4. cap. 12. a Callimacho Infula dicitur; quæ ab aliis Melos, a nonnullis Zephyria.

Mimallŏnes, [Μιμαλλόνες] Bacchæ mulieres; a Mima Ioniæ monte; vel μιμεῖσθαι quod Imitor fignificat, quod Liberum patrem Imitarentur, & ad ejus imitationem cornua ferrent. Hæ quoque Baffarides, & Thyades, & Ogygides vocatæ funt.

Mimallonĭdes, [Μιμαλλονίδες] Idem Ovid. 1. de Arte Am. 541.

Ecce Mimallonides, fparfis in terga capillis, &c.

Mimalloneus, a, um. Adj. [Μιμαλλόνειος] Perf. 1. Sat. 99.

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Mimarcis, [μίμαρκυς] erat Inteftinum fanguine concinnatum, quod veteribus pro cupediis habebatur. Auctor Pollux.

Mimas, [Μίμας] Mons eft in Minori Afia, ut oftendit Homer. In hymnis; in quo quum Bacchus mirum in modum a mulieribus celebraretur, dictæ funt bacchantes Mimallonides. Ovid. 2. Met. 222.

— & Cynthus, & Othrys,

Et tandem nivibus Rhodope cariturus, Mimafque.

Mimas, unus Gigantum, cujus meminit Hor. 3. Carm. 4. 53.

Sed quid Typhœus & validus Mimas. &c.

Mimēsis, is. f. [μίμησις] Latine Imitatio morum alienorum dicitur. Eft autem figura. Ter. Phorm. 1. 2. 91.

— ad precatorem adeam credo, qui mihi

Sic oret: nunc omitte quæfo hunc, ceterum &c. Ubi Donat. Mimefis dicitur, ubi non verba modo, verum etiam geftum vocemque fingimus alienam.

Mimmŭlus, i. m. Herbæ genus. Plin. 18 28.

Mimnēous, [Μιμνηοῦς] Oppidum Lydiæ apud Hecatæum in defcriptione Afiæ. Stephanus

Mimnermus, [Μίμνερμος] Elegiarum fcriptor. Natus fuit Olympiade 37. Ideoque feptem fapientibus antiquior eft. Quidam tamen eodem tempore vixiffe illum dicunt. Vocatus fuit & Ligyaftades, propter concinnitatem & dulcedinem. Scripfit libros multos Suidas. Propert. 1. 9. 11.

Plus in amore valet Mimnermi verfus Homero;

Carmina manfuetus lenia quærit amor.

Mīmus, i. m. [ἠθολόγος, μῖμος] Effictor Latine dicitur, qui vel intra; vel extra fcenam gefticulationes exercet, imitaturque dicta, factaque, moresve hominum & naturas, cum lafcivia; a μιμεῖσθαι, ut Diomedes ait, quod fignificat Imitor. Cic. 7. Verr. 78. Mulieres autem nuptæ nobiles, præter unam mimi Ifidori filiam, &c.

Mimi voce exponit Egnatius vocem Morio. V. morio. H. St.

Mimi etiam, dicuntur Poemata fine reverentia lafciviam imitantia. Nam quum alia poemata idem faciant, folus tamen id Laberius poeta quafi quodam privilegio poffedit. Hanc fabularum feu commœdiarum fpeciem Latini vocant Planipedem. Ovid 2. Trift. 515.

Scribere fi fas eft imitantes turpia mimos. Cic 11. Philip. 13 Quorum alter commentatus eft mimos, alter egit tragœdiam. Idem pro Cœl. 65. Mimi ergo eft jam exitus, non fabulæ.

Agere mimum. Juven. 13. Sat. 110.

Jocantes obfcœna mimi. Ovid. 2. Trift 497.

Mimo fubfervire, eft quod vulgo dicimus. *Facere contrariam vocem in fymphonia*, hoc eft Figmentum adjuvare, vel Adjuvare fabulantem. Budæus.

Mimus, figurate. Suet in Othon. cap. 3. de Othone & Poppæa & Nerone, Quare diducto matrimonio, fepofitus eft per caufam legationis in Lufitaniam. Et fatis vifum, ne pœna acrior mimum omnem divulgaret, qui tamen fic quoque enotuit. i. e. Ridiculum factum, & quafi fabulam rifu dignam. Translatio eft ab eo quod mimis, id eft fabulis fignificabatur, quod interdum ignorabatur a multis: ut fit hodie. Budæus.

Mima, æ. f. [ἠθολόγος] Cic. 2 Philip. 58. Inter quos aperta lectica mima portabatur. Adde Hor. 1. Serm. 2 56.

Mimŭlus, i. m. dimin. Arnob. lib. 2. p. 69. Quid pantomimos, quid mimulos, hiftriones, cantores.

Mimŭla, æ. f. dimin. [ἠθολογίδιον] Gefticulatricem fignificat. Cic. 2. Philip. 60. Venifti Brundufium, in finum quidem & complexum tuæ mimulæ. Idem pro Planc. 30. Raptam effe mimulam.

Mimĭcus, a, um Adj. [μιμικός] Quod ad mimum pertinet. Cic. in Pifon. 55 Quum ego Cælimontana porta introiffe dixiffem, refponfione me mimica, Exquilina introiffe, homo promptiffimus laceffivit. V. not Var. Idem 2. de Orat. 239. Vitandum eft oratori utrumque, ne aut fcurrilis jocus fit, aut mimicus. Et 2. Philip. 58. Inter quos aperta lectica mima portabatur, quam ex oppidis municipales homines honefti, obviam neceffario prodeuntes, non vero illo & mimico nomine, fed Volumniam falutabant.

Mimica & inepta. Plin. lib. 7. ad Montan. Epift. 29.

Mimicum & turpiffimum hominem Mur. 1. de Ben c. 14. Al. Inimicum. H. St. Senecæ nempe verba funt pr. cap. ut Muretus emendavit.

Mimicus fcurra. Capit. in Max. 236. Sed puto Scurra effe gloffema. Alibi Mimicus. H St. V. Vitam Maximini cap. 9. paulo ante Mimum vocaverat. Sed videtur innuere nofter etiam Mimicus m. g. abfolute, pro Mimo, alibi occurrere. Conf. paulo poft mimarius.

Mimĭce, Adv. Catull. Carm. 43. 8.

Turpe incedere mimice ac molefte.

Mimārius, a, um. Adj. Idem ac Mimicus. Capitolin. In Vero cap. 8. Scurræ mimarii ac præftigiatores

Mimŏgrăphus, i. m. [μιμογράφος] Lafcivi poëmatis fcriptor; ut fuit Philiftio, ut Publius, ut Laberius. V. Suet. de Grammat. cap. 18.

Mimo-

MIMOLOGUS, i. m. Idem ac Mimus. Firmic. Si Leporem cælestem Venus respexerit, pantomimos facit, aut mimologos.

MIMIAMBUS. Fabulæ genus quod Mimos vocant, quæ etiam ut plurimum constaret Iambis. V. Gell. 15. 25. & 20. 9. Terentian. aliique.

M I N

MIN, monosyll. usus est Auson. Idyl. 12. 149.
Et quod germano mixtum male letiferum Min? Turnebus interpretatur de minio, letali pharmaco & homines necante, quod in argentariis metallis reperitur. V. Adversf. 23. 30.
Min' pro Mihine. Pers. 1. Sat. 2.
Min facere, Vide VACARE. H. St.

MINA, æ. f. [μνᾶ] apud Græcos idem est quod Libra, & pondo apud Romanos; hæc centum drachmas continebat, hoc est centum denarios Romanos, seu quadringentos sestertios. Mina igitur decem aureos coronatos valuit; & drachma tres solidos Turoneos & semissem, quanti scilicet denarius Romanus æstimatur a doctis qui de hac re scripserunt, hoc est quaterni nummi. Hæc ex Budæo. Plin. lib. 21. cap. 34. Mna quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. Plautus Asin. 2. 3. 16.
Argenti viginti minas, si adesset, accepisset. Idem Trin. 2. 4. 2.
Minus quindecim dies sunt, quod pro his ædibus
Minas quadraginta accepisti a Callicle.
Accudere tres minas. In ACCUDO.
Mina, Mensuræ genus, qua agri metiuntur. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 10. Actus quadratus, qui & latus est pedes CXX, & longus totidem: is modius ac mina Latine appellatur. Ex vetusto exemplari legitur, is modus acnua, &c. V. ACNUA.
Mina ovis, a M. Varr. lib. 2. cap. 2. de R. R. vocatur, Quæ ventre non est lanato, sed glabro. Quæ vero sit origo nominis quæritur: & a minus deduci puto, ut sit quæ minus habet lanæ. Argumento est, quod apud Festum Ælius minam esse dicit vocitatam mamma altera lacte deficientem, velut minorem factam. Quod igitur hic in mamma, illic dicitur in lana, eadem vocis utrobique potestate. Hæc Turnebus.

MINACIÆ, MINACITER, V. MINAX in MINOR, āri. post dict. seq.

MINÆ, arum. f. [ἀπειλαί, δεινά, ἀπειλή, ἀρειαί] Metus incussiones per verba aut signa. Cic. lib. 2. Att. 19. Minæ Clodii contentionesque, quæ mihi proponuntur, modice me angunt.
Verba plena minarum. Hor. de Arte Poet. 106.
Pelagi cælique minæ. Virg. 6. Æn. 113.
Forte pro Injuriis. Ex eo, quod præcedit, id quod sequitur. H. St. Sic Hibernæ minæ, Minæ hiemis. Tibull. lib. 2. 3. 50.
Feroces. Senec. Herc. fur. 11.
Inanes. Hor. Epod. 6. 3.
Infractæ. Sil. lib. 7. 125.
Nullæ in fronte. Ovid. 2. Met. 857. De tauro quodam.
Rapaces fati. Senec. Hippol. 4.
Tristes. Senec. Hippol. 4.
Tumidæ. Hor. 4. Carm. 3. 8.
Compescere. Sil. lib. 4. 125.
Compesce diras irarum. Senec. Herc. OEth. 11.
Effundere. Lucan. lib. 5. 261.
Exhaurire. Stat. 10. Theb. 289.
Flectere minas alicujus. Valer. 1. Argon. 216.
Gerere. ut, Quas gerit ore minas! Stat. 1. Theb. 188.
Horrebant verba sævis minis. Ovid. Remed. Amor. 664.
Jactare minas, pericula intendere. Cic. pro Quint. 47.
Impellere minas belli. Lucan. lib. 5. 108.
Insequi aliquem clamore ac minis. Cic. pro Cluent. 24.
Intendere minas alicui. Tacit. lib. 3. Ann. 36.
Intonare rigidas. Ovid. 1. Amor. 7. 46.
Languescunt minæ. Stat. 12. Theb. 687.
Miscere, i. e. Minari. Lucret. lib. 5. 1001.
Sævibat, leviterque minas miscebat inanes. al. Ponebat. i. e. Mare frustra minabatur fluctibus.
Negligere, In NEGLIGO.
Obsistere minis vatum. Lucret. lib. 1. 110.
Prohibere. Virg. 3. Æn. 26.
Di prohibete minas.
Tollere. Virg. 3. Georg. 421.
Tumuere vanæ. Lucan. lib. 2. 573.
Minæ, dicuntur etiam Eminentiæ murorum, quas Pinnas dicunt, unde & Eminere dicimus, teste Servio; (& a Minor, minaris derivatur, quod Exstare & eminere significat.) Virg. 4. Æn. 88.
— pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes. Alii hic Minas significare putant Partes illas murorum, in quibus sunt propugnatores, hostibusque minantur, quæ ad emissionem telorum fenestratæ sunt, ἐπάλξεις fere a Græcis vocantur. Ruffin. in Josepho. Et desuper eam minæ quidem binis, propugnacula vero ternis cubitis ambiebant. Turneb. 3. 15. ubi & plura ejusdem loca subjicit. [Ego tamen poëtam existimo Minas murorum, pro Muris, altitudine veluti minantibus, dixisse. Delectatur hoc verbo in periphrasi altitudinis. V. in MINOR Dep. & MINAX infra, & Indic. Erythræi. Juvenal. 3. Sat. 256. — nutant altæ, populoque minantur.

MINOR, [ἀπειλῶ] āri. proprie est Minas incutere. Cic. 2. Verr. 24. Minari denique divisoribus ratio non erat.
Cauda unca minatur scorpius. Ovid. 15. Met. 371.
Cladem dei. Lucan. lib. 3. 36.
Crucem alicui. Cic. 1. Tusc. 102. Cui quum Lysimachus rex crucem minaretur.
Multa ac metuenda minari. Ovid. 15. Met. 24.
Multa mihi terræ, multa minantur aquæ. Ovid. 10. Epist. 94.
Pœnas magnas. Tibull. lib. 3. 6. 23.
Prælia. Ovid. 2. Met. 859.
Vulnera fæva. Ovid 2. de Pont. 2. 23.
Minari cum Infin. Plaut. Asin. 3. 3. 14.
Qui nunc festinat, atque ab hac minatur sese abire.
Minatur abiturum se. Ter. Heaut. 3. 1. 80.
Bellum minantur hæc armenta, Portendunt. Virg. 3. Æn. 540.

Minari, interdum significat Eminere, exstare, efferri. Unde a manendo, id est eminendo deductum. Virg. 1. Æn. 166.
Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique minantur
In cælum scopuli. Ibid. 2. 628. de orno accisa,
— instant
Eruere agricolæ certatim, illa usque minatur. Ubi Serv. Minatur, aut eminet; ut Minæque murorum, aut movetur.
Minari, Promittere. Hor. 2. Serm. 3. 9.
Atqui vultus erat multa & præclara minantis. Et lib. 1. Epist. 8. 3.
Si quæret quid agam; dic, multa & pulchra minantem
Vivere nec recte, nec suaviter: &c. i. e. Promittentem, præ me ferentem, jactantem Lambinus.

MINANS, antis. Partic. [ἀπειλῶν] Ovid. 2. Fast. 840.
Edidit impavidos ore minante sonos.
Gladii triste minantes Lucan. 1. 320.
Verba minantia. Ovid. 5 Met. 669. Al. Minacia.

MINANTER, Adv. Ovid. 3. de Arte Am 582.
Multaque submisse, multa minanter agant.

MINĀTIO, ōnis. f. Cic. 2. de Orat. 288. Exsecrationes, admirationes, minationes. [An Ominationes?

MINĀTOR, ōris. m. Qui minatur. Apud Ecclesiasticos.
Minator, Agaso. Tertull. ad Nat. 2. 3. V. MINO.

MINATŌRIUS, a, um. Adj. Ammian. 17. 16. Terræ motus sonitu audiuntur minatorio.

MINAX, ācis. Adj. [ἀπειλητής] Qui frequenter minatur. Cic. 9. Att. 85. Sermones minaces. Et Minacia somnia. lib. 2. de Divin. 85. Item 16. Fam. 10. Minaces litteræ, & acerbæ.
Aer minax nubibus. Ovid. 1. Trist. 2. 24.
Animi. Ovid. 6. Met. 688.
Arcus. Hor. 3. Carm. 26. 8.
Boves cornu. Ovid. 11. Met. 37.
Camœnæ. Hor. 4. Carm. 9. 7.
Fluvios tentare minaces Audet. Virg. 3. Georg. 77. de Equi pullo generoso.
Ira. Valer. 1. Argon. 722.
Murmur cornuum. Hor. 2. Carm. 1. 17.
Oculi in morte. Lucan. lib. 2. 26.
Reges. Hor. 2. Carm. 12. 12. — ductaque per vias
Regum colla minacium Sic ex manuscriptis restituit Lambin. quum vulgo legatur Minantium.
Serpens vibrante lingua. Lucret. lib. 3. 657.
Vinela. Ovid. 1. Met. 91. al. Verba.
Unda Ponti. Hor. 1. Carm 12 31.
Voce minaci terrere aliquem. Hor. 1. Carm. 10. 10.
Minax, i. e. Eminens. Lactantius. Stat. 12. Theb. 443.
— uterque minax globus, & conatur uterque Longius.
Scopulus, Altus. Virg. 8. Æn. 668.
Minax, per translationem, Durus, rigidus. ut, Saxum minax. Lucret. lib. 1. 881.
Conveniebat enim fruges quoque sæpe, minacis
Robore cum saxi franguntur. &c. Al Sæpe minuras. [Quid si Minaces?
Compar. Liv. 4. 52. Minacior quam perniciosior.
Superl. Ammian. 19. 21. pr. Vi minacissimæ plebis.

MINĀCITER, Adv. [ἀπειλητικῶς] Cum minis, vel Minantis modo. Liv. 2. 6. Minaciter fremunt.
Probibentibus minaciter Decemviris. Liv. 3. 39. pr.
Minaciter terrere. Cic. 1. de Orat. 90.
Minaciter expostulare. Plin. lib. 35. cap. 11.
Torrente rapido minaciter subterfluente. Plin. lib. 8. cap. 50.
Compar. Cic. 5. Philip. 21. Num putatis P. C. dixisse eum minacius, quam facturum fuisse? Adde Tacit. 1. Hist. 33. 5.

MINACIÆ, arum. [ἀπειλαί] a Plauto dicuntur, quas minas dicimus, in Rud. 3. 5. 16.
Minacias ego istas flocci non facio tuas. conf. Mil. 2. 4. 21. & Truc. 5. 1. 56.
Minaccie Lat. Minacæ, *& da Plauto* Minaciæ, inquit *Fr. Alunn* in suo *Diction.* quod vocat *La Richezze della lingua volgare.* ζεῦ'. ubi Lat. sit illud Minacæ. H. St.

MINITO, [ἀπειλῶ] āre. frequent. & MINITOR, depon. Minis terrere. Plaut. Amph. Quid minitabas te facturum, si istas pepulissem fores? Nævius Danaë, Etiam minitas? mitte ea, quæ tua sunt magis quam mea ex Non. 17. 51.
Minitari malum. Ter. Phorm. 5. 6. 12. Cic. 6. Philip. 10. Mortem fratri est minitatus. Idem 2. in Catil. 1. Vobis atque huic urbi ferro flammaque minitantur. Idem in Parad. 2. Mortemve mihi minitaris, ut omnino ab hominibus; an exilium, ut ab improbis demigrandum?

MINĪTANS, antis. Partic. [ἀπειλῶν] Cic. 7. Verr. 159. Quem jam ingredientem navem, & Verri nimis atrociter minitantem, a se retractum esse & asservatum, &c.
Minitanti Philippo per litteras, se omnia, quæ conarentur, prohibiturum &c. Cic. 5. Tusc. 42.
Bellum minitantes. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Vulnera minitans curvata cuspide scorpius. Ovid. 2. Met. 199.
Murmur minitans. Lucret. lib. 1. 70.
Ora minitantia. Oivd. 12. Met. 348.

MINITĀBUNDUS, a, um. Adj. [ἀπειλητικός] i. e. Minitans; tanquam furiosus, vel fureus. Liv. 39. 41. Etenim tum quoque minitabundus petebat. Et Tacit. 2. Ann. 10. 4.

MINITĀTIO, ōnis. f. apud Hieron.

MINITĀBILIS, e. Adj. unde

MINITABĪLITER, Adv. [ἀπειλητικῶς] pro Minaciter, antique. Accius Æneadis, Gallei voce canora fremitu peragrant minitabiliter. Pacuvius Antiopa, Minitabiliterque increpare dictis sævis incipit. Nonius. 2 545.

MINÆI. Populi sunt in regione Arabiæ, Mari rubro adjacentes, qui primi commercium turis fecere, nec præter hos Arabes alii turis arborem vident. Unde ab ipsis Tus ipsum, Minæum dictum est, teste Plin. lib. 12. cap. 14. & lib. 6. cap. 28.

MINALION, V. MILANION.

MINARRIO, V. MINURRIO.

MINAX, V. MINOR. āri.

MINCIUS, [Μίγκιος] Fluvius Italiæ, qui ex Benaco Venetiæ lacu ortus, urbem Mantuam circuit, deinde fluit in Padum. Virg. 7. Ecl. 13.
Hic viridis tenera prætexit arundine ripas Mincius, &c.
Ingens Mincius. Virg. 3. Georg. 15.
Tardus meatu. Claud. 6, Conf. Stil. 197. Hinc
MINCIADES, æ, m. Minciades Virgilius dictus. Juvenc.
Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.
MINCTIO, onis. f. } Urinæ redditio apud Vegetium Mulom. V. MEIO.
MINCTURA, æ. f. }
MĬNEO, [ἐπιπίπτω] ēre. Idem quod Immineo, cujus est simplex, sed antiquum. Usus tamen est eo Lucret. lib. 6. 562. ubi inquit,
Ad cælumque magis quanto sunt edita quæque
Inclinata minent in eandem prodita partem. Sic legit Lambinus; quum alii codices partim Minant, partim Micant, partim Manent habeant.
MINĒRA, æ. f. Matrix, seu vena terræ metallicæ. Unde
MINERĀLIS, e. Adj & MINERALIA dicta Philosophis junioribus.
MINERRIMUS, pro Minimus laudatur ex Festo. V. MINOR.
MĬNERVA, æ. f. [Παλλὰς, Ἀθήνη, Ἀθηναία, Ἐργάνη, Πολιὰς, Ἀτρυτώνη] Disciplinarum dea. Et a Minando dicitur, quasi vim minetur. Aut a Minuendo, ut inquit Cic. 2. de Nat. Deor. 67. Festus, Minerva dicta quod bene moneat. Hanc enim pagani pro sapientia ponebant. Cornificius vero quod fingatur pingaturque minitans armis, eandem dictam putat. Hactenus Festus. Hæc Ogygis temporibus ad locum, qui Tritonis dicitur, ut scribit Augustinus de C. D. 18. 8. virginali fertur apparuisse ætate. V. Scalig. Animadv. in Euseb. Chron. p. 21. Conf. etiam in dictione PALLAS. Hanc filiam Jovis ac virginem putaverunt, quod & incorruptibilem aiunt esse natura, & extremum locum universi obtinere contendunt. Tritoniam vero appellatam, quoniam ter in annuo spatio, vere, æstate, hieme commutatur. Γλαυκῶπιν, id est glaucoculam vocari dicunt, non quia glaucos habeat oculos, quod vocabulum ipsum denotat, sed quoniam aer visum animalibus præbeat. Et quum lanificium, & texturam, & alia multa artificiosa comperisset, celebris dea appellata est. Et quia omnia ejus inventa ex vi ingenii atque sapientiæ procedere videbantur, locus fabulæ datus est, ut cerebro Jovis genita dicatur.
Quinque autem Minervæ Cic. 3. de Nat. Deor. 59. teste fuerunt. Prima, inquit, quam Apollinis matrem supra diximus: secunda, orta Nilo, quam Ægyptii Saitæ colunt: tertia, quam a Jove generatam supra diximus: quarta Jove nata, & Coryphe, Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inventricem ferunt: quinta Pallantis, quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affingunt. Hactenus Cicero.
Minerva, ædificiorum, ut Oppianus scribit, inventrix fuit; & proinde, ex ædificiis urbium, ipsa etiam Πολιοῦχος, & Πολιὰς, & Ἐρυσίπτολις cognomento, ut urbium tutela, colebatur, quarum & præses est. Virg. 2. Ecl. 61.
—Pallas, quas condidit, arces
Ipsa colat. Arcium autem meminit Maro, quod in ea urbium parte ei solebant templa fieri, ut Phurnutus de Nat. Deor. cap. 20. & Vitruvius lib. 1. cap. 7. pr. docent.
Armifera Minerva. Ovid. 6. Fast. 421.
Bellatrix. Ovid. 8. Met. 264.
Casta. Hor. 3. Carm. 3. 23.
Cecropiæ Minervæ artes. Martial. lib. 1. 124.
Flava. Ovid. 1. Amor. 1. 7.
Impavida. Ovid. ad Liviam, 403.
Inventrix oleæ. Virg. 1. Georg. 18.
Innupta. Virg. 2. Æn. 31.
Latiæ Minervæ artes. Martial. lib. 1. 124.
Operosæ Minervæ studium, pro Lanificio. Hor. 3. Carm. 12. 5.
Pugnax. Ovid. 3. Trist. 9. 7.
Tetricæ Minervæ totos dies dare. Martial. lib. 10. 19.
Operum haud ignara Minervæ. Virg. 5. Æn. 284. i. e. Docta artis lanificæ. Loquitur de serva quadam.
Minerva, absolute, Lanificium. Virg. 8 Æn. 409.
Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerva. Servius pretium explicat, quod a Varrone Minerval appellatur. Turnebus contra Lanificium significari putat, quod tenue est, nec valde quæstuosum; ut & apud Maronem de lanificio intelligitur. Virg. 1. Æn. 805.
—non illa colo calathisque Minervæ
Femineas assueta manus.
Minerva, pro Filo. Arnob. lib. advers. Gent. Pro aquis Neptunum, Liberum patrem pro vino, Cererem pro pane, Minervam pro stamine, &c.
Pingui, seu crassa Minerva aliquid dicitur fieri, quod Inconditius, simpliciusque, quasique indoctius fit; non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Cic. de Amicit. 19. Agamus ergo pingui Minerva, ut aiunt. Hor. 2. Serm. 3. Philosophum describens non exactis illis Stoicorum rationibus atque argutiis instructum, sed velut citra artem, Philosophiam moribus exprimentem; neque tam disertum, quam simplicem ac sincerum,
Rusticus, abnormis sapiens, crassaque Minerva. Ex Erasmo.
[V. in ANORMIS annotata. Forte tamen Abnormi legendum, ut sit Minervæ epitheton, synonymum alterius.
Sus Minervam; subaudiendum Docet, aut Monet: dici solitum adagium quoties indoctus quispiam aut insulsus eum conatur docere, a quo sit ipse magis docendus. Cic. 1. Acad. 18. Nam etsi non sus Minervam, ut aiunt, tamen inepte, quisquis Minervam docet. Ex Erasmo.
Invita Minerva, Latinis celebratissimum proverbium, pro eo quod est Refragante ingenio, repugnante natura, non favente cælo. Cic. 12. Fam. 25. Quinquatribus frequenti Senatu causam tuam egi, non invita Minerva. [Alludens ad ipsum festum ejus.] Hor. de Arte Poet. 385.
Tu nihil invita dices faciesve Minerva. Erasmus.
MINERVĀLIS, e. Adj. Ad Minervam pertinens. Tertull. de Spectac. cap. 11. Artium Minervalium collegium.
MINERVAL, seu MINERVĀLE, is. n. [διδακτρον] a Minerva deductum nomen: & erat quasi præmium quod dabatur præceptori: cujusmodi cœna erat, & alia, quæ erant tanquam magisterii merces a scholasticis dari solita ante quinquatria, per quos dies pueri vacabant. Varr. de R. R. lib. 3. cap. 2. Quin simul ac promiseris minerval incipiam, inquit. i. e. Cœnam.

MINERVĀLIA, orum. n. Sacra Minervæ nuncupata. Tertull. de Idolol. cap. 10.
MINERVIUM, [Ἀθήναιον] Liv. lib. 45. 16. Ædes Deorum Penatium in Velia de cælo tacta erat, & in oppido Minervio duæ portæ & muri aliquantum. De Minervæ promontorio exponit Turnebus. Quidam de templo quodam Romæ quod Minervium dicebatur, ut Dianium, intelligunt. Varr. 4. de L. L. 8. Caeliensis quarticeps circa Minervium: qua in Cœlium montem itur, in tabernola est.
MINERVÆ PROMONTORIUM, Campaniæ quondam terminus. Ptolem. lib. 3. cap. 1. Vulgo *Capo Minerva*, & *Calo de Minerva*. Straboni lib. 5. Athenæum dicitur.
MĬNERVIUS, a, um. Adj. [Ἀθηναῖος] Atticus; ut, Cives Minervii. Arnob. 5. p. 175.
MINEUS, i. m [Μινύς] Vir quidam fuit Thebanus, cujus filiæ in vespertiliones mutatæ fuerunt, ut fabulatur Ovid. 4. Met. fab. 10. eo quod Bacchi sacra spernerent, nec illum pro deo haberent.
MINEIAS, ădis, & MINEIS, idis. [Μινυάς, ἡ Μινυΐς] patronym. f. Ovid. 4. Met. 1.
At non Alcithoe Mineias Orgia censet
Accipienda dei. Ibid. 32.
— solæ Mineides intus
Intempestiva turbantes festa Minerva.
MINGO, V. MEIO.
MINIACUS, MINIARIUS, MINIATULUS, &c. V. MINIUM.
MINICIA, V. MINUCIUS.
MINILUS, i. m. Mons Thessaliæ, qui postea Orchomenus dictus est.
MINIMUS, MINIME, & MINIMOPERE, V. Minor comparativum in PARVUS.
MINIO, are. V. MINIUM.
MINIO, ōnis. m. Etruriæ fluvii nomen, cujus meminit Virg. 10. Æn. 183.
Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in arvis. Hodie. *Il Mignone.*
MĬNISTER, tri. m. [διάκονος, λειτουργὸς, ὑπηρέτης] Idem ac Famulus, Qui servili officio apud aliquem fungitur. Cic. 1. de Orat. 198. Infimi homines mercedula adducti, ministros se præbent in judiciis oratoribus. Idem pro Cluent. 43. Ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatium consecrati. [Minister, proprie Inferiorem denotat, & a Minus deducitur, ut Magister a Magis, estque ejusdem vocabuli antitheton. Ut autem a Magister verbum Magistrare, sic a Minister Ministrare, quod male in edit. Lond. nomini præpositum fuerat.
Cathedralitius minister. V. CATHEDRA.
Segnis. Sil. lib. 7. 346.
Succincti. Lucan. lib. 1. 608.
Hortatur celeres clamore ministros. Claud. 1. in Ruff. 341.
Sedent taciti ad jussa ministri. Valer. 1. Argon. 64.
Minister libidinis, cui Synon. Adjutor. Cic. de Amicit. 35. Magna etiam dissidia, & plerumque justa nasci, quum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur, ut aut libidinis ministri, aut adjutores essent ad injuriam.
Minister in maleficio. Cic. pro Cluent. 60. Illi, qui Fabricii libertum, quia minister in maleficio fuerat: patronum, quia conscius, condemnassent.
Liberorum minister, Pædagogus. Justin. 16. 1.
Regni minister. Justin. Amariorem semper ministrum regni, quam ipsos reges fuisse.
Sceleribus ministri. Tacit. 5. Ann.
Baculus minister. Ovid. in Ibin, 261.
Populus. Lucan. lib. 10. 127.
MINISTRA, æ. f. [ὑπηρέτις] Cædis manus scelerumque ministræ. Ovid. 1. Amor. 7. 27.
Voluptatum ministræ, artes. Cic. 1. Off. 150.
Voluptatum ministræ & satellites, virtutes. Cic. 2. de Finib. 57.
MINISTRIX, īcis. f. Idem in Gloss. Lat. Gr. [Nisi Ministra, vel Ministratrix legendum.
MINISTER, tra, trum. Adj. Ovid. 21. Epist. 114.
Lumina propositi facta ministra tui.
MINISTĔRIUM, i. n. [διακονία, λειτουργία, ὑπουργία] Ministri opera. Plin. Epist. 244. Confirmat necessarios esse milites: ex his interim, sicut inveneram in ministerio ejus, relinquendos existimavi.
Ministerium pro omni Operatione poni consuevit: ut de rege Latino, Virg. 7. Æn. 619.
— aversusque refugit
Fœda ministeria.
Acria. Tacit. 3. Ann. 48.
Diurnis ministeriis fessa membra. Ovid. 4. Met. 216.
Duris ministeriis fessa corpora. Ovid. 11. Met. 625.
Imponere ministerium. V. IMPONO.
Subire triste. Virg. 6. Æn. 223.
Tradere. Cels. lib. 8. cap. 4.
Annonæ ministerium. Ulpian. in l. 1. §. Est autem. D. De exercitoria actione, Solent tamen præfecti, propter ministerium annonæ, item in provinciis præsides, &c.
Ministerium, pro ipsis Ministris. Paul. Urbica ministeria dicimus, etiam quæ extra urbem nobis ministrare consueverunt.
Ministeria publica. Apul. lib. 3. de Asin. Aur. p. 130. pro Publicis Ministris.
In Glossario, Abaci, Delfica, Μινιστήρια, ὡς Ἰνβιθάλλος. Vide DELFICA. H. St. desiderabatur in Lugd. observatio seq. Locum Juvenalis V. in ABACUS.
Ministerium est etiam Abacus, in quo vasa mensæ inservientia exponebantur. V. Casaub. ad Lamprid. Alex. Sever. cap. 34. & Salmas. ad Capitol. Anton. 17. & Observ. ejus ad Jus Attic. p. 449. Gronov. Observ. 11. 24. & Burm. ad Petron. cap. 31. p. 119.
MINISTERIĀLIS, e. Adj. improbat Vossius de Vitiis L. L. 3. 6. conf. Cellar. Antibarb. p. 67.
MINISTRO; [διακονέω, λειτουργέω, ὑπηρετέω, ὑπουργέω, θεραπεύω, παρέχω] āre. Ministrum agere, Famulari. Plaut. Curc. 2. 3. 90.
Tu te tabellas consignato: hic ministrabit: ego edam.
Jussa medicorum. Ovid. 20. Epist. 133.

Pocula ministrare, Porrigere. Cic. 1. Tusc. 65. Non ambrosia deos, aut Juventute pocula ministrante, lætari arbitror.
Velis ministrare. Virg. 10. Æn. 218.
Æneas (neque enim membris dat cura quietem)
Ipse sedens, clavumque regit, velisque ministrat.
Ministro. Præbeo, Suggero.
Arma furor ministrat. Virg. 1. Æn. 154.
Cibos fraga ministrant. Senec. Hippol. 4.
Divitias alicui. Ovid. 3. Amor. 6. 94.
Res omnes timide gelideque ministrare. Hor. de Arte Poet. 171.
Vias mille fallendi amor ministrat. Tibull. lib. 4. 6. 12.
Victum ministrare. Varro 3. de Re R. cap. 17.
Vinum verba ministrat. Hor. 1. Epist. 15. 20.
Vires, animumque alicui. Virg. 9. Æn. 764.
Ministratur. Cic. 16. Fam. 14. Acastum retine, quo commodius tibi ministretur. conf. Columel. lib. 12. 1.

MINISTRĀTIO, ōnis. f. Vitruv. 6. 9. Ad olearios fructus commoda erit ministratio.

MINISTRĀTOR, ōris. m. [ὑπηρέτης] Qui ministrat. Cic. 2. de Orat. 305. Ut quum teipsum, Sulpici, objurgabam, quod ministratorem peteres, non adversarium. Sueton. in Vitell. cap. 17. extr. Alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigæ, quum auriganti Cajo ministratorem exhiberet.
Ministrator, Pincerna sive servus ad cyathos. Petron. cap. 31. Vinum dominicum ministratoris gratia est. V. ibi Burm. Adde Senec. Epist. 95.

MINISTRĀTRIX, īcis. f. [ὑπηρέτις] Idem quod Ministra. Cic. 1. de Orat. 75. Sed ut omnes comites, atque ministratrices esse diceres. Ita Nonius 2. 567. Alia autem exemplaria legunt Ministras.

MINISTRĀTŌRIUS, a, um. Adj. [ὑπηρετικός] Quod ad ministrationem pertinet; ut Ministratorii urceoli, apud Martial. lib. 14. 105.

MINITO, & MINITABUNDUS. V. MINOR, ari.

MINIUM, i. n. [Gloss. utroque Κιννάβαρις] Cinnabaris. Metallum rubri pulcherrimi coloris, quo veteres potissimum in pigmentis utebantur. Plin. lib. 33. cap. 7. abunde de minio tractat, in quo & hæc, Sincero minio, cocci nitor esse debet. Et paulo post, Minium in voluminum quoque scriptura usurpatur, clarioresque litteras vel in auro, vel in marmore, etiam in sepulchris facit.
Rubens minium. Tibull. lib. 2. 1. 51. V. ibi Broekhus.
Rubens ebuli baccis minioque Pan. Virg. 10. Ecl. 27.
Minium Officinarum, est Pulvis metallicus, ex calce plumbi igne, ut loquuntur, reverberata.

MINIĀRIA, æ. f. [μιλτωρυχία] Locus in quo foditur minium. Plin. lib. 33. cap. 7. Sisaponensibus autem miniariis suæ venæ arena sine argento excoquitur: auri modo probatur.

MINIĀCEUS, a, um. Adj. Quod ex minio est. Vitruv. lib. 7. cap. 4. Cuneis silaceis, seu miniaceis interpositis. Et cap. 5. Silaceorum miniaceorumque cuneorum inter se varias distributiones. Rursus cap. 9. At si quis subtilior fuerit, & voluerit expolitionem miniaceam suum colorem retinere, quum paries, &c.

MINIUS, vel MINEUS, a, um. Ruber instar minii. Apul. 4. Met. p. 411. Fulgentium rosarum minius color. Adde Florid. 2. p. 18.

MINIĀRIUS, a, um. Adj. [μιλτώδης] ut, Miniarium metallum. Plin. lib. 33. cap. 7.

MINIO, [μιλτόω] āre. Minio tingere. Plin. 33. 7. A censoribus in primis Jovem miniandum locari. Adde 35. 12. & 10. 29.

MINIĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. [μιλτωτὸς] Torque miniato in cervice. Plin. 2. 47. V. & seq. dict.

MINIATULUS, a, um. Adj. dimin. ut, Miniatula cera, quam rubram dicimus. Inde Miniatula cera aliquid notare, est Loca corrigenda annotare. Cic. 15. Att. 14. His litteris scriptis me ad συντάξεις dedi, quæ quidem vereor ne miniatula cera tua pluribus locis notandæ sint. Vetustus codex habet Ne miniata cerula. Idem 16. Att. 11. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

MINICULĀRIUS, i. m. Qui minio quid inficit vel illinit. l. 3. de indulg. debit. lib. 11. Cod. Theod.

MINICULĀTOR, ōris. m. Qui minio majusculas litteras in scriptis libris pingit. Ulpian. Pand. lib. 38. de operis libert. [Immo Nomenculator, l. 7. Ut jurisjur. §. 5. Dabitur.

MINIUS, i. m. [Μίνιος] Fluvius Hispaniæ, a colore pigmenti, quo plurimum exundat. Nunc vulgo dicitur *Migno*. Olivarius in Melam.

MINO, āre. Ducere, Festus, Agasones equos agentes, id est minantes. An, Minos? *Mener* a Minare Ecclesiasticorum verbo, ut notatur in Dict. Gallico L. postrem. Sed Festus & Asconius hoc verbo utuntur. H. St. Galli enim *i* in *e* sæpe mutant, ut Mittere, *Mettre*, Firmus, *Ferme*, Findere, *Fendre*, Cineres, *Cendres*, &c. ut in quam plurimis contra *e* in *i*. ut Cera, *Cire* &c.

MINŌA, æ. f. [Μινώα] Urbs in Armogo insula Cycladum.
Est & altera in Sicilia.
Item Megarensium emporium fuit, duodevigiuti stadiis distans ab urbe, quod & Nysea appellatur. Lege Strabon. lib. 9. V. MINOS.

MINŌIS, idis. f. [Μινωῒς] Insula est una Cycladum, quæ notiore nomine Paros appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.

MINOR, ari. V. MINÆ, arum.

MINOR, comparat. a Parvus. V. PARVUS.

MINOS, ōis. m. [Μίνως] Filius fuit Jovis ex Europa, ut poetæ fere omnes asserunt. Alii vero nonnulli affirmant non Jovis, sed Xanthi regis Cretensium ex Europa filium fuisse, cui in regno successit. Herodot. lib. 1. dixit cum fratre Sarpedone de regno Cretæ dissensisse, sed illo fugato regnum obtinuisse. Idem primus Cretensibus leges dedit, ut scribit Aristoteles Polit. lib. 2. cap. 10. Hic, ut fingunt poetæ, quum haberet uxorem Pasiphaen, & illa ex tauro genuisset Minotaurum, Dædalum, quod bovem ligneam fabricasset, sub qua latens cum tauro uxor concubuerat, persequutus, in Siciliam pervenit; ubi a Cocali regis filiabus interfectus fuit (ut Aristoteles refert) juxta Camerinam urbem, & apud inferos judex animarum factus est. Virg. 6. Æn. 432.
Quæsitor Minos urnam movet.
De Minois interitu aliter Diodorus Siculus lib. 5. cap. 13. Minos cognita Dædali in Siciliam fuga, statuit eum bello persequi. Præparatisque navibus e Creta profectus in Acragantinam appulit; quæ nunc ab eo Minoa vocatur. Expositis copiis, per nuntium a Cocalo tradi sibi Dædalum ad pœnam poposcit, Cocalus Minoe ad colloquium accito, quod postulaeret se facturum pollicitus, domi receptum, quum in balneis lavaretur, adeo in longum tempus in thermis detinuit, ut nimio æstu suffocaretur. Ejus deinde corpus Cretensibus reddidit, prælata obitus causa, quod in lavacro elapsus aqua calida periisset. Hactenus ille.
Gnosius Minos. Senec. Herc. fur. 9.
Inexorabiles judices apud inferos Minos & Rhadamanthus. Cic. 1. Tusc. 10.
Legifer. Ovid. 3. Amor. 10. 41.
Minōa, accusativ. Catull. Argon. 62. 85. Magnanimum ad Minoa venit.

MINŌĪUS, a, um. [Μινώϊος] Adj. possess. ut, Regna Minoia. Virg. 6. Æn. 14.

MINŌUS, a, um. [Μινῷος] aliud Adj. Ovid. in Ibin 511.
Si tua contigerit Minoas puppis arenas.
Taurus Minous, Minotaurus. Stat. 1. Achill. 192.

MINŌIS, idis. [Μινωῒς] patronym. f. Ariadne. Ovid. 8. Met. 174.
Protinus Ægides, rapta Minoide, Diam Vela dedit.

MINŌUM, i. n. [Μινῷον] Oppidum est Cretæ insulæ, a Minoe rege ita appellatum. Recensetur a Plin. lib. 4. cap. 12.

MINŌTAURUS, i. m. [Μινώταυρος] dictio est composita ex Minoe & tauro, quasi Minois taurus. Nam, ut scribit Homer. lib. 8. Odyss. Quum Minos bello contra Athenienses & Megarenses, qui Androgeum filium interemerant, detineretur, Pasiphae ejus uxor a Venere, quæ in Solis sobolem irata erat, ad infaustum amorem formosi tauri compellitur, cum quo arte Dædali concubuit, ac gravida facta Minotaurum genuit. Fabulam narrant Catull. in Argon. 62. 79. Ovid. 10. Epist. Diodorus Siculus lib. 5. cap. 13. & Servius in Virg. 6. Æn. 25.
Hic crudelis amor tauri, suppostaque furto
Pasiphae. Veritas autem sic habet, Nam Taurus notarius Minois appellatus fuit, quem Pasiphae amavit, cum quo in domo Dædali concubuit, & quia geminos peperit, unum de Minoe, & alium de Tauro, enixa esse Minotaurum dicta est.

MINTHA, æ. f. [Μίνθη] Mons, ut scribit Strabo lib. 8. dictus a Plutonis pellice, quam Proserpina in herbam mintham mutavit, quam Græci deinceps hedyosmon vocarunt. Huic Pluto donum amoris petenti, virile membrum tradidit, quod a seMentulam nominavit. Oppiani vero interpres lib. ἁλιευτικῶν 3. Mintham tradit filiam Cocyti fuisse, quæ ubi inaudisset amari a Plutone Proserpinam, indignata eo nomine, constanter illi se præponere ausa est, dictitans, si inferos peteret, inimiciter infestaturam. Quo puellæ tumore commotior Ceres Persephones mater, in herbam sui nominis illam mutavit. Ex qua fabella Oppianus Mintham vocat κωκυτίδα νύμφην. Sic autem Plin. lib. 19. cap. 8. Mentæ nomen suavitas odoris apud Græcos mutavit, quum alioqui Mintha vocaretur, unde veteres nostri nomen declinaverunt. Ovid. 10. Met. 729.
— an tibi quondam
Femineos artus in olentes vertere mentas,
Persephone, licuit? V. MENTA.

MINTHOS, i. [μίνθος] præter vulgatam significationem, qua apud Græcos Stercus humanum significat, etiam Floris nomen est in sterquiliniis enascentis, quo mirum in modum afficiuntur hirci. V. Cæl. Rhod. lib. 10. cap. 22.

MINTRIO, īre. vel MINTRO, āre. Auctor Philomel. v. 61.
Mus avidus mintrit. al. Mintrat.

MINTURNÆ, arum. f. Oppidum Liri fluvio, & Sinuessæ oppido propinquum, in Campaniæ finibus, C. Marii perfugio nobilitatum. Hor. 1. Epist. 5. 5. — palustres
Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum. V. Melam lib. 2. cap. 4. Nunc est castellum, vulgo *Trajettum* vocant. Testis Olivarius in Melam.

MINŪCIUS, [Μινούκιος] nomen gentis Ro. Patriciæ primum, deinde plebejæ. de qua V. Fulv. Ursin. & Liv. passim.
Minucius, cognomento Augurinus, Tribun. plebis, qui Sp. Mælium regnum Romæ affectantem reum peregit. Huic quod farris pretium trinis nundinis, ad eam vilitatem redegisset, ut asse modius veniret, tantum a plebe habitum est honoris, ut collata in capita stipe unciaria, ænea ei statua extra portam Trigeminam fuerit collocata. Auctor Plin. lib. 34. cap. 5. & lib. 18. cap. 3.
Alii plures Minucii celebres. V. Sil. 7. 387. & Lucan. 6. 126.

MINUCIA, æ. f. [Μινουκία] Vestalis fuit, quæ propter corporis elegantem cultum in suspicionem venit incestæ libidinis, unde & viva defossa est. Liv. lib. 8. 15.

MINUCIUS, a, um. Adj. ut Minucia via, quæ a porta ejusdem nominis per Sabinos Brundusium ducebat, de qua Hor. 1. Epist. 18. 20.
Brundusium Minuci melius via ducat, &c. V. ibi Lambin. Bentl. & Cunningam. Meminit & Cic. 9. Att. 8. pr. ubi V. Interpp. & Fest. in voce. Sunt qui perperam Minicia scribunt.

MINUO, ui, ūtum, [μειόω, ἐλαττόω, ἐλαττόνω, χαλάω, ἐπιπλίζω] ĕre. Minus aliquid reddere, vel extenuare. Ex Græco μειῶ dictum videri potest, inquit Festus. Plin. lib. 11. cap. 54. Minuuntur corpora siccis & aridis.
Aliquantulum minuitur ex febre. Cels. lib. 3. cap. 3.
Auctoritatem minuere. Cic. 4. Acad. 62. Vide quæso etiam atque etiam, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum a te ipso minuatur auctoritas.
Æs alienum minuere, Persolvere debitorum partem. Plin. 9. Epist. 37. ad Paulinum.
Artus corporis minuuntur. Ovid. 7. Met. 317.
Consilium. Ter. Hec. 4. 3. 10.
Controversiam. Cic. 4. Acad. 83. Sed, ut minuam controversiam, video quæso, &c.
Curas. Hor. 1. Epist. 19. 10r.
Curæ minuuntur carmine. Hor. 4. Carm. 11. 36.
Dolorem, laborem, &c. Ter. in prol. Heaut. 42.
Fidem. Tacit. 6. Ann. 17.
Frigora Zephyri minuunt. Ovid. 3. Trist. 12. 1.
Fructum. Ter. Phorm. 5. 9. 24.
Furorem. Hor. 1. Carm. 37. 13.
Imperium matris. Plaut. Asin. 3. 1. 6.
Ingenium longi minuere labores. Ovid. 3. de Pont. 4. 11.
Iram. Ter. Phorm. 2. 3. 88.
Labores alicujus. Ovid. 7. Met. 208.
Luctus. Ovid. 15. Met. 619.
Magistratum. V. MAGISTRATUS.

Majestatem. In MAJESTAS.
Majestatem per vim. i. e. Vim publicam committere. Cic. 1. Philip. 21. Budæus.
Malum minuunt gaudia. Ovid. 4. de Pont. 4. 6.
Spem. Cæs. 5. Bell. Gall. 33.
Studium minuens labores. Ovid. 4. Met. 295.
Sumptum. Cic. 2. de Legib. 22. Hos leto datos, divos habento; sumptum in ollos luctumque minuunto.
Suspicionem. Cic. 10. Att. 16. Ego ut minuerem suspicionem profectionis aut cogitationis meæ, profectus sum in Pompeianum ad quartum Iduum, ut ibi essem, dum quæ ad navigandum opus essent, pararentur.
Timorem. Cæs. 1. Bell. Civil. 72.
Vires minuuntur amoris. Ovid. 5. Met. 374.
Minuere, absolute, pro Minui, Decrescere. Cæs. 3. Bell. Gall. 12. Quod rursus minuente æstu, naves in vadis afflictarentur.
Minuere, pro Desinere. Lucret. lib. 2. 1028.
Nil adeo magnum, nec tam mirabile quicquam
Principio, quod non minuant mirarier omnes
Paullatim, &c.
MINŪTUS, a, um. Partic. [μινυθείς] ut, Minuta spes, pro Imminuta. Tacit. in vit. Agric. [Nisi Adj. est.
Consul volnere minutus. i. e. Debilitatus. Liv. 21. 52. pr. V. ibi Gronov.
Minutus, Adj. Brevis, (i. e. parvus) ut, Minutum argentum. Plaut. Pers. 2. 3. 4. Varro epistola Latina, Si venisses Capuam, quod & poeros minutos vides libenter, & majores animadvertere non vis. Cic. 7. Verr. 27. Reticulumque ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. Ex Nonio 2. 559.
Animus minutus. Cic. 3. de Orat. 167. Abutimur sæpe etiam verbo, non tam eleganter, quam in transferendo: sed etiamsi licentius, tamen interdum non impudenter: ut quum grandem orationem pro magna, minutum animum pro parvo dicimus.
Corpora minuta. Lucret. lib. 2. 115.
Dii. Plaut. Cistell. 2. 1. 46.
Dii me omnes magni, minutique & patellarii
Faxint &c.
Fruges minutæ, Parvæ, quales sunt frumentum, & id genus, ut a fabis & pisis distinguantur. Cic. 5. Verr. 18. L. Octavio, & C. Cotta Consulibus Senatus permisit, ut vini, olei decumas, & frugum minutarum, quas ante, &c.
Ossa pauxilla, atque minuta. Lucret. lib. 1. 835.
Partes in minutas distrahi. Lucret. lib. 2. 825.
Minutus, quum diminutivis additur, eleganter ipsam rem attenuat, & minorem facit. Ter. And. 2. 2. 32.
Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni. Cic. in Parad. præf. Minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod propositit efficit.
Litteræ, vel litterulæ. Plaut. Bacch. 4. 9. 68.
Quæstionculæ. Sueton. de Clar. Gram. 24. extr.
Minutum, Obscurum & scrupulosum interpretatur Nonius 4. 298. ut a Græcis dicitur λεπτομερής. Cic. 1. de Finib. 61. Ecce autem alii minuti & angusti, & omnia semper desperantes: aut malevoli, invidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi. [Sic edidit Mercer. in edit. Gothofr. λεπτομερής perperam legitur. Puto λεπτομερής Nonium reliquisse. Dicitur enim pari forma ac πολύμητις & πολυμήτης, ὑψέρετης & ὑπερμήτης, &c.
Compar. Lucret. lib. 4. 344.
—nam multis partibus hic est
Mobilior, multisque minutior, & mage pollens. De lucido aëre loquitur.
Cura minutior. Quintil. lib. 8. cap. ult.
Superl. Animantes minutissimæ. Gell. lib. 14. cap. 1.
Ictus minutissimi. Suet. Vitell. cap. 17.
MINŪTŬLUS, a, um. [λεπτόσ] Adj. dimin. a Minutus. Plaut. Pœni prol. 28. Pueri minutuli.
Litteræ minutulæ. Vopisc. in Tacit. cap. 11.
Quæstiones minutulæ. Macrob. 7. Saturn. 3.
MINUTOLĀRIUS, a, um. Adj. Circa minutula occupatus. August. de Civ. Dei. 7. 4. Minutularii vectigalium conductores.
MINŪTE, Adv. [λεπτῶς] Columel. lib. 2. cap. 4. Non minute diffindit humum. Sic Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 15.
Grandia minute dicere. Cic. in Orat. 123.
Compar. Cic. 4. Acad. 42. Hæc autem universa concidunt etiam minutius. Idem 4. de Finib. 7. Res enim fortasse veræ non ita tractantur, ut debent, sed aliquanto minutius.
Superl. Cato de R. R. cap. 107. Quam minutissime per cribrum cernere. Adde Columel. 12. 28.
MINŪTIM, Adv. [κατὰ λεπτὸν] pro Minute. Columel. lib. 4. cap. 14. Insequitur deinde fossor, qui crebris bidentibus æqualiter & minutim soli terga comminuat.
Minutim & Repente, contraria. Senec. Epist. 30.
MINUTĀTIM, [λεπτομερῶς] aliud Adv. In minutissimas partes. Cato cap. 123. De junipero materiam semipedem crassam concidito minutatim. Al. Minutim.
Addere aliquid minutatim & gradatim, aut demere. Cic. 4. Acad. 49. Quod genus minime in philosophia probari solet, quum aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur.
Interrogare minutatim, pro Particulatim. Cic. 4. Acad. 92. Sed nulla omnino in re minutatim interroganti, dives pauper, clarus obscurus, &c. sit.
Minutatim, pro Paulatim. Varro 1. de R. R. cap. 20. Tum ita subigendum, ut minutatim assuefaciant, & ut tironem cum veterano adjungant; imitando enim facilius domantur. De bobus.
Frangit vires ætas minutatim. Lucret. lib. 2. 1131.
Inde minutatim vires, & robur adultum
Frangit, & in partem pejorem liquitur ætas.
Trahebat ossa minutatim morbo collapsa. Virg. 3. Georg. 485.
MINŪTIO, ōnis. f. [μείωσις] Gell. lib. 16. cap. 5. Ve particula tum intensionem significat, tum minutionem. Quintil. lib. 4. cap. 3.
MINŪTIA, æ. f. [λεπτότης] Minutissima pars cujusque rei. Lactantius de ira Dei. Senec. Epist. 91. Utriusque attritu grana franguntur, & sæpius reguntur, donec in minutiam frequentes trita redigantur.

MINUTIES, ēi. f. Apul. 9. Met. p. 195. Ad summam minutiem contero. Redire in minutiem. Idem lib. 11.
MINUTAL, ālis. n. Genus condimenti ex rebus minutatim concisis, auctore Apicio 4. 3. Fiebat inter cetera marino pisce, liquamine, oleo, vino, porris & coriandro. Juven. 14. Sat. 129.
Hesternum solitus medio servare minutal
Septembri. Martial. lib. 11. 32.
Hinc exit varium cocco minutal. *Un hachis.*
Minutalia, Res minutæ. Tertull. de Anima, cap. 32. Culices, formicæ, tineæ & hoc genus minutalia. V. Idem de Habit. Mulier. cap. 6. & Marc. Emp. 8. Est autem pl. n. a
MINUTĀLIS, e. Adj ut, Regna minutalia. Tertull. adv. Marc. 1. 4.
MINUTILOQUIUM, i. n. Tertull. de Anima. cap. 7. Micas de minutiloquio Aristotelis inserit.
MINUISCO, ĕre. Auson. Ephemer. sub fin.
—profugi minuiscunt crimina somni.
MĪNŬRIO, vel MINURRIO, [μινύρομαι] ire. V. dict. seq.
MĪNŬRIZO, [μινυρίζω] āre. Parva voce succinere: μινυρίζω enim Cantillo significat, & modulate concino. Sidon. 2. Epist. 2. Diluculo autem Philomelam inter frutices sibilantem, Prognen inter acceres minurizantem. Alia exemplaria habent Minurientem, utique a verbo Minorio, quo usus est Spartianus in Antonino Geta cap. 5. Agni, inquit, balant, porcelli grunniunt, palumbes minuriunt, leones rugiunt, &c. [Al. Minurriunt, vel mendose Minarriont. Gloss. Lat. Gr. Minurit, μινυρίζει. V. Suid.
MINURITIO, ōnis. f. [μινύρισμα] a verbo Minurio. Festus, Minoritiones appellantur minorum avium cantus. Hæc ille. Cic. 1. de Orat. 251. Ante quam pæanem aut minuritionem citarimus. Sic enim reponit Turnebus, existimans Ciceronem verba Græca convertere voluisse, παιανίζειν & μινυρίζειν: ut pæan sit cantio (nam pro pede non censet hic accipi) quæ clara exsultanti contentaque voce citatur, id est canitur: minuritio, cantio quæ tenui, leniore, remissioreque. Mss. Munionem. Locus admodum vexatus est.
MINUS, MINUSCULUM, V. Minor, in PARVUS.
MINUTIA, MINUCIUS, nom. propr. V. MINUCIUS.
MINYANTHES, æ. m. [μινυανθές] Trifolii genus. Plin. lib. 21. cap. 9.
MINYAS, æ. m. [Μινύας] Chrysæ fuit filius, ex Chrysogenia nati & Neptuno. Hic divitiis creditur conctos anteisse mortales, ac primus hominum thesaurum recondendis pecuniis struxisse, a quo nuncupatos ferunt Minyas, quibus imperitarit. Meminit Pausanias in Bœot. p. 310. Wech.
MINYÆ, arum. m. [Μινύαι] fuerunt Thessaliæ populi, qui, teste Orpheo in Argonauticis, Iasonem ad Colchos proficiscentem sequuti sunt. Unde ait Ovid. 7. Met. 1.
Jamque fretum Minyæ Pagasæa puppe secabant. Lucan. item Thessaliam describens, lib. 6. 385.
—Minyæ gens cognita remis. De ratione appellationis, V. Serv. ad Virg. 4. Ecl. 34.
MINYĒIUS, a, um. Adj. Argonautarum epitheton; ut, Minyeia proles. Ovid. 4. Met. 386.
Manus Minyeia. Valer. Flacc. 1. 706.
MINYEIUS, i. m. Fluvius est e Thessalia veniens, qui, teste Homero, lib. 11. Iliad. oppido Arenæ vicinus, ostia maris facit.

M I R

MIRABILIS, MIRACULUM, MIRE, MIRIFICUS, MIRIO, &c. MIROR. V. in hoc ipso verbo.
MIRMILLO, ōnis. m. Erat gladiatoris genus armaturæ Gallicæ, qui modo cum Retiario, modo cum Threce in arenam inducebatur. Festus, Retiario (inquit) pugnanti adversus mirmillonem cantatur, Non te peto, piscem peto, quid me fugis Galle? Quia mirmillonicum genus armaturæ, Gallicum est: ipsique Mirmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat. Hoc genus pugnæ institutum videtur a Pittaco, uno ex septem sapientibus, qui adversus Phrynonem dimicaturus, propter controversias finium, quæ erant inter Atticos & Mytilenæos, rete occulte allato, impedivit Phrynonem. Hæc ille. Fuit autem Atheniensium dux Phryno, quo perempto agrum suis servavit. V. Diogenem Laertium in Vita Pittaci. Cicero & Gladiatorem L. Antonium, & Mirmillonem sæpe vocat. ut 6. Philip. 10. Etiamne ab hoc mirmillone Asiatico Senatus mandata, legatorum verba audientur? Ibid. paulo post, Quia Mylasis Mirmillo Thracem jugulavit, familiarem suum. & 5. 29. Quæ loca explicans Turnebus sic inquit, Mirmillo in amphitheatralibus spectaculis Gallica erat armatura; vox autem de Græco deflexa, ut quæ in aliud solum transplantata sunt, ingenio loci & cæli mutantur, leviter quoque mutata est. Nam quod ea armatura fortissimorum erat hominum, quales opinione hominum fuerant antiqui Myrmidones Achillis milites, & habebantur Romanorum sententia Galli, Myrmillonesque de Græca illa fortissima natione appellabantur, idcirco gladiatoribus hoc nomen hæserat. Nam D in L mutari Ulysses perspicue ostendit, qui est Græce Ὀδυσσεύς, ne plura commemorem. Hæc ille, explosus a Lipsio 2. Sat. 10. quem V. & Sequutor in SEQUOR. Juvenal. 6. Sat. 81.
Nobilis Euryalum mirmillonem exprimat infans. Sunt qui Myrmillo scribunt. Hinc
MIRMILLŌNICUS, a, um. Adj. Festus, Myrmillonica scuta dicebant, cum quibus de muro pugnabant. conf. dict. præced.
Gladii mirmillonici. Ber. in Sueton. Tit. Vesp. cap. 9. 302. H. St.
MIROBRIGA, [Μιρόβριγα] Ptolemæo, Hispaniæ ulterioris orbs in conventu Cordubensi. Plin. lib. 3. cap. 1. Mirobricam vocat per secundam consonantem in ultima syllaba.
MĪROR, [θαυμάζω, ἄγαμαι] āri. Significat novo aliquo obstupefieri, inquit Nonius 4. 302. Virg. 1. Æn. 460.
Artificumque manus inter se, operumque laborem
Miratur.
Dona mirantur Æneæ, mirantur Iulum. Virg. 1. Æn. 713.
Magnopere mirari. In MAGNUS.
Mirari, Delectari, accendi, inquit Nonius l. c. Virg. 3. Georg. 49.
Seu quis Olympiacæ miratur præmia palmæ.
Mirari atque efferre nimium aliquid. Cic. 6. Verr. 124. Nimium forsitan hæc illi mirentur atque efferant.

Aliquem

Aliquem mirari. Cic. 1. Acad. 46. Qui quum ab eo plurimum dissentiret, unum tamen præter ceteros mirabatur.
Se ipse miratur. Catul. 20. 17. id est Sibi placet, & de se magnifice sentit. Martial. lib. 13. 2.
Stulte aliquid. Hor. 1. Epist. 1. 47.
Mirari, Imitari. Virg. 8. Æn. 517.
—primis & te miretur ab annis. Ubi Servius; Miretur, Imitetur. Lucan. lib. 9. 810.
—miratorique Catonis. Optima enim ingenia necesse est ut ea quæ mirantur, imitentur.
Mirari, Nescire; quia (inquit Donatus) admiratio ab ignorantia descendit. Ter. And. 4. 5. 11. Miror unde sit. Et Plaut. prol. Aulul. pr.
Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar. conf. Miror si &c. infra.
Mirantur terram oculi. Plaut. Merc. 2. 3. 37.
Mirari, ad inanimata translatum. Virg. 2. Georg. 82.
—& ingens
Exiit ad cælum ramis felicibus arbos;
Miraturque novas frondes, & non sua poma.
Miror, cum genitivo laudis, vel vituperii. Virg. 11. Æn. 126.
—quibus cælo te laudibus æquem?
Justitiæne prius mirer, belline laborum? Græca metabasis est, quam Græci κατ' ἔλλειψιν vocant; supplendum est, Ut sit causa laborum, causa justitiæ.
Miror, non jussisse me arripi. Ter. Heaut. 2. 3. 48.
Miror, absolutum. Ter. Heaut. 2. 3. 134.
Laudabis. c. vide sis. CLI. tutemet mirabere.
Miraretur quis, quem cerneret aperto mari ab altera parte, ab altera Hispania, tam feræ & bellicosæ genti objectos, quæ res eos tutaretur. Liv. 34. 9. pr. Gronov. legit, Mirareter, qui tum cerneret.
Miror si potuit. Cic. de Amicit. 53. Quanquam miror in illa superbia & importunitate, si quemquam habere potuit. i. e. Nescio an potuerit. Ter. And. 1. 1. 4.
Mirabar, hoc si sic abiret, & heri semper lenitas
Verebar quorsum evaderet. conf. supra Mirari, Nescire.
Miror quod audierim. Cic. de Senect. 43. Dicebant mirari solitum C. Fabricium, quod quum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset a Thessalo Cynea, Athenis quendam esse qui se sapientem profiteretur.
Miror qui ex Piræo abierit. Ter. Eun. 2. 2. 59.
Miror quapropter hæc curet. Plaut. Amph. prol. 87.
Miror quomodo. Ter. Heaut. 5. 3. 2.
Satis mirari hominis negligentiam non queo. Cic. 10. Att. 4. Et 1. de Nat. Deor. 96. Mirari satis non possum, unde &c.
MIRO, Act. Ejusdem significationis. Varro Eumenidibus, Hospes quid miras? Nonius 17. 105.
MIRANS, antis. Partic. [θαυμάζων] Ovid. 5. Met. 206.
Marmoreoque manet vultus mirantis in ore.
Atque hæc mirantibus addit. Virg. 6. Æn. 854.
MIRĀTUS, a, um. aliud Partic. [τεθαυμακὼς] Hor. 4. Carm. 9. 15.
— & aurum vestibus illitum
Mirata, regalesque cultus.
Passive. Juvenc. 3. 58 Mirata Virginis arte.
MIRANDUS, a, um. aliud Partic. [θαυμαστὸς, θαυμάσιος] Dignum admiratione. Ter. And. 5. 4. 36. Mirando hoc tanto, tam repentino bono.
Femina miranda decore magno. Ovid. 3. Epist. Sabin. 37.
Accidit mirandum. Senec. Medea, 12.
Loqui miranda. Sil. lib. 3. 601.
Est vero mirandum, homines quibus odio sunt nostræ secures, libenter eripere facultatem lædendi. Cic. pro Flacc. 19.
Mirandum in modum, Mirabiliter, Vehementer. Cic. 15. Fam. 9. Marcellum tuum Consulem factum, teque ea lætitia affectum esse, quam maxime optasti, mirandum in modum gaudeo. Idem pro Planc. 19. Mirandum in modum lætati sunt. Idem 1. Att. 2. Sed mirandum in modum est animo abalienato. Et 6. Verr. 134. Quoniam mirandum in modum Græci rebus istis, quas nos contemnimus, delectantur. conf. Mirabilem, & Mirum in modum infra.
MIRĀBUNDUS, a, um. Adj. [θαυμάζων] Qui miratur. Liv. 25. 37. Extemplo improvida res pavorem incutit Pœnis: mirabundique unde tot hostes tam subito exorti, &c.
MIRĀTIO, ōnis. f. [θαυμασμὸς] Cic. 2. de Divin. 49. Causarum enim ignoratio in re nova mirationem facit; eadem ignoratio si in rebus usitatis est, non miramur.
MIRĀTUS, ûs. m. Senec. Epist. 94. Alia deinceps digna miratu. Potest esse Supinum.
MIRĀTOR, ōris. m. [θαυμαστὴς] Martial. lib. 10. 87.
Mirator veterum senex avorum.
Cunni mirator Cupiennius albi. Hor. 1. Serm. 2. 36.
Decoris. Ovid. 10. Met. 590.
Formæ miratos honestæ. Propert. lib. 2. 13. 9.
Rerum. Ovid. 4. Met. 640.
MIRĀTRIX, Icis. f. [θαυμάστρια] ut, Turba miratrix. Juven. 4. Sat. 62.
Fama miratrix senioris ævi. Senec. Hippol. 6.
Venustas sui miratrix. Lucan. lib. 4. 655.
MIRĀBĬLIS, e. Adj. [θαυμάσιος, ἐκπληκτικός] Admiratione dignus. Cic. 1. Off. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstantius. Idem de Amicit. 45. Quibusdam, quos audio sapientes fuisse habitos in Græcia, placuisse opinor mirabilia quædam.
Mirabilis alicui. Hor. 1. Epist. 6. 23.
Donum mirabile. Virg. 1. Æn. 656.
Effigies fama mirabiles. Plin. lib. 7. cap. 3.
Factum. Ovid. 4. Met. 271.
Modum in mirabilem. Cic. 5. Att. 13. Mirabilem in modum Ephesi præsto fuit. V. MIRANDUS & MIRUS.
Opus visu. Hor. 2. Epist. 2. 91.
Opes mirabile magni mundi. Tibull. lib. 4. 1. 18.
Dictu mirabile. Virg. 1. Æn. 443.
Raritate mirabilis arbor. Plin. 13. 4. Jam in Æthiopiæ fine quinque earum, nec plures, arbores tradunt, non raritate magis, quam suavitate mirabiles.

Compar. Cic. 4. Acad. 2. Idque eo fuit mirabilius, quod ab eo laus imperatoria, &c.
Vis mirabilior. Senec. Epist. 9.
Superl. Columel. 6. 36. Mirabilissima fabulæ.
MIRABILĬTER, Adv. [θαυμασίως, ἀγαμένως] Cic. 13. Fam. 17. Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Idem 11. Fam. 14. Mirabiliter, mi Brute, lætor, mea consilia, measque sententias a te probari.
Compar. Cic. 1. de Orat. 94. Qui mirabilius & magnificentius augere posset.
MIRABILĬTAS, ātis. f. i. e. Admiratio. Cic. 2. Off. 38. Ergo & hæc animi despicientia mirabilitatem magnam facit. Ex Non. 8. 53. Alia exemplaria legunt Admirabilitatem.
Operum mirabilitas. Lactant. 7. 4.
MIRĀCŬLUM, i. n. [θαῦμα, ἄπιστον] Quicquid admirationem afferre potest. Festus, Miracula, quæ nunc Digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus utebantur. Plin. lib 10. cap. 52. Generatio avium simplex esse videtur, cum & ipsa sua habeat miracula.
Ingeniosa miracula facit natura. V. INDONIUM.
Monstri alicujus miracula. Ovid. 7. Met. 294.
Cessare a miraculis. i.e. Miraculis vacare seu carere. Plin. lib. 2. cap. 103.
Miracula, pro Monstris, vel horrendis ponebant veteres. Virg. 4. Georg. 441.
Omnia commutat sese in miracula rerum. Liv. 2. 7. pr Adjiciunt miracula huic pugnæ; silentio proximæ noctis ex silva Arsia ingentem editam vocem, &c. Sic 25. 39. extr.
Miraculo esse. Liv. 25.
Illa omnia bona, quæ cupiditati, ac miraculo sunt. Lactant. de Justitia lib. 5. cap. 21. H. St. Exstant cap. cit. extr. Intelligit autem ea, quæ plerique homines cupiunt & unice admirantur.
MIRACŪLA, æ. f. Scortum. Plaut. Fragm. 1. 13. Diobolares, scortulæ, miraculæ. Miraculæ, inquit Varro L. L. 6. 3. a miris, id est monstris. a quo Accius ait, personas distortas, oribus deformes, miriones.
MIRACULŌSUS, a, um. Adj. &
MIRACULŌSE, Adv. apud Augustin.
MIRO, ōnis. m. Miriones, inquit Cæl. lib. 3. cap. 31. Personas oribus distortas & deformes legimus nuncupari; nam & miracula a miris dicuntur, id est monstris. [Scribendum Miriones. ex Varr. V. MIRACULA, æ. f.
MIRUS, a, um. Adj. Miratione dignus. [θαυμαστὸς, θαυμάσιος] Plaut. Pseud. 1. 5. 97.
Si abstuleris, mirum & magnum feceris facinus. Plin. lib. 12. cap. 9. Mira arborum natura.
Facies mira. Lucret. lib. 5. 836.
More miro perdere aliquem. Ovid. 13. Met. 670.
Novitas mira. Ovid. 15. Met. 408.
Præcepta. Hor. 2 Serm. 3. 34.
Mirus in omni reliquo diligentia. Plin. lib. 2. cap. 108.
Favor mirus apud populum, Ingens. Tacit. 1. Ann.
Honore miro colere aliquem. Virg. 4. Æn. 458. Sic idem 7. Æn. 57.
Adjungi generum miro properabat amore.
Mira, apud veteres pro Monstris atque horrendis. Plaut. Amphit. 5. 1. 64.
Mira memoras, nimis formidolosum prædicas facinus. V. Varr. de L. L. 6. 3.
Facere quid miri Natura dicitur. Hor. 1. Serm. 5. 102.
Efficere multa & mira. Lucret. lib. 5. 1181.
Mira sunt, nisi. Plaut. Amphit. 1. 1. 127.
Mirum est quod hac de re tradere hominum notitiæ possumus. Plin. lib. 3. cap. 5.
Mirum; Responsio adverbii cujusdam formam habens. Ter. Eun. 3. 1. 13.
— rex te ergo in oculis. T. scilicet.
G. Gestare. T. verum credere omnem exercitum,
Consilia. G. mirum.
Magis mirum. In MAGIS.
Minime mirum est. Cic. 6. Verr. 102.
Mirum cur. Ter. in prol. Heaut. 1.
Nec mirum. Cic. de Amicit. 32. Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentimus: nec mirum, nihil enim altum, nihil magnificum, &c. Idem 4. Acad. 111. Ne illam quidem prætermisisti, Luculle, reprehensionem Antiochi; nec mirum.
Mirum est quod. Plin. lib. 12. cap. 4.
Non mirum fecit uxor mea, si hoc ægre tulit. Ter. Hec. 4. 4. 87.
Mirum de illo. Plaut. Amphit. 2. 2. 198.
Mirum ni. Ter. And. 3. 4. 19. Age igitur, ubi nunc est ipsus? D. mirum ni domi est.
Mirum quin. Plaut. Aul. 1. 2. 7.
Mirum quin tua nunc me causa faciat Juppiter
Philippum regem, aut Darium, trivenefica. Idem Trin. 4. 2. 125.
Mirum quin ab avo ejus aut proavo acciperem qui sunt mortui.
Mirum si. Ter. And. 4. 1. 27. Quid istuc tam mirum est, si de te exemplum capit?
Mira vero militi quæ placeant. Ter. Eun. 2. 2. 57. Ubi Donatus, Mira pro mirum, & est ἀρχαϊσμός. Quid mirum est, inquit, facete loqui eum qui militi placeat?
Mirum quantum. Liv. lib. 2. 16. extr. Mirum quantum illi viro nuntianti hæc fides fuerit, quamque &c. Al. Fidei rectius. Pro Mirum est quantum.
Mirum in modum deludi. i. e. In majorem modum, quasi infra rationem. Plaut. Amph. arg. 1. v. 7. Plin. lib. 17. cap. 24. Tangi odore mirum in modum. conf. Mirandum, & Mirabilem in modum supra.
Miris modis. Plaut. Amphit. Suppos.
Totam miris modis nostram video turbatam familiam.
Miris modis viscere animalia. Virg. 4. Georg. 309.
Nimium miris modis. V. NIMIS.
Compar. Mirior, mirius, Festus ex Titinnio, & Nonius 2. 515. ex Varrone attulerunt. V. seq. dict.
MIRE, Adv. [θαυμασίως] pro Miro modo, sive Mirabiliter. Ter. Heaut. 5. 1. 25.
Sed ille tuus quoque Syrus idem mire finxit filium. Cic. 16. Att. 11. Pueri municipia mire favent.

Mens mire mobilis. Lucret. lib. 4. 752.
Tenuis enim mens est, & mire mobilis ipsa.
Mirius pro Magis mirum apud antiquos. Varr. Quid hoc mirius? Nonius 2. 515. [Ubi tamen Adj. est.

MIRIFICUS, a, um. Adj. [θαυμάσιος] Quod est mirabile. Cic. de Senect. 9. Quum diu multumque vixeris, mirificos afferunt fructus. Idem 1. Fam. 9. Mirificum me tibi comitem præbuissem. Et 15. Fam. 10. Mirificus generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus. Sic ad Brut. 3. Cæsaris vero pueri mirifica indoles virtutis.
Homo mirificus. Cic. 4. Att. 10. Nos hic voramus litteras cum homine mirifico Dionysio. hunc Dionysium lib. 7. epist. 7. vocat Virum optimum & doctissimum.
Structura carminis mirifica. Ovid. 4. de Pont. 13. 5.
Superl. Ter. Phorm. 5. 6. 31. Atqui mirificissimum. August. de Civ. Dei, 18. 42. Mirificentissimum dixit.

MIRIFICE, Adv. [θαυμασίως] pro Mirum in modum. Cic. 1. de Orat. 57. Ac jam tum erat adolescentulus his studiis mirifice deditus. Idem 1. Acad. 33. Quas mirifice Plato erat amplexatus. Ibid. 4. 5. Delectabatur autem mirifice lectione librorum.
Amare aliquem mirifice. V. AMO.
Conturbari mirifice. Cic. 6. Att. 3.
Loqui mirifice. Catul. 82. 3.

MIRIFICENTIA, æ. f. Chrysolog. Serm. 63. Mirabilium mirificentiam esse pervidemus.

MIRIFICO, [θαυμάζω] āre. Mirabilem facere. Plaut. Amphit. 2. 2. 46.
Quanquam adeo Thebani cives modo mitu mirificant, probavi.
Sed MSS. exhibent Rumificant probam. V. Lambin. Nonius 2. 748. Rumiferant.

M I' S

MIS, [μοῦ] Genitivus antiquus e pronomine Ego. Ennius apud Priscian. lib. 13.
Ingens cura mis est concordibus æquiparare. V. MI.

MISANTHRŌPOS, (μισάνθρωπος) Latine Osor hominum dicitur. Cic. 4. Tusc. 25. Ut in hominum universum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur, ut inhospitalitas est.

MISARGYRĪDES, æ. m. [μισαργυρίδης] Argenti osor; ex μισῶ odi, & ἄργυρος argentum. Plaut. Most. 3. 1. 41.

MISCELLUS, i. m. [Μίσκελλος] Crotonis in Bruttiis conditor fuit, cui redditam ferunt sortem ex adytis: Conditurum eum civitatem ubi in serenitate ipsum excepisset pluvia. Id nunquam futurum conjectatum ab eo est, ob rei absurditatem. Quum tamen in Italiam appulisset, ac maxima eventus fluctuaret incertitudine, assedit illi pellex uberius flens, mæstaque. Quod conspicatus Miscellus, finem habere oraculum suspicatus, civitatem condere adortus est. Ex Cæl. lib. 12. cap. 4. V. SYRACUSÆ.

MISCEO, miscui, mistum, [μίγνυμι, κεράω, κυκάω, ἀναφύρω, ταράττω, κεραννύω] ēre. Confundere diversa una, vel Sine ratione perturbateque facere. Plaut. Pseud. 1. 1. 72.
Lege, dulce amarumque una nunc miscens mihi.
Miscere vinum aqua, & Miscere aquam vino. Plin. lib. 7. cap. 56. Vinum aqua misceri Staphilus docuit. Columel. lib. 6. cap. 4. Multi largo sale miscent pabula. [Hæc exempla non utriusque loquendi modi sunt, nisi apud Plin. Aquæ miscere legas. Apud Col. 7. 5. extr. exstat, Nonnulli folia cupressi trita miscent aquæ.
Miscere ad. Columel. lib. 7. cap. 5. Facit autem commode primum ea compositio, quam paulo ante demonstravimus, si ad fæcem & amurcam, succumque decocti lupini misceas portione æqua detritum album helleborum.
Miscere in aciem. In ACIES.
Miscere, Poculum, Vinum &c. alicui, Dare bibere, Ministrare. Cic. 2. de Finib. 17. Dico ergo in eadem voluptate eum qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & eum qui illud sitiens bibat. Ovid. 10. Met. 160.
Arripit Iliadem, qui nunc quoque pocula miscet;
Invitaque Jovi nectar Junone ministrat.
Miscere sua. Ter. Heaut. 4. 5. 35.
Ita tu isthæc tua misceto, ne me admisceas.
Omnia miscere, Turbare. Cic. ad Octav.. Quibus ille septus omnia misceret, nulli parceret, sibi viveret. Idem pro Rosc. Amer. 91. Qui nunquam si offusa Reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniaque miscebant.
Miscere, absolute, pro Miscere omnia. Cic. 3. Q. frat. 9. Pompeius abest: Appius miscet.
Turbare & miscere. Cic. 3. de Legib. 19. Omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit.
Cælum miscetur magno murmure. Virg. 4. Æn. 160. Virg. 1. Æn. 128.
Interea magno misceri murmure pontum. Conf. Domus, Mœnia, &c.
Certamina miscere. Liv. 2.
Coma canities miscuerat. Ovid. 4. Trist. 10. 94.
Consilia cum aliquo. Tacit. 15. Ann. 68. Sed conjurati consilia cum Vestino non miscuerant.
Corpus cum aliqua, Concumbere. Cic. 1. de Divin. 60. conf. Misceri, pro Coire infra.
Domus miscetur misero tumultu. Virg. 2. Æn. 486.
Falsa veris miscere. Senec. Herc. fur. 12.
Gentes diversas commercio miscere. Plin. in Paneg. cap. 29. pr.
Græca verbis Latinis. Hor. 1. Serm. 10. 20
Incendia. Virg. 2. Æn. 329.
Malum miscere. Cic. 4. Tusc. 77.
Major mihi moles, majus miscendum est malum.
Mala miscere & concitare. Cic. 4. in Catil. 6. Ego magnum in Rep. furorem, & nova quædam misceri, & concitari mala jampridem videbam.
Manus utrinque Mavors dubias miscet. Propert. lib. 2. 28.
Maria omnia cælo miscuit. Virg. 5. Æn. 791. V. MARE.
Mœnia diverso miscentur luctu. Virg. 2. Æn. 298.
Oscula blandis verbis. Ovid. 1. de Arte Am. 663.
Ora cum duris venantibus. Ovid. 4. Met. 327.
Pacem duello miscuit. Hor. 3. Carm. 5. 38.
Pectora miscentur vario motu. Virg. 12. Æn. 215.
Populi miscentur. Virg. 4. Æn. 112.
Prælia miscere. Virg. 2. Georg. 282.
Rempublicam iniquis imperiis miscere. Cic. 2. de Lege Agr. 90.
Sacra profanis. Hor. 1. Epist. 17. 54.
Sortes, Fortunæ monitu, manu pueri misceri atque duci. Cic. 2. de Divin. 86.
Stultitiam miscere consiliis brevem. Hor. 4. Carm. 12. 27.
Si terra mari miscebitur, & mare cælo. Lucret. lib. 3. 854. V. MARE.
Tristia miscentur lætis. Ovid. 6. Fast. 463.
Tumultum miscere in concione. Liv. 8. 32.
Vada miscentur æstu arenæ. Virg. 3. Æn. 557.
Vagor miscetur funere. Lucret. lib. 2. 576.
Utile dulci miscuit. Hor. de Arte Poet. 343.
Utilia honestis. Tacit. in Vit. Agric.
Misceri ea, V. MISTUS, Partic.
Misceri, pro Coire, inquit Cæl. lib. 4. cap. 7. Unde apud Virg. 7. Æn. 661. Mixta deo mulier.
Miscuerunt, trisyllabum apud Virg. 2. Georg. 129.
Miscueruntque herbas, & non innoxia verba. [Non tam trisyllabum est, quam systole usitata poëtis, præcipueque Virgilio, syllabæ natura longæ. V. Pier. ad loc. & 2. Æn. 774. & 4. Eclog. 61. Donat. ad Prol. Eunuch. v. 20. Heins. ad Ovid. Heroid. 2. 142.

MISCENS, entis. Partic. Phædr. 1. 29. 10.
Hosti dolorem damno miscens sanguinis.
Vis tellurem diluvio miscens. Virg. 12. Æn. 205.

MISCENDUS, a, um. aliud Partic. [μικτέος] Ovid. 4. Epist. 9.

MISTUS, vel ut aliis placet, MIXTUS, a, um. [μεμιγμένος] Partic. h. e. Temperatus. Liv. 3. 6. pr. Ea colluvio mistorum omnis generis animantium, &c.
Mistus pluribus. Plin. 7. Epist. 27.
Mistum ex. Cic. pro Lege Manil. 28. Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna Reipublicæ? Civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mistum ex civitatibus, atque ex bellicosissimis nationibus, servile, navale, &c. Idem 3. Off. 119. Nec vero finis bonorum & malorum, qui simplex esse debet, ex dissimillimis rebus misceri & temperari potest.
Amor voluptate & molestia mistus. Cic. de Univers. 38.
Gravitas modestiæ in oratione mista. Cic. 2. Off. 49.
Genus mistum. Virg. 6. Æn. 25.
Genus hominum varium, mistum, & turbulentum. Cic. 2. in Catil. 21.
Lacrymæ mistæ risu. Stat. 2. Silv. 1. 47.
Ploratus vagitibus. Lucret. lib. 2. 579.
Puellæ cursitant mistæ pueris. Hor. 4. Carm. 11. 2.
Rubor mistus candore. Cic. 1. de Nat. Deor. 75. Nec ille fusus & candore mistus rubor sanguis est, sed quædam sanguinis similitudo.
Tumultu misto exorta lætitia. Virg. 3. Æn. 99.
Ventus grandine. Ovid. 4. Fast. 626.
Verbera cum verbis. Ovid. 10. Epist. 38.
Superl. Paterc. 2. 98. extr. De L. Pisone hoc omnibus sentiendum ac prædicandum est, esse mores ejus vigore ac lenitate mistissimos: & vix quenquam reperiri posse, qui aut otium validius diligat, aut facilius sufficiat negotio.

MISTIM, MIXTIM, Averb. Suet. Tiber. 33. Assidebat mistim. Et Lucret. 3. 567. — per venas & viscera mixtim.

MISTIO, & MIXTIO, ōnis. f. Vitruv. 1. 4. Aliam mixtionem habet. Et Pallad. 1. 34. Funes sparteos hoc genere mistionis inducere. V. Andr. Borrich. Vindic. p. 58.

MIXTUS, ûs. m. Columel. 6. 37. Avitus color primordii sanguinis mixtu redditur nepotibus.

MISTŪRA, & MIXTURA, æ. f. [κέρασμα, μῖξις] pro Moderatura, ut ait Nonius. 8. 58. Varr. de Vit. Pop. Rom. lib. 1. Sed quod ea & propter talem misturam immoderatam ex aquis cunctis: quod temperatura moderatur in Romuli vita triplices civitates. Aliter legit Mercer. q. V. & Columel. lib. 7. cap. 5.
Generum. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Jocorum mistura. Martial. lib. 8. 1.
Incredibilis mistura. Plin. 37. 6.
Rerum mistura. Lucret. lib. 2. 977.

MISTĀRIUS, vel MIXTARIUS, i. m. Crater. Lucil. apud Non. 15. 30.
Urceus aut longa geminus mistarius ansa.

MIXTITIUS, a, um. Adj. Hieron. in Jerem. cap. 25.

MIXTIX, Icis. Sociabilis. Petron. fragm. Tragur. cap. 45. p. 17. Non est mixtix. V. ibi Reines. Burmannus Mixcix expressit p. 218. ubi not. V. [Si a Misceo, Miscax scribendum foret, ut a Dico Dicax; Emo, Emax; Teneo, Tenax; Capio, Capax &c. Non enim a Præteritis hæc nomina formantur. Nec minus apparet eos errare, qui Mittix legunt.

MISCELLUS, a, um. Adj. [σύμμικτος] Quod mistum est.
Genus columbarum miscellum, vocat Varr. 3. de R. R. 7. Quod nec agreste est, nec domesticum, sed ex utroque temperatum.
Ludos miscellos Lugduni edidisse Caligulam scribit Sueton. in Caligula cap. 20.
Vites miscellæ, Quæ omni agro conveniunt, quod ceteris ubique utiliter misceantur. Cato de R. R. cap. 6. Varr. 1. de R. R. cap. 54 Nam & præcoa, & miscella, quam vocant nigram, multo ante coquitur.
Uvas miscellas appellat Cato cap. 23. Quibus præliganeum vinum fit, quod operarii bibant.

MISCELLĀNEUS, a, um. Adj. [σύμμικτος] a mistura indiscreta rerum dici, significare videtur Gell. in Præf. qui aliis Epilogus, quum ait, Quia variam & miscellaneam, & quasi confusaneam doctrinam conquisiverant, eo titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt. Quidam legunt Miscellam. Apul. in Met 3. pr. Nec mora, cum magna irruptione patefactis ædibus, magistratibus eorumque ministris, turbæ miscellaneæ cuncta completa. Hinc quidam opera sua Miscellanea inscripserunt, in quibus variis de rebus tractatur. Juven. 11. Sat. 20.
— sic veniunt ad miscellanea ludi. ubi Vetus scholiastes Miscellanea, inquit, Cibus, i. e. ultimæ cœnæ. Ideo Miscellanea, quia omnia, quæ apponuntur eis, miscent, sic manducant. Alii vero Ludi genus esse dicunt. Conf. Suet. Calig. cap. 20. & ibi Torrent. Itemque Scalig. 5. de Emend. Temp. p. 449.

Miscellio, ōnis. m. Festus. Miscelliones appellantur, qui non certæ sunt sententiæ, sed variorum mixtorumque judiciorum.

Miscĕra, æ. f. [Μίσκερα] Oppidum Siciliæ apud Stephanum de Urb.

Misellus, V. MISER.

Mīsēnum, i. n. [Μισηνὸς] Promontorium est prope Cumas, nomen habens a Miseno tubicine Æneæ, auctore Festo. Meminit Hor. 2. Serm. 4. 33.

Ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini.

Misenensis, e. Adj. ut, Villa Misenensis. Phædr. 2. Fab. 6. 8.

Misenātes, um. m. Incolæ. Veget. de Re Milit. 4. 31.

Mīsēnus, i. m. [Μισηνὸς] Æneæ fuit tubicen, qui dicitur filius fuisse Æoli, unde & Æolides dicitur, quia constat sonum omnem ex vento creari. Servius in illud Virg. 6. Æn. 164.

Misenum Æolidem, quo non præstantior alter
Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.

Mĭser, ĕra, ĕrum. Adj. [ἄθλιος, σχέτλιος, δείλαιος, τάλας, ταλαὸς, ταλαίφρων, ταλαίπωρος] Calamitosus, ærumnosus, infelix. Ter. Eun. 3. 2. 24.

Apparet servum hunc esse domini pauperis,
Miserique. G. nam hercle nemo posset, sat scio,
Qui haberet qui pararet alium. hunc perpeti. Cic. pro Planc. 78.

Quo quidem etiam magis sum, non dicam miser (natura quidem abhorret a virtute verbum) sed certe exercitus.

Ærumnosus, infelix, miser. Cic. in Parad. 1.

Laboriosos, non miseros, qui magnos dolores perferunt, solemus dicere. Cic. 11. Philip. 8.

Animi miser. Plaut. Milit. 4. 2. 76.

Animo miser. Plaut. Truc. 2. 7. 36.

Ambitionia miseri. Plin. in Paneg. cap. 58.

Miser suo ex animo. Plaut. Stich. 1. 1. 1.

Miser amplius æquo. Lucret. lib. 3. 965.

Miser, Ægrotus. Nam ægritudo, genus est infelicitatis. Plaut. Pœn. 5. 2. 43.

Quid ait? MI. miseram esse prædicat buccam sibi.
Fortasse medicos nos esse arbitrarier.

Miser, Fatigatus, lassus, ut interpretatur Donatus ad Ter. Eun. 5. 2. 4. Miserrimus fui fugiendo.

Miser, Innocens aliquando dicitur, teste Asconio in illud 3. Verr. 41. Ille miser quum esset, &c. Cic. pro Milon. 63. Miseros interdum cives, optime de Rep. meritos! [Hic tamen Infelices intelligi puto. Sed 2. Catil. 14. Et erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum; me, non diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari velint. Indicavit h. l. Pedianus. conf. 3. Verr. 74. pro Sext. 59. Ter. Adel. 2. 1. 46.

Miser & Laborans. Cic. pro Planc. 84. Qui miseris & laborantibus nihil negare possumus.

Ferre opem miseris. Ovid. in Ibin 576.

Finxit Fortuna me miserum. Virg. 2. Æn. 80.

Fieri miserum. Lucret. lib. 3. 880.

Habere aliquem miserum, i. e. Affligere, molestiam exhibere alicui. Plaut. Cist. 2. 2. 1.

Anum sectatus sum clamore per vias;
Miserrimam habui. conf. Cic. 14. Fam. 7.

Succurrere miseris. Virg. 1. Æn. 634.

Miseram me. Ter. Adelph. 3. 1. 4. Miseram me, neminem habeo. Ubi Donatus, Miseram me, proprium est mulierum quum loquuntur, aut aliis blandiuntur. Sunt enim interjectiones alias dolentis, alias exclamantis, aut indignantis.

Miser & Misera, similiter usurpantur. Ter. Hec. 1. 2. 58. Perii miser. Idem And. 1. 5. 29. Misera timeo incertum hoc quorsum accidat. Sic idem sæpe alibi. In quibus locis Miser & Misera commode per adverbium Misere declarantur; quasi Misere perii. Nisi velis eadem forma dicta esse, ut Miserum, vel miseram me. [Sic malim equidem. Nam Misere est Valde, Vehementer. V. infra. Sic & Infelix usurpant.

Ambitio misera. Hor. 1. Serm. 4. 26.

Anni. Propert. lib. 3. 7. 59.

Cædes miserrima oritur. Virg. 2. Æn. 411. de Cæde mutua civium.

Carmen miserum stridenti stipula disperdere. Virg. 3. Ecl. 27. Ubi Servius, Miserum, triste, flebile, quale canunt stipulæ. [Ego malim Miserum, Agreste & indoctum, vel certe Tenue, intelligere.

Corpus. Ovid. 9. Met. 368. al. Versum.

Cupido. Hor. 1. Epist. 1. 33.

Divitiæ. Hor. 2. Serm. 8. 18.

Fames. Hor. 1. Carm. 21. 13.

Formido. Hor. 2. Serm. 7. 77.

Fortuna miserrima nostra est. Ovid. 3. Trist. 11. 71.

Fortunæ miseræ multumque jactatæ perfugium ac portum futurum hunc locum spero. Cic. pro Cluent. 7.

Fuga. Ovid. 2. de Arte Am. 72.

Furor. Ovid. 3. Met. 479.

Homines. Lucret. lib. 3. 51.

Lateris miseri dolor. Hor. 2. Serm. 3. 29.

Luxuria. Propert. lib. 1. 2. 32.

Mentes ô miseras hominum! Lucret. lib. 2. 14.

Miseria miserrima. Plaut. Amph. 2. 1. 43.

Modis miseris distractus. Lucret. lib. 3. 506.

Mors. Virg. 10. Æn. 829.

Mortales. Virg. 3. Georg. 66.

Opes. Ovid. 1. Amor. 10. 22.

Pax. Tacit. 3. Ann. 44.

Pectus. Ovid. 1. Trist. 4. 6.

Plebs. Hor. 1. Serm. 8. 10.

Ad preces miseras decurrere. Hor. 3. Carm. 29. 51.

Querelæ. Ovid. 2. Met. 342.

Res. Ovid. 5. Trist. 7. 67.

Res misera & calamitosa. Cic. pro Rosc. Amer. 77.

Spectaculum miserum atque acerbum. Cic. 7. Verr. 100. O spectaculum miserum atque acerbum, ludibrio esse urbis gloriam!

Vita. Ovid. 4. de Ponto, 15. 5.

In vita turpi & misera commorari. Cic. 1. Q. frat. 3.

Urbes. Hor. 4. Carm. 15. 20.

Maximum, & miserrimum miseriarum. Cic. 3. Att. 7. Quem quidem ego, (De fratre loquitur.) nec quomodo visurus, nec ubi dimissurus sim scio; id est maximum & miserrimum mearum omnium miseriarum.

Miseri ac Seri sæpe a librariis confunduntur. V. Nic. Heins. ad Valer. Flacc. 11. 234. Broekhus. ad Tibull. 1. 5. 47. & ad Propert. 1. 15. 21.

Misĕrum, Adv. Virg. 6. Æn, 21.

— tum pendere pœnas
Cecropidæ jussi (miserum!) septena quotannis
Corpora natorum. Ubi Serv. Miserum, dolentis interjectio, ac si diceret Nefas. conf. MALUM, INFANDUM.

Misĕre, Adv. [ἀθλίως] Misero modo, Infeliciter. Cic. Neque commoveri ejus desiderio possum, qui tam misere periit. Idem 3. de Finib. 50. Quæ nihil valerent ad beate misereve vivendum. Idem 1. Q. frat. 3. Tua me invidia, ac non ego te misere perdidi.

Misere, Valde, nimis. Ter. Heaut. 1. 2. 16. Eam misere amat. Idem Eun. 1. 1. 23.

Hæc verba una, mehercle, falsa lacrymula,
Quam oculos terendo misere, vix vi expresserit,
Restinguet.

Discedere misere quærens, Ire modo ocyus. Hor. 1. Serm. 9. 8. Misere hic idem valet quod Vehementer, usque ad miseriam.

Invidere misere. Ter. Eun. 3. 1. 22.

Compar. Senec. Controv. 5. 34. Nemo miserius servit.

Superl. Senec. Epist. 63. Miserrime lugent.

Misĕrĭter, [ταλαιπώρως] pro Misere apud antiquos. Laberius, Mens incorrupta miseriter corrumpitur. Catull. 61. 49.

Ibi maria vasta visens lachrymantibus oculis,
Patriam allocuta est ita voce mæsta miseriter.

Misellus, a, um. Adj. dimin. [ὑποτάλας, ταλαίπωρος] Cic. 3. Att. 23. Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo, præter invidiam & ignominiam nominis mei, tuere quoad poteris. Idem 14. Fam. 4. Sed certe quoquomodo res se habebit, illius misellæ & matrimonio & famæ serviendum est.

Pallium misellum. Plaut. Rud. 2. 6. 66.

Spes misella. Lucret. lib. 4. 1090.

Misĕrŭlus, a, um. Adj. Catull. apud Non. 11. 63. Anima miserula.

Miseria, æ. f. [ἀθλιότης, ταλαιπωρία] Cic. 2. Tusc. 21.

Miserere, gentes nostras flebunt miserias. Ex quodam poeta.

Miserrima miseria. In MISER.

Aberrare a miseria. In ABERRO.

Capere miseriam. In CAPIO.

Commonere miseriarum. In COMMONEO.

Coopertus miseriis. In COOPERIO.

Eripere a. Cic. 9. Fam. 13.

Ferre miserias & perferre. In PERFERO.

Ferre opem miseriis & calamitatibus alicujus. Cic. 2. de Divin.

Incidere in. Cic. 2. Philip. 24. Quorum si utrumvis persuasissem, in has miserias nunquam incidissemus.

Levare miseriis. Cic. 3. Fam. 8.

Nasci in sempiternam. In NASCOR.

Premunt ærumnæ & miseriæ aliquem. Cic. in Parad. 2.

Esse in miseriis. Cic. 3. de Fin. 48. Ita qui processit aliquantulum ad virtutis aditum, nihilo minus in miseria est, quam ille qui nihil processit.

Versari in. Cic. 7. Fam. 3.

Vindicare a. Cic. de Clar. Orat. 329.

Miserĭtūdo, inis. f. [δειλαιότης] antiquum verbum. Actius, Qui infelix miseritudine factus est aliena. V. Nonium 2. 521.

Miserimonium, i. n. Laberius apud Nonium 3. 144. Tibi relictum est miserimonium.

Misĕreor, [ἐλεέω, ἐλεαίρω, οἰκτείρω, ταλανίζω, σπλαγχνίζομαι] ēri. deponens; & aliquando **Misereo**, ēre. est Ob alicujus miseriam, Dolorem animo concipere. Et genitivo tantum jungitur, teste Serv. ad 1. Æn. 601. Virg. 2. Ecl. 7.

Nil nostri miserere. Cic. pro Corn. Balb. 64. Misereminі ejus, qui non de suo peccato, sed hujus summi & clarissimi viri facto; non de aliquo crimine, sed de periculo suo, de publico jure disceptat. Cic. ad Brut. 16. Ac vestri miserebor.

Miseretur, inquit Festus, is qui miserum sublevat. [Immo, Qui ejus vicem dolet.

Esuriei alicujus misereri. Cic. 8. Fam. 1.

Laborum. Virg. 2. Æn. 143.

Sociorum inopum miserere. Juven. 8. Sat. 89.

Supplicum. Cic. 1. de Invent. 48.

Misereo antiqui usurpabant pro Miseror. Ennius in Hecuba, Miserete manus, date ferrum, ut me anima privem. Nonius 17. 58. Idem testatur Priscianus lib. 8. extr. Lucret. lib. 3. 894.

Ipse sui miseret; neque enim se vindicat hilum. i. e. Miseretur.

Miseret, impers. passivum habet affectum; idem est enim Miseret me illius, & Misereor illius; quippe utrumque significat Ex illius me miseria angorem suscipere. Ter. Eun. 4. 7. 32.

Miseret tui me, qui hunc, tantum hominem, facias inimicum tibi. Cic. pro Ligar. 14. Cave te fratrum, pro fratris salute obsecrantium, misereat. Al. Misereatur.

Miserebatque non pœnæ magis homines, quam sceleris, quo pœnam meriti essent. Liv. 2. 5.

Me miseret. Festus, Miseret me, eadem forma dicitur, qua Piget, Pœnitet, Tædet. Ter. Eun. 5. 4. 23.

Miseret me; itaque, ut ne viderem, misera huc effugi foras.

Me miseret vicem tuam. Ter. Heaut. 4. 5. 1.

Jam te nil miseret, dure, tui dulcis amiculi. Catull. ad Alphenum, 28. 2.

Misertum, vel Miseritum est. Plaut. Trin. 2. 4. 29.

Nam nunc eum vidi miserum, & me ejus misertum est. Ter. Phorm. 3. 2. 16. Miseritum est.

Misĕresco, [κατοικτίζω, κατοικτείρω] ĕre. Inchoativ. Moveri misericordia. Virg. 2. Æn. 145.

His lachrymis vitam damus, & miserescimus ultro.

Miseresco, cum genitivo. Virg. 8. Æn. 573.

— Arcadii quæso miserescite regis.

Miserescit, impers. [κατοικτείρεται] Ter. Heaut. 5. 4. 3.

Ejus ut memineris, atque inopis nunc te miserescat mei.

Misĕricors, cordis. Adj. [ἐλεήμων, εὔσπλαγχνος, οἰκτίρμων] Qui ex alicujus

alicujus miseria dolorem animo suscipit. Cic. 4. de Finib. 22. Nec misericordem judicem esse oportere?
Supplex, mansuetus, & misericors. Auctor ad Heren. lib. 2. 25.
Animus auditoris mitis & misericors. Cic. 1. de Invent. 106.
Mendacium honestum & misericors. Cic. pro Ligar. 16. Quod si probare Cæsari possemus in Africa Ligarium omnino non fuisse, si honesto & misericordi mendacio saluti civis calamitosi consultum esse vellemus, &c.
Se misericordem præbuit, & in testimonio religiosum testis. Cic. pro Cæcin. 26.
Compar. Plaut. Rudent. 1. 5. 23.
Misericordior nulla est me feminarum.
Superl. August. Confess. 1. 4. Misericordissime Deus.

Misericordia, æ. f. [ἔλεος, ἐλεημοσύνη, εὐσπλαγχνία, οἶκτος] est Ægritudo ex miseria alterius injuria laborantis, inquit Cic. 4. Tusc. 18. Cic. pro Ligar. 16. Nulla de virtutibus tuis plurimis, nec gratior, nec admirabilior misericordia est. Idem 3. Tusc. 21. Si sapiens in ægritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam.
Clementia & misericordia singulari vir. Cic. Post red. in Senat. 16.
Perfugium misericordiæ. Cic. pro Ligar. 28.
Adducere ad. V. ADDUCO.
Adhibere fortunis alicujus. Cic. pro Rabir. 5.
Adimere. In ADIMO.
Allicere ad. Cic. pro Lege Manil. 24.
Capere. In CAPIO.
Captare. Cic. 2. Philip. 86.
Commendare judici. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Commovere. Cic. pro Dejot. 40.
Commoveri misericordia. V. COMMOVEO.
Concitare populi. Cic. 1. de Orat. 227.
Confugere in alicujus. V. CONFUGIO.
Ductus misericordia. Ulpian. in l. Si hominem. D. depositi.
Exercere. Ulpian. in l. Si hominem. D. depositi. Intempestive misericordiam exercuit.
Habere. Cic. pro Muren. 87.
Impartiri alicui. Cic. ad Brut. 12.
Implorare & exposcere alicujus. Cic. pro Milon. 93.
Inducere ad. V. INDUCO.
Movere. In MOVEO.
Motus misericordiæ. Ulpian. in l. At si quis. §. Sed interdum. D. de relig. & sump. fun. Potest tamen distingui & misericordiæ motus; ut si in hoc fuit misericors vel pius, qui funeravit, ut eum sepeliret, ne insepultus jaceret, &c.
Prætentanda est judicis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Requirere & efflagitare aliquorum. Cic. pro Milon. 93.
Revocare mentes ad lenitatem misericordiamque. Cic. 1. de Orat. 53.
Tenet misericordia aliquem. Cic. pro Rabir.
Tribuere. Cic. pro Planc. 3.
Vivere aliena. Cic. pro Rosc. Amer. 145. Prædia mea tu possides; ego aliena misericordia vivo.
Vocare ad. Cic. Nunc, quum omnes me causæ ad misericordiam, atque ad humanitatem vocent, &c.
Misericordiam, pro Eleemosyna dixisse Christianos scriptores, observat Des. Heraldus Commentar. ad Tertull. Apol. cap. 42.
De Ara Misericordiæ dedicata Athenis, quæ in Proverbium abiit. V. Stat. 12. Theb. v. 481. & ibi Barth. Apul. 11. Met. p. 263. Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. 6. 17. & Meurs. de Ceramico gem. cap. 14. Burl. ad Luciani Tim. p. 136.

Misericorditer, Adv. Lactant. 6. 18. Justus nunquam prætermittet, quo minus aliquid misericorditer faciat.
Deplorare misericorditer. Hieron. ad August. Epist. 89. 5.

Miseror, [οἰκτείρω, ταλανίζω] āri. Verbis, aut lacrymis, aut alio modo dolorem, quem ex alicujus miseria, aut etiam ex nostra concepimus, ostendere, lamentari, & deflere. Festus. Miseratur is, qui conqueritur aliena incommoda. Servius ad 1. Æn. 601. Miseror, & Misereor unum significant, sed Miseror accusativum regit, Misereor genitivum. Hæc Serv. Fere tamen priori significatione ponitur. Cic. pro Muren. 55. Ut non queam satis, neque communem omnium nostrûm conditionem, neque hujus eventum fortunamque miserari.
Contusosque animos, & res miserabere fractas. Virg. 4. Georg. 240.
Periculum miserari. Cæs. 1. Bell. Gall. 39. Tribuni Cæsarem secuti magnum periculum miserabantur.
Sortem alicujus. Virg. 12. Æn. 243.
Misero, pro Miseror dicebant veteres; ut Accius in Athamante, apud Non. 7. 18. Atque ita de illis merui, ut jure hæc nunquam miserarent mala.

Miserans, antis. Partic. Virg. 5. Æn. 552.
— miserans attollit amicum. Et 2. Georg. 499.
Aut doluit miserans inopem.

Miserātus, a, um. Partic. Virg. 10. Æn. 686.
— juvenemque anima miserata repressit. Alii legunt Animo.
Amorem miseratus reginæ. Idem 6. Æn 28.
Dolorem miserata Juno. Idem 4. Æn. 694.

Miserandus, a, um. aliud Partic. [οἰκτρός] Idem quod Miserabilis. Cic. 2. Tusc. 21.
Accede accede, nate, assiste, miserandum aspice
Eviscevatum corpus lacerati patris. Ex Sophocle.
Miserandus & Irridendus, contraria. Cic. 1. de Orat. 169. Hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur?
Funus. Lucan. lib. 1. 104.
Lues. Virg. 3. Æn. 139.
In modum miserandum milites Pop. Rom. capti, necati, deserti, dissipati sunt. Cic. de Provinc. Consul. 5.
Oratio tua omnibus miseranda visa est. Cic. 2. de Orat. 278.
Sors. Ovid. 2. Amor. 7. 15.
Tempestas. Virg. 3. Georg. 478. Servius; Miseranda, Pessima, ferena rem dignam miseratione.

Miseranter, Adv. [οἰκτρῶς] Gell. lib. 10. cap. 3. Ecquid est quod aut ampliter insigniterque, aut lacrymose atque miseranter, aut multa copiosaque invidia, gravique & penetrabili querimonia dixerit?

Miserātio, ōnis. f. [οἰκτιρμός] Significatio misericordiæ, qua ex alicujus infelicitate movemur. Cic. in Orat. 131. Nec vero miseratione solum mens judicum permovenda est. Idem 5. Fam. 12. Quem enim nostrûm ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat?
Non sine lacrymis, non sine dolore miseratio. Cic. 2. de Orat. 196.
Commovere. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Discutere. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Eximere. Liv. 45.
Nasci miserationem & Odia incitari, contraria. Cic. in Partit. 56.
Occupari. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Venit miseratio aliquando ex eadem causa. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Miserātor, ōris. m. Qui opus aliquod misericordiæ exhibet in eum, cujus miseretur. Juvenc. 2. 294. Peccantum largus miserator Iesus. Adde Tertull. adv. Marc. 5. 11. & de Pudicit. cap 2.

Miserātrix, īcis f. Prosper. Aquitan. de Ingratis, cap. 30.
Et tamen ex istis miseratrix gratia quosdam
Eligit.

Miserābĭlis, e. Adj. [ἐλεεινός, ἀξιοπενθής] Miseratione dignus, per quem alii misericordia commoventur. Cic. 2. de Finib. 65. Qui nobis miserabilis videtur audientibus, illi perpetienti erat voluntarius. Al. Voluptarius.
Aspectus auctionis miserabilis. Cic. 2. Philip. 73.
Bellum miserabile. Ovid. 13. Epist. 51.
Carmen. Virg. 4. Georg. 514.
— ramoque sedens miserabile carmen Integrat.
Casus. Cic. 2. de Finib. 65.
Corpus. Virg. 5. Ecl. 21.
Dimicatio. Liv. 1. 23. pr. Eventus belli minus miserabilem dimicationem fecit, quod nec acie certatum est, &, tectis modo dirutis alterius urbis, duo populi in unum confusi sunt.
Elegi. Hor. 1. Carm. 33. 2.
Excidium. Stat. 6. Theb. 96.
Factum. Ovid. 9. Met. 394. al. Fatum.
Fatum. Ovid. 6. Met 90.
Genus miserabile pœnæ. Ovid. 8. Met. 782.
Ignorantia. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Infans. Ovid. 7. Epist. 135.
Letum. Catull. ad Mallium, 66. 91.
Puer. Ovid. 3. Met. 495.
Respectus. Cic. 1. de Divin. 68. Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore.
Sonus. Cic. 2. de Orat. 197.
Supplicium. Stat. 1. Theb. 53.
Voces. Liv. 1. 29.
Vulgus. Virg. 2. Æn. 798.
Vulnus. Ovid. 5. Trist. 5. 15.
Miserabilis alteri. Ovid. in Ibin, 117.
Visu miserabile. Virg. 1. Æn. 115.
Miserabile, pro Miserabiliter, nomen pro Adverbio. Virg. 12. Æn. 338.
— miserabile cæsis
Hostibus insultans. Servius. [Interjectio est dolentis. V. MISSSUM.

Miserābĭlĭter, Adv. [ἐλεεινῶς] Cic. 1. Tusc. 96. Etsi enim flemus, quum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur. Idem 10. Att. 10. Marci Cœlii quidem epistolam, scriptam miserabiliter, quum hoc idem obsecraret ut exspectarem, &c. Liv. 3. 52. Prosequuntur conjuges liberique, cuinam se relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia, nec libertas sancta esset, miserabiliter rogitantes.
Laudari miserabiliter. Cic. 14. Att. 10. At ille etiam in foro combustus, laudatusque miserabiliter. De Caji Cæsaris funebri laudatione.
Compar. Senec. 4. Excerpt. Controv. præf. Tanto majore impetu dixit, tanto miserabilius.

Miserivivum, i. n. Itali vocant herbam Proserpinacam. Apul. de Herb. cap. 18.

Misētus, i. [Μισητός] Oppidum Macedoniæ apud Stephanum, cujus gentile est Misetius.

Misna, Carthaginiensium navale dicitur, ut testis est Cœl. lib. 18. cap. 38.

Mispila, [Μίσπιλα] Medorum oppidum, apud Xenoph. lib. 3. exped. Cyri minoris. Gentile est Mispilates.

Missila, **Missio**, **Missus**. In MITTO.

Mistyllon, V. MYSTILLUS.

Mistura, **Mistus**. V. MISCEO.

Misŭmĕnos, i. [Μισούμενος] Comœdia erat Menandri hoc nomine, interpretaturque Invisus, & quem odere vulgo. Hac dictione usus est & Martialis in lemmate quod Pueri comœdi inscribitur, lib. 14. 214.
Non erit in turba quisquam μισούμενος ista. h. e. Tam formosi & amabiles sunt pueri isti comœdi, tamque vix ex animo eorum desiderium deponi potest, quod vehementer penitusque medullis inhæreat, ut si μισούμενος, id est persona ejus qui invisus sit, agenda sit, ut usuvenire solet in comœdiis, non sit in turba quisquam, qui eam agere possit. Hæc Turnebus, quæ ideo addenda censui, quia nec passim occurrunt, nec aliorum satisfacit interpretatio.

Misy, yos. n. [μίσυ] Plin. lib. 19. cap. 3. Simile est, inquit, & quod in Cyrenaica provincia vocant misy, præcipuum suavitate odoris ac saporis, sed carnosius. Athenæus autem Mison vocat, & odorem carnium habere, non tubere carnosius esse, sicut Plinius, scribit. Utra lectio melior sit, docti judicent.
Est item Misy, Corpus metallicum, quod in fodinis ærariis supra Chalcitim & Sory invenitur, colore subflavo in morem sulphuris ignem jam experti. Vulgus *Vitriolum* appellat.

M I T

Mitella, In MITRA.

Mitesco, ēre. In MITIS.

Mithras, æ. m. cum H [Μίθρας, Μίθρης] a Persis dicitur Sol. Strabo lib. 15. Persæ cælum Jovem putant: colunt Solem, quem Mithram vocant. Stat. 1. Theb. 720.
Indignata sequi torquentem cornua Mithram. Ubi Lutatius ait,

Sol apud Adiamenios Titan, apud Assyrios Osiris, apud Persas ubi in antro colitur, Mithras vocatur. Ponitur aliquando pro Primario sacerdote. Apuleius libro ult. p. 267. Elmenh. Ipsumque Mithram illum suum sacerdotem præcipuum, divino quodam stellarum consortio, ut ajebat, mihi conjunctum, sacrorum ministrum decernit.
Mithras est etiam Funis nauticus, quo media navis vincitur. Isidor. 19.4. conf. Tertull. de Jona & Nineve v. 44. V. Rosin. Antiq. Rom. 10. 20. p. 988.

Mithriaca, orum. n. pl. [μιθριακά] Sacra Solis, sive Osiridis sacrificia: de quibus Lampridius in Commodo cap. 9. extr. sic scribit, Sacra mithriaca homicidio vero polluit, quum illic aliquid ad speciem timoris vel dici, vel fingi soleat.

Mithrax, ăcis. f. [μίθραξ] Gemma est, variis coloribus contra Solem refulgens, de qua Plin. lib. 37. cap. 10. Mithrax a Persis accepta est, & Rubri maris montibus, multicolor, contra Solem varie refulgens.

Mithridax, ăcis. f. Eadem gemma. Solin. cap. 50. Mithridax sole percussa coloribus micat variis.

Mithridātes, is. m. [Μιθριδάτης] Rex Ponti fuit, vi magna & animi & corporis, ut sejuges equos regeret, duarum & xx gentium ore loqueretur. Hic dissidentibus Romanis, sociali bello Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit, Græciam insulasque omnes, excepta Rhodo, occupavit: sed postea a Sulla apud Dardanum fusus, & a Pompeio victus, tandem, a Pharnace filio in turre obsessus, venenum sumpsit. Quumque id tardius subiret (quia adversum venena multis antea medicaminibus corpus firmaverat) immissum percussorem Gallum Sitocum, auctoritate vultus territum, revocavit, & in cædem suam manum trepidantis adjuvit. Hæc fere ex auctore de Vir. Ill. cap. 76. Martial. lib. 5. 77.

Profecit poto Mithridates sæpe veneno,
Toxica ne possent sæva nocere sibi.

Alius etiam Mithridates, qui regi Mithridati Bruti epistolas collegit.
Mithridates Parthorum rex. Appian. Syriac. 83 in fine. μιθριδάτης μὲν ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς, ἐξελαυνόμενος τὴν ἀρχὴν ὑπὸ Ἡρώδε τ' ἀδελφοῦ. Quamvis hoc mihi non proposuerim quicquam annotare de propriis nominibus, tamen & hoc παρέργως. H. St.

Mithridaticus, a, um. [μιθριδατικός] Adj. ut, Bellum Mithridaticum. Plin. 2. 95.

Mithridaticum, i. n. Antidotum. [μιθριδατικόν] Plin. lib. 25. cap. 2. Primo inventa genera antidoti, ex quibus unum etiam nomen ejus retinet. Illius inventum autumant, sanguinem anatum Ponticarum misceri antidotis: quoniam veneno viverent. De Mithridate.

Mithridation, i. n. [μιθριδάτιον] Herba a Mithridate reperta. Plin lib. 25. 6. Adjective Gell. 17. 16. de compositione ejus, & Scribon. Larg. Compos. 194.

Mitior, um. In mitis.

Mitis, e. Adj. [ἤπιος, ἥμερος, εὔπεπτος, ἀγανόφρων] Lenis, clemens, mansuetus; cui Durus aut Acer opponitur. Ad orationem transtulit Cic. de Senect. 28. Facit persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta & mitis oratio. Idem in Hortens. Quid Theopompo acrius, aut Theophrasto mitius inveniri potest? apud Non. 4. 293.
Mitis & mansuetus, Ferus & immanis, contraria. Cic. 1. de Invent. 2.
Precanti mitis. Stat. 1. Theb 189.
Natum mitis & annis. Ovid. 14. Epist. 55.
Animum mitior. Hor. 3 Carm. 10. 18.

— nec rigida mollior æsculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.

I. e. Animo mitiore, quam angues Mauritaniæ. Mitis animum, hellenismus est.
Vultu mitior. Stat. 6. Theb. 291.
Mitior in aliquem. contr. Asperior. Liv. 4. 2.
Alimenta. Ovid. 2. Met. 288.
Animus semper. Ovid. 3. de Pont. 2. 100.
Aura. Ovid. 2. Fast. 148. al Mollis.
Caput. Ovid. 1. Amor. 4. 36.
Consilium. Ovid. 1. Trist. 4. 5.
Dii mites hostibus. Ovid. 2 de Pont. 1. 48.
Doctrina moderata & mitis; cui opponitur Aspera & Dura. Cic. pro Muren. 60.
Dolorem mitiorem facit patientia. Cic. 2. Tusc. 53.
Exsilium mitius, Tolerabilius. Ovid. 2. Trist. 185.
Homo mitissimus & lenissimus. Cic. 4. in Catil. 10.
Incendia. Ovid. 1. Fast. 411.
Ingenium. Ovid. 13. Met. 187.
Ira mitior jam, Mitigata Ovid. 4. de Pont. 6. 20.
Lacrymæ. Ovid. 6. Met. 505.
Mores mitissimi, Tractabiles. Columel. lib. 6. cap. 29. Mores laudantur qui sunt ex placido & ex concitato mitissimi. De equo.
Obitus. Tacit. 3. Ann. 19.
Oratio compta & mitis. Cic. de Senect. 28.
Partem in mitiorem interpretari. Cic. pro Muren. 64. Quod atrociter in Senatu dixisti, aut non dixisses, aut seposuisses, aut mitiorem in partem interpretarere.
Patrocinium. Ovid. 1. de Pont. 2. 70.
Pietas. Ovid. 3. Trist. 4. 34.
Pœna mitior. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Solator. Stat. 5. Silv. 5. 40.
Solum mite, Cæli mitioris. Hor. 1. Carm. 18. 2.
Spes mitior. Tacit. 15. Ann 64. Deinde oblata mitiore spe, &c.
Stagnum mite, Tranquillum. Virg. 8. Æn. 88.
Succi mites. Ovid. 14. Met. 690.
Temperies. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 260.
Ventus mitior. Ovid. 13. Met. 440. al. Amicior.
Verba mitissima. Ovid. 2. Met. 816.
Mite & placatum. Cic. 5 Att. 1.
Nihil mitius, pro Lenissimo. Cic. 4. Acad. 11. Homo natura lenissimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) stomachari tamen cœpit.
Tristia mutam mitibus. Hor. 1. Carm 16. 25.
Mitis, Maturus, Coctus. Virg. 1. Ecl 81.

— sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles.

Nonius 4. 293. & 306. [Nempe quia Cocta, maturaque, succi sunt mitioris.
Vindemia. Virg. 2. Georg. 522.
Uvæ. Virg. 1. Georg. 448.

Mite, ius, issime. Adv. [ἠπίως, ἠπιώτερον, ἠπιώτατα] Apul. 10. Met. p. 255. Elm. Mite connivere. [Videtur neutrum adverbialiter positum, ut Acre ibidem, pro Acriter. V. loc.
Ferre aliquid mitius. Ovid. 15. Met. 495.
Perire mitius. Ovid. 3. de Pont. 7. 27.
Superl. Cæs. 7. Bell. Gall. cap. 43. Quæ tametsi Cæsar intelligebat, tamen quam mitissime potest, legatos appellat.

Mitiusculus, a, um. Adj. dimin. Cæl. Aurel. Acut. præf. Febres parvæ & mitiusculæ.

Mitesco, [πεπαίνομαι, ἡμερόομαι] ĕre. Mansuescere. Plin lib. 22. cap. 25. Genua quoque degravat; sed madefactum pluribus diebus mitescit. De equo. Liv. 38. 17. Nolite existimare belluas tantum recens captas feritatem illam silvestrem primo servare, deinde quum diu manibus humanis alantur, mitescere: in hominum feritate mulcenda non eandem naturam esse. Hor. 1. Epist. 1. 39.

Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem.

Mitescere, Tranquillari, inquit Perottus, seu mavis Tranquillum fieri. Apuleius, Conflaccescunt fluctus, mare mitescit.
Flecti & mitescere. Ovid. 14. Met. 697.
Discordiæ mitescunt. Liv. 5.
Freta mitescunt. Ovid. 7. Epist. 179.
Ira mitescit. Ovid. 2. de Pont. 7. 79.
Sæcula mitescunt positis bellis. Virg. 1. Æn. 295.

Mitescens, entis. Partic. Liv. 23. 19. Mitescente jam hieme.
Mitescens, Maturescens. Plin. 15. 13. Prunorum velocitas cito mitescentium.

Mitigo, [ἡμερόω, πεπαίνω, μαλθάσσομαι] āre. Placare, quasi mitem facere. Cic. 7. Verr. 158. Neque in parentum luctu atque lacrymis, te mei nominis commemoratio mitigavit.
Irasci & Mitigari, contraria. Cic. in Orat. 144.
Ex agresti vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus. Cic. 2. de Legib. 36.
Reconciliare & mitigare sibi aliquem Cic. 1. Fam. 9.
Ætas mitigabit, usus flectet, dies leniet. Cic. pro Muren. 65.
Longinquitas temporis mitigat. Cic. 6. Fam. 4.
Animum mitigare. Cic. pro Font. 18.
Dolorem. Cic. 2. de Finib. 95.
Dolores vetustate mitigantur. Cic. 3. Att. 5.
Febrem quiete & abstinentia mitigavit. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Iras. Ovid. 4. Trist. 6. 15.
Labores magna compensati gloria mitigantur. Cic. 2. de Orat. 14.
Populum excitatum in bonos mitigare. Cic. 1. de Orat. 202.
Severitatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare. Cic. 1. Q. frat. 1.
Tristitiam mitigat & relaxat risus. Cic. 2. de Orat. 236.
Agrum silvestrem mitigam flammis & ferro. Hor. 2. Epist. 2. 186.
Cibum mitigare; i. e. Coquere. Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Arborum autem confectione, omnique materia & culta & silvestri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibum utimur, &c. I. e. Coquendum.
Mitigare, Maturare. Cic. lib. 4. de Repub. Quumque Autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hieme ad concipiendas relaxarit, æstiva maturitate alia mitigaverit, alia torruerit. Nonius 4. 293.

Mitigātus, a, um. Partic. ut, Animus mitigatus. Cic. 6. Fam. 1.
Feritas mitigata. Plin. 16. 12.
Hiems mitigata. Curt. 9. 10. 4.

Mitiganter. Adv. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1. Partes mitiganter emollire.

Mitigātio, ōnis. f. [πράϋνσις] Cic. 3. de Orat. 130. Omnisque ad omnem animi motum & impulsio, &, si ita res feret, mitigatio.

Mitigabilis, e. Adj. unde

Mitigābĭlĭter, Adv. Cæl. Aurel. Acut. 34. Partes mitigabiliter relaxandæ.

Mitigātōrius, a, um Adj. [πραϋντικός] Quod habet vim mitigandi. Plin. lib. 28. cap. 6. Contra renum & lumborum vesicæque cruciatus in balnearum soliis pronos urinam reddere, mitigatorium habetur.

Mitigātīvus, a, um. Adj. Idem. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. Mitigativa adhibere.
Curatio mitigativa. Idem Acut. 1. 5.

Mitifico, [ἡμερόω] āre. Mitem facere. Plin. lib. 8. cap. 7. Capti celerrime mitificantur hordei succo. De elephantis.

Mitificātus, a, um. Partic. Cic. 2. de Divin. 57. Depulso enim de pectore, & in omne corpus diviso & mitificato cibo, cantus edere quiete satiatos. De gallis.

Mitificus, a, um. Adj. Quod facit, vel quod fit mite. Apul. lib. de Mundo extr. Mitificum aliquem facere. Adde Prudent. Hamartig. v. 963.

Mitio hinc putatur factum apud Terentium, quod nihil ea fingi possit mitius, ut contra nihil Demea immitius. Sed tamen est pro Μικίων, a μικρός. H. St.

Mitilo, āre. Lusciniam canendo imitari. Auct. Philomel. v. 16.

Matutinali tempore tunc mitilans.

Mitra, æ. f. [μίτρα] dictio barbara, qua significatur quoddam capitis ornamenti genus, quo primum Mæonii, deinde vero Ægyptii, Syri, Phrygii, & Lydi usi sunt, erat enim Pileos incurvus; quamvis & pro muliebri Corona ad ornatum capitis adolescentularum accipiatur, ex qua pendebant fasciolæ, quæ phylla dicebantur; quoniam foliorum instar penderent. Virg. 9. Æn. 616.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Ab Italia in Trojanos dictum, per metaphoram. Plin. lib. 35. cap. 9. Capita mulierum mitris versicoloribus operuit. Catull. Argon. 62. 63.

Non flavo retinens subtilem vertice mitram.

Mitram autem gestasse viris turpe & molle censebatur. Lucian. ἐκτεθηλυμμένος μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένος. Et Juno Jovi Bacchi mollitiem objiciens apud eundem ait, μίτρᾳ ἀναδεδεμένος τὴν κόμην. Quo & Ἰδαλιμίτρης per probrum illic vocatur. Ex Turneb. Advers. 4. 14.
Anademata mitræ Lucret. lib. 4. 1123.
Mæonia mitra. Virg. 4. Æn. 216.
Picta. Juven. 3. Sat. 66.
Teres. Claud. 2. in Eutrop. 185.
A mitra, a crocota, a malabribus soleis, purpureisque fasciolis, a strophio, a psal-

a psaltrio, a flagitio, a stupro, est factus repente popularis P. Clodius. Cic. de Arusp. Resp. 44.

Mitrātus, a, um. Adj. ut, Capita mitrata. Solin. cap. 33. Arabes mitrati Plin. 6. 28.

Mitrŭla, æ. f. dimin. Solinus cap. 40. Serpens est pæne ad semipedem longitudinis, alba quasi mitrula lineatus caput. De basilisco.

Mitĕla, æ. f. Aliud dimin. [μιτρίδιον] Virg. in Copa,

Copa Syrisca, caput Graia redimita mitella. Cic. pro Rabir. Post. 26. Delitiarum causa & voluptatis, non modo cives Romanos, sed & nobiles adolescentes, & quosdam etiam Senatores summo loco natos, non in hortis & suburbanis suis, sed Neapoli, in celeberrimo oppido, cum mitella sæpe videmus. Alia exemplaria habent Mitrella.

Mitella, *une escharpe*. Celsus lib. 8. cap. 10. De brachii fracti curatione. Deligari autem brachium debet paulum pollice ad pectus inclinato. Siquidem is maxime brachii naturalis habitus sit; idque involutum mitella commodissime excipitur, quæ latitudine ipsi brachio, peranguistis capitibus collo injicitur, atque ita commode brachium ex cervice suspensum est.

Mitellitus, a, um. Adj. Ornatus mitellis sive coronis sericis: ut Cœna mitellita. Suet Neron. cap. 27. i. e. In qua præbebantur convivis mitellæ. Alii legunt Mellita. Lectio admodum dubia est. V. in mel.

Mitto, misi, missum, [πέμπω, ἀποστέλλω, ἐπιστέλλω, ἵημι, ἰάλλω, στέλλω, ζω, βάλλω] ĕre. notæ significationis. Ter. Eun. 3. 3. 22.

Misit porro orare, ut venirem, serio.

Mitto tibi. Cic. 1. Att. 13. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam.

Mitto ad te. Cic. de Senect. 3. Hunc vero librum de senectute ad te misimus.

Mittere foras ad cœnam filium. Cic. 3. Verr. 94. Ut etiam filium suum, lectissimum adolescentem, foras ad propinquum suum quendam mitteret ad cœnam.

Mittere aliquem de. Cic. 8. Att. 1. Ei statim rescripsi, hominemque certum misi de comitibus meis.

Mittere e via, vel ex itinere. Cic. 9. Att. 15. Quæ descripta attulit, illa e via misi ad te. Idem 5. Verr. 48. Missa est (ut ipsa significat) ex itinere, quum Verres jam de provincia decessisset. de Epistola.

Mature mittere In maturus.

Paucis diebus mittere. In paucus.

Mittere, pro Scribere. Cic. 16. Fam. 9. Curio misi, ut medico honos haberetur; & tibi daret quod opus esset; me cui jussisset curaturum. [ἐπιστέλλω. H. St.

Mittere, cum priore supino. Ter. And. 3. 2. 34.

— missa est ancilla illico

Obstetricem arcessitum ad eam, & puerum ut adferret simul.

Misi, qui pro vectura solveret. Cic. 1. Att. 2.

Ad fortunam mitti. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 31.

Ad mortem. Cic. 2. Tusc. 97. Magna me (inquit) spes tenet, Judices, bene mihi evenire quod mittar ad mortem.

Ad nomen. Quintil in Milite Mariano, seu Decl. 3. §. 5. pr. Et mehercule festinarunt parentes ad nomen liberos mittere, quamvis asperrimo bello, velut occasionem complexi, ut sub te ponere rudimenta militiæ contingeret. [Subaudi Militiæ dandum.

Auxilium mittere. Ovid. 11. Met. 387.

Carpentum mittere supra aliquem. Varr. de L. L. lib. 4. 32. extr.

Corpus mittere sepulchro. Stat. 6. Theb. 818.

Hastam misit in ora. Ovid. 11. Met. 8.

In acta mittere, pro Redigere. Senec. de Benefic. 2.

In consilium mittere; est Dimittere judices ad sententiam dicendam ubi orator dixerit, dixi, auctore Asconio in 2. Verr. extr. Cic. pro Cluent. 83. Cur eum, quum in consilium iretur, Cluentius & Cannutius abesse patiebantur? & quum in consilium mittebant, Stalenum judicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Oppianicus quærebat? Hactenus Cicero. Si hoc est (inquit) verum quod Cluentius & Cannutius judicium corruperint, quomodo id explicari potest, quod quum judices ipsi in consilium mitterent, id est quum judicium jam exspectare se dicerent, dicendi finem facientes, non requirebant Stalenum unum judicum, quem constat redemptorem totius corruptionis fuisse; sed facile patiebantur illum abesse, non autem Oppianicus qui erat Cluentii adversarius? Plin. in Paneg. ad Trajanum cap. 67. Alii se superstites Reip. optabant, faciebantque; tibi salus tua invisa est, si non sit cum Reip. salute conjuncta. Nihil pro te pateris optari, nisi expedit optantibus; omnibusque annis de te in consilium deos mittis, exigisque ut sententiam suam mutent, si talis esse desieris, qualis electus es. Sed ingenti conscientia, Cæsar, pacisceris cum diis, ut te, si mereberis, servent, quum scias mereari sne neminem magis quam deos scire. Quo in loco præpostere legitur, Ne merearis. Est autem hæc Plinii sententia, Nuncupationem votorum, quæ quotannis pro salute & incolumitate principis fieri solet, tu his verbis, Cæsar, concipi jubes. Si bene Remp. exque omnium utilitate rexeris, Digna (inquit) vota, quæ semper suscipiantur, semperque solvantur. Quotannis diis ipsis, inquit, tanquam judicibus, calculum de te permittis, an dignus sis incolumitate. Budæus. Conf. Ire in consilium in eo.

In expeditionem milites. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 10. Postridie ejus diei mane tripertito milites equitesque in expeditionem misit, ut eos qui fugerant, persequerentur.

In fabulas & sermones aliquem. Quintil. Decl. 15.

In fœdera se. Virg. 12. Æn. 191.

In locum alterius aliquem mittere. Liv. 25. 40.

In negotium. Cic. pro Rabir. Post. 4. Nec interea locupletare amicos unquam suos destitit, mittere in negotium, dare partes, augere, fide sustentare.

In ora populi. Quintil. Declamat. 18.

In possessionem. Cic pro Quint. 83. Atque hæc perinde loquor, quasi ipso illo tempore, quum te Prætor jussisset ex edicto possidere, si in possessionem misisses, debueris, aut potueris P. Quintium de possessione deturbare. [Lego Isses, pro Misisses. Nam Mittere in possessionem Prætor dicebatur, Ire actor a Prætore jussus.

In sermones aliquem. V. paulo ante. In fabulas.

In servitutem regiam colonias. Liv 34 58 extr.

In suffragium Centurias, Decernendum proponere, & suffragia de aliqua re inire. Liv. 31. 7. pr.

In suspiciones plures. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Legatos ad Senatum. Cic. 1. de Divin. 19.

Mittere legatos circa reges. Liv. 35. 12. Legatos censuit circa reges mittendos, qui non solum tentarent animos eorum, &c. [Sic 27. 10. pr. Puto tamen Circum, pro Circa legendum; unde & verbum Circummitto factum est.

Legatos cum auctoritate. Cic. 1. Att. 16. Legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliæ civitates. &c.

Legatos misit, se venturum. Cic. 15. Fam 4 Tum præsenti magnitudine & animi & consilii, legatos ad me misit, se cum omnibus suis copiis in mea castra esse venturum.

Litteras. Sallust. in Jugurtha cap. 25. Litteras ad Jugurtham mittunt, quam ocissime ad provinciam accedat.

Litteras crebro alicui. Cic. 6. Att. 5.

Lucem quam a sole accipit, mittit in terras luna. Cic. 2. de Nat. Deor. 103.

Mandata alicui. Propert. lib. 4. 3. 1.

Manus mittere ad res legatas a testatore. V. manus.

Nuntios ad regem. Cæsar 4. Bell. Gall. cap. 16.

Obsides. Cæsar 4. Bell. Gall. cap. 36.

Obviam. ut. Cic. 3. Att. 7. Itaque obviam illi misimus Athenas, ut inde Thessalonicam veniret.

Obviam litteras, nunquid. Cic. 6. Att. 5. Tu tamen mitte mihi quæso obviam litteras, nunquid putes Reip. nomine tardandum esse nobis.

Oratores petitum pacem. Liv. 1. 15.

Oratorem ad aliquem de re aliqua. Cic. de Clar. Orat. 55.

Præcipitem de muro. Hirt. Bell. Hispan. cap. 15.

Præcipitem se mittere ex alto. Ulpian. in l. Cum autem. §. Capitalem. D. de Ædil. edict.

Ridiculum jacere & mittere. Cic. in Orat. 87. Utetur utroque, sed altero in narrando aliquid venuste, altero in jaciendo mittendoque ridiculo.

Salutem alicui. Ovid. 5. Trist. 13. 1.

Sanguinem mittere, id est quod vulgo dicitur *Extrahere sanguinem*, vel Græco vocabulo φλεβοτομεῖν. Corn. Celsus lib. 2. cap. 10. Sanguinem incisa vena mitti novum non est; sed nullum morbum esse in quo non mittatur, novum est. Item mitti junioribus & feminis uterum non gerentibus, vetus est. Ibid. Sed ut aliquando primo die sanguinem mittere necesse est, &c. Translate Cic. 6. Att. 1. Sic Appius, quum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit detraxerit.

Sanguinem mittere, per translationem aliter. Cic. 1. Att. 16. Nam & illud nobis non obest, videri nostrum testimonium non valuisse. missus est sanguis invidiæ sine dolore. Hoc est, profuit nobis ad exstinguendam invidiam, videri nostrum testimonium non valuisse. Supra enim dixerat, Apud bonos iidem sumus, quos reliquisti. i. e. Antea nos regnare dictitabamur in judiciis Quod autem in judicio Clodiano Ciceronis testimonium a majori judicum parte creditum non erat; ideo dicit invidiam ejus potentiæ esse imminutam sine famæ dispendio; quia notum erat, corruptum illud fuisse judicium, & nummarios judices Clodium absolvisse. Budæus. V. invidia.

A saxo mittere se. Ovid. 11. Met. 340. i. e. Præcipitare.

Signum mittere timoris sui, pro Dare. Cæs. 1. Bell. Civil. 71.

Signum sanguinis mittere, pro Emittere sanguinem, prodigii loco. Lucret. lib. 1. 881.

Subsidium & subsidio. Cæs. 2. Bell. Gall. cap. 6.

Sub jugum alicujus exercitum. Cæs. 1. Bell. Gall. cap. 12. Hic pagus unus, quum domo exisset, patrum nostrorum memoria, L. Cassium Consulem interfecerat, & ejus exercitum sub jugum miserat. V. jugum.

Orbem totum sub leges. Virg. 4. Æn. 231.

Talos mittere, pro Jacere, sive jactare. Propert. lib. 2. 33. 26.

At nondum est talos mittere lassa manus. Hor. 2. Serm. 7. 17.

— postquam illi justa chiragra

Contudit articulos, qui pro se tolleret, atque

Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna

Conductum pavit.

Tempestatem. Plaut. Rud 1. 1. 2.

Pro dii immortales! tempestatem cujusmodi

Neptunus nobis nocte hac misit proxima!

Vocem mittere, pro Edere vocem, Loqui. Lucret. lib. 3. 944.

Denique si vocem rerum natura repente Mittat, &c.

Vocem liberam mittere adversus aliquem. Liv. 35. 32. Qui vocem liberam mittere adversus regis legatum auderent.

Vocem mittere contra aliquem. Cic pro Cluent 88. Hodierno die primum veritas vocem contra invidiam, his judicibus freta, miserit.

Vocem pro Republica. Cic. pro Sext. 4.

Vocem mittere de. Cic. pro Flacc. 6. Vox de quæstura nulla missa est.

Voces furiales. Cic. de Arusp. Resp. 39. Tum quum furiales in concionibus voces mittis, quum domos civium evertis, &c.

Mittere, pro Emittere, vel producere. Plin. lib. 17. cap. 24. Et cerasus, & tilia, & vitis corticem mittunt, sed non vitalem.

Mittere pro Emittere ex poëticæ libertatis imitatione, vulgo multi ita utuntur. Pontanus in Charonte dialogo 101. Flos ille lacrymulas mane mittit. H. St.

Folia mittere. Plin. lib. 12. cap. 13.

Fructum mittere. Plin. lib. 12. cap. 6. Fructum e cortice mittit, admirabilem succi dulcedine. Alii legunt Fructum cortice emittit.

Radicem mittere. Columel. lib. 5. cap. 10. Omnis autem unam radicem mittit, & simplici stilo prorepit. Idem lib. 3. cap. 18. Et radices e capite, qua recisum est, æque mittit.

Mittere, Donare. Virg. 9. Ecl. 6.

Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos.

Mittere, pro Transmittere. Cicero in Libello joculari, ut Quintilianus vocat libro 8. cap. 6. extr.

Fundum Varro vocat, quem possim mittere funda.

Mittere, Desinere, & finire. Sæpius in Imperat. ut, Mitte lacrymas, Ne fleveris amplius. Ter. Adelph. 3. 2. 37. Heia lacrymas mitte.

Ambages mitte. Plaut. Cistel. 4. 2. 81. Liv. 34. 58. Quin mittimus ambages, inquit P. Sulpicius, &c.

Certamen. Virg. 5. Æn. 286.

Curam de pectore. Virg. 6. Æn. 85.

Maledicta.

Maledicta. Ter. Adelph. 5. 3. 9.
Repressi, redii, mitto maledicta omnia.
Odium mittere & finire. Liv. 40. 46. extr. Omnibus instantibus qui aderant, dextras, fidemque dedere, mittere vere, ac finire odium.
Spes leves mitte, & certamina divitiarum. Hor. 1. Epist. 5. 8.
Mittere cum Inf. ut Mittere male loqui. Ter. Andr. 5. 3. 2.
Rem potius ipsam dic; ac mitte male loqui.
Loqui cetera mitte. Hor. Epod. 13. 10.
Precari pro nobis mitte, i. e. Noli precari pro nobis. Ovid. 3. Met. 614.
Jam scrutari mitto; h. e. Desino. Plaut. Aulul. 4. 4. 24.
Mitto vitam duram, i. e. Taceo. Ter. Adelph. 5. 4. 6.
— nam ego vitam duram, quam vixi usque adhuc,
Prope jam excurso spatio, mitto. [Potest tamen accipi pro Dimitto, mutato consilio. idque rectius videtur.] Idem Heaut. 5. 1. 27.
Mitto jam osculari atque amplexari, id nihil puto. Et Andr. 4. 5. 25.
Mitte id quod scio; dic quod rogo. Item Phorm. 2. 1. 2. Cic. 5. Verr. 59. Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera.
Mitto de. Cic. 4. Verr. 183. Non, inquam, jam quæro unde hæc habueris, sed quo tibi tantum opus fuerit, id quæro: mitto de melle.
Mitto, quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates subieris, &c. Cic. 15. Fam. 4.
Mitte hunc ire. Plaut. Milit. 5. 20. Ter. Adelph. 5. 2. 5. Quid agis? quo abis? D. mitte me.
Mitte hanc noxiam, Remitte, condona. Ter. Eun. 5. 2. 14.
Mitti in caput, pro Demitti. Seneca Nat. Quæst. lib. 4.

Missus, a, um. Partic. [ἐπισταλμένος] ut, Missus ad Mithridaticum bellum. Cic. 4. Acad. 1.
Subsidio. Stat. 3. Theb. 10.
Sub magna pericula. Virg. 9. Æn. 483.
Clamor ad sidera. Stat. 12. Theb. 521.
Corpora neci. Ovid. 7. Met. 606.
Dux in bellum. Hor. de Arte Poet. 315.
Legati de magnis rebus. Hor. 1. Serm. 5. 28.
Leo e cavea. Auct. ad Herenn. lib. 4. 51.
Sagitta missa, Emissa. Ovid. 8. Met. 695.
Sanguis e corpore. Lucret. lib. 2. 194.
Vox nescit missa reverti. Hor. de Arte Poet. 390.
Voces velut oraculo missæ. Liv. 34. 50. pr.
Missum facere, pro Emittere. Varro de R. R. lib. 3. cap. 7. Columbas redire solere ad locum licet animadvertere, quod multi in Theatro e sinu missas faciunt.
Missum facere captivum, Dimittere. Cæsar apud Cic. 9. Att. 8. Cn. Magium Pompeii præfectum deprehendi scilicet, & meo instituto usus sum, & eum statim missum feci. Jam duo præfecti fabrum Pompeii in meam potestatem venerunt, & a me missi sunt.
Missum facere, A nostro consortio, familiaritate, potestate, arbitrio dimittere. Cic. 4. Verr. 28. Deinde si in hominibus eligendis nos spes amicitiæ fefellerit, ut vindicemus, missos faciamus, &c. ubi Ascon. V.
Missum facere, Dare missionem. Cic. 7. Verr. 61. Deinde alii quæstus instituuntur; ex uno genere navali videte quam multi; accipere a civitatibus pecunias, ne nautas darent: pretio certo missos facere nautas; missorum omne stipendium lucrari. Et 1. Off. 37. Marci quidem Catonis senis est epistola ad M. filium, in qua scripsit se audisse eum missum factum esse a consule, quum in Macedonia Persico bello miles esset.
Face me missum, Noli uti opera mea, inquit Donatus. Ter. And. 5. 1. 14.
Illam hinc civem esse aiunt; puer est natus; nos missos face.
Missa facio, Non recuso. Ter. Adelph. 5. 9. 34.
Missa facio, effundite, emite, facite quod vobis lubet. i. e. Sino quod lubet agere.
Missum facio, Taceo. Cic. 7. Verr. Ut illud missum faciam. Idem pro Rosc. Amer. 132. Verum ut hæc missa faciam quæ jam facta sunt, ex iis, quæ nunc maxime fiunt, nonne quivis potest intelligere, omnium architectum, & machinatorem unum esse Chrysogonum?
Hæc missa facio: illud quæro, is homo, &c. Cic. pro Rosc. Amer. 132.
Amorem facere missum. Plaut. Merc. prol. 82.
Dico esse iturum me mercatum, si velit;
Amorem missum facere me, dum illi obsequar.
Iram. Ter. Hec. 5. 2. 14.
Nam si compererit crimina tua se falso uxor credidisse,
Missam iram faciet.
Honores missos facere, nec Rempub. attingere. Cic. pro Sext. 138.
Missos faciant honores, nec Rempub. attingant.
Vadimonium missum facere. Cic. pro Quint. 46. Qui postea quoque vadimonium missum fecerit, hunc per insidias vi de agro communi dejecerit. V. VADIMONIUM.
Uxorem missam facere. i. e. Repudiare. Suet. in Calig. cap. 25. Subito ex provincia evocavit, ac perductam a marito conjunxit sibi, breviqne missam fecit.
Convivio misso. Liv. 26. 14. Inde misso convivio, dextris inter se datis, ultimoque complexu, collacrymantes suum patriæque casum, &c.
Officio misso, Sepolito. Cic. 10. Att. Quod si jam, misso officio, periculi ratio habenda est, ab illis est periculum, si peccaro.

Missio, ōnis. f. [πέμψις] Cic. 1. Att. 4. De litterarum missione sine causa abs te accusor.
Legatorum missio. Cic. 7. Philip. 1. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui, nunquam probavi: quorum reditus quid sit allaturus, ignoro.
Missio teli, Jactus. Vitruv. 2. 9. Cæsar jussit eos extra telorum missionem circumvallari.
Rejicere hostes telorum missionibus. Idem, 1. 5.
Missio, pro Dimissione. Suet. in Cæs. cap. 7. Missionem continuo efflagitavit. Hujusmodi missionum in re militari multa sunt genera. Est enim honesta, quæ emeritis stipendiis ab imperatore indulgetur. Est causaris, quæ propter valetudinem a laboribus militiæ solvit, unde Causarii milites dicuntur a Livio. Est ignominiosa, quum quis propter delictum sacramento solvitur: est & præter has gratiosa missio, quæ per ambitionem & gratiam nimirum impetrabatur. De hac Suet. d. l. & Livius 43. 16. extr. Et quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset, eos milites fieri jussuros. Cic. 7. Verr. 101. Illos respondere, & docere unumquemque, missione remigum, fame reliquorum, Cleomenis timore & fuga. Ibidem, At ab omnibus tu mercedem missionis acceperas. Liv. 26. 1. Quibus Senatus missionem, reditumque in patriam negasset ante belli finem.
Causaria missio. V. Causarius in CAUSA.
Inter Missionem dare, & Exauctorare. Missio nimirum iis datur, qui penitus dimittuntur. Exauctorantur, qui solvuntur stipendio, nec tamen dimittuntur: sed habentur sub vexillo, non sub aquila, aut signis legionis; neque jam legionarii sunt, retinentur tamen, donec emerita solvantur, aut agri assignentur. Tacit. 1. Ann. 36. extr. Missionem dari vicena stipendia meritis, exauctorari qui sena dena fecissent, ac retineri sub vexillo, &c. Hæc Turnebus 3. 3. [Sed hoc peculiare genus exauctorandi fuit. V. in EXAUCTORO.
Pugnare sine missione Gladiatores proprie dicuntur. I. e. Usque ad necem. Flor. 3. 20. 14. V. ibi Freinsh.
Missio, (de Venatione amphitheatrali.) Jul. Capitol. in Antonino Pio. Etiam centum leones una missione edidit. H. St. Verba hæc sunt cap. 17. extr. vitæ M. Anton. Philos. In munere autem publico tam magnanimus fuit, ut centum leones una missione simul exhiberet, sagittis interfectos.

Missus, ûs. m. [βολή] pro Missione. Liv. 9. 19. Et pilum haud paulo quam hasta vehementius ictu missuque telum. Cæs. 2. Bell. Civil. 22. Hunc conspicatæ naves, quæ missu Bruti ad portum excubabant.
Bis mille missus sagittæ. Lucret. lib. 4. 410.
Vix absunt nobis missus bis mille sagittæ.
Missus, Immissionem ferarum, equorum, sive ludorum, aut gladiatorum in arenam aliquando significat. Budæus. Suet. in Domit. Cæs. cap. 4. In his Circensium die. quo facilius centum missus peragerentur, singulos a septenis spatiis ad quina corripuit. Idem in Claud. Cæs. cap. 21. Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interjecta per quinos missos venatione. [Sed hic tantum de Aurigarum missibus agitur.
Missus, pro Immissione ferculorum. Lamprid. in Heliogab. cap. 30. Celebravit item tale convivium, ut apud amicos singulos singuli missus apparentur, &c. Et cap. 32. Omnesque missus sola phasianorum carne strueret. Budæus. conf. cap. 27.

Missĭlis, e. Adj. [ἀφετέος] Quod facile mittitur.
Telum mihi uni missile, Quod a me solo mitti potest. Stat. 8. Theb. 523.
— & librans uni sibi missile telum
Dixerit jactus, &c.
Aculei missiles sunt histrici. Plin. lib. 8. cap. 35.
Lapides missiles. Liv. 1. 43.
Pondus missile disci. Propert. lib. 3. 14. 10.
Res missiles, Quæ sparguntur. Dicuntur & substantive Missilia, ut paulo post. Suet. in August. cap. 98. Iisdem etiam epulum in conspectu suo præbuit, permissa, immo exacta jocandi licentia, diripiendique pomorum & obsoniorum, rerumque missilium. De ephebis loquitur.
Saxa missilia, & Tela Missilia. Liv. 2. 65. Item 38. 19. extr.
Tormenta Missilia, Quibus aliquid mittitur. Plin. lib. 8. cap. 23.
Missile, n. subst. Telum omne, quod manu in longum mittitur. Virg. 9. Æn. 520.
— sed pellere vallo
Missilibus certant.
Pugnabant missilibus Lacedæmonii. Liv. 34. 39. & 38. 20. pr.
Crinitum missile multa flamma. Stat. 5. Theb. 387.
Missilia, pl. dicebantur Munera quæ a principibus populo spargebantur, ut puta bellaria, linea, odores, unguenta: quod quum aliis temporibus, tum maxime Saturnalibus in theatro fieri solebat. Suet. in Calig. cap. 18. Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum obsonio viritim divisit. Missilia variarum rerum dixit, pro Varias res missiles. Idem in Neron. cap. 11.
Missilia jactare in vulgus. Caius in l. Qua ratione, sub finem. D. de acquir. rer. domin.

Mittendārius, i. m. Miles palatinus qui sæpius in provincias mittebatur. Item Exactor tributorum. Theod. Cod. 6. 30. Mittendarii, palatini officii. Conf. l. 3. l. 7. l. 8. C. de palat. sacr. largit.
Missor, ōris. m. Sagittarius. Cic. Arat. v. 84.
Hinc missore vacans telum.
Mittix, V. Mixtix in MISCEO.
Missīcius, vel Missītius, i. m. Veteranus, militia dimissus. Suet. Neron. cap. 48. Agnitus a quodam missicio prætoriano. Et Vet. Inscript. Grut. p. 1109. n. 5. TRIB. LEG. XI AVG. ET MISSICIVS LEG. VI AVG. Et Spon. Misc. p. 239. MILES MISSICIVS.
Missito, [πεμπίζομαι] āre. frequent. Liv. 9. 45. Ad Æquos inde veteres hostes, ceterum permultos annos sub specie infidæ pacis quietos, versa arma Romana, quod incolumi Hernico nomine missitaverant simul cum iis Samniti auxilia.
Missitātus, a, um, Partic. Plin. lib. 33. cap. 1. Quum & codicillos missitatos epistolarum gratia indicet.
Missĭcŭlo, āre. pro Missitare; ut Pensiculo, pro Pensito. Plaut. Epid. 1. 2. 29. Empta est ancilla, quod tute ad me litteras missiculabas.
Mĭtŭlus, i. m. [μίτλος, τελλίνη] Piscis, ostreacei generis. De quo V. Plin. 32. 9. & 9. 51. Sic enim Hard. ex MSS. expressit, quum alii Mytilus scribant. Apud Athenæum quoque, (l. mox cit.) τὰς τελλίνας λεγομένας, ἃς Ῥωμαῖοι μίτλους ὀνομάζουσι, nisi error est. Hor. 2. Serm. 4. 28.
— si dura morabitur alvus,
Mitulus & viles pellent obstantia conchæ. Martial. lib. 3. 60.
Sumitur inciso mitulus ore mihi. Al. Sugitur. Quidam Mitulos arbitrantur eosdem esse, atque Musculos; quos Græci μύας appellant, quos videtur satis refellere Athenæus lib. 3. his verbis, Mitulorum tenuiores sunt quidem regii, & alvum movent, & leves sunt, tum præterea valde alunt; fluviales autem sunt dulciores; at musculi mediocriter alunt, mediocriterque alvum & urinam movent. Sic enim vertit Lambinus, apud quem de mitulis vide plura.
Mitylene, V. MYTILENE.
Mixobarbari, orum. m. [μιξοβάρβαροι] dicebantur Qui ex altero parente Græco, altero barbaro prognati erant; quo nomine dicti fuerunt Medeæ liberi, quos Ægeo peperit.
Mixtus, Mixtarius, &c. V. Mistus, in MISCEO.

M N

MNT. Moneta.

Mna, æ. f. [μνᾶ] Idem ac Mina. Plaut. Rud. 5. 2. 27. Præterea centum mnæ Philippicæ. al. Denaria. Plin. lib. 21. cap. 34. Mna quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. V. MINA.

Mnason, onis. m. [Μνάσων] Elatensium tyrannus fuit, qui pro duodecim diis dedit Asclepiodoro pictori in singulos mnas trecenas; idemque Theomnesto, in singulos heroas mnas centenas. Auctor Plin. lib. 35. cap. 16.

M N E

Mnemonica, orum. n. [μνημονικά] Præcepta de memoria. Auctor ad Herenn. lib 3. 30. Quemadmodum igitur qui litteras sciunt possunt id quod dictarum est scribere, & recitare quod scripserunt; ita qui mnemonica didicerunt, possunt quæ audierunt in locis collocare, & ex his memoriter pronuntiare. conf. 40.

Mnemonides, um. [μνημονίδες] Musæ. Ovid. 5. Met. 268. V. ibi Heins. Alii legunt Mæonides.

Mnemosyne, es. f. [Μνημοσύνη] Mater novem Musarum, & interpretatur Memoria. Hujus meminit Cic. 3. de Nat. Deor. 54. Jam Musæ primæ quatuor, natæ Jove altero, Thelxiope, Aœde, Arche, Melete. Secundæ, Jove tertio & Mnemosyne procreatæ, novem. &c.

Mnemosynon, i. n. [μνημόσυνον] Monumentum sive pignus, quod amico in memoriam alicujus rei relinquitur. Catull. epigr. 12. 13.

> Quod me non movet æstimatione,
> Verum est μνημόσυνον mei sodalis. *Remembrance, Souvenir.*

Mnesarchus, i. m. [Μνήσαρχος] Inter principes philosophorum Ciceroni numeratur 4. Acad. 69.

Mnesimachus, [Μνησίμαχος] Poeta comicus; cujus fabulæ tres enumerantur a Suida.

Mnesitheus, i. m. [Μνησίθεος] Medicus Atheniensis, cujus meminit Galenus de Arte curativa ad Glauconem.

Mnesitheus Pictor fuit non ignobilis patria Sicyonius, cujus meminit Plin. lib. 35. cap 11.

Mnesitheos [μνησίθεος] quoque a quibusdam vocatur herba, quæ notiore nomine Buphthalmos appellatur. V. Dioscorid. Append. lib. 3.

Mnester, ēris. m. [Μνηστήρ] Agrippinæ, quæ Neronis jussu interfecta est, libertus. Is Agrippina a satellitibus interempta, ferro se transfixit, incertum caritate in patronam, aut metu exitii. Auctor Tacit. 9. Ann. 14.

Mnestheus, ei. m. dissyll. [Μνησθεύς] Nomen fuit proprium viri Trojani. De quo Virg 4 Æn. 288.

> Mnesthea, Sergestumque vocat, &c.

Is ab Assaraco rege originem traxit, ut idem Virg. auctor est 12. Æn. 127.

> Et genus Assaraci Mnestheus.

Nonnunquam vero causa metri additur a post M Menestheus. Virg. 10. Æn. 129.

> Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo.

Nec aliter potest stare versus, ut annotavit Servius.

Mnevis, [Μνεῦις dissyll. Suidæ,] Bos Soli sacer, quem Heliopolitæ pro deo colebant, in septo eum nutrientes. Auctor Strab. lib. 17.

M O A

Mōab, [Μωάβ] Arabiæ civitas, quæ & Areopolis nominatur. Quo etiam nomine vocatus est filius Lot, a quo Moabitæ.

M O B

Mobilis, Mobilitas, Mobiliter. In MOVEO.

M O C

Mŏcōsus, a, um. Adj. [μωκώδης] a μῶκος, Sanna, vox Græca cum terminatione Latina. tribuit Salmas. ad Galuen. Treb. Poll. cap. 8. Ciceroni Epist. ad Att. 1. 13. Cavillator, genere illo mocoso. Vulgo legitur Moroso. conf. ad Quintil. 11. 3. extr. Colomes. not.

M O D

Moderate, Moderatio, Moderator, Moderatrix, Moderatus, Modero, Modeste, Modestia, Modestus. In MODUS.

Modernus, vide post MODO. H. St.

Modialis, In MODIUS.

Modice, Modicum, Modificor, Modiperator, V. MODUS.

Mōdius, i. m. [μόδιος] Mensuræ genus. Columel. lib. 7. cap 3. de bubus aratoriis loquens, Bubus pro temporibus anni pabula dispensantur, Januario mensa singulis fresi & aqua macerati ervi quaternos sextarios mistos paleis dare convenit; vel lupini macerati modios, vel cicerculæ maceratæ semodios, &c. potest etiam, si proventus utilitatem facit, semodius fabæ fresæ præberi. Hinc conjicere possumus, modium Romanum non disparem fuisse ei mensuræ quam *Boesium* nostrates vocant, quum sit diurnus cibus bovis aratoris modius aut semodius, pro varietate pabuli. Budæus. Cic. de Amicit. 69. Verumque illud est quod dicitur, Multos modios salis simul edendos esset, ut amicitiæ munus expletum sit. V. Erasmi Chiliad. Cic. 2. Off. 58. Ne M. quidem Seio vitio datum est, quod in caritate asse modium populo dedit. Cæs. 2. Bell. Civil. 18. Tritici modios CXX millia polliceri cogit.

Mille modii fabæ. Hor. 1. Epist. 16. 55.

Modius agri, Actus quadratus qui latus est pedes centum, & longus totidem; Acnua etiam Latine dicitur, teste Varr. 1. de R. R. cap. 10. V. Scriptt. Rei agr. Goes. p. 264. Pallad Maj. 4. Jun. 2.

Modius est Locus in navi, cui malus insistit. Isidor. 19. 2. Modius est, quo arbor insistit. V. Scheff. de Milit. nav. 11. 5.

Modius, qui Græce χοῖνιξ, inscribebatur quædam Varronis satura, in qua disputabat de modico victu cultuque, & parsimonia, & hominum tanquam demenso. Turnebus.

Modium, i. n. Plin. lib. 18. cap. 16. Id præstant in jugera modia vicena. [An Modiûm? ut sæpe Cic.

Modiātio, ōnis. f. pro eodem. in l. Quum non frumentum. C. De usuris, Quum non frumentum, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges, ut certa modiatio tritici præstaretur; ac nisi is modius sua die fuisset oblatus, mensurarum, &c. [Immo, pro Certo modiorum numero. Videtur autem is modus legendum. V. MODUS.

Modiŏlus, i. m. [ψωμίδιον] dimin.

Modiolus, Parvum vas quadratum ad hauriendam ex puteo, aut lacu, aut flumine, aquam. Vitruv. lib 10. cap. 9. Ita quum rota a calcantibus versabitur, modioli pleni ad summum elati, & rursus ad imum revertentes, infundent in castellum ipsi per se, quod extulerunt. *Un auget.*

Modiolus etiam, vas est mensarium potui paratum, ut Phiala, ut trulla. Scævola in l. Seiæ. D. De auro & arg. leg. Seiæ dulcissimæ poculum aureum, quod elegerit, fidei hæredum committo ut dent. Quæro quum in hæreditate non sint nisi trullæ, scyphi, modioli, phialæ, an Seia de his speciebus eligere possit? Respondi, quum omnia potui parata pocula dicantur, posse eam ex his eligere. Hæc Budæus. Plaut. Cist. 2. 2. 6.

> In quæstione vix exsculpsi ut diceret,
> Quia ei promisi modiolum vini dare.

Emendati libri habent, Dolium.

Modiolus in ballista. Vitruvius in fabrica ejusdem, Constituantur (inquit) modioli foraminum ii. Ad quem locum sic Turnebus, Modioli sunt, qui a Græcis appellantur χοινικίδες, suntque formæ rotundæ & turbinatæ, induunturque foramini; idque perspici potest ex sequenti Vitruvii capite, in quo ita scribitur, Tum vero modioli ærei in ea capitula includuntur, & in eos cuneoli ferrei, quos [illegible] Græci vocant, collocantur. Quo tamen loco [illegible] legendum putat idem Turnebus.

Modiolus in rota, [πλήμνη, χοινίκη, χνόη] Cui affixi sunt radii. Plin. lib. 9. cap. 4.

Modiolus, Ima pars Abaptisti, quod instrumentum chirurgicum est apud Cels. lib. 8. cap. 3. Dicitur & Serra teres. Modiolus, inquit Celsus, ferramentum concavum teres est, imis oris serratum. per quod medium clavus, ipse quoque interiori orbe cinctus, demittitur. V. cetera, & s. l. ABAPTISTON.

Modiālis, e. Adj. [ψωμιδιαῖος] Quod modium continet. Plaut. Capt. 4. 4. 8.

> Aulas, calicesque omnes confregit. nisi quæ modiales erant.

Mŏdŏ, [ἄρτι, νῦν] Adv. o finali brevi, Tempus significat præsens, vel non præteritum, vel nondum præteritum, vel statim futurum: ut, Modo id ago, Modo veni, Modo id dicebam, Modo faciam. De præsenti sequuntur exempla. Ter. Adelph. 3. 1. 2. Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. Ubi Donat. Evidenter hic Modo temporis præsentis adverbium est. Idem Hec. 3. 5. 8. Advenis modo? PAM. admodum. Ubi Donat. Difficile invenitur præsentis temporis Modo. Atque ut ostendat esse momentum etiam præsentis temporis, dixit Admodum, quod est minus. [Non est temporis Præsentis, sed paulo ante præteriti. Florent modo nata. Hor. de Arte Poet. 62.

Modo, pro Nunc. Quintil. in proœm. lib. 1. Nunc autem quæ velut propria philosophiæ asseruntur, passim tractamus omnes. Quis enim modo de justo, æquo, ac bono, non & vir pessimus loquitur? Hic apertissime Fabius Nunc & Modo pro eodem usurpavit.

Modo, de Tempore præterito. Ter. Eun. 4. 4. 30.

> — venit Chærea. PH.
> Fraterne? DO. ita. PH. quando. DO. hodie. PH. quam dudum?
> DO. modo.

Donat. Nota Modo aperte pro Præterito tempore dictum esse, id est jamdudum; nam qui vitiaverat virginem non modo, sed longe ante vestem mutavit cum eunucho Phædriæ. Cic. 5. de Finib. 4. Modo enim fuit Carneades. i. e. Nuper, inquit Budæus.

Modo uno tempore tot viri clarissimi interierunt. Cic. 4 Fam 5.

Modo, minus significat quam Nuper. Cic. 6 Verr. 6 Quid dico nuper? immo vero, modo, ac plane paulo ante, vidimus. Budæus.

Modo ait, modo negat. Ter. Eun 4. 4. 47. Cic. 2. de Divin. 62. Quod si eorum vi cælum modo hoc modo, modo illo modo temperatur.

Modo ab nostris Imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monimentis notati, modo ab Senatu agris urbibusque multati sunt. Cic. pro Font. 2.

Modo egens, repente dives. Cic. 2. Philip. 65.

Modo unum, tum autem plures dicere. Cic. 1. de Nat. Deor. 31. Facit in iis, quæ a Socrate dicta retulit, Socratem disputantem, formam dei quæri non oportere, eundemque & solem & animum deum dicere, & modo unum, tum autem plures deos.

Modo, pro Interdum. Hor. 2. Serm. 7. 9.

> — sæpe notatus
> Cum tribus annellis, modo læva Priscus inani.
> Vixit inæqualis.

Modo ut, vel Si modo, aut Modo videam, pro Dummodo. Ter Phorm. 1. 2. 9. Quid istuc est? G. scies: Modo ut tacere possis. Cic. 1. de Finib. 29. Probabo, inquit, modo ista sis æquitate qua ostendis.

Modo ut, pro Dummodo. Cic. 16. Fam. 11. Magna auxilia Afranio & Petreio ducibus habet a tergo; videtur, si insaniet, posse opprimi, modo ut urbe salva. Et 6. Ver. 10. Concede ut impune emerit, modo ut bona ratione emerit.

Modo, pro Saltem. Ter. Adelph. 3. 4. 63. Utinam hoc sit modo defunctum.

Modo, pro Tantummodo. ut sit Donatus; sive Solum, & duntaxat. Ter. Eun. 2. 3. 27.

> — Chærea, aliquid inveni modo,
> Quod ames, in ea re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam.

Cic. 2. de Orat. 146. Quæ quidem omnibus, qui ea mediocritate modo considerarint, studio adhibito & usu pertractata esse possunt.

Modo, pro Quidem, vel tamen. Quintil. lib. 6. cap 1. Si mihi tradita sequi præcepta sufficeret, satisfeceram huic parti, nihil eorum, quæ legi vel didici, quod modo probabile fuit, omittendo. Cic. 1. de Divin, 86. Nemo aliter philosophus sensit. in quo modo esset auctoritas.

Paulum modo ostendere. Cic. 1. Fam. 5. Si Pompeius paulum modo ostenderit sibi placere.

Modo ne. Cic. de Amicit. 61. Ut etiam, si qua &c. in quibus eorum aut caput agatur aut fama, declinandum sit de via; modo ne summa turpitudo sequatur. i. e. Dummodo non sequatur summa rei turpitudo.

Modone; interrogativum, quemadmodum Nonne, & Numquid. Ter. And. 5. 3. 11.

> Me miserum. S. modone id demum sensisti, Pamphile? [i. e. Nunc ne.

Modo non, Rei non plane peractæ adverbium. i. e. Tantum non. Perinde valet quasi dicas Propemodum, fere, ferme, pæne. Ter. Phorm. 1. 2. 18.

> Pellicere, modo non montes auri pollicens.

Donatus. V. Tantum non, in TANTUM.

Non

Non modo, sed etiam. Cic. 6. Fam. 13. Deinde, quod ea de Repub. semper voluisti atque sensisti, ut non modo cum secunda sperare debeas, sed etiam si omnia adversa essent, &c

Ex Modo, quod de Tempore dicitur, fit A modo, quod vide in A. H. St.

MODERNUS, a, um. Adj. Puto & Modernus hinc dici, quod legitur apud Cassiodorum in præfatione in suam Orthographiam p 9 C pro Q; Veteres Qom, moderni Cum rectius æstimaront. Et eadem pag. Modernæ consuetudini H. St. V. Voss. de Vit. Serm. 1. 18. extr. & 3. 27. pr. Cellar Cur. post p 31x. Videntur ad exemplum τῦ Hodiernos, Hesternus, &c. finxisse juniores τὸ Modernus, & pro Recenti usurpasse.

MODULATE, MODULATIO, MODULATOR, MODULATUS, MODULOR, V. Modulus, in MODUS.

MODUS, i. m. [μέτρον, τρόπος, ῥυθμὸς, μετριότης] proprie Rationem significat; id est mensuram, sive formam. Ratio vero jubet ne quid nimis, sed omnia cum moderamine fiant. Plaut. Pœn. 1. 2. 29. Columel. lib. 2. 19. pr. Est autem modus in siccando, (fœno) ut neque peraridum, neque rursus viride colligatur.

Modus est suus cuique. Cic. in Orat. 73. In omnibus rebus videndum est quatenus; etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum.

Ratio & modus. Cic. 1. Off. 135. Ut Incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.

Ratio & modus, Aliter. Cic. 2. de Orat. 58. Pictoris cujusdam summi, ratione & modo formarum varietate locos distinguentis.

Benignitatis modus. Ter. And. 5. 1. 7.

Vide quam iniquus sis præ studio, dum efficias id quod cupis;
Neque modum benignitatis, neque quid me ores cogitas.

Bellandi modus. Sil. lib. 16. 91.

Modus vivendi. Cic. de Senect. 86. Nam habet natura, sicut aliarum omnium rerum, sic vivendi modum. Ter. And. 1. 1. 68.

Scias posse habere jam ipsum suæ vitæ modum. I. e. Moderationem & regimen, inquit Donatus.

Asper, & rarus. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Blandi. Ovid. 1. Epist. Sabin. 36.

Frequens, & favorabilis. Quintil. lib. 4. cap. 4.

Miris modis visenda animalia. Virg. 4. Georg. 309.

Morigeri. Lucret. lib 4. 1270.

Nam facit ipsa suis interdum femina factis,
Morigerisque modis, & mundo corpore culta,
Ut facile insuescat secum vir degere vitam.

Omni modo differre. Plin. lib. 16. cap. 14.

Omni modo laborare. Plin lib. 16. cap 32. Omni modo laboravit Mithridates rex, & ceteri incolæ, sacrorum certe causa, laurum, myrtumque habere, & non contigit.

Abiit modos. In ABEO.

Adhibere alicui rei. Cic. 1. Off. 14. His rebus, quæ tractantur in vita, modum quendam adhibentes & ordinem, honestatem & decus conservabimus.

Adjicere. In ADJICIO.

Æstimare aliquid simili ratione modoque. Hor. 2. Epist. 1. 20.

Capere modum. In CAPIO.

Carere fine modoque Lucret. lib. 1. 963.

Constituere rebus infinitis. Cic. 1. de Finib. 2.

Custodire modum. In CUSTODIO.

Definire alicui rei. Cic pro Marcell. 26.

Dicere & facere aliquid modo & ordine. Cic. 1. Off. 15.

Dare modum professioni. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Ediscere numerosque modosque vitæ Hor. 2. Epist. 2. 144.

Exigere tempus modumque secum. Virg. 4. Æn. 473.

Exsequi stationis modum. Cic. 5. Verr. 146.

Facere modum, Finem. Cic. 4. Verr. 118. Nos modum aliquem & finem orationi nostræ criminibusque faciamus. Idem 5. Fam. 16. Nulla fuit unquam liberis amissis tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit. Et 2. de Legib 53. Ipsisque auctorem fuisse, ut aliquando controversiarum aliquem facerent modum.

Facere more & modo aliquid Cic. pro. Muren. 72.

Facere more modoque. Hor. 4 Carm. 2. 28.

Facere modo & ratione omnia. Cic. pro Quint. 28.

Figere modum nequitiæ. Hor. 3. Carm. 15. 2.

Finivit modum novis sepulchris. Cic. 2. de Legib. 66.

Habere modum. Cic. 2. de Finib. 27. Ergo & avarus erit, sed finite: & adulter, verum habebit modum; & luxuriosus, eodem modo. Et 4. Verr. 144. Quid vero, modum statuarum haberi nullum placet? atqui habeatur necesse est.

Modum res non habet. Hor. 2 Serm. 3. 266.

—ô here, quæ res
Nec modum habet, neque consilium, ratione, modoque
Tractari non vult.

Habet ratio modum. Cic. 4. Fam. 7. Sed habet ista ratio, ut mihi quidem videtur, quendam modum.

Imponere modum dolori, pugnæ, tempori. V. IMPONO.

Labens mille modis.

Laborant miseris modis distracta. Lucret. lib. 3. 506.

Metiri modum. Cic. in Parad. 6.

Misceri multis modis Lucret. lib. 2. 115.

Parare. Cic. 3 de Nat. Deor. 90. Quinam Tantalidarum internecioni modus paretur?

Patitur secundis in rebus modum. I. e. Modestiam servat. Senec. Thyest. 3. 5.

Ponere modum exitiis. Virg. 7. Æn. 129. [Exsiliis malim.

Præscribere. Quintil. lib. 4 cap. 1.

Quærere. Cic. pro Lege Manil. 3. Itaque non mihi tam copia quam modus in dicendo quærendus est.

Servare modum, finemque tenere. Lucan. lib. 2. 381.

Servant non arma modum Senec. Herc. furen. 6.

Sistere. Ovid. 15. Met. 493.

Statuere. Hor. 1. Serm. 2. 2.

Statuere Inimicitiarum. Cic. pro Sull. 48. Ac si considerare cœperis, utrum magis mihi hoc necesse fuerit facere, an tibi; intelliges honestius te inimicitiarum modum statuere potuisse, quam me humanitatis.

Statuere gravibus ærumnis. Senec. Herc. fur. 4.

Statuere imperii diuturnitati. Cic. pro Lege Manil. 26.

Statuere alienæ industriæ. Cic. 1. de Finib. 3.

Sum. ut, Est modus in rebus. Hor. 1. Serm. 1. 106.

Temperant modum frigoris & caloris accessus & recessus solis. Cic. 2. de Nat. Deor. 30.

Tenere vel retinere. Cic. 1. Off 106. Sin sit quispiam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse ejus fruendæ modum. Ibid. Ludendi est etiam quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus. Idem in Parad. 3. Si quidem rerum modum fingere non possumus, animorum modum tenere possumus.

Terminare modum artis utilitate. Cic. 1. Tusc 4. Idem in Parad 6. Non æstimatione census, verum victu atque cultu terminatur pecuniæ modus.

Hoc modo. Cic. 1. de Invent. 46 Credibile est, quod sine ullo teste, auditoris opinione firmatur; hoc modo, Nemo est, &c

Ad hunc modum. Cic 2. Tusc. 10. Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus.

Modo meo. Ter. And 1. 1. 126.

Sine nunc meo me vivere interea modo. I. e. Mea voluntate, meo arbitrio, inquit Donatus

Bono modo. Cic. 14 Att. 13. De die tantum videto, & id ipsum bono modo. Idem 4. Acad. 137. Hæc tibi, Luculle, si es assensus Antiocho familiari tuo, tam sunt defendenda, quam mœnia; mihi autem bono modo tantum, quantum videbitur

Bono modo fiat Plaut. Merc. 5. 4. 62.

Bono modo invenire pecuniam. Plin lib. 7 cap. 43.

Bono modo vindicare. Cato R R. cap. 5. Siquis quid deliquerit, pro noxa, bono modo vindicet.

Humanus. Cic. 4. Verr. 9. Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si usitato more, si denique uno aliquo in genere peccasset.

Indignis accipi. V. ACCIPIO.

Miris V. MIRUS.

Multiplex. Plin. in procem. lib 33.

Multis modis aliquem exspectare, pro Vehementer. Ter. Hec. 2. 3. 7. Donatus.

Novo modo, More. Cic. 4. Verr. 93. Et hæc præterea addidit homo Venerius, novo modo, nullo exemplo, &c.

Nullo. Cic. 4. Verr. 186. Nunc ad sociorum tabulas accepti & expensi, quas removere honeste nullo modo potuerunt, &c

Nullus. Cic. pro Rosc. Amer 99. Nullum modum esse hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit.

Omnibus modis aliquem cruciare. Ter. Eun. 2. 3. 92.

Deducar, & illis crucibus, quæ nos, nostramque adolescentiam
Habent despicatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis,
Hanc referam gratiam.

Omni modo cum aliquo agere aliquid. Cic. 6. Att. 2.

In modum pilæ, in modum semipedis; item etiam, Modo gallinarum, & modo sagittæ. Plin. lib. 9. cap. 46. Columel. de Arboribus, cap. 32. Plin. lib. 11. cap. 16. Idem lib 9. cap. 29.

Amici in modum. V. IN præpositionem.

Pecorum in modum. Liv. 38. 17.

In uvæ modum convolvere se. V. CONVOLVO.

In germanum modum amicus. Plaut. Cas. 3. 4. 25.

In modum hostilem. Liv 1. 5.

Hostilem in modum cruciari & necari. Cic. 7. Verr. 73.

Majorem in modum. V. MAGNUS.

Mirabilem in. V. MIROR.

Mirum in. V. MIROR.

Miserandum in. V. MISER.

Perpetuum in modum. V. IN præpositionem.

Peregrinum in modum. V. IN præpositionem.

Plurimum in modum Firmic. lib. 2. cap. 32. Hic enim dies, id est tertius, plurimum in modum in genituris operatur.

Servilem in modum cruciari. Cic. 2. Verr. 13.

Extra modum. Cic. 1. Off. 140. Cavendum autem est, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. [Pro mensura. H. St. Non adhibito pro facultatibus tuis modo.

Extra numerum modumque facere aliquid. Hor. 1. Epist. 19. 39.

Intra modum V. INTRA.

Intra loquendi modum dicere. V. INTRA.

Præter. Cic. 1. de Divin. 100. Veienti bello, quum lacus Albanus præter modum crevisset.

Supra. Virg 4. Georg. 236.

Indaginis modo. Tacit. in vita Agric. 37.

Latrocinii magis, quam belli modo. Liv. 38.

Pacis. Tacit. 4. Hist. 15.

Pecorum modo, pro Ritu sive more pecorum. Tacit. 4. Ann. 23.

Rationis, atque abundantiæ. Tacit in vit. Agric. 6. Ludos, & inania honoris, modo rationis, atque abundantiæ duxit.

Ruinæ modo. Tacit. 4. Hist. 71.

Servorum modo, i. e. In modum servorum. Liv. lib. 39. 26. Servorum modo, præter spem repente manumissorum, licentiam linguæ & vocis experiri.

Modus, Finis, seu eventus. Juven. 6. Sat. 443.

Imponitque modum sapiens, & rebus honestis. Virg. 4. Æn. 294.
Tentaturum aditus, & quæ mollissima fandi
Tempora, quis rebus dexter modus. i. e. Quis sit optimus rebus eventus, vel quis finis, inquit Servius.

Mero & ludo modus. Valer. Flacc. 1. Argon. 294.

Jamque mero, ludoque modus; positique quietis
Conticuere thoris. Modus, i. e. Finis impositus est potationi & ludo, cubitumque abierunt.

Quis scelerum modus est? Lucan. lib. 2. 334.

Nullo modo, pro Nullo fine. Juven. 7. Sat. 100.

Nullo quippe modo millesima pagina surgit.

Nullus modus longo lateri, Ingens latus. Virg. 3. Georg. 54.

Non est modus exemplorum. Plin. lib. 9 cap 8.

Adest nullus modus lacrymis. Ovid. 1. Trist. 9. 38.

Facere sibi modum veneris. Ovid. 4. Met. 258.

Ponere modum orationi. Tacit. 4. Ann. 9.
Modus, Quantitas vulgo. Justum sumere sibi. Cels. lib. 4. cap. 2.
Major vini modus. Cels. lib. 8 cap. 4.
Par modus omnium. Cels. lib. 3. cap. 27. Utile est etiam sevum miscere cum hyoscyami & urticæ contritis seminibus, sic, ut omnium par modus sit, idque imponere.
Modus agri, Certa diffinitio seu mensura agri, qua quot jugerum esset, intelligi poterat. Plaut. Aulul. prol. 13. conf. Modiatio in MODERNA.
Agri reliquit ei non magnum modum. Cic. 13. Att. 23. Etsi nihil scripsit, nisi de modo agri. Idem pro Flacc. 80. Voluisti magnum agri modum censeri. Hor. 2. Serm. 6. 1.
Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus. Liv. 6. 35. de Legibus duabus loquens a C. Licinio & L. Sextio Tribb. pl. latis, Alteram de modo agrorum, ne quis plus quinquaginta jugera agri possideret.
Modus, etiam Mensura aliarum rerum. Gell. lib. 1. cap. 1. Facile intellexit modum spatiumque plantæ Herculis, ratione proportionis habita, tanto fuisse quam aliorum procerius, quanto Olympicum stadium longius esset quam cetera.
Legionum magnus modus. Patercul. lib. 2. 73. Is tum occupata Sicilia, servitia fugitivosque in numerum exercitus sui recipiens, magnum legionum modum effecerat. Delectatur hac voce Paterculus, V. Indicem Boecleri.
Pecuniæ captivæ legens modus. Curt. 5. 6. 8.
Modus, In musicis, pro Mensura quam in cantu observare solent. Hinc illud in titulis Comœdiarum Terentii, Modos fecit Flaccus Claudii filius, &c. Cic. 1. de Orat. 254. Solet idem Roscius dicere, se, quo plus sibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum.
Docilis modorum. Hor. 4. Carm. 6. 43.
Discordes. Stat. 5. Silv. 5. 26.
Dulces. Hor. 3. Carm. 9. 10.
Flebiles. Hor. 2. Carm. 9. 10.
Impudici. Quintil. lib. 1. cap. 10. Musice effeminata & impudicis modis fracta.
Lyrici. Ovid. 15. Epist. 6.
Musici. Quintil. 1. 10. Duces maximos, & fidibus & tibiis cecinisse traditum, & exercitus Lacedæmoniorum musicis accensos modis.
Pressi & flebiles. Cic. 1. Tusc. 106.
Rudis. Ovid. 1. de Arte Am. 111.
Scenatilis, pro Versu scenico, ut Iambico, quo in comœdiis & scena poetæ solent uti. Varro Modio,
Sed, ô Petrelle, ne meum taxis librum,
Si te pigebit hic modi scenatilis. Nam versus iambicos, quibus hoc composuit, inevit jucundo circuitu orationis. Ex Turneb. 12. 16.
Numeris modisque licentia major. Hor. de Arte Poet. 211.
Verbis, rebus, & modis lugubre carmen. Cic. 3. Tusc. 45.
Certare diversis modis. Stat. 1. Silv. 2. 148.
Concordant varii. Ovid. 10. Met. 147.
Dicere aliqua quocunque modo, i. e. Carminibus celebrare. Virg. 5. Ecl. 50.
Fingere & disponere modos. Ovid. 3. Amor. 7. 6.
Intendi modis. Quintil. lib. 1. cap. 10. Sed ne hæc quidem præsumenda pars est, ut uno interim contenti simus exemplo C. Gracchi præcipui suorum temporum oratoris, cui concionanti consistens post eum musicus fistula, quam tonarion vocant, modos quibus deberet intendi, ministrabat.
Laxare & motare modos. Cic. 1. de Orat. 254. Quod si ille astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum, tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat, quanto facilius nos non laxare modos, sed totos mutare possumus?
Ministrare. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Noscere varietates & modos vocum surdus non potest. Cic. 2. de Divin. 9.
Postulant summissiorem quendam modum. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Saltare ad tibicinis. Liv. 7. 2. Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant.
Tenuare parvis modis magna. Hor. 3. Carm. 3. 72.
MODICUS, a, um. Adj. [ὀλίγος, τυτθός] Parvum & pusillum. Plin. lib. 10. cap. 55. Sed inventum, ut ova in calido loco imposita paleis igne modico foverentur.
Acervus modicus. Hor. 2. Epist. 2. 190.
Acus. Plaut. Curcul. 1. 1. 14.
Cantharis modicis potare. Hor. 1. Carm. 20. 2.
Centuria. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 18. Modica centuria, & ea ducentorum jugerum.
Classis. Liv. de Bell. Maced.
Collis. Plin. 8. Epist. 8.
Corporatura. Columel. lib. 6. cap. 2. Humilis & modica corporatura pecoris operarii debet esse.
Eques. Tacit. 1. Ann. 73.
Exercitationibus modicis utendum. Cic. de Senect. 36.
Funus ejus. Tacit. 5. Ann. 1.
Gradu modico. Plaut. Pœn. 3. 1. 19.
Judicium. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Mentio. Tacit. 3. Hist. 9.
Minis modicis viginti. Plaut. Pseud. 4. 7. 130.
Patella cœnare. Hor. 1. Epist. 5. 2. h. e. Cœna pauperum & plebeiorum. Magnifici enim cives & divites grandes habebant patinas, ut ex Pers. 3. Sat. 42. apparet, ubi inquit,
— sed pattinæ grandes, turetaque crassa. Turnebus.
Pecunia. Cic. in Parad. 6. Meam autem quoniam pecuniam contemnis, & recte (est enim ad volgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica,) de me silebo, de te loquar.
Prælium. Liv. de Bell. Maced.
Quies. Liv. de Bell. Maced.
Res. Plaut. Pers. 3. 1. 17.
Sacellum. Tacit. 3. Hist. 74. Modicum sacellum Jovi Conservatori, aramque posuit. h. e. Exiguum.
Sepulcrum. Tacit. 2. Hist. 49. Othoni sepulcrum exstructum est modicum, & mansurum.
Ab usu modico tibi junctus. Ovid. 2. de Pont. 5. 7.

Originis modicus. Tacit. 6. Ann. 39. Fine anni Poppæus Sabinus concessit vita, modicus originis.
Pecuniæ modicus. Tacit. 3. Ann. 72.
Virium. Patercul. lib. 1. 12. Ipse modicus virium, immanis magnitudinis hostem interemisset.
Voti. Pers. 5. Sat. 109.
Modicus, Paucus. Plaut. In angiportu turba est, domum modici intraierunt.
Modicum proprie dicimus, non cui aliquid sit imminutum, sed Quod non excedat modum, modestumque est, & temperatum. Plaut. Cui animus modicus, continens, expers ambitionis. Cic. 3. de Legib. 40. Quæ cum populo, quæque in patribus aguntur, modica sunto. i. e. Modesta atque sedata.
Modicus cultu. Plin. in Paneg. cap. 83. & In cultu. Ep. 2. 22.
Cultu modicus, sermone facilis. Tacit. in vit. Agric. 40.
Facultatibus modicus. Plin. 7. Epist. 32.
Sed tamen modici sumus in τῇ ἀπᾳ. Cic. 4. Att. 5. h. e. Breves.
MODICUM, i. n. [ὀλίγον] ut, Modico contentus agebas. Juven. 9. Sat. 9.
MODICUM, Adv. [τυτθόν] Parum. Plaut. Bacch. Fragm. 4. Edepol id modicum curat.
MODICE, Adv. [μετρίως] Parum, breviter. Plaut. Mil. 4. 5. 15. Modice sapis. Plin. lib. 6. cap. 22. Ædificia modice ab humo exstantia.
Tangis me modice. Cic. 2. Att. 19. Minæ Clodii contentionesque, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt.
Traducere verba modice. Varr. lib. 8. de L. L. 10.
Modice utile. Cic. Att. Sed ut modice ceteris utile est, tibi necesse est.
Modice non semper a pauco, sed a modo quandoque deducitur, et modestiam designat, quæ inter parum & nimium versatur, non paucitatem. Varr. de R. R. Quum aer est modice temperatus.
Agere modice. Cic. 16. Fam. 9. Nos agemus omnia modice.
Dicere modice. Cic. pro Sul. 80. Quanquam a me timide modiceque dicetur.
Facere modice, aut etiam intra modum. Cic. 4. Fam 4. Sed tamen quoniam effugi ejus offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc Rempub. non putare, si perpetuo facerem; modice hoc faciam, aut etiam intra modum. i. e. Cum modo æquo & pari, Gellio lib. 12. cap. 13. interprete.
• Ferre modice dolorem, pro Modeste, vel moderate & patienter. Cic. 1. Tusc. 111. Nostrum enim & nostra causa susceptum dolorem modice ferre debemus.
Sperare modice libertatem. Liv.
Uti modice libertate. Liv. 34. 49.
MODICELLUS, a, um. Adj. dimin. Sueton. in Neron. cap. 48. Decubuit super lectum, modicella culcitra, vetere pallio strato instructum.
MODERO, [μετριάζω] are. Modum ponere. Sallust. cap. 51. Ubi hoc exemplo per Senatus decretum Consul gladium eduxerit, quis illi finem statuet, aut quis moderabit? In edit. Wasse & Cort. legitur Moderabitur, firmantque eam lectionem MSS. Sed Plautus activa forma utitur Mil. 2. 2. cetr. Ego voci moderabo meæ.
MODEROR, ari. passive. Paul. in l. Pompon. lib. in fin. D. de neg. gest. Pro qualitate personarum & actio formatur, & condemnatio moderatur. Ulpian. in l. si serva. D. de jure dot. ita res moderetur, ut, &c.
MODERANDUS, a, um. Partic. passive. Ulpian. in l. sacrilegii D. ad leg. Jul. pecul. Sed moderanda pœna est. Paul. in l. quemvis. D. de in jus voc. Labeo ait, moderandam jurisdictionem, si pœniteat libertum.
MODEROR, [ἰθύνω, ἡνιοχέω, σταθμάω, ἐπιστατέω, χαλιναγωγέω, σωφρονίζω] ari. depon. Idem.
Moderari sua libidine. Ter. Heaut. 1. 1. 4.
Moderari alicui rei. Cic. pro Cœl. 7. Quod & pudor tuus moderatur orationi meæ. Idem in Partit. 15. Nam auditorum aures moderantur oratori prudenti & provido, & quod respuunt, immutandum est. conf. Sall. in MODERO.
Alicui moderari. Tacit. 1. Ann. 31. Sed quibus Silius moderabatur.
Iræ. Liv. 4. 7. Fore, ut postmodum gauderent se iræ moderatos.
Qui non moderabitur iræ. Horat. Ascensius, Modum faciet iræ; non enim penitus exstirpari potest, &c. Commentator apud Cruquium, Qui non statuet iræ modum. Lambinus autem, Qui iræ moderationem non adhibebit, & veluti frenum injiciet. Hæc enim vis est hujus verbi cum dandi casu conjuncti, ut M. Tullius Partit. Nam auditorum aures moderantur oratori prudenti & provido; & quod respuunt, immutandum est. Sic Moderari animo. Livius libri... Ita tum mos erat, in adversis vultum secundæ fortunæ gerere, moderari animos in secundis. Sed puto legendum Animis, & aliud valere Moderari cum Accus. quam cum Dativo. neque enim dicitur Moderari iram, sed Iræ. Sic & pater meus suspectum habebat. H. St. Locus Horat. est. 1. Ep. 2. 59. Cic. Partit. 15. Livii 42. 62. obi tamen Gronov. quoque Animos exhibet.
Animo & orationi moderari quum sis iratus, non mediocris ingenii est. Cic. 1. Q. frat. 1. 13.
Cursui. Tacit. 2. Ann. 70. Naves solvit; moderabaturque cursui.
Fortunæ suæ. Liv. 37. 35.
Linguæ moderandum mihi est. Plaut. Curc. 4. 1. 25. i. e. Tacendum est mihi.
Orationi. Cic. 5. Verr. 102. Sentio, Judices, moderandum mihi esse jam orationi meæ, fugiendamque vestram satietatem.
Aliquid moderari. Cic. 2. de Fin. 81. Et multi Epicurei fuerunt, & hodie sunt, & in amicitiis fideles, & in omni vita constantes & graves, nec voluptate, sed officio consilia moderantes.
Moderatur, movet, regit omnia mens mundi. Cic. 4. Acad. 119.
Gubernare & moderari prudentia omnia. Cic. 2. Fam. 6.
Cantus numerosque arbitrio multitudinis. Cic. 5. Tusc. 104.
Fidem moderari auditam arboribus. Hor. 1. Carm. 24. 14.
Maria moderatur, terram tuetur, versat cælum Deus. Cic. 3. de Nat. Deor. 94.
Ortus nascentium luna moderatur. Idem 2. de Divin. 91.
Religionem. Cic. 1. de Nat. Deor. 2.
Res rusticas venti & tempestates moderantur. Cic. 5. Verr. 227.
Se moderari immodestis moribus. Plaut. Curc. 1. 3. 44.
Sententiam aliquam tanquam aliquod navigium, atque cursum, ex Reipublicæ tempestate moderari, non est inconstantis. Cic. pro Corn. Balb. 61.
Tempus dicendi gravitate & prudentia moderari. Cic. 2. de Orat. 247.

Verba moderatur, & se ipsa sustentat testis. Cic. pro Flacc. 12.
Actio vocis conformatione moderanda est. Cic. 1. de Orat. 18.

MODERANS, antis. Partic [[illegible]] Juven. 10. Sat. 127.

— sævus & illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem & pleni moderantem frena theatri. De Demosthene.

MODERANTER, Adv. [[illegible]] Lucret. lib. 2. 1095.

Quis regere immensi summam? quis habere profundi
Indu manu validas potis est moderanter habenas?

Compar. Ovid. 2. de Arte Am. 353.
Item Moderatius, unde Moderatio participiale nomen. Moderatius melius. H. St. Itaque Heinsius omnibus his locis exhibuit.
Currere moderantius. Ovid. 1. Met. 510.
Optare moderantius aliquid. Ovid. 1. de Pont. 8. 71.

MODERATUS, a, um. [[illegible]] Adj. ex Partic. Cic. de Senect. 7. Moderati enim & nec difficiles, nec inhumani senes, tolerabilem agunt senectutem.
Moderatus & temperans in omnibus vitæ partibus. Cic. pro Font. 30.
Amor. Ovid. 4. Met. 234.
Ira. Ovid. 2. de Pont. 9. 77.
Tempora. Claud. 6. Cons. Hon. 549.
Ventis moderatis jactantur æquora. Ovid. 4. Trist. 4. 57.
Vir moderatus. Cic. 3. de Finib. 11.
Nihil habere moderati, Nihil habere modestiæ. Sallust. in Catil. cap. 12. Igitur ea divitiis juventutem luxuria, atque avaritia cum superbia invasere; rapere, consumere; sua parvipendere, aliena cupere; pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiscua; nihil pensi atque moderati habere.
Compar. Ovid. 1. Trist. 8. 25.

— neque enim moderatior alter.

Superl. Cic. 10. Fam. 24. Sensus moderatissimi esse. conf. Plin. 31. 6.

MODERATE, Adv. [[illegible]] Cum moderatione. Ovid. 3. de Arte Am. 683.

Sed te, quæcunque es, moderate injuria turbet.

Dictum moderate. Cic. pro Font. 21. Ab his quicquam sancte aut moderate dictum putabis?
Ferre moderate. Cic. de Amicit. 8. Quod animadverti te dolorem quem acceperis, cum summi viri, tum amicissimi morte, ferre moderate: nec potuisse non commoveri, nec fuisse id humanitatis tuæ.
Compar. Facere moderatius. Cic. 1. de Finib. 2. Qui autem, si maxime hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri, &c.
Uti dono moderatius. Ovid. 3. Amor. 3. 47.
Vide Moderantius, in MODERANTER. H. St.
Superl. [[illegible]] Cic. 3. de Legib. 12. Quæ res quum sapientissime moderatissimeque constituta esset a majoribus nostris, nihil habui, sane non multum, quod putarem novandum in legibus.

MODERATIM, Adv. Lucret. lib. 1. 323.

— naturaque rebus
Paulatim tribuit moderatim crescere cogens.

i. e. Modice, & moderate, & sensim, atque ita, ut quid quotidie accedat cernere nemo possit.

MODERATIO, önis. F. [[illegible]] Modestia, sive lenitas, quæ temperat, aurigaturque modos in factis & dictis, & ceteris talibus, quæ agendi officio utuntur. Cic. de Senect. 1. Novi enim moderationem animi tui, & æquitatem. Suet. in Tiber. cap. 32. Parem moderationem minoribus quoque personis & rebus exhibuit.
Adhibere moderationem in re aliqua. V. ADHIBEO.
Moderatio, Gubernatio. Cic. 3. de Nat. Deor. 85. Mundi divina in homines moderatio.

MODERATOR, öris. m. [[illegible]] Rector, gubernator. Cic. 2. de Nat. Deor. 90. Postea quum vidissent motus ejus finitos & æquabiles, omniaque ratis ordinibus moderata, immutabilique constantia, intelligere inesse aliquem non solum habitatorem in hac cælesti ac divina domo, sed etiam rectorem & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, tantique muneris. Et 2. Fam. 5. Duo nobis & auctor opus est, & eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam & gubernator.
Aratri. Ovid. 1. de Pont. 9. 57.
Juventæ moderator, Præceptor & pædagogus. Martial. lib. 2. 90.
Orbis. Ovid. 2. de Pont. 5. 75.

MODERATRIX, icis. f. [[illegible]] Gubernatrix, rectrix. Cic. pro Flac. 57. Quum speculatur atque obsidet Rostra, vindex temeritatis & moderatrix officii Curia. Idem 3. de Nat. Deor. 92. Ejus autem universæ fictricem & moderatricem divinam esse providentiam.
Judex & moderatrix Resp. Cic. 5. Philip. 50.
Noctis arcanæ moderatrix Cynthia. Stat. 10. Theb. 159.
Rerum moderatrix sapientia. Cic. 1. de Invent. 5.

MODERABILIS, e. Adj. Ovid. 1. Amor. 6. 59.

Nox & amor, vinumque, nihil moderabile suadent.

MODERAMEN, inis. n. [[illegible]] Idem quod Moderatio. Ovid. 3. Met. 644.

Obstupui: capiatque aliquis moderamina dixi.

Intelligit Moderamen navis, id est gubernaculum.
Jus & moderamen equorum. Ovid. 2. Met. 48.
Certum. Ovid. 2. Met. 67.
Capere sceptra & rerum moderamen. Ovid. 6. Met. 677.
Sumere moderamina mundi. Claud. de Laudib. Seren. 46.

MODESTUS, a, um. Adj. [[illegible]] Temperatus. Ter. Adel. 5. 8. 7. Proba & modesta. Ubi Donatus, Proba sibi, & modesta apud alios.
Modestus, vultu, h. e. Ipso vultu modestiam quandam præ se ferens. Ter. And. 1. 1. 93.
Homo modestus & prudens. Cic. 13. Fam. 10.
Immo Pudens, ut dixi, Sched. 3. libri 5. H. St. Quod nemini tamen persuasit.
Iter modestum, apud Plin. in Epist.
Mores. Cic. 2. de Lege Agr. 83.
Oculi. Ovid. 2. Amor. 4. 11.
Rex modestus probus & integer. Cic. 10. Att. 6.
Verba nec pudeat coram modesta loqui. Ovid. 3. Amor. 14. 16.
Modestus, Modicus, paucus. Tacit. 4. Ann. 7. pr. Rari per Italiam Cæsaris agri, modesta servitia. Pro Servis, Servitia dixit.

Epistola modestior. Cic. 3. Fam. 13.
Adolescentis modestissimi pudor. Cic. pro Planc. 27.
Adolescentia modestissima. Cic. pro Muren. 58.
Plebs optima & modestissima. Cic. 2. de Lege Agr. 83.

MODESTE, Adv. [[illegible]] Cum modo, inquit Donat. moderate, adhibito modo. Ter. Hec. 4. 1. 38. quid tum postea, si modeste ac raro hoc fecit? Cic. 1. de Finib. 46. Et ipsius fortunæ modeste ferre doceat injurias.
Modeste & Moderate. Livius lib. 30. pag. penult. Ut rebus secundis modeste ac moderate uterentur. H. St. Exstant cap. 42. sub fin.
Munificus modeste. Hor. 1. Serm. 2. 50.
Gerere se modeste & abstinenter in aliqua dignitate. Cic. in Sallust. 19.
Parere modeste. Cic. 3. de Legib. 1.
Uti lingua non modeste. Ovid. 2. Fast. 607.
Compar. Curt. 10. 6. 18. Modestius appetere.
Superl. [[illegible]] Varr. Modio, Non eos optime vixisse qui diutissime vixerint, sed qui modestissime. i. e. Modice, inquit Nonius 1. 274.

MODESTIA, æ. F. [[illegible]] ut definit Auctor ad Herenn. lib. 3. 3. est in animo continens moderatio cupiditatum. Cic. 1. Off. 142. Sic fit ut modestia, scientia sit opportunitatis idoneorum ad aliquid agendum temporum.
Modestia est scientia earum rerum, quæ agentur aut dicentur, loco suo collocandarum. Cic. 1. Off. 142.
Sententiarum, & compositionis, & vocis, & vultus modestia. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Humanitas & modestia alicujus. Cic. 7. Att. 5.
Pudoris & modestiæ magistra severitas Censoria. Cic. in Pison. 9.
Lecti modestia vacui. Stat. 1. Silv. 2. 162.
Divina. Claud. Cons. Mall. Theod. 217.
Præcox. Stat. 2. Silv. 1. 39.
Virginalis. Cic. 1. de Divin. 66.
Comparat per modestiam pudor honestus clarum & stabilem auctoritatem. Cic. 2. de Invent. 164.
Mitigare aliquem modestia. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Modestia, Mediocritas. Tacit. 1. Ann. 11. Ille varie disserebat de magnitudine Imperii sua modestia. conf. 12. Ann. 48.

MODULUS, i. m. dimin. [[illegible]] pro Mensura parva. Hor. 2. Serm. 3. 309.

— ab imo
Ad summum totus moduli bipedalis.

Idem 1. Epist. 7. 98.

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

Ponderibus modulisque suis ratio utitur. Hor. 1. Serm. 3. 78.
Modulos Vitruvius lib. 3. cap. 2. vocat Particulas quasdam ad quas opus totum dimetiuntur architecti, nunc *parvum pedem* dicunt. Paulus in l. Non solum. §. Sciendum. D. De operis novi nuntiat. Sed ut probari possit quid postea ædificatum sit, modulos sumere debet is qui nuntiat; qui ut sumantur, conferanturque, Prætor decernere solet. Budæus. [*Modelle.* H. St.
Aquarii moduli a principibus impetrabantur, quibus privatis licebat aquam publicam in privata loca ducere e castellis aquæductuum. Sunt erogatorii moduli, quibus aqua erogatur & distribuitur, ut est apud Frontinum de Aquæd. Ulpian. in l. Damni infecti stipulatio pertinet. D. De damno infecto, Unde Labeo putabat eum, qui modulorum aut rivi faciendi causa opus faceret, etiam satis dare debere, quia & in alieno solo faceret. Budæus.
Modulus, ponitur etiam pro ipsa Modulatione in cantu, quod etiam Modulamen dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Arteriarum pulsus in modulos certos, legesque metricas, per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus. Sed hoc est per translationem. Idem lib. 7. cap. 56. Lydios modulos Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marsyas Phryx invenit.
Æquivalere modulis. Auctor Philomelæ, 1.

MODULOR, [[illegible]] ari. Metiri. Gell. lib. 1. cap. 1. Scite, subtiliterque ratiocinatum Pythagoram Philosophum dicit in reperienda modulandaque status longitudinisque ejus præstantia. De Hercule.
Carmen modulari, pro Componere, vel decantare. Virg. 1. Æn. 1.
Carmina pastoris Siculi modulabor avena. Virg. 10. Ecl. 51.
Carmen modulari arundine. Ovid. 11. Met. 154.
Orationem. Cic. in Orat. 56. Ipsa natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, nec una plus, nec a postrema syllaba citra tertiam, quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria.
Sonum vocis pulsu pedum modulari, pro Attemperare, apud Liv. lib. 27. 37. extr.
Verba modulanda fidibus. Hor. 2. Epist. 29. 143.
Vocem. Cic. 3. de Orat. 185. Nisi quod hominum aures vocem natura modulantur ipsa.

MODULANS, antis. Partic. [[illegible]] Virg. 5. Ecl. 14.

Carmine descripsi, & modulans alterna notavi.

Natura ita modulante. Plin. 2. 54.

MODULATUS, a, um. Partic. [[illegible]] ut, Modulatus sonus. V. SONUS. Et, Modulata cantica. Quintil. lib. 9. cap. 2. Nomen ductum a canticis, ad aliorum similitudinem modulatis.
Nervi. Lucan. ad Pison. 163.
Compar. Gell. 12. 2. Oratio modulatior aptiorque.
Superl. Florus 2. 7. 15. Quam modulatissimo aliquo tibiarum, aut fidium cantu fruebantur.

MODULATE, Adv. [[illegible]] Concinne, & cum mensura. Cic. 2. de Nat. Deor. 22. Si ex oliva modulate canentes tibiæ nascerentur, num dubitares quin inesset in oliva tibicinis quædam scientia?
Compar. Gell. 11. 13. Collocata verba accuratius modulatiusque. Adde Ammian. 6. 7.

MODULATIO, önis. f. [[illegible]] Quintil. lib. 9. cap. 4. Ut sint tamen pedes alii aliis crebriores, non verba facient, quæ neque augeri, nec minui, nec sicut modulatione produci aut corripi possint; sed transmutatio & collatio.
Modulatio signiferi. Plin. lib. 2. cap. 8.

MODULATUS, ûs. m. [[illegible]] Senec. Herc. furen. 263.

Cujusque muros natus Amphion Jove
Struxit, canoro saxa modulatu trahens.

MODULĀMEN, ĭnis. n. Idem. [[illegible]] Auctor Philomelæ, v. 5.
Nam quamvis aliæ volucres modulamina tentent.
MODULAMENTUM, i. n. Idem. Gell. 1. 7.
MODULĀTOR, ōris. m. [[illegible]] Columel. in præf. 1. lib. Placitæ disciplinæ consectentur magistrum vocis, & cantus modulatorem.
Cantor atque optimus modulator Hor. 1. Serm. 3. 130. conf. MODIFICATOR.
MODULĀTRIX, īcis. f. Aquas modulatrices dixit Tertull. de Baptismo, cap. 3.
MODĬFĬCUS, a, um. Adj. Modum servans. Auson. Parental. 27.
Cui brevia mela modifica recino.
MODIFĬCOR, [διαμετρέω] āri. Metiri. Gell. lib. 1. cap. 1. Comprehensa autem mensure Herculani pedis, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus est. Cic. 3. de Orat. 184. Verba illa modificata esse debebunt.
MODIFICĀTUS. a, um. Partic. Cic. in Partit. 17. Tractatione autem, quum aut propria sumuntur vocabula, aut addita ad nomen, aut nova, aut prisca, aut ab oratore modificata & inflexa quodam modo.
MODIFICATIO. ōnis. f. Senec. Epist. 89. Syllabarum enarratio, verborum diligentia, fabularum memoria, versuum lex ac modificatio.
MODIFICĀTOR, ōris. m. Apul Florid. de Antigenida p. 348. Omnis voculæ melleus modulator, & idem omnis modi peritus modificator.
MODĬPERĀTOR, ōris. m. Modum imperans. Varr. Rer. Human. lib. 20. In conviviis qui sunt instituti, putandi modiperatores magistri. Nonius 2. 565. Modiperatores, Quasi mudum imperantes. Ita dicuntur. qui in conviviis modificandi auctoritatem habent, συμποσίαρχαι. Vide quæ scripsimus in Talus pro Ludo. Al. Modimperator.

M OE C

MŒCENAS, V. MÆCENAS.
MŒCHA, V. MŒCHUS.
MŒCHUS, i. m. [μοιχὸς] Adulter. Ter. Eun. 5. 4. 35.
— nunc minatur porro sese id quod mœchis solet.
Muljerum magnus mœchus Plaut. Milit. 3. 1. 179.
Notior mœchos. Juven. 9. Sat. 25.
Pusillus & semitarius. Catull. 36. 16.
MŒCHA, æ. f. Adultera. Martial. lib. 10 13.
Ad nocturna jaces fastosæ limina mœchæ.
Bustuaria. V. BUSTUM.
Putida. Catul. 40. 11.
Turpis. Catul. 40. 3.
Zelotypa. Juven. 6. Sat. 278.
MŒCHILLUS, i. m. Parvus adulter. Catull. 114. pr.
Consule Pompeio primum, duo, Cinna, solebant
Mœchilli. Vulgo Mœchilia. Scalig legit Mœchi: illi. Is Voss. ex Mss. Cæcilio.
MŒCHĪA, æ. f. [μοιχεία] Adulterium. Tertull. adv. Gnost. cap. 3. & de Judic. cap. 1.
MŒCHOR, [μοιχεύω] āri. Adulterare. Catull. 91. 1.
Mentula mœchatur, &c.
MŒCHĀTIO. ōnis. f. Idem quod Adulterium, apud Augustinum.
MŒCHISSO, [μοιχίζω] āre. Idem quod Mœchari. Plaut. Cas. 5. 4. 7.
In adulterio dum mœchissat Casinam, credo perdidit.
MŒCHĪLE, is. n. Adulterium. ex conj Douzæ apud Petron. cap. 113. Redierat in animum mœchile. Sed lectio mire vexata est.
MŒCHĪMŌNIUM, i n. Idem. Laberius apud Gell. 16. 7. [Vox joci gratia ficta ad exemplum τ Matrimonium.
MŒCHŎCĬNÆDUS, i. m. [[illegible]] dictio composita, contumeliosa & infando nomine eos significans, qui & adulteri sunt, & iidem molles Lucilius,
Imberbi, androgyni, barbati, mœchocinædi.

M OE M

MŒMAGUS, i. Ptolemæo Galliæ urbs; vulgo *Nemours*. [Nisi Nœomagus, Νοιόμαγος.

M OE N

MŒNIA, ium, ibus. n. [τεῖχος] pluraliter tantum declinatur, a Muniendo dicuntur. Veteres enim œ & u indifferenter ponebant. Festus; Mœnia, Muri, & alia muniendæ urbis gratia facta. Virg. 2 Æn. 234.
Dividimus muros, & mœnia pandimus urbis. Valla, Murus, est urbis lapideus ambitus, qui Græce dicitur τὸ τεῖχος: Paries vero domorum, Græce ὁ τοῖχος. Murus est etiam non urbis, sed urbis tamen similium, ut munitionum, castrorumque. Mœnia, pro muris accipi solent, & pro ædificiis ipsius urbis. Hactenus Vall lib. 4.
Mœnia. Varr. de L. L. lib. 4. 32. pr. Vel Oppida, quod opere munibant mœnia: quo munitius essent
Muri & mœnia. Cic. 3 de Nat. Deor. 65. Est mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris, proque urbis muris, quos vos, pontifices, sanctos esse dicitis, diligentiusque urbem religione, quam ipsis mœnibus, cingitis. Cæs. 2. Bell. Civil. 16. Quum pæne ædificata in muris ab exercitu nostro mœnia viderentur, &c. [Ubi Muros, Vallum castrorum intelligit.
Augusta. V. AUGUSTUS.
Ardua. Ovid. 3. Met. 61.
Lignea mœnia, i. e. Naves. Nepos 2. 2.
Turrita Ovid. 3. Amor. 8. 47.
Accedere mœnibus. In ACCEDO.
Allilit miles mœnibus. Ovid. 11. Met. 526.
Cingere urbem. Cic. pro Sext. 91. Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento & divino jure & humano, mœnibus cinxerunt.
Circumdatus. Cic 1. de Legib 61 Seseque non unis circumdatum mœnibus popularem alicujus definiti loci, sed civem totius mundi, quasi unius urbis, agnoverit.
Compellere intra. In COMPELLO.
Complere mœnia. Virg 9. Æn. 39.
Condere. Ovid 3. Met. 13.
Constituere. Ovid. 9. Met. 448.
Curvantur obliquo sinu mœnia in urbem. Sil. lib. 13. 140.

Dejicite passim mœnia, in planum date. Senec. Theb. 2.
Destruere. Virg. 4. Æn. 325.
Direpta. Lucan. lib. 6. 35. [Nisi Dirupta legendum.
Incingere turritis mœnibus urbes. Ovid. 3. Amor. 8. 47.
Irrumpere. Sil. lib. 13. 79.
Ponere. Ovid. 5. Met. 408.
Ponet moresque viris & mœnia. Virg. 1. Æn. 268.
Referare alicui. Ovid. 8. Met. 62.
Signare sulco. Sil. lib. 13. 118.
Surgunt. Virg. 1. Æn. 441.
Tegere, Defendere. Virg. 12. Æn 148.
Mœnia, pro ipsis oppidis, vel urbibus, earumque ædificiis, ut
Astans mediis in mœnibus. Virg 2. Æn. 328.
Fumant trepidantia. Sil. lib. 1. 130.
Habitantur cuncta malis mœnia Graiis. Virg. 3. Æn. 398.
Miscentur luctu. Virg. 2. Æn. 298.
Vexantur. Catul. Argon. 62. 80.
Mundi mœnia. Lucret. lib. 5. 455.
Lunamque efficerent, & magni mœnia mundi. I e. Cælum, Proinde enim quasi hic mundus civitas quædam sit, mœnibus undique septa, & circumdata, aut locus munitione circumvallatus & clausus, cælum mundi mœnia vocare consuevit.
Ingentia mœnia cæli. Ovid. 2. Met. 401.
Mœne, singulariter protulit Ennius, teste Festo, Apud emporium in campo hostium per mœne.
Pro Mœnibus Vet. Inscript. apud Gruter. 408. Mœniis habet. R. P. N. MOENIIS AMPLIAVIT.
MŒNIO, ire. antique pro Munire. Priscian. in Perieges. 369.
— tum deinde Tarentum,
Tangitur æquoribus, quod mœnivere Lacones. Al. Munivere. V. Salmas. de Pallio p. 171. V. & MUNIO.
MŒNĪTUS, a, um. Adj. [τειχοφύλακτος] Mœnibus cinctum. Plaut. Bacch. 4. 9. 2.
Quum Priami patriam Pergamum, divina mœnitum manu,
Armis, equis, exercitu, atque eximiis bellatoribus, &c. Antiquum. V. MUNITUS.
MŒNIANA, V. MÆNIANA, in MÆNIUS.
MŒNIS, MŒNUS, V. MÆNUS, & MANUS.
MŒNUS, ĕris. n. antique pro Munus. Lucret. 1. 29.
— fera mœnera militiai. Ibid. 32. V. MUNUS.

M OE R

MŒREO, vel MÆREO, mæstus sum, & olim mærui, [λυποῦμαι, πενθέω, σκυθρωπάζομαι] ēre. Varro de L. L. lib. 5. 6. ab Marceo deducit; quod, inquit, mærore corpus marcescere videatur. Unde apparet per æ Mærere scripsisse, astipulanturque codd. Mss. & Inscriptt. Antiqq. Tametsi & in Lapidibus nonnullis per œ scribitur. Est autem mærere, Tristari; & dolore affici, lugere. Cic. de Amicit. 14. Quocirca mærere hoc ejus eventu, vereor ne invidi magis, quam amici sit.
Lugere & mærere. Cic. pro Domo, 26.
Bonis alienis. Cic. pro Corn. Balb. 56.
Dolore alterius mærere. Cic. 4. Fam. 5.
Incommodo suo. Cic. 1. Tusc. 30.
Mæreo, cum accusativo. Cic. 14. Fam. 2 A te quidem omnia fieri fortissime & amantissime video: nec miror, sed mæreo casum ejusmodi, ut tantis tuis miseriis meæ miseriæ subleventur.
Mortem. Tacit. 2. Hist. 45.
Mærere, Deplorare. Cic. 1. Tusc. 103. At illa sicut acerbissimam rem mæret. Et iterum, Quum graviter filii mortem mæreret.
MŒRO, vel MÆRO, [λυπέω] āre. antiquum verbum, Mærentem facere. Pacuvius, Qui multis mæravit modis.
MŒRENS, vel MÆRENS, entis. Partic. [λυπούμενος, σκυθρωπός] ut, Mærens fletus. Cic. 1. Tusc. 30. Stat. 6. Theb 624.
Pectora nunc mærens, nunc ore indigna cruento
Ungue secat.
Mærens fratrem. Hor. 1. Epist. 14. 7.
Afflictus, debilitatus, mærens. Cic. 2 de Orat. 195.
Horridus, incultus, mærens. Cic. Post red. in Senat. 12.
Pectora mærentia mulcet. Virg. 1. Æn. 201.
Vultus. Ovid. 11. Epist. 93.
MŒROR, vel MÆROR, ōris. m. [λύπη, ἄνια] Cic. de Amicit. 11. Quam autem civitati carus fuerit, mærore funeris indicatum est. Idem 4. Tusc. 18. Mæror, ægritudo flebilis.
Cuncta mærore horrida. Senec. Herc. fur. 9.
Gravis. Hor in Arte Poet. 110.
Perpetuus. Juven. 10. Sat. 245.
Adjuvare mærorem orationis lacrymis. In ADJUVO.
Affligi mærore. Cic. 2. in Catil. 6.
Caret dies nulla mærore. Senec. Troad. 2.
Consenescere mærore & lacrymis. In CONSENESCO.
Conficere mærore. Cic. 3. Tusc. 26.
Dare se mærori. Cic. 2. Att.
Demere mærorem a pectore. Lucret. lib. 3. 988.
Deponere mærorem. Cic. 14. Philip. 34.
Jacet in mærore meus frater. Cic. 10. Att. 4.
Jacebat vita in mærore. Lucret. lib. 5. 175.
Lacerari mærore. Cic. 8. Att. 8.
Minuere. Cic. 12. Att. 27. Mærorem minui, dolorem nec potui. Eidem lib. 12. 15. Nihil de mærore minuendo scriptum ab ullo est.
Offerre. In OFFERO.
Pressus mærore. Senec Octav. 4.
Venit mæror ad aliquem. Cic. pro Quint. 14.
Versari in Cic. 5. Fam. 2.
Urgeri mærore. Cic. Quanto mærore urgebar profecto vides.
MŒSTUS, vel MÆSTUS, a, um. Adj. [σκυθρωπός, ἀχθόμενος] Triste, miserandum. Virg. 2. Æn 280.
— & mæstas promere voces
Alter ab alterius funere mæstus erat. Ovid. 4. Trist. 4. 76.
Amor mæstus. Virg. 10. Æn. 191.

Aræ

Aræ mæstæ. Virg. 5. Æn. 48.

— mæstasque sacravimus aras. Ubi Servius, Mæstas ad hominem pertinet, id est diis Manibus consecratas.

Clamores. Ovid. 8. Met. 447. al. Ululatus.

Clamore mæsto resonet chaos. Senec. Herc. fur. 13.

Cor. Lucret. lib. 6. 1231.

Deficiens animo mæsto cum corde jacebat.

Ebur mæstum illachrymat templis. Virg. 1. Georg. 480. V. EBUR.

Fama. Tacit. 2. Hist.

Favilla. Ovid. 3. Trist 3. 84.

Femina. Ovid. 3. Fast. 134.

Fletus. Senec. Octav. 6.

Frons. Claud. 6. Conf Honor. 157.

Genæ. Ovid. 6. Met. 304.

Hostia. Lucret lib. 1. 100.

Ira. ut. Mæstasque resuscitat iras. Sil. lib. 12. 632.

Lamentatio. Senec. Hippol. 7.

Loci mæsti, visuque ac memoria deformes. Tacit. 1. Ann. 61.

Luctu mæsto immugit regia. Virg. 11. Æn. 38.

Lucus. Valer. 2. Argon 360.

Questibus mæstis late loca implet. Virg. 4. Georg. 515.

Reditos luget mæstos tristis. Senec. Hippol. 11.

Senex mæstus & sordidatus. Cic. 2. de Orat. 195.

Timor. Virg. 1. Æn. 206. Servius, Quod mæstos & sollicitos faciat: ut, Mors pallida, & tristis senectus.

Vestis, Lugubris. Propert. lib. 3. 6. 13.

Voces mæstas expromere. Virg. 2. Æn. 280.

Vultus. Virg. 6. Æn. 156.

Vultus mæstus & contorbatus. Auctor ad Herenn. lib. 3. 27.

Compar. Lucan. lib. 8. 42.

Superl. Virg. 2. Æn. 270.

In somnis ecce ante alios mæstissimus Hector
Visus adesse mihi.

Ira tacita mæstissimus. Valer. 5. Argon. 567.

Vultu mæstissima. Lucao. lib. 1. 187. Prosopopeia est Romæ.

MŒSTE, vel MÆSTE, Adv. [ἀτιμώρως] Cum mæstitia. Auctor ad Herenn. lib. 3. 24. de pronuntiatione, Deinde modo acriter, tum clementer, mæste, hilariter, in omnes partes commutabimus, &c.

MŒSTĬTER, [ἀχθηδόνως] Adv. antiquum, pro Mæste. Plaut. Rud. 1. 5. 7. Obsecro, tam mæstiter vestitas?

MŒSTĬTIA, vel MÆSTITIA, æ. f. [ἀνία, συμφορά] Idem quod Mæror. Quintil. Dolore, atque animi mæstitia langues. Cic. 1. de Finib. 41. Sapientia enim est una, quæ mæstitiam pellat ex animis.

Flectere os in mæstitiam. Tacit. 3. Ann. 16. h. e. Mæstitiam vultus præ se ferre.

Incessit mæstitia animos. V. INCESSO.

Inferre. Cic. 1 Tusc 106. Hæc cum pressis & flebilibus modis, qui totis theatris mæstitiam inferant, concinuntur.

Pellere ex animo. V. PELLO.

Resistere mæstitiæ. Cic. io. Orat. 148.

Tanta in mæstitia fui, quanta, &c. Cic. 2. Philip. 37.

MŒSTĬTŪDO, vel MÆSTITUDO, Inis. f. Idem. [ἀνίασις] Accius, Ni vestitus tæter, mæstitudo, vastitudo, prædicarent hominem esse. Plaut. Aul. 4. 10. 2. Cui tanta mæstitudo obtigit. Nonius 2. 522.

MŒSTO, vel MÆSTO, āre. Laber. apud Non. 2. 531. Concitata mobilitate mæstas.

MÆSTĬFĬCUS, a, um. Adj. Non. 2. 531.

MÆSTĬFĬCO, āre. Sidon. 3. Epist. 13. Umbris mæstificari larvalibus. V. August. Epist. 121.

MÆSTĬFĬCĀTUS, a, um. Partic. Martian. Capella, lib. 9. cap. 301. Insuetis mæstificata modis.

MŒRI, orum. m. [τὰ τείχη] pro Muris, Antique. Virg. 10. Æn. 24.

Quin intra portas, atque ipsis prælia miscent
Aggeribus mœrorum. Ubi Servius; Mœrorum, pro Murorum antique. Nam veteres plerasque eorum, quæ nos per u dicimus, per œ dipthongum prononciabant; hinc est Mœrorum, pro Murorum.

MŒRIS, is. m. [Μοῖρις] Viri nomen, apud Virg. 8. Ecl. 96. conf. 9. pr. Fuit preterea hoc nomine Ægyptiorum rex, cujus opus est lacus inter Arsinoitem & Memphitem, circuitu CCCCL M. pass. qui ab illo Mœridis lacus appellatur. De hoc Plin. lib. 5. cap. 9.

Mœris [Μοῖρις] Insula est in mari Lycio, de qua Plin. 5. 31.

M OE S

MŒSIA, æ. f. [Μυσία Græcis] Europæ provincia, quæ Pannoniæ jungitur, ad Pontum usque cum Danubio decurrens. Suetonios Tiberio cap. 41. Armeniam a Parthis occupari, Mœsiam a Dacis Sarmatisque, Gallias a Germanis vastari neglexit. Servius Mœsiam civitatem Phrygiæ esse inquit, Mysiam autem provinciam. Stephanus Mysiam & regionem & urbem esse tradit. Est autem Parthiæ oppidum, teste Ptol. Virg. 1. Georg. 102.

— nullo tantum se Mœsia cultu
Jactat: & ipsa suas miratur Gargara messes. Sunt qoi Mesia corrupte scribunt.

MŒSI, orum. m. pl. [Μυσοί] Incolæ. Eutrop. 5. 4. 6. Solla etiam Dardanos, Scordiscos, Dalmatas & Mœsos, partim vicit, alios in fidem accepit.

MŒSIACI, orum. m. pl. Iidem. Vetus lapis, EX ORDINE MOESIACORVM. V. Vales in Ammian. 20. 1. [Hic proprie de Legionario milite dicitur, qui in Mœsia lectus fuit, ut Numeri Mœsiacorum apud Marcellinum, Ibidem.

MŒSILĒUM, i. n. & plur. Mœsilea. Frontinus de Limitib. pag. 43. Goes. Similiter locorum religiosorum, quibus seeundum cautiones modus restituendus: habent enim & mœsilea juris sui, hortorum modos circumjacentes, aut præscriptum agri finem. Quæ fere verba apud Urbicum pag. 62. reperiuntur. Turnebus Mœsilea, interpretatur Sepulcra, quæ ab aliis Mausolea sunt appellata: atque Mausolea, non Mœsilea scribendum putat. Quum enim Frontinus (inquit) de religiosis locis loquatur, facile est conjectu Mausolea significari, hoc nomine, non tantum principum sepulcris vindicato, sed etiam aliorum tumulis communicato. [pag 244. sing num. Musileum legitur. ubi vereor ut possit de Mausoleo accipi.

M O G

MOGA, primom dicebatur, quæ postea Cappadocia; nunc autem Cæsarea a Cæsare, ut refert Josephus.

MOGUNTIA, æ. f. hodie, truncato vocabulo, antiquis MOGONTIACUM, [Μογοντιακόν Ptol.] Urbs contra Rheni Mœnique confluentes posita, Archiepiscopatus Moguntini caput, atque inter præclaras Germaniæ urbes computata. Vulgo *Mäntz*. Quondam Germaniæ superioris caput. Scribitur & Maguntiacum, & Magontiacum, aliisque modis.

M O L

MŎLA, æ f. [μύλη] dicta est, quod veluti mole quadam frumentum, legumina, aliasque res terat; vel quod dentium molarum motu eo conjecta moluntur. Unde Molæ frumentariæ, Molæ fabariæ, Molæ oleariæ dictæ sunt. Plin. lib. 15. cap. 6. Quod vero post molam primum est, flos.

Molæ a molendo: harum enim motu eo conjecta moluntur. Varr. de L. L. lib. 4. 31. ad. fin. [Scribendum puto, A Molliendo, & Molliuntur, non Moliuntur, ut in edit. Steph. & Gothofr. Sic τὸ Mulier a Mollitie arcessit, ubi pariter l geminatum ad unum redactum est, aliaque similiter.

Mola inferior, quæ immobilis semper jacet, Meta, ὄνος. *Le giste*.

Mola superior, quæ circumvolvitur, & molendo in continuo cursu est, μύλος, ἡ μύλη, Catillos. *Le courant*. Paul. D. de fundo instruct. l. Cum de lanionis. Scævola consultus de mola molendinaria respondit, Si rusticis ejus fundi operariis moleretur, eam quoque deberi. Est autem meta inferior pars molæ, catillus superior. Hæc Paul.

Asinariæ molæ inventæ sunt quædam, quædam trusatiles, id est hominum opera versatiles. Gell. lib. 3. cap. 3. De mola asinaria loquitur Cato cap. 10.

Jumentariæ molæ & manuariæ, Idem utrumque genus. Jabol. de fundo instruct. l. dolia Molas manuarias quidem supellectilis, Jumentarias autem instrumenti esse Offilius ait.

Olearia. Varro de L. L. 4. 31.

Pumiceæ. Ovid. 6. Fast. 318.

Scabra. Ovid. 3. de Arte Am. 290.

Suspensa mola olivam frangere. Columel. lib. 12. cap. 52.

Versatiles molas Volsiniis inventas, aliquas & sponte motas invenimus in prodigiis, Inquit Plin. lib. 36. cap. 18.

Dare operam molæ. Cic. 2. Att. 1. Accusavit Nasicam inhoneste, ac modeste tamen dicit, ita ut Rhodi videretur molis potius, quam Moloni operam dedisse.

Versare molam. Juven. 8. Sat. 67.

Mola, Caro informis in uteris mulierum sine viri semine genita. Plin. lib. 7. cap. 15. Solum autem animal menstruale mulier est In cujus utero, quas appellarunt molas: ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens, movetur, sistitque menses.

Mola salsa, & Mola simpliciter, a molito farre, dicitur Far tostum & sale sparsum, quod eo molito hostiæ aspergantur. Inquit Festus. Virg. 8. Ecl. 82.

Sparge molam, &c. Plaut. Amphit. 2. 2. 108.
Sed, mulier, postquam experrecta es, Prodigiali Jovi,
Aut mola salsa hodie, aut ture comprecatum oportuit. Molam salsam, qua ante sacrificia hostia conspergebatur, interpretantur fere omnes fruges molitas: Græci tamen fruges integras, nec fresas, nec molitas aspergebant hostiæ. Argumento est quod οὐλαὶ a Græcis, & οὐλοχύται vocantur, quæ erant hordei integræ fruges cum sale mixtæ. Hor. 3. Carm. 23. 20. expressit quom scripsit,

Farre pio, & saliente mica. quod est, Salis grano salleote, & farre, sed molito tamen. Virg. 12. Æn. 173.

Dant fruges manibus salsas. Græci autem, ut Theophrastus scripserat, hordeo non molito in sacris, in priscæ memoriam vitæ, utebantur, in qua homines nondum molere fruges, sed solidis vesci solebant. Est igitur Mola salsa, tanquam Molitura salsa, ut molæ qua frumenta franguntur nomen, molito farri tribuatur. Hæc Turnebus.

Sancta. Tibull. lib. 1. 5. 14.

Indocere molas cultro. Lucan. lib. 1. 605.

Inspergere. Cic. 2. de Divin. 37. Caput est in jecore, cor in extis; jam abscedet. simul ac molam & vinum insperseris, deus id eripiet. vis aliqua conficiet, aut exedet, &c.

Testari deos mola. Virg. 4. Æn. 517.

MOLĀRIS, e. Adj. [μυλιτικός] ut, Lapis molaris, ex quo mola fit. Plin. lib. 36. cap. 23.

Dentes molares, qoi & Maxillares. Quintil. 2. 19. a Molo, molis, quod cibum a ceteris dentibus infractum ipsi molunt.

MOLĀRIS, is. m. [γόμφιος, μυλίτης, μύλη] τοῦ Dens subaudito. Juven. 13. Sat. 212.

— interque molares
Difficili crescente cibo.

Presso stridere molari. Juven. 5. Sat. 160.

Molaris, subaudito Lapis. Stat. 5. Theb. 386.

— vastæque sudes, fractique molares.

Librati. Stat. 9. Theb. 561.

MOLĀRIUS, a, um. Adj. [μυλικός] Quod ad molam pertinet: ut, Asinus molarius, Quo utimur ad molam. Cato de R. R. cap. 11. Asinum molarium unum.

MOLO, [μύλλω, ἀλέω, ἀλήθω] ĕre. Mola terere. Ter. Phorm. 2. 1. 19.

Molendum usque in pistrino, vapulandum, habendæ compedes. Plin. lib. 7. cap. 56. Ceres frumenta invenit, quum antea glande vescerentur. Eadem molere & conficere, in Attica. Plin. lib. 33. cap. 4. Quod effossum est tunditur, lavatur, uritur, molitur in farinam.

MOLĬTUS, a, um. Partic. Cato de R. R. cap. 162. Salis Romaniensis moliti semodius.

Cibaria molita. Cæs. 1. Bell. Gall. 5.

Vicia molita. Varro 2. de R. R. 2.

Molitum, absolute, dixit Plaut. Menæch. 5. 6. 15.

MOLITŪRA, æ. f. [ἄλεσις] Plin. lib. 15. cap. 23. Molitura etiam præstant jejunio feminarum quandam imaginem panis. Sic Frob. Sed V. not. Hard.

MOLĬTOR, ōris. m. [μυλωθρός] Qui molit. V. Parei Lex. Crit. p. 743.

MOLĬTRIX, Icis. f. [μυλωθρίς] Quæ molit.

MOLENDĀRIUS, a, um. Quod ad molendum pertinet. ut, Meta molendaria. Paulus l. 18. §. 5. de instruct. & instrum. leg. V. Ammian. 17. 8. & dict. seq.
MOLENDINĀRIUS, a, um. aliud Adj. [μυλωθρικός] Quod ad molendinum pertinet: ut, Mola molendinaria. Paulus D. de fund. instruct. l. Cum de lanionis, Asinum molendinariam & molam negat Neratius instrumento fundi contineri. Haloander & Pandectæ Florentinæ habent Molendariam. Ut ibidem paulo post, Meta molendaria.
MOLENDINARIUS, i. m. Qui molæ præest. Grut. Inscript. p. 114. n. 6. VT OMNIVM MOLENDINARIOR. FRAVDES AMPVTENTVR.
MOLETRĪNA, æ. f. [μύλων, μυλών] a Molendo, Pistrinum olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta, non autem molebantur. Cato in Thermum, Nervo, carcere, moletrina. Hæc Nonius 2. 120. Budæus, Aquariarum autem molarum loca, quibus nunc utimur, molettinas, ut arbitror, appellare possumus, ut ex Nonio colligo.
MOLĪNUS, a, um. Adj. Idem quod Molaris. ut, Molinum saxum. Tertull. adv. Marc. 4. 35.
MOLĪNA, æ. f. Idem, quod Mola. Ammian. 18. 20. Al. 9. Molinæ ad calles artandos ædificatæ. V. Vales. ad loc. Gloss. Vet. Mulina, ὑδραλέτια.
MOLĪLE, is. n. Instrumentum quod molæ, aut collis boum, vel humeris servorum adalligatur ad trudendas molas. Cato R. R. cap. 11. Jugum asinarium unum, orbem aheneum unum, molile unum, aheneum, quod capit culleum unum. Turneb. Scapos, vel manubrium, quo movetur mola, molile vocatur, ut a libra librile. [Forte jungendum, Molile unum aheneum, &c. Estque vasis genus, quo farina excipiebatur. conf. cap. 10.
MOLÆ, arum. f. Deæ quædam antiquitus dictæ sunt, filiæ Martis, de nomine molarum appellatæ, quod Mars, ut molis fruges, sic bellis homines frangat & comminuat. De his meminit Gell. 13. 22. quas in Romanis comprecationibus nominari solitas esse Molas Martis scribit, & post eum Turnebus, quem vide in Adversf. 19. 11.
MOLANDARIOS, V. MOLA.
MOLAUONION, i. n. Herba, quæ faciles vomitiones præstat. Plin. 26. 7.
MŌLES, is. f. [ὄγκος, βάρος] Res magna & magni ponderis; a movendo dicitur. Festus, Moles pro magnitudine fere poni solet. Virg. 3. Georg. 370.

— confertoque agmine cervi
Torpent mole nova. i. e. Magnitudine, inquit Servius. Columel. lib. 3. 8. India perhibetur molibus ferarum mirabilis.

Molem & montes, pro Molem montium dixit Virg. 1. Æn. 65. Figura est ἓν διὰ δυοῖν. Servius.
Alta moles Aventini. Sil. lib. 12. 713.
Immanis. Virg. 9. Æn. 516.
Ingens. Virg. 5. Æn. 223.
Nativa moles. Ovid. 5. Fast. 149.
Prærupta. Ovid. 2. Epist. 132.
Saxea stat moles templum ingens cineri. Stat. 6. Theb. 242.
Educere seriam. Stat. 5. Silv. 3. 48.
Exstruere opere magnifico. Cic. 14. Philipp. 33.
Oppresseret molibus insanis substructionum aras Albanorum. Cic. pro Milon. 85.
Structæ. Tacit. 2. Ann.
Moles in mari dicitur, Structura, qua excluditur aqua. Cic. 4. Att 15. Constat enim aditus insulæ esse munitos mirificis molibus. Cæs. 1. Bell. Civil. 25. Quia fauces erant angustissimæ portus, molem atque aggerem ab utraque parte litoris jaciebat. Hic Moles, inquit Budæus, est Immensa structum in portu aliquo objecta ad arcendum fluctus, qualis est Genuæ.
Attollere immensam. Virg. 2. Æn. 185.
Crescit unda præcelsis molibus. Stat. 1. Silv. 5. 27.
Jacere moles ab utroque portus cornu. V. JACIO.
Jacere in mare moles. Hor. 3. Carm. 1. 34.
Opponere fluctibus moles. Cic. 2. Off. 14.
Positæ. Juven. 12. Sat. 75.

Tandem intrat positas inclusa per æquora moles.

Per Positas intelligit Ostiensem portum, quem Claudius Cæsar Ostiæ exstraxit, ut est apud Sueton. in Claud. Cæs. cap. 20.
Prima fuit rerum confusa sine ordine moles. Ovid. 2. de Arte Am. 467.
Operosa mundi. Ovid. 1. Met. 258.
Rudis indigestaque. Ovid. 1. Met. 7.
Chimæra ingens mole ingenti. Virg. 5. Æn. 118. Et ibid. 223.

Inde Gyan, ipsamque ingenti mole Chimæram Consequitur.

Moles, pro Magnitudine, ad res animatas transfertur. ut,
Crassa mole leo. Claud. 2. in Eutrop. 377.
Densa mole feruntur ad muros. Virg. 12. Æn. 575.
Tarda mole se ferre homines magni & crassi dicuntur, Qui ob corporis molem tarde ingrediuntur. Stat. 5. Theb. 442.
Vasta mole se movens. Virg. 3. Æn. 656. de Polyphemo.
Membris & mole valens. Virg. 5. Æn. 431.
Moles, Difficultas: quoniam quæ magna sunt, difficilia esse consueverunt. Virg. 1. Æn. 37.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem!

Tantæ molis erat, Tam molestum erat. Hoc molestum est. *Un pesant fardeau.* H. St. Exponendum erat, Tanti operis, ac moliminis.
Belli moles. Tacit. 1. Hist. 61.
Curarum moles. Tacit. 12. Ann. 66.
Injuriæ molem sustinere. Cic. 1. In Catil. 23.
Mali molem a cervicibus suis depellere. Cic. 3. in Catil. 17.
MOLESTUS, a, um. Adj. [ἀργαλέος, δυσχερής, ὀχληρός, ἐνοχλητικός, ἐπαχθής] Qui alicui gravis est, nec sinit eum quiescere, & a Moles dicitur. Ter. Eun. 3. 2. 31.

Verum ubi molestum non erit, ubi tu voles,
Ubi tempus tibi erit, sat habet si tum recipitur.

Cic. de Senect. 7. Importunitas autem & inhumanitas omni ætati molesta est. Idem de Amicit. 89. Molesta veritas est, siquidem ex ea nascitur odium. Idem 15. Att. 13. Molesti interpellatores. [Ut moles est ingens onus, sic Molestum, est Valde onerosum.
Magis molestus. In MAGIS.
Laboriosus & molestus. Cic. 3. de Legib. 19.
Odiosum & molestum est cupidis carere: satiatis vero & expletis jucundius est carere. Cic. de Senect. 47.
Quovis sermone molestus. Hor. 1. Serm. 3. 65.
Nisi forte molesti intervenimus, venisse delectat. Cic. 2. de Orat. 14.
Amicitia intempestiva & molesta nunquam est. Cic. de Amicit. 22.
Cura. Ovid. 3. de Arte Am. 603.
Labor operosus & molestus. Cic. 2. de Nat. Deor. 59.
Lites cum Rege molestæ. Hor. 1. Serm. 7. 5.
Onus molestum portare. Hor. 1. Serm. 6. 99.
Otium tibi molestum est. Catull. 49. 13.
Negotiosa & molesta provincia. Cic. pro Muren. 18.
Tunica molesta. V. TUNICA.
Vim otiosorum gravis & molesta aliis minus est. Cic. 1. Off. 70.
Voces compesce molestas. Propert. lib. 1. 5. 1.
Molestus etiam interdum Difficilis dicitur; ut, Separatio molesta. Ulpian. in l. Si servus. §. Item. D. Ad leg. Aquil. item si quis frumento arenam vel aliud miscuerit, ut molesta separatio sit: quasi de corrupto agi poterit. [Intelligit Operosam, & eo ipso Onerosam valde.
Compar. Cic. 5. Fam. 3. Ne vobis multitudine litterarum molestior essem.
Superl. Cic. 1. Verr. 36. Omnis arrogantia odiosa est; tum illa ingenii atque eloquentiæ molestissima.
MOLESTE, Adv. [δυσχερῶς] Cum molestia, graviter, ægre. Cic. de Amicit. 90. Objurgari moleste ferunt.
Ferre moleste. Cic. 4. Acad. 148. Non moleste, inquit, fero nos hæc contulisse.
Pati & non moleste ferre. Cic. 3. Verr. 2.
Rogare moleste. In ROGO.
Compar. & Superl. Cic. 1. Q. frat. 1. pr. Quoniam ea molestissime ferre homines debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt; est quiddam in hac re mihi molestius ferendum, quam tibi.
MOLESTIA, æ. f. [δυσχέρεια, ἀνία] Sensus sollicitudinis in eo, quod grave est. Cic. 4. Tusc. 18. Molestia, ægritudo permanens.
Sine molestia, Nullo negotio. Ter. Eun. 5. 4. 6.

—virginem
Quam amabat, eam confeci sine molestia.

Quod sine molestia fiat, formula rogandi. Cic. 13. Fam. 14. Eum, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, juveris.
Aberratio a molestiis. Cic. 15. Fam. 18.
Vacuus molestiis, vel A molestiis. Cic. 4. Fam. 4.
Judicialis. V. JUDICO.
Abducere a molestia. Cic. 4. Fam. 3.
Abstergere molestias. Cic. de Senect. 2. Mihi quidem ita jucunda hujus libri confectio fuit, ut non modo omnes absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam & jucundam senectutem.
Abesse a. V. ABSUM.
Addere. Ter. Eun. 1. 1. 32.
Afferre. Cic. 7. Fam. 13.
Afficere molestia. In AFFICIO.
Amovere. In AMOVEO.
Anticipare molestiam. Cic. 8. Att. 12.
Aspergere molestiam alicui. Cic. 2. Q. frat. 9. Nunc mihi jucunditatis plena epistola, hoc aspersit molestiæ, quod, &c.
Capere. Cic. pro Sull. 1. Ex hujus incommodis magnam animo molestiam capio.
Circumfusæ undique molestiæ. V. CIRCUMFUNDO.
Conflictari molestiis. Cic. 6. Fam. 13.
Delere molestiam alicui. Cic. 3. Q. frat. 8. Delevit mihi omnem molestiam recentior epistola.
Demere molestiam. Ter. in Adelph. 5. 3. 33.
Depellere. Cic. 2. Fam. 16. Nisi jam & ratio ipsa depulisset omnes molestias.
Deponere. Cic. 14. Fam. 7. Omnes molestias & sollicitudines, quibus te miserrimam habui, deposui & ejeci.
Devorare paucorum dierum molestiam. Cic. 6. Philip. 17.
Diluere, vel extenuare. Cic. 3. Tusc. 34.
Dimovere. Cic. 1. Verr. 4.
Esse alicui molestiæ. Plaut. Pœn. prol. 35.

Ne & hic viris sint & domi molestiæ.

Esse in. Cic. 4. Fam. 13.
Exhibere alicui. Cic. 2. Att. 1. Jam exhibere mihi molestiam destiterunt.
Expedire molestia. Cic. 2. Att. 25.
Fungi molestia. Cic. 5. Fam.
Habeo etiam illam molestiam, quod, &c. Cic. 16. Fam. 11.
Habent ea molestiam. Cic. 8. Att. 3. Sed in hoc ipso habent tamen iidem fasces molestiam.
Implicari molestiis hæreditariis. Ulpian. l. Apud Cels. §. Si quis ex uncia. D. De dol. mal. & met. except.
Laxare molestiam. Cic. 5. Fam. 14.
Levare molestiam. Cic. 3. Fam. 8.
Liberare molestia. Cic. pro Rosc. Com. 34.
Mitigare molestiam. Cic. Mitigare molestiam posset.
Privare molestia. Cic. Privares me ista molestia.
Renovare molestiam. Cic. 3. de Orat. 1.
Sedare molestiam. Cic. Pergamus ad ea solatia, quis non solum sedatis molestiis, &c. Sic 2. Offic. 13.
Suscipere molestiam. Cic. 16. Fam. 10. Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger.
Trahere molestiam ex pernicie Reip. Cic. 4. Fam. 3.
Vindicare a molestia. Cic. 1. Q. frat. 4.
Vocare a molestiis. Cic. 12. Att. 37. extr. Al. Quod me a mæstitia avocas.
MOLESTO, [ἀνιάω] āre. Molestum esse, vel fieri. Scribon. Largus Comp. 71. Sed etiam raro valde molestat. Modestinus, in l. 20. D. liberat. legat. Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem molestari volo. Adde Petron. Fragm. Trag. p. 30. & Fragm. Bern. p. 674. V. etiam Cellar. Cur. poster. p. 223.
MOLESTANS, antis. Jul. Obsequens Observ 42. Pestilentia utrumque exercitum molestante.
MOLESTĀTIO, ōnis. f. Constant. Afer, 7. 6. Febris molestatio.
MOLETRINA, MOLILE. V. MOLA.
MŌLIOR, [μηχανάομαι] īri. a Movendo, vel a Molibus; significat Movere. Liv. 9. 3. Num montes moliri sua sede paramus?
Moliri, [ἐπιχειρεῖν] est vel Ingenio, vel Corpore ad aliquid agendum moveri. Cic. de Senect. 26. Sed videtis, ut senectus non modo languida, atque

atque iners non sit, verum etiam sit operosa, & semper agens aliquid & moliens.

Moliri, [ἐργάζεσθαι, κατασκευάζειν, ἐπιτίθεσθαι] Operari, vel facere. Cic. 1. Tusc. 68. Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, unde — horrifer
Aquilonis stridor gelidas molitur nives. Columel. lib. 2. 2. 23.
Et ideo minoribus aratris moliuntur, qui non valent alte perfossam novalium terram rescindere.
Facere & moliri aliquid. Cic. 4. Acad. 22.
Agere per se & moliri. Cic. 6. Fam. 10.
Id speramus, idque molimur. Cic. 1. Fam. 5.
Inepte moliri aliqoid. Hor. de Arte Poet. 140.
Obscure. Cic. 2. Tusc.
Struere & moliri aliquid calamitatis alicui. Cic. pro Cluent. 178.
Amorem, odium, in judicum animis oratione moliri. Cic. 2. de Orat. 206.
Animum moliri. i. e. In certum statum componere. Ovid. 2. de Arte Am. 119.
Jam molire animum, qui duret, & astrue formæ.
Arcem. Virg. 1. Æn. 428.
— pars ducere muros,
Molirive arcem. quasi Molibus factis arcem attollebant, ut ait Servius; id est ingentibus ædificiis.
Atrium sublime moliri, Exstruere. Hor. 3. Carm. 1. 46.
Bellum moliri, Belligerare. Columel. in præf.
Bipennem in vites. Virg. 4. Georg. 331. i. e. Succidere vites. Servius.
Classem moliri, Parare classem, inquit Servius. Virg. 3. Æn. 6.
Corpora ex somno. Liv. 36. 24. pr.
Corruptelam judicii. Cic. in Parad. 6.
Crimina molitur, & accusatorem. Tacit. 12. Ann. 22.
Discordiam optimatium. Cic. de Arusp. Resp. 40.
Dolos molitur opertos. Valer. 5. Argon. 248.
Facinus dextera vindex molitur. Sil. lib. 11. 196.
Fores moliri. Tacit. 1. Ann. 39. i. e. Conari reserare vel effringere.
Fugam. Virg. 2. Æn. 109. i. e. Parare, Servius.
Fulmina. Virg. 1. Georg. 329. Agitare & jacere. Servius.
Genus pœnæ miserabile molitur. Ovid. 8. Met. 783.
Gradus seniles. Senec. Hippol. 4.
Gressus. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 438.
Habenas manu. Virg. 12. Æn. 327. i. e. Regere. Servius.
Humum infra. Tacit. 11. Ann. 20.
Ignem. Virg. 10. Æn. 131.
Locum in aliquem moliri, Contendere aliquo. Tacit. 2. Hist. 35.
Insidias avibus. Virg. 1. Georg. 271. i. e. Aucupia facere. Servius.
Insidias filio moliri, Insidiari. Cic. pro Cluent. 176.
Iter moliri, Iter peragere. Virg. 6. Æn. 477. Servius.
Laborem. Virg. 4. Æn. 233. h. e. Præparare, aut exercere. Servius.
Locum. Virg. 7. Æn. 158. Subaudi Urbi.
Magna, Conari. Cic. 16. Att. 8.
Mœnia urbis. Ovid. 11. Met. 199.
Moram. Virg. 1. Æn. 415.
Morbos molitur rex deûm. Virg. 12. Æn. 852.
Muros urbis. Virg. 3. Æn. 132.
Nefas aliquod. Stat. 8. Theb. 504.
Nova. Claud. 4. Cons. Hon. 77.
Nuptias. Tacit. 12. Ann. 3. Nuptiasque Domitii, quem ex Cn. Ænobarbo genueras, & Octaviæ, Cæsaris filiæ, moliri.
Obices portarum. Liv. 6. 33. extr.
Opera moliri, Operari. Columel. lib. 4. cap. 18. Cic. 1. de Nat. Deor. 52. Nihil enim agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur. h. e. Tentat & conatur facere.
Oppida. Hor. in Arte Poet. 399.
Periculum alicui, Struere. Cic. pro Sext. 1.
Pestem patriæ nefarie. Cic. 2. in Catil. 1.
Res novas, in NOVUS.
Terram altius, Fodere. Liv. 40. 29. pr.
Triumphos. Ovid. 14. Met. 719.
Viam. Virg. 10. Æn. 477. Ubi Servius, Viam molita, hoc est cum difficultate quæsivit: per quod & soliditas clypei, & minus firmus hastæ jactus ostenditur.
Vias vetitas moliri. Sil. lib. 4. 790.
Res nova molitur ad aures accidere. Lucret. lib. 2. 1023.
Naves moliuntur a terra. Liv. 37. 11. V. paulo infra.
Moliri, passivum. Lucil. lib. 7. Mutilamur, molimur, subducimur. i. e. Retinemur & moramur, inquit Nonius 4. 300. [Ita Gothofr. Sed Mercer. Muginamur legit, pro Mutilamur, ut sint Deponentia duo priora verba. Forte & Subducimus scribendum.
Ad ornatum transfertur. ut, Ter. Heaut. 2. 2. 11.
Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. Sic sæpe de Navibus, ut Cic. 7. Verr. 87. Evolarat jam e conspectu fugiens quadriremis, quum etiam tunc ceteræ naves suo in loco moliebantur. i. e. Magno labore se explicabant, ut consequerentur. [Forte tamen τὸ Ancoras subauditur. Liv. 28. 17. extr. Prius in portum (vela) intulerunt quinqueremes, quam Pœni ancoras molirentur. Et cap. 36. extr. Ancoras, ne in moliendo mora esset, præcidunt.

MOLIENS, entis. Partic. Tacit. 2. Hist. 101. Eadem moliens. Et Cic. 2. de Nat. Deor. 59. Nec cessantium Deorum, nec ea, quæ agant, molientium cum labore operoso ac molesto.

MOLITUS, a, um. Partic. [ἐργασάμενος] Cic. 2. de Finib. 112. Molitus tanta. Et lib. 1. 50. Molita quippiam impietas. Adde Ovid. 1. Amor. 7. 35.

MOLITIO, onis. f. [ἐγχείρησις, κατασκευή] Conatus ipse & machinatio. Cic. de Univers. 7. Quæramus igitur causam, quæ impulerit eum qui hæc machinatus sit, ut originem rerum, & molitionem novam quæreret. Idem 1. de Nat. Deor. 7. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt?
Agrorum. Columel. in præf.
Rerum tanta molitio. Cic. 1. de Nat. Deor. 23.
Valli molitio. Liv. 35. 9.
Dura molitio. Senec. Quæst. Nat. 3. 30.
Furtiva molitio. Petron. cap. 95.

MOLIMEN, inis. n. [κατασκεύασμα] i. e. Quod molimur, & conatus. Liv. 2. 56. Res tamen, suo ipsa molimine gravis, certaminibus in annum extrahitur.
Magnum molimen. Ovid. 12. Met. 357.
Rerum molimina. Ovid. 1. de Pont. 2. 75.
Circumspectare magno molimine. Hor. 2. Epist. 2. 93.

MOLIMENTUM, i. n. [κατασκεύασμα] Idem. Liv. 37. 14. extr. Et eo minoris molimenti ea claustra esse, quod in fluminis modum, longum, & angustum, & vadosum ostium portus sit. Idem 5. 22. Motam certe sede sua parvi molimenti adminiculis, sequentis modo, accepimus.
Magni molimenti, ubi alii Momenti. Vide in Proodop. H. St.

MOLITOR, oris. m. [κατασκευαστής, ἐργάτης] Qui aliquid struit, conatur, & machinatur. Suet. in Domit. cap. 10. Quasi molitores novarum rerum. Primæque ratis molitor Iason. Ovid. 8. Met. 302.
Molitor, Auctor & conditor, aut effector. Cic. de Univers. 14. Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitorque Deus, ut unum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolveret.

MOLITOR, V. post MOLA.

MOLITRIX, icis. f. [ἐργάτις] Suet. in Claud. Neron. cap. 35. Antoniam, filiam Claudii, recusantem post Poppææ mortem nuptias suas, quasi molitricem novarum rerum, interemit.

MOLITRIX, V. post MOLA.

MOLLESCO, In MOLLIS.

MOLLIS, e, Adj. [μαλακός, μαλθακός, ἁπαλός, βλάξ, βλακός, χαλαρός, χαῦνος, πίων, εὐδιάλυτος] Tener, non durus, & proprie ad sensum Tactus refertur. A movendo dici ajunt, quasi Mobilis, quod in quamcunque partem facile trahi ac moveri possit. Lucret. lib. 4. 494.
Id molle, aut durum; gelidum, fervensve videri. Plaut. Capt. 4. 2. 71. Et mollem caseum.
Amaracus. Virg 1. Æn. 697.
Amplexus. Virg. 8 Æn. 388.
Arista. Virg. 4. Ecl. 28.
Articulus mollis. Quintil. lib. 11. cap. 1. p. 976. Burm. Quam molli autem articulo tractavit Catonem? I. e. Molli brachio, molli manu, non acri manus ictu, aut ejus tenaci comprehensione. A pugilibus vel luctatoribus arcessita est traductio. Mollem porro articulum, vocat Mollem manum: nam in ea sunt articuli; ut Catull. 96. 8.
— abstersti omnibus articulis. i. e. Omnibus digitis. Aut potius brachium lacertumque; artus enim etiam habet, quos articulos per diminutionem vocat. Turnebus. V. Molli brachio, in BRACHIUM.
Brachio molli, & levi brachio aliquid facere, V. BRACHIUM. Conf. Stimulis mollibus infra.
Capilli molles. i. e. flexibiles. Horat. de Arte Poet. 33.
Carne in molli vermes nascuntur. i. e. Vitia in otiosis. Proverb. Petron. cap. 57.
Castaneæ molles, Maturæ. Virg. 1. Ecl. 82.
Cera. Cic. 3. de Orat. 175. Sed ea nos qnum jacentia sustulimus e medio, sicut mollissimam ceram, ad nostrum arbitrium formamus & fingimus.
Cerebrum. Ovid. 12. Met. 436.
Cervix. Lucret. lib. 6. 744.
Colla mollia, Domita. Virg. 3. Georg. 204.
Coma. Senec. Agamem. 7. 25.
Digiti. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 217.
Folia. Virg. 5. Ecl. 31.
Fraga. Ovid. 13. Met. 816.
Fronde molli premere crines. Virg. 4. Æn. 147.
Gramen. Lucret. lib. 2. 29.
Herba. Virg. 7. Ecl. 45.
Hyacinthus. Virg. 6. Ecl. 54.
Internodia mollia poplitum. Ovid. 6. Met. 256.
Lana. Virg. 2. Georg. 120.
Lanugo. Lucret. lib. 5. 815.
Latus. Ovid. 19. Epist. 138.
Manus. Ovid. 1. Amor. 4. 24.
Manu molli rigida jaculari gæsa. Senec. Hippol. v. 100.
Manus non faciunt molles ad fera bella. Ovid. 14. Epist. 56.
Pabula. Ovid. 7. Met. 284.
Pectus. Ovid. 4. Fast. 4.
Pensa mollia devolvunt fusis. Virg. 4. Georg. 348.
Pes mollis equi, Ungula fragilis. Hor. 1. Serm. 2. 88.
Pisces molles. Plin. lib. 9. cap. 28. De piscibus sanguine carentibus proprie dicitur.
Pluma. Virg. 10. Æn. 192.
Prata. Virg 2. Georg. 384.
Stimulis haud mollibus incitat iras. Virg. 11. Æn. 728.
Tactus mollissimus corporis. Columel. lib. 6. cap. 1.
Tiliæ. Ovid. 10. Met. 92.
Velamina, Vestes. Ovid. 5. Met. 594.
Venter. Hor. Epod. 8. 9.
Ulvis torus de mollibus. Ovid. 8. Met. 655.
Mollis etiam ad alios sensus translatum. ut
Odor mollissimus. Plin. lib. 12. cap. 19. Probatur casia recens maxime, & quæ sit odoris mollissimi. h. e. Delicatissimi, non vehementis.
Vinum molle, Carens asperitate & defæcatum. Virg. 1. Georg. 341.
Aditus molles, Faciles. Virg. 4. Æn. 423.
Æstas mollior, Mitigato calore. Virg. 1. Georg. 312.
Animus mollis, in bonam partem, pro Facili & tractabili. Cic. 1. Att. 14. Quanta sit in Q. fratre meo comitas, quanta jucunditas, quam mollis animus & ad accipiendam, & ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere.
Ascensus mollior, Facilis. Liv. 27.
Aura mollior. Ovid. 3. Epist. 44.
Nec venit inceptis mollior aura meis.
Clivus, Non arduus, facilis ascensu. Virg. 9. Ecl. 8 Nonius 4. 301. Cæs. de Bell. Gall. lib. 7. 46. pr. Mollire clivum. Et, Molle fastigium, apud eundem.
Hiems mollis, Non dura & aspera. Stat. 3. Silv. 5. 83.
Iter. Ovid. 2. Amor. 16. 20.
Via. Liv. 34.
Via non est ad astra mollis e terris. Senec. Herc. fur. 6.
Cor ad preces, Flexibile. Ovid. 5. Trist. 10. 66.

Favillæ. Ovid. 3. Faſt. 561.
Flamma. Virg. 4. Æn. 66.
Flomen. Claud. de Laudib. Seren. 201.
Fretum. Ovid. 14. Met. 558.
Genus dicendi molle & remiſſum. Cic. 2. de Orat. 95. Alia quædam dicendi molliora ac remiſſiora genera viguerunt. Medium dicendi genus intelligit; quod quidem ſecutus eſt Demetrius Phalereus, ot ibidem docet Cicero. In quo genere (ait Cic. in Orat.92.) multi floruerunt apud Græcos; ſed Phalereus Demetrius præſtitit ceteris, cujus oratio ſedate placideque loqoitur. Primus enim (ut idem ait in Bruto 38.) inflexit orationem, & eam mollem teneramque reddidit. Tale eſt illud ejuſdem in Bruto 132. de Q. Catulo; Quem librum de rebus geſtis ſuis conſcriptum molli & Xenophonteio genere ſermonis miſit ad A. Furium poetam familiarem ſuum.
Hora. Propert. lib. 2. 28. 16.
Imperia Veneris. Hor. 4. Carm. 1. 6.
Juſſa haud mollia, Non levia aut contemnenda. Virg. 3. Georg. 41.
Lex. Cic. 3. Verr. 26. Utram igitur putas legem molliorem?
Litora mollia naufragis. Ovid. 1. de Pont. 2. 62.
Oratio mollis & liberalis. Cic. 6. Fam. 14. Ex oratione Cæſaris, quæ ſane mollis, & liberalis fuit. V. Umbratilis oratio, in ORO. & Genus dicendi molle. paolo ſupra.
Oratio mollis & pellucens. V. Pellucens in PELLUCEO.
Oratio mollis, tenera, & ita flexibilis, ut ſequatur quocunque torqueas. Cic. in Orat. 52. V. Genus dicendi molle.
Os, Verecundum. Ovid. 4. Triſt. 3. 70.
Purpureus molli fiat in ore pudor. i. e. Pudeat. al. Rubor.
Pecus, Infirmum. Virg. 3. Georg. 299.
Prece molli vincuntur dura pectora. Tibull. lib. 3. 4. 76. Ovid. 2. Amor. 2. 66.
Quid precibus noſtris mollius eſſe poteſt?
Qoerelæ. Hor. 2. Carm. 9. 17.
Senectus mollis ac jucunda. Cic. de Senect. 2. Non modo omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed etiam effecerit mollem ac jucundam ſenectutem.
Sententiæ. Cic. 1. in Catil. 30. Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt; contentionemque naſcentem non credendo corroboraverunt.
Servitium, Tolerabile. Tacit. 4. Hiſt. 57.
Stabula. Virg. 3. Georg. 295. h. e. Clementiora, & aëris temperati; vel propter plagam auſtralem; vel propter ſoppoſitas herbas animalibus. Servius.
Tempora. Ovid. 4. Triſt. 8. 31.
Tempora molliſſima fandi, Opportuna. Virg. 4. Æn. 293.
Verba. Ovid. 6. Faſt. 120.
Verbis mollibus leoire. Hor. Epod. 5. 83.
Umbræ molli ſuccedere. Virg. 3. Georg. 464.
Undæ. Lucret. lib. 2. 377.
Voluntas. Cic. pro Milon. 42. Nihil enim eſt tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quam voluntas erga nos, ſenſuſque civium.
Lacrymis mollis, Exorabilis. Propert. lib. 3. 13. 29.
Ira molliſſimus. Claud. 1. In Eutrop. 364.
—facilisque moveri
Supplicibus, mediaque tamen molliſſimus ira.
In obſequium mollis, faciliſque rogantibus eſſes. Ovid. 2. Amor. 3. 5.
In Repub. & inimicitiis auricula infima mollior aliquis. Cic. 2. Q. frat. 15. V. Auricula, in AURIS.
Homo mollis, Effeminatus, non ſeverus, minime fortis, puſilli & abjecti animi. Plin. lib. 25. cap. 5. Vetant dari ſenibus & pueris; item mollibus ac femioei corporis aoimive, exilibus ac teneris.
Homo ſolutus & mollis in geſtu. Cic. de Clar. Orat. 225.
Philoſophus mollis, languidus, enervatus, omnia ad voluptatem corporis doloremque referens. Cic. 1. de Orat. 226.
Mollis, & parum vir. Quintil. lib. 5. cap. 9.
Effeminatum aut molle, aut ne quid durum aut ruſticum ſit. Cic. 1. Off. 129.
Ætas mollior luxu. Claud. de Bell. Get. 160.
Anni molles, Pueritia. Ovid. 1. Epiſt. 111.
Cogitationes molliſſimæ. Cic. 1. Tuſc. 95. Nam nunc quidem cogitationibus molliſſimis effeminamur, &c. Alia exemplaria habent Moleſtiſſimis.
Columba. Hor. 1. Carm. 37. 18.
Cultus. Cic. 2. Tuſc. 36. Quod Spartiatæ etiam in feminas tranſtulerunt, quæ ceteris in urbibus, molliſſimo cultu, parietum umbris occuluntur.
Diſciplina. Cic. 1. de Finib. 37.
Inertia. Hor. Epod. 14. 1.
Ingenium nobis molle Thalia dedit. Ovid. 15. Epiſt. 84.
Lyra, Stat. 10. Theb. 870.
Miniſtri. Ovid. 4. Faſt. 243.
Modi citharæ molles. Hor. 2. Carm. 12. 3.
Oculis eſt mollibus. Ovid. Rem. Amor. 340.
Otia mollia ſecuræ peragebant gentes. Ovid. 1. Met. 100.
Pueri. Hor. Epod. 11. 5.
Quies. Locret. lib. 4. 988.
Somnos molles carpere. Virg. 2. Georg. 470.
Somno molli dedita membra. Lucret. lib. 3. 113.
Studiis aſſuetus mollibus ipſe fui. Ovid. 1. Triſt. 4. 74.
Tarentum molle. Hor. 2. Serm. 4. 34. Ubi, ſi Macrobio 2. Sat. 14. extr. credimos, erraſſe videri poteſt, qui etymologiam reſpiciens, idem eſſe Terentom, & Tarentum, crediderit. Nam quæ dicuntur oves Tarentinæ, eas Terentinas dici debere credit, quod Terenum Sabinorum lingua ſit molle. Sed Flaccus potius ad populi fortaſſe mores, quam vocis notationem reſpexit. Turnebus. conf. TARENTUM.
Verſus molles, Amatorii. Ovid. 2. Triſt. 307.
Vir. Ovid. 9. Epiſt. 72.
Vita. Ovid. 5. Triſt. 3. 9.
Voltus. Ovid. 10. Met. 609.
Molle atque facetum. Hor. 1. Serm. 10. 44.
Dictu haud mollia. Sil. lib. 1. 113.

MOLLĬCŬLUS, a, um. Adj. dimin. Plaut. Pœn. 1. 2. 154. Meus molliculus caſeus.
Verſus molliculi. Catull. ad Aureliom, 17. 4.

MOLLICELLUS, a, um. dimin. a Molliculus. Catull. ad Thallum, 23. 1.
Cinæde Thalli, mollior cuniculi capillo,
Vel anſeris medullula, vel inula mollicella. al. Imula oricilla.

MOLLITER, Adv. [μαλακῶς] Superl. Cic. 2. de Nat. Deor. 129. Et cubilia ſibi nidoſque conſtruunt, eoſque quam poſſunt molliſſime ſubſternunt, ut quam facillime ova ſerventur.
Compar. Accipere mollius. Tacit. 2. Ann. 30.
Adire molliter impreſſo conor toro. Propert. lib. 1. 3. 12.
Claudit molliter admiſſum Tarbellicus æquor. Lucan. lib. 1. 431.
Cubent ut mea defunctæ molliter oſſa. Ovid. 1. Amor. 8. 108.
Curare ſe molliter, i. e. Delicate, inquit Donatus. Ter. Adelph. 5. 1. 1.
Excipere molliter cadentem. Ovid. 11. Met. 785.
Facere aliquid parce & molliter. Cic. 1. Fam. 9.
Fallere auſterum laborem molliter ſtudio. Hor. 2. Serm. 2. 12.
Ferre molliter, Placide, æquo animo. Cic. de Senect. 5. Quod ferendum eſt molliter ſapienti. Idem 2. de Finib. 64. Aberat omnis dolor; qui ſi adeſſet, nec molliter ferret, &c.
Gerere bellum molliter. Salluſt. de Rep. ord.
Incedit molliter. Ovid. 2. Amor. 4. 23.
Interpretari molliter. Tacit. 2. Hiſt. 96.
Quieſcant oſſa. Virg. 10. Ecl. 33.
Recubare molliter & delicate. Cic. 3. de Orat. 60.
Sollicitare molliter admota manu. Ovid. 3. Amor. 7. 74.
Solvere partus molliter dicitur mulier. Ovid. 3. Faſt. 258.
Vivere delicate & molliter. Cic. 1. Off. 106.
Vivere in patria molliter. Ovid. 3. Triſt. 1. 24.
Molliter, ſine verbo expreſſo poſitum. Plaut. Pſeud. 5. 2. 7.
—quid tu (malum) ergo in os mihi ebrius irructas?
P. Molliter, ſuſtine nunc me, cave ne cadam; non vides me ut madide madeam? [Immo Molliter ſuſtine, vel Molliter ſiſte nunc me, ut in codicibus emendatis eſt.

MOLLĬTIA, æ. & MOLLĬTIES, ēi. f. [μαλακότης, μαλθακία, ἁβρότης, χλιδή] Plin. lib. 13. cap. 9. Differens brevitate ac mollitie. Columel. lib. 7. cap. 2. Ex his rurſus quicquid conceptum eſt, maternam mollitiem, paternum & avitum retulit colorem.
Cervicum mollitia. Cic. in Orat. 59.
Maris mollities, Placiditas, tranquillitas. Auctor de Viris illuſt. cap. 22.
Naturæ agilitas mollitieſque. Cic. 1. Att. 14.
Victus alicujus imbecillitas & mollities. Cic. 12. Att. 25.
Mollities, ſive Mollitia, ad animum transfertur. ut, Ter. Eun. 2. 1. 16.
Ejiciunda hercle hæc mollities animi; nimis me indulgeo. Salluſt. Catil. cap. 52. Sed inertia & mollitia animi, alius alium exſpectantes, cunctamini. Cic. 5. de Finib. 58. In primo enim ortu ineſt teneritas & mollities quædam, ut nec res videre optimas, nec agere poſſint. Al. Temeritas. Ibid. lib. 1. 33. Qui officia deſerunt mollitia animi, id eſt laborum & dolorum fuga.
Animi lenitas & mollitia. Cic. pro Sulla 18.
Animi mollitia lenitatem imitatur. Cic. in Partit. 81.
Labuntur ad mollitiem mores. In LABOR, ĕris.
Vincere quamlibet mulierculam mollitia. Hor. Epod. 11, 35.
Mollitiæ, plur. Paterculus lib. 1. 6. Sardanapalum eorum regem mollitiis fluentem, & nimium felicem malo ſuo, &c. Pharnaces Medus imperio vitaque privavit. Idem lib. 2. 88. Otio ac mollitiis pæne ultra feminam fluens. De Mæcenate loquitur.

MOLLĬTŪDO, inis. f. [χαυνότης] Idem quod Mollities. Cic 3. de Orat. 97. In ipſo tactu eſſe modum & mollitudinis & lævitatis. Ibid. lib. 3. 161. Nam & odor urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, ſunt ducta a ceteris ſenſibus. Idem 5. Tuſc. 46.
Lenitudo orationis, mollitudo corporis.
Raritas & mollitudo. Cic. 2. de Nat. Deor. 136. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima.
Vocis mollitudo. Auct. ad Heren. lib. 3. 20. Mollitudinem vocis, hoc eſt, ut eam torquere in dicendo pro noſtro commodo poſſimus, maxime faciet exercitatio declamationis.

MOLLESCO, [μαλακίζω, μαλακύνομαι] ĕre. Molle aut placatum fieri. Claud. lib. 1. de Rapt. Proſerp. 226.
Ferrea laſcivis molleſcant corda ſagittis. Ovid. 4. Met. 386.
Quiſquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semivir, & tactis ſubito molleſcat in undis.
Colla molleſcunt juvencis. Catull. Argon. 62. 38.
Genus humanum primum molleſcere cœpit. Lucret. lib. 5. 1013.
Pectora molleſcunt, aſperitaſque fugit. Ovid. 1. de Pont. 6. 8.

MOLLIO, [μαλακύνω, μαλθακίζω, μαλάττω, ἁπαλύνω] īre. Molle facere. Cic. 2. de Nat. Deor. 134. Dentibus autem in ore conſtructis manditur; atque ab his extenuatur & mollitur cibus. Sed hic forte rectius legas, Molitur, pen. corr. a Molo, molis: hoc eſt Conteritur, & velut molis comminuitur.
Ferrum mollit ignis. Hor. 1. Serm. 4. 20.
Lanam mollire. Ovid. 3. Faſt. 817.
Mollire, per translationem. Ovid. 3. de Arte Am. 545.
Scilicet ingenium placida mollitur ab arte.
Acceſſus molliet iſta tuos Ovid. 1. de Arte Am. 352.
Animos mollire, Temperare, mites facere. Cic. 2. Tuſc. 27. Molliunt animos noſtros; ita ſunt deinde dulces, ut non legantur modo, ſed etiam ediſcantur.
Animos mollire, pro Effeminare. Cic. 5. Tuſc. 78. Sed nos umbris, deliciis, otio, languore, deſidia animum infecimus, opinionibus, maloque more delinitum mollivimus.
Animos mollit, & temperat iras, Placat. Virg. 1. Æn. 61. Ovid. 1. Amor. 9. 42.
Mollirent animos lectus & umbra meos.
Carnem mollire. Lucret lib. 6. 969.
Diſſenſiones mollire. V. Diſſenſio, in DISSENTIO.
Fructus feros colendo. Virg. 2. Georg. 36.
Hominem mollire, Placare. Ter. Phorm. 2. 2. 13. Cic. de Senect. 10. Et Annibalem juveniliter exſultantem, patientia ſua molliebat.
Impetum alicujus mollire obſecundando, Reprimere. Liv. 3. 35.
Invidiam, Minuere. Tacit. 4. Ann. 30.
Iras. Liv. 1. 9. extr.

Mare

Mare mollire, Placare, molle reddere. Accius Thelepho, Remisque nixi, properiter oavem in fugam tradunt fubter faxa ad lævam, qua mons mullibat mare. Et Nonio 4. 301.
Opus grave mullire indocili numero, i. e. Rudi cantilena. Ovid. 4. Trift. 1. 6.
Pectora alicujus, Placare. Hor. Epod. 3. 14.
Penates hoftia mollire. Hor. 3. Carm. 23. 19.
Pœnam, Mitigare. Ovid. 3. Trift. 5. 53.
Verba dura ufu mollienda. Cic. 1. de Nat. Deor. 96.
Durefcere & Molliri, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Itaque & Aquilonibus reliquifque frigoribus adjectis durefcit humor, & idem viciffim mollitur tepefactus, & tabefcit calore.
Languefcere & molliri. Cic. 12. Philip. 8. Ipfa illa Martia, cæleftis & divina legio, hoc nuntio languefcet & mollietur, atque illud pulcherrimum nomen Martium amittet.
Amore molliri. Sil. lib. 13. 118.

Mollītus, a, um. Partic. [μαλακυνθείς] ut, Membra mollita. Ovid. 4. Met. 381.
Agros mollitos oblimatofque ad ferendum relinquit recedens Nilus. Cic. 2. de Nat. Deor. 120.
Feritas mollita. Ovid. 4. Faft. 217.

Mollīmentum, i. n. Lenimentum. Seneca de Tranquil. cap. 10. pr. Nullo melius nomine de nubis natura meruit, quam qood, quum fciret quibus ærumnis nafceremur, calamitatum mollimentum confuetudinem invenit.

Mollitīvus, a, um. Adj. Molliendi vim habens. Conftant. Afer. 4. 17. Mollitivum cataplafma.

Mollestra, æ. f. Pelles oviles antiqui molleftras dicebant, quibus galeas extergebant, inquit Feftus. Sic Latini vocabulum Græcum depravarunt, & e μηλωτή Molleftram interpolarunt. Turneb.

Mollicīna, æ. f. Veftis, inquit Nonius 14. 23. a mollitie dicta. Nævius Epidico, Mullicinam, crocotam, chirodotam, ricam, ricinium.

Mollĭcŏmus, a, um. Adj. Avien. Defcript. Orb. v. 1081.
— mollicomis tellus infternitur herbis.

Mollĭfĭcus, a, um. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 4. 1. Arificus carnis, & mollificus corporis.

Mollĭfĭco, āre. Macer. de Herbis 4. 14.
Efcis illius quia venter mollificatur.

Mollĭpes, ĕdis. [μαλακόπους] Qui mollem habet pedem. Cic. 1. de Divin. 15.
Mollipedefque boves fpectantes lumina cæli. Ex quodam poeta.

Mollŭgo, ĭnis. f Species eft lappaginis, fimilis anagallidi, nifi quod ramofior eft, ac pluribus foliis, afpera aliuqui, & gravi odore. Plin. lib. 20. cap. 10. Quidam eandem credunt cum ea quam Diofcorides vocat Hippophæfton.

Mollusca, æ. f. [μαλακὴ καρύα] Nucis genus, a mollitie potaminis dictæ. Plin. lib. 15. cap. 22. Mollufcæ putamen rumpentes. Non eft mollufca pomum id quod vulgo perficum nominatur, ut putavit Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 18. Auctore Perotto.

Molluscum, i. n. [δένδρου εἶδος] Arboris fpecies. Plin. lib. 16. cap. 16. Pulcherrimum vero eft brufcum, multoque excellentius etiamoum mollufcum. Tuber utrumque arboris ejus. Sed brufcum intortius crifpum; mollufcum fimplicius fparfum. Et, fi magnitudioem menfarum caperet, haud dubie præferretur cedro.

Molo, ĕre. V. mola.

Mŏlo, ōnis. m. [Μόλων] Orator Alabandenfis, qui Rhodi claruit Ciceronis ætate; cujus meminit Plutarch. in vita Cic. & Strab. lib. 14. V. Apollonius. [Ubi tamen male tanquam duo proponuntur Apollonii Molones, Rhodius, & Alabandenfis, cum unus idemque fit, a patris cognomine Μόλωνος, i. e. Molonis filius, itemque Molun & ipfe appellatos.

Mŏlŏchath, [Μολοχάθ] Africæ fluvius, Mauritaniam Cæfarienfem a Maffæfylorum regione dirimens. Plinio 5. 11. & Salluftio Jug. 92. Mulucha dicitur.

Molocha, quæ & Malache, es. f. [μολόχη, ἡ μαλάχη] Herba eft notiffima, quam Latini Malvam appellant.
Molocheagria, [μολόχη ἀγρία] Herba eft inter filveftris malvæ genera enumerata a Galeno. Plinius Hibifcum interpretatur lib. 20. cap. 4. & paftinacæ fimilem facit.

Mŏlŏchĭnus, a, um. Adj. [μαλάχινος] a Græco, Color flori fimilis malvæ, inquit Non. 16. 2. Cæcil. Paufimacho, Carbafina, molochina, ampelina. Quafi Malachinus, qui in porpuram inclinat, Græci enim μαλάχη, malvam dicunt.

Molochinārius, i. m. [μαλαχινοποιός] Molochini coloris infector, inquit Nonius l. c. Plaut. Aulul. 3. 5. 40. Aftant molochinarii, petunt fullones. conf. Parei Lex. Crit. p. 749.

Mŏlŏchītes, æ. m. [μολοχίτης] Gemma eft non tranflucens, fpiffa viriditate malvæ colorem referens, unde & nomen accepit. V. Plin. lib. 37. cap. 8.

Mŏlon, ōnis. m. Herba, quam μῶλυ Diofcoridis effe putat Harduin. ad Plin. 26. 7.

Mŏlorchus, i. m. Domitius dicit Inftrumentum effe nauticum ad latentia faxa indaganda. Stat. 3. Silv. 2. 30.
Sint quibus exploret rupes gravis arte molorchus. Alii legunt Molochus. V. Barth. ad h. l. & Gevart. conf. molothus.

Mŏlorchus, i. m. [Μόλορχος] Paftur juxta Nemeam filvam habitans, qoi venientem Herculem, ad occidendom Nemeum leonem, hofpitio excepit, ut fcribit Servius ad illud Virg. 3. Georg. 19.
— Alpheum linqueos, lucofque Molorchi.
Cleonæos Molorchus. Stat. 4. Theb. 160.
Parci domus Molorchi. Stat. 4. Silv. 6. 51.
Paufferis arva Molorchi. Stat. 3. Silv. 1. 29.

Mŏlorchæus, a, um. Adj. Tibull. 4. 1. 13.
Læta Molorchæis pofuit veftigia tectis.

Mŏlothus, i. m. [μόλιβος] Perpendiculum. Dictio compofita, qua fignificatur Rectum plumbum, μόλυβδος, plombum; ἰθύς, rectus.

Mŏlossia, æ. f. [Μολοσσία] Regio, pars Epiri; a Moloffo Pyrthi & Andromaches filio nominata. Hinc

Mŏlossus, a, um. [Μολοσσός] Adj. ut,
Canes Moloffi. Hor. 2. Serm. 6. 114.
Colla Moloffa armillati canes. Propert. lib. 4. 8. 24. Hellenifmus eft.
Gens Moloffa. Ovid. 1. Met. 226.

Mŏlossus, i. m. [Μολοσσός] Scribit Theopompus fuiffe xiiii Epirotarum gentes, e quibus celeberrimi fuerunt Chaones & Moloffi. Moloffórum rex. Cic. Vide in simia. H. St.
In Moloffia nafcebantur boni canes, Qui item Moloffi dicuntur. Virg. 3. Georg. 405.
Nec tibi cura canum fuerit poftrema, fed una
Veloces Spartæ catulos, acremque Moloffum
Pafce fero pingui. Hor. Epod. 6. 5.
Nam qualis aut Moloffus, aut fulvus Lacon,
Amica vis paftoribus.
Moloffus, etiam Pes dictus eft, ab ejus patriæ faltatione. Vel quod eo metri genere odas in templo Jovis, ad laudem ejus canere confueverunt, in memoriam Moloffi Pyrrhi & Andromaches; a quo poftea fefta Moloffia funt dicta. Vel, ut alii volunt, quod Moloffi, id eft Theffali ad bellum procedentes, hujus modulata compofitione utebantur. Conftat autem tribus longis, ut Æneas.

Molossĭcus, a, um. Adj. [Μολοσσικός] Idem ac Moloffus. Plaut. Capt. 1. 1. 18.

Molothros, Genus vitis albæ, quam nonnulli ampeloleucen appellant, inqoit Perottus. [Immo Molothurus, μολόθουρος Hefych. V. Steph. Thef. Gr.

Molus, i. m. [Μόλος] Homero, Vir fuit Cretenfis, & Merionis aurigæ Idomenei pater.

Mŏlucrum, i. n. inter cetera Illud mulierum vitium fignificat, quo earum intumefcit uterus, ut fœtu gravidarum. Alii fcriptores Molam vocant; fed Afranius apud Feftum Molucrum appellat. Turnebus.
Eft item Lignum quadratum, obi immolatur.
Item Illud quo molæ vertuntur, quod Græci μύλακρον dicunt. Hæc omnia omnia ex Fefto, q. V.

Mŏly, yos. n. [μῶλυ] Herba. Plin. lib. 25. cap. 4. Laudatiffima herbarum eft Homero, quam vocari a diis putat Moly, & inventionem ejus Mercurio affignat, contraqoe fumma veneficia demonftrat. Nafci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradont, fpecie illa Homerica, radice rotunda nigraque, magnitudine cepæ, folio fcillæ. effodi autem difficulter. Græci auctores florem ejus luteum pinxere, quum Homerus candidum fcripferit. Ibidem plura.

Mŏlybdæna, æ. f. [μολύβδαινα] eft (inquit Plin. lib. 34. cap. 18.) quam alibi Galenam vocavimus, plumbi & argenti vena communis.
Molybdæna, Herba. Plin. lib. 25. cap. 13. Nafcitur vulgo molybdæna, id eft plumbago, etiam in arvo, folio lapathi, craffa radice, hifpida. Hæc commanducata, fi oculis fubinde liniatur, plumbum, quod eft genus vitii, ex oculo tollitur.

Mŏlybdītis, is. f. [μολυβδῖτις] Plumbi fpuma. Plin. 33. cap. 6. Fit in iifdem metallis & quæ vocatur fpuma argenti. Genera ejus tria; optima quam chryfitin vocant; fecunda, quam argyritin; tertia, quam molybditin. Et paulo poft, Molybditis plumbi ipfius fufura, quæ fit Puteolis, & inde habet nomen.

Molybdoīdes, æ. m. [μολυβδοειδής] Lapis plumbarius. Diofc 5. 52.

Molycria, æ. f. [Μολυκρία] Oppidum eft Ætoliæ, non procul ab Antirrhio promontorio, quod Rhium Molycricum appellavit Thucydides lib 2.

Molyndēa, æ. f. [Μολύνδεια Stephano] Lyciæ oppidum.

Mŏlyris, idis. [μολυρίς] Ariftoteli Locuftæ genus, quæ frumenta depopulatur. V. Suid.

Mŏlys, [Μῶλυς] Libyæ oppidum, a quo fiunt gentilia Molytes & Molyates. Stephanus.

Mŏlyza, [μώλυζα] ab Hippocrate appellatur Allii caput cum ipfa coma. V. Ruell. lib. 2. cap. 85.

M O M

Momar, Siculi ftultum vocant, auctore Fefto.

Momen, Momentaliter, Momentaneus, Momentarius, Momentosus, Momentum, V. in moveo.

Mōmus, i. m. [Μῶμος] Deus quidam Nocte matre (ut Hefiodus in Theog. v. 214. docet) ac Somno patre progenitus. Huic adeo mos eft, ipfum quidem nihil operis edere, fed aliorum deorum opera curiofis oculis contemplari; & fi quid eft omiffum, aut perperam factom, id fumma cum libertate carpere. Nam μῶμος, Latine reprehenfionem fonat. Hujus Lucianus compluribus locis meminit. Illud potiffimom in hominis opificio notavit, qood artifex non in pectore feneftras, aut oftiola quædam addidiffet, quò perfpici poffet quid in corde lateret, quod ille fpecuofum alioqoi, multifque receffibus finuofum finxiffet. Cujus fabulæ meotionem facit & Plato. Hic igitur Momus varias adagiorum formas fuppeditat; ut, Ne a Momo quidem poffit reprehendi. V. Erafmus.

M O N

Mŏna, æ. f. [Μόνα] Infula eft inter Britanniam & Hiberniam fita, ut docet Plin. lib. 4. cap. 16. Tacit. 14. Ann. 29. Igitur Monam infulam, incolis validam, & receptaculum perfugarum, aggredi parat, navefque fabricatur plano alveo adverfus breve litus & incertum. Sont qui Monna fcribunt. Geographi duas effe ftatuunt. V. Cellar. O. A. 2. 4. 81. & 82.

Mŏnabæ, [Μονάβαι] Ifauriæ oppidum, a quo fit gentile Monabates. Stephanus.

Mŏnăchus, i. m. [μοναχός] Solitarius. S. Hieron. ad Paulin. de Inftitur. Monachi, Sin autem cupis effe, quod diceris, Monachus, id eft folus; quid facis in urbibus, quæ utique non funt folorum habitacula, fed multorum. Habitabant enim principio Monachi non in urbibus, fed in defertis locis.
Vigilias Monachi concelebraverant. Sidon. 5. Epift. 17. V. Rutil. Numat. Itinerar. lib. 1. v. 439.

Monăcha, æ. f. [μοναχή] Hieron. Epift. 25. cap. 6. Quia moocha effe noluerit.

Monachĭcus, a, um. Adj. [μοναχικός] Novella Conftitut. 130. cap. 5. Monachicum certamen fuperantes.

Monachium, i. n. [μοναχεῖον] Status monachorum. l. Generali 13. Cod. de facrof. Ecclef.

Monăcho, āre. Monachum facere. Sarisb. Epift. 291. Pro monachandis pecuniam palam recipere.

Mŏnastērium, i. n. [μοναστήριον] Monachorum habitaculum Salvian. de Gub Dei lib. 8. p. 190. (167. ed. Brem.) Luftris Afrorum monafteria opponit. Et Vincent. Lirin. p. 316. Urbium frequentiam turbafque vitaotes, remotioris viliulæ

& in ea secretum monasterii incolamus habitaculum. Adde Sidon. 4. Epist. 25. & 7. 17. & Hieron. Epist. 55.
Monasteriālis, e. Adj. ut, Disciplina monasterialis.
Monasticus, a, um. Adj. ut, Vita Monastica; apud Auctores Ecclesiasticos.
Moniālis, is. f. Monacha. V. Voss. de vit. L. L. 3. 27. p. 531.
Monæses, is. m. Parthorum rex, apud Hor. 3. Carm. 6. 9.
Jam bis Monæses & Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus
Nostros. Ubi Aeroo, Monæses & Pacorus reges Persarum fuerunt, adversus quos Romani contra numinum voluntatem pugnaverunt infeliciter. Bis autem Parthos victoriam retulisse ob hoc dixit, quia ante Crassum, & post Decidium Saxam cum exercitibus suis occiderunt. Immo tantum dicitur, Ἀνὴρ ἐπιφανὴς καὶ δυνατὸς, Μοναίσης apud Plut. Sed Μονάσης Appianus p. 106. Par. ex Plutarcho, & P. Candidus Munesses. H. St. Intelligit Latinum interpretem illum Appiani. Al. Monesis, apud Horat. legunt, probante Lambino. apud Suid. exstat tantum, Μόναιος, ὄνομα κύριον.
Monaœda, æ. f. [Μονάοιδα] Ptolemæo lib. 2. cap. 2. Insula juxta Orientalem plagam Hiberniæ: vulgo *Man.*
Mŏnas, ădis. f. [μονὰς] Unitas. Macrob. Somn. Scip. 1. 6. Hanc monadem reperies.
Mŏnarcha, æ. m. [μονάρχης] Qui solus imperium obtinet.
Monarchia, æ. f. [μοναρχία] Unius principatus. Tertull. adv. Praxean. cap. 3. Monarchiam nihil aliud significare scio, quam singulare & unicum imperium.
Monasterium, &c. V. monachus.
Mŏnaulus, i. m. [μόναυλος] Tibia simplex dicitur. Plin. lib. 7. cap. 56. Fistulam & Monaulum Pan Mercurii. Subaudi Invenit. Martial. lib. 14. 64.
Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet.
Monaliter, vel potius Monauliter, Adv. i. e. Cum simplici tibia. Mart. Capella lib. 9. p. 307. Puer monaliter sonabat.
Mŏnēdŭla, æ. f. [κολοιὸς] Avis sic dicta, quod monetam furetur. Plin. lib. 17. cap. 14. Tradunt & monedulam condentem semina in thesauros cavernarum, ejusdem rei præbere causas. Cic. pro Flacc. 76. Non plus aurum tibi quam monedulæ committebant.
Nigra pedes, nigris velata monedula pennis. Ovid. 7. Met. 468.
Mŏneo, ui, itum, [νουθετέω, ὑπομιμνήσκω] ēre. Scientem, seu memorem facere.
Monere, a memoria deducit Varro; quod is qui monet, perinde sit ac memoria. V. lib. 5. de L. L. 6.
Monere, prædicere, & ante denuntiare. Cic. 2. Verr. 36.
Denuntiare & monere. Cic. 4. Fam. 3.
Hortari atque monere aliquem. Cic. 10. Fam. 1.
Objurgare & monere. Cic. de Amicit. 60. Et monendi amici sæpe sunt, & objurgandi; & hæc accipienda amice, quum benevole fiunt.
Aperte monere & acriter. Cic. de Amicit. 60. Ea adhibeatur ad monendum, non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit, & auctoritati adhibitæ pareatur.
Fideliter multa. Ovid. 15. Epist. 67.
Recte aliquem. Cic. 2. de Orat. 97.
Litteris. Cic. 2. Q. frat. 7. Quæ tibi eo scribo, quod de retinenda Sestii gratia litteris sæpe monuisti.
Periclis feris monuere. Sil. lib. 6. 290.
Pluribus. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Ratio ipsa. Cic. 1. de Finib. 65. Quum solitudo & vita sine amicis, insidiarum & metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus, &c.
Res monet. Cic. 10. Att. 8. Et res ipsa monebat, & tu ostenderas, & ego videbam, &c.
Sermone crebro. Claud. 4. Cons. Hon. 268.
Monere aliquem de. Cic. 2. de Divin. 132. A qua, præterquam de sue plena, quid unquam moniti sumus?
At quanto meliora monet? Hor. 1 Serm. 2. 73.
Moneo te hanc rem. Ter. And. 5. 4. 15. Cic. 2. de Divin. 133. Quæ nostra causa monerent nos.
Falsa moneri. Ovid. 10. Met. 427.
Monuit mihi illud Plaut. Truc. 4. 1. 12. [Immo Movit, ut in codd. castigatis.
Moneo ne. Ter. In prol. Eun. 16.
Is ne erret, moneo, & desinat lacessere.
Moneo quid facto usus siet. Ter. Adelph. 3. 3. 75.
Moneo ut. Ter Andr. 5. 4. 1.
Mitte orare: una harum quævis causa me, ut faciam, monet.
Monere aliquem ut veniat ad cœnam, i. e. Vocare ad cœnam. Ter. Heaut. 1. 1. 177.
Monere ne. Hor. 4. Carm. 7. 7.
Immortalia ne speres monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem. V. paulo supra.
Monendo, [τῷ νουθετεῖν] Hor. in Arte Poet. 344.
Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo.
Moneris, pro Monueris, antique. Pacuvius Armorum judicio, Dic quid faciam, quod me moneris effectum da. Idem Chryside, Dii monerint meliora. Non. 10. 22.
Moneor id ab eo. Cic. de Amicit. 90. Nec ea quæ ab ea monemur, audimus.
Monere, Docere, erudire. Valer. Flaccus principio Argonaut.
Prima Deûm magnis canimus freta pervia nautis,
Phœbe, mone. I. e. Doce me de istis rebus. V. Plin. Paneg. cap. 26. & Hor. 3. Carm. 7. 19.
Monere & Movere miscentur a librariis. V. Drakenb. ad Sil. 2. 273. & 5. 117.
Monens, entis. Partic. Curt. 3. 2. 13. Ad nutum monentis intenti. V. Ovid. 13. Met. 175.
Monĭtus, a, um. Partic. [νουθετηθεὶς] Cic. 2. de Divin. 84. Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caveret ne iret, non fuisse periturum, si omini paruisset.
Monitus, multumque monendus. Hor. 1. Epist. 3. 15.
Sed tamen ut monitus caveas. Hor. 2. Serm. 1. 80.
Monito magis eo, quam rogato. V. magis. H. St.
Moniti meliora sequamur. Virg. 3. Æn. 188.
Exemplo monitus. Ovid. 3. Met. 732.
Monitūrus, a, um. [νουθετήσων] aliud Participium. Propert. lib. 1. 15. 41.
Quis ego nunc pereo, similes moniturus amantes.
Monĭtum, i. n. [νουθέτημα] Quod quis nos monuit. Cic. 4. de Finib. 6. Itaque quæ sunt eorum consolationes, quæ cohortationes, quæ etiam monita, & consilia scripta ad summos viros?
Advertere animos monitis. Ovid. 15. Met. 140.
Diffidunt cælestibus monitis. Ovid. 1. Met. 397.
Erudienda hæc quoque pars monitis tuis. Ovid. 3. de Arte Am. 48.
Exterrita divûm monitis acies. Virg. 8. Æn. 504.
Niti consiliis monitisque alicujus. Cic. 5. Fam. 8.
Parere monitis. Ovid. 3. Fast. 760.
Patuerunt præceptis & monitis omnium aures meæ. Cic. 14. Philip. 20.
Monitio, ōnis. f. [νουθέτησις, ὑπόμνησις] fit ante commissum: Objurgatio, post turpe factum. Cic. de Amicit. 91. Primum, ut monitio acerbitate, deinde ut objurgatio contumelia careat.
Accipere monitionem patienter. V. accipio.
Monĭtus, ûs. m. [νουθεσία] i. e. Monitio. Cic. 2. de Divin. 86. Eorumque jussu ex illa olea arcam esse factam, eaque conditas sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur.
Vatum monitus. Ovid. 17. Epist. 279.
Divinus. Ovid. 16. Epist. 17.
Fidelis. Ovid. 13. Met. 723.
Lævus monitus, Iniquus & non rectus. Juven. 14. Sat. 228.
Occulti deorum. Ovid. 3. Fast. 167.
Terribilis. Virg. 4. Æn. 465.
Terrifici. Valer. 1. Argon. 29.
Vetusti. Stat. 5. Theb 655.
Necdum etiam responsa deûm, monitusque vetusti
Exciderant.
Finierat monitus. Ovid. 1. Fast. 227.
Monĭtor, ōris. m. [νουθετητὴς] Qui monet: hoc est Suasor, qui monet & impellit aliquem ad quidpiam agendum. Ter. Phorm. 2. 1. 4. O facinus audax, ô Geta monitor!
Monitor & auctor. Cic. in Catil. 4. 9. Fortasse minus erunt, hoc monitore & auctore hujusce sententiæ, mihi populares impetus pertimescendi.
Non exauditus monitor. Hor. 1. Epist. 20. 14.
Externus. Stat. 5. Silv. 3. 147.
Non fatuus. Cic. 2. de Orat. 99. Riserit aliquis fortasse hoc præceptum; est enim non tam acutum, quam necessarium, magisque monitoris non fatui, quam eruditi magistri.
Juvenis asper monitoribus. Hor. in Arte Poet. 163.
Actionum monitor. Cic. in Sallust. 12. Plura dicerem, si apud alios mihi esset dicendum, p. c. non apud vos, quos ego habui omnium mearum actionum monitores.
Monitores. Quintil. lib. 6. cap. 5. vocat, quos Græci Pragmaticos appellant, qui jura ac fori consuetudines oratoribus submissa voce suppeditabant. Cic. 1. Verr. 52. Video mihi non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus hic tenet.
Monitores, dicuntur, Qui in scena monent histriones, inquit Festus. hoc est qui recitantibus comœdias pone verba suggerunt.
Gall. *Protecolles.* H. St.
Monitor, Vocator ad cœnam. Ter. Heaut. 1. 1. 119.
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cœnam ut veniat: ibo ut visam si domi est.
Nihil opus fuit monitore: jam dudum domi
Præsto apud me esse aiunt, egomet convivas moror.
Appellare cives per monitorem, i. e. Nomenclatorem, inquit Bodæus. Cic. pro Muren. 77. V. nomenclator.
Monitōrius, a, um. Adj. ut, Fulmen monitorium, apud Senec. 2. Nat. Quæst. 49. quod homines præmonet de rebus futuris.
Monĭmentum, i. n. [μνῆμα, μνημεῖον, μνημόσυνον] vel ut alii volunt, Monŭmentum per u. Quidquid nos monet, sive monere potest alicujus rei præteritæ, ut tituli, sepulchra, statuæ, fana, porticus, carmina, historia, documenta, doctrina, libri, ceteraque ejuscemodi. Cic. ad Cæs. Sed ego quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor: ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quam ad præsentis temporis gratiam. Florentinus sic scribit in l. Monumentum. D. de Religiosis & sumptibus funerum, Monimentum generaliter est res memoriæ causa in posterum prodita: in qua si corpus vel reliquiæ inferantur, fiet sepulcrum. Si vero nihil eorum; erit monumentum memoriæ causa factum, quod Græci κενοτάφιον appellant. Varro 5. L. L. 6. Monimenta a monendo, quæ sunt in sepulchris. Et ideo secundum viam, quo prætereuntes admoneant & se fuisse, & illos esse mortales.
Immo Monumentum. Ut Documentum a Doceo, Monumentum esse a Moneo Plaut. ostendit, quum dixit, Commonefacere monumentis bubulis. H. St. Itaque merito reprehendit Lugdunenses, qui a verbo hoc verbale nomen avulserant. Liv. 1. 12. Hic ego tibi templum, Statori Jovi, quod monumentum sit posteris, tua præsenti ope servatam urbem esse, voveo. i. e. Quod admoneat posteros. Sic ut Documentum, Indicium, Testimonium esse &c. dicitur.
Monimenta etiam dicebantur, Quæ cum infantibus exponebantur donaria atque crepundia. Ter. Eun. 4. 6. 16.
Abi tu, cistellam Pythia domo effer cum monimentis. Ubi V. Donat. itemque Eugraph. & Lindebrog. & Victor. Varr. Lect. 2. 3. & Isaac. Casaub. ad Theophrast. p. 158.
Amoris monumentum & pignus. Virg. 5. Æn. 538.
Clementiæ tuæ multa sunt monumenta, sed maxime eorum incolumitates quibus salutem dedisti. Cic. pro Dejot. 40. i. e. Vestigia vel signa.
Crudelitatis istius monimentum. Cic. 6. Verr. 26.
Formæ tuæ ac nominis monumenta in suis civitatibus esse cupiebant. Cic. 4. Verr. 157.
Formæ alicujus carmina monumenta. Propert. lib. 3. 2. 18.
Furtorum indicia & monumenta. Cic. 4. Verr. 177.
Gloriæ monimenta, honoris ornamenta, laudis insignia in animis condere & collocare. Cic. 3. in Catil. 26.

Pugnæ ejus monumentum. Liv. 1. 13. conf. loc. ex cap. præced. supra allatum.
Stirpis. Ovid. 1. Met. 159. Templa Vestæ, Numæ regis monimenta erant. i. e. Quæ in sui memoriam exstructa reliquit.
Monumenta pro Scriptis. Plin. lib. 8. cap. 44. In plurium Græcorum est monumentis, quum, &c.
Annalium monimenta. Cic. 2. de Finib. 67. Nos ex annalium monimentis testes excitamus eos, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis.
Antiquitatis. Cic. pro Domo 86.
Ingeniorum. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Linguæ utriusque monumenta. Plin. lib. 12. cap. 1.
Rerum gestarum. Cic. pro Font. 31. Primum generis antiquitas, quam Tusculo, ex clarissimo municipio, profectam, in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus.
Rerum gestarum monimenta & vetustatis exempla oratori nota esse debent. Cic. 1. de Orat. 201.
Scriptorum. Columel. in præf. lib. 10.
Abolere monimenta alicujus. Virg. 4. Æn. 498.
Celebrare monumentis annalium aliquid. Cic. pro Rabir. Post. 43.
Commendare res nostras monumentis. Cic. 5. Fam. 12.
Commonefacere aliquem bubulis monumentis. Plaut. Stich. 1. 2. 6. h. e. Loris.
Comparare testimonia monimentaque virtutis. Cic. Anteq. iret in exsil. 7.
Conquirere aliquid ex annalium monimentis & regum commentariis. Cic. pro C. Rabir. 15. [Forte Ex rerum gestarum comm. scripsit, & ex scripturæ compendio error natus. Certe Regum isti comm. nugæ.
Consecrare amplissimis monimentis memoriam nominis alicujus. Cic. 1. Q. frat. 8.
Consequi aliquid monumentis & præceptis sapientissimorum virorum. Cic. 6. Fam. 6.
Excitare annalium monimentis testes aliquos. Cic. 2. de Finib. 67.
Excitare sempiterna odii publici monimenta in hostes. Cic. ad Brut. 15.
Exigere monimentum sibi, Perficere aliquid in sui memoriam. Hor. 3. Carm. 30. 1.
Exstare monumentum dicitur. Cic. 9. Philip. 3.
Mandare monumentis annalium. V. MANDO.
Mandare orationem monumentis & litteris. Cic de Clar. Orat. 26.
Præbe quanta potes nostræ monimenta saluti. Ovid. 4. de Pont. 13. 49. al. Momenta rectius.
Prodere monimenta. Cic. 1. de Divin. 12.
Projicere. Tacit. lib. 4. Hist. 67.
Relinquere monimenta alicui. Virg. 6. Æn. 512.
Sequi vestigia sceleris, quam monimenta majorum sapientiæ malle. Cic. 2. de Lege Agr. 97.
Servant ornamenta sua & monimenta ad aliquem usum familiæ. Cic. de Clar. Orat. 62.
Statuere æternum monumentum & æterna insignia posteris. Cic. 2. de Invent. 70.
Tenere animi cujusdam monumenta. Cic. pro Milon. 105. i. e. Memoriam.
Testari aliquid gravissimis certissimisque monimentis. Cic. 3. Fam. 20.
Testari publicis monumentis auctoritatem alicujus judicii. Cic. pro Sul. 41.
Tradita monimentis disciplinisque Græciæ artes & studia. Cic. 1. Q. frat. 1.
Volvens veterum monimenta virorum. Virg. 3. Æn. 102.
Sepulcrorum monumenta & elogia. Cic. 1. Tusc. 31.
Monumentum, pro Sepulcro ponitur sæpe absolute. Quintil. lib. 7. cap. 4. Ille potuit vel ex loco tumulum, vel ex opere tumultuario suspicari non esse monumentum.
Elogia monumentorum. Cic. 2. de Finib. 116.
Avita. Ovid. 13. Met. 524.
Marmoreum. Cic. 4. Fam. 12.
Exornare aditus monumentorum suorum carminibus. Cic. pro Arch. 27.
Exstruere monumenta. Senec. Octav. 4.
Insculptum monumento. V. INSCULPO.
Sequitur hæredes monumentum, Formula sepulcralis. Hor. 1. Serm. 8. 13.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat, hæredes monumentum ne sequeretur. i. e. Ne sibi vindicarent, neve corpora aut reliquiæ exinde inferrentur. Turnebus aliter, cujus hæc sunt verba ad hunc locum: Lepide jocatur Horatius, ut interpretor, ex illa nota inscriptione sepulchrorum, Hoc monumentum hæredes non sequitur, quum in exquilini busti cippo scriptum fuisse dicit, monumentum hæredes ne sequeretur. Nam alio sensu deflexum, quam intelligi soleret, accipit; sepulchrum scilicet illud esse pauperum & exhæredatorum, & bonis eversorum. Hoc, inquit, monumentum non est hæredum, sed hominum tenuium & nullum hæredium habentium, nullamque agri perticam vel decempedam possidentium. Hactenus ille. V. Gruter. passim in Inscript.
Templum & monumentum. Cic. 1. Q. frat. 1. Quum ad templum monumentumque nostrum civitates pecunias decrevissent, &c.
In deorum immortalium monumenta atque in urbis ornamenta prædas & manubias conferre. Cic. 2. de Lege Agr. 60. V. Cæs. Bell. Gall. 2. 21.
MONUMENTĀLIS, e. Adj. Vetus Auctor de Limit. edit. Goes. p. 305. Monumentalis lapis.
MONUMENTĀRIUS, a, um. Adj. Ad monumentum pertinens. ut, Ceraula monumentarius. Apul. lib. 1. Florid. p. 342. Elmenh.
MONŪBĪLIS, e. Adj. Sidon. 2. 2. Porticus columnis invidiosa monubilibus.
MONĒLA, æ. f. Tertull. de Patient. cap. 8. Præsto est dominica monela. Dei monela. Idem adv. Marc. 4. 34.
MONĪTO, āre. Frequent. Fortun. 5. Carm. 4.
Quos in amore Dei monitabat sæpe sacerdos.
Monitare, sicut Raptitare, affert inter exempla Frequentativorum Gell. H. St. locus est lib. 9. cap. 6. Sed emendati codd. exhibent Moveo, motus, motito, non Moneo. Desiderahstur hæc vox in ed. Lugd.
MONĔFĂCIO, ut dicitur Commonefacio, apud Pontanum. de Fort. lib. 2. cap. 32. Monefacit. utitur & alibi, si bene memini. H. St. locus est fol. 295. b. Aldi. pr. cap. Divina &c.

MŎNĒRIS, is. f. [μονήρης] Navis quæ uno remorum ordine ducitur. Liv. 38. 38. Neve plures quam decem naves actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur, habeto; neve monerem ex belli causa, quod ipse illaturus erit. V. Tacit. 5. Hist. 23.
MŎNĒTA, æ. f. [νόμισμα] dicta quod nos signi impressione, vel auctoris, vel pretii moneat. Martial. lib. 4. 28.
Et centum numeros novæ monetæ.
Adulterina moneta. Ulpian. in l. Sacrilegii. D. ad leg. Jul. peculat. Qui quum in moneta publica operarentur, extrinsecus sibi signant pecuniam forma publica, vel signatam furantur: hi non videntur adulterinam monetam exercuisse, sed furtum publicæ pecuniæ fecisse.
Moneta, Locus ubi moneta cuditur. Cic. 8. Att. 7. ad finem, Ad Philotimum scripsi de viatico, sive a Moneta, nemo enim solvit; sive ab Oppiis tuis contubernalibus. A Moneta vult pecuniam a Philotimo sumi, tradito (quod etiam nunc solet) auro argentove infecto. Adde Ammian. 22. 28. & Gruter. Inscript. p. 493. n. 3. & p. 74. n. 1. V. dict. seq.
Moneta, metaphorice nonnunquam accipitur: ut, Proferre aliquid ex nostra moneta, i. e. Excogitare nostro ingenio. Senec. 3. de Benef. 35.
MONETA, [Μονήτα] Juno, a monendo dicta. Cic. 1. de Divin. 101. Atque etiam scriptum a multis est, quum terræ motus factus esset, ut sue plena procuratio fieret, vocem ab æde Junonis ex arce exstitisse: quocirca Junonem illam appellatam Monetam. Ibid. lib. 2. 69. Quod idem dici de Moneta potest; a qua præterquam de sue plena, quid unquam moniti sumus? Ad ejusdem ædem Romæ nummos percussos volunt. V. Interpp. ad l. c. Cic. 8. Att. 7.
MONETĀLIS, e. Adj. [νομισματικός] Quod ad monetam pertinet. Apuleius de Asino lib. 7. p. 190. Elm. Plotina pretiosissimis monilium, & auro monetali zonis refertis, incincta.
Monetales Triumviri dicti sunt, ut scribit Pomponius Jurecons. Æris, argenti, atque auri flatores. De origine juris, l. 2. §. Deinde. Cic. 10. Att. 13. De Vultejo loquens, Monetali autem adscripsi, quod ille ad me, Proconsuli. i. e. In summa epistola scripsit Vultejo Monetali, quod monetam nimis amaret. Proconsuli, non (ut debuit) Imperatori. Budæus.
MONETARIUS, i. m. [νομισματικός] Qui monetam cudit. Firmic. lib. 8. cap. 17. Quicunque hoc oriente sidere nati fuerint, metallorum inventores erunt, qui latentes auri & argenti venas solertibus inquisitionibus persequantur: hi quoque monetarii efficientur. Justinianus in l. Ne quis. C. de dignitat. lib. 12. Adde Eutrop. 9. 6.
μονητάριοι, οἱ τὸ νόμισμα χαράσσοντες, &c. Vide apud Suidam. H. St. Ratio linguæ postulat, ut monetarii scribamus.
MŎNĪLE, is. n. [ὅρμος, ὅρμος, στρεπτόν, περιαυχένιον] Ornamentum, quod solet de collo feminarum pendere. Dictum quod virtutis admoneat. Nam primo ob aliquod egregium factum dari solebat, etiam ingenuis juvenibus. Ovid. 10. Met. 264.
Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. Virg. 1. Æn. 658.
— colloque monile
Baccatum, & duplicem gemmis auroque coronam. subaud. Ferre jubet. Cic. 6. Verr. 39. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut quum vidisset monile, ut opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine ejus incensa, salutem viri proderet.
Monile, inquit Festus, dictum est ornatus muliebris, qualem habuisse Eriphylam fabulæ ferunt. Ex eo etiam equis præpendens a collo ornamentum Monile appellatur.
Aurata monilia ornabant collum. Ovid. 5. Met. 52.
Gemmata monilia Claud. de Bell. Get. 627.
Lunata monilia. Stat. 9. Theb. 689.
Monile, etiam equorum, teste Festo. Virg. 7. Æn. 278. de equis Latini, Aurea pectoribus demissa monilia pendent. Gell. lib. 5. cap. 5. Equitatumque frenis, ephippiis, monilibus, phalerisque præfulgentem.
MŎNĪMA, æ. f. [Μονίμη] Mithridatis uxor, quæ in desperatione rerum profligatarum, detractum e capite diadema collo circumligasse traditur, seseque suspendisse. Et quum corporis pondere laqueus ille diruptus esset, dixisse, Execrandum diadema, ne quidem in tam tristi ministerio mihi profuisti. Moxque, quum super illud humi abjectum insputasset, Eunucho regio jugulandam sese obtulisse. Plutarch. in Lucullo.
MŎNĪMUS, i. m. [Μόνιμος] Syracusanus fuit Corinthii cujusdam trapezitæ servus, qui quum philosophiæ amore teneretur, cuperetque maxime operam dare Diogeni; neque tamen hoc ipsum a domino posset impetrare, simulata insania monetam cœpit spargere, eoque modo dimissus, ad philosophiam se convertit, Diogenemque secutus est. Auctor Laertius lib. 6. S. 82.
MONIMENTUM, MONITIO, MONITUM, &c. V. MONEO.
MONNA, V. MONA.
MŎNŎBĔLUS, i. m. [μονόβηλος] a μόνος unus, & βέλος telum; & illud quo homines viri sunt. Hinc Monobelos eos appellabant, qui viliores videbantur. V. Lamprid. in Heliog. cap. 8 extr.
MŎNŎBIBLOS, vel MONOBIBLION, i. n. [μονόβιβλος ἢ μονοβίβλιον] Liber singularis. Justinian. de Confirm. Dig. Epist. 2. §. 5. Tribus monibibliis congregare.
Liber primus Propertii olim dictus Monobiblos. V. Scalig. Not ad Propert. p. 190.
MŎNŎBŎLON, i. n. [μονόβολον] Ludus, quo cursu se exercebant & certabant, in Cod. l. 3. t. 43. de Aleatoribus.
MŎNŎCĔRŌS, ōtis. m. [μονόκερως] Animal quod alias Unicornis appellatur, de quo Plin. lib. 8. cap. 21. Asperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum duûm eminente. Hanc feram vivam negant capi. V. Harduin. ad Plin. loc. cit. & Spanh. diss. 4. p. 180 sq.
MŎNŎCHORDUM, i. n. [μονόχορδον] Instrumenti musici genus est, ita dictum, non quod unam chordam, sed quod omnes chordas unius vocis habeat, nisi panniculi nexu distinguantur.
MŎNŎCLŎNOS, [μονόκλωνος] species est Artemisiæ, a ramuli unitate ita appellata, quemadmodum πολύκλωνος, a ramulorum multitudine. V. Apul. de Herb. cap. 10. n. 1. & 2.
MŎNŎCHRŌMĂTOS. [μονοχρώματος] Latine Unius coloris dicitur. Unde & Monochromata Plinio dicuntur, Singulis coloribus depicta. lib. 35. cap. 8. Quod si recipi necesse est, simul apparet multo vetustiora principia esse, eosque qui monochromatis pinxerint, quorum ætas non traditur.

traditur. Idem lib. 33. cap. 7. Cinnabari veteres, quæ etiam nunc vocant monochromata, pingebant.

MŎNOCHRŌMĂTĔUS, a, um. Adj. [μονοχρωμάτεος] Plin. lib. 35. cap. 5. Qui monochromatea genera picturæ vocaverint, qui deinde, &c.

MŎNOCHRŎNOS, i. m. [μονόχρονος] Unius temporis pes, cum longa syllaba ponitur. V. Mart. Capella, lib. 9. p. 331.

MŎNŎCNĒMOS, [μονόκνημος] Unius tibiæ, seu cruris pictura. Petron. cap. 83. Jam vero Apellis, quam Græci Monocnemon appellant. Ita legit Scalig. Vulgo Monocremon. Alii aliter. [Ego non dubito, quin Monogrammon reliquerit Satiricus, quum & ad vestigia corruptæ lectionis id verbum proxime accedat, & cum verbis sequentibus pulcre conveniat. conf. in hac ipsa voce.

MŎNŎCŌLUS, i. m. [μονόκωλος] Unimembris, a μόνος, quod est unus, & κῶλον, membrum. Solin. cap. 53. Legimus monocolos ibi quoque nasci singulis cruribus, & singulari pernicitate. Hodie tamen omnes libri Monoculos scribunt, sed falso. Reperitur & hæc dictio corrupta aliquoties apud Plin. Ubi loco hujus Monosceli editur, ut annotavit Turnebus. V. In hac voce infra.

MŎNŎCRĒPIS, idis. m. [μονοκρηπὶς] Uno pede caligatus. V. Hygin. Fab. 12. Suid. & Hesych.

MŎNŎCŬLUS, i. m. [μονόφθαλμος] dictio hybrida, partim Græca, partim Latina. Firmic. lib. 8. cap. 9. Tertia pars Arietis si in horoscopo fuerit inventa, erunt surdi, monoculi, ac stolido fatuitatis stupore confecti. Rursus cap. 22. Inter cancri oculos quicunque horoscopum habuerit, monoculus erit, aut omni lumine privatus. Et cap. 27. Infra Sagittarii caudam nati, monoculi erunt & strabones. Unoculus Gellio dicitur.

MŎNŌDIA, æ. f. [μονῳδία] Lugubris cantus, qui fit a præfica in defunctorum funeribus, quasi unius cantus. Nam ceteris flentibus sola præfica canit. Hujusmodi cantus etiam Nænia dicitur.

MŎNŌDUS, i. m. [μονόδους] Prusiæ filius, qui dentium loco os unum continuum habuit. ὀδοὺς enim dens; unde Monodus, quasi unicus dens, quemadmodum Pyrrhum Epirotarum regem habuisse Plinius refert 7. 16. Idem dicit Festus in voce.

MŎNŒCI PORTUS, [Μονοίκου λιμὴν] Massiliensium urbs Ptolemæo, vulgo *Monaco*. Plena appellatio est Herculis Monœci portus, etsi distinguere Portum Herculis, a Monœci portu videtur Ptol. Est autem Portus oræ Liguisticæ, ab Albinga oppido distans stad. quadringentis & octoginta. A Monœci portu usque in Tusciam universum litus continuum omnino sine portu est, exceptis quibusdam parvis stationibus ad jactandas ancoras; nec est multarum aut magnarum capax navium. Virg. 6. Æn. 830.

Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monœci
Descendens, gener adversis instructus Eois.

MŎNŎGĂMUS, i. m. [μονόγαμος] Unius uxoris vir. Unde &

MŎNOGAMĬA, æ. f. [μονογαμία] Hieronym. Quam sancta sit monogamia hinc ostenditur, quod digamus in clerum eligi non potest. Notus est etiam liber Tertull. de Monogamia.

MŎNOGRAMMA, ătis. n. [μονόγραμμα] Pictura primis tantum lineis deformata, ac nullis coloribus adumbrata. Vet. Gloss. & Scalig. ad Copam Virgilii.

MŎNOGRAMMUS, a, um. Adj. [μονόγραμμος] quasi Delineatus tantum, non additis reliquis, quæ justam picturam absolvunt. Monogrammi, inquit Non. 1. 168. dicti sunt homines macie pertenues, ac decolores. Confirmatque Lucilii verbis. Hinc & lib. 2. de Nat. Deor. 59. apud Ciceronem Dii monogrammi ab Epicuro dicuntur conficti.

MŎNŎLĪNUM, i. n. [μονόλινον] Monile, quasi dicas Unifilum. Capitol. in Maximin. Jon. cap. 1. Monolinum ex albis. Alii legunt Monolium. V. Salmas. ad Hist. Aug. p. 255.

MŎNŎLŌRIS, e. Adj. Vopisci verbum est Aurel. cap. 46. extr. quo vestes militares ex numero lororum distinguit.

MŎNŎMĔRI, orum. m. Populi sunt apud ultimas Orientis terras, singulis cruribus saltuatim currentes, vivacissimæ pernicitatis. Auctor Gell. lib. 9. cap. 4. Ita quondam apud hunc lectum est, sed pridem docti ex MSS. Monocoli restituerunt. V. Gronov. not.

MŎNŎMĔTRUS, tri. [μονόμετρος] Versus monometer, Qui unam habet mensuram, hoc est pedes duos.

MŎNŎPHĂGI, orum. m. [μονοφάγοι] dicebantur, teste Athenæo lib. 1. Qui seorsum cibum sumebant, more diverso a Romanis, qui simul cum amicis accumbebant; onde & cœnam appellabant, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Monophagi præterea dicuntur, Qui eodem perpetuo victu utuntur; quæ vivendi ratio etiam Monophagia appellatur.

MŎNŎPŎDIUM, i. n. [μονοπόδιον] Mensa unico pede fulta. Plin. lib. 34. cap. 3. Nam triclinia ærata, abacosque & monopodia Cn. Manlium Asia devicta primum invexisse triumpho suo, quem duxit urbis anno 567. L. Piso auctor est. Liv. 39. 6.

MŎNŎPŎDIUS, i. m. Lamprid. in Commodo cap. 10. Monopodios, quibus singulos pedes fregisset, appellabat. Al. Monopedios, voce hybrida.

MŎNŎPŌLA, æ. m. [μονοπώλης] Qui jus monopolii impetravit. Mart. Capella, lib. 3. p. 55. V. dict. seq.

MŎNŎPŌLIUM, i. n. [μονοπώλιον] dicitur quasi Singularis venditio, quum unus solus aliquod genus mercium emit, ut solus pro suo arbitrio vendat. Plin. lib. 8. cap. 37. Magnum fraus & ibi lucrum monopolio invenit. Hermolaus, Melius ut monopolio casu septimo legatur. i. e. Ex erinaceorum monopolio magnum lucrum fraus hominum invenit; de quo in Justiniani Codice, tit. De monopoliis. ubi de monopoliis echinorum agitur; quem locum recentiores leguleii ridicule sunt interpretati. De monopolio autem cum Suetonius, tum Aristoteles in Politicis. Plaut. Habes, inquit, murrhinam & calamum, potes monopolium instituere. Origo verbi, quod penes unum aliquem vendendi potestas est; quod genus hodie in multis rebus servatur; ut in corallis Africæ ad Hipponem; alumine in Sicilia & Hetruria; uvis passis in Achaia; bitumine in Judæa; quod quia Græce asphalton vocant, omne monopolion vulgo Asphaltum dicitur. Hactenus Barbarus. [Qui videtur in Plautino loco memoria lapsus. Nam ille quidem de Thermopolio, non de Monopolio instruendo agit, Pseud. 2. 4. 52.

MŎNOPS, ŏpis. m. [μόνωψ] Feræ genus Pæoniæ peculiare, magnitudine tauri, quod quum ab insequentibus urgetur, acre & igneum stercus excernit, quod si in venatorum quempiam inciderit, mortem repente affert. Auctor Ælianus Hist. Anim. lib. 7. cap. 8.

MŎNOPTĔRUS, a, um. Adj. [μονόπτερος] Unica ala cinctus; ut, Ædes monopteræ. Vitruv. 4. 7.

MŎNOPTŌTON, i. n. [μονόπτωτον] Unius casus dicitur; habet enim unam vocem per omnes casus; ut. Tot.

MŎNOSCĔLI, orum. m. [μονοσκελεῖς] Homines Indici, singulis cruribus. Hi & Sciopodes vocantur, quod in majori æstu humi jacentes σκιᾷ ποδὸς, hoc est umbra pedis se protegant. V. Plin. lib. 7. cap. 2. Ubi Monocoli exhibet ex MSS. Hard. [Monosceli vox nihili est. Gr. enim dicendum foret μονοσκελεῖς Monosceles.

MŎNOSTĪCHON, i. n. [μονόστιχον] est Unicus versus. Auson. de 12. Cæs. præfat. v. 3.

— sua quemque monosticha signant.

MONOSTICHIUM, i. n. [μονοστίχιον] Idem forma dimin. Auson. Ecl. p. 552.

Non placitum divis tolle monostichium.

MŎNOSTRŎPHA, es. f. [μονοστροφή] ita Symposium vocatur in Plaut. Stich. 5. 4. 7. V. ibi Taubm. Alii legunt Monetrophus.

MŎNŎSYLLĂBUS, a, um. Adj. [μονοσύλλαβος] ut, Litteræ monosyllabæ, quæ solæ syllabam faciunt. V. Auson. Edyl. 12. & Mart. Capella, lib. 3. p. 61. & 5. p. 169.

MŎNŎTESSĂRON, i. n. [μονοτέσσαρον] Liber concordantiarum, quas vocant, quatuor Evangelistarum, cojusmodi librum magno sumptu fieri curavit Ludovicus Pius Imperator; quo & Lutherus diu usus est. Asservatur in Paulina Bibliotheca Academiæ Lipsiensis.

MŎNŎTŎNUS, a, um. Adj. [μονότονος] Uno tenore procedens. V. Isidor. Gloss.

MŎNOTRIGLYPHUS, i. m. [μονοτρίγλυφος] Unum triglyphum habens. Vocabulum architectonicum. Vitruv. 4. 3. V. Bald. Lex. p. 72.

MŎNOXŸLON, i. n. [μονόξυλον] Navigium dicitur ex ligno uno solido factum. Plin. lib. 6. cap. 23. Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becaren convehunt, vocatur Cottona.

MONS JOVIS, in Hispania, nunc contracta voce *Monivi* dicitur. Ejus partem occidenti adversam, eminentia cautium, quæ inter exigua spatia ut gradus subinde consurgunt, Scalas Annibalis appellant. Pompon. Mela lib. 2. cap. 6. Olivarius dicit Scalas Annibalis nunc vulgo vocari *Les costes de Garraf*.

MONS, montis. m. [ὄρος] Terræ tumor altissimus, ab eminendo, quasi Eminens dictus. Mons quicquid eminet dici potest.
Acumen anceps montis. Ovid. 12. Met. 337.
Altitudo montium. Cic. de Provinc. Consul. 34.
Articuli montium. V. Articulus, in ARTUS.
Cacumen sublime montis. Ovid. 1. Met. 666.
Capita aspera montis. Virg. 6. Æn. 360.
Clamor montium silvarumque. Hor. 3. Carm. 29. 38.
Juga montium. V. JUGUM.
Objectus montis. Tacit. 4. Ann. 67. Cæli temperies hieme mitis, objectu montis.
Profunda montium & silvarum. Tacit. in vita Agric. 25.
Scopuli saxosi montis. Sil. lib. 7. 357.
Vestitus densissimi montium. Cic. 2. de Nat. Deor. 161.
Albanus. Cic. 1. de Divin. 18.
Deusto monte Cælio. Tacit. 4. Ann. 64. i. e. Ædificiis in eo deustis.
Abrupti montis latus. Senec. Herc. OEth. 9.
Aerius mons. Virg. 8. Ecl. 59.
Alti. Virg. 3. Æn. 644.
Anhelus, Qui anhelantes facit. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 383.
—ascendit fastigia montis anheli.
Ardui. Hor. 1. Carm. 29. 12.
Assurgentes. In ASSURGO.
Avii. Hor. 1. Carm. 23. 2.
Cani, Nivosi. Virg. 1. Georg. 43.
Cavi. Ovid. 11. Met. 593.
Continui. Hor. 1. Epist. 16. 5.
Devexi. Valer. 3. Argon. 687.
Feri. Virg. 5. Ecl. 28. Nisi distinguendum, Montesque, feri, silvæque.
Fracti. Ovid. 1. Fast. 563.
Gelidi. Claud. 2. Cons. Stil. 263.
Herbidus. Columel. lib. 2. cap. 2. in ipso pæne initio. Probaverunt maxime montem, non sublimem & asperum, sed nemorosum & herbidum.
Impendentium montium altitudines. Cic. 2. de Nat. Deor. 98.
Inaccessi. Claud. de Bell. Get. 322.
Intonsi. Virg. 5. Ecl. 63.
Lapidosi. Ovid. 1. Met. 44.
Magni. Virg. 2. Georg. 260.
Nemorosi. Ovid. 3. de Arte Am. 427. conf. Herbidus.
Nubiferi. Sil. lib. 4. 2.
Perpetui. V. PERPETUUS.
Rupti. Lucan. lib. 3. 63.
Saxosi. Virg. 2. Georg. 111.
Summi. Virg. 3. Æn. 655.
Supremi. Virg. 4. Georg. 460.
Tumidi. Ovid 2. Amor. 16. 51.
Vestiti atque silvestres. Cic. 2. de Nat. Deor. 132.
Umbriferi. Sil. lib. 13. 219.
Abdidit se in montes lupus. Virg. 11. Æn. 810.
Abeunt in nubila montes, Nubibus obscurantur eorum cacumina. Sil. 3. 493.
Cædere montes. V. CÆDO.
Decurrens amnis monte. Hor. 4. Carm. 2. 5.
Errare in montibus. Virg. 6. Ecl. 33.
Impendebat mons altissimus. V. IMPENDEO.
Implent montes ululatibus. Ovid. 4. Fast. 451.
Inclinat mons lapsu ad æquora. Stat. 1. Theb. 331.
—qua molle sedens in valle Cithæron
Porrigitur, lapsuque inclinat ad æquora montem.
Interluit abscisso Nereus æquore montes. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 143.
Movetur totus circum mons. Virg. 3. Æn. 92.
Nudare montem silvis. Sil. lib. 8. 503.
Occurrit mons. Quintil. lib. 2. cap. 13. Mutabitur natura loci, si mons occurret.
Perfodere montem. V. PERFODIO.

Petit

Petit arduus mons duobus verticibus astra. Ovid. 1. Met. 316.
Removere ea urbe se in montes. Hor. 2. Serm. 6. 16.
Remugit mons, Reddit echo. Virg. 12. Æn. 928.
— totusque remugit
Mons circum. & vocem late nemora alta remittunt.
Resistunt prominentia montium. Tacit. 2. Ann. 16.
Riget ardua montis ætherii facies. Sil. lib. 3. 480.
Scandebat mater ad insani culmina montis. Stat. 11. Theb. 319.
Struere congestos montes ad sidera. Ovid. 1. Met. 153.
Superant montes, & flumina tranant. Virg. 3. Georg. 270.
Translate pro Mole. ut,
Præruptus aquæ mons. i. e. In altum elevatus fluctus. Virg. 1. Æn. 109.
Frumenti montes. Plaut. Pseud. 1. 2. 55.
Quibus cunctis montes maximi acervi frumenti sunt domi.
Mali montes. Plaut. Merc. 3. 4. 32.
Monteis tu quidem mali in me ardenteis jamdudum jacis.
Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Hor. de Arte Poet. 139. Dicitur in eos, qui post magna promissa nugas promunt. V. Erasmi Adag.
Montes aureos polliceri. Proverbialis hyperbole, de iis qui immensa promittunt, spesque amplissimas ostentant. A Persarum arrogantia ducta, qui propter auri venas montes aureos jactabant. Ter. Phorm. 1. 2. 18.
Pellexit, modo non montes auri pollicens. Pers. 3. Sat. 65.
— magnos promittere montes. ut hyperbole magnitudinis fit, non in Aureis, sed simpliciter in ipsis montibus. Ex Erasmo.
Montes & Fontes miscentur a librariis. V. Drakenb. ad Sil. 5. 614.

MONTICŬLUS, i. m. dimin. [βουνίς] Onomast. Vet. Monticulus, ὄχθος. V. etiam Itinerar. Hierosolymitan. Vet. p. 113.

MONTICELLUS, i. m. Idem. Auctores rei Agrar. edit. Goes. p. 306. Monticellos plantavimus de terra. Adde p. 231. 243. 252. &c.

MONTĀNUS, a, um. Adj. [ὀρεινὸς, ὄρειος, ὀρεινὸς, ὀρείτης] Quod ex monte est; ut, Montanus sal. Columel. lib. 6. cap. 17.
Montanus, Qui in montibus habitat, apud Cæs. 1. Bell. Civil. 57. & Plin. lib. 6. cap. 20.
Antra. Ovid. 11. Met. 147.
Armenta montana. Ovid. 1. de Arte Am. 305.
Feræ. Ovid. 2. Fast. 216.
Flumine montano rapidus torrens. Virg. 2. Æn. 305.
Ligures montani, duri atque agrestes. docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura & magno labore quæsitum. Cic. 2. de Lege Agr. 95.
Montana nunc sunt omnia, i. e. Plena montibus & montuosa. Plin. lib. 5. cap. 27.

MONTĀNA, ōrum. n. Liv. 24. 34. Perventum inde ad alium frequentem, ut inter montana, populum.

MONTANIŌSUS, a, um. Adj. ut, Locus montaniosus. Vetus Script. Rei Agrar. p. 239. edit. Goes.

MONTŌSUS, a, um. Adj. [ὀρεινὸς] Ubi sunt multi montes. Plin. 26. 8. Nascitur in montosis & asperis, aliquando & herbosis. Cic. de Amicit. 90. Quum locis etiam ipsis montosis delectemur & silvestribus. Legitur & Montuosus.
Locus montosus. Cic. in Partit. 36. Alii Montuosus.
Regio montosa. Cic. pro Planc. 32.

MONTUŌSUS, a, um. Adj. Cæs. 3. Bell. Civil. 42. Loca aspera & montuosa. Et etiam 1. Bell. Civil. 66. conf. in dict. præced.

MONTĪNUS, i. m. Montium deus. Arnob. lib. 4. p. 102.

MONTĬCŎLA, æ. c. [ὀρεσσίβιος] Qui montes incolit. Ovid. 1. Met. 193.
Et Nymphæ, Satyrique, & monticolæ Silvani.

MONTĬGĔNA, æ. c. Onomast. Vet. Montigena, ὀρεσιγενής.

MONTĬVĂGUS, a, um. Adj. [ὀρειπλανής] Qui per montes vagatur. Cic. 5. Tusc. 79. Quid bestiæ, nonne frigus, non famem, non montivagos atque silvestres cursus, atque lustrationes patiuntur?
Cursus montivagi. Sil. lib. 3. 546.
Dea montivaga, Diana. Stat. 1. Achill. 450.
Feræ. Lucret. lib. 1. 405.
Genus ferarum montivagum. Lucret. lib. 2. 1080.

MONSTRO, [δεικνύω, σημαίνω, ἀποδείκνυμι] āre. Ostendere, declarare, indicare. Cic. 1. de Divin. 132.
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam. Ex quodam poeta. Idem 1. de Legib. 2. Aut quod Homericus Ulysses Deli se proceram & teneram palmam vidisse dicit, hodie monstrant eandem.
Digito indice monstrare. Hor. 2. Serm. 8. 26.
Digito prætereuntium monstrari. Hor. 4. Carm. 3. 22.
Viam. Virg. 1. Æn. 386.
Viam comiter erranti. V. COMIS.
O si urnam argenti fors quæ mihi monstret. Hor. 2. Serm. 6. 10.
Monstrare, pro Docere. Cic. 16. Fam. 22. Tu, istic si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. Sic Plin. lib. 19. cap. 10. Monstrare remedium.
Delinimenta vitæ alicui. Tacit. 15. Ann. 63.
Inulas ego primus amaras monstravi incoquere. Hor. 2. Serm. 8. 52.
Iter cæcus monstrare dicitur, quum quis rudis docto consulere conatur. Hor. 1. Epist. 17. 4.
Ordinem. Ulpian. in l. Quia. §. Plane. D. Si quis omiss. caus. testam. An ordinem illum debeamus facere, quem Julianus monstrat.
Remedium monstravit Imperator. Ulpian. l. Quod autem. §. si maritus. D. de donat. inter vir. & uxorem.
Via vitæ monstrata est. Hor. de Arte Poet. 404.
Monstrare, pro Probare. Ulpian. in l. 1. §. Qui adver. D. de postulando, Qui adversus ea fecisse monstretur; & pro aliis interdicta postulatione repellitur, & pro æstimatione judicis extra ordinem pecuniaria pœna multatur.
Indicare, deferre. Tacit. 4. Hist. 1. Alii ab amicis monstrabantur. Ibid. 41. Eum quoque perturbant, tanquam Neroni Scribonianos fratres ad exitium monstrasset.

MONSTRANS, antis. Partic. [δεικνύων] Stat. 3. Silv. 3. 39.
— venturosque tuus durabit in annos,
Me monstrante, dolor. Et Virg. 6. Æn. 446.
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

MONSTRĀTUS, a, um. Partic. ut, Monstrata radice. Hor. 2. Epist. 2. 149.

MONSTRĀTIO, ōnis. f. [δεῖξις] Ter. Adelph. 4. 6. 2.
Defessus sum ambulando: ut, Syre, te cum tua
Monstratione magnus perdat Juppiter. Adde Vitruv. 6. 1.

MONSTRĀTUS, ûs. m. pro Demonstratione. Senec. in Consolat. ad Marciam 25. Utque ignotarum urbium monstratus novo hospiti gratus est. Alii legunt Monstrator. V. Apul. 5. Met. p. 171.

MONSTRĀTOR, ōris. m. [ὑφηγητής] Virg. 1. Georg. 19.
— uncique puer monstrator aratri. i. e. Triptolemus, seu potius Osiris, ut inquit Servius. Tacit. de moribus German. 21. Qui nuper hospes fuerat, idem monstrator hospitii & comes.

MONSTRĀBĬLIS, e. Adj. [δεικτὸς] Plin. 6. Epist. 21. Nescio an noris hominem, quanquam nosse debes; est enim probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monstrabilis.

MONSTRUM, i. n. [διοσημεῖον, πέλωρ, τέρας, φάσμα] a Monstrando dictum est, quod aliquid significando monstret. Est autem Aliquid præter naturam editum aut procreatum. Cic. 2. de Nat. Deor. 7. Prædictiones vero & præsensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ futura sunt, portendi, prædici; ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur?
Biforme monstrum. Ovid. 8. Met. 156. de Minotauro.
Detestabile. Juven. 15. Sat. 121.
Fatale. Hor. 1. Carm. 37. 21.
Horrendum & dictu mirabile. Virg. 3. Æn. 26.
Immane. Sil. lib. 13. 201.
Infame. Stat. 11. Theb. 578.
Infelix, Equus Trojanus. Virg. 2. Æn. 245.
Nova. Hor. 1. Carm. 2. 6.
Sævum. Catull. Argon. 62. 101.
Ulterius, Majus. Juven. 9. Sat. 38.
Consecrare monstris. In CONSECRO.
Dicuntur gigantes terra geniti monstra. Hor. 3. Carm. 4. 73.
Moventur novitate monstri. Ovid. 12. Met. 175.
Perferimus immania monstra. Virg. 3. Æn. 583.
Monstrum, pro Prodigio. Virg. 2. Æn. 171.
Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris. V. ad fin.
Monstrum ac prodigium. Cic. 5. Verr. 171. Non mihi jam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur. Cic. 2. in Catil. 1. Abiit, excessit, evasit, erupit; nulla jam pernicies a monstro illo atque prodigio mœnibus ipsis intra mœnia comparabitur.
Monstrum est Omne contra naturam, inquit Donatus ad Ter. Eun. 4. 3. 14.
Monstrum hominis. Ter. Eun. 4. 4. 29.
Primum, istam, quam habes, unde habes vestem? taces?
Monstrum hominis, non dicturus?
Immanissimum & fœdissimum. Cic. in Pison. 31.
Monstrum ali dicitur: ubi quid occulti vitii latere significamus, haud scio an inde sumpta metaphora, quod monstra ob pudorem clanculum aluntur & occultantur. Pamphilus in Ter. And. 1. 5. 15.
Repudiatus repetor. Quamobrem? nisi si id est, quod suspicor,
Aliquid monstri alunt, &c. Erasmus.
Dicere monstra. Cic. 4. Tusc. 63.
Explicet quis monstra tanta. i. e. Quis tantum ænigma solvet? Senec. Theb. 1.
Narrare monstra, sive Nuntiare. Cic. 4. Att. 7. Venerat horis duabus ante Cherippus, mera monstra nuntiarat. Ubi interpres, Mera monstra, interpretatur infirmitatem Quinti letalem. Idem lib. 9. Ep. 11. extr. Monstra narrans, quæ falsa esse possunt.
Monstrum etiam pro Signo vel specimine mirabili ponitur. Florus 1. 10. extr. Tot tantisque virtutum territus monstris.
Monstrum, pro Monstratione aliquando accipitur. Virg. 3. Æn. 59.
Monstra deûm refero. [immo pro Prodigio. V. paulo supra.

MONSTRŌSUS, a, um. Adj. [τερατώδης, τερατώδης] Quod præter naturam est. Lucan. lib. 1. 557.
Monstrosique hominum partus.
Fabula monstrosa, turpisque relatu. Claud. in Eutrop. 2. 549.
Monstrosus, per translationem. Cic. 1. de Finib. 61. Invidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi. Sueton. de Clar. Grammat. cap. 15. Lastaurum & lurconem, & nebulonem, popinonemque appellans, & vita, scriptisque monstrosum.
Compar. Tertull. de Anima cap. 26. Conceptus monstrosiores.
Superl. Cic. 2. de Divin. 69. Quid minus mirum, quam illam monstrosissimam bestiam, urnam evertisse, sortes dissipavisse? Alii scribunt

MONSTRUŌSUS, ut, Libidines monstruosæ. Suet. Calig. cap. 16.
Superl. Gell. 17. 10. Et omnium, quæ monstra dicuntur, monstruosissimum. Sic & in superioribus exemplis multi codd.

MONSTRŌSE, Adv. [τερατωδῶς] Præter naturam. Cic. 2. de Divin. 146. Nihil tam præpostere, tam incondite, tam monstrose cogitari potest, quod non possimus somniare.

MONSTRĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [τερατοφόρος] Monstrum referens. Plin. lib. 6. cap. 30. Animalium hominumque effigies monstriferas circa extremitates ejus gigni minime mirum.
Annus monstrifer. Claud. in Eutrop. 2. 4.
Sinus monstriferos agit unda. Lucan. lib. 5. 620.
Tumultus. Lucan. lib. 2. 3.

MONSTRĬFĬCUS, a, um. Adj. [τερατουργός] Idem. Plin. lib. 21. cap. 5. Inventa est & in his ratio inserendi, monstrificis hominum ingeniis.
Artes monstrificæ. Valer. 6. Argon. 152.
Gemmæ. Plin. lib. 37. cap. 11.
Effigies. Plin. lib. 2. cap. 3.

MONSTRĬFĬCE, Adv. [τερατουργῶς] Plin. lib. 28. cap. 11. Equarum virus a coitu in lychnis accensum, Anaxilaus prodidit, equinorum capitum visus repræsentare monstrifice.

MONSTRĬFĬCĀBĬLIS. e. Adj. Tanquam a Monstrifico, āre. Lucil. lib. 26. Nunc ignobilitas his mirum, ac monstrificabile. Nonius 2. 540.

MONSTRĬGĔNUS, a, um. Adj. Avienus Descript. Orbis v. 789.
Anx monstrigenis bustem licet inferat æstus
Fluctibus.

MONSTRĬGER, ĕra, ĕrum. Adj. Salvian. 5. de Gubern. Dei p. 114. edit. Baluz. Illud quam non ferendum, atque monstrigerum.

MONTANUS, i. m. [Μοντανός] Poeta, cujus meminit Ovid. 4. de Pont. 16. 12.

Montanus etiam Phryx natione, Hæreticus sæculo secundo, a quo Montanistæ. V. Euseb. 5. 15. & 18.
MONTANUS, MONTICULA, MONTOSUS. In MONS.
MONUMENTUM, V. MONIMENTUM, In MONEO.
MŎNŸCHA. æ. f. [μόνιχα] Nomen est matris D. Augustini, cujus vitæ sanctimoniam & ipse Augustinus, & Maphæus Vegius Laudensis vates litteris mandavere. Al. Monica.
MŎNŸCHUS, i. m. [μόνυχος] Unus fuit Centaurorum, de quo Juven. 1. Sat. 11.

— quantas jaculetur Monychus ornos. Componitur ex μόνος & ὄνυξ: hoc est, solus & unguis, quod pedem instar equi habuerit. Sunt enim μώνυχες equi, quia solidas ungulas habent. Lucan. lib. 6. 388.
Aspera te Pholoes frangentem, Monyche, saxa.
Gravis Monychus. Valer. 1. Argon. 146.
MONYMA, MONYMUS, V. MONIMA, MONIMUS.

M O P

MOPSION, [μόψιον] Agri pelasgici oppidum in Thessalia, apud Strabonem lib. 9. extr.
MOPSŎPIA, æ. f. [μοψοπία] Attica regio, a Mopsopo rege sic dicta, ut auctor est Strabo l. c.
MOPSŎPIUS, a, um. Adj. [μοψόπιος] ut, Juvenis Mopsopius, Atheniensis. Ovid. 5. Met. 661. de Triptolemo.
MOPSOS, i. [μόψος] Liberum Ciliciæ oppidum, ad Pyramum fluvium situm, teste Plin. lib. 5. cap. 27. Strabo μόψου ἑστία appellat. V. infra.
MOPSUS, i. m. [μόψος] Nomen proprium viri vatis, qui (ut P. Mela 1. 14. extr. refert) in finibus Pamphyliæ Phaselim urbem condidit.
Fuit & alter Mopsus Lapitha, id est Thessalus, ut Strabo scribit lib. 9. qui fuit Ampycis & Chloridis, filiæ Orchomeni, filius.
Alius fuit, cum quo certavit Calchas de peritia divinandi, Apollinis filius.
Sacer Mopsus. Valer. 1. Argon. 207.
MOPSUESTIA, vel MOPSU HESTIA, æ. f. [μόψου ἑστία] Strab. lib. 14. Urbs Ciliciæ. Cic. 3. Fam. 8 extr. Cum castra haberem in agro Mopsuhestiæ. Al. Mosheltiæ. Conf. MOPSOS.

M O R

MORT. Mortua, Mortuus.
MŎRA, æ. f. [τριβὴ, μέλλησις, ἀναβολὴ, πυρολκή] a Moror, moraris. ut quidam volunt; Exspectatio, temporis dilatio, prolatio, tarditas, procrastinatio.
Dispendia moræ. Virg. 3. Æn. 453.
Annosa mora, Tempus longum. Ovid. 5. Fast. 144.
Brevis. Senec. Troad 8.
Damnosa. Ovid. 11. Met. 376.
Immensæ. Ovid 1. Epist. 82.
Inanis. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Injusta. Quintil. in procem. lib. 6.
Lenta. Ovid. 3. Epist. 138.
Longa nostri mora laboris. Ovid. 12. Met. 20.
Mera. V. MERUS.
Segnis. Virg. 3. Georg. 42.
Tarda. Ovid. 2. Amor. 14. 26. al. Parva.
Abrumpere moras. In ABRUMPO.
Acquirere moram ad aliquid agendum, & spatium alicui ad sese colligendum dare. Cic. pro Cæcin. 6.
Acquirere moram ad condemnandum. In ACQUIRO.
Adjungere, vel injungere. Cic. 15. Fam. Et Hirt. de Bell. Alex. cap. 44.
Afferre moram, Remorari. Hor. 2. Carm. 14. 4.
Afferre supplicii. Cic. 7. Verr. 165. Apud te nomen civitatis ne tantum quidem valuisse, ut dilationem aliquam crucis, ut crudelissimi tæterrimique supplicii aliquam parvam moram saltem posset afferre. Idem 11. Att. 22. Pharnaces autem, quoquo modo aget, moram afferet. Et 5. Philip. 25. Ista legatio moram & tarditatem afferet bello.
Agitare. V. AGITO.
Assequi. Cic. 7. Verr. 166. Apud te Prætorem si non effugium, ne moram quidem mortis, mentione atque usurpatione civitatis, assequi potuit?
Castigare moras, Morantes, cessantes. Virg. 4. Æn. 407.
Corripere. Ovid 9. Met. 282.
Creare Plaut. Pseud. 1. 3. 159.
Jam hic faxo aderit. PS. potiu' ut abeas? tibi moram dictis creas.
Delectant distincta & interpuncta intervalla, moræ, respirationesque alios: flumen aliis verborum, volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. Cic. In Orat. 53.
Dimove vocis moras, i. e. Dic breviter. Senec. Hippol. 4.
Dare. Ter. Hec. 1. 2. 52.
Dabitur parvula mora. Juven. 10. Sat. 340.
Ducere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Ducere in longam verba moram. Propert. lib. 1. 10. 6.
Effugere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Emendare. Paul. in l. Si servum. §. sequitur. D. de verb. obligat.
Fabricare moras Sil. lib. 16. 671.
Facere. Cic. 16. Att. 2. pr. De Publilio autem, quod perscribi oportet, moram non puto esse faciendam. Idem pro Sulla 58. Venire omnes suas possessiones, & patrimonio se ornatissimo spoliari maluit, quam ullam moram fieri cuiquam creditorum suorum. Plenius
Facere moram in solvendo Paul. in l. Si servum §. sequitur. D. de verb. oblig.
Facere moram libidini alicujus. Liv. 27. 31. Sic Comitiis. 27. 6. Hor. 3. Carm. 14. 23.
Si per invisum mora janitorem
Fiet, abito.
Ferre moras. Ovid. 6. Met. 467.
Non tulit illa moram. Ovid. 10. Met. 497.
Frangere moras portarum, i. e. Frangere portas, quæ nos morantur. Stat. 10. Theb. 190.
Habere aliquid moræ. Cic. 13. Att. 3. Non puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiamsi est futurum, ut non habeat aliquid moræ.
Habeo aliquid moræ, dum promissa militibus persolvo. Cic. 12. Fam. 12.
Habere aliquid in mora. Paterc. lib. 2. 51. Sua & celeritate & fortuna C. Cæsar usus, nihil In mora habuit, quo minus & quum vellet ipse, exercitusque, classibus perveniret, &c. h. e. Nulla re tardatus est, aut impeditus.
Inferre moram. V. INFERO.
Inferre moram & impedimentum alicui. Cic. 1. de Invent. 12.
Injicere moram & religionem judicandi judicibus. Cic. pro Cæcin. 4.
Innectere. Stat. 5. Theb 743.
Interponere moras, quibus infirmetur aliquis. Cic. 8. Philip. 17.
Interposita fluminis mora. V. INTERPONO.
Interponere moram. Cic 1. Acad. 1. Quod quum audissemus, nullam moram interponendam putavimus, quin videremus, &c. Idem 10. Philip. 1. Ne minimam quidem moram interposuisti, quin quamprimum maximo gaudio & gratulatione frueremur. Et 6 Philip. 2. Itaque bellum nefarium illatum Reip. quum viderem, nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putavi.
Largiri brevem moram alicui. Senec. Troad. 8.
Metuere amori suo moram. In METUO.
Moliri. V. MOLIOR.
Move abs te moram. V. MOVEO.
Nectunt corda moras. Valer. 3. Argon. 374.
Obstat mora. Virg. 1. Æn. 750.
Quid tantum Oceano properent se tinguere soles
Hiberni: vel quæ tardis mora noctibus obstet. Tardis, pro Tarde venientibus, inquit Servius. [Inepte in ed. Lugd. Mora hic pro ipsa Luce æstiva poni dicitur, quum sit potius Causa morandi.
Offendit limæ labor & mora poetas. Hor. in Arte Poet. 291.
Pellere. Ovid. 10. Met. 659.
Pone moras, & studium lucri, i. e. Depone. Hor. 4. Carm. 2. 25.
Præbere Senec. Herc. fur. 7.
Quærere. Ovid. 2. Met. 556.
Quærere ad judicii moram aliquam excusationem. Cic. pro Rabir. Post. 8.
Recusant consulta moras extrema. Sil. lib. 7. 320.
Rumpe moras omnes. Virg. 9. Æn. 13.
Sum mora. Ter. Adelph. 4. 5. 79.
Sed cesso ire intro, ne mora meis nuptiis egomet sim.
Esse aliquid moræ. Plaut. Amph. 3. 3. 17. Faxo haud quicquam sit moræ.
Esse in mora. Ter. Andr. 3. 1. 9.
Sed sequere me intro; ne in mora illi sis. i. e. Moreris & detineas, vel inferas moram & impedimentum. Cic. 10. Fam. 31 Saltus Castulonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios, etsi nunc frequentioribus latrociniis infestior factus est; tamen nequaquam tanta in mora est, quanta qui locis omnibus dispositi, &c.
Est mora, Longum est. Plaut. Capt. 4. 3. 6.
Nam si alia memorem, quæ ad ventris victum conducunt, mora est. i. e. Diu immorarer.
Nulla mora est. Cic. 5. Att. 21. In his γλυκύτητι illud confirmas, moram mihi nullam fore. Ter. Andr. 5. 6. 7.
Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducam. Virg. 2. Æn. 701.
Jamjam, nulla mora est, sequor, & qua ducitis, adsum. Subaudi in me, ut in seqq. exemplis.
Non est mora libera nobis. Ovid. 2. Met. 143.
Quid ergo erat moræ & tergiversationis? Cic. pro Milon. 55. Al. Erat? mora & tergiversatio.
Ne mora sit, quin. Ter. Adelph. 2. 1. 17.
Ne mora sit, si innuero, quin pugnus continuo in mala hæreat.
Non erit in me mora. Ter. Andr. 2. 5. 9.
Neque istic, neque alibi tibi usquam erit in me mora. i. e. Paratus sum quod vis facere. Virg. 3. Ecl. 52.
Quin age, si quid habes: in me mora non erit ulla.
Est per te mora. Ter. Andr. 3. 4. 14.
Nec raro etiam verbum substantivum subauditur per Ellipsin, ut Virg. 5. Æn. 749.
Haud mora consiliis, nec jussa recusat Acestes.
Nusquam mora. Virg. 4. Georg. 185.
Nec mora, nec requies. Virg. 3. Georg. 110.
Est moræ pretium. ut Virg. 9. Æn. 232.
Rem magnam, pretiumque moræ fore.
Grande moræ pretium est. Ovid. H. St. Heroid. Ep. 7. 74.
Grande moræ pretium tuta futura via est.
Tenuere quæ tantæ moræ? Virg. 2. Æn. 282.
Tenuit mora nulla vocatos. Ovid. 1. Met. 167.
Timere moram. Ovid. 3. de Pont. 3. 85.
Neve moram timeas, tempus quod quærimus instat.
Tollere moram judicandi. Quintil. lib. 4. cap. 4.
Trahere moras. Virg. 10. Æn. 888.
Trahere moram, & tempora differre. Ovid. 9. Met. 766.
Sine mora, Citissime, celerrime. Cic. 10. Fam. 18. Ut venienti Bruto, exercituique ejus, sine mora transitus esset paratus.
Inter moras. V. INTER præpositionem.
Mora, Instrumenti chirurgici particula, apud Celsum lib. 8. cap. 10. de crurum femorumque fractorum curatione, In cruræ æque ad rem pertinet, alterum saltem os integrum manere. Commune vero ei, femorique est, quod ubi deligatum est, in canalem conjiciendum est. Is canalis & inferiori parte foramina habet, per quæ, si quis humor excesserit, descendat; & a planta moram, quæ simul & sustineat eam, & delabi non patiatur; & a lateribus cava, per quæ loris datis mora quidem crus femurque, ut collocatum est, detineat. De alia vocis signif. V. infra.
MORŬLA, æ. f. dimin August. Confess. 11. 15. Præsens tempus ita raptim a futuro in præteritum tempus transvolat, ut nulla morula extendatur.
Ascripsit & hanc vocem. Henr. Steph. sed nullo auctore, quæ in Lugd. desiderabatur.
MŎROR, [ἐπέχω, χρονίζω, ἀναβάλλεσθαι, ἐπιέχω] āri. Detinere, retardare. Ter. Heaut. 1. 1. 120. Egomet convivas moror. Cic 5. Philip. 26. Et belli celeritatem morabitur. Idem 2. Fam. 15. Sed eum infector moratur.
Diutius morari. Cic. 3. de Orat. 72.
Longius in loco aliquo. Propert. lib. 3. 20. 14.
Longo tempore. Virg. 3. Georg. 565.

Amba-

Ambage longa aliquem. Ovid. 7. Met. 520.
Ambagibus longis aliquem. Hor. 1. Epist. 7. 82.
Clamore magno morantur. Virg 5. Æn. 207. i. e. Retro agunt.
Lite moraris iniqua. Hor 2. Epist. 2. 19.
Multis ne morer. Cic. 6. Verr 104.
Pluribus ne moremur in re confessa. Plin. lib. 7. cap. 49.
Plura morari aliquem Lucret. lib. 6. 244.
Iter alicujus. Ovid. 19 Epist. 20.
Me moratur quin. Plaut. Aulul. 4. 2. 6.
Oculos carmina morantur alicujus, aurefque. Hor. 1. Epist 13. 18.
Orcum. V. ORCUS.
Pietas moratur aliquem curaque alicujus, quo minus quid efficiat. Hor. 1. Epist. 14. 6.
Solutionem morari, Differre. Paulus io l. Si servum stip. §. Sed si. D. de verborum obligat.
Apud aliquem morari. Pomponius in l. Quintus. §. Ad auctoritatem. D. de annuis legatis & fideicommiss.
Circa aliquid. Hor. in Arte Poet. 132.
Non circa vilem, patulumque moraberis orbem.
Cum aliquo morari, Scævola in l. Annua. D. annuis legat. & fideicommiss. i. e. Vivere, agere, conversari cum aliquo.
In dicendo noo morari, &c. Cic. pro Cluent. 168. Tu autem, nisi molestum est, paulisper exsurge, & perfer hunc dolorem commemorationis necessariæ, in qua ego diotius non morabor, quoniam, &c.
In parvis. Ovid. 2. de Arte Am. 535.
In promissis morari aliquem. Lucret. lib. 6. 244.
Per læve morari. Hor. 2. Serm. 7. 77.
Noo moror, h. e. Non obsto, non repugno. Ter. Eun. 3. 2. 7.
Quod quom fecus erit, quid te Apulia moretur? Cic. 4. Att. 17.
Morari cum losin. Catull. ad Seipsum, 50. 1.
Quid est, Catulle? quid moraris emori? Virg. 8. Ecl. 106.
— dum ferre moror.
Morari & Exspectare. Cic. 12. Fam. 15. Diutius morari, aut exspectare præsidium, noo necesse habui.
Morari, significatione absoluta, ut Grammatici loquuntur, quum alias actionem significet. Catull. 59. 84.
Sed moraris, abit dies.
Morari, Habitare, degere, manere. Cic. 11. Fam. 23. Ego, tibi ut antea scripsi, dum mihi a te litteræ veniant, in Italia morabor. Hor. 2. Carm 3. 23.
Divesne, prisco natus ab Inacho,
Nil interest, an pauper, & infima
De gente, sub dio moreris.
Qua spe inimica in gente moratur. Virg. 4. Æn. 535.
In urbe. Ovid. 2. de Pont. 8. 12.
In una fede. Ovid. 2. Met. 846.
Morari, verbum Juris, quo Actoris, vel Judicis, instantia significatur. Liv. 2. 24. Ne quis militis, donec in castris esset, booa possideret, aut venderet, liberos, nepotesve ejus moraretur. Ibid. lib. 4. 42. C. Sempronium nihil moror, quando hoc est in imperio coosequutus, ut tam carus esset militibus. Cic. in Verrem, Nihil moror eos salvos esse, & ire quo lubet. V. NIHIL.
Nihil ne ego quidem moror, quo minus Decemviratu abeam. Liv. 3. 54. i. e. Non recuso, quio &c.
Nil moror officium, quod me gravat. Hor. 2. Epist. 1. 264. i. e. Mitto, Amando.
Moratur, Impersonale, Mora fit. Cic. 8. Fam. 5. Deinde alius exsistet, qui, nisi libere liceat de omnibus provinciis decernere, reliquas impediat; sic multum ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur.
Morandi, morando, morandum; gerundium. Virg. 10. Æn. 798.
Æneæ subiit mucronem, ipsumque morando
Sustinuit. Ubi Servius; Moraodo, Moram injiciendo ejus impetum lusit.
Causas innecte morandi. Virg. 4. Æn. 51.
Morari, Iosanire, pr. longa, V. suo loco in MŌROS.

MORANS, antis. Partic. [ἐπέχων] Virg. 4. Georg. 70.
— namque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat. Servius, Morantes, Tarde incedentes.
Tempore longo morans. Virg. 3. Georg. 565.
Lapsus fluminum morans Orpheus. Hor. 1. Carm. 12. 9.
Reditum alicujus. Hor. 3. Carm. 5. 52.
Morans, absolute. ut. Dies morans, i. e. Longus, tardus. Hor. 2. Carm. 7. 6.
Cum quo morantem sæpe diem mero Fregi, &c.

MORĀTUS, a, um. [ἀναστρέψας] aliud Participium. Cic. 5. Att. 16. Moratus triduum Laodiceæ, & triduum Apameæ, & totidem dies Synnade. Liv. 24. Et ad duo millia aot moratorum, aut palantium per agros interfecta. [Nisi hic Moratores intelliguntur, Milites, qui tarde sequuntur exercitum. V. infra.
Noo multis ille moratus. Ovid. 1. Fast. 161.
Haud multa moratus, dat dextram juveni. Virg. 3. Æn. 610.
Lacrymis & mente morata. Virg. 4. Æn. 649. De Didone.
Ira morata Ovid. 1. Amor. 8 82.
Oscula sunt labris nostra morata tuis. Propert. lib. 2. 15. 10.
Planta morata expenso gradu. Propert. lib. 2. 3. 6. obi V. Broekh.
Vultum diu tellure moratum erexit. Ovid 14. Met. 106.

MORANDUS, a, um. [ἐφεκτέος] aliud Partic. ut,
Fraude aliqua morandus est pater. Ovid. 3. Trist. 9. 20.
Spectator morandus illecebris, & grata novitate Hor. de Arte Poet. 223.

MORATIM, Adv. Tarde. Solin. cap 3. Moratim Insularum omnium oras legamus.

MORATIO, ōnis. f. Vitruv. 9. 4. Morationibus impediri.
Æquata moratio. Firmic lib. 4.

MORĀTOR, ōris. m. [ἐφεκτής] Liv. 2. 44. Quatuorque Tribunorum adversus unum, moratorem publici commodi, auxilio delectum coss. habent. conf. Liv. 21. 47. 48. & ibi Gronov. & Interpr. ad Curt. 4. 10. 10. conf. & MORATUS, Partic.
Morator, Ministerii nomen erat in ludis Circensibus, quo qui fungebantur, ut conjicere est, quadrigarios & bigarios morabantur, ne ante tempus, aut non suo ordine currerent; & ut inter missus intervalla essent. Hoc ex priscis titulis eruit Turnebus, in quorum uno sic legitur, QV. RAPIDIO, Q. F. LEM. MVLIONI MORATORI LVDI CIRCENSIS. Et Inscriptio vetus in Corpore Gudiano. DIS. MAN. A. TVCCIVS. A. L. STEPHANVS. AVRIGATOR. FACT. RVSSAT. ET. T. TVLCIVS. PANCHRYSVS. MORATOR. EIVSD. FACTION. DEDIC.
Moratores etiam appellati Rabulæ, quod morarentur causas. Ammian. 30. 10. Moratores forenses: Ita legit Lindebrogius. Alii Oratores. conf. Cujac. Observ. 4. 40. V. ORATURATOR.

MORĀTŌRIUS, a, um. Adj. [ἐφεκτικός] Papinianus Jureconf. l. 5. Cum possessor. §. 2. pro pecunia. t. 15. De censibus. D. Quo minus prædium jure pignoris distrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur. h. e. Cautio quæ datur, ut quis differat & exspectet.

MORĀMENTUM, i. n. [ἀναβολή] Idem quod Mora. Apul in Florid. 4. p. 363. Hisce igitur moramentis omnibus qui volunt devitari, advectorem sibimet equum deligunt.

MORA VATICANA, V. MORUS.

MŌRA, [μόρα] ut Nepos, Hesych. Etymolog. vel MŒRA, [μοῖρα] ut Pausan. Ordinatio hominum militaris apud Lacedæmonios ex 500, vel 700, vel 900 militibus. V. Diodor. lib. 15. Nepos 11. 2. 3. Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum interfecit. Al. Intercepit. V. ibi Interpret. & Meurs. Lect. Att. 1. 15. Voss. Etym. p. 327.

MORĀCIUS, a, um. Adj. i. e. Durus. ut, Moraciæ nuces. Titinius apud Festum.

MORALIS, MORATUS. V. MOS.

MŌRĀRIA, æ. f. Herba, quam & Statioron & Chamæleonem vocant. Apul. de Herb. cap. 25.

MORBŌNIA, velut alii, MORBŌVIA. Sueton. in Vesp. cap. 14. Quidam ex officio admissionis, simul expellens, abire morboniam jusserat. Quo quidem in loco morbonia, vel morbovia, ut nomen oppidi, quod tamen nusquam est, fingi videtur: aut adeo populi ore frequentabatur ceu oppidi nomen, sub sensu morbi & exitii. Hoc enim perinde est, ac si quis in malam crucem amandet, aut ad corvos abire jubeat. Certe compendium Dionis pro Morboniam ἐς κόρακας habet. Ex Turnebo. Gronov. Macarian. q. V. [Sed videtur expulsio mentionem vocis mali ominis postulare.

MORBUS, i. m. [νόσος, νόσημα] Proprie est Habitus corporis contra naturam, qui usum ejus faciat deteriorem.
Morbus, Ægrotatio, & Vitium quid distent, V. ad finem hujus dict.
Animi morbus. Sallust. in Cic. 1. Graviter & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem judicio magis, quam morbo animi, petulantia ista uti.
Morbus & Imbecillitas corporis. Cic. 11. Att. 6. Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat.
Æger morbo gravi. Cic. 1. in Catil. 31. Ut sæpe homines ægri morbo gravi, quum æstu, febrique jactantur, &c.
Infirmus ex gravi & diuturno morbo. Cic. 8. Philip. 15.
Admonitio. V. ADMONEO.
Insignia morbi. Hor. 2. Serm. 3. 254.
Sollicitæ volitant animæ morbis. Lucret. lib. 3. 731.
Acer. V. ACER, adj.
Acutus. In ACUO.
Adveniens & crescens morbus. Cic. 2. de Divin. 142. Medici ex quibusdam rebus & advenientes & crescentes morbos intelligunt: nonnullæ etiam valetudinis significationes, ut hoc ipsum, pleni enective simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur. Davis. Vacuine. [An Erective?
Ancipites. In ANCEPS.
Amplior. In AMPLIUS.
Cæcus. In CÆCUS.
Caducus. In CADO.
Comitialis. In COMITIA.
Declinans. In DECLINO.
Exsanguis. Ovid. 15. Met. 627.
Gravis. Cic. 1. Off. 83. Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leviter ægrotantes, leniter curant: gravioribus autem morbis periculosas curationes, & ancipites, adhibere coguntur.
Immanes. Lucret. lib. 3. 461.
Impatibiles. V. IMPATIBILIS.
Iners morbus. Ovid. 7. Met. 544.
Iogravescens. V. INGRAVO.
Leviores. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Longinquus. In LONGUS.
Major morbus, idem qui Comitialis, Celso lib. 3. cap. 23. teste Budæo.
Morosus. Ovid. 2. de Arte Am. 323.
Pallentes. Virg. 6. Æn. 275.
Pedicularis. V. Pedicularis in PES.
Perniciales. In PERNICIES.
Regius. Hor. de Arte Poet. 453. Ictericiam aliter vocant. Et Cels. 3. 24. pr. Æque ootus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant. Paulo post, Color autem eum morbum detegit, maxime oculorum: in quibus quod album esse debet, fit luteum. Soletque accedere & sitis, & dolor capitis, &c. Deinde ad finem capitis, Per omne vero tempus utendum est exercitatione, frictione: Et, si hiems est, balneo: si æstas, frigidis natationibus; lecto etiam & conclavi cultiore, clauso loco uti, ludis, lascivia, per quæ mens exhilaretur: Ob quæ regius morbus dictus videtur. Lind. Usu, loco, ludis. [Scribendum, Risu, joco, ludis.
Solstitialis morbus. V. Solstitium, in SOL.
Sonticus morbus in XII Tab. interpretatur, Qui nocet. Sed Plinius eo nomine morbum comitialem intellexit, quum ita scripsit de lapide gagate: Deprehendit sonticum morbum. Nam Dioscorides scribit, ἐλέγχει ἐπιληπτικούς. Turnebus. V. SONTICUS.
Tæter morbus. Catul. de Lesbia, 74. 25.
Tremens. Senec. Herc. fur. 9.
Tristis. Tibull. lib. 4. 11. 3.
Veniens. Pers. 3. Sat. 64.
Vetus morbus. Cels. 3. 26.
Absumi morbo. V. ABSUMO.
Accessit spatium morbis. V. ACCEDO.

Adesse morbum. Cic. 2. de Finib. 96.
Advenit morbus. In ADVENIO.
Afferre. In AFFERO.
Affici gravi. Cic. 1. de Divin. 63.
Affectus morbo. Lucret. lib. 1. 134.
Afflictari morbo. V. AFFLIGO.
Aggravescit morbus. Ter. Hec. 3. 2. 2.
Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggravescat.
Apportant novi tempora morbos. Lucret. lib. 5. 221.
Assurgere ex morbo. V. ASSURGO.
Assurgere e morbo. Tacit. 2. Hist. 99.
Auxiliari morbis. V. AUXILIOR.
Cadere in morbum. V. CADO.
Calere mentis morbo aliquo. Hor. 2. Serm. 3. 80.
Collapsa ossa morbo. Virg. 3. Georg. 485.
Concipere morbum. In CONCIPIO.
Confirmata valetudo a morbo. Cic. 10. Att. 19. Valetudinem tuam jam confirmatam esse, & a vetere morbo, & a novis tentationibus, gaudeo.
Conflictari morbo. In CONFLICTO.
Conjicere in morbum. V. CONJICIO.
Consurgere graves morbo nequeunt. Ovid. 7. Met. 570.
Contaminatus morbo grex turpium virorum. Hor. 1. Carm. 37. 10.
Contrahere morbum. V. CONTRAHO.
Convalescere ex morbo. Cic. 13. Fam. 30. Ille in morbum continuo incidit, ex quo non convaluit. Idem pro Sol. 75. Ex magnis & diuturnis, & jam desperatis Reipub. morbis ista repente vis erupit, ut ea confecta & ejecta, convalescere aliquando & sanari civitas possit.
Corripiunt morbi corpora. Virg 3. Georg. 471.
Crescit morbus. Cic. 2. de Divin. 142.
Crudescit morbus. Virg. 3. Georg 504.
Sin in processu cœpit crudescere morbus. V. CRUDUS.
Curare morbos. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Defungi morbo. Liv. 3. 8 pr. Defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere.
Delabi in. Cic. 7. Att. 5. Filiam in idem genus morbi delapsam curam tibi afferre majorem sentio.
Depellere. Cic. 7. Fam. 27. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amisi; sed si morbum depulero, facile, ut spero, illa revocabo.
Evadere ex morbo dicitur ægrotus. Cic. 2. de Divin. 13.
Evincere tristes. Tibull. lib. 4. 11. 3.
Exasperatur morbus. Cels. lib. 2. cap. 14. Ne morbus, qui remanet, iterum quavis levi de causa exasperetur.
Extermioare. V. EXTERMINO.
Facere. Celsus in procem. lib. 1. Interest enim, fatigatio morbum, an sitis, an frigus, an calor, an vigilia, an fames fecerit.
Finiri morbo. V. Finio, in FINIS.
Jactari. Hor. 2. Serm. 3. 121.
Impediri. Cic. 1. Fam. 10. Quod morbo impeditus, in Ciliciam non transieris.
Implicitus. V. IMPLICO.
Impugnatur. V. IMPUGNO.
Incessit in castra. V. INCESSO.
Incidere in. Cic. pro Cloent. 175. Ibi in morbum incidit, ac satis vehementer, diuque ægrotavit.
Inclinatur. V. INCLINO.
Incurrere in. V. INCURRO.
Incutere. Lucret. lib. 6. 771.
Ingruunt morbi gentibus universis. V. INGRUO.
Injici in. V. INJICIO.
Intabescere morbo. Cic. 3. de Nat. Deor. 84. Hunc igitur nec Olympius Juppiter fulmine percussit, nec Æsculapius misero diuturnoque morbo intabescentem interemit.
Invasit. V. INVADO.
Jurare morbum, V. JURO.
Laborare morbo. Cic. 1. de Finib. 59.
Languebant pleraque morbo. Lucret. lib. 6. 1219.
Levare morbum alicui. V. LEVIS.
Levari morbo. Cic. 12. Fam. 29. Gravius ægrotant ii, qui quum levati morbo videntur, in eum de integro inciderunt.
Mederi morbis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Missus morbus ad corpora a numine. Juven. 13. Sat. 230.
Moriturus inerti. Ovid. 7. Met. 544.
Mutare. Cels. 3. 9. Nonnunquam etiam lentæ febres sine ulla remissione corpus tenent: Neque cibo, neque ulli remedio locus est. In hoc casu medici cura esse debet, ut morbum mutet.
Nascuntur morbi. Cic. 4. Tusc 23.
Nocuit nec tibi vis morbi. Ovid. 1. Amor. 14. 41.
Occupat. Cels. 5. 27.
Occurrere venienti morbo. Pers. 3. Sat. 64.
Oppressa est morbo mulier. Cic. pro Cluent. 22.
Opprimit morbus aliquem. Cic. 15. Att. 1. pr. Quum hominem temperantem, summum medicum, tantus improviso morbus oppresserit.
Perire morbis. Hor. 2. Serm. 3. 157.
Prævidere ingravescentem. V. INGRAVO.
Recreari e. Cic. Post redit. ad Quir. 4. Bona valetudo jucundior est eis, qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt. Idem in Pison. 85. Qui quum uno genere morbi affligerentur, neque se recreare quisquam posset, quum semel incidisset, dubitabat nemo, quin &c.
Relevare morbum. Cic. 1. in Catil. 31. Sic hic morbus, qui est in Republica, relevatus istius pœna, vehementius, vivis reliquis, ingravescet.
Relevari, pro Relevari a morbo. Cic. 1. in Catil. 31. Si aquam gelidam biberint, primò relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque affligantur.
Removere. Cic. 10. Att. 18. Tu, quoniam quartana cares, & novum morbum removisti. &c.
Senescere. Cic. 7. Fam. 26.
Squalebant exangui corpora. Ovid. 15. Met. 627.
Esse in morbo. Cic. 4. Tusc. 8. Qui in morbo sunt, sani non sunt. Ibid. 92. Corpus quod in morbo est.
Subsistentes. Celsus in præfat. lib. 1.
Sustinere. Celsus lib. 2. cap. 8.
Teneri. Celsus lib. 2. cap. 17.
Tentari. Cic. 4. Tusc. 31. Animi valentes, morbo tentari non possunt, corpora possunt.
Tentantur acuto renes. Hor. 2. Serm. 3. 163.
Tollere. Celsus in præfat. lib. 7.
Traduntur morbi per successiones. Plin. 1. Epist. 12. ad Calestrium, Tertio & tricesimo anno pedum dolore correptus est. Patrius hic illi: Nam plerunque morbi quoque per successiones quasdam, ut alia, traduntur.
Transire ad morbum aliquem. Celsus lib. 3. cap. 29. pr.
Vacare morbo. Celsus lib. 3. cap. 22.
Vacare a. Celsus lib. 2. cap. 1.
Vincit morbus medicamenta. Celsus lib. 7. cap. 33.
Urgeri. Cic. de Fato, 17. Ut in eo, qui mortifero morbo urgeatur.
Reliquiæ morborum lentæ. Cels. lib. 2. cap. 15.
Unde fiot morbi. Cels. in præfat. lib. 9.
Morbus in summo incremento. Cels. lib. 3. cap. 8.
Morbus & Vitium apud Jurisconsultos differunt. Morbus est habitus cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus facit deteriorem, ut phthisis, febris, &c. Balbus autem, & atypus, vitiosi magis, quam morbosi sont, ut equus mordax &c. Sed qui morbosus est, is etiam est vitiosus, neque id tamen contra fit. Potest enim qui vitiosus est, non morbosus esse. Hæc Gellius ex Cæcilio Sabino, lib. 4. cap. 2.
Morbus, Ægrotatio, & Vitium. Cic. 4. Tusc. 28. Morbum appellabant totius corporis corruptionem: Ægrotatiooem, morbum cum imbecillitate: Vitium, quum partes corporis inter se dissident; ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius valetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur: Vitium autem, integra valetudine ipsum ex se cernitur.

MORBĬDUS, a, um. Adj [νοσερὸς] Morbo affectum significat, vel Morbis obnoxium. Varro 3. de R. R. cap. 16. Aut quum sunt apes morbidæ, propter primores vernos pastus.
Vis morbida, Quæ morbum affert. Lucret. lib. 6. 1090.
— unde repente
Mortiferam possit cladem conflare coorta
Morbida vis, hominum generi, pecudumque catervis,
Expediam. Idem paulo post,
— fit morbidus aër.

MORBIDE, Adv. Idem. apud Hieronymum.

MORBŌSUS, a, um. Adj. [νοσώδης] Morbo confectus, aut morbo obnoxius, qui Valetudinarius etiam dicitur. Cato R.R. cap.2. Ferramenta vetera, servum senem, servum morbosum, & siquid aliud supersit, vendat. Iracundi, soli morbosi. Cic. 4. Tusc. 53. Bene igitur nostri, quum omnia essent in morbis vitia, quod nullum erat iracundia fœdius, iracundos solos morbosos nominaverunt.

MORBŌSE, Adv. apud Celsum. [Nisi falsa citatio est.

MORDEO, momordi, morsum, [δάκνω, δάκω, κνήθω, πρίζω] ēre. Dentibus lædere & corripere.
Momordi Ovid. 9. Met. 61.
— tum denique tellus
Pressa genu nostro est, & arenas ore momordi. V. Humum mordere infra.
Morsi aliquando fecit in preterito. Plautus in Trigeminis, 1. Frag. 130. Ni fugissem, inquit, medium credo præmorsisset. Ex Gell. lib. 7. cap. 9.
Memordi, præteritum ab antiquis frequenter usurpatum. Ennius, Meum non est, at si me canis memorderit. Lab. Callis, De inregro patrimonio meo centum millia nummûm memordi. Ex Nonio 2. 553.
Latrant & mordeor canes. Cic. pro Rosc. Amer. 57.
Frenum. Cic. 11. Fam. 23. V. FRENUM.
Humum mordere, Mori. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. v. 9. conf. Momordi.
Terra mordetur dente vomeris. Varr. de L. L. lib. 4. 31. pr.
Fibula mordet, i. e. Stringit. Virg. 12. Æn. 273.
— teritur qua sutilis alvo
Balteus, & laterum juncturas fibula mordet.
Frigora mordent cautos parum. Hor. 2. Serm. 6. 45.
Herba mordere dicitur sapore acri. Plin. lib. 12. cap. 19. Sic lib. 22. cap. 14. Mordens folium.
Rura amnis mordet aqua taciturna. i. e. Radit. Hor. 1. Carm. 31. 8.
Mordere, per translationem, Detrahere alicui. Ter. Eun. 3. 1. 21.
— invidere omnes mihi,
Mordere clanculum; ego non flocci pendere.
Dente iniquo mordere, Calumniari. Ovid 4. Trist. 10. 124.
Dente invido mordeor. Hor. 4. Carm. 3. 16.
Dictis morderi. Ovid. 1. Trist. 1. 25.
Opprobriis falsis. Hor. 1. Epist. 16. 38.
Non mordenda tibi turba fidelis erat. Ovid. 4. de Pont. 14. 46.
Mordere, Pungere. Cic. 12. Att. 7. Quod rogas ut in bonam partem accipiam, siqua sunt in tuis litteris quæ me mordeant. Idem lib. 13. 23. Valde me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra. Idem 3. Fam. 12. Neque non tamen me mordet aliquid, in quo unum non vereor, quæ mihi tuenda sunt. Idem 3. Tusc. 82. Tamen siquis error aliunde exstitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit.
Mordere, Δάκνω a Dione, de Augusto verba Latina respectante p. 393. Patif. circa pr. Εἰ γάρ δὴ δάκνει τινὰς ὑμῶν τι τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεχθέντων. Nimirum tanquam usus esset verbo mordaci. Vide an recte Xyl. Et magis puto usitatum fuisse Latinum Mordere, in hac signif. metaphorica, quia Latinis verba composita quædam eam habeaot, ut Remorsus puto. H. St.
Modere, translate, pro Lædere, offendere. Hor. 1. Epist. 8. 5.
— haud quia grando
Contuderit vites, oleamque momorderit æstus. Lambinus.
Mordeor. Doleo. Cic. 6. Att. 2. An tu si mecum esses, qui scribis morderi te interdum, &c. i. e. Graviter ferre.
Conscientia morderi. Cic. 4. Tusc. 44.

MORSUS, a, um. Partic. [δηχθεὶς] Plin. lib. 29. cap. 3. Datur morsis a rabioso, ne rabidi fiant. Catull. 58. 316.
Laneaque aridolia hærebant morsa labellis.

MORSUS, ûs. m. [δηγμὸς, δῆξις, λαβὴ] Dentium læsio vel apprehensio. Cic.

Cic. de Senect. 51. E quibus quum emerserit, fundit frugem, spicæ ordine structam, & contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum.
Idem 12. Att. 19. Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio a te admonendo.
Figuratus morsus. Macrob. 7. Saturn. cap. 3. Scomma pæne dixerim, morsum figuratum, quia sæpe fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud intelligas.
Funesto morsu faucius. Ovid. 11. Met. 375.
Viperinus. Cic. 2. de Finib. 94.
Apprehendere morsu. In APPREHENDO.
Consumite fero viscera morsu. Ovid. 4. Met. 113.
Corripere morsum. V. CORRIPIO.
Defendite a pecoris morso frondes nostras. Ovid. 9. Met. 384.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros. Virg. 3. Æn. 394.
Inferre morsus alicui. Ovid. 11. Met. 58.
Lacerare morsu viscera. V. LACER.
Parat leo morsus. Senec. Herc. fur. 11.
Premere morso. Lucret. lib. 3. 663.
Vastis morsibus prædam leo premens. Senec. Troad. 9.
Citra morsum. V. CITRA.
Bibere morso. V. BIBO.
Unci morsus. De ancora dicitur, terræ vel fundo infixa. Lucan. lib. 3. 699.
Morsus loricæ, Conjunctio & nexus dicitur, ubi lorica cum fibulis connectitur. Sil. lib. 7. 624.

Strage super lapsus sociûm, qua fibula morsus
Loricæ crebro laxata resolverat ictu.

Coire ad morsum. V. COEO.
Morsus, pro Livore morsiuncularum. Lucret. lib. 4. 1079.

Blandaque refrenat morsus admista voluptas.

Ex mulierum morsu vestigia libidinis atque nequitiæ. Cic. 7. Verr. 32.
Morsus, Dolor & ægritudo. Cic. 3. Tusc. 53. Itaque & dolor corporis, cujus est morsus acerrimus, perferetur, spe propolita boni. Ibid. 83. Ægritudo erit sublata illa mærens, morsus tamen & contractiunculæ animi relinquentor.
Sopitus necis morsus. Sil. lib. 13. 274. h. e. Mortis dolor amotus vino.
Morsos, pro Invidia & detractione. ut,
Insequi morsibus aliquem. Ovid. 13. Met. 568.
Incitare acres morsus. Catull. ad passerem Lesbiæ, 2. 4.
Incitat & morsus error uterque pares. Ovid. 19. Epist. 114.
Venenare morsu obscuro commoda alicujus. Hor. 1. Epist. 14. 38.

MORSIUNCŬLA, æ. f. dimin. a MORSIO. [δηγμάτιον] Parvus morsus. Plaut. Pseud. 1. 1. 65.

Compressiones arctæ amantium comparum,
Teneris labellis, molles morsiunculæ.

Continuæ morsiunculæ. Apul. 8. Met. p. 211.

MORSŪRA, æ. f. Idem quod Morsus Constant. Afer 7. 10. Morsuræ locus.

MORDAX, ăcis. Adj. [δάκνης, δηκτικός, κερτόμος, ποδάκνιτος] Qui mordendo lædit. Plaut. Truc. 2. 4. 1.

Num tibi nam, amabo, janua est mordax mea,
Quo introire metuas, mea voluptas?

Ferro mordaci icta pinus. Hor. 4. Carm. 6. 9.
Folium mordax, Pungens, & tactum feriens vel gustum. Plin. lib. 16. cap. 24.
Mordax vis. Plin. lib. 9. cap. 45.
Lividus & mordax. Hor. 1. Serm. 4. 93.

Lividos & mordax videor tibi? &c.

Carmen mordax. Ovid. 2. Trist. 563.

Non ego mordaci distrinxi carmine quemquam.

Mordax homo, Detrectator. Cic. 2. de Orat. 240. Quum quæreres id quid esset, senem tibi quendam oppidanum dixisse, Lacerat lacertum Largii mordax Memmius.
Sollicitudines mordaces. Hor. 1. Carm. 18. 4.
Compar. Phædr. 4. 7. 1.

Mordaciorem qui improbo dente adpetit.

Superl. Plin. lib. 17. cap. 18.

MORDĀCĬTAS, ātis. f. [τὸ δηκτικὸν] Plin. lib. 21. cap. 15. Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. De urtica & similibus.

MORDACITER, Adv. Macrob. 7. Saturn. 3. Ait nimis ille mordaciter. Compar. Ovid. 1. ex Pont. 5. 19.

Scilicet incipiam lima mordacius uti.

MORDĬCO, āre. Idem quod Mordeo. Scriban. de Pass. Christ. cap. 8. Acriter mordicare.

MORDĬCANS, antis. Cæl. Aurel. Acut. 2. 8. Mordicantis qualitatis esse. Et Tard. 2. 1. 39. Mordicantia injicere collyria.

MORDĬCĀTIO, ōnis. f. Levis arrosio. Cæl. Aurel. Acut. 3. 20. Ventris mordicatio. V. Barth. Advers. 39. 1.

MORDĬCĀTĪVUS, a, um. Adj. ut, Acetum mordicativum. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1.

MORDĬCUS, Adv. [δδὰξ] Mordendo. Plaut. Curcul. 5. 1. 7. Manum mordicus arripuit. Varro 2. de R. R. cap. 7. Ille impetum fecit in eum, & mordicus interfecit. De equo.
Auferre mordicus auriculam alicujus. Cic. 3. Q. frat. 14.
Divellere mordicus agnam. Hor. 1. Serm. 8. 27.
Tenere mordicus, per translationem, pro Summa pertinacia tueri. Cic. 4. Acad. 51. Nam ab omnibus ejusmodi visis perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. Idem 4. de Finib. 78. Quum id fugiunt, re eadem defendunt, quæ Peripatetici, verba tenent mordicus.
Trahere mordicus, Morsu ac dente prehensum. Suet. in Cæs. 64. Paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis.

MORDICITUS, Adv. Idem. Apul. 3. Met. sub fin. Mordicitus adpetens. Alii legunt Mordicibus. V. seq. dict.

MORDĪCES, um. pl. quasi a Mordex, pro Dentibus. Plaut. Aulul. 2. 2. 57.

Asini me mordicibus scindant, boves incursent cornibus. Gruterus legit Mordicitus. V. Taubm. ad loc. & conf. Apul. l. c. & ibi Elmenhorst. & Pricæum.

MORSĬCO, āre. frequent. Idem quod Mordico. Apul. 7. Met. p. 197. Ore improbo compulsat ac morsicat.

MORSĬCANS, antis. Partic. Apul. 2. Met. p. 219. Limis & morsicantibus oculis.

MORSICĀTIM, [δακνῶς] Mordendo, antique. Varro, Sicut pulli sic incedunt, & in bellis morsicatim ludunt. Nonius 2. 547.

MŌRĒTUM, i. n. [μυττωτόν] Genus libi ex farina, lacte, vino, caseo, & herbis confectum: quale describitur a Virgilio in eo opusculo cui titulus est Moretum. Ovid. 4. Fast. 367.

Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum, &c. V. Scalig. & Taubm. & Salmas. Exercit. Plin. p. 379. Hinc

MORETĀRIUM, i. n. pro Moreto. ut, Moretarium alliatum. Apic. 1. 35. Moretariom, pro quo dicitur Mortarium. H. St. V. MORTARIUM. Desiderabatur hæc vox in Lugd.

MOROUS, i. m. Fluvius est ex Alpibus defluens, unus eorum qui a Pado excipiuntur, de quo Plin. 3. 16. Orgus, Harduin. ex MSS.

MORIBUNDUS, V. Morior, in MORS.

MORIGEROR, V. MOS.

MŎRĪNI, orum. m. pl. [Μορινοὶ] Populus Galliæ Belgicæ ad Oceanum, ut scribit Pomponius lib. 3. 2. Virg. 8. Æn. 727.

Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis.

MORIO, V. MOROS.

MORION, onis. m. Gemma est, de qua sic Plin. Morion Indica, quæ nigerrimo colore translucet, vocatur pramnion: in qua miscetur & carbunculi colos, Alexandrinum: ubi Sardæ, Cyprium. Nascitur & in Tyro, & in Galatia. Xenocrates & sub Alpibus nasci tradit. Hæc ille lib. 37. cap. 10.
Est etiam Herbæ genus soporiferum. Plin. 21. 31.
Est etiam Semen mandragoræ. Plin. 25. 13.

MORISĒNI, orum. m. Thraciæ populi, circa Ponti litora incolentes, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

MORIOR, V. MORS.

MORMȲRA, æ. f. Piscis est marinus, variis coloribus pictus, cujus meminit Ovid. in Halieut. 110. referente Plinio lib. 32. cap. ult.

MŎROCHTHUS, i. m. [μόροχθος] MOROCHITES Plinio. Lapis est in Ægypto nascens, quem nonnulli a lacteo colore Galaxian, & Leucographiam appellant. Utuntur eo lintcariorum officinæ ad candorem vestium, propterea quod mollis sit, & facillime diluatur. Auctor Dioscor. lib. 5. cap. 152. V. Hard. ad Plin. lib. 37. cap. 10. segm. 63. in vulgatis perperam Merochites, vel Meroctes scribebatur.

MŌROS, a, um. Adj. [μωρὸς] Latine Fatuus & insipiens dicitur, teste Budæo. Plaut. Trinum 3. 2. 43.

Atque is mores hominum moros & morosos efficit. De amore. Hinc

MŌRIO, onis. m. [μωρίων] Stultus. Moriones sunt fatui, quos in deliciis principum esse videmus. Martial. lib. 12. 95.

Parvum basiat usque morionem. Idem lib. 8. 13.
Morio dictus erat viginti millibus, emi.
Redde mihi nummos, Gargiliane; sapit. [Vulgo male distinguunt h. l.

In Avidio Cassio Vulcatii Gallicani Bapt. Egnatius Fatuum morionem exp. Mimum ineptum, sed non recte. Legitur autem non Fatuum morionem, sed Luxuriosum morionem in edit. Frobenii. Fortasse illud in Ald. H. St. Quædam in fine cultro recissa sunt, quibus Egnatii exegesin reprehendit. Verba Vulcatii sunt cap. 1. ad fin.

MŌRŎLŎGUS, i. m. [μωρολόγος] Qui sermone fatuo utitur, Stultiloquus. Unde & sermones hujusmodi, dicuntur Morologi. Plaut. Pseud. 5. 1. 20. — neque ibi esse alium alii

Odio, ibi nec molestum, nec sermonibus morologis uti.

MŌROR, āri. [μωραίνειν] Insanire significat. Cujus exemplum in scommate illo Neroniano apud Tranquillum in Nerone, cap. 33. Certe omnibus rerum verborumque contumeliis mortuum insectatus est, modo stultitiæ, modo sævitiæ arguens. Nam & morari eum inter homines desiisse, producta prima syllaba, jocabatur; multaque decreta & constituta, ut insipientis atque deliri, pro irritis habuit. Morari pro Stupide, & fatue, & delire agere dixit: quod Græci μωραίνειν dicunt. Budæus. [Sed alludens simul ad Morari pr. brevi scilicet.
Morari, pr. longa [μωραίνειν] Fatuum esse. Citat & Catan. in Epist. Plinii. H. St.

MOROSUS, V. MOS.

MŌRŎSŎPHUS, i. m. [μωρόσοφος] Nomen hominis inter stultum & sapientem ambigui. Budæus. *Un sage fol.*

MORPHEUS, disyll. ei, ĕos. m. [Μορφεὺς] Filius aut minister Somni dei; sic dictus, quod dormientibus inducat varias formas & visiones. Ovid. 11. Met. 634.

Excitat artificem simulatoremque figuræ
Morphea.

MORPHNUS, [μόρφνος] Aquilæ genus, circa paludes & lacus vitam præcipue agens: ab Homero Percnos, ab aliis etiam Plancus & Anataria appellatur. V. Plin. lib. 10. cap. 3. ubi sex aquilarum genera enumerat: Melænaeton, Pygargon, Morphnon, Percnopterum, Gnesium & Halyæeton.

MORS, mortis. f. [θάνατος, τελευτὴ, μόρος, πότμος, κὴρ] Cic. 1. Tusc. 18. Sunt enim, qui discessum animi a corpore putent esse mortem.
Mors, Dissolutio. Cic. 2. de Finib. 101. Quæro autem quid sit, quod quum dissolutione, id est morte, sensus omnis exstinguatur, &c.
Extremum omnium rerum mors. Cic. 6. Fam. 21.
Finis vitæ miseræ mors esse videtur. Cic. 1. Tusc. 9.
Interitus non est mors omnia tollens atque delens, sed quædam quasi migratio commutatioque vitæ: quæ in claris viris & feminis dux in cælum soleret esse. Cic. 1. Tusc. 27.
Mors ultima linea rerum est. Hor. 1. Epist. 16. 79.
Migratio mors est in eas oras, quas qui e vita excesserunt, incolunt. Cic. 1. Tusc. 98.
Mortes, pluraliter apud Plin. 9. Epist. 16. Confecerunt me infirmitates meorum, mortes etiam, & quidem juvenum. Sic Martial. lib. 3. 64. Mortes blandæ. Cic. 2. de Finib. 97. Præclaræ mortes sunt imperatoriæ. Quintil. Declamat. 2. Contra verbera & experimenta telorum, mortium perferre patientiam. Adde Virg. 10. Æn. 854. & Liv. 25. 6.
In morte. V. IN præpositionem.
Obnoxia morti. Ovid 14. Met. 600.
Arbiter mortis, Pluto. Senec. Herc. fur. 7.
Cupidus mortis. Hor. 2. Serm. 2. 98.
Exsequialia justa. Stat. 11. Theb. 610.
Fax. Ovid. 21. Epist. 172.

Gradus mortis, inquit Turnebus, ejus est ingressio accessus & adventus, qui interdum formidabilior est & truculentior, interdum clementior; sed qui navigationi se commisit, & mare turgidum tentavit, nullum mortis quantumvis immanem impetum videtur reformidare. Hæc ille in illud Hor. 1. Carm. 3. 17.

Quem mortis timuit gradum?

Janua. Sil. lib. 11. 187.
Imago plurima, Species multæ. Virg. 2. Æn. 369.
Imago mortis, somnus. Cic. 1. Tusc. 92.
Laquei. Hor. 3. Carm. 24. 8.
Metæ. Virg. 12. Æn. 546. V. META.
Mora. Ovid. 10. Epist. 82.
Nigror. Lucret. lib. 3. 39.
Notæ fallaces mortis & vitæ. Cels. lib. 2. cap. 6.
Solamen. Ovid. 12. Met. 80.
Acerba. Ovid. 14. Met. 187.
Adaperta. In ADAPERIO.
Admota. In ADMOVEO.
Ægra. Virg. 3. Georg. 512.
Amara. Propert lib. 1. 19. 20.
Blanda. Martial. lib. 3. 64.

Sirenas, hilarem navigantium pœnam,
Blandasque mortes, gaudiumque crudele.

Bona mors, pro Laudabili & cita. Plin. 2. Epist. ult. V. EYTHANASIA.
Certior mors quæstu. Columel. lib. 1. cap. 3.
Cita. Hor. 1. Serm. 1. 8.
Claræ mortes pro patria oppetitæ. V. CLARUS.
Communis omni ætati. Cic. de Senect. 67.
Consentanea. In CONSENTANEUS.
Cruenta. Ovid. 2. Epist. 140.
Definita omnibus. Cic. pro Sext. 47.
Deliberata. Hor. 1. Carm. 37. 29.
Dira mors ante oculos vagatur. Seneca Octav. 6.
Discreta. Ovid. 11. Met. 699.
Dubia. ut, Vadimus haud dubiam in mortem. Virg. 2. Æn. 359.
Dura. Virg. 10. Æn. 791.
Extrema jam in morte. Virg. 2. Æn 447.
Famosa. Hor. de Arte Poet. 469.
Fera. Ovid. in Ibin, 398.
Fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita, Cic. 14. Philip. 31.
Gelida. Ovid. 2. Amor. 9. 41.
Gravis, immatura, misera. Quintil. lib. 6. cap. 3. Ovid. 3. Met. 471.

Nec mihi mors gravis est, posituro morte dolores.

Honesta mors sæpe vitam turpem exornat, vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. Cic. pro Quint. 49.
Horrida. Senec. Herc. OEth. 16.
Ignobili atque inhonesta morte occumbere. V. IGNOBILIS.
Immatura. Cic. 4. in Catil. 3.
Immitis. Tibull. lib. 1. 3. 55.
Importuna mors omne sacrum profanat. Ovid. 3. Amor. 9. 19.
Indigna morte peremptus. Virg. 6. Æn. 163.
Individua mors est noxia corpori. Senec. Troad. 5.
Indomita. Hor. 2. Carm. 14. 4.
Inhonesta. Liv. 29. 18. V. INHONESTUS.
Instans. Sil. lib. 8. 142.
Invidiosior. Ovid. 7. Met. 603.
Invisa non est mors mihi. Senec. Octav. 17.
Jucta. Hor. 4. Carm. 2. 14.
Lurida. Sil. lib. 13. 560.
Merita morte perire. Virg. 4. Æn. 696. Hoc sic declarat Turnebus: Mors est quædam naturalis, quum fatalem annorum summam conficimus, ut quum morimur in senectute profunda: mors est etiam merita, ut quam bellorum casus, & morbi intemperantia & cruditate quæsiti, aut scelera & crimina afferunt. Meruit enim mori, qui in aciem prodiit. Hinc illud Æneid. 2. 433.

— & si fata fuissent
Ut caderem, meruisse manu. Is quoque mortem lacessit, qui luxuriose intemperanterque vivendo valetudinem labefactat. At nec fato, nec merita morte Dido occidebat, sed morte immerita, ut subito furore correpta. Hæc ille.

Miseram solari. Virg. 10. Æn. 829.
Nec opina morte perdere aliquem. Ovid. 1. Met. 224.
Obita. Lucret. lib. 1. 136.
Pallida. Hor. 1. Carm. 4. 13.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres.

Placida morte quievit. Virg. 9. Æn. 445.
Pulchram properat per vulnera. Virg. 9. Æn. 401.
Pulcherrima. Plin. Epist. 16. lib. 3.
Rapax. Tibull. lib. 1. 3. 65.
Rigida. Nec nimio rigida post strati morte jacebant. Lucret. lib. 6. 1194.
Sicca. i. e. Mors sine vulnere aut cæde. Juven. 10. Sat. 113.
Squalida. Senec. Med. 10.
Subita. Virg. 11. Æn. 796.
Tristis. Virg. 11. Æn. 839.
Turpis. Lucret. lib 6. 1238.
Abstulit clarum cita mors Achillem. Hor. 2. Carm. 16. 29.
Absumi morte. In ABSUMO.
Absumptus morte. In ABSUMO.
Accelerare mortem. Lucret. lib. 6. 772.
Accidere non potest turpis mors forti viro, neque immatura Consulari, nec misera sapienti. Cic. 4. in Catil. 3.
Adire loca mortis. Ovid. 14. Met. 125.
Afferre mortem alicui. Cic. 4. Fam. 12. Et cui inimici propter dignitatem pepercerint, inventus est amicus, qui ei mortem afferret.
Afficere morte. Cic. pro Cluent. 170. Homines inimicos suos morte affici volunt. Cic. 4. Fam. 12. Vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus.

Anteponenda servituti turpitudinique mors. Cic. 1. Off. 81.
Arcessere. Lucan. lib. 8. 660. — prohibent arcessere mortem. i. e. Advocare, sibi inferre. Plin. 1. Epist. 12.
Cecidere justa morte Centauri. Hor. 4. Carm. 2. 14.
Capere plures mortes, Mori pluribus mortibus. Quintil. in Milite Mariano.
Carentes honore mortis. Virg. 6. Æn. 333.
Circumvolat mors atris alis. Hor. 2. Serm. 1. 58.
Commutare vitam cum morte. Cic. 4 Fam. 5.
Complorata. Cic. pro Domo, 98. Videre prætextatos inimicos, nondum morte complorata, arbitria petentes funeris.
Conficere extremum diem morte. Cic. 3. de Finib. 76.
Consciscere sibi mortem. V. CONSCISCO.
Consecuta mors matrem. In CONSEQUOR.
Consumptus immiti morte. Tibull. lib. 1. 3. 55.
Contemnere. Senec. Herc. fur. 8.
Continere conceptam mortem præcordiis. Cic. 1. Tusc. 96.
Damnatus morti, De cujus vita desperatur. Lucret. lib. 6. 1230.
Debemur morti nos, nostraque. Hor. de Arte Poet. 63.
Decreta mors est. Senec. Hippol. 2.
Dedere aliquem morti, In DEDO.
Demittere aliquem. Virg. 5. Æn. 692.
Depellere. Ovid. 14. Epist. 130.
Deprecari. Ovid. 2. Fast. 103. V. DEPRECOR.
Devincere. Senec. Herc. OEth. 12.
Devota morti pectora. Hor. 4. Carm. 14. 18.
Dirempta anima morte. Lucret. lib. 1. 115.
Dare morti aliquem. Hor. 2. Serm. 3. 197.
Dare omnes per mortes animam sontem. Virg. 10. Æn. 854. i. e. Per omnia mortis genera, hoc est per omnia supplicia. Servius.
Duci ad mortem. Cic. 1. Tusc. 100.
Eripere aliquem. Virg. 12. Æn. 157.
Exigere mortem. Senec. Theb. 158.
Exigere pœnam morte. Senec. Agamemn. 13.
Eximit mors infelicitates. Lucret. lib. 3. 876.
Explere. Lucan. lib. 6. 213.

— tot facta sagittis,
Tot jaculis, unam non explent vulnera mortem,

h. e. Tot vulneribus unus perire non potest.

Exuti luctus nulla morte nec igni. Sil. lib. 6. 314.
Facta manu mors. Ovid. in Ibin, 148.
Ferre. Stat. 9. Thebaid. 28. — desertasque tulit sine funere mortes.
Finire dolores morte. Ovid. 1. Met. 661.
Fugienda nunquam est mors. Cic. 11. Fam. 28.
Functus morte. Ovid. 11. Met. 583.
Gravescunt tormenta malæ conscientiæ in morte. Lucret. lib. 3. 1035.
Habere mortem in procinctu. Quintil. in Milite Mariano.
Horrere. Virg. 10. Æn. 880.
Illacrymare morti alicujus. V. ILLACRYMO.
Imitata mors quietem. Stat. 5. Silv. 3. 260.
Imminet mors. Cic. 1. Tusc. 91. Non deterret sapientem mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet; & propter vitæ brevitatem nunquam longe potest abesse.
Impendet mors. Cic. 1. de Finib. 60. Accedit etiam mors, quæ, quasi saxum Tantalo, semper impendet.
Imperare mortem, & Eripere mortem alicui, contraria. Seneca Theb. 1.
Imputat mortem senioribus annis. Ovid. 15. Met. 470.
Inferre. V. INFERO.
Instructus ad mortem contemnendam. V. INSTRUO.
Intentare. Præsentemque viris intentant omnia mortem. Virg. 1. Æn. 95.
Interire morte. Ovid. in Ibin, 299. al. More.
Interimit mors res. Lucret. lib. 2. 1001.
Invenire mortem manu. Virg. 2. Æn. 645.
Inveniam viam mortis. Senec. Herc. fur. 13.
Irrumpere mortes. Ovid. 11. Met. 538.
Lenivit juncta morte dolorem. Sil. lib. 17. 472.
Luctari morti, h. e. Morti reluctari, seu repugnare: vel pugnare cum morte. Sil. lib. 10. 296.
Luere quippiam morte. In LUO.
Mactare morte. V. MACTO.
Maturare alicui mortem. V. MATURUS.
Minitari. Cic. 4. in Catil. 20. Mors, quam illi mihi fortasse minitantur, omnibus est parata.
Mitti ad. Cic. 1. Tusc. 97. Magna me, inquit, spes tenet, judices, bene mihi evenire, quod mittar ad mortem. De Socrate.
Mori sua morte dicitur, qui non ipse sibi fabricatus est mortem, sed natura fato obiit. Suet. Cæs. 89. Percussorum autem fere, neque triennio quisquam amplius supervixit, neque sua morte defunctus est. Et Senec. Epist. 69. extr. Bella res est mori sua morte.
Multari morte. Cic. 1. de Orat. 194.
Multare tristi morte. In MULTO.
Obire mortem, Mori. Festus, Mortem obiisse, ea consuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui Ob Romam legiones ductas, & ob Trojam duxit exercitum, pro ad: similiterque vadimonium obiisse, id est ad vadimonium isse: & obviam, ad viam. Hactenus Festus. Cic. 5. Philip. 48. Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio & tricesimo anno mortem obiit? Et pro Sext. 183. Morte obita. V. OBEO.
Obeunt multi mortem. Lucret. lib. 4. 1014.
Objicere morti. Cic. in Vatin. 3. Qui Consulem morti objeceris, inclusum obsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis.
Occumbere morti, mortem, & morte. Cic. 1. Tusc. 102.
Occupavit eum mors. In OCCUPO.
Offerre alicui. Cic. pro Sext. 48. Eadem sibi manu vitam exhausisse, qua mortem sæpe hostibus obtulisset. [Forte tamen Attulisset scribendum.
Oppetere. Cic. 5. Verr. 129. Dyrrhachinum, primum civitatis, eadem ratione mortem oppetisse.
Oppetenda sæpe honesta mors, nunquam fugienda. Cic. 11. Fam. 28.
Oppetere libenter. Cic. 4. in Catil. 7. Mortem a diis immortalibus non esse

esse supplicii causa constitutam: sed aut necessitatem naturæ, aut laborum ac miseriarum quietem esse: Itaque eam sapientes nunquam inviti, fortes etiam sæpe libenter oppetiverunt. Al. Appetiverunt. Male.
Opponere aliquem. Virg. 2. Æn. 127.
Orare, Optare. Virg. 4. Æn. 451.
Peragere. Plin. 3. Epist. 14.
Perdere mortes, Frustra mori. Stat. 9. Theb. 58.
Petunt pulchram per vulnera. Virg. 4. Georg. 218.
Placanda morte boum tellus duarum. Ovid. 4. Fast. 665.
Poscere mortem sub armis. Sil. lib. 11. 60.
Præcipere mortem. V. PRÆCIPIO.
Præstat mors omnia mortuo, quæ vivo. i. e. Relinquit. Lucret. lib. 3. 215.
Precari. Ovid. 1. de Pont. 2. 59. V. DEPRECOR.
Premere aliquem mortibus. Lucan. lib. 7. 484.
Quærere morte & suspendio remedium injuriæ suæ. Cic. 5. Verr. 129.
Reducere aliquem a morte. Virg. 4. Æn. 375.
Relinquere morte aliquid. Virg. 4. Æn. 436. al. Remittere.
Resignat lumina. Virg. 4. Æn. 244. de Mercurio.
Satisfacere morti. Quintil. in Pariete palmato, Et an morti satisfecisset, intellexit. h. e. An omnino patrem occidisset.
Sternere aliquem morti. Virg. 12. Æn. 464.
Sternere aliquem subita. Virg. 11. Æn. 796.
Subest mors, In propinquo est. Cels. lib. 2. cap. 6.
Tenetur media jam morte. Virg. 2. Æn. 533.
Transire in. Quintil. Declamat. 2.
Vagatur mors immatura. Lucret. lib. 5. 222.
Mors memoriæ, Defectus totalis. Plin. lib. 24. cap. 22. Hinc rerum omnium oblivio, morsque memoriæ.
Mors, pro Mortuo vel cadavere. Plin. 14. 19. Quamque juxta hominis mors laqueo pependerit. V. ibi Harduin.
Mors & Mars confunduntur in MSS. V. Drakenb. ad Sil. 4. 228. & 10. 474.

MORTUUS, a, um. Adj. [νεκρός, ἄπνοος, θανὼν, τεθνεὼς, οἰχόμενος] Plaut. Aulul. 4. 5. 1. Mortuus ego &c.
Hospes mortuus. Ovid. 5. Fast. 658.
Lacerti senis athletæ mortui, Defecti viribus. Cic. de Senect. 27.
Plausus. Cic. 2. Att. 19. Cæsar quum venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. Huic ita plausum est, ut, &c.
Spirantis mortui effigies. Cic. 1. Q. frat. 3.
Concidisti exsanguis & mortuus. Cic. in Pison. 88.
Concidit mortuus, veneno poto, Themistocles. Cic. de Clar. Orat. 43.
Excitare aliquem e mortuis. Cic. 1. de Orat. 245.
A mortuo tributum exigere, vel colligere. V. A vel AB præpositiones.
Facere verba mortuo, est Frustra vel suadere, vel orare, perinde quasi mortuo quis loquatur. Ter. Phorm. 5. 9. 26. Verba fiunt mortuo. Natum adagium a ridicula consuetudine veterum, vita defunctus ter voce ciendum, unde & Conclamati dicebantur; præterea in pompis funeralibus multa deplorantium erga mortuum. Ex Erasmo.
Inferre mortuum in domum alicujus. Cic. pro Milon. 76.
Mandare aliquem infra mortuos, non solum ex numero vivorum exturbare. Cic. pro Quint. 49.
Mare mortuum, V. MORTUUM MARE.

MORTĀLIS, e. Adj. [θνητός, ἐφήμερος] Quod morti subjectum est. Cic. 3. de Nat. Deor. 32. Mortale igitur omne animal & dissolubile & dividuum sit necesse est.
Acta deos nunquam mortalia fallunt. Ovid. 1. Trist. 2. 97.
Animæ. Hor. 2. Serm. 6. 94.
Arma mortalia demorari. Virg. 10. Æn. 30.
Pro conditione vitæ mortali, immortalitatem consequi. Cic. 14. Philipp. 33.
Corda. Virg. 1. Georg. 123.
Corpora. Cic. de Senect. 80.
Deus quidam. Quintil. lib. 1. cap. 10. De Oratore.
Facta mortalia, Facta hominum. Hor. de Arte Poet. 68.
Fide demere mortalis. Ovid. 1. Epist. Sabin. 39.
Forma. Virg. 9. Æn. 101.
Fortuna nonnunquam, tanquam ipsa mortalis, cum immortali natura pugnare videtur. Cic. 1. Off. 20.
Fulgor siderum. Plin. lib. 2. cap. 8.
Genus. Ovid. 1. Met. 188.
Inimicitiæ mortales, amicitiæ immortales. Cic. pro Rabir. Post. 32.
Leges. Liv. 34. 6. Sic quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales (ut ita dicam) & temporibus ipsis mutabiles esse video. Mortales leges intelligit Livius non firmas, sed temporarias. Senec. autem Epist. 64. Legem mortalem vocat mortalium, vel mortalitatis.
Lumen. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Mucro. Virg. 12. Æn. 740. h. e. Mortali manu factus. Servius.
Mundum mortalem fecit Plato. Cic. 1. de Nat. Deor. 20.
Opus. Liv. 1. 2. Secundum inde prælium Latinis, Æneæ etiam ultimum operum mortalium fuit.
Sermo. Lucret. lib. 5. 122.
Turmæ. Hor. 3. Carm. 4. 47.
Vita. Lucret. lib. 3. 882.
Vulnus. Virg. 12. Æn. 797. h. e. Ab homine mortali illatum. Servius.
Vultus. Virg. 1. Æn. 332.
Mortale & Æternum, contraria. Cic. 4. Acad. 124. Et quicquid est, mortale sit an æternum?
Mortale & caducum; quibus opponitur Divinum & æternum. Cic. 2. de Legib. 61.
Nil mortale, Interiturum. Hor. 3. Carm. 25. 18.

> Nil parvum, aut humili modo,
> Nil mortale loquar.

Nec mortale sonans. Virg. 6. Æn. 50.
Compar. Plin. lib. 36. cap. 15. Aliquid ipso homine mortalius.
Mortalis, Mortem afferens, mortifer. Cyprian. 1. Epist. 7. Nec audiant eos, qui se fallaci & mortali circumventione decipiunt. Idem in tractatu de Bono patientiæ, Adulterium, fraus, homicidium mortale crimen est. [i. e. Morte dignum.
Mortalis, subst. [θνητὸς] pro Homine. Cic. 7. Verr. 177. Nam istum paucis horis primæ actionis omnium mortalium sententiis condemnavi.
Ægri mortales. Virg. 1. Georg. 237.
Miserrimi mortalis casum subire. Cic. Anteq. iret in exil. 29.

Cedere deum mortali turpe. Ovid. 9. Met. 16.
Juvare tranquilla pace mortales dicitur Venus. Lucret. lib. 1. 32.
Tribuere plus alicui, quam mortali concedere par est. Lucret. lib. 4. 1178.

MORTĀLĬTER, Adv. August. Enchirid. cap. 64. Filii Dei, quamdiu mortaliter vivunt, cum morte confligunt.

MORTĀLĬTAS, ātis. f. [τὸ θνητὸν] cui contrarium est Immortalitas. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Aut non omne quod ortum sit, mortalitas consequatur. Quintil. lib. 6. in procem. Festinantemque metu meæ mortalitatis, prostravit.
Eventus mortalitatis imputari medico non debet. Ulpian. in l. Illicitas. §. Sicuti. D. de offic. præsid.
Ordo mortalitatis turbatus. Scævola in l. Nam etsi. D. de inoffic. testam.
Asserere se e mortalitate. V. ASSERO.
Differre aliquid in mortalitatem. Ulpian. in l. Mulier. §. 1. D. ad Senatusconsl. Trebel. Hic Mortalitas accipitur pro Morte.
Intercipi mortalitate. V. INTERCIPIO.
Sunt tibi supra mortalitatem omnia tributa. Cic. ad Octav. 8.
Mortalitas mollitiæ. Plin. lib. 36. cap. 22.
Mortalitas, pro Hominibus mortalibus. Plin. lib. 2. cap. 76. Mortalitas ipsa invenit sibi medium quiddam.
Accessisse se ad finem mortalitatis. Suet. in fine Claudii, tanquam ejus verba refert Ego puto intellexisse, ad finem illius temporis, quod mortalitati est obnoxium. Hoc autem est totum vitæ tempus. Alioqui dicendum erat Ad finem vitæ. H. St. Ego vero Mortalitatem pro Vita mortali dixisse puto, & respexisse, ut erat fatuus, apotheosin seu consecrationem suam, mox futuram: qua, posita mortalitate, Deus fieret.
Mortalitas, pro Morte. Ulpian. in l. ult. D. ad leg. Jul. majest. Is qui in reatu decedit, integri status decedit. Extinguitur enim crimen mortalitate. conf. supra.

MORTUĀLIS, e. Adj. [νεκρικός] Quod ad mortuos pertinet. Plaut. Asin. 4. 1. 63.

> Hæ non sunt nugæ, non enim mortualia.

i. e. Næniæ, præficarum carmina. V. Scalig. Conjectan. in Varr. p. 142.

MORTUĀRIUS, a, um. Idem. Domitius apud Gellium, Vos philosophi, inquit, mera estis (ut M. Cato ait) mortuaria glossaria. V. Noct. Att. lib. 18. cap. 7. Hoc autem verbo Domitius acriter philosophos pungit, ut loquaces, & inanium verborum funditatores, præficisque similes, quæ in mortuos næniam argutam & nugacem canebant. Glossaria mortuaria igitur intelligo per diminutionem Linguas ad contemptum, ut ita dicam, præficales. Turnebus. V. GLOSSARIUM.

MORTUŌSUS, a, um. Adj. ut, Vultus mortuosus. Cæl. Aurel. Acut. 2. 3.

MORTĬCĪNUS, a, um. Adj. [θνησιμαῖος] Exsangue, corruptum. unde Morticinam carnem dicimus animalium, Quæ non sunt mactata, sed per se mortua. Varr. 2. de R. R. cap. 9. Morticinæ ovis non patiuntur vesci carne. Plin. Sola hæc avis in eo genere morticinam carnem non attingit. [Nisi error est, & intelligitur locus lib. 11. cap. 21. de Apibus.
Morticini, Pedum clavi. Plin. lib. 22. cap. 23. Clavis pedum, qui vulgo morticini appellantur, nitro mixto, ante subactum. Subaudi, Circumlinitur laser.
Est etiam Convicium in homines tætros, & cadaverosa facie. Plaut. Pers. 2. 4. 12.

> Non hercle, si os præciderim tibi, metuam, morticine.

V. Scalig. Conjectan. in Varr. 142.

MŎRIOR, eris vel ĕris, mortuus sum. [θνήσκω, τελευτάω, τέθνηκα, ἀποθνήσκω, ἀπογίνομαι, ἀποψύχω] mori & moriri. [Quod est secundum regulam, ut Mentiri, Partiri. H. St.] notum verbum. Cic. de Senect. 74. Moriendum certe est, & id incertum an eo ipso die.
Mori nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem. Cic. 6. Fam. 3.
Ab ense mori. Lucan. lib. 2. 264.
Ante diem moriar. Ovid. 3. de Arte Am. 739.
Ex vulneribus mori. Cic. 10. Fam. 33. Pansæ exercitum concisum esse, Pansam ex vulneribus mortuum.
In studio aliquo mori. Cic. de Senect. 49. Mori videbamus, in studio dimetiendi pæne cæli atque terræ, C. Gallum, familiarem patris tui Scipionis.
Per singula membra mori. Florus lib. 3. cap. 21.
Per vim. Hor. 3. Carm. 14. 15.
Dulce & decorum est pro patria mori. Hor. 3. Carm. 2. 13.
Immeritus mori, Dignus qui semper vivat. Hor. 3. Carm. 2. 21.
Jussus mori. Virg. 3. Æn. 323.
Non omnis moriar. Hor. 3. Carm. 30. 6.

> Non omnis moriar; multaque pars mei
> Vitabit Libitinam.

Acrius mori. Propert. lib. 2. 1. 50.
Animo æquissimo moritur sapientissimus quisque, stultissimus iniquissimo. Cic. de Senect. 83.
Amore insano mori. Ovid. 1. de Arte Am. 372.
Curis morior. Tibul. lib. 2. 6. 51.
Desiderio alicujus. Cic. 1. Att. 3. pr.
Frigore. Hor. 1. Epist. 17. 31.
Lero moriere virorum. Stat. 9. Theb. 878.
Quin morere, ut merita es. Virg. 4. Æn. 547.
Fama moritur. Cic. Post redit. in Senat. 3. Quo vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur?
Gloria meriti morietur vestri. Ovid. 3. de Pont. 2. 27.
Memoria suavissimi hominis ne moriatur. Cic. in Pison. 93.
Sermo moritur. Cic. pro Cœl. 76. Atque ut iste interpositus sermo deliciarum desidiæque moreretur.
Virgæ moriuntur in tergo, Rumpentur. Jocus Plauti Capt. 3. 4. 117.

> Væ illis virgis miseris, quæ hodie in tergo morientur meo.

Unguentum suis horis moritur. Plin. lib. 13. cap. 3.
Moriar, jurandi verbum, quemadmodum Dispeream. Cic. 8. Att. 6. Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Idem 7. Fam. 3. Moriar, ni &c.
Moriendo ponere sensus. Ovid. 1. Trist. 3. 99.

MORIENS, entis. Partic. [ἀποθνήσκων] ut,
Acetum moriens, i. e. Fugiens, corruptum. Pers. 4. Sat. 32.
Cycno morienti dulcior vocem movit. Seneca Hippol. 3.
Digiti morientes. Ovid. 5. Met. 117.
Herba. Virg. 7. Ecl. 57.

Lingua. Ovid. 2. Amor. 6. 48.
Lumina morientia. Ovid. 9. Met. 391.

Morĭtūrus, a, um. [θανούμενος] Quasi a Morĭtus, Partic. ut
Crudeli funere moriturus. Virg. 4. Æn. 308.
Densos fertur moriturus in hostes. Virg. 2. Æn. 511.

Morĭbundus, a, um. Adj. [ἀποθνήσκων] Moriens. Cic. pro Sext. 85.
Fulva moribundum extendit arena. Virg. 5. Æn. 374.
Cui me moribundam deseris hospes? Virg. 4. Æn. 323.
Hostia moribunda cecidit. Virg. 3. Georg. 488.
Ora. Propert. lib. 3. 7. 56.
Pectus. Ovid. 12. Met. 118. al. Vertex.
Vox. Stat. 8. Theb. 642.

Morturio, īre. Hoc verbo Desiderativo Ciceronem usum testis D. August. in Grammat. V. Schott. Nod. Cic. 3. 17.
Morituriens. Vives de Fem. Christ. lib. 1. p. 302. H.St. Deerat in Lugd. hæc dictio.

Mortĭfer, sive Mortifĕrus, a, um. Adj. [θανάσιμος, θανατηφόρος, φονικός] Quod mortem affert. Cic. 1. Tusc. 7. Et quum pæne in manu jam mortiferum illud teneret poculum, loquutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in cælum videretur ascendere. De Socrate.
Bellum mortiferum. Virg. 6. Æn. 279.
Dolor mortiferus, apud Celsum sæpe legitur. Et lib. 5. cap. 26.
Ferrum mortiferum. Sil. lib. 10. 143.
Morbus gravis & mortifer. Cic. 1. de Divin. 63.
Plaga. Cic. in Vatin. 20.
Plaga insanabilis & mortifera. Cic. pro Sext. 44.
Potio. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Præcepta mortifera pro salutaribus conscripserunt imperiti. Cic. 2. de Legib. 13.
Vis mortifera. Lucret. lib. 6. 819.
Urtica contactu. Plin. lib. 10. cap. 59.
Volnus. Liv. 2. 47.

Mortifĕre, [θανατικῶς] Adv. Letaliter. Ulpian. in l. Huic scripturæ. D. ad leg. Aquil. Si Servus volneratus mortifere, postea ruina vel naufragio periit. Rursus ibidem, Sed si vulneratum mortifere liberum, &c. *Blessé à mort.*
Ægrotare mortifere. Plin. 3. Epist. 16.

Mortĭfĭcus, a, um. Adj. Tertull. 4. adv. Marc. cap. 5. Cibus mortificus. conf. Valer. Max. 5. 6. 1.

Mortifĭco, are. Tertull. de Resur. carn. cap. 37. & 46. & adv. Gnostic. cap. 9. & 133.

Mortificātus, a, um. Partic. Tertull. adv. Marc. 5. 37. Caro mortificata.

Mortificātio, ōnis. f. Tertull. de Resurr. carn. cap. 44. Mortificationem Domini circumferimus in corpore.

Morsicatim, Morsiuncula, Morsus. V. mordeo.

Morta, æ. f. Unam esse ex Parcis dicunt, quas veteres Latini tres esse putaverunt, easque nativitati & morti præsidere. Earum nomina fuerunt Nona, Decima, & Morta; quo commento illud videntur voluisse significare, tempestivum partus tempus esse mensem nonum & decimum; qui vero ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortuos nasci, aut vivos statim mori. Perottus ex Martiano. V. Gell. 3. 36.

Mortārium, i. n. [θυεία, ὅλμος] Vas in quo res resolvendæ pistillo teruntur. Originem infra V. Plaut. Aulul. 1. 2. 17.
Cultrum, securim, pistillum, mortarium,
Quæ utenda vasa semper vicini rogant. Plin. lib. 12. cap. 27.
Fit & alio modo, quum in mortariis immatura uva teritur. Idem libro 36. cap. 23.
Mortarium, Lacus & conceptaculum, in quo calx, sive intrita subigitur servaturve. Budæus, Mortarium, locus ubi arenatum rutro subigitur. Vitruv. de tectorio loquens, lib. 7 cap. 3. Græcorum vero tectores non his rationibus solum utendo faciunt opera firma, sed etiam mortario collocato, calce & arena ibi confusa, decuria hominum indocta ligneis vectibus pinsant materiem, & ita ad certamen subacta tunc utuntur. Plin. lib. 36. cap. 23. In Græcia tectores etiam arenatum, quod inducturi sunt, prius in mortario ligneis vectibus subigunt.
Mortarium Donatus in illud Terentii, Phorm. 2. 2. 4.
Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum. Hoc, inquit, inter rusticos de alliato moretario dici solet. Moretarium cibum ipsum, id est moretum vocat, a quo moretarium etiam pila, ubi interitur, &, extrita littera, mortarium dictum est.

Mortariola, V. infra olisci.

Morticinus, Mortifer, Mortificus &c. V. mors.

Mortuum mare [Ἀσφαλτῖτις] Straboni dicitur, quia nihil vivum gignit. Lacus est in Pentapoli Syriæ, qui nihil præter bitumen gignit, nihil in eo grave submergitur. Unde & Asphaltites vocatur, ab eo quod Græci bitumen ἄσφαλτον appellant.

Morus, Stultus, V. moros.

Mōrus, i. f. [μορέα] Arbor novissima urbanarum germinans, nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. Sed quum cœpit, in tantum universa germinatio erumpit, ut una nocte peragat, etiam cum strepitu. Hæc Plin. lib. 16. cap. 25. Sunt tamen qui a Græco derivatum putent Mori vocabulum, quod fructus nigros proferat. μαυρὸν enim, Græci nigrum vocant.
Arbor mori. Plin. lib. 16. cap. 44.

Mōrum, i. n. [μόρον] Fructus mori arboris. Virg. 6. Ecl. 22.
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
Nigra. Hor. 2. Serm. 4. 22.
Mora quoque in rubis sunt, sed multum ab his differentia. Columel. lib. 5. cap. 10.
Excussa rubetis. Ovid. 4. Fast. 509.
Hærentia in duris rubetis. Ovid 1. Met. 105.
Mora Vaticana, [μόρα βατινεῖα] a Romanis vocatum fuisse Rubi fructum vult interpolator Dioscor. lib 4. 37.

Mŏrylli, ōrum. m. [Μορύλλοι] Macedoniæ populi in Occasum vergentes, juxta Allantenses, & Lyncestas. Plin. lib. 4. cap. 10.

Mŏrychus, i. m. [Μόρυχος] Cognomen Bacchi apud Siculos, cujus faciem vindemiæ tempore musto & recentibus ficis illinere consueverunt. Vide Erasmum in proverbio, Morycho stultior.

Mos, mōris. m. [ἦθος, τρόπος] est Vitæ institutum consuetudine firmatum. Varro ait Morem esse institutum animi, quod sequi debeat consuetudo. Cic. pro Cluent. 96. Non mos, consuetudoque servata. Plaut. Capt. 5. 3. 8.
—mos & oblivisci hominibus,
Neque novisse cujus nihili sit facienda gratia.
Mores, de Equis. Columel. lib. 6. cap. 29. Mores autem laudantur, qui sunt ex placido & concitato mitissimi.
Mos, consuetudoque civilis. Cic. 1. Off. 148.
Nec mos bellantes una stabulare. Virg. 3. Georg. 224.
Mos est. Cic. de Clar. Orat. 84. Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus in rebus excellere.
Mos erat antiquis. Ovid. 15. Met. 41.
Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram. Virg. 1. Æn. 340.
Ut mos est, ut fieri solet. Cic. 7. Verr. 65.
Is genti mos dirus erat. Sil. lib. 16. 538.
Moris est. Cic. 3. Verr. 66. Tum ille ut aliquid responderet, negavit moris esse Græcorum, ut in convivio, &c.
Græcia principium moris fuit. Ovid. 2. Fast. 37.
Habebat hoc moris. i. e. Hunc morem seu consuetudinem. Plin. 1. Epist. 12. ad Calestrium.
Mos vestis. Justinus lib. 1. cap. 11. de Semiramide loquens, Quem morem vestis exinde gens universa tenet.
More. Plaut. Trin. 4. 3. 27.
Scuta jacere, fugereque hosteis, more habent licentiam.
Agere more, institutisque civilibus. Cic. 1. Off. 148.
Defendere more institutoque omnium. Cic. pro Cæcin. 2.
Facere aliquid accusatorio more & jure. Cic. pro Flacc. 14.
Fit more. Plaut. Trin. 4. 3. 27.
Rutat more fundæ. Ovid. 4. Met. 517.
Scribo more, Ut soleo. Cic. 11. Fam. 29. Tu, mi Oppi, conservabis amorem tuum (etsi more magis hoc quidem scribo, quam quo te admonendum putem) meaque omnia tuebere.
Vivere meretricio more. Cic. pro Cœl. 38.
More, pro De more. Virg. 7. Æn. 247.
Hoc Priami gestamen erat, quum jura vocatis
More daret populis.
Bestiarum more vagari. Cic. 1. de Invent. 2.
Ferarum. Hor. 1. Serm. 3. 109.
Feræ more degere vitam. Virg. 4. Æn. 551.
Gigantum more bellare cum diis, est naturæ repugnare. Cic. de Senect. 5.
Hominum more evenit. Ter. And. 5. 6. 3.
Ingenii more humani. Sallust. in Jugurth. cap. 93.
Mæandri more. V. mæander.
Majorum more. Cic. 8. Att. 15. Ipsi Consules, quibus more majorum concessum est, vel omnes adire provincias, &c.
Novalium more proscindatur terra: i. e. Quemadmodum novalia. Columel. lib. 3. cap. 13.
Omnium more, Ut solent omnes. Cic. 12. Fam. 17. Quod mihi existimationem tuam, dignitatemque commendas, facis tu quidem omnium more.
Patrum more. Virg. 3. Georg. 177.
Romano more, pro Vere, & ex animo. Cic. 7. Fam. 18. Ego te, inquit, Balbo, quum ad vos proficiscetur, more Romano commendabo. Ibid. Ep. 5. De quo tibi homine hæc spondeo, non illo vetere verbo meo &c. sed more Romano, quo modo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem esse neminem. Cic. 7. Fam. 16. Id utrum Romano more loquutus sit, bene nummatum te futurum; an quomodo Stoici dicunt, omnes esse divites, qui cælo & terra frui possunt, postea videro. Turnebus.
More & exemplo, Cic. pro Cæcin. 36. Subaudi Civili, seu Majorum.
More meo. Cic. 1. de Orat. 107. Neque gravabor breviter, meo more, quid quaque de re sentiam, dicere.
Isto more. Plaut. Bacch. 3. 6. 11.
Novo more aliquid facere. Cic. 4. Verr. 67. Hoc injecto metu judicibus, novo more, novo exemplo, ecquam rem putatis esse in Sicilia, nisi ad nutum istius judicatam?
Suo more intima sese in cunabula condent. Virg 4. Georg. 66. De apibus.
Ad morem. Quintil. lib. 4. cap. 1. Materias sibi ipsi fingunt, & ad morem actionum prosequuntur.
De more. Virg. 1. Æn. 322.
Namque humeris de more habilem suspenderat arcum. Idem 3. Æn. 65.
Et circum Iliades, crinem de more solutæ.
Cæsis primum de more juvencis. Virg. 3. Æn. 369.
Sequuntur armenta assueto belli de more. Sil. lib. 7. 312.
Turbare comptos de more capillos sanguine. Virg. 10. Æn. 832.
Ex more. Hor. 2. Serm. 3. 280.
Ex more imponens cognata vocabula rebus.
Ex more prisco deos precatus. Ovid. 15. Met. 593.
Ex moribus disciplinaque aliquorum barbariem quandam delere. Cic. pro Corn. Balb. 43.
In morem. Virg. 1. Georg. 245.
—perque duas in morem fluminis Arctos. i. e. In similitudinem, ut ait Valla lib. 4.
In morem fluminis sinuoso flexu elabi. Virg. 1. Georg. 244.
In morem operis componere carmina. Hor. 2. Serm. 1. 63.
In morem stagni. Virg. 8. Æn. 88.
In more. Cic. 2. de Lege Agrar. 1. Est hoc in more positum, institutoque majorum, ut ii qui, &c. Idem 2. Off. 66. Quodque in patriis est moribus, multorum causas & non gravate, & gratuito defendere. Idem 2. de Legib. 23. De quo quum consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimum religiones tenerent; oraculum editum est, quæ essent in more majorum. Ibid. 40. Tamen hæc erant fere in more majorum. V. in.
In moribus est mihi. Cic. 6. Att. 1. Qui locus tamen corruptus est; legendum enim est, In amoribus; hoc est, in deliciis. Bayfius.
Per hunc morem. Hor. 2. Epist. 1. 145.
Sine more tempestas furit. Virg. 5. Æn. 694.
Moribus, pro More & consuetudine. Cic. pro Cæcin. 20. Et de fundo Cæcina moribus deduceretur.

Qui

Qui sapit, innumeris moribus aptus erit. Ovid. 1. de Arte Am. 760.
Castus moribus. In CASTUS.
Consimilis moribus. In CONSIMILIS.
Incompositus. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Perfectus. Quintil. in procem. lib. 1.
Perfecta virtus natura vel more. Cic. 1. Acad. 37.
Argumenta morum. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Dulcedo morum ac suavitas. Paterc. lib. 2. 97.
Honos moris. Ovid. 3. Trist. 13. 13.
Exspectas scilicet solitum tibi moris honorem.
Imitator doctus. Hor. de Arte Poet. 318.
Veritas. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Æqui mores modicis erroribus. Juven. 14. Sat. 15.
Antiqui mores. V. ANTIQUUS.
Antiqui moris homo, in laude ponitur, pro Eo qui antiquam innocentiam observat. Liv. 39.
Ut alibi antiqua simplicitas. H. St.
Antiquus mos sacrorum. Lucret. lib. 2. 610.
Avidi mores. In AVIDUS.
Austerus. Cic. pro Coel. 33.
Barbarus. Hor. 1. Carm. 27. 2.
Bonus. Plaut. Capt. 2. 1. 4.
Civiles mores. V. paulo post, Prosternere mores, &c.
Commodi mores. Cic. de Amicit. 54. Atque hoc quidem videre licet eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari.
Curvi mores, Non recti. Perf. 3. Sat. 52.
Damnati. Juven. 13. Sat. 239.
Deductus. Hor. 4. Carm. 4. 19.
Feri mores hominum. Senec. Octav. 7.
Humiles. Stat. 3. Silv. 3. 150.
Immodesti. V. IMMODESTUS.
Improbus. Plaut. Trin. 4. 2. 28.
Indocti. V. INDOCTUS.
Infandus. Stat. 4. Theb. 243.
Insitus vitio genti. V. INSERO.
Insuetus. V. INSUESCO.
Intermortui mores. V. INTERMORIOR.
Intorti mores, Valde torti, pravi. Perf. 5. Sat. 38.
Inutilis. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Lepidi. V. LEPIDUS.
Malignus. Claud. 1. in Conf. Stil. 282.
Maritimi. V. MARE.
Mendosi. V. MENDA.
Mitissimi. V. MITIS.
Nocentissimi. Quintil. lib. 0. cap. 15.
Novi. V. NOVUS.
Pacifici. Claud. 2. Conf. Stil. 154.
Pallentes mores, Qui pallidos efficiunt. Vitia eorum, qui verentes reprehendi pallent. Perf. 5. Sat. 15.
Patrius. Ovid. 6. Met. 648.
Patrius mos Academiæ adversari omnibus in disputando. Cic. 1. de Orat. 84.
Peregrini. Juven. 6. Sat. 298.
Prima peregrinos obscæna pecunia mores
Intulit.
Perversus. Cic. pro Rosc. Com. 56.
Pessimi. V. paulo post, Prætendere vultum, &c.
Podici. Plin. lib. 28. cap. 8.
Rabidi. Ovid. 3. de Arte Am. 501.
Rectus. Hor. 2. Epist. 2. 131.
Rigidi. Ovid. Rem. Amor. 762.
Severi. Plin. lib. 18. cap. 8.
Solennis sacrorum. Lucret. lib. 1. 97.
Teneri. Juven. 7. Sat. 237.
— ut mores teneros ceu pollice ducat. i. e. Ut præceptor formet mores puerorum, quomodo solet figulus e luto quales vult formas pollice ducere.
Varius. Virg. 1. Georg. 52.
Accipere morem. Cic. 3. Off. 44. Præclarum a majoribus morem accepimus rogandi judicis, si eum teneremus, quæ salva fide facere possit. V. ACCIPIO.
Adumbrare morem alicujus, Imitari. Curt. lib. 10. 3. 14. Nec Persis Macedonum morem adumbrare, nec Macedonibus Persas imitari indecorum est.
Affingere mores. V. AFFINGO.
Agere morem. V. AGO.
Agere recto more aliquid. Hor. 2. Epist. 2. 132.
Agere austero more & modo. Cic. pro Cœl. 33.
Astringere mores. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Bibere more Græco. V. BIBO.
Bibere mores maternos, Discere imitando. Claud. de Nupt. Honor. 232.
Captare mores. V. Capto in CAPIO.
Cedere moribus alicujus. Hor. 1. Epist. 19. 54.
Cessere mores rebus secundis. i. e. Cum fortuna immutati fuerunt mores. Lucan. lib. 1. 161.
Colere mores populi. V. COLO.
Compescere mores rabidos, Emendare. Ovid. 3. de Arte Am. 502.
Comprobare mores factis. In COMPROBO.
Condere mores alicujus gentis, Instituere. Curt. lib. 8. 4. extr.
Conformare mores. Cic. 4. de Finib. 5. Quarum quum una sit, qua mores conformari putantur, differo, &c.
Congruere cum alterius moribus. V. CONGRUO.
Congruere in morem alicujus. In CONGRUO.
Consequi morem. In CONSEQUOR.
Conveniunt mores. In CONVENIO.
Corrumpere mores alicujus. In CORRUMPO.
Custodire morem. In CUSTODIO.
Decedere de suo more. In DECEDO.
Deduci ad morem alicujus. In DEDUCO.
Defendere mendosos mores. Ovid. 2. Amor. 4. 2.
Decegunt se mores. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Dare nocentissimis moribus perniciosa instrumenta. Quintil. lib 2 cap. 15.
Effingere. Cic. 2. de Divin. 94. Quis non videt & formas, & mores, & plerosque status ac motus effingere a parentibus liberos?
Excolere. Quintil. in procem. lib. 4.
Exornare morem communis sermonis decore quodam scænico. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Exprimere oratione mores alicujus justos, integros, religiosos, &c. Cic. 2. de Orat. 184.
Exsuperas morum nobilitate genus. Ovid. 4. Trist. 4. 2.
Fecerat nam morem usus. Ovid. 2. Met. 345.
Facere perverso more. Cic. pro Rosc. Com. 56.
Facta moribus vis, cui opponitur Contra morem facta. Cic. pro Cæcin. 96.
Fingis in faciem, moresque meos nova crimina. Ovid. 12. Epist. 177.
Fingitur suis quisque moribus. Cic. in Parad. 5.
Gerere morem, Obedire. Ter. Eun. 1. 2. 108. Mos gerundus est Thaidi. Vide MORIGERARI. H. St.
Gerere morem animo. Plaut. Amph. prol. 132.
Gerat ille suo morem furiosus amori. Ovid. 2. Amor. 2. 13.
Gerere & Habere mores. Ovid. 7. Met. 655.
— mores, quos ante gerebant,
Nunc quoque habent.
Imitari mores & disciplinam alicujus. Cic. pro Deiot. 28.
Immutare mores. V. IMMUTO.
Imponere morem pacis populis. i. e. Leges pacis. Virg. 6. Æn. 852. Servius.
Incessit mos. V. Incesso, in INCEDO.
Inducere. V. INDUCO.
Inducere novos mores. Stat. 12. Theb. 591.
Inducere aliquid in mores populi. Cic. 2. de Orat. 122. Qui hoc primus in nostros mores induxit.
Induere mores pudicos & severos. V. INDUO.
Inficere pravis moribus. V. INFICIO.
Inspicere hominum mores. Hor. 1. Epist. 2. 20.
Instituere. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Instruet ad vitium mores inde suos. Ovid. 2. Trist. 258.
Labuntur ad mollitiem mores. V. LABOR, eris.
Manet mos. V. MANEO.
Manet mos antiquus. Cic. 5. Fam. 20.
Mutare mores. V. MUTO.
Obcallescere mores. V. OBCALLEO.
Oblinere se moribus externis. Cic. in Brut. 51.
Obserere mores. V. OBSERO, sevi.
Occallescere mores. Columel. lib. 8. cap. 16. Sed quoniam sic mores occalluere, non ut hæc usitata, verum ut maxime laudabilia & honesta judicarentur: nos quoque, &c.
Ornare moribus res Italas. Hor. 2. Epist. 1. 2.
Ostendere mores alicujus. V. OSTENDO.
Ostendere feros mores immanemque alicujus naturam. Cic. pro Rosc. Amer. 18.
Pati mores. Plin. lib. 36. cap. 16. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patitur mores: trahitur namque a magnete lapide, &c.
Perdere si mim more, ferre vocatur opem. Ovid. 13. Met. 670.
Perdere mores alicujus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Perducere aliquid in morem. Cic. 2. de Invent. 162. Aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit: quod genus, pactum, par, judicatum.
Perlucent mores, & quodammodo agnoscuntur ex oratione dicentis. Quintil. lib. 6. cap. 18.
Permittere morem. Virg. 1. Æn. 543.
Placere moribus. Ovid. 2. Amor. 4. 45.
Hæc melior specie, moribus illa placet. Alii,
Hæc melior specie corporis, illa sapit.
Prætendere vultum & tristitiam pessimis moribus. Quintil. in procem. lib. 1.
Prosternere mores civiles, Evertere, perdere. Plin. lib. 36. cap. 15.
Radere pallentes. Perf. 5. Sat. 15.
Recipere aliquid in. Quintil. lib. 5. cap. 10. Quæ legibus cauta sunt: quæ persuasione, etiamsi non omnium hominum, ejus tamen civitatis aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta sunt.
Referre morem aliquem. Virg. 5. Æn. 596.
Referre morem antiquum, pro Reducere. Suet. in Jul. Cæs. cap. 20.
Regere exemplo suo mores. Ovid. 15. Met. 834.
Repræsentare virtutem & mores alicujus. Hor. 1. Epist. 20. 14.
Repugnant sensus moresque. Hor. 1. Serm. 3. 97.
Retinere morem. Cic. 2. de Finib. 1.
Revocare. Cic 2. de Finib. 1.
Servare. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Solvere morem traditum a prioribus. V. SOLVO.
Est regibus hic mos, &c. Hor. 1. Serm. 9. 86.
Tenere morem. Cic. 5. Tusc. 11. Quem morem quum Carneades acutissime copiosissimeque tenuisset, &c. Conf. Mos vestis supra.
Tenere sacrorum morem. Virg. 3. Æn. 408.
Traditum ab antiquis morem servare. Hor. 1. Serm. 4. 117.
Transferri ad nostrum usum moremque. Cic. 3. de Orat. 93.
Venit jam dolor in morem meus. Ovid. 2. de Pont. 7. 39.
Vivere more alieno. V. VIVO.
Vivendum moribus antiquis. Plaut. Trin. 2. 0. 16.
Mores cæli. Plin. lib. 14. cap. 1. Succique tantum gratia ex his pluribus modis ad cæli mores, solique ingenia.
Prædicere varium cæli morem. Virg. 1. Georg. 51.
Ventorum mores. Lucret. 1. 194.

MOROLUS, V. infra MORILLUS.

MORALIS, e. Adj. [ἠθικός] Quod pertinet ad mores. Cic. de Fato, 1. Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus; sed decet augentem linguam Latinam nominare Moralem; explicandaque vis est, ratioque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant. Sic Quintil. lib. 6. cap. 2. & Senec. Epist. 89. Philosophiæ tres partes esse dixerunt, & maximi & plurimi auctores; Moralem, naturalem, & rationalem.
Lex moralis, Decalogus. Conf. Isidor. 2. 24.

Moraliter, Adv. Sidon. 9. Epist. 9. Scripseras cuncta moraliter, lectc. &c.

Moralitas, ätis. f. Macrob. 5. Saturn. cap. 1. Sunt praeterea stili dicendi duo, dispari moralitate diversi.

Morātus, a, um. Adj. [ἠθικός] Qui certis (bonis, malisve) moribus praeditus est. Cic. 2. Tusc. 11. Quotus enim quisque Philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus, ut ratio postulat? Idem in Partit. 82. Quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus, quemadmodum institutus, moratusque fuerit. Ter. Hec. 4. 4. 22.

— sed quid mulieris
Uxorem habes? aut quibus moratam moribus?

Moratus, in bonam partem, ut Fortunatus. H. St.

Civitas bene morata. Cic. de Clar. Orat. 7. Quaeque erant propria, cum praestantis in Republica viri, tum bene moratae, & bene constitutae civitatis. h. e. Bonis moribus & legibus quasi firmatae.

Disciplinam bene moratam obtinere. Columel. lib. 1. cap. 8.

Fabula recte morata, In qua singularum personarum mores optime exprimuntur. Acron. Hor. de Arte Poet. 319.

Genus hominum optime moratum. Cic. 2. de Lege Agr. 84.

Janua haec ita murata est. Plaut. Asin. 2. 3. 10.

Oratio morata. Quintil. lib. 4. cap. 2. i. e. Quae mores exprimit, inquit Budaeus.

Reges bene. Cic. 2 Off. 41. Olim bene morati reges constituti Plaut. Perf. 4. 4. 6. Si incolae bene sunt morati, pulchre munitum arbitror. Sc. Oppidum.

Moratus, in malam partem. Plaut. Truc. 2. 2. 5.

— novi ego hominum mores;
Ita nunc adolescentes morati sunt.

Morōsus, a, um. Adj. [δύσκολος, τραχύς, δυσάρεστος] Qui moribus est difficilibus & fastidiosis. Cic. in Orat. 104. Usque eo difficiles ac morosi sumus, ut nobis non satis faciat ipse Demosthenes. Idem de Senect. 65. At sunt morosi & anxii & iracundi & difficiles senes: si quaerimus, etiam avari. Idem 7. Fam. 15. Quam sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest.

Difficilis & morosus. Hor. 2. Serm. 5. 90.

Mirabiliter morosum esse. Cic. 2. Att. 25.

Arbor morosa natu, vel nasci. Plin. lib. 16. cap. 33.

Canities Hor. 1. Carm. 9. 18.

Sitis. Martial. lib. 14 105.

Vitis morosa. Plin. lib. 14. cap. 2.

Compar. Suet. Caes. cap. 45. Circa corporis curam morosior, i. e. Curiosior, diligentior, ut nunquam tamen sibi satisfaceret.

Superl. Tertull. de Coron. sub init.

Morōse, Adv. [δυσκόλως] Plin. lib. 18. cap. 13. Terram non morose eligit, paene ubi nihil aliud seri possit.

Morose, sive ingenuo, liberoque fastidio, ineptias hominum respuere. Cic. de Clar. Orat. 236.

Superl. Suet. Aug. cap. 66. Judicium alicujus morosissime pensitare.

Morosĭtas, ätis. f. [τὸ δύσκολον] Cic. de Senect. 65. At morositas tamen, & ea vitia, quae dixi, habent aliquid excusationis.

Nimia morositas. Suet. Tiber. cap. 70. pr. Affectatione & morositate nimia obscurabat stilum.

Morĭgera, & Morĭgĕrus, a, um. Adj. [εὐπειθής] Facile morem gerens. Ter. And. 1. 5 50.

Sive haec te solum semper fecit maximi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Male morigerus. V. malus.

Modi morigeri. Lucret. lib. 4. 1274.

Nam facit ipsa suis interdum femina factis,
Morigerisque modis, &c.

Morĭgĕror, [χαρίζομαι] äri. Obsequi, & quasi ad alterius voluntatem mores transformare. Cic. in Orat. 159. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio.

Alicui morigerari, Obscaeno sensu. Suet. Tiber. 44. In qua Meleagro Atalanta ore morigeratur.

Morigero, [χαρίζω] äre. antique dixit Plaut. Capt. 2. 1. 4.

Nunc servitus si evenit, ei vos morigerare mos bonus est. Al. Morigerari.

Morigerātio, ōnis. f. Obsequium. Afran. apud Non. 1. 1.

Aetas, & corpus tenerum, & morigeratio,
Haec sunt venena formosarum mulierum.

Morillus, i. m. [ἠθίδιον] Parvus mos, quo diminutivo usus est Cato, ut vult Isidor. In Gloss. Sed Festus habet Mosculus. Al. Moscillus. [Nec repugnat in omnibus his analogia Mosculus tamen firmant Schedae Festi & Ordo Pauli. Sic Flusculus, Musculus, Mufculus, Osculum &c.

Mōsa, ae. f. [Μόσα] Fluvius est Galliae Belgicae, qui ex Vogeso monte profluens, parte quadam Rheni recepta, Insulam Batavorum efficit, ut ait Caes. 4. Bell. Gall. 9. V. & Plin. lib. 4. cap. 14. & 15. Tacit. 2. Ann. 6. & 4. Hist. 28. & Ptol. lib. 2. cap. 9.

Moscēuton, i. n. [μοσχεύτον] Rosae genus. Plin. 21. 4. Sed varia lectio est. V. Hard.

Moschătŭla, orum. n. Pira quaedam dicuntur, teste Perotto, quae odorem moschi referunt.

Moschovia, seu Moscovia, ae. f. quae & Russia alba; Regio ad Septentrionem amplissima, quondam Sarmatiae Europaeae pars. Incolae Moscovitae dicuntur.

Moschi, [Μόσχοι] Populus est Asiaticus prope Phasim fluvium, ea regio est tripartita: unam Colchi, alteram Iberes, & tertiam Armenii inhabitant. Lucan. lib. 3. 270.

Heniochi, saevisque affinis Sarmata Moschis.

Moschius, i. m. [Μόσχιος] Moesios Ptol. Fluvius, nunc vulgo *Morava*.

Moschus, i. m. [Μόσχος] Grammaticus & poeta Syracusanus, Aristarchi familiaris: hic secundus a Theocrito scripsit carmen Bucolicon. Suidas. Moschus alius quidam apud Hor. 1. Epist. 5. 9.

Mitte leves spes, & certamina divitiarum,
Et Moschi causam.

Moschus, i. m. [μόσχος] Est animalculum similitudine muris, binos in superiore mandibula dentes habens, & totidem in inferiore, eosque ad interiora recurvos, in cujus corpore juxta umbilicum apostema sanguinolentum nascitur, quod una cum pelle excisum siccatumque, praestantissimum spirat odorem, & inter primas hominum delicias habetur, cibisque & medicinis, & unguentis passim adhibetur. [Alii aliter de Moscho tradunt. V. Sim. Sethi de Alim. fac. litt. μ. 6. Alias μόσχος Gr. Vitulum significat.

Mŏsella, ae. f. Fluvius Galliae Belgicae, quae & Mosula apud Florum 3. 10. 14. V. Auson. Edyll. 10. Desiderabatur haec vox in Lugd & ascripsit, sed sine exemplo, Henr. noster.

Mŏses, is, & i; sicut & Achilles, Achillis & Achilli, [Μωσῆς, Μωϋσῆς] Nomen inclyti Judaeorum ducis. Juven. 14. Sat. 102.

Tradidit arcano quodcunque volumine Moses Et interposito y psilo.

Moyses dicitur, quod habetur in frequentiori usu. Sedulius 1. 156.

Quid quod & Heliam & clarum videre Moysen? Scriptum legimus in sacris Bibliis, Exodi cap. 2 ex eventu rerum nomen ei impositum fuisse, id est Ex aqua salvatus. eo quod de flumine sit salvatus.

Moseus, a, um. Adj. Juvenc. 2 219.

Moseis manibus summo sublatus honore est.

Mossynoeci, vel Mosynoeci, orum. m. [Μοσσύνοικοι ἢ Μοσύνοικοι] Populi Asiae versus Septentrionem, qui & Mossyni, [Μόσσυνοι] (ut Pomponius lib. 1. 19. refert) turres ligneas subeunt, notis corpus omne persignant, propatulo vescuntur, promiscue concumbunt, & palam reges suffragio deligunt, vinculisque & arctissima custodia tenent. Valer 5. Argon. 151.

Vos quoque non notae mirati vela carinae
Mosfynoeci: vos stabulis Macrones ab altis. al. Mosonyci. V. Melam 1. 19. & ibi Voss.

Mostrum, i. n. antique idem quod Monstrum. Hinc

Mostellum, i. n. dimin. Gloss. Gr. Lat. Φάσμα. Mostellum. &

Mostellārius, a, um Adj ut, Vicus mostellarius Varr. de L. L. 4. 8 Et hinc fabula Plauti Mostellaria dicta est, in qua senex a servo manium monstris exterretur.

Mosylon, i. n. [Μόσυλον] Promontorium Aethiopiae, emporium habens ejusdem nominis. Stephanus.

Mosylon est etiam Cinnamomi genus. Dioscor. 1. 12.

Mosylitis, idis. f. [μοσυλῖτις] Casiae genus. Diosc. loc. cit.

Mosyni, Mosynoeci, V. mossynoeci.

M O T

Motio, Moto, Motor, Motus. V. moveo.

Motacilla, ae. V. Cinaedus, aviculae nomen, in cinaedi.

Motacismus, i. m. [μυτακισμός] Frequens litterae μ repetitio; vel quoties in μ litteram vocalis sequitur. V. Isidor. 1. 31. conf. Adhelm. de Virg. cap. 29.

Mōthō, ūs. [Μωθώ] Arabum vicus, in quo Antigonus Macedo a Rabilo rege fuit interfectus: quae etiam caedes vico nomen fecit: nam Motho Arabum lingua mortis locum significat. Stephanus.

Mŏtya, es. f. [Μοτύη] Siciliae oppidum, ita dictum a Motye quadam muliere, quae Herculi eos indicavit qui boves ejus abegerant. Hoc Stephanus ex sententia Hecataei.

M O V

Mŏveo, vi, tum, [κινέω, δονέω, σαλεύω, μοχλεύω, σφάλλω, μετάγω, νωμάω, μετακινέω] ēre. notam habet significationem. Ter. And. 4. 4 10.

Move ocyus te, ut quid agam porro intelligas.

Movere de loco. Cic. pro Caecin. 50. Dejectus vero qui potest esse quisquam, nisi in inferiorem locum de superiore motus?

Moveri de opinione. Cic. 4. Acad 141. Verum illud certum, comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuisse vis, deque eo nulla ratione, neque pelli, neque moveri potes.

De sententia movere. Liv. 39. 39.

Movere ex opinione aliquem. Cic. 3. de Nat. Deor. 5. Nec me ex ea opinione, quam a majoribus accepi de cultu deorum immortalium, ullius unquam oratio aut docti aut indocti movebit.

Movere in contrarium. Plin. lib. 11. cap. 48.

Movere, pro Discedere. Cic. 9. Att. 1. Haec autem scribebam pridie Nonas, XIIII die, postquam ille Canusio moverat.

Movere ab urbe: subaudi Castra Liv. 24. 44. V. Castra.

Si nondum profectae sunt, nihil est quod se moveant. Cic. 7. Att. 16.

Se movere vestigio. Liv. 21. 44.

Castra movere. Caes. 2. Bell. Gall. cap. 2.

Movere, pro Mutare. Liv. 34. 54. Adeo nihil motum ex antiquo probabile est: veteribus, nisi quae usus evidenter arguit, stari malunt.

Fidem movere, Mutare. Liv. lib. 35.

Movere se ad motum fortunae, Mutare animum cum fortuna. Caes. 2. Bell. Civil. 17.

Ancilia movere. Sueton. in Othon. 8. Sed & motis, nec dum conditis ancilibus. Solebant qui bello gerendo praeficiebantur, ut inquit Servius, ingredi Martis sacrarium, anciliaque primum movere; deinde simulacri hastam, dicentes, Mars vigila. Promebantur autem indicto bello ancilia, ut moverentur; ac profectionem suscipere, antequam condita essent, ominosum & religiosum habebatur. Tacit. 1. Hist. 89. Fuere qui proficiscenti Othoni moras religionemque nondum conditorum ancilium afferrent. Haec ex Turnebo.

Movere, pro Removere. Cic. 3. de Finib. 74. Quid, non sic aliud ex alio nectitur, ut non, si ullam litteram moveris, labent omnia?

Aciem loco movere. V. acies.

Aliquem loco movere, Expellere. Cic. 2. Q. frat. 3. Exarsit dolor, urgere illi, ut loco nos moverent. Idem pro Caecin. 37. Si ne tuorum quidem quisquam loco motus erit, atque omnes in aedibus asservati ac retenti: tu solus prohibitus &c.

Ossa moventur loco. Cels. lib. 8. cap. 7.

Loco moveri dicitur (puto) a Censore. H. St.

Aliquem movere possessione. Cic. 3. Verr. 116. Ergo quia possessor est, non moves possessione. Idem pro Lege Agrar. 2. 56. Sed moveri possessionibus amicissimis, sedibus ac diis penatibus, negant oportere.

Haeredes movere, pro Excludere. Cic. 3. Off 76 Quid ergo? hic non noceat, qui quodam quasi veneno perficiat, ut veros haeredes moveat, in eorum locum ipse succedat?

Catu

Catulos leænæ, subaudito τῷ Loco. Hor. 3. Carm. 20. 2. i. e. Auferre, Rapere.
Verba movere loco, Tollere. Hor. 2. Epist. 2. 113.
Se movere loco, vel Ex loco. Cæs. 3. Bell. Gall. 15. Liv. 34. 20.
Se vasta mole movere. Virg. 3. Æn. 656. de Polyphemo.
Se navis, tali remigio tarde movebat. Virg. 5. Æn. 280.
A gremio alicujus se. Catul. de Passere Lesbiæ 3. 8.
Move abs te moram. h. e. Festina. Plaut. Capt. 4. 2. 10.
Movere Senatu, vel de Senatu. Cic. pro Cluent. 121. Ut alter de Senatu movere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimet. Sic, Moveri statu. Liv. 30. 18. V. CENSOR.
Brachia movere in herbas dicitur Ocyroë mutata in equam. Ovid. 2. Met. 669. Edidit hinnitus, & brachia movit in herbas.
Calculos movere in utraque parte. i. e. Difficultates, aut rationes. Plin. 2. Epist. 19.
Cardines janua faciles movet, Facile aperitur. Hor. 1. Carm. 25. 5.
Cerebrum movere, Turbare. Senec. Epist. 36. Subaudi Loco.
Citharam cum voce. Ovid. 5. Met. 112. conf. Fides.
Dentes nonnunquam moventur, modo propter radicum imbecillitatem, modo propter gingivarum arescentium vitium. i. e. Labant, vacillant. Cels. lib. 7. cap. 12.
Deos movere dicta Jovis. Ovid. 9. Met. 438. Tibull. lib. 2. 6. 54.
Moverit e votis pars quotacunque deos. V. Moveo ad animum rel.
Fertum movere Jovi. Cato cap. 134.
Fides movere, Canere fidibus. Lucan. ad Pison. 161.
Fila sonantia movit. Ovid. 10. Met. 89.
Labra movet metuens audiri. Hor. 1. Epist. 17. 60.
Linguam fero stridore. Ovid. 9. Met. 65.
Multa movens animo, Agitans, Volvens. Virg. 3. Æn. 34.
Nefas omne animo moventes. Hor. 3. Carm. 4. 68.
Nummum movere. V. NUMMUS.
Nuptias movere, Perturbare, inquit Donatus. Ter. Andr. 3. 2. 36.
Opus movetur, Incipitur. Ovid. 4 Fast. 820.
Opus majus moveo. Virg. 7. Æn. 45.
Ora ad citharam vocalia moverat. Ovid. 5. Met. 332.
Palmam movet ordine nemo. Virg. 5. Æn. 349.
Pedem quaque movi. Ovid. 5. Met. 634.
Pedem moverat & protulerat a limine. Juven. 10. Sat. 30.
Preces solennes voce movere, Ordiri. Ovid. 6. Fast. 622.
Signa, Vellere. Virg. 3. Georg. 236.
Spiritum sæpius, Crebro respirare. Cels. lib. 8. cap. 9.
Tellurem rigidam spirante Borea. Virg. 2. Georg. 316.
Terras omnes, omnia maria. Cic. 8. Att. 11.
Tonitrus unde movet. Ovid. 2. Met. 308.
Movere, Excitare, Ciere, ut
Admirationes, plausus, clamores, non approbationes solum movere debet Orator. i. e. Excitare. Cic. in Orat. 236.
Alvum vel ventrem movere, pro Ciere. Cato cap. 115. Sic, Movere urinam. Plin. lib. 20. cap. 2. Et, Movere vomitionem. Ibidem.
Ambages quid juvat præceptaque parva movere? Ovid. 3. de Arte Am. 651.
Arma. Virg. 12. Æn. 6.
Tum demum movet arma leo.
Bellum movere. Cic. 1. Off. 36. Adeo summa erat observatio in bello movendo. [i. e. Ordiendo.
Cantus. Virg. 10. Æn. 163.
Carmen ore. Ovid. 14. Met. 21.
Controversiam movere. Scævola in l. ultima, in principio. D. de pignor. actione.
Cursus pituitæ. Cels. lib. 7. cap. 7.
Dolorem. Cels. lib. 7. cap. 4.
Exspectationem alicui de. Cic. 2. Att. 14. Quantam tu mihi moves exspectationem de sermone Bibuli?
Fastidium alicui. Juven. 10. Sat. 202.
Fastidia stomacho. Hor. 2. Serm. 4. 78.
Febrem. Cels. lib. 8 cap. 16. Interdum febrem vomitumque bilis movet.
Fletum. Cic. 1. de Orat. 228. Quod is C. Sulpicii Galli propinqui sui Q. pupillum filium ipse pæne in humeros suos extulisset, qui patris clarissimi recordatione & memoria fletum populo moveret.
Indignationem. Liv. 4. 50.
Inflammationes graves. Cels. lib. 8. cap. 4.
Ingenium alicujus. Ovid. 3. Amor. 5. 40.
Lacrymas. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Mentionem de re aliqua, Injicere. Liv. 28. 11.
Misericordiam. Cic. 2. de Orat. 278. Qui quum in epilogo misericordiam se movisse putaret, postquam assedit, rogavit hunc, videreturne misericordiam movisse.
Odia verbis aspera movi. Virg. 2. Æn. 96.
Risum movere, Excitare. Cic. 4. de Finib. 61.
Risum & jocum movere alicui. Hor. 1. Epist. 20. 19.
Risum movere salibus. Claud. de Cons. Mall. Theod. 312.
Risum movere per varios sales. Claud. 2. in Eutrop. 336.
Sonum verba lyræ motura. Hor. 2. Epist. 2. 89.
Sternutamentum. Cels. lib. 8. cap. 9.
Stomachum movere, Nauseam excitare. Plin. lib. 13. cap. 23. Apulum vomitus facit, stomachum & alvum movet.
Stomachum movere alicui, translate pro Irritare. Cic. 6. Att. 3. In quo tamen ille mihi risum magis, quam stomachum movere solet. Idem pro Muren. 28. Itaque, si mihi, homini vehementer occupato, stomachum moveritis, triduo me jurisconsultum esse profitebor.
Studium alicujus movere. Cic. 1. de Finib. 2. Veritus ne movere hominum studia viderer, retinere non possem.
Sudorem. Cels. lib. 2. cap. 17.
Suspicionem. Cic. 2. Fam. 15. Quod autem in maritimis facillime sum, moveo nonnullis suspicionem, velle me navigare.
Tragœdias. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Tussim. Cels. lib. 8. cap. 9. Fumus, pulvis, & quicquid vel tussim, vel sternutamentum movet.
Ventos tenui movisse flabello. Ovid. 1. de Arte Am. 171. al. Tenui ventos movisse tabellam.
Vomitum movet bilis. Cels. lib. 8. cap. 16.

Urinam. Cels. lib. 3. cap. 21. Optima est, quæ urinam movet. conf. Alvum.
Movere ad animum relatum, Afficere, Flectere, Adducere.
Animum movere. Virg. 3. Georg. 521.
Non umbræ altorum nemorum, non mollia possunt
Prata movere animum. Serv. In suum desiderium illicere.
Adamanta lacrymis movebis. Ovid. 1. de Arte Am. 659.
Ad bellum. Liv. 45. 12. Suis quemque stimolis moverent ad Romanum bellum.
Oculos movet & delectat pulchritudo corporis. Cic. 1. Off. 98.
Saxa sono testudinis. Hor. de Arte Poet. 395.
Sententiam alicujus movere. Cic. 7. Att. 3.
Superos motura putabo, quæ voveo. Ovid. in Ibin. 128.
Serva Briseis movit Achillem. Hor. 2. Carm. 4. 4.
In omnem affectum movere aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Moveo istæc, aut curo. Ter. Andr. 5. 4. 18. Ego istæc moveo, aut curo. Irrisio est. [i. e. Tango digitulo.
Me movet. Papinian. De Cond. furtiva l. Parvi refert, Nec me movet præsens homo fuerit, necne.
Me multa movent in discessu. Cic. 16. Att. 3.
Moveri super re aliqua. Virg. 10. Æn. 42.
Peracute. V. PERACUTUS.
Absiste moveri, nullæ hic insidiæ tales. Virg. 6. Æn. 399.
Facilius pluma aut folio moveri. Cic. 8. Att. 13. Nec me Consules movent, qui ipsi pluma aut folio facilius moventur.
Sponte moveri, & Agitari pulsu externo, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 32.
Nulla contentione, mente ipsa ac voluntate moventur membra hominum. Cic. 3. de Nat. Deor. 92.
Animis movemur & sensibus. Cic. 2. de Nat. Deor. 58.
Animo moveri de salute aliquorum. Cic. pro Deiot. 11.
Auctoritate alicujus moveri. Nepos 9. 4. 1.
Consilio moveri. Idem, 10. 1. 3.
Donis. Virg. 1. Æn. 718.
Fletibus. Virg. 4. Æn. 438.
Lacrymis nil moveor. Propert. lib. 3. 25. 5.
Mente ac sensibus. Cic. 4. Acad. 100.
Sermonibus moveri. Cic. 10. Fam. 31. Ne moveare ejus sermonibus.
Specie neque enim famave movetur. Virg. 4. Æn. 170.
Vultum moveri. Virg. 6. Æn. 470.
In neutram partem moveri in re aliqua. Cic. 4. Acad. 130. Hinc summum bonum est, in his rebus in neutram partem moveri.
Organice & mechanice moveri, apud Vitruvium. V. Organice, in ORGANUM.
Moventur res magnæ. h. e. Commoventur, agitantur. Cic. 2. Q. frat. 3. Magnæ mihi res moveri videbantur. Nam Pompeius intelligit, nobiscumque communicat, insidias vitæ suæ fieri.
Movere ac moliri aliquid. Liv. 23. 39.
Moveri, Ire, ferri. Lucret. lib. 1. 422.
— nam corpora sunt, & inane
Hæc in quo sita sunt, & qua diversa moventur. i. e. Huc & illuc feruntur.
Movere, pro Moveri: ut, Terra movere dicitur. Gell. lib. 4. cap. 6. Sueton. In Claud. Cæs. cap. 22. Observavitque sedulo, ut quoties terra in urbe movisset, ferias, advocata concione, Prætor indiceret.
Movere & Monere miscentur a librariis. V. Drakenb. ad Sil. 2. 273.
MOVENDUS, a, um. Partic. [κινητέος] Virg. 2. Georg. 418.
Sollicitanda tamen tellus, pulvisque movendus.
MOVENS, entis. Partic. [κινῶν] Qui movet.
Bella nova moventes. Virg. 6. Æn. 820.
Fossor jugera movens. Virg. 2. Georg. 264.
Juvenis magica arma movens. Ovid. 5. Met. 197.
Res moventes, pro Mobilibus. Liv. 5. 25. Quod ex ea tantum præda, quæ rerum moventium sit, decima designetur. Tryphon. l. pen. D. de vi & vi armat. Si me de fundo vi dejeceris, in quo res moventes fuerint. Gell. lib. 11. cap. ult. In Sabini libro, cui titulus est De furtis, id quoque scriptum est, Non hominum tantum, neque rerum moventium, quæ auferri occulte & subripi possunt, sed fundi quoque & ædium fieri furtum. V. MOBILIS.
MŌTUS, a, um. aliud. Partic. [κινηθείς] Virg. 1. Æn. 139.
— sed motos præstat componere fluctus.
Cautes motæ, puto apud Horat. H. St. Falso.
Dictis motus eram. Ovid. 4. Trist. 10. 23.
Precibus motus. Curt. 6. 5. 23.
Terriculis moti. Liv. 34. 11.
Tumultu motus Æneas. Virg. 6. Æn. 317.
Colubræ motæ sonuere. Ovid. 4. Met. 491.
Mens mota, quod vulgo dicimus, Sensum turbatum. Senec. Epist. 94.
MŌTIO, ōnis. f. [κίνησις] Cic. 2. de Nat. Deor. 145. In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtilius.
Animi motio. Cic. 1. Acad. 32. Scientiam autem nusquam esse censebant nisi in animi motionibus atque rationibus.
Manet motio. Cels. lib. 3. cap. 6. Nam si post alteram febrem motio manet, post alteram integrum corpus est, integro corpore cibo tempus aptius est.
Motio ab ordine. Ulpian. in l. 3. §. Pœna autem. D. de crim. Stellionatus, In his autem, qui sunt in aliquo honore positi; ad tempus relegatio, vel ab ordine motio remittenda est.
MOTIUNCŬLA, æ. f. dimin. Senec. de Tranquill. vitæ 2. Qui ex diuturno gravique morbo expliciti, motiunculis levibusque offensis perstringuntur. Idem Epist. 53. Levis motiuncula decipit.
MŌTUS, ûs. m. [κίνησις, δίνησις, κίνημα, σάλευμα, κινηθμός] Ipse movendi actus. Virg. 5. Æn. 430.
Ille pedum melior motu.
Acutus. Stat. 6. Theb. 789.
Assidui. Ovid. 15. Met. 179.
Concitatissimus corporis. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Decens. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Deformis motus aut status. Cic. lib. 5. de Finib. 35.
Flexi fractique. Cic. lib. 5. de Finib. 35.
Inconditus. V. INCONDITUS.

Ionici motus, Saltationes Ionum lasciviæ, & gesticulatione parum decoræ. Hor. 3. Carm. 6. 21.
Reciproci motus. Senec. Herc. fur. 11.
Socius motus. Ovid. 1. Amor. 10. 36.
Tremulus. Lucret. lib. 3. 302.
Trepidu pectora tangebam falicntia mntu. Ovid. 8. Met. 606.
Dare nullos audet corpore motus. Ovid. 5. Met. 629.
Dare incompositos motus. Virg. 1. Georg. 350.
Furere motu capitis. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Habuere motum saxa. Senec. Herc. Oeth. 4.
Jactans vanu motu brachia. Senec. Herc. fur. 12.
Quatiens feroci motu caput. Senec. Med. 11.
Quatiebant hastarum tremulo spicula motu Ovid. 8. Met. 375.
Recursat effero motu huc & huc. Senec. Med. 6.
Tremiscere motu. Ovid. 7. Met. 637.
Versantes lassaque supremo lumina motu. Ovid. 7. Met. 479.
Motus cæli & siderum. Cic. de Univers. 7. Motum dedit cælo eum, qui figuratus sit aptissimus.
Orbicus. V. ORBIS.
Feruntur celeri motu simulacra. Lucret. lib. 4. 177.
Cietur & agitatur motu suo quod est calidum & igneum. Cic. 2. de Nat. Deor. 23.
Dare motus. Lucret. lib. 1. 819.
Discurrunt incerto sidera motu. Lucret. lib. 1.
Labuntur ipsa quoque assiduo tempora motu. Ovid. 15. Met. 179.
Versantur retro contrarioque motu orbes atque cælum. Cic. in Somn. Scip. 9.
Omnia quum rerum primordia sint in motu. Lucret. lib. 2. 309.
Auctifici motus. Lucret. lib. 2. 571. i. e. Auctum sive augmentum facientes.
Divinu motu concitus. Ovid. 6. Met. 158.
Exitiales. Lucret lib. 2. 570.
Genitales. Lucret. lib. 2. 571.
Sollicitus. Lucret. lib. 1. 344.
Vitales. Lucret. lib. 2. 940.
Varius. Lucret. lib. 2. 96.
Cietur interiore motu id quod animal est. Cic. in Somn. Scip. 21.
Ciens motibus mutationibusque suis omnia natura. Cic. 3. de Nat. Deor. 27.
Consociare motus. Lucret. lib. 2. 110.
Declinare. Lucret. lib. 2. 259.
Dat siquid propriu corpore motus. Lucret. lib. 2. 311.
Dominana motus leti in corpore. Lucret. lib. 2. 957.
Edere motus. Lucret. lib. 3. 559.
Progignere novos rerum motus. Lucret. lib. 2. 80.
Motus animi, Perturbatio. Cic. 1. Off. 136. Ut perturbationes fugiamus, id est motus animi nimios, rationi non obtemperantes. Idem de Amicit. 29. Quibus rebus ad illum primum motum animi & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit benevolentiæ magnitudo.
Agitatione & motu vacuus esse nunquam potest animus. Cic. 1. de Divin. 128.
Sensus, motus & appetitus animi. Cic. 1. de Divin. 70.
Celeres quidam motus animi & ingenii esse debent. Cic. 1. de Orat. 113.
Sensiferi. Lucret. lib. 3. 937.
Temporarius animi. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Lætitiæ motus in se accipere. Lucret. lib. 3. 117.
Misericordiæ motus. V. MISERICORDIA.
Afferre motus in animis. V. AFFERO.
Afferunt dulcem motum sensibus res quædam. Cic. 2. de Finib. 10.
Adhibere motus judici. V. ADHIBEO.
Agitatus cogitationis motus celeriter. Cic. in Orat. 134.
Confiteri motum animi sui lacrimis. Quintil lib. 6. cap. 1.
Dat motus actum quendam & factum. Quintil lib. 2. cap. 13.
Languescunt motus mentis. Lucret. lib. 3. 1053.
Miscentur variu pectora motu. Virg. 12. Æn. 217.
Perendus motus a comœdis. Quintil. lib. 1. cap 11.
Esse voluptatem in motu. Cic. 2. de Finib. 10.
Tangunt medici præcordia motus. Ovid. Rem. Amor. 79.
Traducere animi motus alio. Lucret. lib. 4. 1065.
Motus & conatus. Cic. 2. in Catil. 26. Aut opprimet hominem, aut omnes ejus motus conatusque prohibebit.
Motus, Commotio. Cic. pro Flacc. 23. Nego esse ista testimonia, quæ tu ipse psephismata appellas: sed & fremitum egentum, & motum quendam temerarium Græculæ concionis. Ibid. 94. Videtis quo in motu temporum, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur.
Populi motus factus est. Cic 2. de Orat. 199.
Anceps motus vulgi. Claud. 1. in Ruff. 68.
Magnificentissimus ille totius Italiæ motus, municipiorumque concursus. Cic. pro Domo, 142.
Rebellis. Claud. 6. Conf. Hon. 213.
Truces. Lucan lib. 8. 808.
Afferre motum Reipub. Cic. 2. in Catil. 4. Nullum Reipub. motum afferre poterat.
Excipere futuros. Virg. 4. Æn. 297.
Serit discordes. Stat. 10. Theb. 236.
Esse in motu, pro Perturbari vel excitatum esse. Cic. 3. Q. frat. 2. Magna res in motu est, propterea quod aut hominum aut legum interitus ostenditur.
Aquarum ingens motus. Virg. 4. Georg. 365.
Cæci motus orientia Austri. Hor. 3. Carm. 27. 22.
Insolitis tremuerunt motibus Alpes. Virg. 1. Georg. 475.
Magni in terris. Lucret. lib. 6. 588.
Motus, pro Causa. Plin. Epist. 4. lib. 3. Audisti consilii mei motus.
Motus etiam usurpant Auctores de Enthusiasmo. V. Barth. ad Claudian. p. 520.
MOTOR, ōris. m. [κινητής] Martial lib. 11. 39. In Charidemum,
Cunarum fueras motor, Charideme, mearum,
Et pueri custos, assiduusque comes.
MOTŌRIUS, a, um. Adj. unde, Motoria fabula. V. Statarius in STO.
MŌMEN, inis. n. i. e. Momentum. a Motum Partic. ut a Stratum, Stramen. Lucret. lib. 3. 188.
Momine uti parvo possunt impulsa moveri.
Mumen mutatum. Lucret. lib. 2. 220.
Tantum quod mumen mutatum dicere possis. Quidam docti putant legendum,
Tantum quo ad mumen, &c. Alii
Tantum quod minimum momentum dicere possis. Lambinus primam lectionem retinet, aitque Mumen hic valere Exiguum motum, quem Græci ῥοπὴν appellant.
MOMENTUM, i. n. [ῥοπή, ῥοπή] Qualecunque spatium temporis, & qualecunque pondus, seu magnum sit, seu parvum; a Moveo deductum. Cic. 6. Fam. 10. Omnia momenta observabimus, neque ullum prætermittemus tui juvandi & levandi locum.
Magnum momentum. In MAGNUS
Inclinationes rerum & momenta temporum. Cic. 5. de Finib. 11.
Certis momentis decedentia tempora. Hor. 1. Epist. 6. 4.
Momentum temporis, vel horæ. Liv. de Bell. Maced. Versa momento temporia fortuna pugnæ est. Hor. 1. Serm. 1. 8.
— horæ
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.
Momento, Ablativus vice adverbii. Livius, Momento fusi. i. e. Celerrime. [Subauditur Temporis.
Fulgor faciei rapitur momento. Senec. Hippol. 6.
Momentum, quodcunque minimum potest appellari. Plin. lib. 30. cap. 7. Profunt & combustæ, ut cinis earum bibatur in vino, addito resinæ momento.
Momentum etiam juxta eum modum dicitur, quo multi dicunt, Res parvi momenti, magni momenti. i. e. Quæ magnum pondus & vim habet, sive efficaciam. Livius ab Urbe cond. Rege superato, nullum momentum in solis per se Gallorum copiis fore.
Judiciorum momentum. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Officiorum omnium momenta diligentissime perpendebat Cato. Cic. pro Muren. 3.
Rerum maximarum momenta. Cic. 5. Philip. 26. Lucan. lib. 7. 118.
Prima velim caput hoc funesti lancea belli,
Si sine momento rerum partisque ruina
Casurum est, feriat. i. e. Si sine rerum & exercitus discrimine moriturus sum.
Infinitum autem (ut mox dicemus) In his quoque rebus momentum est. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Leve. Cels. lib. 7. cap. 7.
Maxima momenta ad bene vivendum. Cic. 5. de Finib. 37. Ea nobis ipsa cara esse propter se, & in his esse ad bene vivendum momenta maxima.
Minimum. Cic. 5. Philip. 26. Minimis momentis, p. c. maximæ inclinationes temporum fiunt. Idem 1. de Divin. 118. Parvis momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit.
Minimi momenti esse ad. Cic. 4. de Finib. 47. Sic errare Zenonem, qui nulla in re, nisi in virtute aut vitio propensionem, ne minimi quidem momenti, ad summum bonum adipiscendum esse diceret.
Nihil momenti est omnino in eo. Cic. 1. Acad. 36.
Minimo momento. Cic. 5. de Finib. 88. Ego, quam ille præponendam & magis eligendam, beatiorem hanc appello, nec ullo minimo momento plus ei vitæ tribuo, quam Stoici.
Nullius momenti putatur ejus testimonium. Cic. in Vatin. 1. Cujus testimonium, propter turpitudinem vitæ, sordesque domesticas, nullius momenti putaretur.
Nullius in medicina momenti. Plin. lib. 20. cap. 9. De brassica.
Paria momenta contrariarum rationum. Cic. 4. Acad. 124. Ita sunt in plerisque contrariarum rationum paria momenta.
Pari momento fors. Cic. pro Muren. 18. Quæstura utriusque propemodum pari momento fortis fuit, habuit hic, &c.
Paulo momento huc illuc impellitur. Ter. Andr. 1. 5. 31.
Perlevi. Cic. 2. de Lege Agrar. 80. An ignoratis cetera illa magnifica pop. Rom. vectigalia, perlevi sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? Al. A perl.
Permagni momenti est in Rep. ratio atque inclinatio temporum. Cic. 7. Verr. 176.
Summa momenta favoris trahuntur annona. Lucan. lib. 3. 56.
Afferre momentum ad. Quintil. lib. 6. cap 2. Magnum ad salutem momentum preces attulisse. Cic. 2. de Fin. 51. Jam illud quidem perspicuum est, maximam animi aut voluptatem aut molestiam plus, aut ad beatam, aut ad miseram vitam afferre momenti, quam eorum utrumvis, si æque diu sit in corpore.
Confertus ordo rerum est tribus momentis. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Disponere momento atque judicio inventa. Cic. 1. de Orat. 142. Inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque judicio dispensare atque disponere.
Facere momentum. Liv. 1. cap. 47. Si quum Tanaquil, peregrina mulier, tantum moliri potuisset animo, ut duo continua regna, viro, ac deinceps genero dedisset, ipsa regio feminc orta, nullum momentum in dando adimendoque regno faceret.
Habere momentum ad. Cic. 4. de Fin. 47. Cum ad beatam vitam nullum momentum ea res haberet, &c. Ibid. 30. Ut ei, qui jucunde vixerit annos decem, si æque vita jucunda menstrua addatur; quia momentum aliquod habeat ad jucundum accessio, bonum sit.
Habet momentum gratia. Cic. pro Muren. 62. Petunt aliquid publicani, cave quicquam habeat momenti gratia.
Habet momentum apud me tua religio. Cic. pro Font. 4. Ut sua religio, laudatio, auctoritas, aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur.
Ponderare rem aliquam momento suo. Cic. pro Font. 11. Sin autem in rebus judicandis non minimam partem ad unamquamque rem existimandam, momentoque suo ponderandam, sapientia judicis tenet.
Positum momentum in re aliqua. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Momentum, pro Particula. Quintil. lib. 3. cap. ult. Hæc autem brevior, & vel ideo lucidior multo via, nec discentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parva momenta diducendo consumet. Plin. lib. 18. cap. 34. Sol autem quotidie ex alio cæli momento quam pridie oritur. h. e. Ex alia parte, alio loco, & velut puncto.
MOMENTĀNEUS, a, um. Adj. Quicquid est breve, sive singulis momentis

mentis mutationi obnoxium: ut, Felicitas momentanea. Fulgent. Mythol. 2. 17.
Motus momentaneus. Tertull. adv. Marc. 5. 10. 3.

MOMENTĀRIUS, a, um. Adj. Idem. Apul. 5. Met. p. 164. Momentarius maritus.
Salus momentaria. Idem lib. 9. post princip.
Venenum momentarium. Idem lib. 10. p. 251.

MOMENTĀLĬTER, Adv. Brevissimo momento. Fulgent. Mythol. 2. 3.
Iris ornatus varios pingens arcuato curvamine, momentaliter refugit.

MOMENTŌSUS, a, um. Adj. Alicujus momenti. Quintil. Declamat. 13. Nunc vero disserendum mihi est, quam momentosa sit hujus animalis rapina. Loquitur de apibus, quæ ita leniter flores decerpunt, ut nulla appareat rapinæ jactura.

MŌBĬLIS, e. Adj. [κινητός, εὐκίνητος] Quod facile movetur. Plin. lib. 11. cap. 37. Supercilia homini & pariter & alterne mobilia.
Alis volat ambiguis mobilis. Senec. Hippol. 11.
Pedes mobilis. Plaut. Mil. 3. 1. 36.
Clare oculis video, pernix sum manibus, sum pedes mobilis. i. e. Expeditus.
Mobilia & fluitantia, Hor. 2. Serm. 3. 269.
Æquor mobile. Ovid. 2. Epist. 128.
Ætas juvenum. Virg. 3. Georg. 165.
Animo mobili esse: h. e. Levi & inconstanti. Cic. 5. Fam. 1. Etiam mobili in me meosque esse animo non sperabam.
Ardore mobilissimo tenetur mundus. Cic. 2. de Nat. Deor. 30.
Aura. Ovid. 3. de Arte Am. 698.
Cursus. Senec. Hippol. 4.
Folia. Hor. 1. Carm. 23. 5.
Gens mobilis ad omnem auram spei, atque infida. Liv. 29. 3.
Homo mobilis, cui opponitur Constans. Cic. pro Rosc. Com. 49. Mobilem? immo constantissimum.
Hora. Senec. Hippol. 11.
Humor cæli. Virg. 1. Georg. 417.
Ingenia mobilia. Liv. 2. 37.
Ingenium mobile, in bonam partem dicitur, & Tardo opponitur. Vitruv. 5. 7. Architectus erit usu peritus: præterea ingenio mobili, solertiaque non fuerit viduatus.
Ira mobilis turbati vulgi. Sil. lib. 8. 288.
Lignum mobile alienis viribus. Hor. 2. Serm. 7. 82. i. e. Quod movetur alienis viribus, alioqui immobile.
Mens mire mobilis. Lucret. lib. 4. 752.
Tenuis enim mens est, & mire mobilis ipsa.
Natura animi egregie mobilis. Lucret. lib. 3. 205.
Oculi lubrici & mobiles. Cic. 2. de Nat. Deor. 142.
Quirites mobiles. Hor. 1. Carm. 1. 7. Mobiles autem Quirites appellat Horatius, propter comitiorum inconstantiam & varietatem, populique Rom. in suffragiis ferendis levitatem, quam pluribus locis declarat Cicero: ut in orat. pro Muren. Vulgo legebatur Nobilium, sed jam explod itur a doctis.
Res mobiles opponunt J. Cti Rebus soli. Hermogenes de verb. & rerum signific. Pecuniæ nomine non solum numerata pecunia, sed omnes res tam soli, quam mobiles, & tam corpora, quam rura continentur. Hinc & Mobilia absolute dicunt.
Venti. Ovid. 5. Epist. 110.
Vulgus. Claud. 4. Conf. Hon. 301.
Caduca semper & mobilia non virtutis atque ingenii, sed fortunæ, & temporum munera. Cic. pro Domo, 146.
Compar. Lucret. lib. 4. 344.
—nam multis partibus hic est
Mobilior, &c. De lucido aëre.
Mobilius signum. Lucret. lib. 5. 634.

MOBILĬTER, Adv. [κινητῶς] Cic. 2. de Nat. Deor. 24. Animadversumque sæpe est, quum cor animantis alicujus evulsum, ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem. Idem 2. de Divin 129. An natura fieri, ut mobiliter animus agitatus, quod vigilans viderit, dormiens videre videatur?
Mobiliter & celeriter. Cæs. 3. Bell. Gall. 10. Quum intelligeret, omnes fere Gallos novis rebus studere, & ad bellum mobiliter celeriterque excitari.

MOBILĬTAS, ātis. f. denominat. [τὸ κινητὸν, εὐκινησία] Plin. lib. 6. cap. 30. Animalium; hominumque effigies monstriferas circa extremitates ejus gigni minime mirum, artifici ad formanda corpora effigiesque cælandas mobilitate ignea. Idem lib. 20. cap. 21. Radice decocta furfures capitis & dentium mobilitates.
Linguæ mobilitas, verborum celeritas. Cic. 1. de Orat. 127.
Pedum mobilitas. Lucan. ad Pison. 169.
Celerrima mobilitate sunt sidera. Cic. 2. de Nat. Deor. 42.
Crebra. Ovid. 15. Epist. 48.
Præcellere mobilitate. Lucret. lib. 2. 160.
Viget fama mobilitate. Virg. 4. Æn. 175.
Mobilitas, pro Inconstantia & levitate. Cic. 7. Philipp. 9. Quid est inconstantia, mobilitate, levitate, cum singulis hominibus, tum vero universo Senatui turpius?
Fortunæ mobilitas. Nepos 10. 6. 1.

MOBILĬTO, [κινητίζω] āre. Lucret. lib. 3. 249.
Inde calor motus, & venti cæca potestas
Accipit inde aer, inde omnia mobilitantur. h. e. Identidem moventur. [Immo Mobilia fiunt.

MŌTO, āre. frequent. Virg. 5. Ecl. 5.
Sive sub incertas, Zephyris motantibus, umbras, &c.
Cacumina motant quercus. Virg. 6. Ecl. 28.
Latus motare. Ovid. 13. Met. 937. Al. Mutare.
Motuantur [κινοῦνται] pro Motantur, dixit Plaut. Truc. 1. 2. 90. Verum esse insciti credimus: ux, ut in æstu motuantur iræ. al. Æstu, mutuamur irâ.
Motare & Mutare permutantur a Librariis. V. MUTO.

MOTATUS, a, um. Partic. ut, Motatus uterus. Prudent. Hamartig. v. 596.

MOTĀTIO, ōnis. f. Motio. Tertull. de Anima cap. 45. Perpetuitas motationis.

MOTĀMEN, ĭnis. n. Paulin. Petroc. 5. 681. Caudæ motamine.

MOTĀTOR, ōris. m. Tertull. ad Nation. 2. 3. Nullo extrinsecus apparente motatore. Et Arnob. 3. p. 118. Neptunus tremebundi motator fali.

MOTĀBILIS, e. Adj. Vulg. Interpr. Gen. cap. 1. 21.

MŌTĬTO, āre. B. ex Gell. Quam in matricem amens motitare incepit catellus. H. St. Utrum Beroaldi, an Budæi hæc sint verba, & quorsum tandem pertineant nescire me fateor. De verbo vero ipso V. in MONITO supra post MONEO.

M O X

MOX, [αὐτίκα] Adv. significat Statim. Ter. Eun. 2. 1. 13.
Nam aut jam revertère: aut mox noctu te adiget horsum insomnia.
Discedo parumper a somniis, ad quæ mox revertar. Cic. 1. de Divin. 47.
Recurrit deinde mox Tibull. lib. 1. 5. 73.
Mox, Paulo post, vel Postea. Cic. 1. de Orat. 148. Verum illa mox: nunc de ipsa exercitatione quid sentias, quærimus.
Quum segetes occat, tibi mox frumenta daturas. Hor. 2. Epist. 2. 161.
Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas. Virg. 3. Georg. 46.
Mox, pro Deinde. Sueton. In Octav. Aug. cap. 47. Nec mox occasio aut causa trajiciendi fuit. Plin. lib. 12. cap. 12. Et Flor. 3. 19. 2. Mox imperio per diversa terrarum occupato, quis crederet, &c. Adde Suet. Cæs. cap. 1. & Neron. cap. 6. Tacit. de German. cap. 34. & Plin. 36. 8.
Quam mox. Ter. Phorm. 1. 3. 9.
Dum exspecto quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.
Mox quam. Ulpian. tit. 1. ejus libri qui inscriptus est Tituli ex corpore Ulpiani, Qui testamento liber esse jussus est, mox quam unus ex hæredibus adierit hæreditatem, liber fit: i.e. Mox postquam. [An Mox quum?

M O Z

MOZĪCA, æ. f. quasi Modica, Genus parvi repositorii. Isidor. 20. 9.

M U

MV. CAL. Municipium Calagurris.

MU, syllabam veteres ad depulsionem fascini & invidiæ, malique, immo ad silentium ominandum impetrandumque usurpasse videntur, si modo vetustis libris fides habenda est, in quibus, quod ex Plinio 28. 4. scribam, sic exaratum est, Quanquam illos religione mu tueatur & fascinus. Libri editi habent Mutatur, quod & placet. V. Tumeb. 23. 10. Hard. ex MSS. Religione tutatur. q. V. conf. Varr. in MUSSO infra de hac vocula.

M U C

MUCCEDO, MUCCINIUM. V. MUCUS.

MŪCIUS, [Μούκιος] Nomen gentis Romanæ antiquissimæ. Ex qua C. Mucius, qui Porsena rege Romam obsidente, solus in castra profectus est, ut Porsenam occideret. Sed quum regem non cognosceret, & regis scribam pro rege necasset, comprehensus, & conjuratos prodere jussus, manum suam diu in igne tenuit, ut ostenderet se nulla pœna vinci posse. Rex autem admiratus ejus fortitudinem, eum liberum dimisit. Tunc Mucius pro gratia regi dixit ut sibi caveret, quia trecenti Romani conjurassent sic se facturos. Quapropter rex pacem fecit cum Romanis. Mucio autem Scævolæ, a clade dextræ manus. cognomen est inditum, quod ad posteros ipsius transiit. Testis Liv lib. 2. 12.
Fuerunt & alii Mucii quorum historiam multis prosequitur Raphael Volaterranus lib. 17.

MŪCOR, ōris. m. [εὐρώς] Lanugo quæ diutino situ contrahitur, quemadmodum in pane, carne, aliisque hujusmodi fieri videmus. Columel. lib. 12. cap. 4. Ne situ penora mucorem contrahant.
Mucor in vino. Ulpian. in l. Si quis vina. §. 1. D. de periculo & commod. rei vend.

MUCĬDUS, vel, ut alii volunt, MUCCIDUS, a, um. Adj. [εὐρώεις, εὐρώδης] Quod mucorem contraxit. Columel. de Arboribus, cap. 6. extr At quæ mali generis & infructuosa vinea est, summasque partes & mucidas & exesas habet, &c. [An Muscidas?
Frusta mucida farinæ solidæ. Juven. 5. Sat. 68.
Mulieres mucidæ fetæ. Varr. 2. de R. R. cap. 10. Quæ ostenderent fetas nostras, quæ in conopeis jacent dies aliquot, luridas, mucidas, & contemnendas. MSS. Leuncidas una voce, unde Docti Ejuncidas. q. V. f. l.
Senex mucidus. Plaut. Mil. 5. 1. 5. V. mox.
Vinum mucidum. Martial. lib. 8. 6.
Mucidus, Metaphorice pro Mucosus. Plaut. 90. 6. Qui me emunxisti mucidum. Vide in MUCOSUS. H. St. Locus est Epid. 3. 4. 58. conf. Mil. 3. 1. 52. & paulo supra.

MUCEO, [εὐρωτιάω] ēre. Mucidum esse. Cato de R. R. cap. 148. Vini singulæ urnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat.

MUCESCO, ēre. Idem. Plin. lib. 14. cap. 20. Proprium autem est inter reliquos liquores vino mucescere, aut in acetum verti.

MUCOSUS, MUCULENTUS. V. MUCUS.

MUCRO, ōnis. m. [ἀκωκή, γωνία, τὸ ὀξὺ] Cuspis & acumen ensis ac telorum. Apul. lib. 1. Met. pr. Circulatorem aspexi equestrem, spatham præacutam infesto mucrone devorasse. V. CIRCULATOR. Martial. lib. 4. 18.
Tabuit in calido vulnere mucro tener.
Mucro, improprie aliquando ponitur pro Ense. ut,
Fastigia tenuia mucronum. Lucret. lib. 5. 1264.
Aptato mucrone incubuit ferro. Ovid. 4. Met. 162.
Asper mucro. Lucan. lib. 7. 139.
Nec gladiis habuere fidem, nisi cautibus asper
Exarsit mucro. h. e. Non satis confisi sunt suorum gladiorum aciei, nisi & mucrones adhibitis cotibus exacuerent.
Coruscus. Stat. 9. Theb. 542.
Cruentus. In CRUOR.
Cultratus. In CULTER.
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro. Virg. 11. Æn. 817.

Flexi. Lucret. lib. 2. 427.
Hebeti mucrone retusum aurum. Lucret. lib. 5. 1273.
Longo mucrone ensis. Senec. Hippol. 4.
Coruscare mucronem. In CORUSCO.
Ferire aliquem mucrone. Virg. 12. Æn. 512.
Figere mucrones in aliquo. Cic. 14. Philip. 6.
Migrare in mucronem. V. MIGRO.
Rejicere mucrones aliquorum a jugulis nostris. Cic. 3. in Catil. 2.
Resolvere jugulum mucrone Ovid 1. Met. 227.
Retundere mucronem alicujus. Cic. pro Cluent. 123.
Stricto mucrone constitit. Ovid. 4. Trist. 4 77.
Stricta corusco mucrone ferri acies. Virg. 2. Æn. 333.
Strictisque seges mucronibus horret Ferrea. Virg. 12. Æn. 663.
Subire mucronem Virg. 10. Æn. 798.
Transiit & parmam mucro. Virg. 10. Æn. 817.
Mucro, etiam pro Quarumvis rerum summo acumine. Unde apud Plin. Herbarum mucrones dicuntur; &, Herbæ in mucronem desinentes, h. e. Mucronata folia habentes. V. Indic. Hard.
Dentium mucro Plin. lib. 8. cap. 3.
Faucium mucro alicujus loci. Plin. lib. 6. cap. 13.
Unguium mucro. Plin. lib. 8. cap. 15.
Mucro defensionis, per translationem. Cic. pro Cæcin. 84. Peracutum hoc tibi videtur; hic est mucro defensionis tuæ.
Mucronem Tribunicium exacuere. Cic. 3. de Legib. 21. Quis unquam tam audax, tam inimicus nobis fuisset, ut cogitaret unquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem Tribunicium exacuisset in nos?
MUCRŌNĀTUS, a, um. Adj. [ξιφοειδής] Quod mucronem habet, aut mucronis similitudinem. Plin. lib. 32. cap. 2. Trebius Niger auctor est, xiphiam, id est gladium, rostro mucronato esse.
Folia mucronata. Plin. lib. 25. cap. 13. Foliis angustis, mucronatis, succosis.
MUCULA, æ. f. Persarum lingua appellatur Gemma, cordis colorem habens: unde & Telicardios appellatur. Plin. lib. 37. cap. 10.
MŪCUS, vel, ut quidam volunt, MUCCUS, i. m. [κόρυζα, μύξα] Narium humiditas, & crassior pituita. Catull. ad Furium, 21. 17.
A te sudor abest, abest saliva,
Mucusque, & mala pituita nasi.
MUCCĒDO, inis. f. Idem. Apul. Apol. p. 496. Enimvero si perniciosa illa muccedo intus cohibita, &c.
MŪCŌSUS, sive MUCCŌSUS, a, um. Adj. [κορυζώδης, μυξώδης] Muco plenus. Columel. lib. 6. cap. 7. Sequitur torminum vitium, quorum signum est cruenta & mucosa ventris proluvies. h. e. Plurimum muci habens. *Plein de flegmes gluans.* Add. Veget. Mulom. 3. 3. 7.
Mucosus. μυξώδης κ κορυζῶν. Et metaphorice, sicut vicissim Emungo. Mucus enim, id est κόρυζα, nativam simplicitatem & puerilem significat. Unde Emungere pro Fraudare apud Comicos, & Emunctus, Tersus & prudens. B. e Græcis utrumque. Alibi, Mucosus, Stultus, inquit Acron. Sic Κορυζῶν, ὁ μεμωρημένος. Suidas. Analogia est metaphoræ in Mucosus & Emungere. V. EMUNGERE. Commentator Horatii 350. in illud *Emunctæ naris.* Sic a contrario Stupidum, Mucosum nominamus, quia non cito vitia odoratur. H. St. Locus Hor. est Sat. 1. 4 8 conf. Plautina in MUCIDUS.
Exulceratio muccosa. Cels. 5. 28.
MUCCULENTUS, a, um. Idem. ut, Munctiones mucculentæ. Arnob. 2. p. 107.
MUCCINIUM, i. n. Linteum, quo excipitur nasi mucus. Arnob. 2. p. 56. Indices, in quos habitus vestis stragula facta sit. mitra, strophium, fascia, pulvinus, muccinium, &c. Adde Turneb. Advers. 13. 14.

M U G

MŪGIL, vel MUGĪLIS, is. m. [κεφαλος] Genus piscis capitosi, unde etiam Græcis Cephalos appellatus. Plin. lib. 9. cap. 17. Mugilum natura ridetur, in metu capite abscondito, totos se occultari credentium. Græci a capite κέφαλοι vocant: qui omnium piscium squammis intectorum velocissimus est, adeo ut transversa navigia interim superjactet, ut testatur idem Plinius libro 9 cap. 15. Catull. ad Aurelium, 16. 19.
Percurrent raphanique mugilesque.
Mugilis. Juven. 10. Sat. 317.
— necat hic ferro, secat ille cruentis
Verberibus, quosdam mœchos & mugilis intrat. Ad cujus utriusque loci explanationem faciunt verba Cælii Rhodig. lib. 27 c. 4. sic dicentis, Cestreus est piscis, quem Latini mugilem vocant. Ita nuncupatus, quia teli modo publica Athenienfium pœna intret adulteros. Est enim missilis genus cestron, quod nostri Viriculum vocant. Hactenus ille.
Mugilus. Hor. 2. Serm 4. 27.
— si dura morabitur alvus,
Mugilus, & viles pellent obstantia conchæ. Sed hic alii legunt Mitulus rectius.
MUGILO, āre. Auctor Philomel. apud Schott. Observ. hum. 2. 52. p. 100.
Et mugilant onagri: ubi alii habent, Et celer hinnit equus.
MUGĪNOR, [γογγύζω] āri. Murmurare. Lucilius apud Non. 4. 300. Muginamur, molimur. subducimur. Sic Mercer. Nam Gothofr. habet Mutilamur. Cic. 16. Att. 12. de Ocella, dum tu muginaris, nec mihi quicquam rescribis: cepi consilium domesticum. h. e. Dum nihil explicans differs. Festus; Muginari, est nugari, & quasi tarde conari. Plin in præfat. Dum ista (ut ait M. Varro) muginamur, pluribus horis vivimus. Quo in loco alii legunt Musinamur, alii Mussitamus.
MUGINĀTOR, ōris. m. in Fragm. poet.
MŪGIO, ivi, itum, [μυκάομαι, ἰύζω, βρυχάομαι] īre. Factitium verbum a voce boum. Auctor ad Herenn. lib. 4. 43. Imitationis hoc modo, Ut majores rudere, vagire, & mugire, & murmurare, & sibilare appellaverunt. Liv. 1. 7. Inde cum actæ boves quædam ad desiderium (ut fit) relictarum mugissent, &c. [Vitulo tamen proprie tribuit Varro de L. L. 6. 5. ut Boare bovi.
Mugivi. Propert. lib. 2. 28. 17.
Io versa caput primos mugiverat annos.
Ad alias res transfertur, ut
Malus mugit Africis procellis. Hor. 3. Carm. 29. 57.
Solum mugit sub pedibus. Virg. 6. Æn. 256.
Terram mugire videbis. Virg. 4. Æn. 490.
Tibicina maximo labore mugit. Ennius apud Varr. lib. 6. de L. L. 5. ad fin.
Tuba mugit. Lucret. lib. 4 547.
MUGIENS, entis. Partic. [μυκῶν] ut,
Greges mugientium, Boum. Hor. Epod. 2. 11.
Ut Balantium. H. St.
Fremitu mugienti loca cuncta retonant. Catull. de Berecynth. 61. 82. de leonibus loquens.
Littera mugiens M. Quintil lib. 12. cap. 10.
MUGĪTUS, ûs. m [μυκηθμός, μύκημα] Vox boum. Dicitur & de aliis animalibus, ut de monocerote, apud Plin. lib. 8. cap. 21. Mugitu gravi.
Armentorum. Ovid. 5 Met 165.
Boum mugitus. Virg. 2. Georg. 470.
Luctisono mugitu lo visa est queri Ovid. 1. Met. 732.
Ciet terrificos taurus. Virg. 12. Æn. 102.
Dare. Ovid 15. Met. 510.
Edidit ore. Ovid 1. Met. 637.
Edere raucos. Ovid. 14 Met. 409.
Edidit victima diros. Ovid. 7. Met. 597.
Erupit tristi fluvio. Sil. lib. 6. 283.
Exterret feroci nemora taurus. Sil lib. 16. 7.
Impulit auras mugitibus. Ovid. 3. Met. 21. de juvenca quadam.
Implerunt Prœtides falsis mugitibus agros. Virg. 6. Ecl. 48.
Implevere fumificisque locum mugitibus. Ovid. 7. Met. 114. de tauris, qui vellus aureum custodiebant, quorum terribilis spiritus ignis erat, ut alibi inquit idem Ovidius.
Replet delubra vasto mugitu taurus. Senec. Herc. OEth. 7.
Sonant crebris amnes. Virg. 3. Georg. 554.
Nemorum mugitus Plin. lib. 18. cap. 35.
Terræ fremitus & mugitus. Cic. 1. de Divin. 35. Quum terræ sæpe fremitus, sæpe mugitus, sæpe motus, multa nostræ Reipublicæ, multa ceteris civitatibus gravia & vera prædixerint.
Mugitus, & sibilus, & murmur, nomina sunt fictitia. Quintil. lib. 8. cap. 6. de onomatopœia.
MUGĪTOR, ōris. m. Valer. Flacc 3. 208.
— magis ut mugitor anhelat Vesuvius.
MUGIUS, i. m. Cognomen Romani cujusdam, a frequenti murmuratione: a quo Mugionis porta, cui ipse aliquando præfuit, nominata est, ut ait Festus. V. dict. seq.
MUGONIA, Porta Romæ: a mugitu, quod per eam venale pecus intraret. Hæc & Trigonia est: hoc est, trium angulorum. Hæc Perottus. apud quem legendum videtur Mugionia, ut apud Festum exstat, & Varr L.L. 5. 34. [Sic enim legendum puto, pro Mucionis. Arcessit enim is quoque nomen a Mugitu. Mugonia tamen corrupte legitur quoque apud Solin. cap. 2.

M U L

MVL. Mulier.
MULA, MULARIS. V. MULUS.
MULCEO, mulsi, mulsum, & mulctum, secundum Priscianum, [κηλέω, θέλγω, ψηλαφάω] ēre. Lenire, mollire, mitigare, dulce facere, ungere, delectare, polire. Festus, Mulcere, mollire est, sive lenire. Pacuv. Quid me obtutu terres, mulces laudibus? Plin. lib. 8. cap. 32. Mulcentur fistula pastorali & cantu. De cervis.
Æthera mulcebant cantu. Virg. 7. Æn. 34.
Animum voluptas Ovid. Rem. Amor. 197.
Cervix mulcetur dextra. Cic. in Arato 56.
Feras. Ovid. 14. Met. 339.
Flamina. Cic. in Arato 116.
Florem auræ. Catull. in Carm. Nupt. 60. 41.
Fluctus, Virg. 1. Æn. 70.
Mentes vestras carmina mea mulcebunt. Ovid. 10. Met. 302.
Oves pastor arundineo carmine mulcet. Ovid. 4. Trist. 1. 12.
Pectora mærentia dictis mulcet. Virg. 1. Æn. 201.
Pocula mulcere succis Lyæi. Sil. lib. 7. 169.
Procellas. Cic. in Arato 200.
Ut res nulla feras possit mulcere procellas.
Puellas carmine. Hor. 3. Carm. 11. 24.
Vulnera mulcet ope. Ovid. 5. Fast. 402.
MULCENS, entis. Partic. [κηλῶν] ut, Animam solamine mulcens. Valer. 4. Argon. 443.
Aera mulcentes motu. Lucret. lib. 4. 139.
Somnus mulcens pectora. Ovid. 18. Epist. 27.
MULCENDUS, a, um. [κηληθησόμενος] aliud Partic. ut
Auribus mulcendis apta referre. Ovid. 2. Trist. 358.
Ad aures mulcendas natus canor. Ovid. 5. Met. 561.
Colla mulcenda præbere manibus. Ovid. 10. Met. 118. de cervo.
MULCĒDO, inis. f. [κήλησις] Gell. lib. 19. cap. 9. Quæ nullas voluptates, nullamque mulcedinem Veneris, neque Musæ haberet.
MULCEBRIS, e. Adj. Sarisb. 1. 13. Duæ virtutes ignis; altera edax & peremptoria, altera mulcebris & innexo lumine. V. Voss. de Vit L.L. 3 28.
MULCĬBER, bĕris, & per syncopen bris, & bii. m. est enim tertii ordinis: sed aliquando etiam secundi; [Ἥφαιστος] a mulcendo dictus est Vulcanus, id est molliendo ferro. ut volunt Festus & Donatus l. mox cit. quod ignis omnia mulceat, id est molliat ac vincat. Sic & Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 5. Cic 2. Tusc. 23.
Jovisque numen Mulcibri adscivit manus. Ex quodam poeta.
Ovid. 2. de Arte Am. 562.
Mulciberis capti Marsque Venusque Dolis. Donatus ad Hec. 1. 2. Vulcanum Mulciberum dici putat, quod sit mutilatus ac debilis. l. e. Claudus. Sed ibidem & alteram affert Etymologiam, de qua supra.
Mulciber, prolgne. Ovid 14. Met. 533.
Jamque picem, & ceras, alimentaque cetera flammæ
Mulciber urebat, perque altum ad carbasa malum
Ibat. Martianus Capella lib. 6. cap. 1. Dispeudiaque illi persiagrata cassum devorante Mulcibero.
MULCO, āre. Verberare, lædere, cruciare, Antiquum verbum est, quod

quod tamen apud Cornelium Tacitum reperias Ann. 1. 32. Prostratos verberibus mulcant. Et Petron. cap. 134. Harundinem ab ostio rapuit iterumque nihil respondentem mulcavit. V. Lips. ad l. c. Tacit. Dacier. ad Ter. Eun. 4. 7. 4. & Adelph. 1. 2. 10. Taubm. ad Plaut. Most. 4. 2. 23. & Trin. 4. 2. 142. conf. Parei Lex. Crit. p. 757. & Drakenb. ad Sil. 10. 463.

MULCĀTUS, a, um. Partic. ut, Mulcatus nudatusque abibat. Liv. 3. 11. Corpus mulcatum. Tacit. 1. Ann. 70. Adde Suet. Cæs. cap. 17. Ubi vide J. G. Græv. not.

MULCTA, V. MULTA.

MULCTRA, MULCTRALE. In MULGEO.

MULGEO, mulsi vel mulxi, mulsum vel mulctum, [ἀμέλγω, ζλάω] ēre. Priscianus. Mulgeo quoque mulsi facit: quamvis differentiæ causa quidam mulxi protulerunt: quia mulceo quoque mulsi facit.

Mulgere, Lac e mamis exprimere. Virg. 3. Georg. 400.

Quod surgente die mulsere, horisque diurnis,
Nocte premunt. Varro 2. de R. R. cap. 11. A mulgendo, atque ortu optimum est id, quod neque emunctum longe abest a mulso, neque a partu continuo est sumptum. De lacte.

Hircos mulgere, De re palam absurda, proverbialiter dicitur. Virg. 3. Ecl. 91.

Oves mulgere. Virg. 3. Ecl. 5.

Mulsi, in præterito. Lucret. lib. 4. 1202.

Et commiscendo quum semen forte virile
Femineum mulsit subita vi, corripuitque. al. Commulsit.

MULCTUS, ûs. m. [ἄμελξις] Columel lib. 2. cap. 11. Sed horum sunt discrimina quædam, & a pastionibus, & a pecudum natura. & a mulctu. De lactis discriminibus.

MULSŪRA, æ f. Idem. Calpurn. Ecl. 5. 38. Occiduæ mulsura horæ.

MULCTRA, æ. f. [ἀμολγεύς] Ipsum lac mulctum, seu emunctio, & extractio lactis. Columel. lib. 8. cap. 17. Ut mulctra, recens caseus, si loci conditio, vel lactis annona permittit. Docet quibus cibis alendi sint pisces. Virg. 3. Ecl. 30.

Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus. [Hic potest esse Mulctrale. V. not. Emmenest.

Mulctra, Vas in quo mulgentur vaccæ, vel capræ. Columel. lib. 7. cap. 8. Sed mulctra, quum est repleta lacte, non sine tepore aliquo debet esse.

MULCTRUM, i. n. [ἀμολγεῖς] Idem. Hor. Epod. 16. 49.

Illic injussæ veniunt ad mulctra capellæ.

MULCTRĀLE, is. n. [πέλλα] Idem quod Mulctra pro Vase. Virg. 3. Georg. 177.

— implebunt mulctralia vaccæ. al. Mulgaria.

MULGĀRIUS, a, um. Adj. ut, Vas mulgarium, i. e. Mulctrale. Isidor. 20. 6.

MULGO, āre. Palam facere. Plaut. Cistel. Pro puella servulus nequam qui dominum mulgat atque villicum. Ab hoc Promulgo compositum. [Hæc Steph. incertum quo auctore. Plautinum certe locum frustra quæras. Rectiusque Festus Promulgo quasi Provulgo dictum putat. V. Voss. Etymol.

MŬLIER, ĕris. f. [γυνή, ἀνήρ] notum vocabulum, proprie vero dicitur Quæ virgo non est. Ulpian. in l. Alioquin. D. De contrahen. empt. Quod si ego me virginem emere putarem, quum esset mulier, emptio valebit. In sexu enim non est erratum. Cicero objurgantibus quod sexagenarius Popilliam virginem duxisset, Cras mulier erit, inquit. Hujus meminit & Quintil. lib. 6. cap. 4.

Mulier a mollitie dicitur, ut ait Varro, immutata & detracta littera, quasi Mollier. [Lactantius de Opificio Dei cap. 12. in fine. H. St. En verba. Item Mulier, ut Varro interpretatur, a Mollicie dicta est, immutata & detracta littera, velut Mollier. Sic & Isid. 11. 2. Puto tamen Varronem, Mollior, non Mollier, reliquisse. conf. in MOLA not.

Penuria mulierem. V. PENURIA.

Animal menstruale mulier. V. MENSES.

Amara. In AMARUS.

Copiosa. In COPIA.

Dolosa. Hor. 2. Serm. 5. 70.

Formosa. Hor. de Arte Poet. 4.

Humilis non. Hor. 1. Carm. 37. 32.

Immoderata. V. IMMODERATUS.

Locuples plane & copiosa. V. Locuples, in LOCUS.

Multivola. Vide suo loco.

Abuti muliere. In ABUTOR.

Complexi impudicas mulieres. V. IMPUDICUS.

Complectitur mediam mulierem. In MEDIUS.

Convenit mulier viro in manum. In CONVENIO.

Gaudens unico marito. Hor. 3. Carm. 14. 5.

Perire mulierem. In PEREO.

Sentiant omnes mulieres in natura feminarum deum castitatem pati. Cic. 2. de Legib. 29.

Mulier, etiam dicitur Ea quæ virum non cognovit, inquit Ulpianus in l. Quæritur. D. De Ædilitio edicto.

Mulieres omnes dici, quæcunque sexus feminini sunt. Ulpian. in l. Argumento. §. Muliebri. D. de Aur. & Arg. legat.

Mulierem, Eunuchum vocat Terentius, a membrorum mollitie, in Eun. 2. 3. 65.

Mulier ancilla. Sallust. in Jugurtha cap. 12. Quum interim Hiempsal reperitur, occultans se in tugurio mulieris ancillæ, quo initio pavidus & ignarus loci profugerat. Cur mulieris dixit, quum satis esse videretur ancillæ? Nam si ancilla, & mulier est: non autem contra. Mulieris igitur addidit: quia videretur alioqui Ancillam ejus significare. Hic enim sensus esset, Occultans se in tuguriis ancillæ. subaud. Suæ. [Archaismus est, ut Homo adolescens apud eundem cap. 6. ibidem.

Mulier, pro Uxore. Modestinus in l. penult. D. de supell. lega. Nunquam ex eo quod supellectilem legavit maritus testamento, habitationem, in qua supellex fuit, legasse videtur, quare contra defuncti voluntatem, habitationem sibi mulierem vendicare procul dubio est.

Mulier, pro Ea vel illa dicitur, sicut Homo, pro Eo vel illo. Hor. 2. Serm. 7. 65.

Quum te formidet mulier. i. e. Quum ea te formidet.

Hæc vox etiam reprehensionem ac convicium habet, cum impotentiam sexus, & alia vitia exprobramus. Plaut. Cas. 2. 2. 36. I foras, mulier. Et Amphit. 2. 2. 209. Mulier es, audacter juras. V. ibi Taubm. Itemque Ter. Heaut. 5. 3. 3. Pergin' mulier esse? i. e. Mulierum more rixari.

MULIERCŬLA, æ. f. dimin. [γυναικάριον, γύναιον] Cic. 5. Tusc. 103. Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ.

Muliercula, pro Muliere imbecilli. Cic. de Amicit. 46. Et eo fieri, ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quam viri: & inopes, quam opulenti: & calamitosi, quam ii qui putantur beati. Idem 6. Verr. 47. Quæ forsitan vobis parva esse videantur: sed magnum & acerbum dolorem commovent, mulierculis præsertim, quum eripiuntur e manibus ea, quibus ad res divinas uti consueverunt. Budæus.

Impura muliercula. Cic. 4. Verr. 192. Magis vir inter mulieres nequam; impura inter viros muliercula, proferri non potest.

Deteriore forma. Lucret. lib. 4. 1274.

MULIERCULĀRIS, e. Adj. ut, Muliercularis meticulus, vel superstitio, γυναικισμός. s. in Calep. H. St.

MULIERCULĀRIUS, i. m. Qui mulierculas amat. Cod. Theod. l. 3. t. 16. Repudium mittere marito, velut mulierculario.

MULIĔBRIS, e. Adj. [γυναικεῖος] Quod ad mulieres pertinet. ut, Muliebre vestimentum. Plaut. Men. 1. 2. 56. Muliebris malitia. Plaut. Epid. 4. 1. 19.

Animus muliebris, Timidus & inconstans. Cic. 1. Off. 61. ex Ennio,

Vos etenim juvenes, animum geritis muliebrem.

Audacia muliebris. Liv. 1. 46.

Bellum muliebre gerere. Cic. pro Cœl. 67. Alveusne ille, an equus Trojanus fuerit, qui tot junctos viros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit?

Comitatus muliebris & delicatus ancillarum puerorumque. Cic. pro Milon. 28.

Fides muliebris, pro Levi. Plaut. Mil. 2. 5. 46.

Formæ muliebris pulchritudo excellens. Cic. 2. de Invent. 1.

Fraus. Tacit. 2. Ann 71.

Loci muliebres, Ubi nascendi initia consistunt. Varr. de L. L. lib. 4. 2. extr.

Origo. Lucret. lib. 4. 1226.

Sive virûm soboles, sive est muliebris origo. i. e. Sive masculus est, sive femella.

Sæclum. Lucret. lib. 4. 1221.

Et muliebre oritur patrio de semine sæclum. h. e. Multitudo & continua series, sive sequela successiva.

Sententia muliebris & enervata. Cic. 2. Tusc. 15. Dehinc ad hanc enervatam, muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit.

Servitus. Liv. 34.

Stola. Cic. 2. Philip. 44.

Tutela. Liv. 1. 3. Tantisper tutela muliebri (tanta indoles in Lavinia erat) res Latina & regnum avitum, paternumque puero stetit.

Venustas. Cic. 1. Off. 130.

MULIEBRIA, um. tantum pluraliter. [γυναικεῖα] Menstrua.

Muliebria, pro Stupro. Quintil. Nobilis adolescens a Centurione muliebria passus. Ulpian. in l. 1. § Removet. D. De postulando, Removet autem a postulando pro aliis & eum, qui corpore suo muliebria passus est. V. Curt. 6. 6. 8.

Muliebria etiam, subaud. Membra, pro Natura muliebri. Tacit. 14. Ann. 60. Ex quibus una instanti Tigellino, castiora esse muliebria Octaviæ respondit, quam os ejus.

MULIEBRĬTER, Adv. [γυναικείως] Effeminate seu more mulierum. Justinus 1. 8. Quæ non muliebriter hostium adventu territa. Cic. 2. Tusc. 48. Si turpissime se illa pars animi geret, quam dixi esse mollem, si se lamentis muliebriter, lacrymisque dedet.

Ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter, muliebriterve faciamus in dolore, maxime providendum est. Cic. 2. Tusc. 55.

Expavescere muliebriter ensem. Hor. 1. Carm. 37. 22.

MULIEBRĬTAS, ātis. f. [γυναικότης] Mollities. Tertull. de Veland. Virg. cap. 14. Consciæ muliebritatis audent.

MULIEBRIŌSUS, a, um. Adj. Plaut. Pœn. 5. 5. 24.

Sane genus hoc muliebriosum est tunicis demissitiis. Al. Muliebrosum, vel Mulierosum.

MULIĔRŌSUS, a, um. Adj. [γυναικοφιλής] Qui nimium appetit mulieres. Cic. de Fato, 10. Hunc scribunt ipsius familiares & ebriosum & mulierosum fuisse.

MULIEROSITAS, ātis. f. [φιλογυνία] Cupiditas feminææ voluptatis. Cic. 4. Tusc. 25. Similiterque ceteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulierositas, ut ita appellem eam quæ Græce φιλογυνία dicitur.

MULIERĀRIUS, a, um. Adj. [γυναικομανής] Qui nimium amat mulieres. Julius Capitolinus in Clod. Alb cap. 11. extr. Mulierarius inter primos amatores. Cic. pro Cœl. 66. Cur Licinium titubantem, hæsitantem, cedentem, fugere conantem, mulieraria manus ista de manibus emiserit. i. e. Congregatio effeminatiorum hominum. Dixerat enim antea Mulieris amici. Hæc autem est lectio castigatiorum exemplarium, quum alia legant Mulieris manus.

MULIERĪTAS, ātis. f. Tertull. de Veland. Virg. Apertam professæ mulieritatem. [An Muliebritatem?

MULIĔRO, [θηλύνω] āre. Effeminare. Varro γνῶθι σεαυτόν, Et rex, & misellus ille pauper amat, habetque ignem intus acrem: hic ephebum mulieravit: hic ad me deca adolescentem cubiculum pudoris primus polluit. Alii legunt, Hic Admecadæ cubile primus polluit. Nonius 2. 552. Obsoletum.

MULIO, &c. V. MULUS.

MULLEUS, i. m. Festus, Mulleos genus calceorum aiunt esse, quibus reges Albanorum primi, deinde patricii usi sint. M. Cato Originum lib. 7. Qui magistratum Curulem cepisset, calceos mulleos aluteinatos, ceteri perones. Vopiscus in vita Aureliani cap. 49. Calceos, inquit, mulleos, & cereos, & albos, & hederaceos viris omnibus sustulit, mulieribus reliquit. Dicti autem sunt a mullando, id est suendo, ut scribit Festus. Alii a Mulli piscis colore dictos putant.

MULLEŎLUS, i. m. dimin. Tertull. de Pallio cap. 4. Impuro cruri purum aut mulleolum indulsit calceum.

MULLUS, i. m. [τρίγλα] Piscis genus. Rouget barbu, sic putat Belonius. Plin. lib. 9. cap. 17. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima est & copia mullis, sicut magnitudo modica, binasque libras ponderis raro admodum exsuperant, nec in vivariis piscinisque crescunt. Septentrionalis tantum hos & proxima Occidentis parte non gignit Oceanus. Cetero

corum

eorum genera plura. Nam & alga vescuntur, & ostreis, & limo, & aliorum piscium carne; barba gemina insigniuntur inferiori labro. Et paulo post, Nomen his Fenestella a colore mulleorum calceamentorum datum putat. Sed verisimilius a piscis colore calceum appellatum. Hor. 2. Serm. 2. 33. — laudas insigne trilibrem

Mullum. Martial. 3. 45.

Nolo mihi ponas rhombum, mullumque bilibrem.

Barbati mulli. Cic. 2. Att. 1. Nostri principes digito se cælum putent attingere, si mulli barbati in piscinis sunt, qui ad manum accedant.

Iners. Columel. lib. 8. cap. ult.

Lutarius mullus. V. LUTUM.

MULLŬLUS, i. m. dimin. [τρυγλίδιον] Cic. in Parad. 5. Et videant aliquem summis populi beneficiis usum, barbatulos mullulos exceptantem de piscina, & pertractantem.

MULOMEDICINA, MULOMEDICUS, V. MULUS.

MULSUS, a, um. Adj. [μελικρᾶς] ut, Mulsa aqua. Plin. lib. 22. cap. 24. de mulsa aqua loquens, quæ melle concinnatur. Columel. lib. 9. cap. 12. Rorem marinum aqua mulsa decoctum. Quid sit aqua mulsa, & quomodo fiat, vide Columel. lib. 12. cap. 11. & 12.

Lac. i. e. Melle mixtum. Plin. lib. 10. cap. 22.

Loqui mulsa. Plaut. Pœn. 1. 2. 112. h. e. Dulcia, suavia.

Mulsa dicta. Plaut. Rud. 2. 3. 34. i. e. Suavia.

MULSA, æ. f. Absolute. Aqua melle temperata. Plin. Valer. 1. 1. Conlam in mellitissima mulsa macerare.

Mulsa mea, Amantis & blandientis affectus. Plaut. Casin. 2. 6. 20.

MULSUM, i. n. [οἰνόμελι] a Mulceo dicitur, quasi melle delinitum: est Potio ex vino, melleque confecta. Subauditur autem Vinum, ut in Mulsa τῇ Aqua. V. Plin. lib. 22. cap. 24. Cic. 2. Tusc. 44. Huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat. Martialis epigramma tale est de mulso, lib. 13. 108.

Attica nectareum turbatis mella Falernum,
Misceri decet hoc a Ganymede merum.

Veteres Romani mulsum in deliciis habebant, & in triumpho milites ab Imperatore eo donabantur. Plaut. Bacch. 4. 9. 149.

Sed, spectatores, vos nunc ne miremini,
Quod non triumpho pervolgatum est, nihil moror;
Veruntamen accipientur mulso milites. Liv. 38. 55. pr. Et ad portam Capenam mulsum prosequutis funus dedisse. Significat Livius Culleonem in Africani funerere, novata memoria triumphi ejus, pileatum dedisse mulsum, aut triumphi imitatum liberalitatem & imaginem hoc fecisse. Annotavit Turnebus.

Lene. Hor. 2. Serm. 4. 26.

Bibatur si mulsum calidum, vocem permulcet; si frigidum, exasperat. Cic. 2. de Orat. 281. Quum vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet simulac domum redisset.

Miscere mulsum. Cic. 2. Finib. 17. Dico ergo in eadem voluptate qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & eum qui illud sitiens bibat.

MULSEUS, a, um. Adj. [μελίκρατος] Idem quod Mulsus. Columel. lib. 8. cap. 7. Mulsea recente aqua prædicti generis farinam conspergunt, & ita farciunt.

Sapor mulseus. Columel. lib. 12. cap. 45.

MULTA, vel MULCTA, æ. f. [ζημία, ἀφόρισμα, ἐπιζήμιον, τίμημα] Solutionis pœna: quod olim, ut Varro ait L. L. 4. 36. singula ob peccatum exigebantur, ut ovis, aut bos; postea multa simul exigi cœperunt, & vinum atque oleum addi. Varro lib. 9. Rerum humanarum, dicit hoc vocabulum, non Latinum, at Sabinum esse. Teitis Gell. lib. 11. cap. 1. Potius esse scribendum Mulcta, vel ad ponendum discrimen. Nam alicubi posset esse ambiguitas, ut apud Suet. in Claudio cap. 14. de legibus, Nec semper præscriptam legem secutus, duritiam lenitatemve multarum, ex bono & æquo, perinde ut afficeretur, moderatus est. In edit. Bononiensi Mulctarum, at in aliis Multarum. Torrent. legit, Nec semper præscripta legum secutus, &c. Vide in SUPPLICIUM, ut Xyl. Mulctam velit sub hoc etiam nomine comprehendi. H. St. Utroque modo in monumentis antiquis scribitur. Apud Suet. Adjectivum est.

Multa, sive Mulcta, differt a Pœna. Ulpian. D. De verborum signific. l. 131. Inter multam & pœnam multum interest; quum pœna generale nomen sit, & omnium delictorum coërcitio; multa specialis peccati, cujus animadversio hodie pecuniaria est. pœna autem non tantum pecuniaria, verum capitis, & existimationis irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio ejus venit, qui multam dicit; pœna non irrogatur, nisi quæ qua lege, vel quo alio jure specialiter huic delicto imposita est. quinimmo multa ibi dicitur, ubi specialiter pœna non est imposita. Item multam is dicere potest, cui adjudicatio data est. Magistratus solos & Præsides provinciarum posse multam dicere, mandatis permissum est; pœnam autem unusquisque irrogare potest, cui hujus criminis sive delicti exsecutio competit. Alciatus hunc locum exponens, Mulcta, inquit, Oscum verbum est, quo pœna significatur, licet Grammatici quidam a mulcendo per antiphrasim dictam putent. unde Mulctare verbum, Condemnare est & punire, sic Plautus, Mulctare matrimonio; Ter. & Virg. Mulctare morte; Tranquillus, Mulctare gentilitiis hæreditatibus, dixerunt. Ex usu tamen, angustiore significatione, vox hæc pro Pecuniaria tantum pœna recepta est; sicque variæ differentiæ introductæ sunt, quod Pœna quælibet coërcitio est, Mulcta solius pecuniæ; quod pœna certa est, legeque expressa, mulcta ab jus dicentis arbitrio pendet; quod pœna a quocunque judice infligi potest, cui criminis exsecutio demandata sit, mulcta ab ordinariis tantummodo, hisque qui pro tribunali sedent.

Multam, ait Festus, lib. 11. Osce dici putant Pœnam. M. Varro ait pœnam esse, sed pecuniariam, Maximam multam dixerunt trium millium & viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bubus & duabus ovibus quenquam multari, æstimabaturque bos centussibus, ovis decussibus. De hac suprema seu maxima multa, deque minima quæ unius erat ovis, V. Gell. lib. 11. cap. 1.

Irrogatio multæ. Cic. pro Rabir. 8.

Certare multam, & Certatio multæ. V. Multam dicere, in DICO; & Certatio, in CERTO, āre.

Committere multam, est quum quis aliquid committit propter quod multa est afficiendus. Cic. pro Cluent. 103. Nihilominus potest, ut illam multam non commiserit, accepisse tamen ob rem judicandam pecuniam. Budæus.

Depellere gravem multam alicui. Cic. 5. Fam. 20.

Dicere. V. DICO. Liv. 37. 51.

Exposcere. Catull. Argon. 62. 190.

Imponere. V. IMPONO.

Indicere. V. INDICO.

Irrogare multam, non est judicis multantis, sed actoris, aut postulantis, & accusantis. Liv. 37. 58. Centum millium multa irrogata erat; bis de ea re certatum est; tertio quum de petitione destitisset reus, nec populus de multa suffragium ferre voluit. Irrogare multam hodie forensi vocabulo dicitur, *Concludere ad multam* & *Conclusiones multatitias assumere*: quod & Pœnaliter intendere dici potest, Latine loquentibus. Budæus. Cic. pro Milon. 37.

Mulctare multa & pœna. Cic. pro Corn. Balb. 42. Potuit certius interponere judicium voluntatis suæ, quam quum etiam accusatorem hujus multa & pœna multavit?

Petere multam, nempe ut irrogetur. Cic. pro Cluent. 103. Uno judicio multa est ab eo petita, sicut a Junio, quod non suæ decuriæ munere, neque ex lege sedisset. Ibid. 102. Necesse est nullo modo illam multam quæ æ Junio petita sit, cum Cluentii causa posse conjungi. Budæus.

Remittere. Liv. 37. 51. Mulctæ ex jussu populi remissæ. Paulo supra dixerat, Imperia inhibita ultro citroque, & pignora capta, & mulctæ dictæ, &c.

Sufferre multam legis. Cic. pro Cæcin. 98.

Esto multa ei, ut Plaut. Asin. 4. 1. 56.

Hæc multa ei esto, vino vinginti dies
Ut careat.

Muta & Multa confunduntur a librariis. V. Broekhus. ad Tibull. 4. 1. 129.

MULTO, [ζημιόω, ἀφορίζω, ἐπιζημιόω] āre. Punire, Condemnare. Construitur cum genitivo, aliquando cum ablativo.

Male multare aliquos. Cic. de Clar. Orat. 88. Al. Mulcare.

Exsilio aliquem multare. Tacit. 6. Ann. 9. Exsilio, aut morte multarentur.

Famâ stultitia multatur. Cic. 6. Fam. 7. Quum mendum scripturæ litura tollatur, stultitia fama multetur, meus error exsilio corrigitur.

Infortunio. Plaut Merc. prol. 21.

Morte. Virg. 11. Æn. 839.

Morte crudelissime per vim aliquos. Cic. 3. in Catil. 14.

Morte seipsum potius, quam sempiterno dolore. Cic. Post red. in Sen. 33.

Morte multantur, vitia hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exsiliis. Cic. 1. de Orat. 194.

Pecunia. Curt. lib. 4. 1. extr.

Verberibus aliquam. Tacit. 1. Ann. 70.

Virgis multati. Liv. 26. 12. extr. Gronov. Mulcati.

Multare, Privare. Pass. Multari patria. Virg. [Nisi error est.

Quod si perdiderim, patria multabor. Cic. 5. Tusc. 107. At multantur bonis omnibus exsules. Idem 1. de Divin. 27. Postea quam a Cæsare Tetrarchiæ regno, pecuniaque multatus est.

Deminutione provinciæ multari imperatorem contumeliosum est. Cic. de Provinc. Consul. 38.

Multare matrimonio, Divortium facere. Plaut. Amphit. 2. 2. 222.

Nunquid causam dicis, quin te hoc multem matrimonio? i. e. Quin te repudiem? quin tecum divortium faciam? quin te privem hoc matrimonio per divortium. Verba sunt Amphitryonis ad Alcmenam.

Sacerdotio multari. Suet. In Cæs. cap. 1. Cæsar Corneliam, Cinnæ quater Consulis filiam, duxit uxorem, ex qua illi mox Julia nata est, neque ut repudiaret illam, compelli a Dictatore Sulla ullo modo potuit. Quare & sacerdotio, & uxoris dote, & gentilitiis hæreditatibus mulctatus, diversarum partium habebatur. i. e. Multæ nomine privatus, exutus, spoliatusque.

Stipendio. Cic. pro Corn. Balb. 61. Quod si Afris, si Sardis, si Hispanis, agris, stipendioque multatis, virtute adipisci licet civitatem, &c.

Multare, Lacerare, mutilare, verberare, inquit Donatus. Ter. Adelph. 1. 2. 10.

— ipsum dominum atque omnem familiam
Multavit usque ad mortem. Sed omnes antiqui libri habent Mulcavit.

Multare, Augere, & voti compotem facere. Novius Colace, Et asseri laudes ago, quum votis me multatis meis: quod præter quam vellem, audiebam. Nonius 6. 83. Al. Voti.

Multare, Male tractare. Columel. lib. 1. cap. 2. Nam illud vetus est Catonis, agrum pessime multari, cujus dominus quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit villicum.

Male multari. V. MALUS.

MULTOR, [τιμωροῦμαι] āri. depon. Idem. Suet. in Augusto, cap. 21. Neque aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes, graviore unquam multatus est pœna, quam ut capitivos sub lege venundaret, ne in vicina regione servirent, &c. Sed in MSS. Ultus est. Eaque lectio sine dubio potior.

MULTANS, antis Partic. Catull. Argon. 62. 192.

Quare facta virûm multantes vindice pœna
Eumenides.

MULTATUS, a, um. Partic. Pass. [ζημιωθεὶς] ut,

Consilia multata a fortuna. Cic. pro Rabir. Post. 2. Illud tamen deprecor, ut quum ab ipsa fortuna crudelissime videat hujus consilia esse multata, nequid ad eas ruinas, quibus hic oppressus est, addendum acerbitatis putet.

Maleficium exsilio multatum. Cic. pro Cæcin. 100.

MULTĀTIO, ōnis. f. [τίμησις] Cic. pro Rabir. 16. Misera est ignominia judiciorum publicorum, misera multatio bonorum, miserum exsilium.

MULTĀTOR, ōris. m. JCt. in Dig.

MULTĀTĪTIUS, a, um. Adj. [ἀφοριστικὸς] Quod ex multa fit, vel Quod ad multam pertinet, sive Quod nomine multæ exigitur. Liv. 10. 23. Ex multititia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti. Et 30. 29. Ædiles plebis Q. Catius & L. Porcius Licinus, ex multatitio argento, signa ænea ad ædem Cereris dedere.

MULTANGULUS, MULTIFARIUS, &c. V. MULTUS.

MULTUS, a, um. Adj. [πολλὸς, πολὺς, ἱκανὸς, συχνὸς, ἀόριστος, πάμπολλος, πάμφορος] notæ significationis. Cic. ad Sext. 5. Fam. 17. Et in nostra civitate, & in ceteris, quæ rerum potitæ sunt, multis fortissimis atque optimis viris, injustis judiciis, tales casus incidisse.

Minus multi, Minime multi. V. Minor, in PARVUS.

Nimium multi. In NIMIS.
Multi, *οἱ πολλοί*. Cic. in Verrem. En memoria mortui sodalis, en metus multorum existimationis. H. St. Locus est 3. Verr. 93. Sed in emendatis codd. Vivorum legitur, ut sit antithesis Mortui & Vivorum.
De multis unus. Hor. 3. Carm. 11. 33.
E multis unus. Hor. 1. Epist. 6. 60.
E multis unus orator non fuit Calidius, potius inter multos prope singularis fuit. Cic. de Clar. Orat. 273.
In aliqua re multus videri. Cic. 2. de Nat. Deor. 119.
In admiratione aliis multus Circes, gloriam herbarum Ægypto tribuit. Plin. lib. 25. cap. 2. i. e. Multum admiratur Circen.
In coloribus multus. Plin. lib. 35. cap. 11.
In eo fuit multus, sive in ea re. Cic. 4. Acad. 17.
In genere aliquo inconcinnus aut multus, ineptus dicitur. Cic. 2. de Orat. 17.
In opere multus, Continuus, vel assiduus. Sallust. in Jugurtha cap. 96. extr. In operibus, in agmine, atque ad vigilias multus adesse.
In re nota & pervulgata multus & insolens ne sim. Cic. 2. de Orat. 338. V. Cort. ad Sall. Jug. cap. 84. pr.
Peccans multa alia Empedocles, in deorum opinione pessime labitur. Cic. 1. de Nat. Deor. 29. Idem pro Muren 60. Non multa peccas, inquit ille, fortissimo viro senior magister. Non absimile est illud in Topicis 4. Quum tu mihi meisque multa sæpe cavisses.
Multa, i. e. Multa verba. Hor. 1. Serm. 3. 65.
Multa Cicerrus ad hæc. i. e. Multa respondebat,
Non est, quod multa loquamur. Hor. 2. Epist. 1. 30.
Nimium multa. Cic. 4. Fam. 14.
Nimis multa in genera dividere. Cic. 2. de Orat. 288.
Satis multa. Cic. 2. de Finib. 59.
Multa, pro Multum, nomen pro adverbio, ut,
Reluctans multa. Virg. 4 Georg. 301.
Haud multa moratus Dat dextram juveni. Virg. 3. Æn. 610.
Amictus multos. Virg. 1. Æn. 416.
Arte multa vix revulsus e scopulo. Virg. 3. Æn. 270.
Aura. Hor. 4. Carm. 2. 25.
Baccho multo hilarans convivia. Virg. 5. Ecl. 69.
Cædes. Virg. 1. Æn. 475.
Cædes multa bidentium. Hor. 3. Carm. 23. 14.
Capitum multorum bellua. Hor. 1. Epist. 1. 76.
Dictis pauca tibi e multis expediam. Virg. 3. Æn. 379.
Dies multa. Longa. Hor. de Arte Poet. 293.
Diem ad multum. Cic. 13. Att. 9. Hodie mane Dolabella, multus sermo ad multum diem.
Die denique multo per exploratores Cæsar cognovit, & montem a suis teneri, &c. Cæs. 1. Bell. Gall. cap. 22.
Dolore multo corrupta voluptas. Hor. 1. Serm. 2. 39.
Grandine multa crepitant nimbi culminibus. Virg. 5. Æn. 459.
Hominum multorum mores vidit. Hor. de Arte Poet. 142.
Herbæ multæ prodigus locus. Hor. 1. Epist. 7. 48.
Ignes tantique tamque multi. Cic. 2. de Nat. Deor. 92.
Imperatorum multorum tropheis, non turribus, munita antea erat Macedonia. Cic. de Provinc. Cons. 4.
Incommoda. Hor. de Arte Poet. 169.
Lacrymis non sine multis noctes agit. Hor. 3. Carm. 7. 8.
Laus. Hor. de Arte Poet. 282.
Libertate cum multa notare aliquem. Hor. 1. Serm. 4. 5.
Liture. Hor. de Arte Poet. 293.
Lumine multo manifestus. Virg. 3. Æn. 151.
Luce multa revecti hostes. Tacit. 5. Hist. 22.
Mala multa precatus. Hor. 2. Serm. 3. 203.
Mane multo, Bene mane. Cic. 5. Att. 4. pr. Binas quidem tuas Beneventi accepi, quarum alteras Funisulanus multo mane mihi dedit.
Merces. Hor. 1. Carm. 28. 27.
Millia multa dare leto. Virg. 5. Æn. 806.
Millibus cum multis ibat. Virg. 3. Æn. 75.
Modis multis reprehendere aliquid. Cic. 2. de Finib. 81. Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat.
Modis multis, pro Vehementer, inquit Donatus. Ter. Hec. 2. 3. 7.
Nisi pol filium multis modis jam exspecto, ut redeat domum.
Nomen meum multum est in his locis. Cic. 2. Fam. 9.
Nominis multi homo. Hor. 3. Carm. 9. 7.
Nocte multa. Cic. 2. Q. frat. 8. Sed tamen postridie, quam tu es profectus, multa nocte cum Vibullio veni ad Pompeium.
Nocte multa referunt se. Virg. 4. Georg. 180.
Nocte jam multa. Tacit. 2. Hist. 66. [Contrario modo dicitur, ac Multo mane.
Nocte de multa profectum esse ad Cæsarem. Cic. 7. Att. 21.
Odore multo fumat ara. Hor. 3. Carm. 18. 7.
Pars multa mei. Hor. 3. Carm. 30. 6.
Partibus multis major. Cic. 4. Acad. 128. Quibus efficitur multis partibus solem majorem esse, quam terram. i. e. Multo majorem.
Prælia multa conserimus. Virg. 2. Æn. 398.
Præmia multa ferre. Hor. 2. Serm. 1. 11.
Prece multa prosequi aliquem. Hor. 4. Carm. 5. 33.
Promissa multa. Hor. 2. Epist. 2. 10.
Rationes multæ, copiosæ, variæque. Cic. 1. de Orat. 222.
Res multæ officient tibi. Hor. 1. Serm. 2. 97.
Rerum multarum dives. Hor. 2. Epist. 2. 31.
Res multæ & magnæ. Cic. 1. de Invent. 6.
Risus. Hor. 4. Carm. 13. 27.
Sale multo defricuit Urbem Lucilius. Hor. 1. Serm. 10. 3.
Salutem multam dicere. Plaut. Pœn. 1. 2. 195.
Sermonem multum habere de aliquo. Cic. 11. Fam. 20. Narrat mihi, apud Cæsarem se fuisse, multumque sermonem de te habitum esse.
Sudoris multi. Cic. 1. de Orat. 257. Ac stilus ille tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi sudoris est, &c. i. e. Multum in eo laborandum & sudandum.
Tellure multa dives. Hor. Epod. 15. 19.
Venæ crebræ, multæque toto corpore intextæ sunt. Cic. 2. de Nat. Deor. 138.

Verba multa fecimus. Plaut. Pœn. 3. 6. 31. i. e. Satis diu.
Victima multa. Virg 1. Ecl. 34.
Virtus Virg 4 Æn. 3.
Vi multa revulsum gubernaculum. Virg. 6. Æn. 349.
Utilitates. Cic. de Amicit. 37. Quanquam utilitates multæ, & magnæ consecutæ sunt, non sunt tamen ab earum spe causæ diligendi profectæ.
Multa, pro Sæpe. Cic. de Divin. 1. 41. ex Ennio,
Quanquam multa manus ad cæli cærula templa
Tendebam lacrymans. Loquitur enim virgo Vestalis, quæ sæpe se dicit tetendisse manus ad cælum. [Videtur non pl. n. sed rectus sing. f. g. ut sæpe etiam Multus m. g. construitur. Exempla supra habes.
Multa adversa revertens. Cic. 1. Tusc. 73. Itaque dubitans, circumspectans, hæsitans, multa adversa revertens, tanquam in rate, in mari immenso, nostra vehitur oratio. Rationem quandam loquendi priscam & poeticam olet. Demonstratur autem æstus hac loquutione eorum, qui eo sæpius, unde degressi sunt, redeunt sua per vestigia, quod eos cœpti itineris aut viæ pœniteat. Quare multa adversa revertitur oratio, quæ retro redit sæpe, & adversum se fertur, pedemque in contrarium refert, contraque id quod affirmavit, secutaque est, pronuntiat atque adversum tendit, & mutat sententiam in diversum. Verba sunt Turnebi, sic explicantis hunc locum Advers. 10. 14. [An, Multa, adversa, revertens, &c?
Multus, pro Pluribus ponitur. Lucan. 3. 707.
— multus sua vulnera puppi
Affixit moriens, & rostris abstulit ictus.
Multus, pro Multiplici. Plin. 19. 3. Radice multa, crassaque.
Multi existimare operam suam. Cic. 2. de Orat. 101.
Multum noctis. Tacit. 3. Hist. 79. Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra, multo jam noctis, serum auxilium, venit.
Multum admodum. Cic. 5. de Finib. 12. Quod maxime efficit Theophrasti de beata vita liber, in quo multum admodum fortunæ datur.
Multissimus. Cic. 11. Att. 2. Ex multissimis & miserrimis curis est una enata, si, ut scribis, ista hæreditas fidem, & famam meam tueri potest. Correctiora exemplaria legunt, Ex multis meis. Sunt & qui Multesimis legendum putant. q. V.
Quidam tamen usi sunt, &, ni fallor, Bembus non semel. H. St.
De Compar. Plus & Superl. Plurimus, V. infra post composita a Multus.
MULTUM, Adv. [*πολὺ*, *πολλὰ*] Valde. Plaut. Milit. 2. 5. 4. Ubi sum afflictata multum.
Non ita multum. Cic. 7. Fam. 24. Opinor Cassium uti non ita multum sorore.
Celer multum atque fidelis medicus Hor. 2. Serm. 3. 147.
Demissus multum humo. Hor. 1. Serm. 3. 57.
Dissimiles multum. Hor. 1. Epist. 10. 2.
Ineptus multum labor. Plin. 1. Epist. 9.
Miseri multum parentes Ovid. 4. Met. 155.
Securus multum. Tibul. lib. 4. 10. 1.
Abest ab iis multum. In ABSUM.
Amare multum. Plaut. Pers. 2. 5. 2.
Amata nautis multum. Hor. Epod. 17. 20.
Cogitare multum & diu. Cic de Senect. 38. Adsum amicis, venio in Senatum frequens, ultroque adfero res multum & diu cogitatas.
Different non multum ab Indico. Plin. lib 12. cap. 12
Dolitura multum Neæra. Hor. Epod. 15. 11.
Excellunt multum virtutes propriæ animi. Cic. 5. de Finib. 44.
Flevit multum. Plin. 9. Epist. 21.
Fundit multum lacrymas Virg 3. Æn. 348.
Intelligo non tam multum in istis rebus, quam multa vidi. Cic. 6. Verr. 94.
Objurgabo multum. Plaut. Trin. 1. 2. 30.
Præstat longe multumque. Cic. 5. de Finib. 30. Longe multumque præstet mens, atque ratio.
Providum multum in posterum. Cic. 2. de Lege Agr. 90.
Quæsita multum sæpe, ac difficilis res. Cic 3. de Legib. 33.
Salve multum. Plaut. Trin 5. 2. 56.
Est non multum, unam si præsto togatam. Martial. lib. 1. 109.
Est multum in teneris consuescere. Virg. 2. Georg. 272. [In hoc & præced. non videtur Adv.
Superare longe omnes multumque. Cic. 7. Verr. 114.
Tacuit multum Plin 9. Epist. 21.
Tenui multum me intra silentium. Plin. Epist. 7. 6.
Vale multum. Plaut. Stich. 3. 2. 40.
Vivere multum cum aliquo. Cic. 7. Fam. 34. Vivamque tecum multum, & cum communibus nostri amatoribus. i. e. Frequenter Idem 13. Fam 17. Domi meæ cum Diodoro Stoico, homine meo judicio eruditissimo, multum a puero fuit.
Uti aliquo multum, pro Familiariter. Cic. de Amicit. 2. Et eo magis quod P. Sulpicio utebare multum.
MULTO, Adv. [*πολλῷ*, *πολὺ*, *σφόδρα*] cum dictionibus, Alius, aliter, secus, ante, post, præsto, malo, antecedo, excello, & similibus Comparativi, vel Superlativi vim habentibus, elegantem dicendi vim habet.
Multo aliter. Ter. prol. And. 4.
Verum aliter evenire multo intelligit.
Multo ante. Ter. Eun. 4. 5. 7. Sed Thais multo ante venit? Cic. in Verr. Cui quemadmodum resistam, multo mihi ante est, Judices, providendum.
Multo ante mala providere. Cic. 4. Fam. 1. Cognoram jam absens, te hæc mala multo ante providentem, defensorem pacis, & in Consulatu tuo, & post Consulatum fuisse.
Multo post. Cic. 12. Att. 49. Non multo post, quam tu a me discessisti.
Non multo post discessum meum. Cic. Post red. in Senat. 3.
Multo secus. Cic. 4. Fam. 9. Multo secus evenit.
Multo tanto. Varr. de L. L. lib. 6. pr. Quod intervallum multo tanto propius nobis, quam hinc ad initium Saliorum, &c.
Multo tanto, eadem forma dicitur qua Altero tanto. Græci dicunt *πολλαπλάσιον*. Plaut. Rud. 2. 6. 37.
Ego multo tanto miserior quam tu, Labrax.
Anteponere multo. Cic. 4. de Finib. 51. Qui virtutem omnibus rebus multo anteponentes, adjungunt ei tamen aliquid, &c.
Præstat multo. Sallust. Jug. cap. 31. extr. In rep. multo præstat beneficii, quam maleficii memorem esse.
Multo, comparativo etiam jungitur. Cic. de Amicit. 70. Quod quidem est multo profecto magis in veris patribus, certiqua faciendum.

Citius multo. Lucret. lib. 2. 161.
Ferocius multo Ovid. 1. Amor. 2. 17.
Majus multo Virg. 3. Ecl. 35.
Minus multo movebant minæ. Cic. 8. Att. 9.
Minoris multo vendidit, non modo quam tu, sed etiam quam qui ante te vendiderunt. Cic. 5. Verr. 43.
Molestius multo. Cic. de Amicit. 91. Sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.
Prius multo. Lucret. lib. 3. 791.
Pulchrior enitescis multo Hor. 2. Carm. 8. 6.
Splendidius multo est. Hor. 1. Epist. 17. 20.
Suavius multo. Hor. 2. Serm. 8. 88.
Multo, eleganter Superlativo jungitur. Ter. Heaut. 4. 8. 1.
Multo omnium nunc me fortunatissimum
Factum puto esse, gnate, quum te intelligo
Resipuisse. Cic. pro Lege Manil. 1. Conspectus vester multo jucundissimus. Idem 1. Verr. 36. Quum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiæ multo molestissima.
Gratissima multo lux. Hor. 1. Serm. 5. 39.
Gravissimus multo sopor. Lucret. lib. 4. 953.
Maxima multo pars. Cic. pro Lege Manil. 54. Magna, ac multo maxima parte, non modo utilitatis, sed dignitatis, atque imperii caruit. Hor. 2. Serm. 3. 82. Danda est ellebori multo pars maxima avaris.
Maxime multo. Cic in Verr.
Adjuvat & exornant orationem expolitio. sed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem. Auctor ad Heren. lib. 4. 59.

MULTĬTŪDO, inis. f. [πλῆθος, πληθύς] notæ significationis. Cic. 2. de Orat. 15. Pertimescenda est causarum multitudo: est enim infinita.
Multitudo, pro Frequentia, aut copia. Cic. de Orat. lib. 3. 70. Sed ut Pontifices veteres propter sacrorum multitudinem, tres viros epulones esse voluerunt, &c. Nonius 2. 569.
Multitudo [οἱ πολλοί] Plebs. Cic. 2. de Orat. 338. Habet enim multitudo vim quandam talem, ut quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non possit.
Testimonium multitudinis non gravissimum est. Cic. 2. de Finib. 81.
Numerus hominum & multitudo. Cic. de Provinc. Cons. 31.
Circumfusa. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Consternata & pavida. V. CONSTERNO.
Imperita. V. IMPERITUS.
Imperitæ multitudinis ex errore qui pendet, hic in magnis viris non est habendus. Cic. 1. Off. 65.
Vaga. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Amputare multitudinem. V. AMPUTO.
Cogere hominum multitudinem manum facere, copias parare. Cic. pro Cæcin. 34
Reduci domum a multitudine magna frequentia. Cic. 2. Verr. 18.
Multitudo, pro Numero multitudinis, seu Plurali. Charis. lib. 1. Lignum singulariter semper dici debet; in multitudine Cato Originum primo, ligni ait. Sic Varro pluribus in locis lib. de L. L. ut lib. 7. 18. pag. 91. ed. tert. Steph. conf. 23. & 25. &c.

MULTĒSĬMUS, a, um. ut, Multesima pars, [πολλοστημόριον] pro Quantitate infinita. Non. 2. 520. vel Ex multis una. Lucret. lib. 6. 651.
Quam sit parvula pars, & quam multesima constet. i. e. Quota. Multesima pars, inquit hoc loco Lambinus, est ea, cui multæ debent esse pares, aut similes ad constituendum totum. Multesimus ea forma dicitur, qua Millesimus.

MULTANGŬLUS, a, um. Adj. [πολύγωνος] Quod multos habet angulos. Lucret. lib. 4. 655.
Esse minora igitur quædam, majoraque debent,
Multa rotunda, modis multis multangula quædam.

MULTIBARBUS, a, um. Adj. [πολυπώγων] Qui habet multam barbam. Apul. in Floridis, Multibarbus, spinis obsitus & pilis.

MULTĬBĬBUS, a, um. [πολυπότης] Qui multum bibit. Plaut. Curc. 1. 1. 77.
Nomen est ei lenæ multibiba atque merobiba. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 21. scribit Herculem fuisse bibacem & multibibum.

MULTĬCĀVĀTUS, a, um. [πολύκοιλος] Adj. Varro 3. de R. R. cap. 16. Favus est, quem fingunt multicavatum e cera, quum singula cava singula latera habeant.

MULTĬCĀVUS, a, um. Adj. [πολύκοιλος] Quod multum habet concavi. Ovid. 8. Met. 561.
Pumice multicavo, nec lævibus atria tophis
Structa subit.

MULTĬCAULIS, e. Adj. [πολύκαυλος] Multos caules habens. Plin. lib. 21. cap 16. Est & illa differentia, quod quædam in iis multicaulia, ramosaque sunt, ut carduus.

MULTĬCŎLA, æ. c. Qui multos colit. Fulgent. adverf. Arianos, Multicolæ Pagani.

MULTĬCŎLOR, ōris. o.g. Adj. [πολύχρωμος] Plin. lib. 37. cap. 10. Hexecontalithos, in parva magnitudine multicolor, hoc sibi nomen adoptavit.

MULTĬCŎLŌRUS, a, um. Idem. Prudent. Cathem. 3. 104. Prata multicolora.

MULTĬCŎMUS, a, um. Adj. Mantuanus,
Sunt juga, sunt valles, multicomumque nemus.

MULTĬFĀCIO, [περὶ πολλοῦ ποιῶ] ēre. dicitur sicut Magnificare, & Parvifacere. Cato, neque fidem neque jusjurandum, neque pudicitiam multifacit. Festus.

MULTĬFĀRIUS, a, um. Adj. [πολύχους] i. e. Varium: quasi quod multis modis possit dividi: vel quod multarum est specierum. Gell. lib. 5. cap. 6. Militares coronæ multifariæ sunt.
Ratio multifaria. Apul. in Trismeg. p. 83. Species multifaria. Solin. cap. 51.

MULTIFARIE, Adv. [ποικίλως] i. e. Varie, multis modis. Plin. lib. 18. cap. 7. Panis multifarie & e millo fit, e panico rarius. Adde Solin. cap. 18. pr.

MULTIFARIAM, aliud Adv. [πολυχρόνως, πολλαχῶς] Idem. Suet. in Sergio Galba, cap. 19. Nihil amplius quam continere se statuit, & legionariorum firmare præsidiis, qui multifariam, diversque tendebant. Festus, Multifariam dixerunt antiqui, quod videlicet in multis locis fari poterat, id est dici. Cic. 2. de Orat. 174. Quod esset multifariam defossum. V. Liv. 3. 5. pr. & 31. 18. [Quibus omnibus locis Multifariam est πολλαχοῦ. i. e Multis locis, vel partibus. Nec aliter fere positum occurrit In Vet. tamen Gloss. Lat. Gr. Multifariam, πολυτρόπως, πολυμερῶς, & in Gr. Lat. πολλαχῶς, Multifariam, & πολυμερῶς Plurifariam; rursusque πολυειδῶς, Multifariam, & πολυτρόπως, Plurifariam, omnifariam. conf. infra PLURIFARIAM.

MULTĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [πολύφορος] Plin. lib. 16. cap. 8. Tam multifera sunt, & tot res præter glandem pariunt robora.

MULTĬFĬDUS, a, um. Adj. [πολυσχιδής] ex Multus & Findo compositum; Quod in multas partes finditur, & multas divisuras habet Plin. lib. 11. cap. 37. Ovium nulla, nec cervarum, nec quibus multifidi pedes, &c. De cornibus.
Dens multifidus. Martial. lib. 14. 25. De pectine.
Discrimen. Claud. de Nupt. Hon. 103.
Faces. Ovid. 7. Met. 259.
Iter. Lucan. lib. 3. 202.
Linguæ. Valer. 1. Argon. 61. De dracone.
Quercus. Stat. 10. Theb. 837.
Timavus. Martial. lib. 8. 28. quod in multa, nempe in novem, ostia fissua prorumpat in mare.

MULTĬFLUUS, a, um. Adj. Juvenc. in Matth. cap. 6.
Multifluisque diem verbis ducendo fatigant.
Sermo multifluus. Arator in Act. Apost. cap. 26.

MULTĬFŎRĀBĬLIS, e. Adj. Apul. 10. Met. sub fin. p. 254. Elm. Jam tibiæ multiforabiles cantus Lydios dulciter consonant.

MULTĬFORĀTĬLIS, e. Adj. Idem. Apul. lib. 1. Florid. Nec tam multiforatili tibia, &c.

MULTĬFŎRIS, e. Adj. [πολύτρητος] Quod est multorum foraminum. Plin. lib. 8. cap. 55. Injiciunt eas in specus, qui sunt multifores in terra.

MULTĬFŎRUS, a, um. Adj. [πολύτρητος] Idem. Ovid. 12. Met. 153.
Longaque multifori delectat tibia buxi.
Tibia multifora. Senec. Agamemn. v. 348.

MULTĬFORMIS, e. Adj. [πολύμορφος] Varium, quasi multiplicis formæ, aut variæ. Columel. lib. 3. cap. 1. Earum species diversæ, & multiformes sunt. Cic. 1. Acad. 16. Ex iis autem ortæ, variæ sunt, & quasi multiformes.
Partus. Plin. lib. 8. cap. 16.
Species. Columel. lib. 3. cap. 1.

MULTĬFORMĬTER, Adv. [πολυειδῶς] Variis modis. Gell. lib. 9. cap. 5. Plato ante hos omnes ita varie & multiformiter disseruit de voluptate. Plin. lib. 36. cap. 27. Auxiliari multiformiter.

MULTĬGĔNUS, a, um. Adj [πολυγενής] Multorum generum. Plin. lib. 11. cap. 1. Multa hæc & multigena terrestrium volucrumque vita. Scripta manu exemplaria habent Multigenera, non improbanda lectione. Figuræ multigenæ. Lucret. lib. 2. 335.
Percipe, multigenis quam sint variata figuris, &c.

MULTĬGĔNĔRIS, e. Adj. [πολυειδής] Idem. Plaut. Capt. 1. 2. 56.
Multis, & multigeneribus opus est tibi
Militibus.

MULTĬGRŬMUS, a, um. vel MULTIGRUMIS, e. Adj. inter verba antiqua refert Gell. 19. 7.

MULTĬJŬGIS, e. sive MULTĬJŬGUS, a, um. Adj. [πολυσύνθετος] Multiplex & varium, Multum & numerosum. Jugus autem per se nihil significat, sed protractionem solum demonstrat. Cic. 14. Att. 9. Veruntamen de Rep. multa cognovi ex tuis litteris, quas quidem multijuges accepi uno tempore a Vestorii liberto. Et Liv. 28. 9. Iret alter Consul sublimis curru, multijugis equis, &c.
Induxit Henricus verba Jugus autem &c. dein subjunxit seq. Aurigavit quoque plurifariam: Olympiis vero etiam decemjugem. In Nerone cap. 24. p. 233. Ita dixit, ut Bijugem, trijugem, quadrijugem. Torr. V. C l.

MULTĬLAUDUS, a, um. Adj. Ammian. 21. 18. Vir sobrietatis gratia multilaudus.

MULTĬLŎQUAX, ācis. Plaut. Aulul. 2. 1. 5. Multiloquaces mulieres.

MULTĬLŎQUUS, a, um. Adj. ut, Anus multiloqua. Plaut. Cist. 1. 3. 1. Coquus multiloquus. Plaut. Pseud. 3. 2. 5.

MULTILOQUIUM, i. n. Plaut. Merc. prol. v. 31. Multiloquium, pauciloquium, &c.

MULTĬMAMMIA, æ. f. Diana ita dicta. S. Hieronym. in proœm. Epist. Paul. ad Ephes. Dianam colentes, non hanc Venatricem, quæ arcum tenet, atque succincta est; sed illam Multimammiam, quam Græci πολύμαστον vocant, &c. conf. Minuc. Felic. Octav. cap. 21.

MULTĬMĔTER, tri. m. Multis metris constans. Sidon. 8. Epist. 12. Multimeter argutus, artifex.

MULTĬMŎDUS, a, um. Adj. Idem quod Multiplex. [πολύτροπος] Liv. 21. 8. Oppidani, ad omnia tuenda atque obeunda, multimoda arte distineri cœpti sunt; & non sufficiebant. V. Apul. 10. Met. p. 159.

MULTIMODIS, pro Multipliciter, quasi multis modis, ut sit velut ablativus vice Adverbii. ut,
Pravus multimodis. Lucret. lib. 4. 1149.
Multimodis igitur pravas, turpesque videmus
Esse in deliciis. De mulieribus.
Agitari multimodis. Lucret. lib. 3. 116.
Ducere multimodis cantus & flectere voces. Lucret. lib. 5. 1405. Antiquum.

MULTIMODUS, i. m. h. e. Varietas. Lucret. lib. 4. 1215.
Fit quoque ut interdum similes exsistere avorum
Possint, & referant proavorum sæpe figuras.
Propterea quia multimodis primordia multis
Mista suo celant in corpore sæpe parentes,
Quæ patribus patres tradunt a stirpe profecta. Multis multimodis. i. e. Multiplici varietate. [Nisi Multi legendum.

MULTĬNŌDUS, a, um. Adj. Multos nodos habens. Apul. 5. Met. 168. Immanis coluber, multinodis voluminibus serpens. Idem 8. Met. p. 214. Multinodis commulcat ictibus. [Nisi multimodis legendum utrobique.

MULTINODIS, e. Adj. Idem. Apul. 10. Met. p. 575. Multinodes ambages.

MULTĬNŌMĬNIS, e. Adj. Apul. 11. Met. p. 268. Deæ multinominis divinis imperiis.

MULTĬNŬBUS, a, um. Adj. [πολύγαμος] ut, Salomo multinubus. Hieronym. adverf. Jovin. 1. 15.

Uxor

Uxor multinuba. Idem Epist. 11.

MULTINUBENTIA, æ. f. [πολυγαμία] Tertull. contra Psych. cap. 1. Tam multivorantiæ, quam multinubentiæ prona.

MULTINUMMUS, a, um. Adj. [πολυχρήματος] ut, Multinumi asini. Varr. 3. de R. R. cap. 17. Aqua domestica, meos multinumos aio asinos. h. e. Quorum opera multos paro numos. [Nisi potius Pretiosos intelligit, Qui magno constiterunt.

MULTIPARTĪTUS, a, um. Adj. [πολυμερής] Plin. lib. 6. cap. 19. Namque vita mitioribus populis Indorum multipartita degitur.

MULTĬPES, ĕdis. Adj. Multos pedes habens. Plin. lib. 11. cap. 45. Sic & multipedibus. & lib. 22. cap. 25. Ad multipedum morsus cum melle. Firmic. lib. 2 cap. 12. Cancer signum est in cælo femininum, mobile, multipes.

MULTĬPĔDA, æ. f. [πολύπους] Animal multorum pedum. Plin. lib. 29. cap. 6. Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est e vermibus terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se. *Une cloporte, ou pourcelet.*

MULTĬPLEX, Icis. Adj. [πολλαπλάσιος] Varius, involutus, multas plicationes habens. Huic contrarium est Simplex. Suet. de Claris Gram. cap. 10. Multiplici variaque doctrina censebatur.
Animus multiplex, cui Unus idemque animus opponitur. Cic. de Amicit. 94. Qui fieri poterit, fine in uno quidem quoque unus animus erit, idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex?
Auri multiplicis thoraca tulit. Sil. lib. 16. 583.
Curas multiplices volvebat animo. Catull. Argon. 62. 250.
Disciplina magna & multiplex. Cic. 1. de Orat. 222.
Domus. Ovid. 8. Met. 158. de Labyrintho.
Fetus. Cic. 2. de Nat. Deor. 128.
Ingenium multiplex & tortuosum. Cic. de Amicit. 66.
Lapsu multiplici & erratico serpere. Cic. de Senect. 52. Quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans, coercet ars agricolarum, ne silvescat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. De vite.
Mutatio. Plin. lib. 9. cap. 17.
Nexus. Plin. lib. 10. cap. 4.
Plato multiplex, copiosus, & varius fuit. Cic. 1. Acad. 17.
Potestas verborum anceps & multiplex in ambiguis. Auctor ad Heren. lib. 4. 68.
Ratio disputandi. Cic. 5. Tusc. 11.
Res varia & multiplex ad suspiciones & simultates, Præturæ jurisdictio. Cic. pro Flacc. 6.
Sermones multiplices variique. Cic. in Orat. 12.
Sermone multiplici populos replebat. Virg. 4. Æn. 189.
Spatium multiplex transcurrere. Lucret. lib. 2. 162.
Terror. Liv. 1. 14.
Vir multiplex in virtutibus. Paterc. lib. 2. cap. 105. Sentium Saturninum, virum multiplicem in virtutibus, navum, agilem, providum, &c.
Multiplex numerus est major minoris, quum minor metitur majorem. Eucl. 5. Elemen.

MULTĬPLĬCĬTER, Adv. [ποικίλως, πολλαπλασίως] Titulus est apud Plinium, De eodem multiplicius, lib. 7. cap. 14. Firmic. lib. 5. cap. 6. Talia peragant, unde sibi dedecus & infamia multipliciter consequatur. Adde Gell. 14. 1.

MULTIPLICĬTAS, ātis. f. Sarisb. 3. 1. Multiplicitas partium.

MULTIPLĬCO, [πολλαπλασιάζω] āre. Multiplex reddere aut facere. Plin. lib. 34. cap. 8.
Æs alienum. Cæs. 3. Bell. Civil. 32.
Flumina collectis multiplicantur aquis. Ovid. Rem. Amor. 98.
Gloriam. Cic. 1. Q. frat. 2. Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, ut multiplicata gloria discedamus.
Honorem auctoris gravitas multiplicat. Ovid. 4. de Pont. 9. 67.
Legatum. Ulpian. in l. Plane. §. 1. D. de leg. 1.
Summam. Paul. in l. Si mandatu. §. si fidejussor. D. mandat.
Vires suas. Ovid. 5. Trist. 1. 64.
Voces acceptas. Plin. lib. 36. cap. 15.

MULTIPLICĀTUS, a, um. Partic. [πολλαπλασιασθείς] ut, Auxiliis multiplicatis, aucto exercitu. Cic. 10. Fam. 8.
Domus multiplicata, Cui accessio adjuncta est. Cic. 1. Off. 139. Hic summi & clarissimi viri filius, in domum multiplicatam, non repulsam solum retulit, sed ignominiam & calamitatem.
Mala multiplicata. Ovid. 4. Trist. 6. 308.

MULTIPLICĀTIO, ōnis. f. [πολλαπλασιασμός] Columel. lib. 3. cap. 2. Nam si sordidus aut vilis, feracissimam quamque serere conducit, ut multiplicatione frugum reditus augeatur, &c.
Ex multiplicatione efficere summam aliquam. Columel. lib. 5. cap. 2.

MULTIPLICĀTOR, ōris. m. Paulin. Nolan. Epist. 11. n. 4. Herilium talentorum multiplicator.

MULTIPLICĀBĬLIS, e. Adj. [πολλαπλασιαστός] Quod potest multiplicari. Cic. 2. Tusc. 22.
Hæc interemit tortu multiplicabili
Draconem, auriferam obtutu asservantem arborem. Ex quodam poeta.

MULTĬPŎTENS, entis. Adj. [πολυδύναμος] Qui multum potest. Plaut. Bacch. 4. 4. 9. Nisi habet pectus multipotens.

MULTIRĀDIX, Icis. Adj. V. Apul. de Herb. cap. 35.

MULTIRĀMIS, e. Adj. Apul. de Herb. cap. 4. Symphoniaca thyrso est fruticoso, multirami.

MULTISCIUS, a, um. Adj. Apul. 9. Met. p. 223. Elm. Etsi minus prudentem, multiscium certe reddidit.

MULTĬSŎNUS, a, um. Adj. [πολυηχής] Martial. lib. 1. 54.
Sic ubi multisona fervet sacer Attide lucus.
Catenæ. Stat. 8. Theb. 25.
Sistrum. Stat. 3. Silv. 2. 103.

MULTISONŌRUS, a, um. Adj. [πολυηχής] Claud. de Mulabus Gall. 18.
Esseda concordes multisonora trahunt.

MULTĬVĂGUS, a, um. Adj. [πολυπλανής] Plin. lib. 10. cap. 37. Ferunt non mutare sedem columbas, multivaga alioqui ave. i. e. Quæ multum vagatur.
Domus multivagæ Scytharum. Senec. Herc. fur. 7. Quia plaustris circumvehuntur.
Flexus multivagus lunæ. Plin. lib. 2. cap. 10.

Gradus. Stat. 6. Theb. 1.

MULTĬVĬDUS, a, um. Adj. Providus. Mart. Capell. 2. p. 27. Alio mentis fluctu multivida.

MULTĬVĬRA, æ. f. [πολύγαμος] Multinuba. Multorum virorum mulier. Minuc. Felix in Octavio 24. 6. p. 226. Alia sacra coronat univira, alia multivira.

MULTĬVIUS, a, um. Apul. 9. Met. Multivii circuitus.

MULTĬVŎLUS, a, um. Adj. [πολυθέλων] Qui multa vult, vel cupit. Catull. ad Mallium, 66. 128.
Quantum præcipue multivola est mulier.

MULTĬVŎRANTIA, æ. f. Tertull. contra Psych. cap. 1. Tam multivorantiæ, &c.

MULTŎPĔRE, [μεγάλως] ea forma dixit Plautus, qua Magnopere dicimus; Prol. Merc. 65.
Multopere in mundo rustico se exercitum. Al. Multo opere immundo. [Malim Multum &c.

MULTŎTIES, Adv. Epitome Liv. lib. 57. de Scipione Africano, Multoties adversus hostium eruptiones feliciter pugnavit. Sed in emendatis libris exstat Sæpe.

MULTĬCIA, vel MULTITIA, orum. n. plur. Indumenta dicebantur minutissimis filis contexta. Unde a Multis filis & propterea subtilibus, nomen inditum. Vel a Mulcendo, quoniam carnem demulceant. Budæus, Multicia, vestes sunt sericæ tenuissimæ æstivæ. *Taffitas.* Juvenal. 2. Sat. 76.
—quæro an deceant multicia testem. Idem ibid. 66. V. Lexic. Pitisc. De Origine vocis parum liquet; forte ne Latina quidem, sed peregrina est.

PLŪS, [πλεῖον, πλέον, πλεῖν] n. in singulari numero; in plurali vero hi & hæ Plures, & hæc plura. Comparativus gradus est a Multus. Cic. de Amicit. 41. Plures enim discent quemadmodum fiant, quam quemadmodum his resistatur.
Tantum, & plus etiam. Cic. 7. Att. 3. Id si præstaret, quantum mihi æris alieni esse ibi edidit, tantum, & plus etiam, ipse mihi deberet.
Nominativo aliquando jungitur. Liv. de Bell. Maced. Paulo plus trecenta vehicula amissa. Plaut. Mil. 4. 2. 72.
Plus mihi auri mille est modiorum Philippi.
Genitivo, juxta regulam communem: ut, Plus plaustrorum. Plaut. Aulul. 3. 5. 31.
Litterarum plus. Varr. de L. L. pr. lib. 5. Hujus rei auctor satis mihi Chrysippus, & Antipater, & illi, in quibus, etsi non tantum acuminis, at plus litterarum.
Mensis dimidiati plus ferre cibaria. Cic. 2. Tusc. 37.
Sapientiæ plus. Plaut. Milit. 2. 2. 81.
Virium plus habet alius alio. Cic. 1. de Legib. 6.
Accusativo. Ter. Adelph. 2. 1. 46.
Homini misero, plus quingentos colaphos infregit mihi. Cato de R. R. Ne plus quatuor digitos transversos emineant.
Annum plus obtinere provinciam. Cic. 6. Att. 6.
Ablativo. Ter. Hec. 3. 4. 7.
Dies triginta, aut plus eo in navi fui. Cic. pro Quint. 41. At tecum anno plus vixit.
Æquo plus. Cic. de Amicit. 58. Neque verendum est ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitia congeratur.
Dimidio plus scripsit Clodia. Cic. 9. Att. 11.
Nihilo plus. In NIHILUM.
Nimio plus. In NIMIS.
Nimio plus aliquem diligere. Cic. 10. Att. 8. Sed quis te nimio plus diligo, non possum dissimulare, mihi famam quoque, quamvis sit falsa, magni esse. conf. Nimio plures, infra.
Parte media plus, elegans locutio: h. e. Ultra medietatem. Ovid. 3. Met. 43.
Paulo plus. Auctor ad Herenn. lib. 4. 7. Quisquis enim audierit de arte paulo plus, in elocutione præsertim, omnia videre poterit, quæ ex arte dicuntur.
Una plus ut vera sit opinio. Cic. 1. de Nat. Deor. 5. Res nulla est, de qua tantopere, non solum indocti, sed etiam docti dissentiant: quorum opiniones quum tam variæ sint, tamque inter se dissidentes; alterum profecto fieri potest, ut earum nulla, alterum certe non potest, ut plus una vera sit.
Una plus me nocte civitas retinere non potuit. Cic. 1. Philip. 7. conf. 4. Acad. 79.
Plus, verbis junctum. Ter. Heaut. 2. 1. 8.
Perii, is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora? Cic. de Amicit. 37. Et hercle ita fecit, vel plus etiam quam dixit.
Intromissus plus. Plaut. Truc. 4. 2. 20.
Noceas plus tibi, dum ferias illos. Plaut. Pseud. 1. 2. 5.
Proficit plus sæpe ad misericordiam commovendam virtus & magnificentia, in qua gravitas & auctoritas est, quam humilitas & obsecratio. Cic. 1. de Invent. 110.
Plus scio, Melius. Ter. Adelph. 5. 9. 39. Plus scis quid facto opus est.
Plus sum quam. Plaut. Rud. 5. 2. 18.
Esset plus una. Ter. Hec. 2. 1. 39. Ut cum matre una plus esset? Ubi Donat. ἰδιωτικῶς dixit, id est diu, ac majorem partem.
Vides plus. Ter. And. 4. 4. 17.
Vomit plus. Varr. de L. L. lib. 4. 31. Vomer, quod vomit eo plus terram.
Plus minusve. Ter. Phorm. 3. 3. 21.
Ne quid plus, minusve faxit, quod nos post pigeat, Geta.
Plusve minusve. Martial. lib. 8. 71. i. e. Circiter.
Plus minus, sine conjunctione frequentius legitur, pro Plus minusve, hoc est Circiter: ut, Dies plus minus triginta; pro eo quod est Paulo plus, aut Paulo minus, hoc est Circiter. Plin. lib. 16. cap. 6. Continentur hispido calyce, per genera plus minus complectente.
Plus, aut minus, cum verbo. Plaut. Mæn. 4. 2. 27.
—aut plus
Aut minus, quam opus erat, multo dixeram,
Controversiam, uti sponsio fieret. Alii aliter distinguunt.
Plus plusque. Cic. 6. Att. 2. extr. Nec ipsum odimus, & Brutum amamus, & Pompeius mirifice a me contendit, quem meherule plus plusque in dies diligo. conf. Magis magisque, f. l.

Plus quam, unica dictio est, vel potius duæ. Ter. Phorm. 5. 3. 14.
Hei video uxorem; pæne plus quam sat erat. Cic. de Amicit. 48. Quamobrem angor iste, qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet, ut tollat e vita amicitiam, non plus, quam ut virtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur.
Plus satis, pro Satis, inquit Donat. Ter. Eun. 1. 2. 5.
Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis.
Pluris, genitivus, verbis æstimandi & pretii frequenter jungitur. Cic. 16. Fam. 10. Nos agimus nihil cupide, eoque est nostra pluris auctoritas.
Æstimare pluris. Cic. 3. Off. 18. idem 3. de Finib. 47. Nec vero satis acute dicunt, si bona valetudo pluris æstimanda sit longa, quam brevis, sapientiæ quoque usus longissimus quisque sit plurimi.
Addicitur pluris dimidio. Cic. 5. Verr. 77. Subauditur Pretii.
Ædificamus pluris, pro Carius. Columel. lib. 1. cap. 4.
Est pluris eloquentia, quam juris civilis scientia. Cic. in Topic. 85.
Est multo pluris nunc ager, quam tunc fuit. Cic. pro Rosc. Com. 33.
Est pluris, considerate agere, quam cogitare prudenter. Cic. 1. Off. 160.
Feci pluris teipsum, ex quo tempore tu me diligere cœpisti. Cic. 3. Fam. 4.
Fuit pluris Annibale, consilio, virtute, rebus gestis, nemo Carthaginiensium. Cic. pro Sext. 142.
Habetur pluris hic, quam alius. Cic. 6. Philip. 10.
Putare pluris quod utile videatur, quam quod honestum. Cic. 3. Off. 18.
Putare se pluris quam mundum, arrogantis est. Cic. 3. de Nat. Deor. 26.
Plures pro Multi, passim apud auctores legitur. Plin. lib. 9. cap. 12. Aquatilium tegmenta plura sunt.
Multi & Plures. Cic. pro Lege Manil. 19. Non possunt una in civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant.
Plures & Pauci. contraria. Auctor ad Heren. lib. 4. 26. Qui quum plures erant, paucis nobis exæquari non poterant.
Eunt plures multis partibus in illius sententiam. Cic. 1. Fam. 2.
Plura dicam de peccatis tuis. Ter. in prol. Heaut. 33.
Colores plures in columba videri sentio, nec esse plus uno. Cic. 4. Acad. 79.
Dies plures summus dolor manere non potest. Cic. 2. de Finib. 93.
Oscula plur Hor. 1. Carm. 36. 6.
Simultates nimio plures & exercuerunt eum, & ipse exercuit eas. Liv. 39. 40. de Catone.
Verbis pluribus aliquid petere. Cic. 6. Verr. 64. Aliquando τὸ Verbis subintelligitur, ut in Paucis. Ovid. 5. Trist. 13. 15.
Pluribus accusem: fieri nisi possit, &c.
Plura, pro Amplius. Lucret. lib. 5. 92.
Quod superest, ne te in promissis plura moremur, &c.
Pluria, ium. n. pl. a singulari Plus. Lucret. 2. 1134.
Pluria eo dispergit, & a se corpora mittit. Sic autem legendum, non ut in vulgatis, Plura modo. Pluria autem dixisse veteres testantur A. Gellius lib. 5. cap. 21. & Charisius lib. 1. & idem Lucret. lib. 4. 587.
Unaque res hæc est, cujus quam pluria habemus,
Tam magis ardescit, &c. Ex Lambino.
Plurium, pro Multorum. Tacit. 12. Ann. 47. Genua Mithridatis invadit, ipsumque prosternit: simulque concursu plurium injiciuntur catenæ ac compedes.
PLURIES, Adv. pro Sæpius. Cæs. 1. Bell. Civil. 79. pr. Expeditæ cohortes novissimum agmen claudebant, pluriesque in locis campestribus subsistebant. [In MSS. codd. exstat Pluresque. Quomodo & Christoph. Cellarius edidit, tametsi alteram lectionem, quam Petri Ciacconii conjecturæ acceptam refert mus, in Curis poster. p. 73. præeunte Scioppio, tuetur. Quam Cellarii observationem descripsit Davies in not.
PLURIFĀRIUS, a, um. Adj. [πολλαπλοῦς] Suet. in Claud. Cæs. cap. 21. Gladiatoria munera plurifaria ac multiplicia exhibuit. Quædam exemplaria hic legunt Plurifariam adverbialiter. [Recte sine dubio. Significat enim, non tantum solitis locis, sed pluribus, & ubi præterea nemo ante eum exhibuerat, ut ipsemet Tranquillus pr. cap. exposuit. V. quæ in MULTIFARIAM notavi.
PLURIFARIAM, Adv. [πολλαχῶς] Pluribus modis. Suet. in Tiber. Cæs. cap. 43. Cubicula plurifariam disposita. Adde Galb. cap. 19. August. cap. 46. & Gell. 10. 24.
PLURIFORMIS, e. Adj. ut, Pluriformi modo. Apul. Flor. 1. p. 341.
PLURIVŎCUS, a, um. Adj. Plura significans. Mart. Capell. 4. p. 97. Quæritur, quid sit æquivocum, quid univocum, quid plurivocum.
PLURĀLIS, e. Adj. [πληθυντικὸς] Quod plura comprehendit, vel plures. ut, Pluralis numerus apud Grammaticos.
A singulari casu ad pluralem transire. Pompon. in l. Servius ait. D. de verb. signif.
Dativus pluralis. Macrob. 1. Saturn. cap. 4.
PLURALĬTAS, ātis. f. Charisius lib. 1. Nomina autem nominativo u littera terminata, in singularitate per omnes casus eandem u litteram servant novissimam, in pluralitate tantum declinantur, ut genua, genuum, genibus. Rursus lib. eod. Alia singularitate carent, ut exta, arma; alia pluralitate, ut garum, oleum, ferrum.
PLURALĬTER, [πληθυντικῶς] Adv. Charisius lib. 1. Hoc tergum, tergi, tergo. Pluraliter hæc terga, tergorum producte. Tergus, hujus tergoris facit; pluraliter tergora, genitivo tergorum correpte. Sic alibi frequenter.
PLURĀTĪVUS, a, um. Adj. [πληθυντικὸς] ut, Plurativus numerus, apud Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 5. Sic Caius in l. Non est sine liberis. D. de verb. signif. Hæc enuntiatio, Habet liberos, semper plurativo numero profertur, sicut & pugillares, & codicilli.
PLUSCŬLUS, a, um. [πλεῖόν τι] Adj. dimin. a Plus. Ter. Phorm 4. 3. 60.
Uxori emunda ancillula est, tum autem pluscula
Supellectile opus est: &c.
Jungitur genitivo. Columel. lib. 12. cap. 47. Deinde exiguum aceti piperati, & plusculum mellis aut mulsi adjiciunt.
Negotii plusculum in quibusdam causis est. Cic. 2. de Orat. 99.
Rationis plusculum habent in se, plusque operai. Lucret. lib. 4. 620.
PLUSCULUM, Adv. [πλεῖόν τι] Plaut. Amph. 1. 1. 127.
Mira sunt, nisi invitavit sese in cœna plusculum. h. e. Nisi bibit paulo plus quam par fuerit.
Plusculum etiam, quam concedit veritas, amori nostro largiare. Cic. 5. Fam. 12. [Hic non videtur Adv.
PLŪRIMUS, a, um. Adj. [πλεῖστος] superlativum a Multus. Ter. Eun. 2. 2. 39.
— plurima salute Parmenonem,
Summum suum, impertit Gnato. quid agitur?
Plosima, plurima, ut Fœdesum, fœderum, & alia pleraque ab antiquis dicta ait Varr. de L. L. lib. 6. 3. quem vide, ne quid antiquitatis ignores.
Labor plurimus. Hor. 4. Carm. 2. 30.
Stragula plurima. Cic. 4. Verr. 120.
Salutem plurimam Atticæ. Cic. 14. Att. 20.
Plurimus, Longus. Virg. 1. Æn. 423.
Jamque ascendebant collem, qui plurimus urbi
Imminet. Servius. Idem 1. Georg. 187.
Contemplator item, quum se nux plurima silvis
Induet in florem. i. e. Amygdala; longa namque est. [Potest tamen & de Nucis juglandis uberiori flore exponi. Nam is quoque ἀπωρίαν prænuntiat. Nec Collis plurimus, Longus, sed Ingens potius.
Plurimi, genitivus, verbis æstimandi jungitur. Cic. 3. Finib. 34. Sic bonum hoc, de quo agimus, est illud quidem plurimi æstimandum: sed ea æstimatio genere valet, non magnitudine. Subaud. Pretii.
Quod plurimi est ut quisque possidet, ita ditissimus habendus est. Cic. in Parad. 6.
Ætatis vel plurimum. Cic. 4. Verr. 181. Quod in publicanorum causis vel plurimum ætatis meæ versor, vehementerque illum ordinem observo, satis commode mihi videor, &c. Idem 1. de Finib. 53. itaque ne justitiam quidem recte quis dixerit per seipsam optabilem: sed quia jucunditatis vel plurimum afferat.
Plurimum & Minimum, contraria. Cic. 1. de Invent. 25. Exordium, sententiarum & gravitatis plurimum debet habere, &c. splendoris, & festivitatis, & concinnitudinis minimum.
Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas. Cic. de Amicit. 44.
PLURIMUM, Adv. [πλεῖστον] h. e. Permultum. Cic. 11. Fam. 16. Hoc ego utor uno omnium plurimum.
Longe, longeque plurimum. V. LONGUS.
Diligere plurimum aliquem. Cic. 1. Fam. 7.
Posse plurimum dignitate apud aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 4.
Præstabat plurimum aliis in muliebri corpore pingendo Zeuxis. Cic. 2. de Invent. 1.
Plurimum, Sæpius. Ter. Phorm. 1. 4. 17. Domum ire pergam: ibi plurimum est. i. e. Frequenter. Plin. lib. 9. cap. 36. Idem de ursis, lib. 8. cap. 36. Pariunt plurimum quinos. Pro hoc vulgus Ut plurimum dicit, Græcorum more. Quomodo & locutus est Plin. lib. 15. cap. 3. ad finem, Nec tam numerosa differentia; tribus ut plurimum bonitatibus distat. [Gr. ὡς ἐπὶ πλεῖστον, vel ἐπὶ τὸ πλεῖστον, quod Lat. Ut ad plurimum diceres. Sic illi, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, & ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖον, quod L. L. non imitatur.
MŎLŬCHA, æ. f. [Μολοχάθ] Fluvius Mauritaniæ. De quo Strabo lib. 17. Post Mauritaniam (inquit) est Masæsyliorum regio, a Molochath flumine (ita Mulucham nominat) initium sumens, &c. Ubi indicat trans flumen in ortum Masæsylios esse, sicut Plinius. Intelligendum ergo Molucham regnorum terminum fuisse, Bocchi quidem Orientalem, Jugurthæ vero Occiduum, diverso respectu.
MULVIUS, a, um. Adj. ut Pons Mulvius Romæ, haud longe ab Urbe in Etruriam tendentibus, cujus meminit Sallust. in Catil. cap. 45. pr. Lactant. 1. 21. Ammian. 27. 3. aliique passim. Sunt qui per i Milvius scribunt, sed alteram scriptionem docti præferunt. V. Cort. ad Sallust.
MŪLUS, i. m. [ἡμίονος, ὀρεύς] Plin. lib. 8. cap. 44. Ex asino & equa mulus gignitur mense duodecimo, animal viribus in labore eximium. Et paulo post, Equo & asina genitos mares, hinnulos antiqui vocabant; contraque mulos, quos asini & equæ generarent.
Centuriatus mulus. Vopisc. in vita Aureliani, cap. 7. extr. Mulum centuriatum comiter curet. Ex quo loco apparet centuriis mulos attributos fuisse, qui publici tamen erant, non privati, ut equus erat sagmarius. Centuriatum itaque vocat, ut centuriatus miles dicitur, qui centuriæ attributus assignatusque est. Ex Turnebo.
Clitellarius. Cic. in Topic. 36.
Curto mulo ire. Hor. 1. Serm. 6. 104. Cauda curta, exp. Schol.
Festinat calidus mulis, gerulisque redemptor. Hor. 3. Epist. 2. 72.
Ornari mulis inter alia etiam Magistratus in provincias proficiscentes solebant publice. i. e. Instrui. V. Cic. 2. de Lege Agr. 32.
Pervehi Romam mulo. Cic. 9. Fam. 18.
Utilitates mulorum & asinorum ad usum hominum paratæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 159.
Est & convicium in stupidos ac vecordes. Catull. 84. 3.
Mule, nihil sentis. Et Plaut. Cist. 4. 2. 12. Mulo inscitior.
Mulus, Piscis. V. MULLUS.
Muli Mariani, sunt Furculæ, quibus religatas sarcinas viatores gerunt; quarum usum quia Marius attulit, muli Mariani postea appellati. Frontin. lib. 4. Stratag. cap. 1. 7.
MŪLA, æ. f. [ἡμίονος] Plin. lib. 8. cap. 44. Gignitur autem mula ex equo & asina, sed effrenis, & tarditatis indomitæ.
Carrucaria. V. CARRUS.
Feta. Juven. 13. Sat. 66.
Missa pastum. Hor. 1. Serm. 5. 19.
Mundæ nitet ungula mulæ. Juven. 7. Sat. 181.
Calceare mulas. V. Calceo, in CALX, pro posteriore parte pedis.
Cum mula pepererit, proverbialiter dicitur de Re nunquam eventura. Suet. Galb. cap. 4. ubi V. Beroald.
MULĀRIS, e. Adj. [ἡμιονικὸς] Columel. lib. 6. cap. 27. Est enim generosa materies, quæ circo, sacrisque certaminibus, equos præbet; est mularis, quæ pretio fetus sui comparatur generoso.
MULĪNUS, a, um. Adj. Juven. 16. Sat. 23.
Declamatoris mulino corde Vagelli. i. e. Ignavo, inquit Schol. al. Mutinensis.
Ungula mulina. Vitruv. lib. 8. cap. 3.
MULIO, ōnis. m. [ἡμιονηγὸς] Qui mulos clitellarios, sive quadrigarios ducit. Martial. lib. 9. 58.
Nec pigri rota cassa mulionis. Sic. lib. 13. 11.

Mulio,

Mulio, Culicum genus. Plin. lib. 11. cap. 18. Impugnant eas naturæ ejusdem degeneres vespæ atque crabrones, & a culicum genere, qui vocantur muliones.

Muliōnius, a, um. Adj. [ἡμιονηλατικός] Quod ad mulionem pertinet. Cic. pro Sext. 82. Mulioniam pænulam arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat; messoria se corbe contexit.

Mulicūrius, i. m. Qui mulos curat. Gloss. Lat. Gr. Mulicurius, [illegible].

Mulocisiarius, i. m. Gloss. Gr. Lat. [illegible], Mulocisiarius, carucarius.

Mulomedĭcus, i. m. Firmicus lib. 8. cap. 13. In Scorpii parte duodecima oritur Centaurus. Hoc oriente qui natus fuerit, aut erit auriga, aut equorum nutritor & cultor, aut mulomedicus, vel equitiarius. Mulomedicum interpretor, Mulorum aliorumque veterinorum medicum, qui & Veterinarius dicitur.

Mulomedicīna, æ. f. quæ & Veterinaria ars dicitur. Quatuor libros mulomedicinæ scripsit Vegetius, qui exstant.

M U M

Mumastis, is. [Μύμαστος] Cariæ oppidum; cujus incolæ dicuntur Mumastitæ. Steph.

Mummius, Nomen gentis Romanæ nobilis. Ex qua

L. Mummius, cognomento Achaicus, Corinthum bello captam diruit, Italiamque vasis Corinthiis, æneisque signis implevit. Auctor Plin. lib. 34. cap. 3. & 7.

P. Mummius dexteritate morum valde commendatus est. V. Cic. 2. de Orat. 271.

Alius Poeta Latinus. V. Macrob. 1. Saturn. 10.

Mummiānus, a, um. Adj. ut, Ædificia Mummiana. Festus.

M U N

MVN. Munere, Municeps, Municipium. MVNIC. Municeps. MVNN. Municipes. MVNP. Municipium.

Munatius, i. m. Gentis Romanæ nomen, ex qua L. Munatius Plancus, Orator & discipulus Ciceronis. De cujus perfidia, pessimoque ingenio Vellej. lib. 2. cap. 63, 69. & seq. V. Ad eum exstant aliquot Cic. epistolæ lib. 10. ad fam. & Horatii Carmen. 1. 7. conf. LUGDUNUM.

Munda, æ. f. Urbs est Hispaniæ ulterioris, ubi Cæsar pugnavit contra filios Pompeii. Auctor Plin lib. 3. cap. 1. Vide & lib. 36. cap. 18.

Mundus, a, um. Adj. [κόσμιος, καθάριος] Purum, tersum, politum significat. Ter. Eun. 5. 4. 12.

Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositum quicquam.

Mundus & elegans. Cic. 2. de Finib. 23. Nemo nostrûm istius generis asotos jucunde putat vivere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis, vitantes cruditatem, &c.

Cœna Hor. 3. Carm. 29. 14. h. e. Neque sordidæ, neque nimis opiparæ & sumptuosæ, ut 2. Serm. 2. 65.

Mundus erit, qui non offendet sordibus, atque
In neutram cultus partem, &c.

Corpore mundo culta femina. Lucret. lib. 4. 1276.

Supellex. Hor. 1. Epist. 5. 7.

Vir mundus & elegans. Cic. 2. de Finib. 23.

Compar. Hor. 2. Serm. 7. 12.

Mundior justo cultus. Liv. 8. 17.

Superl. Senec. Epist. 70. Servitus mundissima.

Squala mundissima. Columel. 7. 3. Ibid. cap. 9. extr. Mundissimum cubile.

Munde, Adv. Pompon. apud Non. 4. 3. Aptate, pueri, munde atque ampliter convivium.

Superl. Cato R. R. cap. 66. Quam mundissime purissimeque fiat.

Mundus, i. m. [κόσμος] dicitur Ornatus muliebris, quo scilicet mulier mundior fit. In cujus appellatione continetur speculum, armillæ, annuli, gemmæ, & similia, quibus mulier ornatur. Accius apud Fest. in voce, Cum virginali mundo clam patre. Liv. 34. 40. Non aurum modo iis, sed postremo quoque vestem, mundumque omnem muliebrem ademit.

Mundus muliebris dictus a munditia. Varr. de L. L. lib. 4. 29. pr.

Mundum ab Ornatu distinguunt JCti, & etiam Varro; & similiter Tertull. de Habit. Mulieb. cap. 3. Habitus feminæ duplicem speciem circumfert, cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: Ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro & argento, & gemmis & vestibus deputatur; iste in cura capilli, & cutis & earum partium corporis quæ oculos trahunt, &c.

In mundo esse. V. IN.

Mundum, neutro genere dixit Lucilius. Legavit quidam uxori mundum omne, penumque. Nonius 3. 143.

Mundus etiam dicitur Cælum, & quicquid cæli ambitu continetur. Nam sicut Græci κόσμον, quod apud nos ornatum significat; ita nos a perfecta absolutaque elegantia vocamus mundum, quod nihil eo sit mundius & pulchrius & ornatius. Hæc ex Plin. lib. 2. cap. 1. & 4. Cic. 3. de Finib. 64. Mundum autem censent regi numine deorum, eumque esse quasi communem urbem & civitatem hominum & deorum, & unumquemque nostrûm hujus mundi esse partem, ex quo illud natura consequitur, ut communem utilitatem nostræ anteponamus.

Mundus, interdum Terra est, qui quidem est mundus inferior, ut quum veteres Mundum patere dicebant: quin & tum terræ partem inferiorem patere censebant, ut mundus potius subterraneus intelligeretur, qui alio tempore clausus esset, ut maria clausa esse dicuntur & aperta. Mundus autem etiam Cælum est, qui mundus est superior, & a Cicerone in Timæo appellatur Mundus lucens. Hæc Turnebus Advers. 19. 24.

Sex modis hoc vocabulum usurpari Manilio observat Scalig. ad Manil. 5. p. 391. ed Bœcl. De complexu cæli & terræ; de Domicilio Deorum; de Deorum & hominum corpore; de Æthere; de Orbe stellarum inerrantium; de Providentia.

Mundus, est quasi Communis deorum atque hominum domus aut urbs utrorumque. Cic. 2. de Nat. Deor. 154.

In rerum natura totoque mundo quæ constant, quæque moventur. Cic. de Amicit. 24.

Principio ipse mundus deorum hominumque causa factus est; quæcunque in eo sunt, & parata ad fructum hominum & inventa sunt. Cic. 2. de Nat. Deor. 154.

Arx siderea mundi. Ovid. 3. Amor. 10. 21.

Cardo. Ovid. 2. de Pont. 10. 45. I. e. Polus alter.

Declinatio mundi. V. Declinatio, in DECLINO.

Extremum & ultimum mundi, cælum est. Cic. 2. de Divin. 91.

Fabricator. Ovid. 1. Met. 57.

Lumina clarissima mundi, Liber & alma Ceres. h. e. Sol & Luna. Virg. 1. Georg. 5.

Machina mundi. Lucret. lib. 5. 97.

Mœnia flammantia. Lucret. lib. 1. 74.

Moles operosa. Ovid. 1. Met. 258.

Novitas. Lucret. lib. 5. 941.

Oculus mundi, Sol. Ovid. 4. Met. 228.

Orbis mundi. Virg. 6. Ecl. 35.

Regio ultima magni. Ovid. 4. Trist. 4. 83.

Ruina. Lucan. lib. 4. 393.

Species serena. Lucret. lib. 4. 238.

Vetustas arcana. Stat. 4. Theb. 32.

Vigiles mundi, Sol & Luna. Lucret. lib. 5. 1435.

Æternus. Senec. Herc. OEth. 16.

Annosus. Senec. OEdip. 5.

Arduus. V. ARDUUS.

Capax. Ovid. 2. Trist. 38.

Creatus. Senec. Herc. OEth. 15.

Compositus. Quintil. lib. 1. cap. 17. Claros nomine sapientiæ viros nemo dubitaverit studiosos musicæ fuisse, quum Pythagoras, atque eum secuti, acceptam sine dubio antiquitus opinionem vulgaverint, mundum ipsum ea ratione esse compositum, quam postea sit lyra imitata.

Concitatus. Senec. Agamemn. 9.

Dives. Ovid. 2. Met. 95.

Divulsus. Lucan. lib. 1. 80.

Genitalis. Sil. lib. 13. 528.

Immensi mundi publica lux, Sol. Ovid. 2. Met. 35.

Lucentem mundum nos nominamus, varietate distinctum bene Græci κόσμον. Cic. de Univers. 31. V. quæ supra ex Turnebo adduximus.

Magni primordia. Ovid. 15. Met. 68.

Patulus. Lucret. lib. 6. 107.

Picti sidera. Senec. Thyest. 9.

Pulcherrimus. Claud. 4. Cons. Hon. 283.

Stelliger. Senec. Herc. fur. 13.

Triformis mundi regna. Ovid. 15. Met. 859.

Triplex. Ovid. 12. Met. 40.

Vastus. Ovid. 13. Met. 110.

Administrare & regere mundum. In ADMINISTRO.

Attollit se mundus. In ATTOLLO.

Metiri magnitudinem mundi. Cic. 1. Off. 154.

Nasci mundum, & deficere. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Negat sol officium mundo. Ovid. 2. Met. 385.

Præbet lumina mundo Titan. Ovid. 1. Met. 10.

Reddit Phœbus diem mundo. Senec. Agamem. 1. 12.

Rubescit mundus. Ovid. 2. Met. 116.

Mundus etiam pro Genere humano & rebus humanis ponitur. Senec. de Provid. cap. 1. Si providentia mundus ageretur. Item Senec. Herc. OEth. v. 541.

Te, te precor, quem mundus & superi timent. Et frequenter apud ecclesiasticos. [Potest tamen apud utrumque Senecam, pro ipsa rerum universitate, & partibus ejus singulis accipi, quibus timor poëtica consuetudine tribuitur. Aliter apud Ecclesiasticos pro Hominibus profanis.

Subactus mundus, Devictus. Lucan. lib. 1. 160.

Incestare mundum. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 217. Sed in emendatis libris excusum Cælum.

Prosternere mundum. Lucan. lib. 7. 278.

Mundi, num. plurali dixit Lucret. lib. 5. 529.

In variis mundis, varia ratione creatis, &c.

Mundānus, a, um. Adj. [κοσμικός] Quod mundi est. Unde interrogatus philosophus Socrates, cujas esset, mundanum se esse respondit, ut ait Cic. 5. Tusc. 105.

Mundanum pro Cælesti dixit Avienus Arat. v. 47.

Mundiālis, e. Adj. Idem quod Mundanus. Tertull. de Resurr. carn. cap. 47. Hæc erit vita mundialis.

Litteræ mundiales. Salvian. præfat. de Gubernat. Dei.

Gloria mundialis. Prudent. Cathem. 1. 90.

Mundialĭter, Adv. ut, Vivere mundialiter. Tertull. de Resurr. carn. cap. 46.

Mundipŏtens, entis. Tertull. de Anima, cap. 23. Mundipotentes principatus.

Munditĕnens, entis. Tertull. adv. Valent. cap. 22. Diabolum munditenentem appellant.

Mundŭlus, a, um. Adj. dimin. a Mundus adjectivo; Qui nimia munditia utitur, ut placeat mulierculis. Plaut. Truc. 2. 2. 13.

Nunc ego istos mundulos urbanos amasios
Hoc ictu exponam. Et Accius apud Non. 2. 581.

Mundŭle, Adv. Apul. lib. 2. pr. Aur. Asin. p. 117. Elm. Ipsa lintea tunica mundule amicta.

Munditer, Adv. [καθαρίως] Plaut. Pœn. 1. 2. 26.

Nam quum sedulo munditer nos habemus,
Vix ægre amatorculos invenimus.

Mundĭtia, æ; vel Mundities, ei. f. [καθαρότης] Lautitia, vel Ornatus, quo quis se mundum ac politum tenet. Cic. 1. Off. 130. Adhibenda præterea munditia est, non odiosa neque exquisita nimis; tantum quæ fugiat agrestem & inhumanam negligentiam.

Elegantia & munditia. Cic. in Orat. 76.

Lautitia, munditia, elegantia. Cic. 9. Fam. 20.

Munditiis mundior. Catul. ad Furium 21. 18.

An Munditie? H. St. non inspecto loco.

Viriles minime. Claud. 2. in Eutrop. 137.

Capimur munditiis. Ovid. 3. de Arte Am. 133. [Hic docet Ovidius, quibus in rebus posuerint veteres Munditiem. V. locum omnino.
Facere munditias. Cato R. R. cap. 2. & 39. V. FACIO.

MUNDO, [καθαρίζω] āre. Mundum & nitidum facere. Plin. lib. 15. cap. 6. Ob id crebrius vasa mundanda. Pass. Vulg. Interpr. Gen. 35. 2.

MUNDANS, antis. Partic. Interp. Vulg. Ephes. 5. 26. Mundans eam lavacro aquæ.

MUNDĀTUS, a, um. Partic. ut, Bacca mundata. Columel. 12. 50.

MUNDĀTIO, ōnis. f. Vulg. Interpres Levit. 16. 30. In hac die expiatio erit vestra & mundatio a peccatis.

MUNDĀTOR, ōris. m. Firmic. lib. 8. cap. 19. ad finem, Vicesima octava pars Arietis si in horoscopo fuerit inventa, latrinarum faciet cloacarumque mundatorem. Et cap. 29. Decima tertia pars Aquarii si in horoscopo fuerit inventa, hortorum cultores faciet, vel cloacarum mundatores.

MUNDĀTŌRIUS, a, um. Adj. ut, Mundatorium medicamentum. Plin. Valer. 2. 25.

MUNDITIOR, āri. Mundum esse. Plaut. Cas. 2. 3. 9. Munditianti deo. Sed Gronov. legit, Munditiis antideo.

MUNDĪCĪNA, æ. f. Apul. Apol. p. 77. Mundicinæ dentium, i. e. Medicinæ ad munditiam dentium conciliandam.

MUNDĪCORS, cordis. Adj. August. Serm. 14. de Sanct.

MUNDĪFĪCO, āre. Macer 3. 12. Mundificare stomachum.

MUNDIFICĀTUS, a, um. Partic. ut, Corpora mundificata. Const. Afer 7. 3.

MUNDIFICĀTĪVUS, a, um. Adj. ut, Medicina mundificativa. Const. Afer 7. 6.

MUNERARIUS, MUNERATOR, MUNERO, āre. V. MUNUS.

MUNGO, munxi, munctum, [μύσσω] ĕre. quasi Mucum agere.

MUNGOR, depon. aliquando legitur apud antiquos. Cato de Liberis educandis, Neque mungentur libertatem. apud Non. 7. 11. Sed hodie legitur Emungerentur.

MUNCTIO, ōnis. f. ut, Munctiones muculentæ. Arnob. 3. p. 107.

MUNIA, MUNICEPS, MUNIFEX, MUNIFICENTIA. In MUNUS.

MŪNIO, īvi, ītum, [ἀσφαλίζω, ὀχυρόω, τειχίζω, προδοποιέω] īre. Fulcire, fortificare, reficere, reparare, præparare, defendere. Perott. Munio, proprie Instruo, orno, & quasi muneribus compleo. Plaut. Mil. 2. 2. 73.

Magnum illic homo rem incipissis: magna munis mœnia.

Putantur esse Mœnia, a Munio, fortasse autem Munio a Mœnia, quasi Mœnio. Hinc pro τειχίζω dicitur Munio: & verisimile est, dictum fuisse Mœnio, ad imitationem Græci τειχίζω, ut sicut illi ex τεῖχος fecerant τειχίζω, ita ex Mœnia fieret verbum. Crucquius in Or. Cic. pro Milone. Dicimus Munire, quasi Mœnire, quod nihil aliud est, quam Mœnibus & muris cingere. Hanc ob rem in antiquis exempl. scriptum invenimus Mœnire, sicut & Pœnire, pro Punire, a Pœna, & Impœne, pro Impune. Posteriores autem maluerunt u diphthongum in u, ut fere in omnibus aliis. H. St.

Aditus insulæ mirificis molibus munire. Cic. 4. Att. 15.
Castra. Cæs. 1. Bell. Gall. 49. Primam & secundam aciem in armis esse, tertiam castra munire jussit.
Oppidum & arcem. Cic. de Prov. Cons. 4.
Oppidum vi multa. Virg. 1. Æn. 275.
Munire a frigore. Columel. Quantumque res patietur, a frigore & tempestatibus muniemus.
Ad aliqua tempora se. Cic. 9. Fam. 18.
Ad illud se munire videntur, ne immiscuisse se credantur; non ad illud, ut sumptum consequantur. Ulpian. in l. At si quis. §. sed interdum. D. de relig. & sumpt. funer.
Contra pudorem se. Tacit. in Vit. Agric. 45.
Coloniam præsidiis, custodiis, vigiliisque. Cic. 1. in Catil. 8.
Gentem aliquam coloniis munire. Cic. pro Flacc. 64.
Ignem ita munire ne evagetur. Ulpian. in l. Si Servus servum. §. Si fornacarius. D. ad legem Aquiliam.
Imperium munire. i. e. Firmare vim dominationis. Nepos in Reg. cap. 2. 2.
Præsidia Reipublicæ munire, intercludere omnes seditionum vias. Cic. pro C. Rabir. perd. r. 3.
Se præclare & tueri & munire benevolentia multorum. Cic. 2. de Finib. 88.
Se misericordia & liberalitate. Cic. 9. Att. 8.
Fidelitate novarum necessitudinum contra veterum inimicorum perfidiam muniendum me putavi. Cic. 4. Fam. 14.
Senectam gnatis. Lucret. lib. 4. 1249.
Subsidia frumentaria Reipublicæ firmissimis præsidiis classibusque. Cic. pro Lege Manil. 34.
Aditum sibi. Cic. pro Cluent. 31. Ut ad hoc nefarium facinus accederet, aditum sibi aliis sceleribus ante munivit. V. Viam p. p.
Iter. Liv. 25. 11. Sic
Rupem munire. Liv. 21. 37. pr. Inde ad rupem muniendam, per quam unam via esse poterat, milites ducti. Alii legunt, Minuendam, sed male. Interpretor autem hic Munire, Per rupem viam aperire, viamque in ea munire, & tanquam struere: id est, eam cædere, & in ea opere laboreque militari complanare & æquare iter, aut deorsum deprimere, & declive reddere quodam anfractu molli. Itaque qui aggerem jaciunt, fossas aperiunt, vias muniunt militiæ, munitores vocantur. Esse autem ita legendum ex eo etiam apparet, quod non longe hinc scribitur, Et quies muniendo fessis hominibus triduo data. Turnebus 13. 18.
Viam munire, Repurgare, reficere, ac substruere, interdum lapidibus, quales sunt viæ Romanæ a plerisque portis in multorum dierum iter silicibus stratæ. Cic. pro Milon. 17. Perinde quasi Appius ille Cæcus viam munierit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinarentur? Dicimus etiam ut Viam, ita Ripam munire, Alveum munire, Aditum munire, quum illa reficimus aut reparamus. Hactenus Valla.
Viam munire, per translationem, de corporalibus ad incorporalia. Quintil. lib. 3. cap. 1. Propterea quod plurimi auctores, quamvis eodem tenderent, vias tamen diversas muniverunt, & in suam quisque induxit sequentes. Cic. 1. Tusc. 32. Abiit ad deos Hercules: nunquam abiisset, nisi quum inter homines esset, eam sibi viam munivisset.
Viam munire ad. Cic. 1. Att. 24. Sed tamen quoniam ista sunt tam infirma, munitur quædam nobis ad retinendas opes nostras tuta, ut spero, via. Idem 3. Verr. 64. Alia sibi ratione viam munire ad stuprum cœpit.
Viam accusandi alicui munire, adipiscendi obstruere. Cic. pro Muren. 48.

MUNIENS, entis. Curt. 4. 2. 13. Munientibus coria velaque jussit obtendi.

MUNIOR, iri. passiv. non facile reperias, excepta tertia indicativi persona, Munitur, & Infinitivum Muniri. Cic. de Senect. 51. Munitur contra avium morsum vallo aristarum. V. MORSUS.
India munitur vallo eburno. Lucret. lib. 2. 538.
Muniri & ornari bonorum omnium præsidio. Cic. pro Flacc. 103.
Virtute muniri. Cic. de Amicit. 30. Ut enim quisque sibi plurimum confidit, & ut quisque maxime virtute sic munitus est, ut nullo egeat, &c.

MUNĪTUS, a, um. [ὀχυρός, ἀσφαλισθείς] Adj. ex Partic. Cic. 2. Q. frat. 3. Dixitque aperte, se munitiorem ad custodiendam vitam suam fore, quam Africanus fuisset.
Nihil tam munitum, quod non expugnari possit. Cic. 2. Verr. 4.
Contra hostes septus & munitus. Cic. 1. de Finib. 51.
Latera concædibus munitus. Tacit. 1. Ann. 50. pr.
A propinquis munitus. V. A vel AB præpositiones.
Amicis non paucis. Ovid. 2. de Pont. 3. 24.
Amicitiis partis & fundatis fretum ac munitum esse oportet. Cic. de Petit. Consul. 21.
Benevolentia hominum firmissima muniti sumus. Cic. 2. Att. 25.
Judicibus Ædilis munitus, stipatus sicariis, septus armatis. Cic. pro Sext. 95.
Timore nullo munitus. Propert. lib. 3. 12. 17.
Amici ingenio alicujus munitiores. Cic. pro Muren. 56.
Arx munitissima. Liv. 26. 48.
Castella. Cic. 2. Fam. 9.
Delicta munita auctoritate alicujus. Sallust. in Jugurth. cap. 28.
Domus clausa satis & munita alicui. Cic. pro Lege Manil. 65.
Domus munita publico omni præcipuo & divino & humano jure. Cic. de Arusp. Respon. 14.
Domus tot Senatusconsultis munita atque septa. Cic. de Arusp. Respons. 15.
Equus, Cataphractus. Propert. lib. 4. 3. 8.
Iter. Sil. lib. 15. 506. al. Rapidum.
Libertas lenitate legum munita. Cic. pro C. Rabir. perd. r. 10.
Locus munitissimus habendi Senatus. Cic. 1. in Catil. 1.
Locus urbis munitissimus. Varr. de L. L. lib. 4. 32.
Oppidum munitissimum oppugnare. Cic. 2. Fam. 9.
Palpebræ tanquam vallo pilorum munitæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 143.
Pectus munitum sapientia gerere. Cic. 1. de Divin. 45. Ex Accio.
Portus munitissimus. Cic. 2. Verr. 13.
Via ad ad Consulatum munita. Cic. pro Muren. 23.
Compar. & Superl. exempla pete ex superioribus.

MUNĪTE. Adv. Compar. Varr. de L. L. 4. 32. Opere muniebant mœnia, quo munitius essent.

MUNĪTIO, ōnis. f. [ὀχύρωσις, ἐπιτείχισμα] Cæs. 1. Bell. Gall. 9. Operis munitione, & militum concursu, & telis repulsi.
Loci munitio. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Operibus munitionibusque sæpire urbem aliquam. Cic. 13. Philip. 20.
Ex viarum munitione quæstum facere. Cic. pro Font. 7.
Munitione ac mole lapidum disjunctus a mari fons. Cic. 6. Verr. 118.

MUNĪTOR, ōris. m. [ὀχυρωτής] Liv. 27. 13. Castra inde ponentem, pugnando undique in munitores, operibus prohibet. Idem 7. 23.

MUNĪTŌRIUM, i. n. Præcinctorium vel succinctorium. Isidor. Gloss.

MUNĪTŪRA, æ. f. Munimen. Ferret Mus. Lapid. p. 73. STRUCTU-RAM CUM MUNITURA SARCOPHAGI SUIS IMPENSIS FECIT.

MUNĪMEN, inis. f. [ὀχύρωμα] Munitio est, proprie castrorum ceterarumque rerum, quæ contra adventum hostium muniuntur, sive vallo, sive fossa, sive alio quovis modo. Dicitur & de aliis rebus. Virg. 2. Georg. 352.

— hoc effusos munimen ad imbres.

Muulmen nullo quassabile ferro. Lucan. lib. 6. 22.

MUNĪMENTUM, i. n. [ὀχύρωμα, ἔρυμα] Idem. Liv. 1. 33. Quiritium quoque fossa, haud parvum munimentum a planioribus aditu locis, Anci regis opus est.
Insistere munimentis. Tacit. 1. Ann. 3. Sed quo pluribus munimentis insisteret. Sic enim prorsus legendum est, quum ista se ratione magis muniisse dicat. Fere tamen in omnibus exemplis Monimentis scribitur. Restituit Turneb.
Præbere munimenta. Cæs. 2. Bell. Gall. 17. Instar muri sæpes munimenta præbent.
Tenere se munimentis, & majores copias operire jubetur. Tacit. 13. Ann. 36.
Togæ munimenta. Juven. 9. Sat. 29.

MUNĪBĬLIS, e. Adj. Sidon. 2. Epist. 2. Porticus columnis invidiosa munibilibus.

MUNĪTO, [προδοποιέω] āre. frequent. Cic. pro Rosc. Amer. 140. Nunc vero quam viam munitet, quod iter affectet, videtis. Turnebus hic, Munitare, pro Munire cupere, sine frequentationis significatione. Ego puto pro Munire incipere. Vide Dialogum meum Pseudo-Ciceronianum. H. St.

MUNIS, V. MUNUS.

MŪNUS, ĕris. n. [γέρας, δῶρον, δόσις] Donum dictum munus, ut ait Varro. lib. 4. extr. de L. L. ab eo quod qui mutuo animo sunt, id dant officii gratia. Festus, Munus, donum quod officii gratia datur. Paulus in l. Munus. D. de Verborum & rerum signific. Munus, inquit, tribus modis dicitur: Uno, donum: & inde munera dici, dari, mittive. Altero, onus: quod quum remittitur, vacationem militiæ, munerisque præstat; inde immunitatem appellari. Tertio, officium: unde munera militaria, & quosdam milites, munifices vocari. igitur & municipes dici, quod munera civilia capiant.
Munus & donum. V. DONUM.
Deorum immortalium munera, beneficia parentum. Cic. Post red. in Senat. 2. Virg. 2. Georg. 5.

Huc pater o Lenæe! tuis hic omnia plena Muneribus.

Liberi jocosi munera, Vinum. Hor. 4. Carm. 15. 26.
Acceptissima. Ovid. 17. Epist. 72.

Cæca

Cæca Fortonæ. Senec. Hippol. 9.
Exiguum. Ovid. 2. de Arte Am. 286.
Extremum. Virg. 8. Ecl. 60.
Fera mœnera militiaï. Lucret. lib. 1. 30. Mœnera autem antiquo more dictum est pro Munera, œ pro u, ut a Pœnis, Punicum, & Mœrorum, pro murorum. [Hic est ἔργον.
Fuoestum. Ovid. 2. Met. 88.
Hamata. V. HAMUS.
Inania. Ovid. 2. Met. 341.
Inenarrabile. V. INENARRABILIS.
Intemerata. Virg. 3. Æn. 178.
Leve. Ovid. 1. Met. 620.
Memorabile. Ovid. 14. Met. 225.
Miserabile. Stat. 8. Theb. 652.
Naturale munus decoris. Ovid. 14. Met. 684.
Nocitura. Ovid. 11. Met. 104.
Pexa. V. PACTO.
Popularia. Cic. 2. Off. 56.
Publica. Ovid, 6. Met. 351.
Regale. Senec. Herc. fur. 6.
Secreta, Juven. 9. Sat. 53.
Triste. Ovid. 9. Met. 4.
Viscata. V. VISCUS, visci.
Votiva. Ovid. 15. Epist. 211.
Accipere aliquid in muneribus. V. ACCIPIO.
Afferre munus. Cic. 2. de Divin. 5. Quod munus Reipublicæ afferre majus meliusve possumus, quam si, &c.
Augere verbis. V. AUGEO.
Beare parvo aliquem. Hor. 1. Epist. 18. 75.
Cedere. Ovid. 8. Met. 862. Illa dei munus bene cedere sentit.
Certare muneribus. Virg. 2. Ecl. 57.
Collocare munus. Cic. 7. Verr. 55.
Consignare. Cic. 12. Fam.
Contendere cum aliquo muneribus. In CONTENDO.
Corrumpere aliquem. Hor. 1. Serm. 9. 57.
Cumulare magnis aliquem. Virg. 5. Æn. 532.
Decorare supremis aliquem. Virg. 11. Æn. 25.
Est tui muneris. Ovid. 1. Trist. 5. 6.
Eripere exsequiarum. Cic. pro Cluent. 28.
Despicere alicujus. Ovid. 13. Met. 819.
Dare dignum alicui. Virg. 5. Æn. 355.
Dare extremum. Virg. 4. Æn. 429.
Dare mirificum populo. Cic. 3. Q. frat. 8. extr. [Hic est Spectaculum.
Dare aliquid muneri. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Donat præstanti juvenem. Virg. 5. Æn. 361.
Donare promisso aliquem. Virg. 5. Æn. 282.
Donatus pingui. Hor. 2. Epist. 1. 267.
Donatum divino munere Reip. videri. Cic. de Arusp. Resp. 6.
Facere rem aliquam sui muneris. Tacit. 15. Ann. 52. de conjuratione in Neronem verba faciens, Plerique Vestini quoque Consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt, ne a libertate moveretur, vel delecto imperatore alio, sui muneris Rempublicam faceret. V. Gruter. Suspicion. 1. 13.
Ferre templis. Virg. 4. Æn. 217.
Lenire muneribus, congiariis, epulis multitudinem imperitam. Cic. 2. Philip. 116.
Mittere alicui. Cic. 4. Verr. 62. Mittit homini munera satis large, hæc ad usum domesticum, vini & olei quod visum erat; etiam tritici quod satis esset.
Mittere aliquid muneri alicui. Catull. in Allin. 12. 15.
Obtrudere fœdum alicui. Claod. 1. in Eutrop. 41.
Offerre aliquid muneri. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Ornare verbis. V. ORNO.
Parta meæ Veneri sunt. Virg. 3. Ecl. 68.
Pensare munere. Ovid. 3. Trist. 11. 48.
Placant munera aliquem. Ovid. 2. de Arte Am. 653.
  Munera (crede mihi) placant hominesque, deosque. Al. Capiunt.
Poscere aliquem. Ovid. 3. de Arte Am. 805.
Servabere nostro. Ovid. 7. Met. 93.
Solvere alicui. Ovid. 11. Met. 104.
Sordent tibi nostra. Virg. 2. Ecl. 44.
Spernere. Virg. 7. Æn. 261.
Terere. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 4.
Vescimur terræ munere. Hor. 2. Carm. 14. 10.
Munus proprie est quod necessario subimus, lege, more, imperiove ejus, qui jubendi habet potestatem. Dona autem proprie sunt, quæ nulla necessitate, jure, officio, sed sponte præstantur: quæ si non præstentur, nulla reprehensio est: & si præstentur, pleromque laus inest. sed in summa, in hoc ventum est, ut non quodcunque munus, id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus recte dicatur. Martianus in lege Munus proprie. D. de Verborum & rerum significat.
Munus, [ἔργον] (inquit Festus) significat etiam Officium, quum dicitur quis munere fungi. Cic. 1. Off. 15. Ejusque virtutis hoc munus proprium.
Erat in oppidis Græciæ munus quoddam recipiendorum hospitio Senatorum, legatorum, magistratuum, quod πρoξενία dicebatur; quique eos recipiebant, qui hospitio publico cum civitate erant conjuncti, πρόξενοι dicebantur. Hoc munus significat Cic. 3. Verr. 65. quum scribit, Ostendit munus illud suum non esse; se, cum suæ partes essent hospitum recipiendorum, tum ipsus tamen prætores & consules, non legatorum assecias recipere solere. Annotavit Turnebus.
Tuum est hoc munus, tuæ partes. Cic. 11. Fam. 5.
Hoc proprium tuum munus est, ut ita erudiatur, ut & patri, & Scipioni nostro, & tibi tam propinquo respondeat. Cic. 3. de Finib. 8.
Animi munus est, ratione uti. Cic. 3. Tusc. 15.
Belli munera. Liv. 24. 35.
Officii. Cic. de Senect. 29. An ne eas quidem vires senectuti relinquemus, ut adolescentulos doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? Ibid. 34. Senectutis nullus certus est terminus, recteque in ea vivitur, quoad munus officii exsequi possis, & tamen mortem contemnere.
Officii ac studii erga aliquem. Cic. 6. Fam. 14.
Principum munus est, resistere levitati multitudinis. Cic. pro Milon. 22.
Solitudinis. Cic. 3. Off. 4. Nulla tamen ejus ingenii monumenta mandata litteris, nullum opus otii, nullum solitudinis munus exstat. [i. e. ἔργον.
Vitæ. Cic. 1. de Finib. 11. Quis alienum putet ejus esse dignitatis, quam mihi quisque tribuit, quid omni in munere vitæ optimum & verissimum sit exquirere?
Officium & Munus. Cic. 2. de Orat. 262. Tamen ab oratoris proprio officio atque munere sejuncta esse abitror.
Onus & Munus. Cic. 1. de Orat. 116. Magnum quiddam est, onus ac munus suscipere, atque profiteri se, &c.
Societas tanti ac tam præclari muneris. Cic. 5. Fam. 2.
Annuum. Cic. 6. Att. 5.
Assignatum. V. ASSIGNO.
Candidatorium. V. Fungi candidatorio.
Grande. Hor. 2. Carm. 1. 11.
Personale munus. V. Vigilantia & sollicitudo animi, in VIGIL.
Plena honorum. Hor. 4. Carm. 14. 2.
Administrare laute munus suum. V. LAUTUS.
Colere & efficere. Cic. 1. de Legib. 16. Cujus muneris colendi efficiendique causa, nati & in lucem editi sumus.
Conficere. Cic. in Partit. 132. Eo exposito, munus promissi omne confecero.
Curare munus suum. V. CURO.
Deferre alicui. Cic. 8. Fam. 8.
Defugere. Cic. 8. Att. 3.
Dare immunitatem munerum alicui. Cic. 4. Acad. 121.
Exsequi. Cic. de Senect. 34. Exsequi omnia regis officia & munera. De Masinissa.
Explere susceptum Reip. Cic. de Provinc. Consf. 35.
Explere amicitiæ. Cic. de Amicit. 69.
Fungi candidatorio. Cic. 1. Att. 1. In omni munere candidatorio fungendo. Idem 1. de Legib. 10. Senectutis non inertis grato atque honesto fungerer munere.
Fungi amici munere. Hor. 1. Epist. 9. 5.
Fungi corporis munus. Cic. de Amicit. 22.
Habere aliquod. Cic. 2. de Legib. 6. Tanquam id habuerit operis ac muneris, ut hanc nobis efficeret sedem, ad disputandum, &c.
Inire alicujus. Virg. 5. Æn. 846.
Injungere. V. INJUNGO.
Inserere negotiis. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Insistere. V. INSISTO.
Obire. V. OBEO.
Orbari pristinis. Cic. 2. de Divin. 7. Quod quum accidisset nostræ Reip. tum pristinis orbati muneribus, hæc studia revocare cœpimus, ut & animus molestiis hac potissimum re levaretur.
Perficere susceptum. Virg. 6. Æn. 629.
Perfungi. Cic. de Senect. 77. Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & gravi opere perfungimur.
Præponere alicui muneri aliquem. Cic. 2. de Orat. 41.
Præstare. Cic. 2. de Orat. 38.
Regit fera munera belli Mars. Lucret. lib. 1. 33.
Succedere muneri. Cic. 6. Verr 81.
Suscipere. Quintil. in procem. lib. 4.
Sustinebat magnum de jure respondendi Rutilius. Cic. de Clar. Orat. 113.
Esse tanti ministrum. Cic. 1. de Nat. Deor. 19.
Tenere suum. Cic. 5. Tusc. 38.
Traducere. Cic. 5. Att. 9.
Tueri. Cic. 10. Fam. 11.
Munus, Spectaculum gladiatorium, aut ferarum, cum quibus homines depugnarent. Cic 2. Off. 57. Itaque & P. Crassus, cum cognomine dives, tum etiam copiis, functus est Ædilitio maximo munere. Et paulo post, Magnificentissima vero nostri Pompeji munera secundo Consulatu. Suet. in Cæs. cap. 39. Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota. i. e. Per regiones Urbis, quæ numero quatuordecim erant: ut quælibet Urbis regio suos ac veluti peculiares ludos haberet. Hinc illud Cic. 6. Fam. 19. De curatione aliqua munerum regionum cum Oppio locutus sum. Plin. lib. 33. cap. 3. sine adjectione dixit, ut Suetonius, sed pro Ferarum spectaculo, Cæsar (inquit) qui postea Dictator fuit, primus in Ædilitate, munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo usus est. Hæc Budæus. V. seqq. Plinil. Sic in Calig. cap. 18. Munera gladiatoria, partim in amphitheatro &c. H. St. Fere nec de alio genere absolute ponitur.
Ædilitium munus magnificentissimum. Cic. 11. Fam. 16. Quamquam Lamia summo splendore, summa gratia est, magnificentissimo munere Ædilitio, tamen, &c.
Præbere alicujus. Cic. pro Sull. 54.
Munera etiam dicuntur Loca seu Theatra, in quibus eduntur munera. Vellejus 2. 130. pr. Quam magnifici animi temperamento Cnæi quoque Pompeji munera absumta igni restituit? Conf. Idem 2. 48. 2. Ovid. 1. de Arte Am. 69. V. Gerh. Vossius ad l. c. Vell. & Heinf. ad Ovid. 6. Fast. 92. p. 194.
MUNERARIUS, i. m. [ἀγωνοθέτης] Muneris gladiatorii exhibitor. Suet. in Domit. cap. 10. Patremfamilias quod Thracem Mirmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum e spectaculis in arenam, canibus objecit. Quibus verbis munerarius Domitianus dicitur, ut ludorum exhibitor, a quo Thrax coactus fuerat depugnare; hoc enim significat imparem ei fuisse: quæ figura sermonis exitialis homini intempestive faceto fuit. Quintil. lib. 8. cap. 3. Munerarium Augustus primus dixit.
MUNERALIS, e. Adj. [περὶ δώρων] Quod ad munus pertinet; unde, Muneralis lex, qua Cincius (ut ait Festus) cavit, ne cui liceret ob causam orandam munus aut donum accipere. Plaut. 2. Fragm. 13.
  Neque muneralem legem, neque lenoniam,
  Rogata fuerit necne, flocci æstimo.
MUNUSCULUM, i. n. diminut. [δωρύδιον] Cic. 1. Att. 5. Tulliola, deliciolæ nostræ, tuum munusculum flagitat. Virg. 4. Ecl. 18.
  At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu, &c.
Non ingrata. Catul. Argon. 62. 103.

Non

Non invisa. Hor. 1. Epist. 7. 17.
Condonare munusculum. V. CONDONO.
Deferre alicui. Cic. 8. Fam. 8. Nemini hoc deferre munusculum maluit, quam suo accusatori. Ironice de Accusatione.
Promittere. Catul. Argon. 62. 103.

MUNUSCULĀRIUS, i. m. Qui munuscula corradit. Apud August. V. Saresb. 3. 11. & 12. Isidor. Gloss.

MUNĔRO, [δωρέομαι] āre. & **MUNEROR**, āri. dep. Donare, vel dono dare. Macrob. 1. Saturn. 7. Janus, quum Saturnom classe provectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam juris, ferum illum & rudem ante froges cognitas victum in melius redegisset, regni eum societate muneravit. Cic. 2. de Invent. 3. Aliud alii commodi aliquo adjuncto incommodo muneratur. Et Gell. lib. 18. cap. 12. Verba patiendi pro agentibus in omnibus ferme veterum scriptis reperiuntur; ex quibus sunt pauca ista quæ nunc meminimus: Muneror te, pro munero, &c.
Aliquem munerari re aliqua. Hor. Epod. 2. 21.

Ut gaudet insitiva decerpens pira;
Certantem & uvam purpuræ;
Qua muneretur te, Priape, &c.

i. e. Donet te. Sic Ter. Heaut. 2. 3. 59. Munerarier ancillas primum, &c.

MUNERĀTUS, a, um. Partic. Pass. Ammian. 14. 7. Mulier munerata vehiculoque imposita. Et Spartianus Adriano, cap. 3. Atque ob hoc se a Trajano locupletissime muneratum.

MUNERĀBUNDUS, a, um. Adj. Apul. 11. Met. p. 265. Quisque munerabundi ad meum festinant illico reducem ab inferis conspectum.

MUNERĀTIO, ōnis. f. Ulpian. l. 1. §. 5. ff. de tutelæ & rat. distrah. Non necessaria muneratio.

MUNERĀTOR, ōris. m. Muneris gladiatorii exhibitor. Florus, lib. 3. cap. 26.

MUNERĀTRIX, īcis. f. JCt. in Dig.

MUNĬCO, āre. Communicare, sive largiter impertiri. Festus.

MŪNIS, e. Adj. [πιλης] Officiosus, antique. Plaut. Merc. prol. 104.

Dico ejus pro meritis gratum me & munem fore.

Lamb. Memorem. Conf. Fest. & Non. 1. 88.

MŪNIA, orum. n. pl. [ἔργα, τέλη] Obsequia lege debita, & officia, quæ publice præstantur. Cic. pro Muren. 72. Omnia hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum.
Capessere munia. V. CAPESSO.
Exuere. Tacit. 4. Ann. 39. Non enim exuere imposita munia.
Induere ducis. Tacit. 1. Ann. 69.
Obire regis. Liv. 1. 41.
Partiri inter se. Livius libro 33. pag. 4. a fine. Decem legati, partiti munia inter se. De legatis, qui dantur imperatori summo. H. St. Locus est cap. 35. pr. Idem est, ac si dixisset, Divisis partibus.
Pacis. Liv. 1. 42.
Vitæ munia servare recto more. Hor. 2. Epist. 2. 131.

MUNĬCEPS, ĭpis. Adj. [συντελεύς] Municipes proprie dicebantur, Qui in civitatem Romanam recepti, munerum participes fiebant. Festus, Municeps est, ut ait Ælius Gallus, qui in municipio liber natus est. Item qui in municipio a servitute se liberavit a municipe. Item municipes erant qui ex aliis civitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem. Hactenus Festus. Cic. 2. de Legib. 5. Ego, mehercule, & illi & omnibus municipibus duas esse censeo patrias; unam naturæ, alteram civitatis.
Municipes dicti sunt, quod munera civilis capiant. Paulus in lege Munus. D. de Verburum & rerum significatione.
Municipes, qui una munus fungi debent, dicti. Auctor Varr. de L. L. lib. 4. 36. extr.
Municipes abusive nunc dicimus, suos cujuscunque civitatis cives: ut ait Ulpianus in dicta lege. 1. D. ad municipales. quo nomine tam oratores quam poetæ utuntur. Juven. 4. Sat. 13.

Jam princeps equitum, magna qui voce solebat
Vendere municipes fracta de merce siluros?

Cic. 13. Fam. 12. Non dubito quin scias non solum cujus municipii sim, sed etiam quam diligenter soleam meos municipes Arpinates tueri.

MUNICĬPIUM, i. n. [συμπολιτεία] Id genus hominum dicitur, inquit Festus, qui quum Romam venissent, neque cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum, una cum Romanis civibus, præter quam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo, sicut fuerunt quondam Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuvini, Tusculani, qui post aliquot annos cives Romani effecti sunt. Alio modo, quum id genus hominum definitur, quorum civitas universa in civitatem Romanam venerit, ut Aricini, Cærites, Anagnini. Tertio definitur, quum id genus hominum qui ad civitatem Romanam ita venerunt, sicut municipia essent sua cujusque civitatis & coloniæ, ut Tiburtes, Prænestini, Pisani, Arpinates, Nolani, Bononienses, Placentini, Nepesini, Sutrini, Lucenses. Hactenus Festus. Cæs. 8. Bell. Gall. 50. Ut municipia & colonias appellaret. Cic. 3. Philip. 15. Videte quam despiciamur omnes qui sumus e municipiis, id est omnes plane; quotus enim quisque non est? Idem 4. de Fin. 7. Vides quantam rem agat, ut Circeis qui habitet, totum hunc mundum suum municipium esse existimet.
Municipia, Urbes erant jure civitatis Romanæ donatæ, in quas si coloni deducerentur, in coloniæ conditionem transibant, & quum ante sui juris essent, legem a deductore coloniæ accipiebant. Hinc veretur Cicero ne Rullus municipia Campaniæ colonis occupet. V. COLONIA.
Municipia dicebantur civitates suo jure, & legibus gaudentes, muneribus tamen populi Romani & honoribus gaudentes. Gell. 16. 13.
Municipia quidam putant a Munitionibus dicta; alii a Munificentia, quod munificæ essent civitates, primaque origo oppidorum, quæ civitates dictæ sunt, municipia nominata. Hæc Siculus Flaccus.
Attributi finitimis municipiis. V. ATTRIBUO.

MUNICIPIŎLUM, i. n. Sidon. 3. Epist. 1. Ecclesia Arverni municipioli.

MUNICIPĀLIS, e. Adj. [συμπολιτικός] Quod ad municipes pertinet. Cic. 3. de Legib. 36. Utinam, inquit, M. Cic. isto animo atque virtute, in summa Rep. nobiscum versari, quam in municipali maluisses.
Arena municipalis. Juven. 3. Sat. 34. V. ARENA.
Dolor municipalis, h. e. Municipum. Cic. 8. Att. 12. Rursus autem ex dolore municipali, sermonibusque eorum, quos convenio, videtur hoc consilium exitum habiturum.
Eques municipalis. Juven. 8. Sat. 238. V. infra ex Turneb.
Generis municipalis honestissimi. Cic. pro Sull. 26. Est ipse a materno genere municipalis honestissimi ac nobilissimi generis.
Homines municipales, Imperiti. Cic. 8. Att. 21. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani. Hæc Budæus.
Jus municipale dicitur, Privatum jus uniuscujusque civitatis.
Magisteria municipalia, vocantur Administrationes & officia sui municipii. V. MAGISTERIUM.
Sacra municipalia vocantur, Quæ ab initio habuerunt ante civitatem Romanam acceptam, quæ observare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo fuissent antiquitus. Festus.
Municipalis, i. e. Ignobilis & obscurus. Tacit. 4. Ann. 3. Seque ac majores & posteros municipali adultero fœdabat. Juvenalis Sat. 8. 238. Municipalis eques, de Cicerone. Ut enim municipales homines pro veris civibus non habebant, etsi donata civitate omnia municipia erant: sic & equites municipales pro ignobilibus equitibus ponere solebant, quod eorum non esset tantus splendor, nec tantæ divitiæ, quantæ urbanorum equitum. Turnebus.

MUNICIPALĬTER, Adv. Sidon. 1. Epist. 11. Non eminentius, quam municipaliter natus.

MUNICIPĀTIM, Adv. Per municipia. Suet. in Cæs. cap. 14. Senatu universo in socios facinoris ultimam statuente pœnam, solus municipatim dividendos custodiendosque publicatis bonis censuit. conf. Sall. Catil. 51. extr. & 52. 14.

MUNICIPĀTUS, ûs. m. Tertull. de Coron. Mil. cap. 13. Noster, inquit, municipatus in cælis. Et frequenter apud Hieronymum.

MUNĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. Qui munera fert. Isidor. Gloss.

MUNĬFEX, ĭcis. Adj. Munifices, auctore Festo, in Beneficiariis, Qui non vacabant, sed munus reip. faciebant. Contra Beneficiarii dicebantur, Milites, qui vacabant muneris officio.
Munifices a Vegetio lib. 2. cap. 7. dicuntur Milites qui munera (al. munia leg.) faciunt: quibus Immunes non obstricti sunt Adde Ammian. 16. 5.
Munificem mammam Plinius per metaph. pro Lactante dixit, qua scilicet fetus lactatur. lib. 11. cap. 40. Uno vero ex omni turba relicto, sola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, descendit. Budæus

MUNIFĬCUS, a, um. Adj. [δωρεοδοτικός, φιλόδωρος] Munifici apud antiquos, non a largitione, quæ nulla erat, sed consentientes appellabantur ad ea, quæ amici vellent. Nunc autem Munificus pro Liberali ponitur, quasi sit munera large præbens. Plaut. Amph. 2. 2. 212.

Tibi morigera, atque ut munifica sim bonis, prosim probis.

Laudis munificus. Claud. 4. Cons. Hon. 499.
Silvarum munifica genera. Plin. lib. 3. cap. 5.
Amicus munificus. Liv. 33. 21. Mitis ac munificus amicus fuit.
Dea munifica, Ceres. Ovid. 3. Amor. 10. 5.
Numa. Ovid. 3. Fast. 385.
Opes munificas arca mihi non negavit. Ovid. 4. de Pont. 1. 24.
Patria. Liv. 4. 60.
Compar. & Superl. Cic. pro Rosc. Com. 22. Semper liberalissimus munificentissimusque fuit. Cato olim dixit, Munificior, munificissimus, teste Festo. conf. MUNIFICENTIA.

MUNIFĬCE, Adv. [δωρεαλικῶς] Large, abundanter. Cic. 3. de Nat. Deor. 69. Haud scio, an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, solertiam, quam rationem vocamus, quoniam pestifera sint multis, admodum paucis salutaria, non dari omnino, quam tam munifice & tam large dari.
Æque & munifice tueri societatem conjunctionis humanæ. Cic. 5. de Finib. 65.
Adjuvare munifice. Liv. 22. 37.
Augere munifice. Liv. 2. 2.
Facere munifice religioseque. Plin. 9. Epist. 216.
Largiri prædam munifice. Liv. 1. 54.

MUNIFĬCIUM, i. n. Paulus l. Si publicanus. D. de publican. & vectig. De rebus quas in usus advehendas sibi mandant præsides, divus Hadrianus præsidibus rescripsit, ut quoties quis in usus aut eorum qui provinciis exercitibusve præsunt, aut procuratorum suorum, aut usus sui causa mittet quendam empturum: significet libello manu sua subscripto, eumque ad publicanum mittat: ut si quid amplius quam mandatum est transferat, id munificium fit. Sic habent Haloander & Pandectæ Florentinæ. Libello, *certification, ou passeporte.*

MUNIFĬCO, [πλουτίζω] āre. Ditare, beatum facere. Lucret. lib. 2. 625. de Cybele deorum matre,

Munificat tacita mortales muta salute.

MUNIFICENTIA, æ. f. [φιλοδωρία] Plin. lib. 27. cap. 1. Nec dubie superata hoc modo posset videri etiam rerum naturæ ipsius munificentia, si humani operis esset inventio.
Severitatis & munificentiæ summus princeps. Tacit. 1. Ann. 46.
Addere munificentiam. Liv. 7. 16. Ad copiam rerum addidit munificentiam, quod, nihil in publicum secernendo, augenti rem privatam militi favit. [Munificentiam, Liberalitatem principum, quæ publicis maxime muneribus ac spectaculis exhiberetur ætas sequens proprie appellavit. V. Suet. Cæs. cap. 10. & Tib. 48. Junge nummos apud Oisel. Tab. 74. & Inscriptt. passim.

MUNĔRĬGĔRŬLUS, i. m. Plaut. Pseud. 1. 2. 48.

Manipulatim mihi munerigeruli facite ante ædes jam hic assint.

conf. Truc. 2. 7. 1. & Parei Lex. Crit.

MŪNЎCHĬA, æ. f. [Μουνυχία] portus Atticæ, ut Steph. ut Strabo lib. 9. ait, Tumulus curvus, in Chersonesi faciem conversus. V. PIRÆEUS.

MUNYCHIUS, a, um. Adj. [Μουνύχιος] Ovid. 2. Met. 709.

Munychiosque volans agros, gratamque Minervæ
Despiciebat humum.

i. e. Atticos.
Arces Munychiæ. Stat. 5. Silv. 3. 107. *i. e.* Athenæ ipsæ.
Rura Munychia. Stat. 12. Theb. 616.

MUNYCHIA, orum. n. [Μουνύχια] Festa erant Dianæ, a Munychio Athenarum portu: vel a Munycho rege quodam eorum auctore. V. Plutarch. de Gloria Atheniensium; Harpocrat. Suid. Aristoph. Schol. Lysist. 646.

MŪNЎCHIĀTES, is. f. [Μουνυχιάτης] Ptolemæo lib. 5. cap. 17. Petrææ Arabiæ urbs: hodie *Medinathalnabi*, ubi Mahumedis sepulcbrum.

M U R

MŪRÆNA, æ. f. [μύραινα] vel ut Lap. Capitol. **MURĒNA**, Piscis est non

non dissimilis anguillæ. Plin. lib. 9. cap. 23. Muræna quocunque tempore parit, quum ceteri pisces stato pariant. Ova ejus citissime crescunt in sicco litore. Elapsas vulgus coitu serpentium impleri putat. Aristoteles Myrinum vocat marem qui generat. Discrimen esse, quod muræna varia & infirma sit, myrinus unicolor & robustus: dentesque extra os habeat, &c. Tertulliano non convenit cum aliis scriptoribus in muræna: nam alii dentatam & truculenti morsus esse dicunt. Septimius edentulam, ut ejus muræna videatur esse nostra lampetra. Ejus verba sunt de Pallio cap. 5. p. 56. edit. Salmas. Nova scilicet sævitia delectato, terrenæ bestiæ & edentulæ, & exunguis, & excornis. ubi Salmas. V. not. p. 430. & Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 15. Martial. 13. 80.

Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo,
　Non valet exustam mergere sole cutem.　　Plaut. Amph. 1. 1. 163.

Mirum ni hic me quasi murænam exossare cogitat. Est autem muræna duplex: marina & fluviatilis, marina rostrum habet quale anseris: fluviatilis autem omnino nostræ lampetræ est similis, & a quibusdam galeos dicitur.

Abstinete ostreis & murænis. V. ABSTINEO.

Muræna etiam Cognomen Liciniæ gentis Romanæ plebejæ, ut, L. Muræna cum D. Junio Silano consul A. U. C. 691. V. Varr. de R. R. 3. 3. pro quo exstat oratio Ciceronis.

MURÆNŬLA, æ. f. Colli aurum nuncupat vulgus, Hieronymo tradente, quod scilicet metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena, contexitur, ex piscis utique imagine vocabulo conformato. Cæl. lib. 4. cap. 2.

MURALIS, MURATUS. V. MURUS.

MURCEA, vel MURCIA, æ. f. [μυρκία ἀργυρῶν] Dea, quam ita appellarunt, quod præter modum faceret hominem murcidum, id est nimis desidiosum. Cui contraria erat dea Strenoa, quæ faciebat homines strenuos. Augostin. de Civ. D. 4. 16. Al. Murtia scribunt. V. Varr. L. L. 4. 32. Arnobio lib. 4. Dea segnium dicitur. Tertull. de Spectac. cap. 8. Murciam deam marcoris volunt. Plin. 15. 29. Ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Murciam vocant. ubi V. Harduin.

MURCĬDUS, a, um. Adj. [νωθής, ἀεργός] Ignavus, stultus, inquit Festus. Plaut. Epid. 3. 1. 12. Væ tibi murcide homo. al. Muricide.

MURCUS, i. m. Murci, dicti sunt Homines timidi & ignavi. qui ut militiæ periculum effugerent, pollices sibi amputabant. Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 21. Ammian. 15. 12. Nec eorum aliquando quisquam, ut in Italia, munus Martium pertimescens, pollicem sibi præcidit, quos localiter Murcos appellant. De Gallis loquens. De re ipsa V. Suet. Aug. cap. 24. Arius Menand. J. C. l. 4. §. 12. Eum qui. D. de Re Mil. & Lex. Pitisc.

MURCEUS, a, um. Adj. Ignavus, segnis. Onomast. Vet. Murcei, νωθῆς scribitur etiam Murtius. V. Apul. 6. Met. p. 665. & Tertull. de Spectac. cap. 8.

MURCĬNĀRIUS, i. m. Idem ac Murcus. Isidor. Gloss. V. Voss. Etym. p. 332.

MURCIŎLUM, i. n. Columella Semem lentisci vocat, velut a figura muricis, quod buccini specie visatur is folliculus. Nisi quis pro Languido accipiat: quando & numen socordiæ Murceam deam vocabant. Hæc Hermol. in 33. cap. lib. 9. Plinii. Sed apud Colum. lib. 10. v. 238. Myrteolo vel Myrtiolo scribitur, quam lectionem ex Plin. & Græcis firmat Salmas. ad Tert. de Pall. p. 180.

MURANA, æ. m. Proprium viri. V. MURÆNA, paulo ante.

MŪREX, Icis. m. [κηρύκιον, μύαξ, ὄστρεον] Piscis marinus ex concharum genere a purpura diverso. Plin. lib. 9. cap. 25. Mucianus muricem esse latiorem purpura, neque aspero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte rostro, sed simplice, concha utroque latere sese colligente, &c. Columel. lib. 8. cap. 16. Eadem quoque maxime idonea est conchyliis, muricibus & ostreis. Hor. 2. Serm. 4. 32.

　Murice Baiano melior Lucrina Peloris.

Murex, per excellentiam, Conchylium aliquando dicitur. Plin. lib. 9. cap. 35. Conchylia & purpuras omnis ora atterit. Perott.

Ex muricis colore fit color purpureus. Virg. 4. Ecl. 43.

　Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti　　Murice.

Afro murice tinctæ lanæ. Hor. 2. Carm. 16. 36.

Gætulo tinctæ vestes. Hor. 2. Epist. 2. 181.

Intortus. Valer. 3. Argon. 727.

Phocaico bibulas tingebat murice lanas. Ovid. 6. Met. 9.

Sidonio tincta lana. Tibull. lib. 3. 3. 18.

Tyriis muricibus iteratæ vellera lanæ. Hor. Epod. 12. 21.

Murex, pro Purpura interdum accipitur, quam Sidon urbs Syriæ gignit. Virg. 4. Æn. 262.　　— Tyrioque ardebat murice læna.

Aurato præfulgens murice ductor. Sil. lib. 4. 326.

Murex, Acumen, seu Asperitas saxi, inquit Nonius. Virg. 5. Æn. 205.

　Concussæ cautes, & acuto in murice remi
　Obnixi crepuere.　　V. ACUO. & Sil. 17. 281.

Murices, sunt Tribuli, vel ut Græce τρίβολοι, machinulæ ferreæ, dolosæ, trigona aut tetragona forma, quæ in quamcunque partem incubuerint, unum aut plures aculeos infestos protendunt. Curtius lib. 4. 13. extr. Bion quidam transfuga, quanto &c. ad regem pervenit: nuntians murices ferreos in terram defodisse Darium, qua hostem equites emissurum esse credebat. Tribulorum meminit Vegetius lib. 3. de Re Mil. cap. 24. Lingua vernacula *calcitrappa* vocantur. Budæus.

MURĬCĀTUS, a, um. Adj. [μυακωτός] Quod est muricis modo factum. Plin. lib. 20. cap. 23. Utrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus.

Gressus muricati, Fulgentio Mytholog. lib. 1. cap. 1. i. e. Formidolosi & pavendi: Intuemur, inquit, arva, quibus adhuc impressæ bellantium plantæ muricatos (quod aiunt) sigillaverunt gressus. Et formidine menti nondum extersa, hostes in vestigiis pavebamus: terrorem enim pro sui memoria miles hostis hæredem reliquerat. Budæus.

MURICĀTIM, Adv. [μυακωδῶς] Convolutim, inquit Budæus: In modum muricis. Columel. lib. 9. cap. 33. Vertice muricatim intorto, margine in mucronem emisso.

MURICEUS, a, um. Adj. Auson. Epist 9. 4.

　Antra & muriceis scopulorum mersa lacunis.

MURĬLEGŬLUS, i. m. [μυακολόγος] a Muricibus legendis sive colligendis nomen habet. Cæl. lib. 8. cap. 11. Murilegulos Jureconsulti muricis & purpurarum perquisitores nuncupant. Meminit Codicis lib. 11. Justinianus, titulo de Monetariis & murilegulis.

MURGANTIA, æ. f. Urbs Siciliæ. Liv. 24. 36. & 26. 21. conf. Sil. 14. 265. Est etiam Valida urbs in Samnio Liv. 10. 17.

MURGENTINUS, a, um. Adj. ut, Vina Murgentina, a loco dicta. Varr. 1. de R. R. cap. 25. & Cato cap. 6.

Vitis Murgentina. Columel. lib. 3. cap. 2.

MURGER (inquit Festus) dici solet a castrensium hominibus, quasi mucosus, is qui talis male ludit. Obsoletum. [Immo Muger.

MURGISO, ōnis. m. Iners, desidiosus. A mora & decisione dictus, inquit Festus. [Quæ si vera lectio est, Murciso scripsit.

MURGIS, Plin. lib. 3. cap. 1. Bæticæ sinus, a quo Murgitana regio.

MŪRIA, æ. f. [ἅλμη] Genus salsamenti, quod ex piscium liquamine fiebat, præsertim thynnorum. Pers. 6. Sat. 20.

　Tingat olus siccum muria vafer in calice empta.　　Hor. 2. Serm. 8. 54.
　Ut melius muria, quam testa marina remittit.

Muria, [ἁλμυρίς] Aqua salsa, sive salsugo, quam *salamuriam* vulgo dicimus. Columel. lib. 12. cap. 25. Quoniam quidam, immo etiam fere omnes Græci, aqua salsa, vel muria mustum condiunt, eam quoque partem curæ non omittendam putavi. In mediterraneo quo non est facilis aquæ marinæ invectio, sic erit ad condituras conficienda muria. Huic rei vel maxime est idonea cælestis aqua: si minus, ex fonte liquidissimo profluens, &c.

Stilla muriæ. Cic. 3. de Finib. 45. Ut obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ, & ut interit magnitudine maris Ægei stilla muriæ, & ut in divitiis Crœsi teruntii accessio, &c.

Cruda muria, & matura. V. Dura muria.

Dura muria. Cels. lib. 4. cap. 9. Edenda sunt salsamenta, vel oleæ ex muria dura. Ibid. cap. 15. Themison muria dura quam asperrima sic utendum, memoriæ prodidit. Columel. lib. 12. cap. 6. Muriam duram sic facito: Dolium patentissimi oris locato in ea parte villæ, quæ plurimum solis accipit. Id dolium aqua cælesti repleto, ea est enim huic rei aptissima; vel si non fuerit pluvialis, certe fontana dulcissimi saporis. In eam tum indito sportam junceam, vel sparteam, quæ replenda sit sale candido, quo candidior muria fiat. Quum salem per aliquot dies videbis liquescere, ex eo intelliges nondum esse muriam maturam. Itaque subinde alium salem tamdiu ingeres, donec in sporta permaneat integer, nec minuatur. Quod quum animadverteris, scies habere muriam maturitatem suam. Et si aliam in id vas facere volueris, hanc in vasa bene picata diffundes, & opertam in sole habebis. Omnem enim mucorem vis solis aufert, & odorem bonum præbet. Est aliud muriæ maturæ experimentum. Nam ubi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit, maturam. Hactenus Columella. Ex cujus verbis palam est, eandem esse muriam duram & maturam. Sed cur dura vocatur, quæ tamen liquida est? Dura certe ob id dicitur, quod aqua in ipsum salem vim suam liquefaciendi, non secus ac si arida esset, exercere nequit: quod liquida utique aqua & non indurata faceret, salemque colliquaret. Plin. lib. 31. cap. 6. duram non appellat, sed certam mensuram salis exprimit in aquam mergendi, quo dura reddatur. Verum, inquit, & hoc cura providit, inventa ratione qua sibi quisque aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum, si plusquam sextarius salis cum quatuor aquæ sextariis mergatur, vinci aquam, salemque non liquari. Cetero sextarius salis cum quatuor aquæ sextariis, salsissimi maris vim & naturam implet. Moderatissimum autem putant, supradictam aquæ mensuram octonis cyathis salis temperari. Hæc Plinius. Hunc autem muriæ maturæ parandæ modum etiam Galenus lib. 4. simplicium pharmacorum prodit. Sed eam tamen cui ovum innatat, εὔκρατον ἅλμην, hoc est temperatam & maturam ad salgama condienda appellat: eam vero quæ injectum salem amplius colliquescere non permittit, vehementer salsam, hoc est, δριμεῖαν ἁλμυρὰν vocat: quum Columella hoc utrumque experimentum maturæ muriæ esse dicat, nisi quod dulcem caseum ovi loco demittendum tradit. [Apud quem forte Apertam, pro Opertam scribendum.

MURIES, ēi. f. [ἁλμυρίς] Quidam existimant idem esse Muriem & Muriam, significareque salsamentorum aquam. A mari nomen deductum. Cato cap. 88. Si natabit, ea muries erit, qua vel carnem, vel caseos, vel salsamenta condias.

MURIĀTĬCUS, a, um. Adj. [ἁλμυροειδής] Quod in muria diu fuit. Plaut. Pœn. 1. 2. 31.

　Soror cogita, amabo, item nos perhiberi,
　Quasi salsa muriatica esse autumantur,
　Sine omni lepore, & sine suavitate.　　V ibi Taubm.

Muriatica n. pl. Salsamenta omnia. Plaut. Pœn. 1. 2. 39. Scit muriatica ut macerent.

MURILEGULUS, V. MUREX.

MURINA, MURINUS, V. MYRRHA.

MURINUS, a Mure. V. MUS.

MURMUR, ŭris. n. [γογγυσμός, ψιθυρισμός] Lenis strepitus quicunque. Nomen est fictitium, teste Quintil. lib. 8. cap. 6. Plin. lib. 2. cap. 80.

Maris murmur. Cic. 3. de Orat. 159.

Ponti murmura. Lucret. lib. 3. 1045.

Vocis parvæ. Ovid. 12. Met. 49.

Altum. Seneca OEdip. 12.

Cæca. Virg. 10. Æn. 99.

　　　　— ceu flamina prima,
　Quum deprensa fremunt silvis, & cæca volutant
　Murmura.

Clauso murmure raucus. Pers. 5. Sat. 11.

Fera tubicinis. Propert. lib. 4. 4. 61.

Fractum. Stat. 10. Theb. 323.

　　　　— ecce jacentis
　Inachius vates jugulum fodit, expulit ingens
　Vina cruor, fractumque perit in sanguine murmur.

Fragosa. Claud. 2. Cons. Stil. 338.

Futile. Valer. 8. Argon. 354.

Grave. Senec. Agamemn. 6.

Jejunum Hircanæ tigridis. Stat 12. Theb. 170.

Incertum. Quintil. lib. 2. cap. 11.

Ingens erat in ædibus. Ovid. 7. Met. 645.

Insueta murmura tubæ. Sil. 5. 12.

Mæstum. Valer. 1. Argon. 626.

Magnum murmur montis. Virg. 1. Æn. 59.

Minitans. Cic. in Arato 71.
Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.
Modicum. Juven. 10. Sat. 289.
Querulum. Senec. Herc. Œth. 3.
Rabidum. Valer. 4. Argon. 239.
Raucum murmur ciet cadens unda. Virg. 1. Georg. 109.
Secreta vulgi. Juven. 10. Sat. 89.
Stridenti murmure raucus clangor. Sil. lib. 16. 94.
Suppressum. Valer. 5. Argon. 469.
Triste murmur tubæ. Sil.
Vastum. Virg. 1. Æn. 249.
Ventosum. Virg. 9. Ecl. 58. — & omnes
(Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ.
Comprimere murmure. Ovid. 1. Met. 206.
— qui postquam voce manuque
Murmura compressit, tenuere silentia cuncti.
Dicere aliquid tenui murmure. Ovid. 12. Epist. 56.
Dicta exiguo verba. Ovid. 18. Epist. 19.
Dare. Lucret. lib. 6. 141.
Dedit parva. Ovid. 2. Met. 788.
Edere raucum. Ovid. 14. Met. 280.
Figit arcana auribus. Stat. 1. Achill. 380.
Fremunt inclusu alta corda. Senec. Agamemn. 7.
Increbrescit nemorum. Virg. 1. Georg. 359.
Indignantur magno venti. Lucret. lib. 6. 100.
Labitur horrendo amnis. Ovid. in Ibin, 77.
Labentes jucundo rivi. Ovid. Rem. Amor. 177.
Laxavit in vocem. Claud. 2. in Eutrop. 254.
Minitans murmur cæli. Lucret. lib. 1. 70.
Miscetur magno cælum. Virg. 4. Æn. 160.
Mugit depresso sub murmure tuba. Lucret. lib. 4. 549.
Orantes pavido. Claud. 4. Conf. Hon. 446.
Percurrunt cælum murmura, Tonitrua. Lucret. lib. 5. 1280.
Perstringis aures minaci murmure cornuum. Hor. 2. Carm. 1. 17.
Reddunt pro verbis murmura. Ovid. 10. Met. 703. De duobus mutatis in leones.
Rodere murmura. Pers. 3. Sat. 81.
Strepit omnis murmure campus. Virg. 6. Æn. 709.
Venerantur tacito murmure numen. Ovid. 6. Met. 203.
Masculino genere dixit Varr. apud Non. 3. 142. Versus murmur.

MURMŬRO, [μορμυρίζω, μορμύρω, γογγύζω, ὑποθορυβέω] āre. Murmur facere. Plaut. Casin. 4. 3. 6. Mihi inanitate jamdudum intestina murmurant. Cic. 5. Tusc. 16. Murmurans mare. Plin. lib. 18. cap. 35. Murmurans ignis.
Lingua flebile murmurat exanimis. Ovid. 11. Met. 53.
Unda murmuret. Virg. 10. Æn. 212.
Murmuratur, dictum a similitudine sonitus.. Qui murmurat, ita leviter loquitur, quod magis id sono facere, quam ut intelligatur, videatur. Hinc etiam poetæ Murmurantia litora. Varr. lib. 5. de L. L. 7.

MURMUROR, [μορμυρομαι] āri. deponens apud antiquos. Varro apud Non. 17. 85. Ita ut soliti eramus, Romæ in balneis plodere cœpimus, & murmoreri.

MURMURABUNDUS, a, um. Adj. Apul. 2. Met. p. 123. Elmenh. Indigna murmurebondus.

MURMURĀTIO, ōnis. f. [μορμυρισμὸς] ut, Murmuratio aquilarum. Plin. lib. 10. cap. 3.
Murmuratio querula. Plin. lib. 10. cap. 3.
Murmuratio, pro Strepitu aut fremitu obloquentis ac contradicentis. Senec. lib 3. de Ira, cap. 24. Item Epist. 108. Optimum est pati quod emendare non possis: & Deum, quo auctore cuncta proveniunt, sine murmuratione sequi.

MURMURĀTOR, ōris. m. August. Retract. 2. 20. Non illis adversus Deum murmuratoribus.

MURMURILLUM, i. n. [ψιθυρισμός] dimin. Plaut. Rud. 5. 3. 48.
Palam age, nolo murmurillum, neque susurrum fieri. Emendatis in codd. Murmur ullum.

MURMURILLO, [ψιθυρίζω] āre. Murmurare. Plaut. 3. Frag. 59.
Quid murmurillas tecum, ac te discrucias? Hic versus in quibusdam exemplaribus deest. [An Murmurissas?

MŪRSELLA, æ. f. [Μυρσέλλα] Ptolemæo lib. 2. cap. 15. Pannoniæ superioris urbs: vulgo *Moreck*.

MURRĀNUS. i. m. Priscus Latinorum rex, a quo postea Latini omnes reges, Murrani sunt dicti. Auctor Servius. Scimus enim, Inquit, solere plerumque fieri, ut primi regis, reliqui nomen ejus possideant, ut apud Romanos Augusti vocantur, apud Albanos Silvii, apud Persas Arsacidæ, apud Ægyptios Ptolemæi, apud Athenienses Cecropidæ. Hæc Servius, enarrans carmen illod Virg. 12. Æn. 529.
Murranum hic, atavos, & avorum antiqua sonantem
Nomina, per regesque actum genus omne Latinos. Alii, quod murrha unguentisque oblinerentur: vel quod oppidis muro clausis & cinctis præessent, ut murreni, quasi murani dicantur.

MURRHA, æ. f. [μύῤῥα] Lapidis egregii species, ex quo vasa potoria fiebant. Belon. *La coquille de Nacre de perle.* Martial. lib. 14. 113.
Si calidum potas, ardenti murrha falerno
Convenit, & melior fit sapur inde mero. Alii Myrrha scribunt. Humorem esse putant, qui in Oriente, maxime in Parthico regno sub terra condensatur, ut ait Plin. lib. 37. cap. 2. V. Interpr. ad Propert. 4. 5. 76. & Harduin. ad Plin. præfat. in lib. 3.
Murrha, Veteres dicebant, pro Myrrha, q. V. pro Smyrnio herba. Plin. lib. 19. cap. ult. Libanotis odorem turis, murrha myrrhæ reddit.

MURRHĬNUS, sive MYRRHĬNUS, a, um. Adj. [μύῤῥινος] Quod ex murrha factum est. ut, Murrhinus odor. Plaut. Pœn. 5. 4. 6.

MURRHINA, n. pl. Vasa pretiosa, de quibus Plin. lib. 37. cap. 2. Oriens murrhina mittit. Inveniuntur enim ibi in pluribus locis nec insignibus, maxime Parthici regni, præcipue tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari: amplitudine nusquam parvos excedunt abacos, crassitudine raro, quanta dictum est vasi potorio. Splendor his sine viribus, nitorque verius quam splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremque, & tertium ex utroque ignescentem velut per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Martial. lib. 13. 110.
Surrentina bibis? nec murrhina picta, nec aurum
Sume; dabunt calices hæc tibi vina suos. Cardanus de Subtilitate, dicit Murrhina, seu Myrrhina, esse quæ nunc vocant *Vasi di Porcelana.*
Julius Barbovarius in sua Officina, Murrina, vasa. Verum. 173. Murina Porcellanæ. H. St.

MURRINA, vel MYRRHĪNA, æ. f. [μυῤῥίνη] Vinum myrrhæ odore conditum. Plin. lib. 14. cap. 13. Lautissima apud priscos vina erant myrrhæ odore condita, ut apparet in Plauti fabula, quæ Persa inscribitur, quanquam in ea & calamum addi jubet. Ideo quidam aromatite delectatos maxime credunt. Sed Fabius Dorsenus his versibus decernit, Mittebam vinum pulchrum, murrhinam. Et in Acharistione, Panem & polentam, vinum murrhinam. Scævolam quoque & Lælium, & Atteium Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudulo sit, 2. 4. 50.
Quod si opus sit, ut dulce promat indidem, ecquid habet? CH. rogas?
Murrhinam, passum, defrutum, melinam, mel quojusmodi. Quibus apparet non inter vina modo murrhinam, sed inter dulcia quoque nominatum. Hactenus Plinius. Alii Murina scribunt. quod non a Myrrha, ut Plin. sed a Μύρῳ i. e. unguento admixto dictum putant. Sed bis occurrit Periz. ad Ælian. V. H. 12. 31. extr. quem omnino V.

MURRHEUS, a, um. aliud Adj. [μύῤῥινος] Idem quod Murrhinus. Jabolenus in lege Vasa. D. de Suppellectili legata, scribit, murrhea vasa quæ ad usum edendi causa reperta sunt, esse in suppellectili. Fortasse scribendum Murrhina. Ulpian. de Auro & argento legato. l. Cum aurum. §. Perveniamus. Murrhina autem vasa in gemmis non esse Cassius scribit Propert. lib. 4. 5. 26.
Murrheaque in Parthis pocula cocta focis.

MURRHĀTUS, a, um. Adj. Exstat. XII Tabularum lege 8. de Jure Sacro; VITI NE SVMPTVOSA RESPERSIO FIERET, NEVE MVRRHATA PORTIO MORTVO INDERETVR. V. etiam Festus, & MYRRATOS in MYRRHA.

MURRIO, īre. Clamare, propria murium. Gloss. Isidor.

MURRO, āre. Murmurare. Gloss. Isidor. V. Barth. Advers. 17. 25.

MURSA, æ. f. Pannoniæ oppidum ad Dravum fluvium. V. Eutrop. 10. 6. 8.

MURSENSIS, e. Adj. ut, Prælium Mursense. Ammian. 15. 4.

MURTA, æ. f. Idem quod Myrtus. Cato R. R. cap. 125. Hinc

MURTATUM, i. n. Genus farciminis, quod murta large fartum intestinum crassum. Varro de L. L. 4. 22. conf. Plin. 15. 29. Turneb. Advers. 22. 6. & Voss. Etym. p. 337.

MURTEUS, a, um. Adj. Idem quod Myrteus. ut, Vinum murteum. Cato R. R. cap. 125.
Olea murtea. Columel. 5. 8.

MURTUS, a, um. Adj. Idem. Cæl. Aurel. Tard. 2. 13. 160. Perdicum murta pectora penetranda. [Immo, Murtâ, i. e. Myrto, herba scilicet.

MURTIA, V. MURCIA.

MURTIUS, i. m. [Μύρτιος] dictus fuit Aventinus mons. Festus Murcius, per c scribit. Murciæ deæ, inquit, sacellum erat sub Aventino monte, qui ante Murcius vocabatur. Nam Murcus, quod in vulgatis exstat mendosum V. MURCIA. & Festi interpp.

MŪRUS, i. m. [τεῖχος, τείχισμα, τοῖχος] a muniendo dicitur; & proprie est, Urbis lapideus ambitus. Cic. 3. de Nat. Deor. 95. Muris urbis, quos vos sanctos, Pontifices, esse dicitis. Idem pro Lege Manil. 55. Parva sine muro nihil timebat. De insula Delo.
Mœri quondam, unde Pomœrium, quod Vide. H. St.
Minæ murorum ingentes. Virg. 4. Æn. 89. V. MINA.
Aerii fastigia. Valer. 2. Argon. 553.
Aheneus. Hor. 3. Carm. 3. 65.
Crinalis murus Cybeles, Turrita corona. Claud. 1. in Eutrop. 284.
Coctiles muri, Lateritii. Ovid. 4. Met. 58.
Humiles. Ovid. 2. Amor. 12. 7.
Lapideus. V. LAPIS.
Sublimes. Claud. 3. Conf. Hon. 121.
Ædificare muros. Ovid. 11. Met. 204.
Amplectitur latior murus urbem. Hor. de Arte Poet. 219.
Attollere subitos. Lucan. lib. 6. 33.
Cingere oppida muris. Virg. 4. Ecl. 32.
Circumdare igni. Virg. 9. Æn. 153.
Circumdabit arces muro. Virg. 6. Æn. 784.
Circumdata triplici mœnia. Virg. 6. Æn. 549.
Contabularunt murum turribus. V. CONTABULO.
Correpere intra murum. In CORREPO.
Defendere longo bello. Virg. 9. Æn. 511.
Discissi. Stat. 1. Silv. 2. 11.
Dividimus muros, & mœnia pandimus urbis. Virg. 2. Æn. 234.
Dare murum sceleri. Claud. 4. Conf. Hon. 208.
Ducere muros. Virg. 1. Æn. 427. — pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus subvolvere saxa.
Effundere in planum muros, Diruere muros, & solo æquare. Lucan. lib. 1. 383.
Tu quoscunque voles in planum effundere muros,
Hic aries actus disperget saxa lacertis.
Excedere patrios. Lucan. lib. 1. 497.
Fodere. Ovid. 11. Met. 535.
— aliis murum fodientibus extra,
Atque aliis murum trepidare tenentibus intus.
Habet hostis. Virg. 2. Æn. 290.
Impellere manu. Stat. 1. Achill. 89.
Jacent lapsis muris ingentia saxa. Lucan. lib. 1. 25.
Percussit murum aries. Cic. 1. Off. 35.
Procumbunt fragiles. Claud. de Bello Get. 214.
Prosternes convulsis oppida. Sil. lib. 3. 213.
Quatere. Virg. 2. Æn. 610.
Renovare labentes. Senec. Thyest. 7.
Servabant tutos aggere muros. Virg. 9. Æn. 43.
Subdere ignem muris. Sil. lib. 17. 514.
Succedere murum. Tacit. 2. Ann. 20. Quibus plana evenerant, facile irrupére, quis impugnandus agger, ut si murum succederent gravibus superne ictibus conflictarentur.
Trajicere murum jaculo. Cic. 4. de Finib. 22. Si Annibal ad portas venisset,

nissent, murumque jaculo trajecisset, negaret esse in malis, capi, venire, &c.
Transcendere muros scalis. Sil. lib. 13. 110.
Murus, per translationem. Cic. 7. Verr. 2. Ad omnes enim meos impetus, quasi murus quidam, boni nomen imperatoris opponitur. Idem 4. in Catil. 23. Totius mei Consulatus memoriam postulo, quæ dum erit vestris mentibus infixa, firmissimo me muro septum esse arbitrabor.
Propugnaculum & murus. Cic. in Pison. 9. Lex Ælia & Fusia eversa est, propugnacula, murique tranquillitatis & otii.
Dicitur de Viris fortibus. Ovid. 13. Met. 281.
—quo Graium murus Achilles. V. Sil. 16. 68. & ibi Drakenb.
Murus, Agger etiam dicitur sine fossa. Varr. 1. de R. R. cap. 14. Aggeres qui faciunt sine fossa, eos quidam vocant muros, ut in agro Reatino.

Murālis, e. Adj. [τειχικός] Quod ad murum pertinet.
Corona muralis, Corona turrita, ad murorum effigiem facta. Lucret. lib. 2. 606.
Corona murali donari solebat ab Imperatore is, qui primus murum subiisset, & in hostium oppidum per vim ascendisset. Plin. lib. 16. cap. 4. Cedunt iis murales, vallaresque, & aureæ, quanquam pretio antecedentes.
Herba muralis, Quæ in muris crescit. Plin. lib. 24. cap. 19.
Honos muralis. h. e. Corona muralis. Claud. de Laud. Seren. 182.
Ictus muralis, E muro impactus. Sil. lib. 6. 269.
Machinæ murales, Quibus muri diruuntur. Plin. lib. 7. cap. 56.
Pila muralis, Quæ de muris tormentis dejiciuntur. Cæs. 7. Bell. Gall. 82. Tormentum. Virg. 12. Æn. 921.

Muro, āre. Muro claudere. Guil. Brito Philipp. 7. 460: 10. 72. & 12. 503.

Murātus, a, um. Adj. [τειχιστός] Quod muros habet. Veget. 1. 71. Quasi muratam civitatem secum videntur ubique portare.

Murārius, i. m. Qui muros conficit. V. Barth. ad Briton. Philip. 7. 460.

M U S

Mūs, mūris. m. [μῦς, σμίνθος] Exiguum animal est, in domibus frequens: a corrosionis sono, quem facit, ut volunt dictus. De muribus vide Plin. lib. 8. cap. 57. Cic. 14. Att. 8. Sed quod quæris quid arcesserim Chrysippum, tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt; itaque non solum inquilini, sed mures migraverunt.
Brevis mus. Ovid. 2. Fast. 574.
Exiguus. Virg. 1. Georg. 181.
Opici. Juven. 3. Sat. 207. V. OPICUS.
Pusillus. Plaut. Truc. 4. 4. 15.
Ridiculus. Hor. de Arte Poet. 139.
Rusticus. Hor. 2. Serm. 6. 80.
Urbanus. Hor. 2. Serm. 6. 80.
Ædificata muribus & mustelis domus. Cic. 2. de Nat. Deor. 17.
Derosi a muribus clypei. Cic. 1. de Divin. 99.
Lingunt molas mures; proverb. de iis, qui optima & delicatissima sequuntur. Senec. Ludo de morte Claud.
Rodunt mures. Cic. 2. de Divin. 59.
Rodunt ferrum. Senec. Ludo de morte Claudii, Venisti huc, ubi mures rodunt ferrum. V. ibi Rhenan.
Mures posuisse videtur Hor. 2. Serm. 3. 247. pro Equulis ligneis, aliusve materiæ, quibus pueri plostella jungunt,
Ædificare casas, plostello adjungere mures.
Mures etiam antiqui intellexerunt, non tantum Domesticas illas bestiolas, penori infestas, omniaque rodentes; sed Silvestres ferasque bestias minoris formæ, pelle commendabiles: quo in genere sunt martes & hermelini, quibus nobiles hiberno tempore pellitas gerunt pænulas. Eo quoque nomine censeri videntur mustelæ, quæ si veriloquium sequaris, sunt mures longi. Senec lib. 14. Epist. 90. Non hodieque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia & impenetrabilia ventis sunt? Justin. lib. 2. cap. 2. de Scythis, Lanæque usus ac vestium ignotus, & quanquam continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis aut murinis vestiuntur. Monuit Turneb.
Mus araneus, [μυγαλῆ] Gr. a mure & mustela μυγαλῆν appellant: quia muris magnitudine sit, mustelina specie, ore oblongo, cauda gracili, versu dentium quadruplici, ut inquit Aetius. De mure araneo [& de Mure Pontico H. St.] vide Hermolaum in Corollar. 172. Abundat insula Britannia. Plin. lib. 29. cap. 4. *Une museste, ou musaraigne.* V. ARANEA.
Murium marinorum meminit, Plin. lib. 9. cap 19.

Mūrinus, a, um. Adj. [μυϊνός] Quod ex mure est. Plin. lib. 30. cap. 8. Murino fimo contra calculos illinere ventrem prodest. Sic. lib. 28. cap. 11. Murina capita.
Color murinus, qui vulgaris est in asinis. Columel. lib. 6. cap. 37.
Hordeum murinum, herba phœnicea, a Græcis appellata. Plin. lib. 22. cap. 25.
Pellis murinæ, V. paulo ante, Mures etiam, &c. in MUS.

Murīceps, pro Fele, a Vallo, puto in Raudensem, reprehenditur. H. St. Exstat pag. 667. edit. Gymnic.

Muscŭlus, i. m. dimin. [μυΐσκος] Cic. 2. de Divin. 35. Nam & musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri.
Aquatiles. V. AQUA.
Musculus, [μῦς, μυών] Pars organica corporis, constans carne, fibris nervosis, vena, arteria, & membrana succingente: estque motus organum. Plaut. Amphit. suppos.
Quid dicas novi; cicatricem in dextro musculo, ex illoc vulnere,
Quod mihi impegit Pterela. Plin. lib. 20. cap. 21. Item conclusis, luxatis, tumentibus, & musculis, nervis, articulis imposuit.
Convulsus musculus. V. CONVELLO.
Præcisus musculus. Cels. lib. 5. cap 26. Nam percussus, mortiferus est: præcisus, sanitatem recipit.
Musculus, Genus piscis parvi, qui parvo moramine caudæ temperat balænam, ne in scopulum impingat. De hoc Claud. lib. 2. in Eutrop. 426. Plin. lib. 9. cap 62. Amicitiæ exempla sunt, balæna & musculus: quando prægravi superciliorum pondere obrutis ejus oculis, infestantia magnitudinem vada prænatans demonstrat, oculorumque vice fungitur. Idem lib. 32. cap. 11.
Musculos etiam dixerunt antiqui Minores machinas, quibus protecti bellatores, fossatum civitatis, adportatis lapidibus, lignis & terra, non solum complent, sed etiam solidant, ut turres ambulatoriæ sine impedimento vehantur ad murum. Sunt minores vineis, subdiutioresque, & majores firmioresque pluteis. Cæs. 7. Bell. Gall. 84. E castris longurios, musculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis causa paraverat, profert.
Musculus a Testudine differt parvitate, minoresque Musculi, majores Testudines vocatæ sunt. Vitruvius [Immo Cæsar 2. civil. 10. Vitruvius lib. 10. extr. Testudines describit, omissa Musculi mentione.] collocat in musculo duo longa tigna in solo crassitudinis bipedalis, in eis columellas defigit utrinque, quas capreolis fastigatis conjungit, nostra lingua nomen capreoli retinet. Capreolis imponuntur perpetua tigna tecti longitudine, quibus invehuntur trabes transversæ a fastigio ad extremum musculi tectum. His infiguntur regulæ, quas lingua nostra latas appellare consuevimus. Ita firmissimum ad omnem injuriam & pondus tectum comparabatur. Hæc ex Turneb. Advers. 11. 24 extr. V. Lips. Poliorc. 1. Dial. 9.

Muscŭlōsus, a, um. Adj. [μυώδης] Cels. lib. 5. cap. 20. At si nervosus aut musculosus is locus est, commodius est cerato uti. V. Columel. 6. 37.

Musĭmus, a, um. Adj. Ignavus, imbellis. Plaut. Epid. 3. 1. 10. sed Meursius legit Murcidus.

Muscarda, æ. f. [μυόχοδον] Murium stercus. Plin. 29. 6. Præterea (ut Varro noster tradit) murium fimum, quod item muscardas appellat. V. Meurs. Auctar. Philol. p. 139.

Muscĭpŭla, æ. f. [μυάγρα] Laquei genus ad capiendos mures. Varr. 1. de R. R. cap. 8. Necnon si parit humus mures, hujus minor fit vindemia, nisi totas vineas opplaveris muscipulis. [Potest esse a seq. dict.

Muscĭpŭlum, i. n. [μυάγρα Gl. L. Gr.] Idem. Phæd. 4. 1. 8. De muribus loquens,
Aliquot secutis, venit & retorridus,
Qui sæpe laqueos & muscipula effugerat.

Muscĭpulātor, ōris. m. Gloss. Isidor.

Muscellārium, i. n. Gloss. Gr. Lat. γαλεάγρα, cavea, viverrarium, muscellarium.

Mūsa, æ. f. [Μοῦσα] Dea cantus. Musas Poetæ finxerunt deas esse, Jovis & Mnemosynes, i. e. Memoriæ, filias, quæ poetis & cantibus præessent. Musæ primæ (ait Cic. lib. 3. de Nat. Deor. 54.) quatuor, natæ Jove altero, Thelxiope, Aœde, Arche, Melete. Secundæ, Jove tertio & Mnemosyne procreatæ novem. Tertiæ, Jove tertio Pierio natæ & Antiopa, quas Pieridas & Pierias solent poetæ appellare, iisdem nominibus, eodem numero, quo proximæ superiores. Facit igitur Cicero triplicem Musarum genealogiam. Alcmæon poeta scribit eas Cæli & Terræ filias esse, ut testatur Diodorus lib. 5. cap. 1.
Musas duntaxat tres enumerat M. Varro, Unam, quæ ex aquæ nascitur motu. Alteram, quam aeris icti sonus efficit. Tertiam, quæ mera tantum voce consistit. Auctor Servius in illud Virg. 7. Ecl. 21.
Nymphæ, noster amor, Libethrides, &c. Censorinus itidem De die natali, cap. 26. Organum (inquit) tres habuit intensiones, gravem, mediam, acutam. Inde Musæ quoque tres olim sunt æstimatæ, Hypate, Mese, Nete. ὑπάτη, id est chorda tenoris infimi; μέση media; νήτη chorda soni acuti. Divus Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana: Non audiendi sunt, inquit, errores gentilium superstitionum, qui novem Musas, Jovis & Memoriæ filias esse finxerunt. Refellit eos Varro, quo nescio utrum apud eos quisquam talium rerum doctior vel curiosior esse possit. Dicit enim civitatem nescio quam (neque enim recordor nomen) locasse apud tres artifices terna simulcra Musarum, quæ in templo Apollinis dono poneret: ut quisquis artificum pulchriora formasset, ab illo potissimum emeret. Ita contigisse ut opera sua illi artifices æque pulchra explicarent: & placuisse civitati omnes novem, atque omnes emptas esse, ut in Apollinis templo dicarentur, quibus postea dicit Hesiodum poetam imposuisse vocabula. Non ergo Juppiter novem Musas genuit: sed tres fabri ternas fecerunt. Hactenus Augustinus. Porro civitatis nomen quod ait se non recordari, Sicyon est: ut testatur Ausonius in Gripho ternarii hoc carmine,
Treis solas quondam tenuit quas dextera Phœbi.
Sed Sicyon totidem ternas ex ære sacravit. Sunt tamen qui legant,
Sacravit totidem ternas ex ære Cithæron. Pausanias quoque (in Bœot. p. 304. Wech.) tres artifices, Cephisodotum, Strongyliona, & Olympiosthenem nominat; quorum singuli ternas Musas effecerunt, & has primas fuisse. Alias vero (ibid. pag. 303.) idem Pausanias tres Musas connumerat, quas ait ab Aloei filiis Oto & Ephialte sic nominatas; primam Μελέτην, hoc est Meditationem; secundam Μνήμην, hoc est Memoriam; tertiam Ἀοιδὴν, hoc est Cantilenam. Plutarchus in libro Symposiaco tradit antiquitus tres Musas fuisse existimatas, non secundum ea tria modulandi genera, de quibus paulo supra retulimus, verum potius quod disciplinas in tria genera veteres diviserunt, philosophiam, rhetoricen, & mathematicen. Hinc quoque, juxta Hesiodi opinionem, harum quælibet in tres divisa. Philosophia quidem in dialecticen, ethicen sive moralem, & physicen. Rhetorice vero in demonstrationem, deliberationem, & judicialem. Mathematica autem in musicam, arithmeticam, & geometriam. Sed & Arati interpres scribit, Orpheum ideo lyram novem chordarum constituisse, quoniam idem esset Musarum numerus. [Hæc & seqq. ex Lil Gyrald Syntagm. de Musis.
Musas Jovis & Mnemosynes, hoc est Memoriæ, filias poetæ finxerunt, quod iis, qui ad disciplinas & scientias pervenire cupiunt, duo hæc in primis necessaria sunt, intellectus scilicet & memoriæ facultas. Hoc Græci μνημονικὸν, illud νοητικὸν vocant. Proclus in Commentariis. Jovem autem putabant contribuere, τὸ νοητικὸν; at Mnemosynen, τὸ μνημονικόν.
Musas Plato in Cratylo dictas affirmat ἀπὸ τοῦ μῶσθαι, quod est inquirere, quasi indagatrices; cui Phurnutus, vel potius Cornutus, in libro de Nat. Deor. c. 14. subscribit. Ita enim ait, Μοῦσαι δὲ [illegible] ἀπὸ τῆς μώσεως ὠνομάσθησαν. Musæ, inquit, dicuntur ab inquisitione. Idem sentit Suidas, ut & Palæphatus. Unde & aliquando Mosas eas antiqui vocavere. Eusebius tamen in Evangelica præparatione, Musas tradit sic appellatas, quia μυεῖν apud Græcos honesta bonaque doctrina instituo significat, quamobrem eas Orpheus & Proclus hominibus religionem monstrasse in hymnis suis cecinerunt. Idem Orpheus in hymnis Musas per concisionem quasi melusas, a μέλος dici putat; ut nihil sint nisi melos harmonicum. Alii vero propter disciplinarum inter se convenientiam, quasi ὁμοούσας, quod

uno nexu disciplinæ omnes teneantur, atqueita fiat encyclopædia. Vel quod invicem, sicut virtutes, necessariæ sibi esse videantur, ut ait Cassiodorus 4. Var. 51. Unde fit ut ab antiquis nonnullis doctrinæ ac scientiæ copula ac nodus qoidam existimentur.

Musas simul versari, & in chorum numerumque ludos agere dixerunt antiqui, propter scientiarum copulam & nexum, quo inter se disciplinæ quodam quasi nodo copulantur & conjunguntur. Eadem de causa sorores existimatas putant.

Musæ in montibus dicuntur versari, ut ait Cornutus, quod secesso & solitariis maxime locis studiosi viri delectantur. Sunt & qui ideo in Heliconis & montium verticibus versari autument, quod ipsa sapientia atque intellectus, ex quibus disciplinæ ac scientiæ nobis comparantur, quæ per Musas intelliguntur, in hominis capite, ut in puriori & eminentiori loco, dicuntur esse.

Musas palma coronari multi prodidere, propter quandam nominis similitudinem. Phœnicum enim populorum inventum esse litteræ dicuntur, & ab iis ad Græcos delatæ. Phœnix etiam Græcis palmam significat. Vel, ut consentaneum magis Cornuto videtur, ideo palma Musæ coronantur, quoniam ejus arboris fructus dulcis est, multivivus, tarde crescens, multiplex & copiosus.

Attribuitur & laurus Musis; vel quod ea arbor ad inspirationem & afflatum, & (ut Græci dicunt) enthusiasmon conferat; quod Sopbocles in Cassandra docet. Vel quod ejus arboris gustu poeticam se facultatem adipisci antiqui credidere, ut Lycophron innuit, qui poetam daphnophagon vocat, & de se canit Hesiodus pr. Theog. atque ideo etiam a Juvenale dictum, 7. Sat. 19.

— laurumque momordit. Vel potius quod ea arbor semper sit virens; atque simili modo bonorum poetarum versus virescere perpetuo dicuntur per ora docta virorum. Quin & eadem causa in Musarum & Apollinis certaminibus poetas victores, quasi immortalitate quadam dignos, lauro coronari non solum apud antiquos, sed nunc quoque moris esse videmus.

Musas esse Apollinis comites, idque in dextra parte, indicat illud Ausonii io Gripho,

Treis solas quondam tenuit quas dextera Phœbi. Qua de re Marsilius Ficinus in epistolis hæc memoriæ prodidit, Orpheus (ait) Delphicos aliquando lucos ingressus, oraculum consulturus, obvium statim quasi jam expiatus Apollinem habuit. Quumque novem Musas tresqoe Gratias ad dextram comitantes cominus aspexisset. ad sinistram autem quamvis eminus sequentes picas & furias, admirabundus exclamavit altius. O quam diversi, inquit, ducem hunc sequuntur exercitus. Sed noli ô vates mirari Phœbus ait. Nempe quotidie multi mihi sacrificant, ut Musarum a me Gratiarumque munera impetrent. Ergo quicunque sacra puris manibus nobis faciunt, Musas a nobis Gratiasqoe gratis accipiunt. Quicunque vero sacra manibus pollutis attrectare audent, picas & furias inviti reportant. Hæc ille. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 17. tradit Apollinis simulacra manu dextera Gratias gestare, arcum vero cum sagittis sinistra; quod ad noxam sit pigrior, & salutem dextera manus promptior largiatur. Quam eandem causam accipe, cur in parte dextra Musæ sint collocatæ. Hinc & a Græcis Apollo Musagetes dicitur, quasi Musarum dux.

Musas comites fuisse Osiridis, testatur Diodorus lib. 1. cap. 2. Dicitur Osiris, inquit, fuisse cupidior risus, delectarique solitus musicis & choreis. Quapropter illum musicorum multitudo sequebatur. Inter eos novem fuisse virgines adolescentulas, tum canere solitas, tum in aliis eruditas; quas deinceps Græci appellarunt Musas. Has Apollinem docuisse dicunt (ut ait ibidem) qua ex re musicus est appellatus. Sunt tamen qui potant Musas a Parcis edoctas fuisse. Diodorus Siculus Musis ab Jove patre litterarum inventionem attributam asserit. Eas multi quoque tradunt fuisse Bacchi comites.

Musarum nutricem Hyginus in Astronomico poetico 2. 27. & Latina in Aratum commentaria, quæ Basso a quibusdam adscribuntur, Euphemen vocant, quæ Crotonem filium habuit, qui musarum precibus, quod inter eas esset versatus, & ab eis musicam edoctus, ab Jove inter sidera collocatus. Sagittarii nomen habet. Hujus qoidem Euphemes statoam Pausanias (Bœot. p. 303. Wech.) in Helicone positam fuisse ait ad Musarum lucum. Porro Eupheme interpretatur Latine Laus.

Musas esse alatas scribit Porphyrius in tertio de Sacrificiis. Unde apud Ovidium 5. Met. 274. una earum sic ait,

— claudit sua tecta Pyreneus,
Vimque parat, quam nos sumptis effugimus alis.

Musas esse pulchritudine eximia tradit Homerus, teste Diod. Sicul. lib. 5. cap. 1.

Musæ, a plerisque virgines esse dicuntur, ut auctor est Diodor. lib. 1. cap 2. quoniam disciplinæ, uti virgines, abditæ atque incomptæ esse videntur, nativo scilicet decore contentæ.

Musæ & Hercules eodem in templo una colebantur, ut est apud Ovid. in Fast. 6. 209. & Soet. io August cap. 29. ubi scribit a Marcio Philippo ædem Herculis & Musarum exstructam. Cujus rei causam Plutarchus Quæst. Ro. 59. vestigans, ex Jubæ auctoritate ait, Evaodrum edoctum ab Hercule litteras gratis, id statuisse. Hioc vocari cœpit Hercules Musarum. Eumenius in Oratione de instaurandis scholis cap. 7. historiam sic recitat, Ædem, inquit, Herculis Musarum in circo Flaminio Fulvius ille Nobilior ex pecunia Censoria fecit, non id modo sequutus, quod ipse litteris & summa poetæ amicitia duceretur, sed in Græcia quum esset imperator, acceperat Herculem Musageten esse, hoc est comitem ducemque Musarum. Idemque primus novem signa, id est omnium Camœnarum, quæ ex Ambraciensi oppido translata sunt, sub tutela fortissimi numinis consecravit, ut res, quæ a mutuis operibus & præmiis juvari ornarique deberent, Musarum videlicet quies defensione Herculis, & virtus Herculis voce Musarum. Hactenus ille.

Musis rem divinam primi fecisse dicuntur in Helicone Otus & Ephialtes Aloei filii, & in Ascra habitasse, ut versus poetæ Hegesinoi ex ejus poemate Atthide ostendunt, qoi apud Callippum leguntur, & Pausaniam Bœot. p. 303. Wech.

Musis etiam rem sacram facere Pastores tradit Theocritus, & ejus expositor: qui propterea id fieri ait, quoniam illis cura est Cantilenarum, quarum suot Musæ præsides. Quinimmo io hymno quodam Nemeæo Pindarus eas vult filias esse Musarum, quum ita canit, αἱ δὲ σοφαὶ μοισᾶν θύγατρες ἀοιδαί. Ubi expositores hæc identidem inculcant, Musarum filiæ Cantilenæ.

Musarum volucres vocat Apes Varro de R. R. lib. 3. cap. 16. Sic enim ait de apibus verba faciens, Quæ cum causa Musarum esse dicuntur volucres, quod &, si quando displicatæ sunt, cymbalis & plausibus & numero reducuntur in locum unum. Et ut Musis Helicona atque Olympum attribuerunt homines, sic his floridos & incultos natura attribuit montes. Hactenus Varro. Proinde etiam non defuerunt, qui Aristæum scripserunt pastorem fuisse Musarum, propterea quod primus apes & mellis usum adinvenit. Comatan quoque pastorem fuisse legimus in Commentariis Theocriti, qui ex pecoribus singulis qoum rem sacram Musis faceret, ejus dominum indignatum fuisse, illumque ideo in ligneam arcam conclusisse, ac ejus salutem Musis commisisse, quas tantopere Comatas coluerat. Arcam vero insequenti mox tempore adaperiens dominus, Comatan vivum reperit, inque ea mellis favos, quibus Musæ vitam Comatæ conservarant.

De nominibus & inventis earum hoc epigramma Ausonii est, Eidyll. 20.

Clio gesta canens transacti temporis edit.
Melpomene Tragico proclamat mæsta boatu.
Comica lascivo gaudet sermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
Terpsichore affectus citharis movet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato, saltat pede, carmine, vultu.
Carmine Calliope libris heroica mandat.
Uranie cæli motus scrutatur & astra.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.
Mentis Apollineæ vis has movet uodique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus. conf. Orphei & Procli Hymn. in Musas.

Dicuntur etiam Nymphæ, Camœnæ, Heliconiades, Parnassides, Aonides, Pierides, Pegasides, Agaoippides, Thespiades, Libethrides, Pimpliades, Castalides, Corycides, Olympiades, Ardalides, Mæonides. Mnemosynides. Pateides, Ligiæ, Ilisides & Ilissiades sive Hilissiades, Hyantiæ, Citheriades. de quibus singulis s. L. V.

Delubra Musarum colere. Cic. pro Arch. 27.
Dona. Hor. 2 Epist. 1. 243.
Sacerdos. Hor. 3. Carm. 1. 3.
Sacerdos Musarum, Phœbique. Ovid. 3. Amor. 8. 23.
Sacra colere. Ovid. 4. de Pont. 2. 49.
Callida Musa. Lucret. 6. 92.
Crassiore. Quintil. lib. 1. cap. 10. Libet propter quosdam imperitiores Crassiore (ut vocant) musa, dubitationem hujus utilitatis eximere. V. Crassa Minerva, in MINERVA.
Potens lyræ. Hor. 1. Carm. 6. 10.
Procax. Hor. 2. Carm. 1. 37.
Solers lyræ. Hor. de Arte Poet. 407.
Dulces. Virg. 2. Georg. 475.
Amicus musis. Hor. 1. Carm. 26. 1.
Deditus nulli Musæ. Hor. 2. Serm. 3. 105.

Musæ, pro Humanitate, doctrina quacunque, & litteris accipiuntur. Cic. 5. Tusc. 66. Quis est enim omnium, qui modo cum Musis, id est cum humanitate & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum?

Agrestes musæ. Cic. in Orat. 12. Omnis enim ubertas & quasi silva dicendi ducta ab illis est, nec satis tamen instructa ad forenses causas, quas (ut illi ipsi dicere solebant) agrestioribus musis reliquerunt. Sic enim Philosophi forenses causas appellabant, quoniam in eis (ut frequenter agrestes homines solent) oratores vociferantur, clamant, litigant, & sæpe de rebus tantum pecuniariis certant. In Partitiooibus 90. Cicero duo genera hominum facit; alterum indoctum & agreste, quod utilitate ac lucro; alterum vero humanum & politum, quod honestate magis movetur. Quin & philosophicas disputationes appellat Musas mansuetiores, (v. infra) & pro quacunque doctrina Musam ponit. Unde apud Græcos vir omoi scientia destitutus, ἄμουσος appellatur, hoc est (ut Cicero pro Arch. 20. videtur interpretari) Aversus a Musis. Hinc illud proverbium, Indoctos a Musis atque a Gratiis abesse. Sic Athenæus parum eruditas fabulas ἀμουσολογίας vocat. Contra μουσικώτατον Græci vocant, hominem maxime eruditum & politum; quasi quis Latine dixerit, omnibus Musis instructum. Quoniam igitur apud vulgum imperiti homines (qood ait Aristoteles & Quintilianus) plerumque videntur ingeniosiores in dicendo, quam eruditi, ideo Musas agrestes vocant.

Impares Musæ, quia novem. Hor. 3. Carm. 19. 13.

Mansuetiores. Cic. 1. Fam. 9. Ab oratoribus disjungo me fere, referoque ad mansuetiores musas. i. e. Philosophicas disputationes. Mansuetiores musas est, qui versus interpretetur: alius dialogos, & hujusmodi scripta, in quibus non requiritur orationum gravitas.

Nostræ musæ. Cic 16. Fam. 10. Tu Musis nostris para, ut operas reddas, nostra ad diem dictam fient.

Aversus a musis, Insulsus & ineptus ad litteras. Cic. pro Arch. 20. Neque quisquam est tam aversus a musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facile præconium patiatur.

Cogito cum omnibus musis rationem habere. Cic. 2. Att. 5. i. e. Prorsus me litteris dedere.

Delectare se cum musis. Cic. 2. Att. 4.

Musa, Cantum, Carmenque significat. Virg. 8. Ecl. 1.

Pastorum musam Damonis & Alphesibœi. Virg. 6. Ecl. 8.
Agrestem tenui meditabor arundine musam.

Genialis. Ovid. 3. Amor. 15. 19.
Jocosa. Ovid. 3. Trist. 2. 6.
Pedestris. Hor. 2. Serm. 6. 17.
Proterva. Ovid. Rem. Amor. 362.
Silvestrem tenui musam meditaris avena. Virg. 1. Ecl. 2.
Musa Antonius, V. infra.

MUSICUS, a, um. Adj. [μουσικὸς] Quod ad Musas, vel musicam pertinet. Plin. lib. 2. cap. 22. Sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum, quaotum absit a terra luna. Idem lib. 37. cap. 1. Hic videtur instituisse, ut omnes musicæ artis, hac quoque ostentatione censerentur.
Artem musicam tractare, i. e. Comœdias scribere. Ter. in prol. Phorm. v. 18.

Lodus musicus. Gell. 20. 11.
Notæ musicæ. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Sonus musicus. Phædr. 4. 19. 20.
Studium musicum, pro Studio componendi comœdias. Ter. in prol. Heaut. 23.
Omne concinnum Musicum appellabant Platonici. Apul. de Dogm. Plat. p. 60. Audi tu vero, inquit, quid homini magnificentius potuit evenire? Per quem sapientiam prudentiamque coodisceret, numerosque orationis metiretur, ac modos faceret; fieretque totus ipse modulatus & musicus. V. Heinf. ad Maxim. Tyrium.

MUSĬCUS, i. m. [μουσικός] Qui docet musicam. Cic. 3. de Finib. 4. In fidibus, musicorum aures vel minima sentiunt. Cic. 1. Off. 146.
Floruerunt in Græcia musici. Cic. 1. Tusc. 4.
Haberi musicum. Cic. 2. Tusc. 12.

MUSĬCA, æ. vel MUSICĒ, ēs. f. [μουσική] Scientia, quæ modum canendi demonstrat. Plin. lib. 7. cap. 56. Musicam Amphion invenit. Cic. 3. de Finib. 5.
Effeminata, & impudicis modis fracta. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Occultæ musicæ nullum esse respectum; Proverb. cujus sensus est, Egregias ingenii dotes, si non proferas, perinde esse quasi non habeas. Suet. Neron. cap. 20. Subinde inter familiares Græcum proverbium jactans, Occultæ musicæ nullum esse respectum.
Simplex musica. V. PLASMA.
Tractare musicam. Cic. 3. de Orat. 130.
Musicæ appellatione (inquit Budæus) prisci Humanitatem litterarum significarunt; in qua ingenuos homines docebant otium conterere, animumque recreare. Recentiores vero ad numerorum modolationem hoc verbum transtulerunt: quia musica velut ludus animi a curis vexati est requies.

MUSĬCA, orum. pl. n. [μουσικά] Cic. 1. de Orat. 10. Quis musicis, quis huic studio litterarum, quod profitentur ii qui grammatici vocantur, penitus se dedidit, quin, &c. Et 5. Tusc. 63. Musicorum vero perstudiosum accepimus. De Dionysio Syracusano.
Conterere se in musicis. V. CONTERO.

MUSĬCE, Adv. [μουσικῶς] Integre, ut nihil desit. Nam Musicam veteres encyclopædiam dixere, in qua omnes artes sunt comprehensæ. Musice etiam, Delicate significat & genialiter: Nam musicos adipate & genialiter vivere manifestum est. Plaut. Most. 3. 2. 40.
Musice hercle agitis ætatem: ita ut vos decet,
Vino & victu, piscatu, probo, electili
Vitam colitis. V. ibi Taubm.

MUSICĀRIUS, i. m. Instrumentorum musicorum artifex. Vetus inscriptio: COLOCASIO VERNAE DVLCISS. ET MVSICARIO INGENIOSISS. [Forte MUSIVARIO.

MUSICO, āre. verbum hoc adscripserat, ex Pontano opinor, H. Stephanus, sed cultro pæne omnia ablata sunt.

MUSICĀTUS, a, um. Apul. in Asclep. p. 81. Elm. Musicatæ cantilenæ.

MUSĒUS, a, um. Adj. [μουσεῖος] ut, Lepor museus. Lucret. lib. 1. 933. Ibid. 946.
Et quasi museo dulci contingere melle.
Mele musea, i. e. Cantilenæ musicæ. Lucret. lib. 2. 412.

MUSĒUM, i. n. [μουσεῖον] Domicilium Musis dicatum; accipiturque pro Diversorio eruditorum. Plin. 1. Epist. 9. ad Minucium Fondanum; O mare, ô litus, verum secretumque Museon; quam multa invenitis, quam multa dictatis? Varr. de R. R. lib. 3. cap. 5. Ubi confluit alter amnis ad summum flumen, ubi est Museum. conf. infra f. l. MUSEA.

MUSĒUM, i. n. [Μούσειον] Locus est circa Olympum Macedoniæ montem, Musis consecratus. Stephan.

MUSA Antonius, Augusti medicus fuit, cujus meminit Hor. lib. 1. Epist. 15. 3. ad Valam. Plin. lib. 19. cap. 8. Divus certe Augustus lactuca conservatus in ægritudine fertur, prudentia Musæ medici. V. in ANTONIUS.

MUSÆUS, i. m. [Μουσαῖος] Eumolpi filius, Atheniensis, primus, teste Diogene Laërt. in Proœm. deorum genealogiam versibus tradidisse fertur, sphæramque invenisse; scripsisse putatur amores Herûs & Leandri hexametris, qui exstant. Decessit Phaleris Atticis, ut indicat epigramma apud Laert. quod Lat. sic habet,
Eumolpi exanimem Musæum terra Phalerûm
Continet hoc tumulo, pignora cara patris.
Musæos tres Suidas commemorat: unum Eleusinum, Antiphemi filium, versificatorem, discipulum Orphei, qui scripsit ὑποθήκας, id est vitæ præcepta, ad Eumolpum filium, versuum fere IV millibus. Alterum Thebanum, Thamyræ filium refert, ante Trojanum bellum, qui poeta melicus fuit; scripsitque hymnos & caotica. Tertium Ephesium item versificatorem, qui tempore fuit Eumenis & Attali Pergami regum, scripsitque res Pergamenses: præterea de Perside libros decem. Virg. 6. Æn. 667. Sibyllam apud inferos Musæum ante alios compellantem fingit.

MUSCA, æ. f. [μυῖα] Notum animal. Cic. de Clar. Orat. 217. Qui nisi se suo more jactavisset, hodie te istic muscæ comedissent.
Abigere muscas. Cic. 2. de Orat. 247.
Asperantur. V. ASPERO.
Lambunt. V. LAMBO.
Ligurlunt muscæ. Varr. 3. de R. R. cap. 16.
Ne musca quidem cum eo. Vibii Crispi Oratoris jocus in Domitianum Cæsarem, qui muscas captare, ac interficere soleret. V. Suet. Domit. cap. 3. & Chiliad.
Musca nulla feminæ, i. e. Nulla femina. Plaut. in Truc. 2. 2. 29.
—quas tu molieres
Mihi narras, ubi musca nulla feminæ est in ædibus? Al. Femina.
Musca, pro Homine molesto & importuno. Cic. 2. de Orat. 247. Quid enim est Vargula assecutus, quum eum candidatus A. Sempronius cum Marco suo fratre complexus esset, Puer abige muscas? Risum quæsivit, qui est mea sententia vel tenuissimus ingenii fructus.

MUSCŬLA, æ. f. August. de Trin. 3. 7. Cyniphes enim musculæ sont brevissimæ, qua tertia plaga superbus populus Ægyptiorum cædebatur.

MUSCĀRIUS, a, um. Adj. [μυιακός] Quod ad muscas pertinet. Plin. lib. 29. cap. 6. Aranei muscarii telæ, & præcipue spelunca ipsa imposita per frontem, &c. i. e. Qui venatur muscas.
Clavi muscarii. Vitruv. 7. 3. V. Bald. Lex. p. 73.

MUSCĀRIUM, i. n. [ῥιπίς] Flabellum quo muscæ abiguntur. Martialis de muscario pavonino, lib. 14. 67.
Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas,
Alitis eximiæ cauda superba fuit.
Muscarium ab hujus similitudine etiam appellatur Coma illa quarundam herbarum, in qua semina dependent, qualis est ferulæ, fœniculi, anethi, olusatri, & similium. Plin. lib. 12. cap. 26. Semine e muscariis dependente, ut ferulæ. In papavere & similibus, scapus; in juglandibus, avellanis, panicula appellatur.

MUSCĪNUS, a, um. Adj. ea formatione fit, qua Formicinus, inquit Perottus.

MUSCERDA, MUSCIPULA, MUSCULUS. V. MUS.

MUSCUS, i. m. [μνίον, βρύον] Viridis herbola, sive lanugo in corticibus arborum, & circa latera fontium, & locis humidis nascens. Virg. 6. Ecl. 62.
—musco circumdat amaræ Corticis.
Molli tellus erat humida musco. Ovid. 8. Met. 562.
Virens. Ovid. 3. Fast. 297.
Viridis. Lucret. lib. 5. 949.
Circumlita saxa musco. Hor. 1. Epist. 10. 7.
Squalebant turpi fastigia. Ovid. 1. Met. 374.
Virentia stagna. Virg. 4. Georg. 18.
Muscus in vite. Columel. lib. 4. cap. 24. Jam vero muscus, qui more compedis crura vitium devincta comprimit, situque & veterno macerat, ferro distringendus & eradendus est.

MUSCĬDUS, a, um. Adj. Sidon. 8. Epist. 18. Pumices muscidi. &

MUSCŌSUS, a, um. Adj. [βρυώδης] Quod musco opertum est. ut, Muscosi fontes. Virg. 7. Ecl. 45. Et, Muscosa prata, apud Varr. 1. de R. R. cap. 9. Cic. 3. Q. frat. 1. Nihil muscosius.
Solum muscosum. Propert. lib. 3. 3. 26.

MUSCŌSE, Adv. Sidon. Carm. 2.

MUSCOR, [βρυοῦμαι] āri. est Musco tegi. Unde compositum Emuscor. Columel. lib. 11. cap. 2. Oleæ putantur & emuscantur. h. e. Musco liberantur. * [Non necesse est hoc compositum a Verbo simplici arcessere.

MUSEA, orum. n. [μουσεῖα λιθόβολα] dicuntur Quæ in ædificiis ex pumicibos dependentia fiunt ad imaginem specus arte reddendam. Plin. lib. 36. cap. 21. In quem locum sic ait Hermolaus, Quæ hic Musea appellantur, Ælius Spartianus Musiva appellat. Hæc hodie vulgo *Museaca* dicuntur. Museum opus (ait Volaterranus lib. 27. de Domo & ejus partibus) Plinius commemorat lib. 36. cap. 21. Spartianus in Pescennio Nigro (cap. 6.) Musiva. Sic enim ait, Hunc in Commodianis hortis in porticu curva, pictum de musivo inter Commodi amicissimos videmus sacra Isidis ferentem. Ejus nunc rei hodie ars amissa; quum tot in templis collabentes ac celebres imagines absidesque ignavia sæculi pereant. Hactenus Volaterranus. Vide Hermol. Barbar. in Corol. cap. 960. & Alciatum in tres libros posteriores Codicis. Et Ludoicum Vivem in lib. 16. cap. 8. Beati Augustini de Civitate dei. Perottus, Vermiculare veteres dixerunt, minuta opera facere; & vermiculata opera, parvis tesserulis elaborata; qualia sunt quæ nunc a Museis Museaca vocant. Musea enim dicuntur, quæ in ædificiis ex pumicibus dependentia, fiunt ad imaginem specus arte reddendam. Plin. 35. 1. Vermiculatis ad effigiem rerum & animalium crustis. Lucilius apud Cic. 3. de Orat. 169.
Quam lepide lexeis compostæ, ut tesserulæ omnes,
Arte pavimento atque emblemate vermiculato. Nobis placet hoc genus operis, quod Græci λιθόστρωτον ἐμβλήματα, quod est Interfero, Emblema vocant, trifariam distingui; ut quod in parietibus fit, vermiculatum sive museacum dicatur; quod in lignis, segmentatum; quod in pavimentis, tessellatum. Constat tamen hæc apud auctores sæpe confundi. Idem alibi, Hujusmodi, inquit, pavimenta lapideis sive figulinis crustis constant, vitro tectis, atque encausto pictis; inventum Agrippæ in thermis, quas Romæ ædificavit. Vulgo id opus nunc *Musaicum* vocant. Museacum autem dici debet, a Museis. [Apud Plin. tamen Musea pro Antris Musarum dici videntur, ut Nymphea pro Antris Nympharum &c. V. & Hard. not. qui paulum abit ab hac exegesi. conf. MUSA.

MUSĪVUS, a, um. Adj. Concinne tessellatus varieque picturatus. ut, Opus musivum. Vitruv. 7. 1.
Musiva sunt etiam Pavimenta sectilibus tessellis structa, & ad regulam stricte perfricata. V. in MUSEA, orum.

MUSIVĀRII, orum. m. Tessellatores. V. Jos. Scalig. ad Manil. 5. 513. Casaub. ad Ælii Spartian. Pescen. Nigr. p. 276. Fred. Morel. ad Stat. 1. Silv. 3. Philand. ad Vitruv. 7. 1. & Cod. Theod. 13. 4.

MUSICA, &c. V. MUSA.

MUSĬMON, ōnis. m. [μουσίμων] Asinus, mulus, aut equus brevis. Lucil. lib. 6. Pretium emit, qui vendit equum musimonem. Cato Deletorio, Asinum, aut musimonam, aut arietem. Hæc Nonius 2. 530. De musimone sic Plin. lib. 8. cap. 49. Et est in Hispania, sed maxime Corsica, non maxime absimile pecori, genus musimonum, caprino villo, quam pecoris velleri propius. Quorum e genere, & ovibus natos prisci umbros vocaverunt. Infirmissimum pecori caput; quamobrem aversum a sole pasci cogendum. conf. MUSMON.

MUSINOR, V. MUGINOR.

MUSIVA, MUSIVARIUS, MUSIVUS, V. MUSEA, orum.

MUSMON, ōnis. m. [μούσμων] Musmones, inquit Strabo, Arietes sunt in Sardinia, qui pro vellere villum caprinum generant, quorum sese pellibus loricant. Hæc ille. Plinius videtur eos appellare Musimones. V. supra in MUSIMON.

MŪSŌNIUS, i. m. [Μουσώνιος] Philosophus fuit non incelebris, cujus hoc luculente vereque dictum refert Gellius; ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει; ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. V. Noct. Att. lib. 16. cap. 1.
Alius Musonius Rufus sub Nerone, de quo Tacit. 3. Hist. 81.
Alius Rhetor, Asiæ præfectus apud Ammian. 27. 9.
De aliis V. Suid. & Fabric. Bibl. Græc. 3. 13. & 15.

MUSONIĀNUS, a, um. Adj. Constantius officio functum perite, Musonianum voluit appellari, ante Strategium dictitatum. Ammian. 15. 13.

MUSSITO, MUSSO, are. V. Mutio, in MUTUS.

MUSTĀCE, es. f. Genus lauri. Plin. lib. 15. cap. 30. Duo lauri genera tradit Cato, Delphicam, & Cypriam. Pompeijus Lenæus adjecit quam mustaceo appellavit, quoniam mustaceis subjiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidoque & albicante. Al. Mustacem. [An Mustaceam?

MUSTĀCEUM, [γλυκοῦς] Genus libi. V. Laureola, in LAURUS.

 Cic.

Cic. 5. Att. 20. In eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere. i. e. Ex re frivola & exigua laudem quærere. Juven. 6. Satir. 202.

— nec est, quare cœnam & mustacea perdas.

Mustaceus, i. m. Idem. [γλεύκινος] Cato de R. R. cap. 128. Mustaceos sic facito: Farinæ siligineæ modium unum musto conspergito, anisum, cuminum, adipis p. 11. casei libram, & de virga lauri deradito, eodem addito. Et ubi definxeris, lauri folia subtus addito, quum coques.

Mustēla, æ. f. [γαλῆ] Animal mures persequens & serpentes. Plin. lib. 29. cap. 4. Mustelarum duo genera: alterum silvestre, distans magnitudine. Græci vocant Ictidas. Harum fel contra aspides dicitur efficax, cetero venenum. Hæc autem, quæ in domibus nostris oberrat, & catulos suos (ut auctor est Cic.) quotidie transfert, mutatque sedem, serpentes persequitur. Varr. 3. de R. R. cap. 10.

Mustela, Piscis genus, murænæ fere similis. Plin. lib. 9. cap. 17.

Mustelæ, ait Perottus, in lacu Brigantino Rhætiæ, murænis fere similes, & ceteros omnes pisces nostra ætate excedentes pretio; quas a lambendis petris, nunc lampetras nominant. Sipontino subscribit Massarius in lib. 9. Plinii, ubi multa de mustela. Ausonius in Mosella, v. 106.

Quæque per Illyricum, per stagna binominis Istri
Spumarum indiciis caperis mustela natantum, &c.

Avida mustela. Columel. lib. 8. cap. ultim.

Mustelīnus, a, um. Adj. [γαλεώδης] Quod est mustelæ, vel simile mustelæ. Ter. Eun. 4. 4. 21.

Hic est vetus, vietus, veternosus, senex,
Colore mustelino. Plin. lib. 30. cap. 14. Aut ex utriculo mustelino per genitale effluentes aquas.

Mustalātus, a, um. Adj. Idem. Apul. 2. Met. p. 126. Elmenh. Mustelatis peplis laceratus atque discerptus.

Mustela, æ. m. Viri Anagnini nomen proprium, qui Ciceronis valde studiosus fuit, ut ipse testatur scribens Att. 12. 44. Idem 2. Philipp. 106. dicit hunc gladiatorum principem fuisse.

Mustellāgo, inis. f. Herba, quæ & Daphne. Apul. de Herb. cap. 27. & 58.

Mustricŏla, æ. f. Machinula (auctore Festo) ex regulis, in qua calceus novus insuitur. Afranius, Mustricolam in dentes indam tibi. Forma est futoris. V. Isidor. Gloss.

Mustum, i. n. [γλεῦκος] Vinum novum. Ovid. 4. Fast. 888

Præmia de lacubus proxima musta tuis. Plin. lib. 23. cap. 1. Musta differentias habent naturales has, quod sunt candida, aut nigra, aut inter utrumque, aliaque ex quibus vinum fiat, alia ex quibus passum. Cic. de Clar. Orat. 287. Sic ego istis censuerim, & novam istam, quasi de musto ac lacu fervidam, orationem fugiendam.

Austera musta. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Candida. Tibull. 1. 5. 24.

Circumcidaneum mustum. V. Circumcidaneus, in circumcido.

Dulce. Virg. 1. Georg. 295.

Fervida. Ovid. 3. Trist. 10. 72.

Nova bibere. Ovid. 2. de Arte Am. 695.

Pressa veloci pede. Tibull. lib. 1. 5. 24.

Pugnacibus mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Plin. lib. 14. cap. 20.

Purpureum. Propert. lib. 2. 17.

Mustum, inquit Nonius 2. 518. non solum vinum, verum etiam novellum quicquid est, recte dicitur. Nævius Gymnastico; Utrum est melius virginem an viduam uxorem ducere? virginem si musta est.

Mustus, a, um. Adj. [νεαρός] Recens. Næv. apud Non. 2. 518. Mustam juvencam dixit. V. dict. præced.

Musteus, a, um. Adj. [γλευκινός] Quod mustum, hoc est dulcedinem in se habet: ut, Poma mustea. Cato de R. R. cap. 7. Item alia conditiva mala mustea. Palmæ, Plin. lib. 13. cap. 4. extr. Est enim tanta musteis suavitas, ut finis mandendi non nisi periculo fiat.

Musteus, Recens. Plin. lib. 12. cap. 7. Amaritudo grano eadem quæ piperi musteo creditur esse.

Caseus musteus. Plin. lib. 11. cap. 42.

Liber musteus. Plin. 8. Epist. 4. a fine, ad Arrianum.

Mustārius, a, um. Adj. [γλευκικός] Quod ad mustum pertinet, ut, Mustarius urceus, In quo mustum reponitur. Cato R. R. cap. 11.

Mustŭlentus, a, um. Adj. [γλευκώδης] Idem quod Musteus. Plaut. Cistel. 4. 2. 87. Nam ita mustulentus æstus nares attigit. Hunc ibi Lambin. ex Prisciano versum inserit, probante Dissald.

Autumnus mustulentus. Apul. 2. Met. p. 116. conf. Non. 1. 322.

Mustio, ōnis. m. Mustiones a Musto appellati, ut Bibiones, qui in vino nascuntur. Isidor. 12. 8.

M U T

Mutabilis, Mutatoria, V. muto.

Mutĭcus, a, um. Adj. [κολοβός] ut, Mutica spica. Varr. 1. de R. R. cap. 48. Spica mutica dicitur, quæ non habet aristam; ex enim quasi cornua sunt spicarum. Quibus verbis innuit Varro spicam dici muticam, quasi cornibus mutilatam. Quam etiam expositionem probat Cæl. lib. 3. cap. 30. Al. Mutila. V. Fulv. Urs. not.

Mŭtĭlāgo, inis. f. Herba, alias Tithymalus. Apul. de Herb. cap. 108.

Mŭtĭlus, a, um. Adj. [κολοβός, κυλλός] Perottus a Mutus deductum putat, significareque Truncatum & comminutum. Hor. 1. Serm. 5. 60.

— ô tua cornu
Ni foret exsecto frons (inquit) quid faceres, quum
Sic mutilus minitaris?

Cornibus mutilus. Cæs. 6. Bell. Gall. 26.

Boves mutili, dicti sunt Sine cornibus, auctore Donato in Ter. Hec. 1. 1. Columel. lib. 7. cap. 3. Nam est melior mutilus aries.

Decurtata & mutila. Cic. in Orat. 178. Mutila sentit quædam, & quasi decurtata. De animo.

Hiantia & mutila. Cic. in Orat. 32. Sed quum mutila quædam, & hiantia locuti sunt, quæ vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidas.

Mutĭlo, [κολοβόω, τέμνω] āre. est (ut ait Donatus) Aliquid detrahere, sine quo res esse non possit. Ter. Hec. 1. 1. 8.

Quin spolies, mutiles, laceres, quemquem nacta sis. Et Curt. 5. 5. 14. Majore membrorum parte mutilati. Al. Mulctati.

Mutilātus, a, um. Partic. [κολοβός, τμητός, ἀκρωτηριασθείς] ut, Mutilatus dens. Plin. lib. 8. cap. 5. Ovid. in Ibin, 549.

Trunca geras sævo mutilatis partibus ense,
Qualia Mycerni membra fuisse ferunt. Al. Mimnermi.

Aures. Liv. 29. 9. Et prope exsanguem, naso, auribusque mutilatis relinquunt. [An Mutilatum? H. St.

Colubræ mutilatæ cavea. Ovid. 6. Met. 559.

Exercitus. Cic. 3. Philipp. 31. In Galliam mutilatum ducit exercitum. i. e. Diminutum.

Rami mutilati. Ovid. de Nuce 37.

Mutilatio, ōnis. f. Cels. 7. 9. Levis mutilatio.

Mutilātor, ōris. m. apud Celsum. [Nisi temere auctor ascriptus est.

Mutĭlus, vel Mutŭlus, i m. Quadrangulus ex aliqua parte comminutus. Varr. de R. R. lib. 3. cap. 8. Sed pro columbariis in pariete mutulos, aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ cannabinæ sint impositæ. V. Columel. 8. 9. & Vitruv. 7. 3.

Mŭtĭna, æ. f. [Μούτινα, Μουτίνη] Urbs Italiæ in Flaminia, Romanorum quondam colonia, ut est auctor Pomponius Mela lib. 2. 4. & Liv. 39. 55. extr. Vulgo *Modena* dicitur.

Firmissima & splendidissima Pop. Rom. colonia Mutina. Cic. 5. Philipp. 24.

Labores Mutinæ. Lucan. lib. 1. 41.

Mœnia obsessæ Mutinæ. Ovid. 15. Met. 823.

Mutinensis, e. Adj. [Μουτινῖνος] ut, Color Mutinensis, i. e. Pullus: a Mutinensibus lanis, ex quibus nativo colore panni fiunt. Varro, Nam & ludere alacrem vidimus Mutinensi tunica. ex Perotto.

Arma Mutinensia. Ovid. 4. Fast. 633.

Mutinus Titinus, Deus erat, cujus sacellum, ut Festus ait, Romæ fuit in Veliis, cui mulieres velatæ togis prætextis solebant sacrificare. Al. Mutinitinus una voce scribunt. Ego nomen eum gentilium deum habuisse a tacendo, & non tinniendo, puto: Nam in eo *ni* valet *ne*. Quare conflatum nomen ex hac particula, & duobus imperativis videtur, quasi diceres, Muti, ne tinni, inquit Turnebus, Adverf. 17. 23. pr.

Mutinus. i. m. Membrum virile. Auctor carminis obscœni 73.

Tutelam pomarii diligens Priape facito:
Rubricato furibus minare mutino. Alii aliter legunt. V. Scalig. Conf. muto, ōnis.

Est & unum e nominibus Priapi. Lactant. lib. 1. cap. 20. Sterculius, qui stercorandi agri rationem primus induxit: Et Mutinus, in cujus sinu pudendo nubentes sedent, ut illarum pudicitiam prior deus delibasse videatur. Arnobio lib. 4. adversus Gentes vocatur Mutunus per quintam vocalem. Sic enim ait: Etiamne Pertunda, quæ in cubiculis præsto est, virginalem scrobem effodientibus maritis? Etiamne Mutunus, cujus immanibus pudendis, horrentique fascino, vestras inequitare matronas, & auspicabile ducitis, & optatis? Augustinus de civitate Dei lib. 4. cap. 11. Mutinus, qui est apud Græcos Priapus. Idem lib. 6. cap. 9. Priapus nimis masculus, super cujus immanissimum & turpissimum fascinum sedere nova nupta jubebatur. Sunt qui Mutinum dictum putent, quod præstat ut in primo concubitu vir moveatur, virgo vero ne reluctetur. Porro Fascinum dici Virile membrum, testatur Hor. Epod. 8. 18. Hoc carmine,

Minusve languet fascinum? Ubi Porphyrio. Fascinum, inquit, pro virili parte posuit, quoniam fascinandis rebus hæc membri deformitas apponi solet. Alii potius ab avertendo fascino dictum esse putant, quod in sacris Liberi sive Bacchi rite propitiato Priapo, & imposita illi corona a matrona honestissima, fascinum seu fascinatio a frugibus averteretur, ut Augustinus de civitate Dei lib. 7. cap. 21. ex Varrone narrat. Ad fascinum ergo amoliendum jubebatur nova nupta super id sedere: Nam & Pompeius Festus versus fescenninos, qui in nuptiis dicebantur, etiam inde videri posse dictos scribit, quod fascinum existimarentur arcere. Sicut ergo in agris, ita & in nuptiis Priapus, feminum deus, ne fecunditas fasciuatione impediretur, colebatur.

Mutio, ire. V. mutus. Mutius, V. mucius.

Mūto, [ἀλλάττω, μεταβάλλω, ἐναλλάττω, τρέπω, μεταμείβω, μεταλλάσσω] āre. Transferre. Varro, Fac ut te cum omni familia mutes.

Mutare, Variare. Plin. lib. 12. cap. 7. Piper tostum solibus, colore rugisque mutatur.

Mutare se habitu & loco, pro eo quod est, Mutare habitum & locum. Hor. 2. Serm. 7. 64.

Mutare & vertere ad omnem rationem aliquid: Cic 3. de Orat. 175.

Mutare aliquid de. Ter. Andr. 5. 4. 46.

De uxore, ita ut possedi, nihil mutat Chremes? i. e. Quantum ad uxorem attinet.

In formam alterius mutare se. Plaut. Amphit. Perioch. 2.

In marem mutari. Plin. lib. 7. cap. 4.

In pejus mutare. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Animum mutare, & Mutare sententiam. Ter. Phorm. 5. 2. 9. Haud scio hercle, ut homo est, an mutet animum. Cic. 7. Fam. 23. Sin autem sententiam mutasti, ego habebo scilicet. Idem 4. Acad. 63. Neque te, quo minus (si tibi ita videatur) sententiam mutes, deterrendum puto.

Amantes verbo mutantur. Propert. lib. 2. 5. 13.

Amictus frustra mutantur. Tibull. lib. 1. 8. 13.

Beneficium mutavit consuetudo. Cæs. 2. Bell. Civil. 29.

Brachia mutamus vario amplexu. Propert. lib. 2. 15. 9.

Cœnacula mutare, lectos, balnea, &c. Hor. 1. Epist. 1. 91.

Colores. Hor. 1. Epist. 17. 34.

Colorem ad similitudinem loci. Plin. lib. 9. cap. 29.

Consilium. Cic. 7. Att. 22. Quod ad te scripserim, me in Epiro futurum, posteaquam extenuari spem nostram & evanescere vidi, mutavi consilium.

Decretum. Cic. 3. Verr. 120. Alias revocabat eos, inter quos jam decreverat, decretumque mutabat; alias, &c.

Dicta. Plaut. Bacch. 3. 2. 34.

Factum. Ter. Andr. 1. 1. 13.

Quod habui summum pretium, persolvi tibi.

50. In memoria habeo. 51. haud muto factum. Ubi Donat. Haud muto factum, Vetuste; Non me pœnitet. Idem Donat. in Comment. in Phormionem, Sic enim veteres dicebant, Muto factum, & Nolo factum, quum alicujus rei eos pœnitebat.

Fidem. Plaut. Mil. 4. 1. 36.

Placet uti dicis: sed ne istam amittam, & hæc mutet fidem.

Fidem cum aliquo. Ter. Phorm. 3. 2. 27.

Fortunæ

Fortunæ mutantur. Plaut. Truc. 2. 1. 9.
Gestum. Lucret. lib. 4. 776.
Habitum nuti uris effigies languida mutaverat. Lucan. lib. 9. 1034.
Id mutavit. Ter. Andr. 1. 5. 7.
Jus. Liv. 8. 28.
Lares. Hor. in Carm. Sæcul. 39.
Locum. Cic. 2. de Legib. 1. Sed visne, quoniam & satis jam ambulatum est, & tibi aliud dicendi initium sumendum est, locum mutemus, &c.
Locum potestas tralata mutavit. Lucan. lib. 2. 137.
Mentem. Cic. 1. in Catil. 6. Muta jam istam mentem, mihi crede, oblivi scere cædis atque incendiorum.
Mentem quæ insania mutat? Virg. 4. Æn. 595.
Mentes & voluntatem. Cic. de Prov. Conf. 25.
Mores mutare. Ter. Adelph. 5. 9. 17.
Naturam pecunia nescit. Hor. 1. Epist. 12. 10.
Nuptias. Plaut. Stich. 1. 1. 71.
Pactionem. Cic. pro Domo, 25.
Sedem. Cic. pro Cæcin. 100. Qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est sedem ac locum mutant.
Sedem ex sede, ut volucres. Plin. lib. 2. cap. 37.
Sententiam. Cic. 9. Att. 2.
Solum mutare, quod & Vertere solum dicitur. V. paulo ante Sedem mutare. Cic. in Parad. 4. Omnes scelerati atque impii, quorum tu te ducem esse profiteris, quos leges exsilio affici volunt, exsules sunt, etiamsi solum non mutarunt.
Sortem alicujus in contraria. Ovid. 5. Met. 329.
Testamentum. Cic. pro Cluent. 31.
Vellera mutare luto, pro Tingere, Inficere per naturam, inquit Servius. Virg. 4. Ecl. 44. [Lege Præter, pro Per.
Vestem mutare, Lugubrem sumere. Cic. Post red. in Senat. 12. Quum vos vestem mutandam censuissetis, cunctique mutassetis, atque idem omnes boni jam ante fecissent, ille unguentis oblitus, cum toga prætexta quam omnes Prætores Ædilesque tum abjecerant, irrisit squalorem vestrum & luctum gravissimæ civitatis. Ibid. 31. Vos me florentem semper ornastis; laborantem, mutatione vestis, & prope luctu vestro, quoad licuit, defendistis. Nostra memoria Senatores, ne in suis quidem periculis, mutare vestem solebant; in meo periculo Senatus veste mutata fuit. Periculum appellat Cicero Reatum in causa capitis; ut in oratione pro Planc. 29. Quid de me dicam? qui in hujus periculo reus esse videor. Quid de his tot viris? quos videtis veste mutata. Plutarchus omnem prope Equestrem ordinem, & juvenes ad viginti millia sordidatos cum Cicerone fuisse ait, cumque eo supplices populo passim per urbem Romam fuisse. Solebant quippe olim amici & necessarii sordes cum reo delato accipere ad misericordiam captandam, plebemque deprecabundi prehensare aut circumire, ut quum dies judicii advenisset, facilius absolverentur.
Mutare vestem cum aliquo. Ter. Eun. 3. 5. 24.

Ut vestem cum eo mutem, & pro illo jubeam me ducier.

Vias tempestas & humor cæli mutavere. Virg. 1. Georg. 418.
Vices terra mutat. Hor. 4. Carm. 7. 3.
Vitam priorem. Lucret. lib. 5. 170.
Vulgus mutatur cum principe. Claud. 4. Conf. Hon. 301.
Vultum. Cic. 2 Tusc. 41. Quis mediocris gladiator ingemuit, quis vultum mutavit unquam?
Mutare re quapiam aliquid cum altero. Sallust. in Jugurtha cap. 44. extr. Pecoris & mancipiorum prædas certatim agere; eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, & aliis talibus.
Mutare ære, pro Vendere. Columel. 9. 1. ad fin. Quare dum viridis ætas pulchritudinem corporis conservat, ære mutandi sunt. Idem lib. 7. cap. 9. Lactens porcus ære mutandus est.
Bellum mutare pace. Sallust. in Orat. Catilinæ, cap. 58. Nemo, nisi victor, pace bellum mutavit.
Incerta mutare pro certis. Sallust. in Jugurth. cap. 83. pr. Et quanquam opibus suis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare.
Aliam alia re mutare. Hor. 2. Serm. 7. 110.

—an hic peccat, sub noctem qui puer uvam
Furtiva mutat strigili? i. e. Vendit.

Gaudium mutare mærore. Plin. 5. Epist. 16. ad Marcellinum.
Jucunda mutare severis. Plin. 5. Epist. 17. ad Spurinam.
Nihil mutavit fortuna teipso Plin. in Paneg.
Pacem miseram vel bello bene mutari. Tacit. 3. Ann. 44.
Prætextam mutare paludamento. Plin. in Paneg. cap. 56.
Quadrata mutat rotundis. Hor. 1. Epist. 1. 100. Proverb. de his, qui omnia permiscent.
Tristia mitibus. Hor. 1. Carm. 16. 26.
Urbem exsilio mutant. Ovid. 6. Fast. 665.
Victrice patria victam mutari. apud Liv. 5. 30. Idem. Victoriæ possessionem incerta spe mutasse. Cic. pro Sext. 37. Commotare dixit: Deoique, inquit, videbatur ea conditione tam fortis fuisse, ut cum patriæ caritate constantiæ gloriam commutaret.
Mutare merces, pro Emere aut vendere. Hor. 1. Serm. 4. 29.

Hic mutat merces surgente a sole ad eum, quo
Vespertina tepet regio. Simile est illud Virg. 4. Ecl. 38.
—nec nautica pinus
Mutabit merces, &c.

Mutare, Corrigere, emendare. Ter. Adelph. 4. 7. 29.

Placet tibi factum Mitio? MI. non, si queam
Mutare: nunc quum non queo, æquo animo fero.

Mutare ad, apud Sallustium in oratione M. Licinii Trib. pl. Fragm. lib. 3. §. 13. Neu nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro servitio appelletis.
Mutare, neutrum absolutum, pro Variare. Liv. 5. 13. Annona ex antevecta copia nihil mutavit. i. e. Quoniam urbs frumento abundabat propter antevectam copiam, annonæ pretium non crevit.
Activa forma pro passiva ponitur, Liv. 39. 51. extr. Mores Populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit. Adde 3. 10. & 5. 13.
Mutare & Nutare itemque Motare misceri a librariis observat Drakenb. ad Sil. 6. 234.
MUTOR, ări. passiv. Hor. 2. Carm. 20. 10.

Jamjam residunt cruribus asperæ
Pelles; & album mutor in alitem
Superne, &c. i. e. Mutor a partibus superioribus in cycnum.

Alii legunt Superna. conf. Liv. paulo supra.
Mutari in boras. Hor. 2. Serm. 7. 10.
Civitate mutari, pro Alterius civitatis civem fieri. Cic. pro Corn. Balb. 42. Ut & civitate illum mutatum esse fateretur, & jus civitatis honore dignissimum judicaret? Budæus
Finibus mutari, i. e. Ab exsilio redire. Liv. 5. 46. extr.
MUTANS, antis. [ἀλλάττων] Partic. aliquando accipitur pro Eo qui mutatur. Quintil. lib. 1. cap. 10. Immo inhærendum ei judico, quoad licet: diu etiam mutantibus (scilicet verbis) repugnandum. Sed abolita atque abrogata retinere, insolentiæ cujusdam est, & frivolæ in parvis jactantiæ. [Locum integrum exhibui, qui est cap. 6. pag. 76. Burm. ut dijudicare lector possit. De ὀρθοέπεια i.e. Recta locutione, loquitur. Ei dicit insistendum, & aliquamdiu etiam mutantibus, i. e. novatoribus, qui mutare conantur, repugnandum. Falsa est igitur Stephani exegesis.
MUTANDUS, a, um. Partic. [μεταβλητέος] ut Catull. de Mœcha 39.

Mutanda est ratio modusque nobis.

Sedes mutandæ. Virg. 3. Æn. 161.
MUTĀTUS, a, um. Partic. [μεταλλαχθείς] ut, Mutato nomine. Plin. lib. 3. cap. 11.
Quantum mutatus ab illo? i. e. Dissimilis factus. Virg. 2. Æn. 274.
In deterius. Tacit. 4. Ann. 63.
In pejorem partem sunt versa & mutata omnia. Cic. pro Rosc. Amer. 103.
Faciem mutatus & ora. Virg. 1. Æn. 662.
Vultum nihil mutatus. Stat. 2. Theb. 655.
Amor. Ovid. 5. Epist. 34.
Aura. Hor. 1. Epist. 18. 88.
Di mutati. Hor. 1. Carm. 5. 6.
Fortuna. Virg. 5. Æn. 604.
Frontis mutatæ. Hor. 2. Serm. 8. 84.
Res. Hor. 1. Epist. 10. 31.
Sententia mutata loco cedit. Virg. 9. Æn. 220.
Verba mutata. V. Translata verba, in VERBUM.
Vinum mutatum. Hor. 2. Serm. 2. 58.

Ac si mutatum parcit defundere vinum. Turnebus in hunc locum, Vinum, inquit, a Græcis οἰνοτροπίας vocatum & τροπίας circumloquutus est. Ita autem intelligitur vinum vappescens & degenerans, exolescensque, & in acetum aut vappam transiens. Hæc ille.

MUTATŪRUS, a, um. [ἀλλάξων] aliud Partic.
Habenas non mutaturus. Stat. 3. Silv. 5. 27.
MUTĀTUS, ûs m. Tertull. de Pallio, cap. 4. Incredibili mutatu.
MUTĀTIO, ōnis. f. [ἀλλαγή, μεταβολή, παραλλαγή, τροπή] ut, Mutatio sedis. Plin. lib. 13. cap. 4.
Annonæ mutationem significans. Plin. lib. 2. cap. 103.
Consilii mutatio optimus est portus pœnitenti. Cic. 12. Philip. 6.
Coloris crebra. Cic. pro Cluent. 54.
Loci, non ingenii. Cic. pro Quint. 22.
Morum facienda. Cic. 1. Off. 120.
Officiorum mutatio, dando, accipiendo. Cic. 1. Off. 22. i. e. Commercium officiorum.
Motus & mutatio. Cic. 4. Acad. 119. Ita esse eum undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri.
Motibus & mutationibus suis ciens omnia & agitans natura. Cic. 3. de Nat. Deor. 27.
Mutatio, pro Commutatione. Ter. Hec. 4. 4. 11.

Mutatio fit: ea nos perturbat, Laches.

Habere mutationem. Cic. 1. Fam. 7.
Moliri mutationem. Cic. 4. Acad. 119.
MUTĀTOR, ōris. m. Lucan. 8. 854.

—mercis mutator Eoæ. Adde Arnob. 3. p. 119.

MUTĀTŌRIUS, a, um. Adj. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 6. Indumentum illud mutatorium immortalitatis.
MUTATORIUM, i. n. Vulg. Interpr. Esai. cap. 3. 22.
Mutatoria, ab Esaja cap. 3. inter Ornamenta muliebria posita sunt, de quibus vide ibi Hieronym. & forte hæc sunt quæ Homer. lib. 8. Odyss. εἵματα ἐξημοιβά vocat, id est vestimenta mutatoria, permutata, alternata. Quidam apud Esajam verterunt Ricas, de quibus infra.
MUTĀBILIS, e. Adj. [μεταβολικός, μεταβλητικός, παράλλακτος] Quod facile mutatur. n. absol. Virg. 4. Æn. 569.

—varium & mutabile semper
Femina.

Vultu mutabilis. Hor. 2. Epist. 2. 189.
Animi vulgi mutabiles. Liv. 2. 7.
Causa mutabilis. Liv. 31. 29. Natura enim, quæ perpetua est, non mutabilibus in diem causis hostes sunt.
Fatum non mutabile. Stat. 9. Theb. 661.
Mens. Tibull. lib. 3. 4. 63.

Sed flecti poterit, mens est mutabilis illi.

Pectus consiliis. Ovid. 2. Met. 145.
Ratione vaga & mutabili labuntur sidera quædam. Cic. de Univers. 32.
Vulgus. Valer. 1. Argon. 762.
Compar. Valer. Max. 6. 9. 14.
MUTABILĬTAS, ātis. f. [τὸ μεταβλητικόν] Mobilitas. Cic. 4. Tusc. 76. Hæc inconstantia, mutabilitasque mentis, quem non ipsa gravitate deterreat?
MUTABILĬTER, Adv. Mutando. Varr. Cras credo, hodie nihil: Quibus instabilis animus ardens mutabiliter habet habere, & non habere. Non. 2. 548.
MUTITO, āre. Freq. Sæpe facere, aut sæpe exercitare. SC vetus apud Gell. lib. 2. cap. 24. Principes civitatis, qui ludis Megalensibus, antiquo ritu, mutitarent, id est, Mutua inter sese convivia agitarent. Al. Dominia. Videtur Gellius a Mutuus deducere. Turnebus Mutuitarent legendum putat, ut mutuitare sit, mutuo convivia agitare. Quidam Mutitare retinent, quod epulas inter se mutarent, & vicissim convivia cunvivils.
Ego quoque ita legendum dixi, antequam de Turnebi conjectura audivissem. H. St. Sed respuit correctionem hanc Gronov. qui tamen nihil explanat in loco satis obscuro.
MŪTO, ōnis. m. Membrum virile. Hor. 1. Serm. 2. 68.

Huic

Huic si mutonis verbis mala tanta videntis
Diceret hæc animus, &c. Acron, Muto dicitur membrum virile, ut Lucilius,
Læso tum lacrymas mutoni absterget amica.

Mutōnius, i. m. vel Muttonios, & Muttōnion, i. n. Vet. Gloss. Muttonium, αἰδοῖον ἀνδρός, Ἀκμῶν. Muttunius, αἰδοῖον ἀνδρεῖον. [Scribendum Ἀκμῶν. In iisdem Gloss. Mutonium cum uno t. αἰδοῖον, & πεσσὸς redditur, quorum illud Pessum, qui muliebribus locis inditur, significat, hoc quid sit fateor me ignorare.

Mutōniātus, a, um. Adj. i. e. Mentulatus. Martial. lib. 3. 73. in Phœbum,
Dormis cum pueris mutoniatis. Idem lib. 11. 64. in Philomusum,
Spectas nos, Philomuse, quum lavamus,
Et quare mihi tam mutoniati
Sint læves pueri subinde quæris.

Mutulus. V. mutilus.

Mutūnus, vel Mœtinus, i. m. Deus Romanis fuisse videtur, qui mutiret, efficeretque ne quid emanaret, sed clam esset, & tacitum & occultum. Lucilius apud Non. 1. 34.
Sed quid Mœtino, subjectoque huic opus signo?
Ut lurcharetur lardum & carnaria furtim
Patum conficeret. [Forte Mœtito scripsit. V. in mutio.
Arnobio Mutunus, Priapus est. V. in mutinus.

Mutuo, Adv. & Mutuo, āre. V. mutuus.

Mutus, a, um. Adj. [ἄλαλος, ἄναυδος, ἄφωνος, ἐνεός, βωβός] quidam a mugiendo deduci putant. Etenim quum mutus loqui non possit, sive id linguæ defectu, sive aurium accidat, prorumpit tamen in vocem, quæ mugitus potius quam vox humana videtur. Vel dicitur Mutus, quasi minutus, quod eo sensu minutus sit. Vel dicitur a mussando, quod hic non amplius, quam mus [an Mu?] dicat. Ter. Heaut 4. 4. 26.
Tu nescis quod scis, Dromo, si sapies. D. mutum dices. Plin. lib. 10 cap 29. Merula canit æstate, hieme balbutit, circa solstitium muta. Mutus, inquit Nonius 1. 29. onomatopœa est, incertæ vocis, quasi mugitus. Nam Mutus sonus est proprie, qui intellectum non habet. Nævius Lycur. Decite eo cum argutis linguis mutas quadrupedes. [Legendum forte, Nam mu sonus &c. vel Mugitus. V. Varr. loc. in musso.
Muti vel eloquentis origo. Cic. 5. Tusc. 69.
Mutum esse satius est, quam quod nemo intelligat dicere. Cic. 12. Fam. 17.
Mutus illico. Ter. Eun. 3. 1. 27.
Jugularas hominem, quid ille? T. mutus illico. Ubi Donatus, Tam hoc stultum est, quam si diceret, Statim nihil.
Accusator mutus. Cic. pro Rosc. Amer. 104. Neque accusatore muto, neque teste quisquam utitur eo, qui de accusatoris subsellio surgit.
Accusatio hujus temporis muta. Cic. pro Flacc. 6.
Ævum Sil. lib. 3. 579.
Agna. Hor. 2. Serm. 3. 219.
Armenta. Stat. 5. Theb. 334.
Artes mutæ a Virgilio, Minime celebres dicuntur, vel comparatione musicæ, lib. 12. Æn. 396.
Scire potestates herbarum, usumque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
Artes mutæ dicuntur, quæ quum non loquantur, tamen res ipsas exprimunt. Cic. 3. de Orat. 23. Etsi hoc in his quasi mutis artibus est mirandum, & tamen verum: quanto admirabilius in oratione atque in lingua? De picturæ arte loquitur.
Aspectus. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Bestiæ. Cic 1. de Finib. 71.
Bestiæ mutæ, & nihil intelligentes. Cic. 2. de Nat. Deor. 133.
Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in judicandis nimium loquax. Cic. 2. de Orat. 160.
Eloquentia muta quædam inducere. Cic. in Orat. 138. Al. Loquentia rectius.
Forum mutum, elinguem curiam, tacitam & fractam civitatem videbatis. Cic. Post red. in Senat. 5.
Gratia. Ovid. 2. de Pont. 7. 52.
Culpa gravis precibus donatur sæpe suorum:
Omnis pro nobis gratia muta fuit. h. e. Nullus amicorum pro me oravit Cæsarem ut ignosceret.
Historia. Cic. 2. de Finib. 67. In vestris disputationibus historia muta est V. seqq.
Imago etiam muta a tanto scelere revocare debuit. Cic. 3. in Catil. 10.
Lapides muti in agrorum divisionibus dicebantur, Sine inscriptione appositi, ideo quia nulla scriptione appArerent, quoto loco numerentur. Ex Hygino p. 156. Gœs. [Lego Appareret.
Leges mutæ tacent. Ovid. ad Liv. 185.
Magistratus mutus, Lex: cui opponitur Magistratus, Lex loquens. Cic. 3. de Legib. 2. Ut magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem; legem autem, mutum magistratum.
Os. Ovid. 6. Met. 574.
Pecudes. Cic. 1. Q. frat. 1. 19.
Pecus mutum & turpe. Hor. 1. Serm. 3. 100.
Pecus mutum metu. Virg. 9. Æn. 341.
Querelas mutas abrumpit. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 262.
Res. Quintil. lib. 6. cap. 1. Mutæ tamen res movent.
Res inanimatæ atque mutæ. Cic. 1. de Nat. Deor. 36.
Res muta & informis, cui opponitur Eloquens & formata. Auctor ad Herenn. lib. 4. 67.
Scientia. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Silentia noctis. Ovid. 7. Met. 184.
Spelunca. Stat. 1. Achill. 240.
Suspiria. Stat. 11. Theb. 604.
Tempus mutum a litteris. Cic. 8. Att. 22. Nullum fuisse tempus post has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum esse a litteris.
Muta, n. pl. absol. pro Brutis sæpe dicit Lactant. ut de falsa Sap. lib. 2. cap. 8. ter aut quater. H. St.
Multa & Muta confundi a librariis docet Broekh. ad Tibull. 4. 1. 129.

Muta, æ. f. Dea, quæ & Lara & Larunda, Larium mater. V. Ovid. 2. Fast. 581. & Lactant. 1. 20.

Mutesco, ĕre. Mart. Capell. lib. 8. Cuncta, velut mutescentia, tacuerunt.

Mutĭtas, ātis. f. Gloss. Gr. Lat. ἀφωνία, mutitas.

Mutōsus, a, um. Adj. ut, Mutosus venter. Veget. Mulom. 3. 3. 7. Sed Mucosus est in codd. emend.

Mūtio, ivi, itum, [μύζω] ire. Tanquam mutus signum facere seu strepitum, sive submissa & imperfecta voce fabulari, aut unum tantum verbum dicere. Scalig. a sono Mu deducit, & ita Varro de L. L. 6. 5. & Nonius 1. 29. Ter. Andr. 3. 5. 25. Itaque hercle nihil jam mutire audeo. De Hirco dixit Auct. Philomel. v. 58.
At mutire capris, hirce petulce, soles. conf. Pers. 1. Sat. 133.

Mutītus, a, um. Partic. Ter. Hec 5. 4. 25. Neque opus est adeo mutito.

Mutītio, ōnis. f. Imperfecta locutio. Plaut. Amph. 1. 3. 21.
Quid tibi hanc curatio est rem, verbero, aut mutitio?

Muticus, V. s. l.

Musso, [μύζω] āre. frequent. a Mutio, ire; Occulte & pressa voce loqui quod celatum quis velit, inquit Non. 5. 23.
V. damusso. H. St.
Dictum mussare, quod muti non amplius quam μῦ dicunt, a quo idem dicit: Quod minimum est, neque ut aiunt, μῦ facere audet. Hæc Varr. de L. L. lib. 6. 5. V. in mussito. [Sed verisimilius, Formatum fuisse ex Præterito syncopato Mussum pro Mutitum, ut Cassum pro Caritum, Messum pro Metitum. V. tamen in mussito.
Consilia turbata mussant proceres. Stat. 3. Theb. 92.
Formidine tacita mussant. Claud. 2 in Eutrop. 134.
Mussare, Murmurare, inquit Festus. Ennius, In occulto mussabant. Servius, Mussare, queri. Virg. 11. Æn. 345.
Flent mæsti, mussantque patres.
Mussant oras & limina circum. Virg. 4. Georg. 183.
Mussare, vulgo pro Tacere ponitur, auctore Festo. Ennius, Non decet mussare bonos. Terent. Sile, cela, occulta, tege, tace, mussa. [Hunc locum non invenies apud Ter.
Mussabat tacito medicina timore. Lucret. lib. 6. 1177.
Mussare, Dubitare. Virg. 12. Æn. 718.
— mussantque juvencæ
Quis pecori imperitet. Servius.
Mussat dicere. Virg. 11 Æn. 345.
— cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat populi: sed dicere mussant. Ubi Servius; Mussant, modo Verentur significat. Alias, Dubitant: ut 12. Æn. 657.
— mussat rex ipse Latinus
Quos generos vocet. Interdum, Susurrant: ut de apibus dicit. Et proprie Mussare, est Obmurmurare, & muto esse vicinum.

Mussans, antis. Partic. Liv. 7. 25. Mussantes inter se rogitabant, &c. Medici mussantes. Plin. 7. Epist 1. Postea, quum vicesimo valetudinis die balneo præparasset, mussantesque medicos repente vidissem, causam requisivi.

Mussātio, ōnis. f. Ammian. 20. 8. Salutem mussatione quærebam & latebris. Alii legunt Simulatione.

Mussĭto, [μύζομαι] āre. frequent. a Musso. Plaut. Mil. 3. 1. 120.
Illi inter se certant donis, ego hæc mecum mussito. Ter. Adelph. 2. 1. 53.
Verum cogito id quod res est, quando eum quæstum occœperis,
Accipiunda & mussitanda injuria adolescentium est. Ubi Donatus, Mussitanda, Patienda, consideranda cum silentio, & ut in amatore putanda, atque per hoc perferenda. Mussitare enim proprie est dissimulandi causa tacere: dictum vel a muto, vel ab M, quæ littera est nimium pressæ vocis, ac pæne nullius, adeo ut sola omnium, quum inter vocales inciderit, atteratur, atque subsidat. Hinc Virg. 12 Æn. 657.
— mussat rex ipse Latinus. Budæus a Græco μύζειν potius derivari putat. [V. in musso, & Suid. in μύζειν.

Mussitans, antis. Partic. Liv. 1. 50. Jam ita clam quidem mussitantes, vulgo tamen eum appellabant Superbum.

Mussitātio, ōnis. f. Idem quod Mussatio. Apul. 8 Met. post princip. Tacitaque palus servata mussitatione, &c. Adde Tertull. de Pudicit. cap. 7. & 9.

Mussitātor, ōris. m. Vet. Gloss. Mussitator, ὑποψιθυριστής.

Mutuscæ, arum. f. Sabinorum civitas, quæ & Trebia & Suffena vocatur, circa quam Hannibal Romanos maxima clade affecit.

Mutusci, orum. m. Oppidani. Plin. 3. 12.

Mutuus, a, um. Adj. [δάνειος] Mutuum dicitur ab eo quod de meo tuum fit. Paulus in l. 2. D. Si cert. petat. Mutuum damus, recepturi non eandem speciem, quam dedimus, (alioqui aut commodatum erit, aut depositum) sed idem genus. Nam si aliud genus, veluti pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum. Paulo post, Appellata est autem mutui datio ab eo quod de meo tuum fit. Vide etiam Caium in l. 1. D. de action. & obligat.
Mutuum est, si datur, quod reddatur: quod Siculi μοῖτον. Ita scribit Sophron, μοῖτον ἀντὶ τιμᾶς. Hæc Varro lib. 4. de L. L. 36. extr. [Veteres sine dubio Mœtuum pronuntiabant. Apud Hesych. μοιτόν, ἀντιχάρισμα. V. Cujac. Observ. 11. 37.
Mutuum in amicitia, est quum par voluntas accipitur & redditur. Cic. 5. Fam. 2.
Argentum. Plaut. Pseud. 1. 1. 78.
Miser sum, argentum nusquam invenio mutuum.
Argentum mutuum dare. Plaut. Pseud. 1. 1. 83.
Frumentum mutuum aliquibus dare. Cic. 2. de Lege Agrar. 83.
Mutuas pecunias sumere; apud Plautum Asin. 1. 3. 95. Cic. 10. Philipp. 26.
Sestertia mutua quinque petere. Martial. lib. 10. 14.
Mutuus, Pariter atque æqualiter respondens, Par. ut, Mutuus amor, quum ab eo amaris quem amas. Ter. [ubi?] Meretrix adolescentem, cujus mutuo amore tenebatur, exclusit. Quintil lib. 12. cap. 7. ad finem, Ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, sed mutua benevolentia utetur. i. e. Respondente.
Animus mutuus. Hor. 4. Carm. 1. 30.
Animis mutuis amant, amantur. Catull. de Acme, 45. 20.
Ardor. Lucret. lib. 4. 1210.
Benevolentia in mutua amici conquiescere. Cic. de Amicit. 22.
Beneficia mutua & grata dum sunt, inter quos ea sunt, firma devinciuntur societate. Cic. 1. Off. 56.

Carne

Carne mutua inter se vescuntur. Plin. lib. 10. cap. 23. i. e. Olores vescuntur carnibus olorum.
Certamina. Ovid. 2. Amor. 10. 29.
Consilia. Plaut. Epid. 1. 1. 89.
Convivia mutua inter se curant. Virg. 1. Georg. 301.
Cupido. Lucret. lib. 5. 691.
Dicta mutua referre. Ovid. 1. Met. 655.
Face mutua torret me. Hor. 3. Carm. 9. 13.
Fiducia mutua inter se. Plin. 10. Epist. 21.
Gaudia. Ovid. 3. Amor. 6. 87.
Ignis. Tibull. lib. 4. 5. 6.
Innocentia. Plin. lib. 12. cap. 14. Silva divisa certis portionibus, mutua innocentia tuta est. De pluribus dixit, non de duobus tantum.
Odio mutuo flagrant inter se mugil & lupus. Plin. lib. 9. cap. 62.
Officiis mutuis commune commodum gubernatur. Cic. pro Rosc. Amer. 111.
Operas mutuas tradere. Ter. Phorm. 2. 1. 37.
Præliis inter se pugnare. Hirt. de Bell. Afr. cap. 29.
Terror. Liv. 4. 41. Nec Volscorum meliores res esse credere, quam Pop. Romani fortunam, noctemque omnia terroris mutui implesse. Terrorem mutuum vocat, quo tam Volsci quam Romani terrebantur. Ex vetusto exemplari legitur Erroris.
Testimonium dare. Cic. pro Flacc. 10. Da mihi testimonium mutuum. *Pour la pareil'e.*
Voluntas par & mutua. Cic. 16. Att. 16. Ad paternas, magnas & veteres & justas necessitudines, magnam attulit accessionem tua voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua.
Voluntatem alicui tribuere. Cic. 5. Fam. 2.
Vulnera. Ovid. 3. Met. 123.
Vulneribus mutuis ceciderunt. Auctor de Viris illustr. cap. 10. extr.
Facere mutuum cum aliquo. Plaut. Trin. 2. 4. 37.
Bene vult tibi. L. edepol mutuum mecum facit. i. e. Tantum bene illi volo, quantum ille mihi.
Sumere mutuum. Cic. 12. Fam. 28. conf. Plaut. Amph. 2. 2. 137. & ibi Interpr.
Mutuum, Adv. pro Mutuo. Lucil. lib. 27. Et si maxime quod spero, mutuum hoc mecum facis. Nonius 2. 538. V. Facere mutuum paulo ante.
Mutua, pro Mutuo. Lucret. lib. 4. 302. —hic idem
Nunc fit lævus, & e lævo fit mutua dexter.
Ceciderunt texturæ mutua. Lucret. lib. 6. 1082.
Inter se mortales mutua vivunt. Lucret. lib. 2. 75.
Pedibus per mutua nexis. Virg. 7. Æn. 66. De apum examine.

Mutuo, Adv. [ἐναλλάξ] aliquando significat Invicem, aliquando E diverso. Plaut. Milit. argum. 1.
Meretricem ingenuam depetibat mutuo
Atheniensis juvenis. Cic. 10. Fam. 4. Fac valeas, meque mutuo diligas. h. e. Fac mihi in amore respondeas.
Facere mutuo aliquid. Cic. 10. Fam. 9. Te, ut diligas me, si mutuo me facturum putas, rogo.

Mutua, aliud Adv. [ἀντιπάλως] Cic. 5. Fam. 7. Nulla in re tam lætari soleo, quam meorum officiorum conscientia; quibus si quando non mutue respondetur, apud me plus officii residere facillime patior. Al. Mutuo.

Mutuĭtas, Adv. Idem ac Mutue. Varr. apud Non. 11. 30. Vive meque ama mutuiter.

Mutuārius, a, um. Adj. Idem quod Mutuus. Apul. Apol. Mutuarias operas ambiri cum vicinis.

Mutuo, [δανείζω] āre. Dare mutuo, vel mutuum. [Exempla prolata vellem hujus significationis.
Mutuare, pro Mutuo sumere aliquando accipitur. Cæcil. apud Non. 17. 48. Ad amicos currat mutuatum, mutuet causa mea.
Mutuo, pro Accipere mutuo. Valer. lib. 6. cap. 2. ext. 1. Potius præsidium a libertate, quam ab innocentia mutuavit. Sed in emendatis libris est, Mutuata.

Mutuor, [δανείζομαι, μετίεμαι, κίχρημαι] āri. depon. Mutuo accipere. Martial. lib. 8. 17.
Sed consumis, & usque mutuaris. V. African. in l. Tutor. §. Quum haberes. D. ad Senatusc. Vellejan.
Mutuari non semper est δανείζεσθαι, sed Accipere etiam quod reddas ἀντικείν, ut loquitur Dio. V. Fœnero. H. St.
Mutuari in sumptum. Cic. 8. Att. 6. Tironem nostrum ab altera relictum audio; sed eum video in sumptum ab aliis mutuatum.
Auxilia mutuari ad rem aliquam. Cæs. 8. Bell. Gall. 21.
Mutuari, sæpe per metaphoram accipitur, pro Aliunde sumere. Cic. 2. de Nat. Deor. 91. Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam æther Latine, quam dicitur aer. Est autem, inquit Budæus, Mutuari, quæ ab aliis inventa sunt, in scripta sua vertere, ita ut sua videri velit, qui hoc facit: nec modo mutuum est, sed etiam furtum. Cic. 1. de Orat. 95. Nam ego quæ sunt oratoris cum illis communia, non mutuor ab illis.
Consilium mutuari. Liv. 30. 12. Ab amore temerarium atque impudens mutuatur consilium. de Masinissa.
Laudem mutuari aliunde. Cic. 2. de Off. 47. L. quidem Crassus, quum esset admodum adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili & gloriosa.
Nomen virtus a viris est mutuata. Cic. 2. Tusc. 43.
Subtilitatem ab Academia mutuatur orator. Cic. de Fato, 3.

Mutuātus, a, um. Partic. Passiv. Plin. 2. 9. Luna in totum mutuata a sole luce fulget.

Mutuātio, ōnis. f. [κίχρησις] Cic. 1. Tusc. 100. Ego vero illi maximam gratiam habeo, quod me ea pœna multaverit, quam sine mutuatione & sine versura possem dissolvere. Idem pro Flacc. 47. Quum Roma clam esset profectus, multosque minutis mutuationibus fraudavisset, in Asiam venit.

Mutuātītius, a, um. [δάνειος] Quod mutuo datur, ut Pecunia mutuatitia. Gell. lib. 20. cap. 1. Maximeque in pecuniæ mutuatitiæ usu, atque commercio.
Mutuatitia historia. in Annot. mea in Parth. Appiani. H. St.

M U Z

Mūziris, is. f. [Μούζιρις] Indiæ emporium, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

My facere, est Hæsitare, aut subvereri, & vix loqui audere. Cæl. lib. 24. cap. 30. Varronem citans. V. Musso, in Mutus.

M Y A

Mya, æ. f. [μύα] Genus conchæ sive margaritæ in freto circa Bosphorum Thracium, uniones rufos ac parvos gignens. Plin. lib. 9. cap. 35.
Est item Mya, [μύα] insula in sinu Ceramico, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Myacanthon, i. n. [μυάκανθον] Herba est, quæ alio nomine Corruda, hoc est silvestris asparagus, dicitur: de qua Plin. lib. 8. cap. 9. Myacantha vero quibusdam herba est, quæ a Dioscoride 4. 146. μυάκανθα ἀγρία, a Latinis Ruscus appellatur. Cujus nomenclaturæ rationem hanc reddunt, quod herba hæc in carnario suspensa, aculeis suis mures a lardo, carneque salsa arceat. V. Marcellum Virgilium in Dioscoridem.

Myăces, um. f. [μύακες] Pisces sunt ex concharum genere, qui muricum modo coacervantur, vivuntque locis in algosis, & ubi dulcis aqua copiosa mari commiscetur: gratissimi autumno: nam procedente hieme amaritudinem contrahunt, coloremque rubrum. Reliqua V. apud Plin. lib. 32. cap. 9.

Myagros, i. m. [μύαγρος] Herba ferulacea est, foliis similis rubiæ, tripedanea: semen oleosum, quod & fit ex eo. Medetur oris ulceribus perunctis hoc succo. Auctor Plin. lib. 27. cap. 12. Scribitur etiam Myiagros. Nostri vocant *Camelinam*, aut *Camaminam*; ex cujus semine oleum vulgo conficiunt. Ruell. lib. 3. cap. 126. Dicitur & Melampyron, quasi nigrum triticum.

Myăgrus, i. m. [μύαγρος] Deus muscarum. Aliter vocatur Myodes & Achor, ut scribit Plutarchus. Plin. lib. 10. cap. 28. Invocant Ægyptii ibes suas contra serpentium adventum; & Elei Myagron deum, muscarum multitudine pestilentiam afferente: quæ protinus intereunt qua litatum est illi die.

M Y C

Mycăle, es. f. [Μυκάλη] Promontorium Ioniæ, e regione insulæ Sami, juxta quod Persæ a Græcis superati. V. Diod. Sicul. 11. 35.
Est præterea, Nomen veneficæ mulieris apud Ovid. 12. Met. 263.
Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo
Sæpe reluctantis constabat cornua Lunæ. Senec. Herc. Oet. 525.
Hoc docta Mycale Thessalas docuit nurus;
Unam inter omnes luna quam sequitur magam,
Astris relictis. Al. Michale, mendose.

Mycalæus, a, um. [Μυκαλαῖος] Adj. Claudian. 2. in Eutrop. 264
Icarium pelagus, Mycalæaque litora.

Mycalensis, e. Idem. Valer. Max. 6. 9. extr. Mycalensis montis vertex.

Mycalessus, i. m. [Μυκαλησσός] Mons in mediterraneo Bœotiæ, oppidum habens ejusdem nominis. Utriusque meminit Plin. lib. 4. cap. 7. Stephanus Mycalessum nomen accepisse existimat a mugitu bovis, quæ Cadmum in Bœotiam perduxit.

Mycēmătias, æ. m. [μυκηματίας] inter tria genera Terræ motuum refert Ammian. 17. 7. extr. [ἀπὸ τοῦ μυκήματος, inquit Lindenbr. Sed fortassis Mycetias legendum. q. V. paulo infra.

Mycēnæ, arum; [Μυκῆναι] & Mycēna, æ; sive Mycēne, es. f. Urbs Peloponnesi, quam Perseus Danaes filius exstruxit, regiuncula in qua regnavit Agamemnon; a Mycena nympha sic appellata. Cælius tamen lib. 9. cap. 12. Mycenas, inquit, nuncupari credunt, quod ibi a Perseo sint conditæ Mercurii præcepto, unde excidit gladii manubrium. i. e. Myces. Ex Steph q. V.
Agamemnonia Myceœ. Sil. lib. 1. 27.
Agamemnoniæ. Virg. 6. Æn. 838. quia Agamemnon rex fuit Mycenarum.
Claræ. Virg. 1. Æn. 288.
Dites. Hor. 1. Carm. 7. 9.
Fortes. Virg. 3. Georg. 121.
Magnæ. Virg. 2. Æn. 331.
Pelopeiades. Ovid. 3. Fast. 83. quoniam illic Pelops habitavit, a cujus etiam filio Thyeste, Thyesteas vocat Lucan. lib. 1. 539.
Sævæ. Virg. 7. Æn. 222.

Mycenæus, a, um. Adj. [Μυκηναῖος] ut, Dux Mycenæus, Agamemnon. Ovid. 2. Trist. 400.

Mycenensis, e. Adj. [Μυκηνεύς] Habitator Mycenarum. Cic. 2. de Finib. 18.
Omnes Danai aut Mycenenses, Attica pubes.

Mycēnis, idis. f. [Μυκηνίς] Patron. pro Mycenæa. Ovid. 12. Met. 34.

Mycerīnus, i. m. [Μυκερῖνος] Cheopis Ægyptiorum regis fuit filius, qui post quam patri successit in regnum, ita paterna facta perosus est, ut populo ad extremum calamitatis afflicto, res agendi faceret potestatem, quin etiam præ regibus omnibus justitiam exercuisse fertur. Herodotus lib. 2.

Mycētias, æ. m. [μυκητίας] Terræ motus, cum sub pedibus mugit solum. Apul. de Mundo p. 247. Sic & Suid. conf. Mycematias.

Mycithus, V. Anaxilaus.

Mycŏne, es. f. & **Mycŏnos**, i. m. [Μύκονος] Insula una ex Cycladibus. Stat. 1. Achil. 205. —placet ire per altas
Cycladas: hinc spretæ, Myconos, humilisque Seriphos. Scribit Servius in 3. Æn. 76. Deloo insulam terræ motu diu laborasse, quo cessante, e Mycone Gyaroque vicinis insulis populos venisse, qui eam tenerent & incolerent. Cælius Rhodig. lib. 13. cap. 29. scribit nomen ei fuisse inditum a Mycono Æneæ ac Rhyūs filio. Ex Steph.
Celsa. Virg. 3. Æn. 76.
Humilis. Ovid. 7. Met. 463.

Mycŏnius, a, um. Adj. [Μυκόνιος] a Mycono.
Myconios gigni sine capillo tradit Plin. lib. 11. cap. 37. unde calvos omnes, Myconios dicimus, auctore Stephano: meminit & Strab. V. Donat. in Ter. Hec. 3. 4. 26.
More Myconiorum venire. i. e. Invocatum accedere ad convivia. V. Chiliad. item Suid. & Athen. 1. 3.

M Y D

Mydia, æ. f. Insula quæ etiam Delos dicitur, una ex Cycladibus. [Immo Chlamydia, χλαμυδία, auctore Steph.

MYDON, ōnis. m. [μύδων] teste Homer. lib. 5. Iliad. Atymnis filius, & Pylæmenis ducis Paphlagonum auriga, ab Antilocho Nestoris filio in bello Trojano interemptus.

MYDRIĂSIS, is. f. [μυδρίασις] vocatur Morbus oculorum, quum pupilla quidem ipsa colorem non mutat, sed videtur ultra naturalem modum multo latior, interim ut visum omnem adimat, interim ut partem. Latini Popillæ dilatationem vocant. Cels. 6. 37.

MYDŪSA, [μύδουσα] a quibusdam recensetur inter nomenclaturas Anchusæ herbæ; sed a doctioribus inter Dioscoridis notha rejicitur.

M Y G

MYGĂLE, es. f. V. Mus araneus, in MUS.

MYGDŎNIA, æ. f. [μυγδονία] Regio litoralis Macedoniæ, a Mygdone rege sic dicta. Juxta hanc est insula Mygdon.

MYGDŎNIUS, a, um. Adj. [μυγδόνιος] ut,
Campi. Hor. 3. Carm. 16. 41.
Marmor Mygdonium. Ovid. 15. Epist. 142.
Opes. Hor. 2. Carm. 12. 22.

MYGDŎNUS, i. m. [μύγδονος] fuit frater Otrei, ac teste Porphyrione in tertium Iliados, ambo fratres Hecubæ regis Priami uxoris, & Cissei filii, ambo reges in Thracia.

MYGDŎNĬDES, æ. m. patronym. [μυγδονίδης] quod pro gentili ponunt poetæ. Virg. 2. Æn. 342.
— juvenisque Choroebus
Mygdonides.

MYGDŎNIS, ĭdis. [μυγδονὶς] patronym. f. Ovid. 6. Met. 45.
Mygdonidesque nurus. i. e. Lydiæ.

M Y I

MYITES, æ. m. [μυίτης] Lapis ad similitudinem muris sedentis & se contrahentis. V. Diosc. Noth.

MYIŌDES, is. m. [μυιώδης] Muscarum deus. V. Plin. 29. 6. & MYAGRUS.

M Y L

MYLACRIS, is. [μυλακρὶς] Blattæ genus magnitudine cicadæ, circa molas nascens, vescensque farina. V. Pollux lib. 2. f. 189. & 7. 19. ejusque Interpp.

MYLÆ, ārum. f. [μυλαὶ] Insulæ circa Cretam. Plin. 4. 12. & Vellei. 2. 79. Siciliæ etiam quondam portus, de quo Senec. lib. 3. Nat. Quæst. cap. 26. extr. Circa Messanam & Mylas fimo quiddam simile mare profert, fervetque & æstuat, non sine odore fœdo. Unde illic stabulari Solis boves fabula est. Eadem pæne ad verbum scribit Plin. lib. 2. cap. 98. V. Sil. 14. 402. & Steph.

MYLASA, æ. f. [μύλασα] Liberum Cariæ oppidum, ita dictum (si Stephano credimus) a Mylaso Æoli abnepote. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 5. cap. 29.

MYLASĒA, æ. f. Cannabis species. Plin. 19. 9.

MYLE, es. f. [μύλη] Herba est radicem habens parvo bulbo similem, contrahentis facultatis, quæ cum farina loliacea dehiscentem sanat vulvam. Auctor Galen. lib. 7. Simplic.

MYLŒCOS, i. m. [μυλοικὸς] Vermiculi genus ex blattis, circa molas fere nascens, ut ait Plin. lib. 29. cap. 6.

M Y O

MYOBARBUM, i. n. (quo vocabulo usus est Ausonius in lemmate epigrammatis tricesimi) quid sit multi inquirunt. Turnebus putat verbum compositum a Mure & Barbo, quæ vox significat Mystrum, id est mensuram liquidorum sescunciam pendentem, ut sit tanquam moris cyathus. Inest autem & latet in mure mysterii significatio, & barbo, quo in mysteriis Cereris legiferæ utebantur. Hoc igitur lemma significat mystica Liberi patris nomina, & mysticam potestatem. Sed V. Scalig. Aus. Lect. 2. 28. & ad Fest. in Myoparo.

MYOCTŎNOS, i. m. [μυοκτόνος] Radix aconiti. Plin. lib. 27. cap. 3.

MYOPĂRO, ōnis. m. [μυοπάρων] Genus navigii: ex duobus dissimilibus formatum, inquit Festus. nam mydion [Scalig. Myon] & paron per se sunt. Nonius 13. 6. Myoparo, est navicula piratarum. Sisenna Histor. lib. 4. Navisque triglota biremis, totidem myoparones. Sunt qui sic dictum putent, quod sceleri accommoda sit navis. Nam μῦος scelus est, πάρων, vel παρώνη, navigium. Cic. 6. Verr. 186. Eum isto Prætore Cilicum myoparoni, prædonibusque patuisse. De portu Syracusano. Ibid. 7. 97. Proh dii immortales! piraticus myoparo, &c. Ibid. 3. 86. Illi statim myoparonem egregium de sua classe, ornatum, atque armatum dederunt. V. Scheff. Milit. Nav. 2. 2. conf. Dempst. in Rosin. p. 1164.

MYŌPES, um. m. [μύωπες] dicuntur, inquit Budæus, Qui (jam inde ab initio ortus sui) nisi admota oculis contueri nequeunt. Cujusmodi multos videmus, qui res intuendas oculis prope contingunt, & limis etiam, semiclusisque oculis aspiciunt. V. LUSCIOSUS.
Myops, ōpis. in singular. Ulpian. in l. Item Offilius. D. de ædil. edict.

MYOPHŎNON, i. n. [μυόφονον] Herba est muribus exitialis: unde & nomen accepit. eadem fortassis cum ea, quam alibi Myoctonon & Aconitum appellari diximus. Meminit Myophoni Plin. lib. 11. cap. 9.

MYOSŌTA, æ. f. [μυοσώτη] Herba est, quam & Alsinem, & verbum ex verbo exprimentes, Muris auriculam (μυὸς ὦτα) vocant Latini. Folia enim quum primum erumpunt, murinæ auri habet non dissimilia. Alsines vero nomen accepit, quod algidis locis gaudeat, & opacis. Gallis Moronis nomine notissima est, eaque solent aviculatum escam fastidientium appetitum recreare. Refertur & alterum Myosoton (μυόσωτον) a Dioscoride, quod & Myosotis, (μυοσωτὶς) diminutiva forma appellatur, plures ab una radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, & concavos: folia autem angusta, nigrescentia, & in acutum desinentia, flosculos vero cæruleos, anagallidis colorem exprimentes. Posteriorem hanc speciem describit Plin. lib. 27. cap. 12. priorem vero lib. 26. cap. 4.

M Y P

MYPSAI, seu NIPSEI, ōrum. m. teste Herodot. lib. 4. Populi sunt Thraciæ, qui Dario Thraciam oppugnante, ultro sese dediderunt.

M Y R

MYRA. æ. f. Urbs Lyciæ. Plin. lib. 5. cap. 27.

MYRĀPIUM, i. n. [μυράπιον] Piri genus odorati. Plin. 15. 15. Alii legunt Myrrhapium.

MȲRIAS, ădis. f. [μυριὰς] Numerus continens Decem millia.

MȲRĬCA, æ. vel MYRĪCE, es. f. [μυρίκη] Genus humilis virgulti, in Italia fere nascentis. quod quidam putarunt esse Tamaricem, quæ vulgo Tamariscus dicitur & Dioscoridi, sed ejus tantum folia habet. Virg. 4. Ecl. 2.
Non omnes arbusta juvant, humilesque myricæ. Plin. lib. 13. cap. 21. Myricen & Italia, quam alii tamaricen vocant: Achaia autem bryam silvestrem; insigne in ea, quod sativa tantum ferat gallæ similem fructum. In Syria & in Ægypto copiosa hæc est, cujus infelicia ligna appellamus, quæ tamen infeliciora sunt Græciæ. Myricam silvestrem Gallia *bryariam* vocat, *de la bruyere*. Ruellius lib. 1. cap. 99.
Fragiles myricæ. Ovid. 3. de Arte Am. 691.
Tenues. Ovid. 10. Met. 97.

MȲRICA, æ. vel MYRICE, es. f. [μυρίκη] Insula est Maris rubri, apud Stephanum.
Myrice, & Nympha a qua genus suum duxit Imilce uxor Hannibalis, ut scribit Sil. lib. 3. 103.

MYRINA, æ. f. [μυρίνα, μύρινα] Regina fuit Amazonum, quæ triginta millia peditum, & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Auctor Diodorus lib. 4.
Fuit præterea, Urbs Æolidis, quæ etiam Sebastopolis vocatur, ut attestatur Plin. lib. 5. cap. 30.
Item Oppidum insulæ Lemni, eodem Plin. teste lib. 4. cap. 12.

MYRĪNUS, i. m. [μύρινος] Mas murænæ est. Plin. lib. 9. cap. 23. Aristoteles myrinum vocat marem qui generat. Vetus exemplar legit Myrum. Gr. μύρος quippe.
Myrinus, [μυρῖνος] Apollinis cognomentum, a Myrina Æolidis urbe in qua religiosissime colebatur. Unde & Myrini campi appellati.

MYRIOPHYLLON, i. n. [μυριόφυλλον] Herba quæ Millefolium alias dicitur. Plin. lib. 24. cap. 16.

MYRLĒA, æ. f. [μύρλεια] Plin. lib. 5. cap. 32. Oppidum Bithyniæ, quod Apamea dicitur; a Myrlo Colophoniorum duce, vel a Myrlea Amazone. Nicomedes autem Epiphanes, Prusiæ regis filius, de matris nomine Apames, Apameam vocari voluit.

MYRMĒCIAS, æ. m. [μυρμηκίας] Gemma nigra, quæ habet eminentias similes verrucis. Plin. lib. 37. cap. 10.

MYRMĒCĬDES, æ. m. [μυρμηκίδης] Nomen viri proprium, de quo Cic. 4. Acad. 120. Ut etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur. Plin. lib. 7. cap. 21. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit, a quo quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis fabricatam, & navem, quam apicula pinnis absconderet.

MYRMĒCION, i. n. [μυρμήκιον] Verucæ genus, Celso, lib. 5. cap. ult. §. 14. pr. Myrmecia autem vocantur, humiliora thymio, durioraque; quæ radices altius exigunt, majoremque dolorem movent: infra lata, supra autem tenuia, minus sanguinis mittunt: magnitudine vix unquam lupini modum excedunt. Nascuntur ea quoque aut in palmis, aut inferioribus partibus pedum.
Myrmecion, Phalangii genus. Plin. lib. 29. cap. 4. Myrmecion formicæ similis capite, alvo nigra, guttis albis distinguentibus.

MYRMĒCĪTES, æ. m. [μυρμηκίτης] Gemma innatam repentis formicæ effigiem habens. Plin. lib. 37. cap. 11. Sane Myrmex, (μύρμηξ) Formica Latine dicitur.

MYRMĒCŎLEON, ōnis. m. [μυρμηκολέων] Leo formicarius, Exiguum animal, formicis adversum, quod se sub pulvere abscondit, & formicas frumenta gestantes interficit, & interfectas consumit. Est autem dictio ex formicæ & leonis nominibus composita: quasi Formicoleonem dicas. Nam quemadmodum leo imbecilliorum animalium, ita hoc animal formicarum prædam agit. Unde in lib. Job 4. 11. legitur, Myrmecoleon periit, eo quod non habeat prædam.

MYRMĪCE, Adv. In modum formicæ. Catull. 43. 8.
Turpe incedere, myrmice ac moleste. [Al. Mimice rectius. Nec audiendus est Is. Voss. qui ad seq. v. Ridentem hoc Adv. refert. V. Burm. ad Phædr. 5. 1. extr.

MYRMĪDŎNES, um. m. [μυρμιδόνες] Populi sunt iidem qui Hellenes. Servius, Myrmidones sunt Achillis socii: dicti propter hanc causam. Æacus quum in arbore fici formicas, id est μύρμηκας vidisset, optavit tot sibi socios evenire; & statim formicæ in homines versæ sunt. sed hæc fabula est. Nam Eratosthenes dicit Myrmidones a rege Myrmidono dictos. Hæc Serv. ad Virg. 2. Æn. 7.
— quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyssi
Temperet a lacrymis?
Sedes superbæ Myrmidonum. Virg. 2. Æn. 252.

MYRMILLO, V. MIRMILLO.

MYRMISSUS, [μύρμισσος] Urbs est Asiæ in ora Hellesponti, non procul a Lampsaco. Gentile est MYRMISSIUS, [μυρμίσσιος] Stephan.

MȲRŎBĂLĂNUS, i. f. [μυροβάλανος] quasi Unguentaria glans. quæ & βάλανος μυρεψικὴ Gr. Nux Ben officinis, quæ Pruni genus exotici Myrobalanos vocant.

MYROBALANUM, i. n. Idem. Plin. lib. 12. cap. 21. Myrobalanum Troglodytis & Thebaidi & Arabiæ, quæ Judæam ab Ægypto disterminat, commune est, nascens unguento, ut ipso nomine apparet. Quo item indicatur & glandem esse arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio. Fructus magnitudine avellanæ nucis. Celsus 4. 9. al. 12. pro Unguento ponere videtur, Fit ex unguento & palmulis quod μυροβάλανον vocant. Sed Lind. habet, Fit ex unguentariis glandulis, quas μυροβαλάνους Græci vocant. Martial. lib. 14. 57.
Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex unguento constat & ex balano.

MȲRŎBRĔCHI, orum. m. [μυροβρεχεῖς] quasi Unguento stillantes. μύρον Græci unguentum vocant, βρέχω, proluo, aspergo, madefacio, & irrigo. V. Suet. Aug. cap. 86.

MȲRŎBRĔCHARIUS, i. m. Plaut. Aul. 3. 5. 37. Myrobrecharios pro unguentorum confectoribus accipit ad capillos irrorandos. ait enim,
Aut manulearii, aut myrobrecharii. Sic Turnebus legunt & Salmas. Alii Malobathrarii. q. V. MSS. Murobathrarii.

MȲRON,

MYRON, aut MYRO, ōnis. m. [Μύρων] utrumque enim legitur, teste Plin. lib. 34. cap. 2. Statuarius Eleutheris natus, & Ageladæ discipolus, cujus vacca multorum poetarum epigrammatis celebratur. Ovid. 4. de Pont. 1. 34.
Ut similis veræ vacca Myronis opus. Atheniensis dicitur Pausaniæ, quia civitate ea donatus fuit.
In arte fingendi præstans fuit Myro. Cic. 3. de Orat. 23. Fecit inter alia imaginem Herculis, ut vult idem Cic. 6. Verr. 5. Martial. lib. 8. 51.
Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis?

MYRON, i. n. [μύρον] Unguentum, inter instrumenta muliebris luxuriæ posuit Pollux lib. 7. cap. 22.

MYRŌPŌLA, æ. m. [μυροπώλης] Unguentorum venditor. Plaut. Trin. 2. 4. 7.
Piscator, pistor abstulit, lanii, coqui,
Olitores, myropolæ, aucupes.

MYROPŌLIUM, i. n. [μυροπώλιον] Locus ubi unguenta venduntur. Plaut. Amph. 4. 1. 3.
Nam omnes plateas perreptavi, gymnasia, & myropolia, &c. conf. Epid. 2. 2. 15.

MYROTHĒCIUM, i. n. [μυροθήκιον] Unguentorum repositorium. Cicero scribit 2. Att. 1. se myrothecium Isocratis totum consumpsisse in commentario Consulatus sui scribendo. h. e. Pigmenta oratoria.

MYRRHA, æ. f. [Σμύρνα] Filia Cinyræ regis, quæ nefando sui patris amore capta, nutricis auxilio, cum illo, ignorante quod filia sua esset, concubuit. Postquam vero pater filiam esse rescivit, eam gladio voluit occidere. Sed Myrrha fugiens per Arabiam, mutata fertur in arborem sui nominis, genuitque filium nomine Adonidem. V. Ovid. lib. 10. Met. 318. Propert. lib. 3. 19. 16.
Crimen & illa fuit patria succensa senecta
Arboris in frondes condita myrrha novæ.

MYRRHA, æ. f. [σμύρνα] Arbuscula est in Arabia præcipue nascens. Arbori altitudo ad quinque cubita, nec sine spina, caudice duro & intorto: cujus gutta quæ sponte stillat, viridis est & amara, quæ eodem nomine vocatur myrrha Arabica sive stacte, id est gutta sive stilla myrrhæ. Ejus virtus est ut corpora imputribilia reddat. V. Plin. lib. 12. cap. 15. & 16.
Fulva. Ovid. 15. Met. 499.
Maculosa. V. MACULA.
Odoraria. In ODOS.
Orontea. Propert. lib. 1. 2. 3. V. ORONTES.
Pingues. Ovid. de Medicamine faciei, 88.
Sabæa myrrha marcidus comam. Senec. Herc. OEth. 2.
Madentes myrrha crines. Virg. 12. Æn. 100.

MYRRHĒUS, a, um. Adj. [σμύρνεος] Quod ex myrrha, vel Myrrhei coloris est. Propert. lib. 3. 8. 22.
Et crocino nares myrrheus ungat onyx. ubi V. Brœkh.
Crinem myrrheum cohibere nodo. Hor. 3. Carm. 14. 22. h. e. Myrrhei coloris, sive inter flavum & nigrum: vel myrrhino unguento delibutum. Lambinus. Murteum al. V. Rob. Bentl. & Cuningh.

MYRRHĪNUS, a, um. Adj. [σμύρνινος] ut, Myrrhinum vinum, Quod myrrha conditum est. V. MURRHINUS.

MYRRHĀTUS, a, um. Adj. Sil. Ital. lib. 13. 476.
Exhausto instituit Pontus vacuare cerebro
Ora virûm, & longum myrrhata reponit in ævum. Myrrhata, i. e. Myrrha condita, quæ putrefactionem arcet. V. MURRATUS supra.

MYRRHAPIA, V. MYRAPIUM.

MYRRHIS, idis. f. [μυῤῥὶς] Oleris genus cicutæ simillimum, foliis aliquanto minoribus, & breviori caule, saporis & odoris jocundi. Vulgus herbariorum vocat *Cicutariam*. conf. Plin. 24. 16. & 26. 11.

MYRRHITES, æ. m. [μυῤῥίτης] Gemma, quæ myrrhæ colorem habet, odoremque unguenti. Plin. lib. ult. cap. 10.

MYRSILUS, i. m. [Μύρσιλος] Myrsi filius ultimus ex Heraclidarum genere, Lydiæ rex, alio nomine Candaules appellatus, q. V.

MYRSINE, es. f. [μυρσίνη] a Romanis Myrtus dicitur. V. Diosc. 1. 133. Hinc

MYRSINEUM, i. n. Herba eadem cum Fœniculo silvestri. Plin. 20. 23.

MYRSINĒLÆON, i. n. [μυρσινέλαιον] Myrteum oleum. Diosc. 1. 39.

MYRSINOIDES, is. [μυρσινοειδὴς] Clematis a Myrti foliorum magnitudine appellatur. Diosc. 4. 7.

MYRSINĪTES, æ. m. [μυρσινίτης] teste Plin. lib. 26. cap. 8. Species est tithymali, & foliis myrti acutis, compungentibus, sed mollioribus.
Item Myrsinites gemma est, quæ melleum colorem nigricantem habet, & myrti odorem. Plin. lib. 37. cap. 10.

MYRSINUS, i. [Μύρσινος] Oppidum Elidis, teste Stephano, postea Myrtotium appellatum, cujus meminit & Homer. in Catal. navium.

MYRSUS, i. m. [Μύρσος] Proprium nomen fuit patris Candaulis, a quo & ipse Myrsilus dictus fuit. Herodot. lib. 1. Plin. 35. 8.

MYRTACANTHA, æ. f. [μυρτάκανθα] a quibusdam appellatur Ruscus. Frutex, quem Dioscorides μυρσίνην ἀγρίαν, hoc est silvestrem myrtum appellat. Est autem ex his nomenclaturis, quas eruditiores veloti nothas e Dioscoridis familia summoverunt.

MYRTILIS, is. Oppidum est in ora Lusitaniæ, ad Oceanum, cujus meminit Plin. lib. 8. cap. 22. V. infra MYRTOUS.

MYRTĪLUS, i. m. [Μύρτιλος] Auriga OEnomai regis Elidis & Pisæ a Pelope in mare projectus. V. ibid.

MYRTŎPĔTĂLUM, i. n. [μυρτοπέταλον] Herba est, quam alio nomine Polygonaton appellant, a multitudine geniculorum. Auctor Plin. lib. 27. cap. 12.

MYRTŌUS, a, um. Adj. [Μυρτῷος] ut, Myrtoum mare, a Myrtilo dictum, jacet inter Cretam & Atticam, habetque latitudinem maximam; in quo sunt insulæ, Cythera, Calaoria, & quæ Æginam cingunt & Salaminem, & ex Cycladibus pleræque; quod vero contiguum est, jam Ægæum est. Auctor Strabo. Alii Myrtoum a Myrtoo (sic enim vocant OEnomai aurigam) nominatum tradunt, quem Pelops ab Hippodamia falso apud se accusatum, quasi ei stuprum inferre conatus esset, quum illa, absente Pelope Myrtoi complexum & concubitum ultro appetisset, in mare proximum e curru præcipitem dejecit. Verum Pausanias in Arcadicis cap. 14. hæc non probat. Vult enim mare Myrtoum a muliere quadam Myrto, (ἀπὸ γυναικὸς Μύρτους) esse appellatum. Verisimilius Plin. 4. 11. a parva insula Myrto deducit.
Aquæ Myrtoæ. Ovid. 16. Epist. 208.
Mare Myrtoum. Hor. 1. Carm. 1. 14.

MYRTUS, i. f. [μύρτος, μυρσίνη] Arbor nota; baccas saporis præcipui producens, ex quibus vinum fit. V. Plin. lib. 15. cap. 29.
Myrtus Asia, est Lydia, vel quod idem est, Mæonia. Sic autem regio a Sardis inter Tmolum & Caystrum vocatur, uvida & uliginosa & myrtetis aptissima. Illic & Asium pratum erat, & Asia palus. V. ASIA, prima prod.
Folium myrti. Ovid. 3. de Arte Am. 54.
Amantes litora. Virg. 4. Georg. 124.
Fragilis. Hor. 3. Carm. 23. 16.
Gratissima Veneri. Est enim arbor Veneri dicata, teste Plin. lib. 12. cap. 1.
Horrida densis hastilibus. Virg. 3. Æn. 23.
— & densis hastilibus horrida myrtus. Turnebus 4. 22. Hoc, inquit, mihi e consuetudine Græcorum doctissimus poeta finxisse videtur, qui tumulis & bustis, cum alia virgulta, tum myrtum imponere solebant, quod eruditissimus vir Victorius annotavit.
Intonsa. Stat. 4. Silv. 7. 10.
Litorea myrtus. Ovid. 1. Amor. 1. 29.
Paphiæ, i. e. Quas amat Venus. Ovid. 3. de Arte Am. 181.
Pulla. Hor. 1. Carm. 25. 18.
Myrtus pro Corona myrtea, ut Laurus pro Laurea, sæpe ponitur.
Cingere tempora myrto. Virg. 1. Georg. 28.
Impedire viridi nitidum caput. Hor. 1. Carm. 4. 9.

MYRTUM, i. n. Myrti fructus. Virg. 1. Georg. 306.
Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrta.

MYRTEUS, a, um. Adj. [μύρτινος] Ex myrto. Plin. lib. 23. cap. 4. Similis & myrtei olei ratio, astringit, indurat, &c.
Gausapina myrtea, dicitur a Petronio cap. 21. de colore fructus myrtei matori. Verba ejus sunt, Ultimo cinædus supervenit, myrtea subornatus gausapina. Al. Gausapila.
Myrteus etiam color in equis a Palladio nomeratur lib. 4. cap. 13.
Serta. Tibul. lib. 1. 3. 66.
Virga. Ovid. 3. Amor. 1. 34. conf. Myrrheus supra. Sæpissime autem hæc confunduntur in MSS.

MYRTEUM, i. n. pro Oleo myrteo. Cels. 3. 19. & 6. 2.

MYRTĪNUS, a, um. Adj. [μύρτινος] Plin. 15. 29. Oleo myrtino illi tum statim resolvitur.

MYRTĀCEUS, a, um. Adj. Cels. lib. 7. cap. 17. Quidam medium tumorem excidunt, ad similitudinem myrtacei folii.

MYRTĀTUS, a, um. [μυρτωτὸς] aliud Adj. ut, Myrtatum obsonium. Plin. lib. 15. cap. 29. Et lib. 12. cap. 17. Ladana myrtata deprehenduntur, crepitantque in igne.

MYRTĪDĀNUS, a, um. Adj. [μυρτίδανος] Quod ex myrto factum est. ut, Myrtidanum vinum. Plin. lib. 15. cap. 29. Conf. Mercurial. Var. Lect. 1. cap. 12. p. 30.

MYRTĒTUM, i. n. [μυρσινών] Locus myrtis consitus. Plaut. Fragm. Nescio qui servus e myrteto prosiluit. Martial. lib. 3. 58.
Non otiosis ordinata myrtetis. sc. Villa.
Litora myrtetis lætissima. Virg. 2. Georg. 112.

MYRTIŎLUS, a, um. Adj. dimin. Columel. 10. 238.
Myrtiolo modo crine viret. V. MURCIOLUM.

MYRTĪTES, æ. m. [μυρτίτης] vinum eo modo dicitur quo Aromatites. Columel. lib. 12. cap. 38. Vinum myrtiten ad tormina sic facito. Plin. lib. 30, cap. 7.

MYRTUŌSUS, a, um. Adj. Myrti simile. Plin. lib. 12. cap. 13. Frutice myrtuoso, palmi altitudine.

MYRUS, i. m. Murænæ mas, qui generat. Plin. 9. 23. V. MYRINUS.

M Y S

MYS, yos. [Μῦς] nomen fuit Cælatoris, qui claruit argento cælando. Martial. lib. 8. 51.
Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis?

MYS, yos. m. [μῦς] Mus, in mari Testudo, mus aquatilis, qui & mus marinus, & lutaria testudo dicitur.
Item piscis genus ex ostrea est. Plin. 37. cap. 11.

MYCĒLUS, vel MYSCALLUS, i. m. Conditor Crotonis urbis in Italia. V. Ovid. 15. Met. 20. & Cæl. Rhod. 12. 4.

MYSCUS, i. m. [μύσκος] Piscis a moris similitudine dictus. Plin. 32. 11.

MYSIA, æ. f. [Μυσία] Asiæ regio juxta Propontidem & Hellespontum. Ptolemæus duplicem Mysiam facit, Majorem & Minorem, & utramque extra Bithyniam in Asia posuit, non procul ab Ida. De Mysia meminit Cic. in Orat. 25. Claud. 4. Conf. Hon. 53.
Quum Geticis ingens premeretur Mysia plaustris. Perperam errant qui Mysiam Asiæ regionem, cum Mœsia, Europæ sub Danubio regione, confundunt. V. Geographos.

MYSI, orum. m. [Μυσοὶ] Populus Mysiæ; ut, Mysus juvenis. Propert. 2. 1. 63.
Mysorum postremus. Strabo Geographiæ, lib. 12. refert Mysorum populum usque adeo contemptum fuisse, ut proverbio locum fecerit. Id usurpat M. Tullius in Orat. pro Flacc. 65. Quid, inquit, porro in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quam si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur? Idem 1. Q. frat. 1. 16. Nisi me forte Paconii nescio cujus hominis, ne Græci quidem, at Mysi, aut Phrygis potius querelis moveri putas. Nimirum gentis ejus contemptum declarans. Summum itaque despectum & infimam humilitatem hoc adagio significabimus. Erasmus.
Agmina Mysorum. Hor. Epod. 17. 10.

MYSŎMĂCĔDŎNAS, um. m. [Μυσομακεδόνες] Populi fuot Asiæ, in tracto majoris Mysiæ, a Macedonibus oriundi: unde & nomen habent. Meminit horum Plin. lib. 5. cap. 29.

MYSO, vel MYSON, ōnis. m. [Μύσων] Philosophus, Apollinis judicio omnium hominum sapientissimus, eo nomine habitus ignobilis est, quod ex vico obscuro natus esset. Laertius lib. 1. f. 106.

MYSTĒRIUM, i. n. [μυστήριον] Arcanum Latine dicitur, vel sub quo arcani aliquid latet; quodque non perficitur, nisi occulta aliqua sacrorum ratione: res arcana occultaque; quæque nefas est vulgo efferre. Erant enim mysteria, sacra arcana, quæ Latini Seclusa vocant. Hæc autem duorum generum erant apud Eleusinen terræ Atticæ; magna, quæ Cereri sacra erant; & parva, quæ Proserpinæ; in quibus quæ agebantur, sacerdotes summo silentio occultabant.
Translate. Cic. 4. Att. 18. Neque enim sunt epistolæ nostræ, quæ si perlatæ

Istæ non sint, nihil ea res nos offensura sit; quæ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus.
Mysteria pristina castis concepta sacris. Varr. lib. 6. de L. L. 2.
Aperire mysteria. Cic. 4. Tusc. 55.
Enuntiare dicendi. Cic. 1. de Orat. 206.
Referre. Cic. 3. de Orat. 72.
Traduntur quæ mysteriis reminisci. Cic. 1. Tusc. 29.
Tenere tacitum tanquam mysterium aliquid. Cic. 3. de Orat. 61.
Mysteria etiam erant quædam Festa, ut videtur apud Cic. 5. Att. 22. Velim ad me scribas certum, quo die mysteria futura sint. Et lib. 6. 1. Faciesque me, in quem diem Romana incidant mysteria, certiorem.
De usu hujus vocis apud Ecclesiasticos, V. Suiceri Thesaurum.

Mysterialiter, Adv. Vulg. Interpr. Iren. 1. 1. Mysterialiter a Servatore per parabolas ostensa.

Mysta, æ. m. [μύστης] Sacra discens, mysteriorum peritus, discipulus, initiatus sacris alicujus numinis. Senec. Herc. fur. 29.
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare mystæ.

Mysticus, a, um. Adj. [μυστικὸς] Arcanus. ut, Mystica sacra. Martial. lib. 8. 81.
Furta. Ovid. 2. de Arte Am. 640.
Vannus mystica Iacchi. Virg. 1. Georg. 166.
Vitis. Tibul. lib. 3. 6. 1.

Mystice, Adv. [μυστικῶς] Solin. de Ægyptio Api cap. 32. Al. 45. Delubra, quibus succedit aut incubat, mystice thalamos nominant.

Mystagogus, i. m. [μυσταγωγὸς] Princeps sacrorum. Cic. 6. Verr. 132. Itaque, Judices, hi, qui hospites ad ea, quæ visenda sunt, ducere solent, & unumquidque ostendere, quos illi mystagogos vocant, conversam jam habent demonstrationem suam.
Pro Conciliatore posuit Symmach. 5. Epist. 64. Amicitiæ meæ Scipio, te mystagogo usus, accessit. Adde 6. Epist. 25.

Mysteriarches, æ. m. [μυστηριάρχης] Prudent. Peristeph. 2. 349.
Bene est, quod ipse ex omnibus
Mysteriarchen incidit. De S. Laurentio Martyre.

Mystillus, i. m. [μύστιλλος] Coquus est apud Martial. 1. 51.
Si tibi Mystillus coquus, Æmiliane, vocatur,
Dicetur quare non Taratalla mihi? [Jocus est ex Iliad. α. 465. Unde apparet Mistyllon scribendum, quum apud Hom. sit μίστυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα. Sed nomen coquo Gr. Μίστυλλον fuisse putem, ex Partic. verbi formatum.

Mystus, i. m. Piscis ex lacertorum genere. Plin. lib. 32. cap. 11. Belonius putat esse *Un barbeau*, a mustacibus.

M Y T

Mythos, [μῦθος] Latine Fabula. Hinc

Mythologia, [μυθολογία] Sermo seu ratiocinatio fabularum.

Mythistoria, æ. f. [μυθιστορία] Fabulosa narratio. Capitol. in Macrin. cap. 1. V. in HISTORIA. H. St. desiderabatur hæc vox in Lugd.

Mythistoricus, i. m. [μυθιστορικὸς] ut, Mythistorica volumina. Vopisc. in Firmo, cap. 1.

Mythridates, V. MITHRIDATES.

Mytilene, es. [Μυτιλήνη] & **Mytilenæ**, arum. f. Sic enim in nummis, aliisque monumentis antiquis scribitur, sicut & ordo Stephani postulat: Etsi in plerisque codicibus Mitylene, Μιτυλήνη, inversis litteris duabus scribitur. Urbs in Lesbo, a cujus nomine nunc tota insula *Metelino* appellatur, in qua fuere olim duæ nobilissimæ civitates, hæc videlicet & Methymna. Hanc eandem insulam pridem Lesbum dictam volunt ab urbis nomine, quæ in ea item potentissima fuit. Martial. lib. 10. 68.
Quum tibi non Ephesos, nec sit Rhodos, aut Mitylene. Dicta Mytilene, ut Diodor. lib. 6. scribit, a Mytilene, Macaris filia. Meminit Cic. pro Rabir. Post. 4. Idem 4. Att. 11. & 7. Fam. 7. Hor. 1. Carm. 7. 1.
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen.
Pulchra. Hor. 1. Epist. 11. 17.

Mytilenæus, a, um. Adj. ut, Mango Mytilenæus. Martial. 7. 79. Pecten Mytilenæus. Claudian. de Nupt. Honor. v. 235.

Mytilus, V. MITULUS.

M Y U

Myus, untis. f. [Μυοῦς] Una ex duodecim Ioniæ urbibus, triginta a Mæandri ostio distans stadiis, quam postea ob hominum paucitatem Milesii incoluerunt. Auctor Strab. lib. 14.

M Y X

Myxa, æ. f. [μύξα] Pituita e naribus fluens, qui & Mucus dicitur.
Myxæ, Fructus sunt exigui, pruni magnitudine, ex arbore pruno valde simili, gustu dulces. Sebestena etiam vocant. V. Plin. 13. 5: 15. 13. & 28: & 17. 10.

Myxon, ōnis. m. [μύξων] Mucosus, hoc est, nares muco sordidas habens.
Myxon, Genus piscis. Plin. lib. 32. cap. 7. Auribus utilissimum bati piscis fel recens, sed & inveteratum vino. Item banchi, quem quidam myxona vocant.
Myxos, i. m. [μύξος] Prominens pars lucernæ, ex qua profertur ellychnium, quasi ex naribus mucus. Martial. lib. 14. 41.
Illustrem quum tota meis convivia flammis,
Totque geram myxos, una lucerna vocor. Alii legunt Myxas, & ipsa Ellychnia interpretantur. V. Suidam.

N

CONSONANS litterа, quæ si primam dictionis syllabam incipiat, aliquando famit ante se litteram G, ut, Narus, Gnarus: Navus, Gnavus. [V. tamen dicta in G. litt.] Et si habuerit post se C, ut plorimum C mutatur in G; ut, Quadringenti, pro Quadrincenti; Quingenti, pro Quincenti: ubi vero N non fuerit, servatur C; ut, Ducenti.

N litteram postponebant veteres frequentissime vocalibus natura longis, ut in plerisque veterum inscriptionibus apparet, ubi legitur Formonsus, Formonse, Atlans, Gigans, Pallans, Thensaurus. Quod hac de causa factum existimat Pierius, quod mos veteribus fuerit istiusmodi vocalibus natura longis τὸν μακρὸν (-) signum superaddere: qua nota quantæ illæ essent, admonerentur, eamque postmodum imperitioribus sæculis compendiariæ scripturæ apicem esse crediderunt. Cœptaque primo pro N proferri, mox & adscribi, atque ita ex Formosus, Formonsus, ex Thesaurus, Thensaurus, ex Atlas, Atlans, & similia in usum prodiere.

N in derivationibus & compositionibus in alias consonantes transit.

N mutatur in G ante G more Græcorum; ut, Aggulus, Aggens, Agguilla, Iggerunt. Varro in Fragm. lib. 1. de L. L. ex Prisc. lib. 1. c. 1.

N in L. ut, Unus, Ullus, Nullus, Catena, Catella, &c. Quæ quidem ex diminutiva forma primitus dicta videri possunt, Unulus, Catenula, &c. Senec. de Brevit. Vit. cap. 13. Valerius Corvinus primus Messanam vicit, & primus ex familia Valeriorum, urbis captæ in se translato nomine, Messana appellatus est, paullatimque, vulgo permutante litteram, Messala dictus est.

N in M ante M B P in compositis: ut, Commoror, Immoror, Imbecillis, Impono, &c.

N in R & L, si L & R sequitur: ut, Corrigo, Corrumpo, Colligo, Collega, &c.

N evanescit ante GN: ut, Ignosco, Ignavus, Cognosco, Cognatus: & etiam in derivativis; ut, pro Conjunx, Conjux; a Frango, Fragor.

N. Nam, Natione, Natus, Nefastus dies, Nefrendes, Nepos, Neptunus, Nigro, Nomen, Nonæ, Noster, Numerarius, Numerator, Numeria, Numerius, Numerus, Numero, Nummum, Nummus.

N. B. Nigro badio, de coloribus equorum; Numeravit Bavius.

N. C. Nobilis Cæsar. N. C. A. P. R. Nobis concessum a populo Romano. N. C. M. D. Numerius Caius Marci dat.

N. D. Nomini dedicatum. N. D. D. Numini dono dedit, vel dedicavit. N. D. F. E. Ne de familia exeat.

N. F. Numerii filius. N. F. A. N. Numerii filius Auli nepos.

N. G. N. Nobili genere natus.

N. H. V. N. AVG. Nuncupavit hoc votum numini Augusto.

N. I. Nomine ipsius, Nominis jussu. N. I. D. Nomine ipsius dedit, Numinis jussu dedicavit. N. I. O. T. Numini Jovis optimi tonantis.

N. K. Nigro kæsio; de coloribus equorum.

N. L. Non liquet, Numerii libertus. N. L. M. F. ET TV. Nobis locum monumenti fecit & tumulum. N. L. N. Nobili loco natus.

N. M N. S. Novum monumentum nomine suo. N. M. Q. Numini majestatique. N. M. Q. E. D. Numini majestatique ejus devotissimus.

N. N. Numerii nepos.

N. P. Nefastus primo, Nomine proprio. N. F. C. Nomine proprio curavit.

N. S. Nomine suo, Non sequitur, Novum sepulchrum, Numerii servus. N. S. H. Non sequitur hæredem. N. S. H. M. Non sequitur heredes monumentum.

N. T. Numen tutelare, Novum tumulum. N. T M. Numini tutelari municipii.

N. V. Numero quinque. N. V. FIL. Nostræ urbis filio. N. V. H. INF. S. Neminem volumus hoc inferri sepulchro.

N A

NA. Natus, Natione.

N A B

NABARZANES, is. m. Darii, ultimi Persarum Regis, prætor & proditor. Curt. 5. 10.

NABATHÆA, æ. f. [Ναβαταία] Regio est, quæ ab Arabia incipiens, quam intra se continet, usque ad Mare rubrum ex latere dextro, atque ex superiori parte in Indicum protenditur.

Vide apud Steph. & quæ ibi notavi. H. St. Ethnicographus ille littera tenui Ναβαταία scribit, eaque recta scriptio est. V. Cellarii Geogr. 3. 14. 34.

NABATHÆUS, a, um. Adj. [Ναβαταῖος] Ovid. 1. Met. 61.

Eurus ad Auroram Nabathæaque regna recessit. Eadem olim mittebat elephantes, ut est auctor Juven. 1. Sat. 126.

Flatus Nabathæi. Lucan. lib. 4. 63.

NABIS, is. f. [καμηλοπάρδαλις] Animal. Plin. lib. 8. cap. 18. Horum aliqua similitudo in duo transfertur animalia: Nabin Æthiopes vocant, collo similem equo, pedibus & cruribus bovi, camelo capite, albis maculis rutilum colorem distinguentibus, unde appellata camelopardalis, Dictatoris Cæsaris Circensibus ludis primum visa Romæ. Ex eo subinde cernitur, aspectu magis quam feritate conspicua: quare etiam ovis feræ nomen invenit. Nabun Hard. ex MSS. edidit.

Nabis [Νάβις] etiam crudelissimus Lacedæmoniorum tyrannus. Flor. 2. 7. 12. Liv. de Bell. Maced.

NABIUS, Tarraconensis Hispaniæ fluvius. Ptolem. lib. 2. cap. 6. Narium dicit Mela 3. 1.

NABLA, æ. f. [νάβλα] vel NABLUM, i. n. Psalterium. Vulg. Interpr. 1. Paral. 15. 16. Al. Naula. &

NABLIUM, [ψαλτήριον] Instrumentum musicum, quod alias Psalterium dicitur. Ovid. 3. de Arte. Am. 327.

Disce etiam duplici genialia nablia palma
Vertere: conveniunt dulcibus illa modis. Al. Naulia. V. Cæl. Rhodig. 9. 4.

NABRISSA, æ. f. [Νέβρισσα] Ptolem. lib. 2. cap. 4. aliis Nebrissa: hodie Veneria cognominata: Hispaniæ civitas est.

NĂBŪCHŎDŎNŎSOR, [Ναβουχοδονόσορ] Babylonis rex fuit, qui (inquit Origenes) gentibus innumeris propinavit mæroris potum, superbe ac crudeliter, quod Domini fiebat virtute, sibi arrogantius ascribens.

N A C

NACCÆ, arum. m. appellantur vulgo Fullones, ut ait Curiatius, quod nauci sint, id est nullius precii. Idem sentit & Cincius. Quidam aiunt, quod omnia fere opera ex lana, naccæ dicantur a Græcis. Festus. V. Commentarios in Horatium. p. 392.

Nam νάκη & νάκος dicitur Pellis caprina. vide apud Despaut. 416. Al. Nattæ, non Naccæ. H. St. Apud Hor. Sat. 1. 6. 124. Natta nomen proprium est, ut observat Scholiastes, ut & Cruquius. conf. Juvenal. Sat. 8. v. 95. Tacit. Ann. 4. 34. 2.

NACTUS, V. NANCISCOR.

N Æ

NÆ, Græca dictio, [ναί] Adverbium affirmandi; Valde vel Nimis aliquando significat, ut ait Donatus. Ter. in And. prol. 17.

Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant. Idem And 2. 1. 26.
Sponsam hic tuam amat. P. næ iste haud mecum sentit. Ubi Donatus; Næ, Valde. ut & Cic. 2. in Catil. 6. Næ illi vehementer errant. Sensus hic est, Non id amat quod amo, nec id odio habet, quod odi, hoc est, Valde iste, inquit, non mecum sentit: id amat quod ego odi. Et paulo post, Næ, Valde: aut, ut quidam volunt, O quam. Lucilius in 10. Næ in arce bovem discerpsi magnifice, inquit.

Næ, Certe, utique, profecto. Cic. 7. Fam. 31. Incredibile quam turpiter mihi facere videar, qui his rebus intersim; næ tu videris multo ante providisse quid impenderet. Hor. 2. Serm 3. 97.

Clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam & rex. Al. Sapiens ne? etiam & rex. V. NE. Cic. 2. Philipp. 3. Næ tu, si id fecisses, melius famæ, melius pudicitiæ tuæ consuluisses. Idem 6. Verr. 81. Næ ista præclara nobilitas desinat queri, Populum Rom. hominibus novis, &c. Alii Ne cum e longo scribunt.

NÆNIA, æ. vel NÆNIÆ, arum. f. [ἐπικήδειον, μονῳδία] est (inquit Festus) Carmen, quod in funere laudandi gratia, cantatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo Finem significari putant. Quidam volunt Næniam ideo dici, quod voci similius querimonia flentium sit. Quidam aiunt Næniæ ductum nomen ab extremi intestini vocabulo. Græci enim νεάτην extremum dicunt:

five quod chordarum ultima νήτη dicitur, extremam cantionis vocem næniam appellarunt. Nonius 2. 594. Nænia ineptum & inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quæ præfica diceretur, iis, quibus propinqui non essent, mortuis adhiberet. Varro de Vita Populi Rom. lib. 4. Ibi a muliere, quæ optuma voce esset, perquam laudari, deinde næniam cantari solitam ad tibias & fides. Hactenus Nonius. Cic. 2. de Legib. 61. Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen næniæ. Quo vocabulo etiam Græcis cantus lugubres nominantur. Quintil. lib. 8. cap. 2. Doctis placet Nenia scribi, quia Græcis νηνία. V. Voss. Etymol. & Scalig. poet. 1. 50.

Næniam quoque deam veteres coluere, cui facellum extra portam Viminalem fuerat dedicatum, ut ait Festus.

Soricina nænia. Plaut. Bacch. 4. 8. 46.

Si tibi machæra est, nobis vervina est domi,
Qua quidem te faciam, si tu me irritaveris,
Confossiorem soricina nænia. Quo loco Turnab. Soricina nænia non aliud quidquam videtur esse, quam Cantiuncula quædam celebris de confosso sorice, qui dum rodit, suo indicio plerumque confoditur. Proinde canebatur, Sorex suo indicio confossus periis, aut aliud quiddam simile.

Nænia dicitur omne Dictum vulgatum & nugatorium. Phædrus 3. 2. 10.
Legesne, quæso, potius viles nænias? i. e. Fabellas.

Puerorum nænia. Hor. 1. Epist. 1. 63.

Næniam pro Incantatione accipi dicit Porphyrio apud Hor. Epod. 17. 29.
Caputque Marsa dissilire nænia.

Nænia etiam Nutricum cantio dicitur, qua pueris inducunt somnos. Arnob. lib. 7. p. 237. Ut somno occupari possint, lenes audiendæ sunt næniæ.

Nænia fuit quoque dictum Extremum intestinum, quod νῆστιν, seu jejunum Græci vocant. Arnob. 7. p. 229. Quid nænia? quid offæ? conf. Plaut. Bacch. 4. 8. 47. & ibi Taubm.

N ÆNU, pro Non, antiquis fuisse in usu probat Nonius, 2. 580. Lucil. lib. 30.
Sed tamen hoc dicas, quid est nænu molestum est. Varro, Si hodie nænu venis, cras quidem si veneris. &c. Sic a plerisque Nænu legitur sine m. Alii Nenum scribunt. V. suo loco.

N ÆVIUS, i. m. [Ναίβιος] Poeta comicus vetustissimus, cujus meminit Hor. 2 Epist. 1. 53.
Nævius in manibus non est, & mentibus hæret
Pæne recens, adeo sanctum est vetus omne poema.

Nævius, epigramma sibi posuit plenum superbiæ Campanæ,
Immortales, mortales si foret fas flere,
Flerent divæ Camœnæ Nævium poetam:
Itaque postquam Orci traditus est thesauro,
Obliti sunt Romæ Latina lingua loquier. Auctor Gellius lib. 1. cap. 24. Varro autem in lib. de Poetis, dicit eum stipendia fecisse primo bello Punico, idque bellum carmine scripsisse.

Nævius Turpio, Verris in omni calumnia præcursor & emissarius, ut refert Cic. 7. Verr. 107.

N ÆVIA, æ. f. Muliebre nomen ejusdem gentis. Martial. 1. 69.

N ÆVIUS, a, um. Adj. ut Nævia, Silva dicta juxta urbem, quod Nævii cujusdam fuerit. Festus. &
Nævia olea apud Colum. 5. 8. & 12. 48.

N ÆVIĀNUS, a, um. Adj. [Ναιβιανός] Cic. de Clar. Orat. 60. Illius autem ætatis qui sermo fuerit, ex Nævianis scriptis intelligi potest.

Laudator Nævianus. Cic. 1. Att. 16. Nosti Calvum ex Nævianis illum laudatorem meum. In plerisque tamen libris scriptum est, ex Nanneianis, sed mendum subolet, rectumque videtur, ex Nævianis. Respexit enim Cicero ad versum Nævii, cujus ita meminit in epistolis, (15. Fam. 6. pr.) Lætus sum laudari me, inquit Hector, opinor apud Nævium, abs te, pater, laudato viro. M. inquit Crassus laudator ille meus, quem irridens calvum appellat, & laudatum virum, similemque Næviano laudatori, negotium transegit & confecit. Turnebus. Sed non persuasit sententiam suam doctis Turnebus. V. Interpp. in loc.

Pira Næviana. Colum. 5. 10. & 12. 10.

N ÆVUS, i. m. [Σημεῖον σώματος Gl. L. Gr.] Corporis insigne, seu genuina macula. Cic. 1. de Nat. Deor. 79. At est corporis macula nævus: illi tamen hoc lumen videbatur.

Nullus in egregio corpore nævus erit. Ovid. 5. Trist. 13. 14.

Cognoscere aliquem nævo. Cic. in Brut. 313.

Nævi etiam sunt Mendæ, vel vitia, vel crimina. V. Juret. in Symmach. p. 164.

N ÆVŬLUS, i. m. dimin. Apul. de Mundo p. 59. Minores insulæ, ut nævuli quidam, per apertas ponti sunt sparsæ regiones. Gell. 12. 1. An tu quoque, inquit, putas Naturam feminis mammarum ubera, quasi quosdam nævulos venustiores, non liberum alendorum, sed ornandi pectoris causa dedisse?

N A G

N AONIA, æ. f. Umbrorum urbs in Italia, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Prius Nequinum, hodie Narnia, vulgo *Narni*. Videtur Narnia reliquisse Ptol. alia est Anagnia Latii, de qua s. l.

N AGNATA, æ. f. Hiberniæ urbs insignis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 2. Magnata legimus in codice manu scripto.

N A I

N AIĂDES, um. f. [Ναΐδες, Ναϊάδες] Nymphæ sunt fontium, vel fluminum.

Æquoreæ. Ovid. 14. Met. 557.

Chori Naiadum. Ovid. 1. Fast. 512.

Dominæ undarum. Stat. 1. Silv. 5. 6.
— alios poscunt mea carmina cœtus:
Naiadas undarum dominas. Nonnulli legunt Naidas: quod a nominativo Nais descendit: illud vero a nominativo Naias.

Hesperiæ. Ovid. 2. Met. 325.

Pallidæ. Virg. 2. Ecl. 10.

Sorores. Sil. lib. 6. 288.

Udæ. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 17.

N A N

N AIN, m. indecl. [Ναΐν] Civitas Galilææ, duobus millibus distans a monte Thabor.

N ĀIS, idis. f. [Ναΐς] nomen Nymphæ aquaticæ, a νάω. Idem quod Naias.

Cærula Nais. Stat. 3. Silv. 4. 42.

Candida. Virg. 2. Ecl. 46.

Lubrica. Stat. 1. Silv. 3. 62.

Nais, item nomen Fluvii, qui ex Tauro nascens in Pontum mergitur.

N ĀĬCUS, a, um. Adj. Propert. lib. 2. 23. 94.
Supposita excipiens Naica dona manu. Al. Nai, caduca.

N ALCOA, æ. f. [Ναλκόα] Urbs Britanniæ Ptolemæo.

N A M

N AM, [γάρ, ὅτι] Conjunctio causalis, primum tantum locum sortitur. Plaut. Curcul. 3. 23.
De Coclitum prosapia te esse arbitror:
Nam hi sunt unoculi. Ter. And. 2. 6. 27.
Quidnam hoc rei est? quidnam hic vult veterator sibi?
Nam si hic mali est quicquam, hem illic est huic rei caput.

Nam, non tam causam aliquando reddit, quam ingressum seu initium rei significat. Ter. And. 1. 1. 24.
Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum
Cognosces, & quid facere in hac re te velim.
Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,
Liberius vivendi fuit potestas. &c. Nam, hic non causam: sed rei initium notat: Pamphili nempe vitam incipit describere. Cic. in Brut. 81. Fabius Pictor fuit & juris, & litterarum, & antiquitatis bene peritus. Quintusque Fabius Labeo fuit ornatus iisdem fere laudibus. Nam Q. Metellus, is cujus quatuor filii Consulares fuerunt, in primis est habitus eloquens, &c.

Nam, incipiendi vim habet. Verba sunt Donati in illud prologi Adelph. 12.
Eam nos acturi sumus novam; pernoscite
Furtumne factum existimetis, an locum
Reprehensum, qui prætereitus negligentia est.
Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles
Eum adjuvare, &c. Idem Donatus in illud Hecyræ, 1. 2. 100.
Reliquit cum matre hic uxorem; nam senex
Rus abdidit se, huc raro in urbem commeat. Nam, inquit, inceptiva particula. [Quia semper initio ponitur periodi scilicet.

Nam, pro Autem, vel simili discretiva ponitur. Cic. in Sallust. 9. Nam, quod ista inusitata rabie petulanter in uxorem & filiam meam, &c.

Namque Commentator anon. Horatii cap. Et. Vide 374. H. St. Exponens nimirum illud Hor. 1. Serm. 6. 41.
Namque est ille, pater quod erat meus.

Namque, [γάρ] Conjunctio causalis, quæ secundo loco ponitur: ut, Illa namque ita, &c.

Namque, primo loco positum, pro Siquidem, certe. Virg. 1. Ecl. 7.
Namque erit ille mihi semper deus. Cic. 1. de Orat. 101. Tum ille, Namque quod tu non poteris, aut nescies, quis vostrûm tam impudens est, qui se scire, aut posse postulet?

Namque, pro Verum, aut Sed. Cic. 1. de Orat. 61. Namque illud quare Scævola negasti te fuisse laturum, &c.

Nam quid, sive Nam quis; pro Sed quid, vel sed quis; id est quid autem, vel quis autem? Ter. Eun. 5. 2. 58.
— quam tu rem actura obsecro es?
T. Nam quid ita? P. rogitas? Virg. 4. Georg. 445.
Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras, &c. Cic. 7. Fam. 1. Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris?

Nam quis, quæ, vel quod, pro Quisnam, &c. Terent. Phorm. 5. 1. 5.
Nam quæ hæc est anus, exanimata a fratre quæ egressa est meo? Nam quæ, ait Donatus, anastrophe: ut, Nam quis te, juvenum confidentissime. Sed figura hæc apta commotis est aliqua re nova. Anastrophe idem valet, quod inversio: quum verbum quod præcedere deberet, sequitur. Al. Namque. Rursus Phorm. 1. 4. 23.
Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inveniam miser?
Nam quod dixit, pro Quodnam.

Nam profecto. Sallust. in Catil. cap. 51. 18. Nam profecto aut metus, aut injuria te subegit, Silane, Consulem designatum, genus pœnæ novum decernere.

Nam quia. Quintil. lib. 10. cap. 2. Nam quia quædam sunt inimitabilia, quibus, &c.

Nam, pro Etenim. Cic. in Orat. 197. Nam qui audiunt, hæc duo animadvertunt. Sic sæpissime Cicero. Budæus.

N AMNĔTÆ, arum. [Ναμνῆται] Ptolemæo lib. 2. cap. 8. alio nomine Nannetes dicti: quorum civitas Condivicnum, vulgo *Nantes*. Turnebus apud Ptolemæum Ναννῆται legendum esse scribit. Lucan. 1. 419.
— tunc rura Nemetis
Qui tenet, & ripas Aturi, qua litore curvo, &c. Ubi tamen vulgo corrupte Nemetis scriptum est. Namnetes etiam Greg. Tur. & Venant. Fortunat. Nannetes Cæsari de B. G. 3. 9. ut & Plin. 4. 18.

N A N

N ANCISCOR, ĕris, nactus sum, [τυγχάνω, καταλαμβάνω, ἀποκτάομαι] nancisci. Acquirere: cum homine autem junctum frequentissime capitur pro Invenire. Fit autem a Nancio, is, secundum Priscianum lib. 10. fol. 127. 2. Aldi. Nancisci, inquit Donatus ad Hecyr. 4. 4. 59. proprie dicitur, qui paratus ad tenendum ante quam possit reperire quod teneat, statim quod occurrerit, prehendit. Plaut. Rud. 3. 6. 33. Ut nactus es, ubi bono animo. Al. Nactu's, habe &c.

Adversarium nancisci. Plaut. Capt. prol. 64.
Proin si quis pugnam expetat, lites contrahat,
Valentiorem nactus adversarium,
Si erit, ego faciam ut pugnam inspectet non bonam. Sic Idem Bacch. 2. 2. 39.
Ni nactus Venerem essem, hanc Junonem dicerem. Sic vestitum Ter. Eun. 3. 5. 9.

Belluas immanes nanciscimur venando. Cic. 2. de Nat. Deor. 161. Plaut. Rud. 4. 3. 46.
Meum quod rete atque hami nacti sunt.

Boni aliquid fortuiti nancisci. Cic. 3. de Nat. Deor. 87.

Causam

Causam idoneam nancisci. Nepos 2. 6. 2.
Causam moriendi se nactum esse Cato gaudebat. Cic. 1. Tusc. 74.
Facultatem. Marcel. in L. Qui decem. §. Idem responsum est. D. de solutionib.
Fidem nacta. Ovid. 1. Fast. 476.
Firmitatem. Cic. 11. Fam. 12.
Hospitium. Plaut. Men. 2. 3. 65.
Impudentiam. Plaut. Bacch. 1. 3. 51.
Malum. Ter. And. 5. 6. 3.
— more hominum evenit, ut quod sim nactus mali,
Prius rescisceres tu, quam ego quod tibi evenit boni.
Morbum. Æmil. Probus in Attici vita p.560. edit. Lambini. H. St. Exstat cap. 21. pr.
Naturam maleficam nactus est in corpore. Æmil. Probus in Agesilao 276. H. St. Exstant apud Nepot. cap. 8. pr. vitæ Agesi.
Noctem subnubilam nactua. Sallust. Fragm. cap. 11. conf. Gell. 10. 26.
Occasionem. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 9. Nacti occasionem meridiani temporis.
Otium. Cic. 4. Fam. 7. Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otii nactua ero.
Otiosum aliquem. Cic. 5. de Fin. 14. Quoniam nacti te, inquit, sumus aliquando otiosum, certe audiam quid sit, quod, &c.
Pisces. Ter. Adelph. 3. 3. 66.
— pisces ex sententia
Nactus sum: hi mihi ne corrumpantur, cautio est.
Potestatem. Sallust. Catil. cap. 38. pr. Homines adolescentes, summam potestatem nacti.
Potestatem per scelus. Cic. 3. de Nat. Deor. 84.
Prædam in agro. Ovid. 3. Met. 606.
Pretium enim nanscisceetur, nomenque poetæ. Hor. de Arte Poet. 299.
Sortem. Cic. 3. Verr. 104. Sortem nactus est urbanæ provinciæ, magis ex sua & Chelidonis, quam ex Populi Romani voluntate.
Spem. Cic. 3. Verr. 58. Quo quidem tempore, Judices, iste spem maximam reliquorum quoque peccatorum nactus est.
Spem majorem aliquid impetrandi. Cic. 13. Fam. 8.
Tempestatem turbidam nactus. Cæs. 2. Bell. Civil. 22.
Tempora apta. Ovid. [illegible] Met. 572.
NACTUA, a, um. active, V. supra in ipso verbo.
Passive, Hygin. Fab. 8. Ea occasione nacta fugæ se mandavit. Idem Fab. 28. Qui ab Apolline nacti, sunt interfecti.
Nanctua, antique pro Nactus. V. Parei Lex. Crit. p. 769. Ita etiam Gronov. Liv. 24. 35. & 36.
Nanctus pro Nactus, vide in Indice Histor. Rom. edit. Francof. H. St.
NANNĂCUS, i. m. [Νάννακος] Rex Phrygum fuisse legitur ante Deucalionem, qui diluvium futurum præviderat. Al. Annacus. al. Cannacus. Erasm. in Adag. Noachum corrupta voce intelligi suspicatur Læl. Bisciola tom. 1. Subsec. lib. 19. cap. 13. Jo. Heinr. Ursinus fabulam Cannacæ fictam putat ex historia Methusalem. Genes. cap. 5. V. Suid.
NANNIUM, [Νάννιον Suid.] Meretricula quædam fuit, proscenium, ut scribit Athenæus lib. 13. cognominata, quod vestium & auri cultu plurimo speciosa videbatur, quum exuta foret vel turpissima. Hæc item, si Suidæ credimus, facete dicta est Capra, quod Thalli cujusdam cauponam facientis bona deglutisset, tanquam germina hœdis objici sulita in pastum, quæ Thallor Græci vocant. Plaut. Amph. prol. 91. Alii legunt Nanium simplici N. V. Cæl. Rhodig. 8. 8.
NANQUE, V. Namque, in NAM.
NĀNUS, i. m. [νάνος] teste Gellio, lib. 19. cap. 13. Græcum vocabulum est, quo antiqui vocaverunt brevi corpore hominem, paululum supra terram exstantem, quem Latine Pumilionem dicimus. Propert. 4. 9. 13.
Nanus & ipse suos breviter concretus in artus. Juven. 8. Sat. 32.
— nanum cujusdam Atlanta vocamus. scil. per jocum. Ad. de Gell. 16. 7. & Suet. Tiber. cap. 61.
Nanus cum sis, cede. V. Chiliad.
Nani etiam Equulei vel muli humiliores dicebantur. Gell. 19. 13.
NANA. æ. f. Lamprid. Alex. Sever. cap. 34. Nanos & nanas, & moriones, populo donavit.
NANUM, inquit Festus, Græci Vas aquarium dicunt, humile & concavum, quod vulgo vocant *situlum barbatum*. Unde Nani, Pumiliones appellantur. V. Beroald. ad Suet. Tiber. cap. 61. & Lex. Pitisc.

N A P

NAPATA, ōrum. n. pl. [Νάπατα] Æthiopiæ urbs est: olim Candaces reginæ regia, cujus meminit Strab. lib. 17. Steph. Νάπατα.
NAPE, es. f. Nomen canis apud Ovid. 3. Met. 212. a νάπη saltus.
Napa, V. apud Octav. Hor. 1. 2. [Puto pro Napus, rapi genere.
NAPĒÆ, vel NAPÆÆ, arum. f. [Ναπαῖαι] Nymphæ sunt fontium, ut scribit Servius ad 1. Æn. 504. Nymphæ, inquit montium, Oreades dicuntur; silvarum, Dryades: quæ cum silvis nascuntur, Hamadryades: fontium, Napeæ, vel Naiades: maris vero, Nereides. At idem ad illud, Facilesque Napeas. Virg. 4. Georg. 535. Sane sciendum est, inquit, easdes esse Napæas, quæ & Dryades sunt. & Philarg. in eundem loc. Napæas, nemorum nymphas. Νάπαι enim Græci dicunt Nemora.
NAPHTHA, æ. f. [νάφθα] Genus veneni ex bitumine. Plin. lib. 2. cap. 105. Similis est natura naphthæ: ita appellatur circa Babyloniam, & in Austagenis Parthiæ profluens. bituminis liquidi modo: huic magna cognatio ignium, transiliuntque protinus in eam undecunque visam. Ita ferunt a Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne rapta. Hæc Plinii verba plurimum afferunt lucis Horatio sic scribenti, Epod. 3. 13.
Hoc delibutis ulta donis pellicem,
Serpente fugit alite. Etsi jocatur Allio, non naphtha imbutam fuisse coronam. Appellare videntur Latini hoc genus bituminis liquidi, Oleum vivum. Gratius,
Vulcano condicta domus, quam subter eunti
Stagna sedent venis, oleoque madentia vivo. Turneb. conf. Hesych. & Suid. in νάφθα. Plin. 2. 108. & 35. 15. Ammian. 23. 23. Olear. Itinerar. Pers. 6. 9.
NAPHTHA, es. f. Idem quod Naphtha. Plin. 35. 15.
NAPHTHAS, æ. m. Genus olei cedrino simile. Sallust. Hist. lib. 4. Fragm. cap. 20.

NAPI, indecl. & NAPY, yos. n. [νάπυ] Herbæ genus, idem quod Sinapi Persicum. Plin. lib. 27. 13. Idem 19. 8. Diosc. 2. 184.
NAPITÆ, [Ναπῖται] Populi in Scythia, quorum caput vicus Napis, qui & Napatæ nominantur. Stephanus.
NAPŪRA, æ. f. Funiculus ex stramento. Festus. Al. Nepura, quasi non pura. al. Naptura, ex ἅπτω necto.
NĀPUS, i. m. [βουνιάς] Genus rapi obtusioris & brevioris. Columel. lib. 2. cap. 10. Napus devexam terram amat & siccam. V. Plin. lib. 20. cap. 4. & 19. 10. & 5.
NĀPELLUS, i. m. nomen habet a napi similitudine. Est enim radix parvo napo similis. Arabes nunc vulgo vocant *Bisch*.
NĀPĪNA, æ. f. Locus in quo seminantur napi. Columel. lib. 11. cap. 3. Namque & napinæ, itemque rapinæ siccaneis locis per hos dies fiunt.
NAPUSA, æ. f. Colonia juris Italici. Urbs est Daciæ, cui nunc nomen Claudiopolis. Vulgo *Clausemburg*. V. Ursat. de Not. Rom.

N A R

NAR. Narbonensis.
NĀR, nāris. m. [Νάρ] Fluvius, qui per urbem Narniam effluens, Tiberi immiscetur. V. Plin. lib. 3. cap. 5. Virg. 7. Æn. 517.
Sulphurea Nar albus aqua. Cic. 4. Att. 14. vel indeclinabiliter posuit, vel neutro genere: Lacus, inquit, Velinus a M. Curio emissus intercisο monte in Nar defluit. conf. Tacit. 1. Ann. 79. 3. & 3. 9. 2.
Nar etiam ab Ægyptiis vocatur Planta iridis. Diosc. 1. 1.
NARANE, V. NARO.
NARBASIS, Urbs æstuaria in Hispania.
NARBO, ōnis. m. [Νάρβων] Sæpius addito cognomine Narbo Martius, Galliæ urbs, decumanorum colonia, XII M. pass. a mari distans. Plin. lib. 3. cap. 4. Ab hac urbe nomen est inditum provinciæ Narbonensi. Ausonius in Urbium catalogo, cap. 13.
Nectu, Martie Narbo, silebere, &c. Cic. pro Font. 3. Est in eadem provincia Narbo Martius, &c. Sequiori ævo Narbona, æ. f. dici cœpit, unde vulgo *Narbonne* dicitur.
NARBONENSIS, e. Adj. [Ναρβωνῖτις] Narbonensis provincia, ut ait Plin. lib. 3. cap. 4. appellatur pars illa Galliarum, quæ interno mari alluitur: Braccata ante dicta, a vestium habitu: quum reliqua, a nutriendi capilli studio Comata diceretur, quanquam sunt qui toti id nomen Galliæ tribuant. Amoe Varo ab Italia & Alpibus discernitur: a reliqua vero Gallia, montibus Cebenna & Jura: agrorum cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum nulli provinciarum postferenda. Hactenus Plinius. De hac V. Melam lib. 2. cap. 5. & Strabonem lib. 4.
NARBONICUS, a, um. Adj. ut, Narbonica vitis. Plin 14 3.
NARCÆUS, i. m. [Νάρκαιος] Filius fuit Dionysi & Physcoæ, qui bello clarus Palladis Narcææ templum excitavit. Nam sæpe a templorum conditoribus, diis veterum adoptabantur cognomina. Auctor Cælius lib. 13. cap. 34. V. Pausan. Eliac. 1. p. 164. Wech.
NARCA, es. f. [νάρκη] Centaurium majus. Diosc. 3. 6.
Narcen, Romani Torpedinem dicunt. Diosc. 2. 15.
NARCISSUS, i. m. [Νάρκισσος] fertur Filius fuisse Cephisi amnis, & Lyriopes nymphæ, qui quum pulchritudine præstaret, a multis nymphis amatus est. Et quum nimio desiderio potiundæ nymphæ contabuisset, mutatus est in florem sui nominis. Ovid. 3. Met. 346. Et Stat. 7. Theb. 341.
Narcissus, etiam Claudii libertus fuit, potentia formidolosus. qui quum quandoque missus esset a Claudio, ut milites tumultuantes sedaret, suggestumque velut concionaturus conscendisset, hominis indignitatem molestе ferentes militum plures, id invulgatum succlamarunt, ἰὼ Σατυρνάλια, id est, Saturnaliciua dies; quoniam dominorum habitu tunc prodeant servi. Auctor Dion. conf. Suet. Claud. cap. 28. Juven. 14. Sat. 329. Tacit. 13. Ann. 1. 4.
Fuit & Narcissus, nomen Fluvii.
NARCISSUS, i. m. [νάρκισσος] Flos apud Italos frequentissimus, nostria autem minus cognitus. Plin. lib. 21. cap. 5. Et cap. 19. Narcissi duo genera in usu medici recipiunt: Unum purpureo flore, & alterum herbaceum. hunc stomacho inutilem, & ideo vomitorium, alvosque solventem, nervis inimicum, caput gravantem. Et a νάρκη, narcissum dictum, non a fabuloso puero. Utriusque radix mulsei saporis est. Virg. 8. Ecl. 53.
— narcisso floreat alnus.
Lacryma narcissi. Virg. 4. Georg. 160.
Purpureus. Virg. 5. Ecl. 38.
Sera comans narcissus. Virg. 4. Georg. 123.
NARCISSĪNUS, a, um. Adj. [ναρκίσσινος] ut, Narcissinum oleum. Plin. lib. 21. cap. 19. Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias.
NARCISSĪTES, æ. m. [ναρκισσίτης] Gemma appellata est, quæ narcissi colorem habet, venis hederæ distincta. Hujus meminit Plin. lib. 37. cap. 11.
NARCŌTICA, [ναρκωτικά] Medici neoterici appellant medicamenta, quibus stupor conciliatur, ac torpor, adversus sensum doloris ac cruciatum. ἀπὸ τῆς νάρκης, quod stuporem significat.
NARDUS, i. f. & NARDUM, i. n. [νάρδος] Frutex est (inquit Plin. lib. 12. cap. 12.) gravi & crassa radice, sed brevi, ac nigra, fragilique, quamvis pingui, situm redolente, ut cyperi, aspero sapore, folio parvo densoque, cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. Hebraice vocatur *Nerd*. Vulgus nostrum vocat *spicam nardi*.
Est enim & alia nardus celtica, Gallicum Nardum Plin. lib. & cap. 12. V. & Columel. 12. 10. quam eandem esse cum nostra Lavandula putat Barbarus.
Nardum Rusticum. Plin. lib. 21. cap. 6. Baccar quoque, radicis tantum odoratæ est, a quibusdam nardum rusticum appellatum.
Lenis nardi aristæ. Ovid. 15. Met. 398.
Nardi folium. Plin. 16. Columel. 2. 20.
Nardi spica. Plin. 13. 2.
Nardum silvestre & rusticum, Asarum. Plin. 12. 12. & 13. Diosc. suppos.
Nardus Sampharitica. Diosc. 1. 6.
Nardus Indica. Diosc. 1. 6. 9. Plin. lib. & cap. 12.
Nardus, & Nardum, pro Unguento nardino. Tibul. lib. 2. 2. 7.
Illius

Illius puro distillent tempore nardo. Puro, i. e. Non adulterato. V. Salmas. Exerc. Plin. Sic lib. 1. 7. 51.
Illius & nitido stillent unguenta capillo,
Et capite & collo mollia serta gerat. Veteres enim epulabantur onguentati. Hor. 2. Carm. 11. 16.
Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu jacentes sic temere, & rosa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaque nardo
Potamus uncti? Quemadmodum Rosa dicitur pro Rosaceo, sic Nardum pro Nardino. Rursus Tibul. lib. 3. 6. 63.
Jamdudum Syrio madefactus tempora nardo,
Debueram sertis implicuisse comas. Vulgati codices habent Tyrio, sed non recte, ut opinor: id quod docet carmen Horatianum ante citatum. Idem Hor. Epod. 5. 59. eodem significato dixit,
Nardo perunctum. Et 13. 13.
— Achemenia
Perfundi nardo juvat. Et lib. 4. Carm. 12. 17.
Nardi parvus onyx. Nardi Syriaci semel & iterum meminit Celsus lib. 6. cap. 7. De aurium morbis, & curationibus.
NARDĪNUS, a, um. Adj. [νάρδινος] Quod nardum redolet, vel quod potius nardi saporem habet. Plin. lib. 15. cap. 13. Pira ab odore myrapla, laurea, nardina.
Unguentum nardinum, Ex nardo vel spica nardi factum. Plin. lib. 13. cap. 1.
NARDĬFER, ĕra, ĕrum. Gratius in Cyneg. v. 314. Nardifer Ganges.
NARICA, vel potius NARITA, æ. m. [ναρίτης] auctore Festo, Genus est piscis minuti. Plaut.
Muriatica autem video in vasis stagneis,
Bonam naritam, & camarum, & tagenia,
Echinos fartos, conchas piscinarias. Sic emendavit Scalig. Naricam alii legunt, perperam.
NĀRIS, is. f. [ῥὶν] pl. Nares, proprie Latiores nasi partes, in quibus sunt spiracula, a naritare, inquit Donatus in Adel. 3. 3. 43. quæ nos odorato doceant præsto & prope esse, quod adhuc oculi non vident. Plin. lib. 11. cap. 2. Item omnium auriculæ ac nares, quæ modicum eminent, flexili mollitia, naturæ providentia, ne frangerentur. Festus, Nares appellari putant, quod per ea nasi foramina odoris cujusque gnari simus. Lactant. de Opif. Dei, cap. 11. Nares idcirco sic nominantur, quia per eas vel odor, vel spiritus nare non desinit. Melius dici a Græco per inversionem litterarum, ut Latinis consuetum est, ῥῖνες nares, ut μορφὴ forma, & τέρην tener, & multa hujusmodi. [Apud Donat. Gnaritate scribendum.
Recte sursum sunt nares, quod odor omnis ad supera fertur. Cic. 2. de Nat. Deor. 141.
Acta retro naris, medioque infixa palato est. Ovid. 12. Met. 253.
Adjunctis naribus spiritu os augetur. Cic. 2. de Nat. Deor. 134.
Aduncæ spiramina. Lucan. lib. 2. 183.
Balba de nare loqutus. Pers. 1. Sat. 33.
Cava. Ovid. 1. de Arte Am. 520.
Compressæ. Lucret. lib. 6. 1191.
Geminæ. Virg. 4. Georg. 300.
Humentes. Suet. Claud cap. 30.
Patulis captavit auras bucula. Virg. 1. Georg. 376.
Pilosæ. Juven. 14. Sat. 194.
Præsagæ, Sagaces. Firmicus. lib. 8. cap. 9. Nutrient etiam canes, qui ferarum cubilia, & latentes latebras præsagis naribus persequantur.
Remissæ a fronte. Ovid. 14. Met. 95. al. Resimæ.
Resimæ patulæque. V. PATULUS.
Sagaci nare sentire aliquid. Lucan. lib. 7. 829.
Truncæ inhonesto vulnere. Virg. 6. Æn. 497.
Tumidæ. Valer. 1. Argon. 221.
Admovere aliquid ad. Cic. 3. Tusc. 43. Expones quæ spectet, florida & varia, fasciculum ad nares admovebis, incendes odores, & sertis redimiri jubebis & rosa.
Corrugare. Hor. 1. Epist. 5. 23.
Ducere naribus succum. Cic. 1. de Divin. 15.
Mollipedesque boves spectantes lumina cæli,
Naribus humiferum duxere ex aere succum.
Infundere in. V. INFUNDO.
Infundere per. V. INFUNDO.
Obsessæ igni. Sil. lib. 7. 358.
Offendit nares nidore lumen exstinctum. Lucret. lib. 6. 793.
Patent nares propter necessariam utilitatem. Cic. 2. de Nat. Deor. 145.
Reducere auram naribus. Lucret. lib. 4. 990.
Spirantes tauri ignem. Virg. 2. Georg. 140.
Narium tædia & graveolentiam emendat succus hederæ. Plin. lib. 24. cap. 4.
Τὸ Nares sæpe, pro ipso mentis sensu ponitur Acuto, vel Hebeti, ut
Acutæ horum hominum. Hor. 1. Serm. 3. 29. Intelligit Risores acutiores.
Emunctæ naris, durus componere versus. Hor. 1. Serm. 4. 8. de Lucilio. Porphyrio refert ad Versus, appellans Versus emunctæ naris Elegantes & decentes. Acron refert ad Lucilium, interpretaturque Sapientem: quia e contrario, inquit, Mungosum [puto, Mucosum] stultum appellamus. Emunctæ igitur & purgatæ naris dicetur, is qui nasum emunctum & non mucosum habet. Porro qui nares purgatas habet, acrius olfacit, & clarius loquitur. unde facilius potest aliorum vitiorum fœtorem ac graveolentiam indagare, & liberius arguere. Adde quod mucosos non nisi emuncti solent irridere. V. MUCOSUS.
Obesæ naris juvenis, Qui nihil olfacit: hoc est stupidus. Hor. Epod. 12. 3.
Indulgere naribus, Irridere, subsannare. Pers. 1. Sat. 40. quod alibi Naso suspendere dixit.
Uti. Hor. 1. Epist. 19. 45. Proverbialis est loqutio, significans Inflexis naribus irridere. Narium enim inflatio irridentium gestus est. μυκτηρίζειν Græci dicunt.
Nares tribuuntur canalibus. Vitruv. 7. 4. i. e. Exitus quibus humor egreditur in locum patentem. V. Bald. Lex. & Vopisc. Prob. cap. 21. Salmas.
NARINŌSUS, a, um. Adj. Apertis naribus. Sic quidam codd. Lactant. lib. 5. 12. ext. Dii narinosi, quod odoribus turis colantur. Alii aliter. [Sed ingeniose Joh. Clericus Araneosis emendavit, probante Cellario. V. Minuc. Fel. cap. 24. 8. quem videtur exprimere studuisse Lactantius.

NARITIA. V. NARYCIUM.
NARNIA, æ. f. [Ναρνία] auctore Strab. lib. 5. Umbriæ civitas, per quam Nar labitur, a quo & nomen accepit. Sil. lib. 8. 459.
Hispellum, & duro monti per saxa recumbens,
Narnia. conf. Liv. 10. 9. & Plin. 3. 14. V. NAGNIA.
NARNIENSIS, e. Adj. ut, Ager Narniensis. Plin. 31. 4.
Populi Narnienses. Idem 3. 14.
Tribus Narniensis. V. TRIBUS.
NARON, ōnis. m. [Νάρων] Fluvius Dalmatiæ Strab. lib. 7. & Plin. 3. 22. Narōna Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Melæ, 2. 3. extr. hodie *Narenta*.
Item, Urbs coloniaque ejusdem regionis, apposita cognominis sui fluvio, unde & nomen accepit, a Salona LXXII m. pass. distans. Narona Melæ & Plin. l. c. Cic. 13. Fam. 77. extr. Vulgo *Narenta*.
NARRO, [διηγέομαι, ἀφηγέομαι, ἐξηγέομαι, ἱστορέω, ἀπαγγέλλω] āre. Dicere, recitare. Donatus, Narrare aliena, & quæ nobis non sunt necessaria, dicimus. Ter. Eun. 5. 5. 28.
Ego abeo intro: tu isti narrato omnem rem ordine ut factum siet.
Idem Andr. 3. 1. 8.
Bonum ingenium narras adolescentis.
Quid narras! Admirantis vox, non interrogantis, inquit Donatus. Ter. Adelph. 4. 2. 19.
Quid (malum) bone vir mihi narras! equidem perii.
Opinor narras? Ter. And. 2. 2. 30.
— num videntur convenire hæc nuptiis?
P. Non opinor, Dave. D. opinor narras? non recte accipis,
Certa res est.
Quas mulieres narras? Plaut. Truc. 2. 2. 29.
Narrare de. Cic. 3. Att. 15. Alteram quo Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine macieque narrasse. Idem 3. Fam. 1. Jucunda mihi ejus oratio fuit, quum de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes, quotidie mihi narraret. Et 2. de Orat. 241. Est autem hæc hujus generis virtus, ut ita facta demonstret, ut mores ejus, de quo narres, ut sermo, ut vultus omnes exprimantur. Propert. lib. 2. 1. 43.
Navita de ventis, de tauris narrat arator.
Male de aliquo. Cic. 16. Att. 13. Male narras de Nepotis filio. Bene narras & Male narras, eleganter dicimus: illud, quum jucundam rem audimus: hoc, quum molestam.
Casum aliquem. Ovid. 11. Met. 588.
Fabellam surdo asello. Hor. 2. Epist. 1. 199.
Jucunda aliquid de aliquo. V. JUCUNDUS.
Memoriter. In MEMOR.
Ordine. In ORDO.
Peræque. In PERÆQUUS.
Pericula sua. Propert. lib. 2. 28. 46.
Singula. Ovid. 6. Epist. 39.
Stomachum. Plin. 17. Epist. 9.
Suspiciose aliquid. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Vulgo aliquid. Hor. 1. Epist. 13. 16.
Narravit ut. Ter. Hec. 1. 2. 70.
Narratque, ut virgo a se integra etiam tum siet.
Narra mihi, reges Armenii patricios salutare non solent? Cic 2. Att. 7.
Narro tibi, plane relegatus mihi videor posteaquam in Formiano sum. Cic. 2. Att. 11. Narro tibi, hæc loca venusta sunt. l. c. Dico.
Narravit antiquitus. V. ANTIQUUS.
Narrat epistula. Plaut. Pseud. 4. 2. 51.
Rumor. Martial. lib. 3. 87.
Narrant, pro Dicunt. Plin. lib. 11. cap. 37. Solvi enim pericula & metus narrant.
Lux, brevitas, fides, consilium, & occulta calliditas narrandi. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Tempora narrando fallere. Ovid. 3. Trist. 3. 12.
NARRANS, antis. Partic. ut, Pendet narrantis ab ore. Virg. 4. Æn. 79. Ovid. 11. Met 588.
Omnia ad Halcyonam veros narrantia casus. Idem 1. Epist. 30.
NARRĀTUS, a, um. [διηγηθεὶς] Partic. ut,
Fabula narrata est. Ovid. 3. de Pont. 2. 97.
Narrata vulgo. Plin. lib. 11. cap. 52.
Magicis narrati artibus. Plin. lib. 11. cap. 37.
NARRĀTUS, ûs. m. [διήγημα] Ovid. 6. Met. 499.
— veniet narratibus hora
Tempestiva meis.
NARRĀTŪRUS, a, um. Partic. [διηγησόμενος] Stat. 3. Silv. 3. 207.
Verbaque dilectæ fert narraturus Hetruscæ.
NARRĀTIO, ōnis. f. [διήγησις, ἀφήγησις] est, Rerum gestarum, aut perinde ut gestarum expositio. Cic. 6. Att 2. Is multis nominibus in Trophoniana Chaeronis narratione Græcos in eo reprehendit, quod, &c.
Aperta atque dilucida. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Narratio, Pars orationis, est Rerum explicatio, & quædam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei. Cic. in Partit. 31.
Aperta, brevis, & verisimilis. Cic. 2. de Orat. 80.
Arida, & jejuna. Quintil lib. 2. cap. 4.
Constricta, an latius fusa narratio: continua, an divisa: recta, an ordine permutato, causæ docebunt. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Credibilis. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Credibiles, non historico, sed prope quotidiano sermone dilucide explicatæ narrationes. Cic. in Orat. 124.
Obscura totam obcæcat orationem. Cic. 2. de Orat. 329.
Pressæ narrationis gracilitas. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Sinuosa. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Amputandæ. V. AMPUTO.
Dicere narrationem. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Exponere. Cic. in Orat. 120.
NARRATIUNCŬLA, æ. f. dimin. [διηγημάτιον] Quintil. lib. 1. cap. 9. Narratiunculas a poetis celebratas, notitiæ causa, non eloquentiæ tractandas puto.
NARRĀTOR, ōris. m. [διηγητὴς] Cic. 2. de Orat. 219. Ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.
Faceti narratores & imitatores. Cic. 2. de Orat. 54.
NARRĀBĬLIS, e. Adj. [διηγητὸς] Ovid. 2. de Ponto, 2. 61.
Lingua sile, non est ultra narrabile quicquam.

Narsas, ētis. m. [Ναρσῆς] Eunuchus, Justiniani principis cubicularius: bibliopola prius: deinde ob animi virtutem patriciatus honore auctus, vir religione pietateque præditus. De quo vide apud Volaterranum. Narses Persarum rex. Eutrop. 9. 22. &c.

Nartes, Populi in Umbria regione Italiæ, qui alias Interamnates dicuntur, teste Plin. lib. 3. cap. 14.

Narthex, ēcis. m. [νάρθηξ] Græcis, Ferula Latinis. Unde Narthecia, alia ferulæ species, priore minor, quasi humilis ferula. Plin. lib. 13. cap. 22. Ferula calidis nascitur locis, atque trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo ejus genera: narthecam Græci vocant, assurgentem in altitudinem, nartheciam vero semper humilem. A genibus exeuntia folia maxima, ut quæque terræ proxima. Cetero natura eadem quæ anetho. & fructui similis. Narthecyan Hard. ex Theophr. opinor.

Narthecŏphŏri, orum. m. [ναρθηκοφόροι] dicebantur olim, Qui Bacchi sacris initiati ferulam ferebant. Unde Plato lib. de Anima proverbium fecit in eos qui sanctitatem prætendunt, vitiis omnibus inquinati, quum ait, Narthecophori quidem multi, Bacchi vero pauci. l. e. Sapientiam, virtutemque vindicant sibi quidem plures, sed quotusquisque scopum pertingit, aut induit perfectionem? V. Cæl. lib. 7. cap. 13. qui hoc pluribus explicat.

Narthēcium, i. n. [ναρθήκιον] pro Repositorio medicamentorum ponitur, etiamsi ex alia materia fuerint facta: quod id genus ligni accommodatum sit ad servanda medicamenta. Cic. 2. de Finib. 22. Jam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de narthecio promat, &c. Erasmus pyxidem intelligit, unde pharmacopolæ depromunt medicamenta. De narthecio, id est ex parato, & ad manum. Cornarius in lib. 6. Galeni de Compos. phar. dissentit his verbis: Sorani νάρθηκα citat Aetius lib. 8. cap. 44. Arbitror autem receptum fuisse morem Græcis medicis, ut libros suos medicamentarios νάρθηκας & ναρθήκια inscriberent: atque sic etiam illud Cic. 2. de Finib. 22. sic accipio, Jam doloris medicamenta, &c. De narthecio, hoc est de libro medicamentario narthecio inscripto. quanquam non ignorem aliquos pyxidem medicamentariam per Narthecium accipere, haud scio qua ratione ductos. Nobis certe consentit etiam Martialis poeta in Apophor. 14. 78. qui ejusmodi Narthecia capsulis eboreis inclusa fuisse dicit;

Artis ebur medicæ. narthecia cernis &c. Nec ignoro aliis aliter hunc locum accipi. Hæc ille. conf. Lex. Pitisc.

Narthēcūsa, æ. f. [Ναρθηκοῦσσα] Insula est in mari Carpathio, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Nărȳcium, i. n. [Νάρυκιον] Oppidum Locrorum vetustissimum, unde Ajax fuit, & Narycii populi, de quibus Virg. 3. Æn. 399.

Hic & Narycii posuerunt mœnia Locri. Abundant autem piceoptima, ut testatur Virg. 2. Georg 438.

Et juvat undantem buxo spectare Cytorum,

Naryciæque picis lucos.

Nărȳcius, a, um. Adj. Auson. Epist. 4. 18. Columel. 10. 386. & Virg. supra.

N A S

Năsămōnes, um. pl. [Νασαμῶνες] Populi sunt in Lybia, juxta Syrtes, spoliis naufragorum viventes, ut scribit Herodotus lib. 4. Sing. Nasamon. Lucan. lib. 9. 443.

Hoc tam segne solum, raras tamen exserit herbas,

Quas Nasamon, gens dira, legit, &c. Plin. lib. 5. cap. 5. In ora Syrtis Nasamones, quos antea Mesammones Græci appellavere ab argumento loci, medios inter arenas sitos.

Æquoreus Nasamon. Sil. lib. 3. 320.

Inops. Lucan. 4. 679.

Pauper. Lucan. lib. 9. 458.

Semihomines. Sil. lib. 11. 180.

Nasamōnius, a, um. Adj. [Νασαμώνιος] Sil. lib. 7. 609.

—Nasamonius Idmon.

Nemus Nasamonium. Senec. Herc. OEtb. 13. Sidonius, Carm. 9. 257.

ad Numidas usque transmovet;

Et vinctum Nasamonium Jugurtham.

Nasamōnĭăcus, a, um. [Νασαμωνιακὸς] aliud Adj. ut,

Agri Nasamoniaci ditissimus. Ovid. 5. Met. 129.

Rex Nasamoniacus. Stat. 4. Silv. 6. 75.

Triumphi. Sil. lib. 16. 631.

Nasamonītes, æ. m. Gemma sanguinea, nigris venis aspersa. Plin. lib. 37. cap. 10.

Nasatus, V. nasus.

Nascăle, is. n. Pessus, ad uterum mulierum medicatus. Const. Afer 5. 12. Nascale Pauli ad calidam vulvam. V. Reines. ad Petron. fragm. p. 109. Burm. p. 362.

Nascor, ĕris, nātus sum, [γεννάομαι] nasci. notam habet significationem.

Nasci equinis pedibus. Plin. lib. 4. cap. 13.

Nasci in pedes. Plin. lib. 10. cap. 53.

Nasci, & in lucem edi. Cic. 1. de Legib. 16.

Natus ex. Ter. Heaut. 5. 4. 7.

Ita mihi atque huic sis superstes, ut ex me atque hoc natus es.

Natus ex ea familia. Ter. Adelph. 3. 1. 10.

Ex fratre & sorore nati. Nepos 14. 2. 2.

Eodem patre nata. Idem 5. 1. 2.

Iisdem parentibus. Idem 20. 1. 4.

Patre claro. Hor. 1. Serm. 6. 58.

Patre certo. Cic. pro. Rosc. Amer. 46.

Illa matre. Liv. 1. 3.

Justa uxore. Cic. 1. Tusc. 85.

Obscure. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 3. Commendat scomma & conditio dicentis, si in eadem causa sit: ut si alium de paupertate pauper irrideat, si obscure natum natus obscure.

Summo genere. Plaut. Cist. 1. 1. 26. Cic. 7. Verr. 100. Natus genere nobili. Et 11. Fam. 22. Natus summo loco.

Dea. Virg. 1. Æn. 586.

Humana matre. Plaut. Amph. prol. 28.

Natus male volente genio. Plaut. Bacch. 4. 3. 4. Al. Malevolente 496.

Natus de genere. Plaut. Capt. 2. 2. 27.

Quo de genere natus est illic Philocrates? P. Polyplusio.

De pellice. Ovid. 4. Met. 422.

Inter agros & armenta. Tibul. lib. 2. 1. 67.

Natus Athenis. Plaut. Rud. 3. 4. 34.

Natus ibidem. Plaut. Pœn. 5. 2. 78.

Natus in Apulis. Plaut Mil. 3. 1. 53.

Natus & Oriundus differunt. Liv. 24. 6. Hippocrates & Epicides, nati Carthagine, sed oriundi a Syracusis, exule avo.

Natus animo leni. Ter. Hec. 2. 2. 28.

Natus cum virtutibus. Plaut. Rud. 2. 2. 15.

In dedecore natus Verres. Cic. 5. Verr. 60.

Sine crimine natus, i. e. Non ex adulterio, incestu, amore meretricio. Ovid. 3. Amor. 4. 39.

Per scelera. Senec. Agamem. 13.

Mihi iterum natus videor quod te reperi. Plaut. Pœn. 5. 2. 117.

Natus moriensque fefellit. Hor. 1. Epist. 17. 10.

Nec vixit male, qui natus, moriensque fefellit. Græce loquutus est, inquit Lambinus, Latino sermone: sic enim illi loquerentur, ὃς ἔλαθε γενόμενος τε καὶ θανών; qui natus & mortuus latuit: id est quem neque natum, neque mortuum esse quisquam mortalium scivit. Sic loquitur Cic. 9. Fam. 15. Quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Respexit autem illud Epicuri λάθε βιώσας, quod improbat & refellit Plutarchus. Hujus autem loci sententia est: fortunatum eum judico, qui ignotus, inhonoratus, inglorius cursum vitæ confecit. Hæc ille. Commune posset esse dictum, nec inepte usurpari in eos qui nihil, quod laude dignum sit, in vita unquam gesserunt.

Natus ad, In, vel Alicui rei, modo Naturæ finem, modo Aptitudinem denotat. Cic. pro Sext. 89. Nam quid ageret vir ad dignitatem & gloriam natus? Idem 5. de Finib. 58. Ergo hoc quidem apparet, nos ad agendum esse natos. Sic ibid. lib. 2. 39. Hi non viderunt, ut ad cursum equum, ad arandum bovem, ad indagandum canem: sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles, ad intelligendum & agendum esse natum. Ter. Heaut. 3. 1. 12.

At ego profecto ingenio egregio ad miseriam

Natus sum.

Ad arma. Ovid. 4. Trist. 10. 18.

Ad bella. Cic. pro Lege Manil. 42.

Ad facinus prædamque. Cic. 11. Philip. 37.

Ad facultatem quandam dicendi singularem. Cic. pro Corn. Balb. 3.

Ad furta nata manus. Ovid. 13. Met. 111.

Ad hoc unum natus, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet uni aliquis. Cic. in Orat. 99.

Ad honestatem natum genus hominum. Cic. in Partit. 91.

Ad jugum natæ boum cervices. Cic. 2. de Nat. Deor. 159.

Ad justitiam nos esse natos intelligere, nil præstabilius. Cic. 1. de Legib. 18.

Ad laudem & decus nati, suscepti, & instituti sumus. Cic. 5. de Finib. 63.

Ad alterius libidines flagitiosas natus atque aptus. Cic. 4. Verr. 134.

Ad societatem & communitatem generis humani nati sumus. Cic. 4. de Finib. 4.

Ad summa omnia natus Pompeius. Cic. de Clar. Orat. 239.

Ad hæc deorum beneficio tempora natus Cæsar. Cic. 12. Philip. 9.

Palæstra ad eam rem nata. Porphyr. in Hor. 1. Carm. 27.

In miseriam nasci. Cic. 1. Tusc. 9. Quoniam autem etiam mortui miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam.

In otia. Ovid 15. Met. 711.

In spem. Liv. 26. 6.

In usum lætitiæ scyphi, Inventi. Hor. 1. Carm. 27. 1.

Abdomini natus, non laudi atque gloriæ. Cic. in Pison. 41.

Foro & multitudini nata eloquentia. Cic. de Clar. Orat. 282.

Imperio huic. Cic. pro Coel. 59.

Instaurandis, reparandisque bellis nata gens. Liv. 24. 42.

Litteris nati Græci. Cic. 3. de Orat. 129.

Laudi natus. Cic. pro Sext. Cum his qui se patriæ, qui suis civibus, qui laudi, qui gloriæ, non qui somno & conviviis & delectationi natos arbitrentur. Ter. Adelph. 4. 2. 6.

Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis.

Servituti, V. natio.

Suis commodis natus, Propter sua commoda. Cic. pro Cluent. 43. Pro eo quod se non solum suis commodis, sed etiam suorum municipum, ceterorumque necessariorum natum esse arbitrabatur.

Patriæ, non sibi natus Cato. Cic. pro Muren. 75. de eodem Lucan. 2. 390.

In commune bonus, nullosque Catonis in actus

Subrepsit, partemque tulit sibi nata voluptas.

Ita nati sumus, ut & blandiri & suppliciter insinuare iis, a quibus esset petendum, & adversarios minaciter terrere possimus. Cic. 1. de Orat. 90.

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. Hor. 1. Epist. 2. 27.

Annos quinque. Plaut Mil. 3. 1. 35. Cic. de Senect. 14. Mortuus est (quum ego quinque & sexaginta annos natus, legem Voconiam voce magna & bonis lateribus suasissem) annos septuaginta natus: tot enim vixit Ennius.

Annos ad quinquaginta natus. Cic. pro Cluent. 100.

Annos natus undeoctoginta. Hor. 2. Serm. 3. 118.

Herba nata ad spem fœniseciæ. Varr. 1. de R. R. cap. 47.

Copiosissime nasci. V. copia.

Lente. In lentus.

Ager alius bene natus, alius male. Varro. 1. de R. R. 6. pr.

Alni nascuntur crassis paludibus. Virg. 2. Georg. 111.

Poma per annos continuos. Ovid. de Nuce 21.

Collis nascebatur ab eo flumine, pari acclivitate. Cæs. 2. Bell. Gall. 18.

Lapis nascitur in confinio. Marcel. in l. pro regione. D. de acquir. rerum domin.

Locus ita natus est. Liv. 9. 2. i. e. Ea natura loci.

Ventus nascitur. Cic. 4. Acad. 105. Mare illud, quod nunc Favonio nascente purpureum videtur, idem huic nostro videbitur.

Auster. Virg. 3. Georg. 179.

Nascuntur dissidia, facinora, oratio, &c. Donat. Natum dicitur de rebus

rebus repentinis. Cic. de Amicit. 35. Magna etiam diffidia, & plerumque justa nasci. Plaut. Mil. 2. 3. 10.

Nescis tu fortasse apud nos facinus quod natum est novum.

Nasci & Proficisci ex. Cic. pro Quint. 85. Ex quo uno hæc omnia nata & profecta esse concedit.

Nasci & Occidere, contraria. Cic. in Orat. 10.

Exoriri & Nasci, Exstingui atque opprimi, contraria. Cic. 2. de Lege Agrar. 89. Hic vero in oculis Senatus Populique Romani nihil posse existere. quod non ante exstingui atque opprimi posset, quam plane exortum ac natum esset.

Oritur ex se, & sua sponte nascitur amor. Cic. 2. de Finib. 78.

Argumentum nascitur. Cic. 16. Fam. 22. Scribes ad me, ut mihi nascatur epistolæ argumentum. h. e. Ut inde sumam argumentum ad te scribendi.

Consularis a vobis natus, Factus. Cic. Post red. ad Quir. 5. Procreatus sum parvus a parentibus, a vobis natus sum Consularis. conf. Turneb. Adversf. 22. 3.

Discordiæ multæ nascebantur de plebiscitis. Pompon. L. 2. §. Deinde quom esset. D. de orig. jur.

Error natus. Cic. 1. de Finib. 32. Sed ut perspiciatis unde omnis iste natus sit error, voluptatem accusantium, doloremque laudantium, totam rem aperiam.

Exordium nascitur. Cic. 1. Tusc. 8. Ergo ita nascetur exordium.

Historia maxima nascitur de nihilo. Propert. lib. 2. 1. 16.

Malum nascitur. Cic. 7. Verr. Binos habebam: jubeo promi utrosque, nequid plus mali nasceretur. i. e. Nequid oriretur amplius mali.

Odia nascuntur ex cupiditatibus. Cic. 1. de Finib. 44.

Opinio nascens. Cic. 16. Fam. 21. Enitar ut in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio.

Ordo major rerum mihi nascitur. Virg. 7. Æn. 44.

Pestis est nulla tam detestabilis, quæ non homini ab homine nascatur, Cic. 2. Off. 16.

Res nata ex tempore. Cic. 1. de Invent. 25.

Sententia. Cic. 2. de Finib. 34. Ergo nata est sententia veterum Academicorum, & Peripateticorum, ut finem bonorum dicerent, secundum naturam vivere.

Natus ex se. Cic. 5. de Finib. 13. Horum posteri meliores illi quidem mea sententia, quam reliquarum philosophi disciplinarum: sed ita degenerant, ut ipsi ex se nati esse videantor.

Cum hisce verbis Tiberius dedecus natalium ejus velavisset, Curtius Rufus videtur mihi ex se natus. Tacitus 3. H. St. Exstant Ann. 11.21. extr.

Nasci, pro Accidere. Cic. Attic. 11. 25. Nihil unquam simile natum puto: cui si in qua re consulere possum, cupio a te admoneri. Idem, Tum tibi placoit ut mitterem ad filium: inde natum est ut ad Publium.

Nascendi incerta conditio. Cic. 3. Catil. 1. & Senec. Epist. 11.

Nascendo. Ovid. 4. Fast. 647.

Agnaque nascendo sæpe necabat ovem.

NASCENS, entis. Partic. [φυόμενος] ut,

Athenis, non nascentibus, sed jam adultis fuit Thucydides. Cic. de Clar. Orat. 27.

Fraga nascentia humi. Virg. 3. Ecl. 8.

Laus nascens. Cic. 1. Fam. 7. Jam olim nascenti prope nostræ laudi, dignitati, virtutique præfuisti.

Luna. Hor. 3. Carm. 23. 2. Idem 2. Serm. 4. 30.

Poma. Ovid. 14. Met. 763.

Puer. Virg. 4. Ecl. 8.

Sol. Seneca Hippol. 3.

Templis nascentibus infer Genium. Stat. 3. Silv. 1. 28.

Tempora. Ovid. 1. Fast. 167.

Uvæ. Ovid. de Nuce. 27.

NASCENDUS, a, um. Partic. Gell. 3. 10. Ad homines quoque nascendos vim numeri istius porrigi pertinereque ait. [Nisi forte Nascentes scribendum.

NASCENTIA, æ. f. [γένεσις] Vitruv. 9. 7. Non e nascentia, sed ex conceptione, Genethliologiæ rationes explicatas reliquit.

Plur. Plin. Valer. 2. 23. Accipi cum nascentiis.

NASCIBILIS, e. Adj. Tertull. adversf. Marc. 3. 19. Mortalem negat, quem nascibilem confitetur.

NASCITURUS, a, um. Pallad. R. R. 7. tit. 7. Signum nascituri regis. Chrysol. Serm. 84. Bella nascitura compressit. V. Goclen. Probl. Gram. 1. 43. Et Observ. p. 440.

NATUS, a, um. Partic. V. supra in ipso verbo.

NATUS, i. m. [γόνος, γεννητὸς] pro Filio. Virg. 1. Æn. 668.

Nate, patris summi qui tela Typhoea temnis. Nepos 15. 10. 1.

Qui talem ex te natum relicturus sis. Natorum appellatio, inquit Modestinus, ad nepotes extenditur. Quintil. lib. 4. cap. 2. Uxorem duxi, natum fustuli, filium educavi. Ubi forte legas, Filium fustuli, natum educavi. Ut sit sensus, Postquam natus est. [Nugæ. Filius excipit rectius natum. Gell. 12. 1. Jam perfectum, jam genitum, jam filium. Et nati natorum, & qui nascentur ab illis. Virg. 3. Æn. 98.

Caritas quæ est inter natos & parentes, dirimi nisi detestabili scelere non potest. Cic. de Amicit. 27. i. e. Inter liberos & par.

Parvi nati. Hor. 3. Carm. 5. 42.

Natus aliquando assumit G, & dicimus Gnatus. Ter. Heaut. 1. 1. 78.

Nati, de Pullis equarum. Columel. lib. 6. cap. 27. Id præcipue genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit.

NATA, æ. f. [γεννητὴ] Filia.

Maxima natarum Priami. Virg. 1. Æn. 658.

Dulcis. Hor. 2. Serm. 3. 199.

Avellere natam complexo matris. Catul. in Carm. nupt. 60. 21.

Natis pro Natabus, in dat. & abl. plur. exstat apud Ovid. 13. Met. 661.

NATU, [ἡλικίᾳ] ut, Major natu. i. e. Ætate. Non nisi in ablativo reperitur, & cum adjectivis Magnus, Parvus, & Grandis fere junctum. Nepos 13. 3. pr. Hic cum esset magno natu. Idem 14. 7. pr. Maximo natu filius. conf. Liv. 2. 8. & 21. 34. Ter. Adelph. 5. 4. 27.

Deerit? id mea minime refert, qui sum natu maximus. V. Major, ad annos relatum, in MAGNUS.

Grandis. Cic. de Senect. 10. Quanquam eum colere cœpi, non admodum grandem natu, sed tamen jam ætate provectum.

Minor natu. Nepos 23. 3. 2. V. Minor, in PARVUS.

Minimus natu. Nepos 2. 2. 8. Liv. 2. 28: 3. 35: & 31. 18.

Maxima natu. Virg. 5. Æn. 644.

Gravior natu animus. Ter. Heaut. 4. 1. 32.

NATIO, ōnis. f. [ἔθνος, φῦλον] est, auctore Festo, Genus hominum qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt. Plin. lib. 12. cap. 25. Color in quacunque natione præfertur rufus.

Servituri natæ Judæorum & Syrorum nationes. Cic. de Provinc. Consul. 10.

Natione Macedo. Plin. lib. 35. cap. 10.

Natio & Gens distinguuntur apud Tacitum, hæc latiori sensu, illa anguftiori sumpta; de Germania 2.7. Ita nationis nomen, non gentis evaluisse paulatim, &c. Idem cap. 38. 1. Nunc de Suevis dicendum est, quorum non una, ut Cattorum Tencterorumque gens; majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti. V. Cluver. Ant. Germ. 2. 20.

Natio & Patria. Cic. 1. de Invent. 35. Hominum genus & in sexu consideratur, virile, an muliebre sit: & in natione, patria, cognatione, ætate Natione, Grajus, an Barbarus; Patria Atheniensis, an Lacedæmonius, &c.

Cognomine nationis magis suæ, quam generis uti. Cic. pro Cluent. 72.

Acerrimæ nationes. Cic. de Provinc. Conf. 33.

Bellicosa. In BELLUM.

Cumulata. In CUMULO.

Erudita illa Græcorum. Cic. 2. de Orat. 18.

Exteræ nationes & gentes. Cic. pro Font. 25.

Gentiles nationes, Cognatæ. Tacit. lib. 21. Ann. 1.

Immanes & barbaræ. Cic. 1. Q. frat. 1. 22.

Conjungere nationes. In CONJUNGO.

Conquassare. In CONQUASSO.

Hominis natio. Cic. 15. Fam. 20. pr. Natio me hominis impulit, ut ei recte putarem, nisi forte candidatorum licentia hic quoque usus, hoc subito cognomen arripuit. de Sabino loquitur quopiam.

Natione melior homo, emitur pluris. Varro de L. L. lib. 8. 52.

In pecoribus quoque, inquit Festus, Bonus proventus, bona natio dicitur. Prudent. Hymn. 11. Nat. Dom. 83. de pecore,

Adorat excors natio,
Vis cujus in pastu sita est.

Equis tribuit Varro de L. L. 8. 52. Sic equos eadem facie nonnullos negamus esse similes in nationes ex procreante dissimiles. [Forte, Si nationes.

Nationes mellis. Plin. lib. 22. cap. 24. Mellis causas atque differentias nationesque & indicationem, in apium, ac deinde florum natura diximus.

Nationes resinæ. Plin. lib. 24. cap. 6. Resinam e supra dictis arboribus gigni docuimus, & genera ejus & nationes in ratione vini, ac postea in arboribus.

Natio, pro Genere hominum, & fere in malam partem. Cic. in Pison. 54. Sed quid ego enumero qui tibi obviam non venerint? qui dico venisse pæne neminem, ne de officiosissima quidem natione candidatorum. Idem pro Muren. 69. Quid si illa officiosissima, quæ neminem patitur non honeste in Urbem introire, tota natio candidatorum?

Ardelionum Romæ quædam est natio. Phædr. lib. 2. Fab. 6.

Optimatum. Cic. pro P. Sext. 96. Nimirum hoc illud est, quod de me potissimum tu in accusatione quæsisti, quæ esset nostra natio optimatium.

Natio scholasticorum. Virg. Catalect.

Nationes [τὰ ἔθνη] pro Ethnicis apud Tertull. e. g. de præscr. adversf. Hæret. cap. 20. & 23. de Idolol. cap. 22. & de Orat. cap. 12.

NATIO, ōnis. f. [Γένεσις] Nomen deæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 47. Quod si tales dii sunt ut rebus humanis intersint, Natio quoque dea putanda est, cui, quum fana circuimus, in agro Ardeati rem divinam facere solemus: quæ quia partus matronarum tueatur, a nascentibus Natio nominata est.

NATĀLIS, e. Adj. [γενέθλιος] ut, Natalis dies. Cic. 2. de Divin. 87. Chaldæis in prædictione & in notatione cujusque vitæ ex natali die minime esse credendum. Idem 2 de Finib. 101. Quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis. Et 9. Att. 4. Natali die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilii.

Astrum. Hor. 2. Epist. 2. 187.

Dies. Nepos 20. 5. 1. & Cic. 9. Att. 5. pr.

Dies natalis Urbis. Quo Urbs renata est. Cic. pro Flacc. 101. O nonæ illæ Decembres, quæ me Consule fuistis, quam ego diem vere natalem hujus urbis, aut certe salutarem appellare possum!

Domus natales. Valer. 3. Argon. 321.

Juno natalis. Tibul. lib. 4. 6. 1.

Natalis Juno, sanctos cape turis acervos,
Quos tibi dat tenera docta puella manu. Juno natalis est, quæ & Juno Lucina: quia nascentibus præest.

Hora. Hor. 2. Carm. 17. 18.

Humus. Ovid. 2. de Pont. 9. 78.

Locos. Ovid. 2. Amor. 16. 38.

Lux. Ovid. in Ibin. 219.

Rura. Ovid. 4. Fast. 685.

Solum natale. Ovid: 1. de Pont. 3. 35.

Natalis, de rebus inanimatis etiam dicitur, pro Nascens. Plin. lib. 37. cap. 4. de Adamante, Similis est hoic quidem Arabicus, minor tantum, similiter & nascens: ceteris pallor gentis, & in auro non nisi excellentissimo natalis. Hard. Pallor argenti, & Natales. q. V.

Sterilitas natalis & ingenita. Columel. lib. 3. cap. 7.

NATĀLIS, is. m. Subaudito Dies, [γενέθλιον] sumitur pro Die, quo quis natus est. Cic. 7. Att. 5. Sed de Formiano Tarracinam pridie Calend. Januarias; inde Pomptinum summam: inde Albanum Pompeii; ita ad Urbem III Nonas natali meo. Virg. 3. Ecl. 76.

— meus est natalis, Iola.

Agere natalem suum. Cic. 2. de Fin. 31.

Celebrare natalem suum. V. CELEBRO & CONCELEBRO.

Colimus natalem, tacete lites. Martial. 10. 87. conf. NATALES.

Urbis natalis, i. e. Dies qua condita fuit urbs. Plin. lib. 14. cap. 4. Ea cæli temperies fulsit, quam cocturam vocant, solis opere, natali Urbis DCXXXIII. i. e. Ab urbe condita.

Natalis adoptionis, i. e. Dies, quo singulis annis memoria adoptionis ejus celebrabatur. Spartian. Hadrian. cap. 4. Sic

Natalis imperii. ibid. & Eumen. Paneg. Constant. cap. 7.

Natalis

Natalis alicujus numinis, i. e. Templi dicatio. Sic Cicero 4. Att. 1. Natalem Salutis vocat, Quo die Saluti fuerat dicatum templum. Proinde quum a Martiale scribitur 12. 67.

Maiæ Mercurium creastis idus. non significatur natum eo die Mercurium, sed eo die ei dicatum templum. Id ex Livio 2. 21. & Festo satis apparet, quum inquit, Maiis idibus mercatorum dies festus erat, quod eo die Mercurii ædes esset dedicata. Ex Turneb. 2. 11. & 25. 24. conf. omnino Lex. Pitisc.

Natalis pro Genio positus videtur Tibull. 4. 5. 19. Ita 4. 6. 1. Idem incipit, Natalis Juno. Siquidem Juno feminis erat, quod Genius viris.

Natalis, sing. Semen e quo aliquid nascitur. Plin. lib. 17. cap. 10. E cupresso femina pilulæ collectæ, quibus dicti mensibus siccantur sole: ruptæque emittunt semen, formicis mire expetitum: ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum.

N ATALES, ium. plur. tantum, [τὰ γενέθλια] significat (inquit Valla) Conditionem sanguinis ac familiæ: ut, Generosi natales, Natales obscuri. Tacit. 2. Hist. 86. Plin. 8. Epist. 18. Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate declivis, diu vidua, &c.

Claritas natalium. Tacit. 1. Hist. 49. 5.

Dedecus natalium. Idem 11. Ann. 21. 3.

Natalibus restituere, hodie Nobilitare vocamus: & Nobilitationem, Natalium restitutionem. Verbum est in jure frequens. Dicitur autem Natalibus restitui non modo libertus, ut patronatus observantia liberetur, sed etiam plebeius quum ad nobilitatem asciscitur, quamvis antea nunquam inter nobiles fuerit. Propterea autem Natalibus restitui dicuntur, qui ad nobilitatem vocantur, quasi abstersa natalium plebeiorum sordida conditione, & in priscam, communemque ab initio generi humano, ingenuitatem repositis illis, qui hoc beneficio affecti sunt. Plin. lib. 10. Ep. 77. ad Trajanum, Postulantibus quibusdam ut de agnoscendis liberis, restituendisque natalibus, secundum epistolam Domitiani scriptam Minucio Rufo, & secundum exempla Proconsulum ipse cognoscerem, respexi ad Senatusconsultum pertinens ad eadem genera causarum. Budæus.

Natales grate numeras? Hor. 2. Epist. ult. 210. Significat autem hic vel Generis auctores & Incunabula: vel Annos & ætatem duntaxat, & tunc subintelligetur Dies. Lambin.

Natales arguere, pro Ignobilitatem & sordes generis, Plin. Epist. ad Messium, lib. 3. 20. Nonnunquam candidatus, aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. Valla lib. 4. [Incertum qua de causa, induxit hunc locum Henricus Steph.

Natales, pro Celebritate diei sumpsit Juven. 6. Sat. 322.

Palmam inter dominas virtus natalibus æquat. I. e. Non aliter a victoria exhilaratus, quam si dies natales celebrentur. [Immo sensus est, Virtus æquat natalium, i. e. generis, splendori palmam, i. e. partæ victoriæ decus, inter dominas.

Natales diversarum gentium: h. e. Origo & generis nobilitas, vel ignobilitas. Plin. lib. 7. cap. 12.

Natales pro Origine rei. Sic Agnitionis natales. Tertull. advers. Marc. 1. 10. Impatientiæ natales. Idem de Patientia cap. 4.

N ATĀLA, is. n. pro Natali die proponit Steph. sed sine exemplo.

N ATĀLĬTIUS, a, um. Adj. [γενεθλιακός] ut, Dies natalitius, In quo quis natus est.

Natalitia prædicta. i. e. Divinationes astrologorum, inquit Budæus. Cic. 2. de Divin. 92. Et paulo post, Notent sidera natalitia.

Non natalitias habes Calendas. Martial. 8. 64.

N ATALITIUM, i. & pl. N ATALITIA, orum. n. Donum erat, quod olim missitari solebat ab amicis & notis die natali. Inde Pers. 1. Sat. 16.

Et natalitia tandem cum sardonyche albus. Et Censorinus suum de Die natali librum, quem ad Cerelium ipsius natali mittit, Natalitium vocat: Quodcunque, inquit, hoc libri est meis opibus comparatum, natalitii titulo tibi misi. Hæc Turnebus, 7. 14.

Dare natalitia, quod vulgus *Solvere festum* dicit. Cic. 2. Philipp. 15. Ad quos refert, dii immortales? ad eos scilicet, quorum nobis etiam dies natales audiendi sunt. Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. Ubi interpres, Natalitia, sunt Convivia luxuriosa ad celebrandum natalem diem peculiariter structa. conf. Serv. ad Virg. 3. Ecl. 76.

N ATĪVUS, a, um. Adj. [ἐγγενής, συγγενικός] Quod nascitur, Naturale. Plin. lib. 31. cap. 7. Sunt & montes nativi salis: ut in Indis Oromenus. Gell. 12. 1. extr. Propterea obliteratis & abolitis nativæ pietatis elementis, &c.

Animi nativi. Lucret. 3. 418. i. e. Originem habentes.

Corpus. Lucret. lib. 2. 542.

Corpus nativum ac mortale. Lucret. lib. 5. 66.

Dei nativi, Qui nascuntur & occidunt. Cic. 1. de Nat. Deor. 25. Anaximandri autem opinio est, nativos esse deos, longis intervallis orientes occidentesque.

Primordia nativa, Quæ originem & principium alicunde habuere. Lucret. lib. 1. 571.

Huc accedit item, quod jam primordia rerum
Mollia constituunt, quæ nos nativa videmus
Esse, &c.

Color nativus lanæ, dicitur Naturalis, qui nulla arte, sed natura producitur, modo in albedinem tendens, modo in nigredinem, non tamen perfecte vel albus vel niger. Plin. lib. 26. cap. 4. Radicem ejus, ante solis ortum erutam, involvunt lana coloris, quem nativum vocant.

Coma nativa. Ovid. 1. Amor. 14. 56.

Decus retinere. Ovid. de Nuce 52.

Domus nativas dabant antra. Senec. Hippol 4.

Lapilli Propert. lib. 1 2. 13.

Lepor nativus, Non adscitus. Nepos 25. 4. 1.

Malum oppos. Delecto Cic. pro Domo 12. Nonne fuit eo major adhibenda medicina, quæ & illud nativum, & hoc delectum malum sanare posset?

Moles. Ovid. 5. Epist. 61.

Sensus domesticus, nativusque. Cic. de Arusp. Resp. 19. V. Gesner. Chrestom. Cicer. c. 73. p. 283.

Testæ nativæ belluarum. Cic. 2. de Nat. Deor. 100. Quot genera, quamque disparia partim submersarum, partim fluitantium & innatantium belluarum, partim ad saxa nativis testis inhærentium?

Verba. Cic. in Partit. 16. Quintil. lib. 8. cap. 3. Verborum alia sunt (ut dicit Cicero) nativa, id est, quæ significata sunt primo sensu: alia reperta, quæ ex his facta sunt. Varr. de origine L.L. 5. 5. Verba nativa vocat Prima & primigenia, & Declinatis opponit.

N ATIVĬTAS, ātis. f. [γένεσις] Ipse ortus. Ulpian. ad Municipal. l. 1. in principio, Municipem aut nativitas facit, aut manumissio, aut adoptio. Inscript. Vet. apud Gruter. p. 712. n. 11. VARIAE IVCVNDAE DEFVNCTAE ANNO NATIVITATIS XVIII. Min. Felix cap. 18. Deus nativitatem omnibus præstat. Claud. Mamert. de Cruce Domini,

Et rigor lentescat ille, quem dedit nativitas. conf. Tertull. de Anima, cap. 39.

N ATIVĬTUS, Adv. Tertull. de Anima, cap. 19. Quæ omnia nativitus animæ collata. Ibid. cap. 12. Ingenitum, Insitum & nativitus proprium.

N ATŪRA, æ. f. [φύσις, φυή, γένεσις] dicta est, Quod nasci aliquid faciat. Plinius ubique Naturam, Parentem rerum, opificemque appellat: ac pro ipso deo sumpsisse videtur.

Naturam alii esse censent, vim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios. Alii autem vim participem rationis atque ordinis, tanquam via progredientem, declarantemque quid cujusque rei causa efficiat, quid sequatur. Sunt autem qui omnia naturæ nomine appellant. Cic. 2. de Nat. Deor. 81.

Naturæ deus. Plaut. in Mænech. 2. 2. 14.

Nunc ipsi naturæ deo mihi responde
Adolescens. Hoc enarrans Turnebus Advers. 2. 15. Observasse mihi videor, inquit, ab antiquis scriptoribus Naturæ deum appellari, non eum, qui universæ naturæ ac summæ rerum administrationem curamque gerit, quique cælo, mari, terræ præest: sed qui naturam hominis cujusque, aut hominum, regit, fovet, tuetur, curat, sanat: est qua quidam hominis genius. Sic in Bacchid. Prol. 25. Silenus genialis deus, naturæ deus dicitur,

Naturæ deus sum, Bromii altor maxumi. Expressius Hor. 2. Epist. 2. 187.

Scit genius, natale comes qui temperat astrum,
Naturæ deus humanæ, mortalis in unum,
Quodque caput, &c. Hæc ille. In emendatis Plauti codd. priori loco legitur,

Nunc obsonatu redeo. M. responde mihi. Alter suppositus est.

Artificiosa plane artifex ipsius mundi natura, consultrix & provida utilitatum opportunitatumque omnium. Cic. 2. de Nat. Deor. 58.

Naturæ numini divino parent omnes. Cic. 1. de Nat. Deor. 22.

Creatrix rerum. Lucret. lib. 1. 623.

Gubernans natura. Lucret. 5. 78.

Mater omnium rerum. Cic. in Pared. 1.

Parens communis. Cic. 5. Tusc. 37.

Parens omnium. Cic. 1. Tusc. 118.

Infensa generi humano. V. INFENSUS.

Jus naturæ novatum. Ovid. 4. Met. 280.

Rerum natura. Cic. de Amicit. 23. Quod si exemeris ex rerum natura benevolentiæ conjunctionem, nec domus ulla, nec urbs stare poterit. Idem 4. Acad. 54. Quod rerum natura non patitur.

E natura rerum evellere. Cic. de Provinc. Consul. 41. Si ex rerum natura non possem evellere. h. e. Delere, tollere. Budæus.

In rerum naturam cadere, apud Quintil. lib. 2. cap. 18. i. e. Interdum accidere. Budæus.

Constare natura sua. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Circumlinire simplicem vocis naturam pleniore quodam sono. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Mundi. Cic. de Amicit. 88. Siquis in cælum ascendisset, naturamque mundi, & pulchritudinem siderum perspexisset, insuavem illam admirationem ei fore.

Præclara mundi. Lucret. lib. 5. 158.

Cohærens & concinnata. V. COHÆREO.

Corporea. Lucret. lib. 1. 303.

Edax Ætnæ. Ovid. 15. Met. 354.

Immortali præditus. Lucret. lib. 1. 237.

Quinta natura quædam. i. e. Quintum ens. Cic. 1. Tusc. 53. Aristoteles longe omnibus (Platonem semper excipio) præstans & ingenio & diligentia, quum quatuor genera illa principiorum esset complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens.

Tenuis aeris. Lucret. lib. 2. 232.

Tenui constat imago. Lucret. lib. 4. 755.

Natura, aliter. Cic. de Amicit. 88. Natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquod tanquam adminiculum annititur.

Natura, Mos, Industria. Virg. 4. Georg. 149.

Nunc age, naturas apibus quas Juppiter ipse
Addidit, expediam.

Quæ tua est natura. Cic. 13. Fam. 79. Cognitum per teipsum, quæ tua natura est, dignum eum tua amicitia hospitioque judicabis.

Natura & mores alicujus. Cic. de Amicit. 27. Si aliquem nacti sumus cujus cum moribus & natura congruamus.

Ad naturam. V. AD præpositionem.

Admirabilis ad dicendum. Cic de Clar. Orat. 279.

Adjuncta naturæ. In ADJUNGO.

Adversanta & repugnante nil decet. Cic. 1. Off. 110.

Agilis & velox humani ingenii. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Bona. Ter. Eun. 2. 3. 24.

Si qua habitior paulo, pugilem esse aiunt, deducunt cibum:
Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas. De puellis.

Collegium naturæ. In COLLEGIUM.

Communis omnium. Cic. 5. de Fin. 26.

Difficilis. Ovid. 15. Epist. 31.

Docilis. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Dura rerum. Hor. 1. Serm. 10. 57.

Dux recte vivendi optima. Cic. de Amicit. 19.

Eximia illustrisque. Cic. pro Arch. 15.

Fixa & mutari nescia. Juven. 13. Sat. 239.

Generata hominis. Cic. 5. de Fin. 55.

Humana. Hor. de Arte Poet. 353.

Ignava. Ovid. 3. de Arte Am. 381.

Immanis atque importuna. V. IMPORTUNUS, & IMMANIS.

Incorrupta. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Ingenita quædam animi. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Invida. Lucret. lib. 1. 322.
Larga. Juven. 10. Sat. 301.
Liberalior. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Mendosa est natura mea. Hor. 1. Serm. 6. 66.
Mobiles naturæ & anni. Hor. de Arte Poet. 157.
Mobilis & varia malorum. Juven. 13. Sat. 236.
Mortalis. Paterc. lib. 2. cap. 97. Cura deinde atque onus Germanici belli delegata Druso Claudio, fratri Neronis, adolescenti tot tantarumque virtutum, quot & quantas natura mortalis recipit, vel industria perficit.
Multiplicesque naturæ hominum, voluntates occultæ. Cic. ad Brut. 1.
Norma legis est natura. Cic. 2. de Legib. 61.
Potens. Hor. 2. Serm. 1. 51.
Provida solersque. Cic. 2. de Nat. Deor 128.
Vaga. Hor. 2. Serm. 7. 74. — tolle periclum,
Jam vaga prosiliet frenis natura remotis.
Accommodatus ad naturam. In ACCOMMODO.
Addere naturam. In ADDO.
Afferre maximam vim ad dicendum naturam atque ingenium. Cic. 1. de Orat. 113.
Aptare ad. V. APTO.
Assumere in causam naturas judicum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Cedere naturæ, idem quod Mori. Sallust. de Rep. ordinanda extr. Et Concedere, in Jugurth. cap. 14. Pater, uti necesse erat, naturæ concessit.
Commutare, V. COMMUTO.
Comparata ita est hominum natura. V. COMPARO.
Contra naturam universam nihil est contendendum. Cic. 1. Off. 110.
Controversa gens natura. V. CONTROVERSUS.
Evalescit magis adjuta cura natura. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Fabricata est hoc incredibiliter natura. Cic. 3. de Orat. 176.
Facere sibi naturam alicujus rei. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Ferre. Ut fert natura, aliquid facere. Ter. And. 4. 5. 56.
Paulum inter esse censes, ex animo omnia,
Ut fert natura, facias, an de industria? Ubi Donatus, Figura ἐπεξήγησις; nam quid est Ex animo, nisi ut fert natura? Et paulo post, Ut fert natura, hoc est naturalis & ingenita actio.
Fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos natura. Cic. 2. de Orat. 219.
Habere rationem naturæ suæ. Cic. 1. Fam. 9. Habui non temporum solum rationem meorum, sed etiam naturæ. i. e. Morum meorum.
Insitum natura. Cic. pro P. Sulla, 83. Hoc natura est insitum, ut quem timueris, quicum de vita, fortunisque contenderis, cujus ex insidiis evaseris, hunc semper oderis.
Latrat natura. i. e. Poscit. Verbum est Ennianum, quod interprete Festo, Poscere significat. Lucret. 2. 17.
Nil aliud sibi naturam latrare, &c. Turnebus.
Satisfacere naturæ, Mori. Cic. pro Cluent. 29. Vos auditis de eo, in quem judices non estis, de eo quem non videtis, de eo quem odisse jam non potestis, de eo qui & naturæ & legibus satisfecit, quem leges exsilio, natura morte multavit.
Sequi naturam ducem. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Ducem tanquam deum sequimur optimam naturam, eique paremus. Cic. de Senect. 5.
Valuisse ad laudem atque virtutem naturam sæpius sine doctrina, quam sine natura doctrinam. Cic. pro Arch. 15.
Vivere ad naturam, Ex præscripto Naturæ. Seneca.
Natura, Vis: unde arborum atque herbarum naturas dicimus. Plin. lib. 12. cap. 14. Hæc concreta densatur, ubi loci natura poscit.
Absinthii tætra natura. Lucret. lib. 2. 400.
Animæ natura propria atque vis, ut ipsa a seipsa moveatur. Cic. de Somnio Scip. 21.
Cæli & loci alicujus. Cic. 7. Verr. 35.
Canendi simplex. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Criminis naturam perscrutari penitus. in PERSCRUTOR.
Justitiæ vis & natura. Cic. 1. de Fin. 50.
Loci. Cic. 2. de Lege Agrar. 94. Carthaginienses fraudulenti & mendaces, non genere, sed natura loci, quod propter portus suos multis & variis mercatorum sermonibus, ad studium fallendi, studio quæstus, vocabantur.
Montis natura qualis esset, & qualis in circuitu adscensus, qui cognoscerent, misit. Cæs. de Bell. Gall. 1. 21.
Provinciæ natura & ratio. Cic. 1. Fam. 7. Eam esse naturam & rationem provinciæ tuæ, ut illius reditum vel adjuvando confirmares, vel negligendo impedires. Alii pro Rationem legunt Regionem.
Stirpium naturas persequutus est Theophrastus. Cic. 5. de Fin. 10.
Solo natura subest. Virg. 2. Georg. 49.
Quippe solo natura subest, &c. V. SOLUM.
Tractare virtutum, vitiorumque naturam. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Præter naturam aliquid facere. Ter. Adelph. 5. 5. 4. Ubi Donatus, Præter naturam plus dicit, quam si diceret Præter consuetudinem.
Naturà, ablativus. i. e. Naturaliter. apud Quintil. lib. 1.
Fieri natura: cui opponitur Fieri quodam instituto. Cic. in Orat. 159.
Insolens & superba naturà victoria. Cic. pro Marcel. 9.
Sublimis & acer. Hor. 2. Epist. 1. 165.
Plur. Cic. de Nat. Deor. 2. 144. Aures duros & quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur sonus.
Natura, pro Naturalibus, seu Genitalibus aliquando accipitur. Cic. 2. de Divin. 145. Parere quædam matrona cupiens, dubitans essetne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam. retulit. negavit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. Sobaudi Ad conjectorem. Varro de R. R. 2. 7. Si fastidium saliendi est, scillæ medium conterunt cum aqua ad mellis crassitudinem: tum ea re naturam equæ, cum menses ferunt, tangunt. conf. Suet. Tiber. cap. 45. & infra NATURALIA.
Fecunda minus. Lucret. lib. 2. 533. [Potest tamen hic intelligi, Naturalis fecunditas minor.
NATURĀLIS, e. Adj. [φυσικός, συγγενής] Quod secundum naturam est. Unde, Naturales filii, dicuntur Legitimi, qui sola natura conjugali lege sint orti, non ex concubina. His opponuntur Adoptivi. Ulpian. in l. Senatoris. D. de Senator. Senatoris filium accipere debemus non tantum eum, qui naturalis est, verum adoptivum quoque. Suet. Tiber. cap. 52. Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum, patria caritate dilexit.
Naturales vocantur Filii servorum, iidemque Liberti apud Gruter. Inscript. p. 845. FILIA NATVRALIS IDEM LIBERTA PATRI OPTIMO. Vulgo Naturales Nothos appellant.
Bonitas naturalis. Nepos 25. 9. 1. Sen. Clement. cap. 1.
Bonum naturale. Nepos, 8. 1. 3.
Desideria naturalia, pro Cupiditate coeundi. Columel. lib. 6. cap. 24. de vaccis, Atque in id fere tempus naturalia congruunt desideria.
Divinatio naturalis: cui opponitur Artificiosa præsensio. Cic. 1. de Divin. 52.
Favor. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Filius. Liv. 42. 52. & 44. 44. V. supra.
Juppiter naturalis, Qui revera exsistebat, opponitur Fabuloso. Lactant. 1. 11. 37. Philosophi, quod ea, quæ de Jove feruntur, minime in Deum convenire videbant, duos Joves fecerunt, unum naturalem, alterum fabulosum. i. e. Unum hominem, alterum deum.
Legem naturalem divinam esse censet Zeno, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. Cic. 1. de Nat. Deor. 36.
Malum. Ovid. 9. Met. 729.
Motus. Cic. 1. de Fin. 19.
Munus decoris. Ovid. 14. Met. 684.
Nitor naturalis & non fucatus. Cic. de Clar. Orat. 36.
Notio naturalis atque insita in animis nostris. Cic. 1. de Fin. 31.
Pabulum. Cic. 4. Acad. 127.
Pater. Cic. 3. Philipp. 15.
Pavor cervi. Ovid. 10. Met. 117.
Principium naturale omnium causarum unum est. Cic. de Clar. Orat. 209.
Quæstiones naturales & obscuræ. Cic. in Partit. 64.
Societas. Cic. 1. Off. 50.
Vindemia. Plin. lib. 12. cap. 14.
Maxime naturalis. In MAGIS.
Naturale est. Plin. lib. 11. cap. 37.
Naturalia, ium. n. pl. dicuntur Pudenda. Columel. lib. 6. cap. 28. Si equa marem non patitur, detrita scylla naturalia ejus linuntur, quæ res accendit libidinem. Idem 8. 5. & 7. 7. Justin. 1. 4. Hic (Astyages) per somnum vidit, ex naturalibus filiæ, quam unicam habebat, vitem enatam, cujus palmite, omnis Asia obumbraretur.
Naturale numero singulari eodem sensu protulit Celsus lib. 7. cap. 26. pr. Inter imas oras super naturale positum, non minus sæpe auxilio eget. Ibidem aliquanto post §. 4. dicit Naturalia numero plurali, Mulieri per naturalia ejus.
NATURALĬTER, Adv. [φυσικῶς] A natura. Cic. de Senect. 27. Quod enim homini naturaliter insitum est, eo uti decet, & quicquid agas, agere pro viribus. In vetusto exemplari tantum legitur, Quod est, eo, &c. Columel. lib. 3. cap. 16.
Naturaliter dissimillimi. Paterc. 2. 60. 5.
Alacritas naturaliter innata. Cæs. 3. Bell. Civil. 92.
Evax verbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est. Varr. de L. L. lib. 6. 5.
Naturaliter infecunda vitis. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Naturaliter etiam servus obligatur. Paulus in l. Naturaliter. D. de condict. Indebit.
Naturaliter videtur possidere is, qui usumfructum habet. Ulpian. in l. Naturaliter. D. de acquir. possess.
NATURALĬTAS, ātis. f. Naturalitas somni. Tertull. de Anima cap. 43.
NATURALĪTUS, Adv. Idem quod Naturà. Sidon. 9. Epist. 11. Mortalium mentibus vis hæc naturalitus inest.
NATURĀBĬLIS, e. Adj. Apul. 2. Florid. extr. Pythagoras fertur naturabilia commentatus. Idem de Dogm. Plat. Sollicitudo & labor si naturabiles essent. [Quasi a verbo Naturo, āre.
NATURIFICĀTUS, a, um. Partic. ut, Animæ naturificatæ. Tertull. advers. Valent. cap. 29.
NĀSĪCA, æ. m. [Νασίκας] Scipio dictus est a nasi magnitudine. Ovid. 4. Fast. 347.
Nasica excepit, templi non exstitit auctor. conf. Liv. 29. 11. & 14. Plin. 7. 35. Val. Max. 8. 15. 3.
Alias ita dicebantur Qui acuto contractoque naso essent. Arnob. lib. 3. de Diis Gentilium. Ergo esse dicendum est quosdam capitones; siliuncolos, frontones, labeones: in his alios mentones, nævios, atque nasicas; hos displosis naribus, illos resimis, &c. Idem lib. 6.
NASIDIUS, apud Lucan. 9. 790. & NASIDIANUS, apud Martial. 7. 53. & Hor. 2. Serm. 8. 1. Nomina Romanorum.
NĀSO, ōnis. m. Cognomen Romanorum a magnitudine nasi. Plura enim cognomina a partibus corporis assumpserunt, ut Capitonum; Frontonum, Labeonum, &c. Celebratum in primis hoc nomen ab Ovidio poeta. V. 4. de Poet. 9. 2.
NASITERNA, æ. f. Vas aquarium ansatum & patens, inquit Nonius 15. 25. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 22. Ut ex ære, ahena, urceos, & nasiternam faceret. Inde nomen invenit, quod tres nasos habeat: alii a nassa deducere malunt. Turneb. Advers. 7. 23. Plaut. Stich. 2. 2. 28. conf. omnino Lex. Pitisc.
Nasiterna amphora. Cato cap. 11. R. R.
NASIUM, vel NANSIUM, i. n. [Νάσιον] Ptolemæo auctore lib. 2. cap. 9. Galliæ Belgicæ urbs. Vulgo Nansy.
NASPERCANĪTAS, æ. m. Vini genus in Ponto. Plin. 14. 7.
NASSA, æ. f. [κύρτος] Inquit Festus, est Piscatorii vasis genus, quo quum intravit piscis, exire non potest. Plaut. Mil. 2. 6. 98.
Nunquam hercle ex ista nassa hodie ego escam petam. Cic 15. Att. 20. Ex hac nassa exire constitui, non ad spem mortis melioris. Per translationem dictum.
Levis nassa. Sil. lib. 5. 47.
— piscator ad undas
Ore levem patulo texens de vimine nassam,
Cautius interiora ligat, mediumque per alvum
Sensim fastigans, compressa cacumina nectit.
NASTES, is. m. Frater fuit Amphimachi, unus ex his, qui in auxilium Trojanorum venerunt, teste Homero lib. Iliad. 2.

NASTURTIUM, ii, n. [κάρδαμον] Herba hortensis a naribus torquendis dicta, a Græcis cardamos appellata. Plin. lib. 20. cap. 13. E contrario nasturtium venerem inhibet, animum exacuit. Cic. 2. de Finib. 92. Sit voluptas non minor in nasturtio illo, quo vesci Persas esse solitos scribit Xenophon, quam in Syracusanis mensis.
Adhibent ad panem nihil præter nasturtium Persæ. Cic. 5. Tusc. 99.
Nasturtium. Plin. lib. 19. cap. 8. Nasturtium nomen accepit a narium tormento. Et inde vigoris significatio proverbio id vocabulum usurpavit, veluti torporem excitantis. In Arabia miræ amplitudinis dicitur gigni. Varro in Vopisco, Nasturtium nonne vides ideo dici, quod nasum torqueat?

NASTUS, i. m. [ναστός] Genus fuit panis, quod item Factum vocant, ex melle, & uvis passis, & calentem panem ex oleo. Meminit Aristophanes Pluto. Dictum volunt, quia densior sit, constipatiorque, nihil prorsus levitatis habens, aut inanitatis, ἀπὸ τοῦ ναστῶσθαι πυκνοῦσθαι. A nasto vero dicti Nastophagi, qui ejus esitandi prolubio tenentur. Sed & Nastocopi, Panis ejus confectores. V. Cæl. lib. 9. cap. 16.
Nastus, [ναστός] Genus arundinis. Diosc. 1. 99.

NASUM, i. n. antique, pro Nasus. Non. 3. 146. Plaut. Curc. 1. 2. 17. Sagax nasum habet. Idem Men. 1. 2. 57. Ex isto loco spurcatur nasum odore illutibili. conf. Amph. 1. 1. 288. & Mil. 4. 6. 41.

NĀSUS, i. m. [μυκτήρ] dicitur ea Pars faciei, quæ a superciliorum confinio oriens, & quasi æquali porrecta jugo, utramque aciem simul & discernit & munit. Cic. 2. de Nat. Deor. 43. Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur.
Ad nasum, V. AD præpositionem.
Pestis nasorum. Catul. in Rufum, 67. 9.
Pituita mala nasi. Catul. in Furium, 21. 17.
Aduncus. V. ADUNCUS.
Crispans. Pers. 3. Sat. 87.
Excussus. Pers. 1. Sat. 118.
Integer. Juven. 15. Sat. 55.
Madidi infantia. Juven. 10. Sat. 199. h. e. Pituita nasi, quæ senibus assidue stillat, ut infantibus.
Simus. Senec. de Ira, 3. 22.
Turpiculo puella. Catul. de Acme, 39. 3.
Clamare naso, Stertere. Plaut. Mil. 3. 2. 9.
Eho an dormit Sceledrus intus? LU. non naso quidem.
Nam eo magnum clamat. i. e. Vehementer stertit.
Stertere vigilanti naso. Juven. 1. Sat. 57.
— doctus spectare lacunar,
Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso. Stertere, i. e. Stertendo simulare dormientem. Naso vigilanti, i. e. Ipse vigilans, & faciens nasum stertere. Ad calicem, Juxta pocula, quibus se potum simulabat dormire, ut mœcho uxorem osculanti & contrectanti connivens obsequeretur. V. PARARRENCHO.
Nasum veteres irrisioni dicavere, unde & pro Sermonis acrimonia & dicacitate aliquando accipitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Et altior homini tantum, quem novi mores subdolæ irrisioni dicavere, nasus. Hinc apud eundem Plinium, in totius operis præfatione, dicitur Lucilius condidisse stili nasum, quia apud Latinos fuit auctor satiræ, & stilum in homines distrinxit. conf. infra NASUTUS.
Naso suspendere, Vafre ac subdole irridere. Hor. 1. Serm. 6. 5. Pers. 1. Sat. 118.
Callidus excusso populum suspendere naso. Ex Erasmo.
Nasum habere, Nasutum esse. Martial. lib. 1. 42. in Cæcilium,
Non cuicumque datum est habere nasum. i. e. Acrimoniam ad deridendum, & dicacitatem.
Ad nasum venire. V. AD.
Pravo vivere naso. Hor. de Arte Poet. 36. i. e. Marcido & turpi.
Nasus in proverbium abiit, pro Judicio subtili. Hor. 2. Serm. 2. 89.
— non quia nullus
Illis nasus erat. Erasmus in proverbio Odorari. conf. NARES.
Nasum iræ sedem esse observat Raderus ad illud Martial. 6. 64.
— rabido nec perditus ore,
Fumantem nasum vivi tentaveris ursi. Pers. 5. Sat. 91.
Disce; sed ira cadit naso, rugosaque sanna.
Nasus etiam transfertur ad res instar nasi prominentes, ut Ansæ. Juvenal. 5. Sat. 47. Calicem quatuor nasorum dixit.

NASATUS, a, um. Adj. Nasati dicuntur, ut Lampridius advertit Heliog. cap. 5. Viriliores ac belle mutoniati: unde parœmia, De nasatorum peculio. Sed hos item malunt eruditi Vasatos nuncupari, propter illud ex carmine obscæno,
Grandia Dulychii vasa tulisse viri. Ab Naso autem ita inflecti potest Nasatus; ut ab Oculo, Oculatus, inquit Cælius lib. 27. cap. 26. quem vide. conf. VAS, VASCULUM, VASATUS.

NASŪTUS, a, um. Adj. [μυκτηρώδης] Naso longiore. Hor. 1. Serm. 2. 93.
— verum
Depygis, nasuta, brevi latere, ac pede longo est.
Nasutus, Qui docte novit alios irridere. Martial. lib. 13. 2.
Nasutus sis usque licet, sis denique nasus,
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas:
Et possis ipsum tu deridere Latinum. Phædr. 4. 6. 1.
Nasutior, us, compar. Martial. lib. 2. 54.
Nil nasutius hac, maligniusque est.
Superl. Homo nasutissimus. Senec. Suasor. cap. 7.

NASŪTŬLUS, a, um. [μυκτηρώδιστος] Adj. diminut. Apul. Nasutula mulier atque dicacula.

NASŪTE, Adv. Senec. de Benef. 5. 6. Nasute negare.

NASICA, NASO, V. supra.

NĀSUS, i. [Νᾶσος] Insula, pars Syracusarum, ponte ad reliquam urbem juncta. V. Cic. 4. Verr. 52. Liv. 25. 24.

N A T

NAT. Natta, Natione, Natus. NAT. ALEX. Natione Alexandrinus. NAT. LVD. SÆCVL. VIII. OBIIT. SEQVENT. Natus ludis Sæcularibus octavis, obiit sequentibus.

NATALES, &c. In NASCOR.

NATATILIS, &c. In NATO

NATES, V. NATIS.

NĀTĬNOR, āri. Negotiari. Cato apud Fest. Inter se natinari. conf. Gloss. Isidor. Scaligero idem est ac More natantium semper in negotiis fluctuare.

NATINĀTIO, inquit Festus, dicebatur Negotiatio. Et, Natinatores ex eo Seditiosi.

NATINATOR, oris. m. V. dict. præced.

NATIO, NATIVITAS, NATIVUS. In NASCOR.

NĀTIS, is. f. pl. Nates, [πυγή, γλουτός, ἰσχίον] Conglobata os sacrum versus caro, sedendi officio aptissima. A nitendo dicta, ut vult Perottus: quod ibi sit firmior, quam in ceteris membris, ne premente corporis mole, ossibus cogatur. Hor. 1. Serm. 8. 47. Diffissa nate ficus. Martial. lib. 14. 18.
Alea parva nuces, & non damnosa videtur:
Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.
Aridæ nates. Hor. Epod. 8. 5.
Natis fulmine icta. Festus, in Pullus.

NATISO, [Νατίσων] Venetiæ fluvius Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgo *Lisonzio*.

NATO, as. V. NO, are.

NATRIX, icis. m. & f. [ὕδρος, ὄφις] Genus serpentis. A nando, quod in aqua quoque venenum spargit. Priscian. lib. 5. Natrix quum speciem anguis significat, masculinum quoque invenitur. Cic. 4. Acad. 120. Cur deus, omnia nostri causa quum faceret (sic enim vultis) tantam vim natricum, viperarumque fecerit? Lucan. lib. 9. 723.
Et natrix violator aquæ. Columel. lib. 1. cap. 5.
Metaphorice Natricem populo Romano futurum C. Caligulam, i. e. Pestiferum, prædixit Tiberius. Suet. Calig. cap. 11.
Sic Lucil. apud Non. 1. 334. Si natibus natricem impressit crassam & capitatam. ubi Virgam intelligit, quæ serpentis instar curvetur atque mordeat.
Natrix herba. Plin. lib. 27. cap. 12. Natrix vocatur herba, cujus radix evulsa virus hirci redolet. Hac in Piceno a feminis abigunt, quos mira persuasione Fatuos vocant.

NATURA, NATURALIS, NATUS, V. NASCOR.

N A V

NAV. Navis, Navicularis, Nauta.

NAVA, æ. f. Fluvius angens Rhenum. V. Scalig. Lect. Auson. 1. 1.

NAVÆTHUS, Italiæ fluvius, a navium exustione sic nuncupatus, quod scribit Apollodorus: quia Laomedontis filiæ, ac Priami sorores, Æthylla, Astyoche, Mydesicaste, cum captivis aliis illuc appulsæ, naves incenderunt, ex quo & ipsæ Nauprestides nuncupatæ. V. Rhodig. lib. 24. cap. 5. extr.

NAVALE, NAVARCHUS. In NAVIS.

NAVALIA, æ. f. Ptolemæo, lib. 2. cap. 11. Urbs Germaniæ.

NAUCUS, vel NAUCUM, i. n. Nugæ. [σκύφος] Festus ait, Nauci significare nucis putamen, aut oleæ nucleum, aut eam membranulam quæ visitur in medio nucis juglandis intersita, denique rei cujusvis putamen, quod Græci σκύφος, nauci vocari existimat.
Nævius apud Fest. Noctem nauco ducere. i. e. Nugis.
Nauci, pro Nihili ponitur. Plaut. Most. 5. 1. pr.
Qui homo timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit. Cic. 1. de Divin. 133. Non habeo denique nauci Marsum augurem. i. e. Non facio flocci, prorsusque contemno.

NAUCIFĂCIO, [παρ' οὐδὲν ἡγοῦμαι] ēre. Nihili facere. Plaut. Bacch. 5. 1. 16.
Perii, hoc servom meum non nauci facere esse ausum? &c.

NAUCLERIACUS, NAUCLERUS. V. NAVIS.

NAUCRATIS, is. f. (Ναύκρατις) Stephano civitas in Ægypto, a Milesiis condita, qui tum mari potiebantur, teste Strabone lib. 17. Ejus incolæ

NAUCRATITÆ, [Ναυκρατῖται] appellantur. V. Fabric. Bibl. Gr. 2. 20.

NAUFRAGIUM, V. NAVIS.

NĀVIA, æ. f. Lignum cavatum ut navis, quo in vindemiis uti solent, inquit Festus. V. & Macrob. 1. Sat. 7.

NAVICULA, NAVICULARIUS, NAVICULOR, NAVIGO, &c. V. NAVIS.

NĀVIS, is. f. [ναῦς, νηῦς, πλοῖον, σκάφος] a Græco ναῦς. Plaut. Men. 2. 3. 51.
Perii misera, quam tu mihi nunc navem narras? MEN. ligneam,
Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo.
Puto Ablat. esse non solum Navi, sed etiam Nave. H. St.
Magister navis, cui totius navis cura mandata est. Ulp. in l. 1. D. de exercitor. act. V. MAGISTER.
Rector, Gubernator. Virg. 5. Æn. 161.
Moderamen. Ovid. 15. Met. 726.
Magnitudinis inhabilis. V. INHABILIS.
Auri navis, vel Palearum, V. Evertere navem infra.
Navium ingens varietas jam olim fuit, quæ præcipue antiquis memorantur hæ sunt.
Actuariæ naves, Quæ remis agebantur. Liv. 38. 38. Tradito & naves armamentaque earum: neve plures quam decem naves actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur, habeto. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 1. Has omnes actuarias imperat fieri: quam ad rem humilitas multum adjuvat. Neque tamen numerandæ sunt inter longas, quæ & ipsæ remis agebantur. Subdit enim paulo post, Eo quum venisset, circuitis omnibus hibernis, singulari militum studio, in summa rerum inopia circiter sexcentas ejus generis, cujus supra demonstravimus, naves, & longas duodeviginti invenit instructas. Eas in eodem libro cap. 8. Cæsar Vectoria graviaque navigia vocat, etiamsi remis agerentur. Qua in re, inquit, admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis gravibusque navigiis, non intermisso remigandi labore, longarum navium cursum adæquaverunt. [Hæc ex Baysio. Sed revera Actuarias naves Longis oavibus, non illis quæ, proprie militiæ destinabantur, ascriptas fuisse, easdemque Remis velisque simul agi solitas, nec a Lembis discretas fuisse docet Scheff. de Mil. Nav. 2. 2. Celeritate præcelluisse apparet ex Cæs. 1. civ. 27. extr.
Æratæ naves, quæ & Rostratæ. Hirt. de Bell. Alex. cap. 44. Navibus actuariis, quarum numerus erat satis magnus, magnitudine quanquam non satis justa ad præliandum, rostra imposuit. Has adjunctas navibus longis, & numero classis aucto, militibus veteranis impositis, &c. Rostratæ igitur dictæ a rostris: quæ quia ex ære fiebant, æratæ etiam dicebantur.

bantur. Cæf. 2. Bell. Civil. 3. Interim L. Nafidius ab Cn. Pompeio cum claffe navium fedecim, in quibus paucæ erant æratæ, L. Domitio Maffilienfibufque fubfidio miffus. Virg. 8. Æn. 675.
In medio claffes æratas, Actia bella
Cernere erat. Liv. 36. 42. Una & octoginta roftratis navibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertæ roftratæ, aut fine roftris fpeculatoriæ erant, Delum trajecit. Quibus verbis conftat Roftratas fuiffe etiam Quæ tectæ non erant.
Annotinæ, in ANNUS.
Apertæ naves. V. Conftratæ naves infra.
Conftratæ naves, quæ & Tectæ dicebantur, de quibus Plin. lib. 7. cap. 56. Tectas longas invenere Thafii; antea ex prora tantum & puppi pugnabatur. Cæf. 3. Bell. Civil. cap. 101. Atque omnes naves incendit XXXV, in quibus erant viginti conftratæ. Hirt. Bell. Alex. 11. Magnoque impetu quatuor ad eam conftratæ naves, & complures apertæ contenderunt. Cic. 7. Verr. 103. Poterone in eos effe vehemens, qui naves inanes non modo habuerunt, fed etiam apertas: in eum diffolutus, qui folus habuerit conftratam navem, & minus exinanitam? Porro Conftratæ naves dicebantur, eo quod haberent cataftromata. Quid autem fit Cataftroma, vide fuo loco.
Curforiæ. V. CURRO.
Fluviatiles, Quibus navigamus in fluviis. Liv. 10. 2.
Frumentariæ, Onerariæ ad frumentum vehendum aptæ. Cæf. 3. Bell. Civil. 96.
Longæ naves ab Onerariis differebant. Siquidem Onerariæ velis duntaxat incitabantur: Longæ vero etiam remis agebantur. Cic. 12. Fam. 15. A claffe difcefferunt, navique longa profugerunt, onerariis relictis. Cæf. 4. Bell. Gall. 25. Quod ubi Cæfar animadvertit, naves longas, quarum & fpecies Barbaris erat inufitatior, & motus ad ufum expeditior, paululum removeri ab onerariis navibus, & remis incitari, & ad latus apertum hoftium conftitui: atque inde fundis, tormentis, fagittis hoftes propelli, ac fummoveri juffit: quæ res magno ufui noftris fuit. Nam & navium figura, & remorum motu, & inufitato genere tormentorum permoti Barbari conftiterunt, ac paululum modo pedem retulerunt. Longarum aliæ vocabantur biremes, quæ duobus remorum ordinibus agebantur: aliæ triremes, quæ tribus: aliæ quadriremes, quæ quatuor: quinqueremes, quæ quinque, & ita deinceps. Erant & Liburnicæ, quas Liv. 24. 40. Leves biremes vocat: nos vulgo *Galeras*. [V. de his quoque l. c. Scheff.
Luforiæ naves, de quibus Vegetius lib. 4. cap. ult. extr. Speculatoriæ dicebantur, quas in Danubio adverfus Barbaros Romani in excubiis habebant, quæ huc & illuc difcurfare folebant. Nam ludere navis dicitur, quæ huc & illuc velut lafcivia quadam currit. Seneca, Ubi naves luferunt, hauriuntur. Luforiæ autem vocatæ font, quod ludicræ triremibus & æratis comparatæ viderentur, & tanquam ad lufum haberentur. Senec. de Benef. 7. 20. Cui triremes & æratas non mitterem, luforias, & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari lafcivientium mittam. Meminit Turneb. V. & Scheff. l. c.
Marinæ naves, Quibus in mari navigamus, ad difcrimen fluviatilium. Scævola in l. His qui naves marinas fabricaverint. D. de Vacat. & excufat. munerum. conf. MARINUS.
Onerariæ. In ONUS.
Piraticæ. Quintil. lib. 2. cap. 14. conf. MYOPARO.
Pifcatoriæ, Quæ pifcium capiendorum caufa paratæ funt. Liv. 23. 1.
Prædatoriæ. Liv. 29. 28. Hæ etiam Piraticæ naves dicuntur. Liv. 34.
Prætoria navis, quam Græci *ναυαρχίδα* vocant, noftri volgo *Capitaneam*. Liv. 21. 50. Fretum intranti rex Hiero claffem ornatam obviam duxit, tranfgreffufque ex regia in prætoriam navem, &c. Lucan. lib. 3. 535.
Celfior at cunctis Bruti prætoria puppis
Verberibus fenis agitur.
Roftratæ naves, V. paulo ante Æratæ naves.
Speculatoriæ. Liv. 36. 42.
Tabellariæ naves, Quæ adventantis claffis nuncium ferebant. Senec. Epift. 72.
Tectæ naves, & Naves apertæ, contraria. Liv. 32. 21. V. Conftratæ.
Turritæ naves, Quibus ad libram turres imponebantur, idque non folum ad proram, fed etiam ad poppim, ut teftatur Appianus de bellis Civil. Plin. lib. 32. cap. 1. Sed armatæ claffes imponunt fibi turrium propugnacula, ut in mari quoque pugnetur velut e muris. Cæf. 3. Bell. Civil. cap. 40 Liv. 37. 24. Abfcedentes e turri Prætoriæ navis. V. in LIBRA.
Vectoria navis. Suet. Cæf. cap. 63.
Vinaria. Ulpianus in l. Vulgaris. D. de furtis, Quid deinde fi de nave vinaria, ut funt multæ in quas vinum infunditur, quid dicemus de eo qui vinum haufit? an totius oneris fur fit? & magis eft ut & hic non totius dicamus.
De navibus hifce fingulis, & præterea Caudicariis vel codicariis, cubiculatis, hippagogis, levibus, militaribus, orariis, plicatilibus, præcurforiis, *σκευοφυλακίδαις*, folubilibus, folutilibus, ftationariis, fotilibus, trabariis, V. fpeciatim in his vocabulis, Scheff. l. c. & Lex. Pitifc.
Capaces fluminum naves, Ad mare non fufficientes. Ulp. in l. 1. D. de exercitor. actione. V. Fluviatiles fopra.
Captivæ, in CAPTIVUS.
Cærulea. V. CÆRULEUS.
Celfæ. Virg. 2. Æn. 375.
Citæ. Ovid. 15. Epift. 109.
Claudæ, Deterfis nimirum ex uno latere remis. Liv. 37. 24. Contemplatus Eudamus hoftes, claudas mutilatafque naves apertis navibus remulco trahentes. Lucret. 4. 448.
Curvæ. Ovid. 2. Met. 163.
Inanis. V. INANIS.
Ingentes. Lucret. lib. 1. 273.
Inhabiles ad onera. Ulp. in l. 1. D. de exercit.
Inftabiles. Ovid. 2. Met. 164.
Minuta. Catul. ad Thallum, 23. 12.
Papyraceæ. In PAPYRUS.
Salva nave in portum pervenire. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Valida. Virg. 1. Æn. 124.
Vitiles. Plin. lib. 7. cap. 56. V. VITILIS.
Abreptæ naves remis in terram. Liv. 26. 39.
Adiguntur naves. Tacit. 2. Ann. 7. Sed Cæfar, dum adiguntur naves, Silium legatum cum expedita manu irruptionem in Chattos facere jubet.
Adornare navem. V. ADORNO.
Advehere nave, & navem. V. ADVEHO.
Advehi navi ab Epidauro Piræum. Cic. 4. Fam. 12.
Advertere navem. V. ADVERTO.
Ædificare. V. ÆDIFICO.
Ædificare navem maximam, triremis inftar. Cic. 7. Verr. 43.
Agere. Hor. 2. Epift. 1. 114. Ovid. 1. Faft. 340.
Acta per æquoreas hofpita navis aquas. [Hinc verbum Navigo compofitum eft. q. V.
Ambulant naves. V. AMBULO.
Appellere navim ad villam aliquam. Cic. 13. Att. 21.
Applicare naves terræ, & ad terram. V. APPLICO.
Aptæ inftructæque remigio. Liv. 21. 22. Hinc illud Virg. 8. Æn. 79.
Sic memorat: geminafque legit de claffe biremes,
Remigioque aptat, focios fimul inftruit armis.
Armare naves. V. ARMO.
Afcendere ad navem. Cic. 4. Acad. 148. Al. Defcendere.
Augent fumma navium tabulis. Tacit. 3. Hift. 47.
Coactæ. V. COGO.
Comparare navem. Cæf. 2. Bell. Civil. cap. 18.
Conducta. V. CONDUCO.
Conficit optime curfum navis, quæ fcientiffimo gubernatore utitur. Cic. 1. de Invent. 58.
Confracta. V. CONFRINGO.
Confugere in. V. CONFUGIO.
Conjecta navis in noctem. Cæf. 3. Bell. Civil. 28.
Confcendere navem. Nepos 23. 7. 6.
Confcendere navem, vel in navem. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Conftituere. Cæf. 4. Bell. Gall. cap. 23.
Conftratæ tempeftatibus. V. CONSTERNO.
Conftruere navem. In CONSTRUO.
Contrudere in naves. In CONTRUDO.
Debilitata, V. ANCHORALE.
Deducere. Cæf. 2. Bell. Civil. cap. 6. V. DEDUCO.
Deferri navi. In DEFERO.
Deprimere, Submergere. Cic. pro Lege Manil. 21. V. DEPRIMO.
Depreffæ. Tacit. 4. Hift. 79. 7.
Defcendere ad. Cic. 4. Acad. 148. Nos ad naviculas noftras defcendimus. h. e. Ad litus & locum in quo ftabant naviculæ. Non enim idem eft quod Confcendere naves.
Defilire e. Cæf. 4. Bell. Gall. cap. 25.
Detrahere ad terram. Hirt. Bell. Alex. cap. 10. extr.
Detrudunt fcopulo. Virg. 1. Æn. 149.
Dirigere timidæ navis iter. Ovid. 1. Faft. 4.
Dividere. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Edocere e portu. Cæf. 1. Bell. Civil. 57.
Egredi e. Cic. 14. Att. 21.
Egredi navi. Ter. Heaut. 1. 3. 9.
Evertere navem in portu. Cic. 1. de Orat. 174.
Evertere navem. Cic. 4. de Finib. 76. Ut gubernator æque peccat, fi palearum navem evertit, & fi auri: item æque peccat, qui parentem, & qui fervum injuria verberat. Paulo poft, Et, fi in ipfa gubernatione negligentia eft navis everfa, majus eft peccatum &c.
Exarmata navis, i. e. Armamentis fpoliata. Senec. Confol. ad Helv. extr.
Fabricari. Tacit. 14. Ann. 29.
Fabricare ex integro. Suet. Auguft. cap. 16.
Ferri magna vel parva nave. Hor. 2. Epift. 2. 200.
Fertur navis velis ventoque. Lucret. lib. 4. 895.
Frangere, Terent. in Andr. 3. 1. 17.
Gubernare navem, & falvam in portu collocare. Cic. in Pifon. 20.
Hærentes litore. Hor. 2. Serm. 3. 205.
Jactantes Auftri navim. Hor. 1. Serm. 1. 6.
Impegit navem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Incitare fefe in navem. Cæf. 2. de Bell. Civil. cap. 6.
Inflammari navem, incendique juffit. V. INCENDO.
Inhiberi retro. V. INHIBEO.
Inftituere navem, vel naves. V. INSTITUO.
Inftructæ. Virg. 2. Æn. 254.
Inftructa & ornata. Cic. 7. Verr. 132. conf. ORNO.
Interire. Cæf. 1. Bell. Civil. cap. 58.
Involvens aqua navemque virofque. Virg. 6. Æn. 336.
Loqui ex navibus. In LOQUOR.
Moliri naves ab terra. Liv. 28. 7.
Movebat fe tarda navis remigio. Virg. 5. Æn. 280.
Mutilatæ naves. Liv. 37. 24. V. Claudæ fupra.
Obruta aquis. Ovid. 2. Amor. 11. 50.
Navigat navis in ftagno. Ulpian. in l. 1. D. de exercit. action. Sic Scævola in l. 3. D. de vacat. & excufat. munerum.
Patiens navium Tiberis. In PATIOR.
Peragere navem in portum. V. PERAGO.
Perfodere, V. PERFODIO.
Petere aliquid navibus atque quadrigis. Hor. 1. Epift. 11. 28. Proverb.
Properatæ. Tacit. 2. Ann. 6.
Reficere naves. Tacit. 2. Ann. 44.
Religarat jactatam navim udo litore. Hor. 1. Carm. 32. 7.
Solvere. Ovid. Rem Amor. 285.
Statuere navem. i. e. Siftere. Plaut. Bacch. 2. 3. 57.
Subducere. Virg. 1. Æn. 577.
Urbem quam ftatuo, veftra eft: fubducite naves. h. e. Surfum e mari in terram trahite. V. SUBDUCO.
Supplere remigio. Liv. 26. 39.
Tenent feffas vincula. Virg. 1. Æn. 172.
Tranfportare navibus copias omnes aliquo. Cic. 8. Att. 18.
Turbata duce amiffo navis. Liv. 26. 39.
Vehere aliquem in navibus. Cic. 3. de Nat. Deor. 89.
Venire navibus. Liv. 26. 17. Quum Tarraconem navibus veniffet.
Vulnerata. Liv. 37. 24.
Una navis eft bonorum, per translationem. Cic. 12. Fam. 25. Una navis eft

eft jam honorum omnium, quam quidem nos damus operam ut rectam teneamus, utinam profpero curfu; fed quicunque venti erunt, ars noftra certe non aberit.

NAVICŬLA, æ. f. dimin. [ναυδίον] Cic. 4. Acad. 148. Ita fermone confecto Catulus remanfit, nos ad naviculas noftras defcendimus.
Parva navicula. In PARVUS.
Trajicere navicula in Africam. Cic. Poft red. ad Quir. 20. Adde Cæf. 2. Bell. Civil. 3. Vitruv. 10. 1. Lactant. 4. 15.

NAUCŬLA, æ. f. per Syncopen pro Navicula. Paulin. Epift. ad Cyther. 247.
Salicus in illam decidiffet nauculam.

NAVICULĀRIS, e. Adj. ut, Res navicularis. Hermog. JCt. in Dig.

NAVICULĀRIUS, a, um. Adj. ut, Functio navicularia. L. 3. Cod.
Onus naviculárium. l. 2. & 12. Cod. Theod.

NAVICULARIUS, i. m. [ναύκληρος, ναύκληρος] Idem qui Græce Naoclerus. Cic. 16. Fam. 9. Mare magnum & difficile tibi reftat: fi poteris cum Mefcinio: caute is folet navigare. Si minus, cum honefto aliquo homine, cujus auctoritate navicularius moveatur. Idem 7. Verr. 153. Malo, inquam, te ifti generi hominum, quam mercatoribus & naviculariis, inimicum atque infeftum putari. Ibid. 4. 137. Ut aratores, ut mercatores, ut naviculari.

NAVICULARIA, æ. f. [ναυκληρία] Ars ipfa regendæ navis.
Naviculariam facere. Cic. 7. Verr. 45. Quid eos loqui, qui videbant, quid exiftimare eos, qui audiebant, arbitrabare? inanem te navem effe in Italiam ducturum? naviculariam te, quum Romam veniffes, effe facturum?

NAVICŬLOR, [ναυτίλλομαι] āri. Navicula vehi. Martial. lib. 3. 20.
Piger Lucrino naviculatur in ftagno. Grut. ex Mff. Nauculatur.

NAVICULĀTOR, ōris. m. [ναυκλήρος] Idem quod Navicularius. Cic. pro Lege Manil. 11. Majores veftri fæpe, mercatoribus ac naviculatoribus injuriofius tractatis, bella gefferunt.

NAVICELLA, æ. f. [πλοιάριον] dimin. Utitur Martian. in l. Item pictoris. D. de fundo inftructo. Bahuf. 3. Epigr. 38.
Decurrit mea navicella curfu.

NAUCELLA, æ. f. Idem. Leg. 17. §. 1. Dig. de Inftr.

NAVĀLIS, e. Adj. [ναυτικός] Quod ad naves pertinet. ut, Prælium navale, Quod navibus fit. Plin. lib. 16. cap. 1. extr. Prælium navale adverfus arbores inirent.
Apparatus navalis ei femper antiquiffima cura fuit. Cic. 10. Att. 8.
Bellum. Cic. pro Lege Manil. 28. Nepos 2. 2. 3.
Certamen. Virg. 5. Æn. 439.
Corona navalis, Qua donari folebat qui primus in hoftium navem armatus tranfiliiffet. Virg. 8. Æn. 684. Ea quafi navium roftris infignita eft, & ex auro fieri folet, ficut & muralis & caftrenfis, tefte Gellio lib. 5. cap. 6. V. CORONA.
Crimen. Cic. 7. Verr. 131.
Difciplina. Cic. pro Lege Manil. 55.
Gloria. Cic. 7. Verr. 60.
Materia navalis ad claffem ædificandam. Liv. 26. 47.
Prælia. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Pugnæ navales & pedeftres. Cic. de Senect. 13.
Res. Liv. 40. 18. Nec rei navalis cura omiffa.
Socii navales, qui Remiges quoque dicuntur. Liv. 21. 50. Contra eludere Pœnus, & arte, non vi rem gerere: naviumque, quam virorum, aut armatorum malle certamen facere. Nam ut fociis navalibus affatim instructam claffem, ita inopem milite habebat. Vides ut alios ponat pro Sociis navalibus, alios pro Milite & propugnatoribus. Et lib. 26. 17. pr. Quum Tarraconem navibus veniffet, expofitifque ibi copiis, & navibus fubductis, focios quoque navales multitudinis augendæ caufa armaffet: profectus, &c. Rurfus libro eodem c. 48. pr. Poftero die militibus, navalibufque fociis convocatis, primum diis immortalibus laudes gratiafque egit, &c. [Fuit omnino Navalium fociorum conditio deterior, quam militum claffiariorum. V. Liv. 40. 18. extr.
Triumphus navalis. Plin. lib. 34. cap. 5.
Tuba navalis. Martial. lib. de Spectac. 28.
Et freta navali follicitare tuba.
Uncus. Valer. 8. Argon. 208.

NAVĀLE, is. n. [ναυσταθμός, λιμήν, νεώρια, νεώσοικος] Locus in quo ftant, vel fieri folent naves. Frequentiori in ufu pl. Navalia. Virg. 4. Æn. 593.
Diripientque rates alii navalibus? Cic. 2. Off. 60. Atque etiam illæ impenfæ meliores, muri, navalia, portus, aquarum ductus. Cæf. 2. Bell. Civil. 3. & 4.
De opere navalium dicere. Cic. 1. de Orat. 62.
Aptum navale carinæ. Ovid. 18. Epift. 207.
Cava. Ovid. 4. Trift. 8. 17.
Longa. Ovid. 2. Amor. 9. 21.
Siccum. Ovid. 3. Met. 661.
Diripere rates navalibus. Virg. 4. Æn. 593.
Exit puppis navalibus. Ovid. 4. Faft. 729.
Navalia, Romæ locus prope Tiberim. V. Liv. 3. 26: 8. 14. & 40. 51.
Navalia etiam funt Excavata anatium ftabula. V. Varro de R. R. 3. 5.

NAVĀCULUM, i. n. Idem ac Navale. Gloff. Lat. Græc. Navaculum, ναύσταθμον.

NAVĪTA, vel NAUTA, æ. f. [ναύτης, ναυβάτης, ναυτίλος] Qui fe in navi agenda exercet, & quicunque in navi eft, navis ducendæ gratia. Ter. Phorm. 4. 1. 10.
Salvas audivi ex nauta, qui illas vexerat. Cic. 10. Att. Navitam ipfe audire videor jam evocantem.
Nauta fignificare dicitur, quum tempeftatem aut ferenitatem prævidet. Cic. 4. Acad. 147. Verum quoniam non folum nauta fignificat, fed etiam Favonius ipfe infufurrat navigandi nobis Luculle tempus effe, &c. [Immo Significat, Indicat, Admonet.
Nautæ & gubernatores. Cæf. 3. Bell. Gall. 9. Idem 5. 10.
Audaces. Hor. 1. Serm. 1. 30.
Callidi navitæ horrida vincunt æquora. Hor. 3. Carm. 24. 41.
Fluctivagi. Stat. 3. Silv. 1. 84.
Miferi. Virg. 3. Georg. 313.
Oppreffi in æquore. Stat. 11. Theb. 218.
Pavidus. Hor. 1. Carm. 1. 14. Aptum epithetum.
Perfidus. Catul. Argon. 62. 174.
Sollicitus. Ovid. 2. Amor. 11. 25.
Timidus. Hor. 1. Carm. 14. 14.
Vagi. Stat. 3. Silv. 1. 4.
Feftinare folent quæftus fui caufa. Cic. 16. Fam. 9.
Hoc fignum veniens poterunt prænofcere nautæ. Cic. in. Arat. 75.
Vela dat ventis navita. Ovid. 1. Met. 132.

NAUTALIS, e. Adj. Aufon. Mofell. 223.
Reddit nautales vitreo fub gurgite formas. i. e. Nautarum.

NAUTĬCUS, a, um. Adj. [ναυτικός] Quod eft nautarum. Virg. 3. Æn. 128.
Nauticus exoritur vario certamine clamor.
Cantus nauticus. Cic. 2. de Nat. Deor. 89. Idemque juvenibus vifis, auditoque nautico cantu.
Caftra nautica. Nepos 7. 8. 5.
Exuviæ nauticæ, Roftra navium captarum. Cic. pro Lege Manil. 55.
Panis. Plin. lib. 22. cap. 25. Nauticus panis tufus, atque iterum coctus fiftit alvum. Bifcoctum vocant.
Pinus, Apta fabricandis navibus. Virg. 4. Eclog. 38.
Pubes. Sil. lib. 6. 351.
Res. Cic. 2. de Nat. Deor. 152.
Vela. Horat. 2. Serm. 3. 106.
Verbum. Cic. 13. Att. 21.

NAUTĬCUS, i. m. [ναυτικός] Qui in navi adminiftrat. Plin. lib. 9. c. 31. Quod ubi videre nautici, ftatim pluribus anchoris navigia infrenant. Liv. 28. 7. Tumultumque etiam ex terra nauticis præbuit. conf. Gell. 2. 22.

NAULUM, i. n. [ναῦλον] Pretium quod folvitur pro vectura in navi. Juven. 8. Sat. 97.
— furor eft, poft omnia perdere naulum. Paul. In l. Quum fervus. §. j. D. de leg. 1. Et idem in operis fervorum, vel vecturis jumentorum, vel naulis navium dicendum.

NĀVĬGO, [πλέω, ναυτίλλομαι] āre. Navi iter facere. Cic. 5. Att. 12. Negotium magnum eft navigare, atque id menfe Quintili.
Navigare in. Plin. lib. 13. cap. 25. Qui navigavere in Indos Alexandri milites.
Navigare in portu, eft A periculo abeffe: propterea quod qui mediis adhuc in fluctibus navigant, hi ventorum & æftus arbitrio navigant. Ter. Andr. 3. 1. 22.
Nunc hujus periculo fit, ego in portu navigo. h. e. Tutus fum.
Eft tamen & In portu Naufragium. H. St. V. Erafmi Chiliad.
Belle navigare. V. Belle, in BONUS.
Caute. Cic. 16. Fam. 9.
Commode magis, quam ftrenue. Cic. 16. Att. 6.
E portu. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Explorate. Cic. 16. Fam. 8.
Ex fententia. Cic. 4. Acad. 100.
Feliciter. Cic. 4. Verr. 95. Romam venit, fatifque feliciter navigavit.
Incommodiffime. V. INCOMMODUS.
Recte, Tuto. Cic. 16. Fam. 12.
Sine timore. Cic. 16. Fam.
Temere. Cic. 16. Fam. 9. Ne temere naviges.
Navigat navis. V. fupra in NAVIS. conf. in NAVIGANDUS Navigare navem. [Mirum fane, cum fit Navigare proprie Navem agere.
Claffibus maximis. Cic. 10. Att. 8.
Mare navigare. Virg. 1. Æn. 71.
Myoparonibus. Cic. 5. Verr. 186.
Probo navigio, bono gubernatore. Cic. 4. Acad. 100.
Pinus navigat in undis. Ovid. 2. de Arte Am. 9.
Ratibus navigare. Plin. lib. 7. cap. 56.
Remis. Cic. 16. Att. 6.
Pleniffimis velis. Cic. pro Domo, 24.
Terram navigare. Cic. 2. de Fin. 112. Ut fi Xerxes, cum tantis claffibus, tantifque equeftribus & pedeftribus copiis, Hellefponto juncto, Athone perfoffo, maria ambulaviffet, terram navigaffet.
Navigatur, Imperfonale. Cic. pro Lege Manil. 20. Quum aut hieme, aut referto prædonum mari navigaretur.
Paffive. Navigatur Occidens. Plin. lib. 2. cap. 67.

NAVIGANS, antis. Partic. Cic. 3. Off. 23. Petron. cap. 107.

NAVIGĀTUS, a, um. Partic. Tacit. Germ. 34. 2. Ambiunt immenfos lacus Romanis claffibus navigatos.
Navigatus fluvius. Plin. lib. 6. cap. 20.

NAVIGANDUS, a, um. Partic. ut, Naviganda navis. Ulpian. in l. 1. D. Nautæ, caupon. &c. Nautam accipere debemus eum, qui navem exercet; quamvis nautæ appellantur omnes, qui navis navigandæ caufa in navi funt: fed de exercitore folummodo Prætor fentit.

NAVIGĀTIO, ōnis. f. [ναυτιλία] Cic. 5. de Fin. 16. Ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio: fic vivendi ars eft prudentia. Idem 15. Fam. 11. Ego, fi me navigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipfos Etefias, propediem te, ut fpero, videbo.
Prima navigatio, olim dicebatur, quum poft fævitiam hiemis, qua mare claufum erat, vere navigantibus primum aperiebatur. Cic. 2. Q. frat. 5. Iidem aiebant nuntiare te prima navigatione effe tranfmiffurum. Effe & prima navigatio poteft, quum dicimus nos quamprimum navigaturos, & primam quamque navigandi occafionem arrepturos. Prima etiam navigatio dicitur, quum eam fecundæ comparamus, quæ & temeraria magis plerumque, & improvida eft: unde & proverbio Græco celebratur δεύτερος πλοῦς. Sunt tamen qui primam navigationem, velificationem, fecundam remigationem, ut Suidas eft auctor, dicant. Ex Turnebo.
Secunda navigatio, Profpera. Tacit. 2. Ann. 8.
Longa ex navigatione aliquando in portum venire. Cic. de Senect. 71.
Committere fe navigationi. Cic. 16. Fam. 4.
Conquiefcit mercatorum navigatio. In CONQUIESCO.
Dimittere navigationem. Cic. 2. Q. frat. 5.
Impedire. Cæf. 3. Bell. Gall. 9.

NAVIGĀTOR, ōris. m. Quintil. Decl. 12. Infelix navigator es, cujus votis auræ non refpondent. Idem Inft. Orat. 5. 10. Et Paul. Nolan. ad Cyther. 397.

NAVIGĀBILIS, e. Adj. [πλωτός, πλόϊμος] Quod navigari poteft: ut, Navigabile flumen. Columel. lib. 1. cap. 2. Nec procul a mari, aut navigabili flumine. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 8. Beneficium eft donare regiones, per quas multa flumina & navigabilia decurrunt.

Navigabile

Navigabile mare. Liv. 35. 44. conf. Melam 2. 1. & Quintil. lib. 8. cap. 3.
NAVIGIUM, i. n. [πλοῖον, ἰσίδλιον, βάρις] Navis ductio, quod & Navaglum dicitur.
Navigium, quidam putant Diminutivum, sed Navem & Navigium de eodem dici videas. Vide in MACHINOSUS. H. St. Dicitur eadem ratione ac Remigium, & proprie quidem Actum seu ductum navis significat, formaturque a verbo Navigo, ut Remigium a Remigo, Navifragium a Navifrago, Judicium a Judico &c. Sunt enim hæc nomina verbalia.
Navigium, pro Navigatione videtur accepisse Scævola in l. qui Romæ. §. Callimachus, D. de verborum obligationib. bis verbis, Idque creditum esse in omnes navigii dies ducentos sub pignoribus & hypothecis, mercibus a Berytho comparatis. Sic Rutil. Numat. 1. 541.
Tempora navigii clarus reparaverat Eurus. Ita Serv. ad Virg. 1. Georg. 139. Navigio invento, i. e. Navigatione. V. Gronov. Observ. ad Script. Eccles. cap. 25.
Navigium, Omne genus navis, quo in mari utimur. Plin. lib. 32. cap. 1. Hæc tantilla est satis contra tot impetus, ut vetet ire navigia. Idem lib. 13. cap. 11. Noctis, dieique velifico navigii cursu.
Actuaria navigia. In NAVIS.
Luculenta. Cic. 16. Att. 4.
Piscatorium. Quintil. lib. 6. cap. 3. V. NAVIS.
Probum. Cic. 4. Acad. 100. Sed si jam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta probo navigio, bono gubernatore ac tranquillitate, &c.
Speculatoria, i. e. Exploratoria. Cæs. 4. Bell. Gall. cap. 26. V. in NAVIS.
Fragmina navigii. Ovid. 11. Met. 561.
Lignum utile navigiis, pinus. Virg. 2. Georg. 442.
Committere parvo navigio pueros. Cic. 10. Att. 11.
Concedere mari navigia. V. CONCEDO.
Concredere mari. V. CONCREDO.
Dissolutum & dissipatum. Cic. 15. Att. 11.
Infrenare navigia ancoris. V. INFRENO.
Instruere armamentis. V. INSTRUO.
Interiit navigium. Cæs. in Bell. Alex. 21.
Scindere navigiis mare. Ovid. 2. de Arte Am. 671.
Trahit navigium aquam. V. TRAHO.
NAVIGIŎLUM, i. n. dimin. [πλοιάριον] Cic. 12. Fam. 15. Nos vix ipsi singulis cum navigiolis reciperemur. conf. Hirt. Bell. Afr. cap. 63.
NAVARCHOS, i. m. [ναύαρχος] Navis princeps, qui in navi nautis imperat, vulgus *pilotam* & *patronum* vocat. Cic. 2. Verr. 59. Sumptum omnem in classem frumento, stipendio, ceterisque rebus navarcho suo quæque civitas semper dare solebat. Ibid. 83. O dii immortales! quid si harum ipsarum civitatum militibus, navibus, navarchis, Syracusanus Cleomenes jussus est imperare, &c. Ibid. 5. 186. An quod forum Syracusanum navarchorum sanguine redundavit. conf. l. 6. Cod. de Navicular. Quintil. lib. 4. cap. 2. & Plin. 35. 10. [Navarchum a Gubernatore distinguit Suidas in Ναύαρχος. ubi Navarchum, pro Classis præfecto posuisse videtur, non pro eo, qui alias Trierarchus, Latine Magister navis dicitur. V. Veget. de Re Mil. 4. 32. Scheff. de Mil. Nav. 4. 6.
NAVARCHIS, idis. f. [ναυαρχίς] Navis prætoria, in qua est Prætor. Nostri volgo *Capitaneam* vocant. V. Prætoria navis, in NAVIS.
NAUCLĒRUS, i. m. [ναύκληρος] Qui navem regit, Latine Navicularius dicitur. Plaut. Mil. 4. 3. 16.
Nauclerus dixit, qui illas advexit, mihi. conf. l. 4. Cod. & Isidor. 19. 1.
NAUCLERIUS, a, um. Adj. [ναυκλήριος] Quod ad naucletum pertinet. Plaut. Asin. 1. 1. 54.
Nauclerio ipse ornatu per fallaciam,
Quam amabam, abduxit ab lenone mulierem. Nauclerio, i. e. Nautico, maritimo.
NAUCLERIĂCUS, a, um. Adj. Idem. [ναυκληρικός] Plaut. Mil. 4. 4. 41.
Facito ut venias huc ornatu naucleriaco. Al. Nauclerico.
NAVĬFRĂGUS, a, um. Adj. [ναυαγός] Ovid. 5. Trist. 8. 11.
Vidi ego navifragum qui riserat æquore mergi. [Hic est substantivum.
Æquor navifragum. Auson. Epist. 7. 40.
Fretum navifragum. Ovid. 14. Met. 6.
Noti navifragi vim perferre. Prudent. advers. Symmach. 1. 9.
Saxa. Stat. 5. Theb. 41.
Scylacæum. Virg. 3. Æn. 553. Antiquum & Poëticum est. In usu potius
NAUFRĂGUS, a, um. Adj. Contract. ex eodem [ναυαγός] interdum active, interdum passive sumitur. ut,
Corpora naufraga. Virg. 3. Georg. 542.
Mare. Hor. 1. Carm. 16. 10. Naufragia faciens. Acron & Porphyrio, conf. Tibul. 2. 4. 10.
Monstra. Ovid. 4. Fast. 500.
Puppis. Ovid. 2. Epist. 16.
Tempestas. Valer. 1. Argon. 584.
Unda. Tibul. lib. 2. 4. 10.
NAUFRĂGUS, i. m. [ναυαγός, ναυηγός] Qui navi fracta natat, vel bona amisit. Cic. 3. Off. 90. Quid si una tabula sit, duo naufragi, hique sapientes, sibine uterque rapiat, an alter cedat alteri?
Expulsus aliquis & naufragus. Cic. in Pison. 42.
Interiit naufragus. Ovid. 11. Met. 668.
Agere naufragum. Quintil. lib. 6. cap. 2. Orbum agimus, & naufragum, & periclitantem.
Naufragus, per translationem, pro Eo qui bona dissipavit. Cic. 1. in Catil. 30. Quod si se ejecerit, secumque suos eduxerit, & eodem ceteros undique collectos naufragos aggregaverit, exstinguentur, &c.
Naufragus patrimonio. Cic. pro Sulla, 41. Sed ut aliquis patrimonio naufragus, inimicus otii, bonorum hostis.
Dare tabulam naufrago. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 9.
NAUFRAGĀLIS, e. Adj. Martian. Capell. lib. 6. Capraria naufragalis.
NAUFRĂGO, āre. vel NAUFRAGOR, āri. pro Naufragium facere. Petron. Fragm. Trag. cap. 76. conf. Cyprian. de Lapsis 10. Augustin. Epist. 48. & Med. 24. Sidon. 4. Epist. 21. & Salvian. lib. 3. p. 41. ed. Brem. Apostolus ter naufragasse se dicit. Ibid. sæpius in seq.
NAUFRĂGIUM, i. n. [ναυαγία, ναυάγιον] Navis fractio. Cic. 1. Tusc. 107. Exsecratur luculentis sane versibus apud Ennium Thyestes: primum ut naufragio pereat Atreus.
Commune naufragium. Claud. 4. Cons. Hon. 62.
Dira. Senec. Octav. 4.
Magna. Lucret. lib. 2. 552.
Colligere. V. COLLIGO.
Expelli naufragio. Cic. in Pison. 43.
Facere naufragium, Pati. Cic. 1. de Invent. 5. Hinc nimirum non injuria, quum ad gubernacula Reipub. temerarii atque audaces homines accesserunt, maxima & miserrima naufragia fiebant. i. e. Maxima bonorum jactura fiebat. Idem 16. Fam. 9. Qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt.
Factum. Ovid. 2. de Ponto 6. 11.
Pati naufragium, Facere. Senec. Herc. OEth. 2.
Spargere naufragium. Sil. lib. 10.
Clarissimorum ducum, regumque naufragium, Translate. Cic. 1. de Divin. 24.
Naufragia & bonorum direptiones. Cic. 4. Fam. 13. Versor in eorum naufragiis & bonorum direptionibus.
Naufragia rei familiaris. Cic. 1. Fam. 9. Neque hercule in iis ipsis rebus, quæ quanquam erant mihi propter rei familiaris naufragia necessariæ, tamen, &c.
Naufragium fortunarum. Cic. pro C. Rabir. Perd. 25.
Ex naufragio tabula. Cic. 4. Att. 17. Perspice æquitatem animi mei, & ludum & contemptionem Seleucianæ provinciæ, & me hercule cum Cæsare suavissimam conjunctionem: hæc enim una ex hoc naufragio tabula me delectat. i. e. Hoc unicum subsidium calamitatis, hæ amicitiarum reliquiæ. Budæus.
Naufragium pudoris & existimationis. Firmicus lib. 6. cap. 12. Cum pudoris existimationisque naufragio, impudicæ impuritatis labibus polluuntur.
Naufragium vitæ, apud Marcellin. Per alienæ vitæ naufragia. lib. 30. pag. 500. Francof. in fine. H. St.
NAUFRAGIŌSUS, a, um. Adj. Claud. Mamert. de Statu Anim. 1. 1. & Sidon. 4. Epist. 11.
NAVIA, V. suo loco.
NAVĬGER, ĕra, ĕrum. Adj. [ναυσίπορος] Plin. lib. 9. cap. 30. de loliginibus, Navigeram similitudinem & aliam in Propontide visam sibi prodidit Mucianus: concham esse acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata.
Mare navigerum. Lucret. lib. 1. 3.
Quæ mare navigerum, quæ terras &c. conf. Veget. de Re Mil. 3. 7. Et Ammian. 23. 20.
NAUMĂCHA, orum. n. pl. Hastilia quædam prælonga, teste Polluce & Homero, quibus e navi depugnatur. Meminit Cæl. Rhodig. lib. 14. cap. 12.
NAUMACHIA, æ. f. [ναυμαχία] Navale bellum, seu certamen. Martial. lib. 1. 28. ad Marcum,
Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis:
Vis, puto, cum libro, Marce, natare tuo. [Hic est Libellus.
Naumachiam committere. Suet. Claud. cap. 21. conf. Paterc. 2. 56. 1.
Naumachia, Locus in quo fit pugna navalis. Suet. Tiber. cap. 62. Semel triremi usque ad proximos naumachiæ hortos subvectus est. Idem Neron. cap. 27. Præclusa naumachia.
De naumachiis Imperatorum variis, V. Lex. Pitisc.
NAUMACHIĀRIUS, a, um. Adj. [ναυμάχος] ut, Naumachiarius pons. Plin. lib. 16. cap. 39. Idem 40.
NAUMACHIARIUS, i. m. [ἐπιβάτης] Qui prælium navale committit. Suet. Claud. cap. 21. Proclamantibus naumachiariis. Hi etiam Epibatæ dicuntur ibidem, Græca voce.
NAUPĒGUS, i. m. Gloss. Gr. Lat. ναυπηγός, Faber, Navium fabricator. Utitur hac dictione Aurel. Arcadius in l. ultima. D. de jur. immunit. Item Firmic. lib. 4. cap. 7. Alios naucleros, naupegos, vel navium gubernatores.
NAUPEGIARIUS, i. m. Idem. Inscript. Spon. Misc. p. 67. COLLEG. NAVPEGIAR. conf. Reines. Inscript. p. 602.
NAUSTIBULUM, V. infra.
NAUSUM, i. n. Genus navigii Gallici. Auson. Epist. 22. Nauso, aliave quavis navi. Idem 38. Ut inde nauso devehat.
NAUTEA, æ. f. Aqua de sentinis. Non. 1. 25. V. infra s. l. NAUSEA.
NAULA, NAULIUM, V. NABLA.
NAULŎCHUM, i. n. [Ναύλοχον] Locrorum oppidum est, teste Plin. lib. 4. cap. 3.
Est item Naulochon, sive Naulochus, Thraciæ oppidum, non procul ab Hæmo monte, cujus meminit idem Plin. lib. 4. cap. 11.
Stephanus præterea Naulochum urbem in Ionia collocat, alio nomine Smyrnam appellatam.
NĀVO, [ἐπιτίθημι, σπουδάζω] āre. Studiose aliquid adimplere, dare, conferre, cum effectu demonstrare, id est adjumento esse. Tractum verbum a nautis, quum sunt auxilio aliis in gubernandis navibus; naves enim quum ex navalibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent. [Puto veteres cum G, Gnavo scripsisse, uti Gnavus &c. q. V.
Aliquid navare & efficere. Cic. 6. Fam. 1.
Bellum navare. Tacit. 5. Hist. 25.
Benevolentiam navare, i. e. Navo animo adhibere & præstare, inquit Budæus. Cic. 3. Fam. 10. Illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur: ut quum tibi hic satisfecerimus, istic quoque nostram benevolentiam navare possimus.
Flagitium. Tacit. 4. Hist. 59. 4.
Operam. Cic. 2. de Orat. 26. Jam mihi videor navasse operam, quod huc venerim.
Operam militarem. Liv. 44. Idem 7. 16.
Operam alicui. Cic. de Arusp. Respons. 1. Quum is publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret, & P. Tullioni Syro navaret operam. Idem ad Brutum, 8. Tibi omnes fortes viri navare operam & studium volunt.
Opus aliquod navare & efficere. Cic. 9. Att. 12. Utinam in hac aliquod miseria Reip. πολιτικὸν opus efficere & navare mihi liceat. Valer. 3. Argon. 145.
—potius mihi dextera ferro
Navet opus.
Remp. Cic. 9. Fam. 2. extr. At in litteris & libris, ut doctissimi veteres fecerunt, navare remp. & de moribus & legibus quærere. [Sed lectio admodum dubia est. An Navare operam publicam?

Studium suum alicui. Cic. 15. Fam. 4.
Studia suffragandi. Cic. de Petit. Conf. 14.

NAUPACTUS, i. m. vel NAUPACTUM, i. n. [Ναύπακτος] Ætoliæ urbs in ora sinus Corinthiaci, hodie *Lepanto*.
Naupactum excubare, dicitur de Re plena discriminis; quia Pausanias, Naupacti excubiis præfectus, ab Achivis interfectus est. conf. Suid.

NAUPACTEUS, vel NAUPACTOUS, a, um. Adj. ut, Naupacteus Achelous. Ovid. 2. Fast. 43. Apud Suid. Ναυπάκτιος, Naupactius.

NAUPEGIARIUS, NAUPEGUS, V. supra in NAVIS.

NAUPLIA, æ. f. [Ναυπλία] Urbs est munitissima, amœno loco sita, & totius Moreæ civibus frequentissima; Venetis paret, a quibus anno 1686. Turcis erepta est. Vulgo *Napoli di Romania*. V. Suid.

NAUPLIUS, i. m. [ναύπλιος] Piscis, de quo Plin. lib. 9. cap. 30. Concham esse acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata: in hac condi nauplium animal sepiæ simile, ludendi societate sola.

NAUPLIUS, i. m. [Ναύπλιος] pater Palamedis, qui quum laborantibus ad saxa Capharea Græcis, ulturus filii injurias, facem extulisset, classem eorum in saxa cæca pertractam perdidit. Verum quum intellexisset Diomedem & Ulyssem naufragio liberatos (in quos tamen hoc malum per insidias machinabatur) seipsum præcipitem in mare dedit. Seneca Medea, v. 658.
Igne fallaci moriturus Argis
Nauplius, præceps cadet in profundum. Propert. lib. 4. 1. 115.
Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes. V. Servium in illud 11. Æn. 260.
— ultorque Caphareus.

NAUPLIADES, æ. m. patronym. [Ναυπλιάδης] sic Palamedes vocatur Nauplii filius. Ovid. 13. Met. 310.
— timidi commenta retexit
Naupliades animi.

NAUPONTUS, V. seq. dict.

NAUPORTUS, i. m. [Ναύπορτος] Istriæ fluvius est, inter Æmoniam & Alpes nascens, nomen habens ab Argo nave, quam Argonautæ humeris eousque delatam per hunc fluvium subvexerunt. Plin. lib. 3. cap. 18. Strab. lib. 4. & 7. ubi tamen vitiose priore loco Pamportus, altero Naupontus scribitur. Amnis, inquit lib. 4. Pamportus, ex Illyrio navigabilis defertur in Savum. & lib. 7. Juxta Naupontum amnis est Carcora, excipiens commerciorum onera, hic in Savum, ille in Dravum delabitor.

NAUSCIT, inquit Festus, quum granum fabæ se nascendi gratia aperit, quod fit non dissimile navis formæ. [Naviscit, vel Navescit legendum.

NAUSEA, æ. f. [ναυτία, ναυσίασις] Stomachi ad vomitum ex gravi odore concitatio. A navi deductum nomen, ex cujus sentina movetur vomitus: vel ex cujus frequenti & inordinato motu, subvertitur stomachus, & ad vomitum concitatur. Cic. 16. Fam. 10. Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger, & periculose hieme naviges. Idem 5. Att. 13. Navigavimus sine timore & sine nausea.
Abiit jam plane nausea. In ABEO.
Coercere fluentem. Hor. Epod. 9. 35.
Discutere nauseam. Columel. lib. 6. cap. 4.
Facere nauseam, pro Vomere. Cic. 2. Philip. 84. Apparet esse commotum: sudat, pallet: quidlibet, modo ne nauseam faciat, quod in Minutia porticu fecit. Sic legit Budæus. Vetera exemplaria legunt Nauseet.
Inhibere. Plin. lib. 30. cap. 14.

NAUSEOLA, æ. f. dimin. [ναυσιόλιον] Cic. 14. Att. 8. Nauseolam tibi tum causam otii dedisse facile patiebar.

NAUSEOSUS, a, um. Adj. [ναυτιώδης] Quod nauseam inducit. Plin. lib. 26. cap. 8. Radice crassa, madida, nauseosa.

NAUSEO, [ναυτιάω] are. Ad vomitum impelli, & appetitum vomendi habere, quod dicitur. Cic. 7. Fam. 27. Tu tamen quum audisses ab Anitio (vidit enim me nauseantem) non modo mittendi causam justam habuisti, sed etiam visendi. Hor. 1. Epist. 1. 93.
— conducto navigio æque
Nauseat, ac locuples.
Nauseare, Contemnere & respuere: quod qui nauseant, cibos fastidiunt. Cic. 1. de Nat Deor. 85. Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius nescire quod nescieris, quam ista effutientem nauseare, atque ipsum sibi displicere?

NAUSEANS, antis. Partic. [ναυτιῶν] ut, Ructantem & nauseantem aliquem in alicujus plagas conjicere. Cic. 12. Fam. 25. Idem 7. 26.

NAUSEABUNDUS, a, um. Adj. Sen. Epist. 108. Gubernator in tempestate nauseabundus. H. St. Desiderabatur in ed. Lugd.

NAUSEATOR, oris. m. Senec. Epist. 54. Illud scito, Ulyssem non fuisse tam irato mari natum, ut ubique naufragia pateretur: nauseator erat.

NAUSEABILIS, e. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 3. 2. Nauseabilis oris humectatio.

NAUSIFICUS, a, um. Adj. ut, Nausificus pædoris odor. Brito Phil. 10. 448.

NAUSICAA, æ. vel NAUSICAE, es. f. [Ναυσικάα] fuit Alcinoi Phæacum regis filia, cujus meminit Homerus Odyss. 6. Martial. lib. 12. 31.
Si mihi Nausicae patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere, malo meos.

NAUSIMENES, is. m. Vir Atheniensis, cujus uxor quum liberos in incestu deprehendisset, indignitate facinoris perterrita vocem amisit.

NAUSITHOUS, i. m. [Ναυσίθοος] fuit Neptuni filius ex Peribœa, Eurymedontis filia, ac Homero teste lib. 7. Odysseæ, Alcinoi Phæacum regis pater.

NAUSTIBULUM, i. n. Alveus ad navis similitudinem factus. Festus. conf. Voss. Etym. 339.

NAUSUM, NAUTA, V. NAVIS.

NAUTEA, æ. f. [ἀντλία] Nonius 1. 25. Nautea est aqua de coriis, vel (quod est verius) aqua de sentina: dicta a nautis. Plaut. Asin. 5. 2. 44.
— nauteam
Bibere malim si necessum est, quam illam osculatier.
Nautea, herba granis nigris, qua utuntur coriarii. Festus.

NAUTES inter comites Æneæ, V. NAUTII.

NAUTICUS, V. NAVIS.

NAUTII, Romæ dicti sunt, a Naute Æneæ comite. Dionysius, Virg. & Servius in 2. Æn. 166. Quum Diomedes raptum Palladium sibi non esse aptum intelligeret, illud Æneæ transeunti obtulit; sed quum se ille capite velato sacrificans convertisset, Nautes quidam simulacrum accepit; quare Minervæ sacra non Julia gens habuit, sed Nautia. Idem scribit Varro in libro de familiis Trojanis. Ex Sigonio. conf. Serv. ad. 5. Æn. 728.

NAUTILUS, i. m. [ναυτίλος] Piscis, de quo sic Plin. lib. 9. cap. 9. Inter præcipua autem miracula est qui vocatur nautilos, ab aliis pompilos. Supinus in summa æquorum pervenit, ita se paulatim subrigens, ut emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina facile naviget. Plura vide apud eundem.

NAVIUS, i. m. Accius, Insignis augur fuit, qui sub Tarquinio Romanorum rege floruit, quem Liv. lib. 1. 36. fabulatur novacula cotem discidisse.

NAVE, NAVITAS, NAVITER, NAVITIES, NAVUS, V. GNAVUS.

N A X

NAXIUM, i. n. [νάξιον] quid sit, declarat Plin lib. 36. cap. 7. his verbis, Signis e marmore poliendis, gemmisque etiam scalpendis atque limandis naxium diu placuit ante alia: ita vocantur cotes in insula Cypro genitæ.

NAXOS, vel NAXUS, i. f. [Νάξος] Insula in Ægæo, una ex Cycladibus, ceteras superans, antea Strongyle dicta. Hæc Dia post appellata fuit. Verum quum Cares ex Lamia profecti, duce Naxo eam occuparunt, a duce Naxon appellarunt. Hanc Dionysiada a vinearum fertilitate dici scribit Plin. lib. 4. cap. 12. Vel quia (ut alii volunt) solæ Naxiæ mulieres octavo mense pariant, quoto & Liber pater natus creditur. Sive quia fons in ea vino fluat. Distat a Delo septem millibus.
Bacchata jugis Naxos. Virg. 3. Æn. 125.
Bacchica. Stat. 2. Achil. 4.
Genialis litora Naxi. Stat. 1. Silv. 2. 224.
Est item Oppidi nomen, Plinio lib. 3. cap. 8.

NAXIUS, a, um. Adj. [Νάξιος] unde, Naxius ardor apud Columellam, quo significatur Bacchi coronæ sidus. Nam (ut ferunt poetæ) in insula Naxo relicta Ariadne a Theseo, nuptias cum Baccho fecit, donataque corona, inter sidera relata fuit. V. Hyginum in Astronomico poetico, lib. 2. 5.
Marmor Naxium. Plin. 36. 7.
Turba Naxia Propert. lib. 3. 17. 28.

NAZARENI, [Ναζαρηνοί] vel NAZARÆI, [Ναζαραῖοι, ἢ Ναζωραῖοι] orum. m. pl. Secta apud Judæos, qui voto obstricti a novacula, vino, & mortuorum pollutione abstinebant.
Postea sic dicti Christiani ab urbe Nazareth. Prudentio Cathem. 7. pr. Nazarenus, dicitur Christus.
Adjective, Idem in Symmach. 1. 550. Viri Nazarei. pen. br. Idem Perist. 10. 45. Disciplina Nazarena.
Fuit etiam Hæreticorum in prima Ecclesia nomen. De quibus V. J. Laur. Mosheim contra Tolandum.

N E

NE. Nec, Nemo, Nepos, Neptis, Neptunus.

NE, [μή] Adv. prohibendi, idem significat quod Non: secundis personis subjunctivorum aliquando jungitur. Ter. Eun. 4. 7. 16.
Sane qui tibi nunc vir videtur esse, hic nebulo magnus est,
Ne metuas. Idem And. 1. 5. 56.
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras. Et
Secundis personis imperativorum. Ter. And. 2. 3. 10.
Egone ducam? D. cur non? nunquam faciam. D. ne nega. Idem Heaut. 5. 5. 8. Age quæso, ne tam obfirma te, Chreme. Donatus, Ne imperativo magis, quam conjunctivo adjungitur.
Ne fugite hospitium, neve ignorate Latinos. Virg. 7. Æn. 202.
Optativo aliquando. Cic. 7. Fam. 24. Sed ne vivam, si tibi concedo. Ter. Phorm. 1. 3. 5.
Utinam ne. Ennius apud Auct. ad Herenn. 2. 22.
Utinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes.
Ne, particula Monendi aut Suadendi. Virgil.
— foliis tantum ne carmina manda:
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. V. locum in LUDIBRIUM.
Cruquius in hunc locum Horatii lib. 1. Ode 33. pr.
Albi, ne doleas plus nimio memor
Immitis Glyceræ.
τὸ Ne, hic non tam prohibendi, quam monendi, suadendique particula est, ut ex Charisii lib. 2. notavimus ad Saty. 1. lib. 1. Hæc Cruq. Tale puto esse illud Suidæ μὴ νόμιζε, ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς, quasi diceret, non esse prohibentis, verum admonentis. Ne in vulg. usu, & pro Ut ne, uno eodemque loco. In locis continuis. Ne vivam. H. St.
Ne abeo, pro Non abeo. Plaut. Mostel. 3. 1. 35. Quo nunc te agis? TR. ne quoquam abeo. Idem alio loco, Ne vult. Al. Nec quoquam.
Ne forsan, pro Ne forte. Portius Latro decl. in Catilinam cap. 15.
Ita, ne. Ter. Heaut. 4. 5. 35.
Ita tu isthæc tua misceto, ne me admisceas.
Ego id agam mihi qui ne detur, h. e. Ut ego non habeam. Ter. And. 2. 1. 37. Ibid. 2. 2. 12.
Id paves, ne ducas tu illam: tu autem, ut ducas. Ne pro Non accipiendum, teste Donato. [Immo Ne, pro Ut ne; Ut, pro Ut non.
Ne, causalis. Ter. And. 1. 5. 65.
Verbum unum cave de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam.
Ne quis illud admiretur, quonam modo, &c. Cic. 3. de Orat. 193.
Vide ne. Ter. Eun. 5. 4. 23.
— vide, Parmeno,
Quid agas, ne neque illi prosis, & tu pereas.
Ut ne, pro Ut non. Ter. And. 2. 1. 26.
— nunc te per amicitiam & per amorem obsecro,
Principio ut ne ducas. Græci dicunt ἵνα μή, teste Donato. [Semper subauditur Ut in constructione ejusmodi τοῦ Ne cum conjunctivo.
Ut ne quid meorum tibi esset ignotum, animadverti te operam dare. Cic. 13. Fam. 12. Ter. Phorm. 1. 3. 16.
Ut ne addam, quod sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es.
Ne ut, pro Ut ne. Ovid. 1. de Pont. 3. 45.
Et ne, si superest aliquis post funera sensus,
Terreat ut manes Sarmatis umbra meos.
Videndum est, ne non omnia illata vel inducta, &c. Pomponius in l. In prædiis. D. Ex quib. caus. pig. vel hyp. &c.
Ne non faciam. Caius in l. Postumorum. D. de Injusto, rup. irrito fac. test. Vel exhæredare nominatim debeo, ne non jure faciam testamentum. conf. Cic. 7. Att. 25. & 9. 4.

Ne, non etiam ne, &c. Ulpian. in l. Quoties. §. 1. D. de peculio, Hoc solum consequuturum dominum esse constat, ut institoria teneatur, non etiam ne de peculio.
Ne, pro Neque. Priscian. lib. 16. Invenitur etiam Ne pro Neque, quæ copulativa est conjunctio. Sub una enim abnegatione copulat res, quomodo & Nec. Lucan. lib. 1. 72.
Nec se Roma ferens. Cic. 3. in Catil. 24. Ne dici quidem opus est, quanta diminutione civium. Ter. Eun. 1. 1. 1.
Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem
Quum accersor ultro? pro Neque nunc. Hæc Priscian. [Vereor ut exempla sint hujus constr. ubi Quidem non sequatur.
Ne quidem. Cic. 6. Att. 1. Igitur meo decreto soluta res Scaptio statim. Quum decretum sit tu judicabis; ne ad Catonem quidem provocabo. Idem de Amicit. 103. Nunquam illum ne minima quidem re offendi.
Ne illius quidem laudis sum cupidus. Cic. pro Rosc. Amer. 2.
Ne id quidem. Ter. Eun. 2. 3. 30.
Quid virgo, cuja est? CH. nescio hercle. P. unde est? CH. tantundem. P. ubi habitat?
CH. Ne id quidem.
Ne hoc quidem tacebit Parmeno. Ter. Eun. 1. 2. 49.
Ne tantillum quidem commotus est, Cicero ea forma dixit 4. Verr. 124. qua Ter. Adelph. 2. 1. 9. Hujus non faciam, ut ait Donatus. Idem Cic. 5. Att. 20. Interea e Cappadocia, ne pilum quidem.
Interdum nihil interseritur inter Ne & Quidem. Cic. 2. Att. 16. extr. Si aliud nihil erit, quum erimus omnia experti, ego illud ne quidem contemnam, quod extremum est: pro, Ne illud quidem. Ter. Eun. 1. 2. 49.
Ne ita, ut. Cic. de Amicit. 42. Ne existiment ita se alligatos, ut ab amicis in magnam aliquam rem peccantibus non discedant.
Ne dicam. Cic. 1. de Nat Deor. 69. Ut moleste ferrem tantum ingenium (bona venia me audis) in tam leve, ne dicam in tam ineptas sententias incidisse.
Hæc clausula Ne dicam, si sequatur substantivum, adjectivum ponitur in accusativo: sin interjicitur inter substantivum & adjectivum, relinquit utrumque in nominativo. Homo imprudens, ne dicam stultum, non, stultus: quia HOMO, substantivum præcedit. Crudelis, ne dicam impius & sceleratus Castor. non sceleratum Castorem: quia substantivum CASTOR, sequitur. In aliis casibus nulla est ambiguitas: quia semper oportet convenire adjectivum & substantivum. ut, Non faceres hæc magistro conscio, ne dicam præsente: non, præsentem. Ex Vall. lib. 3. cap. 20.
Ne dicam gravius. Cic. 9. Att. 4. Ego decem annorum peccata recordans, in quibus inerat ille etiam annus, qui nos hoc non defendente, ne dicam gravius, afflixerat.
Ne plura, supple Dicam, vel Dictum sit, prout sensus poscit. Cic. 13. Fam. 1. In quo etiam si peccat, magis ineptiis, quam improbitate peccat. Sed ne plura.
Ne multa, i. e. Ut brevi expediam, ad summam, ut breviter colligam. Cic. pro Cluent. 180. Ne multa: perquiritur a coactoribus, invenitur ea serrula ad Stratonem pervenisse. Idem 5. Verr. 62. Ne multa, Judices, his contumeliis scitote Q. Lollium coactum ad Apronii leges conditionesque venisse.
Ne multis. Cic. pro Cluent. 47. Ne multis, Diogenes emitur.
Ne longum sit. Cic pro Cluent. 198 Et ne longum sit, omnium vicinorum summam esse in hunc benevolentiam confirmamus. V. LONGUS.
Ne longum faciam, inquit Hor. 1. Serm. 3. 137.
Ne diutius teneam. Cic 3. Verr. 34. Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata est. Idem ad Att. 10. 14. pr. Ne diutius te teneam, nullius consilii exitum invenimus.
Ne vivam, Ne valeam, Ne sim salvus; modi sunt dicendi, quum quid asseverare, & velut quibusdam precibus devovere, aut sacramento aliquo obtestari contendimus. Cic. 16. Att. 13. Ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio. Eidem, lib. 4. 16. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne vivam, si scio. Idem 7. Fam. 23. Sed ne vivam si tibi concedo, ut ejus rei tu cupidior sis, quam ego sum. Quasi diceret, Emoriar vel dispeream.
Ne, pro Non, a veteribus positum non raro legimus: ut apud Plaut. Most. 3. 2. 75. Nisi tu ne vis. Et apud Ter. Eun. 2. 3. 12. Quid ne es alacris? pro, Cur non es alacris? Monuit Turneb. Al. Quidve. V. supra.
Ne pro Nedum. Liv. 3. 52. extr. Novam eam potestatem eripuere patribus nostris, ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium. V. Gronov. in loc. Terentius And. 4. 2. 23.
— dies hic mihi ut sit satis vereor
Ad agendum: ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas. Cic. 9. Fam. 6. Me nihil istorum ne juvenem quidem movit, ne nunc senem. Subaudi Moveat.
Ne, Dubitativa aut interrogativa particula. Ter. And. 4. 6. 6. Estne hic Crito sobrinus Chrysidis? Virg. 11. Æn. 126.
Justitiæne prius mirer, belline laborum?
Et apud Horatium. Sic Plin. junior in fine epist. ult. libri tertii, quæ est de Martialis obitu, Meritone eum, qui hæc de me scripsit, & tunc dimisi amicissime, &c. pro Non immerito. At initio epist. penult. ejusdem libri. Meministine te sæpe legisse, &c. videtur esse, An meministi, aut etiam, Nonne meministi? Idem Plin. initio epist. 17. ejusdem libri. Rectene omnia, quod jam pridem epistolæ tuæ cessant? H. St. Priora hujus observationis verba cultro mutilata sunt.
Ne, ut Priscian. scribit lib. 16. conjunctio est interdum neque dubitans, neque interrogans: sed confirmans, aut certe enuntians. Allegat locum ex Hor. 1. Serm. 10. 21.
— o seri studiorum, quine putetis
Difficile, & mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contigit; &c. Alterum exemplum est 2. Serm. 3. 98.
Clarus erit, fortis, justus, sapiens ne etiam, & rex. Al. Næ. q. V.
Ne an. Cic. 1. Off. 9. Honestumne factu sit, an turpe dubitant.
Estne, aut non. Plaut. Epid. 4. 1. 11. Estne ea, an non? Ter. Heaut. 2. 4. 25. Adeone Cliniam, an non?
Visa, redieritne jam, an nondum, domum. Ter. Phorm. 2. 3. 5.
Nec quid agam, certum est, Pamphilumne adjutem, an auscultem seni. Ter. Andr. 1. 3. 4.
Ne, necne. Plaut. Capt. 3. 3. 55.
Emitteresne, necne eum servum manu?

Neve, geminatum. Cic. 2. de Legib. 67. Eam neque nobis minuat, neve vivus, neve mortuus.
Neve hoc, neve illud. Cic. 1. Fam. 9. Peto a te, ut id a me, neve in hoc reo, neve in aliis requiras.
Ne, adjunctivum. Martial. lib. 1. Epigr 36.
Lex hæc carminibus data est jocosis,
Ne possint, nisi pruriant, juvare.
Ne, particula, ut apud Græcos, ita plerumque in Latina quoque lingua privativa est, ut Nerio, quasi neirio, hoc est sine ira, & cum placiditate. V. NERIO.
Ne nihil. Cic. 9. Fam. 26. Ne amicis nihil tribuamus, epulamur. i. e. Etiam ut aliquid tribuamus.
Ne, rationalis, pro Ergo. Virg. 1. Æn. 41.
— mene incepto desistere victam?
Ne, adverbium percontantis, ut ait Donatus. Ter. And. 4. 3. 1.
Nihilne esse proprium cuiquam? di vestram fidem!
Jamne vides, bellua? jamne sentis, quæ sit hominum querela frontis tuæ? Cic. in Pison. 1.
Continuone causa fuisset, cur a Prætore postulares; ut bona possideres? Cic. pro Quint. 48.
Egone? P. tu ergo. Ter. And. 5. 2. 9.
Ne pro Næ jurandi. V. Bos. ad Cic. 4. Att. 4. extr. & Græv. ibid. 6. 1. conf. Burm. Quintil. Decl. 7. 9.
Ne superfluit aliquando in oratione. Hor. 1. Serm. 1. 109.
Nemon' ut avarus Se probet? Sic
Uterne. 2. Serm. 2. 107. Et
Quone & Quantane. 3. Serm. 295. & 317.
Ne sit sane, videri certe potest. Cic. 4. Acad. 84. Idem 1. de Nat. Deor. 88. Ne sit igitur sol, ne stellæ, ne luna: quoniam nil esse potest, nisi quod attigimus. i. e. Dicimus igitur non esse: h. e. sequitur ex dictis tuis.
Quine, & Quone, pro Ut non. V. QUI, & QUO.
Compositas cum Ne particulas V. infra suo loco.

N E A

NEA, æ. f. [νέα] Insula. Plin. lib. 2. cap. 87. de Insulis enatis, Inter Lemnum & Hellespontum Nea. q. d. Novam.
NEÆRA, æ. f. [Νέαιρα] nomen est feminæ, quæ peperit Soli duas filias, Phaetusam & Lampetiam, quæ armenta Solis, transeunte Ulysse juxta Siciliam, custodiebant.
Puellæ item nomen, quam amavit Tibullus. V. Broeckh. ad Tibul. 3. 1. 6. Hanc Scaliger eam esse existimat, quam Glyceren vocavit Hor. 1. Carm. 33. 2. conf. Epod. 15. 11. & Virg. 3. Ecl. 3.
— ipse Neæram
Dum fovet, &c.
Sequioris ævi poetæ per hanc vocem Amicam quamvis seu pellicem denotarunt. Prudent. Rom. 240. Et contra Symmach. 1. 139. V. G. Fabric. expos. Prudent. & Gell. 13. 21.
NEÆTHUS, i. m. [Νέαιθος] Fluvius est in Calabria, de quo sic Strabo lib. 6. Est & Æsarus fluvius, & portus: & fluvius alter Neæthus nomine, quorum cognomina casu provenisse dicuntur. Nam in Achivorum errore, quosdam ab Iliaca classe applicuisse, ad locorum explorationem egressos. Trojanas vero mulieres navigationis comites, tam longi pertæsas pelagi cursus, naves incendisse, &c. Dictus est igitur Neæthus ἀπὸ τοῦ νῆας αἴθειν, quod combustæ sint illic naves. Ovid. 15. Met. 51.
Præterit & Sybarim, Salentinumque Neæthum.
NEALCES, is. m. [Νεάλκης] Pictoris nomen, qui Venerem pinxit, Naumachiam Ægyptiorum & Persarum: item asellum bibentem in litore, & crocodilum ei insidiantem. V. Plin. 35. 11.
NEANDRUS, i. f. [Νέανδρος] Troadis oppidum, postea Perperenna nominatum, teste Plin. lib. 5. cap. 30. Steph. Neandriam appellat.
NEANISCOLOGUS, i. m. [νεανισκολόγος] Scurra aretalogus. Scholiast. ad illud Juvenal. Sat. 8. 191. Planipedes audit Fabios, Nobiles neaniscologos. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 335. Neanicologi exhibet.
NEANTHES, is. m. [Νεάνθης] Cyzicenus Rhetor, Philisci Milesii auditor. Scripsit libros περὶ πάθους. & de viris illustribus, ut censet Voss. de Hist. Gr. 1. 15. conf. Maussac. in Harpocr. p. 115. V. & Suid.
NĔĀPŎLIS, is. f. [Νεάπολις] Insignis urbs Italiæ in Lucanis, vel potius Campania, aliquando Parthenope dicta, Maronis tumulo clara.
Celeberrimum oppidum Neapolis. Cic. pro Rabir. Post. 26.
Fecunda. Lucan. ad Pison. 80. al. Secunda.
Otiosa. Hor. Epod. 5. 43.
Secreta. Stat. 4. Silv. 8. 6.
Est & Neapolis, Africæ propriæ oppidum, ut scribit Pomponius Mela, lib 1. 7. Nunc *Mahometa* dicitur, teste Olivario in Melam. Videtur eadem, Neapolis colonia, Ptolemæo lib. 4. cap. 3.
Neapolis, quæ & Leptis magna Ptolemæo, lib. 4. cap. 3. urbs Syrtis parvæ, vulgo *Tripoli*: in Barbaria regia civitas.
Est item ejus nominis Cariæ urbs ad Iasium sinum, Mela auctore 1. 16.
De Neapoli Syracusarum quarta parte, Cic. 6. Verr. 119. Quarta autem est urbs, quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur: quam ad summam theatrum est maximum: præterea duo templa sunt egregia, Cereris unum, alterum Liberæ, &c.
NEAPOLITĀNUS, a, um. Adj. [Νεαπολίτης] Qui ex Neapoli est. Cic. 13. Fam. 31. & Plin. 3. 7.
NEARCHUS, i. m. [Νέαρχος] qui cum Alexandro militavit, deque eo historiam scripsit. V. Suid. Voss. Hist. Gr. 1. 10. qui hunc eundem esse censet cui post Alexandri obitum Lyciæ & Pamphyliæ præfectura obtigit, ut refert Justin. 13. 4. 15.
Nearchi cujusdam Tarentini mentio fit apud Cic. de Senect. 41.
Nearchus alius Juvenis fuit eximiæ pulchritudinis, cujus formam commendat Hor. 3. Carm. 20. 6.

N E B

NĒBIS, is. f. [Νῆβις] apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Tarraconensis Hispaniæ fluvius: Bænis Straboni lib. 3. dictus.
NĔBRĬDES, um. f. pl. [νεβρίδες] Damarum seu cervorum pelles; quibus uti veteres in Bacchi sacris solebant. νεβρὸς enim dama seu cervus est. Claud. 4. Cons. Honor. 606.

Talia Erythræis incinctus nebrida gemmis
Liber agit currus. conf. Sen. OEdip. 438. & Sil. 3. 395.
Asperfæ nebrides vario auro. Stat. 2. Achill. 664.

NEBRITES, æ. f. [νεβρίτης] Gemma Libero patri facra, a nebridum pellium fimilitudine. Plin. lib. 37. cap. 10.

NEBROPHONUS, i. m. [νεβροφόνος] Nomen canis venatici apud Ovid. 3. Met. 212.
Nabrophonusque valens, & trux cum Lælape Theron. Interpretari licet Hinnulorum interfectorem, παρὰ τὸ νεβρός, quod eft hinnulus, & φονεύω, occido.

NEBULA, æ. f. [νέφος, ὀμίχλη] Vapor a terra atque aquis furgens, qui five ftatim evanefcit, five in altum fublatus convertitur in nubem. Plin. lib. 2. cap. 60. Nebulas nec æftate, nec maximo frigore exfiftere. Apul. de Mundo p. 61. Nebula, inquit, conftat aut ex ortu nubeculæ, aut ex ejus reliquiis. Eft autem exhalatio vaporata; humore viduata, aëre craffior, nube fubtilior, cui ferenitas abolitionem infert. Nec aliud eft ferenitas, quam aër purgatus caligine, & perfpicue fincerus.
Amictus nebulæ. Virg. 1. Æn. 416.
Aëreæ. Catull. ad Alphenum, 28. 10.
Atra, Nocturna. Virg. 2. Æn. 356.
Gravis. Senec. Thyefte, 8.
Humentes. Stat. 9. Theb. 454.
Livens. Sil. lib. 6. 182.
Mollis. Plaut. Caf. 1. 5. 47.
Triftes. Stat. 5. Theb. 184.
Volucres. Ovid. 1. Met. 602.
Diluit nebulas Titan. Sil. lib. 5. 57.
Dimovere nebulam. Claud. 1. in Eutrop. 390.
Erigit nebulas campus in cælum. Senec. Theb. 2.
Refolvuntur nebulæ ventis ac fole. Ovid. 14. Met. 400.
Scindere obftantes. Ovid. 2. Met. 159.
Velatus nebula. Ovid. 12. Met. 598.
Vomuere pinguem lucernæ. i. e. Fumum. Perf. 5. Sat. 181.
Audire quafi per nebulam. h. e. Leviter, non attente. Plaut. Capt. 5. 4. 26.
Nebula erroris. Juven. 10. Sat. 4.
Nebula linea, pro Tenui amiculo lineo, quod nec panni crebritatem, nec telæ denfitatem, fed nebulæ tenuitatem æmulatur pellucidam. Publius Mimographus apud Petron. cap. 55.
Æquum eft induere nuptam ventum textilem,
Palam proftare nudam in nebula linea. Ex Turneb. 1. 19.
Nebula, pro Re nihili. Plaut. Pœn. 1. 2. 62.
Cujus ego nebulæ cyatho feptem noctes non emam. Turneb.
Nebula, pro Nugis. Perf. 5. Sat. 7.
Grande loquuturi nebulas Helicone legunto. Vulgus interpretum Nebulas, Mufas intelligunt, quod fatis eft frigidum. Turneb. Inania & nugacia poetarum figmenta fumis & nebulis fimilia accipit, quæ omnia eis in Helicone, quod Mufarum domicilium eft, nafci videntur, quod Heliconem & Mufas Heliconis incolas, fæpe in fuis poematis appellare, præfertim in principio foleant. Nebulæ enim his in rebus poni folent, unde & Nebulones dicti. Hæc ille.

NEBULOSUS, a, um. Adj. [νεφώδης, ὀμιχλώδης] Nebulis tectus, vel plenus.
Aër. Plin. lib. 21. cap. 7.
Æftus Columel. lib. 11. cap. 2.
Ager. Cato cap. 6.
Cælum. Cic. 1. Tufc. 60.
Cubilia Noctis. Stat 10. Theb. 84.
Litus. Ovid. ad Liviam, 445.
Locus nebulofus, h. e. Tepidus, & frequentibus nebularum humoribus confperfus. Columel. lib. 2. cap. 10.
Mevania nebulofa. Propert. lib. 4. 1. 123.
Palus. Sil. lib. 8. 381.
Saxa. Lucan. lib. 6 91.
Nomen nebulofum, Translate. Quod cur dicatur obfcurum eft. Gell. 20. 2.
Compar. Cato cap. 6. Qui locus craffior erit, aut nebulofior, ibi amineum majus, &c.

NEBULOSITAS, ătis. f. Arnob. 7. Cælum redundantium vaporum nebulofitate cluditur.

NEBULO, ōnis. m. [ἀνδρώνιος] ut ait Donatus, Fur, quod nebulam objiciat: vel Mollis, ut nebula eft: vel Inanis & vanus, ut nebula eft. conf. Non. 1. 67. & Gloff. vet. Ter. Eun. 2. 2. 38.
Nebulonem hunc certum eft ludere. Lucilius.
Nugator quidam ac nebulo fit maximus multo. Cic. 2. Att. 9.
Et nebulonem illum, fi quo pacto potes, ex iftis locis amove. Hor. 1. Serm. 1. 103.
— non ego avarum
Cum veto te fieri, vappam jubeo ac nebulonem. Idem 1. Serm. 2. 12.
Fufidius vappæ famam timet ac nebulonis. Idem 1. Epift. 2. 28.
Sponfi Penelopes, nebulones, Alcinoique. Ter. Eun. 4. 7. 15.
Sane quod tibi nunc vir videatur effe, hic nebulo magnus eft.
Ex magno aliquo nebulone aliquid audire. Cic. 6. Att. 2.
A nebulone facile eludi. Cic. pro Rofc. Amer. 128.

NEBULO, āre. Tertull. Apol. cap. 35. Elatiffimis & clariffimis lucernis veftibula nebulabant. h. e. Fuligine implebant, quam etiam clariffimæ lucernæ edunt.

NEBULOR. āri. Gloff. Gr. Lat. ἀχλυῶ, nebulor.

N E C

NEC, Disjunctiva conjunctio. [οὐδέ, οὔτε] Cic. de Amicit. 6. Nec enim melior vir fuit Africano quifquam, nec clarior. Feftus, Nec conjunctionem Grammatici fere dicunt effe disjunctivam; ut, Nec legit, nec fcribit: quum fi diligentius infpiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intelligi poffit eam pofitam effe ab antiquis, pro Non, ut & in XII eft, Aft ei cuftos nec efit.
Nec, pro Non, ut dictum eft. Cic. 3. de Legib. 10. Senatori qui nec aderit, aut caufa, aut culpa efto.
Nec opinanti, Non opinanti. Ter. Heaut. 1. 2. 12.
Ut hanc lætitiam nec opinanti primus ei objicerem domi. Et And. 1. 2. 9.

Id voluit, nos fic nec opinantes duci falfo gaudio,
Sperantes jam amoto metu, &c. Cic. 13 Fam. 19. Ei nec opinanti voluntatem tuam tantam per litteras detuliffe. Idem 1. Tufc. 94. Nonne modo pueros, modo adolefcentes in curfu a tergo infequens, nec opinantes affequuta eft fenectus? Sic 15. Fam. 4 Præfentibus infidiis, nec opinantem liberavi, neque folum ei faluti fui, fed etiam curavi ut cum auctoritate regnaret. Et paulo poft, Plerofque nec opinantes oppreffimus. Idem pro Sull. 54. Nec opinante Faufto, quum is neque fciret, neque vellet, familia eft comparata.
Nec opinata res Volfcos perculit. Liv. 6. 22.
Nec opinato, adverbii vice pofitum, pro Inopinato. Cic. 3. de Fin. 8. Quod quum accidiffet, ut alter alterum nec opinato videremus, furrexit ftatim. Conf. in OPINIO.
Nec, fecundo loco pofitum. Ter. Eun. 5. 4. 13.
Quæ dum foris funt, nihil videtur mundius,
Nec magis compofitum quicquam, nec magis elegans.
Nec nihil, neque omnia. Ter. Adelph. 2. 2. 61.
Nec nihil, neque omnia hæc funt, quæ dixit, tamen.
Nec, neque. Liv. 27. 28. Mors Marcelli quum alioqui miferabilis fuit, tum quod nec pro ætate (major jam enim LX annis erat) neque pro veteris prudentia ducis tam improvide iffet.
Nec difpendi facit hilum, quod valet, neque difpendii facit quicquam. Varr. lib. 8. de L. L. 37.
Nec enim illa prima vera eft, ut quemadmodum in fe quifque, fic in amicum fit animatus. i. e. Non enim. Cic. de Amicit. 57.
Nec injuria. Liv. 26. 13. Tanta fanguinis noftri hauriendi eft fitis, nec injuria forfitan.
Nec ita multo poft. Cic. pro Quint. 15. Quo mortuo, nec ita multo poft, in Galliam proficifcitur.
Nec mirum. Cic. de Amicit. 32. Ab his, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe diffentiunt: nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum fufpicere poffunt. Al. Sufcipere.
Nec mora, nec requies. Lucret. lib. 4. 228.
Nec mora, nec requies inter datur ulla fluendi. Hoc imitatus, atque adeo mutuatus eft Virg 3. Georg. 110. & 5. Æneid. 458. Lambinus.
Nec ficut vulgus, fed ut eruditi folent appellare fapientem. Cic. de Amicit. 6.
Nec vero multitudo pedes novit, nec ullos numeros nunc tenet. Cic. in Orat. 173. Ibid. 118. Nec vero dialecticis modo fit inftructus, fed habeat omnes philofophiæ notos & tractatos locos.
Nec vero, fecundo loco pofitum, pro fed nec. Cic. de Amicit. 59. Negabat ullam vocem inimiciorem amicitiæ potuiffe reperiri, quam ejus qui dixiffet, ita amare oportere, ut fi aliquando effet ofurus: nec vero fe adduci poffe, ut hoc, quemadmodum putaretur, a Biante effe dictum crederet.
Nec vero, fed etiam. Cic. de Amicit. 86. Nec vero in hoc, quod eft animal, fed in iis etiam, quæ funt inanimata, confuetudo valet. Al Nec modo.
Nec, pro Etiam. Quintil. in Ægro redempto, Perfolvi gratia non poteft, nec malo patri.
Nec malo patri, pro Ne quidem malo patri. Vide in PERSOLVO. H. St.
Nec caput, nec pedes habet, Modus loquendi vulgaris, quum res intricata & impedita eft ita, ut quo te vertas nefcias. Cic. 7. Fam. 32. Propter tuas res ita contractas, ut, quemadmodum fcribis, nec caput, nec pedes: equidem vellem uti pedes haberent, ut aliquando redires.
Nec eo minus, pro Nihilo fecius. Suet. in Othon. cap. 4.
Nec quicquam aliud, pro Tantum. Suet. Neron. cap. 43.
Necnon &. Suet. Vefp. cap. 5. Tanto militum gaudio ac favore, ut in gratulatione Imperatorem eum confalutaverint, & fubinde decedentem provincia detinuerint, fuppliciter, necnon & minaciter efflagitantes, aut remaneret, aut fecum omnes pariter abduceret.
Necnon etiam poemata faciebat ex tempore. Suet. de Clar. gram. 23. conf. Varr. R. R. 1. 2. Plin. 7. 53: 10. 43. & 13. 22. Ovid. 4. Trift. 10. 5. & 7. Met. 318. ubi pro Et ponitur.
Non nec quicquam. V. NON. adverbium.
Nec quidem. Plin. lib. 8. cap. 36. de urfis, Procedunt vere, fed mares præpingues: cujus rei caufa non prompta eft: quippe nec fomno quidem faginatis, præter XIIII dies.
Nec omni plebe adverfante. Liv. 2. 41.
Nec tamen. Cic. 4. Verr. 108. Excogitat, inquam, quemadmodum menfe illo legitimo comitia haberentur, nec tamen Herodotus adeffe poffet.
Necne. Cic. 2. Fam. 16. Parthi tranfierint, necne, præter te video dubitare neminem. Idem 2. Catil. 6. Off. 1. 3. Divin. 1. 39. & Tufc. 2. 3. conf. Ter. Heaut. 1. 1. 43.
Nec fufpicari, pro Ne fufpicari quidem. Cic. 1. Acad. 7. Quod bonum quale fit, negat omnino Epicurus fine voluptatibus fenfum moventibus nec fufpicari.
Nec interdum pro Ne prohibendi poni videtur. V. Burm. ad Calpurn. Flacc. Decl. 25. Nec Dii finant. conf. Petron. cap. 103. 112. & 126.
Nec, a Neque factum eft per apocopen extremarum vocalium. Et quia in fine fyllabæ Q fcribi non poterat, tranfivit in C, nam Q & C affines litteræ funt.

NECDUM, pro Non adhuc. Cic. 6. Att. 1. Caffius ineptas litteras mifit: necdum Bibuli erant allatæ. [i. e. Nondum, vel Et nondum.
Necdum illis labra admovi. Virg. 3. Ecl. 43. Idem 1. Æn. 30.
Necdum etiam caufæ irarum, fævique dolores
Exciderant animo. Suet. Auguft. cap. 10.

NECATOR, NECATUS. V. NECO.

NECEPHYLLON, i. n. Laurus, victoriæ folium. Apul. de Herb. cap. 58. [Scribendum Nicephyllon, Νικηφύλλον.

NECEPSOS, vel NECHEPSOS, i. m. [Νεχεψώ] Nomen auctoris, de quo Firmic. lib 8 fic inquit, Hunc locum divinus ille Necepfo, ut remedia valetudinum inveniret, diligentiffime quidem (ut divinum tanti viri poterit ingenium) manifeftis tractatibus explicavit. Plura de illo vide apud Petr. Crinit. de Hon. difc. 19. 12. Aufon. Epift. 19. 18.
Quique magos docuit myfteria vana Necepfos.

NECESSE, five NECESSUM, [ἀναγκαῖον, ἀναγκαστόν] eft Nomen. Nam Neceffus, Neceffis, & Neceffitas, & Neceffum lectum eft, inquit Donatus in Eunuch. 5. 5. extr. Dicitur Neceffe, Quod vi aliqua cogente fieri opus eft. A Ceffo verbo, quia non fit in eo ceffandum. Ter. Eun. 5. 5. 27.

Nisi quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo. Cic. de Amick. 47.
Quæ necesse est ut cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur.
Mori necesse est Scipioni. Cic. de Fato, 17.
Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est. Cic. 2. de Invent. 170.
Ferre legem Consuli opus esse, sibi necesse non esse. Cic. 1. Fam. 9.
Emas, non quod opus est, sed quod est necesse. Senec. Epist. 94.
Necesse est vendiderit. Cic. 5. Verr. 201. Hoc arator assequi per triennium certo fructu suo non potuit, vendiderit instrumentum necesse est.
Necesse habere, pro Opus habere. Cic. de Opt. gen. Orat. 14. In quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere. Idem in Partit. 4. Non habebimus necesse semper concludere. Sic 10. Att. 1. Eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare quid sim facturus.
Habere necesse aliquid dicere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Necessum, idem. Plaut. Asin. 5. 2. 45.
—nauteam
Bibere malim, si necessum est, quam illam oscularier.
Foras necessum est quicquid habeo vendere. Idem Stich. 1. 3. 66.
Necessum est paucis respondere. Liv. 34. 5.
Differre necessum est. Lucret. 2. 724.

NECESSĬTAS, ātis. f. [ἀνάγκη, χρεία, χρεῖος.] Vis ipsa, quæ nos cogit ut aliquid faciamus. Cic. 1. Acad. 29. Quam interdum eandem necessitatem appellant, quia nihil aliter esse possit, atque ab ea constitutum sit, intra quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni.
Ultimum & maximum telum necessitas. Liv. 4. 28.
Necessitas est lex temporis. Sen. Controv. lib. 4.
Horatius 1. Carm. 35. anteambulatricem Fortunæ dicit esse Necessitatem, Fortunæ dominatum & potentiam constituens, quod quicquid ei collibuerit, nulla vis tanta sit, ut impedire possit. Clavos autem trabales pereleganti fictione & conceptione tribuit Necessitati, quibus omnia figat, firmetque & retineat. Hæc Turnebus.
Efficiendi necessitas. Cic. in Topic. 60.
Vitæ. Cic. 1. Off. 158.
Fxeusatio necessitatis in dicendo atque in scribendo non probatur. Cic. in Orat. 230.
Dira. Hor. 3. Carm. 24. 6.
Fatalis necessitas, ut quicquid accidat, id externa veritate, causarumque continuatione fluxisse dicatur. Cic. 1. de Nat. Deor. 55.
Immutabilis. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Sæva. Hor. 1. Carm. 35. 17.
Adducere in necessitatem. In ADDUCO.
Adhibere. In ADHIBEO.
Afferre. Cic. 10. Philipp. 2. Sed mihi, P. C. necessitatem attulit paulo plura dicendi sententia ejus, qui rogatus est ante me.
Astrictus necessitate. Cic. 1. de Nat. Deor. 18.
Belligerandum fuit mihi cum fortuna fatali aliqua quasi necessitate. Cic. Post Red. ad Quir. 19.
Coactus necessitate feci. Cic. pro Cluent. 19.
Constringi necessitate. In CONSTRINGO.
Debetur necessitati vita. Cic. pro Sext. 47.
Denuntiare ultimam necessitatem. Tacit. 15. Ann. 61. h. e. Mortem indicere.
Deprehendi subita. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Damus laudem virtutis necessitati. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Dare operam necessitati. Cic. 1. Off. 127. Ipsique necessitati dant operam, ut quam occultissime pareant.
Datur necessitati venia. Cic. 2. Off. 56.
Flagitat tempus & necessitas. Cic. 5. Philip. 54.
Habet mors necessitatem fati. Cic. 12. Philip. 30.
Ea quæ habent aliquam necessitatem: pro Quæ necessaria sunt. Cic. 2. de Divin. 18.
Imponere necessitatem sibi. Cic. 4. Att. 5. Ego mehercule mihi necessitatem volui imponere hujus novæ conjunctionis. Idem pro Sull. 35. Mihi de memetipso tam multa dicendi necessitas quædam imposita est ab illo.
Injungere. V. INJUNGO.
Obvenire. Cic. 2. Off. 74.
Parere necessitati. Cic. de Orat. 202. In numeris necessitati parere cogimur.
Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum. Cic. 4. Fam. 9.
Premit necessitas. Cic. pro Rosc. Amer. 97. Quæ necessitas eum tanta premebat, &c.
Proponere necessitatem sibi. Cic. 3. Off. 17. Reliquis autem tribus virtutibus necessitates propositæ sunt ad eas res parandas tuendasque, quibus actio vitæ continetur.
Repugnare necessitatibus. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Servire. Cic. in Orat. 230. O virum simplicem, qui nos nihil celat, sapientem, qui serviendum necessitati putet!
Uti. Tacit. lib. 16. Ann. 11.
Necessitates, pro Negotiis instantibus & necessariis. Plin. 3. Epist. 4. Collegæ optimi, meique amantissimi, de communis officii necessitatibus praeloeuti, excusare me, & eximere tentarunt.
Pro Necessariis expensis. Cic. pro Cluent. 68. Et sibi nihil, non modo ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem quidem reliquisset. Tacit. Germ. 15. 3. Mos est civitatibus ultro ac viritim conferre Principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum & necessitatibus subvenit. Tacit. 1. Ann. 11. Tributa aut vectigalia & necessitates ac largitiones. conf. Lips. n. 67.
Pro Adversitate. Sen. Epist. 12. Malum est in necessitate vivere, sed in necessitate vivere necessitas nulla est. Suet. Cæs. cap. 48. Famem & ceteras necessitates toleraverat. Idem Tiber. cap. 47.
Pro Inopia. Tacit. 2. Ann. 27. 4.
De Justitia libro 5. cap. 16. p. 293. Plant. Ad casas esse redeundum & in necessitate ac miseriis jacendum. Sed in vet. lego, Et in egestate ac mis. puto ex aliqua expositione irrepsisse. H. St. Locus est Lactantii Inst. l. c. τὸ Egestate prætulit Cellarius, haud scio an laudem.
Pro Quæstione per tormenta. Tacit. 15. Ann. 57. 2.
Necessitates etiam sunt, Quæ muneris aut officii causa necessario obeundæ sunt. Cels. 1. 1. Nam & intermissus propter civiles aliquas necessitates ordo exercitationis corpus affligit.

Necessitas, Affinitas. C. Cæsar quum Plautiam suasit rogationem. Equidem mihi videor, inquit, pro nostra necessitate, non labore, non opera, non industria defuisse. Significat hic conjunctionem sanguinis vel amoris, hoc est affinitatem, vel strictam amicitiam. Ex Gellio lib. 13. cap. 3. Idem 5. 13. extr. & Cæs. 1. Bell. Civil. 8.
Violare necessitatem familiaritatemque. Cic. pro Sulla, 2. V. NECESSITUDO.

NECESSITŪDO, inis. f. [ἀνάγκη] Idem quod Necessitas, & vis ipsa. A Necessitate tamen Grammatici distinguunt, dicuntque Jus quoddam & vinculum religiosæ conjunctionis. V. Gell. 13. 3. C. Fronto de Diff. voc. Necessitudo, vel sanguinis, vel meritorum, cum præceptoribus, amicis, Necessitas immutabilis res est. conf. Charis. lib. 1. Cic. 2. de Invent. 170. Puto igitur hanc esse necessitudinem, cui nulla vi resisti potest. [Vide in poster. edit. an ita legatur. H. St. V. totum locum.] Sallust. in Jugurth. cap. 48. pr. Coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. Idem Catil. 58. Necessitudo etiam timidos fortes facit. Paterc. 2. 50. 2. Reddita ratione miserrimæ necessitudinis. Tacit. 3. Ann. 64. 1. Valetudo necessitudinem Principi fecit reditus.
Afferre necessitudinem pugnæ. Tacit. 12. Ann. 30.
Circumventus necessitudinibus. Sallust. in Catil. cap. 21. Petere Consulatum C. Antonium, quem sibi Collegam fore speraret, hominem familiarem, & omnibus necessitudinibus circumventum, &c. h. e. Extreme pauperem & opis egentem.
Simplex & absoluta. Cic. 2. de Invent. 171.
Conservare necessitudinem. Cic. 1. Q. frat. 1. [Nisi hic Amicitia est.
Ad necessitudinem rei satis dictum. Sallust. in Jugurtha cap. 19. extr.
Facere necessitudinem alicui, pro Cogere. Tacit. 3. Ann. 64.
Implicitus necessitudinibus publicis, inquit Plin. Epist. [Videtur idem locus, qui infra sequitur.
Imponere necessitudinem. Sallust. in Catil. cap. 39. extr.
Sum. Tacit. lib. 3. p. 66. Germ. Aut quibus ob egestatem, ac metum ex flagitiis maxima peccandi necessitudo. H. St. Exstant. 3. Ann. 40. 3.
Necessitudo, significat etiam Familiaritatem & Conjunctionem quandam, aut etiam Affinitatem. Cic. 1. Verr. 61. Sic enim a majoribus nostris accepimus, Prætorem Quæstori suo parentis loco esse oportere: nullam neque justiorem, neque graviorem causam necessetudinis posse reperiri, quam conjunctionem sortis, quam provinciæ, quam officii, &c.
Hospitium, necessitudo & familiaritas. Cic. 13. Fam. 20. Cum Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus, quam ego necessitudinem sancte colendam puto: sed ea causa etiam cum aliis compluribus, familiaritas tanta nullo cum hospite.
Contubernii necessitudo. Cic. pro Planc. 27.
Liberorum. Cic. 13. Fam. 11.
Fraterna. Cic. pro Quint. 16.
Paternæ magnæ, veteres & justæ necessitudines. Cic. 16. Att. 16. Ad paternas enim magnas, & veteres & justas necessitudines, magnam attulit accessionem tua voluntas erga me.
Religiosa quadam necessitudine imbutæ amicitiæ. Quintil. lib. 1. cap. 2. de Condiscipulatu.
Necessitudine aut benevolentia quos conjunxit natura aut voluntas, distrahuntur. Auctor ad Herenn. lib. 4. 52.
Nomina necessitudinum. Cic. pro Cluent. 199. Atque etiam nomina necessitudinum, non solum naturæ nomen & jura mutavit: uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. [Necessitudinum nomine quid intellexerint veteres, V. in NECESSARIUS.
Adductus summa necessitudine & summa conjunctione, eos commendabat. Cic. 13. Fam. 28.
Adjungere ad necessitudinem suam bonos viros. Cic. 13. Fam. 12.
Æquare se in amicitiæ conjunctionisque necessitudine superiores cum inferioribus debent. Cic. de Amicit. 73.
Accessionem afferre ad veteres necessitudines. In ACCEDO.
Attingere aliquem summa necessitudine. V. ATTINGO.
Conjungere necessitudinem cum aliquo. Cic. 6. Verr. 145.
Constituta necessitudo officii. Cic. pro Cluent. 117. Cum altero vero magnus usus & summa utriusque officii constituta necessitudo est.
Effecerunt summam necessitudinem magna ejus officia in me & in meos. Cic. pro Deiot. 39.
Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliqua re. Cic. in Orat. 186.
Implicitus alicui & privatis & publicis necessitudinibus. Plin. 7. Epist. 16. ad Fabatum.
Intercedit alicui necessitudo cum altero. V. INTERCEDO.
Jungere aliquos mutuis inter semetipsos necessitudinibus. Suet. Aug cap. 48.
Jungi cuipiam aliqua necessitudine. Suet. Aug. cap. 62. Rursus cap. 17. extr.
Oblivisci familiaritatis necessitudinisque. Cic. pro Muren. 7.
Parare necessitudines. In PARO.
Recipere aliquem in. Cic. 13. Fam. 18. Ut Lysonem in fidem necessitudinemque tuam recipias.
Repudiare officium. Cic. 1. Verr. 61. Ut aut causa mihi suscipienda fuerit, aut officium necessitudinis repudiandum.
Sum. ut, Necessitudo est mihi eum. Cic. 11. Fam. 22. Cum Appio Claudio C. F. summa mihi necessitudo est.
Erant mihi cum illo amicitiæ necessitudines. Cic. pro Sext. 39.
Necessitudines pro Necessariis, ut sunt Cognati, Affines &c. Suet. Aug. cap. 16. Remisit tamen hosti judicato necessitudines, amicosque omnes. Idem Tiber. cap. 50. Odium adversus necessitudines in Druso primum fratre detexit. Deinde meminit & Uxoris & Matris. Tacit. 3. Hist. 59. 7. Vitellius respectu suarum necessitudinum nihil in Domitianum atrox parabat.
Habere necessitudines in. Cic. pro Planc. 39. Dubitatis, quin eas Tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius, quum ille non ediderit, judicarit officiis ab hoc observatas, non largitione?

NECESSĀRIUS, a, um. Adj. [ἀναγκαῖος.] Quod est necessum. Cic. 5. Verr. 60. Quominus meminerimi Siculos, re necessaria coactos, auxilium a patronis, a Consulibus, ab Senatu, ab legibus, a judiciis petivisse. i. e. Necessitate.
Maxime necessarius. Cic. 2. Fam. 5. Non dubitavi id a te per litteras petere, quod mihi omnium esset maximum, maximeque necessarium. V. MAGIS.
Casus necessarius & fatalis, opponitur Voluntario. Cic. 10. Philipp. 19.
fin

An quum illum necessarium, & fatalem pæne, casum non tulerimus, hunc feremus voluntarium?
Conclusio necessaria. Cic. in Topic. 57.
Consecutione ex necessaria simplex conclusio efficitur. Cic. 1. de Invent. 45.
Leges fatales ac necessariæ. Cic. de Univers. 37.
Oratio necessaria & Voluntaria, contraria. Cic. pro Rosc. Com. 15. Illa superior fuit oratio necessaria, hæc erit voluntaria.
Necessarium ad. Cic. 14. Fam. 20. Item cetera, quæ sunt ad victum necessaria. Idem 2. de Nat. Deor. 151. Nos e terræ cavernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. Et de Fato, 44. Neque eam causam esse ad assentiendum necessariam concedet.
Expetuntur divitiæ ad usus vitæ necessarios. Cic. 2. Off. 25.
Facere necessaria. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Necessarium dictu. Plin. lib. 11. cap. 24.
Compar. Tertull. cap. 5. de Habit. mulier.
Necessariores operæ. Idem de Anima cap. 4. &c.
Necessarii, [οἱ προσήκοντες τῷ γένει] sunt, ut Gallus Ælius ait, Qui aut cognati, aut affines sunt, in quos necessaria officia conferuntur præter ceteros. Hæc Festus. conf. Gell. 13. 3. Cic. 13. Fam. 13. Nam & privignus est M. Cæsii, mei maxime & familiaris & necessarii. [Necessitudinum nomine comprehendunt veteres omnes eas Conjunctiones, quas vel Natura, vel Sors, vel ex officiorum commercio Pietas fecit. Itaque Necessarios vocant Consanguineos, Cognatos, Affines, Collegas sorte lectos, Hospites, Præceptores, Condiscipulos, Domesticos, aut alioqui veteri usu conjunctissimos &c. conf. NECESSITUDO.
Amicus & necessarius communis. Cic. pro Cluent. 57. Quamobrem tota ista res per Stalenum potius, hominem ab utroque alienissimum, sordidissimum, turpissimum, quam per bonum aliquem virum ageretur, & amicum necessariumque communem.
Familiaris ac necessarius meus. Cic. pro Sull. 2.
Necessarius & propinquus. Cic. pro Muren. 73.
A necessariis tuis necessario meo noli pati injuriam fieri. Cic. ad Brut. 6. Idem 13. Fam. 29.
Adjective, Cic. 11. Fam. 28. Mortem hominis necessarii graviter ferre. Nepos, 14. 6. Homo tam necessarius.
NECESSARIE, Adv. [ἀναγκαίως] Cic. 2. de Invent. 44. Necessarie demonstrantur ea, quæ aliter, ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt. Papin. l. 51. Tertull. de Jejun. cap. 11.
NECESSARIO, similiter Adv. [ὑπ' ἀνάγκης] Cic. 4. Tusc. 7. Nullisque unius disciplinæ legibus astricti, quibus in philosophia necessario pareamus. Idem 3. Q. frat. 1. Id facit Appius nonnunquam necessario, ut quum tabellarios constituerit mittere, &c. Et 5. Fam. 21. Unum mediusfidius tecum diem libentius posuerim, quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum vivo necessario. Ter. And. 4. 1. & Cic. 4. Fam. 9.
NECESSO, āre. Fortunat. lib. 2. Mart.
— nisi quod natura necessat.
NECESSĬTO, āre. Idem. Vox barbare philosophantium. ut, Astra inclinant, non necessitant.
NECMANCĬPI, V. Mancipi, indecl. in MANCEPS.
NECHON, i. Genus aromatis ideo admixtum ut dulcia diu durent. Apic. 1. 14. ubi Græcum esse dicit. conf. Idem 7. 6.
NECHOS, [Νεκῶς] Aliis Nechao, [Νεχαὼ] Filius fuit Psammitichi & successor, Ægypti rex, cui filius Psammis in regno successit, teste Herodoto lib. 7.
NĔCO, āvi, ātum, & necui, nectum, [πνίγω, φονεύω] āre. Interimere, interficere. Diomedes, Neco, necui, verumtamen & necavi legimus: ut nectus, & necatus. Et hoc differre volunt: necui, quasi suffocavi: necavi, quasi ferro occidi. Unde Necem, Cædem appellamus. Idem sentit & Priscianus. Verum hæc Diomedis & Prisciani differentia sæpe infringitur. Valla, Ego sentio generalem significationem necatus, specialem vero nectus. Nec unquam nectus dicitur sine certo genere mortis: ut, Enectus siti Tantalus. Cæs. 3. Bell. Gall. cap. 16. Itaque omni Senatu necato, reliquos sub corona vendidit. Liv. 1. 11. de Tarpeia virgine proditrice, Obrutam armis necavere. Phædr. 4. 18. 4. Colubra necuit hominem.
Necari ac trucidari. Cic. pro Lege Manil. 7.
In amne necari. Ovid. 2. Fast. 385.
In eum, qui parentem necavisset, nullum supplicium constituit Solon. Cic. pro Rosc. Amer. 70.
Afflatu aliquem. Ovid. 3. Met. 49. De serpente quodam.
Ferro. Hor. 2. Serm. 7. 58.
Morsu aliquem. Ovid. Rem. Amor. 421.
Odore tætro aliquem. Lucret. lib. 6. 787.
Vinculis, verberibus, atque omni supplicio cruciatum aliquem necare. Cic. pro Lege Manil. 71.
Necantur herbarum radices. Columel. lib. 2. 4.
Legumina. Plin. lib. 22. cap. 25.
Indolem rectam necas. Senec. Hippol. 4.
Necatus sum, Præter. pass. usurpat Varro lib. 9. de L. L. 3. Sic & Necabor, futurum.
NECANS, antis. Partic. [πνίγων] Ovid. 2. Amor. 14. 22.
Vidissem nullos matre necante dies. Plin. 22. 25.
NECĀTUS, a, um. Partic. [φονευθεὶς] ut,
In tormentis necatus Zeno Eleates. Cic. 3. de Nat. Deor. 82.
Necatus fame. Quintil. lib. 3. cap. 6. Hinc est, adulter loris cæsus, vel fame necatus. Apul. 3. Met.
Necatus veneno. Auctor ad Herenn. Si accusator dixerit ab reo hominem veneno necatum.
Apes cum stirpe necatæ. Ovid. 1. Fast. 363. conf. Paterc. 2. 18. 2.
NECTUS, a, um. aliud Partic. semper sine ferro dicitur. V. Priscian. lib. 9. 1. de Conjug. & Diomed. lib. 1. Nullum tamen verbi simplicis exemplum afferunt, sed Compositi Enectus, q. V. in ENECO.
NECANDUS, a, um. Partic. Cic. 9. Att. 9. Antiquissimam & sanctissimam parentem, patriam fame necandam putent.
NECATŪRUS, a, um. Partic. [φονεύσων] Ovid. 1. Trist. 2. 36.
Ore necaturas accipiemus aquas.
NECĀTOR, ōris. m. Vet. Gloss. Necator, φονεύς, ἀγχονεύς. Macrob. 1. Saturn. 12. Marti dicatur, Deo plerumque hominum necatori. Lamprid. Commod. cap. 18. Necator civium.

NECOPINANS, NECOPINATUS, NECOPINUS, a, um. Adj. V. Nec pro Non, in NEC, & Opinus in OPINIO.
NECRECTE, Adv. Male. Plaut. Bacch. 1. 3. 11. Necrecte quæ tu in nos dicis. V. Parei Lex. Crit. p. 777. al. Nec recte.
NECROCORINTHII, orum. m. pl. [νεκροκορίνθια] h. e. Corinthiorum defuncti, dicebantur Vasa Corinthia, tam ænea, quam fictilia, quæ eversa Corintho e mortuorum sepulchris eruebantur. V. Strab. lib. 8.
NECROMANTĪA, æ. f. [νεκρομαντεία] Divinatio quæ fit per mortuos, ut apud Lucanum quum mortuus suscitatus, eventum belli Pharsalici Sexto Pompeio prædixit. νεκρὸς enim mortuus dicitur: μαντεία, divinatio. Cic. 1. Tusc. 37. Inde Homeri tota νεκυία: Inde ea, quam meus amicus Appius νεκρομαντεία faciebat: Inde in vicinia nostra Averni lacus,
Unde animæ excitantur, obscura umbra, &c. Alii legunt, Quæ meus amicus, &c. ut, Necromantia dicatur numero plurali. V. Camerar. in Tusc. & Victorius Var. Lect. lib. 5. cap. 15. Plin. lib. 35. cap. 12. de Nicia pictore Atheniensi: Opera ejus, Nemea advecta ex Asia Romam a Silano, quam in curia diximus positam: item Liber pater in æde Concordiæ: Hyacinthus, quem Cæsar Augustus, delectatus eo, secum deportavit Alexandria capta, & ob id Tiberius Cæsar in templo ejus dicavit hanc tabulam. Ephesi vero est Megabyzi sacerdotis Dianæ sepulchrum, Athenis necromantia Homeri. (Alii legunt Necyomantia, eodem sensu.) Hanc vendere noluit Attalo regi talentis sexaginta, potiusque patriæ suæ donavit, abundans opibus. Eam Plinius tabulam intelligit, in qua Nicias ex Homeri descriptione pinxerat Ulyssem ad inferos descendentem, umbrasque mortuorum alloquentem. V. NECYIA, & Lex. Pitisc.
NECROMANTIS, ĭos. [Νεκρόμαντις] &
NECROMANTĬCUS, i. m. [νεκρομαντικὸς] Isidor. 8. 9. Necromantici sunt, quorum præcantationibus videntur resuscitati mortui divinare, & ad interrogata respondere, &c.
NECROPOLIS, is. f. [Νεκρόπολις] Ægypti oppidum est, triginta non amplius stadiis ab Alexandria distans: ita dictum, quod ibi Cleopatra, admota uberibus aspide, sese interemerit.
NECROTHŸTUS, a, um. Adj. [νεκρόθυτος] Mortuis consecratum. Tertull. de Spect. cap. 13. Oculos & aures ab idolothytis & necrothytis voluptatibus abstinere.
NECTANĔBIS, is. [Νεκτανέβις] vel NECTANĔBUS, i. m. [Νεκτανεβῶς] Ægypti rex, de quo Plutarch. & Nepos Agesil. cap. 8. apud Plin. 36. 9. & Tertull. de Anima 57. legitur Nectabis. V. Bos ad Nepot. 12. 2. 1. & 17. 8. 6. Scribitur & Nectanabis, Nectanabus, Nectenabus &c.
NECTAR, āris. n. [νέκταρ] inquit Festus, significat Deorum potionem. Cic. 1. Tusc. 65. Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut juventute pocula ministrante lætari arbitror. V. Macrob. 1. de Somn. Scip. cap. 2.
Nectar, sunt qui interpretentur Vinum in Lydiæ Olympo concinnatum favis permistis & floribus odoratis. Succinit Alcman quoque. Sappho etiam ambrosiæ craterem dicit. Sed nec Homerus esse deorum potionem nectar, novisse creditur. Hæc Cælius lib. 7. cap. 13. Significat autem Nectar, Immortalitatem; a νε quod privationem significat, & κτείνω occido. conf. G. Horn. Hist. Philos. 1. 4. qui ex Hebræis fontibus vocem derivat, unde voluptatem denotat, quæ ex contemplationibus oritur. Ovid. 1. Met. 111.
Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant.
Odoratum. Ovid. 4. Met. 250.
Nectar pro Odore. Prudent. Cath. 11. de Nat. Dom. 68.
Fragrasse nardo & nectare. Lucret. 2. 847.
Et nardi florum nectar qui naribus halant.
Nectaris flos; de cibis lautioribus. V. Chiliad.
Baccheum, Vinum. Stat. 2. Silv. 2. 99.
Nectar, pro Melle, per translationem. Virg. 1. Æn. 437.
— stipant & dulci nectare cellas. Martial. lib. 4. 32.
Et latet, & lucet Phaethontide condita gutta,
Ut videatur apis nectare clausa suo. i. e. Melle.
Hyblæum. Stat. 3. Silv. 2. 118.
Liquidum. Virg. 4. Georg. 164. Pro Melle.
Nectar, pro Suavitate. Hor. 1. Carm. 13. 13.
Non, si me satis audias,
Speres perpetuum, dulcia barbare
Lædentem oscula, quæ Venus
Quinta parte sui nectaris imbuit. Perpetuum, subaudi Amatorem. Quinta parte, &c. Eleganter, ait Porphyr. quia in quinque partes fructus amoris esse partitus dicitur, visu, alloquio, tactu, osculo, concubitu: unde & Terentianum illud (Eun. 4. 2. 12) Tamen extrema linea amare haud nihil est. Hæc ille. Sui nectaris, Dulcedinis, voluptatis. [Mea quidem sententia proprie accipi debet, quasi Venus ipsa nectaris sui partem aliquantulam asperserit puellæ basiis, ut suavitatem iis conciliaret; Nisi potius Oscula, labia intelligit. V. antecedentia.
NECTARĔUS, a, um. Adj. [νεκτάρεος] Martial. lib. 13. 108. de Mulso.
Attica nectareum turbatis mella Falernum.
Aquæ nectareæ. Ovid. 7. Met. 707.
Flores. Claud. de Nupt. Hon. 209.
Fontes. Idem Ibid. 209.
NECTARIUS, a, um. Adj. Idem. Apul. Florid. 4. 42. Crateram bibi universæ Philosophiæ, inexplebilem, nectariam. Nectaream Elmenh. p. 363.
NECTAREA, æ. f. Herba, de qua Plin. lib. 14. cap. 16.
NECTARION, i. n. [νεκτάριον] Helenium. Diosc. 5. 40. Al. 66.
NECTARĪTES, æ. m. [νεκταρίτης] Potio ex herba nectarea facta. Plin. lib. 14. cap. 16.
NECTO, nexui & nexi, nexum, [ἅπτω, πλέκω] ĕre. Ligare, jungere. Propert. lib. 3. 8. 37.
At tibi, qui nostro nexisti retia lecto.
Nectere aliquid ex duabus rebus, pro Res duas in unum concinnare. Senec. Epist. 67.
Brachia nectere. Ovid. 6. Fast. 329.
Catenas alicui. Hor. 1. Carm. 29. 5.
Comam myrto. Ovid. 1. Amor. 2. 23.
Coronam alicui. Hor. 1. Carm. 26. 7.
Opus aranea nectit sub trabe. Ovid. 1. Amor. 14. 8.
Vincula. Virg. 6. Ecl. 23.
Africus in glaciem frigore nectit aquas. Propert. lib. 4. 3. 48.
Nectere aliud ex alio. Cic. 3. de Finib. 74. Quid, non sic aliud ex alio necti-

nectitur, ut non, si ullam litteram moveris, labent omnia? Idem 1. de Legib. 52. Sed videtisne quanta series rerum sententiarumque sit, atque ut ex alio alia nectantur?
Carmina dissona. Stat. 2. Silv. 2. 114.
Caussas inanes. Virg. 9. Æn. 219.
Dolum nectere alicui: Idem quod Circumvenire dolis. Liv. 27. 28.
Gaudia mutua inter se. Lucret. lib. 5. 852.
Jurgia cum aliquo. Ovid. 2. Amor. 2. 25.
Laqueum alicui. Hor. 1. Epist. 19. 31.
Moras alicui. Valer. 3. Argon. 374.
Nefas & fœdera necte. Valer. 3. Argon. 503.
Nodis tribus nectere. Virg. in Pharmaceutria v. 77.
Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores:
Necte, Amarylli, modo, & Veneris dic vincula necto. Ex antiqua veneficiorum & cantionum consuetudine id scriptum est. Nam in his numerabant nodos, vincula, & necessitates. Synesius, ἐγὼ γάτις ᾗ ἐπῳδὰς οἶδα, ᾗ κατοδέσμους, ᾗ κατανάγκας, ἀλλ᾽ ἐκ ἀκὴ ἀνάγκῃ ἐὰν αὐτὸ βραχὺ τὸν Γαλάτειαν. Ex Turneb. Adversf. 19. 22.
Necti. Liv. 8. 28. pr. Eo anno plebi Romanæ velut aliud initium libertatis factum est, quod necti desierunt. [Sed in emendatis libris est Quod ligari nexu desierunt. At cap. eod. extr. Cautumque in posterum ne necterentur. Necti autem proprie dicebantur cives Ro. qui, si solvendo non essent, a creditore, veluti mancipia, in compedibus aut in nervo tenebantur. ; iidemque Nexi, & Nexu vincti dicebantur.

Nectans, entis. Partic. Cic. 4. Acad. 7. Cetera series sequitur majora nectens.

Nectendus, a, um. Partic. ut,
Nectendæ coronæ. Hor. 4. Carm. 11. 3.

Nexus, a, um. Partic. [πεπλεγμένος] Cic. 3. Tusc. 17. Omnes enim inter se nexæ & jugatæ sunt. De virtutibus.
Aliæ ex aliis aptæ & necessitate nexæ caussæ. Cic. 5. Tusc. 70.
Caussa caussæ nexa rem ex se gignit. Cic. 1. de Divin. 125.
Manus nexæ ex ordine. Ovid. 8. Met. 747.
Res nexa pignori. Martianus in l. Res quæ. D. de jure fisci, res autem nexas pignori distrahere procuratores possunt.
Pedes per mutua nexi. Virg. 7. Æn. 66. V. Mutuus.
Nexi, Justin. 21. 4. & 2. 2. sunt Vincti captivi. Epit Liv. 6. Nexos exsolveret. conf. supra in ipso verbo.
Nexi (ut dictum est in Nexus, ex Varrone) sunt Liberi homines, qui operas suas in servitute pro pecunia, quam debebant, domino præstabant.
Nexi ob æs alienum. Liv. 2. 23. pr.
Nexorum & mancipiorum jura. Cic. 1. de Orat. 173.

Nexum, i. n. Lucret. 2. 405. Inter se nexa. Cic. pro Cæcin. 102. Non sustulit horum nexa. V. Nexus, ûs.

Nexio, ōnis. f. Idem quod Nexus. Arnob. lib. 5. adversus Gentes. Ad de Martian. Capell. 1. 4. & 5.

Nexus, ûs. m. [πλοκή] Ipsa ligatio. Plin. lib. 8. cap. 11. Bellantesque cum iis perpetua discordia dracones, tantæ magnitudinis, ut & ipsos circumflexu facili ambiant, nexuque nodi præstringant.
Arcto luctantia nexu pectora. Ovid. 6. Met. 242. V. Burm. ad Quintil. 2. 12. pr.
Densi. Stat. 5. Theb. 564.
Duros nexus solvere. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 186.
Firmis nexibus compagem superstruere. Tacit. 4. Ann. 62. 2.
Multiplex. V. Multus.
Recurvo serpunt hederæ. Ovid. 3. Met. 664.
Vipereus. Stat. 6. Theb. 8.
Volubiles. Ovid. 3. Met. 41. de serpente quodam.
Legis nexus, translate. Tacit. 3. Ann. 28. 6.
Nexus, Nodus. Plaut. Mil. 4. 4. 44.
Idem & cum nexu in humero, lævo expapillato brachio,
Præcinctus. Al. Id connexum in.
Nexus, sive Nexum, est Genus obligationis civilis, qua corpus etiam ut pignus afficitur: ut ait Budæus. Varro de L. L. lib. 6. 5. Nexum Manilius scribit, omne, quod per libram & æs geritur, in quo sint mancipia. Mucius, Quæ per æs & libram fiunt, ut obligentur, præterquam quæ mancipio dentur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit, de quo quæritur. Nam idem, quod obligatur per libram, neque suum fit, inde nexum dictum. Liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debebat, dum solveret, nexus vocatur, ut ab ære obæratus. Hoc C. Popillio rogante, Sulla Dictatore, sublatum ne fieret, & omnes qui bonam copiam jurarent, ne essent nexi, dissoluti. Hæc Varro. Festus lib. 12. In nexu sunt hæc, testamenti factio, nexi cautio, nexi liberatio. Nexum æs apud antiquos dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur. Cic. pro Cæcin. 102. Deinde quod Sulla ipse ita tulit de civitate, ut non sustulerit horum nexa atque hæreditates. Idem in Parad. 5. Non ita dicunt eos esse servos, ut mancipia, quæ sunt dominorum facta nexu, aut aliquo jure civili. Et 7. Fam. 31. Nisi haberem socium studiorum meorum Atticum nostrum, cujus quum proprium te esse scribis mancipio & nexu, meum autem usu & fructu, contentus isto sum. V. Liv. 8. 28. & Cæl. Rhodig. lib. 12. cap. 20. & 21. & Lex. Pitisc.
Nexu vincti, solutique se undique in publicum proripiunt. Liv. 2. 23. ubi Sigon. Nexi legit. V. not. ejus.
Liber a nexu pignoris. Papinian. In lege Si paterfamil. D. Familiæ erciscundæ.
Liberare venditorem a nexu venditi. Ulpian. in l. Si non fortem. §. Adeo. D. de condict. indeb.
Inire nexum, Lege nexus addici, inquit Budæus. Vinciri, illigari, & retineri atque astringi. Liv. 7. 19.
Obligare se nexo. Cic. pro Muren. 23. Quod si in his rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit: profecto etiam rectius in judicio Consulis designati, is potissimum Consul, qui Consulem declaravit, auctor beneficii Pop. Romani, defensorque periculi esse debebit.

Nexĭlis, e. Adj. [πλεκτὸς] Quod nectitur: sicut Textile, quod texitur. Lucret. lib. 5. 1349.
Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen.
Connubii nexilis infoia. Prudent. Cathem. 3. 75.
Coronis nexilibus redimita turba. Senec. Agam. 362.
Hederæ nexiles. Ovid. 6. Met. 128.
Loricæ squama nexilis. Sil. 5. 140.
Sinus. Ovid. 1. Amor. 14. 25.
Quam se præbuerant ferro patienter & igni,
Ut fieret torto nexilis orbe sinus. al. Flexilis. Cincinnum dicit, qui est annulatus capillus.
Thorax nexilis. Stat. 4. Theb. 495.

Nexĭbĭlis, e. aliud Adj. Ammian. 29. 13. Nexibili adseveratione. i.e. Mendaciis callide connexis.

Nexuōsus, a, um. Adj. Nodosus. Claud. Mamert. de Stat. Anim. 2. 7. Nexuosissimas quæstiones in minutias resolvere.

Nexo, āvi, āre: & Nexo, ui, nexum, [πλέκομαι] ĕre. secundum Priscianum, frequentativum a Necto. Virg. 5. Æn. 279.
Nexantem nodis, seque in sua membra plicantem.

Nexor, āri. deponens, [Immo Pass.] antiquum. Lucret. lib. 2. 98.
Pars etiam brevibus spatiis nexantur ab ictu. i. e. Copulantur, cohærescunt per plagam, & ictum. Quidam habent Vexantur, sed mendose.

Nĕcŭbi, [μήπου] Adverbium loci, Ne alicubi, id est, Ne in aliquo loco, & semper duo verba postulat: ut, Jussi necubi mihi præsto sis; i. e. Ne in ullo loco. Liv. 25. 33. extr. In id omni cura intentus, necubi hosti æquo se committeret loco. Varr. 1. R. R. cap. 45. Si erunt imbres secuti, videndum necubi aqua consistat.
Necubi, pro Nusquam. Liv. 22. 2. Hispanos & Afros, (id omne veterani erat robur exercitus,) admistis ipsorum impedimentis, necubi consistere coactis necessaria ad usus deessent, primos ire jussit.
Ζήτ. an sint hic duo verba. H. St. Et duo verba adsunt, nec pro Nusquam positum est, verum potius Ne usquam.
Necubi suppressus pereat gener. Lucan. 9. 1058.
Necubi tibi ob caussam istam videar blanditus. Apul. Apol.

Nĕcunde, Adv. loci, [μήποθεν] i. e. Ne ex aliquo loco. Liv. 28. 1. extr. Necunde ab stationibus Punicis conspiceretur.

Nĕcyia, æ. f. [νεκυία] trisyll. Cic. 1. Tusc. 37. Inde Homeri tota νεκυία. i. e. Illa mortuorum fabula, quæ in Odyss. λ. Ita enim vocatur pars illa Odysseæ, qua fingitur Ulysses ad inferos descendisse, umbrasque alloquutus fuisse. V. Necromantia.

Necyomantīa, æ. f. [νεκυομαντεία] Vaticinium ex mortuis. Vaticinatio quæ fit evocatis Manibus ex inferis. νέκυς, mortuus; μαντεία, divinatio, vaticinium. V. Necromantia.

Nĕcydălus, i. m. [νεκύδαλος] Insecti genus, e quo progeneratur bombyx. Plin. lib. 11. cap. 22.

N E D

Nĕda, æ. f. [Νέδη] Fluvius erat in Messeniorum, qui populi sunt Græciæ, ora, de quo in Apollinis quodam oraculo,
Ἔς τε τράγος πίνησι Νέδης ἐπινεύμενον ὕδωρ,
Οὐκέτι Μεσσήνην ῥύομαι. Hujus visuntur fontes in Lycæo monte. Ex Cælio lib. 18. cap. 9. V. Pausan. Messen. p. 130. Wech.
Fuit & Neda nympha, una ex bis quæ Jovem educarunt, a qua & in Lyceo fons appellationem ducat, cujus quæ fuerit olim vis, vide apud Cælium lib. 24. cap. 17. ex Pausan. Messen. p. 143. Wech.

Nĕdum, [μὴ ὅτι, μὴ ὅπως, μὴν δὴ] Conjunctio, significat Non solum, Duobus tantum modis usurpatur. Uno quum utramque sententiam eodem claudimus verbo: ut, Funderem pro te sanguinem, nedum pecuniam. Cic. 7. Fam. 29. Erat enim multo domicilium hujus urbis (quum quidem hæc urbs) aptius humanitati, & suavitati tuæ, quam tota Peloponnesus, nedum Patræ. Liv. 24. 40. Militi quoque, nedum regi, vix decoro habitu. Tacit. 13. Ann. 15. Pueri sobrios quoque convictus, nedum temulentos, ignorantis. Altero modo accipitur Nedum, quum suum utrique sententiæ verbum accommodamus: ut, Funderem pro te sanguinem, nedum tibi pecuniam crederem. Ter. Heaut. 3. 1. 43.
— Satrapes si siet
Amator: nunquam sufferre ejus sumptus queat,
Nedum tu possis. Ex Vallæ lib. 2. Hor. de Arte Poet. 68.
— mortalia facta peribunt,
Nedum sermonum stet honos, & gratia vivax.
Nedum, Sed etiam. Cic. 10. Att. 16. extr. Tu quoniam quartana cares, & nedum morbum removisti, sed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Græcia siste, & litterarum aliquid interea. Sic legit Budæus. Vetus autem exemplar legit, Novum morbum; & Non modo morbum, quam Lambinus sequitur. V. not. Varior. Idem 9. Att. 8. Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent.
Nedum ut, aliter. Sed inepti nomen ad multa ac diversa pertinet. Nam & risus, & gestus, & vestitus ineptus dicitur, nedum ut ineptus aut sermo dicatur aut jocus. H. St. Videntur Pontani verba, sed loci notationem culter abstulit.

N E F

Nĕfandus, a, um. Adj. [ἄρρητος, ἀῤῥητοποιός, ἀθέμιστος, ἐχθρός] Quod non est fandum. Virg. 1. Æn. 543.
At sperate Deos memores fandi atque nefandi.
Amor nefandus. Valer. 8. Argon. 385.
Arma. Cic. ad Brut. 10. Contraque ejus arma nefanda, præsidia, quæ oblata sunt, Cæsaris consilio & auctoritate firmavi.
Bellum. Virg. 12. Æn. 572.
Concubitus. Ovid. 6. Met. 540.
Crimina. Senec. Hippol. 6.
Domus. Ovid. 6. Met. 601.
Enses. Virg. 2. Æn. 155.
Facta. Ovid. 2. Fast. 850.
Gens. Virg. 3. Æn. 653.
Institutum. Cic. pro Domo, 132.
Manus. Ovid. 3. Met. 731.
Odia. Virg. 5. Æn. 785.
Scelere nefando imbuta tellus. Catul. Argon. 62. 397.
Vir. Virg. 4. Æn. 497.
Superl. Justin. 16. 4. 11. Nefandissima quæque tyrannicæ crudelitatis exercuit.

NEFANS, antis. Adj. Idem. [ἀθέμιτος] Lucil. Sat. lib. 3.
Tantalus qui pœnas ob facta nefantia pendit. Varr. Ego, inquit, esse fuppetias, quæ tunc mihi nec res, nec ratio eſt, diſſolvat, atque omnia nefantia. Antiquum & obſoletum eſt. Nonius, 8. 47.

NEFARIUS, a, um Adj. [ἀθέμιτος, ἀνόσιος] Sceleratus. Non. 1. 290. Neferii proprietatem lib. 1. de vita Populi Rom. Varro patefecit, a farre quod adoreum eſt, quo ſcelerati uti non debeant, non triticum, ſed far. hoc quoque idem ſignificat, quod qui indigni ſunt qui vivant, nefarii vocantur. Aſconius Pædian. in 3. Verr. 6. Nefandum eſt, non fandum. Nefarium, quod ſacra polluit, farre pio ſolita celebrari: ergo Nefarii, ſacrilegi. Cic. 2. Off. 51. Ita habendum eſt religioni, nocentem aliquando & nefarium, impiumque defendere.
Atreus nefarius. Hor. de Arte Poet. 186.
Facinus. Cæſ. 7. Bell. 38.
Latrocinium. Cic. 3. Verr. 152.
Promulgatio. Cic. 1. Fam. 5.
Scripta. Catul. ad Fundum, epigr. 42. 18.
Scelere nefario obſtringere aliquem. Cæſ. 2. Bell. Civil. 32.
Nefarium, ſubſtantive apud Liv. lib. 9. 34. Niſi en nefario Rempub. obſtrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus.

NEFARIE, [ἀνοσίως] Cic 2. Verr. 56. Quum multa libidinoſe, multa crudeliter in cives Rom. atque in ſocios, multa in deos, hominesque nefaria fecerit. Conf. 1. Verr. 38. & 3. Verr. 6.

NEFAS, indecl. n. [ἀθεμιτουργία] Impium facinus, & exſecrabile ſcelus.
Capitale nefas. Lucan. ad Piſon. 43.
Dirum. Virg. 4. Æn. 563.
Exſecrandum regiæ cædis. Senec. Troad. 1.
Grande, & morte piandum. Juven. 13. Sat. 54.
Immane audere. Virg. 6. Æn. 624. Idem 4. 563.
Lacrimabile. Stat. 9. Theb. 882.
Maculoſum. Hor. 4. Carm. 5. 22.
Mos, & lex maculoſum, edomuit nefas. I. e. Turpe adulterium: vel forte Maculoſum, quia qui ex adulterio concipiuntur, non ſolent referre maritos. [Immo Parentes.
Vetitum nefas. Hor. 1. Carm. 3. 26.
Admittere vaſtum. Senec. Herc. OEth. 7.
Aggredi aliquod. Ovid. 7. Met. 71.
Advertere. Sil. lib. 3. 187.
Committere aliquod. Ovid. 7. Met. 427.
Concipere mente. Ovid. 10. Met. 404.
Contrahere. V. CONTRAHO.
Diſſimulare. Virg. 4. Æn. 305.
Edere aliquod. Stat. 8. Theb. 68.
Excidit ore tantumne nefas patrio? Virg. 2. Æn. 658.
Facere. Ovid. 11. Met. 70.
Geminare ingens. Senec. Octav. 6.
Paſſa corpore. Ovid. 10. Met. 351.
Prohibere. Virg. 5. Æn. 197.
Purgare. Sil. lib. 11. 199.
Solvere. Ovid. 2. Faſt. 44.
Suadere alicui. Ovid. 1. Met. 392.
Suſtinere. Ovid. 3. Amor. 9. 44.
Nefas ſit. Cic. de Amicit. 39. Æque autem nefas ſit tale aliquid & facere rogatum, & rogaſſe. Idem 15. Fam. 21. Mihi nefas ſit oblivisci.
Nefas dictu. Cic. de Senect. 12. Quorſum igitur hæc tam multa de Maximo? Quia profecto videtis nefas eſſe dictu, miſeram fuiſſe talem ſenectutem.
Dictu nefas prodigium. Virg. 3. Æn. 365.
Nefas habetur. Plin. lib. 3. cap. 5.
Sæpe interſeritur Interjectionis vicem obtinens. Virg. 8. Æn. 687.
—& ultima ſecum
Bactra vehit, ſequiturque (nefas!) Ægyptia conjux.
Fas & nefas. Hor. 1. Carm. 18. 10.
Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum
Diſcernunt avidi.
Per fas & nefas. Proverb. Liv. 6. 14. Id vero accendit animos, ut per omne fas ac nefas ſecuturi vindicem libertatis viderentur.
Nefas, pro Homine nefario. Virg. 2. Æn. 585.
Extinxiſſe nefas tamen, & ſumpſiſſe merentes
Laudabor pœnas. Helenam intelligit.
Nefas, pro Impoſſibile. Hor. 1. Carm. 24. 20.
Durum, ſed levius fit patientia
Quicquid corrigere eſt nefas. Quo modo etiam a Cicerone uſurpatur in Timæo 4. Atque illum quidem quaſi parentem hujus univerſitatis invenire difficile: & quum jam inveneris, indicare in vulgus, nefas. Sic enim reddidit, quod Plato dixit ἀδύνατον.

NEFASTUS, a, um. Adj. ut, Nefaſti dies, Quibus non licet jus fari. Ovid. 1. Faſt. 47.
Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur,
Faſtus erit, per quem lege licebit agi. Tria hæc verba ſolennia intelligit Ovidius, Do, Dico, Addico, quæ omnem juris actionem & ſententiam indicant. V. Macrob. 1. Saturn. cap. 6. Varro de L.L. lib. 5. 7. Faſti dies, quibus certa verba legitima ſine piaculo Prætoribus licet fari. Ab hoc Nefaſti, quibus diebus ea fari jus non eſt: & ſi fati ſunt, piaculum faciunt. V. FASTI.
Nefaſti dies, N littera notabantur, inquit Feſtus.
Nefaſtos dies. Suet. Tiber. cap. 53. pro Atris & inauſpicatis dixit, quod perperam fieri cenſet Gell. 4. 9.
Nefaſtus, pro Nefarius. ut, Nefaſtum habetur prolibare diis. Plin. lib. 14. cap. 19.
Nefaſtum & dirum. Cic. 2. de Legib. 21. Quæque augur injuſta, nefaſta, vitioſa, dira dixerit, irrita, infectaque ſunto. Al. Infeſtaque.
Quid intactum nefaſti liquimus? Hor. 1. Carm. 35. 35. h. e. Nefarii. Acion.
Acheron nefaſtus. V. ACHERON.
Frutices. Plin. lib. 20. cap. 12.
Locis nefaſtis impoſuere delubra. Stat. 1. Theb. 274.
Spiritum nefaſtum ferro exigere. Senec. OEdip. 24.
Terra. Liv. 6. 28. i. e. Infauſta & ominoſa, inquit Budæus.

NEFRENS, & NEFRENDIS, is. dubii gen. Nefrendes, Arietes dixerunt antiqui, inquit Feſtus, quod dentibus frendere non poſſint. Alii dicunt Nefrendes, Infantes eſſe nondum frendentes, id eſt frangentes. Livius, Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem. Sunt qui Nefrendes, Teſticulos dici putent, quos Lanuvini appellant Nebrundines, Græci νεφρούς, Prænestini Nefrones. Hactenus Feſtus. Varro 2. de R. R. cap. 4. Porci, amiſſo nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere poſſint, id eſt frangere. Fulgent. de Priſco Serm. n. 5. Porcum caſtratum nefrendem vocari ait, quaſi ſine νεφροῖς, i. e. renibus. conf. infra NEBRUNDINES.

N E G

NEGABUNDUS, NEGATIO, &c. V. NEGO.
NEGLECTUS, V. NEGLIGO.
NEGLIGO, lexi, lectum, [ἀμελέω, ἀμελῶ, ὀλιγωρέω, παρίημι, παραβλέπομαι, ὑπεροπτάζομαι] ĕre. Contemnere, non curare, quaſi ne legere quidem, nec videre dignari, inquit Perottus. Cic. 4. in Catil. 23. Quæ quum ita ſint, Patres Conſcripti, pro imperio, pro exercitu, pro provincia, quam neglexi, pro triumpho, ceteriſque laudis inſignibus, &c.
Legere, & non intelligere Negligere eſt. In illo vulg. dicto. H. St. In præf. Catonis diſtich. præmiſſo.
Prætermitti ab aliquibus & negligi. Cic. pro Cluent. 130.
Aſpernari & negligere. Cic. pro Roſc. Amer. 4. Quorum ego neque benevolentiam erga me ignorare, nec auctoritatem aſpernari, nec voluntatem negligere debeam.
Imperium alicujus. Cæſ. 5. Bell. Gall. 7. Nihil hunc ſe abſente pro ſano facturum eſſe arbitratus, qui præſentis imperium neglexiſſet.
Injurias alicujus, Inultas linquere. Cæſ. 1. Bell. Gall. 35. extr.
Mandatum alicujus. Cic. pro Roſc. Amer. 112.
Minas alicujus negligere, & Horrere, contraria. Cic. pro Quint. 92.
Negotium aliquod non negligere, eſt Diligenter illud curare. Ter. Phorm. 1. 2. 4.
Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam.
Ornamenta. V. ORNO.
Periculum fortunarum & capitis pro amico, Poſtponere, Non timere. Cic. 14. Fam. 4. Periculum fortunarum & capitis ſui præ mea ſalute neglexit. Al. Pro.

NEGLIGENS, entis. Partic. [ἀμελής, ῥᾴθυμος, ὀλίγωρος] Qui nihil curat.
Negligens & Diſſolutus. Cic. 5. Verr. 162. Quoniam pater tam negligens & diſſolutus eſt. Ibid. 6. 115. Negligentes ac diſſoluti ſi cupiamus eſſe, qui poſſumus?
Improvidi & negligentes duces. Cic. 7. Att. 19.
Socors & negligens ipſius naturæ tardavit. Cic. de Clar. Orat. 239.
Negligens de alieno: Plin. 4. Epiſt. 13. Nam qui fortaſſe de alieno negligentes, certe de ſuo diligentes erunt. i. e. De alieno beneficio recte collocando parum ſolliciti.
Negligentem facere. Ter. And. 2. 3. 23.
Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris. I. e. Efficies ut ille non curet poſthac.
Negligens in amicis eligendis. Cic. de Amicit. 65. Et in illis quidem parandis curam adhibere: in amicis eligendis negligentes eſſe.
Negligens in aliquem. Cic. 13. Fam. 1. Non te in me illiberalem, ſed me in ſe negligentem putabit.
Negligens ſui. Senec. lib. 1. de Ira. 1.
Amicorum, inimicorumque. Tacit. 3. Hiſt. 38.
Compar. Catull. in Aſinium, 12. 3.
Tollis lintea negligentiorum.
Modo parcior, modo negligentior. Suet. Galb. 14.
Barba negligentior. Senec. Epiſt. 5. pr. [An Neglectiorem?
Negligentior circa Deos ac religiones. Suet. Tiber. cap. 69.
Superl. Lat. Pacat. Paneg. Theod. 31. Negligentiſſimus vernula. al. Neglectiſſimus.

NEGLIGENTIA, æ. f. [ἀμέλεια, ῥᾳθυμία, ὀλιγωρία] Incuria & indiligentia quod dicitur. Ter. And. 1. 1. 44.
Ex Andro commigravit huc viciniæ,
Inopia & cognatorum negligentia
Coacta.
Negligentia fortunæ. Senec. de Vita beata. 5. i. e. Contemptus rerum fortuitarum.
Negligentia litterarum Pompeii. Cic. 8. Att. 11. In eo ineſt quod perfunctorie, frigide & ſine amoris ſignificatione ſcriberentur.
Negligentia, pigritia, inertia, &c. quos tutari debent, deſertos eſſe patiuntur. Cic. 1. Off. 29.
Negligentia aliquid faciendi. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Agreſtis & inhumana. V. INHUMANUS.
Craſſa. Ulpian. in l. Nec ſupina. D. de jur. & fact. ignor. Ut neque negligentia craſſa, aut nimia ſecuritas ſatis expedita ſit.
Diligens. Cic. in Orat. 77. Illa ipſa contracta & minuta non negligenter tractanda ſunt, ſed quædam etiam negligentia eſt diligens. Oxymoron ſchema eſt.
Diſſoluta negligentia prope dolum eſt. i. e. Proxime accedit ad dolum. Ulpian. in l. Si fidejuſſor. in princip. D. Mandati.
Non ingrata. Cic. in Orat. 77. Habet ille tanquam hiatus concurſu vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiam, de re hominis, magis quam de verbis, laborantis.
Summa. Paulus in l. Regula. D. de juris & fact. ignorant.
Adducere in. V. ADDUCO.
Contemptum negligentia aliquid. Cic. de Aruſp. Reſp. 21.
Corrumpit animum negligentia, diligentia comparat divitias. Auctor ad Heren. lib. 4. 29.
Negligentia tua id fecit. i. e. Quod te negligat. Ter. Phorm. 5. 9. 27.
Fugere agreſtem & inhumanam. Cic. 1. Off. 130.
Impediri negligentia. V. IMPEDIO.
Plectimur negligentia, cum multis in rebus, tum maxime in amicis & deligendis & colendis. Cic. de Amicit. 85.

NEGLECTUS, a, um. Partic. [ἀμεληθείς, ἀπημελημένος] ut,
Abjectus & neglectus vir. Cic. 3. de Finib. 66.
Apparatus neglectus. Gell. 13. 11.
Capillos neglectos coercebat vitta. Ovid. 2. Met. 413.
Coma. Ovid. 3. de Arte Am. 153.

Facies-

Facies neglecta peribit. Ovid. 3. de Arte Am. 105.
Fides. Ovid. 21. Epist. 234.
Forma. Ovid. 1. de Arte Am. 509.
Incendia neglecta. Hor. 1. Epist. 18. 85.
Tellus. Stat. 5. Silv. 3. 164.
Virtus. Hor. in Carm. sæcul. 59.
Relinquere aliquid neglectum. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Superl. Stat. 7. Theb. 165.

Scilicet e cunctis ego neglectissima natis
Progenies.

NEGLECTE, Adv. Compar. Hieron. Epist. 25. 1. Neglectius incedere.

NEGLECTIM, Adv. Catal. vet. Poet. p. 203. Lindebr. Non amo neglectim.

NEGLECTIO, ōnis. f. Cic. pro Muren. 4. Amicorum neglectio.

NEGLECTUS, ûs. m. [ἀμέλεια] Ter. Heaut. 2. 3. 116. Neutiquam hæc res neglectui est mihi. al. Neglecta. Plin. 7. 51. A somno moventium neglectum.

NEGLIGENTER, Adv. [ἀμελητὶ, ἀμελῶς, ὀλιγώρως] Ter. Heaut. 2. 3. 50.

Capillus passus, prolixus, circum caput
Rejectus negligenter.

Negligenter & Diligenter, contraria. Cic. pro Rosc. Com. 7. Quid est quod negligenter scribamus adversaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas?
Temere ac fortuito, inconsiderate negligenterque ne quid agamus. Cic. 1. Off. 103.
Tractanda non negligenter minuta sunt. Cic. in Orat. 74.
Negligenter, Per contemptum. Suet. de Claris gram. cap. 9. Librum etiam, cui est titulus Perialogos, edidit, continentem querelas de injuriis, quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent.
Compar. oi, Adservare negligentius aliquid. Cic. pro Cæcin. 73. Plin. Epist. 1. 10. Vereor ne negligentius vivam.
Superl. Senec. Epist. 63.

NEGO, [ἀποφημὶ, ἀποφάσκω, ἀρνοῦμαι, ἐξαρνοῦμαι] āre. Nihil aliud est quam dicere aliquid non esse, quod & Infitiari, Infitias ire. Ter. And. 1. 1. 120.

— ego illud sedulo
Negare factum: ille instat factum.

Nega, nega nunc, Equiti Romano, homini honesto, judici tuo, credi oportere. Cic. pro Rosc. Com. 43. Hoc cum vehementi animi affectu dictum est.
Fateri & Negare, contraria. Cic. de Clar. Orat. 76.
Impune. Ovid. 13. Met. 741.
Obstinate. V. DESTINO.
Manifesta. Ovid. 4. Epist. 111.
Negat tantum, sed quoque. Liv. 3. 48. pr. Decemvir alienato ad libidinem animo, negat ex hesterno tantum convicio Icilii, violentiaque Virginii, cujus testem populum Romanum habeat, sed certis quoque indiciis compertum se habere, nocte tota cœtus in urbe factos esse, ad movendam seditionem. Nempe
Ab eodem negandi verbo interdum pendent duo commata, quorum alterum negative, alterum positive intelligendum. ut Cic. 13. Fam. 29. Non possum dicere eum præfuisse, neque possum negare eum affuisse, sed non plus duobus aut tribus mensibus. Sic Lactant. 5. 21. Epicurei quidem esse Deos, sed curare quicquam negant. V. Burm. ad Quintil. Decl. 10. 16. & paulo infra, Alicubi Negare &c.
Negare, de Facto etiam dicitur, pro Renuere. Ter. And. 2. 3. 5.

Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet. Virg. 10. Æn. 435.

Egregii forma: sed queis fortuna negarat
In patriam reditus. Juven. 1. Sat. 79.
Si natura negat, facit indignatio versum. V. Gron. Diatr. Stat. cap. 45. vel Burm. ad Quintil. Decl. 13. 17.

Oranti negavit ista. Stat. 12. Theb. 403.
Præcise alicui. Cic. 8. Att. 4.
Ingrata fronte aliquid. Propert. lib. 2. 10. 23.
Accessum. In ACCEDO.
Accessus terra paterna negat. Ovid. 10. Epist. 64.
Alimenta miseris. Ovid. 5. Trist. 8. 13.
Cursum alicui. Virg. 7. Æn. 9.
Formam mihi natura negavit. Ovid. 15. Epist. 31.
Officium manus negat. Ovid. 21. Epist. 246.
Opem negavit patriæ. Ovid. 3. Epist. 96.
Præmia alicui. Ovid. 7. Met. 376.
Stimulis negare, Non obedire calcaribus. Lucan. lib. 8. 3. de Pompeio fugiente,

Cornipedem exhaustum cursu, stimulisque negantem
Magnus agens, &c. h. e. Qui ictus calcaribus non tamen promoveretur. [Immo Stimulis agens negantem, i. e. Tardum.

Veniam. Ovid. 10. Met. 38. Idem 2. Fast. 830.

Quam, dixit, veniam vos datis, ipsa nego.

Negare, pro eo quod barbari dicunt. *Dicere quod non*. Cic. de Amicit. 60. Negabat ullam vocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperiri, quam ejus qui dixisset, &c. Ibid. 18. Negant quenquam virum bonum esse, nisi sapientem. Idem 6. Verr. 19. Negant isti onerariam navem maximam, &c. Sic 4. Acad. 11. & 73. Et 5. Verr. 5?. Nego quenquam esse vestrûm, quin sæpe audierit, socios, &c. Idem pro Cluent. 111. Et jam querimur sæpe hominibus novis non satis magnos in hac civitate esse fructus? nego usquam fuisse majores. Budæus. Curt. 4. 1. 17. Negaverunt quenquam patrio more in id fastigium recipi nisi regia stirpe ortum Liv. 28. 27. Negate vos id omnes fecisse. conf. Petron. cap. 129. & Nepos 9. 4. 1.
Negat & Ait, contraria. Ter. Eun. 2. 2. 21. Negat quis, nego: ait, aio. V. NEGANS Partic.
Alicubi Negare, ubi non convenit parti posteriori. Lampridius in Alex. Severo pag. alt. Scio sane plerosque negare, hunc a Senatu Cæsarem appellatum esse: sed a militibus. Pro, Sed dicere a militibus esse appellatum. Sic & apud alios notavi. Sic in Epistola Aurelii Commodi Severi, apud Jul. Capitol. vel potius Æl. Spartianum, Nam qui principem unum in rep. negat esse debere, quique asserit a senatu oportere totam remp. regi. H. St. Locus prior est cap. 64. extr. alter ad finem vitæ Clod. Albini. ubi plena locutio exhibetur, in priore vero exemplo decurtata. Simile est illud Ter. And. 3. 5. extr.

Namque hoc tempus, præcavere mihi me, haud te ulcisci sinit.

conf. loc. Cic. ex 10. Att. 4. in Non modo affertur, in NUM, & paulo supra.
Negaris esse domi. Martial. lib. 2. 5.
Negatur, impers. [ἀποφάσκεται] Ovid. 2. de Arte Am. 243.

Si tibi per tutum, placidumque negabitur ire Heins. Planumque.

Negatur esse in Tarentino agro Picus Martius. Plin lib 10 cap. 29.

NEGANS, antis. Partic. [ἀποφατικὸς, ἐξαρνος] Cic. in Topic. 49. Sunt etiam valde contraria alia quæ appellantur negantia, ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus: ut Si hoc est, illud non est. Justin. 26. 4. 4. Utrisque negantibus. Idem, 31. 1. 7.

NEGATUS, a, um. aliud Partic. ut,
Via negata. Hor. 3. Carm. 2. 22.
Cupimus negata. Ovid. 3. Amor. 4. 17.

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

NEGANDUS, a, um. Partic. [ἀποφατέος] ut,
Auxilium non negandum. Ovid. 15. Met. 648.

NEGABUNDUS, a, um. Adj. [ἐξαρνος] Festus, Negabundum pro negante dicere veteres. Onomast vet. Negabundus, ἐξαρνος.

NEGANTIA, æ. f. [ἀπόφασις] pro Negatione. Cic. in Topic. 57. Deinde addunt conjunctionum negantiam, sic, Non & hoc est, & illud: Hoc autem, non igitur illud.

NEGATIO, ōnis. f. [ἀπόφασις, ἄρνησις] Cic. pro Sull. 39. Quum is qui de omnibus scierit, de Sulla se scire negarit, eandem vim esse negationis hujus, quam si extra conjurationem hunc esse se scire, dixisset idem de Fato 16. Quid est quod non possit isto modo ex connexo transferri ad conjunctionum negationem?
Negatio, infitiatioque facti. Cic. in Partit. 102.

NEGATOR, ōris. m. Prudent. Cathem. 1. 58.

Flevit negator denique. Tertull. advers. Hæret. cap. 11. Fidem meam deserens negator invenior. Idem de Fuga in persec. cap. 1.

NEGATRIX, īcis. f. Prudent. Apoth. 549.

— Christum confessa, triumphat
Gens infida prius: Christi sed victa negatrix
Subditur imperio, dominos sortita fideles.

NEGATORIUS, a, um. Adj. ut, Actio negatoria. Ulp. l. 5. Uti frui. §. ult. ff. Si ususfruct. V. Confessorius, in CONFITEOR.

NEGATIVUS, a, um. Adj. [ἀρνητικὸς, ἀποφατικὸς] Quod negat. Cajus leg. 237. de Verb. signif. Duobus verbis negativis. & Ulp. l. 5. pr. D. Si ususfr. Actio negativa.

NEGITO, [ἀποφάσκομαι] āre. frequent. Lucret. lib. 4. 911.

Ne fieri negites, quæ dicam, posse: retroque, &c. Plaut. Merc. prol. 50.

Abnuere: negitare adeo me natum suum. conf. Bacch. 5. 2. 76.

Et Sallust. Jugurth. cap. 11. Cic. 4. Acad. 22. Cum multos annos esse negitavisset. al. Negavisset.
Renuit, negitatque Sabellus. Cruquius, quum antea legeretur Negat atque Sab. & certe, est istud valde ??????, ut ait. H. St. Locus est Horatii Ep. 1. 16. 49. Est autem hæc lectio codicis Blandiniani multum Cruquio laudati.

NEGUMO, āre. Antique pro Negare. Fest. V. Laurenb. Antiqu. p. 239.

NEGOTIUM, i. n. [πρᾶγμα, πράγματα, πραγματεία] Labor, occupatio. Ter. prol. Hec. 26.

Ut in otio esset potius, quam in negotio. Auctor ad Heren. lib. 1. 2. Etsi negotiis familiaribus impediti. Cic. 12. Fam. 18. Etsi periniquo patiebar animo te a me digredi, tamen eo tempore me consolabar, quod & in summum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis discedere.

Negotii nunc sum plenus. Plaut. Pseud. 1. 3. 146.
Rei familiaris negotio, servorum diligentia cognoscitur. Cic. pro Rosc. Amer. 121.
Atrox. Sallust. in Catil. cap. 29. Itaque (quod plerumque in atroci negotio solet) Senatus decrevit, ut darent operam Consules, ne quid Respublica detrimenti caperet.
Aurarium. V. AURUM.
Carbonarium. In CARBO.
Dapaticum. V. DAPS.
Forensia. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Humana. Juven. 14. Sat. 164.
Lautum, i. e. Egregium. Cic. 6. Att. 1. Est enim lautum negotium. h. e. Egregia mea provincialis administratio.
Magna negotia magnis adjutoribus egent. Paterc. libro 2. sub finem.
Provinciale. V. PROVINCIALIS.
Sævum. Hor. 3. Carm. 29. 49.
Umbratica negotia, i. e. In quibus vigor animi & corporis elanguescit, & quodammodo effeminatur. Gell. lib. 3. cap. 1.
Abstinere a. V. ABSTINEO.
Accersere ad aliquod. In ACCERSO.
Administrare. In ADMINISTRO.
Agitur negotium. Quintil. lib. 3. cap. 5.
Agere negotium suum, Alienis se non immiscere. Cic. 1. Off. 125.
Agere negotium publicum. Plin. 1. Epist. 10. ad Arrium.
Attingere negotium. Cic. 13. Fam.
Attribuere. In ATTRIBUO.
Commetiri. In COMMETIOR.
Conficere aut deponere. Cic. 7. Att. 5.
Conficere paucis verbis negotium. Cic. 2. de Divin. 103.
Conficere de negotio. Cic. 1. Fam. conf. CONFICIO.
Conflare alicui negotium, i. e. Molestiam. V. CONFLO.
Contrahere negotium. Cic. 15. Att. 11.
Curo alicujus. Hor. 2. Serm. 3. 19.

Excussus propriis aliena negotia curat.

Decedere de negotio. V. DECEDO.
Decidere negotia, i. e. Absolvere. Hor. 1. Epist. 7. 59. Et Suet. Vesp. cap. 21.
Dedo tibi istuc negotii. V. DEDO.
Deferre negotium. Cic. 1. Att.
Dejicere de negotio. Petron. cap. 56. Senec. Epist. 88.
Detineri negotiis, vel Distineri. Auct. ad Heren. lib. 4. 40.

Dare

Dare negotium, h. e. Committere. Cic. 6. Verr. 93. Et negotium datur Quæstoribus & Ædilibus, ut nocte vigiliam agerent ad ædes sacras.
Dare alicui de re aliqua. Cic. pro Domo 52. Nepos 7. 10. 4.
Dare & imperare quoddam negotium alicui. Cic. 6. Verr. 50.
Dimittere a negotio. Ulp. l. 69. ff. pro socio. V. Cujac. 4. Observ. 17.
Efficere negotium. Cic. 12. Fam.
Emergere ex negotiis. Cic. 5. Att. 10.
Exhibere alicui negotium, i. e. Molestiam. Cic. 1. de Nat. Deor. 86.
Expedire negotium. Cic. 13. Fam. 31.
Explicare negotium. Cic. 5. Att. 12.
Facessere negotium, Exhibere molestiam. Cic. 3. Fam. 10. Quum est allatum ad nos de temeritate eorum, qui tibi negotium facesserent, &c. Loquitur de Intentato crimine.
Facere negotium, Idem. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Facere negotium, pro Accusare. Ulpian. in l. Qui judicio. De accusat. Quive ob accusandum, negotiumve faciendum, pecuniam accepisse judicatus erit. Sic legit Budæus. Quædam tamen exemplaria, Facessendum negotium habent. V. infra Negotium pro Accusatione.
Fugere negotia. Cic. 13. Fam.
Gerere bene. Cic. pro Quint. 62. Eques Romanus locuples, sui negotii bene gerens. i. e. Cui res prospere succedunt.
Gliscentibus negotiis. Tacit. 11. Ann. 22.
Habere magna, ampla, & expedita negotia. Cic. 1. Fam. 3.
Habebat permagna negotia. Hor. 1. Serm. 7. 4.
Habe tuum negotium: nec quid res mea familiaris postulet, quam ego non curo, sed quid velim, existima. Cic 12. Att. 22. extr. Habe tuum negotium, i. e. Existima tuum esse negotium. Hæc res tibi curæ sit, item ut si tua res esset. Et lib. 13. 49. Habuit suum negotium Gallus, ut scribis. i. e. Hac de re ita laboravit, ut si res ipsius ageretur: Duxit suum negotium. *Il en a fait son propre fait.* Fam. 13. 43. Æque a te peto, ac si mea negotia essent.
Impediri negotiis. Cic. 2. Att. 1.
Impendet negotium. V. IMPENDEO.
Implicari negotiis contrahendis. V. IMPLICO.
Implicari molestiis operosisque. Cic. 1. de Nat. Deor. 62.
Imponere alicui negotium. Cic. 8. Fam. 8.
Influentia negotia. V. INFLUO.
Insenescere negotiis. Tacit. 4. Ann. 6.
Insistere negotium aliquod. V. INSISTO.
Instituere. V. INSTITUO.
Intendere se alienis. Tacit. 12. Ann. 7.
Interesse & præesse certis quibusdam. Cic. 1. Fam. 6.
Investire. V. INVESTO.
Legare alicui. V. LEGO.
Mandare negotium. Cic. 13. Fam. 26.
Maturare in MATURUS.
Mittere in. V. MITTO.
Negligere aliquod. V. NEGLIGO.
Objicere negotium. Plaut Curc. 2. 14.
Obire. V. OBEO.
Obrui negotiis. Cic. 2. Q. frat. 5.
Offerre se alienis, Sine mandato ea subire. Julianus in l. Si is qui. D de except. rei jud.
Perficere negotia. Cic. 10. Fam.
Præponere negotio. Cic. 13. Fam. 4.
Procurare negotia. Cic. 13. Fam. 43.
Recusare negotium. Cic 15. Fam. 2. extr.
Removere se a. Cic. pro Cluent. 43.
Subire. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Sum. ut, Est mihi negotium, quod barbari dicunt, *Habeo ad faciendum*. Plaut. Amph. 1. 1. 194. Ter. Adel. 4. 5. 8.
　　Itan? nam mirabar quid hic negotii esset tibi.
Est mihi negotium cum. Cic. 8. Fam. 8. Ut existimarent homines Pompeio cum Cæsare esse negotium. Nepos 24. 7. 1.
Negotii nihil est, pro Nihil est quod agam. Plaut. Aul. 2. 7. 7.
Suscipere, administrare, & conficere negotium. Cic. 13. Fam. 21.
Suscepit libens exsecutionem ejus negotii. Tacit. 3. Ann. 32.
Negotium sustinere. V. SUSTINEO.
Tractare negotia. Cic. Totum hoc negotium ita agas, ita tractes.
Trahunt me invisa negotia Romam. Hor. 1. Epist. 14. 17.
Transigere susceptum, Cic. pro Quint. 76.
Tueri negotium. Cic. 8. Att. 13.
Tument negotia. Cic. 14. Att. 4.
Videre negotia, pro Curare. Cic. Sed valebis, meaque negotia videbis.
Negotium sæpe pro Re vel Causa ponitur, ut χρῆμα Græcis.
Sed quid negotii est, quamobrem succenses mihi? Plaut. Capt. 3. 5. 22. i. e. Quid rei est, quare irasceris mihi?
Salsum. Cic. 16. Att. 12. De Ἡρακλείδῃ Varronis, negotia salsa. i. e. Facete scripsisti de Ἡρακλείδῃ Varronis. [i. e. Res salsa.
Ita negotium est. Plaut. Mil. 2. 6. 43. i. e. Ita oportet, Res ipsa exigit.
Negotium, pro Difficultate, ut
Plusculum negotii in aliquibus causis est. Cic. 2. de Orat. 99.
Habere negotii multum in re aliqua. Cic. 5. Fam. 6. Adhibui diligentiam, quoties Senatus fuit, ut adessem: plurimumque in eo negotii habui.
Oppugnabam oppidum Pindenissum tanto negotio, tantis opibus. Cic. 2. Fam. 9.
Nullum negotium est, quin occidam. Plaut. Capt. 3. 3. 10. h. e. Dubium non est quin, &c.
Negotii nihil est, pro Est facile. Cic. 2. de Fin. 54. Quam scilicet comprimere nihil est negotii.
Magnum negotium est navigare, atque id mense Quintili. Cic. 5. Att. 12.
Non sine negotio aliquid facere. Plin. lib. 21. cap. 10.
Nullo negotio, pro Facile. Cic. pro Rosc. Amer. 80. Tu hoc propter multitudinem sicariorum, nullo negotio facere potuisti. Idem 10. Att. 4. Jurabat ad summam, quod nullo negotio faceret, amicissimum mihi Cæsarem conf. Justin. 1. 7. 5. Cic. pro Rosc. Amer. 20. Quum pater hujusce Sext. Roscius, homo tam splendidus & gratiosus, nullo negotio sit occisus.
Recuperari aliquid posse nullo negotio. Cic. 10. Fam. 21.
Negotium, Cura, molestia, sollicitudo. Ter. prol. Andr. 2.
　　Id sibi negotii credidit solum dari,
　　Populo ut placerent, quas fecisset fabulas. Donatus, Negotium modo pro molestia, & cura, non labore.

Negotium, pro ὑπόθεσις. Quintil. lib. 3. cap. 5. extr. Negotium est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorum, sermonum, scriptorum & non scriptorum. Causam nunc intelligimus ὑπόθεσιν, negotium περίστασιν. Hæc Fabius. Peristasis, Latine Circumstantia dici potest.
Aliquando Litem, vel Accusationem denotat. V. JCtos. Tertull. ad Scap. extr. Quod aliud negotium patitur Christianus, nisi suæ sectæ? V. Facessere & Facere negotium supra.
Mercaturam etiam significat. ut, Bithyna & Cibyratica negotia. Hor. 1. Epist. 6. 33. Hinc Negotiari & negotiator, est Mercari & mercator. Enn. apud Gell. 19. 10.
　　Otio qui nescit uti plus negotii habet,
　　Quam cum est negotium in negotio. V. NEGOTIANS, Partic.
NEGOTIŎLUM, i. n. dimin. [πραγμάτιον] Cic. 3. Q. frat. 20. Erit nescio quid negotioli.
NEGOTIĀLIS, e. Adj. [πραγματικός] Ad negotium pertinens. Cic. 1. de Invent. 14. Hæc constitutio, quam generalem nominamus, partes nobis videtur duas habere, juridicialem, & negotialem. Idem 2. 62.
　Locus negotialis. Quintil. lib. 3. cap. 6. Idem lib. 2. cap. 21. Eique locum in ethice negotialem assignant, id est πραγματικόν.
NEGOTIŌSUS, a, um. Adj. [πολυπράγμων] Quod est negotiis plenum. Sallust. Catil. cap. 8. extr. Quia prudentissimus quisque negotiosus maxime erat.
　Cogitatio & actio negotiosa. Cels. lib. 4. cap. 24.
　Dies sacri, & Negotiosi, opponuntur. Tacit. 13. Ann. 41.
　Provincia negotiosa & molesta. Cic. pro Muren. 18. Habuit hic lege Titia provinciam tacitam & quietam: tu illam, cui quum Quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Hostiensem non tam gratiosam & illustrem quam negotiosam & molestam.
　Res negotiosæ, Difficilis. Plaut. Stich. 2, 3. 31.
　Tergum negotiosum, Cui facessitur negotium. Plaut. Mil. 2. 5. 37.
　Compar. Sen. de Ira, 2. 13. Quid ira laboriosius? Quid clementia remissius? Quid crudelitate negotiosius?
　Superl. Negotiosissimum opus. Augustin. Retract. 2. 18. Vir negotiosissimus. Idem Epist. 54.
NEGOTIOSĬTAS, ātis. f. Gell. 11. 16. πολυπραγμοσύνη.
NEGOTIOR, [ἐμπολάω, ἐμπορεύω, πραγματεύομαι, ἐμπορεύομαι] āri. Negotia exercere, & mercaturæ operam dare. Cic. 3. Off. 58. Quum se Syracusas otiandi (ut ipse dicere solebat) non negotiandi causa contulisset.
　Negotiari animas. Plin. lib. 29. cap. 1. Nec dubium est, omnes istos, famam novitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negotiari. i. e. Lucrum facere in occidendis hominibus. De medicis.
　Negotiari aliquo genere mercaturæ. Columel. in Præf. lib. 12.
NEGOTIANS, antis. Partic. Sueton. Aug. cap. 42. Aratores ac negotiantes. Petron. cap. 101. Familia negotiantis. Ubi Burm. p. 472. Negotiantes proprie Romæ dicti, qui per provincias fœnus exercerent, & merces undique coemptas, & præcipue annonam compo[illegible]rent.
NEGOTIĀTIO, ōnis. f. [ἐμπολή, ἐμπορία] Mercaturam significat. Cic. 6. Fam. 8. Ut ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare. Sueton. Vesp. cap. 16. Negotiationes quoque vel privato pudendas propalam exercuit.
　Negotiatio sagaria. Ulpian. l. 52. § 4 Dig.
　Negotiatio lignaria. Capitol. Pertin. cap. 1.
　Negotiatio est, non amicitia, quæ ad commodum accedit. Sen. Epist. 9.
NEGOTIĀTOR, ōris. m. [ἐμπολητής, πραγματευτής] Qui in negotiis se exercet. De aliorum Labeo in l. Legata servis. D. de legat. 3. Negotiatores servi videntur, qui præpositi sunt negotii exercendi causa: veluti qui ad emendum, aut locandum, aut conducendum præpositi sunt.
　Negotiator, Mercator. Cic. 5. Verr. 138. Qui plus existimet apud lectissimos Senatores pecuniam, quam apud tres negotiatores metum valere.
　Improbus negotiator, paulo cupidior publicanus. Cic. 1. Q. frat. 16.
　Mercis sordidæ. Quintil. lib. 1. cap. 12.
　Mancipiorum. Quintil lib. 5. cap. 12.
　Frumentarii negotiatores. l. 9. Dig. de vacat. & excus.
　Vestiarii negotiatores. Scævol. JCt. l. 45. Dig. de oper. lib.
　Negotiator magnarius. Apul. 1. Met. p. 104. Elmenh. conf. Magnarius, in MAGNUS, & Turneb. Advers. 27. 1. Hotoman. de Verb. jur. vel Lex. Pitisc.
NEGOTIATRIX, īcis. f. Paul. JCt. l. 32. § 4. de Auro. Cum testatrix negotiatrix fuerit. Tertull. advers. Marc. 2. 3. Bonitas apparituri boni negotiatrix.
NEGOTIĀTŌRIUS, a, um. Adj. [ἐμπορικός] ut, Naves negotiatoriæ. Vopisc. in Firm. & Saturn. cap. 3.
NEGOTĬNUMMIUS, a, um. Adj. Nummos acquirens, vel Nummi causa datus. Apul. Met. 10. p. 248. Elmenh. Non qualia in lupanari solent basiola jactari, vel meretricum poscinummia, vel adventorum negotinummia, sed pura atque sincera instruit.

N E H

NEHALLENNIA, æ. f. Dea navigantium. V. J. G. Keysler. Dissert. de Nehallennia, numine veterum Walachiorum, in Select. Antiq. Septentr. & Celt.

N E I

NĒIDES, um. f. pl. [νηίδες] Genus quoddam ferarum, quarum magna vis in Samo succreverat, quum incolis esset initio vidua, quarumque intolerandus audiebatur, velut barritus. Ex Cæl. lib. 21. cap. ult.
NEITH, Minerva, Ægyptiorum lingua. Arnob. lib. 4.

N E L

NĒLEUS, ei. m. [Νηλεύς] Rex fuit in Pylo, teste Homero in 11. Odyss. habuit uxorem Chlorim, ex qua genuit Nestorem, qui a poetis Neleides dicitur.
　Pascua herbosa Nelei. Ovid. 2. Met 690.
NELĒUS, a, um. [Νήλειος] ut, Pylos Nelea. Ovid. 6. Met. 418.
　　Et Nelea Pylos, nec adhuc Pitthea Trœzen. Idem 12. Met. 558.
　　　— Nelei sanguinis auctor,

NELEÏUS, a, um. aliud Adj. [Νηλήϊος] ut, Arva Neleïa. Ovid. 1. Epist. 63.

Nus Pylon, antiqui Neleïa Nestoris arva, Misimus.

NELĪDES, æ. m. [Νηλείδης] patronym. a Neleo Pyli rege & patre Nestoris formatum. Ovid. 12. Met. 553.

Bis sex Nelidæ fuimus conspecta juventus.

N E M

NEMA, NEMEN. V. neo.

NEMAUSUS, i. f. & NEMAUSUM, i. n. [Νέμαυσος] Galliæ Narbonensis civitas, Volcarum Arecomicorum metropolis, & omnium in eo tractu clarissima olim, quatuor enim & viginti vicos ejusdem nationis subditos habuit, virorum fortitudine excellentissimos, ut auctor est Strabo lib. 4. Vulgo *Nismes*. Plin. 3. 4. conf. Auson. Urb. 160. seu 13. 33. & Lex. Pitisc.

NEMAUSIENSIS, e. Adj. Plin. lib. 3. cap. 4. extr. Nemausiensibus attributa oppida.

NEMAUSIĂCUS, a, um. Adj. Idem. Theodulf. 1. Carm. 131.

Inde Nemausiacas sensim properamus ad arces.

NEMĔA, æ. f. [Νεμέα] Silva inter Cleonas & Phliuntem, in qua Argivi ob Herculis memoriam (qui leonem ibi occiderat) Nemea sacra celebrare consueverunt. Plin. lib. 19. cap. 8. de Apio, Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ. Hinc omnis regio Nemea dicitur. Virg. 8. Æn. 295.

— & vastum Nemeæ sub rupe leonem.

NEMĔE, es. f. Idem. Martial. lib. 1. 27.

Non Marathon taurum, Nemee frondosa leonem,

Arcas Mænalium non timuisset aprum. Sunt qui penultimam interdum etiam produci putent, citantes anapæsticum dimetrum Senecæ in Herc. Oeth. 1885.

Juga Spartes, Nemeæque fovent. Sed aliter in MSS. legitur.

Ager formidatus Nemees. Stat. 3 Silv. 1. 30.

Alumnus frondentis Nemees. Stat. 3 Silv. 3. 6. Intelligit Leonem, sidus cæleste.

Lucus Nemees Stat. 5. Silv. 3. 52.

NEMEÆUS, a, um. Adj. [Νεμεαῖος] ut,

Arma Nemeæa. Stat. 5. Silv. 2. 48.

Hiatus Nemeæus leonis. Lucret. lib. 5. 24.

Pellis. Ovid. 9. Epist. 61.

Vellus. Ovid. 9. Met. 235.

NEMEA, orum. n. pl. [Νέμεα] Sacra fuerunt Græciæ certamina, ita appellata a Nemea Peloponnesi silva, in qua fieri consueverunt in honorem Herculis, qui in ea silva leonem fertur occidisse: seu potius in honorem Archemori pueri, in ea silva a serpente occisi. Nemeorum victores apio coronabantur. V. Plin. 19. 8. & Lex. Pitisc.

Nemeorum meminit Liv. 27., 30. & 31. & 34. 41.

NEMERTĒS, is. f. [Νημερτής] Nympha marina, dicta quasi incorruptibilis

NEMESIĀNUS, i. m. Aurelius Olympius, Poeta Carthaginensis, scripsit Cynegeticon & Eclogas, quæ extant.

NEMĔSIS, is. f. [Νέμεσις] a νέμω distribuo, quod Bona & Mala dispenset: vel νεμεσάω irascor. Nomen cujusdam deæ, quæ facinorosos & delinquentes punire putabatur, ut ex Catullo & Ausonio licet intelligere. Insuper eadem fertur remuneratrix benefactorum, ut est apud Statium lib. 12. & Catull. 48 eo. ad Licinium. Hanc quidam Fortunam dixerunt, cui primus Adrastus rex templum ædificavit, unde & Adrastea dicta est. Ea quoque Rhamnusia dicitur, quod in Rhamnonte Asiæ oppido templum & simulacrum Phidiacum habuerit. Ovid. 3. Met. 406.

Dixerat, assensit precibus Rhamnusia justis. Ledam post mortem Nemesin factam scribit Lactant. 1. 21. V. Græv. Lect. Hesiod p. 77. & Spanhem. ad Callim. Dian. 232. & Broeckh. ad Tibull. 1. 6. 34. Nemesin præcipue putabant ultricem superborum. Macrob. 1. Saturn. cap 22. pr. Nemesis, quæ contra superbiam colitur, quid aliud est, quam Solis potestas? Cujus ista natura est, ut fulgentia obscuret, & conspectui auferat, quæque sunt in obscuro illuminet, offeratque conspectui. Plura de Nemesi copiosissime collegit Cæl. lib. 11. cap. 19.

Nemesis. Amica Tibulli, de qua ipse lib. 2. 3. 55.

Ut mea luxuria Nemesis fluat, utque per Urbem

Incedat donis conspicienda meis. Martial lib. 8. 73.

Fama est arguti Nemesis formosa Catulli.

NEMESIACI, orum. m. pl. Cod. Theod. 14. 7. 2. Superstitiosi homines ac divinatores. V. Gothofred. in loc.

NEMESTRĪNUS, i. m. Deus nemorum. Arnob. lib. 4. conf. Voss. de Idolol. 2. 60.

NĔMETES, um. m. pl. [Νέμητες] Germaniæ populi Galliæ tractum incolentes, circa Rhenum fluvium, ubi hodie est Spira urbs, inter Argentinam & Moguntiam sita. Meminit horum Cæs. 1. Bell. Gall. 52. & Plin. lib. 4 cap. 17.

NEMETOBRIGA, æ. f. [Νεμετόβριγα] Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ Tarraconensis urbs: vulgo *Val de nebro*.

NEMETURICI populi Alpini in tropæo Aug. memorantur apud Plin. 3. 20. s. 24. Hinc

NEMETURICUS, a, um. Adj. ut, Pix Nemeturica. Columel. lib. 12. cap 22. & 24.

NEMINIA, æ. f. Fons est in agro Reatino, vario ortu annonæ mutationem significans. Plin. lib. 2. cap. 103.

NĒMO, inis. c. [οὐδεὶς, μηδεὶς] Festus, Nemo compositum videtur ex Ne & Homo, quod firmatur magis, quia in persona semper ponitur, nec pluraliter formari solet: quia intelligitur pro nullo. V. Serv. infra in Nemo divûm. Ter. Eun. 3. 5. 13.

Salve, nemo est, quem ego magis nunc cuperem videre, quam te.

Nemo intus est. V. INTUS.

Nemo adhuc convenire me voluit, quin fuerim occupatus. Cic. de Senect. 32. Al. Voluit, cui.

Nemo est ex tanto numero, quin. Cic. pro Font. 5. Nemo est ex tanto numero, quin hunc optime de provincia, de imperio, de sociis, & civibus meritum esse arbitretur.

Nemo, Nullius pretii homo. Cic. 7. Att. 3. Sed me moverat nemo magis, quam is, quem tu neminem putas.

Nemo homo, pro Nemo omnino, Pleonasmo. Ter. Eunuch. 3. 5. 2.

Nunquis hic est? nemo est: nunquis hinc me sequitur? nemo homo est? Cic. 15. Fam. 10. Frater tuus quanti me faciat, semperque fecerit, esse hominem, qui ignoret, arbitror neminem.

Nemo hominum, pro Nemo omnium. Ter. Eun 4. 6. 19.

Ego formidolosus? nemo est hominum, qui vivat, minus.

Nemo mortalium. Plin. 7. 40.

Nemo omnium. Cic. 1. Tusc. 30. Nemo omnium tam sit immanis, cujus mentem non imbuerit deorum opinio.

Omnium hominum neminem facio pluris. Cic. 8. Att. 2.

Nemo a nostris. Cic. 1. de Fin. 11. Quod & scripta multa sunt, sic ut plura nemini e nostris.

Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. Virg. 5. Æn. 305.

Nemo fugam in se convertitor. Plaut. Amph. 1. 1. 83.

Sed fugam in se nemo tamen convertitur. Poetice dictum, pro Fugam in se nemo conversam inclinatamque habet: ut, Nuda genu, & Lacrymis oculos suffusa nitentes. Turnebus.

Nemo hoc nescit: nemo tuorum amicorum, nemo abs te interrogatus, nunc se primum hoc dicet audire. Cic. 5. Verr. 63.

Non nemo, pro Aliqui, vel nonnulli. Cic. pro Muren 84. Non nemo etiam in illo sacrario Reip. in ipsa, inquam curia, non nemo hostis est.

Nemo quisquam. Ter. Hec. 1. 1. 10. Nemo illorum quisquam, scito, ad te venit, &c. [Ut Nullus ullus. H. St.

Unus nemo. Auctor ad Heren. lib. 4. 9. Si quis velit artem demonstrare nihil prodesse ad dicendum, non male utatur hoc adjumento, quod unus omnes artis partes consequi nemo potuerit.

Nemo unus. Cæs. de Bell Civ. 3. 18. pr. Eo mortuo, ad neminem unum summa imperii redit. Liv. ab Urbe cond. Quia nemo unus satis dignus regno visus est.

Nemo unus vir. Liv. 9. 16. extr. Haud dubie illa ætate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana staret.

Auctorem neminem unum sequar. Plin. 3. 1.

Nemo, pro Ullus. Cic. 9 Fam. 14. Contingit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa severitas animadversionis, non modo non invidiosa, sed etiam popularis esset.

Nemo non. Cic. de Amicit 99. Aperte enim adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. Nepos 25. 10. 1.

Neminis, pro Nullius. Plaut. Capt. 3. 5. 106.

— neminis

Misereri certum est, quia mei miseret neminem. Nonius c. 575.

Neminis etiam genitivo usus est Cato, inquit Fest. quum dixit, Sunt multi corde, quos miseret neminis.

Ut nemo, non lingua, non manu, promptior in civitate haberetur, pro Nemo, aut lingua, aut manu. Liv. 3. 11.

Non nemo, pro Nemo non, Omnes. Plin lib. 14. cap 4. Pastinatis de integro vineis, cura Stheneli, dum agricolam imitatur, ad vix credibile miraculum perduxit, intra octavum annum CCCC nummûm emptori addicta pendente vindemia. Cucurritque non nemo ad spectandam uvarum in iis vineis strues. Emendati codd. præferunt. Nemo non.

Nemo divûm. Virg. 9. Æn. 6. Servius, Nemo pro nullus posuit: & est Acyrologia. Nam divûm nemo, non possumus dicere: quum proprie Nemo sit, Nec homo

Nemo, de Feminis dictum. Ter. And. 3. 2. 26.

Hoc ego scio unum, neminem peperisse hic. Plaut. Merc. 3. 1. 22.

Diem neminem, pro Nullum. Prudent. Rom. 744.

NEMORALIS, NEMORENSIS, NEMOROSUS. V. NEMUS.

NEMOSSOS, i. f. Metropolis Arvernorum. Lucan. 1. 419. Sed cod emend. habent Rure Nemetis; Straboni vero Νεμωσσὸς dicitur, nisi error est.

NEMPE, [μέντοι, μέντοι] Adv. confirmantis: quod aliquando cum interrogatione ponitur, aliquando sine interrogatione.

Cum interrogatione. ut Plaut. Nempe ergo in somnis Cic. 5. Tusc. 12. Nempe negas ad beate vivendum satis esse virtutem? AT. prorsus nego.

Sine interrogatione. Ter. And. 2. 3. 13.

Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem,

Ducas volo hodie uxorem. tu ducam inquies. Cic. in Partit. 33.

Nempe ea sequuntur, quæ ad faciendam fidem pertinent.

Nempe de tuo. Plaut. Trin. 2. 2. 47.

Bene volo ego illi facere, si tu non abnuis. P. nempe de tuo.

L. De meo.

Nempe in foro. Plaut. Asin. 1. 1. 104.

Audin' tu? apud Archibulum ego ero argentarium.

L. Nempe in foro. D. ibi; si quid opus fuerit. L. meminero.

Nempe ad. Ter. Phorm. 2. 1. 80.

Recta vis equidem illuc. G. nempe ad Pamphilam.

Nempe, Responsio. Ter. And. 5. 4. 47.

Nisi quid pater aliud ait. P. nempe. s. scilicet. [Nisi interrogatio est.

Nempe ut modo. Ter. And. 3. 5. 11.

— at jam expediam. P. expedies? D. certe Pamphile.

P. Nempe ut modo. D. immo melius spero. V. Vallam 2. 12.

Nempe, vim respondendi elegantem habet post nostram ipsorum interrogationem. Cic. 10. Philip. 6. Legiones abducis a Bruto. quas? nempe illas, quas ille ab Antonii scelere avertit.

Scimus nempe, hæremus nihilominus. Cic 9. Att. 18. Sed tu omnia qui consilia differebas in id tempus, quum sciremus quæ Brundusii acta essent: scimus nempe: hæremus nihilominus.

Scio jam quid velis, nempe me hinc abire vis. Plaut. Merc. 4. 4. 36. Cic. 4. Philip. 8. A quo defenderis? nempe ab hoste.

Nempe enim. Plin. 3. Epist. 16. Arria milites orabat, ut simul imponeretur. Nempe enim, inquit, daturi estis Consulari viro servulos aliquos, &c.

Nempe ergo. Ter. Andr. 1. 2. 21.

Nempe ergo aperte vis quæ restant me loqui. D. sane quidem.

NEMUS, ŏris. n. [Νέμος] Locus in Aricino agro, ubi Cæsarum villa Nemorensis. Cic. 1. Att. 4. L. Cæsar, ut veniam ad se rogat, in Nemus.

NĔMUS, ŏris. n. [νάπος, ἄλσος, νέμος] proprie dicitur, Quod voluptatis causa comparatum est, & plenum amœnitatis. ἀπὸ τοῦ νέμω, pasco, quod in eo greges atque armenta depasci soleant. Quintil. lib. 10. cap. 3. Non audiendi qui credunt aptissima in hoc nemora, silvasque. Festus, Nemora significant silvas amœnas. Differt, auctore Valla, a Silva, quæ cædua est: a Luco, qui religiosus est: a Saltu, in quo jumenta pascuntur.

Præ-

Prærupti nemoris dorsum. Hor. 2. Serm. 6. 91.
Recessus nemorum. Lucan. lib. 5. 125.
Saltus. Virg. 6. Ecl. 57.
Strages. Sil. lib. 3. 205.
Fortunatorum amœna vireta. Virg. 6. Æn. 639.
Studiosus nemorum. Ovid. 7. Met. 675.
Virgo nemorum custos, Diana. Hor. 3. Carm. 22. 1.
Alta. Virg. 3. Georg. 393.
Arcanum. Valer. 2. Argon. 599.
Ardua. Valer. 1. Argon. 664.
Argutum. Virg. 8. Ecl. 22. V. ARGUTUS.
Atrum horrenti umbra. Virg. 1. Æn. 165. V. ATER.
Avia. Lucret. lib. 2. 144.
Densum arboribus. Ovid. 6. Fast. 9.
Excelsum. Senec. Troad. 3. 3.
Ferrugineum. Stat. 2. Theb. 13.
Fœdum. Stat. 4. Silv. 3. 126.
Frondiferum. Lucret. lib. 2. 359.
Gelidum. Hor. 1. Carm. 1. 30.
Nigrum. Virg. 3. Georg. 334.
Obscurum. Senec. Theb. 1.
Odoratum lauri. Virg. 6. Æn. 658.
Opacum, V. OPACUS.
Seclusum in valle reducta. Virg. 6. Æn. 704.
Sublime. Lucan. lib. 3. 86.
Vacuum. Hor. 3. Carm. 25. 13.
Vetustum. Juven. 15. Sat. 152.
Umbriferum. Virg. 6. Æn. 273.
Umbrosum. Ovid. 7. Met. 75.
Accubat nemus sacra umbra. Virg. 3. Georg. 334.
　　— aut sicubi nigrum
　Ilicibus crebris sacra nemus accubat umbra. Accubare nemus sacra dixit umbra, quum umbra potius sacra accubet in nemore, ac sub arboribus jaceat, ut & ante loquutus est,
　Speluncæque tegant, & saxea procubet umbra. Turnebus.
Nemus quod nulla ceciderat ætas. Ovid. 2. Met. 418.
Commovent multos nemora & silvæ. Cic. 1. de Divin. 114.
Congesto nemore acervans aggerem. Senec. Herc. fur. 13.
Curvare succisum. Lucan. lib. 4. 138.
Evertere ignava. Virg. 2. Georg. 208.
Gravescit fœtu. Virg. 2. Georg. 429.
Insonuit vento. Ovid. 2. Fast. 467.
Involvit totum flammis. Virg. 2. Georg. 308.
Peragrat agros & nemora Mater deum. Cic. de Arusp. Resp. 24.
Peredit flamma. Stat. 6. Theb. 110.
Plangunt ingenti vento. Virg. 1. Georg. 334.
Vernat nemus. Senec. Herc. OEth. 4.
Violare securi. Ovid. 8. Met. 741.
Virebit omne nemus. Virg. 7. Ecl. 59.
Nemus, Romani appellabant in Aricino agro locum Dianæ sacrum. Auctor Strabo. Proinde quod lib. 6. Att. 1. extr. scribitur, Putat enim suos nummos vos comedisse, Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore: reponendum est, in Nemore ædificando, vel in Nemorensi ædificando, præsertim quum constet illic Cæsarem sumptuosissime villam ædificasse: qua de re ita scribit Suet. in vita Jul. Cæs. 46. Villam in Nemorensi a fundamento inchoatam, magnoque sumptu absolutam, quia non tota ad animum ei respondebat, totam diruisse, quanquam tenuem adhuc & obæratum. Monuit Turnebus. conf. Salmas. ad Solin. p. 48.

NEMORALIS, e. Adj. [νέμιος] Quod ad nemus pertinet. Martial. lib. 13. 19.
　Mittit præcipuos nemoralis Aricia porcos. h. e. Quæ circum ipsa est nemora, vel Quæ nemoribus circumsepta est.
Antrum nemorale, i. e. Nemoribus tectum. Ovid. 3. Met. 157.
Sedes. Ovid. 2. Amor. 6. 57.
Stagnum nemorale, Inter nemora positum. Ovid. 14. Met. 331. al. Regnum.
Templum Dianæ. Ovid. 1. de Arte Am. 259.
Vellera per silvas Seres nemoralia carpunt. Avien. Orbis Descript. 936.
Umbræ. Ovid. 3. Amor. 1. 5.

NEMORENSIS, e. Adj. Idem. [νεμέιος] ut, Nemorense mel. Columel. lib. 9. cap. 4. Sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorense, quod ex sparto atque arbuto provenit.
Nemorensis rex, qui Dianæ Aricinæ sacrificiis præerat. Suet. Calig. cap. 35. conf. Propert. 3. 21. 30. conf. in NEMUS extr.

NEMOROSUS, a, um. Adj. [ὑλώδης, ὑλήεις, δενδρήεις] ut, Nemorosus collis. Plin. 8. Epist. 8. Modicus collis adsurgit, antiqua cupressu nemorosus & opacus. i. e. Plenus vel abundans cupresso.
Juga. Juven. 3. Sat. 191.
Locus. Ovid. 16. Epist. 53.
Montes. Ovid. 3. de Arte Am. 427. conf. Plin. 35. 11.
Silvæ. Ovid. 10. Met. 687.
Zacynthos. Virg. 3. Æn. 270.

NEMORIVAGUS, a, um. Adj. [ὁ κατ' ὕλην πλανώμενος, ὑλονόμος] ut, Aper nemorivagus. Catull. de Berecynth. 61. 72.

NEMUT, ut ait Festus, verbum antiquum, significat Nisi, etiam, vel nempe.

N E N

NENIA, æ. f. V. NÆNIA.

NENU, vel NANUM, pro Non, antiquum. Lucil. lib. 30. apud Non. 2. 580.
　Sed tamen hoc dicas quid est, si nenum molestum est. Varr. Epist. ad Fusium, Si hodie nenum venis, cras quidem si veneris, dies est natalis fortis Fortunæ. Perottus Noenon legit. Mercer. Nœnum.
Nenu potest. Lucret. lib. 3. 200.
　　At contra lapidum conjectum, spiclorumque
　　Nenu potest. Idem lib. 4. 716.
　　Nenu queunt rapidi contra constare leones.
Gallicum *Nenny*, pro Non, ex Nenu. H. St. Nunc effertur *Nenl*.

N E O

NEO, nevi, netum, [νέω, νήθω] nere. Filum torquere, quod proprium mulierum est. Justin. lib. 1. 3. 2. Invenit eum inter scortorum greges purpuram colu nentem. Plin. lib. 33. cap. 3. Superque omnia netur ac texitur lanæ modo, & sine lana.
Lanas nere. Ovid. 3. Epist. Sabin. 44.
Deæ nerunt fortia fila. Ovid. 1. de Pont. 8. 64.
Assiduo durum pollice nebat opus. Ovid. de Medic. faciei, 14.
Stamina nevit. Ovid. 2. Fast. 771.
Parcæ nentes fatalia stamina. Tibul. lib. 1. 7. 1.
Donum quod nostræ nevere manus. Sil. lib. 7. 81.

NEO, tertiæ conj. Idem. Tibull, lib. 3. 3. extr.
　　Aut si fata negant reditum, tristesque sorores,
　　　Stamina quæ ducunt, quæque futura neunt. Sic Scaliger legebat, sed Canunt reposuit Heins. V. not. Brœckh.

NEMA, ătis. n. [νῆμα] Filum. ut, Nema sericum. l. 6. §. 7. ff. de publican. V. Salmas. de Pallio p. 225. Græcum est.

NEMEN, inis. n. Idem. Antiqu. Inscript.

NETUS, a, um. Partic. ut, Lana neta. Ulpian. in l. Sicut lana. D. de legat. 3. Corippus de laudibus Justiniani Aug. 1. 15.
　　Justinianorum series ubi tota laborum
　　Neto auro insignita fuit, gemmisque corusca. V. Voss. de Analog. 3. 24.

NETUS, ûs. m. Filamen. Mart. Capell. lib. 2. Ex candentis byssi netibus.

NETRINA, æ. f. In textrina aut netrina pollicis præcipuum opus. Barth. ad Stat. 11. Theb. 401.

NEOBULE, es. f. [Νεοβούλη] Lycambis filia, quæ quod Archilocho poëtæ promissa negaretur, Iambis insectari cœpit Lycambem Archilochus. V. ARCHILOCHUS.
Neobole, Hebri adolescentis Liparei amore capta, ad quam scribit Hor. 3. Carm. 12. 6.
　　Studium aufert, Neobole, Liparei nitor Hebri. Dicitur a νέος novus, & βῶλος gleba. [Al. rectius Neobule, Νεοβούλη, ut Εὐβούλη.

NEOCÆSAREA, æ. f. [Νεοκαισάρεια] Urbs Cappadociæ, quam Lycus amnis præterfluit. Plin. lib. 6. cap. 3. V. Spanh. de us. & pr. Num. Diss. 9.

NEOCLES, is. m. [Νεοκλῆς] Philosophus Atheniensis, frater Epicuri, scripsit de secta sua, teste Suid. Diogenes Laertius & Cic. lib. 1. de Nat. Deor. 72. Neoclem faciunt Epicuri patrem.
Alius Themistoclis pater, de quo Ælian. Var. Hist. 2. 12. unde

NEOCLIDES, æ. m. [Νεοκλείδης] Themistocles. Ovid. 1. Pont. 3. 69.

NEOCORUS, i. m. [νεωκόρος] Latine Æditvus. Firmic. lib. 3. cap. 7. Erunt etiam ipsi prophetæ, neocori, aut præpositi templis ac religionibus. Idem lib. 4. cap. 7. Luna facit neocoros, aut prophetas, vel sacerdotum principes. De Sacerdotibus & urbibus neocoris apud Græcos V. Ant. Vandale Diss. 4. conf. Lex. Pitisc.

NEODUNUM, i. n. [Νοιόδουνον] Ptolemæo lib. 2. cap. 8. Galliæ Lugdunensis civitas, vulgo *Leondul*. [Scribitur rectius Nœodunum, Noviodunum Cæsari.

NEOMENIA, æ. f. [Νεομηνία] Novilunium. V. Isidor. 6. 8. Prov. Ad neomenias Latinas. i. e. Nunquam. Hieron. V. Novarini Adag. Eccl. tom. 2. Tertull. de Idol. cap. 14. & adv. Marc. 1. 20.

NEOPHYTUS, i. m. [νεόφυτος] Novellus, quasi νέον φυτὸν, id est novum germen. In sacris litteris 1. Tim. 3. 6. dicitur, Qui nuper ad fidem accessit, quasi nuper insitus. Isidor. 7. 4. Tertull. l. c. & Præscript. cap. 14.

NEOPTOLEMUS, i. m. [Νεοπτόλεμος] Novus miles. Virg. 2. Æn. 263.
　　Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon. Ubi Servius, Neoptolemus, quia ad bellum ductus est puer. Sic autem dictus est filius Achillis ex Deidamia, alio nomine Pyrrhus a qualitate capillorum vocitatus. De hoc Cic. de Amicit. 75. Nec enim Neoptolemus Trojam capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrimis iter suum impedientem, audire voluisset.
Furens cæde. Virg. 2. Æn. 499.
Neoptolemi vindicta; Ubi quis idem patitur quod in alios fecit. V. Chiliad.
Neoptolemus alius, Rex Molossorum, pater Olympiadis, quæ genuit Alexandrum. Justin. 7. 6. 10.
Alius, Socius Eumenis. V. Justin. 13. 6. 15. Nepos. 18. 4. 1.
Alius Tragœdus. V. Suet. Calig. cap. 57. conf. Torrent.

NEORIS, Iberiæ oppidum insigne, juxta Harmastim fluvium, soli memoratum Plinio 6. 10.

NEOSSOTROPHEUM, i. n. [νεοσσοτροφεῖον] Varro R. R. 3. 11. V. NESSOTROPHIUM.

NEOTERICUS, a, um. [νεωτερικὸς] Recentior; νεώτερον recentiorem dicunt Græci. Aur. Vict. de Orig. gent. Rom. pr. Ut quisquam neotericorum asseveravit. Claud. Mamert. de Anima, 1. 3. Neotericus scriptor.
Neoterici scriptores. Neotericus e Diomede usus puto Mur. in Catull. p. 851. Οἰόμενος ἀσεβεῖν τε καὶ νεωτερικὸν εἶναι τὸν παρ' ἡμῖν χρόνον. Theophilus ad Autolycum lib. 3. pr. H. St. Desiderabatur in Lugd.

NEOTERICE, [νεωτερικῶς] Adv. Ascon. Pedian. in Cic. Divin. 15. Hoc quidam leviter a Cicerone dictum & neoterice putant. [i.e. νεωτερικῶς.

NEOTICHITÆ, arum. m. pl. [Νεοτειχῖται] Æolidis populi sunt, quorum urbs Νέον τεῖχος, hoc est nova mœnia, commemoratur a Stephano.

N E P

NEPA, æ. f. vel NEPA, es. more Græco, [σκορπίος] Scorpium significat. Cic 5. de Fin. 42. Serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas, cornibus uti videamus boves, nepas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad vivendum ducem. Plaut. Casin. 2. 8. 7.
　　Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam,
　　Captandus est horum clanculum sermo mihi.
Festus, Nepa Afrorum lingua, sidus quod Cancer appellatur, vel ut quidam volunt, Scorpius. Columel. lib. 11. cap. 2. Idibus Martii Nepa incipit occidere: significat tempestates. Cic. 2. de Nat. Deor. 109. Et in Arato, 438.
　　Quare cum magnis sese Nepa lucibus effert. conf. Manil. 2. 32. & 4. 356.
Vide in NEPOS quæ adscripsi. H. St.

NEPENTHES, is. n. [νηπενθὲς] Herba est. Plin. lib. 25. cap. 2. de Homero loquens,

loquens, Herbas certe Ægyptias a regis uxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud nepenthes, oblivionem tristitiæ, veniamque afferens, & ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum. Hactenus ille. Unde pharmacum illud, quod Helena Telemacho confecit, Odysseæ 4. Homerus appellat νηπενθὲς, quasi ἄλυπον. Quidam eandem cum buglossa suspicantur, propterea quod vino injecta hilaritatem inducit, teste Galeno. Cui subscribit Plin. lib. 25. cap. 8. Nomen habet a νη privatoria particula, & πένθος luctus. Idem Plin. lib. 21. cap. 21. de helenio herba, Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potæ in vino, eumque quem habuerit nepenthes illud prædicatum ab Homero, quod tristitia omnis aboleatur. V. Macrob. 7. Saturn. cap. 1. Budæum in posterioribus annotationibus, Cælium lib. 19. cap. 3. & lib. 26. cap. 25.

NEPESINI, V. NEPETA.

NĔPĔTĂ, sive NEPĪTA, æ. f. [καλαμίνθη] Herba quæ *pulegium agreste* vulgo dicitur. Columel. 5. 7. At si molesta pituita est, cunilæ bubulæ, vel nepetæ silvestris surculi lana involuti naribus inseruntur. Plin. lib. 20. cap. 14. Item pulegio est nepetæque societas. Nonnulli existimaverunt eam esse herbam, quam Dioscorides vocat Galliopsin, quum tamen non sit. Quin potius est ex Dioscoride tertia calaminthes species. V. Macer. 1. 5. & Seren. 420. & 503.

NEPETA, æ. f. [Νέπιτα] Tuscorum urbs Ptolemæo lib. 3. cap. 1. hodie *Nepi*. NEPET, ut vult Sigon. Liv. 6. 9. Nepe Paterc. 1. 14. conf. Lex. Pitisc. Hinc

NEPESINI, orum. m. pl. Liv. 6. 10.

NĒPHĀLIA. orum. n. pl. [Νηφάλια] Festa erant in quibus non vinum, sed aqua mulsa libabatur, & sobriorum festivitatea erant. V. Suid. Jul. Polluc. 6. 3. & Athen. 15. 20.
Nephalia, Ligna vocabantur, quæ vitiginea non forent, nec ficulna, aut myrtea. Illa enim œnispa dicuntur, aut œnosponda, ut quæ urerentur, ubi non vinum, sed aqua prolibaretur. Tradit Philocorus thymi lignum proprie nephalium vocari, quo usi primum in sacris igne factis veteres feruntur. V. Cæl. lib. 7. cap. 16.

NĔPHĔLE, es. f. [Νεφέλη] Uxor Athamantis, & mater Phryxi & Helles. unde Ovid. 11. Met. 195. Nepheleidos Helles dixit. conf. Auson. Edyll. 3. 187. Νεφέλη interpretatur nubes, nebula, aer densus. νεφέλιον nubecula.

NEPHELÆUS, a, um. Adj. [Νεφελαῖος] ut, Pecus Nephelæum, Aries qui Phryxum & Hellen per mare vexit. Valer. 1. Argon. 56.

NEPHELĒIS. ĭdos. f. patron. [Νεφεληΐς] V. in NEPHELE.

NEPHELION, i. n. [νεφέλιον] eadem herba quæ Personacia. Apul. de Herb. cap. 36.

NEPHRITIS, ĭdis. f. [νεφρῖτις] Renum morbus dicitur, sæpe lapide magnitudinis visendæ, vel in renum altero, vel in ureteris, inorto impactoque, a quo provenit colico haud absimilis dolor. Sic Cæl. lib. 4. cap. 20. Isidor. 4. 7.

NEPITA, V. supra NEPETA.

NĔPOS, ōtis. m. [υἱωνός, ἔγγονος] Qui ex filio filiave natus est: quod natus sit post patri, quam filius, ut ait Festus. Alii etymologi deducunt a Græco νέπος, νεόδος, qua voce nepotes interdum significari docet Casaub. cap. 28. Lect. Theocr. p. 127. Cic. 7. Verr. 137. Tu inter hujusmodi mulieres prætextatum tuum filium, nepotem meum collocavisti.
Quidam putant, Nepotem proprie esse, qui ex Filio, filiave, non qui ex Sorore natus est. Unde apud Cic. Nepos & Avus correlata, itidemque Neptis & Avia apud Plin. Secundum Epist. 16. libri 3. Idem Epist. 4. libri 4. dicit initio, Est ei filius sororis. Verum alii Ex sorore nepos dicunt, quidam vero Nepos simpliciter. (ex quibus esse putatur Soetonius) H. St. Novissima quædam verba cultro resecta fuerunt. Absolute autem Suetonius nusquam posuit, sed in Cæs. 83. Sororum nepotes, & in Aug. 94. Sororis nepotem. V. paulo infra.
Ex filia nepos. Cic. de Clar. Orat. 263.
Ex filio nepos. Scævol. in l. Titia. D. de inoffic. test.
Nepos & Avus, correlativa. Cic. pro Dejot. 2. Qui nepos avum in discrimen capitis adduxerit.
Parvus Virg. 2. Æn. 320.
Sororis nepos, h. e. Nepos ex sorore. Tacit. 3. Ann. 30. & Germ. cap. 20. Nepos ex fratre. Ovid. 3. de Ponto 3. 62.
Cæsar, ab Ænea qui tibi fratre nepos. V. Facciolat. Diss. de Nep. & Lex. Pitisc. & quæ paulo supra.
Nepos, inquit Nonius 3. 147. dici & femina potest, Ennio auctore, quæ nunc Neptis dicitur; Ilia dia nepos, quas ærumnas tetulisti?
Nepotes, Posteri etiam vocantur. Virg. 6. Æn. 682.
Forte recensebat numerum, carosque nepotes. i. e. Posteros ac descendentes. Virg. 9. Ecl. 50.
Insere, Daphni, piros, carpent tua poma nepotes.
Nepotes, [ἄσωτοι] appellantur Consumptores, a scurpione sive nepa, quæ (ut ait Plin. lib. 11. cap. 25.) devorat omnes fœtus suos, uno solum salvo. Sive dicuntur, Luxuriosæ vitæ homines, quod non magis iis rei suæ familiaris cura est, quam iis quibus pater & avus vivunt. Paulus in Epitome Festi. Hor. 1. Serm. 4. 49. conf. Casaub. ad Pers. Sat. 6. Comment. p. 508.
Vincit enim stultos ratio insanire nepotes. Cic. pro Quint. 40. Quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa jam, sed abundante pecunia, sic dissolutus fuisset, ut fuit Sext. Nævius?
Nepos, Luxuriosus & prodigus. Fortassis inde hoc nomen hanc significationem habet secundariam, quod nepotes ab avis domi suæ delicate enutriti, soleant postea lascivire, & bona patris prodige dilapidare: vel a Nepa serpente, qui omnes devorat natos præter unum, qui latenter in setis dorsi matris evadit. Comm. Horatii a Cruquio editus. p. 250. in fine. Credibile est priorem illam rationem debere apud nos valere, ut dicuntur vice versa Patrui. H. St.
Nepos in patrimonio suo. Cic. 1. pro Lege Agr. 2. Videte nunc proximo capite, ut impurus heluo turbet Remp. ut a majoribus nostris possessiones relictas disperdat & dissipet: ut sit non minus in Pop. Rom. patrimonio nepos, quam in suo. Ibid. 47. Ut in rebus suis, ita in Rep. luxuriosus nepos, qui, &c.
Discinctus nepos. Hor. Epod. 1. 32.
Luxuriosi atque nepotes. Lactant. 3. 22.
Nepos aliquando Cognomen contumeliæ fuit a prodigalitate, ut de Q. Metello collega P. Lentuli cos. scribit Valerius. unde lusit Cic. 6. Att. 2. Sumptu jam Nepos evasit Scaptius. Patrem tamen Metelli, eum qui cum T. Didio cos. fuit, Q. Metellum Nepotem vocant etiam Capitolini scriptores. Nepotem autem eum dictum, quasi Q. Metelli Macedonici nepotem, significat in Cornelianam pr. Pædianus. Ex Sigon. [V. Valer. Max. 9. 1. 5. de Luxuria Q. Metelli, & de Cognomine 9. 14. 4.
Transiit in vulgare plurium cognomen, ut celebris ille Scriptor Cornelius Nepos.
Herennius Nepos. Spartian. Sever. cap. 13.
Licinius Nepos. Plin. Epist. 6. 5.
Q. Metellus Nepos. Cic. Prov. Cons. 22. & Post red. ad Quir. 6.
Platorius Nepos. Spartian. Adrian. cap. 4.
Nepos. De genere mularum. Columel. lib. 6. cap. 37. Ejusmodi admissarius onager nepotibus magis, quam filiis utilior.
Nepotes, in Vite. Columel. lib. 4. cap. 6. Idem tamen sarmentum, quod in materiam summittimus, ab imo usque in tres pedes, & semissem pampinabimus, & omnes ejus intra id spatium nepotes enatos decerpemus. Ibid. cap. 24. Jam vero ipsos palmites, quos vindemiæ præparamus, claviculis ac nepotibus liberandos magnopere censeo. Virg. 2. Georg. 58. [Si modo huc pertinet.

NEPŌTŬLUS, i. m. dimin. [ἐγγόνιον] Plaut. Mil. 5. 20.
Si te salvum hinc mittimus ire Venerium nepotulum.

NEPTIS, is. f. [υἱωνή] Cic. 1. de Clar. Orat. 2. Ergo illam patris elegantia tinctam vidimus: & filias ejus Mucias ambas, quarum sermo mihi fuit notus: & neptes Licinias. Plin. lib. 7. cap. 45. Corn. Nepos 25. 9. 4.
Neptis & Avia correl. vide in NEPOS.
Arbitrium neptis habebat avus. Ovid. 8. Epist. 32.

NEPTICŬLA, æ. f. dimin. Symmach. 6. Epist. 32. Nepticulæ meæ Gallæ infirmitas.

NEPŌTĀLIS, e. Adj. ut, Luxus nepotalis, i. e. Immodica profusio victus & prodigentia. Nepos enim, Prodigus dicitur. Apul. lib 2 Met. pr. Ammian. 31. 13. In nepotali mensa lodicris crepantibus diu discumbens.

NEPŌTĪNUS, a, um. Adj. [ἀσωτικὸς] Suet. Calig. cap. 37. Nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superavit. h. e. Luxuriosis & immodicis impensarum profusionibus. Sunt qui non legant Nepotinis, sed Nepotatus, casu genitivo. Ita Beroald. & Torr.

NEPŌTOR, [ἀσωτεύομαι] āri. Luxuriose & prodige vivere. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 15. Veto liberalitatem nepotari. i. e. Beneficium non dandum est ei qui nequiter profusurus sit. Tertull. Apol. cap. 46. Aristippus in purpura sub magna gravitatis superficie nepotatur.

NEPOTĀTUS, ûs. m. [ἀσωτισμοὶ] Afranius, Scurrilitate ac nepotatu nobilis. Plin. lib. 14. cap. 4. extr. Raro quippe adhuc fuere, nec nisi in nepotatu, singulis testis millia nummûm. Gloss. Vet. Nepotatus ἀσωτία.

NEPTŪNUS, [Ποσειδῶν, Ποσειδάων] Saturni & Opis filius, Frater Jovis & Plutonis, maris deus: dictus est a nando, mutatis litteris primis, ut ait Cic. 2. de Nat. Deor. 66. Vel ut Varroni placet, lib. 4. de L. L. 10. quod ut cælum nubes, ita mare terras obnubat, a nuptu, id est opertione conf. Voss. 4. Inst. Orat. p. 135. A νίπτω deducit Scaliger; ut a verto, inquit Vertumnus, ita a νίπτω Neptunus est. Isidor. 8. 11. Neptunus quasi nubitonans. Alii Tuscum volunt esse Neptunum, ut Volcanum. V. Lex. Martin.
Pro Mari frequentissime ponitur. ut,
Corpus acerbum Neptuni. Lucret. lib. 2. 471. i. e. Mare acerbum.
Credere se Neptuno. V. CREDO.
Ægæus Neptunus. Virg. 3. Æn. 74.
Nereidum matri, & Neptuno Ægæo. Ægæus autem appellatur, inquit Turneb. 3. 10. quod magna veneratione Ægis, quod oppidum est Eubœæ, coleretur. Ejus rei locuples testis est Homerus, quum scribit Iliad. ν. 20. de Neptuno,
— τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο τέκμωρ
Αἰγὰς, ἔνθα δέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης,
Χρύσεα, μαρμαίροντα τετεύχαται ἄφθιτα αἰεί. conf. Dempster. in Rosin. p. 342. & 632. & Reines. Ep. p. 174. & 301.
Uterque Neptunus. Catull. de Sirmione, 32. 3.
— quascunque in liquentibus stagnis
Marique salso fert uterque Neptunus. Quæsitum qui sit Uterque Neptunus: ac probabilis eorum esse videtur sententia, qui mare superum & inferum, quibus Italia cingitur, interpretantur. Verius tamen fortasse videri potest, quum significet Neptunus eam vim, quæ humori præest, ut utrumque Neptunum intelligamus & eum qui dulcibus, & eum qui salsis aquis imperat. Sic enim Sirmio insulis & peninsulis omnibus maris, & fluminum, & lacuum anteponetur. Huic expositioni favent Catulli verba, qui & liquentium stagnorum, & maris mentionem facit. Ex Turneb. conf. Spanh. ad Aristoph. Plut. 396 & Is. Voss. not.
Pro Piscibus usurpatur in illo Nævii apud Festum in Coquum.
Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.

NEPTŪNIUS, a, um. Adj. [Ποσειδώνιος] possess. ut, Neptunia regna.
Arva. Virg. 8. Æn. 695. h. e. Mare.
Dux. Hor. Epod. 9. 7. h. e. Marinus imperator. Sextum Pompeium intelligit, Pompeii magni filium.
Heros. Ovid. 9. Met 1. Intelligit Theseum.
Lacunæ, Mare. Auct. ad Heren. lib. 4. 16. Qui perduellionibus venditat patriam, non satis supplicii dederit, si præceps in Neptunias depultus erit lacunas.
Mœnia, Troja. Propert. lib. 3. 9. 41.
Pergama. Ovid. 1. Fast. 525. a Neptuno & Apolline ædificata.
Pistrix. Cic. in Arato, 440.
Prata Neptunia secare. Cic. in Arato, 128.
Non aliæ naves ut in alto pondere proras
Ante solent rostro Neptunia prata secantes, &c.
Proles Neptunia, Messapus. Virg. 9. Æn. 523.
Troja. Virg. 2. Æn. 625. Cujus muri a Neptuno & Apolline constructi sunt.

NEPTUNIA, æ. f. Herba. V. Apul. de Herb. cap. 57.

NEPTUNĬCŎLA, æ. f. Sil. 14. 444.
Et Neptunicolæ transverberat ora Telonis.

NEPTUNĪNE, es. [Ποσειδωνίνη] patronym. fem. Catull. Argon. 62. 28.
Tene Tethys genuit pulcherrima Neptunine? Turnebus aliter, & sic legit,
Tene Tethys tenuit pulcherrima, Neptunine? Neptuninumque putat hic vocari eum, qui ex elemento Neptuni, & neptibus uxorem petat, & Neptunum genere contingat. Itaque vocandi sensu de Peleo interpretandum, aut Neptunina legendum. Et hæc germana lectio est.

NEPTUNĀLIS, e. Adj. ut, Neptunales ludi. Tertull. de Spectac. cap. 6. & absolute

NEPTUNALIA, um. n. pl. [Ποσειδώνια] Neptuni sacra, quæ & Salatia a Salo dicuntur. Varr. L. L. 5. 3. Auson. de Feriis, Ecl. 17. 19.

Aut duplicem cultum, quem Neptunalia dicunt. conf. Lex. Pitisc.

NEPURUS, a. um. Adj. Non purus. Festus. Al. NEPUS. [Forte Neputus. Nam Putum pro Puro dicebant.

N E Q

NEQUA, Adv. [μήπη] Ne per aliquem locum. Ter. Adelph. 2. 4. 18. Videndum est nequa ad patrem hoc permanet. Sed in editis codd. exstat Ne si magis irritatus siet, Aliqua ad patrem &c.

Nequa, [μήτις] nomen, id est Ne aliqua. Virg. 9. Æn. 321. Cic. 1. Verr. 32. Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat. V. Infra NAQUIS, & QUI Pronom.

NEQUALIA, sunt Detrimenta, ait Festus.

NĒQUAM, [ἀνάξιος, μοχθηρὸς] nomen indecl. quod apud veteres significat Hominem nullius pretii, quod ne tanti quidem sit, quam quod habetur minimi: ut ait Festus. Varro Nequam ex Ne & Quicquam, media syllaba extrita, componi ostendit in libro de L. L. 9. 5. cui subscribit Tullius, cujus verba V. in NEQUITIA. Quidam a Nequeo, quod nihil queat nullique rei sit aptus. V. Gell. lib. 7. cap. 11. Caper docet Nequam signare non malum, sed ioutile. Plaut. Most. 1. 2. 23.

Atque ubi illo immigrat nequam homo, indiligens,
Cum pigra familia, &c. Et Cas. 2. 3. 39.
Quam illi servo nequam des armigero, nihili atque improbo. Cic. 2. Philipp. 77. de M. Antonio. Cum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit: caput aperuit, in collum invasit. O hominem nequam: quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. Charisius lib. 1. Commune trium generum in A unum venit Nequa: idem & singulari & plurali numero monoptoton est. propter quod multum errant, qui dicunt adjecta M littera, Nequam hominis propositum habet. Hæc Charisius.

Frugi & Nequam, contraria. Cic. 2. de Orat. 248. Iisdem verbis & laudare frugi servum possumus, & si est nequam, jocari.

Nequam & cessator Davus. Hor. 2. Serm. 7. 100.

Nequam atque improbus homo. Cic. pro Cœl. 10.

Homo ingeniosissime nequam. Paterc. lib. 2. cap. 48. C. Curio eloquens, audax, homo ingeniosissime nequam, & facundus malo publico. Aliquanto post cap. 68. pr. M. Cœlius, vir eloquio animoque Curioni simillimus; sed in utroque perfectior, nec minus ingeniose nequam.

Nequam, pro Inconsideratus. Cic. 6. Att. 2. Peloponnesias civitates omnes maritimas esse, hominis non nequam, sed etiam tuo judicio probati, Dicæarchi tabulis credidi. Nequam, i. e. Inconsiderati, indiligentis, qui temere scriberet quicquid in buccam.

Aurum nequam. Festus,

Nequam aurum est, auris quodvis vehementius ambit. hoc versu Lucilius significare videtur, nequam esse aurum, quod aures lædat, vel pondere inaurium, quum mollissima pars auris inciditur, vel etiam cupiditatem pecuniæ voluit significare. Hæc ille. Auri quippe respectu homines ad peccandum adducuntur. [Distinguendum puto post Est, legendumque, Aures quod vi &c.

Liber nequam. Ovid. 2. Trist. 314.

Nequam vitis, Inutilis. Columell. lib. 3. cap. 10. ad finem.

Nequam, pro Nequiter. Plaut. Pœn. 1. 1. 50.

Locum sibi velle liberum præberier,
Ubi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter.

Nequior, compar. Cic. 9. Att. 1. Nunquam vidi hominem nequiorem. Hor. 3. Carm. 6. 46.

Ætas parentum, pejor avis, tulit
Nos nequiores.

Perditus, multoque nequior homo. Cic. 12. Fam. 2.

Nequius aut turpius nihil est effeminato viro. Cic. 3. Tusc. 36.

Nequissimus, Superl. Cic. 2. Philip. 7. Non cum uno gladiatore nequissimo de Repub. graviter querens.

Homo omnium nequissimus. Cic. 11. Fam. 21. pr.

Sic Servos nequissimus legimus apud Suetonium in Domitiano cap. 11. Vis, inquit, hunc nequissimum servum cras audiamus? H. St.

NEQUĬTER, Adv. [μοχθηρῶς] Cic. 3. Tusc. 36. A me quidem, paulo ante appellata frugalitas, quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur. Cic. 2. de Fin. 25. Cur igitur non bene? quia quod bene, id recte, frugaliter, honeste: ille porro male, prave, nequiter, turpiter cœnabat.

Nequius, Compar. Liv. 41. 7. Utrum bellum susceptum sit nequius, an inconsultius gestum, dici non potest. Apul. Apol. Epistolæ perperam lectæ & nequius interpretatæ.

Nequissime, Superl. Plin. lib. 12. cap. 25. Nequissime autem gummi, quoniam ipsum quoque inhærescit.

NEQUĬTIA, æ. f. [μοχθηρία, πονηρία] Lascivia & libidinosa illecebra. Cic. 1. Att. 33. Nam plane ita putaverunt, quum religio, quum pudicitia, quum judiciorum fides, quum Senatus auctoritas concidisset, fore ut aperte victrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoque peteret sui doloris. Phædr. 2. 7. 3.

Vis & nequitia quicquid oppugnant, ruit.

Nequitia, inquit Donatus in Adelph. 3. 3. 4. proprie Libidinosa inertia dicta est, quod nihil queat, nullique rei apta sit.

Poeta suæ nequitiæ. Ovid. 2. Amor. 1. 2.

Nativæ mala nequitiæ. Juven. 14. Sat. 216.

Officina nequitiæ, & diversorium flagitiorum omnium domus. Cic. pro Rosc. Amer. 134.

Semina nequitiæ languidiora. Ovid. 3. Amor. 4. 10.

Nequitia, ut ait Gellius lib. 7. cap. 11. est Luxus vitæ prodigus atque effusus. Ovid. 1. Fast 414.

Nequitia est, quæ te non sinit esse senem. Ter. Heaut. 3. 1. 72.
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris?

Modus nequitiæ. Senec. Agamem. 3.

Frugalitati contrarium vitium Nequitia dicitur. Cic. 3. Tusc. 18. Frugalitas, ut opinor, a fruge, qua nihil melius e terra: Nequitia ab eo, etsi hoc erit fortasse durius, sed tentemus, & lusisse putemur, si nihil sit, ab eo quod nequicquam est in tali homine, ex quo idem nihili dicitur.

Nondum in tantum nequitia processerat. Sen. Epist. 95.

Nequitia, pro Intemperantia quadam, & libidine rerum Venerearum. Hor. 3. Carm. 15. 2.

Tandem nequitiæ fige modum tuæ. Et 2. Serm. 3. 244.
— par nobile fratrum
Nequitia, & nugis pravorum & amore gemellum. Vet. Gloss. ἀχρειότης, ἀχρειοσύνη. Nequitia, nugacitas.

Luxuria & nequitia. Cic. 7. Verr. 86. Cleomenes autem, qui alterum se Verrem, cum luxuria atque nequitia, tum etiam imperio, putaret.

Nequitia & inertia. Cic. 1. in Catil. 4. Sed jam me ipsum inertiæ nequitiæque condemno. Ibid. 29. Non est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia, quam inertiæ ac nequitiæ pertimescenda. Hic Nequitia, Dissolutam incuriam significat.

Malitia & nequitia. Auctor ad Herenn. lib. 4. 11.

Perdita. V. PERDITUS.

Perdita nequitia & summa egestate vir. Cic. pro Cluent. 36.

Singulari nequitia præditus homo. Cic. 5. de Fin. 56.

Involuta argumentis. V. INVOLVO.

Abducere aliquem ad. V. ABDUCO.

Adducere ad. V. ADDUCO.

Aceti enim nequitiæ inest virtus, magnos ad usus. Plin. lib. 14. cap. 20. h. e. Acrimoniæ, & substantiæ, quæ ex vino ita degeneravit, ut inutilis videatur.

Nequitia est scelere. Locus est Cic. in 6. Philip. 11. Ænigmatis autem involutum & implicatum continere sensum videtur, haneque complecti sententiam, Recte facere scelere, nequitia est. ut quum quis per scelus partas opes, nequiter profuseque disperdit, recte facere videtur. Sic exponit Turnebus, sed ita ut addubitet, quod non satis incolumem ejus loci integritatem esse credat. Et Muretus quoque parvam quandam in libris vetustis ibi patere lacunam affirmat. [In emendatis libris exstat. Nequitia est, scelus est. Sensus est L. Antonium, Non hominem nequam & sceleſtum, sed ipsam nequitiam, Ipsumque scelus esse.

Nequitia, pro Malitia & fraude. Ulpian. in l. Quum autem. § Capitalem. D. de Ædil. edict. Capitalem fraudem admisisse accipimus dolo malo, & per nequitiam. Vet. Inscript. Hisp. OPVS PATERNVM NEQVITIA PVBLICANORVM ET MORTE VESPASIANI INTERRVPTVM, &c. CONFICI IVSSIT.

NEQUITIES, ēi. f. Idem. [πονηρία] Hor. 2. Serm. 2. 131.

Illum aut nequities, aut vafri inscitia juris,
Postremum expellet certe vivacior hæres. i. e. Mollities, luxuries.

NEQUITIŌSUS, a, um. Adj. Mantuan.

Turpis ab his vitæ nequitiosus amor.

NEQUITO, āre. & NEQUITOR, āri. I. e. Nequam esse. Priscian. lib. 8. p. 799.

NĒQUANDO, Adv. [μήποτε] Ne ullo tempore. Cic. de Amicit. 61. Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis, ut nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. Idem 10. Att. 14. Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet: ego item tuas.

NĒQUĀQAM, [οὐδαμῶς] Adv. negandi. Cic. 6. Verr. 63. Iste ait, se velle illud etiam atque etiam considerare, nequaquam se esse satiatum.

Nequaquam tantum inter eos interesset. Cic. 1. de Invent. 75.

Nequaquam satis in re una consumere curam. Hor. 2. Serm. 4. 48.

NĒQUE, [μήτε, οὐδὲ, οὔτε] Disjunctiva conjunctio. Ter. Eun. 2. 3. 2.
— occidi:
Neque virgo est usquam, neque ego qui illam e conspectu amisi meo.

Nullæ enim lites, neque controversiæ sunt, quæ, &c. Cic. 1. de Orat. 118.

Neque sæpius repetitum. Cic. 1. Off 4. Nulla enim vitæ pars neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus: neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest.

Neque autem. Cic. 5. Fam. 12. Neque autem ego sum ita demens ut, &c. Ulp. Dig. 2. tit. 6. l. 5. §. 4. Neque autem in hæredem, neque post annum dabitur. V. A. Borrich. Vind. p. 144.

Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram & quasi ferream esse quandam volunt. Cic. de Amicit. 48.

Neque, &. Ter. Eun. 1. 1. 32.

Neque præterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas: & illas quas habet, recte feras. Idem Eun. 5. 4. 43.
— vide, Parmeno,
Quid agas, ne neque illi prosis, & tu pereas. Cic. 1. Att. 17.
Id neque amoris mediocris, & ingenii summi ac sapientiæ judico.

Neque, sequente Et, vel Ac, apud Suetonium sæpe, ut in Augusto cap 45. Seu studio spectandi ac voluptate, qua teneri se neque dissimulavit unquam, & sæpe ingenue professus est. Et alibi. Hinc error natus in Tiberio, de quo in meo Chartario bastardico 8. b. V. in Tiberio, cap. 47. pr. H. St. Quod genus hoc scripti Stephanici sit ignoro.

Neque, sequente Etiam. Liv. 27. 11. M. Sextilius Fregellanus respondit, &c. ad id sibi neque opes deesse, animum etiam superesse.

Neque sine. Ter. And. 1. 2. 8.

At nunc faciet: neque, ut opinor, sine tuo magno malo.

Neque haud. Ter. And. 1. 2. 34.

Ne temere facias: neque tu haud dicas tibi non prædictum, cave.

Neque id quidem. Cic. de Amicit. 19. Quare sibi habeant sapientiæ nomen & invidiosum & obscurum: concedantque ut hi boni viri fuerint. neque id quidem facient. negabunt id nisi sapienti posse concedi. In veteri codice legitur, Ne id quidem.

Neque dum, pro Needum, id est & nondum. Cic. 3. Q. frat. 8. Sed ejus rei maturitas neque dum venit, & tamen jam appropinquat.

Neque vero me Lacedæmonii aut Athenienses magis moverint, quam Pop. Romanus. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Neque quicquam adhuc, quam, pro Tantum. Suet Claud. cap. 10. Hinc ad alios commilitones fluctuantes, neque quicquam adhuc, quam frementes perduxit.

Neque secius eo, pro Nihilo minus. Suet. Domit. cap. 12. Sed quum obnoxium se barbaris per hoc animadverteret, neque eo secius in explicandis oneribus hæreret.

Neque nihil, neque tantum. Cic. pro Rosc. Com. 10. Ad arbitrium hoc

animo adimus, ut neque nihil, neque tantum, quantum postulavimus, consequamur.

Nequa non. Varro de R. R. Neque non etiam quædam assumenda in villam.

Neque si non. Varr. de L. L. lib. 6. pr. Neque si non norim radices arboris, non possem dicere pirum esse ex ramo, &c.

Neque opinato se ostendere. Cic. 2. Philipp. 77. Ergo ut te catamitum, neque opinato quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret.

Neque ne, pro simplici negatione. Liv. 44. 36. Neque enim ne his cunctationem aperuerat suam.

NĔQUEO, ivi, itum, [ἀδυνατεῖν, ἀσθενεῖν] Ire. Non ire interpretatur Festus. Significat autem Non quire. i. e. posse. Cic. de Amicit. 90. Cujus autem aures clausæ veritati sunt, ut ab amico verum audire nequeant, hujus salus desperanda est. Livius 22. 3. extr. Signum, omni vi moliente signifero, convelli nequire. (Festi verba hæc sunt, Nequeunt, Non eunt. Scalig. & Dacer. Neceunt reponunt.

Dormire nequeo. Hor. 2. Serm. 1. 8.

Nequeo quin. Plaut. Milit. 4. 8. 32.

Age, Palæstrio, bono animo es. P. eheu nequeo quin fleam.

Nequivi. Virg. 6. Æn. 507.

Nequii. Hor. 2. Serm. 5. 78. —putasne,

Perduci poterit, tam frugi, tamque pudica,

Quam nequiere proci recto depellere cursu?

Nequibo, futurum antiquum. Lucret. lib. 1. 381.

—concedere porro

Quo poterunt undæ, quum pisces ire nequibunt?

NEQUIENS, entis. Partic. Ammian. lib. 15. cap. 26. Hannibalem adsequi nequiens. conf. Sallust. Fragm. Ausonn. Pronfess. 2. 29.

Plural. Arnob. 1. Cæcitate iogenua nequeuntes videre. & Apul. Florid. p. 343. Elmenh. Et illis expedire gressum nequeuntibus.

NEQUINONT, antique pro Nequeunt. V. infra.

NEQUĪTUM, & NEQUĪTUR, pro Non posse, dixerunt veteres. Pacuvius, Sed quum contendi nequitum, ut clam intendenda est plaga. Plaut. in Satyrione, Retrahi nequitur quoquo progressa est semel. conf. Rud. 4. 4. 24. Et Cato Originum lib. 1. Id nequitum exaugurari. Hæc Fest. Sallust. Jugurth. cap. 31. Quicquid sine sanguine civium ulcisci nequitur, jure factum sit. Apul. Apol. p. 332. Elmenh. Sola virginitas, cum semel accepta est, reddi nequitur.

NEQUI, pro Nequis, vel Ne aliquis. Varro R. R. 2. 4. Altitudinis modus sit, nequi porcellus a matre opprimatur.

NEQUICQUAM, Adv. [ἄλλως, μάτην] i. e. Frustra. Ter. Heaut. 2. 3. 103.

—age modo, hodie sero ac nequicquam voles. Liv. 1. 30.

Utrinque injuriæ factæ, ac res nequicquam erant repetitæ. Cic. 3. Off. 62. Ex quo Ennius, nequicquam sapere sapientem, qui ipsa sibi prodesse non quiret.

Talia nequicquam questus. Ovid. 13. Met. 870.

Heu tantis nequicquam erepte periclis. Virg. 3. Æn. 711.

Nequicquam, Non. Virg. 1. Georg. 193.

Nequicquam pingues palea teret area culmos. Hor. 1. Epist. 3. 132.

—an male sarta

Gratia nequicquam coit, & rescinditur. Porphyr. Nequicquam, pro Non: ut, Virg. 2. Æn. 545.

—telumque imbelle sine ictu

Conjecit, rauco quod protinus ære repulsum,

Et summo clypei nequicquam umbone pependit. Servius, Nequicquam, Non. Pers. 2. Sat. 51.

Nequicquam fundo suspiret nummus in imo.

Nequicquam, pro Non quicquam, ut veteres Ne via, pro Non via dicebant. Cic. 1. Tusc. 75. Secernere autem a corpore animum, nequicquam aliud est quam emori discere. Sed in MSS. aliis Nec quidquam divise, aliis Nihil quidquam.

Nequiquam, scribi quidam malunt. V. Broeckh. ad Propert. 2. 3. 5.

NEQUINO, āre. modo Lascivire, modo Negare significat. Perottus. [Sed videtur Nequito & Negito confundere cum NEQUINO.

NEQUINUNT, pro Nequeunt, id est Non possunt: ut, Solinnot, Ferinunt, pro Solent & feriunt, dicebant antiqui. Liv. in Odyssea, Partim errant, neque nunc Græciam redire nequinunt. Festus.

NEQUINUM, i. n. Umbriæ oppidum, teste Plin. lib. 3. cap. 14. quod nunc Narnia dicitur, ob incolarum libidinosam inertiam. A quo Nequinates, qui nunc Narnienses. Vulgo *Narni.*

NĒQUIS, nequa, neqood vel nequid. [μήτις] ex Ne & Quis compositum, ne aliquis. Ter. Heaut. 2. 3. 28.

Hoc primum, ut nequid hujus rerum ignores, anus

Quæ est dicta mater esse ei ante hac, non fuit.

Nequid nimis, [μηδὲν ἄγαν] Sententia pervulgata, qua admonemur in rebus omnibus modum servare. Ter. And. 1. 1. 34.

—nam id arbitror

Apprime in vita esse utile, ut nequid nimis.

NEQUITER, NEQUITIA, &c. V. NEQUAM.

N E R

NĔRESSUS, i. f. [Νηρεσσός] Oppidum est in Cea insula, cujus meminit Æschines Epist. 1. ad Polycratem.

NĔREUS, ei. m. dissyll. [Νηρεύς] fuit, ut testis est Hesiodus in Theogonia 233. seq. Marinus deus Oceani & Tethyos filius, ac Choris sororem uxorem accepit, ex qua nymphas plures genuit. Hunc omnium antiquissimum dixit Orpheus in Argonauticis. Apud Poëtas sæpe pro Mari ponitur.

Profundus. Stat. 5. Theb. 49.

Spumeus Nereus sævit tridenti. Virg. 2. Æn. 419.

Violentus. Ovid. 12. Met. 24.

Orbem totum circumsonat. Ovid. 1. Met. 187.

NERĒIDES, um. f. pl. [Νηρηΐδες] patronym. a Nereo, fuerunt maria nymphæ, humanam effigiem habentes, quarum inter alias sunt Neree, & Cymothoe. Nominativus singularis est Nereis, penult. indic. Ovid. 11. Met. 380.

Sed memor admissi Nereida colligit orbam. Idem 13. Met. 749.

Et 858. In cantilena Polyphemi,

Nerei, te vereor: tua fulmine sævior ira est. Nerei vocativus est.

Deæ Nereides. Ovid. 2. Amor. 11. 36.

Æquoreæ. Catul. Argon. 62. 15.

Almæ. Cic. in Arat. 450.

Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.

Lascivæ. Claud. in præfat. 2. in Eutrop. 68.

Ovantes. Claud. de Nupt. Hon. 283.

Virides. Ovid. 5. Epist. 57.

Nereides etiam Belluæ sunt marinæ, speciem aliquam hominis conformem habentes. An dentur, disputat Voet. part. 1. Disp. Theol. p. 742. Elegans est libellus Mich. Frider. Lochneri, Nerinn, sive Rhododsphne. quo Nerei & Nereidum mythologia explicatur, edit. 4. Norib. 1716.

NERĒIUS, a, um. Adj. Ovid. 13. Met. 162.

Præscia venturi genetrix Nereia leti. i. e. Thetis.

Nereia turba. i. e. Nymphæ. Sil. 7. 416.

NĒRĪNE, es. f. [Νηρίνη] patronym. Virg. 7. Ecl. 37.

Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ.

NĔRIO, vel NĔRIĔNE, es. f. [Νηριένη] Martia uxor. Gell. lib. 13. cap. 21. Nerio, sive Nerienes, Sabinum verbum est: eoque significatur virtus, & fortitudo. Paulo post, Nerin igitur Martia vis, & potentia, & majestas quædam esse demonstratur. Plautus autem in Truc. 2. 6. 34. Conjugem esse Nerienem Martis dicit. Hæc etiam a Cn. Gellio in tertio Annali dicitur Neria, non Nerio neque Nerienes. Nerio, quasi Ne irio dici putat Servius Claudius, hoc est sine ira, & cum placiditate: ut eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precemur.

NĔRIS, idis. f. [Νηρίς] Montis Argivi nomen. Stat. 4. Theb. 47.

NERĪTA, æ. & NERITE, es. f. Conchæ marinæ genus. Plin. lib. 9. cap. 33. Navigant ex his neritæ, præbentesque concavam sui partem, & auræ opponentes, per summa æquorum velificant. Vetus exemplar habet Veneriæ.

NĒRĪTOS, i. [Νήριτος] Insula est prope Zacynthum, Dulichium & Ithacam. Hanc a Laerte fuisse captam ait Strabo ex Homero.

Est & Neritos, Mons in Ithaca, ut eodem loco docet Strabo. Plin. lib. 4. cap. 12.

NERĪTIUS, a, um. Adj. [Νηρίτιος] quo nomine Ulyssem intelligit Ovid. 1. Trist. 4. 57.

Pro duce Neritio docti mala nostra poetæ

Scribite: Neritio nam mala plura tuli.

Domus Neritiæ. Ovid. 13. Met. 5.

Proles Neritia. Saguntini, qui Nerito deducti coloni fuerant. Sil. 2. 317. V. Drakenb.

Rates Neritiæ. Ovid. de Rem. Amor. 263.

NĔRIUM, i. n. [νήριον] Frutex est foliis amygdalæ, sed majoribus & pinguioribus: folia ejus quadrupedibus sunt venenum. Rhododaphne alias dicitur. Plin. lib. 24. cap. 11. Romanis autem rhododendron, inquit Dioscorides, a flore roseo, & quod in arboris magnitudinem crescat, rhododaphne vero, quod folium lauri: florem autem rosæ similem gerat. Officinis vulgo hodie *oleander* dicitur. conf. NEREIDES.

NĒRIUM, i. n. [Νήριον] Ptolem. lib. 2. cap. 6. Promontorium Tarraconensis Hispaniæ: Artabrorum promontorium alio nomine. Nunc vocatur *Finister*, in Gallicia.

NĒRO, ōnis. m. [Νέρων] Gell. lib. 13. cap. 21. Nerio, sive Nerienes, verbum Sabinum est, quo significatur virtus & fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia ac præstanti fortitudine, Nero appellatus est. Sabini autem id nomen a Græcis accepisse videntur, qui vincula & firmamenta membrorum νεῦρα dicunt: unde nos quoque Latine nervos appellamus. V. Suet. Tiber. cap. 1. & Spanh. de Us. & Pr. Num. diss. 10. Hoc cognomine fuit Imperator Romanorum, qui omnium, quos terra tulit, nequissimus & crudelissimus fuit. Hinc proprium nomen in appellativum commutatum est, ut Nerones nunc Crudeles tyrannos, dicamus. Hor. 4. Carm. 4. 37.

Quid debeas, ó Roma, Neronibus

Testis Metaurum flumen &c.

Major Neronum. Hor. 4. Carm. 14. 14.

Nero calvus, maledictis populi appellatus est Domitianus, quod calvus esset & sævitia Neronem vel exæquaret, vel superaret, ac Nero alter esset. Juven. 4. Sat. 38.

—& calvo serviret Roma Neroni. Ausonius de XII. Cæss.

Et Titus Imperii felix brevitate, secutus

Frater, quem calvum dixit sua Roma Neronem.

NERŌNEUS, a, um. Adj. [Νερώνειος] Stat. 1. Silv. 5. 62.

—Neronea nec qui modo lotus in unda.

NERŌNIĀNUS, a, um. aliud Adj. [Νερωνιανός] Martial. lib. 7. 33.

—quid Nerone pejus,

Quid thermis melius Neronianis?

De Neroniano lapide, V. Voss. Etym. p. 341.

De Dicto Neroniano. Cic. 2. de Orat. 61.

NERVA, æ. m. fuit Cognomen Liciniorum, Cocceiorum, & Sillorum, ducttum a nervis, hoc est a robore, ut quidam scribunt. Cic. in Brut. 129. C. Licinius Nerva non indisertus fuit.

Nerva Cocceius, Romanorum Imperator XIII, Flavio Domitiano, cui successit, dissimillimus, animoque vere paterno erga populum affectus. Hic quum liberos sibi nullos genuisset, Ælium Trajanum sibi adoptavit, qui illi etiam in Imperio successit. V. Plin. Paneg. Xiphilin. & reliquos historiæ Cæss. scriptores. conf. Martial. 8. 70. & 11. 6.

NERVII, orum. m. pl. [Νέρβιοι] Galliæ Belgicæ populi maxime feri, ut ait Cæsar. Tornacenses nunc vocantur. Attrebatibus & Veromanduis finitimi. Hos irrigant Sabis & Scaldis flumina. Cum his pugnavit Cæsar maximo totius exercitus discrimine, ut ipse testatur fuse Bell. Gall. lib. 2. 27.

Singulariter, Lucan. 1. 428.

—nimiumque rebellis

Nervius.

NERULANI, orum. m. pl. Populi in Latio juxta Romam, quorum meminit Plin. lib. 3. cap 5.

NERULLĪNUS, i. m. [Νερυλλῖνος] Vir clarus cui Troadenses erexere statuam. Meminit Athenag. Legat. pro Christ. p. 242.

NERULUM, i. n. Oppidum in Lucanis, quod vi captum fuisse repentino adventu Æmilii, testatur Liv. 9. 20. Inde

NERULONENSIS, e. Adj. Suet. Aug. cap. 4. extr. Materna tibi farina ex crudissimo Ariciæ pistrino: hanc finxit manibus collybo decoloratis Nerulonensis mensarius.

NERVUS, i. m. [νεῦρον, τόνος, τένων] notæ significationis. Nervus a corde

corde originem habere dixit Aristoteles. Verum a cerebro oriri constat ex ipsa anatomes inspectione. Græcis autem dicuntur τὰ νεῦρα, unde nostra dictio Latina deducta est, ut testatur Gell. lib. 13. cap. 21.
Adjuti aliquo conamine nervi. V. ADJUVO.
Validi. Lucret. lib. 5. 926.
Astringi ossa suis nervis debent. Quintil. in procem. lib. 1.
Continentur nervis artus. Cic. 2. de Nat. Deor. 139.
Nervis & ossibus dii non continentur. Cic. 2. de Nat. Deor. 59
Duci nervis alienis. Hor. 2. Serm. 7. 82.
Duceris, ut nervis alienis mobile lignum. Verbum Græcum νευροσπαστεῖσθαι elegantissima circuitione expressit. Sensus autem est, ut fidiculis neurospasta moventur, sic tua libidine, ut nervis aut fidicula traheris. Turnebus.
Extentare nervos. Lucret. lib. 3. 489
Rupti vulnere. Ovid. 12. Met. 567.
Validi. Celsus in præfat. lib. 1. Validi nervi, an infirmi.
Nervorum labores. Vitruv. 8. 3.
Nervorum valetudo. Suet. Vesp. cap. 7.
Nervus, pro Robore & viribus aliquando ponitur: in nervis enim robur peculiariter consistit. Unde dicimus rem esse sine nervis, quæ debilis est. Hor. 2. Serm. 1. 2. —sine nervis altera quicquid
Composui pars esse putat.
Quantum in cujusque animo roboris est & nervorum, tanta est consolatio. Cic. 6. Fam. 1.
Nervi Reip. i. e. Vires & fortitudo Reip. nempe milites, classes, & vectigalia. Cic. pro Lege Manil. 17. Si vectigalia, nervos esse Reip. semper duximus: eum certe ordinem, qui exercet illa, firmamentum ceterorum ordinum recte esse dicemus.
Nervi belli, pecunia & equitatus. Cic. 5. Phil. 5. Primum nervos belli, pecuniam infinitam, qua nunc eget: deinde equitatum quantum velit.
Vectigalium nervi. Cic. 5. Verr. 83. Quæ quum de Pop. Rom. victu, de vectigalium nervis, de sanguine detraxisset ærarii, Tertiæ mimæ condonavit.
Nervi atque aculei oratorii ac forenses. Cic. in Orat. 62. Nervi proprie sunt in corpore, atque in eis totius corporis robur est; unde Enervati dicuntur, Imbelles & infirmi. Nervos intendere, significat Summa ope niti. Sed per translationem vocat Cicero Nervos orationis, Ipsa Argumenta & probationes, quibus adversarios orator prosternere conatur. Aculei vero proprie Spicula quædam parva sunt, ut vesparum, crabronum: sed translate ponuntur pro Oratione, quæ animum quodammodo pungat & mordeat. Conantur enim oratores, audientium animos commovere; quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis, cum delectatione aculeos etiam relinquere in animis eorum, a quibus esset auditus: id quod testatur Cic. in Brut. 38. & lib. 3. de Orat. 138.
Mentis & corporis nervi. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Nervis & sapientia tua opus est. Cic. 3. Fam. 10.
Est tuorum nervorum. Cic. 3. Q. frat. 9. Cujus in hoc uno considerantiam & ego sustinebo ut potero: & tu, ut possis, est tuorum nervorum. Idem 15. Att. 4. Quoquo modo ego de illius nervis existimo. i. e. de Bruti virtute.
Adhibere nervos. In ADHIBEO.
Afferre nervos. In AFFERO.
Contendere omnes nervos in re aliqua, vel Contendere omnibus nervis: pro Summa vi, summoque studio niti. Nam robur juxta philosophos, in nervis situm. Cic. ad Q. frat. Sic contende omnibus nervis & facultatibus. Idem 2. Verr. 35. Magnum fortasse onus, & mihi periculosum, verumtamen dignum in quo omnes nervos ætatis, industriæque meæ contenderem.
Frangere nervos & mentis & corporis. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Incidemus legionum nostrarum nervos his consiliis. h. e. Vires & robur frangemus. Cic. 12. Philipp. 8.
Incidere nervos Populi Romani. Cic. 2. pro Lege Agrar. 46.
Incidere nervos virtutis. Cic. 1. Acad. 35.
Intendere nervos in re aliqua, pro Totis viribus conari, & omnem sollicitudinem adhibere, & operam. Ter. Eun. 2. 3. 20.
Nervus, pro Amento, vel chorda arcus: ut,
Stridens nervus. Virg. 5. Æn. 502.
Adducto nervo concita moles. Ovid. 8. Met. 357. Intelligit Balistæ nervum.
Equino nervo intentus arcus. Ovid. 1. de Pont. 2. 21.
Reciproca tendens nervo equino concita tela. Actius apud Varr. lib. 6. L. L. 5. pr.
Pulsante nervo sagittæ erumpunt. Virg. 4. Georg. 313.
Aptare sagittas nervo. Virg. 10. Æn. 131.
Nervus, Flagellum quo Martyres cædebantur. Barthol. de Cruce Hypomn. 1. 12. & ex eo Lex. Pitisc.
Nervi. seu Funes nervini erant etiam inter Apparatus bellicos. Veget. de Re Mil. 4. 9. & Vitruv. 10. 15. conf. idem Pitisc.
Nervi, Chordæ citharæ dicuntur. Cic. 1. Tusc. 4. Summam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus.
Concordia nervorum. Quintil. lib. 5. cap. 10. De fidibus.
Lyra intenta nervis. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Modulati. Lucan. ad Pison. 163.
Continere nervos. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Percutere. Quintil. lib. 1, cap. 12.
Probare. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Sonant ita in fidibus nervi, ut a digitis sunt pulsi. Cic. 3. de Orat. 214.
Trahere nervo. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Nervus, pro Membro virili. Hor. Epod. 8. 17.
Illiterati num minus nervi rigent? Ubi Porphyrio, Nervos pro membro virili dixit. Auctor Carminis obscæni 69.
Nemo meo melius nervum tendebat Ulysse:
Sive illi laterum, seu fuit artis opus. Tibull. in Priap. Carm. 83. extr.
Repente nervus excitet libidinem. Al. Nervos & Libidine. In iisdem Carm. 63.
Libidinoso tenta Pyramis nervo. Sic Juven. 9. Sat. 34. & 10. 205.
Nervum etiam appellamus (inquit Festus) Vinculum ferreum, quo pedes, vel etiam cervices, impediuntur. Plaut. Fragm. 2. 15.
Perfidiose captus, eo edepol nervo cervices probat. Idem Capt. 3. 5. 71.
Nam noctu nervo vinctus custodibitur. Sic Asin. 3. 2. 5.
Qui advorsum stimulos, laminas, crucesque, compedesque,
Nervos, catenas, carceres &c. Eleganter idem Pœn. 5. 4. 99.
Condamus alter alterum ergo in nervum brachialem. Translate. M. Cato apud Gell. lib. 11. cap. ult. Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque purpura.
Corripere in nervum aliquem. V. CORRIPIO.
Ire in nervum. Ter. Phorm. 4. 4. 15.
Quum argentum repetent, nostra causa scilicet
In nervum potius ibit. Ubi Donatus, In nervum ibit, Decipiet. a proverbio tracto a sagittariis: quum vis conatusque tendentis arcum, non in volatum teli, sed in ruptionem nervi expetatur. Hæc D. Aliis dictum placet, In nervum ibit, pro In vincula ibit. Antiquitus enim qui solvendo non essent, vincti tradebantur creditoribus, donec opera compensarent creditam summam. Nervus autem genus est vinculi, de quo Gell. lib. 20. cap. 1. Confessis igitur æris ac debiti judicatis triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissolverent. Post deinde, nisi dissolverant, ad Prætorem vocabantur, & ab eo, quibus erant judicati, addicebantur. Nervo quoque aut compedibus vinciebantur. Deinde subdit Gellius verba legis XII Tabul. In nervum potius ibit. i. e. Patietur se addici, & addictum vinciri. conf. NECTO, & NEXUS.
Erumpet fortitudo istæc in nervum. V. ERUMPO.
Corpus in nervum & supplicia dare. Liv. 6. 36 Tertull. ad Martyr. c. 2. extr. Nihil crus sentit in nervo, quum animus in cælo est. Vet. Gloss. Nervus, ξυλοπέδη. conf. Lex. Pitisc.

NERVIA, æ. f. [χορδὴ] in feminino genere lectum est apud doctos sæpe, inquit Nonius 3. 149. Varro, Scientia doceat quemadmodum in psalterio est, tendamus nervias. Nervias pro Fidiculis, id est chordis citharæ accepit Varro. V. Gell. lib. 9. cap. 7.
NERVIUM, i. n. Varro, Et id dicunt suam Briseidem producere, quæ ejus nervia tractare solebat. Nonius ibid. conf. Petron. cap. 45.
NERVŬLUS, i. m. dimin. [νευρίδιον] Cic. 16. Att. 8. Quod certe facies, si tu nervulos tuos, mihi sæpe cognitos, suavitatemque, qua nemo tibi par est, adhibueris.
NERVŌSUS, a, um. Adj. [νευρώδης] Quod multos habet nervos. Plin. lib. 11. cap. 37. Ideo nulla est ei caro, sed nervosa exilitas. conf. Cels. 4. 1. Nervosus orator, per translationem, hoc est, Magnam vim & efficaciam sermonis habens. Cic. de Clar. Orat. 121. Quis Aristotele nervosior?
NERVOSE, Adv. [νευρωδῶς] Magna vi.
Vigilanter & nervose. Cic. 10. Fam. 23. Ut vigilanter nervoseque nos, qui stamus in acie, subornes.
Nervosius dicere, vel asserere, Audacter, & magna sermonis vi. Cic. 3. Off. 106. Itaque nervosius qui ista disserunt, solum audent malum dicere id quod turpe sit. Idem Orat. 127. Aliquanto nervosius.
NERVOSĬTAS, ātis. f. [τὸ νευρῶδες] Plin. lib. 19. cap. 1. Nervositas filo æqualior pæne quam araneis, tinnitusque, cum dente libeat experiri. De lino.
NERVĀLIS, e. Adj. ut, Nervalis herba. Scribonius Largus Compos. 12. Herbam, quam Græci πολύνευρον, nos nervalem appellamus.
NERVĪCUS, vel NEURĬCUS, a, um. Adj. [νευραλγὴς] Qui nervis laborat. Vitruv. lib. 8. cap. 3. Aquæ neuricos aut podagricos efficiunt: sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt. Budæus. Sed hoc a Græca dictione νεῦρον deducitur, quæ idem significat quod Nervus.

N E S

NESA, æ. f. Regio montana juxta Ætnam.
NESÆA, æ. sive NESÆE, es. f. [Νησαίη] Nympha marina, Nerei & Doridis filia, παρὰ τὸ νεῖν, hoc est a natando dicta. Auctor Hesiodus in Theog. 249. conf. Virg. 4. Georg. 338. & 5. Æn. 826.
NĒSĂPIUS, vel NESĂPUS, a, um. Adj. Insipiens. Petron. Fragm. Tragur. p. 22. Et ne me putetis nesapium esse, valde bene scio, unde primum &c. Q. Ter. Scaur. Orthogr. p. 2251. Ne pro Non positum est apud antiquos. Sic Nefrendes porci sunt, qui sine dentibus sunt, id est qui fabam frendere non possunt. Sic Nesapus, qui non sapit. conf. Not. Scheffer. ad Fragm. p. 114. [Ut Nescius, Nefarius, &c. inquit Scheff. Forte tamen Nesapidus reliquit Arbiter. Nam ut Scius a Scio, sic a Sapio Sapidus, non Sapius vett. dixerunt. Sic ergo & Insipidus, ut Inscius, & Nesapidus, ut Nescius.
NESCIO, īvi, ītum, [οὐκ οἶδα, ἀγνοεῖν] Ire. Ignorare. Ter. Eun. 4. 7. 29.
Cave sis, nescis cui maledicas nunc viro.
Nemo in eo quod nesciat disertus esse potest. Cic. 1. de Orat. 63.
Casu, nescio quo, in ea tempora nostra ætas incidit, ut quum maxime florere nos oporteret, vivere etiam puderet. Cic. 5. Fam. 15. Nepos 1. 7. 3.
Nescias, Ejus sit potestas posthac, an nunquam tibi. Ter. Heaut. 2. 3. 104.
Nescio an, omissa negatione, significat Fortasse. V. Manut. ad Cic. 9. Fam 9. & 14. conf. item Cic. 9. Fam. 15. pr. & Burm. ad Quintil. 12. 11.
Nescio, an in his perfecta sit prudentia. Lactant. libro 3. 143. de Apibus loquens, ut Cic. Haud scio an. V. in HAUD. Idem p 138. Nam corporis bona non minus sunt mutis, quam homini necessaria, ac nescio an etiam magis. An est pro, Ac nescio, an non etiam? H. St. Posterior locus est cap. 8. §. 17. prior cap. 10. pr.
Nescio de illo. Plaut. Merc. 2. 3. 48.
Nescit nisi. Plaut. Most. 3. 1. 77.
Nescit quidem nisi fœnus fabularier.
Nescimus qui fiet. Plaut. Pœn. 3. 3. 36.
Nescio quid, Aliquid quod ignoro. Ter. Heaut. 2. 2. 7.
Faciam. sed nescio quid profecto mihi animus præsagit mali.
Lætus est nescio quid. Idem Andr. 2. 2. 3. i. e. Nescio quam ob rem.
Nescio quid certe est. Virg. 8. Ecl. 107.
Nescio quis. Cic. de Amicit. 19. Qualem fuisse Athenis Timonem, nescio quem, accepimus. Plaut. Amph. 1. 1. 176.
Nescio quomodo. Cic. de Amicit. 86. Serpit enim nescio quomodo per omnium vitam amicitia.
Nescio quomodo ad aures istius pervenit. Cic. 6. Verr. 64. Nepos, 7. 11. 1. & 8. 1. 3.
Nescio quo pacto. Idem. Cic de Amicit. 4. Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum auctoritate, & eorum illustrium, plus, nescio quo pacto, videtur habere gravitatis.
Nescio quod. Ter. Hec. 3. 1. 39. —nescio quod magnum malum
Profecto, Parmeno, me celas.

Dum

Dum liceat fateri nescire quod nesciam. Cic. 1. de Orat. 101.
Nescias quod scis. Plaut. Mil. 2. 6. 89.
Posthac etiam illud quod scies nescīveris. i. e. Tacebis, nec palam facies. Ter. Eun. 4. 4. 54.
— tu pol, si sapis,
Quod scis nescis, neque de Eunucho, neque de vitio virginis. Donatus admonet esse proverbium. Sumptum a dialecticorum ludis, in quibus hujusmodi quidam scirpi proponi solent: Facio, & non facio: Sum amicus, & non sum amicus: Audio & non audio. Hoc proverbio certam in tacendo fidem significamus, dum quis quod scit, perinde continet ac dissimulat quasi nesciat. [Oxymoron schema est.
Nescio unde eam. Ter. Eun. 2. 3. 13.
Nescio alios, pro eo quod barbare dicitur, *Nescio de aliis.* Ter. Heaut. 2. 4. 16.
Nescio te ego? h. e. Putas te mihi non esse notissimum? Plaut. Men. 5. 1. 44. Idem Curc. 5. 3. 46.
Ego te vehementer perire cupio, ne tu me nescias. i. e. Ignores.
Nescis nec in pace, nec in bello vivere. i. e. Nequis. Cic.
Nesciunt irasci. Cic. 3. de Orat. 60. Stoicos autem, quos minime improbo, dimitto: tamen, nec eos iratos vereor, quoniam omnino irasci nesciunt. h. e. Non possunt, aut nolunt.
Lacrimare vultus nescit. i. e. Nequit. Senec. Herc. fur. 19.
Ludere nescit. Hor. de Arte Poet. 379.
Stare loco nescit. Virg. 3. Georg. 84.
Latine nescire. Cic. de Clar. Orat. 110. Non tam praeclarum est scire Latine, quam turpe nescire. [Puto & Horat. H. St.

NESCĪTUR, imperf. Cic. 7. Att. 12. Inde utrum consistere uspiam velit, an mare transire, nescitur. Idem 4. Acad. 32. Ut stellarum numerus par an impar sit, nescitur.

NESCIENS, entis. Partic. Ter. Heaut. 3. 1. 59.
— id permagni referre arbitror,
Ut nescientem sentiat te id sibi dare.

NESCIENTER, Adv. Augustin. de Doctr. Christ. 2. 40. Ipsis Ægyptiis nescientes commendantibus.

NESCIENTIA, æ. f. Claud. Mamert. 1. 11. Agnosco te multorum nescientias attulisse.

NESCĪTUS, a, um. Partic. Quod nescitur. Sidon. 8. Epist. 6. Litem inter Gallias ante nescitam edidit. Eunod. de vita Antonii, Callem subjecta asperitate nescitum. & Boeth. de Consol. philos. lib. 5. Metr. 3. conf. Scitus in SCIO.

NESCĬUS, a, um. Adj. [ἀνεπιστήμων] Qui nescit. ut,
Fati nescia Dido. Virg. 1. Æn. 303. Idem lib. 10. 501.
Nescia mens hominum fati sortisque futuræ.
Generis nescia plebs. Columel. lib. 10. 58.
Mali impendentis nescius. Plin. 8 Epist. 23.
Rerum haud nescius. Virg. 12. Æn. 227.
Veri nescia. Ovid. 1. Met. 614.
— veri quasi nescia quærit. h. e. Tanquam verum non cognoverit.
Corda nescia mansuescere. Virg. 4. Georg. 470.
Lumina succumbere nescia somno. Ovid. 12. Epist. 49.
Tolerandi. Tacit. 3. Ann. 1.
Vinci. Ovid. 2. de Ponto, 9. 45.
Non eram nescius, Brute, quum quæ summis ingeniis, exquisitaque doctrina, &c. Cic. 1. de Fin. 1.
Non sum nescius, Crasse, ista inter Græcos dici solere. &c. Cic. 1. de Orat. 45. V. NON Adverbium.
Nescius, [ἄγνωστος] Incognitus, qui ignoratur. Plaut. Rud. 1. 5. 17. Loca nescia. Gell. lib. 19. cap. 1. Quum sonus aliquis formidabilis aut a cælo, aut ex ruina, aut repentinus nescius periculi nuntius. vel quid aliud ejusmodi factum est, &c. Plaut. Capt. 2. 2. 15. Si quid nescivi, id nescium tradam tibi. [Forte, Id ne sciam.] V. Gell. 9. 13. & Drakenb. ad Sil. 2. 98. Sic & Ignotus pro Ignorante & Ignorato ponitur, q. V.
Tributa nescia. Tacit. 1. Ann. 59. Aliis gentibus, ignorantia imperii Romani, inexperta esse supplicia, nescia tributa.
Nescium quid habere. Idem 16. Ann. 14.

NĔSAI, vel NESÆI, orum. m. pl. [Νησαῖοι Steph.] Populi in Scythia Europæ, optimis quondam equis abundantes. V. Plin. lib. 6. cap. 20.

NĒSIS, idis. f. & NESION, i. n. [Νῆσις Said. Νήσιον] Insula in Campano litore inter Pausilypum & Puteolos. Lucan. 6. 90.
— tali spiramine Nesis.
Hujus nominis obliquos producit Stat. 3. Silv. 1. 150.
Silvaque, quæ fixam pelago Nesida coronat. Item Accius Eclog. 1. V. Cic. 16. Att. 10. & Plin. 19. 18.

NESSŎTRŎPHIUM, i. n. [νησσοτροφεῖον] Locus ubi anates clausæ pascuntur. Columel. lib. 8. cap. 15. Nessotrophii cura similis, sed major impensa est: nam clausæ pascuntur anates, querquedulæ, &c. νῆτται Græcis, anates Latine dicuntur. Al. Neossotrophium. q. V.

NESSUS, i. m. [Νέσσος] Centaurus fuit, Ixionis ex nube filius, sagittis ab Hercule confixus, quod ejus uxorem Deianiram rapuisset. Fabulam refert Ovid. 9. Met.
Biformis. Ovid. 9. Met. 121.
Ferox. Ovid. 9. Met. 101.

NESSĒUS, a, um. Adj. [Νέσσειος] ut,
Tabe Nessea illita palla. Seneca Herc. OEth. 6.
Venenum Nesseum. Ovid. 9. Epist. 163. h. e. Venenosus sanguis Nessi.

NESSION, i. n. [Νέσσιον] Centaurium majus. Apul. de Herb. cap. 24.

NESTOCLES, is. m. [Νεστοκλῆς] Statuarius fuit, Phidiæ æmulus, cujus tempore floruit, Olympiade nimirum LXXXIII, ut scribit Plin. lib. 34. cap. 8.

NESTOR, ŏris. m. [Νέστωρ] teste Homero lib. Odyss. 11. Nelei filius ex Chlori uxore: qui, ut idem Homerus in 2. Iliados scribit, cum quinquaginta navibus ex Pylo contra Trojanos venit, quanquam trecentesimum annum ageret. Ovid. 12. Met. 188.
— vixi
Annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas. Item Juven. 10. Sat. 246.
Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,
Exemplum vitæ fuit a cornice secundæ. Nævius apud Gell. 19. 7.
Trisæclisenem appellavit. De eodem Hor. 2. Carm. 9. 13.
At non ter ævo functus amabilem
Ploravit omnes Antilochum senex
Annos. Homeri scholiastes monet ætatem unam ex veterum sententia triginta annorum spatio definiri, qua ratione nonagesimum annum attigit Nestor. V. Rader. ad Martial. 2. Epigr. 8.
Nestoris anni, ætas, &c. in proverbium abiere, ut & ejus Eloquentia, & sapientia. V. Cic. 9. Fam. 14.
De nestoris poculo, V. Rader. ad Martial. 2. 6.
Pylius Nestor. Hor. 1. Carm. 15. 22.
Vincere Nestora eloquio. Ovid. 13. Met. 64.

NESTORIDES, patronym. [Νεστορίδης] &

NESTŎREUS, a, um. Adj. [Νεστόρειος] possessiv. ut, Senecta Nestorea. Stat. 1. Silv. 3. extr.
Gratia Nestorei mellis. Lucan. ad Pison. 64.
Nestores, Scriptores plurimi sic dicti. V. Voss. Hist. Gr. 2. 4.

NESTORIUS, i. m. Ciceronis familiaris, 6. Fam. 11.
Nestorius, item Hæreticus negans Mariam Θεοτόκον, damnatus in concilio Ephesino A. C. 431.

NESTORIANUM, i. n. Coloris species. Plin. 33. 13.

NESTUS, i. m. [Νέστος] Fluvius est Thraciæ, a Strymone secus Abderam orbem fluens. Ut Diomedis fabulis infamis est, ita Democriti patria, quam præterfluit, clarus. Meminit hujus Plin. multis in locis.

N E T

NĒTE, es. f. [νήτη] ex νεάτη novissima: Ima chorda in tetrachordo. Vitruv. 5. 4.

NĒTŎIDES, is. f. [νητοειδής] Melopœæ species, quæ plures sonos ex ultimis recipit. V. Mart. Capell. lib. 9.

NETRINA, NETRIS, V. NEO.

NĒTUM, i. n. [Νέητον, contr. Νῆτον] Urbs Siciliæ. V. Cic. 4. Verr. 26. & Sil. 14. 269.

NETINI, orum. m. pl. Hujus Incolæ. Plin. 3. 8. Cic. 7. Verr. 56. &

NETINENSES, Cic. 4. Verr. 156.

NETUS, a, um. V. NEO.

N E U

NEU, [μήτε] a Neve deductum est, per apocopen. i. e. Et ne.
Pro Non. Plaut. Stich. 1. 1. 20.
Neu lacruma soror, neu tuo id animo &c.
Neu, post Ne, pro Neve. Ter. Andr. 1. 5. 56.
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras.
Neu post Ut. Cæs. 2. Bell. Gall. cap. 20. Milites non longiore oratione est cohortatus, quam uti suæ pristinæ virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo.
Neu, neu, conduplicatum, elegantem vim habet. Cæs. 1. Bell. Civil. 76. Neu se, neu Pompeium absentem, imperatorem suum, adversariis ad supplicium tradant, obsecrat. V. Neve, in NE.

NEVE, V. NE.

NEVERITA, æ. f. Reverentiæ Dea, ut est in veteribus Glossis, apud Mart. Capell. 1. conf. ibid. Not. Grotii.

NEUGMATE, inquit Festus, in carmine Cn. Marcii vatis significat Negare, quum ait,
Gravis Mcientium duorum neugmate. Fortasse Negumate. Hæc Festus. [Immo Negumate expressit. V. locum, & supra in NEGO.

NEVIA, NEVIANUS, NEVIUS, V. NÆVIUS.

NĒVŎLO, vis, vult, [μὴ θέλω] veteres dixerunt, pro Non volo, unde postea factum Nolo. Plaut. Trin. 5. 2. 32.
Filiam meam tibi desponsatam esse audio. L. nisi tu nevis. Idem Most. 3. 2. 70. & Trin. 5. 2. 32. Titinnius Setina, Ipsius quidem hercle ducem nevolt. Nonius, 2. 581. V. NOLO.

NEURA, Gell. V. NERVUS.

NEURAS, ădis. f. [νευράς] Ionum lingua herba appellata est, quæ alio nomine Poterion dicitur, nervorum dissolutiones juvans, unde & nomen accepit. Hæc etiam in vino pota, ranarum, quas rubetas nominant, veneno medetur, unde & Phrynion vocatur. Plin. lib. 25. cap. 10. Sunt & ranis venena, rubetis maxima. Auxiliatur eis Phrynion in vino potum. Aliqui neurada appellant, alii poterion, &c. Eadem & Paronychia appellatur, quod τοῖς παρωνυχίοις, hoc est abscessibus circa ungues, medetur.

NEURI, orum. m. pl. [Νευροί] Populi Scythiæ Europeæ, ad Borysthenem amnem, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

NEURIS, ĭdis. f. [νευρίς] Herba, quam alii Solanum, alii Vesicariam appellant. Dioscorid. lib. 4. cap. 74. & 75. Hermolaus in eundem.

NEURIS, is. f. [Νευρίς] Insula est Propontidis Cyzico adjacens, aliis nominibus Elaphonnesus & Proconnesus dicta. Plin. lib. 5. cap. ult.

NEURICUS, in NERVUS.

NEURŎBĂTA, æ. m. [νευροβάτης] Neurobatæ, qui omnifariam prorepunt, qui ambulant super nervos & funes nerveos. τὰ νεῦρα Græci nervos dicunt. Julius Firmic. lib. 8 cap. 17. Matheseōs, Cum testimonio vero Martis & Lunæ erunt funambuli, oribatæ, neurobatæ, & qui talia pertractent. conf. Hygin. cap. 273. Mytholog. & Turneb. Advers. 11. 15. item Vopisc. in Carino cap. 19.

NEURĂDĬOS, is. m. [νευροειδής] Species est silvestris lactucæ, quæ alio nomine Limonium appellatur, multo minoribus foliis quam beta sativa, undecim interdum caules habens. Plin. lib. 20. cap. 8.

NEUROSPASTON, i. n. [νευρόσπαστον] Herba est quam Græci κυνόσβατον, Latini Rubum caninum appellant. Folium habet vestigio hominis simile, uvam autem nigram, in cujus acino nervum habet: unde & nomen accepit. Plin. lib. 24. cap. 14.
Neurospasta, item Imagunculæ, quæ nervis quibusdam, & fidiculis occultis moventur, perinde ac si viverent. V. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 16. Lex. Fritsc. & Interpretes ad Hor. 2. Serm. 7. 82. Gell. 14. 1. & Muret. Com. in Plat. Repub. p. 649.
De obscœnis neurospastis, agit Lucian. de Dea Syr. p. 664.

NEUROSPASTES, æ. m. [νευροσπάστης] Circulator qui tales iconculas lucri causa circumfert. V. Bud. Com. Ling. Græc. 466. & Apul. de

Mundo p. 70. Elmenh. Muret. 2. Orat. 5. Demus hanc veniam sophistis, ut tanquam neurospastæ inter pueros ludant.

NEUTER, tra, trum, trisyllabum, teste Prisciano, genitivo neutri, æ, i; & neutrius. [οὐδέτερος] Nec hic, nec ille. Ter. And. 5. 1. 20.

Vero vultu, quum ibi me adesse neuter tum præsenserat. Cic. de Amicit. 53. Quod Tarquinium dixisse ferunt, tum, quum exul esset, se intellexisse quos fidos amicos habuisset, quosque infidos, quum jam neutris gratiam referre posset.

Neuter anguis, i. e. Nec mas, nec femina. Cic. 2. de Divin. 62.

Neutram in partem. Cic. 2. Off. 20. Tamen sine hominum opibus & studiis neutram in partem effici possunt. Idem 4. Acad. 130. Huic summum bonum est in his rebus neutram in partem moveri.

Neutrius partis. Cic. 4. Acad. 42.

In neutris partibus esse. Senec. de Ira, 2. 23. extr.

Neutrum servare se, vide apud Cic. H. St.

Neuter alterum diligit, dicimus; non autem Neuter neutrum. i. e. Neque ille hunc diligit, neque hic illum. [Sed & Neuter utrum.

Neutrum ab altero separo. Quintil. lib. 1.

Quid bonum sit, quid malum, quid neutrum. Cic. 2. de Divin. 10.

Neutrum alteri officit. Quintil. lib. 1. cap. 1. p. 17. Burm.

Neuter utri invidet. Plaut. Stich. 5. 4. 51. [Neuter, ex Ne & Uter.

NEUTRO, Adv. [οὐδετέρωσε] Nec ad unam partem, nec ad alteram. Liv. 5. 26. Præliaque parva fieri: & teri tempus, neutro inclinata spe. i. e. In neutram partem. Idem 34. 15.

NEUTRŌBI, vel NEUTRUBI, Adv. [οὐδετέρωθι] Neutra ex parte. Plaut. Aul. 2. 2. 56.

Neutrobi habeam stabile stabulum, si quid divortii fuat. Al. Neutrubi. Ammian. 19. 5. Neutrobi prælio inclinato. al. Neutrubi.

NEUTRĀLIS, e. Adj. [οὐδετερικός] Quod est neutrius partis. Unde Neutralia verba dicta sunt, Quæ neque actionem, neque passionem significant, ut, Sto, Jaceo, &c.

Nomina neutralia. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Positio neutralis. Quintil. lib. 1. cap. 4. conf. Tertull. advers. Prax. cap. 22. & Mart. Capell. lib. 3.

NEUTRALITER, Adv. Charisius lib. 1. Quamvis Gellius fora navium neutraliter dixerit. Paulò post, Ocymum consuetudo neutraliter dicit. Rursus, Vulgus invenitur & masculine elatum, ut apud Virg. 2. Æn. 98.

— hinc spargere voces
In vulgum ambiguas.

Sed idem & neutraliter in 1. Æn. 153.

— sævitque animis ignobile vulgus.

Adde Novatian. de Trinit. cap. 22.

NEUTRALITAS, ātis. f. Qua animus a partium studio est alienus. Barbara vox. V. Voss. de Vit. L. L. 3. 29.

NEUTIQUAM, [μηδαμῶς] inquit Donatus una pars orationis est, pro Nequaquam. Nullo modo, ut ait Festus. Ter. And. 2. 1. 32.

Ego, Charine, neutiquam officium liberi esse hominis puto,
Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.

Idem Heaut. 2. 3. 116. Cic. 9. Att. 10. [Puto, ex Ne & Utiquam, etsi hoc inusitatum sit, pro Utique.

N E X

NEX, nĕcis. f. [φόνος] Mors, sive cædes, quæ ferro fit, aut alia vi. Cic. pro Milon. 19. Insidiatori vero & latroni quæ potest afferri injusta nex? Sisenna lib. 4. Histor. apud Non. 2. 593. Quoniam neque mea nex, neque intercessio posse videntur illorum dementem reprimere audaciam. Auctor ad Heren. 4. 31. Tiberium Gracchum Remp. administrantem prohibuit indigna nex diutius in ea commorari. Cæs. 6. Bell. Gall. 19. Viri in uxores, sicuti in liberos, vitæ, necisque habent potestatem. Apud Plin. invenies Neces in nominativo, accusativo, & vocativo pluralibus.

Fas ideo miscere neces. Val. Flacc. 3. 381.

Necem a Græco duci certum est, inquit Paulus, νέκυν enim mortuum dicunt Græci. V. Voss. Etymol.

De naturali morte hac voce usus est Justin. 42. 1. 1. observante Bernegg. & ad Suet. Cæs. cap. 5. n. 2. Adde Freinshem. ad Florum 3. 23. 7.

Dignus nece. Ovid. 6. Epist. 146.

Artifices necis, Qui novum aliquod mortis genus comminiscuntur. Ovid. 1. de Arte Am. 655.

Amor necis. Ovid. 3. Trist. 8. 39.

Auctor. Ovid. 8. Met. 449.

Civium multorum neces. Cic. 1. in Catil. 18.

Injusta. Cic. pro Milon. 9.

Afferre necem. V. paulo ante in NEX.

Cecidit nece vir. Ovid. 14. Epist. 12.

Conscivit sibi ipsi necem Junius. Cic. 2. de Nat. Deor. 8.

Dedere aliquem neci. Virg. 4. Georg. 90.

Demittere aliquem neci. Virg. 2. Æn. 5.

Dare aliquem infandæ neci. Ovid. in Ibin 380.

Datus neci, auctore Festo, proprie dicitur, Qui sine vulnere interfectus est, ut veneno, aut fame.

Effugere necem. Ovid. 7. Met. 424.

Eripere necem alicui, Conservare aliquem quominus pereat. Stat. 3. Theb. 69.

Inferre necem. V. INFERO.

Maturare alicui. Hor. 3. Carm. 7. 16.

Meruisse. Ovid. 11. Epist. 109.

Miscere. Valer. 3. Argon. 386.

Missa corpora neci. Ovid. 7. Met. 606.

Moliri alicui. Tacit. 13. Ann. 1.

Occumbere neci. Ovid. 15. Met. 599.

Parare alicui. Ovid. 1. de Arte Am. 73.

Pati indignam. Ovid. 10. Met. 627.

Patrare. Tacit. 2. Ann. 88.

Præbere causam. Ovid. 2. Epist. 148.

Tortus gelida nece. Lucret. lib. 4. 551. Alii aliter.

Ulcisci alicujus. Ovid. 7. Met. 458.

Urgendus gravi. Seneca Herc. OEth. 14. 16.

In necem alterius, pro In damnum & fortunarum eversionem. Ulpianus de Crimine stellionatus, Si quia imposturam fecerit, vel collusionem in necem alterius. Budæus. Idem Ulpian, in l. Summa. D. de peculio.

NEXO, are. NEXUS, &c. V. NECTO.

N I

NI. Nil.

NI, [εἰ μή] a Nisi per apocopen factum, Si non, Subjunctivo interdum jungitur, Interdum etiam Indicativo. Ter. And. 3. 4. 19. Mirum ni domi est. Cic. 3. de Finib. 66. Quod ni ita se haberet, nec justitiæ ullus esset, nec bonitati locus, &c. Idem 5. Tusc. 39.

Ni pro Non dicebant veteres, ut ait Donatus. in Eun. 3. 3. pr. Plaut. Men. 1. 2. 1. Ni stulta sis.

Ni, pro Ne. Virg. 3. Æn. 686.

Contra jussa monent Heleni, Scyllam atque Charybdim,
Inter utramque viam leti discrimine parvo,
Ni teneant cursus: certum est dare lintea retro.

Ubi Servius; Antiqui Ni pro Ne ponebant, qua particula plenus est Plautus, Ni mala, Ni stulta sis. Sensus ergo talis est, Ne cursus teneant, hoc est agantur & impleantur inter utramque viam modico mortis interstitio, id est Scyllæ & Charybdis. Lucret. lib. 2. 734.

Nive alium quemvis, quæ sunt imbuta, colorem
Propterea gerere hunc credas.

conf. Broeckh. ad Propert. 2. 6. 3. & Drakenb. ad Sil. 1. 374.

NI, particula in sponsionibus utebantur antiqui, & in judicio recuperatorio. Cic. pro Muren. Sponsionem facere possent, ni adversum edictum Prætoris vis facta esset. Idem 5. Verr. 132. Sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni socium tibi in decumis esse dictaret. Et sic sæpe ibid. Idem 7. Verr. 141. Cogere eum cœpit: quum ageret nemo, nemo postularet, sestertiis duobus millib. sponsionem facere cum lictore suo, ni furtis quæstum faceret. Budæus.

N I Æ

NIÆTHUS, i. m. [Νίαιθος] Fluvius est Magnæ Græciæ, cujus meminit Theocritus. Sed rectius scribitur Neæthus, quod vide.

N I B

NIBAS, Vicus in Thessalonica Macedoniæ civitate, ubi galli nunquam vocem edunt: unde proverbium de iis quæ nunquam fient; Ubi Nibas coccyssaverit. V. Erasm. Chiliad.

N I C

NĪCĂRCHUS, i. m. [Νικάρχος] Pictor fuit sua ætate eximius. Hic inter alia Venerem inter Gratias & Cupidinem pinxit: & Herculem tristem insaniæ pœnitentia. Plin. lib. 35. cap. 11.

NĪCÆA, æ. f. [Νίκαια] vel NICEA & hoc NICIA. Nam utroque modo dicitur secundum Priscianum, est nomen duarum urbium, quarum una est Galliæ Narbonensis, a Massiliensibus condita, teste Plinio 3. 5. Alia Asiæ, & Bithyniæ Metropolis, de qua Plin. lib. 5. cap. ult. Nicæam primus Antigonus Philippi filius condidit, & Antigoniam nominavit. Postea Lysimachus, a nomine uxoris Antipatri filiæ, Nicæam appellavit. Auctor Strabo lib. 12. ubi plura V. Hic, jubente Constantino, famosa illa Synodus celebrata est, trecentorum decem & octo episcoporum & perfidum Arrii dogma recisum. V. & Spanh. de us. & pr. Num. diss. 9.

Alia Nicæa Locrorum ad Thermopylas.

Nicæa, etiam Indiæ, ab Alexandro condita. Curt. 9. 3. 23.

Alia, octava Stephani, Nicæa Thraciæ.

Æstuosæ Nicææ ager. Catull. ad Seipsum, 44. 5.

NICĒNUS, a, um. [Νικαεύς] & NICÆNUS. Plin. 10. Epist. 48. ut, Synodus Nicæna, Symbolum, &c. apud Ecclesiasticos.

NICÆENSIS, e. Adj. De Nicæensibus incolis, Cic. 13. Fam. 61.

NĪCĂGŎRAS, æ. m. [Νικαγόρας] Cyprius; qui Deorum gentilium historiam scrutatus, eos quos coleret vulgus, revera homines fuisse deprehendit, idque palam enuntians pro atheo est habitus. V. Arnob. lib. 4. & Clem. Alex. Protrept. 11. al. Nicanor. V. Voss. 4. Hist. Græc. p. 521. Alios Nicagoras, Atheniensem, Leucadium, Rhodium, Zelitam, memorat Jonsius Hist. Philos. 3. 14.

NĪCANDER, sive NICANDRUS, dri. m. [Νίκανδρος] Colophonius, grammaticus & poeta, & medicus tempore Attali juvenis illius, qui Gallogræcos vicit. Auctor Suidas. De hoc Cic. 1. de Orat. 69. conf. Voss. Poet. Gr. p. 68. & Hist. Gr. 4. 14. & Rutgers. Varr. Lect. 4. 18. & Fabric. Bibl. Gr. 3. 26. 6.

Nicander, Archipirata. Liv. 37. 11.

NĪCĀNOR, ŏris. m. [Νικάνωρ] Alexandrinus Grammaticus.

Alius Samius, qui de fluviis scripsit.

Alius inter Duces Alexandri, Parthos sortitus. Justin. 13. 4. 23.

De aliis V. supra in NICAGORAS.

NĪCĀSIO, onis. m. Cic. 12. Att. 5. extr. Nicasionum archetypa. Quo loco Turnebus; Nicasionum archetypa, inquit, per scirpum significant fœneratorum calendarium, vel quod Nicasio fœnerator fuerit, vel quod in Nicasione fabula a Cæcilio nescio quid tale scriberetur: vel certe quod proprium nomen, quod Græcum est origine, quadam lascivia ad interpretationem Romanam, ad quam alludit, revocaretur: quasi Nicasio, a nicando, id est necando dicatur, ut eneco & enico dicitur: fœneratorum autem crudelitas homines trucidare, enecareque videtur: vel quadam etiam alia joci luxuria, quasi hominum sint victores. Hæc ille Advers. 12. 4. [Νικασιώνων ἀρχέτυπα legendum, ut alibi docui.

NĪCĀTOR, ŏris. m. [Νικάτωρ] Cohors Macedonum regia, apud Liv. 43. 19. Item Seleucidarum Syriæ regum cognomen. V. Spanh. de Numm. diss. 7.

NICEA, NICENUS, NICIA, V. NICÆA.

NĪCĒPHŎRIUM, i. n. [Νικηφόριον] Oppidum est Mesopotamiæ, non procul ab Euphrate fluvio, ab Alexandro magno conditum. Plin. lib. 6. cap. 26. Liv. 32. 33. & 34.

NICEPHORIUS, [Νικηφόριος] amnis Tigranocerta urbem ambiens. Tacit. 15. Ann. 4. 2.

NĪCĒPHŎRUS, i. m. [Νικηφόρος] Villicus Q. frat. Ciceronis. V. 3. Q. frat. 1. 2.

Fuerunt hujus nominis plures Imperatores Constantinopol. & Scriptores. De Nicephoro Gregora, V. Voss. de Hist. Gr. 2. 28. conf. Fabric. Bibl. Græc. 5. 5.

NICER, cri. m. Fluvius Sueviæ in Germania. al. Neccarus. Sidon. 7. 324. & Auson. Edyll. 3. 423.

NICĔRŌS, ōtis. m. [Νικήρως] Unguentarius. Martial. 12. 66.

NICERŌTIĀNUM, i. n. [νικηρωτιανὸν] Delicatius odoramentum & unguentum: dictum ab artifice probo Nicerote. Martial. lib. 6. 55.

Fragras plumbea Nicerotiana. Idem lib. 10. 38.

Nimbis ebria Nicerotianis. conf. Sidon. 9. 324.

NĪCĒTĒRIA, orum. n. pl. [νικητήρια] Præmium victorum: accipitur etiam pro Sacrificio vel epulo victoriæ gratia facto, quod etiam Epinicia plurali numero dicitur. Juven. 3. Sat. 68.

Et ceromatico fert nicteria collo. Budæus. conf. Scholiast. & Ælian. Varr. Hist. 2. 41.

NĪCĒTAS, æ. m. [Νικήτας, ἢ Νικήτης] Smyrnæus, sophista Adriano principi carus, ab eoque Museo Ægyptio ascriptus fuit. Quum causas tentaret, foro etiam aptissimus videbatur. Adeo ingenium ad utramque dicendi rationem accommodavit, ut judiciale sophistica quadam facultate exornaverit, sophisticum vero & umbratile forensibus aculeis roboraverit: genus dicendi antiquum & politum retinuit. Lascivus nihilominus & dithyrambicus visus. Ex Philostrato.

Scriptor item fuit Historiæ Byzantinæ, ubi desiit Zonaras. V. Voss. Hist. Gr. 2. 29.

De alio Idem 2. 25. conf. Fabric. Bibl. Gr. 5. 5.

NĪCIAS, æ. m. [Νικίας] Atheniensis, genere clarus. Aristoteles scribit tres viros Athenis eodem tempore æque potentes fuisse, Niciam Nicerati, Thucydidem Milesii, & Theramenem Agnonis. Tyucydides his natu aliquantulum major, multa cum Pericle clara pro Republica gessit. Post mortem Periclis ad Niciam primæ partes delatæ sunt. Missus igitur imperator una cum Demosthene altero duce contra Syracusanos, qui Gylippum Lacedæmoniorum ducem auxilio arcessiverant, infeliciter pugnantes ambo a Syracusanis in bello capti sunt, conjectique in carcerem, sibi manus attulere. Nicias Marco Crasso ex nostris comparatur, quod & divitiis abundaverit, & eundem fere exitum hic [?]pud Siculos, ille apud Parthos invenerit. Hæc ex Plutarchi Nicia.

Nicias alius Atheniensis pictor, qui, teste Plin. lib. 35. cap. 11. diligentissime mulieres pinxit: lumen & umbras custodivit: atque ut eminerent e tabulis picturæ, maxime curavit. Hic etiam in artem tanta contentione animi incubuisse dicitur, ut cibum sumere sæpe oblitus sit. Ælian. Var. Hist. 3. 31.

Nicias, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabricium veniens, ei promisit Pyrrhum veneno necaturum. At ille aversatus facinus, Pyrrho rescripsit, ut a Nicia sibi caveret. Plutarch. in Apophth. Fabricii. & in Pyrrh. Valer. Max. 6. 5. 1. Timocharem vocat. Res varie refertur. V. Freinsh. ad Flor. 1. 18. 21.

Curtius Nicias, Grammaticus Romæ, familiaris Pompeio & Ciceroni, qui ejus in epist. ad Atticum meminit: item in epist. 7. Fam. 3. Sueton. Ill. Gramm. 14. Cicero & Niciam quendam Smyrnæum se complecti scripsit, 1. Q. frat. 2. 2.

NĪCIPPUS, i. m. [Νίκιππος] Coorum Tyrannus, cui cum adhuc privatam ageret vitam, ovis, in pascuis ejus leonem pariens, regnum portendere visa est. Ælian. Varr. Hist. 1. 20.

NĪCO, vel NICŌN, ōnis. m. [Νίκων] fuit Unus ex tredecim principibus Tarentinorum, qui conjurarunt in Annibalem: tandemque comprehensus cum Philomene, ad Annibalem deductus est. De quo Liv. 20. 8.

Alius Galeni pater, Geometriæ & architecturæ peritus.

Item Pugil quidam, de quo Suidas.

Alios hujus nominis. V. apud Fabric. Bibl. Gr. 5. 42.

Fuit etiam Asini nomen apud Suet. August. cap. 96. extr.

NICO, ĕre. Verbum antiquum, a quo deductum est Nictare, & significat Signum facere, ut manum movere, aut ea minari. Plaut. Truc. 2. 7. 63.

—emoriere ocius si manu niceris.

OR Quid manu nicerim? Ubi Icerim sæpe legendum credidi, inquit Turnebus 24. 17. sed quum aliquam esse Nictandi originem augurer, nec aliam quisquam comminisci possit, retinendum putavi. Nicere alibi nusquam, quod sciam, reperitur. conf. Taubm. not. Manu iceris Boxh. [Puto reliquisse Plautum —si manu'n jeceris. pro Manum injeceris. Id enim sane intelligi volebat. Nicto a Niveo Grammatici deducunt. V. Cl.

NĪCOCLES, is. m. [Νικοκλῆς] Filius Evagoræ, Salaminis Cypriæ Rex; notus e duabus Isocratis orationibus paræneticis.

Alius item Grammaticus, citatus Varino voce σκάλοψ.

NĪCOCREON, ontis. m. [Νικοκρέων] Cypriorum tyrannus, de quo in dictione ANAXARCHUS.

NĪCŎLĀUS, i. m. [Νικόλαος] Nomen proprium, quasi victor populi.

Nicolaus Damascenus [Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς Peripateticæ sectæ philosophus fuit, Herodi Judæorum tetrachæ, & Augusto Cæsari familiaris, qui universalem historiam libris 80. complexus est.

Nicolaus alius fuit ex Myra Lyciæ civitate, flagrantissimus Christianæ religionis propagator, qui sub Constantino Cæsare vixit.

Fuit item Nicolaus quidam sophista, ex eadem Myra ortus, Dioscoridis Grammatici frater, qui artem Rhetoricam scripsit, & meditationes quasdam. De his omnibus vide plura apud Suidam.

Nicolai [νικόλαοι] vocantur Palmarum balani grandiores. Plin. lib. 13. cap. 4. ubi nominis rationem assignat. conf. Spanh. de usu & pr. Num. diss. 6. & Cæl. Rhod. 2. 6. & Cang. utrumque Gloss.

NICOLAĪTÆ, arum. m. pl. [Νικολαῖται] Hæretici fuere, ab Nicolao nomen ducentes, qui fuit cum Stephano diaconus. Eorum dogma fuit, Uxorum communio. Improbantur Apocalypsis cap. 2. 15. V. Euseb. Hist. Eccl. 3. 29. & Isidor. 8. 5.

NĪCŎMĂCHUS, i. m. [Νικόμαχος] Nicomachos sex tradit Suidas: Primum ex Alexandria Troadis, poetam tragicum, qui scripsit tragœdias undecim. Secundum, Atheniensem item tragicum, qui vicit Euripidem & Theogenem. Nicomachum item medicum, Machaonis filium, Æsculapii nepotem, qui scripsit de medicina libros sex, & in philosophia unum. Reliquos duos, patrem & filium Aristotelis ponit, ambos medicos: quorum filius scripsit commentarios in physica patris. V. Jonsius de Script. Hist. Philos. 3. 13. & Fabric. Bibl. Gr. 4. 22. qui 12. alios commemorat.

NĪCŎMĒDES, is. m. [Νικομήδης] Nomen proprium regis Bithyniæ, Romanorum amici, qui olim raso capite sumpsit pileum, & se Romanorum libertum vocavit, a quo Nicomedia. V. Justin. 34. 4. 5. & 38. 5. 15.

NICOMEDIA, æ. f. [Νικομήδεια] Civitas Bithyniæ, a Nicomede rege, qui eam condidit, appellata. V. Plin. Nat. Hist. 5. 32. & Plin. 10. Epist. 42. Turcis hodie *Nichor*: Nautis vulgo *Comidia*, & *Comdi*.

NICOMEDENSIS, e. Adj. Nicomedenses, Incolæ. Plin. 10. Epist. 43.

NICON, V. paulo ante, NICO.

NĪCŎPHĀNĒS, is. m. [Νικοφάνης] Pictor elegans & concinnus, ita ut vetusta opera pingeret propter æternitatem rerum: impetuosi animi, & cui pauci comparentur. Cothurnus ei, & gravitas artis. Plin. lib. 35. cap. 10. Sed V. not. Hard.

NICOPHŎRUS, i. f. [νικηφόρος] Herba, qua victores coronabantur. Smilax. Plin. 24. 10. [Sed forte Nicephorus scribendum.

NICŎPŎLIS, is. f. [Νικόπολις] Civitas Epiri, a victoria Augusti sic appellata, quia Cleopatram & M. Antonium apud Actium bello superavit. V. Plin. 4. 1. & Suet. August. cap. 18.

Aliæ sunt in Thracia; nobilis etiam in Mœsia ad Danubium: rursus alia in Bithynia, & in Armenia minore, a Pompeio exstructa. Et ad sinum Issicum monumentum Alexandri: & in Palæstina, vetus Emmaus. V. Geogr.

NICOPOLĪTĀNUS, a, um. Adj. Plin. 4. 1. Nicopolitana civitas. Alcim. Avit. Epist. ult. Nicopolitanus Episcopus.

NĪCOSTRĂTA, æ. f. [Νικοστράτη] Mater Evandri Arcadis futurorum vaticinatrix, quæ a carminibus, quibus Phœbi oracula significare solebat, Carmentis Latine dicta fui; vel, ut alii nonnulli voluerunt, a Carpento quo utebatur. V. CARMENTA, & Victor. de Orig. Rom. cap. 5.

NĪCOSTRĂTĒGI, [νυκτοστρατηγοί] al. NYCTOSTRATEGI, orum. n. pl. Hoc verbo utitur Arcadius in l. Munerum. §. 1. extr. D. de munerib. Legati quoque qui ad sacrarium principis mittuntur, quia viaticum, quod legativum dicitur, interdum solent accipere, sed & nicostrategi, & pistrinorum curatores personale munus ineunt. Ceterum quid sint Nicostrategi, apud nullum reperi. Turnebus suspicatur hic mendum esse, quod nullum tale apud Græcos verbum sit, quum tamen Græcam mentiatur originem: & ejus loco, Vicorum stratorum & pistrinorum, &c. reponendum credit. [Forte Neostrategi, νεοστρατηγοί, Navalis imperii nomen.

NĪCOSTRĂTUS, i. m. [Νικόστρατος] Macedo, Orator inter decem secundos, tempore M. Antonini, Dionis Chrysostomi, & Aristidis oratoris æqualis: scripsit nonnulla, ut auctor est Suidas.

Fuit item alter Nicostratus, poeta comicus, cujus meminit Athenæus in Dipnosophistis & Suid.

Nicostratus citharista, & Laodocus citharœdus, quum inter se concertarent: dixit Nicostratus Laodocum esse in magna arte parvum, se autem in parva magnum. V. Ælian. Var. Hist. 4. 12.

Nicostratus Achæorum prætor. Liv. 32. 39. & 40.

Alius Trapezuntius sophista & Historicus. V. Voss. Hist. Gr. 4. 20.

NĪCŌTIĀNA, æ. f. Herba, sic dicta a Jo. Nicotio regis Galliæ in Lusitaniam legato, qui eam primus, e Florida Americæ regione allatam, in Gallias misit. In America dicta *Petus*. Vulgo *Tobacco*.

NICTO, [ὀφθαλμιάω, σκαρδαμύττω] āre. frequent. prisci verbi Niveo, ēre; unde Conniveo compositum, est Quum oculis signum damus claudendo vel utrumque vel alterum. Plaut. Asin. 4. 1. 39.

Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat. conf. Idem Men. 4. 2. 49. & Merc. 3. 2. 72. Plin. lib. 11. cap. 37. Plerisque vero naturale est, ut nictare non cessent: quos pavidiores accepimus.

NICTOR. [βλεφαρίζω] āri. deponens. Plin. lib. 11. cap. 37. Graviores alitum inferiore gena connivent: eædem nictantur, ab angulis membrana obeunte.

Nictari, (inquit Festus) & oculorum & aliorum membrorum nisu sæpe aliquid conari, dictum est ab antiquis, ut Lucret. lib. 6. 836.

Hic ubi nictari nequeunt, insistereque alis. Novius in Machoco, Pone actūtum scribit, cum in nervo nictabere. Unde quidam nictationem, quidam nictum, ut Cæcilius in Pugilem, Tamen inter laudandum hunc tumidum tremulis palpebris percutere nictu, hic gaudere & mirarier. V. Non. 5. 71.

NICTANS, Partic. translate pro Micans, seu Vibrans. Lucret. lib. 6. 181.

Dissupat ardoris quasi per vim expressa repente

Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ.

NICTĀTIO, ōnis. f. [βλεφαρισμὸς] Plin. lib. 11. cap. 37. Nec genæ quidem omnibus: ideo neque nictationes iis quæ animal generant. conf. Solin. cap. 27. & 40.

NICTO, nicti, [κνύζω] nictĕre. Idem quod Nictare. Festus, Nictit canis in odorandis vestigiis ferarum leviter ganniens; ut Ennius lib. 10. Veluti siquando vinculis venatica venenox apta solet, si forte ex nare sagaci sensit, voce sua nictit, ululatque ibi acuta est.

Adnicto, Guigner, vide ADNICTO. H. St.

NICTUS, ûs. m. Idem. V. Fest. supra. & Laur. Valla annot. in N. T. 1. Cor. 15. 52. In nictu oculi.

N I D

NIDAMENTUM, NIDIFICO, NIDIFICIUM, &c. V. NIDUS.

NĪDOR, ōris. m. [κνῖσα] proprie dicitur Odor cujuscunque rei adustæ. A nitore Ignis. Virg. 12. Æn. 301.

—illi ingens barba reluxit,

Nidoremque ambusta dedit. Martial. lib. 1. 93.

Pasceris & nigræ solo nidore culinæ. Plaut. Most. 1. 1. 5.

Lumen exstinctum offendit nares nidore. Lucret. lib. 6. 792.

Ganearum nidor & fumus. Cic. in Pison. 13.

Carus nidor. Hor. 2. Serm. 2. 19.

Cancri nidor. Plin. lib. 12. cap. 9.

Chelydri graves nidore. Virg. 3. Georg. 415.

Nidor etiam de Stercoris recentis fœture dicitur. Apul. lib. 4. pag. 144. Elm. Alios putore nidoris fœtidi a meis jam quassis scapulis abegissem.

Nidor, Risus. Hor. 2. Serm. 7. 38.

—nasum nidore supinor. Sic Porphyrio interpretatur: Nidorem pro risu posuit: a quo verbum fit Renideo. Acron vero, Nasum, inquit, nidore supinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Nidor autem a nimio odore tractum, seu risu; unde & Renidet.

Nidor differt ab Odore. Plin. lib. 13. c. 1. Cedri tantum & citri suorum fruticum in sacris fumo convolutum nidorem verius, quam odorem, noverant.

Nidor

Nidor impudicitiæ. Salvian. lib. 7.

NIDORŌSUS, a, um. Adj. Tertull. adverl. Marc. 5. 5. Holocauſtomata nidoroſa.

NIDEO, ēre. Obſoletum, cujus compoſitum in uſu eſt, Renideo.

NIDUS, i. m. [νοσσιὰ] Avium domicilium. A nidore, ut putatur, quod mali odoris ſint avium cubilia. Plin. lib. 10. cap. 29. In Fidenate agro juxta urbem ciconiæ nec pullos, nec nidum faciunt.
Aditus nidi. In ADEO.
Domus & nidi. Virg. 5. Æn. 214.
Adulteratus. Plin. lib. 10. cap. 9. V. Subjicere pullos, in SUBJICIO.
Dulces. Virg. 1. Georg. 415.
Verni. Stat. 3. Silv. 5. 57.
Abducere in diverſum a nido. V. ABDUCO.
Conſtruere ſibi nidum. Ovid. 15. Met. 397.
Conſtruunt cubilia ſibi nidoſque, eoſque quam poſſunt molliſſime ſubſternunt gallinæ aveſque reliquæ, ut quam faciliſſime ova ſerventur. Cic. 2. de Nat. Deor. 129.
Demptus cacumine. Ovid. 13. Met. 833.
Detrahere aves nido. Virg. 4. Georg. 514.
Egredi nidis. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Fingunt & conſtruunt nidos, procreationis atque utilitatis ſuæ cauſa, volucres. Cic. 2. de Orat. 23.
Migrare nidum. Gell. lib. 2. cap. 29.
Struere. Tacit. 6. Ann. 28. Suis in terris ſtruere nidum.
Texere. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Apium nidi. Virg. 4. Georg. 56.
Nidus, pro Fetu ſcrofæ, ſeu porculis adhuc lactentibus. Columel. lib. 7. cap. 9. non procul a fine, Et in cubili ſuam quiſque matrem nidus exſpectat. V. totam periodum.
Nidus, aliquando accipitur pro Fetu avium. Virg. 4. Georg. 17.
— ipſæque volantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus eſcam. Nonius 6. 63.
Loquaces nidi. Virg. 12. Æn. 475.
Queruli. Seneca Herc. fur. 148.
Nidus, pro Poculo ad nidorum ſimilitudinem facto. Varro Quinquatribus, Quam lympham melius e lacuna fontium allatam, nidos potiſ permiſceat. Non. 2. 588.
Nidus, pro Domo cujuſque propria. Hor. 1. Epiſt. 10. 6.
Tu nidum ſervas: ego laudo ruris amœni
Rivos, &c. Sic Heſiod. ποιῇ τι νοσσιάς. Ductum ab avibus. Lambinus. [Heſiod. Ἔργ. 305. — ἄρμαιν βιότου πλήθωσι καλιαί.
De quovis Receptaculo ſive Seceſſu uſurpatur. Ita Virginius villam ſuam Alſienſem vocare ſolebat Nidum ſenectutis ſuæ. V. Plin. 6. Epiſt. 10. & conf. Hor. 3. Carm. 4.
Nidi, dicuntur, In quibus merces in tabernis ſeparatim tenentur. Martial. lib. 1. 118.
De primo dabit, alterove nido
Raſum pumice, purpuraque cultum.

NIDĪCUS, a, um. Adj. Varro Virgula divina, apud Non. 4. 278. in Limen, & 12. 41. in Vile,
Ad quos tum volucres venit puſillos
Uſque ad limina nidica eſca vilis. Mercer. legit Indica, Gothofr. Nitida, repugnante metro, ſi modo phaleuci ſunt verſus.

NIDŬLUS, i. m. [νοσσίον] Parvus nidus. Gell. lib. 2. cap. 29. Cic. 1. de Orat. 196. Ithacam illam, in aſperrimis ſaxulis, tanquam nidulum, affixam. conf. Arnob. lib. 2.

NIDŬLOR, [νοσσεύομαι] āri. Idem quod Nidifico. Plin. lib. 11. cap. 28. Parvoſque in iis contra rigorem hiemis vermiculos fetus ſui nidulantur. Gell. lib. 2. cap. 29. Habitat, nidulaturque in ſegetibus.
Nidulari, Ovis incubare. Varr. Hebdomadōn 1. Prima dies, deinde illos quibus halcyones hieme in aqua nidulantur, eos quoque ſeptem eſſe dixit. Non. 2. 589.

NIDIFICO, [νοσσεύω] āre. Nidum facere. Virg. in Epigr. a Donato in ejus vita allato,
Sic vos non vobis nidificatis aves. Columel. lib. 8. cap. 15. Plin. lib. 10. cap. 32.
Nidificare ex. Plin. lib. 9. cap. 26. Eadem piſcium ſola nidificat ex alga, atque in nido parit.
Nidificare luto. Plin. lib. 10. cap. 52. Lactant. 2. 4.

NIDIFICUS, a, um. Adj. [νοσσοποιὸς] Seneca Med. v. 714.
Quodcunque tellus vere nidifico creat.

NIDIFICIUM, i. n. Apul 8. Met. pag. 211. Elmenh. Alligavit arbori ficulneæ, cujus in ipſo carioſo ſtipite inhabitantium formicarum nidificia burriebant.

NIDAMENTUM, i. n. Locus ubi nidulantur aves. Plaut. Rud. 3. 6. 52.
In nervom ille hodie nidamenta congeret. Ubi Turnebo, Adverſ. 26. 2. Nidamenta ſunt Flocci, &c. unde aves nidos congerunt. Arnob. lib. 6. pro Nido dixit. [Quaſi a verbo Nidor, āri. dep. An Nidulamentum? H. St.

N I G

NIGELLA, NIGELLUS, V. poſt NIGER, a, um.

NIGER, gri. m. Fluvius. V. NIGRIS.

NIGER, gra, grum. Adj. [μέλας, αἰανὸς, ἰλυὸς, κελαινὸς, ἐρεμνὸς, ἰωλος] Ater & obſcurus color, qui & fuſcus quibuſdam dicitur. Plaut. Capt. 3. 4. 114.
Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris.
Æquoris nigri fremitus. Hor. 2. Carm. 27. 23.
Aer niger. Virg. 1. Georg. 423.
Agmen. Virg. 4. Æn. 404. de formicis.
Avernum. Ovid. 3. Amor. 9. 27.
Auſter. Virg. 3. Georg. 278.
Cælum pice nigrius. Ovid. 18. Epiſt. 7.
Capilli. Hor. 1. Epiſt. 7. 37.
Colles nigri, Umbroſi propter arbores. Hor. 4. Carm. 12. 11.
Color. Ovid. 2. Met. 236.
Crinis. Hor. 1. Carm. 32. 12.
Folia nigriora. Plin. 24. 15.
Imber nigerrimus denſis Auſtris. Virg. 5. Æn. 696.
Lacus. Virg. 6. Æn. 238.
Limus. Virg. 4. Georg. 478.
Livor. Ovid. 3. Amor. 5. 26.
Monedula nigra pedes. Ovid. 7. Met. 468.
Mors. Stat. 9. Theb. 851.
Nemus. Virg. 3. Georg. 333.
Noctis nigræ umbra. Lucret. lib. 4. 541.
Nubes. Virg. 5. Æn. 516.
Oculi. Hor. 1. Carm. 32. 11.
Ovis. Virg. 4. Georg. 546.
Pecus. Virg. 3. Æn. 120.
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo,
Nigram hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam. Nigram hiemi pecudem immolari Maro facit, ut & Horatius agnam, quum eſſet Tempeſtas ritu Romano dea: Epod. 10. 23.
Libidinoſus immolabitur caper,
Et agna Tempeſtatibus. Turnebus.
Pulvis. Virg. 9. Æn. 33.
Sanguis. Ovid. 12. Met. 326.
Somnia. Tibul. lib. 2. 1. 90.
Splendor. Plin. lib. 12. cap. 4.
Superſtitio. Stat. 6. Theb. 11.
Silvæ nigræ, Obſcuræ, umbroſæ. Hor. 1. Carm. 21. 7.
Terra nigra & pinguis. Virg. 2. Georg. 203.
Turbo. Virg. 1. Georg. 320.
Venenum. Virg. 4. Æn. 514.
Violæ. Virg. 10. Ecl. 39.
Umbræ. Lucret. lib. 4. 342.
Uva nigerrima. Catul. ad Coloniam, 18. 16.
Alba & nigra. Cic. 2. de Divin. 9. Aut num neſcio qui ille divinus, ſi oculis captus ſit, ut Tireſias fuit, poſſit quæ alba ſint, quæ nigra dicere: &c.
Niger, per translationem quandoque ponitur pro Mortuo. Juven. 1. Sat. 72.
Inſtituitque rudes melior Locuſta propinquas
Per famam & populum nigros efferre maritos. [Non mortuos intelligit ſimpliciter, ſed Veneno necatos, eoque liventes & luridos.
Domus nigra queſtu, Funeſta. Stat. 5. Silv. 1. 19.
Niger, Noxius. Virg. 2. Georg. 214.
— & nigris exeſa chelydris
Creta. Servius.
Niger, Malus. Juven. 3. Sat. 30.
— nigrum in candida vertunt. Solebant enim priſci quod bonum & laudabile erat, creta, vel alba linea notare. Quod autem noxium & malum, nigro colore.
Niger, i. e. Improbis moribus, & ingenio infido. Hor. 1. Serm. 4. 84.
— commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt, hunc tu, Romane, caveto. Puto (inquit hic Lambinus) Horatium reſpicere ad ſymbolum Pythagoricum illud, quod monet, μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, id eſt, ne guſtemus de his quibus nigra eſt cauda: quo vetabat Pythagoras, ut interpretatur Plutarchus, verſari cum hominibus, qui nigri eſſent morum improbitate. Hæc ille.
Nigra turba. Stat. 1. Silv. 3. 103. pro Hominibus pravi ingenii.
Non minus niger, quam Terentianus Phormio. Cic. pro Cæcin. 27. Et argentarius Sext. Clodius, cui nomen eſt Phormio: nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio.
Nigerrimus. Plin. lib. 15. cap. 25. Ceraſorum Aproniana maxime rubent: nigerrima ſunt ut Actia. Comparativi exempla V. ſupra.

NIGELLUS, a, um. Adj. dimin. Parum nigrum. Auſonius ad Theonem, Epiſt. 4. v. 72. litteras vocat Cadmi nigellas filias.
Herba floribus nigellis. Apul. de Herb. cap. 75.

NIGELLA, æ. f. [μελάνθιον] Frutex eſt puſillus, ramulis tenuibus, altitudine palmorum duorum, foliis parvis, ſenecionis herbæ ſimilibus, in cacumine capitulum habens exiguum, ceu papaveris, in quo ſemen nigrum, acre, odoratum includitur. In officinis etiam hodie nomen ſervat: a Gallis *Poivrette* appellatur.

NIGREDO, inis. f. Ipſe color fuſcus. Apul. 2. de Aſin. p. 118. Elmenh. Corvina nigredine cæruleos columbarum colli floſculos æmulantur. Mart. Capell. lib. 2. Erant quidem libri facra nigredine colorati.

NIGRĬTŪDO, inis. f. Idem. Plin. lib. 10. cap. 36. Nulla veris initio apparet nigritudo in roſtro, quæ ab æſtate incipit. De paſſeribus.

NIGRĬTIA, æ. f. [μελανία] Idem. Plin. lib. 9. cap. 38. Nimiæque ejus nigritiæ dat auſteritatem.

NIGRĬTIES, ēi. f. Idem. Corn. Celſ. lib. 8. cap. 2. Nigrities colligi quidem poteſt etiam ex dolore & ex febre.

NIGROR, ōris. m. [ὄρφνη] Idem. Cic. 1. de Divin. 24.
Interea prope jam occidente ſole inhorreſcit mare,
Tenebræ conduplicantur, noctiſque & nimbûm occæcat nigror. Ex Pacuvio. Gell. lib. 2. cap. 26. Rubidus autem eſt ruſus atrore & nigrore multo miſtus. De coloribus.
Nigror mortis. Lucret. lib. 3. 39. Celſ. 2. 1.

NIGREO, ēre. Profert ex Pacuvio & Accio. Non. 2. 582.

NIGRESCO, nigrui, [μελαίνομαι] ēre. Nigrum fieri. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 72.
Nunc ſibi mutatas liceat nigreſcere veſtes. Columel. lib. 12. cap. 48. Olivas, quum nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint, ſereno cælo diſtringere manu convenit. Solin. cap. 4. pr. Nigreſcent æra. V. & Sidon. 8. 7.
Tenebris nigreſcunt omnia. Virg. 11. Æn. 824.
Æquora nigreſcunt ventis. Ovid. 1. Triſt. 3. 107. al. Increſcunt.
Cælum nigreſcit ab Auſtris. Ovid. 5. Faſt. 323.
Venæ nigreſcunt ſanguine. Ovid. 3. de Arte Am. 503.

NIGRO, [μελαίνομαι] āre. Nigrum facere. Unde compoſ. Denigro.
Nigrare, Nigrum eſſe. Lucret. lib. 2. 732.
— ne forte hæc ex albis alba rearis
Principiis eſſe, ante oculos quæ candida cernis:
Aut ea quæ nigrant, nigro de ſemine nata. [Niſi forte Nigrent legendum, a Nigreo.

NIGRANS, antis. Partic. [μελανίζων] ut,

Nigrans color. Columel lib. 6. cap. 1. Parandi funt boves novelli, quadrati, grandibus membris, cornibus proceris, ac nigrantibus & robuftis.
Antra. Stat. 10. Theb. 129.
Caligine nigranti piceus vertex. Sil. lib. 4. 308.
Campi pulvere. Sil. lib. 3. 406.
Color. Lucret. 2. 792.
Comæ arboris. Seneca. Herc. fur. 9.
Corpora. Sil. 9. 225.
Juvenci nigrantes terga. Virg. Æn. 97.
Nimbus. Virg. 4. Æn. 120.
Pecudes. Virg. 5. Æn. 736.

NIGRĀTUS, a, um. Partic. Tertoll. adv. Marc. 4. 9. pr. Luridati delinquentiæ maculis, & nigrati ignorantiæ tenebris.
NIGRĀMEN, inis. n. Manilius.
NIGRĬCO, [μελανίζω] āre. Aliquantum nigrum effe. Plin. lib. 10. cap. 3. Viribus præcipua, colore nigricans: fola aquilarum fetus fuos alit. conf 35. 16.
NIGREFĂCIO: fēci, factum, [μελανοποιῶ] ĕre. Nigrum facere. Onomaft. Nigrefacio, μελαίνω.
NIGREFĪO, [μελανοποιοῦμαι] fieri. Nigrum fieri. Oct. Hor. 1. 5. Quamdiu oleum pinguefcat & nigrefiat.
NIGRĬCŎLOR, ōris. o. g. Adj. ut, Nigricolor facies. Solin. cap. 2.
NIGRIFĬCO, āre. Marcell. Emp. cap. 35. Nigrificare dentes.
NIGIDIUS, cognom. Figulus, Philofophus Pythagoricus, Romæ floruit Cæfaris tempore. Hic, tefte paffim Gellio, multa de re Grammatica edidit volumina, quæ ad tempora noftra non pervenerunt.
NIGINA, æ. f. Herba, de qua Plin. lib. 27. cap. 12. Herba quæ vocatur nigina, tribus foliis longis intubaceis, illita cicatrices ad colorem reducit.
NIGIR, V. NIGRIS.
NIGRĪNUS, Cognomen fuit plurium in civitate Romana gentium, ut Avidiæ, Pontiæ, Domitiæ, ex qua fuit is, cujus meminit Spartian. Adrian. cap. 7. Nigrini infidias evafit. V. Caufaub. Memoriæ Domitii Nigrini Galeo. de Compof. Med. 7.
NIGRIS, is. m. [Νίγεις] Æthiopum, feu Libyæ interioris fluvius, ejufdem cum Nilo naturæ: calamum enim & papyrum, eafdemque gignit animantes, & iifdem temporibus augefcit. Plin. lib. 5. cap. 8. conf. cap. 4. extr. & cap. 9. Ptolem. Geogr. 4. 6. Nigir, vel Niger, ὁ Νίγειρ, dicitur. Hodie *Fluvius de Senega.* Hinc
NIGRĪTÆ, pl. m. [Νιγεῖται] Accolæ ejufdem fluvii populi. Mela. 1. 4. Plin. 5. 8. Strab. lib. 2.

N I H

NĪHIL, [οὐδὲν, μηδὲν] componitur ex Non & Hilum, per apocopen Auctor Georgius Valla lib. 33. Putaverim tamen Nihilum ex ni, id eft ne, & hilum componi: ut fit nihilum, quafi ni hilum quidem, vel ne hilum quidem. V. NIHILUM, & NIMIRUM ad fin. Præterea ex nihilum, per apocopen fit Nihil: per fyncopen, nil. Nilum dixit. Lucret. lib. 1. 206.
Nil igitur fieri de nilo poffe fatendum eft. Paulo poft,
Haud igitur poffunt ad nilum quæque reverti. Idem 791. & 797. Perf. 3. Sat. 84.
— gigni
De nihilo nihil, in nihilum nil poffe reverti.
Nihil ad illum. i. e. Non eft cum illo comparandus. Ter. Eun. 2. 3. 69. Cic. 2. de Orat. 25. Quem cognovimus virum bonum, & non illitteratum, fed nihil ad Perfium. V. AD.
Nihil ad te. Ter. And. 4. 1. 60.
Hem, fed mane, concrepuit a Glycerio oftium.
P. Nihil ad te. D. quæro. Plenius
Nihil ad te attinet. Idem And. 1. 2. 16.
Nihil ad farinas, [οὐδὲν πρὸς τὰ ἄλφιτα] Proverbium ad artes fteriles, ut poeticen, criticam, & hujufmodi, recte detortum. V. Erafm. Adag. Chil. 3. 6. 31.
Nihil ad hanc rem eft. Ter Phorm. 5. 8. 21.
Nihil ad rem, an. Cic. in Orat. 24. Dichoreus: nihil enim ad rem, extrema illa longa fit, an brevis.
Nihil admodum litterarum fciebat. Cic. de Clar. Orat. 210. Latine non peffime loquebatur, ufu credo aliquo domeftico: nam litterarum admodum nihil fciebat. De Curione.
Nihil admodum territus. Liv. 27. 2.
Nihil magnopere. Idem. Liv. 3. 65. Confules creati Sp. Herminius, T. Virginius Cœlimontanus, nihil magnopere ad Patrum aut plebis caufam inclinati, otium domi ac foris habuere. h. e. Non magnopere inclinati. Idem 37. cap. ult. Nihil magnopere ea Cretenfes moverunt.
Nihil aliud quam, pro Duntaxat. Suet. Domit. cap. 21. Ad horam fomni nihil aliud, quam fecreto folus deambulabat. Idem Cæf. cap. 20. Aug. 63. Claud. 10. Neron. 43. & Vefp. 10.
Nihil quam, pro Nihil aliud quam. Suet. Claud. cap. 36. Nihil tota via, quam, effetne fibi falvum imperium? requirens.
Nihil aliud nifi. Cic. de Amicit. 29. Amare autem nihil aliud eft, nifi eum ipfum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæfita.
Nihil aliud habet quod agitet in mente. Cic. 1. de Nat. Deor. 114.
Nihil enim eft aliud, quamobrem mihi percipi nihil poffe videatur. Cic. 5. de Finib. 76.
Nihil aliud facere nifi. Cic. pro Rofc. Amer. 8. Si nihil aliud fecerunt, nifi rem detulerunt: nonne fatis fuit iis gratias agi?
Nihil præterquam vigilatum eft. Liv. 3. 26. h. e. Nihil aliud actum, nifi vigilatum eft.
Nihil amplius quam, pro Tantum. Suet. Galb. 19. Cic. 12. Fam. 1.
Nihil nifi fapientia es. Ter. Adelph. 3. 3. 40.
To quantus quantus, nihil nifi fapientia es.
Nihil magis manifefto teneo. Plaut. Merc. 4. 3. 30. Cic. 1. Fam. 9. Cumque Pompejus ita contendiffet, ut nihil unquam magis, ut cum Craffo redirem in gratiam. Subaudi, Fieri aut contendi poffet, vel poffit, aut, ut nihil unquam magis a me contenderit.
Nihil minus. Cic 3. Off. 81. Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumenti fui caufa, criminari, præripere, fallere? nihil profecto minus.
Nihil minus fum. Plaut. Stich. 3. 2. 41.
Perii hercle vero plane, atque obnixe, nihil
Uno Gelafimo minus eft, quam dudum fuit. Sed Gronov. ex hibet, — plane, nihil obnoxie. Uno &c.
Nihil minus, Refponfio. Ter. Eun. 3. 3. 29.
— at tu apud nos hic mane,
Dum redeat ipfa. c. nihil minus. i. e. Non faciam.
Nihil nimis bibi. Ter. Heaut. 3. 2. 8.
Nimis nihili homo. V. NIMIS.
Nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat Antonius. Cic. de Clar. Orat. 40.
Nihil non arroget armis. Horat. de Arte Poet. 122.
Nihil ocius. Plaut. Stich. 5. 1. 2.
Qui hercle illa caufa nihil ocius venit. pro Nihilo, vel Non ocius.
Nihil omnino. Cic. de Amicit. 51. Atque haud fcio, anne opus fit quidem, nihil unquam omnino deeffe amicis.
Nihil omnino declinare recta regione. Lucret. lib. 2. 250.
Nihil prorfus. Ter. And. 2. 6. 4. Nihilne? hem. D. nihil prorfus.
Nihil quicquam. Plaut. Merc. 4. 4. 37. Idem Bacch. 4. 9. 113. Ter. Heaut. 5. 1. 23.
Mira narras: quid Syrus meus? ne is quidem quicquam? M. nihil.
Nihil quicquam egregium in vita, fine ardore quodam amoris. Cic. 1. de Orat. 134.
Nihil fupra. Cic. 13. Att. 19. Eos confeci & abfolvi, nefcio quam bene, fed ita accurate, ut nihil poffet fupra. Subaudi, Effe, vel Addi. Ter. And. 1. 1. 120.
Nihil ultra. Cic. 15. Att. 3. Eft autem oratio fcripta elegantiffime fententiis, verbis, ut nihil poffit ultra cogitari.
Nihil abeft prorfus, quin fim miferrimus. Cic. 11. Att. 15.
Nihil agere dicuntur, qui fumunt operam inanem. Cic. de Senect. 15. Nihil ergo agebat Q. Maximus, nihil L. Paulus, pater tuus, Scipio, focer optimi viri filii mei? & ceteri fenes, Fabricii, Curii, Coruncanii, quum Rempublic. confilio & auctoritate defendebant, nihil agebant? Plin. 1. Epift. 9. in fine, Satius eft enim, ut Attilius nofter eruditiffime fimul & facetiffime dixit, otiofum effe, quam nihil agere.
Nihil audio, pro Non. Ter. Heaut. 5. 5. 12.
Uxorem ut ducas. CL. pater. CH. nihil audio. M. ad me recipio,
Faciet. CH. nihil etiam audio ipfum.
Nihil ceffaverunt illico. Ter. Hec. 4. 1. 30.
Sed, ut olim te oftendifti eandem effe, nihil ceffavifti ufque adhuc,
Ut filiam ab eo abduceres, neu quod ego egiffem effet ratum.
Nihil mihi credas divini & humani. Genus erat apud antiquos affirmationis religiofæ, & cujufdam prope jurisjurandi, quod fignificat, Nihil mihi ullius rei credas. Plaut. Afin. 5. 2. 4.
Neque divini, neque mihi humani quicquam accreduas,
Artemona, fi hujus rei effe mendacem inveneris. Ex Turnebo.
Nihil mihi cum illo fuit, pro Nullum commercium. Ter. And. 2. 1. 26.
Num quidquam amplius tibi cum illa fuit, Charine? ah Pamphile.
Nihil defidero, me &c. Plaut. Stich. 4. 1. 10.
Nunc me gratiam abs te inire verbis, nihil defidero.
Nihil diftat. Plin. lib. 12. cap. 13.
Nihil dixit, ut. Ter. Eun. 4. 5. 9.
Nihil dixit tum ut fequerere fefe? c. nihil, nifi abiens mihi innuit.
Nihil egentes magnæ laudis. Virg. 5. Æn. 751.
Nihil eft. Plaut. Truc. 4. 3. 76.
At ego ab hac puerum repofcam, ne mox inficias eat;
Nihil eft. nam ipfa hæc ultro, ut factum eft, fecit omnem rem palam.
Nihil eft nifi. Cic 13. Fam. 56.
Nihil eft, æque quod faciam lubens. Ter. Phorm. 3. 3. 34.
Nihil eft, pro Nulla eft fpes. Ter. Heaut. 4. 1. 5.
Nam quod fperem de argento, aut poffe poftulem me fallere,
Nihil eft. Donatus. Plaut Capt. 2. 2. 94.
At nihil eft, ignotum ad illum mittere, operam luferis.
Nihil eft quod moremur diutius, pro Non eft caufa. Ter. Heaut. 4. 7. 6. Cic. 14. Fam. 4. De familia liberata nihil eft quod te moveat.
Nihil eft, quod illi non perfequantur fuis argutiis. Cic. de Amicit. 45.
Nihil eft hoc. Plaut. Milit. 1. 1. 19.
Nihil, refponfio. Ter. Phorm. 3. 3. 32.
Nunquid eft quod opera mea vobis opus fit? G. nihil. verum abi domum, &c. conf. Idem Andr. 2. 2. 3.
Nihil facilius. Ter. And. 2. 6. 6.
Potin' es mihi verum dicere? D. nihil facilius.
Nihil dictu facilius. Ter. Phorm. 2. 1. 70.
Non ratio, verum argentum deerat. D. fumeret
Alicunde. G. alicunde? nihil eft dictu facilius. Ubi Donat. Hoc quafi fubridens & averfo ab illo vultu pronuntiavit Geta; quod genus actionis, fecuritatem oftendit hominis manifefta dicentis.
Nihil feftinare. Cic. 5. Att 12.
Nihil gavifa. Stat 1. Achill. 104.
Nihil intelligo quid agas. Ter. And. 4. 4. 16.
Nihil intereft dactylus fit extremus, an creticus. Cic. in Orat. 218.
Nihil intermiffa rerum cura. Tacit. 4 Ann. 13.
Nihil metuo, nifi ne medius difrumpar mifer. Plaut. Curc. 2. 1. 7.
Nihil moror, Nihilifacio. Plaut. Moft. 3. 2. 58. Sic Cafin. 3. 6. 18.
Cœnare lepide, nitideque volo, nihil moror barbarico ritu
Sane effe jam. V. MOROR, & Nihil moræ infra.
Nihil moramur vos, Patres confcripti; Formula dimittendi fenatus. Capitol. Anton. Philof. cap. 10. V. Cafaub.
Nihil opus eft refcifcat. Plaut. Merc. 5. 4. 44. Cic. 5. de Finib. 16. Nihil opus eft exemplis hoc facere longius.
Nihil parcunt feni. Ter. in prol. Heaut. 43. Idem Adelph. 4. 2. 24.
Nihil pepercit: non puduiffe verberare hominem fenem?
Nihil poterit ferre. Plaut. Mil. 4. 4. 17.
Potius mihi nihil fuit, quam ut Mafiniffam convenirem. Cic. in Somn. Scip. 1.
Proficiebatur nihil in fumma pacis. Tacit. 13. Ann. 38. pr.
Propius mihi nihil quam ut perirem. Plaut. Mil. 2. 5. 65. i. e. Parum abfuit quin morerer.

Nihil

Nihil refert mea Ter. Eun. 2. 3. 28.
Nihil scio, pro Nescio. Plaut. Capt. 4. 2. 63.
Gaude audacter. H. gaudeo, etsi nihil sciam quod gaudeam. Al. Nihil scio.
Nihil scit, nisi verum loqui. Plaut. Perf. 4. 4. 93.
Nil fine magno vita labore dedit mortalibus Hor. 1. Serm. 9. 59. Sententia est multorum veterum scriptis celebrata.
Nihil suspicantes. Sallust. Catil. 45.
Nihil tristis. Ter And. 2. 6. 17.
Nihil tale metuamus. Cic. 1. de Finib. 55.
Nihil tanti est. Hor de Arte Poet. 304. Vice proverbii sumi posset hæc loquendi formula, classicis auctoribus perfamiliaris, quum nihil nos tanti æstimare ostenderemus, ut ejus obtinendi studio in damnum aliquod incurrere optatum nobis esset.
Nihil circuitione usus es. Ter. And. 1. 2. 31.
Nihil utimur ea hoc loco. Cic. 4. Tusc. 17. Tibull. 1. 9. 24.
Forma nihil magicis utitur auxiliis.
Nihil valet. Cic. pro Cæcin. 40. Ea si nihil valet, aut si ad hanc rem non pertinet, quid, &c.
Vobiscum mihi nihil est. Ovid. 2. Fast. 308.
Nihil cari, nihil sancti est, In omnium vicem regni unius insatiabilis amor successit. Liv. 40. 8. extr.
Nihil falsi. Nihil gratiæ, &c. Ter. And. 4. 4. 49.
Me miseram, nihil pol falsi dixi, mi senex. Idem Haaut. 5. 2. 46.
Nihil incommodi. Ter. Hecyr. 3. 3. 40.
Nihil languidi neque remissi patiebatur. Sallust. Jugurth. 57.
Nihil moræ est in me. Ter. And. 1. 1. 139.
— lin eveniat (quod volo)
In Pamphilo ut nihil sit moræ, restat Chremes.
Nihil pensi esse alicui. Liv. 42. 23. pr.
Nihil pensi neque sancti habere. Sallust. Jugurth. cap. 45.
Nihil piscium. Plaut. Rud. 4. 3. 4.
Nihil quæsti. Plaut. Aul. 1. 2. 5.
Nihil rerum. Ter. Heaut. 2. 3. 26.
Quid est, obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium est
Quod malim, quam me hoc falso suspicarier.
Nihil reliqui. Cæs. 1. Bell. Gall. 9. Et demonstrant sibi præter agri solum nihil esse reliqui. Sallust. Catil. 11. extr. Cic 10. Att. 6. Nihil sinceri.
Nihildum, i. e. Nihil adhuc. Cic. 12. Fam. 7. Et quanquam nihildum audieramus nec ubi esses.
Nihildum certi a te exquiro. Cic. 8. Att. 12.
Nihildum Brundusio erat allatum. Cic. 9. Att. 2.
Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Hor. 2. Epist. 1. 31. Proverbium est, conveniitque in eos, qui aut quæ perspicue vera sunt, negant: aut quæ perspicue falsa aiunt. Quid enim certius, quid apertius est, quam & intra oleam, os esse, & extra nucem, putamen, ac duritiem?
Nihilum, i. n. [μηδ' ὁτιοῦν, οὐδ' ὁτιοῦν, οὐδ χρῦ, ὑπ] ex Non & Hilum compositum. Festus, Hilum putant esse quod grano fabæ adhæret, ex quo nihil & nihilum. V. nihil & infra Nihili. Ter. Phorm. 3. 3. 2.
Quid faciam? unde ego nunc tam subito huic argentum inveniam miser,
Cui minus nihilo est?
Distat nihilum. Hor. 2. Serm. 3. 210.
Stultitiane erret, nihilum distabit, an ira.
Interire in nihilum. Cic. 1. Acad. 27.
Oriri ex nihilo, & in nihilum occidere. Cic. 2. de Divin. 37.
Recidunt omnia ad nihilum. Cic. in Orat. 233.
Redigi ad nihilum. Lucret. lib. 1. 791.
Reverti ad nihilum. Lucret. lib. 1. 238.
Venire ad nihilum. Cic. 11. Fam. 12.
Venire ad summum, & Ad nihilum, contraria. Cic. 2. Tusc. 5.
Nilum, pro Nihilum. Lucret. lib. 1. 797.
Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes. V. nihil a pr.
Ex nihilo quicquam fieri, nulli physico placet. Cic. de Fato, 18.
Nihili quidem, hercle, verbum, ac vilissimum. Plaut. Stich. 1. 3. 35.
Nihili, [ποῦ οὐδ.] Quod nec hili est, inquit Festus. Cic. 3. Tusc. 18. Sed tentemus, & lusisse putemur si nil sit, ab eo quod nequicquam est in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. Varr. de L. L. lib. 9. extr. Itaque ut eum, quem putamus esse non hili, dicimus nihili, &c. Nihili, qui non hili, inquit Varro, habet casus tum quom commutatur, de quo dicitur. De homine: dicimus enim hic homo nihili est, & hujus hominis nihili, & hunc hominem nihili, &c. Hæc ille lib. 8. de L. L. 37. extr.
Homo, res, nihili. Plaut. Asin. 2. 4. 66. Idem Pseud 4. 7. pr.
Malus & nequam est homo, qui nihili imperium heri
Sui servos facit; nihili est autem, suum
Qui officium facere immemor est, nisi adeo monitus.
Nihili facere, [παρ' οὐδὲν τίθεσθαι] Nihili æstimare, non curare. Plaut. Mil. 2. 2. 13.
Sed me excepit: nihili facio quid illis faciat ceteris. Al. Nihilo. Cic. 2. de Fin. 27. & Plaut. Bacch. 1. 1. 56. Solet & conjuncte scribi Nihilifacio.
Nihili pendo, [μηδὲν τίθεμαι] Idem. Ter. Eun. 1. 2. 14.
Aut ego illuc abs te factum nihili penderem? Idem Adelph. 3. 4. 6.
Nihilo aliter, [οὐκ ἄλλως] pro Non aliter: vel non alius. Ter. Phorm. 3. 2. 45. Is me fefellit, ego isti nihilo sum aliter, ac fui.
Denihilo. Propert. lib. 2. 3. 16.
Non sum de nihilo blandus amator ego. Idem 2. 16. 52. & Ter. Hec. 5. 1. 1. Macrob. 5. Saturn. 19. pr. Hanc Virgilius non de nihilo fabulam fingit. V. de.
Non hoc de nihilo est. V. non.
Tu ausus es pro nihilo, præ tua præda, tot res sanctissimas ducere. Cic. 4. In Verr 40.
Pro nihilo habenda est adoptio nullo decreto probata, & contra omne jus facta. Cic. pro Domo, 38.
Contemnere & pro nihilo putare aliquem. Cic. 1. Verr. 24.
Dii immortales! quam mihi ista pro nihilo videntur. Cic. 14. Att. 9.
Nihilo beatior Juppiter, quam Epicurus, dempta æternitate. Cic. 2. de Finib. 22.
Nihilo deterius, pro Nihilo secius. Asconius pr. Comment. in Orat. Cic. pro Mil. Petebatque nihilo deterius consulatum. Annotavit Turnebus.
Nihilo diligentior ad classem ornandam, milites revocandos alendosque esse cœpit. Cic. 7. Verr. 155.
Nihilo magis. Plaut. Asin. 2. 3. 14.
Si sit domi, dicam tibi: non est. M. quid? ejus atriensis?
L. Nihilo magis intus est. Donatus, Nihilo magis, quasi in nihilo possit esse magis aut minus: & Nihilo magis, asseverationis est. Ter. Hec. 1. 2. 62.
Nocte illa prima virginem non attigit,
Quæ consecuta est nox eam, nihilo magis, Cic. 3. de Finib. 48
Nihilo magis efficere aliquid. Cic. 2. de Divin. 104. Sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatis quod vultis.
Nihilo melior quam. Cic. 4. Fam. 14. Sed ego tam misero tempore nihil novi consilii cepissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quam Rempublicam offendissem.
Nihilominus uni amicum esse, quam alteri Ter. Phorm. 4. 2. 7.
Nihilo minus tamen, id significat, quod Gallice dicitur, *Ce non obstant*. Ter. Heaut. 5. 3. 9.
Non postulo: jam loquere: nihilo minus ego hoc faciam tamen.
Idem Phorm. 4. 2. 7. Nihilominus tamen. Plin. 7. Epist. 27. Nihilominus: immo tanto magis conducit. Cic. 1. de Invent. 5. Quare meo quidem animo nihilo minus eloquentiæ studendum est.
Nihilo minus ut ego absim, hæc confici possunt. Cic. 10. Fam. 2. i. e. Etiam me absente, & sine opera mea.
Nihilo minus tamen & luto munire, & vinculo melius. Plin. lib. 17. cap. 16. [Sunt qui conjuncte Nihilominus scribunt. Non recte, quum nihilo plus, magis &c. necessario divise scribendum sit.
Nihilo plus. Ter. Eun. 1. 1. 17.
— incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam si des operam ut cum ratione insanias.
Nihilo secius, idem quod Nihilo minus. Ter. And 3. 2. 27.
Hoc ego scio unum, neminem peperisse hic. o intellextin'?
Sed nihilo secius mox deferent puerum huc ante ostium. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 26. Prætervectosque Dyrrhachium magna vi venti nihilo secius sequebatur.
Nihilo segnius. Cæs 2. Bell. Civil. cap. 7. Massilienses nihilo segnius ad defensionem urbis reliqua apparare cœperunt.
Nihilo, m. indecl. Nihili homo, sive nulla re æstimandus. Vet. Gloss. Græco-Lat. οὐδαμινός, Nihilo, nugatorius, gerro. Nihilo indeclinabile est. [Et in Lat. Gr. Nihilo οὐδείς. Suspicor tamen Nihili legendum utrobique.

N I L

Nil, [οὐδὲν] a Nihil syncopatum est. Aliquando nomen est. Virg. 3. Georg. 42.
Te sine nil altum mens inchoat.
Nil faciet sceleris pia dextera. Hor. 2. Serm. 1. 54.
Nil, nihil, nihilum. V. in nihil. pr.
Aliquando Adv. Virg. 5. Æn. 751.
Deponunt animos, nil magnæ laudis egentes. i. e. Non.
Nil opus est verbis. Lucret. lib. 5. 264. Plura V. in nihil.
Nilæus, Niliacus, &c V. post nilus.
Nilion, i. n. Gemma. Plin. lib. 37. cap. 6. India & has generat, & nilion, fulgore hebeti, aut brevi, & quum intueare, fallaci.
Nilis, idis. f. [Νῖλις] Lacus est inferioris Mauritaniæ, non procul ab Oceano, quem Nili aquæ stagnantes efficere creduntur. V. Plin. lib. 5. cap. 9.
Nilopolis, V. nilus.
Nilum, V. nihil.
Nilus, i. m. [Νεῖλος] Ægypti fluvius, a Nileo rege sic dictus, vel a novo inferendo luto, quod sua inundatione totam feracem reddit Ægyptum. Unde Servius in 4. Georg. 291. Nilum dici existimat, quasi νέαν ἰλὺν, hoc est novum trahentem limum, quo oblimet, hoc est limo obturet Ægyptum & oppleat. Unus est ex majoribus totius orbis fluviis; a quibusdam Geon dicitur quasi terra, qui antea Melo vocabatur. Nascitur in monte inferioris Mauritaniæ, non longe ab Oceano, stagnante ibi lacu, quem vocant Nilidem. Deinde conditi se itinere aliquot dierum, rursumque erumpit alio lacu majore in Mauritania Cæsariensi Iterumque arenis receptus per deserta viginti dierum spatio fertur ad proximas Æthiopas, & denuo prosilit fonte, qui Nigris dicitur. Inde Africam ab Æthiopia disterminans, medios secans Æthiopas, sic plerasque insulas facit, quarum clarissima est Meroe, cujus metropolis etiam Meroe vocatur. Postquam se aquis omnibus auxit, Nilus appellatur. Denique septem ostiis fertur in mare Ægyptium. Nomina ostiorum hæc sunt, Canopicum, Bolbitinum, Sebennyticum, Phatniticum, Mendesicum, Taniticum, & Pelusiacum. Ægypti inferiorem partem dextra lævaque divisus amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco, propter quod aliqui Ægyptum inter insulas posuere, ita se dividente Nilo, ut triquetram terræ figuram faciat. Idcirco multi Ægyptum Δ Græcæ litteræ similitudine Delta vocaverunt Augetur Nilus certis diebus mirum in modum, & per totam spatiatus Ægyptum, fecundissimus innatat, unde unicam spem Ægyptiis in Nilo positam esse ait Seneca: nam sterilis aut fertilis annus est, prout ille magnus influxit, aut parcior. Inde est ut nemo aratorum in Ægypto cælum suspiciat: quod ex Seneca depromptum eleganter Claudianus reddidit, Epigr. 6. de Nilo, 1.
Felix, qui Pharias proscindit vomere terras, &c. Virgil. 6. Æn 800.
Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. V. Plin. lib. 5. cap. 9. & 10. Cic 2. de Nat. Deor. 130. & Sen. Nat. Quæst. 4. 2. & 6. 8.
De ortu Nili ignoto, V. Scalig. Exerc. cap. 17. Et If. Voss. de Origine Nili cap. 15. Et J. Ludolph. Hist. Æthiop. 18.
Pingui flumine Nilus. Virg. 9. Æn. 31.
Apricus. Valer. 3. Argon. 16.
Digestus in septem cornua. Ovid. 9. Met. 773.
Discretus in septem ostia. Ovid 5. Met. 324.
Divitis ostia Nili. Juven. 13. Sat. 26.
Fertilis Nili pinguia arva. Valer. 7. Argon. 607.
Fluens magnum. Virg. 3. Georg. 29.
Jocosus. Ovid. 1. Trist. 2. 80.
Lagæus. Lucan. lib. 1. 679.
Paludosi fecunda licentia. Stat. 3. Silv. 2. 108.

Paretonius. Stat. 5. Theb. 12.
Papyriferi septemflua flumina. Ovid. 15. Met. 753.
Sacer. Stat. 1. Silv. 6, 77.
Septemplex. Ovid. 5. Met. 187.
Stagnans effuso flumine. Virg. 4. Georg. 288.
Tepidus. Claud. de Bello Gildon. 476.
Tumidus rigat arva. Hor. 3. Carm. 3. 48.
Irrigat Ægyptum Nilus, & quum tota æstate obrutam oppletamque tenuit, tum recedit, mollitosque & oblimatos agros ad ferendum relinquit. Cic. 2. de Nat. Deor. 130.
Est & Nilus urbs ibidem, quæ & Nilopolis. [Νειλόπολις ἢ Νεῖλος πόλις] cujus incolæ Nilopolitæ apud Steph.
Nili quoque apud veteres capiuntur pro Fossis in ludis Circo circumdatis, sive pro canalibus aquarum aliunde deductarum, quos Romani intra domos deducebant. V. in dictione EURIPUS.
Piscina & Nilus. Cic 3. Q frat. 9. De Arcano, Cæsaris opus est, vel mehercule etiam elegantioris alicujus: imagines enim istæ, & palæstra, & piscina, & nilus, multorum Philotimorum est, non Diphilorum. sed & ipsi ea adibimus, & mittemus, & mandabimus. conf. Idem 2. de Legib. 1.
Est & Nomen proprium Græcis. V. Leonis Allatii diatribam de Claris ejus nominis viris.

NILIĂCUS, a, um. Adj. [Νειλῶος] Fere pro Ægyptio ponitur a Poëtis. ut.
Acetum Niliacum. Martial. lib. 14. 122.
Lens. Martial. lib. 13. 9.
Olus. Martial. lib. 13. 57. Prudent. adversf. Symmach. 2. 865.
Pecten. Martial. lib. 14. 150.
Pecus. Stat. 3. Theb. 478.
Tus. Stat. 4. Silv. 9. 12.
Urbs Niliaca. Lucan. lib. 10 91.

NILŌTĬCUS, a, um. aliud Adj. [Νειλῶος] ut, Nilotici pisces.
Aqua Nilotica. Sen. Quæst. Nat. 3. 25.
Tellus Nilotica. Martial. 6. 80.

NILŌTIS, idis. patronym. f. pro possessivo. [Νειλῶτις] unde, Acus Nilotis. V. ACUS
Picti tunica Nilotide Mauri. Martial. 10. 6. [Græci formant potius Νειλωΐς Nilois, quomodo fortasse scribendum est. Pro eo apud Suidam corrupte, opinor, legitur Νειλώις.

NĪLUS, ei. m. [Νεῖλος] Ovid. 5. Met. 187.
At Nileus, qui se genitum septemplice Nilo
Ementitus erat.

NILĬCŎLA, æ. c. Adj. Ægyptius. Prudent. adversf. Symmach. 2. 493.
Isis Nilicolas, Rhodios Cytherea reliquit.

NILIGĔNA, æ. c. Adj. [Νειλογενής] Ovid. 1. de Arte Am. 77.
Neu fuge Niligenæ Memphitica sacra juvencæ. i. e. Isidis. Al. Linigeræ. Macrob. 1. Saturn. 16. Argutus Niligena, & gentis accola numerorum potentis. i. e, Ægyptius.

N I M

NIMBATUS, NIMBIGER, NIMBOSUS. V. post NIMBUS.

NIMBLIS; Insula non longe a Gyaro, quam Callimachus Agathyrsam vocat. [Nisi error est.

NIMBUS, i. m. [λαῖλαψ, αἰφνίδιος καὶ βραχὺς ὑετός] Repentina & præceps pluvia. V. Apul. de Mundo. p. 61. Elmenh. Cic. 2. de Nat. Deor. 14. Quæ terreret animos fulminibus, tempestatibus, nimbis, nivibus, &c. Martial. lib. 1. 52.
Continuis vexata madet vindemia nimbis. Liv. 1. 16. Subito coorta tempestas cum magno fragore, tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum ejus concioni abstulerit.
Nox nimborum. Virg. 1. Georg. 328.
Ætherei. Virg. 8. Æn. 608.
Australes, h. e. Ab Austro venientes. Ovid. lib. 4. de Pont. 4. 1.
Hiemales. Ovid. 9. Met. 105.
Hiulci. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 230.
Confessus generum nimbis Hymenæus hiulcis
Intonat.
Piceus. Stat. 1. Theb. 97.
Præceps. Valer. 1. Argon. 83.
Remoti Aquilone. Ovid. 1. Met. 328.
Terrifici. Lucan. ad Pison. 135.
Potens nimborum tempestatumque Æolus. Virg. 1. Æn. 84.
Cinxerunt æthera. Virg. 5. Æn. 13.
Crepitant nimbi culminibus multa grandine. Virg. 5. Æn. 459.
Fervent omnia nimbis. Virg. 1. Georg. 455.
Funduntur densi ab æthere. Ovid. 1. Met. 269.
Involvere diem nimbi. Virg. 3. Æn. 198.
Tenebat nox lunam in nimbo. Virg. 3. Æn. 587.
Nimbus, per translationem, pro Repentino & præcipiti casu. Cic. 15. Att. 10. Quid autem iste in domo tua casus armorum? Sed hunc quidem nimbum cito transisse lætor.
Nimbus, pro Vento. Virg. 1. Æn. 55.
Nimborum in patriam, loca feta furentibus Austris,
Æoliam venit.
Sonuerunt nimbi toto æthere. Virg. 2. Æn. 113.
Nimbus, pro Multitudine, quæ in modum nimbi subito spargitur. ut, Arenæ nimbus. Virg. 3. Georg. 110.
Equitum nimbus. Prudent. in Symmach. 2. 702.
Florum. Stat. 1. Silv. 2. 21.
Lapidum. Florus 3. 8. 4.
Sagittarum. Sext. Ruf. cap. 27.
Telorum. Stat. 10. Theb. 530. & Sil. 12. 176. conf. Casp. Gevart. cap. 13. ad Stat. 1. Silv. qui & cap. 7. ad lib. 5. Nimbum orationis pro Præcipiti orationis genere usurpatum docet.
Nimbus, Sparsio quævis. Martial. 9. 39. 5.
Lubrica Corycio quamvis sint pulpita nimbo. Idem de Spectac. 3. 8.
Et Cilices nimbis hic maduere suis. Ubi pro Croci sparsione theatrali ponitur. Idem lib. 8. 78. 9.
Nunc veniunt subitis lasciva numismata nimbis. i. e. Nummi theatrales, qui in spectaculis vulgo spargebantur. conf. Spanh. de usu & pr. Num. diss. 9.
Nimbus, Nubes divina, qua solent dii in terras descendere. Virg. 1. Georg. 328.
Ipse pater media nimborum in nocte corusca
Fulmina molitur dextra. Fulgidum lumen, quo Deorum capita cinguntur, ut notat Serv. ad illud Virg. 2. Æn. 615.
Jam summas arces Tritonia (respice) Pallas
Insedit, nimbo effulgens. Græce μήνισκος. conf. Lex. Pitisc. [Potest tamen proprie accipi his locis. pro Nube atra nimbos ferente. Certe prior locus vix aliam admittit exegesin.
Nimbus, vasis genus; in quo vina, unguenta, & alii liquores funduntur. Martial. lib. 14. 117.
A Jove qui veniet miscenda ad pocula, largas
Fundet nimbus aquas, hic tibi vina dabit.
Nimbus item Fasciola in fronte feminarum. Arnob. 2. Imminnerent frontes nimbis, fuligine oculos inumbrarent. V. Herald. & Taubm. ad Plaut. p. 1055.
Nimbum, pro Re frivola & nugatoria videntur posuisse Veteres: ut proinde Nimbatam Plautus Pœn. 1, 2. 135. dixerit Vilem & contemnendam. V. NIMBATUS. Non tamen me fallit hic ab Isidoro 19. 31. nimbum explicari fasciolam transversam ex auro assutam linteo, quod est in fronte feminarum. Hæc Turneb. conf. Cerda Adversf. cap. 185. §. 6.

NIMBĀTUS, a, um. Adj. a Nimbo Plaut. Pœn. 1. 2. 135.
Quam magis aspecto, tam magis est nimbata, & nugæ meræ. V. supra Nimbus pro Re frivola, &c.

NIMBŌSUS, a, um. Adj. [ὑετώδης] Pluviosus, ventosusve. Virg. 1. Æn. 539.
— fluctu nimbosus Orion. Plin. lib. 18. cap. 11. Campus est subjacens montibus nimbosis.
Astrum nimbosum. Valer. 2. Argon. 357.
Bruma. Stat. 1. Silv. 3. 89.
Cacumina montis. Virg. 3. Æn. 274.
Hœdi. Ovid. 1. Trist. 10. 13. ab effectu.
Turbo. Ovid. 11. Met. 551.
Ventus. Ovid. 2. de Pont. 3. 27.

NIMBĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. ut, Nubes nimbiferæ. Avien. in Arat. Phænom. 858. Ovid. 4. Pont. 8. 60.
Ad Styga nimbifero vindicis igne datos. Vulgo Nubifero.

NIMIA, &c. V. NIMIS.

NĬMĪRUM, [δῆτα, δηλαδή, ἀμέλει] Adv. confirmandi, Sine dubio, pro certo, inquit Donatus. Ter. Eun. 2. 2. 37. Nimirum hic homines frigent. Ibid. 4. 7. 14.
Quum argumenta nostra exposuerimus, contrariaque dissolverimus, absolute nimirum munus oratorium confecerimus. Auctor ad Heren. lib. 2. 2.
Nimirum, ad responsionem aliquando adhibetur. Quintil. lib. 12. cap. 1. Uter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoque melior. Ex Valla.
Nimirum, pro Scilicet. Cic pro Rosc. Amer. 128. Opinor enim esse in lege, quam ad diem proscriptiones, venditionesque fiant, nimirum ad Calendas Junias. Budæus.
Itaque nimirum hoc illud est, quod Cæsar scribit in ea epistola, cujus exemplum ad te misi. Cic. 9. Att. 11. Cic. 4. Acad. 113. Itaque in cognitione nimirum assentiar, id est opinabor.
Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus. Cic. 1. de Divin. 122. Idem pro Flacc. 66. Hoc nimirum est illud, quod non longe a gradibus Aureliis hæc causa dicitur. i. e. Scilicet. Budæus.
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. Ter. Eun. 3. 3. 2. Ad quod Donatus; Nimirum, Non est mirum: nam ni ne significat, & ne non. Vet. Gloss. Nimirum, ὁ μὴ θαυμαστόν σαφῶς.

NĬMIS, Adv. [ἄγαν, λίαν] Perottus, Nimis & Nimium Adverbia sunt augendi, significantque Plus satis. Junguntur autem positivis nominibus, adverbiis, & verbis.
Nimis acer fortasse, verumtamen honestus amor. Cic. pro Arch. Poeta, 28. Hor. 2. Serm. 1. pr.
Sunt quibus in satira videor nimis acer, &c.
Nimis aspera. Hor 2. Epist. 2. 122.
Nimis avidus. Cic. 1. de Orat. 133. Neque sumus nimis avidi: tua ista mediocri eloquentia contenti sumus.
Nimis doctus dolus. Plaut. Milit. 2. 2. 93.
Durus nimis. Hor. 1. Epist. 7. 91.
Imbecilla nimis. Lucret. lib. 1. 847.
Nimis improba posco. Stat. 2. Achill. 268.
Magnam nimis ne in nos habeat dominationem, non omnia fortunæ committenda sunt. Auctor ad Heren. lib. 4. 28.
Nimis multa videor de me, ipse præsertim. subaud. Dicere. Cic. de Clar. Orat. 318.
Nimis pulcher. Plaut. Amphit. 1. 1. 63.
Teneræ nimis mentes. Hor. 3. Carm. 24. 53.
Nimis antique. Hor. 2. Epist. 1. 66.
Nimis bene. Plaut. Men. 5. 7. 30.
Nimis cito. Cic. de Amicit. 78. Ut ne nimis cito diligere incipiamus, ne non indignos.
Nimis diu & longum loquor. Plaut. Pseud. 2. 3. 21.
Nimis ferociter. Plaut. Amph. 1. 1. 58.
Nimis immerito meo. Plaut. Casin. 5. 2. 39.
Nimis iracunde. Plaut. Bacch. 4. 2. 12.
Nimis male. Plaut. Capt. 4. 4. 5.
Nimisque hercle ego illum male formidabam: ita frendebat dentibus.
Nimis pæne mane est. Plaut. Pers. 1. 3. 33.
Nimis sero. Cic. 2. Philip. 47. Tametsi incidamus oportet media, ne nimis sero ad extrema veniamus.
Nimis valde. Cic. 3. de Legib. 1. Tu vero quum nec nimis valde unquam, nec nimis sæpe laudaveris.
Nimis cum subst. & verb. Plaut. Rud. 4. 2. 15. — nimis homo
Nihili est, qui piger est, nimisque id genus odi ego male.
Nimis dixi. Plin. Paneg. cap. 45.
Nimis hæc a Græcis non exquiro. Cic. 7. Att. 17.
Nimis quam cupio. Plaut. Capt. 1. 2. 17. V. Nimium quam.

Nimia

Nimis quam. Pontanus in Dial. 103. 104.
Nimis vellem tibi dari fundam. Ter. Eun. 4. 7. 16.
Nimis infidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. Cic. in Orat. 107.
Non nimis me, fed alios admodum delectarunt litteræ illius. Cic. 7. Att. 23.
Non nimis honeftum verbum. Cic. 9. Fam. 22. Teftes verbum honeftiffimum in judicio; alio loco non nimis. [Pro Non valde puto. H. St.
Non nimis deeffe nobis ea quæ natura expetenda funt, ex te quærimus. Cic. 1. de Orat. 133.

Nimius, a, um. Adj. [ὁ ἄγαν] Cic. de Senect. 52. Ne filvefcat farmentis, & in omnes partes nimia fundatur.
Æftus nimii. Lucret. lib. 5. 817.
Aquæ. Ovid. 4. Faft. 794.
Ardor. Lucret. lib. 6. 1161.
Cædes. Virg. 9. Æn. 354.
Celeritates nimias fufcipere in feftinationibus. Cic. 1. Off. 131.
Diligentiam, tota Republica fufcepta, nimiam nullam putabam. Cic. pro Milon. 67.
Fervores. Lucret. lib. 5. 216.
Imber. Ovid. 5. Met. 484.
Lafcivia. Ovid. 2. Trift. 313.
Levitas. Ovid. 2. Met. 164.
Sol. Ovid. 5. Met. 484.
Uxor nimia circa maritum. Ulpian. in l. Si cum dotem. §. Eo autem in fine. D. Soluto matrimonio, Filia levis mulier, vel admodum juvenis, vel nimia circa maritum non merentem.
Nimium effe in aliqua re. Cic. ad Brut. 15. Venio nunc, longo fane intervallo, ad quandam epiftolam, qua mihi multa tribuens, unum reprehendebas, quod in honoribus decernendis effem nimius, & tanquam prodigus.
Nimius, cum genitivo. Liv. 6. 11. Manlius, nimius animi, quum alios principes fperneret, &c. Sic
Imperii nimius. Liv. 3. 26.
Sermonis nimius erat. Tacit. 3. Hift. 75.
Nimius, cum dativo. Tacit. Agric 7. 4. Legatis quoque confularibus nimia & formidolofa erat. Idem 3. Hift. 52. 2. Paterc. 2.32. 1. Nimius reipublicæ liberæ vir.
Nimius, cum ablativo. Plin. lib. 14 cap. 2. Eæ minus fertiles vino, acinis & fæce nimiæ. De Nomentanis vitibus, quæ & Rubellæ dicuntur. Flor. 3. 15. 3. Jamque nimius & potens altero tribunatu.
Nimius mero. Horat. 2. Carm. 12. 5.
Neu fævos Lapithas, & nimium mero
Hylæum. h. e. Intolerabilem ebrietate, inquit Acron. Senec. lib. 5. de Benef. Nimius animis.
Nimium, abfolute. Cic 4. Tufc. 57. Nam quod aiunt, nimia refecari oportere, naturalia relinqui: quid tandem poteft effe naturale; quod idem nimium effe poffit?
Nimius & Modicus, contraria. Cic. 5. de Fin. 31. Hoc magis intelligendum eft, hæc ipfa nimia in quibufdam futura non fuiffe, nifi quædam effent modica natura.
Nimium feritatis. Ovid. 3. Met. 304.

Nimium, [λίαν, ἄγαν] Nomen pro Adverbio. ut, Verbum nimium novum vitare. Varr. de L. L. lib. 5. 7.
Nemo nimium beatus eft, & nemo beato beatior. Cic. 5. de Fin. 81.
Nimium bonæ rei. Plaut. Stich. 2. 2. 55.
Nimium dilecte Deo. Claudian. de 3. conf. Honor. 96. Ubi Nimium, ut aliis locis, tantum fignificat Multum, vel Valde.
Nimium juffa patris mihi dura videntur. Ovid. 7. Met. 14.
Fertilis nimium tellus. Virg. 2. Georg. 252.
Fortunati nimium agricolæ. Virg. 2. Georg. 458.
Nimium graphicus nugator. Plaut. Trin. 4. 2. 91.
Nimium gulofus. Martial. lib. 10. 50.
Nimium indiligens. Ter. Adelph. 4. 5. 50.
Nimium indoctus. Plaut. Pfeud. 1. 2. 71.
Iratus nimium, nimiumque feverus. Tibul. lib. 3. 6. 21.
Nimium lepidus Plaut. Mil. 4. 2. 8.
Nimium longum tempus illud mihi videtur. Cic. 12. Att. 19.
Nimium miris modis. Plaut. Trin. 4. 2. 86.
Nimium multi. Cic. pro Cluent. 128. Ne autem nimium multi pœnam capitis fubirent, idcirco illa fortitio comparata eft.
Muta nimium in excogitandis argumentis dialectica, in judicandis nimium loquax. Cic. 2. de Orat. 160.
Nimium pii. Hor. 3. Carm. 3. 58.
Sævus nimium. Ovid. 4. Met. 546.
Paulo nimium. Cic. 2. de Orat. 88. Oratione autem celeri & concitata, quod erat ingenii, & verbis effervefcentibus, & paulo nimium redundantibus, quod erat ætatis, non fum afpernatus. De Sulpicio.
Nimium cito. Plaut. Epid. 5. 1. 24. Nimium advenifti cito.
Nimium conftanter iniquus. Ovid. 3. Trift. 2. 27.
Nimium diu. Cic. 4. Acad. 59. De quo jam nimium etiam diu difputo. Cic. 1. in Catil. 10. Nimium diu te imperatorem tua illa Manliana caftra defiderant.
Nimium familiariter. Plaut. Rud. 2. 4. 6.
Nimium lubenter. Plaut. Aulul. 3. 6. 1.
Nimium parce. Ter. And. 2. 6. 19.
Nimium fæpe. Cic. 2. de Fin. 41. Quod vos interdum, vel potius nimium fæpe dicitis.
Nimium fæviter. Plaut. Trin. 4. 3. 53.
Nimium quam. Gell. lib. 15. cap. 1. Declamaverat Antonius Julianus Rhetor præterquam femper alias, tum vero nimium quam delectabiliter & feliciter.
Fortaffe Nimium quantum. H. St.
Nimium quantum. Gell. lib. 18. cap. 3. Sed lingua tamen & facundia nimium quantum præftabilis. conf. Ter. Phorm. 4. 3. 38. Eumen. Grat. ad Conftantin. cap. 5. De hac locutione V. etiam Manut. ad Cic. de Fin. 4. & Parei Lex. Critic. p. 790.
Abifti iftoc nimium. Ter. Adelph. 2. 1. 15.
Nimium ne crede colori. Virg. 2. Ecl. 17.
Nimium obfonavit. Plaut. Merc. 4. 2. 4.

Non nimium probare. Cic. 12. Fam. 29. Illud non nimium probo, quod fcribis, quo illi animo æquiore ferrent.
Nimium multum fcis. Plaut. Merc. 2. 4. 11.
Nimium fubvertere. Ter. Adelph. 5. 3. 49.
Nimium eft. Ter. Phorm. 4. 3. 52. Ædiculæ item funt ob decem alias. D. hoi hui, nimium eft.
Nihil tum nimium videbatur. Cic. ad Brut. 15.
Nimium vellem videre. Ter. Eun. 3. 5. 49.
Inter nimium & parum eft mediocritas. Ci. 1. Off 89 [Hic & in fq. eft Nomen.
Nimium magis offendit, quam parum. Cic. in Orat. 73.

Nimio, [πολὺ ἄγαν] ablativus, comparativis folet jungi, & fignificat Valde. ut, Nimio minus, æquius, &c. Plaut. Rud. 1. 3. 1.
Nimio pol hominum, fortunæ minus miferæ memorantur. Truc. 3. 2. 5. Nimio minus fævus jam fum, Aftaphium, quam fui. Idem Pœn. 1. 2. 90. Perf. 1. 3. 31. Nimio melius. & Moft. 1. 1. 69. Nimio celerius, &c.
Nimio plus. Cic. 10. Att. 8. Sed quia te nimio plus diligo.
Nimio multo plus. Plaut. Bacch. 1. 2. 42.
Video nimio jam multo plus, quam volueram.
Nimio fatius. Plaut. Bacch. 1. 2. 43.
Vixiffe nimio fatius eft, quam vivere.

Nimie, Adv [ὑπερβαλλόντως] Plaut. Mil. 4. 6. 32. Tam nimie ut amarentur. Macrob. lib. 6 Saturn. cap. 6. Non nimie, fed pulchre dictum. conf. Auguftin. Confeff. 2. 9. & de Genef. 3. 4. Et Pallad. Mart. tit. 10. de Ficu.

Nimiĕtas, ātis. f. [τὸ ἄγαν, τὸ ὑπερβάλλον] pro Superfluitate ufurpatur etiam a doctis. Columel. lib 6. cap. 24. Naturalia congruunt defideria, quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lafciviunt. Macrob. 1. Saturn. 6. Vini nimietas. Ammian. 19 4. Nimietas frigoris. Pallad. 7. 7. Sanguinis nimietatem prohibet. V. plures auctores in Cur. fecund. Cellar. p. 165. & Borrich. Cogit. p. 176.
Plural. Pallad. Jun. tit. 13. At maxime utile folum eft, quod inter omnes nimietates temperamentum renebit.

Nimiŏpĕre, [ὑπερβαλλόντως, ἄγαν] Adv. pro Admodum nimis. Cic. in Parad. 5. Quos ædificia magnifica nimiopere delectant. Idem in Verr. 6. 138. ufus eft hoc adverbio, tefte Budæo. Alii legunt, disjunctim, Nimio opere.

N I N

Ningo, vel Ninguo, ninxi, [νίφω] ĕre. Prifcianus, Ninguo quoque ninxi: unde & nix: ficut a duxi dux, a rexi rex. Virg. lib. 3. Georg. 367.
Interea toto non fecius aere ningit. Prifcianus legit Ninguit.
Immo dicendum Ninx, aut Nix a Niguo. Vide Defp. 201. ex Servio Ninguis. H. St. V. Serv. ad 4. Æn. 250.
Ningere floribus rofarum, per translationem, pro Tantam copiam rofarum effundere & afpergere, ut ningere videantur. Lucret. lib. 2. 627.
Largifica ftipe ditantes, ninguntque rofarum
Floribus. V. Gevart. cap. 13. ad Stat. 1. Silv. 3.
Ningitur, Imperf. Paffiv. Apul. Florid. 1. Iftud fpatium quo pluitur & ningitur.

Ninguis, is. f. [νιφάς, νιφὰς] antiqui dixerunt, cujus loco nunc Nix, nivis dicimus. Lucret. lib. 6. 736.
— albas decedere ningues. Apul. in 1. Hermagora.
— afpera hiems erat, omnia ningue canebant. V. Charif. lib. 1. & Prifcian. lib. 6. Serv. l. c.

Ninguĭdus, a, um. Adj. [νιφετώδης, νιφόεις] i. e. Nivofus. Aufonius ad Paulinum Epift. 24. v. 69.
Barcino me bimaris: juga ninguida Pyrenæi.
Oppida Iberorum ninguida. Ibid. v. 124.
Ninguidus Boreas. Prudent. Apotheof. 665.
Implet caftra cibus ninguidus. Idem Cathemer. 5. 97.

Ningor, ōris. m. Apul. de Mundo p. 61. Elmenh. Eam tempeftatem nos ningorem vocamus.

Nix, nĭvis. f. [χιών, νιφὰς, νιφετὸς] quafi Ninx, a ningo. notæ fignificationis. Charifius lib. 1. Nix contra rationem nivis facit, licet veteres ninguis declinaverunt, e quibus eft Lucilius V. Ningo. Plin. lib. 17. cap. 2. Alioqui vota arborum communia funt frugumque, nives diutinas federe. Caufa, non folum quia animam terræ evanefcentem exhalatione, includunt & comprimunt, retroque agunt in vires frugum atque radices: verum quod & liquorem fenfim præbent, purum præterea leviffimumque, quando nix, aquarum cæleftium fpuma eft. Virg. 10. Ecl. 23.
Perque nives alium, perque horrida caftra fequuta eft.
Color nivis. Ovid. 2. Met. 852.
Nive candidiores equi. Ovid. 8. Met. 373.
Candida nive Thrace. Hor. 3. Carm. 25. 11.
Pruina & nix. Cic. 2. in Catil. 23.
Alta nix jacet. Virg. 1. Georg. 310. Curt. 7. 3. 11.
Cana. Hor. 2. Serm. 5. 41.
Confpicuæ Taygeti. Senec. Thyefte, 2.
Gelidæ. Ovid. 1. Faft. 680.
Hiberna nive turgidi fluvii. Hor. 4. Carm. 12. 4.
Horrifera. Valer. 5. Argon. 306.
Puræ. Ovid. 16. Epift. 249.
Verna. Ovid. 3. Trift. 2. 20.
Concrefcit nive pruinaque aqua admiffo calore. Cic. 2. de Nat. Deor. 26.
Concreta acri pruina. Lucret. lib. 3. 20.
Conteret ille nives congeftas. Ovid. 1. Amor. 9. 12.
Cumulata vento nix. Curt. 5. 4. 18.
Diffugere nives. Hor. 4. Carm. 7. 1.
Difcuffa. Valer. 5. Argon. 174. Curt. 7. 3. 10.
Duratæ. Hor. 3. Carm. 24. 39.
Eluctor nives. Tacit. 3. Hift. 59.
Fundunt tela undique ritu nivis. Virg. 11. Æn. 611.
Glaciat Juppiter pofitas nives. Hor. 3. Carm. 10. 7.
Glomeratæ turbine. Sil. lib. 3. 523.
Jactata. Ovid. 3. Trift. 10. 11.
Indurat Boreas nives. Ovid. 6. Met. 692.
Madefcunt perfufæ nives imbre. Senec. Hippol. 4.
Madens fole. Ovid. 13. Epift. 52.
Mollit Aufter nivem. Ovid. 2. de Pont. 3. 89.

Obrutus nivibus. Liv. 5. 2. V. OBRUO.
Rotatæ. Ovid. 9. Met. 221.
Solutæ. Ovid. 3. Amor. 6. 93.
Tegis humeros infusa nix. Virg. 4. Æn. 250.
Nigram nivam Anaxagoras dixit esse. Cic. 4. Acad. 72. Idem 2. Q. frat. 2. Risi nivem atram, teque hilari animo esse, & prompto ad jocandum valde me juvat. Ipsam nivem vetustate rubescere ait Plin. 11. 35. conf. Bartholin. de nivis usu, p. 24.
De nive refrigerando potui adhibita, V. Burm. ad Petron. cap. 31. vel Lex. Pitisc.
Capitis nives, Capilli cani. Hor. 3. Carm. 13. 12.

NIVĀLIS, e. Adj. [νιφόεις] Quod ad nivem pertinet.
Æmonia nivalis. Hor. 1. Carm. 37. 19.
Auræ nivales. Hor. 1. Epist. 11. 18.
Cælum nivale, pro Pluvioso: quod sæpe nives, & frigidam aeris temperiem inducit. Columel. lib. 2. cap. 1. in fine. Legitur & Glaciale.
Candor nivalis. Virg. 8. Æn 538.
Compede vinctus nivali Hebrus. Hor. 1. Epist. 3. 3.
Dies nivalis, In qua nix plurima e cælo delabitur. Liv. 21. 54. Sen. Nat. Quæst. 4. 4.
Gela. Senec. Medea, 9.
Glacies. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 70.
Loca nivalia, Ubi nix abundat. Plin. lib. 26. cap. 8. Nascitur in petrosis, apricis, & iisdem nivalibus.
Osculum nivale, per translationem, pro Frigido. Martial. lib. 7. 95.
Tumulus nivalis. Cic. 1. de Divin. 18. Ex quodam poeta.
Vasa nivalia Ulp. in l. Quum aurum. §. argento facto. D. de aur. & arg. leg. Alii legunt Navalia.
Venti. Virg. 3. Georg. 318.
Undæ nivales, Quæ ex nivibus fiunt. Martial. lib. 14. 118.

NIVĀRIUS, a, um. Adj. [χιονικός] Martial. lib. 14. 103. de Colo nivario,

Setinos moneo, nostra nive frange trientes:
Pauperiore mero tingere lina potes.

h. e. Cola vinum Setinum, quo nullum est præstantius, per nostram nivem. Vinum autem vilius potes colare per saccos linteos. Baysius, Colum nivarium, vas quo aqua ex nivibus colari solebat. Nos hodie colo utimur ad lac colandum. & est vas ligneum quod fundum linteum habet ei annexum. Hactenus Baysius. V. SACCUS.
Saccus nivarius. Plin. lib. 24. cap. 1. Qua de causa & in saccos nivarios additur polenta. Vetus codex habet Vinarios. Baysius, Utebantur Romani & sacco nivario, quo liquidius merum potarent, & erat lineus. Martial. lib. 14. 104. V. SACCUS.
Colum nivarium. Pompon. in l. In argento. D. de auro, argento, mundo, ornamen. &c.

NIVĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. q. a. v. Nivo, āre. [χιονωτός] Quod est nive refrigeratum. Suet. Neron. cap. 27. Refotus sæpius calidis piscinis, ac tempore æstivo nivatis. Petron. cap. 31. Aqua nivata. Sen. Nat. Quæst. 4. 13. Nivatæ potiones.

NIVEUS, a, um. Adj. [χιονώδης] Quod est ex nive. ut, Massa nivea.
Aggeribus niveis informis jacet terra. Virg. 3. Georg. 354.
Liquor niveus. Cic. 1. de Divin. 13. Ex quodam poeta.
Niveus, pro Candido aliquando ponitur. ut,
Adonis niveus. V. ADONIS.
Bos. Ovid. 4. Fast. 826.
Candor. Auctor ad Herenn. lib. 4. 45.
Color. Hor. 2. Carm. 4. 3.
Columbæ. Ovid. 13. Met. 674.
Dens. Ovid. 18. Epist. 18.
Ebur. Ovid. 10. Met. 247.
Equi Ovid. 2. Amor. 1. 24.
Juvencus Virg. 6. Ecl. 46.
Lacerti. Virg. 8. Æn. 387.
Lapilli. Hor. 2. Serm. 2. 80.
Latus Virg. 6. Ecl. 54.
Ligustrum. Ovid. 13. Met. 789.
Lux, Felicissimus dies. Tibull. lib. 3. 3. 25.
Os. Ovid. 20. Epist. 120.
Pecus. Virg. 2. Ecl. 20.
Poma. Ovid. 4. Met. 89.
Toga. Martial. lib. 4. 34.
Vestis. Ovid. 10. Met. 432.
Vitta. Virg. 3. Æn. 487.
Ulnis niveis reducem complectitur. Claud. 2. in Eutrop. 287.

NIVŌSUS, a, um. Adj. [χιονώδης] Quod nivibus abundat. ut,
Nivosa loca. Columel. lib. 2. cap. 9. Ea locis prægelidis ac nivosis, ubi æstas est humida, & sine vaporibus, recte committitur.
Grando nivosa. Liv. 21. 58. Et mox aqua levata vento, quum super gelida montium cacumina concreta esset, tantum nivosæ grandinis dejecit, ut omnibus omissis procumberent homines.
Hiems nivosa. Liv. 5. 13.
Plagæ. Claud. de Bell. Get. 134.
Scythia. Ovid. 12. Epist. 29.
Sidus. Stat. 1. Silv. 3. 95.

NIVESCO, ĕre. Niveum fieri. Tertull. de Pall. cap. 3. Lavacro nivescunt.

NIVIT pro Ningit ex Pacuvio apud Non. 11. 23.

NIVĬFER, ĕra, ĕrum. ut, Niviferæ valles. Salvian. lib. 6. 196.

NINGŬLUS, Nullus. Ennius apud Fest. Ne ningulus mederi queat. Ex Ne & Singulus.

NINĪVE, es. f. pr. anc. [Νινευή, Νῖνος] Urbs Assyriorum, quam ædificavit Assur egrediens terram Sennaar, a Nino rege sic dicta, ut scribit Augustinus lib. 15. de Civ. Dei, Ninives, civitatis magnæ, Ninus Beli filius conditor, nomen ex illius nomine derivatum est, ut a Nino Ninive vocaretur. Et Populi in ea habitantes, Ninivitæ, dicuntur. V. Tertull. advers. Marc. 2. 11. & Prudent. Cath. 7. 131. & Suid.
Est & alia civitas Judæorum in angulo Arabiæ: quam nunc corrupte Ninivam vocant, & in genitivo Ninives facit. [Hæc quæ sit dispiciant quibus vacat.

NINNIUS, sive NINNUS, i. m. Parvus equus, qui & Hinnus dicitur, ex Græco γίννος, ut docet Scalig. ad lib. 5. Manil. p. 390. edit. Boeckler. Gloss. Vet. Popus, γίννος. Mæcenas ad Hor.

—tu tuum sodalem
Ninnio videas strigosiorem.

V. Tiliobrog.

NINOS, es. [Νῖνος] Cariæ oppidum est, alias Aphrodisias appellatum, Lelegum Pelasgorum colonia, si Stephano credimus.

NĪNUS, i. m. [Νῖνος] Filius Beli, primus Assyriorum rex. Nam Belus solam habuit Babylonem: Ninus vero totam Assyriam.
Ninus item, [Νῖνος Suid. & Steph.] Assyriæ urbs juxta Tigridis amnis partem, Ptolemæo auctore, lib. 6. cap. 1. alio nomine Ninive: quæ Jonæ prophetæ prædicationem audivit. Nunc vastata tota est, ut tradit Haithonus libro de Tartaris, cap. 11. conf. Justin. 1. & Diod. Sicul. 2. & supra NINIVE.
Ninos, Græca terminatione. Lucan. lib. 3. 215.

Accedunt Syriæ populi, desertus Orontes,
Et felix (sic fama) Ninos.

N I O

NIŎBE, es. f. [Νιόβη] Filia Tantali, & soror Pelopis, uxorque Amphionis. Hæc, teste Diodoro Siculo lib. 5. filios VII, & totidem filias peperit, summo decore præstantes: unde tali prole superbiens admodum gloriabatur, se Latonæ præferens numero filiorum: itaque ira motam fabulæ Latonam ferunt Apollini & Dianæ, ut Niobes filios & filias arcu interficerent, mandasse, quibus matri obtemperantibus, contigit eodem tempore & abundare filiis Nioben, & carere. Unde præ nimio dolore attonita obmutuit, ac veluti lapidescens malis diriguit. Fabulam V. apud Ovid. 6. Met. 270. conf. Ælian. Var. Hist. 12. 36. & Gell. 20. 7.
Sipyleïs genetrix dicta Niobe, a Statio lib. 5. Silv. 1. 33. quoniam facta saxea, turbine venti in Sipylum patriam rapta est,

—ubi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrimis etiam nunc marmora manant.

Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu silentium. Cic. 3. Tuscul. 63.

NIOBÆUS, a, um. Adj. [Νιοβαῖος] ut, Proles Niobæa. Hor. 4. Carm. 6. 1.

N I P

NIPHÆUS, i. m. Viri proprium ab equis interfecti apud Virg. 10. Æn. 570.

—quin ecce Niphæi
Quadrijuges in equos, adversaque pectore tendit:
Atque illi longe gradientem, & dira frementem
Ut videre, metu versi, retroque ruentes,
Effunduntque ducem, rapiuntque ad litora currus.

NIPHĀTES, is. m. [Νιφάτης] Majoris Armeniæ fluvius est super Assyriam, quo nomine dictus est mons Armeniæ, ex quo Tigris nascitur, ut refert Strabo. Virg. 3. Georg. 30.

Addam urbes Asiæ domitas, pulsumque Niphatem.

Montem dixit pro populo: intelligit enim Armenios, apud quos mons est Niphates. Dictum est autem Niphates a nivibus, ἀπὸ τοῦ νιφάδος, vel ἀπὸ τοῦ νίφειν. Rigidus Niphates. Hor. 2. Carm. 9. 20. conf. Lucan. 3. 245.

NIPHE, es. f. [Νίφη] Una ex comitibus Dianæ, a niveo candore appellata. Ovid. 3. Met. 171.

Excipiunt laticem Nipheque Hyalisque Rhanisque.

NIPSA, æ. f. [Νίψα] Thraciæ oppidum: cujus incolæ dicuntur Nipsæi. Stephanus.

NIPTRA, orum. n. pl. [νίπτρα] dicuntur Lavacra: a νίπτω, quod significat lavo: quo nomine dicta est tragœdia Pacuvii, quam citat Cic. 2. Tusc. 48.

N I Q

NIQUISCIVIT, pro Nisi quis scivit. Centuria Romæ a Servio Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non tulisset in sua, &c. Festus. conf. Manut. de Civ. Rom.

N I R

NĪREUS, disyll. ei. m. [Νιρεύς] Charopi & Aglaiæ filius, Græcorum omnium, teste Homero, qui ad Trojam navigaverunt, formosissimus. Ovid. 4. de Pont. 13. 16.

Tam mala Thersiten prohibebat forma latere,
Quam pulchra Nireus conspiciendus erat.

Facies Nirei. Propert. lib. 3. 18. 27.

Nirea non facies, non vis exemit Achillem.

Vincere Nirea forma. Hor. Epod. 16. 22.

NIRÆOS, vel NIRÆUS, a, um. [Νιραῖος] Catull. ad Aurel. 21. 10.

—esurire
Nireus puer & sitire discet.

Sic legit Benardin. Rutil. cap. 8. al. Meus me puer. V. Is. Voss. not.

NIRIS, idis. f. [νῆρις] Nardus montana. Diosc. 1. 8.

N I S

NIS, pro Nobis, vetus verbum, inquit Festus.

NISA, æ. f. fuit, teste Homero lib. Iliad. 2. Urbs Hellados. V. NYSA.
Est etiam nomen Feminæ, de qua Virg. 8. Ecl. 26.

Mopso Nisa datur: quid non speremus amantes?

NISÆE, es. f. [Νισαίη] Nymphæ proprium, cujus meminit Virg. 5. Æn. 826.

Nisæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.

Candida Nisæe. Propert. lib. 2. 26. 16.

NISÆA, æ. f. [Νισαία] Oppidum in sinu Megarico, ubi Megarensium erant navalia, teste Thucid. lib. 2.
Est item Nisæa, Parthyenes regio, cujus caput fuit Alexandropolis, ab Alexandro conditore ita appellata. V. Plin. lib. 6. cap. 26. Hæc regio præstantissimos alebat equos, qui ab ea Nisæi appellabantur, teste Strab. lib. 11. conf. Ammian. 23. 21.

NISI, [εἰ μὴ, πλὴν εἰ, μὴ εἰ] Conjunctio, composita ex Ne, i. e. Non, & Si, significatque Si non, vel Præterquam. In principio sententiæ indicativum desiderat,

fiderat, alias etiam subjunctivum, ut ait Valla lib. 2. Ter. Heaut. 4. 1. pr.
Nisi me animus fallit, hic profecto est annulus, quem ego suspicor.
Miseros illudi nolunt, nisi se forte jactant. Cic. 2. de Orat. 237. Al. Nisi si.
Nisi, secundo loco positum. Ter. Heaut. 1. 1. 90.
— contrasi omnia,
Ancillas, servos, nisi eos qui, opere rustico
Faciundo, facile sumptum exerceant suum.
Hanc, nisi mors, mihi adimet nemo. Ter. And. 4. 2. 14. Cic. de Amicit. 62. Judicare difficile sane, nisi expertum.
Profecto, nisi caves tu homo, aliquid gnato conficies mali. Ter. Heaut. 5. 3. 8.
Nisi multis blanditiis a me gutta non ferri potest. Plaut. Rud. 2. 4. 20.
Nisi unum hoc faciam. Plaut. Aul. 2. 7. 3. Ter. And. 5. 4. 48. Causa optima est, nisi quid pater aliud ait. Cic. de Amicit. 32. Ortum quidem amicitiæ videtis, nisi quid ad hæc forte vultis.
Nisi restituissent statuas, vehementer iis minatur. Cic. 4. Verr. 162.
Nisi vellet Cic. de Amicit. 11. Nisi enim immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esset optare?
Nisi vides. Cic de Amicit. 97. In qua nisi (ut dicitur) apertum pectus videas, tuumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.
Nisi quia, pro Verumtamen. Ter. Eun. 5. 6. 28.
Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum,
Nisi quia necesse fuit hoc facere.
Nisi nunc. Plaut. Amph. 2. 2. 54.
Immo equidem te, nisi nunc, hodie nusquam vidi gentium.
Nisi quod. Cic. de Amicit. 76. Nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia.
Aliquid nisi. Ovid. 4. Trist. 10. 85.
Si tamen extinctis aliquid, nisi nomina, restet.
Aliud nisi. Cic. 4. Acad. 7. Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi ut in utramque partem dicendo & audiendo eliciant.
Nihil aliud nisi Philumenam volo. Ter. And. 2. 1. 6. i. e. Quam, vel præterquam.
Nisi in bonis non potest esse amicitia. Cic. de Amicit. 18. Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. V. Nonnisi, in NON.
Non contingit nisi. Cic. de Amicit. 72. Quod non fere contingit, nisi his, qui etiam contemnendos se arbitrantur.
Nunquid igitur oportet nisi tres sortes conjici, unam educi? nihil. Conjici jubet tres. Cic. 4. Verr. 127.
Nisi forte cessare videor. Cic. de Senect. 18. Nisi forte ego vobis, qui & miles & Tribunus & legatus & Consul versatus sum in vario genere bellorum, cessare nunc videor, quum bella non gero. Idem de Fato, &c. infra.
Nisi si. Ter. Andr. 1. 5. 13.
Repudiatus repetor. quamobrem? nisi si id est quod suspicor. conf. Plaut. Men. 1. 2. 22. & Flor. 4. 7. extr. Quintil. 1. 9. Poetas metri necessitas excusat, nisi si quando, nihil impediente in utroque modulatione pedum, alterum malunt. conf. Columel. 4. extr.
Nisi, per parenthesin positum. Cic. 7. Att. 10. Adhuc certe (nisi ego insanio) stulta omnia & incaute.
Nisi quia nos deus respexerit. Cic. 1. Att. 13.
Quid nisi. Cic. 1. Tusc. 75. Nam quid aliud agimus, quum a voluptate, id est a corpore, quum a re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum a negotio omni sevocamus animum, quid inquam tum agimus, nisi animum ad seipsum vocamus?
Nisi vero, Nisi forte, Nisi tamen, quoties in argumentationibus subjecta est, absurditatem quandam sequi significat. Cic. 4. Acad. 88. Nisi vero Ennium non putamus ita totum illud audivisse. Idem de Fato 37. Nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi. Idem in Milon. Nisi forte dementem, &c. Quasi dicat, Quod est absurdum putare: ideoque minime id putandum est. Quam declarationem Columella expressit lib. 3. cap. 10. Nam si sagittam, id est superiorem partem malleoli, vituperandam censebant, quum esset eadem pars surculi frugiferi: quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum, si est sterile, improbarum ab his ratio ipsa declarat? Nisi tamen (quod est absurdum) crediderunt, id translatum & abscissum a sua stirpe, destitutumque materno alimento frugiferum, quod in ipsa matre nunquam fuisset. Budæus.
Nisi vero, ut Quasi vero. Cic. in Verr. Nisi vero existimatis hominem, &c. Ironice dictum: ut sit Nisi forte, vel nisi tamen existimetis. quasi dicat, Hoc existimandum prorsus non est.
Mentior, nisi. Ovid. 2. Met. 514. Quintil. in Corpore projecto, Mentior, nisi quum peregrinatio mea nos diduceret, maluit esse cum matre. Valla lib. 3.
Ideo Taygeti montis, nisi Laconibus, difficillima juga. Sen. Suasor. 2.
Ei liberorum, nisi divitiæ, nihil erat. Plaut. Men. prol. 59.
Nisi si non. Varr. de L. L. lib. 8. pr. Nisi si non est homo ex anima, quod est homo ex corpore & anima.
Nisi, pro Sed. Cic. 12. Att. 23. Tuas litteras exspectabam: nisi illud quidem mutari, si aliter est ac oportet, non video posse. Idem lib. 13. Fam. 1. Nec cur ille tantopere contendat, video, nec cur tu repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quam illi, laborare sine causa. Eodem lib. 73. De se nihil possum judicare: nisi illud mihi certe persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse.
Nisi, quicquid est, &c. Ter. Eun. 3. 4. extr.
Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neque conjicere,
Nisi, quicquid est, procul hinc libet prius quid sit sciscitari. Ter. Adelph. 1. 2. 73.
Gaudebam. ecce autem de integro nisi, quicquid id est,
Volo scire, atque hominem convenire, si apud forum est. conf. Plaut.
Nisi, pro Non nisi. Columel. lib. 7. cap. 3. Quo magis etiam propter hos casus, nisi validissima, quæ non comprehendantur hieme, novaque progenie repleatur numerus. Quo loco Nisi, significat Non nisi, vel solum. Sic Cic. 1. de Legib. 54. Quippe quum antiqui omnes, quod secundum naturam esset, quo juvaremur in vita, bonum esse decreverint: hic, nisi quod honestum esset, putarit bonum. Al. Nihil putarit. V. Grut. not. Diceret alius, nihil nisi quod, &c. Solin. in cap. 50. de Sagda gemma, Supermeantes naves e profundo petit, & carinis ita tenaciter adcorporatur, ut nisi abrasa parte ligni, ægre separetur.
NISIBIS, is. f. vel NESIBIS, [Νίσιβις Suid.] Oppidum est Arbelitidis, quæ est regio Syriæ propinqua, in qua Alexander Darium superavit, alio nomine Mygdonia appellata. Nisibim autem Antiochus fertur condidisse, & a nomine suo Antiochiam appellasse. V. Plin. lib. 6. cap. 13. Steph. Ammian. 25. 31. Philostorg 8. 1. & Spanh. de U. & P. Numm. Diss. 9.
NISIBENUS, a, um. Adj. [Νισιβηνός] Ammian. 25. 38.
NISSA, V. NYSA.
NISUS, i. m. [Νῖσος] Rex Megarensium, pater fuit Scyllæ: contra quos dum pugnaret Minos, devictis Atheniensibus, propter filii Androgei interitum, quem Athenienses & Megarenses dolo necaverant, amatus est a Scylla Nisi filia: quæ ut hosti posset placere, comam purpuream parenti abscissam ei obtulit: quam Nisus ita habuerat consecratam, ut tamdiu regno potiretur, quamdiu illam habuisset intactam. Postea & Scylla a Minoe contempta, dolore in avem conversa est, & Nisus extinctus, deorum miseratione, in avis mutatus est formam: quæ aves hodie magna inter se flagrant discordia. Hæc Servius in 6. Eclog. 74. Alii Haliæetum dicunt, alii Accipitrem minorem, nisumque dictum volunt a nisu ad prædam. Virg. 1. Georg. 404.
Apparet liquido sublimis in aere Nisus: &c.
Coma purpurea Nisi. Tibul. lib. 1. 4. 57.
Nisus etiam, Euryali amicus, cursu velocissimus. Virg. 5. Æn. 319.
Primus abit, longeque ante omnia corpora Nisus
Emicat: & ventis, & fulminis ocior alis. Idem 9 Æn. 176 &c.
Nisus, appellativ. V. NITUS, ĕsis. &
Nisus sidus cæleste. al. Engonasis. V. Mart. Capell. 8. & ibid.
NISÆUS, a, um. Adj. [Νισαῖος] ut, Canes Nisæi, i. e. Scyllæ, apud Ovid. 4. Fast. 500.
Effugit & Syrtes, & te, Zanclæa Charybdi,
Et vos, Nisæi, naufraga monstra, canes. Fabulam tangit Scyllæ, quæ ab inferiore sui parte in canes mutata fuit. Fuerunt autem Scyllæ duæ, una Phorci, altera Nisi filia. Hæc in avem, illa vero dimidia sui parte in canes mutata fuit. Sed Ovidius hoc loco fabulam confundit, quemadmodum & Virgilius in 6. Ecl. 74.
Quid dicam aut Scyllam Nisi, &c.
NISEIUS, a, um. Adj. [Νισήιος] ut, Virgo Niseia, Scylla. Ovid. 8. Met. 55.
NISEIS, idos. f. [Νισηΐς] pro Scylla. Ovid. Rem. Amor. 737.
Præterita cantus Niseide navita gaudet.
NISYRUS, i. f. [Νίσυρος] Insula est inter Cycladas numerata, celsa, saxosa, & molendinariis abundans lapidibus. Strabo lib. 10. Antep. prod. Homer. alii corr.

N I T

NITAL, vel potius ANITAL, Idolum Indicum inter magica coli solitum. V. Mart. Capell. 2. cum not. Grotii.
NITEDULA, NITELLA. V. NITEO.
NITEO, ui, [λαμπρὸς εἰμί] ēre. Splendidum, cultum, politum esse. Plaut. Truc. 2. 4. 3.
Ut tota floret! ut olet! ut nitide nitet!
Nitere unguentis, fulgere purpura. Cic. 2. in Catil. 5.
Barba nitet. Tibul. lib. 1. 4. 4.
Barba nitet inducto gelu. Ovid. 3. Trist. 10. 22.
Cælum nitet diffuso lumine. Lucret. lib. 1. 9.
Canis nitere dicitur, cum pinguis est. Phædr. 3. 8.
Ora candida nitent. Ovid. de Medicam. faciei, 51.
Regina nitet ante alias. Stat. 2. Achil. 149.
Serpens nitet recenti squama. Ovid. 9. Met. 267.
Tecta nitent ære. Ovid. 6. Fast. 261.
Quod in pace nitet, in bello non obsolescit vectigal. Cic. 1. in Rull. 21. Non dico solum hoc in Rep. vectigal esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat, &c.
Nitere oratio dicitur, quum exculta est & elaborata. Cic. 4. de Fin. 5. Illorum vides quam niteat oratio.
Multa nitent in carmine. Hor. de Arte Poet. 351.
Nitui. Tibul. lib. 1. Eleg. 4. 64.
Ex humero Pelopis non nituisset ebur.
NITENS, entis. Partic. [λαμπρὸς ὤν] nt,
Ore floridulo nitens. Catul. in Epithal. Mallii, 59. 191.
Nitens crine, niger unguento. Martial. lib. 12 38.
Astra nitentia. Ovid. 5. Fast. 543. conf. in NITOR, dep.
Capilli malobathro. Hor. 2. Carm. 7. 7.
Culta. Virg. 1. Georg. 153.
Equi. Virg. 6. Æn. 654.
Flos nitentior ostro. Ovid. 10. Met. 211.
Frondes auro. Ovid. 4. Met. 636.
Galea. Virg. 9. Æn. 457.
Ingenium. Stat. 1. Silv. 5. 61.
Oculi. Virg. 1. Æn. 228.
Oratio non valde nitens, non plane horrida. Cic. de Clar. Orat. 238.
Res ubi magna nitet domino sene, &c. Hor. 2. Serm. 4. 112. i. e. Ubi sunt amplæ divitiæ. Nitor enim domus significat copiam & divitias: ut nitor corporis victum mundum, lautum, & elegantem. Lambin.
Taurus nitens, Pinguis. Virg. 3. Æn. 20.
— superoque nitentem
Cælicolum regi mactabam in litore taurum. i. e. Opimum; nam quæ saginata sunt nitere dicuntur. Turnebus.
Uvæ nitentes. Ovid. 14. Met. 661. al. Tumentes.
Uxor ore floridulo nitens. Catull. 62. 193.
NITESCO, [ἐπιλάμπομαι] ēre. Idem. Cic. 1. Tusc. 69.
Cælum nitescere, arbores frondescere. Ex quodam poeta. Plin. 2. Epist. 17. n. 3. Multi greges ovium, multa ibi equorum boumque armenta; quæ montibus hieme depulsa, herbis & tepore verno nitescunt.
Juventus oleo perfusa nitescit. Virg. 5. Æn. 135.
Candore nitescere. Cic. in Arato, 174.
Exiguo qui stellarum candore nitescit. De Aquario.
Ingenio, doctrina, præceptione nitescit natura in arte memoriæ. Auctor ad Herenn. lib. 3. 29. i. e. Nitidior fit.
NITESCENS, entis. Partic. nt, Nitescente luna nova. Plin. lib. 8. pr.
NITOR, ōris. m. [τὸ λαμπρόν] Splendor in quacunque re. Ter. Eun. 2 2. 11.
Qui color, nitor, vestitus: quæ habitudo est corporis. Cic. de Senect.

Senect. 59. Tum Lysandrum intuentem ejus purpuram, & nitorem corporis. Scilicet Cyri. conf. Stat. 3. Silv. 3. 149. & 5. 2. 73.
Splendor & Nitor. Cic. pro Cœl. 77.
Nitor, non idem quod Splendor. Plin. lib. 37. cap. 2. Splendor his sine viribus, nitorque verius quam splendor.
Auroræ exoriens. Lucret. lib. 4. 439.
Corporis. V. supra.
Eloquii. Ovid. 2. de Ponto, 2. 51.
Generis tui. Ovid. 2. de Ponto, 9. 17.
Marmorum. Plin. lib. 12. cap. 1.
Materiæ. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Olei. V. infra.
Orationis. Cic. 13. Att. 19.
Oris igneus. Claud. 1. In Conf. Stil. 45.
Circumfusus. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Diurnus nitor, Nitor diei. Ovid. 18. Epist. 78.
Naturalis & non fucatus. Cic. de Clar. Orat. 36.
Nimio nitore lustratus delphinus. Cic. in Arat. 92.
Nullus tota nitor in cute. Juven. 9. Sat. 13.
Purus. Lucret. lib. 2. 776.
Vires agrestes, horridæ, sine nitore ac palæstra. Cic. 1. de Legib. 6. Fannii autem ætate conjunctus Antipater, paulo inflavit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palæstra.
Inducere cuti nitorem. V. INDUCO.
Perstringere aspectus omnium gemmæ nitore & auri splendore. Auctor ad Herenn. lib. 4. 64.
Nitor, pro Candore, seu albore. Lucret. lib. 2. 818.
Præterea, quoniam non certis certa figuris
Est natura coloris: & omnia principiorum
Formamenta queunt in quovis esse nitore;
Cur ea quæ constant ex illis, non pariter sunt
Omnigenis perfusa coloribus in genere omni?
Nitor, pro Pinguedine. ut, Olei nitor. Vitruv. lib. 10. cap. 1. Neque olei nitorem, neque vitium fructum habere potuissemus. Turnebus, Nitent, inquit, Latinis quæ bene habita & obesa sunt: nitoremque in oleo dixit Vitruvius, propter ejus pinguitudinem. Ceterum Nitorem olei, pro ipso Oleo, per circuitionem posuit.

NITĬDUS, a, um. Adj. [λιπαρὸς] Idem ac Nitens, Splendidus, clarus, lucens. Plaut. Stich. 1. 2. 8.
Facite fultis nitidæ ædes meæ sint quum redeam domum.
Pexo capillo nitidus. Cic. 2 in Catil. 22.
Suo colore. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Nitidus filiæ nuptiis. Plaut. Aulul. 3. 6. 4. i. e. Nitido cultu indutus.
Ædes. V. supra Plaut.
Agna. Hor. 2. Serm. 3. 214.
Aries nitidissimus auro. Ovid. 3. Fast. 867.
Aurum. Ovid. 10. Met. 675.
Boves nitidiores. Pallad. 1. 21.
Capilli. Hor. 1. Epist. 14. 32.
Caput Solis. Virg. 1. Georg. 467.
Colles nitidissimi viridissimique. Cic. 5. Verr. 47.
Ebur. Ovid. 2. Met. 3. 2.
Femina. Plaut. Milit. 4. 2. 12.
Forma nitida in pictura, cui contrarium est Horrida. Cic. In Orat. 36. In picturis alios horrida, inculta, abdita & opaca: contra alios nitida, læta, collustrata, delectat. Forma scilicet. Al. rectius Delectant, ut sit n. pl.
Fruges. Lucret. lib. 2. 253.
Genus quoddam verborum nitidum & lætum. Cic. 1. de Orat. 81.
Ignes. Ovid. 8. Met. 180. al. Subiti.
Imago solis. Ovid. 14. Met. 768.
Laurus. Plin. lib. 5. Epist. 6.
Phœbus nitidissimus. Ovid. 4. Met. 348.
Pictura nitida. Cic. Orat. 11.
Ramulus. Columel. lib. 5. cap. 6.
Sensus. Claud. Conf. Mal. Theod. 193.
— nitidis quisquis te sensibus hausit. [i. e. Puris, castis.
Sol nitidus, h. e. Lucidus & conspicuus. Cic. 12. Att. 6.
Vacca, Pinguis. Ovid. 2. Met. 694.
Verba quodammodo nitida, Exculta, polita. Cic. in Partit. 17. Ut sint alia consonantiora, graviora, leviora, & quodammodo nitidiora, alia contra. Quintil 8. 3.
Virgines. Hor. 2. Carm. 12. 19.
Vita nitidior. Plin. lib. 13. cap. 15.
Undæ. Ovid. 3. Met. 407.
Nitidus, Qui corpore est solido, carne lævi & polita, non horrida, neque squalida. Hor. 1. Epist. 4. 15.
Me pinguem, & nitidum bene curata cute vises, &c. conf. Nep. 18. 5. 6. Sic supra Agna, Boves, Vacca &c. conf. in NITEO, NITENS &c.
Nitidus, pro Urbano. Urbani enim homines magna ex parte cultiores, comptiores, mundiores ac nitidiores rusticis solent esse. Rustici contra horridi, scabri, inculti, frigosi, & illoti. Hinc Horatius Nitidum opposuit Rustico, 1. Epist. 7. 83.
— ex nitido fit rusticus, &c. Lambinus. Capitol. Maxim. Jun. cap. 2. Vestibus tam accuratus fuit, ut nulla mulier nitidior esset in mundo.

NITĬDE, ius, issime. Adv. Plaut. Truc. 2. 4. 3.
Ut tota floret, ut olet, ut nitide nitet. Idem Cist. 1. 1. 11.
Ita in prandio nos lepide atque nitide
Accepisti apud te, ut semper meminerimus.

NITIDIUSCŬLUS, a, um. Adj. dimin. Plaut. Pseud. 1. 2. 84. Nitidiusculum caput.

NITIDIUSCŬLE, [λιπαρῶς] dimin. Adv. Plaut. Pseud. 3. 1. 8.
Qui amet me, ut curet tandem nitidiuscule.

NITIDĬTAS, ātis. f. Idem quod Nitor. Acc. Bacch. Formæ, figuræ nitiditate hospes regis. Nonius, 2. 578.

NITĬDO, [σμήχω] āre. Nitidum facere. Columel. lib. 12. cap. 3. Ferramenta detersa nitidentur, atque rubigine liberentur. Ennius Cresphonte, O pie eam secum advocant, eunt ad fontem, nitidant corpora. V. Non. 2. 583 & Pallad 2. 17.

NITĒLA, æ. f. [λαμπρότης] Nitor. Solinus cap. 35. Nam præcipua viris gloria est in armorum nitela.
Nitela pulveris. Solinus cap. 26. Nitelas interpretantur micas pulveris auri, quæ inter arenas reperiuntur. Apul. Apol. non procul ab init.
Misi ut petisti medicinas dentium,
Nitelas oris ex Arabiæ frugibus
Tenuem, candificum, nobilem pulvisculum.
Scobem auri vocat Pollio Gallien. cap. 16.

NITĒLA, vel NITELLA, æ. f. [λαμπρότης] Martial. lib. 5. 37. 7. de Erotio puella,
Quæ crine vincit Bætici gregis vellus,
Rhenique nodos, auream que nitelam. V. Salmas. Exerc. Plin. 316. qui vel Murem agrestem vel Sciurum interpretatur, ita dictum, non quod niteat, sed quod nitatur in scandendis arboribus. conf. Voss. Etym. p. 343. ubi plenius de hac voce.

NITĒDŬLA, æ. f. [λαμπυρίδιον] Muris exigui genus, ut docet Servius. Cic. pro P. Sext 72. Quoniam id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula Rempub. conaretur arrodere. Hor. 1. Epist. 7. 29.
Forte per angustam tenuis nitedula rimam
Repserat in cameram frumenti, &c. V. Bentl.
Nitedula est & Cicindela dicta, quæ noctu lucet. Sed V. Voss. Etym. p. 343.

NITELĪNUS, a, um. Adj. Plin. 16. 37. de Salice, Vimineam vocant, eandem purpuream; alteram nitelinam a colore. i. e. Rufam, rutilam, interprete Vossio, l. c.

NITĔFĂCIO, ĕre. Gell. 18. 11. Ventus mare cæruleum crispans nitefacit. Al. Nitescere facit.

NITEFACTUS, a, um. Partic. Juvenc. In Matth. cap. 6.
— grato crinem nitefactus olivo.

NITIOBRIGES, um. pl. [Νιτιόβριγες] Populi Narbonensis Galliæ apud Ptolemæum, vicini Ruthenis. Hodie Montem Pessulanum vocant, vulgo *Montpelier*. Ex Marliano & Glareano. Meminit Cæs. Bell. Gall. lib. 7. cap. 7.

NĪTOR, ĕris, nixus & nisus sum, [στηρίζομαι, πιέζω] niti. Conari sub onere, inquit Non. 4. 320. Virg. 3. Georg. 172.
Post valido nitens sub pondere faginus axis
Increpat.
Magno opere conari, ut cacantes aut parturientes solent. Suet. Vesp cap. 20. pr. Statura fuit quadrata, compactis, firmisque membris, vultu veluti nitentis; unde quidam urbanorum non infacete, petenti ut & in se aliquid diceret, Dicam, inquit, cum ventrem exonerare desieris. De conatu surgendi. Idem cap. 24. Dum consurgit ac nititur, inter manus sublevantium exstinctus est. De conatu progrediendi. Cic. 2. de Nat. Deor. 124 Cum primum niti possunt.
Æqualiter niti. Cic. 2. de Nat. Deor. 115. Omnes partes ejus undique medium locum capessentes nituntur æqualiter.
In adversum. Ovid. 2. Met. 72.
In culmen niti & ascendere. Plin. 5 Epist. 6.
Ad sidera vi propria niti. Virg. 2. Georg. 428.
Alis niti, Volare. Virg. 4. Æn. 252.
Aves motis nituntur in aera pennis. Ovid. 2. de Ponto, 7. 27.
Genu nitens. Virg. 12. Æn. 303.
Gradu niti, Ambulare. Pacuvius Peribœa, Ardua per loca agresti ac trepidante gradu nititur. Virg. 2. Æn. 443. Nituntur gradibus: i. e. Ascendunt.
Hasta niti, i. e. Incumbere. Virg. 6. Æn. 760.
Humi niti, Incedere per humum. Virg. 2. Æn. 380. Servius.
Niti, Conari, dare operam, laborare. Ter. Adelph. 3. 4. 51.
Quapropter nitar, faciam, experiar: denique &c.
Nititur uterque pari jugo pro causa. i. e. Sine contentione & invidia. Plin. 3. Epist. 9.
Niti ad gloriam immortalem. Cic. de Senect. 82. Quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cujusque animus maxime ad immortalem gloriam niteretur.
Niti ad omnia. Cic. 12. Att. 15. Ad omniaque nitor. i. e. Omnia tento. Sed verbum Nitor energiam habet: nitimur enim cum labore & difficultate.
Labore præstante niti noctes atque dies. Lucret. lib. 3. 62.
Ad summa. Quintil. in prœm. lib. 1.
Contra niti. Cic. 1. Tusc. 50. Red plurimi contra nituntur.
Contra honorem alicujus. Cic. 9. Att. 11.
Consilio niti de aliqua re. Cic. 1. Fam. 5. Nos quum maxime consilio, studio, labore, gratia, de causa regia niteremur: subito exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ nostra studia impediret. i. e. Laboraremus, & daremus operam ut causa regia bene haberet.
Niti de æquitate. Cic. in Partit. 127.
Niti in interiora. Plin. lib. 2. cap. 65. Ergo totas, omnique ex parte aquas vergere in centrum, ideoque non decidere, quoniam in interiora nitantur. i. e. Ferantur.
Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. Ovid 3. Amor. 4. 17.
Niti pro aliquo. Liv. 35. 10. Tacit. 1. Ann. 34.
Nocte dieque niti pro aliquo. Ovid. 3. de Pont. 1. 40. conf. ex Plin. supra, Niti pro causa.
Per se niti. Cic. pro Planc. 67. Virtutis cursus ad gloriam hoc facilior fortasse, quod huc a me ortus, & per me nixus ascendi.
Niti, Fulciri. Cic. 1. Off. 122. Est igitur adolescentis, majores natu vereri, ex hisque deligere optimos & probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur. i. e. Fulciatur & gubernetur, instituaturque.
Radicibus suis nituntur arbores. Cic. pro Cœl. 14.
Nititur in conjectura divinatio. Cic. 2. de Divin. 55.
Niti, Fiduciam collocare. Cic. 4. Verr. 155. Quo confugies? ubi nitere?
Niti & confidere invidia. Cic pro Cluent. 1. Altera mihi niti, & magno pere confidere videbatur insidia jam inveterata judicii Juniani.
Æquo nitantur. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Auctoritate atque consilio alicujus, & ejus exercitu. Cic. 12. Fam. 10.
Consilio alicujus aut præsidio. Cic. in Pison. 19.
Fiducia virtutis nobis nitendum est ad spem beate vivendi. Cic. 5. Tusc. 2.
Gratia & auctoritate & potentia cujusquam. Cic. 2. Verr. 15.

Humeris hic nititur. Ovid. 1. Fast. 565.
Insidiis. Cæs. 1. Bell. Gall. 16.
Judicio suorum fundamenta defensionis suæ nituntur. Cic. pro Cœl. 5.
Laude alicujus. Cic. pro Flacc. 62.
Nobilitate nixi, innocentia freti, potentia ac multitudine amicorum fulti, perfacile existimaremus adversariorum vim ac factionem a nobis repelli posse. Cic. Anteq. iret in exil. 11.
Opinione majorum niti. Cic. in Sallust. 5.
Prudentia rerum magis quam dicendi arte. Cic. 1. de Orat. 214.
Spe sustinere se, & niti. Cic. 3. Att. 9. Nunc si ita sunt quæ speras, sustinebimus nos & spe qua jubes, nitemur.
Veritate niti aut fama. Cic. 1. Qu. frat. 1. 36. Quum ratio, salusque omnium nostrûm, qui ad Remp. accedimus, non veritate solum, sed etiam fama niteretur, sermones ad te aliorum semper, non mea judicia perscripsi.
Viribus suis nitens Respoblica. Cic. ad Brut. 4.
Virtute decet, non sanguine niti. Claud. 4. Conf. Hoo. 219.
Nititur salus in. Cic. in Somn. Scip. 3. Tu eris unus in quo nitatur civitatis salus. Idem pro Milon. 19. Ei viro mors parabatur, cujus in vita nitebatur salus civitatis. i. e. Cn. Pompejo.
In aliquo ambitio nostra nititur. Cic. 1. Fam. 5.
In nobis tantum ipsis nitamur. Gell. lib. 2. cap. 29.
In nitendo, i. e. Cum niteretur. Nepos 25. 15. 2. In nitendo quod semel annuisset tanta erat cura, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere.

NITENS, entis. Partic. [ἐπερειδόμενος] ut, Corvus plumato corpore nitens. Cic. 2. de Nat. Deor. 114. [Nisi a Niteo est.] Nullo pro Galba nitente. Tacit. 1. Hist. 55. 4. V. supra passim.

NISUS, a, um. Partic. Cic. pro Cluent. 57. Vestra æqoitate nisi confidimus. V. Parei Lex. Crit. p. 793.

NISUS, ûs. m. [ἔπειξις, ἐπερεισμὸς] Conatus. Cic. 2. Tusc. 48.
　Pedetentim (inquit) & sedato nisu:
　Ne succussu arripiat major
　Dolor. Plin. lib. 11. cap. 37. Angustissima canibus: qua de causa vehementi nisu, nec sine cruciatu levant eam.
Insoliti nisus. Hor. 4. Carm. 4. 8.
Pedum nisus. Lucret. lib. 5. 912.
Levi nisu sustollere aliquid. Lucret. lib. 4. 904.
Hastam præpropero nisu jacit. Sil. lib. 15. 757.
Hic Dea se primum rapido pulcherrima nisu Sistit. Virg. 11. Æn. 852.
Plur. Ammian. 19. 1. Nisibus magnis instabat. Augustin. de Civ. Dei 22. 13. Misericordia Dei meis nisibus opem ferente.

NIXUS, a, um. Aliud Partic. [ἐπερειδόμενος] Innixus. Fultus. Cic. 7. Verr. 85. Stetit soleatus Prætor Pop. Romani, cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus, in litore.
Ad antra nixus. Propert. lib. 3. 3. 14.
Nixus in hoc ono novitatis nomine inani. Lucret. lib. 5. 907.
Caput manibus nixa Cynthia. Propert. lib. 1. 3. 8.
Genibus nixæ matronæ. Liv. 26. 9. Plaut. Rud. 3. 3. 33.
Hastili nixus Scævola. Cic. pro Rabir. 21.
Pede posito nixos. Virg. 10. Æn. 736.
Nixus in cubitum, *Appuyé sur son coude.* Nepos in vita Attici, extr.
Æquitate vestra nixi, Adjuti & confirmati. Cic. pro Cluent. 156. Si obtinuerit causam Cluentius (sicuti vestra æqoitate nixi confidimus) omnes existimabunt, id quod erit, obtinuisse propter innocentiam. al. Nisi. V. supra.
Honesto nixa virtus. Cic. 1. de Finib. 61.
Mendacio nixa est. Cic. 2. de Orat. 30.
Opibus. Cic. Anteq. iret in exil. 5. Auxilium universorum eo plurimum prodest, quod firmioribus opibus est nixum.

NITIBUNDUS, a, um. Adj. [ἐπερειδόμενος] Gell. lib. 1. cap. 11. Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum tibiarumque concentu, verum conspiratu tacito nitibondos.

NIXE, Adv. in Gloss. Isidor. explicatur per Munite.

NIXUS, i. m. [Ἐγγόνασιν] Sidus cæleste. Cic. in Arato, 400.
　　—ille vagans vulgato nomine Nixus. Ibid. 460.
　Hic ille exoritur converso corpore Nixus,
　Alvum, crura, humeros, simul & præcordia lustrans,
　Et dextræ radios læto cum lumine jactans. al. Nisus.

NIXII Dii, erant Nixuum in puerperio adjutores. Festus, Nixii dii appellantur, tria signa in Capitolio ante cellam Minervæ genibus nixa, velut præsidentes parientium nixibus. Ex quo loco, ope vetustorum librorum, restituit Turnebus apud Ovid. 9. Met. 294.
　　— tendensque ad cælum brachia, magno
　Lucinam, nixusque pares clamore vocabam. pro quo editum est,
　Lucinam ad partus nexos. Nixus enim pares partui invocasse videtur, vel Nixios deos implorans, vel ab eis nixus ad puerperium precibus petens. Hæc ille. conf. Dempster. in Rosin. p. 336.

NIXOR, ātus sum, [ἐπερείδω] āri. Idem quod Nitor. Lucret. lib. 4. 508.
　Fundamenta, quibus nixatur vita, salusque.

NIXANS, antis. Partic. [ἐπερειδῶν] Lucret. lib. 3. 1014.
　Hoc est adverso nixantem trudere monte
　Saxum.

NIXŬRIO, ii, [ἐπερεισιάω] īre. Niti velle, seu cupere, aut conari facere. Nigidius. Nixurit qui niti vult, & in conato sæpius aliqua re repellitur. apud Non. 2. 58.

NITOR, ōris. V. NITEO.

NITRIOTES Nomos, [Νιτριώτης νομὸς Straboni] Præfectura est in ea parte Ægypti, quæ est supra Memphim, nomen habens a duabus nitrariis, quæ plurimum ferunt nitri. V. Plin. lib. 4. cap. 9. & Strab. lib. 16.

NITRUM, i. n. [νίτρον] a quibusdam dici putatur a Nitria ubi nasci solet. Hoc non multum distat a salis Hammoniaci specie, quod nonnulli existimant esse salis genus. Sicut enim salem in litore maris fervor conficit solis, durando in petram aquas marinas, ita in nitria ubi æstate pluviæ proliziores tellurem infundunt, ardor nimius aquas excoquit in petram sali simillimam, sed nihil gelidi rigoris, nihil salsi saporis habentem, quæ tamen juxta naturam salis durare in caliditate, & nubiloso aere fluere & liquescere solet. Ex nitro medicinæ fiunt, & sordes vestium corporumque lavantur. V. Plin. lib. 31. cap. 10. Hodie nitrum non habemus: sed ejus loco utuntur nostri pharmacopolæ *sale petra*, ut vocant, ex terra pingui excocto.

Nitri varia genera in medicorum commentariis reperiuntur, ut parthenicum, id est virginale, quo scilicet virgines se tergebant. Quidam Parthicon emendant, ut e Parthia advectum, sed male. Hujus fit mentio apud Nicolaum Myrepsum. Est & matronale, cujus apud Marcellum empiricum fit sermo. Quin & aphronitrum matronicum agnoscit Trallianus. Reperitur apud Nicolaum & Galenum etiam nitrum Berenicarium, ex urbis nomine: sed & in confectione pulveris apud Nicolaum legitur Nitrum matronicum, quod est matronale: & alio loco matronicom, id est matronale, scribi debet, non matriniacon. Hæc Turneb.
Lapidosum nitrum. V. LAPIS.
Radens tubera. Ovid. de Medicam. faciei, 85.
Rubentis nitri spuma. Idem ibid. 73.
In sacrificiorum purgationibus usurpabatur nitrum, inter cornua affusum ut candidiores & mundiores victimæ evaderent. V. Saubert, de Sacrif. cap. 18.
Asini caput ne laves nitro. V. Chiliad.
Acetum in nitro. Proverb. de Oratione ingrata & permolesta.
Nitrum, [νίτρον] Muliebribus ornamentis annumeratum ab Aristophane in Thesmophor. & Polluce lib. 7. cap. 22. [Nempe quia Lomenti vicem præstabat.

NITREUS, a, um. Adj. Mantuan.
　Humidus & nitrea paries lanugine candens.

NITRŌSUS, a, um. Adj. [νιτρώδης] Quod nitrum habet, vel nitri saporem. Plin. lib. 31. cap. 10. Aquæ vero nitrosæ pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densandi. Et paulo post, Lacus est nitrosus, exiliente e medio dulci fonticulo.
Fontes nitrosi. Plin. lib. 12. cap. 14.
Nitrosus locus. Plin. lib. 20. cap. 19. Adde Vitruv. 8. 12.

NITRARIA, æ. f. [νιτρορυχεῖον] Locus ubi nitrum fit, vel invenitur. Plin. lib. 31. cap. 10. Sunt ibi nitrariæ, in quibus & rufum exit a colore terræ. Sic ibidem frequenter.

NITRĀTUS, a, um. Adj. [νιτρωτὸς] Cui nitrum admistum est. ut, Nitrata aqua. Martial. lib. 13. 17.
　Ne tibi pallentes moveant fastidia caules,
　　Nitrata viridis brassica fiat aqua. Quod propterea dixit poeta, quia cooltat olera nitro fieri viridiora, ut tradit Plin. lib. 31. cap. 10.

NITRION, i. n. Herba, Daphnoides. Apul. de Herb. cap. 58.

N I V

NIVALIS, NIVARIUS, NIVATUS, NIVEUS, NIVOSUS. V. NIX, in NINGO.

NIVARIA, Insula una ex Fortunatis, a perpetua nive cognominata. Plin. lib. 6. cap. 32.

NĪVEO, ēre. Verbum vetus, cujus participio usus est Petronius, 115. Niventibus oculis maris fidem inspicere. Sed al. Uventibus. conf. NICTO, are.

N I X

NIX, V. NINGO.

NIXA, NIXII, NIXOR, NIXURIO, NIXUS. V. NITOR, niteris.

N O

NŌ, nāvi, [χολυμβάω, νήχομαι] nāre. proprium est piscium.
Nare contra aquam. Plin. lib. 9. cap. 17.
Aves etiam aquatiles nare dicuntur. Cic. 5. de Finib. 44. Nare anaticulas, evolare merolas.
Carinæ nant freto. Ovid. 8. Met. 104.
Linter nat liquida aqua. Tibul. lib. 1. 5. 76.
Sine cortice. Hor. 1. Serm. 4. 120. V. CORTEX.
Oculi nant. Lucret. 3. 479. Connivent.
Per medium classi barbara navit Athon. Catull. 67. 46. Subaudi Juventus.
Ars nandi. Ovid. 2. Trist. 486.
Tu viribus urere nando. Ovid. 9. Met. 110.

NANS, nantis. Partic. [χολυμβῶν] Cic. 5. Tusc. 38. Namque alias bestias nantes, aquarum incolas esse voluit.
Protendere manum nanti. Lucan. ad Pison. 241.
Nantium greges. i. e. Piscium. Apul. de Mundo. p. 70. Elmenh.
Volucres nantes. Columel. 2. 15. conf. Virg. 1. Georg. 369.

NABULA, a Nando, vide in NABULA. H. St.

NĀTO, [νήχομαι, νέω, κολυμβάω, κολυμβῶ] āre. frequent. Martial. lib. 4. 30.
　Sacris piscibus hæ natantur undæ. Passivum hic est.
Aquæ natantur multo pisce. Ovid. 1. de Arte Am. 48.
Aquas natare. Martial. lib. 14. 196. [Nisi error est.
Damæ natarunt æquore. Hor. 1. Carm. 2. 11.
Unda natatur piscibus. Ovid. 5. Trist. 2. 25.
Crura apta natando. Ovid. 15. Met. 376.
Arma naufraga natant, Fluitant in aqua. Lucan. lib. 4. 87.
Carina natat. Virg. 4. Æn. 398.
Campi natare dicuntur, Qui sunt aqua superfusi. Lucret. 6. 266. V. Drakenb. ad Sil. 4. 162.
Limina natant aspersa sanie. Virg. 3. Æn. 625.
Pavimenta natabant vino, madebant parietes. Cic. 2. Philip. 105.
Tenebræ ante oculos. Ovid. 12. Met. 136.
Natare, per translationem, Ultra ire vel serpere. Columel. de Arboribus, cap. 6. Alioquin etiam novella vinea, quæ ex resectione enata fuerit, vim inutilem habebit, summa parte natantibus radicibus.
Pes laxo natet altus in Cothurno. Sidon. 8. Epist. 11. Ovid. 1. de Arte Am. 516.
　Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet. V. INNATO.
Natare, Trepidare. Ovid. 6. Fast. 673.
　Nox erat, & vinis oculique animique natabant. i. e. Permadebant.
Natare, Inconstantem esse. Sic enim exponit Acron. Hor. 2. Serm. 7. 7.
　Pars hominum vitiis gaudet constanter, & urget
　Propositum: pars multa natat, modo recta capessens,
　Interdum vitiis obnoxia. Lambinus, Natat, id est modo ad vitia

vitia propensa est, modo ad virtutes incumbit. Tralatio ducta est a natatoribus. Aristotel. lib. 7. Ethic. tales incontinentes describit.

Natatum, supin. ut, Baias venire ploratum potius, quam natatum. Cic. 9. Fam. 2.

NATANS, antis. Partic. [νηχόμενος] ut, Pecudes natantes. Lucret. lib. 2. 342.
Campi. Virg. 3. Georg. 198. Grandiores enim segetes vento agitatæ, ita jactantur ut aliquam natantis speciem præbeant.
Campi natantes, translate pro Mari. Lucret. lib. 6. 1140.
Aëra permensus multum, camposque natantes. De peste Atheniensi loquitur. Idem 5. 489.
Lumina. Virg. 5. Æn. 856.
Ecce deus ramum lethæo rore madentem,
Vique soporatum Stygia, super utraque quassat
Tempora: cunctantique natantia lumina solvit. h. e. Errantia somni vicinitate. Servius. Idem 4. Georg. 496.
Monstra natantia, Marina. Hor. 1. Carm. 3. 18.
Oculi natantes sub atra nocte. Ovid. 5. Met. 71. Palpitantes.

NATATURUS, a, um. Partic. [νηξόμενος] Ovid. 18. Epist. 212.

NATATUS, ûs. m. [νῆξις] Claud. 3. de Rapt. Proserp. 333.
— pulchroque secat Galatea natatu. Idem 4. Cons. Honor. 347.
Segnis natatus. Claud. de Torpedine, 3.
Anguillas pisceſque fluviales mitti in his pascique conveniet, ut horum natatu aqua stans agilitatem currentis imitetur. Pallad. 1. 17.
Plural. Stat. 1. Silv. 5. 25.
Quas præceps Anien atque exceptura natatus
Virgo jovat. Prudent. Cathem. 5. 143.
— languidulis sota natatibus.

NATATIO, ônis. f. Cels. 3. 24. Si æstas est, frigidis natationibus utendum. Idem 4. 7. 4. & Cic. de Senect. 58.

NATATOR, ôris. m. [κολυμβητής] Qui natat. Ovid. de Rem. Amor. 122.
Pugnat in adversas ire natator aquas.

NATATORIA, æ. f. Piscina. Sidon. 2. Epist. 2. Per exteriora natatoriæ latera. Ambros. in cap. 9. 7. Joh. & Interpr. cap. 5. 4. & 7.

NATATURA, æ. f. Idem. Gloss. Cyrill. κολυμβήθρα.

NATATILIS, e. Adj. [νηκτικός] Quod natat, vel natare potest. Tertull. adv. Hermog. cap. 33. Prudent. in Rom. 332.
Feras, volucres, reptiles, natatiles.

NATATILE, is. n. [νηκτήριον] Locus ubi natant pisces, aut anates, & similia. Varr 3. de R. R. cap. 5. Et natatilia sunt excavata anatum stabula. Vetus exemplar habet Navalia. V. Victor. not.

NATABILIS, e. Adj. Corip. 4. 43.
Cedrus olens, solidum nunquamque natabile robur.

NATABULUM, i, n. [νηχὼν] dicitur Natatio, hoc est piscina natatoria. Apul. 3. Florid. pr. Persiacæ aquæ gratissima prorsus & sanis natabula, & ægris medicabula. Natabula, τὰ νηχὰ.
Natabula Apulejo loca natationis, in quibus natatur. Beroald. in Suet. Calig. cap. 54. fol. 179. H. St.

N O A

NOA, æ. f. Syenitarum oppidum est ad Nilum fluvium, teste Plin. lib. 6. cap. 29.

NOAS, æ. m. [Νόας] Thraciæ fluvius est, ex Hæmo monte nascens, & in Istrum influens. Herodot. lib. 2.

N O B

NOBILIS, e. Adj. [εὐγενής, ἐπίσημος, διάσημος, γνώριμος, ἐνδόξος] quasi Noscibilis, a Nosco: pro Noto accipitur. Virg. 7. Æn. 564.
Est locos Italiæ medio sub montibus altis,
Nobilis. Plaut. Pseud. 4. 7. 10.
— cum his mihi nec locus nec sermo
Convenit, his nunquam nobilis fui. i. e. Cognitus.
Rem sibi non nobilem, pro Ignotam dixisse Apulejum notat Jan. Meller. Palmer. Spicileg. p. 30. Differentia tamen est inter Nobile & Notum, ut patet ex Varrone de R. R. 3. 1. & Senec. de Benef. 3. 18. conf. Homo nobilis. p. p.
Nobilis & notus. Cic. pro. Flacc. 52. Ceteri homines apud nos noti, inter suos nobiles? Idem pro Cœl. 31. Res est omnis in hac causa nobis, Judices, cum Clodia, muliere non solum nobili, sed etiam nota.
Nobilis, In malam partem. Plaut. Rud. 3. 2. 5. Qui se scelere fieri nolunt nobiles. h. e. Insignes, vel insigniter sceleratos.
Insignes genere nequaquam sunt tam, quam vitiis nobiles. Q. Cic. de Petit. Cons. 10.
Nobile scortum. Liv. 39. 9.
Nobilis, Dignus, & excellens in quacunque re, sive bona, sive mala. De bona, ut quum ad generis nobilitatem refertur. Sallust. In Catil. cap. 5. pr. L. Catilina, nobili genere natus. Cic. 7. Verr. 179. Nobili loco natos.
Homines nobiles, quibus opponuntur Novi. Liv. 9. 26. Postulabantur ergo nobiles homines: appellantibusque Tribunos nemo erat auxilio, quin nomina reciperentur. Inde nobilitas, nec ii modo in quos crimen intendebatur, sed universi simul, negare nobilium id crimen esse, quibus, si nulla obstetur fraude, pateat via ad honorem, sed hominum novorum, &c.
Homo nobilissimus Pericles. Cic. 3. Verr. 285.
Nobilis superare pugnis, Phrasis est mere Græca. Dicunt enim, ἀγαθὸς λέγειν, ἀγαθὸς πυκτεύειν. Hor. 1. Carm. 12. 27.
Hunc equis, illum superare pugnis, Nobilem, &c. De Castore & Polluce. Frequens est Horatius hoc loquendi genere, de quo vide Lambinum, & Bentl. ad 1. Carm. 1.
Nobilior animo quam gente. Paterc. 2. 112. 2.
Quod optimum est nobilissimum. Ibid. 128. 2.
Animus nobilis. Seneca Hippol. 4.
Acies nobilior. V. ACIES.
Bellum. Hor. de Arte Poet. 137.
Canace nobilis est fratris amore sui. Ovid. 2. Trist. 384.
Civitas nobilis. Plin. lib. 5. cap. 25. Palmyra urbs nobilis situ.
Corinthus ære nobilis. Ovid. 6. Met. 416.
Diem hunc faciam nobilem. Senec. Herc. OEth. 11.
Emplastrum nobile ad extrahendum. Cels. lib. 5. cap. 18.
Equi. Ovid. 3. Amor. 2. 1.
Greges nobilissimarum equarum. Cic. in Verrem 91. H. St. Exstant 4. Verr. 20.
Facinus nobile, & multis locis sæpe commemoratum. Cic. 4. Verr. 185. In malam partem.
Factum. Sil. lib. 3. 356.
Feræ. Claud. 2. Cons. Stil. 239.
Flumen. Ovid. 3. Amor. 6. 89.
Fontes. Hor. 3. Carm. 13. 13.
Forma. Senec. Hippol. 6.
Fundi tres nobilissimi. Cic. pro Rosc. Amer. 98.
Homo omnium nobilissimus. Cic. 1. Fam. 7. In te, homine omnium nobilissimo, similia invidorum vitia perspexi.
Illius ætatis nobilissimus & clarissimus philosophus. Cic. 2. de Orat. 155.
Par fratrum. Hor. 2. Serm. 3. 243.
Puer & nobilis, & decens. Hor. 4. Carm. 1. 13.
Rhetor magnus & nobilis Isocrates. Cic. 2. de Invent. 7.
Scriptorum nobilium auditor. Hor. 1. Epist. 20. 39.
Thucydides honoratus & nobilis. Cic. in Orat. 32.
Virgo in omne ævum. Hor. 3. Carm. 11. 36.
Nobilis & clarus origine. Ovid. 19. Epist. 147.
Ortu. Sil. lib. 1. 77.
Sanguine matris. Ovid. 1. Fast. 472.
Juvenum nobilium cliens. Hor. 4. Carm. 12. 15.
Præclari & nobiles in philosophia. Cic. 1. de Orat. 46.
Ex doctrina nobilis & clarus Demetrius. Cic. pro Rabir. Post. 23.
Inimicitiæ nobilissimæ. Liv. 39. 4. i. e. Notissimæ.
Letum Catonis. Hor. 1. Carm. 12. 36.
Municipium illustre & nobile. Cic. 7. Verr. 39.
Nomen nobile bello. Liv. 31. 18.
Numen. Ovid. ad Liviam, 410. al. Lumen.
Opus. Ovid. 1. Trist. 9. 30.
Oratio. Cic. de Clar. Orat. 122. Sunt & aliæ, & pro Servio Fulvio de incesto nobilis oratio.
Pectus. Ovid. 3. de Pont. 3. 99.
Pugna nobilis. Liv. 23. 41.
Purpura. Claud. de equo Honorii, 10.
Nobilis auratos jam purpura vestiat armos.
Taurus ille nobilis, quem Phalaris habuisse dicitur. Cic. 6. Verr. 73.
Nobilis ad, hoc est *utilis per excellentiam* quod dicitur. Plin. lib. 1. cap. 37. Vitulis quidem marinis ad multa quoque nobile fel.
Nobilis substantive, de Eo qui nobili, seu claro genere ortus est. Liv. 22. 58. Missus cum his Carthalo, nobilis Carthaginiensis. Plin. 5. Epist. 17. Mireque cupio ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulchrum nisi imagines habeant.
De nobilibus inter Romanos. V. Manut. ad Cic. 1. Fam. 7. vel Lex. Pitisc.
Nobilior cognomen Fulviæ gentis. V. Lex. Pitisc.
Nobilissimi Cæsares dicti Imperatorum filii. V. Spanh. de Usu & pr. Num. diss. 12. & Lex. Pitisc.

NOBILITER, Adv. [διαπρεπῶς] Insigniter & decore. Plin. lib. 34. cap. 8. Posidonius, qui & argentum cælavit nobiliter. Vitruv. præf. lib. 7. Ædem Jovis Olympii civis Romanus Cossutius nobiliter architectatus. Val. Max. 3. 7. extr. Nobiliter etiam uterque Spartanus, & qui increpitus a quodam, quod in aciem claudus descenderet, pugnare, non fugere propositum sibi esse respondit: &c.
Compar. Sidon. 9. Epist. 9. Nobilius philosophari.
Superl. Epit. Liv. 54. Viriatus ab exercitu suo comploratus ac nobilissime tumulatus. conf. Quintil. 12. 8.

NOBILITAS, âtis. f. [εὐγένεια, δόξα, τὸ ἔνδοξον] Generis, vel alterius rei excellentia & dignitas. Cic. pro Sext. 21. Alter multos plane in omnes partes fefellit; erat enim hominum opinioni nobilitate ipsa, blanda conciliatricula, commendatus, &c. Juven. 8. Sat. 20.
— nobilitas sola est atque unica virtus.
Altæ nobilitatis Indicium habent mores. Ovid. 3. de Pont. 2. 104.
Clara. V. CLARUS.
Ingenita. Lucan. ad Pison. 92. conf. Tacit. 1. Ann. 29.
Ingeminata, Materna & Paterna. Ovid. 4. de Pont. 16. 44.
Maxima. Ibid.
Non ea nobilitas animo est. Ovid. 7. Met. 44.
Facies non impar nobilitate. Ovid. 4. Fast. 306.
Census major nobilitate. Ovid. 9. Met. 671.
Potens nobilitate. Ovid. 13. Met. 22.
Genere ac nobilitate suæ civitatis facile primus. Cic. pro Rosc. Amer. 15.
Contendere nobilitate. Lucret. lib. 2. 11.
Exsuperare genus morum nobilitate. Ovid. 4. Trist. 4. 2.
Geminare genus animi nobilitate. Ovid. 1. de Pont. 2. 2.
Præstantes nobilitate familiæ. Cic. 1. de Divin. 91.
Respondisse nobilitati pulchrum erit. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Superare aliquem nobilitate. Ovid. 3. de Pont. 2. 56.
Domus non minor nobilitate ullius. Ovid 2. Trist. 112.
Nobilitas, pro Fama & nominis celebritate. Cic. pro Arch. 26. In eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt. Hæc Budæus.
Eloquio inest nobilitas. Ovid. 2. de Pont. 5. 56.
Florebat nobilitate discipulorum Isocrates. Cic. 3. de Orat. 139.
Venire in nobilitatem. Plin. lib. 14. cap. 15. Postea ergo alia omnia in nobilitatem venerunt. De vinis.
Columbarum nobilitas. Plin. lib. 10. cap. 37.
Vini. Columel. lib. 3. cap. 21. extr. Deprehendi potest nobilitas in gustu. Sed rectius legitur Ignobilitas.
Nobilitas, pro Nobilibus. Liv. 26. 12. pr. Deseruerat senatum nobilitas. Tacit. 12. Ann. 20. 1. Claudius quanquam nobilitatibus externis mitis, dubitavit tamen accipere captivum, &c. i. e. Externis qui nobili genere orti sunt. V. Tiraquell. de Nobilitate.
Fautor nobilitatis Roscius. Cic. pro Rosc. Amer. 16.

NOBILISSIMATUS, ûs. m. A tit. Nobilissimi. ut, Nobilissimatus & Perfectissimatus dignitas. lib. 3. Cod. Theod. de Cohort. Princ. Cornic.

Nobilito, [λαμπρύνω] āre. Nobilem facere, dignitatem augere, decorare. Apul. Quem non excellentia generis, sed mores, virtutesque nobilitarunt. Cic. 1. Tusc. 34. Quid poetæ, nonne post mortem nobilitari volunt?
Flagitiis aliquem. Ter. Eun. 5. 7. 20.
Multitudine rerum gestarum nobilitari. Cic. In Partit. 36.
Nobilitātus, a, um. Partic. [λαμπρυνθείς] ut, Crudelitas nobilitata. Cic. 2. Off. 26. Testis est Phalaris, cujus est præter ceteros nobilitata crudelitas.
Adulterio nobilitatus. Plin. lib. 29. cap. 1.
Labores clari & nobilitati. Cic. 2. Tusc. 62.
Marmore nobilitatus Praxiteles. Plin. lib. 7. cap. 38.
Obsidio nobilitata periculo regis. Curt. 4. 6. 30.
Spatia Academiæ nobilitata. Cic. 5. de Finib. 1.
Templa. Ovid. 15. Met. 701.
Virtus Lacedæmoniorum spectata & nobilitata. Cic. pro Flac. 62.

N O C

Nŏceo, ui, itum, [ἰπτω, βλάπτω, δηλέω, ἄτω, πημαίνω, σίνομαι] ēre. Obesse, Damnum, Detrimentumve inferre. Cic. 3. Off. 23. Eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causa nocere alteri.
Nocere aliquem. Plaut. Mil. 5. 18.
Nocere noxam. Liv. 9. 10 extr. Quandoquidem hisce homines injussu Pop. Rom. Quiritium fœdus ictum iri spoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt.
Nihil nocuerit si. Cic. 12. Att. 46. De quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris loquutus.
Credulitas nunc mihi nostra nocet. Ovid. 3. Amor. 12. 44.
Culpa duobus nocuit sua. Ovid. 15. Met. 115.
Indulgentia nocet nobis. Ovid. 2. Amor. 19. 35.
Virtus temeraria nocuit Ancæo. Ovid. 8. Met. 407.
Vis morbi nocuit tibi. Ovid. 1. Amor. 14. 41.
Umbræ nocent frugibus. Virg. 10 Ecl. 76.
Voluptas nocet empta dolore. Hor. 1. Epist. 2. 55.
Vis magna nocendi. Ovid. 5. Met. 157.
Noxit, præteritum antiquum pro Nocuerit. Videntur enim veteres Latini in imminutione præteritorum tenues in duplices mutare soliti esse, ut capsis, pro ceperis: præcepsis, pro præceperis. Lucilius in Sched. Festi v. Fama.
Inguen ne existat, papulæ, tama, ne boa noxit. Eo autem in versu, quod oscitanter non fuit prætereundum, videtur Lucilius Inguen pro inguinis tumore posuisse, qui βουβὼν & a Græcis dicitur. Turneb. Advers. 15. 15. conf. Capsis in CAPIO.
Nocētur, Impers. [βλάπτεται] Cic. 4. Verr. 96. Confirmat his cruciatum se esse, ne quid ei per filium suum noceretur.
Ut in agris vastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur. Cæs. 5. Bell. Gall. 19.
Nocitum est. Ulpian. in l. 1. post princip. D. de his qui dejec. vel effud. Si nocitum ei esse dicetur.
Nocitum iri. Cæsar 5. Bell. Gall. 38. Ipsi vero nihil nocitum iri.
Nocens, entis. Partic. [βλάπτων, πονηρός] Quod nocet.
Allium nocentius cicutis. Hor. Epod. 3. 3.
Arma. Stat. 1. Silv. 5. 8.
Aurum nocentius ferro. Ovid. 1. Met. 141.
Eloquium. Ovid. 1. Amor. 8. 20.
Ferrum. Ovid. 1. Met. 141.
Herbæ. Hor. 1. Serm. 8. 22.
Lingua. Propert. lib. 2. 28. 14.
Mores nocentissimi. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Tela. Ovid. 4. Fast. 925.
Victoria nocentissima. Cic. 2. Verr. 41. Se avarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimæ victoriæ non posse.
Virus. Ovid. 2. Met. 800.
Nocens, Qui injuriam aut maleficium commisit, Qui alteri nocuit, damnumque intulit. Cic. 2. Off. 51. Ita habendum est religioni, nocentem aliquando & nefarium impiumque defendere. Ovid. 4. Met. 110.
Nostra nocens anima est: ego te, miseranda, peremi.
Vita turpis & nocens; cui opponitur Honestissime & laudatissime acta vita. Cic. Anteq. iret in exil. 6.
Nocens, Reus criminis. Cic. 5. Philip. 36. Nec ante turpes judices quæsiti, quam honestis judicibus nocentium salus desperata est.
Nocenti reo. Cic. 2. Verr. 52.
Nulli nocentiores habentur, quam qui sunt ex omnibus innocentes. Lactant. 5. 9. Exempla Compar. plura sopra V.
Iisdem quibus antea cautibus innocentissimus quisque, tunc nocentissimus affigebatur. Plin. Paneg. cap. 35.
Nocĭtus, a, um. Partic. Pass. Vet. Interp. Iren. 5. 7. Neque nociti sunt aliquid, neque odor ignis inventus est in eis.
Nocitūrus, a, um. Partic. [δηλήσων] Lucan. lib. 3. 621.
Insiluit, solo nociturus pondere, puppim.
Fraus nocitura natis. Hor. 1. Carm. 28. 30.
Munera. Ovid. 11. Met. 104.
Pocula. Propert. lib. 2. 1. 54.
Nocenter, Adv. [βλαβερῶς] Columel. lib. 8. cap. 2. Robusta crura, nec longa, sed, infestis velut sudibus, nocenter armata. De Gallis gallinaceis. i. e. Quibus noceant.
Nocentia, æ. f. Tertull. Apol. cap. 40. Nocentiæ judex & exactor. Idem advers. Marc. 2. 13.
Nocĭbilis, e. Adj. Gloss. Gr. Lat. βλαβερὸς, detrimentabilis, nocibilis.
Nocīvus, a, um. Adj. [βλαβερὸς, ἐπιβλαβὴς] Quod nocet. Plin. lib. 20. cap. 2. Item millepedæ, sepe Græci vocant, oblongam, pilosis pedibus, pecori præcipue nocivam.
Nocivum periculum. Phædr. 1. 30. 3.
Nocuus, a, um. Adj. Idem. Cic. 3. de Legib. 6. Magistratus nec obedientem, & nocuum civem mulcta, vinculis, verberibusque coercento. Correctiora exemplaria legunt Noxium. Eugen. Toletan. Carm. 20.
— frugi nocuas frondique locustas.
Noxa, æ. f. [πλημμέλημα, ἀδίκημα] est Peccatum, aut pro peccato Pœna: ut Accius Menalippa, Te esse huic noxæ obnoxium. Item quum lex jubet noxæ dedere, pro peccato dedi jubet. Hactenus Fest. Ulpian. de Ædilitio edicto, L. Quis sit. §. Quod aiunt, Noxas accipere debemus privatas, hoc est ea, quæcunque committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur judiciis noxalibus.
Noxæ appellatione omne delictum continetur: ut ait Cajus de verb. signif. l. Plebis.
Noxa, [ἔγκλημα] Culpa. Liv. 3. 42. Alia omnis penes milites noxa erat.
Minimæ noxæ, & minora peccata. Cic. pro Rosc. Amer. 62. Quod in minimis noxis & in his levioribus peccatis, quæ magis crebra, & jam prope quotidiana sunt, id maxime & primum quæritur, &c.
Admittere noxam. Quintil. lib. 5. cap. 13. Ulp l. 41. §. 3. D. de Furtis.
Avertere in aliquem. Liv. 1. 58. Avertendo noxam in auctorem delicti.
Committere. Ulpian. D. de noxalibus. l. 2. Si servus sciente domino furtum fecit, vel aliam noxam commisit: servi nomine actio est noxalis, nec dominus suo nomine tenetur.
Conveniri ex noxa servi. Ulpian. D. de noxalibus action. l. Si quis, Si quis a multis conveniatur ex noxa ejusdem servi, vel ab uno, ex pluribus tamen delictis, non necesse habet, &c.
Detrahere invidiam noxæ. Ovid. 7. Epist. 106.
Elevare noxam alicujus, Verbis minuere. Tacit. 5. Ann.
Eximere noxæ, est Gratiam criminis facere. Liv. 8. 35. Bodæus.
Experiri ex pluribus noxis. Cajus, D. de noxalibus action. l. Qui ex pluribus noxis diversis temporibus experitur, ea una noxa servi dominium nactus, nullam amplius actionem habet adversus eum, qui dominus fuerat: quum actio noxalis caput sequatur.
Liberare aliquem noxa. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Noxa, Pœna peccati. Unde
Accipere noxæ. Ulpian. in l. Locum. D. de usufructu, Debebit plane denegari ususfructus persecutio, si ei, qui noxæ accepit, litis æstimatio non offeratur a fructuario.
Decernere noxam. V. DECERNO.
Dedere noxæ & Ob noxam, Arbitrio alicujus permittere puniendum. Liv. 26. 29 Obrui Ætnæ ignibus, aut mergi freto, satius illi insolæ esse, quam velut dedi noxæ inimico Consuli.
Dedere noxæ, est Animal tradere vivum demum. Hæc Ulpian. lib. 9. Pand. l. 1.
Deditio noxæ; frequens loquutio in titulo de Noxal. action. D.
Dedere noxam. Ulpian. lib. 9. Pand. l. 1. Si post litem contestatam ab alio sit animal occisum: quia domino legis Aquiliæ actio competit, ratio in judicio habebitur, quod noxæ dedendæ facultatem dominus amiserit. Hic videtur accipi pro Animali quod nocuit, seu damnum dedit. Paulo ante, Quamobrem eum ibi aut noxiam sarcire, aut noxam dedere oportere. Sic legit Haloander. Pandectæ tamen Florentinæ habent, In noxam dedere.
Dedere aliquem ad noxam. Paulus, D. de noxalibus action. l. Si in re communi. Si servus tuus navem exercuerit, ejusque vicarius, & idem nauta, in eadem nave damnum dederit: perinde in te actio danda est, ac si is exercitor liber, & hic vicarius servus ejus esset, ut de peculio servi tui ad noxam dedere vicarium damneris.
Solutus noxis servus. In l. Cum in venditione, De evictionibus. Et Pomponius eodem titulo, l. Si emptori qui stipulatus sit, furtis, noxisque solutum esse, hæres extiterit is, qui, &c.
Noxa, [ἄτη, βλάβη, δήλησις, πῆμα, σίνος] Læsio, damnum, nocumentum. Columel. lib. 1. cap. 6. Ea res a noxa curculionum, & similium animalium commodissime videtur conditas fruges defendere.
Noxa admissa, apud Ulpian in l. Si quis quum in hostium potestate. D. de Furtis. i. e. Culpa jam evenit: vel Damnum jam exceptum.
Capere noxam. V. CAPIO.
Concipere noxam, pro Morbum incurrere, apud Columellam: ut & Noxam capere. V. CONCIPIO.
Contrahere noxam. Columel. lib. 6. cap. 29.
Esse noxæ cui. Liv. 10. 19. Si qua clades incidisset, desertori magis quam deserto noxæ fore. Sallust. in ipso statim initio orationis L. Philipp. Maxime vellem, P. C. Remp. quietam esse, aut in periculis a promptissimo quoque defendi: denique prava incepta consultoribus noxæ esse.
Nocere noxam. V. NOCEO.
Noxa stomachi. Celsus lib. 4. cap. 19.
Pellere tristes noxas a foribus. Ovid. 6. Fast. 130.
Repulsa noxa meis stabulis. Ovid. 4. Fast. 748.
Sine alla noxa. Suet. Cæs. cap. 81. extr. Sen. Epist. 9.
Sine ullius noxa theatrum collapsum est. Tacit. 15. Ann. 34. 1.
Vacare omni noxa. Cels. lib. 5. cap 27.
Noxam & Noxiam pro eodem accipi contendit Vall. lib. 6. Tamen noxiam pro noxa, id est peccati pœna aut damno, raro scriptum reperias.
Noxam pro Jurgio non dici contra Scalig. aliosque defendit Burm. ad Petron. cap. 69. extr.
Noxālis, e. Adj. [τιμωρητικός, ὑπεύθυνος] unde, Noxalis actio. Cajus in l. 1. D. de Noxal. act. Noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxa atque maleficio servorum, adversus nos instituuntur. Quarum actionum vis & potestas hæc est, ut si damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipsius corporis quod deliquit, evitare litis æstimationem.
Causa noxalis. Paul. l. 4. D. de noxal. action.
Judicium noxale. Ulpian. D. de noxal. act. l. 2. & l. ult.
Malum noxale. Tertull. Genes. x.
Noxia, æ. f. [πλημμέλεια, αἰτία] Culpa dicitur, auctore Festo. De Latinitate hujus vocis V. Jac. Nic Loens. Epiphyll 5. 11. Ter. Phorm. 1. 4. 47.
Meministin' olim ut fuerit vestra ratio,
In re incipiunda ad defendendam noxiam? V. ibi Donat. & Voss. Etym.
Pœna noxiæ. Cic. 3. de Legib. 11. Quod quis earum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto.
Admittere noxiam. V. ADMITTO.
Careo noxia, pro In culpa non sum. Plaut. Bacch. 4. 9. 81.
Commerere noxiam. V. COMMEREO.
Committere noxiam. Ulpian Pand. lib. 9. l. 1. Quæ lex voluit, aut dari quod nocuit, id est, id animal quod noxiam commisit: aut æstimationem noxiæ offerre. Noxia enim est ipsum Delictum.
Esse noxiæ, ut Fraudi esse: pro Vitio & culpæ dari. Liv. 34. 19. Si domos

mos abire vellent, publica fide accepta, nihil eam rem noxiæ futuram, quod hostibus se Romanorum junxissent. Budæus. Gronov. legit Noxæ.
In noxia esse, Culpam in se admittere. Ter. Phorm. 2. 1. 36.
In noxia tenere inimicos Plaut. Cas. 2. 8. 71.
Noxiæ esse, Damno esse. Celsus in l. Quintus Mucius. D. Mandati, Ceterum in posteriore casu non oportet esse noxiæ fidejussori, si ipse pepercit pudori suo. [Nisi Noxæ legendum. Confusa enim hæc passim reperimus in his & aliis exemplis.
Noxiis vacuum esse. Plaut. Merc. 5. 4. 23.
Remittere noxiam. Plaut. Most. 5. 2. 47. Ter. Eun. 5. 2. 3.

— unam hanc noxiam
Mitte: si aliam unquam ullam admisero, occidito.

Sarcire noxiam. Ulpian. Pandect. lib. 9. l. 1. Quamobrem eum ibi aut noxiam sarcire, aut noxam dedere oportere. Al. In noxam.
Noxiālis, e. Adj. Prudent. Cathem. 9. 18. Lex noxialis. Idem hymno Mamerti, v. 5.

Quando pomi noxialis morte morsu corruit.

Noxiōsus, a, um. Adj. Idem.
Animi perditi noxiosique. Sen. Epist. 70. extr.
Corpus noxiosissimum. Petron. cap. 130. Senec. 1. de Clement. cap. 26. Si noxiosissimo cuique animali in nos daretur potestas: si leones ursique regnarent, quæ alia vita foret?
Noxius, a, um. Adj. [[illegible], [illegible]] Nocens, & criminis compertus. Sallust. Jug. 31. extr. Quæ nisi quæsita erunt, & nisi vindicatum in noxios, quid erit reliquum? Liv. 5. 11. Qui noxii ambo, alter in alterum causam conferant. Nepos 10. 10. pr. Nonnulli ab insciis pro noxiis concidontur.
Noxii proprie dicebantur, Sententia judicis ad gladium, bestias, vel metallum damnati. V. Gronov. Observ. 1. 8.
Civis noxios. Cic. 3. de Legib. 6. Magistratus nec obedientem & noxium civem, multa, vinculis, verberibusve coercento.
Corda. Ovid. 10. Met. 351.
Corpora. Virg. 6. Æn. 731.
Crimina. Virg. 7. Æn. 326.
Facere noxia sua lumina. Ovid. 2. Trist. 103.
Membra. Tibull. lib. 1. 3. 74.
Spicula. Ovid. in Ibin. 544.
Tela. Ovid. 5. Trist. 10. 22.
Venena. Claud. 1. in Rufin. 67.
Via. Senec. Theb. 1.
Noxius, cum genitivo. Tacit. 5. Hist. 11. 2. Ut noxium conjurationis ad disquisitionem trahebat.
Compar. Sen. de Clement. 1. 13. Omnibus reis noxior ac sollicitior.
Superl. Idem ibid. 1. 26. Noxissimum animal. Al. Noxiosissimum. q. V.
Noxitūdo, inis. f. pro Noxia apud veteres dicebatur. Accius, Ocule noxitudo obliteretur Pelopidarum, ac per nos sanctescat genus. Nonius 2. 576.
Noctesco, Noctu, Noctua, &c. V. nox.

N O D

Nodare, Nodatio, &c. V. infra in nodus.
Nōdia, æ. f. Plin. lib. 24. cap. 19. Herba coriariorum officinis nota: ea mularis dicitur, aliisque nominibus. Nomas curat, efficacissimamque adversus scorpiones esse potam in vino aut posca reperio.
Nōdus, i. m. [[illegible], [illegible]] Nexus, seu Ligatura complicata, quæ non facile solvitur. Cic. de Univers. 11. Omnia autem duo, ad cohærendum tertium aliquid anquirunt, & quasi nodum vinculumque desiderant. Virg. 8. Ecl. 77.

Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores.

Connectere nodum. Cic. 2. de Nat. Deor. 111. Ex quodam poeta.
Divellere nodos manibus. Virg. 2. Æn. 220.
Rupit nodos & vincula. Virg. 5. Æn. 510.
Solvere. Hor. 3. Carm. 21. 22. Curt. 3. 1. 18. De nodo Gordio. V. Expedire nodum ex Erasm. infra.
Vincire aliquid connexis. Ovid. 12. Met. 430.
Amictus nodo dependet ex humeris. Virg. 6. Æn. 301.
Colligere sinum nodo. Virg. 1. Æn. 324.
Nexans serpens se nodis. Virg. 5. Æn. 279.
Nexa brachia vipereis nodis. Ovid. 4. Met. 490.
Aheni nodi, Catenæ. Virg. 1. Æn. 305.
Salvo nodo. Cels. lib. 7. cap. 4. Tantum modo id linum bis die, salvo nodo, ducendum est, sic ut subeat fistulam pars quæ superior est.
Vitales animæ nodi, Vitalia vincula. Lucret. lib. 2. 949.
Nodos Gratiarum, quod inter se semper conjunctæ & implexæ sunt. Hor. 3. Carm. 21. 22.

Segnesque nodum solvere Gratiæ. Sic apud Virg. 8. Æn. 260.
Corripit in nodum. i. e. Manibus complexus constrictum tenet.

Turnebus.
Nodus amicitiæ amabilissimus, Vinculum. Cic. de Amicit. 51. Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiæ tollere.
Nodus, Translate, pro quacunque Difficultate. Cic. 8. Fam. 11. Incideramus enim in difficilem nodum.
Nodus Herculeus, pro Vinculo arctissimo, atque insolubili difficultate legitur apud eruditos. Seneca ad Lucilium Ep. 87. Unus tibi nodus, sed Herculeus restat. Nodum enim quem ostendit Hercules, religiosum ac sacrum apud Priscos fuisse satis liquet ex his Plinii verbis, lib. 28. cap. 6. Vulnera (inquit) nodo Herculis præligare, mirum quantum ocior medicina est. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo vim quandam utilem habere dicuntur. Festus Pompeius ostendit antiquitus fuisse morem, ut nova nupta laneo cingulo præcingeretur, vincta nodo Herculis: quem vir ominis gratia solvebat in lecto, ut & ipse felix esset in liberis suscipiendis. Erasmus. conf. Macrob. 2. Saturn. 19.
Perrumpere nodos validus Veneris. Lucret. lib. 4. 1142. i. e. Nodosa retia amoris.
Expedire, vel Solvere nodum, dicebatur qui negotium aliogui impeditum facile conficeret. Natum hinc aiunt, quod tradunt Midam curru, nodis quibusdam inexplicabilibus connexo vectari solitum. De hoc in templo reposito, proditus erat apud Phrygas rumor, ut qui vinculum illius solvisset, eum Asiæ imperio potiturum. Alexander magnus explicuit. Quidam aiunt gladio dissecuisse. Cic. 5. Att. 21. Cæsari nullus honos a Senatu habeatur, dum hic nodus expediatur. i. e. Dum hoc negotium conficitur. Ex Erasmo.
Nodus in Rep. Cic. ad Brut. 18. Maximus autem (nisi me forte fallit) in Rep. nodus est, inopia rei pecuniariæ. i. e. Maxima difficultas.
Nodus & mora publicæ securitatis Antonius. Flor. 4. 9. 1.
Articulorum nodi, Juncturæ, quod nodi instar rotundantur. Plin. lib. 11. cap. 37.
Corporum nodi, Articuli. Plin. lib. 11. cap. 37.
Crura sine nodis. Cæs. 6. Bell. Gall. cap. 26.
Continuationis nodi. Cic. in Orat. 22. His igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu conjungimus. Sensus est: His singulis versibus insunt quidam nodi, seu vincula, quæ sententiam continent, donec totus ambitus, sive tota periodus absolvatur. Nodus autem appellat, Distinctiones & quasi articulos, quibus membrum orationis a membro distinguitur: sicuti in corpore nodi quidam apparent, ubicunque membrum aliquod cum aliis conjungitur.
Nodus in arbore, Crassior ille callus, circa quem veluti colligati simul rami esse apparent. Columel. de Arbor. cap. 3. Ejus imam partem quam in terram demissurus es, acutissima falce juxta nodum sic, ne gemmam lædas, rotunda plaga amputato. Vitruv. lib. 2. cap. 9. de abiete, Ex ea autem antequam est excisa, quæ pars est proxima terræ, per radices excipiens ex proximitate humorem, enodis & liquida efficitur: quæ vero est superior, vehementia caloris eductis in aera per nodos ramis, præcisa alte circiter pedes viginti, & perdolata propter nodationis duritiem dicitur esse fusterna.
In nodum inflectere radices. V. inflecto.
Arundinei. Claud. 5. Idyll. de Torpedine. v. 21.

Transit arundineos arcano frigore nodos.

Nodum in scirpo quæris: In anxium dicebatur, nimisque diligentem, aut meticulosum, qui illic scrupulum moveret, ubi nihil esset addubitandum. Hoc adagium refertur apud Ter. And. 5. 4. 39.

At mihi unus scrupulus etiam restat, qui me male habet. P. dignus es
Cum tua religione, odio: nodum in scirpo quæris. Festus ex

Ennio citat,

Quæris & in scirpo (soliti quod dicere) nodum. nominatim

proverbii titulo referens. Donato junci species est scirpus levis atque enodis. Quanquam apud Gellium 12. 6. pr. Scirpi dicuntur captiunculæ, argutiæque. Nisi forte quis malit legere Scrupos, quod hi lapilli leves sint ac rotundi. Erasmus. Sic & Crinito placebat, de Hon. disc. l. 9. c. ult. Al. Sirpos. V. Interpp. Gell.
Ignis relaxat nodos. Lucret. lib. 6. 878. Nodos hoc loco vocat Glaciem constrictam gelo.
Nodus in exercitu dicitur Densa peditum multitudo, quod non facile possit resolvi. Perott. conf. Serv. in illud Virg. 10. Æn. 428.

— pugnæ nodumque, moramque.

Cælestis nodus, Sidus Piscium olim a veteribus dicebatur. Cic in Arato, 17.

Quam veteres soliti Cælestem dicere nodum.

Nodŭlus, i. m. dimin. [[illegible]] Plin. lib. 21. cap. 5. Dein nodantibus se nodulis, in fæce nigri vini, vel Græci, mense Martio macerantur.
Nodōsus, a, um. Adj. [[illegible], [illegible]] Quod multos nodos habet. Columel. lib. 4. cap. 24. Nam præstat ea vulnere sobolem repullescentem vellere, quam nodosam & scabram plagam relinquere. Plin. lib. 11. cap. 37. In umbilico venarum nodoso coitu.
Chiragra nodosa. Hor. 1. Epist. 1. 31.
Globus, Nodo similis. Stat. 1. Silv. 6. 61.
Homo nodosus. Hor. 2. Serm. 3. 70.

— adde Cicutæ
Nodosi tabulas centum. Nodosi, i. e. Scrupulosi, diligentis in

accipiendis cautionibus. Acron.
Lina. Ovid. 3. Met. 153.
Ossa. Lucan. lib. 8. 672.
Podagra. Ovid. 1. de Pont. 3. 23. Ab effectu.
Poples. Ovid. 6. Met. 256. al. Nervosus.
Rami nodosi. Senec. Epist. 12.
Robora. Ovid. 6. Met. 691.
Stipes. Ovid. 10. Epist. 101.
Nodosæ & anxiæ quæstiones, quibus opponuntur Faciles. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1.
Nodosissima quæstio. Augustin. Enchir. cap. 20.
Nodosissimos libros enodare. Idem Confess. lib. 4. extr.
Nodōse, Adv. Idem ac Intricate. unde Compar. Tertull. de Resurr. cap. 46. Et quid ego nodosius?
Nodositas, ātis. f. Augustin. Confess. lib. 2. extr. Tortuosissima & implicatissima nodositas.
Nodo, [[illegible]] āre. Nodos facere, Ligare in nodos. Virg. 4. Æn. 138.

— crines nodantur in aurum. Plin. lib. 13. cap. 22.

Ferula geniculatis nodata scapis.
Nodare vites per ramos. Cato de R. R. cap. 33.
Nodātus, a, um, Partic. ut, Laqueo collum nodatus amator. Ovid. Rem. Amor. 17. Plin. supra & Lactant. de Opif. Dei, cap. 7.
Nodātio, ōnis. f. [[illegible]] pro Nodositate. V. nodus in arbore.
Nodīnus, i. m. [[illegible]] Deus quem divus August. de Civitate Dei 4. 8. ex Varrone scribit cultum fuisse a veteribus Romanis, potentibus Proserpinam frumentis præpositam germinantibus & prosperantibus, geniculis vero nodisque culmorum, deum Nodinum: involucris autem illis folliculorum, deam Volutinam: quum folliculi patescunt, quo exeat spica, deam Patelenam: quum segetes novis aristis exæquantur, Hostilinam deam, quia hostilire, ac hostimentum veteribus exæquationem significabat: Floram quoque adjicit, & Lactucinam, ac Maturam, quæ florentibus, lactescentibusque, ac maturescentibus præsint frumentis. al. Nodotus. conf. Arnob. 4. vel Lex. Pitisc.

N O E

Noega, æ. f. Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Asturum, in peninsula Pelici. Plin. lib. 4. cap. 20.
Noēmum, i. n. [[illegible]] Quoddam amiculi genus prætextum purpura.

pura. Livius in Odyssea, Simul ac lacrimas de ore noegæo detersit, id est candido. Festus. ubi V. Scalig.

NŎĒMA, ătis. n. [νόημα] Genus sententiarum: de quo sic Quintil. lib. 8. cap. 5. Est & quod appellatur a novis νόημα, qua voce omnis intellectus accipi potest. Sed hoc nomine donarunt ea, quæ non dicunt, verum intelligi volunt: ut in eum quem sæpius a ludo redemerat furor, agentem cum ea talionis, quod ei pollicem dormienti recidisset, Eras dignus ut haberes integram manum. Sic enim auditur, Ut depugnares.

NŒOMAGUS, i. m. [Νοιόμαγος] Ptolemæo lib. 2. cap. 10. Galliæ Narbonensis urbs. Vulgo Nion, prope Gebennam. De aliis V. Cellar.

NOENON, veteres pro Non dixere. Perott. Apud Nonium Nenum legitur. V. NENU.

NŎĒRUS, a, um. [νοερὸς] Intellectualis. Tertull. advers. Valent. cap. 20. Cælos noeros deputant, eosque angelos faciunt.

N O L

NŌLA, æ. f. [Νῶλα] Urbs Campaniæ: quæ prius Sidicinum dicebatur, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5. a quo Nolanus possessivum. V. FORMIÆ. In triclinio Coa, in cubiculo Nola. Ænigma est Cœlianum apud Quintil. lib. 8. cap. 6. pag. 747. Burm. quo objicitur Clodiæ tum oris obscænitas, tum omnis infanda libido, qua notati sunt Nolani. Quum enim libidinosa & lasciva esset in convivio, & quædam Venus Coa, in cubiculo a nulla obscænitate abhorrebat. De fœdissima Venere sic Ausonius, Epigr. 70.

Et quam Nolanis capitalis luxus inussit. [V. locum ipsum Fabii in dictione CHOA. Ego non dubito, quin pro Nolam, Molam reponendum sit, ut denotetur mulier Baccho juxta ac Veneri devota, & in utroque genere poscendi finem facere nescia. Nam Molam & Molendi verbum Venereo quoque negotio accommodasse veteres, ex eodem, si nescis, Ausonii epigrammate cognoscas licebit. Plures ab aliis collectos ejus generis flosculos huc adspergere nec vacat, nec convenit. Scribendum igitur apud Fabium, In triclinio choa, in cubiculo molam. Alioqui non intelligo, cur non Nolanam diceret potius.

De Nola, V. Suet. August. cap. 99. Paterc. 1. 7. 2. & 2. 123. 2. Meminit & Sil. 8. 537. & 12. 162.

Campo Nola sedet, crebris circumdata in orbem
Turribus, & celso facilem tutatur adire
Planitiem vallo: &c. conf. si placet, Lex. Pitisc.

NOLĀNUS, a, um. Adj. [Νωλανὸς] ut, Nolana plebs. Liv. 24. 13.
Nolana ad mœnia. Sil. 12. 293.
Primam corripit prudent. Peristeph. 11. 208
Nolanus, Paulinus Episcopus, cujus exstant epistolæ & elegantissima carmina.

NOLA, æ. f. Tintinabulum, sic dicta a civitate Nola earum inventrice. Quo in sensu sumi a Quintil. in loco supra memorato contendunt aliqui, dubitante merito Burmanno. conf. Voss. P. 2. Rhet. lib. 4. cap. 11. Primam producit Mantuan. Alph. 6. 125. Corripit Avien. Fab. 7. 8.

NŌLO, [ἀνανεύω, οὐ θέλω] verbum sic conjugatur, Nolo, nonvis, nonvult; plur. Nolumus, nonvultis, nolunt: Nolebam, Nolui, Nolueram, Nolam, noles. Imper. præs. secund. pers. Noli; & plur. Nolite: futuro, ad secundam pers. Nolito; & plur. Nolitote. Optat. Nollem, Noluissem, Nolim. Conjunct. Nolim, Nollem, Noluerim, Noluissem, Noluero. Infin. Nolle, Noluisse. [Mihi non dubium est, quin Nolo contractum sit ex Nevolo, quo Plautus sæpius utitur. V. s. l. Itaque in obliquis casibus Nevis, nevult, &c. dicendum esset. Sed Grammatici usum suorum temporum sequuntur. Et sic apud Varr. lib. 9. extr. de L. L. scribendum puto, Ex ne & volo, non ut vulgo legitur, Ex non & volo.
Contendere noli. Hor. 1. Epist. 18. 28.
Ducere nolito. Idem de Arte Poet. 427.
Nolo, Non volo. Ter. Eun. 4. 7. 43.

— novi ingenium mulierum:
Nolunt ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro. Cic. in Orat. 154.

Libenter etiam copulando verba jungebant: ut Sodes, pro Si audes, &c. Nolle, pro Non velle.
Nolle alicui. Idem 1. Fam. 1. Cui qui nolunt. i. e. Minus volunt.
Nolebant offensum ordinem publicanorum. i. e. Verebantur offendere. Liv. lib 25. 3.
Tertullæ nollem abortum. i. e. Doleo factum. Cic. 14. Att. 20.
Cum gratum mihi esse potuit, nolui. Ter. Heaut. 2. 3. 21.
Noli te macerare. Idem Andr. 4. 2. 2.
Nolite sinere. i. e. Ne sinatis. Idem Hec. prol. 46.
Nollem, pro Vellem non. Cic. 6. Verr. 182. Imprudens huc incidi, Judices: emit enim: non abstulit: nollem dixisse. Budæus.
Nollem factum esse, erat satisfactionis formula solennis. Ter. Adelph. 2. 1. 8.

Tu quod te posterius purges, hanc injuriam mihi nolle
Factam esse: hujus non faciam. Budæus. Plaut. Amph. 3. 2. 9. conf. Turneb. Advers. 18. 25. vel. Lex. Pitisc.

Non nolle, pro Velle. Cic. 4. Verr. 182. Ut quum tabulas novo magistro traderem, exempla litterarum ipsi habere non nollent. [i. e. Habere optarent.

NOLENS, Partic. [ἄκων] ut, Nolens volens. Lucan. lib. 1. 274.

— quamvis nolente Senatu
Traximus imperium.

NOLENTER, Adv. Tertull. Apol. cap. 14. Medicinam nolenter exercebat.

NOLENTIA, æ. f. Tertull. advers. Marc. 1. 25. Indignatio, bilis, nolentia, offensa.

NOLUNTAS, ătis. f. Ennius apud Calpurn. Pison.

Vim tua noluntas facit imperiosa vetando. Item Augustin. de Civ. Dei, 14. 6. Sed V. Voss. de Vit. Serm. 3. 29.

N O M

NŎMĂDES, um m. pl. [Νομάδες] Populi in Scythia Europæ, nunc Tartari dicuntur, quorum vita omnis in pascendis gregibus habetur. Sunt etiam populi in Æthiopia, ut Plin. lib. 6. cap. 28. scribit conf. Idem 5. 3. Hieronymus, Nomades & Troglodytæ & Scythæ & Hunnorum nova feritas, semicrudis vescuntur carnibus. Dicti Nomades a verbo Græco νέμω, quod est pasco. Virg. 3. Georg. 343.

— omnia secum
Armentarius Afer agit; tectumque, laremque,
Armaque, &c. Silius de iisdem, lib. 3. 290.
Nulla domus, plaustris habitant; migrare per arva
Mos, atque errantes circumvectare penates.

Genus Nomadum. Virg. 8. Æn. 724.
Singulari usus est Silius, 5. 194. Garamasque Nomasque. Idem 6. 705. V. infra seq. loco. conf. NUMIDÆ.

NŎMAS, ădis. [Νομὰς] Numidia. Martialis lib. 8. 55. de leone.

Cui diadema daret marmore picta Nomas. i. e. Numidia marmore, quod Numidicum vocant, abundans [Ita quidem exponit & Raderus. Sed cum præcipue immanem leonis istius rugitum extollere poëta studuerit, Non dubito, quin Murmure victa scripserit. Istuc Marmore picta, tam ineptum & absurdum Numidiæ epitheton foret ut demonstrandum id pluribus non putem.

Nomas, Veneficæ nomen videtur apud Propert. 4. 7. 45.

Aut Nomas arcanas tollat versuta salivas. [Immo V. in ARCANUS.

NOMĂDĬCUS, a, um. Adj. ut, Nomadicam vitam agere; Proverb. de Vagabundis. V. Erasm. Chiliad.

NŎMÆ, arum. f. pl. [νομαὶ] Ulcera, quæ carnem depascendo serpunt. Plin. lib. 23. cap. 4. Tosti autem & cum melle triti, nomas repurgant. Eæ etiam nomata & carcinomata dicuntur.

NŎMANDRIA, æ. f. [νομανδρεία] Constantia in præfecturis dandis. Cic. 5. Att. 11. extr. Nam illam νομανδρείαν excusationem ne acceperis. Al. χειροδείαν. Alii Cœtum pastoritium exponunt.

NOMARCHA, NOMARCHIA, V. NOMOS.

NŌMEN, ĭnis. n. [ὄνομα] quasi Novimen, inquit Festus: quia notitiam faciat. nam per id, quicquid nominamus, agnoscitur. Nonius 4. 325. Nomen, est proprium vocabulum singulorum. Varro L. L. 9. 2. ita distinguit inter Nomen & Vocabulum: illud ut proprium sit, hoc appellativum sive commune; quod tamen discrimen non semper observatur. Virg. 7. Æn. 337.

— cui nomina mille,
Mille nocendi artes. [Videtur ex Gr. ὄνομα factum, etsi primam longam habet, tanquam ex Novimen contractum sit.

Nomina sunt tanquam rerum notæ. Cic. 5. de Fin. 74.
Nomine tenus. V. NOMINETENUS infra.
Nomine isto. Ter. Phorm. 2. 3. 45.

Neque ego illum noram: nec mihi cognatus
Quisquam istoc nomine.

Vir nominis sui, i. e. Nomen referens moribus. ut, Imperator vere nominis sui, vere Pertinax, vere Severus. Spartian. Sever. 14. conf. Treb. Poll. Claud. 5.
Nomen quum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet. Cic. 2. de Invent. 28.
Causa nominis est in dubio, i. e. Incertum est cur ita vocetur. Ovid. 3. Fast. 839. [Loquitur de Minervæ dato Captæ, vel, ut potius legendum puto, Capitæ cognomine.
Hæres nominis aviti. Ovid. 6. Met. 239.
Hæreditas nominis. Cic. pro Domo 35. Quas adoptiones, sicut alias innumerabiles, hæreditates nominis, pecuniæ, sacrorum secutæ sunt.
Origo. Ovid. 5. Fast. 445.
Amicum nomen. Valer. 3. Argon. 171.
Amplum apud aliquos. Cic. pro Font. 26. M. Fabium subscriptorem ejus rogabimus, ut Allobrogum animos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen amplissimum est.
Beatum. Claud. de Nupt. Hon. 9.
Gentile. Stat. 6. Theb. 342.
Inimica. Virg. 11. Æn. 84.
Adsciscere aliquem in nomen. Tacit. 3. Ann. 30.
Appellare nomine, vel Nominatim. In APPELLO.
Citare per nomina. V. CITO.
Clamare aliquem nomine. Virg. 4. Æn. 674.
Compositum nomen terrori, h. e. Ad terrorem incutiendum. L. Florus 3. 10. Ille corpore, armis, spirituque terribilis, & nomine quasi terrori composito, Vercingentorix.
Demissum ab. Virg. 1. Æn. 292.

Julius a magno demissum nomen Iülo. h. e. Deductum.

Dicere nomine. Virg. 6. Æn. 441.

Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.

Dicta gens de nomine ducis. Virg. 3. Æn. 210.
Dissimulare alicujus. Ovid. 4. Trist. 3. 54.
Dare nomen alicui. Virg. 1. Æn. 252.
Dare nomen suum in numerum aliquem. Cic. pro Domo, 116. conf. infra.
Edere nomen suum. Ovid. 9. Met. 532. V. EDO.
Excipere nomen alicujus læto clamore. Lucan. lib. 5. 47.
Feruntur libri sub nomine ejus. Quintil. lib. 1. in prooem.
Fingere nomen de nomine. Virg. 3. Æn. 18.
Habet nomen Fabius, i. e. Vocatur Fabius. Ovid. 1. Met. 169.

Est via sublimis cælo manifesta sereno,
Lactea nomen habet. h. e. Est via quæ vocatur lactea.

Habentia mœnia nomen positoris. Ovid. 9. Met. 448.
Habet ex re nomen. Ovid. 1. Amor. 8. 3.
Habere tria nomina, pro Civem esse Romanum. Juven. 5. Sat. 127.

Et ponere foris, si quid tentaveris unquam
Hiscere, tanquam habeas tria nomina. h. e. Tanquam & tu sis nobilis. Nam Cives Romani ostendebantur prænomine, nomine, & cognomine, ut Marcus Tullius Cicero, Cajus Julius Cæsar. Sed infusa Urbi barbarie, penes solos id mansit nobiliores cives. Unde Auson. in Ternario, Idyl. 11. v. 80.

Tres equitum turmæ, tria nomina nobiliorum. Politian. Miscellaneorum cap. 31. aliter exponit: sed (ut multi putant) argutius quam verius.

Ignorat suum. V. IGNORO.
Incisum grandibus litteris nomen in basi. V. INCIDO.
Inclamare nomen. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Inclamare nomine. V. INCLAMO.
Inscribere libros nomine alicujus. Quintil. lib. 3. cap. 5. p. 179. Burm.
Inscripti flores nomina regum. Virg. 4. Ecl. 106.
Inserit Æacidis alienæ nomina gentis. Ovid. 13. Met. 33.
Inurere vitulis notas aut nomina. Virg. 3. Georg. 158.

Nominara nomen. Plaut. Asin. 4. 1. 35.
Nosse nomina. Ovid. 2. Met. 192.
Notus mihi nomine tantum. Hor. 1. Serm. 9. 2.
Obversatur dulce nomen ad aures. Lucret. lib. 4. 1035.
Parco nominibus viventium. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Ponera nomen alicui. Virg 7. Æn. 63.
Pronuntiare nomina aliquorom magna voce. Cic. 5. Fam. 12.
Profiteri nomen suum in aliqoibus. Ter. Eun. prol. 3.
Reddera aliquem nomine, i. e. Habere idem nomen quod ipsa habuit. Virg. 6. Æn. 768.
Referre novem avi. Idem. Virg. 5. Æn. 364.
Resumere. Tacit. 3. Hist 4.
Seder nomen in ore. Stat. 12. Theb. 115.
Signata nomina saxo. Ovid. 8. Met. 539.
Sum. ut, Nomen est mihi Auxilio. Plaut. Cistel. 1. 3. 6. Nomen est mihi Tullio. Cic 4. Philip. 2.
Sumere aliud. Ovid. 6. Fast. 544.
Tenere nomen ab aliquo. Virg. 5. Æn. 121.
Teoet æreanum per sæcula nomen. Virg. 6. Æn. 213.
Trahera ab aliquo. Ovid. 4 Met. 291.
Traxit nomen a Marte legio Martia. Cic. 4. Philip. 5.
Viget nomen Pythagoreorum. V. VIGEO.
Uri nomine. Cic. pro Rabir. Post. 28.
Vocare aliquem nomine. Virg. 11. Æn. 731.
Invenit nomen divinitate loquendi Theophrastus. Cic. In Orat. 62.
Rodere fastis alicujus. Tacit. 3. Ann. 17.
Sparserat fama nomen Thesei per urbes Argolicas. Ovid. 8. Met. 267.
Stringera nomen alicujus, Traducere aliquem & mordere. Ovid. 2. Trist. 350.
Superbit nomine avi & soceri. Ovid. 11. Met. 219.
Sustinere majorum. Plin. 3. Epist. 3. Quibus Imaginibus onaretur, quæ nomina & quanta sostineat.
Uti nomine alicujus ad invidiam. Cic. 1. Att. 13. Quum ille ad conciones fugisset, in hisque meo nomina ad invidiam utaretur, dii immortales, quas ego pugoas, & quantas strages edidi?
De ratione nominom apud Romanos, V. Sigon. lib. 2. Emend. J. Pasizon. Animadv. Hist. cap. 2. vel Lex. Pitisc.
De nominibus, quibus JCti utuntur, fictitiis, V. Cujac. Observ. 2. 11.
De nominibus in contumeliam detortis, V. Fabric. Bibl. Græc. lib. 1. cap. 29. §. ubi eorum catalogom dedit. [Quam bena multis augere liceret, nisi vereret ab institota brevitate recedere.
De nominibus bene vel male ominatis, V. Voss. Inst. Orat. 1. 5. §. 17. Burm. ad Quintil. 3. 8. Spanh. de U. & P. Num. diss. 10. Scalig. Exerc. 266. vel Lips. ad 4. Tacit. Hist. p. 526.
Nomen, apud Grammaticos, Pars orationis. Quintil. lib. 1. cap. 4. Declinare nomina & verba in primis pueri sciant. V. Grammaticos.
Numerale nomen. In NUMERUS.
Fingendis nominibus feliciores Græci. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Neutralia. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Ambitus nominum. Plin. lib. 15. cap. 30. Id quoque quod Daphnoides vocatur genus, in nominum ambitu est. Alii enim Pelasgum, alii eupetalon, alii stephanon Alexandri vocant.
Sanguinia nomina, ut Pater, frater, soror, &c. Ovid. 9. Met. 463.
Jam dominum appellat, jam nomina sanguinis odit.
Viri nomine & memoria dignus. Cic 2. de Invent. 4.
Expers nominis. Lucret. lib. 3. 243.
Honos. Hor. 1. Serm. 4. 44. qui nominandi sint poetæ,
Ingenium cui sit, cui mens divinior, atque os
Magna sonaturum, des nominis hujus honorem. Ovid. 2. Trist. 181.
Dominantia nomina. Hor. de Arte Poet. 234. Sunt autem Dominantia nomina τὰ κύρια, i. e. Propria, quibus res quantumvis licet sint obscœnæ, proprie appellantur & significantur, qualia sunt, mentula, cunnus, actionis Venereæ verbum, & alia similia, quæ me pudor enumerare vetat. Nam mentulæ nomen in membro illo corporis virilis significando, dominatur: cetera, quibus interdum utuntur poetæ pudore adducti, nervus, panis, trabs, &c. sunt translata. Hæc Lambinus in Horatium.
Fictum. Ovid. in Ibin, 93.
Humilius nomen, & Superbum, contraria. Senec. Hippol. 3. 5.
Inane Lucret. lib. 5. 907.
inauditum & inusitatum. V. INAUDIO.
Infame. V. INFAMIS.
Ingentia. Valer. 8. Argon. 462.
Insolentissimum. Quintil. In procem. lib. 1.
Invidiosum voluptatis. V. INVIDEO.
Invisum Juven. 13. Sat. 248.
Lacrimala. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 261.
Leve In LEVIS.
Obscurum. Lucan. lib. 8. 20.
Prædulce. Valer. 4. Argon. 161.
Proprium & verum nomen nostri mali. Cic. pro Ligar. 17.
Surdum nomen, Non calebre. Sil. lib. 8. 238.
Vacoa Tacit. 1. Hist. 30.
Vagi nominis est Ambrosia, & circa alias herbas fluctuati. Plin. lib. 27. cap. 4. [i.e. Quod fluctuavit. An Fluctuantis? conf. Ambitus nominum.
Viduum sua fama nomen. V. VIDUUS.
Abolere nomina rerum. In ABOLEO.
Abuti recte nomine aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Abuti nomine alieno ad suom quæstum. In ABUTOR.
Accipere nomen dicti. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Addera nomen alicui. Ovid. 9. Met. 357.
Addere vera rebus. Ovid. 5. Met. 524.
Adeptus nomen. In ADIPISCOR.
Adepta maternum est terra. Lucret. lib. 2. 996.
Adest pudor nominibus, i. e. Obscœna sunt nomina. Ovid. 2. Trist 434.
Adimere nomina. In ADIMO.
Adoptare. In ADOPTO.
Adsciscere sibi. V. ASCISCO.
Affari nomine. In AFFOR.
Afficere nomine. In AFFICIO.

Amantes nomian Pompeii. Lucan. lib. 9. 92.
Amoliri nomen. In AMOLIOR.
Arrogare sibi nomen. Qointil. in procem. lib. 1.
Assequi nomen. In ASSEQUOR.
Assumere in nomen. In ASSUMO.
Attingere nomen legis. Cic. 2. de Legib. 13. Multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis, quæ non magis legis nomen attingunt, quam si latores aliqua concessu suo sanxerunt.
Augere. In AUGEO.
Capere. In CAPIO.
Carere proprio nomine. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Commutare. In COMMUTO.
Certis agentium nominibus continentur controversiæ. Quintil. lib. 3. cap. 8. Alii legunt, Certius.
Convenit nomen. In CONVENIO.
Custodire loci. In CUSTODIO.
Deductum ab aliquo. Ovid. 6. Fast. 903.
Deflecti nominibus. Qointil. lib. 3. cap. 8.
Delatum nomen ab. Lucret. lib. 3. 133.
Distinguera sonos citharæ nominibus & spatiis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Dare nomen alicui rei. Qointil. lib. 2. cap 1. Et rhetorice, cui nomen vis eloquendi dedit, officia sua non detrectet.
Donare aliquem nomine aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Fluxisse nomen ex Græco creditur. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Imponere alicui. Quintil. lib. 1. cap 6.
Imponere novis rebus. Cic. 3. de Fin. 14.
Impositum ab re. Lucret. lib. 6. 741.
Invictissimum nomen Prætoris incidatur. V. INVICTUS.
Indere alicui. V. INDO.
Inducera fictæ religionis. V. INDUCO.
Indulgera nomen oratoris malis moribus. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Induere sibi nomen. V. INDUO.
Ingerere. Tacit. lib. 1. Ann. 72.
Inscribere nomina. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Intercidit nomen longis annis. Ovid. 2. Fast. 443.
Interponere. Cic. 5. Verr. 131.
Interpretari quippiam nomine aliqno. V. INTERPRETOR.
Invenire nova. V. INVENIO.
Inveteravit nomen alicujus culpiam. V. INVETERO.
Loqui nomen. V. LOQUOR.
Manet gratum mihi nomen. Ovid. 4. Met. 357.
Meruerunt nomen patronorum. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Mutare priscum. Ovid. 14. Met. 850.
Mutuari nomen aliquod. In MUTUUM.
Notare nominibus novis. In NOTA.
Occupare nomen beati. Hor. 4. Carm. 9. 47.
Pandera nomen alicujus. Sil. lib. 13. 784.
Ponenda sunt nova nomina novis rebus. Cic. 1. de Nat. Deor. 44.
Reddere nomen alicui. V. REDDO.
Subire nomen exsulis. Cic. pro Domo, 72. Utrum igitur peccato meo exsulis nomen subeo, an re judicata?
Nomen, Fama. Virg. 2. Æn. 89.
— & nos aliquod nomenque decusque
Gessimus.
Nomine dignus. Cic. 2. de Invent. 4. Ex his qui nomine, & memoria digni sunt, nec nihil optime, nec omnia præclarissime quisquam dicere nobis videbatur.
Nomen, Decus, dignitas, inquit Nonius 4. 325. Virg. 2. Æn. 558.
Avulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.
Nomen, pro Generositate. Virg. 2. Georg. 240.
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina servat. Servius.
Ingenii nomen. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Celebratum. Cic. in Brut. 22.
Celebre laudibus. V. CELEBRIS.
Clarum. Ovid. 11. Met 285.
Clari nominis vir. Paterc. 2. 34. 4.
Debilitatum. Cic. pro Flac. 62.
Exitiabile. Sil. lib. 15. 384.
Fortissima. Sil. lib. 17. 492.
Fractum. Cic. pro Flacc. 61.
Generosa. Ovid. 6. Epist. 113.
Gravissimum & sanctissimum pietatis. Cic. 1. Fam. 9.
Ignobile. Sil. lib. 13. 31.
Immortale. Sil. lib. 13. 722.
Indelebile nomen erit nostrum. Ovid. 15. Met. 876.
Ingentis nominis rex. V. INGENS
Invictum. Liv. 7. Cic. pro Lege Manil. 54.
Laudabile. Juven. 11. Sat. 22.
Magnum & memorabile. Ovid. 10. Met. 608.
Magna nomina, pro Magni nominis homines. Plin. Paneg. cap. 84 extr. [Immo loquitur de Augustæ appellatione & similibus dignitatis nominibus, quæ & feminis tribuebantur.
Molli nominis molier. Hor. 3. Carm. 9. 7.
Nobile. Sil. lib. 17. 453.
Præclarum. Lucret. lib. 6. 2.
Regale. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 80.
Venerabile. Ovid. 3. de Arte Am. 407.
Victorum. Ovid. 3. Amor. 1. 65.
Acquiescere in nomine alicujus. Cic. 3. de Fin. 6.
Adeptus est nomen honoris, non honorem. Cic. de Clar. Orat. 280.
Adimere puellæ virgineum nomen. Ovid 8. Met. 391.
Admiratus sum vestra nomina. Cic. 3. Fam. 7.
Attollere nomen alicujus ad sidera. Lucan. lib. 7. 21.
Auferre nomen. V. AUFERO.
Casurum nullo tempore. Ovid. 1. Amor. 15. 20.
Canitur toto nomen in urbe meum. Ovid. 13. Epist. 28.
Captare nomen. V. CAPTO.
Committere nomen alicujus æternæ famæ. Lucan. ad Pison. 237.
Condere memorandum. Sil. lib. 4. 37.
Consequi. Cic. ad Q. frat.

Emere æternum ſanguine. Ovid. 2. Amor. 10. 32.
Evadant digni nomine pauci in dicendo. Cic. de Clar. Orat. 299.
Exſcindere clarum. Sil. lib. 7. 643.
Ferre nomen alicujus ad ſidera. Virg. 9. Eclog. 29.
Florere nomen. Cic. 1. Verr. 69.
Fugiendum impudentiæ nomen. Cic. 1. de Orat. 120.
Habuerunt magnum nomen in oratoribus. Cic. in Orat. 22.
Jactare inutile nomen. Hor. 1. Carm. 14. 13.
Interponere ſpecioſa culpæ. Ovid. 7. Met. 69.
Inceſſere nomen alicujus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Increbreſcit nomen late. Virg. 8. Æn. 14.
Invenire nomen divinum. V. INVENIO.
Officere nomini alicujus. V. OFFICIO, ĕre.
Perdere nomen aliquod. Lucan. lib. 2. 56.
Pervenire ad aliquod ingenii. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Præbere. Tacit. 13. Ann. 4.
Quæſierat ſtudio memorabile nomen. Ovid. 6. Met. 12.
Tangit dies nomen rubigine. Catull. ad Mall. 66. 151.

Ne veſtrum ſcabra tangat rubigine nomen
Hæc atque illa dies, atque alia, atque alia. i. e. Ne ulla ætas deleat nomen & famam veſtram.

Nomen, pro Cauſa ponitur. Cic. 4. Verr. 185. Inſpiciebamus Syracuſis a Carpinatio confectas tabulas ſocietatis, quæ ſignificabant multis nominibus, eos homines verſuram a Carpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. Idem de Amicit. 79. Ab amicitia Q. Pompeji meo nomine ſe removerat, ut ſcitis, Scipio. Idem in Vatin. 9. Non tam tuo, quam Reip. nomine. Ex Budæo. [In priori loco poſſunt Nomina intelligi debitorum, atque adeo ipſi Debitores in tabulis inſcripti. V. infra.
Portorii nomine aliquid exigere. Cic. pro Font. 9.
Amicitiæ nomine aliquid petere. Cic. 12. Fam. 1e.
Claſſis nomine imperare pecuniam civitatibus. Cic. pro Flacc. 27.
Conjurationis nomine damnari. Cic. 7. Verr. 11.
Dotis nomine omnia mulieris viri fiunt. Cic. in Topic. 23.
Negligentiæ nomine ſuſpectus alicui. Cic. 2. Fam. 1.
Præmii nomine aliquid impetrare. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Diſſolvere alicui alterius nomine. Cic. pro Roſc. Com. 41.
Gratulari alicui alterius nomine. Cic. 1. Philipp. 30.
Suo nomine, Sua cauſa. Cic. pro Cluent. 66. Res ſuo nomine in judicium nunquam eſt vocata.
Indicere ſuo nomine bellum aliquibus. Cic. 2. In Catil. 14.
Uno nomine. Cic. 4. Verr. 22. Lege Hieronica judicia plurimarum controverſiarum ſublata uno nomine omnia.
Nominibus honeſtis dixit Salluſtius Catil. cap. 38. pro Sub honeſto prætextu. Cic. pro Font. 8. Quid ſi hoc crimen optimis nominibus delegare poſſumus? Vetus exemplar legit Hominibus.
Aliquo nomine prætexere culpam. Virg. 4. Æn. 172.
Eo nomine. Paterc. 2. 104. 2.
Falſo nomine poſcere aliquid. Juven. 1. Sat. 98.
Hoc uno nomine, Hac una tantum de cauſa. Cic. 3. Verr. 23. Scitote eſſe quoſdam, quos tantum odium veſtri ordinis teneat, ut hoc palam jam dictitent, ſe iſtum, quem ſciunt eſſe improbiſſimum hominem, hoc uno nomine abſolvi velle, ut ab Senatu, &c.
Hoc uno nomine deceptus. Hor. 1. Serm. 2. 65.
Meo nomine te huic inimicum eſſe nolo. Cic. 10. Att. 2.
Quo nomine mirari convenit. Paterc. 2. 34. 4.
Quo nomine non eſt mirandum. Idem 1. 5. 54.
Nomina, Capita ſunt breviarii, id eſt rationis argentariæ. Nomina Cicero appellare ſolet Cauſas, & Negotia, & Perſonas, quibus in conficiendis rationibus expenſæ pecuniæ feruntur. Vulgo nunc *articuli* dicuntur. Cic. 3. Verr. 92. Neque in tuas tabulas ullum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent? quid proderat tibi ea expenſum illis non tuliſſe? Ibid. 3. 95. His nominibus ſolis Cn. Dolabellæ ſeſtertium ad tricies litem eſſe æſtimatam. i. e. (ut ait Aſconius ad 99. ejuſd.) His titulis & capitibus criminum: *articulos* nunc vulgo dicimus. Et in eundem ſæpe dicit, Recita nomina, id eſt res, perſonas, cauſas, in quas ille, aut quibus expenſum tulit. Sic 3. de Nat. Deor. 73.

Aut tu illum fructu fallas, aut per litteras
Avertas aliquod nomen, aut per ſervolum
Percutias pavidum. Ex quodam poeta. Idem 12. Att. 51. extr.

Suſtinenda tamen, ſi tibi videbitur, ſolutio eſt nominis Cærelliani, dum & de Metone & de Faberio ſciamus. Ulpian. D. de Doli mali exceptione, l. Apud Celſum, Quod ſi is, cui pecunia debebatur, eum debitore decidit, & nomen ejus vendidit Seio, cui debitor mandaverat, ut nomen emeret. Ex Budæo. V. omnino totum ex 3. Verr. 95. locum.
Parum idonea nomina debitorum. Africanus in l. Tutor. §. Deinde. D. ad S. C. Vellejanum.
Expedire nomina. Cic. 16. Att. 6. Nomina mea per deos expedi, exſolve. Cinna de Catone, apud Suet. in lib. de Claris grammat. cap. 11.

Mirati ſumus unicum magiſtrum,
Summum grammaticum, optimum poetam,
Omnes ſolvere poſſe quæſtiones,
Unum difficile expedire nomen. Luſus in ambigua ſignificatione.

Explicare nomen aliquod. Cic. 13 Att. 29. Reliquum eſt, ſi Faberius nobis nomen illud explicat, nihil quærere quanti.
Parva nomina in codicem non referre. Cic. pro Quint. 4.
Nomina, inquit Budæus, pro Debitoribus ponuntur, vel pro Syngraphis creditarum pecuniarum. Inde illud proverbiale apud Columellam lib. 1. cap. 7. Vel optime nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alfius dixiſſe veriſſime fertur. i. e. Quamvis locupletes habeas debitores, tamen ſi diu judicium ipſis non dictaveris, uſuraſque non petieris, mala tandem fieri: id eſt ipſos tandem non ſolvendo tanto æri alieno fieri; ſicque inanem tandem perſecutionem, & nomina ipſa caſſa factum iri. Hæc Budæus.
Nomen, interdum Id ſignificat quod nobis debetur, interdum Id quod nos debemus. Itaque & Exigere nomina dicitur, pro Exigere id quod nobis debetur: & Diſſolvere nomen, pro Diſſolvere id quod ipſi debemus. Cic. pro Planc. 68. Verum fac me multis debere, & in iis Plancio. Utrum igitur me conturbare oportet, an ceteris, quum cujuſque dies venerit, hoc nomen quod urget, nunc quum petitur, diſſolvere?
Appellare de nomine, i. e. Nomen exigere. Cic. 5. Att. 19.
Bonum nomen, Non bonum nomen. Cic. 5. Att. epiſt. ult. extr. de Scaptio loquens, Mihi autem impudens magis, quam ſtultus videbatur. Nam aut bono nomine centeſimis contentus erat, aut non bono quaternas centeſimas ſperabat. Bono nomine, i. e. Honeſto: quia centeſimas cum anatociſmo concedebat edictum. Non bono, i. e. Turpi: quia quaternæ contra edictum. V. BONUS.

Cedere nominum diem. Cic. 8. Att.
Concurrunt nomina. Cic. 16. Att. 3. Ad Balbum ſcripſi apertius, ut ſi quid tale accidiſſet, ut non concurrerent nomina, ſubveniret. i. e. Ad tempus non reſponderent, ſeu ſolverent ii, qui debent.
Conficere nomine, vel Conficere de nomine. Cic. 16. Fam. 16. & 5. Att. 21.
Debere certis nominibus grandem pecuniam. Cic. pro Quint. 38.
Eſſe in nominibus. Cic. 7. Verr. 17.
Exigere nomina, pro Ad diſſolutionem cogere. Cic. 3. Verr 28. Quum per eos ipſos dies, per quos cauſam Dio diceret, reperiretur pecuniam ſumpſiſſe mutuam, nomina ſua exegiſſe, prædia vendidiſſe. ubi V. Pedian. conſ. 98.
Exiſtimari bonum nomen. Cic. 5. Fam. 6. Ego autem meis rebus geſtis hoc aſſecutus ſum, ut bonum nomen exiſtimer. i. e. Bonus debitor.
Expendere nummos certis nominibus Hor. 2. Epiſt. 1. 105.
Expedita & explicata nomina. V. Grot. Florum Sparſion. ad Jus Juſtin. p. 234. & paulo ſupra.
Expungere nomina. Plaut. Ciſt. 1. 3. 41.
Facere nomina. Sen. 1. Benef. 1. & Quintil. lib. 5. cap. 10. V. FACIO.
Facit nomina, negotium conficit. de C. Canio. Cic. 3. Offic. 59.
Habere in nominibus. Cic. 8. Att. 10.
Certum nomen. In CERTUS.
Idonea nomina. L. 19. Dig ad SC. Vellej. §. 4.
Impedita. Livius, Tarda nomina & impedita inertia debitorum. Sic & Expedita, & Explicata.
Adire ad arbitrum de nomine alicujus. Cic. pro. Roſc. Com. 12.
Agere aliquid fide nominum. Cic. in Salluſt. 19. Unde tantum hic exhauſit, quantum potuit, aut fide nominum trajici, aut in naves contrudi.
Locare nomen. Phædr. 1. 17. 1.
Solvere nomina. Cic. 6. Att. 2.
Tollere nomina de tabula. Cic. pro Sext. 20.
Tranſcribere nomina in alios. Liv. 35. 7. pr.
Transferre nomen, i. e. Verſuram facere. Cic. 5. Fam. 13.
Commodare alicui nomen ſuum ad tranſlationem criminis. Cic. 6. Verr. 91.
Deferre nomen alicujus, Accuſare aliquem. Cic. 4. Verr 94. Si liceret nomen abſentis deferre, ſe velle. Et pro Cœl. 26. Si quidem non modo nomina deferunt inter ſe ſodales, ſed etiam commemorant ſodalitatem in accuſando.
Recipere nomen dicitur Prætor. Cic. 4. Verr. 94. Palam de ſella ac Tribunali pronuntiat, ſiquis abſentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, ſeſe ejus nomen recepturum. Et paulo poſt, Hic tum repente Pacilius quidam homo egens & levis accedit: ait, ſi liceret, nomen abſentis deferre ſe velle: iſte vero & licere, & fieri ſolere, & ſe recepturum.
Dare nomen. Subaudi Militiæ. Liv. 2. 24. pr. idem ac Profiteri nomen, & Sacramento dicere, eod. cap. extr.
Dare nomen in conjurationem. V. DO.
Nomen accipere dicitur Magiſtratus Ejus, qui candidatum ſe honoris alicujus profitetur. Liv. 39. 39.
In numeros nomen referre. V. NUMERUS.
Renovandum per annos ſacramentum in nomen Tiberii. Tacit. 1. Ann. 8.
Ciere modo nomina ſingulorum. Tacit. 1. Ann. 21.
Ad nomina reſpondere. Liv. lib. 7. 4. pr. Budæus.
Ad nomen mittere. V. MITTO.
Nomen, pro Homine vel Re ipſa ſæpius ponitur. Tibull. 3. 4. 61.

Ah, crudele genus, nec fidum femina nomen! Val. Cato in Diris 90.
— ut felix nomen agelli. V. Scalig. Val. Flacc. 5. 118.
— nova dux accedere gaudet
Nomina. Idem 4. 224. Iaſonem & Herculem appellat Maxima nomina. Sic

Nomen, cum Adj. gentili, pro ipſo populo. Liv. 1. 10. Ita per ſe ipſum nomen Cæninum in agrum Romanum impetum facit. Sic & alias frequentiſſime. Sic Tacit. 4. Hiſt. 18. e Romanum nomen. Paterc. 1. 6. 3. Grajum nomen. conf. Idem 2. 53. 2: 2. 114. 5. & 2. 69. 3.
Exoſus femineum omne nomen. Sen. Hippol. 2.
Romanum. Cic. 1. de Fin. 4. Quis tam inimicus pæne nomini Romano eſt, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii ſpernat? Ovid. 1. Met. 201.

Sanguine Cæſareo Romanum exſtinguere nomen.

Nomen, item Rei vel Perſonæ ſæpe opponitur. Ut Liv. 7. 29. Campani magis nomen ad præſidium ſociorum, quam vires cum attuliſſent. Idem 3. 65. & Ovid. 1. de Arte Am. 440.

Nomen amicitia eſt, nomen inane, fides. conf. Tacit. 4. Hiſt. 75. 2. & Græv. ad Cic. 5. Att. 15. [Pro Nomine, dixit Appellationem Suet. Jul. 77. Nihil eſſe remp. appellationem modo, ſine corpore ac ſpecie.

NOMINĀLIS, e. Adj. ut, Gentilitas nominalis. Varr. de L. L. lib. 7. 2. Ut enim ab Æmilio homines orti Æmilii, ac gentiles; ſic ab Æmilii nomine declinatæ voces in gentilitate nominali.
NOMINALĬTER, Arnobius lib. 2. adverſus gentes, Quæ quum eſſe conſenſerimus victi, & univerſa his ſcatere nominaliter annuerimus humana, conſequetur ut, &c.
NOMINALIA, um. n. pl. Tempus ſolenne, quo puero imponebatur nomen. Vet. Gloſſ. Nominalia, *ὀνομαστήρια*. Tertull. de Idol. cap 16. Circa officia privatarum & communium ſolenitatum, ut togæ puræ, ut ſponſalium, ut nuptialium, ut nominalium. V. Scalig. ad Feſt. in Luſtricus dies. & Auſon. Lect. 2 21. vel Caſaub. in Perſ. 2. 2 p. 148.
NOMINO, [ὀνομάζω] āre. Nomine compellare. Plaut. Moſt. 3. 2. 97.

Heus Theuropides. T. quis nominat me?

Nominare, pro Mentionem facere de aliquo. Ter. Heaut. 2. 3. 62. Quid ait, ubi me nominas? Cic. pro Lege Manil. 37. Ego autem neminem nomino: quare iraſci mihi nemo poterit, niſi qui ante de ſe voluerit confiteri.
Satis in appellando ſignificare, de eo qui Nominatur. Vide SIGNIFICARE. H. St. Locum innuit Cic. pro M. Font. 29.
Suo certo ac proprio vocabulo rem aliquam nominare. Cic. pro Cæcin 51.

Nominare nomen alicujus. Ter. Phorm. 5. 1. 12.
Ubi me nominas. Idem Heaut. 2. 3. 62.
Nominor exsul. Ovid. 5. Trist. 11. 9.
Prædicari de se, & nominari volunt omnes. i. e. Nomen suum celebrari. Cic. pro Arch. 26.
Nominare, Nomen imponere. Cic. de Amicit. 26. Amor enim (ex quo amicitia est nominata) princeps est ad benevolentiam conjungendam. Idem de Senect. 77. Ego vestros patres, P. Scipio, tuque Cai Læli, viros clarissimos, mihique amicissimos vivere arbitror, & ea quidem vita, quæ est sola vita nominanda.
Nominare, pro Declarare, ut alias dicimus, & exprimere. Cic. pro Cœl. 43. Multi a me summi atque ornatissimi viri prædicarentur: quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumptus, libidines nominarentur. Budæus.
Nominari ex altero. Cic. 3. Offic. 66. Ut ceteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus.
Nominato quem voles de. Cic. 6. Verr. 55.
Nominare honoris causa. Cic. 2. Verr. 18. Fit obviam ei multitudini casu C. Curio, quem ego hominem honoris potius, quam contumeliæ causa, nominatum volo: etenim ea dicam, &c. i. e. Quod nomen ejus effero, id ei contumeliosum non erit. Idem pro Quint. 28. Quem, ut ipsius dignitas poscit, honoris gratia nomino. Ex Budæo.
Nefas habent Mercurium nominare Ægyptii. Cic. 2. de Nat. Deor. 59.
Nominare, est Præsentem sistere: & ut juris Pontificii scriptores dicunt, Jus patronatus habere, hoc est Nominare designandum. Cic. ad Brut. 7. In Pansæ locum petere constituit, eam nominationem a te petimus: neque conjunctiori dare beneficium, quam nos tibi sumus: neque digniorem nominare potes, quam Bibulum. Loquitur de petitione sacerdotii. Budæus.
Nominare aliquem ad munus obeundum, i. e. Designare. Plin. Paneg. cap. 71. Cum candidatis, ut quemque nominaveras, osculo occurreres. Idem 2. Epist. 1. Illo die, quo sacerdotes solent nominare, quos dignissimos sacerdotio judicant, me semper nominabat. Idem 4. Epist. 8. & Suet. Claud. cap. 22. Id alias dicunt Cooptare, q. V. & infra NOMINATIO.
Nominare, etiam est Nomen alicujus ad Magisteratum deferre criminis causa. Liv. 39. 17. Si quis quem ad se deduxisset, nomenve absentis detulisset, qui nominatus profugisset, diem certum definituros, ad quem, nisi citatus respondisset, absens damnaretur. Si quis eorum, qui tum extra terram Italiam essent, nominaretur, ei laxiorem diem daturos, &c. Sic usi etiam Suet. Cæs. cap. 17. & 20. Plin. 9. Epist. 13. 17. & 10. 97. 6.
In nominando. V. IN præp.

NOMINĀTUS, a, um. Partic. [ὀνομασθείς] Cic. 3. Off. 116. Atqui ab Aristippo Cyrenaici, atque Annicerii philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt. Idem 2. Verr. 18.
Nominatus, ior, issimus. Adj. [ὀνομαστός] pro Celebri. Cic. 6. Verr. 27. Quid, illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es? Augustin. de Civ. Dei, 16. 2. Quid nominatius Christo? Plin. lib. 12. cap. 9. Vicina est Bactriana, in qua bdellium nominatissimum. Nominatissimi Græciæ auctores. Priscian. de Vers. Com. p. 1327. edit. Putsch.

NOMINĀTUS, ûs. m. Varr. 9. de L. L. 1. Quod ad nominatuum similitudines animadvertendas arbitratus sum satis esse, &c.
Cum origo nominatus ostenderet contra. Varro lib. 8. de L. Lat. p. 115. meæ edit. pr. ster. Continuo post, Item reprehendunt de casibus, quod quidam nominatus habent rectos, quidam obliquos. H. St. Exstant Sigm. edit. Gothofr. 41. extr & 42. pr.

NOMINĀTIM, Adv. [ὀνομαστί, ὀνομαστεί] Per singulorum nomina. Liv. 2. 28. Dimisso senatu, Consules in tribunal ascendunt, citant nominatim juniores.
Appellare nominatim aliquem. Cic. 7. Verr. 94. Tum appellantur a multitudine mulieres nominatim. Cæs. 2. Bell. Gall. 25.
Decernere aliquid nominatim. Cic. 7. Att. 15.
Dicare nominatim alicui opus aliquod. Plin. in totius operis præf.
Excipere aliquem nominatim. Cic. 11. Att. 7.
Excludi nominatim honore aliquo. Cic. 2. de Lege Agrar. 60.
Proferre nominatim. Cic. pro Rosc. Amer. 47. Quasi vero mihi difficile sit quamvis multos nominatim proferre, (ne longius abeam) vel tribules, vel vicinos meos, &c.
Rogare nominatim. Cic. 6. Verr. 142. Mos est Syracusis, ut si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur.
Perscribere nominatim peccata alicujus. Cic. 4. Verr. 171. Furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat. Vulgo dicunt Speciatim.
Persequitur nominatim omnes voluptates Epicurus. Cic. 1. de Nat. Deor. 112.
Præcepit consulentibus nominatim. Nepos 1. 1. 3.
Nominatim, pro Expresse aliquando ponitur. Cic. 3. Off. 65. Quicquid enim est in prædio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere.
Nominatim & Generatim, contraria. Cic. 11. Att. 6. Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum Barbaris gentibus conjunctio, ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata.

NOMINĀTIO, ōnis. f. [ὀνομασία, ὀνομάτωσις] Plin. 4. Epist. 8. Mihi vero etiam illud gratulatione dignum videtur, quod successi Julio Frontino principi viro, qui me nominationis die, per hos continuos annos inter sacerdotes nominabat, tanquam in locum suum cooptaret. Nominationis die, i. e. Principio anni, auctore Tacito, quo sacerdotes solent nominare quos dignissimos suo sacerdotio judicent, inquit Catan.
Nominatione sua cooptare aliquem. Cic. 13. Philip. 12. In quo ego eum, ut, quod a patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo.
Nominatio consulum. Tacit. 6. Ann. 45.
Facere nominationem in locum alicujus. Liv. 26. 23. extr.
Nominatio, Figura rhetorum, de qua auctor ad Herenn. lib. 4. 43. Nominatio est prima, inquit, quæ nos admonet, ut cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa.

NOMINĀTOR, ōris. m. Ulp. Dig. 27. tit. 8. De nominatoribus magistratuum.

NOMINĀBĬLIS, e. Adj. Celebris. Ammian. 28. 4.

NOMINĀTĪVUS, a, um. Adj. [ὀνομαστικός] ut, Nominativus casus a grammaticis dicitur, quod nominat rem: & Rectus, quod a nullo cadit. V. Petron. Fragm. apud Burm. p. 688.
Nominativus, pro Nomine. Varro 7. de L. L. 35. Primum si in his esset analogia, dicunt debuisse omnes nominativos, & articulos habere totidem casus: nunc alios habere unum solum, ut litteras singulas omnes: alios tres, ut prædium, prædii, prædio, &c.

NOMINĬTO, āre. frequentat. Lucret. lib. 3. 353.
Quod superest, si quis corpus sentire renotat,
Atque animam credit, permistam corpore toto,
Suscipere hunc motum, quem sensum nominitamus. Idem 6. 423.

NOMINITANDUS, a. um. Partic. ut, Cortex nominitanda est. Lucret. lib. 4. 48.

NOMINITATUS, a, um. Partic. Ferret. Mus. Lapid. p. 158. Viva Philematium sum Aurelia nominitata.

NOMENCALO, vel NOMENCULO, & contr.

NOMENCLO, āre. Mantuan. 3. Nic Col. Quod post fata relictum est Reliquias nostri nomenclavere. Idem, Solennia sunt Inclyta, quæ Pascha nomenclat Judæa vetustas.

NOMENCLĀTIO, ōnis. f. [ὀνοματόκλησις] Columel. lib. 3. cap. 2. extr. de vineis, Ideoque in hac ipsa Italia, ne dicam in tam diffuso terrarum orbe, vicinæ etiam nationes nominibus rerum discrepant, variantque vocabula. quare prudentis magistri est ejusmodi nomenclationis aucupio, quo potiri nequeant, studiosos non demorari.
Nomenclatio & blanditia. Qu. Cic. de Petit. Cons. 32. Ea desiderat nomenclationem, blanditiam, assiduitatem, benignitatem, rumorem, spem in Republica. De populari ratione.

NOMENCŬLĀTOR, ōris. m. [ὀνοματολόγος, ὀνομακλήτωρ] a Nomine calando, id est vocando, quasi nominis calator, qui memoriter unumquemque vocare didicit. ut puta in foro reos, in convivio convivas: quem eundem Cic. pro Muren. 77. vocat Monitorem. Quintil. lib. 6. cap. 3. Ut Afer ingrato litigatori, conspectum ejus vitanti in foro, per nomenculatorem missum ad eum, Amas me, inquit, quod te non vidi? Cic. pro Muren. 77. Quid, quod habes nomenculatorem? Horum enim opera utebantur potissimum candidati, ut sibi in prensandis suffragatoribus nomina civium suggererent. Unde laudatur Cato, quod legem servaverit, quæ candidato nomenculatores adesse vetat, ut per se ipsum sine nomenculatore nominatim salutaret cives Romanos. Hi & Fartores quoque dicebantur, quia salutatorum nomina, ut ait Festus, velut infarcirent petitorum auribus.
Etiam in mensa adhibiti nomenculatores, qui convivas ciborum nomina & conditionem docerent. V. Plin. 32. 6. & Petron. cap. 47. conf. Popm. de Op. serv. & Lex. Pitisc. Martial. 10. 30. 23.
Nomenculator mugilem citat notum. conf. Suet. Claud. cap. 34. August. cap. 19. & Calig. cap. 14.

NOMENCLĀTOR, ōris. m. contr. Apuleius, Et ad nomenclatorem mox citati venerunt. Cic. 4. Att. 1. Ad urbem ita veni, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obviam non venerit.

NOMENCLĀTŪRA, æ. f. Idem quod Nomenclatio. [ὀνοματοκλησία] Plin. lib. 3. præf. Quædam in his nomenclatura nuncupentur. Idem lib. 2. 7. Cælestis nomenclatura.

NOMINETENUS, Adv. Tacit. 15. Ann. 6. 4. Usurpatas nominetenus urbium expugnationes dictitans. al. Nomine tenus.

NŌMENTUM, i. n. [Νώμεντον] Oppidum in Latio non procul ab urbe Roma. Martial. lib. 13. 15.
Si vicina tibi Nomento rura coluntur. conf. Ovid. 4. Fast. 903.

NOMENTĀNUS, a, um. Adj. ut, Nomentanus agellus. Martial. 7. 92.
Nepos Nomentanus. Hor. 2. Serm. 1. 22.
Via Nomentana. Liv. 3. 52.
Vindemia Nomentana. Martial. 13. 119.

NŎMISMA, V. Numisma, post NUMUS.

NŎMIUS, i. m. [Νόμιος] dictus est Apollo, hoc est pastor: non ex officio pastorali, &c. sed quia sol pascit omnia, quæ terra progenerat. Macrob. Sat. 1. 17.

NŎMOS, seu NOMUS, i. m. [νομός] Regio, præfectura. Vox Ægyptiis propria, secundum Plin. 5. 9. V. mox NOMARCHIA. conf. Idem 36. 13. Plin. 10. Epist. 23. Tu ex quo nnmo sit notum mihi facere debes.

NOMARCHA, æ. m. [νομάρχης] Nomi præfectus. Plin. lib. 5. cap. 14.

NOMARCHIA, æ. f. [νομαρχία] Nomi præfectura in Ægypto. Plin. 5. 9. de Ægypto loquens, Summa pars contermina Æthiopiæ, Thebais vocatur. Dividitur in præfecturas oppidorum, quas nomos vocant, duodecim. Diodorus lib. 2. Ægyptum in sex & triginta nomos divisit. sed interpres æquivocatione deceptus, Leges pro Præfecturis transtulit, quum tamen apud Græcos Nomos pro præfectura accentum in posteriore syllaba habeat: pro lege vero, in priore. Nomos Herodotus & Satrapias pro eodem posuit: Darii regnum in viginti satrapias dividens totidemque nomos, id est regiones: unde Nomarchæ, earum regionum præfecti. Budæus.

NŎMOS, [νόμος] etiam Græcis dicitur Lex. Hinc
Nomos in carmine, ac cantilena. Suet. Neron. cap. 20. Ne concusso quidem repente motu terræ theatro, ante cantare destitit, quam inchoatum absolveret nomon. Sciendum, ait Cælius lib. 9. cap. 8. in carmine, ac cantilena, νόμον significare qualitatem vocis ac moderationem, qua vel remissiore, vel acutiore utimur. Eandem itaque cantilenam duobus tribusve nomis modulantur musici. Ratio autem nominis ea est, quia Græce νόμος, lex est. Veteres autem priusquam litteras scirent, leges cantabant, ne eas oblivioni mandarent: quod temporibus suis in more Agathyrsis fuisse Aristoteles scribit. Ergo primas posteriorum cantilenarum eodem appellarunt nomine, quo omnes vocabantur superiores. Hæc & plura Cælius. Nomorum varia nomina pete ex Plutarchi libello de Musica. conf. Boeth. 3. 14. De nomo orthio, V. Lex. Pitisc.

NŎMŎPHŸLAX, ăcis. [νομοφύλαξ] Legum custos & servator. ἀπὸ τοῦ νόμου, a lege: & φύλαξ, custos. Columel. lib. 12. cap. 3. extr. Non satis visum est, bonas habere leges, nisi custodes earum diligentissimos cives creassent, quos Græci νομοφύλακας appellant, &c. Cic. 3. de Legib 46. Græci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creantur: nec hi solum litteras (nam id quidem etiam apud majores nostros erat) sed etiam facta hominum observabant, ad legesque revocabant. Nomophylaces igitur vocant Græci, qui legibus præessent, eosque qui illis parerent, laudibus prosequerentur & honoribus: qui autem non parerent, pœna mulctarent. [Immo & docebant leges eos, quorum officium talem discipli-
nam

nam postulabat. V. Ant. Vandale Diss. 8. de Gymnasiarchis &c. Puto autem Nomophylacas pro singulis legum generibus alios fuisse. Alios nempe qui leges civiles, alios qui ceremoniarum, alios qui ludis solennibus positas custodirent, &c. universis enim qui sufficerent iidem?

NŏMŏTHĔTA, vel NOMOTHĔTES, æ. m. [νομοθέτης] Latine Legifer, vel Legislator dicitur. Unde Solon nomothetes dictus.

N O N

NŌN, [οὐ, οὐκ, οὐχὶ, οὐδέπω, μὴ] Adv. negandi; omnibus modis, præter imperativum, jongitur. [Imperativi Ne propria particula est. q. V. Indicativo. Cic. 4. Acad. 8. Illi non dubitant, quin ea vera sint quæ defendunt.

Optativo. Virg. 2. Georg. 43.

Non mihi si centum linguæ sint, oraque centum.

Subjunctivo. Quintil. lib. 9. cap. 4. Non igitur durum sit, neque abruptum, quo animi velut respirent.

Infinitivo. Ter. Phorm. 1. 2. 4.

Amo te, & non neglexisse habeo gratiam.

Non, non sic; vel Non, non est: ita geminatum, elegantem vim habet. Ter. Phorm. 2. 1. 73.

— non, non sic futurum est: non potest. Idem Adelph. 1. 2. 21.

Non est flagitium (mihi crede) adolescentulum
Scortari, neque potare: non est, neque fores
Effringere.

Non, pro Nonne, Interrogatio negativa, cui subintelligitur affirmatio. Ter. Phorm. 1. 2. 69.

Non si redisset pater, ei veniam daret? conf. Idem Hec. 3. 2. 7.

Plura occurrunt exempla in Borrich. Cogit. p. 178.

Non, per admirationem dictum. Ter. Heaut. 3. 3. 51. Atqui non opus est. s. non opus est! c. non hercle vero.

Non, respondentis negatio. Cic. 4. Verr. 106. Cognitorem ascribit Sthenio: quem? cognatum aliquem aut propinquum? non; Thermitanum aliquem honestum hominem ac nobilem? ne id quidem. at Siculum, in quo aliquis splendor, dignitasque esset? minime. [Non in responsione, cum per se Effatum efficiat, necesse est subaudiri τὸ Est, vel potius Ita est. V. quæ notavi in ITA.

Non, non. Ter. Heaut. 5. 1. 21. Opus esse argentum ut dares. M. non c. quid non? M. non inquam. c. neque ipse gnatus? M. nihil prorsus Chreme. Idem Adelph. 1. 2. 21. conf. Catul. 14. 16. & Manut. ad Cic. 1. Att. 9.

Nunquam, non si. Ter. Andr. 4. 2. 12.

Per omnes tibi adjuro deos, nunquam eam me desertorum:
Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omneis homines.

Nonne, V. infra suo loco & ordine.

Non etiamne. V. NE.

Non aliter, quam. Caius in l. Siquis alicui. §. ult. D. Mandati vel contra, Si mandatu meo Titio credideris, & mecum mandati egeris, non aliter condemnari debeo, quam si actiones tuas, quas adversus Titium habes, mihi præstiteris.

Non aliter, nisi. Cajus in l. 2. D. Quibus mod. pig. &c. Non aliter hoc facere conceditur, nisi prius ei debitum offerat.

Non ab re. Liv. 35. 32. Tamen non ab re esse Quintio visum est, sociorum aliquos, &c.

Non adeo. Ter. Eun. 5. 2. 41.

Non adeo inhumano ingenio sum, Chærea,
Neque tam imperita, ut quid amor valeat, nesciam. Ubi Donatus. Non adeo inhumano ingenio sum: h. e. Immitis non sum.

Non adhuc. Cic. de Senect. 8. Quod equidem non amisi adhuc, & vidETIS annos meos.

Non admodum delectari re aliqua. Cic. de Amicit. 49. Quid enim tam absurdum, quam delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut vestitu, cultuque corporis: animo autem virtute prædito, eo qui vel amare, vel (ut ita dicam) redamare possit, non admodum delectari?

Non alio modo quam. Plin. lib. 10. cap. 67. Salamandræ tantus rigor, ut ignem tactu exstinguat, non alio modo quam glacies.

Non ante. Cic. 10. Att. 4. De die nihil sane potest scribi certi, præter hoc, non ante lunam novam.

Non ausim, pro Non audebo, inquit Donatus. Ter. Eun. 5. 2. 45.

Non audio, Non libenter admitto, & consentio, interprete Donato. Ter. Phorm. 3. 2. 1. Dorio audi obsecro. D. non audio.

Non bonus. Plaut. Capt. prol. 65.

Non clam me est. Ter. Hec. 4. 1. 54.

Non continuo, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. Cic. pro Rosc. Amer. 49. h. e. Non ideo.

Non dictum est, h. e. Tanquam non dixeris. Plaut. Pœn. 4. 2. 91.

Non dico inter pecudem, sed &c. Cic. de Amicit. 48. Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem & hominem, sed inter hominem & saxum, aut truncum, aut quidvis generis ejusdem? h. e. Non solum, vel Nolim dicere tantum inter pecudem, &c.

Non diu apud hunc servies. Plaut. Pers. 4. 4. 65.

Non dubie. Plin. 5. Epist. 14.

Non dubia spes. Cic. 15. Fam. 4. Et provinciam ornatam, & spem non dubiam triumphi neglexi.

Non est consilium sic facere. Ter. Hec. 3. 4. 44.

Non hoc de nihilo est, quod Laches nunc me conventum esse expetit. Ter. Hec. 5. 1. 1.

Non ita est: sed uniuscujusque, &c. Cic. 1. Verr. 16.

Non est ita, Judices, non est profecto. Cic. pro Flacc. 52.

Non est quod metuas preces iniquas. Martial. lib. 5. 6.

Non est, non est in hoc homine cuiquam peccandi locus. Cic. 3. Verr. 10.

Non est, ut. Hor. 1. Epist. 12. 3.

— non est, ut copia major
Ab Jove donari possit tibi, &c. i. e. Nulla ratione fieri potest, ut copia major, &c. & ita loquuntur Græci, οὐκ ἔστιν ὅπως. quod loquendi genus crebro usurpat Lucret. ut lib. 2. 496.

— quare non est, ut credere possis
Esse infinitis distantia semina formis. & aliis plerisque locis. Ex Lamb.

Non igitur, Non ergo. Cic. de Amicit. 51. Non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam consequuta est. Non ergo erunt homines deliciis diffluentes audiendi, &c.

Non etiam. Quintil. lib. 9. cap. 2. Periculum tantum, non etiam offensa vitatur.

Non facile dixerim. Plin. lib. 2. cap. 3. An sit immensus, non facile dixerim.

Non fere quisquam nostræ industriæ favet. Cic. 7. Verr. 171.

Non fere quam. Cic. pro Sext. 51. Denique ex bellica victoria, non fere quam est invidia civium consequuta. In vetusto exemplari legitur Quenquam. [Rectius. Legi posset etiam, Non fere quem.

Non fere, nisi. Cic. de Amicit. 74. Quod non fere contingit, nisi iis qui etiam contemnendos se arbitrantur.

Non ideo, Non continuo, non protinus. Jurisconf. Quum decem tu dari stipulatus sis, non ideo posse te decem dari oportere intendere, quia, &c. V. Non continuo, supra.

Non imperitissimus. Cic. 1. Fam. 9. pr.

Non ita longa disputatione opus esse videtur. Cic. de Senect. 74. Mortem omnibus horis impendentem timens, quis poterit animo consistere? De qua non ita longa disputatione opus esse videtur.

Non ita multis ante annis. Cic. pro Rosc. Amer. 64.

Non ita antiqua simulacra. Cic. 6. Verr. 110.

Non ita multum mecum fuit. Cic. 4. Verr. 49.

Non ita multo post, per &c. Liv. 35. 11.

Non inepti homines. Cic. 7. Fam. 5. Sed more Romano, quomodo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem.

Non inertissimus homo. Cic. 1. Verr. 67.

Non injuria. Ter. And. 1. 1. 33.

Non jucundissimus. Cic. 4. Fam. 12.

Non magis. Plaut. Pers. 2. 3. 15.

Quod ego non magis somniabam, neque opinabar, neque censebam.

Non magis, quam. Paul. in l. Fistulam. in princip. D. de Servit. urb. præd. Sed non posse prohiberi vicinum, &c. non magis, quam si velit in triclinio suo, vel in cubiculo, aquam effundere.

Non malus. Ter. Eun. 2. 2. 43. Sed quid videtur hoc tibi mancipium? P. non malum hercle. Cic. 5. Verr. 166. Humo non malus.

Non male valeo. Plaut. Most. 2. 2. 24.

Non metuo nequid doleat quod ferias. Plaut. Bacch. 5. 5. 54.

Non minus. Liv. 1. 32. Non minus tribus puberibus præsentibus diceret.

Non minime commoveri. Cic. 6. Verr. 125. i. e. Maxime.

Non minimum corrumpunt vites. Varr. 1. de R. R. cap. 2.

Non modo. Quintil lib. 12 cap. 10. Primi, quorum quidem opera non vetustatis modo gratia visenda sunt, clari pictores fuisse dicuntur, Polygnotus atque Aglaophon. V. Manut. ad Cic. 1. Fam. 9.

Non modo, sed etiam. Cic. de Amicit. 44. Eaque adhibeatur ad monendum, non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit. Idem 1. Catil. 8.

Non modo petitum, sed ita. Cic. 1. Verr. 14. Hi sciunt hoc non modo a me petitum esse, sed ita sæpe, & ita vehementer esse petitum, ut &c.

Non modo, verum etiam. Cic. de Amicit. 11. Qui, duabus urbibus eversis, inimicissimis huic imperio, non modo præsentia, verum etiam futura bella delevit.

Non modo, sed ne. Cic. 13. Att. 9. Sed unum ejusmodi, quod nisi exercitus sciret, non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. Liv. 28. 29. & 30. 11.

Non modo non, sed etiam. Cic. 9. Fam. 14. Contigit tibi, quod haud scio an nemini, ut summa severitas animadversionis non modo non invidiosa, sed etiam popularis esset. Sæpe omittitur posterius Non. V. p. p.

Non modo non, sed ne. Cic. 10. Att. 4. Horum ego summorum imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictati videremur.

Non modo non, sed potius. Cic. de Amicit. 43. Talis improborum consensio, non modo excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est.

Non modo, pro Non modo non. Varr. de L. L. lib. 8. 2. Nunc jam primum dicam pro universa analogia, cur non modo videatur esse reprehendenda, sed etiam cur in usu quodammodo sequenda.

Non modo, pro Non solum non. Cic. 2. Philip. 107. Quos clientea nemo habere velit: non modo esse illorum cliens. conf. Tacit. 2. Ann. 26. 7.

Non modo, pro Nedum. Ci. 3. de Legib. 12. Nihil habui sane, non modo multum, quod putarem novandum in legibus.

Non multo post. Plaut. Truc. 2. 6. 42.

Non nemo, pro Nonnulli, vel aliqui. Cic. pro Lege Manil. 62. Quum esset non nemo in Senatu, qui diceret non oportere.

Non nequicquam isti unum Demetrium filium te habere, me subditum, & pellice genitum appellant. Liv. 40. 9.

Non nimis. Plaut. Epid. 3. 3. 23.

Non nimium. Plin. Paneg. cap. 78. extr. Neque enim potest non nimium esse privatis, quod principi satis est.

Nisi, non. Cic. de Amicit. 67. Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.

Non vivam vesperi, nisi illanc a me scelestam abigam. Plaut. Merc. 4 5. suppos. 2. 21.

Non nollem. Cic. 2. Fam. 15. Quod tamen fortasse non nollem, si possem ad otium.

Non omnes possunt. Cic. pro P. Sull. 23. Non possunt omnes esse patricii: si verum quæris, ne curant quidem.

Non parva exercitatio. Cic. de Amicit. 17. Magnum opus est, egetque exercitatione non parva.

Non parum facetus scurra. Cic. pro Quint. 11.

Non paulum nescio quid in rem suam convertit. Cic. pro Rosc. Amer. 5.

Non pauca suis adjutoribus large effuseque donabat. Cic. pro Rosc. Amer. 22.

Non plus quam ot virtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur. Cic. de Amicit. 48.

Non possum satis narrare, quos ludos præbueris intus. Ter. Eun. 5. 7. 9.

Non pridem, inquit Festus, æque & recte frequenter dicitur ac Jam pridem, Quam pridem. Plin. lib. 14. cap. 1. Generibus non pridem illustrata.

Non probus, pro Improbo. Cic. de Senect. 36. Nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum.

Non procul abhorres ab insania. Cic. pro Rosc. Amer. 68. Nisi tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania.

Non quicquam, pro Nihil. Hor. 1. Serm. 3. 6.

— Cæsar, qui cogere posset,
Si peteret per amicitiam patris, atque suam, non
Quicquam proficeret, &c.

Non quo, pro Non quia: vel Non quod, retractationis vel reprehensionis cujusdam sui gratia. Cic. 7. Att. 15. Ut ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem: non quo haberem magnopere quid scriberem, sed ut loquerer tecum absens. Idem 5. Verr. 39. Magnæque pecuniæ coactæ sunt: non quo jugerum numerum vere profiteri esset difficile &c. sed causa erat &c.

Non satis constat. Plin. lib. 12. cap. 19. Id accideritne ob iniquitatem præpotentium, an sorte, non satis constat.

Non scire, pro Nescire. Cæs. 1. Bell. Gall. cap. 44.

Non nescius. ut, Etsi non sum nescius, & quæ temporum ratio, & quæ tua potestas sit. Cic. 13. Fam. 8.

Non secus hanc causam defendissem, ac si lege Avitus teneretur. Cic. pro Cluent. 143.

Non si. Cic. 7. Verr. 10. Non dicam, ne illud quidem, si maxime in culpa fuerit Apollonius.

Non sine. Cic. de Amicit. 64. Quia non sine magna causa sit neglecta amicitia.

Non sine diis; Proverbii speciem habet, quo admonebant Græci Sine deo id fieri, quod absque deorum favore fit: sicut e contrario Cum deo dicebant, i. e. favente numine. Græce sic effertur a Pindaro, ὐ θεῶν ἄτερ, quod reddidit Hor. 3. Carm. 4. 20.

Non sine diis animosus infans, &c.

Non solum, sed etiam. Cic. Est enim munus ejus, non ingenii solum, sed laterum etiam & virium. Idem de Senect. 22. Omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed etiam externa bella.

Non solum, & Sed etiam, cum interpositione, ut sonantior sit compositio. Cic. 1. Fam. 9. Habui non temporum solum rationem meorum, sed etiam naturæ.

Non solum, verum etiam. Cic. de Senect. 9. Non solum, quia nunquam deserunt, ne in extremo quidem tempore ætatis, (quanquam id quidem maximum est) verum etiam quia conscientia bene actæ vitæ, multorumque bene factorum recordatio jucundissima est.

Non solum, secondo loco positum inter Imparia, aliquando inter paria. Cic. pro Cluent. Plura ne dicam, tuæ me etiam lacrimæ impediunt, vestræque, Judices, non-solum meæ. Idem 1. Off. 17. Ad quod est adhibenda actio quædam, non solum mentis agitatio.

Non solum, sine redditivo Sed etiam. Cic. 12. Fam. 29. Voltus mehercule tuos mihi expressit omnes, non solum animum ac verba pertulit.

Non solum, post Quoque. Liv. 28. 43. Ut meam quoque, non solum Reip. & exercitus vicem, videretur valde sollicitus.

Non tam utilitas parta per amicum, quam amici amor ipse delectat. Cic. de Amicit. 51.

Non tantum. Quintil. lib. 1. cap. 1. Et Q. Hortensii filiæ oratio, apud Triumviros habita, legitur, non tantum in sexus honorem.

Non tantum valet ut. Cic. de Amicit. 48. Angor iste qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet, ut tollat e vita amicitiam: non plus quam ut virtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur.

Non tantum, sed etiam. Cic. de Senect. 25. Nec vero dubitet agricola, quamvis senex, quærenti cui serat, respondere, diis immortalibus, qui me non accipere tantum a majoribus voluerunt, sed etiam posteris prodesse. In vetusto exemplari legitur, Non accipere modo hæc a majoribus voluerunt, sed etiam posteris prodere.

Non temere est, & properans venit. Ter. Eun. 2. 2. 60.

Non temere, pro Vix unquam, sive Fere nunquam. Suet. Octav. cap. 73. Veste non temere alia quam domestica usus est. Idem Calig. cap. 36. Erasm.

Non ultra quam, pro Tantum. Suet. Octav. cap. 67. Cosmum servum, gravissime de se opinantem, non ultra quam compedibus coercuit. Erasm.

Non vero, rarissime legitur. Cic. de Senect. 27. At hi quidem jam mortui sunt: non vero tam isti, quam tu ipse nugator. Ulp. Dig. l. 1. tit. 6. §. 3. Non vero in totum xeniis abstinebit Proconsul. V. Borrich. Vind. L. L. p. 142.

Non ut. Cic. 1. de Invent. 28. Nam sæpe satis est quid factum sit dicere, non ut enarres quemadmodum sit factum.

Non cuivis homini contingit adire Corinthum. Hor. 1. Epist. 17. 36. Huic proverbio locus est, quum significare volumus, esse difficile & operosum ad rem aliquam pervenire valde optabilem & expetendam. Natum est autem (ut vult Strabo) a Corinthiorum deliciis, illecebris, ac luxuria. V. quæ notat scholiastes Aristophanis in Pluto de scortis Corinthiis: & quæ Aul. Gell. lib. 1. cap. 8. de Laide meretrice, & Demosthene rhetore: & quæ Eustath. ad lib. 2. Iliad. Homeri.

Periodum hac particula claudi rarius est apud Latinos, occurrunt tamen exempla. Senec. Epist. 103. Fama utique vocem desiderat, claritas non. Cic. 8. Att. 3. Eam si nunc sequor, quonam? cum illo non. Idem 14. Att. 12. Octavium sui Cæsarem salutabant, Philippus non.

NONDUM, Adv. [οὔπω, οὐδέπω, μήπω, μηδέπω] i.e. Non adhuc. Cic. 11. Fam. 27. Nondum satis constitui.

Nondum dico quam hæc singula sint. Cic. 2. de Divin. 16.

Nondum manifesta sibi est. Ovid. 9. Met. 463.

Nondum omnium dierum sol occidit. Liv. 39. 26.

Nondum plane est expeditus. Cic. 4. Att. 16.

Nondum etiam. Ter. And. 1. 2. 30.

Quid hoc, intellextin', an nondum etiam ne hoc quidem? Idem Heaut. 3. 3. 36.

NONNE, [οὐ γάρ, μῶν, μή] Adv. interrogandi; ex Non & Ne compositum. Idem quod An non? Ter. And. 1. 5. 3.

Uxorem decrerat sese dare mihi hodie. nonne oportuit
Præscisse me ante? nonne prius communicatum oportuit? Cic.

7. Verr. 149. Nonne publice vindicaremus? Idem 5. Tusc. 35. Quum esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdiccæ filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret, &c. [Hic pro Num ne ponitur, quod ipsum forsan Tullius reliquit. Omitti certe in hoc Lexico non debuit. V. Tursellin. cap. 111. de Particul.

Non pro Nonne. Cic. 1. Catil. 27. Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Idem Verr. 7. 149. conf. Cæs. 2. Bell. Civil. 32.

Nonne, in fine positum Cic. pro Cæcin. 37. Verum ita est, uti dicis, te dejectum debeo intelligere, etiam si victus non fueris; nonne?

Nonne, indignantis & stomachantis. Lucret. 2. 17.

— nonne videre
Nil aliud sibi naturam latrare? Sic & illud Virg. 1. Æn. 41.
— mene incepto desistere victam? Turnebus.

NONNĬHIL, Aliquid, vel aliquantum. Ter. Adel. 1. 2. 62. Nonnihil molesta hæc sunt mihi. Cic. pro Quint. 1. Nonnihil commoveor. Nepos 23. 13. 2. Nonnihil temporis tribuit litteris.

Nonnihilo æstimare. Cic. 4. de Fin. 62. Non quia bonum sit valere, sed quia sit nonnihilo æstimandum.

NONNULLUS, a, um. Adj. Aliquis. Cic. 4. Acad. 70. Etenim de ceteris sunt inter nos nonnulla communia.

Nonnullum de alterius ingenio judicium facere. Cic. 1. Verr. 44.

Nonnullus honos. Martial. lib. 4. 31.

Nonnulla in re forsitan consilium tuum emendare possum. Cic. pro Muren. 60.

Nonnullum semen. Virg. 2. Georg. 22. [Nisi Non ullo legendum.

Nonnulli ita interpretantur. Nepos 25. 3. 2. conf. Idem 17. 8. 1.

NONNUNQUAM. Adv. i. e. Aliquando. Ter. Eun. 2. 3. 76.

Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.

Nonnunquam & Aliquando. Cic. 5. Fam. 8. Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam a me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. conf. Nepos 20. 1. 6.

NONNUSQUAM, In aliquibus locis. Plin. lib. 14. cap. 19. Nonnusquam vini fæce, acetove condiunt.

NŌNA, æ. f. una ex Parcis. Latini Nonam, Decimam, & Mortam, Parcas dixere, de quibus Gell. lib. 3. cap. 16. V. MORTA.

NŌNĂCRIS, is. f. [Νώνακρις] Locus in Arcadia, quondam civitas, ex Tripoli una. Vitruv. lib. 8. cap. 3. Est in Arcadia Nonacris nominata, quæ habet in montibus stillantes e saxo frigidissimos humores. Hæc autem aqua Στυγὸς ὕδωρ appellatur, quam neque argenteum, neque æneum neque ferreum vas potest sustinere, sed dissilit ac dissipatur. Conservare autem eam & continere, nisi ungula mulina, nil potest.

NONACRĬUS, a, um. Adj. [Νωνάκριος] pro Arcade Ovid. 5. Fast. 97.

Et matri & vati paret Nonacrius heros. Evandrum sic vocat.

NONACRĪNUS, a, aliud Adj. [Νωνακρῖνος] Ovid. 2. Met. 409.

Dum redit, idque frequens, in virgine Nonacrina Hæsit.

Atalanta Nonacrina. Idem 2. de Arte Am. 185.

Nemus Nonacrinum. Idem 2. Fast. 275.

Hamadryades Nonacrinæ, h. e. Arcadicæ. Ovid. 1. Met. 690.

NŌNÆ, arum. f. pl. [νῶναι Suid] dicuntur in Martio, Maio, Junio, & Octobri, Sex illi dies qui primum sequuntur: in reliquis vero mensibus, quatuor tantum illi dies primum sequentes. V. Rosin. Antiq. 4. 3.

Nonæ, quasi Novæ dicuntur, propter initium observationis. Vel quod ab eo die semper ad Idus novem dies computantur. Vel ideo Nonæ dicuntur, quod ante nonum diem sunt. Sive a nova Luna, quod Pontifex eo die novam lunam observaret, & visam Regi sacrificulo indicaret.

Nonæ, appellatæ, aut quod ante diem nonum Eidus semper, aut quod ut novus annus Calendæ Januariæ ab novo sole appellatæ, novus mensis, nova Luna Noneis. Eodem die enim ab agris in urbem ad regem conveniebat populus. Harum rerum vestigia apparent in sacreis Nonalibus in arce: quod tunc ferias primas menstruas, quæ futuræ sint eo mense, Rex prædicit populo. Hæc Varro lib. de L. L. 5. 4.

Nonarum aliæ quintanæ dicuntur, aliæ septimanæ. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 13. Januarius igitur, Aprilis, Junius, Sextilis, September, November, December, undetricenis censebantur diebus: & quintanas Nonas habebant. Martius vero, Maius, Quintilis, & October, dies tricenos singulos possidebant. Nonæ in his septimanæ erant. Hæc ille. Quintanas intellige, quod quinta dies ab initio mensis, sive a Calendis inclusive (ut nunc loquuntur) ad diem Nonarum in brevioribus mensibus: in longioribus vero Septimanas, quod hæc dies sit a Calendis septima simili modo. Et hoc non obscure colligitur ex his verbis ejusdem auctoris, quæ habentur in ejusdem libri cap. 15. Hinc aliis quintus a Calendis dies, aliis septimus Nonas facit. Meminit & Varro l. c. & Censorinus de Die natali, cap. 17.

Nonæ Caprotinæ. V. CAPROTINUS, & Lex. Pitisc. in Juno.

Nonæ Decembres. Hor. 3. Carm. 18. 10. Cic. pro Flacc. 102. O Nonæ illæ Decembres! quæ me Consule fuistis, quem ego diem vere natalem hujus urbis, aut certe salutarem appellare possum.

Nonæ Idus antecedunt, sicut & hi Calendas: itaque in enumeratione trium illarum mensis partium, cavebant diligenter Romani, ne ante Nonas & Idus, Calendas nominarent. Proinde Nonas Idus Cal. dicebant, ne si secus nominarent, male ominosum esset. Cicero tamen 3. in Verr. 149. Calendis Nonis Idibus dixit: in quo annotat Asconius, Religioso omine nominat multitudo Nonas, Idus, Calendas. Cicero Calendis & Idibus, Nonas addit; quamvis hoc pronuntiatione solvatur, ac temporum divisione hoc dici videre possimus. Ex Turneb. 15. 14. Sed Locus Asc. mutilus est, & aliter legitur in vulgatis.

NONAGESIMUS, NONAGINTA, NONARIUS, &c. V. NOVEM.

NONDUM, V. NON.

NONGENTI, V. NOVEM.

NONIUS, i. m. Senator Romanus. V. Plin. 37. 6. & Catull. 53. 2.

Nonius Marcellus, Grammaticus, cujus exstat libellus de Proprietate sermonum inter Auctores Latinæ Linguæ.

NONNE, NONNIHIL, NONNULLUS, NONNUNQUAM, V. NON.

NONNUS, i. m. [Νόννος] Panopolites, Poeta Christianus, qui carmine Græco Dithyrambico Dionysiaca, & paraphrasin Evangelii Johannis conscripsit. V. Suid. Voss. Poet. Gr. p. 791.

NONNUS, Vox Ecclesiastica pro Monacho. V. Voss. de Vit. Serm. 1. 6. & 2. 13. & de Orig. Idolol. 1, 24. &

NONNA, æ. f. Monacha. Hieron. Epist. 22. 6.

NONNŬLA, æ. f. Rete ad capiendas aves. V. Gloss. Isidor.

NONNUSQUAM, V. NON.

NONUS, V. NOVEM.

Norba, æ. f. Cæsarea, [Νῶρβα Καισάρεια] Lusitaniæ urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 5. Vulgo *Alcantara.*
Norba, Colonia Romana in Latio. Plin. 3. 5. Liv. 2. 34. & 7. 42.
Norbānus, a, um. Adj. ut, Norbanus ager. Liv. 8. 19.
Norbanus Cogn. gentis Juniæ. V. Lex. Pitisc. & Spanh. de U. & P. Num. diss. 10.
Nōrĭcum, i. n. [Νωρικόν] Regnum quondam, dein Regio in Europa (ut lib. 2. scribit Ptolemæus) quæ limites habet ab occasu Ænum fluvium, qui medius est inter Vindelicos & Noricos: a Septentrione Danubium: ab Ortu Solis montem Cecium, qui Pannoniam superiorem disterminat e Norico: a Meridie montem Curvancam, qui est super Istriam. Alpiumque pars, quæ & ex eo Noricæ dictæ sunt. Eam nunc regionem plerique Bavariam appellant. V. Lex. Pitisc.
Nōrĭcus, a, um. Adj. [Νωρικός] Hor. 1. Carm. 16. 9.
　Quas neque Noricus deterreret ensis.
Castella Norica. Virg. 3. Georg. 474.
Ignis Noricus. Ovid. 14. Met. 713.
Rura Norica. Claudian. Bell. Get. 365.
Norma, æ. f. [γνώμων] Fabrorum instrumentum. Nostrates *quadram*, vulgus *squierram* vocat: ut ait Budæus. Lambin. Norma ex duabus regulis constat inæqualibus, ita conjunctis, ut angulum rectum efficiant: γνώμονα Græci, *squadram* fabri nominant. Hæc ille. Vitruv. lib. 7. cap. 3. de tectorio opere loquens, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur.
Fallax norma. Lucret. lib. 4. 516.
Juris præscriptum, norma, & formula judicii. Cic. 2. de Orat. 178.
Legis norma. Cic. 2. de Legib. 61.
Loquendi norma. Hor. de Arte Poet. 72.
Naturæ norma, regula, præscriptio. Cic. 4. Acad. 140.
Orator norma, per translationem, pro Perfectissimo exemplo. Plin. 9. Epist. 26. Demosthenes ipse ille, norma oratoris & regula, num se cohibet & comprimit, quum dicit illa notissima, &c?
Veterum norma. Hor. 2. Carm. 15. 12.
Naturali norma legem bonam a mala dividere possumus. Cic. 1. de Legib. 44.
Acerrima aliquorum norma quædam dirigere. Cic. 3. de Orat. 188.
Dirigere vitam ad normam rationis. Cic. pro Muren. 3. Primum M. Catoni, vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissime perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo.
Ad istorum normam sapiens ille. Cic. de Amicit. 18. Nunquam ego dicam C. Fabricium, M'. Curium, Ti. Coruncanium, quos sapientes majores nostri judicabant, ad istorum normam fuisse sapientes. conf. ABNORMIS.
Normŭla, æ. f. [γνωμόνιον] dimin.
Normālis, e. Adj. [γνωμονικός] Quod ad normam factum est. ut, Normalis angulus. Quintil. lib. 11. cap. ult. Normalem pro Recto posuit, qualem norma efficit, ut ait Budæus. Aggen. de Limit. agror. p. 53. Goes. Rigores normales. V. Rigalt. Gloss. Manil. 2. 289.
　Quorum designat normalis virgula sedes.
Normalĭter, Adv. Frontin. de Limit. Quæ normaliter ex rigore aguntur. Ammian. 20. 4. Cum luna a regione normaliter steterit, lumine pleno fulgebit.
Normo, āre. Diomed. Grammat.
Normātus, a, um. Partic. [γνωμονισμένος] Columel. lib. 3. cap. 13. Antiquam illam ciconiam infiximus, ut tanquam suppositæ basi ad perpendiculum normata insisteret.
Normatio, ōnis. f. Fragm. agrar. de limit. p. 217. Goes.
Normatūra, æ. f. Innocent. de Casis litter. p. 221. edit. Goes.
Normannia, æ. f. Regio Galliæ ad Oceanum Britannicum sitæ, quæ a Carolo Magno devicta, fidem Christianam suscepit. Biducensium regnum videtur appellare Ptolemæus lib. 2. Al. Nortmannia.
Normanni, vel Nortmanni, [Βιδουκέσιοι] Pars Danorum fuere, Oceani accolæ, Cimbricæque Chersonesi habitatores: sic appellati, quod Septentrionales homines essent. *Nort* enim lingua Germanica Septentrionem significat: *Man*, Virum. Hi Galliam ultra Sequanam occuparunt, & ei regioni Normanniæ nomen indiderunt. Dicti sunt aliquando & Suetones. Ex Andrea Althamaro in Tacitum.
Nortia, æ. f. Tuscis Fortuna: quam Hetruscam deam vocat Liv. 7. 3. conf. Juvenal. 10. Sat. 74.
Norvegia, æ. f. [Νορβηγία] Regio in Europa Septentrionalis, versus Oceanum Germanicum sita. Sub imperio est Danorum. Interpretatur Septentrionalis via. *Nort* enim Germanica lingua Septentrionem significat: *Weg*, viam.

N O S

Nos, nostrûm vel nostri, [ἡμῶν, ἡμῖν] plurale est ab Ego, mei.
Nos inter nos. Cic. 10. Att. 4. Ego enim ad eum scribam, ut tu ipse voles, de ea re nos inter nos loquutos. Ter. Adel. 2. 4. 7.
　Age, inepte, quasi nunc non norimus nos inter nos, Ctesipho.
Nobiscum assuescite mensis. Virg. 8. Æn. 174.
Nil nostri miserere. Virg. 2. Ecl. 7.
Enallage vetus est apud Tibul. 3. 6. 55.
　Perfida nec merito, nobis inimica merenti. 　pro Merentibus. V. Broeckh. & Cerda ad Virg. 9. Æn. 525. & Voss. de Constr. cap. 55.
Nosmet, pro Nos ipsi. Plaut. Rud. 1. 2. 38. Si non moneas, nosmet meminimus. Ter. Phorm. 1. 3. 20. Nostri nosmet pœnitet.
Nosmet ipsi. Cic. 4. de Fin. 25. Sed primum positum sit, nosmet ipsos commendatos esse nobis. Idem 4. Acad. 115. Discedamus a nobismet ipsis, de sapiente loquamur.
Nosmet ipsi inter nos. Cic. 14. Att. 15. Nosmet ipsi inter nos conjunctiores simus, quam adhuc fuimus.
Noster, tra, trum: [ἡμέτερος] gen. Nostri, æ, i. Pronomen possessivum.
Noster, ἀντὶ ἀλλοτρίου, qui non est noster. Ter. Phorm. 1. 2. 67.
　Noster quid ageret, nescire, & illam ducere
　Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
Noster ille. V. ILLE.
Noster est. Ter. Adelph. 5. 8. 29. i. e. Ex nostra familia. conf. Plaut. Mil. 2. 5. 20. & Cist. 4. 2. 48.
Noster, pro Nostri ordinis. Hor. 2. Serm. 6. 48.
　—noster ludos spectaverat, una
　Luserat in campo. 　Turnebus hunc enarrans locum, Imitator, inquit, sermonem hominum sibi invidentium, & mirantium tam prosperam secundamque fortunam suam. Horatius, inquiunt, nostri ordinis & loci erat, & in ultima cavea nobiscum spectabat ludos inter pauperum cuneos, in campo Martio nobiscum sese exercebat, qui fortunæ filius nunc videtur, tantis auctus successibus est. Nam Senatores ludos spectabant ex orchestra: a quatuordecim ordinibus equites: & plebejorum lautiores & ditiores commodius sedebant, pauperiorum deterior ut conditio, sic & in cavea locus. In campo quoque generosi cum generosis se exercebant, pauperes cum pauperibus. Ergo juvenem Horatium olim sui fuisse ordinis dicebant, qui fortunæ indulgentia ad amicitiam Mæcenatis, opesque pervenerit, & fortunæ beneficio provectus sit ad tantam felicitatem.
Noster, pro Nostras. Ter. Eun. 2. 3. 21.
　Haud similis virgo est virginum nostrarum, &c. 　Ubi Donatus, Nostrarum, civium scilicet, id est terræ ac patriæ nostræ. ut Virg. 2. Georg. 89.
　Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.
Ex Cic. adde exemplum. Nostrorum hominum longe ingeniosissimus. Cic. pro M. Fontejo 223. H. St.
Nostri & Externi, contraria. Plin. lib. 20. cap. 25. i. e. Latini & Græci. De balsamo.
Noster eris, Nostrorum in numero. Virg. 2. Æn. 149.
Noster, blandientis est aliquando. Ter. Hec. 5. 2. 4.
　Noster socer video venis, puero nutricem adduxit. 　Et magis hoc consuetudine dictum est, quam integritate, inquit Donatus.
Noster, i. e. Nobis favens. Dii enim nostri dicuntur esse, qui nobis favent, ut apud Virg. 12. Æn. 20.
　Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem. V. MARS. Et 12. 539.
　　—nec dii texere Cupencum
　Ænea venienti sui. 　Turnebus.
Nostra, pro Mea, moraliter dictum, auctore Donato. Ter. Eun. 2. 3. 69.
　Estne ut fertur forma? P. sane. CH. at nihil ad nostram hanc. P. alia res est.
Nostra omnis lis est: i. e. Vicimus. Plaut. Cas. 2. 8. 73.
Nostri an alieni simus. Plaut. Mil. 2. 5. 21.
Nostrarum, pro Nostrum. Ter. Eun. 4. 4. 81.
　　—hunc oculis suis
　Nostrarum nunquam quisquam vidit, Phædria. 　Ubi Donatus, ἀρχαϊσμός est figura, pro nostrum, vel nostrarum, id est quæ familiæ nostræ sunt.
Nostrum omnium adolescentia, pro Nostra omnium adolescentia. Cic. de Provinc. Cons. 40. Primum illud tempus familiaritatis ac consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quæ C. Varroni consobrino nostro ab omnium nostrum adolescentia fuit, prætermitto. Budæus.
Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse. Ter. Phorm. 5. 2. 1.
Nostras, ātis. Adj. [ἡμεδαπός] a Noster deducitur: & significat, E nostra gente vel patria. Plin. lib. 15. cap. 29. Tarentinam folio minuto, nostratem patulo, exoticam densissimo.
Nostratia verba. Cic. 9. Fam. 2.
Nostrates philosophi. Cic. 5. Tusc. 90. Nostræ sectæ.
Facetiæ nostrates. Cic. 9. Fam. 15. Mirifice capior facetiis, maxime nostratibus, præsertim quum eas videam primum oblitas Latio, tum quum in urbem nostram est infusa peregrinitas.
Nostrates gallinæ. Columel. 8. 1.
Ulmus procerior quam nostras. Idem 5. 6.
Nostrātim, Adv. i. e. Nostro more. Sisenna apud Charis. p. 196.
Noscentia, Noscibilis, &c. V. in NOSCO seq.
Nosco, nōvi, nōtum, [γνόω] ĕre. Convenit significatione cum composito Cognoscere. Cic. 10. Fam. 4. Scriberem plura, si rem, causamque nossem.
Nosco e Græco fit: nam Græci γνώσκειν dicunt Cognoscere: γνωτὸν, Cognitum. Hinc Latini veteres non Nosco, sed Gnosco dicebant; & Gnotum, non Notum.
Noscere, percipere, comprehendere. Cic. 4. Acad. 83.
Mente. Cic. 1. de Nat. Deor. 37. Deus ille, quem mente noscimus, atque in animi notione, tanquam in vestigio, volumus reponere, nusquam prorsus apparet.
Novi animum tuum. Ter. Heaut. 3. 3. 9. h. e. Ego probe teneo conjecturas animi: quod vulgus dicit *Cognosco tuam naturam.*
Novi tuum animum de nostris factis. Plaut. Stich. 1. 1. 4.
Nosse de facie. Cic. in Pison. 81. Habet hoc virtus (quam tu ne de facie quidem nosti) ut viros fortes, &c.
Novi & scio. Ter. And. 5. 4. 32.
Bene te novi. Ovid. 2. de Pont. 3. 49.
Unde tam bene me nosti? Hor. 2. Serm. 3. 18.
Omnes philosophiæ partes atque omnia membra tum facillime noscuntur, quum totæ quæstiones scribendo explicantur. Cic. 1. de Nat. Deor. 9.
Familiariter aliquid nosse. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Optime unumquemque nosse. Cic. 3. Verr. 17.
Artem Romanam noverat. Ovid. 3. Fast. 103.
Excusationem noscere, i. e. Admittere. Cic. 4. Fam. 4. & 11. Att. 7.
Faciem hominis novi, Novi formam, Novi hominem. Ter. Hec. 3. 4. 25.
Faciem noverat ducis. Ovid. 8. Met. 23.
Herbas salutiferas nosse. Stat. 1. Achil. 117.
Ingenium. Ter. And. 1. 1. 26.
Leges & jura alicujus civitatis. Cic. in Pison. 30.
Locum novi. Ter. Adelph. 4. 2. 34.
Ludum. Plaut. Amph. 4. 1. suppos. 1. 32.
Nosmet ipsos noscere, difficillimum est. Cic. 1. de Legib. 58.
Omnia novi tecum. Ter. Phorm. 5. 9. 43.
Omnem rem novi. Ter. And. 4. 5. 50.
Saporem nosse. Plin. lib. 13. cap. 4.
Se quisque noscat. Cic. 1. Tusc. 52.
Teipsum nosce. Juven. 11. Sat. 27.
Venerem nosse. Plin. lib. 10. cap. 63. i. e. Coitum expertum esse.
Viam novi. Ter. Heaut. 2. 3. 7.
Vox noscitur. Stat. 5. Silv. 1. 172.
Vultum alicujus. Lucret. lib. 3. 468.

Noscor. Ovid. 1. Trist. 4. 29.

— nec noscitur ulli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.

Vox sola mariti noscitur. Stat. 5. Silv. 1. 171.

Novi ut. Plaut. Amph. prol. 106.

Nam ego vos novisse credo jam, ut sit pater meus.

NOSCENS, entis. Partic. Catull. 69. 140. — Juno
Noscens omnivoli plurima furta Jovis.

NOSCENTIA, æ. f. Symmach. 6. Epist. 11. Fortasse quæratis quid etiam nunc referri in noscentiam meam postulem Idem 4. Epist. 9.

NŌTUS, a, um. Partic. [ἐγνωσμένος] Plin. lib. 16. cap. 18. Alpina & hæc arbor, nec vulgo nota.

Notus pulchre. Plin. lib. 21. cap. 6.

Ut cuiquam, qui ipse notus sibi sit, hoc est qui suam naturam, sensumque perspexit, &c. Cic. 2. de Fin. 16.

Notus mihi nomine tantum. Hor. 1. Serm. 9. 3.

Notus omnibus improbitate & vitiis Cic. pro Cluent. 46.

Fama super æthera notos. Virg 1. Æn. 383.

Hinc usque ad sidera. Virg 5. Ecl. 43.

Notus, Adj. [γνωτὸς, γνώριμος] ior, issimus. Cic. 4. Acad. 13. Tum ad hos notiores, &c. referre in eundem numerum solent. Idem 4. Acad. 102. Qui erant, quæ paulo ante dixi, notissima.

Notus & Obscurus, contraria. Cic. pro Muren 16. Tua vero nobilitas, Servi Sulpici, tametsi summa est, tamen hominibus litteratis & historicis est notior, populo vero & suffragatoribus obscurior.

Facere aliquem notiorem circa vitia. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Factus est notior. Ovid. 3. de Pont. 1. 51.

Notissimi inter se, quia semper pares ordines duxerunt. Liv. 8. 8.

Agamemnone notior Orestes. Val. Max. 4. 7. pr.

Notissimum evasit exemplum. Idem 8. 3. 2.

Canibus nostris non Delia notior. Virg. 3. Ecl. 67.

Notus, Amicus & carus. Virg. 6. Æn. 499.

— & notis compellat vocibus ultro. Servius.

Causa nota meæ ruinæ. Ovid. 4. Trist. 10. 99.

Divortia. Virg. 9. Æn. 379.

Fabula. Ovid. 2. de Arte Am. 562.

Facta. Ovid. 14. Met. 696.

Fides. Ovid. 3. Fast. 386.

Frutices aucupibus. Ovid. 1. de Arte Am. 43.

Homo. Hor. 1. Serm. 2. 31.

Insula notissima fama. Virg. 2. Æn. 21.

Iter notum arripit. Stat. 1. Theb. 101.

Latro notus & insignis. Cic. 11. Philip. 10.

Litora. Virg. 1. Æn. 673.

Locus prodigio. Ovid. 6. Met. 321.

Locus notissimus. Cæs. 4. Bell. Gall. 24.

Noti & tractati loci. Cic. in Orat. 118.

Mulier nota & Nobilis. Cic. pro Cœl. 31. V. NOBILIS.

Negotium alicujus vulgatum & notum. Cic. 2. Q. frat. 12.

Pietatis notæ alumnus. Ovid. 14. Met. 443.

Res notæ, testatæ, & manifestæ. Cic. 2. Verr. 48.

Res nota, & apud omnes pervulgata. Cic. 4. Verr. 85.

Vir dulci notus amore. Sil. lib. 8. 147.

Notum mihi. Cic. ad Brut. 14. Nondum erat tibi id notum.

Patent hæc, & nota sunt omnibus. Cic. pro Milon. 77.

Nota loquor. Tibull. lib. 2. 3. 63.

Notum facere, Unde Notificare. Suet. Aug. cap. 65.

Ignotis nota facere simulacra corporis. Cic. 5. Fam. 12.

Notus, Qui novit. Plaut. Pseud. 4. 2. 39.

Herus meus est imperiosus. 2. novi: notis prædicas. Phædr. 1. 12.
Virtutis expers verbis jactans gloriam,
Ignotos fallit, notis est derisui. V. Drakenb. ad Sil. 2. 98.

Notus Passive. Matut. Schol. in lib. 5. Epistolar. H. St.

Noti, Absol. Amici. Virg in Ciri, 159.

Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus. Catull. Carm. 80. 4.
Nec tria notorum basia repererit.

NŌTIO, ōnis. f. [νόησις, ἔννοια] Cognitio, Intelligentia. Boethius in Comment. Topic. Notio intellectus est quidam & simplex mentis conceptio, quæ ad res plures pertineat a se invicem differentes. Plin. lib. 17. cap. 28 Cujus rei rationem notionemque eodem volumine tradidit.

Intelligentiæ vis ac notio. Cic. 1. de Nat. Deor. 26. Aperta simplexque mens, nulla re adjuncta, quæ sentire possit, fugere intelligentiæ nostræ vim & notionem videtur. i. e. Intelligi & concipi nequit.

Forma, species, & notio boni viri. Cic. 3. Off. 81.

Naturalis atque insita in animis nostris. Cic. 1. de Fin. 31.

Informata notio deorum in animis nostris. Cic. 2. de Nat. Deor. 13.

Insitæ & quasi consignatæ in animis notiones. Cic. 1. Tusc. 57. V. CONSIGNO.

Communes notiones definitiones declarant. Cic. 4. Tusc. 52.

Complicatam animi notionem evolvere. Cic. 3. Off. 76.

Habere notionem alicujus rei. Cic. 4. Acad. 33. Quæ ista regula est veri & falsi, si notionem veri & falsi, propterea quod ea non possunt internosci, nullam habemus?

Dei notionem nullum animal est quod habeat, præter hominem. Cic. 1. de Legib 24.

Impressit notionem in animis Natura. Cic. 1. de Nat. Deor. 43.

Notio sic quæritur, sitne id æquum, quod ei, qui plus potest, utile est. Cic. in Topic. 83.

Notio, pro Cognitione causæ. Tacit. 3. Ann. 59. 1. Tiberius dilata notione de jure Flaminis. Liv. lib. 27. 35. Mediis ad Censores, non ad Senatum, notionem de eo pertinere dicentibus: Cujus sententiæ & Fabius fuit.

Notio, pro Cognitione judiciali. Ulpian. in l. 1. §. Quicquid. D. De offic. præfect. urb. Sed si ultra ipsum lapidem egressum est, Præfecti urbi notio non est.

Notiones censoriæ. Gell. 17. 18. V. paulo supra Liv.

Judicium Censorium, ac notionem, & illum morem severissimum magistratuum, Clodius de civitate sustulit. Cic. de Provinc. Cons. 46. ubi Verburg. V.

NOTITIA, æ. f. Idem ac Cognitio. [γνῶσις] Ter. Heaut. 1. 1. 1.

Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. Hæc eadem verba habet Cic. 2. de Fin. 14. Idem de Senect. 12. Qui sermo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis?

Involutæ rei notitia definiendo aperienda est. Cic. in Orat. 116.

Mulieris nova notitia. Cic. pro Cœl. 75.

Peccati notitia est initium salutis. Sen. Epist. 28.

Veri & falsi notitiam creare. Lucret. lib. 4. 478.

Dare plus notitiæ alicui, Facere aliquem notiorem. Ovid. 3. de Pont. 1. 50.

Dare alicui vestigia notitiæ. Lucret lib. 2. 123.

Eripere notitiam. Ovid. 2. de Pont. 10. 5.

Facere notitiam. Ovid. 4. Met. 59.

Habere notitiam alicujus rei. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Habere notitiam feminæ, pro Concubuisse cum fem. Cæs. lib. 6. de Bell. Gall. 21.

Infitiari notitiam alicujus. Ovid. 4. de Pont. 6. 42.

Ingenuit notitias parvas rerum maximarum Natura. Cic. 5. de Fin. 59.

Instruere judicem notitia rerum. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Præbere notitiam. Lucret. lib. 5. 125.

Subtrahere notitiæ alicujus aliquid. Cels. lib. 6. cap. 6.

Venire in notitiam alicui, Fieri notum. Ovid. de Nuce 29. Spartian. Adrian. cap. 24. Quod cum in Antonini usque notitiam venisset.

NOTITIES, ēi. f. Idem. [γνώρισις] Vitruv. lib. 6. in proœmio, Ideo notitiei parum est assequuta.

Notities hominum divis unde insita primum, &c. Lucret. lib. 5. 182.

NŌTOR, ōris. m. Qui ignoti notitiam dat. Sen. Epist. 39. Qui notorem dat ignotus est. Idem in ludo, Si quis a me notorem petiisset, te fui nominaturus, qui me optime nosti. Petron. cap. 92. Nisi notorem dedissem. V. Lex. Pitisc.

NOTŌRIUS, a, um. Adj. [ἔγγραφος] ut, Crimen notorium apud JCtos.

NOTORIUM, i. n. Testificationem genus. Paulus in l. Ab accusatione. D. Ad Senatuscons. Turpilianum, Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis suis assistere jubentur. Et C. de Accusationib. l. Ea lege, Verum falsis, nec ne, notoriis insimulatus sit, perpenso judicio dispici debet. Sensus hoc in loco est, Nuntiatores qui reos deferunt, per notoria. licet citra calumniæ metum accusent, debere tamen assistere suis indiciis, atque tueri notoria, quæ attulerunt, interim dum quæstio de crimine habetur. Budæus in dicta lege Ab accusatione in posterioribus Annotationibus. Turnebus 15. 20. se in quodam antiquo lexico legisse scribit, Elogium, esse contextum malorum gestorum, quod notoriam dicunt: atque ita in jure civili accipitur. V. Lex. Pitisc. [Sed in Jure est Notorium, n. g.

NOTORIA, æ. f. Subst. Epistola dicitur, quæ aliquid notum facit & indicat, aut scriptum aliquod. Trebellius Pollio in Claud. cap. 17. Nihil me gravius accepit, quam quod notoria tua intimasti. Alii Notoriam accipiunt pro Epistola notarii manu scripta, sed falluntur. Ex Turnebo. Apul. Met. 7. p. 189. Elmenh. Ille, qui commodum falsam de me notoriam pertulerat. Augustin. Epist. 160. Qui non accusantibus nostris, sed illorum notoria, ad quos tuendæ pacis vigilantia pertinebat, præsentari videntur examini. conf. Lex. Pitisc.

NOSCIBILIS, e. Adj. Augustin. de Trin. 9. 5. Mens noscens, vel nota, vel noscibilis. Idem cap. ult

NŌTESCO, [διαγνωρίζομαι] ĕre. Notum fieri. Propert. lib. 13. 2. 37.

Nec minus hæc nostri notescet fama sepulchri.

Magis atque magis notescere. Catull. ad Mallium, 66. 48.

Bonis consiliis notescere volebat. Tacit. 4. Ann. 7.

Fama notescet nostri sepulchri. Propert. lib. 2. 13. 37.

Ingenia notescunt. Tacit. 16. Ann. 20.

Libertis quoque ac janitoribus ejus notescere, pro magnifico habebatur. Tacit. 6. Ann. 8.

Litora notescent exsilio. Lucan. lib. 5. 784.

Malis facinoribus notescere. Tacit. 12. Ann. 8. 3. Idem 1. 73. 3.

NOTIFICO, [ἀναγνωρίζω] āre. Notum facere. Ovid. 2. de Pont. 2. 12.

Atque modum culpæ notificare velis. Gell. lib. 9. cap. 3. Non. Marcell. 2. 585.

NOSCITO, [Διαγινώσκω] āre. frequent. a Noscere. Plaut. Trin. 4. 2. 21.

Loca contemplat, circumspectat sese, atque ædes noscitat. Idem Amph. 2. 1. 80. &c.

Ducum nomina noscitare. Plin. Paneg cap. 17. Liv. 3. 28. Circumspectare omnibus fori partibus Senatorem, raroque usquam noscitare. Idem 6. 25. pr.

Noscitur. Catull. in Epithal. Juliæ, 59. 223.

— & facile insciis
Noscitetur ab omnibus.

Præfecti noscitabantur. Curt. 3. 11. 10.

Ut via facies noscitaretur. Idem 8. 13. 24.

NOSCITANS, antis. Partic. Liv. 22. 6. Facie quoque noscitans.

NOSCITĀBUNDUS, a, um. Adj. [Διαγινώσκων] Gell lib. 5. cap. 14. de leone, Deinde sensim atque placide, tanquam noscitabundus, ad hominem accedit. h. e. Tanquam noscitans, sive agnoscens.

NOSCŌPION, i. n. [Νωσκόπιον] Lyciæ urbs est, apud Plinium, lib. 5. cap. 27.

NŌSŎCŌMĪUM, i. n. [νοσοκομεῖον] Hospitale languentium, villa & diversorium, ad quod divertunt ægrotantes pauperes. Hieron ad Oceanum, Epist. 30. cap. 2. Censum, quem habere poterat, distribuit, dilapidavit, ac vendidit. & in pecuniam congregatum. usibus pauperum præparavit. Et primo omnium nosocomium, id est languentium villam instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus atque inedia miserorum membra refoveret.

NOSODŎCHĪUM. i. n. [νοσοδοχεῖον] Idem quod Nosocomium.

NŌSŎRA, æ. f. [Νόσορα] Insula est maris Rubri, teste Stephano: cujus incolæ dicuntur Nosoreni.

NOSSĪDES, um. f. pl. [νοσσίδες] e genere Calceorum muliebrium, Polluci lib. 7. cap. 22.

NOSTRAS, &c. V. NOS.

N O T

NŌTA, æ. f. [σύμβολον, σημεῖον, σύμβολον] a Nosco, nōvi, nōtum, derivatur, teste Perotto. Festus, Nota nunc significat Signum, ut in pecoribus, tabulis, libris, litteris singulæ aut binæ: nunc Ignominiam. Hactenus Festus. Plin. lib. 11. cap. 39. Mammas homo solus e maribus habet:

habet: cetere animalia mammarum notas tantum. Cic. in Partit. 26.
Nam ut illa constat ex notis litterarum. De litterature.
Rerum notæ. Cic. 5. de Fin. 74.
Arcanæ. Ovid. 3. de Arte Am. 804.
Cærula nota Insignis. Senec. Hippol. 10. V. CÆRULEUS.
Genitiva nota. Suet. Aug cap. 80.
Grandibus notis maculosus. Virg. 3. Georg. 427.
Lascivis notis livida colla. Ovid. 1. Amor. 8. 98.
Purpureæ. Ovid. 6. Met. 577.
Abolere notas. Claud. de Bell. Gildon. 430.
Apponere notam ad malum versum. Cic. in Pison. 73.
Compunctus Threiciæ notis. V. COMPUNGO.
Ducere notam. Hor. 4. Carm. 2. 9. De vitulo.
Excessere nondum cædis notæ de pectore. Ovid. 6. Met. 670.
Fecit notam sine vulnera. Ovid. 11. Met. 9.
Figere notas dente. Tibul. 1. 8. 38.
Impressit memorem notam dente labris. Hor. 1. Carm. 13. 12.
Imponere notam. Columel. lib. 7. cap. 9.
Monendi sumus hac nota. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Præbere notam malitiæ. Plin. lib. 11. cap. 52. extr.
Nota & formula cujusque generis dicendi. Tria autem sunt genera, sublime, humile, medium. Cic. in Orat. 75. Sequitur ut cujusque generis nota quæratur & formula. Notam & formulam vocat, quod superius Græco vocabulo χαρακτῆρα dixerat, hoc est figuram & modum dicendi.
Ejusdem notæ. i. e. Ejusdem generis. Senec. lib. 2. Nat. Quæst. 2. extr. Ex hac nota corporum aer est. Sic, Secundæ notæ dicuntur, Quæ sunt infra primam excellentiam.
Nota, pro Scriptura usurpatur. Cic. 7. Fam. 29. Quare, Cicero mi, persevera constanter nos conservare, & Sulpicio successori nos de meliore nota commenda. Natum autem est genus istud loquendi De meliore nota, ab eo quod veteres solebant vini cados, testas, amphoras, in cellis condere notatas, id est insignibus quibusdam litteris, aut aliis notis distinctas, ad ætatem, aut præstantiam vini significandam. Hinc illud apud Hor. 2. Carm. 3. 8.
Interiore nota Falerni. Et 1. Serm. 10. 24.
— Chio nota si commista Falerni est. conf. Petron. cap. 34. Casaubonus proverbiale illud De meliore nota, ad eas notas refert, quibus in commendatitiis litteris Romani proceres utebantur, distinguere soliti serias commendationes a perfunctoriis nota privata apposita. V. in Æn. Tactic. cap. 31. Scaliger ad nummos respici putat, in quibus quicquid inscriptum impressumque est dicitur Nota. Sic nummi malæ notæ, [illegible], &c.
Bonæ notæ vinum. V. BONUS.
Publicis notis incisa marmore. Hor. 4. Carm. 8. 13.
Priscarum litterarum notæ in robore insculptæ. Cic. 2. de Divin. 85.
Mandare notas & nomina foliis, Scribere in foliis. Virg. 3. Æn. 444.
Musicæ notæ. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Notæ sunt, Quibus compendio scribitur. Suet. Cæs. cap. 56. Exstant & ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus, in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo litterarum ordine, ut nullum verbum effici posset: quæ si quis investigare & persequi vellet, quartam elementorum litteram, id est, D pro A, & perinde reliquas commutet. Gellius de notis Cæsaris scribit, lib. 17. cap. 9.
Notis scribere, est Compendioso scribendi genere in excipiendo uti. Modestinus, Eos, qui notis scribunt acta præsidum, Reip. causa non abesse certum est. Suet. de Tito principe Romano, cap. 3. Budæus.
Nota, Infamia, Macula, & ignominia aliquando dicitur, sive probrum. Lucil. lib. 30.
Quem scis scire tuas omnes maculasque, notasque. Cic. 3. Off. 74. O turpem notam temporum!
Turpitudinis notis omnibus insignis homo. Cic. pro Rabir. 24.
Evadere notam. Ulpian. in l. 1. §. bestias. D. de postulan.
Eximere notæ, Remittere infamiam. Gell. lib. 4. cap. ultimo.
Ferre notam. Senec. Herc. fur. 9. Hanc ferat virtus notam?
Habere notam. Propert. lib. 1. 18. 8.
Inurere. Cic. 1. Philipp. 32. Idem 1. Catil. 13. Ubi respicitur ad veterum morem, qui servorum frontibus notas inurere solebant.
Notare insigni quadam nota & ignominiæ litteras alicujus. Cic. de Provinc. Conf. 25.
Laborare nota. Ulpian. in l. 2. in princ. D. de his qui notant. Infam.
Subire notam. Cic. in Pison. 41. Vos autem sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subieritis.
Nota, aliquando ad Laudem refertur. Ovid. 1. Fest. 596.
Ille Numantina traxit ab orbe notam. i. e. Titulos & Cognomentum triumphale. Scipio enim Æmilianus ab urbe Numantia devicta, dictus est Numantinus. Virg. 3. Georg. 158.
Continuoque notas & nomina gentis inurunt. De vitulis.
Familiaris. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 14.
Notæ, Reprehensiones. Cic. 13. Fam. 6. Plin. Epist. 137.
Censoria. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Censoriæ severitatis. Cic. pro Cluent. 129. conf. Suet. Claud. cap. 16. & Gell. 4. 12. & 20. & Buchner. ad Plin. 9. Epist. 13.
Inurere notam censoriam alicui. V. INURO.
Invitare ad notam: h. e. Ad infamiam. Plin. lib. 2. Epist. 6. Eadem omnibus pono: ad cœnam enim, non ad notam invito, cunctisque rebus exæquo, quos mensa & toro æquavi. i. e. Non ut per diversas vini species, convictoribus appositas, amici cognoscantur, quoto sint loco apud me. Sic, Allevare notam. Tacit. 1. Hist. 52. 2.
Nota, Quodcunque signum significat. Liv. 34. 61. extr. Edit nomina eorum, quibus conventis opus esset; instruit etiam secretis notis, per quas haud dubie agnoscerent, sua mandata esse. i. e. Dat signa quibus fidem faceret Ariston se ab Annibale esse missum.
Furtivæ notæ. Ovid. 1. Amor. 4. 18.
Occultæ. Ovid. 16. Epist. 84.
Notæ amoris. i. e. Signa. Cic. 1. Att. 10.
Notæ salutis & mortis. Celsus lib 2 cap 6. ad finem.
Nota, pro Signo & argumento. Ovid. 1 Met. 761.
Servitutis quædam nota inerat in illo fœdere. Cic. 7. Verr. 50.

Notas & vestigia scelerum suorum multis in locis relinquere. Cic. 4. Verr. 115.
Insignitæ notæ veritatis apparent in animis immortalibus. Cic. 1. de Divin. 64.
Argumentorum quasi notæ loci dicuntur. Cic. in Orat. 46.
Signa & notas ostendere locorum. Cic. 2. de Orat. 174.
NOTŬLA, æ. f. Mart. Capella 1. Multicoloribus notulis variata pictura.
NOTĀRIUS, i. m. [χαρακτηριστής, σημειογράφος] Qui per notas scribit. Plin. 9. Epist. 36. Notarium voco: & die admisso, quæ formaveram, dicto. Martial. lib. 10. 62. Notarius velox. Idem 5. 53. & Quintil. 7. 2. Ergo est ταχυγράφος. Suid. in [illegible], [illegible] H. St. V. Voss. Etymol.
Notarios secretorum habebant olim Imperatores, ut apud Vopisc. in vita Aureliani cap. 36. scribitur: & alios præterea notarios, ut e Marcellino didicimus. Sed & Tribunis ac ducibus notarii (publice) dabantur, ut Trebell. in Claudii vita cap. 14. Notarium, quem refundat, unum. Ex Turnebo.
De celeritate notariorum, Martial. 14. 208. conf. Brodæi Miscell. 4. 9. Scalig. Auson. Lect. 2. 13. & Lips. Cent. 1. Epist. ad Belgas 27.
NŎTO, [σημειόω] āre. a Nota deducitur, auctore Perotto. Alii volunt esse frequentativum a Nosco. Priscian. In quo similiter est notandum, quod quum a Notus sit derivatum, corripuit tamen penultimam. Nec mirum. composita enim a Notus, mutando o in i, corripiunt, ut Agnitus, Cognitus, quum Ignotus servaverit o.
Immo fit a Nota, ut etiam significatio ostendit, præterquam quod quantitas syllabica repugnat. Non facit hæc ratio pro illa deductione a Notus. Nam quum servet o, sicut Ignotus, deberet itidem habere o longum. H. St. V. & Voss. Etymol.
Notare, Signare, signum vel notam apponere. Martial. lib. 3. 21.
Aliquid notare ab alio. Liv. 27. 48. i. e Discernere.
Animo notare. Ovid. 15. Met. 814. Idem 9. Met. 777.
— memorique animo tua jussa notavi.
Manu aliquid. Ovid. 3. de Pont 4. 18.
Oculis notat & designat ad cædem unum quemque nostrûm. Cic. 1. in Catil. 2.
Dicta alicujus mente. Ovid. 5. Fast. 10.
Dicta alicujus memori pectore. Ovid. 3. Fast. 177.
Fugam Ascylti non notavi mihi, dum hæc diligentius audio. Petron. cap. 6.
Locum. Virg. 3. Ecl. 68.
Possessiones aliquorum. Cic. 5. Philipp. 20. Subeundi Animo, ad rapinam vel prædam.
Sidera animadvertunt & notant Chaldæi. Cic. 2. de Divin. 91.
Vultus procul visentibus notabantur. Tacit 3. Hist. 65.
Frontem calamistri vestigiis. Cic. Post red. in Senat. 15.
Genas ungue. Ovid. 1. Amor. 6. 4.
Orationem notare & illuminare tanquam stellis. Cic. 3. de Orat. 168.
Res notare propriis appellationibus, Nomina rebus dare. Sen. de Benefic. lib. 2 cap. 34.
Res notare nominibus novis. i. e. Nomina indere. Cic. 3 de Fin. 4.
Sententias juratorum hominum discoloribus signis. Cic. 2. Verr. 40.
Tabellam cera vel sanguine. Cic. 4. Varr. 79.
Ad memoriam aliquid. V. AD.
Breviter aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Notarunt ea ad imitandum, vitandumque. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Notare, Notis quibusdam & compendiis litterarum aliquid breviter perstringere, non omnibus litteris integrum perscribere. Quintil. lib. 1. procem. Quantum notando consequi potuerant. Suet. Galb. cap. 5. Namque quingenties HS. quum præcipuum inter legatarios habuisset, quia notata, non perscripta erat summa, &c. Ex Turnebo.
Notare, Ab alio dictata seu lucubrata conscribere.
Notarunt hoc annales, pro Scriptum est in annalibus. Plin. lib 8 cap 51. Vel potius, Hoc scriptum est in Annalibus, tanquam notabile. H. St.
Notatum annalibus. Plin. lib. 8. cap. 36.
Incisum & notatum in monumentis. Cic. pro Font 31. Primum generis antiquitas, quam Tusculo ex clarissimo municipio profectam, in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus
Notare, pro Animadvertere. Plin. lib. 2 cap. 8. Id luminibus accensis liquore olei notamus accidere. Plura exempla supra habes.
Notare, & animadvertere. Cic. 7. Att. 8. Diem tuum ego quoque ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaveram, & animadverteram posse, pro re nata, &c.
Diuturnus usus multas res notavit, ut artem divinationis efficeret. Cic. 2. de Nat. Deor. 166.
Signa observare & notare. Cic. 1. de Divin. 34. Carent autem arte ii, qui non ratione aut conjectura, observatis ac notatis signis, sed concitatione quadam animi, aut soluto liberoque motu, futura præsentiunt.
Tempora conservare & notare. Cic. in Orat. 120.
Notat & significat quasi fastorum dies sol. Cic. 1. Tusc. 68.
Notare, Reprehendere, aut reprehendendo scribere. Ulp. in l. Julian. etiam. D. de judiciis, Quæ sententia vera non est, & a multis notata est.
Facinus alicujus memoria & nomine loci. Cic. pro Domo, 102.
Rem, non hominem senatus notavit. Cic. pro Milon. 31. conf. 14.
Perfidiam, insidias, proditionem multorum in aliquem notare. Cic. 5. Fam. 12.
Notare & designare. Cic. 2. de Orat. 236. Hæc ridentur vel sola, vel maxime, quæ notant & designant turpitudinem aliquam non turpiter.
Notare vitium aliquod. Cic. de Senect. 42. Sed notandam nimiam putavi libidinem. de Catone censore.
Improbitatem Atheniensis Hyperboli veteres Atticorum comœdiæ notaverunt. Cic. de Clar. Orat. 224.
Facile est verbum aliquod ardens, ut ita dicam, notare, idque restinctis jam animorum incendiis, Irridere. Cic. in Orat. 27.
Notare hominem re aliqua. Cic. pro Cluent. 130. Homines, quos cæteris vitiis atque omni dedecore infames videbant, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt.
Notare aliquem in perpetuum. Cic. in Brut. 216. Motus Curionis erat is, quem & C. Julius in perpetuum notavit, quum ex eo, in utramque partem toto corpore vacillante, quæsivit, Quis loqueretur e lintre? i. e. Sic notavit, ut ea nota fuerit perpetua.

Maledicto

Maledicto communi notari. Cic. pro Corn. Balb. 58.
Notari & vituperari sine vitiorum cognitione satis insignites improbus non potest. Cic. 2. de Orat. 49.
Stultus & improbus hic amor est, dignusque notari. Hor. 1. Serm. 3. 24.
Notari ignominia. Cic. 6. Fam. 6. Deinde ut in eam civitatem boni viri, & boni cives, nulla ignominia notati, non revertantur, in quam tot scelerum condemnati reverterunt.
Notari infamia. D. de iis qui notantur Infamia.
Notari, subaudito τῇ Infamia. Ulpian. in l. 1. §. Bestias. D. de postulando. Ergo qui locaverit, solus notatur, sive depugnaverit, sive non.

Notans, ántis. Partic. Nepos, 25. 18. 3. Juliam familiam ordine enumeravit, notans qui a quo ortus, &c. Petron. cap. 103. Frontes notans inscriptione solerti.

Notandus, a. um. Partic. [σημειωτέος] ut,
Facta notanda ab eventu. Ovid. 2. Epist. 86.
Mores notandi sunt cujusque ætatis. Hor. de Arte Poet. 156.

Notātus, a, um. [σημειωθείς] Partic. Cic. 7. Verr. 173. Nolo eos Judices, quos ego probarim atque delegerim, sic in hac urbe notatos, isto absoluto, ambulare, ut non cera, sed cæno obliti esse videantur.
Triumphis ac monimentis notati populi. Cic. pro Font. 2. Partim modo a nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monimentis notati, modo ab Senatu agris urbibusque multati sunt. De Gallis.
Indoluit se notatam. Ovid. 9. Met. 261.
Charta notata meis digitis. h. e. Scripta. Ovid. 1. Epist. 62.
Scelere & furore notatus homo. Cic. pro Domo 68.
Falce notata legor OEnone. Ovid. 5. Epist. 22.
Vera atque insigni turpitudine non falsa invidia judicia notata, atque dedecore & infamia operta. Cic. pro Cluent. 61.
Distincta ac notata castris via. Cic. de Provinc Consul. 4.
Notatum in sermone, quid quoque modo caderet. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Descripta, notata, præcepta sunt ista a nobis. Cic. 4. de Fin. 61.
Verbis Latinis melius quam Græcis hæc notata sunt. Cic. 3. Tusc. 9.
Compar. Auct. ad Herenn. 3. 37. Quo nobis notatior sit similitudo.
Superl. Notatissimus omnium scelerum libidinumque maculis. Cic. pro Domo 23.

Notātio, ōnis. f. [σημείωσις] Nota & animadversio dicitur. Cic. 2. de Divin. 45. Cæli enim distributio, quam ante dixi, & certarum rerum notatio, docet unde fulmen venerit, quo concesserit.
Notatione & laude digna. i. e. Animadversione, consideratione. Cic. de Clar Orat. 65.
Notatio naturæ & animadversio peperit artem. Cic. in Orat. 183.
Temporum notatio. Cic. de Clar. Orat 74.
Prædictio & notatio vitæ cujusque. Cic. 2. de Divin. 87. Chaldæis in prædictione & in notatione cujusque vitæ ex natali die, minime esse credendum.
Notatio Censoria. Cic. pro Sext. 55. Ut Censoria notatio, & gravissimum judicium sanctissimi magistratus de Rep. tolleretur. Al. Notio. Idem 3. Off. 111. Indicant notationes, animadversionesque Censorum. i. e. Notæ & punitiones. Quædam exemplaria legunt hic Notiones, V. Græv.
Notatio apud Rhetores, quæ & Etymologia. Cic. Topic. 10. Notatio est, quum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur. Quintil. lib. 1. cap. 6. p. 78. Burm. Etymologia, quæ verborum originem inquirit, a Cicerone dicta est Notatio, quia nomen ejus apud Aristotelem invenitur σύμβολον, quod est Nota. Nam verbum e verbo ductum, id est Veriloquium, ipse Cicero, qui finxit, reformidat V. Etymologia.

Notābilis, e. Adj. [ἐπίσημος] Quod notari potest. Columel. lib. 3. cap. 21. Quo vitis neque folium notabile gerit.
Candore notabilis ipso. Ovid. 1. Met. 169.
Turpitudine notabilis. Ulpian. in l. 1. § Secundo loco. D. de postulan.
Notabilis fœditas vultus erat Hipponacti: h. e. Insignis & aperta. Plin. lib 36. cap. 5.
Urbium dirutarum fundamenta vix notabilia. i. e. Ruinæ ipsæ vix apparent. Senec. 1. de Ira. 2.
Notabilis, Reprehendendus Quintil. 9. 4. p 853. Burm. Illic minus sunt notabiles, quia genus sermonis proprium est. [Supple, Ad reprehensionem, ex p. 818.
In pejus notabile. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Notabilis, pro Insignis: in bonam partem acceptum. Suet. Calig. cap. 14. Accessit ad immensum civium amorem notabilis etiam externorum favor. Cic 3. Fam. 12. Si vero exitu notabili concluduntur, expletur animus jucundissima lectionis voluptate.
Constantia notabilis. Tacit. 3. Hist. 54. 4.
Introitus. Tacit. in vita Agric. 40. 3.
Opera Tacit. 1. Hist. 44. Ob aliquam notabilem illa die operam.
Notabile est illud. Plin. 6. Epist. 33. Notabilis prorsus res & mira.
Notabilem se facere. Plin. 9. Epist. 12.
Notabile jurgium inde fuit. Tacit. 2. Hist. 53.
Notabilis tempestas. Tacit. 1. Hist. 38.
Compar. Auct. Dialog. de Orat. cap. 8. 5. Quo sordidius & abjectius nati sunt, quoque notabilior paupertas.
Notabilior, in malam partem: ut, Cædes notabilior. Tacit. 1. Hist. 25.

Notabilĭter, Adv. [ἐπισήμως] Plin. 5. Epist. 17. Expalluit notabiliter, quamvis palleat semper. i. e. Ita ut perciperetur. conf. Ammian. 30. 2. pr. & Suet. Aug. cap. 87.
Turbans notabilius. Tacit. 1. Hist. 55. 4.

Notācŭlum, i. n. Min. Fel. Oct. cap. 31. Nos non notaculo corporis, sed innocentiæ ac modestiæ signo facile dignoscimur.

Notesco, V. nosco.

Nŏthus, aliquando Subst. aliquando Adj. [νόθος] Non legitimus. Quintil. lib. 3. cap. 6. extr. p. 263. Burm Nothum, qui non sit legitimus, Græci vocant. Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatus est, non habemus, ideoque utimur peregrino. Virg. 7. Æn. 283.
Supposita de matre nothos furata creavit. Idem 9. 691.
Nothus, ante legitimum natus, legitimus filius fit. V. Quintil. lib. 3. cap. 6. extr. De jure nothorum plura habes in Lex. Pitisc.
Mulier notha Atys. I. e. Non vera mulier. Catul. de Berecynth. 61. 27.
Nothum Græci appellant, Quicquid non legitimum esse volunt, nec verum: ut Nothum Atticismum dicunt, Non verum schema Atticum, sed adulterinum, spuriumque.
Lumen nothum. Catull. Carm. Sæc. 35. 15.
Tu potens Trivia & notho es
Dicta lumine Luna. Lucret. 5. 575.
Lunaque sive notho fertur loca lumine lustrans,
Sive suam propriè jactat de corpore lucem.
Pulli nothi. Columel. lib. 8. cap. 2. de gallinis.
Nothos appellant Arabicos elephantes Indicis minores, teste Plin. lib. 8. cap. 1.

Nothia, orum. n. pl. [νοθεῖα] Græci appellant, Eam partem, quæ ex bonis paternis lege Atheniensium nothis dari poterat. Budæus.

Nŏtia, æ. f. [νοτία] Gemma est cum imbribus cadens, unde & Ombria alio nomine dicitur: eosdem effectus habens quos Brontia. Plin. lib. 37. cap. 10.

Notifico, Notio, Notitia. V. nosco.

Nŏtium, i. n. [Νότιον] teste Homero lib. Iliad. 2. Urbs est in Æolia.
Est & Notium, Hiberniæ promontorium Ptolemæo lib. 2. Anglice, *Missen head.*
Notium mare, [Νότιον πέλαγος] a Græcis dicitur ea maris Mediterranei pars, quæ est inter Ligusticum & Siculum, alio nomine a Tuscia, quam alluit, Tuscum appellatum. Plin lib. 3. cap. 5. A Ligustico usque ad Siciliam insulam, Tuscum: quod ex Græcis alii Notium, alii Tyrrhenum, e nostris plurimi Inferum vocant.

Notion, i. n. Herba, quæ & Cucumis silvaticus. Apul. de Herb. cap. 113.

Noto, are. V. nota.

Nŏtus, i. m. [Νότος] Ventus Meridionalis, Auster. Ab humore dictus: νοτὶς enim Græce, Latine humor dicitur.
Albus Notus. [Λευκόνοτος] Hor. 1. Carm. 7. 15. Albus, i. e. Purus, non nubilus, ut fere solet.
Nubifer. Valer. 2. Argon. 506. Ovid. 3. Epist. 58.
Præceps. Ovid. 10. Epist. 30.
Tepidus. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 271.
Procellosi. Ovid. 2. Epist. 12.
Violentus. Virg. 6. Æn. 356.
Evolat alis madidis. Ovid. 1. Met. 264.
Fugit citius Noto. i. e. Vento quovis. Virg. 5. Æn. 242.
Remugiens udo Noto sinus Ionius. Hor. Epod. 10. 20.
Tendunt vela Noti. Virg. 3. Æn. 268. ubi item pro quovis vento ponitur.
Vexata ingenti Noto unda. Senec. Herc. fur. 12.

Notius, a. um. Adj. [νότιος] Australis. ut, Polus Notius. Hygin. P. Astron. 1. 5. Manil. 1. 427.
Tum Notius piscis, &c.

Notiālis, e. Adj. Idem quod Notius. Avien. Phænom. 551.
—jacet in Notialia nubila pronus.

N O V

Nova Mœnia, [Νέον τεῖχος] Sarmatiæ urbs in Europa, Ptolemæo lib. 3. cap. 5. Hodie Album Castrum: vulgo *Weissenburg.*

Nŏvācŭla, æ. f. [ξυρόν] Culter rasorius: a Novo, novas, quod novare, id est novum facere videatur. V. Scalig. in Ætnam Severi, 57. Cic. 1. de Divin. 32. Ita cotem in comitium allatam, inspectante & rege & populo, novacula esse discissam. conf. Liv. 1. 36. Phædr. 5. 8.
Cursu volucri, pendens in novacula
Calvus, &c.
Novacula, pro quovis Cultro. Columel. lib. ult. cap. 54. Raporum, inquit, quam rotundissima sumito, eaque si sint lutosa detergito, & summam cutem novacula decerpito.

Novale, Novalis, V. post novo in novus.

Nŏvānus, i. m. Fluvius est in agro Picenati, trans Appenninum, qui æstivis solstitiis supra modum augetur, & circa brumam siccatur. V. Plin. lib. 2. cap. 103.

Nŏvāria, æ. f. Oppidum est Italiæ, in tractu Transpadano, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 17. Vulgo *Novara.*

Novatio, Nova, Novellatum, Novello, Novellus, Novo, V. novus.

Novellius Torquatus, Mediolanensis quidam fuit temporibus Tiberii Cæsaris, qui gestis honoribus a Prætura ad Consulatum usque pervenit, & Tricongius cognominatus est, quod tres congios vini uno impetu epotaverit, ut ait Plin. lib. 14. cap. 22.

Nŏvem, [ἐννέα] nomen numerale indecl.
In novem & dies & libros distributus sermo. Cic. 3. Q. frat. 5.
Dies novem epulata gens. Virg. 5. Æn. 762.

Novies, Adv. [ἐννάκις] Novem vicibus. Varro 1. de R. R. cap. 2. Hoc ter novies cantare jubet.
Styx novies interfusa. Virg. 4. Georg. 480.

Novēni, æ, a. Adj. [ἀνὰ ἐννέα] Distibutiv. nonnunquam Idem quod Novem. Plin. lib. 3. cap. 5. Novenorum ita conceptu dierum. Liv. 27. 37. Decrevere item Pontifices, ut virgines ter novenæ per urbem euntes carmen canerent.
Anni noveni. Ovid. 8. Met. 171.
Terga novena boum. Ovid. 12. Met. 97.

Nōnus, a, um. [ἔνατος] Adj. numerale ordinis. Plin. lib. 18. cap. 12. Et a semente nonnisi nonis mensibus in aream redeunt.
Ætas nona agitur, pejoraque sæcula ferri Temporibus. Juven. 13. Sat. 28.
Annum nonum superans. Hor. 4. Carm. 11. 1.

Novēnārius, a, um. Adj. [ἐννεαδικός, ἐννεάμετρος] ut, Novenarius numerus. Plin. lib. 17. cap. 11. Sulco, qui novenarius dicitur.
De numero novenario. V. Mart. Capell. 2. Auson. præf. Idyll. 11. & Censorin. de Die natali cap. 14.
Novenaria regula. Varr. de L. L. lib. 8. 49.

Nonānus, a, um. Adj. ut. Miles nonanus, i. e. Ex legione nona. Tacit. 1. Ann. 23. 6. & 1. 30. 5.

Nonārius, a, um. Adj. [ἐνναταῖος] a Nona hora, unde Nonariæ meretrices, Quæ quod hora nona cellas aperirent, & prostare inciperent, dictæ sunt. Pers. 1. Sat. extr.
Si Cynico barbam petulans nonaria vellat. Budæus.

Nonŭplus, a, um. Adj. numerale relativum, quo utuntur Mathematici.

Noncuplex, Adj. nomerale Multiplicativum a Relativo derivatum apud eosdem.

Nonussis, Novem asses. Varr. de L. L. lib. 4. 36. Ab tribus assibus tressis, & sic pro portione usque ad nonussis.

November, bris. m. [ἀνθεστηριών] Nomen ondecimi mensis. Sic dictus quod a Martio, unde anoum inchoaruot antiquitus Latioi, nonus esset. Auson. Ecl. 7. 11.

Sidera præcipitas pelago, intempeste November.

Novembris recto casu dicitur a Catone apud Priscian. lib. 6. Mense Octobri fecimus, Novembris reliquus erat. Ubi Adjective ponitur. V. Lex. Pitisc.

Novembralis, e. Adj. Mantuan. Calendas ante Novembrales.

Novendialis, e. Adj. [ἐννεαήμερος] ut, Novendiale sacrum, Quod mortuo fieri solebat nono die postquam erat sepultus. Livius 1. 31. Novendiale sacrum publice susceptum est. Cic. 3. Q. fiat. 5. Novendialibus his feriis.

Novendiales cineres Hor. Epod. 17. 48.

Novendiales dissipare cineres. Amarè dixit, quod quo die religiose solebant coli mortui sacris & ludis, venefica impie & scelerate eorum cineres solita esset dissipare, & eorum busta violare, qui justis perfectis consecrati videbantur. Turnebus. V. Lex. Pitisc. in Feriæ.

Novensiles Dii, a novenario numero sic dicti, secundum aliquos, qui novem in Sabinis Deos constitutos volunt, inter quos Larem, Vestam, Fortunam, Fidem numerant. V. Varr. 4. L. L. 10. Alii a novitate vocem deducunt, quasi novissime salientes, i. e. Nuperrime in deorum numerum recepti. V. Gyrald. Syntagm. 1. Hist. Deor. & Cæl. Calcagn. 1. Epist 29. conf. item M. Victorin. lib. 1. Art. Gram. cap. de Orthog. extr.

Nonaginta, [ἐνενήκοντα] nomen numerale Indecl. Plin. lib. 7. cap. 48. Ex nobili domo nonaginta oovem.

Annos nonaginta natus Masinissa. Cic. de Senect. 34.

Nonaginta dies. Auson. Eidyll. 14. 1. & 16.

Nonageni, æ. a. Numer. distributiv. pluraliter tantum utimur, & sæpe in neutro.

Nonageni gradus. Plin 36. 13.

Nonagies, Adv. [ἐνενηκοντάκις] Plin. lib. 2. cap. 108. Nonagies octies centena & decem & octo. Cic. 5. Verr. 163. In alteras decumas ferme ad nonagies, sic per trieonium ad hanc frumenti emptionem Siciliensem prope centies & tricies crogatum est.

Nonagesimus, a, um. [ἐνενηκοστός] Adj. ordinis ex Nonaginta. Cic. de Senect. 13. Qualem Isocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitque quinquennium postea.

Nonagenarius, a, um. Adj. [ἐνενηκονταετής] Qui nonaginta annos natus est. Nonagenarius, pro Nonagesimo: ut, Nonagenarius motus. Plin. lib. 2. cap. 15.

Nonagecuplus, a, um. Adj. Nonagies tantum.

Nonagecuplex, Quod nooaginta modis factum est, vel Quod in nonaginta partes dividi potest.

Nongenti, contr. ex Noningenti, æ, a. [ἐνακόσιοι] i. e. Novies centum. Cic. pro Flacc. 91. Falcidius emerat H. s. nongentis millibus. Quatuor millia & nongenti pedes. Columel. lib. 5. cap. 2. Al. Noningenti.

Nongenties, Adv. Vitruv. 1. 6. Al. Nonigenties.

Noningentení, & Noningeni, Noningentesimus & Nongentesimus, Noningentenarius & Nongentenarius, &c. in Elementis Arithmetices Henr. Glareani.

Novannia, Civitas Thraciæ, quæ & Amphipolis dicitur.

Novensiles, V. novem.

Noverca, æ. f. [μητρυιά] dicitur (auctore Festo) Quam quis sublatis liberis novam uxorem ducit, arcessendæ familiæ gratia. Virg. 3. Ecl. 33.

Est mihi namqoe domi pater, est injusta noverca.

Noverca filii. Cic. in Orat. 108. Ab hac indole jam illa matura, uxor generi, noverca filii, filiæ pellex.

Dira. Ovid. 12. Epist. 188.

Funesta. Senec. Hippol. 12.

Injusta. Virg. 3. Ecl. 33. V. supra.

Mala. Virg. 3. Georg. 282.

Sæva. Virg. 2. Georg. 128.

Scelerata. Ovid. 15. Met. 789.

Terribilis. Ovid. 1. Met. 147.

Tristis. Plin. lib 7. in præf. Ut non sit fatis æstimare parens melior homini, an tristior noverca fuerit. De Natura.

Inducere novercam filiis. V. induco.

Noverca umbra: h. e Contraria & inimica. Plin. lib. 17. cap. 12. Quibusque faris umbra aut nutrix, aot ooverca est. V. Jan. Guil. Lauremb. Antiqu. p. 65. in voce Canabula.

Novercalis, e. Adj. [μητρυιακός] ut,

Delinimenta novercalia. Maximus in l. 4. D. de inoffic. testam. Quod plerique parentes faciont, maligne circa sanguinem suum inferentes judicium, novercalibus delinimentis instigationibusve corrupti.

Manus novercales. Senec. Herc. fur. 13.

Odia. Tacit. 1. Ann. 6. 4. & 12. 1.

Stimuli novercales. Claud. in præf. lib. 2. de Raptu Proserp. 29.

Novercor, ări. Sævitiam novercæ exercere. Sidon. Apoll. 6. Epist. 16. Quorum imbecillitati quodammodo novercaretur. Sic dicunt, Novercante Fortuna; quod tamen improbat Voss. de Vit. serm. 4. 14.

Noviodūnum, i. n. [Νοιόδουνον, Ptolem.] Trium oppidorum in Gallia nomen. Est enim Novioduoum io Suessionibus, de quo Cæsar lib. 2. Bell. Gall. 12.

Alterom in Bitorigibus. Cæs. 7. Bell. Gall. 12. Ille oppidom Biturigum, positum in via, Noviodunum oppugnare instituerat. Erat autem hoc Noviodunum in eo itioere, quo ab Aurelia itur in Bituriges.

Tertium in Heduis. Cæs. 7. Bell. Gall. 55. Noviodunum erat oppidum Heduorum, ad ripas Ligeris opportuno loco positum. huc Cæsar, &c.

Noviomāgum, vel Novomāgum, i. n. Insignis urbs Geldriæ ad Vahalim. Auson. Mosell. 11.

Novomagum, divi castra inclyta Constantini.

Novissimus, Novitas, Novitas. V. novus.

Novium, i. n. [Νούιον] Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Tarraconensis Hispaniæ orbs. Vulgo *Noya*.

Novius, i. m. [Νούιος] Fluvius Britanniæ, auctore Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

Novius, etiam Poeta quidam fuit, qui fabulam, citatam a grammaticis, Fullones inscripsit, quo in verbo inest infanda obscænitas. V. suo loco. Ab hoc Noviani fullones dicti. Turneb.

Novo, are. V. novus.

Novocomum, vel Novum Comum, i. n. [Νεόκωμον] Oppidum situm ad radices Alpium, ad lacum Larium. Strab. lib. 4. Suet. Jul cap. 28. n. 3. Hodie *Como*. V. Sigon. de Ant. Jur. Ital. 3. 2. V. & comum.

Novocomenses, ium. m. pl. [Νεοκωμῖται] dicti sunt quos Comum C. Cæsar colonos deduxit. Fuerunt autem quinque millia, e quibus quiogenti illustrissimi Græci fuerunt, qui oppido nomen relinquentes, & Novumcomum appellantes, Novocomenses oppidanos vocavere. Hos civitate donatos, in colonorum numero descripsit. Strab. 5.

Nŏvus, a, um. Adj. [νέος, καινός, νεαρός] Recens. Ter. Adelph. 4. 7. 4.

— ferro alia flagitia ad te ingentia

Boni illius adolescentis M. ecce autem! D. nova,

Capitalia. Ovid. 1. Met. 1.

In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora.

Nova & inopinata hæc tibi sunt. Cic. 4. Verr. 24.

Accidit novum. V. accido.

Afferebatur nihil novi jamdiu ad nos. Cic. 2. Fam. 13.

Apportare novi aliquid. In apporto.

Auditur nihil uovi. Cic. 8. Att. 14.

Dicam nihil reconditum, nihil exspectatione vestra dignom, nihil aut inauditum vobis, aut culquam novum. Cic. 1. de Orat. 137.

Ede quid portes novi. Senec. OEdip. 11.

Nihil erat novi io ejus epistola. Cic. 13. Att. 29.

Alicui rei novus. Tacit. in vita Agric. cap. 16.

Ædes novæ. Plaut. Most. 1. 2. 8.

Æstas. Virg. 1. Æn. 434.

Amator oovus. Plaut. Troc. 4. 2. 12.

Anguis novus positis exuvils. Virg. 3. Georg. 437.

Annus novus, non uno modo dici videtur. Est enim sæpenomero initium anni, ut oovum ver, oova æstas, veris & æstatis initium. Ovid. 1. Fast. 149.

Dic age frigoribus quare novus incipit annus? Novus etiam annus interdum Pars illa anni est, quæ oovas fruges, novosque fructus parit. Tibull. 1. 1. 18.

Et quodcunque mihi pomum novus educat annus

Libatum Agricolæ ponitur ante deo. Sic Æstatem novi anni dixisse videtur Gellius, quod æstas novas fruges afferat. Ejus verba sunt pr. lib. 8. Ambulabamus autem in litore, quum jam advesperasceret æstate anni novi. Sed

Erat & Annus novus, Primus annus imperii alicujus imperatoris. Seneca pr. Apoth. Claud. Quid actum sit in cælo ante diem tertium Idus Octobris, Afinio Marcello, Acilio Aviola Coss. aono novo, initio sæculi felicissimi, volo memoriæ tradere Hæc Turneb. Adverf. 23. 8. Plura dabit Tibulli interpres Brœckh. & ad Gell. Oisel, ubi Viri docti tamen legunt Æstate anoi nova.

Ars nova. Nepos 1. 5. 3.

Artes novas versat. Virg. 1. Æn. 661.

Bella nova movere. Virg. 6. Æn. 820.

Carmina nova, Magna & miranda. Virg. 3. Ecl. 86. Servius.

Conjux. Seneca Octav. 6.

Consilia nova versat pectore. Virg. 1. Æn. 661.

Consilium novum. Nepos 18. 8. 4.

Crimina. Virg. 2. Æn. 98.

Factum. Ovid. 8. Met. 96.

Forma viri. Virg. 3. Æn. 591.

Fronde nova viret viscum. Virg. 6. Æn. 206.

Fruges. Virg. 1. Georg. 22.

Furor novus, Inopinatus. Virg. 5. Æn. 670.

Homines novi dicuntur, Quorum nulli majores clari fuere, sed ipsi per seipsos clari esse iocipiunt, & honores in civitate assequi. Cic. 7. Verr. 181. Videmus quanta sit in invidia, quantoque in odio apod quosdam homines nobiles, novorum hominum virtus & industria. Idem 5. Fam. 18. V. Manut. ad Cic. 1. Fam. 7. conf. Sigon. Ant. jur. Civ. Rom. 2. 20. Appianus dicit, τὸς ἀφ' ἑαυτῶν ἄ, ὁ τῶν προγόνων γνωρίμων. App. libro. 2. Bell. civilium 428. H. St.

Homo novus etiam is dicebatur qui magistratum ceperat, qnem ante nemo majorum ipsius gessisset. V. Sigon. ad Liv. 7. 1. pr.

Hospes. Virg. 4. Æn. 10.

Insula. Liv. 39. cap. ult. extr. Haod procul Sicilia insulam, quæ non ante fuerat, novam editam e mari esse.

Lex recens & nova. Cic. pro Flacc. 13.

Locos novos explorare, Non visos prius, Ignotos. Virg. 1. Æn. 311.

Luna, Novilunium. Cic. 10. Att. 4. V. luna.

Maritus. Ter. Adelph. 5. 8. 16.

Novus maritus anno demum quinto & sexagesimo

Fiam.

Mens nova. i. e. Insolita. Hor. 3. Carm. 25. 3.

Modo novo. Ter. Phorm. 5. 8. 79.

Neque hujus sis veritus feminæ primariæ,

Quin novo modo ei faceres contumelias.

Monstra, Insolita. Senec. Octav. 5. 2.

Mos. Cic. 2. de Lege Agrar. 26.

Mores novi, Inculti & indomiti. Plin. lib. 11. cap. 37.

Nupta nova. Ter. Adelph. 4. 7. 33.

Orbis novus; ut Americam novum orbem appellare solemus, ita Augusti imperio Germania armis penetrata, oovus orbis vocabatur. Ovid. ad Liv. 313.

Fluminaque & montes, & nomina magna locorum,

Et siquid miri vidit in orbe oovo. Sic & Britannia alter orbis censebatur.

Pavor. Virg. 2. Æn. 228.

Pestis nova adest. Ovid. 9. Met. 200.

Prodigium. Virg. 3. Æn. 365.

Proles. Hor. Carm. Sæcul. 19.

Res. Cic. 7. Fam. 19. Nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim tam novis rebus.
Res nova & admirabilis. Cic. 2. de Lege Agrar. 5.2.
Res inusitata & nova. Cic. 3. Att. 24.
Res novæ & insignes diutius in animo manent. Auctor ad Heren. 4. 36.
Res novas moliri, Turbare statum reip. Paterc. 2. 123. 1. & 2. 129. 1.
Rebus novis gaudere. Lucret. lib. 5. 171.
Rebus studere. Cic. 1. in Catil. 3.
Ritus. Hor. 3. Carm. 1. 45.
Sole novo terras irrorat Eous. Virg. 1. Georg. 288.
Spes novas donare. Hor. 4. Carm. 12. 19.
Tumultus. Hor. 2. Serm. 2. 126.
Verba. Hor. 4. Carm. 2. 10.
Urbem novam condere. Virg. 1. Æn. 526.

Novissimus, a, um. Superl. [[illegible], [illegible]] Ultimus, postremus: quod quæ recenter fiunt, ultimum locum habeant. Cic. pro Rosc. Com. 30. Itaque perbrevi tempore: qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit Comœdos. i. e. Non tanti fiebat, quanti indoctissimi histriones. V. IN præp.
In culpam novissimus. Tacit. 1. Ann. 28.
Exempla novissima. Tacit. 12. Ann. 20.
Hora, Mors. Ovid. 4. Met. 156.
Lucifer cæli statione novissimus exit. Ovid. 2. Met. 115.
Luna novissima. Plin. lib. 2. cap. 13.
Lux. Ovid. 1. Met. 772.
Mandata. Virg. 11. Æn. 823.
Nox vitæ. Ovid. in Ibin 531.
Pars novissima terrarum, Remotissima. Ovid. 3. Trist. 13. 27.
Spes. Tacit. 3. Hist. 84.
Tempore novissimo. Nepos 18. 1. 6.
Verba novissima dixit. Virg. 4. Æn. 650. Ovid. 2. Met. 363. & 3. 361.
Facere aliquid novissimum. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Nove, Adv. [[illegible]] Auctor ad Herenn. lib. 1. 15. Nequid ambigue, nequid nove dicamus. Apul. 3. de Dogm. Plat. pr. Nova, usitata, nove proferre. [Lego Nova usitate, usitata nove.

Noviter, Adv. Idem. Plin. Paneg. cap. 24. pr. Vidimus delatorum agmen inductum, quasi grassatorum, quasi latronum: non solitudinem illi noviter, sed templum, sed forum insederant. Quem locum sic exhibent libri emendati, Non solitudinem illi, non iter, sed, &c. Sunt etiam qui citent illud Livii 30. 4. Aut bellum noviter geri. Sed castigatiora exemplaria habent Naviter. Est apud Fulgent. Mythol. 3. 1. Amor noviter venit. & in Gruter. Inscript. n. 7. p. 171. BASILICAE NOVITER REPARATAE.

Novissime, Superl. [[illegible], [illegible]] quod barbare *finaliter* dicitur: Alias postremo. Cic. 10. Fam. 24. Primum quod ita meritas judicabam: deinde quod ad omnes casus conjunctiores Reip. esse volebam: novissime ut ab omni omnium sollicitatione aversos eos, tales vobis præstare possem, quales adhuc fuerunt. V. Manut. in loc. Quintil. 2. 10. Quæ ut ex omnibus novissime est inventa, ita est multo utilissima. Senec. de Ira, 3. 3. Dicam primum quemadmodum in iram non incidamus, deinde quemadmodum ab illa liberemur, novissime quemadmodum irascentem retineamus placemusque. conf. Plin. 7. Epist. 17.

Novissimalis, e. Adj. M. Victorin. Gram. Versus novissimalis.

Novitas, ātis. f. [[illegible]] Pl. Cic. de Amicit. 70. Novitates autem si spem afferunt, ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ, vetustas tamen suo loco conservanda est.
Avida novitatis hominum natura. Plin. 12. 1.
Cupidus novitatis. Quintil. lib. 3. cap. 3.
Gratia. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Anni novitas. Ovid. 1. Fast. 160.
Cibi. Lucret. lib. 5. 928.
Nominum. Cic. 3. de Finib. 3.
Regni. Virg. 1. Æn. 567.
Dulcis. Ovid. 4. Met. 284.
Florida mundi. Lucret. lib. 5. 816. h. e. Lætum ver.
Laudabilis. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Mira. Ovid. 15. Met. 408.
Turbida, Novarum rerum molitio. Claud. 1. in 1. Cons. Stil. 148.
Attulerit quem tibi rei novitas errorem, naturæ ratione depellito. Cic. 2. de Divin. 60.
Augere solet fama novitates. Ammian. 22. 2.
Commovetur novitate natura. Auctor ad Heren. lib. 3. 36.
Delectamur novitate & copia. Cic. 2. de Nat. Deor. 131.
Excitat ad exquirendas causas novitas magis, quam magnitudo rerum. Cic. 2. de Nat. Deor. 96.
Excitari novitatibus. Plin. 1. Epist. 4. extr.
Morandus spectator grata novitate. Hor. de Arte Poet. 223.
Moventur monstri novitate. Ovid. 12. Met. 175.
Pavens rerum novitate. Ovid. 2. Met. 27.
Refugere novitatem. Plin. 9. Epist. 210.
Relinquere gaudia plena novitatis. Ovid. 17. Epist. 203.
Perculsus rei novitate. Cic. 1. de Divin. 119.
Novitas, pro Generis ignobilitate. Sallust. Jugurth. cap. 85. §. 14. in orat. Marii ad Quirites, Novitatem meam contemnunt, ego illorum ignaviam: mihi fortuna, illis probra objectantur. Cic. 1. Fam. 7. Novitati esse invisum meæ.
Familiæ. Paterc. 2. 127. pr.
Generis alicujus novitas. Cic. pro Muren. 17.
Nobilitare novitatem suam multis rebus. Paterc. lib. 2. 96. pr.
Sublevare nominis novitatem dicendi gloria. Qu. Cic. de Petit. Consul. 2.

Novitius, a, um. Adj. [[illegible], [illegible]] Quod est novum. Plaut. Most. 3. 2. 92. Novitium mihi quæstum instituo, non malum.
Mancipia novitia. Martianus in l. Interdum. D. de publican. Sunt autem veterana, quæ anno continuo in urbe servierunt: novitia autem mancipia intelliguntur, quæ anno nondum servierunt.
Puellæ, Ancillæ. Ter. Eun. 3. 5. 34.
> Abducit secum ancillas: paucæ quæ circum illam essent, manent Novitiæ puellæ.

Opus novitium. Plin. in præf. 1. i. e. Novum, quale scilicet opus nullum adhuc editum est.
Novitium vinum resinatum nulli conducit. Plin. lib. 23. cap. 1.
Novitium inventum. Plin. lib. 17. cap. 21. Invento novitio finditur malleolus. Idem lib. 23. cap. 1. Vinum jejunos bibere, novitio invento, inutilissimum est.

Novitii, vel **Novicii**, orum. m. pl. Rudes servi, & non veterani. [[illegible]] Quintil. lib. 1. cap. 12. At novitiis nostris per quot annos sermo Latinus repugnat? Cic. in Pison. 1. Syrum nescio quem de grege novitiorum factum esse Consulem. V. & Plaut. Capt. 3. 3. 6. Vallam lib. 6. cap. 50.
Novicius, subaudito Servus. Varr. de L. L. lib. 5. 7.
Novicii venales. Pompon. in l. Si negotia. D. de negot. gestis.

Novitiolus, a, um. Adj. ut. Novitiola paratura. Tertull. Apol. cap. 47. Idem de Pœnit. cap. 6. Sunt novitioli, qui incipiunt divinis sermonibus aures rigare.

Novo, [[illegible], [illegible], [illegible]] āre. Novum sive recens facere. Martial. lib. 14. 7.
> Delebis quoties scripta novare voles.

Aliquid novare. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Agrum novare. Cic. 2. de Orat. 131. Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed novato & iterato, quo meliores fetus possit & grandiores edere. Novatum agrum appellat, Diu ante sementem cultum, ut interim fermentaretur, & sub sementem iteraretur. Budæus
Cultus novare. Stat. 1. Theb. 122.
Fata. Ovid. 2. Met. 648.
Fidem fortuna mutata novavit. Virg. 3. Æn. 604.
Jura. Valer. 2. Argon. 309.
Membra fessa novat requies. Ovid. 4. Epist. 90. al. Levat. i. e. Reficit.
Nomen faciemque novavit illi. Ovid. 4. Met. 539.
Opus novavit. Ovid. 3. de Arte Am. 346.
Res novare, Turbare. Curt. 7. 6. 14. Haud dubius, quin earum opera redigi possent in potestatem coercendo, qui novaverant res. Idem 4. 1. 30. Novandis, quam gerendis, rebus aptior. Ita Cic. 13. Fam. 4. Qui novari aliquid volebant.
Transtra novant ipsi. Virg. 5. Æn. 752.
Verba novamus & facimus ipsi. Cic. 3. de Orat. 147.
Novare, pro Immutare. Cic. 3. de Legib. 12. Nihil habui sane, non modo multum, quod putarem novandum in legibus.

Novor, passivo usus est Plin. 10. Epist. 9. ad Trajanum, ubi inquit, Deosque immortales precor, ut omnes cogitationes tuas tam lætus sequatur eventus, ut virtutibus tantis gloria imperii & novetur, & augeatur.
Summa rerum novatur. Lucret. lib. 2. 74.
> — sic rerum summa novatur Semper, &c.

Ne quid eo spatio noctis novaretur. Sallust. Catil. 55.

Novans, antis. Partic. [[illegible]] ut,
Tecta novans. Virg. 4. Æn. 260.

Novandus, e, um. aliud Partic. [[illegible], ut, Res novandæ. Virg. 4. Æn. 290.
Corporis novandi potestas. Ovid. 8. Met. 879.
Jura novanda meæ naturæ. Ovid. 2. de Arte Am. 42. V. in NOVO.

Novātus, e, um. similiter Partic. [[illegible]] ut,
Vulnus novatum. Ovid. Rem. Amor. 729.
Vox & facies novata est. Ovid. 2. Met. 674. V. in ipso verbo.

Novātio, ōnis. f. Scævola in l. Chirographis. D. de administ. tut. Chirographis debitorum incendio exustis, quum ex inventario tutores convenire eos possent ad solvendam pecuniam, aut ad novationem faciendam cogere, &c. *Contraindre a passer nouveau titre.* Budæus. conf. Tertull. advers. Marc. 4. 1.

Novātus, ūs. m. Idem quod Novatio. Virg. in Rosis, 14. 38. si modo Virgilius earum est auctor non Ausonius,
> Tot species, tantosque ortus, variosque novatus
> Una dies aperit, conficit una dies. Novatus, i. e. Novationes & mutationes.

Novātor, ōris. m. [[illegible]] Gell. 1. 15. Sallustium novatorem verborum dixit. Gloss. Gr. Lat. [illegible], Novator.

Novātrix, īcis. f. Ovid. 15. Met. 252.
> — rerumque novatrix
> Ex aliis alias reddit Natura figuras.

Novāmen, inis. n. Tertull. advers. Marc. 1. 20.

Nŏvālis, is. f. vel **Novale**, is. n. [[illegible], [illegible], [illegible]] est, ut ait Festus, Ager novæ relictus sementi. Plin. 18. 19. Quod Vere semel aratum est, a temporis argumento vervactum vocatur. Hoc in novali, atque requieto necessarium est. Novale est, quod alternis annis seritur. Varro de L. L. 4. 4. Qui intermittitur, a novando novalis ager. Virg. 1. Georg. 71.
> Alternis idem tonsas cessare novales.

ubi Servius vult Novalem esse arvum primum proscissum, & primum segetem ferens. Unde Virg. 1. Ecl. 71.
> Impius hæc tam culta novalia miles habebit?

Ubi rursus Novalia, inquit, id est nova rura, quæ per singulos annos novantur per semina. Vel etiam Novalia dicuntur, unde silva tollitur. Priori opinioni astipulatur Valla lib. 6. Ego, inquit Budæus, Novalem tum dici sentio, & Novale, quum post messem ager tonsus quiescit: quod *Calvetum* lingua patria vocat. Tum autem Vervactum dicitur, quum Vere terra proscissa est. Est & aliud genus Novalis, terra tunc primum ad culturam proscissa: quo modo Plin. usus est lib. 17. cap. 5. de odorata terra loquens; Talis est fere, inquit, in novalibus, cæsa vetere silva: quæ consensu laudatur.
Crudum novale. Columel. lib. 11. cap. 10. de lupino, Septembri mense ante æquinoctium, seu protinus a Calendis Octobris, crudis novalibus ingeras. i. e. Duris, & non aratis, aratro non subactis.
Duras sulcis mollire novales. Claud. Cons. Mall. Theod. 177.
Graminosum novale. Columel. in præf. lib. 6. Quasi sit agricolæ contrarium pastoris propositum: quum ille subacto & puro solo gaudeat, hic novali graminoso.
Herbida novalia. Columel. lib. 7. cap. 3. Sequeris autem novalia non solum herbida, sed quæ plerumque vidua sint spinis.

Novellus, a, um. [[illegible]] Adj. dimin. a Novus. Virg. 3. Ecl. 11.
> Atque mala vites incidere falce novellas.

Cic. 5. de Finib. 39. Arboremque & novellam & vetulam & vigere & senescere.
Agna novella. Ovid. 1. de Arte Am. 118.

Animæ

Animæ novellæ. Prudent. Epiph. 112.
Frena. Ovid. 4. de Ponto, 12. 24.
Imperium. Vopifc. in Tacit. pr.
Mentes. Lucret. lib. 1. 262.
Prata. Ovid. 2 de Arte Am. 698.
Turba. Tibull. lib. 2. 2. 22.

NOVELLÆ, arum. f. pl. Constitutiones, non nova jura continentes, sed novissime post codicem promulgatæ. V. JCtos.

NOVELLE, Adv. Plaut. Pœn. suppos. 8.

NOVELLĪCUS, a, um. Idem ibid.

NOVELLĪTAS, ātis. f. Tertull. advers. Prax. cap. 2. Tam ipsa posteritas omnium hæreticorum, quam ipsa novellitas Praxeæ hesterni. Idem de Anima cap. 28.

NOVELLASTER, tra, trum. Adj. Marc. Empir. cap. 8. Vinum optimum, sed novellastrum.

NOVELLO, [νεόφυτον] āre. Novum agrum colere, seu novas vites pangere. Suet. Domit cap. 7. Edixit ne quis in Italia novellaret. V. Torrent. & Brodæi Miscel. 10. 15.

NOVELLĒTUM, i. n. [νεοφυτόν] sumitur pro vinea ex novellis vitibus consita. Paulus in l. Veluti. D. de impens. in rebus dotalibus factis, Veluti si novelletum in fundo satum sit.

N O X

NOX, noctis. f. [νὺξ, νυκτὸς] Nox, inquit Varro, ut Catulus ait, quod omnia, nisi interveniat sol, pruina obriguerint, Quod nocet, nox. Nisi quod Græcæ νὺξ, nox. Hæc ille lib. 5. de L. L. 2. Cic. 2. de Nat. Deor. 50. Ipsa enim umbra terræ soli officiens, noctem efficit.
Avis noctis. Ovid. 2. Met. 564.
Caligo cæca noctis. Lucret. lib. 4. 458.
Caput sidereum noctis. Ovid. 15. Met. 31. Hic est Nox Dea.
Confinia lucis & noctis. Ovid. 7. Met. 706.
Dux noctis Hesperugo. Seneca Medea, 11.
Frigora. Ovid. 1. Amor. 9. 15.
Furtum. Tacit. in vita Agric. 34. pr. Unam legionem furto noctis aggressos. V. Furtum in FUR.
Genitrix nox Somni. Sil. lib. 15. 612.
Hora amicior noctis. Ovid. 19. Epist. 33.
Imago noctis duplicata. Ovid. 11. Met. 550.
Incerta noctis. Tacit. lib. 1. Hist. 26.
Obscurum noctis. Tacit. lib. 2. Hist. 14.
Signa orientia. Virg. 7. Æn. 138.
Silentia severa. Lucret. lib. 4. 462.
Tempus tacitum. Tibull. lib. 1. 8. 18.
Umbræ spissæ. Virg. 2. Æn. 621.
Acerba. Valer. 2. Argon. 291.
Adulta. Tacit. 3. Hist. 23.
Æquata. V. ÆQUO.
Alma. i. e. Quæ outrit: vires enim nostras alit somnus nocturnus. Seneca Agamem. 2. 4.
Angusta. Ovid. 3. Amor. 7. 25.
Arcana. Ovid. 9. Epist. 40.
Beata. Claud. 3. Conf. Hon. 154. Conjugii scil.
Benigna. Stat. 10. Theb. 210.
Cæca. Virg. 3. Georg. 260.
Caliginosa. Hor. 3. Carm. 29. 30.
Densissima. Ovid. 15. Met 31.
Deserta. Senec. Hippol. 3. 8.
Exigua. Virg. 2. Georg. 202.
Fidissima arcanis. Ovid. 7. Met. 192.
Flammifera. Lucan. lib. 5. 402. h. e. In qua flammæ feruntur.
Fecunda operum, & accommoda fraudi. Stat. 10. Theb. 186.
Frigidæ. Hor. 2. Carm. 7. 6.
Gelida. Virg. 1. Georg. 287.
Grata. Hor. Carm. fæcul. 24.
Horrenda. Ovid. 6 Fast. 140.
Humida. Virg. 2. Æn. 8.
Hibernæ. Virg. 6. Æn. 355.
Illustris sideribus. Tacit. 1. Ann. 50.
Infausta. Sil. lib. 17. 112.
Iniquæ tempora. Ovid. 2. Amor. 11. 51.
Inquieta. V. INQUIETUS.
Languida. Lucan. lib. 5. 504.
Solverat armorum fessas nox languida curas. i. e. Languorem inducens.
Latebrosæ noctis obscura tempora. Lucan. lib. 6. 120. i. e. Latebras admittentis. vel ad latendum idoneæ.
Longæ noctes hiberno tempore. Lucret. lib. 5. 698.
Media. V. MEDIUS.
Multa. Virg. 4. Georg. 180.
Multa de nocte. Cic. 7. Att. 4.
Nigra. Lucret. lib. 4. 541.
Novissima. Stat. 5. Theb. 478.
Nutrix maxima curarum nox. Ovid. 8. Met. 81.
Obscura. Virg. 2. Æn. 420.
Opaca. Virg. 8. Æn. 658.
Operta. Stat. 10. Theb. 18.
Præceps. Ovid 9. Met 485.
Pruinosa. Ovid. 2. Amor. 19. 22.
Pura. Virg. 9. Ecl 44.
Quietæ. Stat. 5. Theb. 451.
Reverenda specie tenebrarum. Ovid. in Ibin, 73.
Serena. Cic. in Arat. 104.
Siderea. Valer. 5. Argon. 691.
Sopora. Virg. 6. Æn. 390.
Soporifera. Stat. 10. Theb. 320.
Sublustris. Hor. 3. Carm. 27. 31.
Tacitæ noctis imago. Ovid. 9. Met. 473.
Tacitæ umbræ noctis. Ovid. in Ibin, 157.
Tardæ. Virg. 2. Georg. 482. Intelligit Noctes æstivas, eo quod tarde veniant.
Tartarea. Valer. 3. Argon. 212.
Terrifica. Valer. 5. Argon. 398.
Vaga. Catul. in Epithal. Jul. 59. 118.
Viduas jacere noctes. Catul. ad Flavium, 6. 6.
Abacta nox. V. ABACTUS.
Absumere noctem. Stat. 4. Silv. 6. 13.
Æquare nocti ludum, est Ludere totam noctem. Virg. 9. Æn. 338.
Agere noctem inter gaudia. V. AGO. Ovid. 12. Epist. 58.
Acta est per lacrimas nox mihi, quanta fuit.
Agere supremam. Virg. 6. Æn. 513.
Appetit nox. In APPETO.
Assumere noctem. In ASSUMO.
Auferre noctes & dies alicui. Ovid. de Rem. Amor. 538.
Cingitur astris aurea. Valer. 5. Argon. 566.
Circumvolat umbra nox atra cava. Virg. 2. Æn. 360.
Cœpta nocte egressus augurali. Tacit. 2. Ann. 13.
Committere se nocti. Ovid. 13. Met. 342.
Conjicere se in noctem. Cæs. 3. de Bell. Civil. 28. pr.
Consumitur nox tota exinanienda navi. V. CONSUMO.
Consumpta. Virg. 2. Æn. 795.
Conterere noctem conviviis & stupris. V. CONTERO.
Contracta. In CONTRAHO.
Coorta nox tætra nimborum Lucret. lib 4. 173. V. Nox, pro Tenebris infra.
Diffundit signa cælo nox. Hor. 1. Serm. 5. 9.
Ducunt astra noctem. Virg. 3. Georg 337.
Ducere noctem ludo. Virg. 3. Georg. 379.
Ducere insomnem noctem ludo. Virg. 9. Æn. 167.
Eripiunt flammæ noctem. Sil. lib. 11. 281.
Exhausta nocte, novam aciem dies aperuit. Tacit. 4. Hist. 29.
Exspectatis luce noctem, nocte lucem. Auctor ad Heren. lib. 4. 49.
Extendere noctem æstivam sermone benigno. Hor. 1. Epist. 5. 11.
Fallere spatiosam. Ovid. 1. Epist. 9.
Inducit umbras terris. Hor. 1. Serm. 5. 9.
Intercedere noctem. Cic. 1. in Catil. 4.
Interponere. V. INTERPONO.
Intervenit nox prælio. V. INTERVENIO.
It nox in diem. Apul. lib. 1. Milef.
Jungere noctem operi. Sil. lib. 3. 638.
Laxata. Sil. lib. 13. 550. h. e. Dissolutæ tenebræ infusa luce.
Lucubrata. V. LUCUBRO.
Obducta nocte, i. e. Tenebris primis obortis. Nepos 23. 5. 2.
Obeunt noctes. V. OBEO.
Oborta nox est. Sen. Herc. fur. 9.
Obtenta densantur nocte tenebræ. Virg. 1. Georg 248.
Operit terras nox humentibus umbris. Virg. 4. Æn. 351.
Opprimit aliquem nox. Cic. de Senect. 49 Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, quum mane cœpisset?
Peragere noctes insomnes. V. PERAGO.
Peregi noctem vacuus somno. Ovid. 1. Amor. 2. 3.
Perdocere vigiles in clypeo Claud 3. Conf. Hon. 48.
Pervigilare noctem. Cic pro Rosc Amer. 98.
Pervigilata nox mero Ovid 6 Fast. 326.
Præcipitat nox cælo. Virg. 2 Æn. 9.
Premit oculos nox. Senec. Herc. OEth. 7.
Provecta nox erat. Tacit. 13. Ann. 20. 1.
Quiescere tota. Ovid. 2. Amor. 9. 39.
Rapit oculos nox, Stat. 9. Theb. 40.
Requiescere nocte. Virg. 1. Eclog. 80.
Ruit Oceano nox. Virg. 2, Æn. 250.
Silet intempesta. Virg. 1. Georg. 247.
Subibat necdum orbem medium nox Horis acta. Virg. 3. Æn. 512. i. e. Nondum erat media nox. V. infra Nox Dea.
Temerata sanguine. Ovid. 14. Epist. 17.
Tendunt emensæ noctes in lucem. Ovid. 15. Met. 186. al. Emersæ.
Tenet terras. Virg. 4. Æn. 461.
Tenebat lunam intempesta nox in nimbo Virg. 3. Æn. 587.
Trahere noctem vario sermone. Virg. 1. Æn. 752.
Venit nox oculis. Ovid. 2. de Arte Am. 88. i. e. Vertigo, tenebræ.
Vigilabat noctes ad ipsum mane. Hor. 1. Serm. 3. 17.
Vigilata convivio nox. Tacit. 13. Ann. 20.
Vigilatæ noctes. Ovid. 1. de Arte Am. 735.
Vincunt funalia noctem flammis. Virg. 1. Æn. 731.
Nox, pro Somno. V. Drakenb. ad Sil. 3. 216.
Extorbare noctem. Stat. 10. Theb. 213.
Abrumpere. V. ABRUMPO.
Accipere oculis & pectore, Dormire. Virg. 4. Æn. 530.
Sortiri noctem. Quintil. lib. 5. cap. 2. Alia exemplaria habent Nocte.
Hoc noctis. i. e. Hac hora noctis. Liv. 40. 9. Quid hoc noctis, quid inimicus ad iratum, quid cum ferro succinctis juvenibus venia?
Intempesta nox. Varr. de L. L. lib. 5. 2. V. INTEMPESTUS.
Concubia. Cic. 1. de Divin. 57. Qui ut cœnati quiescerent, concubia nocte visum esse in somnis ei, qui erat in hospitio, illum alterum orare ut subveniret, quod sibi a caupone interitus pararetur.
Sera. Virg. 8. Eclog. 88.
Noctes & dies, i. e. Continue, semper. Plaut. Merc. prol. 46.
Objurgare pater ob hæc me noctes & dies.
Noctes & dies semper. Plaut. Stich. 1. 1. 6.
Noctes atque dies patet atri janua Ditis. Virg 6. Æn. 127.
Noctes atque dies niti præstante labore. Lucret. lib. 2. 12.
Noctesque diesque assiduo satis superque est. Plaut. Amph. 1. 1. 14.
Noctes diesque. Plaut. Pœn. 1. 2. 18.
Noctes diesque exeduntur animi eorum, qui contra conscientiam opibus hominum septi esse & muniti sibi videntur. Cic. 1. de Divin. 5.
Noctesque & dies stertit. Ter. Eun. 5. 9. 49.
Nocte & interdiu. Cæs. 1 Bell. Civil. cap. 81.
Nocte ac die. Plin. lib. 7. cap. 49.
Nocte dieque niti. Ovid. 3. de Pont. 1. 40.
De nocte. Hor. 1. Epist. 2. 32.
Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones.

In noctes singulas. V. IN præp. [ut In Dies. Vide In noctem. H. St.
Sub noctem cura recursat. Virg. 1. Æn. 666.
Multa jam nocte. Tacit. 3. Hist. 77.
Multa nocte profectus est ad Cæsarem Balbus. Cic. 7. Att. 4.
Multo jam noctis, serum auxilium venit. Tacit. 3. Ann. 79.
Ad multam noctem. V. AD præp.
A media nocte. V. A præp.
Media nocte in campum venit Milo. Cic. 4. Att. 3.
Nocte silente. Tibul. lib. 1. 5. 16.
Vota novem Veneri nocte silente dedi. Frequens est hæc locutio apud poetas. Aliud est autem (ut id obiter dicamus) Silente nocte, aliud Luna silente. Nam Silentium Lunæ, Interlunium intelligitur, id est tempus id quo Luna non lucet. Virg. 2. Æn. 255.
— tacitæ per amica silentia Lunæ. V. Plin. lib. 28. cap. 7. Virg. 4. Æn. 527.
Noctu, pro Nocte. Sallust. Jugurth. 38. & 70. Diu, noctuque laborare, festinare, tentare. Cic. 8. Att. 3. Sed ecce nuntii, scribente me hæc ipsa noctu in Caleno. &c. Videtur ablativus casus prisci obsoletique nominis. Unde Hac noctu, qua noctu, concubia noctu, ex Ennio profert Macrob. 1. Saturn. 4. conf. Gallæum ad Quintil. 1. 4. extr.
Noctu an interdiu. Auctor ad Heren. lib. 2. 7.
Ejeci noctu. Cic. 14. Fam. 7.
Stertere noctu. Hor. 2. Epist. 2. 27.
Nox, pro Nocto, ut est in XII Tab. Sei nox furtum factum esit, sei im occisit, joure caisus esto. Ubi im accusativom dixerunt ab is; & occisit, pro occiderit. Macrob. 1. Saturn. cap. 4.
Nox, pro Concubitu, ut, Lascivæ gaudia noctis. Ovid. 2. Amor. 10. 27.
Proterva. Stat. 9. Theb. 612.
Dare noctes alicui; de meretricibus dicitur. Hor. Epod. 15. 13.
Locare noctes. Ovid. 1. Amor. 10. 30.
Negare noctem, dicuntur meretrices quum nolunt admittere amatores noctu Ovid. 1. Amor. 8. 73.
Poscere noctem; amatorum est. Ovid. 1. Amor. 8. 67.
Rogare noctem. Ovid 2 Amor. 2. 5.
Nox pro Morte. Hor. 1. Carm. 4. 16.
Jam te premet nox, fabulæque manes. Ibid. 28. 15.
— omnes una manet nox
Et calcanda semel via leti.
In æternam clauduntur lumina noctem. Virg. 10. Æn. 746.
Dormienda est nox una perpetua. Catul. ad Lesbiam, 5. 6. conf. PERPETUUS.
Profunda nox Erebi. Virg. 4. Æn. 26.
Nox pro Tenebris, & proprie & translate poni consuevit.
Circumdatus ingenti. Virg. 4. Georg. 497.
Ferens noctem hiememque imber. Virg. 3. Æn. 195.
Incubat atra nox Ponto. Virg. 1. Æn. 93.
Inglomerat noctem Auster. Stat. 1. Theb. 351.
Habebunt versus mei aliquantum noctis, h. e. Obscuritatis. Ovid. in Ibin, 63.
Animi nox, Ignorantia & cæcitas. Ovid. 6. Met. 652.
Tantaque nox animi est De Tereo.
Perpetua sub nocte trahere senectam. Ovid. 7. Met. 2.
Nox Reip. Cic. de Clar. Orat 330. Equidem etsi doleo, me in vitam paulo serius, tanquam in viam, ingressum, priusquam confectum iter sit, in hanc Reip. noctem incidisse.
Offundere noctem rebus. V. OFFUNDO.
Objicere noctem peccatis, & nubem fraudibus. Hor. 1. Epist. 17. 62.
Nox inter Deas culta, eique gallus sacrificatus. Ovid. 1. Fast. 445.
Nocte, Deæ Nocti, cristatus cæditur ales.
NOCTURNUS, a, um. Adj. [νυκτὸς, νυκτερινὸς, νυκτερήσιος] Quod est noctis. Claud. de 6. Conf. Hon. in præf. 1.
Omnia quæ sensu volvuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies. Cic. 7. Verr. 141. Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum.
Acta nocturna. Ovid. 2. de Arte Am. 625.
Aquæ nocturnæ servitus & Diurnæ. Paulus in l. Si prius. in princip. D. de aqu. pluv. arcend. Si prius nocturnæ aquæ servitus mihi concessa fuerit, deinde postea alia cessione diurnæ quoque ductus aquæ concessus mihi fuerit, & post constitutum tempus nocturna duntaxat aqua usus fuerim, amitto servitutem aquæ diurnæ.
Aura. Hor. 2. Serm. 4. 52.
Cœtus. Tacit. 4. Hist. 36.
Dolus. Ovid. 1. Epist. 42.
Epulæ. Lucret. lib. 2. 26.
Fur. Virg. 3. Georg. 407.
Horæ. Cic. pro Rosc. Amer. 19.
Labores diurni nocturnique. Cic. de Senect. 82.
Lemures. Hor. 2. Epist. 2. 209.
Lumina. Virg. 7. Æn. 13.
Manes. Virg. 4. Æn. 490.
Mero nocturno certare. Hor. 1. Epist. 20. 11.
Metus. Cic. 1. Tusc. 48.
Milites. Cic. 6. Verr. 95.
Oppugnatio castrorum. Tacit. 2. Ann. 47.
Ora nocturna. Plaut. Pœn. 1. 2. 107.
Quæ habent nocturna ora noctu sacrificatum ire occupant. Per Nocturna ora, Deformes significare videtur, velut mali ominis, similesque nocturnis avibus, quæ & ipsæ tantum noctu visuntur. Sic Nocturni oculi, i. e. Deformes, noctuque non interdiu ostendendi. Nam deformitas minus apparet noctu. Al. Noctuini. conf. NOCTUINUS.
Quæstus, Meretricius. Cic. 5. Verr. 78.
Quies. Senec. Hippol. 2.
Rixæ. Propert. lib. 1. 16. 5.
Sacra nocturna lege perpetua sustulit Diagondas Thebanus. Cic. 2. de Legib. 37.
Somnia. Hor. 4. Carm. 1. 37.
Spatium diurnum nocturnumve. Cic. 1. de Invent. 39.
Visus. Tacit. 4. Hist. 83.
Umbræ. Ovid. 1. Amor. 8. 13.
Nocturnus ad Personas transfertur. pro Noctu. Virg. 3. Georg. 538.
Nec gregibus nocturnus obambulat. i. e. Noctu. Hor. 1. Serm. 3. 117.
Nec qui nocturnus divûm sacra legerit, &c.

Nocturnos, pro Furibus dictum reperio, quod & noctu grassantur fures, & atrociores fures nocturni habentur. Petron. cap. 57. loquens de advocatis, qui vestes avertere conabantur, Advocati tamen, inquit, jam pæne nocturni, qui volebant pallium lucrifacere, flagitabant, ut apud se utraque deponerentur. Hoc autem eo est lepidius & urbanius, quod jam advesperaverat, ut ambiguitatis sensus duplici gratia augescat, & advocatorum nocturnorum, & nocturnorum furum. Ex Turneb. conf. Burm. in Petron.
NOCTURNUS, i. m. antiquis dictus est Noctis deus. Plaut. Amph. 1. 1. 116.
Credo ego hac noctu Nocturnum obdormivisse ebrium. Al. Nocturninus. V. Dalechamp. ad Plin. 2. 20.
Est & Nocturnus, Vesper, qui noctem ducit, Luciferoque opponitur, & appellatur a Catullo Noctifer, quod noctem afferat. Stat. 6. Theb. 240.
Roscida jam novies cælo dimiserat astra
Lucifer, & totidem Lunæ prævenerat ignes
Mutato Nocturnus equo. Ecce hic aperte Lucifero Nocturnum, id est Noctiferum opponit, cui & equos tribuit, ut & Nocti alii poetæ, cujus currum Stellarum choro sequente comitari fingunt eleganter. Turneb. Adverf. 24. 27. conf. NOCTIFER.
NOCTURNALIS, e. Adj. Alcim. Avit. Epist. 33. In contenebrati recessus nocturnali habitatione. Sidon. 7. Epist. 16. Per quos nocturnalem cucullum transmisi.
NOCTIUS, vel NOCTUUS, a, um. Adj. Nocturnus. Lucret. lib. 6. 1218.
— nec noctia fæcla ferarum
Exibant silvis. Al. Nocti. V. Barth. Adverf. 1. 9. Hinc
NOCTUA, æ. f. [γλαῦξ, νυκτερὶς] Subaudito Avis, a tempore noctis dicta, quo canit & volat. Plin. lib. 10. cap 17. Noctuarum contra aves solers dimicatio, majore circumdatæ multitudine, resupinæ pedibus repugnant, collectæque in arctum, rostro & unguibus totæ teguntur.
Seros exercet noctua cantus. Virg. 1. Georg. 402.
Noctuas, vel Ululas Athenas. Subaudiendum Portas aut Mittis. Conveniet proverbium in stultos negotiatores, qui merces eo comportant, ubi per se magis abundant. Venustius fiet, si metaphora ad res animi transferatur, ut si quis doceat doctiorem, carmina mittat poetæ, consilium det homini consultissimo. Cic. 6. Fam. 3. Sed rursus γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, qui hæc ad te. Idem 2. Q. frat. 16. Ego te libenter, ut rogas, quibus rebus vis adjuvabo, & tibi versus, quos rogas, hoc est Athenas noctuam, mittam. Damon apud Aristophanis Interpretem existimat, non ob id solum dici Noctuas Athenas, quod Athenis noctuarum sit copia, sed quod in nummis etiam tum aureis, tum argenteis Atheniensium noctua insculpi soleat, una cum facie Minervæ. Ex Erasmo. V. Lex. Pitisc.
Noctua inter cornices. Proverb. Ubi stupidior aliquis in petulantes ac dicaces incidit.
NOCTUINUS, a, um. Adj. Noctuam referens. Plaut. Curc. 1. 3. 35.
Tune cum noctuinis oculis? Idem Pœn. 1. 2. 107. Noctuina ora. al. Nocturna. V. NOCTURNUS.
NOCTUABUNDUS, a, um. Adj. Cic. 12. Att. 1. Quom complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius. i. e. Qui de multa nocte ambulasset.
NOCTESCO, ēre. In modum noctis tenebrosum esse vel fieri. Furius Antias apud Gell. lib 18. cap. 11.
Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ. conf. Non. 2. 591.
NOCTAMBŬLUS, a, um. Adj. ut, Noctambula larva. Barth. in Cælest.
NOCTĬCŎLA, æ. m. Prudent. Hamart. 634. Nocticola Indus. scil. Qui ob diurnum calorem noctem amat.
NOCTĬCŎLOR, ōris. Ater. Auson. Technopæg. de Diis 11. Nocticolor Styx.
NOCTĬCŬBUS, a, um. Adj. pro Adultero, apud Cassiodor.
NOCTIFER, [νυκτοφόρος] dicitur Vesper vel Hesperus, stella vespertina, quæ eadem mane dicitur Lucifer. Catul. in Carm. Nupt. 63. 7.
Nimirum Oëteos ostendit Noctifer ignes. Quo in loco nonnulli perperam legunt Eoos pro Orientalibus. Dixerat enim poeta,
Vesper adest, juvenes, consurgite, Vesper Olympo
Exspectata diu lux tandem lumina tollit, &c. Deinde rem eandem aliis verbis describens ait,
Nimirum Oëteos ostendit Noctifer ignes. h. e. Stellas, quæ adventante nocte surgere videbantur ex Oëta monte. Id quod innuit Virg. 8. Ecl. 30.
Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus Oëtam. Calpurn. Ecl. 5. extr.
Frigidus æstivas impellit Noctifer horas. conf. NOCTURNUS.
NOCTĬLŪCA, æ. f. [νυκτιφαὴς] dicitur Luna ex eo, quod eo cognomine in Palatio colebatur, & noctu in ejus templo lampades lucebant. Unde Varr. lib. 5. 8. scribit, Ab luce Noctiluca. Lucere item a luce, quod propter lucem cultus institutus. Scripsit quoque eodem cognomine Hor. 4. Carm. 6. 38.
Rite crescentem face Noctilucam. Erat etiam, ut conjicio, apud Varronem in Marcipore Noctiluca, Fax vel lucerna. Scribit enim, Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima revivifcit. Turneb. conf. Varr. 4. de L. L. 10. [Cujus verba priora aliter paulo profert Turneb. Adverf. 20. 37. interpolata, ut assolet. In Gloss. Lat. Gr. corrupte legitur, Nocticula, Ἐγὼ νυκτιφαίνω. Scribendum enim Noctiluca. Forsan & Νυκτὶ φαίνουσα. Non enim puto verbum compositum νυκτιφαίνω ullum fuisse. De alia h. v. significatione V. in NOCTIFUGA.
NOCTĬLŪCERNA, æ. f. pro Cicindela, apud Apulejum.
NOCTĬLŪGUS, a, um. Adj. Epitheton bubonis. Lucil. apud Fest. ut vult Scalig. V. NOCTIFUGA.
NOCTĬVĂGUS, a, um. Adj. [νυκτίπλαγκτος] ut,
Currus noctivagus Phœbes. Virg. 10. Æn. 216.
Deus noctivagus, Somnus. Stat. 10. Theb. 152.
Faces noctivagæ cæli. Lucret. lib. 5. 1190.
Iter noctivagum. Valer. 2. Argon. 4.
Labor. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 331.
Strepitus noctivagus Faunorum. Lucret. lib. 4. 586.
Umbræ. Stat. 3. Theb. 420.
NOCTĬVĂGO, ōnis. m. [Pro quo Noctuago, νυκτιβόμος, in Gloss. Græco Lat. mendose legitur.
NOCTŪLŪCUS, i. e. Interdiu & noctu. Nomen est fictum compositumque e duobus adverbiis Noctu, & Luco; ut e Per & Diu, Perdius. Varr. L. L. 4. 19. extr. Nisi quod ut tuba & cornua signum quum dant, canere dicuntur:

dicuntur: qood hic item & noctulucus. Quidam Noctu lucu divise legunt, sed liberum esto coique judicium. [Ex Turneb. 21. 28. Sed in edit. Steph. & Gothofr. legitur. Catulus a Sagaci sensu & acuto. Hinc Canis; nisi qood tuba & cornu, signum cum dant, Canere dicuntur. Quod hic item, & nocticulus in custodia, & venando signum voce dat, Canis dictus. Quæ si vera lectio est, Nocticulus dicitur, forma diminutionis, a Nocticus, a, um. Adj. quod alibi frustra quæras.

Noctĭpūga, orum. n. pl. Lucilius vocavit Obscæna, quod noctu pongant, atque excitent venerem. Calepin. Sic apud Fest. legit Salmas. probante Dacerio, ubi vulgo legitur, Noctilucam Lucilius cum dixit, obscænum significat. Scaliger Noctilugum reponit, & de Ave obscæna interpretatur, quæ noctu lugere videtur. [Ego vero & Noctilucam ferri posse video, pro eo, qui alteri facem ad libidinem præfert. V. laternarius. Puto & Noctilegum legi posse a Noctibus legendis. Sed, quia obscænius quid postulare locus videtur, lectori æstimandum relinquo, annon forte Natipuga Lucilianum illod verbum sit?

Noctĭsurgium, i. n. Vox ficta Latine pro Nyctegresia. Fest. in Egretus.

Noctĭvĭdus, a, um. Adj. Noctu videns. Mart. Capell. lib. 16. pr. Noctivida ales, noctua.

Noctuvĭgĭlus, a, um. Adj. Plaut. Curc. 1. 3. 40. Noctuvigilam Venerem dixit, quia pervigilia Venus amat.

Noxa, Noxalis, Noxia, Noxialis, Noxiosus, Noxitudo, Noxius, V. in noceo.

N U B

Nūbæ, arum. m. pl. [Νοῦβαι Stephano] Populi sunt Libyæ, ad simistrum Nili flexum habitantes, in molta divisi regna, teste Strabone lib. 17. V. Drakenb. ad Sil. 3. 269 & 7. 664.

Nūbes, is. f. [νεφέλη, νέφος] Vapor humidus in sublime elatus e terra per æstum: sive aer in liquorem coactus, cujus densitas haud dubie solem obumbrat.
Aar sine nubibus. Ovid. 3. de Arte Am. 173.
Conflictus nubium. Cic. 2. de Divin. 44. Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.
Corio nubium crassiore spissatur aer. Plin. lib. 2. cap. 5.
Ætherea. Ovid. 15. Met. 804.
Alta. Virg. 1. Georg. 364.
Aquosa. Ovid. 4. Met. 621.
Ardens. V. ardeo.
Arduæ. Hor. 3. Carm. 29. 10.
Aridior. Lucret. lib. 6. 149.
Atra. Lucret. lib. 6. 179.
Bibulæ. Ovid. 14. Met. 368.
Caligans. Cic. in Arat. 205.
Deformis. Senec. Thyest. 8.
Fugaces. Claud. de Bell. Get. 48.
Fulva. Ovid. 3. Met. 273.
Liquidæ. Virg. 5. Æn. 525.
Nigra. Virg. 5. Æn. 516.
Piceæ. Ovid. 11. Met. 549.
Roseæ. Valer. 4. Argon. 77.
Sordida. Senec. Hippol. 6.
Vacuæ. Senec. Herc. fur. 10.
Umbrosæ, Valer. 4. Argon. 729.
Volantes. Lucret. lib. 5. 254.
Abruptæ. Virg. 3. Æn. 199.
Adopertus fluidis nubibus æther. Lucan. ad Pison. 135.
Affert iris alimenta nubibus. Ovid. 1. Met. 271.
Amicti cava nube. Virg. 1. Æn. 516. de Ænea & Achate.
Attrahit nubes sol. Lucan. lib. 7. 5.
Cogitur aer in nubem. Virg. 5. Æn. 20.
Cogitur in nubem aer concretus. Cic. 2. de Nat. Deor. 101.
Coguntur in cælo nubes, imbres, ventique. Cic. 1. Tusc. 43.
Contrusæ nubes ad altos montes coguntur, premunturque. Lucret. lib. 6. 734.
Collectæ ex alto nubes, fœdam glomerant tempestatem atris imbribus. Virg. 1. Georg. 324.
Concrescunt nubes in alto. Lucret. lib. 4. 137.
Conditus in nubem sol. Virg. 1. Georg. 442.
Conscissis nubibus orbem protulit luna. Stat. 12. Theb. 309.
Crescens exigua nubes sordido globo. Senec. Agam. 6.
Discutit trepidas Tithonia nubes. Stat. 12. Theb. 3.
Discussa nube tonant venti. Ovid. 15. Met. 70.
Effusus æstivis nubibus imber. Virg. 4 Georg. 312.
Elisa nuba micat dirum fulmen. Senec. Agam. 6.
Eripiunt subito nubes cælumque, diemque Teucrorum ex oculis. Virg. 1. Æn. 88.
Evanescunt gravidæ. Ovid. 1. Trist. 2. 107.
Evicit oppositas nubes imago solis. Ovid. 14. Met. 768.
Excussis elusus nubibus ignis. Ovid. 8. Met 339.
Facere tenebras nubibus. Lucret. lib. 2. 1099.
Fugat Juppiter collectas nubes. Virg. 1. Æn. 143.
Inardescit solis radiis nubes. V. inardesco.
Induerunt se in nubem anhelitus. Cic. 2. de Divin. 44.
Infectæ nubes ab ictu adversi solis. Ovid. 3. Met. 184.
Intorsit se nubibus procella venti. Lucret. lib. 6. 124.
Invadit ventus nubem. Lucret. lib. 6. 174.
Madescit tellus assidois nubibus. Ovid. 1. Met. 66.
Obijcere nubem oculis. Ovid. 12. Met. 32.
Pellit opacam nubem ventus. Cic. in Arat. 201.
Perscindit ventus nubem. Lucret. lib. 6. 179.
Pressus nubibus sol latet, Ovid. 1. Trist. 9. 12.
Pulsa nube solet clarior ire dies. Ovid. 2. Trist. 142.
Quatit nubes Juppiter. Senec. Herc. fur. 6.
Scindit se nubes. & in æthera purgat apertum. Virg. 1. Æn. 587. de nube, qua circumdatus erat Æneas cum Achate.
Spissescit. Lucret lib. 6. 175.
Summotis nubibus cadunt imbres. Virg. 6. Ecl. 38.
Texit densis sua nubibus ora Lucifer. Ovid. 11. Met. 572.
Trahitur obscura nubes vento. Virg. 4. Georg. 60.
Nubes, Nebula, Vide ex Plinio in crassesco. II. St.
Nubes, translate pro Tristitia, & severitate immoderata, quæ contracto ac sublato supercilio significatur, quod Græci τὸ τῶν ὀφρύων νέφος, id est Superciliorum nubem, appellant. Hor. 1. Epist. 18. 94.

Deme supercilio nubem, plerumque modestus
Occupat obscuri speciem, &c. Ovid. 5. Trist. 5. 22.
Pars vitæ tristi cetera nube vacet. Al. Infortunium exponont. V. Dan. Heins. & Drakenb. ad Sil. 8. 613. Valer. 2. Argon. 499. de Sigeo monstro, — cujus stellantia glauca
Lumina nube tremont, &c. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 81. de Plutone, — sublime caput mæstissima nubes Asperat, &c.

Pulveris nubes. Curtius lib. 4. 15. extr.
Glomerator subita nubes nigro pulvere. Virg. 9. Æn. 33.
Consurgit immensa campo. Lucan. lib. 2. 481.
Prorumpit atram ad æthera nubem. Virg. 3. Æn. 572. De Ætna sumante.
Nubes peditum, per translationem, pro Multitudine & densitate. Liv. 35. 49. Rex contra, peditum, equitumque nobes jactat, & consternit maria suis classibus. Tacit. 3. Hist. 2. 8. Nunc XVI alarum conjuncta signa, pulsu sonituque, & nube ipsa, operient & superfundent oblitos præliorum equites equosque.
Armorum nubes. Stat. 4. Theb. 839.
Belli nubes. Virg. 10. Æn. 809.
Bellorum pulverea nubes. Stat. 5. Silv. 2. 132.
Facere nubem volucres dicuntur. Virg. 12. Æn. 254.
Obijcere nubem fraudibus. Hor. 1. Epist. 17. 62.
Cæcæ nubes, tenebræ, procellæ Reip. Cic. pro Domo, 24.
Jam mortis opaca nube gravis. Stat. 4. Silv. 6. 73. de Alexandro moribundo.
Timor est nubes mentis. Claud. Bell. Get. 41.
Pelle soporiferi senium, nubemque veterni. Auson. Ep. 14. 2.
Nubes meri. Val. Flacc. 3. 66.
Percussus nube soporis. Idem. 8. 81.
Nubis, in nominativo apud Plaut. Merc. 5. 2. 38.
— non ex adverso vides?
Nubis atra, imberque instat.
Nubs, pro Nubes. Auson. Eidyll. 12. v. 72.
Perjurum Lapitham Junonia ludificat nubs.

Nubĕcŭla, æ. f. [νεφέλιον] Parva nubes. Plin. lib. 18. cap. 35. Nubecula, quamvis parva, ventum procellosum dabit. Apul. de Mundo p. 61. Nebula constat, aut ex ortu nubeculæ, aut ex ejus reliquiis.
Nubecula, per translationem, pro Inepta & importuna severitate. Cic. In Pison. 20. Neque tam fui timidus, ut qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reip. navem gubernassem, salvamque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum Collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem.
Nubecula ponitur inter Morbos, seu vitia oculorum. Plin. 27. 12. Purgat cicatrices & nubeculas. V. Indicem Hard.

Nubeculōsus, a, um. Adj. Translate Sarisb. Epist. 184. Ratio hæc nubeculosior est.

Nubigōsus, a, um. Adj. ut, Nubigosus aer. Claud. Mamert. de Stat. Animæ, 1. 7. [Nisi Nubilosus legendum.

Nubĭlus, a, um. Adj. [νεφελώδης] Instar nubis fuscum. nubibus tectum. Plin. lib. 16. cap. 26. Pirus & amygdala, etiam si non pluat, sed fiat Austrinum cælum, aut nubilum, amittunt florem, & primos fructus.
Auster nubilus. Ovid. 11. Met. 663.
Color nubilus, Obscurus. Plin. lib. 9. cap. 35.
Dies nubilus. Plin. 2. 35.
Massa nubila. Martial. lib. 8. 51. Politurâ nempe vitiatâ.
Irâ Mars. Stat. 3. Theb. 230.
Parca nascenti mihi fuit nubila. i. e. Tristis & irata. Ovid. 5. Trist. 3. 14.
Tempora si fuerint nubila, solus eris. i. e. Adversa, tristia. Ovid. 1. Trist. 8. 6.

Nubĭlum, i. n. [νέφος] Ipsam nubem significat poëtis, Alias Cælum nubilum. Plin. lib. 2. cap. 62. Rhodi & Syracusis nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqoa hora sol cernatur.
Cæli nubila. Virg. 4. Georg. 166.
Nubilum inducere dicuntur aliqui venti, pro Tempus nubilum facere. Plin. 2. Epist. 17. Ibi omnes silent venti, exceptis qui nubilum inducunt & serenum ante, quam usum loci, eripiunt.
Nubilum dici. Plin. lib. 2. cap. 35.
Nubilo, pro In tempore nubiloso. Plin. lib. 7. cap. 60. Etiam tum tamen nubilo incertæ fuere horæ, usque ad proximum lustrom.
Ambusta nubila. Ovid. 2. Met. 209.
Arida. Virg. 3. Georg. 199.
Assimulata montibus. Lucret. lib, 6. 189.
Densa. Virg. 6. Æn. 592.
Ramosa atque aspera. Lucret. lib. 6. 132.
Agit ventus nubila. Virg. 1. Georg. 422.
Cessit fallax simulachrum in nubila. Sil. lib. 17. 548.
Clarescunt saucia dividuis nubila sulcis. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 102.
Depellere cælo Tibull. lib. 1. 2. 51.
Detergit Notos nubila cælo. Hor. 1. Carm. 7. 15.
Differt Aquilo nubila. h. e. Dissipat, dispergit. Virg. 3. Georg. 198.
Disjecit nubila Juppiter. Ovid. 1. Met. 328.
Dividit nubila igni corusco Diespiter. Hor. 1. Carm. 34. 6.
Findere nubila disco. Stat. 3. Silv. 1. 155.
Fugiebant fusca repurgato nubila cælo. Ovid. 5. Met. 286.
Pellere & Inducere nubila, contraria. Ovid. 7. Met. 202.
Lacerant venti cava nubila. Stat. 5. Theb. 366.
Pellit tristia nubila Boreas. Ovid. 7. Met. 201.
Pendent nubila. Virg. 1. Georg. 214. i. e. Nondum delabuntur, aut defluont.
Pendentia. Ovid. 1. Met. 268.
Perflant venti nubila. Lucret. lib. 6. 135.
Portant venti nubila per cælum. Lucret. lib. 4. 445.
Surgunt humida. Ovid. 8. Met. 3.
Verrunt venti nubila, ac subito vexantia turbine raptant. Lucret. lib. 1. 280.
Producere nubila menti. Stat. 5. Silv. 3. 13.
Serenat sol nubila humani animi. Plin. lib. 2. cap. 6.

NUBILARIUM, i. n. [illegible] Locus, quo propter nubes conferuntur frumenta semitrita. Columel. lib. 2. cap. 6. Huic aream nubilarium applicari debet, maximeque in Italia propter inconstantiam cæli, quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber ingesserit.

NUBILAR, āris. n. Idem. Columel. lib. 2. cap. 21. Quod si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in acervum vel nubilar congeritur. Vetus exemplar habet, Vel in nubilarium. V. Varr. R. R. 1. 13. Gronov. In Senec p. 234.

NUBILO, [illegible] āre. Nubilum seu obscurum facere. Apud Catonem legitur. V. paulo infra. Et apud Varr. 1. R. R. 13. Et si nubilare cœperit, inde ut rursus celeriter rejicere. i. e. Si nubilum subito fiat. Paulin. Nolan. Carm. 10. 38.

Lucem Figmenta vatum nubilant.

NUBILANS, antis. Partic. ut, Nubilans fulgor carbunculi. h. e. Veluti nubes quasdam oculis objiciens. Plin. lib. 37. cap. 7.

NUBILOR, [illegible] āri. Imperf. Pass. Cato de R. R. cap. 88. Ubi nubilabitur, & noctu sub tectu ponito: quotidie, cum sol erit, in sole ponito. [Forte, Ubi nubilabit, ut & noctu, sub &c. Sic enim & Varro impersonaliter utitur. V. supra.

NUBILŌSUS, a, um. Adj. Apul. Met. lib. 11. p. 260. Cælum, nubilosa caligine disjecta, nudo sudoque luminis proprii splendore candebat.

NUBIFER, ĕra, ĕrum. Adj [illegible] ut,

Eurus nubifer. Sil. lib. 10. 323.

Noti nubiferi. Ovid. 8. Epist. 58.

Apenninus. Ovid. 2. Met. 226.

NUBIFŬGUS, a, um. Adj. Qui nubes fugat. Columel. lib. 10. 288.

Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe
Purpureo radiat vultu.

NUBIGENA, æ. m. [illegible] Columel. lib. 10. cap. 158.

Mox ubi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles, &c.

Nubigenæ, dicuntur Centauri. quod ex nube sint nati. Ovid. 12. Met. 211.

— certe mihi sæpe referre
Nubigenas domitos a se pater ipse solebat. Stat. 5. Theb. 263.
Nubigenæ caluere mero.

Bimembres nubigenæ. Virg. 8. Æn. 293.

Feri. Ovid. 12. Met. 541.

Amnes nubigenæ. Adj. Stat. 1. Theb. 365.

NUBILIS, V. NUBO.

NUBO, nupsi & nuptus sum, nuptum, [illegible] ĕre. Operire, velare: a Nube, quæ cælum operit. Onomast. Nubo, [illegible]. Auctor vetus in Pervig. Ven. 22.

Ipsa jussit mane ut udæ virgines nubant rosæ. Arnob. lib. 3. Quod aqua nubat terram, appellatus est, inquiunt, Neptunus. V. Lips. Elect. 1. 5. & Lex. Pitisc.

Nubere, Viro tradi, quod sponsæ apud veteres, dum viro tradebantur, nubere, hoc est velare, capita solebant. unde proprie Puella nubere dicitur, Adolescens ducere uxorem. V. tamen paulo infra.

Nubere alicui. Cic. pro Cluent. 11. Quæ brevi tempore post, patris mortem A. Aurio Melino consobrino suo nupsit. Ovid. 9 Epist. 32.

Siqua voles apte nubere, nube pari. conf. Ter. And. 2. 2. 12. & Hec. 4. 1. 13.

Nubere apud. Gell. lib. 1. cap. 23. Una apud duos nupta esset. Ibid. tamen mox sequitur, Una potius ut duobus nupta fieret, quam ut uni duæ. [Nupta videtur hoc loco substantive poni.

Nupta est cum illo. Cic. 15. Fam. 2. Iique mihi nuntiassent regis Parthorum filium, quocum esset nupta regis Armeniorum soror. Plaut. Amph. ptol. 98.

Amphitruo natus Argis, ex Argo patre,
Quicum Alcumena est nupta, Electri filia. conf. Gell. 7. 1. Ter. Hec. 4. 1. 19 & Phorm. 5. 3. 34.

Virgo nubit cum bona alite. Catul. in Epithal. Juliæ, 59. 20.

Nupta est male. Plaut. Casin. 2. 2. 7.

Nubere in familiam claram. Cic. pro Cœl. 34. Quum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisset, cur tibi Cœlius tam conjunctus fuit, cognatus, affinis, viri tui familiaris?

In familiæ luctum, atque in privignorum funus nupsit mulier. Cic. pro Cluent. 188.

Nubere, inquit Nonius, veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, ut nunc illi dicunt. Pomponius Pannuceatis, Sed meus frater major postquam vidit me indejectum domo, nupsit posterius dotatæ vetulæ, varicosæ, Afræ. Hactenus Nonius, 2. 577. conf. Barth. Advers. 6. 14. Juven. 2. Sat. 134.

— quid quæris? nubit amicus. Sunt qui dicant virum tum nubere, quum servit uxori, velut illa potius vir sit, quam ille. Unde Martial. lib. 8. 12.

— uxori nubere nolo meæ. [Etiam Juvenalis de monstrosis nuptiis intelligi voluit, cujusmodi fuerunt Neronis cum Sporo. V. Suet Ner. 28. conf. infra NUPTUS, i. m.

Nubere, pro Concumbere, coire. Plaut. Cist. 1. 1. 45.

Hæc quidem ecastor quotidie viro nubit, nupsitque hodie,
Nubet mox noctu, nunquam ego hanc viduam cubare sivi. conf. Sen. Excerpt. Controv. 6. 8.

Nubere dicuntur etiam Arbores vitibus, & vites arboribus, Quum bis illæ, ut conscendere possint, conjunguntur. Plin. lib. 14. cap. 1. In Campano agro populis nubunt. De vitibus. Idem lib. 18. cap. 28. Vertit populi albæ etiam vitibus nuptæ.

Nubitur, [illegible] imperf. pass. Plaut. Pers. 3. 1. 58.

Quojusmodi hic cum fama facile nubitur:
Dum dos sit, nullum vitium vitio vertitur.

Nubendi [illegible] tempus. Ovid. 20. Epist. 110.

Nubendo non prosperæ tantum, sed omnis fortunæ initur societas. Justin. 23. 2. 8.

Nuptum, [illegible] collocare. V. COLLOCO.

Dare nuptum viro. Plaut. Cas. 2. 3. 36. Nepos 5. 2. 3. & 10. 1. 1.

NUBENS, entis. Partic. [illegible] ut, Ferre dona nubenti. Sen. Med. v. 842.

Filiæ nubenti lectum genialem stravit mater. Cic. pro Cluent. 14.

NUPTUS, a, um. aliud Partic. [illegible] ut,

Marito certo nupta. Ovid. 5. Epist. 107.

Filia nupta. Cic. pro Sext. 6.

Mulier uni nupta, proposita omnibus. Cic. 7. Verr. 34.

Puella nupta alicui. Catul. ad Coloniam, 18. 14.

Viro sævo nupta puella. Hor. 3. Carm. 10. 2.

Virgines nuper nuptæ. Hor. 2. Carm. 8 23. [Nisi distinguendum aliter.

Nupta verba dicebantur ab antiquis, Quæ virgini dicere non licebat: ut Plautus in Dyscolo, Virgo sum, non didici verba nupta dicere. Festus.

NUPTUS, i. m. [illegible] Qui nupsit. Plaut. Cas. 5. 1. 5.

Lubet, Chalinum, quid agat scire, novom
Nuptum cum novo marito. Sic citat & Priscianus. De servulo nempe, pro puella subjecto, loquitur.

NUPTA, æ. f. [illegible] Quæ nupsit. Festus, Nuptam a Græco ductum; illi enim nuptam [illegible] appellant. Nugæ.

Nova nupta. Plaut. Cas. 4. 2. 5.

Pudica. Ovid. 2. Fast. 74.

Singulis Indis plures solent esse nuptæ. Cic. 5. Tusc. 78. [Hic potest esse Participium.

NUPTUS, ûs. m. [illegible] Vict de Viris Illust. cap. 59. Eo die Numantini forte solenni nuptu filias locabant. Sic MSS. Schott. Al. Nuptui, vel Nuptum. Stat. 5. Silv. 1. 45.

Illa quidem nuptumque prior, tædasque marito Passa alio.

Nuptui collocare. Cæs. 1. Bell. Gall. 18 Et sorores suas nuptui in alias civitates collocasse. Columel. lib. 4. cap. 3. Minorem deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri. V. COLLOCARE.

Nuptus, Opertio. V. Varr. in NUPTIÆ. Antiquum.

NUPTŪRUS, a, um. Partic. [illegible] ut, Proles nuptura & nupta. Ovid. 15. Epist. 129.

NUBILIS, e. Adj. [illegible] Apta ut viro in matrimonio jungatur. Virg. 7. Æn. 53.

Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.

Filia nubilis. Cic. pro Cluent. 11.

Virgo nubilis. Ovid 2. Trist. 501.

NUPTIÆ, arum. f. pl. tantum [illegible] Conjunctio maris & feminæ, ut placet Jurisconsultis, qui fere cum Matrimonio confundunt. Nam proprie Nuptiarum nomine intelligitur, Officium solenne, quo matrimonium, sponsalibus peractis, iniri consuevit. Festus, Nuptias dictas esse ait Santra, ab eo quod nymphea dixerunt Græci antiqui [illegible]. unde novam nuptam, [illegible]. Cornificius, quod nova petantur conjugia. Curiatius, quod nova pacio fiat. Ælius & Cincius, quia flammeo caput nubentis obvolvatur, quod antiqui obnubere vocarunt. Ob quam causam legem quoque parentum jubere caput ejus obnubere, qui parentem necavisset, quod est obvolvere. Hactenus Festus. ubi Scalig. V. Cic. pro Cluent. 12. Nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ.

Nuptiæ, a nuptu, id est opertione, ut antiqui. Auctor Varr. de L. L. lib 4. 10.

In nuptiis antiquitus aqua & ignis in limine adhibebantur, inquit Varro, quod conjungit hic, & mas ignis; quod ibi semen, aqua femina, quod fetus ab ejus humore, & eorum junctione fumit Venus. V. lib. 4. de Ling. Lat. 10. conf. Fest. in Facem.

De ritu Nuptiarum Rom. V. Lex. Pitisc.

Multarum nuptiarum mulier vetula. Cic. 11. Att. 29.

Solenia nuptiarum. Tacit. 11. Ann 26.

Expers nuptiarum puella. Hor. 3. Carm. 11. 11.

Clandestinæ nuptiæ. Plaut. Cas. 5. 3. 6.

Collatæ nuptiæ. V. Conferre, pro Differre, in CONFERO.

Incertæ nuptiæ. V. INCERTUS.

Incestæ. Tacit. 11. Ann. 25.

Infirmæ. V. INFIRMUS.

Innuptæ. V. INNUBO.

Justæ Ulpian. In l. Imperator Hadrianus. D. de stat. homin. Quæ ex justis nuptiis concepit.

Legitimæ. V. LEX.

Adipisci nuptias. In ADIPISCOR.

Adornare. In ADORNO.

Alligatus nuptiis. In ALLIGO.

Apparare. In APPARO.

Celebrare. In CELEBRO.

Cœnare apud aliquem in nuptiis ejus. Cic. 2. Q. Frat. 43.

Conciliare nuptias. Nepos 25. 5. 2.

Conficere nuptias. In CONFICIO.

Conjicere in nuptias. In CONJICIO.

Constitutæ in hunc diem nuptiæ. V. CONSTITUO.

Conveniunt hæc nuptiis. In CONVENIO.

Cupere nuptias. In CUPIO.

Exornare nuptias. Plaut. Aul. 4. 10. 54.

Imperare nuptias alicui. V. IMPERO.

Indicere nuptias. V. INDICO, is.

Inquinare nuptias, Adulterari. Hor. 3. Carm. 6. 17.

Multi. Tacit. 12. Ann. 3.

Moventur nuptiæ. In MOVEO.

Mutare. In MUTO.

Ornare. In ORNO.

Nuptiæ, pro Conditione nuptiarum. Cic. 3. de Nat. Deor. 45. Nisi forte Maritimæ nuptiæ terranis anteponantur.

Indotatæ. Valer. Max. lib. 4. cap. 4. de Cn. Scipion.

Plebeis nuptiis copulatæ feminæ. Ulpian. In l. Feminæ. D. de Senat.

Nuptiæ, pro Concubitu illicito ponitur. Justin. 31. 6. Rex ipse, per hiemem in luxuriam lapsus, novis quotidie nuptiis deditus erat. V. P. Victor. Var. Lect. 21. 3.

Facere nuptias. Petron. 25. & 112. V. Burm. p. 181.

NUPTIĀLIS, e. Adj. [illegible] Quod pertinet ad nuptias. ut,

Cœna nuptialis. Plaut. Curc. 5. 2. 62.

Carmina nuptialia. Catul. in Epithal. Juliæ, 59. 12.

Dies. Seneca Medea, 984. O festum diem! ô nuptialem!

Dona. Cic. pro Cluent 28.

Faces. Cic. pro Cluent. 15. O audaciam singularem! non timuisse, si minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipsam noctem, facesque illas nuptiales. Faces enim nubentibus præferebantur. V. FAX. & loc. Varr. in dict. præced.

Face nuptiali digna puella. Hor. 3. Carm. 11. 33.

Festum nuptiale amici exercere. Symmach. 7. Epist. 19.

Sacra. Quintil. lib. 1. cap. 7.

Tibiæ.

Tibiæ. Auctor ad Herenn. lib. 4. 65.
Vox nuptialis Thalassio. Liv. 1. 9.

Nuptialiter, Adv. Nuptialiter lætus. Mart. Capell. lib. 6.

Nuptalitius, a, um. Adj. ut, Munus nuptalitium. Ulp. l. 194. D. de v. f.

Nupto, āre. frequent. Tertull. Sodom. 45. Quo nullæ nuptant animæ.

Nuptiātor, ōris. m. Qui facit nuptias. quasi a verbo Nuptiare. Hieron. Epist. 11. Secundus nuptiator.

Nuptūrio, [γαμησείω] īre. Cupere nubere. Apul. Apol. p. 319. Igitur si Claro nupsisses, homini rusticano, & decrepito seni, sponte eam diceres, sine ulla magia, jam olim nupturisse.

N U C

Nŭcāmentum, i. n. [illegible] a Nuce inclinari videtur, vel quod sit ceu rudimentum quoddam naturæ pineam nucem facere condiscentis, vel quod apertissime in nucibus propendere videatur, inquit Ruellius. Plin. lib. 16. cap. 10. E ramis generum horum panniculorum modo nucamenta squamatim compacta dependent, præterquam larici. Hæc abietis masculæ primori parte nucleos habent, non item feminæ. Piceæ vero totis panniculis minoribus gracilioribusque minimos ac nigros. Propter quod Græci phthirophoron eam appellant. In eadem nucamenta compressiora maribus sunt, ac minus resina roscida. Quibus ex locis, & quid sint Panniculæ, & quid Nucamenta, facile conjicere poteris.

Nŭcĕria, [Νουκερία] Urbs est Campaniæ, novem millibus passuum a mari distans, cujus meminit Silius lib. 8. 533. & 12. 424. Nunc *Nocera*. Nuceria item Colonia, Umbrorum Urbs Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie *Luccara*.
Apud Horatium puto. H. St.

Nucetum, Nuceus, Nucleus, Nucula, &c. V. nux.

N U D

Nudatus, Nudo, Nudipedalia, Nudipes, &c. V. nudus.

Nuditanum, i. n. Hispaniæ Bæticæ oppidum est, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Nudiustertius, Nudiusquartus, &c. [illegible] composita sunt, inquit Festus, ex Nunc & Die Tertio & Quarto, id est, Nunc est dies tertius, Nunc est dies quartus; semperque de præterito dicuntur. V. Vallam lib. 2. cap. 33. Plaut. Curc. 1. 1. 17.
Caruitne febris te heri, vel nudiustertius? Cic. 14. Att. 11. Nudiustertius dedi ad te epistolam longiorem: nunc ad ea, quæ proxime, velim me hercule, &c.
Nudiustertius, quartus, &c. Plaut. Most. 4. 2. 40.
— nam heri & nudiustertius.
Quartus, quintus, sextus, usque, postquam hinc peregre ejus pater Abiit.
Nudiusquintus here natus quidem ille est. Plau. Truc. 2. 6. 28.
Nudiussextus cui talentum mutuum dedi. i. e. Nunc. sex dies sunt quod &c. Plaut. Trin. 3. 2. 10.
Nudiustertiusdecimus. Cic. 5. Philip. 2. Recordamini, qui dies nudiustertiusdecimus fuerit, quantus consensus vestrûm, quanta virtus, quanta constantia. Ibid. 3. Legatos vero ad eum mittere, de quo gravissimum judicium nudiustertiusdecimus fecistis, &c.

Nudo, āre. V. nudus.

Nūdus, a, um. Adj. [γυμνός, ψιλός] Quod est sine tegmine. Nudum (inquit Servius) dicitur, quod nusquam tectum est, ut facies. Plaut. Amph. 1. 1. 148.
Jam pridem videtur factum, heri quod homines quatuor
In soporem collocastis nudos.
Æstas nuda. Sic enim pingitur propter æstum. Ovid. 2. Met. 28.
Arvum. Catul. in Carm. Nupt. 60. 49.
Cæspes. Senec. Hippol. 4.
Campi sine fronde & arbore. Ovid. 3. Trist. 10. 75.
Corpus. Ovid. 4. Fast. 148.
Ensis nudus, i. e. Strictus. Servius. Virg. 12. Æn. 306.
Ferro nudo concurrere. Ovid. 13. Epist. 81.
Forma. Ovid. 4. Met. 346.
Humus. Ovid. 4. Met. 261.
Lacerti. Ovid. 2. de Arte Am. 81.
Lapis. Virg. 1. Ecl. 48.
Litora. Stat. 3. Silv. 1. 4.
Ossa. Claud. 1. in Eutrop. 121.
Pectora. Ovid. 4. Met. 589.
Radicibus nudis arbores. Plin. lib. 12. cap. 9.
Ramus nudus stetit fugiente pomo. Senec. Thyest. 1.
Silex. Virg. 1. Ecl. 15.
Solum. Claud. 2. in Eutrop. 298.
Vertice nudo fulva cæsaries. Virg. 11. Æn. 642.
Nuda genu, Nudus membra, pro Nudum genu, &c. habens. Virg. 1. Æn. 324.
Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes. Ibid. 8. 425.
— & nudus membra Pyracmon. Servius.
Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos. Ovid. 7. Met. 183.
Nudus inopsque. Hor. 2. Serm. 5. 6.
Senecta nuda, Inops. Ovid. 9. Epist. 154.
Verba nuda, pro Apertis. Plin. 4. Epist. 14.
Exornata atque instructa domus, Nuda & Inanis, contraria. Cic. 4. Verr. 84. Tangebatur tamen animi dolore necessario, quod domum ejus exornatam, atque instructam, fere jam iste reddiderat nudam atque inanem.
Vacuus & nudus ab. Cic. 6. Verr. 3. Nam ipsa Messana, quæ situ, mœnibus, portuque ornata sit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sane vacua atque nuda est.
Agris paternis nudus. Hor. 2. Serm. 3. 184.
Nummis nudus. Hor. 2. Serm. 3. 184.
A propinquis nudus. Cic. ad Quir. post red. 16. Me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, &c.
A magistratibus nuda Resp. per translationem, pro Destituta. Cic. pro Domo 58. Tam inops autem ego ab amicis? aut tam nuda Resp. a magistratibus?
Ducibus suis nuda mœnia. Ovid. 2. Fast. 710.
Præsidio nuda urbs. Cic. 7. Att. 13. Huic tradita urbs est, nuda ea præsidio, referta copiis.
Nudus in causa, destitutusque. Cic. pro Cæcin. 93. Hunc vero, qui ab jure, officio, bonis moribus, ad ferrum, ad arma, ad cædem confugerit, nudum in causa destitutumque videtis.
Nuda ista si ponas, judicari qualia sint, non facile possunt. Cic. in Parad. 3.
Artes nudæ. Quintil. in proœm. lib. 1.
Asperitas nuda quæstionum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Certamen nudum operum, i. e. Controversia in qua certatur non de dignitate, nec de generis splendore, nec potentia aut divitiis, sed tantum de operibus, id est qui plus opera sua confecerit. Ovid. 13. Met. 159.
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur, &c.
Ensi nec fidens nudo sine fraudibus. Sil. 1. 219.
Fides nuda. Valer. 5. Argon. 498.
Fuga nuda deserere Italiam. Paterc. 2. 61. 4.
Inficiatio. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Ira nuda, i. e. Sola. Ovid. 3. Trist. 11. 17.
Nomina. Ovid. 2. Trist. 408.
Visque meus capiet nomina nuda liber. h. e. Sola nomina, absque alia narratione.
Odia. Stat. 9. Theb. 20.
Simplicitas. Ovid. 1. Amor. 3. 14.
Traditio. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Veritas. Hor. 1. Carm. 24. 7.
Vires nudas movent in prælia, Pugnant sine armis. Stat. 6. Theb. 18.
Nudus, Insepultus, sive mortuus. Virg. 5. Æn. 871.
Nudus & ignota, Palinure, jacebis arena. Idem 1. Ecl. 61.
Et freta destituent nudos in litore pisces. Servius.
Nudo vestimenta detrahere, pro eo quod est, Ab eo sperare emolumentum, cui ne sit quidem quod auferri queat, inquit Erasmus. Plaut. Asin. 1. 1. 79.

Nude, Adv. Simpliciter. Lactant. 3. 1. Quæ tradita sunt breviter & nude.

Nuditas, ātis. f. [γυμνότης] quandoque sumitur pro Inopia. Quintil. lib. 10. cap. 2. Tenuitas ac nuditas placuit, &c.

Nudŭlus, a, um. Adj. Dimin. Hadriani Carm. suprem. apud Spartian. cap. 25. Pallidula, rigida, nudula.

Nudo, [γυμνόω, ψιλόω] āre. Nudum facere, detegere. Cic. 7. Verr. 100. Quum repente hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri jubet.
Ab aliquo nudari. Ovid. 1. Trist. 6. 7.
Aciem nudare. V. acies.
Armis nudare jacentem. Ovid. 12. Met. 439.
Arbor nudatur foliis. Plin. lib. 16. cap. 22.
Artus tepidos nudaverat. Sil. lib. 15. 700.
Corpus nudare. Cic. 4. Tusc. 70. Ex quodam poeta.
Gladios nudare, pro Distringere. Liv. 28. 33. Nepos 14. 11. 4.
Litora nudare, & portus relinquere. Cæs. 3. Bell. Civil. 15.
Litorum brevia nudantur. Tacit. 6. Ann. 33.
Montem nudare silvis. Sil. lib. 8. 503.
Terga fugæ nudant. Virg. 5. Æn. 586.
Vada nudare dicitur ventus. Liv. 26. 45. Et adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus aqua esset, alibi genua vix superaret. De Septentrione vento.
Viscera nudare. Virg. 1. Æn. 215.
Spoliare & nudare. Cic. 2. Verr. 14. Quæ victores civitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, spoliavit, nudavitque omnia.
Castra nudata. Cæs. 2. Bell. Gall. 23. Præsidio nempe legionum.
Murus nudatus defensoribus. Cæs. 2. Bell. Gall. 6.
Magistratus perditos præsidio sceleratorum civium nudare. Cic. pro Domo 2.
Pericula alicujus, non modo civium præsidio, sed etiam quorundam deprecatione nudare. Cic. Post red. in Senat. 30.
Scelus aliquod nudare, Indicare, patefacere. V. Defectionem paulo post.
Evolvere & nudare. Cic. 2. de Orat. 350. Libenter te cognitum jam artificem, aliquandoque evolutum illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatumque perspicio.
Nudatus & proditus. Cic. 2. Verr. 11. Quæstura primus gradus honoris, quid aliud habet in se, nisi Cn. Carbonem spoliatum a Quæstore suo? pecunia publica nudatum & proditum Consulem?
Animos nudare. Liv. 34. 24. extr.
Ingenium. Hor. 8. Sat. libri 2.
Sed convivatoris, uti ducis, ingenium res
Adversæ nudare solent, celare secundæ. Sic Livius sæpe utitur.
Sic & Marcell. ut lib. 30. Potestatis amplitudo, nudare solita semper animorum interna. H. St.
Facta alicujus nudare, i. e. Detegere & prodere. Ovid. 2. Amor. 5. 5.
Defectionem. ut, Jam enim, & id magis indies, Ætoli defectionem nudabant. i. e. Præ se ferebant, minus tegebant. Liv. 35. 32. pr. conf. Gronov. ad Liv. 44. 38. & Burm. ad Phædr. 3. prol.
Colles nec opere nudantur. Plin. 17. 5.

Nudans, antis. Partic. Ovid. 10. Met. 391, Inania nudans ubera. Catull. 65. 81.
— nudantes rejecta veste papillas.

Nudātus, a, um. Partic. [γυμνωθείς] ut,
Caput nudatum. Virg. 12. Æn. 312.
Cacumina silvæ nudata. Ovid. 1. Met. 346.
Cornicula nudata furtivis coloribus. Hor. 1. Epist. 3. 20.
Corpus. Catull. Argon. 62. 17.
Crura. Virg. 2. Georg. 7.
Culmen nudatum tecto. Liv. 27. 4.
Frons. Claud. de Bell. Gildoni. 427.
Messes. Ovid. 3. Fast. 557.
Montes. Valer. 3. Argon. 232.
Murus nudatus defensoribus. Cæs. 2. Bell. Gall. 6.
Pede nudato currere. Tibull. lib. 1. 3. 92.
Respublica interitu Consulum nudata. Cic. 10. Fam. 17.
Vir ingenii alicujus juris civilis scientia nudatus. Cic. 1. de Orat. 172.
Suræ nudatæ tollens tegmina. Catul. Argon. 62. 129.

Nodati opere censorio dicebantur. Qoibus nota censoria, vel adempti equi, vel qui Senatu moti, vel Ærarii facti, ut observant Torrent. & Causabon. ad Suet. Jul. cap. 41. [Sed potest etiam intelligi de his, qui opera publica a Censoribus facienda mercede conduxerant, atque ea locatione patrimonio nudati fuerant. Exempla damnosarum ejusmodi locationum in historia Romana obvia sunt. V. Liv. 39. 44. Suet. cap. 20. ejusdem vitæ. Apod Columellam vero in præf. lib. 12. extr. Censoiium opus, pro Officio, seu Functione censoris perspicue ponitur.

NUDĬPES, ĕdis. Tertull. de Pall. cap. 5. Non expedit in algore & ardore rigere nudipedem.

NUDIPĔDĀLIA, lum. n. pl. [γυμνοπόδια] Sacra erant Hierosolymis, ut scribit Hieronymus contra Jovinianom. De his meminit Egesippus lib. 2. belli Judaici.
Festum etiam apod Græcos, Romanos, Barbaros, in quo nudis pedibus oportebat omnes incedere. Tertull. Apol. cap. 40. Aquilicia Jovi immolatis, Nudipedalia populo denontiatis. Idem de Jejun. cap. 16. coof. Drakenb ad Sil. 3. 28. Sagittar. Dissert. 3. 4. vel Lex. Pitisc.

N U G

NŪGÆ, arum. f. pl. tantum. [λῆρος, ὕθλος, φλυαρία, λέσχη] sunt Sermones levium rerum ac nullius ponderis, & plerumque scurriles, joculatoriique. Unde Catullus & Martialis poëmata sua vocant Nugas, ut de inanibus rebus, vel verbis loquentia. Hæc Valla in Raudensem. Non tamen de Sermone duntaxet, sed & de aliis leviculis rebus dici consuevit. Nugæ, a Non & Ago componi videtur, quod nihil agant. Donat. conf. Parei Lex. Crit. Plaut. Amph. 2. 1. 57. Quas (malum) nugas?
In nugis poetam non audio. Cic. in Parad. 3.
Archetypæ nugæ. V. ARCHETYPUS.
Bullatæ. Pers. 5. Sat. 19. V. BULLATUS.
Meræ. Cic. 6. Att. 3.
Agere nugas. V. AGO.
Armatus nugis. Hor. 1. Epist. 19. 16.
Auferre nugas. V. AUFERO.
Conciliare. In CONCILIO.
Concredere alicui suas. Hor. 2. Serm. 6. 43.
Delectari nugis. Cic. 2. de Divin. 30.
Meditari aliquid nugarum. Hor. 1. Serm. 9. 1.
Offendere amicum in nugis. Hor. de Arte Poet. 451.
Postulare nogas. Plaut. Trin. 2. 4. 40.
Relinquere. Cic. 6. Att. 3.
Nugæ, pro Homine levi, nugatore, nebulone. Cic. 6. Att. 3. Videaturne aut pietatis esse meæ, fratrem: aut diligentiæ, nugarum aliquid relinquere? Relinquere, videlicet in provincia, quum ipse decederet. Aliquid nugarum, levem hominem Messinium. Paulo post, Quid est igitur quod laborem? amicos habet, meras nugas M. Scaptium. h. e. Leves homines, & quos amicorum numero Brutus habere non debeat.
Nugas appellari voloit Plautus Omnia, quibus matronæ utuotur. Non. 2. 587.

NUGŪLÆ, atum. f. pl. dimin. Mart. Capell. lib. 1. p. 1. Nugulas ineptas aggarrire.

NUGĀLIS, e. Adj. [φλυαρώδης] Quod est nugis plenum, seu Quod est nugarum. Gell. lib. 1. cap. 2. Sed theorematibus tantum nugalibus dilatrantes, objurgatione justa incessuit. Idem lib. 13. cap. 16. Alii alia quædam nugalia. Idem 4. 1. pr. Scholica quædam nugalia.

NUGALĬTAS, ātis. f. Gloss. vet. Nugalitas, σκαιότης.

NUGĀRIUS, a, um. Adj. ut, Nugarium unguentum. Varr. de L. L. lib. 6. 3. Diabolares, a binis obolis: scæniculæ ab scæno nugario unguento.

NUGO, ōnis. m. pro Nugatore. Apul. Met. lib. 5. extr. Sed utique præsumis nugo & corruptor.

NUGAS. Adj. indecl. Charisius lib. 1. Nugas licet indeclinabile sit, tamen commune trium generum est, hic & hæc & hoc Nugas. V. Plaut Trin. 3. 3. 90. & Taobm. p. 1358. Alii pro Nugax poni volunt.

NUGĬDICUS, a, um. Adj. ut, Nugidici ventilatores. Sarisb. Met. 2. 7.

NUGIDOLOLOQUIDES, Plaut. Pers. 4. 6. 21. Al. Nugipolyloquides & Nugipiliiloquides. a Plauto fictum joci gratia.

NUGĬGER, ĕra, ĕrum. aliud Adj. [ληροφόρος] ut, Nogigera manus, h. e. Vana, & quæ seipsam fefellit. Cic. 4. Att. 5. Dices, vellem jampridem; scio te voluisse, & me; ast nugigeram manum fuisse. Ex vetusto codice legitur, Ast num germanum fuisset? V. Græv. p. 378.

NUGIGERŬLUS, a, um. Adj. Qui vana nuntiat. Plaut. Aul. 3. 5. 51.

NUGILŎQUUS, a, om. Adj. ot, Nugiloqui detractores. Saresb. Epist. 200.

NUGIPĀRUS, a, um. Adj. Qui parit nugas. Gloss. Isidor.

NUGIVENDUS, vel NUGIVENDŬLUS, i. m. [ληροπώλης] ab antiquis dicebatur, Qui aliquid mulieribus venderet, inquit Nonius, 2. 587. nam omnia quibus mulieres utuntur, pro rebus vanis atque inanibus habentur. Plaut. Aol. 3. 5. 51. Nogivendis res soluta est omnibus

NUGOR, [ληρεῖν, ὑθλεῖν, φλυαρεῖν, φλυαφάω, ἐρεσχελεῖν, ἀδολεσχεῖν] āri. depon. Vana & nugas agere. Cic. 2. de Divin. 30. Democritus tamen non inscite nugatur.
Com aliquo nugari. Hor. 2. Serm. 1. 73.

NUGĀTOR, ōris. m. [φλύαρος, ἀδολέσχης] Plaut. Curc. 4. 1. 1.
Edepol nugatorem lepidum lepide nunc nactus est Phædromos.
Cic. de Senect. 27. Non vero tam isti, quam tu ipse nugator. Idem pro Flacc. 38. Nunc vero non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insoleotius, neque in istum nugatorem, tanquam in aliquem testem invehar. Vet. Gloss. Nugator, ἀχρεῖος.
Item Scortator. V. Lucil. apud Non. 1. 153. Pers. 5. Sat. 127. & Prudent. Cathem. 2. 28.

NUGĀTŌRIUS, a, um. Adj. Idem quod Nugalis. [φλυαρώδης] Cic. 1. de Nat. Deor. 109. Tota res, Vellei, nugatoria est. Idem pro Cæcio. 64. Omnino ad probandum utramque rem videam infirmam, nugatoriamque esse. Cic. 11. Fam. 2. Leve est ac nugatorium.
Mala, nugatoriaque accusatio. Cic. pro Rosc. Amer. 42.
Artes nugatoriæ. Plaut. Trin. 4. 22.

NUGATORIE, Adv. Auctor ad Herenn. lib. 4. 36. Non contra tenoiter & nugatorie responsum?

NUGĀTRIX, īcis. f. Prudent. Psych. 434. Nugatricem aciem.

NUGĀMENTUM, i. n. [ὕθλημα] Idem quod Nugæ. Apul. lib. 1. Met. extr. A quo, inquit, istorum nugamenta hæc comparasti?

NUGAX, ācis. Adj. [φλυαρώδης] Qui nugatur. Unde & Nugator alias dicitur. Vet. Gloss. Nugax, ἄκαιρος, σκαιός, ἀχρεῖος, φλύαρος.
Ne sis nugax. Petron. fragm. cap. 52.

NUGACĬTAS, ātis. f. Gloss. ἀχρειότης, ἀχρειοσύνη, Nequitia, nugacitas. Augustin. Epist. 67. extr. Omnis ab eo deleta est nogacitas.

N U L

NULLATĔNUS, NULLIBI, &c. V. post. NULLUS.

NULLUS, a, um; [μηδείς, οὐδείς] gen. nullīus, & aliquando in carmine nullĭus. a Non, vel potius Ne, & Ullus compositum. Cic. de Amicit. 30. Sic munitus est, ut nullo egeat. Idem 4. Acad. 104. Assentiri nulli rei.
Fers te nullius egentem. Hor. 1. Epist. 18. 22.
Nullius addictus jurare in verba magistri. Hor. 1. Epist. 1. 14.
Nullus, cum genitivo. Cic. 1. de Nat. Deor. 98. Elephanto belluarum nulla prudentior.
Nullus, pro Non. Ter. And. 2. 2. 33.
Liberatus sum, Dave, hodie tua opera. D. at nullos qoidem. Idem Eun. 2. 1. 10. Memini, tametsi nullus moneas. Idem Hec. 1. 2. 4. Nullus dixeris. conf. Virg. 12. Æn. 405. & 1. Georg. 125. Cic. 12. Att. 22. Philotimus non modo nullus venit, sed ne per litteras quidem, aut per nuntium certiorem facit me quid egerit. Eidem, lib. 15. 22. Ego autem scripsi Sextum adventare: non quo jam adesset, sod quia certe id ageret, ab armisque nullus discederet.
Consilii nulli, pro Nullius. Ter. And. 3. 5. 2.
Nullus de. Cic. 5. de Finib. 36. Ut & omnes partes habeat incolumes, & de virtutibus nulla desit.
De inimicis nulli supersunt. Cic. pro Marcell. 21.
Quintio tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. Cic. pro Quint. 1.
Fides nulla regni sociis. Locan. lib. 1. 92.
Homo oullorum hominum. Ter. Eun. 3. 1. 19.
Regem elegantem narras. T. immo sic homo est,
Perpaucorum hominum. G. immo nullorum arbitror,
Si tecum vivit. i. e. Præter eum nemo est, qui talem ferre secum velit.
Lites nullæ, neqoe controversiæ sunt. Cic. 1. de Orat. 118.
Partem in nullam, pro Nullo pacto. Cic. 13. Fam. 1. Ac te illud primum rogabo, ne quid invitus mea causa facias: sed id, quod mea intelliges, tua nullam in partem, moltum interesse, ita mihi des, si tibi, ut id libenter facias, ante persuaseris.
Rempublicam nullam habere. Cic. 1. de Orat. 38. Quod nisi fecisset, Rempub. quam nonc vix tenemus, jamdiu nullam haberemus.
Nullus sum, pro Perii. Ter. Hec. 4. 1. 6.
Sed ostium concrepuit: credo ipsom ad me exire, nulla sum. & Eon. 5. 7. 22. Nullus sum. Ubi Donatus, Plus est nullum esse, quam Periisse. nam qoi perit, vel corpus habet reliquum: qoi vero nullus est, ita est, ac si oatus non sit. Idem Andr. 3. 4. 20. & Plaut Cas. 3. 5. 1. Liv. 6. 18. Ipse vindex vester, ubi visum inimicis est, nollus repente fui. Plaut. Casin. 2. 4. 26.
Ne Casinam ducat. si id factum est, ecce me nollum senem.
Nullius partis, pro Neutrius. Cic. 10. Fam. 31. Quum vero non liceret mihi nullius partis esse, quia utrobique magnos inimicos habebam, ea castra fugi, in quibus plane tutum me ab insidiis inimici sciebam non futurum.
Absolutè. Hor. de Arte Poet. 324. Nullius avati. i. e. Nullius rei. conf. Burm. ad Quintil. 2. 4. p. 139. &c.
Die nullo non. Senec. Epist. 12.
Fide nulla esse, h. e. Cui oon est adhibenda fides. Plaut. Mil. 4. 8. 59.
Dicent te mendacem, nec verum esse, fide nulla esse te.
Fine nullo crescunt vites. Plin. lib. 14. cap. 1.
Litteris nullis vir, i. e. Illitteratus. Plin. 6. Epist. 29. Video etiam multos parvo ingenio, litteris nullis, ot bene agerent, agendo consecutos.
Loco nullo deesse alicui. Cic. 2. Att. 20. Anicaio, ot te velle intellexeram, nollo loco defui. Eidem, lib. 14. 15. Bruto certe meo nullo loco deero.
Modo nullo. Ter. Eun. 5. 2. 2.
Quasi dedita opera domi erant, ut nollo modo
Introire possem.
Negotio nullo, Sine difficultate. Cic. 10. Att. 16. Cato Siciliam tenere nullo negotio potuit. Idem pro Rosc. Amer. 80. Quare tu hoc propter multitudinem sicariorum, nullo negotio facere potuisti. V. NEGOTIUM.
Numero nullo homo, i. e. Nullius pretii. Cic. 3. Philip. 16.
Ordine passim nullo habitant Numidæ. Liv. 30. 3.
Pacto nullo. Plaut. Pseud. 1. 1. 92. Profecto nullo pacto possum vivere.
Ratione nulla moveri de. Cic. 4. Acad. 141. Deque eo nulla ratiooe neque pelli, neque moveri potes.
Nulli doo concinont. Plin. lib. 3. cap. 1. extr.
Nullus ullus. Gell. lib. 1. cap. 2. Asseverabat nulli esse ulli magis ea omnia explorata. [Ut Nemo unus, Nemo quisquam. H. St. Immo non dubito, quin vere conjectaverit Gronov. Gellium Nulli uni reliquisse.
Re nulla una magis commendatur orator, quam splendore verborum. Cic de Clar. Orat. 216. conf. Nullus ullus. ex Gell.
Tam nollus. Plin. lib. 11. cap. 2. In his tam parvis, atque tam nullis, quæ ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio!
Nullus admodum. V. ADMODUM.
Nullus dum. Liv. 5. 34. Alpes inde oppositæ erant, quas inexsuperabiles visas haud equidem miror, nulla dum via (quod qoidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas.
Nullus nisi. Cic. 2. de Finib. 69. Nullum suum officium ducerent, nisi ut voluptati ministrarent.
Nullus est hoc meticulosus æque. Plaut. Amph. 1. 1. 137. h. e. Nemo est hoc meticulosior.
Nullius non facinoris societas, pro Cujusvis facinoris. Suet. Octav. cap. 32. Martial. lib. 8. 21.
Quum facias versus nolla non luce ducentos. V. supra.
Nullus, i. e. Nullius momenti & utilitatis, sive Irritum & inane. Cic. de Amicit. 98. Nulla hæc igitur amicitia, qoum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est.

Nollus

Nullus imperator fuit ex illo tempore, vir ille summus. Cic. 7. Fam. 3. de Pompejo.

Argumentum id quidem nullum est. Cic. 2. Tusc. 13.

Ars nulla, aut pertennis, dicendi videtur. Cic. 1. de Orat. 107.

Leges nullæ. Cic. 2. de Legib. 14. Igitur Tutias & Apuleias leges nullas putas?

Oratio nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. Cic. 1. de Orat. 50.

NULLITAS, ātis. f. Nullitas sententiæ apud JCtos, Canon. 1. Co. fin. de re jud. in 6.

NULLĀTĔNUS, Adv. Cassiodor. 3. 4. & 5. 23. Gloss. Cyrill. Nullatenus. οὐδαμῶς. Mart. Capell. 2. Immortalitatis sedem nullatenus obtinebis. conf. Zenon. Cod. 8. t. 10. l. 10. §. 3. & Fulgent. de Epiph. Latinitatis prolapsæ est Cellar. Cur. post. p. 314. [Sane ratione destituitur hic modus loquendi. In Hactenus, Quatenus, &c. enim subauditur Parte, ut Hac parte tenus &c. At in Nullatenus τὸ Parte subintelligi nequit. Quid enim est hoc, Nulla parte tenus? Pro eo Nulla ex parte veteres, vel Nullam in partem dicebant.

NULLĬBI, Adv. Nusquam. Onomast. Gr. Lat. οὐδαμοῦ, Nullibi. Vitruv. 7. 1. Nullibi exstantes.

NULLĬFICO, āre. Vet. Interp. Iren. 4. 47. Tertull. advers. Phys. cap. 15. Hieron. Epist. 135. [illegible] non putatis transferendum, Despexisti; sed secundum disertissimum istius temporis interpretem, Nullificesti.

NULLIFICATIO, ōnis. f. Tertull. advers. Marc. 4. 14. Quæ ignominia, quæ nullificatio.

NULLIFICĀMEN, Inis. n. Tertull. advers. Marc. 3. 7. & 17. Ignominia hominis & nullificamen populi.

N U M

NUM, [μῶν, ἆρα, μὴ οὖν, ἆρ' οὖν] Adv. Interrogandi, cui subintelligitur negatio. Soli indicativo jungitur. Ter. And. 5. 3. 7.

> Ita prædicans? o ingentem confidentiam:
> Num cogitat quid dicat? num facti piget?
> Vide, num ejus color, pudoris signum usquam indicat? Quasi

dicat, Non cogitat.

Num, an. Hor. 2. Serm. 5. 58.

> Num furis? an prudens ludis me, obscura canendo?

Num, aut. Virg. 4. Æn. 370.

> Num lacrimas victus dedit, aut miseratus amantem est?

Num quod eloquentiæ vestigium apparet? Cic. 1. de Orat. 37.

Num quo alio modo? Cic. 2. de Invent. 44.

Num igitur tot &c. aut num imperatorum scientia nihil est? Cic. 1. de Divin. 24.

NUMNAM, [μῶν] compositum e Num, & Nam. Idem quod Num significat. Ter. And. 3. 4. 12. Hem numnam perimus?

NUMQUIS, vel NUNQUIS. [μή τις] numquæ, nunquod, vel nunquid. Num aliquis, per interrogationem dicitur. Ter. Eun. 3. 5. 1.

> Nunquis hic est? nunquis hic me sequitur? nemo homo est.

Nunquis fundus in Nolano venalis sit? Cic. 13. Att. 8.

Nunquid horum probat noster Antiochus? Cic. 4. Acad. 70.

Nunquid, Gnatho, dubitas, quin ego perpetuo perierim? Ter. Eun. 5. 9. 13.

Nunquid est, quod opera mea vobis opus sit? o. nihil. Ter. Phorm. 3. 3. 32.

Nunquid ergo in his rebus est, quod provisione aut permotione mentis magis quam natura ipsa sentiamus? Cic. 2. de Divin. 9.

Num quæ rogatio lata? num quæ nova quæstio decreta est? Cic. pro Milon. 7.

Nunquid non, pro Annon. Sen. Epist. 90. Nunquid non pelles ferarum & aliorum animalium a frigore satis abundeque defendere queunt? Ulpian. in l. Si quis. D. Si quis. omis. caus. test. Nunquid locus non sit edicto?

Nunquid vis? Sic solent interrogare discedentes: quemadmodum si dicant. Nihilne me jubes facere in tui gratiam? conf. Plaut. Aul. 2. 2. 53. & Most. 2. 1. 57.

Nunquid velit, rogo. Cic. 5. Att. 2. Quum me spectans a sua villa, nunquid vellem rogasset. Ter. Eun. 2. 3. 49.

> Dum hæc dicit, abiit hora: rogo nunquid velit?
> Recte inquit. abeo. Ubi Donatus, Rogo nunquid velit: hoc

est significo me abire; nam abituri, ne id dure facerent, Nunquid vis, dicebant his quibuscum constitissent. Quid est ergo, Rogo nunquid velis? hoc est, Dico quod abeuntes solent.

Nunquid redeat, incertum. Plaut. Merc. 4. 7. 19.

Nunquid est aliud? Immo vero, inquit. Cic. pro Rosc. Amer. 52. Et pro Quint. 44. Pecuniam petit: negamus deberi. Judicium fiat statim; non recusamus. Nunquid præterea? Ter. Eun. 5. 6. 24.

> — nunquid est
> Aliud mali, damnive, quod non dixeris,
> Reliquum? P. tantum est.

Nunquidnam, inquit Donatus, Comicum est, & Terentianum: quum exemptis Num & Nam, sufficere ad interrogationem potuisset Quid. Ter. And. 1. 4. 8.

> Opperiar, ut sciam, nunquidnam hæc turba tristitiæ afferat. Cic. 2.

de Orat. 13. Quid vos tandem Crassus? Nunquidnam, inquit, novi? & Cic. 11. Fam. 27. Nunquidnam, inquam, novi?

NUMQUANDO, vel NUNQUANDO, [μή ποτε νῦν] Adv. compositum ex Num & Quando, sive Aliquando. Cic. de Amicit. 69. Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, Nunquando amici novi, digni amicitia, veteribus sint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere solemus. Idem Vatin. 17. Nunquando tibi moram attulerit, quo minus consilium advocares, legemque ferres, quod eo die scires de cælo esse servatum? Vetus exemplar legit, Num quando, disjunctim. [Idque sine dubio rectius. Sic & præced. Num quis &c.

NŪMA, æ. m. cognomine Pompilius, [Νουμᾶς Πομπίλιος] vir Sabinus, & a Romulo secundus rex, justitia & pietate insignis: qui pacatis finitimorum odiis, gemini Jani templum edidit: quod apertum bella, clausum pacem indicaret. Mox ad religionem conversus, in deorum timorem (quo ad mitiora truces flecteret animos) sacra instituit, sacerdotes creavit, virgines Vestales sacravit, Pontificem maximum primus declaravit, dies fastos nefastosque condidit, annum in duodecim menses divisit: postremo ubi maxima cum reverentia & suorum & finitimorum crevisset, quadragintaque annis regnasset, diem suum obiit. De eo Cicero 2.

de Orat. 154. Numam Pompilium illum regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras: quo etiam major vir habendus est, quum illam sapientiam constituendæ civitatis duobus prope sæculis ante cognovit, quam eam Græci natam senserunt. [An Cognorit?] conf. Idem 4. Tusc. 1. & Liv. 1. 32. & 40. 29.

Conjux Numæ Egeria. Ovid. 3. Fast. 262. V. s. l.

Antiqui regia parva Numæ. Ovid. 3. Trist. 1. 30.

Monitus Numa. Ovid. 3. Fast. 385.

De Numa V. plura apud Lex. Pitisc.

Per [illegible] Hominem sanctum notat & innocentem, V. Barth. ad Stat. Silv. p. 118.

NŪMĀNA, æ. f. [Νουμάνα] Oppidum Piceni in Italia. Mela lib. 2. 4. Dicunt hanc esse deletam.

Scopulosæ rura Numanæ. Sil. lib. 8. 433.

NŬMANTIA, æ. f. [Νουμαντία] Urbs Hispaniæ in Celtiberia, quæ a Romanis obsessa per annos XIIII, quum haberet tantum quatuor hominum millia, non solum sustinuit, sed etiam vicit quadraginta millia Romanorum: tandem tamen a Scipione posteriore post longam & arctissimam obsidionem deleta. Quum enim fame laborarent, nec eis daretur justi certaminis copia, omnia sua & se ipsos igni immiserunt. V. Florum lib. 2. 17. Nunc Soria vocatur, ut scribit Olivarius in Melam.

Everterunt Numantiam Romani. Cic. 4. Philip. 13.

Fera Numantia. Hor. 2. Carm. 12. 1.

NUMANTĪNUS, a, um. Adj. [Νουμαντῖνος] ut, Bellum Numantinum. Cic. 5. Fam. 12.

Urbs Numantina. Ovid. 1. Fast. 596.

Pira. Plin. 15. 15.

NUMANTINUS cognomine dictus est P. Cornelius Scipio, quod cognomen tamen triumphale alterum Africani exstinxit. Propert. lib. 4. 12. 30.

> Afra Numantinos regna loquuntur avos. conf. Ovid. 1. Fast. 596.

& Juvenal. 8. Sat. 11.

NUMASIUS, NUMATIO, NUMATUS. V. NUMMUS.

NUMELLA, æ. f. [κύφων] est ut ait Nonius, c. 568. Machinæ genus ligneum, quod ad discruciandos noxios parabatur, quo collum & pedes immittebant antiqui. Nomen habere videtur inde, quod qui eo vinculo constricti erant, nuere demissoque capite esse cogebantur. Numellam enim, quasi Nuellam, abundante littera m, intelligo a Nuo, ut Luellam a Luo. Turneb. Advers. 26. 11. Plaut. Asin. 3. 2. 5.

> Nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias.

Numella, inquit Festus, Genus est vinculi, quo quadrupedes alligantur. Solent autem ea fieri nervo, aut corio crudo bovis, ut plurimum. Varro lib. 2. de R. R. cap. 9. Consuefaciunt quoque, ut possint alligari primum levibus numellis, quas si abrodere conantur, ne id consuescant facere, verberibus eos deterrere solent. De canibus. Legitur in emendato codice Vinclis. Columel. de ovibus & capris, lib. 7. cap. 8. Nonnulli antequam pecus numellis induant, viridia pineas nuces in mulctram demittunt. V. Voss. Etym. p. 347.

NŪMEN, Inis. n. [θειότης, θεῖον, δαίμων] dicitur, auctore Festo, quasi Nutus dei, ac potestas. A Nuo, quod veteres pro Volo usurpabant. Virg. 2. Æn. 777. — non hæc sine numine divûm

> Eveniunt. i. e. Sine fati necessitate, ut ait Servius. Valla negat significare Nutum, lib. 6. Sed V. infra.

Numen, inquit Varro de L. L. lib. 6. 5. dicunt esse imperium, dictum ab nutu. Actius, Multis nomen vestrum, numenque ciendo. Omnia sunt ejus, cujus imperium maximum esse videatur. Itaque in Jove hoc, & Homerus, & aliquotiens Livius. Liv. 7. 37 extr. Annuite, Quirites, nutum numenque vestrum invictum Campanis. [Apud Varr alii, pro Omnia, Omine legunt. Ego non dubito, quin ipse Numina scriptum reliquerit. Livium poetam intelligit. Ut Nuo ex Gr. νεύω, sic Numen ex νεῦμα.

Numen est quoddam & vis deorum. Cic. 2. de Nat. Deur. 95.

Numen, Potestas dei, majestas: unde Diversa numina, i. e. Diversæ potestates. Virg. 4. Ecl. 47.

> Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

Numen, Possibilitas. [Potestatem intelligi voluit.] Virg. 1. Æn. 670.

> Ad te confugio, & supplex tua numina posco. Servius. Catull. Argon. 64. 204.
> Annuit invicto cælestum numine rector. conf. ANNUO.

Divinum horrere. Cic. 4. Acad. 121. Quis potest, quum existimet curari se a Deo, non & dies & noctes divinum numen horrere?

Redditum se divino numine Reipublicæ Cicero testatur pro Domo 43.

Puro numine Juppiter glaciat nives. Hor. 3. Carm. 10. 8.

Defendunt numine suo atque auxilio nos dii immortales. Cic. 1. in Catil. 29. Hor. 4. Carm. 4. 74.

> Quas & benigno numine Juppiter Defendit.

Feror divûm numine in arma. Virg. 2. Æn. 336. Idem 11. 232.

Parent numini divino omnes naturæ. Cic. 1. de Divin. 20.

Torquet cælum & terras qui numine. Virg. 4. Æn. 269.

Vendere numen interdictumque deorum immortalium alicui. Cic. in Pison. 48.

Numen, Ipse deus. Virg. 4. Æn. 382.

> Spero equidem mediis (si quid pia numina possunt)
> Supplicia hausurum scopulis. Idem 4. Georg. 7. & Lucan. 3. 449.

Cultores numinis. Ovid. 1. Met. 327.

Amicum mihi numen. Virg. 2. Æn. 238.

Conscia veri. Virg. 2. Æn. 141.

Conversa. Virg. 5. Æn. 466.

Exorabile. Juven. 10. Sat. 102.

Implacabile. Senec. Œdip. 4.

Inevitabile. Stat. 9. Theb. 549.

Læva numina. Virg. 4. Georg. 6.

> In tenui labor, at tenuis non gloria: si quem
> Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo. Numina læva,

deos dicit in lædendo magis, quam in juvando potentes, quos ideirco deprecari agricolas monet. Ex Gell. lib. 5. cap. 12.

Magna deûm. Virg. 2. Æn. 623.

Maligna. Juven. 10. Sat. 111.

Præsens & propitium alicui. Quintil. proœm. lib. 4.

Adorare. Virg. 1. Æn. 52.

Ascribi numinibus. V. ASCRIBO.

Colendum. Stat. 9. Theb. 587.

Contrahere sibi iram numinis. Ovid. 2. Met. 660.
Evenire secundis numinibus. Tacit. 15. Ann. 34.
Exercent te iræ numinis. Virg. 4. Georg. 453.
Exorabile Cæsaris. Stat. 5. Silv. 1. 164.
Læsum. Virg. 1. Æn. 12.
Metuens numinis ingenium. Ovid. 6. Fast. 260.
Occursare numinibus. In OCCURRO.
Orare. Virg. 2. Æn. 233.
Placabile. Ovid. 2. Trist. 142.
Placare numen per sacrum aliquod. Ovid. 13. Met. 461.
Placare divinum precibus. Cic. pro Domo 140.
Precari cæleste. Ovid. 1. Met. 367.
Precari magna. Virg. 3. Æn. 634.
Precamur sancta. Virg. 3. Æn. 543.
Spernere divûm. Ovid. 8. Met. 740.
Venerabile. Stat. 4. Silv. 6. 60.
Non violabile. Virg. 2. Æn. 154.
Aquarum numen Neptunus. Ovid. 4. Met. 532.
Belligerum, Mars. Stat. 1. Achil. 504.
Fontana numina Naiades. Ovid. 14. Met. 327.
Montane numine Panes. Ovid. 4. Epist. 171.
Rustica numina Fauni. Ovid. 1. Met. 192.
Silvestria. Ovid. e. Fast. 279.
Doloris sui numina, filii Manes vocat Quintil. in proœm. lib. 6.
Numina divûm, Oracula. Virg. 2. Æn. 123.
Conceptum numen pectore. Lucan. lib. 5. 97.
Manifesto numine. i. e. Manifesto deorum judicio. Virg. 11. Æn. 231.
Dii movent numen. i. e. Aliquid magnum portendunt. Liv. 1. 55. pr.
Numen, pro Nutu. Lucret. 2. 632. de Curetibus,

Terrificas capitum quatientes numine cristas. Scio ed numen Magnæ matris referri posse videri: sed perspicue motus nutusque capitis significatur, quem sequitur & nutus cristæ, ut apud Homerum,

— [Greek] Turneb. 5.27.

Numen mentis. i. e. Nutus. Lucret. lib. 3. 144.

Paret, & ad numen mentis, momenque movetur.

Diversum numen. i.e. Diversus nutus Lucret. lib. 4. 180.

In quem quæque locum diverso numine tendunt. V. plura exempla supra.

Numen, pro Habitu atque ornatu interpretatur Nonius 2. 579. Virg. 2. Æn. 396.

Vadimus immisti Danais, haud numine nostro. Servius, Haud numine nostro, Aut diis contrariis, aut quia in scutis Græcorum Neptunus, in Trojanorum fuerat Minerva depicta. [Nimirum, quia arma hostium induerant Trojani. Haud nostro, i. e. Haud proprio.

Romani & Imperatores suos Numinis appellatione honorabant. V. Liv. 8. 34. Hinc formula solennis, DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQVE EIVS. V. Voss. de Idol. 3. 17. & Bœcler. de Auspic. Reg. 3. 5.

Numina, plur. de uno. Sil. 1. 93.

— Ennææ numina Divæ. I. e. Proserpinæ.

NUMENIUS, i. m. [Νουμήνιος] Misenæ regionis (quæ mari Rubro proxima est) sub Antiocho præfectus, qui Persas eodem die navali & equestri certamine vicit: geminaque eodem in loco Jovi & Neptuno trophæa erexit.

Fuit & Numenius Apameus, Platonicæ sectæ philosophus, quem Origenes non dubitat ceteris omnibus philosophis anteponere. Hunc ferunt, quum Platonis dogmata cum Mosis mysteriis conferret, illud identidem asseruisse, Platonem sibi prorsus Moseo alterum, Attica eloquentia divinitatis arcana rimantem, videri. Sub Antonino Pio floruisse videtur. V. Suid. & Jons. lib. 3. de Script. Hist. Philos. p. 23. sq. qui ejusdem nominis & alios memorat.

NUMERATUS, NUMERIA, NUMERIUS, NUMERO, NUMEROSUS, &c. V. NUMERUS.

NUMERUS, i. m. [ἀριθμὸς] Unitatum collectio. Male definitur Numerus, Ex unitatibus composita multitudo. ab Eucl. 7. Elemen.

Notis quibusdam veteres utebantur numeros significantibus, quas deinde ad literarum formam, scribendi consuetudine, paulatim convertit librariorum inscitia. quas quidem notas, & earum significationem subjiciam; atque hæ tredecim sunt, totidem, quot Priscianus agnoscit: ab eo tamen, quiddam est, cur dissentire cogar.

Antiquæ notæ;	Significatio.	
I	1	unus
V	5	quinque
X	10	decem
ↆ	50	quinquaginta
C	100	centum
IↃ	500	quingenta
CIↃ	1000	mille
IↃↃ	5000	quinque millia
CCIↃↃ	10000	decem millia
IↃↃↃ	50000	quinquaginta millia
CCCIↃↃↃ	100000	centum millia
IↃↃↃↃ	500000	quingenta millia
CCCCIↃↃↃↃ	1000000	decies centena millia.

Non erat, inquit Plin. lib. 33. c. 10. pr. apud antiquos numerus ultra centum millia: itaque & hodie multiplicantur hæc, ut, decies centena millia, aut sæpius, dicantur. Atque hæ notæ, si figuram consideres, eædem omnes sunt, nisi quod in quinque primis deprehenditur dissimilitudo. nam quum scribimus CIↃ, sive IↃↃ, & inde quæ subsequuntur, duabus tantum utimur notis, I & C, hoc tamen observantes, ut C post I non tanquam aversa, sed quasi respiciens constituatur, sic unamquamque summam, quam volueris, immensam, explicari primis quinque notis animadvertes. Hæc est prima consideratio: sequitur altera, quod a prima nota ad usque eas, quas in extremo posui, alternis modo in quincuplum summa crescit, modo in duplum: quod, ipsas notas qui persequi singulas voluerit, intelliget. Priscianus autem hanc rationem tractat imperite. primum mille sic ait notari, X, & decem millia sic, CXↃ. in quo repugnat vetustatis observatio. Triplex enim genus est, quod antiquitatem maxime testatur, lapides, libri, nummi. Et quum ego in singulis non ita negligenter sim versatus, nunquam tamen X pro mille comperi, nunquam CXↃ pro decem millibus. sed idem labor in sua sententia: infert enim paulo post, Decem millia, quod verisimilius est, notatum per M, circumscriptam ex utroque latere: & M putat mille significare, quia nominis prima sit littera. quorum alterum concedo, ut M mille valeat, alterum, quia cum ratione pugnat, concedere non possum, ut M ideo mille significet, quod in verbo mille princeps occurrat littera. mihi enim dubium non est, quin M inde sit derivata, quod veteres pro quingentis hac utebantur figura IↃ: unde, contra Prisciani sententiam, qui de origine D nescio quid ridicule comminiscitur, facta est D, negligentia simul & ignorantia describentium, dum antiquas notas elementa putant. ergo pro quingentis, ut dixi, scribebant IↃ, pro mille CIↃ: unde fluxit M, errorem creante similitudine, quod M quandoque ita scribitur, ut minimum discrepare videatur e CIↃ. in antiquis autem libris & alias figuras pro mille usurpatas licet animadvertere, ut ∞ & CΓↃ, quas peperit minus accurata librariorum festinatio, id agentium, ut CIↃ uno calami ductu perficerent. etiam ∞ pro mille reperias. Quæritur etiam, cur L quandoque pro I posita reperiatur, ut in hac figura CCCLↃↃↃ, & similibus. hujus quoque mutationis culpam sustinet librariorum inscitia: qui quum antiquam notam, I, longiusculam viderent, exempli gratia sic, CCCIↃↃↃ; decepti similitudine consonantem L putarunt, & pro CCCIↃↃↃ, scripserunt CCCLↃↃↃ. Hæc de numerorum notis. reliqua erant nonnulla: quæ, quia satietati legentium placet occurrere, prætermitto. Hac de re paulo plenius agetur in libris de quæsitis per epistolam. Ex Paulo Manutio in lib. 1. Epist. 6. ad Attic.

Prisciani sententiam, quam memorat Manutius, pluribus proferre visum est. Ait Grammaticus, in libello de numeralibus notis, V quinque ideo denotare, quia quinta vocalis sit: X decem, quia (X) decima est consona apud Græcos, vel quia apud Latinos post V sequitur X. L quinquaginta exprimere, quia Græci veteres pro hoc numero Ν scribebant. (Ν autem Græcorum succedit loco Latinorum L, unde pro Nympha, Lympha dicimus.) Centum autem efferre per C litteram a qua sc. orditur. Quingenta per D quæ post C proxime loco sequitur. Mille secundum Atticos per X Græcum, sed circumscriptis lateribus |X|, ut a denario numero differat. Monstra hæc, neque Grammatici existimationi locoque in Rep. litteraria convenientia. Delirantem hominem in ordinem coegerunt alii passim, tum vero, teste Alciato Parerg. Juris lib. 10. cap. 25. Benedictus Jovius, V. Cl. in eleganti paraphrasi qua hasce Prisciani traditiones non sine risu confutat atque protterit. Ut cetera omittam, quid putidius, quam Romanos per L exprimere quinquaginta, quia Græci veteres id per Ν scribebant, cui quoad sedem in Alphabeto successit Latinorum L? Veteres Græci quinquaginta non ita exprimebant, sed nota aliena, cujus ratio non multum abludit a Romanorum consuetudine, uti mox videbimus. Notatio illa numeralis per litteras Alphabeti, quarum post primam decedem unaquæque denatio crescit usque ad numerum centenarium, quarum deinde unaquæque centenario, recentiorum Grammaticorum erat inventum. Sed nec loco τοῦ Ν Græcorum respondebat L Latinorum; sed N, N alterius altem, itidemque Λ L, hoc pacto.

Α Β Γ Δ Ε Ϝ Η Ι Κ Λ Μ Ν. Alphabet. vetus Atticorum.

A B C D E F H I K L M N. Alphabetum Romanorum.

Notandi igitur rationem, ut ad rem revertar, e Græcis mutuo sumpsere Romani, sed alia prorsus methodo, atque Prisciano visum est. Unitatem illi extulere per I lineam sc. perpendicularem, notatu commodam & facillimam, vel quia Veterrimi pro εἷς, μία, ἕν, dixerunt ἴος, ΙΑ, ἴον. quod magis probo, quoniam ex ratio cum ceteris quoque concordat. Sed ne tot unitatibus fastidium vel etiam error lectori oboriatur, placuit per quincuplum procedere, Π igitur quinque exprimebat quia ex littera incipiebat vox Πέντε, Δ decem, quia Δέκα. Pari itaque ratione, hoc in illud ductum quinquaginta efficiebat, hoc modo, |Δ|. Deinde Η centenarium numerum designabat, quia ita vetustissimis Græcis scriptum erat Ἑκατόν, (pro quo Iones dixerunt [Greek], Æoles vero [Greek].) Jam Quinarii facto incremento |Η| quingentorum erat nota & imago, pari modo atque ratione X millenarii, quia ab ea ordiatur vox Χίλιοι. Et sic deinceps. Hæc computandi methodus visitur in tabulis antiquissimis, adeoque in præstantissimis reliquiis, quæ nunc munere Arundeliano servantur Oxonii. Græcos, ut dixi, pone sequebantur Romani. Verbis utar Alciati l. c. qui tesseras agricolarum notas numerales Latinis peperisse ait. Nam agricolæ unica crena surculo impressa unitatem notaverunt: deinde ne tot unitatibus oculi inspicientium fallerentur, duas lineas hac specie V, ab inferiore parte conjunxerunt, ut quinque significarent, rursusque totidem transversas X, quibus denarius numerus repræsentaretur. Idem unam deinde transversam cum dimidia inciderunt hoc modo ⅄, quæ quinquaginta significaret, fuitque diu hæc nota longæ litteræ quam l vocamus: unde in antiquis marmoribus non uno in loco reperitur ea figura esse descripta, ut merito Plauto in Aul. longam litteram facere sit se suspendere: hæc enim nota, que antiqui utebantur, simillima est ligno prono, cui quis affixus sit. Cum vero ad centenarium numerum pervenissent, eum denaria nota incisa, connexaque illi priore ex parte unitate affixerunt. hoc modo IX, unde tertium quoque quod in Alphabeto est elementum sic IX effigiaverunt. visunturque etiam hodie antiquissimi libri, vel ante tempora Longobardorum scripti, similibus notis. Sed & Quingenta designare volentes, quinquagenariam notam ab inferiore parte linea ducta jungebant. Mille vero eadem ratione qua centum taleæ imprimebant, nisi quod ambæ transversæ lineolæ utrinque unitatibus claudebantur hac forma IXI, quam Recentiores expolivere, & quibusdam amotis, ut ita dicam, fibulis M fecere. Alii vero celeritatis causa sic depingebant CIↃ, cui notæ quotquot apostrophos utrinque adscripseris, tot decennaria [Sic In Lond. exemplari] addes, quapropter hoc signo CCIↃↃ decem millia, hoc CCCIↃↃↃ centum millia, hoc CCCCIↃↃↃↃ decies centena millia significantur: qua scribendi ratione omnes veteres utebantur, occurritque frequentissime in vetustissimis monumentis. Huic accedit fere Cl. Huetius in Huetianis opere postumo, qui a numeratione per digitos antiquis usitata has notas arcessit. Conf. in litt. C, D, I, L, M, V, X

Numero ac summa sua, pecunia quanta sit ostendit. Cic. pro Cluent. 87.
Centenarius. V. CENTUM
Duplaris & Triplaris. V. suis locis.

Immanis. V. IMMANIS.
Impar. V. IMPAR.
Infinitus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Innumeralis. Lucret. lib. 2. 1085.
Abundare numero. Quintil. lib. 5. cap. 7. Et si deficietur numero pars diversa, paucitatem: si abundabit, conspirationem: si humiles producit, vilitatem: si potentes, gratiam oportebit incessere.
Adolevit numerus, i. e. Crevit, auctus est. Paterculus lib. 2. cap. 30. extr. Gladiatorum numerus in tantum adolevit, ut qua ultimo dimicavere acie, quadraginta millia hominum se Romano exercitui opposuerint.
Æquati numero. V. ÆQUO, are.
Augere numerum. Lucret. lib. 1. 437.
Commetiri numero, in COMMETIOR.
Componere numero in turmas. Virg. 11. Æn. 599. Servius, Numero, i. e. Rationabiliter. Unde & Sæpenumero dicimus. i. e. Frequenter & rationabiliter. V. NUMERO, Adv.
Comprehendere numero. In COMPREHENDO.
Conficere numerum. Cic. pro Cluent.
Consequi verborum numerum sententiarum numero. Cic. 2. de Orat. 56. Thucydides omnes dicendi artificio mea sententia facile vicit, qui ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum, sententiarum numero consequatur.
Convenit numerus. V. CONVENIO.
Defici aliquem numero. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Digerere aliquid in numerum. Virg. 3. Æn. 446.
Efficere numerum. Cic. 8. Fam. 8.
Exsequi subtiliter numerum. i. e. Minutatim. Liv. 3. 5. Difficile ad fidem est, in tam antiqua re, quot pugnaverint ceciderintve, exacto affirmare numero; audet tamen Antias Valerius concipere summas. Romanos cecidisse in Hernico agro v mil. ac CCC. ex prædatoribus Æquorum, ab A. Postumio Consule duo millia & CCCC cæsos. Paulo post, Interfecta inde quatuor millia, & exsequendo subtiliter numerum, CC alt & XXX.
Explere. V. EXPLEO.
Gliscere numero. Tacit. 4. Ann. 5.
Habui numerum. Plaut. Pseud. 4. 2. 5.

> Habui numerum sedulo, hoc est sextum a porta, proximum
> Angiportum. i. e. Sciebam quotus esset.

Habere rationem numerumque. Cic. 7. Verr. 70.
Metiri numerum. Stat. 6. Theb. 263.
Permanere idem ad numerum. Cic. 1. de Nat. Deor. 105. Sic enim dicebas, speciem dei percipi cogitatione, non sensu, nec esse in ea ullam soliditatem, neque eandem ad numerum permanere.
Redigi ad duorum. Ovid. 6. Met. 199.
Referre in aliquem. Cic. 2. de Divin. 4.
Replere. Lucret. lib. 2. 535.
Subducere siderum. Catul. in Epithal. Juliæ, 59. 208.
Sum. ut, Ad numerum esse. V. AD.
Hoc erit in magno numero nostrorum malorum. i. e. Augebit numerum nostrorum malorum. Cic. 3. Att. 1.
Ad centena numero. V. AD præpositionem.
Numerorum primus arenarius apud Tertull. de Pall. ad fin. Qui in schola tanquam in arena numeros exercet & docet, a circensi arena & amphitheatrali translatione profecta; nisi quis potius putet ratiocinatorem & numerarium ita vocari quadam veri superlatione, quasi arenam numerare possit: ut apud Flaccum scribitur, 1. Carm. 28. 1.

> Te maris & terræ numeroque carentis arenæ
> Mensorem.

Ex Turnebo. Salmasius Primum arithmetices præceptorem exponit, qui abacum pueros docebat. [Forte mendum est, & vel Aranearius legendum, ob abaci cum aranei tela similitudinem: vel potius Arcanarius, qui numerorum arcana, i. e. disciplinam tradit. Non enim video quid prohibeat, quin is, qui μυσταγωγὸς Græce, Latine Initiator alias dicitur, a Tertulliano Arcanarius dici potuerit; quum videam in Gloss. Græco Lat. μυστήριον, Arcanum, & Μυστικὰ Arcana reddi.
Numerus, occultiore significato longe aliud est, quam quod vulgus existimat. Sane Plato, velut Solomoni concinens, dicenti Deum omnia in numero, pondere & mensura perfecisse: dum numeros, mensuras, & solida in medium adducit, per numeros vult intelligi ipsas rerum naturalium species formasque substantiales: quas etiam Aristoteles numeris comparat. Per mensuras autem, certas instrumentalesque figuras, vel magnitudines speciebus certis accommodatas. Per solida denique atque vires significat qualitates, & quæ cum molibus penitus protenduntur, & præstant motionibus actionibusque momentum. Ex qua reconditiore disciplina scribit Macrobius in Somn. Scip. c. 13. Numerorum certam constitutamque rationem animas sociare corporibus. Qui numeri dum supersunt, perseverat corpus animari. Quum deficiunt, arcana illa vis solvitur, qua societas ipsa constabat. Et hoc est quod fatum & fatalia vitæ tempora vocant. Unde est Virgilii illud 6. Æn. 545.

> — explebo numerum, reddarque tenebris.

Hinc etiam veteres philosophi dixerunt, Animam esse numerum se moventem. Quod Pythagoricum esse decretum, probat Plutarchus, lib. 4. de Placitis philosophorum, adjiciens tamen numerum hic pro mente accipi.
Numerus impar a Pythagora plenus censebatur & perfectus: contra Par, indigus, deficiens & imperfectus. Impar siquidem pari commistus, vim suam servat perpetuo: conduplicatus vero, eundem gignit. Est itaque secundus: habetque vim principii, divisionis ipse nescius, unitate semper in eo redundante. Par vero divisibilis est: nec imparem unquam producit. Atqui ex divisione malum omne suboritur, corporum ægritudines, civitatum seditiones, familiarum dissidia, & reliqua hoc genus. E contrario, ex unitate bonum omne, corporum sanitas, civitatum & familiarum pax, animorum consensus. Proinde Homerus imparia semper superis contribuit: inferis vero paria. Adde quod Pythagoras numeros impares ponebat formis rerum naturalium analogos, ut Pares materiæ: per hos de sensibilibus, per illos de intellectualibus substantiis philosophans.
Aureus numerus sic vocatur (ut aiunt) propterea quod Julius Cæsar, quum deprehendisset decimo nono quoque anno Lunam ad eundem Zodiaci locum una cum Sole redire, eum litteris aureis in Calendario singulis annis adscribi jusserit. [Character est cycli lunaris. V. Dion. Petav. Rat. temp. part. 2. lib. 1. cap. 2. ad fin.
Numerus singularis, dualis, ac pluralis apud Grammaticos. V. Quintil. lib. 1. cap. 5. p. 55. & 62. Burm. conf. 1. 4. p. 49.
Mutare numerum. Quintil. lib. 9. cap. 3. p. 805. Burm.
Numerus aliquando refertur ad ea quæ mensurantur: unde Magnum numerum frumenti, olei, vini antiqui dicebant. Cic. pro Planc. 64. Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram. Cæsar in Comment. de Bell. Civ. 2. 18. pr. Frumenti magnum numerum coegit. Hirtius in Comment. Magno invento numero hordei, olei, vini, fici, pauco tritici. Cic. 2. Philipp. 66. Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti. conf. in MAGNUS.
Numerus, Societas, grex, seu pars. Unde dicimus aliquem ex eorum numero, qui est eorum particeps. Sallust. Catil cap. 32. extr. Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Marcium Regem mittit.
Integer numerus militum. Cic. 3. Fam. 3.
Numerus, pro Honore vel existimatione. Cic. 2. Philipp. 3. Itaque quem locum apud ipsum Cæsarem post ejus ex Africa reditum obtinuisti? quo numero fuisti? Qua existimatione, quo gradu dignitatis?
Nullo numero homo. V. NULLUS.
Et contra Numerus pro Turba sine nomine, & dignitate. Nam apud Scriptores multitudo numero, non pondere, æstimatur. Unde Hor. 1. Epist. 2. 27.

> Nos numerus sumus & fruges consumere nati.

conf. Eximere numero infra.
Accipi in numerum. V. ACCIPIO.
Adscribere ad numerum, pro In numero suorum habere. Cic. 1. Q. frat. 1. 12. Quo ex genere si quem forte tui cognosti amantiorem (fieri enim potuit) quam temporis, hunc vero ad tuum numerum libenter adscribito.
Adscribere in numerum. V. ASCRIBO.
Colere in numero. Cic. 2. contra Rull. 94.
Collocare in deorum numero. V. COLLOCO.
Distribuere in numeros. h. e. In ordines, vel ita per numeros disponere, ut postea in ordines reduci possint. Plin. 10. Epist. 29.
Duci in numero & loco hostium. Cic. 7. Verr. 124.
Ejicere e numero. Cic. 13. Philipp. 1.
Eximere aliquem numero beatorum. Hor. 2. Carm. 2. 18.
Eximere numero, est Eximium, & egregium, & singularem aliquem constituere. Quintil. lib. 1. cap. 4. conf. Numerus pro Turba.
Habere aliquem in numero suorum, hoc est, inter suos & amicos. Cic. 13. Fam. 22. Ipsum suo nomine diligas, habeasque in numero tuorum.
Habere aliquem eo numero ac loco. Cic. 4. Verr. 134. Sed ne miremini qua ratione is tantum apud istum libertus potuerit, exponam vobis breviter quid hominis sit: ut & istius nequitiam, qui illum secum habuerit, eo præsertim numero ac loco, & calamitatem provinciæ cognoscatis.
Haberi, vel Esse numero, vel in numero, aliquo: cui Despici opponitur. Varro 1. de R. R. cap. 17. Quod ita quum fit, minus se putant despici, atque aliquo numero haberi a domino. Brutus ad Atticum, Quid enim tam alienum ab humanis sensibus est, quam eum patris habere loco, qui ne liberi quidem hominis numero sit?
Obtinere aliquem. Cic. de Clar. Orat. 175. Dicebat etiam L. Scipio non imperite, Cneusque Pompejus F. aliquem numerum obtinebat. Subaudi inter oratores. V. OBTINEO.
Pervenire in. Cic. in Brut.
Ponere aliquo numero, *Voyez au François Latin, En doit on faire cas?* An in aliquo numero ponendus est. Bud. ex Cic. H. St.
Putari in hostium numero. Cic. in Pison. 35.
Reponere in. Cic. 5. Verr. 210.
Sejungere ex. Cic. 4. Verr. & in Vatin. 26.
In numero esse, Annumerari. Cic. 13. Fam. 24. In primisque libertus ejus, L. Cossinius Anchialus, homo & patrono, & patroni necessariis, quo in numero ego sum, probatissimus.
Esse in numero civium. Cic. pro Domo 82.
In nullo numero esse. Cic. 3. de Orat. 213. Actio, inquam, in dicendo una dominatur: sine hac summus orator esse in numero nullo potest. i. e. In nullo pretio.
Deorum numero esse alicui. Liv. 7. 30. Conditorum, parentum, deorum immortalium numero nobis eritis. Numero, i. e. Loco: paulo enim ante dixerat eadem de re, Sic enim a majoribus nostris accepimus, Prætorem, Quæstori suo, parentis loco esse oportere.
Venerari in numero deorum aliquos. Cic. 2. pro Lege Agrar. 94.
Venire in numerum oratorum. Cic. 1. de Orat. 115.
Numerus, pro Ratione harmonica ponitur, quam Græco vocabulo Rhythmum appellamus, quod omnis harmonia & omnis concentus numeris constet. Virg. 9. Ecl. 45.

> — numeros memini si verba tenerem.

Hinc, Oratio quæ numeris caret, soluta dicitur: quæ vero numeris constat, numerosa. Cic. 1. Acad. 9. Atque ipse varium & elegans omni fere numero poema fecisti.
Breviores numeri. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Vincula numerorum. Cic. in Orat. 77. Primum igitur eum tanquam e vinculis numerorum eximamus: sunt enim quidam, ut scis, oratori numeri, de quibus mox agemus, observandi ratione quadam, sed alio in genere orationis, in hoc omnino relinquendi. Numeros tanquam vincula appellat, vel quod oratorem quodammodo alligant ad eos observandos: vel (quod magis placet) quia membra & periodos orationis vinciunt, & egregie conjungunt. [Prior expositio potior.
Numerus & modus oratorius. Cic. 1. de Orat. 151.
Flebiles numeri. Ovid. 2. Fast. 109.
Impares numeri, Elegiaci. Ovid. 3. Amor. 1. 37.
Levioribus numeris apta materia. Ovid. 1. Amor. 1. 19.
Adjunxit primus numeros verbis solutis Isocrates. Cic. in Orat. 174.
Alligari numero. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Astringere orationem numeris. In ASTRINGO.
Astringitur histrio moderatione certa quadam numerorum. Cic. 1. de Orat. 254.
Canere in cantu numeros. V. CANO.
Claudere sententias numeris. Cic. in Orat. 229.
Contentæ numeris fides. Cic. 4. de Fin. 75.

Edere arma gravi numero. Ovid. 1. Amor. 1. 1.
Explere numeros & conficere versus, ejus est qui fidibus utitur. Cic. 4. Acad. 22.
Molli numero fluunt carmina. Perf. 1. Sat. 64.
Ludere in numerum. Virg 4. Georg. 174.
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum. Lucret. lib. 2. 631.
Ludunt, in numerumque exsultant sanguine læti.
Extra numerum si se moveat histrio, exsibilatur & exploditur. Cic. in Parad. 5.
Nectere verba numeris, Carmina componere. Ovid. 4. de Pont. 2. 30.
Obloquitur numeris septem discrimina vocum. Virg. 6. Æn. 646.
Redigere in quadrum numerumque sententias. Cic. in Orat. 208.
Servari oportere modum & numerum quendam etiam in oratione soluta. Cic. de Clar. Orat. 32.
Soluti numeri lege. Hor. 4. Carm. 2. 10.
Omnibus numeris absolutus. i. e. Omnibus partibus. Plin. 9. Epist. 3. extr.
Per suos numeros componitur infans in utero. Ovid. 7. Met. 126.
Utque hominis speciem materna sumit in alvo,
Perque suos intus numeros componitur infans,
Nec nisi maturus communes exit in auras, Sic, &c.
Obire omnes numeros comitatis. Plin. in Paneg. cap. 71.
Perfectum expletumque omnibus suis numeris & partibus. Cic. 2. de Nat. Deor. 37.
Veritatis omnes numeros in se habere. Cic. 1. de Divin. 23. Itane vero quicquam potest casu esse factum, quod omnes habeat in se numeros veritatis?
Continere omnes numeros virtutis. Cic. 3. de Fin. 24.
Numeri, absolute, Versus. Ausonius protrept. ad nepot. Edyll. 4. v. 47.
— tu flexu & acumine vocis
Innumeros, numeros doctis accentibus effer. Et in epitaphio comici Plauti apud Gell. 1. 24.
Et numeri, innumeri simul omnes collacrimarunt. i. e. Illius poetæ occasu, non tantum numeri, id est versus, sed etiam innumeri, id est soluta oratio lacrimas profuderunt. Turneb. V. INNUMERUS, suo loco. [Ego tolli distinctionem malim utrimque.
Numeri militares inde putantur dicti, quod ad numerum omnia præstarent, vel quod eorum certus quidam numerus esset: quod hodie Galliæ reges observant, certum quendam numerum alentes etiam pacis temporibus. Ulpian. in l. unica. D. de bonorum possessione ex testamento militis, Si quis militum ex alio numero tanslatus sit in alium: quamvis & hinc sit exemptus, & illo nondum pervenerit: tamen poterit jure militari testari: est enim miles, quamvis in numeris non sit.
Desinere in numeris esse. Paulus in l. Quod dicitur. D. de militari testamento, Postquam desiit in numeris esse.
Manere in numeris. Ulpian. in l. 4. D. de militari testamento.
Referri in numeros. Ulpian. In l. ex eo tempore. D. de militari testamento, Ex eo tempore quis jure militari incipit posse testari, ex quo in numeros relatus est: ante non. Proinde qui nondum in numeris sunt, licet etiam lecti vel tirones sunt, & publicis expensis iter faciunt, nondum milites sunt. Debent enim in nomeros referri.
In numeros nomen referre. Plin. 3. Epist. 8. Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est: ideoque liberum est nobis Silvanum in locum tuum subdere. In numeros, i. e. In ordinem, Tribunorum scilicet. Dicimus milites nondum relatos in numerum, quum delecti quidem sunt, nondum tamen in suos ordines pervenere.
Numeri, Tesseræ. In tesseris enim antiquorum, ut nostris, scripti erant tantum numeri: unde Jactare numeros, pro Jacere tesseras dixit Ovidius, 2. de Arte Am. 203.
Seu ludet numerosque manu jactabit eburnos,
Tu male jactato, tu bene jacta dato. Ac quum senûm sint laterum, plures numeros, quam tali, qui quaternûm sunt, habebant: unde & numeros appellasse fortasse putabitur Ovidius, aut potius quod tali sine punctis & numeris fierent. Turneb. V. TALUS, & TESSERA.

NUMERO, Adv. veteres pro Nimium cito dicebant, auctore Festo. Plaut. Men 2. 2. 13.
Menæhme, numero huc advenis ad prandium. Idem Mil. 5. 7.
Haud etiam numero hoc dicis. Sic Casin. 3. 5. 21.
— here mi. ST. quid vis ancilla? P. nimium sævis.
S. Numero dicis. sed hoc quicquid est, loquere: in pauca refer. Erasmus, Numero dicis, dixit, pro eo quod est, Facile & compendio. Festus exponit pro Cito ac Celeriter: citans tum alios multos auctores, tum hunc Plauti locum. Sed apud Festum adeo depravata est scriptura, ut referre pigeat: nisi quod illinc colligitur veteres non solum dixisse, Numero dicis, sed Numero scis, numero facis, numero expungere, numero credere, numero venire: pro Facile & cito venire. V. Scalig. in Fest. Non. 4. 319. putat Numero dici pro Multum: sed exempla quæ adducit, magis indicant accipi pro Cito ac facile, sive statim; quod ipsum ille fatetur in fine. Plaut. Amph. 1. 1. 25. Numero mihi in mentem fuit. Usurpatur apud eundem & aliis aliquot locis. conf. Sæpe numero, in SÆPE, & supra Componere numero.

NUMERĀLIS, e. Adj. [ἀριθμητικὸς] Quod ad numerum pertinet: unde, Numeralis scientia, Quæ tractat de numeris; Græce Arithmetice dicitur. Numeralia nomina, apud Grammaticos, Quibus utimur in numerando. Onomast. vet. Numerale, ἀριθμητικόν.

NUMERŌSUS, a, um. Adj. Quod magno constat numero. Plin. Epist. 10 50. Hoc opus numerosas poscit manus. h. e. Multas. Idem in Paneg. cap. 28. pr. Alio me vocat numerosa gloria tua.
Ambitu numerosiore litorum circumflectitur Ionia. Plin. lib. 5. cap. 29.
Causa numerosissima. Plin. 2. Epist. 9.
Cicatrix numerosa. Claud. de Bell. Get. 482.
Civitas numerosissima. Tacit. Agric. 17. 2.
Cohors. Plin. lib. 7. cap. 44.
Hortus numerosus. i. e. Amplus. Columel. lib. 10. cap. 1.
Laus. Lucan. ad Pison. 66.
Loci numerosi. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Malum. Senec. Herc. fur. 4. 8.
Opus. V. OPUS.
Partus. Plin. lib. 11. cap. 40.
Pectus numerosum equi. Colum. lib. 6. cap. 29.
Phalanx. Valer. 1. Argon. 436.
Quæstus numerosior. Claud. 1. in Eutrop. 219.
Subsellia numerosa implentur. Plin. 2. Epist. 14.
Suffragia numerosissima. Plin. 7. 29.
Varietas. Plin. lib. 9. cap. 17. Idem 11. 37.
Urbes. Claud. de Bell. Gildon. 259.
Brachia numerosa ducere. Ovid. 2. Amor. 4. 29. h. e. Ad certum numerum, legem & mensuram.
Gestus. Ovid. 4. de Pont. 33. al. Gressus.
Numerosa oratio Ciceroni dicitur in Orat. 220. Quæ est similis numerorum, non plane e numeris constans. Idem 3. de Orat. 183. Etsi numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones, & quod metiri possumus intervallis æqualibus.

NUMERŌSE, Adv. Cic. 3. de Orat. 175. Et tamen eam conjunctionem sicuti versuum numerose cadere & quadrare & perfici volumus. Idem 2. de Nat. Deor. 22. Quid si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? In priore quidem exemplo significat id quod vulgo dicitur *rhythmice*, & *per mensuras*, in posteriore autem, Permultum. [Immo idem prorsus.
Numerose & apte cadens comprehensio. Cic. in Orat. 281.
Cadit numerose sententia. Cic. de Clar. Orat. 54. Ipsa natura circumscriptione quadam verborum comprehendit concluditque sententiam: quæ quum aptis constricta verbis est, cadit etiam plerumque numerose.
Apte & numerose dicere. Cic. in Orat. 281.
Numerose & volubiliter orationem fundere. Cic. in Orat. 210.
Compar. Distinctius numerosiusque omnia dicere. Gell. 7. 3.
Superl. Sententias numerosissime versare. i. e. Quam plurimis modis. Quintil. 10. 5.
Familias numerosissime comparare. Apul. de Deo Socr. extr.

NUMEROSĬTAS, ātis. f. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 20. Ad significationem numerositatis innumeræ. i. e. Ad significandum numerum immensum. Idem 1. 22. Sidon. 7. Epist. 2. Oros. 4. 5. & Tertull. de Monog. cap. 4.

NUMERĀRIUS, i. m. Arithmeticus. Gloss. Gr. Lat. ἀριθμητὴς, Numerarius. Et ψηφιστής, Computator, numerarius. August. in Ps. 146. Excedit omnes numerarios, intelligentia ejus numerari non potest.
Numerarii item vocati sunt, Qui publicum nummum ærariis inferunt. Isidor. 9. 4. conf. Gothofr. Parat. 8. 1. C. Th. Sidon. 1. Epist. 11. & Zimmerm. Analect. Menstr. Mens. 1. 36. Lex. Pitisc.

NUMĔRO, [ἀριθμῶ] āre. Per numeros recensere vel colligere & metiri. Virg. 3. Ecl. 34.
Bisque die numerant ambo pecus, alter & hœdos.
Per digitos numerare. Ovid. 3. Fast. 123.
Ea si ex reis numeres, & innumerabilia sunt, & obscura: si ex rebus valde & modica, & illustria. Cic. 2. de Orat. 137.
Imbres hibernos citius numeraveris. Stat. 3. Silv. 3. 97.
Tempora si numeres, bene quæ numeramus amantes. Ovid. 2. Epist. 7.
Numerare, Recensere ordine. Virg. 4. Georg. 347.
A que Chao densos divûm numerabat amores.
A se numerare, Initium numerandi a semet ipso facere. Cic. 2. Philip. 3. Multi præterea improbi; quos quidem a se primum numerare possunt, qui hæc loquuntur.
Numerare pecuniam, pro Præsentem pecuniam dare. Cic. 16. Att. 12. Atticus, qui civitatem conservatam cuperet, pecuniam numeravit de suo.
Stipendium numerare militibus. Cic. in Pison. 88.
A Quæstore numerare. V. A vel AB.
Numerare alicui, subintelligitur, Pecuniam. Plaut. Asin. Perioch. 4. Cic. pro Quint. 18. Sed Romæ quotidie, simulatque sibi hic annuisset, numeratorum se dicebat.
Numerare, pro Habere, & censere. Cic. pro Rosc. Amer. 37. In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita raro exstitit, ut siquando auditum sit, portenti ac prodigii simile numeretur. Idem. 4. Verr. 169. Prope collega Timarchidi numerabatur. i. e. Habebatur & censebatur. Budæus.
Ut haud immerito omnes conditores numerentur. i. e. Existimentur. Liv. 2. 1. Idem Ibid. Libertatis autem originem inde numeres.
Nullo loco numerare rem aliquam, pro Nihili facere. Cic. 2. de Finib. 90. Idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem. i. e. Nullo in numero ponere. V. NUMERUS.
Aliquem accusatorem suum numerare, non competitorem. Cic. pro Muren. 49.
Sapientem se & esse, & numerari velle. Cic. 1. Fam. 9.
Proximum optimis numerari. Cic. de Clar. Orat. 220.
In actis alicujus quippiam numerare. Cic. 1. Philip. 19.
Numerare in bonis, &c. i. e. Inter bona, hoc est bonum judicare. Cic. 1. de Fin. 31. Cur nec voluptas in bonis sit numeranda, nec in malis dolor, &c. Idem 2. Fam. 5. Ne id quod petit, exigere magis, quam rogare, & in mercedis potius, quam in beneficii loco numerare videatur.
In primis beati in Italia Crotoniatæ quondam numerabantur. Cic. 2. de Invent. 1.
In multis numerari. Cic. de Clar. Orat. 331.
Mors in beneficii partem, si cruciatus absit, numeretur. Cic. 11. Philip. 3.
In vulgo patronorum numerari. Cic. de Clar. Orat. 331.
Numerare inter. Cic. pro Rosc. Amer. 16. Honestissimus inter suos numerabatur.
Inter amicos numerari. Ovid. 4. de Pont. 9. 35.

NUMERANDUS, a, um. Partic. [ἀριθμητέος] Sil. lib. 15. 750.
— ante omnes bello numerandus Amilcar.

NUMERATUS, a, um. aliud. Partic. [ἠριθμημένος] Cic. pro Cæcin. 11. Quum uteretur dote uxoria numerata, quo mulieri esset res cautior. Plaut. Trin. 4. 3. 74. & Pœn. 3. 2. 16.
Milite numerato repetebat castra. Sil. lib. 7. 730.
Numerato, vice adverbii positum. [ἠριθμημένη] Cic. 12. Att. 25. Mihi & res, & conditio placet, sed ita ut numerato malim, quam æstimatione. i. e. Malim numerari mihi, quam diutius exspectare. V. ÆSTIMATIO. Hor. 2. Epist. 2. 166.
Quid refert, vivas numerato nuper, an olim.
In numerato habere ingenium, i. e. Promptum & ad manum, hoc est præsentissimum, & ad expedienda ex tempore dicenda solertissimum. Quintil. lib. 6. cap. 3. Erasmus, In numerato habere, si ad animi rem transferatur, proverbii rationem habuerit. Sumptum est ab iis, qui res suas

fuas ad certissimum calculum redegerunt, hoc est ad pecuniam numeratam.

In numerato relinquere H. S. DC. In numerata pecunia, vel pecuniæ numeratæ. Plin. lib. 33. cap. 10.

NUMERATIO, ōnis. f. [ἀρίθμησις] Columel. lib. 11. cap. 1. Sed ubi æris numeratio exigitur, res pro nummis ostenditur. Sen. Epist. 18. Ab isto fiet numeratio.

NUMERĀTOR, ōris. m. Augustin. Confess. 5. 4. extr. Numerator siderum.

NUMERĀBILIS, e. Adj. [ἀριθμητὸς] Quod numerari potest.

Populus numerabilis, utpote parvus. i. e. Modicus, paucus. Hor. de Arte Poet 206. Ita loquuntur Græci. Theocrit. εἰδ. 15. quod inscribitur χάριτες, — φίλων μέρος ἀριθμητοῦ

Τινὲς, οὐ' ἀλέγοντι, ἀριθμητὰς ἀπὸ πολλῶν, Monuit Lambin. conf. Casaub. Lect. Theocr. cap. 17. & Taubm. in Plaut. Asin. 2. 4. 91.

NŪMĔRIA, æ f. Dea numerorum. Augustin. de Civ. Dei, 4. 11. & Lex. Pitisc.

NUMĔRĬUS, i. m. [Νουμέριος] a Numero prænomen ductum est. V. Festus. Non Fabiæ tantum gentis, sed etiam aliarum esse docet Spanh. de Num. diss. 10.

NUMESTRANI, orum. m pl. Populi Italiæ, in tractu Lucanorum, Ursentinis, & Volcentanis proximi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

NŬMĪCIUS, Nomen gentile Ro. Ad Numicium quendam scripsit Hor. 1. Epist. 6.

De Numicio Thermo, V. Tacit. 16. Ann. 20. 2.

NŬMĪCIUS, i. m. [Νομίκιος] Amnis est, non longe a Lavinio, qui & Numicus dicitur.

Corniger Numicius. Ovid. 3. Fast. 647.

NŬMĪCUS, i. m. [Νομικὸς] Idem fluvius in Latio: in quo repertum est cadaver Æneæ & consecratum. V. Liv. 1. 2. Post paulatim decrescens, in fontem redactus est: qui & ipse siccatos est sacris interceptis. Vestæ enim libari nonnisi de hoc fluvio licebat. Hæc Servius in illud Virg. 7. Æn. 150.

— hæc fontis stagna Numici. Dicitur & Numicius.

Fontis vada sacra Numici. Virg. 7. Æn. 242. Sunt qui putent apocopen esse pro Numicii, sed refelluntur hoc carmine Silii Italici lib. 8. 180.

Haud procul hinc parvo descendens fonte Numicus

Labitur.

Litus sacrum Numici. Virg. 7. Æn. 797.

Placidi sum nympha Numici. Ovid. 3. Fast. 647. conf. 14. Met. 328. & 599. item Brœkh. ad Tibul. 2. 5. 45.

NŬMĬDIA, æ. f. [Νομαδία] Regio late patens in Africa, dicta est a dictione Nomades, quos Romani Numidas appellant. Hinc Plin. lib. 5. cap. 3. Numidæ vero Nomades, a permutandis pabulis: mapalia sua, hoc est domus, plaustris circumferentes. Vagabundis pabulationibus enim, ut in Sarmatia Hamaxobitæ, errantes, & rei pecuariæ dediti, nomen hoc indepti sunt a Græcis. quibus νέμω, Pasco significat. Numidia habet ab Ortu Syrtes quasdam parvas: unde regio Carthaginiensis incipit: a Septentrione mare quod versus Sardiniam tendit: ab Occasu Mauritaniam, & a Meridie Æthiopiam: nec præter marmoris Numidici, ferarumque proventum, aliud insigne habet. Sunt in ea claræ urbes, Hippo Regius, Cirta &c.

NŬMĬDA, æ. m. [Νομὰς] Qui Numidiam incolit. Virg. 4. Æn. 535.

— Numidúmque petam connubia supplex.

Numidarum nomen Latinis non eos tantum populos, qui certam Africæ partem Numidiam vocatam tenuerunt significat, verum etiam alios populos, qui pecuarii erant. Sic enim Vitruvius Arabes vocat his verbis, Item Joppæ in Syria, Arabiaque Numidarum, lacus sunt immani magnitudine. Turneb. conf. Lips. in Tacit. Hist. 2. & Suet. Neron. cap. 30. Rectius aliis Nomadæ. V. Cellar Geogr. Antiq. 3. 14. 37.

Infreni Numidæ. Virg. 4. Æn 41.

Rebelles Numidæ. Ovid. 15. Met. 754.

NUMĬDĬCUS, a, um. Adj. [Νομαδικὸς] ut, Lapis Numidicus, qui inter generosa marmora adnumeratur. A Papinio Libycus silex appellatur. Et Pavimenta Punica a veteribus dicebantur, Quæ ex marmore Numidico strata erant.

Aves Numidicæ, Gallinæ Africanæ. Martial. lib. 13. 73.

Equi Numidici. Liv. 30. 6.

Gallina Numidica. Columel. lib. 8. cap. 2. V. Non. de Re Cib. 2. 25.

Marmor Numidicum. Isidor. 16. 5.

Scuta Numidica. Sallust. Jugurth. cap. 94.

Numidicus, Proprium honoris nomen, Q. Cæcilio Metello datum ob res in Numidia contra Jugurtham præclare gestas. V. Cic. 6. Verr. 147. & 1. Att. 16. item Aurel. Vict. de Vir. Illust. cap. 62.

NUMIDIĀNUS, a, um. Adj. pessess. ut, Numidiana pira. Plin. 15. 15.

NUMISIUS, Nomen Romanum gentile. De Numisio Lupo & Rufo, V. Tacitum. De Numisio Tirone, Cic. 2. Philip. 8. & 12. 14.

NUMISIANUS, a, um. Adj. ut Numisianæ vites & uvæ, leguntur apud Colum. lib. 1. cap 2. Item lib. 12. cap. 43. Quibus in locis quidam legendum putant Nursianus: incertum tamen est & quid per Numisianas, & quid per Nursianas vites significet Columella.

NUMISMA, V. NUMMUS.

NŬMĬTOR, ōris. m. [Νουμίτωρ] Filius Procæ Albanorum regis, & Amulii frater: Rheam Silviam filiam habuit, quam Amulius, pulso Numitore fratre, Vestalem virginem fecit, ne tandem sobolem haberet, quæ patruum ulcisceretur. V. Liv. lib. 1. pr. Virg. 6. Æn. 768.

Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet.

Silvius Æneas. conf. Ovid. 4. Fast. 53.

Pullus Numitor, Fregellanus proditor, cujus meminit Cic. 5. de Fin. 62.

NUMITORIUS, & NUMITORIA, Nomina Romana, V. Cic. 7. Verr. 63. & de Invent. 2. 105. & Philip. 3. 17.

NUMMUS, vel NŪMUS, i. m [νόμισμα, ἀργύριον] Moneta, ἀπὸ τοῦ νόμου dicitur, i. e. a lege: quia quum permutatione uti homines solerent, lege numi usus introductus est, non natura. Aristot. Eth 5. 5. Alii a Numero deducunt, alii a Numa rege, qui primus, teste Suida, ex ære & ferro factam monetam donasse Romanis dicitur. Harum quævis origo cum simplici M scribi oportere suadet. Vulgarem tamen usum scriptionis cum M duplicata tuetur Manut. & Dausquejus in Orthogr. Juven. 6. Sat. 363.

Ac, velut exhausta redivivus pullulet arca

Nummus, & e pleno tollatur semper acervo.

Nummus argenti. Plaut. Pseud. 1. 3. 65.

Nimis miser sum, nummum nusquam reperire argenti queo. Ibid. 5. 2. 24. Hinc nunquam eris nummo divitior. Cic. 2. de Finib. 55. Unde si secutus esset eorum sententiam, qui honesta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent. numum nullum attigisset.

Nummus denarius. Varr. de L. L. lib. 4. 36. Nummi denarii decuma Libella, quod libram pondo as valebat, & erat ex argento parva.

Conducere nummo uno. V. DICIS causa.

Convenit ad nummum. V. CONVENIO.

Subducere ad nummum. V. SUBDUCO.

Bibliotheca multorum nummorum. Cic. 14. Fam. 78.

Adulterinus nummus. Cic. 3. Off. 91. Quærit etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, quum id rescíverit, soluturusne sit eos, sicui debeat, pro bonis?

Asper nummus, dicebatur olim Bene percussus, & recens, non vetus, neque tritus, atque ipso usu lævis, fugientibus notis, nec forma expressa: quo sensu illud Pers. 3. Sat. 69. accipi censeo, — quid asper

Utile nummus habet? Qui enim pecuniæ amantes erant, in nummis fastidiosi erant, delectumque habebant, & nummos perfectissimæ & expressimæ formæ servabant: ac ne alios quidem recipere volebant, quod & in exactione tributorum plerumque, ut reor, observabatur. Suet. Neron. cap. 44. Exegitque, ingenti fastidio & acerbitate, nummum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrusam. Sed & creditores cavere solebant sibi eo genere nummorum solutum iri, quod e Senec. Epist. 19. colligere licet. Turnebus.

Aurei. Cic. 12. Philip. 20.

Bonus. V. BONUS.

Comedere nummos. Cic. 6. Att. 1. Magnum odium Pompeii suscepistis: putat enim suos nummos vos comedisse.

Commovere nummum. Cic. pro Font. 1. Nemo Gallorum sine cive Romano quicquam negotii gerit: nummus in Gallia nullus sine civium Romanorum tabulis commovetur. Sensus est, Siquis ab Imperatore nummus exigitur a Gallis, oportet Gallos (utpote multis præliis ab Romanis attritos, bonis spoliatos, agro mulctatos) eum nummum a civibus Romanis in Gallia negotiantibus accipere, ideoque tabulas conficere, quas vocant obligationes. Nam commovere nummum, est exigere, &, ut vulgo dicunt, *levare pecuniam*. Quod ipse Cicero per simplex verbum Movere, pro Flac. 44. dixit: Dicunt se Flacco, & iis qui simul essent, drachmarum XV millia dedisse. Cum civitate mihi res est acerrima, & conficientissima litterarum, in qua nummus moveri nullus potest sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensariis, qui apud illos a populo creantur. Moveri, i. e. Publice exigi, & (ut vulgo dicunt) *levari*.

Conductis cœmens obsonia nummis. Hor. 1. Serm. 2. 9. h. e. Fœnore sumptis, sive ad usuram acceptis, pro quibus tanquam pro rebus conductis merces penditur.

Contemplari nummos in arca. Hor. 1. Serm. 1. 67.

Corrogare nummos. In CORROGO.

Cudere nummos. V. CUDO.

Effundere saccos nummorum. Hor. 2. Serm. 3. 149.

Expendere nummos cautos nominibus certis. Hor. 1. Epist. 1. 105. Expendere, ad usuram dare: nummos cautos, caute sive per chirographum & cautionem datos: certis nominibus, debitoribus a quibus certa exspectanda sit solutio.

Extricare nummos unde unde. h. e. Corrogare & colligere. Hor. 1. Serm. 3. 88.

Habere in nummis. Cic. 8. Att. 9.

Movere nummum. V. COMMOVERE nummum paulo supra.

Olfacere nummos. V. OLFACIO.

Parti gladio vel pyxide nummi. Juven. 13. Sat. 25. h. e. Acquisiti aut cæde hominis, aut veneno in pyxide clauso.

Pervenire ad nummos. Cic. 13. Fam. 14.

Recondere nummos & aurum. Hor. 2. Serm. 3. 109.

Refulserit nummi si spes dolosi. Pers. prol. 12.

Scribere nummos, est Obligare se de nummis solvendis. Plaut. Asin. 2. 3. 34.

Spargere nummos populo de Rostris. Cic. 3. Philip. 16.

In suis nummis esse. Cic. 6. Verr. 11. Non modo in ære alieno nullo, sed in suis nummis multis esse, ac semper fuisse.

Nummus, Nomen speciale est aliquando, idem quod Sestertius valens, id est æstimatione nostra decem Turonicis denariolis, & semisse denarioli. Cic. 5. Verr. 140. Cogit enim Scandilium quinque illa millia nummûm dare, ac numerare Apronio. Et paulo post, Cogit Scandilium Apronio, ob singularem improbitatem atque audaciam, prædicationemque nefariæ societatis, sestertia quinque millia mercedis nomine ac præmii dare. Quinque sestertia: quinque millia sestertiûm: & quinque millia nummûm pro eodem dixit. Budæus. V. SESTERTIUS.

Bis dena sestertis nummûm. Hor. 2. Epist. 2. 331.

Nummus sestertius, Idem. Vitruv. lib. 1. cap. 4. Ab Senatu Populoque Rom. petiit ut liceret transferre oppidum: constituitque mœnia: & areas divisit, nummoque sestertio singulis municipibus mancipio dedit. i. e. Sestertiis singulis areas ædificaturis civibus vendidit: quæ res instar donationis, imaginem venditionis habet: quomodo & Nummo addicere. Cic. pro Rabir. Post. 45. Tua bona, Postume, nummo sestertio a me addicuntur?

Nummo addicere, apud Sueton. Cæs. cap. 50. legitur. V. DICIS causa. Cic. pro Rabir. Post. 45. Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirii Postumi nummo sestertio sibi addici velit? Budæus. V. Erasm. proverb. p. 1012. Burm. ad Quintil. 11. 3. & Lex. Pitisc.

Nummus, Monetæ Atticæ valebat duas drachmas. Plaut. Truc. 2. 7. 10.

Nam jam de hoc obsonio, de mina una deminui

Modo quinque nummos: mihi detraxi partem Herculaneam. Quo loco Turnebus, Quum Grammatici Græci tradant minam centum esse drachmarum, partem autem Herculaneam constet decimam fuisse, nummus erit quinquagesima pars minæ, ut drachma centesima. sic in nummo iverunt duæ drachmæ. Denarius tamen drachmam valet, cujus æstimatione & pretio inferior multo est nummus. Igitur hic nummus est didrachmum, aliter quam vulgo loquentibus soleat usurpari. Nam vulgo Sestertius est. Hæc ille.

De Nummo aspero, bigato, centimoniali, quadrigato & serrato. V. omnino Lex. Pitisc.

NUMMĀRIUS, a, um. Adj. [χρηματικὸς] Quod ad nummos pertinet: ut, Res nummaria.

Difficultas nummaria. Cic. 4. Verr. 69.
Interpres. Cic. pro Cluent. 100. Exagitabantur omnes ejus fraudes, atque fallaciæ: tota vita in ejusmodi ratione versata aperiebatur: egestas domestica, quæstus forensis in medium proferebatur: nummarius interpres pacis & concordiæ non probabatur. i.e. Mercenarius: & qui ob id pecunias accepisset, &c.
Judices nummarii. Sordidi & corrupti. Cic. 1. Att. 75. Infectandis exagitandisque nummariis judicibus, omnem omnibus studiosis ac fautoribus illius victoriæ παῤῥησίαν eripuit.
Judicium nummarium, Quod fit acceptis pecuniis. Cic. 5. Verr. 131. Ecquod judicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam nummarium fore putasti, quo ex judicio te ulla Salus servare posset?
Lis nummaria. V. LIS.
Quæstio nummaria. Callistratus in l. ultima. D. Ne de statu defunctorum, &c.
Ratio. Cic. 10. Att. 13. Illa de ratione nommaria non sunt ejusmodi.
Res. Cic. 3. Off. 80. Ut res nummaria de communi sententia constitueretur.
Rei nummariæ difficultas tenet eum. Cic. 6. Verr. 11. Num tanta difficultas eum rei nummariæ tenuerit, tanta egestas, tanta vis oppresserit, ut facrarium suum spoliaret, ut deos patrios venderet?
Tesseræ nummariæ, vide in CŒNARIUS. H. St.
Theca. Cic. 4. Attic. 7. Quare in hoc thecam nummariam ne retexeris: in aliis eris cautior.
Nummarios apud Cic. 1. Att. 16. dici pro Corruptis vult Turneb. Advers. 9. 1.

NUMMŌSUS, a, um. Adj. [χρηματώδης] Qui nummis abundat. Nigidius apud Gellium lib. 4. cap. 9. Hoc, inquit, inclinamentum semper hujuscemodi verborum, ut vinosus, mulierosus, religiosus, nummosus, signat copiam quandam immodicam rei super qua dicitur.

NUMMĀTUS, a, um. Adj. [πολυχρήματος] Nummis instructus. Cic. 2. de Lege Agrar. 56. Volitat enim ante oculos istorum Jubæ regis filius, adolescens non minus bene nummatus, quam bene capillatus. Idem 7. Fam. 16. Hor. 1. Epist. 6. 38.
Marsupium nummatum, In quo multi sunt nummi. Plaut. Amphit. 4. 4. 39.
Compar. Apul. 1. Met. pr. Nummatior revertor.

NUMMĀTIO, ōnis. f. [πολυχρημασία] Nummorum abundantia & affluentia. Cic. 2. Philip. 115. Pone ante oculos lætitiam Senatus, Populique Romani: confer cum nummatione tua, tuorumque: tum intelliges quantum inter laudem & lucrum intersit. Al. Nundinatione. q. V. & Græv.

NUMMŬLUS, i. m. dimin. [νομισμάτιον] Cic. 1. Att. 16. Si judicium est, triginta homines Populi Rom. levissimos ac nequissimos, nummulis acceptis, jus ac fas omne delere. Ibid. 1. 19. Tu si tuis blanditiis tamen a Sicyoniis nummulorum aliquid expresseris, velim me facias certiorem. Idem 8. 13.

NUMMULĀRIUS, a, um. Adj. ut, Mensa nummularia. Scævola in l. ult. D. de institoria actione, Lucius Titius mensæ nummulariæ, quam exercebat, habuit libertum præpositum.

NUMMULARIUS, i. m. [κερματιστής] Mensarius alias dicitur, Qui nummos ad mensam tenet, vel qui ex officio, mensæ nummorum inservit. V. Mensarius, in MENSA. Ulpian. in l. Si hominem. D. Depositi, Quoties foro cedunt nummularii, solet primo loco ratio haberi depositariorum: hoc est, eorum qui depositas pecunias habuerint, quas non fœnore apud nummularios, vel cum nummulariis, vel per seipsos exercebant. Suet. Galb. cap. 9. Nummulario, non ex fide versanti pecunias, manus amputavit mensæque ejus affixit. Martial. 12. 57. 8.
Hinc otiosus sordidam quatit mensam
Neroniana nummularius massa.

NUMMULARIŎLUS, i. m. dimin. Sen. de morte Claudii; Proximus interrogatur sententiam Diespiter, Vice Potæ filius, & ipse designatus Cos. nummulariolus.

NUMMICŎLA, æ. c. V. Novarin. Apophth. Eccl. tom. 2. p. 390.

NUMMIPĔTA, æ. m. Sarisb. Carm.
Nummipetæ cum libricolis nequeunt simul esse.

NŪMISMA, ătis. n. vel NOMISMA, Græce νόμισμα. Idem quod Nummus. Hor. 2. Epist. 1. 234.
Rettulit acceptos regale numisma Philippos. Martial. lib. 1. 40.
Quum data sint equiti bis quinque numismata, quare? conf. 9. 32.
Numisma pro Charactere, seu forma nummi posuit Prudent. Peri Steph. 2. B. Laurent. 95.
En Cæsar agnoscit suum
Numisma nomnia inditum. Al. Nomisma. i. e. Imaginem nummis impressam. V. Salmas. ad Lamprid. Alex. p. 218.

N U N

NUNC, Adverb. temporis, [νῦν, νυνὶ, τὰ νῦν] Ter. Eun. 5. 5. 15.
Quid ais? P. nunc minatur porro sese id quod mœchis solet.
Nunc age. Virg. 4. Georg. 149.
Nunc agesis. Lucret. lib. 1. 266.
Nunc, superflue aliquando additur, auctore Donato. Ter. Adelph. 2. 3. 3.
O frater, frater, quid ego nunc te laudo? satis certe scio, &c.
Nunc, pro Sero, interprete Donato. Ter. Eun. 1. 1. 25.
— o indignum facinus, nunc ego &
Illam scelestam esse, & me miserum sentio. Virg. 8. Ecl. 43.
Nunc scio quid sit amor. Idem 4. Æn. 376.
— nunc augur Apollo,
Nunc Lyciæ sortes, nunc &, Jove missus ab ipso,
Interpres divûm fert horrida jussa per auras.
Nunc, aliquando nullum tempus denotat, & pro Sed accipitur. Cic. 1. de Divin. 60. Quæ quidem multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino, confusa & perturbata cernimus. Ex Vallæ lib. 2. V. p. p. Nunc pro Autem.
Nunc, concedendi adverbium. Plaut. Truc. 4. 3. 69.
Nam haud mansisti dum ego darem illam: tute sumpsisti tibi;
Nunc habeas ut nactus, verum hoc ego te multabo solo. h. e. Age habeas, vel habeas sane.
Nunc, pro Autem, qua in significatione frequens est apud optimos scriptores: & habet gratiam si in loco utaris. Quintil. lib. 1. cap. 1. Nam bona facile mutantur in pejus: nunc quando in bonum verteris vitia? i. e. Quando autem.
Nunc, pro nomine aliquando ponitur. Cic. Nunc temporis numero. Quasi temporis præsentis, & quasi Nuncini, si Latinitas pateretur, sicut Crastini. [Sed locum vellem indicasset.
Nunc, pro Nunc primum, & nunquam antehac. Plaut. Trin. 2. 2. 83.
Mentire edepol, gnate, atque id nunc facis, haud consuetudine.
Nunc demum. Ter. Adelph. 2. 2. 25. Nunc demum venis? cur passus? ubi eras? Ibid. 5. 3. 19.
— nam vetus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia.
D. Facete, nunc demum istæc nata oratio est. Idem Heaut. 2. 3. 12.
Nunc denique. Cic. pro Quint. 42. Pecuniam petit: nunc denique?
Nunc illud est. Ter. Adelph. 3. 2. 1.
Nunc illud est, quod si omnes omnia sua consilia conferant,
Atque huic malo salutem quærant, auxilii nihil afferant. Ubi Donatus, Significat autem, Nunc tale negotium est, Nunc tale periculum est.
Nunccine demum, pro An nunc denique? Ter. And. 4. 1. 60. D. Quæro. P. hem, nunccine demum? i. e. Num nunc denique quæris?
Nunc jam. Ter. Adelph. 2. 1. 21.
— geminabit nisi caves. S. hei misero mihi.
Æ. Non inoneram: verum in istam partem potius peccato tamen.
I nunc jam. Ubi Donatus, Nunc jam, duæ partes sunt. Et bene Jam, quia sero & post plagas. Et Jam, etiam tarditatis incusatio est. Cic. 5. Verr. 5. Patior non moleste, Judices, eam vitam, quæ mihi sua sponte antea jucunda fuerit, nunc jam mea lege & conditione necessariam quoque futuram.
Nunc ipsum, pro Nunc, Hoc ipso momento & puncto temporis: Hoc ipso tempore. Genus est loquendi cum emphasi usurpatum, plusque valet ad indicandum quam nunc. Cic. 12. Att. 40. Nunc ipsum ea lego, ea scribo, ut ii, &c.
Nunc nuper. Ter. in prol. Eun. 9.
Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit. Ubi Donatus, Nuper, ex illis verbis est, quæ veteres propter ambiguitatem cum adjectione proferebant, nam nisi adderet Nunc; hoc Nuper, Olim, Pridem, & Jam significasset.
Nunc primum. Ter. And. 5. 4. 33.
Tum illam hic relinquere est veritus; post illa nunc primum audio
Quid illo sit factum.
Nunc primum, i. e. Primo. Ter. And. 3. 2. 3.
Nunc primum fac istæc ut lavet; post deinde
Quod jussi ei dare bibere, & quantum imperavi,
Date. conf. Valla, 1. 1.
Nunc nunc. Plaut. Rud. 1. 2. 80.
Nunc, nunc periculum est, ejecit alteram. Virg. 5. Æn. 189.
Hortatur Mnestheus, nunc, nunc insurgite remis.
Nunc nunc adeste. Hor. Epod. 5. 53.
Nunc huc, nunc illuc. Lucret. lib. 2. 130.
Nunc hos, nunc illos aditus. Virg. 5. Æn. 441.
Nunc erat, Antiqui illi simul ponebant præsens cum præterito. Cic. 2. Att. 24. Nunc reus erat apud Crassum Divitem Vectius de vi. Eidem, lib. 16. 4. Brutus erat in Neside, etiam nunc.
Nunc vero jam. Cic. 7. Verr. 126. Paucorum cupiditati tum, quum obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant: nunc vero jam adempta est, non modo resistendi, verum etiam suppeditandi facultas.
Nunc vero, aliquando non significat tempus, verum Sed vero. Cic. 1. de Invent. 8. Quod si magnam in his Hermagoras habuisset facultatem, studio & disciplina comparatam, videretur, fretus sua scientia, falsum quiddam constituisse de oratoris officio, & non quid ars, sed quid ipse posset exposuisse: nunc vero ea vis est in homine, ut ei multo rhetoricam citius quis ademerit, quam philosophiam concesserit. Ex Valla lib. 2.

NUNCŬBI, [μή ποῦ] Adv. compositum ex Nunquid & Alicubi. Ter. Eun. 1. 2. 83. — nuncubi meam
Benignitatem sensisti in te claudier? Ubi Donatus, Nuncubi, Nunquid alicubi. Aut si Nunc ubi legimus, erit adverbium temporis: ut sit Ubi, quo in loco, qua in re. Varr. R.R. 3. 2. Nuncubi hic vides vitrum aut aurum? [Nuncubi contractum videtur ex Num qua ubi? ut Sicubi, ex Si qua ubi; Necubi; ex Ne qua ubi, Necunde ex Ne qua unde &c.

NUNCUSQUA, Adv. quo utitur sæpe Ammianus, viz. 14. 2: 22. 8: 27. 7. & 31. 7. Indicant nuncusque albentes ossibus campi.

NUNCIUS, V. NUNTIUS.

NUNCOREUS, i. m. Sesostridis filius, qui obeliscum illum, qui postea Romæ situs fuit in Vaticano, curavit excidendum. Plin. lib. 36. cap. 11.

NUNCŬPO, [ὀνομαζείν, ὀνομάζω] āre. Nominare. Liv. 1. 3. Quem Julum eundem Julia gens auctorem nominis sui nuncupat. Varro de L. L. lib. 5. 7. a Gr. νόμῳ arcessit, & Nuncupare, inquit, Nominare, valere apparet in legibus, ubi Nuncupatæ pecuniæ sunt Scriptæ. Item in choro, in quo est, Ænea quis est qui meum nomen nuncupat? Hactenus Varro. Cic. 2. de Nat. Deor. 60. Itaque tum illud, quod erat a Deo natum, nomine ipsius Dei nuncupabant: ut quum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum.
Nuncupare, & Vocare. Ovid. 1. Fast. 246.
Arx mea collis erat, quem vulgus nomine nostro
Nuncupat, hæc ætas Janiculumque vocat. Verba sunt Jani.
Effari & Nuncupari. Cic. 3. de Orat. 151. Neque illud fugerim dicere, ut Cœlius, qua tempestate Pœnus in Italiam venit: nec prolem, aut sobolem, aut effari, aut nuncupari.
Vocabulis deorum res utiles & salutares nuncupatas dicit Perseus. Cic. 1. de Nat. Deor. 38.
Nomine nuncupare. Cic. 2. de Nat. Deor. 71. Quoque eos nomine consuetudo nuncupaverit.
Nuncupare, Pronuntiare, id est Expresse & nominatim prædicere, profarique ex bona fide, in rebus contrahendis. Cic. 3. Off. 65. Nam quum ex duodecim tabulis satis esset ea præstari, quæ essent lingua nuncupata: quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret: a Jurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. Quicquid enim est in prædio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Hactenus ille. Est enim Nuncupare, non scripto, sed verbo cavere vel dicere. Budæus. [Conf. tamen Varr. supra.
Adoptio nuncupatur. Tacit. 1. Hist. 17. 2.

Nuncu-

Nuncupata voluntas dicitur a Justiniano, vel Treboniano in titulo De testamentis, in fine. Budæus.
Verbis nuncupare. Liv. 8. 9.
Nuncupavit laturos eo spolia. Liv. 1. 10.
Nuncupare, Recensere, enarrare. Plin. lib. 7. cap. 26. Verum ad decus imperii Rom. non solum ad unius viri pertinet victoriam, Pompeji Magni titulos omnes, triumphosque hoc in loco nuncupari.
Vota nuncupare, est Alicui divorum vota polliceri & destinare. Cajus in l. Si calumnietur. D. de Verborum & rerum significatione, Post Calendas Januarias die tertio pro salute principis vota nuncupantur. Cic. 7. Verr. 34. Alterum, quod quum paludatus exisset, votaque pro imperio suo, communique Pop. Rom. nuncupasset, noctu stupri causa lectica in urbem introferri solitus est ad mulierem, nuptam uni, propositam omnibus, contra fas, contra auspicia, contra omnes divinas atque humanas religiones. Festus Pompejus, Nuncupata pecunia est, ut ait Cincius in lib. 2. de officio Jurisconsulti, Nominata, certa, nominibus propriis pronuntiata. Vota nuncupata dicuntur, quæ Consules, Prætores, quum in provinciam proficiscuntur, faciunt; ea in tabulas præsentibus multis referuntur. At Santra lib. 2. de Verborum antiquitate satis multis, Nuncupata colligit, non de facto nominata, significare, sed promissa, & quasi testificata, circumscripta, recepta, etiam in votis nuncupandis esse convenientius. Hactenus Festus. Liv. 25. 48. Auspicantem, immolantemque, & vota nuncupantem, sacrificuli vatis modo, in acie vidisse. Cic. 3. Philip. 11. Neglectisque sacrificiis solennibus, ante lucem ea vota, quæ nunquam solveret, nuncupavit.
Nuncupatum testamentum. Plin. lib. 14. cap. 22. de ebrietate loquens, Alii testamenta sua nuncupant, alii mortifera loquuntur: rediturasque per jugulum voces non continent. Justin. lib. 12. 11. de Perdicca loquens, Nam etsi non voce nuncupatus hæres, judicio tamen electus videbatur. Julianus in l. Si ita. de Bon. possess. secundum tab. Quidam testamentum in tabulis sibi fecit: filio autem impuberi per nuncupationem substituit. Et paulo post, Nam quemadmodum scripto hærede filio separatim ab hæredibus patris: ita nuncupato potest videri separatim a Scriptis patris hæredibus bonorum possessio dari. Nuncupatum hæredem a scripto distinguit: ut sit is modus cujus meminit Justinianus institutionibus, De testamentis. §. finali. Budæus.
Nuncupare, est Voluntatem suam circa hæredis institutionem, legatorum dationem, ceterasque testamenti partes, coram septem testibus, lingua & voce exprimere, nominareque, non scriptis aut tabulis. V. Justinianum lib. 2. tit. 10 De testamentis ordinandis. § alt. & Lex. Pitisc.
Nuncupassit pro Nuncupaverit, antique. Festus.
N U N C U P Ā T I M, Adv. Nominatim Claud. Mamert. de Statu animæ, 2. 9. extr. Eruantur mihi atque extrahantur etiam nuncupatim ex abditis tenebellarum, qui hactenus delituere.
N U N C U P Ā T I O, ōnis. f. [ὀνομασία] Plin. lib. 9. cap. 35. Ipsam confestim paratam nuncupationem tabulis probare. Tacit. 16. Ann. 22 pr. Nuncupationes votorum.
N U N C U P Ā T O R, ōris. m. Apul. 2. Florid. extr. Pythagoras primus philosophiæ nuncupator & conditor.
N U N D Ĭ N A, æ. f. [Νουνδίνα] Romanorum dea, a nono die nascentium dicta, qui Lustricus dicitur. Est autem Lustricus dies, quo infantes lustrantur, & nomen accipiunt. Sed is maribus nonus, octavus est feminis. Macrob. 1. Saturn. cap. 16. conf. Lex. Pitisc.
N U N D I N Æ, arum. f. [πανήγυρις, πανηγύρεια] a Nono die dictæ sunt, quasi Novendinæ: quæ a Romanis ita institutæ perhibentur, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent: nono autem die repeterent urbem ad mercatum pro legibus accipiendis, & ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita, a singulis atque universis facile noscebantur. Unde etiam mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur. Ex Macrob. 1. Saturn. cap. 16. Festus, Nundinis rustici conveniebant, mercandi & vendendi causa. Cic. 8. Att. 11. Ipso die nundinarum. Translate Idem 2. Philip. 35 Domus, quæstuosissima falsorum commentariorum & chirographorum officina, agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium flagitiosissimæ nundinæ. i. e. In qua hæc omnia vendebantur, & in qua hæc omnia erant venalia.
Nundinarum conventus manifestum est propterea usurpatos, ut nonis tantummodo diebus urbanæ res agerentur, reliquis administrarentur rusticæ. Columel. in præfat. lib. 1. Meminit & Varro in præfat. lib. 2. de R. R.
Instituere nundinas. V. I N S T I T U O.
Receptaculum aratorum, nundinæ rusticorum, cella atque horreum Campani agri Capua. Cic. 2. de Lege Agrar. 88.
Domesticis nundinis Antonii vectigalia non solum, sed etiam imperium Populi Rom. diminutum est. Cic. 2. Philip. 192.
Sing. In nundinam & auctionem mitti, si emptor inveniatur. Sidon. 7. Ep. 5.
N U N D I N U M, i. n. ut, Trinum nundinum. Valla 3. 5. Liv. 3. 35. pr. Trino forte nundino. Quintil. 2. 4. V. T R I N U N D I N U M. Lamprid. Alex. Sev. cap. 28. Primum nundinum.
N U N D I N I U M, i. n. Idem, seu Ordinatio Consulum. Vopisc. in Tacit. cap. 9. Idcirco quod jam Senatus omnia nundinia suffectorum consulum clauserat. Lamprid. Sever. cap. 43. Nundinia vetam instituit. Al. Nondina legunt. V. ibi Salmas. vel Lex. Pitisc.
N U N D I N Ā L I S, e. Adj. [πανηγυρικός] Quod pertinet ad nundinas. Plaut. Aul. 2. 4. 45.

Coquus ille nundinalis est, in nonum diem
Solet ire coctum. i. e. Vulgaris & vilis, qui non nisi nundinis conducitur, quum plebs ex agris convenit. Aliter Grut. cujus V. not.

N U N D I N Ā R I U S, a, um. Adj., [πανηγυρικός] Quod ad nundinas pertinet, vel quod nundinis deputatum est. Plin. lib. 12. cap. 17. His commerciis Carras oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. Idem lib. 8. cap. 51. Forum nundinarium.
Epulæ nundinariæ. Ulpian in l. Quum societas. D. pro socio, Ut unus reliquas nundinarias epulas præstaret
N U N D Ĭ N O R, [πανηγυρίζω] āri. Venditare, inquit Budæus, Pretio addicere, Institorio more aliquid ad quæstum exercere, quod & Nundino, are, dicitur. Julius Firmicus, lib. 6. Mathes. cap. 31. ad finem, Quæstus & libidinis causa pudorem duobus fratribus nundinabit, & ad coitum fratrem invitabit, & filium. Apul. Met. 10. p. 255. Elmenh. Toti nunc judices sententias suas pretio nundinantur.
Nundinari, sæpius pro Emptitare utitur Cicero, ut 4. Verr. 122. Ab isto, inquit, & præco, qui voluit, istum ordinem pretio mercatus est: & pueri annorum senum, septenûmque denûm Senatorium nomen nundinati sunt. Hæc Budæus. Idem Cic. 3. Philipp. 10. Una in domo omnes quorum intererat, totum imperium Populi Romani nundinabantur. Gloss. Cyrill. Nundino, πανηγυρίζω.
N U N D I N A T U S, a, um. Partic. Capitol. in Gord. cap. 24. extr. Per quos antea, velut in auctione positus, nundinatus est. i. e. Venditus.
N U N D I N Ā T I O, ōnis. f. [πανηγυρισμός] Ipse nundinandi actus conf. N U N D I N A T I O. Juris nundinatio. Cic. 1. de Lege Agrar. 9. Hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem juris, ac fortunarum fore putatis? Idem 3. Verr. 120. Nundinatio hominum.
N U N D I N Ā T O R, ōris. m. [πανηγυριστής] Qui nundinas frequentat Festus, Nundinis rustici conveniebant mercandi & vendendi causa: tumque nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.
N U N D I N Ā T Ī T I U S, a, um. Adj. Venalis. Tertull. de Veland. Virg. cap. 3. Nundinatitia capita.
N U N Q U A M, Adv. [οὔποτε, οὐδέποτε, μήποτε, μηδέποτε] Non ullo, vel nullo tempore. Cic. 4. Verr. 54. Nunquam vos Prætorem tam palæstricum vidistis. [Contractum sine dubio est ex Non unquam, vel potius Ne unquam. Male igitur quidam Numquam scribunt. Ceterum apud Cic. Num quem vos, cum nota interrogationis scribendum puto.
Nunquam ante hunc diem. Plautus Stich. 1. 3. 110. Cic. 1. Acad. 3. Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit a te requirere.
Nunquam post hunc diem. Plaut. Men. 3. 2. 12.
Nunquam post illa. Plaut. Curc. 4. 2. 43.
Nunquam, in fine sententiæ. Cic. 1. de Invent. 5. Eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam.
Nunquam, nisi. Cic. 4. Acad. 69. Nunquam a Philone discessit, nisi postquam ipse cœpit qui se audirent habere.
Nunquam mihi duarum rerum credas, i. e. Nihil divini & humani, quod est jusjurandum, de quo supra in N I H I L. Plautus Truc. 2. 2. 51.

— nunquam edepol mihi
Quisquam homo mortalis posthac duarum rerum credult. Quidam Duarum vertunt in Suarum: sed antiquitatis ignari, sensum omnem adulterant, ac male de poeta merentur. Turneb.

Nunquam hodie, i. e. Nullo tempore hujus diei, interprete Donato. Ter. Adel. 4. 2. 32.

Scio ubi sit, verum hodie nunquam monstrabo. Virg. 2. Æn. 670.
— nunquam omnes hodie moriemur inulti. Virg. 3. Ecl. 49.
Nunquam hodie effugies, veniam quocunque vocaris.

Nunquam hoc uno die. Plaut. Truc. 5. 15.
Nunquam, i. e. Non. Plaut. Amph. 2. 2. 67. Ter. Hec. 3. 5. 15. Illa reviviscet jam nunquam. Ubi Donatus, Plus est Nunquam, quam Non. Idem Phorm. 1. 2. 71.

Illene indotatam virginem, atque ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. Ubi Donatus, Nota Nunquam, pro Non, in majorem negationis significationem semper poni.

Nunquam non coronam lauream gestavit, &c. i. e. Semper. Suet. Tiber. cap. 69. Idem de Grammat. cap. 12. & Sen. Epist. 11
Petiit nunquam. Cic. de Amicit. 11. Qui Consulatum petiit nunquam, factus est Consul bis.
Nunquam quicquam. Ter. Adelph. 4. 1. 10.

Quid dicam? a. nihilne in mente est? c. nunquam quicquam.
Donatus, Nunquam quicquam, παρέλκον, pro Nunquam, id est Non.

Nunquam quisquam. Plaut. Capt. 1. 1. 8.

Quos nunquam quisquam vocat, neque invocat.

Nunquam usquam. Ter. Eun. 5. 8. 62.

Nunquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent plurimum.
Ubi Donatus, Nunquam usquam, τῷ ἀρχαϊσμῷ, pro Non usquam, id est Nusquam.

Nunquam ne. Ter. Eun. 2. 3. 68.

Perii, nunquam ne etiam me illam vidisse?

N U N Q U A N D O, N U N Q U I S, V. N U M.
N U N T I U S, sive N U N C I U S, i. m. [ἄγγελος, ἀγγελία, ἀγγελτήρ] Qui nuntiat, & Quod nuntiatur. Festus, Nuntius & res ipsa & persona dicitur. De persona, Plaut. Merc. 4. 1. 1.

Quoniam a viro ad me rus advenit nuntius. Virg. 2. Æn. 547.
Cui Pyrrhus: referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori.

Nuntius, a Græco verbo videri potest derivatum, inquit Varro de L. L. lib. 5. apud quos νουντιὸς nuntiator dicitur. [Immo Varro l. c. §. 7. a Gr. νέος arcessit, parum probabiliter licet.
Mercurius nuntius Jovis & deorum. Hor. 1. Carm. 10. 5.
Mendax. Claud. de Bell. Get. 367. [In hoc & aliis deinceps locis ambiguum est, quum & de Re & de Persona intelligi possit.
Optatissimi nuntii & litteræ. V. O P T O.
Sævus atque sanguinarius. V. Sanguinarius. in S A N G U I S.
Tristis armorum. Lucan. lib. 8. 52.
Velox. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 174.
Verus. Virg. 3. Æn. 310.
Cladis. Ovid. 11. Met. 349.
Noctis nuntius Hesperus. Senec. Hippol. 6.
Interpretes & nuntii rerum sensus. Cic. 2. de Nat. Deor. 140.
Arcessitus Prætoris nuntio. Cic. 6. Verr. 115.
Remittere nuntium uxori, pro Repudiare uxorem. Cic. 1. Att. 10. Deinde ex Senatusconsulto Consules rogationem promulgasse, uxori Cæsarem nuntium remisisse. Ob adulterium Clodii scilicet V. Lex. Pitisc.
Remittere nuntium virtuti, Translate Cic. 15. Fam. 16. Jam biennium aut triennium est, quum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis
Nuntius, Quod nuntiatur. Plin. 5. Epist. 100. Nuntiatur mihi Cajum Fannium decessisse: qui nuntius gravi me dolore conludit.
Bonus nuntius. V. B O N U S.
Horribilis affertur. Catul. de Ario, 82. 10.
Lepidus. V. L E P I D U S.
Afferuntur nuntii, pro *Res novæ*, quæ dicuntur. Cic. 15. Fam. 2. Nuntii & litteræ, de bello a Parthis in provinciam Syriam illato, quotidie fere afferuntur.
Accipere nuntium. Cic. 2. Fam. 18. Quum optatissimum nuntium accepissem, te mihi Quæstorem obtigisse.
Afferre exoptatum nuntium. Cic. pro Rosc. Amer. 19.
Apportare nuntium. V. A P P O R T O.
Audire. V. A U D I O.
Cognoscere ex nuntiis. V. C O G N O S C O.

Deferre nuntium acerbum alicui. Cic. pro Corn. Balb. 64. Nolite per deos immortales, Judices, hunc illi acerbum nuntium velle deferri, ut suum præfectum, &c.
Dimittere nuntios in omnes partes. Cæs. 4. Bell. Gall. cap. 19.
Excitare aliquem litteris, nuntiis, cohortationibus ad patriæ præsidium. Cic. 14. Philip. 20.
Exspectare nuntios. Cic. 16. Att. 4.
Facere certiorem per nuntium quid actum sit. Cic. 11. Att. 22.
Impellere aliquem improbissimis litteris, fallacibusque interpretibus ac nuntiis in spem aliquam. Cic. ad Brut. 20.
Incutere nuntium alicui. V. INCUTIO.
Mittere nuntius ad regem. In MITTO.
Monet secretis nuntiis Rhadamistum. Tacit. 12. Ann. 46.
Nuntiare nuntium exoptabilem. Plaut. Stich. 2. 2. 67. conf. Epid. 1. 1. 19. & Ter. Heaut. 3. 1. 18.
Perferre nuntium. Cic. pro Ligar. 7. A quo, hoc ipso C. Pansa mihi nuntium perferente, concessos fasces tenui, quoad tenendos putavi.
Perferri omnium nuntiis. V. PERFERO.
Venit nuntius. Cic. 3. Att. 13. De Quinto fratre nuntii nobis tristes nec varii venerant. Idem 1. de Orat. 175. De cujus morte quum domum falsus ab exercitu nuntius venisset, & pater ejus, &c.
Venerunt optatissimi nuntii & litteræ. Cic. 14. Philip. 16.
Vulnerat aures gravior nuntius. Virg. 8. Æn. 582.
Uno nuntio. Cic. pro Lege Manil. 7. Is qui uno die, tota Asia, tot civitatibus, uno nuntio, atque una litterarum significatione cives Romanos necandos, trucidandosque denotavit.
NUNTIUM, i. etiam o. genere affertur, pro Re quæ nuntiatur. Catull. de Berecynthia & Aty. 61, 75.

Roseis ut hinc palam labellis sonitus adiit,
Geminas deorum ad aures nova nuntia referens. Tibull lib. 3. 4. 5. Plaut. Merc. 5. 2. 66. Opta ergo ob istuc nuntium quidvis tibi. conf. Apul. de Deo Socr. Sedul. 2. 74. Non. 3. 148. & Isidor. V. Andr. Borrich. Vind. p. 146. &c. & Cellar. Cur. post. cap. 5. & paulo infra.

Nuntium de cælo. Varr. de Ling. Lat. lib. 5. 9. Ubi noctu in templum censura auspicaret, atque de cælo nuntium erit, &c.
An Nuntiatum erit? Audio Turn. ita corrigere. H. St. Non dubito, quin vere. Quamvis & Cl. Thesauri Lipsiensis editorem, & Is. Voss. ad Catull. videam pro Borrichii sententia contra Cellarium stare. De Catulli loco dubium hæret. Forte tamen ipse Attis Nova nuntia intelligitur, qui se queritur evirATUM Famulam Cybeles factum. Apud Tibull. sine dubio Adjectivum est τὸ Nuntia. Apud Plaut. Istunc legit Gronov. & Appul. p. 81. Stew. & Elmenh. 52. Signum adnuntium legitur, ab Adnuntius, vel Annuntius, a, um. Adj. Facessat igitur Nuntium. n. g.
NUNTIA, æ. f. [ἀγγελος] Cic. 1. de Legib. 2.

Nuntia fulva Jovis miranda visa figura. Ex quodam poeta.

Fidissima nuntia meæ vocis. Ovid. 11. Met. 585.
Fama nuntia rerum lætarum. Ovid. 4. de Pont. 4. 15.
Veri nuntia fama. Virg. 4. Æn. 188.
Historiæ nuntia vetustatis. Cic. 2. de Orat. 36.
Iris nuntia Junonis. Ovid. 1. Met. 270.
Litera nuntia. Ovid. 6. Epist. 9.
Plaga nuntia rerum. Lucret. lib. 4. 708.
In his tamen, ut & plurimis prioribus exemplis, adjective sumi videtur.
NUNTIUS, a, um. Adj. Ovid. 16. Epist. 10.

Uxor: habes animi nuntia verba mei. V. Tibull. 3. 4. 5. & in præcedd. dict.

NUNTIO, [ἀγγέλλω, μηνύω, σημαίνω, ἐπαγγέλλομαι] āre. Monere, Significare tanquam per nuntium. Ter. Heaut. 1. 2. 10. Voluptatem magnam nuntias. Idem Hec. 3. 5. 19.

At istos invidos dii perdent, qui hæc libenter nuntiant.

Salutem nuntiare. Cic. 4. Att. 9. Misit ad me statim, qui salutem nuntiaret.
Nuntiare aliquid alicui ab alio. Plin. 1. Epist. 12. ad Calestrium Cucurri: perveneram in proximum, quum mihi ab eadem Hispulla Julius Atticus nuntiat, nihil jam ne me quidem impetraturum.
Nuntiare ad aliquem aliquid. Plaut. Most. 2. 3. 76.
Nuntiatur Romam, Nuntiatur domum. Cic. 11. Fam. 12. Ita Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermis perterritis metu, fracto animo, fugisse Antonium.
Nuntiatum est nobis Cæsarem ad VIII Cal. Capuæ, &c. Mucius Cic. 9. Att. 15.
Nuntiatum est Silius Italicus vitam inedia finisse. Plin. 3. Epist. 7.
Prælium nuntiare. Cæs. 5. Bell. Gall. 22.
Horam nuntiare. Martial. lib. 8. 6.

Horas quinque puer nondum tibi nuntiat, & tum
Jam conviva mihi, Cæciliane, venis.

Nuntiare monstra, h. e. Res magnas & mirabiles. Cic. 4. Att. 7. pr. Nihil εὐαγγελικώτερον epistola tua, quæ me sollicitum de Quinto nostro, puero optimo, valde levavit. Venerat horis duabus ante Chrysippus, mera monstra nuntiarat.
Ne sensus quidem vera nuntiant. Cic. 4. Acad. 79.
Nuntiatum illico mittere. Sallust. Jugurth. 108.
NUNTIANS, antis. Partic. ut, Legati nuntiantes. Justin. 18. 6. 2. & 23. 3. 5.
NUNTIĀTUS, a, um. Partic. ut, Res domi nuntiata. Justin. 43. 5. 9.
Hac pugna nuntiata. Cæs. 2. Bell. Gall. 28. & 29.
NUNTIATIO, ōnis. f. [ἀγγελία] Cic. 2. Philip. 81. In quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite. quid enim? istuc, quod te sacerdotii jure facere posse dixisti, si Augur non esses, & Consul esses, minus facere potuisses? Vide etiam ne facilius; nos enim nuntiationem solum habemus: Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem. conf. Ulpian. Dig. 3. t. 14. l. 7. & Tertull. de Carne Christi, cap. 4.
NUNTIĀTOR, ōris. m. Ulpian. in l. Prætor ait, & l. Stipulatio. D. de novi operis nuntiat. conf. Arnob. lib. 1. extr. & Tertull. ibid. cap. 7.
NUNTIATRIX, īcis. f. Cassiodor. 2. Epist. 14. Nuntiatrix redeuntis anni ciconia.

N U O

NUO, nui, nutum, [νεύω] ĕre. apud veteres pro Velle ponebatur: proprie Nuere, est Signo capitis voluntatem suam ostendere.
NŪTUS, ûs. m. [νεῦμα] Signum quod fit oculis, vel capite, vel manibus. Virg. 9. Æn. 106.

Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. Cic. 11. Fam. 28.

Nutus tuus potest hominem summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum præterea & gravissimum, incolumem in civitate retinere.
Loquaces nutus. Tibul. lib. 1. 2. 21.
Aberrare nutu. In ABERRO.
Annuere nutum. In ANNUO.
Appellare nutu & significatione. V. APPELLO.
Consequi aliquid nutu. In CONSEQUOR.
Demonstrare aliquid nutu. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Dare signa nutu. Ovid. 1. Fast. 418.
Loqui nutu signisque. Ovid. 4. Met. 63.
Nutus, Voluntas, quæ hujusmodi signo declaratur, sive affirmando, sive negando. Plin. 1. Epist. 7. ad Octavium Rufum, Nam ego quoque simili nutu ac renutu respondere voto tuo possum. Cic. pro Quint. 94. Si fas est respirare P. Quintium, contra nutum, ditionemque Nævii.
Ad alicujus arbitrium nutumque totum se fingere & accommodare. Cic. in Orat. 24.
Convertere se totum ad voluntatem nutumque alicujus viri. Cic. 3. Fam. 10.
Degere ætatem sub nutu alterius. Lucret. lib. 4. 1116.
Docemur auctoritate nutuque legum coercere cupiditates. Cic. 1. de Orat. 194.
Expeditus ad nutum alicujus. Cic. de Arusp. Resp. 60.
Gubernari nutu atque arbitrio alicujus. Cic. 7. Verr. 34.
Observare nutus. In OBSERVO.
Pendere pecunias ad nutum alicujus. Cic. pro Lege Agrar. 2. 97.
Nutu atque verbo, non accurata quadam orationis copia, libertinos in urbanas tribus transtulit Ti. Sempronius. Cic. 1. de Orat. 38.
Nutus, [ῥοπή] Vergentia, & proclivitas, a Nuto, are. Cic. 1. Tusc. 40. Eam porro naturam esse quatuor omnia gignentium corporum, ut quasi partita habeant inter se & divisa momenta, ut terrena & humida suopte nutu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur: reliquæ, &c. Idem 1. de Finib. 19. Sive aliæ declinabunt, aliæ suo nutu recte ferentur.
Conglobata in sese nutibus suis terra. Cic. 2. de Nat. Deor. 98.
Nutus, pro Nutatione, motu, ruina. Valer. Flacc. 6. Argon. 182.

Quin gravior, nutuque cadens exterruit Idam. h. e. Motu corporis decidui.

NŪTO, [νευστάζω] āre. frequentat. Sæpe signum capitis facere. Plaut. Asin. 4. 1. 39.

Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat.

Nutare, pro Moveri aliquando accipitur, & quasi Ruinam minari. Unde Nutare ædificia dicimus, quum male solidata, ruinam minantur. Liv. 4. 37. extr. Altera ex parte nutant circumspectantibus galeæ, & incerti trepidant, applicantque se turbæ.
Arbores nutant. Plin. lib. 13. cap. 4.
Rami nutant pondere. Ovid. 2. de Arte Am. 263.
Turres. Lucan. 6. 136.
Victoria nutat, Sese in unam vel alteram partem inclinat. Auctor de Viris illustr. cap. 16.
Urbs tantu discrimina nutabat. Tacit. 4. Hist. 52.
Fortuna nutat. Liv. 21. 44. extr. Aut vincere, aut, si fortuna nutabit, in prælio potius, quam in fuga mortem oppetere. Vetus codex habet Dubitabit, quem sequitur Gronov.
Animi nutant. Stat. 4. Theb. 197.
Timor nutat utroque. Stat. 8. Theb. 614.
Nutare in re aliqua, pro Dubitare. Cic. 1. de Nat. Deor. 120. Mihi quidem etiam Democritus, vir magnus in primis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, nutare videtur in natura deorum. Idem 2. de Finib. 8. Nunc autem dico ipsum Epicurum nescire, & in eo nutare.
NUTANS, antis. Partic. [νευστάζων] ut,
Acies nutans. Tacit. 3. Hist. 40.
Caria nutantem Colchida vidit. Valer. 7. Argon. 153.
Domus nutantes pendent. Lucan. lib. 1. 494.
Machinamentum suspensum & nutans. Tacit. lib. 4. Hist. 30.
Platanus nutans. Catull. 65. 390.
Ruinæ mundi nutans. Lucan. 4. 393.
Vela carinæ nutantia. Lucan. 8. 48.
NUTATŪRUS, a, um. aliud Partic. [νευσόμενος] ut, Apex nutaturus supra agmina. Stat. 4. Silv. 4. 68.
NUTĀBUNDUS, a, um. Adj. Solin. cap. 27. Capite nutabundo. Salvian. 6. de Gubern. Dei, Ad gressum nutabundi.
NUTĀTIO, ōnis. f. [νεῦσις] Plin. lib. 11. cap. 37. A cerebro proficiscitur somnus: hinc capitis nutatio.
Reipublicæ nutatio. Plin. Paneg. cap. 5.
NUTĀMEN, īnis. n. Sil. 2. 399.

Albentes oloræ tremulo nutamina pennæ.

NUTĀBILIS, e. Adj. Apul. de Deo. Socr. Regni nutabilis suggestus.

N U P

NŪPER, Adv. [ἄρτι, ἀρτίως, ἐναγχος, νεωστί] Non longo hinc tempore. Neque vero ad horas refertur, sed vel ad paucos dies, vel ad paucos menses. Ter. Eun. 1. 2. 50. Mater mea illic mortua est nuper. Cic. de Amicit. 24. Qui clamores tota cavea nuper in hospitis & amici mei M. Pacuvii nova fabula?
Nuper indulgens in patrem, idem severus in filium. Cic. 3. Off. 112.
Nuper admodum. Ter. Heaut. 1. 1. 1.

Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. Hæc verba usurpat Cic. 2. de Finib. 14. al. Nupera.

Nunc nuper. Plaut. Truc. 2. 4. 43.

Nunc huc remisit nuper ad me epistolam,
Sese experturum quanti sese penderem. conf. Ter. Eun. prol. 9. V. NUNC supra.

Nuper, de Longiori tempore aliquando dicitur. Cic. 1. de Divin. 86. Neque ante philosophiam patefactam, quæ nuper inventa est, hac de re communis vita dubitavit.
Nuperrime, superl. Cic. 1. de Invent. 24. Primum te dicturum polliceri, aut ab adversarii dicto exordiri, & ab eo potissimum quod ille nuperrime dixerit, aut, &c.

NUPE-

NUPĔRUS, a, um. Adj. Recens, novum. Plaut. Capt. 3. 5. 60.
Recens captum hominem, & nuperum, & novitium.
NUPSIA, æ. f. [Νυψία] Oppidum est ad Nilum fluvium, in tractu Syenitarum, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 29.
NUPSIS, is. f. Oppidum est Arabiæ, Nomadibus proximum, de quo Plin. lib. 6. cap. 100.
NUPTA, NUPTIÆ, NUPTUS, &c. V. NUBO.

N U R

NURSIA, æ. f. [Νυρσία] Sabinorum civitas, auctore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie *Norcia*. Nursia, inquit Servius, Piceni civitas, a Virgilio Frigida dicta, aut re vera: aut certe venenosa, & nocens. Gracchi namque ubique in concionibus suis Nursinos sceleratos appellaverunt: & scimus amare Virgilium historiarum rem per transitum tangere. Hæc Servius ad illud Virg. 7. Æn. 716.
— quos frigida misit
Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini. Nugæ. Nam
Habitata pruinis Nursia. Sil. lib. 8. 418.
NURSĪNUS, a, um. Adj. Martialis lib. 13. 20.
Nursinas poteris parcius esse pilas. de Rapis loquens.
NŬRUS, ûs. f. [νυὸς] Filii mei uxor. Cic. 2. Philip. 58. Rejecta mater amicam impuri filii, tanquam nurum, sequebatur. Ter. Hec. 2. 1. 4.
Itaque adeo uno omnes animo socrus oderunt nurus.
Digna nurus socero. Ovid. 3. Epist. 73.
Nurus sæpe ponit Ovidius tantum pro Sexu; ut 2. Met. 366.
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis. i. e. Feminis Latinis.
Nurus, pro Sponsa aliquando ponitur. Martial. lib. 4. 74.
Atque inter Latias gloria prima nurus. Budæus. [Immo etiam hic pro Femina, seu Nupta, ἀπλῶς posuit poeta, ut sæpe alias. V. lib. 10. Epig. 6.

N U S

NŪS, Gr. νοῦς, Sapientia. V. Vet. Interp. Iren. 1. 1. Mart. Capell. 2.
Per vos vigil decensque nus mentis ima complet.
NUSCITIO, ōnis. V. LUSCITIO.
NUSPIAM, Adv. Gell. 5. 4. Librarius in quodvis pignus vocabat, ni in una nuspiam littera delictum esset. al. Uspiam. V. Borrich. Cogit. p. 182. & Sciopp. Animadvers. in Voss.
NUSQUAM, [οὐδαμῆ, μηδαμῆ] Adv. in loco & ad locum: id est Nullo in loco. Ter. Eun. 4. 3. 18. Ille autem bonus vir nusquam apparet. Cic. 4. Acad. 103. Quæ nusquam alibi esset.
Uspiam & Nusquam, contraria. Cic. 1. de Legib. 42. Lex est recta ratio imperandi, atque prohibendi, quam qui ignorat, is est injustus, sive est illa scripta uspiam, sive nusquam.
Nusquam abero. Virg. 2. Æn. 620.
Nusquam cunctabundus. Tacit. 1. Ann. 7.
Nusquam aut nullum fore. Cic. de Senect. 79. Nolite arbitrari, ô mihi carissimi filii, me, quum a vobis discessero, nusquam, aut nullum fore.
Nusquam tuta fides. Virg. 4. Æn. 373.
Nusquam, ad locum. Ter. Eun. 2. 2. 50.
Detineo te, fortasse tu profecturus alio fueras?
P. Nusquam. Cic. 10. Fam. 32. Et provinciam in otio, & exercitum in mea potestate tenui: finibus meæ provinciæ nusquam excessi.
Nusquam ventum aut abitum sine causa putetur. Auctor ad Herenn. lib. 2. 3.
Nusquam pedem. Ter. Adelph. 2. 2. 19.
Nusquam gentium, i.e. Nusquam omnino. Abundare ꝯ Gentium ait Donatus. Ter. Adelph. 4. 2. pr.
Næ ego homo sum infelix, primum fratrem nusquam invenio gentium.

N U T

NU'TO, are. V. NUO, ĕre.
NŪTRIO, īvi vel ii, ītum, [τρέφω, σιτίω, σιτίζω, τιθηνέω, τιθηνίω] Ire. notæ significationis. Plin. lib. 11. cap. 40. extr. Balænæ, vitulique mammis nutriunt fetus. Marini sc.
Vento nutritur ignis. Ovid. Rem. Amor. 807.
Nutrire vinum, quod & Curare dicimus. Columel. lib. 12. cap. 30. Quanto major æstus erit, eo sæpius convenit vinum nutriri, refrigerarique, & ventilari. Eleganter, inquit Turnebus, vinum medicamento curatum nutriri dicit.
Pax nutrit Cererem. Ovid. 1. Fast. 704.
Amorem longum male nutrit. Ovid. 3. de Arte Am. 579.
Audacias aliquorum nutrire. Cic. in Sallust. 2. Multi privatorum audacias nutriverunt, ego nihil timui nisi leges.
Favorem. Sil. lib. 7. 497. al. Furorem.
Ignes suos. Ovid. 6. Met. 493.
Morbos. Celsus lib. 6. cap. 6. de oculorum gravioribus morbis.
Vires. Celsus lib. 3. cap. 23. Mediis autem diebus vires ejus erunt nutriendæ.
Ulcus. Celsus lib. 5. cap. 26. Repurgatumque ulcus, sicut cetera, nutriendum est.
Nutrire in filio damnum naturæ. Liv. 7. 4. extr.
Nutritor, futurum imperativi passivi, pro præsente activi posuit Virg. 2. Georg. 425.
Hoc pinguem, & placitam Paci nutritor olivam. Servius.
NUTRIENS, entis. Partic. Vulg. Interp. Matth. 24. 19. Væ prægnantibus & nutrientibus. In Gr. est θηλαζούσαις.
NUTRĪTUS, a, um. Partic. [τεθραμμένος] ut, Ferino lacte nutritus. Ovid. 3. Trist. 11. 3.
Nutritæ sanguine fruges. Petron. cap. 120.
NUTRĪTUS, ûs. m. [θρέψις] Nutrimentum. Plin. lib. 22. cap. 24. Multi senectam longam mulsi tantum nutritu toleravere.
Nutritus pius & maternus. Senec. in Consolat. ad matrem.
NUTRĪTOR, ōris. m. [τροφεὺς] Qui nutrit. Suet. de Clar. Gramm. cap. 7. M. Antonius Gnipho, ingenuus in Gallia natus, sed expositus, a nutritore suo manumissus. Dracont. in Hexaem. 565.
Et generata vigent sub nutritore Tonante.
Puellæ nutritor. Claud. in Eutrop. 1. 104.
Equorum nutritor Pholoes. Stat. 10. Theb. 228.
NUTRIX, īcis. f. [τιθήνη, τιτθὴ, τιθήνη, τροφὸς] Quæ nutrit. Ter. Eun. 5. 2. 53.
Nutricem accersitum iit, quæ illam aluit parvulam.
Nutrices & pædagogi jure vetustatis plurimum benevolentiæ postulant. Cic. de Amicit 76.
Almæ nutricis blanda ac infracta loquela. Lucret. lib. 5. 231.
Regia nutrix natorum Priami. Virg. 5. Æn. 645.
Cum lacte nutricis errorem aliquem sugere. Cic. 3. Tusc. 2.
Inferunt mansa omnia in os pueris infantibus nutrices. Cic. 2. de Orat. 162.
Nutrices, Comites etiam adultarum virginum erant. Liv. 3. 44.
Nutrix, pro Matre. Varro, Ut desiderium possint ferre nutrices. i. e. Matres quæ eos nutricant.
Oratoris nutrix. Cic. in Orat. 37. Laudationum, scriptionum, & historiarum, &c. reliquarumque rerum formam, quæ absunt ab forensi contentione, &c. non complectar hoc tempore. non quo negligenda sit: est enim illa quasi nutrix ejus oratoris, quem informare volumus, &c.
Leonum nutrix tellus Jubæ. Hor. 1. Carm. 22. 16.
Discordia nutrix belli. Claud. 1. in Ruff. 30.
Curarum nutrix nox. Ovid. 8. Met. 81.
Nutrices arbores glandiferæ dicuntur, Plin. procem. lib. 16.
Nutrix, pro Seminario (inquit Budæus) in quo tenella adhuc semina depanguntur, deponunturque. Plin. lib. 17. cap. 10. Omnia ea non statim moris est in sua locari, sed prius nutrici dari, atque in seminariis adolescere, iterumque migrare.
Nutrix, alia significatione usurpat Catullus, Argon. 62. 18.
Illaque atque alia viderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore nymphas,
Nutricum tenus exstantes e gurgite cano. i. e. Mammarum.
NUTRĪCŬLA, æ. f. dimin. [τιτθίον] Hor. 1. Epist. 4. 8.
Quid voveat dulci nutricula majus alumno, &c. Suet. August. cap. 94.
Fabulæ nutricularum. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Casam nutriculam vocavit Quintil. Decl. 13. Ubi quis nutritus fuit.
Regionem. Juven. 7. Sat. 149.
Gallia, vel potius, nutricula causidicorum,
Africa, &c.
Seditiosorum nutricula, homo. Cic. in Vatin. 4. Venisti iratus omnibus, quod ego simul ac te aspexi, prius quam loqui cœpisti, quum ante Gellius, nutricula seditiosorum omnium, testimonium diceret, sensi atque providi.
Musicæ suavis nutricula arundo. Apul. 6. Milef. p. 178. Elmenh.
Prædiorum nutricula. Cic. 11. Philip. 12. His, quasi præter dotem, quam in civibus malis acceperant, agrum Campanum largitus est Antonius, ut haberent reliquorum nutriculas prædiorum: quibus utinam contenti essent: ferremus: etsi tolerabile non esset.
NUTRĪMEN, inis. n. [ἐδώδιμον] Ovid. 15. Met. 354.
Naturæque suum nutrimen deerit edaci.
NUTRIMENTUM, i. n. [θρέμμα, ἀνατροφὴ, χιλὸς] Alimentum. Cic. in Orat. 42. Sed quod educata hujus nutrimentis eloquentia est, ipsa se postea colorat & roborat. Suet. Calig. cap. 9. Quantum per hanc nutrimentorum consuetudinem favore & gratia valuerit. i. e. Quod in castris educatus sit, ut ait Budæus.
Nutrimenta ignis. Valer. Max. lib. 3. cap. 2. Virg. 1. Æn. 176.
Suscepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.
Nutrimentum, pro Eo qui alitur. Valer. lib. 9. cap. 3. ext. 2. Digna nutrimenta, quæ in exitum patriæ suæ, ut evenit, converterentur. Loquitur de filiis Amilcaris.
Nutrimenta, orum, pro Ipsa nutricatione posuit Suet. August. cap. 6. Nutrimentorum, inquit, ejus ostenditur adhuc locus, in avito suburbano juxta Velitras, permodicus.
NUTRIMENTĀLIS, e. Adj. Const. Afer de N. H. Nutrimentalia membra.
NUTRIBĬLIS, e. Adj. [τρόφιμος] Cæl. Aurel. Tard. 4. 3. Cibi nutribiles.
NUTRITŌRIUS, a, um. Adj. Theod. Priscian. de Diæt. cap. 3. Lac omne nutritorium est.
Nutritoriæ cunæ. Augustin. Confess. 12. 27.
NUTRITIUS, vel NUTRICIUS, a, um. Adj. [θρεπτικὸς] Qui nutrit. Columel. lib. 3. cap. 13. Ne incrementa duritia sua reverberet, sed tenero velut nutritio sinu recipiat, & cælestes admittat imbres.
Alimenta nutritia. Firmic. 3. 16.
NUTRITIUS, i. m. Qui nutrit, sive qui curam habet infantium & adultorum ut vivant. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 107. Nutritius ejus pueri eunuchus. Varro R. R. 2. 1. Quis Faustulum nescit pastorem, fuisse nutritium, qui Romulum & Remum educavit. Gloss. Gr. Lat. τροφεὺς, Nutritor, Educator, Altor, Nutricius. In iisdem, θρέμμα, ὁ τροφεὺς, Alumnus, Nutricius. Et Lat. Gr. Nutricius, τροφεὺς.
NUTRITIUM, i. n. Senec. Consol. ad Helv. cap. 17. Illius pio maternoque nutritio per longum tempus æger convalui.
Nutritia ducere ab aliquo. Plur. Arnob. lib. 5.
Omnia infantum nutritia. Manil. 3. 131.
NUTRICIA, orum. n. pl. [θρέπτρα] vocamus Nutricis mercedem: ut apud Ulpianum. In l. 1. ad finem, D. de variis & extraordinariis cognitionibus. Græce τροφεῖα dicuntur. V. TROPHIMA.
NUTRĪCO, [ψωμίζω] āre. Idem quod Nutrire. Plaut. Merc. 3. 1. 11.
Nec pecua ruri pascere, neque pueros nutricare. Varro 2. de R. R. cap. 8. Quum peperit equa mulum aut mulam, nutricantes educamus. Idem 2. 4. Nutricare porcos. Petron. Fragm. cap. 77. pr. Tu viperam sub ala nutricas. conf. Arnob. lib. 1.
NUTRICOR, [τιθηνέω] āri. depon. Idem. Cic. 2. de Nat. Deor. 86. Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator, & sator, & parens (ut ita dicam) atque educator, & altor est mundus, omniaque, sicut membra sua, & partes suas, nutricatur & continet. Apul. Apol. Eum paupertas nutricata est.
Passive, Varr. R. R. 1. 23. Ea sole nutricantur.
NUTRICATIO, ōnis. f. [ἀνατροφὴ] Varro 1. de R. R. cap. 44. Dicetur, inquit Agrius, de tertio gradu, de nutricationibus atque alimoniis eorum. Gell. lib. 12. cap. 1. Munus nutricationis. Apul. 2. Dogm. Plat. Puerorum nutricationes.

NOTRICĀTUS, ûs. m. Idem. [τίτθη] Plaut. Mil. 3. 1. 54.
O lepidum fenicem, fi quas memorat virtutes habet:
Atque equidem plane eductum in nutricatu Venerio. Varr. 2. de R. R. cap. 47. & 3. 9. conf. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 11.
NUTUS, V. NUO.

N U X

NUX, nŭcis. f. [κάρυον, κάρυον] generale nomen eſt omnibus, quæ duro operimento teguntur, ut ſunt Amygdalæ, Avellanæ, & hujuſmodi. Plin. lib. 15. cap. 22. Ceteris quicquid eſt, ſolidum eſt, ut in avellanis, & ipſo nucum genere, quas antea Abellinas patrio nomine vocabant.
Nux, a Nocendo dicitur. Ovid. de Nuce arbore, in poëmate Nux inſcripto 61.
Me, fata ne lædam, quoniam fata lædere dicor,
Imus in extremo margine fundus habet.
Cortex viridis nucis. Tibul. lib. 1. 8. 44.
Fetus nucis. Virg. 2. Georg. 69.
Avellana nux, ſeu Præneſtina, quæ eadem eſt, ex arbore eſt quæ Corylus dicitur. Hanc autem nucem Græci Ponticam vocant. Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 18. V. ſeq. dict.
Calva nux, Nux eſt avellana, vel Pontica. Hoc ex veteri quodam lexico eruiſſe ſe dicit Turnebus Adverſ. 20. 6. extr. In quo ſic ſcribitur, Calvæ [illegible], [illegible]. [i. e. Frixa, quod quo pertineat neſcio. Calvas ab Avellanis diſtinguit Cato R. R. cap. 8. Etiam in Gloſſ. Lat. Gr. Nux avellana, [illegible].
Caſtaneæ nuces. Virg. 2. Ecl. 52.
Græca nux. Columel. de Arborib. cap. 22. Nucem Græcam ſerito Arcturi ſigno. Quidam dicunt eſſe amygdalam, argumento Plinii lib. 15. cap. 22. quum de amygdala loquitur, Hæc arbor (inquit) an fuerit in Italia Catonis ætate, dubitatur, quoniam Græcas nominat. V. Cat. R. R. cap. 8. Macrob. 3. Saturn. cap. 18. Nux Græca hæc eſt, quæ & amygdala dicitur. Sed & Thaſia eadem nux vocatur.
Juglandes nuces, quæ & Regiæ dictæ ſunt. Plin. lib. 15. cap. 22.
Minimæ. Juven. 5. Sat. 143. Avellanas interpretantur.
Pineæ nuces, Quas pinus arbor gerit. Martial. lib. 13. 25.
Perſica nux, vel Nuciperſica. Martial. lib. 13. Lemm. 46.
Nuces amaræ, apud Celſum lib. 6. cap. 7. & alibi frequenter, nihil aliud ſunt quam quas vulgo Amygdalas amaras vocant.
Ocellata nux. V. OCELLATUS, vel Lex. Pitiſc.
Perſicum quod vulgo vocatur, Molluſca nux dicitur, ſcilicet quod ceteris nucibus mollior ſit. Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 18. Perottus Macrobio refragatur.
Saturnaliciæ nuces. V. Andr. Senftleb. libell. de Alea vett.
Caſſa nuce pauperare aliquem. Hor. 2. Serm. 5. 36. i. e. Re viliſſima.
Conficere nucem. V. CONFICIO.
Dare nuces pueris. Catul. in Epithal. Juliæ, 59. 131. V. Relinquere nuces, infra.
Frangere nucem. Cic. 2. de Orat. 266.
Frangat nucem, qui e nuce nucleum eſſe vult. Qui commodum appetit, ne fugiat laborem. Hanc ſententiam Plautus figura ſane quam proverbiali extulit, in Curc. 1. 1. 55. Eraſmus.
Legere nuces. Cic. 2. de Orat. 265.
Relinquere nuces, eſt Omiſſis ſtudiis ac nugis puerilibus ad graviora, magiſque ſeria converti. Perſ. 1. Sat. 10.
— & nucibus facimus quæcunque relictis,
Quum ſapimus patruos. Tranſlata metaphora, vel a vetuſta nuptiarum cærimonia, in quibus ſponſus, uxorem ducens nuces ſpargebat, utpote jam pueritiæ renuntians: vel certe a puerorum luſibus, qui nucibus peraguntur, ductum proverbium videri poteſt. Hæc Eraſmus. V. Catull. l. c. & Martial. lib. 5. 135. & Feſt. in Nuces.
Spargere nuces. Virg. 8. Ecl. 29. de eadem re. V. Serv. in loc.
Nux, Arbor nuces ferens, [κάρυα] in Poëm. Ovid. & apud Rei ruſticæ auctores paſſim.
Dejecerit Eurus annoſam ſi forte nucem. Juven. 10. Sat. 119.
NŬCŬLA, æ. f. dimin. Minuta nux. Unde & Præneſtini Nuculæ appellati ſunt. V. Feſt. conf. Plin. 15. 22.
NUCELLA, æ f. ut, Nucella cocta. Apic. V. Barth Adverſ. 32. 18.
NUCEUS, a, um. Adj. [καρύινος] Quod eſt ex nuce. Plin. lib. 16. cap. 39. Ulmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiam omnem quum effodies. Luna decreſcente eximito poſt meridiem. Onomaſt. Vet. [illegible], Nuceus. [Scribendum καρύινος.
NUCĒTUM, i. n. Locus conſitus nucum arborum frequentia. Stat. 1. Silv. 6. 12.
Quicquid nobile Ponticis nucetis,
Fecundis cadit aut jugis Idumes. Nuces Ponticas intelligit, quæ & Præneſtinæ, & Avellanæ dicuntur.
NUCĬNUS, a, um. Adj. ut, Menſæ nucinæ. Vet. Scholiaſt. Juven. 11. Sat. 119.
NUCĀLIS, e. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 2. 37. Palmulæ nucales, quas caryotas appellant.
NUCIPERSICUM, i. n. V. Lemma Martial. 13. 46.
NUCIPRŪNUM, i. n. Prunum inſitum nuci. Plin. lib. 15. cap. 13. Peculiaris impudentia eſt nucibus inſitorum, quæ faciem parentis, ſuccumque adoptionis exhibent, appellata ab utroque nucipruna.
NUCIFRANGIBŬLUM, i. n. joco appellat Plaut. Dentem, in Bacch. 4. 2. 16.
Cum ego hujus verba interpretor, mihi cautio eſt,
Ne nucifrangibula excuſſit ex malis meis.
NUCĀMENTUM, i. n. Aliquid nucis flori ſimile. Plin. 16. 10. Nucamenta (abietis) ſquamatim compacta. V. ſuo loco.
NUCLEUS, i. m. [πυρὴν] Quod tenerum in nucibus includitur. Plin. lib. 12. cap. 9. Pomum intus ſimile contortis nucleis. Idem lib. 9. cap. 35.
Concidere nucleum dentibus. V. CONCIDO.
Nucleum amiſi, Proverbium. Plaut. Capt. 3. 4. 122.
Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina. Verba ſunt Hegionis, ubi reſciviſſet ſibi impoſitum eſſe, & herum amiſſum pro ſervo, ſervum pro domino retentum, is enim ex quo fructus exſpectabatur, aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. Eraſmus.
Nuclei olivarum, Teſtæ. Ulpian. in L. Carbonum. D. de Verborum ſignificat.

Nucleus, Allii ſpicæ. Multis enim ſpicis ſeu nucleis compactum eſt allii caput. Plin. lib. 19. cap. 6. Allium tenuiſſimis, & quæ ſeperantur, in univerſum velatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis, & his ſeparatim veſtitis.
Nucleus pinguitudinis. Plin. lib. 17. cap. 6.
Nucleus ferri, Chalybs. Plin. lib. 34. cap. 14.
Nucleus acini, quod Vinaceum appellat Columella. Plin. lib. 23. cap. 1.
NUCLEĀTUS, a, um. Adj. Scribonius Largus, Compoſ. 233. Uva paſſa, nucleata, contuſa ac miſta. [Legendum videtur Enucleata. i. e. Exacinata, ut barbari loquuntur.

N Y C

NYCTĀLOPS, ōpis. Adj. [νυκτάλωψ] Qui videt interdiu, occidente autem ſole cernit exiliter, noctu nihil. Hic etiam Luſcioſus dicitur a Latinis. Plin. lib. 8. cap. 50. Caprinum jecur ſi veſcantur, reſtituit veſpertinam aciem his, quos nyctalopas vocant. Idem dicit lib. 28. cap. 11. V. LUSCIOSUS, & Non. 2. 512.
NYCTALŌPIA, æ. f. Vitium ipſum eſt, ut Myopia. Dioſcorides tamen Nyctalopa pro Viſio identidem accipit. Budæus. conf. Iſidor. 4. 8.
NYCTALOPS, ōpis. m. [νυκτάλωψ] Herba. Plin. lib. 21. cap. 11. Eandem vocari chenomychon, quoniam anſeres a primo conſpectu ejus expaveſcant: ab aliis nyctalopa, quoniam a longinquo noctibus fulgeat. De nyctegreto. q. V.
NYCTEGRĔSIA, [νυκτεγερσία] Lat. Noctiſurgium. Ex Homeri rhapſodia vocatur, qua maximo metu perculſis omnibus & conſternatis ob offenſionem pugnæ, noctu in caſtris ab Agamemnone excitantur e ſtratis duces, & ad conſilium vocantur. V. Egretus apud Feſt. Scilicet unius litteræ trajectione, pro νυκτεγερσία.
NYCTEGRĔTUS, i. m. vel NYCTEGRETON, i. n. [νυκτήγρετος] Herba, de qua ſic Plin. lib. 21. cap. 11. Nyctegretum inter pauca miratus eſt Democritus, coloris ignei, foliis ſpinæ, nec a terra ſe attollentem, præcipuam in Gedroſia narrat. Erui poſt æquinoctium vernum radicitus, ſiccarique ad Lunam xxx diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorumque reges uti hac herba ad vota ſuſcipienda. Hæc ille. V. dict. præcedd.
NYCTĒLIUS, a, um. Adj. [νυκτέλιος] Nyctelius vocatus fuit Bacchus, quod ſacra ejus noctu fiebant: νὺξ enim nox eſt, τελέω perficio.
Nyctelius pater, Bacchus. Ovid. 1. de Arte Am. 567.
Latex Nyctelius, Vinum. Senec. OEdip. 492.
NYCTĔRIS, ĭdis. f. [νυκτερὶς] Veſpertilio, tam minutos habens pedes, ut eis carere videatur. Plin. 11. 47.
Nycteris, h. e. Veſpertilio, dictus eſt Chærephon philoſophus: propterea quod philoſophando expalluiſſet, & ſupra modum emaciatus eſſet. Suid.
NYCTEUS, duarum ſyllabarum, Ycteos, vel Latine Nyctei, m. [Νυκτεὺς] Rex quidam fuit, pater Antiopes. Propert. lib. 3. 15. 12.
Nycteos Antiopen, &c.
NYCTĒIS, ĭdis. [Νυκτηίς] patronym. F. Propertius lib. 1. 4. 5.
Te licet Antiopæ formam Nycteidos, &c. Ovid. 6. Met. 111.
NYCTĬCŎRAX, ăcis. m. [νυκτικόραξ] Corvus nocturnus. D. Hieronymus in fine epiſt. ad Suniam & Fretelam, Nycticoracem dicit eſſe, quam vocamus Noctuam. conf. Paul. Nolan. Epiſt. 40. cap. 6.
NYCTĬMĔNE, es. f. [Νυκτιμένη] Filia Nyctei, quo etiam nomine dicta eſt avis quædam, in quam converſa, Nyctimene fertur. Quæ quoniam cum patre concubuerat, facinus recognoſcens in ſilvas aufugit, & in noctuam converſa, lucem odit, nocte tantum volitans. A Græcis appellatur γλαῦξ. V. Ovid. 2. Met. 591. & 594.
NYCTĬMUS, i. m. [Νύκτιμος] Filius Lycaonis, quem interfectum Jovi ſe inviſenti epulandum præbuit. Clem. Alex. Admon. ad Gent. f. 18.
NYCTOSIS, Regina Babyloniæ: quæ, teſte Herodoto, lib. 1. poſt Semiramin regnavit ſola. Apud ipſum Herodotum ſcribitur Nitocris.
NYCTOSTRATĒGUS, i. m. [νυκτοστράτηγος] Præfectus vigilum, qui armati noctu urbem perluſtrant. Arcad. l. ult. §. 1. ff. de mun. & honor. t. 4. l. 18. V. Panciroll. de Magiſtr. Municip. cap. 24.

N Y M

NYMPHA, æ. f. [νύμφη] Latine Sponſa dicitur. Pro Uxore ponitur ab Ovid. 1. Epiſt. 27.
Grata ferunt nymphæ pro ſalvis dona maritis. Sponſæ nymphæ dictæ διὰ τὸ νῦν πρῶτον φαίνεσθαι: quia nunc viſendas ſe præbent, cum antea prodierint obtectæ. V. Salmuth. in Panciroll. Deperd. P. 1. tit. 10.
Nymphas antiqui aquarum deas eſſe putaverunt, quaſi lympharum numina: quippe veteres Græci nympham dicebant, quam nos mutatione unius litteræ lympham, hoc eſt aquam. Aliquando Nymphæ dicuntur Muſæ, quod aqua currendo muſicos ſonos efficiat. Hinc ſæpenumero a poetis invocantur. Virg. 7. Ecl. 21.
Nymphæ, noſter amor, Libethrides. Cic. 3. de Nat. Deor. 43. Suntne etiam Nymphæ deæ? Et pro Milon. 74. Ædem Nympharum incendit.
Nymphæ aliæ in nemoribus habitant: & hæ a Græcis Ἀλσηίδες, id eſt Nemorales appellantur: aliæ in aquis, quæ Naides & Hydriades communi & generali nomine dicuntur. Sed harum aliæ ſunt κρηνίδες Græce, Latine Fontanæ nominantur: aliæ Ἐπιποταμίδες, licet has Fluviatiles appellare: ſunt & aliquæ Ἐπιμηλίδες, quibus pecora ſunt curæ: nonnullæ etiam Ὀρειάδες, quæ montes incolunt. Ex Lambino.
Nympharum aliæ Commotitiæ dictæ, aliæ Corycides, Dodonides, Dorides, Dryades, Hamadryades, Hyades, Iſmenides, Lelegeides, Lemoniades, Limnades, Limnææ & Limnacides, Naiades, Napææ, Nereides ſive Nerinæ, Nyſeides, Oceanitides, Oreades, Phaetontiades, querquetulanæ, terreſtres, uraniæ; de quibus omnibus V. Lex. Pitiſc.
Genitor Nympharum, Oceanus. Catul. in Gell. 85. 6.
Templa ſilveſtria Nympharum. Lucret. lib. 5. 947.
Agreſtes. Virg. 3. Æn. 34.
Avernales. Ovid. 5. Met. 540.
Faciles. Virg. 3. Ecl. 9.
Simplices. Hor. 2. Carm. 8. 14.
Teneræ. Ovid. 11. Met. 153.
Nymphæ, dicuntur Apes quum primum formam cœperint habere. Plin. lib. 11. cap. 16.

NYM-

NYMPHÆUM, I. n. [νυμφαῖον] dicitur & Lavacrum & balneum. Julius Capitol. Gord. cap. 32. Opera Gordiani Romæ nulla exstant, præter quædam nymphæa, & balneas. Plin. lib. 35. cap. 12.
Est item Fanum Nympharum, & Locus celebrandis nuptiis. Tales basilicas undecim fuisse Romæ testatur Panciroll. conf. Salmuth. Deperd. P. 1. tit. 19. & Lex. Pitisc.
Portus etiam supra Lissum, a Cæsare memoratus, 3. Bell. Civil. 26. Est & Nymphæum, Proconnesi promontorium. V. Plin. 3. 22.

NYMPHÆA, æ. f. [νυμφαία] Herba Heraclia, quæ Venerem extinguit: a Nympha, hoc est aqua dicta, quod aquis gaudeat. Plin. lib. 26. cap. 10. Et lib. 25. cap. 7. Ruellius eam dicit esse, quæ officinis vulgo *Nenuphar* dicitur.

NYMPHÆUS, I. m. [Νυμφαῖος] Italiæ fluvius juxta Velitras. Auctor Raphael Volaterranus.
Nymphæum montem semper ardere, ejusque craterem bitumen egerere omnium dilutissimum, Strabo auctor est lib. 7.

NYMPHARĒNA, æ. f. Gemma, urbis & gentis Persicæ nomen habet, similis hippopotami dentibus. Plin. lib. 37. cap. 10.

NYMPHIDES, um. f. pl. [νυμφίδες] Genus calceamentorum muliebrium, de quibus Cælius lib. 28. cap. 27.

NYMPHOLEPTI, orum. m. pl. [νυμφόληπτοι] dicuntur quasi Nympharum spiritu correpti: iidem Lymphati quoque vocantur. V. in LYMPHA.

NYMPHON, ontis. m. [Νύμφων] Vir quidam Colophonius, de quo Cic. 1. Q. frat. 2. 2. Ego nugas maximas omni mea comitate complexus sum, Nymphontem etiam Colophonium.

N Y S

NȲSA, æ. f. [Νύσα] Urbs Arabiæ, apud quam (ut Diodorus 3. 64. ait) Bacchus educatus a Nymphis fuit. Unde & Nysæus dictus est, ac cognominatus Dionysus, a Jove scilicet & Nysa nomen accipiens. conf. Mela, 3. 7. & Curt. 8. 10. 12.
Nysa etiam non tam Mons, quam Civitas in India est, a Libero patre (ut refert Strabo lib. 15.) condita, carminibus poetarum celebratissima. V. Herodot. lib. 2. & Justin. 12. 7. 6. Scribitur & Nysæa.
Alia est Nysa in Bœotia apud Homerum.
Alia apud Plinium 5. 18. in Caria. Hujus meminit Strabo lib. 14. & ad Mediterranea supra Tralles collocat, ad orientem, monti accubantem; ubi & claros ejus cives memorat complures. Scribitur etiam Nyssa, littera geminata.
Est apud Strabonem Vicus etiam in Helicone: apud Ptolemæum in Lycia & Ionia: & apud Stephanum in Thracia. q. V. conf. Spanh. de Num. diss. 4.
Vertex celsus Nysæ. Virg. 6. Æn. 806.
Nysæ nomen habuisse dicitur alter e verticibus Parnassi. V. Interpr. ad Juven. 7. Sat. 64. & Sil. 7. 198. Hinc Parnassus Lucano 5. 73. est,

Mons Phœbo Bromioque sacer.

NYSĒIS, idos. [Νυσηΐς] patronym. f. ut, Nyseides nymphæ, Ovid. 3. Met. 314. quæ Bacchum educarunt.

NYSĒĪUS, a, um. Adj. [Νυσήϊος] ut, Juga Nyseia apud Lucan. lib. 8. 801.

NȲSEUS, dissyll. [Νυσεύς] dictus est Bacchus. Ovid. 4. Met. 13.

NYSIĂCUS, a, um. Adj. Bacchicus. ut, Nysiaci flores. Mart. Capell. lib. 2.

NYSIAS, ădis. patronym. f. [Νυσιάς] ut, Nymphæ Nysiades, apud Ovid. 3. Fast. 769. positum pro gentili.

NYSĬGĔNA, æ. m. [Νυσιγενής] Qui in Nysa natus est. Catul. Argon. 62. 252.

At parte ex alia florens volitabat Iacchus,
Cum thyaso Satyrorum, & Nysigenis Silenis.

NYSION, I. n. [νύσιον] Hedera. Apul. de Herb. cap. 98. conf. seq. dict.

NYSIUS, a, um. Adj. [Νύσιος] Arnob. lib. 5. Nysius & Semeleius pater. Plin. lib. 16. cap. 34. Hedera coronis poetæ utuntur, quidam Nysiam, alii Bacchicam vocant.

NYSÆI, orum. m. pl. [Νυσαῖοι] Habitatores Nysæ urbis: de quibus meminit Cic. 13. Fam. 64. Deinde Nysæos, quos Nero in primis habet necessarios, diligentissime tuetur ac defendit, habeas tibi commendatissimos.

NYSÆUS, vel NYSĒUS, a, um. Adj. [Νυσαῖος] ut, Chori Nysæi. Propert. lib. 3. 17, 22.
Palmes Nysæus, Vitigineus. Sil. lib. 7. 198.

NYSA, æ. m. Proprium hominis. Cic. 3. de Nat. Deor. 58. Dionysos multos habemus, primum Jove & Proserpina natum: secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemisse.

NYSÆA, æ. f. teste Herodoto & Curtio, Urbs clarissima in India, a Libero patre condita, sub radicibus montis quem Meron vocant. V. NYSA.

NYSIRUS, V. NISYRUS.

NYSSA, æ. f. [νύσσα] Repagulum unde cursores moventur. A νεύω, inclino: quod quum metam attigerit, inclinentur.

NYSUS, V. NISUS.

O

LITTERA rotundo ore proferende, etiam rotunda figure exprimitur apud plerosque populos. Apud Græcos duplicem sortitur figuram & quantitatem, o breva, & ex ea geminata o magnum: ο, ω.

Eandem in Alphabeto sedem inque numerando potestatem habet quam ע Aiin Hebræorum. Utraque enim septuagenarium designat. Unde sunt qui haud inscite autumarunt & illud elementum Hebraicum eadem olim potestate fuisse insignitum. Quid quod Aiin & Fontem & Ocellum propria significationa exprimat, & ad rotunditatem soni nonnihil alludere videatur?

De mutatione hujus vocalis agit Priscianus lib. 1. p. 553. quem longum foret exscribere, consulere tamen utilissimum. Confer etiam Quintil. 1. 4.

Cum U maximam habet necessitudinem, unde pleraque, quæ apud Græcos nominativum in O terminant, O in U convertunt apud Latinos; ut a κύρ☉-, Cyrus, &c. Quintil. lib. 1. cap. 4. Quid o, atque u permutatæ invicem? ut Hecoba, & notrix: Culchides, & Pulyxene scribentur. Quod hic Quintilianus dicit, multis monimentis veterum probat Pierius in suis castigationibus in Virgilium: in quibus se scriptum vidisse testatur Donu pro Dono, Annus pro Annos, Cupressu pro Cupresso. Sic Frundes pro Frondes apud antiquiores Latinos, Angustoque fretu, Lucret. 1. 720. pro Freto. Vicissim vetustissimis Italiæ populis quibus U non erat in usu Poblicom pro Publicum, Hercolem pro Herculem; maximeque digamma antecedente, ut Servos, Volgus, Davos.

O pro Au, ut Plodo, Plostrum, Codex.

O & I, ut Olli pro Illi.

O. Officium. Olla, Omnis, Optimus, Ordo, Ostendit.

O. C. Ordo clarissimus. O. C. S. Ob cives servatos.

O. D. S. M. Optime de se merito.

O. E. B. Q. C. Ossa ejus bene quiescant condita.

O. F. N. D. Omni fida numini dedicat.

O. H. F. Omnibus honoribus functus. O. H. S. S. Osse hic sita sunt.

O. L. Ollam legit, vel locavit.

O. M. Optima merito, Optimo maximo. O. M. D. S. Optime merito de se. O. M. S Optimo maximo sacrum.

O. O. Ordo optimus.

O. P. Optimus princeps, pater, patronus. O. P. F. Optimo patri, principi, patrono, fecit.

O. V. Optimo viro, Optimæ uxori. O. V. D. Optimo viro dedit. O. V. F. Optimo viro fecit.

O, [ῶ] vocandi interjectio, nominativo [seu Vocativo] interdum, nonnunquam etiam accusativo gaudens. Virg. 1 Æn. 528.

O regina, novam cui condere, &c. Cic. 10. Fam. 26. O mi Furni quam tu, &c.

Aliquando admirandi. Ter. Eun. 2. 3. 5.

O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres. Juven. 10. Sat. 157.

O qualis facies, & quali digna tabella!

Exclamantis. Ter. Heaut. 4. 1. 17. O Juppiter! tantam inesse animo inscitiam? Idem Phorm. 2. 3. 13.

O audaciam! etiam me ultro accusatum advenit?

O curas hominum! ô quantum est in rebus inane! Pers. 1. Sat. pr.

O immoderata mulier. Cic. pro Coel. 53.

O consuetudo peccandi, quantam habes jucunditatem in improbis & audacibus, quum pœna abfuit, & licentia consecuta est! Cic. 5. Verr. 76.

Dolentis. Ter. And. 1. 5. 48.

Memor essem? o Mysis, Mysis! etiam nunc mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis
De Glycerio.

O miseras hominum mentes, ô pectora cæca! Lucret. lib. 2. 14.

O misera vitæ ratio! Cic. Anteq. iret in exil. 30

O spectaculum uni Crasso jucundum, ceteris non item! Cic. 2. Att. 21.

Irridentis. Cic. de Amicit. 46. O præclaram sapientiam! solem enim, e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt.

O præclarum custodem! ovium, ut aiunt, lupum. Cic. 2. Philip. 27.

Exsultantis. Ter. And. 1. 1. 78. O factum bene! beasti me.

O terram beatam, quæ illum exceperit! Cic. pro Milon. 106.

O, interjectio repente perculsi. Ter. And. 4. 6. 7. O Mysis salve. c. salvos sis Crito. Ibid. 1. 5. 32. Quis hic loquitur? Mysis salve M. ô salve Pamphile.

O quid agis. Hor. 1. Carm. 14. 2.

O si: desiderantis particula. Virg. 11. Æn. 415.

Quanquam ô si solitæ quicquam virtutis adesset!   Ibid. lib. 8. 560.
O mihi præteritos referat si Juppiter annos!   Per tmesin.

O utinam. Ovid. 1. Epist. 4.

O utinam tunc, quum Lacedæmone classe petebat,
Obrutus insanis esset adulter aquis!

O, pro Utinam. Virg. 2. Ecl. 28.

O tantum libeat mecum tibi sordida rura,
Atque humiles habitare casas.   i. e. Utinam libeat.

O, quandoque tacetur, quum accusativo jungitur. Ter. Eun. 3. 1. 28.

—dii vostram fidem? hominem perditum
Miserumque, & illum sacrilegum. Docet Donatus, majoris stuporis esse hoc modo pronuntiatum. Cic. ad Atticum, Me miserum! cur non ades?

O, sequente vocali aliquando producitur, aliquando corripitur. Tibull. 2. 4. 7.

O ego non possum tantos sentire dolores.   conf. Ovid. 1. Epist. 5. Virg. 2. Ecl. 65.

Te Corydon, O Alexi; trahit sua quemque voluptas.

O A

OANUS, i. f. [Ὄανος] Lydiæ oppidum, apud Stephanum.

OARION, ônis. m. i. e. Orion. V. Rutil. 1. 637. Catull. Carm. 67. extr.

Proximus Hydrochoi fulgeat Oarion.

OASIS, is. f. [Ὄασις] Oppidum in desertis Libyæ, septem dierum itinere a Thebis distans, quod Herodoti ætate a Samiis, tenebatur, ut ipse refert lib. 3. conf. Zosim. 5. 9. 7. & Leg. ult. §. 2. Cod. de pœnis.

OASENUS, a, um. Adj. ut, Oasena deportatio. Leg. un. Cod. Theod. de Nili aggeribus.

OATARICHA, orum. n. pl. [ὠοτάριχα] dicuntur Mugilum ova, sale condita: ὠὸν enim est, quod nos Ovum dicimus, interposita v euphoniæ causa: τάριχος, salsamentum dicitur: ταριχεύω, servo, condio, liquefacio, sicco. [Scribendum ὠὰ ταρίχου ex Athen. 3.

OAXIS, is. m. [Ὄαξις] Fluvius est Cretæ insulæ, dictus ab Oaxe filio Apollinis.

Rapidus Cretæ Oaxis. Virg. 1. Ecl. 66.

OAXUS, i. f. [Ὄαξος] Civitas Cretæ, ab Oaxo Acacallidis, filiæ Minois, filio: vel a suo loai, quod loca prærupta Cretenses ἄξος vocant. Herodotus quoque Oaxum urbem Cretæ facit, in qua Etearchus pater Phronimæ matris Batti regnavit, qui Cyrenem Libyæ urbem ædificavit. V. Steph. Byzant. Herod. lib. 4.

O B

OB, [διὰ, ἐπὶ] Præpos. accusativo jungitur, & significat Propter. Ter. And. 3. 5. 4.

Ergo pretium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam auferet.

Donatus, i. e. Pretium stultitiæ.

Ob adulterium cæsus. Virg. 6. Æn. 612.

Ob avaritiam laborat. Hor. 1. Serm. 4. 26.

Ob delictum pœnas dii expetunt. Cic. pro Marcel. 18.

Ob dictum aliquem oppugnare. Cic. 5. Fam. 1. Existimâram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, nec absentem ludibrio læsum iri me, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri.

Ob emolumentum aliquod suum siqui cupidius aliquid dicere videntur, iis credi non convenit. Cic. pro Font. 17.

Ob industriam. Plaut. Cas. 2. 3. 58.

Ob minas decem oppositus pignori. Ter. Phorm. 4. 3. 57.

Ob nullam causam. Plaut. Pœn. 1. 1. 15.

Ob rem. Ter. Phorm. 3. 2. 41. Non pudet vanitatis? D. minime, dum ob rem. i. e. Modo in rem meam sit.

Ob absolvendum, Ob tacendum, & similia: pro Ad absolvendum, vel Ut absolvat. Cic. 4. Verr. 78. Quanto illud flagitiosius, improbius, indignius, eum a quo pecuniam ob absolvendum acceperis, condemnare, &c. Gell. lib. 11. cap. 10.

Ob vagulationem. Festus, Cui testimonium defuerit ob portum ob vagulationem ito. Lex est XII Tabul. quæ Turnebus significari putat, Si testis ei defuerit, qui litem habuit, ei licere comperendinatis diebus, id est die tertio, ante ejus ædes libere conqueri & implorare ejus testimonium, conviciumque recusanti facere. Nam a Vagio, Vagilo, &

Vagulo

Vagulo deducitur, unde Vagulatio, quod conquerentis & plorantis est. Nec assentior iis qui a Vagor deducunt, nec qui Ob Vagulatum legunt, quum Vagulationem Festus plane aperteque legat, & interpretetur, sitque Ob vagulationem dictum antiquo more pro Ad vagolationem. Hæc ille. Legem autem sic scribi debere putat, Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum ob vagulationem ito. V. VAGULATIO.

Ob, pro Ante. Plaut. Mil. 2. 4. 51.

Nunc demum experior ob oculos caliginem prius mihi obtigisse.

Ob oculos mihi sæpe mors versata est. Cic. pro Rabir. Post. 38.

Mihi ob oculos exilium versatur. Cic. pro Sext. 47.

Ob os offusus ignis. Cic. de Univers. 41.

Ob, pro Ad, apud antiquos, inquit Fest. Ennius, Ob Romam noctu legiones ducere. Cic. 9. Fam. 26. Cujus ob os Graii ora obvertebant sua. ex vet. poëta.

Ob, in compositione, pro Circum, auctore Festo; ut Obambulare. Vide OBIRE, H. St.

Sæpe pro Ad ponitur: sic Occensi pro Accensi; Obmoveto pro Admoveto, Enn. Occurerre pro Accurrere, Lucret. Obtulerat pro Attulerat, Catul. Obligatus pro Alligatus, Hor. Obstetrix quoque dicitur ab Obstare, quo pro Adstare sive adsistere veteres Latini utebantur. V. Fest.

Aliquando Contrarii quid & noxii significat ut in Obsto, Obscænus, Obsum.

Vide OBNUNTIO, OBSOLEO. H. St.

Obs, pro Ob. V. suo loco. H. St.

O B A

OBACERBO, āre. est, ut ait Festus, Exacerbare.

OBĂCĔRO, āre. compositum ex Ob & Acus, aceris; est auctore Festo, Obloqui, atque alterius sermonem moleste impedire. Quod sumptum videtur a paleis, quas Græci ἄχυρα vocant. [Dacer. putat Festum Obacorare reliquisse. Ego potius τὸ Obblaterare vel Oblatrare in hac significatione quærerem, vel, quod apud Nonium est Obvarare, nisi ordo obstaret.

OBÆRĀTUS, a, um. Adj. [ὑπόχρεως] dicitur Qui ære alieno jam obligatus est, quasi ære alieno obstrictus, & debitor ad aliquid operandum. Liv. 26. 40. Quatuor millia hominum erant misti ex omni colluvione, exsules, obærati. Cæs. 1. Comment. B.G. 4. Omnes obæratos, quorum magnum numerum habebat, conduxit. conf. Varr. 1. de R. R. 17. [Obærati proprie dicuntur, qui ære alieno multo premuntur, vel potius oppressi, nec jam solvendo sunt. Varr. L. L. 6. 5. extr. Nexis adjungit Obæratos. Compar. Tacit. 6. Ann. 17. 4. Quanto quis obæratior ægrius distrahebant.

OBAMBŬLO, [ἀντιπατεῖν, περιοδεύειν, περιέρχεσθαι] āre. est (ut ait Festus) Adversum alios ambulare, & quasi ambulanti sese opponere. Frequentius pro Circuire, aut Obire. Plaut. Merc. 5. 2. 59.

Sane hoc non in mentem venit, dudum ut urbem obambulo.

Gronov. Dudum, uti tibi. omissa hac voce.

Solus obambulat ipse. Ovid. 2. Trist. 459.

Gemebundus obambulat Ætnam. Ovid. 14. Met. 188.

Obambulantes ante vallum portasque. Liv. 25. 39.

Obambulare muris. Liv. 36. 34.

Obambulare, pro Insidiari. Virg. 3. Georg. 538.

Non lupus insidias explorat ovilia circum,

Nec gregibus nocturnus obambulat. i. e. Insidiatur. Servius.

Obambulare, pro Una junctimque ambulare. Suet. Tiber. cap. 25. extr. Et secretum petenti, nonnisi adhibito Druso filio, dedit, dextramque obambulantis, veluti incumbens, quoad perageretur sermo, continuit. [Forte Adambulantis scripsit Tranquillus.

OBAMBULĀTIO, ōnis. f. [περιπάτησις] Auctor ad Heren. lib. 3. 19. Commodius est in derelicta, quam in celebri regione locos comparare: propterea quod frequentia & obambulatio hominum conturbat, & infirmat imaginum notas.

OBAMBULĀTOR, ōris. m. Mart. Capell.

OBAMBULĀTRIX, īcis. f. Gell.

OBĀRĒNI, orum. m. pl. [Ὀβαρηνοί] Armeniæ populi, non procol a Cyro fluvio, quorum meminit Stephanus.

OBARESCO, ēre. Lactant. de Opific. Dei, cap. 10. Acies enim, quam siccari & obarescere non oportet, nisi humore assiduo tersa pure niteat, obsolescit. De oculorum acie loquitur.

OBĀRO, [περιαροῦν] āre. Circum arare, vel Arando excolere. Liv. 23. 19. Et quum hostes obarassent quicquid herbidi terreni extra murum erat, raporum semen injecerunt, ut, &c.

OBARATOR, ōris. m. Serv. in 1. Georg. 21. Ex Fabio Pictore, Flaminem Cerealem invocasse Deum obaratorem.

OBARMO, [καθοπλίζω] āre. Idem quod Armare. Hor. 4. Carm. 4. 27.

— quibus

Mos unde deductus per omne

Tempus Amazonia securi

Dextras obarmet, quærere distuli. conf. Apul. Met. 9. Milef. pr.

OBARMĀTUS, a, um. Partic. Apul. Met. Oculi ad vigilias obarmati.

OBĀTER, tra, trum. Adj. [ὑπομέλας] Quodammodo atrum, & veluti subatrum. Plin. lib. 18. cap. 35. Nascens luna, si cornu superiore obatro surget.

OBĀTRESCO, ēre. Obatrum esse. Firmicus in præfat. lib. 1. Paliscus lacus semper crassitudine lurida sordidus, liventibus spumis obatrescit.

OBAUDIO, īre. ita veteres, pro Obedio. Apul. 3. Met. Secreta quibus obaudiunt Manes. Tertull. adv. Marc. 2. 2. extr. Adam non obaudiit. Idem 5. 18.

OBAUDIENTIA, æ. f. Tertull. Exhort. Cast. cap. 2. Voluntas Dei in obaudientiam venerat.

OBAURĀTUS, a, um. Adj. Idem quod Inauratus. Apul. Met. 11. p. 260. Elmenh. Alius soccis obauratis, indutus serica veste.

O B B

OBBA, æ. Pocoli genos, quod nunc Ubba dicitur, inquit Nonius 2. 597. Idem 19. 14. Vel ligneum, vel ex sparto, fuisse dicit. Varro, Dolia atque apothecas tricliniares, melicas, calenas, obbas, & cumanos calices. Idem Epist. ad Marullium, Utrum meridie, an vesperi libentius ad obbam accedas.

Sessilis obba, Quæ sedere videtur, quum sit fundo latiore. Pers. 5. Sat. 148. conf. Tertull. Apol. cap. 13. & Lex. Pitisc.

OBBĀTUS, a, um. Adj. Instar obbæ. Apul. Met. 10. p. 254. Elmenh. Castor & Pollux, quorum capita cassides obbatæ, stellarum apicibus insignes, contegebant. i. e. Formam obbarum habentes.

OBBĬBO, ibi, itum, [καταπίνω] ĕre. Idem quod Bibere. Cic. 1. Tusc. 96. Qui, quum conjectus in carcerem triginta jussu tyrannorum venenum ut sitiens, obbibisset, reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret. Al. Obduxisset.

OBBLĂTĔRO, āre. Apul. Met. 9. al. Adblatero.

OBBRŪTESCO, [ἀλογοῦσθαι] ĕre. Brutum fieri, rationem amittere. Lucret. lib. 3. 546.

Nec refert, utrum pereat dispersa per auras,

An contracta suis e partibus obbrutescat. De anima. Turnebus aliter, aitque Obbrutescere significare hic, Sensum amittere & vitam, ac interire: nam brutum est non sentiens. Lactantius Inst. lib. 7. cap. 5. Corpus enim, quia e terra est, comprehensibile est, temporale, brutum atque tenebrosum est: Anima vero, quia de cælo est, tenuis, æterna, sensibilis, illustris est. Hic aperte Brutum, id est non sentiens, Sensibili, id est sentienti oppofuit. Hæc ille, Adverf. 10. 8. [In edit. Cellarii totus hic Lact. locus, ut spurius, in notas rejectus est. Exstat autem in edit. Lugd. ap. Tornæs. 1579. ex cod. Mſ. insertus. conf. BRUTESCO.

Obbrutui. Afran. apud Festum, Non possum verbum facere, obbrutui.

OBBRUTESCENS, Partic. Prudent. Hamart. 651.

Damna aures, Pater alme, meas, & claude meatus

Obbrutescentis capitis.

OBBRUTESCENTIA, æ. f. apud Augustin.

O B C

OBCÆCO, vel OCCÆCO, [ἐκτυφλόω] āre. Idem significat quod Cæcare. Columel. lib. 4. Veluti ignorantiæ tenebris obcæcata luce veritatis caruit. Plin. lib. 10. cap. 3. Respersu pinnarum hostem occæcantes.

Obcæcat orationem totam narratio obscura. Cic. 2. de Orat. 329.

Obcæcatus stultitia. Cic. 15. Fam. 1. Quod ego negotium, non stultitia obcæcatus, sed verecundia deterritus, non recusavi.

Obcæcari tenebris, & Præfulgere splendore, contraria. Auctor ad Herenn. lib. 3. 32. Tunc nec nimis illustres, nec nimis obscuros locos haberi oportet: ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeant.

Æther terrificis obcæcat sidera nimbis. Lucan. ad Pison. 136.

Obcæcare fossas in agro. h. e. Obtegere, & desuper claudere, ne pateant. Columel. lib. 2. cap. 2. V. in CÆCUS.

Timor obcæcaverat artus. Virg. in Cul. 197.

OBCÆCATUS, a, um. Partic. Columel. 6. 36. Incensus & obcæcatus cupidine.

OBCÆDES, is. f. plur. Plaut. Stich. 5. 4. 52.

Ohe, jam satis, nolo obcædes, catuli ut ludum nunc volo. i. e. Nolo hic quicquam tragicum & cruentum, quodque cædes imitetur, malo ludum catellorum, qui inter se lascive lusitant. Obcædes autem juncto verbo, ut Concædes dicontur. Turnebus.

OBCÆNO, āre. Idem quod Cœno. Antiquum. Plaut. Cestione; Cerastibola, ut de lumbo obcænabis. Auctor Varr. 6. de L. L. 3.

OBCĂLEO, ui, ēre. Circum calere. Celsus lib. 4. cap. 27. Ubi dolor vehemens urget, interest sine tumore is sit, an tumor cum calore. an tumor jam etiam obcaluerit. Et paulo post, Si vero tumores etiam obcaluerunt, & dolent, levat spongia. [Sed rectius scribitur Obcalluerit, & Obcalluerunt. quod posterius in ed. Lind. receptum, prios typothetæ, opinor, errore relictum est. Pertinet ergo ad v. OCCALLESCO, q. V.

OBCALLEO, OBCALLESCO, V. OCCALLEO.

OBCANTO, OBCANTĀTUS, V. OCCENTO, in OCCINO.

O B D

OBDO, idi, itum, [ἀποκλείω] ĕre. Opponere, inqoit Festus. Sic Hor. 2. Serm. 3. 59.

— nullique malo latus obdit apertum.

Obdere ceram auribus. Senec. Epist. 32.

Obdere forem, pro Claudere. Plaut. Casin. 5. 2. 17.

Obdere fores ferratis trabibus. Plin. lib. 6. cap. 11.

Obdere pessulum ostio. Ter. Eun. 3. 5. 55. Idem Heaut. 2. 3. 37. Anus foribus obdit pessulum.

OBDITUS, a, um. Partic. Apul. Met. 4. Obdito cellæ pessulo. Idem lib. 10. p. 244. Feralibus amiculis instrictus atque obditus.

OBDORMIO, īvi, itum, [ἀφυπνόω] īre. Dormire. Cic. 1. Tusc. 92. Nescio quando in Latmo obdormivit. De Endymione.

Obdormivi crapolam, Edormivi. Plaut. Most. 5. 2. 1. [Videtur esse utrimqoe Præt. Perf. seq. verbi.

OBDORMISCO, [ἀφυπνόω] ĕre. Idem Cic. 1. Tusc. 117. Quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniventem somno consopiri sempiterno?

OBDORMITO, āre. Fortun. 3. Carm. Obdormitare graviter.

OBDŪCO, xi, ctum, [ἐπάγω] ĕre. Circumducere, vel Contra ducere. Plaut. Pseud. 2. 1. 13.

Post ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum protinus obducam.

Obducere, & Reducere vela, contraria: Gallice *Tirer, ou couler les rideaux: & puis les ramener*. Plin. 2. Epist. 17. ad Gallum.

Obducere, [ἐπάγειν] pro Inducere: ut, Obducere torporem. Plin. lib. 22. cap. 25.

Obducere rebus tenebras. Cic. 4. Acad. 16. Dum hujus definitiones labefactare vult, conatus est clarissimis rebus tenebras obducere. Quintil. lib. 10. cap. 1. Atque ille quidem omnibus ejusdem operis auctoribus abstulit nomen, & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit. i. e. Obtenebravit, ut minus noti essent. De Menandro.

Obducere, [ἐπεισάγειν, περικαλύπτειν] Superducere, tegere. Cic. 2. de Legib. 56. Redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac situm, quasi opperimento matris obducitur.

Herbæ obducunt segetem densis sentibus. Virg. 2. Georg. 411. Idem 1. Ecl. 49.

Limosoque palus obducat pascua junco.

Obducere plagam limo. Plin. lib. 8. cap. 26. Et apud Columel. lib 3. cap. 18. Obducunt cicatricem radices, quæ excreverunt. I. e. Inducunt.
Crustam obducere. Plin. lib. 3. cap. 4.
Rubiginem. Plin. lib. 17. cap. 4.
Macies obduxerat artus. Ovid. 11. Epist. 27. al. Adduxerat.
Tenebræ obduxere oculos. Lucan. lib. 3. 735.
Frontem obducere, pro Contrahere. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Callum obducere, pro Contrahere callum. Cic. 5. Tusc. 53. Quorum animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat. i. e. Vetustate obduruerat. Idem 9. Fam. 2. Consuetudo diuturna callum jam obduxit stomacho meo. [i. e. Induxit, ut supra.
Obducere callum dolori dicitur labor, per translationem, pro Dolorem minus molestum facere. Cic. 2. Tusc. 36. Ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori.
Obducere vultum, quemadmodum Obducere frontem. Senec de Benef.
Obducere, Detegere, aperire. Lucil. Vos interea lumen auferte, atque aulam obducite. Nonius 4. 340.
Obducere aliquem. Cic 1. Att. 1. Thermus cum Silano contendere existimatur, qui sic inopes & ab amicis & existimatione sunt, ut mihi videatur non esse ἀδύνατον, Corium obducere; sed hoc præter me nemini videtur. I. e. Opponere, & obtrudere in petitionem Consulatus. Contra alios competitores in campum Martium ducere Q. Curium aleatorem notissimum; in quem est hendecasyllabus Calvi apud Asconium in Orat. in toga cand. cetr.

Et talis Curius pereruditus. Et Obducere dixit proprie: quia candidatos amici & clientes in campum honoris causa deducebant. Unde illud 2. Att. 1. Quinetiam quum candidatum deducerem, is quærit ex me, num consulissem Siculis locum gladiatoribus dare. Nisi forte quis interpretari malit, Curium obducere, Corii vitia obtegere, quum horum tam infamis vita sit. Sic, Obducta cicatrix. V. Græv. conf. Plauti locum in OBDUCTO frequent.
Diem obducere. Cic. 16. Att. 6. Nono Calend. igitur ad Siccam: ibi tanquam domi meæ scilicet: itaque obduxi posterum diem. Ubi interpres, Obduxi, Circum illa loca duxi & consumpsi.
Obducere, etiam Educere sive Ebibere Cic. 1. Tusc. 96. de Socrate, Cum conjectus in carcerem, triginta jussu Tyrannorum, venenum, ut sitiens, obduxisset. Al. Obbibisset. V. Victor. Var. Lect. 15. 7. Senec. de Provid. cap 3. Male tractatum Socratem putas, quod illam potionem, publice mistam, non aliter quam medicamentum immortalitatis, obduxit.
OBDUCTUS, a, um. Partic. [illegible] ut,
Cicatricem Reipub. jam obductam refricare. Cic. 3. de Lege Agrar. 4.
Color cano situ obductus. Plin. lib. 12. cap. 25.
Dolorem obductum vulgare. Virg. 10. Æn. 64.
Frons obducta, Tristis Hor Epod. 13. 5.
Obstructio obducta. Cic. pro Sest. 22. Sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta ita, ut curiosis oculis perspici non possit.
Prata obducta situ vetustatis. Columel. lib. 2. cap. 18.
Sanguis. Lucan. 3. 572.

— cruor altus in undis
Spumat & obducto concrescunt sanguine fluctus.

Tenebræ obductæ. Propert. lib 3. 16 5.
Vultus obductos condere. Ovid. 2. Met. 329.
OBDUCTIO, ōnis f. [illegible]
Obductio capitis. Cic. pro Rabir. Perd 16. Mors si proponitur, in libertate moriamur. carnifex vero, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit, non modo a corpore civium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus. i. e. Obvolutio, ut ait Budæus. V. OBNUBO.
OBDUCTO, [illegible] āre. frequent. Plaut. Merc. 4. 4. 46.

Nec pol ego patiar sic me nuptam tam male,
Measque in ædes sic scorta obductarier. [i. e. In contemptum

mei adduci.
OBDULCESCO, [illegible] ĕre Idem fere quod Dulcesco simplex, hoc est dulcis fio. Gloss. Lat. Gr. Obdulcesco, [illegible]
OBDULCO, āre. Dulce facere. Cæl. Aur. Chron. 4. 1. 32. Obdulcare sale & oleo. I. e. Condire. Ambros. Hexaem. 5. 12. de Melle, Fauces obdulcat & curat vulnera.
OBDULCATUS, a, um. Partic. Vulg. Interp. Judith. 5. 15. Fontes amari obdulcati.
OBDURO, [illegible] āre. Facere durum. Sæpius translate, ut
Perfer atque obdura. Hor. 2. Serm 5. 39.
Obstinatus obdura. Catull. ad Seipsum, 8. 11.
Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim. Ovid. 3. Amor. 11. 7.
OBDURATUS, a, um Partic. Capitolin. in Pertin cap. 9. Alimentaria etiam compendia, quæ &c. obdurata verecundia sustulit. August. 3 p. 224.
OBDURATIO, ōnis. f. frequens apud Augustin. 1. 2. & 4. sic Fulgent. Epist. ad Venant. Cordis obduratio.
OBDUREFĂCIO, ĕre. Lapis significat Obdurefacit & lapidem facere, ait Non. 1. 87.
OBDURASCO, ui, [illegible] ĕre. Durius fieri. Cic. 12. Att. 3. Quare obduretur hoc triduum, ut te quoque ponam in eodem [illegible]. [Immo est Imperf. Subj. Pass. ab Obduro, āre. Impersonaliter positum.
OBDURESCO, [illegible] ĕre Idem Varro 3. de R. R. cap. 14. Earum semen minutum, ac testa molli, diuturnitate obdurescit.
Obdurescere etiam de Homine dictum. Cic. 5. Fam. 15. Alii occiderunt, alii nescio quo pacto obduruerunt.
Obdurescere & Percallere. Cic. pro Milon. 77. Sed nescio quomodo jam usu obduruerat, & percalluerat civitatis incredibilis patientia.
Consuetudine obdurescere. Cic. 2. Philipp. 108.
Obdurescere ad. Cic. 13. Att. 2. Sed jam ad ista obduruimus, & humanitatem omnem exuimus.
Obduruit animus ad dolorem novum. Cic 2. Fam. 15.
Obdurescere contra. Cic. 3. Tusc. 67. Obduruisseque sese contra fortunam arbitrentur.
Obdurescere in patientia. Cic. 7. Verr. 34. Jam vero, quum in ejusmodi patientia turpitudinis, aliena, non sua, satietate obduruisset.

O B E

OBĒDIO, īvi, ītum, [illegible] īre. Parere, obsecundare. Festus, Obedio, obaudio. q. V. suo loco. Cic. de Claris Orat. 242.

Quantum in hac urbe polleat, multorum obedire tempori, multorumque vel honori, vel periculo servire.
Parere & obedire. Cic. 5 Tusc. 36 Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens: hic & nascentibus & cadentibus, cum reliquis commodis, tum maxime liberis, parebit & obediet præcepto illi veteri.
Obedire & parere voluntati dei. Cic. 1. de Nat. Deor. 19.
Obtemperare & obedire. Cic. 3. de Legib. 5. Nec vero solum ut obtemperent obediantque magistratibus, sed etiam ut eos colant, diligantque præscribimus.
Obedire ad. Cic. pro Cæcin. 52. Si servulis hoc nostris concesserimus, ut ad verba nobis obediant, non ad id quod ex verbis intelligi possit, obtemperent.
In modum servorum alicui obedire. Tacit. 1. Ann. 17.
Obedit rex illis maxime I. e. Horum consilio maxime utitur. Nep. 14. 5. 4.
Obedibo, antiqui dixerunt. Afranius apud Non. 10. 24. Meo ut obsequar amori, obedibo tibi.
Obeditum est, Imperf Passiv. Liv. 4. 26. Enixe obeditum dictatori est.
OBEDIENS, entis. Partic. [illegible] Cic. 2. de Nat. Deor. 77. Nulli igitur est naturæ obediens, aut subjectus deus.
Obediens dicto. Plaut. Bacch. 3. 3. 15.
Naturæ obediens homo homini nocere non potest. Cic. 3. Offic. 25.
Animus mansuete obediens erat imperio meliori. Liv. 3. 29.
Appetitiones obedientes efficere rationi. Cic. 2. Off. 18.
Obedientior, Compar. Liv. 25. 39. Et ut imperiis vivorum nemo obedientior me uno fuerit, &c. Idem 8. 8. Fecit atrocitas pœnæ obedientiorem duci militem.
Superl. Idem 7. 31. Imperiis obedientissimus miles.
Translate de Arbore, Plin. lib. 16. cap. 43. Obedientissime quocunque in opere fraxinus. Sic
OBEDITURUS, a, um. Partic. Plin. 17. 19. Ramus oleæ quam maxime sequax atque obediturus.
OBEDIENTER, Adv. [illegible] Liv. 8. 12. extr. Sub imperio Populi Rom. se obedienter ac fideliter futuros.
Obedienter curatum est. Liv. 25. Idem 21. 34. Obedienter imperata facere. Idem 3. 39.
Compar. Idem 38 34. Nihil obedientius fecerunt.
Superl. August. Civ. Dei, 22. 8. Obedientissime paruit.
OBEDIENTIA, æ. f. [illegible]
Abjicere ac relinquere obedientiam. Cic. 1. Off. 102. Relinquunt enim & abjiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subjecti lege naturæ. V. ABJICIO.
Fracti animi & abjecti &c. obedientia. Cic. in Parad. 5. Si servitus sit (sicut est) obedientia fracti animi & abjecti, & arbitrio carentis suo, quis neget omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos esse servos?
Obedientia imperiorum. Plin. lib. 8. cap. 1.
OBEDITIO, ōnis f. [illegible] Ambros. Epist. 19. & Vet. Interp. Rom. 5. 19.
OBĔDO, ēdi, ēsum, [illegible] ĕre. Consumere, quasi circum edere. Hinc
OBĒSUS, a, um. Adj. [illegible] Gracile & exile, inquit Nonius 4. 345. q. d. Circumrosus, macilentusque. Nævius,

Corpore, pectoreque undique obeso,
Ac merito exeso, tardi ingenio senis. Emendatius legitur
Ac mente exensa, tardigemulo senio oppressum. Al. Tardigenulo.

De eodem loco, Obesum, inquit Gell. 19. 7. hic notavimus proprie magis, quam usitate dictum, pro Exili atque Gracilento. Vulgus enim ἀκύρως, vel κατ' ἀντίφρασιν, Obesum, pro Pingui atque Uberi dicit. V. plura ibid.
Obesus, [illegible] inquit Festus, Pinguis: quasi ad edendum factus. Nonius l. c. Obesum pro uberi & crasso sæpius ponitur. Virg. 3. Georg. 80.

Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga. Plin. lib. 11.

cap. 37. Iidem minus solertes, quibus obesissimus venter.
Aures obesæ, I. e. Parum sagaces. Calpurn. Ecl. 4. 52.
Canis obesus lacte. Claud. 1. in Eutrop. 13e.
Corpus obesum levant onere. Plin. lib. 24. cap 8.
Fauces obesæ. i. e Clausæ. Virg. 3. Georg. 497. Servius.
Illuvies obesa Columel. lib 7. cap. 10.
Naris non obesæ juvenis. Hor. Epod. 12. 3. i. e. Sagax.
Turdus obesus. Hor. 1. Epist 15. 40.
OBĒSO, [illegible] āre. Impinguare. Columel. lib 8. cap. 7. Nonnulli tribus aquæ partibus unam boni vini miscent, madefactoque triticeo pane obesant avem. De gallinis. Legitur & Obescant. V. Beroald.
OBESĬTAS, ātis. f. [illegible] Ipse obesorum status & temperatura, Plin. 8 32. In magna obesitate Columel. 6. 24. Ne eas steriles reddat nimia corporis obesitas. De vaccis. Suet. Claud. cap. 41. Obesitate cujusdam defractis subselliis.
OBĔLIÆ, pl. m. [illegible] Panes erant Dionysio offerri soliti, sic dicti, vel quia veruculis quibusdam constiparentur, quos obeliscos vocant, vel assarentur, aut quia venderentur obolo. V. Cæl Rhodig. lib. 9. cap. 16. & Lud. Non. de Re cibar. 1. 8. vel Buleng. de Conviv. 4. 18.
OBĔLUS, i. m [illegible] Latine dicitur Veru, sive verucula. A cujus similitudine virgula quædam expunctioni frequens veru dicitur: jacet autem sic —. Hac virgula usi sunt ecclesiastici interpretes, quum significarent aliquid additum in vulgari translatione, quod in prototypis non haberetur. V. Isidor. 1. 20 Auson. præf. Lud. 7. Sap.

Pone obelos igitur spuriorum stigmata vatum. V. quos laudat

Burm. ad Quintil. 1. 4.
OBĔLISCUS, i. m. [illegible] dimin. nomine magis, quam re: quum res magnæ obelisci dicantur. Est autem Lapis, figura metæ cujusdam, sensim a proceritate in excelsum consurgens, paulum gracilescens, specie quadrata, in verticem productus angustum, manu lævigatus artificis, qui multi Romæ fuisse referuntur: & sunt pyramidibus longe minores, Solis numini sacrati. Plin. lib. 36 cap. 8. Trabes ex pyrrhopœcilo fecere reges quodam certamine, obeliscos vocantes, Solis numini sacratos. Idem lib. 16. cap 40. Obeliscum in Vaticano circo statutum conf. Tacit. 2. Ann. 60. 3. & Ammian Marcel. 17. 7. De variis Romæ obeliscis, V. Lex. Pitisc.
Obeliscus item Criticum quoddam signum minutius, sicut Asteriscus. August. Epist. 20. ad Hieron. cap. 2.
OBELIS. OBELYCHNIUM, i. n [illegible] Instrumentum fabrile ex Veru & Lucerna compositum Aristot lib. 4. cap. 6. de Partib animal. tractans de linguis insectorum, quæ pluribus funguntur officiis; Ubi enim, inquit,

Inquit, licet duobus uti ad duo opera, nec aliud impedit, nihil tale natura facere solet, quale per inopiam ars excusoria obeliscolychnium ex veru lucernaque componit. Attamen si id fieri non potest, eodem ad plura opera abutitur. Hoc verbum restituit apud Quintil. 8. 6. Turnebus, quo loco legitur, In Græcis obelisco coludumo, pro eo, Obeliscolychnio emendans. V. & Erasm. proverb.

OBEO, ivi vel ii, itum, [ἐφοδεύω] ire. Adire significat. Nam Ob pro Ad quandoque ponitur. Significat & Exsequi sive peragere: ut ex subjectis exemplis clarum fiet.

Obeunt tres noctes. Plaut. Truc. 1. 1. 11. i. e. Prætereunt. Sed edit. Gronov. habet, Ob eam tres noctes utor.

Obire, [ἀφαίνω] Peragere. Cic. 8. Att. 12. Nec vero hæc extrema quisquam potest jure reprehendere, quod mare non transierim: id enim, etsi erat deliberationis, tamen obire non potui. [Id, scilicet Munus, vel Negotium.

Obire, [τελευτᾶν] Mori. Plaut. Epid. 3. 4. 76.

Malo cruciatu ut pereas, atque obeas cito. Gronov. Abeas.

Plin. lib. 11. cap. 37. Obire morbo. Subauditur Diem, vel Mortem.

Decurso lumine vitæ obiit. Lucret. lib. 3. 1055.

Diem suum obire, Mori. Cic. 4. Fam. 12. Paulo ante lucem Marcellum diem suum obiisse. Sic

Diem obire supremum. Plin. lib. 14. cap. 4.

Diem obire. Suet. Vesp. cap. 1. conf. Nepos 10. 10. 4. & 1. 7. 6.

Letum obire. Lucret. lib. 5. 1419.

Mortem obire, Mori. Festus, Mortem obiisse ea consuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui Ob Romam legiones ductas, & Ob Trojam duxit exercitum: pro ad. Ter. Phorm. 5. 9. 30. Ea mortem obiit, e medio abiit. Cic. pro Milon. 66. Primum illud vulnus acceperit, quo tæterrimam mortem obiret.

Morte repentina obire. Sueton. Aug. 4. pr. [Emendati libri habent Mortem repentinam. Occurrit tamen alibi, &, nisi fallor, apud ipsum Suet.

Sidera obire dicuntur, quum Occidunt. Plin. lib. 2. cap. 26. conf. Stat. 2. Silv. 1. 210. Cic. in Arato 474.

Crus, dextrumque pedem, linquens obit infera Perseus In loca.

Annum petitionis obire. Cic. 10. Fam. 25. Multi clarissimi viri, quum Reip. darent operam, annum petitionis suæ non obierunt. i. e. Non petierunt eo anno, quo per leges licebat.

Bella & res alias obire. Liv. 4. 7. Quia duo Consules obire tot simul bella nequirent. i. e. Onus tot bellorum suscipere, & eis sufficere. Vel, Eodem tempore adire tot bella, tot bellis interesse. Idem, Ne ad omnia simul adire & obire unus non possit.

Comitia. Cic. 1. Att. 4. Venias ad id tempus, quod scribis, obieris Q. fratris comitia. i. e. Adieris, atque illis adfueris.

Diem aliquem obire. Cic. de Amicit. 7. Qui diligentissime semper illum diem & illud munus solitus esses obire. i. e. Adire, & adesse eo die. Et Plin. 8. Epist. 8. Suet. Jul. cap. 9. Tanusius adjicit, Crassum, pœnitentia vel metu, diem cædi destinatum non obiisse.

Diem auctionis obire. Cic. 13. Att. 14.

Hæreditatem obire. V. HÆREDITAS. [Nisi Adire scribendum.

In silentium obire. Senec. Epist. 21. [Immo Abire.

Judicia privata magnarum rerum obire. Cic. 1. de Orat. 173.

Legationes obire Cic. de Lege Agr. 7. 8.

Locum & tempus rei. Cic. pro Milon. 27. Quam, nisi obire facinoris locum tempusque voluisset, nunquam reliquisset.

Munus omne Consulis obire, Fungi officio Consulis. Plin. in Paneg. cap. 59. Liv. 2. 8. Non sufficientibus jam viribus ad Consularia munera obeunda. Et lib. 3. 6. Munus vigiliarum Senatores, qui per ætatem ac valetudinem poterant, per se ipsi obibant.

Munus obire. Liv. Haud gravate munus obibant. conf. Diem supra.

Munia regis. Liv. lib. 1. 41.

Negotium. Cic. pro Lege Manil. 51.

Officia obire. Plin. 3. Epist. 1. Nam ille quoque, quoad honestum fuit, obiit officia, gessit magistratus, provincias rexit.

Officia liberaliter & dextere obire. Liv. 1. 34.

Opus rusticum. Columel. lib. 12. cap. 3.

Pericula ac labores. Liv. 1. 54.

Prælia obire, Præliari. Lucret. lib. 4. 964.

Rem privatam obire & publicam. Cic. pro Lege Manil. 53. Quum ita clausa erant nobis omnia maria, ut neque privatam rem maritimam, neque publicam jam obire possemus.

Res suas. Cic. pro Arch. 13.

Sacra. Liv. 1. 20. Quanquam ipse plurima sacra obibat. i. e. Plurimus sacris interesse solebat.

Vadimonium obire, est Ad diem se sistere. Unde Obitum vadimonium. Cic. pro Quint. 53. Vadimonium mihi non obiit quidam socius & affinis meus. Et paulo ante, Qua tibi vadimonium non sit obitum, eadem te hora, &c. Budæus. Interdum additur præpositio Ad. Plin. 8. Epist. 12. ad Minutianum, An si litibus tererer, obstrictum esse me crederem obeunti ad mea vadimonia?

Vigilias obire. Plin. lib. 14. cap. 22.

Obire, Circuire, ut

Cœnas obire. Cic. 9. Att. 1. Quas enim eos cœnas & facere & obire scripsit ad me Sextus, quam lautas, quam tempestivas.

Colonias. Cic. 16. Att. 8. Cogitat reliquas colonias obire.

Competitores plures obeunt. Q. Cic. de Petit. Consul. 27. Homines sæpe, quum obeunt plures competitores, & vident unum esse aliquem qui hæc officia maxime animadvertat, ei se dedunt, deserunt ceteros, minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores evadunt.

Domos amicorum. Cic. pro Cœl. 18.

Legatus obiit Ægyptum: pro Legatione functus est in Ægytum. Cic. Somn. Scip. 3. [Immo pro Circuit, Peragravit, dictum.

Oculis obire, Circumspicere, Lustrare. Plin. 3. Epist. 7. extr. Nam ferunt Xerxem, quum immensum exercitum oculis obisset, illacrimasse.

Oratione sua omnem rem aliquam. Cic. 4. Verr. 125. Nolite exspectare, dum omnes obeam oratione mea civitates, hoc uno complector crimine omnia.

Provinciam. Cic. 7. Verr. 71. Nam æstate summa, quo tempore ceteri Prætores obire provinciam, & concursare consueverunt. Ibid. 79. Quum vero æstas summa esse jam cœperat, quod tempus omnes Siciliæ semper Prætores in itineribus consumere consueverunt: propterea quod tum putant obeundam esse maxime provinciam, quum in areis frumenta sunt. conf. Paterc. 2. 74. 1. & Agere conventus f. 1.

Regiones pedibus. Cic. 5. de Fin. 87.

Visu crebro obiit omnia. Sil. lib. 3. 160. conf. Oculis.

Terras Obire, Circuire. Virg. 6. Æn. 58. Cic. 2. Verr. 6. Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii.

Multum telluris obivit. Virg. 6. Æn. 802.

Urbes obire. Curtius lib. 4. 5. 13.

Obire, Ambire, Circumdare. Virg. 8. Æn. 553.

Ducunt exsortem Æneæ, quem fulva leonis
Pellis obit totum. De equo.

Obiri, passiv. Plin. lib. 13. cap. 4. Palmam brevem ramis obiri umbra foliorum putant. Sed in MSS. & edit. emendat. exstat, Brevique ramorum orbe foliosum.

Campus obitur aqua. Ovid. 1. Fast. 464.

OBIENS, euntis. Partic. [δύνων] Contrar. Orienti. Cic. in Somn. Scip. 16. Quis in reliquis orientis, aut obeuntis solis ultimis, aut Aquilonis Austrive partibus tuum nomen audiet? Virg. 6. Æn. 58.

— magnas obeuntia terras
Tot maria, &c. Plin. 8. Epist. 12. Obstrictus obeunti ad vadimonia. V. Vadimonium obire in ipso verbo.

OBEUNDUS, a, um. aliud Partic. [μετιτέος] Hor. 1. Serm. 6. 120.

Deinde eo dormitum, non sollicitus, mihi quod cras
Surgendum sit mane, obeundus Marsya, qui se
Vultum ferre negat Noviorum posse minoris.

Bella plane accinctis obeunda. Tacit. 3. Ann. 34.

OBITUS, a, um. Partic. Pass. [μετελθών] Cic. pro Sext. 83. Nec vero illorum quisquam, quos a majoribus nostris, morte obita, positos in illo loco, atque in Rostris collocatos videtis, &c. Lucret. lib. 4. 735.

Quorum, morte obita, tellus amplectitur ossa. Idem 1. 135.

& Virg. 10. Æn. 641. & Gell. 15. 20.

OBII, orum. m. pl. Mortui. Apul. de Mundo sub finem, p. 74. Elmenh. Diis sacrificatur, Geniis ministratur, obiis libatio profunditur. [Vulgo Obitis. Sed ita MSS. Stew. habet p. 186. Alius libatione profunditur. An Alius libatione perfungitur? vel potius Hostiis libatione profunditur?

OBITUS, ûs. m. [τελευτή] Mors, interitus. Sulpic. Cic. 4. Fam. 5. Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ, sane quam, pro eo ac debui, graviter molesteque tuli.

Difficiles obitus. Virg. 4. Æn. 694.

Mitis obitus. Tacit. 3. Ann. 19.

Ante obitum nemo dici debet beatus. Ovid. 3. Met. 137.

Interitus atque obitus omnium rerum conficit natura. Cic. 2. de Divin. 37.

Dare obitus. Valer. 6. Argon. 515.

Obitum lamentari. Lucret. lib. 3. 965.

Obitus, [δύσις] Occasus. Cic. 1. de Orat. 69. In astrologia cæli conversio, ortus, obitus, motusque siderum.

Obitus & occasus. Cic. in Pison. 34.

Stellarum ortus atque obitus. Catul. de Coma Beren. pr.

Quandoquidem longos obitus exorta revisunt. Lucret. lib. 4. 394.

Obitus, [παρουσία] Adventus. Non. 4. 331. Turpil. Ecquis est, qui interrumpit sermonem meum obitu suo?

Obitus, pro Aditu, [πρόσοδος] Ter. Hec. 5. 4. 19.

Ut voluptati obitus, sermo, adventus tuus, quocunque adveneris,
Semper siet. Ubi Donatus; Obitus, Occursus. Ob enim significat Contra. Ergo Obitus, Aditus. Inter Obitum & Adventum hoc interest, quod Obitus est, quem casus affert: Adventus, quem voluntas & destinatus locus. Festus, Antiqui Obitu dicebant, pro Aditu.

OBEQUITO, [περιιππάζω] are. Circumequitare. Liv. 2. 45. Primo obequitando castris, provocandoque. Sic 9. 36. Et luce orta postero die obequitavit stationibus hostium. Idem 23. 46. Cum obequitasset hostium turmis.

Obequitare, cum accusativo. Curt. lib. 3. 10. 4. Alexander ante prima signa ibat, &c. Quumque agmen obequitaret, varia oratione, ut cujusque animo aptum erat, milites alloquebatur.

OBERRO, [περινοστέω, περιέρχομαι] are. Circumerrare. Plin. lib. 17. cap. 19. In summa tellure oberrant. Idem lib. 29. cap. 4. Hæc autem quæ in domibus nostris oberrat, &c. De mustela.

Oberrare, per translationem, pro Circumvolare, posuit Pers. 4. Sat. 26. quum dixit,

Dives arat Curibus, quantum non milvus oberret.

Oberrare, pro Errare, peccare. Hor. de Arte Poet. 356.

— & citharœdus
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem. [Sed non dubito, quin Horatius Aberrat reliquerit. Id quod ex his quæ præcedunt liquet. Nam Chorda eadem oberrare, est Semper eandem chordam tangere, contra mentem poetæ, qui de sæpius & obstinate peccantibus loquitur.

OBERRANS, antis. Partic. Cochleæ passim oberrantes. Plin. 30. 14.

OBERRATUS, a, um. Partic. Apul. Met. 9. p. 219. Elmenh. Nec paucis casulis atque castellis oberratis, divertimus ad quendam pagum.

OBESCO, [δελεάζω] are. ab Esca compositum, Escam in os ingerere. Columel. lib. 8. cap. 7. Nonnulli tribus aquæ partibus unam boni vini miscent, madefactoque triticeo pane obescant avem, quæ prima luna (quoniam id quoque custodiendum est) saginari cœpta, vicesima pergliscit. Legitur & Obesant.

OBESO, OBESUS, V. OBEDO.

OBEX, icis. c. [ἐμφραγμα] ab Objicio; significat Cujuscunque rei objectionem sive obstaculum. Festus, Obices, pessuli, seræ. Plaut. Merc. prol 72.

Tibi denique iste lætitiam pariet obex. In emendatis est Lætitiam labos. Plin. in Paneg. cap. 47. Nullæ obices, nulli contumeliarum gradus: superatisque jam mille liminibus, ultra semper aliqua dura & obstantia. Virg. 10. Æn. 377.

Ecce maris magna claudit nos objice pontus. Ubi Servius, Modo usus habet ut hic Obex dicamus: unde quidam Magno obice legunt. Antiqui etiam hæc Obex dicebant: secundum quod est Magna obice. Hinc est quod nonnulli vitant generis dubietatem, & legunt Magni, scilicet maris. Caper tamen in libris dubii generis probat dici & hæc Obex: quod, ut dixi, hodie de usu recessit. V. Gell. 4. 17. Objices, per duplex jj scribitur apud poetas, ut producatur o b.

Aperti objices. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 171.
Objices rupti. Virg. 2. Georg. 480.
Mollri obices. V. MOLIOR.
Firmo objice portas claudere. Ovid. 14. Met. 780.
Abrupto objice solvit montes. Senec. Herc. fur. 4. conf. Virg. 2. Georg. 480.

O B E

OBFIRMO, [ἐπιστηρίζω] āre. Firmum, Durumve reddere, facere, ut, Corium obfirmare cineris insperfu. Apul. 7. Met.
Obfirmare item, Firmum propositum in animo habere, & quasi obstinati aliquid in animo tenere. Ter. Eun. 2. 1. 11. Censen' posse me obfirmare, & perpeti ne redeam interea?
Obfirmare animum, Firmum & invictum atque obstinatum animum habere. Plaut. Amph. 2. 2. 15. Feram & perferam usque ejus abitum, animo forti atque obfirmato. Idem Merc. prol. 81. Ut ot animum obfirmo meum. Ter. Heaut. 5. 5. 8. Ne tam obfirma te, Chremes.
Obfirmare viam. Ter. Hec. 3. 5. 4.
Certum obfirmare est viam me, quam decrevi, persequi. Ubi Donatus, Adversus omnia obstinate agere. [Ordo est, Certum est obfirmare me; viam, quam decrevi, persequi. pro Viamque &c. & est ἀσυνδέτως cum συγχύσει. Non ergo Obfirmare viam. An Obfirmate e. v. mi?
OBFIRMĀTUS, a, um. Partic. [ἐστηριγμένος] Cic. 1. Att. 9. Incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior, & in iracundia obfirmatior. Vetus codex habet Affirmatior.
Animo forti & obfirmato aliquid ferre & perferre. Plaut. Amph. 2. 2. 15.
OBFIRMĀTE, Adv. [ἐπιστηριγμένως] Pertinaciter. Suet. Tiber. cap. 25. Ad capessendam rem peturgebant, quanquam obfirmate resistentem.

O B G

OBGANNIO, īvi, ītum, [ἐπιγογγύζω] īre. In aurem secreto loqui, & veluti immormurare. Apul. lib. 2. pr. Incertum quid nam in aurem mulieris obgannilt. Ter. Phorm. 5. 9. 41.
Habet hæc, ei quod, dum vivat, usque ad aurem obgannlat. conf. Plaut Asin. 2. 4. 16.
OBGANNĪTUS, a, um. Partic. Apul. 2. Met. p. 119. Elmenh. Talibus obgannitis sermonibus inter nos.

O B H

OBHÆREO, hæsi, [προσέχομαι] ēre. Idem quod Adhærere. Sueton. Neron. cap. 19. Consurgenti ei primum lacinia obhæsit. Idem Tiber. 2. Lactant. de Opific. Dei, cap. 11. Ne qui forte obhæreant ac resistant.
Equus obhæret in flumine. Lucret. lib. 4. 422.
OBHÆRESCO, ēre. Apul. lib. 6. Met. p. 178. Elmenh. Lanosum aurum stirpibus connexum obhærescit.
OBHERBESCO, ēre. Herbis obducor; ex Ob & Herbesco. Herbescere vero, est Herbam fieri. q. V. f. l. Festus, Obherbescere, herbam increscere.
OBHORRESO, ēre. Plin. lib. 37. cap. 8. Vilioris est turbæ prasius, cujus alterum geous sanguineis puoctis obhorret.

O B J

OBJĂCEO, jacui, jactum, [ἀντίκειμαι] ēre. Circum aut contra, sive ob viam jacere. Festus; Objacuisse, Ante jacuisse. Columel. lib. 2. cap. 4. Sed vastos cæspites convellit, quibus objacentibus impeditum arvum minus recte potest iterari. Stat. 4. Theb. 61.
— vatum qua conscius amnis.
Gorgoneo percussus equo, quaque objacet alto Isthmos.
OBJĬCIO, jēci, jectum, [ἀντίθημι, προβάλλω, προτείνω, ὑπείρω] ēre. Aote jacere, anteponere, porrigere, offerre, opponere. Plaut. Curc. 1. 2. pr.
Flos veteris vini meis naribus objectus est.
Argentum lenæ objicere. Plaut. Asin. 4. 2. 5. Ter Phorm. 5. 2. 4.
— nonne id sat erat,
Accipere ab eo Injuriam? etiam argentum est ultro objectum ei. [Scribendum, Non id &c. remoto interrogationis signo. i. e. Parum id erat.
Aliquem machæræ objicere. Plaut. Curc. 4. 4. 11.
— reddin', an non virginem
Prius, quam te huic meæ machæræ objicio, mastigia?
Cibum objicere canibus. Plin. lib. 8. cap. 40.
Cani offam. Virg. 6. Æn. 421.
Caput objeci ruenti telo. Sil. lib. 16. 652.
Clypeos ac tela sinistris protecti objiciunt. Virg. 2. Æn. 443.
Corpus objicere feris. Cic. pro Rosc. Amer. 71.
Equitem Ro. objectum feris. Sueton. in Cal. 27. cap. præcedit, Subjiciebat. H. St. V. utroque cap. extr. Suspicor tamen, etiam priore loco Objiciebat legendum. Id enim ad eam rem significandam proprium verbum. Eleganter Seneca de Alexandro, Ex duobus amicis alterum feræ objecit, alterum sibi.
Fores objicere portæ. Liv. 28. 6.
Objici ad omnes casus. Cic. 6. Fam. 5. Sed etiam, quod ad omnes casus subitorum periculorum magis objecti sumus, quam si abessemus.
Objicere se io impetus profligatorum hominum quotidianos. Cic. pro Arch. 14.
Objicere caput suum ferro pro. Cic. pro Domo 145. Objeci meum caput, pro vestris cærimoniis atque templis, perditissimorum civium furori atque ferro.
Objicere se telis hostium. Cic. 1. Tusc. 89.
Concionibus seditiosorum, insidiis conjuratorum, & telis aliorum objici, & ad omne periculum atque omnem invidiam opponi. Cic. pro Muren. 87.
Potestati aliquorum aliquid. Cic. de Arusp. Resp. 25.
Funera acerba. Plaut Amph. 1. 1. 35.
Quod multa Thebano populo acerba objecit funera. i. e. Multos occidit Thebanos.
Fororem objicere alicui dicitur res aliqua. Cic. pro Rosc. Amer. 39. Quæ res igitur tantum istum furorem Sex. Roscio objecit?
Laborem alicui. Ter. Hec. 3. 1. 6.
Lætitiam alicui. Ter. Heaut. 1. 2. 12.
Lucrum alicui. Plaut. Corc. 4. 2. 45.
Malum. Plaut. Cas. 3. 5. 34. Quid illi objectum est mali tam repente? conf. Amph. 2. 1. 58. in Partic. OBJECTUS.
Mentem alicui objicere, pro In mentem iodocere. Liv. 5. 15.
Metum animo alicujus. Cic. 2. Tusc. 10.
Moram objicere, Retardare. Plaut. Pœn. 1. 3. 37.
Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem. Hor. 1. Epist. 16. 62.
Nubem objecit oculis. Ovid. 12. Met. 32.
Religionem. Plaut. Merc. 5. 2. 40.
Salutem suam pro aliquo. Cic. pro Planc. 79. Abjicere Græv. q. V.
Sollicitudinem. Plaut. Mil. 3. 1. 29.
Spem. Liv. 6. 14.
Splendorem falsi honoris. Cic. ad Brut. 18. Multi ad depravandum parati, qui splendore falsi honoris objecto, aciem boni ingenii præstringi posse confidunt.
Tempus omne iis fluctibus objecimus, qui per nos a communi peste depulsi, in nosmet ipsos redundarunt. Cic. 1. de Orat. 3.
Terrorem hosti. Liv. 27. 1.
Objicere, In memoriam revocare. Fere de probris. Plaut. Mil. 3. 1. 25.
Me tibi, istuc ætatis homini, facinora puerilia
Objicere, neque te decora, neque tuis virtutibus.
Objicere aliquid alteri, Exprobrare. Cic. 6. Verr. 37. Noo tibi objicio, quod hominem dignissimum tuis moribus, &c. spoliasti, ac depeculatus es.
Objicere alicui de. Cic. 11. Fam. 3. Te miramur, quum hæc reticueris, non potuisse continere iracundiam tuam, quio nobis de morte Cæsaris objiceres.
De uno alteri. Cic. pro Planc. 75. De Crispio mihi tune objicies, quem ego de me bene meritum, qoia te teste cognoveram, te eodem auctore defendi?
Objicere aliquid crimini. Plin. lib. 34. cap. 3.
Objicere in loco criminis. Idem. Cic. pro Cluent. 62. Doce in illorum judiciis, quid, præter hoc venenum Oppianici, non modo in criminis, sed in maledicti loco sit objectum?
Objicere ut probrum. Cic. 1. Tusc. 3. Honorem tamen hoic generi non fuisse declarat oratio Catonis, in qua objecit, ut probrum, M. Nobiliori, quod is in provinciam poetas duxisset.
Digna pudore objicere alicui. Ovid. 13. Met. 308.
Eloquentiam ut vitium alicui. Cic. in Sallust. 8.
Factum quod objicitur, negare. Cic. in Partit. 101.
Furta, largitiones, libidines objicere alicui. Cic. pro Domo 93.
Ignobilitatem alicui. Cic. 3. Philip. 15.
Impietatem alicui, Reum impietatis agere. Plin. Paneg. cap. 33.
Libido mihi objicitur abs te. Propert. lib. 3. 19. 1.
Maledictum alicui. Cic. pro Muren. 13.
Prævaricationem. Plin. lib. 7. Epist. ult.
Objexim, pro Objecerim. Plaut. Cas. 2. 6. 52. Ne objexis manum.
OBJICIENDUS, a, um. Partic. [προβλητέος] Virg. 3. Ecl. 7.
Parcius ista viris tamen objicienda memento.
OBJECTUS, a, um. aliud Partic. [προβεβλημένος] Cic. 1. Tusc. 111. Cunctari illum diutius in vita, fortunæ objectum, inutile putabat ipsi.
Clathri objecti caveæ, i. e. Oppositi. Hor. de Arte Poet. 473.
Offa objecta. Virg. 6. Æn. 422.
Spe objecta, i. e. Injecta. Tacit. 4. Ann. 60. 4.
Tela objecta. Cic. de Arusp. Resp. 49.
Objectæ vallo munitiones. Liv. 3. 26.
Oppositum & objectum hostibus propugnaculum. Cic. pro Font. 3.
Flumina objecta retardant equos. Virg. 3. Georg. 253.
Scopuli retardant objecta flumina. Virg. 3. Georg. 253.
Visum objectum est a deo dormienti. Cic. 4. Acad. 49.
Ad omoes casus subitorum periculorum objecti sumus. Cic. 6. Fam. 4.
Error in aliqua re objectus. Cic. pro Cæcin. 5.
Objectum malum mala manu. Plaut. Amph. 2. 1. 58.
Hoic homini oescio quid est mali mala objectum manu. i. e. Nescio quis veneficus ejus mentem excantavit. Nam in veneficiis non tantum est carmini locus, sed etiam manui, id est, iis quæ fiunt manus opera: ut quum adhibentur herbæ, medicamenta, mala venena, etiam quædam interdum vincula. Virg. 7. Æn. 754.
Spargere qui somnos cantuque manuque solebat. Ex Turnebo.
Objecta species voluptatis. Cic. 1. de Fin. 47. Plerique autem, quod tenere atque servare id, qood statuerunt, non possunt, victi & debilitati objecta specie voluptatis, tradunt se libidinibus constringendos.
Utilitas objecta. Cic. 5. de Fin. 50. Quod oulla utilitate objecta delectentur animi, atque ipsa scientia, etiamsi incommoda datura sit, gaudeant.
Signo objecto aliquem monere, quid eventurum sit, nisi caveat. Cic. 1. de Divin. 30.
Objectus, Exprobratus, Crimioi datus. Cic. 9. Fam. 26. Sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, quum esset ei objectum, habere eum Laida: Habeo, inquit, non habeor a Laide.
De objectis non confiteri. Cic. pro Domo 93.
Diluere objecta. Quintil. lib. 4. cap. 2. Idem 7. 3.
OBJECTIO, ōnis. f. Arnob. 6. Saxorum objectione tutari. Ambros. Epist. 84. Omnem illam objectionem repellamus. conf. Tertull. ad Ux. 2. 5. & Mart. Capell. 5. &c. Desiderabatur in ed. Lugd. adscripserat-que, sed sine auctore, Henr. Stephanus. V. Voss. de Vit. serm. 1. 34.
OBJECTUS, ûs. m. [πρόβλησις] Columel. lib. 3. cap. 19. Qui uterque non incommode arcetur objectu vestis. Virg. 1. Æn. 164.
— Insula portum
Efficit objectu laterum. Nepos 23. 5. 2. Quo repentino objectu viso, tantum terrorem injecit, &c.
Montis objectu. Tacit. 4. Ann. 67. 3.
Paludis objecto. Idem 3. Hist. 9. 2.
Molis. Idem 5. Hist. 14. 3.
Mollium. Idem 14. Ann. 8. 1.
OBJECTUM, i. n. apud Philosophos joniores tantum.
OBJECTO, [προβάλλομαι] āre. frequent. Plaut. Most. 3. 2. 123.
— ah, cave tu illi objectes nunc in ægritudine
Te has emisse. i. e. Ne illi protinus dixeris.

Corpora

Corpora bello objectant, i. e. Exponunt. Virg. 4. Georg. 218.
Caput objectare periclis. Virg. 2. Æn. 751.
Dolo simul & casibus aliquem objectare. Tacit. 2. Ann. 5. 1.
Animam pro aliquo. Virg. 12. Æn. 230.
Vitam procellis. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 365.
Objectare, [ὀνειδίζειν] Exprobrare. Cic. in Sallust. 3. Qui falsum crimen bonis objectat.
Probrum objectare alicui, & illius laudem illustrare, contraria. Cic. pro Domo, 76.

OBJECTĀTUS, a, um. Partic. Apul. Florid. Objectatus Apollini.

OBJECTATIO, ōnis. f. [ὀνειδισμός] Exprobratio. Cæs. 3. Bell. Civil. 60. Idque ita esse, cum ex aliorum objectationibus, tum etiam ex domestico judicio, atque animi conscientia intelligebant.

OBJECTĀTOR, ōris. m. Ascon.

OBJECTĀMEN, inis. n. [ἔγκλημα] Crimen. Gloss. Græco Lat.

OBJECTAMENTUM, i. n. Apul. Apol. pr. Objectamenta jurgio prolata.

OBJECTĀCŬLUM, i. n. pro Obice & claustro, ut ait Budæus. Varro 3. de R. R. cap. 17. In Bajano autem tanta ardebat cura, ut architecto permiserit ut suam pecuniam consumeret, dummodo perduceret specus e piscinis in mare, objectaculo quo æstus bis quotidie ab exorta luna ad proximum novam introire, ac redire rursus in mare posset, ac refrigerare piscinas.

OBIGENE, es. f. Lycaoniæ pars, contermina uno ex latere, Galatiæ, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 32.

OBINĀNIS, e. Adj. [κενός] Idem quod Inane & vacuum: nisi quod aliquid auget compositio. Varro 3. de R. R. cap. 9. In iis idem ajunt, quum ad lumen sustuleris, quod perluceat, id esse obinane. Docet quomodo cognoscas an plena sint ova, an inania seu vacua. V. Scalig.

OBIRASCOR, sci. Apol. Apol. p. 275. Elmenh. Cum etiam hi, qui sibi delicti alicujus conscii sunt, tamen, cum male audiunt, impendio commoveantur & obirascantur.

OBIRASCENS, entis. Partic. Senec. de Tranquill. anim. cap. 2. Obirascens fortunæ animus & de sæculo querens.

OBIRĀTUS, a, um. [ὀργισθείς] Partic. Idem quod Iratus. Liv. 1. 31. Aut fortunæ (ut fit) obirati, cultum reliquerant deûm.

OBĬTER, [ἐν παρόδῳ] Adv. compositum ex Ob, quod significat Circum, & Iter, Incidenter: hoc est Præter propositum, quasi in itinere occurrens, aut quasi per iter & in transitu. Plin. in prolog. Ut obiter caveam istos Homeromastigas. Idem 18. 10. Juven. 3. Sat. 241.
Aut obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus. i. e. Interim. Sen. de Ira, 3. 1. Charis. lib. 2. Divus Augustus reprehendens Tiberium Claudium ita loquitur, Scribis enim Per viam ἀντὶ τοῦ Obiter.
Præter viam, vel cursum naturalem aquæ significare videtur, apud Plin. 23. 4. Flumina ad lavandam hanc ruinam jugis montium decere obiter.
Obiter per rimam foris speculari. Petron. cap. 52. Idem cap. 31.
Interdum idem est quod Similiter. V. Pricæus ad Apul. 6. Met. & Burm. ad Quintil. Decl. 10. 16.

OBĬTUS, a, um. Partic. V. OBEO.

OBJURGO, [λοιδορεῖν, ἐπιτιμᾶν] āre. Reprehendere, verbis protelare & coarguere. Ter. And. 1. 1. 115.
Nam si illum objurges, vitæ qui auxilium tulit:
Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum?
Objurgare. Varr. de L. L. lib. 6. 5. Jurgare ab jure dictum, quum quis jure litigaret: a quo Objurgat is, qui id facit injuste.
Objurgare a peccatis. Plaut. Trin. 3. 2. 54.
Objurgare de. Cic. 2. Att. 1. Quod me quodammodo molli brachio de Pompeji familiaritate objurgas, nolim ita existimes, me mei præsidii causa cum illo conjunctum esse.
Verecundiam alicujus in rogando. Cic. 3. Q. frat. 1.
Summa cum auctoritate Senatum. Cic. 1. Att. 14.
Objurgare, pro Exprobrare. Quintil. lib. 6. cap. 4. Cicero objurgantibus, quod sexagenarius Pompiliam virginem duxisset, Cras mulier erit, inquit. Plaut. Trin. 3. 2. 54.
Objurgare, ad alia etiam translatum. Cic. 3. Q. frat. 1. Ea villa, quæ nunc est, tanquam philosophia videtur esse, quæ objurget ceterarum villarum insaniam.
Colaphis objurgare. Petron. cap. 34. V. Burm. p. 134. sq.
Ferulis objurgare aliquem. Suet. Calig. cap. 20.
Flagris objurgare. Idem Othon. cap. 2.
Solea. Pers. 5. Sat. 169. conf. seq. dict.

OBJURGĀTUS, a, um. Partic. Cic. 8. Fam. 9. pr. Curionem prorsus non mediocriter objurgatus. [Sed merito hæc doctis suspecta lectio est. Subveniri poterit, sola distinctione mutata, hoc modo: Exspectationem corripit. Curionem prorsus non mediocriter. Objurgatus hac repulsa se mutavit. τὸ Corripit, non est, ut Gronovio visum, In brevius spatium contrahit, sed Reprehendit. Objurgatus autem repulsa eleganter, ut Colaphis, Ferulis &c.

OBJURGANDUS, a, um. Partic. Cic. de Amicit. 90. Monendi amici sæpe sunt, & objurgandi.

OBJURGĀTIO, ōnis. f. [λοιδορία] Post turpe factum castigatio, auctore Festo. Cic. de Amicit. 91. Deinde ut objurgatio contumelia careat.
Objurgatione corrigi. Quintil. 1. 3.
Objurgatio & admonitio. Cic. 2. de Orat. 339. Tum objurgatio si est auctoritas, tum admonitio quasi lenior objurgatio.
Deliciarum objurgatio. Cic. pro Cæl. 27. Deliciarum objurgatio fuit longa, & ea lenior, plusque disputationis habuit quam atrocitatis.
Castigatione & objurgatione dignos. Cic. 3. Att. 10.
Habet acerbitatem objurgatio. Cic. 1 Off. 136.
Mordebit puerum objurgatio. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Susceptam objurgationem reprimere. Cic. 4. Att. 15.

OBJURGĀTOR, ōris. m. [λοιδορητής] Cic. 3. de Lege Agr. 11. Nam attendite, quantas concessiones agrorum hic noster objurgator uno verbo facere conetur. Sen. Epist. 9. Stilponis objurgator similem illi emisit vocem.
Placare objurgatores benevolos. Cic. 1. de Nat. Deor. 5. Qua quidem in causa & benevolos objurgatores placare, & invidos vituperatores confutare possumus.
Ferendus quidem objurgator non est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Cic. 5. Verr. 4.
Convincere suos objurgatores. Cic. 1. de Divin. 111.

OBJURGATŌRIUS, a, um. Adj. [λοιδορητικός] ut, Objurgatoria epistola, Quæ ad objurgationem pertinet. Cic. 13. Att. 6. Una cum illius objurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum rescripseram, misi.
Clamor objurgatorius. Ammian. 26. 32.
Cato principio nimis acri & objurgatorio usus est. Gell. 7. 3.
Sonus objurgatorius. Idem 18. 19. Ammian. 15. 17.

OBJURGĬTO, [λοιδορέομαι] āre. frequent. Plaut. Trin. 1. 2. 30. Rogitas? tene objurgitem?

OBJŪRO, [ἐξορκίζω] āre. Jurejurando obstringere, inquit Festus, ut est in Penthesilea, Formidabunt objurare.

O B L

OBLÆDO, si, sum, [λωβάω] ĕre. Idem quod Lædere. Plautus Cas. 2. 6. 52.
Præcide os tu illi hodie: age ecquid fit? OL. ne oblæsis manum.
Emendati codd. habent, Ne objexis.

OBLANGUEO, [ἀδρανέω] ēre. vel OBLANGUESCO, ĕre. Idem quod Languescere. Cic. 16. Fam. 10. Litterulæ meæ, sive nostræ, tui desiderio oblanguerunt.

OBLAQUEO, āre. Tertull. de Res. Carn. cap. 7. Argento gemmas oblaqueare, i. e. Circumdare.

OBLĀTRO, [καθυλακτέω] āre. Circum aut contra latrare. Et est canum. Oblatrare aliquem. Sil. lib. 8. 250.

OBLATRĀTOR, ōris. m. [καθυλακτής] Sidon. 1. 3. Stertentum oblatratorum aures. Idem 4. 22. Colubrini oblatratorum molares.

OBLATRĀTRIX, icis. f. [καθυλακτρίς] Plaut. Mil. 3. 1. 87.
Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.

OBLATUS, &c. V. OFFERO.

OBLECTO, [τέρπω, ψυχαγωγέω] āre. frequent. ab Oblicio, quod ex Ob & Lacio componitur, unde fit Lacto, are. Significat idem quod Delectare, recreare. Ter. Phorm. 2. 3. 86.
Si conmendabis eum illa, habebis quæ tuam
Senectutem oblectet: respice ætatem tuam.
Aliquem falso gaudio oblectare. Plaut. Pœn. 5. 4. 88. [An Oblactare?
Jucunda opinione quam diutissime aliquem oblectare. Cic. 1. Q. frat. 1. 1.
Fabula valde oblectat populum. Hor. de Arte Poet. 321.
Adolescentiam alunt, senectutem oblectant hæc studia. Cic. pro Arch. 16.
Vitam oblectare. Plaut. Asin. 1. 2. 16.
Me te oblectes. Ter. Eun. 1. 2. 115.
Me speres, me te oblectes, mecum tota sis. Cic. de Senect. 56.
Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant?
Musæ me oblectant dulci carmine. Catul. ad Mallium, 66. 8.
Rura oblectant animos. Ovid Rem. Amor. 169.
Oblectare se, Animum pascere & recreare. Ter. Hec. 1. 2. 9.
Dic mihi, Philotis, ubi te oblectasti tam diu?
Oblectare se cum. Cic. 2. Qu. frat. 15. Oblecta te cum Cicerone nostro quam bellissime.
Oblectare se in. Ter. Adelph. 1. 1. 24.
In eo me oblecto, solum id est carum mihi.
Se oblectare in hortis. Cic. 3. Off. 58.
Otium temporis oblectare, est Tempus otiosum & vacuum a rebus seriis traducere in voluptatem. Plin. lib. 4. Epist. 14. ad Paternum, Accipies cum hac epistola hendecasyllabos nostros, quibus nos in vehiculo, in balneo, inter cœnam oblectamus otium temporis; his jocamur, ludimus, amamus.
Tempus oblectare studio. Ovid. 5. Trist. 12. 1.
Oblector hac re, passivum. Cic. 2. Fam. 15. In communibus miseriis hac tamen oblectabar specula.
Ludis oblectari & doci. Cic. pro Muren. 39.

OBLECTOR, [ψυχαγωγοῦμαι] āri. deponens. Idem quod Oblecto. Cic. 2. Q. frat. 14. pr. Ego me in Cumano, & Pompejano, præterquam quod sine te, ceterum satis commode oblectabar, & eram in iisdem locis. Sed in emendatis libris est, Oblectabam.

OBLECTĀTIO, ōnis. f. [ψυχαγωγία] Cic. 4. Acad. 127. Indagatio ipsa rerum cum maximarum, tum etiam occultissimarum habet oblectationem.
Oblectatio & levamentum. Cic. 5. de Fin. 53. Nos autem non solum beatæ vitæ oblectationem videmus, sed etiam levamentum miseriarum.
Plena oblectationis requies. Cic. de Amicit. 103.
Animi oblectatio libera. Cic. 1. de Orat. 118. Itaque in iis artibus, in quibus non utilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio.
Animi oblectatio, requiesque curarum. Cic. 2. Off. 6.
Otii oblectatio. Cic. 1. Acad. 11. Doloris medicinam a philosophia peto, & otii oblectationem hanc honestissimam judico.

OBLECTĀTOR, ōris. m. Apul. Flor. 3. p. 25. Stewech (Arion) misericordium belluarum oblectator. Tertull. de Corona, cap. 8, Deus prospector & oblectator hominis sui.

OBLECTĀMEN, inis. n. [ψυχαγώγημα] Stat. 3. Silv. 5. 95.
Nec desunt variæ circum oblectamina vitæ. conf. Prudent. Hamartig. 311. Ovid. 9. Met. 342.

OBLECTĀMENTUM, i. n. [ψυχαγώγημα] Ipsa delectatio. Cic. de Senect. 51. Satiari delectatione non possum, ut meæ senectutis requietem, oblectamentumque noscatis.
Oblectamenta & solatia servitutis. Cic. 6. Verr. 134. conf. Sen. Epist. 9.

OBLECTĀBĬLIS, e. Adj. Auson. Epist. 19. extr. Oblectabile negotium.

OBLECTĀNEUS, a, um. Idem. Vet. Inscript. SI QVID OBLECTANEVM APVD MANES EST.

OBLECTATŌRIUS, a, um. Adj. Gell. 18. 2. Tit. Ænigmata oblectatoria.

OBLĒNIO, ivi & ii, ire. pro Lenire. Sen. de Ira, 3. 9. Lectio illum carminum obleniat.

OBLĪDO, si, sum, [περιάγχω] ĕre. ex Ob & Lædo; significat Circum circa usque ad mortem lædo, percutio, suffoco, neco. Columel. lib. 7. cap. 3. Nec angustiæ fetus oblidant. Cic. Fragm. Orat. 14. Duobus digitulis gulam oblisit. Arnob. lib. 7. Oblidi ejus necesse est animam.

OBLĪSUS, a, um. Partic. Prudent. Psych. 592. Obliso gutture.
Oblisus pondere. Plin. 6. Epist. 106. ad Tacitum.
Fauces oblisæ. Tacit. 5. Ann. 9.

OBLĪGO, [περιδέω, ἐνδέω] āre. Circum ligare. Plaut. Men. 5. 3. 9.
Ait se obligasse crus fractum Æsculapio.

Obligare manipolos. Columel. lib. 11. cap. 2.
Obligare vulnus. Cic. 3. de Nat. Deor. 57.
Obligare aliquem, [illegible] pro Devincire beneficiis. Cic. 6. Fam. 11. Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram. Asconius, Obligatus, in bonis dicitur, & in vinculis In vinculis quum est, tunc proprium est: ad bona quum traducitur, tunc translatum est.
Beneficio obligare. Cic. 3. Q. frat. 1, Scaurum beneficio defensionis valde obligavi.
Fidem obligare pro alio apud alium. Papin. in l. Bona fide. §. Uxor. D. Ad S. C. Vallejanum, Et si fidem suam pro ea, quam delegavit, apud virum obligaverit: locum, &c.
Fœdere obligatus. Liv. 38 33.
Obligare omnia bona sua pignori. Scævola in l. Titius D. Qui potiores in pig. & hypoth. &c
Rediit nihilo opulentior, ut qui prope labefactata fide, omnia prædia fratri obligarat. Suet. Vesp. cap. 4.
Obligare per libram. Varr. de L. L. lib. 6. 5. ad fin.
Obligare se sceleri. Sen. lib. 2. de Tranquil. vitæ.
Obligare pœnæ. Sen. de Benefic.
Judicio aliquo distringi & obligari. Cic. 2. Verr. 24.
Liberalitate sua sibi aliquem Cic. 2. Q. frat. 14.
Nexu obligare se. Cic. pro Muren 3.
Pactionibus præmiorum suorum aliquos. Cic. Post red. in Senat. 32.
Periculo jurisjurandi obligari. Cic. 4. Verr. 177. Quare interrogabuntur, obligentur non solum jurisjurandi atque existimationis periculo, sed etiam communi inter se conscientia.
Religione sempiterna obligari. Cic. 2. de Legib. 29. Statuit collegium, locum publicum non potuisse privata religione obligari.
Sacramento militiæ. Cic. 1. Off. 36. Cato ad Pompilium scripsit, ut si filium pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiæ sacramento.
Scelere aliquem. Cic pro Domo, 20. Qui quum lege nefaria Ptolemæum regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem jure regnantem, causa incognita, publicasses, populumque Romanum scelere obligasses.
Sponsione obligari. Cic. 2 de Legib. 41.
Superstitione. Cic. 1. de Divin. 7.
Verbo se uno. Cic. pro Cæcin. 7. Siquis quod spopondit, qua in re verbo se uno obligavit, id non facit, &c.
Votis caput obligasti. i. e. Devovisti, non implendo promissa. Hor. 2. Carm. 8. 5.
Fidem suam obligare. Cic. 5. Philip. 51. Audebo etiam obligare fidem meam, P. C. vobis v. Q. a.
Ædes obligare ob amoris prandium. Plaut. Truc. 2. 1. 4.
Furti se obligare. h. e. Propter furtum: vel quod dicitur, Conscium se furti reddere. Gell. lib. 7. cap. 15.
Vadem obligare trium millium æris. Liv. 3. 13.
Obligor ut tangam lævi fera litora Ponti. Ovid. 1. Trist. 2. 83.
Est & Veneficus devovere. Paul. l. 5. Sentent. Tit. 23. §. 9. Qui sacra impia nocturnave, ut quem obcantarent, interficerent, obligarent, fecerint faciendave curaverint, aut cruci suffiguntur, aut bestiis objiciuntur. conf. Salmas. Exerc. Plin.

OBLIGANS, Partic. Sen. de Ben. 1. 4. V. OBLIGATUS, Partic.

OBLIGĀTUS, a, um. Partic. [illegible] Circumligatus.
Obvolutus & obligatus corio. Auctor ad Heren. lib. 1. 13.
Tu me aliquid eorum doce, per quæ obligantium & obligatorum animi certent Sen. Benef. 1. 4. [Nisi est a recto Obligator.
Magnis & multis pignoribus eum Respublica obligatum tenet. Cic. 13. Philip. 8.
Dapem obligatam redde Jovi. i. e. Promissam ac debitam. Hor. 2. Carm. 7. 17.
Obligatior, compar. Plin. 8. Epist. 2. Quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abit.

OBLIGĀTIO, ōnis. f. [illegible] Cic. ad Brut. 18. Est autem gravior & difficilior animi & sententiæ, maximis præsertim in rebus pro altero, quam pecuniæ obligatio.
Confirmare obligationem. Papin. in l. Obligationes. D. de actionibus & obligationibus, Obligationes quæ non propriis viribus consistunt, neque officio judicis, neque Prætoris imperio, neque legis potestate confirmantur.
Constat verborum obligatio, si inter contrahentes id agatur. Paulus in l. 3. D. de actionibus & obligat.
Constituitur obligatio. Paulus in l. 3. D. de actionibus & obligat.
Consumitur, V. Sustinere duas obligationes.
Contrahitur. Paulus in l. Si tibi decem. in princ. D. de pactis.
Deducere aliquid in obligationem. Pomponius in l. Si ita stipulatus fuero, D de verborum obligat.
Dissolvere. Paulus in l. Et hæredi. §. ultim. D. de pactis.
Distrahere. Cajus in l. 4. §. Is quoque. D. de actionibus & obligat. Qui enim solvit per errorem, magis distrahendæ obligationis animo, quam contrahendæ dare videtur.
Exspirat obligatio. Paulus in l. Qui usumfruct. D. de verb. obligat. Tunc enim priore obligatione exspirante, ex secunda introducitur petitio.
Exstinguitur. Paulus in l. Pluribus rebus. D. de verborum obligat.
Infirmare. Paulus in l. Si sub unc. D. de verborum obligat.
Nascitur. Peulus in l. Si tibi decem. in princ. D. de pactis.
Parere potest obligationem conditio. Venulejus in l. A Titio. D. de verborum obligat. Conf. Sustinere duas obligationes.
Perimit obligationem conditio. Modestinus in l. Conditio. D. de verborum obligat.
Parpetuare. Paulus in l. Si servum § sequitur. & sequentibus §§. D. de verborum obligat.
Prior obligatio non resuscitatur ex novo pacto. Paulus in l. Si unus. §. Idem dicimus. D. de pactis.
Revocari in obligationem. Paulus in l. Inter stipulantem. §. Sacram rem. D. de verborum obligat.
Solvitur tota obligatio. Paulus in l. Si unus. §. Si cum mihi. D. de pactis.
Submovetur tota obligatio. Paulus in l. Si unus. §. Si cum mihi. D. de pactis.
Sustinere duas obligationes. Venulejus in l. Si reus promittendi. D. de duobus reis constituendis: Si reus promittendi alteri reo hæres exstiterit: duas obligationes sustinere eum dicendum est: nam ubi quidem altera differentia obligationum esse possit (ut in fidejussore & reo principali) constat alteram ab altera perimi; quum vero duæ ejusdem potestatis sint: non potest reperiri quare altera potius quam altera consumatur; ideoque & si reus stipulandi hæres exstiterit: duas species obligationis eum sustinere.
Vitiare obligationem. Julianus in l. Quæ extrinsecus. D. de verborum obligat. Pro supervacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationem.
De variis apud JCtos obligationum generibus, V. plura apud Hotoman. & in Lex. Pitisc.
Obligatio linguæ. Firmicus lib. 6. cap. 17. Saturnus & Mercurius linguam tardo sono vocis impediunt, ita ut in ipsis faucibus, tardis conatibus impedita verba deficiant, aut linguæ obligatione confundantur.

OBLIGĀMENTUM, i. n. Tertull. de Corona, cap. 14. pr. Caput ne velamento quidem obnoxium, nedum obligamento. Idem de Idolol. cap. 15. Consecrationis obligamentum.

OBLIGATŪRA, æ. f. Gloss. Vet. [illegible].

OBLIGATŌRIUS, a, um. Adj. Gloss. Vet. [illegible]. Sic, Mandatum obligatorium. Inst. tit. de Mandato. §. 8.

OBLIGŪRIO, īvi vel ii, ītum, [illegible] īre. Multa avide consumere, & suavitatem ex eduliorum consumptione capere: unde etiam pro Patrimonii profusione sumitur. Cic. 2. in Catil. 10. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt: res eos jampridem, fides deficere nuper cœpit. al. Abligurierunt. q. V.

OBLIGŪRITOR, ōris. m. Firmicus lib. 5. cap. 52. In Tauro Mars si fuerit inventus, homines faciet audaces, temerarios, obliguritores.

OBLIMO, [illegible] āre. ex Ob & Limus componi videtur, sive etiam a verbo Limo, are; quasi Circum limo, sive Super limo repleo. Cic. 2. de Nat. Deor. 130. Ægyptum Nilus irrigat, & quum tota æstate obrutam oppletamque tenuit, tum recedit, mollitosque & oblimatos agros ad serendum relinquit. Virg. 3. Georg. 136.

— & sulcos oblimet inertes.

Oblimare, per translationem, pro Obcæcare, & quasi limo meatus claudere, seu obtundere. vel inquinare posuit Claud. 3. de Rapt. Proserp. 29.

— sed quod dissuasor honesti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes. Budæus.

Oblimare rem patris. i. e. Patrimonium. Horat. 1. Serm. 2. 61. Per translationem, pro Consumere, & deterere. Tractum a lima, qua fabri utuntur, si fides Scholiastæ. Aut certe a limo; ut sit, Obducere; ut dicimus quædam limo obducta periisse.

OBLIMĀTUS, a, um. Partic. Suet. Aug. cap. 18. Fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.

OBLĪNIO, īvi, ītum, [illegible] īre. Circumlinire. Columel. lib. 12. cap. 39. Oblinitis vasis occludere. Idem lib. 5. cap. 9. Sed oportebit talearum capita, & imas partes misto fimo cum cinere oblinire. Scribon. Larg. Compos. 245. Prodest & cinis de silice facta, aqua conspersa, oblinita.

OBLĪNO, ini, īvi, & ēvi, ītum, [illegible] ĕre. Circum linere. Varro 3. de R. R. cap. 7. Qui ita decipiuntur quum se obleverint visco.
Moribus externis se oblinere. Cic. de Clar. Orat. 51. Ut semel e Piræo eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas, atque ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus. i. e. Fœdaret, inquinaret.
Versibus atris oblinere aliquem. h. e. Infamare. Hor. 1. Epist. 19. 30.

OBLĪTUS, a, um. Partic. [illegible] Circumlitus. Cic. 7. Verr. 172. Nolo ego, Judices quos ego probarim atque delegerim, sic in hac urbe notatos, isto absoluto, ambulare, ut non cera, sed cæno obliti esse videantur.
Oblitus faciem suo cruore ne nosceretur. Tacit. 2. Ann. 17.
Libellus oblitus a cæde. Ovid. 11. Epist. 2.
Lupus oblitus spumis. Ovid. 11. Met. 367.
Stomachus oblitus cibis. Plin. 7. Epist. 123.
Parricidio. Cic. 11. Philip. 27. Atque cum nondum tanto parricidio oblitum, hostem sua sententia judicavit.
Libidine flagitiosa oblita est Antoniorum vita. Cic. 14. Philip. 9.
Stultitia singulari atque inhumanitate oblita omnia. Cic. 5. Verr. 8. Contraque sunt omnia, cum summo dedecore ac turpitudine, tum singulari stultitia atque inhumanitate oblita.
Scripta priscorum verborum affectatione oblita. Suet. de Claris gramm. 10. pr.
Facetiæ oblitæ Latio. Cic. 9. Fam. 15. Ego autem mirifice capior facetiis, maxime nostratibus: præsertim quum eas videam primum oblitas Latio. i. e. Aspersas, intermisto Latio.
Oblitam orationem reddunt exornationes si crebræ collocabuntur: quæ si raræ disponentur, distinctam sicuti coloribus. Auctor ad Herenn. lib. 4. 16. Legitur & Obliquam, sed perperam.

OBLĪQUUS, a, um. Adj. [illegible] Non rectum significat, sed Transversum, ut Linea obliqua, Rectam ad angulum acutum secans. ut Cic. Somn. Scip. 14. Hosque, qui incolunt terram, non modo incorruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim versos, partim etiam adversos stare vobis.
Oblicus etiam scribitur, sed melius Obliquus, ex Ob & Liquus, vel Liquis. V. Scalig. in Fest. sub voce Sublices.
Cursus. Ovid. 9. Met. 18.
Cursus obliquos agere. Senec. Hippol. 5.
Dente obliquo timendus aper. Ovid. 4. Epist 104.
Ictus obliquus & inflexus. Plin. lib. 11. cap. 25.
Itinere obliquo. Ovid. 2. Amor. 17. 20.
Latus. Ovid. 1. Amor. 6. 4.
Lumine cernere aliquem. Ovid. 2. Met. 787.
Oculo limare commoda alicujus. Hor. 1. Epist. 14. 37. Nisi translate dictum.
Ordo obliquus. Cæs. 7. Bell. Gall. 73.
Ordo obliquus signorum. Virg. 1. Georg. 239.
Pede claudicare. Ovid. 2. Amor. 17. 20.
Radice obliqua arbor & imitante avium pedes. Plin. lib. 12. cap. 12.
Rivus. Hor. 2. Carm. 3. 12.
Spatium obliquum litorum. Plin. in præf. lib. 5.
Sublicæ obliquæ. Cæs. 4. Bell. Gall. 17.
Vultus obliquus. Stat 2. Silv. 6. 102.
Natant obliqui in capus, i. e. Transversi. Plin. lib. 9. cap. 29. de Cancris.

Carmen

Carmen obliquum, Oblique perstringens famam alicujus. V. CARMEN.
Dicta obliqua. Aur. Vict. Epit. cap. 9.
Insectatio obliqua. Tacit. 14. Ann. 11. 4.
Orationes obliquæ. Suet. Domit. cap. 2.
Tralate, pro Adverso. Flor. 4. 2. 9. Cato adversus potentes semper obliquus.
Compar. Plin. 2. 77. Positio obliquior.
In obliquum. Virg. 1. Georg. 98.
Rursus in obliquum verso perrumpit aratro.
Flexus in obliquum. Plin. lib. 9. cap. 31.
Sectus in obliquum est limes. Ovid. 2. Met. 130.
Obliquum, Adverbialiter. Apul. Met. 3. Oculis obliquum respiciens.
OBLIQUE, [πλαγίως, λοξῶς] Adv. cui contrarium est Recte. Cic. 1. de Finib. 20. Primum erit hoc quasi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur.
Oblique prærodere vitis latus. Cato R. R. cap. 41.
Oblique in latera procedunt locustæ. Plin. lib. 9. cap. 30.
Tralate, pro Dissimulanter. Gell. 7. 17. Tum vero permotus ego jam agendum oblique, ut cum homine stulto, existimavi. Idem 3. 2. extr.
OBLIQUĬTAS, ātis. f. [λοξότης, σκολιότης] Plin. lib. 3. cap. 5. Multoque amplior mensura fieret, Tacinium usque, ni talis obliquitas in latus digredi videretur.
OBLĬQUO, [λοξόω, πλαγιάζω, τρωματολοίζω] āre. Curvum facere. Plin. lib. 6. cap. 13. At ubi cœpit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus. De Caspio mari.
Crinem obliquare nodoque substringere insigne gentis. Tacit. Germ. 38. 2.
Ensem obliquat in latus. Ovid. 12. Met. 486.
Equos paventes obliquavit. Stat. 12. Theb. 749.
Preces obliquare, Obliqua oratione fundere. Stat. 3. Theb. 382.
Sinus obliquare apud Virgilium, pro Oblique vela tendere, ut & ventus colligatur non secundus, & ne de recto auferretur cursu navis ventorum impotentia, quod fecit necessario Palinurus. Locus est 5. Æn. 16.
Obliquatque sinus in ventum, ac talia fatur.
Visus superbos obliquat. Stat. 1. Achil. 324.
Obliquari. Quintil. lib. 1. cap. 4. Et Q, cujus similis effectus, speciesque, nisi quod paulum a nostris obliquatur.
OBLĪQUANS, antis. Partic. [τρωματολοίζων] ut, Caput obliquans. Lucan. 4. 726.
Oculos obliquans contra diem & radios. Ovid. 7. Met. 412.
OBLIQUĀTUS, a, um. Partic. Ammian. 16. 12. Undarum moles obliquatis meatibus declinantes. Idem 28. 4.
Aspectu obliquato. Apul. Met. 3. pr. & 6. Cervice obliquata.
OBLIQUĀTIO, ōnis. f. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1. Liber pater Thyrso ferit, per obliquationem circumfosæ hederæ latente mucrone.
OBLĬTĔRO, [ἀπαλείφω, ἐξαλείφω, λειόω, καταλεαίνω, ἀφανίζω] āre. Abradere, abolere, & quasi a litterarum monumentis delere. Cic. in Vatin. 15. Si cum magnitudo contentionis, studium gloriæ, præstans animus, excellens nobilitas aliquo impulisset, quod in viro & tum ferendum esset, & maximis rebus, quas postea gessit, obliterandum, &c. Nonius, 2. 601. Obliterare, Obscura facere, & in oblivionem ducere. Accius Agamemnonidibus, Inimicitias Pelopidarum extinctas jam atque obliteratas memoria renovare.
Oblitero, a Litus quidam deduci putant: quod ibi notata, a fluctibus æquari & tolli soleant. Alii ab Oblivione, id est a supino Oblitum. Vel dici potest ab Oblino, sicut a Lino Litera: vel ab Ob & Litera.
Obliterare, Literis lineam obducere ad delendum. H. St. Littera tamen gemino t antiquis scribitur, Oblitero, uno tantum. Dicerem a Litura ductum, nisi prima longa obstaret. Nam & Liturare simplex occurrit. Sed verisimilius ab Obliterus Adj. antiquo arcessitus, non contra a verbo nomen. Istoc autem per Metaplasmum pro Oblutrius dictum ab Obluo, ut Elutrius & Elutrio, ab Eluo.
Famam obliterare. Liv. 39. 20.
Memoriam. Liv. 21. 29. extr. Nondum obliterata memoria superioris belli.
Offensionem. Cic. Post red. in Senat. 21. Publici mei beneficii memoria privatam offensionem obliteraverunt.
In animo obliterari. Liv. 26. 41.
Mandata obliterare. Catull. 65. 232.
Hæc vigeant mandata, nec ulla obliteret ætas.
Hæc iræ data obliterentur. Senec. Med. 556.
OBLITERĀTUS, a, um. Partic. V. Non. & Liv. supra in ipso verbo.
Tempora ultima, & jam obliterata. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Peccata obliterata. Liv. 3. 59.
Vetustate obliterata res. Liv. 3. 71.
OBLITERĀTIO, ōnis. f. [ἐξάλειψις] Plin. lib. 34. cap. 7. extr. Quantoque major in Zenodoro præstantia fuit, tanto magis deprehendi æris obliteratio potest. Arnob. 6. Vetustatis obliteratio. Ammian. 30. 22. Pacem cum præteritorum obliteratione suppliciter obsecrantes.
OBLITERĀTOR, ōris. m. Tertull. advers. Marc. 4. 26. Paul. Nolan. Epist. 16. cap. 7. Patriæ obliterator.
OBLITĔRUS, a, um. Adj. ut, Oblitera gens, pro Obliterata, apud Nævium. V. Gell. lib. 19. cap. 8. conf. in OBLITERO.
OBLĬTESCO, tui, [καταλανθάνω] ĕre. ab Oblitto inusitato verbo; vel ex Ob & Lateo: Abscondi, delitescere. Varr. 1. de R. R. cap. 51. Ne æstu per rimosa in rimis grana oblitescant, & recipiant aquam. Cic. de Univers. 33. Quæque temporibus a nostro respectu oblitescant: rursusque emersi errorem incutiant rationis expertibus.
Oblitui, Præteritum. Senec. Epist. 56. Velut timidum atque iners animal metu oblituit. Idem 7. Nat. Quæst. 29.
OBLITUS, V. OBLINO & OBLIVISCOR.
OBLĪVISCOR, ēris, oblītus sum, [ἀμνηστέω, λανθάνομαι, ἐπιλανθάνομαι, ἐκλανθάνομαι, ἀπομνημονέω, ἀμνημονέω] isci. ab antiquo Livisci; notæ significationis.
Oblitus sum dicere. Ter. in Andr. 5. 1. 22.
Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui, dicere.
Oblitus, cum genitivo. Cic. 2. Verr. 52. Quæ te oblivisci laudis domesticæ non sinant. Cæs. 1. Bell. Gall. 16. Veteris contumeliæ oblivisci.
Consuetudinis & instituti sui oblivisci. Cic. 4. Att. 15.
Dignitatis suæ. Cic. 1. Fam. 7.
Malorum. Hor. Epod. 2. 37.

Memini enim, memini, nec unquam obliviscar noctis illius. Cic. pro Planc. 10.
Obliviscor, cum accusativo. Cic. pro Rosc. Amer. 49. Et artificium obliviscatur, & studium deponat, licebit.
Oblivisci aliquem. Virg. 2. Æn. 148.
Quisquis es, amissos hinc jam obliviscere Grajos.
Nunc oblita mihi tot carmina. Virg. 9. Ecl. 53. Passive accipitur pro A me.
OBLIVISCENS, entis. Partic. [ἀμνηστῶν] ut, Sæcla obliviscentia. Catull. ad Mallium, 66. 43.
Ne fugiens sæclis obliviscentibus ætas
Illius hoc cæca nocte tegat studium. Cæca nocte, i. e. Ignorantiæ tenebris.
OBLIVISCENDUS, a, um. Partic. [ἀμνηστέος] Hor. 1. Epist. 11. 9.
Oblitusque meorum, obliviscendus & illis. i. e. Oblivioni tradendus ab illis.
Obliviscendi tui mores. Plaut. Mil. 4. 8. 46.
OBLĪTUS, a, um. Partic. [ἐπιλελησμένος] Plin. lib. 9. cap. 10. In tantum fallit oblitus sui, ut, &c.
Decoris sui oblitus. Virg. 5. Æn. 174.
Moris patrii oblitus. Ovid. 1 de Pont. 5. 49.
Pudoris oblita. Ovid. 17. Epist. 13.
Corda oblita laborum. Virg. 4. Æn. 528.
Passive. Virg. 9. Ecl. 53. Oblita mihi carmina. Cic. 9. Fam. 15. pr. Oblitæ Latio facetiæ. al. Oblitæ rectius.
Suis hominibus oblitus. Augustin. de Music. 4. 4.
Tralate. Virg. 2. Georg. 59.
Pomaque degenerant, succos oblita priores.
OBLĪVIO, ōnis. f. [λήθη, ἐπιλησμονή, ἀμνηστία, λήθαργος] Memoriæ extinctio, vel Defectus & imbecillitas. Plin. lib. 13. cap. 17. Nimis hospitali advenarum oblivione.
Oblivio & reticentia. Cic. 14. Philip. 33. Vestra virtus nec oblivione eorum qui nunc sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit. Al. Sepulta.
Oblivio amicitiæ, & intermissio consuetudinis. Cic. 5. Fam. 17. Non oblivione amicitiæ nostræ, neque intermissione consuetudinis meæ superioribus temporibus ad te nullas litteras misi: sed quod, &c.
Plur. ut Legum obliviones. Quintil. Decl. 306.
Critolaus Peripateticus & malum esse voluptatem ait, & multa alia mala parere ex sese, injurias, desidias, obliviones, ignavias. A. Gell. lib. 9. cap. 5.
Lividæ obliviones. Hor. 4. Carm. 9. 34.
Fugitiva oblivio. Varr. de L. L. lib. 4. pr.
Longa. Juven. 10. Sat. 204.
Adducere in oblivionem. Cic. 2. Verr. 54.
Capere oblivionem alicujus rei. V. CAPIO.
Capit me oblivio. Cic. 1. Off. 26. Maxime autem adducuntur plerique, ut eos justitiæ capiat oblivio, &c.
Conterere oblivione injurias. Cic. 1. Fam. 9. Ego, quum mihi cum illo magna jam gratia esset, quod ejus omnes gravissimas injurias, communis concordiæ causa, voluntaria quadam oblivione contriveram, ejus repentinam, &c.
Dare oblivioni. Liv. 1. 31.
Delere oblivione, Idem. Cic. pro Dejot. 37. Quæ unquam vetustas obruet, aut quæ tanta delebit oblivio?
Jacuit in oblivione. Cic. 3. Verr. 101. i. e. In obscuro. De homine dictum: cui opponitur In assidua commemoratione esse.
Inobscurat oblivio. Cic. 9. Philip. 10. Nulla ejus legationis posteritatem inobscurabit oblivio.
Intercipit oblivio. V. INTERCIPIO.
Obruere oblivione adversa. Cic. 2. de Finib. 57. Et adversa quasi perpetua oblivione obruamus. Idem de Claris Orat. 60. Hunc vetustas, ut alios fortasse multos, oblivione obruisset. De Ennio.
Surrepit oblivio. Plin. lib. 8. cap. 22. Huic quamvis in fame mandenti, si respexit, oblivionem cibi surrepere ajunt, digressumque quærere aliud. De lupo cervario.
Venire in oblivionem. Cic. in Sallust. 5. Tu tuis vita, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras: ut etiam si fuerint egregii cives, certe venerit in oblivionem.
Vindicare ab oblivione hominum, atque a silentio. Cic. 2. de Orat. 7. Laudem eorum, jam prope senescentem, quantum ego possem, ab oblivione hominum atque a silentio vindicarem.
Oblivione hominum & taciturnitate tanto dedecore tegere. Cic. 7. Verr. 138.
OBLĪVIUM, i. n. [λήθη] Idem. Tacit. 4. Hist. 9. 4. Eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde oblivio transmisit. Poeticum est Oblivia pl. pro Oblivione. Virg. 6. Æn. 715.
Securos latices, & longa oblivia potant.
Rerum oblivia. Lucret. lib. 3. 840.
Meriti nostri oblivia. Ovid. 7. Met. 45.
Jucunda oblivia sollicitæ vitæ. Hor. 2. Serm. 6. 62.
Pigra. Stat. 10. Theb. 89.
Cepere te oblivia nostri. Ovid. 1. Trist. 8. 12.
OBLIVIUS, a, um. Adj. ut
Oblivia verba, dixit Varro lib. 4. de L. L. 1. pro Antiquatis, & velut oblivioni traditis, ut quidem interpretor. Ejus verba sunt, Igitur quoniam hæc sunt tripartita verba, quæ sunt aut nostra, aut aliena, aut oblivia: De nostris dicam, cur sint: de alienis, unde sint: De obliviis relinquam.
OBLIVIŌSUS, a, um. Adj. [ἐπιλήσμων] Qui cito obliviscitur, cui contrarium Memor. Cic. 1. de Invent. 35. Acutus an hebetior, memor an obliviosus.
Stultus & obliviosus senex. Cic. de Senect. 36.
Obliviosus, Quod oblivionem inducit. Hor. 2. Carm. 7. 21.
Oblivioso levia Massico
Ciboria exple. h. e. Vino Campano, quo labor in oblivionem venit. Acron.
Superl. Tertull. de Anima cap. 24. Obliviosissimo etiam homini inobliterata perseverabit scientia naturalium.
OBLIVIĀLIS, e. Adj. Prudent. Hymn. ante Somn. v. 13.
Mens æstuans procellis,
Curisque sauciata,

Totis

Totis bibit medullis
Obliviale poclum.

OBLŎCO, [ἀπομισθόω] āre. Idem quod simplex Locare. Justin. 11. 10. 9. Quum operam oblocare ad puteos exhauriendos solitus esset. Qua etiam dicendi formula otitur Suetonius, nisi forte quis legendom hic contenderit Abloco per primam vocalem. Sic enim vulgo legitur Vitell. cap. 7. Domum in reliqoam partem anni oblocaret.

OBLOCĀTUS, a, um. Partic. Suet. Cæs. cap. 26. Quæ ad epulum pertinebant macellariis oblocata.

OBLONGUS, a, um. Adj. [ἐπιμήκης] Idem qood Longus significat: nisi quid addat præpositio. Plin. lib. 37. cap. 12. Figora oblonga maxime probator. De gemmis. Liv. 21. 8. Hastile oblongum.
Oblonga ova. Plin. lib. 10. cap. 52.
Oblongo semine cardamomum. Plin. lib. 12. cap. 13.
Compar. Vitruv. 10. 17. Foramen oblongius.

OBLONGŬLUS, a, um. Adj. dimin. Gell. 17. 9. Surculi teretes oblonguli.

OBLŎQUOR, ĕris, [ἀντιλέγω, καταλαλέω] lŏqol. Contra loquentem loqui, inquit Servius. Cic. pro Cluent. 63. Tamen vocat me alio jamdudum tacita vestra exspectatio, quæ mihi obloqui videtur: Quid ergo? negasne illud judicium esse corruptum? Idem 2. Q. frat. 9. Tu vero, ut me & appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare velim.
Respondere & obloqui. Plin. lib. 36. cap. 16.
Obloqui numeris, Recinere. Virg. 6. Æn. 646.
Necnon Threïcius, longa cum veste, sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum. Servius; Dicendo Obloquitur, chordarum expressit laudem, quas dicit verbis loquutas.
Avis obloquitur. Ovid. 3. de Pont. 1. 21.
Obloqui, Maledicere. Plaut. Curc. 1. 2. 41.
Lenonis hæ sunt ædes. PA. male istis eveniat.
PH. Qui? PA. quia sceleslam servitutem serviunt.
PH. Obloquere. PA. fiat maxime. PH. etiam taces?
PA. Nempe obloqui me jusseras. [Non est hic Maledicere, sed Interrumpere loquentem, ut clarius ex sequentibus elucet.
Ferocissime oblocuti erant. Curt. 10. 2. extr.

OBLOQUŪTOR, ōris. m. [καταλάλος] Qui alteri obloqoitur. Plaut. Mil. 3. 1. 48. Neque ego unquam obloquutor fom alteri in convivio.

OBLOQUIUM, i. n. Calumnia. Sidon. 7. Epist. 9. Nosse vos par est in quas me obloquiorum Scyllas turba conjecerit.

OBLUCĪNO, āre. Mente errare, ut exponit Festus. A Loco deducit Heins. ad Sil. 2. 459. coos. Scalig. ad Festum. & ALLUCINOR.

OBLUCINĀMENTUM, i. n. pro Caligine usurpavit M. Ant. Sabell. Cocc. orat. 4. de Præst. Linguæ Lat. in Plautum.

OBLUCTOR, [ἀνθιπαλαίω, ἀντερείδω] āri. Acrius contra aliqoid niti. Columel. lib. 8. cap. 14. Fruticibus aut solidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, ut collom abrumpat.
Genibus adversæ obluctor arenæ. Virg. 3. Æn. 38.
Soli obluctandum Fabio. Sil. lib. 8. 10. Cort. 6. 6. 27.

OBLUCTANS, antis. Partic. [ἀντερείδων] ut, Saxa obluctantia summovit. Stat. 3. Silv. 1. 20.
Obluctans oblivioni. Curt. lib. 7. 19.

OBLUCTĀTUS, a, um. aliud Partic. [ἀντερείσας] ut, Turba obluctata morti. Lucan. lib. 3. 662.

OBLUCTĀTIO, ōnis. f. Arnob. 2. Qui cum suis cupiditatibus pugnant, pertinaci moliuntur obluctatione virtutis.

OBLŪDO, si, sum, [ἀντιπαίζω] ĕre. Cum aliquo ludere. Plaut. Truc. 1. 2. 10.
Sin videant quempiam se adservare, oblodunt, qoi custodem
Oblectent per joculum & ludom. Al. Objectent.

OBLŪRIDUS, a, om. Adj. Subluridus. ut, Color obluridus. Ammian. 14. 6.

O B M

OBMĂNENS, entis. Partic. [καταμένων] pro Dio manens. ut Permanens. Festus.

OBMŌLIOR, ītus sum, [ἀνοχυρόω] īri. Liv. 37. 32. Sed undiqoe omnes ad munienda & obmolienda, quæ ruinis strata erant, concurrerunt. i. e. Obstruenda oppositis mollibus. Idem 33. 5. Cort. lib. 6. 6. 24. Arborum truncos & saxa obmoliuntur.

OBMURMŬRO, [ἀντιμορμύρω] āre. Contra murmurare. Ovid. 18. Epist. 47.
Vana peto, precibusque meis obmurmurat ipse.

OBMURMURĀTIO, ōnis. f. Ammian. 26. 2. Obmormuratio gravis exoritur.

OBMUSSĬTO, & OBMUSSO, āre. V. Serv. ad Virg. 11. Æn. 345. Tertull. de Anima cap. 18. Poetæ hæc nobis semper obmussant. Idem de Pallio cap 4.

OBMŪTESCO, tui, [φιμόομαι] ĕre. quasi Mutum fieri, Tacere. Cic. 2. de Finib. 49. Sed quia tale sit, ut vel si ignorarent id homines, vel si obmutuissent, sua tamen pulchritudine esset specieque laudabile. Idem 2. de Orat. 27. Ego vero, inquit Crassus, neque Antonium verbum facere patiar, & ipse obmutescam, nisi prius a vobis impetraro.
Ore presso obmutuit. Virg. 6. Æn. 155.
Aspectu obmutuit amens. Virg. 4. Æn. 279.
Obmutescere dicitur res aliqua, pro Non esse in usu. Plin. lib. 33. cap. 13. Lydium Sardibus emebatur; quod nunc obmutuit.

O B N

OBNASCOR, nātus sum, [ἐμφύομαι] sci. Dep. unde

OBNĀTUS, a, um. [ἐμφυόμενος] Partic. Liv. 23. 19. Ibi hærentia inter obnata ripis salicta conspiciuntur. h. e. Circum ripas nata.

OBNĀTO, [ἀντινήχομαι] āre. Contra vel citra natare. Virg. tribuitur, forte in Catalect.
— In æquore fulvis
Obnatat ombra foris.

OBNECTO, nexui, nexum, [συμπλέκω] ĕre. est, auctore Festo, Obligare, & maxime in nuptiis frequens est.

OBNEXUS. ūs. m. Tertull. advers. Marc. 4. 37. Dissolvens violentiorum cootractuum obnexus.

OBNĬGER, gra, grum. Adj. [ὑπομέλας] Idem quod Niger, vel subniger: aut, ut quidam volunt, Admodum niger. Plin. lib. 20. cap. 23. Radicibus multis, & obnigris. V. Harduin.

OBNĪTOR, ĕris, nīsus vel ixus sum, [ἀντιβαίνω, ἀνθίστημι, ἀντερείδω] nīti. Contra niti, obluctari. Cic. pro Milon. 35. At non P. Clodio mortuo, usitatis jam rebus obnitendum est Miloni, ut tueatur dignitatem suam?
Obniti contra & tendere. Virg. 5. Æn. 21.
Adversis obniti. Tacit. 15. Ann. 11.
Obnitier undis. Lucret. lib. 4. 439.
— in portu clauda videntur
Navigia, aplustris fractis, obnitier undis.
Obnitor impedire. Paterc. lib. 1. 9. 6. Fuere qui Pauli triumphum impedire obniterentur.

OBNĪTENS, entis. Partic. Obnitente vi animi. Paterc. 2. 123. 2.
Quum sæpe obnitens repugnasset. Paterc. 2. 89. 5.

OBNIXUS, a, om. Partic. [ἀντερείσας] ut,
Obnixi scutis & corporibus. Liv. 34. 46.
Obnixa baculo senectus. Seneca cap. 7. lib. 2. de Clem. Vide ARUSCARE. H. St.
Obnixus curam sub corde premebat. Virg. 4. Æn. 332.
Obnixus non cessit. Virg. 4. Georg. 84.
Obnixos stabili grado impetum hostium excipere. Liv. 6. 12.
Obnixus opibus, Intentus vel attentus ad rem. Plaut. Stich. 1. 1. 44.
Mens obnixa malo. Valer. 7. Argon. 157.
Dentes. Stat. 11. Theb. 337.
Firmitas obnixa. Plin. lib. 36. cap. 15.
Remi obnixi io acuto morice. Virg. 5. Æn. 206.
Venti obnixi lacerant cava nubila. Stat. 5. Theb. 366.
Obnixus contra. Virg. 10. Æn. 359.
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit,
Anceps pugna diu, stant obnixa omnia contra. h. e. Mare mari, nubes nubibus, venti ventis. Servius.
Obnixum adverbialiter habet Auson. Epist. 25. 28.
Obnixum Pauline taces.

OBNIXE, Adv. [σφόδρα] Cum conatu, instanter, totis viribus. Ter. Andr. 1. 1. 134.
Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia
Facturum; magis id adeo mihi ut incommodet, &c.
Obnixe perii. Plaut. Stich. 3. 2. 41.
Perii hercle vero, plane, atque obnixe. Legitur in emendatis codd. Nihil obnoxie. V. not. Var.
Compar. Claud. Mamert. de Statu Anim. 1. 3. Obnixius argumentari.

OBNOXIUS, a, um. Adj. [ἔνοχος, ὑπόδικος, ὑπεύθυνος] Qui pœnæ obligatos est ob delictum, inquit Festus. utputa si quis morbis obnoxius ob nimiam cibi intemperantiam: aut si mulier ob stupri cum aliquo viro consuetudinem, illi obnoxia sit. Plaut. Epid. 5. 2. 29.
Cedo manus igitur. A. morantur nihil, atque arcte colliga.
P. Nihil eas vero obnoxias. i. e. Quæ non meruerunt, sive aliqoid commiserunt, uode colligari debeant. In libris emendatis est, Nihil vero obnoxiose. Idem Stich. 1. 1. 44. & Truc. 4. 3. 6. V. Gell. lib. 7. cap. 17.
Supplex & obnoxius. Cic. ad Brut. 17. Vivat hercule Cicero, qui potest, supplex & obnoxius, si neque ætatis, neque honorum, neque rerum gestarum pudet. h. e. Velut servituti addictus, & puerum Octavium pæne serviliter timens & suppliciter adorans. *Se rendant subject & serf a Octavius.* Doctum a servis datis ob noxam, vel qui noxam admiserunt.
Obnoxius, pro Obediente atque morigero. Sallust. Catil. cap. 23. Maria montesqoe polliceri cœpit, & minari interdum ferro, nisi sibi obnoxia foret. i. e. Morem gereret. Perott. De stupro intelligendum est.
Adversus gratiæ animus, & Obnoxius, oppoountur. Quintil. lib. 3. cap. 11. Nec enim, nisi totis causæ partibus diligenter inspectis, scire possumus, qualem nobis facere animum cognoscentis expediat, severum an mitem; concitatum an remissum; adversum gratiæ, an obnoxium.
Obnoxius sum illi, i. e. Subjicior tanquam servus. Plaut. Bacch. 5. 2. 80.
Obnoxium & trepidum agere. Suet. Tiber. cap. 12. Enim vero tunc, non privatum modo, sed etiam obnoxium & trepidum egit, mediterraneis agris abditus, &c. h. e. (ait Beroaldus) Mancipatum, & servili pæne conditione. Nam Obnoxius interdum Libero opponitur: ut apud Livium observavimus sic scribentem, 23. 12. Si reticeam, aut superbus, aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis alienæ libertatis obliti, alterum suæ. Hæc Beroaldus.
Obnoxius, ad alia multa transfertur: ut, Locus obnoxios ventis, quasi Objectus, & expositus, atque subjectus. Columel. lib. 4. cap. 19. Rursus exilis terra & acclivis, torrensque æstu, vel quæ vehementibus procellis obnoxia est, humilius jugum poscit.
Obnoxius injoriis, ludibriis, & hujusmodi. Plin. 3. Epist. 14. Vides quot periculis, quot contumeliis, qoot ludibriis simus obnoxii.
Crimini obnoxius. Liv. 4. 44.
Facto mens turpi obnoxia. Tibull. lib. 3. 4. 15.
Insidiis. Tacit. 14. Ann. 40. 2.
Odio. Idem 3. 58. 5.
Pravis pars hominum obnoxia. Hor. 2. Serm. 7. 80. i. e. Vitiis addicta.
Obnoxius tibi fom, Obligatus & devinctus. Ter. Hec. 3. 1. 22.
Tum oxori obnoxius sum, ita olim suo me ingenio pertulit.
Animus obnoxius. Plin. in præf 9. Obnoxii profecto animi & infelicis ingenii est, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere. i. e. Illiberalis & degeneris. Budæus.
Arva oon obnoxia curæ, non rastris hominum. Virg. 2. Georg. 439. h. e. Arva quæ non egent rastris, nec cura hominom, propter quæ devincta ac obligata illis esse videantur. i. e. Nullius curæ indiga, utpote quæ non est opus arare, nec curare.
Luna obnoxia radiis fratris, Quia lumen accipit a Sole. Virg. 1. Georg. 397. Nam suapte natura Lunæ corpus est opacum, atque Solis lumine resplendet, quando hujus radii in illud reflectuntur. Sabinus tamen fol. 101. locum Virgilii longe aliter exponit. V. & Virg. & Sabinum, & diligenter considera locum. Servius repetit hanc vocem Obtusa, quæ est io præcedenti versu, ut sit sensus, Nec Luna obnoxia radiis fratris, videbitur surgere obtusa.

Vitis

Vitis procellis obnoxia. I. e. Quæ noxam procellarum perfert. Apud Columel. lib. 4. cap. 19.
Fructus feris obnoxius. Columel. lib. 5.
Obnoxia nulli animali olera. Plin. lib 19. cap. 10.
Obnoxius pro crimine. Liv. lib. 8. 34. extr. Vestra obnoxia capita pro licentia Q. Fabii objicite. Al. Q. Fabio, dandi casu.
Obnoxius, absolute. Plin. lib. 14. cap. 2. de generibus vitium, Fecenia & cum ea florens Biturica, acino rarior, nunquam floris obnoxii, quoniam antecedunt, ventisque & imbribus resistunt.
Corpora obnoxia, Absolute i. e. Valetudinaria. Plin. 32. 6.
Compar. Obnoxior. Sen. de Clement. 1. 13. al. Noxior.
OBNOXIE, Adv. [ταπεινῶς] unde apud Liv. 3. 39. pr. Obnoxie dicere sententiam, i. e. Serviliter: & ut Budæus interpretatur, Trepide.
Obnoxie, pro Obscure Perottus interpretatur, a Nox, noctis: & sic legit apud Plaut. in Stich. 3. 2. 41.
Perii hercle vero plane, non obnoxie. Alii, Atque obnixe legunt. V. Ascensium in Gell. lib. 7. cap. 17. & supra OBNIXE.
OBNOXIŌSUS, a, um. Adj. Plaut. Trin. 4. 3. 31.
Magis queis sunt obnoxiosi, quam parentes liberis. conf. Idem Ibid. 56. & 57.
OBNOXIŌSE, Adv. Idem Epid. 5. 2. 30. V. OBNOXIOSUS.
OBNOXIO, are. Claud. Mamert. de Statu Anim. 2. 9. Alienis senes noxiis obnoxiantes.
OBNUBESCO, ĕre. apud Pontanum de Bello Neapol. lib. 5. p. 575. Obnubescere aër, ac mare agitari ventis quum cœpisset. Vide an ex Vet. aliquo. H. St. Exstant fol. 307. a. Aldi.
OBNUBILUS, a, um. Adj. [ἐπινέφελος] ut, Obnubila & obsita tenebris loca. Cic. 1. Tusc. 48. Ex quodam poeta.
OBNUBILO, [ἐπινεφελόω] āre. Obscurum facere, & quasi nubibus implere. Gell. lib 1 cap. 2. Ac ne oris quoque & vultûs serenitatem Stoici hominis unquam ulla posse ægritudine obnubilari.
OBNUBILĀTUS, a, um. Partic. Apul. 9. Met. Juvenis inescatus atque obnubilatus.
OBNŪBO, psi, ptum, [ἐπικαλύπτω] ĕre. Abscondere, tegere. Festus, in Sched. v. Nuptiæ. Ælius & Cincius, quia flammeo caput nubentis obvolvatur, quod antiqui Obnubere vocarunt, ob quam caussam legem quoque Parentum jubere Caput ejus obnubere, qui parentem necavisset, quod est obvolvere. Hactenus Festus. Cic. pro Rabir. perd. reo, 13. Sed Tarquinii, superbissimi atque crudelissimi regis, ista sunt cruciatus carmina, quæ tu, homo lenis ac popularis, libentissime commemoras, Caput obnubito, arbori infelici suspendito. conf. Liv. 1. 26.
Obnubit furiale caput. Stat. 11. Theb. 584.
Comas obnubit amictu. Virg. 11. Æn 77.
Mare obnubit terras, ut nubes cælum. Varr. de L. L. lib. 4. 10. I. e. Operit.
Obnubitur atra veste caput. Sil lib. 11. 259. De Decio Magio.
OBNUPTUS, a, um. Partic. Macrob. 1. Saturn. 21. Simulacrum hujus Deæ fingitur capite obnupto. Ibid. Terræ nubibus obnupta.
OBNUNTIO, āre. Donatus, Qui malam rem nuntiat, obnuntiat: qui bonam, annuntiat: nam proprie Obnuntiare dicuntur augures, qui aliquid mali ominis, scævumque viderint. ad illud Ter Adelph 4. 2. 7.
Primus sentio mala nostra, primus rescisco omnia:
Primus porro obnuntio Ubi Donatus porro, Obnuntio, I. e. Malum imminens quasi omen nuntio. Inde enim etymologia hujusce verbi est. Cic. pro Sext. 79. Itaque quum fretus sanctitate Tribunatus, quum se non modo contra vim & ferrum, sed etiam contra verba atque intercessionem legibus sacratis esse armatum putaret, venit in templum Castoris, obnuntiavit Consuli, quum subito manus illa Clodiana, in cæde civium sæpe jam victrix, exclamat, incitatur, invadit. Idem 4. Att. 3. Metellus tamen postulat ut sibi postero die in foro obnuntietur.
Immo Ob vim istam habet, ut verbum in malam partem sumatur. Vide OBSOLEO. H St. Immo magis hæc particula vim exprimit in hoc verbo eandem, quam in Obsisto, Oppono, Oppugno, Obloquor, Obnitor, ceterisque id genus habet, ubi Contra significat, & Gr. ἀντὶ respondet. q. d. Contrasisto, Contrepugno &c. sic Obnuntio, Contra nuntio. Sed h. l. est Adnuntio. V. OB. Apud Donatum pro Sævum, Scævum legendum, ut est in accuratissima editione Lindenbrogii.
Obnuntiare, ut dictum est ex Donato, dicuntur Augures, qui aliquid mali ominis, scævumque viderint. Cic. 1. de Divin. 29. Non in eo est culpa, qui obnuntiavit, sed in eo, qui non paruit. Et 4. Att. 3. Nisi Miloni C. Appius obnuntiasset, comitia futura ante diem XII Calend. Decemb.
Obnuntiare, Resistere & reluctari. Suet. in Cæs. cap. 20. Lege autem Agraria promulgata, obnuntiantem collegam armis foro expulit. conf. Liv. 22. 42. extr. & Brisson. de Form. p. 121. vel Lex. Pitisc. [Scias tamen, lector, non aliter apud Sueton. Liviumque hoc verbum positum esse, atque in superioribus locis Cic. Erat enim Obnuntiandi potestas non modo penes Augures, sed & penes Magistratus, quorum Auspicia erant, si aves non addixissent, id quod ex Livii verbis perspicue apparet.
OBNUNTIĀTIO, ōnis. f. Cic. 2. de Divin. 30. M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta.
Obnuntiatione, inquit Pedianus in Orat. in L. Pison. 9. perniciosis legibus resistebatur. Sicuti vero intercessioni obtemperare necessarium censebatur, ita plane Augurum obnuntiationi: quod in Crasso significat Plutarch.
Interponere obnuntiationes. Cic. 4. Att. 16.

O B O

OBŎLEO, ui & ēvi, [ὄζω] ēre. Graveolere, odoremque tætrum reddere. Plaut. Most. 1. 1. 38. Oboluisti allium conf. Suet. Vesp. 8. Idem Calig cap. 23. Ille antidotum oboluisset, quasi ad præcavenda venena sua sumptum. [Non tantum de malo, sed de quovis odore dici puto, vimque habere Ob particulam ꝟ Circum. Obolevi nusquam legi.
Obolere, per translationem, pro Præsentiscere, Subolere. Plaut. Men. 2. 3. 33. Oboluit marsupium huic istuc, quod habes. Idem Amph. 1. 1. 165.
Olet homo quidam malo suo. S. hei! nunquam ego obolui?
[Hic profecto non est Præsentiscere, sed in propria significatione positum.
OBOLITIO, ōnis. f. Apul. de Mundo. Nebula est exhalatio vaporata, &c. cui serenitas obolitionem infert. In emendatis editt. ut Elmenh. p. 61. legitur Abolitionem.

OBŎLUS, i. m. [ὀβολός] Ultima est nummorum significatio, inquit Donatus. Ter. And. 2. 2. 32.
Certa res est, etiam puerum inde abiens conveni Chremis,
Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni.
Obolus, inquit Budæus, valet semissem nostrum & denariolum: id est septem denariolos. conf. Voss. Etym. vel Lex. Pitisc.
OBOLOSTATES, æ. m. [ὀβολοστάτης] inquit Cælius, dicitur Minutulus fœnerator. V. Lect. Antiq. lib. 10. cap. 2. & Suid.
OBOMINOR, āri. Apul. 9. Met. Crurum ei fragium abominata. [Elmenh. p. 227. Abominata, mendose.
OBORIOR, Iris vel ĕris, ortus sum, [ἀνίσχω] īri. Adnasci, inquit Festus. Plaut. Stich. 1. 3. 11.
Uteri dolores mihi oboriuntur quotidie. Ter. Heaut. 4. 3. 2.
Nulla mihi res posthac potest jam intervenire tanta,
Quæ mihi ægritudinem afferat, tanta hæc lætitia oborta est.
Bellum obortum est. Liv 21. 8.
Lux oborta. Cic. pro Ligar. 6. Vide quanta lux liberalitatis & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur.
Lux oborta micat. Sil. lib. 17. 481.
Nox oborta est. Senec. Herc. fur 823.
Tenebræ obortæ sunt oculis. Ovid 2. Met. 181.
OBORTUS, a, um. Partic. ut, Motus terræ obortus. Lucret. lib. 6. 586.
Sidera oborta. Stat. 8. Theb. 32.
Sol radiis terram dimovit obortis. Lucret. lib. 6. 869.
OBORTUS, ûs. m. Agnatio, accessio. ut, Perpetuus obortus. Lucret. lib. 4. 218.
Perpetuoque fluant certis ab rebus obortu. Sic restituit Lambinus, quum antea legeretur, Ab rebus odores, plane mendose.
OBOSCŪLOR, āri. Petron. cap. 126. Viderint matronæ, quæ flagellorum vestigia osculantur.
OBOSCULĀBUNDUS, a, um. Adj. Apul. Apol. 2. Flens & manus nostras obosculabundus, &c.

O B P

OBPESSULATUS, V. OPPESSULATUS. H. St.
OBPROBRO, āre. Probrum objicere. Festus.
OBPUVIAT, Verberat. A. paviendo. Festus.

O B R

OBRĂDIO, āre. Isidor. 16. 19. Obrydium (al. Obrysum) aurum dictum, quod obradiet splendore.
OBRAUCĀTUS, a, um. Partic. ab OBRAUCO, Pall. Solinus cap. 15. de gruibus, Volatus desidiam castigat, voceque cogit agmen. Ea ubi obraucata est, succedit alia.
OBRENDARIUM, i. n. Locus in pavimento ad obruenda cadavera relictus. V. Fabrett. Inscript. p. 15. Sæpe etiam in Inscriptionibus leguntur, Vasa obrendaria. quæ nihil videntur aliud esse, quam quæ Fictilia sarcophaga vocantur. Inscript. apud Gruter. p. 607.
OBRĔPO, psi, ptum, [παρέρπω, ὑπέρχομαι] ĕre. est, ut ait Budæus, Latenter progredi, & fallaciter adire. Tractum ab animalibus pedibus carentibus, quæ gressu tacito gradiuntur, ut serpentes humi repentes solent. Plaut. Trin. 4. 2. 132.
Nimis argute obrepsisti in eapse occasiuncula.
Sæpe inscientibus nobis & cœnantibus obrepit. i. n. Repente intervenit. Cic. 16. Fam. 21.
Obrepere, dicitur quicquid sensum fallit. ut, Obrepit fames. Plaut. Pœn. prol. 14.
Obrepit mors. Plaut. Pseud. 2. 3. 19.
Obrepit somnus. Plin. 7. Epist. 4. ad Pontium, Dein quum meridie (erat enim æstas) dormiturus me recepissem, nec obreperet somnus, &c. Hor. de Arte Poet. 360.
Verum opere in longo fas est obrepere somnum. Hic per translationem pro Falli, & peccare.
Obrepit dies, Obrepit senectus. Cic. de Senect. 5. Qui enim citius adolescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentia obrepit? Idem 6. Att. 3. Obrepsit dies, ut vides: mihi enim ad tertiam Calend. Sextiles de provincia decedendum est Budæus. conf. Juven. 9. Sat. 129.
Obrepit oblivio. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 1.
Obrepere in animos. Cic. 2. de Divin. 139. Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus.
Obrepere, Fallere, h. e. Incautum aggredi. Ulpian. in l. Carbonianum. §. Puberi. D. de Carbon. edicto, Sed si quum esset pubes, quasi impubes obrepserit, bonorumque possessionem acceperit, dicendum erit nihil eum egisse. Budæus.
Obrepit creditor. Ulpianus in l. Si fidejussor. com. §. Si cum D. Mandati vel contra, Debitor enim debuit notum facere fidejussori, jam se solvisse: ne forte creditor obrepat, & ignorantiam ejus circumveniat, & excutiat ei summam, in quam fidejussit.
Obrepere alicui imprudenti, Fallere nescientem. Plaut. Trin. 1. 2. 23.
Obrepere ad magistratum dicitur, Qui falsa specie, vel probitatis, vel doctrinæ ad magistratus assumitur. Cic in Pison. 1. Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum: quarum simile habes nihil, præter colorem. Budæus.
Obrependi celeritas. Gell. 11. 18.
OBREPTIO, ōnis. f. [παρείσδυσις] Latens & fallax aditio. Ulpian. in l. Sed si hac. §. Patronum. D. de in jus vocando, Patronum autem accipimus, etiamsi capite minutus sit, vel si libertus capite minutus sit dum arrogatur per obreptionem. quum enim hoc ipso, quod arrogatur, celet conditionem suam, non id actum videtur, ut fieret ingenuus. conf. Arnob. 5. & Frontin. Strat. 2 5.
OBREPTĪVUS, a, um. Adj. ut, Obreptiva supplicatio. Symmach. 5. Epist. 66.
OBREPTĪVE, Adv. l. 4. extr. Cod Theod. Qui contra hanc dispositionem nostram obreptive, aut clanculum, supplicare tentaverint.
OBREPTO, [παρερπύζομαι] āre. frequent. Plaut. Pers. 2. 2. 25.
Opertæne fuerint, ne quis obreptaverit.

OBRĒTIO, [σαγηνεύω] īre. Reti aliquem circumdare, aut obvium reti excipere. Lucret. lib. 3. 385.

— neque aranei tenuia fila
Obvia sentimus, quando obretimur euntes.

OBRĬGEO, ui, [πήγνυμαι] ēre. Totum frigore contrahi, & quasi induresscere, & rigidum fieri. Cic. 1. de Nat. Deor. 24. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus, quod pars earum appulsu solis exarserit, pars obriguerit nive pruinaque, longinquo solis abscessu. Idem Somn. Scip. 15. Obriguisse pruina. Apul. Florid. Ille omnia adita obriguerat. [In hoc exemplo, quod non reperi, error videtur. Reliqua omnia Præterita sunt verbi sequentis.

OBRIGESCO, ĕre. Sen. Epist 82 pr. Quid ergo? viro non vel obrigescere satius est? Lucil. apud Non. 2. 219. Para obrigescit frigore.

OBRIMA, æ. f. Unum est ex tribus fluminibus Apamiam urbem in Asia celeberrimam ambientibus. Plin. lib. 5. cap. 29. Tertius conventus Apamiam vadit, ante appellatam Celænas, deinde Ciboton. Sita est in radice montis Signiæ, circumfusa Marsia, Obrima, Orga fluminibus, in Mæandrum cadentibus.

OBRIMO, onis. f. Unum est ex cognominibus Proserpinæ. Sic autem dicta est, quod quum vim ei videretur illaturus Mercurius, immugiit altius, unde factum, ut is manum abstineret. Meminit Cæl. lib. 26. cap. 20. [Apud Eustath. & Etymologum est πριμώ, q. V.

OBRIS, is. m. [Ὄρβις Ptol.] Nomen fluvii in Gallia Narbonensi. Mela lib. 2. 5. Secundum Beterras Obris finit. Al. Orbis. Hunc Ptolemæus Orobim vocat. Gallice Orb. Hic Beterrinos etiam alluit, e Cebennis montibus scaturiens.

OBRĪZUM, vel potius OBRȲZUM, i. n. [ὄβρυζον] Aurum dicitur, quasi ὄβρυζον, hoc est sincerum delicatumque, quod sæpe igne candefactum & caustum est, & quod in coctione non minuitur. Hermolaus ex Phocinnis sententia in illod Plin. lib. 33. cap. 3. Aurique experimento ignis est, ut simili colore rubeat, quo ignis: atque ipsum obryzum vocant. Hieronymus in Jeremiam dici putat quasi Ophirisum. nam ex Ophir insula laudatissimum aurum evehebatur. [Inde aurum advexit Salomon navibus, ut est in Reg. & Paralipom. H. St.] Alii ab Obrussa deducunt. V. Hard in Plin. & Henr. Steph. Thes. append. item Lex. Pitisc. in voce Aurum. conf. OBRUSA.

OBRIZĀTUS, a, um. Adj. ut, Solidi obrizati, l. 3. C. de Veter. numism. potest. lib. 11. Et in l. unic. C. de oblat. votor. lib. 12. Alii scribunt rectius per y.

OBRŌDO, si, sum, [περιτρώγω] ĕre. Circumrodere. Plaut. Amph. 2. 2. 92.

Ut quod obrodat sit, animo si male esse occœperit. Tertull. adv. Marc. 2. 5.

OBRŌSUS, a, um. Partic. Circumrosus. Plin. lib. 37. cap. 2. Potavit ex eo ante hos annos Consularis, ob amorem obroso ejus margine. De poculo murrhino.

OBRŎGO, [παρεμποδίζω] āre. Festus, Obrogare, obloqui, atque alterius sermonem moleste impedire.

Obrogare legi [ἀντινομοθετεῖν] est, Legis prioris infirmandæ causa, legem aliam ferre; Contra rogare, opponere. Cic. 3. Att. 23. Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non liceat. Idem 1. Philipp. 23. Quid, quod obrogatur legibus Cæsaris, quæ jubent ei, qui de vi, itemque ei qui majestatis damnatus sit, aqua & igni interdici? Quædam exemplaria legunt Abrogatur. V. Suet. Claud. cap. 23. Flor. 3. 15. 4. & 17. 8. Liv. 9. 34. conf. ABROGO.

OBROGATIO, ōnis. f. Auct. ad Herenn. 2. 10.

OBROSUS, V. OBRODO.

OBRUCTO, āre. Apul. Apol. p. 312. Elmenh. Animadverti satis notabiliter in medio foro tibi, Æmiliane, obructantem.

OBRUMPO, rūpi, ruptum, [καταῤῥήγνυμι] ĕre. Idem quod Rumpere. Varro 1. de R. R. cap. 10. Quo temperandum iis, qui propter cupiditatem sæpe in pascendo, si radicem preoderint, quam educere velint e terra, obrumpunt collum. De anseribus. Al. Abrumpunt rectius.

OBRUO, ui, ŭtum, [καταχώω] ĕre. Operire terra, aqua, vel alia quare.

Obruere & Eruere, contraria. Cic. 4. de Fin. 10. Qui sciet ubi quidque positum sit, quaque eo veniat, is etiam, si quid obrutum erit, poterit eruere.

Obruere & Opplere. Cic. 2. de Nat. Deor. 130. Ægyptum Nilus irrigat, & quum tota æstate obrutam oppletamque tenuit, tum recedit, &c.

Obruere lapidibus, telis, & id genus: h. e. Dilapidare, & telis lapidibusque operire ad necem. Cic. 3. Off. 48. Cyrsilum quendam, suadentem ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. Curt. 3. 4. 11. & 6. 11. 38.

Armis fratrem obruit. Stat. 11. Theb. 573.

Fuga & Strage. Liv. 30. 6. Ambusti homines, jumentaque; fœda primum fuga, dein strage obruerant itinera portarum.

Nivibus obrutus, pruinisque miles. Liv. 5. 2.

Numero obruimur. Virg. 2. Æn. 424.

Talis. Virg. 2. Æn. 411. Curt. 3. 8. 4.

Sale obruere. Plin. lib. 9. cap. 35.

Strage, V. Fuga.

Tellure corpus obruere. Ovid. 1. Fast. 377.

Vetustate obrutum, vel situ vetustatis. Plin. lib. 21. cap. 17.

Procella obruit viros. Ovid. 1. Fast. 487.

Nox terram obruit roriferis umbris. Lucret. lib. 6. 864.

Obrutus in terra. Cato R. R. cap. 143.

Semina obruere versata terra. Ovid. Rem. Amor. 173.

Ova obruere testudines & crocodilos, quum in terra partum ediderint, deinde discedere ajunt: ita nascuntur & educantur ipsa per sese. Cic. 2. de Nat. Deor. 129.

Thesaurum obruere. Cic. de Senect. 21. Nec vero quenquam senum audivi oblitum, quo loco thesaurum obruisset.

Vino se obruere, Inebriari. Cic. pro Dejot. 26. Alt hac lætitia Dejotarum elatum, vino se obruisse, in convivioque nudum saltavisse.

Obruere, per metaph. pro Confundere, abolere. Quintil. Decl. 6. Tot voluptates obruere possunt unum dolorem.

Obruere & Delere. Cic. pro Dejot. 37. Quæ unquam vetustas obruet? aut quæ tanta delebit oblivio?

Obruere & Perdere. Cic. pro Cæcin. 90. Exoritur hic, jam obrutis rebus omnibus & perditis, illa defensio, eum dejici posse, qui non possideat.

Et domus ætatis spatio ne fessa vetusto Obruat. Lucret. lib. 3. 776.

Adversa obruimus perpetua oblivione, secunda jucunde ac suaviter meminimus. Cic. 1. de Finib. 57.

Famam alicujus. Tacit in vita Agric. 17.

Malum parvum sapientis obruere, via ut appareat. Cic. 3. Tusc. 80.

Mala virtutis magnitudine obruentur. Cic. 5. de Finib. 31.

Memoriam & nomen alicujus. Cic. 1. Tusc. 110. Ante Salaminam ipsam Neptunus obruet, quam Salaminii trophæi memoriam. Idem pro Arch. 24. Nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruisset. i. e. Nullam sui memoriam, sive famam nominis reliquisset posteris. De Homero.

Navem. Ulpian. in l. Quemadmodum. §. Si navis. D. ad l. Aquil. Si navis alteram contra se venientem obruisset.

Omen, quod dii obruant, Avertant in perpetuum. Cic. de Arusp. Resp. 42.

Vultus meos unda obruit. Ovid. 1. Trist. 2. 34.

Obruit aliquem oblivio. Tacit. in vita Agric. 46. Nam multos veterum, velut inglorios, & ignobiles, oblivio obruet.

Obruit eum oblivione vetustas. Cic. de Clar. Orat. 60. Idipsum, nisi unius esset Ennii testimonio cognitum, hunc vetustas, ut alios fortasse multos, oblivione obruisset.

Ære alieno obruere. Cic. 2. Att. 1. Tusculanum & Pompejanum valde me delectant: nisi quod me, illum ipsum vindicem æris alieni, ære non Corinthio, sed circumforaneo obruerunt.

Ambitione & foro obrui. Cic. 1. de Orat. 94.

Copia sententiarum obrui. Cic. 2. Tusc. 3. Quum obruerentur copia sententiarum atque verborum, jejunitatem & famem se malle, quam ubertatem & copiam dicerent.

Criminibus & testibus obrui & opprimi. Cic. 3. Verr. 20.

Dignatione eum obruerat, Cumularat. Paterc. 2. 69. 3.

Magnitudine negotii obrui, tanquam fluctu. Cic. 1. Q. frat. 1. 3. Neve te obrui, tanquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas.

Sermo vulgi obruitur hominum interitu, & oblivione posteritatis exstinguitur. Cic. in Somn. Scip. 18. Sermo omnis ille & angustiis cingitur his regionum, quas vides, nec unquam de ullo perennis fuit, & obruitur hominum interitu, & oblivione posteritatis exstinguitur. De sermonibus vulgi, qui contemni debent.

Testem obruit omnium risus. Cic. 3. de Orat. 285. Hoc ita præter exspectationem accidit, ut testem omnium risus obrueret.

Testimoniis enim obruitur aratorum, Innumeris convincitur. Cic. 4. Verr. 151.

OBRŬTUS, a, um. Partic. [καταχωσθείς] Ovid. 1. Epist. 6.

Obrutus insanis esset adulter aquis.

Classis obruta aquis. Ovid. 6. Fast. 194.

Corpora morbo obruta. Claud. 2. in Eutrop. 11.

Gratia virtutis obruta. Ovid. 13. Met. 446.

Ignis latet obrutus multo cinere. Lucret. lib. 4. 924.

Legio somno obruta. Stat. 10. Theb. 104.

Semina obruta longis sulcis. Ovid. 1. Met. 123.

Virtus medio jacet obruta cœno. Petron. Fragm. p. 676.

Vitiis obrutus. Nepos 4. 1. 1.

OBRUSA, vel OBRUSSA, æ. f. [ὄβρυζα] Exploratio & probatio perfectionis, & nota auri atque argenti. Cic. in Brut. 258. Et adhibenda, tanquam obrussa, ratio. Hodie, Quam obrussa, edunt inemendate. Placet etiam, Cum obrussa: nam Cum, in Quam, facile potuit degenerare brevi discrimine: atque hoc verius puto. Verba sunt Turnebi. Sen. Epist. 13. Sic verus ille animus & in alienum non venturus arbitrium probatur, hæc ejus obrussa est. Suet. Neron. cap. 44. Exegitque ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum argentum postulatum, aurum ad obrussam. V. ibi Viris doctis notata.

OBRYZUM, V. OBRIZUM, & dict. præced.

O B S

OBS. Prisc. Ex quo ait Obsoleo factum, V. OBSOLEO. H. St.

OBSÆVIO, ivi, itum, [ἀντιχαλεπαίνω] īre. Contra sævire. Plaut. Epid. 4. 1. 29.

— tun' is es,
Qui per voluptatem tuam in me ærumnam obsævisti gravem? Emendati libri habent, Ærumnam obsevisti gravem. V. not.

OBSĀLŪTO, āre. Salutandi gratia sese alicui offerre dicebant antiqui, ut Consalutare, pro Salutare. Festus.

OBSĂTŪRO, [καταπιμπλάω] āre. Significat Saturitatem usque ad fastidium, vel contra animum capere. Ter. Heaut. 4. 7. 27.

— næ tu propediem,
Ut istanc rem video, istius obsaturabere.

OBSCÆNO, OBSCÆNUS, V. OBSCENUS, & OBSCŒNUS.

OBSCÆVO, āre. quasi Scævum, i. e. Malum omen afferre. Plaut. Asin. 2. 1. 18.

Metuo, quod illic obscævavit meæ falsæ fallaciæ. Nonius. Al. Obscænavit.

OBSCĒNUS, a, um. Adj. [δυσοίωνος] ab Ob & Cano deductum, interposita s littera euphoniæ causa, & sine dipthongo scribitur: & Abominabile augurium significat. Virg. 1. Georg. 471.

Obscenique canes, importunæque volucres. i. e. Contraria portendentes & mala. Festus, Obscena apud antiquos dicebantur, quæ mali ominis habebantur. Virg. 12. Æn. 876.

— ne me terrete timentem,
Obscenæ volucres. Servius, Quæ canendo adversa significant. Idem 3. Æn. 241. V. infra OBSCŒNUS, vel OBSCÆNUS, a quo divelli non debet.

Aves obscænæ. Ovid. 2. Amor. 6. 52.

Ostentum obscænum. Suet. Galb. cap. 4.

Obscænum, Vitabile, auctore Nonio 4. 330. Virg. 3. Æn. 367.

Obscænamque famem, quæ prima pericula, vito. Ubi Servius, Obscænam, aut quæ homines etiam ad obscæna compellit. ut Malesuada fames, aut certe quam obscæna avis prædixerat. V. FAMES.

OBSCŒNUS, a, um. Adj. [αἰσχρός, ἀπρεπής] cum diphthongo, Turpe, immundum: ex Ob, & Cœnum componitur; vel ab Ob & Canendo; vel ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ut ait Priscianus lib. 9. Festus ab Oscis derivat, quorum frequentissimus fuit usus libidinum spurcarum, unde & verba impuden-

impudentia appellantur obscœna. Quod si verum esset, sine a, & absque diphthongo, Oscenum scribi oporteret.
Et certe ita Perottus scribit passim. Vide de Sermone lib. 3. pag. 402. Ab Oscis, Campaniæ vetustiss. populis. Unde vindemiarum temporibus apud Campanos regnare hoc vitium ait H St. Estiant tom. 2. fol. 215. b. Aldi.
Varro. lib. 6. de L. L. 5. docet Obscenum a Scena deduci, quod nisi in scena palam dici non debet. Potest vel ab eo, quod pueris turpicula res in collo quædam suspenditur, ne quid obsit, bonæ scævæ causa, &c. Quare quod dici scævum, bonum omen est, obscænum vero turpe, quod inde dicitur obscœne, quod exotericum. Hæc ille. Varro Agathone, Pueri obscœnis verbis novæ nuptulæ aureis restaurant. Hinc Obscœnus, Infaustum significat ut supra monuimus. Catull. 68. 99.

Sed Troja obscœna, Troja infelice sepulcrum
Detinet. [Ceterum Varro l. 2. Obscænum, per æ diphthongum scribit, ut & Nonius. V. loc. & Cellarii Orthogr. Cænum etiam, non Cœnum scribendum esse Manutius docuit. Sed & Scæna, pro Scena.

Cantare obscœna. Ovid. 3. Fast. 675.
Carmina. Propert. lib. 1. 16. 10.
Dicta. Ovid. 14 Met. 522.
Facinus. Claud. 2. in Eutrop. 129.
Jocandi genus illiberale, petulans, flagitiosum & obscœnum. Cic. 1. Off. 104.
Lectus obscœnus. Ovid. 10. Met. 465.
Opus. Ovid. 3. Amor. 14. 28.
Partes. Ovid. 2. de Arte Am. 584.
Risus. Ovid. 2. Trist. 409.
Sermones. Hor. 2. Epist. 1. 107.
Spem capit obscœnam. Ovid. 6. Fast. 337.
Verba. Ovid 3. Fast. 695. al. Dicta.
Voluptates delicatæ & obscœnæ. Cic. 1. de Nat. Deor. 112.
Adulterium. Ovid. 2. Trist. 212.
Avis obscœna pastu. Plin. lib 10. cap. 29.
Piscis obscœnus. Plin. lib. 9. cap. 18.
Obscœna n. pl. substantive, Pudenda. Mela 3. 7. Pars nudi agunt, pars tantum obscœna velati.
Obscœna corporis. Justin. 1. 6. 14.
Pro Podice. Senec. Epist. 70.
In obscœnis est penis. h. e. Inter obscœna connumeratur. Cic. 9. Fam. 22. [Subaudi Verbis.
Compar. Cic. 5. Tusc. 112. Illud Antipatri est quidem paullo obscœnius.
Superl. Idem 2. Q. frat. 3. Versus obscœnissimi.

OBSCŒNITAS, vel OBSCÆNITAS, ātis. f. [αἰσχρολογία, αἰσχρουργία, αἰσχύνη] Cic. pro Flacc. 7. Quas ego non solum propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscœnitatem verborum prætereundas puto.
In obscœnitate si quod sit flagitium, id aut in re esse, aut in verbo. Cic. 9. Fam. 22.
Turpitudinem verborum, & rerum obscœnitatem vitare. Cic. 2. de Orat. 252.
Obscœnitas orationis. Cic. 1. Off. 127.
Verborum obscœnitas si turpitudini rerum adhibeatur, ludus ne libero quidem homine dignus est. Cic. 1. Off. 104.
In strictiori significatione Obscœnitas appellata est fœda illa Venus, qua ori illudebatur. V. Suet. Tiber. cap. 65. & Claud. cap. 15. Nec aliter accipienda vox leg. 2. § 8. Dig. de Off. præf. urb. V. Fest. in Oscum.
In obscœnitatem compellere quempiam. Ulp. in l. 1. § Quod autem D. de offic. præfect. urb.

OBSCŒNE, vel OBSCÆNE, [αἰσχρῶς] Adv. Impure. Cic. 1. Off. 128. Latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe est, sed dicitur non obscœne.
Compar. Excitata obscœnius Mercurii natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit. Cic. 3. de Nat. Deor. 56.
Superl. Eutrop. 8 13. 3. Impudicissime & obscœnissime vixit.

OBSCÆNO, āre. μιαίνω, Onomast. vet.
Obscœno. [ἀναισχυντέω] āre. V. OBSCÆVO.

OBSCURUS, a, um. Adj. [ἀμαυρὸς, ἀφεγγὴς, σκοτεινός, ἀφανὴς, ἀδηλος, ἄσημος] quod a Cura derivari dicit Perottus: significareque proprie, Quod sine lumine est, quod ad talia multa curam nobis objiciant. conf. Scalig. de Causis L. L. cap. 74. Vossius cum Becmano mavult ab obsoleto Scurus, Scorus, vel Scaurus. Virg. 9. Æn. 244.

Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem.

Acumen obscurum. Lucret. lib. 4. 431.
Aer. Virg. 1. Æn. 415.
Antrum. Ovid. 4. Met. 100.
Cælum. Virg. 3. Æn. 586.
Cubila. Senec. Hippol. 4.
Luna. Virg. 4. Æn. 80.
Luce obscura. Liv. 24. 21.
Nox. Virg. 2. Æn. 420.
Nubes. Virg. 4. Georg. 60.
Pulvere obscuro permisti soles. Stat. 2. Silv. 2. 30.
Sidera nullis obscura tenebris. Propert. lib. 2. 26. 55.
Lucis obscurum. Tacit. 4. Hist. 50.
Ferrugo obscura, Nigra. Virg. 1. Georg. 468.
Forma obscura reddita moto lacu. Ovid. 3. Met. 476.
Obscurum, Difficile, & quod statim intelligi non potest: ut, Obscura oratio, Cujus sententia latet.
Obscurus & Apertus, contraria. Cic. 2. de Invent. 156. Quemadmodum res obscuræ, dicendo fierent apertiores: sic res apertas obscuriores fieri oratione.
Obscurum & Cæcum. Cic. 2. de Lege Agrar. 36. Cur hoc tam est obscurum atque cæcum?
Obscurum & Ignotum, Patefactum atque illustratum, contraria. Cic. 1. de Orat. 177. Nonne in ea causa jus applicationis obscurum sane & ignotum, patefactum in judicio atque illustratum est a patrono?
Obscura & ambigua multa erant, adhibitæ sunt interpretum explanationes. Cic. 1. de Divin. 116.
Obscura deorum natura, & difficiles explicatus habet. Cic. 3. de Nat. Deor. 94.
Carmen obscurum ambage novorum verborum. Ovid. 14. Met. 57.
Jus obscurum. Quintil. lib. 7. cap. 11.
Oracula flexiloqua, obscura, & ambigua. Cic. 2. de Divin. 115.
Verba ignotiora & obscuriora. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Valde obscurus Heraclitus, minime Democritus. Cic. 2. de Divin. 12.
Nimis obscurus Euphorion poeta: at non Homerus. Cic. 2. de Divin. 12.
Vera involvere obscuris. Virg. 6. Æn. 100.
Non erat obscurum quid homo improbus, aut nefarius cogitaret. i. e. Nemo ignorabat. Cic. 4. Verr. 91.
Discrimen obscurum, Quod dignosci facile non potest. Hor 2 Carm. 5. 23.
Obscura, & Nota alicujus nobilitas, contraria. Cic. pro Muren. 16. Tua vero nobilitas, Servi Sulpici, tametsi summa est, tamen hominibus litteratis & historicis est notior, populo vero & suffragatoribus obscurior.
Benevolentia non obscura, Non obscura concursatio. i. e. Nota & manifesta. Cic 13. Fam. 71. Non est obscura tua in me benevolentia. i. e. Eam omnes noverunt. Idem 1. Fam. 1. Libonis & Hypsæi non obscura concursatio & contentio, omniumque Pompeji familiarium studium.
Fama. Virg. 5. Æn. 302.
Fama obscurior ævo. Ovid. 6. Fast. 103.
Fama est obscurior annis, Virg. 7. Æn. 205.
Odium. Hor. 1. Epist. 14. 38.
Spes obscura. Cic. 2. de Lege Agrar. 55. Nolo suspensam & incertam plebem Rom. obscura spe & cæca exspectatione pendere.
Obscurus, Ignobilis. Cic. de Amicit. 18. Quare sibi habeant sapientiæ nomen & invidiosum & obscurum.
Obscurus vir, astutus, fallax. Cic. 3. Off. 57.
Modestus occupat obscuri speciem. Horat. in penult. Epist. Lambinus dicit ejus, quem Gr. ἀγροῖκον vocant. H. St. Extant Ep. 18. quæ antepenultima libri 1. v. 95.
Iudex neque obscurus, neque incertus. Cic. pro Cluent. 21. Interim venit iudex ad Dinæam, neque obscurus, neque incertus: qui nuntiaret ei filium M. Aurium vivere.
Tabernæ. Hor. de Arte Poet. 229.
Obscuro loco, vel genere natus, sive ortus: h. e. Ignobilis. Cic. 7. Verr. 18. Posteaquam Pompejus, humili atque obscuro loco natus. Liv. 26. 6.
Obscuris ortus majoribus. Cic. 1. Offic. 116.
Obscurus & sordidus. Cic. 2. Fam. 12. Omnis peregrinatio (quod ego ab adolescentia judicavi) obscura & sordida est iis, quorum industria Romæ potest illustris esse.
Obscuræ personæ. Cic. 3. Fam. 5. Neque enim obscuris personis, nec parvis in causis res agetur.
Compar. ut Tenebris obscurior. Claud. 2. In Eutrop. 231.
Superl. Obscurissimis initiis natus. Paterc. 2. 26. 4.
Obscurum, Adverbialiter, Lucan. 5. 631. Obscurum nimbosus aer.

OBSCURE, Adv. [ἀμαυρῶς, λεληθότως] Cic. 1. Acad. 7. Quam argute, quam obscure, etiam contra Stoicos disserendum?
Loqui obscure. Cic. 4. Verr. 48. Neque ille quidem obscure locutus est.
Dicere obscure. Cic. 4. Acad. 123. Atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidem arbitrantur, sed paulo obscurius.
Nimis obscure aliquid commemorare. Cic. 2. de Fin. 15.
Obscure natus. V. OBSCURUS.
Palam & Obscure, contraria. Cic. 4. Acad. 13. Alterum quidem, ut videamus, palam: alterum, ut suspicemur, obscurius.
Tacite & obscure perire. Cic. pro Quint. 50. De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe tacite, obscureque conceditur.
Serpit obscure hoc malum. Cic. 4 in Catil 6.
Neque, vel Non obscure, pro Manifeste, & aperte. Cæs. 8. Bell. Gall. cap. 53. Neque obscure hæ duæ legiones uni Cæsari detrahuntur.
Obscure ferre aliquid, pro Dissimulanter ferre, & ita ut nemo commoti aut ægri animi notas agnoscere possit. Cic. in Parad. 6. Istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam, nunquam obscure tulisti. Idem pro Cluent. 34. Neque id obscure ferebat, nec dissimulare ullo modo poterat.
Obscurius, & dissimulanter. Cic. 1. Fam. 4. Amicum ex Consularibus neminem tibi esse video præter Hortensium & Lucullum: ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati.

OBSCURITAS, ātis. f. [ἀμαυρότης, ἀσάφεια, ἀφάνεια] Tenebrositas, & offuscati luminis penuria. Plin. lib. 20. cap. 5. Obscuritates & vitia oculorum sanat.
Obscuritas, Difficultas. Cic. 4. Acad. 7. De obscuritate naturæ, deque errore tot philosophorum, &c.
Lumen, Obscuritas & tenebræ, contraria. Cic. 3. de Orat. 47. Oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferebat, &c.
Obscuritas & dubitatio. Cic. pro Cluent. 73. In ea obscuritate, & dubitatione omnium Canutio, perito homini, qui quodam odore, &c.
Naturæ obscuritas. Cic. 1. de Orat. 68
Obscuritates & ænigmata somniorum. Cic. 2. de Divin. 132.
Latebram obscuritatis adhibere. Cic. 2. de Divin. 111.
Minus obscuritatis & erroris habent hæc. Cic. 6. Fam. 6.
Involuta naturæ obscuritate causa latet. Cic. 1. de Divin. 35.
Rejecit te a libris obscuritas. Cic. in Topic. 1.
Vitare obscuritatem. Quintil. lib. 4 cap. 2.
Obscuritas, Ignobilitas. Cic. 2. Off 45. Quorum autem prima ætas, propter humilitatem & obscuritatem, in hominum ignoratione versatur: hi simul ac, &c.

OBSCURO, [ἀμαυρόω, σκοτίζω, ζοφόω] āre. Obscurum reddere. Plaut. Trin. 3. 2. 41. Obscuravit pectus tuum amor.
Ædes vicini obscurare tollendo. Ulpian. in l. Cum eo. D. de servit. urban. præd.
Litteras obscurare. V. Appellare litteras, in APPELLO.
Nitor folii obscuratur. Catul. de Coma Berenicis, 64 3.
Nobilitas non obscuratur, sed illustratur. Plin. in Paneg. cap. 69. extr. Tandem ergo nobilitas non obscuratur, sed illustratur a principe, &c. l. 2. Nobiles non in obscuro deprimuntur, sed in illustri loco collocantur.
Obscuratur & offunditur luce solis lucernæ lumen. Cic. 3. de Fin 45.
Tenebris obscurat omnia nox. Cic. 1. in Catil 6.
Volucres obscurant æthera pennis. Virg. 12. Æn. 253.

Obscu-

Obscurare, Non carere, supprimere, tegere, obumbrare, ut ait Budæus. Cic pro Arch. 26. Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum.
Obscurari & obrui. Cic. 4. de Finib. 29.
Obscurari nec apparere quædam, quia valde parva sint. Cic. 4. de Fin. 29.
Minora majoribus obscurantur. Cic. 5. de Finib. 58.
Obscurat magnitudinem periculi lucrum, i. e. Tegit, ita ut non appareat. Cic. 5. Verr. 131.
Obscuratur, obruitur & interit splendore virtutis & magnitudine, omnis ista rerum in corpore æstimatio. Cic. 3. de Fin. 45.
Diluere aut obscurare aliquid. Cic. in Partit. 103. Firmamente ad fidem posita, aut per se diluenda, aut obscuranda, aut digressionibus obruenda.
Obscurare aliquid dicendo, Cic. pro Cluent. 1. Ut omnes intelligant nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo.
Allegoriis obscurare aliqua. Cic. 2. Att. 20.
Obscurare & Celebrare, contraria. Sallust. in Catil. cap. 8. pr.
Acta nova obscurant veteres triumphos. Lucan. lib. 1. 121.
Obscūrans, antis. Partic. [σκοτίζων] Hor. 2. Serm. 7. 33.
— prodis ex judice Dama
Turpis, odoratum caput obscurante lacerna. h. e. Tegente, ne possis agnosci. Acron.
Obscurātus, a, um. [ἐπισκοτισθὲν] aliud Partic. ut, Vocabula diu obscurata populo. Hor. 2. Epist. 2. 115.
Sensim obscurata est & evanuit eorum memoria. Cic. 2. de Orat. 95.
Obscuratūrus, a, um. Partic. [σκοτίσων] ut, Tuas laudes obscuratura nulla unquam est oblivio. Cic. pro Marcello 31.
Obscuratio, ōnis. f. [σκότωσις] ut, Obscuratio solis, pro Obscuritate. Plin. lib 36. cap. 27. Cic. 4 de Finib. 29. Quibus autem in rebus obscuratio tanta non sit, fieri tamen non potest, &c.
Obscuratio propter exiguitatem rerum consequitur. Cic. 4. de Fin. 29.
Obscurēfăcio, fēci, factum, ĕre. Nonius 2. 601. Obliterare est obscurefacere & in oblivionem ducere.
Obscurus, V. Obscur.
Obsĕcro, [λιτανεύω, ἀντιβολῶ] āre. ex Ob & Sacro componitur: significat Per sacra rogare, vel, ut ait Festus, Opem a sacris petere. Donatus, Obsecrare, est Iratos orare. Ter. Eun. 1. 1. 4.
Exclusit, revocat; redeam? non, si me obsecret.
Obsecrare, plus est quam Rogare. Cic. Post red. ad Quirit. 16. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute, non rogavit solum, verum etiam obsecravit.
Hortari & obsecrare. Cic. 2. de Orat. 85. Si intelligam posse ad summos pervenire, non solum hortabor ut elaboret, sed etiam si vir quoque mihi bonus videbitur, obsecrabo.
Obtestari & obsecrare. Cic. 11. Att. 1. Idque ut facias, te obtestor atque obsecro.
Obsecrare precibus. Cic. 4. Fam. 11. Quum mihi C. Marcellus frater amantissimus mei, non solum consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret.
Cum multis lacrimis orare aliquem atque obsecrare. Cic. 4. Verr. 42.
Obsecrare ab aliquo. Plaut. Bacch. 4. 9. 102.
Nunc, si me fas est obsecrare abs te, pater, &c.
Obsecro ne facias. Ter. Heaut. 3. 5. 4.
Obsecro ut. Ter. Heaut. 4. 4. 3.
— quod si iu nunc
Me deceperit, sæpe obsecrans me ut veniam, frustra veniet.
Obsecro per. Ter. And. 1. 1. 28.
— nunc te per amicitiam & per amorem obsecro,
Principio ut ne ducas. Cic. pro Quint. 97. Obsecravit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, &c.
Obsecro & obtestor. Hor. 1. Epist. 7. 95.
Obsecro, verbum veteres superstitiose usurparunt, quum eum, quem alloquebantur, obstringere obligareque quodam sacramento putabant, & si ea persona erat, cui pudorem deberent, cuique omnia libere in utramque partem esse vellent, ut eam religione solverent, subjiciebant Resecro, quo verbo obsecrationem solvebant. Plaut. Aulul. 4. 7. 4.
— nunc te obsecro,
Fac mentionem cum avunculo, mater mea:
Resecroque, mater, quod dudum obsecraveram. Etiam qui obsecrabatur, ne religione ea obligaretur, Resecro dicere solebat. Plaut. Pers. 1. 1. 49. το. Obsecro. 21. Resecro. Turnebus.
Obsecro, adverbialiter positum pro Cedo, estque veluti rogantis, cum interrogationis particula. Ter. Eun. 3. 5. 21. Hem, obsecro, an is est? i e. Dic quæso. Cic. 12. Att. 17. Atticam salvere jube, & eam cura, obsecro, diligenter. [Hic non est Cedo, sed Rogo.
Obsecro quam. Plaut. Amph. 1. 1. 143.
Oppido interii: obsecro, hercle, quantus & quam validus est!
Obsecro tuam fidem. Plaut. Amphit. 1. 1. 214.
Obsecro, cum duobus accusativis. Cic. pro Quint. 99. Itequa te hoc obsecrat, C. Aquili, ut existimationem, &c.
Obsecrātus, a, um. Partic. Sallust. Bell. Jugurth. cap. 25. A Numidis obsecrati triduo navim ascendere.
Obsecrandus, a, um. Partic. Plin. 9. Epist. 29. ad Rusticum, Laus potius speranda, quam venia obsecranda est.
Obsecrātio, ōnis. f. [λιτανεία] Cic. pro Font. 38. Cavete, ne periculosum superbumque sit, ejus vos obsecrationem repudiare, cujus preces si dii aspernarentur, hæc salva esse non posset.
Prece & obsecratione humili ac supplici uti. Cic. 1. de Invent. 22.
Obsecratio, pro Precatione, quam pontifex ipse præibat pop. subsequenti verba præeuntis. Sueton. in Claud. Cæs. cap. 22. Utque dira avi in Capitolio visa obsecratio haberetur, eamque ipse jure Pontificis Maximi pro rostris pop. præiret, summotaque operariorum servorumque turba.
Obsecratio in unum diem populo indicta. Liv. 26. 23. & 27. 23.
Constituere obsecrationem. Cic. de Arusp. Resp. 63. In quo constituendæ nobis quidem sunt procurationes & obsecrationes. V. Lexic. Pitisc.
Obsĕcundo, [ἐπαγωνίζω, ὑπείκω] āre. Omnia ad alterius nutum facere, vel in melius convertere. Ter. Heaut. 4. 6. 23.
Quæ causa id fiat, obsecundato in loco. i. e. Ut fiat. Cic. pro Lege Manil. 48. Non modo cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam venti, tempestatesque obsecundarint.
Obsecundando mollire impetum aggrediuntur. Liv. 3 35.
Obsecundare est, non simpliciter Obsequi, sed Aspirare, more venti secundi. Et add. loc. Cic. qui & hic adjicitur. Deinde dicitur, Est n. quod Græci πομπεύειν dicunt & ἐπουρίζειν. Hæc ex Annot. in 2. lib. Bud. de Cont. rerum fort. H. St.
Obsecundātio, ōnis. f. Obsequium. l. 92. cod. Theod. de Decurion. Servilis obsecundatio.
Obsecundātor, ōris. m. Qui in scriniis operam navat. l. 3. Cod. Theod. de Prox. Comit. Dispos. Obsecundatores sacrorum scriniorum.
Obsecundanter, Adv. Obsequenter. Nigidius de Diis lib. 1. Quum autem id quid sit quærimus, obsecundanter naturæ viveremus. Ex Nonio 2. 607.
Obsēpio, sepivi vel sepii & sepsi, septum, [ἀποφράττω] īre. Sepe circumdare, vel Claudere.
Obsepire iter ad honores, per translationem. Liv. 4. 23. Hæc plebi ad Curules magistratus iter obsepsit.
Obsepire alicui viam adipiscendi aliquid. Cic. pro Muren. 48. Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant.
Obseptus, a, um. Partic. Liv. 2. 6. Via dolo obsepta. Idem 25. 39. Obseptis itineribus super vallum saliunt. Apul. Met. 1. Obsepto utero.
Obseptum, i. n. Sil. 12. 110. Obsepto viarum.
Obsĕquor, ĕris, sequutus sum, [χαρίζομαι, ὑπηρετέω, θεραπεύω] sequi. Alterius voluntati morem gerere, Inservire. Ter. Heaut. 3. 1. 10.
Ita ut filium meum amico atque æquali suo
Video inservire, & socium esse in negotiis,
Nos quoque senes est æquum senibus obsequi.
Obsequi & Repugnare, contraria. Cic. 3. Tusc. 60. Sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates: quum huic obsecutus sis, illi est repugnandum.
De te tibi obsequor. Cic pro Cluent. 149. Quamobrem, Cluenti, de te tibi obsequor, neque ego legem recito, neque hoc loco pro te dico, sed ea quæ a me desiderari arbitror, non relinquam. i. e. Quod te attinet.
Alicui obsequi in omnibus. Cic. 2. Q. frat. 1. 25.
Animo suo obsequi, pro Indulgere sibi, Genialem vitam agere. Terent. Adelph. 1. 1. 8.
Uxor, si cesses, aut te amare cogitat,
Aut te te amari, aut potare, aut animo obsequi.
Consuetudini auribus indulgenti licenter obsequor. Cic. in Orat. 157.
Imperio obsequi. Juven. 10. Sat. 343.
Naturæ bonitatique suæ. Cic. pro Quint. 91.
Pudori suo. Cic. 16. Fam. 9. Sed quum pudori tuo maluisti obsequi, quam valetudini, reliqua cura.
Studiis alicujus. Cic. 2. Tusc. 36. Sic faciemus, tuisque optimis studiis obsequemur.
Studiis suis etiam in aspetitatibus rerum. Cic. 1. de Orat. 3.
Tempestati in navigando obsequi, artis est. Cic. 1. Fam. 9.
Voluntati alicujus. Cic. 2. de Finib. 17. Obsequar igitur voluntati tuæ, dicamque, si potero, rhetorice.
Obsequor, cum accusativo. Gell. lib. 2. cap. 7. Sed ea tamen, quæ obsequi non oportet.
Obsĕquens, entis. Partic. [ὑπηρετῶν] Obediens. Ter. Heaut. 2. 3. 18.
Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minus sum obsequens.
Legiones nostra liberalitate nobis obsequentes. Cic. 10. Fam. 8.
Obsequens voluptati homo. Ter. Hec. 3. 5. 9.
Obsequens quo libeat flecti. Plin. lib. 16. cap. 36.
Compar. Sallust. in Cic. cap. 2. Filia matris pellex, tibi jucundior atque obsequentior, quam parenti par est.
Superl. in Vetust. Lapid. apud Grut. p. 955. n. 13. LIB GRATISSIMAE ET OBSEQVENTISSIMAE. Quintil. Declam. 291. Nurus obsequentissima. conf. Columel. lib. 3. cap. 8.
Ŏbsĕquenter, [ὑπηκόως] ius, issime. Adv. Plin. 4. Epist. 11. Vides, quam obsequenter paream tibi. Plin. 7. Epist. 24. Vixit in contubernio aviæ delicatæ severissime, & tamen obsequentissime.
Obsequentia, æ. f. Cæs. 7. Bell. Gall. 29. Factum imprudentia Biturigum & nimis obsequentia reliquorum.
Obsĕquĕla, æ. f. [θεραπεία] Morigeratio. Plaut. Asin. 1. 1. 30.
Omnes parentes, Libane, liberis suis,
Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam.
Obsequĭbĭlis, e. Adj. [ὑπηρετικὸς] Qui obsequitur. Gell. lib. 2. cap. 29. Cognatos, affinesque nullos ferme tam obsequibiles esse ait.
Obsequium, i. n. [ὑπηρεσία, θεραπεία] Officium, quo quis id sequitur, & facit, quod alteri placiturum novit. Ter. Andr. 1. 1. 41.
Obsequium amicos, veritas odium parit. Cic. de Amicit. 91. Sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.
Corporis obsequium & Indulgentia. Cic. 1. de Legib 70. Quum animus cognitis perceptisque virtutibus, a corporis obsequio indulgentiaque discesserit, voluptatemque sicut labem aliquam decoris, &c.
Fortunæ obsequia. Curtius lib. 8 4.
Ventris obsequium mihi perniciosius est cur? h. e. Cur indulgentia ventri permissa, est mihi perniciosa? Hor. 2. Serm. 7. 104.
Anceps obsequium Pers. 5. Sat. 156.
Omne meum obsequium in illum fuit cum multa severitate. Cic. 10. Att. 4.
Plenius. Quintil. in procem. lib. 1.
Abuti obsequio alicujus ad omnes res. Cic. 10. Fam. 15.
Delectari obsequio & comitate adolescentis. Cic. 6. Att. 6.
Exuere. Tacit. 3. Ann. 12.
Feci omni obsequio, ut neutri illorum quisquam esset me carior. Cic. Att. 1.
Ferre grande obsequium i. e. Accipere. Ovid. 6. Epist. 18.
Flectere aliquem obsequio. Propert. lib. 1. 8. 40. Ovid. 2. de Arte Am. 179.
Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus.
Grassari obsequio. Hor. 2. Serm. 5. 93.
Obsequio grassare: mone, si increbuit aura,
Cautus uti velet carum caput.
Mitigare patientia & obsequio suo aliquem. Cic. in Pison. 3.

Præstare

Præstare obsequium amplissimi ordinis. V. PRÆSTO.
Sumere obsequium animo. Plaut. Bacchid. 4. 10. 7. i. e. Sibi indulgere, & animo obsequi.
Vincere aliquem obsequio. Ovid. 3. Amor. 4. 12.
Obsequium speciatim Officium mortuis exhibitum denotat. Apul. Met. 10. Paucis interjectis diebus, queis feralia mortuis litantur obsequia. Unde fit, ut medio Latinitatis ævo, Obsequium simpliciter pro ipsis Exsequiis dictum sit, & Obsequi, pro Exsequias ire. Hine

OBSEQUIÆ, arum. f. pl. Idem quod Exsequiæ. Vet. Inscr. apud Fabrett. p. 702.

ME DECVIT MORTI PRIVS OCCVBVISSE SVPREMAE,
TEQVE MIHI TALES, NATE, DARE OBSEQVIAS.

OBSEQUIALIS, e. Adj. Fortun. lib. 6. Carm. 7.
Solvit & exsequias obsequialis amor.

OBSEQUIŌSUS, a, um. Adj. [[illegible]] Qui facile obsequitur. Plaut. Capt. 2. 3. 58. Mihi obsequiosus semper fuisti. Firmicus lib. 1. cap. 12. Libra significat mercatores, ac judices, & obsequiosos homines.

OBSĒRO, sēvi, situm, [κατασπείρω] ĕre. Circum serere, i. e. seminare significat, vel potius idem quod simplex Sero. Cic. 2. de Legib. 63. Obductaque terra erat, frugibus obserebatur.
Obserere, Circumplantare. Colomel. lib. de Arboribus cap. 3. Agrum antequam vineis obseras, explorato qualis saporis sit. Varr. 1. de R. R. cap. 24.
Obserere mores, per translationem, pro Imbuere. Plaut. Trin. 2. 4. 130.
Pugnos obserere. Plaut. Men. 5. 7. 23.

OBSĪTUS, a, um. Partic. [[illegible]] ut,
Pædore obsitus. Sen. Agamemn. 23. i. e. Sordibus fœtens propter carcerem diuturnum.
Annis & pannis obsitus, i. e. Male indutus, & pannosus. Ter. Eun. 2. 2. 5. Sic apud Liv. 2. 23. Obsita squalore vestis. Et apud Virg. 8. Æn. 307.
— ibat rex obsitus ævo.
Frondibus obsita. i. e. Obvoluta & latentia. Hor. 1. Carm. 18. 12.
Nivibus obsitum iter. Curt. lib. 5. 6.
Aer obsitus pallore. i. e. Obductus caligine, & obscuratus. Lucan. lib. 5. 627. al. Squalore.
Setis obsita bos Io. Virg. 7. Æn. 790.
— jam setis obsita, jam bos.
Situ obsitus. V. SITUS.
Tenebris loca obsita. Cic. 1. Tusc. 48.
Acheruntia templa, alta Orci, pallida
Leti, obnubila, obsita tenebris loca.
Virgultis loca obsita. Liv. 28. 2.
Rura obsita pomis. Ovid. 13. Met. 719.

OBSĔRO, [μοχλόω, ἐγκλείω] āre. Occludere, veluti sera imposita. Ter. Eun. 4. 5. 25.
Tu abi, atque ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum.
Liv. 5. 41. Ubi eos plebis ædificiis obseratis, patentibus atriis principum, major prope cunctatio tenebat aperta, quam clausa invadendi.
Obserat herbosos lurida porta rogos. Propert. lib. 4. 12. 8.
Tabellam liminis obserare. Catul. ad Ipsithillam, 30. 5.
Palatum obserare. Catull. in Camerium, 53. 21.

OBSERĀTUS, a, um. Partic. Obturatus, clausus. ut, Obseratæ aures. Hor. Epod. 17. 53.
Quid obseratis auribus fundis preces?
Ædificia obserata. Liv. 5. 41.

OBSERVO, [παρατηρέω, φυλάττω, ἐφορῶ, σκοπέω] āre. est, inquit Valla 4. 3. idem quod Custodire aliquid oculis animoque in modum speculatoris, ne nos silentio, tacitoque prætereat. Servius in 4. Georg. Observare, est Callide advertere. Ter. And 1. 1. 242.
Perterrefacias Davum, observes filium
Quid agat, quid cum illo consilii captet. Virg. 4. Georg. 513.
— quos durus arator
Observans, nido implumes detraxit.
Custodire & Observare. Qu. Cic. de Petit. Consul. 43. Fac itaque ut se abs te custodiri atque observari sciant.
Insidiari & Observare. Cic. in Orat. 210. Non id agit, ut insidietur & observet; sed jam favet, processumque vult, dicendi vim admirans, non inquirit quod reprehendat.
Ubi multi observandi sunt & multa servanda, nihil est mali, canes ibi quam plurimos esse. Cic. pro Rosc. Amer. 90.
Ex inopinato observare. Cic. 2. de Nat. Deor. 124. In araneolis aliæ quasi rete texunt. ut si quid inhæserit, conficiant: aliæ autem ut ex inopinato observant, & si quid incidit, arripiunt, idque consumunt.
Ex vicino aliquem observare. V. EX.
Restricte non observat amicitia, ne plus reddat quam acceperit. Cic. de Amicit. 58.
Observa an. Plaut. Asin. 4. 1. 60.
Tuus observet, Venerine eas det, an viro. In emendatis libris est, Tuus servus servet.
Observare, quemadmodum se unusquisque gerat. Cic. 2. Verr. 46. Nunc autem homines in speculis sunt, observant, quemadmodum se unusquisque vestrûm gerat in retinenda religione, conservandisque legibus.
Observatote, quam blande mulieri palpabitur. Plaut. Amph. 1. 3. 9.
Animadversionem Censoriam, ut rem judicatam, nunquam perinde observaverunt. Cic. pro Cluent. 117.
Censum observare qui alicui habitus esset. Cic. 4. Verr. 138.
Fœdus ictum. Sil. lib. 17. 78.
Januam. Plaut. Asin. 2. 2. 7.
Leges. Cic. pro Domo 71.
Nutum. Cic. 4. Tusc. 67.
Læna delinita argento nutum observabit meum. Ex Nævio.
Observationes alicujus diligenter observare. Affertur ex Cic. 14. Fam. 28. ad Servium in edit. Lugd. Sed epp. ad Servium sunt lib. 13. in quibus sæpe hoc verbum occurrit, verum in alia significatione, nec hunc locum usquam ibi offendes.
Occupationem, & Tempus alicujus aucupari. Cic. pro Rosc. Amer. 22. Quum præsertim tam multi occupationem ejus observent, tempusque aucupentur, &c.

Observari animadvertique res poterunt, etsi causæ earum non reperientur. Cic. 2. de Divin. 47.
Scripturam alicujus observare, pro Reprehendendi studio legere. Ter. in prol. Adel. 2.
Sese observare. Cic. de Clar. Orat. 292. Quod quanquam scienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in se, atque ipse sese observans, metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat.
Signa aliqua. Cic. 6. Fam. 6.
Tempus aliquod. Cic. 11. Fam. 16.
Tempus ulciscendi. Cic. 4. Tusc. 21.
Observare, Sedulo studere, ne aliquid mali patret aliquis. Cic. 7. Fam. 27. Ego te in consulatu observabam?
Observare, verbum Augurum. Virg. 6. Æn. 198.
Observans, quæ signa ferant, quo tendere pergant, &c. Ubi Servius, Observare enim & de cælo, & de avibus, verbo augurum dicitur. [Frequentius tamen Servare de cælo. V. SERVO.
Observare etiam est, Assidue cum aliquo esse honoris causa. Observare enim aliquem dicuntur, qui eum officii honorisve causa deducunt, & reducunt. Cic. 1. Att. 1. Dies fere nullus est, quin hic Satrius domum meam ventitet: observat L. Domitium maxime, me habet proximum. Observat, i. e. Affectationis officio colit.
Observare, Venerari & admirari aliquem, tantum dignitatis vel virtutis cultu. Virg. 4. Georg. 211.
Præterea regem non sic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes Observant.
Observare & diligere. Cic. 5. Fam. 8. Hoc magis sum Publio deditus, quod me, quanquam a pueritia sua semper, tamen hoc tempore maxime, sicut alterum parentem, & observat & diligit.
Colimus & observamus diligenter Cæcilium. Cic. 2. Att. 19.
Officiis, non largitione aliquem observare. Cic. pro Planc. 37.
Perofficiose & peramanter observare aliquem. Cic. 9. Fam. 20.
Observatum, Impersonaliter, pro Deprehensum & animadversum. Plin. lib. 16. cap. 22. Observatumque, non arescere nisi tenuia.
Habitum ita & observatum est. Cic. 3. Att. 23.

OBSERVANS, antis. [παρατηρῶν] Partic. Cic. 16. Att. 16. pr. Attici nostri te valde studiosum esse cognovi, mei vero ita cupidum, ut mehercule paucos æque observantes atque amantes me habere existimem. [An Mei?
Observans tui, pro Amans cum veneratione quadam. Cic. pro Quint. 39. Ita credo hominem propinquum tui observantem, virum bonum, &c.
Compar. Populus fit observantior æqui. Claud. 4. Cons. Hon. 297.
Superl. Cic. 1. Q. frat. 2. 3. Fert enim graviter, homo & mei observantissimus, & sui juris, dignitatisque retinens, se apud te neque amicitia, neque jure valuisse.
Omnium officiorum observantissimus. Plin. 7. Ep. 30 pr. Add. 10. Epist. 12.

OBSERVĀTUS, a, um. Partic. [[illegible]] ut,
Notæ observatæ. Ovid. 4. de Pont. 13. 10.
Sidera. Ovid. 3. Fast. 112.
Vestigia observata sequor. Virg. 2. Æn. 753.
Observatum & vetustum aliquid habere. Cic. 2. de Divin. 47.
Observata Hippocrati, pro ab Hippocrate. Plin. lib. 7. cap. 51.

OBSERVANTER, Adv. Macrobius in Somn. Scipion. lib. 1. cap. 1. Idem igitur observanter secutus est in illis præcipue voluminibus, &c.
Facit omnia circa honorem meum observanter, circa salutem sollicite, circa amorem callide. Apul. Apol. 2. p. 320. Elmenh.
Compar. Ammian. 23. 6. Persa observantius hæc aliaque pudenda declinat.
Superl. Gellius 10. 21. Observantissime vitare. August. de Anim. cap. 34. Observantissime sequi.

OBSERVĀTE, Adv. Accurate. Gell. 2. 27. Observate curioseque animadvertere.

OBSERVANTIA, æ. f. [θεραπεία, αἰδώς, σεβασμός] ab Observo, pro Veneror & admiror, significat Venerationem quandam, & honoris exhibitionem in aliquem. Liv. 1. 35. Obsequio & observantia in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum rege ipso certasset. Cic. 11. Att. 17. Deque tua erga se observantia, benevolentiaque mihi plurima exponit.
Observantia est, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reveremur & colimus.
Colere observantia aliquem. Cic. 12. Fam. 26.
Mea tibi observantia nunquam defuit. Cic. 5. Fam. 8.
Officia observantiamque alicujus diligere. Cic. pro Corn. Balb. 63.
Magnum onus observantiæ alicui imponere. Cic. 13. Att. 21.
Retinere observantia amicos, rem parsimonia. Cic. pro Quint. 59.
Observantia, pro Observatione vel consuetudine. Suet. in August cap. 76. Ex hac observantia nonnunquam, vel ante initum, vel post dimissum convivium, solus cœnitabat, quum pleno convivio nihil tangeret.

OBSERVĀTIO, ōnis. f. [παρατήρησις] quasi Adnotatio quædam, & animadversio. Plin. lib. 11. cap. 10. Mira observatio operis.
Antiqui sermonis observatio. Suet. de Clar. Gramm. 24.
Difficilior. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Lubrica. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Perpetua observatione dignum. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Summa erat observatio in bello movendo apud antiquos. Cic. 1. Off. 36.
Absumpta. Plin. lib. 11. cap. 37.
Observationi operam dare. Plaut Mil. 2. 6. 5.
Natura & casu, Ratione & observatione facere aliquid, contraria. Cic. de Clar. Orat. 33. Verumtamen, natura magis, tum casu nonnunquam, quam aut ratione aliqua, aut observatione fiebat.
Diuturna observatio notandis rebus fecit artem. Cic. 2. de Divin. 146.
Habere aliquam observationem. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Inveniri observatione scientia non potuit. Cic. 2. de Divin. 147.
Prudentium observatione & aurium terminatione inventus est versus. Cic. in Orat. 178.
In observatione esse. Plin. lib. 17. cap. 21. Quondam in observatione erat, ut defringerentur ex imputata buxo, aliter vivere non crediti. h. e. Quondam observabatur.
Notitia sui corporis & observatione sustentatur valetudo. Cic. 2. Off. 86.
Observatio, Idem aliquando quod Observantia, hoc est Honor & reverentia. Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. 8. Neque sicut collegio Pontificum auctoritas amplissimi viri, aut Marcello adjectio impensæ impe-

impedimento fuit, quo minus religionibus suus tenor, suaque observatio redderetur.

OBSERVĀTUS, ûs. m. [[illegible]] Idem quod Observatio. Varr. 2. de R. R. cap. 7. Ex observatu dicunt eum equum habere annos sedecim.

OBSERVĀBILIS, e. Adj. [[illegible]] Quod idoneum est ut observetur. Cujus contrarium ejus compositum est Inobservabilis. q. V. Quintil. lib. 9. cap. 1. In armorum certamine & adversos ictus, & rectas & simplices manus, tum videre, tum etiam cavere & propulsare facile est, aversæ, tectæque minus sunt observabiles. h. e. Minus animadverti & observari atque caveri possunt.

OBSERVĪTO, āre. frequent. Cic. 1. de Divin. 102. Neque solum deorum voces observitaverent Pythagorei, sed etiam hominum quæ vocant omina. Alia exemplaria habent, Observaverunt.

Eædem ferme cærimoniæ sunt, quas flaminicas Diales seorsum ajunt observitare. Gell. lib. 10. cap. 15. ubi de Flamine Diali. H. St.

OBSES, OBSESSIO, OBSESSOR, OBSESSUS. V. OBSIDEO.

OBSĬDEO, sēdi, sessum, [[illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible]] ēre. Circumsidere significat, Occlusum tenere, ac fossa & vallo septum retinere: In quo quies significatur, quasi Obstare. Cic. 7. Philip. 15. Qui Mutinam coloniam Pop. Romani & Consulem designatum obsederit. Idem pro Font. 20. Ab his gentibus sanctis, & in testimonio religiosis, obsessum Capitolium est.

Aditus armati obsident. Cic. 2. Philip. 89.

Ædes obsidet cohors. Juven. 10. Sat. 17.

Angusta viarum obsedere alii telis. Virg. 2. Æn. 332.

Campos obsidit milite. Virg. 3. Æn. 400.

Fores obsedere strictis mucronibus. Virg. 2. Æn. 450.

Hostem obsidet miles. Lucan. lib. 6. 117.

Italiam præsidiis obsidere & occupare. Cic. 2. de Lege Agrar. 74.

Itinera obsidere. Curt. lib. 6. 8.

Senatum armis obsedit Antonius. Cic. 7. Philip. 15.

Obsidere, oppugnare, & labefactare aliquam urbem. Cic. de Arusp. Resp. 6.

Vi, ferro, metu obsidere. Cic. Post red. in Senat. 3.

Obsidere, pro Occupare & detinere. Cic. 2. Verr. 6. Ut perspicuum cuivis esse posset, hominem ab isto quæsitum esse, non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret. h. e. Qui accusando locum occuparet, ut ego istum accusare non possem. Budæus. Vet. Schol. Obsideret, Occuparet, vel observaret.

Vim regiæ potestatis obsederat Dictatura. Cic. 1. Philip. 3.

Latus lævum obsidet Charybdis. Virg. 3. Æn. 421.

Obsidere, pro Circumstare. Seneca, Varia & incerta pericula humanam vitam obsident. Cic. pro Flacc. 57. Quum speculatur atque obsidet Rostra vindex temeritatis, atque moderatrix officii Curia. Budæus.

Locus omnis obsidatur corporibus. Cic. 1. de Nat. Deor. 65.

Spatium vel locum obsidere, pro Obtinere. Celsus lib. 7. cap. 22. Si totum id ramex obsederit, &c. V. ibid. paulo supra.

Stuprum obsidere, Insidiari stupro. Cic. 1. in Catil. 26. Jacere humi, non modo ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum.

Obsideri & Teneri. Cic. in Orat. 210. Quum is, qui audit, ab oratore jam obsessus est, ac tenetur.

Obsidere, Idem quod Sedere. Ter. Adelph. 4. 6. 6.

—nunc vero domi
Certum obsidere est usque, donec redierit. [Melius Donat. Proprie, inquit, Obsidere dixit. Convenit enim & irato, & repente aggressuro. Fratris nimirum januam, obsessurus erat senex.

Inter Obsidere & Oppugnare urbem differentia hæc est, quod illud fit mora, hoc impetu. Liv. lib. 2. 11. Consilius ab oppugnanda urbe ad obsidendam versis.

Cincti ab hoste, pro Obsessi. H. St.

OBSĪDO, sēdi, [[illegible]] ēre. Idem quod Obsideo significat: nisi quod motus quidam inest, ut quasi sit Obsessum ire. Sallustius in Catilin. cap. 45. Homines militares, sine tumultu collocatis præsidiis, sicuti præceptum erat, occulte pontem obsidunt. Alia exemplaria habent, Obsident. Sed hanc lectionem ex MSS. tuetur Cort. conf. CIRCUMSIDO.

Obsidere, pro Occupare. Lucret. lib. 4. 352.
Obsiditque vias oculorum, ne simulacra
Possint ullarum rerum conjecta moveri.

OBSĬDENS, entis. Partic. ab Obsido, [[illegible]] Catull. Argon. 314.
Troicaque obsidens longinquo mœnia bello.

OBSESSUS, a, um. [[illegible]] Partic. ab Obsideo. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 84. Tandem omnibus rebus obsessi, quartum jam diem sine pabulo retentis jumentis, aquæ, ligni, & frumenti inopia, colloquium petunt.

Obsessis viis, commeatu intercluso. Cæs. 3. Bell. Gall. 24.

Bellis obsessos & undis. Stat. 9. Theb. 490.

Obsessi & impares. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Artus obsessos occupat mihi sudor. Ovid. 5. Met. 632.

Corpus obsessum glaciali frigore. Ovid. 9. Met. 581. al. Pectus.

Fauces obsessæ, i. e. Clausæ. Virg. 3. Georg. 508. Servius.

Legio vallis obsessa tenetur. Virg. 10. Æn. 120.

Limen obsessum acta testudine. Virg. 2. Æn. 441.

Pectora obsessa multis malis. Senec. Herc. fur. 12.

OBSESSIO, ōnis. f. [[illegible]] Cic. pro Corn. Balb. 5. Hunc enim in ea civitate, in qua sit natus, honestissimo loco natum esse concedis, &c. nullius laboris, nullius obsessionis, nullius prælii expertem fuisse.

Obsessio templorum, occupatio Fori. Cic. pro Domo 5.

OBSESSOR, ōris. m. [[illegible]] Qui obsidet. Liv. 9. 15. Papirio quoque, qui obsessor Luceriæ restiterat, brevi ad spem eventus respondit.

Obsessor fori. Plaut. Pseud. 3. 2. 18. Cic. pro Domo 13. Obsessor curiæ.

Obsessor aquarum hydrus. Ovid. 2. Fast. 259.

OBSĬDIO, ōnis. f. [[illegible]] Idem quod Obsessio. Cic. pro Rabir. 29. Quum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione Rempub. liberasset.

Longæ obsidionis dira egestas. Juven. 15. Sat. 96.

Absistere obsidione. V. ABSISTO.

Capere urbes partim vi, partim obsidione. Cic. pro Muren. 20.

Cingere urbem obsidione. Virg. 3. Æn. 52.

Claudere muros obsidione. Lucan. lib. 3. 343.

Continuare obsidionem. Liv. 23. 19. pr.

Esse in obsidione, pro Obsideri. Liv. 23. 37. pr. & 24. 40.

Eximere obsidione aliquem. Livius, Ibi quoque circumsessus, adventu fratris obsidione eximitur. Urbem. idem. 36. 13. pr. Socios. 9. 21. pr.

Eximere ex obsidione fœneratores. Cic. 5. Fam. 6.

Habere in obsidione aliquem, Obsidere. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 31.

Levari obsidione. Virg. 10. Æn. 26.

Liberare aliquem periculis obsidionis. Cic. pro Lege Manil. 20. conf. a pr.

Premebat urbem ingenti obsidione. Virg. 8. Æn. 647.

Relinquere obsidionem. Cæs. 5. Bell. Gall. 47.

Solutus obsidione. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 191.

Tenentur castra obsidione. Virg. 10. Æn. 109.

Trahere in longius obsidionem. Quintil. lib. 1. cap. 10.

OBSIDIONĀLIS, e. [[illegible]] ab Obsidione derivatur: unde, Corona obsidionalis, Quæ dabatur Imperatori ei, qui obsidione liberasset ab hostibus obsessos. Fiebat autem a gramine viridi, ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi. Fest. Hanc coronam gramineam S. P. Q. R. Q. Fabio Maximo dedit, bello Pœnorum secundo, quod urbem Romam obsidione hostium liberasset. Meminit Gell. lib. 5. cap. 6. Auctor de Viris illust. cap. 17. Consulem obsidione liberavit: quare a Minucio & ejus exercitu obsidionali corona donatus est. Liv. lib. 7. cap. 37. Secundum Consulis donationem, legiones gramineam coronam obsidionalem, clamore donum approbantes, Decio imponunt. Altera corona, ejusdem honoris index, a præsidio suo imposita est. V. Plin. lib. 22. cap. 4.

OBSĬDIUM, i. n. [[illegible]] Ipsa obsidio. Columella lib. 9. cap. 7. extr. Eæque pauciores intereunt, quum licet vitare pestis obsidia per aliud vadentibus effugium. [Forte Evadentibus.

Obsidium, dictum ab Obsidendo, quo minus hostis egredi posset inde. Item ab Abscindendo: quum id ideo facerent, quo facilius diminuerent hosteis. Auctor Varr. lib. de L. L. 4. 16. Turnebus Advers. 21. 18. Obscindendo emendat, & Obscidium scribendum ait. [Sed vellem etiam quid sit Obscindere, & qui tandem Obsidium Obscidium sit, declarasset. Sententia potius postulare videtur, ut Ab abscondendo legatur. Nam revera datur & occultum obsidium, & habet eam vim nonnunquam particula Ob, ut in Occulo, Oblitesco, Obliviscor &c. Sic Obsidere, pro In occulto sedere veteres usurpasse videntur, ut ex Obsidiæ, & Obsidior satis apparet. de quibus infra V.

Capessere obsidia. Tacit. 12. Ann. 15.

Facere obsidium. Gell. lib. 15. cap. 31.

Solvere obsidium. Tacit. 4. Ann. 24. Primo sui incessu solvit obsidium.

Obsidium tuo tergo est, inquit Plaut. in Mil. 2. 2. 64.

Dare aliquem obsidio. h. e. Obsidem. Tacit. 11. Ann. 10.

OBSIDIÆ, arum. f. pl. dicuntur sicut & Insidiæ, [[illegible]] Columel. lib. 8. cap. 2. Dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum aut insidiosorum animalium diripiantur.

OBSĪDIOR, [[illegible]] āri. Circa insidias facere. Columel. lib. 9. cap. 14. Sed inter Caniculæ & Arcturi exortum cavendum erit, ne apes intercipiantur violentia crabronum, qui ante alvearia plerumque obsidiantur prodeuntibus.

OBSES, ĭdis. c. [[illegible]] Qui traditur imperio alicujus ea conditione, ut si dator obsidis a fide recedet, recipienti sit potestas in corpus & vitam ejus sæviendi, qui datus est obses. Valla 6. 31. Hic quoniam obsidionis causa dari consuevit, inde nomen assumpsit: quamvis Festus ex Ob & Fides compositum velit permutatione litteræ, quod sit Ob fidem datus. Cæs. 1. Bell. Gall. cap. 27. Eo postquam Cæsar pervenit, obsides, arma, servos, qui ad eos perfugissent, poposcit. Cic. 1. Verr. 72. A nobis multos obsides; habet Pop. Rom.

Accipere obsides. Cic. 15. Fam. 4. Ab his, Pindenisso capto, obsides accepi.

Cavere obsidibus. V. CAVEO.

Dare. Cic. 5. Verr. 124. Tantum quod aratoribus Metellus obsides non dedit, se nulla in re Verri similem futurum.

Imperare. Cic. pro Lege Manil. 35. V. IMPERO.

Mittere. V. MITTO.

Conjugii sponsor & obses. Ovid. 2. Epist. 34.

Accipere fidei obsides. Senec. Thyest. v. 520.

Obses, per translationem. Cic. 4. in Catil. 1. Habemus enim a C. Cæsare, sicut ipsius dignitas & majorum ejus amplitudo postulabat, sententiam tanquam obsidem perpetuæ in Rempub. voluntatis.

Damnationem aliquam obsidem dare. Cic. pro Cluent. 83.

Libertatem vestram animi sui obsidem vobis reliquit. Cic. Anteq. iret in exil. 27. Neque vero M. Tullius suum animum a vestra abalienavit potestate, quum præcipuum vobis obsidem sui animi, vestram reliquerit libertatem.

OBSIDĀTUS, ûs. m. Ipse status obsidum. Ammian. 16. 27. Obsidatus pignore tentus in Galliis.

OBSIDIĀNUS, a, um. Adj. [[illegible]] Obsidianum vitrum, de quo Plin. lib. 36. cap. 26. In genere vitri & obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Æthiopia invenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, crassiore visu, atque in speculis parietum pro imagine umbras reddente. Gemmas multi ex eo faciunt, vidimusque & solidas imagines divi Augusti, capaci materia hujus crassitudinis: dicavitque ipse pro miraculo in templo Concordiæ obsidianos quatuor elephantes, &c. Fit & in tinctoræ genere obsidianum ad escaria vasa, totum rubens vitrum, atque non translucens, hæmatinum appellatum.

OBSIGILLO, āre. Idem quod Obsignare seq. Senec. Epist. 115. Nunc enim multa obsigillant, & aciem nostram, aut splendore nimio repercutiunt, aut obscuro retinent. Alludit ad morem antiquum obsignandi annulo quæ clausa esse volebant. ut placet Turneb. Advers. 30. 3. In emendatis vero codd. Obstrigillant legitur. q. V.

OBSIGNO, [[illegible], [illegible], [illegible]] āre. Signi impressione occludere: & ad litteras, ceteraque, quæ signo quovis notantur, aut imprimuntur, pertinet. Plaut. Bacch. 4. 4. 96.
Cedo tu ceram ac linum actutum: age obliga, obsigna cito. Q. Cic. 16. Fam. 26. Plane te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, &c.

Obsignare & Occludere. Cic. 2. de Orat. 248. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo, Solum esse, cui domi nihil sit nec obsignatum, nec occlusum: quod idem in bono servo dici solet, &c.

Obsignare quandoque capitur pro Signo notariorum, seu Subscriptione

eorum

eorum aut testium signare. Cic. pro Quint. 67. Ejus rei conditionisque tabellas obsignaverunt viri boni complures. Idem 7. Verr. 101. Iste in tabellas refert, obsignat signis amicorum providens homo.
Signis judicum tabulas obsignare. Cic. pro Flacc. 21.
Testamenta obsignare. Cæs. 1. Bell. Gall. cap. 39.
Codicem. Cic. 3. Verr. 149.
Literas & epistolas obsignare, pro Occludere, & sigillare quod dicitur. Cic. ad Brut. 2. pr. Scripta & obsignata jam epistole, litteræ mihi redditæ sunt a te.
Publico signo litteras obsignandas curavi. Cic. 6. Verr. 140.
Pecuniam. Cic. pro Cluent. 47. Pecuniaque obsignata, quæ ad eam rem dabatur, in manibus Scamandri, liberti Fabriciorum, deprehenditur.
De ratione obsignandi tabellas apud veteres, V. Salmas. & Herald. in Scriptis adversariis.
OBSIGNĀTUS, a, um. Partic. [ἐπισφραγισθείς] ut, Decretum ab amplissimis viris obsignatum. Cic. 16. Att. 16.
Agere cum aliquo tabellis obsignatis. Cic. 5. Tusc. 33.
Naturam obsignatam habere in quiete visa est matrona. Cic. 2. de Divin. 145.
Habere aliquid obsignatum. h. e. Sigillo memoriæ impressum ne effluat. Tralatio est ducta a tabulis obsignatis. Lucret. lib. 2. 581.
OBSIGNĀTIO, ōnis. f. Gell. 2. 2. Obsignatio tabularum. Tertull. de Baptism. cap. 13. Obsignatio baptismi.
OBSIGNĀTOR, ōris. m. [ἐπισφραγιστής] Cic. 12. Att. 18. Quod scribis Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui, primum tibi persuade, me isthæc non curare. Veteres facto testamento obsignatores ex lege adhibebant. Adhibebant autem amicos fere, aut homines auctoritate præstantes: quo magis ratum haberetur id, quod annulis clarorum virorum esset obsignatum. Hinc apud Valer. Maxim. lib. 7. cap. 7. legitur, Testamentum M. Annei Carseolani Pompejum Magnum signasse. Vide etiam Cic. ad Attic. lib. 7. Epist. 2. & 16. 16.
Litterarum obsignator. Cic. pro Cluent. 186.
OBSĪPO, [ἐπιπάσσω] āre. Objicere, ut ait Festus in Insipere, ut quum rustici dicunt, Obsipa pullis escam. conf. Supat. apud eund.
Obsipat aquolam, i. e. Aspergit. Plaut. Cistell. 2. 3. 37. Lamb. V. OBSIPO.
OBSISTO, obstiti, obstitum, [ἀνθίστημι. ἀνθίσταμαι] ěre. Contra sistere, obstare, repugnare. Cic. de Amicit. 26. Cogitis certe: studiis enim generorum, præsertim in re bona, cum difficile est, tum ne æquum quidem obsistere. Idem de Senect. 72. Hoc est illud, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est, quum illi quærenti, qua tandem spe fretus sibi tam audacter obsisteret, respondisse dicitur, senectute.
Hic obsistam, ne imprudenti huc ea se subrepsit mihi. Plautus Milit. 2. 3. 62. Al. Hic ea. [Malim Hinc. Obsistere autem h. l. est Obsidere fores, Non discedere ex eo loco.
Obsistere alicui obviam. Plaut. Amphit. 3. 4. 2.
Obsistere & defendere. Cic. 6. Verr. 94. Qui primo quum obsistere & defendere conarentur, male mulcati clavis ac fustibus repelluntur.
Audaciter alicui. Cic. de Senect. 72.
Fugienti obsistere. Ovid. 12. Met. 425.
Minis. Lucret. lib. 1. 110.
Remis obsistunt freta. Ovid. 13. Epist. 5.
Vento. Ovid. 2. de Arte Am. 607. al. Phœbo.
Ventis vix obsistitur. Ovid. 1. Met. 58.
Obsisti illi non potest, h. e. Resisti, & obviam iri. Cic. 2. de Finib. 46. Itaque idem natura victus (cui obsisti non potest) dicit alio loco, &c. Idem 7. Fam. 3. Postea autem quam alicujus culpa tantum valeret onus, ut obsisti non posset.
Dolori. Cic. 2. Tusc. 28.
Fortunæ repugnari obsistique magnitudine animi facile potest. Cic. 4. de Finib. 17.
Injuriæ. Cic. 1. Off. 57. Qui autem nec defendit, nec obsistit, si potest, injuriæ, tam est in vitio, quam si parentes, aut patriam deserat.
Libidini alicujus. Cic. 7. Verr. 82. Quis unquam istius libidini obstitit?
Odiis multorum nullæ opes possunt obsistere. Cic. 2. Off. 23.
Opinionibus. Cic. 4. Acad. 108.
Sermoni alicujus. Cic. 1. Q. frat. 2. 7.
Viribus obsistunt jura. Lucan. lib. 3. 123.
Visis obsistere, assensusque suos firme sustinere, summum munus sapientis est. Cic. 3. de Finib. 31.
Vitiis. Cic. 2. Off. 37.
OBSISTENS, entis. Partic. Liv. 2. 10. Obsistens, obtestansque Deûm & hominum fidem.
OBSTĪTUS, & OBSTĪTUS, a, um. Partic. Obliquum significat. Apul. de Deo Socratis p. 42. Radii solis obstiti. Lucret. 4. 519.
Omnia mendose fieri atque obstita necessum est. Sic legit Festus in voce. Sed vulgo Obstipa legitur. V. omnino locum.
OBSTITUM, i. n. Cloatius & Ælius Stilo esse ajunt violatum, tactumque de cælo. Cincius eum qui deo deæque obstiterit, id est, qui viderit quod videri nefas esset. Hæc Festus. Cic. 2. de Legib. 21. Iidemque fulgura atque obstita pianto.
OBSITUS, V. OBSERO.
OBSŎLEO, ui & ēvi, ētum, [ἀπαρχαιόομαι] ēre. vel OBSOLESCO, ĕre. ex Ob, id est contra, & Oleo, vel Olesco. interposita littera s: est Deficere, inveterascere, desuescere. Cic. pro Lege Manil. 52. Obsolevit jam ista oratio, re multo magis quam verbis refutata. I. e. Desuevit, sive ab usu recessit. Idem 2. Philipp. 105. In homine enim turpissimo obsolebant dignitatis insignia. I. e. Sordida erant, sordebant, inquit Budæus. Al. Obsolescebant & Obsolefiebant. V. not. Græv.
Ex Obs & Oleo compositum Obsoleo, ut ex Prisciano affert Beroald. in Suet. Calig. Sed puto falsum esse, & esse ex Ob & Soleo, ut Ob habeat scil. quandam vim στερητικήν. Interdum facit, ut quid in malam partem sumatur, veluti in Obnuntio. H. St. Verum non dicitur Solescere, ut Olescere. In Thesauro Lipsiensi ad utrumque etymon male refertur.
Obsolescere interjecto spatio. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 1.
Propter vetustatem obsoleverunt res. Cic. 1. Acad. 11.
Gloria. Curtius lib. 9. 6. 14. Cito gloria obsolescit in sordidis hostibus.
Laus alicujus obsolescit. Tacit. 4. Ann. 26.
Splendor obsolevit. Cic. pro Quint. 59. Antiquam officii rationem dilexit, cujus splendor omnis, his moribus, obsolevit.

Virtus. Cic. pro Sext. 60. Splendetque per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit.
Vectigalia Nitere & Obsolescere, contraria. Cic. de Lege Agrar. 1. 21. Non dico solum hoc in Repub. vectigal esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat. i. e. Sordidetur. [Immo Vilescat.
Obsoleverunt chartæ. Cic. pro Cæl. 40. Chartæ quoque, quæ illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt.
OBSOLĒTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἀπηρχαιωμένος] Inveteratum significat, & quod ab usu recessit: ut, Verba obsoleta. Cic. pro Quint. 56. Audacem? cupidum? perfidiosum? vulgaria & obsoleta sunt; res autem nova & inaudita.
Nimis antiqua hæc & jam obsoleta sunt. Cic. 3. Verr. 56.
Usitata, ac prope jam obsoleta. Livius decad. 3. libro ult. pag. penult. Populo Romano usitata, ac prope jam obsoleta ex victoria gaudia esse. H. St. Extant lib. 30. cap. 42.
Amiculum obsoletum, Sordidum. Curt. 6. 9. 25.
Color. Columel. lib. 2. cap. 11.
Dextera obsolete sanguine, i. e. Maculata. Senec. Agamem. 13.
Mulier obsoleta sordibus paternis. Hor. Epod. 17. 46.
Oratio paulo obsoletior. Cic. 3. de Orat. 30.
Spolia vilia & obsoleta. Curtius in princip. lib. 9.
Studia militaria obsoleta apud. Cic. pro Font. 32. Quid nunc vobis faciendum est, studiis militaribus apud juventutem obsoletis, &c. i. e. In desuetudinem adductis.
Tecti obsoleti sordes. Hor. 2. Carm. 10. 6.
Vestis obsoleta, Detrita & sordida. Liv. 27. 34. Sed erat veste obsoleta, capilloque & barba promissa. Cic. 2. de Lege Agrar. 12. Jam designatus, alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur, vestitu obsoletiore, corpore inculto, &c.
Verba barbara & obsoleta. Cic. 1. Att. 19. Non dicam, quod tibi, ut opinor, Panormi, Lucullus de suis historiis dixerat, se, quo facilius eas probaret Romani hominis esse: idcirco barbara quædam & obsoleta dispersisse. Ex vetusto codice melius legitur, σόλοικα dispersisse. Al. Adspersisse.
Verba abjecta & obsoleta fugiat orator. Cic. 3. de Orat. 148.
Vetustas. Quintil. lib. 4. cap. 2.
OBSOLĒTE. [ἀπηρχαιωμένως] ius, issime. Adv. Cic. 3. Verr. 152. Saltem ut eum, cujus opera ipse multos annos est in sordibus, paulo tamen obsoletius vestitum videret.
OBSOLĒTO, āre. Obsoletum reddo, Maculo. Tertull. adverſ. Gnost. cap. 6. Qui vestitum obsoletassent nuptialem. Usitatius est
OBSOLĒFĀCIO, ěre. Arnob. lib. 5. adversus gentes, Ac ne illam vis temporis, & vetustatis obsolefaceret longitudo, perpetuitatis honore mactaliis.
OBSOLĒFIO, factus sum, fieri. Suet. Aug. cap. 89. Admonebat, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri. Senec. Epist. 29. Diluitur auctoritas, nec habet apud eos satis ponderis, quos possit minus obsolefacta corrigere. In alio autem significatu apud Val. Max. 3. 5. 1. Idem Præturæ petitor, candidam togam adeo turpitudinis maculis obsolefactam in campum detulit. I. e. Inquinatam.
OBSONATOR, OBSONIUM, OBSŌNO. V. OPSONIUM.
OBSŌNUS, a, um. Adj. [δυσηχής] Malum sonum habens. Varro, Humili & obsona & tremula voce. Fortasse legebatur Absona.
OBSŌNO, āre. [ἀντιφωνέω] Male sonare. Perottus.
Sermone alicui obsonare; i. e. Obloqui. Plaut. Pseud. 1. 2. 74.
OBSŌPIO, īre. Pass. Scribon. Largus Comp. 180. extr. A somni tempore prohibere ne obsopiantur. I. e. Obdormiscant.
OBSORBEO, bui & psi, ptum, [καταρροφέω] ēre. Totum sorbere. Plaut. Curc. 2. 3. 34.
Vin' aquam? C. si frustulenta est, da obsecro, hercle obsorbeam.
OBSORDEO, ui, [καταρρυπαίνομαι] ēre. Obsorduit, Obsolevit, inquit Nonius 2. 604. Cæcilius Obsorduit jam hæc in me ærumna miseria. [Puto potius ab Obsordesco, cujus & simplex in usu est.
OBSTACULUM, V. OBSTO.
OBSTERNO, strāvi, strātum, ěre. Apul. Apol. p. 335. Elmenh. Mulierem, alioqui multo natu majorem, nuperrime uxorem fratris, misero puero objicit & obsternit.
OBSTRĀGŬLUM, i. n. [ἐπιβλημα] Operimentum, & quod vulgo *copertorium* dicimus. Plin. lib. 9. cap. 35. de unionibus, Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis socculis addunt. I. e. Non solum operimentis & superioribus partibus socculorum, quas *plantelas* Itali vocant, addunt margaritas, sed etiam totis socculis. V. Harduin. ad loc. Salmas. Obstrigillis legebat. [Miror, cur non potius Obstringulis, quod pro Fibulis positum a Plinio videri posset. Ab his etiam Obstrigilla ipsi calcei dicti sunt, de quibus Isid. 19. 34.
OBSTĔTRIX, īcis. f. [μαιεύτρια, μαιεύτρια] ab Obstando, vel Obsistendo, dum parturientibus opem fert. Ter. Andr. 1. 5. 64. Obstetricem arcesso. Ubi Donatus, Quæ opem tulerit parturienti, Obstetrix dicitur: unde & parturientes, Fer opem clamant.
Obstetrix lavit pannos cruore rubros. Hor. Epod. 17. 15. Adde Plaut. Capt. 3. 4. 96.
OBSTETRĪCIUS, a, um. Adj. Arnob. 3. Manus obstetricias quærere.
OBSTETRICIUM, i. n. pro Officio obstetricis. Plin. 35. 11. Jove Liberum parturiente depicto mitrato, & muliebriter ingemiscente inter obstetricia Dearum.
OBSTETRĪCO, [μαιεύομαι] āre. Parturientem adjuvo, sive obstetricis officium ago. Pro eodem etiam utimur Obstetricor, verbo deponente. Calepinus. Vulg. Interp. Exod. cap. 1. 16.
OBSTĪNO, [πεισμόω] āre. Obfirmare. Plaut. Aulul. 2. 2. extr.
Credo ego jam illum inaudisse mihi esse thesaurum domi,
Id inhiat, ea affinitatem hanc obstinavit gratia.
Obstinaverant animis vincere, aut mori. Liv. 23. 29.
OBSTINĀTUS, a, um. [αὐθάδης, πεισματώδης, ἐπίμονος] Adj. ex Partic. dicitur. Obfirmatus, perseverans, ut tenere possit, inquit Festus. Liv. 3. 47. Adversus quæ omnia obstinato animo Appius (tanta vis amentiæ verius, quam amoris, mentem turbaverat) in tribunal ascendit.
Animi obstinati ad decertandum. Liv. 6. 3.
Aures obstinatæ. Hor. 3. Carm. 11. 7.
Consilium obstinatum tenet necis. Senec. Hippol. 7.
Fides. Tacit. 5. Hist. 5.

Mente obstinata perferre aliquid Catullus ad Seipsum, 8. 11.
Pudicitia. Consilium pudicitiæ servandæ. Liv. 1. 58.
Voluntas obstinatior. Cic. 1. Att. 11. Incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior, & in hac iracundia affirmatior. Al. Offirmatior.
Obstinatior adversus lacrimas. Liv. 2. 40.
Rex obstinatissimus. Ammian. 17. 14.
Virtus pro regno suo obstinatissima. Sen. Epist. 71.
Obstinatus, cum Infinitivo. Liv. 42. 56. ad fin. Quum, ex insperato, jam obstinatis mori spes affulget.

Obstinātio, ōnis. f. [αὐθάδεια, μονοτονία] Cic. de Provinc. Consul. 41. Quæ ego omnia, non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiavi.
Inflexibilis obstinatio. V. INFLEXIBILIS.
Taciturna. Cornel. Nepos in vita Attic. 22. 2.
Obstinatio viris, feminisque par. Tacit. 5. Hist. 13. De Judæis.
Obstinatio fidei, in bonam partem, pro Obfirmatione. Tacit. 3. Hist. 39.
Obstinationes. Tertull. adverf. Marcion. 1. 7.

Obstinātē, Adv. [αὐθαδῶς] Firmiter, Instanter. Ter. Andr. 1. 5. 8.
— itane obstinate operam dat, ut
Me e Glycerio miserum abstrahat? Ubi Donatus, Obstinate facere perseveranter, & in alterius perniciem nimis niti.
Negare alicui obstinate. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 6. Posteaquam id obstinate sibi negari vidit, omni spe impetrandi adempta, &c.
Credita obstinate. Liv. 28. 14. Scipio ubi obstinata credita animadvertit, omnia de industria in eum diem, quo pugnaturus erat, mutavit.
Tam obstinate magis ac magis induruisse. Plin. 1. Epist. 12. De Corellio loquitur, qui inedia mortem arcessebat.
Compar. Obstinatius omnia agere. Suet. Cæs. cap. 29.
Superl. Obstinatissime recusare. Suet. Tiber. cap. 67.
In meliorem partem sumitur a Suet. in Tito, cap. 8. In ceteris desideriis omnium hominum obstinatissime tenuit, ne quem sine spe dimitteret.

Obstipo, V. OBSTIPUS.

Obstīpus, a, um. Adj. [ἀνακεκλιμένος, κατάκλιτος] Inclinatus, vel flexus versus humerum, sive dextrorsum sive sinistrorsum. Hor. 2. Serm. 5. 92.
Stes capite obstipo, multum similis metuenti. Cic. 2. de Nat. Deor. 107.
Atque uno mentum radianti sidere lucet,
Obstipum caput, & tereti cervice reflexum. Ex Arato.
Cervix obstipa. Suet. de Tiber. cap. 68. Incedebat cervice rigida & obstipa, adducto fere vultu.
Obstipe, Oblique, curvata, & inflexa vocat Lucret. lib. 4. 519.
Omnia mendose fieri, atque obstipa necessu'st. al. Obstita.

Obstīpo, [καταστύφω, καταπυκνόω] āre. Rimas obturare, condensare. Plaut. Cistel. 2. 3. 37.
Avecta est, inquit, peregre, hinc habitatum longius. n. abstipat
Aquulam. L. quo avecta est, eo sequemur. al. Obsipat. quod sopra V. Alii locum Plauti exponunt pro Obstruere: & proverbium esse ajunt, dictum de iis, qui aliqua reticent, & student aliquo pacto tegere.
Verticem obstipare. Plaut. Merc. 4. 5. 17.
Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se, obstipat verticem. I. e. Contorquet, ut cogitabondi solent.

Obstitum, **Obstitus**, V. OBSISTO.

Obsto, stiti, stitum, [ἀνθίσταμαι, ἀντεμφράττω, ἐπέχω] āre. Contra stare. Curtius, Obstant oppido gemini colles.
Turba mihi obstitit in media via. Ovid. 4. Fast. 906. I. e. Occurrens, seu obvia mihi fuit.
Legitime obstare. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Contra pugnare & obstare. Lucret. lib. 2. 793.
Invicem. V. INVICEM.
Obstare, Resistere, adversari, impedire. Ter. Hec. 4. 2. 11.
Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certo decrevi patre,
Ne mea præsentia obstet.
Obstare cur non. Ter. And. 1. 1. 76. Quid obstat, cur non veræ fiant?
Obstare ne. Cic. 7. Verr. 5. Obstitisti videlicet, ne ex Italia transire in Siciliam fugitivorum copiæ possent. ubi? quando? qua ex parte?
Obstare & Impedire. Cic. 4. Acad. 19. Est maxime in sensibus veritas, si sani sunt ac valentes, & omnia removentur, quæ obstant & impediunt.
Obstare & Officere. Cic. pro Rosc. Amer. 6. Quoniamque ei pecuniæ vita Sexti Roscii obstare atque officere videatur, deleatis ex animo suo suspicionem omnem, metumque tollatis.
Portenta deûm obstant. Virg. 7. Æn. 58.
Dolor obstat artibus. Ovid. 15. Epist. 195.
Pietas obstitit crudelibus ausis. Ovid. 14. Epist. 49.
Commodis alicujus officio simulato officere & obstare. Cic. pro Rosc. Amer. 112.
Conatibus alicujus. Ovid. de Rem. Amor. 683.
Ictibus. Stat. 6. Theb. 792.
Inceptis juvenilibus obstitit æquor. Ovid. 18. Epist. 35.
Mora obstat tardis noctibus. Virg. 2. Georg. 482.
Precibus nunquam implacabilis obstas. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 19.
Venientibus obstitit totus æther. Lucan. lib. 7. 153.
Obstare in. Senec. de Benefic. Quia in laudem vetustorum invidia non obstat.
Obstatur, [ἀνθίσταται] Impers. Cic. 13. Philip. 14. Neque enim quod quisque potest, id ei licet: nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur.

Obstans, antis. Partic. [ἀνθιστὰς] ut, Claustra obstantia. Hor. 1. Epist. 14. 9.
Remos obstantes obvertere. Ovid. 3. Met. 676.
Moras obstantes pellere. Ovid. 1. Amor. 11. 8.

Obstantia, æ. f. Impedimentum. Vitruv. 6. 2. Propter obstantiam aeris.

Obstĭtus, a, um. Partic. V. OBSISTO.

Obstātūrus, a, um. Partic. [ἀνθιστάμενος] apud Quintilianum legitur lib. 2. cap. 12. Video, inquit, quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi.

Obstācŭlum, i. n. [κώλυμα] Impedimentum. Plautus Pseud. 1. 5. 10.
Quo in commeatum volui argentarium
Proficisci, ibi nunc oppido opposita obstacula. al. Obsepta est via. In Gloss. Lat. Gr. Obstaculum, Ἐμπόδιον. Sic & in Græco Lat.

Obstragulum, V. OBSTERNO.

Obstrĕpo, ui, itum, [καταψοφέω] ĕre. Contra aliquem strepitum facere. Sallust. Catil. cap. 31. Ad hæc, maledicta alia quum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam vocare. Cic. 3. de Orat. 47. Atque ut quodammodo ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur.
Portis obstrepere. Liv. 26. 50. Per hos, qui inordinati atque incompositi obstrepunt portis, erumpamus.
Vociferari & obstrepere. Liv. 1. 40.
Turba obstrepit. Tibull. lib. 2. 1. 86.
Exercitus obstrepit pulsis armis. Stat. 11. Theb. 247.
Laudi alicujus obstrepere. i. e. Contrarium esse, interrumpere, impedire. Senec. Herc. fur. v. 1031.
Litteris alicui, Interpellare. Cic. 5. Fam. 4. Quæ res fecit ut tibi litteris obstrepere non auderem.
Fontes obstrepunt lymphis manantibus. Hor. Epod. 2. 27.
Clamore obstrepi, passive. Cic. pro Marcell. 9. Sed tamen ejusmodi res, nescio quomodo, etiam dum audiuntur, aut dum leguntur, obstrepi clamore militum videntur, & tubarum sono.
Obstrepitur, Impers. [καταψοφεῖται] Liv. 3. 49. Eos concio audit, Decemviro obstrepitur. Ovid. 6. Fast. 10.
Est nemus arboribus densum, secretus ab omni
Voce locus, si non obstreperetur aquis.

Obstrĕpens, entis. Partic. [καταψοφῶν] ut, Mare obstrepens Bajis. Hor. 2. Carm. 18. 20.
Obstrepente pluvia nihil sensere Pœni. Liv. 21. 56.

Obstrepenter, Adv. Quid enim inconcinnius, quam in conviviis obstrepenter administrari? H. St. Auctoris notatio cultro resecta est. Puto esse ex Pontano.

Obstrepĭto, āre. frequent. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 355.
Obstrepitant lamenta choris.

Obstrepitācŭlum, i. n. Quicquid strepitum opponit. Tertull. advers. Marc. 1. 20. Defensio necessaria est adversus obstrepitacula diversæ partis.

Obstrepĕrus, a, um. Adj. Apul. Flor. 2. p. 349. Elmenh. Occinunt cicadæ carmine obstrepero.

Obstrigillator, **Obstrigillo**, **Obstrigillum**, V. post. OBSTRINGO.

Obstringo, inxi, ictum, [καταδέω] ĕre. Devincire, circumligare, & valde stringere, ex etymo. Plaut. Curc. 5. 3. 29.
Nihil agit, collum obstringe homini c. jamjam faciam ut jusseris. Liv. 30. 8. Alii super alios cadentes obstricti moriebantur. Emendata exemplaria habent Obstinati.
Obstringere sibi aliquem munere, beneficio, &c. Cic. pro Domo 118. Qui etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti, quam, &c.
Obstringere & Obligare aliquem officiis. Cic. 13. Fam. 19. Teque ita existimare volo, quibuscunque officiis in Epiroticis reliquisque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore.
In perpetuum sibi aliquem. Cic. pro Cluent. 202.
Ære alieno amicos suos. Cic. 11. Fam. 10.
Beneficiis, donis, spe. Cic. 2. Off. 66. Et pro Cluent. 90. Quæ primum ut illum confirmaret Oppianicum accusatorem filio suo, donis muliebribus, collocatione filiæ, spe hæreditatis obstrinxit.
Fidem suam obstringere alteri. Plin. 4. Epist. 13. ad finem, Sub ea tamen conditione, ne cui fidem meam obstringam.
Fideicommisso obstringi, Obligari. African. in l. Si servus legatus §. Qui margarita. D. de legat. primo.
Furti obstringi. Gell. 11. cap. ult. Qui alienum quid jacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur, sive scit cujus sit, sive nescit. Quæ verba etiam ita leguntur apud Ulpianum, l. Falsus. D. de furtis.
Jurejurando aliquem. Cæs. 1. Bell. Gall. cap. 31.
Legibus obstringi. Cic. 2. de Invent. 132.
Memoria beneficii sempiterna obstringi alicui. Cic. pro Planc. 2.
Religione voti obstrictus. Cic. 12. Att. 24.
Religione obstringere. Cic. 2. Philip. 83.
Prædibus se. Cic. 7. Att. 1.
Parricidio se obstringere, pro Committere parricidium. Cic. 3. Off. 83. Potest (dii immortales) cuiquam esse utile fœdissimum & teterrimum parricidium patriæ, quamvis is, qui se eo obstrinxerit, ab oppressis civibus parens nominetur?
Perjurio. Liv. 26. 48. Et obstringere perjurio, non se solum suumque caput, sed signa militaria, & aquilas, sacramentique religionem.
Scelere. Cic. 3. Off. 19. Num igitur se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit, quamvis familiarem?
Obstringere se hæreditati, est Eam occupare & sibi vindicare. Paulus in l. Si is ad. D. de acquirenda vel omit. hæred. Nam ut quis pro hærede gerendo obstringat se hæreditati, scire debet, qua ex causa hæreditas ad eum pertineat.
Obstringere aliquem debito, Debitorem constituere. Senec. lib. 6. de Benef. 11.

Obstrictus, a, um. Partic. [καταδεδεμένος] et,
Limine tecti obstrictus. Ovid. in Ibin. 615. al. Obstructus.
Obstrictus, Liber & solutus, contrarie. Cic. pro Planc. 71. Excogitavi quamobrem viderer maximis beneficii vinculis obstrictus, quum liber essem & solutus.
Addictum, deditum, obstrictum sibi ac liberis suis aliquem habere. Cic. pro Cœl. 80.
Obstrictus actione mandati, vel negotiorum gestorum. African. in l. Quum mancipium. D. de Ædilit. edicto.
Fœdere vel pactione obstrictum teneri. Cic. in Pison. 29.
Obstrictus voluptatibus tenetur. Cic. pro Cœl. 47.
Religione tanta obstricta tota provincia est, tanta superstitio ex istius facto mentes omnium Siculorum occupavit: ut, &c. Cic. 6. Verr. 111.

Obstrictus, ûs. m. Angustia. Senec. lib. 5. Natur. quæst. 14. Per hæc loca quum se, exitum quærens, spiritus torsit, accendat flammam ipso obstrictu necesse est.

Obstrĭgillo, vel, ut legitur apud Non. 2. 605. **Obstringillo**, [διασύρω] āre. Obstare, repugnare, vel detrahere alicui. Antiquum. Varro

Varro lib 4. de vita Pop. Rom. Quod Curio, quum id fecisset, dicebat amicis, ut illi renuntiaretur, se obstrigillaturum, ne triumphus decernereretur, aut ne iterum fieret consul. Ennius 2. lib. Sat. Restitant, occurrunt, obstant, obstringillant, obagitant. Varro de R. R. 1. 2. Tu, inquit, invides tanto scriptori, & obstrigillandi causa figlinas reprehendis, quum præclara quædam, ne laudes, prætermittas. Hæc Nonius.
Multa obstrigillant, & aciem nostram aut splendore nimio repercutiunt, aut obscuro retinent. Senec. Epist. 115. i. e. (ut Lipsius interpretatur) Obstant, vel se opponunt. H. St. Desiderabatur in ed. Lugd. conf. OBSIGILLO.

OBSTRIGILLĀTOR, ōris. m. Reprehensor. Ductum a strigilibus, quibus quum vehementius stringimur, etiam plerumque lædimur. Varro apud Non. 8. 73. Æmulum illius artis atque obstrigillatorem.

OBSTRIGILLUM, i. n. Lorum crepidæ, quo pedi obstringitur. Plin. 9. 35. Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obstrigillis, sed totis socculis addunt. conf. Isidor. 19. 34. & supra Obstragulum in OBSTRINGO.

OBSTRŪDO, si, sum, [ἀποκρύπτω] ĕre. Occultare, occludere. Plaut. Stich. 4. 1. 13.
Quin tu stas? obstrusero aliquid strenue. Al. Quin tu stans &c.
Plin. Paneg. cap. 45. pr. Bonos autem otio aut situ obstrusos, & quasi sepultos. Sed emendata exemplaria habent Abstrusos, ut & in seq. Claudiani loco. [Unus igitur Plautinus locus huc vere pertinet. Apud Festum est, Obstrudant, Obsatulient, ab avide trudendo gulam, non sumendo cibum; unde & Obstrudulentum &c. Lego In gulam. Quod & Plautus subaudire videtur. De cibo enim loquitur devorando. Exemplum simile habes in OBTRUDO.
Recessus obstrusi. Claud. 4. Cons. Honor. 275. Al. Abstrusi.
Terra obstrusa. Ovid. 7. Epist. 147. Alii legunt Abstrusa.

OBSTRUDULENTUS, a, um. Adj. Titinn. apud Festum. l. c. V. Dacer. in loc. qui istam lectionem contra Scaligerum tuetur.

OBSTRUO, xi, ctum, [ἐμφράττω, συμφράττω, ἐμποδίζω] ĕre. Occludere, & quasi strue quadam, alicui loco imposita, obsistere, nequid efflüat, Contra struere. Cic. de Senect. 75. Qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt. Plin. lib. 11. cap. 7. Omnes frigoris aut injuriæ aditus obstruuntur.
Campos obstruere. Lucan. lib. 2. 495. Ovid. 8. Met. 187.
— obstruximus orbem
Terrarum nobis, ut Crete sola pateret.
Undas obstruit molibus. Lucan. lib. 2. 662.
Luminibus obstruere. Cic. pro Domo 115.
Fenestras meas obstruere. Cajus in l. Hæc autem. D. de servitut. urban. præd.
Obstruere & Obturare. Cic. de Fato, 10. Stupidum esse Socratem dixit & bardum, quod jugula concava non haberet, obstructas eas partes & obturatas esse dicebat.
Aures obstruere. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 16.
Deus obstruit aures viri. Virg. 4. Æn. 440. de Ænea inexorabili,
Fata obstant, placidasque viri Deus obstruit aures.
Fauces obstruere alicui. Lucan. lib. 5. 197.
Sensus obstruere. Plin. lib. 35. cap. 10. Ialysum quum pingeret Protogenes, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustinerent & sitim, nec sensus nimia dulcedine obstruerent.
Spiritus oris obstruitur reluctanti. Virg. 4. Georg. 301.

OBSTRUCTUS, a, um. Partic. [ἐμφραχθεὶς] ut, Aditus obstructus. V. Aditus, in ADEO.
Amnes obstructi stragibus. Sil. lib. 13. 743.
Portæ obstructæ cadavera. Sil. lib. 11. 198.
Obstructa difficultatibus est omnis cognitio. Cic. 4. Acad. 7. Omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus, eaque est & in ipsis rebus obscuritas.

OBSTRUCTIO, ōnis. f. [ἐμφραγμὸς] Cic. pro Sext. 22. Etenim animus ejus vultu, flagitiis parietibus tegebantur. Sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta ita ut curiosis oculis perspici non possit.
Obstructionem pororum vel meatuum in corpore humano vocant medici occlusionem, quæ fit ab humoribus lentis & crassis circa ipsos poros, ut liberum transitum præbere non possint.

OBSTŬPEO, [καταπλήσσομαι] ĕre. Idem quod Stupere: quod etiam Obstupescere dicitur. Ter. Adelph. 4. 4. 3.
Membra metu debilia sunt, animus timore obstupuit. [Nisi potius Præteritum ab Obstupesco est.

OBSTUPESCO, ui, [καταπλήσσομαι] ĕre. Idem. Cic. pro Marcell. 29. Obstupescent posteri certe imperia, provincias, Rhenum, &c.
Aspectu alicujus. Cic. 1. de Divin. 50.
Sic obstupuerant, sic terram intuebantur, sic furtim nonnunquam inter se aspiciebant, ut non jam ab aliis indicari, sed ipsi a se viderentur. Cic. 3. in Catil. 13.
Animi obstupuere. Virg. 2. Æn. 120.
Aspectu primo obstupuit. Virg. 1. Æn. 617.
Obstupuit visu Æneas. Virg. 5. Æn. 90.

OBSTUPIDUS, a, um. Adj. [καταπλαγεὶς, ἀναίσθητος] Plaut. Mil. 4. 6. 39. Quid astitisti obstupida? cur non pultas? Gell. lib. 5. cap. 1. Consiluisse universos, quasi attonitos & obstupidos. h. e. Propemodum stupidos factos præ metu.

OBSTUPĔFĀCIO, fēci, factum, [ἐκπλήττω] ĕre. Animo consternare, & stupidos sensus reddere. Ter. Phorm. 1. 2. 54.
— functus adolescentuli est
Officio liberalis: postquam ad judices
Ventum est, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum obstupefecit pudor. Cic. 2. in Catil. 14.
Non obstupefactus ac perterritus.

OBSUM, obes, fui, [βλάπτω] esse. Nocere. Plaut. Amphit. 3. 2. 12. Factum id Amphitruoni obfuit. Cic. 4. Acad. 60. An in eo auctoritas nihil obest?
Obesse & Prodesse, contraria. Cic. 1. de Orat. 22. Fuit mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen non modo non obesset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset.
Adjumento esse, & Obesse, contraria. Auctor ad Heren. lib. 4. 14. Deinde subjicimus id quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis adjumento futurum sit, aut obfuturum a contrario.
Gloria multis obfuit. Ovid. 11. Met. 320.
Lingua obfuit auctori. Ovid. 4. de Ponto 14. 40.

OBSUO, sui, sūtum, ĕre. Circum suere. Ovid. 2. Fast. 578. in Feralium mentione,
Quodque pice astringit, quod acu trajecit ahena,
Obsutum mænæ torret in igne caput.

OBSURDESCO, [κωφόομαι] ĕre. Surdum fieri. Cic. in Somn. Scip. 13. Hoc sonitu completæ aures hominum obsorduerunt.
Obsurdescere, Nolle audire. Cic. de Amicit. 88. Sed quum tot signis eadem natura declaret, quid velit, anquirat, ac desideret: obsurdescimus tamen nescio quomodo, nec ea, quæ ab ea monemur, audimus.

O B T

OBTĔGO, xi, ctum, [περικαλύπτω] ĕre. Tegere, & cum diligentia operire. Cato R. R. cap. 40. Insuper lingua bubula obtegito, si pluat.
Obtegere se corpore alicujus. Cic. pro Sext. 76. Pulsus e Rostris in comitio jacuit, seque servorum & libertorum corporibus obtexit. De Q. frat.
Vetustas obtegitur densa caligine. Sil. lib. 8. 45.
Errata, vel turpitudinem adolescentiæ obtegere. Plaut. Trin. 3. 2. 23. Cic. in Vatin. 11. Habet hoc præmium tua indignitas, ut adolescentiæ turpitudo obscuritate & sordibus tuis obtegatur.
Dissimulare & obtegere, pro Celare. Cic. 1. Att. 17. Quicum ego colloquar, nihil fingam, nihil dissimulem, obtegam.

OBTEGENS, entis. Partic. ut, Obtegens sui. Tacit. 4. Ann. 1.

OBTECTUS, a, um. Partic. ut, Domus obtecta arboribus. Virg. 2. Æn. 300.

OBTEMPĔRO, [πείθομαι, ὑπακούω] āre. Morem gerere. Cic. Sic mihi semper obtemperavit, tanquam filius patri.
Obedire vel Obtemperare alicui ad verba. Cic. pro Cæcin. 52. Denique imperium domesticum nullum erit, si servulis hoc nostris concesserimus, ut ad verba nobis obediant: non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent.
Imperio alicujus. Cæs. 4. Bell. Gall. cap. 21.
Jussis magistri. Ovid. 4. Trist. 6. 7. al. Monitis.
Cupiditati alterius. Cic. pro Quint. 7.
Rationi obtemperare. Varr. de L. L. lib. 8. pr. Ut rationi obtemperare debet gubernator, gubernatori unusquisque in navi; sic populus rationi, nos singuli populo.
Sibi obtemperare, & decretis suis parere. Cic. 2. Tusc. 12.
Te audi, tibi obtempera. Cic. 2. Fam. 6.

OBTEMPERĀTIO, ōnis. f. [ὑπακοή] Cic. 1. de Legib. 42. Quod si justitia est obtemperatio scriptis legibus, institutisque populorum, &c.

OBTENDO, di, sum & tum, [παρατείνομαι, παραβάλλομαι] ĕre. vel Tegere, vel Contra tendere significat: ut Obtendere velum ante lectum, hoc est Distendere vel extendere. Sueton. in Neron. cap. 48. Ante faciem obtento sudario. Plin. lib. 11. cap. 37. Omnibus membrana vitri modo translucida obtenditur.
Involucris tegere, & obtendere velis. Cic. 1. Q. frat. 1. 11. Multis simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura: frons, oculi, vultus, persæpe mentiuntur, oratio vero sæpissime. Virg. 10. Æn. 82.
Tu potes Ænean manibus subducere Grajûm,
Proque viro nebulam, & ventos obtendere inanes.
Rationem turpitudini obtendere, Velle turpe factum ratione excusare, h. e. Turpitudinem ratione operire. Plin. lib. 6. Epist. 8.

OBTENTUS, a, um. [παραπετασθεὶς] Partic. Virg. 1. Georg. 248.
— & obtentu densantur nocte tenebræ. i. e. Obducta, ait Servius. conf. in ipso verbo.

OBTENTUS, ûs. m. [πρόσχημα] pro Extensione. Virg. 11. Æn. 66.
Exstructosque toros obtentu frondis inumbrant.
Obtentus translate, Prætextus. Gell. lib. 10. cap. 22. Qui obtentu philosophiæ nominis inutile otium, & linguæ vitæque tenebras sequuntur. conf. Liv. 1. 56.
Paupertatis obtentu non excusantur. Paulus in l. Ab his oneribus. D. de vacat. & excusat. muner.
Sub obtentu æris alieni. Ulpian. in l. Magis. §. non passim. D. de reb. eor. qui sub, &c. Non passim sub obtentu æris alieni permitti debuit venditio.
Obtentui esse. Sallust. in Oratione Lepidi ad Pop. Rom. cap. 6. Quia secundæ res mire sunt vitiis obtentui.

OBTENTIO, ōnis. f. Idem. Arnob. lib. 5.

OBTENTO, āre. frequent. V. OBTINEO. [Sed hoc non pertinet. Utuntur tamen juniores quidam hoc sensu.

OBTĔRO, trivi, tritum, [καταστείβω, καταπατέω] ĕre. Conterere, Suffocare. Varro 2. de R. R. cap. 1. Ut pure & molliter fiant videndum, & ne obterantur.
Artem. Cic. 1. de Divin. 29.
Inter se strepere, aperteque artem obterere extispicum:
Solvere imperat, secundo rumore, adversaque avi. Ex poeta.
Calumniam obterere atque contundere. Cic. pro Cæcin. 18. Immo, ut viro forti ac sapienti dignum fuit, ita calumniam stultitiamque obtrivit atque contudit.
Eques obtrivit pabula. Lucan. lib. 6. 82.
Hostum obterere. Lucan. lib. 7. 576.
Hostem verbis. Liv. 24. 15. extr. conf. infra.
Jura obterere. Liv. 3. 56.
Laudes majorum. Cic. Antequam iret in exsil. 15.
Majestatem Populi Romani senescentem. Liv. 23. 43.
Plaustrum obtrivit puerum. Alfenus in l. Si plagis. §. In clivo. D. ad leg. Aquil.
Prosternere atque obterere obtrectationes & invidias malevolorum. Cic. 5. Fam. 9.
Vestigia. Plin. lib. 22. cap. 6. Ne neglecto vestigia obterant.
Vis quædam obterit res humanas. Lucret. lib. 5. 1233.
Obterere, idem quod Detrahendo minuere. Curtius lib. 8. cap. 1. Silentium tum habuere seniores, donec Philippi res orsus obterere, nobilem apud Chæroneam victoriam sui operis fuisse jactavit. [Subauditur & Verbis, quod Livius expressit. V. paulo supra.
Obteri, passivum. Cic. 7. Verr. 2. Ne patiamini talem imperatorem Populi

pulo Rom. Siculorum testimoniis eripi, neve obteri laudem Imperatoriam criminibus avaritiæ velitis.
Relligio pedibus obteritur. Lucret. lib. 1. 80.
Obterere, Tundere in mortario. Columel. lib. 6. cap. 4. Nonnulli pellem serpentis obtritam cum vino miscent.

OBTRĪTUS, a, um. Partic. [συντετριμμένος] Cic. 2. de Orat. 353. Quos quum humare vellent sui, neque possent obtritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur, &c.
Pondere terræ obtritus. Lucret. lib. 3. 906.
Ossa obtrita. Lucan. lib. 3. 451.
Obtritus vehiculo. Ulpian. in l. Si pecuniam. §. ult. D. de condict. caus. data, &c.

OBTRĪTUS, ûs. m. [συντριμμός] Plin. lib. 18. cap. 28. Ne herbæ vellantur, obtrituque hebetentur.

OBTESTOR, [ἐξορκίζω, ἱκετεύω] ari. Est (inquit Donatus) Precari cum mentione earum rerum, per quas petimus. Ter. Aud. 1. 5. 57.
Quod ego per hanc te dextram oro, & ganium tuum;
Per tuam fidem, perque hujus solitudinem
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras.
Obtestari deos, & Implorare. Cic. 7. Verr. 187. Ceteros item deos, deasque omnes imploro atque obtestor, &c.
Orare & obtestari pro. Cic. 6. Fam. 22. Oro, obtestorque te, pro vetere nostra conjunctione ac necessitudine, &c.
Obtestari, Orare aliquando significat, sine adjuratione. Cic. pro Cœl. 78. Quare oro, obtestorque vos, Judices, ut qua in civitate paucis his diebus Sext. Clodius absolutus sit, &c.
Obtestatur fidem vestram, misericordiamque implorat. Cic. pro Muren. 85.
Oro obtestorque te, ut Quintum fratrem ames. Cic. 3. Att. 23.
Precibus omnibus orare & obtestari. Cic. ad Cæs. 9. Att. 11.
Implorans obtestatur. Cic. 10. Fam. 18. Post discessum legatorum, quum binis continuis litteris & Lepidus me, ut venirem rogaret, & Laterensis multo etiam magis, prope implorans, obtestaretur, &c.

OBTESTĀTIO, ōnis. f. [ἐξορκισμός] Cic 3. Fam. 13. Phædri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia summorum hominum sibi tuenda esse dicit. Idem pro Corn. Balb. 33. Sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis, &c. Liv. 27. 50. In preces obtestationesque versæ mulieres. Donatus ad Ter. Andr. 1. 5. 57. Obtestatio dicitur, Quando eum adjuramus, quem rogamus.

OBTEXO, texui, textum, [περιυφαίνω] ĕre. Circumtexere. Plin. lib. 11. cap. 19. Filis etiam araneosa, quacunque incessit, alarum maxime lanugine obtexit.
Domum obtexere. Plaut. Mostel. 1. 2. 61.
Post illa obtexere eam negligens fui. In edit. Gronov. legitur Obtigere. [Utrumque quid sit nescio. An pro Obtegere?
Omne fretum longa velorum obtexitur umbra. Stat. 2. Achill. 116.
Cælum obtexitur umbra. Virg. 11. Æn. 611.

OBTHURAMENTUM, OBTHURO. V. OBTURAM.

OBTĬCEO, ui, [ἀποσιωπάω] ēre. vel OBTICESCO, ĕre. Tacere. Ter. Eun. 5. 1. 4.
Virgo, conscissa veste, lacrimans obticet. Martial. lib. 10. 17.
Et queritur nugas obticuisse meas.
Chorus turpiter obticuit. Hor. de Arte Poet. 284.

OBTICENTIA, æ. f. [ἀποσιώπησις] Quintil. lib. 9. cap. 2. Ἀποσιώπησις, quam idem Cicero reticentiam, Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant, & ipsa ostendit affectus.

OBTĬNEO, tinui, tentum, [ἐπέχω, κρατέω] ēre. Impetrare, assequi, habere. Cic. 16. Att. 17. Id tu nos obtinuisse, non modo facile patiare, sed etiam gaudeas.
Obtinuit ut. Liv. 35. 10. Is obtinuit, ut præferretur candidato, quem Africanus frater ducebat.
Obtinere de. Cic. 8. Fam. 6. Levissime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum.
Obtinere & Repelli, contraria. Cic. 1. Fam. 5. Nec, si quid non obtinuerimus, repulsi esse videamur.
Perseveranter obtinere. V. PERSEVERO.
Academiam Carneades & Clitomachus obtinebat. h. e. Velut regnabant in Academia. Cic. 1. de Orat. 45.
Admirationem obtinere, In admiratione esse. Plin. lib. 34. cap. 2.
Ætatem. Plaut. Cistel. 1. 1. 51.
Artem. Plaut. Milit. 2. 2. 30.
Causam obtinere, quod & Vincere causam dicimus. Cic. 7. Att. 24. Malas causas semper obtinuit, in optima concidit. De Pompejo.
Dignitatem obtinere, pro Retinere & conservare. Cic. 7. Fam. 11. Ut si illic mea commendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas nostri desiderium.
Existimari bonus vir obtinuit. Cic. 2. de Finib. 71. Certeque mallet obtinere existimari bonus vir, ut non sit, quam esse, ut non putetur.
Fama obtinet. Liv. 21. 46.
Firmirodinem animi obtinere, Constanti animo esse. Plaut. Asin. 2. 2. 54.
Fortunas. Cic. 4. Fam. 7.
Gradum civitatis obtinere summum atque altissimum. Cic. 1. Fam. 7. Non dubito, quin adeptus intelligas, te facillime posse obtinere summum atque altissimum gradum civitatis.
Gravitatem. Cic. pro Quint. 75. Unum tamen hoc cogitent, ita se graves esse, ut si veritatem volent retinere, gravitatem possint obtinere.
Humanitatem alicujus erga se. Cic. 4. Fam. 13. Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem.
Jus. Cic. 7. Verr. 125. Hæc tanta apud te cognationis, fidelitatis, vetustatis, auctoritate, ne hoc quidem juris obtinuit; ut unius honestissimi atque innocentissimi civis mortem & sanguinem deprecaretur. i.e. Non tantum potuit.
Jus suum contra aliquos. Cic. pro Quint. 34.
Jus obtinere suum, vel Retinere non posse, dicebant veteres eum, quem nunc *justitiam habere, vel consequi non posse* dicimus. Cic. 3. Verr. 65. Hic Philodamus, posteaquam jus suum obtinere non potuit, ut humanitatem, consuetudinemque suam retineret, laborabat. Ex Budæo.
Jure obtinere. Cic. 3. Off. 84. At cui regno? Quod a Tantalo & Pelope proditum jure obtinebatur.
Lenitatem per se. Cic. pro Ligar. 15.
Licentiam cupiditatum suarum. Cic. 10. Att. 4.
Litem obtinere & Amittere, contraria. Cic. pro Rosc Com. 10. Ad judicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus.
Locum principem. Cæs. 1. Bell. Gall cap. 9
Locum secundum obtinere. Plin. lib. 12. cap. 23.
Locum tertium Milesiæ oves obtinent. Plin. lib. 8. cap 48.
Locum infimum servitutis obtinere. Cic. in Parad. 5. In civitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius servitutis locum pæne infimum obtinent. i. e. Minimi æstimantur.
Locum magnum obtinet in medicaminibus hæc herba. Plin. lib. 14. cap. 1.
Locum criminis. Cic. pro Domo 86. Tum amplissimis omnium judiciis restituto, maledicti locum aut criminis obtinebit? h. e. An hoc illi vertetur crimini?
Locum proverbii. Cic. 4. Tusc. 36. Quod nisi eo nomine virtutes continerentur, illud ita nunquam vulgatum esset, ut jam proverbii locum obtineret, Hominem frugi omnia recte facere.
Mendacium. Cic. pro Quint. 75. Non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum auctoritas adjuvat.
Necessitudinem obtinere & conservare. Cic. 1. Q. frat. 1. 27. Sed & ab iis, de quibus optime tu meritus es, & qui tibi omnia debent, hoc petas, ut facilitate sua, nos eam necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis, obtinere & conservare patiantur. Obtinere, i.e. Retinere, tenere, tueri, & (quod ipse dicit) Conservare.
Nobilitatem. Plin. lib. 13. cap. 4.
Noctem obtinuit caligo. Liv. 29. 27.
Nomen patriæ. Plin. lib. 15. cap. 18.
Nomen sapientiæ. Cic. 4. Acad. 24.
Noxiam veneni. Plin. lib. 20. cap. 13.
Numerum obtinere jure cæsorum. Cic. 2. Off. 43. At ejus filii nec probantur bonis, & mortui numerum obtinent jure cæsorum. h. e. Numerantur inter eos, qui jure occisi sunt. De Gracchis loquitur.
Opinionem. V. OPINIO.
Ordinem suum. Columel. lib. 3. cap. 16.
Partes accusatoris. Cic. pro Quint. 8. Quum præsertim Q. Hortensius, qui hoc judicio partes accusatoris obtinet, contra me sit dicturus.
Primatum apud regem. Plin. lib. 24. cap. 17.
Principatum. Plin. lib. 9. cap. 18.
Principatum obtinere in. Cæs. 1. Bell. Gall. cap. 6. Qui eo tempore principatum in civitate sua obtinebat. conf. Regnum.
Principatum obtinere, de inanimatis. Plin. lib. 14. cap. 2. Idem quod Principem locum.
Provinciam obtinere, i. e. Habere provinciæ gubernationem, vel regimen quod vocant, ad tempus, ut Proconsul, aut Proprætor, vel ut Quæstor. Cic. 5. Verr. 135. Jam antea in sella sedens Prætor, quum provinciam Siciliam obtineret. Cic. 1. Fam. 9. Postea quum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres, neque Respub. Consules haberet, sed mercatores provinciarum, & seditionum servus ac ministros.
Rationem. Plin. lib. 17. cap. 2. Ter. Adelph. 5. 3. 26.
— eandem illam rationem antiquam obtine:
Conserva, quære, parce, fac quamplurimum
Illis relinquas: gloriam tu istam obtine.
Regnum in Sequanis multos annos obtinuerat. Cæs. 1. Bell.Gall. cap. 3.
Religionem suam. Cic. 1. Att. 14. Quare & illa quæ violata expiabuntur, & hæc, quæ sunt sanctissime conservata, religionem suam obtinebunt.
Sententias contrarias. Cic. 4. de Finib. 78. Hoc uno vitio maxime mihi premi videntur tui Stoici, quod se posse putant duas contrarias sententias obtinere.
Suavitatem filii apud aliquem. Cic. pro Sull. 19.
Venustatem antiquam. Ter. Hec. 5. 4. 17.
Vicem. Plin. lib. 11. cap. 3.
Vim obtinere divinam dicitur lex naturalis. Cic. 1. de Nat. Deor 36. Zeno naturalem legem vim divinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria.
Vim medicamenti obtinet. Plin. lib. 11. cap. 42.
Vitam & famam per aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 77. Quod, tametsi miserum & indignum est, feret tamen æquo animo, Judices, si per vos vitam potest obtinere.
Urbem aliquam armis. Liv. 30. 19.
Obtinere, pro Occupare. Plin. lib. 12. cap. 1. Arbor agros longis obtinens umbris.
Obtinuit, pro Invaluit. Ulpian. in l. 1. D. de offic. Quæst. Hodie obtinuit indifferenter Quæstores creari, tam patricios, quam plebejos.
Consuetudo retro obtinuit. Ulpian. in l. Si in aliquam. D. de offic. Proconf. Et ferias secundum mores & consuetudinem, quæ retro obtinuit, dare.
Obtinetur, Impers. Cic. 11. Att. 7. Nam si perseverant, & obtinetur, quid nobis futurum sit vides. Alia exemplaria legunt Obtinent.

OBTINENTIA, æ. f. Priscian. lib. 18.

OBTENTO, [ἐπιχειρέω] āre. frequent. Idem ac Tento. Cic. 9. Att. 10. Et tamen spes quædam me obtentabat, fore ut aliquid conveniret potius, quam aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitii admitteret. [Forte Obtundebat legendum. i. e. Identidem mihi obversabatur, ut quasi obtunderet animum. V. locum. Certe ab Obtineo non est.

OBTINGO, obtigi, [συμβαίνω] ĕre. Evenire. Non nisi in tertiis personis legitur. [Et quidem semper de his, quæ forte vel casu cuique eveniunt. Quam eandem vim etiam in Objicio, Obvenio, Occurro, Offerro, &c. hæc particula retinet.
Obtingit provincia, Quum sortito provincia regenda alicui committitur. Cic. 3. Verr. 21. Quæstor ex Senatusconsulto provinciam sortitus es: obtigit tibi Consularis.
Obtigit, Contigit. Plaut. Rud. 3. 6. 35.
Tibi obtigit quod plurimi exoptant sibi. Cic. 1. Off. 21. Ex quo quia suum cujusque fit eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat.
Obtigit dies mihi adversus. Plaut. Men. 5. 5. 1.
Discordia mihi tecum. Hor. Epod. 4. 1.
Occasio. Plaut. Rud. 4. 2. 22.
Obtigit tibi ex sententia. Ter. Heaut. 4. 3. 5.

Præter spem. Ter. Phorm. 2. 1. 9.
Obtigit de. Plaut. Rud. 4. 6. 7. Eloquere ut hæc res obtigit de filia.

OBTORPEO, ui, [καταναρκάω] ēre. a quo OBTORPESCO, ēre. Valde torpidum fieri, & torpore quodam ita affici, vel propter metum, vel alia quavis ratione, ut omnino imbecilliores simus. Curt. 10. 3. 2. Quis crederet sævam paulo ante concionem obtorpuisse subito metu.
Subjectus miseriis obtorpui. Cic. 3. Tusc. 63. Ex poeta.
Squamæ obtorpuere. Plin. lib. 8. cap. 27.
Manus obtorpuit. Cic. pro Domo 135. [Omnia sunt Præterita ab Obtorpesco, quod a Torpeo & a Torpesco deduci potest, ut Obdormisco a simplici Dormio, non a composito Obdormio.

OBTORQUEO, si, tum, [συστρέφω] ēre. Valde vel vehementer torquere. Aur. Vict. de Viris illustribus cap. 66. Consuli, legibus agrariis resistenti, ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis efflueret naribus. De Marco Livio Druso loquitur.
Proram obtorquet in undas. Stat. 5. Theb. 414.
Gulam obtorquere. Cic. 6. Verr. 24. Quem obtorta gula de convivio in vincula, atque in tenebras abripi jussit.

OBTORTUS, a, um. Partic. [συστρεφθείς] ut, Virg. 5. Æn. 559.
Flexilis obtorti per collum circulus auri.
Obtorto collo ad prætorem trahi, h. e. Invite & coacte. Plaut. Pœn. 3. 5. 45. V. in ipso verbo.

OBTRAHO, xi, ēre. Obvertere. Tertull. de Veland. Virg. cap. 15. Si tentationibus gradum obtraxerit.

OBTRECTO, [διασύρω] āre. ex Ob & Tracto compositum; significat, ut ait Festus, Contra alienam sententiam tractare, seu Maledicere. Erasmus, Obtrectat qui obloquitur, qui male prædicat de alio: detrahit, qui minuit laudem alicujus. Cic. 3. Tusc. 45. Nam & invidere, ægritudinis est, & æmulari, & obtrectare.
Curam obtrectare. Phædr. 2. 10. 10.
Invicem se obtrectarunt. Tacit. Orat. 25. 8.
Inter se obtrectarunt Aristides & Themistocles. Nepos 3. 3.
Legi & causæ obtrectare. Cic. pro Lege Manil. 21. Ut hoc vos intelligatis, a nullo istorum, qui huic obtrectant legi atque causæ, L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum.
Laudibus alterius obtrectare. Liv. 8. 36.
Obtrectare aliquid, pro Culpare & damnare. Plin. lib. 9. cap. 35. de Cleopatra, Superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix, lautitiam ejus omnem, apparatumque obtrectans.
Laudes obtrectare. Liv. 45. 37. Cui crimen nullum, nullum probrum dicere poterat, ejus obtrectare laudes voluit.
Obtrectatur, Impers. [διασύρεται] Cic. 3. Att. 26. Si obtrectabitur, utar auctoritate Senatus.

OBTRECTANS, antis. Partic. [διασύρων] ut, Invidia obtrectans. Sil. lib. 16. 12.
Æmulantis est, angi alieno bono, quod ipse non habeat: Obtrectantis autem, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat. Cic. 4. Tusc. 56.

OBTRECTĀTIO, ōnis. f. [ζηλοτυπία] Cic. 4. Tusc. 18. Obtrectatio autem est ea, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupierit.
Domestica ex obtrectatione & civilibus studiis inimicus. Cic. pro Font. 16.
Obtrectatione & malevolentia liberatum judicium. Cic. 1. Q. frat. 1. 14.
Obtrectatio invidiæ. Cic. de Clar. Orat. 156. Tantum abest ab obtrectatione invidiæ.
Invidia atque obtrectatione impediri. Cic. 1. de Invent. 16.
Obtrectatio laudis, Detractio. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 7.
Obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur. Tacit. 1. Hist. 1.
Habere obtrectationem. Cic. 10. Fam. 18.
Malevolentissimis obtrectationibus de vetere aliqua diuturnaque sententia depelli. Cic. 1. Fam. 7.

OBTRECTĀTOR, ōris. m. [διασυρτής] Detractor. Cic. de Claris Orat. 2. Dolebamque quod non, ut plerique putabant, adversarium, aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius & consortem gloriosi laboris amiseram.
Obtrectator beneficii. Cic. pro Flacc. 2. Sed si forte aliquando aut beneficii hujus obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis invidus extitisset.
Invidi & obtrectatores. Cic. 1. Fam. 4. Hæc tamen opinio est Populi Romani, a tuis invidis atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis, non tam ut te impedirent, &c.
Obtrectatores & adversarii. Cic. de Arusp. Resp. 50. Reliquas jam præcipitantis Tribunatus, etiam post Tribunatum obtrectatores eorum atque adversarii defenderunt.
Dominatione obtrectatorum, potentissimo inimico, infidelibus amicis, pluribus invidis quid sperem? Cic. 1. Q. frat. 4.
Commoveri obtrectatores, atque omnium invidi multa finxerunt. Cic. pro Planc. 57.
Invenire obtrectatores. V. INVENIO.
Sermoni obtrectatorum locum non relinquere. Cic. pro Flacc. 68.
Studiorum suorum obtrectatorem tollere. Cic. pro Font. 17.

OBTRECTĀTUS, ûs. m. Idem quod Obtrectatio. Gell. lib. 20. cap. ult. Æquum esse puto ut sine vero obtrectatu considerent.

OBTRITUS, V. OBTERO.

OBTRŪDO, si, sum, [ὠθέω, ὠθίζω] ēre. Ex Ob & Trudere, cum quo fere significatione convenit. Plaut. Men. 3. 3. 26.
Jamne abiit intro? abiit, obtrudit fores. Al. Operuit.
Obtrudere, quasi Invito & recusanti offerre & dare. Plaut. Curc. 2. 3. 87.
Atque aliquid prius obtrudamus, pernam, sumen, glandium:
Hæc sunt ventri stabilimenta; panem & assa bubula. [Puto Obstrudamus legendum. i. e. Devoremus. V. OBSTRUDO.
Obtrudere uxorem, Invito & nolenti dare. Ter. And. 1. 5. 16. Donatus. Idem Hec. 3. 1. 16.
Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater.
Obtrudere monimenta. Cic. 6. Verr. 79. Tu isti aderis, qui non obtrusit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, sed funditus sustulit ac delevit? Quo in loco fortassis legendum est Obstruxit, vel Obruit, ut sensus constet. Alii Obtrivit, etiam conjecerunt. [Non displicet alior. Obstrusit, pro Abstrusit, Removit, In tenebras abjecit.

OBTRŪSUS, a, um. Partic. [ὠθισθείς] Cic. de Clar. Orat. 258. Quo magis expurgandus est sermo, & adhibenda quam obrussa ratio, quæ mutari non potest, nec utendum pravissima consuetudinis regula. Emendati libri habent, Tanquam obrussa, ratio. V. OBRUSSA.

OBTRŪSIO, ōnis. f. Corpusculorum obtrusio. Cæl. Aurel. Acut. præf. lib. 1. 6.

OBTRUNCO, [κατακόπτω, μασχαλίζω] āre. Caput cædere, & Occidere quomodocunque. Liv. 1. 5. Regem in prælio obtruncat & spoliat. Sic Cic. 3. de Nat. Deor. 67. Puerum interea obtruncat. Ex quodam poeta. Virg. 3. Æn. 332.
Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.

OBTRUNCĀTIO, ōnis. f. [κατακοπή] Columel. lib. 4. cap. 29. Quod tam & obtruncatione vitis & cum ejusdem refectionis fissura præcipit fieri.

OBTUEOR, tūtus vel tuitus sum, [ἀποβλέπω, ἀποσκοπέω] ēri. Diligenter conspicere. Plaut. Mostel. 3. 2. 153. At tu istac advorsum obtuere. Idem Amphit. 3. 2. 19. Inimicos ausa sum semper obtuerier.

OBTŪTUS, ûs. m. [ἀτένισμα] Aspectus. Cic. 3. de Orat. 17. Qui vultum ejus, quum ei dicendum esset, obtutumque oculorum in cogitando probe nosset.
Acris obtutus. Sil. lib. 17. 344.
Continuus oculorum. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Torvus. Sil. lib. 10. 264.
Obtutu consurgit ab alto. Valer. 7. Argon. 88.
Effugit obtutum oculorum animus. Cic. de Univers. 24.
Visum fatigari continuo obtutu oculorum. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Figere obtutum aliquo. Cic. 2. de Nat. Deor. 107. Ex poeta.
Obtutu hæret defixus in uno. Virg. 1. Æn. 499.
Tacito obtutu stetit. Virg. 12. Æn. 666.
Ora defixa tenet obtutu. Virg. 7. Æn. 250.
Quodam obtutu oculorum duo, pro uno, lucernæ lumina videri. Cic. 2. de Divin. 120.

OBTUĪTUS, ûs. m. [βλέμμα] Idem quod Obtutus. Cic. 1. Off. 146. Ex oculorum obtuitu, ex elevatione aut remissione superciliorum. Correctiora exemplaria legunt Obtutu.

OBTUMESCO, ēre. Ob, i. e. Circum tumefieri. Plin. lib. 20. 3. Ex aqua bibendum dedere repente obtumescentibus.

OBTUNDO, tūdi, tūsum vel tunsum, [ἀμβλύνω, ἀμβλύνομαι, καταμβλύνω, ...] ēre. Circum percutere, tundere. Firmic. lib. 5. cap. 5. Qui sæpius aliquo dolore perculsi, & caput plangant, & pectora pugnis obtundant.
Obtundere, Crassum hebesque facere, vel hebetare, & cuspidem adimere. Columel. lib. 4. cap. 24. Obtusa, hebesque & mollis falx putatorem moratur, eoque minus operis efficit, & plus laboris adfert vinitori. Virg. 1. Georg. 262.
— durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem. Ubi Servius; Obtusi, Reverberati & acumine carentis.
Aciem oculorum obtundere. Plin. lib. 20. cap. 25.
Ægritudinem elevare & obtundere. Cic. 3. Tusc. 34. Nihil est quod tam obtundat elevetque ægritudinem, quam perpetua in vita cogitatio.
Auditum. Cic. in Orat. 221. Ne brevitas defraudasse aures videatur, neve longitudo obtudisse. Subaudi, Aures, vel Auditum.
Aures diutius aliquorum non obtundere. Cic. 6. Verr. 109.
Aures criminatione obtusæ, & Vacuæ, contraria. Cic. Anteq. iret in exsil. 13. Æqui auditores adhibebuntur: aures non obtusæ criminatione, sed vacuæ præbebuntur.
Epistolis longis aliquem obtundere. Cic. 8. Att. 1. Ego si somnum capere possem, tam longis epistolis te non obtunderem.
Ingenia acuere & Obtundere, contraria. Cic. 3. de Orat. 91. Non quo (ut nescio quos dicere ajebant) acui ingenia adolescentum nollem, sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam.
Mentem obtundere, cui opponitur Acuere mentem. Cic. 1. Tusc. 80. Multa e corpore exsistunt, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant.
Vocem obtundere. Cic. 2. de Orat. 282. Ut quum patrono malo, quum vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet, &c.
Vox obtunditur, atque aures confusa penetrat. Lucret. lib. 4. 617.
Obtundere, Sæpius repetendo eadem inculcare. Terent. Heaut. 5. 1. 6.
Ohe, jam desine deos, uxor, gratulando obtundere,
Tuam esse inventam gnatam; nisi illos ex tuo ingenio judicas. Idem Adelph. 1. 2. 33.
Ausculta: ne me obtundas de hac re sæpius. Tractum a fabris, qui sæpe repetunt tundendo aliquid malleo: & idem obtundunt & hebetant.

OBTŪSUS, a, um. Partic. [ἀμβλυνθείς] ut
Obtusus pugnis. Plaut. Amphit. 2. 1. 59.
Acies obtusior. Cic. de Senect. 83. Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat, & longius, videre se ad meliora proficisci? Ille autem, cujus obtusior sit acies, non videre? De morte loquitur.
Acies obtusa stellis. Virg. 1. Georg. 396. i. e. Splendor parum perspicuus, sed subobscurus & caliginosus, ut quum nubecula interjicitur, quæ conspectum illarum impediat. Sabinus sic; Acies obtusa, Aspectus tenebrosus. Cui opponitur, Stellarum aspectus purus, liquidus & clarus.
Acies oculorum obtusior. V. ACIES.
Angulus obtusus. Lucret. lib. 4. 356. V. Geometras.
Obtusus animi vigor. Liv. 5. 18.
Aures obtusæ, i. e. Surdæ. Stat. 5. Silv. 1. 171.
Corda vel Pectora. Virg. 1. Æn. 571.
Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni. Ubi Servius, Obtusa, non stulta, sed crudelia. [Immo Barbara, nec exculta humanitatis præceptis.
Cornua lunæ. Virg. 1. Georg. 434. Plin. lib. 18. cap. 35. Cornua lunæ obtusa. conf. Acies stellis.
Vires obtusæ, i. e. Debilitatæ & fractæ. Lucret. lib. 3. 453.
Usus obtusior genitali arvo. Virg. 3. Georg. 135.
Obtunsus etiam legitur, sed minus frequenter & usitate. Plin. 7. Epist. 183. ad Præsentem, Ut enim si cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres, acutosque miscerem, ut obtunsus illis, & oblitus stomachus, his excitaretur. Alia exemplaria habent Obtusus. Plaut. Casin. 5. 2. 9.
— obtunso
Ore nunc pervelim progrediri senem.

OBTŪSE, [ἀμβλέως] ius, issime. Adv. Cic. 1. de Nat. Deor. 70. Totum aut etiam, aut non, negavit esse necessarium: quo quid dici potest obtusius?
OBTU-

OBTUSIO, ōnis. f. Tertull. adverſ. Marc. 3. 6. Obtuſio ſalutarium ſenſuum.
Legitur & Obtunſio apud Lamprid. in Commod. cap. 10. Capite ſuppuratum reddebat obtunſione. [Sed in editis noviſſime, quos vidi omnibus exſtat, Reddebat. Obtunſi oneris pinguem hominem &c.

OBTURBO, [διαταράττω] āre. Ab omni parte turbare, quod & Diſturbare dicitur. Ter. And. 5. 4. 23. Itane vero obturbat?
Lenire & Obturbare, contraria. Cic. 12. Att. 17. Me ſcriptio & litteræ non leniunt, ſed obturbant.
Obturbare ſolitudinem alicujus. Cic. 12. Att. 19. Nec quicquam habeo tolerabilius, quam ſolitudinem. Nam, quod eram veritus, non obturbavit Philippus: nam ut heri me ſalutavit, ſtatim Romam profectus eſt.
Obturbatur, Impersonale. Plin. 9. Epiſt. 13. Incipit reſpondere Vejento; nemo patitur: obturbatur, obſtrepitur, adeo ut diceret, Rogo, P. C. ne me cogatis implorare auxilium Tribunorum.

OBTURBĀTUS, a, um. Partic. Plin. 8. 18. Aqua obturbata.

OBTURBĀTOR, ōris. m. Aſcon. ad Cic. Divin. 49. ad verba, Quartum ex illo grege moratorum: Obturbatores, inquit, quoſdam, ſordidoſque cauſſidicos ſignificat, qui adhibebantur ad moram faciendam, dum meliores advocati recrearentur, & ſe denuo compararent ad dicendum. conſ. MORATOR.

OBTURGESCO, [οἰδίσκομαι] ĕre. Idem quod ſimplex Turgeſco. Lucret. lib. 6. 658.
Obturgeſcit enim ſubito pes, arripit acer
Sæpe dolor dentes, &c.
Feſtus in Boa. A qua icti obturgeſcunt.

OBTŪRO, [βύω, ἐμβύω, τύφω, φιμόω, φράττω] āre. Occludo. Hor. 2. Epiſt. 2. 105.
Obturem patulas impone legentibus aures. Feſtus, Obturare ex Græco trahitur, ab eo quod illi oſtia dicunt θύρας. Cic. de Fato 10. Stupidum eſſe Socratem dixit & bardum, quod jugula concava non haberet, obſtructas eas partes & obturatas eſſe dicebat. Varro 3. de R. R. cap. 16. Etiam paucæ extra oſtium alvei obturant omnia.
Amorem edendi obturare. Lucret. lib. 4. 867.
— atque patentem
Per membra ac venas ut amorem obturet edendi. Sic enim legendum eſſe contendit Lambinus; & ſic hodierni fere ſcribunt Obturo ſine H.

OBTURĀMENTUM, i. n. [φραγμός] Quo aliquid obturatur. Plin. lib. 16. cap. 8. de cortice ſuberis, Uſus ejus cadorum obturamentis.
Obturamentum ſtagni. Plin. lib. 33. cap. 4.

OBTUSUS, V. OBTUNDO.

OBTUTUS, V. OBTUEOR.

O B V.

OBVĀGIO, īvi, ītum, [κατακλαίζω] īre. Circum vagire. Plaut. Pœn. prol. 31.
Neve eſurientes hic quaſi hœdi obvagiant. De infantibus. Al. Hodie.

OBVĀGŬLO, āre. Feſtus in vocibus Portus, & Vagulatio, ex Legg. XII. Tabb. Feriis tertiis ob portum obvagulatum ito. Sed varia eſt lectio, de qua V. Turneb. Adverſ. 13. 26. & 19. 14.

OBVALLO, [περιχαρακόω] āre. Circumvallare. Feſtus, Ob ponitur pro Circum, ut cum dicimus Urbem obvallari. Cic. 2. de Lege Agr. 3. Me perlongo intervallo, prope memoriæ temporumque noſtrorum primum, novum hominem Conſulem feciſtis, & eum locum, quem nobilitas præſidiis firmatum, atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce reſcidiſtis.

OBVARICO, are. eſt Occurro, obſto, teſte Feſto. Hinc

OBVARICATORES, dicebantur illi, qui culpiam occurrebant, quo minus rectum iter conficeret, inquit Feſtus.

OBVĀRO, [διαστρέφω] āre. Pervertere, depravare: dictum a Varis. Ennius Achille, Nam conſiliis obvarant, quibus tam concedit hic ordo. Nonius 2. 606.

OBUCULA, æ. f. Oppidum olterioris Hiſpaniæ, in conventu Aſtigitano, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

OBVĔNIO, vēni, ventum, [ἀντάω, ἀντιάζω, ἀπαντάω, ἀπαντάω] īre. Obviam vel contra venire. Plaut. Aſin. 2. 2. 15. Cic. 2. Att. 12. Sed eas eram daturus, ut putaram poſtridie ei, qui mihi primus obveniſſet.
Obvenire, pro Contingere quaſi ſortito. Cic. pro Cluent. 166. Hoc eſt Q. Voconium cum iis judicibus, qui ei obvenerint, vos appellat, Judices, quærere de veneno. [conf. in OBTINGO, quæ notavi. Hoc quoque verbum non niſi in tertiis perſonis ſic ponitur.
Sorte provincia Sicilia Verri obvenit. Cic. 4. Verr. 17.
Obvenire, Quoquomodo contingere. Cic. 2. Philip. 84. Id igitur obvenit vitium, quod tu jam Calend. Jan. futurum eſſe prævideras.
Obvenit occaſio. Curt. lib. 8. 6. pr.
Obveniſſe hæreditas, vel Hæreditate aliquid alicui dicimus, hoc eſt quod vulgo dicitur *per ſucceſſionem*. Varro de R. R. lib. 1. cap. 12 Quid potero facere, ſi iſtiuſmodi mihi fundus hæreditate obveniret? Cic.
Obvenientia bona homini ab alio conferuntur, vel aliunde deferuntur, obvenit hæreditas: philoſophia homini non obvenit, ſed eam ſibi quiſque quærere debet a ſeipſo. Budæus. [Senecæ potius hæc verba, quam Cic. eſſe puto, niſi ipſius Budæi ſunt.
Hæreditas ei obvenit. Auctor ad Heren. lib. 4. 20.

OBVENIENTIA, æ. f. Tertull. adverſ. Valent. cap. 29. De obvenientia ſuperducunt jam non naturam, &c.

OBVENTIO, ōnis. f. [πρόσοδος] Ulpian. in l. Magis puto. §. Si pupill. D. de Rebus eorum, qui ſub tutela & cura ſunt, An pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus, quæ conveniri poſſint, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum ſpe atque obventionum.
Reditus & obventiones. Ulpian. in l. 1. §. Exercitorem. D. de Exercitoria actione, Exercitorem autem eum dicimus, ad quem obventiones & reditus omnes perveniunt.

OBVENTUS, ûs. m. Tertull. de Anim. cap. 41. Ex obventu ſpiritus nequam.

OBVENTĪTIUS, a, um. Adj. Quod forte obvenit. Idem adverſ. Marc. 2. 3. Obventitia bona.

OBVERBĔRO, āre. Apul. 7. Met. p. 198. Elmenh. Baculo obverberans.

OBVERTO, ti, ſum, [ἀντιστρέφω] ĕre. Contra vertere. Plaut. Pſeud 4. 2. 5.
Ne in re ſecunda nunc mihi obvertat cornua. Cic. 3. Tuſc. 39.
Quem ſpectabant, cujus ob os Graji ora obvertebant ſua. Ex Poeta. V. OB præpoſit.
Obvertere ordines vel ſigna, In hoſtem vel contra hoſtes convertere. Liv. 27. 19.
Arcum obvertit in illum. Ovid. 12. Met. 605.
Navem obvertunt magno cum pondere nautæ. Cic. Arat. 132.
Proras obvertit pelago. Virg. 6. Æn. 3. Nam longius erant progreſſuri ad agrum Laurentem. Nautæ enim ad litus appulſam navim in proram convertebant, non ſolum ut ad reditum & aliam navigationem parati eſſent, verumetiam id ſibi ominantes. Valer. Flacc. 5. 211.
Dixerat: atque illi dextra ſine verſa magiſtri
Protinus in proram rediit ratis, omine certo,
Fluminis os pontomque tuens. Ex Turnebo.
Terga obvertere alicui. Virg. 2. Georg. 271.

OBVERSUS, a, um. Partic. ut
Obverſa Orienti gallina. Columel. lib. 1. cap 3.
Obverſus ſto, pro Adverſus. Plin. lib. 9. cap. 57. Contraque venantes refugere in ſuas cavernas, & in iis obverſos ſtare. De piſcibus terrenis.

OBVERSE, Adv. Columel. 9. 7. Domicilia apum obverſe ad hibernum Orientem componi debebant.

OBVERSOR, [πρόσειμι] āri. depon. Frequenter adeſſe & verſari. Plin. 5. Epiſt. 16. Sedebant judices, Centumviri venerant, obverſabantur advocati, ſilentium longum.
Obverſari ante oculos dicitur id, quod ita animo apparet, ut adeſſe coram videatur, & cerni. Cic. pro Sext. 7. Sed mihi ante oculos obverſatur Reipub. dignitas, quæ me ad ſe rapit. Et ſæpe Abſolute, ot
Veritas ipſa & gravis, & recta ratio nonne mihi obverſatur? Cic. 4. Acad. 139.
Obverſatur ſpecies in ſomnis. Liv. 2. 59.
Obverſatur animo. Cic. 2. Tuſc. 52. Obverſantur ſpecies honeſtæ animo.
Obverſabatur non animis modo, ſed prope oculis, Caudinæ cladis memoria. Liv. 35. 11.
Ante oculos obverſari. Lucret. lib. 4. 975. V. paulo ſupra.
Ante oculos exterminatoris ſui obverſatur Reſpublica. Cic. pro Domo 141.

OBVERSATIO, ōnis. f. [πρόσοδος] Cic. pro Muren. 49. Mæſtos amicos, obverſationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animadvertebant. Al. Obſervationes. [Quod frequenter confunditur cum hac voce. Hoc loco tamen non ſatis placet. Quid ſi Obſecrationes? Eſt enim Obſecratio h. l. quam vulgo *Sollicitationem* vocant, quæ & Prenſatio. An Occurſationes? V. omnino in ipſa voce.

OBVIAM, Adv. [ἐξ ἐναντίας] Ex duabus, ut apparet, vocibus in unam contractis. Feſt. in Mortem obiiſſe, pro Ad viam dictum ſtatuit. Ter. Phorm. 1. 2. 2. At ego obviam conabar tibi, Dave.
Accedere obviam. V. ACCEDO.
Effuſi obviam. [εἰς ἀπάντησιν] Liv. 5. 23. Adventus quoque Dictatoris, omnibus ordinibus obviam effuſis, celebratior quam ullius unquam antea fuit.
Ire obviam candidato. Cic. pro Muren. 67. Si mercede corrupti obviam candidatis iſſent, ſi conducti ſectarentur. Et paulo infra, Multi obviam prodierunt de provincia decedenti, conſulatum petenti. Solet fieri. &c. Docet autem ibidem Cic. In campum Martium candidatis obviam mane venire ſolitos clientes & amicos, ut prenſantes adjuvarent.
Obviam itio. Cic. 11. Att. 16. pr. De obviam itione, ita faciam, ut ſuades.
Obviam fieri. Cic. pro Milon. 28. Obviam fit ei Clodius, expeditus in equo.
Mittere obviam. Cic. 12. Att. 5. Ego miſi Tironem Dolabellæ obviam.
Obſiſtere obviam alicui. Plaut. Amph. 3. 4. 2.
Procedere. Cic. 4. Verr. 65. Heraclius ille & Epicrates longe mihi obviam cum ſuis omnibus proceſſerunt.
Prodire obviam. Cic. pro Muren. 68. Multi obviam prodierunt de provincia decedenti.
Properare alicui. Cic. 14. Fam. 5.
Venire. Cic. 2. Att. 1. Calendis Junii eunti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, venit obviam tuus pater.
Obviam ire periculis, tranſlate. Exponere, Offerre ſe. Salluſt. in Jugurtha cap. 7.
Obviam ire conatibus, Reſiſtere. Cic. Anteq. iret in exil. 11. Frequentes profecto talibus conatibus obviam ire niteremur. Sic 3. Verr. 78. Obviam ire cupiditatibus.
Obviam eſſe, pro In promptu. Plaut. Capt. 3. 3. 6.
Nec ſycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam eſt. Idem Aulul. 2. 5. 19. —quod te ſcio
Facile abſtinere poſſe, ſi nihil obviam eſt. i. e. Si nihil offenderis obvium, quod ſurripias.
Obviam, pro Contra. Cic. 4. Att. 16. Pomptinius vult a. d. IV. Non. Novemb. triumphare. Huic obviam Cato & Servilius Prætores aperte, & Q. Mucius tribunus. Negant enim latum de imperio. [Subaudiendum Eunt. i. e. Opponunt ſeſe.

OBVIUS, a, um. Adj. [ἀντίληπτος] Quod alicui occurrit, & tanquam in via expoſitum eſt. ut,
Arma obvia ferre, apud Virg. 9. Æn. 56. Salluſt. Jug. cap. 26. extr. Deinde omnes puberes, Numidas & negotiatores promiſcue, uti quiſque armatus obvius fuerat, interfecit. Al. Armatis rectius.
Obvia ſentimus aranei fila. Lucret. lib. 3. 385.
Signa obvia ſignis, Oppoſita. Lucan. lib. 1. 6.
Tute tibi obvius obſtas. Lucret. lib. 4. 1144.
Obvius & Expoſitus homo, Qui omnes admittit, nec ſe Difficilem præbet in colloquiis. Plin. 1. Epiſt. 10. Eſt enim obvius & expoſitus, plenuſque humanitate.
Obvius tibi ſum, Obvius tibi fio, & Obvium me tibi do, vel fero, dicimus.
Obvium ſe dare alicui. Liv. 1. 16.
Obvium eſſe. Cic. pro Cæcin. 76. Sin autem ingredienti cum armata multitudine obvius fueris.
Obviæ litteræ volant. Cic. 6. Att. 6. Tu autem fac ut mihi tuæ litteræ volent obviæ.
Obvia minus urbs hoſtibus. Virg. 3. Æn. 499. i. e. Quæ non facile patiatur impetum eorum, neque excidium.

Obvii

Obvii e diverso. Plin. lib. 8. cap. 50.
Nominativus positos, ut videtur, pro Accusativo apud Virgilium 1. Æn. 318.
Cui mater media sese tulit obvia silva. Pro eo quod est, Tulit sese obviam. Sic tamen ordinandum est, ne videatur solœcismus, Cui mater obvia tulit sese in media silva.
Sed quid hoc erit, Tulit sese? quid hoc significabit? aut quis ita loquitur? H. St. Dicitur Ego me obvius fero, ut Obvius procedo, Venio &c. V. Cort. ad Sall. Jug. 46. 5.
Turba obvia mi venerat. Propert. lib. 2. 29. 3.

OBVIO, [ἀντάω, ἀντιάζω, ἀντιόωμαι] āre. Obviam proficisci, vel obvium esse. Et per translationem pro Resistere. Sallust. in Jugurth. cap. 5. pr. Tum primum superbiæ nobilitatis obviatum. Sed hic exemplaria castigatiora habent, Obviam itum est. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 5. Ille diu hoc a se officium deprecatus, ubi tot impellentium procerum, quibus obviandum non erat, hortatui succubuit, &c. In veteri Gloss. Lat. Gr. leg. Obviat, ἀπαντᾷ. & in Gr. Lat. Ἀπαντῶ, Obvio, occurro.
Item Adversari, resistere. Quintil. Declam. 307. Nequitia obviatum est legi. Pallad. 1. 35. Grandini obviare.

OBVIGĬLO, āre. Plaut. Bacchid. 3. 2. 14.
Qua me causa magis cum cura esse eā, quam obvigilabo, est opus.
Al. rectius, Obvigilato, sublata distinctione.

OBULCO, onis. Oppidum mediterraneum ulterioris Hispaniæ in conventu Cordubensi, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

OBVIŎLO, āre. Gruter. Inscript. p. 996. n. 13. NE MEA OSSA OBVIOLES.

OBULTRONEUS, a, um. Adj. Idem quod Ultroneus, αὐθαίρετος, Gloss. Vet. Lat. Gr.

OBUMBRO, [ἐπισκιάζω] āre. Umbris undique obscurare. Virg. 12. Æn. 578.
— obumbrant æthera telis. Curtius 5. 4. 8. Quippe obumbratus amnis presso in solum dilabitur alveo. h. e. Arboribus tectus, inquit Budæus.
Coma obumbrat humeros. Ovid. 13. Met. 845.
Lucus obumbrat templum. Ovid. 14. Met. 837.
Oleaster obumbrat vestibulum. Virg. 4. Georg. 20.
Obumbrare, Tueri, defendere, per translationem. Virg. 11. Æn. 223.
— & magnum reginæ nomen obumbrat. Subaudi, Turnum. h. e. Tuetur, defendit, & est translatio ab arboribus. Hoc autem dicit, Amor reginæ ad favorem popularem plurimum proderat Turno. Servius.
Obumbrare, Obscurare. Quintil. in procem. lib. 8. Nec gratiam consequuntur, & fidem amittunt, propter id quod sensus obumbrant, & velut læto gramine sata strangulant. Budæus.
Crimen obumbrare sub imagine erroris. Ovid 3. de Ponto, 3. 75.
Error obumbrat crimen facti. Ovid. 17. Epist. 48.
Obumbratur sapientia vino. Plin. lib. 23. cap. 1. Vinum jejunos bibere, novitio invento inutilissimum est, curas vigoremque animi impedit ad procinctum tendentibus, somno accommodatum ac securitatibus. Jamque dudum hoc fuit, quod Homerica illa Helena ante cibum ministravit. Sic quoque in proverbium cessit, Sapientiam vino obumbrari. Quod Plinius citat, est apud Homerum Odysseæ quarto. v. 219.
Obumbrare, cum dativo. Plin. lib. 17. cap. 21. Meliorque ea vino, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduoque sole coquitur, & afflatum magis sentit.

OBUMBRATIO, ōnis. f. Arnob. lib. 5. Allegoricæ cæcitatis obumbratio.

OBUMBRATRIX, īcis. f. Tertull. Apol. cap. 9. Arbores templi obumbratrices.

OBUNCĀTUS, a, um. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 2. Unguibus obuncatis.

OBUNCUS, a, um. [ἐπίγναμπτος] Adj. Valde uncus & incurvus. Virg. 6. Æn. 597.
— rostroque immanis vultur obunco, &c.
Morsus obuncus aquilæ. Claud. de Bello Gildon. 417.

OBUNDO, [κυμαίνω] āre. ab Unda. Stat. 1. Achill. 102.
— lateque deæ Sperchios obundat
Obvius, & dulci vestigia circuit unda. Al. Abundat.

OBUNDATIO, ōnis. f. Flor. 4. 2. 27. Obundatione verna prohibetur.

OBUNGO, ĕre. Unde

OBUNCTUS, a, um. Partic. Apul. Met. 2. p. 118. Elmenh. Guttis Arabicis obunctus capillus.

OBVOLVO, volvi, vōlūtum, [περιειλέω] ĕre. Circumvolvere. Cic. in Orat. 74. Si denique pictor ille vidit, quum immolanda Iphigenia tristis Chalchas esset, mæstior Ulysses, mæreret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari.
Obvolutum & præligatum folliculo os. Cic. 2. de Invent. 149.
Obvoluta sanguine fax. Cic. 1. de Divin. 67.
Adest, adest fax, obvoluta sanguine atque incendio. Ex poeta.
Obvolvere vitium decoris verbis, pro Velare, obtegere. Hor. 2. Serm. 7. 42.

OBVŎLŪTIO, ōnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1. 11. In singulis sphæris ætherea obvolutione vestitus.

OBVOLUTĀTUS, a, um. Partic. ab OBVOLUTO. Veget. Mulom. 3. 4. Obviis obvolutatus radicibus.

OBUSTUS, a, um. Adj. [περικαυθείς] Circumustus. ut, Sudes obusta. Ovid. 12. Met. 299.
Robur obustum. Sil. lib. 4. 284.

O C A

OCĂLEA, æ. f. [Ὠκαλέα] Bœotiæ civitas, teste Homero lib. 2. Iliad.

O C C

OCCA, æ. f. [βωλοκόπημα] Instrumentum, quo tracto, reptanteque super terram, ferreis aut ligneis dentibus, quibus instructum est, glebæ conteruntur, & agri superficies coæquatur, & semina cooperiuntur: quamvis & cratibus id sæpe fiat. Columel. lib. 2. cap. 18. Deinde viciam permistam seminibus fœni seremus, tum glebas sarculis resolvemus, & inducta occa coæquabimus. Sed exemplaria castigatiora habent, Inducta crate, &c.

OCCO, [βωλοκοπέω] āre. Glebam confringere & comminuere. Varro de R. R. lib. 1. cap. 31. Vineas novellas fodere, aut arare, & postea occare,

id est comminuere, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dicunt. Cic. de Senect. 51. Quæ quum gremio mollito ac subacto semen sparsum excepit, primum id occatum cohibet, ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est. Alii rectius legunt, Occæcatum. Columel. lib. 2. cap. 10. Festus lib. 13. Occare & occatorem Verrius putat dictum ab occædendo, quod cædat grandes globos terræ: quum Cicero venustissime dicat ab occæcando fruges satas. Nonius Marcellus 1. 201. Occationem ab occæcatis seminibus, qua id efficitur, dici M. Tullius voluit de Senectute. Deinde subdit locum superiorem Ciceronis. Serenus apud eundem Nonium 1. 306. Occatio, inquit, occæcatio est. [Apud Fest. lego, Grandes glebas.
Villicus occat segetes. Hor. 2. Epist. 2. 161.
Sibi occare. Plaut. Merc. prol. 71.

OCCĀTIO, ōnis. f. [βωλοκοπία] Plin. lib. 18. cap. 20. Aratione per transversum iterata, occatio sequitur. V. supra OCCO.

OCCĀTOR, ōris. m. [βωλοκοπητὴς] Plaut. Capt. 3. 5. 4.
Sator, sartorque scelerum, & messor maxume.
T. Non occatorem dicere debebas prius?
Nam semper occant prius, quam sariunt rustici. Columel. lib. 2. cap. 13. conf. Fest. in Occare.

OCCATŌRIUS, a, um. Adj. [βωλοκοπητικὸς] ut, Occatoria opera, Quæ ad occationem pertinet. Columel. lib. 2. cap. 13.

OCCILLO, [συγκόπτω] āre. diminut. Contundere. Plaut. Amph. 1. 1. 28. Aliquem hominem allegent, qui mi advenienti os occillet probe. Quidam tamen legunt Oscillare, pro Inclinare. Douz. Ossillet. Scriver. Os suggillet.

OCCÆCO, [ἐκτυφλόω] āre. Cæcum facere. Dicimus & Obcæco, integra præpositione. V. OBCÆCO. Cic. 3. de Orat. 155.
Tenebræ conduplicantur, noctisque & nimbûm occæcat nigror. Ex Pacuvio.
Occæcare, Obscurare, ut Occæcatur sol. Plaut. Men. 1. 2. 67.
— ob solem vides
Statim ut occæcatus est, præ hujus corporis candoribus? Al. Satin.
Occæcare animum, per translationem. Liv. 28. 24. Mors Scipionis falso credita occæcabat animos.
Occæcati animi pavore. Liv. 38. 21.
Occæcatus cupiditate. Cic. 1. de Finib. 33.

OCCÆCATIO, ōnis. f. Seren. apud Non. 1. 306. Occatio, occæcatio est.

OCCALLEO, ēre. Sive potius

OCCALLESCO, ui, [πωρόομαι] ĕre. Callum obducere dicuntur partes, quæ obdurescunt. Plaut. Asin. 2. 4. 13.
Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis. Ovid. 14. Met. 282.
Osque meum sensi pando occallescere rostro.
Occallescere in odium. Senec. 3. de Ira 41.
Longa patientia occallui. Plin. 2. Epist. 15. Apud Plautum, Occalluit animus. Cic. 2. Att. 18. De Statio manumisso, & nonnullis aliis rebus angor equidem: sed jam prorsus occallui.
Mores obcalluere. Colum. lib. 8. cap. 16. Sic enim quoque scribitur. conf. OBCALLEO.

OCCALLATUS, a, um. Partic. [πεπωρωθεὶς] Qui callum obduxit. Senec. 4. Nat. Quæst. 13. Sed quid sentire possunt emortuæ fauces, & occallatæ cibis ardentibus?

OCCĂNO, [καταᾴδω] ĕre. pro Occinere. Tacit. 2. Ann. 81. Tum Sentios occanere cornua, tubasque, & peti aggerem, erigi scalas jussit.
In Calepino primæ edit. Occano, pro Occino, penult correpta. Occecini, & Occini, & Occanui secundum Probum, quum Cano Cecini faciat. Et significat Convicium facio & quasi Contra cano. Sallust. lib. 1. Hist. Jussu Metelli Cornicines occanuerunt. Supinum Occentum. Dein ex Val. affert Occentus. H. St. V. Prisc. lib. 10. fol. 130. b. Aldi. Serv. in 2. Georg. 184. Diomed. lib. 1. cap. 4. & infra OCCINO.

OCCASIO, OCCASUS, V. OCCĬDO.

OCCATIO, OCCATOR, OCCATORIUS. V. OCCA.

OCCĒDO, ssi, ssum, [ἀντιέρχομαι] ĕre. Antiquum: ex Ob & Cedo, significat Accedere: ut, Occedere obviam. Plaut. Asin. 2. 3. 24.
Quisquis obviam huic hic occesserit irato, vapulabit. conf. 2. 4. 6.

OCCENTO, OCCENTUS, V. OCCINO.

OCCEPSO, V. OCCIPIO.

OCCĪDO, cīdi, cīsum, [κτείνω, λωποδυτέω, ἀναιρέω, κατακαίνω, σφάζω, φονεύω] ĕre. ex Ob & Cædo compositum, Interficere quomodocunque. Ter. And. 5. 2. 22.
Si quicquam mentitum invenies, occidito.
Multos ferro, multos veneno homines occidere. Cic. pro Rosc. Amer. 59.
Virginiam filiam sua manu occidit Virginius. Cic. 2. de Finib. 66.
Non hominem occidi. Hor. 1. Epist. 16. 47.
Inermem occidere. Ovid. 2. Fast. 693.
Condere Rempublicam & Occidere, contraria. Cic. pro Domo 96. Rempublicam condere unius discessu, quam omnium interitu occidere maluit. [Hic potest esse ab Occĭdo, & Cado.
Occidere pugnis. Ter. Adelph. 4. 2. 21.
Occidere, Enecare, excruciare, tantaque molestia afficere, ut quis occisus prope videatur. Ter. Phorm. 4. 3. 68. Geta, occidisti me tuis fallaciis. [i. e. Perdidisti, jugulasti.
Occidere, Nimis obtundere. Hor. de Arte Poet. 475.
Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo.
Occidis sæpe rogando. Hor. Epod. 14. 5.
Occisit, pro Occiderit veteres sunt usi, ut in legib. XII Tabul. annotasse se scribit Turnebus.

OCCĪSUS, a, um. Partic. [ἀναιρεθεὶς] Cic. 1. in Catil. 26. Vigilare, non solum ad insidiandum somno maritorum, verum etiam bonis occisorum.
Nullo negotio occisus. V. NEGOTIUM.
Occisa est hæc res, i. e. Desperata & perdita. Plaut. Men. 3. 2. 46. Satin' sanus es? occisa est hæc res.
His malis occisis atque depulsis. Lampr. in fine vitæ Alex. Severi, ubi aliud significat, nisi aliter legendum est. H. St.
Occisissimus, [ἀναιρετώτατος] superl. quo utitur Plaut. in Casin. 3. 5. 52.
Occisissimus sum omnium qui vivont. Loricam induam mihi, &c.

OCCĪSIO, ōnis. f. [φόνος] Cic. pro Cæcin. 41. Tu vim negabis esse factam, si cædes & occisio facta non erit?
Occisione occidere. Cic. 14. Philip. 36. Quumque Aulus Hirtius Consul, Imperator, prælio audito & cognito, fortissimo, præstantissimoque ani-

animo exercitum castris eduxerit, impetumque in M. Antonium exercitumque hostium fecerit, ejusque copias occisione occiderit, suo exercitu ita incolumi, ut ne unum quidem militem desideraverit. Quibus tamen omnibus locis quidam codd. habent Occidione.
Vide in Indice Histor. Rom. H. St.

Occīdio, ōnis. m. [ἀναίρεσις] Cædes, sive mors. Columel. lib. 4. cap. 17. Nec ad occidionem universum genus perduci patimur compluriom annorum negligentia. Tacit. 12. Ann. 38. Copiæ tum occidione occubuissent. [Ut Morte occumbere. ubi V. An igitur ab Occīdo ? pen. br. Occidione occidere. Liv. 28. 43. Cic. 15. Fam. 4. Et a cohorte Prætoria, quæ erat Epiphaneæ præsidii causa, occidione occisum. Justin. 2. 14. 8. Copias occidione occidisse.

Occīsor, ōris. m. Plaut. Mil. 4. 2. 64. Occisor regum.

Occīsorius, a, um. Adj. Tertull. de Anim. cap. 33. Occisoria animalia.

Occīsito, āre. frequentat. Sæpius occidere. Festus ex C. Graccho, Homines liberi nunc in oppido occisitantur.

Occīdo, cīdi, cāsum, [καταπίπτω] ĕre. ex Ob & Cado compositum. Plaut. Rud. prol. 8.
Et alia signa de cælo ad terram occidunt. I. e. Cadunt. Al. Accidunt.
Ex nihilo oriri, & In nihilum occidere, contraria. Cic. 2. de Divin. 37.
Occidere, [ἀποθνήσκειν, πεσεῖν] Mori. Cic. 1. Tusc. 18. Sunt qui discessum animi a corpore putant esse mortem: sunt qui nullum censeant fieri discessum, sed una animum & corpus occidere.
Occidimus ipsi & exstinguimur refrigerato & exstincto calore. Cic. 2. de Nat. Deor. 23.
Plane occidere. Cic. 1. Q. frat. 4. Sin plane occidimus (me miserum!) ego omnibus meis exitio fuero, quibus ante dedecori non eram.
Ne genus occidat humanum. Lucret. lib. 2. 174.
Potentes rerum occiderunt. Lucret. lib. 3. 1040.
Morte æterna occidere. Valer. 7. Argon. 282.
Ferro occidit Priamus. Virg. 2. Æn. 581.
Ante suos annos occidit. Ovid. 2. Amor. 2. 46.
Vulnera occidit. Ovid. 6. Met. 265.
Occidi, dolentis, cum commotione quadam, particula, idem significat quod Perii. Ter. Eun. 2. 3. 1. —occidi!
Neque virgo est usquam: neque ego, qui illam e conspectu amisi meo.
Dolus occidit. Plaut. Truc. 2. 5. 6.
Domus una occidit. Ovid. 1. Met. 240.
Fundi occiderunt. Plaut. Truc. 1. 2. 72.
Herbæ etiam Occidere dicuntur, per translationem, quum Senescunt, vel evanescunt. Virg. 4. Ecl. 24.
—& fallax herba veneni Occidet.
Lumen oculorum occidit. Lucret. lib. 3. 416.
Maturitas festinata celerius occidit. Quintil. in procem. lib. 6.
Memoria occidit. Cic. 2. de Legib. 48. Hæc jura Pontificum auctoritate consecuta sunt, ut ne morte patrisfamilias sacrorum memoria occideret.
Recordatio harum rerum occidit. Cic. de Amicit 104. Quarum rerum recordatio & memoria, si una cum illo occidisset, desiderium conjunctissimi viri atque amantissimi ferre nullo modo possem.
Spatium hoc occidit. Plaut. Stich. 2. 1. 35.
Sed spatium hoc occidit, breve est curriculo. h. e. Non satis spatii habeo. Acidal. Occidi.
Spes nostra occidit, nusquam stabulum est confidentiæ. h. e. De spe decidimus. Plaut. Most. 2. 1. 3. Hor. 4. Carm. 4. 72.
—occidit, occidit
Spes omnis & fortuna nostri
Nominis, Asdrubale interempto.

Occīdens, entis. Partic. ut, Occidens Resp. Cic. 4. Fam. 1. Profecto aliquid opis occidenti Reip. tulissemus.
Natura occidentem maturius exstinguere vulnere. Cic. pro Cœl. 79.
Vita occidens suis laudibus consolari potest. Cic. 1. Tusc. 109.
Occidens sol. Cic. 1. Tusc. 94.

Occīdens, [δύσις] aliquando substantive accipitur: & subintelligitur Sol, nempe pro Ea parte mundi, in qua sol occidit: ut Oriens, in qua oritur. Cic. 2. de Nat. Deor. 164. Qui has nobiscum terras ab Oriente ad Occidentem colunt.
Insula ultima Occidentis. Catul. in Julium Cæsarem 27. 13.
Sinus ultimus Occidentis. Hor. Epod. 1. 13.
Totus navigatur Occidens. V. Navigo, in navis.

Occidentālis, e. Adj. [δυτικός] Quod vergit ad Occidentem. Plin. lib. 18. cap. 34. Ab Occasu solstitiali & Occidentali latere Septentrionis.

Occāsus, a, um. Partic. pass. Plaut. Epid. 1. 2. 41. Ante solem occasum. conf. Gell. 3. 2.

Occasūrus, a, um. Partic. [ἀπολούμενος] ut, Beneficia in aliquam collata exitio alicujus occasura. Cic. pro Milon. 101.

Occāsus. ūs. m. [πτῶσις] Mors, interitus & casus fortunæ, tam in homine, quam in rebus externis. Cic. 1. Acad. 8. Ac post Lælii nostri occasum.
Obitus & occasus noster. Cic. in Pison. 34.
Occasus imperii, vel Reip. Plin. in Paneg. cap. 26. Occasum reip. accelerat. Virg. 2. Æn. 432.
Testor in occasu vestro, nec tela, nec ullas
Vitavisse vices Danaûm.
Occasus & interitus Reipublicæ. Cic. pro Sull. 33.
Urbis occasus & ruinæ. Virg. 1. Æn. 242.
Totius orbis atque imperii occasum appropinquare. Cic. 3. Catil. 19.
Occasus solis, Transitus solis in aliud hemisphærium, nempe quum nobis apparere desinit. Plaut. Epid. 1. 2. 41.
Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt. Auctor ad Heren. lib. 3. 36.
Ad occasum. V. ad.
Ad occasum solis pascere pecus. Virg. 3. Georg. 336.
Præcipitante in occasum die. Tacit. 4. Hist. 3. 86.
Signorum ortus, & occasus. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Occasus Vergiliarum. Plin. lib. 18. cap. 31.
Apud Ennium pro Occasione legitur: ut, Huic datus est occasus. V. Festum.
Occasus, idem quod Occidens, Absol. Plin. lib. 17. cap. 2. Quapropter qui ibi in Occasum, aut Septentriones conseret.
Ab Ortu ad Occasum spatiis immutabilibus commeans sidus. Cic. 2. de Nat. Deor. 49.

Vertor in occasum, Catull. de Coma Berenices, 64. 67.

Occāsio, ōnis. f. [καιρός, ἀφορμή] est Opportunitas temporis casu proveniens, inquit Festus. Cic. 1. de Invent. 40. Occasio autem est pars temporis, habens in se alicujus rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. Idem 1. Offic. 142. Tempus autem actionis opportunum, Græce εὐκαιρία, Latine appellatur occasio.
Occasio & causa illius opprimendi fuit hæc. Cic. pro Milon. 41.
Casus est in capiendo, locus, eventus, occasio. Cic. pro Flacc. 32.
Factorum occasio. Quintil. lib. 8. cap. 6.
Ampla. V. amplus.
Brevis. V. brevis.
Commoda & idonea. Auctor ad Heren. lib. 4. 53.
Insperata. V. insperans.
Rara. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Admota sceleris exsequendi. In admoveo.
Amittere occasionem. Cic. pro Cæcin. 15.
Amplecti. Plin. 2. Epist. 13.
Aperire. In aperio.
Arripere. In arripio.
Capere. Plaut. Pseud. 4. 3. 5.
Captare. Cic. de Arusp. Resp. 55.
Dari. Cic. 7. Philipp. 18. Qui familiarem jugularat, quid hic occasione data faciet inimico?
Dare alicui rei. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Ne data quidem occasione illum repulimus. Cic. 7. Att. 17.
Exspectare tarditatem occasionis. Cic. 2. Philip. 118.
Habere. Cic. ad Brut. 4. Quod si Antonius ab alio relictum regni instrumentum, occasionem regnandi habuit. Et 10. Fam. 8. Si in eo mihi temperavissem, majores occasiones ad opitulandum haberem.
Imminere occasioni, pro Captare occasionem. Curtius lib. 5. 11. pr.
Interceptus honos ad alienæ petitionis occasionem. Cic. 2. de Lege Agrar. 3.
Largiri occasionem. V. largior.
Nactus calumniæ amplam occasionem. Cic. 4. Verr. 61.
Obvenit occasio. V. obvenio.
Occurrere occasioni si potuisset, se acerrimum propugnatorem communis libertatis præstitisset. Cic. ad Brut. 11.
Offerri occasionem. Tacit. 16. Ann. Cic. pro Lege Manil. 4. Quorum alter relictus, alter lacessitus, occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur.
Opprimere. V. opprimo.
Ostentata occasio. V. Ostento, In ostendo.
Occasio parta. Plaut. Bacch. 4. 4. 22.
Præbere flagitiis. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Privare aliquem occasione tantæ laudis. Cic. pro Ligar. 25.
Quærere occasiones. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 14.
Rapiamus occasionem de die, Hor. Epod. 13. 5.
Occasio est. Ter. Phorm. 5. 7. 2.
Summa eludendi occasio est mihi nunc senes. Plaut. Pseud. 1. 3. 51.
Fuit occasio, si vellet, jampridem, argentum ut daret.
Quantæ, quoties, quam præclaræ occasiones fuerunt, si eum interficere voluisset. Cic. pro Milon. 39.
Si fuerit occasio, manu: sin minus, locis nos defendemus. Cic. 5. Att. 18.
Tenere, & Omittere occasionem, contraria. Cic. 1. de Legib. 5. Teneo quam optabam occasionem, neque omittam.
Oblatam tenere. Cic. 3. Philip. 34.
Occasio venit. Plaut. Trin. 4. 2. 157.
Occasio visa. Cic. 3. Verr. 24. Simulac primum ei occasio visa est, &c. provinciam deseruit.
Occasio in aggrediendo, conficiendoque negotio, præcipuum habet momentum: ut non sine causa veteres videantur eam divinitate donasse: tametsi apud Græcos mas est hic deus, appellaturque καιρός. Ejus simulacrum ad hunc modum fingebat antiquitas: Volubili rotæ pennatis insistens pedibus, vertigine quam citatissima semet in orbem circumagit, priore capitis parte capillis hirsuta, posteriore glabra, ut illa facile prehendi queat, hac nequaquam. Unde dictum est, Occasionem arripere. Ad quod erudite simul & eleganter allusit quisquis is fuit, qui versiculum hunc conscripsit, Dist. Caton. 2. 26.
Fronte capillata est, sed post Occasio calva. Ex Erasmo. Exstat Ausonii nobile epigramma in simulacrum Occasionis & Pœnitentiæ XII. quod non visum est hic apponere. Conf. Phædr. lib. 5. fab. 8.
Occasio, pro Copia, teste Budæo. Columel. lib. 8 cap. 17. Id autem stagnum vel exciditur in petra, cujus rarissima est occasio, vel in litore construitur opere signino. Plin. lib. 16. cap. 41. Quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est.

Occasiuncŭla, æ. f. [ἀφορμίδιον] dimin. Plaut. Trin. 4. 2. 132.
Nimis arguta obrepsisti in eapse occasiuncula.

Occĭduus, a, um. Adj. [ἑσπερινός] Quod occidit, vel ubi fit solis, vel alterius rei occasus. Claud. 2. de Rapt. Proserp. in præfat. 38.
Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu
Appetis, occiduo ducis ab orbe greges. Plin. lib. 7. cap. 49.
Senfili annorum lege occidua.
Sol occiduus. Ovid. 1. Met. 63.
Aquæ. Ovid. 1. Fast. 314. Mare Hesperium.
Domus primæ & occiduæ, Orientis & Occidentis. Stat. 1. Theb. 200.
Secessit occiduæ iter declive. Ovid. 15. Met. 227.

Occiduālis, e. Adj. Prudent. adv. Symm. 2. 597.
Omnibus in terris, quas distinet occidualis
Oceanus, roseoque aurora illuminat ortu.

Occidāneus, a, um. Adj. Innocent. de Casis, p. 228. Goes. Ventus occidaneus.

Occidium, ĭ. n. pro Occasu. Prudent. Apoth. v. 27.
Hæret & occidium sentit jam jamque futurum. al. Excidium. conf. Barth. Advers. 47. 13.

Occāso, [καταδύομαι] āre. verbum antiquum, ab Occasus, a, um. Partic. Plaut. Casin. 3. 4. 8.
Satin' propter te pereo ego, atque occaso? al. Occasio.

Occasīvus, a, um. Adj. Ad occasum spectans. δυτικός. Gloss. Gr. Lat.

Occillo, V. in occa.

Occĭno,

OCCĬNO, cinui, centum, [illegible] ĕre. Contra canere. Verbum Augurale. Liv. 6. 41. Si pulli non pascentur, si tardius ex cavea exierint, si occinuerit avis.
Alites occinentes. Catull. ad Thallum, 23. 5.
Legitur & Occano, quod vide in suo loco. & Occanui, apud Sallustium lib. 1. Hist. 10. Jussu Metelli cornices occanuerunt.

OCCENTUS, ûs. m. [illegible] ut,
Occentus soricis. Valer. Max. lib. 1. 1.

OCCENTO, [illegible] āre. frequent.
Occentare (inquit Festus) Convicium facere significat, ut apud antiquos, quum id clara & cum quodam canore fieret, ut procul exaudiri posset: quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur. Plaut. Curc. 1. 2. 57.
Quid si adeam fores, atque occentem? Idem Perf. 4. 4. 20.
At enim illi noctu occentabunt ostium, exurent fores. *Ils baillevont des lambades a l'huis.* Hinc illa XII. Tab lex. Si quis occentasset, sive carmen condidisset, quod infamiam afferret, flagitiumve alteri. Apud Augustin. de Civ. D. 9. 16. ex 4. Cic. de Rep. Sed alii legunt Actitavisset.
Sunt qui OCCANTO, vel etiam OBCANTO scribunt. Paul. sent. 5. t. 23. Qui sacra impia, nocturnave, ut quem obcantarent, fecerint. Ubi idem ac Incantare significat.

OBCANTĀTUS, a, um. Partic. Apul. Apolog. p. 327. Elmenh. Mulier obcantata, vecors, amens amans.

OCCIPIO, cœpi, cœptum, [illegible] ĕre. ex Ob, & Cœpi defectivo compositum; Incipere. Ter. Eun. 1. 2. 45.
Interea miles, qui me a mare occœperat. Idem And. 3. 2. 24.
— si quid narrare occœpi, continuo dari
Tibi verba censes.
Magistratum occœperant. Tacit. 3. Ann. 2.
Juventas occipit. Lucret. lib. 5. 887.
Et sæpissime apud Plautum, cujus etiam est Occepso, pro Occepero, teste Non. 2. 612. Plaut. Amphitryone, 2. 2. 41.
Ni ego illi putau, si occepso, animam omnem intertraxero.
Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. In Ter. Adelph. Act. 3. sc. 1. pr. ubi legitur in alt. Accipiunt. H. St.

OCCEPTO, āre. frequent. Idem Plaut. Men. 5. 5. 18.
Jam hercle occeptat insanire primulum.

OCCĬPUT, itis. n. [illegible] Posterior capitis pars, quæ Fronti opponitur. Ausonius in epigrammate Occasionis, 12.
Occipite en calvo.
Sinciput quasi Semicaput, Vide SINCIPUT. H. St.

OCCIPITIUM, i. n. [illegible] Idem. Plaut. Aul. 1. 1. 25.
Quæ in occipitio quoque habet oculos pessuma. Erasmus, In occipitio oculos habet. De versutis & circumspectis, quosque neutiquam proclive sit fallere: quod genus hominum Pers. 1. Sat. 58. Janos appellat,
O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinsit.
Frons occipitio prior, Adagium instar ænigmatis jactatum, quo significavit antiquitas Rectius geri negotium, ubi præsens ac testis adest is, cujus agitur negotium. Prior dictum est pro Potior, meliorque. Alioqui quis ignorabat frontem priorem esse capitis partem, occipitium posteriorem? Tametsi hæc amphibologia commendat nonnihil dicti gratiam, quod ob antiquitatem, oraculi instar habebatur. Exstat autem apud Catonem, lib de R. R. cap. 4. Si bene, inquit, ædificaveris, libentius & sæpius venies, fundus melior erit, minusque peccabitur, fructi plus capies: frons occipitio prior. Plinius item in eandem ferme sententiam libro 18. capite 5. Eum tamen inquit, qui bene habitet, sæpius ventitare in agrum; frontemque domini plus prodesse, quam occipitium, non mentiuntur. Rursus ejusdem libri cap. 6. Et ideo majores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Erasmus.

OCCISIO, OCCISUS. V. OCCIDO.

OCCLĀMITO, [illegible] āre. Idem quod Clamitare, & obstrepere. Plaut. Curc. 1. 3. 27. Dormio, ne occlamites.

OCCLŪDO, si, sum, [illegible] ĕre. ex Ob & Cludo antiquo verbo compositum, quod Claudere significat. Plaut. Amph. 4. 2. 10. Occluserunt ædes.
Tabernas occludere. Cic. 4 Acad 144. Quid me igitur, Luculle, in invidiam, & tanquam in concionem vocas: & quidem, ut seditiosi Tribuni solent, occludi tabernas jubes?
Occludere linguam alicui. Plaut. Mil. 3. 1. 11.
Quippe si rescivere inimici consilium tuum,
Tuopte tibi consilio occludunt linguam, & constringunt manus.
h. e. Impediunt ne quid respondere possis.

OCCLŪSUS, a, um [illegible] Partic. sive Nomen ex participio. Cic. 4. in Catil. 17. Occlusis tabernis.
Occlusa contumeliis libido. Ter. And. 3. 3. 25.
Odium occlusum effundere. Cic. 1. Fam. 9. Sed quum occlusum illud odium multarum ejus in me injuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset, omne repente apparuit. Quidam legunt Inclusum.
Nec obsignatum, nec occlusum. Cic. 2 de Orat. 248. V. OBSIGNO.
Compar. Occlusior stultiloquentia. Plaut. Trin. 1. 2. 185. h. e. Occulta & obscura.
Superl. Ostium occlusissimum. Plaut. Curc. 1. 1. 15.

OCCO, as. V. OCCA.

OCCŬBO, ui, itum, [illegible] āre. a Cubo compositum. Virg. 1. Æn. 551.
— nec adhuc crudelibus occubat umbris. Frequentiore in usu est Occumbo, quod V.

OCCULCO, [illegible] āre. Idem quod Conculcare significat. Cato de R. R. cap. 49. Ita uti fuerit, posito in scrobe aut in sulco, operitoque & bene occulcato.

OCCULCĀTUS, a, um. Partic. Liv. 27. 14. Partim occulcatis, partim dissipatis terrore, qui circa erant.

OCCŬLO, cului, cultum, [illegible] ĕre. Abscondere, ita ut nihil appareat. Virg 2. Georg 346.
Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra. Cic. 2. de Orat. 177. Punctis argumentorum plerumque ut occulas, ne quis ea numerare possit.

Quæ ceteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occuluntur. Cic. 2. Tusc. 56.
Æther occulit deos. Ovid. 2. de Pont. 8. 62.
Nubibus aerem occuluit Juppiter. Ovid. 14. Met. 816.
Arcana pectore fido occulam. Senec. Hippol. 8.
Caput in terris occuluit Nilus. Tibul lib. 1. 8. 24.
Culpam parentum occuluit. Stat. 3. Silv. 3. 46.
Feras silva occulit. Ovid. 1. Fast. 216.
Mæsta secretum occuluit. Senec. Hippol. 7.
Umbris sese occulat. Virg. 12. Æn. 53.

OCCULTUS, a, um. [illegible] Partic.
Occultus & involutus; Promptus & apertus, contraria. Cic. 1. de Fin. 30. Interesse inter argumentum conclusionemque rationis, & inter mediocrem animadversionem atque admonitionem: alterâ occulta quædam & quasi involuta aperiri, alterâ prompta & aperta judicari.
Ævo occulto crescit fama Marcelli. Hor. 1. Carm. 12. 45.
Amores. Ovid. 1. Fast. 81.
Calles. Virg. 9. Æn. 383.
Cupiditas occulta & tecta. Cic. pro Rosc. Amer. 104.
Dolores occultos proferre. Propert. lib. 1. 18. 3.
Doli. Tibul. lib. 1. 9. 24.
Homo occultus, i. e. Astutus, fictus. Cic. 3. Fam. 10. Caveret sibi ab occultis hominibus. Liv. 25. 16.
Proditor. Claud. 1. in Cons. Stil. 113.
Occultum, ac subdolum fingendis virtutibus. Tacit. 6. Ann. 51.
Iter. Propert. lib. 3. 11. 54.
Occultum, intestinum, & domesticum malum. Cic. 3. Verr. 39.
Monitus. Ovid. 5. Fast. 167.
Notæ occultæ, Litteræ secreti aliquid habentes. Ovid. 3. de Arte Am. 630.
Res occultæ, & ab ipsa Natura involutæ. Cic. 1. Acad. 15.
Res occultissimæ, Secretissimæ & absconditissimæ. Cic. 4 Acad. 127. An tu, quum res occultissimas aperueris, in lucemque protuleris, juratusque dixeris ea te comperisse, &c.
Res occultas & penitus abditas non modo vidit animo, sed etiam sic tractat ut manu doceat Epicurus. Cic. 1. de Nat. Deor. 49.
Sapor salis occultus in lacte. Virg. 3. Georg. 397.
Scelus. Lucan. lib. 4. 252.
Spes. Tacit. 2. Hist. 78.
Viæ. Virg. 3. Æn. 695.
Vires occultas concipiunt terræ. Virg. 1. Georg. 86.
Voces. Stat. 5. Theb. 490.
Sacrum occulta. Tacit. 1. Ann. 61.
Abdere se in occultum. V. ABDO.
Continere sese in occulto. V. CONTINEO.
Occultum offerre, inquit Festus, significat Sub terram fere ponere. Dacer. Ferre, p.
Abditum & occultum. In ABDO.
Reconditum & Occultum. Cic. 11. Fam. 21.
Credere occulta servis. Cic pro Cœl. 57.
Habere occultum aliquid, pro Occulere, reticere. Sallust. in Catil. cap. 23. At Fulvia, Insolentiæ Curii causa cognita, tale periculum Reipublicæ haud occultum habuit: sed, sublato auctore, de Catilinæ conjuratione quæ, & quo modo audierat, compluribus narravit.
Recludere occulta Parcarum. Stat. 1. Achil. 498.
Subvertere aliquid per occultum. Tacit. 5. Ann. 9.
In occulto prope stare. Cic. pro Cluent. 78.
In occulto nihil agere soleo. Plaut. Trin. 3. 2. 86.
Jacere in. Plaut. Trin. 3. 2. 58.
In occulto jacebit, quum te maxime clarum voles.
Ex occulto, adverbialiter positum, pro Secreto. Plin. lib. 9. cap. 24. Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens.
Ex occulto intervenire. Cic. pro Cluent. 47.
Occultior, compar. Cic. 11. Fam. 27. Habeo multa occultiora, quæ vix verbis assequi possum.

OCCULTE, [illegible] ius, issime. Adv. ut, Occulte facere aliquid: h. e. Clam & caute. Cic. 1. de Fin. 50.
Clam & occulte. Cic. 6. Verr. 13. Per istus, quæ volebat, in navem clam imponenda, occulte exportanda curabat.
Occulte sine teste. Cic. 2. de Fin. 53. Facile ut excogitet, quomodo occulte, sine teste, sine ullo conscio, fallat.
Occulte ferre. Ter. Adelph. 3. 2. 30.
Neque id occulte fert: a lenone ipsus eripuit palam. I. e. Non clam agit.
Labitur occulte, fallitque volatilis ætas. Ovid. 10. Met. 519.
Occulte latere. Cic. 2. de Lege Agrar. 41. Quid Alexandria cunctaque Ægyptus? ut occulte latet! ut recondita est! ut furtim tota Decemviris traditur!
Lude, sed occulte. Ovid. 17. Epist. 153.
Occulte aliquid moliri. Cic. 7. Att. 7.
Aperte & Occulte, contraria. Cic. 1. de Lege Agrar. 1. Quæ res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur.
Pervenire occulte ad aliquem locum. Cic. 3 in Catil. 5.
Occulte ad exploranda loca proficiscitur. Cæs. 1. Bell Civil. 66.
Occultissime parere. Cic. 1. Off. 127. Removent ab oculis, ipsique necessitati dant operam ut quam occultissime pareant.
Occultissime aliquid agere. Cic. 2. Verr. 15.

OCCULTIM, aliud Adv. Solin. cap. 4. Occultim reptare.

OCCULTO, [illegible] āre. frequent. h. e. Abscondo. Virg. 2. Ecl. 9.
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.
Boves abactas occultat silvis. Ovid. 2. Met. 686.
Corpus senile paludibus occultavit. Cic. pro Sext. 50.
Occultare se latebris. Cic. pro Lege Manil. 7. Et ita regnat, ut se non Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere e patrio regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est in Asiæ luce, versari.
Quæ natura occultavit, eadem omnes, qui sana mente sunt, removent ab oculis. Cic. 1. Off. 127.
Occultare se ab aliquo, Ex alicujus conspectu se auferre. Plaut. Trin. 2. 2. 3.
Occultare apud se. Cæs. 6. Bell. Gall. 17.

Occultare rem aliquam alicui, Celare. Plaut. Perf. 4. 3. 22.
Intemperantis est, scribere quod occultari velis. Cic. 1. Acad. 2.
Occultari & Aperiri, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 51. Quod eo est admirabilius in his stellis quas dicimus, quia tum occultantur, tum rursus aperiuntur, tum abeunt, &c.
Elucere & Occultari, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 86. Tenuitas hominis ejusmodi est, ut dissimulari non queat: atque eo magis eluceat, quo magis occultatur.
Dissimulare, & Occultare. Cæs. 2. Bell. Civil. 31.
Occultare & dissimulare appetitum voluptatis propter verecundiam. Cic. 1. Off. 105.
Causam tanti terroris occultas. Cic. 3. Verr. 80.
Fugæ consilium occultare. Cæs. 3. Bell. Civil.
Culpam sub antris. Stat. 9. Theb. 617.
Fugam occultare. Cæs. 1. Bell. Gall. 27.
Vitia. Cic. Post red. in Senat.
Veritas intus occultatur, in fronte est ostentatio. Cic. 2. de Finib. 77.
Occultari, pro Latere. Cic. 2. Off. 25. Præmittebatque de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres: & ne quod in vestimentis occultaretur telum exquirerent.

OCCULTATUS, a, um. Partic. [κεκρυμμένος] ut, Occultata tenebris. Cic. 4. Acad. 120.

OCCULTATE, Adv. [κεκρυμμένως] Idem quod Occulte. Cic. pro Dejot. 18. Quod igitur & occultatius conari, & efficere cautius potuit, id tibi, & medico callido, & servo, ut putabat, fideli non credidit. Al. Occultius.

OCCULTATIO, ōnis. f. [κατάκρυψις] Cic. 2. de Finib. 73. Quæ libido se non proripiet ac projiciet, aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? Cæs. 6. Bell. Gall. 20. Cujus rei nulla est occultatio.

OCCULTATOR, ōris. m. [κατακρύπτης] Cic. pro Milon. 51. Sustinuisset hoc crimen primum ipsa ille latronum occultator, & receptor locus.

OCCUMBO, cŭbui, cubĭtum, [ἀποθνήσκω, ἡττάομαι] ĕre. Mori, Succumbere, Vinci. Differt ab Occubo, quod motum & actionem significat.
Ante annos suus occubuit. Ovid. 3. de Arte Am. 18.
Occumbere morti, Idem. Virg. 2. Æn. 62.
Neci. Ovid. 15. Met. 499.
Mortem. Liv. 31. 18. Qui pugnantes mortem occubuissent.
Occumbere necem voluntariam. Sueton. in August. 13. Sic MSS. Al. Voluntaria nece.
Occumbere morte. Cic. 1. Tusc. 102. Ut esset qui pro patria morte non dubitaret occumbere. Legitur & Mortem. Liv. 1. 7. [Ubi tamen Gronov. Morte edidit. Sane, sicut Occidere morte, non Mortem dicitur, sic Occumbere morti vel Morte rectius puto, & constructionem cum quarto casu suspectam habeo.
Ferro occumbere. Ovid. 10. Met. 207.
In gladium occumbere. Vellei. 2. 70. 3.
Certamine sævo occumbit. Sil. lib. 1. 143.
Factis claris occumbere. Valer. 6. Argon. 286.

OCCŪPO. [ἀσχολέω, καταλαμβάνω, προλαμβάνω, συνασχολέω] āre. ex Ob & Capio compositum, significat proprie (ut ait Valla lib. 5.) Quod in commune sive in medium positum erat, ante alios capere. Est etiam Locum tenere aut capere, & vi arripere. Cic. de Amicit. 40. Ti. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses.
Occupare, Prævenire. Titinnius Veliterna. Ergo occupa foras exire. Plaut. Rud. 1. 4. 28. Occupat præloqui. Varr. Ephebo, Crede mihi, plures dominos servi comedere, quam canes. quod si Actæon occupasset, & ipse prius suos canes comedisset. Nonius 4. 328. Plaut. Most. 3. 1. 39. Occupato adire. Liv. 1. 14. Occupant bellum facere. Idem 1. 30. Occupat Tullus in agrum Sabinum transire.
Occupare ante. Plaut. Asin. 4. 2. 9.
Æstum maris, Prævertere. Curtius lib. 9. 9. extr.
Diem fati. Curtius lib. 8. 9. ad fin.
Ministerium carnificis. Curt. lib. 8. c. pr. Detestabile carnificis ministerium occupaverat rex. De Alexandro loquitur, qui Clytum amicum interfecerat.
Ortum solis, Prævenire. Curt. lib. 6. 4. extr.
Pacem non dare solum, sed etiam occupare deberes. Curt. lib. 4. 11. i. e. Ultro poscere.
Occupare, Detinere. Virg. 4. Georg. 440.

— manicisque jacentem
Occupat. [i. e. Injicit celeriter jacenti manicas.

Occupatum esse in re facienda. Cic. 1. Off. 57. Et in ea funditus delenda occupati & sunt, & fuerunt.
Ad aliquod negotium se occupare. Plaut. Pseud. 1. 5. 135.
Ne quod te ad aliud occupes negotium. I. e. Prius applices. Al. Ne quo.
Animum occupare in funambulo. Terent. in prol. Hec. 4. subaudi Spectando.
Affectibus occupari. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Occupare, Invenire, Tenere, vel possidere. Cic. in Hortens. Et paullum macelli occupavisse. Virg. 6. Æn. 424.
Occupat Æneas aditum custode sepulto. Cic. 13. Philipp. 12. Agri Lucani possessiones occupavit. Nonius l. c.
Occupari quidpiam ab aliquo. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Aditus occupare. V. ADEO.
Amplexu aliquem. Ovid. 3. Fast. 509.
Occupat animos terror. Cæs. 1. Bell. Gall. 39.
Animus pavor fugaque occupaverat. Liv. 5. 38. Timor exercitum. Cæs. 1. Bell. Gall. 39.
Animum ab iracundia occupari. Cic. 1. Q. frat. 1. 31.
Arbitrium mortis liberum occupare. Curtius lib. 4. 4. 10.
Artus fessos occupat sopor. Virg. 4. Georg. 190.
Arva occupat furens Jason. Valer. 3. Argon. 86.
Aurem fama occupat. Hor. 2. Serm. 2. 95.
Communia solus occupat. Ovid. 13. Met. 270.
Consilium occupare, Invenire. Plaut. Men. 5. 2. 94.
Exercitum. Curtius lib. 7. 3.
Extremum occupet scabies. Hor. de Arte Poet. 417. Adagium est, tractum ex ludo puerili cursu certantium, ut ait Scholiastes.
Fortunam occupare & capere. Cic. 5. Tusc. 27. Occupavi te, inquit, Fortuna, atque capi, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me aspirare non posses.
Gratiam alicujus. Curtius lib. 7. 4. 16.
Honores. Hor. 1. Carm. 12. 19.
Italiam militibus. Cic. 1. de Lege Agrar. 17.
Italiam præsidiis obsidere & occupare. Cic. 2. de Lege Agrar. 75.
Locum occupare, quod vulgo *empêcher* dicitur. Cic. 3. de Finib. 67. Sed quemadmodum theatrum, quum commune sit, recte tamen dici potest ejus esse eum locum, quem quisque occuparit. h. e. Primus ceperit. Cic. de Clar. Orat. 89. Volo hoc oratori contingat, ut quum auditum sit eum esse dicturum, locus subselliis occupetur, compleatur Tribunal, &c.
Locum aliquem cæmentis. Hor. 3. Carm. 24. 3.
Locum primum. Lucret. lib. 1. 391.
Locum odii ne risus occupet. Cic. in Orat. 88. Illud admonemus tamen, ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit, &c. nec in facinus, ne odii locum risus occupet; neque aut sua persona aut judicum, aut tempore alienum.
Lumina fessi sopor occupat. Tibul. lib. 1. 2. 2.
Menses primos occupare. Cic. 8. Fam. 10. Novis magistratibus autem, si Parthicum bellum erit, hæc causa primos menses occupabit. I. e. Primis mensibus tractabitur.
Mentes Siculorum tanta superstitio occupavit, ut, &c. Cic. 6. Verr. 113.
Mors occupat eam. Ter. And. 1. 5. 62.
Morsu occupare. Ovid. 3. Met. 48.
Munus aliquod. Curtius lib. 8. 11. Nullo detractante munus, quod rex occupasset. i. e. Primus subiisset.
Muros. Curtius lib. 9. 1. Scalis undique admotis muri occupantur.
Occupatum oratione. Plaut. Rud. 1. 2. 21.
Orbem viribus. Virg. 7. Æn. 258.
Ora occupat pallor. Virg. 4. Æn. 499.
Portum navis occupat. Hor. 1. Carm. 14. 2.
Possessionem laudis. Cic. 10. Fam. 7. Non mediusfidius mediocri dolore afficiebar, quum alii occupare possessionem laudis viderentur.
Regiam. Hor. 2. Carm. 18. 6.
Regnum. Cic. 5. Philip. 17.
Saltus. Cæs. 3. Bell. Civil.
Solum occupabitur feris. Hor. Epod. 16. 10.
Suffugia proxima quæque. Curtius lib. 8. 4.
Tyrannidem. Cic. 3. Off. 90.
Verba quæ maxime cujusque rei propria, quæque essent ornatissima, atque optima, occupavit Ennius. Cic. 1. de Orat. 114.
Hominem occupare, i. e. Non opinantem opprimere; Gallice, *Surprendre, ou prevenir.* Curtius lib. 3. 1. extr. Quum deinde Darium regem, ubicunque esset, occupare statuisset, ut a tergo tuta relinqueret, Amphoterum classi, &c.
Occupare, Collocare, inquit Nonius l. c. Pomponius Pictoribus, Quæ tuleram mecum, nulla deinde victoria tam Græca mercede illico curavi ut occuparem.
Pecuniam occupare alicui, vel apud aliquem fœnore. Cic. pro Flac. 51. Pecuniam adolescentulo, grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupavisti. I. e. Pecuniam abs te fœneratitiam sumpsit adolescentulus. Idem 3. Verr. 91. Præterea pecunias occupaverat apud populos, & syngraphas fecerat. Budæus.

OCCUPANS, antis. Partic. [καταλαμβάνων] Quintil. Declamat. 13. Multa nihilominus quæ libera fuerunt, transeunt in jus occupantium, sicut venatio & aucupatio.

OCCUPĀTUS, a, um. Partic. [καταληφθείς] ut, Urbs occupata seditionibus. Hor. 3. Carm. 6. 13.
Occupatus, a, um. Adj. [ἄσχολος, συνησχολημένος] Qui ante negotio aliquo detentus, non potest negotio alterius operam dare: ut ait Valla. Cic. de Senect. 32. Itaque nemo adhuc convenire me valuit, quin fuerim occupatus.
Occupatus & Otiosus, contraria. Cic. 1. Tusc. 5. Ut si occupati profuimus aliquid civibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi.
Occupatum & impeditum nunquam hunc tenuerunt amores. Cic. pro Cœl. 44.
Vehementer occupatus homo. Cic. pro. Muren. 29
Occupatus auditioni. Plin. lib. 26. cap. 2.
De aliquo occupatus. Cic. 10. Att. 6. Et sola festinabam, eramque occupatior de Q. filio, ita me quidem sedulo: reliqua nosti.
In faciendo aliquid occupatus. Cic. pro Muren. 85. Is non in administrando bello, sed in sufficiendo Collega occupatus.
In alio amore. Ter. And. 5. 1. 10.
In bonis. Cic. pro Rosc. Amer. 93.
In studio aliquo. Cato in præfatione R. R.
In re familiari. Cic. ad Brut. 8.
In se conservando. Cic. 4. de Finib. 34.
Tot annos in diis immortalibus placandis. Cic. pro Font. 36.
Occupati animi beneficiis alicujus. Liv. 27. 21.
Suspenso & occupato animo alicui respondere. Cic. 1. de Orat. 239.
Animum occupatum in aliqua re habere. Cic. 1. de Invent. 31.
Opera occupata. Cic. 1. de Legib. 8. Neque occupata opera, neque impedito animo res tanta suscipi potest.
Tempora. Cic. pro Planc. 66. Et quid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem unquam otiosum?
Compar. Occupatior eram. Plin. 5. Epist. 5.
Habebunt me occupatiorem comitiorum dilationes, & exspectare in dies exitum cogebant. Cic. 8. Fam. 4. conf. De aliquo occupatus.
Superl. Occupatissimus. Cic. 12. Att. 38. Non dubito, quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil litterarum, &c.
Sum tamen hoc tempore occupatissimus. Plin. 9. Epist. 212.

OCCUPĀTIO, ōnis. f. [ἀσχολία, κατάληψις] Actus occupandi. Cic. 1. Off. 21. Sunt autem privata natura nulla, sed aut vetere occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt, &c.
Item hostilis invasio. ut, Obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiæ. Cic. pro Domo 5.
Occupatio, quum alicui necessariæ rei, & cui ante omnia operam dare debemus, cum diligentia vacamus: ut ait Valla.
Occupatio rei militaris magna in bello esse solet. Cic. 4. Acad. 4.
Molestissimæ occupationes. Cic. 7. Fam. 1.
Summæ atque incredibiles. Cic. 1. Att. 16.
Descendere ad juris Civilis perdiscendi. Cic. 2. de Orat. 252.

Distinc-

Diſtineri aliqua. Cic. 2. Att. 23.
Eripere tempus e ſummis. Cic. 1. Att. 11.
Expedire ſe ab omni. Cic. 3. Att. 20.
Impediebat te iſta conviviorum mulierumque. Cic. 7. Verr. 83.
Implicatus occupationibus. Cic. 1. de Nat. Deor. 51.
In maximis occupationibus nunquam intermittis ſtudia doctrinæ. Cic. in Orat. 4.
Obſervare occupationes. V. OBSERVO.
Occupationibus prohiberi aliquid facere. Cæſ. 4. Bell. Gall. 16.
Relaxare ſe occupationibus. Cic. 7. Fam. 1.
Occupatio, Figura orationis. Valla, Occupare, ſæpe ante capere eſt, & (ut aliqui loquuntur) præoccupare. Unde ſchema illud Occupatio dicitur, quoties quæ dici ab alio poterant, ea ipſi præveniendo dicimus, in noſtram partem, ne nobis poſtea officerent, retorquentes. Cic. 3. de Orat. 203. Et in hilaritatem impulſin, ante occupatio. Auctor ad Heren. lib. 4. 38. Occupatio eſt, quum dicimus nos præterire, aut non ſcire, aut nolle dicere, id quod tunc maxime dicimus, hoc modo, Nam de pueritia quidem tua, quam tu omni intemperantiæ addixiſti, dicerem, ſi hoc tempus idoneum putarem: nunc conſulto relinquo.
OCCUPĀTORIUS, a, um. Adj. dicitur de Agris, qui ab aliis occupantur, a propriis poſſeſſoribus derelicti. V. Rigalt. Gloſſ. Agrimenſ.
OCCUPĀTĪCIUS, a, um. Adj. Idem apud Feſtum, quem vide.
OCCŬPO, onis. m. Mercurii cognomen. Petron. cap. 58. Occuponem propitium!
OCCURRO, curri, curſum, [ἀπαντάω, ἀντέχομαι] ĕre. Obvium fieri, ſive Obviam procedere. Juven. 1. Sat. 69.
Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum, &c. Cic. ad Brut. 6. Scripſi ad eum ut mihi Heracleam occurreret.
Occurrere obviam. Liv. 4. 40.
Ad tempus. Cic. 1. Philipp. 9. Tum vero tanta ſum cupiditate incenſus ad reditum, ut mihi nulli neque remi, neque venti ſatisfacerent; non quo me ad tempus occurſurum putarem, ſed ne tardius quam cuperem, Reipublicæ gratularer.
Occurrere, pro Currere. Plaut. Curc. 2. 2. 28. Paraſitum tuum video occurrentem. [Niſi Accurrentem ſcribendum.
Occurrit ex adverſo inſtructa acies, i. e. Proceſſit. Liv. 32. 25.
Obvius adverſoque occurrit. Virg. 10. Æn. 734.
Oculis tuis occurram. Ovid. 2. Epiſt. 136.
Occurrere ad judicium. Ulpian. in l. 2. §. 2. D. Si quis caut. in judic. ſiſtendi, &c. Simili modo & ſi ad teſtimonium deſideratos, ad judicium occurrere non potuerit. i. e. Siſti judicio [An Accurrere?
Occurrere ad cauſam dicendam. Valer. Max. lib. 4. cap. 4. de Quintio Cincinnato, Pœnam quoque pro filio Cæſone, quod ad cauſam dicendam non occurriſſet, hujus agelli reditu ſolvit.
Occurrere, cum infinitivo. ut, Occurrent præripere, i. e. Current ad præripiendum. Lucret. lib. 3. 908.
— nec dulces occurrent oſcula nati
Præripere, &c.
Telis occurrere. Virg. 11. Æn. 808.
Occurrere ſuppetias fugientibus ſuis. Hirt. Bell. Afric. cap. 66.
Occurrere, [φθάνειν] pro Ultro antevertere & prævenire. Cic. pro Cluent. 63. Sed ego occurram exſpectationi veſtræ, Judices. i. e. Reſpondebo tacitæ objectioni.
Occurretur ſicut occurſum eſt. Cic. 4. Acad. 44.
Dictis occurrere alicui. Virg. 12. Æn. 625.
Rationi illi, quam paulo ante concluſi, ſic occurri. Cic. de Fato 41.
Occurrere, & ſe offerre. Cic. 3. de Orat. 189. Neque vos pæon aut herous ille conturbet, ipſi occurrent orationi, ipſi, inquam, ſe offerent, & reſpondebunt non vocati.
Occurrere malevolentiæ hominum, i. e. Obſiſtere. Cic. 11. Fam. 11. Malevolentiæ hominum in me, ſi poteris, occurres. Perſ. 3. Sat. 64.
— venienti occurrite morbo.
Conſiliis Catilinæ occurri & obſtiti. Cic. 3. in Catil. 17.
Res vera occurrit falſæ rationi. Lucret. lib. 3. 523.
Satietati aurium, animorumque eſt occurrendum. Cic. 6. Verr. 105.
Varietas ſatietati occurrit. Cic. in Orat. 174.
Fortuna occurrit ſæpe imprudenti. h. e. Adverſatur. Propert. lib. 1. 20. 3.
Occurrit pernionibus herba hæc, pro Sanat perniones, vel prohibet ne veniant. Plin. lib. 26. cap. 7. Cuicunque ſanguinis vitio intus occurrit ſuccus quinquefolii. Ibid. cap. 8.
Occurrere, pro Ultro offerre ſe & obviam venire. Cic. pro Dejot. 11. de miſericordia loquens, Solet ſupplicibus ipſa, & calamitoſis, nullius oratione evocata, occurrere.
Occurrere [ἐπέρχεσθαι] res aliqua dicitur, quæ in mentem venit. Cic. de Senect. 2. Sed mihi quum de ſenectute aliquid vellem ſcribere, tu occurrebas dignus eo munere. Idem pro Milon. 25. Occurrebat mancam ac debilem Præturam ſuam futuram Conſule Milone.
Occurrere & Incidere dicuntur res. Cic. 2. de Orat. 147. Ubi enim locum omnem cogitatione ſepſeris, ſi modo uſum rerum percallueris, nihil te effugiet, atque omne quod erit in re occurret atque incidet.
In mentem venire & occurrere. Cic. 4. de Finib. 47. Hoc igitur quæritis omnes, & hi qui quodcunque in mentem veniat, aut quodcunque occurrat, ſe ſequi dicent, &c.
Oſtendere ſe nobis & occurrere dicitur res aliqua. Cic. 1. de Orat. 151. Omnes enim ſive artis ſunt loci, ſive ingenii cujuſdam atque prudentiæ, qui modo inſunt in ea re, de qua ſcribimus, inquirentibus nobis, omnique acie ingenii contemplantibus oſtendunt ſe & occurrunt.
De noſtro itinere in utramque partem permulta mihi occurrunt. Cic. 15. Att. 23.
Occurrit animo, vel animis, h. e. Succurrit, & in mentem venit. Cic. 4. Acad. 15. Si id quod officii ſui ſit, non occurrit animo, nihil unquam omnino aget. Liv. 23. 48.
Occurrunt animo pereundi mille figuræ. Ovid. 10. Epiſt. 81.
Viſa quietis menti occurrunt tranquilla atque veracia. Cic. 1. de Divin. 61.
Occurrere, Offerri. Cic. Occurrebat tibi oratio. i. e. Offerebat ſe, ut ait Perottus.
Occurrebant oculis tot paludes, tot etiam campi. Columel. lib. 2. cap. 2.
Tellus nulla occurrit. Virg. 5. Æn. 9.
Occecurri, Præteritum antiquum, pro Occurri. Ælius Tubero apud Probum, Si generalis ſpecies occecurrit. V. Gell. lib. 7. cap. 9.

Occurritur, Imperſ. [ἐνίσταται] Obſiſtitur, reſiſtitur, repugnatur. Cic. 2. Off. 7. Occurritur autem nobis, & quidem a doctis & eruditis, quærentibus ſatiſne conſtanter facere videamur, qui quum percipi nihil poſſe dicamus, &c.
OCCURRENS, entis. Partic. [ἀπαντῶν] ut, Imago ſæpius occurrens. Virg. 6. Æn. 695.
OCCURSIO, ōnis. f. Sidon. 7. Epiſt. 10. Culpa raræ occurſionis.
OCCURSUS, ûs. m. [ἀπάντησις] Ipſe occurrendi actus. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentes ſerrati pectinatim coeuntes, ne contrario occurſu atterantur. Sic lib. 7. cap. 49. Occurſus maleficorum ſiderum.
Urſi, leæque occurſu fecere metum. Ovid. 14. Met. 260.
Rota fracta occurſu ſtipitis. Ovid. 15. Met. 523.
OCCURSŌRIUS, a, um. Adj. Apul. lib. 9. p. 227. Elmenh. Potio occurſoria.
OCCURSO, [ἀπαντῶμαι] āre. frequentat. Currendo obviam ire. Virg. 9. Ecl. 25. — & inter agendum
Occurſare capro, cornu ferit ille, caveto.
Occurſare portis. Liv. 2. 45.
Occurſare ſignificat interdum Promptitudinem memoriæ. Plin. 2. Epiſt. 3. pr. Occurſant verba: ſed qualia? quæſita & excolta.
Occurſare, pro Succurrere, & Venire in memoriam. Plaut. Mil. 4. 2. 56.
Quanam ab illarum? nam ita me occurſant multæ, meminiſſe haud poſſum.
Occurſat animo meo mortalitas. Plin. 5. Epiſt. 100.
Occurſare numinibus, Adorare, & ſacrificiis placare, & prævenire numina ne nobis noceant. Plin. in Paneg. cap. 81. pr.
OCCURSANS, antis. Partic. [ἀπαντητήριος] Lucret. lib. 5. 717.
— & una
Labitur omnimodis occurſans officienſque.
OCCURSĀTIO, ōnis. f. [ἀρχαιρεσιασμὸς] quæ vulgo *briga* dicitur, hoc eſt Diligens captatio honorum, dum magnatibus aut populo occurrimus, prius quam decernatur. Cic. pro Planc. 29. Facilis eſt illa occurſatio, & blanditia popularis. Idem pro Milon. 96. Veſtras vero, & veſtrorum ordinum occurſationes, ſtudia, ſermones, quemcunque caſum fortuna dederit, ſecum ſe ablaturum eſſe dicit.
OCCURSĀTOR, ōris. m. Auſon. Eidyll. 2. 25.
Non occurſator, non garrulus, &c.
OCCURSĀTRIX, īcis. f. Feſtus in voce Spinthyrnix.
OCCURSĀCŬLUM, i. n. Quicquid inopinato occurrit. Apul. Apol. p. 315.
OCCURSĪTO, āre. Aliud frequentat. Solin. cap. 38. de Elephantis, Si confertis pecoribus occurſitent.

O C E

OCEĂNUS, [Ὠκεανὸς] Proprium nomen Dei, Tethyos conjugis. Ovid. 2. Met. 510.
Genitor Nympharum Oceanus. Catull. in Gellium, 85. 6.
Oceanus & Salacia cæli ſatu terræque conceptu generati & editi. Cic. de Univerſ. 35.
Item, Ejus de quo Martial. lib. 3. 95.
Et ſedeo, qua te ſuſcitat Oceanus.
OCEĂNUS, i. m. [ὠκεανὸς] Mare dicitur, quod univerſam circuit terram. Auguſtin. Mari magno cingitur terra, qui vocatur Oceanus, de quo influit quoddam exiguum in medium terrarum, & facit iſta maria nota nobis, quæ navigiis frequentantur. Dictus Oceanus ab ὠκὺς, quod eſt velox, teſtibus Solino & Servio. Quod & neutro genere Oceanum dicitur, præſertim ſi Mare ſequitur, ut Caper & Probus teſtantur. Undarum vero illarum illa proruptio interfluentis Oceani, læva Europam facit, Lybiam dextra, & montibus utrinque concluditur. Nam Europa Calpe, Africa Abyla monte diſpeſcitur, qui utrique, quod eminentes eſſent, dici columnæ Herculis meruerunt, quod (teſtimonio vetuſtatis) laboris Herculei limes in illis ſit conſecratus. Falſam autem illam opinionem velocitatis maris, Luſitani, id eſt Portugallenſii hac noſtra ætate deprehenderunt. Nam Columbus Navarchus, ultra Gades Oceanum ingreſſus, ultra Torridam zonam penetravit per Oceanum ad Indos, uſque ad Beatorum inſulas. Suidæ deduci videtur ab α privativa particula, & κεῖν, quod eſt χεῖν, mutata α in ω.
Et quamvis nomen ſit proprium Oceanus, aliquando tamen pro appellativo ponitur, quando partes ejus ſignificat. Nam a litoribus plerumque accipit nomen, ut Atlanticus, Gaditanus, Arabicus, Perſicus, Indicus, &c.
Poetæ Oceanum pro quocunque mari uſurpant. Virg. 2. Æn. 250.
— & ruit Oceano nox.
Æquor Oceani. Virg. 1. Georg. 246.
Amnes Oceani. Virg. 4. Georg. 233.
Aperta. Tacit. 2. Ann. 23. Disjecitque naves in aperta Oceani.
Oſtium, Fretum Gaditanum. Cic. pro Lege Manil. 33. Nunc nullam intra Oceani oſtium prædonum navem eſſe audiatis?
Belluoſus. Hor. 4. Carm. 14. 48.
Circumvagus. V. CIRCUMVAGUS.
Reſuſus, i. e. Refluus. Virg. 7. Æn. 225. Servius.
Ruber, Mare Erythræum. Hor. 1. Carm. 35. 30.
Soles ſe tingunt Oceano. Virg. 2. Georg. 481.
Mare, quod Oceanum appellatis. Cic. de Somn. Scip. 15. Al. Quem.
Oceanus, Solium vaſtum in balneis, & omnino lacus alveuſque major, eo nomine, vel ab amplitudine vocatus, vel a lavantium quoque ſtrepitu, & marino quaſi æſtu. Lampridius in Alex. Sev. cap. 25. Oceani (inquit) ſolium primus inter principes appellavit, quum Trajanus id non feciſſet, ſed diebus ſolia deputaſſet. Nam thermarum magnitudo Romæ quanta fuerit, Ammianus docet lib. 16. quum inquit, Lavacra in Urbe in modum provinciarum exſtructa.
OCEANĪTIS, idis. patronym. f. [Ὠκεανῖτις] dicitur filia Oceani. Virg. 4. Georg. 341.
Clioque & Beroe ſoror, Oceanitides ambæ.
OCELLĀTUM, i. n. Genus avellanæ, nucularumque, quæ ocellorum quandam præ ſe ſpeciem & rotunditatem ferunt. Hac voce uſus eſt Tranquillus in Aug. cap. 83. quum ſcribit Auguſtum ſolitum eſſe cum pueris minutis ludere ocellatis, nucibuſque. Quanquam non ignoro quam diverſa de Ocellatis Grammatici ſentiant, & ut in re ignota emendationem comminiſcantur, ac modo Caſtellatis, modo Oſcillis, modo Oſſilatis, vel Oſſiculatis, vel Oſſiculis reponant. Sed Turnebus Adverſ. 3. 18.

Ocellatis probat, quam vocem a Varrone mutuo sumpsisse Tranqoillom existimat. Sic enim auctore Nonio 5. 138. scripsit in Marcipore,
Altera exorat patrem libram ocellatorum.
Altera virum semodium margaritarum. Lapillos teretes esse potat Torrentius, quibus pueri ludunt. Cui & Casaub. in Suet. astipulatur.

OCELLUM, [Ὄκελον] Hispaniæ Tarraconensis urbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Vulgo *Otro de rey.*

OCELLUS, pr. br. V. OCULUS.

OCELLUS LUCĀNUS, [Ὄκελλος ὁ Λευκανὸς] pr. prod. Philosophus Pythagoricus, cujus exstat de Universi natura liber. Meminit Laërt. lib.8. Segm. 80. ubi Menag. V.

O C H

OCHA, æ f. Anser dicitor. Composita dictio ex Græcorum masculino articulo, quod est ὁ, & χὴν, anser. Sic enim nostri componentes ὁ cum χὴν & in recto N abjicientes, Ocha dixerunt. quod integrum nomen Itali retinent. [Immo Auca, unde & Gallorum *Oye*. V. Cangii Glossar.

OCHESIUS, Ætolorum dux, vir longe præstantissimus, qui in bello Trojano interemptus est. Auctor Homerus.

OCHNUS, Mantûs filius, qui Mantuam condidit. V. OCNOS.

OCHRA, [ὤχρα] Cretæ, sive lapidis species, quæ fit exusta rubrica in ollis novis luto circumlitis. Plin. lib. 35. cap. 6.

OCHTHOS, [ὄχθος] Limbus vestis muliebris. Polluci lib. 7. cap. 21. Lexici concinnator ὀχθοιβὸν appellat. Aliud enim illi significat ὄχθος, nempe Onus, cumulum, collem, locum invium. V. Suid Hesych. Etymol.

OCHUS, [Ὦχος] Fluvius, qui in Oxum influit, Bactrianamque claudit ab Occaso. Plin. lib. 6. cap. 16. Idem lib. 31. cap. 7. Præterea apud Bactros amnes Ochus & Oxus, ex appositis montibus deferunt salis ramenta. Item Artaxerxis filius, Persarum rex; de quo V. Diod. Sicul. 17. 5. & Ælian. Hist. Varr. 6. 8.

O C I

OCIMUM, OCINUM, V. OCYMUM.

OCIOR, OCIOSUS, OCIUM, V. OTIUM.

OCIOR, OCISSIMUS, OCITER, OCIUS, V. OCYOR.

O C N

OCNUS, [Ὄκνος] Is est, inqoit Servius, quem in Bucolicis Virgilius Bianorem dicit, Mantuæ conditor. Cujus etiam meminit 10. Æn. 198.
Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris, &c.
Ocnus (si Latine interpreteris, significat Pigrum) vir quidam fuit, quem effinxerunt pictores apud inferos sedentem & torquentem funem, astantem autem illi asinam statim devorantem quod ab illo tortum fuit. V. proverbium apud Erasmum, Torqoet piger funiculum. Miror autem Erasmum nescio quo modo, nuoc Ocnon onon conjungere, & asinum pigrum interpretari, nunc Ocnon hominem esse dicere, cui astet asina, quæ quidem vera est sententia. Ut aotem Ocnon de asino etiam dici putaret, permotum eum poto hoc Propertii carmine lib. 4. 3. 21.
Occidat, immerita qui carpsit ab arbore vallum:
Et struxit querulas rauca per ossa tubas.
Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Æternusque tuam pascat, aselle, famem. Hos versos exponit Turnebus his verbis, Pictus fuerat, ut Plinius (35. 11.) scribit, a Socrate (pictore) piger, qui appellatur Ocnos, spartum torquens, quod asellus arrodit. Quis autem non videt magnæ pigritiæ fuisse in torquendo sparto laborare, nihilque proficere, rodente quicquid tortum erat asino, nec tamen abigendi alini laborem suscipere? Sed aliom in sensum dici videtur a Propertio, de eo qoi supplicio non dissimili Danaidum pœnæ afficitur, aut qoi in ignem lanam trahit. qui scilicet perpetuo sine effectu laborat, quomodo apud inferos Ocnon poniri opinio erat, ut existimo. Hactenus ille.

O C Q

OCQUINISCO, [κύπτω] ěre. Inclinare, ioquit Nonius 2. 600. Pomponius Prostibulo, Ut nullum civem pædicavi per dolum, nisi ipsus orans ultro qoi ocquinisceret. Idem Pistore, Nisi nonc aliquis subito obviam occurrit mihi, qui ocquiniscat, quo compingam terminum in tutum locum. conf. CONQUINISCO.

O C R

OCREA, æ. f. [κνημίς] Calceamenti genus: dicta quod crus tueatur; vel quod, Varrone auctore lib. 4. de L. L. 24. opponatur ob crus; vel qood fit inæqualiter tuberata, ut ait Festus. Apul. Hic galea caput, ille crura ocreis involvit. Liv. 9. 40. Et sinistrum cros ocrea tectum.
Læves ocreæ electro, auroque recocto. Virg. 8. Æn. 624.

OCREĀTUS, a, um. Adj. [κνημιδωτὸς] Qui ocreis calceatus incedit. Plin. lib. 19. cap. 2. Ad reliquos usus laboriose evellitur ocreatis cruribus, manibusque tectis manicis, convolutom osseis ligneisve conamentis.
In nive Lucana dormis ocreatus. Hor. 2. Serm. 3. 234.

OCRICŬLUM, i. n. [Ὀκρίκλοι] Oppidum Italiæ, in monte situm, quod Strabo inter Sabinos ponit, Plinius inter Umbros. Sunt qui Otriculum scribant, sed corrupte, ut docti putant. hinc

OCRICULĀNUS, a, om. Adj. ut,
Ocriculana tribus. V. TRIBUS.
Ocriculani populi. Plin. lib. 3. cap. 14.

OCRINUM, Britanniæ promontorium, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 3. quod vulgo *Lizardpoint.*

OCRIS, is. f. [Ἄκρις] Mons confragosus apud Festum.

OCRISIA, æ. f. [Ὀκρισία] Publii Corniculæ uxor, Servii Tullii mater. Ovid. 6. Fast. 627.
Namque pater Tulli Vulcanus, Ocrisia mater. Al. Ocresia. V. Heins. not.

O C T

OCTAĔDRUM, i. n. [ὀκτάεδρον] Figura est solida, quæ octo triangulis æqualibus, & æquilateris continetur. Euclid. 11. Element.

OCTANS, V. OCTO.

OCTAVIA gens, [Ὀκταουΐα γενὰ] Octaviam gentem Velitris olim fuisse præcipuam scribit in Augusto pr. Suetonius. Ea vero a Tarquinio Prisco rege in Senatum lecta, & a Ser. Tullio inter Patricias cooptata, procedente tempore ad plebem se contulit. Longo deinde intervallo a C. Cæsare, Cassia lege, in patriciatum revocata est. Auctor hujus gentis, qoi quidem primus magistratum populi suffragio adeptus sit, Cn. Rofus perhibetur a Suetonio. Is quæstorius mortuos est. ejus vero filius primus ex hac familia Consul est factus, cujus rei auctor est Cicero libro 1. de Off. 138. Cn. Octavio, inquit, qoi primus ex illa familia COS. factus est, honori fuisse accepimos, qood præclaram ædificasset in palatio, & plenam dignitatis domum: quæ quum vulgo viseretur, suffragata domino, novo homini, ad Consulatum putabatur. Et 2. Philipp. 4. Cn. Octavii, clari & magni viri, qoi primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit Consulatum, statuam videmus in Rostris. Atque hæc de prima Octaviæ gentis familia. Altera vero nullis neque rebus gestis, neque hooribus floruit. Testis est ipse Augustus, qoi nihil amplius, quam equestri familia ortum se scribit, vetere ac locuplete, & in qua primus Senator pater suus fuerit, quem pro Prætore Macedooiam provinciam obtinoisse, Cic. ad Q. frat. satis dilucide ostendit. V. Suet. l. c. cap. 3.
Ex hac Octavius Augustus natus est, M. T. Cicerone, C. Antonio coss. cui infanti cognomen Thurino inditom est, in memoriam majorum originis. Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum testamento majoris avunculi, alterum Munatii Planci sententia. Hæc & plura vide apud Suetooiom, in Ipsius Octavii vita.
Satis animi, auctoritatis parum in Octavio erat. Cic. 16. Att. 16.
Statuam in foro, locum in Senatu, summum honorem ante tempus decrevit Octavio Senatus. Cic. ad Octav.
Vindex libertatis Romanæ Octavius. Cic. ad Octav.
Octavius patrem appellat Ciceronem. Cic. 16. Att. 7.
Octavius tanquam in dotali matrimonio Rempob. testamento legatam obtinuit. Cic. ad Octav.
Octavius Mamilius, [Ὀκταούϊος Μαμίλιος] alios fuit, cum qoo A. Postumius Dictator bello Tusculano dimicavit, ut scribit Cic. 2. de Nat. Deor. 6. De eo meminit & scribens 9. Att. 10.
Alius Octavius Marsus fuit, sceleratus latro, de quo Cic. 11. Philipp. 4.
Cn. Octavius a Lucio Cinna suo collega ioterfectus. Pedianus in Orat. pro M. Scauro. V. supra.
Octavius Avitus & Pœtelius Faustinus, furta Virgilii adnotarunt, notantes unde quæque carmina surriperentur, ot ait Servius. Fecit & hoc idem Macrobius.
Octavius item alius fuit poeta, cujus meminit Hor. 1. Serm. 10. 81.
Plotius, & Varius, Mæcenas, Virgiliusque,
Valgius, & probet hæc Octavius optimus, atqoe
Foscus, &c. V. P. Vict. Variar. lect. lib. 14. cap.7.& Cruqo.not.

OCTAVIUS, a, um. Adj. ut
Octaviæ porticus duæ appellantur, qoarum alteram, theatro Marcelli propiorem, Octavia soror Augusti fecit: alteram theatro Pompeii proximam Cn. Octavius Cn. filius, qui fuit Ædilis curulis, Prætor, Consul, Decemvir sacris faciendis, triumphavitque de rege Perse navali triumpho, quam combustam reficiendam curavit Cæsar Augustus. Festus.

OCTAVIĀNUS, a, um. Adj. [Ὀκταουϊανὸς] ut, Bellum Octavianum. Cic. 1. de Divin. 4. Ex quo genere sæpe ariolorum etiam & vatum furibundas prædictiones, ut Octaviano bello Cornelii Culleoli, audiendas putaverunt.
Octavianus, Augusti Cæsaris cognomen fuit, inde tractum, quod ex Octaviorum gente in Joliam geotem fuerit adoptatus, quemadmodum & Africanus minor dictus est Æmilianus, quod P. Æmilii filius fuerit, a P. Cornelio Scipione adoptatus.

OCTO, [ὀκτὼ] Nomen numerale; indecl. Virg. 1. Georg. 171.
Huic a stirpe pedes temo protentus in octo.

OCTIES, Adv. quasi Octo vicibus. Martial. lib. 8. 64.
Uno nasceris octies in anno. Cic. in Somn. Scip. 3. Nam quum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque converterit, &c.

OCTĀVUS, a, um. Adj. [ὄγδοος] ut, Octava pars. Plin. lib.6. cap.33.
Circiter horam octavam. Hor. 1. Epist. 7. 47.
Sapientum octavus. Hor. 2. Serm. 3. 296.

OCTAVUM, tanquam Adverbium positum, pro Octies. Liv. 6. 36. Nam præter Sextium Liciniumque, latores legom jam octavum Tribonos plebis refectos.

OCTAVA, æ. f. Vectigalis species. l. ult. C. de Eunuch.

OCTAVĀRIUS, i. m. Exactor hujus vectigalis. l. 8. C. de vectig.

OCTANS, antis. m. V. Tetrans, in TETRA.

OCTŌNUS, a, om. Adj. [ὀκτὼ] ut, Octonis annis pariont capræ. Plin. lib 8 cap. 50. Et cap. 32. Octonis mensibus ferunt partus. de cervis. i. e. Octo mensibus singulæ.
Annis octonis integer. Ovid. 5. Met. 50.
Idos octonæ. Hor. 1. Serm. 6. 75.
Octonæ partes. Varr. de L. L. lib. 8. 23.

OCTONĀRIUS, a, um. Adj. Plin. lib. 31.c.6. Fistulas denûm pedom longitudinis esse legitimum est. Et si quinariæ eront, sexageoa pondo pendere: si octonariæ, centena: si denariæ, centena vicena: ac deinde ad has portiones. De aqoa per fistulas ducenda. l. e. Octonûm pedum.
Octonaria regola. Varr. lib. 8. de L. L. 49.

OCTŬPLUS, a, um. Adj. [ὀκταπλοῦς] Cic. de Univers. 20. Quintam inde, quæ tertiæ tripla, tum sextam octuplam primæ. Idem 5. Verr. 26. Dicis te in Decumanum, si plura sustulerit quam debitum sit, in octuplum judicium daturum esse. Damnatus octupli. V. DAMNO.

OCTUPLEX, icis. o. g.

OCTUPLĬCĀTUS, a, um. Adj. [ὀκταπλασιασθεὶς] Liv. 4. 24. Octuplicatoque censu ærarium fecerunt.

OCTUPLICĀTIO, ōnis. f. Mart. Capel. 7. 267. Octuplicatione metiri.

OCTŌBER, bris. m. [Ὀκτώβριος] Nomen mensis, dictus quod octavum locum teneat. Ausonius de Mensibus,
Septembri, Octobri, Aotumnus, totoque Novembri. [Nomen est Adj. & subauditur Mensis, ut in Quintilis &c. Sic October equus, Adjective apud Fest. q. V. Sic Calendæ, Nonæ, Idus Octobres, etiam dicitur.

OCTENNIS, is. m. Qui octo annis natus est. Ammian. 18. 6.

OCTENNIUM, i. n. Spatium octo annorum.

OCTĪPES,

Octĭpes, ĕdis. c. Ovid. 1. Fast. 313.
Octipedis frustra quærentur brachia Cancri.

Octoogŏnus, a, um. Adj. Quod octo habet angulos. Vitruv. 1. 6.

Octojŭges, pro Octo conjunctis. Liv. 5. 2. Antea trina loca contentione summa patricios explere solitos: nunc jam octojuges ad imperia obtinenda ire.

Octussis, is. m. Nummi species ad valorem octo assium. Hor. 2. Serm. 3. 156. Quanti emptæ? parvo. Quanti ergo? octussibus. Lambinos locum hunc restituit, & recte, his verbis: Octussis numero singulari, & asses octo, unum sunt, aut certe idem valent. Itaque sic loquuntur Latini, Prisanam octusse emi, numero singulari, id est, octo assibus. Quod si quis ita loquatur, emi octussibus, numero multitudinis, inepte loquatur, nisi cum hac adjectione, verbi gratia, duobus, tribus, &c. octussibus. duo octusses autem sedecim asses valent. Idcirco scripturam vulgatam rejeci, ut corruptam & ineptam. Mihi suffragantur aliquot veteres codices, in quibus in nomine octussibus u non vacabat litura. Ex qua feci conjecturam, scriptum fuisse initio Octo assibus: deinde ab aliqua audaciore factum esse Octussibus. As autem principio summus erat libralis æreus, & per L scriptum notabatur. Itaque sestertius, qui duos asses & semissem valet, per duo L L & S a veteribus notabatur hoc modo LLS, non ut hodie, idque inscite, HS. Hæc ille. Sed Cl. Bentlejus Lambini hoc facinus damnat, & veram lectionem (Octussibus) postliminio revocat, & defendit. V. notas ejus in loc.

Octophŏrum, i. n. [ὀκτώφορον] Lectica quæ ab octo servis portabatur. Martial. lib. 6. 83.
Octophoro sanos portatur, Avite, Philippus. Cic. 2. Q. frat. 9. Memini enim, quum hominem portarem ad Baias Neapoli, octophoro Aniciano, machærophoris centum sequentibus, miros risus nos edere.

Octodĕcim, indecl. Dubitamus cum Vossio, utrum Latine dici possit necne. Saltem melius loquemur cum Cicerone Duodeviginti, aut cum Livio Decem & Octo.

Octoginta, [ὀγδοήκοντα] Cic. de Senect. 68. Argantonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum viginti vixit.

Octogēni, æ, a. Adj. [ὀγδοηκοντα] Plin. lib. 9. cap. 51. Torpedo octogenos fetus habens invenitur. i. e. Octoginta.
Octogenæ stirpes. Columel. lib. 3. cap. 3.
Octogeni bini æris militibus dati. Liv. 10. 30.

Octogesĭmus, a, um. [ὀγδοηκοστός] aliud item Adj. Cic. de Senect. 32. Qui & uno & octogesimo anno scribens mortuus est. De Platone. Columel. lib. 5. cap. 1. Pars ducentesima octogesima octava.
Solstitia octogesima. Juven. 4. Sat. 92.

Octogies, Adv. [ὀγδοηκοντάκις] Cic. in Pison. 86. Nonne sestertiûm centies & octogies, quod, quasi vasarii nomine, in venditione mei capitis ascripseras, ex æraria tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti?
Octogies quinquies centena. Plin. lib. 2. cap 108. vel

Octuagies, Adv. Idem. ut apud Plin. quidem l. c. etiam Hardoinus exhibet. [Valla tamen lib. 3. cap. 5. negat Octuaginta, Octuageni &c. Latine dici. Sequioris certe, non Pliniani, ævi vox videtur.

Octogenārius, a, um. Adj. Plin. 6. Epist. 33. Octogenarius senex.

Octingenti, æ, a. [ὀκτακόσιοι] Cic. 4. Acad. 81. Mille & octingenta stadia quod abesset, videbat. Et pro Planc. 60. Octingenti fere consecuti sunt.

Octingenārius, a, um. Adj. [ὀκτακόσιος] ut, Octingenarius grex. Varro 2. de Re rust. cap. 10.

Octingentēsĭmus, a, um. Adj. [ὀκτακοσιοστός] Cic. de Senect. 5. Deinde qui minus gravis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent. quam octogesimum?

Octŏdūrum, ['Οκτόδουρον] Ptolem. lib. 2. cap. 6. Campos Gothorum alio nomine. Vulgo *Toro*: Hispaniæ Tarraconensis urbs.
Est etiam Octodurus oppidum in Alpibus Cottiis, non procul a Centronibus, cujus incolæ Octodurenses commemorantur a Plin. lib. 3. cap. 20.

O C U

Ocŭlus, i. m. [ὀφθαλμός, ὄμμα] dictus ab occulendo, quod ciliorum tegminibus occulatur, latent enim oculi sub ciliis. Lactantius de Opificio Dei, cap 6. Ut oculi munitiores essent ab injuria, ciliorum tegminibus, Deus occuluit: unde oculos dictos esse, Varroni placet. Ter. Adelph. 4. 5. 68.
— Di me, pater,
Omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc amo meos. De oculis vide Quintil. lib. 11. cap. 3. De gestu oculorum.
Oculi tanquam speculatores, altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes, funguntur suo munere. Cic. 2. de Nat Deor. 140.
Oculi sunt, quorum tum intentione, tum remissione, tum conjectu, tum hilaritate, motus animorum significemus apte cum genere ipso orationis. Cic. 3. de Orat. 220.
Vestivit & sepsit oculos natura membranis tenuissimis, quas primum perlucidas fecit, ut per eas cerni posset: firmas autem, ut continerentur. Cic. 2. de Nat. Deor. 142.
Cupiditatis oculi. Cic. 2. de Lege Agrar. 25. An vos aliter existimabatis, quum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adjecissent, non eos in primis id acturos ut ex omni custodia, &c.
Acies oculorum. Ovid. 7. Met 584.
Acies contenta oculorum. Lucret. lib. 1. 325.
Infirmitas. V. INFIRMUS.
Lumina. Lucret. lib. 6. 183.
Margo. Stat. 3. Silv. 2. 53.
Potentia oculi. Cels. lib. 6. cap. 6. De suffusione oculorum.
Sensus oculorum acerrimus. Cic. 2. de Fin. 52.
Vigor oculorum integer. Plin. lib. 3. Epist. 1.
Tunicæ oculi. Cels. lib. 7. cap. 7.
Visum oculorum amittere. Plin. lib. 7. cap. 50. [An Usum?
In oculis exercitus. V. IN præpositionem.
In oculis præstans, pro Coram hominibus. Cic. de Senect. 12. Nec vero ille, in luce modo atque in oculis civium magnus, sed intus, domique præstantior.
Constituere aliquem in foro atque in oculis civium. Cic. 2. de Orat. 41.
Abstinentes oculi. V. ABSTINEO.
Acres. V. ACER, adj.
Acuti. Cic. pro Planc. 69.
Ardentes. Virg. 3. Georg. 505.
Arguti nimis oculi, quemadmodum animo affecti sumus loquuntur. Cic. 1. de Legib. 27.
Attoniti. Claud. 2. Cons. Stil. 70.
Cærulei. V. CÆRULEUS.
Comes oculi, Blandi. Ovid 3. de Arte Am. 510.
Conturbatus oculus, est Qui caligat & confusius videt, laboratque ophthalmia. Scribon. Largus comp. 19. Ad conturbationes & epiphoras oculorum scio multa collyria, etsi tarde, magnos tamen effectus habere. Turnebus.
Cruentati. V. CRUENTO.
Dexter & lævus. Lucret. lib. 4. 301.
Eminentes. Cic. in Vatin. 4.
Eruditi dicuntur oculi, Quorum judicium amoenitatum examinatumque ac censorium quodammodo in perpendendis discernendisque rebus pernoscitur, nec id in legendo solum, sed in spectanda quoque pictura nobili, aut opere antiquis artificum nominibus pretioso Cic. in Parad. 5. Aetionis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleti. Mitto unde sustuleris, & quo modo habeas. Intuentem te, admirantem, clamores tollentem quum video, servum esse ineptiarum omnium judico. Nonne igitur sunt illa festiva? Sint. nam nos quoque oculos eruditos habemus. Sed obsecro te, &c.
Fessi. Virg. 5. Æn. 845.
Fideles. Hor. de Arte Poet. 181.
Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus. h. e. Fideles vocat oculos, quia certius scimus quæ vidimus, quam quæ audivimus. Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.
Graves. Virg. 4. Æn. 688.
Humentes. Claud. 6. Cons. Hon. 266.
Ignei serpentium. Senec. Herc. fur. 4.
Immites. Ovid. 6. Met. 621.
Immoti. Ovid. 2. Met. 602.
Oculi indomiti. V. INDOMITUS.
Inertes. Virg. 3. Georg. 523.
Infesti. V. paulo post Conspici, &c.
Intenti. V. paulo post Contemplari, &c.
Irretortus. Hor. 2. Carm. 2. 23.
Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat acervos. i. e. Quisquis non est avarus, nec aspectu pecuniæ magnopere movetur. Nam qui pecuniæ est avidus & studiosus, ad ejus acervos subinde retorquet oculos, ac pæne strabus efficitur, nec sic ab ea avelli potest, quin oculos sæpenumero reflectat, ut eam respiciat. Eum igitur dicit, cui pecuniæ aspectus oculos non depravat, nec strabos reddit, quod magnæ aviditatis est argumentum. Lambinus vero sic, Oculo irretorto, id est, qui ingentes auri acervos ita spectat, ut oculos suos nullam in aliam partem reflectat, aut retorqueat: qui aurum rectis oculis intueri potest: cujus ea est oculorum animi acies, ut auri splendore non offendatur, neque præstringatur, id est, qui ita aspicit, ut non concupiscat, aut corrumpatur Est autem metaphora ducta ab his, qui oculorum vitio lucem aspicere non possunt: sed oculos ab ea demovere, atque in aliam partem deflectere coguntur. Utitur eadem similitudine Cicero ad Brut. 18. cujus initium, Quum sæpe te litteris, &c. [Multum laborant omnes Horatii interpretes in hoc loco, neque quicquam tamen expediunt, decepti falsa nimirum lectione. Nam pro eo, quod vulgo legitur,
— populumque falsis
Dedocet uti
Vocibus, regnum & diadema tutum
Deferens uni, propriamque laurum,
Quisquis &c. Legendum omnino est, Deferentem, ut ad *Populum* referatur, cui Virtus falsas voces. i. e. Opinationes de beatitudine, quasi nimirum hi soli eadem summa, quam sub Regni periphrasi poeta intelligit, fruantur, qui ingentibus pecuniarum acervis quasi custodes appositi sunt. Verbis enim ultimis Avarum omnino, nequaquam vero contemptorem opum, describi luce clarius apparere puto. Quod & omnia illa auctorum loca, quæ huc, ut contrariam sententiam astrueret, Jo. Clericus congessit, pulcre confirmant. V. Art. Crit. P. 1. C. 2. §. 1. 11.
Labentes. Quintil. in procem. lib. 6. de filio moriente.
Limi. V. LIMUS.
Liventes. Claud. 1. In Ruff. 138.
Loquaces, Qui notis assignandis vim habent vocis. Tibul. lib. 2. 6. 43.
Lubrici & mobiles. Cic. 2. de Nat Deor. 142.
Ludibundi. Gell. lib. 3. cap. 5. Quum vocem ejus infractam, capillumque arte compositum, & oculos ludibundos, atque illecebræ voluptatisque plenos videret.
Madentes. Stat. 6. Theb. 622.
Maligni. Virg. 5. Æn. 654.
Mellitii. Catull. ad Juventium. 46. 1.
Minaces. Lucan. lib. 2. 26.
Modesti. Ovid. 2. Amor. 4. 11.
Molles. Ovid. de Rem. Amor. 340.
Nigris oculis decorus. Hor. 1. Carm. 32. 11.
Nitentes. Virg. 1. Æn. 232.
Obliquus. Hor. 1. Epist. 14. 37.
Patentes. Lucret. lib. 3. 655.
Perversi. Cic. 1. de Nat. Deor. 80.
Putres, i. e. Nimio potu marcentes, & libidine resoluti. Hor. 1. Carm. 36. 18. Acron.
Scabri. Cels. lib. 6. cap. 6. Ad oculos scabros collyria.
Sequaces. Stat. 3. Theb. 500.
Sicci. Quintil. lib. 6. cap. 2. Siccis agenti oculis lacrimas dabit? Hor. 1. Carm. 3. 18.
Superbi. Ovid. 6. Met. 169.
Torvi. Ovid. 5. Met. 92.
Truces. Senec. OEdip. 12.
Velox. Hor. 2. Serm. 5. 55.
Venusti oculi, candiduli dentes, color suavis. Cic. 5. Tusc. 46.

Vigilan-

Vigilentes, vel vigiles. Virg. 5. Æn. 438.
Vitioſi, & cæci. Senec. de Benef. lib. 5. cap. 1.
Abacti oculi. Stat. 1. Theb. 104. De caligine loquitur.
Abire ab oculis. V. ABEO.
Abeſſe ab oculis. In ABSUM.
Accipere oculis. In ACCIPIO.
Accipere noctem oculis. In NOX.
Adducere ante oculos. In ADDUCO.
Adjicere oculum alicui rei. Cic. 4. Verr. 37. Partim plane videbant adjectum eſſe oculum hæreditati.
Sic Ὀφθαλμιᾶν, Vide Theſaurum. H. St.
Adſpicio. V. ASPICIO.
Advertere oculos templis. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 196.
Agnoſcere oculis. V. AGNOSCO.
Agere aliud oculis. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Alliciendus amor omnibus eſt oculis. Ovid 3. de Arte Am. 510.
Amare aliquem plus ſuis oculis. Catull. ad Calvum, epigr. 3. 5.
Amittere oculos. In AMITTO.
Angere oculos. In ANGO.
Aperire oculos ad puniendam aliquem. Cic. pro Milon. 86.
Ardent oculi. Cic. 6. Verr. 148. De iracundo.
Aſpicere oculis. Cic. pro Domo 110. Quem ſatis mirari, quibus oculis aſpicere audeas, non queo.
Aſpicere æquis oculis. Virg 4. Æn. 372.
Aſpiciunt juſtis oculis ſuperi mortalia. Ovid. 13. Met. 70.
Aſpicere limis, vel intueri. V. LIMUS.
Aſtare ante oculos. Virg 3. Æn. 150.
Attollere graves oculos. Virg. 4. Æn. 688.
Attollere humo. Ovid. 2. Met. 448.
Attollere adverſus. V. ATTOLLO.
Avertere oculos omnium in ſe. V. AVERTO.
Avertere ab aliquo. Ovid. 2. Met. 770.
Avertere ab vel ex oculis. In AVERTO.
Cadentes oculi morte. Stat. 3. Silv. 5. 39.
Caligant oculi. Lucret. lib. 3. 157.
Capti oculis talpæ. Virg. 1. Georg. 183.
Capere oculis rationem. Plaut. Pſeud. 2. 2. 2.
Capeſſere oculis. V. Capeſſo in CAPIO.
Conſpici oculis infeſtis. V. CONSPICIO.
Cernere aliquid oculis. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Cernere profanis ſacra. Ovid. 3. Met. 710.
Cernere oculis & animo. Cic. 3. de Nat. Deor. 49.
Circumferre oculos. Sil. lib. 11. 262.
Circumferre ſuperbos. Ovid. 6. Met. 169.
Circumlinere oculum. V. CIRCUMLINO.
Circumſpexit oculis agmina. Virg. 2. Æn. 68.
Claudere oculos morientis. Ritus antiquus, de quo V. Virg. 9. Æn. 487. & Val. Max. 2. 6. 8. & infra Comprimere, Operire, Premere oculos.
Cohibere oculos. In COHIBEO.
Collimere oculis. In COLLIMO.
Colluſtrare oculis. In COLLUSTRO.
Compingere oculos. In CONFINGO.
Comprimere oculos alicujus. Ovid. 1. Epiſt. 101. & Epiſt. ad Liv. 160.
Configere cornicum, Adagium. In CONFIGO.
Conjicere oculos in aliquem. Cic. pro Cluent. 54.
Conjecit oculos in hoſtem. Virg. 12. Æn. 483.
Conſcelerare oculos videndo. Ovid. 7. Met. 34.
Contemplari intentis oculis. In CONTEMPLOR.
Contemplari lynceis. V. LYNX.
Contrectari oculis. Tacit. lib. 3. Ann. 12.
Convifere omnia loca oculis. Lucret. lib. 2. 357.
Corrumpere oculos. In CORRUMPO.
Dejicere ab aliqua re. Cic. 1. Philip. 1. Nec vero uſquam diſcedebam nec e Republica dejiciebam oculos.
Dejecti in terram. Quintil. lib. 1. cap. 11. Ter. Eun. 3. 5. 132.
Demiſere oculos omnes. Ovid. 15. Met. 612.
Deponere putres oculos in aliquam. Hor. 1. Carm. 36. 18. V. ſupra Putres.
Devorare aliquid oculis, i. e. Avidiſſime intueri & optare. V. DEVORO.
Effodere oculos. V. EFFODIO.
Diriguere oculi. Ovid. 14. Met. 754.
Diſtorquens oculos. Hor 1. Serm. 9. 65.
Dolent oculi quoties aliquid videmus, quod videre nolumus. Ter. Phorm. 5. 9. 64.

Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nauſiſtrata?
Et quo tuo viro oculi doleant?

Erigere oculos, & Recondere. Ovid. 4. Met. 145.
Eripiet quivis mihi citius oculos, quam &c. Hor. 2. Serm. 5. 35.
Eruitur oculos Gryneus. Ovid. 12. Met. 269.
Everberare. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Exempti. Lucret. lib. 3. 369.
Expellere ſomnum oculis. Stat. 4. Silv. 6. 14.
Expilare genis oculos. Ovid. 13. Met. 562.
Exſculpere oculum, quod & Eruere dicitur. Ter. Phorm. 5. 8. 96.
Exſiliunt. Ovid. 12. Met. 252.
Extulit oculos ad ſidera. Virg. 2. Æn. 687.
Faſcinat oculus agnos mihi teneros. Virg. 3. Ecl. 103. De faſcino oculorum, V. Barth. & Ulit. ad Gratii Cyneget. v. 406. Turneb. Adverſ. 9. 28. vel Caſaub. ad Perſ. p. 202.
Ferire oculos. V. FERIO.
Ferre oculos paſſim per cuncta. Virg. 2. Æn. 572.
Ferre aliquem in oculis, Cariſſimum habere. Cic. de Aruſp. Reſp. 48. Idem 3. Q. frat. 1. 3. conf. mox Geſtare in.
Fixi ſolo oculi. Virg. 1. Æn. 486.
Flectere. Ovid. 8. Met. 695.
Fodere. Senec. Œdip. 12.
Fœdare lacrimis. Tibul. lib. 2. 6. 41.
Fulgentes oculi lucidum. Hor. 2. Carm. 12. 15.
Forati labori feſſos oculos. Virg. 5. Æn. 845.
Geſtare in oculis, at In oculis eſſe, aut Ferre: pro Valde Amplecti & amare. Ter. Eun. 3. 1. 11.
Gignere dolorem oculis. Lucret. lib. 4. 318.
Gravati in morte. Ovid. 4. Met. 145.
Habere acres atque acutos. Cic. pro Planc. 66.
Habere alicujus oculos in ſuis oculis: pro Videre, quid ille velit, aut imperet. Plaut. Pſeud. 3. 2. 68.
Habere aliquid in oculis, pro Semper ad aliquid intentum eſſe, ut interpretatur Budæus. Quintil. lib. 16. cap. 5.
Habitant oculi in vulto. Cic. 12 Philip. 2. Hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei, triſtiores videbam. h. e. A quibus contuendis non dimoventur oculi mei.
Hærere oculis. Virg. 1. Æn. 721.
Haurire oculis, Videre. Virg. 4. Æn. 661.
Hebetare oculos. Plin. lib 20 cap. 6.
Jacere ante oculos. Lucret. lib. 1. 62.
Jactare oculos nimium. Lucret. lib. 4. 1133.
Incitare oculos alicujus. Ovid 3. Met. 431.
Incurrere in oculos, i. e. Viſu offendere. Cic. 12. Att. 21. Quid mihi cum foro ſine judiciis, ſine curia, in oculos incurrentibus iis, quos æquo animo videre non poſſumus?
Inferre oculos. V. INFERO.
Inflectere oculos aliquorum. V. INFLECTO.
Intendere oculos, Fixis oculis intueri. Plin. lib. 2. Epiſt. ult. pr.
Intueri aliquid acrioribus. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Invadere in oculos. V. INVADO.
Judicare oculis. V. JUDICO.
Jurare per oculos. Plaut. Men. 4. 9. 1. Ovid. 2. Amor. 16. 43.
Labentes languore. Catul. de Berecynth. 61. 37.
Laceratos. Lucret. lib. 3. 409.
Lacrimare coacti diſcunt. Ovid. 1. Amor. 8. 83.
Lædere oculos. Hor. 1. Epiſt. 2. 38.
Leges invitis oculis hæc mea verba. Ovid. 17. Epiſt. 4.
Limare obliquo commoda alicujus. Hor. 1. Epiſt. 14. 38.
Liquentes imbrem. Stat. 5. Theb. 270.
Lucent oculi. Ovid. 1. Met. 239.
Luſtrare campos oculis. Lucan. lib. 7. 799.
Micant igne. Ovid. 3. Met. 32.
Micat acribus ignis. Virg. 12. Æn. 102.
Natantes in luce. Stat. 2. Theb. 638.
Negavi me credere, renuente oculo. Ovid. 17. Epiſt. 89.
Obducere tenebræ oculos. Lucan. lib. 3. 735.
Oberrat turba meos oculos. Senec. Herc. fur. 13.
Obire oculis. In OBEO.
Obliquare oculos. Ovid. 7. Met. 412.
Obtinere oculis utilitatem. Plaut. Epid. 5. 1. 28.
Obverſari oculis. In OBVERSOR.
Obverſatur mihi ante oculos Reip. dignitas. Cic. pro Sext. 7.
Operire oculos morientibus. Plin. 11. 37. V. OPERIO. conf. Ovid. 3. de Arte Am. 743. & ſupra Claudere oculos.
Paſcere. Ovid. 3. Amor. 2. 12.
Paſcere oculos, animumque exſaturare cruciatu atque ſupplicio alicujus. Cic. 7. Verr. 64.
Paſcunt colores oculos. Lucret. lib. 2. 419.
Patiuntur oculi. V. PATIOR.
Percurrere aliquid veloci oculo. Hor. 2. Serm. 5. 55.
Perlegere aliquid oculis. Virg. 6. Æn. 34.
Perterget aura oculos noſtros. Lucret. lib 4. 253.
Ponere aliquem ante. Cic. 2. de Lege Agrar. 52.
Ponere in oculis. Cic. 1. Q. frat. 1. 2.
Prædiſcere oculis colores terræ. Virg. 2. Georg. 255.
Premere alicujus, Comprimere morientis. Virg. 9. Æn. 487.
Premi oculum ſupercilio. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Proponere vitam cujuſdam ante oculos ſuos. Cic. pro Sull. 52.
Proſequi oculis abeuntem. Ovid. 5. Epiſt. 55.
Rapit vox oculos mentemque. Stat. 9. Theb. 40.
Referre oculos ſenſuſque aliquo. Valer. 6. Argon. 580.
Referre ora & oculos in aliquem. Virg. 12. Æn. 657.
Reflectere. Ovid. 7. Met. 341.
Reſtituere alicui oculos. i. e. Viſum. Suet. Veſp. cap. 7.
Reſtituere in ſedem ſuam. Celſ. lib. 6. cap. 6.
Retorquere oculos. Ovid. 10. Met. 686.
Revocare alicujus. Ovid. 16. Epiſt. 232.
Rigare fletu. Senec. Medea. 6.
Satiare amore. Propert. lib. 2. 15. 23.
Scintillant oculi. Perſ. 3. Sat. 117.
Sequi ſcripta oculis. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Sevocare ab oculis mentem. Cic. 3. de Nat. Deor. 2.
Spargere oculos, aſt Oculos huc illoc convertere. Perſ. 5. Sat. 33.
Statuere aliquem ante. Cic. 1. de Orat. 45.
Subjicere. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Subriſit limis ocellis. Ovid. 3. Amor. 1. 33.
Subſidunt oculi. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Succumbunt. Ovid. 1. Met. 714.
Suffuſus oculos lacrimis. Virg. 1. Æn. 232.
Sum oculus tibi. Plaut. Pſeud. 1. 2. 46.
Mollibus oculis eſſe dicitur, Qui facile commovetur ad lacrimas. Ovid. de Rem. Amor. 340.
In oculis eſſe aliquibus, i. e. Carum & gratum eſſe. Cic. 6. Att. 20. Publicanis in oculis ſumus.
In oculis multitudinis eſſe. Cic. 2. Tuſc. 63.
Suſtulit humentes. Ovid. 11. Met. 464.
Tacuere oculi tui. Ovid. 2. Amor. 5. 17.
Temperare oculis. Curt. lib. 9. 3. pr. h. e. Abſtinere a lacrimis.
Tendere oculos, Dirigere. Virg. 5. Æn. 508.
Tenere immotos. Ovid. 2. Met. 602.
Tenuere ſilentes inter ſe. Valer. 4. Argon. 189.
Tenere oculos artificum dicitur res aliqua, pro In contemplationem ſui adducere. Plin. 6. Epiſt. 3.
Tollere oculos contra aliquem. Lucret. lib. 1. 68.
Tollere oculos, de litteris dictum, per translationem, pro Erigere oculos, velut ex languore recreatos. Cic. 16. Fam. 12. Litterulæ meæ,
ſive

five nostræ tui desiderio oblanguerunt. Hac tamen epistola, quam Acastus attulit, oculos paululum sustulerunt.
Torsit oculos ad mœnia. Virg. 4. Æn. 220.
Trajicere oculos aliquo. Lucret. lib. 4. 426.
Tueri immitibus. Ovid. 6. Met. 621.
Tueri torvis aliquem. Ovid. 5. Met. 92.
Venit somnus in oculos. Ovid. 7. Met. 155.
Versari ante oculos. Cic. pro Milon. 61.
Vestigare oculis, cui opponitur Reperire. Virg. 6. Æn. 145.
Videre oculis. Ter. Hec. 5. 4. 22.
Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, videram.
Videre inunctis. Hor. 1. Serm. 3. 25.
Videre siccis aliquid. Hor. 1. Carm. 3. 18.
Volitare ante oculos quorundam. Cic. 2. de Lege Agrar. 58.
Volvere oculos huc illuc. Virg. 4. Æn. 363.
Volvere per singula. Virg. 8. Æn. 618.
Volvens intentos oculos. Virg. 7. Æn. 251.
Urget quies dura oculos. Virg. 10. Æn. 745.
Urget inertes stupor. Virg. 3. Georg. 523.
Usurpare aliquid oculis. Lucret. 1. 300.
Uti oculis. Plaut. Epid. 1. 2. 4.
Ocule mi, blandientis vox. Plaut. Curc. 1. 3. 47. Bene vale, ocule mi. conf. Suet. de Clar. Rhet. cap. 5.
Oculus, pro Re præstantissima. Justin. 5. 8. 4. Negarunt se Spartiani ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos. scil. Athenas. Cic. quoque 3. de Nat. Deor. 91. Critolaus evertit Corinthum, Carthaginem Hasdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt. Nec absimile est illud ejusdem pro Lege Manil. 11. Legati quod erant appellati superbius, Corinthum patres vestri, totius Græciæ lumen, exstinctum esse voluerunt. conf. infra OCELLUS.
Oculi, dicuntur etiam in arborum surculis unde germinant. Cato R. R. cap. 6. Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serunto. Columel. lib. 3. cap. 18. Et reliqui duo vel tres fructuarii oculi penitus in terram deprimuntur. Idem 11. 2. Radicibus etiam oculos tribuit. Plin. lib. 7. cap. 20.
Imponere oculos: quod & Inoculare dicitur. Virg. 2. Georg. 73.
Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex.
Mundi oculus, Sol. Ovid. 4. Met. 228.
Oculi, de stellis. Plin. lib. 2. cap. 5. Inde tot stellarum collucentium illos oculos.
Oculi caudæ pavonum. Plin. lib. 13. cap. 15.
Oculi, Notæ rotundæ. Plin. lib. 8. cap. 17. Pantheris breves in candido maculiarum oculi.
Oculus volutæ, est Parvus ille circulus in volutæ Ionicæ centro constitutus. Vitruv. 3. 3. conf. Baldi Lex.

OCULEUS, a, um. Adj. [ὀμματώδης] Plenus oculis. Plaut. Aul. 3. 6. 19.
Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit.
Oculeus, per translationem, pro Perspicaci ponitur, quasi qui ex oculis constet. Apul. 1. Met. p. 124. Elmenh. Perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.

OCULISSIMUS, a, um. Adj. [ὀμματότατος] superlativum formavit Plautus in Curc. 1. 2. 28. Salve oculissime homo. h. c. Qui tam clare aspicis.
Oculissimus, Carissimus, inquit Festus. Plaut. Curc. 1. 1. 17.
Salve, valuistin' usque, ostium oculissimum? Al. Occlusissimum. V. OSTIUM.

OCULĀRIS, e. Adj. Veget. Mulom. 2. 17. Ocularis tunica.

OCULĀRĬTER, Adv. Oculariter intueri. Sidon. 7. Epist. 14.

OCULĀRIUS, a, um. Adj. Solin. cap. 37. Cujus succus proficit ad ocularium claritatem. De Euphorbia.
Ocularia ægritudo. Solin. cap. 10. extr.
Medicus ocularius. [ὀφθαλμικός] Celsus lib. 6. cap. 6. V. Gruter. Inscript. p. 634. & p. 400. Inscr. 7.

OCULĀRIUS, i. m. Idem. Scribon. Larg. Compos. 37. Asprituditnes palpebrarum desperatas a quibusdam oculariorum, paucis diebus tollit. Paulo post, Non præterit me, habere te prudentes ocularios.

OCULĀRIĀRIUS, a, um. Adj. ut, Oculariarius faber. Reines. Class. 11. Inscript. 66. conf. Lex. Pitisc. [Videtur is esse, qui Ocularia galearum fabricat, quæ Visoria vulgo vocant, de quibus idem Pitisc. V. Quanquam eum is esse possit, qui Ocularis medicis instrumenta fabricat, nisi planemendum est, & Arculariarius scribendum.

OCULĀTUS, a, um. Adj. [ὀπτικός] Cui perspicaces sunt oculi, vel qui per totum corpus oculos habet, auctore Festo.
Male oculatus. Suet. Rhet. cap. 5. V. MALUS.
Oculatum, pro Præsenti, auctore Festo, posuit Plautus quum dixit Pseud. 1. 3. 67. Eme die cæca hercle olivum, id vendito oculata die.
Oculatus testis, Qui se vidisse dicit id quod narrat, inquit Festus. Plaut. Truc. 2. 6. 8.
Passive, qui videtur, apertus. Cic. 4. Att. 6. extr. Ne βαῦσις mea, quæ in agendo apparuit, in scribendo sit oculatior.
Oculatissimum locum appellat Plin. Conspicuum, lib. 34. cap. 6.
Oculatissimus, pro Apertissimo. Cæl. Calcagnin. in Orat. pro Alfonso duce Ferr. p. 531. Quis nuperrime illustria & oculatissima suæ in te observantiæ ac pietatis testimonia dederit. H. St.

OCULĀTA, æ. f. Genus piscis apud Plin. 32. 7.

OCULĀTIO, ōnis. f. [ὀφθαλμισμός] in vitibus pro Gemmarum superfluarum defectione. Plin. lib. 17. cap. 21. Pampinationi quoque & oculationi, omnique operi facilior. Vetus exemplar hic legit Occationi.

OCULĪTUS, Adv. [ἐκ τῶν ὀμμάτων] ita dicitur, inquit Festus, ut, Funditus, penitus; quo significatur Tam carum esse quam oculos. Plaut. Frag. 1. 75.
Qui amant ancillam meam Hedylium oculitus. V. Non. 2. 608.

OCULO, [ὀμματόω] āre. Idem quod Illustro vel illumino, & quasi ex cæco oculatum facio. Tertull. in Apologet. Sed quis jam expolitos, & ipsa urbanitate deceptos, in agnitionem veritatis ocularet. Sed hoc vix crediderim apud veteres inveniri. Neque enim Oculatus participium est a verbo Oculo, sed potius nomen, sicut Manicatus, & Tunicatus. V. Barth. Adverf. 33. 12. & 43. 24. & Cellar. ad Cyprian. de Idolor. vanit. 7. 6.

OCULICREPĪDA, æ. m. Cujus oculi crepant quando pugnis contunduntur. Plaut. Trin. 4. 3. 14.

OCULIFERIA, orum. n. pl. Res ludicræ. v. g. Ejusmodi pegmata, quibus imperitorum oculi feriuntur, ut describit Seneca Epist. 88. Idem Epist. 33. conf. Lips. Elect. 1. 16. extr.

OCELLUS, i. m. dimin. [ὀμμάτιον] Pers. 1. Sat. 18.
—patranti fractus ocello. Martial. 1. 93.
Sæpe mihi queritur non siccis Cestus ocellis.
Ebril. Catull. de Acme, 45. 11.
Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore suaviata. h. e. Aliquantum humectos & ludibundos, quique grato motu spectantes alliciunt.
Claudet ocellos mors nostros. Propert. lib. 2. 13. 17.
Defixit iratos in te. Ovid. 2. Amor. 8. 15.
Promisit argutis quiddam. Ovid. 3. Amor. 2. 83.
Spectare dejectis gremium. Ovid. 1. Amor. 8. 39.
Summisit somnus lassos. Ovid. 3. Amor. 5. 1.
Tegit somnus ocellos. Catul. ad Licinium, 48. 10.
Turbare nitidos. Juven. 6. Sat. 8.
Ocellus meus; blandientis vox. Plaut. Asin. 3. 3. 74. Da meus ocellus, mea rosa. conf. Idem Most. 1. 3. 11.
Peninsularum insularumque ocellus Sirmio, i. e. Præstantissima, aut pulcherrima. Catull. ad Sirmionem peninsulam, 32. 1. Sic locutus est Cic. 16. Att. 6. Cur ergo tecum non sum? cur ocellos Italiæ, villulas meas, non video? conf. Pe. Victor. Var. Lect. 9. 9. Obert. Gifan. Observ. in Ling. Lat. p. 257. & Burm. ad Quintil. lib. 6. proœm. 494.
Ocelli radicis. Plin. lib. 21. cap. 4.
Ocelli vel Ocellæ dicebantur apud Romanos Qui parvis oculis nati sunt. Plin. 1. 37. Quod in cognomen abiit ut apud Cic. 2. Fam. 15. & 8. 7. &c. Servius Ocellus. conf. Idem 10. Att. 12. & 25.

OCELLĀTUS, a, um. Adj. [ὀμματωτός] Quod ocellos habet, id est cavernulas quasdam. Unde Suet. Aug. cap. 83. Ocellatas nuces dixit, id est Multis foraminibus distinctas. Qui locus nunc sic legitur, Animi laxandi causa modo piscabatur hamo, modo talis, aut ocellatis, nucibusque ludebat cum pueris minutis. V. OCELLATUM, supra suo loco.

O C Y

OCYALUS, i. m. Unus ex Phæacibus, tempore Alcinoi regis, ut ostendit Homerus lib. 8. Odyss.

OCȲMUM, vel OCĪMUM, i. n. [ὤκιμον] Herba ad boum pabulum sata, qua ciebant alvum bobus. Varro de R. R. lib. 1. cap. 31. Omne pabulum primum ocymum, farraginem, viciam, novissime fœnum secari. Ocymum dictum e verbo Græco ὠκέως, id est cito. Similiter quoque ocymum in horto hoc amplius dictum ocymum, quod citat alvum bobus, & ideo his datur ut purgentur. Id genus pabuli sunt segetes virides sectæ ante quam gerant siliquas. Hæc Varr. Catull. ad Fundum, 42. 15.
Et me recuravi ocymoque & urtica. Pers. 4. Sat. 22. Ruellius lib. 1. cap. 20. non putat idem fuisse apud veteres Ocimum & Ocymum, quæ tantum una littera dissidere videntur, vario supra modum significatu, ut idem ait. Ocimum vero tradit esse genus illud pabuli, de quo apud Varronem: Ocymum, herbam illam odoratam, quæ vulgo Basilicon dicitur, ut meminit lib. 2. cap. 54. conf. Plin. 19. 7. & 20. 12. & Colum. 10. 319. Sunt tamen, ut idem testatur, qui significantius per z, Ozimum scribendum ducant, ab ὄζω, quod redolere denotat: quoniam herba tota suavissimum spiret odorem. Petrus Victorius sic legendum censet Varronis locum: Ocinum dictum a Græco verbo ὠκέως, quod valet cito; similiter quo ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocinum, quod citat alvum bubus, & ideo iis datur ut purgentur, id ex pabuli segete viride sectum, antequam gerat siliquas. Idem etiam apud Catonem semper Ocinum legit, pro illo boum pabulo.
Ocymum, consuetudo neutraliter dicit; sed Pseudo Macer ait,
Inter præteritas numerabitur ocymus herbas.

OCYOR, us. & OCYSSĬMUS, a, um. Adj. [ὠκίων, ὤκιστος] Latina nomina, pro Celerior, Celerrimus. Fiunt a positivo Græco ὠκύς, quo Latini carent. De lite Grammaticorum utrum per Y vel I scribi debeat. V. Voss. de Analog. 2. 26. collat. cum Etym. p. 507. quæ 352. Elsev. & Gifan. Observ. L. L. Plin. lib. 16. cap 31. Quidam brevitate radicum celerius senescere arbores putant: quod arguunt fici, quarum radices longissimæ, & senectus ocyssima.
Fulminis ocyor alis. Virg. 5. Æn. 319.
Cervis ocyor. Hor. 2. Carm. 16. 23.
Euro ocyor. Hor. 2. Serm. 16. 24. & Virg. 8. Æn. 223.
Verbere fundæ. Lucan. lib. 1. 230.
Aura. Hor. 1. Carm. 2. 48.
Ambitu ocyore. Plin. 2. 8.
Senectus ocyssima. Idem. 16. 31. V. paulo supra.

OCYTER, OCYUS, OCYSSIME, Adv. [ὠκέως, ὠκύτερον, ὤκιστα] Apul. 1. Met. p. 113. Elmenh. positivo Ocyter usus est. Ceteri gradus frequentiores. ut Ter. Eun. 3. 5. 61.
Perlonge est, sed tanto ocyus properemus, muta vestem. Cic. Somn. Scip. 21. Idque ocyus faciet, si jam tum quum erit inclusus, in corpore eminebit foras.
Tardius & Ocyus, contraria. Cic. 4. Tusc. 32. Sic illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocyus.
Deferemur ocyus a re publica, quam a re familiari. Cic. 16. Att. 3.
Ire ocyus. Virg. 8. Æn. 555.
Peragere jussa alicujus ocyus. Seneca. Troade. 6.
Pervenire ocyus ad aliquem locum. Cic. pro Quint. 43.
Ocyus omnes surgimus. Ovid. 12. Met. 226.
Ocyssime, [ὤκιστα, ὠκύτατα] Ter. Heaut. 4. 8. 28.
Tanto ocyus te ut poscat, & tu id, quod cupis,
Quam ocyssime ut des. Salluft. Jugurth. cap. 25. Quam ocyssime provinciam accedat.

OCYPĔTE, es. f. [Ὠκυπέτη] Una ex Harpyis, sic dicta quod alarum velocitate polleat: ὠκύς enim celer & citus dicitur, πέτομαι volo. V. Cælium Rhodig. lib. 39. cap. 27.

OCȲRŎE, es. f. [Ὠκυρόη] Nympha, Oceani & Tethyos filia, ut scribit Hesiodus in Theogonia. v. 360.
Ocyroen, Chironis Centauri filiam, fabulantur poetæ fuisse fatidicam, eandemque in equam tandem conversam. Ovid. 2. Met. 639.

O D

OD. Odium, Odor, Ordo.

O D A

ODA, æ. vel ODE, es. f. [ᾠδὴ] Cantus. Auctor opusculi de Philomela, 25. Et merulus modulans tam pulchris concinit odis.

ODARIUM, i. n. [ᾠδάριον] Diminut. Cantilena. Gloss. Gr. Lat. Petron. cap. 53. Odaria saltare.

ODARIARIUS, i. m. Cantilenarum magister. Vet. Inscr. VIRGILIVS EPAPHRODITVS MAGISTER ODARIARIVS. V. Reinef. Class. 11. n. 81. & Du Cange Gloss. vel Fabrett. p. 716.

ODAXISMUS, i. m. [ὀδαξισμὸς] Græcis medicis dicitur pruritus ille, qui in infantibus præcurrit dentitionem. V. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 1.

O D E

ODESSOS, i. f. Urbs est in Mœsia inferiori, ut scribit Mela lib. 2. 2.

ODEUM, i. n. [ᾠδεῖον] Pars ædificii. Cic. 4. Att. 16. Monimentum illud quod tu tollere laudibus solebas, ut Odeum laxaremus, & usque ad atrium Libertatis explicaremus: contempsimus sexcenties HS. Ubi interpres, Odeum, pars ædificii, auctore Vitruvio, quæ Latine dici Cantilenarium potest: de quo Pausanias & ceteri. Quædam tamen exemplaria legunt, Ut forum laxaremus. Odei meminit Vitruvius lib. 5. cap. 9. Cælius Rhodig. lib. 28. cap. 12. dicit locum fuisse imagine theatri, in quem deferebantur poemata, prius quam in theatro recitarentur. Est etiam Locus ubi cantatur, locus choro & symphoniacis destinatus. Græce scribitur ᾠδεῖον. Porro ᾠδὴ cantum significat. conf. Eutrop. 7. 15. 6.

O D F

ODFACIO, Veteres pro Olfacio dixerunt, teste Festo. al. Odĕfacio. V. Dacer. [Qui a Dorico ὀδώ accessit, unde σ abjecto, ὄζω. Ego vero putem potius Oldefacio veteres dixisse prius, ut a Caldefacio, quod est Calidum facio, est Calefacio & Calfacio, etsi significatio discrepet.

O D I

ODI, isti, it. [μισέω, στυγέω, μεγαίρω, ἔχθω, ἐχθαίρω, ἀπεχθαίνω] Odisse. Verbum defectivum, sub voce præterita significat præsens & præteritum, tam imperfectum quam perfectum, id est Odio habebam, aut habui. Cic. de Amicit. 28. Alterum propter crudelitatem semper hæc civitas oderit. Sic pro Sextio 102. Et 7. Fam. 2. Postremo, vix verisimile fortasse videatur, oderam multo pejus hunc, quam illum ipsum Clodium.
Odiaris ex Seneca in uno vet. exempl. in Prodop. H.St. V. infra.
Odit lædi ferro vitalia opobalsamum. Plin. lib. 12. cap. 25.
Odimus invidi, Vide INVIDEO. H. St.
Odisse & Amare, contraria. Cic. 6. Attic. 2.
Odisse & Diligere, contraria. Cic. 5. de Finib. 28. Quum appetitus ille animi aliquid ad se trahere cœperit consulto, quod sibi obsit, quia sit sibi inimicus; quum id sua causa faciet, & oderit se & simul diliget: quod fieri non potest.
Favere & Odisse, contraria. Cic. de Claris Orat. 188.
Acerbe & penitus odisse aliquem. Cic. pro Cluent. 172. Hunc si acerbe & penitus oderat, non eum quam diutissime vivere velle debebat?
Aperte odisse magis ingenui est, quam fronte occultare sententiam. Cic. de Amicit. 67.
Fortaliter odit. Ovid. 3. Fast. 637.
Male odisse aliquem. Cic. 14. Attic. 1.
Pejus odero pati contumelias malis omnibus aliis. Cic. ad Brut. 26.
Impendio odit. V. IMPENDO.
Odissem te odio Vatiniano. Catul. ad Calvum, 14. 3.
Odimus immodicos fastus. Ovid. 3. de Arte Am. 511.
Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi. Hor. 1. Epist. 18. 89.
Improbos omnes civili odio odimus. Cic. pro Milon. 36.
Amor odit inertes. Ovid. 2. de Arte Am. 229.
Odi profanum vulgus, & arceo. Hor. 3. Carm. 1. 1.
Odisse, Fastidire aliquid. Ter. Adelph. 4. 1. 7.
Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia prope est. conf. Plaut. Men. 1. 3. 7. Cic. 7. Fam. 2. Oderam multo magis hunc quam illum.
Non prorsus adeo defectiva est hæc vox ut sibi persuaserunt aliqui Grammatici, cum plura inveniantur tempora, ut odio, odiet, odivi, odite, odientes, oditus ab odior, &c. V. Voss. de Analog. 3. 39. Odio μισῶ, Gloss. Osus sum, Plaut. infra. Gell. 4. 8. V. Voss. ibid.
Oditur passive, Tertull. Apol. cap. 3.

OSUS, a, um. Partic. [μισήσας] Qui odio habuit. Plaut. Amph. 3. 2. 19.
Inimicos semper osa sum obtuerier. Gell. lib. 4. cap. 8. Non. 2. 613.

OSURUS, a, um. Partic. Cic. de Amicit. 59. Negabat ullam vocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperiri, quam ejus qui dixisset, Ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus.

OSOR, ōris. m. [μισητής] Qui odio habet. Plaut. Merc. suppos. 4. 6. 15. Osores, infensi, iracundi. Et Pœn. arg. 2. Osor mulierum. conf. Pacat. Paneg. Theod. cap. 20.

ODIBILIS, e. Adj. Odio dignus. Accius 6. apud Priscian. p. 709. Gnati mater pessimi odibilis &c. Lamprid. Heliog. cap. 18. Vita, moribus, improbitate ita odibilis, ut ejus nomen senatus eraserit. Usus & Ambrosius Epist. 14. Et Vulg. Interp. sæpe.

ODIUM, i. n. [μῖσος, ἔχθος, ἀπέχθεια] Ira inveterata, inquit Cic. lib. 4. Tusc. 21. Ter. Phorm. 5. 9. 27.
Neque negligentia tua, neque id odio fecit tuo.
Dignus odio aut irrisione. Cic. 2. de Orat. 205.
In odio. V. IN præp.
Atrox odii Agrippina. Tacit. 12. Ann. 22.
Procax odii, & potestatis temperantior. Tacit. 13. Ann. 46. al. Otii.
Securus jam odii. Tacit. in vit. Agricolæ 43.
Semina odii. Ovid. 5. de Arte Am. 510.
Acerba odia. Virg. 10. Æn. 905.
Acre. Cic. 2. de Invent. 108.
Ægra sine armis. Valer. 5. Argon. 146.

Æternum. Senec. Hercul. fur. 6.
Aspera. Virg. 2. Æn. 96.
Blandum & affabile. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 14.
Capitale. V. CAPUT.
Compressum. In COMPRIMO.
Crudele. Virg. 1. Æn. 365.
Diuturnum. Cic. in Vatin. 6.
Hostile. Tacit. 15. Ann.
Jejunum odium, Insatiabile. Juven. 15. Sat. 51. De Ægyptiorum odiis.
Immane & crudele barbarorum in hostem. Cic. pro Planc. 71.
Immortale. Juven. 15. Sat. 34.
Inexorabile. Ovid. 5. Met. 245.
Inexpiabile. V. INEXPIABILIS.
Infestum. V. INFESTUS.
Infinitum. Cic. pro Corn. Balb. 62. Sed si qui sunt, quibus infinitum sit odium, in quo semel susceptum sit, quos video nonnullos, &c.
Insigne. V. IXION.
Insitum penitus. Cic. 2. de Lege Agrar. 14.
Intestinum odium. V. INTESTINUS.
Intimum. V. INTRA.
Inveteratum. Cic. in Vatin. 6.
Justa. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Justum & debitum omnium mortalium. Cic. in Pison. 33.
Mutuum. V. MUTUUS.
Naturale. Plin. lib. 8. cap. 18.
Novercalia. Tacit. 1. Ann. 6.
Nuda. Stat. 9. Theb. 20.
Occlusum. V. OCCLUDO.
Occulta. Cic. 1. Fam. 9.
Perniciale. V. PERNICIES.
Pertinacia. Tacit. 4. Hist. 43.
Privata. Tacit. 2. Ann. 80.
Pretiosa, & constantia magno. Ovid. 7. Epist. 49.
Recens. Tacit. 4. Ann. 15.
Vatinianum. V. VATINIUS.
Vetus. Tacit. 4. Ann. 12.
Vivida odia. Tacit. 15. Ann. 49.
Adduci odio. V. ADDUCO.
Advertit recentia, veteraque odia. Tacit. 4. Ann. 15.
Afferre odium. V. AFFERO.
Agere æterna odia. Senec. Herc. fur. 6.
Alendis materiam præstare. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 178.
Ardent odia omnium in aliquem. Cic. pro Milon. 40. Omnia tum denique in illum odia civium ardebant desiderio mei.
Capere odium. In CAPIO.
Certare odiis. Virg. 10. Æn. 14. Liv. 21. 1.
Colligere. Ovid. 3. Met. 259.
Conciliare. In CONCILIO.
Concipere. In CONCIPIO.
Concitare. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Concitare magnum in aliquem. Cic. 1. de Invent. 100.
Concoquere. In CONCOQUO, & infra Sorbere.
Conflatus odio. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Convertere in se. Cic. pro Dejot. 18. Si palam te interemisset, omnium in se gentium, non solum odia, sed etiam arma convertisset.
Creare. Cic. 2. de Orat. V. CREO.
Depellere. Cic. Fam. 12. 1.
Deponere. Senec. Herc. fur. 6. conf. Mitigare.
Dissidere odio quodam & dissidio ab aliquibus. Cic. pro Corn. Balb. 30.
Diffidare capitali ab aliquo. Cic. de Amicit. 2.
Effundere occlusum. V. OCCLUDO.
Excitare acerbum. Cic. 2. de Orat. 208.
Exedere urbem odiis, Delere. Virg. 5. Æn. 786.
Exercere odia. Ovid. 7. Epist. 47.
Exercere aliquem odiis. Virg. 4. Æn. 623.
Explere odium strictis mucronibus. Claud. de Bell. Get. 609.
Expromere. Cic. 2. Att. 8.
Facere odium studiorum. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Ferre ex aliqua re. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Finire amorem odio. Ovid. Remed. Amor. 657.
Flagrare odio alicujus. Senec. Octav. 132.
Flagrare mutuo odio. In MUTUUS.
Frangere. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Gerere. Sen. Thyest. 4.
Gerere odium adversus. Plin. lib. 8. cap. 18.
Habere magnum in aliquem. Cic. 2. de Invent. 109.
Habere odium servitutis. Cic. 5. Philip. 38.
Importare alicui. Hor. 1. Epist. 13. 4.
Incendere in se. V. INCENDO.
Incurrere in hominum. V. INCURRO.
Indicare odium. Cic. 3. Fam.
Inferre. Tacit. 15. Ann. 49.
Inflammare urbes odiis. Stat. 3. Theb. 338.
Intendere. Tacit. 13. Ann. 15.
Inurere. Cic. pro Domo 92.
Irruere in odium alicujus, pro Venire. Cic. 2. Verr. 35. Qui quasi de industria in odium offensionemque Populi Romani irruere videbantur.
Judicare odio & invidia. Cic. pro Marcell. 29.
Liberare aliquem odio. V. LIBERO.
Mereri. Ovid. 2. Amor. 2. 9.
Metiri aliorum odium suo. V. METIOR.
Mitigatur odium, deponitur, tenetur, sedatur. Cic. Post red. ad Quirites 23. Odium, vel precibus mitigari potest, vel temporibus Reip. communique utilitate deponi, vel difficultate ulciscendi teneri, vel vetustate sedari.
Mittere ac finire. In MITTO.
Mordet. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Movere aspera verbis. Virg. 2. Æn. 96.
Movet odium asperitas. Ovid. 2. de Arte Am. 146.
Patefacere odium suum in aliquem. V. PATEFACIO.

Placare.

Placare. Cic. pro Domo, 44.
Ponere. Claud. de Bell. Get. 91.
Premi odiis. Claud. 2. in Ruffin. 13.
Profiteri. Cic. 12. Philip. 7.
Propulsare. Cic. pro Cœl. 75.
Remittere. Tacit. 1. Ann. 10.
Renovare & revocare animos aliquorum ad alicujus odium. Cic. 2. de Orat. 199.
Reponere, Differre. Tacit. In vita Agric. 39.extr.
Residere in odiis. V. IN præp.
Restinguere. Cic. pro Rabir.
Saturare diuturnum & inveteratum. Cic. in Vatin. 6.
Servatum perenni studio. Sil. lib. 1. 18.
Sorbere. Cic. 3. Q. frat. 9. Ut ejus ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam.
Struere in aliquos, & Dimovere ab aliqoibus, cootraria. Cic. 2. de Orat. 208.
Subire. Cic. 11. Att. 17. Quanquam quid mea intersit ut eorum odium subeam, non intelligo.
Sublevare. Cic. 8. Fam. 3. Sed mehercule non multum M. Octavius eorum odia, qui Hirrum premunt, quæ multa sunt, sublevat.
Sum. ut, Est mihi odium illios, i. e. Prosequor illum odio. Virg. 1. Æn. 365.
Odio esse alicui. Cic. 5. de Finib. 62. Cui Tobuli nomen odio non est? Virg. 8. Ecl. 38. Dumque tibi est odio mea fistula.
Hostili odio & crudelitate esse in aliquem. Cic. pro Cluent. 12.
In odio esse apud. Cic. pro Lege Manil. 65. Difficile est dictu, Quirites, quanto in odio simus apud exteras nationes, propter, &c.
In odio esse omnibus. Cic. 2. Att. 21. pr. Nunc repente tanto in odio est omnibus, ut quorsus eruptura sit, horreamus. Ubi Quorsus pro Quorsum legitur.
Suscipere odium alicujus in re aliqua. Cic. 7. Att. 1. In quo (ut audio) magnum odium Pompeji suscepistis.
Suscipere acre. Cic. 2. de Invent. 108.
Tendere odiis, Contendere. Tacit. 4. Hist. 43. extr.
Transferre odium collectum. Ovid. 3. Met. 259.
Venenare commoda alicujus obscuro odio morsuque. Hor. 1. Epist. 14.38.
Venire odio omnibus. Plin. lib. 28. cap. 8.
Venire in odium omnibus. Cic. 10. Att 8. Qui xx diebus ipsi illi egeoti ac perditæ multitudini in odium acerbissimum venerit. Sic leg. Pantagath.
Vocare in. Cic. 1. contra Rull. 2. Nomen imperii in commune odium orbis terræ vocabatur.
Odium, Assiduitas, instantia, molestia, fastidium, ut ait Donat. Ter. Phorm. 5. 6. 9.
Pergit hercle: tu nuoquam tuo odio vinces me. Idem Hecyr. 1. 2. 48.
Trudendo, atque odio denique effecit senex,
Despondit ei gnatam hujus vicini proximi. Idem Eun. 3. 1. 13. & 5. 5. 2. conf. ODIOSOS.

ODIŌSUS, a, um. Adj. [μισητὸς, ἐπαχθής, βδελυρός] Qui odio habetur, vel Qui molestus est. Ter. Eun. 4. 6. 16. Ubi sita est? T. in risco: odiosa cessas? Idem 5. 7. 44. Cic. de Amicit. 71. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare is qui contulit.
Aures odiosæ. Ovid. 1. de Arte Am. 489.
Dolor. Cic. 4. de Finib. 52.
Motus palæstrici sæpe sunt odiosiores, & histrionum nonnulli gestus ineptiis non vacant. Cic. 1. Off. 130.
Offensio omnis odiosa est in fragili corpore. Cic. de Senect. 65.
Orator odiosus & loquax spernitur. Cic. pro Muren. 10.
Plaga odiosa. Cic. 5. Att. 20.
Scrupulus odiosus. Cic. 10. Att. 14.
Senex. Ovid. Rem. Amor. 471.
Senectus sic plerisque senibus odiosa est, ut onus se Ætna gravius dicant sustinere. Cic. de Senect. 4.
Vento odioso concita æquora. Ovid. 19. Epist. 21.
Verbum insolens & odiosum. Cic. in Orat. 25. Eorum religioni quum serviret orator, nullum verbum insolens, nullum odiosum pooere audebat. [i. e. Molestum. Puto tamen Otiosum reliquisse Tullium, i. e. Supervacuum. V. in OTIUM.
Odiosum esse alicui, i. e. Molestum, ut ait Valla. Plaut. Curc. 1. 1. 7. Tandem es odiosus mihi. Ter. Phorm. 5. 8. 44.
In jus? enim vero si porro esse odiosi pergitis.
Jucundum potius quam odiosum. Cic. de Senect. 26. Ex Cæcil.
Odiosum & molestum. Cic. 6. Att. 3. Odit provinciam, & hercule nihil odiosius, nihil molestius.
Grave & odiosum, Leve & facile, contraria. Cic. pro Rosc. Com. 16. Quorum alterum est gravius & odiosius; alterum levius & facilius.
Compar. V. Cic. supra. Quintil. 1. 6. Nihil odiosius est affectatione.
Superl. Phædr. 2. 6. 4. Odiosissima aliis natio. Capitol. Albin. cap. 11. Uxori odiosissimus fuit.

ODIOSĬCUS, a, um. Adj. confictum a Plauto. Capt. 1. 1. 19.

ODIŌSE, Adv. [μισητῶς] Cum odio vel tædio, aut quod *fastidiose* vulgo dicitur. Ter. Adelph. 4. 2. 50.
Æschinus odiose cessat: prandium corrumpitur.
Dicere odiose. Cic. de Clar. Orat. 283. Si quis eos, qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide, Attice putat dicere, &c.
Interpellare odiose. Cic. 2. de Orat. 262.
Loqui odiose. Auctor. ad Heren. lib. 4. 29. Vivis invidiose, delinquis studiose, loqueris odiose.
Facis odiose. Plaut. Bacch. 4. 9. 139. Idem Truc. 2. 7. 57.
Obloqui odiose. Nazar. Paneg. Constant. cap. 16.

ODINŌLYON, onis. m. [ὠδινολύων] Pisciculus est exiguus, magnitudinem magnæ limacis non excedens, quem Græci alio nomine Echeneida, Latini etiam Remoram vocant: sic appellatus, ἀπὸ τοῦ λύειν τὰς ὠδῖνας, i. e. a solvendo dolores partus. Quippe sale asservatum, & alligatum gravidis, partum solvere prodiderunt. Plin. lib. 32. cap. 1.

ODITAS, æ. m. [Ὀδίτης] Unus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius, a Mopso interfectus in nuptiis Pyrithoi. Ovid. 12. Met. 457.
Occubuit, frustraque loqui tentavit Odites. Idem. 5. 97.

ODIUS, i. m. Halizonum dux, quem Agamemnon in bello Trojano interfecit. Auctor Homer. lib. Iliad. 5.

O D O

ODONES, um. m. pl. de quibus in l. 25. Argumento. §. 17. fascic. D. de aur. & arg. legat. ubi dicitur, quod usum calceamentorum præstant: nisi ibi mendum sit, & legendum potius Undonum: quod putat Catellianus Cotta, in verbo Undones. Sed noo video quomodo undones usum calceamentorum præbeant. Tiraquellus.

ODONTĪTIS, is. f. [ὀδοντῖτις] Herbæ genus, quæ dentium dolori medetur. Plin. 27. 12. [Gorr. est ὀδοντίδες. Odontides. V. ejus Def.

ODŎPĒTA, æ. f. ita Lampetra, sive lampreta vocatur.
Item Canis venaticus. Petron. cap. 35. Super sagittarium odopetam imposuerat. al. Otopeta. [Utrumque sine auctore asserit Lexicographus, nec certius quicquam eruas ex Petronii commentatoribus.

ODOR, vel ODOS, ŏris. m. [ὀδμή, ὀσμή] notæ significationis. Plaut. Capt. 4. 2. 35.
Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum.
Odor. Varr. 5. de L. L. 8. Litteræ commutatione dicitur odor, olor. Hinc olet, & odorari, & odoratur, & odora res.
Fluctus odorum. Lucret. lib. 4. 679.
Odoris ignavia. V. IGNAVUS.
Suavitas odorum. Cic. de Senect. 5.
Vastitas. Plin. lib. 31. cap. 6.
Austerus odore. Plin. lib. 12. cap. 25.
Unguentorum odor. Cic. Post red. in Senat. 15.
Acer odor. V. ACER, adj.
Acerbus. Val. Flacc. 4. Argon. 493.
Acerrimus. Plin. lib. 21. cap. 7.
Acutus. Plin. lib. 21. cap. 7.
Aggravans capita. Plin. lib. 12. cap. 17.
Angusti odoris rosa silvestris. Plin. lib. 21. cap. 4.
Argutus. Plin. lib. 15. cap. 3. extr.
Ater. V. ATER, adj.
Castoreus. In CASTOR.
Crocei. Virg. 1. Georg. 56.
Dilutus. Plin. lib. 15. cap. 28.
Divinus. Virg. 1. Æn. 407.
Ferus. Plin. lib. 12. cap. 17.
Fœdus. Celsus lib. 7. cap. 29.
Gravis cæni. Virg. 4. Georg. 49.
Gravis oris. Ovid. 3. de Arte Am. 227.
Non inelegans. Plin. lib. 21. cap. 25.
Inimicus. Hor. 2. Serm. 4. 53.
Injucundus. V. INJUCUNDUS.
Insuavis. V. INSUAVIS.
Jucundus. V. JUCUNDUS.
Jucunde gravis. Plin. lib. 21. cap. 10.
Leotus. Sen. Thyest 6. 2.
Liquidus. Virg. 4. Georg. 415.
Malus. Hor. Epod. 12. 8.
Medicatus. V. MEDICO.
Mollissimus. V. MOLLIS.
Panchæi. Lucret. lib. 2. 417. V. Odores in pl. infra.
Potentissimus. Plin. lib. 13. cap. 2.
Recentis odoris mala. Juven. 11. Sat. 74.
Roscidus. Plin. lib. 14. cap. 2.
Sævus odor vini, Ad facinus & sævitiam ducens. Stat. 2. Theb. 86.
— Ogygii si quando afflavit Iacchi
Sævus odor, tunc saxa manu, tunc pocula pulchrum
Spargere.
Tæter. Virg. 3. Æn. 228.
Vinosus. Plin. lib. 27. cap. 4.
Abolere. Plin. lib. 28. cap. 9.
Adhibere odores ad deos. In ADHIBEO.
Afflantur e floribus. Cic. de Senect. 59.
Capere. In CAPIO.
Capi odore rerum. Cic. pro Cœl. 42.
Continere. In CONTINEO.
Crescit malus odor membris. Hor. Epod. 12. 8.
Defluit celerrime. i. e. Evanescit. Plin. lib. 13. cap. 1.
Difflatur. V. DIFFLO.
Depellunt bestiæ quædam intolerabili oris fœditate infectantes. Cic. 2. de Nat. Deor. 127.
Diffudit liquidum ambrosiæ. Virg. 4. Georg. 415.
Evanescit celerrime. Plin. lib 13. cap. 1.
Evellere e glebis turis. Lucret. lib. 3. 328.
Excire acrem. Lucret. lib. 6. 1215.
Exspirare odorem dicitur res aliqua. Catul. Argon. 62. 87.
Fertur ad superiora omnis. Cic. 2. de Nat. Deor. 141.
Fragrat acerbus. Valer. 4. Argon. 493.
Frui ex utraque parte corporis odore prodigo. Plin. lib. 13. cap. 3.
Fumat multo ara. Hor. 3. Carm. 18. 8.
Jacere odorem de corpore. Lucret. lib. 2. 845.
Jactare. V. JACIO.
Incendere tus & odores. Cic. 6. Verr. 77. &
Incendere galbaneos. Virg. 4. Georg. 264. V. Odores in pl. infra.
Miscent herbæ suaves odores. Virg. 2. Ecl. 55.
Spirat odor. V. DIFFLO.
Spiravere comæ divinum odorem. Virg. 1. Æn. 407.
Tollit odorem oris, gingivas astringit, dentes firmat. Plin. lib. 23. cap. 1. De aceto scillino.
Vitiantur auræ odoribus. Ovid. 7. Met. 548.
Odor, Infectus aer. Plin. lib. 9. cap. 7. Odorem quidem non aliud, quam infectum aera intelligi posse.
Odor oris & corporis tæterrimus. Cic. 5. Verr. 23. Postremo ut odor Apronii tæterrimus oris & corporis, quem (ut ajunt) ne bestiæ quidem ferre possent, uni isti suavis & jucundus videretur.
Odor, per translationem: ut, Odor Dictaturæ, i. e. Indicium, ut ait Budæus.

Budæus. Cic. 4. Att. 16. Res fluit ad interregnum, & est nonnullus odor Dictaturæ.
Suspicionis. Cic. pro Cluent. 73. Cautio perito homini, qui quodam odore suspicionis Stalenum corruptum esse sensisset, neque dum rem perfectam arbitraretur, placuit, &c.
Legum. Cic. 7. Verr. 160. Quasi luce libertatis, & odore aliquo legum recreatus, revixisset, &c.
Lucri bonus est odor ex re qualibet. Juven. 14. Sat. 204. conf. Suet. Vesp. cap. 23.
Veritatis quasi odore quodam retenti propius aberraverunt. Lactant. 6. 12. V. Barth. Adverf. 17. 2.
Odores, in plurali, & Aromata, pro eodem accepisse videtur Columel. lib. 12. cap. 20. Quod si non ita, ut præcipimus, permiscueris, sublident aromata, & adurentur. Et paulo post, Ad prædictum autem modum musti adjici debent ii odores, nardi folium, iris Illyrica, &c. Lamprid. Heliog. cap. 31. Odores Indicos sine carbonibus ad vaporandas zetas jubebat incendi. conf. Plaut. Men. 2. 3. 3. Hor. 2. Epist. 1. 269. & 1. Carm. 5. 2.
Ingrati. Ovid. 2. Met. 626.
Differtum corpus odoribus. Tacit. 16. Ann. 6.
ODŌRUS, a, um. Adj. [εὐώδης] Quod ex se odorem mittit, teste Servio: ut Stat. 6. Theb. 104.
— & odoro vulnere pinus
Scinditur.
Odora res. Varro 5. de L. L. 8.
Arbor odora. Ovid. 1. de Arte Am. 287.
Flos. Ovid. 9. Met. 78.
Sulfur. Claud. Conf. Prob. & Olyb. 256.
Odorus, Indagator & sagax. Virg. 4. Æn. 132.
— & odora canum vis. Servius.
ODORĀRIUS, a, um. Adj. [εὐωδής] Quod ad odores pertinet. ut, Odoraria myrrha. Plin. lib. 12. cap. 16.
ODORARIUS, i. m. [ἀρωματοπώλης] Qui odores conficit & vendit.
ODŌRO, [ὀσφραίνω, ὀσφραίνω] āre. Odorum reddere. Columel. lib. 9. cap. 4. Qui coloret, odoretque mella.
Odoro, pro Odore repleo. Ovid. 15. Met. 734.
Tura super ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab utraque sonant, & odorant aera fumis. Sic Græci nonnunquam utuntur verbo θυμιᾶν.
ODOROR, [ὀσφραίνομαι] āri. depon. Olfacere. Columel. lib. 6. cap. 2. Deinde nares perfricato, ut hominem discant odorari.
Cibum projectum odoraris. Hor. Epod. 6. 10.
Odorari, per translationem. Cic. 14. Att. 22. Cupio enim, antequam Romam venio, odorari diligentius quid futurum sit.
Pervestigare & odorari aliquid. Cic 6. Verr. 31. Mirandum in modum, canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia & pervestigabant.
Indagare & odorari. Cic. 4. Verr. 135. Hæc vero ejus erat ars, & maxime miranda, quod acutissime tota provincia, quid cuique esset necesse, indagare & odorari solebat.
Degustare & odorari aliquem. Callide & clam explorare quid habeat animi. Cic. 4. Att. 8. Tu velim & Fabium, si quem habes aditum, odorere: & istum convivam tuum deguste. V. DEGUSTO.
Sagacius odorari, Diligenter investigare & indagare. Cic. 6. Att. 4. Illud præterea μυστικώτερον ad te scribam: tu sagacius odorabere.
Quam sagacissime odorari, quid sentiant, quid existiment, quid exspectent, quid velint, quo deduci facillime posse videantur judices. Cic. 2. de Orat. 186.
Festine odorari aliqua. Cic. 4. Att. 14. Siquid forte de comitiis, de Republica (soles enim tu hæc festine odorari) scribas ad me.
Vestigiis. Cic. in Pison. 83. Quas quidem, non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis & cubilibus persecuti sunt. Idem. pro Cluent. 82. Albiana pecunia vestigiisne vobis odoranda est?
Decemviratum. Cic. 2. de Lege Agrar. 64. Committite vos nunc, Quirites, his hominibus hæc omnia, quos odorari hunc Decemviratum suspicamini.
Vestigare & odorari voluptates. Cic. Post red. in Senat. 14. Hi voluptates omnes vestigant atque odorantur.
ODŌRANS, antis. [ὀσφραινων] Partic. Plaut. Mil. 2. 2. 123.
Si ita non reperio, ibo odorans quasi venaticus
Usque, donec persecutus volpem ero vestigiis. Cic. Pison. 83.
Vestigiis odorantes ingressus tuos. V. paulo supra.
ODORĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. [εὐώδης, εὔοδμος, εὐώδιος, θυώεις, μυρόεις, ἀρωματώδης] Quod alicunde accepit odorem, inquit Servius. ut, Templum odoratum. Plin. 2. Epist. 17. Ante cryptoporticum xystus violis odoratus.
Minus odoratum. Plin. lib. 21. cap. 7.
Minime odoratus. Plin. lib. 21. cap. 7.
Capilli. Hor. 3. Carm. 20. 14.
Caput. Hor. 2. Serm. 7. 55.
Odoratus, Partic. sine origine verbi. Non enim ab Odorando, sed ab Odore deducitur. Hor. 2. Carm. 11. 15.
— & rosa
Canos odorati capillos, &c. i. e. Capillis odoratis, nam sic loquuntur Græci. [Non video, cur neges ab Odoro esse. V. ODORO.
Odoratus, Quod ex se odorem habet. Virg. 3. Georg. 414.
Disce & odoratam stabulis accendere cedrum. Ubi Servius, Odoratam, pro Odoriferam. Plin. 12. 12. Odoratæ radicis herba.
Bacchus. Virg. 4. Georg. 279.
Ceræ. Ovid 8. Met. 226.
Ignes. Ovid. 1. Fast. 75.
Lignum. Virg. 2. Georg. 118.
Nemus lauri. Virg. 6. Æn. 658.
Rosæ. Tibul. lib. 1. 3. 62.
Serta. Ovid. 5. Trist. 3. 6.
Compar. Plin. 21. 7. Itaque & vina mustis odoratiora, & silvestria magis omnia sativis. Idem. 15. 28. Tenue vinum odoratius.
Superl. Plin. 15. 29. Myrtis odoratissima.
ODORĀTIO, ōnis. f. [ὄσφρησις] Cic. 4. Tusc. 20. Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum.

ODORĀTUS, ûs. m. [ὄσφρησις] pro Olfactu, sive ipso sensu & facultate odorandi. Plin. lib. 11. cap. 4. Insecta autem habent oculos, præterque sensus tactum & gustatum, aliqua & odoratum. Cic. 4. Acad. 20. Nihil necesse est de gustatu & odoratu loqui.
Odoratus, idem quod Odoratio. Cic. 2. de Nat. Deor. 158. Nisi forte tanta ubertas & varietas pomorum, eorumque jucundus, non gustatus solum, sed odoratus etiam & aspectus, dubitationem affert, quin hominibus solis ea natura donaverit.
Odoratus, Odor. Plin. lib. 25. cap. 13. Folia coriandri tenuiora, gravi odoratu.
ODORĀMEN, inis. sive ODORAMENTUM, i. n. [ἄρωμα] Quod odoris gratia tenemus: sicut unguentum, quod ungendi causa, ut ait Perottus. Macrob. lib. 1. Saturn. in præf. Confusura videlicet omnium succos odoraminum in spiramentum unum. Plin. 21. 7. Omnium autem odoramentorum, atque adeo herbarum, differentia est in colore, & odore, & succo. Columel. 11. 2. Odoramentis condire vina.
ODORĀTĪVUS, a, um. Adj. ut, Semen odorativum. Apul. de Herb. cap. 79.
ODŌRIFER, ĕra, ĕrum. Adj. [πολύοσμος, ἀρωματοφόρος] Quod odorem reddit. Plin. lib. 12. cap. 17. Eundem & ad serpentes fugandas urunt in odoriferis silvis frequentissimas.
Arabia odorifera, In qua nascuntur odores. Plin. lib. 5. cap. 11.
Flores. Sil. 16. 309.
— odoriferis adspergit floribus aras.
Gens. Ovid. 4. Met. 209. Sic vocat Achæmenios, Arabiæ populos.
Insulæ odoriferæ. Plin. lib. 6. cap. 28.
Lances. Propert. lib. 2. 14. 23.
ODORISĔQUUS, a, um. Adj. Odorem sequens. Liv. Andron. Odorisequi canes.

O D R

ODRYSÆ, arum. m. [Ὀδρύσαι] Populus est Thraciæ, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 11.
ODRYSIUS, a, um. Adj. [Ὀδρύσιος] Idem quod Thracius. ut, Hasta Odrysia. Stat. 1. Achil. 485.
Boreas Odrysius. Sil. lib. 7. 570.
Carmen. Valerius 5. Argon. 594. i. e. Orphei, qui Thrax erat, carmen.
Dux Odrysius. Ovid. 2. de Arte Am. 134.
Hasta Odrysia. Stat. 1. Achill. 485.
Rex Odrysius, Rex Thraciæ. Ovid. 6. Met. 490.

O D Y

ODYSSĒA, æ. f. [Ὀδύσσεια] Homeri opus de Ulyssis erroribus, viginti quatuor libris absolutum. Derivata dictio ab Ὀδυσσεύς, id est Ulysses. Cic. de Clar. Orat. 71. Nam & Odyssea Latina est sic tanquam opus aliquod Dædali, & Livianæ fabulæ, &c. conf. Gell. 3. 16. Auson. Epit. 5.
Perlege Odyssean omnia nosse volens.
ODYTES, V. ODITES.

O E

OE pro E & U antiqui scribebant. V. Lex. Pitisc. OE. Oportere.

O E A

OEA, Africæ civitas est, una ex tribus, quæ a numero Tripolim illam Africanam fecerunt. Solinus cap. 40. Achæi Tripolin lingua sua signant, de trium urbium numero, OEæ, Taphræ, Leptis magnæ, &c. Al. pro OEa Abrotonum subjiciunt. V. Drakenb. ad Sil. 3. 257.
OEAGRUS, i. m. [Οἴαγρος] Pater Orphei vatis, & fluvius Thraciæ: unde & Hebrus, quod ex eo fluat, OEagrius dicitur. Virg. 4. Georg. 524.
Tum quoque marmorea caput a cervice revulsum
Gurgite quum medio portans OEagrius Hebrus, &c.
OEAGRIUS, a, um. Adj. [Οἰάγριος] ut,
Æmus OEagrius. Ovid. 2. Met. 219.
Nervi OEagrii. Sil. 5. 463. conf. Manil. 5. 322. Virg. in dict. super.
OEANTHA, es, f. [Οἰάνθη] Civitatis nomen, quæ a quibusdam etiam OEanthea vocatur. V. Plin. lib. 3. cap. 3.

O E B

OEBARES, [Οἰβάρης] Darii stabularius, cujus industria ipse Darius Persarum regnum adeptus est. V. Herodotum lib. 3. & Justin. lib. 1.
OEBĂLIA, æ. f. [Οἰβαλία] duplex est: una quæ & Laconia dicta fuit: & ab OEbalo filio Argulii OEbalia cognominata. De qua Stat. Achill. lib. 1. 20.
Solverat OEbalio classem de litore pastor
Dardanus. Altera in Italia prope Tarentum Calabriæ, de qua Virg. 4. Georg. 125.
— sub OEbaliæ memini me turribus altis, &c.
OEBALĬDES, æ. m. patronym. [Οἰβαλίδης] Ovid. in Ibin. 590. pro gentili posuit,
Quo puer OEbalides ictus ab orbe cadas. i. e. Hyacinthus, qui Lacon fuit. Idem 5. Fast. 705. loquens de Castore & Polluce,
Effugere OEbalidæ cursu potuere sequentes.
OEBĂLIS, idis. f. patronym. [Οἰβαλίς] Stat. 1. Silv. 2. 150.
— quis purpura sæpe
OEbalis, & Tyrii moderator livet aheni. Positum pro adjectivo.
OEBALIUS, a, um. Adj. [Οἰβάλιος] ut, Matres OEbaliæ, Italicæ. Ovid. 3. Fast. 230.
Fratres OEbalii. Stat. 3. Silv. 2. 10.
Nepotes OEbalii. Sil. 12. 451.
OEBĂLUS, i. m. [Οἴβαλος] Argulii filius, rexque Laconiæ, qui a se Laconiam provinciam OEbaliam dixit.
Fuit & OEbalus, Telonis regis Caprearum insulæ prope Neapolim filius, & Nymphæ Sebethidis. Hæc Servius in Virg. 7. Æn. 733.
OEbale, quem generasse Telon Sebethide nympha Fertur.

O E C

OECHALIA, æ. f. [Οἰχαλία] Laconiæ pars, propinqua Thessaliæ, quæ OEchalia,

OEchaliæ nomen assumsit e civitate ejusdem nominis, quæ in illa erat. Ipsa vero civitas, teste Homero lib. e. Iliad. ab OEchaleo fluvio nomen accepit. In hac Eurythus regnavit, qui Herculi filiam Ionam ante promissam denegavit, ideo quod filius fuerat eum dahortatus, dicens ab Hercule & uxorem & filios esse interemptos. Quare illom & filios interemit, atque OEchaliam ejus urbem evertit. V. Virg. 8. Æn. 290. & Ovid. 9. Met. 136.

Inclyta OEchalia. Senec. Herc. OEth. 4.

OEclīdes, æ. m. patronym. [οἰκλείδης] Amphiaraus, Ovid. 8. Met. 317.

OEcŏnŏmus, i. m. [οἰκονόμος] Latine dicitur Administrator rei familiaris. Pro OEconomus in Jure Pontificio & Novell. Justinian. legitur passim Iconomus. Quam scriptionem defendunt Alciat. Parerg. 9. 3. & Gifan. apud Muret. a. Epist. 23. L. 14. C de Sacrosanct. Eccles. OEconomus est, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur. & l. 33. §. 4. C. de Episc. & Cler. Dispensator pauperum est œconomus Ecclesiæ.

OEconomia, æ. f. [οἰκονομία] Rei domesticæ administratio.

OEconomia, Dispositio, ordo, structura cujuscunque rei, per translationem. Cic. 6. Att. 8. Accepi tuas litteras, &c. iis igitur respondebo. Sic enim postulas. Nec οἰκονομίαν meam institutam, sed ordinem conservabo tuum. Hic ponitur pro Ordine, quem scribentes servamus. Vitruv. lib. 1. cap. 2. Architectura autem constat ex ordinatione, quæ Græce τάξις dicitur: & ex dispositione (hanc autem Græci διάθεσιν vocant) & eurythmia & symmetria, & decore, & distributione, quæ Græce οἰκονομία dicitur. Budæus.

OEconomia, etiam apud Oratores, Dispositio causæ dicitur. Quintil. 3. 3. Diligentior œconomia. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Perturbatior œconomia. Cic. 6. Att. 1. Sed enim οἰκονομία si perturbatior est, tibi assignato: te enim sequor σχεδιάζοντα. οἰκονομία, ordo & dispositio rerum quæ scribuntur. σχεδιάζοντα, scribentem non ordine, sed ut quidque in mentem venit.

OEconomĭcus, a, um. Adj. [οἰκονομικός] Ad rei domesticæ administrationem pertinens.

Apte & concione constitutus. Quintil. 7. 10. OEconomica totius causæ dispositio.

OEconomĭcus, i. m. Gubernendæ familiæ peritus. Cic. e. Off. 87. Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro, qui OEconomicus inscribitur. Colum. Præf. lib. 12. pr. Xenophon Atheniensis eo libro, P. Silvine, qui OEconomicus inscribitur, prodidit, &c. conf. Colemel. 11. 1.

OEconomica, orum. n. pl. [οἰκονομικά] Quæ ad rem domesticam ac familiarem pertinent. Unde Aristotelis œconomica dicuntur.

OEcus, i. m. [οἶκος] Græce, Latine Domus sive familia dicitur: e quo OEconomus. Ea voce utitur Plin. lib. 36. cap. 25. Item Vitruv. 6. 10. Constituuntur œci magni. Idem 6. 5. Quadrati. V. Lex. Pitisc.

OEcumĕnicus, a, um. Adj. [οἰκουμενικός] Universalis, & ad totum orbem pertinens. Unde, Concilium œcomenicum. οἰκουμένη enim, idem ait quod orbis terrarum, terra habitabilis. V. Conring. de Concil. th. 12. & D. Ziegler. Jur. Canon. p. 267. Episcopus OEcumenicus. V. Calixt. Apparat. p. 268.

OEcyaines, æ. m. Vir argivus, qui donavit Agamemnonem thorace pulcherrimo. Homer. Iliad. lib. 11.

OEdĭpus, i. & ŏdis. m. [οἰδίπους] Filius Laii regis Thebani, dum adhuc matris utero teneretur, & pater Laius Apollinem de nascitura prole consuleret, ab oraculoque percepisset debere se ab ea interfici, natum puerum pastori armentorum suorum occidendum tradidit: qui cum regium imperium exsequi cogeretur, parvuli pedes gladio perforavit, & vimine suspendit ad arborem, quasi inedia moriturum. Quod ipse apud Senecam in OEdipo testatur. Sed quum vagitu Phorbantem pastorem Polybii Corinthiorum regis, ad se puer traxisset, ille conscissis vinculis jam tumidum pedibus puerum cuidam largitus est: qui lætus ad Meropem uxorem Polybii regis liberis carentem pro magno munere detulit: illa una cum viro tanquam filium cælitus missum paterna caritate suscepit, & a pedum tumore OEdipodem nominavit. Cujus penultima brevis a poetis nostris poni consuevit, & declinatur OEdipus, hujus OEdipodis, Græce: Latine vero OEdipi, teste Prisciano lib. 6. & Donato. Hic quum semel Thebas pergeret, Sphinge comperta, ejus ænigma dissolvit, & monstrum interemit. Unde rerum obscurissimarum interpres postea dictus fuit. Davus sum, non OEdipus. Erasmus in Chiliad. OEdipi ingenium scite proponendis, simul & dissolvendis ænigmatum scrupis nobilitatum est, propter dissoluta Sphingia problemata, adeo ut in proverbium abierit ejus nominis appellatio. Velut apud Ter. Andr. 1. 2. 23. servus dissimulans intelligere quod herus dixerat: Davus, inquit, sum, non OEdipus. Id quod commutato nomine potest ad quemlibet accommodari, Paolus sum, non OEdipus. Antonius sum, non OEdipus. Quin ipsa per se figura proverbialis est, potestque ad eundem modum fingi ex quavis vel persona, vel re volgo nobilitata. Ut, Qui possim omnia meminisse? Petrus sum, non Lucullus. Qui possim tantis sufficere laboribus? Nicolaus sum, non Hercules. Qui potero rem tam duram persuadere? Ricardus sum, non Cicero. Erasmus. conf. Plaut. Pœn. 1. 3. 34.

OEdipŏdes, æ. m. [οἰδιπόδης] pro eodem dicitur. Stat. 8. Theb. 17.

— limes mihi carminis esto
OEdipodæ confusa domus. conf. Martial. 10. 4.

Impii OEdipodæ nuptiales faces. Senec. Herc. fur. d.

OEdĭpŏdĭonius, a, um. Adj. [οἰδιποδιόνιος] Ovid. 15. Met. 429.

OEdipodioniæ quid sunt nisi nomina Thebæ? conf. Lucan. 8. 407.

Fratres OEdipodionii. Stat. 10. Theb. 795.

OEdipodionides, patronym. m. [οἰδιποδιονίδης] Stat. 1. Theb. 313.

Interea patriis olim vagus exsul ab oris
OEdipodionides furtim deserta pererrat Aoniæ.

Diros OEdipodionides. Stat. 6. Theb. 426.

OEnadra, æ. f. [οἰνάγρα] Herba eadem quæ OEnotheros. Diosc. 4. 113.

OEnanthărion, i. n. [οἰνανθάριον] Unguentum œnanthinum est, teste Æginata, qui non ob id sic nominatum putat, quod œnanthen resipiat, quum sæpe fiat sine ea, sed a vino & floribus lilii.

OEnanthe, es. f. [οἰνάνθη] Flos lebruscæ, hoc est vitis silvestris, non tamen cujuslibet, (nam duæ sunt labruscæ species) sed ejus tantum, quæ solum florem, non etiam uvam profert. Colligitur quum optime olet, siccatur in umbra, substrato linteo, atque in cados conditur. Dicitur quasi οἴνου ἄνθος, hoc est vini flos. Plin. lib. 12. cap. 28.

OEnanthe, Herba. Plin. lib. 21. cap. 24. OEnanthe herba nascitur in petris, folio pastinacæ, radice magna, numerosa. Sunt qui putent esse eam, quæ volgo *Filipendula* dicitur: vocatamque OEnanthen, quod cum vino floreat. conf. Diosc. 3. 126.

OEnanthĭnus, a, um. Adj. [οἰνάνθινος] Quod ex œnanthe factum est. ut, OEnanthinum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4.

OEnantia, æ. f. [οἰνάντια] Urbs Sarmatiæ in Asia, Ptolemæo lib. 5. Hodie *S. Sophia.*

OEneātes, is. m. inter Vina transmarina numeratur, Plin. 14. 7. V. not. Hard.

OEneus, i. m. duarum syllab. [οἰνεύς] Calydoniæ rex & Deianiræ pater, de primitiis omnibus numinibus sacrificavit, excepta Diana, quæ irata aprum immisit, qui cuncta vastabat, donec a Meleagro, OEnei filio, occideretur. Hæc Servius. Ovid. 8. Met. fab. 4.

An felix OEneus nato victore fruetur?

OEnei partu edita. Periphrasis est Deianiræ OEnei filiæ. Cic. 2. Tusc. 20.

Quantum una vecors OEnei partu edita, &c.

OEneus, a, um. Adj. [οἴνειος] Ovid. 8. Met. 281.

Inquit, & OEneos ultorem spreta per agros
Misit aprum.

OEneïus, a, um. aliud Adj. [οἰνήϊος] ut, Heros OEneius. Stat. 5. Theb. 661.

OEnīdes, æ. m. patronym. [οἰνείδης] Ovid. 8. Met. 415.

At manus OEnidæ variet, &c. i. e. Meleagri filii OEnei.

Magnus OEneides. Stat. 5. Theb. 405.

OEnigĕna, æ m. Vino genitus. Fest. al. rectius, Oenigenas, Unigenitos. Quia antiqui oe pro u ponebant.

OEno, ônis. f. Una fuit ex filiabus Anii & Dorippes, quibus id impartiverat Dionysus, ut quicquid attigissent, in triticum statim verteretur & vinum, & oleum, unde dictæ Œnotropæ, quasi in novas formas omnia vertentes. Meminit Cæl. lib. 7. cap. 15. V. ŒNOTROPÆ.

OEnoanda, æ. f. Oppidum Cabaliæ, quæ Lyciæ regiuncula est, tria habens oppida, Balburam, Bubonem, & OEnoandam. Auctor Plin. lib. 5. cap. 27.

OEnochonos, [οἰνόχωνος] teste Herodoto, lib. 7. Fluvius in Thessaliam defluens, sicut & Peneus.

OEnoe, es. f. [οἰνόη] Vicus quidam Atticæ, quem qui incolebant, alveum quendam torrentis vicinum suis finibus incluserant. At ingruente immodica vi aquarum & ob id corruptis agris agriculturonem perdidere. Unde Prov. οἰνόη τὴν χαράδραν in eos facit qui sibi malum arcessunt, dum commoditatem quærunt. V. Erasm. Adag.

OEnŏgărum, i. n. [οἰνόγαρον] Condimenti genus ex vino & garo. Apic. 2. 31. & 3. 21. & 5. 8.

OEnogarātos, a, um. Adj. ut, Porcellus œnogaratus. Apic. 8. 7.

OEnŏmăus, i. m. [οἰνόμαος] Filius Martis, rex Elidis, & Pisæ, atque Hippodamiæ pater. hic victus a Pelope regnum amisit: totaque postea regio Peloponnesus a Pelope dicta est. Strabo lib. 8.

Alter fuit Peloponnesius, in bello Trojano ab Hectore interfectus, teste Homero.

OEnŏmĕli, [οἰνόμελι] Potio ex melle & vino austero, quam Latini Mulsum appellant. V. Dioscor. lib. 5.

OEnōne, [οἰνώνη] ut ait Strabo lib. 8. nomen Civitatis, & Nymphæ Phrygiæ, a Paride adamatæ. Ovid. de Rem. Amor. 457.

OEnŏphŏrum, i. n. [οἰνοφόρον] Vas ad ferenda vina aptum. Martial. lib. 6. 89.

Reddidit œnophori pondera parva sui. Cic. 2. de Finib. 23.

Quibus vinum diffusum e pleno sit œnophoro, ut ait Lucilius. Quædam exemplaria legunt Hirsiphon. V. ANOCÆUS.

OEnophŏros, i. m. [οἰνοφόρος] Minister vinum ferens, vel poculum vini inferens. Plin. lib. 34. cap. 8. Praxiteles fecit Stephusam, Spilumenen, OEnophorum, Harmodinos, &c. Hard. femin. potat.

OEnŏpia, æ. f. [οἰνοπία] Insula est, quæ alio nomine Ægina dicitur. V. ÆGINA. Ovid. 7. Met. 472.

OEnopiam veteres appellavere, sed ipse
Æacus Æginam genitricis nomine dixit.

OEnopius, a, um. Adj. [οἰνόπιος] ut, Muri OEnopii. Ovid. 7. Met. 490.

OEnopōla, æ. m. [οἰνοπώλης] Venditor vini. &

OEnopolium, i. n. [οἰνοπώλιον] Taberna vinaria. Plaut. Pseud. 2. 4. 52.

Quis in corde instruere quondam cœpit œnopolium. Quo loco Turnebus legendum censet Thermopolium, quomodo & in emendatis libris excusum est. Idem Asin. 1. 3. 18.

Quum a pistore panem petimus, vinum ex thermopolio.

OEnoptæ, [οἰνόπται] in Græcorum conviviis dicebantur, Quorum officium erat dare operam, ut ex æquo biberetur. V. Cæl. Rhodig. num lib. 28. 6. & Henr. Steph. Thes. Gr.

OEnotria, æ. f. [Οἰνωτρία] Regio est Italiæ. Nonnulli vero ipsam Italiam sic perhibent ab OEnotro Arcade, ut refert Pausanias lib. 8. Hisander vero lib. 13. a vini bonitate appellatam sic esse ait. Gentile nomen est OEnotrus, & OEnotrius. Hæc Stephanus, qui OEnotriam Græce Οἰνωτρίαν per ω in medio scribit, ut mirum sit apud Latinos poetas correptam inveniri. Et fortasse apud quosdam OEnotri interdum, non OEnotrii legendum esset, quod apud Silium Italicum ubique observatum vidi. V. supra in dictione ITALIA.

OEnotrius, a, um. Adj. [οἰνώτριος] ut,
Pubes OEnotria. Sil. lib. 12. 650.
Tellus OEnotria. Virg. 7. Æn. 85.
Vini. Virg. 2. Æn. 536.

OEnotrus, a, um. aliud Adj. [Οἰνωτρός] ut,
Fines OEnotri. Sil. lib. 13. 51.
Oræ OEnotræ. Sil. lib. 8. 228.

OEnotrides, [Οἰνωτρίδες] dictæ sunt duæ Insulæ, quæ sunt contra Veliam, Pontia scilicet & Iscia. Plin. lib. 3. cap. 7.

OEnotropæ. V. ŒNOTROPÆ.

OEnus. Germaniæ fluvius, ex Alpibus Rhæticis ortus, Danubio incidens, vulgo dictus *Inn.*

OEnussæ, [οἰνοῦσσαι] Tres insulæ sunt, ante Messenen Peloponnesi orbem, quarum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Est item OEnussa, Exigua insula, Chio adjacens. Plin. lib. 5. cap. 31.

OEsipœum, [οἴσιπον] Genus calceamenti muliebris, Polluci lib. 5. cap. 16. ubi Gualtherus vertit Monile.

OEstrum, i. n. [οἶστρος] Græce, Latine Furor dicitur, unde Statius vocat OEstrum laurigerum, Poeticum furorem, lib. 1. Theb. 32.

Tempus erit, quum laurigero tua fortior œstro
Facta canam.

OEstrum etiam Latine Asilus dicitur, volatile parvum, vulgo *Tabanus*, ut ait Servius, ex soni similitudine dictus. Virg. 3. Georg. 148.

Est lucos Silari circa, &c. Columel. lib. 9. cap. 14. scribit nasci in extremis partibus favorum amplioris magnitudinis, quam sunt apes ceteræ, eosque nonnulli putant esse reges. Verum quidam Græcorum auctores οἴστρους appellant, ab eo quod exagitent, neque patiantur examina conquiescere.

OEsus, pro Usus. Cic. 3. de Legib. 10. At si quid erit quod extra magistratus cœratione œsus sit. i. e. Curatione sit opus. Nam prisci non raro pro u. œ posuerunt, ut pro munire, mœnire; pro mutuus, mœtuus; pro murus, mœrus; pro uti, œti. Festus, Ex ponderibus publicis, quibus hac tempestate populus œtier solet. Martianus Capella tamen esse putat Oisus scribendum. Nam de littera I disputans, I copulatur, inquit O litteræ in nomine Jovis, & Oinone: Oisus etiam dicitur. Sic enim veteres Usum dixerunt. In exemplaribus apud Ciceronem legitur Hesus: sed Turnebi consilio reponi debet œsus, ut supra scripsimus.

OEsyma, es. [Οἰσύμη] Oppidum est in Thracia, sive in ea Macedoniæ parte, quæ Thraciæ proxima est, non procul a Philippis & Neapoli. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 11.

OEsypum, i. n. [οἴσυπος] dicitur Pinguedo collecta in lana succida. Ovid. 3. de Arte Am. 213.

OEsypa quid redolent, quamvis mittantur Athenis,
Demptus ab immundæ vellere succus ovis? Plin. lib. 29. cap. 2.

Quin ipsæ sordes pecudum, sudorque feminum & alarum adhærentes lanis (œsypum vocant) innumeros prope usus habent. Dicitur etiam lana succida & sordida, jam primum ab ovibus detonsa, nondum mundata, sed quæ adhuc cum sudore est, & sordibus, Græce οἴσυπη, καὶ οἴσυπος. Legitur apud quosdam OEsipa, apud alios OEsopa, utromque male, ut opinor. OEsypom dicitur, quasi οἰὸς ῥύπος: id est, ovis sordes.

OEta, Mons Doridos, apud Plin. lib. 4. cap. 27. & lib. 35. cap. 11.

OEta, sive OEte, [Οἴτη] Mons inter Thessaliam & Macedoniam, clarus morte & sepulcbro Herculis, in quo (ut Servius inquit) stellæ videntur occidere, sicut de Ida nasci: & ubi elleborum optimum nascebatur, ut refert Plin. lib. 25. cap. 5. A Parnasso usque Pindum pars in Thermopylas vergens, proprie OEta vocatur. Quidam addunt aspirationem OEtha.

Ardua OEte. Ovid. 9. Met. 204.
Alta. Ovid. 9. Met. 230.
Frondosa. Stat. 4. Theb. 158.
Nemorosa. Ovid 9. Met. 168.
Tibi deserit Hesperus OEtam. Virg. 8. Ecl. 30.

OEtæus, a, um. Adj. [Οἰταῖος] unde Hercules OEtæus dictus est.
OEtæi ignes, pro Stellis. V. Noctifer, in nox.
Juga OEtæa. Propert. lib. 1. 13. 24.

OEthyni, Populi sunt juxta Pontum. Perottus.

OEtoscyros, lingua Scythica, Apollo dicebatur.

OEtum, Herba est Ægypto peculiaris, de qua sic Plin. lib. 21. cap. 15. de Ægyptiis loquens, Mandunt, inquit, & œtum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna. Turnebus eam esse putat, quæ a Theophrasto οἴσυον dicitur. Sed & Hesychius scribit οἴσυον φυλλάριον ὑπ' αἰγυπτίων ... Fortassis igitur apud Theophrastum οἶτον non οἴσυον scribendum.

OEtus, [Οἶτος] frater Ephialtis gigantis, filius Aloei: quorum meminit Virg. 6. Æn. 582. Hic pognavit in Creta, ut Salluftius refert. Unde OEtii. Hic Servio & aliis vocatur Othus.

O F F

Offa, æ. f. Festus, Penitam offam Nævius appellat absegmen carnis cum coda. Antiqui enim offam vocant abscissum globi forma, ut manu glomeratam poltem. Juven. 2. Stat. 33. De aborru Juliæ Titi F.

— & patruo similes effunderet offas.

Nigra in facie tumidis livoribus offa. Juven. 16. Sat. 11.

Offa, Cibarium ex frustis panis in jure pingui, caseo vetere, pipere & cinnamomo conditis, quæ jussulata & caseata dicitur. Perottus Offa, & pultem significat, & quicquid est in pultis modom redactum. Virg. 6. Æn. 420.

Melle soporatam & medicatis frugibus offam Objicit. Potest etiam fieri offa ex aliis rebus. Varr. lib. 3. de R. R. cap. 5. Cibatui offas positas: hæ maxime glomerantur ex ficis & farre milto.

Offa, Massa. Plin. lib. 9. cap. 48. de lepore marino, in nostro mari offa informis, colore tantum lepori similis.

Convolutum in offas. V. convolvo.

Offa & Massa promiscue utitur Columel. lib. 12. cap. 38.

Offæ quibus aves sagioatur. Colomel. lib. 8. cap. 7.

Objicere offam. Cic. 1. de Divin. 27. Necesse enim est, offa objecta, cadere frustum ex pulli ore, quum pascitur.

Cadit offa ex ore pulli. Cic. 2. de Divin. 63.

Pultis offa. Cic. 2. de Divin. 72. Nunc vero inclusa in cavea, & fame enecta, si in offam pultis invadit, &c.

Offæ panis. Columel. lib. 8. cap. 9.

Offæ ficorum. Columel. lib. 12. cap. 15.

Carminis offæ. Pers. 5. Sat. 5.

Offŭla, æ. f. diminut. Suet. in Claod. cap. 40. Rogo vos, quis potest sine offula vivere?

Offula dicta, ot offa minima in sue. Auctor Varr. lib. 4. de L. L. 22.

Ofella, æ. f. aliud dimin. simplici f scribendum esse docet Servius, quia primam syllabam corripit contra ptimitivi oaturam: Frustulom carnis. diciturque Ofella porcina a porco, qoam in sartagine, craticula & pronis coquimus: Vitulina, a vitulo, quam ad ignem verubus versantes, ad escam paramus. Martial. lib. 14. 227.

Parva tibi curva craticula sudet ofella. Juven. 11. Sat. 144.
— at rudis omni
Tempore & exiguæ frustis imbutus ofellæ.

Offarcinātus, V. Offarcio.

Offractio, Offractor, Offractus, V. offrico.

Offendo, di, sum, [προσκόπτω] ĕre. compositum ex Ob & Fendo, quod non est in usu; Incurrere in aliquid, atque incidere significat. Ter. Eun. 5. 9. 34.

Si in platea hac te offendero post unquam, nihil quod dicas mihi, Alium quærebam, iter hac habui, peristi.

Scopulum offendere. Cic. pro Rusc. Amer. 79. Restare tibi videbatur servorum oomen, quo, quasi in portum rejectus a ceteris suspicioolbus, confugere posses: ubi scopulum offendis ejusmodi, ut non modo ab hoc crimen resilire videas, verum omnem suspicionem in vosmet ipsos recidere intelligas. Hic per translationem.

Puppis offendit in scopulis. Ovid. 4. de Poot. 14. 22.

Offendere ad Quintil. lib. 6. cap. 3. An non plurima κατ' ὑπερβολὴν dicuntur? quale refert Cicero de Memmio homine prælongo, Caput eum ad fornicem Fabii offendisse.

Offendere ad stipitem. Columel. lib. 2. cap. 3.

Offendere ad Africam. Liv. 28. 43. Tanquam M. Atilius primo accessu ad Africam offenderit. [Locum apposui, ut appareat præp. ad τὸ Accessu referri, & Offendere absolute poni, pro ἀποτυχεῖν.

Offendere, Læsionem & offensiooem accipere ex aliqua re in aliqoam corporis partem. Columel. lib. 5. cap. 9. Deinde arando ne coxam bos, aliamve partem corporis offendat.

Latus offendere. Cic. pro Cluent. 175. Cecidisse ex eqno dicitur, & homo infirma valatudine latus offendisse vehementer.

Defendere & Offendere, inter sese adversa sunt, quorum alterum significat ἀμύνειν ἔχει: alterum ἐπιτιθέναι ..., Ex Gell. lib. 9. cap. 1.

Offendere, Lædere, Nocere, ut
Aciem oculorum. V. acies.
Lumen exstinctum offendit nares nidore. Lucret. lib. 6. 793.

Aliquem offendere, Lædere animum ejus. [βλάπτειν, ἀδικεῖν] Suet. in Claud. cap. 26. Priorem, quod parentes ejus Augustum offenderant, virginem adhuc, repudiavit.

Amicum in nugis. Hor. de Arte Poet. 451.

Animum offendere alicui. Cic. 4. Att. 15. Veritas est pusilla, quæ nunc laborat, ne animum Poblio offenderet.

Animos bonorum offendere in re aliqua. Cic. 2. Q. frat. 3. In Pompejo defendendo animos bonorum offenderent.

Animus meus multis rebus offenditur. Cic. 1. Fam. 9.

Contumelia aliquem. Cic. 6. Att. 3.

Existimationem alicujus. Cic. 3. Fam. 8. Hos ego sermones, quod & multi sunt, & tuam existimationem, ut ego sentio, non offendunt, lacessivi nunquam, sed non valde repressi.

Pectora offenduntur facto aliquo. Ovid. Rem. Amor. 427.

Sensum aliquorum. Cic. 1. Fam. 9. [Hic est ἐπιτυγχάνειν.

Vitio alicujus offendi. Cic. 2. de Invent. 4.

In aliquo aliquem. Cic. 3. Fam. 8.

Offendi. Cic. 2. Fam. 16. Ille si omnibus est malevolus, quod nunquam existimavi, minus offendor in me: sin autem a me est alienior, nihil tibi litteræ meæ proderunt.

Offendebatur, cum Infinitivo, pro Graviter ferebat. Suet. Octav. cap. 89. Componi tamen aliquid de se, nisi & serio, & a præstantissimis, offendebatur.

Offendere in aliquo. Cic. 1. Q. frat. 1. 11. Sed si quis est, in quo jam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris. i. e. Spe & existimatione, quam de eo conceperas, deceptus fueris.

Offendere in arrogantiam. Cic. 2. de Invent. 5. Quod si in ceteris quoque studiis a multis eligere homines commodissimum quodque, quam sese uni alicui certo vellent addicere: minus in arrogantiam offenderent. i. e. Inciderent. Budæus. Al. In atrogantia.

Offendere aliquid in aliquo. Cic. pro Milon. 99. Qoæ si vos cepit oblivio, aut si in me aliquid offendistis. i. e. Si vos læsi vel fefelli. Budæus.

Offendit me loci celebritas. Cic. 14. Fam. 1. Sed si me offeodet loci celebritas, alio me conferam, ad te scribam.

Offendit eos noster labor. Cic. 1. de Finib. 3. Sic isti curiosi, quos offendit noster minime nobis injucundus labor.

Offendere, Peccare, errare. Cic. 9. Fam. 2. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam iocurrat?

Offendere apud judices. Cic. pro Cluent. 63. Postremo certe potius illum qui bis apud eos judices offeodisset, quam eum qui bis causam iis probavisset. i. e. Damnatus esset, contrariam sententiam tulisset. Budæus, Offendit apud judices is, de quo male judicatur, id est, qui damnatur.

Offendere aliquid in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 129. Nihil enim est tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quam id in quo aliquid offenderis.

Offendere, pro Infeliciter agere. Cic. 7. Verr. 131. Quum multi viri fortes, in communi incertoque periculo belli, & terra & mari sæpe offenderint. coof. paulo supra not.

Offensum esse, imperfonaliter dicitur, quum aliquid secus accidit, qoam sperabamus, ut air Budæus. Cic. 1. Fam. 7. Si cecidisset ut volumus, & optamus, omnes te & sapienter & fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdem illos & cupide & temere fecisse dicturos.

Offendere, [ἐπιτυγχάνειν] Invenire, sed præter opinionem. Ter. Heaut. 2. 3. 44.

Texentem telam studiose ipsam offendimus. Idem Hec. 3. 1. 45.
Quooam modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam?

Imperatum aliquem offeodere. Cic. 2. Fam. 2. conf. supra.

Offendans, entis. Partic. [βλάπτων] Qui offendit.

Offendens, pro Offensus videtur usurpatum a Gellio, lib. 9. cap. 15. Aderat nobiscom ibi Juliani sectator, juvenis promptus & proficiens, & offeodens jam in eo, quod ille apud Juliani aures in præcipiti stare, & subitaria dictione periculum sui facere audebat.

Offensus, a, um. Partic. [βεβλαμμένος] Læsus. Liv. 7. 36. pr. Miles offenso scuto præbuit sonitum. Plin. lib. 7. cap. 53.

Pede offenso procumbere. Ovid. 2. Fast. 720.

Limina offensa. i. e. Ad qoæ cæcus offendit. Quintil. Decl. 1.

Pergraviter offensus. V. pergravis.

Vehementer a quibusdam offensus. Cic. 15. Att. 8.

Damnis offensus. Hor. 1. Epist. 7. 88.

Vitiis. Ovid. 10. Met. 244.

Nolo

Nolo offensum. V. NOLO.
Deos offensos mereri. Ovid. 21. Epist. 48.
Hominem sibi offensum sublevare. Cic. 10. Fam. 18.
Alienatus & offensus animus. Cic. 1. Att. 14.
Offensa voluntas populi. Cic. 5. Tusc. 10. Id si propter alienam & offensam populi voluntatem malum est, quam sit ea contemnenda, paulo ante dictum est. Nepos, 10. 7. 3. Offensa in eum militum volontate.
Offensus, Adj. nonnunquam actionem significat, nimirum Qui offendit, qui peccavit. ut, Offensa forma. Hor. Epod. 15. 15.
Nec semel offensæ cedet constantia formæ,
Si certus intrarit dolor. i. e. Nec, si certo, & vero dolore affectus fuero, constantia mea, quæ me diu tuos mores, tuamque injuriam perferre coegit, cedet tuæ formæ semel offensæ, id est, quæ semel offenderit, quæ semel peccarit, quæ mihi semel offensa atque invisa, dum alios amas, fuerit. Ea autem est interdum nominis Offensus significatio apud bonos scriptores. Alii aliter accipiunt. V. Lambinum.
Offensus alicui, nomen, pro Inviso. Suet. Jul. cap. 19. Pompejum affectatur est, offensum Patribus, quod Mithridate victo, &c. [Immo pro Infenso. q. d. Offensum a patribus, & eo iratum ipsis. V. paulo infra simile exempl. ex Cic. 10. Fam. 18. & plura in Compar.
Invidiosus & offensus. Cic. pro Cluent. 158. Si quæ apud vos causa hujusmodi delata sit a jus qui lege non teneatur, etiamsi is invidiosus, aut multis offensus esse videatur, etiamsi eum oderitis, &c.
Invidiosus & offensus ordo Senatorius, i. e. Odiosus & invisus, inquit Budæus. Cic. 5. Verr. 145. O miserum atque invidiosum, offensumque paucorum culpa atque indignitate ordinem Senatorium.
In offenso esse. Lucret. lib. 3. 954.
Offensus, pro Infenso & irato, propterea quod qui offensi & læsi sunt, irasci solent. Cic. 10. Fam. 18. Si hominem offensum mihi, conjunctum cum Repub. non sublevassem.
Offensior, pro Irato. Cic. 1. Att. 4. Quod ad me scribis de sorore tua, testis erit tibi ipsa, quantæ mihi curæ fuerit, ut Quinti fratris animus esset is, qui esse deberet: quem quum esse offensiorem arbitrarer, eas litteras ad eum misi, quibus & placarem ut fratrem, & monerem ut minorem, & objurgarem ut errantem. Idem pro Cluent. 172. Eine igitur, quem sibi offensiorem, Oppianico familiarissimum sciebat esse, potissimum & suum scelus & illius periculum committebat? Suet. Vitel. cap. 14. Nullis offensior quam vernaculis.
OFFENSUM, i. n. [βλασφημία] Cic. 1. de Invent. 92. Offensum, est quod eorum, qui audiunt, voluntatem lædit.
OFFENSA, æ. f. [ἀπέχθεια] fere active sumitur: estque ejus qui offendit, Offensio contra ejus, qui offenditur, ut ait Valla. Quintil. lib. 6. cap. 6. Idem quum offensam vereretur, si objurgaret populi segnitiem. i. e. Ne populum Atheniensem offenderet.
Offensæ principum. Tacit. 3. Hist. 35. Satis patuit iis, qui principum offensas acrites speculantur.
Leves offensæ. Suet. Claud. cap. 26.
Offensa, Gratiæ opponitur. Quintil. lib. 4. cap. 2. Verum hoc omittamus, ne minus gratiæ excipiendo recta, quam offensæ reprehendendo prava mereamur.
Periculosa potentium. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Habere offensam. Quintil. lib. 9. cap. 2.
Mereri, i. e. Committere aliquid quo alius offendatur. Ovid. 4. de Pont. 1. 16.
Ah! pudet offensam non meruisse prius.
Respuere offensas, Oblivisci injuriarum. Claud. 2. in 2. Cons. Stil. 43.
Esse in offensa apud aliquem, pro Offendisse. Cic. 9. Att. 2. Quod negas te dubitare, quin magna in offensa sim apud Pompejum hoc tempore, non video causam cur ita sit hoc quidem tempore.
Suscipere offensam & subire. Plin. 2. Epist. 18.
Vereri. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Vindicare suas offensas nece. Ovid. 3. Trist. 8. 40.
Sine offensa vivere cum uxore. Plin. 8. Epist. 5.
Sine gustus offensa, Sine fastidio. Columel. lib. 12. cap. 21.
Offensa, pro Morbi veteris motiuncula, seu Recidiva, ut vocant. Sen. Epist. 7. pr. Quod ægris evenit, quos longa imbecillitas usque adeo affecit, ut nunquam sine offensa proferantur.
Sentire offensam in cœna. Cels. lib. 1. cap. 6.
Offensa, passive. Paterc. lib. 2. de Cn. Pompeje, Amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, in accipienda satisfactione facillimus.
OFFENSIO, ōnis. f. [πρόσκομμα, προσκοπή] ut,
Pedis offensio. Cic. 2. de Divin. 84.
Asperitas & Offensio. Cic. de Univers. 25. Id ita tornavit ut nihil effici possit rotundius, nihil ut asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil inclusum angulis, nihil anfractibus. i. e. Nihil quod offendere posset.
Offensio est pæne idem quod Invidia, [φθόνος] id est Odium publicum & prava existimatio. Cic. 2. Verr. 23. Aperte ab judicibus petit, ut tu mihi anteponare: & ait hoc se honeste, sine ulla invidia, ac sine ulla offensione contendere.
Offensio & Benevolentia, contraria. Cic. pro Muren. 41. Qua in forte sapiens Prætor, qualis hic fuit, offensionem vitat æqualitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi.
Offensio & Gratia, contraria. Plin. lib. 19. cap. 1. Quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet.
Vitiosam offensionem atque fastidium ad res certas habere. Cic. 4. Tusc. 23.
Hominum offensio, Nocumentum & impedimentum quo aliis nocemus, & alios offendimus. Cic. 1. Verr. 42. Quæ quum cogito, jam nunc timeo, quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici, infensique sunt, & exspectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui possim.
Ordinis totius offensio, pro Offensa, active. Cic. 1. Verr. 9. In hac libidine hominum nocentissimorum, in Populi Romani quotidiana querimonia, judiciorum infamia, totius ordinis offensione, quum hoc unum his tot incommodis remedium esse arbitrarer, &c.
Accendere offensiones. V. ACCENDO.
Accipere offensionem, & Deponere, contraria. Cic. 1. Att. 14. V. ACCIPIO.
Afferre. V. AFFERO.
Cadere in. V. CADO.
Conflare gravem offensionem, & magnum odium. Cic. 1. de Invent. 100.
Conjectare vultu. Tacit. 1. Ann. 32.
Effugere alicujus. Cic. 4. Fam. 4.
Excipere. Cic. 1. de Invent. 30.
Fit offensio. h. e. Molestia. Varr. 1. de R. R. cap. 17.
Habet offensionem hæc res apud aliquos. Plin. lib. 19. cap. 1.
Incurrere in odium & offensionem aliquorum. Cic. 2. Verr. 35.
Lenire. Cic. 1. de Invent. 30.
Moveri offensione turpitudinis, pro Offendi turpitudine. Cic. 5. de Finib. 62. Quis est tam dissimilis homini, qui non moveatur & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis?
Obliterare. V. OBLITERO.
Obliterare privatam. Cic. Post red. in Sen. 20. Publici mei beneficii memoria privatam offensionem obliteraverunt.
Esse offensioni, Molestiam adferre. Cic. 13. Att. 23. Omni tibi asseveratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi majori offensioni esse, quam delectationi possessiunculas meas.
Sublevare offensionem. Cic de Amicit. 88. Una illa sublevanda offensio est, ut & utilitas in amicitia, & fides retineatur.
Sumere offensionem. Cic. 5. Att. 1. Ut etiam, si qua fuerat ex ratione sumpta offensio, non appareret.
Suscipere invidiam atque offensionem apud populum. Cic. 4. Verr. 137. Quisquam dubitabit quin tu istam apud populus provinciæ istius invidiam atque offensionem, non ambitionis, neque beneficiorum collocandorum, sed pecuniæ conciliandæ causa susceperis?
Timere labores & molestias offensionum & repulsarum quasi quandam ignominiam & infamiam. Cic. 1. Off. 71.
Vitare offensionem negligentiæ atque effugere. h. e. Crimen & culpam. Cic. 3. Verr. 102. In quibus non dubito quin offensionem negligentiæ vitare atque effugere non possim.
Offensio, pro Casu adverso in rebus agendis, ut Cic. 1. Fam. 7. Offensionem esse periculosam, propter &c. video.
Belli offensiones, Damna accepta. Cic. pro Lege Manil. 28. Cujus adolescentia ad scientiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis: non stipendiis, sed triumphis est traducta.
Offensio, Læsio ex morbis, ut Offensa.
Graves offensiones ex. Cic. 16. Fam. 12. Graves solent offensiones esse ex gravioribus morbis, si qua culpa commissa sit.
Odiosa. Cic. de Senect. 65. In fragili corpore odiosa omnis offensio est.
OFFENSIUNCŬLA, æ. f. [βλαβίδιον] dimin. Parva noxa. Cic pro Planc. 51. Vidit M. Pisonem &c. in ista Ædilitate offensiuncula accepta, summos a Populo Rom. esse honores adeptos. Idem 13. Epist. 1.
OFFENSUS, ūs. m. [πρόσκομμα] Idem quod Offensa. Lucret. lib. 6. 332.
Non igitur multis offensibus in temerando. Senec. Epist. 108.
Per hujusmodi offensus emetiendum est confragosum hoc iter. Macrob. 2. 9. Offensu fortuito.
Offensus, [ἀπάντησις] Occursatio, quum inter se offendunt atomi. Lucret. lib. 2. 223.
Nec foret offensus natus. I. e. Nec corpora prima unquam inter se offendissent, & conflixissent. Lambinus. Idem 4. 359.
Cogit hebescere eum crebris offensibus aer. Idem 3. 955.
Vitaque in offenso est. conf. Idem 6. 332.
OFFENSOR, ōris. m. Qui offendit. Arnob. lib. 7. Iras ac animos ponant & in gratiam suis cum offensoribus redeant.
OFFENDĬCŬLUM, i. n. [προσκομμάτιον] Impedimentum, obstaculum. Plin. 9. Epist. 11. Sunt enim in hac offendicula nonnulla: circumfer oculos, & occurrent.
OFFENDĪMENTUM, i. n. Idem quod Offendix. Festus. V. seq. dict.
OFFENDIX, īcis. f. Ligaturæ nodus quo apex retinebatur. Festus, Offendices ait esse Titius ligaturæ nodos, quibus apex retineatur & remittatur: at Veranius choriola existimat quæ sint in loris apicis, quibus apex retineatur & remittatur, quæ ab offendendo dicantur. Nam quum mentum proventum est, offendit mentum. Al. Offendimentum.
OFFENDO, inis. f. Offensio. Antiquum. Afran. Vopisco, Quoque nunc offendo sæpe procul nostra sit mala. Ex Nonio 2. 608. [Fortassis Offendio scribendum.
OFFENSIBĬLIS, e. Adj. Lactant. 4. 26. Offensibilibus & caducis gressibus incedere. [Forte Offensabilibus.
OFFENSO, [προσκρούω] āre. frequentat. ab Offensum supino verbi Offendo. Liv. 25. 37. Flere omnes repente, & offensare capita. conf. Lucret. 6. 1051.
Offensando, [τῷ προσκρούειν] Lucret. lib. 2. 1058.
— & ipsa
Sponte sua forte offensando semina rerum, &c.
OFFENSANS, antis. Partic. [προσκρούων] Quintil. lib. 10. cap. 7. de extemporali dictione loquens, Si non intersistentes offensantesque, brevia illa atque concisa singultantium modo ejectari sumus.
OFFENSĀTIO, ōnis. f. Sen. de Benef. 5. 25. Offensationes memoriæ labentis. Plin. 28. 16. Subtriti contusique offensatione. Quintil. 11. 3. Offensatione commoneri.
OFFENSĀTOR, ōris. m. [προσκοπτικός] Qui offendicula incurrere solitus est: ut, Offensator equus. Quintil. lib. 10. cap. 3. de dictandi modo loquens, At idem ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo, velut offensator, fuerit, inhibetur cursus. Offensatorem appellat, qui in legendo identidem resistit, aut potius qui perperam legit.
OFFENSĀCŬLUM, i. n. Lactant. de Opificio Dei, cap. 1. Summa ergo prudentia est pedetentim incedere, quoniam adversarius noster offensacula pedibus latenter opponit. Prudent. Psych. 485.
Cæcum errare sinit, perque offensacula multa
Ire. Apul. 9. Met. pr. Crebris offensaculis & assiduis lapsibus jam contusis cruribus meis.
OFFARCIO, si, tum, [ἐμπλέω] īre. Implere. Hinc
OFFERTUS, a, um. Partic. [ἐμπλέως] Plenus. Plaut. Asin. 2. 2. 17.
Maximas opumitates gaudioque offertissimas. Al. Opimitates.
Offertissimus, pro Pinguissimo. Plaut. Capt. 4. 1. 8.
Sine sacris hæreditatem sum adeptus offertissimam. Al. Aptus effertiss.
OFFARCINATUS, a, um. Partic. ab Offarcino. Tertull. advers. Marcion. 4. 24. Profectio oneribus offarcinata. conf. SUFFARCINATUS.

OFFERO, offers, obtuli, oblatum, [illegible] offerre. Exhibere, sive quod a barbaris dicitur *præsentare*. Ter. Hec. 5. 3. 10.
Parmeno, opportune te offers, propere curre ad Pamphilum. Cic. 2. Att. 22. Quod fors obtulerit, id acturus videatur.
Peropportune offerre. V. PEROPPORTUNUS.
Alicui offerre quod ipse sibi optare deberet. Cic. pro Cluent. 117.
Offerre aliquid in lusum. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Offerre, Polliceri. Horat. lib. 1. Epist. 1. (63.)
Nænia, quæ regnum recte facientibus offert. Dixerat Rex eris. H. St. Alibi Deferre. V. in OCULUS.
Accessus tellus obtulit faciles puppibus. Lucan. lib. 3. 44.
Adventum offerre. Ter. Hec. 3. 3. 10.
Auxilium. Cic. 6. Verr. 107. Multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxilium ejus oblatum est.
Beneficium. Cæs. 6. Bell. Gall. 41. extr.
Caput obvius ipse obtulit leto. Lucret. lib. 3. 1054.
Caput offerendum leto. Senec. Medea, 7. 2.
Caput vilitati & periculis. Plaut. Capt. 2. 1. 34. Cic. pro Sull. 84. Caput meum obtuli periculis omnibus.
Crimen offerre, pro Criminari. Cic. de Amicit. 66. Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis.
Incendium. Cic. pro Domo, 62. Domus ardebat in palatio, non fortuito, sed oblato incendio.
Injuriam. Ter. Hec. 5. 1. 13.
Jusjurandum. Suet. de Claris Rhet. 5. Quintil. lib. 5. cap. 6. Jusjurandum litigatores offerunt suum.
Luctum alicui. Catul. Argon. 62. 247.
Mœrorem. Plaut. Casin. 3. 5. 50. Ter. Hec. 3. 1. 1.
Nemini ego plura acerba esse ex amore homini unquam oblata credo.
Majestatem suam contumeliæ. Liv. 3. 11.
Mendicitatem offerre. Plaut. Rud. 2. 6. 30.
Metum. Cic. 15. Fam. 1. Neque multi sunt, & diffugiunt qui sunt, metu oblato.
Moram offerre, Remorari. Plaut. Pseud. 1. 3. 17.
— sunt colloqui
Qui volunt te. BA. quis est, qui moram occupato molestam obtulit?
Mortem hostibus offerre. V. MORS.
Occasionem. Cic. pro Lege Manil. 4. Occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur.
Officium alicui. Lucan. lib. 9. 64.
Opem obtulit invito. Ovid. ad Liv. 420.
Operam ultro. Liv. 40. 25.
Optatum. Ter. Adelph. 5. 9. 21.
Di tibi, Demea, omnes semper omnia optata offerant. Al. Afferant.
Os suum, non modo ostendere, sed etiam offerre. Cic. pro Rosc. Amer. 87.
Oscula alicui. Tibul. 1. 4. 55.
Religionem offerre, Injicere scrupulum. Cic. 10. Fam. 12. Recitatis literis oblata religio Cornuto est.
Se offerre. Cic. 2. de Lege Agrar. 12. Finem feci offerendi mei: ne forte mea sedulitas, aut seditiosa, aut impudens videretur.
Ultro se offerre & polliceri. Cic. pro Flacc. 24. Ultro mehercules se mihi etiam offerentes, ultro pollicentes rogavi.
Profiteri, offerre se, & polliceri. Cic. 1. Q. frat. 2. 15. Nostræ tamen causæ non videntur homines defuturi. Mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur.
Occurrere, offerre se, & non vocatum respondere. Cic. 3. de Orat. 189.
Offerre se ad mortem pro patria. Cic. 1. Tusc. 32.
Se alacrem. Cic. 5. Att. 13. Verum tamen, quum de Cumanis venissem cum imperio, Græci quasi Ephesio Prætori se alacres obtulerunt.
Offerre se alicui, pro In conspectum ejus prodire. Cic. 3. Att. 10. Quem ego, &c. vitavi ne viderem, ne aut illius luctum squaloremque aspicerem: aut ne, quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi afflictumque offerrem. De Quinto fratre. Budæus.
Gratulationi se. Cic. 9. Att. 4.
Ignotum se venientibus. Virg. 2. Æn. 59.
Offerre se & salutem suam in discrimen pro statu civitatis. Cic. pro Sext. 61.
Se in societatem gloriæ alterius. Cic. pro Marcell. 7. Quin etiam, illa ipsa rerum humanarum domina, Fortuna in istius se societatem gloriæ non offert: tibi cedit.
Se inter viam offerre. Cic. 4. Att. 3. Si se inter viam obtulerit, occisum iri ab ipso Milone video.
Invidiæ periculisque omnibus pro salute aliquorum se. Cic. 3. in Catil. 28.
Melioribus se. Hor. 2. Epist. 2. 68.
Offerre se ultro morti. Cæs. 7. Bell. Gall. 77.
Morti pro te toties me obtuli. Cic. pro Milon. 95.
Acriter se morti offert vir fortis. Cic. pro Milon. 93.
Negotiis alienis se. V. NEGOTIUM.
Si nihil se offert, quod sit probabilitati illi contrarium, &c. Cic. 4. Acad. 99.
Se obvium alicui. Ter. Adelph. 3. 2. 24.
Offerre se periculis sine causa. Cic. 1. Off. 83.
Offerre se prælio. Cæs. 3. Bell. Civil. 73.
Pro omnium salute se. Cic. in Pison. 21.
Offerre se, pro Opponere. Cic. ad Brut. 15. Romam ut veni, statim me obtuli Antonii sceleri atque dementiæ.
Temeritatibus se. Cic. pro Sext. 61.
Spem offerre, pro Dare spem. Cæs. 6. Bell. Gall. 34.
Stuprum offerre, Stuprare. Cic. 3. Off. 38. Reginæ stuprum obtulit. Correctiora exemplaria legunt Intulit. Idem 2. Philipp. 99. Hanc tibi esse cum Dolabella odii causam ausus es dicere, quod ab eo sorori & uxori stuprum oblatum esse comperisses. conf. mox Vitium, & in OBLATUS.
Vitam suam in discrimen. Cic. pro Sext. 61.
Vitam suam pœnæ. Cic. pro Rabir. Post. 22.
Vitium virgini offerre, pro Violare, & vim inferre. Ter. Adel. 3. 1. 9.
Vultus blandos alicui. Tibul. 1. 6. 1.
Apud veteres Christianos Offerre dicebantur, qui Deo ecclesiæve aliquid donarent, seu consecrarent. Prudent. Hymn. 5. Cath. 149. & 155. & [illegible] 73. Hinc
Offerre est etiam Missam celebrare, sive orare ad altare; apud Sulpic. Dial. 2. 2. conf. Tertull. de Jejun. cap. 15.
OFFERENS, entis. Partic. Liv. 44. 8. Offerentibus sese rebus.
OFFERENTIA, æ. f. Tertull. adv. Marc. 4. 24. Considera causarum offerentiam.
OBLĀTUS, a, um. Partic. [illegible] Cæs. 1. Bell. Civil. 76. extr. Sic terror oblatus a ducibus, crudelitas in supplicio, nova religio jurisjurandi, spem præsentis deditionis sustulit.
Causam oblatam mihi gaudeo, in qua, &c. Cic. 16. Att. 14.
Facultas oblata. Virg. 4. Georg. 438.
Facultate oblata, se in castra receperunt. Cæs. 1. Bell. Civil. 72. Cic. pro Cluent. 77. Oblatam sibi facultatem putavit. ut, &c.
Fœdus oblatum. Virg. 12. Æn. 109.
Fortuna quæcunque oblata erit, vos complectar. Cic. pro Sext. 146.
Fortuna oblata delendi exercitus. Liv. 35. 6.
Honorem oblatum respuis. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 28.
Munus oblatum. Ovid. 3. Amor. 7. 46.
Præsentia illius oblata est. Ovid. 3. Trist. 9. 23.
Res nova oblata. Virg. 1. Æn. 454.
Stuprum per vim. Cic. 5. de Finib. 64. Nostra in Republica & quæ per vim oblatum stuprum voluntaria morte lueret, inventa est.
Vitium oblatum, Stuprum oblatum. Terentius, Adel. 3. 1. 9. & Hec. 3. 3. 22. & Cicero, pro Domo 62. Incendium oblatum; & pro Sext. 48. Mortem oblatam dixit. Quibus in locis ob præpositio infaustæ rei, impedimentique indicatrix est, ut & in aliis verbis compositis. Sic
Oblatam vani furti invidiam, Liv. 6. 16. Ibid. 20. extr. Pœnam oblatam oculis deorum. V. plura in ipso verbo.
OBLATA, æ. f. V. post in OBLATIO.
OBLATUM, i. n. Substantive positum. [illegible] Liv. 44. 26. Tum Gallorum effusorum per Illyricum ingens oblatum avaritia dimissum est. Gallice, *La belle offre que faysoyent les Gaulois*. Sed in novissime correctis libris est Ingens agmen obl.
OBLĀTIO, ōnis. f. in re nummaria quid sit, V. CANON.
Apud Christianos veteres Oblationes, erant Res omnes, quæ Deo sacrificabantur, & sicut Missa pro Missione, sic pro Oblatione Oblata dicta est. V. Fulbert. Carnotens. Epist. 2. Hildebert. Turonens. de mysterio Missæ,
Offerimus tibi, summe Deus: sed propter eosdem
Oblatæ pariter non operantur idem.
OBLATĪTIUS, a, um. Adj. Sidon. 7. 9. Oblatitium impendium.
OBLĀTOR, ōris. m. Tertull. contra Marc. 2. 26. Christum non agnoscitis, Patris deprecatorem, & oblatorem animæ suæ pro populi salute. Gloss. Lat. Gr. Oblator, [illegible].
OFFERTOR, ōris. m. Commodian. Instruct. 39. Abel offertor mactatus a fratre.
OFFERTORIUM, i. n. Locus ubi sacrificia offeruntur. V. Isidor. Orig. 6. 19.
OFFERŪMENTUM, i. n. [illegible] Oblationem veteres dicebant, quæ diis offerebatur. Festus, Offerumenta dicebant, quæ offerebant.
OFFERŪMENTA, æ. f. Offerumentas per quandam translationem, Plautus dixit Plagas, percussiones, & flagella, quod ea scapulis & tergo offerantur, quum quis fuste cæditur: in Rud. 3. 4. 48.
Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo,
Quam ulla navis longa clavos, tum ego ero mendacissimus.
OFFICINA, V. OFFICIUM.
OFFĬCIO, fēci, fectum, [illegible] ĕre. Contra facere, nocere. Dativo jungitur: & apud antiquos accusativo.
Officere, obesse, inquit Nonius 2. 610. Cic. 3. Off. 66. Jussissentque Claudium Centimalum, qui ædes in Cælio monte habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis.
Obstare atque officere. Cic. pro Rosc. Amer. 6. Quoniam ei pecuniæ vita Sexti Roscii obstare atque officere videatur.
Officere alicui. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Apricanti officere, Obstare. Cic. 5. Tusc. 92. At vero Diogenes liberius, ut Cynicus, Alexandro roganti, ut diceret si quid sibi opus esset, Nunc quidem paululum, inquit, a sole absis: offecerat videlicet apricanti.
Claritati oculorum lactucæ officiunt, Nocent. Plin. lib. 20. cap. 7.
Commodis alicujus officere & obstare. Cic. pro Sext. Rosc. 112.
Decori alicui. Liv. 1. 53. pr.
Frugibus herbæ officiunt. Virg. 1. Georg. 69.
Libertati officit. Liv. 2. 2.
Luminibus. Cic. pro Rabir. Post. 43. V. LUMEN.
Nomini alicujus. Liv. 1. in præf.
Partitioni huic quæ officere videbuntur, propulsabimus. Cic. 1. de Invent. 75.
Soli officiens terræ umbra. Cic. 2. de Nat. Deor. 50.
Officit, quominus. Plin. lib. 6. Epist. 125.
OFFICIOR, passiv. Cic. 1. de Orat. 179. Quod cuicunque particulæ cæli officeretur, ita quamvis esset procul, mutata lumina putabat.
Officiuntur extra. i. e. Obstando & officiendo impediuntur. Lucret. lib. 2. 155.
Quapropter simul inter se retrahuntur, & extra
Officiuntur, uti cogantur tardius ire.
OFFICIENS, entis. Partic. ut, Corpus occursans officiensque. Lucret. lib. 5. 717.
OFFECTUS, a, um. Partic. ut, Lumen offectum, i. e. Obductum, obstructum, & per alicujus corporis interpositionem exclusum. Lucret. lib. 5. 774.
Quove modo soleant, offecto lumine, obire. Sic restituit Lambin. quum antea Offeto & Effœto legeretur. Idem 4. 764. Offecti sensus.
OFFECTIO, ōnis. f. Arnob. lib. 5. Illis color est purpurei luminis offectione sublutens.
OFFECTOR, ōris. m. Fronto Vet. Gram. Offector officio obest. Item, Offectores, Qui proprio colori novum efficiunt. Fest. in Infectos. Et alibi, Offectos, Colorum Infectos.
OFFEX, ĭcis. m. Gloss. Isidor. Impeditor, qui officit.
OFFĬCIUM, i. n. [illegible] Donatus in Andr. 1. 5. pr. Officium, ab efficiendo, ab eo quod quæritur quid efficere in eo unumquemque conveniat, pro conditione personæ. Cic. 3. de Fin. 58. Quod autem ratione actum est, id officium appellamus. conf. Fest. in Officiosus, & Cic. de Officiis tres libros.
Vide

Vide in meo Chartario Rastard. 42. c. H. St. Quod genus hoc scripti sit nescio.
Genus officii dulce. Ovid. 13. Epist. 142.
Militis officium longa est via. Ovid. 1. Amor. 9. 9.
Oculorum officium & munus sine oculis exstare non potest, possunt tamen oculi fungi suo munere. Cic. 1. de Divin. 107.
Oratoris officium est, dicere ad persuadendum accommodate. Cic. 1. de Orat. 138.
Peregrini officium. V. PEREGRINUS.
Sapientiæ officium muousque in hominis cultu est occupatum. Cic. 4. de Finib. 36.
Tegminis officium. Ovid. 12. Met. 82.
Antiquum officium, & Antiquissimum. V. ANTIQUUS.
Civilia. Quintil. lib. 2. cap. 4. Causarum actiones intelligit.
Publicum, opponitur Privato. Quintil. lib. 3. cap. 7. pr.
Tenuia officia rerum. Pers. 5. Sat. 93.
Translativa, & quasi publica. V. Translativus, in TRANSFERO.
Virile defendat chorus. Hor. de Arte Poet. 194.
Virilibus officiis aptus Mars. Ovid. 3. Fast. 169.
Nonus in officio, & prælatus munere fortis. Ovid. 13. Met. 277.
Contra officium. V. CONTRA.
Supremum officium, pro Funere. Petron. cap. 112.
Nullum est officium tam sanctum atque solenne, quod non avaritia comminuere atque violare soleat. Cic. pro Quint. 26.
Abduci ab officio aliquo. Cic. de Amicit. 8.
Adhibere officium. V. ADHIBEO.
Claudicare in officio. In CLAUDICO.
Colere officium. V. COLO.
Colere officium, & Negligere, contraria. Cic. 1. Off. 4. Nulla vitæ pars, &c. vacare officio potest: in eoque & colendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo.
Commonere aliquem officium suum. Plaut. Pseud. 1. 2. 17.
Conficere legationis officium. In CONFICIO.
Conservare officium erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine conjunctos monet pietas. Cic. 2. de Invent. 66.
Copulata officio. Quintil. in procem. lib. 1.
Curare officium suum. V. CURO.
Decedere officio, vel de officio. V. DECEDO.
Decedere ab officio. Liv. 36. 22. pr.
Declinare a religione officii. Cic. 5. Verr. 2.
Delegatum alicui. Quintil. in procem. lib. 6.
Deserere. Cic. 1. Offic. 28. Prætermittendæ autem defensionis, deserendique officii plures solent esse causæ.
Deesse officio. Cic. 7. Fam. 3.
Detrectare sua officia. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Discedere ab officio. Cic. 1. Off. 32. Ab officio discedat, si se destitutum queratur.
Duxit officii, Absolute, pro Putavit officium suum esse. Sueton. in Tiber. cap. 11.
Ductus officio vel cognationis, vel amicitiæ. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Exsequi regis officia & munera. Cic. de Senect. 34.
Exsequi ac tueri munus officii. Cic. de Senect. 72.
Facere officium suum. Ter. Eun. 4. 5. 2,

Postquam ferrei, neque pes, neque mens satis suum officium facit.

Facere servilia officia. Propert. lib. 4. 10. 48.
Fungi officio. Cic. 3. Fam. 8.
Fungi officio pædagogorum. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Fungi officiis vernaliter. Hor. 2. Serm. 6. 109.
Fungi officium. Ter. Heaut. 3. 3. 19.

Hominis es frugi & temperantis functus officium.

Implere officium suum. V. IMPLEO.
Intermittere. Cic. de Amicit. 8. Nec ullo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, ut ulla intermissio fiat officii.
Labi in officio. V. LABOR, ĕris.
Languent officia. Lucret. 4. 1118.
Mandare officium aliquod alteri. V. MANDO.
Manere in officio. V. MANEO.
Meminit officium suum. Plaut. Mil. 4. 9. 1. pro Officii, antique.
Migrat officium. V. MIGRO.
Misso officio. In MITTO.
Negat sol officium mundo. Ovid. 2. Met. 385.
Negligere officium. V. paulo ante Colere officium.
Parere officio. Cic. 13. Att. 22. Mulieres vix satis humanæ, quæ inimico animo ferant, quum utraque officio pareat.
Pertinet ad officium. V. PERTINEO.
Postponere honestum officium scorto. Hor. 1. Epist. 18. 34.
Præstare officium. V. GRATIA Causa.
Prætermittere. V. paulo post, Servare officium.
Recusare prima officia operis sui. Quintil. lib. 2. cap. 1. De Rhetore.
Repudiare officium necessitudinis. Cic. 1. Verr. 24. V. NECESSE.
Retinere aliquos in officio. Cic. pro Rosc. Amer. 70.
Reverti ad officium suum. Cic. 12. Fam. 15.
Satisfacere officio. Cic. 1. Verr. 47. Idem 1. Fam. 1. Omni officio, ac potius pietate erga te, ceteris satisfacio omnibus &c. [Illic Dativus, hic Ablat. est.
Servare officium, & Prætermittere, contraria. Cic. 5. Fam. 17. Quamobrem omnibus officiis amicitiæ servatis, ne hoc quidem prætermittendum esse duxi, te ut hortarer, &c.
Spectare. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Sum. ut, Officium tuum est, has bene ut assimules nuptias. i.e. Tuæ partes, tuum munus. Ter. And. 1. 1. 141.
In officio esse, pro Officium præstare, officio fungi. Cic. 14. Fam. 1. Tantum scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit.
In officio est Nicanor, & a me liberaliter tractatur. Cic. 6. Att. 20.
Partes officii illius non sunt filii mei. Cic. 6. Att. 2.
Suscipere aliquod officium. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Suscipere officia & partes imperatoris. Cic. 3. Fam. 10.
Venire in officium oratoris. V. VENIO.
Usurpare officium aliquod. Cic. de Amicit. 8. Nec ab isto officio, quod semper usurpavi quum valerem, abduci incommodo meo debui.
Officium, pro Beneficio, quod vulgo dicitur *placitum*. Columel. lib. 2. cap. 13. Licet silicem sine injuria vicini, etiam cum officio decidere.
Officia mutua, pro Beneficiis amicorum, quæ alter alteri exhibet. Cic. 13. Fam. 51. Peto abs te, pro nostra conjunctissima necessitudine, plurimisque officiis, paribus ac mutuis, ut voluntate, auctoritate, studio tuo perficias, ut, &c.
Grata alicui. Cic. 13. Att. 20.
Justum, pium, & debitum. Cic. 6. Fam. 1.
Pium. Ovid. 6. Met. 250.
Suprema. Tacit. 5. Ann. 2. Quod supremis in matrem officiis defuisset. h. e. Funeri, sive exsequiis.
Triste, Quod præstatur in funere. Ovid. 12. Met. 4.
Debitor officio. Ovid. 2. Amor. 10. 46.

Non manet officio debitor ille tuo.

Necessitudinis officium, Necessitudinis causa præstitum. Cic. pro Moren. 73. & 1. Verr. 24.
Intermissio officii. Cic. de Amicit. 8.
Studia & officia. Cic. 5. Fam. 5. T. Pomponius, homo omnium in te studiorum & officiorum maxime conscius.
Singulari in Rempublicam officio & fide vir. Cic. pro Sulla. 58.
Summo officio præditus homo, pro Officiosissimo, vel integræ vitæ, vel qui omnino id quod decet strenue facit. Cic. 3. Verr. 135. Hi rem ad virum primarium, summo officio ac virtute præditum, M. Marcellum, &c.
Humanitatis, officii, diligentiæ plenæ litteræ. Cic. 3. Fam. 9.
Amplecti officiis, vel complecti. Cic. 5. Fam. 8.
Augere officia. Cic. 13. Att. 20.
Celebrare suprema, h. e. Exsequias, seu justa mortuis persolvere. Curt. lib. 3. 12. 14.
Certare officiis. V. CERTO.
Cessare in officio. Liv. 45. 23.
Commemorare officia. V. COMMEMORO.
Comparent officia. In COMPARO.
Comprehendere officiis totam aliquam Præfecturam. Cic. pro Planc. 47.
Conferre officia. In CONFERO.
Conferre multa & magna officia in aliquem. Cic. pro Flacc. 32.
Constant in me tua. V. CONSTO.
Cumulare aliquem officiis. V. CUMULO.
Defuit a me nullum officium amoris, studii, pietatis. Cic. pro Milon 102.
Deseri ab officiis amicorum. Cic. 5. Fam. 2.
Desiderare officia ab aliquo. Cic. 5. Fam. 5.
Devincire officio. Cic. 13. Fam. 3.
Exsequi officia & studia. Cic. 3. Att. 5.
Exspectare officia ab aliquo. Cic. 1. Fam. 6.
Exstare officia. Cic. 13. Fam.
Onus officii nullum cuiquam reliquum facere. Cic. 3. Fam. 13.
Facere officium alicui. V. GRATIA Causa.
Fungi supremo in aliquem officio, Sepelire. Curt. lib. 3. 12. 12.
Impensam agere officiorum in patriam. Cic. Anteq. iret in exsil. 16.
Intendere officia. V. INTENDO.
Intercedere officia alicui cum aliquo. Cic. 13. Fam. 65.
Intermoriturum existimare. V. INTERMORIOR.
Meminisse officia debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Cic. de Amicit. 4.
Molliri officiis parentum. Lucret. lib. 2. 605.
Persolvere officium receptum alicui. Cic. 7. Verr. 182.
Polliceri & deferre alicui studium, officium, operam, laborem suum. Cic. 6. Fam. 6.
Præstare officium suum alicui. Cic. 4. Fam. 5.
Præstare officium patri. Ovid. 7. Met. 337.
Præterire nullum officium in aliquem. Planc. Cic. 10. Fam. 4. pr.
Promereri. Cic. Antequam iret in exsil. 6. Non convenit, quum ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores.
Prosequi officiis. Cic. 15. Fam. 10.
Reddere interruptum varietate temporum officium cumulate. Cic. 5. Fam. 8.
Repetere ab aliquo fructum & præmium officii. Cic. Anteq. iret in exsil. 4.
Respondere officiis mutuo. Cic. 5. Fam. 7.
Residere officium in aliquo. Cic. 5. Fam. 7.
Retinere officia. Cic. pro Cluent. 133.
Spondere alicui. Ovid. 10. Met. 418.
Singulari officio esse in aliquem. Cic. 5. Fam. 5.
Tribuere officium & cultum alicui. Cic. 2. de Invent. 161. Pietas per quam sanguine conjunctis patriæque benevolis officium & diligens tribuitur cultus.
Tueri officia. Cic. 3. Fam. 9.
Vincere officiis suis cogitationes alterius. Cic. 3. Fam. 10.
Officium, pro Obsequio, vel honoris exhibitione. Liv. ab Urbe. Quæ officii causa ab domo profectæ fuerant. [Usurpant maxime veteres, de Solennibus & consuetudine civili confirmatis cærimoniis, ritibus, diebus festis, & aliis ejusmodi, quæ inter se honoris caussa obire solebant.
Antelucana officia. V. ANTELUCANUS.
Interlucana. V. INTERLUCANUS.
Urbana officia. Nepos 25. 4. 3.
Ab officiis octavam circiter horam dum redit. Hor. 1. Epist. 7. 47.
Officium Nuptiarum. Suet. Calig. cap. 25. Liviam Orestillam C. Pisoni nubentem, cum ad officium & ipse venisset, ad se deduci imperavit. Idem Neron. cap. 28. Puerum Sporum cum dote & flammeo per solenne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit.
Obire officia liberaliter & dextre. In OBEO.
Peragendum officium mihi cras in valle Quirini. Juven. 2. Sat. 132.
Præstare officia urbana alicui. Cic. 9. Att. 9.
Relictis omnibus officiis agere aliud. Hor. 2. Epist. 2. 68.
Officium, pro Actu venereo. V. Broekh. ad Propert. 2. 18. 24.
Officium, pro Magistratu videtur accipi apud Aurelium in l. 1. D. de off. præf. præt. Credidit enim, ait, Princeps eos, qui ob singularem industriam, ad hujus officii magnitudinem adhiberentur, non aliter judicaturos esse, pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret judicaturus. Plin. 2. Epist. 10. Distringor officio ut maximo, sic molestissimo. Idem in Paneg. extr. Nondum biennium compleveramus in officio laboriosissimo & maximo, quum tu nobis Consulatum ob-

obtulisti. Utrobique Præfecturam ærarii intelligit. conf. Cæs. 3. Bell. Civil. 5. & 8.

Officium, Apparitor, [Vulgo *Officiarius*. H. St.] Hermogenianus in l. Si plus vel minus. D. De evictione, & duplæ stipulatione. Si jussu judicis rei judicatæ pignus captum per officium distrahatur. V. Donat. ad Tacit. 16. Ann. 12. Suet. Vesp. cap. 21. Deinde perlectis epistolis, officiorumque omnium breviariis. conf. Bynckersh. Observ. Jur. Rom. 3. 14.

Officium, pro Actis. Paulus in l. Eum. D. de in jus vocando. Eum, pro quo quis apud officium cavit, exhibere cogitur. Item qui apud acta exhibitorum se esse quem promisit: etsi officio non caveat, ad exhibendum tamen cogitur. Ulpian. in l. Si fidejussor. D. Qui satisdare cogantur, Si satisdatum pro re mobili non sit, & persona suspecta sit, ex qua datio desideratur: apud officium deponi debebit (si hoc judici sederit) donec vel satisdetur, vel lis finem accipiat.

OFFICIŌSUS, a, um. Adj. [ὑπηρετικός] Qui libenter & ex animo officium seu beneficium alicui exhibet. Cic. 13. Fam. 22. Hominem prudentem & officiosum cognosces.
Officiosa in aliquem. Cic. 3. Verr. 63. Homines autem ipsi Lampsaceni, tum summe in omnes cives Romanos officiosi, &c.
Diligens & officiosus homo. Cic. 13. Att. 45.
Humanus, officiosus, & liberalis homo. Cic. pro Rosc. Com. 18.
Amicitia officiosa. Cic. pro Planc. 46. Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.
Dextera officiosa in paucos versus. Ovid. 4. Trist. 7. 4.
Dolor officiosus, a Cic. 3. Tus. 70. dicitur, Qui ex justa causa suscipitur, & cujus probabilis ratio reddi potest.
Labores. Cic. pro Milon. 12.
Pietas. Sen. Epist. 99.
Sedulitas. Hor. 1. Epist. 17. 8.
Voluntas. Ovid. 3. de Ponto 2. 17.
Compar. Cic. 13. Att. 43. Equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentiorem, nec officiosiorem facile delegissem Vestorio. Adde 14. Fam. 16.
Superl. Natio candidatorum officiosissima. Cic. in Pison. 54. Adde 11. Fam. 22.

OFFICIŌSUS, i. m. Qui servile officium præstat. Petron. cap. 92. At ego ne vestimenta quidem mea ab officioso recepissem, nisi notorem dedissem. Impudici etiam & obscœni, id est muliebria passi dicti sunt officiosi, ut ex Sen. præf. lib. 4. Controv. apparet.

OFFICIŌSE, [ὑπηρετικῶς] Adv. Diligenter, bono animo. Cic. de Amicit. 73. Quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant; eoque magis si aliquid habere se putant, quod officiose, amice, & cum labore aliquo suo factum queant dicere.
Officiose parere. Cic. 13. Att. 12. Quædam exemplaria legunt Officio, non Officiose: qua de re supra positum est exemplum.
Officiose scribere. Cic. 1. Att. 20. Qua de re quum ad me ita suaviter, diligenter, officiose, humaniter, scripseris.
Officiose ire salutatum. Martial. 1. 71.
Compar. Cic. 6. Att. 1. Officiosius facere.
Superl. Sidon. 2. Epist. 12. Languidos multos officiosissime occidunt. Apul. Apol. p. 335. Elmenh. In quo (testamento) mei officiosissime & honestissime meminit.

OFFICIOSĬTAS, ātis. f. Sidon. Carm. 23. 478. Sarisb. Epist. 178.

OFFICIĀLIS, e. Adj. Quod ad officium pertinet, vel quod de officio tractat. Lactant. 6. 11. Tullius in Officialibus libris.

OFFICIĀLIS, is. m. Minister magistratus dicitur. Apul. Sed jussit potestas officialem suum magna severitudine coerceri. conf. 1. Met. p. 113. Elmenh. Spartian. Carac. cap. 6. [Hi & Ab officiis dicti sunt & sequiori ævo Officiarii.

OFFICIPERDA, æ. m. Dionys. Cato Dist. 4. 43.

> Gratior officiis, quo sis mage carior, esto;
> Ne nomen subeas, quod dicitur officiperdæ. conf. Gloss. Isidor.

Dicitur eodem modo Frugiperda apud Plin. H. St. qui & locum hunc ex distichis moralibus adscripserat, in Lugd. desideratum.

OFFICĪNA, æ. f. [ἐργαστήριον] Locus ubi aliquid fit, hoc est in quo operarii opera sua faciunt. Cic. 7. Philip. 12. Armorum officinas in urbe videtis. conf. Nepos 17. 3. 2. & Tacit. 2. Hist. 82. 1. & Gruter. Inscript. p. 422. n. 7. [Officina contractum ex Opificina videtur, neque proinde recte in hoc & Lipsiensi Lexico sub Officio locatur. Utitur non contracta voce Plautus, ut infra dicetur. q. I. V.
Graves officinæ Cyclopum. Hor. 1. Carm. 4. 8.
Officina, de Fabrica dictum. Plin. lib. 35. cap. 11. Servus ejus Drusillanus nomine Rotundus, &c. quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat.
Æraria officina. V. ÆS.
Chartariæ. V. CHARTA.
Officinam cohortalem, Gallinarium vocat Columel. lib. 8. cap. 3. Totius autem officinæ (id est ornithonis) tres continuæ exstruuntur cellæ. Et paulo post, Hæc erit officinæ cohortalis dispositio.
Ex eadem officina. Cic. in præf. Parad. 1. Non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi Minerva illa Phidiæ: sed tamen ut ex eadem officina exisse videatur.
Quæstuosissima falsorum commentariorum & chirographorum officina. Cic. 2. Philip. 35. Sic vocat domum Antonii, ubi falsi commentarii scribebantur.
Officinæ vitiorum, & similium, per translationem. Columella in præf. non procul. ab init.
Officina nequitiæ, & diversorium flagitiorum. Cic. pro Rosc. Amer. 134.
Officina dicendi. Cic. de Clar. Orat. 32. Exstitit igitur jam senibus illis, quos paulo ante diximus, Isocrates: cujus domus cunctæ Græciæ, quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. i. e. Schola.
Clarissima rhetoris officina. Cic. 2. de Orat. 57.
Exercere officinas promercalium vestium. Suet. de Clar. gramm. 23.
Instituit officinam Syracusis Verres. Cic. 6. Verr. 54. Subaudi Aurifabrorum.
Instruxerunt quasi officinas sapientiæ philosophi. Cic. 1. de Legib. 36.
Officina, Ipsa (ut ita dicam) factio, operatio, vel fabricatio. Plin. lib. 11. cap. 2. In magnis siquidem corporibus, aut certe majoribus, facilis officina sequaci materia fuit. In his tam parvis, &c. De insectis.

OFFICINĀTOR, ōris. m. [τεχνίτης] pro Fabro posuit Vitruv. lib. 6. cap. ult. Quum subtiliter officinatoris probabitur exactio. Budæus. Gloss. Gr. Lat. ἐργαστηριάρχαι, Officinatores, institores. Apul. lib. 9. Met. pr. Forensi negotio officinator noster attentus ferias nobis fecit.

OFFĪGO, xi, xum, [ἐπιπήγνυμι] ĕre. Plaut. Most. 2. 1. 13.

> Sed ea lege, ut offigantur bis pedes, bis brachia. Al. Affigantur. De cruce loquitur.

Densos offigunt implicantque ramos. Liv. 33. 5.
Furcas circum offigito. Cato R. R. cap. 49.

OFFIRMO, āre. V. OBFIRMO.

OFFLECTO, xi, ctum, [ἐπικάμπτω] ĕre. Circum vel contra flectere. Plaut. Rud. 4. 3. 74. At ego hinc offlectam navem.

OFFŌCO, āre. Præfocare. Florus lib. 2. cap. 11. Quum catenas morsibus & ore tentassent, quum offocandas invicem fauces præbuissent.

OFFRĒNĀTUS, a, um. Adj. Plaut. Capt. 3. 5. 97.

> Utque offrenatum suis me ductarent dolis.

Apul. 6. Milef. de Cerbero p. 181. Elm. Hunc, offrenatum unius offolæ præda, facile præteribis. Idem Apol. p. 323. Quid multis? Juvenem simplicem, præterea novæ nuptæ illecebris offrenatum, suo arbitratu de via deflectit. Al. OBFRENATUS.

OFFRINGO, frēgi, fractum, [ἀναρρήγνυμι] ĕre. Quod fractum est, contrario frangere. Festus, Offringi terra dicitur, quando iterum transverso sulco aratur. Varro lib. 1. de R.R. cap. 29. Rursum terram, quum primum arant, proscindere appellant: quum iterum, offringere dicunt, quod prima aratione glebæ grandes solent excitari, quum iteratur, offringere vocant.

OFFŪCIA, æ. plur. Offuciæ, arum. f. [φύκωμα] a Fuco, Fallaciæ dicuntur. Plaut. Most. 1. 3. 107.

> Neque cerusam, neque melinum, neque aliam ullam offuciam.

Gell. lib. 14. cap. 1. Sed id præstigiarum, atque offuciarum genus, &c.

OFFŪCO, āre. Festus explicat Aquam in fauces ad bibendum dare. Et hinc quidam putant Infucare esse apud Plautum, Vinum aqua diluere, quum etiam aqua ejus color infucetur: verum Turnebus Infuscare libentius retinet. V. suo loco.

OFFULA, V. OFFA.

OFFULCIO, īre. Apul. 1. Met. p. 108. Elmenh. Vulnus, qua maxime patebat, spongia offulciens.

OFFULTUS, a, um. Partic. Apul. 4. Met. p. 147. ejusd. Multis lacinilis offulto vulnere.

OFFUNDO, fūdi, fūsum, [ἐπιχέω, ἐπισκοτίζω, ἐπιχέω] ĕre. Circumfundere. Plaut. Trin. 4. 3. 84.

> — visne aquam
> Tibi petam? c. res quum jam animam agebat, tum esse offusam oportuit.

Caliginem oculis offundere. Liv. 26. 45.
Pavorem offundere. Idem 10. 5.
Aer crassus nobis offunditur. Cic. 4. Acad. 81.
Obscurare & offundere. Cic. 3. de Fin. 45. Obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ. [Forte Obtonditur. V. in OBTUNDO & OBTUSUS. Absolute positum me legere usquam hoc verbum non memini.
Noctem rebus. Cic. 1. de Nat. Deor. 6. Multis etiam sensi mirabile videri, eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quæ lucem eriperet, & quasi noctem quandam rebus offunderet.
Errorem alicui. Liv. 34. 6.
Rubor subitus offunditur illi. Sen. Epist. 11.
Tenebras offundere, Obtenebrare. Cic. 3. Tusc. 82. Si quid tenebrarum offudit exsilium.

OFFŪSUS, a, um. Partic. [ἐπικεχυμένος] ut, Pavore offusus. Tacit. 11. Ann. 31. Satis constat eo pavore offusum Claudium, ut ideotidem interrogaret, an ipse imperii potens? &c. [Suspecta mihi lectio est. An Eò pavore effusum?
Caligo offusa animis. Cic. 5. Tusc. 6.
Nox offusa Reipublicæ sempiterna. Cic. pro Rosc. Amer. 91. Qui tanquam si offusa Reipublicæ sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniaque miscebant.
Religio offusa oculis & animis sacerdotum. Liv. 2. 40. Nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animoque religione motus esset, &c.
Tenebræ offusæ. Cic. pro Domo 137.
Terror offusus oculis auribusque. Liv. 28. 29.

OFFUSCO, [ἀμαυρόω] āre. Obumbrare, obscurare, denigrare, & quasi fuscum reddere. Tertull. adv. Marc. 2. 12. al. Obfusco.

OFFUSCĀTUS, a, um. Partic. ut, Caligine offuscatus. Oros.

O G D

OGDOAS, adis. [ὀγδοάς] Græce; Latine, Numerus octonarius. Tertull. de Anima, cap. 37. Idem de Præscript. cap. 33. Et 49. & advers. Valentin. cap. 7. & 20.

OGLOLAPIS, is. m. Fluvius navigabilis, qui ex Alpibus fluens, ad urbem Segesticam, ubi ejusdem nominis insulam efficit, in Saum incidit. Straboni lib. 4. fin. Κόλαπις dicitur. V. Plin. 3. 25. & CALAPIS.

OGDOUS, i. m. Ægypti rex, Uchoreus cognominatus, qui Memphim condidit a nomine filiæ dictam, ut auctor est Diodorus Siculus, lib. 2. cap. 1. [Nisi ὄγδοος numerale nomen est, Octavum sonans, & male hæc descripsit compilator, de quibus jam inquirendi facultas non est. conf. MEMPHIS.

O G G

OGGANNIO, īre. V. OBGANNIO.

OGGĔRO, gessi, gestum, ĕre. Intendere, seu injicere: antiquum. Plaut. Truc. 1. 2. 8.

> Unus eorum aliquis osculum amicæ usque oggerit. Idem Cist. 1. 1. 72.

O G M

OGMIUS, i. m. ita vocatus a Gallis Hercules, quem eloquentiæ sapientiæque Deum existimabant. V. Steph. Forcatulus de Gallorum Imp. & Philos. lib. 1. p. 139. & seq.

O G Y

Ogyges, æ. m. [Ὤγυγος] Rex fuit Thebanorum, sub quo primum omnium diluvium fuisse dixit Varro in prologo libri tertii de R. R. Estque (inquit) vetustissimum oppidum Græcum Bœotiæ Thebæ, quod rex Ogyges ædificavit: peractis jam millibus annorum & centum. Sed ut divus Augustinus de Civ. Dei lib. 18. 8. retulit, tempore, quo regnabat Ogygea, diluvium magnum factum est: non illud maximum, quo nulli homines evaserunt, nisi qui in arca fuerunt: sed tamen majus, quam quod postea tempore Deucalionis fuit.

Ogygius, a, um. Adj. [Ὠγύγιος] unde Ogygia mœnia Thebana dicta sunt. Virg. Ætna 569.

— Ogygiis circumdata mœnia Thebis.

Deus Ogygius, Bacchus. Ovid. 10. Epist. 48.
Luxus Ogygii Iacchi. Stat. 2. Theb. 586.
Lyæus Ogygius. Lucan. lib. 1. 670.

Ogygides, æ. m. Patronym. i. e. Thebanus apud Stat. 2. Theb. 586.

Ogygia, æ. f. [Ὠγυγία] Insula est, ut quidam ferunt, Phœnicii & Syrii maris: sic quoque ab Ogygio rege in ea regnante cognominata, quæ & Calypsus insula. De qua Homerus in primo Odysseæ. Plin. 3. 10.

Ogylus, i. m. [Ὤγυλος] Insula est inter Peloponnesum & Cretam. Stephanus.

Ogyris, is. f. [Ὤγυρις] Arabiæ felicis [Al. Carmaniæ] Insula. De qua Plinius lib. 6. 28. sic scribit, Insula in alto objacet Ogyris, clara Erythro rege ibi sepulto. Rufus ex Dionysio,

Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes
Carmanidis, qua se pelagi procul invehit undis.
Regis Erythrei tellus hic nota sepulchro
Tenditur, & nudis juga tantum cautibus horret.

V. ipsum Dionys. Perieg. v. 606. seq. Meminit insulæ perpulchre Curtius lib. 10. 1. 14.

O H

Oh, Interjectio qua utimur ubi ex intervallo notos videmus, ut ait Donatus: estque præsertim in usu apud Comicos. Ter. Adelph. 5. 6. 3.

— sed eccum Demeam; salvos sies.

D. Oh, qui vocare? G. Geta.

Oh, admirantis, cum contemptu quodam. Ter. And. 3. 5. 12.

Nempe ut modo. D. immo melius spero. P. oh, tibi ego ut credam, furcifer?

Oh, affirmantis, cum certitudine quadam. Ter. Eun. 1. 2. 49.

Neque hoc tacebit Parmeno. P. oh, dubiumne id est?

Oh, dolentis & reprehendentis. Ter. Heaut. 5. 3. 8.

Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta postules.

Oh, dolentis & deprehensi. Plaut. Cas. 2. 3. 19.

Unde hic, amabo, unguenta adolent? S. oh, perii, manifesto miser Teneor.

Oh, exsultantis ob rem bene gestam. Plaut. Most. 1. 3. 86.

Ut videas eam medullitus me amare, oh, probus homo sum,
Quæ pro me causam diceret, patrunum liberavi.

Oh! exsultantis. Plaut. Must. 1. 4. 12. Oh! ocellus es meus. Al. Oh, oh!

Oh oh oh oh; Ejulantis more comico. Plaut. Capt. 2. 1. 6.

O H E

Ohe, Interjectio satietatem usque ad fastidium designans. Ter. Phorm. 2. 2. 30

Responde. G. quis homo est? ehem. D. tace. G. absenti tibi
Te indignas, seque dignas contumelias
Nunquam cessavit dicere hodie. D. ohe desine. Idem Heaut. 5. 1. 6.
Ohe, jam desine deos, uxor, gratulando obtundere,
Tuam esse inventam gnatam. Martial. 4. 91.
Ohe! jam satis est, Ohe! libelle. Hor. 1. Serm. 5. 12. ohe! Jam satis est.

O H O

Oho, Interjectio admirantis aliquid repente fieri. Plaut. Pœn. 1. 2. 51.

Eamus mea furor. AD. oho! amabo, quid illuc nunc properas?
AN. rogas? Sed al. Eho!

Oho! agnoscentis cum gaudio particula. Plaut. Pseud. 4. 2. 31.

Accipe & cognosce signum. BAL. oho! Polymachæroplacides,
Purus putus est ipsus, novi. Budæus.

Ohoho! idem. Plaut. Most. 1. 4. 12. ubi al. Oh! tantum. V. supra.

O I A

Oiax, [οἴαξ] Græcis Gubernaculi summa pars, sive ansa, dicitur: & ipsum gubernaculum. V. Pollux 1. 9. & Vitruv. 10. 8. & Suid.

O I C

Oicles, i. m. [Οἰκλῆς] Filius fuit Antiphatis filii Melampi, Homero lib. 15. Odysseæ. Idem fuit pater Amphiarai Argivi vatis. [Al. Ἰοκλῆς Iocles, ut Pausan. Eliac. β. p. 195. Wech. qui tamen Arcad. p. 266. Οἰκλεῖ τῷ Ἀμφιαράου πατρὶ habet.

O I L

Oileus, i. m. [Ὀϊλεύς] trium syllab. fuit Locrorum rex, & pater Ajacis Oilei, teste Virg. 1. Æn. 41. Ovid. 12. Met. 622.

Oilides, æ. m. [Ὀϊλιάδης] patronym. m. Propert. lib. 4. 1. 117.

Victor Oilide rape nunc, & dilige vatem. Intelligit Ajacem Oilei filium.

O L B

Olbia, æ. f. Civitas, [Ὀλβία πόλις] Ptolemæo lib. 5. cap. 5. Urbs Galliæ Narbonensis. Vulgo *Eres*.

Fuit & Pamphyliæ oppidum juxta Cataracten fluvium, teste Plin. lib. 2. cap. 27.

Fuit & Olbia Bithyniæ urbs in ultimo Ascanio sinu sita, quæ postea Nicæa appellata fuit. Plin. 5. 32.

Est & alia in Sarmatia Europæ, ad Borysthenem amnem, quæ & Borysthenis appellatur a Ptolemæo tabula octava Europæ: cujus etiam Plin. meminit lib. 4. cap. 12. quam & Olbiopolin vocat. conf. Mela 2. 1.

Olbianus, a, um. Adj. ut, Olbianus sinus. Mela 1. 19.

Olbiopolis, is. f. Urbs ad Borysthenem. Plin. 4. 12. V. Olbia.

O L C

Olca, æ. f. Gemma, alias Orca. Plin. 37. 10.

Olcachites, æ. m. [Ὀλκαχίτης] Ptolemæo lib. 4. cap. 3. Zeugitanæ regionis sinus, hodie *Alcon civitas*.

O L E

Olea, æ. f. [ἐλαία] Nota arbor. Virg. 2. Georg. 63.

Sed truncis oleæ melius propagine vites
Respondent. Plin. lib. 15. cap. 82.

Olea, ab elea: olea grandia orchitis, quod ea antiquitus orchemorа. Varr. de L. L. lib. 4. 22. [Scribendum Gr. Ab ἐλαία.

Minerva inventrix oleæ. Virg. 1. Georg. 18.
Rami oleæ. Stat. 12. Theb. 468.
Mares. Ovid. 4. Fast. 741.
Nigræ. Hor. 2. Serm. 2. 46.
Pacales. Ovid. 6. Met. 101.
Attondere oleas. V. Attondeo.
Florent oleæ. Ovid. 5. Fast. 321.
Mordet æstus oleam. Hor. 1. Epist. 8. 5.
Tenere potuerunt sempiternam oleam in arce Athenæ. Cic. 1. de Legib. 2.
Videt quum florem oleæ agricola, baccam quoque se visurum putat. Cic. 2. de Divin. 15.
Olea, etiam Fructus dicitur: unde, Olea conditanea Varroni dicitur, Quæ ad conditurам asservatur, de R. R. 1. 24. pr. Columel. lib. 11. cap. 2. Tum & olea distringenda est, ex qua velis viride oleum efficere.
Distringere oleas. Ovid. de Nuce 135.
Facere oleam apud Catonem R. R. cap. 145 est Ex ea oleum facere: sic Lanam facere, est Lanam operi impendere, & ex ea aliquid facere: sic Aurifex dicitur, qui aurum facit, id est qui ex auro opus facit. Turnebus. conf. Factor in Facio. Idem & Perficere dicit cap. 67.
Inspergere oleam sale. V. Inspergo.
Stringere oleam. Cato de R. R. cap. 144. Oleam ne stringito. Stringitur autem olea, quæ manu legitur, ut quum digitabulis pretia decerpitur, itaque læditur, aut ex arbore nuda manu detrahitur. V. Atrinoo.
Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Hor. 2. Epist. 1. 31. Proverbialiter dictum in concessa negantes & falsa pro veris affirmantes. V. Chiliad.
Olearum ossa, dixit Suet. Claud. cap. 8.

Oleum, i. n. [ἔλαιον] Liquor pinguis, qui ex olea expressus est.

Olei stilla. Martial. lib. 12. 71.
Balaninum. In Balanus.
Caryinum. In Caryon.
Cibarium. In Cibus.
Cicinum. In Cicinia.
Citreum. In Citrus.
Decumanum oleum. Lucilius apud Non. 5. 97.

Quæ Gallum bibere ac rugas conducere ventri
Farre aceroso, oleo decumano pæne coegit

Oleum autem decumanum appellat quod deterius est, ut hodie triticum decumanum, quia miscellum est, & vinum decumis collectum, est fere deterius. Turneb. Versus Lucilii aliter in Nonii codd. scribuntur.

Medicum oleum, quod & Incendiarium nominat Solinus cap. 34. extr. quadam, ut ait, inficitur herba: etsi etiam naturale quoddam est, non tantum artificiosum & factitium. Hoc genere olei pellicem suam ulta est Medea. Erat etiam, vel arte parabatur in Media, unde & Medicum vocabatur oleum. Solini verba sunt, Apparet herba, qua inficitur oleum quod vocant Medicum: hujus olei incendium aqua restingui non potest, sed pulveris jactu. Annotavit Turneb.

Omphacinum. In Omphacium.
Narcissinum. V. Narcissus.
Pingue. Virg. 6. Æn. 254.
Romanicum oleum, Cato de R. R. cap. 146. vocat, Oleum vulgare, quod e caduca fit olea, & matura: Viride, quod e strictiva & immatura. Romanicum autem ideo, quia Romæ locis vicinis fiebat. Turnebus.
Viride oleum. Cato l. c. & Apic. 1. 28.
Ungere caules oleo bono. Hor. 2. Serm. 3. 125.
Largo unctum cadaver. Hor. 2. Serm. 5. 86.
Juventus oleo humeros perfusa nitescit. Virg. 5. Æn. 135.
Instillare oleum lumini. Cic. de Senect. 36.
Oleum scintillat. Virg. 1. Georg. 393.
Oleum addere camino. Hor. 2. Serm. 3. 321. i. e. Malo fomentum ac velut alimoniam suppeditare, quo magis ac magis augescat: & malum alio malo cumulare, atque augere.
Plus temporis, atque olei plus. Juven. 7. Sat. 99.
Oleum & operam perdidi. Plaut. Pœn. 1. 2. 119. i. e. Quicquid insumpsi seu rei seu laboris. Metaphora ducta est a gladiatorum ac palæstritarum certaminibus, in quibus certaturi, unguentis quibusdam oleariis perungebantur. Cic. 7. Fam. 1. Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris, in quibus ipse Pompejus confitetur se & operam & oleum perdidisse? Quanquam potest & ad lucubrantium lucernas referri, sicuti Cicero fecisse videtur, scribens ad Att. lib. 13. 36. Ante lucem quum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaravi nescio quid ad te, & ante lucem dedi. i. e. Quasi obiter, & eadem commentatione. Eidem lib. 2. 17. Non defleamus, ne opera & oleum philologiæ nostræ perierit, sed conferamus tranquillo animo. Ergo hic Oleum pro Sumptu positum est. Erasmus.
Oleo tranquillior: Hyperbole proverbialis in homines minime iracundos, lenique ingenio præditos. A liquoris natura sumpta, quo nihil magis tacitum, magisque lene. Plaut. Pœn. 5. 4. 66. V. Erasmum.

Oleum,

Oleum, pro Simulacro pugnæ, & pro exercitatione, non pro vero certamine. Cic. 1. de Orat. 81. Nitidum quoddam genus verborum & lætum: sed palæstræ magis & olei, quam hujus civilis turbæ & fori. i. e. Accommodatum concionibus & judiciis. Budæus. V. PALÆSTRA.

OLEĀCEUS, a, um. Adj. [ἐλαϊνος] Olei vel oleæ simile. Plin. lib. 35. cap. 15. Gignitur & pingue, liquorisque oleacei, in Sicilia. Idem lib. 21. cap. 4. Folia oleacea.

OLEĀGINUS, a, um. Adj. [ἐλάϊνος] Quod ex olea arbore est, sive coloris olei. Virg. 2. Georg. 31.

Truditur e sicco radix oleagina ligno. Plin. lib. 37. cap. 5. Post eos autem cerini, deinde oleagini, hoc est colore olei.

Virgulæ oleaginæ. Nepos 8. 4. 1.

OLEAGĪNEUS, a, um. aliud Adj. Idem. Varro lib. 1. de R. R. cap. 40. Demum in oleagineis seminibus arbores videndum, &c.

Oleagineis coronis ministri triumphantium utebantur, quod Minerva dea belli esse putabatur. Hæc Festus. Gell. lib. 5. cap. 6. Est item oleaginea postrema, qua uti solent, qui in prælio non fuerunt, sed triumphum procurant.

OLEĀRIS, e. Adj. Quod ad oleum pertinet. Plin. lib. 34. cap. 14. Quippe quum in exacuendo, oleares cotes & aquariæ æque differant, oleo delicatior fiat acies. i. e. Quæ oleo aspergantur.

Olearis talea. Columel. lib. 11. cap. 2.

OLEARIUS, a, um. Adj. Idem. Columel. lib. 2. In vasis oleariis falsamentariisque.

Cella olearia. Idem lib. 1. cap. 6.

Seriæ oleariæ. Varro 3. de R. R. cap. 2.

Dolia olearia. Plin. 15. 8. pr.

Molæ oleariæ. Varr. L. L. lib. 4. 31. Trapetes molæ oleariæ vocantur.

OLEARIUS, i. m. [ἐλαιοπώλης] Qui oleum facit vel vendit. Columella lib. ult. cap. 50. Peritissimi olearii vix patiuntur ad unam lucernam opus fieri. conf. Plaut. Capt. 3. 1. 29.

OLEĀTUS, a, um. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 2. 37. Pultes nonoleatæ.

OLEŌSUS, a, um. Adj. [ἐλαιώδης] Quod est plenum oleo. Plin. lib. 27. cap. 12. Semen oleosum, quod & fit ex eo. Medetur oris ulceribus peruncüs.

Oleosum butyrum, h e. Pingue. Plin. lib. 28. cap. 9.

OLEĀMEN, inis. n. Conditum quid ex oleo. Scribon. Largus. Compos. 269. Post dies triginta conjiciuntur macerata: deinde oleum purum excipietur, quod reponitur fictili vaso: cujus oleaminis vires ad omnem contractionem nervorum tantæ sunt, ut sit vix credibile.

OLEAMENTUM, i. n. Idem. Scribonius Largus ibid. 222. Quum primum hæc levia paruerint, cum oleamentis ex vino adipem liquefactum cum rosæ pondo quadrante miscere in unum oportet.

OLEĪTAS, ātis. f. [ἐλαιοτρυγητὸς] Tempus legendarum olearum, & fructus oleæ. Cato de R. R. cap. 68. Ubi vindemia & oleitas facta erit, prela extollito. Idem cap. 144. Al. OLIVITAS. q. V. infra.

OLĒTUM, i. n. [ἐλαιών] Locus oleis consitus. Cato de R. R. cap. 1. Secundo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto oletum, quinto pratum. Dicitur & Olivetum. q. V. [quomodo forte legendum. De alia significatione hujus vocis V. in OLEO.

OLISSRA, orum. n. pl. Quæ ex liquamine, oleo, & mero inferuntur. Apic. 3. 10. al. Olisata.

OLĪVA, æ. f. [ἐλαία, μορία] Arbor eadem, quæ Olea. Plin. lib. 15. cap. 5. Dicentur nunc Catonis placita de olivis.

Inventor olivæ Aristæus dicitur. Cic. 3. de Nat. Deor. 46.

Albentis olivæ rami. Ovid. 11. Epist. 67.

Canentis fetus. Ovid. 6. Met. 81.

Crescentis tarde proles. Virg. 2. Georg. 3.

Densa oliva canet mons. Juven. 14. Sat. 144.

Germinat & nunquam fallentis termes olivæ. Hor. Epod. 16. 45.

Felicis ramus. Virg. 6. Æn. 230. V. FELIX.

Fera. Stat. 6. Theb. 7.

Pulvereumque fera crinem detersit oliva. Interpres exponit Fera pro Ferali, sed sine ratione ut opinor: quis enim nescit olivas esse feras etiam, id est silvestres? V. OLEASTER.

Flava. Virg. 5. Æn. 309.

— flavaque caput nectentur oliva. Æschyli epitheton secutus est. Nam in Persis ait, ξανθῆς ἐλαίας καρπὸν ἐνώδη φέρων. Ubi interpres Græcus flavam dicit olivam vocari, quod posterior pars folii videatur porracei esse coloris.

Glauca. Stat. 2. Theb. 99.

Imbellis olivæ frondes. Valer. 5. Argon. 361. Imbellis, Pacificæ.

Mitis. Ovid. 7. Met. 277.

Nitidæ olivæ ferax Peparethos. Ovid. 7. Met. 470.

Paciferæque manu ramum prætendit olivæ. Virg. 8. Æn. 116.

Pallens. Virg. 5. Ecl. 16.

Pingues. Virg. 2. Georg. 85.

Placita paci. Virg. 2. Georg. 425.

Supplex. Stat. 12. Theb. 492. Per quam pax petitur supplicando. Lactantius. V. Lex. Pitisc.

Teres. Virg. 8. Ecl. 16.

Tonsæ caput foliis evinctus olivæ. Virg. 5. Æn. 774.

Viridi Mnestheus evinctus oliva. Virg. 5. Æn. 494.

Vivacis olivæ Palladia silva. Virg. 2. Georg. 181.

Umbrosa. Claud. de Bell. Get. 319.

Undique decerptam fronti præponere olivam. Hor. 1. Carm. 7. 7. [Nisi legendum Decerptæ frondi, cum Lambino.

Palladi, quæ perpetuo virgo credita, & castitati olim hæc arbor sacra fuit. Pallad. 1. 6. Græci jubent olivam, cum plantatur & legitur, a mundis pueris atque virginibus operandum: credo recordati arbori huic esse præsulem castitatem. V. Barth. ad 2. Theb. Stat. p. 653.

Oliva, Fructus. Plin. lib. 25. cap. 31. Olivæ constant nucleo, oleo, carne, amurca.

Carnosissimæ. V. CARO.

Lecta de pinguissimis oliva ramis arborum. Hor. Epod. 2. 55.

OLĪVUM, i. n. [ἔλαιον] i. e. Oleum ex olivis expressum. Plaut. Pseud. 1. 3. 67.

Eme die cæca hercle olivum, id vendito oculata die.

Dulce olivum. Hor. 2. Serm. 4. 64.

Inolentis natura. Lucret. lib. 2. 849.

Liquidi corrumpitur usus. Virg. 2. Georg. 466.

Corrupto casiam dissolvit. Pers. 2. Sat. 64.

Ungor olivo. Hor. 1. Serm. 6. 123.

OLIVĀRIUS, a, um. Adj. [ἐλαϊκὸς] Quod ad olivam pertinet. Columel. lib. 12. cap. 47. Olivariæ metretæ.

Molæ. Pompon. io l. Cum fundus. D. de instruct. vel instrument. legato.

OLIVĒTUM, i. n. [ἐλαιών] Locus olivis consitus. Columel. lib. 5. cap. 9. multa de Olivetis. Cic. de Senect. 59. Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum, olivetorumve specie dicam?

Vineta, segetes, oliveta, ubertatem frugum & fructuum, omnem denique commoditatem prosperitatemque vitæ a diis se habere. Cic. 3. de Nat. Deor. 86.

Fertilia. Hor. 2. Carm. 15. 7.

Maritum. V. MARITUS.

Facere olivetum in jugeribus, & vineas in eis instituere. Cic. 2. de Lege Agrar. 66.

OLIVĪNA, æ. f. [ἐλαίας πόρος] Reditus olei, vel olei maxima copia. Plaut. Pseud. 1. 2. 76. — tu autem

Xystylis, fac ut animum advortas, cujus amatores olivinam

Domi habent maximam. Sic quædam editt. In aliis, — olivi

Dynamin domi &c. Meurs. Olivitam ex Festo legit. V. OLIVITAS.

OLIVĪTAS, ātis. f. [ἐλαία] Fructus oleæ. Varro Gloriam περὶ φθίσεως, Tum denique omnis cum lucerna combusta est in lucubrando, olivitasque consumpta est. Nonius 2. 611.

Olivitas, Tempus legendarum olivarum. Columel. lib. 12. cap. 50. pr. Media est olivitas plerumque initium mensis Decembris. Et lib. 1. cap. 1. Olivitates largissimæ. [Festo est Oliveta, æ. f. nisi mendosa lectio est. Quin plane ex schedis ejus apparet Olivitas scripsisse, quia cum v. similis Oblivitas componit.

OLĪVO, āre. Olivarum vindemiam agere, sive olivas colligere. Plin. lib. 15. cap. 3. Quippe olivantibus lex antiquissima fuit, Oleam ne stringito, neve verberato. Diomedes Guidalottus in tertiam eclogam Calpurnii, Olivantes interpretatur Vectigal olei facientes: qui providentes ex vectigalibus nequid detrimenti paterentur pro anno futuro, nolebant oleas decuti; quoniam, ut ibidem ait Plinius, cum sequentis anni damno perticis decutiuntur.

OLIVĪTOR, ōris. m. Qui colit oleas. Apul. 2. Flor. pag. 350. Elmenh. Ager fecundior oliveto, nec vinitori, nec olivitori scalpitur. conf. Sidon. 2. Epist. 9.

OLIVĪFER, ĕra, ĕrum. Adj. [ἐλαιοφόρος] Quod olivam fert. Martial. lib. 12. 99.

Bætis olivifera crinem redimite corona.

Arva. Ovid. 3. Fast. 151. conf. Virg. 7. Æn. 711.

Sicyon. Ovid. In Ibin, 319.

OLEASTER, tri. m. [ἀγριέλαιος] Olea silvestris. Virg. 2. Georg. 182.

Indicio est tractu surgens oleaster eodem.

Ingens. Virg. 4. Georg. 20.

Infelix superat foliis oleaster amaris. Virg. 2. Georg. 314.

Sacer oleaster. Virg. 12. Æn. 766.

Forte sacer Fauni foliis oleaster amaris

Hic steterat, nautis olim venerabile lignum,

Servati ex undis ubi figere dona solebant

Laurenti divo, & votas suspendere vestes. Quem locum enarrans Turnebus, Ex ritu, inquit, priscæ superstitionis scripsit id Virgilius, & præcipue Græcorum, qui ante fana in oleastris suspendere dona solebant & affigere. Illius enim arboris vivacitas tanta est, ut si multis configatur clavis, nihil tamen lædatur. Aristoph. Pluto, ὥσπερ κοτίνῳ προσπατταλεύσω τουτονί, i. e. Ceu oleastro adfigam isti. Hæc ille.

Suspendi hominem in oleastro jussit Verres. Cic. 5. Verr. 57.

Legitur in fem. gen. apud Irenæi interpretem.

OLEASTELLUS, i. m. [ἀγριελαιίδιον] dimin. ab Oleaster, apud Columel. lib. 12. cap. 49. Verum tamen habetur præcipua in hos usus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem oleastellum vocant.

OLEASTRENSIS, e. Adj. Oleastrense, Nigri plumbi genus. Plin. lib. 33. cap. 17.

OLEASTRĪNUS, a, um. Adj. Oleastrinum, dicitur Oleum quod ex oleastro fit, quo mobiles dentes confirmantur, teste Dioscoride lib. 1.

OLEĀROS, V. OLIAROS.

OLEASTELLUS, OLEASTER, OLEASTRENSIS, OLEASTRINUS, paulo ante in OLEA.

OLEATRUM, i. n. [Ὀλέαστρον] Hispaniæ urbs, Ptolemæo auctore lib. 2. cap. 4. alio nomine *Oleastro* dicta. Meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

OLĒNOS, vel OLENUS, i. f. [Ὤλενος] Urbs est Ætoliæ, dicente Servio, Diomedes habuit socios de tribus civitatibus quas habet Ætolia, Pleuron, Oleoon, Calydona. Hactenus ille in 11. Æneid. 239.

Fuit & Olenos urbs Bœotiæ, sic dicta ab Oleno Vulcani filio. Strabo lib. 8. Olenus Achaiæ oppidum, ubi Jovem ferunt educatum lacte capræ Amaltheæ, quæ inde dicta Olenia. Plin. 4. 5.

OLĒNUS, i. m. [Ὤλενος] Vir fuit qui Lethæam duxit uxorem eximia pulchritudine, adeo superbam, ut se deabus præferret. Ceterum deæ iratæ, quum de Lethæa supplicium sumere vellent, Olenus in se culpam uxoris transferre ausus, una cum illa in lapidem fuit conversus. Ovid. 10. Met. 69.

Olenus Calenus vates V. CALENUS.

OLENĪDES, æ. m. patronym. [Ὠλενίδης] apud Valer. Flacc. 3. 204.

OLĒNIUS, a, um. [Ὠλένιος] Adj. possess. est ab Oleno. Ovid. 5. Fast. 113.

Nascitur Oleniæ signum pluviale capellæ.

Cornibus Oleniis manant imbres. Stat. 6. Theb. 423.

Arva Olenia. Ovid. 5. Fast. 251.

Astrum. Stat. 3. Theb. 25.

Pecus Olenium lædit æquor. Ovid. 18. Epist. 188.

OLEO, ēvi, ētum, vel ui, ĭtum, [ὄζω] ēre. Odorem spirare & emittere. Plin. lib. 21. cap. 7. Rosa recens, a longinquo olet.

Olesco, fit ab Oleo, idque inter se differunt, quod Oleo habet significationem naturalem transitivam, Olesco, passivam innatam.

Significat aliquando Crescere. V. Fest. Lucret. 2. 1128.

Donicum olescendi summum tetigere cacumen. al. Alescendi. V. in h. v.

Bene olere. Cic. 2. Att. 1. Sed tamen arant ornata hoc ipso, quod ornamenta

menta neglexerant: &, ut mulieres, ideo bene olere, quod nihil olebant, videbantur. V. Martial. 2. 12.
Deterius olet herba lapillis Libycis. Hor. 1. Epist. 10. 19.
Jucunde. Plin. lib. 20. cap. 17.
Male. Cic. 2. de Orat. 429. At in male olentem, video me a te circumveniri, subridicule Philippus.
Male olet omne cœnum. Cic. 4. Tusc. 53.
Oleo, cum accusativo. Plaut. Asin. 5. 2. 79. Myrrham olet.
Ex Academia nihil olet Epicurus, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus disciplinis. Cic. 1. de Nat. Deor. 72.
Ceram, quam quod crocum olet ungoentum magis laudari. Cic. 3. de Orat. 97.
Fortom olet. Plaut. Men. 1. 2. 59.
Hircom olere. Hor. 1. Serm. 2. 27.
Lucernam olet. Cic. 2. Att. 1.
Malitiam olent illa supercilia. Cic. pro Rosc. Com. 20. Nonne ipsum caput & supercilia illa penitus abrasa olere malitiam & clamitare calliditatem videntur? i. e. Significare, ut ait Budæus.
Myrrham olent tua basia. Martial. lib. 2. 12.
Pastillos. Hor. 1. Serm. 2. 27.
Peregrinum sonare & olere. Cic. 3. Orat. 41. Quare quum sit quædam certa vox Romani generis verbisque propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animadverti possit, nihil sonare aut olere peregrinum, hanc sequamur.
Vina Camenæ oluerunt. Hor. 1. Epist. 19. 5.
Aurum huic olet. Plaut. Aulul. 2. 2. 39.
Certe edepol equidem te civem sine mala omni malitia
Semper sum arbitratus, & nunc arbitror. E. aurum huic olet. i. e. Suspicatur me habere thesaurum.
Oleo, cum ablativo. Ovid. 5. Met. 405.
Perque locos sacros, & olentia sulphure fertur. Al. Lacus altos.
Propert. lib. 4. 7. 32.
Cur nardo flammæ non oluere meæ?
Olere, pro Male olere. Hor. Epod. 10. 2.
Mala soluta navis exit alite,
Ferens olentem Mævium.

OLO, ui, ēre. antiqui dixere. Afran. Fratriis, Non potest quin illa facta, longeque & multis olat. i. e. Oleat. Pomponius Aleonibus, Aleo ludam fane meæ male olant manus. Nonius 2. 603.

OLENS, entis. Partic. [ὄζων] ut, Agri olentes. Lucan. lib. 7. 821. Intelligit Male olentes, propter cadavere interfectorum. Virg. 3. Georg. 564.
— immundus olentia sudor
Membra sequebatur.
Amaracos suave olens. Catull. in Epithal. Jul. 59. 7.
Anethum bene olens. Virg. 2. Ecl. 48.
Myrrhæ bene olentes. Ovid. de Medic. faciei, 91.
Rami olentes nucis. Virg. 1. Georg. 188.
Serpylla late olentis. Virg. 4. Georg. 30.

OLENTIA, æ. f. Tertull. adv. Marc. 2. 22. Suavis olentiæ gratia.

OLENTICA, orum. n. pl. Mali odoris loca. Paulus. [An Olenticeta?

OLENTICĒTUM, i. n. Sterquilinium. Apul. Apol. p. 278. Elmenh. Semper in fætutinis & olenticetis suis jaceat. Subaudi Lingua.

OLĬDUS, a, um. Adj. [ὀζώδης] Quod (tam bonum, quam malum) odorem habet. Martial. lib. 1. 50. 32.
Olidæque vestes murice. Idem lib. 10. 37. 13.
Hic olidam clamosus agam in retia vulpem. Hic in malum dixit, ut & Horat. 1. Epist. 5. 29.
Veternum olidum. Catul. ad Coloniam, 18. 24. al. Stolidum.
Superl. Olidissima basia. Petron. cap. 21.

OLIDITAS, ātis. f. Saxo Gramm. 3. 23.

OLAX, ācis. Idem quod Olidus. Mart. Capell. lib. 1. Olacis temeti mador. Idem lib. 2. Olax acerra.

OLESCO, V. in OLEO.

OLĒTUM, i. n. [σκῶρ, σπέλεθος] Stercus humanum: dictum quod vehementer male oleat. Pers. 1. Sat. 112.
— veto quisquam hic faxit oletum. V. etiam OLEA.

OLĒTO, āre. Oleto inquinare. Frontin. de Aquæduct. lib. 2. Nequis aquam oletato dolo malo, ubi publice salit. Siquis oletarit, sestertiorum X. M. mulcta esto. conf. Vet. Inscript. apud Reines. clas. 7. n. 2.

OLEOMELLA, æ. f. Arbor in Palmaria Syriæ civitate. V. Isidor. 17. 7. [An Elæomela, ἐλαιόμελα; vel Elæomeli? de quo f. l. V.

OLEOSELĪNUM, i. n. Apii species, quod mollius folio & caule tenerum. Isidor. 7. 11. [Forte Helioselinum, ἡλιοσέλινον. V. Plin. 19. 8.

OLERACIUS, V. OLUS.

OLERUS, [Ὤλερος] Urbs Cretæ in edito loco sita, ultra Hierapytnam. Hinc Minerva Oleris, & Festum Olerlam in ejus honorem. Steph.

OLEUM, V. OLEA.

O L F

OLFĂCIO, fēci, factum, [ὀσφραίνω] ĕre. Odorari. V. ODORACIO. Plin. lib. 11. cap. 37. Quonam modo audiant delphini, mirum. Iidem nec olfactus vestigia habent, quum olfaciant sagacissime. Cic. 5. Tusc. 111. Ut ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, &c.
Unguentum olfacere. Catul. ad Fabull. 13. 13.
Olfeci ego, pro Subodoratus sum & præsensi, per translationem. Ter, Adelph. 3. 3. 43.
— an non sex totis mensibus
Prius olfecissem, quam illa quicquam cœperit? Al. 3. 4. 13.
Olfacere nummum. Cic. 1. de Lege Agrar. 11. Nunc quisnam tam abstrusus usquam nummus videtur, quem non architecti hujusce legis olfecerint? Translatio a canum sagacitate.
Cernere, audire, gustare, olfacere, tangere aliquid. Cic. 2. de Divin. 9.

OLFACTUS, a, um. Partic. Plin. 23. 8. Laurus Delphicæ folia trita olfacta. Idem 24. 16. Semen dracunculi olfactum.

OLFACTUS, ūs. m. [ὄσφρησις] Sensus odoris per nares subministratus. Plin. lib. 8. cap. 4. Intermiscere insidiarum metu, subsistere ab olfactu. Idem 29. 4.

OLFACTRIX, V. OLFACTATRIX.

OLFACTŌRIUM, i. n. [ὀσφραντήριον] Florum vel odorum fasciculus, delectandis naribus vel olfactus gratia comparatus. Plin. lib. 20. cap. 9. Silvestria sive erraticæ immenso plus laudat Cato: adeo ut aridæ quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantum naribus rapto, vitia earum, graveolentiamque sanare affirmet. Idem 30. 11.

OLFACTORIŎLA, orum. n. pl. inter Ornatus muliebres ponit Esajas, cap. 3. 20. quæ crediderim ea esse, quæ nostræ mulieres olfactus & odoris gratia specie pomi deferunt, auro quidem argentove contecta ac circumdata. V. Isidor. 19. 31.

OLFACTO, [ὀσφραίνομαι] āre. frequent. ab Olfacio. Plin. lib. 20. cap. 14. Xenocrates polegii ramum lana involutum in tertianis ante accessionem olfactandum dari tradit. Plaut. Men. 1. 2. 58. Ut summum olfactare abstines? Idem 56.

OLFACTANS, antis. Partic. Plin. 20. 17. Parere facilius olfactantes.

OLFACTĀTUS, a, um. Partic. Plin. 28. 16. Membrana partus asinarum olfactata accedente morbo comitialium.

OLFACTĀTRIX, īcis. f. [ὀσφραντής] Plin. lib. 17. cap. 24. Olfactatrix enim intelligitur, & tangi mirum in modum. Hard. Olfactrix.

O L I

OLIAROS, [Ὠλίαρος] Insula in mari Ægæo, una Cycladum, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. Virg. lib 3. Æn. 127.
Oliaron, niveamque Paron, &c. Ovid. 7. Met. 470.
At non Oliaros, Didymeque, & Tenos, & Andros.

OLIBA, [Ὀλίβα] Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ Tarraconensis urbs. Vulgo *Olit.*

OLICANA, [Ὀλίκανα] Urbs Britanniæ, Ptolemæo lib. 2. cap. 3. Vulgo *Ilkeli.*

OLIDOS, V. OLEO.

OLIGARCHIA, æ. f. [ὀλιγαρχία] Status Reipublicæ paucorum constans dominatione: unde, Oligarchici dicti sunt, Qui paucorum dominatione gaudent.

OLĬGŎCHRŎNIUS, a, um. Adj. [ὀλιγοχρόνιος] i. e. Modici temporis, i. e. Brevis vitæ. Verba sunt Julii Firmici lib. 3. cap. 5. Idem lib. 4. cap. 8. Quidam oligochronii fiunt, ac brevi tempore morituri.

OLIM, [πάλαι, ὀψιπάλαι] Adv. omnium horarum ut ait Taubmano, ad Virg. p. 836. Quodlibet enim tempus significat. Ter. Heaut. 2. 1. 4. Al. 1. 1. 42.
Ex tua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit.
Loquebantur olim sic. Cic. 2. de Orat. 183.
Locus olim conditus. Hor. 1. Serm. 5. 92.
Olim, Fabulæ proprium est, inquit Donatus. Ter. Eun. 2. 2. 15.
Olim isti fuit generi quondam quæstus apud sæclum prius. Ubi tautologia est in Olim quondam. Hor. 1. Serm. 8. 1.
Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. Ter. Hec. 3. 3. 21.
Nam vitium est oblatum virgini olim a nescio quo improbo. Ubi Donat. Recte Olim: quia facilis venia circa vetera jam delicta. unde tentat temporis longinquitate extenuare peccatum. Olim ergo, ante novem menses.
Olim, pro Nuper. Ter. And. 3. 3. 13.
Alium esse censes nunc me, atque olim quum dabam?
Olim, pro Ante. Ter. Hec. 4. 1. 22.
— utinam sciam ita esse istuc: sed nunc mihi in mentem venit,
De hac re quod locuta es olim, quum illum generum cepimus.
Locus ille animi nostri, stomachus ubi habitabat olim, concalluit. Cic. 4. Att. 16.
Olim, de præsenti tempore aliquando dicitur. Virg. 10. Ecl. 34.
Vestra meos olim si fistula dicat amores. Plin. 2. Epist. 10. ut tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te non temere præsumo. Plaut. Asin. 3. 3. 127.
— an quid est olim homini salute melius? i. e. Semper.
Olim, pro Aliquando, sive Quandoque. Hor. 1. Serm. 1. 25.
— ut pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint ut discere prima. Virg. 2. Georg. 403.
Ac olim, seras posuit quum vinea frondes. Al. Et jam Olim.
Olim, pro Jamdodum, jampridem, jam longo tempore. Plin. 8. Epist 9. ad Ursum pr. Olim non librum in manus, non stilum sumpsi; olim nescio quid sit otium, quid quies, quid denique illud iners quidem, &c. Lucan. lib. 5. 769.
— nunc olim casa pendemus ab uno?
Olim nullas mihi epistolas mittis. Plin. Epist. ad Fabium Justum lib. 1. 11. pr. H. St.
Nunc primum profiteor, & Olim scio, contraria. Curt. lib. 10. 3. 10.
Olim, de futuro. Virg. 1. Æn. 293.
Hunc tu olim cælo, spoliis Orientis onustum,
Accipies. Quintil. lib. 10. cap. 1. Sunt clari hodieque, & qui olim nominabuntur. Ex Valla lib. 2.
Olim, pro Posthac. Hor. 1. Epist. 3. 18.
Ne si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, &c. Et 2. Carm. 10. 17.
— non si male nunc, & olim
Sic erit.
Olim, pro quovis tempore. Virg. 2. Georg. 190.
Hic tibi prævalidas olim, multoque fluentes
Sufficiet Baccho vites. Servius.
Non secus, atque olim. Virg. 8. Æn. 391.
Non secus atque olim, tonitru cum rupta corusco,
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. Ubi Servius, Atque olim, Fere ut solet, nam non est adverbium temporis.
Olim jam, i. e. Jam longo tempore. Quintil. in Milite Mariano, Olim jam, Imperator, inter fulgentes virtutes tuas livor locum quærit. Valla lib. 2.

OLISCI, orum. m. pl. [ὀλίσκοι] annumerantur mundo muliebri a Polluce lib. 7. cap. 2. Gualtherus vertit Mortariola.

OLISIPPO, ōnis. m. [Ὀλισίππων] Oppidum Lusitaniæ, ad æstuarium Tagi, caput quondam gentis, de quo Plin. 4. 22. Hodieque regia sedes. Incolis vulgo *Lisboa*, Gall. *Lisbone*. Sunt qui Olysippo, vel Ulysippo scribunt, ut Mela 3. 1. & Solin. cap. 36. & Ὀλυσσιπὼ πόλις Interpretantur, quasi ab Ulysse conditum sit. [Fabulæ. Dicitur autem Olisippo, m. ut Hippo Rhegius & Diarrhytus in Africa, Narbo Martius in Gallia,

Tarraco in Hisp. &c. postea, motato cum terminatione & genere, Olisipona dici cœpit, ut Narbona, &c. unde vulgare Lisbona defluxit.

OLITOR, V. OLUS.

OLIVA, OLIVARIUS, OLIVETUM, OLIVIFER, OLIVINA, OLIVITAS, OLIVITOR, OLIVO, OLIVUM, V. sub OLEA.

O L L

OLLA, æ. f. [χύτρα, χύτρος] Vasis capacissimi genus, ut ait Nonius 9. 1. Antiqui vocabant Aulam, quia nullam litteram geminabant, inquit Festus. Inde Plauti comœdia Aulularia inscribitur. Varro, Cato ait uvam Amineam in ollis commodissime condi. Plaut. Capt. 4. 4. 8.

Ollas, calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales erant. Al. Aulas. Columel. 12. 43. extr. Bibulæ & male coctæ ollæ. Non fictiles tantum, sed & ahenas fuisse Avienus ostendit Fab. 11. de Olla æoea & lutea. conf. OLLARIUS.

Olla erat sepulcrum plebis & pauperiorum. V. Gruter. Inscript. p. 855. n. 3. vel Lex. Pirisc.

Ipsa olera olla legit. Catul. 91. 2. V. OLUS.

Bibulæ ollæ, Fictiles. V. BIBO. & paulo supra ex Colum.

Farrata. Perf. 4. Sat. 31.

Olla fictilis. Columel. lib. 8. cap. 8.

OLLĀRIS, e. Adj. [χυτραῖος] unde, Ollares uvæ, Quæ in ollis servantur: de quibus Columel. lib. 12. cap. 43. & Stat. 4. Silv. 9. 42.

OLLARIUS, a, um. Adj. ut Ollaria temperatura æris. Plin. lib. 34. cap. 9. Novissima est quæ vocatur ollaria, vase nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas æris additis.

OLLARIA, um. n. pl. Loculi ad ollas cinerarias asservandas. in Inscript. apud Gruter. p. 307. conf. Fabrett. Inscript. p. 13.

OLLŬLA, æ. f. dimin. [χυτρίδιον] Varro 1. de R. R. cap. 54. Electa in secretam corbulam, unde in ollulas addatur, &c.

OLLICŬLA, æ. f. apud Th. Priscian. l. de Phys. Scient.

OLLUS, a, um. Adj. [ἐκεῖνος] dixere veteres, teste Donato, pro Ille, a, ud. Virg. 9. Æn. 740. Olli subridens. Ubi Servius, Olli pro Illi, vel Tunc interpretatur. Cic. 3. de Legib. 7. ex XII. tabulis, Ollisque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.

Varro de L. L. 6. 3. Apud Ennium,

Olli respondet suavis sonus Egeriaï. Olli valet dictum illi ab olla & ollus. quod alterum comitiis quum recitatur, a præcone dicitur olla centuria, non illa: alterum apparet in funeribus indictivis, quum dicitur, ollus leto datus est, quod Græcus dicit λήθῃ, id est oblivioni. Hæc ille.

Olli certamine summo procumbunt. Virg. 5. Æn. 197.

Olli sic breviter fata est. Virg. 6. Æn. 321.

Olli subridens hominum sator. Virg. 1. Æn. 254.

Flammeus est plerumque colos, & splendidus ollis. Lucret. lib. 6. 207. subaudi, Fulminibus.

OLLIC, pro Illic similiter dixere veteres, auctore Festo. conf. Serv. supra.

O L M

OLMA, æ. f. pro Ebulo apud Dacos. V. Apul. de Herb. cap. 91. In edit. Stew. legitur, Alma.

O L O

OLŎLYGŌNES, um. m. pl. [ὀλολυγόνες] Mares ranæ, quo tempore vocem mittentes, cient ad coitum feminas. Fit a verbo ὀλολύζω, quod significat ululo. Plin. 11. 37. Nomin. Gr. Sing. ὀλολυγών.

OLOR, ōris. m. [κύκνος] Avis, quæ Græce Cygnus dicitur. Quidam a Græco deducunt, quasi ὅλος λευκός, hoc est, totus pulcher. Avis est alba, ansere major, collum prælongum, vocem argutam habens. Virg. 9. Ecl. 36.

— sed argutos inter strepere anser olores. Ovid. 7. Epist. 2.

Ad vada Mæandri concinit albus olor.

Amyclæi olores. Stat. 1. Silv. 2. 142.

Innocui late pascuntur. Ovid. 2. Amor. 6. 53.

Nivei. Valer. 6. Argon. 102.

Purpurei, i. e. Pulchri. Porphyr. Hor. 4. Carm. 1. 10.

Anteire olores candore. Sil. lib. 13. 116.

OLŌRINUS, a, um. Adj. [κύκνειος] ut, Color olorinus, h. e. Candidus Plin. lib. 37. cap. 10.

Alæ. Ovid. 6. Met. 109.

Pennæ. Virg. 10. Æn. 187.

Sonos olorinos referre. Lucan. ad Pison. 255.

OLŌRIFER, ĕra, ĕrum. Adj. Claud. ad Seren. 12.

Cygnos oloriferi vexit ab amne Padi.

OLOSTRÆ, arum. m. pl. Indorum gens. Plin. 6. 20. Lucan. 3. 249.

Tunc furor extremos movit Romanus Olostras.

O L V

OLVATIUM, i. n. Mensuræ genus apud Festum. Vel potius Quod est in olla coctum, ut vult Meurs. p. 2. Crit. Exerc. 3. 16. [Forte ab Olivo, Olivarium, & contracte Olvarium. Gloss. Græco Lat. ἐλαιοφόρον, olearium. In Festi schedis est Olvatum.

OLUS, i. m. vel Tolus, Nomen viri ex cujus sepulcro caput effossum Capitolio Romæ nomen dedisse fertur. V. Arnob. lib. 6.

OLUS, ĕris. n. [λάχανον] dicitur, Omnis herba sativa, quæ est in usu cibario. Ab alendo, quod oleribus alerentur homines, ante quam fruges vel carnes essent. Plin. lib. 19. cap. 10. Semen olerum si succo ejus madefactum feratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. Varro 4. de L. L. 22. ab Olla deducit. Nonius 8. 57. & Festus inter aspirata connumerant, Holus scribentes.

Atrum olus. V. ATER, adj. & OLUSATRUM.

Cordum. V. CORDUS.

Durum olus positum est algente catino. Perf. 3. Sat. 112.

Ipsa olera olla legit. Catull. 91. 2. Proverbii speciem habet, in eosque jactari potest, qui quod se facere oportet, faciunt: ut quum libidinosus & salax, scortatur, & mœchatur, ebriosus, potat. Olera enim in olla coquuntur, quæ quum eis repletur, ipsa legere videtur, id est colligere. Ex Turnebo.

Olus, figurate, pro Tenui & quotidiano victu. Hor. 2. Serm. 7. 30.

— si ousquam es forte vocatus

Ad cœnam, laudas securum olus.

Emptum cœnat olus. Hor. 2. Epist. 2. 168.

Panis ematur, olus, vini sextarius. Hor. 1. Serm. 1. 74.

Fastidire olus. Hor. 1. Epist. 17. 15.

Brassica nonnunquam olus vocatur κατ' ἐξοχήν. Auctor Moreti, 72.

Hic olus & late fundentes brachia betæ. conf. Plin. 27. 4. & Scalig. ad Varr. de R. R. p. 198.

OLUSCŬLUM, i. n. dimin. [λαχανάριον] Hor. 2. Serm. 6. 64.

Uncta satis pingui ponentur oluscula lardo. Cic. 6. Att. 1. Lancibus & splendidissimis canistris olusculis nos soles pascere. conf. Juven. 11. Sat. 78.

OLERĀCEUS, a, um. Adj. [λαχανώδης] ut, Oleraceus frutex. h. e. Frutex olerum modo fruticans: (nam etiam olera fruticare affirmat Theophrastus, appellatque ἀνδρολάχανα, i. e. olera fruticantia:) vel Similem oleri fruticem habens. Plin. lib. 26. cap. 8. Eadem præstat hypericon, quam alii chamæpityn, alii corion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali.

OLĬTOR, ōris. m. [κηπουρός, κηπευτής] Qui olerum hortum exercet, quique olera vendit. Columel. lib. 10. 83.

Ipse serena olitor diductos pondere qualos. Cic. 16. Fam. 18. Sic olitorem ipsum commovebis.

Feriari olitores. Varr. de L. L. lib. 5. 3.

OLITŌRIUS, a, um. Adj. [κηπευτικός] Quod ad olera pertinet. ut, Forum olitorium, ubi venduntur olera. Liv. 21. 62. & 34. 53.

Olitoria ostia, i. e. Ostia hortorum. Plin. lib. 19. cap. 8

OLĔRO, āre. Oleribus conserere. V. Priscian. 6. Ubi Cn. Marcius: Meos hortulos plus stercoro, quam olero. Hinc

OLERĀTOR, ōris. m. Gloss. Vet. Holerator, λαχανοπώλης. Et

OLERĀRIUM, i. n. λαχανάριον. Ibid.

OLUSĀTRUM, i. n. [ἱπποσέλινον] Herbæ genus, quæ in hortis nascitur. Quidam separatim scribunt, Olus atrum. Idque rectius. Plin. lib. 19. cap. 8. Sed præcipue olusatrom miræ naturæ est, hipposelinon Græci vocant, alii smyrnium. E lacrima caudicis sui nascitur, seritur & radice. Succum ejus qui colligunt, myrrhæ saporem habere dicunt Auctorque est Theophrastus, myrrha sata natum, &c. Olus atrum ideo dicitur, quod folia habeat subnigra: ideo Columella Pullum olus appellat. conf. Apul. de Herb. cap. 106.

O L Y

OLȲBRIUS, i. m. Plures hujus nominis recenset Herm. Conrig. Diss. de Stud. liberal. Urb. Rom. & Const. p. 6. & 7. conf. Barth. ad Claud. Paneg. de Conf. Prob. & Olybr.

OLYMPE, es. f. [Ὀλύμπη] Urbs Illyridis, cujus incolæ dicuntur Olympæi. Auctor Stephanus.

OLYMPIA, æ. f. [Ὀλυμπία] Græciæ urbs, quæ prius Pisa dicebatur, ubi Juppiter Olympius colebatur. Dicitur etiam Arpina, ut Nicanor scribit, a matre OEnomai. Hæc Stephanus de Urbibus. De hac Strabo lib. 8.

OLYMPIUS, a, um. Adj. [Ὀλύμπιος] Justin. 7. 2. 14. Olympium certamen. Idem 12. 16. 6.

Juppiter Olympius. Cic. 2. Tusc. 40.

OLYMPIA, orum. n. pl. [Ὀλύμπια] Ludi, qui in honorem Jovis Olympii apud Pisam & Elidem Græciæ oppida celebrabantur: hoc est, Gymnicum certamen, quod quinto quoque anno fieri solebat. V. Sacra certamina, in CERTO.

Magna Olympia. Hor. 1. Epist. 1. 50.

Pugnos & plagas, Olympiorum cupidi, pugiles inexercitati ferre possunt Cic. de Clar. Orat. 243.

Pro Subst. fem. habet Nepos 7. 6. 3. Olympiæ victoribus. [Nisi Urbis ipsius nomen est, vel Græca voce Olympiôn scripsit, ut in aliis assuevit. De festo Olympiorum, V. plura in Lex. Pitisc.

OLYMPIĂCUS, a, um. Adj. [Ὀλυμπιακός] ut, Olympiacum certamen, Victoria Olympiaca. Strab. lib. 8. & Cic. 16. Att. 7.

Arena Olympiaca. Stat. 5. Silv. 3. 220.

Cursus. Auctor ad Herenn. lib 4. 3. Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum, & steterit ut mittatur, &c. Quædam exemplaria legunt, Olympia quum venerit cursum.

Palmæ Olympiacæ præmia. Virg. 3. Georg. 49.

Rami. Stat. 6. Theb. 554.

Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis.

OLYMPĬCUS, a, um. Adj. [Ὀλυμπικός] Idem. Hor. 1. Carm 1. 3.

Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum

Collegisse juvat.

OLYMPIONĪCES, æ. m. [Ὀλυμπιονίκης] Qui in Olympiaco certamine victor evasit νίκη, quippe victoria dicitur. Ælian. Var. Hist. lib. 10. 1. Licere id sibi persuasit, quæ patrem & fratres tres haberet Olympionicas. Præmium Olympionicarum capere. Cic. 2. de Invent. 144.

Atinas pugil Olympionices. Cic. pro Flacc. 31. Quid si etiam occisus est a piratis Adramytenos homo nobilis, cujus est fere nobis omnibus nomen auditum, Atinas pugil Olympionices?

Nobilis Olympionices Diagoras Rhodius. Cic. 1. Tusc. 111. V. P. Faber. Agonist. 2. 23.

OLYMPIONĪCUS, a, um. Adj. Columel. 3. 9. Olympionicarum equarum femina.

OLYMPIĂS, ădis. f. [Ὀλυμπιάς] Quinque annorum spatium, quod a Romanis Lustrum dicitur. Exinde Græci tempora per Olympiadas supputare cœperunt, ita numerantes, Olympiadis primæ aut secundæ, aut centesimæ, anno primo, vel secundo, vel tertio, vel quarto. Atque ut Consules, ita & Olympiæ victores iterum & tertium dicimus. V. Scalig. Auson. Lect. 2. 23. & lib. de Emend. Temp. Ovid. 4. Pont. 6. 5.

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est. Manil. 3. 592.

— numero nisi deesset Olympias una. Cic. 13. Att. 30.

OLYMPIAS, ădis. f. [Ὀλυμπιάς] Nomen mulieris proprium, matris Alexandri Magni. De hac Gell. lib. 13. cap. 4. & Justin. 7. 6. 10. & 9. 7. Curt. 10. 5. 30.

OLYMPIAS, æ, m. [Ὀλυμπίας] Ventus in Eubœa flans. Plin. lib. 17. cap. 24.

OLYM-

OLYMPIĒUM, i. n. [Ὀλυμπιεῖον] Locus in Delo, quem quum Athenienses Adriani sumptu condidissent, Novas Athenas Adrianas vocaverunt. Stephanus.

OLYMPIŌDŌRUS, i. m. [Ὀλυμπιόδωρος] Nomen viri proprium, ejus qui docuit Epaminondam cantare tibiis. Nepos 15. 2. 1.
Alius Medicus. Plin. 1. 12.
Alius Historicus. V. Voss. de Hist. Gr. 2. 20.
Alius Peripateticus. V. Fabric. Bibl. Gr. 3. 11.

OLYMPIUS, [Ὄλυμπος] Mysius tibicen, & poeta Melicus & elegiarum, Marsiæ Satyri discipulus, qui citharæ legem dedit, modosque pulsandi reperit & docuit. Floruit ante bellum Trojanum, a quo & mons in Mysia nomen accepit.
Fuit item alius junior e Phrygia tibicen tempore Midæ regis. Suidas.
Præter hos fuit & Olympius Nemesianus, qui (ut ait Vopiscus in vita Numeriani pr.) scripsit Halleutica, Cynegetica, Nautica. V. Fabric. Bibl. Lat. 3. 5.
Olympius item Præsul, natione Hispanus, inter Christianos commemoratur scriptores a Gennadio.

OLYMPUS, i. m. [Ὄλυμπος] Mons Thessaliæ, cujus vertex usque adeo attollitur, ut summa ejus accolæ Cælum vocent. Propter quod poetæ cælum Olympum vocant. Dictus Olympus, quasi ὁλολαμπής: hoc est totus fulgens: quia Solem clarum habet, nullisque unquam nubibus fuscatur. Lucan. lib. 2. 271.
— nubes excedit Olympus.
Sunt autem quatuor montes hoc nomine. Primus mons altissimus inter Thessaliam & Macedoniam, qui tamen Thessaliæ ascribitur. Alter in Gallogræcia, vel in Cypro. Alius apud Mysos, ad cujus radices Prusa ab Annibale condita. Quartus ad mare Rubrum in Æthiopia, haud longe ab Heliopoli oppido, qui oriente sole usque ad quintam diei horam flammas emittit. V. Solin. cap. 9. Al. 13. [Ubi tamen de uno Thessaliæ Olympo agit. Porro male hic confunditur Olympus idem cum alio in Macedonia, & qui in Galatia cum eo, qui in Cypro. Omittitur item Bithyniæ Olympus, & alius Lyciæ, itemque Lesbi, cujus Plin. meminit. Prorsus ut eorum verisimilis sententia sit, qui tributum id nomen quondam fuisse omnibus editis admodum montibus existimant. Qui hic quarto loco ponitur Æthiopiæ Olympus, de eo nihil comperi.
Æthereus. Virg. 6. Æn. 579.
Frondosus. Virg. 1. Georg. 282.
Magnus. Virg. 3. Georg. 223.
Opacus. Hor. 3. Carm. 4. 52.
Pinifer. Senec. Agam. 5.
Pruinosus. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 257.
Olympus, pro Cælo: ut, Rector Olympi. Ovid. 9. Met. 498.
Altus. Virg. 1. Georg. 96.
Clarus. Virg. 4. Æn. 268.
Clivosus. Ovid. 3. Fast. 415.
Curvus. Valer. 5. Argon. 413.
Ignifer. Senec. Hippol. 9.
Omnipotentis Olympi domus. Virg. 10. Æn. 1.
Rapidi limen. Claud. de Bell. Gildon. 18.
Stellantis rex. Claud. 3. Cons. Hon. 33.
Stelliferi rector, Atlas. Senec. Herc. OEth. 15.
Superi regnator. Virg. 2. Æn. 779.
Vasti rector. Ovid. 2. Met. 60.
Affectare viam Olympo. Virg. 4. Georg. 562.
Discedit emenso Phœbus. Virg. 1. Georg. 449.
Pulsare Olympum nomine, Nomen extollere ad cælum usque. Lucan. ad Pison. 219.

OLYMPICUS, a, um. Adj. [Ὀλυμπικός] Quod est Olympi, vel quod ad Olympum pertinet: ut, Juppiter Olympicus. Dictus est autem ab Olympo, a quo eruditus, & ad virtutem institutus fit. Alii vero a cælo, quem Olympum Græci vocant, in quo regnare fertur. [Nisi ab Olympia. q. V.

OLYMPIUS, a, um. aliud Adj. [Ὀλύμπιος] i. e. Cælestis, possessivum, ab Olympo. ut, Juppiter Olympius in antiquis Inscript. V. Reines. p. 172. conf. Lactant. de Fals. Relig. 1. 11. 35. & in OLYMPIA.
Olympius, item appellatio Hadriano Imp. tributa. V. Spanh. de Numm. diss. 12. Item Commodo. ibid.

OLYNTHUS, i. m. [Ὄλυνθος] Urbs fuit juxta Atticam: quæ quum ab Atheniensibus ad Philippum regem Macedoniæ defecisset, ab illis deinde eversa est. Stephanus. conf. Curt. 8. 8. 19. Juvenal. 12. Sat. 47. & Stat. 12. Theb. 520.
Urbem antiquam & omnibus rebus auctam, & ornatam Olynthum cepit P. Servilius. Cic. 3. Verr. 56.
Olynthi, ficorum grossi, quos Caprificos aliqui vocant. Dioscor. 149.

OLYNTHIĂCUS, a, um. Adj. [Ὀλυνθιακός] ut, Olynthiacæ orationes Demosthenis, quibus Athenienses adversus Philippum incitantur Olynthiis bellum inferentem.

OLȲRA, æ. f. [ὀλυρα] Frugis genus est, quod, teste Plin. 18. 8. a Latinis Siligo dicitur, olim etiam a Gallis Arinca. Spicam habet semper erectam, neque rubigini obnoxiam, grano candido, lævi, & multipliciter tunicato. conf. Diosc. 2. 82. & f. l. SILIGO.

OLYRAS, æ. m. Fluvius est prope Thermopylas, quem fabulantur conatum esse rogum Herculis exstinguere. Strab. lib. 9. [Immo Dyras, ὁ Δύρας.

OLYSIPPO, V. OLISIPPO.

O M A

OMA. Omnia.

OMA, æ. f. Fici Tarentinæ genus. Plin. lib. 15. 18.

OMALĒTIS, idis. f. Ovid. 3. de Arte Am. 273.
Conveniunt tenues scapulis omaletides altis. Ita legit Scalig. Alii aliter; V. OMATIS.

OMĀSUM, i. n. [ὠμασον] est, Pinguius atque crassius intestinum, quod nonnulli bubulum esse credunt. Hor. 2. Serm. 5. 40.
— seu pingui tentus omaso. Plin. lib. 8. cap. 45. de bobus,
Ut sit inter exempla damnatus a Populo Romano, die dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse se neganti, occiderit bovem. Hor. 1. Epist. 15. 35.
— patinas cœnabat omasi,
Vilis & agninæ, tribus ursis quod satis esset.

O M B

OMBRIA, æ. f. [ὀμβρία] Gemmæ species, quam nonnulli Notitiam vocant: quæ cum imbribus & fulminibus fertur in terram decidere, quemadmodum Ceraunia & Brontia: eundemque cum illis effectum habet. Plin. lib. ult. cap. 10. [Forte Ombrias, æ. m. ὀμβρίας, u. Gr.

OMBRICI, orum. m. Populi sunt juxta Illyricum, ex quorum agro Capris & Alpis fluvii in Istrum cadunt, teste Herodoto lib. 3.

OMBRIOS, i. f. [Ὀμβρίος] Una & prima ex Fortunatis insulis, habens in montibus stagnum, & arbores ferulæ similes. Plin. lib. 6. cap. 32.

O M E

OMEN, inis. n. [οἰωνός, οἰώνισμα] Augurium quod fit ore, quasi Oremen, inquit Festus. Est enim futuræ rei prænuntiatio ori hominis incidens, divino tamen instinctu. Omen Varro interpretatur quasi Osmen, extrito s, & ab Ore tractum dicit lib. 5. de L. L. 7. Cic. 1. de Divin. 102. Neque solum deorum voces Pythagorei observaverunt, sed etiam hominum quæ vocant omina: quæ majores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. De ominibus V. plura apud Lex. Pitisc.
Ea lege atque omine. Ter. Andr. II. Sc. 1. 2. extr.
Ne in omen verteretur irritum inceptum. Curt. 3. 1. 18.
Nomen atque omen quantivis est pretii. Plaut. Pers. 4. 4. 73.
Fides ominis. Tacit. 2. Hist. 78.
Belli omen. Liv. 21. 29.
Comitiorum omen. Cic. 1. de Divin. 103. ubi scribit majores voluisse prærogativam omen esse justorum comitiorum. Quod hoc sensu dictum esse interpretatur Turnebus, Romanos tantum posuisse in suffragio prærogativæ centoriæ, ut eum semper Consulem declararint, qui ab ea factus esset. Ita omen in Consulibus rogandis magistratibus erat, vox prærogativæ & suffragium. V. Prærogativum omen infra.
Fati omen. Cic. 9. Philip. 9.
Nuptiarum. Plaut. Mil. 4. 4. 29. al. Summè.
Pennæ præpetis omen. V. PRÆPES.
Omen, pro Nuptiis. Virg. 1. Æn. 349.
— primisque locarat
Ominibus. i. e. Primis nuptiis. Nam superstitiosa illa priscorum natio, cum in aliis, tum in conjugiis vel maxime, omina observabat: & nuptiis auspices adhibebantur. Cic. 1. de Divin. 104. Quum vellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum, ominis captandi causa, quod fieri more veterum solebat. Papinius quoque describens infaustas filiarum Adrasti nuptias, commemoratis prodigiis, addit 2. Theb. 263.
cunctos tamen omina rerum
Dicta movent, variisque metum sermonibus augent. Ex Turnebo.
Omen, de Bona prænuntiatione. Virg. 4. Georg. 386.
Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa. V. Non. 5. 31.
Omen, de Malo dictum. Virg. 2. Æn. 190.
— quod dii prius omen in ipsum
Convertant. Cic. 11. Philip. 1. Quid Bestiam, qui se Consulatum in Bruti locum petere profitetur? atque hoc quidem detestabile omen avertat Juppiter.
Candidum omen. Claud. in Epithal. Juliæ, 59. 112. Alii aliter leg.
Cassum. Stat. 5. Theb. 318.
Dextrum. Sil. 13. 114.
Dirum omen mortalibus, bubo. Ovid. 5. Met. 550.
Fausto lætus. Ovid. 9. Met. 784.
Infausto committitur sermo. Ovid. 6. Met. 448.
Inoffensum. Claud. 6. Cons. Hon. 14.
Magnum. Virg. 7. Æn. 146.
Prærogativum omen. Cic. pro Muren. 53. Si tanta in illis comitiis religio est, ut adhuc semper omen valuerit prærogativum: quid mirum est in hoc felicitatis famam sermonemque valuisse? [V. Liv. 1. 43.
Sinistrum. Ovid. 13. Epist. 49.
Accipere omen. In ACCIPIO.
Accipere in omen. Livius, Id a plerisque in omen magni terroris acceptum.
Auctus omine. Tacit. 1. Ann. 35.
Avertite & detestamini quæso hoc omen, Dii immortales. Cic. 4. Philipp. 10.
Capiendi ominis causa exire in quendam locum. Cic. 1. de Divin. 104. Al. Captandi. V. supra.
Concinuerunt aves tristia omina. Ovid. 3. Amor. 12. 1.
Conjicere omen. Cic. 4. Verr. 18. O præclare conjectum a vulgo in illam provinciam omen communis famæ atque sermonis, quum ex nomine istius, quid in provincia facturus esset, perridiculi homines augurabantur. i. e. A Verris nomine everrendam ab eo provinciam significabant, ut postea sequitur. Budæus.
It dies nostro omine. Plaut. Casin. 2. 8. 74. i. e. Prospere & auspicate, feliciterque. Omen enim est nostrum & auspicium, non adversariorum, ut & apud Virg. 4. Æn. 340.
Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis, & sponte mea componere curas. Annotavit Turnebus.
Ire secundo omine. Hor. 3. Carm. 11. 50.
Firmare omina. Virg. 2. Æn. 691.
Firmavit Juppiter clarum omen. Cic. 1. de Divin. 106. Ex poeta.
Habere omen dicitur res aliqua. Ovid. 2. Fast. 202.
Obruant quod dii omen. Cic. de Arusp. Resp. 42.
Prohiberi certis ominibus. Ovid. 9. Met. 595.
Vituperare omen. Plaut. Casin. 2. 6. 58. Cur vituperat mihi omen. i. e. Cur vitiat & inauspicatum reddit conservum pulsando. Turnebus.
Faustis in Germanicum ominibus. i. e. Apprecationibus. Tacit. 1. Ann. 35. 4. Idem 2. Hist. 74. pr. Fausta Vitellio omina precantem. Al. Omnia.
Optimis proficisci. Cic. 12. Philip. 19. V. Prosequi infra.
Exierunt malis ominibus atque exsecrationibus duo vulturii paludati. Cic. pro Sext. 71.

Prosequi

Prosequi aliquid optimis ominibus. Cic. 3. Fam. 12.

OMINŌSUS, a, um. Adj. [δυσοιώνιστος] Quod malum omen portendit. Plin. 3. Epist. 14. Notabilis, atque etiam, ut exitus docuit, ominosa res accidit. Gell. lib. 13. cap. 14.

OMINŌSE, Adv. Quintil. Decl. 6. cap. 5. p. 132. Burm. Inauspicatum metiens iter, prorsus ominose retentus.

OMINĀLIS, e. Adj. ut, Ominales aves. Sarisb. 1. 13.

OMĬNOR, [οἰωνίζομαι] āri. Auspicari, Omen præcipere. Plin. 4. Epist. 80. Optamus enim tibi, ominamurque in proximum annum Consulatum. Cic. 2. Off. 74. Malo enim alteri, quam nostræ, ominari: neque tantum de nostra, sed de omni Republica disputo. conf. Paterc. 2. 71. 2. Plin. 28. 2. Primum anni incipientis diem lætis præcationibus invicem faustum ominamur. Liv. 26. 18. Clamore & favore ominati extemplo sunt felix faustumque imperium.

OMĬNO, [οἰωνίζω] āre. dixere veteres. Pomponius, Ita sit & tibi bene qui recte ominas. Non. 7. 53.

OMĬNANS, antis. Partic. Suet. Neron. cap. 48. Milites & sibi adversa, & Galbæ prospera ominantes.

OMINĀTUS, a, um. Partic. [οἰωνισθείς] Ominosus. ut, Male ominatis parcite verbis, ait Hor. 3. Carm. 14. 11.

OMINĀTIO, ōnis. f. Festus. Faventia significat bonam ominationem.

OMINĀTOR, ōris. m. [οἰωνιστής] Qui præest ominibus capiendis. Plaut. Amph. 2. 2. 90.

Ob istuc omen, ominator, capies quod te condecet.

OMENTUM, i. n. [ἐπίπλοον] Membrana tenuis & pinguis, qua integuntur ventris inferioris partes. Plin. lib. 11. cap. 37. Ventriculus atque intestina pingui ac tenui omento integuntur, præterquam ova gignentibus. Alba porci. Juven. 13. Sat. 118.

Pingue omentum in flamma liquefacere. Catul. in Gellium. 87. 6.

Omentum in flamma pingue liquefaciens. Veterum in sacrificiis consuetudo erat atque ritus, ut quas hostiæ partes adolerent, eas omento & adipe operirent, ut facilius arderent, pinguitudine ignem alente. Itaque id est quod ab Homero scribitur, κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν, quod est Adipe operuerunt & obduxerunt. Hinc sole clarius efficitur illud Pers. 2. Sat. 47.

Tot tibi cum in flamma junicum omenta liquescant, &c. Turnebus, 7. 13.

Omentum, abusive, pro Membrana, quæ totum involvit cerebrum. Macrob. 7. Saturn. cap. 9. Et cerebrum, quod tactu sui hominem vel torquet, vel frequenter interimit, non suo sensu, sed vestitus sui, id est omenti, hunc importat dolorem. conf. H. Mercurial. Varr. Lect. 6. 8.

OMENTĀTUS, a, um. Adj. Omento fartus. Apic. 2. 1. Omentata isicia.

OMĔTIS, idis. f. & plur. Ometides, sunt scapulares quædam & humerales fasciæ. Ovid. 3. Arte Am. 273.

Conveniunt tenues scapulis ometides altis

Angustum circa fascia pectus eat. Libri excusi Ameletides legunt, in iisque explicandis Grammatici multum sudant, nihilque proficiunt. Proinde Turnebus contra librorum auctoritatem affirmat legendum esse Ometides, ut sint tanquam scapulares vel humerales fasciæ. Quis enim nescit ad dissimulandam scapularum altitudinem tenuibus fasciis utendum, ne si crassioribus & plenioris fili aliqua utatur, magis vitium exstet & appareat? Recordor equidem Grammaticos primi ordinis, Analectides legere, & intelligere tanquam pulvillos ad constipandas puellarum scapulas, quibus subscriptorem præstare non possum. Verba sunt Turnebi Advers. 4. 23. al. Omaletides & Analectrides. V. supra OMALETIS. & Heins. not.

O M I

OMITTO, mīsi, missum, [ἐάω, παρίημι, παραλείπω, καθυφίημι] ĕre. Rem aliquam penitus dimittere, & relinquere ac præterire. Ter. Adelph. 2. 2. 24. Nunc si hoc omittam, actum agam.

Omittere & Adipisci, contraria. Cic. 1. de Finib. 36. Voluptates omittantur, majorum voluptatum adipiscendarum causa.

Consilium alicujus rei. Liv. 33. 41.

Iracundiam omittere. Ter. Adelph. 4. 7. 36.

Memoriam alicujus rei. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Pietatem & humanitatem hic omisit, ut id quod utile videbatur, neque erat, assequi posset. Cic. 3. Off. 41.

Rationem insequendi. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 30.

Sollicitudinem. Ter. Heaut. 1. 2. 3.

Tristitiam. Ter. Adelph. 2. 4. 3.

Timorem. Cic. in Somn. Scip. 2. Sed ille, Ades, inquit, animo, & omitte timorem, Scipio, & quæ dicam, trade memoriæ.

Vetera omitto. i. e. Missas facio veteres injurias, aut conquerendi causas. Sallust. in Jugurth. cap. 102. extr.

Id omitto, Sino. Ter. Heaut. 4. 1. 24.

Atque id omitto: misericordia, animus maternus: sino.

Ut alia omittam, hoc satis est. Cic. pro Quint. 70.

Ut omittam, quod. Ter. Eun. 5. 4. 4. i. e. Prætercam, & nihil dicam.

Omitto ac negligo cetera: sua confessione induatur ac juguletur necesse est. Cic. 7. Verr. 165.

Id omittamus. Cic. 4. Acad. 52.

Omitte ista, quæ nec percunctari, nec audire sine molestia possumus. i. e. Desine quærere. Cic. 1. Acad. 2.

Omitte hunc. Ter. Phorm. 1. 2. 91. h. e. Sine eum abire, Condona ei.

Omittere aliquam. Plaut. Milit. 4. 3. 3.

—nam nullo pacto potest

Prius hæc in ædes recipi, quam illam omiserim. i. e. Quam illam amiserim a me. Fortasse legendum Amiserim. [Immo pro Dimiserim.

Omitte me. Plaut. Pseud. 1. 3. 23.

Aliquem alicui. Cic. 16. Att. 18. Deinde, si me amas, omitte Atticum Ciceroni tuo. h. e. Contemplatione & causa Ciceronis, tibi deditissimi, condona iram, si quam geris in Atticum.

Differre aliquid, & omittere in tempus præsens. Hor. de Arte Poet. 44.

Navigationem primam, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Cic. 2. Q. frat. 5.

Omittere rogare, Desinere. Plaut. Pers. 4. 4. 90. Ter. Eun. 5. 6. 19.

Omitte mirari opes Romæ. Hor. 3. Carm. 29. 11.

Omitto iratus esse. Plaut. Pers. 3. 3. 26.

Omisit non prius contra verum niti, quam animum advortit, &c. Sallust. in Jugurth. cap. 35. extr.

Primam corripuit Hor. 2. Serm. 5. 26.

Aut spem deponas aut artem illusus omittas. Idem 1. Epist. 18. 79. & Ovid. 2. Amor. 1. 17.

OMISSUS, a, um. [παραλειφθείς] Partic. ut,

Animus omissus, pro Remisso & languido. Ter. Heaut. 5. 2. 9.

Controversia omissa, oratio omnis ad misericordiam tuam conferenda est. Cic. pro Ligar. 1.

Deliciis omissis hoc age. Hor. 1. Epist. 6. 30.

Jocis omissis. Plin. Epist. 21.

Compar. Omissior ab re, Qui lucrum negligit, neque sollicitus est de acquirendis divitiis. Ter. Adel. 5. 3. 45.

OMISSIO, ōnis. f. Symmach. 3. Epist. 48. & 10. Epist. 70.

O M M

OMMENTANS, antis. Frequent. ab Obmaneo. Liv. Andron. apud Festum.

O M N

OMNIS, e. Adj. [πᾶς, ἅπας] Distributiva dictio, eandem vim habens in singulari, quam in plurali. Omnis homo, pro Omnes homines. Dicitur de universis numero distinctis, ut Omnis grex. Aliquando tamen idem significat quod Totus. Positivo & Comparativo jungitur, & aliquando Superlativo.

Omnis, totus, universus. Cic. 2. de Finib. 112. Sed omne cælum, totamque terram, cum universo mari.

Omnia, de duobus dictum. Cic. pro L. Murena, 20. Perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia, ut urbs fidelissimorum sociorum defenderetur, ut omnes copiæ regis diuturnitate obsidionis consumerentur.

Omnes tres. Quintil. lib. 5. Quanquam omnes tres status cadere in hoc opus possint. Sic Omnes duo, Omnes quatuor, Omnes quinque, &c.

Omnis, pro Cuncto & Toto, Græcorum more. Cic. in Pison. 11. Erat non solum domus mea, sed totum Palatium, Senatu, Equitibus Romanis, civitate omni, Italia cuncta refertum. Et pro Quint. 28. In Galliam ad te ipsum venit, in agrum communem, & denique ubi non modo res erat, sed ratio quoque omnis, & omnes litteræ. Ibid. 67. Usquedum inveniretur, qua ratione res ab usitata consuetudine recederet, & in hoc singulare judicium causa omnis concluderetur. i. e. Tota. Ex Budæo. Sic Nepos 23. 3. 1. Equitatui omni præfuit. Plaut. Epid. 2. 2. 29. Quantum in urbe omni fui. Hor. 3. Carm. 30. 6. Non omnis moriar.

Amor omnis in tranquillo est. Ter. Eun. 5. 9. 8.

Animo omni atque tota mente, intueri aliquem. Cic. 2. de Orat. 89.

Corpus omne in profundenda voce intenditur. Cic. 2. Tusc. 56.

Plebs omnis illa urbana & perdita. Cic. 7. Att. 3.

Quinquennio omni. i. e. Toto quinquennio. Auctor de Viris illust. c. 34.

Sanguinem omnem profundere mater cupit. Cic. pro Cluent. 18.

Sermoni huic omni propositum est, non ut ingenium & eloquentiam meam perspicias, &c. Cic. de Clar. Orat. 318.

Spes omnis. Ter. Heaut. 4. 3. 35.

At enim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis.

Tempore eo omni Neapoli fui. Cic. pro Sull. 17.

Contentione omni pugnatum est, ut lis hæc capitis æstimaretur. i. e. Summa. Cic. pro Cluent. 116.

Contentione omni aliquid fugere. Cic. 3. Tusc. 25. Tætra res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda.

Precibus omnibus, Summis. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 6. Ille primo omnibus precibus petere contendit, ut in Gallia relinqueretur. Idem 1. 78.

Supplicio omni vindicanda. Cic. de Amicit. 43.

Reddere omne, Omnia. Ter. Adelph. 2. 4. 16. vel Subaudi Argentum.

Omnis debet, pro Omnes debent. Cic. 7. Att. 3. Hic omnia facere omnis debet, ne armis decernatur.

Domus omnis, & vicinia tota. Hor. 1. Epist. 16. 44.

Æstatibus omnibus. i. e. Singulis. Plin. lib. 12. cap. 25.

Annis omnibus. Plin. lib. 12. cap. 19.

Cives omnes antiquissimi. Cic. pro Cæcin. 101. Neque ratio afferri potest, cur si cuiquam novo civi potuerit adimi civitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquissimis civibus possit.

Clamor omnis procul esto. Hor. 3. Carm. 8. 16.

Flagitium omne tale. Cic de Senect. 40.

Frugem non omnem neque arborem in omni agro reperire possis. Cic. pro Rosc. Amer. 75.

Genus omne, & Omnis generis, pro eodem. Varr. 1. de R. R. cap. 29. Seminaria omne genus ut ferantur. Liv. 27. 18.

Genus omne in terris. Virg. 3. Georg. 242.

Horis omnibus. Cic. ad Brut. 17.

Magna omnia loquens. Hor. 1. Serm. 3. 13.

Mensibus omnibus vigesimo die lunæ aliquid facere. Cic. 2. de Finib. 101.

Minima omnia, maxima, &c. Cic. 5. Fam. 8. Quamobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus, minimis, maximis, mediocribus, ut ad hominem amicissimum.

Modo omni. Plin. lib. 16. cap. 14. & Omnibus modis. Cic. 1. de Lege Agrar. 14. Videtis jam, P. C. omnibus rebus & modis constructam & coacervatam pecuniam Decemviralem.

Munus omne. Plin. in Paneg.

Partibus omnibus, vel multis. Cic. 1. de Invent. 58. Exercitus is, cui præpositus est sapiens, & callidus imperator, omnibus partibus commodius regitur, quam is, qui stultitia & temeritate alicujus administratur. V. PARS.

Periculum omne. Ter. And. 2. 3. 17. Sine omni periculo. i. e. Sine ullo.

Philosophi fere omnes omnium disciplinarum. Cic. 5. Tusc. 66.

Ratione ergo omni colenda & retinenda justitia est. Cic. 2. Off. 40.

Sententiis omnibus aliquem ulcisci. Cic. ad Brut. 3. Quos quidem omnibus sententiis ulciscor & persequor, omnibus bonis approbantibus.

Summa omnia sperare, Summa quæque. Cic. 11. Att. 6. Me hortantur ut magno animo sim, ut omnia summa sperem.

Accingunt omnes operi. Virg. 2. Æn. 235.

Adjurare omnia. In ADJURO.

Collu-

Collustrare omnia. Virg. 3. Æn. 651.
Facere omnia ad arbitrium suum. Plin. Epist. 192.
Periclitari. In PERICLITOR.
Permiscere. In PERMISCEO.
Præstare. Ovid. 14. Met. 171.
Vastant late omnia. Virg. 4. Georg. 16.
In animo sunt omnia. Cic. de lege illa loquens, Ad divos caste adeunto.
Ut apud Jurisconsultos Hoc facit omnia. H. St. V. 2. de Legib. 24.
Omnes, qui ubique sunt, qui Latine sciunt. Cic. 2. de Finib. 3.
Omnia, quæcunque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt oratori dicenda. Cic. 2. de Orat. 5.
Omne quod scio, ex hoc scio. Plaut. Curcul. 2. 2. 7. i. e. Omnia, quæ scio.
Omnis, cum genitivo. Liv. 31. 45. Macedonum fere omnibus, & quibusdam Andriorum ut manerent persuasit.
Omnes omnium ordinum homines. Cic. pro C. Rabir. perd. 20.
Omnes omnium ortus, quicunque gignantur, in omni terra quæ incolatur, eosdem esse. Cic. 2. de Divin. 92.
Longe omnium, quicunque scripserunt aut loquuti sunt, exstitit & gravitate princeps Plato. Cic. in Orat. 62.
Omnium egenus. Virg. 1. Æn. 604.
Omnium sermonibus vapolare. Cic. 2. Att. 14.
Ex omnibus princeps Gorgias ausus est in conventu poscere, qua quisque de re vellet audire. Cic. 3. de Orat. 127.
Unus ex omnibus amicis, certe efficiam, ut maxime lætere. Cic. 3. Att. 15.
Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audivi, quam quod, &c. Cic. 2. Philipp. 76.
Ex omni nimbos dimittere cælo. Ovid. 1. Met. 261.
Ad unum omnes idem sentiunt de ea re. Cic. de Amicit. 88.
In omnes insultare. V. INSILIO.
In omne corpus sanguis per venas infunditur. Cic. 2. de Nat. Deor. 138.
Ad omne tempus a periculo tuti. i. e. In perpetuum. Cic. 12. Fam. 1. Sed ita compressa est, ut mihi videamur omne jam ad tempus ab illo duntaxat sordidissimo periculo tuti futuri.
In omne ævum nobilis. Hor. 3. Carm. 11. 36.
Carminibus vives tempus in omne meis. Ovid. 1. Trist. 5. 36.
Ante omnia. V. ANTE præp.
Ad omnia alia. V. AD præp.
OMNE, sine adjuncto, Summam rerum Cicero vocavit, quod Græci τὸ πᾶν appellant. Cic. 2. de Divin. 103. Videsne Epicurum (quem hebetem & rudem dicere solent Stoici) quemadmodum quod in natura rerum omne esse dicimus, infinitum esse concluserit? Sic Lucret. 2. 1107.

— quæ magnum jaculando contulit omne.

Dicit enim ab immenso illo universo, quod omne vocat, & interdum summam summarum, corpuscula conferri, quibus mundi hujus elementa constent & augeantur, mundusque erescat & amplificetur. Turnebus.
OMNINO, Adv. [πάντως, παντελῶς, ὅλως, πάμπαν, τὸ παράπαν] Prorsus. Cic. de Amicit. 76. Omnino est amans sui virtus.
Plurimum & omnino. Cic. 1. Acad. 9. Plurimum quidem & poetis nostris, omninoque Latinis & litteris luminis, & verbis attulisti.
Impedimento omnino hæ fuerunt. Cic. 16. Fam. 10.
Omnino, aut magna ex parte, liberatus. Cic. 1. Tusc. 1.
Omnino, aut certe facilius, labore alicujus & studio quædam consequi. Cic. pro Corn. Balb. 44.
Vix, aut omnino non, posse fieri. Cic. 3. Att. 2.
Non multum, aut nihil omnino. Cic. 1. Tusc. 5. Post vero Lepidum, Gracchos, deinde ita magnos nostram ad ætatem, ut non multum, aut nihil omnino, Græcis cederetur.
Eruditionis omnino omnis expers vir. Cic. 2. de Orat. 1.
Honestum illud omnino, quod ex animo excelso magnificoque quærimus, animi efficitur, non corporis viribus. Cic. 1. Off. 79.
Levitatis omnino est. Cic. de Amicit. 93. Quod amici genus adhibere, omnino levitatis est.
Modice omnino epulati. Cic. de Senect. 45. Epulabar cum sodalibus, omnino modice.
Nequaquam omnino par. Cic. de Amicit. 15. Q. vero Maximum fratrem, egregium virum, omnino sibi nequaquam parem. [Nisi post & omnino distinguendum. Locum, quia falso notatus est, non reperi.
Ne quis omnino regem reduceret. Cic. 1. Fam. 7.
Nihil omnino. Hor. 2. Serm. 8. 94.
Nunquam omnino. Cic. 2. de Orat. 57. Theopompus & Ephorus ab Isocrate magistro impulsi, se ad historiam contulerunt, causas omnino nunquam attigerunt.
Nusquam omnino. Cic. de Amicit. 21. Hos omittamus, qui omnino nusquam reperiuntur.
Omnis omnino. Cic. 1. de Invent. 86. Hoc genus & cetera necessaria, & omnino omnis argumentatio, & ejus reprehensio.
Præclare omnino te habes. Cic. 4. Verr. 149.
Pugnas omnino, sed cum adversario facili. Cic. 4. Acad. 84. Et 5. Verr. 80. Omnino relinquendum.
Omnino, in principio sententiæ. Cic. de Amicit. 80. Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio est, atque una provisio, ut ne nimis cito diligere incipiamus. h. e. Una omnino cautio atque una provisio est: id ast quod, *in totum* dicitur: hoc est non plures. Idem 1. Off. 66. Omnino fortis animos & magnus duabus rebus maxime cernitur. Ibid. 79. Omnino, qui Reipublicæ præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant.
Is omnino servos in familia non erat: cum statim exhiberi jubet. Cic. 7. Verr. 17.
Omnino, pro Tantummodo. Cic. pro Cluent. 76. Quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum Innocentem Oppianicum, &c. absolverent. Budæus.
Omnino, pro Etiam: & Sed omnino, pro Sed etiam. Cic. pro Cluent. 168. Nego illum adolescentem, quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis, omnino illa die esse mortuum. Idem pro Quint. 77. Mihi perdifficile esse contra tales oratores, non modo tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari. i. e. Sed etiam quovis modo. Hæc Budæus.
Omnino, superlativo junctum. Cic. de Senect. 9. Aptissima omnino sunt, Scipio & Læli, arma senectutis, artes, &c. i. e. Quam aptissima, aut Omnino aptissima.
Perscribere diligentissime omnino aliquid. Cic. 6. Att. 3.
OMNICĂNUS, a, um. Adj. Omnia canens. Apul. Flor. 2. Oratio intellectu utilis & modo omnicana.
OMNICĂRPUS, a, um. Adj. ot, Omnicarpæ capræ. Varr. de L. L. lib. 4. 19. i. e. Quæ omnia carpunt.
OMNICOGNOSCENTIA, æ. f. Mar. Vict. 4. adv. Arium.
OMNICŎLOR, ōris. Adj. nt, Omnicolor pictura. Prudent. Pass. Petr. & Paul. 39.
OMNIFĂRIAM, Adv. [πανταχοῦ] Omnibus modis, vel partibus. Gell. lib. 12. cap. 13. Quum vero omnes terras omnifariam, & undique versum, circumfluat, nihil citra eum est. Firmic. lib. 3. cap. 5. conf. Apul. Met. 2. &c. Macrob. 7. Saturn. 13. Capitol. Marc. cap. 11. & Vopisc. Aurel. cap. 27.
OMNIFER, ĕra, ĕrum. Adj. Ovid. 2. Met. 275.

Sustulit omniferos collo tenus arida vultus.

OMNIFORMIS, e. Adj. Apul. Trismeg. p. 78 Elmenh. Mundus receptaculum omniformium specierum.
Machina omniformis. Prudent. Roman. v. 339.
OMNIGĔNUS, a, um. Adj. [παντοῖος] Omnis generis. Lucret. lib. 2. 758.

E quibus omnigenos gignunt, variantque colores. Idem 5. 429.

de Atomis loquens, Omnigenos cœtus. Ibid. 441. Omnigenis e principiis. Hæc Budæus. Virg. 8. Æn. 698.

Omnigenûmque deûm monstra, & latrator Anubis.

Omnia gignentem notat apud Prudent. in Symmach. 1. 12.

— quæ patris ars est
Omnigeni.

OMNIMŎDUS, a, um. Adj. ut, Ignis omnimodus. Lucret. lib. 1. 684.

Ignis enim foret omnimodus, quodcunque crearet. i. e. Omnibus modis ignis est. Nonnulli legunt Omnimodis, manente eadem sententia. Alii Unimodos. V. Lambin.

OMNIMŎDO, Adv. Gell. 18. 15. Lactant. 6. 12. pr. Cels. 1. 7. & 7. 4. [Nisi divise scribendum est Omni modo.
OMNIMŎDIS, Adv. i. e. Omnibus modis. Antiquum adverbium, ut & Multimodis. Lucret. lib. 3. 407.

Si non omnimodis, at magna parte animaï
Privatus. Idem 2. 488. & 699.
Nec tamen omnimodis connecti posse putandum est
Omnia.

OMNIMŎDE, Adv. i. e. Penitus, omnino. [πάντως] Lucret. lib. 2. 488. Omnimode expertus fueris, quam quisque det ordo. Alii legunt Omnimodo.
OMNIMORBIA, æ. f. Herba sic dicta, quod multis morbis subveniat, inquit Isidor. 17. 9.
OMNIPĂRENS, entis. [παγγενέτωρ] Virg. 6. Æn. 595.

Necnon & Tityon, terræ omniparentis alumnum,
Cernere erat.

Terra omniparens. Lucret. lib. 5. 260.
Terræ omniparentes. Lucret. lib. 2. 705. [Nisi Omniparentem legendum, ut ad Naturam referatur epitheton.
OMNIPĂTER, tris. m. Prudent. Pass. Eul. 70.

Omnipatremque negare Deum.

OMNIPĂVUS, a, um. Adj. [παντοφόβος] Qui omnia timet. Cæl. Aurel. Acut. 3. 12.
OMNIPOLLENS, entis. Prudent. Apoth. præf.
OMNIPŎTENS, entis. [παντοκράτωρ] Omnia potens. Compositum est, ut docet Priscianus, ex tribus corruptis, Omni, Potis, & Ens; Qui omnium potis est. [Immo ex Omni & Potens, ut Omniparens, Omnipollens, similiterque Armipotens &c.] Plaut. Pœn. 1. 2. 63.

Dii immortales, omnipotentes, quid est apud vos pulchrius?

Fortuna omnipotens. Virg. 8. Æn. 334.
Pater omnipotens, Jovis est periphrasis. Virg. 3. Æn. 251. Idem 1. 64. & 2. 689.
Neptunus omnipotens. Cic. 4. Tusc. 73.

— teque omnipotens
Neptune invoco. Ex quodam poeta.

OMNIPŎTENTIA, æ. f. Macrob. 5. Saturn. cap. 16. de Fortuna loquens, Omnipotentiam quoque eidem tribuit. Idem in Somn. Scip. lib. 1. cap. 14. Ut summi omnipotentiam Dei ostenderet.
OMNIPRÆSENS, entis. & OMNIPRÆSENTIA, æ. f. apud Theol.
OMNISCIUS, a, um. Adj. & OMNISCIENTIA, æ. f. apud eosdem.
OMNISŎNUS, a, um. Adj. Chelys omnisona, Omnisonis pulsibus. Mart. Capell. lib. 9. [Immo Omnisona mela. Carm. 4.
OMNITENENS, entis. [παντοκράτωρ] Tertull. adv. Marc. Carm. 5.
OMNITUENS, entis. Adj. [παντόπτης] Omnia tuens, i. e. Cernens. Lucret. 2. 940.

Non congressa modo vitales convenienti
Contulit inter se motus, quibus omnituentes
Accensi sensus animantem quamque tuentur.

Sic reponit Turnebus, Omne & Tuentes, duabus dictionibus in unam junctis, non dissimili ratione atque apud eundem poetam legitur Ædituentes. Al. Quibu' convenienter. Val. Flacc. 5. 248.

Hæc tibi fatorum, genitor, tutela meorum
Omnituens. De sole. Apol. de Mundo p. 71. Elmenh. Sol quidem omnituens ortu suo diem pandit

OMNIVĂGUS, a, um. Adj. [πανταπλανής] ut, Solivagus. Cic. 2. de Nat. Deor. 68. Quæ eadem Diana, omnivaga dicitur: non a venando, sed quod in septem numeratur tanquam vagantibus. Al. Annivaga.
OMNIVIGENS, Adj. unde
OMNIVIDENTIA, æ. f. Mar. Vict. 4. adv. Arium.
OMNIVŎLUS, a, um. Adj. Omnia volens, vel omnia cupiens: quod epithetum a Catullo Jovi tribuitur, quem poetæ finxerunt in amoribus admodum inconstantem, omniumque fere formosarum concubitus appetentem. Sic enim scribit Carm. 69.

Sæpe etiam Juno maxima Cælicolûm
Conjugis in culpa flagravit quotidiana,
Noscens omnivoli plurima furta Jovis.

OMNIVŎMUS, a, um. Adj. Pacuv. Omnivomus Oceanus.
OMNIVŎRUS, a, um. Adj. [παμφάγος] Plin. lib. 25. cap. 8. Bibunt autem lac vaccinum, quoniam boves omnivoræ fere sunt in herbis.

O M O

Omŏle, es. f. Mons Thessaliæ. Virg. 7. Æn. 675. Omolen, Othrynque nivalem.

Omŏphăgi, ōrum. m. pl. [ὠμοφάγοι] Qui cruda carne vescuntur, quales perhibentur esse Ætoli, ut ait Thucydides.

Omophagia, orum. n. pl. [ὠμοφάγια] Bacchanalia. V. Arnob. lib. 5. & Reines. Ep. p. 594.

Omoplatæ, arum. m. pl. [ὠμοπλάται] Rursus, a cervice duo ossa lata, utrinque ad scapulas tendunt: nostri Scoptula operta, ὠμοπλάτας Græci nominant. Hæc Celsus lib. 8. cap. 1. [Qui locus insigniter corruptus est, nec sine ope meliorum codicum MSS. emendari potest. Scapulas Celsus simpliciter vocat lib 2. cap. 8. & alibi. Si conjecturæ locus est, reliquisse puto, Utrinque ad jugula tendunt. Nostri lata scapularum ossa &c. Nam Jugula Celsus vocat, quas vulgo Claviculas appellant, (ut s. l. dictum est) quæ cum scapulæ processu superiori committuntur. Lata autem scapularum ossa pro ipsis Scapulis in eodem capite bis deinceps posuit: haud obscure innuens, id esse proprium eorum, quod præmitti scil. debuit, nomen.

Omotarichus, i. [ὠμοτάριχος] Salsamentum, sive salsi thynni caro. Diosc. 2. 30.

O M P

Omphax, ăcis. f. [ὄμφαξ] Uva acerba, &

Omphăces, um. pl. [ὄμφακες] dicuntur Uvæ & fructus immaturi.

Omphăcium, i. n. [ὀμφάκιον] Succus uvæ immaturæ. Quod barbari *verjuium* vocant. Plin. lib. 23. in prologo. Omphacium qua fieret ratione incipientis uvæ pubertate, in unguentorum loco docuimus. Diosc. 5. 5.

Omphacīnus, a, um. Adj. [ὀμφάκινος] Quod ex omphace factum est Omphacinum oleum, Quod ex olea omphace, id est immatura expressum est. Plin. lib. 23. cap 4.

Omphacinon, i. n. [ὀμφάκινον] a Polluce memoratur pro Veste feminea, lib. 7. cap. 13.

Omphacomĕli, ĕlitos. n. [ὀμφακόμελι] Mel cum acerbæ uvæ succo incoctum. Diosc. 5. 21. Pallad. Aug. t. 13.

Omphăle, es. f. [Ὀμφάλη] Nomen reginæ Lydiæ, cui Hercules propter amorem servivit: multisque ab ea muneribus est donatus, quod ad Sangarim fluvium serpentem, multos homines interficientem, interemisset. Hæc, ut ait Donatus in Ter. Eun. 5. 7. 3. ipsum Herculem sibi servientem etiam ad lanificium compulit: quum ipsa calathum & colum, cultusque femineos, sagittis & clava, leonisque tegmine mutasset. V. Ovid. 2. Fast. 305. &c. & Sen. Hippol. 317. &c. Propert. lib 3. 9. 17.

Omphale in tantum formæ processit honorem, &c. Quo loco Omphale mediam productam habet, nisi quis vocalem in fine non auferendam putet, ut nonnunquam fit & apud Virgilium. Producta vero esse non potest, nisi ratione liquidæ, quæ Latinis poetis vix conceditur.

Omphalocarpon, i. n. [ὀμφαλόκαρπον Dioscoridi] Herba est quam alii Ampelocarpon, alii Philanthropon appellant, quod semen gignat hamatum, quod vestibus adhærescens, hominum amore teneri videtur. Omphalocarpon autem idcirco appellatum est (ut non obscure innuit Dioscorides lib. 3. cap. 103.) quod semen ejus rotunditate quadam umbilici speciem videatur referre. Apud Plin. lib. 27. cap 5. Omphacocarpon legitur: facit tamen ratio etymologiæ, quam modo adduximus, ut Omphalocarpon restituendum putemus. V. Marcel. Virg. in locum Diosc. paulo ante citatum, & Hermolaum in Plin. Harduinus tamen alteram lectionem secutus est. q. V.

O N A

ŌNĀ. Omnia.

Onæ, arum. f. pl. [ὠναί] Ficus sunt prædulces, quæ Tarenti tantum nascuntur, sic dictæ, quod propter bonitatem jure emi mereantur ὠνὴ enim Græce dicitur emptio, a verbo ὠνέομαι, quod est emo. Apud Plin. lib. 15. cap. 18 legitur Omæ.

Onăger, gri. m. [ὄναγρος] Asinus silvestris: compositum ex ὄνος, asinus, & ἄγριος, silvestris. Varro 2. de R. R. cap. 6. de asinis loquens, Horum genera duo, Unum ferum, quos vocant onagros, in Phrygia & Lycaonia sunt greges multi. Alterum mansuetum, ut sunt in Italia omnes. Cic. 6. Att. 1.

Timidos onagros agitare cursu. Virg. 3. Georg. 409.

Onagos, i. m. [ὀναγός] Fabulæ nomen, Latine Asinaria. Plaut. Asin. prol. 10.

—huic nomen Græce est

Onagos fabulæ.

Onagros ibi legitur. H. St. Sed perperam.

Onagra, æ. f. [ὀνάγρα] frutex Dioscoridi.

Item Machina bellica, eadem quæ Scorpio. Veget. de Re Mil. 4. 9. & 22. & Lex. Pitisc.

O N C

Onca, æ. f. [Ὄγκα] sic apud Thebanos appellata Minerva. V. Guil. Canter. Nov. lect. 6. 1.

Onchesmites, Ventus ab Onchesmo Epiri portu flans. Ita legunt V V. D D. apud Cic. 7. Att. 2. a pr. V. not. ad loc. & supra ANCHESITES.

Onchestos, i. m. [Ὄγχηστος] Filius fuit Neptuni, qui Onchestum civitatem, Mycalesso promontorio propinquam, condidit, deque suo nomine appellavit.

Onchestos, i. f. [Ὀγχηστός] Bœotiæ urbs est, non procul a lacu Copaide, ubi Amphyctionum concilium cogi solebat, teste Strabone lib. 9. Condita putatur ab Onchesto heroe, Neptuni filio, & ab eo nomen accepisse. conf. Stat. 7. Theb. 272. Steph. Meminit Homer. Iliad. 2. 507.

Onco, āre. de Asello dicitur apud Auct. Philomelæ, 55. Oncat asellus. al. Uncat.

O N E

Onero, Onerosus. V. ONUS.

Onēsicrĭtus, i. m. [Ὀνησίκριτος] Philosophus, & historicus Æginetas: ut autem Demetrio Magnesio placet, Astypalæus fuit, a Diogenis schola. Similitudinem quandam cum Xenophonte habere videtur; ut enim hic cum Cyro, ille cum Alexandro militavit. Xenophon Cyri Pædiam, Onesicritus Alexandri incunabula & originem scripsit. Similiter & uterque principis sui persequitur laudes: stilus insuper utriusque simillimus. Auctor Diogenes Laertius lib. 6. segm. 84. conf. Curt. 9. 10 3. & 10. 1. 10. Gell. 9. 4. & Plin. 6. 22.

Onēsĭmus, i. m. [Ὀνήσιμος] Cyprius, seu Spartiata, tempore Constantini Magni; scripsit in Rhetorica, De statuum differentia, Præexercitationes, Declamationes, & alia. V. Voss. Hist. Lat. 2. 4. [Suidæ est Onasimus, Ὀνάσιμος.

O N I

Onīros, i. m. [ὄνειρος] i.e. somnium, dicitur Papaver. Apul. de Herb c. 53.

Onirocrites, æ. m. [ὀνειροκρίτης] Somniorum interpres. Fulgent. 1. Mythol. Onirocriten soporis nugas ariolantem advertas.

Oniscus, i. m. [ὀνίσκος] Genus vermiculi V. MILLEPEDA.

Onītis, idis. f. [ὀνῖτις] Herba eadem cum Origano, sed folio candidiore. Plin. 20. 17. Diosc. 3. 29. & Apul. de Herb. cap. 122.

O N O

Onoba, æ. f. Hispaniæ Bæticæ oppidum, prope Junonis promontorium, Plinio auctore lib. 3. cap. 1. & Pomponio lib. 3. 1.

Onobalistubia, æ. f. [Ὀνοβαλιστουβία] Ptolemæo lib. 2. cap. 4. Hispaniæ urbs: alio nomine Onaba Lustoria. [Corrupte, pro Onoba Æstuaria, ut ex Plin. apparet.

Onobatis, is. f. [ὀνοβάτις] apud Cumanos dicebatur Mulier in adulterio deprehensa, teste Plutarcho: qui refert Cumanis in more fuisse, ut quum aliqua in adulterio deprehenderetur, in forum deductam, & saxo impositam spectandam omnibus proponerent: deinde asino impositam per urbem perveherent, eaque infamiam notatam Onobatim appellabant.

Onobrȳchis, is. f. [ὀνοβρυχίς] Palmes asini. Plantæ genus. Plin. 24. 16. Diosc. 3. 161.

Onocardion, i. n. Herba eadem quæ Chamæleon. Apul. de Herb. cap. 25.

Onocentaurus, i. m. [ὀνοκένταυρος] Animal monstruosum, quod a parte superiori hominis speciem habet: a parte inferiori asini præfert imaginem: quemadmodum & Hippocentauros finxit antiquitas, superiori parte hominem, reliqua equum referentes. Onocentaurorum mentio est in sacris litteris apud Esajam, 34. 14.

Onochēlos, i. n. [ὀνόχειλος] Latine sonat Labium asini, Genus herbæ parvo frutice, flore purpureo, asperis foliis & ramis, radice messibus sanguinea, cetero nigra, in locis sabulosis nascens. Hæc a Plinio lib. 22. cap. 21. numeratur inter species Anchusæ. Diosc 4 25.

Onochoētes, æ. m. Fictus a nebulone Judæo Christianorum Deus, auribus asininis & pedibus ungulatis. Tertull. Apol. cap. 16. & adv. Nation. 1. 14. Al. Ononychites.

Onochonus, i. m. Thessaliæ fluvius, unus ex iis quos Xerxianus exercitus traditur ebibisse. Auctor Herodot.

Onoclĕa, æ. f. Herba eadem quæ Onocheles. Diosc. 4. 45.

Onocrŏtălus, i. m. [ὀνοκρόταλος] Avis est cygno similis. Dicta, quod collum in aqua mergens spiransque, veluti ruditum asini edat. ὄνος, asinus: κρόταλον, crepitus. Plin. lib. 10. cap. 47.

Olorum similitudinem onocrotali habent: nec distare existimarentur omnino, nisi faucibus ipsis inesset alterius uteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira ut sit capacitas; mox perfecta rapina, sensim inde in os reddita in veram alvum ruminantis modo refert. V. Martial. 11. 22.

Onomacrĭtus, i. m. [Ὀνομάκριτος] Atheniensis Poeta, qui Orpheo & Musæo carmina sua attribuit. V. Voss. de Poet. Gr. cap. 4.

Onomarchus, i. m. [Ὀνόμαρχος] Phocensium Dux. V. Justin. lib. 8. & Diod. Sicul. lib. 18.

Onomarchus alius Catanæ Tyrannus, quem narrat Ælianus Leonem suæ mensæ convictorem adhibuisse. Hist. Animal. 5. 39.

Onŏmătŏpœia, æ. f. [ὀνοματοποιΐα] i. e. Nominis fictio: ut, Balatus ovium, Mugitus boum. Dicta onomatopœia, quasi τὸ ὄνομα ποιεῖν. A quibusdam Nominatio dicitur, qua rei, cui nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, ipsi nomen effingimus, aut imitationis, aut significationis gratia Inde sunt Rudere, Vagire, Murmurare, Sibilare. V. Isid. 1. 36. & Voss. p. 2. Rhet.

Onōnis, [ὀνωνίς] V. ANŌNIS.

Onōnychites, æ. m. [Ὀνονυχίτης] Habens ungulas asininas. V. Tertull. Apol. cap. 16. & supra ONOCHOETES.

Onŏpyxon, i. n. [ὀνόπορδον] Crepitus asini, herba. Plin. 27. 12.

Onopyxos, i. f. [ὀνόπυξος] Herba spinosa. Plin. 21. 16. i.e. Buxus asinina.

O N T

Onthyrion, i. n. [Ὀνθύριον] Oppidum est Thessaliæ juxta Arnen, cujus incolæ Onthyrici appellantur. Stephanus.

O N U

Onūphis, is. f. [Ὄνουφις] Urbs celebris Ægypti, a qua vicina præfectura Onophitis appellatur: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 9.

Onūris, is. f. [ὄνουρις] Herba eadem quæ OEnotheta. Plin. 26. 12. Diosc. 4. 113.

Onus, ĕris. n. [φορτίον, ἄχθος, γόμος] Pondus grave alicui incumbens. Cic. pro Lege Manil. 55. Insula Delos tam procul a nobis Ægeo mari posita, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant.

Vacuus onere. Senec. Herc. fur. 9.

Colossica onera. V. COLOSSUS.

Ignavum. Lucan. lib. 7. 127.

Illætabile. Stat. 5. Theb. 633.

Insolitum. Stat. 9. Theb. 427.

Insuetum. Ovid. 2. Met. 165.

Accipere onera venientum. Virg. 4. Georg. 167.

Cum

Cum onere moram offerre. V. CUM præpos.
Cedere oneri. V. CEDO.
Concidere sub onere. V. CONCIDO.
Deponere onus. Lucret. lib. 3. 1072.
Detrectat onus cervice rebelli. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 155.
Ferre dulce. Ovid. 9. Met. 339.
Jactare. Senec. Hippol. 10.
Premi nullo. Senec. Herc. fur. 6.
Subiit onus gravius dorso. Hor. 1. Serm. 9. 21.
Sum oneri. Liv. 23. 43.
Esse oneri ferendo. Ovid. 15. Met. 403.
Ulcerat onere mantica lumbos. Hor. 1. Serm. 6. 103.
Onus ciborum reddere. Plin. lib. 8. cap. 27.
Geminatum. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Operum onera. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Onus, pro Munere, provincia, sive partibus & officio. Cic. 1. de Orat. 116. Magnum quiddam est onus ac munus suscipere ac profiteri, se, &c. Idem 6. Verr. 79. Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo?
Officii onus. Cic. 3. Fam. 13.
Gravissimum. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Abjicere onus. V. Opprimi onere.
Accipere. In ACCIPIO.
Allevare. Cic. pro Rosc. Amer. 10. Hoc onus si vos aliqua ex parte allevabitis, feram ut potero, studio & industria, Judices.
Deponere. Cic. pro Sulla, 65. Ita se gessit in Tribunatu, ut onere deposito domestici officii, nihil postea nisi de Reipublicæ commodis cogitarit.
Habere. Cic. 5. Verr. 4. Ego plus oneris habeo quam qui ceteros accusarunt.
Imponere. Cic. 13. Fam. 57. Nunc quum mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur, ego quoque tibi imponam, pro tuis in me summis officiis: ita tamen ut tibi nolim molestus esse. Idem 14. Att. 21. Tibi hoc oneris non impono.
Imponere onus simultatis. Cic. 2. Q. frat. 5. Causa sero perorata, sententias se rogaturum negavit, ne quod onus simultatis nobis imponeret.
Imponere alicui magnum onus observantiæ. Cic. 13. Att. 11.
Injustum onus alicui imponere, & Recipere, contraria. Cic. in Orat. 35. Injustum, i. e. Quod justam excedit magnitudinem.
Injungere. V. INJUNGO.
Liberare aliquem onere. Quintil. lib. 5. cap. 6.
Opprimi. Cic. pro Rosc. Amer. 10. Opprimi nos onere officii malo, quam id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere.
Perferre. Ovid. ad Liv. 350.
Portare molestum. Hor. 1. Serm. 6. 99. Ovid. 10. Met. 481.
Premi onere. Cic. 5. Fam. 12. Neque tamen, hæc quum scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum, & jam institutarum.
Removere a se. Ovid. 12. Met. 626.
Reponit mens onus, i. e. Curas deponit. Catullus ad Sirmionem peninf. 29. 8.
Seponere conjugii, h. e. Uxorem a se ablegare. Lucan. lib. 5. 724.
Subire. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Sum. ut, Hoc nihil ad te: nostrum est onus. Cic. 3. Fam. 13.
Suscipere. Cic. 5. Verr. 4. Plus etiam, quam pars virilis postulat, pro voluntate populi Romani oneris ac muneris suscipere debeam.
Sustinere. Cic. de Senect. 4. Onus se Ætna gravius dicant sustinere.
Tollere. Cic. pro Rosc. Amer. 10. Fide, sapientiaque vestra fretus, plus oneris sustuli, quam ferre me posse intelligo.
Vacare onere. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Inclinata a pauperibus in dites onera. Liv. 1. 43. Hic sunt Tributa & munia militiæ &c.
Onera civium, & civitatum, dicuntur Exactiones & tributa. Cic. 13. Fam. 8. Municipium maximis oneribus pressum, summis affectum esse difficultatibus.

ONUSTUS, a, um. Adj. [ἔμφορτος] Cui onus impositum est. ut,
Onusta fromento navis. Cic. 3. Off. 50.
Onustus præda. Liv. 3. 29.
Humero onusto vehere aliquid. Hor. 1. Serm. 1. 47.
Tergum vulneribus onustus. Tacit. 2. Ann. 15.
Onustus cibo & vino. Cic. 1. de Divin. 60. Quæ quidem multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino, perturbata & confusa cernimus.
Onustus fascibus & sellis. Hor. 1. Serm. 6. 96.

— meis contentus, onustos
Fascibus & sellis, nollim mihi sumere, &c.

Volgo legitur Honestos, sed hæc lectio Lambino magis arridet, ut significet Horatius prætores, & consules fascibus, & sellis, & ceteris insignibus onerari potius quam honorari. Natum autem est mendum, ut ille ait, e duarum vocum similitudine Honestus, & Onustus, seu, ut nonnulli scribunt, Honustus. Judicet lector.
Corpus onustum hesternis vitiis. Hor. 2. Serm. 2. 77.
Onustum pectus lætitia, h. e. Plenum. Plaut. Stich. 2. 1. 3.
Onustus, cum genitivo. Plaut. Aul. 4. 2. 10. Aulam onustam auri.

ONĔRŌSUS, a, um. Adj. [φορτικὸς] Quod est oneri, sive Quod onerat & gravat. Plin. lib. 17. cap. 26. Plurimæ autem amputari sibi volunt onerosa ac supervacua.
Onerosum capiti, Grave & ponderosum. Plin. lib. 22. cap. 25.
Onerosa præda, Magni ponderis. Virg. 9. Æn. 384.
Hasta onerosa & gravis imbellibus lacertis. Ovid. 13. Met. 198.
Aer onerosior igne. Ovid. 1. Met. 52.
Creditor onerosus. L. 25. Dig. de Pignor.
Compar. Sarcinulæ onerosiores. Fulgent. Contin. Virg. p. 142.
Sors onerosior. Ovid. 9. Met. 675.

ONĔRŌSE, Adv. Paulin. Nolan. Epist. 11. n. 6. Cur tu nos onerose loqueris?

ONĔRŌSĬTAS, ātis. f. Tertull. de Cult. Fem. 2. cap. 7. Tanta ornandi capitis onerositas. [An Operositas? q. V.

ONĔRĀRIUS, a, um. Adj. [φορτηγὸς] Quod onera suscipit, vel onerari potest.
Naves onerariæ, a gestandis oneribus dictæ sunt, & ob id tardæ. Cic. 3. Verr. 46. Eaque in onerariam navem suam conjicienda curavit. conf. Nepos 2. 2. 5. Paterc. 2. 53. 2. & Non. 13. 15.

ONĔRO, [φορτίζω, γεμίζω, βρίθω] āre. Onus imponere. Virg. 1. Æn. 199.

Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.

Ter. Phorm. 5. 6. 4.
Costas aselli onerare pomis. Virg. 1. Georg. 274.
Epulis onerari. Ovid. 1. de Pont. 10. 31.
Malis onerare aliquem. Virg. 4. Æn. 549.
Catenis onerare aliquem. Hor. 3. Carm. 11. 45.
Jaculis manus ambas oneravit acutis. Virg. 10. Æn. 868.
Argumentis quamplurimis onerare judicem. Cic. 3. de Nat. Deor. 8.
Aures onerare. Plaut. Pers. 2. 1. 13.

Conveniam hunc Toxilum: ejus aures quæ mandata sunt onerabo.

Propert. lib. 2. 23. 83.

Illorum antiquis onerentur legibus aures.

Curas onerabat paventium ordo Mutinensis. Tacit. 2. Hist. 52.
Injuriis, maledictis onerare aliquem, pro Injuriis plurimis afficere. Ter. And. 5. 1. 8. Cic. 2. Philip. 99. Omnibus eum contumeliis onerasti.
Malignitate oneravit hæc dies homines. Plaut. Capt. 3. 1. 4.

Nam Hercle huic diei, si liceat, oculos effodiam lubens:
Ita malignitate oneravit omnes mortales mihi.

Mendaciis onerare. Cic. 3. Fam. 10. Te autem, quibus mendaciis homines levissimi onerarunt, &c. quererer tecum atque expostularem.
Odio onerare aures. Sallust. In Cic. 6.
Pensis famulam oneravit iniquis. Propert. lib. 3. 15. 15.
Populum onerare, pro Exigere a populo pecunias. Plin. in Paneg.
Præceptis onerare aliquem, pro Dare mandata. Plaut. Mil. 3. 3. 29.
Probris aliquem. Senec. Hippol. 2.
Pugnis onerare, pro Pugnos incutere. Plaut. Amph. 1. 1. 172.
Vinculis publicis onerare quempiam. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 1. 10. ubi de C. Pescenu.
Vino se onerare. Justin. 1. 8. 6.
Votis æthera oneravit, Fatigavit. Virg. 9. Æn. 24.
Onerare in bonum, Cumulare. ut
Mensas onerare epulis. Virg. 4. Georg. 378.
Onerare amœnitate, lætitia, &c. Plaut. Capt. 4. 1. 7. Sic, Onerare se voluptatibus. Plaut. Stich. 4. 1. 27.
Onerato hilaritus me. Plaut. Mil. 3. 1. 83.

Es, bibe, animo obsequere mecum, atque onerato hilaritus me.

Al. emendatius, Onera te hilaritudine.
Commoditatibus onerare diem. Ter. Phorm. 5. 6. 2.
Honoribus divinis & humanis aliquem. Justin. 5. 4. 13.
Laudibus onerare, Vehementer laudare. Liv. 4. 13. Phædr. 5. 8. 8.
Promissis aliquem. Liv. 10. 14. Et ipsos nominatim juvenes pari comitate utrumque, nunc laudibus, nunc promissis onerat. Sallust. Jugurth. cap. 12. Sic sæpe in aliis Livii locis. Vide apud Tacitum ubi de Aniceto pædagogo loquitur, Hunc igitur Nero pollicitationibus onerat, ut fateri velit. Citat. Ber. in Suet. Ner. cap. 35. H. St. Sed falso, opinor, citat, quum hæc non sint Taciti verba, qui phrasi eadem sæpe tamen utitur.
Pectora onerat largis promissis. Sil. lib. 17. 576.
Spe præmiorum onerare. Liv. 35. 11.
Rationes onerare, i. e. Dispendiosum esse, apud Columel. lib. 4. cap. 2. teste Budæo.
Onerare absolute, In invidiam adducere. Tacit. 2. Hist. 64. 3. Et Triariæ licentiam, modestum e proximo exemplum, onerabat Galeria imperatoris uxor, non immitis tristibus.
Imaginibus majorum onerari. Plin. lib. 3. Epist. 3. ad Corneliam Hispullam extr. Nec minus sæpe ab illo, quam a te, meque admonebitur, quibus imaginibus oneretur: quæ nomina & quanta sustineat.
Principes onerasti futuros. Plin. in Paneg. cap. 73. extr. conf. 24. pr. & ibi Baud.
Annonam onerare, Cariorem facere. Ulpianus in l. Annonam. D. de extraord. criminibus. Onerant annonam etiam stateræ adulterinæ.

ONĔRANS, antis. Partic. [βρίθων] ut, Verba onerantia lassas aures. Hor. 1. Serm. 10. 10.

ONĔRĀTUS, a, um. aliud Partic. [πεφορτισμένος] Plaut. Pseud. 1. 2. 64.

Nisi carnaria tria gravida tergoribus onerata, uberi hodie
Mihi erunt. Al. Oneri uberi.

Armis oneratus. Curt. 4. 14. 2.
Mero onerati. Idem 5. 7. 4.
Vino & epulis. Sallust. Jugurth. cap. 46.
Veste oneratus. Ter. Heaut. 3. 1. 43.
Spe oneratus præmiorum. Liv. 34. 61.
Atlas humeros oneratus Olympo. Ovid. 5. Fast. 167.
Brachia onerata telis. Ovid. 3. Met. 139.
Jumenta onerata plagis. Hor. 1. Epist. 18. 16.
Lancibus oneratis cumulant aras. Virg. 12. Æn. 215.
Sinu onerato portare aliquid. Senec. Hippol. 10.
Ulmus onerata vitibus. Ovid. 2. Trist. 143.

ONUATUS, vide ante.

O N Y

ONȲCHIPUNCTA, æ. f. Gemma est ex Iaspidum generibus, quæ & Iasponyx dicitur, niveo colore, rutilis punctis stellata: unde & nomen accepisse videtur. V. Plin. lib. 37. cap. 9.

ONȲTES, Nomen viri proprium, quod Donatus (inquit Servius) dicit aut gentile esse, aut patronymicum: sed hoc non procedit, quia neque patronymicum in TAS exit, neque Onytes a qua gente veniat usquam lectum est. Proprium ergo est, &c. Hæc Servius enarrans Virgilianum illud lib. 12. Æn. 514.

Tres uno congressu, & mæstum mittit Onyten.

ONYX, ȳchis. m. & f. [ὄνυξ] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 6. extr. Exponenda est & onychis ipsius natura propter nominis societatem: hoc in gemmam transilit, ex lapide Carmaniæ. Sudines dicit in gemma esse candorem unguis humani similitudine: item chrysolithi colorem, & sardæ, & iaspidis. Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis venis, oculi modo, intervenientibus quarundam oculis obliquis venis.
Onyx, Marmoris genus. Idem lib. 36. cap. 7. Onychem etiam tum

tum in Arabiæ montibus, nec usquam alibi nasci putavêre nostri veteres: Sudines in Germania, potoriis vasis inde factis primum, dein pedibus lectorum sellisque. Nepos Cornelius tradit magno fuisse miraculo, quum P. Lentulus Spinter amphoras ex eo, Chiorum magnitudine cadorum ostendisset: post quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine columnas vidisse se. Paulo post cap. 8. pr. Hunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cavant ad vasa onguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur. Martial. lib. 12.50. In habentem amœnas ædes.

Calcatusque tuo sub pede lucet onyx. Idem lib. 6. 42.

Siccos pinguis onyx anhelat æstus. [Etiam h. l. Plin. puto In Carmania legendum, ut in superiore.

Ex onyche lapide antiqui vasa unguentaria faciebant ad ornatum: unde etiam onyx pro eodem vase sumi cœpit. Martial. lib. 7. 93.

Unguentum fuerat quod onyx modo parva gerebat. Idem lib. 12. 50. In Phyllida,

Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx. Siccus. i. e. Evacuatus. Erat autem Cosmus myropola. Stat. 1. Silv. 5. 35. In quibus exemplis Onyx sumitur pro Alabastro, seu Ampulla unguentaria ex onyche, quam Metonymiam materiæ Rhetores vocant.

Parvus onyx nardi. Hor. 4. Carm. 12. 17.

Onyx item est, ut ait Dioscor. lib. 2. Conchylii operculum, purpuræ operculo simile, quod reperitur in India in paludibus his, quæ nardum ferunt. Itaque & odores suavissimos afflat, quoniam conchylia nardo vescuntur. Ex his igitur sive testis, sive conchis, fieri poterant vasa ad unguentum servandum aptissima, quippe quæ nardi odore jam essent penitus imbuta. Duxerunt autem appellationem, & hæc concha, & ille lapis a similitudine unguis humani, quia nihil sit in eis rugosum, nihil asperum: sed omnia, ut in ungue, lævia & polita. Lambinus.

Onyx, Piscis. Plin. 32. 11.

Onychinus, a, um. Adj. [ὀνύχινος] Quod pertinet ad onychem, vel quod ex onyche factum est: ut Vasa onychina.

Onychina pira, a colore vocat Plin. lib. 15. cap. 15. Et Onychina pruna, apud Columel. lib. 12. cap. 10. Quæ onychis, hoc est unguis similitudinem & formam habeant.

Onychintinus, a, um. Aliud Adj. ut, Crustæ onychintinæ. Sidon. 9. Epist. 7.

Onychitis, Idis. f. [ὀνυχῖτις] Cadmiæ species. Plin. 37. 9.

Item ὀνυχῖτις Gemma. Appianus in Mithrid. p. 159. Parif. in fine. [illegible] H. St.

O O N

Oonæ, arum. f. pl. Insulæ in Septentrionali Oceano, in quibus (ut Plinius refert lib. 4. cap. 13.) ovis avium & avenis incolæ vivunt.

O O P

Oopsellum, i. n. Britanniæ insulæ urbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 3. Uxellum aliis dicta, hodie Cestria. Vulgo *Chester*.

O P A

Opa, æ. f. [ὀπή] Lat. Foramen. Vitruv. 4. 2.

Opăcus, a, um. Adj. [ἐπίσκιος, σκιώδης, ἀνήλιος] significat Umbrosum, teste Festo, ab operiendo.

Arbor opaca. Virg. 6. Æn. 136.

Barba. Catul. in Egnatium, 35. 19.

Caligo opaca. Ovid. 10. Met. 54.

Crepuscula. Ovid. 14. Met. 122.

Domus opaca intus. Virg. 3. Æn. 619.

Frigus, Umbra. Virg. 1. Ecl. 53.

Herba. Ovid. 3. Met. 438.

Latebræ opaciores. Columel. lib. 8. cap. 17.

Locus opacus, & Apricus, contraria. Cic. in Partit. 36.

Locus opacus & frigidus in silva. Cic. 3. de Orat. 18.

Loca opaca redimita silvis. Catull. de Berecynthia, 61. 3.

Lucis habitamus opacis. Virg. 6. Æn. 673.

Lustra. Claud. 2. in Eutrop. 421.

Montes umbrantur opaci. Virg. 3. Æn. 508.

Nemora opaca, Densa. Plin. lib. 3. cap. 5.

Nox. Virg. 4. Æn. 123.

Nubes. Ovid. 2. de Arte Am. 619.

Pascua nemorum opacissima. Columel. 6. 21.

Quies. Stat. 3. Silv. 5. 17.

Ripa viridi & opaca inambulare. Cic. 1. de Legib. 15.

Ruris opaci umbræ. Virg. 1. Georg. 156.

Sæpes opaca, & munita vallo arboris. Plin. lib. 12. cap. 5.

Silvæ. Ovid. 2. Fast. 409.

Vallis. Horat. 1. Epist. 16. 5.

Ulmus. Virg. 6. Æn. 283.

Vadere per opaca. Sen. Herc. fur. 10.

Viarum opaca. Virg. 6. Æn. 633.

Ferimur per opaca locorum. Virg. 2. Æn. 725.

Opacĭtas, ātis. f. [ἐπισκιασμός] Columel. lib. 8. cap. 17. Plusque nocet putris unda, quam prodest opacitas. conf. Plin. 15. 30.

Opăco, [ἐπισκιάζω] āre. Obumbrare, cooperire, obscurare. Cic. 2. de Nat. Deor. 49. Ut quum terras larga luce compleverit, easdem modo his, modo illis partibus opacet. De sole. Idem 1. de Orat. 28. Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, &c.

Rami opacant arborem. Virg. 2. Georg. 58.

Ramus opacat humum. Virg. 6. Æn. 195.

Opălus, i. f. [ὀπάλλιος] Gemma est in India tantum nascens, colore quidem candida, ita tamen ut in ea vario modo & carbunculi tenuior ignis, & amethysti fulgens purpura, & smaragdi virens mare, incredibili pariter mistura transluceant: unde & inter gemmas pæderotas, hoc est a pueris in deliciis habitas, numeratur a Plinio lib. 37. cap. 6.

Opalia, Opalis, in ops.

O P E

Opĕra, æ. f. [ἐργασία] Actio, labor, seu Industria laborantis, seu operatio pro mercede sumpta. Cic. 1. Off. 41. Quibus, non male præcipiunt, qui ita jubent uti, ut mercenariis: operam exigendam, justa præbenda.

Opus operæ finis est, inquit Valla, 4. 76.

Sine hominum opera, neque valetudinis curatio, neque navigatio, neque agricultura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio & conservatio ulla esse potuisset. Cic. 2. Off. 14.

Opera, id est Virtute & industria, benefici & liberales qui erunt, quo pluribus profuerint, eo plures ad benigne faciendum adjutores habebunt. Cic. 2. Off. 52.

Foris operæ intermissio. Cic. 2. de Divin. 142.

Parcus opera. V. Parcus in PARCO.

Consilium & opera, V. Offerre operam infra.

Opera & artificio singulari simulacrum. Cic. 6. Verr. 72.

Opera & Labor. Cic. 1. de Finib. 10. Ego vero cum forensibus operis, laboribus, periculis non deseruisse mihi videor præsidium, &c.

Multæ operæ & laboris res. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 11.

Bona aut mala opera. Plaut. Pseud. 1. 1. 102.

Celeris. Hor. de Arte Poet. 262.

Conducta. V. CONUUCO.

Eadem opera, Eodem labore ac tempore. Plaut. Capt. 2. 3. 90.

Eadem opera a Prætore sumam syngraphum.

Impensa opera. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Iners. V. INERS.

Majore opera. Plaut. Casin. prol. 72.

Majoraque opera ibi serviles nuptiæ

Quam liberales etiam curari solent. h. e. Majori diligentia.

Mea opera, Opera tua, quod barbari *Tuo medio* dicunt. Ter. Hec. 2. 1. 31.

Non mea opera, neque pol culpa evenit. Idem Phorm. 4. 4. 4.

— opera tua ad

Restim mihi quidem res rediit planissime.

Militaris. Liv. 44. 34. Ubi datum signum sit, tum militarem operam navare.

Nava, virilique opera duarum legionum quibus præerat, exercitum immunem tanta calamitate servavit. Paterc. lib. 2. 120.

Secundæ operæ homo, h. e. Famulans famulanti, Minister ministri. Lucan. lib. 8. 672.

Degener, atque operæ miles Romane secundæ. Septimium Romanum accusat, qui quum Pompeju caput abscidisset, non tamen illud tulit Ptolemæo regi, sed Achillæ regio satelliti ferendum permisit ad Ptolemæum. Adde quod postquam Achillas gladio latus Pompeji perfodisset, moribundo caput amputavit Septimius.

Succisivæ operæ. Cic. 2. Philip. 20. V. SUCCISIVUS.

Togata opera. V. TOGA.

Vehemens. Hor. 1. Epist. 13. 5.

Una opera. Plaut. Capt. 3. 4. 30.

Et quidem Alcmæo atque Orestes & Lycurgus postea

Una opera mihi sunt sodales, qua iste. i. e. Tam sunt mihi sodales quam iste.

Accommodare operam. V. ACCOMMODO.

Addere. V. ADDO.

Afferre alicui. Ovid. 2. de Arte Am. 673.

Collocare operam in re aliqua, Vide an dicatur. H. St.

Commodare operam. V. COMMODO.

Condicere. V. CONDICO.

Conferre. V. CONFERO.

Conferre multam operam in res obscuras. Cic. 1. Off. 19. Quidam nimis magnum studium, multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt.

Consumere multam operam frustra. Cic. 1. Tusc. 103.

Laboris & operæ plus in aliqua re consumere, quam ceteri in alia. Cic. pro Font. 1. V. CONSUMO.

Conterere operam. V. CONTERO.

Dependere operam & Impendere. Columel. lib. 4. cap. 22.

Detrahere de opera. Cic. 4. Acad. 6.

Dare operam alicui rei. Plaut. Trin. 4. 2. 23.

Magis lubido est observare quid agat, ei rei operam dabo. i. e. In hac re laborabo. V. DO.

Amori operam dare, Amare. Ter. Heaut. 1. 1. 58.

Bellis dare operam. Ovid. Rem. Amor. 165.

Funeri dare operam, est Interesse pompis exsequiarum. Cic. 15. Att. 1. Comis eam vidi. Venerat in funus, cui funeri ego quoque operam dedi.

Hospitiis dare operam. Cic. 10. Fam.

Liberis operam dare, quam honeste dicitur. Cic. 9. Fam. 22.

Ludis assiduam operam dare. Lucret. lib. 4. 972.

Memoriæ alicujus operam dare. Cic. 8. Fam. 1.

Præceptori dare operam, i. e. Audire eum. Suet. Cæs. cap. 4. Budæus. Plaut. Curc. 2. 2. 9.

Rebus dare operam divinis. Cic. 2. de Legib. 26.

Studio juris civilis dare operam. Cic. de Clar. Orat. 306. Ego autem juris Civilis studio multum operæ dabam Qu. Scævolæ P. F.

Tonsori dare operam, Tonderi. Suet. Aug. cap. 79.

Valetudini dare operam. Cic. 1. de Orat. 265.

Dare operas alicui, Juvare aliquem. Plaut. Bacch. 1. 1. 11.

Ubi ei dederit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla sibi. Sed alii rectius post Operas puncto distinguunt & ad superiora referunt, Ut revehatur domum, Ubi &c. i. e. Serviat. De ancilla enim loquitur.

Dare operam in exercitationem aliquam. Cic. 2. Tusc. 7. In quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus, ut, &c.

Dare operam alicui, dicitur judex, quum audientiam illi accommodat. Cic. 13. Att. 47. Is ad me venit, dixitque judicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Sextio nostro lege Pompeia in consilium iri necesse erat. Ter. Heaut. 3. 1. 93. Gell. 14. 2.

Dare operam alicui, Adesse. Plaut. Curc. 2. 2. 24. Idem Aul. 4. 7. 19.

Si mihi dat operam me illi irasci injuria est. [Conf. Trin. 3. 2. 25.

Dare operam ut aliquid fiat. Cic. 13. Fam. 28.

Id operam do, i. e. Curo & laboro. Ter. And. 1. 1. 130. Cic. 4. in Verr. 28. Primum omnium opera danda est, ut eos nobiscum ducamus, qui famæ nostræ capitique consulant.

Egre-

Egregiam operam alicui dare. Cic. 5. Att. 3.
Dedita, vel Data opera facere. V. DO & DADO.
Emuntur mercenariorum operæ, non artes. Cic. 1. Off. 130.
Eniti ope atque opera omni, ut aliquid fiat. Cic. 14. Att. 15.
Est mihi opera, quod barbare dicitur, *Habeo ad faciendum*. Plaut. Merc. 2. 2. 15.
Dicam, si videam tibi operam esse aut otium. i. e. Si videro te non esse occupatum.
Est operæ, idem quod Opus est, vel vacat. Liv. 21. 9. Nec Annibali in tanto discrimine rerum operæ esse legationes audire.
Est operæ, pro Operæ pretium est. Pers. 6. Sat. 9.
Lunai portum est operæ cognoscere cives. Versus est Ennii poetæ citatus a Persio. Plaut. Casin. 5. 2. 5.
Operam date, dum mea facta itero, est operæ auribus accipere.
Pauper, cui opera vita erat. i. e. Vitam sibi comparabat ex labore diurno. Ter. Phorm. 2. 3. 16.
Exigere plenam operam. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Experiri opera. Plaut. Bacch. 3. 2. 3.
Homini amico qui est amicus, ita uti nomen possidet,
Nisi deos, ei nihil præstare; id opera expertus sum esse ita.
Facere operam orationis compendi. Plaut. Most. 1. 1. 57. i. e. Paucis eloqui. V. COMPENDIUM.
Fungi opera mediastini. Ulpian. l. 1. D. Naut. caupon. &c.
Gravari operam. Plaut. Rud. 2. 4. 22.
Cur tu operam gravare mihi, quam civis civi commodat? i. e. Cur invitus juvas?
Impendere operam intra tectum. V. IMPENDO.
Impendere duplicem operam. V. IMPENDO.
Insumere. V. INSUMO.
Interponere. V. INTERPONO.
Locare operam alicui. Gell. lib. 3. cap. 30. Plaut. Pseud. 1. 5. 147.
Ludere operam, Perdere. V. LUDUS.
Navare. Liv. 44. 34.
Navare bonam operam. V. BONUS.
Consilium, operamque obtulit. Suet. in Domit. cap. 17. quasi sub opera consilium comprehendi possit. Sed ita & Livius distinguit, si bene memini. H. St.
Parcere operæ. V. PARCO.
Non parcam operæ. Cic. 13. Fam. 28.
Perdere operam, quod & Operam ludere dicitur: hoc est, In vanum laborare. Cic. pro L. Muren. 23. Quod quidem jus Civile didicisti, non dicam operam perdidisti. Idem 1. de Orat. 126. Inque eo maxime probavi summum illum doctorem Alabandeosem Apollonium, qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos judicabat non posse oratores evadere, operam apud se perdere.
Perdere operam & oleum. V. OLEUM.
Periit opera & oleum. Cic. 2. Att. 17. Ne & opera & oleum philologiæ nostræ perierit.
Ponere operam, curamque in re aliqua. Cic. 1. Off. 78. Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæque ponetur, id jure laudabitur.
Ponere operam alicui. Cic. 13. Att. 27. Quicquid erit, operam Faberio ponamus. h. e. Pecuniam exigamus a Faberio debitore, Demos operam ut pecunia exigatur a Faberio.
Bene ponere operam. Cic. 2. Q. frat. 4.
Præbere operam alicui. Cic. de Clar. Orat. 174. Multam operam & amicis utilem præbuit.
Præstare operam, V. PRÆSTO. H. St.
Producere operam. Cic. lib. 9. Epist. 20. Integram famem ad ovum affero. Itaque ad assum vitulinum opera producitur. H. St. Al. Perducitur.
Profiteri operam. Cic. in Verr. Ut ad ea tollenda operam suam profiterentur.
Tu musis nostris para ut operas reddas. Cic. 16. Fam. 10. V. REDDO.
Reddere justam operam. V. JUSTUS.
Removere operam a re aliqua. Cic. 4. Acad. 6.
Sum. ot, Plaut. Merc. 4. 5. 13.
Pol haud censebam istarum esse operarum patrem. Quasi dicat, Non existimabam patrem his rebus se immiscere, & talia curare, sive talibus rebus operam dare.
Est operæ. Liv. 5. 15. Gell. 7. 17. Plautus, sæpius pro Est operæpretium. V. supra Est, & OPERÆPRETIUM infra.
Sumere operam. Cic. 6. Verr. 69. Tibi hæc opera sumenda est.
Sumere inanem. Hor. de Arte Poet. 443.
Surripere operam alicui. V. SURRIPIO.
Suscipere operam & munus aliquod. Cic pro Corn. Balb. 17.
Tradere mutuas operas. V. MUTUUS.
Tribuenda est opera Reip. vel omnis potius in ea cogitatio & cura ponenda est. Cic. 2. de Divin. 7.
Uti opera alicujus ad rem aliquam. Cic. 4. Acad. 121. Negat opera deorum se uti ad fabricandum mundum.
Opera accipitur interdum pro Delicto. Liv. 41. 20. pr. Placuit Lanuvinos, quorum opera instauratæ essent feriæ, hostias præbere. Illi enim in precatione erraverant. Catull. Passer. 3. 19.
Tua nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli rubent ocelli. conf. Cic. 2. Att. 25. & Nepos 6. 1. 3. & supra Mea opera.
Operas quoque, Personas dicimus conductas, quæ aliquid faciant. Cic. 7. Verr. 47. Navem tibi operis publicis Mamertinorum esse ædificatam. Idem 1. Philip. 12. Cujus enim maleficii ista pœna est, ut dicere in hoc ordine auderet, se publicis operis disturbaturum publice ex Senatus sententia ædificatam domum?
Operæ, Nebulones conducti ad malum inferendum. Cic. pro Sext. 59. En cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur, quum hoc illius funesti anni perdito exemplo videant, per Tribunum aliquem & sexcentas se operas fortunis spoliari, & regno omni posse nudari. Idem 2. Q. frat. 1. Deinde ejus operæ repente a Græcostasi & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt. Et 1. Att. 13. de Clodii judicio, Boni viri precibus Clodii a causa removentur, operæ comparantur.
Opera, etiam in singulari, pro eodem. Hor. 2. Serm. 7. 173.
—ocyus hinc te
Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.

Mercenariæ operæ, & Multitudo conducta. Cic. 1. Philip. 22. Quis aut accusator tam amens reperietur, qui reo condemnato objici se multitudini conductæ velit? aut judex, qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur?
Fabrorum operæ. Cic. 3. Verr. 147. Tantum operis in ista locatione fuit, quantum paucæ operæ fabrorum mercedis tulerunt.
Cogere operas. Cic. 4. Verr. 13.
Dare operas in re aliqua. Cic. 4. Verr. 173. Canulejus vero, qui in portu Syracusis operas dabat, furta quoque, &c. Et 13. Fam. 66. Qui operas in scriptura pro magistro dat. [Hic est idem, ac Esse in operis.
Conductæ operæ. Cic. pro Sext. 38. Erat autem mihi contentio, non cum victore exercitu, sed cum operis conductis, & ad diripiendam urbem concitatis.
Confirmat operas suas Clodius. Cic. 2. Q. frat. 3.
Mittere in operas multos. Cic. pro Planc. 47.
Prohibere operas aditu. Cic. 4. Att. 3.
Publicanorum etiam operæ, quos *factores* vulgo vocant. Cic. 13. Fam. 9. A te peto, Cn. Pupium, qui est in operis ejus societatis, omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tueare, curesque ut ejus operæ (quod tibi facile factu est) quam gratissimæ sint sociis. [Posteriori loco de Exhibita ex pacto opera in exigendo publico est exponendum. Socii sunt Publicani. V. paulo supra Dare operas.
De operis Rusticis, Columel. lib. 2. cap. 23. abunde tractat.
Theatrales operæ. Tacit. 1. Ann. 16.

OPERÆPRETIUM, [ἀξιόλογον] significat Fructuosum, & ad rem pertinens, vel quia decens, vel quia utile, vel quia gloriosum, vel quia jucundum e inquit Valla lib. 4. Ter. Andr. 1. 3. 12.
Audireque eorum est operæpretium audaciam. Ubi Donatus, Operæpretium dicitur de mirificis & laudabilibus. Nam & ea quæ magna sunt, etiamsi mala, tamen miramur: quia libenter audiamus: & hoc pretium est operæ, id est audiendi. Cic 6. Verr. 30. Jam, ut hæc omnia reperire, ac perscrutari solitus sit, Judices, est operæpretium cognoscere.
Mereri operæpretia. Liv. 21. 43. in oratione Annibalis ad milites, Tempus est jam, opulenta vos ac ditia stipendia facere, & magna operæpretia mereri. i. e. Magna præmia militiæ, ait Budæus.
Facere operæpretium. Liv. 25. 19. M. Centenius petit a Patribus, oti sibi quinque millia militum darentur: se peritum & hostis, & regionum brevi operæpretium facturum.
Operæpretium habere aliquid. Liv. 25. 6. Operæpretium habent libertatem, civitatemque.
Operæpretium est. i. e. Magni æstimandum est, & magni pendendum. Liv. præfatione operis, Facturusne operæpretium sim, si a primordio urbis res Populi Romani perscripsero: nec satis scio, nec si sciam, dicere ausim. Idem 31. 45. Ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequicquam absumpti: &, quia vix operæpretium erat, abscessere. i. e. Vix tanti fuisset urbs capta, ut tempus tamdiu tereretur. Cic. pro Rosc. Amer. 108. Si nihil in ista pugna Roscii quod operæpretium esset, fecerant: quam ob causam a Chrysogono tantis præmiis donabantur? i. e. *Nihil quod valeret*, ut vulgus loquitur.
Operæpretium facere, & Inanem operam sumere, contraria. Operæpretium enim id dicimus, quod tanti est, quanti opera in eo insumpta: & quum ita loquimur, Operæpretium est audire, hoc significamus, Non perditurum eum operam, qui audiat. Hor. 2. Serm. 4. 63.
Est operæpretium duplicis pernoscere juris
Naturam, &c. Lambinus.
Pretium operæ etiam dicitor, ut Verisimile, & Simile veri, per tmesin. Plin. Id vero audire, pretium operæ sit. [Tmesin vocat figuram, quam melius Anastrophen dixisset. Ceterum falso sibi persuasit Robertus, Operæpretium conjuncte dici, ut Manupretium, aliaque talia. Revera enim duæ voces ubique sunt. Idque vel ex hoc ipso Pliniano, nisi falsa citatio est, vel ex superiore Donati, & altero Livii loco, ubi Operæ pretia pl. dicit, discere poterat. Adde & Curæ pretium, & Moræ, & Pugnæ, aliaque similia passim occurrere, quæ V. in PRETIUM. In Gloss. Lat. Gr. Opetepretium, ἀξιόλογον, λέγε. supple ἄξιον. ut in Græco Lat. exprimitur.

OPERŬLA, æ. f. dimin. Apul. pr. Met. 1. pag. 105. Elmenh. Operulas etiam, quas adhuc vegetus, fagariam faciens, merebam, in eam contuli. conf. Arnob. lib. 4.

OPELLA, æ. f. aliud dimin. ut, Forensis opella. Hor. 1. Epist. 7. 8. Parva opella. Lucret. lib. 1. 1105.

OPERĀRIUS, a, um. Adj. [ἐργατικός, ἐργαστικός] Quod industria atque opera fit, sive Quod ad operam conductitiam pertinet. Plin. lib. 14. cap. 10. Sed inter vina operaria numerantur. h. e. Quæ dantur operariis. Homo operarius, Qui operatur. Cic. pro Rosc. Amer. 120. Idem Att. 7. 2. Nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. i. e. Mechanico, quem vocant.
Orator operarius. Cic. 1. de Orat. 263. Operarium nobis quendam, Antoni, oratorem facis.
Lapides operarii, Qui ad opus aliquod accommodari & incidi possunt. Plin. lib. 36. cap. 22.
Usus operarius, Qui ad aliquod opus faciendum adhibetur: vel qui alicui operæ accommodatur. Plin. lib. 8. cap. 3.
Pecus operarium, Cujus usum ad operas nostras faciendas convertimus, vel quo utimur ad id quod opus habemus. Columel. lib. 6. cap. 2. h. e. Quo terram colimus.
Dies operarius, i. e. Profestus. Cato de R. R. cap. 2. Ubi ea cognovit, rationem inire oportet operarium dierum. Per syncopen pro Operariorum. Castigatiora exemplaria sic distinguunt, scribuntque, Operarum, dierum. ut sit genit. pl. ab Opera.

OPERARIUS, i. m. [ἐργάτης] Qui operam suam mercede, & laborem collocat in re aliqua. Unde Cassius apud Varronem 1. de R. R. 17. scribit Operarios parandos esse, qui laborem ferre possint, nec minores annorum viginti, & ad agriculturam dociles. Cic. 6. Verr. 77. Barbaros quosdam Lilybæo scitote advocatos esse operarios. Idem in Parad. 3. Utrum de bonis est quærendum, quid bajuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint?
Appositus ad deferenda quædam onera operarius. Cic. 6. Verr. 126.
Orator operarius. Cic. 1. de Orat. 83. Hos, quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat, nisi quosdam operarios, lingua celeri & exercitata.

Operaria, æ. f. [ἐργάτις] Plaut. Bacch. 1. 1. 41.
Equidem tibi do hanc operam. P. at oimium pretiosa operaria.

Operōsus, a, um. Adj. [ἐργαστικὸς] Qui agit, & rebus gerendis operam dat, inquit Valla. Cic. de Senect. 26. Sed videtis ut senectus non modo languida atque iners non fit, verum etiam fit operosa, & semper agens aliquid & moliens. [Non liquet utrum hoc Adj. ab Opera, an ab Opere deducatur. Est enimvero Operosum, id quod Multi operis est, & Operosus, qui Multum operæ insumit, in re aliqua: ita ut utriusque etymi significationem comprehendat. Sane ut ab Onus Onerosus, sic ab Opus Operosus formatum videtur, ut Gr. ἐργώδης ab ἔργον, quod est Opus.
Operosus ejus rei quisque dicitur, in qua desudat. Ovid. 1. Fast. 101.
Disce metu posito, vates operose dierum,
Quod petis. i. e. Qui in digerendis diariis laboras.
Colonus operosus. Ovid. de Nuce, 57.
Mulier operosa capillis ornandis. Ovid. 2. Amor. 8. 1.
Mulier operosa cultibus. Ovid. 2. Amor. 10. 5.
Brachia operosa Cyclopum. Stat. 1. Theb. 217.
Operosus, passive aliquando accipitur. Ovid. 1. Met. 258.
— mundi moles operosa laboret. i. e. Quæ ab aliquo operata est: non quæ aliquid facit, ait Valla lib. 1. [Immo, In qua multum operis apparet.
Operosus, pro Efficaci ponitur. Ovid. 14. Met. 22.
Utere tentatis operosæ viribus herbæ.
Operosus, Multæ operæ, vel vehementis, inquit Valla lib. 1. Plin. lib. 18. cap. 15. Cic. 3. Q. frat. 5. Sed res operosa est, & hominis perdiligentis.
Facilis & Operosus, contraria. Plin. lib. 15. cap. 23.
Æs operosum, Magno artificio & opere fabricatum. Ovid. 3. Epist. 31.
Agri. Ovid. 2. Amor. 16. 33.
Antra. Propert. lib. 3. 2. 14.
Artes. Cic. 2. Off. 17. Itaque quæ in rebus inanimis, quæque in tractatione belluarum fiunt utiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis. Stat. 5. Silv. 1. 158.
Arva. Ovid. 1. de Arte Am. 339.
Bella. Lucan. ad Pison. 21.
Carmina. Hor. 4. Carm. 2. 31.
Concussatio. Cic. de Clar. Orat. 323.
Gloria, Magna & difficilis. Ovid. 2. Epist. 33.
Labor operosus & molestus. Cic. 2. de Nat. Deor. 59.
Sepulcrum. Cic. 2. de Legib. 65. Sed post aliquanto propter has amplitudines sepulcrorum, quas in Ceramico videmus, lege sanctum est, ne quis sepulcrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo.
Spissum & operosum opus. Cic. 2. Q. frat. 23. Scribebam illa quæ dixeram πολιτικὰ, spissum sane opus & operosum.
Stamen. Ovid. 1. de Arte Am. 695.
Templa. Ovid. 15. Met. 667.
Compar. Cic. 2. de Legib. 45. Textile, nec operosius quam mulieris opus menstruum. conf. Sepulcrum supra.
Divitiæ operosiores. Hor. 3. Carm. 1. extr.
Superl. Plin. lib. 7. cap. 53. Operosissima tamen securitas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur.
Operosissimus in re aliqua, Plurimum operæ & laboris in re aliqua impendens. Plin. lib. 2. cap. 5. Syria in hortis operosissima. Indeque est proverbium Græcis, Multa Syrorum olera.

Operōse, Adv. [ἐργωδῶς] Laboriose, difficulter. Cic. in Orat. 149. Quod vel maxime desiderat diligentiam (est enim quasi structura quædam) nec id tamen fiet operose.
Compar. Plin. 18. 26. Dicemus mox paulo operosius. Sen. Brev. vit. cap. 9. Operosius occupati sunt.

Operositas, ātis. f. Quintil. lib. 8. cap. 3. Est etiam, quæ περιεργία vocatur, supervacua, ut sic dixerim, operositas. Tertull. Cult. Fem. 2. 7. pr. V. Onerositas.

Opĕror, [ἐργάω, ἐργάζω, ἐργάζομαι] ări. In opere aliquo faciundo laborare. Plin. lib. 11. cap. 10. Adolescentiores ad opera exeunt, & supradicta convehunt, seniores intus operantur. Vet. Gloss. Operatur, ἐργάζεται.
Operari, Operam dare. Columel. lib. 12. cap. 4. Si rebus venereis fuerit operatus, vel vir, vel femina, debere eos flumine ablui.
Operari auditioni. Plin. lib. 25. cap. 2. ad finem, Sedere namque in his scholis auditioni operatos gratius erat, quam ire per solitudines, & quærere herbas alias aliis diebus anni.
Operari liberalibus studiis. Tacit. 3. Ann. 43. ubi Operari, Operam navare significat.
Operari, Nonio 12. 21. est Religiose, & cum summa veneratione sacrificiis litare vel convivari. Juven. 12. Sat. 92.
Et matutinis operatur festa lucernis. Virg. 1. Georg. 339.
— lætis operatus in herbis. V. Turneb. Adverf. 6. 9.
Propert. lib. 2. 34. 2.
Cynthia jam noctes est operata decem. h. e. Sacra Isidis & festa celebravit. Erat autem Cynthia Propertii amica.
Operari superstitionibus. Liv. 10.
Operari, apud Scriptores Christianos est Eleemosynas conferre. Cyprian. de Opere & eleemos. cap. 9. & 11. Tertull. adverf. Marc. 4. 16. Ambros. de Off. 2. 16. conf. Virg. 1. Georg. 339. Defid. Herald. Digreff. 2. 3. extr.

Operans, antis. Partic. Plin. 21. 14. Apul. 3. Met. p. 130. Elm.

Operanter, Adv. Cæl. Aurel. Acut. 3. 8. f. 89. Operantius mederi.

Operātus, a, um. Partic. [ἐργασθεὶς] Liv. 4. 60. Saltem acquiescere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum Reipublicæ esset.
Juventus operata novis arvis. Virg. 3. Æn. 136.
In cute curanda plus æquo. Hor. 1. Epist. 2. 29.
Ora operata. Ovid. 6. Fast. 249.
Omnia sint operata deo. h. e. Sacrificent, sive rem divinam faciant. Tibull. lib. 2. 1. 9.
Operatus, absolute, pro Operatos sacris. Tacit. 2. Ann. 14. pr. Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque se operatum, & sanguine sacro respersa prætexta, &c. Lucret. 4. 982.
Et quibus in rebus consuerunt esse operati.
Compar. Tertull. de Anima, cap. 57. Non alia fallaciæ vis est operatior. [An Operantior? i. e. Efficacior.

Passive, Idem adverf. Hæret. cap. 29. Tot virtutes tot charismata perperam operata.

Operatio, ōnis. f. [ἐργία, ἐνεργία] Plin. lib. 11. cap. 24. Tertium aranearum genus, erudita operatione conspicuum.
Moveri operatione alicujus. Cic. 6. Att. 3. Hujus nebulonis operatione si Brutus moveri potest, licebit eum solus ames, me æmulum non habebis. Operatione, i. e. Turpi instigatione. Sunt tamen qui Oratione legant, alii Oberratione, vel Obiratione. Quod posterius tuetur Grævius.
Operatio, Sacrificatio. Plaut. Fragm. Ut isthæc operatio crimen expiet. V. Parei Lex. Crit.

Operātus, ûs. m. Lucil. apud Non. 12. 21. Aut operatu aliquo in celebri cum æqualibus fano. Sed Mercer. habet, Operata.

Operātor, ōris. m. Firmicus lib. 3. cap. 9. Si Mercurius in hoc loco partiliter fuerit constitutus, faciet multa perpeti mala laborantes. eorum enim artes erunt, aut sordidæ, aut squalidæ, ex quibus vigiliæ perpetuæ operatoribus exigantur: quales sunt confectores coriorum, fullones, lanarii. conf. Tertull. de Cast. cap. 3. & Hieron. Epist. 151. extr.

Operatrix, īcis. f. Tertull. de Anima, cap. 11. & 52.

Operculo, Operculum. V. post Operio.

Opĕrio, ŏperui, opertum, [ἐπικαλύπτω] ire. Claudere: compositum ex Ob & Pario: sed b abjicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Morientibus oculos operire, rursusque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est.
Sopor operit oculos. Catull. de Berecynthia, 61. 37.
Ostium operire. Ter. Phorm. 5. 3. 33.
Operire, Tegere. Propert. lib. 3. 13. 35.
Atque hinuli pellis toros operibat amantes.
Fronde operire domum. Tibul. lib. 2. 1. 40.
Pellis operit latos humeros. Virg. 11. Æn. 680.
Floribus & sertis operit limina. Lucret. lib. 4. 1172.
Luctum operire, Celare, abscondere, non patefacere. Plin. 3. Epist. 16.
Nox operit terras. Virg. 4. Æn. 352.
Operibo caput, pro Operiam. Pompon. apud Non. 10. 25.
Operior, opertus sum, [ἐπικαλύπτομαι] Iri. pass. Cic. 6. Verr. 118. In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu operiretur, nisi munitione, &c.
Arbos operitur frondibus. Ovid. 1. Fast. 153. al. Vitibus amicitur.

Opertus, a, um. Partic. [ἐπικεκαλυμμένος] ut, Montes operti arbore. Ovid. 5. Met. 612.
Pectus operta comis Pallas. Propert. lib. 2. 2. 6.
Opertus dedecore, & Opertus contumelia. Cic. pro Cluent. 61. Tum vero illa judicia Senatoria, non falsa invidia, sed vera atque insigni turpitudine notata, atque operta dedecore & infamia. defensioni locum nullum reliquissent. Idem 6. Verr. 111. Non importunissimas istius libidines, non vim, non contumelias, quibus operti oppressique erant, conquerebantur. Budæus.
Operti præda laquei. i. e. Occultati, tecti. Plin. in Paneg. cap. 43. extr.
Animus opertus nubibus. Ovid. 4. de Pont. 5. 5.
Bella operta tumescunt. Virg. 1. Georg. 465.
Caput opertum. Hor. 2. Serm. 3. 37.
Caput detexit. Lucan. lib. 9. 1035.
Esse operto capite. Cic. de Senect. 34. Nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto sit. De Masinissa rege.
Fores. Ovid. 2. Fast. 563.
Lectica operta latus est per oppidum, ut mortuus. Cic. 2. Philip. 106.
Nox. Stat. 10. Theb. 18.
Oculis opertis aliquid facere, ut Clausis oculis. Senec. de Benef. 4.
Ratio. Ovid. 3. Fast. 763.
Rerum opertarum patefactio. Cic. 2. de Fin. 5.
Sacra operta. Val. Flacc. 2. 440.
Abditum & opertum. V. Abditum, in Abdo.
Opertum & Apertum, contraria. Plaut. Capt. 3. 3. 9.
Proferre operta. Cic. 1. de Divin. 114.
Recludere operta. Hor. 1. Epist. 5. 16.
In operto esse. Cic. in Parad. 4. V. dict. seq.

Opertum, i. n. [ἐπικεκαλυμμένον] Adytum. Cic. in Parad. 4. extr. Familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut si in opertum Bonæ deæ accessisses, exsulares. & p. p. Romæ sum, inquis. Et quidem in operto fuisti. [Forte, Equidem & in operto fuisti. Subaudito τῇ Romæ.

Operte, Adv. Gell. 4. 11. Operte & symbolice.

Opertus, ûs. m. Macrob. 7. Saturn. cap. 9. Apul. Apol. p. 310. Elmenh. Mundissima lini seges &c. non modo indutui & amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur.

Opertūra, æ. f. Ammian. 20. 7. Petitus balistarum ictibus & sagittarum densitate, opertura armorum abscessit innoxius.

Operīmentum, i. n. [ἐπίβλημα] Quo aliquid tegitur. Cato de R. R. cap. 10. In stragula octo, pulvinos sedecim, operimenta decem, mappas tres.

Opertōrium, i. n. [περίστρωμα] Idem. Senec. Epist. 18. Ex duabus pænulis, altera stragulum, altera opertorium facta est. Sidon. 3. Epist. 12.

Opercŭlum, i. n. [πῶμα, ἐπίθημα, πωμα] Instrumentum, quo vas quodvis tegitur. Cato de R. R. cap. 10. Operculum aheni unum. Ambulatorium operculum. V. Ambulo. Plin. 8. 39.

Opercŭlo, [πωμάζω] āre. Operculo operire. Columel. lib. 11. cap. 2. Nunc autem si sunt pleni atque operculati favi, demetendi sunt. Idem lib. 12. cap. 15. Quæ vasa confestim operculare & oblinere convenit.

Operculatus, a, um. Partic. Columel. 11. 2. Operculati favi. V. dict. præced.

Operto, āre. frequent. Lucil. apud Fest. Sagus quem pinguis opertat.

Opertānĕus, a, um. Adj. [μυστικὸς] ut, Opertanea sacra, Quæ in operto, non in aperto, nec sub dio fiebant. Plin. lib. 10. cap. 56.
Opertaneos inter Deos refert Mart. Capell. lib. 1.

Operor, Operosus. V. Opera, æ.

Opes, V. Ops.

O P H

Opharus, i. m. [Ὄφαρος] Scythiæ fluvius, in montibus Catheis nascens, & in Lagoum influens. Plin. lib. 6. cap. 8.

Ophel-

OPHELTES, æ. m. [Ὀφέλτης] Filius Lycurgi a ferpente necatus. De quo Ovid. 3. Met. 605. V. HYPSIPYLE Stat. 2. Silv. 1. 181.
Sic & in anguiferæ ludentem gramine Lernæ
Præcifum fquamis avidus bibit anguis Ophelten. Idem 4. Theb. 733.
Alius Cyziceous apud Val. Flacc. 3. 198.

OPHIÖSTAPHŸLE, es. f. [ὀφιοσταφύλη] Frutex capparis. Plin. 13. 23. Al. Ophioftaphyle. q. V.

OPHIACA, orum. n. pl. [Ὀφιακά] Plin. 20. 23. Petridius ophiaca fcripfit. i. e. De ferpentibus libros.

OPHIADAS, is. f. Infula in mari Arabico. V. Diodor. 3. 3.

OPHĬAS, ădis. f. [Ὀφιάς] Ophii filia, Combe. Ovid. 7. Met. 383.

OPHIĀSIS, is. f. [ὀφίασις] Vitium eft capitis, pueris præfertim familiare, ab occipite plerumque originem ducens, indeque ufque ad aures & frontem paulatim ferpens, donec utrimque fines quafi capite & cauda committantur. Unde & nomen invenit: ὄφις enim Græce, nobis ferpentem fonat. Quacunque hoc malum ferpit, cutis emoritur, pilus excidit, glabretaque, per extimam capitis cutem fparfa, fepentis effigiem relinquunt. V. Celfus. 6. 4.

OPHICARDĒLUS, i. m. Gemma eft, in qua nigrum colorem binæ lineæ albæ includunt. Plin. lib. 37. cap. 10.

OPHIDION, i. n. [ὀφίδιον] Pifciculus eft congro fimilis, multo tamen minor, a ferpentis figura nomen habens. Meminit ejus Plin. lib. 32. cap. ult.

OPHIOCTŎNON, i. n. [ὀφιοκτόνον] Herba, quæ notiore nomine Elaphobofcon appellatur: ita dicta, quod ferpentes enecare credatur. Herbariorum vulgus *Gratiam dei* appellat, tefte Ruellio.

OPHIŎGENIUM, i. n. [ὀφιογένιον] Herba eft, cujus paftu cervi fefe adverfus ferpentes muniunt. Alio nomine Elaphobufcon dicitur, hoc eft cervi pabulum. V. dict. præced.

OPHIŎGĔNES, um. m. pl. [Ὀφιογενεῖς] Populi funt in Hellefponto, qui ferpentum ictus contactu levant, & manu impofita venena extrahunt corporibus. Plin. lib. 7. cap. 2. conf. 28. 3.

OPHIOGLOSSON, i. n. [ὀφιόγλωσσον] Herba a lingua ferpentis fic dicta. Tabern. p. 1232.

OPHIOMĂCHUS, i. m. [ὀφιόμαχος] Locuftæ genus a Græcis dicitur, quod cum ferpentibus pugnet. V. Suid.

OPHĪON, ŏnis. m. [Ὀφίων] focius fuit Cadmi, ex illis, qui e dentibus ferpentinis nati fuerunt, ideoque & nomen habet a ferpente, qui Græce ὄφις dicitur. Hinc

OPHĪŎNIUS, a, um. Adj. [Ὀφιόνιος] Senec. OEdip. 485.
— facer & Cithæron
Sanguine inundavit, Ophioniaque cæde. i. e. Thebana. Cadmus enim cum fociis Thebas condidit.

OPHĪŎNĬDES, æ. m. [Ὀφιονίδης] Ophionis filius Amycus. Ovid. 12. Met. 245.

OPHĪON, ŏnis. m. [Ὀφίων] Nomen viri proprium, qui cum Eurynome uxore, quam genuit Oceanus, ante Saturnum rerum potitus eft, quem Saturnus fugavit. Claud. 3. de Rapt. Proferp. 348.
— hos onerat ramos exutus Ophion. V. Janum Parrhafium.
Ophion, peculiare Sardiniæ animal. Plin. 28. 9. & 30. 15.

OPHIONEUS, i. m. [Ὀφιονεύς] Meffeniorum vates, qui a natali die lumine captus, publice & privatim futura prædicere folitus eft. Paufan. Meffen. p. 121. Wech.

OPHIOPHĂGI, orum. m. pl. [Ὀφιοφάγοι] dicti funt Qui ferpentibus vefcuntur, cujus generis populos ad finum Maris rubri memorat Plin. lib. 6. cap. 29.

OPHĪOSCŎRŎDON, i. n. [ὀφιοσκόροδον] Frutex eft, qui notiore nomine Capparis appellatur. Diofcorid. lib. 2.

OPHĪOSTĂPHȲLE, es. f. [ὀφιοσταφύλη] Frutex eft idem cum Cappari. Plin. lib. 13. cap. 23. Capparis firmioris ligni frutex, feminifque & cibi vulgaris. Quidam eum cynosbatoo vocant, alii ophioftaphylen.

OPHĪOSTĂPHȲLOS, i. m. [ὀφιοστάφυλος] Frutex eft ex filveftrium vitium genere, quæ Vitis alba, & Græco vocabulo Ampeloleuce vocatur a Plinio lib. 23. cap. 1. Latinorum nonnulli Serpentis uvam interpretantur: itaque dictam putant, quod in Arabia, hoc fruticis genus præfentiffimum venenum putetur.

OPHĪTÆ, arum. m. pl. [Ὀφῖται] Hæretici quidam fuerunt, qui Chriftum fub ferpentis fpecie colebant. Interim tamen habebant & vivum ferpentem, quem venerabantur & nutriebant. V. Ifidor. 8. 1.

OPHIS, is. m. [ὄφις] Ornamentum manuum, Polluci lib. 5. cap. 16. a fimilitudine, ut opinor, ferpentis dictum. Nam & Anguiculam vertit Gualtherus eodem loco. Hujus etiam meminit Nicoftratus poeta Comicus, & ex eo Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 12. ubi Gentianus Hervetus vertit Serpentem. Quo in loco Clemens ipfe hæc etiam dicit memoratu digna: quod quemadmodum Evam ferpens decepit, ita etiam alias mulieres mundus muliebris aureus, efca utens, ferpentis figura, in probra impellit: nempe murænulas quafdam aureas, & ferpentes ad decorem effingens.

OPHĪTES, is. m. [ὀφίτης] Marmoris genus, habentis maculas ferpentium maculis fimiles. Lucan. lib. 9. 717.
Quam parvis tinctus maculis Thebanos ophites. Scribit Plin. lib. 38. cap. 7. ex ophite columnas effe parvas, quod marmor fit nigricans, varium, dicaturque capitis dolores fedare, alligare ferpentum ictus. Stat. 1. Silv. 5. 35.
Mæret onyx, longe queriturque exclufus ophites.

OPHIŪCHUS, i. m. [Ὀφιοῦχος] eft Signum cæleſte, quod alii putant Herculem effe, alii Æfculapium. Et interpretatur Anguitenens. De quo Cic. ex Arat. lib. 2. de Nat. Deor. 109. fic fcribit, Atque hæc quidem a tergo, propter caput autem Anguitenens,
Quem claro perhibent Ὀφιοῦχον nomine Graji:
Hic preffu duplici palmarum continet anguem.
Ejus & ipfe manet religatus corpore toto:
Namque virum medium ferpens fub pectora cingit. conf. Manil. 1. 331.

OPHĬŪSA, vel OPHIUSSA, æ. f. [Ὀφιοῦσσα] Infula olim Rhodos dicta, ut teftatur Plin. lib. 5. cap. 31.
Eft item Infula in mari Balearico, tefte Ptolemæo, ex duabus Pithyufis minor (nam major Ebufus dicitur) propter ferpentum copiam inculta: unde & Colubraria a Latinis appellatur. Plin. lib. 3. cap. 5.
Eft & altera ejufdem nominis Infula, non procul a Creta, cujus etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 12.
Ophiufa item Oppidum fuit Sarmatiæ Europææ, ad Thyram amnem, de quo idem Plin. loco jam citato.

OPHĪŪSIUS, a, um. Adj. [Ὀφιούσιος] ut, Ophiufia arva. Ovid. 10. Met. 229. i. e. Cyprus. V. Meurf. Cyprum.

OPHIŪSA, æ. f. [ὀφιοῦσα] Herba eft in Elephantine Æthiopiæ regione nafcens, livida, difficillifque afpectu: qua pota minas terroremque ferpentium animo obverfari tradidit Democritus, in tantum ut mortem fibi eo metu damnati confcifcant: quare & facrilegis bibenda dari confuevit. Plin. lib. 24. cap. 17.

OPHRYS, ÿos. f. [ὀφρῦς] Herba quædam denticulato oleri fimilis, foliis duobus, quæ capillis nigredinem inducit. Plin. lib. 26. cap. 15. Sed lectio fufpecta eft.

OPHTHALMIA, æ. f. [ὀφθαλμία] Oculorum ægritudo, quam Celfus Lippitudinem appellat. Negat tamen Jolius Pollux effe proprium aliquod oculorum vitium, fed eo verbo fignificari tradit Cavitatem oculorum ex corporis ægritudine. [Immo de v. κοιλοφθαλμιᾶν hoc dicit lib. 4. f. 184. Ophtalmia dicitur & Pifcis, qui a Plinio vocatur Oculata, 32. 7. Plaut. Capt. 4. 2. 70.
Scis bene effe, fi fit onde. z. pernam atque ophthalmiam,
Horæum, fcombrum & trygona & cetum, & mollem cafeum.

OPHTHALMĬCUS, i. m. [ὀφθαλμικός] Medicus oculorum, inquit Budæus. Martial. lib. 8. 74.
Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante:
Fecifti medicus, quod facis hoplomachus. V. Ocularius in OCULUS.

OPHTHALMĪCA, æ. f. Herba. Tabernæm. p. 1246.

OPHYRIUM, i. n. Materia vitri faciendi, apud Plin. 36. 26.

O P I

OPĪCUS, a, um. Adj. [Ὀπικός] Sordidum, immundum, & obfcænum fignificat. Nam (ut ait Feftus) Opicum pro Ofco ponitur. Plin. lib. 29. cap. 1. fub Catonis perfona ait, Nos quoque dictitant barbaros, & fpurcius nos, quam alios opicos, appellatione fœdant. De Græcis. Juven. 3. Sat. 207. Opicos mures, Fœdos, & putidos dixit. Idem 6. Sat. 454.
Nec curanda viris opicæ caftigat amicæ
Verba. i. e. Quæ non Latine loqueretur, fed Opice. Fuerunt autem Opici Campaniæ populi quidam a linguarum colluvie dicti, five a ferpentibus, quafi Ophici, in quibus narrabantur Baiani, Cumani, Puteolani, Neapolitani: namque urbes, Opicorum fuiffe dicuntur. V. Lex. Pitifc. Tiro apud Gell. 13. 9. Ut noftri Opici putaverunt. i. e. Plebeji, ruftici. conf. Gell. 11. 16.
Opicas evolvere chartas. Aufon. Profeff. Burdig. 23. 3.
Opicæ tegunt papyri. Idem 4. Epift. 79.
Opicus magifter. Aufon. Epigr. 128. 2. Hoc nomine Eunum liguritorem appellat. V. Scalig. ad Feft. & Aufon. & Turneb. Adverf. 10. 12. vel Lipf. 5. Qu. Epift. 6.

OPIFERA, V. OPS.

OPĬFEX, ĭcis. c. [δημιουργός, κατασκευαστής] ex Opera & Facio compofitum: dicitur Artifex, five ut fic dicam, Operator, non modo rerum, fed etiam verborum: quinetiam Opifices, Coqui, & blandarum artium fectatores appellantur. Cic. 1. Offic. 150. Opificefque omnes in fordida arte verfantur. Idem pro Flac. 18. Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum, quid eft negotii concitare? [Opifex ab Opere dicitur, ut Munifex a Munere. Gloff. Gr. Lat. Opifex, Δημιουργός, Χειροτέχνης.
Coronæ opifex. Hor. 3. Carm. 27. 30.
Fulminis trifulci deus opifex. Senec. Hippol. 2.
Operis omnis opifex. Hor. 1. Serm. 3. 122.
Perfuadendi opifex, Rhetorice. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Rerum opifex. Ovid. 1. Met. 79.
Verborum opifex ignobilis Zeno. Cic. 5. Tufc. 34. Etfi Zeno Citieus, advena quidam & ignobilis verborum opifex, infinuaffe fe in antiquam philofophiam videtur. Idem 7. Fam. 26. Is enim eft dicendi opifex.
Apes opifices. Varro de R. R. lib. 3. cap. 16.
Opifex, ædificatorque mundi Deus. Cic. 1. de Nat. Deor. 18.

OPIFĬCIUM, i. n. [δημιούργημα] Opus ipfius opificis. Varro de R. R. lib. 3. cap. 16. de apibus, Nifi opificii eas urget tempus.

OPIFICIUS, a, um. Adj. Apul. Florid. 1. Extare in opificiis operibus.

OPIFĬCĪNA, æ. f. [δημιουργεῖον, ἐργαστήριον] pro Opificio, ut ait Budæus. Plaut. Mil. 3. 3. 7.
Me ire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari,
Si ea in opificina nefciam aut mala effe, aut fraudulenta. Cic. 1. Offic. 150. Nec enim quicquam ingenuum habere poteft opificina. Vetus codex habet Officina. [Quod eodem redit, quum hoc ex illo contractum fit. V. in OFFICIUM fupra.

OPIGĔNA, in OPS.

OPĬLIO, ōnis. m. [ποιμήν] dicitur quafi Ovilio, hoc eft qui oves cuftodit. Sunt qui Upilio, non Opilio fcribant: auctoritate Prifciani, qui dicit o breve in hoc nomine effe converfum in u longum, ex litterarum affinitate. Columel. lib. 7. cap. 3. Poft futuram deinde longinquæ regionis pafcua petiturus opilio, fere omnem fobolem paftioni refervet fuburbanæ. Virg. 10. Ecl. 19.
Venit & upilio, tardi venere bubulci. Gloff. Gr. Lat. Opilio, αἰπόλος.

OPILIO, inquit Feftus, genus Avis eft. conf. OPUNCULA.

OPIMIUS, Nomen gentis Ro. L. Opimius, Conful Romæ fuit, quo anno C. Gracchus feditiofis concionibus ftatum Reip. labefactans cæfus eft. Ab hujus nomine vina Opimiana dicta funt, quæ Opimio Confule nata funt. Plin. lib. 14. cap. 4. L. Opimio confule, quum C. Gracchus tribunus pleb. feditionibus agitatis interemptus eft, ea cæli temperies fulfit, quam cocturam vocant, folis opere, natali Urbis 634. Durantque adhuc vina ducentis fere annis, jam in fpeciem redacta mellis afperi: (etenim hæc natura vinis in vetuftate eft) nec potari per fe queunt, fi non pervincat aqua, ufque in amaritudinem carie indomita. V. Paterc. 2. 7. & 8.

OPIMIĀNUS, a, um. Adj. Paterc. 2. 7. 5. Martial. 9. 89. Plin. 14. 4. Petron. cap. 34.

OPĪMUS, a, um. Adj. [πίων] Dives, pinguis: ab Opis deducitur. Feftus,

Festus, Hostiæ opimæ, præcipoe pingues: & Opima, magnifica & ampla. Unde spolia quoque, quæ dox populi Ro. duci hostium detraxit, opima dicuntur. Virg. 10. Æn. 449.

At spoliis ego jam raptis laudabor opimis.

Habitus corporis opimus, & Gracilitas, contraria. Cic. de Clar. Orat. 64. Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consectentur. De Lysia oratore loquitur. Habitus corporis opimos, i. e. Nervos quosdam orationis μεταφορικῶς, seu orationem plenam roboris & nervorum.

Præda opimus vir. Cic. 3. Verr. 132. Indignum isti videri cœpit, ex tanta æde, tantoque opere, se non opimum præda, præsertim a pupillo discedere. Quasi dicas opulentum & onustum.

Rebus bonis opima regio. Lucret. lib. 1. 729. De Sicilia.

Acies opimæ, i. e. Bella in quibus spolia quærebantur opima. Stat. 4. Silv. 6. 65.

Accusatio opima. Cic. pro Flac. 81.

Ager opimus & fertilis. Cic. 2. de Lege Agrar. 49. & 50.

Arva. Virg. 2. Æn. 782.

Asia opima & fertilis. Cic. pro Lege Manil. 14. Asia vero tam opima est & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. Sic Opima prædia, apud Plin. lib. 8. cap. 43. pro Quæstuosis, teste Bodæo.

Boves opimi. Varro 2. de R. R. cap. 1. Sic, Boves altiles, ad sacrificia publica saginati, dicuntur Opimi. Cic. 5. Tusc. 100. Ovid. 4. de Pont. 9. 50.

Albave opimorum colla ferite boum.

Cadavera. Valer. 3. Argon. 143.

Cibus. Plin. lib. 22. cap. 22.

Dapes opimæ. Virg. 3. Æn. 224.

Decus, Spolia. Curtius 3. 11. 7. Opimom decus cæso rege expetens.

Dictionis opimum quoddam & tanquam adipatæ genus. Cic. in Orat. 25. Vocat autem Opimum dicendi genus, Quod est tumidum, nimisque redundans, & quod luxuriare quodammodo videtur, & velut pingue & crassum.

Jecore opimo fartus & satiatus. Cic. 2. Tusc. 24. Ex poeta.

Membra opima. Gell. 5. 14.

Mensa opima. Sil. lib. 11. 283.

Ornamenta dicendi opima. Cic. in Brut. 271. T. Accius Pisaurensis & accurate dicebat, & satis copiose, eratque præterea doctus Hermagoræ præceptis: quibus etsi ornamenta non satis opima dicendi, tamen ut hastæ velitibus amentatæ, sic apta quædam & parata singulis causarum generibus argumenta traduntur. Non satis opima dixit, quod præcepta Hermagoræ sint exilia: sic eoim de eo scribit in hoc ipso Bruto 263. C. Sicinius probabilis orator jam vero etiam probatus, ex hac inopi ad ornandum, sed ad inveniendum expedita Hermagoræ disciplina. Ea dat rationes certas, & præcepta dicendi: quæ si mioorem habent apparatum (sunt enim exilia) tamen habent ordinem, & quasdam errare in dicendo non patientes vias.

Pax. Sil. lib. 16. 685.

Pingue. Pers. 3. Sat. 32.

Præda. Hor. Epod. 10. 21.

Præda opima præclaraque. Cic. pro Rosc. Amer. 8. Curt. 5. 1. 4.

Quæstus. Plin. lib. 10. cap. 51.

Res. Hor. 1. Epist. 2. 57.

Spolia. Virg. 6. Æn. 855. Liv. 4. 20. V. supra.

Triumphus. Hor. 4. Carm. 4. 51.

Victima. Plin. lib. 10. cap. 21.

Opima (sc. Spolia) dicuntur absolote, ut Plin. Paneg. cap. 7. conf. Interpr. ad Curt. 3. 11. 7. & Sil. 12. 280.

Opimior, compar. apud Gell. lib. 5. cap. 14. Nam earum, quas venabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat. Quasi pinguiora.

OPIME, Adv. [πιόνως] Abundanter & laute. Plautus Bacch. 3. 1. 6.

Omnium ad perniciem instructa domus opime atque opipare.

OPIMITAS, ātis. f. Solin. cap. 59. Nam protinus atque poma ejus ceciderint maturitate, alia protuberant: eaque tantum est opimitati mora, ut fetus deeidant ante nati. De arbore Medica. conf. Ammian. 19. 22. Plaut. Asin. 2. 2. 16.

Maximas opimitates, gaudio effertissimas. Idem Capt. 4. 1. 2.

Maxumas opimitates opiperasque offers mihi.

Segetis opimitas. Symmachus in epist. ad Patruin. libri 8. 19. Qoid si tibi respondisset opimitas segetis, aot vindemiæ arrisisset ubertas? H. St.

OPIMO, [πιαίνω] āre. Pinguefacere. Columel. lib. 8. cap. 9. de alendis turturibus, Hieme tamen offæ panis vino madefactæ, sicut etiam palumbos, celerius opimant, quam ceteri cibi. Idem 8. 7. & Apul. de Mundo p. 68. Elmenh.

Tralate. Auson. Epist. 15. pr.

O qui venustos uberi facundia
Sales opimas, Tetradi.

OPIMĀTUS, a, um. Partic. ut, Opimata vivariis ostrea. Sidon. 8. Epist. 12. Opimato abdomine ventes. Auson. Mosell. 105.

OPĪNIO, ōnis. f. [δόξα, οἴησις, ὑπόληψις] est Judicium sive persuasio, quam de aliqua re habemus. i. e. Id quod de ea re sentimus. Cic. Ep. ad Octav. Quod utinam neque nostra nos opinio, neque tua fides fefellisset! i. e. Utinam non falsi essemus opinione, judicio, & persuasione, quam de te habebamus. Ibid. Quantum te, popule Romane, de me fefellit opinio? Quum autem de aliqua re dubia quæstio est, non dicimus, Hæc est mea opinio, sed Mea sententia; unde & sæpe legimus, Mea quidem sententia, i. e. Meo judicio.

Puto quasi Opinatio, ut Suspicio. H. St. Sic Optio pro Optatio; Oblivio, ab Obliviscor; Legio a Legendo; Capio, ut in composito Usucapio, a Capiendo, &c. antiqua verbalia sunt a Præs. Indic. formata. Non dubito autem, quin veteres Opino, āre. tertii ordinis verbum usurparint, ut alia similiter, quæ in desuetudinem veneroot. conf. in OPTIO.

Opinio hominom magna de aliqoo. Cic. 1. Fam. 7. Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis.

Vulgi opinio. Cic. 3. Off. 84. Non habeo ad vulgi opinionem, quæ major utilitas, quam regnandi esse possit.

Opinio rei alicujus. Cels. lib. 1. In prooem. Cujus autem rei non est certa notitia, ejus opinio certum reperire remedium non potest. [Non est τὸ Ejus cum Opinio, sed cum dictione Remedium copulandum.

Opinio & Veritas, contraria. Cic. 1. de Nat. Deor. 61. Esse deos persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem plane velim.

Adversa opinio, Diversa, contraria. Plin. lib. 9. cap. 7. Qui suot in adversa opinione.

Commonis quædam hominum. Cic. 1. de Orat. 94. Et 3. de Nat. Deor. 72.

Fictæ. Cic. 2. de Nat. Deor.

Gravis & vehemens opinio, quæ per animos gentium barbarum pervaserat. Cic. pro Lege Manil. 23.

Honesta de nomine deorom & mente. Cic. pro Domo, 107.

Incorrupta tua de me ut maneret, laborabam. Cic. 11. Fam. 28. pr. V. INCORRUPTUS.

Obscura. Cic. 1. de Orat. 92.

Popularis. Cic. pro Cluent. 142. Antea fuisse in illa opinione populari.

Stabilis permanet Cic. 2. de Nat. Deor. 5.

Vanæ. Cic. 2. de Nat. Deor.

Vetus est. Cic. 6. Verr. 106

Vulgaris. Cic. 1. de Orat. 109.

Abire ad vulgi opinionem. Cic. 3. de Offic. 84. Sed emendati codd. legunt, Non habeo, ad vulgi opinionem, &c.

Accipere opinionem falsam de aliquo. V. ACCIPIO.

Adducere in opinionem aliquem. Cic. pro Cæcin. 13. In eam opinionem Cæsenniam adducebat, ut mulier, &c.

In eam opinionem, fiduciamque adduxere, uti existimem. Pontanus præfatione in Ptol. sententias. H. St. statim in princ.

Afferre gravem de qoopiam judicio aliquo opinionem. Cic. pro Cluent. 142.

Amittere. Cic. Att. 3. 24.

Amovere ab aliquo. Ter. And. 3. 2. 30. V. AMOVEO.

Aucupari opinionem aliorum errantem. V. AUCUPOR.

Augurari opinione. Cic pro Muren. 65. Quantum opinione auguror. V. AUGUROR.

Comprehendere mente, & Remittere opinionem, contraria. Cic. pro Cluent. 4. Deinde si quam opinionem jam vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio convellet, si ratio labefactabit, si denique veritas extorquebit, ne repugnetis: eamque animis vestris aut lubentibus aut æquis remittatis.

Concipere. V. CONCIPIO.

Confirmare. V. CONFIRMO.

Convaluit opinio vetus longo jam tempore. V. CONVALEO.

Crescit qootidie, & est omnium, opinio de diis immortalibus. Cic. 3. de Nat. Deor. 11.

Delet dies commenta opinionum. Cic. 2. de Nat. Deor. 5.

Deponere opinionem. Cic. pro Cluent. 142.

Detrahere, & Confirmare opinionem, contraria. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Dicere ex commoni quadam hominum opinione. Cic. 1. de Orat. 94.

Differre suas opiniones. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Diripere ad opinionem. Cic. 14. Att.

Discedere in opinionem. Cic. 6. Fam. 14.

Duci non re, sed opinione. Cic. pro Muren. 65.

Evellere opinionem. Cic. pro Cluent 4. Evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam?

Exiit opinio. Suet. Neron. cap. 53.

Extabuisse videmus fictas atque vanas opiniones diuturnitate. Cic. 2. de Nat. Deor. 5.

Fert ut opinio mea. Cic 6. Verr. 23. Per triennium soli non modo in Sicilia, verum, ut opinio mea fert, his quidem in temporibus in omni orbe terrarum, vacui, expertes soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere. Ibid. 7. 185. Te Latona, & Apollo, & Diana, quorom iste Deli non fanum, sed, ut hominum opinio & religio fert, sedem antiquam, divinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilavit.

Habere opinionem. Cic. 2. de Divin. 70. Credo Romulom, qui Urbem auspicato condidit, habuisse opinionem, esse in providendis rebus augurandi scientiam.

Integritatis alicujus opinionem habere. Cic. 7. Att. 2.

Habere opinionem de aliquo. Cic. de Amicit. 30. Ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit.

Habere falsam de se opinionem. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Imbibere animo opinionem. Cic. 2. Verr. 42. An iste unqoam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset?

Imbuit opinio deorum mentem alicujus. V. IMBUO.

Incidere in opinionem. V. INCIDO.

Inficere opinionem pravitate. V. INFICIO.

Inserere novas opiniones, & evellere insitas. Cic. in Orat. 97.

Insita penitus opinio & vetusta. V. INSERO, sēvi.

Inveteravit opinio. V. Permanet p. p. & INVETERO.

Labi ad opinionem aliquam. V. LABOR, ĕris.

Levare aliquem opinione quapiam. Cic. de Amic. 72. V. Levo, in LEVIS.

Minuere aliquam opinionem. Cic. 2. de Orat. 210.

Movere quæpiam ex opinione aliqua. V. MOVEO.

Niti majorum opinione. V. NITOR, ĕris.

Obsistere opinionibus. V. OBSISTO.

Opplevit opinio hæc totam Græciam. Cic. 2. de Nat. Deor. 63. Vetus hæc opinio Græciam opplevit, scilicet exsectum esse Cælum a filio Saturno.

Penetrare ad sensum opinionemque judicis. Cic. in Partit. 123.

Permanet. ut, Non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec una cum sæculis ætatibusque hominum inveterare potuisset. Cic. 2. de Nat. Deor. 5.

Pervasit opinio per animos hominom. Cic. pro Lege Manil. 23. Erat etiam alia gravis atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbarum pervaserat.

Pugnare ratione contra communem opinionem. Cic. 3. de Nat. Deor. 72.

Perspectæ, planeque cognitæ, atque ab opinionis arbitrio remotæ res. Cic. 1. de Orat. 108.

Refellere pueriles opiniones rectissimis rationibus. Auctor ad Heren. lib. 2.

Sum. ut, Opinio est. Cic. 9. Att. 9. In his locis opinio est, conjectura magis

magis quam nuntio aut litteris, Cæsarem Formiis ad 11 Calend. April. fore.
Vetus est hæc opinio, quæ constat ex antiquissimis Græcorum litteris atque monumentis. Cic. 6. Verr. 106.
Est ejus opinionis. Columel. lib. 2. cap. 12.
In ea opinione fui, qua reliqui omnes. Cic. 8. Att. 15.
In opinione dubia rem esse, & In præsentia atque ante oculos, contraria. Cic. pro Domo, 11. Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia atque ante oculos proposito periculo.
Sententiæ & opinionis alicujus participem esse. Cic. 1. de Orat. 172.
Tradere diversas opiniones. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Venit in opinionem utrisque, signum a classiariis regiis datum. Nepos. Milt. cap. 7. i. e. Opinari cœperunt.
Opinio, Suspicio. Varro Eumenidibus apud Non. 4. 329. Qui omnes me bilem atram agitare clamitantes, opinionem mihi insaniæ meæ confirmant. Terent. Heaut. 1. 2. 3.
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. Cic. 3. Offic. 11. Qui primum hæc natura cohærentia opinione distraxissent. Ex Nonio 4. 329.
Opinio, Spes, opinatio: ut ait Nonius l. c. Cic. ad Cæsarem Juniorem, Posthac quod voles a me fieri scribito, vincam opinionem tuam. h. e. Diligentior ero quam tu opinaris.
Contra opinionem, & Præter opinionem. Cic. 4. Verr. 182. Sane homini præter opinionem improviso incidi. Idem pro Rosc. Amer. 45. Contraque opiniones omnium.
Omnium opinione, Ut omnes existimant, & credunt. Cic. 2. Verr. 2. Homo vita atque factis omnium jam opinione damnatus: pecuniæ magnitudine sua spe ac prædicatione absolutus.
Opinione celerius. Cic. 12. Fam. 15. Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem pœnas daturum. Subaudi Hominum.
Celerius opinione venturus dicitur. Cic. 14. Fam. 23.
Gratius opinione tua. Cic. 10. Fam. 31. Quod familiarem meum in tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est.
Melius opinione. Plaut. Casin. 2. 5. 30.
Opinione melius res tibi habeat tua,
Si hoc impetramus, ut ego cum Casina cubem.
Prius tua opinione hic adero, bonum animum habe. Plaut. Amph 1. 3. 41.
Pulchrior opinione alicujus. Plaut. Mil. 4. 6. 23.
Dubia. Cic. pro Domo 11.
Afferre opinionem alicui. Cic. 2. de Offic. 46. Opinionem afferunt populo, eorum similes fore.
Fallere opinionem alicujus. Cic. 1. Fam. 6. Non fallam opinionem tuam.
Respondeat opinioni hominum tua virtus. Cic. 2. Fam. 1.
Superare omnium opiniones. Cic. 5. Att. 15.
Vincere opinionem omnium. Cic. 4. Acad. 1. Non modo opinionem vicit omnium, quæ de virtute ejus erat, sed etiam gloriam superiorum.
Opinio, Fama, existimatio hominum de aliquo. Cic. ad Cæsarem Juniorem, Erat opinio bona de Planco, bona de Lepido. Ex Nonio 4. 329.
Opinio & Existimatio. Cic. Anteq. iret in exsil. 23. Ea maneat opinio & existimatio, quæ virtute parta, non quæ infelicitate illata est.
Virtutis opinio, h. e. Existimatio. Cic. de Amicit. 37. Quum conciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si a virtute defecerimus. Ibidem 98. Ego autem non de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione.
Ut opinio est de cujusque moribus, ita quid ab eo factum, & non factum sit, existimari potest. Cic. pro Cluent. 70.
Opinio studii & suspicio artificii. Cic. 2. de Orat. 156. Opinionem istorum studiorum, & suspicionem artificii apud eos, qui res judicent, oratori adversariam esse arbitror.
Æterna, aut certe diuturna valet in eo opinio tarditatis. Cic. 1. de Orat. 125.
Bona opinio homini tutior pecunia est. Publ. Mim. v. 89. Al. Hominum Diuturna. V. Æterna supra.
Optimæ opinionis viri, i. e. Famæ. Gaius JCt. l. 9. Dig. Test. quemadm. aperiantur.
Affert & ista res opinionem. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Augere timoris. Cæs. de Bell. Gall. 5. 57. V. AUGEO.
Capere opinionem vetustatis & virtutis. Cæs. de Bell. Gall. 8. 8. V. CAPIO.
Duplicatur opinio de aliquo. Cic. 16. Fam. 21.
Edita in vulgus opinio. Cæs. 3. Bell. Civil. 29.
Excellens opinione fortuna cum laboribus & miseriis permista esse videatur. Cic. 2. de Orat. 210.
Faciebat Lentulus multo majorem opinionem dicendi actione, quam quanta in eo facultas erat. Cic. de Clar. Orat. 234.
Habet maximam opinionem virtutis hæc civitas in Gallia. Cæs. 7. Bell. Gall. 59.
Inflari opinione. Cic. 1. Off 91. Al. Opinionibus. [An Opinione sui?
Irrepere in opinionem gratiæ. Cic. de Arusp. Resp. 52.
Laborare opinione arrogantiæ. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Nascens opinio. V. NASCOR.
Obtinere summam in scholis. Quintil. lib. 10. cap. 5. p. 945. Burm.
Percrebuit opinio omnium sermone. Cic. 2. Verr. 1.
Præbere opinionem timoris. Cæs. 3. de Bell. Gall. cap. 17.
Tenere opinionem hominum. Cæs. 3. Bell. Civil. 56. extr. Pompejus autem, ut famam & opinionem hominum teneret, &c.
Valet æterna aut certe diuturna opinio tarditatis in eo, cujus in dicendo aliquid reprehensum est. Cic. 1. de Orat. 125.
Venerat in eam opinionem Cassius, quæ diripuisset ipse, ut viderentur ab hoste vastata, finxisse bellum. Cic. 8. Fam. 10. i. e. Ita de eo opinari cœperant.

OPINIUNCŬLA, æ. f. Salvian. Massil. lib. 4. Si profutura ea tibimet vel tenui opiniuncula judicares.

OPINIŌSUS, a, um. Adj. [δοξαστικός] Tertull. adv. Marc. 4. 35. Si cui tam opiniosus videbitur.
Superl. [δοξαστικώτατος] Cic. 4. Acad. 141. Quid duo vel principes dialecticorum Antipater & Archidemus, opiniosissimi homines, nonne multis in rebus dissentiunt?

OPĪNUS, a, um. Adj. unde NECOPINUS. Ovid. 1. Met 224.

OPĪNOR, [δοκεῖν, οἴεσθαι, ὑπολαμβάνειν] āri. Putare, suspicari, opinionem habere. Donatus, Quæ opinamur, putamus: quæ putamus, incerta sunt. Ter. And. 2. 2. 29.
— num videntur convenire hæc nuptiis?
Non opinor, Dave. D. opinor, narras? non recte accipis. Cic. 4. Acad. 67. Sapientem nihil opinari. i. e. Nunquam assentiri rei, vel falsæ, vel incognitæ.
Nihil sine ratione opinari. Cic. 2. de Divin. 15.
Falso multa in vita homines opinantur. Cic. pro Domo 105.
Ut opinor. Cic. de Clar. Orat. 131. Doctus etiam Græcis T. Albucius, vel potius pæne Græcus. Loquor, ut opinor: sed licet ex orationibus judicare.
Opinetur de his, ut libitum cuique fuerit. Plin. lib. 28. cap. 2. Quapropter de his, ut libitum cuique fuerit, opinetur.
De vobis Senatus opinatur non secus ac de teterrimis hostibus. Cic. in Pison. 45.
Opinari Suet. pro Dicere usus est; ut Aug. cap. 5. Cum Æmilio inter cetera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari de Cæsare soleret. V. Casaub. Idem Calig. cap. 27. Nec omnes (interfecit) gravibus ex caussis, verum male de munere suo opinatos.

OPĪNO, āre. pro Opinor. Ennius, Tacere opino esse optimum. V. plura exempla apud Non. 7. 59.
Parvum opinatu. Plin. lib. 29. cap. 1.

OPĪNANS, antis. Partic. Suet. Aug. cap. 67. pr. Cosmum servum, gravissime de se opinantem, non ultra quam compedibus coercuit. [Lego Opinatum. Hinc

NECŎPĪNANS, antis. Phædr. 5. 7. 8.
Dum pegma rapitur, concidit casu gravi
Necopinans, & sinistram fregit tibiam. Lucret. 3. 973. Necopinanti mors ad caput adstitit. conf. Idem 5. 775. & 1319. [Rectius tamen divise scribitur Nec opinans, præsertim ubi distinguit τὸ nec, ut in subjecto Cic. exemplo. Nam in ceteris pro Non ponitur, & privativæ videtur locum particulæ tenere. V. NEC conj.

NECOPINANTER, Adv. [ἀπροσδοκήτως] Vet. Gloss.

OPĪNĀTUS, a, um. Partic. passive. Cic. 4. Tusc. 11. Partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, & ex duobus opinatis malis. Opinatos Ennius apud Gell. 11. 4. dixit, quos Euripides δοκοῦντας vocat. Sic & ipse Gell. Opinatissimos auctores vocat, Qui in magna sunt existimatione & fama. V. Alciat. Parerg. 8. 12. & Savaron. ad Sidon. Epist. 1. 5. Ita Florus 2. 7. 8. Rhodos, opinatissima insula, & totius Asiæ insularum metropolis.

NECOPĪNĀTUS, a, um. Adj. Cic. 1. Acad. 29. Nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improvisa hæc, necopinata nobis, propter obscuritatem ignorationemque caussarum. Liv. 26. 51. extr. Necopinato adventu, ac prope furto unius diei urbem unam Hispaniæ interceptam. Idem 27. 33 extr. In necopinatam fraudem lapsos esse. Idem 33. 7. Ubi primus terror ab necopinato visu consedit. Et 39. 49. Vix sibimetipsis, præ necopinato gaudio, credentes.

NECOPINĀTO, adverbialiter positum, pro Inopinanter, ex improviso. Liv. 3. 15. Propiusque aliud novum malum necopinato exortum est.
Ex necopinato. Liv. 4. 27. Unde ex necopinato aversum hostem invadat.

OPINĀTIO, ōnis. f. [δόξασμα] h. e. Assensio, inquit Cic. 4. Acad. 78. Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade, quod ut feram & immanem belluam, sic ex animis nostris assensionem, id est opinationem & temeritatem extraxisset. Idem 4. Tusc. 26. Opinationem autem quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem. Val. Max. 1. 8. extr. Sophista ineptæ & mordacis opinationis. conf. Arnob. 3. & 7. & Cæl. Aurel. Acut. 2. 9. 55.

OPINĀTUS, ūs. m. Lucret. lib. 4. 467.
— pars horum maxima fallit
Propter opinatus animi. i. e. Opinationes animi, quæ falsæ possunt esse. conf. Plin. in OPINIO.

OPINĀTOR, ōris. m. [δοξαστής] Qui multum opinatur. Cic. 4. Acad. 66. Ego vero ipse & magnus quidem sum opinator.
Opinatores erant Milites, qui præerant annonæ. V. Lex. Pitisc.

OPINĀBĬLIS, e. Adj. [δοξαστόν] Quod opinione concipi potest. Cic. 1. Acad. 31. Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. Idem 4. Tusc. 74. Est illud quod in omni perturbatione dicitur demonstrandum, nullam esse nisi opinabilem, nisi judicio susceptam, nisi voluntariam.

OPĬPĂRUS, a, um. Adj. [πολυτελής] Quod est magnarum opum. Plaut. Pers. 4. 4. 1.
Satin' Athenæ tibi visæ fortunatæ atque opiparæ? Idem Capt. 4. 1. 2.
Juppiter supreme, servas me, measque auges opes,
Maxumas optumitates opiparasque offers mihi. Idem Mil. 1. 2. 29. & Pers. 1. 2. 4. Sunt qui Oppiparus scribunt littera geminata.

OPIPĂRE. Adv. [πολυτελῶς] Abundanter. Cic. 13. Att. 52. Itaque & edit & bibit ἀδεῶς, & jucunde, opipare sane & apparate. Idem 3. Off. 58. Opipare a Pythio apparatum convivium. conf. Sen. de Mort. Claud. & Plaut. Bacch. 3. 1. 6.
Opiperus per e apud Pontanum non uno in loco. ut p. 268. de Conviventia, & 327. Corona opipera. 389. H. St. V. Scalig. ad lib. 1. Varr. de R. R. pr.

OPIPĂRIS, e. Adj. Idem. ut, Opipares cibi. Apul. 2. Milef.

OPPE, V. OPS.

OPIS, [Ὦπις] Nympha comes Dianæ. Virg. 11. Æn. 836.
Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum. V. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 22. & Claud. de Laud. Stil. 3. 254. conf. OPS, ŏpis.

OPIS, is. f. Civitas juxta quam Tigris profluit, & mare Rubrum ingreditur, teste Herodoto lib. primo.

OPISCUS, i. m. Qui in utero matris geminus conceptus, altero abortu ejecto, incolumis editus est. Probus de Prænomine. [Immo Vopiscus.

OPISTHŎCRĒPĪDES, um. f. pl. [ὀπισθοκρηπῖδες] Genus calceamentorum muliebrium, de quibus Pollux cap. 22. lib. 7. non semel. V. supra DIPPODIA, & mox OPISTOGRAPHUS.

OPISTHŎCŎMÆ, arum. m. pl. [Ὀπισθοκόμαι] teste Polluce lib. 2. cap. 3. Euboeæ populi dicti sunt, qui crines habebant versus tergum reflexos. V. seq. dict.

Opisthogrăphus, i. [ὀπισθόγραφος] aliquando adj. aliquando subst. Volumen quod etiam in tergo scriptum est. Fit enim ab ὄπισθεν, id est retro: & γράφω, scribo. Plin. 3. Epist. 5. Hac intentione tot ista volumina peregit, electorumqoe commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidem, & minutissime scriptos. Hermolaus, Opisthographi non specie libellari, vel voluminis, & habiles torqueri, a tergo videntur appellati: quooiam utraque pagina scripti essent, adversa & aversa, minutis litteris, & lituris pleni: a quo fortasse liturarios Ausonius poeta eos dixerit. Scio quosdam Opisthographum accipere pro eo, quod ita scriptum est, ut legi postea non possit, nisi librariis describendum mandetur. Dicat aliquis & pro charta deletili sive palimpsesto posse capi: quia Ulpianus de bonorum secundum tabulas possessione disserens, in l. Chartæ. D. de Bonor. possess. secundum tab. Chartæ, inquit, appellatio etiam ad novam chartam refertur, & ad deletitiam. Proinde etsi in opisthographo quis testatus sit, hinc peti potest bonorum possessio. Mihi a tergo id nomen tractum placet, ut probem qui sic interpretantur in Juvenale 1. Sat. 6.

Scriptus & in tergo, necdum finitus Orestes. Ad eandem formam Opisthocomæ dicebantur Euboici, qui comam, ut ait Pollux, per terga fusam alerent: sicut Acrocomæ Thraces, qui antias in frontem muliebriter demitterent. In præliis quoque Opisthophylacas vocabant qui terga custodiebant. Ejusdem sunt originis & Opisthodomos: ita dicebatur locus a tergo arcis Atheniensium, & Opisthocrepides, calceamentum quoddam femineum: sicut ornamentum quoque capitis earum, Opisthosphendone. Hactenus Barbarus.

Opisthographa, pl. n. etiam appellabantur eæ Chartæ, qoibus litteræ integebantur, quia a tergo inscriptæ declarabant ad quem mitterentur. Solebant enim veteres epistolas in tabulis seu chartis conscribere, easque alia charta, quæ plerumque erat intus exarata, operire: deinde lino obligare: postremo obsignare. Huc respexit Horatius, quum ad librum suum sic scribit, lib. 1. Epist. 20. 13.

Aut fugies Uticam, aut vinctus mitteris Ilerdam. significat enim homines ex libro suo integumenta litterarum facturos. Sciendum autem est libros veterum una tantum ex parte fuisse exaratos: idcircoque volumina dicebantur, qoia in unum convolvebantur. Itaque ex eis opisthographa facere licebat, qood non item ex nostris licet. Lambin. conf. Jos. Scalig. Animad. in Guillandin. Comm. de Papyro p. 45. Is. Voss. ad Catull. p. 51. seqq.

Opisthosphendone, es. f. [ὀπισθοσφενδόνη] Ornamentum quoddam muliebre apud Pollucem lib. 5. cap. 6. ex Aristophane: & iterum lib. 7. cap. 22. In priori loco Redimiculum vertit Gualtherus, in posteriori Fundam.

Opisthotonus, i. m. [ὀπισθότονος] Morbus cervicis, qui quodam rigore nervorum caput scapulis adnectit, ut ait Celsus lib. 4. cap. 6. pr. V. Galen. & Plin. 28. 12. & 24. 12.

Opisthotŏnĭcus, a, um. Adj. [ὀπισθοτονικὸς] Qoi rigore ejusmodi cervicis inflexibili laborat. Plin. lib. 20. cap. 18. Sanat & vertigines, tremulos, opisthotooicos, lienes, lumbos, perfrictiones. De saxogeno.

Opisthotonia, æ. f. Idem quod Opisthotonus. Cæl. Aurel. Acut. 3. 6. 61.

Opĭter, ĕris vel tris. dicitur, Cujus pater avo vivo mortuus est: sic dictus quod obitu patris genitus sit: aut quod avum post patrem habeat, id est pro patre. Festus. conf. Quintil. 1. 4. Libell. de Nominib. Val. Max. subject. & Lex. Pitisc.

Opĭtergium, i. n. [Ὀπιτέργιον] Venetiæ mediterraneæ oppidum, etiam hodie nomen retinens, vulgo *Oderzo*, cujus meminerunt Plin. lib. 3. cap. 19. & Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Opitergīnus, a, um. Adj. [Ὀπιτεργῖνος] Adj. ab Opitergio Carnorum oppido. ut,

Ratis Opitergina. Quintil. lib. 3. cap. 8. conf. Flor. 4. 2. 33. & Lucan. 4. 462.

Opites, is. m. Argivi viri proprium, quem Hector in bello Trojano interfecit.

Opĭtŭlor, [ἀλεξέω] āri. depon. Adjuvare, subvenire: ab Ope & Tollendo, id est ferendo. Ter. And. 1. 3. 5.

Si illum relinquo, ejus vitæ timeo: sin opitulor, hujus minas.

Subvenire & opitulari patriæ. Cic. 1. Off. 49.

Permultum ad dicendum opitulati sunt præceptores. Cic. 2. de Invent. 7.

Opitulari contra. Plin. lib. 28. cap. 8. E dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulari.

Sontibus opitulari poteram. Cic. 4. Fam. 13.

Ire amanti opitulatum. Plaut. Mil. 3. 1. 26.

Opitŭlo, āre. Liv. Andr. apud Non. 7. 61. Da mihi hasce opes, quas peto, quas precor: corrige, opitula.

Opitulātio, ōnis. f. Ulpian. lib. 1. D. de minor. XXV. ann. conf. Arnob. lib. 4.

Opitulātus, ûs. m. Fulgent. Mythol. 3. Ejus opitulatu cuncta germinom adolescit nativitas.

Opitulātor, ōris. m. Apul. Florid. 3. Sodalis opitulator.

Opĭtŭlus, i. m. [ἀλεξητὴς] dictus est Juppiter, quasi opis lator: & proprie in rebus dubiis & malis dicitur. Festus.

Antiqui Jovem cognomento Opitulum venerantur, ab eo quod indigentibus opem ferret. Beroald. in Suet. ex Augustino lib. 7. de Civitate Dei. H. St. Puto veteres Opitolus, a, um. Adj. usurpasse, & inde verbum formasse Opitulor.

Opium, i. n. [ὄπιον, μήκωνος ὀπὸς] Succus ex papavere manans inspissatus. Plin. lib. 20. cap. 18. Succus papaveris largus densatur, & in pastillos tritus in umbra siccatur, non vi soporifera modo, verum, si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnum, opium vocant.

O P O

Opŏbalsămum, i. n. [ὀποβάλσαμον] Succos balsami, ab ὀπὸς, ὀπῦ, id est succus. Plin. lib. 12. cap. 25. Succus e plaga manat, quem opobalsamum vocant, eximiæ suavitatis, sed tenui gutta: ploratu lanis parva colligitur in cornua. Martial. lib. 11. 9.

Lassa quod externi spirant opobalsama drauci.

Candida felices sudant opobalsama virgæ. Stat. 3. Silv. 2. 141.

Hirsuto spirant opobalsama collo. Juven. 2. Sat. 41.

Opocarpathon, i. n. [ὀποκάρπαθον] Succus carpathi, quem Plin. lib. 28. cap. 10. connumerat inter venena.

Opŏpănax, ăcis. f. [ὀποπάναξ] Succus panacis herbæ, quæ omnes morbos sanare dicitur. Plin. lib. 20. cap. 24. V. PANAX.

Opōrĭce, es. f. [ὀπωρικὴ] Medicamentum nobile: de quo Plin. lib. 4. cap. 14. Unum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum, quod oporicen vocant. Nomen habet, inquit Hermolaus, ἀπὸ τῆς ὀπώρας hoc est a pomis arborumque fructibus.

Opōrīnus, a, um. Adj. [ὀπωρινὸς] Idem quod Latine Autumnalis. Martial. lib. 9. 13.

Si daret Autumnus mihi nomen, Oporinos essem. Siquidem ὀπώρα Græcis, Autumnum significat Latinis.

Opōrŏthēca, æ. f. [ὀπωροθήκη] Locus ubi Autumnales fructus servantur. Varr. 1. de R. R. cap. 59. Et ideo opoiothecas qui faciunt, ad Aquilonem ut fenestras habeant, atque ut aere perflentur, curant. ὀπώρα, pomum, sive omnis fructus mollioris corticis.

Oportet, ŏportebat, oportuit. Impers. [δεῖ, χρὴ] V. Vallam 3. 49.

Oportuit esse. Plaut. Cas. 4. 1. 8.

Properate, cœnam jam esse coctam oportuit. Cic. pro Corn. Balb. 8. Nunc vero quid dicitur? quid ait accusator? fecisse Pompejum, quod ei facere non licuerit: quod gravius est, quam si id factom ab eo diceret, quud non oportuisset: est enim aliquod quod oon oporteat, etiamsi licet; quicquid vero non licet, certe non oportet.

Pascere oportet oves. Virg. 6. Ecl. 5.

Nequid fiat secus quam volumus, quamqoe oportet. Cic. 6. Att. 2.

Benevolentia & caritate civium septum esse oportet, non armis. Cic. 2. Philipp. 112.

Oportet, conjicientis. Plaut. Pœn. 5. 2. 70.

Servum hercle te esse oportet & nequam & malum,

Hominem peregrinum & advenam qui irrideas.

Oportuit factum, & Oportuit esse factum. Ter. And. 1. 5. 5. Nonne prius communicatum oportuit? h. e. Nonne id prius debuit communicare mecum? Cic. 1. in Catil. 5. Hoc quod jam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Ex Budæo. Sic Ter. Heaut. 1. 2. 26. Mansum oportuit Ibid. 2. 2. 6. Non oportuit relictas. Et Adelph. 2. 2. 6. Adolescenti morem gestum oportuit.

Sic conjunctivo præmisso usurpatur. Columel. præf. lib. 1. Sit oportet naturæ sagacissimus. Sen. Epist. 6. In rem præsentem venias oportet.

Infinitivo item omisso usurpare videtur. Cic. Parad. 3. 2. Quicquid non oportet, scelus esse, quicquid non licet, nefas putare debemus. Flor. 3. 20. 14. Quod sub gladiatore duce oportuit. [Subaudi Fieri.

Oportet, & Necesse est, non idem. Quintil. lib. 1. cap. 1. Dein ut repetitis altius causis diligentissime ostenderet, quam id qood erat in matrem dicturus, non oporteret modo fieri, sed etiam necesse esset.

Oportet & Opus est. Cic. 4. Att. 6. Ego vero, qui si loquor de Republica quod oportet, insanus: si quod opus est, servus existimor: si taceo, [illegible].

Oportere & Decere in quo differant, declarat Cic. in Orat. 74. Oportere perfectionem declarat opificii, quo & semper utendum est, & omnibus. Decere quasi aptum esse, consentaneumque tempori & personæ.

Oportet, personale aliquaodo reperitur. Ter. Heaut. 3. 2. 25. Hæc facta ab illo oportebant, Syre. Quintil. lib. 8. procem. Disertis satis putat dicere quæ oporteant. Burm. p. 660. Oporteat. conf. Ter. And. 3. 2. 1.

O P P

Oppango, pēgi, pactum, [καταπηγνύω] ĕre. Affigere, conjongere. Oppangere savium. Plaut. Curc. 1. 1. 59.

Oppecto, ĕre. De cibis, Plaut. Pers. 1. 3. 30.

Nam nimio melius oppectuntur frigida. i. e. Digitis vel dentibus, quasi pectine, carpuntur.

Oppexus, ûs. m. Apul. Met. 11. p. 261. Elmenh. Quæ pectines eburneos ferentes, gestu brachiorum, flexuque digitorum ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent.

Oppēdo, [καταπέρδω] ĕre. Dissentire & adversari, vel cootemnere, ut exponit Acron. Hor. 1. Serm. 9. 70. — vin' tu

Curtis Judæis oppedere? Lambinus, Irridere, ac pro nihilo putare. Oppedere enim est, ventris crepitum in alterios odium & contumeliam edere, qood dicunt Græci καταπέρδειν, & ἀντιπέρδειν.

Oppĕrior, īris, pertus sum, [ἀναμένω] īri. depon. Exspectare. Ter. Adelph. 3. 3. 92.

Opperiar homioem hic, ut salutem & colloquar. Idem Phorm. 3. 2. 29.

Si non tum dedero, unam præterea horam ne oppertus sies. Hor. 1. Epist. 2. 71.

Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

Juvenes opperiuntur, dum residant aquæ. Ovid. 9. Met. 95.

Hostem magnanimum opperiens. Virg. 10. Æn. 771. Idem 1. 458.

Tempus opperiri. Sil. lib. 5. 85.

Stetit opperiens virginem. Valer. 5. Argon. 391.

Opperitus sum, apud Plaut. Most. 3. 2. 101.

Seni non otium erat, id sum opperitus.

Oppessulo, āre. Unde

Oppessulātus, a, um. Partic. Clausus, pessulis obfirmatus. Plaut. Amph. suppos. Herus, salutator oppessulatas ante foreis graditur. Petron. cap. 97. Oppessulatæ fores. conf. Apul. Met. 9.

Ammian. Marcellin. in Valente & Gratiano, Qoum enim oppessulatas januas perrumpere conati qui sequuti sunt. p. 515. 37. Francf. Quod si non exstaret hic Plauti locus, putaret aliquis esse ab illo oovatum. H. St. Desiderabatur hic locus in ed. Lugd.

Oppĕto, īvi vel ii, ītum, [ἀποθνήσκω, ὑπερδύομαι] ĕre. Mori; accusativum habet expressum, aut subauditum. Virg. 1. Æn. 98.

— ô terqoe quaterque beati,

Quis ante ora Patrum Trojæ sub mœnibus altis

Contigit oppetere. Quidam Oppetere, pro Mori dedoctum putant ab Ob & Peto: quod qoi antiquitus strenui & fortes moriebantur, præcipue in bello, terram ore mordebant & petebant, ne minus dura viro forti vox audiretur; unde Virg. 11. Æn. 418.

— terram simul ore momordit. h. e. Oppetiit.

Mortem oppetere, Idem. Cic. 1. de Divin. 36. Æquius esse censuit se maturam oppetere mortem. conf. APPETO.

Mortem millies oppetere. V. MILLE. conf. Curt. 7. 10. 5.

Pestem oppetere, Idem. Cic. 2. Tusc. 38.

Prius quam oppeto malam pestem mandatam hostili manu.

Mors

Mors oppetita. Cic. 1. Tusc. 116. Claræ vero mortes pro patria oppetitæ non solum gloriosæ rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent.

OPPACTUS, V. paulo ante. OPPACTO.

OPPIA, V. OPPIUS.

OPPIĀNUS, i. m. [Ὀππιανός] Poeta fuit, patre Agesilao, matre Zenodota, genere a Zerbo Ciliciæ civitate. Scripsit ἁλιευτικὰ & κυνηγετικὰ elegantissimis versibus, quæ Antonino Imperatori Severi filio obtulit, non sine doctrinæ suæ maxima commendatione. Obiit Zerbi sæviente illic pestilentia.

OPPĪCO, [πιττόω] āre. Idem quod Picare significat: hoc est pice illinere, quod genus picationis fieri antiquitus solebat in doliis vel cadis vinariis ne perfluerent. Cato R.R. cap. 120. Mustum si voles totum annum habere, in amphoram mustum indito, & corticem oppicato.

OPPĬDO, Adv. V. post OPPIDUM.

OPPĬDUM, i. n. [πόλις, ἄστυ, ἐπιτείχισμα] proprie est Omnis urbs præter Romam, quæ peculiari nomine Urbs vocari cœpta, fecit ut ceteræ urbes vocarentur Oppida: ut innuit Varro de L. L. 4. 32. V. Vallam. 4. 20. Unde apud Plautum Oppidum & Urbem indifferenter legimus, quum in Persa (4. 3. 37.) inquit,

Eleusipolim Persæ cepēre urbem in Arabia,
Plenam bonarum rerum atque antiquum oppidum.　conf. Idem

Pers. 4. 4. 5. Servius Sulpicius quum numerasset urbes multas, postea dixit, Quæ oppida quodam tempore florentissima fuere. Ep. ad Cic. 4. Fam. 5. Cic 6. Ver. 72. Segesta est oppidum pervetus in Sicilia, Judices, quod ab Ænea fugiente a Troja, atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant. Scaliger In Append. in Conject. Varr. adnotat, Romanos, quum Oppidi mentionem faciunt, non nunquam vetus oppidum Palatinum, seu Romam veterem intelligere. V. Voss. 4. Inst. Orat. p. 178. Nepos Athenas, Oppidum absolute vocat, 1. 4. 2. & 2. 2. 8. item Thebas, 16. 1. 2. Sic Cic. 4. Verr. 117. Syracusas vocat.

Sæpe generale hoc nomen singularibus adjicitur. ut, Oppidum Amphipolim constituit. Nepos 5. 2. 2.

In oppido Citio mortuus est. Idem 3. 4.

Oppidum, ab ope danda dicitur: vel quod illuc homines opes suas conferant, auctore Festo. Varr. de L. L. lib. 4. 32. Maximum ædificium est oppidum, ab ope dictum: quod munitur opis causa, ubi sint: & quod opus est ad vitam gerendam, ubi habitent tuto: vel oppida, quod opere munibant mœnia, quo tutius essent. Hæc ille.

Simulacra oppidorum. Cic. in Pison. 70. Vertes te ad alteram scholam: disseres de triumpho. Quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum? Hoc ex ritu veterum: portabantur enim oppidorum captorum simulacra in triumphis. V. Liv. lib. 37. extr. de Triumpho Scipionis Asiatici.

In oppidis præsidia nulla sunt Cic. 8. Att. 13.

Ditia oppida. Ovid. 16. Epist. 34. al. Divitiora.

Inclinata, Eversa. Ovid. 15. Met. 295.

Abiit oppidum in villas. V. ABEO.

Accedere in oppidum. V. ACCEDO.

Cedere de oppidis. CEDO.

Cingere muris oppida. Virg. 4. Ecl. 33.

Cingebant oppida nondum fossæ præcipites. Ovid. 1. Met. 97.

Claudere oppidum portu. V. CLAUDO.

Compellere in oppida. V. COMPELLO.

Condere oppida. Hor. 2. Epist. 1. 8.

Congesta oppida manu. Virg. 2. Georg. 156.

Constituere oppidum. V. CONSTITUO.

Continere oppida metu. V. CONTINEO.

Debellata Claud. 2. in Eutrop. 199.

Decorare oppida publico sumptu. Hor. 2. Carm. 15. 18.

Invadere in oppidum. V. INVADO.

Irrumpere oppidum V. IRRUMPO.

Moliri oppida. Hor. de Arte Poet. 399.

Prosternere eruta convulsis oppida muris. Sil. lib. 3. 213.

Vastant annosa oppida. Stat. 3. Theb. 577.

OPPĬDŬLUM, i. n. dimin. [πολίσμιον] Cic. 10. Att. 7. Nec tamen in acie, sed Melitæ, aut alio in loco, sive in oppidulo futurum puto.

OPPĬDĀTIM, Adv. [κατὰ πόλεις] Per varia sive singula oppida. Valla. utitur Suet. Aug. cap. 59. & Galba cap. 18.

OPPĬDĀNEUS, a, um. Adj. Theod. Cod. 12. 1. Vinculo incolatus oppidanea necessitas eum detinet obligatum. Ibid. Obsequiis oppidaneis mancipari.

OPPĬDĀNUS, a, um. Adj. [πολιτικὸς] ut, Oppidanum jus. Cic. pro Planc. 30. Quod dicitur Atinæ factum a juvene, vetere quodam in scenicos jure, maximeque oppidano.

Oppidanum & inconditum genus dicendi. Cic. de Clar. Orat. 242. Quæstores celeriter facti sunt oppidano quodam & incondito genere dicendi. i. e. Non urbano. Budæus, Oppidanum enim genus dicendi, oratio est non elegans, nec nitida, sed velut vicana & municipalis aut castellana, quod in oppidis, vicis, castellis, non tam integre, incorrupteque, quam in urbe loqui solerent.

Senex quidam oppidanus, Ejus oppidi. Cic. 2. de Orat. 204. [Potest tamen Oppidanus esse Substantivum, & Senex epitheton.

OPPĬDĀNUS, i. m. [πολίτης] Qui oppidum incolit. Cæs. 2. Bell. Gall. 33. Sub vesperum Cæsar portas claudi, militesque ex oppido exire jussit, ne quam noctu oppidani a militibus injuriam acciperent.

OPPĬDO, Adv. [μεγάλως, πολὺ] Festus, Ortum est autem hoc verbum ex sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret, ut quæ multitudo significaretur, sæpe respondebatur, quantum vel oppido satis esset. Hinc in consuetudinem venit ut diceretur, Oppido, pro Valde, multum. Itaque siqui in aliis rebus eo utuntur, utputa siqui dicant. Oppido didici, spectavi, ambulavi, errant: quia nulli eorum subjici potest, vel quod satis est. Hactenus Festus. Ter. Heaut. 4. 4. 12. Dic me hic oppido esse invitam, atque servari. Cic. 3. de Finib. 33. Sed eorum definitiones paulum oppido inter se differunt. Idem 14. Fam. 4. Sin ad nos pertinerent, servirent, præterquam oppido pauci.

Tutor, mimus vetus, oppido ridiculus. Cic. 2. de Orat. 259.

Oppido quam fiunt in litterarum ostentatione inepti & frivoli. Gell. lib. 15. cap. 30. Idem lib. 16. cap 7. Laberius in Mimis, quos scriptitavit, oppido quam verba finxit prælicenter. Hic ut nimiam Laberii licentiam notet, tria, quæ augendi vim habent conjunxit, oppido, Quam, & Præ.

Oppido quam in litteris peritus. Gell. lib. 7. cap. 7.

Oppido, pro Statim aliquando accipitur. Plaut. Most. 1. 2. 56.

Perdidi operam fabrorum ilico, oppido.　Idem Bacch. 4. 4. 30.
Reddidisti? N. reddidi. C. omne ne? N. oppido. C. occisi sumus.

Idem Amph. 1. 1. 143. Oppido interii.

OPPIGNĔRO, [ὑποτίθημι, ἐνεχυράζω] āre. Aliquid pignori dare. Cic. pro Sext. 110. Libelli pro vino etiam sæpe oppignerabantur, manebat insaturabile abdomen. Ter. Heaut. 4. 5. 46.

Num jussi? num illa oppignerare filiam
Meam me invito potuit?

Oppignerare se. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 5.

OPPIGNERĀTOR, ōris. m. Augustin. Epist. 215. Ab oppigneratoribus urgeri.

OPPĪLO, [ἐμφράττω] āre. Occludere. Lucret. lib. 6. 725.

Est quoque uti possit magnus congestus arenæ
Fluctibus adversis oppilare ostia contra.　h. e. Resistere advenientibus fluctibus suo obice, imitante pilam saxeam, quæ in mare jacitur.

Cic. 2. Philip. 21. Hisque oppilatis, impetum tuum compressisset? Plaut. Rud. 4. 1. 14. Jam meas oppilabit aures sua vaniloquentia. Al. Opplebit.

OPPILĀTIO, ōnis. f. [ἔμφραξις] medici vocant Vitium præclusi obstructique jecinoris, aliorumque intus viscerum. Scrib. Larg. Compos. 47. Ut neque spiratio interpelletur, neque remedium efficacissimum (quod per oppilationem aurium efficitur) excludatur. conf. Barth. Advers. 40. 4.

OPPIUS, Nomen Gentis Ro. plebejæ. cujus frequens mentio apud Livium.

C. Oppius Cæsaris Dictatoris procurator, idemque Historicus, scriptor, ut quidam putant, libri de Bello Hispaniensi. V. Suet. Jul. cap. 56.

Alius Oppius Cares fuit Grammaticus. Suet. de Illustr. Gram. cap. 13. De utroque V. Voss. de Hist. Lat. 1.

Oppii ex Velia, Ænigma de quo Cic. 7. Att. 13. Ænigma Oppiorum ex Velia plane non intellexi: est enim numero Platonis obscurius. Jam intellexi tuum. Oppios enim de Velia succones dicis, in eo æstuavi diu: quo aperto, reliqua patebant, & cum Terentiæ summa congruebant. Al. Saocones, Sanctones, Salacones. V. not. Var. De pecunia mutua interpretatur Turnebus. Nam Oppiis fortasse pecuniam debebat, qui Veliam urbis locum incolebant. Oppios enim mox dicit de Velia saccones, a saccis pecuniæ. Ut enim a bucca bucco, a pera pero, a Drusis Druso: sic a saccis sacco deducitur.

Oppius mons Romæ, Varr. de L. L. 4. 8.

OPPIA, æ. f. Una fuit ex Vestalibus, quæ convicta stupri, viva defossa est. Liv. lib. 2. 42. extr.

Oppia, Mundii uxor. Cic. 13. Fam. 28.

OPPIANUS, V. supra s. l.

OPPLEO, ēvi, ētum, [ἀναπληρόω] ēre. Circumquaque implere, sive Maxime implere. Ter. Heaut. 2. 3. 65. Lacrimis opplet os totum sibi. Liv. 10. 46. Nives jam omnia oppleverant, nec durari extra tecta poterat.

Opplet nares odor. Varr. 3. de R. R. cap. 4.

Liquidis loca vocibus opplent. Lucret. lib. 2. 145.

Regia oppletur lætanti cœtu. Catul. Argon. 62. 33.

Opplevit opinio hæc vetus Græciam. Cic. 2. de Nat. Deor. 63. V. OPINIO.

Opplevit luctus urbem. Liv. 22. 56.

OPPLĒTUS, a, um. Partic. [ἀναπεπληρωμένος] ut,

Mentes oppletæ tenebris ac sordibus. Cic. Post red. in Senat. 10.

Obrutus & Oppletus. Cic. 2. de Nat. Deor. 63. Ægyptum Nilus irrigat, & quum tota æstate obrutam, oppletamque tenuerit, tum recedit.

Ædes inaniis sunt oppletæ atque araneis. Plaut. Aul. 1. 2. 6.

OPPLŌRO, [κατοδύρομαι] āre. Contra plorare. Auctor ad Heren. lib. 4. 52. At ille, Quin mihi illum datis, ac vos auribus meis opplorare non desinitis?

OPPŌNO, pŏsui, pŏsitum, [ἀντιτίθημι, ἀνθίστημι, ἀντιτειχίζω, προβάλλομαι, ἀντιπαραβάλλω] ēre. Contra vel ex adverso ponere. Cic. 2. de Nat. Deor. 129. E quibus pullos quum excuderunt, ita tuentur, ut & pennis foveant, ne frigore lædantur: & si est calor a sole, se opponant. Plaut. Pseud. 1. 5. 10. Ibi nunc oppido opposita obstacula. al Obsepta est via.

Objicere & Opponere. Cic. in Pison. 81. Cujus ego imperio, non Alpium vallum, contra ascensum transgressionemque Gallorum, non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem, Germanorum immanissimis gentibus objicio & oppono.

Opponi ad periculum. Cic. pro Muren. 87. Ad omne periculum, atque ad omnem invidiam solus opponitur.

Hostibus opponere aliquos. Cic. 2. de Finib. 9.

Aciem opposuere Æneadæ. Virg. 9. Æn. 469. V. ACIES.

Auriculam opponere. Hor. 1. Serm. 9. 77.

Auctoritatem suam. Cic. 4. Acad. 64. Auctoritas autem tanta movebat, nisi tu opposuisses non minorem tuam.

Causam opponere, Objicere ante oculos, Excusationem vel causam afferre. Cic. 3. Off. 41. Muri causam opposuit, speciem honestatis, nec probabilem, nec satis idoneam. De Romulo.

Corpus pro patria opponere, pro Exponere. Liv. 21. 8. Cic. 7. Att. 22. Persequi Cæsar Pompeium? quid? ut interficiat? O me miserum, & non omnes nostra corpora opponimus?

Formidines opponere, Objicere. Cic. pro Quint. 47. Minæ jactentur, pericula intendantur, formidines opponantur, ut, &c.

Genu opposuit costis. Ovid. 12. Met. 347.

Insidias opponere alicui. Cic. pro Cæcin. 84. In iis ipsis intercludere insidiis, quas mihi conaris opponere. [An Apponere?

Manum opposuit ante oculos. Ovid. 4. Fast. 178.

Manum puella suavio opponat tuo. Hor. Epod. 3. 21.

Manum fronti opponere. Ovid. 2. Met. 276.

Opposuitque manum fronti.

Milites ad portas. Cic. pro Cæcin. 21. Atque iste ad omnes introitus, qua adiri poterat, non modo in eum fundum, de quo controversia fuerat, sed etiam in illum proximum, de quo nihil ambigebatur, armatos homines opponit.

Moles fluctibus. Cic. 2. Off. 14.

Montes natura opposuit mari. Lucan. lib. 2. 620.

Nomen opponere alicujus. Cic. 6. Verr. 75. Opponebant illi interdum nomen Africani.

Nomen alicujus ad rem aliquam faciendam. Cic. 5. Verr. 151. Quum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac nomen opponerent?

Opponere nomen æqui & boni iniquitati. Cic. pro Cæcin. 65. Si contra verbis & litteris, & (ut dici solet) summe jure contenditur, solent ejusmodi iniquitati & boni & æqui nomen dignitatemque opponere.
Ordinem adversus hostes quadruplicem. Liv. 30. 10.
Periculis se. Cic. pro Com. Balb. 26.
Præsidium. Cic. ad Brut. 13. His ardentibus perturbandæ Reip. cupiditate, quod opponi posset præsidium, non habebamus.
Mediciaæ totidem opponuntur his quatuor causis. Cic. 2. de Orat. 339.
Paribus paria redduntur, & contraria opponuntur. Cic. in Orat. 164.
Se opponere invidiæ pro patriæ salute. Cic. de Arosp. resp. 60.
Terrorem armati exercitus opponere togatis. Cic. pro Sest. 52.
Vitium opponere virtuti. Cic. 3. de Finib. 40. Hoc omni virtuti vitium contrario nomine opponitur.
Voluntas testatoris scripto opponitur tum, ut quæratur, verbane plus, an sententia valere debeat. Cic. in Topic. 96.
Urbem urbi. Cic. 1. de Lege Agrar. 28. Capuam deduci colonos volunt, illam urbem huic urbi rursus opponere, illuc opes suas deferre cogitant.
Opponere, Quum de disputationibus loquimur. Cic. 4. Acad. 131. Introducebat etiam Carneades, non quo probaret, sed ut opponeret Stoicis summum bonum esse, &c.
Sed quid oppones tandem, si negem me unquam istas litteras ad te misisse? quo me teste convinces? Cic. 2. Philip. 8.
Opponere, antiquo more, pro Apponere. Cato de R. R. cap 157. extr. Deinde petigini parce brassicam opponito, sanam faciet. Quam tamen lectionem sic emendat Turnebus, De petigine porcæ: brassicam opponito, & mihi magis probatur.
Opponere, pro eo quod alias Deponere dicitur, & Contra alium pignus ponere. Plaut. Curc. 2. 3. 77.

> Provocat me in aleam, ut ego ludam, pono pallium,
> Ille suum annulum opposuit. al. Opposivit.

Opponere pignori. Ter. Phorm. 4. 3. 56. Ager oppositus est pignori ob decem minas.

OPPŌSĬTUS, a, um. Partic. [ἀντιτεθεὶς, ἀντιτεθεὶς] Cic. 2. de Divin. 117. Lunæ subjecta atque opposita soli.
Corpore opposito vim, scelus, & furorem aliquem a bonorum cervicibus depellere. Cic. pro Domo 63.
Fores oppositæ. Hor. 3. Carm. 26. 8.
Humeris oppositis extrahere aliquem a turba. Hor. 2. Serm. 3. 95.
Nubes oppositæ. Ovid. 10. Met. 179.
Oppositum & Objectum. Cic. pro Font. 3. Specula Pop. Romani ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & objectum.
Opposito dedecore, Oblato, sive objecto. Cic. 2. Tusc. 16. Id quod natura ipsa & quædam generosa virtus statim respuit, ne dolorem summum malum diceres, oppositoque dedecore sententiæ depelleretur, in eo magistra vitæ philosophia tot sæcula permanet.
Lancibus oppositis. Juven. 11. Sat. 18. i. e. Oppigneratis.
In hac dictione ludit Catull. ad Furium, 24. 2.

> Furi, villula nostra non ad Austri
> Flatus opposita est, nec ad Favoni,
> Nec sævi Boreæ, aut Apeliotæ:
> Verum ad millia quindecim, & ducenta.
> O ventum horribilem, atque pestilentem! Significat poeta villam suam esse oppigneratam, sive pignori oppositam ob quindecim millia, &c.

OPPŎSĬTUM, i. n. Gell. 16. 8. Opposita ipsa inter sese adversa sunt. conf. Mart. Capell. 4.

OPPŎSĬTĬO, ōnis. f. [ἀντίθεσις] Cic. 1. de Invent. 42. Disparatum autem est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis seperatur hoc modo, Sapere & Non sapere.

OPPŎSĬTUS, ûs. m. [ἀντίταξις] Cic. pro Marcel. 32. Non modo excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus, & corporum pollicemur. Gell. lib. 4. cap. 3.
Opposita membrorum. Sil. 10. 212.
Opposita globi. Plin. 2. 71.

OPPORTŪNUS, a, um. Adj. [εὔκαιρος, καίριος] Quod pro desiderio nostro accidit: ab Ob & Portus, quod navigantibus maxime utiles, aptatique sint. Plaut. Epid. 3. 3. 44.

> Nihil homini amico est opportuno amicius. h. e. Qui in tempore succurrit. [Contrarium est Importunus. Forte pro Obfortunus.

Opportunus alicui vitio vel morbo, Proclivis, obnoxius. Plin. lib. 16. cap. 40. Quædam enim in mari, quædam in terræ vitiis opportuniora. Et lib. 18. cap. 7. Non alia de causa opportuniora morbis corpora existunt.
Injuriæ opportunus. V. INJURIA.
Opportunus hosti. Sallust. in Jugurth.
Opportunus ad, Commodus, idoneus. Ter. Eun. 5. 9. 47.

> — ad
> Omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo
> Nemo est.

Ætas opportunissima. Cic. 7. Fam. 7.
Classes opportunissimæ. Cic. 2. Verr. 13. Classes optimæ, atque opportunissimæ, cum magna ignominia Pop. Rom. amissæ & perditæ.
Latebra. Ovid. 3. Met. 442.
Locus opportunus & tempus idoneum ad eam rem de qua narratur. Cic. 1. de Invent. 29.
Locis opportunioribus municiones imponere. Liv. 36. 17.
Seges opportuna pecori. Virg. 4. Georg. 129.
Tempus opportunum, Commodum, optatum, proprium. Cic. 2. Fam. 18. Quas si satis opportuno tempore accepisti, gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quamprimum veneris.
Tempus actionis opportunum. Cic. 1. Off. 142.
Urbs opportuna, munita, propinqua, fortissimorum virorum, fidelissimorum civium, atque optimorum. Cic. 4. Philip. 6.
Utilitas opportuna. Lucret. lib. 6. 893.
Opportunus, absolute. Cic. de Clar. Orat. 333. Tantum dico, si mihi accidisset, ut numerarer in multis * si operosa est concursatio magis opportunorum.
Locorum opportuna. Tacit. 4. Ann. 24.
Superl. ut, Locus opportunissimus. Plin. lib. 8. Ad hos proferendos & tempus, & locum opportunissimum elegi, &c. conf. Cæs Bell. Gall. 1. 30.
Urbs opportunissima portu. Liv. 26. 43. Potiemur præterea cum pulcherrima opulentissimaque urbe, tum opportunissima portu egregio. i. e. Unde terra marique quæ belli usus poscit, suppeditentur. Idem 4. 13.

OPPORTŪNE, Adv. [εὐκαίρως] i. e. Loco & tempore, sive in loco & in tempore. Ter. Adelph. 2. 4 2. Opportune: te ipsum quærito. Idem And. 3. 4. 11. Opportune hic fit mihi obviam. Cic. pro Rosc. Amer. 68. Tempus idoneum, locus opportune captus ad eam rem.
Opportune facere. Cic. 3. de Finib. 61.
Opportune nuntiis allatis. Cæs. 3. Bell. Civil. 101.
Reddere opportune alicui litteras. Cic. 14. Att. 19.
Illud satis opportune. Cic. 16. Att. 6.
Opportune venire. Cic. 1. de Nat. Deor. 15.
Compar. Accidere opportunius nihil potuit, teipsum cupio. Cic. 1. Fam. 9.
Superl. Cæs. 3. Bell. Civil. 101. Opportunissime nuntiis allatis. Liv. 32. 18. Anticyra opportunissime sita.

OPPORTŪNĬTAS, ātis. f. [εὐκαιρία, καιρός] Commoditas, pro ratione loci, temporis & personarum. Cic 3. de Finib. 45. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit major productione temporis, (habent enim suum modum quæcunque opportuna dicuntur) sic recte effectio.
Consultrix & provida utilitatum, opportunitatumque omnium natura. Cic. 2. de Nat. Deor. 58.
Ætatis suæque & liberorum opportunitas. Sallust. in Jugurth. cap 6.
Anuli usus opportunitate Gyges, reginæ stuprum intulit. Cic. 3. Off 38.
Corporis opportunitates habilitatesque. Cic. 1. de Legib. 27.
Faciendi aliquid idonea opportunitas, aut non faciendi. Cic. 2 Invent. 40.
Fluminum opportunitates. Cic. 2. de Nat. Deor. 132.
Loci opportunitas. Cæs. 7. Bell. Civil. 19.
Locorum opportunitates. Plin. Paneg. cap. 13.
Membrorum utilitas & opportunitas. Cic. 1. de Nat. Deor. 93. De hoc quidem vos movet considerantes, quæ sit utilitas, quæque opportunitas in homine membrorum, ut, &c.
Temporis. Cic. 1. Off. 142.
Viæ, Facilitas. Plin. 1. Epist. 24.
Opportunitas & dignitas. Cic. 8. Att. 13. Si tenendam hanc oram putas, quæ opportunitatem & dignitatem habet, & egregios cives, &c.
Divina. Cic. 3. Philip. 34. Præclara tum fuit Senatus in illo ipso die vespertina provinciarum religiose sortitio: divina vero opportunitas, ut quæ cuique apta esset, ea cuique obveniret.
Maritima. Cic. 8. Att. 8. Fuga & maritima opportunitas visa quæri desperatione.
Adjuncta. V. ADJUNGO.
Advenire opportunitate, pro in tempore. Plaut. Epid. 2. 2. 19.
Corrumpere opportunitatem. V. CORRUMPO.
Habere opportunitatem ad negotium administrandum. Cic. 1. de Invent. 38.
Sequi loci opportunitatem. Cic. 1. Off. 35.
Opportunitatis est beate vivere. Cic. 5. de Finib. 61.
Opportunitas, Utilitas. Cic. de Amicit. 21. Talis igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere.
Utilitas & opportunitas. Cic. 3. Verr. 11. Neminem vestrûm præterit, Judices, omnem utilitatem, opportunitatemque provinciæ Siciliæ, quæ ad commoda Pop. Rom. adjuncta sit, consistere in re frumentaria maxime.

OPPRĬMO, pressi, pressum, [καταδυναστεύω] ĕre. Premendo gravare & offendere. Cic. Qui homini tot miseriis calamitatibusque oppresso subveniret. Dicitur & de rebus inanimatis: ut ex subjectis exemplis colligitur.
Opprimere os, Continere, claudere. Ter. Phorm. 5. 8. 93.
Opprimere, Convincere, seu Deprehendere. Ter. Andr. 1. 3. 23.

> Conveniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat.

Ære alieno opprimi. Cic. 2. in Catil. 8. Nemo, non modo Romæ, sed ne ullo in angulo totius Italiæ oppressus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris fœdus asciverit.
Animam hanc fluctus opprimet. Ovid. 1. Trist. 2. 35.
Animos opprimere formidine. Cic. 7. Verr. 14. Quis dubitet, quin servorum animos summa formidine oppresserit?
Bellum exortum opprimere, Comprimere. Cic. 1. de Divin. 105. Quod paucis post mensibus exortum, paucioribus a te est diebus oppressum.
Contumeliis aliquem operire & opprimere. Cic. 6. Verr. 121.
Criminibus & testibus obrui & opprimi. Cic. 3. Verr. 20.
Dictum suum opprimere, Mutare sententiam. Plaut. Merc. 3. 4. 6.
Dolor opprimitur patientia. Cic. 2. Tusc. 33. Sed dolorem opprimi dico patientia: si modo est aliqua patientia.
Dolore opprimi. Cic. 4. Fam. 6.
Flammas unda opprimit. Senec. Medea, 12.
Hostes conficere atque opprimere. Cic. pro Font. 26.
Hostes parentis sui oppressit. Senec. Octav. 8.
Ignem opprimere. Liv. 29. 31.
Improviso opprimere. Cic. 2. Off. 81. Quumque tyrannum Nicoclem improviso oppressisset, sexcentos exsules, qui fuerant ejus civitatis locupletissimi, restituit.
Improviso tantus morbus hominem temperantem oppressit. Cic. 13. Att. 1.
Incautos opprimere. Liv. 26. 12.
Invidiæ opprimi. Cic. 2. in Catil. 4. Fore ut ejus socios invidia oppressus, persequi non possem.
Judicio opprimere. Cic. pro Quint. 7. Si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare; quo is facilius, quem velit, iniquo judicio opprimere possit. Idem pro Cluent. 30. Et est quisquam, qui quum hæc cognoverit, suspicari possit Oppianicum judicio oppressum & circumventum esse innocentem?
Leonem jaculo oppressit. Valer. 3. Argon. 24.
Mentionem aliquam opprimere. Liv. 38. 50.
Plerosque nec opinantes oppressimus, qui occisi captique sunt. Cic. 13. Fam. 4.
Nox oppressit. Cic. de Senect. 49. Quoties illum lux, noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, quum mane cœpisset?
Occasionem opprimere, Supprimere, tacere, celare. Plaut. Asin. 2. 2. 15.
Onere opprimi. V. ONUS.
Onere officii opprimi. Cic. pro Rosc. Amer. 10. Id quod suscepi, quoad potero, perferam: quod si perferre non potero, opprimi me onere officii

efficil malo, quam id, quod mihi cum fide femel impofitum eft, aut propter perfidiam abjicere, aut propter animi infirmitatem deponere.
Orationem alicujus opprimere. Cic. 2. de Finib. 30. Quæ jam oratio non a philofopho aliquo, fed a Cenfore opprimenda eft.
Pede opprimere. Cato R.R. cap. 46.
Penuria victus opprimit eum. Hor. 1. Serm. 1. 98.
Potentiam alicujus exftinguere & opprimere. Cic. pro Rofc. Amer. 36.
Remp opprimere armis. Cic. 4. Fam. 3. Quicunque poftea Remp. oppreffiffet armis, multo intolerabiliorem futurum.
Ruina opprimi. Cic. 2. de Divin. 20.
Somnus oppreffit eum. Ter. Eun. 3. 5. 53.
Interca fomnus virginem opprimit.
Terra opprimi. Cic. 2. de Divin. 51.
Opprimere, Prævenire, præoccupare. Cic. 15. Fam. 16. Puto te jam fuppudere, quum hæc te tertia jam epiftola ante oppreffit, quam tu fchedulam aut litteram.
Opprimere aliquem confilio. Cic. 1. Verr. 44. Nunquam ille me opprimet confilio, nunquam ullo artificio pervertet. Quod idem eft ac fi diceret, Confiliis ejus antevertam, omnia providebo. Budæus.
Opprimere & Abfcondere. Cic. pro Rofc. Amer. 121. Eft quiddam quod occultatur: quod quo ftudiofius ab ipfis opprimitur & abfconditur, eo magis eminet & apparet.
Opprimere, pro Extundere, pervincere: i. e. Violenter impetrare, & violentis precibus. Plaut. Mil. 4. 5. 10.
— nam fi poffet ullo modo
Impetrari ut abiret, ne te abduceret, operam dedi:
Verum oppreffit.
Opprimi, Ex improvifo velut deprehendi. Cic. 12. Att. 32. Illud autem quod fore video, ipfum volo vitare, ne illæ ad me veniant. Et una eft vitatio: & ego nollem: fed necefle eft, ut explores ad quam diem hic ita poffim effe, ut ne opprimar. i. e. Ne Publilia & mater veniant, quum de illarum adventu nihil fufpicer. Ibid. 34. Quum fcribas videndum mihi effe ne opprimar, ex quo intelligam te certum illius profectionis diem non habere: putavi,' &c. Ne opprimar, a Publilia & matre: five fubito & infperato Publiliæ adventu. Plura exempla fupra V.
Oppressus, a, um. Partic. [καταδυναστευθείς] ut,
Oppreffa metu civitas. Liv. 24.
Oppreffus a prædonibus & captus eft. Cic. 7. Verr. 122.
Oppreffus eft, non caufa, fed tempore. Cic. pro Cluent. 91.
Catenis vinctus & oppreffus. Senec. Herc. fur. 52.
Cafu acerbo. Catull. ad Mallium, 66. 1.
Doloribus oppreffus, Confractus. Cic. 9. Fam. 14. Quanquam erat oppreffus totius corporis doloribus.
Vi oppreffus Cic. 2. Off. 24. Sed iis qui oppreffos imperio coërcent fit fane adhibenda fævitia.
Repreffum magna ex parte, non oppreffum aliquem relinquere. Cic. pro Muren. 32.
Amicitia oppreffa. Cic. de Amicit. 78. Quamobrem primum eft danda opera, ne qua amicorum diffidia fiant: fin tale aliquid evenerit; ut exftinctæ potius amicitiæ, quam oppreffæ effe videantur.
Arces. Lucan. lib. 2. 654.
Carmina oppreffa filent. Lucret. lib. 2. 505.
Herba. Ovid. 3. de Arte Am. 721.
Juvencus a lupo. Stat. 8. Theb. 692.
Memoria. Plin. 9. Epift. 18. Ne iftam ipfam memoriam, cui gratias ago, affiduitate, & copia turbem: oneratamque & quafi oppreffam, cogam pluribus fingula, pofterioribus priora dimittere.
Patria oppreffa a prædonibus. Nepos 20. 1. 1.
Pectus oppreffum. Senec. Herc. fur. 11.
Refpublica oppreffa captaque. Cic. pro Domo, 26.
Senatus oppreffus & afflictus. Cic. Poft red. in Senat. 17.
Vita oppreffa jacet. Lucret. lib. 1. 64.
Oppressio, ōnis. f. [καταδυνάστευσις] Ter. Adelph. 2. 2. 30.
Per oppreffionem ut hanc mihi eripere poftulet.
Curiæ oppreffio. Cic. pro Domo, 5.
Legum & libertatis interitus, earumque oppreffio tætra & deteftabilis. Cic. 3. Off. 83.
Oppressiuncŭla, æ. f. dimin. Plaut. Pfeud. 1. 1. 66.
Papillarum horridularum oppreffiunculæ.
Oppressus, ūs. m. Sidon. 9. Epift. 11. extr. Saxei montis oppreffu.
Oppressor, ōris. m. [καταδυναστής] Cic. ad Brut. 16. Petitur ut vindices atque oppreffores dominationis falvi fint? Nazar. Paneg. Conft. cap. 31. Ludibriis oppreffori fui aufpicari libertatem juvabat.
Opprobrium, i. n. [ὄνειδος] Infamia, dedecus, quafi objectum probrum. Plin. lib. 18. cap. 26. Dedecus enim habetur, opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi. [Verbale puto ab Opprobro.
Æternum opprobrium. Hor. 4. Carm. 12. 7.
Aliena. Hor. 1. Serm. 4. 128.
Magnum. Hor. 3. Carm. 24. 4.
Turpe. Hor. 1. Serm. 6. 84.
Turpia linguæ. Claud. de Bell. Get. 522.
Dignus opprobriis. Hor. 2. Serm. 1. 85.
Fugere opprobria culpæ. Hor. 1. Epift. 9. 10.
Fundere ruftica. Hor. 2. Epift. 1. 146.
Morderi falfis. Hor. 1. Epift. 17. 34.
Recantata. Hor. 1. Carm. 16. 27.
Sum opprobrio. Ovid. 2. Trift. 445.
Nec fuit opprobrio celebraffe Lycorida Gallo.
Opprobriōsus, a, um. Adj. Plenus opprobrii. Leg. 40. §. 1. Cod. de Epifc. & Cler. Abfurdum clericis eft: immo etiam opprobriofum.
Opprobriofus, Pontanus de Serm. lib. 2. pag. 381. Mendacium vero ipfum per fe, & turpe effe, & opprobriofum. Poterat dicere Probrofum. H. St. Defiderabatur hæc vox in Lugd.
Opprŏbro, [ὀνειδίζω] āre. fignificat Probrum objicere, inquit Feftus. Plaut. Moft. 1. 3. 142.
Egone id exprobrem, qui mihimet cupio opprobrarier? Idem Truc. 2. 2. 25. Rus tu mihi opprobras? Gell. lib. 17. cap. 1. Ut vel hac ipfa re, quod ita licebat, opprobraret adverfariis. Idem 1. 15. Eidem vilitatem opprobrans. Aur. Vict. de Vir. Illuft. cap. 66. Luxuriam opprobrans.

Opprobrātus, a, um. Partic. Gell. 3. 5. Mollities oculorum & corporis cuidam opprobrata acerbe.
Opprobrātio, ōnis. f. [ὀνειδισμός] Gellius lib. 12. cap. 11. Tum Cicero inopinata opprobratione permotus. Idem 2. 7. Sine opprobratione acerba reprehenfionis.
Opprobrāmentum, i. n. [ὄνειδος] antique pro Opprobrio. Plaut. Merc. 2. 3. 87.
Multo edepol, fi quid faciundum eft, facere damni, mavolo,
Quam opprobramentum aut flagitium muliebre efferri domo.
Oppugno, [πολιορκέω, πολεμέω, ἐπιβουλεύω] āre. fignificat Contra pugnare, nocendi caufa. Et fere de Locis munitis dicitur. Cic. 2. Fam. 9. Ibi quintum & vicefimum jam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitiffimum Pindeniffum.
Obfidere, oppugnare & labefactare aliquam urbem. Cic. de Arufp. Refp. 6.
Vehementiffime oppugnare urbem aliquam. Cic. pro Lege Manil. 20.
Urbem oppugnat celfis molibus. Virg. 5. Æn. 439.
Carinam feffam oppugnare. Ovid. 11. Met. 531.
Sagittis oppugnare rates. Propert. lib. 3. 11. 13.
Oppugnare aliquem, Omnibus technis adhibitis, vincere conari, five impetere dolo, aut etiam pecunia. Plaut. Epid. 1. 2. 60.
At eundem fenem oppugnare certum eft confilium. Cic. 1. Fam. 7. Ut quos tu Reipub. caufa læferas, parum te oppugnarent.
Propugnare pro aliquo, & Oppugnare aliquem, contraria. Cic. Anteq. iret in exil. 11. Pro innocentiffimo quoque propugnare, & nocentiffimum quemque oppugnare, nobis utiliffimum effe arbitraremur. [Forte Pugnare legendum, non Propugnare. V. mox Commoda &c.
Oppugnare aliquem pecunia. Cic 1. Fam. 1. Hammonius regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. Idem 2. Verr. 24. Urgebant comitia, & his ipfis oppugnabar grandi pecunia.
Oppugnare aliquem capite & fortunis. Cic. 5. Fam. 2. Exiftimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, nec abfentem ludibrio læfum iri me, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri.
Oppugnare & Repugnare. Cic. 5. Fam. 2. Quare non ego oppugnavi fratrem tuum, fed fratri tuo repugnavi.
Clandeftinis confiliis aliquem. Cic. in Orat. 213.
Palam aliquem. Cic 2. Q. frat. 4.
Defendere & probare rem aliquam, Oppugnare & evertere, contraria. Cic. 2. de Orat. 151. Carneadis vero vis incredibilis illa dicendi, & varietas perquam optanda nobis, qui nullam unquam in illis fuis difputationibus rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnavit, quam non everterit.
Oppugnare cuniculis occulte rem aliquam. Cic. 1. de Lege Agrar. 1. Quæ res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur.
Æquitatem oppugnare verbis. Cic. pro Cæcin. 67. Tamen non probaffe memini quod defendis, quia verbis oppugnare æquitatem videbatur.
Bona alicujus oppugnare. Plaut. Perf. 1. 2. 22.
Caput alterius. Cic. pro Quint. 4.
Commoda patriæ oppugnare. Cic. 1. de Invent. 1. Qui vero ita fe armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patriæ, verum pro eis pugnare poffit, is mihi vir, &c.
Confilia alicujus oppugnare. Plaut. Moft. 3. 1. 15.
Mens oppugnatur artibus innumeris. Ovid. de Rem. Amor. 690.
Os oppugnare alicui. Plaut. Caf. 2. 6. 60. Jocus eft. Alludit enim ad Pugnos, quibus cæfus fuerat. V. v. 55.
Oppugnātus, a, um. Partic. [πολιορκηθείς] ut, Roma oppugnata propriis triumphis. Propert. lib. 2. 16. 45.
Oppugnatio, ōnis. f. [πολιορκία] Liv. 14. 29 Nec fegnior oppugnatio eft, quam pugna fuerat. conf. Cæf. 2. Bell. Gall. 6.
Machinamenta, & aftus oppugnationum. Tacit. 12. Ann. 45.
Nocturnam oppugnationem audere. Tacit. 2. Ann. 22.
Suftinere oppugnationem. Cæf. 3. Bell. Gall. 36.
Oppugnatio & gratia. Cic. 2. Q. frat. 7. Mihi cum fua fponte jucundum, tum jucundius, quod me abfente (eft enim ἀδέκαστον judicium) fine oppugnatione, fine gratia noftra erant Antii.
Oppugnātor, ōris. m. [πολιορκητής] contrar. Propugnatori. Cic. pro Corn. Balb. 51. Atque utinam qui ubique funt propugnatores hujus imperii, poffent in hanc civitatem venire: & contra, oppugnatores Reip. de civitate exterminari.
Oppugnatōrius, a, um. Adj. Vitruv. 10. 22. Hoftes comparant res oppugnatorias.
Oppŭto, [κλαδεύω] āre. Idem quod Putare, aut Circumputare, & de arboribus intelligitur. Plin. lib. 17. cap. 21. Opputatur autem quicquid proximo tulit fructum.
Oppŭvio, Ire. [κατακόπτω] verbum obfoletum, a Pavio, Ire. Percutere eft. Unde, Oppovia, Verbera dicuntur.
Oppuvium, i. n. Verber, plaga. Afran. Oppuviis pueri coercentur. V. Laurenb. Antiq. p. 311. conf. Salmaf. in Solin. p. 41. Edit. 2.

O P S

Ops, ŏpis. f. [Ῥέα] filia Cæli ex Vefta, & foror uxorque Saturni. Ops terra eft, uxor Saturni, inquit Servius in 11. Æneid. 532. quam Græci Rheam vocant. Plaut. Ciſt. 2. 1. 39. Itaque Ops opulenta illius avia. V. Broeckh. ad Tibul. 1. 4. 62. Eft autem nihil aliud quam Terra, ut in Conject. docet Scalig. p. 31. Terra vero Ops vocata, quia hic omne opus, & hac opus ad vivendum, &c. ut ait Varro L. L. 4. 10. conf. Macrob. 1. Saturn. 10. vel Lex. Pitifc.
In Accuf. Opim facit. Virg. l. c.
Velocem interea fuperis in fedibus Opim. ubi Serv. Opim quando dicimus, Nympham fignificamus, fin autem dicamus opem, auxilium intelligimus.
Ops foror Saturni, Oceani & Salaciæ filia. Cic. de Univerf. 35.
Turrigera Ops. Ovid. 2. Trift. 24.
Ædes Opis. Cic. 1. Philipp. 17.
Ops eadem eft, quæ & Cybele. Tibul. lib. 1. 4. 68.
Opālis, e. Adj. Deæ Opi dicatus. Aufon. Ecl. de Feriis Rom. v. 15.
Vis & Opale facrum, vel Saturnalia dicam? Al. Vifne ope fancte facrum.

…, absolute. Plin. 19. 6. vocat Festa in honorem Opis mense De-…, paucis ante Saturnalia diebus, celebrata. Sunt, inquit, qui …um & ulpicum inter Opalia & Saturnalia aptissime seri putent. Sed Hard. habet, Sunt qui & allium Ulpicum inter Compitalia ac Sat. V. Lex. Pitisc.

OPECONSIVA, æ. f. Dea, & dies eadem, quæ Ops & Opalia. Varr. L.L. 5.3. Opecoosiva dies, ab dea Opeconsiva, cujus in Regia sacrarium.

OPIGĔNA, æ. c. Adj. Ex Ope genitus, vel genita. Junoni tributum cognomen docet Festus. [Sed male ab Ope ferenda arcessit. Opiferam enim, vel certe Opigeram dixissent potius. Apud Martian. Capell. lib. 1. pr. Ope conjuga, non Opigena, ut in Thesauro Lipsiensi exstat, legitur.

OPS, ŏpis. c. Adj. Opem fereos dicitur. Actius, Quorum genitor fertur esse ops gentibus. Unde Inops, & Inopia, quasi Sine ope. Festus, Ops antiqui dicebant, quem ounc Opulentum, ut testimonio est ei contrarium Inops.

OPS, ŏpis, opem, ope. f. [βοήθεια] Nominativus & dativus vix legitur. i. e. Potestas & auxilium. Ter. Heaut. 3. 3. 31.

—quid illum porro credis facturum, Chreme,
Nisi eum, quantum di dant opis tibi, servas, castigas, mones?

Virg. 2. Æn. 803.

—nec spes opis ulla dabatur. i. e. Auxilii, inquit Servius.

Nihil opis in aliquo ad. Cic. de Senect. 4. Quibus enim nihil opis est in ipsis ad bene beateque vivendum, iis omnis gravis est ætas.
Dives opis natura suæ. Hor. 1. Serm. 2. 74.
Expertes opis. Lucret. lib. 5. 996.
Indigus opis. Virg. 2. Georg. 428.
Admovere tardam opem. Ovid. Rem. Amor. 116.
Afferre alicui. Ovid. 8. Met. 269. Cic. 4. Fam. 1.
Auferre. V. AUFERO.
Confugere ad alicujus. Cic. pro Font. 23.
Dare salutiferam. Ovid. 21. Epist. 174.
Egere. Ovid. 21. Epist. 36.
Egens opis, dixit Cic. lib. 3. Tusc. 44. Ex quodam poeta.
Eniti omoi ope atque opera. Cic. 14. Att. 15.
Niti summa ope contra. i. e. Omnibus viribus. Sallustius in Catil. 38. pr. Contra eos summa ope oitebatur pleraque nobilitas.
Nostræ non opis est Dido. i. e. Nostræ possibilitatis, inquit Servius. Virg. 1. Æn. 605.
Exposcere opem. Stat. 10. Theb. 51.
Exspectare opem, & Opes, alicujus. Cic. 9. Att. 19. Ab eo mihi litteræ redditæ sunt ad VII Cal. quibus jam opes meas, non ut in superioribus litteris, opem exspectat.
Exspectare ab aliquo opem & ornamentum aliquod. Cic. in Pison. 19.
Factum est ope consilioque tuo furtum. Cic. 3. de Nat. Deor. 74.
Fefellit divina ope sua furta. Ovid. 3. Fast. 22.
Ferre opem. Ovid. 2. Fast. 401.
Ferre opem & salutem iodigentibus. Cic. 2. de Finib. 18.
Ferre abominandam alicui. V. ABOMINOR.
Ferre tristem. Ovid. 20. Epist. 184.
Ferre opis aliquid. Cic. 4. Fam. 1. Profecto aliquid opis occidenti Reipublicæ tulissemus.
Fultus ope. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Implorare opem alicujus. Ovid. 8. Met. 269.
Indigere opis. Cic. 1. Off. 40. Hoc maxime officii est, ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari.
Juvare medica aliquem. Ovid. 2. Amor. 9. 28.
Mulcere aliquem ope. Ovid. 6. Epist. 98.
Negare opem alicui. Ovid. 11. Epist. 55.
Orare opem. Ovid. 12. Epist. 65.
Petimus a te opem, ad te confugimus. Cic. 5. Tusc. 5.
Petere opem lassis & dubiis rebus. Senec. Thyest. 8.
Poscere. Hor. 2. Epist. 1. 411.
Promittere. Ovid. 5. Fast. 247.
Reddere opem, & exsolvere grates. Stat. 5. Silv. 5. 45.
Reperire opem. Cels. in procemio lib. 1. Quod si jam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris: sed protinus eum visurum, cui morbo id proximum sit: tentaturumque remedia similia istis, quæ vicino malo sæpe succurrerint, & per ejus similitudinem opem reperturum.
Superest nil opis. Ovid. 6. Fast. 369.
Tentare opem. Ovid. 3. ex Pont. 9. 42.
Tribuere opem rebus confusis. Claud. de Bell. Get. 433.
Vincere sera ope fata. Ovid. 2. Met. 617.
Uti ope alicujus. Ovid. 3. Fast. 318.
Opem, veteres etiam pro Opulentia dixere. Cic. 3. Tusc. 44.

O pater, ô patria, ô Priami domus,
Septum altisono cardine templum:
Vidi ego te, astante ope barbarica,
Tectis cælatis, laqueatis,
Auro, ebore, instructam regifice.

Ex quodam poeta. Al. Astantem. [Potest etiam de satellitio Priami exponi.

OPES, um, ibus. plur. tantum, [πλοῦτος, δύναμις] Divitiæ dicuntur. Cic. 1. Off. 25. In quibus autem major est animus, in his pecuniæ cupiditas spectat ad opes, & ad gratificandi facultatem. Martial. lib. 5. 82.

Dantur opes nullis nunc, nisi divitibus.

Divitias, honores, opes in bonis numerare. Cic. 5. de Finib. 81.
Præditus magnis opibus homo. Cic. pro Cluent. 153.
Superbi opibus. Virg. 5. Æn. 268.
Magnas inter opes inops. Hor. 3. Carm. 16. 28.
Perosus opes. Ovid. 11. Met. 146.
Propter opes & copias tolerabilis senectus. Cic. de Senect. 82.
Cupido furiosa opum. Ovid. 1. Fast. 211.
Dives variarum opum. Virg. 2. Georg. 22.
Fames magnarum opum. Ovid. 1. Fast. 304.
Largitor opum. Stat. 3. Silv. 1. 91.
Potentiæ nimiarum opum non ferendæ. Cic. 3. Off. 36.
Ubertas opum. Sil. lib. 15. 412.
Adoptivæ opes arboris. Ovid. 2. de Arte Am. 652.
Avaræ. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 21.
Beatæ. Stat. 1. Silv. 5. 44.

O P S

Festæ. Sil. lib. 7. 179.
Fluxæ. Senec. Hippol. 4.
Immensæ. Ovid. 6. Met. 181.
Certæ. V. CERTUS.
Indelibatæ. Ovid. 1. Trist. 4. 28.
Integræ opes, & Opes accisæ, ut contraria ponuntur. Hor. 2. Serm. 2. 113.
Largæ. V. LARGUS.
Laxæ. V. LAXUS.
Modicæ. Ovid. 3. Trist. 7. 39.
Privatæ. Tacit. 2. Ann.
Sollicitæ. Hor. 2. Serm. 6. 79. Ab effectu, quia sollicitos faciunt.
Nimiæ. Tacit. in vita Agricol. 44.
Sparsæ. Lucan. lib. 3. 125.
Speciosæ. Tacit. in vita Agric. 30.
Superbæ. Sil. lib. 17. 621.
Absumptæ. Ovid. 1. Amor. 12. 26.
Acquirere opes. Ovid. 2. de Arte Am. 343. De amne,

Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo.

Adolescunt. V. ADOLEO.
Affectæ. Tacit. 2. Hist.
Affluere opibus. Cic. 2. contra Rull. 82.
Amittere opes male. Ovid. 15. Epist. 66.
Attenuarat opes voragine ventris. Ovid. 8. Met. 844.
Augere opes. V. AUGEO.
Comminutæ & depressæ. V. COMMINUO.
Constitutas optime & fundatas fortunæ suæ opes potestati regiæ committere. Cic. pro Rabir. Post. 1.
Componit beatas opes nullo fine. h. e. Accumulat. Senec. Herc. fur. 3.
Concidere opes. V. CONCĬDO.
Condere opes, Abscondere. Virg. 2. Georg. 507.
Congestæ. Ovid. 4. Fast. 618.
Conquirere opes quæstu meretricio. V. CONQUIRO.
Coosectari. V. CONSECTOR.
Consequi honores & opes. Cic. de Clar. Orat. 279.
Consumere alicujus. Ovid. 3. Fast. 630.
Convalescunt opes. V. CONVALESCO.
Corruunt. V. CORRUO.
Creverunt. Ovid. 1. Fast. 211.
Crescunt opes & hostium animi. Cic. pro Lege Manil. 45.
Crescere in multas. V. CRESCO.
Cumulantur congestæ. Claud. 1. in Ruff. 193.
Deartuare. V. DEARTUO.
Decedit hoc opibus. V. DECEDO.
Detrahere alicui. Tibul. lib. 2. 1. 73.
Dilacerantur tuæ. Ovid. 1. Epist. 90. al. Dilaniantur.
Direptæ. Claud. 6. Cons. Hon. 130.
Dabantur largæ. Ovid. 3. de Arte Am. 408.
Efferre opibus Rempublicam. Cic. ad Octav.
Effodiuntur opes, irritamenta malorum. Ovid. 1. Met. 140.
Emergere ad summas. Lucret. lib. 2. 13.
Eruere opes & regnum alicujus. Virg. 2. Æn. 4.
Evertere. Virg. 2. Æn. 603.
Exposcere parvas. Ovid. 11. Met. 201.
Exspectare opes, non opem alicujus. Cic. 9. Att. 19. V. supra in OPS, ŏpis.
Facere. Ovid. 2. de Arte Am. 674.
Fundatæ bene. Ovid. 14. Met. 583.
Habere opes. Cic. 2. Off. 40.
Inclinantur opes ad. V. INCLINO.
Inventæ sanguine. Ovid. 3. Amor. 8. 54.
Lacerare alicujus. Ovid. 3. Epist. 86.
Ostentare. Virg. 4. Æn. 75.
Patiuntur opes stultitiam. Hor. 1. Epist. 19. 29.
Perdere suas. Ovid. 1. Amor. 2. 50.
Pollens opibus. Lucret. lib. 1. 61.
Possidere. Ovid. 3. Amor. 8. 54.
Potens opibus. Ovid. 4. Fast. 253.
Proculcat contemptas. Claud. de Bell. Get. 607.
Quærere male. Ovid. 15. Epist. 66.
Quærere privatas. Hor. 1. Epist. 3. 16.
Quærere miseras corpore. Ovid. 1. Amor. 10. 22. De meretricibus.
Rapiuntur opes a victis. Lucan. lib. 7. 746.
Recondere. Ovid. 1. de Arte Am. 628.
Regere. Ovid. 14. Met. 773.
Sollicitare miseras opes. Martial. lib. 1. 4. ad Domitianum quod delatores expulisset,

Turba gravis paci, placidæque inimica quieti,
Quæ semper miseras sollicitabat opes,
Traducta est Gyaris, &c.

i. e. Opes miserorum civium. [Immo ipsos cives opulentos.

Tueri opes. Ovid. 16. Epist. 32.
Opes, pro Auxilio. Virg. 12. Æn. 427.

Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Eveniunt.

i. e. Auxiliis & viribus. Cic. 1. Q. frat. 1. 2. Nunc quooiam ita accidit, ut neque Prætores suis opibus, neque nos nostro studio quicquam proficere possimus, &c. conf. Hor. 3. Carm. 3. 26. & 1. Epist. 16. 34.

Infirmæ & tenues ad gratiam referendam sunt sæpe singulorum opes. Cic. Anteq. iret in exil. 5.
Summis opibus. Plaut. Most. 2. 1. 1. i. e. Maximo conatu.
Nulla unquam tam exigua manus tantas opes prostravit. Nepos, 1. 5. 5. pro Exercitu.
Tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ. Cic. pro Quint. 2.
Allicere opes. V. ALLICIO.
Circumveniri & urgeri potentis alicujus opibus. Cic. 2. Off. 51.
Confirmare opibus & copiis potestatem quandam. Cic. 2. de Lege Agrar. 49.
Evertere aliquid vi summa opum. Virg. 9. Æn. 532.
Evertere opes alicujus. Cic. 2. de Lege Agrar. 49.
Exspectare alterius opes, miserrimum est. Cic. pro Quint. 49.

Fractæ. Virg. 3. Æn. 53.
Juvare aliquem opibus. Virg. 1. Æn. 575.
Munire aliquem firmissimis opibus contra scelus inimicorum. Cic. de Provinc. Consul. 41.
Niti summa opum vi. Enn. apud Macrob. Saturn. 6. 1.
Nixum firmioribus opibus auxilium. Cic. Anteq. iret in exil. 5.
Obsidere opibus Italiam. Cic. 2. de Lege Agrar. 74.
Pugnandum non est contra tantas opes. Cic. 1. Fam. 9. i. e. Copias.
Refrenare & coercere omnium opibus juventutem. Cic. 2. de Divin. 5.
Repugnare alicui viribus atque opibus omnibus. Cic. 3. Tusc. 25.
Septus hominum opibus & munitus. Cic. 1. de Finib. 51.
Trojanas ut opes & lamentabile regnum　Eruerint Danai. Virg. 2. Æn. pr.

Opĭfer, ĕra, ĕrum. Adj. [βοηθῶν, βοηθός] Opem ferens. Plin. lib. 11. cap. 37. Metellum Pontificem linguæ adeo inexplanatæ fuisse accepimus, ut multis mensibus tortus credatur, quum meditaretur in dedicanda æde Opiferæ dicere. Hard. Opis vere dic. Ovid. 1. Met. 521.
— opiferque per orbem　Dicor.　De Apolline.
Deus opifer, Æsculapius. Ovid. 15. Met. 653.

Opulens, entis. Adj. Sallust. Jugurth. cap. 69. Civitas magna & opulens. Apul. Met. 10. Matrona quædam pollens & opulens. Nepos, 12. 3. 3. Opulentium fortuna. conf. Plaut. Curc. 2. 3. 5. & Auson. Idyll. 2. 7. &c.
Opulens, Elegiaco carmine de Pace & Bello p. 38.
Divitiis opulens nunc creditur esse beatus.　H. St. Desiderabatur omnino hæc dictio in Thes. Lugd. Auctoris porro nomen cultro recisum est.

Opulentus, a, um. Adj [πλούσιος] Dives, & opibus abundans, quasi divitiarum plenus. Cic. de Amicit. 46. Ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant quam viri, & inopes quam opulenti, &c.
Opulentus, ab ope, cui eæ opimæ. Varr. de L. L. 4. 17. [An cui ea opime? Nam subjungit. Ab eadem Inops, qui ejus indiget.
Opulenti (inquit Festus) dicuntur, Rebus terrestribus copiosi.
Opulentus & Fortunatus. Cic. 2. Off. 70. Videndumque illud est, quod si opulentum fortunatumque defenderis, in uno illo, aut forte in liberis ejus manet gratia.
Agro virisque opulentior. Sallust. Jugurth. cap. 16.
Auro opulentus. Plaut. Epid. 2. 2. 115.
Civitas opulentissima. Cic. 3. de Nat. Deor. 81.
Copia. Hor. 1. Carm. 17. 16.
Mens opulentior auro. Lucan. ad Pison. 96.
Opsonium opolentum. Plaut. Bacch. 1. 1. 63.
Populi in terris opulentissimi. Liv. 23. 33. conf. 1. 7.
Provincia pecuniæ opulenta. Tacit. 2. Hist. 6. 6.
Regia. Catul. Argon. 59. 43.
Templum donis. Virg. 1. Æn. 451.
Thesauris Arabum opulentior. Hor. 3. Carm. 24. pr.
Urbs opulentissima. Catul. in Julium Cæs. epigr. 23.
Rex Asiæ opulentissimus Crœsus. Cic. 2. de Divin. 125.
Sardanapalus rex Syriæ opulentissimus. Cic. 5. Tusc. 101.

Opulentia, æ. f. [πλοῦτος] Plin. lib. 17. cap. 1. Tam recens est opulentia. Sic Sallust. In Cic. 4. Cui potest esse dubium, quin opulentiam istam ex sanguine & miseriis civium paraveris?
Divitis Crœsi opulentia. Ovid. 4. de Ponto, 3. 37.
Longa opulentia clarus. Tacit. 14. Ann. 31.
Spectata. Tacit. 2. Hist. 4.
Deest opulentia nobis. Virg. 7. Æn. 262.
Fretus opulentia. Nepos 5. 2. 5.
Plur. Plaut. Bacch. 3. 4. 22.
Sed antequam illa unquam meis opulentiis　Ramenta fiat gravior.

Opulentĭtas, ātis. f. Idem. [πλοῦτος] Plaut. Mil. 4. 4. 35.
Quasique ejus opulentitatem reverearis.　Cæcil. Plocio, Opulentitate nostra sibi injuriam faciam.　Nonius 2. 598.

Opulente. Adv. Apul. Apol. 2. p. 333. Elmenh. Grandis domus opulente ornata.
Opulenter Pontanus de Conviventia 268. Sed forte Opulente dicendum. H. St. Nimirum in edit. Lugd. unus Livii locus sub seq. dict. afferebatur.

Opulenter, Adv. [πλουσίως] Cum opulentia. Sallust. Jugurth. cap. 85. Neque milites arcte colam, me opulenter.
Compar. Justin. 3. 3. 5. Epulari opulentius. Liv. 1. 35. Ludos opulentius instructiusque, quam priores reges, fecit.

Opulento, [πλουτίζω] āre. Opulentum facere. Columel. lib. 8. cap. 1. Quum & avium stercore macerrimis vineis, & omni surculo atque arvo medeantur, & eisdem familiarem focum mensamque pretiosis dapibus opulentent. Hor. 1. Epist. 16. pr. de Fundo,
Arvo pascat herum, an baccis opulentet olivæ.

Opulesco, ĕre. Opulentum fieri. Furius Antias apud Gellium lib. 18. cap. 11.
Quo magis in patriis possint opulescere campis.　V. Non. 2. 615.

Opsianus Lapis. Arrian. καὶ ὁ ἐν βάθει κεχωρισμένος ... ὁ ὀψιανὸς λίθος. Hujus fit mentio in Pandectis: & quanquam a plerisque ut mendosum mutetur, optima tamen est lectio Florentina, cum scriptore Græco consentiens. Turnebus.

Opsōnium, i. n. [ὄψον, ὀψώνιον] dicitur, Quicquid ultra panem & vinum in cibo adjicitur. Plaut. Aul. 2. arg. Dat coquos cum opsonio. Plin. lib. 18. cap. 11. Panis ipsius varia genera prosequi supervacuum videtur: alias ab opsoniis appellati, ut ostrearii. Græci συμπαραζόμενα (inquit Baysius) vocant opsonia mensis imposita.
Opulentum opsonium. V. Opolentus, in ops.
Rancidula fiunt opsonia. Juven. 11. Sat. 135.
Captare. Hor. 2. Serm. 7. 106.
Omnia conductis coemens opsonia nummis, i. e. Ad fœnus acceptis. Hor. 1. Serm. 2. 9.
Austri coquunt opsonia. h. e. Corrumpunt & putrefaciunt. Hor. 2. Serm. 2. 41.
Opsonium, videtur Terentius more Attico de Piscibus intellexisse, quum Adel. 2. 4. 22. dixit,
Ego jam, transacta re, convertam me domum cum opsonio.　Nam ab Atticis ὄψον sic usurpatur: atque infra Syrus hoc explicans, ait se nactum pisces ex sententia. Turneb. Apol. Apol. Opsonium piscium.
Opsonia militum, Stipendia dicebantur, quia tum pecunia, tum cibaria illis dabantur. V. Schmid. Not. ad N. T. p. 503. Add. Suid. & Gloss. Cyrill.

Opsōno, [ὀψωνῶ, ὀψωνίζομαι] āre. & Opsonor, ari. deponens. Emere seu præparare res necessarias ad opsonandum (hoc est aliquid cum pane comedendum) seu convivandum. Ter. Adelph. 5. 9. 7.
— & quidem porro hæc, opsonare cum fide,
Scortum adducere, apparare de die convivium.　Idem Andr. 2. 6. 20.
Vix, inquit, drachmis opsonatus est decem.　conf. Plaut. Aul. 2. 4. 16. & Men. 1. 3. 26.
Opsonare, Facere sumptum pro opsonio comparando. Plaut. Bacch. 1. 1. 63.
Tu facito opsonatum nobis sit opulentum opsonium:
Ego opsonabo: nam id flagitium sit meum, meâ te gratiâ,
Et operam dare mihi, & ad eam operam facere sumptum de tuo.
Nimium opsonavit. V. nimis.
Opsonare opsonium. Plaut. Stich. 3. 1. 36.
Opsonare prandium. Plaut. Pœn. 5. 5. 16.
Bene opsonavi. Plautus Menæcb. 2. 2. 1.
Famem opsonare ambulando. Cic. 5. Tusc. 97. Socratem ferunt, quum usque ad vesperum contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret? respondisse se, quo melius cœnaret, opsonare ambulando famem. [i. e. Emere in cœnam.
Opsonatum mittere. Plaut. Cas. 2. 8. 5.

Opsonātus, ûs. m. [ὀψώνησις] Plaut. Truc. 4. 2. 27.
Dedi equidem hodie ei quinque argenti deferri minas,
Præterea unam in opsonatum.
Obsonatu redeo. Idem Menæch. 2. 2. 5.

Opsonātor, ōris. m. [ὀψώνης] Qui emit opsonia, & coquo ad coquendum tradit. Plaut. Mil. 3. 1. 73.
Vel primarium parasitum, atque opsonatorem optimum.　Baysius, Qui opsoniis comparandis præerat, dicebatur opsonator: ut est apud Marcellum in l. Legatis servis. D. de legatis tertio. Græci illum ἀγοραστὴν vocant, auctore Athenæo. Quin & opsonator Græcum vocabulum videri potest, quasi ὄψου ὠνητής, id est opsonii emptor: qui & ὀψώνης dicitur. [Nugæ. Gloss. Gr. Lat. ὀψωνάτωρ, Stipendiarius.
De opsonatore confecit epigramma Martialis lib. 14. 219.
Opsonatoribus Dominici palatus subtilis notitia est. Senec. Epist. 47.

Opsonĭto, [ὀψωνίζομαι] āre. frequent. Sæpe opsonare. Nævius, Multi mecum eo die opsonitavere.
Postea centenis opsonitavere. Cato apud Fest.

Opsonōmus, i. m. [ὀψονόμος] Ædilis, cui cura piscium venditio. V. Taubm. Plaut. Aul. p. 194.

Opsopœus, i. m. [ὀψοποιός] Concinnator opsoniorum, id est Coquus.

Opsophagus, i. m. [ὀψοφάγος] Apicii cognomen fuit, qui omnes gulæ proceres longo intervallo superavit. V. Suid.

O P T

Optica, V. opticus.

Optĭcus, a, um. Adj. [ὀπτικός] Idem quod Visivus, sive perspectivus. Unde Nervi optici a Medicis dicuntur, Per quos spiritus visivus defertur in pupillam. Hinc

Optĭca, æ. vel Optĭce, es. f. [ὀπτική] Scientia lucis & tenebrarum, pars Geometriæ, dicitur, quæ ad oculos pertinet, quæ causas reddit cur visiones subinde fallant, & ea quæ in aqua conspiciuntur; majoraque ad oculos posita fiant, quæ procul ab oculis sunt, minora. V. Voss. de Scient. Math. p. 98. Bald. Lex. Vitruv. 1. 1. & Gell. 16. 18.

Optimas, Optime, Optimus. V. bonus.

Optio, V. opto.

Opto, [εὔχομαι] āre. Cupere, desiderare. ab Ope petenda, ut ait Perottus. Ter. Heaut. 4. 5. 8. Optabit rursum ut abeat ab se filius. Cic. 4. Fam. 1. Itaque mihi venire in mentem nil potest, non modo quid sperem, sed vix jam quid audeam optare.
Optare alicui. Cic. pro Cluent. 188. Nihil est mali, nihil sceleris quod illa non ab initio filio voluerit, optarit, cogitaverit, effecerit.
Furorem & insaniam quibusdam. Cic. in Pison. 46.
Memorabilis est Inscriptio sepulcri quam laudat Broeckh. ad Propert. 4. 5. 76. Quod quisque vestrûm optaverit mihi, illi semper eveniat vivo & mortuo.
Fortunam aliquam optare & expetere. Cic. in Pison. 32.
Fructum otii cupere & optare. Cic. 1. de Orat. 2.
Mortem miserrimus opto. Virg. 2. Æn. 655.
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Hor. 1. Epist. 14. 43. Proverbium convenit in eos, qui muneris functionem, & conditionem sibi accommodatam fastidiunt: alienam, & ad quam inepti sunt, expetunt. Cic. 5. Att. 15. Clitellæ bovi sunt impositæ, plane non est nostrum onus; sed feremus; modo, si me amas, sim annuus. Ex Lambino.
Opto ut adipiscar, pro Opto adipisci. Cicero, vide ut. H. St.
Optare, Eligere unum e duobus, ut ait Donatus. Ter. Andr. 4. 6. 2.
Quæ se inhoneste optavit parare hic divitias
Potius, quam in patria honeste pauper vivere.　h. e. *Melius amavit*, ut loquuntur barbari. Virg. 1. Æn. 429.
Optavitque locum tectis.　V. Scalig. Poet. 4. 16. conf. Virg. 3. Æn. 109.
Optare, Precibus postulare. Ter. Eun. 5. 9. 27.
Quodvis donum & præmium a me optato: id optatum feres.　Virg. 7. Æn. 275.
Et reor, & si qoid veri mens augurat, opto.
A diis immortalibus optare ut aliquid fiat. Cic. 2. in Catil. 15.
De aliquo aliquid expetere, optare, & deprecari. Cic. in Pison. 46.
Sapientius optare, Ovid. 2. Met. 102.
Stulte optare aliquid. Ovid. 1. Trist. 1. 80.
Optassis, pro Optaveris. V. Plaut. Mil. 3. 1. 74.

Optans, antis. Partic. [εὐχόμενος] Cic. 1. de Orat. 96. Insperanti mihi, sed valde optanti cecidit, ut in istum sermonem delaberemini. Virg. 9. Æn. 6.

Optandus, a, um. Partic. [εὐκταῖος] ut, Fortuna optanda & expetenda. Cic. in Pison. 32.

Optātus, a, um. [εὐκταῖος] Plaut. Aul. 3. 1. 1.
Optati cives, populares, incolæ, accolæ, advenæ omnes,
Date viam, qua fugere liceat.　Optati hic sunt Vocati & implorati. Turnebus.

Optatus

Optatus, [εὐκταῖος] Cic. 1. Fam. 5. Tametsi mihi nihil fuit optatius, quam ut primum abs te ipso, deinde a cæteris omnibus, quam gratissimus erga te esse cognoscerer.
Arena optata potiuntur Troes. Virg. 1. Æn. 176.
Auræ optatæ crebrescunt. Virg. 3. Æn. 530.
Dies optata parentibus instat. Ovid. 21. Epist. 43.
Epulæ. Hor. 4. Carm 8. 30.
Mi optime ac optatissime frater, vale. Cic. 2. Q. frat. 7.
Honor. Virg. 5. Æn. 201.
Luce frui. Virg. 4. Æn. 619.
Metam optatam cursu contingere. Hor. de Arte Poet. 412.
Nuntius optatissimus. Cic. 14. Philip 16. Post hanc habitam concionem duabus tribusve horis optatissimi nuntii & litteræ venerunt.
Rumores grati & optati afferuntur de fratre meo. Cic. 16. Fam. 21.
Tempus optatum. Catul. Argon. 62. 22.
Compar. Optatior, us. Cic. 4. de Finib. 44. Quid mihi potest esse optatius, quam cum Catone omnium virtutum auctore, de virtutibus disputare?
Superl. Optatissimus. Cic. pro Rosc. Amer. 43. Nonne optatissimum sibi putant esse, filios suos rei familiari maxime servire. Plura V. supra.
OPTĀTUM, i. n. subst. Cic. in Pison. 46. Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate. V. ACCIDO.
Furiosorum optata. Cic. 1. de Lege Agrar. 1.
Abominanda optata. V. ABOMINOR.
Eveniunt. Ovid. 6. Met. 370.
Optata loqui. Ter. Heaut. 3. 3. 50.
Non emo. quid ais? s. optata loquere. Ubi interpres, Ita loquitur ille qui cum alio loquitur, & cui is adversatur in consilio in re peragenda.
Respondet optatis meis fortuna. Cic. 2. Fam. 1,
In optatis est complecti hominem. Cic. 2. Fam. 12.
Di tibi omnes oro, omnia optata semper offerunt. Ter. Adelph. 5. 9. 21.
OPTĀTO, Adverbii vicem obtinet. [εὐκταίως] quasi Cum desiderio. Ter. And. 3. 3. pr. Optato advenis. Quasi dicat, Gratus & desideratus. Cic. 13. Att. 28. extr. Nisi quid te aliud impediet, mihi optato veneris.
OPTATIO, ōnis. f. [εὐχή] Cic. 3. Off. 94. Cui quum tres optationes Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti filii. i. e. Optiones Nec desunt qui Optiones legant. Idem 3. de Orat. 203. V. OPTIO.
OPTĀBILIS, e. Adj. [εὐκτός, ἐπέραστος] Quo optari debet. Cic. 1. de Finib. 53. Itaque ne justitiam quidem recte quis dixerit per se ipsam optabilem, sed quia jucunditatis vel plurimum afferat. Ibid. lib. 2. 88. Voluptatem non optabiliorem diuturnitate facit?
Pax optabilis. Cic. 7. Philip. 7.
Expetendum & optabile. Cic. 1. de Orat. 221. Quæ vulgo expetenda atque optabilia videntur, dicendo amplificat atque ornat.
Optabilis, & jocundus. Cic. 5. Fam. 12. Quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt jucundæ.
Solamen. Sil. lib. 13. 236.
Tempus. Ovid. 9. Met. 758.
OPTABILĬTER, Adv. [εὐκτῶς] Cic. 1. Tusc. 96. Pro dii immortales, quam optabiliter iter illud jucundum esse debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla sollicitudo futura sit! Correctiora exemplaria sine Optabiliter legunt.
Compar. Val. Max. 5. 1. extr. Ut optabilius in patria, ita speciosius pro patria, &c.
OPTĀTĪVUS, a, um. Adj. ut, Modus optativus. Isid. 1. 8. Mart. Capell. lib. 3. & Grammatici passim.
OPTIO, ōnis. f. Electio. [αἵρεσις] Plaut. Casin. 2. 4. 13.
Optio hæc tua est, utram harum vis conditionem accipe.
Ut Suspicio, Suspicatio. Cooptare in ordinem, fit per Optionem. In ea re est quædam optio. H. St. Non dubito, quin antiqui etiam Opto, ēre. dixerint. Hinc Optio. conf. OPINIO. & OPTIVUS.
Deferre optionem. Cic. 4. Att. 7.
Facere optionem, & Permittere optionem. Cic. 1. Verr. 45. Quoties ille tibi potestatem optionemque facturus sit, ut eligas utrum velis factum esse, necne. Quintil. lib. 5. Budæus.
Dare optionem. Cic. de Clar. Orat. 189. Quando autem dubium fuisset apud patres nostros eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret aut Crassum?
Optio est. Cic. 1. de Finib. 33. Nam libero tempore quum soluta nobis est eligendi optio, quumque nihil impedit, quo minus id quod, &c.
Si optio esset. Cic. 5. de Finib. 88. Ille Metelli vitam negat beatiorem quam Reguli, præponendam tamen, nec magis expetendam, sed magis sumendam: & si optio esset, eligendam Metelli, Reguli rejiciendam.
Optio sit tua, Elige ut voles. Cic. de Fato, 3. Hodie utro frui malis, optio sit tua.
OPTIO, m. Festus, Optio est optatio. Sed in re militari Optio appellatur is, quem Decurio aut Centurio optat sibi rerum privatarum ministrum, quo facilius obeat publica officia. Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur Accensus. Is adjutor dabatur Centurioni a Tribuno militum: qui quia cooptare quem velint, Centurionibus permissum est, nomen ex facto sortitus est. Plaut. Asin. 1. 1. 88.
Tibi optionem sumito Leonidam.
Fabricare quidvis, quidvis comminiscere.
Perficito argentum hodie ut habeat filius,
Amicæ quod det. Optionem pro Adjutore & vicario quasique collega adoptato posuit. V. Budæum in Annotat. posterior. & Turneb. Advers. 4. 7.
Optio, a Varrone, L. L. 4. 16. Nonio, Vegetio & Plauto in eum sensum accipitur, ut sit Miles qui ægros antecedat, tanquam eorum vicem, si usus venerit, gerere sit paratus. Priscis Accensus dicebatur. Quod & ad alia transferri potest, ut apud Callistratum in l. ultim. de Jure immun. Quamobrem etiam eum qui in palatina militia id ipsum agat, quod in exercitu Optiones, jure arbitror dici Optionem. Male scribit Accursius eos nuncupari Optiones, qui publica exigebant. Alciatus.
Optio Fabricæ, apud Jurisconsultos esse videtur, qui Imperatoriæ fabricæ, in qua Fabricenses vocantur, aut fabricis legionum scutariis & loricariis custos præest, ut & custos carceris in Prudentio Manceps carceris, & in Divo Ambrosio Optio carceris appellatur: Sic enim scribit, Neque Paules & Silas tempus distulerunt, quo optionem carceris baptizarent cum omnibus ejus. Turneb. Advers. 11. 13. conf. Lex. Pitisc.
Optio signiferorum. Antiq. Inscr. Grut. 804. DEAE NEMESI AVRELIVS OPTIO SIGN. LEG. XIII. GEM. &c. conf. Idem p. 445. n. 11. & p. 558. n. 7. item Lips. de Mil. Rom. 2. Dial. 7.
Optio carceris, in Antiq. Inscr. est Cui damnatorum cura committitur. V. Scalig. ad Manil. 5. & Reines. Inscr. Antiq. p. 12. & paulo ante.
Optio tabellariorum, Stationis marmorum, dicitur in veteri lapide. V. Guther. de Off. Dom. Aug. 3. 19.
Optio, vocatur etiam Opsonator. Procop. Persic. 3. conf. Buleng. de Conviv. 4. 1.
OPTIONĀTUS, ûs. m. Officium optionis militaris. V. Fest. ubi & Cato, Parare bonis atque strenuis optionatus.
OPTĪVUS, a, um. [αἱρετός] Adj. i. e. Quod ipse optaverit, atque elegerit. [Ab exoleto Optĕre, opinor. Sic Adoptivus, & Adoptio. Cognomen optivum. Hor. 2. Epist. 2. 101.

O P U

OPULENTUS, OPULESCO, V. Opes in OPS.
OPŬLUS, i. f. Arbor. Columel. lib. 5. cap. 6. Ruell. Opulus corno similis arbor, arbusto Gallico faciundo idonea, *obiera* vel *opiera* apud nos ruri dicitur: ulmi proceritate adolescit, caudice recto, enodi, rarioribus ramis brachiato, frondibus fere vitigineis, baccis racematim dependentibus. conf. Varr. R. R. 1. 8.
OPUNCULO, ōnis. (vel OPUNCULA, æ. f.) Avis, quod opilionis genus cantus imitatur. Festus. conf. OPILIO.
OPUNTIA, æ. f. Herba, de qua sic Plin. lib. 21. cap. 17. Item circa Opuntem opuntia est herba, etiam homini dulcis. Mirumque e folio ejus radicem fieri, ac sic eam nasci.
OPŪS, untis. [Ὀποῦς] Civitas in Locris. Ovid. 1. de Pont. 3. 73.
Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit. Dicimus etiam Opous, ut notat Interpres P. Melæ, Vadianus. V. Steph. Hinc
OPUNTIUS, a, um. Adj. [Ὀπούντιος] ut, Sinus Opuntius in Ægæo. Opuntii, Populi Phocensibus Bœotiis finitimi fuere.
OPŬS, ĕris. n. [ἔργον, ποίημα, δαίδαλμα, κατασκευή] Valla, Opus est finis, fructusque operæ. Unde Opera auctorum dicuntur, & Opera publica, ipsa publica ædificia.
Nonnunquam videtur Opus pro Opera accipi. ut Virg. 8. Æn. 415.
Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit. quasi ad Operas. Sed (ut videre videor) quoties non ad laborem corporis, sed laborem animi, & artem industriamque respicimus, magis opus, quam opera, dicendum est, ut in opere rustico, In opere faciendo, In opere fabrili, In opere textorio. Servius, Hoc Opus & hæc Opere dicimus, quando Negotium ipsum significamus quod geritur. Si autem feminino genere dixerimus Operas, ipsas Personas quæ aliquid faciunt. Utrumque autem horum nominum in eodem posuit loco Ter. Heaut. 1. 1. 21.
Quod in opere faciendo, operæ consumis tuæ:
Si sumas in illis exercendis, plus agas. Hactenus Valla, lib. 4.
Opus, pro Labore. Virg. 8. Æn. 516.
— sub te tolerare magistro
Militiam, & grave Martis opus. i. e. Laborem belli.
Opus, Officium. Virg. 10. Æn. 469.
— sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. Servius.
Admonitor operum Lucifer. Ovid. 4. Met. 663.
Adjutor operis. Paterc. 2. 95. 1.
Artis præcipuæ opus. Ovid. 1. de Arte Am. 266.
Comites operis. Ovid. 3. Met. 129.
Contextus operis. Tacit. 2. Hist. 8.
Depopulatio publicorum operum. Cic. 2. Verr. 12.
Dies felices operum. Virg. 1. Georg. 277.
Dux operis. Ovid. 4. Fast. 257.
Immunes operum. Ovid. 4. Met. 5.
Labor. Virg. 2. Georg. 155.
Mirator. Stat. 3. Silv. 2. 94.
Otii opus, Munus solitudinis. Cic. 3. Off. 4. Africanus majorem laudem meo judicio assequebatur: nulla tamen ejus ingenii monumenta mandata litteris, nullum opus otii, nullum solitudinis munus exstat.
Participes. Ovid. 3. Met. 147.
Patiens operum juventus. Virg. 2. Georg. 472.
Populator operis nostri. Ovid. 12. Met. 593.
Prudentia major operum. Ovid. 2. de Arte Am. 675.
Quies operum. Virg. 4. Georg. 184.
Socius operum. Stat. 3. Silv. 2. 94.
Spiritus operis hujus, et qua animus est in affectibus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Structura. Lucan. lib. 6. 64.
Vacuus. Hor. 2. Serm. 2. 119.
Acutum opus. Ingeniosum. Claud. 1. in Eutrop. 78.
Admirabile. Ovid. 6. Met. 14.
Arctatum opus. Paterc. 2. 86. 1.
Arduum. V. ARDUUS.
Artificiosum & divinum. Cic. 2. de Nat. Deor. 138.
Bellica opera. Paterc. 2. 97. 2.
Breve. Ovid. 15. Epist. 4.
Censorium opus. Suet. Cæs. cap. 41. Columel. lib. 12. præf. extr.
Clarum. Ovid. 3. de Arte Am. 338. De Æneide Virgilii.
Cælatum. Virg. 3. Ecl. 37. conf. Censorin. cap. 2.
Consummatum tantum opus. Paterc. 2. 117. 1. De bello.
Coronarium. V. CORONA.
Destinatum. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Dulce. Ovid. 2. de Arte Am. 480.
Durum. Lucret. lib. 5. 1359.
Elaboratum. Cic. 6. Verr. 126.
Elaboratum opus dicendi. V. URGEO, ēre.
Elegans. Cic. 6. Verr. 126.
Felix opus eventu, forte conatu. Paterc. 2. 112. 2.
Furtivum. Ovid. 2. de Arte Am. 730.
Gratum agricolis. Virg. 1. Æn. 4.

Immen-

Immensum. Lucan. lib. 1. 68.
Immortalia. V. IMMORTALIS.
Infaustum. Quintil. In procem. lib. 6.
Infecta. V. INSECTUS.
Infinitum. Quintil. Tryphoni, 2.
Inimitabilia. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Institutum. Quintil. Tryphoni, 2.
Interrupta. Virg. 4. Æn. 88.
Intextum tribus tauris. Virg. 10. Æn. 785. de Clypeo.
Juvenile palæstræ. Ovid. 6. Met. 241.
Laboriosum. V. LABOR, oris.
Laudabile. Lucret. lib. 5. 159.
Lauta. V. LAUTUS.
Longum. Hor. de Arte Poet. 360.
Magnifica & præclare. Cic. 1. de Nat. Deor. 118.
Magnum. V. MAGNUS.
Magnum & arduum. Cic. in Orat. 75.
Magnum & difficile. Cic. 3. Tusc. 84.
Magnum quoddam, atque haud sciam an de humanis operibus longe maximum. Cic. 2. de Orat. 72.
Menstruum. V. MENSIS.
Minutissimæ Geometriæ. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Mirabile. Ovid. 8. Met. 199.
Mortale. V. Mortalis, in MORS.
Novitium. V. NOVUS.
Novum. Justinian. l. Constit. 63. conf. Guther. de Jos Man. 3. 13. vel Cujac. Observ. 1. 16.
Numerosius. Quintil. lib. 5. cap. 10. Vulgoque paulo numerosioe opus dicitur argumentosum. De multiplici argumenti significatione. Vide interpretationem in Argumentosus.
Obscænum. Ovid. 3. Amor. 14. 28.
Perfectum, elegans & elaboratum. Cic. 6. Verr. 126.
Pistorium. V. PINSO.
Plenum periculosæ aleæ. Hor. 2. Carm. 1. 6.
Præclarum opus est, docere, instituere adolescentes, & ad omne munus officii instruere. Cic. de Senect. 29.
Principalia opera. Paterc. 2. 124. 3.
Recisum, V. RECIDO.
Rigens a summis ad ima. Quintil. lib. 2. cap. 13, de Sculptili opere.
Rusticum. Ter. Heaut. 1. 1. 87.
Sculptile. Ovid. 4. de Pont. 9. 28.
Solenne, & utile famæ. Hor. 1. Epist. 19. 49.
Spectabile. Valer. 1. Argon. 428.
Triste. Valer. 2. Argon. 396.
Tumultuarium. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Vetustum. Ovid. 3. Fast. 391.
Accelerare opus. V. ACCELERO.
Accessit operi extrema manus. In ACCEDO.
Accingere operi. V. ACCINGO.
Addicere opus. In ADDICO.
Adest opus. Plaut. Amph. 1. 1. 15.
Aggredi. V. AGGREDIOR.
Anniti omni opere. Plin. lib. 7. cap. 53.
Appareat fac opus. Cic. 16. Fam. 18.
Approbare. V. APPROBO.
Approperare. V. APPROPERO.
Augere opus per scelus. Ovid. 2. Fast. 630. al Opes.
Cantat inter opus. V. INTER.
Carpere aliquod. Ovid. 6. Met. 130.
Construere. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 239.
Considerari vult suum quisque opus a volgo Cic. 1. Off. 147.
Continuare aliquod opus diem & noctem. V. CONTINUO.
Currere certatim ad opus. V. Certatim, in CERTO.
Deponere neglectum. al. Seponere. Claud. in præf. lib. 2. de Rapt. Proserp. 2.
Differre. Ovid. 1. de Arte Am. 409.
Efficere. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Evertere. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Exigere opus, Perficere. Ovid. 14. Met. 268.
Exigere avarius opus. V. AVARUS.
Exornare sepulcrum tectorio opere. Cic. 2. de Legib. 65. V. TECTORIUS.
Explere alicujus. Ovid. 3. Met. 649.
Facere opus. Ter. Eun. 2. 1. 14.
In opere faciundo. V. IN præpos.
Fervet opus. Virg. 4. Georg. 169.
Fusum late opus est, & multiplex, & prope quotidie novum, & de quo nunquam erunt dicta omnia. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Habere magnum opus in manibus Cic. 1. Acad. 4.
Impedire opus alicui. Ovid. 8. Met. 200.
Inchoare. Stat. 6. Theb. 668.
Instare operi. Virg. 1. Æn. 508.
Instituere. V. INSTITUO.
Intermittere. V. INTERMITTO.
Lætari suis præclaris operibus. Cic. 1. Fam. 7.
Liberare opere. V. Libero, in LIBER, Adj.
Limare aliquod politius. V. LIMA.
Locatur opus. V. Loco, are; in LOCUS.
Mansurum superstes post mea fata. Ovi. 3. Amor. 15. 20.
Moliri opera. V. MOLIOR.
Movere majus opus. Virg. 7. Æn. 45.
Navare & efficere opus [illegible]. V. NAVO.
Negare mercedem operis. Ovid. 11. Met. 214.
Obire rusticum. V. OBEO.
Patrare opera. In PATRO.
Pendent opera interrupta. Virg. 4. Æn. 88.
Peragere. Ovid. 2. de Arte Am. 480.
Procedit. Quintil in procem lib. 4.
Referre in apertum aliquod opus. Cic. in Parad. 1.
Reliquit opus inceptum dextra. Ovid. 2. de Arte Am. 78.

Repetere, & Omittere. Hor. 1. Epist. 6. 48.
Repetemus propositum. Ovid. 3. Met. 151.
Sistere. Ovid. 17. Epist. 264.
Soluti operum famuli. Hor. 3. Carm 17. 16.
Tendere opus ultra legem. Hor. 2. Serm. 1. 2.
Tractare commode opus. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Tractare legitima. Cic. de Clar. Orat. 82. Is princeps ex Latinis illa oratorum propria & quasi legitima opera tractavit.
Transmittere operi noctes vigiles, Totas noctes invigilare operi, aut insomnes ducere noctes propter opus. Stat. 3. Theb. 278.
Turbare dispositum. Claud. 6. Conf. Stil. 225.
Urbis opus, pro Nave ita magna ut urbem putares. Virg. 5. Æn. 119. Servius.
Opus, pro Artificio. Cic. 6. Verr. 97. In hoc fano loricas, galeasque æneas, cælatas opere Corinthio, hydriasque grandes simili in genere atque eadem arte perfectas. Ibid. 46. Opere antiquo & summa arte perfectæ.
Albarium opus. V. Albarium in Lex. Pitisc.
Topiarum opus. Plin. 15. 30. Accedit in topiario opere laurus, quæ taxa dicitur. V. TOPIARIUM.
Exstruere molem opere magnifico. Cic. 14. Philip. 33.
Factum nihil est opere aut manu, quod aliquando non conficiat & consumat vetustas. Cic. pro Marcel. 11.
Mirabili opere perfectum candelabrum. Cic. 6. Verr. 64.
Pictum operibus magnificis stragulum. Cic. 5. Tusc. 61.
Minervæ operum haud ignara, i. e. Docta artis lanificæ. Virg. 5. Æn. 284.
Opera, pro Ædificiis, apud Suet. in Tiberio 47. Princeps neque opera ulla magnifica fecit. Vide NEQUE. Sic in Vesp. 9. Fecit & nova opera. Item in Claudio cap. 20. pr. & paulo post, Lapideo opere. H. St.
Vitium operis. Cic. in Topic. 22. Non ejus vitio, qui demolitus est, damnum factum est, sed ejus operis vitio, quod ita ædificatum est, ut suspendi non possit.
Publica opera, Ædificia. Suet. Tiber. cap. 30. Idem Aug. cap. 37. conf. omnino Lex. Pitisc.
Exstruere opera. Paterc. 2. 130. pr. Suet. Tiber. cap. 30.
Subvertere moles operum. Ovid. 6. Fast. 645.
Incensis operibus, quæ statuerat, &c. i. e. Munitionibus. Nepos n. 7. 2.
Conamur multorum dierum opus, & magnum. propter altitudinem maris. Cic. 9. Att. 13.
Sepire operibus & munitionibus urbem aliquam. Cic. 13. Philip. 20.
Opus, indecl. adj. etiam pro Necesse, sive necessario accipitur: ut, Opus est fessum quiescere, i. e. Necesse est.
Opus esse, & Necesse esse, videntur aliquantulum inter se differre. Cic. 1. Fam. 9. Legem curiatam Consuli ferre opus esse, necesse non esse.
Opus est. Ter. Phorm. 4. 5. 3. Ut cautus est, ubi nihil opus est. Cic. 2. de Finib. 5. Bonum ipsum etiam quid esset fortasse, si opus fuisset, definisses.
Opus est & convenit. Auctor ad Heren. lib. 4. 21. Tacito quum opus est, clamas: quum tibi loqui convenit, obmutescis.
Oportet & opus est hoc fieri. Cic. 13. Att. 25.
Obsignant ea tempore quod opus sit Græci. Cic. pro Flacc. 36.
Quamdiu ei opus fuerit, vixit. Cic. 4. Fam. 5.
Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare. Cic. 7. Att. 8.
Opus est dicere. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Opus est nihil deesse. Cic. de Amicit. 51. Atque haud scio, anne opus sit quidem nihil unquam omnino deesse amicis.
Dux & auctor opus est, & similia, cum nominativo, Idem quod Necessarius. Cic. 2. Fam. 5. Dux nobis & auctor opus est, & eorum ventorum quos proposui moderator quidam, & quasi gubernator. Idem 3. Verr. 126. Multa sibi opus esse, multa canibus suis.
Materies opus est, ut crescant postera sæcla. Lucret. lib. 3. 980. Sic Idem, lib. 2. 814. Opus esse colores, in nominativo dixit.
Sumptu ne parcas ulla in re, quod ad valetudinem opus sit. Cic. 16. Fam. 6.
Aliquantum nobis temporis & magni laboris, & multæ impensæ opus fuerunt, ut quæ Reipub. &c. Cic. 10. Fam. 8.
Opus est lectionis. Quintil. lib. 12. cap. 3. Castigatiores codices habent Lectione.
Opus est cibum puero. Plaut. Truc. 5. 10. Cic. 15. Att. 20. Equidem video mihi quoque opus esse viaticum: sed id ex prædiis, ut cadet, ita solvetur.
Opus est cibo, & aliis. Plaut. Truc. 5. 11.

> Opus nutrici autem, utrem ut habeat veteris vini largiter,
> Ut dies noctesque potet: opus est igne, opus est carbonibus,
> Fasciis: opus est pulvinis, cunis, incunabulis.

Quibuscunque rebus opus esse intelligam, saluti tuæ præsto ero. Cic. 4. Fam. 14.
Verbis quid opus est, ubi rerum testimonia adsint? Cic. in Sallust. 12.
Auxilio scis opus esse tuo. Ovid. 4. de Pont. 3. 8.
Expedito nobis homine & parato opus est. Cic. 11. Philip. 25. Gell. 17. 2.
Convento opus est. Plaut. Curc. 2. 3. 23.
Exquisito opus est. Plaut. Amph. 2. 1. 81.
Facto opus est. Ter. And. 3. 2. 11.

> Non Imperabat coram quid opus facto esset puerperæ. Idem Heaut. 1. 1. 28.
> Mihi sic est usus: tibi ut opus est facto, face.

Maturato opus est. Liv. 1. 58. Sed maturato opus est quicquid placuerit.
Parato opus est. Ter. And. 3. 2. 42.
Properato opus est. Cic. pro Milon. 50. Primum erat nihil, cur properato opus esset.
Quæsito. Cic. in Parad. 6.
Viso & cauto opus est. Plaut. Capt. 2. 1. 29.
Opus est ad. Cic. 3. Fam. 3. Præsidio firmiori opus esse ad istam provinciam.
Aliquid opus esse nobis ab aliquo. Cæs. 1. Bell. Gall. 34.
Opus est usui in. Cato R. R. cap. 13. In torcularium usui quod opus fiet.
Opus est ut. Plaut. Truc. 2. 6. 19. Nunc tibi opus ægram ut tu te assimules. conf. 2. 3. 7.
Opus sunt milites, pro Opus est militibus. Ter. Heaut. 4. 8. 15.

Des qui aurum ac vestem, atque alia, quæ opus sunt, comparet. h e. Necessaria. Idem 5. 1. 20. conf. Cic. 2. Fam. 6. supra.
Nobis exempla permulta opus sunt. Idem 2. de Invent. 57.
Opus habeo. Columel. lib 9. cap. 1.
Opere magno orare, pro Magnopere. V. supra.
Opere maximo, pro Maximopere. Ter. Eun. 3. 3. 27.

— Thais maximo
Te orabat opere ut cras redires.

Nimio opere delectara. Cic. 6. Verr. 132. Deinde hic ornatus, hæc opera, hæc artificia, signa, tabulæ pictæ. Græcos homines nimio opere delectant. [An Nimiopere? H. St.
Opere tanto, pro Tantopere. Plaut. Epid. 5. 2. 56. Quid istic oratis opere tanto?
Opere, absol. pro Magnopere. Plaut. Truc. 2. 7. 27. Jussit opere orare. Al. Opera omittunt. MSS. Operare.

OPUSCŬLUM, i. n. dimin. [συγγραμμάτιον] Cic. 1. de Legib. 4. Sed tamen nonnulli, Tite, faciunt imperite, qui in isto opusculo, non ut a poeta, sed ut a teste veritatem exigant. Idem 4. Acad. rar. Ut etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.
Lucubratum. Cic. in Parad. 1. conf. Quintil. 2. 1. & Hor. 1. Epist. 4. 3.

O R

OR. Ordo, Ornato, Ornatus, Ornamentum.

O R A

ORA, æ. f. [πέρας, ἐσχατιά] Extremitas cujusque rei. Virg. 9. Æn. 528.

Et mecum ingentis oras evolvite belli. Ubi Servius, Narrate, non tantum initia, sed etiam extrema bellorum. Nam oræ sunt extremitates.

Oræ. [περιφέρειαι] Vestimentorum extremæ partes, inquit Festus. conf. Ruben de Re vest 2. 1.
Oræ, Poculorum. Lucret. lib. 4. 936.
Oræ, Alveariorum. Virg 4. Georg. 39.

Spiramenta linunt, fucoque & floribus oras
Explent. De apibus.

Oræ, Regionum terrarumque fines, & maritimæ ipsæ regiones. Virg. 1. Æn. 1.

Arma virumque cano, Trojæ qui primus ab oris, &c. Cic. 12. Fam. 5. A prima enim ora Græciæ usque ad Ægyptum, optimorum civium imperiis muniti erimus & copiis.

Orarum & litorum amœnitates. Cic. 2 de Nat. Deor. 100.
Terrarum oras destinet mare. Lucret. lib 5. 204.
Sine ora & extremitate regio. Cic. 2. de Finib. 102. Hæc non erant ejus, qui innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragravisset.
Plinius, quum Oram dicit, fere semper Regionem litoralem appellat, apud quem velut peculiaris est talis locutio, In ora sunt civitates, & Oppida oræ proxima.
Urbes quæ in ora sitæ sunt Asiæ. Nepos 7. 5. 6.
Illætabilis. Virg 3. Æn. 707.
Invia. Ovid. 14. Met. 790.
Latena. Hor 1. Carm. 37. 24.
Laxatæ Sil lib. 13. 28.
Umbrosæ Heliconis. Hor. 1. Carm. 12. 5.
Accedere oras aliquas vento. Virg. 1. Æn. 312.
Allabitur antiquis Curetum. Virg. 3. Æn. 131.
Adnavimus vestris. Virg. 1. Æn. 542.
Applicare aliquem immanibus. Virg. 1. Æn. 620.
Appulit Deus te nostris. Virg. 3. Æn. 338.
Capessere Italas. Virg. 5. Æn. 703.
Legere oram. V. LEGO, legis.
Solvere oram, est Navigare, & ab ora, id est litorali regione solvere retinacula navium, & discedere. Quintil. Epist. ad Tryph. Permittamus vela ventis, & oram solventibus bene precemur. Sic exponunt nonnulli. Turnebus sic, Ipsum litus & oram solvere & liberare. Ut enim, inquit, ab Horatio Epod. 10. pr. scriptum est,

Mala soluta navis exit alite. quod ante in litore retinaculo esset religata: sic cum eodem retinaculo ora ipsa æque ac navis ligata sit, eo sublato, quum incipit navigatio, solvi merito ora dicitur, ut & navis. Sed V Infra Oram quidam dicunt &c.

Oram, pro Spatio usurpavit Ennius, & Maro perdiligenter imitatus est. Ennius, Sat. 6 pr.

Quis potis ingentes oras evolvere belli. i. e. Tam ingentia belli spatia, quod maximum & diuturnissimum fuit. Virgil. 9. Æn. 528.
Et mecum ingentes oras evolvite belli. Turneb. Adverf. 16. 22. conf. Idem 17. 3.

Ora. [χώρα] Regio. Cic. 2. de Nat. Deor. 164. Omnibus hominibus qui ubique sunt, quacunque in ora ac parte terrarum.
Quot oræ sunt partesque terrarum, tot habet triumphos. Cic. pro Corn. Balb. 9.
Orientis oræ. Hor. 1. Carm. 12. 55.
Australis. V. AUSTER.
Brevis ora, Regio non longa. Lucret. lib. 4. 179.
Gelida. Hor. 1 Carm. 26. 4.
Habitabiles. Hor. 4. Carm. 14. 5.
Adesse externis ab oris. Virg 7. Æn. 270.
Allabi oris Euboicis. Virg. 6 Æn. 2.
Disjungimur longis. Valer. 2 Argon. 562.
Disjungimur Italia longe. Virg. 1. Æn. 256.
Dominari cunctis. Virg. 3. Æn. 97.
Extendere nomen in ultimas. Hor. 3. Carm. 3. 46.
Venire ab oris aliquibus. Virg. 2. Æn. 282.
Ora, [ζώνη] pro Climate, vel segmento cæli. Cic. 1. Tuscul. 68. Tum globum terræ eminentem e mari, fixum in medio mundi universi loco, duabus oris distantibus, habitabilem & cultum. Budæus.
Extrema ora mundi. Cic. 2 de Nat Deor. 101. Restat ultimus & a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens & coercens cæli complexus: qui idem æther vocatur: extrema ora & determinatio mundi. Budæus.

Ætheriæ. Lucret. lib. 5. 86.
Luminis. Lucret. lib. 1. 23.

Inde enascitur, atque oras in luminis exit.

Superis concessit ab oris, Mortuus est. Virg 2. Æn. 91.
Oram quidam dicunt significare Nauticum funem, quo navis ad terram ligatur. Liv. 22. 19. Viadum omnes conscenderant, quum alii resolutis oris, in anchoras evehuntur: alii, ne quid teneat, anchoralia incidunt. Et lib. 28. 36. In ipsis quoque trepidatum navibus est, dum, ne hostes cum suis simul irrumperent, trahunt scalas, orasque & anchoras, ne in moliendo mora esset, præcidunt. Apud Quintil. vero sic in Epist. ad Tryph. extr. Permittamus vela ventis, & oram solventibus bene precemur. Rursus lib. 4. cap. 2 p. 328. Burm. In portum veni, navim prospexi, quanti veheret interrogavi, de pretio convenit, conscendi, sublatæ sunt anchoræ, solvimus oram, provecti sumus. conf. Parei Lex. Critic. p. 865. vel Lex. Pitisc. [V. Gronov. Observ. 4. 26. Qui tamen, non ita nodum solvit, ut nihil dubii relinquat. Suspicabar olim in priore Fabii loco scribendum Ancoram solventibus Facile enim priore syllaba mutilari vox potuit, & Ancora sine aspiratione scribi debet. In posteriore legebam, Solvimus, aora provecti &c. Sed obstat Livii auctoritas & MSS. consensus. Itaque ἐπέχω.
Ora, pro Initio rei usus est Cæcilius (inquit Festus) quum ait, Oram reperire nullam, quam expediam, queo.
Apud Celsum subinde Oræ vulneris vocantur, quæ futura comprehenduntur, aut ancteribus. 5. 26 24. Oras, inquit, vulneris futuræ comprehendant, & eod. cap. sæpius. Idem 4. 7. 3. Fistulam excidere licet: futuraque oras conjungere.

ORARUM, V. OS, oris.

ORĀRIUS, a, um. Adj. ut, Orariæ naves. Plin. Epist. lib. 10. ad Trajan. 16. Nunc destino partim navibus orariis, partim vehiculis provinciam petere. Sunt autem Orariæ naves, Actuariæ & parvæ, quibus secundum oram navigatur. Nam majoribus pelagus tenetur: neque enim parvo navigio quisquam se magno committere mari audet, sed litus legit. Proinde Cic. 16. Att. 6. scribit, Cogitaremus corbitane Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum. Nam si trajiciendum fuisset mare, corbita ac oneraria, id est magna navi fuisset opus. Hæc Turnebus. V. Scheff de Mil. Nav. 1. 1.

ORĀTIM, Adv. Per oras. Solin. cap. 9. Longum est ut oratim omnes insulas legamus. V. Salmas. in loc.

ORĀCŬLUM, i. n. [λόγιον, χρησμὸς, χρηστήριον] ab Ore dicitur, inquit Priscianus, estque Deorum responsum. Cic. in Topic. 77. Oracula enim ex eo ipso appellata sunt, quod inest his deorum oratio. Virg. 2. Æn. 114.

— scitatum oracula Phœbi
Mittimus.

Oraculorum duo genera fuisse Cic. 1. de Divin. 34. scribit, unum quod a furentibus profundebatur, ut a Pythia numine Apollinis correpta: alterum quod æquatis vel paribus sortibus a sitella vel urna ducebatur. Habebant enim sortes certis quibusdam sententiis, obscuris tamen, notatas, quarum quædam felicitatem, quædam calamitatem denuntiabant, aut alia ejusdem generis. Hæc posteriora oracula dicit Cicero, quæ æquatis sortibus ducuntur; unde & Sors pro Oraculo usurpari consuevit: vel quia certo ordine sorte ducta reddebantur. Interest autem inter Sortem & Sortes. Ex Turneb. Adverf. 5. 21. V. SORS.
Vatum oracula. Ovid. 2. de Pont. 1. 55.
Oracula flexiloqua: nempe Quæ inversis verbis & flexis, id est tropo mutatis, aliquid obscure & quodam anfractu & ambage significant, unde & Λοξίας Apollo a Græcis vocatus est, & Aperta a Latinis, quod minime sit apertus. Turneb. Adverf. 5. 19.
Tristia canere. Lucan. lib. 1. 581.
Dicere oraculo arbitrari. Cic. pro Font. 15. Si, ut quidque ex illo loco dicetur, ex oraculo aliquo dici arbitrabitur.
Dare oracula. Cic. 1. Tuscul. 116.
Edere oraculum. Cic. Brut. 2. Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta: nihil potest esse verius.
Eduntur Delphis. Cic. 2. de Divin. 117.
Edidit Apollo Pythius oraculo, Spartam nulla re alia nisi avaritia esse perituram. Cic. 2. Offic. 77.
Editum est oraculum, eas, &c. Cic. 2. de Legib. 40.
Exponere. Cic. 1. de Divin. 69.
Jussis & oraculis deorum immortalium aliquid facere. Cic. pro Rosc. Amer. 66.
Fundere. Cic. 1. de Divin. 114 Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent.
Nectere. Stat. 11. Theb. 289.
Petere. Cic. 1. de Divin. 95. Iidemque de rebus majoribus, semper aut Delphis oraculum, aut ab Ammone, aut a Dodona petebant.
Poscere precibus. Virg 3. Æn. 456.
Præposita oraculo sacerdos. Cic 1. de Divin. 76.
Reserabo augustæ oracula mentis. Ovid. 15. Met. 145.
Uti oraculo. Tacit. 2. Ann. 54. Græcorum more dixit, Uti oraculo, pro Oraculum consulere. Illi enim dicunt χρῆσθαι, ac mihi videtur exoticum illum Græcorum sermonem imitari voluisse, novitatis aucupio gratiam eloquutioni quærens. Turneb.
Oraculum, pro Templo in quo responsa dantur. Plin. lib. 12. cap. 23. Ergo Æthiopiæ subjecta Africa, ammoniaci lacrimam stillat in arenis suis: inde & nomine etiam ab Ammonis oraculo, juxta quod gignitur arbor, quam metopion vocant. conf. Cic ad Brut. 2. extr.
Sic Μαντεῖον hanc quoque significationem habet. H. St. Immo non aliam, nisi fallor. Oraculum, quod ore editur, χρησμός, θέσπισμα, ἀποφθεγμα in Gloss. Lat. Gr. redditur.
De oraculis, V. plura in Lex. Pitisc.
Somnii & furoris oracula Cic. 1. de Divin. 69.
Tralate. Cic. 1. de Orat. 200. Est enim sine dubio domus jurisconsulti totius oraculum civitatis.
Oraculum, Dictum alicujus celebre & veluti divinum. Unde dicimus, Oraculum Catonis est Plin. lib 18 cap. 6. Quonam igitur modo utilissime colentur agri? ex oraculo scilicet, Malis bonis. Quum dicerent Malis, intelligere voluere vilissimum. Summum providentiæ illorum fuit, ut quam minimum esset impendii. conf. Plin. 8. 4. & 5. & Columel. lib. 9. cap. 1.

Oracla.

Oracla. Ovid. 1. Met. 321.
— & numina montis adorat
Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat.

ORACULĀRIUS, a, um. Adj. ut, Oracularii servi. Petron. cap. 43. Qui scil. oracula fundunt & futura prænunciant. V. Act. Apost. 16. 16. [Immo Oricularius, ut certatim docti correxerunt. Ipsemet hanc lectionem confirmat Petronius. En locum, Habuit autem oriculsrios servos, qui illum pessum dederunt. Nunquam autem recte faciet qui cito credit. Unde liquet servos intelligi, qui aures domini obsident, delatoresque sunt. In Gloss. Græco Lat. Ὠτακουστής, Auriculatius.

ORĀTA, æ. f. [χρύσοφρυς] auctore Festo, genus piscis appellatur a colore auri, quod rustici Orum dicebant, ut Auriculas, Oriculas: utque Sergium quendam prædivitem, quod duobus annulis aureis & grandibus uteretur, Oratam dicunt esse appellatum. Dicitur & Aurata q. V.
De C. Sergio Orata, V. Macrob. 3. Saturn. 15. & Cic. 2. de Fin. 70. & Festi interpp.

ORĀTES, is. m. Fluvius Scythiæ Europææ. V. Ovid. 4. Pont. 10. 47.

ORATHA, æ. f. [Ὀράθα] Oppidum est Mesopotamiæ, ad Tigrim fluvium. Stephan. [Puto n. pl. esse.

ORATIO, **ORATOR**, &c. V. **ORO**, as.

O R B

ORBANA, æ. f. Deæ cujusdam nomen, quæ Romæ ad ædem Larium aram habuit. Plin. lib. 2. cap. 7.

ORBĒLUS, i. m. [Ὄρβηλος] Thraciæ mons est in ea parte, quæ Macedoniæ est contigua, non procul a Pangæo promontorio, a quo vicina regio Orbelia dicta est. V. Plin. lib. 4. cap. 10. & 11.

ORBĬLIUS, i. m. [Ὀρβίλιος] cognomento Pupillus, Beneventanus, Grammaticus tempore Ciceronis profitebatur, vir acer in discipulos, ac plagosus propterea ab Horatio appellatus 2. Epist. 1. 70. Vixit prope ad centesimum annum, amissa jampridem memoria, relicto ex se se Orbilio, & ipso grammatico. Ex Tranquillo Illustr. Gram. cap. 9. conf. Voss. Inst. Orat. 6.

ORBIS, is. m. [κύκλος] Circulus dicitur, vel Circulatis figura. Plin. lib. 11. cap. 37. Aliis glauci coloris orbibus circumdatis. Idem lib. 2. cap. 9. Orbis lunæ.
Circulus aut orbis. Cic. 2. de Nat. Deor. 47. Quumque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, &c.
Orbis pilæ. Plin. lib. 10. cap. 24.
Orbis ablaqueationis, Fossura, sive fossio illa, quæ in orbem circa vites aut arbores fieri solet. Columel. lib. 4. cap. 4.
Orbis saltatorius. V. **SALTO**. Est autem Orbis saltatorius, Species quædam motus, cujus multa genera tripudiatores frequentant; sed iidem etiam sæpe se versant in orbemque rotant. De saltatorio orbe sic in Pison. 22. scribit Cic. In quo, ne tum quidem, quum illum suum saltatorium versaret orbem, Fortunæ rotam pertimescebat. Turnebus.
Angues immensis orbibus. i. e. Spiris. Virg. 2. Æn. 204.
Agere in orbem. V. **AGO**.
Curvare iter in orbem. Ovid. 2. Met. 715.
Ducere. Ovid. 8. Met. 239.
Facientibus orbem immensum spiris. Ovid. 3. Met. 77. de serpente.
Flexos exiguo miror in orbe pedes. Ovid. 4. Epist. 80.
Glomerabat lanam in orbes. Ovid. 6. Met. 19.
Glomerantur in orbes confusos grues. Lucan. lib. 5. 715.
Impedire alternos orbes orbibus. Virg. 5. Æn. 584.
Labens vago orbe serpens. Stat. 5. Theb. 514.
Rapit immensos orbes per humum. Virg. 2. Georg. 153.
Sinuavi flexos corpus in orbes. Ovid. 9. Met. 64. de Acheloo qui se in anguem mutatum fuisse dicebat.
Insinuatur multiplices in orbes crinis. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 15.
Torquere aliquid in orbem. Cic. de Univers. 21. & 22.
Orbis, pro Maxima hominum multitudine, ut putes totius orbis populos convenisse. Ovid. 1. de Arte Am. 173.
Nempe ab utroque mari juvenes, ab utroque puellæ
Venere, atque ingens orbis in Urbe fuit. [Videtur dictum pro Totus orbis.
Spisso orbe circumdare aliquem. Sil. lib. 13. 684. [i. e. Spissa corona.
Orbis, Vocabulum militare, sicut frons, globus, cuneus, & alia id genus. Translata sunt autem ab ipsis rebus, quæ ita proprie nominantur: earumque rerum in acie instruenda sui cujusque vocabuli imagines ostenduntur. Hæc Gellius lib. 10. cap. 9.
Orbem facere. Sallust. Jugurth. 97. Cæs. 4. Bell. Gall. 38. Quum illi orbe facto sese defenderent, celeriter ad clamorem hominum circiter millia sex convenere. conf. Curt. 4. 13. 31. & Lex. Pitisc.
Tutari se in orbem. Liv. 4. 39. V. **IN** præp.
Orbe societatis ambire. Plin. 9. Epist. 30. Primum est autem, suo esse contentum: deinde quos præcipue scias indigere, sustentantem foventemque orbe quodam societatis ambire.
Orbis, pro Contextu & serie, vel Successione continua ponitur. Virg. 2. Georg. 401. — redit agricolis labor actus in orbem:
Atque in se, sua per vestigia volvitur annus.
In orbem iret insigne regium. i. e. Ad omnes invicem perveniret. Liv. 3. 56.
Orbis idem in singulos annos volvitur. Liv. 3. 10.
Orbis Reipub. Cic. pro Planc. 93. Stare enim omnes debemus, tanquam in orbe aliquo Reip. qui quoniam vertetur, eam deligere partem debemus, ad quam nos illius utilitas, salusque converterit. Idem 2. Attic. 9. Festive, mihi crede, & minore sonitu, quam putarem, orbis hic in Repub. est conversus, citius omnino quam potuit id culpa Catonis. Eidem lib. 2. 21. Equidem sperabam sic orbem Reipub. esse conversum, ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus: & fuisset ita, si homines transitum tempestatis exspectare potuissent. Budæus. conf. Tacit. 3. Ann. 55. 5. & Liv. 3. 36.
Absolvere orbem. V. **ABSOLVO**.
Orbis orationis, Circuitus. Cic. in Orat. 234. In Thucydide orbem orationis desidero. Idem 3. de Orat. 196. Quum circuitum & quasi orbem verborum conficere non possent, &c.
Conficit orbem suum forma concinnitasque verborum. Cic. in Orat. 149.

Orbis, pro Sphæris & astrorum circumvolutionibus. ut,
Lucidus orbis solis. Virg. 1. Georg. 459.
Circuitus orbium solis, v defectibus LX & CCC, quarta fere diei parte addita conversionem conficiunt annuam. Cic. 2. de Nat. Deor. 50.
In orbem circumque fertur motus astrorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 44.
Orbis & Globus. Cic. in Somn. Scip. 9. Novem tibi orbibus, vel potius globis, connexa sunt omnia.
Flammeus. Stat. 1. Silv. 6. 87.
Infernus. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 361.
Lacteus. Cic. in Somn. Scip. 8. Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (ut a Grajis accepistis) orbem lacteum nuncupatis.
Laneus. Propert. 4. 6. 6.
Terque focum circa laneus orbis eat. V. Lex. Pitisc.
Obliquus. Lucan. lib. 1. 78. Intelligit circulum Zodiacum.
Signifer, Zodiacus. Cic. 2. de Nat. Deor. 54. Infra autem hanc stella Mercurii est, ea στίλβων appellatur a Græcis, quæ anno fere vertente signiferum lustrat orbem.
Conficiunt orbes suos & circulos celeritate mirabili stellæ. Cic. in Somn. Scip. 6.
Convertitur infimo orbe luna radiis solis accensa. Cic. in Somn. Scip. 10.
Exactus orbis lunæ. Lucan. lib. 2. 577.
Explevit luna orbem plenis cornibus. Ovid. 7. Met. 531.
Hausit sol medium orbem, i. e. Peragravit jam medium orbem suum, Virg. 4. Georg. 425. Meridiei periphrasis.
Orbis, pro Anno. Virg. 1. Æn. 273.
Triginta magnos volvendis mensibus orbes.
Imperio explebit. i. e. Regnabit triginta annos. Orbis dicitur ea ratione qua Græci ἐνιαυτὸν vocant, quod scilicet circulum faciat, & semper in seipsum recurrat.
Annuus exactis completur mensibus orbis. Virg. 5. Æn. 46.
Orbis, [οἰκουμένη] Mundus noster, a rotunditate. Plin. prol. lib. 3. Terrarum orbis universus in tres dividitur partes, Europam, Asiam, Africam. Cic. 4. Fam. 1. Res vides quomodo se habeat: orbem terrarum, imperiis distributis, ardere bello.
Orbis terræ. Cic. 1. Catil. 9. In hoc orbis terræ sanctissimo gravissimoque consilio, &c.
Ager Campanus orbis terræ pulcherrimus. Cic. 2. de Lege Agrar. 76.
Extremi sinus orbis. Virg. 2. Georg. 123.
Caput orbis Roma. Ovid. 5. Fast. 93.
Decus orbis atque præsidium unicum. Sen. Herc. OEth. 7.
Princeps orbis terrarum. Cic. pro Domo, 110.
Extremus. Ovid. 2. Met. 254.
Fractus si illabatur. Hor. 3. Carm. 3. 7.
Magnus. Virg. 2. Georg. 339.
Solidus. Ovid. 1. Met. 31.
Anhelans sævis ardoribus. Sil. lib. 16. 100.
Circumsonat orbem totum Nereus. Ovid. 1. Met. 187.
Describit totum radio Mathematicus. Virg. 3. Ecl. 41.
Dimensus certis partibus. Virg. 1. Georg. 231.
Domitus. Ovid. 1. de Arte Am. 177.
Peragrare orbem omnium terrarum. Cic. 6. Verr. 106.
Percensere. Ovid. 2. Met. 335.
Perhorruit totus. Ovid. 1. Met. 203.
Reget pacatum. Virg. 4. Ecl. 17.
Siluit exterritus. Stat. 1. Theb. 211.
Temperat sol orbem. Ovid. 15. Met. 869.
Orbis, Regio, seu pars orbis. Plin. lib. 12. cap. 5. Nunc eas exponam, quas mirata est Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto.
Alienus orbis. V. Alienus, in **ALIUS**.
Diversus orbis procul a patria. Ovid. 2. Met. 223.
Fecundus. Ovid. 8. Met. 821.
Peregrinus. Ovid. 1. Met. 94.
Orbis pro Romano Imperio. Nepos 25. 20. 5. De Antonio & Octavio. Cum se uterque principem orbis terrarum esse cuperet. Tacit. Germ. 2. 1. Adversus Oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur. conf. Cic. 4. Fam. 1. aliaque exempla supra.
Orbis, pro Orbili. Varro de R. R. cap. 5. Quum & aqua calida & frigida, ex orbi ligneo mensaque quam dixi, in primis radiis esse epistomiis versis ad unumquemque factum, sic ut fluat in convivam.
Orbis rotarum. Plin. lib. 8. cap. 16. Atque hoc tale, tam sævum animal, rotarum orbes circumacti, currusque inanes, &c. terrent. De leonibus.
Ferrati orbes, i. e. Rotæ. Virg. 3. Georg. 361.
Rapidi. Valer. 6. Argon. 239.
Revoluto orbe nunquam insistens rota. Senec. Hippol. 12.
Orbis, super quem carnes in mensa minutim concidere solemus, ne corrumpatur mappa. Martial. lib. 2. 43.
Tu Lybicos Indis suspendis dentibus orbes:
Fulcitur testa fagina mensa mihi. [Hic est Ipsa mensis eburnea.
Orbis, Operculum in orbem factum. Cato de R. R. cap. 10. Molilia tria, abacum unum, orbes æneos duos, mensas duas, scamna magna tria.
Ponitur pro Clypeo apud Poetas passim. Virg. 10. Æn. 783.
— illa per orbem
Ære cavum triplici, &c. Val. Flacc. 1. 451.
Orbis quem genitor gestabat. conf. Claud. de Bell. Gild. 211. & Gousal. ad Petron. cap 89.
Orbi, ablativus antiquus, pro Orbe. Lucret. lib. 5. 74.
Et quibus ille modis divûm metus insinuarit
Pectora, terrarum qui in orbi sancta tuetur
Fana, lacus, lucos, &c
Orbs, pro Orbis. Fortunat. 8. Carm. 5.
Gaudet & orbs totus, pontus, arena polus. Item,
Orbs quoque totus item per nova vota fremit.

ORBĬCUS, a, um. Adj. [κυκλοφορικός] Per orbem ductum, seu per circulum, interprete Nonio 2. 614 Varro, Ut sidera cæli circa terram atque axem volvuntur motu orbico.

ORBICŬLUS, i. m. dimin. [κυκλίσκιον] Plin. lib. 25. cap. 13. Concisa quoque in orbiculos servatur in vino.
Orbiculus, pro Trochlea. Cato R. R. cap. 3. Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus sparteis ducantur: orbiculus superioribus octonis, inferioribus

ribus fenis citius duces. conf. Pallad. 3. 11. Solin. cap. 27. & Vitruv. lib. 9. extr.

ORBICULĀRIS, e. Adj. ut, Orbicularis herba. Apul. de Herb. cap. 17. conf. Marcell. Emp. cap. 4.

ORBICŬLO, āre. Gloff. Vet. Orbiculatur, κυκλοῦται.

ORBICULĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. [κυκλωτικός] Quod in orbem & circuitum factum eft, a figura orbis in rotundam figuram circumacti: ut Poma orbiculata. Columel. lib. 5. cap. 10. Cic. 8. Fam. 15. Nunc tibi noftri milites, qui duriffimis & frigidiffimis locis tæterrima hieme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis effe pafti videntur? Hic mala orbiculata pro Delicatis cibis poni intelligo, quæ in deliciis erant lautiffimis hominibus urbanis. Mala enim deteriora edebant milites. Juvenal. 5. Sat. 148.

Virro fibi, & reliquis Virronibus, illa jubebit
Poma dari, quorum folo pafcaris odore:
Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat;
Credere quæ poffis furrepta fororibus Afris.
Tu fcabie frueris mali, quod in aggere rodit,
Qui tegitur parma & galea, &c Hæc Turnebus. conf. Plin. 27.

13. pr. & Ammian. 31. 6. Proverb. Non omnia orbiculata funt.

ORBICULĀTIM, Adv. [κυκλωτικῶς] Per orbes & circulos, quafi circulatim. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed quibus cervix, e multis vertebratifque orbiculatim offibus flexilis ad circumfpectum, articulorum nodis jungitur. Orbiculatim rotari. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 9.

ORBĪLE, is n. Id effe videtur quod rotam in fummo axe continet: vel id potius quod in extremis radiis eft, & canthis cingitur. Varro 3. de R. R. cap. 5. In infula eft colomella, in qua intus axis, qui pro menfa fuftinet menfam radiatam, ita ut ad extremum, ubi orbile folet effe acutum, tabula cavata fit, Budæus.

ORBĪTA, æ. f. [τροχὸς] Rota, five currus. Virg. 3. Georg. 294.
— juvat ire jugis, qua nulla priorum
Caftaliam molli divertitur orbita clivo. Cic. 2. Att. 21. Ut vix fonitum audire, vix impreffam orbitam videre poffemus.

Orbita, [τροχιά, ἁρματοτροχιά] Veftigium decurrentis in viis rotæ ex curfu. Plin. lib. 8. cap. 58. Iidem ubicunque fint, orbitam fi transfere, moriuntur. De muribus.

Orbita vinculi fentitur vexatione non dubia. Plin. lib. 17. cap. 23. h. e. Veftigium vinculi quo alligata fuit vitis.

Monftrare orbitam. Quintil. lib. 2. cap. 13. Juvenal. 14. Sat. 32.
Et monftrata diu veteris trahit orbita culpæ.

Orbita, Rotunditas. Virg. in Ætn. 230.
Solis fcire modum, & quanto minor orbita lunæ eft. i. e. Orbis.

ORBITŌSUS, a, um. Adj. ut, Orbitofæ viæ, In quibus frequentes funt orbitæ. Auctor ejus Iambici quod eft inter obfcæna carmina, cujus titulus eft De Sabino,
Et inde tot per orbitofa millia
Jugum tuliffe. Millia. i. e. Milliaria.

ORBITAS, V. ORBUS.

ORBIUS, i. m. Clivus Romæ per cujus orbes Tullia & Tarquinius rege interfecto properarunt in regiæ domus poffeffionem. V. Feft.

ORBONA, æ. f. Dea a Romanis culta, ne orbos faceret. V. Arnob. lib. 4. & Lex. Pitifc. Hujus ara apud ædem Larium. Plin. lib. 2. cap. 7.

ORBUS, a, um. Adj. [τυφλὸς, στερηθεὶς] proprie dicitur, Oculorum luce privatus: quafi amiffis orbibus, propter rotunditatem oculorum. Luminibus orbus. Plin. lib. 9. cap. 42.

Sic χήραν τιῶν τῆς ὄψεως. Juftinus 159. H. St. Martyr nempe. Sic Viduus pharetra Horat. V. VIDUUS. Metaphorice, non proprie.

Altero lumine. Plin. lib. 35. cap. 10.

Orbus veneno. Plin. lib. 8. cap. 39. Omnia feceffus tempore veneno orba dormiunt.

Vifus orbus. Sil. lib. 13. 726.
— Pyrrhumque a limine portæ
Dejecit vifus orbus. Vifus, accufativus eft: Orbus, nominativus; ut fi diceres Orbus oculos. Intelligit autem Applum Claudium cæcum.

Palmites orbi, Qui oculis & gemmis carent, & nihil pariunt. Columel. lib. 4. cap. 27.

Orbus, per translationem, dicitur Quicunque aliqua re cara privatus eft: ut ait Valla.

Rebus omnibus quibus & natura me, & voluntas & confuetudo affuefecerat, orbus. Cic. 4. Fam. 13.

Auxilii orbus. Plaut. Rud. 2. 3. 19.

Aula. Valer. 6. Argon. 47.

Civitas. Cic. 3. Fam. 11.

Concio orba ab optimatibus. Cic. pro Flacc. 54. Ufque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum effet Mæandrius.

Funera orba rogis. Stat. 10. Theb. 7.

Legatio unius morte orba & Debilitata. Cic. 9. Philip. 1. Subito ereptus totam legationem orbam & debilitatam reliquit.

Philofophia orba in Græcia, Nulla & manca. Cic. de Academica philofophia, lib. 1. de Nat. Deor. 11. Confirmata a Carneade ufque ad noftram viguit ætatem: quam nunc propemodum orbam effe in ipfa Græcia intelligo. [i. e. Defertam.

Plebem orbam ne relinquunto. Cic. 3. de Legib. 9.

Portenta pedum. Lucret lib. 5. 838.

Refpublica orba Confulis fidem tanquam legitimi tutoris, imploravit. Cic. Poft red. ad. Quir. 11.

Orbus, [ἄπαις] Pater dicitur, qui amifit liberos. Cic. in Parad. 5. Quem nutum locupletis orbi fenis non obfervat? Quintil. lib. 7. cap. 5. In paupere gratior, quam in divite, dante beneficium quam reddente, patre quam orbo. Juven. 3. Sat. 129.
— dudum vigilantibus orbis.

Orbæ fuis natis matres. Columel. lib. 7. cap. 4.

Orba nato, fimul & privata viro. Phædr. 3. 10. 45.

Orbum, pro Exhæredato pofuit Plin. 5. Epift. 1. & 8. Epift. 18.

Orbus, [ὀρφανὸς] Qui parentes amifit. Ter. Phorm. 1. 2. 75.
Lex eft ut orbæ, qui fint genere proximi,
His nubant. Quintil. lib. 7. cap. 5.

Orba patre virgo. Ter. Adelph. 4. 5. 16.

Te incolumi orbi non erunt filii. Cic. 1. Q. frat. 3.

ORBĬTAS, ātis. f. [ἀπαιδία] Illa parentum qualitas poft amiffos liberos, ut uxoris Viduitas poft amiffum maritum. Cic. de Clar. Orat. 90. Tum C. Galli etiam filium flens commendabat, cujus orbitas & fletus mire miferabilis fuit, propter recentem memoriam clariffimi patris. Idem 5. de Finib. 84. Bonum liberi, mifera orbitas.

Dolor orbitatis. fcil. Ob filium interfectum. Juftin. 1. 5. 8. Stat. 4. Silv. 7. 33.
Orbitas omni fugienda nifu,
Quam premit votis inimicus hæres. conf. Curt. 6. 9. 13. & 7. 1. 2.

Plur. Solin. cap. 53. Sipylus, Tantalis antea dictus, & in illam vocabuli memoriam orbitatibus datus Niobæ. conf. Arnob. lib. 5. extr. & Auguftin. Civ. Dei. 22. 22.

Vulnus orbitatis. Quintil. in procem. lib. 6.

Orbitas luminis. Plin. lib. 7. cap. 37.

Orbitas tecti, Amiffio. Plin. lib. 35. cap. 3. Exftant certe hodieque antiquiores Urbe picturæ Ardeæ in ædibus facris, quibus equidem nullas æque demiror, tam longo ævo durantes in orbitate tecti, veluti recentes. h. e. Amiffo tecto.

Orbitas, [ὀρφανία] *Orphanitas*, ut vocant. Plaut. Capt. 3. 5. 105.
Quafi in orbitatem liberos produxerim. Plin. Paneg.

ORBITŪDO, inis. f. [ὀρφανότης] Idem, fed antique. Accius, Miferet lacrimarum, luctuum, orbitudinis. Turpilius, Hoc te oro, ut illius commiferefcat miferæ orbitudinis. Non. 2. 599. Vet. Gloff. Græco Lat. Ἀπαιδία, orbitudo, orbitas.

ORBO, [στερῶ] āre. Orbum facere, Privare. Cic. de Amicit. 10. Moveor enim tali amico orbatus.

Orbare equitatu. Plin. 12. 8. Ibi & frutex peftilens raphani, folio lauri, odore equos invitante, qui pæne equitatu orbavit Alexandrum.

Orbare fe luce. Cic. 3. Tufc. 26.

Orbari auxilio. Cic. pro Muren. 83.

Orbare fenfibus. Cic. 4. Acad. 61. Non ergo is excæcat nos; aut orbat fenfibus. Ibid. 61. Privat approbatione omni, orbat fenfibus.

Phafidos unda orbata eft avibus. Petron. cap. 119.

ORBĀTUS, a, um. Partic. [ἐστερημένος] ut,
Orbatus filio. Cic. 1. Off. 52. Et 1. Tufc. 85. Orbatus progenie.
Orbatus dignitate. Cic. 1. Tufc. 12.
Orbatus fpe falutis. Cic. 6. Fam. 6. Nec iis quidem verbis, quibus te confoler ut afflictum, & jam omni fpe falutis orbatum.
Filio orbata mater. Cic. pro Cluent. 45.
Anferes orbati duce. Petron. cap. 136.
Leæna furit catulo lactante orbata. Ovid. 1. Met. 547.
Refpublica multis claris viris orbata. Cic. 4. Fam. 9.
Vaccæ orbatæ. Valer. 8. Argon. 457.

ORBATIO, ōnis. f. [στέρησις] Senec. Epift. 88. Paupertas non per pofitionem, fed per detractionem dicitur, vel (ut antiqui dixerunt) per orbationem: Græci dicunt στέρησιν, quum dicunt, non quod habeat dicitur, fed quod non habeat. Idem ad Marciam cap. 7. Paupertatem, luctum, orbationem, alius aliter fentit. al. Abitionem. Gloff. Vet. Lat. Gr. Orbatio, στέρησις, τύφλωσις.

ORBEFĂCIO, ĕre. Onomaft. Orbefacio, ἀρφανίζω.

ORBIFĬCO, āre. Accius apud Non. 2. 852. Pernici orbificor liberorum leto & tabificabili.

O R C

ORCA, æ. f. [ὄρκα] Genus belluæ marinæ, balænis infeftum, inquit Feftus. Plin. lib. 9. cap. 6. Balænæ & in noftra maria penetrant, &c. Hoc fcire orcas, infeftam his belluam, & cujus imago nulla repræfentatione exprimi poffit alia, quam carnis immenfæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in fecreta, ac vitulos earum & fetas, vel etiamnum gravidas lancinant morfu, incuffæque ceu Liburnicarum roftris fodiunt.

Orcæ, ad illius animalis fimilitudinem dicuntur Vafa vinaria: funt enim orcæ teretes atque uniformi fpecie, auctore Fefto. Varro de R. R. lib. 1. cap. 13. Quod fæpe, ubi conditum vinum novum, orcæ in Hifpania fervore mufti ruptæ. Hor. 2. Serm. 4. 66.
Non alia quam qua Byzantia putruit orca. Perf. 3. Sat. 76.
Mænaque quod primæ nondum defecerit orcæ.

Orca, Vas fictile eft, lato alveo, angufto ore ac fundo, longiore collo, in quam, inter ludentes pueros, qui nucem injeciffet, victor erat. Perf. 3. Sat. 50.
— anguftæ collo non fallier orcæ.

Proprie etiam Vafculum aleatorium eft, quo conjecti agitatique tali emittuntur in tabulam aleatoriam. V. Talus pro ludo, in TALUS. & Prifcian. 3. 9.

Orca, Vas in quo ficus affervantur. Columel. lib. 12. cap. 15. In orcas bene picatas meridiano tempore calentem ficum condere.

Orca, Capfa pigmentorum. Plin. lib. 35. cap. 6. Ufta cafu reperta incendio Piræi, cerufla in orcis cremata.

Orca, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Orca barbari nominis, e nigro fulvoque ac viridi & candido placet.

ORCŬLA, æ. f. dimin. [ὀρκίδιον] Cato de R. R. cap. 119. Cyminum, fœniculum, rutam, mentam, in orculam condito. Idem cap. 117.

ORCĂDES, um. f. pl. [Ὀρκάδες] Infulæ ad Scotiam in Oceano Boreali, quæ hodie parent regi Magnæ Britanniæ. Notiffimæ funt ex Plinio & Strabone. Triginta numerat Mela 3. 6. Vulgo *Orkney isles*.

ORCE, es. f. Avis inter apodas. Plin. 11. 47.

ORCELLIS, is. f. Urbs Hifpaniæ Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Vulgo *Origuela*.

ORCHĂMUS, i. m. [Ὀρχαμος] Affyriorum rex, Leucotheam filiam fuam ab Apolline ftupratam vivam defodit. Ovid. 4. Met. 221.

ORCHESTOPALARIUS, V. PETAMINARIUS.

ORCHESTRA, æ. f. [ὀρχήστρα] Spatium in theatro, in quo Senatorum erant loca defignata, junctum Pulpito, ubi fcenici artifices fuas præftabant actiones, ut fcribit Vitruv. lib. 5. cap. 6. Cujus pulpiti altitudo non erat quinque pedibus altior, ut fedentes fpectare poffent omnium agentium geftus. Cic. de Provinc. Conf. 14. Itaque ille alter aut ipfe eft homo doctus, & a fuis Græcis fubtilius eruditus, quibufcum jam in orcheftra heluatur, antea poft fiparium folebat.

Orcheftram, pro Seffione Senatus & primorum pofuit Juven. 3. Sat. 177. quum ait,

— fimi-

— similemque videbis
Orchestram & populum. Suet. Aug. cap. 35. Deinde in Orchestram Senatumque descendit, &c.
Orchestra dicta, quod in ea saltationes fieri consuevissent; nam apud Græcos ὀρχεῖσθαι, tripudio & salto significat. V. Lips. de Amphit. cap. 14. vel Lex. Pitisc.

ORCHESTROPOLARIUS, i. m. apud Firmic. 8. 15. qui vertiginosa saltatione in orbem movetur. Græce ὀρχηστροπόλος. V. Salmas. in Solin. cap. 49.

ORCHION, i. n. Herba mercurialis. Apul. de Herb. cap. 335.

ORCHIS, is. [ὄρχις] vel ORCHITAS, is. f. Genus olivarum, quæ a testiculis nomen sumpserunt, ut ait Servius. Nam ὄρχεις Græcis testes dicuntur. Unde etiam vocantur testiculares olivæ. Columel. lib. 5. cap. 82. Orchis quoque & radius melius ad escam, quam in liquorem, stringitur.
Orchen ab Orchite differre Varro innuere videtur, quum ait, Olea grandis orchitis, quod ea Attico orche minor. Nam orchitis etsi magna est, est tamen minor orche, olea quadam Attica. Ex Turnebo. V. OLEA.
Orchis, Herba quæ vulgo *testiculus canis* dicitur, de qua Plin. lib. 26. cap. 10.
Orchis, Piscis. Plin. lib. 32. cap. 2. Durissimum esse piscium constat qui orchis vocetur, rotundus est, & sine squamis, totusque capite constat.

ORCHIUS, i. m. in Iambicis metris apud Mart. Capell. 9.

ORCHOS, es. f. [Ὀρχόη] Babyloniæ urbs juxta paludes, & desertam Arabiam, auctore Ptolemæo lib. 6. Urchoa dicitur apud alios: ipsa est *Ur* Chaldæorum Abrahæ patria.

ORCHOMENUS, i. m. [Ὀρχόμενος] Thessaliæ mons: a quo Orchomenos, civitas est Bœotiæ, contermina Thessaliæ, in qua fons erat Gratiis sacer, ut notat Servius. Ad hanc urbem Homerus in Iliade innumera quotannis deferri navibus dixit in oratione Achillis ad Ulyssem & Phœnicem. Ovid. 5. Met. 607.
Usque sub Orchomenon, Siphidaque, Cyllenemque.
Ferox Orchomenos. Ovid. 6. Met. 416.
Dives pecorum. Stat 4 Theb. 295.
Est item Orchomenos, Fluvius in Bœotia ad Trophonium, teste Plin. lib. 31. cap. 2.
Historici alteram Orchomenum tradiderunt, quæ Euboicæ urbs est, & Insula una ex Cycladibus in Euboico mari, in qua Titani regnasse dicuntur.

ORCHOMENIUS, a, um. Adj. [Ὀρχομένιος] Orchomeniorum rex Eteocles fuit, qui primus Gratiarum templum exstruxit.

ORCINIANUS, ORCINUS, ORCIUS. V. ORCUS.

ORCISCOPALARIUS, V. PETAMINARIUS.

ORCULA, V. ORCA.

ORCUS, i. m. [Ἄδης] Obscuritas inferorum, Pluto. Cic. 6. Verr. 111. Hic dolor erat tantus, ut Verres alter Orcus venisse Ennam, & non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur.
Arbiter Orci Minos. i. e. Inferorum. Propert. lib. 3. 19. 27.
Satelles Orci. Hor. 2. Carm. 18. 34.
— nec satelles Orci
Callidum Promethea
Revexit auro captus.
Victima nil miserantis Orci. Hor. 2. Carm. 3. 24.
Formidabilis. Ovid. 14. Met. 116.
Luridus. Hor. 3. Carm. 4. 74.
Niger. Hor. 4. Carm. 2. 23.
Pallidus. Virg. 1. Georg. 277.
Rapax Hor. 2. Carm. 18. 30.
Orcus, Fluvius infernalis (inquit Festus) ab urgendo dictus, quod ad mortem urgeat: c enim pro g frequenter ponebant antiqui. Quidam ab ὅρκος, quod est Juramentum deducunt, quod per illum, id est per Stygem paludem, a qua profluit, jurabant dii, nec pejerare licebat. al. ab ἕρκος septum. vel ab ὄρυξ fovea in qua conduntur mortui. Veteres Latinos Orchum dixisse testatur Nævii Epitaph apud Gell. 1. 24. in quo Orchius vel Orchivus thesaurus mortui dicuntur. V. ORCIUS infra.
Orcus fluvius, qui & Titaresius & Eurotas. Plin. l. 4. c. 8. extr. de Peneo Thessaliæ fluvio. Accipit amnem Orcon, nec recipit, sed olei modo supernatantem, ut dictum est Homero, brevi spatio portatum abdicat, pœnales aquas, dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans. ubi Hard. V.
Orcum Ennius, Plautus, Laberius, Horatius, & Tibullus pro ipso Rege inferorum posuerunt, qui & Dis & Pluto vocatur.
Demittere aliquem Orco, Occidere. Virg. 2. Æn. 398.
Mactare orco. Liv. 9. 40.
Missus ad Orcum fulmine. Hor. 3. Carm. 4. 75.
Morari orcum, i. e. Non mori, quum quis mori debet. Est enim tum quodammodo Orco in mora. Hor. 3. Carm. 27. 50.
Impudens liqui patrios penates,
Impudens Orcum moror, &c.
Rationem habere, vel ponere cum Orco, est Periculo mortis sese exponere, quum id prævideamus, quod solent agricolæ, qui in pestilenti agro quamvis fructifero serunt. Varro 1. de R. R. cap. 4. de principiis agriculturæ, Etenim ubi ratio cum Orco habetur, ibi non modo fructus est incertus, sed etiam colentium vita. Columel. lib. 1. cap. 3.
Orci galea eam vim habere fingitur a Poetis, ut qui ea tectus est, videri a nemine possit. Hyginus Poet. Astron. 2. 12. ineptiarum accusat. conf. Schott. ad Zenob. Prov. Cent. 1. 41.

ORCIUS, a, um. Adj. ut, Orcius thesaurus, pro Inferno. Nævius apud Gellium lib. 1. cap. 24.
Immortales mortales si foret fas flere,
Flerent divæ Camœnæ Nævium poetam.
Itaque postquam Orcio traditus est thesauro,
Obliti sunt Romæ lingua Latina loqui. Al. Orci, vel Orcino.

ORCINUS, a, um. Adj. ab Orco. ut, Libertus Orcinus, qui directo liber fit: dictus, quod ab eo, qui ad Orcum, hoc est mortem tendit, manumittitur. Quidam non Orcinum, sed Orthinum potius dicendum putant, ab ὀρθός, quod directum significat. Ulpian. D. de fideicom. libertat. l. Ergo. §. De solido, Hi qui ad libertatem pervenerunt, quorum liberti fiant constitutio ostendit, ut qui directam libertatem acceperunt, orcini sint liberti. Cæl. lib. 10. cap. 18. Jureconsulti Orcinos libertos ipsius testatoris interpretantur, qui jam sit in Orci familiam adscriptus, & in peculio Proserpinæ connumerandus. Alciat. lib. 1. Prætermissorum, Orcinus libertus is creditur, qui directam libertatem accipit. Quidam idcirco dici tradidere, quod ab his manumittatur, qui ad Orcum tendunt. Nobis placet ut orthinum dicamus: quoniam ὀρθὸν directum significat; hinc Orthodoxi, qui rectæ in divinis sunt opinionis: tametsi in Græcis scholiis juris civilis etiam ὀρκῖνος ἀπελεύθερος legatur, id est orcinus, non orthinus. Hæc Alciat. Justinian. Instit. lib. 2. tit. 24. Qui directo ex testamento liber esse jubetur, ipsius testatoris libertus fit, qui etiam orcinus appellatur. Quem locum enarrant Theophilus, Vocatur autem is, inquit, apud Jurisconsul. Orcinus libertus id est χαρωνίτης, a Charonte. Orcinos etiam vocant Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 25. & Beroaldus in lib 3 Asini Apul. exponens illud, Jam in peculio Proserpinæ & in Orci familia numeratus. Porro directa nuncupatur libertas, quam dominus statim contribuit: sicut obliqua, vel fideicommissaria, quæ danda mandatur hæredi.

ORCINIANUS, a, um. Adj. ut, Orciniana sponda, pro Lecto funebri; sic enim exponit Beroaldus in lib. 3. Asini Apul. Martial. lib. 10. 5. In maledicum poetam,
Vocet beatos, clamitetque felices,
Orciniana qui feruntur in sponda. Cælius lib. 1. cap. 18. Orciniana sponda, pro sandapila ponitur, sive pheretro. Sunt tamen (Domitium Calderinum innuit) qui non ab Orco, id est Plutone, sed ab ὄρκος, quo septum significatur, quod & Orcana dicitur ab ὀρύσσω, nomen id deducant, & capulum sive thecam ex impolitioribus lignis, aut etiam viminibus contextam compactamque autument significare. Quod si est, aspirabimus primæ: nisi quod in Orat aliud Cic est visum. At Valerius Probus flatilem admittit. Hæc Cælius. conf. J. N. Loens. Miscell. 3. 3.

ORCYNUS, i. m. Piscis marinus. Plin. 32. 11.

ORD

ORDEACEUS, a, um. Adj. [κρίθινος] ab ORDEUM, V. HORDEUM. Apud Varronem 2. de R. R. cap. 6. Ordeacea farina. Et apud Columel. lib. 5. cap. 10. Ordeacea pira.

ORDESSUS, i. m. Primus fluviorum Scythiæ, magnusque, & ab Oriente profluens cum Istro miscetur, teste Herodoto lib. 3.

ORDINO, are. ORDINARIUS, &c. V. ORDO.

ORDIOR, orsus & orditus sum facit, teste Prisciano, [ἄρχομαι, στημονίζω, πρωτοπείρομαι] Iri. Incipere. Cic. 5. Tusc. 37. Unde igitur rectius ordiri possumus, quam a communi parente Natura? quæ quicquid genuit, non modo animal, sed etiam quod ita esset ortum e terra, ut stirpibus suis niteretur, in suo quidque genere perfectum esse voluit. Festus, Ordiri est principium rei facere. Unde & togæ vocantur exorditæ.
A principio ordiri, & aliquem a puero inspicere. Cic. 2. Philip 44.
Ordiri & Terminare, Contraria. Cic. pro Marcel. 33. Sed ut unde est orsa, in eodem terminetur oratio mea, &c.
Ab initio ordiri & perducere ad extremum, & novissima conferre primis. Cic. ad Octav.
Altius ordiri, & memoriam repetere. Cic. 6. Verr. 105. De quo si paulo altius ordiar, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite.
A capite ordiri. Plin. lib. 25. cap. 11.
A facillimis ordiamur. Cic. 1. de Finib. 53.
Causam. Cic. 1. de Legib. 21.
Fundamenta ordiri ex depressiore loco. Columel. lib. 1. cap. 5.
Initium quoddam alterius vitæ. Cic. 4. Att. 1.
Orationem. Cic. in Orat. 3. 189.
Reliquos ordiri. Nepos 7. 11. 6. conf. Non. 1. 183.
Telam ordiri, pro Texere. Plin. lib. 11. cap. 24. Sic, Telam exordiri. Plaut. Pseud. 1. 4. 6.
Immo aliud. ut Lat. Gall. *Ourdir de la toile.* H. St.
Orditus sum. Vulg. Interp. Esai. cap. 25. 7.

ORSUS, a, um. Partic. [ἀρξάμενος] activæ significationis. Cic. 1. de Legib. 9. Et ego animi pendere soleo, quum semel quid orsus, si traducor alio.
Orsus dicitur, Qui fari incœpit. Virg. 1. Æn. 329.
— Veneris contra sic filius orsus. Idem. 2. Æn. 2.
Majorem orsa furorem. Virg. 7. Æn. 386.
Dicere in foro orsus est Hortensius admodum adolescens. Cic. de Clar. Orat. 301.
Orsum, Poetæ aliquando pro Eo qui finit, absolvive posuerunt. Virg. 9. Æn. 656.
— sic orsus Apollo
Mortalis medio aspectus sermone reliquit. Orsos, i. e. Locutus. Servius. conf. 12. Æn. 806.
Sic orsa loqui vates. Idem 6. Æn. 125.
Passive. Idem 7. Æn. 435. Orsa ore referre. V. ORSA, iorsa.

ORSA, orum. n. [ἐγχειρήματα] Incœpta, initia. Liv. in Præfat. lib. 1. Cum bonis potius ominibus, votisque ac precationibus deorum dearumque, si ut poetis nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, ut orsis tanti operis successus prosperos darent.
In melius sua orsa reflectere. Virg. 10. Æn. 632.
Nostra loquar: nulli vatum debebimur orsa. Manil. 2. 57.
Vatis pia præcinentis orsa. Prudent. Cathem. 4. 96.

ORDITUS, a, um. Partic. passive. Sidon. 2. Epist. 9. Bifariam orditus. Fortunat. lib. 1.
Versibus orditum carmen amore trahit. V. Voss. de Vit. L. L. 1. 24. & Goclen. Probl. Gram. 2. 2.

ORDIENDUS, vel ORDIUNDUS, a, um. Partic. [προεγχειρητέος] Cic. 1. de Orat. 98. Et quoniam princeps Crassus ejus sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniam. Idem 1. de Legib. 21. Ab eo nobis causa ordienda est potissimum. Liv. Præf. lib. 1. extr. Ab initio certe tantæ ordiendæ rei absint.

ORSUS, ûs. m. [ἐγχείρησις] Cic. 2. de Divin. 63.
Scire ratione habeant, an vanos pectoris orsus. Ex Homero. Virg. Cul. 2.
Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.

ORDIA, orum. n. [ἀρχαί] Lucret. lib. 4. 32.
Quove modo distracta rediret in ordia prima. i. e. In primordia.

ORDO, inis. m. [τάξις, τάγμα, σύνταξις, συνταγή, ἐφεξῆς] est Digestio,

gestio, & in suo cujusque rei loco collocatio. Plin. lib. 11. cap. 37. Duos ordines habuit maxillarum.
Angulares ordines. V. ANGULUS.
Discretus. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Longus. Virg. 6. Æn. 482.

— quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit. Ubi Servius, Longo ordine, Ingenti multitudine.

Lucidus. Hor. de Arte Poet. 41.
Magnus ordo sæculorum. Virg. 4. Ecl. 5.
Mutatus. Lucret. lib. 1. 768.
Obliquus signorum. Virg. 1. Georg. 236. Circulus Zodiacus.
In ordine, V. IN.
Ordo rerum & vicissitudo. Cic. 2. de Arusp. resp. 19. Et ea quæ tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet?
Ordo & opportunitas rerum. Cic. 1. Off. 142.
Incredibilis rei. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Ordo & modus omnium quæ fiunt, quæque dicuntur. Cic. 1. Off. 15.
Ordo & dispositio argumentorum Cic. 2. de Orat. 179.
Ordo seriesque causarum. Cic. 1. de Divin. 125.
Rectus quæstionum. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Ordinis & collocationis vis eadem videtur. Cic. 1. Off. 142.
Conservatio ordinis. Cic. 1. Off. 142.
Prius ordine, & Posterius ordine, contraria. Hor. 1. Serm. 4. 58.
Adducere in ordinem. V. ADDUCO.
Adducere ex inordinato in ordinem. Cic. de Univers. 7.
Adhibere ordinem. Cic. 1. Off. 37.
Administrare aliquid ordine. Cic. 12. Att. 7.
Affert maxime lumen memoriæ ordo. Cic. 2. de Orat. 351.
Collocare quædam ex ordine. Auctor ad Heren. lib. 3. 31.
Compellare aliquos ex ordine. Cic. 2. de Fin. 24. Ex poeta.
Componere ordinem rei gerendæ. V. COMPONO.
Conficere in. Cic. pro Rosc. Com. 7.
Conservare alterius in scribendis litteris. Cic. 6. Att. 1. pr.
Consertus tribus momentis ordo rerum est. Quintil. lib. 5. cap. 10. Ut sunt autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est.
Consurgunt terno ordine remi. Virg. 5. Æn. 120. i. e. Triplici.
Convertere ordinem votorum. V. CONVERTO.
Descendere perpetuo ordine. Ovid. 11. Met. 755. de Mergo.
Dicere aliquid ordine, h. e. Per ordinem narrare. Ter. Phorm. 4. 1. 14.
Dicere sententiam ex ordine. Cic. 6. Verr. 143.
Dirigere in quincuncem arborum ordines. Cic. de Senect. 39.
Disponere disjecta membra in ordinem. Senec. Hippol. 12.
Dispensare atque disponere inventa ordine. Cic. 1. de Orat. 142.
Dare ordinem dicendi. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Ducere. Quintil. lib. 4. cap. 2. Et lentum profectionis ordinem ducit.
Ordinem ducere, per translationem, pro Ordine persequi. Quintil. lib. 10. cap. 1. Idem nobis per Romanos quoque auctores ordo ducendus est.
Effari ordinem rei alicujus. Senec. Hippol. 10.
Efficere ordinem. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Exit in longum rerum ordo. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Explicare ordinem alicujus rei. Quintil. in Procem. lib. 4.
Explicare ordines temporum. Cic. de Clar. Orat. 15. V. EXPLICO.
Facere ordinem. Quintil. lib. 7. cap. 11.
Hæc a me ordine facta puto me Bruto probaturum. Cic. 6. Att. 2. i. e. Sapienter. [Adverbialiter ponitur Ordine, pro Recte. Unde & sæpe occurrit Recte atque ordine &c. V. seq.
Facere aliquid recte atque ordine. Cic. pro Quint. 28.
Fecisse recte atque ordine, exque Republica. Cic. 3. Philip. 39.
Ferre ordinem. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Habere locos ex ordine. Auctor ad Heren. lib. 3. 30.
Immutare ordinem verborum. Cic. in Orat. 214.
Incedunt longo ordine victæ gentes. Virg. 8. Æn. 722.
Injicere rectum ordinem, & frena vaganti licentiæ. Hor. 4. Carm. 15. 9.
Instituere ordinem. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Interrogare ordine. Cic. in Partit. 1.
Interrumpere. V. INTERRUMPO.
Invertere. V. INVERTO.
Locare ordine aliquid. Virg. 5. Æn. 102.
Memorare ordine. Plaut. Cas. 5. 2. 22.
Migrare ordine. Lucret. lib. 3. 757.
Narrare rem ordine. Ter. Eun. 5. 5. 28.
Nascitur ordo major rerum mihi. Virg. 7. Æn. 44.
Peccator perturbatione rationis atque ordinis, quicquid peccatur. Cic. in Parad. 3.
Permutatus. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Perturbare ætatum ordinem. Cic. de Clar. Orat. 233.
Ponere ordine. Virg. 1. Ecl. 74.

Insere nunc Melibœe piros, pone ordine vites. Ubi Servius, Pone ordine, quia quadrato ordine vites ponuntur.

Quærere rationem ordinis & disponendarum rerum. Cic. 2. de Orat. 181.
Recitare ex ordine aliquid. Cic. 2. de Lege Agrar. 47.
Redigere in ordinem, Disponere. Auctor ad Heren. lib. 3. 16.
Referre ordine, Ordinem sequi in dicendo. Ovid. 9. Met. 5.
Referre se ad ordinem. Cic. 4. Acad. 67.
Referre in ordine aliquid, i. e. Secundum ordinem, ut primum hic, deinde ille dicat. Virg. 7. Ecl. 20.
Reponere in ordinem. V. IN præp.
Retexere. Ovid. 15. Met. 249.
Scire rem ordine. Plaut. Pseud. 5. 2. 15.
Sequi. Cic. de Clar. Orat. 244.
Sequentes ordine lunæ. Virg. 1. Georg. 424.
Servare, Cic. 5. Philipp. 35.
Stare ordine. Quintil. lib. 7. cap. 1.
Stant triplici ordine dentes. Ovid. 3. Met. 34.
Structa spicæ ordine fruges. Cic. de Senect. 51.
Tenere rem ordine. Plaut. Pers. 1. 3. 11. Ut ordine omnem rem tenet.
Vertitur ordo. Virg. 3. Æn. 376. i. e. Volvitur.
Ordo, aliquando ponitur pro eo quod vulgus *Statum* vocat. Cic. 3. Verr. 127. M. Octavium Ligurem hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute. Tres erant ordines Romæ, Senatorius, Equestris, & Plebejus: ab Aristotele [illegible] dicuntur. Vitruv. præf. lib. 2. Dinocrates architectus, quum Alexander rerum potiretur, profectus a Macedonia ad exercitum regis, a propinquis & amicis tulit ad primos ordines, & purpuratos litteras. Ex Budæo. Virg. 7. Æn. 152.

Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni, &c. Ubi Servius; Ordine ab omni, Ex omni qualitate dignitatum.

Omnium ordinum homines. Nepos, 25. 13. 6. conf. Paterc. 2. 130. 2. Ubi includuntur plebeji.
Ordo publicanorum. Cic. 13. Fam. 10.
Præstantior ordo Tribuni. Stat. 5. Silv. 1. 97.
Quieti ordines deorum. Hor. 3. Carm. 3. 36.
Adipisci ordinem senatorium. Cic. pro Flac. 43.
Appropinquare alicui ordini. V. APPROPINQUO.
Ascribi ordini alicui. Hor. 3. Carm. 3. 36.
Cogere in. V. COGO.
Conjicere in ordinem. V. CONJICIO.
Mercari ordinem pretio. V. MERCOR.
Gulam quasi in ordinem redigere. Plin. Ep. 2. 6. Idem quod In ordinem cogere.
Sedere in certis ordinibus. Cic. 2. Philipp. 44. Illud tamen audaciæ tuæ, quod sedisti in quatuordecim ordinibus, quum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus.
Venire in ordinem datum. Quintil. lib. 10. cap. 1. p. 893. Burm. Apollonius in ordinem a Grammaticis datum non venit.
Nullo ordine. V. NULLUS.
A nostro ordine. Cic. 15. Fam. 2.
Ordo, pro Ipsis hominibus aliquando accipitur: hoc est iis, qui ejusdem sunt dignitatis, ut sunt Equites, Consules, & ceteri: quorum dignitas etiam Ordo appellatur. Cic. 3. Off. 58. Qui esset ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus. i. e. Apud omnium ordinum homines.
Ordo amplissimus, Senatorius vocabatur. Cic. de Provinc. Consul. 25. Qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo amplissimus, & ordo is, qui est & publici consilii, & meorum omnium consiliorum auctor & princeps. Budæus. conf. Plin. 10 Epist. 3. & Suet. Othon. cap. 8.
Equestris ordo. Nepos, 25. 19. 2. Sic
Vir senatorii ordinis. Paterc. 2. 69. 5. &
Utriusque ordinis viri. Paterc. 2. 100. 5.
Senatorius ordo denotatur item voce Splendidissimus. ut, Suet. Vesp. cap. 2. [Immo hic Amplissimus exstat, & Splendidissimus dicitur Equestris.
Ordo, ad fortunas, & genus vitæ quandoque refertur. Unde Donatus exponens illud Ter. Eun. 2. 2. 3.

Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc atque ordinis. Dicit Ordinis, pro Paupere. Cic. 3. Verr. 71. Homo autem ordinis sui frugalissimus, qui tum Accensus C. Neroni fuit, P. Tettius hæc eadem se Lampsaci cognosse dixerit. i. e. ut nunc vulgus loquitur, *homo status sui honestissimus*. Ex Budæo.

Societas & ordo. Cic. pro Domo, 142. Vobis omnes societates, omnes ordines, omnes qui aut re, aut spe denique sunt boni: omne vobis erga meam dignitatem, &c.
Illustrior ordo servitii. Claud. 1. in Eutrop. 149.
Ordinis inferioris amici, h. e. Infimæ conditionis, vel infimi amici, omnium minimi. Cic. de Amicit. 69. Nunquam se ille Philo, nunquam Rutilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicis.
Ordine, i. e. Meritis singulorum. Virg. 7. Æn. 276.

Omnibus extemplo Teucris jubet ordine duci
Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis. Servius.

Recte atque ordine facere aliquid. Sallust. Bell. Catil. cap. 51. Liv. 24. 31. conf. Ovid. 1. Amor. 11. 10. & supra in Facere ordine.
Uno ordine. Virg. 2. Æn. 102.

Quidve moror? si omnes uno ordine habetis Achivos. Servius, Uno ordine, Uno reatu. Et est de antiqua tractum scientia: quia in ordinem dicebantur causæ propter multitudinem, vel tumultum festinantium, quum erat annus litium. Juven. 16. Sat. 42.

Exspectandus erit, qui lites inchoet, annus.

Ordo, vel Ordines, pl. pro Certo militiæ gradu. ut
Assignare ordines. Cic. in Pison. 88. Quid centuriatus palam venditos? quid per tuum servulum ordines assignatos?
Dare ordines, Suet. Cæs. cap. 75. est In certum militiæ ordinem ascribere.
Ducere ordines. Cic. 1. Philipp. 20. Viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt, res & judicant & judicaverunt. Et p.p. Quicunque ordinem duxit. De centurionibus loquens, V. Lips. de Mil. R. & Centurio in CANTUM.
Severi ordinis lex. Stat. 5. Theb. 8.

Dispositi in turmas iterum, legemque severi
Ordinis. Ordinem in exercitu intelligit, quem confundere militaris disciplina prohibet.

Ordines, pl. tantum, in acie locati milites. ut
Multiplicati in arcto ordines. Liv. 2. 50. Coëuntibusque Hetruscis jam continenti agmine armatorum septi, quo magis se hostis inferebat, cogebantur breviore spatio & ipsi orbem colligere; quæ res & paucitatem eorum insignem, & multitudinem Hetruscorum, multiplicatis in arcto ordinibus, faciebat. Sensus est, Aciem, quo breviore in spatio cogitur, & orbem colligit, eo plures ordines habere: quo majore in spatio explicatur, eo pauciores.
Retroagere ordines. V. Retroago, in RETRO.
Abrumpuntur ordines laxati. V. ABRUMPO.
Obvertere. V. OBVERTO.
Relinquere ordines, Deserere. Liv. 2. 59. Centuriones duplicariosque, qui reliquerant ordines, virgis cæsos securi percussit.
Extra ordinem apud Jurisconsultos, i. e. Sine verbis & formulis solennibus. Paulus in l. Ordo. D. de Publicis judiciis, Ordo exercendorum publicorum judiciorum in usu esse desiit, durante tamen pœna legum, quum extra ordinem crimina probantur. In institut. Justiniani, dicitur omnia judicia esse extraordinaria, in titulo De interdictis, in fine, Nam quoties, inquit, extra ordinem jus dicitur (qualia sunt hodie omnia judicia) non est necesse reddi interdictum, sed perinde, &c. Suet. Vesp. cap. 10. Elegit qui judicia centumviralia, quibus peragendis vix

fuffectura litigatorum ætas videbatur, extra ordinem dijodicarent. Budæus. V. Ordinarium & Extraordinarium jus, in JUS.

Clam & extra ordinem accepit pecuniam a reo judex. Cic. pro Cluent. 85.

Extra ordinem, metaphoricôs, Eximie, quasi præter ceteros. Cic. 6. Fam. 5. Quare ad eam spem, quam extra ordinem de te ipso habemus, non solum propter dignitatem & virtutem tuam (hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia) accedunt tua præcipua, propter eximium ingenium, summamque virtutem.

Commisit extra ordinem bella multa Pompeius. Cic. pro Domo, 19.

Ordinālis, e. Adj. ut, Nomen ordinale, primus, secundus, &c. Priscian. lib. 2.

Ordinārius, a, um. Adj. [τεταγμένος, τακτὸς] In quo servatur ordo consuetus.

Consulatus ordinarius. Suet. Galb. cap. 6. & Domit. 2. Opponitur ei, ubi quis alteri Suffectus est. V. Sigon. ad Liv. loc. sequ.

Consules duo ordinarii. Liv. 41. 18. extr.

Gladiatores ordinarii. Sen. Benef. 3. 28. Idem Epist. 7.

Semina ordinaria, Ordine disposita. Columel. lib. 3. cap. 13.

Vitis ordinaria. Columel. lib. 3. cap. 16.

Ordinarius lapis, est Structuræ genus ex lapide ordinario, nec temere congestum, nec ad perpendiculum respondens, sed tamen ordine coagmentatum. Vitruv. lib. 2. cap. 8. Itaque non est contemnenda Græcorum structura. non enim utuntur e molli cæmento polita: sed cum discesserunt a quadrato, ponunt de silice, seu de lapide duro, ordinariam. Idem paulo supra, de hiantibus structuris loquens & vitiosis, Quod si quis voluerit in id vitium incidere, medio cavo servato, secundum orthostatas intrinsecus ex rubro saxo quadrato, aut ex testa & silicibus ordinariis struant bipedales parietes. Ordinarios appellat, non incertos, sed ejusdem formæ & ordinis, & inter se similes. Budæus.

Ordinarius, [ἐγκύκλιος] Qui in orbem redit. Vulgaris.

Consilia ordinaria. Liv. 27. 44.

Homo ordinarius. Ordinarium hominem, inquit Festus, Oppius ait dici solitum, Scurram & improbum, qui assidue in litibus moraretur, ob eamque causam in ordine staret adeuntium Prætorem. At Ælius Stilo per contrarietatem, Qui minime ordine viveret, in ea oratione quam scribit de suis virtutibus contra Thermum, Quid mihi fieret, si non ego stipendia in ordine omnia ordinarius meruissem semper? Sunt quidam qui Manipularem, quia infimi ordinis sit, appellatum credant Ordinarium. conf. Lex. Pitisc.

Officium ordinarium dicitur Senecæ, lib. 3. de Benef. ubi præficitur aliquis certæ functioni. Ad brutos alicujus ne ordinarium quidem habentis officium.

Oratio ordinaria, i. e. Perpetua & minus concisa. Plin. Epist.

Pugiles ordinarios vocat Suet. August. cap. 45. Artis suæ peritos; Spectavit studiosissime pugiles, non legitimos modo & ordinarios, quos etiam cum Græcis committere solebat: sed catervarios quoque oppidanos, inter angustias vicorum pugnantes, temere ac sine arte.

Servus ordinarius. Ulpianus in l. item apud Labeonem. §. Prætor ait, si quid aliud. D. de injuriis, Etenim multum interest qualis servus sit, bonæ frugi, ordinarius, dispensator: an vero vulgaris vel mediastinus, an qualis qualis.

Servus ordinarius, & Vicarius, opponuntur. Ulpian. in l. Procuratoris in princ. D. de tribut. action. Si vicarius servi mei negotietur, si quidem me sciente, tributoria tenebor. Si me ignorante, ordinario sciente; de peculio, ejus actionem dandam, Pomponius scribit: nec deducendum ex vicarii peculio, quod ordinario debetur: quum id quod mihi debetur, deducatur. Sed si uterque scierimus: & tributoriam, & de peculio actionem competere ait: tributoriam, vicarii nomine: de peculio vero, ordinarii. Idem Ulpian. in l. Si servus meus. & in l. Hinc quæritur. D. de peculio. Sciendum autem vicarium servum illum fuisse dictum, qui in alterius servi erat peculio, & pæne dicam servi servus: ordinarium vero, qui servum habebat in peculio suo. Quamvis autem vicarius esset ordinarii κτῆμα, id est possessio, ordinarioque pareret, erat tamen ejus conservus propterea, quod ordinarii dominus, erat & vicarii dominus, & communis utriusque dominus: id est utrumque habebat in sua potestate. Hoc aperte ostendit Hor. 2. Serm 7. 79.

> —nam
> Sive vicarius est, qui servo paret: uti mos
> Vester ait: seu conservus, &c. Vide l. 73. D. de leg. 3.

Ordinārie. Adv. Tertull. de Resur. Carn. cap. 2. Hæretici ex conscientia infirmitatis nunquam ordinarie tractant. Frontin. de Colon. Agrum convallium ordinarie disposuerunt.

Ordĭno, [τάσσω, διατάσσω, διακοσμέω] Are. Disponere qui cuique locus esse debeat. Unde & Ordinatum dicimus, inquit Budæus, Recte atque ordine constitutum. Suet. Clar. Gram. 21. Quare cito manumissus, & Augusto insinuatus est: quo delegante, curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviæ portico suscepit. Budæus.

Ordinare & instituere. Cic. pro Sull. 53.

Aciem ordinare. V. ACIES.

Agmina in aliquem. Hor. Epod. 17. 9.

Annos. Hor. 4. Carm. 11. 20.

Arbusta sulcis ordinare. Hor. 1. Carm. 1. 9.

Cogitationes improbas ordinare, pro Texere, vel animo concipere. Senec. Epist. 10.

Diem ordinare. Sen. Epist. 10.

In diem totum ordinari. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Fata forsitan ita dii ordinaverunt. Curtius lib. 4. 14. 20.

Litem. Cic. 2. de Orat. 43.

Litteras syllabarum ordinare: quod Galli dicunt *epeler*. Ex Prisciano lib. 1.

Locum ordinare vitibus. Columel. lib. 5. cap. 3.

Magistratus in plures annos. Suet. Cæs. cap. 76.

Milites ordinare, centuriareque. Liv. 29. 1. pr. Flor. 3. 19. 9. Familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat.

Partes orationis. Cic. 1. de Invent. 19.

Provinciam. Flor. 1. 1. 16. &c. Suet. Galb. cap. 7.

Res publicas. Hor. 2. Carm. 1. 11.

Statum Reipub. ordinare. Suet. Jul. cap. 40.

Vineam ordinare paribus intervallis. Columel. lib. 13. cap. 3.

Testamentum. Martian. in l. 2. D. de inoffic. testam.

Testamentum inique. Marcell. l. 5. D. de inoffic. testam.

Ordinare, Aliquem ad honorem & magistratum promovere, hoc est (ut Cicero loquitur) Ornare, honoribusque augere. Suet. Vesp. cap. 23. Quendam e caris ministris, dispensationem cuidam, quasi fratri, petentem, quum distulisset, ipsum candidatum ad se vocavit, exactaque pecunia, quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinavit. Budæus. [i. e. quod vulgo *Denominare*, *Installare* dicunt.

Ordinans, antis. Partic. Flor. 2. 16. 3. Metello, ordinanti tum maxime Macedoniam, mandata est ultio.

Ordinandus, a, um. Partic. Suet. de Clar. Gramm. cap. 21. Cura ordinandarum bibliothecarum. Justin. 11. 9. 8. Opera in ordinanda acie.

Ordinātus, a, um. [τεταγμένος] Partic. ut, Acies ordinata. Nepos 11. 2. 2.

Disciplina ordinata. Liv. 24. 48. Ex comparatione tam ordinatæ disciplinæ.

Magistratus aliter ordinatos apud alios scriptores, dicit Liv. lib. 2. ne. pro Alio ordine annorum collocatos.

Ordinatus & compositus vir. Senec. de Vita beata 8.

Compar. Pars superior mundi & ordinatior. Sen. de Ira 3. 6. Idem Epist. 74. Ordinatius aliquid proferre.

Superl. Sidon. 9. Epist. 7. Dictio ordinatissima. Apul. de Deo Socr. Meatus longe ordinatissimi.

Ordināte, Adv. [τεταγμένως] Auctor ad Herenn. lib. 4. 56. Quæ si sequemur, acute & cito reperiemus: distincte & ordinate disponemus. Compar. Quo planius & ordinatius retractentur. Tertull. adv. Marc. 1. 19. Superl. Ordinatissime itaque subjunxit. Augustin. Retract. 1. 24.

Ordinātim, aliud Adv. [τάξει] Ordine. Cic. 11. Fam. 7. Ille enim iit passim, ego ordinatim: quacunque iit, ergastula solvit.

Petere ordinatim honores. Cic. 4. Fam. 5.

Ordinātio, ōnis. f. [διάταξις, ἐπιτροπή] Columel. lib. 10. cap. 3. Ut ordinatio constituta conservetur.

Ordinatio vitæ, pro Constitutione. Plin. 9. Epist. 28.

Ordinatio, pro Administratione provinciæ. Suet. Neron. cap. 40. Spoponderunt tamen quidam destituto in ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Hierosolymorum.

Ordinatio, pro Creatione præfectorum. Suet. Domit. cap. 4. Ecquid sciret, cui sibi visum esset, ordinatione proxima præficere Ægypto Metium Rufum?

Rerum omnium ordinatio. Plin. 10. Epist. 67.

Omnem ordinationem & necis & testamenti comperit. Paterc. 2. 59. 5.

Ordinatio comitiorum. Idem 2. 124. 3.

Ordinātor, ōris. m. [ἐπιτροπεύς] Seneca Epist. 110. In his opus est illi alieno consilio: quomodo medico, quomodo navis gubernatori, quomodo advocato & litis ordinatori. conf. Augustin. Civ. Dei 19. 12.

Ordinatīvus, a, um. Adj. ut, Adverbia ordinativa. Priscian. lib. 15. conf. Tertull. adv. Hermog. cap. 19.

Ordinābilĭter, Adv. Zeno Veron. Serm. 6. Frumenta ordinabiliter creata, omni furfure abjecto.

Ordovĭces, arum. m. pl. Populus Britanniæ, arduis montibus proximi: apud quos, (ut Tacitus 16. Ann. 34. scribit) P. Ostorius dux Romanus Caractacum in Silanis Britannorum genti imperantem prostravit. Sunt qui scribant Ordoluca.

Ordovicum, i. n. Nomen est civitatis, in qua Ordovices, quos Julius Agricola debellavit. Tacitus in vita Agric. 18.

O R E

Orea, æ. [χαλινὸς] Festus; Oreæ, Freni, quod ori inferuntur, dicti. Titinnius in Setina, Etsi tacebit, tamen gaudebit sibi permitti oreas. Nævius in Ariolo, Deprandi autem leonis obdes oreas. Cato Originum lib. 3. Equos respondit, oreas mihi inde, tibi cape flagellum. Auson. Ecl. de Solstitio,

> Inde floridum reflexis ver revisit oreis. V. Voss. Lex. Etym.

Orĕădes, um. f. pl. [Ὀρειάδες] Nymphæ sunt montium, ab ὄρος, quod Græce dicitur mons. Virg. 1. Æn. 500.

> Exercet Diana choros: quam mille secutæ
> Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

Orebātis, is. f. Ptolem. lib. 6. cap. 4. Urbs Persidis in mediterraneis.

Oregas, is. m. Pars Tauri montis, in Caspium mare vergens. Plin. lib. 5. cap. 29.

Oreon, i. n. [Ὄρειον] Polygoni species, sic dicta, quod in montibus nascatur. Plin. lib. 27. cap. 12. de polygono, Tertium genus oreon vocatur, in montibus nascens, arundini teneræ simile, uno caule densis geniculis, & in se fractis, foliis autem piceæ.

Oreoselīnum, i. n. [ὀρεοσέλινον] Montanum apium. Plin. lib. 20. cap. 11. Diosc. 3. 69.

Oresitrŏphus, i. m. [Ὀρεσίτροφος] Nomen canis venatici, apud Ovid. 3. Met. 233. Vocatus est a monte qui ὄρος dicitur, & τρέφω nutrio, quasi in montibus nutritus.

Orestes, is. m. [Ὀρέστης] Filius Agamemnonis regis & Clytemnestræ, qui matrem occidit, eo quod illa, Ægisthum sequens adulterum, patrem Agamemnonem occiderat, Deinde Pyrrhum Achillis filium, qui Hermionen sibi prius desponsatam uxorem duxerat, occidit clam in templo, & Hermionen recepit. Postea furiosus ob hæc scelera factus vagabatur. Et custodiente eum Pylade amico fidissimo, pervenit in regionem Tauricam, ubi Iphigeniam sororem suam invenit, cum qua profectus est in Italiam. V. in dictionibus AEGISTHUS, AGAMEMNON, & PYLADES.

Agamemnonius Orestes. Virg. 4. Æn. 471.

Pelopeus. Lucan. lib. 7. 778. quoniam ab illo originem duxit. Pelops enim Atreum genuit, Atreus vero Agamemnonem patrem Orestis.

Insanus. Ovid. 2. de Ponto, 3. 45.

Agitatus furiis scelerum. Virg. 3. Æn. 331.

Scenis agitatus. Virg. 4. Æn. 471. Hoc inquit, quoniam multæ fuerunt compositæ tragœdiæ de Oreste.

Tristis. Hor. de Arte Poet. 124.

De Orestis & Pyladis amicitia meminit Cic. 2. de Finib. 84. Pylades quum sis, dices te esse Orestem, ut moriare pro amico? aut si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares? Et de Amicit. 24. Qui clamores tota cavea nuper in hospitis & amici mei Pacuvii fuerunt nova fabula, quum ignorante rege, uter eorum esset Orestes, Pylades, Orestem

Orestem esse se diceret, ut pro illo necaretur: Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseveraret?

Orestes, Tragœdia prolixa de Oreste. Juven. 1. Sat. 5.

Scriptus & in tergo, necdum finitus Orestes. Hinc

Orestem scribere, pro Librum nimis turgidum componere. V. Barth. Adverf. 35. 12.

Orestes fuit etiam cognomen duarum gentium Romanarum, Aufidiæ & Aureliæ.

Cn. Aufidius Orestes cum P. Cornelio Lentulo Sura cos. A. U. C. 683. Ejus meminit Cic. pro Planc. 52. De eodem, opinor, Cic. 2. Off. 58. Oresti nuper prandia in semitis, decumæ nomine, magno honori fuerunt.

L. Aurel. Orestes, cum M. Æmilio Lepido cos. A. U. C. 628. cujus meminit Cic. in Brut. 109.

Alius ejusdem nominis, cum C. Mario III. cos. A. U. C. 651.

Alius Fl. Orestes, de quo in Cod. Justin. lib. 1. t. 2. l. 26.

Orestēus, a, um. Adj. [Ὀρέστειος] Ovid. 15. Met. 489.

Sacraque Oresteæ gemitu, questuque Dianæ
Impedit. Orestea vero dicitur Diana, quod illam Orestes una cum sorore Iphigenia, e regione Taurica in Italiam transtulit, ac juxta Ariciam collocavit.

Dea Orestea, Diana. Ovid. 1. de Ponto, 2. 80.

Fides Orestea. Claud. ad Olib. 41. 18.

Orestion, i. n. [ὀρέστιον] Idem ac Helenium. Diosc. Supp. ex Plin.

Orestis, idis. f. [Ὀρεστὶς] Pars Macedoniæ. Cic. de Arusp. Respons. 35. Quis Platonem ex Orestide, quæ pars Macedoniæ libera est, hominem in illis locis clarum ac nobilem, legatum Thessalonicam ad nostrum (ut se ipse appellavit) imperatorem venisse nescit?

Orētæ, arum. m. pl. Gens Indica secundum Strabonem lib. 15. quos Arbis fluvius ab Indis disterminat, auctore Plin. lib. 7. cap. 2.

Orethus, i. m. Siciliæ fluvius apud Panormum. Meminit Vib. Sequ.

Orēus, i. m. [Ὄρειος] dictus est Liber pater, teste Festo, quod in montibus frequenter appareret. Nisi potius, quod in his ipsi fieri sacrificia solebant.

Orexis, is. f. [ὄρεξις] Latine dicitur Appetitus seu esuritio. Cic. Appetitionem vertit, ab ὀρέγομαι, quod est appeto. Quidam etiam pro Vehemente edendi aviditate: alii pro Vomitu accipiunt, apud Juven. 11. Sat. 127.

— hinc surgit orexis,
Hinc stomacho vires. Idem 6. Sat. 427.
— de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexin. [Ubi tamen forte Fracturus scribendum. De prima enim potione loquitur, quæ ut differat paulum bibendi rabiem sumitur. Itaque subjicit,
Dum redit, & loto terram ferit intestino. Frangere autem est Sedare h. l.

O R G

Orgănum, i. n. [ὄργανον] Instrumentum Latine, dicitur de omni genere machinationis, quod ad efficiendum quidpiam comparatum est.

Ὄργανον enim erat meum Senatus: id jam est dissolutum. Cic. 12. Fam. 14. Translate.

Organa, per excellentiam dicuntur Omnia musicorum instrumenta. Quintil. lib. 9. cap. 4. Natura ducimur ad modos: neque enim aliter eveniret, ut illi quoque organorum soni, quanquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem.

Exprimi sermo organis non potest. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Organum, pro Cithara posuit Juven. 6. Sat. 379.

— Prætoribus organa semper
In manibus.

Afficiuntur animi in diversum habitum organis. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Commovetur animus majoribus velut organis. Quintil. lib. 1. cap. 2. extr. Idem 11. 3. conf. ORGANARIUS.

Organum, quid distet a Machina, apud Mechanicos, docet Vitruv. lib. 10 cap. 1. Inter machinas & organa, inquit, id videtur esse discrimen, quod machinæ pluribus operibus, aut vi majore coguntur effectus habere: ut balistæ, torculariorumque prela. Organa autem, unius operæ, prudenti tactu (Jont. Tactu) perficiunt quod propositum est: uti scorpionis, seu anisocyclorum versationes.

Organa pneumatica. Plin. 19. 4. Idemque e puteo rota organisve pneumaticis, vel tollenonum haustu rigandos. Sic restituit Turnebus 10. 20. quum in excusis, Neumaticis legatur. Ea autem organa quadam machinatione & molitione constructa aquam sursum eructant, cujusmodi & apud Vitruvium & Heronem in Spiritalib. visuntur.

Organum, apud Columel. lib. 3. cap. 13. pro Instrumento ad metiendum apto; Sic (inquit) compositum organum, quum in sulcum demissum est, litem domini & conductoris sine injuria diducit.

Orgănĭcus, a, um. Adj. [ὀργανικὸς] ut,

Saltus organicos Heliconis. Lucret. lib. 3. 133. i. e. Sonoro, musicis organis referto.

Organicæ machinationes. Firmic. lib. 8. cap. 30. conf. Cato apud Non. 2. 70.

Organicus, i. m. [ὀργανικὸς] Qui musicis organis canit. Vulgus *Organistam* vocat. Lucret. lib. 2. 112. — æque
Ac musæa mele, per chordas organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant. Idem 5. 335.

Organĭce, Adv. [ὀργανικῶς] ut, Organice moveri, & mechanice apud Vitruv. 10. 1. In plerisque tamen codd. Græce scribitur, ὀργανικῶς & μηχανικῶς.

Organārius, i. m. [ὀργανοποιὸς] Qui organa compingit, aut qui pulsat. Firmicus lib. 3. cap. 14. scribit Mercurium cum Venere in sexto loco ab horoscopo facere organarios & myropolas. conf. Ammian. 28. 1. [In Gloss. Græco Lat. Ὀργανικός, Organarius, fistularius, & Ὄργανον, Fistula, organum, & Ὄργανον μουσικὸν, Sambuca, Ὄργανον βασανιστήριον, Fidicula.

Orge, es. f. Fons nobilis in Narbonensi provincia. In eo herbæ nascuntur in tantum expetitæ bubus, ut mersis capitibus totis eas quærant. Sed illas in aqua nascentes certum est non nisi imbribus ali. Plin. lib. 18. cap. 22. extr.

Orgia, orum. n. pl. (inquit Servius) [Ὄργια] apud Græcos omnia Sacra, sicut apud Latinos Cærimoniæ dicuntur. Sed jam abusive sacra Liberi, Orgia vocantur, vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est a furore; vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id est a montibus.

Celebrabantur autem apud Athenienses quotannis, apud Thebanos, & Thracas tertio quoque anno: unde Trieterica dicta sunt, i. e. Triennalia. Virg. 4. Æn. 301.

— ubi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron. conf. Ovid. Rem. Amor. 593. Catull. 64. s. Argonaut. 259.

Pars obscæna cavis celebrabant Orgia cistis,
Orgia, quæ frustra cupiunt audire profani.

Pieridum orgia. Stat. 5. Silv. 5. 4.

De Orgiis V. plura in Lex. Pitisc.

Orgyia, æ. f. [ὀργυιὰ] Ambarum manuum extensio & pectoris latitudo, mensura sex pedum. Budæus in Annotat. prior. Orgyia, inquit, secundum Herodotum lib. 2. sex pedum est. Theodorus ex Aristotele interdum passum vertit, & Laurentius ubique ex Herodoto, interdum tres passus. Suidas, Orgyia, inquit, mensura est, quæ inter manus expansas continetur. Vulgo *Brasse* dicitur, quasi amplexus. Est autem trisyllabum vocabulum, ut Harpyia, diphthongum Græcam in penultima habens. Plinius ulnam appellat, lib. 16. cap. 40. Arboris, inquit, crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat. Gr. ὀργυιὰς. Hæc Budæus.

Orgyora, æ. f. Strychni sive solatri species, thyrsos emittens 10 vel 12 ulnarum. Apul. de Herb. cap. 74.

O R I

Oria, æ. f. Navicella modica piscatoria, inquit Fulgent. de Prisc. serm. 15. Plaut. Rud. 4. 3. 81.

Mea opera, labore, & rete, & oria. Al. Horia, ut Non. 13. 8. Idem Cacisto, Malo hunc alligari ad oriam, ut semper piscetur, etsi sit tempestas maxima. conf. Gell. 10. 25. & f. l. HORIA.

Oribăsius, i. m. [Ὀριβάσιος] Sardianus, Juliani principis fuit familiaris, a quo etiam Quæstor Constantinopolitanus factus est. Scripsit libros medicinæ LXXII ad Julianum: eorumque epitomen libris novem ad Eustathium filium: de regno, & de affectibus. Hæc Suidas. Eunapius vero, Græcus auctor, in libro Sophistarum, ejus vitam pluribus persequitur.

Oribăsus, i. m. [Ὀρείβασος] Nomen canis, apud Ovid. 3. Met. 210. vocatus ita, quod montes velociter ascendat. ὄρος enim mons est, & βαίνω ascendo.

Oribăta, æ. m. [ὀρειβάτης] V. NEOBURATA. Oribatam putarim esse montium ascensorem. *Un Grimpemontagne*, *Tranchemontagne*. Nisi malis Oribatas interpretari, Circulatores qui scandunt ardua, & in erecta evadunt. [V. Suidam.

Orichalcum, V. AURICHALCUM.

Oricilla, V. AURIS.

Orĭcos, sive **Orĭcum**, i. n. [Ὤρικον] Civitas est Epiri a Colchis condita, teste Plin. lib. 4. cap. 23. de qua Lucanus lib. 3. 187.

Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, &c. Propert. lib. 1. 8. 20.
Ut te felici vectam per cærula remo,
Accipiat placidis Oricos æquoribus. Nunc vulgo dicitur *Rigo*.

Quidam Orithos male legunt. V. Cæs. Bell. Civil. lib. 3. 11. &c.

Notis actus ad Oricum. Hor. 3. Carm. 7. 5.

Orĭcius, a, um. Adj. [Ὠρίκιος] ut, Terebinthus Oricia. Virg. 10. Æn. 136. conf. Propert. 3. 6. 48. & Avien. Descript. Orbis, 551.

Orĭcŭlārius, a, um. Adj. [ὠτικὸς] pro Auriculario subinde apud Celsum legitur, ea ratione qua Coliculus & Colis, pro Cauliculo & Caule dicitur: & Codex & Plostrum, ut Focale a Faucibus, pro Caudex & Plaustrum. V. AURICULARIS.

Orisms, V. ORIOR.

Orientius, i. m. Illiberitanus in Hispania Bætica Episcopus, poeta Christianus, cujus Commonitorium a Schurzfleischio integre editum. Fortunat. lib. 1. de Vit. Martin. Orientius florentis oris scriptor.

Orificium, V. OS, ōris.

Orīgănum, i. n. & **Origanus**, i. m. [ὀρίγανον, ὀρίγανος] Herba. Plin. lib. 20. cap. 17. Origanum, quod in sapore cunilam æmulatur, plura genera in medicina habet, & onitin vel prasion appellant, non dissimile hyssopo. Origanum & Origanus dicitur, producta quæ ante ultimam est syllaba. Hæc Hermolaus Barbarus in Corul cap. 456. conf. Diosc. 3. 25. Sed rectius corripi docet Borrich. de Ling. Pharmac. q. V.

Origanītes, æ. m. [ὀριγανίτης] Vinum ex origano. Diosc. 5. 58.

Origanītus, a, um. Adj. Vinum origanitum. Cato R. R. cap. 127.

Orīgenes, is. m. [Ὠριγένης] Cognomento Adamantius, decimo Severi Pertinacis anno adversum Christianos persecutione commota, a Leonida patre, Christi martyrio coronato, cum sex fratribus & matre vidua, pauper relinquitur, annos natus circiter decem & septem. Rem enim familiarem ob confessionem Christi, fiscus occupaverat. Hic Alexandriæ dispersa ecclesia, decimo octavo ætatis suæ anno κατηχήσεων opus aggressus: postea a Demetrio ejus urbis episcopo in locum Clementis confirmatus, per multos annos floruit; & quum jam mediæ esset ætatis, & propter ecclesias Achaiæ, quæ pluribus hæresibus vexabantur, sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ Athenas per Palæstinam pergeret, a Theoctisto & Alexandro Cæsareæ & Hierosolymorum episcopis, presbyter ordinatus, Demetrii offendit animum: qui tanta in eum debacchatus est insania, ut per totum mundum super nomine ejus scriberet. Constat eum antequam Cæsaream migraret, fuisse Romæ sub Zephyrino episcopo, & statim Alexandriam reversum, Heraclam presbyterum iterum, qui sub habitu philosophi perseverabat, adjutorem sibi fecisse κατηχήσεων, qui quidem & post Demetrium Alexandrinam tenuit ecclesiam. Quantæ autem gloriæ fuerit, hinc apparet, quod Firmilianus Cæsareæ episcopus cum omni Cappadocia eum invitavit, & diu tenuit, & postea sub occasione sanctorum locorum Palæstinam venientem, diu Cæsareæ in Sanctis scripturis ab eo eruditus est: sed & illud, quod ad Mammæam matrem Alexandri imperatoris religiosam feminam rogatus venit Antiochiam & summo honore habitus est: quodque ad Philippum imperatorem, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit, & ad matrem ejus litteras fecit, quæ usque hodie exstant: & quod tantum in scripturis divinis habuerit studii, ut etiam Hebræam linguam contra ætatis gentisque suæ naturam edisceret. Dialecticam quoque & geometriam, arithmeticam, musicam, grammaticam, & rhetoricam, omniumque philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoque sæcularium litterarum sectatores haberet,

haberet. & interpretaretur eis quotidie, concursusque ad eum miri fierent, quos ille propterea recipiebat, ut sub occasione sæcularis litteraturæ, in fide Christi eos institueret. Vixit usque ad Gallum & Volusianum, id est usque ad sexagesimum nonum ætatis suæ annum, & mortuus est Tyri, in qua urbe & sepultus est. Hæc & longe plura divus Hieronymus.

Origenes (air Erasmus) Græcis Montigenam sonat, prima vocali producta, quemadmodum fit in ὀρείτης, quæ sine controversia hinc dicta est, quod malefica in montibus perageret sua sacra. Adamas autem, indomiti nomen obtinuit, qood quum sit lucidissimus, ne chalybis quidem duritiæ, nec malleorum ictibus cedit. At Origenis animus plusquam adamantinus fuit, quem nec vitæ austeritas, nec perpetui labores, nec dura paupertas, nec æmulorum improbitas, nec suppliciorum terror, nec ulla mortis facies a sancto instituto vel tantillum dimovere potuit. Tanto enim martyrii desiderio flagravit, ut vehementer ambiret, vel adolescentulus, in ea laudis parte patri aut comes esse aut præcursor: & prorsus antevertisset, ni mater præsentiens illum summo diluculo ad agones, ubi multi trucidabantur, velle procurrere, noctu clam omnia illius indumenta sustulisset. Ita martyrii candidatum, quem terror mortis non potuit, pudor domi retinuit. Quin & patrem quum adhuc in vinculis esset, per epistolam cohortatus est, ut in pulcherrimo instituto persisteret, illud addens, Vide pater ne quid mea causa secus facias. Adhuc adolescens, fervido quodam zelo, sed non secundum scientiam, seipsum castravit, quo libere citraque pudicitiæ periculum doceret Evangelicam philosophiam. V. multo plura apud Erasmum.

ORIGINALIS, ORIGINALITER, ORIGINARIUS, ORIGINATIO, ORIGINITUS, V. ORIGO, in ORTOS.

ORINDA, æ. f. [ὄρινδα] Panis genus & semen peculiare Æthiopiæ, sesamo persimile. V. Hesych. Apic. 2. 2. Orindam infusam terere.

ORIOLES, is. vel ORIOLA, æ. f. Genus quoddam navium, quæ aliter Prosumiæ, vel Gesoretæ dicuntur. V. Gell. lib. 10. cap. 25. conf. ORIA.

ORĪON, ōnis. m. [Ὠρίων] filius Neptuni secundum Hesiodum. Alii fabulantur eum ex urina Jovis, Neptuni, & Mercurii genitum, quos deos quum OEnopeus quidam hospitio excepisset, eisque bovem mactasset, petivit ut sibi filium concederent. Illi ergo corium e bove detractum poposcerunt, atque in illud urinam reddiderunt, ex qua natus est Orion. Ovid. lib. 5. Fast. 534. Idem ibid. non OEnopeum, sed Hyreum fuisse canit qui hospitio deos susceperit. Et Orionem Uriunem appellatum fuisse Fuit autem statura corporis ingenti, quod & ipsum Ovidius ibid. indicat, Creverat immensum. & Virg. 10. Æn. 763.

— quam magnus Orion, &c. Fuit etiam venator, & satelles Dianæ, unde Horatius eum a Diana confossum inquit, quod concubitum ejus petere ausus fuisset: sic enim canit lib. 3. Carm. 4. 71.

— notus & integræ
Tentator Orion Dianæ,
Virginea domitus sagitta.

Præterea lib. 2. Carm. 13. 39. apud inferos eum esse indicat, una cum Prometheo & Tantalo. Ovidius vero ait eum a scorpio interfectum fuisse, quem irata Tellus illi immiserat, propterea quod gloriatus fuerat nullum in terris esse animal, quod vincere non posset. Dianam vero misertam illius, inter sidera eum collocavisse. Lucan. lib. 9. 839. Inter astra receptus est ante Tauri vestigia. Sunt tamen qui Græce ab aquarum inundatione sic dictum velint, quod ejus tempore habet ortum hiems, & mare ac terras tempestatibus turbat. ὀρίνω enim, turbo & concito, significat. Plautus Jugulam vocat, quod sit ejus gladius stellarum fulgore terribilis. Hic si fulget, serenitatem: si obscurat, tempestatem denotat.

Pectus Orionis. Cic. in Arat. 3.
Aquosus Orion. Virg. 4. Æn. 52.
Armatus auro. Virg. 3. Æn. 517.
Devexi rapidus comes Orionis Notos. Hor. 1. Carm. 28. 21. Devexum inquit, id est in devexa cæli parte positum, hoc est in Occasu. Comitem vero ejus Notum facit, quoniam tempestatem & ventos secum fert Orion.
Ensifer. Ovid. 4. Fast. 388.
Infestus nautis. Hor. Epod. 15. 7.
Nimbosus assurgens fluctu. Virg. 1. Æn. 539.
Pronus magno trepidat tumultu. Hor. 3. Carm. 27. 18.
Sævus ubi Orion hibernis conditur undis. Virg. 7. Æn. 719.
Tristis, Hor. Epod. 10. 10.
Orion, primam interdum productam habet, interdum correptam, utrumque cum ratione. ὠρίων enim (quo nomine illum vocatum fuisse supra diximus) lingua Dorica ὀαρίων facit, eaque ratione O longum est. Breve autem fit quum omissa secunda vocali in ὠρίων, ὀρίων dicunt. Hoc mirum magis est, Ovid. lib. 5. Fast. 493. in obliquis ω posterius contrahere.

Quorum si mediis Bœoton Oriona quæres. Idem 8. Met. 207.
— strictumque Orionis ensem. Ibid. lib. 13. 294.
— nitidumque Orionis ensem.

Dicitur Orion etiam Oarion, ut apud Nicandrum,
Βοιωτῷ τεύχοντα κακὸν μόρον Ὠαρίωνι. Sic etiam Catullus in elegia de coma Berenices, 64. 94.
Proximus Hydrochoo fulgeat Oarion. Et Rutil. 1. 637.
Namque procelloso subjungitur Oarioni.

Orion, Grammaticus, Præceptor Procli. V. Marin. Neapol. in Vita Procli.

ORIOR, īris vel ĕris, ortus sum, [τέλλω, ἀνατέλλω, ἀνέχω, ἐξανατέλλω, ἐπανατέλλω, ἐπιτέλλω, ὑποφύομαι] īri. Oriri mediam semper producit, Oritur corripit. est Nasci vel surgere, ut ait Festus. Ovid. 10. Met. 166.
Tu quoties oreris, viridique in cæspite flores.

Oriri & procreari. Cic. 2. de Legib. 4. Sum illi villæ amicior modo factus, atque huic omni solo, in quo tu ortus & procreatus.
Oriri ex se, & sponte sua nasci. Cic. 1. de Finib. 78.
Ex causa oriri. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Cædes miserrima oritur. Virg. 2. Æn. 411.
Clamor oritur. Plaut. Aul. 2. 9. 7.
Fons oritur in monte. Plin. 4. Epist. 50.
Horror tremulus mæstis orietur fletibus. Propert. lib. 1. 5. 15.
Lux prospera oritur. Ovid. 1. Fast. 71.
Monstrum mirabile oritur, i. e. Accidit. Virg. 2. Æn. 680.
Officia virtutis a suo cujusque genere oriuntur. Cic. 5. de Finib. 69.
Risus oriebantur, dulcesque cachinni. Lucret. lib. 5. 1396.
Sermo oritur ab his. Cic. de Amicit. 5. Fannius & Q. Mucius ad socerum veniunt post mortem Africani, ab his sermo oritur: respondet Lælius. Quasi dicat, Ipsi primo loquuntur in isto dialogo.

Sermo oritur de villis. Hor. 2. Serm. 6. 71.
Signa noctis orientia. Virg. 7. Æn. 138.
Stellæ oriuntur & cadunt. Ovid. 1. Fast. 295.
Tempora orientia. Hor. 2. Epist. 1. 130.
Ulcera oriuntur, Exsistunt. Cels. lib. 6. cap. 13. Alia quoque ulcera in gingivis oriuntur, quibus eadem quæ in reliquo ore succurrunt.
Ortum est abs te, vel ex te. Ter. Andr. 3. 2. 9.
Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? h. e. Te esse principium & initium hujus rei.
Facinus oritur ex te. Plaut. Pœn. 4. 2. 67. i. e. Tu es auctor hujus facinoris. Ter. Adelph. 2. 1. 35, Tamen tibi a me nulla est orta injuria. i. e. Cœpta, ut ait Donatus.

ORIENS, entis. Partic. [ἀνατέλλων, ἀνερχόμενος] ut,
Austri orientis motus. Hor. 3. Carm. 27. 22.
Dies oriens. Tibul. lib. 4. 1. 122.
Luna. Ovid. 8. Met. 11.
Lux. Catull. Argon. 62. 376.
Signa orientia noctis. Virg. 7. Æn. 138.
Oriens, Surgens. ut, Consul oriens magistrum populi dicat. Velius Long. de Orthogr. p. 2234. Putsch. Liv. 8. 23. extr. Cum Cos. oriens nocte silentio diceret dictatorem. V. not. Gronov.
Orientium juvenum fulgor. Paterc. 2. 99. 2.

ORIENS, subst. [ἀνατολή] Pars ea mundi in qua sol oriri solet. Plin. lib. 10. cap. 44. Orientem spectare quibus exeant in pascua, Occasum quibus redeant. [In Oriens & Occidens subauditur Sol, in Ortus, vel Occasus, Solis. Quod & sæpe additur.
Ab Oriente. V. A vel AB.
Oræ Orientis. Hor. 1. Carm. 12. 55.
Anhelus. Stat. 3. Silv. 2. 102. Virg. 1. Georg. 250.
Nosque ubi primus equis Oriens afflavit anhelis.
Extremus. Ovid. 7. Met. 266.

ORIENTALIS, e. Adj. ut, Auxilia Orientalia. Justin. 14. 4. 18.
Regna Orientalia. Idem 39. 5. 3.
Ab Orientali arboris parte. Pallad. 3. 17.

ORTUS, a, um. Partic. [φυόμενος] Cic. pro Cluent. 161. Quum quædam in collibus (ut solet) controversia pastorum esset orta. Sic, Orta luce, apud Cæs. lib. 5. Bell. Gall. 8. pr.
Huc initio suspicionis orto. Cic. pro Cluent. 180.
Fletus ortus ab omni turba. Liv. 2. 40.
Flos ortus de sanguine. Ovid. 10. Met. 735.
Lucifer ortus erat. Ovid. 4. Met. 664.
Ratio orta ab sensu falso. Lucret. lib. 4. 485.
Rumor ortus ex Sulpicii litteris, &c. Cic. 11. Att. Epist. ult. V. Rumor firmus, in RUMOR.
Sol recens ortus. Virg. 3. Georg. 156.
Ortus ab hoc. Nepos 25. 18. 3.
Ortus ex eo loco: i. e. Natus. Ter. Eun. 2. 2. 10.
Ortus equestri loco. Cic. 1. de Lege Agrar. 27. Et Liv. 26. 6. Loco obscuro, tenuique fortuna ortus.
Silvis fuit ortus in altis. Ovid. 4. Fast. 41.
Terra orti. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Fatis melioribus ortus. Ovid. 4. de Pont. 9. 9.
Majoribus ab his orti. Hor. 1. Serm. 5. 55.
Nobilibus antiquis. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Satu deorum. Cic. de Univers. 35.
Stirpe ab antiqua Teucrorum. Virg. 1. Æn. 630.
Pueri claris patribus. Hor. 4. Carm. 6. 31.
Ortus aliquando idem significat quod Oriundus. Cæs. 2. Bell. Gall. cap. 4. ait plerosque Belgas esse ortos a Germanis.

ORĪTŪRUS, a, um. Partic. [ὑποφυσόμενος] Hor. 2. Epist. 1. 17.
Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.

ORIUNDUS, a, um. Adj. [ἀπόγονος] significat Locum unde majores nostri sunt, nosque originem traximus. Distinguitur a Loco nativitatis, Liv. 24. 6. Hippocrates, & Epicides nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis. I. e. Ab Syracusis originem trahentes, unde fuerunt parentes ipsorum. Val. lib. 3.
Oriundus ab Ulysse. Liv. 1. 49. de Octavio Mamiliano Tusculano. Auctor de Viris illustr. cap. 35. pr. Pyrrhus rex Epirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus.
Ab ingenuis oriundus. Cic. in Topic. 29. Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt; non satis est. Qui ab ingenuis oriundi sunt; nec id quidem satis est. Quorum majorum nemo servitutem servivit; abest etiam nunc. Qui capite non sunt deminuti; hoc fortasse satis est.
Oriundus, aliquando sine præpositione, ut apud Liv. 1. 20. Alba oriundum sacerdotium. Lucret. 2. 990.
Denique cælesti sumus omnes semine oriundi.
Oriundus, cum indeclinabilibus aliquando jungitur. ut, Ego sum inde oriundus, unde tu. Valla 3. 7. Plaut. Aul. 3. 6. 6.
Qui habent, meminerint sese unde oriundi sient.
Oriundus, pro Ortus aliquando invenitur cum præpositione, & aliquando sine præpositione. Liv. 8. 22. Palæpolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est: duabus urbibus idem populus habitabat, Cumis erant oriundi. Columel. lib. 1. cap. 3. Quum a primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit, μὴ δὲ, &c.

ORTUS, ūs. m. [γένεσις] Nativitas. Cic. de Amicit. 32. Et erit hujus ortus a natura, quam ab imbecillitate, & gravior & verior.
Generosus materno ortu. Ovid. 13. Met. 148.
Nobilis ortu. Sil. lib. 1. 77.
Tusculanus ortu fuit Cato. Cic. 2. de Legib. 5.
Ducere ortum ab aliquo. Ovid. 5. Met. 494.
Habere ortum & gigni. Cic. de Univers. 5.
Moderatur ortus nascentium luna. Cic. 2. de Divin. 91.
Animantium ortus. Cic. 2. de Finib. 31.
Repetere ortum juris a fonte. Cic. 1. de Legib. 20.
Solis ortus, [ἀνατολή] Plin. lib. 12. cap. 14. Saba regio spectans ortus solis æstivi.
Signorum ortus. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Ortus & obitus signorum definitum quendam ordinem servant. Cic. 1. de Invent. 59.
Stellarum ortus atque obitus. Catull. de Coma Berenicis, 67. 2.

Ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnes, necesse est. Cic. 2. de Divin. 92.
Antiqui signorum ortus. Virg. 9. Ecl. 46.
Cælestis. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Nitidus. Ovid. 2. Met. 112.
Punicei. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 220.
Purpureus. Ovid. 1. Trist. 2. 27.
Roseus Phœbi. Claud. de Bell. Getic. 244.
Ab ortu ad Occasum commeat sol. i. e. Ab Oriente ad Occidentem. Cic. 2. de Nat. Deor. 49.
Phœbus iteravit ortus. i. e. Jam illuxit secundus dies. Ovid. 6. Fast. 199.
Aurora ostendit suos ortus. Virg. 4. Georg. 544.
Perdiscere ortus obitusque signorum. V. PERDISCO.
Matutinos prædicit Lucifer ortus. Senec. OEdip. 5.
Suspicere ortus signorum. Virg. 9. Ecl. 46.
Ortus, de plantis. Lucret. 5. 212.
Terraique solum subigentes cimus ad ortus.

ORTĪVUS, a, um. Adj. ut Cardo ortivus, Plaga Orientis. Manil. 3. 189.
— ortivo totidem de cardine duces.

ORĪGO, ĭnis. f. [ῥίζιον, αἰτία, ἀρχή] ab Orior derivatur, & Principium, initium, causam, ortum, stirpem, semen, sive fontem significat. Plin. lib. 10. cap. 37. Multi nobilitatem singularum columbarum & origines narrant.
Origo summi boni. Cic. 2. de Finib. 31. A primo, ut opinor, animantium ortu petitur origo summi boni.
Origines, pl. Liv. 1. in præf. Et legentium plerisque haud dubito, quin primæ origines, proximaque originibus, minus præbitura voluptatis sint, &c.
Origo rerum & molitio. Cic. de Univers. 7. Quæramus igitur causam, quæ impulerit eum qui hæc machinatus sit, ut originem rerum & molitionem novam quæreret.
Nullius rei, causa remota, reperiri origo potest. Cic. de Univers. 3.
Originem & progressionem certarum rerum persequi. Cic. 4. de Finib. 17.
Causa & origo malæ mentis. Juven. 14. Sat. 226.
Eloquentiæ origo est verborum delectus. Cic. de Clar. Orat. 253.
Fontium origines celat Nilus. Hor. 4. Carm. 14. 45.
Mundi crescentis prima origo. Virg. 2. Georg. 336.
Genitalis rerum. Lucret. lib. 5. 176.
Cælestis. Virg. 6. Æn. 70.
Gens cuncta ab origine. Virg. 3. Georg. 473.
Mira. Ovid. 1. Met. 252.
Muliebris. Lucret. lib. 4. 1226.
Natalis. Ovid. 12. Met. 471.
Tenuis. Ovid. 3. Fast. 433.
Modicus originis. Tacit. 6. Ann. 39. 3.
Clarus origine. Ovid. 18. Epist. 147.
Accipere originem ab aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Ducere originem ab auctore aliquo. Hor. 3. Carm. 17. 5.
Ducere originem ex aliquo. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Nascetur pulchra Trojanus origine Cæsar. Virg. 1. Æn. 290.

ORIGĬNĀLIS, e. Adj. [ἀρχικός] Quod ex origine contrahitur: ut, Originalis decor, originalis macula, originale delictum.
Parens originalis. Apul. Met. 11. pr.
Sententia originalis. Idem lib. 10. extr. conf. ORIGINARIUS paulo post.

ORIGINALĬTER, Adv. Augustin. Retract. 1. 15.

ORIGINĀRIUS, a, um. Adj. [ἀρχικός] Budæus, originarii, sunt qui contrahunt municipatum origine principaliter, ut Accursius in rub. de Incolis dicit lib. 10. Cod. & ibidem titulus est de Municipibus & originariis. Hi & Originales vocantur in l. Quum neque. eod. tit. De incolis. in l. Cives, Cives quidem origo facit: incolas vero domicilium. conf. Ambros. Serm. 17. extr.

ORIGINĬTUS, Adv. Origine. Ammian. 31. 6. Unde etiam Persæ, qui sunt omnes originitus Scythæ.

ORIGINĀTIO, ōnis. f. [ἐτυμολογία] Quintil. lib. 1. cap. 6. Sunt qui vim potius intuiti, originationem vocent. De etymologia.

ORIPĔLARGUS, i. m. [ὀρειπέλαργος] Ciconia montana. Plin. 10. 3. Aquilæ genus.

ORĪTES, is. m. [ὀρείτης] Gemma, de qua sic Plin. lib. 37. cap. 10. Orites globosa specie, a quibusdam & siderites vocatur, ignem non sentiens.

ORITHRA, æ. f. Nympha est, quasi Hortans ad cursum dicta.

ORĪTHȲIA, æ. f. [Ὠρείθυια] Filia fuit Erechthei Athenarum regis, quam quum Boreas adamasset, & sibi conjugem dari postularet, nec impetrare valuisset, illam rapuit, & in Thraciam secum detulit, ex qua Zetum & Calaim filios procreavit, ut pro vera historia retulit Eusebius. Poetæ pro Vento habent. Cic. 1. de Legib. 3. Verumne sit, Athenis, non longe item a tua antiqua domo, Orithyiam Aquilo sustulerit; sic enim est traditum. V. Apollon. Argonaut. lib. 1. & Ovid. 6. Met. 683. conf. Stat. 12. Theb. 630. Nat. Comit. 8. 2. & Cæl. Rhod. 15. 23.
Actias Orithyia, Atheniensis. Virg. 4. Georg. 463.
Cecropia. Valer. 1. Argon. 468.
Pandionia. Propert. lib. 1. 20. 31. a fratre Pandione.
Alia fuit eodem nomine regina Amazonum: de qua Justin. lib. 2. 4. 17. & 26.

ORIUNDUS, V. ORIOR.

ORIX, V. ORYX.

ORIZA, V. ORYZA.

ORIZON, V. HORIZON.

O R M

ORMĔNIS, ĭdis. f. Patronym. filia Ormenii, Astydamia ab Hercule rapta. Vocativo Ovid. 9. Epist. 50.
Nec referam partus, Ormeni Nympha, tuos.

ORMENIUM, vel ORMINIUM, i. n. [Ὀρμένιον, Ὀρμίνιον] teste Homero 2. Iliad. 734. Magnesiæ civitas: idque Plinius confirmavit lib. 4. cap. 9.

ORMENOS, sive HORMANUS, i. m. [ὄρμενος] Silvestris asparagus, quam corrudam Columella & Cato vocant. Plin. lib. 20. cap. 10. Silvestrem asparagum aliqui corrudam, aliqui Libycum vocant, Attici Hormenum.

Sic scribit Hard. al. Horminium. V. HORMINIUM.

ORMINALIS, is. f. Herba, alias Satyrion. Apul. de Herb. cap. 15.

O R N

ORNAMENTUM, V. ORNO.

ORNEÆ, f. [Ὀρνεαί] Oppidum prope Corinthum, ubi erat templum Priapi, quem Corinthii Orneatem vocabant. Celebrabant autem hæc festa Nymphæ juxta Colophonem. Strabo lib. 8.

ORNĒUS, i. m. [Ὀρνεύς] Ixionis & Nubis filius, unus ex Centauris. Ovid. 12. Met. 302.

ORNIS, ios, vel ithos. f. [ὄρνις] Latine dicitur Avis vel Gallina.

ORNITHIAS, æ. m. [Ὀρνιθίας] Ventus ab adventu avium dicitur, teste Budæo. Sunt autem Ornithiæ, [Ὀρνιθίαι] Venti Septentrionales. Columel. lib. 11. cap. 2. Decimo Calend. Mart. Leo desinit occidere, venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiæ, per dies triginta esse solent. Plin. lib. 2. cap. 47.

ORNĪTHŌN, ōnis. m. [ὀρνιθών] Latine Aviarium dicitur. Varro 3. de R. R. cap. 3. Contra, nunc aviaria sunt nomine mutato, quod vocantur ornithones. Ibid. cap. 2. Recipis nos, inquit, in tuum ornithona, ubi sedes inter aves. Idem lib. 2. in procem. Ex ea enim quoque fructus tolli possunt non mediocres ex ornithonibus, ac leporariis & piscinis. conf. Columel. 8. 1. & 3. & 4. & 8.

ORNITHŎBOSCĪUM, i. n. [ὀρνιθοβοσκεῖον] Locus in quo gallinæ & aves depascuntur & enutriuntur. Varro lib. 3. de R. R. cap. 9. De iis qui ornithoboscium instituere volunt.

ORNITHOTROPHĪUM, i. n. [ὀρνιθοτροφεῖον] Locus in quo aves educantur. Varro lib. 3. de R. R. cap. 5. In quo diceris longe vicisse, non modo archetypon inventoris nostri ὀρνιθοτροφείων M. Lænii Strabonis, &c. i. e. Ornithotrophiorum.

ORNITHOGĂLA, es. f. [ὀρνιθογάλη] Herba quam describit Plin. 21. 17.

ORNITHOGĂLUM, i. n. [ὀρνιθόγαλον] Cauliculus est, teste Dioscoride, sesquipedalis, candicans, & tenuis, tribus aut quatuor mollibus cauliculis in cacumine agnatis, a quibus flores prodeunt foris herbacei, & intus, quum hiare cœperint, lactei. Diosc. 2. 177.

ORNO, [κοσμέω, ἀσκέω, πρέπω, δαιδάλλω, ἐπιστέλλω, σκάζω] āre. Pulchrum & decorum facere. Cic. 1. Tusc. 68. Nocturnamque cæli formam undique sideribus ornatam. Idem 2. Att. 1. Quanquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamentum neglexerant.
Populus ornabat ædem frondibus. Propert. lib. 4. 10. 29.
Gemma ornabat manus. Propert. lib. 3. 6. 12.
Sepulcrum floribus ornare. Cic. pro Flacc. 95.
Ornare, Honorare, Decorare. Cic. 7. Fam. 5. Neque impedio quominus, si tibi ita placuerit, etiam hisce eum ornes gloriæ insignibus.
Augere & ornare rhetoricen. Cic. 3. de Finib. 26. Potest id quidem fuse & copiose, & omnibus electissimis verbis, gravissimisque sententiis rhetorice & augeri & ornari.
Ornare aliquem, & Spoliare, contraria. Cic. pro Flacc. 59. Quis erat qui non sciret in ornandis studiosiorem Mithridatem, quam in spoliandis Trallianis fuisse?
Mirabilius & magnificentius augere aliquid, & ornare. Cic. 1. de Orat. 94.
Inventa vestire & ornare oratione. Cic. 1. de Orat. 142.
Ars ornat aliquem. Cic. 1. Tusc. 112.
Artem ornare jure. Cic. 1. Tusc. 112.
Donis ornatur honestis. Hor. 2. Epist. 2. 32.
Donis propriis ornatur industria. Claud. 8. Paneg. 261.
Moribus ornas res Italas. Hor. 2. Epist. 1. 2.
Munus ornare verbis, pro Laudare, & verbis quodammodo majus facere. Ter. Eun. 2. 1. 8.
Orationem ornare & illuminare. Cic. 3. de Orat. 25.
Scientiam juris Civilis novo ornatu ornare. Cic. 1. de Orat. 235.
Ornari & exornari ab aliquo. Cic. 11. Philipp. 36.
Omnibus rebus aliquem ornare. Cic. 6. Att. 6. pr.
Amplissimis & honorificentissimis rebus aliquem ornare. Cic. 5. Fam. 2.
Defendere, amplificare, & ornare aliquem. Cic. pro Domo 88.
Tueri & ornare aliquem. Cic. 9. Fam. 14. Intelligere debes in te positam esse Rempub. tibique non modo tuendos, sed etiam ornandos esse illos viros, a quibus initium libertatis profectum est.
Decretis ornari. Cic. ad Brut. 17. Immo triumphos & stipendium decernitur, & omnibus decretis ornatur.
Frequentia ornare & celebrare egressum alicujus. Cic. in Pison. 31.
Dignitate augeri & honore ornari. Cic. pro Planc. 22.
Laude eximia ornari, vel summis laudibus. Cic. 4. in Catil. 21. Ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas urbes, huic imperio infestissimas, Carthaginem, Numantiamque delevit.
Laudibus suis & alienis aliquem ornare & honorare. Cic. 2. Philipp. 25.
Sententiis suis in senatu aliquem. Cic. 1. Fam. 9.
Studiis singularibus aliquem. Cic. 3. Q. frat. 4.
Suffragio ornare candidatum. Plin. Epist. 1. lib. 2.
Forum ornare, V. FORUM.
Ornare, verbum est sæpe de provinciis usurpatum ab antiquis scriptoribus. Cic. 3. Att. 24. pr. Quum ad me scripsissetis vestro consensu Consulares provincias ornatas esse. Idem in Pison. 5. Provinciam Galliam exercitu instructam & ornatam. Quod ita accipio, ut cum ipsis provinciis simul decernerentur eæ res, quæ provincias administrantibus necessariæ putarentur, ut milites, pecunia, & hujusmodi. Ornatæ provinciæ lege Curiata, quarum rectoribus imperium, exercitus, stipendium, legati dabantur. Sed lege Curiata non omnes ibant in provincias, ideoque non omnes publico sumptu. Cic. 4. Att. 18. In ornandis provinciis consularibus.
Consules ornare, est Provincias Consulibus decernere. Cic. 3. Att. 24. Suam potestatem esse de Consulibus ornandis. Ita loquutus est lib. 2. ad Q. frat. 3. pr. Referebatur de provinciis Quæstorum, & de ornandis Prætoribus. Idem 4. Att. 16. non procul a fine, Appius sine lege, suo sumptu, in Ciliciam cogitat. Sensus est: Appius Consul in Ciliciam provinciam proficisci cogitat sine lege Curiata, proinde suo sumptu, non publico. Qui enim sine lege Curiata, imperio a populo non accepto, proficiscebantur in provincias: ii & sine legionibus ibant, & suo

suo sumptu. Qui lege Curiata, populi jussu: ii cum legionibus, publico sumptu.
Apparitoribus, scribis. librariis, præconibus, architectis Prætoriam potestatem ornare. Cic. 2. de Lege Agrar. 32. conf. Mulis ornare, in MULUS & ORNAMENTUM infra.
Armis se ornare. Ovid. 9. Epist. 103.
Parari & ornari scutis & telis. Cic. pro Cæcin. 60.
Delicias alicujus ornare. Cic. 1. Att. 14. Ecce aliæ deliciæ equitum vix ferendæ, quas ego non solum tuli, sed etiam ornavi. [An Quos?
Classes ædificare & ornare. Cic. pro Lege Manil. 9. Qui postea quam maximas ædificasset, ornassetque classes, &c. Ornasset, i. e. Instruxisset. Liv. 26. 37.
Convivium ornare, Præparare vel apparare. Cic. pro Quint. 93. Non profusis sumptibus vivere, non ornare magnifice, splendideque convivium. Plaut. Rud. 1. 2. 53.
Jubere melius est prandium ornari domi.
Copias ornare atque instruere omnibus rebus. Cic. pro Lege Manil. 20.
Exercitum auxiliis ornare. Cic. 2. Fam. 10.
Fugam ornare, Parare fugam. Ter. Eun. 4. 4. 6.
Lectum genialem ornare & sternere sibi. Cic. pro Cluent. 14.
Navem armatis ornare. Nepos 10. 9. 2.
Penum ornare. Plaut. Capt. 4. 4. 12.
ORNANDUS, a, um. Partic. [κοσμητέος] ut Suet. Aug. cap. 12. Cæsarem ornandum & tollendum censebat. conf. Paterc. 2. 62. extr.
Victoriis ornandus Pompejus. Cic. 1. Fam. 9.
Senectuti celebrandæ & ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quam juris interpretatio? Cic. 1. de Orat. 179.
Famula operosa ornandis capillis. Ovid. 2. Amor. 7. 23.
ORNĀTUS, a, um. Partic. & Adj. [κεκοσμημένος, κόσμιος] ut,
Leviter ornatus. V. LAVIS.
Ornatus pessume. Plaut. Aul. 4. 9. 10.
Nondum totos ornata capillos. Ovid. 11. Met. 385.
Apio crines ornatus amaro. Virg. 6. Ecl. 69.
Hedera crescentem ornate poetam. Virg. 7. Ecl. 25.
Foliis ornatus olivæ ipse caput tonsæ. Virg. 3. Georg. 21.
Pampino viridi Liber ornatus tempora. Hor. 4. Carm. 8. 33.
Ornatus in peregrinum modum. Plaut. Pers. 1. 3. 78.
Copiose ornatus. V. COPIA.
Ornatus & gravis in dicendo homo. Cic. 1. de Orat. 42.
Ornatus bono ingenio. Plaut. Pœn. 1. 2. 88.
Ornatus ex suis virtutibus. Ter. Adelph. 2. 1. 21.
Testimoniis clarissimorum imperatorum ornatus Dejotarus. Cic. de Arusp. Resp. 29.
Instructus & ornatus artibus. Cic. 2. de Fin. 112. Sic nos sapientem plurimis & gravissimis artibus atque virtutibus instructum & ornatum, &c.
Rebus omnibus ornatus excellit. Lucret. lib. 1. 28.
Ornatus, inquit Festus, dicitur Qui bonis artibus instructus est, & honores adeptus a populo: & Bene aptus, ut miles aut gladiator, & acturus fabulas.
Ornatissimus homo. Cic. pro Quint. 7. Deinde habet adversarium P. Quintius verbo Sex. Nævium, revera hujusce ætatis homines disertissimos, fortissimos, ornatissimos nostræ civitatis.
Honoribus amplissimis, fortunisque maximis, conjuge, liberis, & affinibus ornatus imperator. Cic. ad Brut. 18.
Navis inter alias ornatior. Tacit. 14. Ann. 4. 3.
Naves omni genere armorum ornatissimæ. Cæs. 2. Bell. Gall. 42.
Splendidissimus atque ornatissimus civitatis suæ vir. Cic. pro Flac. 48.
Homo ornatissimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis, &c. Cic. 3. Verr. 127.
Amplissimus ad agendum, ornatissimus ad dicendum locus. Cic. pro Lege Manil. 4.
Capillo ornato procedere. Propert. lib. 1. 2. 1.
Ornata sunt cuncta, i. e. Parata. Plaut. Pseud. 2. 3. 10.
Quomodo quidque agerem, ut lenoni surripiam mulierculam,
Jam instituta, ornata cuncta in ordine habeo, ut volueram. i. e. Disposita eo ordine, quo optabam.
Domicilia regis ornata & referta omnibus rebus. Cic. pro Lege Manil. 21.
Exercitus satis probe ornatus. Cic. 2. Fam. 9. conf. Tacit. 3. Hist. 63. 2.
Fores ornatæ. Ovid. 4. Fast. 738.
Fundus ornatissimus. Cic. pro Quint. 98. E fundo ornatissimo dejectus, ignominiis omnibus appetitus.
Oratio composita & ornata, & artificio quodam & expolitione distincta. Cic. 1. de Orat. 50.
Provincia instructa & ornata exercitu & pecunia. Cic. In Pison. 5.
Sententiarum concinnitas ornata. Cic. de Clar. Orat. 286. & 325.
Sententiam ornatissimam de me dixit. Cic. pro Domo, 69.
Versus ornatus elaboratusque. Cic. in Orat. 36.
ORNĀTE, Adv. [κεκοσμημένως] Recte, proprie, eleganter & disposite: ut, Ornate dicere, proprium est eloquentis, ut ait Quintil. in proœmio lib. 8. Cic. 1. de Finib. 8. Res vero bonas verbis electis graviter ornateque dictatas quis non legat?
Ornate splendideque facere aliquid. Cic. 1. Offic. 4.
Ornate politeque dicere. Cic. pro Cœl. 8.
Composite, ornate, copiose eloqui. Cic. 1. de Orat. 48.
Distincte, distribute, eleganter, ornate scribere. Cic. 2. Tusc. 7.
ORNĀTUS, ûs, vel i, antique. m. [κόσμος, κοσμητής] Dicitur (auctore Festo) Cultus ipse, quo quis ornatur: ut quum dicimus aliquem tragico vel comico ornatu prodire. Cic. 4. Acad. 119. Nulla senectus diuturnitate temporum exsistere, ut hic ornatus unquam dilapsus occidat. Virg. 1. Æn. 654.
Ornatus, quasi ab ore natus. Hinc enim maxime sumitur, quod eam deceat. Itaque ob id paratur speculum. Hæc Varr. lib. 4. de L. L. 29. [Sic Ornamentum, quasi Osnamentum ab Ore deducit. 5. 7. extr. inscite.
Lugubris ornatus. V. LUGEO.
Militaris. Cic. 1. Off. 61. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quod statuas quoque videmus ornatu fere militari.
Persicus. Cic de Senect. 59. Tum Lysandrum intuentem ejus purpuram, & nitorem corporis, ornatumque Persicum, multo auro, multisque gemmis, dixisse, &c. De Cyro.

Polchrum ornatum turpes mores pejus cæno collinunt. Plaut. Pœn. 1. 2. 93.
Regalis ornatus & vestitus pulcherrimus. Cic. 2. de Finib. 69.
Regio ornatu instratus. V. INSTERNO.
Amplus ornatus scænæ aut fori. Cic. in Orat. 134.
Admirabilis cæli. Cic. 2. de Nat. Deor. 94.
Omnis ornatus virginis. Virg. 7. Æn. 74.
Distinctio & ornatus oratoris. Cic. 2. de Orat. 366.
Ornatus orationis, tanquam vestis. detractus. Cic. de Clar. Orat. 262.
Verborum ornatus oratoris putandus est. Cic. 1. de Orat. 49.
Insignis. Cic. in Orat. 78.
Disposita ornatu quædam insignia & lumina. Cic. 3. de Orat. 94.
Afferunt hæc quasi lumina magnum ornatum orationi. Cic. in Orat. 134.
Novo & alieno ornatu ornare, & Suo spoliare & denudare, contraria. Cic. 1. de Orat. 235. Vide, Crasse, ne dum novo & alieno ornatu velis ornare juris Civilis scientiam, suo quoque eam, concesso & tradito, spolies atque denudes.
Ornatus & Cultus, diversa. Tertull. In lib. de Habitu mulieris, Habitus feminæ duplicem speciem circumfert, cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis & vestibus deputatur: iste in cura capilli & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt. Hæc Ille.
Ornatus, Apparatus. Ter. Andr. 2. 2. 28. In ædibus nihil ornati, nihil tumulti. Ornati genitivus est.
Ornatu, sine i littera in dativo usurparunt gravissimi auctores. C. Cæsar in Dolabell. actionis 111. Ibi isti, quorum in ædibus fanisque posita, & honori erant, & ornatu. Auctor Gell. lib. 4. cap. 16.
ORNATIO, ōnis. f. Vitruv. 5. 7. Specie ornationis &c.
ORNĀTOR, ōris. m. Gloss. vet. Κοσμήτης, Ornator. Cassiodor. 1. Epist. 2. Acervus Neptunius generator florentis porporæ, ornator solii.
ORNATRIX, īcis. f. [κοσμήτρια] Suet. Claud. cap. 40. Hæc matris meæ liberta & ornatrix fuit. Ovid. 3. de Arte Am. 239.
Tuta sit ornatrix: &c. Idem 1. Amor. 14. 16. V. COSMETA.
ORNĀMENTUM, i. n. [κόσμημα] Idem quod Ornatus. Cato R. R. cap. 10. Ornamenta bubus sex. Cic. pro Rosc. Amer. 139.
Instruere ornamenta alicui. V. INSTRUO.
Ornamentum, Beneficium honorificum. Cic. 2. Fam. 18. Quæcunque a me ornamenta ad te proficiscentur. Budæus.
Afficere aliquem populum ornamentis. Cic. pro Corn. Balb. 43.
Arx & ornamentum amicorum Antonii Cotyla. Cic. 8. Philip. 24.
Flos Italiæ, firmamentum imperii Romani, ornamentum dignitatis. Cic. 3. Philip. 13.
Insignia & ornamenta generis, nominis, honoris occiderunt. Cic. pro Sull. 88.
Matronarum vera ornamenta sunt pudicitia, non vestes. Justin. 20. 4. 16.
Pueritiæ ornamentum. Cic. 3. Verr. 152. Quod ornamentum pueritiæ pater dederat, indicium atque insigne fortunæ, hoc ab isto prædone ereptum esse, graviter & acerbe homines ferebant. De Bulla aurea.
Reipublicæ lumen & ornamentum Q. Hortensius. Cic. pro Milon. 38.
Inter præcipua sæculi ornamenta. V. INTER præp.
Triumphi decus & ornamentum minimeodum nostra parsimonia non putavi. Cic. de Provinc. Consul. 28.
Honoris ornamenta, monimenta gloriæ, & insignia laudis. Cic. 3. in Catil. 26.
Ornamento esse, Decorare, ornare. Cic. 15. Fam. 4. Tu puer me appetisti: ego autem semper ornamento te mihi fore duxi.
Constituere ornamentum. Cic. 4. Verr. 77. Si ex hoc genere splendorem ordini atque ornamentum curiæ constituere velitis, habeatis sane vobiscum illum Senatorem.
Ornamenta orationis negligere. Cic. 1. de Fin. 14. Quod illa Platonis, Aristotelis, Theophrasti orationis ornamenta neglexerit.
Ornamenta orationum & conformationes. Cic. de Clar. Orat. 140.
Eloquentiæ ornamentum. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Oratoria ornamenta dicendi. Cic. de Clar. Orat. 261.
Ornamenta dicendi non satis opima. V. OPIMUS.
Adhibere ornamenta. In ADHIBEO.
Adjungere ornamenta oratoria. V. ADJUNGO.
Amittere ornamenta. Cic. 4. Fam. 6.
Congerere ornamenta. Cic. pro Dejot. 12.
Obtinere ornamenta. Cic. Si quæ pudore tibi ornamenta peperit, ea potest contra petulantiam te defendente obtinere. i. e. Detinere.
Proficiscuntur ornamenta ab aliquo. Cic. 2. Fam. 19.
Recidere ambitiosa ornamenta. Hor. de Arte Poet. 447.
Recuperare ornamenta. Cic. 12. Fam.
Redundare ornamentis. Cic. 3. Fam. 10.
Spoliare ornamentis. Cic. 5. Fam.
Ornamenta, Commoda magistratibus decreta in provincias euntibus. Cic. 7. Verr. 83. Ubi ternis denariis æstimatum frumentum? ubi muli? ubi tabernacula? ubi tot tantaque ornamenta, magistratibus & legatis a Senatu Populoque Roman. permissa & data?
Ornamenta, pro Armis. Sen. præf. lib. 4. Nat. Quæst. Sic ergo formare, ut scias te non posse consequi ut sis impenetrabilis: cum omnia caveris, per ornamenta feriet.
Per ornamenta percussus est. Idem Epist. 14.
Ornamenta pugnantium. Suet. Tito, cap. 9.
ORNĀMEN, inis. n. Idem. Mart. Capell. lib. 6. Cyllenium excludit ornamen.
ORNAMENTĀRIUS, i. m. Gloss. Gr. Lat. Κοσμήτης, Ornamentarius, ornator. V. COSMETA.
ORNUS, i. f. Arbor. Columel. lib. de Arbor. cap. 16. Sed si aspera & siticulosa loca arboribus obserenda erunt, neque populus, neque ulmus, tam idoneæ sunt, quam orni: eæ silvestres fraxini sunt, paulo latioribus tamen foliis quam ceteræ fraxini, nec deteriorem frondem quam ulmi præstant. Capræ quidem & oves libentius etiam hanc frondem appetunt. [In Gloss. Lat. Gr. Ornus, ἀγρία πίτυς. Rectius posuisset ἀγρία μελία.
Aerea. Valer. 8. Argon. 113.
Annosa. Virg. 10. Æn. 766.
Excelsæ. Valer. 3. Argon. 485.
Humilis. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 140.
Rigidæ. Virg. 6. Ecl. 71.

Steriles saxosis montibus. Virg. 2. Georg. 115.
Truncæ. Stat. 1. Achil. 113.
Vastæ. Stat. 5. Theb. 18.
Advolvunt ingentes montibus ornos. Virg. 6. Æn. 182.
Agitantur veteres. Hor. 1. Carm. 9. 12.
Accisam ferro eruere antiquam ornum. Virg. 2. Æn. 626.
Incanuit ornus albo flore piri. Virg. 2. Georg. 111.
Viduantur foliis orni. Hor. 2. Carm. 9. 12.

ORNEUS, a, um. Adj. ut Colum. 11. 2. Orneam frondem bubus recte præbebimus.

ORNYTION, ōnis. m. [Ὀρνυτίων] Filius Sisyphi, frater Glauci, pater Phoci. V. Corinth. sive lib. 2. Pausan. p. 86. quæ est 47. Wech.

ORNYTUS, i. m. [Ὄρνυτος] Idem.
Alius item Teuthis cognominatus. V. Virg. 11. Æn. 677. & Val. Flacc. 3. 173. & Stat. 12. Theb. 207. & 219.

O R O

ORO, [λίσσομαι, εὔχομαι, παρακαλῶ, γονάζομαι, ἀντιβολῶ] āre. ab Ore fit, inquit Varro de L. L. lib. 5. 7. extr.
Orare atque obsecrare aliquem. Cic. 4. Verr. 42.
Rogare & orare aliquem. Cic. 4. Verr. 96.
Orare & obtestari aliquem. Cic. pro Planc. 104.
Orare & hortari aliquem. Cic. 1. Q. frat. 1. 36.
Orare, obsecrare, ne, vel ut. Plaut. Casin. 2. 5. 13. Orat, obsecrat ne Casinam uxorem ducam. Cic. pro Quint. 10. Orat, atque obsecrat, ut multis injuriis jactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere & confirmari patiamini.
Orare ne. Ter. Hec. 3. 2. 3.
Quod te Æsculapi, & te Salus, ne quid sit hujus, oro.
Orare ut. Ter. Andr. 4. 2. 4. Cic. pro Rosc. Amer. 93. Non orat ut eam noctem pervigilet.
Etiam atque etiam te oro, ut me totum tuendum suscipias. Cic. 11. Att. 1.
Orare aliquem per. Ter. And. 1. 5. 54.
Quod ego per hanc te dextram oro & genium tuum;
Per tuam fidem, perque hujus solitudinem
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras.
Per omnes deos te oro. Hor. 1. Carm. 8. 2.
Pro aliquo orare. Plaut. Asin. 4. 1. 38.
Tibi dicat, tu pro illa ores, ut sit propitius.
Pro salute alicujus aliquem. Cic. ad Brut. 16.
Deum oravere. Ovid. 15. Met. 646.
Gentes orare & urbes. Virg. 6. Æn. 92.
Orare aliquem in audaciam. Sallust. in Catil. cap. 50. Cethegus autem per nuntios familiam atque libertos suos electos & exercitatos orabat in audaciam, ut grege facto, cum telis ad sese irrumperent. Sed melius legitur, Exercitatos in audaciam, orabat, &c.
Orare aliquid alicui. Ter. And. 5. 2. 47. Nunc Chremem conveniam: orabo gnato uxorem. h. e. Orabo, ut filio meo det gnatam suam in uxorem.
Orare aliquid scire. Plaut. Pseud. 2. 2. 62.
Orare aliquid ab aliquo, ut Petere. Plaut. Amph. prol. 64.
Orat jus, bonum, æquum, &c. Plaut. Trin. 5. 2. 37. Ita hic orat. Idem Men. 5. 9. 86.
Optumum atque æquissimum orat, frater; fac causa mea. Et Pers. 5. 1. 71.
Bonum æquumque oras, sequere hac. Ter. Heaut. 2. 3. 125.
— nam misere quendam offendi militem,
Ejus noctem orantem. [Junge Misere orantem.
Finem orare malorum. Ovid. 1. Met. 725.
Hiemes orate serenas, Agricolæ. Virg. 1. Georg. 100.
Opem. Ovid. 1. Met. 68.
Pacem manu. Virg. 10. Æn. 80.
Veniam dapibus. Ovid. 8. Met. 683.
Veniam hanc extremam oro. Virg. 4. Æn. 435.
Vitam. Virg. 8. Æn. 577.
Oro tecum, Archaismus est pro Oro te. Plaut. in Pers. 1. 3. 37.
Quæso animum advorte, hoc enim jam heri narravi tibi:
Tecumque oravi, ut nummos sexcentos mihi
Dares orandos mutuos. Idem in Curc. 3. 3. 62.
Tecum oro, & quæso, qui has tabellas afferet
Tibi, ut ei detur quam istic emi virginem. Ter. Hec. 4. 4. 64.
Egi, atque oravi tecum, uxorem ut duceres. Quamvis sint qui hunc locum aliter legant.
Ut Conqueri cum aliquo. H. St.
Orare precibus. Cic. 9. Att. 13. Quamobrem a te peto, vel potius & omnibus precibus oro & obtestor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi.
Multis & supplicibus verbis orare ut liceat. Cic. 12. Att. 31.
Gestu oravi fugam. Ovid. 14. Met. 219. i. e. Gestu rogavi navigantes, ut me juvarent, quo hinc possim aufugere.
Orant admittier, Orant ut admittantur. Virg. 9. Æn. 231.
Orat ignoscas. Plaut. Amph. 1. 1. 101.
Modus orandi. Virg. 4. Georg. 537.
Flectere aliquem orando. Virg. 4. Georg. 399.
Orare absolute vel cum solo accusativo Causam, significat Agere & dicere. Ter. Phorm. 2. 1. 62.
Servum hominem causam orare leges non sinunt. Cic. de Clar. Orat. 47. Quo neminem unquam melius ullam oravisse capitis causam, quum se ipse defenderet, se audiente, locuples auctor scripsit Thucydides.
Causas orare. Virg. 6. Æn. 849.
Artem orandi litteris tradere. Quintil. procem. lib. 1.
Vera imago orandi. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Scientia orandi. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Vires orandi. Quintil. lib. 2. cap. 16. Hinc Orator, qui causas orat.

ORANS, antis. Partic. [ἀντιβολῶν] Ter. Eun. 5. 5. 14.
Colligavit? hem. P. atque equidem orante, ut ne id faceret, Thaide. Idem Adelph. 3. 4. 26.
Venit ipsus ultro lacrumans, orans, obsecrans. Idem Heaut. 2. 3. 124.

— nam miserum quendam offendi ibi militem
Ejus noctem orantem. Liv. 21. 6. Legati missi, auxilium ad bellum jam haud dubie imminens orantes. Virg. 1. Æn. 523. Orantes veniam.
Multa deos orans. Virg. 9. Æn. 24.
Murmure pavido orantes. Claud. 4. Cons. Hon. 446.
Annuere oranti. Virg. 12. Æn. 797.
Dictis talibus orantem audiit omnipotens. Virg. 4. Æn. 219.
Aures surdas præbere oranti. Ovid. 2. de Pont. 9. 25.
Brachia orantis tendere. Ovid. 2. de Ponto 9. 65.

ORANDUS, a, um. Partic. [λιτανευτέος] ut, Numina oranda. Virg. 2. Æn. 232.

ORĀTUS, a, um. Aliud Partic. [λιτανευθείς] Plaut. Mil. 2. 6. 92. Sed satin' oratus abis? conf. Paterc. 2. 70. 1.
Prece multa oratus. Hor. 1. Epist. 13. 18.
Per divos oratus. Hor. 2. Serm. 3. 176.

ORATUM, i. n. [δέησις] Quod oravimus. Ter. Hec. 4. 1. 60.
Simul vereor Pamphilum, ne orata nostra nequeat diutius
Celare. Ibid. 3. 3. 25.
Sed quum orata ejus reminiscor, nequeo quin lacrumem miser.

ORATUS, ûs. m. [λιτανεία] Precatio, rogatio. Plaut. Cas. 4. 1. 17. Illarum oratu faciunt. Cic. pro Flac. 92. An etiam scripsit oratu tuo? Correctiora exemplaria legunt Rogatu.

ORĀTIO, ōnis. f. [λόγος] est omnis Locutio, auctore Cic. de Clar. Orat. 69. Ter. Phorm. 1. 4. 48.
Meministin' olim ut fuerit vestra oratio? i. e. Non meministis eorum quæ dixistis tunc, quum, &c. Idem Andr. 4. 1. 10
Tum impudentissima eorum oratio est. Idem Andr. 1. 1. 114.
Honesta oratio est. Cic. 2. de Fin. 20. Atque ibi hoc dicit, ubi omnis ejus oratio est de summo bono.
Magna laus & honesta oratio. Cic. 7. Verr. 5.
Orationis satis est: sequere me, ac tace. Plaut. Bacch. 1. 2. 59.
Aliena. V. Alienus in ALIUS.
Oratione beneficus, Qui verbis multa promittit. Plaut. Epid. 1. 2. 14.
Orationis operam compendi facere. Plaut. Most. 1. 1. 57. h. e. Paucis agere.
Orationem invenire. Ter. And. 2. 4. 4.
Orationem sperat invenisse se,
Qua differat te.
Orationem sibi parare, pro Cogitare quid dicturi simus. Plaut. Pseud. 1. 5. 19.
Orationem etiam dicebant veteres Pauca verba, auctore Donato. Ter. And. 1. 5. 16. Oratio hæc me miseram exanimavit metu.
Summa orationis. Cic. 10. Att. 16. pr. At ille, perpauca locutus, summam habuit orationis ut sibi ignoscerem.
Nata. V. NASCOR.
Secunda, Grata, favens, plausibilis. Sallust. Jugurth. cap. 65. Hominem ob morbos animo parum valido, secunda oratione extollit: illum regem, ingentem virum, Masinissæ nepotem, &c.
Oratio, Ipsius oratoris ratio, & argumentorum arte dispositorum enumeratio, quæ quidem omni ex parte perfecta est, habetque numeros, figuras, & affectus. Unde Orationes Ciceronis, Demosthenis, &c. Cic. de Senect. 16. Et tamen ipsius Appii exstat oratio: atque hanc ille egit septem & decem annos post alterum Consulatum, quum inter duos Consulatus anni decem interfuissent.
Oratio & Stilus. Ter. prol. Andr. 12.
Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ, ac stilo. Ubi Donatus, Oratio in sensu est: Stilus in verbis. Oratio ad res refertur: Stilus ad verba. Stilus non est in tempore: sed prolata oratione: Oratio autem est & in cogitatione, & in prolatu. Orationem in sententiis dicunt esse, Stilum in verbis, Argumentum in rebus. Ergo in poemate oratio est.
Aculei orationis. V. ACULEUS.
Claritas orationis. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Condimentum. Quintil. lib. 6. cap. 3. Salsum igitur erit, quod non erit insulsum, velut quoddam simplex orationis condimentum.
Corpus orationis. Quintil. lib. 3. cap. 12.
Divitiæ. Cic. 4. Fam. 4.
Elatio atque altitudo orationis. Cic. in Brut. 66. h. e. Grave & grande genus dicendi.
Genus orationis atrox & vehemens, cui opponitur Lenitatis & mansuetudinis. Cic. 2. de Orat. 200.
Genus exsangue & aridum. Auctor ad Heren. lib. 4. 6.
Genus fluctuans & dissolutum. Auctor ad Heren. lib. 4. 6.
Habitus virilis. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Incitatio. V. INCITO.
Lenitas & æquabilitas. Cic. in Orat. 53.
Limatus oratione. V. LIMA.
Locuples oratione. V. Locuples in LOCUS.
Ornamenta orationis. V. Ornamentum, in ORNO.
Ornatus orationis. Cic. 1. de Finib. 10.
Paupertas. Cic. 4. Fam. 4.
Salubritas & sanitas, & insania. V. Succus orationis, in SUCCUS.
Succus orationis. V. Succus orationis, in SUCCUS.
Vestitus. V. Vestitus, in VESTIS.
Abjecta & humilis oratio, Alta & exaggerata, contraria. Cic. in Orat. 162.
Acceptior plebi. V. ACCIPIO.
Accurata. Cic. de Clar. Orat. 326. Ibid. 30. Et de Amicit. 25.
Acris & vehemens. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Admirabilis. V. paulo post, Gravis.
Amputata. Plin. 1. Epist. 20. ad C. Tacit. Non enim amputata oratio & abscissa, sed lata, magnifica & excelsa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat ac miscet. Amputata, hoc est brevis, circumcisa. Abscissa, manca. Lata, copiosa. Magnifica, sublimis. Excelsa, illud dicendi genus admirabile continens.
Angusta & concisa, collatata & diffusa oratio. Cic. in Orat. 187.
Anxia. V. ANXIUS.
Apparata. V. APPARO.
Aspera, horrida, tristis, neque perfecta, neque conclusa. Cic. in Orat. 20.
Aspera oratio in aliquem, Vehemens. Curtius lib. 6. 9. 28.

Aſtrictior contractiorque Stoicorum. Cic. in Brut. 120.
Cæcata. V. Cæco, in CÆCUS.
Capitalis. V. Capitalis, in CAPUT.
Certa. V. CERTUS.
Circumfluens. V. CIRCUMFLUO.
Circumciſæ. V. CIRCUMCIDO.
Circumlata. V. paulo poſt, Deducta.
Cohærens. Cic. 3. de Orat. 170.
Colorata quadam urbanitate. V. Urbanitatis color, in URBS.
Colorata. V. COLORO.
Collatata oratio, V. COLLATO.
Compta & mitis. Cic. de Senect. 28.
Concinna, diſtincta, ornata, feſtiva, ſine intermiſſione, ſine reprehenſione, ſine varietate. Cic. 3. de Orat. 98.
Conciſa. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Concitata. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Concluſa. V. paulo poſt, Lenis.
Condita. V. paulo poſt, Gravis.
Conſumpta. In CONSUMO.
Contentioſa. In CONTENDO.
Continens. In CONTINEO.
Contorta & acris. Cic. in Orat. 65.
Contumelioſa. Cic. pro Planc. 6.
Copioſa & elegans. V. COPIA.
Copioſiſſima & ornatiſſima. Cic. pro Sull. 12.
Corrupta & vitioſa. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Crebra. Plin. lib. 1. Epiſt. 20. ad C. Tacit. Si tamen detur electio, illam orationem ſimilem nivibus hibernis, id eſt crebram, aſſiduam & largam, poſtremo divinam & cæleſtem volo.
Criminoſa. V. CRIMEN.
Cygnea. V. CYGNUS.
Deducta atque circumlata. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Diſerta. Cic. 1. de Orat. 231.
Diſſipata, inculta & fluens oratio, & quæ plane e numeris non conſtat. Cic. in Orat. 220.
Diſſoluta, & ex diverſis congeſta. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Diſtincta. Cic 3. de Orat. 98.
Dulcis. Cic. de Senect 3.
Elegans. Cic. 1. de Finib. 10.
Exaggerata altius. Cic. in Brut. 66. h. e. Gravi genere dicendi, & grandibus verbis confecta.
Exilis. ut, Ne exilis, ne inculta, ne vulgaris, ne obſoleta ſit oratio. Cic. 3. de Orat. 30.
Exiles orationes, Ser. Galbæ, & redolentes antiquitatem. Cic. de Clar. Orat. 82.
Expedita & perfacile currens. Cic. in Brut. 227.
Extemporalis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Faceta. Cic. de Clar. Orat. 272.
Facta oratio, pro Elaborata, *façonnée*. Cic. 3. de Orat. 183. Namque ego illud aſſentior Theophraſto, qui putat orationem, quæ quidem ſit polita, atque facta quodammodo, non aſtricte, ſed remiſſius numeroſam eſſe oportere. Et lib. 1. 63. Illud verius, neque quemquam in eo diſertum eſſe poſſe quod neſciat: neque ſi id optime ſciat, ignaruſque ſit faciundæ ac poliendæ orationis, diſerte id ipſum poſſe, de quo ſciat, dicere. Orationem facere dicimur, non quum habemus, ſed quum rebus & verbis condimus; Expolire autem, quum limamus, & elegantiis elocutionis ornamus. Idem de Clar. Orat. 30. Sed ut intellectum eſt quantam vim haberet accurata & facta quodammodo oratio, tum etiam magiſtri dicendi multi ſubito extiterunt.
Favorabilis. Tacit. 12. Ann. 6.
Fervidior. V. paulo poſt, Volubilis.
Feſtiva. Cic. 3. de Orat. 98.
Ficta. V. paulo poſt, Induere.
Flexanima atque omnium regina rerum. Cic. 2. de Orat. 187.
Fluens. Cic. in Orat. 65.
Fortis oratio non ſemper quæritur, ſed ſæpe placida, ſummiſſa, lenis, quæ maxime commendat reos. Cic. 2. de Orat. 18.
Grandis. Cic. de Clar. Orat. 272.
Gravis & ſplendida. Cic. 3. de Finib. 19.
Gravis, ſuavis, condita, liberalis, admirabilis, polita, conſperſa ſit quaſi verborum ſententiarumque floribus. Cic. 3. de Orat. 94.
Hilarior renidet. V. RENIDEO.
Honora. Tacit. 3. Ann. 5.
Honorifica. Cic. 5. Fam. 2. Quum tu ipſa mihi dixiſti orationem meam non ſolum in te honorificam, &c.
Horrida. V. paulo poſt, Lenis.
Jejuna. V. JEJUNUS.
Immoderata. V. IMMODERATUS.
Immodica. V. IMMODICUS.
Impudens. V. IMPUDENS.
Incitata, gravis, & vehemens. Cic. de Clar. Orat. 93.
Incitata, volubilis, non redundans, nec circumfluens oratio. Cic. de Clar. Orat. 203.
Inculta. V. INCULTUS.
Inelaborata. V. paulo poſt, Simplex.
Inflata & quæ turget oratio, ſæpe imperitis videtur gravis. Auctor ad Heren. lib. 4. 6.
Ingrata. V. INGRATUS.
Inſtructa. V. paulo poſt, Lenis.
Intorta. V. INTORQUEO.
Juncta. Cic. 3. de Orat. 170.
Jucunda. V. paulo poſt, Facere.
Lenis, inſtructa, & seminata oratio, cui opponitur, Aſpera, triſtis, horrida, neque perfecta, neque concluſa. Cic. in Orat. 20.
Liberalis. V. paulo ante, Gravis.
Locuples. V. LOCUS.
Luculenta. V. LUCULENTUS.
Magnifica. Tacit. 2. Hiſt. 90.
Mitis. Cic. de Senect. 28.
Mitiſſima. Cic. 5. Fam. 4.
Mollis & liberalis. V. MOLLIS.
Morata. V. MOS.
Multa, varia & copioſa. Cic. 2. de Orat. 214.
Nitida de horridis, & plena de jejunis, nova de pervulgatis quædam eſt oratio. Cic. 3. de Orat. 48.
Nobilis. V. NOBILIS.
Numeroſa. V. NUMERUS.
Obſcura quia peracuta, rapida & celeritate cæcata oratio. Cic. de Clar. Orat. 264.
Obſoleta. V. OBSOLETUS.
Oratoria. Cic. 1. de Orat. 231.
Ornata. Cic. 3. de Orat. 98.
Pacatior philoſophorum oratio, oratorum pugnacior. Cic. de Clar. Orat. 121.
Pedeſtris. V. Pedeſtris, in PES.
Pellucens. V. PELLUCEO.
Peracuta. V. paulo ante, Obſcura.
Perelegans & perſubtilis. Cic. pro Planc. 58.
Perfecta. V. paulo ante, Lenis.
Perpetua. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Perpolita. Cic. 1. de Orat. 31.
Perurbana. Cic. de Clar. Orat. 272.
Placida. V. paulo ante, Fortis.
Polita. V. paulo ante, Gravis: & paulo poſt, Vibrans.
Pugnax. V. paulo ante, Pacatior.
Putiſſima. V. PUTUS.
Rapida. V. paulo ante, Obſcura.
Redundans. V paulo ante, Incitata.
Regina rerum. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Sæva criminoſaque & virulenta. Gell. lib. 18. cap. 3.
Severiſſima. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Simplex, & gravis. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Simplex, ac inelaborata. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Spinoſa & exilis. Cic. 1. de Orat 83.
Splendida, grandis, faceta & perurbana. Cic. de Clar. Orat. 272.
Stabilis oratio, cui Volubilis opponitur. Cic. in Orat. 187. Stabilis dicitur propter ſyllabas longas: Volubilis autem propter breves. Hoc aperit Quintil. lib. 9. cap. 4. qui quum pedes orationis enumeraſſet, ita ſubjungit: Horum pedum nullus non in orationem venit; ſed quo quique ſunt temporibus pleniores, longiſque ſyllabis magis ſtabiles, hoc graviorem faciunt orationem: breves, celerem ac mobilem.
Suavis. V. paulo ante, Gravis.
Summiſſa. V. paulo ante, Fortis.
Tacens. Quintil. lib 2. cap. 18. Oxymôron.
Terminata. V. paulo ante, Lenis.
Tracta & fluens hiſtoricorum oratio. Cic. in Orat. 65. Quoniam genere orationis fuſo atque tracto, & cum lenitate quadam æquabili profluit hiſtoria.
Triſtis. V. paulo ante, Lenis.
Varia oratio. V. paulo ante, Multa.
Vehemens. V. paulo ante, Incitata.
Vibrans, incitata, acurata, & polita. Cic. de Clar. Orat. 326.
Virilis & fortis. Cic. 1. de Orat. 231.
Vitioſa. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Umbratilis. Cic. in. Orat. 64. Mollis eſt enim oratio Philoſophorum, & umbratilis. Mollis: quoniam nervis & aculeis oratoriis caret, nec adverſarium pungere ſtudet. Umbratilis: quoniam veras pugnas non imitatur in ſole atque pulvere. Vocamus enim pugnam umbratilem, quæ fit exercitationis tantum gratia: & Vitam umbratilem 2. Tuſc. 27. vocat Cicero, Mollem & delicatam. V. Umbratilis, in UMBRA.
Volubilis & paulo fervidior erat oratio Appii. Cic. de Clar. Orat. 108.
Vulgaris. Cic. 3. de Orat.
Aberravit oratio. V. ABERRO.
Aberrat ad alia oratio. Cic. 1. Off. 135. Si abberrare ad alia cœperit, ad hæc revocetur oratio.
Abhorret oratio ab utilitate audientis. V. ABHORREO.
Abundat ornamentis oratio. Cic. pro Corn. Balb. 17. Neque Cn. Pompejus, cujus oratio omnibus ornamentis abundavit, &c.
Accommodare orationem. V. ACCOMMODO.
Adduci oratione. V. ADDUCO.
Adhibere orationem. V. ADHIBEO.
Adhibet lumen rebus oratio. Cic. 3. de Orat. 47.
Adhinnire ad orationem. V. ADHINNIO.
Agere orationem. V. AGO. & ſupra Oratio ipſius oratoris &c.
Aucupare. Cic. pro Sext. 119.
Cadere in orationem. V. CADO.
Cæcator celeritate oratio. Cic. de Clar. Orat. 264.
Caueſcit oratio. V. Caneſco, in CANUS.
Carpere. In CARPO.
Claudicat oratio. In CLAUDICO.
Coercere orationem rapidam. In COERCEO.
Cohæret oratio. V. COHÆREO.
Complecti oratione. V. COMPLECTOR.
Comprimere orationem. In COMPRIMO.
Conferre. V. CONFERO.
Conformare. In CONFORMO.
Conſiſtere oratione. V. CONSISTO.
Conſonat moribus oratio. V. CONSONO.
Conterere aliquem oratione. V. CONTERO.
Convertere oratione motus populi, judicum religiones, Senatus gravitatem Cic. 1. de Orat. 31.
Currit oratio. V. CURRO.
Defendere orationem a tædio. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Dicere orationem. Cic. pro Planc. 74. Recitetur oratio, quæ propter ejus magnitudinem dicta de ſcripto eſt.
Diſtinguere & illuſtrare orationem. Cic. 2. de Invent. 49. Diſtinguitur atque illuſtratur oratio maxime raro inducendis locis communibus. V. ILLUSTRIS.
Effingit mores oratoris oratio. Cic. 2. de Orat. 184.
Enitet. V. ENITEO.

Esse orationem alicui cum aliquo. Cic. pro Sext.
Evomere orationem ore impurissimo in aliquem. Cic. 5. Philip. 20.
Explicat orationem sane longam & verbis valde bonis. Cic. 2. de Lege Agrar. 13.
Exprimere oratione mores aliquorum. Cic. 2. de Orat. 184.
Facere jucundam & ornatam. Quintil. lib. 4. cap. 3. Junctam, cohærentem, lenem & æquabiliter fluentem orationem facit verborum collocatio. Cic. 3. de Orat. 170.
Fertur quasi torrens oratio. Cic. 2. de Fin. 3.
Flaccescit oratio. V. FLACCESCO.
Habere orationem contra aliquem. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Habere multam de aliqua re. Cic. 5. Tusc. 94.
Jacet oratio. V. JACEO.
Illuminare. V. ILLUMINO.
Illustrare. Cic. 3. de Orat. 91.
Imprimitur animo oratio. V. IMPRIMO.
Includere orationi suæ aliquid. V. INCLUDO.
Inducebar orationibus tuis. V. INDUCO.
Induere fictam orationem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Inflectere. V. INFLECTO.
Infracta. V. INFRINGO.
Infundere in aures alicujus. V. INFUNDO.
Ingredi orationem, & in orationem. V. INGREDIOR.
Instituere cum aliquo. V. INSTITUO.
Interimit me hæc oratio. V. INTERIMO.
Interrumpere mediam alicujus orationem. V. INTERRUMPO.
Loquitur oratio. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Modulari. V. MODULOR.
Nitere dicitur oratio. V. NITEO.
Notat & illuminat maxime orationem tanquam stellis quibusdam verbum translatum. Cic. 3. de Orat. 169.
Obcæcat orationem totam narratio obscura. V. OBCÆCO.
Obire oratione quippiam. V. OBEO.
Opprimere orationem alicujus. V. OPPRIMO.
Ornata gravibus verbis oratio & perpolita. Cic. 1. de Orat. 31.
Percurrit oratio. V. PERCURRO.
Perorare orationem. In PERORO.
Ponere modum orationi. Tacit. 4. Ann. 9.
Promere orationem de se. Tacit. 2. Hist. 90.
Recitare. V. Dicere, supra.
Refrigescit oratio. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Renidet oratio hilarior. V. RENIDEO.
Scribere orationes. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Scripta elegantissime. Cic. 15. Att. 1.
Sum. ut, In manibus est oratio. V. MANUS.
Turget oratio. V. paulo ante, Inflata.
Versari orationem in aliquo. Cic. 1. de Orat.
Oratio, etiam Precatio [εὐχὴ, προσευχὴ] dicitur apud Ecclesiasticos.

ORATIUNCŬLA, æ. f. dimin. [λογίδιον] Cic. 3. de Nat. Deor. 43. De quibus in illa aureola oratiuncula dicit Lælius.

ORĀTOR, ōris. m. [ῥήτωρ] Orator est vir bonus, dicendi peritus, qui in causis publicis & privatis plena & perfecta utitur eloquentia. Festus. Oratores ex Græco ἀρᾶσθαι dicti, quod missi ad reges nationesque, deos solerent testari; hi modo appellantur Legati. Ter. prol. Hec. 9.

Orator ad vos venio ornatu prologi,
Sinite exorator siem.

Is orator erit mea sententia, hoc tam gravi dignus nomine, qui quæcunque res inciderit, quæ sit dictione explicanda, prudenter & composite, & ornate, & memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate. Cic. 1. de Orat. 64.
Plenus & perfectus orator est, qui de rebus omnibus possit varie, copioseque dicere. Cic. 1. de Orat. 59.
Orator verborum, Actor rerum. Cic. 3. de Orat. 54.
Proprium oratoris est apte, ornate, distincteque dicere. Cic. 1. Off. 1.
Solum, & quasi fundamentum oratoris. V. SOLUM.
Decet oratorem late exprimere. Cic. in Partit. 138.
Eloqui composite, ornate, copiose, oratoris est. Cic. 1. de Orat. 48.
Canorus & volubilis. Cic. de Clar. Orat. 105.
Consummatus. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Cumulatus omni laude. V. CUMULUS.
Græci oratores qui dicantur, V. GRÆCIA.
Impetrabilis. V. IMPETRO.
Inconditus. Cic. in Orat. 233.
Mediocris. V. Mediocris, in MEDIUS.
Nervosus. V. NERVUS.
Statarius. V. Statarius, in STO.
Stoici oratores. Cic. in Brut. 116. Habemus igitur in Stoicis oratoribus Rutilium Scaurum in antiquis. i. e. Inter oratores qui Stoicos philosophos sunt imitati, de quorum stilo genereque dicendi paulo ante dixerat: Stoicorum peracutum & artis plenum orationis genus, sed tamen & exile, nec satis populari assensioni accommodatum. Ibid. 120. Stoicorum astrictior est oratio, aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt.
Strigosus orator. V. Succus orationis, in SUCCUS.
Tolerabilis. Cic. in Brut. 178. & lib. 1. de Orat. 8.
Vendibilis. V. Vendibilis, in VENDO.
Vehemens. Juven. 11. Sat. 34.
Dissolvere compositi oratoris bene instructam collocationem. Cic. in Orat. 232.
Efficere oratorem. Quintil lib. 1. cap. 10.
Effingere. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Facere. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Formare. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Inchoare & informare perfectum. V. INCHOO, & INFORMO.
Inflare vehementius dicitur orator. V. INFLO.
Instituere. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Instruere. V. INSTRUO.
Oratores etiam dicti sunt, qui nunc Legati. Liv. 1. 15. Vejentes pacem petitum oratores Romam mittunt. Virg. 11. Æn. 331.

Centum oratores prima de gente Latina
Ire placet. V. Varr. L. L. 6. 3.

Fœderum, pacis, belli, induciarum oratores. Cic. 2. de Legib. 21.
Oratores pacis petendæ. Liv. 9. 43.
Audax orator. Ovid. 13. Met. 196.

Mittor & Iliacas audax orator ad arces.

Delecti ordine ab omni centum oratores. Virg. 7. Æn. 152.
Mittere de. Cic. de Clar. Orat. 55.
Mittere oratores petitum pacem. V. Liv. paulo supra, & MITTO.
Oratores, dicti Qui rhetoricam & eloquentiam docebant magnatum liberos. V. Sidon. 5. Epist. 5. Unde ad discrimen Causidici dicebantur Forenses oratores. V. Barth. ad Claud. p. 76.
Orator; Liber Ciceronis dicitur, M. Bruto inscriptus, in quo instruitur orator. Cic. 15. Fam. 20. Oratorem meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendavi.

ORĀTRIX, icis. f. Plaut. Mil. 4. 2. 80.

Quumque me oratricem haud sprevisti, sivistique exorare ex te.

Quintil. 2. 14. pr. Rhetoricen in Latinum transferentes, tum Oratoriam tum Oratricem nominaverunt.

ORATŌRIUS, a, um. Adj. [ῥητορικός] Quod ad oratorem pertinet. ut, Vis oratoria. Cic. in Partit. 81. Et 1. Acad. 32. Sic ornamenta oratoria.
Ingenium oratorium. V. INGENIUM.
Institutio. Quintil. Ep. ad Tryphon.
Diserta & oratoria oratio. Cic. 1. de Orat. 231. Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam, fortem & virilem non videri.
Ornatus. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Urbanitas. Quintil. lib. 6. cap. 3.

ORATORIA, æ. f. Quintil. lib. 2. cap. 15. Oratoria sic effertur ut elocutoria, oratrix ut elocutrix.
Oratoria, sine adjectione, pro Arte oratoria. Hieronymus in libro de Ecclesiast. scriptoribus, Tatianus, qui primum oratoriam docens, non parvam sibi ex arte rhetorica gloriam comparaverat, Justini martyris sectator fuit. Vide an distinguat Oratoriam & Rhetoricam. H. St.

ORATORIUM, i. n. [προσευκτήριον] Locus precationis, Templum. V. Augustin. Epist. 109. & Vulg. Iot. Judith. cap. 9. 1.

ORATORIE, Adv. [ῥητορικῶς] Oratoris more, h. e. Ornate & eleganter. Cic. in Orat. 227. Nihil enim est aliud, Brute, (quod quidem tu minime omnium ignoras) pulchre & oratorie dicere, nisi optimis sententiis, verbisque lectissimis dicere.

OROANDES, is. m. Mons, ut ait Plin. lib. 5. cap. 27. non longe ab Imao monte, immo unus ex colliculis Imai.

OROATIS, is. m. Ptolemæo lib. 6. cap. 3. Fluvius est in sinu Persico, Meridiem versus. Meminit hujus Plin. lib. 6. cap. 23.

ORŌBA, æ. f. [Ὀρόβα] Ptolemæo lib. 6. cap. 1. Urbs est Assyriæ in mediterraneis.

ORŎBANCHE, es. f. [ὀροβάγχη] Latinis Ervangina appellata, quod ervum circumligata strangulet & enecet: Herba est subrubens, subhispida, caule duorum palmorum, aut paulo amplius. Plin. lib. 22. cap. 25. Orobanchen appellavimus necantem ervum & legumina, alii cynomorion eam appellant, &c. Fortassis est nostra Cuscuta. conf. Plin. 18. 17. & 26. 8. al. Orobathion, & Orobethron.

OROBATIS, Urbs Persidis in mediterraneis, Ptolemæo lib. 9. cap. 4.

ORŎBUS, i. m. [ὄροβος] Ervum. Diosc. 2. 100. Hinc

OROBIAS, æ. m. [ὀροβίας] Turis genus, minoribus constans guttis, teste Plin. lib. 12. cap. 14. ab ervi similitudine dictum: quanquam in vulgatis Plinii exemplaribus Arabiam corrupte legimus pro Orobia, quod etiam annotavit Hermolaus.

OROBĪTIS, is. f. [ὀροβῖτις] Coloris species ex lutea herba confecta. Plin. lib. 33. cap. 5. Chrysocolla lutea & in globulos ervi specie formata.

ORŌDES, is. m. [Ὀρώδης] Rex Parthorum, qui Crassum cepit & occidit. De quo Plutarchus in Crasso. conf. Justin. 42. 4. & Paterc. 2. 46. 4. Est & Orodes apud Virg. 10. Æn. 732. &c. a Mezentio interfectus.

ORŒTES, is. m. [Ὀροίτης] vir Persa, & Sardium præfectus, qui Polycratem Samiorum tyrannum dolo captum suspendit. Hic postea jussu Darii, & opera astuque Bagei, in Sardis trucidatus est, ut scribit Herodotus lib. 3.

OROSTICUM, i. n. inter Vina transmarina, Plin. 14. 7.

OROMĔDON, ontis. m. Gigantis nomen apud Propert. 3. 8. 48.

ORONTES, is. m. [Ὀρόντης] vir Trojanus, Qui Troja capta cum Ænea in Italiam navigans, naufragium fecit, ut scribit Virg. 1. Æn. 113.

Unam, quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem, &c.

Acer Orontes. Virg. 1. Æn. 117.
Ductor Lyciæ classis. Virg. 6. Æn. 334.
Est & Orontes, Phœniciæ fluvius, ut scribit P. Mela lib. 1. 12. in descriptione Phœniciæ. Et Plin. lib. 2. cap. 103. natus inter Libanum & Antilibanum, ut idem scribit lib. 5. cap. 22. Lucan. lib. 3. 214.

Accedunt Syriæ populi: desertus Orontes,
Et felix (sic fama) Ninos.

Nunc vocatur *Tarfaro*, ut testatur Olivarius in Melam.
Eous Orontes. Stat. 4. Silv. 7. 46.
Syrus. Juven. 3. Sat. 62.

Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes.

ORONTĒUS, a, um. Adj. [Ὀρόντειος] ut,
Myrrha Orontea. Propert. lib. 1. 2. pr.

ORŌPUS, i. f. [Ὠρωπός] Oppidum in Attica, in confinio Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7.
Est & alia ejusdem nominis civitas in Macedonia, patria Seleuci Nicatoris.
Item alia in Eubœa, Apollinis templo clarissima.
Rursus alia in Syria, non procul ab Amphipoli, a Nicatore condita, aut certe instaurata, & a nomine patriæ suæ ita appellata.
Sunt & aliæ nonnullæ, quæ enumerantur a Stephano. conf. Strab. lib. 9.

OROPYGIUM, vel ORRHOPYGIUM, i. n. [ὀῤῥοπύγιον] Extrema pars spinæ; vide Galeni Lexic. Hippocr.

OROSANGA, æ. m. a regibus Persarum ita vocatus, Is cui bene de se merito gratos se præstabant. V. Brisson. de Regn. Pers. lib. 1. p. 122.

OROSIUS, i. m. prænomine Paulus, Presbyter Hispanus, Augustini contemporaneus, cujus exstant Historiarum adversus paganos libri VII. V. Voss. Hist. Lat. 2. 14.

ORospeda, æ. f. Mons Hispaniæ Tarraconensis. V. J. Genes. Sepulved. Epist. 48. ad Quignon. p. 188.

Oroselinon, i. n. Herba eadem quæ Chamæpitys. Apul. de Herb. cap. 26.

O R P

Orphănos, i. m. [ὀρφανὸς] Qui caret patre præsidioque paterno: & qui summopere desiderat illius opem, quum sine eo male habeat. Græca dictio est. Valla 4. 53.

Orphanotrophīum, i. n. [ὀρφανοτροφεῖον] Lege 22. Cod de SS. Eccles. Et l. omn. priv. C. de Episc. & Cler. de hac & seq. dict. V. Suiceri Thesaurum Eccl.

Orphanotrŏphos, i. m. [ὀρφανοτρόφος] ibidem.

Orpheus, ei. m. [Ὀρφεὺς] duarum syllab. Poeta sive vates præstantissimus, Apollinis & Calliopes filius, vel ut alii, OEagrii fluvii, & Polymniæ Musæ. Uxorem habuit Eurydicen, cujus mortuæ recuperandæ causa etiam ad inferos descendisse fertur. Fabulam eleganter narrat Virg. 4. Georg. 454. cui junge Ovid. 10. Met. 4. & 11. pr. Fuit autem Thrax: &, ut quidam volunt, rex Ciconum, qui populi sunt Thraciæ juxta Hebrum fluvium habitantes, profectusque est cum Argonautis ad vellus aureum avertendum. Plura vide apud Suidam, qui alios etiam hoc nomine poetas fuisse docet.

Declinatur vel Græce, Orpheus, eos, ei, ea, &c. Vel Latine, Orpheus, ei, eo, eum. Exempla utriusque inflexionis apud poetas inveniuntur.

Orphei Græco dativo usus est Virg. 4. Georg. 545.

Inferias Orphei lethæa papavera mittes.

Orphee, accusativus. Ovid. 11. Met. 5.

— tumuli de vertice cernunt

Orphea, percussis sociantem carmina nervis.

Blandus testudine Orpheus. Valer. 1. Argon. 187.

Rhodopeius. Ovid. 10. Met. 50.

Sacer, Calliopæ genus. Senec. Herc. OEth. 8.

Thracius. Virg. 4. Ecl. 57.

Threicius. Hor. 1. Carm. 24. 13.

Vocalis. Hor. 1. Carm. 12. 8.

Orphēus, a, um. Adj. trisyll. [Ὀρφεῖος] ut, Vos Orphea. Ovid. 10. Met. pr.

Cantus Orpheus. Claud. Cons. Mall. Theod. 252.

Libri Orphei. Claud. ad Alethium Quæst. 2[illegible] 11.

Orpheos alii libros impune lacessunt.

Orpheus, idem quod Thracius. Martial. lib. 1. 21.

Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro

Dicitur, exhibuit, Cæsar, arena tibi. [Immo hic Orpheum theatrum est Conspectus ipsius Orphei fabulæ. V. locum.

Orphĭcus, a, um. Adj. ut, Orphicum carmen. Cic. 1. de Nat. Deor. 107.

Orphaĭcus, a, um. Adj. Liberum Patrem Orphaici τὸν Διόνυσον suspicantur intelligi, Macrob. Somn. Scip. 1. 12.

Orphnæus, i. m. [Ὀρφναῖος] Equus Plutonis, a v. ὄρφνη, i. e. tenebris nomen habens. Hujus meminit Claud. 1. de Rapt. Proserp. 283. una cum aliis,

Orphnæus crudele micans, Æthonque sagitta

Ocyor, & Stygii sublimis gloria Nycteus

Armenti, Ditisque nota signatus Alastor.

Orphnus, i. m. [ὀρφὸς] Piscis species. Plin. 9. 16. & 32. 11.

O R R

Orrea, æ. f. [Ὄῤῥεα] Ptolemæo lib. 3. cap. 9. Britanniæ urbs, ubi carbonum copia.

O R S

Orsilŏche, es. f. [Ὀρσιλόχη] Nomen Tauricæ Dianæ. Ammian. 22. 8. Immolantes advenas Dianæ, quæ apud eos dicitur Orsiloche. conf. Hadr. Jun. Animad. 4. 23.

Orsilŏchus, i. m. [Ὀρσίλοχος] fuit, teste Homero lib. Iliad. 5. Filius Alphei fluminis, qui lato gurgite terram interfluit Pyliorum, & populi frequentis princeps fuit.

Orsus, V. ordior.

O R T

Orthagŏras, æ. m. [Ὀρθαγόρας] Sicyoniorum rex. Aristot. Polit. 5. 12.

Alius Thebanus, tibicen. Platon. Protag. f. 222.

Orthampelos, Orthius, Orthocissus, Orthocolus, V. orthos.

Orthanes, i. m. [Ὀρθάνης] Bacchi itemque Priapi epitheton. V. Heins. & Drakenb. ad Sil. 3. 395.

Orthocorybantii, orum. m. pl. Scythiæ in Asia populi, auctore Herodoto lib. 3.

Orthos, Adj. [ὀρθὸς] Græce, Latine dicitur Rectus. A qua dictione sunt composita permulta, ut

Orthius, a, um. Adj. [ὄρθιος] Arduus, erectus.

Orthium carmen, [ὄρθιος νόμος] Genus est modulationis musicæ, quod Arionem cecinisse refert Herodotus lib. 1. priusquam se in mare præcipitaret: sic forte dictum, quod ejus carminis numeri quam altissima & intentissima voce ferrentur. ὄρθιον enim Græci dicunt, quod arduum est, & quam altissima voce elevatum. Gell. lib. 16. cap. 19. Sinusque in summæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, sub altissima voce cantavit.

Orthampelos, i. f. [ὀρθάμπελος] Vitis ipsa se sustinens. Plin. 14. 3.

Orthocissus, i. m. [ὀρθόκισσος] Hederæ species. Columel. 11. 2. Orthocissos & hederas idibus Februarii poni oportere.

Orthocōlos, a, um. Adj. [ὀρθόκωλος] Affectus nervorum, quo perpetuo tenduntur, nec possunt inflecti. Veget. Mulom. 2. 54. Jumenta orthocola.

Orthodoxus, i. m. [ὀρθόδοξος] Rectæ opinionis, sive sententiæ aut fidei. δόξα enim cum gloriam & existimationem, tum opinionem & sententiam significat. Isidor. 7. 14. Hieron. Epist. 144.

Orthoĕpīa, æ. f. [ὀρθοέπεια] Emendata cum suavitate vocum explanatio. Quintil. lib. 1. cap. 5. & 6.

Orthogōnius, a, um. Adj. [ὀρθογώνιος] Quod rectis angulis constat, & omnium partium æqualitatem habet. Columel. lib. 5. cap. 2. Orthogonius ager.

Orthographia, æ. f. [ὀρθογραφία] Latine Recta scriptura dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 7. Quod Græci orthographian vocant, nos recte scribendi scientiam nominemus. conf. Suet. Aug. cap. 88.

Orthographia in architectura est, quum jam non planum opus, imaque operis vestigia imaginamur, sed subractum, & frontem attollens, quasi erecti operis, adversique descriptio. Hæc est Erecta frontis imago, modiceque picta futuri operis figura. Budæus. V. Vitruv. lib. 1. cap. 2.

Orthographus, i. m. [ὀρθογράφος] Artis orthographicæ peritus. V. Cassiodor. de Orthogr.

Orthographĭcus, a, um. Adj. [ὀρθογραφικὸς] ibid.

Orthomastĭcus, a, um. Adj. [ὀρθομαστικὸς] Erectas instar mammæ. Orthomastica, Poma dicuntur ab effigie mammarum. Plin. lib. 15. cap. 14.

Orthominion, i. n. Lini species. Plin. 19. 1.

Orthopnœa, æ. f. [ὀρθόπνοια] Passio ipsa, & difficultas anhelitus. Est enim circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet, prout se magis minusque intendit, omne tamen in spirandi difficultate consistit. Cels. lib. 4. cap. 4. de difficultate spirandi, Quum vehementior est, ut spirare æger sine sono & anhelatione non possit, asthma. Quum accessit id quoque, ne nisi recta cervice spiritus trahatur, orthopnœa. Plin. lib. 21. cap. 20. Crapulas quoque & orthopnœas discutit.

Orthopnoĭcus, i. m. [ὀρθοπνοϊκὸς] Qui eam anhelitus difficultatem habet, ut nisi recta cervice stet, spirare non possit. Plin. lib. 20. cap. 14. Orthopnoicis, torminibus, cholericis efficacissimum.

Orthostadiæ, arum. f. pl. [ὀρθοστάδιαι] Tunicæ consistentes, quæ rectæ manent, nec accinguntur, apud Aristophanem: quas Pollux. lib. 7. cap. 13. dicit communes esse viris & mulieribus.

Orthostăta, æ. m. [ὀρθοστάτης] Vitruvius lib. 2. cap. 8. Quod si quis noluerit in id vitium incidere, medio cavo servato secundum orthostatas intrinsecus e rubro saxo quadrato, aut ex testa, aut ex silicibus ordinariis struat bipedales parietes, & cum ansis ferreis & plumbo frontes vinctæ sint. Ita enim non acervatim, sed ordine structum opus poterit esse sine vitio sempiternum, quod cubilia & coagmenta eorum inter se sedentia, & juncturis alligata non protrudentur opus, neque orthostatas inter se religatas labi patientur. Ipse Vitruvius ibidem, & lib. 10. cap. 17. Postes vocat: alibi cap. 16. Arrectaria tigna, teste Budæo.

Orthōsia, æ. vel Orthosias, ădis. f. [Ὀρθωσίας] Urbs Syriæ, Ptolemæo lib. 5. cap. 15. Hodie Tortosa, prius Antaradum.

Orthragoriscus, i. m. [ὀρθραγορίσκος] Piscis. Plin. lib. 32. cap. 2. Appion maximum piscium esse tradit porcum, quem Lacedæmonii orthragoriscum vocent. Grunnire eum cum capiatur.

Orthros, i. m. [Ὄρθρος] Canis apud inferos. V. N. Heins. ad Sil. 13. 845.

Orton, ōnis, m. [Ὄρτων] Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Pelignorum urbs: hodie Ortona, vulgo Pietra de pirati. V. Sigon. ad Liv. 11. 45. pr.

Ortopla, æ. f. [Ὀρτόπλα] Dalmatiæ urbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 17. hodie Ortopula.

Ortus, i. V. hortus.

Ortus, a, um. & Ortus, ûs. V. orior.

Ortȳgĭa, æ. f. [Ὀρτυγία] Insula in mari Ægæo, quæ etiam Delos dicitur. Dicta Ortygia (teste Solino cap. 18. pr.) quia in ea primo visæ sunt coturnices, quas Græci ὄρτυγας vocant.

Fuit & alia hoc nomine insula circa Siciliam, quæ ponte jungitur Syracusis, & fontem habet Arethusam. Hæc ex opposito est Plemmyrii Siciliæ amnis, de qua Virg. 3. Æn. 694.

Oraculum Ortygiæ. Virg. 3. Æn. 145.

Linquimus Ortygiæ portus, Virg. 3. Æn. 124.

Ortygius, a, um. Adj. [Ὀρτύγιος] ut

Dea Ortygia, Diana, quæ in Ortygia insula, quam Delon alio nomine dixerunt, nata fuit. Ovid. 1. Met. 694.

Ortȳgomĕtra, æ. f. [ὀρτυγομήτρα] Rex coturnicum, major aliquanto, ac nigrior avis. Dicta quod dux sit ac moderatrix coturnicum. Componitur enim ex ὄρτυξ coturnix, & μέτρον mensura. Plin. lib. 10. cap. 23. de coturnicibus loquens, Aquilone ergo maxime volant, ortygometra duce. Hæc Calepinus, sed inepte. Ortygometra enim penultimam producit, ut Tettigometra & ejusdem originis reliqua. Scribitur enim per η, non per ε. Neque posterior hujus compositionis pars est μέτρον, mensura; sed μήτηρ, id est mater: ut sit Ortygometra, Coturnicum mater seu matrix. V. Budæum in Annotat. prioribus.

Ortyx, ȳgis. f. [ὄρτυξ] Avis quæ Coturnix dicitur.

Ortyx, Herba, de qua Plin. lib. 21. cap. 17. Stelephuros, quam quidam ortyga vocant, alii plantaginem.

O R Y

Oryx, ȳgis. [ὄρυξ] Genus capræ feræ. Plin. lib. 2. cap. 40. Orygem appellat Ægyptus feram, quam in exortu ejus (Caniculæ sideris scilicet) contra stare, & contueri tradit, ac velut adorare quum sternuerit. Idem lib. 8. cap. 53. extr. de semiferis animalibus loquens, Sunt & oryges, soli a quibusdam dicti contrario pilo vestiti, & ad caput verso. Columel. lib. 9. cap. 1. Feræ pecudes, ut capreoli, damæque, nec minus orygum, cervorumque genera, & aprorum, modo lautitiis & voluptatibus dominorum serviunt, modo quæstui ac reditibus.

Gætulus oryx. Juven. 11. Sat. 140.

Sævus oryx. Martial. lib. 13. 95. Scribitur & Orix.

Oryza, [ὄρυζα] Species leguminis, folio carnoso, porraceo fere, sed latiore, altitudine cubitali, flore purpureo. Plin. lib. 18. cap. 10. Adjiciuntur his genera, bromos, siligo exceptitiæ, & tragos, externa omnia ab Oriente invecta, oryzæ similia.

Ptisanarium oryzæ. Hor. 2. Serm. 3. 155.

O S

OS. Omnes, Omnis.

Os, ōris. n. [στόμα] proprie Concavum illud, intra quod sunt lingua & dentes.

dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. Continui dentes aut utraque parte oris sunt, ut equo: aut superiore primores non sunt, ut bobus, ovibus.
In plurali, Ora, ium, ibus. Virg. 8. Æn. 486.
Componens manibusque manus, atque oribus ora. Plin. lib. 20. cap. 9. Vitia orium gravcolentiamque sanare affirmat Cato. Sic legit Despauterius in Heteroclitis, verum corrupte: nam eo loco in vetusto exemplari legitur Earum: de narium enim gravcolentia loquitur.
Ore Ablat. ut, Vultus in ore ficto. Ovid. 17. Epist. 15.
Os, de brutis. Virg. 12. Æn. 8. de leone.
Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento. Plura exempla infra V.
Anhelitus oris. Ovid. 3. de Arte Am. 803.
Anhelitus tristis male odorati oris. Ovid. 1. de Arte Am. 521.
Odor gravis. Ovid 3. de Arte Am. 277.
Recessus. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Saliva. Lucret. lib. 4. 1102.
Adoperta ora. Ovid. 5. Met. 194.
Adunca ora boum, i. e. Curva. Ovid. 12. Epist. 16.
Ægrum os. Sil. lib. 13. 717.
Fœtidum. Cic. in Pison. 21.
Frenatum equi. Hor. 1. Epist. 15. 38.
Fremebunde. Stat. 5. Theb. 700.
Fumantia. Ovid. 2. Met. 324.
— fumantiaque abluit ora.
Jejunum. V. JEJUNUS.
Immanis. Stat. 9. Theb. 193.
Impia. Ovid. 14. Met. 238.
Infame Antonii. V. INFAMIS.
Insignia ora magnis dentibus. Ovid. 8. Met. 429.
Laxum. Sil. lib. 13. 426.
Lunata apri. Stat. 11. Theb. 533.
Minitantia. Ovid. 12. Met. 348.
Morientia. Ovid. 14. Epist. 13.
Mutum. Ovid. 6. Met. 574.
Patulum bovis. Ovid. 15. Epist. 56.
Proterva canora. Ovid. 14. Met. 63.
Sibila ora anguium. Virg. 2. Æn. 211.
Siccum. Catull. in Amicam Formiani. 41. 3.
Nec longis digitis, nec ore sicco. Accusat eam, quod frequenter spueret.
Silens. Ovid. 1. Amor. 7. 22.
Spumantia. Ovid. 6. Met. 226.
Stygium. Ovid. 3. Met. 76.
Trilingue Cerberi. Hor. 2. Carm. 19. 31.
Agit spumas ora cruentas. Virg. 3. Georg. 203.
Bibere ore imperturbato. Ovid. in Ibin, 562.
Bibit purpureo ore nectar. Hor. 3. Carm. 3. 12.
Cadit frustum ex ore pulli. Cic. 1. de Divin. 27.
Capessunt quædam animalia cibum hiatu oris & dentibus ipsis. Cic. 2. de Nat. Deor. 122.
Captare cibos avido ore. Senec. Thyest. 1.
Cinctum anguibus os Gorgonis. Cic. 6. Verr. 124.
Coercere ora frenis. Ovid. 5. Met. 643.
Colligit os rabiem. Ovid. 1. Met. 234.
Colluerant fontes ora. Ovid. 5. Met. 446.
Commurmurat ore clauso. Sil. lib. 15. 824.
Comprimere ora, Claudere. Ovid. 6. Met. 294. al. Non premere.
Confodit ora infractis ossibus. Ovid. 5. Met. 58.
Congesserunt in os Midæ dormienti grana tritici formicæ. Cic. 1. de Divin. 78.
Constricta ora frenis. Senec. Hippol 10.
Custodire verba clauso ore. Senec. Agamemn. 7.
Discutit ora saxo. Ovid. 4. Met. 518. al. Ossa.
Dare ora capistris. Virg. 3. Georg 188.
Domita ora frenis. Senec. Hippol. 10.
Eluere os. Cels. lib. 3. cap. 4.
Emittimus voces recto ore. Lucret lib. 4. 550.
It equus reluctanti ore. Ovid. 3. Amor. 4. 14.
Exagitata ora frenis. Sil. lib. 7. 342.
Excidit vox ore. Virg. 6. Æn. 686.
Excidit ex ore verbum. Cic pro Sull. 71. Verbum ecquod unquam ex ore hujus excidit, unde quisquam posset offendi?
Excutit mæsto ore cibos. Stat. 5. Theb. 603.
Exibat ex ore ejus nihil non consideratum. Cic. de Clar. Orat. 265.
Exsertare ora. Virg. 3. Æn. 425.
Fovere olentis ora re aliqua. Virg. 2. Georg 135.
Frenabas mollis purpureis ora capistris. Ovid. 10. Met. 125.
Fremit cruento ore leo. Virg. 9. Æn. 341.
Fremebant cuncti simul ore. Virg. 1. Æn. 563.
Habere in. ut, Ediscere auctorem aliquem, & eum semper in ore habere. Cic. 6. Fam. 18.
Hausimus ore arenti sitientes. Ovid. 14 Met. 277.
Inserunt in os infantibus omnia minima mansa. Cic. 2. de Orat. 162.
Lavimus ora manusque. Hor. 1. Serm. 5. 24.
Legere halitum alicujus ore. Virg. 4. Æn. 685.
Loqui docta ora. Ovid. 2. Amor. 6. 61.
Locuta est ore. Virg. 1. Æn. 618.
Loqui infido ore. Ovid. 12. Epist. 72.
Mordere ora. Stat. 12. Theb. 746.
Obmutuit presso ore. Virg 6. Æn. 155.
Obstruitur spiritus oris reluctanti. Virg. 4. Georg. 300.
Opprimere os loquentis. Ovid. 3. Met. 296.
Præfigunt prima ora capistris ferratis. Virg. 3. Georg. 399. de hœdis excretis, quos a matribus prohibent.
Pressare ora dentibus. Lucret. lib. 4. 1103.
Profatur virgineo ore. Stat. 4. Silv. 3. 123.
Prorumpere ore. Hor. Epod. 5. 35.
Quatit anhelitus arida ora. Virg. 5. Æn. 200.
Regere ora equi. Ovid. 8. Met. 34.
Rejectans cruorem ore. Virg. 5. Æn. 470.

Relaxare ora fontibus. Ovid. 1. Met. 281.
Respondere alicujus orationi ore. Cic. de Clar. Orat. 269.
Rogare me ausus es hoc ex ore tuo? Cic 6. Att 2.
Solvere ora, Aperire ad loquendum. Ovid. 1. Met. 181.
Sonaturum magna os. Hor. 1. Serm. 4. 43.
Supinato ora lambit aera. Stat. 5. Theb. 525.
Temperare ora frenis. Hor. 1. Carm. 8. 7.
Trahere auram ore. Ovid. 2. Met. 230.
Trahere aliquid ore. Hor. 1. Serm. 1. 34.
Vacant epulis ora, i. e. Carent. Ovid. 15. Met. 498.
Vomit ore cruorem. Virg. 3. Æn 516.
Vomit fero ore flammam. Ovid. 5. Met. 353.
Os, Facies. Virg. 1. Æn. 593.
Os humerosque deo similis.
Os, de gallina. Plin. lib. 10. cap. 56. Ore rubicundo.
Insignis ore. Virg. 4. Georg. 92. De rege apium.
Decor oris. Ovid. 2. Fast. 774.
Decus. Ovid. 3. Met. 422.
Honor. Lucret. lib. 4. 1164.
Sed tamen esto jam quantovis oris honore. i. e. Sit quantumvis formosa.
Cælestia. Ovid. 2. Met. 681. i. e. Deorum. V. Cælestis, in CÆLUM.
Candida. Ovid. 2 Met. 861.
Cornea, i. e. Rostrum. Ovid. 8. Met. 545.
Coruscum. Claud 2. in 1. Cons. Stil. 276.
Cristati oris ales, Gallus. Ovid. 11. Met. 597.
Formosum. Ovid. 3. Met. 461.
Honestum os Pleiadum, pro Orientibus Pleiadibus. Virg 4. Georg. 232.
Horrenda. Virg 2. Georg 387.
Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis. Intelligit Personas & larvas corticeas.
Incultum, i. e. Facies inornata. Tibul. lib. 1. 8. 15.
Ingenuum. V. INGENUUS.
Intonsa. Virg. 9. Æn. 181.
Inviolabile. Stat 6. Theb. 386.
Lævum os. Hor. 1. Serm. 5. 61.
Mæsta. Senec. Hippol. 8.
Niveo lenis in ore rubor. Ovid. 20. Epist. 120.
Pallida. Virg 1. Æn. 359.
Puerili in ore vultus virgineus. Ovid. 10. Met. 631.
Pulverulenta. Claud. 2. Cons. Stil. 246.
Renidens. Ovid. 8. Met. 197.
Roseum. Virg 9. Æn. 5.
Semiferum. Senec. Theb. 1.
Sidereum Pollucis. Valer. 4. Argon. 190.
Tenerum. Hor. 2. Epist. 1. 126.
Tumidum. Valer. 2. Argon. 646.
Vilia ora percutere. Martial. lib. 2. 72. In Postumum.
Æquiparans deos. Ovid. 2. de Pont. 2. 94.
Contrahit ora dolor, Corrugat, contristat. Ovid. 3. de Pont. 1. 134.
Convertere os ad aliquem. V. CONVERTO.
Convertere ora & oculos in aliquem. In CONVERTO.
Convertere ora vulgi. Hor. 2. Epist. 1. 196.
Distorquere os. Ter. Eun. 4. 4. 3. Ubi Donatus, Os autem dicimus illum distorquere, quem natura pulchrum, deturpamus.
Datum homini sublime os. Ovid. 1. Met. 85.
Ducere os, indecore ac turpiter faciem intorquere. Cic. in Orat. 86. Vultu tamen multa conficiens: non hoc, quo dicuntur os ducere: sed illo, quo significant ingenue, quo sensu quidque pronuntient.
Efferre ora, est Erigere se, & videndum exhibere, ac veluti ostentare. Virg 5. Æn. 368.
Enitet ore egregio magnum decus. Virg. 4. Æn. 150.
Excellens ore. Sil. lib. 1. 151.
Extulit sacrum os cælo Lucifer. Virg 8. Æn. 591.
Facta livida ora digitis. Ovid. 20 Epist. 82.
Fallere numen mendaci ore. Ovid. 3. Amor. 3. 44.
Ferit prono ore terram languidus. Senec. Herc. OEth. 7.
Ferre ora. V. FERO.
Ferre ora ad ora, Osculari aliquem. Ovid. ad Liv. 138.
Ferre se ore. Virg. 4. Æn. 11. Quem sese ore ferens?
Flectere os in mæstitiam. Tacit. lib. 3. Ann. 16.
Fœdare ora unguibus. Virg. 4. Æn. 673.
Gerens virginis os habitumque. Virg. 1. Æn. 319.
Horrent sudoribus ora. Claud. 2. Cons. Stil. 245.
Humectare ora lacrimis. Lucret. lib. 1. 919.
Imponere os alicui. Ovid. 6. Met. 291.
Inficit ora pallor albus. Hor. Epod. 7. 15.
Inficit ora rubor igneus. Lucan. lib. 5. 214.
Intuemur ora omnium & oculos. Cic. pro Milon. 4.
Inumbrare ora coronis. Lucret. lib. 3. 926.
Lacerare ora manu. Sil. lib 8. 154.
Linere ora luto. Ovid. 3. Fast 760.
Madens fletu os. Ovid 3. Trist. 5. 12.
Nitens floridulo ore. Catul. in Epithal. Juliæ, 59. 193.
Notare ora insanis manibus. Propert. lib. 1. 6. 16.
Notavit invita ora rubor. Ovid. 6. Met. 46.
Obnubit comis tenuia ora. Stat. 6. Theb. 196.
Occupat ora pallor. Virg. 4. Æn. 499.
Oppugnare os alicui. In OPPUGNO.
Pallentia ora miris modis. Virg. 10. Æn 822.
Peraravit rugis anilibus ora. Ovid. 14 Met 96.
Percutere ora manu. Ovid. 11. Met. 681.
Perfricare. V. PERFRICO.
Pertorquere. Lucret. lib. 2. 401.
Peruncti fæcibus ora. Hor. de Arte Poet. 277.
Præbere spectanda ora. Sil. lib. 17. 647.
Præbere os. i. e. Buccas. Ter. Adelph 2. 2. 7.
Protulit luna decorum os Hor 1. Serm. 8. 22.
Protegit pudibunda ora frondibus. Ovid. 3. Met. 393.
Relegit luna & retexit ora. Stat. 5. Silv. 3. 29.

Rigabat

Rigabat lacrimis vultum atque ora. Virg. 9. Æn. 251.
Ruit comanti ore. Valer. 3. Argon. 136.
Secare ora alicujus. Stat. 1. Theb. 66.
Serenare ora. Stat. 2. Theb. 57.
Spargere ora lacrimis. Lucret. lib. 2. 976.
Suaviabor jucundum os oculosque. Catull. ad Veran. 9. 9.
Sublinere os, pro eo quod est Dare verba, & arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud auctores. Nonius Marcellus 1. 219. tractum putat a ridiculo quodam lusus genere, quo dormientibus ora pinguntur. Plaut. Aul. 4. 6. 2.

Fidei censebam maximam multo fidem
Esse, ea sublevit os mihi pænissume.

Idem alibi, Os mibi probe sublitum est. Marcus Varro in Mysteriis apud Nonium, Æs defraudasse cauponam, bonam luto oblivisse, quum portitores æra induxere. Virgilius item in Carmine Bucolico (6. Ecl. 22.) pueros inducit per lusum, Sileni faciem mori succo oblinentes. Erasmus. conf. Gell. 1. 15.
Sublucent candida ora misto rubore. Ovid. 21. Epist. 217.
Suffuderat ora sanguis. Sil. lib. 11. 218.
Pulchra verecundo suffundens ora rubore. Ovid. 1. Met. 484.
Supinare ora. Stat. 5. Theb. 215.
Tenebant ora intenti. Virg. 2. Æn. 1. [i. e. Silebant.
Tinctus os fletu. Stat. 6. Theb. 386.
Tradere os suum alicui, Deosculando amplecti, & multis verbis aliquem laudare. Cic. pro Rosc. Amer. 144. Rogat, oratque te, Chrysogone, si nihil de patris fortunis amplissimis in suam rem convertit, si nulla in re te fraudavit, si tibi optima fide sua omnia concessit, adnumeravit, appendit: si vestitum, quo ipse tectus erat, anulumque dedit, os suum tibi tradidit: &c. [Sic MSS. Al. Anulumque de digito suum. An, Jus suum?
Tument ora ira. Ovid. 3. de Arte Am. 503.
Turbatum os fletibus. Sil. lib. 13. 696.
Vertere ora huc & huc. Hor. Epod. 4. 9.
Os, Præsentia. Sallust. in Jugurth. cap. 31. §. 10. Incedunt per ora vestra magnifice. conf. Idem Fragm. cap. 31. & 32. Cic. in Pison. 51. Sed quoniam fortunarum contentionem facere cœpimus, de reditu Gabinii omittamus: quem etsi sibi ipse præcidit, ego tamen, os ut videam hominis, expecto.
In ore alicujus, In conspectu. Tacit. 3. Hist. 77. Idem 3. 36.
In ore atque oculis omnium hæc gesta sunt. Cic. 4. Verr. 81.
Frequens erat ille Romæ, atque in foro, & in ore omnium quotidie versabatur. Cic. pro Rosc. Amer. 6.
In tuis oculis, in tuo ore, vultuque acquiesco. Cic. pro Dejot. 5.
Ante ora. V. ANTE.
Ante ora patrum oppetere. Virg. 1. Æn. 99.
Ab eorum ore concedes paulisper. Ter. Heaut. 3. 3. 11.
Sub ipso ore urbis classem incendit. Flor. 2. 15. 7.
Os incultum. i. e. Facies inornata. Tiboll. lib. 1. 8. 15.
Os, Sermo. Auctor de Viris illust. cap. 76. pr. Mithradates rex Ponti, oriundus a septem Persis, magna vi animi & corporis, ut sexjuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur.
Dos oris, Suavitas dicendi aut canendi. Ovid. 5. Met. 562.
Inanitas. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Suavitas. Quintil. in proœm. lib. 6.
Vitia. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Animosi oris Accius. Ovid. 1. Amor. 15. 19.
Arguta blandis querelis. Stat. 2. Silv. 1. 45.
Balbum. Hor. 2. Epist. 1. 126.
Corruptum. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Culti facundia. Ovid. 1. Fast. 21.
Dissona vulgi. Lucan. lib. 3. 290.
Dulce os, Facundum. Ovid. 12. Met. 577.

Hæc postquam dulci Neleius edidit ore.

Falsi oris ambages. Ovid. 10. Met. 19.
Faticanum os. Ovid. 9. Met. 417.
Indignantia. Ovid. 1. Met. 181.
Infantia. Ovid. 4. Met. 517. al. Offa.
Modicum. Pers. 5. Sat. 15.
Perjurum. Ovid. 2. Amor. 10. 34.
Rabidum vatis. Virg. 6. Æn. 80.
Remissum. Stat. 9. Theb. 151. i. e. Os modestum, aut vox modesta.
Sacrificum. Ovid. 1. Fast. 130.
Veridicum. Lucret. lib. 6. 6.
Uno ore, pro Uno consensu. Ter. Phorm. 4. 3. 20.

Nam ceteri quidem hercle amici omnes modo
Uno ore auctores fuere, ut præcipitem hanc daret.

Idem Andr. 1. 1. 69.
Consentiunt uno ore omnes de utilitate amicitiæ. Cic. de Amicit. 88.
Abire in ora hominum. V. ABEO.
Admirari aliquem ex ore alterius. Cic. 1. Tusc. 39. Errare mehercule malo cum Platone, quem to quanti facias, scio; & quem ex tuo ore admiror.
Aperit ora futuris Cassandra. Virg. 2. Æn. 247.
Asperat ora feveris minis. Stat. 9. Theb 705.
Canere aliquem sublimi ore. Claud. de Bell. Get. 124.
Canit sacerdos divino ex ore. Virg. 3. Æn. 373.
Cohibere ora. Senec. Troad. 6.
Compellare aliquem ore placido. Ovid. 3. Met. 146.
Dicere aliquid blando ore. Ovid. 13. Met. 555.
Dicere aliquid rauco. Ovid. 5. Met. 600.
Dedit finem ore loquendi. Virg. 6. Æn. 76.
Edidit sonos indignos tremente ore. Ovid. 3. Amor. 6. 72.
Edere aliquid placido ore. Virg. 7. Æn. 194.
Effatus est ore. Virg. 3. Æn. 465.
Evomere impurissimo ore orationem in absentem. Cic. 5. Philip. 20.
Ferri per ora hominum. Plin. 2. Epist. 10. i. e. In publicum, In celebrationem.
Intonare ore. Virg. 6. Æn. 607.
Lacerae incesto ore optimum virum. V. LACER, Adj.
Lacessere aliquem diro ore. Claud. 1. in Ruff. 356.
Loqui ore rotundo. Hor. de Arte Poet. 323. i. e. Perfecto. Acron.

Maledicere clarissimo viro, ore fugitivo. Cic. pro Dejot. 28.
Memorare aliquid magniloquo ore. Ovid. 8. Met. 396.
Pendere ab ore narrantis. Virg. 4. Æn. 79. & Ovid. 1. Epist. 30.
Poscere aliquid pio ore. Virg. 6. Æn. 530.
Repressit dolor ora. Ovid. 6. Met. 583.
Resolvit pater grandæva ora. Sil. lib. 16. 604.
Resolvit ora fatis. Virg. 4. Georg. 452.
Rogat pavido ore. Ovid. 1. Met. 386.
Ruit profundo ore immensus Pindarus. Hor. 4. Carm. 2. 8.
Sonare magno ore. Virg. 3. Georg. 294.
Esse in ore alicujus. Plaut. Asin. 1. 3. 57.
Esse in desiderio civitatis, in ore, in sermone omnium. Cic. 10. Philipp. 10.
In ore est omni populo, Fama est, rumor est. Ter. Adelph. 1. 2. 13. Cic. de Amicit. 2. In eum sermonem illum incidere, qui tum fere multis erat in ore.
Tibi valde solet in ore esse. Cic. 6. Att. 3.
Sunt in ore omnium Philosophorum. Cic. 2. de Finib. 67.
Esse in ore & sermone omnium. Cic. 4. Verr. 56. Res percrebuit, in ore atque sermone omnium cœpit esse.
Tonat celso ore. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 84.
Venire in ora hominum, est Celebrem fieri & notum, de quo omnes loquantur. Hor. 1. Epist. 3. 9.
Versatur in ore vulgi & in communibus proverbiis istius iniquitas. Cic. 3. Verr. 121.
Vigent in ore illi. Cic. 1. Tusc. 116. i. e. Memorantur.
Vocare aliquem supremo ore, i. e. Voce suprema. Ovid. 8. Met. 521.
Volitare per ora virûm, In ore esse omni populo. Virg. 3. Georg. 9. Hæc sententia legitur & apud Ennium. conf. Drakenb. ad Sil. 3. 135.
Discordia ora. i. e. Diversæ linguæ, & idiomata. Virg. 2. Æn. 423.
Os, Impudentia, nonnunquam & Pudor, ut Adolescentioris Academiæ os. Cic. 9. Fam. 8. Misi autem ad te quatuor admonitores, non nimis verecundos: nosti enim profecto os ejus adolescentioris Academiæ.
Durum os. Ter. Eun. 4. 7. 36. Ubi Donatus, Os durum, os impudens: ut contra, Mollis frontis dicuntur, qui sunt reverentes. V. DURUS.
Duri oris puer, & audax. Ovid. 5. Met. 451.
Prædurum. Quintil. lib. 6. cap. 4. Cic. pro Quint. 77. Quum cupidius instaret, homini pro amicitia familiarius dixi, mihi videri ore durissimo esse, qui præsente eo gestum agere conaretur.
Improbum. V. IMPROBUS.
Impudens, idem quod Durum. Ter. Eun. 5. 1. 22.
Timidum. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 358.
Trepidum. Ovid. 5. Met. 231.
Accedit os. Cic. 2. de Orat. 29. Sed tamen quoniam hoc totum, quicquid est, sive artificium, sive studium dicendi, nisi accessit os, nullum potest esse, docebo vos discipuli, id quod ipse non didici, &c. [Forte Usus legendum. In MS. non est hæc vocula.
Lædere os alicui. Ter. Adelph. 5. 4. 10. Donatus; Nulli lædere os, i. e. Nullum præsentem lædere.
Præbere os ad male audiendum. Cic. 1. Att. 15. O dii immortales, quam ignavus ac sine animo miles! quam dignus qui Palicano, sicut facit, os ad male audiendum quotidie præbeat.
Præbere ad contumeliam. Liv. 4. 35. extr.
Os, Audacia & temeritas. Ter. Phorm. 5. 8. 24.

Nam quo redibo ore ad eam, quam contempserim?

Cic. 6. Verr. 66. Os hominis, insignemque impudentiam cognoscite. Idem 5. Philipp. 16. Sed illud os, illam impuritatem cæni fecisse, ut &c. Ibid. 11. 7. Audisset furentis introitum Dolabellæ, vocem impuram, atque os illud infame. Idem pro C. Rabir. Post. 34. Quod habent os? V. Erasmum in adagio, Perfricare faciem. [In altero, & tertio Cic. loco, potest sensu proprio accipi, de Ore, quo loquimur.
Ferreum os convicio verberare. Cic. in Pison. 63. Neque vero contemsisti, licet Themista sapientior, si os tuum ferreum Senatus convicio verberari noluisti.
Os, non solum de facie dicitur, sed etiam de tota specie, quæ cernitur, & quicquid in aliqua re patet. ut,
Lato dedit ore fenestram. Virg. 2. Æn. 482.
Ulceris os. Virg. 3. Georg. 454.
Sacculi os. Juven. 14. Sat. 138.
Os vulvæ, Vide VULVA. H. St.
Vascula oris angusti. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Rostrata ora navium. Flor. Epod. 4. 17.
Os portus. Cic. 7. Verr. 30. Nam in ipso aditu atque ore portus, ubi primum ex alto sinus ad urbem ab litore inflectitur, &c.
Ora, de æquore. Virg. 1. Æn. 249.

Unde per ora novem, vasto cum murmure montis,
It mare præruptum, & pelago premit arva sonanti.

i. e. Ostia novem.
Septem discurrit in ora Nilus. Virg. 4. Georg. 292.
In ore Tiberis Ostia urbs condita. Liv. 1. 33.
Os amnis. Curt. 9. 9. 23.
Ruit spumanti ore Phasis in æquor. Valer. 5. Argon. 179.
Victor ad Gades & Oceani ora pervenit. Flor. 2. 17. 7.
Os specus. Tacit. 4. Ann. 59. 2. & Curt. 7. 11. 3.
Ora, pro Oras. Flacc. de Condit. agr. p. 2. In his litoribus Romani colonos miserunt, qui ora Italiæ tuerentur. [Nisi Oram scribendum.

ORARIUM, i, n. Sudarium, Linteum ori tergendo aptum. Prudent. Peristeph. 1. 86.

Hic sui dat pignus oris, ut ferunt, orarium.

V. Lex. Pitisc.

ORIFICIUM, i. n. [στόμα] dicitur, Quod in quacunque re patet, inquit Perottus. Macrobius lib. 7. cap. 4. Ventris enim duo sunt orificia. Paulo post, Retrimenta sunt, quæ per intestina, inferiore orificio tradente, labuntur. Loquitur de duobus orificiis ventris, seu ventriculi.

OSCŬLUM, i. n. dimin. [στομάτιον] Parvum os. Ovid. 1. Met. 499.

—videt oscula, quæ non
Est vidisse satis.

De Daphne. Hor. 1. Carm. 13. 14.

—dulcia barbare
Lædentem oscula.

Auson. Epist. 25. 27.

Aut tua Sigalion Ægyptius oscula signet.

Petron. cap. 126. Nares paulum inflexæ, & osculum quale Praxiteles habere Dianam credidit.

Osculum, ab ore dictum. Varr. de L. L. lib. 5. 7. extr.
Osculum, [φίλημα] pro Basio etiam accipitur: quoniam basiando os coarctamus atque minuimus, & quasi ex ore osculum facimus. Cic. 12. Att. 1. Atque utinam continuo ad complexum meæ Tulliæ, & ad osculum Atticæ possim currere.
Apta oscula. Ovid. 15. Epist. 132.
Fida. Stat. 3. Silv. 2. 57.
Furialia. Valer. 7. Argon. 255.
Hircosum osculum, Putidum, olidum. Martial. lib. 12. 59.
Te vicinia tota, te pilosus
Hircoso premit osculo colonus.
Labratum osculum, quo soli Imperatores salutabantur, manu ori admota & osculo labiis impresso. V. Salmas. in Vopisc. Prob. cap. ult. Vet. Gloss. Labratum, φίλημα βασιλικόν. V. & lex Pitisc. in Osculum.
Nivale. V. NIX.
Pressa. Ovid. 2. Epist. 94.
Sororia. Ovid. 4. Met. 335.
Suprema. Ovid. 6. Met. 277.
Accipere oscula. Ovid. 15. Epist. 132.
Admovere oscula. V. ADMOVEO.
Affigere. Lucret. 4. 1075.
Carpere luctantia. Ovid. 4. Met. 358.
Committere linguæ. Ovid. 15. Epist. 131.
Congerimus properata oscula raptim sine ordine. Ovid. 18. Epist. 113.
Detorquere cervicem flagrantia ad oscula. Hor. 2. Carm. 12. 37.
Dispensare oscula per omnes. Ovid. 6. Met. 278.
Dividere sodalibus. Hor. 1. Carm. 36. 6.
Dare osculum. Plin. lib. 14. cap. 13.
Dare obvia. Ovid. 19. Epist. 168. Idem 11. Met. 738.
Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro.
Dare oscula manibus. Ovid. 2. Met. 863.
Eripere oscula. Tibull. 2. 5. 91.
Excipere aliquid risu & osculo. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Fatigare dextram osculis. Tacit. 15. Ann. 71. h. e. Dextram identidem exosculari.
Ferre. Ovid. 2. de Arte Am. 325.
Figere. Virg. 2. Æn. 490.
Figere dulcia. Virg. 1. Æn. 691.
Figens pavida pedibus. Sil. lib. 11. 333.
Figere trementia. Lucan. lib. 2. 114.
Humectare labris. Lucret. lib. 4. 1185.
Impertire aliquem osculo. V. IMPERTIO.
Infigere alicui. Sil. lib. 12. 738.
Ingeminare. Valer. 2. Argon. 168.
Ingerere. V. INGERO.
Interserit oscula mediis verbis. Ovid. 10. Met. 559.
Jungere. Ovid. 2. Met. 357.
Jungere per longas moras. Ovid. 2. Epist. 44.
Jungere improba. Ovid. 2. Amor. 5. 23.
Jungere oscula moderata. Ovid. 2. Met. 430.
Lambere frigida, Mortui. Stat. 2. Silv. 1. 173.
Libare. Virg. 1. Æn. 260. ubi Serv. V.
Nexa oscula lingua. Ovid. 2. Amor. 5. 24.
Pangere osculum. V. PANGO.
Porrigere alicui. Ovid. 3. Met. 451.
Præripere alicui. Lucret. lib. 3. 908.
Premere aliquem osculo. V. paulo ante, Hircosum osculum.
Refugere oscula alicujus. Ovid. 1. Met. 556.
Revellere. Stat. 3. Silv. 2. 57.
Sumere. Ovid. 1. de Arte Am. 669.
Venire ad oscula alicujus. Ovid. 9. Met. 386.
De differentia inter Osculum, Basium & Suavium, V. Donat. in Ter. Eun. 3. 2. 3.
Osculabantur in digressu antiqui, & adventu. Martial. 185. Tranquill. 119. Oscula autem quotidiana edicto prohibita. 128. Osculabantur Cæsares senatum 237. Osculari nam Imperatorem interdum civiliter solebant. Plut. in Cat. jun. 8. in Bruto 102. Ibidem & pectus & caput osculatos quosdam dixit Cæsaris. & in Tiberio 146. Bud. *Voyes en mon Livre de la langue Françoise.* H. St.
De varia osculorum ratione apud veteres, V. Lips. Elect. 2. 6. vel Lex. Pitisc.

OSCŬLOR, [φιλέω, καταφιλέω, κυνέω] āri. Dare osculum. Cic. 3. Fam. 11. Complexus igitur sum cogitatione te absentem, epistolam vero osculatus.
Complecti aliquem & osculari. Cic. in Somn. Scip. 5. Ille autem, me complexus atque osculans, flere prohibebat.
Filium mater osculata est. Cic. pro Muren. 88.
Dormientem. Cic. 1. Tusc. 92.
Amplecti, in manibus habere, fovere, osculari aliquem. Cic. 1. Fam. 9. Erat hoc mihi dolendum, sed multo magis illud, quod inimicum meum, &c. sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur, &c.
Venerari & osculari. Cic. 6. Verr. 94. Quod in precibus & gratulationibus non solum id venerari, verum etiam id osculari solent. De simulacro Herculis.
Osculari atque amplexari inter se. Plaut. Mil. 5. 1. 40. Ibid. 2. 4. 38. & Cic. 16. Att. 5.
In activa forma reperit Nonius, 7. 77. apud Titinnium, Laudor quod osculavi privignæ caput. Priscian. lib. 8. p. 796. dicit quædam significare & actionem & passionem, ut Osculor te & Osculor a te.

OSCULANS, antis. Partic. Cic. Somn. Scip. 5. V. supra. Plaut. Mil. 2. 3. 17. & 67.
Eam me vidisse osculantem hic intus cum alieno viro. conf. Nep. 25. 22. 1.

OSCULĀTUS, a, um. Partic. passive. Apul. Met. 2. Osculato tuo capite.

OSCULĀBUNDUS, a, um. Adj. Suet. Vitell. cap. 2. Apul. Met. 11. Velut manum sacerdotis osculabundus.
Osculabundus eum accessi, ex Apulejo Despaut. 330. In Syntaxi. Desiderabatur vox in Lugd.

OSCULĀTIO, ōnis. f. [φίλησις] Cic. pro Cœl. 49. Non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis, navigatione, &c.

Seges osculationis. Catull. ad Juvencium, 46. 6.

OSCILLUM, i. n. [προσωπίδιον] dimin. est a dimin. Osculum, sicut a Tantulo Tantillum. Columel. lib. 2. cap. 10. Quoniam si humor invasit, vermes gignit, qui simul atque oscilla lupinorum ederunt, reliqua pars enasci non potest.
Oscilla, etiam Sigilla sunt, & parvæ imagunculæ, quæ arte fictili fingebantur, & venales proponebantur, quibus homines pro se atque suis Saturno piacula faciebant, ut ait Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 7. & 11.
Oscilla etiam dicebantur αἰῶραι, id est pensiles quædam gestationes de arboribus suspensæ, in quibus homines per lusum jactabantur, atque ea jactatio oscillatio dicebatur. Nam homines eo genere lusus se jactantes, impositi transverso tigno de arbore suspenso, alternis se mutuoque subjectabant deprimebantque. Quod genus lusus per sex feriarum Latinarum dies celebrare solebant, in memoriam & imaginem vitæ humanæ, in qua altissima interdum infima dejiciuntur, infima in altum efferuntur & evehuntur. Ita memoriam redintegrantes initio acceptæ vitæ, per oscillationem, motus cunarum: per lactatam potionem, qua tunc utebantur, lactis alimentum significabant. Nam lac Latinis feriis adhibebatur etiam in sacrificiis. Cic. 1. de Divin. 18.
— & læto mactasti lacte Latinas. Virg. 2. Georg. 389.
Oscillationem etiam Liberalibus, ut existimo, fieri dixit,
Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu. Alii Pinu. In quo tamen φαλλὸν, multi interpretantur: nam & obscænæ etiam partis simulacrum oscillum vocari posse censent. Inde igitur per translationem oscillum in ariete murali dixit Septimius Florens, quum scribit, cap. 1. de Pallio, In oscillum penduli impetus armatum: propterea quod malo statuto, tanquam trutina, alter transversus suspendebatur. Eodem modo de mundo ex axe pendente in libro de Anima dixit, Initium enim omnium commentatus animum, & universitatis oscillum de illius axe suspendens. Verba sunt Turnebi, Advers. 7. 20. conf. omnino Salmas. ad Tertull. Serv. in Georg. & Lex. Pitisc. Junge Hier. Mercurial. de Arte Gymn. lib. 3. cap. 8. ubi idem cum Petauro esse contendit, de quo s. l. V.

OSCILLO, āre. ab Oscillum fit, & significat Inclinare. Festus, Oscilla sancta dicuntur, quod oscillent, id est inclinent, præcipitesque efferant oscillantes. Servius putat esse compositum ab Os, & Cilleo, quod in hoc cillerentur, id est moverentur ora: nam Cillere, movere est. Plaut. Amph. 1. 1. 29.
Aliquem hominem allegent, qui mi advenienti os oscillet probe. i. e. Moveat, probe ipsum pugnis percutiendo. al. Occillet. q. V.

OSCILLĀTIO, ōnis. f. Petron. cap. 140. Veluti oscillatione ludere. conf. Lud. Viv. in Augustin. de Civ. Dei 18. 19. & Scalig. in Auson. p. 159.

OS, ossis. n. [ὀστέον, ὀστοῦν, κόκαλ] Cic. 2. de Nat. Deor. 139. Quid dicam de ossibus, quæ subjecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum & ad omnem corporis actionem?
Asinina ossa. V. ASINUS.
Grandia. Ovid. 9. Met. 169.
Gravia. Stat. 6. Theb. 841.
Immania. Claud. 1. in Cons. Stil. 137.
Ingentia cubiti. Ovid. 12. Met. 344.
Magna. Virg. 5. Æn. 422.
Obtrita. Lucan. lib. 3. 651.
Pauxilla & minuta. Lucret. lib. 1. 835.
Spatiosa pectoris. Valer. 4. Argon. 244.
Tenera. Virg. 4. Georg. 308.
Amicta pelle lurida. Hor. Epod. 17. 22.
Amputare ossa. Senec. Thyest. 8.
Asperare sagittas ossibus. h. e. Acuere, præfigere. Tacit. de Germ. 46.
Collapsa in se ossa minutatim morbo. Virg. 3. Georg. 485.
Concutit ossa metus. Ovid. 3. Epist. 82.
Confudit fractis in ossibus ora. Ovid. 5. Met. 58.
Cucurrit tremor ima per ossa. Virg. 2. Æn. 121.
Cucurrit dura per ossa gelidus tremor. Virg. 6. Æn. 55.
Discussa ossa oris. Ovid. 5. Met. 292.
Disjecta ossa oris. Ovid. 12. Met. 252.
Exarsit juveni dolor ossibus ingens. Virg. 5. Æn. 172.
Frangere nodosa. Lucan. lib. 8. 673.
Hærere vix ossibus. Virg. 3. Ecl. 102.
— vix ossibus hærent. præ macie videlicet. h. e. Vix ossa eorum cohærent: est enim ablativus casus, non dativus.
Hæsit ferrum ossibus. Ovid. 3. Met. 71.
Hiantia ossa ruptis genis. Juven. 15. Sat. 58.
Lecta e vulneribus ossa, & vestes sanguine perfusas videmus. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Perfracta ossa trinodi clava. Ovid. 4. Epist. 115.
Perfracta saxo. Sil. lib. 17. 484.
Reliquit calor ossa. Virg. 3. Æn. 308.
Reponere os. Cels. lib. 8. cap. 10.
Sonant dura ossa sub ictu. Valer. 3. Argon. 165.
Traxit furorem per ossa. Virg. 4. Æn. 101.
Ossa, Reliquiæ defunctorum. ut, Ossa cadaverum Varr. de L. L. 4. 32.
Albi ossibus scopuli. Virg. 5. Æn. 865.
Albis ossibus informis ager. Hor. 1. Serm. 8. 16.
Inhumata. Ovid. 10. Epist. 22.
Tætra situ. Valer. 4. Argon. 183.
Albet humanis humus. Ovid. 1. Fast. 558.
Condere terræ ossa alicujus. Virg. 5. Æn. 47.
Condita ossa peregrina ripa. Ovid. 2. Met. 337.
Dare inodora urnæ. Pers. 6. Sat. 35.
Inurere dolorem cineri alicujus atque ossibus. Cic. 3. Verr. 113.
Quiescant ossa molliter. Virg. 10. Ecl. 33. Formula mortuis bene precandi.
Reportare vult cineri atque ossibus filii sui solatium ex calamitate tua. Cic. 7. Verr. 127.
Tecta sepulcro. Ovid. 3. Epist. 104.
Verenda. Ovid. 3. Epist. 105.
Arborum ossa terebrantur. i. e. Stipites. Plin. lib. 17. cap. 27.
Ossa orationis. Quintil. Procem. lib. 1. p. 11. Burm. Nudæ illæ artes nimia subtilitatis affectatione frangunt atque concidunt quicquid est in oratione generosius, & omnem succum ingenii bibunt, & ossa detegunt:

quæ

quæ ut esse & astringi nervis suis debent, sic corpore operienda sunt.

Ossa, Pars dura in baccis nucleum ambiens, Gallice *noyaux*. Suet. Claud. cap. 8. Quoties post cibum obdormisceret, quod ei fere accidebat, olearum ac palmularum ossibus incessebatur. V. Hard. Indic. Plinian.

Ossa, is. antiquum, idem ac Os, ex Varr. & Titinn. affert Charis. p.40. addens nominativum esse hoc Osse.

Ossum, i. n. Veteres etiam dixere & pl. Ossoa. unde Ossuarium, de quo post. V. Lauremberg. Antiq. p. 314. Vetustum marmor Romæ apud Delr. Com. in Sen. Herc. fur. p. 230.

Sed quid ego hæc cerno; mea sunt hic ossua in olla
Condita. Vive hospes dum licet, atque vale. Gruter. Inscript. p. 579. n. 3. OSSVA POSITA SVNT.

Antiquos Ossum & Ossu, ut Cornu, dixisse testantur Charis. lib. 1. & Priscian. lib. 7. [Ab illo pl. Ossa, ab hoc Ossua.

Ossŭlum, i. n. dimin. Const. Afer. de Animal. Ossulum, quod in vulva asinæ est, si mulier tulerit, non concipiet.

Ossicŭlum, i. n. dimin. [ὀστάριον] Gell. lib. 6. cap. 1. Ratio subtilior & utilitas ipsa operis postulavit, ut tenuissimis, minutisque ossiculis caput compingeret. Plin. lib. 11. cap. 37. Omnium cerebro medio insunt ossicula parva. Idem 30. 15.

Ossiculātim, Adv. [κατ' ὀστάριον] Minutatim. Cæcilius Fallacia, Ossiculatim Parmenonem de via liceat legant. Nonius 2. 609.

Ossetim, Adv. Plaut. Men. 5. 2. 105.

Faciam quod jubes; securim capiam ancipitem, atque hunc senem
Ossetim dedolabo. Ita legit Pareus. Alii aliter. V. not. Gronov.

Osseus, a, um. Adj. [ὀστέϊνος, ὀστώδης] Quod est ex osse. Columel. lib. 5. cap. 11. Deinde cuneum tenuem, ferreum vel osseum, inter corticem & materiam, ne minus digitos tres, sed considerate demittito.
Forma ossea. Ovid. in Ibin, 146.
Genitalia. Plin. lib. 11. cap. 49.
Lapis osseus, Formam & veluti substantiam ossis habens. Plin. lib. 36. cap. 18.
Lignum osseum. Plin. lib. 13. cap. 4.
Manus ossea Mauri. Juven. 5. Sat. 53.

Ossifrăga, æ. f. vel Ossifrăgus, i. m. [φήνη] Aquilæ genus, ab ossibus frangendis dictæ. Plin. lib. 30. cap. 7. Ossifragi venter arefactus & potus, iis qui cibos non conficiunt utilissimus.

Ossifrăgus, i. m. Qui ossium fractura debilitat quempiam. Cassius Severus apud Senec. lib. 6. Controv. 33.

Ossilăgo, inis. f. vel Ossulago. Veget. Mulom. 2. 22. pr. Tumorem durum, callosum, & ossilagini similem. & 4. 14. 3.

Ossilĕgus, i. m. Qui legit ossa. Onomast. Vet. Ossilegus, ὀστολόγος.

Ossilegium, i. n. [ὀστολόγιον] Gloss. Philoxen. ὀστολογία, Onomast. Vet. V. Kirchman. de Funer. 3. 6. & Desid. Herald. Adv. 1. 7. vel Lex. Pitisc.

Ossipaga, æ. f. secundum Stewech. ad Arnob. lib. 4. Dea ossium solidatrix a Pago, quod est pango. al. Ossipanga. conf. Idem lib. 3. & Meurs. Crit. Arnob.

Ossuarius, a, um. Adj. ut, Ossuariæ ollæ in antiquis Inscript. V. Voss. Etym. 359. & Fabretti Inscript. p. 16. vel Lex. Pitisc.

Ossuaria, æ. f. [ὀστοδόχη] Locus in quo reponuntur ossa defunctorum. Ulpianus in l. 2. D. de sepulcro violato, Celsus scribit statuam sic esse monumenti, ut ossuariam. Haloander legit Ossaria: ut sit substantivum, Ossarium, i. V. seq. dict.

Ossuarium, i. n. Ad. Onomast. Vet. Ossuaria, ὀστοδόχη. [Sic apud J. C. puto Ossuarium legendum

Ossuōsus, a, um. Adj. Plenus ossibus. Veget. de Re Vet. 2. 13. Loci ossuosi & commissurales.

Os leonis, Genus herbæ florem faciens purpureum. Columel. 10. 99.

Narcissique comas, & hiantis sæva leonis
Ora feri.

O S A

Osaces, vel Osates, is. m. Dux Parthorum. Cic. 5. Att. 20.

Osanna, [ὡσαννά] Hebraice legitur hosiah-na, i. e. Salvum fac obsecro. Vulg. Interp. Matth. 21. 9.

O S C

Osca, æ. f. [Ὄσκα] Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ civitas, Isca dicta. Vulgo *Guesca*.

Oscensis, e. Adj. ut, Oscense argentum. Liv. 34. 10. Et

Oscenses, Hispaniæ populi. Cæs. 1. Bell. Civil. 60.

Oscedo, V. oscito.

Oscela, sive Oscella, æ. f. [Ὄσκελλα] Lepontiorum in Alpibus Cottiis urbs, auctore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie *Segusa*.

Oscen, V. oscinis.

Oscheum, i. n. [ὄσχεον] Latini Scrotum dicunt, id est testium receptaculum. Celsus lib. 7. cap. 18. ubi de morbis tractat, qui in naturalibus circa testiculos oriri solent, Sinus, inquit, qui conspicitur a nobis: ὄσχεον Græci, scrotum nostri vocant.

Osci, orum. m. pl. [Ὄσκοι] Italiæ populi, in Campania, sic, ut quibusdam placet, ab oris fœditate dicti. Virg. 7. Æn. 730.

Oscorumque manus, &c. V. Turneb. Adversf. 3. 9. & 24. vel Lex. Pitisc.

Oscus, a, um Ad. [Ὀσκός] Cic. 7. Fam. 1. Non enim te puto Græcos aut Oscos ludos desiderasse, præsertim quum Oscos ludos, vel in Senatu vestro spectare possis. Hor. 1. Serm. 5. 54.

— Messi clarum genus Osci. Quod autem dicit Cicero, Oscos ludos vel in Senatu spectare Marium posse, de impudico & superbo sermone Senatorum intelligendum est. Fuit enim Oscis frequentissimus usus libidinum sporcarum; unde & Verba impudentia & elata, Obscæna appellantur, ut Verrius quidem vult apud Sextum Pompejum. Hinc est quod ibi Titinnius etiam vetus poeta dicit: Osce & Volsce fabulantur, nam Latine nesciunt. Erasmus inter adagia recitat, Osce loqui, pro Turpiter parumque pudice loqui. Turnebus vero in eandem epistolam sic ait, Sed qui tandem sunt ludi Osci? quidam putant, quibus Atellanæ dabantur. Atella enim oppidum Campaniæ fuit: unde earum nomen. Osci enim populi Campaniæ fuerunt. Sed Osci ludi, ut existimo, & fabulæ Oscæ & mimi, lingua Romana non fiebant, Romanis tamen intellecta. Etsi ea gens deleta erat, tamen etiamnum vigebat sermo, & comœdiæ agebantur Romæ Osca lingua. Strabo, τῶν γὰρ Ὄσκων ἐκλελοιπότων, ἡ διάλεκτος μένει παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις, ὥστε καὶ ποιήματα σκηνοβατεῖσθαι, κατά τινα ἀγῶνα πάτριον, καὶ μιμολογεῖσθαι. Hactenus ille. conf. Manut. & Gronov. not.

Linguæ Oscæ gnari. Liv. 10. 20.
Tellus Osca. Propert. lib. 4. 2. 62.
Osca, Purgamenta & sordes lanæ per contumeliam & injuriam summam Oscorum Nævius appellavit, ut Varro interpretatur. Sic enim scribit lib. 6. de L. L. 3. Quum ex ea careat, quod in ea hæret, neque est lana; quæ in Romulo Nævius appellat Osca ab Oscis. Scripturam veterem interpolant multi, aliique aliter evulgant, sed hæc Turnebo magis probatur. conf. Scalig. in loc.
Voce osca Sollo, pro Totum. Vide sollers, vide famul. H. St.

Osce, Adv. ut, Osce loqui. Gell. 17. 17. V. supra oscus.

Oscillum, Oscillo, V. Osculum, in os, oris.

Oscinis, is. c. Avis auspicium ore faciens. Oscines dicuntur apud Augures, quod ore faciunt auspicium, inquit Varro de L. L. lib. 5. 7. extr. Hor. 3. Carm. 27. 11.

Oscinem corvum prece suscitabo,
Solis ab ortu. Cic. 2. de Nat. Deor. 160. Quanquam aves quasdam & alites & oscines, ut nostri Augures appellant, rerum augurandarum causa natas esse putamus.

Alii declinant Oscen, hujus Oscinis. Ausonius in Ternario,

Tres, quorum ætates superat Phœbeius oscen. h. e. Corvus qui est in Apollinis tutela. [Sic Tibicen, Tubicen, &c. Forte ex Auspicen.
Oscines & Prepetes Servius. H. St. In 1. Æneid. 396. & alibi.
Tum a dextra, tum a sinistra parte canunt oscines. Cic. 1. de Divin. 120. conf. Idem 6. Fam. 6.
Oscines vocat Plin lib. 10. cap. 19. Omnes aves, quæ canunt. Ibid. cap. 29. Alia admiratio circa oscines: fere mutant colorem vocemque tempore anni, ac repente fiunt aliæ.

Oscīnum, i. n. [οἰωνισμός] Avium augurium. Cic. 2. de Legib. 21. de Haruspicibus loquens, Iidemque fulgura atque oscina pianto. Correctiora exemplaria legunt Obstita. [In MSS. Obscina. Unde recte conjecit Camerarius Obscæna legendum. Quo nomine Monstra nata, diraque visa, seu ostenta intelliguntur, ut ex scriptoribus notum. V. in ipsa voce. Nam duo hæc proprie ad Haruspices pertinebant, Fulgura condere, & Obscæna, seu dira ostenta piare. Exempla obvia apud Livium.

Oscĭto, [χασμάω] āre. Os commovere, & os totum aperire, ut fit præ somno aut tædio. Gell. lib. 4. cap. 20. Et in jure stans, clare nimis & sonore oscitavit. Lucret. 3. 1079.

Oscitat extemplo, tetigit cum limina villæ. i. e. Jam tædio laborat.
Cum casu effert Augustin. Ver. Relig. cap. 3. extr. Quid adhuc oscitamus crapulam hesternam?
Oscitare, pro Hiscere & Aperire se, de inanimatis dixit Plin. lib. 16. cap. 24. Sed omnium folia quotidie ad solem oscitant, inferiores partes tepefieri volentia.

Oscĭtor, [χασμῶμαι] āri. depon. Idem. Plaut. Men. 5. 2. 80. Ut pandiculans oscitatur.

Oscĭtans, antis. Partic. [χασμῶν] Cic. pro Milon. 57. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis. Idem pro Cluent. 71. Tristem atque oscitantem leviter impellit.
Oscitans, Securum & nihil providentem aliquando significat, auctore Donato. Ter. And. 1. 2. 7.

Sperantes, jam amoto metu, interea oscitantes opprimi.
Oscitans Nimium securus. H. St.
Oscitans & dormitans sapientia Scævolarum. Cic. 2. de Orat. 144. Et illam oscitantem & dormitantem sapientiam Scævolarum, & ceterorum beatorum otio, concedamus.
Oscitans Epicurus, Otiosus & negligens. Cic. 1. de Nat. Deor. 72. Ista a vobis quasi dictata redduntur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est, quum quidem gloriaretur, ut videmus in scriptis, se magistrum habuisse nullum.
Oscitantes hesterna potatione. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Oscitanter, Adv. [χασμωδῶς] Negligenter. Cic. de Clar. Orat. 276. Quum indicia mortis se comperisse manifesto & manu tenere diceret, tam solute egisset, tam leniter, tam oscitanter.

Oscitantia, æ. f. pro Oscitatione. V. Cellar. Antibarb. p. 78.
Oscitantia, vide ubi. H. St. Desiderabatur in Lugd. vulgo pro Supina negligentia usurpant.

Oscitatio, ōnis. f. [χάσμη] Plin lib. 7. cap. 6. Oscitatio quidem in enixu letalis est.
Oscitatione vinci. Gell. 4. 20.
Longas trahere oscitationes. Martial. 2. 6.
Oscitatio, (inquit Donatus ad Andr. 1. 2. 7. est Animi otium & securitas.
Oscitationes Libelli oscitanter sive negligenter scripti. Stat. 4. Silv. 9. 10.

Sed Bruti senis oscitationes,
De capsa miseri libellionis.

Oscitābundus, a, um. Adj. velut oscitans. apud Gell. lib 4. in lemmate cap. 20. & Sidon. 2. Epist. 2. Discipulis exponere oscitabundus ordiris.

Oscēdo, inis. f. [χασμώδης] Vitium, quo quis tenetur ut sæpius oscitet. Gell. lib. 4. cap. 20. Sed quum ille dejerasset, invitissimum sese ac repugnantem oscitatione victum, tenerique eo vitio, quod oscedo appellatur: tum notæ jam destinatæ exemptus est.
Oscedo, Q. Sereno significat Oris ulcuscula, quom scribit,

Hinc oscedo fugit, linguæ quoque vulnera cedunt. Oscedo, inquit Isidorus 4. 8. est, qua infantium ora exulcerantur, dicta ex languore oscitantium. Aphthas medici vocant, ut Turnebus existimat.

Osculana Pugna, a Festo appellatur, & proverbii loco numeroque refertur, de iis qui victi vincunt. Sed Asculana potius dici debere videtur. Nam ad Asculum ea depugnata pugna fuit adversus Pyrrhum, si Plutarcho credimus: quanquam apud Festum ordo seriesque verborum Osculanam tuetur. Ex Turnebo. V. Flor. 3. 18. 9. quæque ibidem ex Vinc. Contareno Freinsh.

Osculatio, Osculor, Osculum. V. os, oris.

O S I

Osi, [ὤσι] Adv. optandi. V. o, interjectionem.

Osim, pro Ausim, Comicorum more. Cic. 12. Att. 5.

Osirostaphe, es. f. Herba, quæ & Cyoocephalion dicitur. Apul. de Herb. cap. 86.

Osiriaca, æ. f. Herba quæ alias Malva erratica. Apol. de Herb. cap. 86.

Osiris, is vel idis. m. [Ὄσιρις] Fuit Jovis filius ex Niobe Phoronei filia, fucceffitque Phoroneo in regnum Argivorum. Ægialum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Ægyptios transfretavit, gloriæ defiderio. Quos quum fubegiffet, Ifidem (quæ & Io vocabatur) Inachi, primi regis Argivorum filiam, duxit uxorem. Ubi quum illa litteras, Ofiris varias artes Ægyptios docuiffet, uterque divinos honores meruerunt. Tandem a Sityphone Ægyptio, vel (ut Servius ait) a Typhone fratre, clam occifus, ab Ifide diu quæfitus eft. Tandem apud Phialam juxta Syenen laceratus compertus eft. In infula Abato, in palude juxta Memphim, fepeliri eum Ifis curavit: & paludem, Stygem, id eft mærorem appellavit, nec nifi certis diebus & mitratos eo accedere voluit. Sed quum apparuiffet Ægyptiis deinde bos quidam, Ofirim putarunt, adoraveruntque ut deum, & vocaverunt Apim, id eft bovem, eorum lingua. Deinde dictos eft Serapis. Tibullus lib. 1. 7. 29.

> Te canit, atque fuum pubes miratur Ofirim
> Barbara, Memphitem plangere docta bovem.

Eufebius lib. de Præpar. Evang. Ægyptios ferunt primos omnium motum ordinemque cæleftium corporum admiratos, Solem & Lunam deos putaffe, ac Solem quidem Ofirim, Lunam Ifim noncupaffe, a proprietate quadam inditis ipfis nominibus. Nam, fi quis ad Latinam lingoam verba transferat, multioculus Ofiris dici poteft. Neque id ab re: Radiis enim fuis quafi multos rebus immittit oculos, quibus omnia perfpicit, ut etiam poeta dicit,

> Sol, qui terrarum flammis opera omnia luftras. conf.

Diod. Sicul. 1. 2. & Heurn. Philof. Barb. p. 41. & 57. Quamvis nonnulli Græcorum poetæ Dionyfum effe Ofirim confingant. Ifim vero, Prifcam Latine dicere poffumus, Lunæ hoc nomine iodito, quoniam fempiterna prifcaque fit. Cui cornua depingunt, vel quia quum minor eft, cornuta videatur: vel quod bos ei apud Ægyptios fit dedicata. Ferunt Ofirim apud Ægyptios aratrum, vinique ufum comperiffe, & multas alias res neceffarias, ut innuit Tibullus lib. 1. 8. 29.

> Primus aratra manu folerti fecit Ofiris, &c.

Sanctus Ofiris. Hor. 1. Epift. 18. 60.

Osiris, is. f. [Ὄσυρις] Herba eft ramulos ferens nigros, tenues, lentos, & in iis folia nigra, ceu lini, femenque in ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubefcens. Verba funt Plinii lib. 27. cap. 12. Vulgus Herbariorum vocat *Linariam*.

Osiritis, æ. m. [ὀσιρῖτις] ab Ægyptiis dicitur herba, quam Cynocephaliam, hoc eft canis caput vocant, quod canino capiti fit fimilis. Tradunt fi quis eam totam eruat, ftatim mori. Perottus. Plin. lib. 30. cap. 2.

Osismii, orum. m. pl. Populi fuot Galliæ Lugdunenfis ad Ligerim amnem. Plin. lib. 4. cap. 18. Cæfar 2. de Bell. Gall. 34. & 3. 9. extr. & 7. 75. ubi in Armoricis civitatibus, quæ Oceanum attingunt, collocat. Ofismii, apud Melam lib. 3. cap. 2. Populi funt Britanniæ minoris, quos nunc Britones vocant, apud promontorium illud, cui vulgo nomen *Sanctus Matthæus*.

O S O

Osonoba, V. ossonoba.

Osor, V. odi.

O S P

Ospratura, æ. f. Cura leguminum five minutarum frugum in foro, interprete Hotom. l. 18. §. 19. D. de muner. & honor. Elemporia & ofpratura apud Alexandrinos patrimonii munus exiftimatur. Haloand. Hofpitatura. Al. Ofprionia. [Forte Ofprioprateria, ὀσπριοπρατεία, i. e. Leguminum venditio.

Osprion, i. n. [ὄσπριον] Legumen; unde Apicii liber quintus eft Ofprios, quafi Leguminarius.

O S Q

Osquidates, Populi funt Galliæ Aquitanicæ, apud Plin. lib. 4 cap. 15.

O S R

Osroena, es. f. [Ὀσροηνή] Regio Mefopotamiæ feptentrionalis, cujus caput Edeffa. Dicitur ab Ofroë quodam, qui ibi regnavit, tefte Procop. 1. Perf. 17. Scribitur & Ofdroene. V. Eutrop. 8. 11. & Spanh. de Num. diff. 8. p. 534.

O S S

Ossa, æ. f. [Ὄσσα] Mons eft tefte Solino cap. 13. in finibus Theffaliæ, Centaurorum ftabulum, cum tanta piorum copia, ut inflexione atque reflexione ramorum tonitrua referantur. Lucan. lib. 1. 389. Offa pinifera. Apul. de Mundo, Juga offæ ardua. Ovid. 1. Met. 155. de Gigantomachia,

> —excoffit fubjectum Pelion Offæ.

Offan, accuf. caf. Ovid. 1. Faft. 307.

> —non ut ferat Offan Olympus.

Arctoa. Stat. 3. Theb. 319.

Frondens. Stat. 8. Theb. 79.

Glacialis. Claud. 1. in Conf. Stil. 12.

Nivalis. Claud. 2. In Ruff. 182.

Ossæus, a, um. Adj. [Ὀσσαῖος] Lucan. lib. 6. 334.

> Attollit Titan, ropes Offæa coercet.

Avia Offæa. Stat. 2. Achill. 407.

Urfa Ovid. 12. Met. 319.

Bimembres Offæi, Centauri qui Offam accolebant. Stat. 12. Theb. 554.

Osseus, Ossiculum, Ossifraga, &c. V os, offis.

Ossigetania, æ. f. Regio Hifpaniæ, Bæticæ vicina, cujus meminit Plinius lib. 3. cap. 1.

Ossipaga, V. os, offis.

Ossonoba, æ. f. [Ὀσσόνοβα] Lufitaniæ civitas, tefte Ptolemæo, lib. 2. cap. 5. alio nomine Silvera.

O S T

Ostæ, arum. f. pl. Motus terræ quibus folum quatitur; ut defcribit Apul. de Mundo, p. 65. Elmenh. Ὠσται, Impulfor, feu trufor.

Ostanes, vel Osthanes, vel Hostanes, is m [Ὀστάνης] Perfa magus. De quo Plin. 30. 1. Apul Apol. Tertull. de Anima, cap. 57. & Min. Fel. Oct. cap. 26. p. 61. V. Suid. cui Ὀσθάνης, & Ὀστάνης dicitur.

Ostendo, di, fum & tum, [δείκνυμι, δεικνύω, ἐπιδείκνυμι, ἐμφανίζω, ἀποδείκνυμι, ἐπιφαίνω, φαίνω] ĕre. Demonftrare; ab Os & Tendo compofitum eft: Os autem pro Facie fæpe ponitur: quæ pro toto corpore non folum hominis, fed etiam cujuslibet rei fpecie fumitur: Oftendere igitur, eft Speciem five faciem rei monftrare; quia tendere os, hoc eft extendere folemus in id quod volumus demonftrare. Ter. Eun. 5. 3. 5. Jamne oftendifti figna nutrici? Virg. 6. Æn. 869.

> Oftendent terris hunc tantum fata, neque ultra
> Effe finent.

Oftendo quoque ab Ore tendendo compofitum videtur, quod os extendere folemus in id quod volumus demonftrare. Perottus 283. In exemplis a Caffiodoro ex Cæfellio: Os, oris, ex quo Oftendo, oftento H.St. Sed verifimilius videtur Voffio, Oftendo, pro Obftendo dictum. V. Etymol. p. 360. Fortaffe tamen veteres Ob os tendo primum dixerunt, deinde contracte Obftendo & Oftendo. Significatione certe ab Obtendo diftat.

Oftendere & Declarare. Cic. pro Cæcin. 10. Is habuit in matrimonio Cæfenniam, eodem e municipio, fummo loco natam & probatiffimam feminam, ficut & vivus multis ipfe rebus oftendit, & in morte fua teftamento declaravit.

Demonftrare & Oftendere. Cic. 1. Att. 1. Demonftravi hæc Cœlio: fimul & illud oftendi, fi ipfe cum illo uno contenderet, me ei fatis facturum fuiffe.

Oftendere & Patefacere. Cic. de Arufp. Refp. 24 Hæc igitur vobis, hæc Populo Romano, & fcelerum indicia oftendit, & periculorum figna patefecit.

Proponere & Oftendere. Cic. 2. de Lege Agrar. 5. Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus, & ab invitis expreffa proponitur: non dubitanti fidele confilium, non laboranti certum fubfidium nobilitatis oftenditur.

De his primum partibus oftendendum eft, deinde, &c. Auctor ad Heren. lib. 2. 23.

Sicut oftendimus, i. e. Narravimus. Nepos 16. 5. 1. Idem 17. 1. 5. & 7. 6. 4.

Oftenditur nobis id, quod quærebamus, inquit Donatus. Ter. Hec. 4. 4. 5. Opportune te mihi, Phidippe, in ipfo tempore oftendis.

Oftendere, Docere. Hor. 1. Epift. 19. 23.

> — Parios ego primus Iambos
> Oftendi Latio. conf. Cic. 5. Fam. 19. Cæf. 1. Bell. Civil. 6. & 2. 20. extr.

Aperte oftendit quod habet venale. Hor. 1. Serm. 2. 84.

Coram oftendere aliquid alicui. Virg. 6. Æn. 716.

Digitis oftendere. Ovid. 2. de Arte Am. 629.

Bellum oftendere prius, quam inferre. i. e. Minari. Liv. 1. 11.

Bellum indicere & oftendere. Liv. 2. 44.

Iter ad ingenii lumen. Quintil. in procem. lib. 1.

Locum aliquem oftendere de excelfo. Cic. Somn. Scip. 2.

Lumen animi, ingenii, confiliique tui hic oportet oftendas. Cic. Somn. Scip. 3.

Metum. Cic. 6. Verr. 75. Ifte tum petere ab illis: tum minari, tum fpem, tum metum oftendere.

Mores alicujus. Ter. Eun. 5. 9. 59.

Os fuum oftendere & offerre. Cic. pro Rofc. Amer. 87. Ex tot ficariis folus inventus es, qui cum accufatoribus federes: atque os tuum non modo oftenderes, fed etiam offerres.

Os fuum populo. Cic. 3. Verr. 1. Nemo quemquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui tam nefariis criminibus, tam multis teftibus evictus, ora judicum afpicere, & os fuum Populo Romano oftendere auderet. V. os, pro Impudentia.

Peccata in re aliqua oftendere, pro Peccare. Ter. Heaut. 4. 1. 21.

> Tot peccata in hac re oftendis.

Poteftatem fuam in aliquo. Ter. Eun. 5. 9. 3.

Quam fimus callidi oftendere. Ter. And. 1. 2. 27.

Qui fimus oftendamus. Cic. 4. Acad. 98. Sed ut omnes iftos aculeos, & totum tortuofum genus difputandi relinquamus, oftendamufque qui fimus.

Se, five animum fuum. Plaut. Capt. 2. 1. 45.

> Quoniam nobis dii immortales animum oftenderunt fuum. Cic.

de Amicit. 97. In qua nifi (ut dicitur) apertum pectus videas, tuumque oftendas.

Se optime oftendere, i. e. Optime fe gerere. Cic. 1. Q. frat. 2. 5. Tribuni plebis defignati funt nobis amici: cons. fe optime oftendunt.

Se virum oftendere. Ter. Eun. 2 3. 15.

Se palam oftendere, pro Apparere. Cic de Univerf 35. Quando igitur omnes & qui moventur, palamque fe oftendunt, & qui eatenus nobis declarantur quo ipfi volunt, creati funt, &c. De diis.

Sententiam fuam. Ter. Heaut 2. 1. 7.

Spem. Ter Phorm. 5. 4. 7.

> Neque me domum nunc reciperem, ni mihi effet fpes oftenfa
> Hujufce habendæ. Cic. pro Rofc. Amer. 110. Hifce infidiofe

fpem falfam oftendere.

Spes oftendit fe alicunde. Liv. 26. 38.

Oftendere, cum Infinitivo. Ter. Adelph. 1. 2. 44.

> Te plura in hac re peccare oftendam. Al. In hanc rem.

Se ægre pati oftendere. Ter. Adelph. 1. 2. 62.

Oftendere, non eft tantum, Id quod in confuetudine frequenter fignificat, demonftrare: fed Quod verbi potius compofitio præ fe fert, obtendere & opponere interdum; cujus fignificationis teftimonium apud Cic. 7. Verr. 1. in promptu occurrit. Sed quædam mihi magnifica, & præclara ejus defenfio oftenditur: cui quemadmodum refiftam, multo mihi

mihi ante, judices, providendum. Annotavit Torneb. [Sed hic profecto non est, ut Vir magnus putat, Obtenditur, Opponitur, verum Indicatur, Profertur, Proponitur.

OSTENDENS, entis. Partic. Nepos 10. 4. 1. Navem ei dedit, ostendens se id utriusque facere causa.
Trunca ostendens corpora. Ovid. 3. Met. 724.
Me matribus ostendens Ithacis. Idem 13. Met. 512.

OSTENSUS, a, um. Partic. [δεδειγμένος] ut, Cædes ostensa Sullæ. Lucan. lib. 2. 192.
Spes ostensa. Ter. Phorm. 5. 4. 7.

OSTENTUS, a, um. [ἐπιδειχθείς] Participialiter. Festus. Pacuvius, In ipso tempore ostentum senem. Cato R. R. cap. 6. Agar oleto conserundo, qui in ventum Favonium spectabit, & soli ostentus erit, alius bonus nullus erit. conf. Varr. R. R. 1. 24. & 25.

OSTENTUS, ûs. m. [χλεύη] Ostentatio, Irrisio. Sallust. Jugurth. cap. 24 extr. Sed quoniam eo natus sum, ut Jugurthæ scelerum ostentui essem. Ibidem cap. 46. Itaque munito agmine incedere: late explorare omnia: illa deditionis signa ostentui esse, credere. i. e. In speciem esse ficta, inquit Budæus. [Priore loco est, Documento essem.
Mittere aliquem ostentui. Tacit. 3. Hist. 35. Idem 1. Ann. 29. 6. Corpora extra vallum abjecta ostentui. Idem 15. 64. 3. Ostentui esse.

OSTENSIO, ônis. f. Apul. Met. 3. p. 133. Elmenh. Facinus instaurare nova ostensione. al. Offensione. Vulg. Interpr. Lat. Rom. cap. 3. 25. Ad ostensionem justitiæ.
Pro Pompa & paratu. V. Salmas. in Lamprid. Alex. cap. 33. conf. Cyprian. 1. Epist. 2.

OSTENSOR, ôris. m. Tertul. Apol. cap. 11. Novæ frugis auctor, quia ostensor & inventor.

OSTENTRIX, îcis. f. hanc vocem reperit Barthius in vetustissimo Codice Stat. 5. Theb. 703. Grati ostentrix fluminis. Vulgo Inventrix.

OSTENTO, [ἐπιδείκνυμαι, κομπάζω, ἀλαζονεύομαι] âre. frequent. ab Ostentum supino formatum, significat Sæpe ostendere, vel, ut vult Voss. Cupere ostendere. Tacit. 3. Hist. 31. Mox velamenta, & infulas pro muris ostentant. Alioqui Ostendito dicendum esset. H. St. Nisi scil. a supino esset formatum.
Moliri obscure aliquid, & Ostentare, contraria. Cic. 2. de Lege Agr. 10. Si aliud quiddam obscure moliuntur, aliud spe ac specie simulationis ostentant, populares existimandi sunt.
Ostendere & Ostentare. Cic. 10. Fam. 3. Nunc tantum significandum putavi, ut potius amorem tibi ostenderem meum, quam ostentarem prudentiam.
Ostentare verbis, & Re vera facere, contraria. Cic. 2. de Lege Agrar. 10. Largitio aliqua promulgata, quæ verbis ostentari potest, re vera fieri, nisi exhausto ærario, nullo pacto potest.
Cædem ex altera parte belli exitus ostentat, ex altera servitutem. Cic. 4. Fam. 14.
Cicatrices. V. infra.
Jugulum ostentare pro capite alterius, h. e. Offerre se periculo vitæ. Cic. 1. Att. 16. Ut aperte jugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint.
Mœnia maxima ostentat longe urbs. Virg. 3. Æn. 703.
Opes Sidonias ostentat Dido. Virg. 4. Æn. 75.
Periculum ostentare capitis, pro Minari mortem. Cic. pro Cluent. 25.
Spem ostentari. Cic. pro Cluent 22. Mulier amissis liberis, quum unius filii recuperandi spes esset ostentata, omnes, &c.
Ostentare, pro Indicare. Plin. in Paneg. Trajan. cap. 4. extr. Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris &c. nonne longe lateque principem ostentant?
Ostentare, Sæpe ostendere, gloriandi causa, inquit Festus. Ter. Eun. 3. 2. 30.
Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas
Ostentat. Cic. pro Cœl. 67. In aliis rebus se ostentent.
Venditare & Ostentare. Auctor ad Heren. lib. 2. 47. Ficta & dedita opera comparata oratio videbitur esse artificii significandi, ingeniique venditandi, & memoriæ ostentandæ causa. Idem 4. 29.
Labores suos. Claud. 2. Cons. Stil. 14.
Vires superbas. Stat. 6. Theb. 647.
Se jactare & ostentare. Auctor ad Heren. lib. 4. 20.
Se ostentare. Cic. 1. Fam. 4.
Præ se ferre & ostentare. Cic. 2. Att. 23.

OSTENTANS, antis. Partic. [ἐπιδεικνύμενος] ut Virg. 5. Æn. 567.
— frontemque ostentat arduus albam. de Equo.

OSTENTĀTUS, a, um. Partic. [ἐπιδεδειγμένος] Ter. Eun. 3. 5. 56.
— egon' occasionem
Mihi ostentatam tam brevem, tam optatam, tam insperatam
Amitterem?
Promissa liberalitate alicujus & ostentata pecunia. Cic. pro Rosc Com. 16.

OSTENTĀTIO, ônis. f. [ἀλαζονεία] Jactantia. Cic. 4. de Fin. 68. Gloriosa ostentatio in constituendo summo bono. Cæsar 1. Bell. Civil. 4. Ostentatio sui & potentium.
Ingenii ostentationis vitanda est suspicio. Cic. 2. de Orat. 333.
Venditatio quædam & ostentatio. Cic. de Amicit. 88.
Ostentatio & gloria. Cic. pro Rabir. Post. 38. Quod genus tandem est istud ostentationis & gloriæ?
Ostentatio & Veritas, contraria. Cic. 2. de Finib. 77. Aut etiam ut vestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam, aliam forensem, ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur.
Ostentatio & Voluntas, contraria. Cic. 1. Off. 44. Videre etiam licet plerosque, non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos, ut benefici videantur, facere multa, quæ proficisci ab ostentatione magis, quam a voluntate videntur.
Scientiæ ostentationem, disciplinam suam philosophus animo & vita constitutus, ut ratio postulat, non putat, sed legem vitæ. Cic 2 Tusc. 11.
Simulatione, & inani ostentatione, & ficto non modo sermone, sed etiam vultu, stabilem se gloriam consequi posse si qui rentur, vehementer errant. Cic. 2. Off. 43.
Magnifica & gloriosa ostentatio civitatis. Cic. pro Flacc. 52.
Declamatoria. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Gloriosa. Cic. 4. de Fin. 68.
Insolens. V. INSOLENS.
Popularis. Cic. 1. de Lege Agrar. 23.
Scænica. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Adduci ostentatione. V. ADDUCO.
Componi ostentationi. Quintil lib. 3. cap. 7.
Ad arcem ostentationis pervenere opera Protogenis. Plin. 35. 10.

OSTENTĀTOR, ôris. m. [κομπαστής, ἀλαζών] Jactator. Plaut. Curc. 4. 1. 15.
In medio propter Canalem, ibi ostentatores meri.
Confidentes, garrulique & malevoli supra Lacum. In medio, subaudi Foro. Liv. 1. 10. Ostentator factorum magnus.
Pecuniosus ostentator. Auctor ad Herenn. lib. 4. 63. Ut si velis non divitem, sed ostentatorem pecuniosum describere, &c.

OSTENTATRIX, îcis. f. Apul Apol. p. 323. Elmenh. Vidistis profecto, qui affuistis, quam improba juvenum circumspectatrix, quam immodica sui ostentatrix. conf. Pacat. Paneg. Theod. cap. 17. & Prudent. Psychom. 439.

OSTENTĀBĬLIS, e. Adj. Gloss. Lat. Gr. Ostentabile, ἐπιδεικτικόν.

OSTENTĀMEN, inis. n. Prudent. Psychom. 204. & Tertull. adv. Gnost. cap. 13.

OSTENTĀTĪTIUS, a, um. Adj. ut, Ostentatitia virginitas. Tertull. de Virg. Veland. cap. 3.

OSTENTĀTŌRIUS, a, um. aliud Adj. ut, Ostentatoria novitas. Mart. Capell. lib. 2.

OSTENTUM, i. n. [τέρας] i. e. Portentum: quod statim futurum aliquid ostendat, ut Cometæ, tonitrua die sereno. Cic. 2. de Nat. Deor. 7. Prædictiones vero & præsensiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ sint, ostendi, monstrari, portendi, prædici: ex quo illa, ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur?
Ostenta accipiuntur etiam in bonam partem. Suet. Vesp. cap. 5. Jampridem sibi per hæc ostenta conceptam in spem imperii venit. i. e. Per hæc indicia.
Ostentum Labeo definit (ut inquit Ulpianus in l. Ostentum. D. de verb. & rerum signif.) omne contra naturam cujusque rei genitum factumque. Duo autem genera sunt ostentorum. Unum, quoties quid contra naturam nascitur: tribus manibus forte, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria est. Alterum, quum quid prodigiosum videtur, quomodo Græci φάσματα vocant. conf. Lex. Pitisc.
Gravissimum ostentum huic ordini nuntiatum. Cic. de Arusp. Resp. 10.
Admonemur multa ostentis. V. ADMONEO.
Facere ostenta. Cic. 8. Fam. 14. Scis Appium Censorem hic ostenta facere, de signis & tabulis, &c.
Portendere malorum periculorum metus ex ostentis. Cic. 6. Verr. 108.
Procurare ostentum familiare. Liv. 26. V. PROCURO.

OSTENTĀRIUS, i. m. [τερατοσκόπος] Qui ostenta procurat, haruspex. Ostentarius Thuscus. Macrob. 3. 7.

OSTENTĬFER, êra, êrum. Adj. Onomast. Ostentiferum, τερατώδες.

OSTEODES, um. f. pl. [Ὀστεώδεις] Insulæ sunt Siciliæ adjacentes ab ea parte, qua Africam spectat. Plin. lib. 3. cap. 8.

OSTIA, æ. f. [Ὠστία] Urbs in ostiis Tiberis sita, ab Anco Marcio condita, ut scribit Liv. 1. 33. extr. in ipso maris fluminisque confinio, ut totius mundi opes illo veluti maritimo Urbis hospitio reciperentur. conf. Flor. 1. 4. 2. & 3. 21. ta. Ad hac

OSTIENSIS, e. Adj. ut, Ora Ostiensis, Plin. lib 9. cap. 17. Portus Ostiensis, Ibidem cap. 6. & 36. 15. conf. Suet. Claud cap. 20.
Ostiensis porta etiam Romæ, sic dicta eo quod Ostiam versus ducat: Vulgo *Porta di S. Paolo.*
Ostienses, pl. Populi. V. Steph.

OSTĪGO, inis. f. [λειχήν] alias Mentigo dicitur. Videtur in agnis & hœdis id ferme malum esse, quod in hominibus Mentagram appellant. Columel. lib. 7. cap. 5. Est etiam mentigo, quam pastores ostiginem vocant, mortifera lacteotibus.

OSTIUM, i. n. [θύρα, θύρετρον] notæ significationis. Ter. Eun. 4. 6. 25.
Abi tu, atque ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum.
Ostium ab Obstando quidam deducunt, quod eo arcemur ingressu. Quidam ab Os, oris, quod sit idem per quod ingredimur vel domum, vel quemcumque alium locum. Alii a Græco ὠθεῖν, quod est repellere, unde ratio exigit ut sine aspiratione scribatur: licet nonnullorum usus, cum suis derivatis, aspiret.
Ostiorum exactio, i. e. Tributi in singula ædium ostia imperati. V. OSTIARIUM, & SPICSPHALIUM.
Ostium & limen carceris. Cic. 5. Tusc. 13. Solane beata vita, quæso, relinquitur extra ostium limenque carceris?
Bellissimum & taciturnissimum. V. BELLUS.
Oculissimum ostium. Plaut. Curc. 1. 1. 15. i. e. Carissimum & gratissimum, quod tanquam oculus, quo nihil jocundius nobis est, plane censeatur. Nam ex Oculo finxit superlativum, ut ex Ipso Ipsissimum. Non me tamen fallit in libris antiquis Occlusissimum reperiri: sed auctorem alterius lectionis laudare possum Festum. Sunt qui Oculeissimum legant versu modulatiore, sequunturque Priscianum, cui etiam Oculeus est Ocellus per dimioutionem.
Reclusa. Lucret. lib. 3. 367.
Auscultare ab ostio. V. AUSCULTO.
Aperto ostio dormire. Cic. pro Rosc. Amer. 65.
Obdere ostio pessulum. V. OBDO.
Patuere ingentia ostia domus. Virg. 6. Æn. 81.
Pernoctare ad ostium carceris. V. PERNOCTO.
Pulsare. V. PULSO.
Quærere ab ostio. Cic. 2. de Orat. 276. Ut illud Nasicæ, qui quum ad poetam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti ancilla dixisset, domi non esse, &c. [Videtur τὸ Ab ostio cum τῷ Dixisset jungendum.
Ostia, [ἐκβολαί] tantum plur. Fluviorum patentes aditus, per quos in mare exonerantur. Virg. 1. Æn. 18.
— Italiam contra, Tiberinaque longe
Ostia. [Etiam civitatis nomen. Strabo enim pl. n. effert τὰ Ὤστια. V. Steph. in voce.
Ostia, pro Ingressu portus marini. Virg. 1. Æn. 404.
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo. Idem 5. Æn. 281.
Introitus atque ostium portus. Cic. 7. Verr. 79. Quod est litus in insula Syracusis post Arethusæ fontem, propter ipsum introitum atque ostium portus, amœno sane & ab arbitris remoto loco.
Fluminis ostium. Cic 2. Philip. 16.
Oceani. Cic. pro Lege Manil. 33.

Alta Ditis. Virg. 4. Georg 467.
Sacra Inferni. Virg. 6. Æn. 109.
Turbida Tartareæ portæ. Sil. lib. 13. 422.
Pulverulenta. Ovid. 15. Met. 728.
Recte viarum. Lucret. lib. 4. 92.
Oppilare ostia. Lucret. lib. 6. 725.

OSTIŎLUM, i. n. dimin. [θυρίδιον] Columel. lib. 8. cap. 14. Quas singulas fatis est habere quoquoversus pedes ternos, & aditus singulis semis ustiolis munitos. Plin. lib. 19. cap. 8. Adeo ut ustiola olitoria ex his factitari cœperint. De anserum haris. V. ULVA.

OSTIĀTIM, Adv. [κατὰ θύρετρον] Per singula ostia. Cic. 6. Verr. 53. Nec quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutatum, totius corporis vestigia invenimus? permagnum est in eum dicere aliquid, qui præteriens, lectica paulisper deposita, non per præstigias, sed palam per potestatem, uno imperio ostiatim totum oppidum compilarit?
Eleganter, nec sine proverbii specie, M. Tullius dixit Ostiatim pro Singulatim, sive Nominatim: ut 6. Verr. 48. Hic nolite exspectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim: ab Æschylo Tindaritano istum pateram abstulisse, e Thrasone item Tindaritano patellam, a Nymphodoro Agrigentino turibulum, &c.
Ostiatim pulsare. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Longum est, si de ejus luxuria plura velim dicere. Quicunque ostiatim cupit noscere legat etiam Fulvium Asprianum, usque ad tædium gestorum ejus universa dicentem. H. St. Auctoris mentio omissa, vel recisa est. Sunt autem verba Vopisci in Carino cap. 17. extr.

OSTIARIUM, i. n. Tributum in singula domorum ostia imperatum: ut Columnarium, in singulas columnas. Cæs. 3. Bell. Civil. 32. Interim acerbissime imperatæ pecuniæ tota provincia exigebantur: multa præterea generatim ad avaritiam excogitabantur. In capita singula servorum ac liberorum tributum imponebatur: columnaria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. conf. Cic. 3. Fam. 8.

OSTIARIUS, I. m. [θυρωρὸς] Ostii custos. Plin. lib. 12. cap. 14. Præter hos & custodes, satellitesque & ostiarii & ministri populantur. Sen. de Const. Sap. cap. 14. Ostiarii difficultas. Idem cap. 15. Limen vacuum & ab ostiariis liberum. Vitruv. 6. 10. Cella ostiarii. conf. Suet. de Rhet. cap. 3. & Petron. cap. 28. 29. &c. apud quem Hostiarius scribitur.

OSTŎCŎPUS, i. c. [ὀστοκόπος] Ossium dolorem sentiens. Seren. 922.
Ostocopon lento conducit melle perungi.

OSTRACIAS, sive OSTRACĪTES, æ. m. [ὀστρακίας] Gemma est Testacea durior, altera achatæ similis, nisi quod achates politura pinguescit: duriori tanta inest vis, ut aliæ gemmæ scalpantur fragmentis ejus. Ostraciti ostrea nomen & similitudinem dedere. Hæc Plin. lib. 37. cap. 10. Idem lib. 36. cap. 19. Ostracitæ similitudinem testæ habent. Usus eorum pro pumice ad lævigandam cutem.

OSTRACINA, OSTRACISMUS, V. OSTRACIUM.

OSTRACIUM, [ὀστράκιον] & OSTRĂCUM, [ὄστρακον] Latine Testula, & Testa dicitur, Unde Testaceum pavimentum, vulgo nunc Ostracum vocant.
Ostracium, pro Onyche. Plin. lib. 32. cap. 10. Invenio apud quosdam ostracium vocari, quod aliqui onychem vocant.

OSTRACINA, orum. n. pl. [ὀστράκινα] Suffragia Atheniensium dicebantur, quod ea in figulinis scribi solebant, ut latius est videre in dictione sequenti.

OSTRACISMUS, i. m. [ὀστρακισμὸς] Relegationis genus. Nam civitates antiquitus, quæ populari statu regebantur, eos qui super reliquos excellere videbantur, vel propter divitias, vel propter amicos, alienamve potentiam, extra civitatem relegare solebant ad tempus, sicut docet Aristoteles tertio Politicorum. Athenienses vero exsilio decennali multare consueverant potentes nimis, & excellentes gloria viros. Et hoc exsilii genus, ostracismum appellaverunt: qui repertus est, non ad castigandam improbitatem, sed ad potentiam moderandam. Ostracismus autem ab ostraco, id est calculo, sive testula, nomen sortitus est, qui in hunc modum Athenis peragebatur. Ostraca viritim in concilio dabantur, in quibus quisque nomen illius perscribebat, quem urbe cedere voluisset. Magistratus vero, qui huic negotio præerant, universos simul calculos recensebant: qui nisi sex millium numerum excessissent, nihil confectum esse judicabatur. Ubi vero ultimus numerus repertus fuisset, eum in decem annos exsilio afficiebant. Hoc ostracismo Themistocles, Cimon, & Aristides, aliique mulctati fuere. Hoc Latini, Testularum exsilium vocant. V. Nepot. passim, & J. Scalig. in Euseb. 94. vel Sigon. de Rep. Athen. 2. 4. vel Petit. Com in Leg. Att. p. 366.

OSTREA, æ. f. vel OSTREUM, i. n. [ὄστρεον, λιμνόστρεον] Quæ asperam, scabramque testam habet. Quamvis generaliter Ostrea quoque Conchæ dicantur. Item Quæ ex uno tantum latere testam habent, altero scopulis aut lapidibus, alterive materiæ adhærent. Nam testæ ipsæ duriores proprie conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum. Hæc Perottus.
Serv. Ostrea, æ. f. tantum agnoscit. Ostrea n. pl. Græca consuetudine dictum putat in 1. Georg. 207. Aliud tamen exempla docent subjecta.
Est autem Peculiare piscis marini genus, valvis geminis durioribus instructi. Cic. 2. de Divin 33. Ostreisque & conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant, pariterque decrescant. Gell. lib. 20. cap. 7. Ostreæ quum appositæ fuissent, & multæ quidem, sed inuberes, macræque essent, Luna, inquit Annianus, nunc videlicet senescit: ea re ostrea quoque sicuti alia quædam, tenuia, exuctaque sunt.
Inanes ostreæ. V. INANIS.
Peculiariter vero contra leporis marini venena & ostrea adversantur. Plin. lib. 32. cap. 6.
Grandia quæ mediis jam noctibus ostrea mordet. Juven. 6. Sat. 302.
Ostrea Circæis, Miseno oriuntur echini. Hor. 2. Serm. 4. 33.
Abstinere ostreis & murænis. V. ABSTINEO.

OSTREĀTUS, a, um. Adj. [ὀστρεώδης] pro Duro atque aspero ponitur. Plaut. Pœn. 1. 2. 186.
Itaque jam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito.

OSTREĀRIUS, a, um. aliud Adj. ut, Ostrearius panis, quo veteres cum ostreis vesci solebant. Plin. lib. 18. cap. 11.

OSTREARIA, orum. n. pl. [ὀστρεοτροφεῖα] Ubi ostreæ vivunt & reperiuntur. Plin. lib. 9. cap. 51. Nuper compertum in ostreariis, humorem his fetificum lactis modo effluere. Macrob. 2. Saturn. 11. Sergius Orata primus ostrearia in Bajano locavit.

OSTREŌSUS, a, um. Adj. ut, Cyzicus ostreosa. Poeta Phallicus, Carm. 76.
Raptam Cyzicos ostreosa divam. Catull. Priap. 13. Terentianus Maurus p. 103. — ora
Hellespontia ceteris ostreosior oris. conf. Vinet. ad Auson. Epist. 9. 28.

OSTRĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [ὀστρεοφόρος] Quod ostrum producit. Virg. 1. Georg. 207.
Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi. [Hic pro Ostreifero dictum, ab Ostreis, quibus ora Ponti abundabat. V. in OSTREOSUS paulo supra. & Serv. in loc. Male ad dict. Ostrum. referebatur in Thes. Lond. & Lips.
Geræstus ostrifer, Valer. 2. Argon. 456.

OSTRUM, i. n. [ὄστρον] Muricis sive conchylii ac purpuræ liquor, succus & color, unde pro ipso Purpureo colore ponitur. Ostrum dictum, quod ex concharum marinarum testis eximatur. Hic liquor, temperatura artificis adhibita, fere purpureus fit, hoc est in violaceum tendens. Virg. 2. Georg. 506.
Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro. Idem 1. Æn. 704.
— stratoque super discumbitur ostro. i. e. Purpura: ut ait Serv.
Insignis ostro sonipes, Stragulis purpureis. Virg. 4. Æn. 134.
Coruscum. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 264.
Puerile, Toga prætexta. Stat. 5. Silv. 2. 66.
Puniceum. Senec. Medea 2.
Rubens. Lucret. lib. 2. 35.
Sanguineum. Virg. 12. Æn. 67.
Sidonium. Hor. 1. Epist. 10. 26.
Tyrium. Virg. 3. Georg. 17.
Fulgent ductores decori ostro. Virg. 5. Æn. 133.
Fulget Pœnis ostris porpura. Propert. lib. 4. 3. 51.
Instrati ostro alipedes. Virg. 7. Æn. 277.
Laboratæ vestes superbo. Virg. 1. Æn. 643.
Nitet lectus Iliaco ostro. Senec. Med. 10.
Persusæ vestes ostro. Virg. 5. Æn. 111.
Reponit illum celso in ostro. Valer. 3. Argon. 339.
Rigentes vestes ostroque auroque. Virg. 11. Æn. 72.
Velare humeros ostro. Virg. 7. Æn. 814.

OSTRĪNUS, a, um. Adj. [ὄστρινος] Ostrinæ vestes dicuntur purpureæ & subrubeæ, auctore Nonio 16. 8. Turpilius, Interea aspexit virginem gestantem in capite riculam indutam ostrinam.
Colores ostrini. Propert. lib. 3. 13. 7.
Torus. Propert. lib. 1. 13. 20.
Tunica. Propert. lib. 2. 29. 26.

OSTRITĀGO, inis. f. Herba de qua Apul. cap. 28.

OSTRĬCŎLOR, ōris. Sidon. Carm. 5. 18. Ostricolor pepli textus.

OSTROGOTHI, orum. m. pl. [Ὀστρόγοθοι] dicuntur Gothi, qui Orientem versus habitant. Claud. 2. in Eutrop. 153.
— Ostrogothis colitur, mistisque Britannis
Phryx ager. conf. Sidon. 8. Epist. 9. & Carm. 2. 377.

OSTRYA, æ. vel OSTRYS, yos. f. [ὀστρύα, ὄστρυς] Arbor quæ solitaria nascitur circa saxa aquosa, similis fraxino cortice & ramis, folio piri, paulo tamen crassioribus longioribusque ac rugosis incisuris, materia dura atque firma: qua in domum illata difficiles partus fieri, mortesque miseras veterum superstitio existimavit. Plin. lib. 13. cap. 21.

OSTRUM, V. MUSTUM.

O S U

OSUS, a, um. Adj. V. ODI, odisti.

OSUS, pro Usus. Mart. Capell. lib. 2. p. 28. V. Not. Grotii. [Forte Ossus. Nam Osus est pro Ausus.

O S Y

OSYMANDIS, vel OSYMANDYS, yos. m. [Ὀσυμανδύας] Rex Ægypti antiquissimus, quem alii Memnona, alii Sesostrim faciunt. Diod. Sicul. 1. 49.

O T A

OTACUSTA, æ. m. [ὠτακουστής] ast Emissarius, auscultator, auribus aliorum sermones captans. Apul. de Mundo p. 69. Elmenh. Cum omnia ubiquaque egererentur, ille Otacustarum relatione discebat. Stewech. p. 181. Quæcunque ibi gererentur. Scribendum, Quæcunque ubique ger. vel Ubi quæque ger. Egererentur ex mendo librarii est, & potius Undequaque particulam posceret. Ubiquaque, pro Ubicunque, vel Ubivis alibi non legi, & videtur repetitum pronomen poscere, Omnia, quæ ubiquaque &c. si Elmenh. lectione standum foret.

OTANES, is. m. [Ὀτάνης] Persa vir nobilis, unus ex his, qui cum Dario in Magum conjurarunt, apud Herodot. lib. 3. & Justin. lib. 1.

O T H

OTHO, ōnis. m. [Ὄθων] Cognomen Romanum. L. Roscius Otho tribunus plebis, legis theatralis auctor. Hor. Epod. 4. 15. Liv. Epit. 119. Tacit. 15. Ann. 32.
M. Salvius Otho, interfecto Galba invasit imperium. Vitam ejus scripsere Suet. & Plutarch.

OTHONIĀNUS, a, um. Adj. ut, Othoniani duces. Tacit. 2. Hist. 24. Othonianæ partes. Ibid. cap. 33.

OTHONE, es. vel OTHONNA, æ. f. [ὀθόννα] Herba in Syria nascitur, similis erucæ, perforatis crebro foliis, flore croci, quare quidam Anemonen vocaverunt. Plin. lib. 27. cap. 12.

OTHONE, es. f. [ὀθόνη] Linteum. Apud Homer. lib. 3. 142. Iliad. loquentem de Helena,
Αὐτίκα δ' ἀργεννῇσι καλυψαμένη ὀθόνῃσιν, h. e. Confestim autem splendidis amicta othonis. In quo loco Didymus interpres dicit, Othonas ex lino contextas esse, alii ex lana, quibus assentitur Pollux. Ego Didymo magis crediderim, quando D. Joannes cap. 19 v. 40 scribit corpus Christi obligatum fuisse othoniis, cum aromatibus: id est Linteis, ut vertunt interpretes. Ceteri autem Evangelistæ, quod othoniis dixit, Joannes,

Joannes, Sindonem dicunt, quam inter linea vestimenta posuit Pollux. Ex Bysso. V. Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 10. [Locum Pollucis, ubi ὀθόνην laneam facit non reperi.

Othryades, æ. m.. [Ὀθρυάδης] Spartiata fuit, qui quum inter Argivos & Spartiatas convenisset, ut trecenti utrinque delecti de agro Tyreate inter se decernerent, & utri superiores exstitissent, eorum regio foret: unus hic tantum victor a Spartiatis superfuit. Quum duo, qui ex Argivis reliqui erant, fugissent, castris suorum relictis, aiunt Othryadem, spoliatis prius hostium corporibus, & ad sua castra relatis armis: deinde in trophæo, sanguine suo, VICI, scripsisse, ac, quum puderet Spartam reverti ob socios interfectos, sibi mortem conscivisse. Auctores, Valer. lib. 3. cap. 2. ext. 4. Plutarchus in Parall. non longe a pr. & Ovid. in 2. Fast. 265. Salmas. & Freinsh. ad Flor. 2. 2. 14. conf. Barth. ad Stat. 4. Theb. 48.

Othrys, yos. m. [Ὄθρυς] Mons Thessaliæ, sedes olim Lapitharum. Lucan. lib. 6. 558.

Solstitiale caput nemorosus summovet Othrys.

Nivalis Othrys. Stat. 5. Theb. 319. Virg. 7. Æn. 675.
Nubilus. Stat. 1. Achil. 238.
Pinifer. Alcim. Avit. 4. 516.
Piniger. Valer. 6. Argon. 593.

Othrysius, a, um. Adj. [Ὀθρύσιος] ut,
Hebrus Othrysius. Claud. 5. Conf. Hon. 147.
Oræ Othrysiæ. Claud. 1. in Ruffin. 176.
Pruinæ Othrysiæ. Martial. 10. 7. Idem 7. 7.

Othus, Gigas. V. ALOEUS.

O T I

Otia, æ. f. Piscis est marinus, ex genere ostrearum. Plin. lib. 32. cap. ult.

Otis, idis. f. [ὠτὶς] Avicula. Plin. lib. 10. cap. 25. Otis bubone minor est, noctuis major, auribus plumeis eminentibus, unde & nomen illi: quidam Latine Asionem vocant: imitatrix alias avis ac parasita, & quodam genere saltatrix. Ibid. cap. 22. & 29. 6.

Otium, vel Ocium, i. n. prior lectio tamen præferenda secundum Muret. ad Ter. Heaut. 5. 1. extr. & Voss. 2. Inst. Orat. p. 252. [σχολὴ, ῥᾳστώνη, ἀπραγμοσύνη, ἡσυχία] Vacatio a labore. Cic. pro Cn. Planc. 66. Etenim M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum & præclarum putavi, clarorum virorum atque magnorum, non minus otii, quam negotii, rationem exstare oportere. Ter. Adelph. 5. 5. 65. Non hercle otium est nunc mihi auscultandi.

Otium rei. Plaut. Mil. 3. 1. 166.

— haud centesimam
Partem dixi, atque, otium rei si sit, possim expromere.

Otii plenimi res. Cic. 4. Att. 16.

Otium & Labor, contraria. Quintil. lib. 7. cap. 5.

Otium & Negotium, etiam contraria. V. in principio hujus dictionis, ex Cicerone exemplum, cujusmodi alia quamplurima passim occurrunt. Est autem & homœoteleuton, & antitheton. Sic Otiari & Negotiari infra.

Otium & facultas discendi. Cic. 2. de Orat. 95. Non despero fore aliquem aliquando, qui & studio acriore, quam nos sumus atque fuimus, & otio ac facultate discendi majore ac maturiore, & labore atque industria superiore, quum se ad audiendum, legendum, scribendumque majorem operam dederit, exsistat talis orator, qualem quærimus, &c.

Requies & Otium. Cic. 1. de Orat. 224. Philosophorum autem libros reservet sibi ad hujusmodi Tusculani requiem atque otium.

Fructus otii est, non contentio animi, sed relaxatio. Cic. 2. de Orat. 20.

Operis otium. Plin. lib. 22. cap. 10.

Otium ab re. Cic. 12. Att. 7. Tantumne ab re tua est otii tibi, ut etiam oratorem legas?

Otium a senibus ad potandum ut habeam. Ter. Phorm. 5. 5. 4. h. e. Ut per senes potare mihi liceat.

Altum. V. ALTUS.
Blanda. Claud. 1. in Conf. Stil. 95.
Calamitosum. V. CALAMITAS.
Demens. Plin. lib. 2. cap. 25. Id enim velle, pæne dementis otii est.
Desidiosissimum. Cic. 2. de Lege Agrar. 90.
Dia. Lucret. lib. 5. 1386.
Dilecta. Stat. 4. Theb. 211.
Discincta. Ovid. 1. Amor. 9. 41.
Dulce. Hor. Epod. 1. 7.
Facunda. V. FACUNDUS.
Gravia. Stat. 5. Theb. 199.
Honestum otium & moderatum, opponitur Inertiæ & desidiæ. Cic. de Clar. Orat. 8. Ætas nostra, perfuncta rebus amplissimis, tanquam in portum confugere deberet, non inertiæ, neque desidiæ, sed otii moderati atque honesti.
Ignava. Ovid. 1. Trist. 7. 26.
Ignobile. Virg. 4. Georg. extr.

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studiis florentem ignobilis oti.

pro Otii. l. e. Artis poeticæ, quam otium ignobile appellavit, ne quid de se videretur arroganter dicere. Hæc Servius. Certe poetices tale est elogium apud Ovid. lib. 4. Trist. 10. 21.

Sæpe pater dixit, studium quid inutile tentas?
Mæonides nullas ipse reliquit opes.

Vel Otium, i. e. Exercitium poeticum, quod otio, quiete, & tranquillitate gaudet. Ignobile, non quidem simpliciter, sed respectu bellicæ gloriæ, quæ Romanis visa est summa.

Iners. V. INERS.
Inertissimum & desidiosissimum. Cic. 2. de Lege Agrar. 90.
Languida. Claud. de Rapt. Proserp. 275.
Liberrima. Hor. 1. Epist. 7. 36.
Litterato otio quid dulcius? Cic. 5. Tuscul. 105.
Marcida luxu. Claud. 3. Conf. Hon. 41.
Peregrinum. Tacit. 14. Ann. 53.
Secretum. Tacit. 16. Ann. 25.
Secura. Virg. 5. Georg. 576.
Segne. Ovid. 2. de Ponto 5. 44.
Sordida otia. i. e. Carentia luxu & splendore. Martial. lib. 1. 56. ad Fronton. de voto vitæ suæ,

Sordidaque in parvis otia rebus amat.

Studiosum. Plin. 1. Epist. 22. sub finem, Laurentinum meum, hoc est, libellos & pugillares, studiosumque otium repetam.
Subitum ex nimio labore. Cels. lib. 2. cap. 3.
Tranquilla. Lucan. lib. 1. 266.

Abrumpere otium. Plin. 7. Epist. 5.
Abundans otio & studio. V. ABUNDO.
Abuti. V. ABUTOR.
Afferre otium. V. AFFERO.
Afferunt otium & solitudo languorem hominibus. Cic. 3. Offic. 1.
Affluere otio. Cic. 3. de Orat. 54. Homines otio nimio & ingeniis uberrimis affluentes.
Agere otium. V. AGO.
Amare otia. Virg. 5. Ecl. 61.
Amplexari. V. AMPLEXOR.
Collocare se in otium. V. COLLOCO.
Concedere otio sapientiam beatorum. Cic. 2. de Orat. 144.
Concelebrare per otium recta atque honesta studia. Cic. 1. de Invent. 4.
Conferre se a turba in otium & solitudinem. Cic. 2. de Orat. 143.
Confirmare otium. Cic. de Orat. 14. Diuturnitas pacis otium confirmavit.
Congelare otio. V. CONGELO.
Complecti otium. Cic. ad Attic.
Considere in otio. V. CONSIDO.
Consolari otium suum inquirendo, scribendoque aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 12. extr.
Consumpsit otium suum in scribenda historia Philistus Syracusius. Cic. 2. de Orat. 57.
Conterere otium in. Cic. de Amicit. 104. Quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid, aut discendi, in quibus remoti ab oculis populi omne otium, tempusque contrivimus? Vetus codex legit, Omne otiosum tempus contrivimus?
Convertere se ad otium. V. CONVERTO.
Deducere rem aliquam ad otium. V. DEDUCO.
Demere otia alicui. Stat. 1. Silv. 2. 182.
Diffluentes otio Græci. Cic. 3. de Orat. 129.
Dare otium alicui rei. Tacit. 16. Ann. 25.
Dare scriptis suis otium. i. e. Seponere ad emendandum. Quintil. Tryph.
Dare insperata otia. Claud. de Bell. Getic. 261.
Dantur libera otia. Ovid. 2. de Arte Am. 729.
Ducere otia segnia, Agere vitam segnem & otiosam. Ovid. 1. de Pont. 5. 44.
Exercere otia molli cura. Sil. lib. 15. 707.
Eximere otium alicui. Hor. 4. Carm. 15. 18.
Exsultare otio. Catull. ad Lesb. 49. 14.
Exuere otium. Tacit. 11. Ann. 20.
Facere otium alicui. Virg. 1. Eclog. 5.

O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.

Facere consuetudinem otii. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Frui otio. Cic. 5. Fam. 21.
Habere. Cic. 10. Fam. 28. Plura scribam, si plus otii habuero.
Ab aliqua re habere. V. supra, & A vel AB præpositiones.
Hebescere, & languescere in. Cic. 4. Acad. 6. Quis reprehendet otium nostrum, qui in eo non modo nosmetipsos hebescere & languere nolumus, sed etiam ut plurimis prosimus enitimur?
Inficere animum otio. V. INFICIO.
Intermittere otium, Otium abrumpere. V. INTERMITTO.
Involvere se otio. V. INVOLVO.
Ire in summum otium. Cic. 12. Fam. 18. Quod in summum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis discedere.
Languere otio. V. LANGUEO.
Ludere otium. V. LUDO.
Marcescere otio. V. MARCEO.
Miscere otia cum, Ovid. 4. Met. 306.

Et tua cum duris venatibus otia misce.

Nancisci otium. Cic. 3. Fam. 7. Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otii nactus ero.
Oblectare otium temporis. V. OBLECTO.
Perdidit otium reges prius & beatas urbes. Catul. 50. 15.
Permittere otium alicui. Tacit. 14. Ann. 53.
Perturbare otium. Cic. 2. Philip. Idem. 4. Acad. 15.
Ponere recte otia. Hor. 2. Serm. 7. 112. i. e. Disponere, ordinare, constituere. Porphyr.
Præstare otium. Cic. 1. Fam.
Privare otio. Cic. 4. Fam.
Procurare otia. Sil. lib. 6. 529.
Redimere otium. Cic. Q. Frat.
Referre se ad otium. Cic. 9. Fam. 9.
Secedere in otia tuta. Hor. 1. Serm. 1. 31.
Sequi otium ac tranquillitatem vitæ. Cic. pro Muren. 55.
Servare otia. Sil. lib. 11. 230.
Sum in summo otio. Cic. 7. Verr. 8. Ergo his institutis provinciæ, jam tum, quum bello fugitivorum tota Italia arderet, homo non acerrimus, nec fortissimus, Cn. Norbanus in summo otio fuit.
Si est otium tibi. Cic. in Partit. 2. Si modo tibi est otium, & si vis.
Quum est otium. Cic. 2. de Orat. 54. Horum libros & nonnullos alios, sed delectationis causa, quum est otium, legere soleo.
Suppeditare otium studio. Auctor ad Heren. lib. 1. pr. Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis otium studio suppeditare possumus, & id ipsum, quod datur otii, libentius in philosophia consumere consuevimus.
Tabescere otio. Cic. 2. Att. 14.
Tenere otium. Cic. 2. de Lege Agrar 101. Vos, quorum gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, bonos in judiciis & æquitate, magistratus & res familiaris in pace, omni ratione otium tenere debetis.
Terere otia, Per negligentiam tempora consumere. Servius. Virg. 4. Æn. 271.
Tribuere otium. Cic. 1. de Orat. 5.
Vendere otia. Claud. 1. in Conf. Stil. 210.
Venire in otium. Cic. 1. Att. 7. Omnem spem delectationis nostræ, quam quum in otium venerimus, habere volumus, &c.
Vivere in otio. Cic. 2. de Lege Agrar. 102. Qui propter desidiam in otio vivunt.
Usurpare otium. Tacit. 14. Ann. 55.

Otia vocat libellos suos Ovidius, quod sine labore conscripti essent, & tantum animi causa, 2. Trist. 224.

Excutiasque oculis otia nostra tuis.

Otium, Tranquillitas, pax, quies. Cic. 2. de Lege Agrar. 9. Quid tam populare, quam otium? quod ita jucundum est, ut & vos, & majores vestri, & fortissimus quisque vir, maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio possit esse, præsertim in imperio ac dignitate. Nepos 20. 3. 2. Otium toti insulæ conciliavit. Idem 22. 2. 5. Val. Max. 1. 7. ext. 6. Justin. 6. 9. 6. Cæs. 1. Bell. Civil. 5. & 2. 36. Tacit. 15. Ann. 6. a. & 12. 12. 1. Plura exempla supra habes.

Pacem, tranquillitatem, otium afferre. Cic. 2. de Lege Agr. 102.

OTIŎLUM, i. n. dimin. Cic. 8. Fam. 3. Atque hoc eo diligentius facito, quod quum otiosus sum, plane, ubi delectem otiolum meum, nuo habeo. Delectem, i. e. Cum delectatione transigam.

OTIŌSUS, a, um. Adj. [σχολαῖος] Vacuus. Ter. Adelph. 2. 4. 15.

Quamvis etiam maneo otiosus hic. Plin. 1. Epist. 9. ad Fundanum, Satius est enim, ut Attilius noster eruditissime simul & facetissime dixit, otiosum esse, quam nihil agere. i. e. Quam rebus inanibus implicari. [Immo, Agendo nil proficere, ut apud Phædrum Ardeliones.

Vita otiosorum facilior, tutior, & minus aliis gravis & molesta est. Cic. 1. Offic. 70.

Ætas otiosa & quieta. Cic. de Senect. 82. Nonne melius multo fuisset, otiosam ætatem & quietam, sine ullo aut labore aut contentione, traducere?

Bos otiosus. Hor. 3. Carm. 18. 11.

Dies otiosus, pro Festo. Cic. 3. Q. frat. 8. Id perficiam his supplicationum otiosis diebus. [I. e. Otio dicatis, & a negotio vacuis.

Neapolis otiosa. Hor. Epod. 5. 43.

Otium non otiosum. Cic. pro Planc. 66. Quid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem unquam otiosum?

Senectus. Cic. de Senect. 49. Si vero habet senectus aliquod tanquam pabulum studii & doctrinæ, nihil est otiosa senectute jucundius.

Valde otiosus. Cic. 12. Att. 38.

Nancisci aliquem otiosum. V. NANCISCOR.

Esse domi otiosum. Cic. de Clar. Orat. 10.

Otiosus, nihil agens, privatus. Cic. 11. Philipp. 27. Imperium Cæsari belli necessitas: fasces, Senatus dedit. otioso vero, nihil agenti, privato, obsecro te, L. Cæsar, (cum peritissimo homine mihi res est) quando imperium Senatus dedit?

Otiosi studiorum. Plin. in totius operis præf. Humili vulgo scripta sunt, agricolarum, opificum turbæ, denique studiorum otiosis. h. e. Quibus a studiis otium est, qui nullis studiis & negotiis sint occupati, ut possint his legendis impendere operam. Vel pro otiosis studiis posuit, id est pro hominibus qui in otio studeat, qui otium litterarium sequuntur: sive pro Litteratis illis hominibus, qui otio abundant, quum tu sis occupatus & negotii plenus.

Otiosus, Tranquillus, securus. Ter. Adelph. 4. 1. 17.

Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchre calleo.

Animus otiosus. Qui nihil curat, aut timet. Ter. Andr. 5. 2. 1.

Animo jam nunc otioso esse impero. Ac si diceret, Depono curas modo.

Otiosus ab animo, Idem. Ter. Phorm. 2. 2. 26.

Otiosus a metu. Gell. lib. 2. cap. 29.

Spectatorem otiosum se præbere alicujus calamitatis. Cic. 2. Off. 26.

Reddere aliquem otiosum. Cic. 9. Fam. 25. Mathonem & Pollionem inimicos habet Fabius, quid multa? non mehercule tam perscribere possum, quam mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris.

Libertate otiosa frui. Cic. 12. Fam. 16. Audiebam quædam turbulenta, quæ scilicet cupio esse falsa: ut aliquando otiosa libertate fruamur.

Res otiosa, i. e. Tranquilla. Plaut. Truc. 1. 1. 56.

Honor otiosus & vacans. Plin. in Paneg. cap. 57. Quo nemo fungitur.

Sententiæ otiosæ, a Quintil. lib. 1. cap. 8. dicuntur, i. e. Vulgares, & nihil pulchri continentes. Idem lib. 8. cap. 2. At ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio non intelligit. Vel otiosum, id est qui non percipitur, utpote qui nihil in auditorum animis operetur. [Videtur hic Otiosum pro Supervacuo positum. Sic verbum otiosum Cic. in Orat. 25. ubi male Odiosum legitur.

Pecunia otiosa, dicitur Quæ domino nullum fructum affert. Plin. 10. Epist. 62. Pecuniæ publicæ & exactæ sunt, & exiguntur, quæ vereor ne otiosæ jaceant. conf. Scævol. l. 63. §. 1. Dig. de Usur.

Compar. Senec. de Ira. 2. 13. Quid quiete otiosius animi, quid ira laboriosius? Idem Epist. 87. Martial. 11. 1.

Turbam non habet otiosiorem. conf. Macrob. Saturn. 7. 13.

Superl. Plin. 1. Epist. 13 ad Senecionem, Nunc otiosissimus quisque multo ante rogatus, & identidem admonitus, aut non venit: aut si venit, &c.

Otiosissimæ occupationes, Inanes, supervacuæ. Plin. 9. Epist. 183. Ac per hos dies libentissime otium meum in litteris colloco, quos alii otiosissimis occupationibus perdunt. conf. Cic. 3. Fam. 11. & 12.

OTIŌSE, Adv. [σχολῇ] Tranquille, libere, sine impedimento. Cic. 4. de Finib. 52. Quo constituto, tum licebit otiose ista quærere. Idem 6. Verr. 33. Contemplari unumquodque otiose & considerare.

Otiose, Pedetentim, lente. Plaut. Truc. 1. 1. 66.

Vostra hercle factum injuria, quæ properavistis olim
Rapere: otiose oportuit, diu ut essem incolumis vobis.

Sequi otiose. Plaut. Mil. 4. 6. 8.

Otiose inambulare. Liv. 23. 7. Idem 2. 58.

Cito & Otiose ambulare, contraria. Plaut. Pseud. 4. 1. 14.

Placide & otiose agere. Plaut. Pœn. 3. 2. 42.

Segniter & otiose. Liv. lib. 23. pag. 5. a principio, Ceterum hæc, ut in secundis rebus, segniter otioseque gesta. H. St. Exstant cap. 14. pr.

Otiose, Sine sollicitudine. Ter. Heaut. 2. 3. 101.

—ademptum tibi jam faxo omnem metum,
In aurem utramvis otiose ut dormias.

Vivere otiose cum parentibus. Cic. 3. Off. 79.

Otiose, Negligenter. Cic. de Amicit. 86. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt, & ii qui ad Remp. se contulerunt, & ii qui rerum cognitione, doctrinaque delectantur, & ii qui suum negotium gerunt otiose. Quædam exemplaria legunt Otiosi.

Vide de hoc verbo quæ notavi in verbo VACO in margine. H. St.

OTIOSĬTAS, ātis. f. Sidon. 2. Epist. 10. Otiositates trepidanter edere.

OTIOR, [σχολάζω, ἀργεύω] āri. In otio & quiete esse. Cic. 3. Off. 58. Canius Eques Romanus, nec infacetus, & satis litteratus, quum se Syracusas otiandi, (ut ipse dicere solebat) non negotiandi causa contulisset, dictabat se hortulos aliquos velle emere, &c.

Domesticus otior. Hor. 1. Serm. 6. 128.

OTIĀTUS, a, um. Partic. Sidon. 3. Epist. 1. Artibus instituti, lusibus otiati.

OTIĀBUNDUS, a, um. Adj. Sidon. 4. Epist. 18. Multis diebus otiabundus.

O T R

OTRICULUM, V. OCRICULUM.

OTREUS, ĕos. m. trisyll. [Ὀτρεύς] & Mygdonus, fratres fuerunt Hecubæ, filii Cissei, & patrueles Polymnestoris, teste Porphyr. in lib. 3. Iliados. Alius e Mariandynis ab Amyco interfectus de quo Val. Flacc. 4. 162. Alius in bello Colchico ab Ambeno occisus, apud eundem 6. 252.

OTRIADES, æ. m. Patronym. Panthus Otriades. Virg. 2. Æn. 319. & 336.

O T U

OTUS, i. m. [ὦτος] Noctua aurita. Gesner. V. OTIS.

OTUS, [Ὦτος] nomen proprium. Plin. 11. 37. V. OETUS. conf. Virg. Culic. 234.

O V

OVALIS, V. OVO, are.

OUFENTINA Tribus, V. TRIBUS.

OVĬDIUS, i. m. cognomine Naso, patria Sulmonensis, ex equestri familia, dives, ingenio ad Poësin felicissimo, sicut ipse testatur 4. Trist. 10. 25. Nimium amatorem ingenii sui vocat Quintil. 10. 1. Idem ibid. Tragœdiam Ovidii laudat his verbis, Ovidii Medea videtur mihi ostendere quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo imperare, quam indulgere maluisset. Vita ejus, exsilium, atque opera notissima sunt.

OVIS, is. f. [ὄϊς, ὀΐεσσι, ὀΐεσσιν] a Græco ὄϊς, interposita v littera propter hiatum, significat Pecudem lanigeram. Cic. 2. de Nat. Deor. 158. Quid enim oves aliud afferunt, nisi ut earum villis confectis atque contextis homines vestiantur?

Custos ovium Pan. Virg. 1. Georg. 17.

Custos ovium præclarus, lupus. Cic. 3. de Amicit. 27.

Fetus ovium. Virg. 2. Georg. 196.

Magistri ovium, Opiliones. Virg. 2. Ecl. 33.

Ubera bina ovis. Virg. 2. Ecl. 42.

Adasia. V. Fest. vel Lex. Pitisc. & in ipsa voce.

Apica. V. in voce.

Aurata. Ovid. 6. Epist. 2. Ovis Phryxi. Idem 2. Amor. 11. 4.

Conspicuam fulvo vellere vexit ovem.

Bidens. Serv. ad 4. Æn. 57.

Colonica. V. COLONUS.

Delicula. Cato R. R. cap. 2. V. in voce.

Intonsa. V. INTONSUS.

Lanigera. Virg. 3. Æn. 660.

Mina. V. MINA.

Nigra. Virg. 4. Georg. 546.

Pascalis. V. PASCO.

Peculiaris. Varr. L. L. 4. 19. [Immo, Peculatoria. Vide Peculiaris & Peculatorius in PECUS.

Pellita. Hor. 2. Carm. 6. 10. Varr. R. R. 2. 2.

Picea, Nigra. Valer. 3. Argon. 439.

Pinguis. Virg. 6. Ecl. 5.

Placida. Ovid. 13. Met. 927.

Pusulosa. Columel. 7. 5.

Scabræ. Columel. lib. 7. cap. 3. Plaut. Trin. 2. 4. 40.

Semimaris ovis viscera. Ovid. 1. Fast. 588.

Balat ovis. Auctor. Philomelæ v. 56.

Cogere oves. V. COGO.

Commisisti lupo ovem. V. LUPUS.

Condensant se in unum locum oves. V. CONDENSO.

Curat Pan oves. Virg. 2. Ecl. 33.

Dedit morti mille ovium. Hor. 2. Serm. 197.

Pascere oves. Virg. 6. Ecl. 5.

Populari miseras oves. Claud. 2. in Eutrop. 400.

Sum. ut, Decori est ovibus sua lana. Ovid. 13. Met. 849.

Tondere infirmas oves. Hor. Epod. 2. 16.

Versare oves sub sidere Cancri. Virg. 10. Ecl. 68.

Æthiopum versemus oves sub sidere Cancri. h. e. Pascamus. Servius.

Ovis, m. legi, admonent Festus & Nonius 3. 153. Varro Rerum humanarum lib. 23. Ut etiam nutantibus, qui oves duos, non duas dicunt, Homerum secutos, qui ait, μῆλ' ὄϊς π. Idem, Marco Ter. Quando citatus neque respondit, neque excitatus est, ei ego unum ovem multam dico. V. Gellium lib. 11. cap. 1.

OVĪNUS, a, um. Adj. [ὀΐνεος] Quod ex ove est. ut, Pellis ovina. Cauda ovina. Seren. Sammonic. cap. 15. Usitatius vero

OVILLUS, a, um. Adj. [ὀΐδιον] dimin. ab Ovinus. Plin. lib. 17. cap. 9. Quidam etiam bubulo fimo jumentorum præferunt, ovillumque caprino. Liv. lib. 28. cap. 10. Ex suillo, ovillo, caprino grege. Pecus ovillum. Varro R. R. 2. 1. & 2.

OVILLINUS, a, um. Adj. Th. Priscian. de Diæt. cap. 3. Lac ovillinum. Idem cap. 6. Caro ovillina.

OVILIS, e. Adj. Apul. Met. 4. p. 145. Elm. Ovili stabulatione commoda. Hinc

OVĪLE, is. n. [ποίμνιον] Locus, in quem oves sese recipiunt. Columel. lib. 7. cap. 4.

Tepidis in ovilibus agni. Ovid. 13. Met. 828.

Captat incustoditum ovile lupus. Ovid. 1. Trist. 5. 10.

Circumgemit ursus ovile. Hor. Epod. 16. 51.

Crescit ovile. Pers. 2. Sat. 49.

Moti ab ovilibus ursi. Valer. 2. Argon. 73.

Tradere ovile rapidæ lupæ. Ovid. 3. de Arte Am. 8.

Ovile, locus erat in Campo Martio, sumpta similitudine ab ovium septis. Populus enim Romanus suffragia laturus, in hoc Ovili claudebatur. Liv. 26. 22. Citatis centuriæ senioribus, datum secreto in Ovili cum his colloquendi tempus. Agebatur tum de creando Consule, qui exercitum duceret contra Annibalem. Juven. 6. Sat. 527.

A Me-

A Meroë portabit aquas: ut spargat in æda
Isidis. antiquo quæ proxima surgit Ovili. Servius in illud 1. Ecl. 34.
Quamvis multa meis exiret victima septis. Septa, inquit, proprie sunt loca in Campo Martio inclusa tabulatis, in quibus stans populus Romanus suffragia ferre consueverat. Sed quoniam hæc septa similia sunt ovilibus, duo hæc invicem pro se ponuntur, ut hoc loco septa pro ovilibus posuit. Lucan. lib. 2. 197. de cæde Samnitum jussu Sullæ in Campo Martio crudeliter interfectorum,
— Latii jam sola juventus
Concidit, & miseræ maculavit Ovilia Romæ. Hujusce crudelitatis Sullanæ mentionem faciens Strabo lib. 5. Ovila, τὸν δημόσιον ἐπαυλιν, τὸν ἐν τῷ Μαρίῳ πεδίῳ periphrasi exponit. conf. Lex. Pitisc.

Oviarius, a, um. Adj [προβατικός] possessiv. ab Ove. Columel. lib. 7. cap. 6. pr. Et quoniam de oviario satis dictum est, ad caprinum pecus nunc revertar. Al. Ovirico.

Oviaria, æ. f. [ποίμνη] Ovium multitudo. Varro de R. R. in prol. lib. 2. Quod eo facilius faciam, quod & ipse pecuarias habui grandes, in Appulia oviarias, & in Reatino equarias.

Ovĭcŭla, dimin. [προβάτιον] Auctor libelli de Viris illustribus, cap. 43. Q. Fabius Maximus Cunctator, ut Verrucosus a verruca in labris, ita Ovicula a clementia morum. Plutarch. in ipsius Fabii vita, Verrucosum scribit dictum, quod carunculam eminentem haberet in superioris labii extremitate: Oviculam, quum puer esset, a mansuetudine & gravitate morum. Onomast. vet. Ovicula, προβάτιον.

Ovilio, ōnis. m. Ovium custos, qui & Opilio dicitur. Jabolenus in l. fundi. in fine. D. de fund. instr. legat. [Ovilio antep. produceret, ut Ovile, Opilio corripit.

O V O

Ovo, [ὀλολύζω] āre. Lætari, & lætitiam voce, seu cantu demonstrare. Liv. lib. 1. 25. Romani ovantes ac gratulantes, Horatium accipiunt, eo majore cum gaudio, quo prope metum res fuerat. [An Quo propius?
Lætus ovat, nunc laude virum, nunc vatis honore &c. Valer. 4. Argon. 342.
Ovet collis Evandrius. Stat. 4. Silv. 1. 8.
Ovaret solio. i. e. Regno. Idem 1. Theb. 153.
Ovare, Triumphum minorem agere, qui his decernebatur Romæ, quorum res gestæ majori, seu curuli triumpho non dignæ videbantur. V. OVATIO. Cic. ad Brut. 15. Quod, ut ovanti introire Cæsari liceret decreverim.
Ascendit ovans in Capitolium M'. Aquillius. Cic. 2. de Orat. 195.
Ovandi jus. Suet. Claud. cap. 1.

Ovans, antis. Partic. [ὀλολύζων] Virg. 4. Æn. 577.
— sola fuga nautas comitabor ovantes? Servius, Ovantes, Lætantes, abusive. nam propria Ovatio, est Minor triumphus.
Festus, Ovantes, lætantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites, geminata o littera. V. post.
Ovantibus victoria obviam ibat. Liv. 27. 47.
Hortari ovantes socios. Virg. 11. Æn. 13.
Cædis successu ovans. Ovid. 12. Met. 298.
Acies juvenum ovans. Virg. 5. Æn. 331.
Corvi ovantes gutture. Virg. 1. Georg. 424.
Currus ovantes. Propert. lib. 3. 9. 53.
Equi. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 306.
Gradu ovante superabat litora. Valer. 2. Argon. 545.
Lyra ovans. Stat. 2. Silv. 2. 249.
Ora ovantia. Valer. 1. Argon. 806.
Sistrum. Valer. 4. Argon. 418.
Socii. Virg. 1. Georg. 346.
Taurus. Valer. 5. Argon. 68.
Verba. Silius lib. 8. 265.
Victor. Sil. 11. 260.
Ovans triumphavit. V. Triumpho, in TRIUMPHUS, & OVATIO.
Ibat ovans per urbem equis quatuor invectus. Virg. 6. Æn. 589.

Ovātus, a, um. Adj. Triumphatus, victoria acquisitus. ut Aurum ovatum. Pers. 2. Sat. 55. V. infra post OVUM.

Ovaturus, a, um. Partic. Solin. cap. 57. Equum ovaturus insiluit.

Ovanter, Adv. Tertull. advers. Valent. cap. 28. Propere & ovanter accurrit.

Ovātio, ōnis. f. [ἐπινίκιον] Parvus triumphus, quem faciebant qui non in curru, sed pedites, ovali corona redimiti Urbem intrabant. Serv. ad 4. Æn. 577. Qui enim ovationem meretur, & uno equo utitur, & a plebeis, vel ab equitibus Romanis, deducitur ad Capitolium, & de ovibus sacrificat: unde & ovatio dicta. Qui autem triumphat, albis equis utitur quatuor, & Senatu præeunte in Capitolio de tauris sacrificat. Gell. lib. 5. cap. 6. Prætereundum non est, quod ad ovationes attinet: super quo dissensisse veteres scriptores scio. Partim enim scripserunt, qui ovaret, introire solitum equo vehente, & Sabinus Massurius pedibus ingredi ovantes dicit, sequentibus eos, non militibus, sed universo Senatu. Idem paulo ante. Ovandi autem, ac non triumphandi causa est, quum aut bella non rite indicta, neque cum justo hoste gesta sunt: aut hostium nomen humile, & non idoneum est, ut servorum, piratarumque: aut deditione repente facta, impulvere (ut dici solet) incruentaque victoria obvenit. Cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt, quod non Martius, sed quasi Venerius quidam triumphus foret. conf. Plutarchum in Marcello, & Lex. Pitisc.
Ovatio dicitur ab Ovo, are, quod ab Ohe, interjectione gaudentium, ut sit Ovatio quasi Ohatio. Vel a voce militum. V. Fest. supra. [Est autem illa vox, ut notum est, Io triumphe. Ohe ex Juvenal. 7. 62. male huc trahunt aliqui, quum ibi potius Bacchica exclamatio sit Evohe, vel potius Euhoe, ut suo loco diximus. De Ohe plane ridiculum, quum non Lætitiæ, sed inhibendi vim habeat. V. F. I.

Ovātus, ûs. m. [ἐπινίκιον] Valer. 6 Argon. 18.
— hinc barbarici glomerantur ovatus. h. e. Vincentium clamores.

Ovālis, e. Adj. [ὀβαλιος] Quod ad ovationem pertinet. Gell. lib. 5. cap. 6. Ovalis corona myrtea est. Ea utebantur Imperatores, qui ovantes introibant Urbem. V. Plin. lib. 15. cap. 29.

O V U

Ovum, i. n. [ὠόν] Ex Græco est, interposita v littera, euphoniæ causa. Martial. lib. 13. 40.

Candida si croceos circumfluit unda vitellos,
Hesperios scombri temperet ova liquor.
Album, vel Albumen ovi. V. ALBUS, & ALBUMEN.
Candidum ovi. Plin. lib. 33. cap. 3.
Cortex, Putamen. Seren. cap. 30.
Liquor albus ovi. V. LUTEUS.
Luteum ovi. V. LUTEUS, vel VITELLUS.
Putamen vel testa ovi. Columel. 8. 5.
Cacuminata ova. V. CACUMEN.
Columbinum ovum. Hor. 2. Serm. 4. 56.
Cynosura. V. suo loco.
Decumana. V. DECUMANUS.
Durum ovum, molle, sorbile. V. Sorbilis, in SORBEO.
Hypenemia. Plin. 10. 16. V. suo loco.
Immatura. V. Concepta.
Irrita. V. Urinum ovum, post URINA.
Pavonium, & Pavoninum. V. PAVO.
Præmollia. V. PRÆMOLLIS.
Requieta. Columel. lib. 8 cap. 5. Aptissima sunt ova ad excludendum recentissima quæque. Possunt tamen etiam requieta supponi, dummodo vetustiora sint quam dierum decem.
Silentia ova, quorum pulli intus non pipiunt. Columel. lib. 8. cap. 5. Post unum & vigesimum diem silentia ova carent animalibus, eaque removenda sunt. V. Percodunt ova pulli, infra.
Vilia. Hor. 2. Serm. 2. 45.
Urina. V. suo loco.
Zephyria. V. suo loco.
Animantur ova. Colum. lib. 8. cap. 5. Diebus quibus animantur ova, & in speciem volucrum conformantur.
Concipere ova. Plin. lib. 9. cap. 51.
Concepta. Columel. lib. 8. cap. 11. Vixdum concepta in alvo vitiat ova, nec ad partum sinit perduci: quoniam immatura genitalibus locis excidunt.
Edere ova, Parere aut ponere. Columel. lib. 8. cap. 3. Aut ova edantur, aut excludantur pulli.
Eniti ova. Columel. lib. 8. cap. 11. Nam fere pavones, quum ad nocturnam requiem venerunt, prædictis perticis insistentes, enituntur ova.
Excludunt ex ovis pullos aves. Cic. 2. de Nat. Deor. 129.
Excludere ova. Columel. lib. 8. cap. 14. Negatur anser aliena excludere ova, nisi subjecta sua quoque habuerit.
Fovere. Columel. lib. 8. cap. 11. Non debent amplius quam terna pavonina, & sena generis sui fovere.
Fovata ova plumis. Ovid. 2. Fast. 443.
Gerere ova in promptu. Columel. lib. 8. cap. 11. Sæpius digitis loca feminarum tentanda sunt; nam in promptu gerunt ova, quibus jam partus appropinquat.
Gignunt ova pisces. Cic. 2. de Nat. Deor. 129.
Incubare ovis. Columel. lib. 8. cap. 11. Neque est quod committatur, ut Rhodiæ aves pavoninis ovis incubent. Ibidem, Eæque novem diebus a primo lunæ incremento, novenis ovis incubent, sintque ea his quinque pavonina, & cetera gallinacei generis.
Maturare ova. Plin. lib. 9. cap. 57.
Maturescunt ova. Varro lib. 3. de R. R. cap. 9. Ob quam rem ova aut inæquabiliter maturescunt, aut consenescunt.
Nata. Columel. lib. 6. cap. 5. Observare itaque dum edant ova, & confestim circumire oportebit cubilia, ut quæ nata sunt recolligantur. Sic Varro lib. 3. de R. R. cap. 9.
Parere ova. Plin. lib. 10. cap. 9.
Percudunt ova pulli. Columel. lib. 8. cap. 5. Die undevigesimo advertat aviarius, an pulli rostellis ova percuderint, & auscultet si pipiant.
Ponere ova. Ovid. 8. Met. 258. de perdice,
Propter humum volitat; ponitque in sepibus ova.
Rumpit hiulca ova maternus tepor. Claud. præf. 3. Cons. Hon. 4.
Ruptum. Juven. 14. Sat. 85.
Subjicere ova, Supponere gallinæ ad fovendum. Columel. lib. 8. cap. 5. Numerus ovorum, quæ subjiciuntur, impar observatur; nec semper idem: nam primo tempore, id est mense Januario quindecim, nec unquam plura subjici debent. Paulo post, Quum deinde quis volet quam plurimos mares excludi, longissima quæque & acutissima ova subjiciet: & rursus quum feminas, quam rotundissima.
Supponere anatum ova gallinis. Cic. 2. de Nat. Deor. 124.
Vertuntur alitum ova in pullos. Lucret. lib. 2. 926.
Vitiantur ova. Columel. lib. 8. cap. 5. Quæcuncta remedia creduntur esse adversus tonitrua, quibus vitiantur ova.
Uncta ova sanguine. Hor. Epod. 5. 19.
Ovorum inter se similitudo. Erasmus, Non tam ovum ovo simile. De rebus indiscretæ similitudinis. Cic. 4. Acad. 57. Videsne ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures, (salvis rebus illis) qui gallinas alere permultas quæstus causa solerent; hi quum ovum inspexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant. Neque id est contra nos: nam nobis satis est ova illa internoscere. Idem proverbium refertur & a Quintiliano: usurpatur & a Seneca in libello, quem in Claudium imperatorem lusit. Hactenus Erasmus. Cic. 4. Acad. 54. Ut sibi sint & ova ovorum, & apes apium simillimæ?
Ovo prognatus eodem. Erasmus, Fortasse simpliciter dictum est ab Hor. 2. Serm. 1. 26. — ovo prognatus eodem. quandoquidem ad fabulam respicit Ledæ, quæ gravida ex Jove in cygnum conversa, ovum peperit, unde gemini prognati, Castor & Pollux. Verum si quis hoc dictum deflectat ad iisdem natos parentibus, aut ab eodem eruditos præceptore: aut ita consimilibus ingeniis, ut eodem ovo nati videri possint: nihil æque fuerit proverbiale. Veluti si dicas, Vultus, ingenium, mores, facta, ac prorsus omnia sic huic cum hoc conveniunt, ut jures eodem prognatos ovo.
Ab ovo usque ad mala. Hor. 1. Serm. 3. 6. V. USQUE præpositionem.
Ad ovum integram famam afferre. Cic. 9. Fam. 20. Ad ovum integram famem affero; itaque usque ad assum vitulinum opera perducitur.

Ovātio, ōnis. f. [ᾠοτοκία] Tempus quo Gallinæ ova faciunt. Plin. lib. 29. cap. 3. Certa luna capiendum censent, tanquam congruere ovationem etiam serpentium humani sit arbitrii. Quædam exemplaria legunt, Operationem eam.

Ovātus, a, um. Adj. [ᾠοειδὴς] Quod est in similitudinem ovi factum. Plin. lib. 15. cap. 21. de Sorbis, Aliis eorum rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ovata species, ceu malorum aliquibus. [Vulgo *Ovalem figuram* vocant, recenti vocabulo.

Aurum ovatum, Ovo illitum, quoniam ovi albo antea illito, æra, ac marmora auri & argenti laminis decorarentur. Nec obstat quod Ovom habeat primam longam; pleraque enim derivativa, primitivorum naturam non servant. Perf. 2. Sat. 55.

Hinc illud subiit, auro sacras quod ovato
Perducis facies. Hoc Plin. lib. 35. cap. 1. de marmoribus loqeens, innuere videtur, quum loqnis, Claodii principatu inventom: Neronis vero, maculas, quæ non assent, in crustis inserendo, unitatem variare, ut ovatus esset Nomidicus, ut purpura distingueretur Sinnadicus. Nonnulli Ovatum aurum dici ajunt, Ovatione victoriaqoa quæsitum: vel Ingens, & copiosum, quantum ovationibus comparatur & acqoiritur. [Intelligit Aurum coronarium, de quo in AURUM V. Nisi forte Avito scripsit.

Ovīco, āre. Ovi albumine subigere. Plin. Veler. 1. 17. Ovo crudo ovicare.

Ovipărus, a, um. Adj. Apul. & Fulgent. V. Viviparus, in VIVO.

O X A

Oxălis, ĭdis. f. [ὀξαλὶς] Lapathi genus. Plin. lib. 20. cap. 21. Vulgus *Acetosam* vocat.

Oxalme, es. f. [ὀξάλμη] dici potest Acida muria. Plin. lib. 23. cap. 2. Quæ nunc omnia oxalme contingunt: Id sale & aceto recenti efficacius est. Idem alibi Acetum salsum vocat, ut lib. 24. cap. 4. de Gallis loqoens, Eædem crematæ, & aceto salso exstinctæ, menses sistunt.

O X I

Oxia, æ. f. Genus navis. Gell. lib. 10. cap. 25. al. Oria, quod vide.

Oxiæ, [Ὀξεῖαι] Insulæ quædam parvulæ ante Leucadiam, Plin. lib. 4. cap. 12.

O X O

Oxos, i. n. [ὄξος] apud Suidam Purpura est, quæ apud Phœnices tingebatur pretiosissima. Hinc Oxnbapta in l. 1. C. Quæ res alienari non poss. Quo in loco nonnulli corrigunt Dibapta, veram lectionem pervertentes. Alciatus. [Vereor ut hoc ex Suidæ verbis erui possit. V. loc.

O X U

Oxus, i. m. [Ὦξος] Asiæ fluvius, qui ortus in lacu Oxo, ut scribit Plin. 6. 16. per deserta Scythiæ, in latus Orientale Caspii maris delabitur. V. Pomp. Melam lib. 3. 5. & Strab. lib. 11.

O X Y

Oxyacantha, æ. f. [ὀξυάκανθα] Spina est parvis foliis aculeatis per extremitates, ferens baccas rotundas, foliis ipsis araneosa lanugine obductis.

Oxўbăphum, i. n. [ὀξύβαφον] Latine dicitur Acetabulum, acetariom, teste Hermolao. Gloss. Cyrill. Ὀξύβαφον, Acetabolum. Aliæ, ὀξυβάφιον.

Oxўcēdros, i. f. [ὀξύκεδρος] Species cedri, ramosa, & nodis infesta. Plin. lib. 13. cap. 5.

Oxўdrăcæ, arum. m. pl. [Ὀξυδράκαι] Indiæ populus, apud Curt. 9. 9 & 14. Strab. lib. 15. & Pausan. lib. 1.

Oxўgăla, æ. f. vel Oxygălum, i. n. [ὀξύγαλα] quasi Acetosum lac. Plin. lib. 28. cap. 9. de butyro ex caprino lacte facto, Fit & ex caprino, sed hieme calefacto lacte, æstate expresso tantum crebro jactatu in longis vasis, angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore, alias præligato. Additur paulum aquæ ut acescat. Qood est maxime coactom, in summo fluitat: id exemptum addito sale, oxygala appellant. Et paulo post, Oxygala fit & alio modo, acido lacte addito in recens: quod dum acescit, utilissimum stomacho.

Oxўgărum, i. n. [ὀξύγαρον] Acutum garum, hoc est garum ex aceto confectum, qood in principio mensæ apponi solebat. Martial. lib. 3. 50.

Deposui soleas, adfertur protinus ingens,
Inter lactucas, oxygarumqoe liber.

Oxўgōnium, i. n. [ὀξυγώνιον] Figura est trianguli, quod tres habet acutos angulos. Euclid. 1. Elemen.

Item, Aculeatum genus cibi. Petron. cap. 66. In alveo circumlata sunt oxygonia. Sic Scheff. Al. Oxycominia. V. not.

Oxўlăpăthum, i. n. [ὀξυλάπαθον] Lapathum acuta habens folia. Plin. lib. 20. cap. 21. Est & alterum genus, fere oxylapathon vocant, sativo idem similius, & acutiora babet folia, ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Quidam tamen putant Oxylapathum dictum a saporis aciditate.

Oxylus, i. m. [Ὄξυλος] Æmonis filius, ex Ætolia profugus, regno Elidis potitus. Strab. lib. 10. & Pausan. lib. 5.

Oxymĕli, ĭtis. sive Oxymel, ellis. n. [ὀξύμελι] Acetum melle temperatom. Plin. lib. 14. cap. 17. Acetum melle temperabatur: adeo nihil intentatum in vita fuit. Oxymel hoc vocarunt, mellis x libris, aceti veteris heminis quinque, salis marini libra, aquæ pluviæ sextariis quinque, subfervefactis decies, mox elutriatis atque ita inveteratis. Idem 23. 2. & 26. 11. & Diosc. 5. 14.

Oxymōrum, [ὀξύμωρον] ut docet Budæus ex Quintiliano, est Sententia ex periculo petita: hoc est ita acute & effectate anuntiata, ut fatua videatur: ut apud Virg. 7. Æn 295.

Num capti potuere capi? Cic. 1. Verr. 21. Etiam si taceant, satis dicunt. V. ibi Ascon. & Voss. Inst. Orat. 5. 12. 7.

Oxymyrsīne, es. f. [ὀξυμυρσίνη] Frutex est, quem Acutam myrtum appellamus. Folia habet myrto similia, sed acutiora & rigidiora: producit baccas rufas ad cerasorum similitudinem. Plin. lib. 26. cap. 11. & Diosc. lib. 4. cap. 147.

Oxymyrsĭnus, a, um. Adj. ut, Oleum oxymyrsinum. Plin. 23. 4.

Oxўpŏrum, i. n. [ὀξύπορον] Oxypora sunt quæ Columel. lib. 12. cap. 57. tradit appellari Oxygara. Quoniam (inquit) quum usus exigit, aceto, garoque diluuntur. Plin. lib. 20. cap. 23. de fœniculo, Ipsum condimentis prope omnibus inseritur, oxyporis etiam aptissime. Stat. 4. Silv. 9. 36. Nun sal, oxyporumve, casaeusve.

Sunt & sua medicis oxypora, quasi a celeritate dicta penetrandi. est enim remedium præsentaneum. Plin. lib. 24. cap. 8. Juniperus miscetur & antidotis oxyporis.

Oxyporŏpōla, æ. m. [ὀξυποροπώλης] Qui cibos vendit aceto conditos. Plin. lib. 20. cap. 7. In eos usus & oxyporopolæ servant, addito dulci acrementum temperantes. Ubi nunc sic legitur, Stomachi dissoluti utilissime adjuvantur in eo uso, & oxypori obolis asperitatem addito dulci, ad intinctum aceti temperantes. V. Hard. not.

Oxyrrhŏdĭnum, i. n. [ὀξυῤῥόδινον] Medicamentum liquidum, constans ex aceto & aqua rosacea, quod capitibus eorum solet adhiberi, qui phrenitide laborant. [Immo Ex Aceto & Oleo, sive unguento rhodino, quod & Rosam vocabant. V. f. l.

Oxyrrhŏdon, i. n. [ὀξύῤῥοδον] Idem. Octav. Hor. 1. 7. [Hoc vero non idem puto, sed Acetum rosaceum.

Oxyrynchus, sive Oxyrrhynchus, i. m. [ὀξύῤῥυγχος] Piscis Niliacos, a rostri acumine sic dictus. Mugil fluvatilis. Gesner. Item Oxyrynchus [Ὀξύῤῥυγχος] Civitas Ægypti dicta ab Oxyryncho pisce, qui ibi templum habuit. Ceterum Ægyptii omnes Oxyrynchom piscem colunt. Ex Strabone lib. 17. Alii Oxyringum scribunt perperam.

Oxys, yos. f. [ὀξὺς] Herba, ab acidulo sapore sic dicta, quam Officinæ Trifolium acetosum vocant. Galli Panem cuculi, *Pain de cocu.* Plin. 27. 12. Est & Junci acuti genus. Idem 21. 18. qui & composita voce Oxyschœnos.

Oxysacchărum, i. n. [ὀξυσάκχαρον] Potionis genus ex saccharo & aceto, ut Oxymel ex melle & eodem.

Oxyschœnus, i. m. [ὀξύσχοινος] Acutus juncus, qui & marinus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 18. conf. OXYS.

Oxўtŏnon, i. n. [ὀξύτονον] Papaver agreste. Apul. de Herb. cap. 53.

Oxytonus, a, um. Adj. [ὀξύτονος] ut Dictio oxytonos, Acutum accentum habens in ultima syllaba. Apud Grammat. Gr.

Oxytriphyllon, i. n. [ὀξυτρίφυλλον] Herba. Plin. 21. 9.

Oxyzŏmus, a, um. Adj. [ὀξύζωμος] Acetoso jure conditus. Apic. 6. 9. Th. Prisc. de Diæt. cap. 6.

O Z Æ

Ozæna, æ. f. [ὄζαινα] Morbus, auctore Celso lib. 6. cap. 8. quum ulcera circa nares generantur, pluresve crustæ, & odorem fœdum habent, cui malo vix potest succurri. Lind. habet, Circa na sunt. Nomen trahit ab ozæna polypo. Plin. lib. 25. cap. 13. Narium ozænas emendat aristolochia cum cypero.

Ozæna, Polypi genus. Plin. lib. 9. cap. 30. Polyporum generis ozæna dicta a gravi capitis odore, ob hoc maxime murænis eam consectantibus.

Ozænitis, ĭdis. f. [ὀζαινῖτις] Herba est ex genere nardi, ad Gangem Indiæ fluvium nascens, odore virus referens, unde & nomen accepit. Plin. lib. 12. cap. 12.

Oze, es. f. [ὄζη] Fœtor oris. Cels. lib. 3. cap. 11. extr. Itaque ei remissioni credendum est, quæ etiam immoratur, & jactationem, fœtoremque quendam oris, (quem ὄζην Græci vocant) minuit. [Sed emendati codd. præferunt, Fervoremque corporis, quam ζέσιν Græci vocant, minuit. Miror vulgatam seqoutum Rhod. ad Scribon. comp. 40.

O Z O

Ozolæ, arum. pl. m. [Ὀζόλαι] Popoli ex Locris, Ætoliæ oram incolentes, ad sinum Crissæum, quorum oppida enomamntur a Ptolemæo, Molycria, Naupactus, Antirrhium, & Evanthia. V. Strab. lib. 9. & supra LOCRI.

O Z Y

Ozўmon, i. n. [ὤκιμον] Regia barba, sive basilica, aut basilicum a Liguribus vocata, fragrantissimi & vehementissimi odoris, unde nomen accepit: nempe a verbo ὄζω, quod est redoleo. V. OCYMUM.

Ozўmum, i. n. [ὄζυμον] Genus edulii redolentis ex intestinis confecti. Pers. 4. Sat. 22.

Qnum bene discincto cantaverit ozyma vernæ. Ab ὄζω, redoleo. Alii leguot Ocima sive Ocyma. V. Casaub.

P

LITTERA muta est, nec H post se admittit, nisi in dictionibus Græcis, ut in Phaëthon. Convertitur quandoque in transferendis dictionibus Græcis P in B, ut quod apud Græcos πύξος, apud nos Buxus scribitur: quandoque in F, ut πάλκυς, Falx; πήγω, Figo: quandoque φ in P, ut πορφύρα, Purpura; φοίνικος, Puniceus: aliquando in V, ut πατρωός, Vitricus. [Viderit de Etymis hisce & seqq. auctor Vossius.

Facile item permutantur B & P, ut βόσκω, Pasco; Κάνωβος, Canopus. Neque hoc solum in vocibus e Græcia traductis, sed & in Latinis frequenter, ut a Poplicola, Publicola; a Scribo Scripsi; a Sorbeo, Sorpsi, &c. Ex Ob & Pono fit Oppono; & antique dictum Optineo pro Obtineo.

Nec respuit P commercium cum reliquorum ordinum mutis; ut λύκος, Lupus; λαγώς, Lepus; ταώς, Pavo; Adpono pro Appono, Officina pro Opificina: Et vice versa Jecur ab ἧπαρ; Lugeo a λυπέω; Studium a σπουδή, Tudo, (unde Tundo) a τύπω, &c. Etiam Quicquid Osce dicitur Pitpit, auctore Festo: saltem in Æolismo, unde Latinitas fluxit, nihil usitatius quam mutatio P in Q. Plura videas in Voss. etiam ab his diversa: v. g. in derivatis in initio abjicitur, ut a πῦρ, Uro.

In mediis vocibus amat complecti T, ut Aptus. Assumit in Latinis solas L, & R, ut Pluo, Precor: in Græcis etiam N, H, S, & T, ut Peripneumonia, Philosophus, Psaltes, Ptolemæus.

Admittit ante se in medio tres liquidas L, M, & R, ut Alpes, Compes, Amplus, Serpo; S item in initio, ut Aspis, Spes.

N ante P commigrat in M, ut Impono, Compono, Simplex, id est sine plica.

Et quidem cum socia hac labiali adeo conjungi amat ut inter M & T mediam se interserat, quippe quod eæ sint inter se incompatibiles, ut monet Priscianus: v.g. Emo, emi, emptum; Demo, demi, demptum: Et vicissim M pro se locat ante N, ut a δαπάνη, Damnum; ab ὕπνος, Somnus; vel saltem ei accitæ locum cedit, ut fit pro Dampnum, Damnum; pro Sompnus, Somnus.

In his tamen omnibus variat & monumentorum fides & doctorum auctoritas. [Sic fere sequiori ævo scribebant, ut inter M & T, P insererent. Sed V. Cellar. Orthogr. p. 25. & p. 104.

P. In signis militaribus notabat Principum signa seu vexilla, ut H. hastatorum. V. Lex. Pitisc. in H.

P. Passus, Pater, Patria, Pecunia, Pedes, Perpetuus, Pius, Plebs, Pontifex, Potestas, Præses, Prætor, Pridie, Princeps, Provincia, Publicus, Publius, Puer, Pupillus.

P. AEL. AVG. LIB. Publius Ælius Augusti libertus.

P. C. Pactum conventum, vel Pecunia constituta.

P. D. Publice dedit, Patriciatus dignitas.

P. E. Posteris ejus, vel Publice erexit.

P. F. Publice fecit, Publii filius, Pius felix, Patri filius.

P. H. C. Publicus honor curandus.

P. I. R. Populum jure rogavit. P. IV. vel, I. Principi juventutis. P. IR. Populus, vel Publius irrogavit.

P. L. Publii libertus, Posuit libens vel lugens.

P. M. Passus mille, Patronus municipii, Plus minus, Posuit monumentum, vel merenti, [vel mærens] Pontifex Maximus, Principi militum.

P. O. Patri optimo, Pio optimo.

P. P. Pater patriæ, Pater patratus. P. P. C. vel P. C. Patres Conscripti. P. P. P. Primus pater patriæ. P. P. HISP. C. Præses provinciæ Hispaniæ Citerioris. P. P. P. P. E. S. S. S. E. V. V. V. V. V. V. V. F. F. F. F. P. P. R Primus pater patriæ profectus est, secum salus sublata est, venit victor, validus, vincens, vires urbis vestræ, ferro, flamma, frigore, fame, pace populi Romani. [Nugæ.

P. Q. Postquam.

P. R. E. vel EX. Post reges exactos. P. R. Populus Romanus.

P. S. Pecunia sua, Posuit sibi, Publico sumptu, &c.

P. S. Plebiscitum. P. S. S. Plebiscita P. S. Posuit sibi. P. S. F. Publice sibi fecit, Publicæ saluti fecit. P. S. F. C. Publicæ saluti faciundum curavit; vel Publico sumptu faciundum curavit.

P. T. Pecunia Trevirensis. [Immo Percussum Treviris in nummis.

P. V. Pedes quinque, Pia victrix, &c.

P. X. Pedes, vel Pondò decem.

P. YPSÆ. Publius Ypsæus.

P A

PA. DIG. Patriciatûs dignitas.

PA, pro Parte; & Po, pro Populo positum est in Saliari carmine. Festus.

P A B

PABO, ōnis. m. Vehiculum unius rotæ. Isidor. Gloss.

PĀBŬLUM, i. n. [νομή, βοσκή, φορβή, χιλός, χόρτασμα] a Pascendo dicitur, & proprie est, Pecudum & aliorum brutorum cibus herbaceus, paleaceus, vel stramentitius: ut ait Valla. Plin. lib. 10. cap. 24. Nec occultantur turdi, visi sæpe ibi, quo hibernum pabulum petant. Virg. 1. Æn. 477.

— priusquam
Pabula gustassent Trojæ, Xanthumque bibissent.

Dira. Stat. 12. Theb. 566.

Insueta. Virg. 1. Ecl. 50.

Non insueta graves tentabunt pabula fetas.

Læta. Lucret. lib. 2. 317.

Larga. Lucret. lib. 5. 867.

Luxuriosa. V. LUXUS.

Naturalia. In NASCOR.

Pinguia. Virg. 1. Georg. 86.

Virgea, Frondes. Virg. 3. Georg. 321.

Viridia. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Canescunt pabula, Arefiunt. Ovid. 1. Met. 212.

Pabula canescunt, cum frondibus uritur arbos.

Concipiunt terræ pabula. Virg. 1. Georg. 86.

Decerpere pabula. Ovid. 13. Met. 943.

Distendi pabulo. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Infensare pabula. Tacit. 6. Ann. 34. Adequitare castris, infensare pabula. h. e. Infestabat pabulatores.

Metere pabula falce. Ovid. 6. Epist. 84.

Obterere. Lucan. lib. 6 82.

Petunt nocturna pabula fetæ. Senec. Hippol. v. 20.

Surgunt mollia. Ovid. 7. Met. 284.

Pabulum, sæpe pro Cibo quovis ponitur, ut

Dira pabula miseris mortalibus. Lucret. lib. 5. 942.

Triste pabulum feris. Seneca. Thyest. 8.

Legens hirundo parva pabula. Virg. 12. Æn. 475.

Digna canis pabulo: proverbium est, quod ferme idem valet ac si dicas, Vix quisquam est tam inutilis minister, quin si non amplo salario, certe victu dignus esse videatur. Quadrabit in hominem non usquequaque rejiciendum: aut in assentatorem, & ob id idoneum, qui in aulis principum versetur, ubi nullo in pretio sunt qui nesciunt adulari. Refert Suidas.

Pabulum etiam ad alia transfertur: ut, Cic. de Arusp. Resp. 5. Quid enim hanc persequar pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum & glande corruptam? [Sic lego.

Amoris pabula sibi abstergere. Lucret. lib. 4. 1056.

Animorum, ingeniorumque naturale quasi quoddam pabulum consideratio contemplatioque est. Cic. 4. Acad. 127.

Studii pabulum. Cic. de Senect. 49. Si vero habet senectus aliquod tanquam pabulum studii & doctrinæ, nihil est otiosa senectute jucundius.

Dare pabula morbo. Ovid. 8. Met. 876.

PABULĀRIS, e. Adj. [χορτασματικός] Quod ad pabulum pertinet, seu Quod pro pabulo datur. Columel. lib. 11. cap. 2. & lib. 2. cap. 14. De lupino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia. Plin. lib. 18. cap. 16. Omnia hæc pabularia. conf. Pallad. 1. 6.

PABŬLOR, [νέμω, χορταγωγέω] āri. Pabulum ex agris capere manibus aut falce in pastionem jumentorum. Cæs. 8. Bell. Gall. cap. 10. Et quum pabulatum, frumentatumque longius esset proficiscendum. Idem lib. 5. cap. 17. Quum Cæsar pabulandi causa tres legiones atque omnem equitatum, &c. conf. Liv. 6. 30. & Gell. 17. 2.

Pabulari, Pascere. Columel. lib. 7. cap. 6. Subinde quæ cedit (scilicet capella) compesci debet, ne procurrat, sed placide ac lente pabuletur.

Pabulari oleas fimo, Fimum in pabulum & nutrimentum ac fomentum dare ipsis oleis, hoc est Stercorare. Columel. lib. 5. cap. 9.

Pabulare, pro Pabulari usurpant neoterici linguæ Latinæ depravatores, pro Pabulum ex agris capere in pastionem jumentorum & pascere. Imperator Fridericus, aut potius civitatum Italiæ legulei. §. ultimo. De pace tenenda & ejus violat. in usib. feudorum.

PABULĀTIO, ōnis. f. [χορτολογία] Ipse pabulandi actus. Cæs. 7. Bell. Gall. 17. Omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione & commeato Romani prohibeantur. Ibid. 1. 15.
Pabulatio, Pastus. Varr. 3. de R. R. cap. 16. Si a bono loco transtulerit; ubi idonea pabulatio non est, fugitivæ fiunt, De apibus.

PABULĀTOR, ōnis. m. [χορτολογος] Qui pabulatum vadit. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 17. Repente ex omnibus partibus ad pabulatores advolarunt. conf. Hirt. Bell. Gall. 8. 11. Liv. 27. 43. Et 29. 2.

PABULATŌRIUS, a, um. Adj. [χορτολογικος] ut Pabulatoria corbis, In qua reponuntur pabula. Columel. lib. 6. cap. 3.

PABULŌSUS, a, um. Adj. Pabulo abundans. Solin. cap. 35. de Britannia; Ita pabulosa, ut pecuaria, nisi interdum æstate a pastibus arceantur, in periculum agat satietas.

P A C

PAC. P. R. Pace populo Romano, vel, populi Romani.

PACATOR, PACATE. V. PAX.

PACENSIS Colonia, Octavanorum colonia est, quam & Classicam fuisse appellatam refert Plin. lib. 3. cap. 4. Eam e Roma deductam esse apud nostratem Forum Julii idem eodem loco auctor est. Forum Julii nunc *Frejus* dicimus in extrema Provincia.
Pacensis conventus. Plin. lib. 4. cap. 22.

PACHORUS, V. PACORUS.

PACHYDERMOS, [παχύδερμος] Crassipellis, fatuus, rudis: ita enim Græci, Obtusioris ingenii homines vocitare consueverunt. Cæl. Rhodig. lib. 6. Lect. Antiq. cap. 1.

PĂCHŸMĔRŌS, Adv. Παχυμερῶς, ἀδρῶς, παχέως, inquit Hesychius, 3. 2. Crasse, pinguiter. Hinc παχυμερέστερον, i. e. Pinguius, per majores partes. Ulpian. l. 7. de Peculio in P. Scire autem non usque singulas res debet, sed παχυμερέστερον, id est pinguius, in summa quod aiunt. Pinguius donaturi succurrere debemus, quam ei, qui verum debitum persolvere compellitur. L. 49. de Re judicat. in P. conf. Gell. lib. 14. cap. 1.

PĂCHȲNOS, i. m. [Πάχυνος] Promontorium Siciliæ, Peloponnesum spectans; ab aeris crassitudine: nam παχὺ Pingue & crassum dicitur. Nunc vulgo dicitur *Cabo Passaro*, ut scribit Olivarius in Melam. Virg. 3. Æn. 429.
Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni. Priscianus in Periegesi.
Qui procul effusis Pachyni distenditur oris. In quo versu penultima quidem corripitur, sed cava imiteris. [Sic tamen Dion. Periag. v. 469. Versa est Pachynus ad Austros. Ovid. 13. Met. 726.

PACHŸTIA, is. f. [παχύτης] Morbus oculorum, quoties ex humore tumescunt, crassiores densioresque apparentes. παχύτης enim Densitas, tumor, crassitudo appellatur. Cæl. lib. 7. cap. 20.

PĂCĬDIĀNUS, i. m. [Πακιδιανός] Gladiator apud Lucilium, ut refert Cic. 4. Tusc. 48. Sed in illo genere, inquit, (de gladiatoribus loquens) sit sane Pacidianus aliquis hoc animo, ut narrat Lucilius, &c. Meminit etiam hujus ad Quintum fratrem, lib. 3. 4. conf. Non. Marcell. 4. 425.

PACISSO, PACIFICATOR, PACIFICO. V. PAX.

PACĪNUS, Unus ex nepotibus Volsinii regis, cognomento Luculli, qui relicto Illyrico, in Italia consedit, ubi & populos Pacinates de se nominavit. Auctor Festus.

PACIO, PACISCOR, in PAGO, ĕre.

PACO, āre. V. PAX.

PACONIUS Marcus, Silani Asiæ proconsulis Legatus, a Tiberio læsæ majestatis damnatus. V. Suet Tiber. cap. 61. 43. Tacit. 3. Ann. 66.

PĂCŌRUS, i. m. [Πάκορος] Suidæ, Orodis regis Parthorum filius, ejus qui Crassum dolo circumventum interemit. Quam maculam postea Ventidius Bassus, Antonii legatus, delevit, Pacoro cum toto exercitu ad internecionem cæso. V. Patarc. 2. 78. Justin. 42. 4. 6. & 16. 17. Flor. 4. 9. Martial. 9. 36.
Scis quid in Arsacia Pacorus deliberet aula. Hor. 3. Carm. 6. 9.
Bis jam Monæses, & Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus
Nostros. Alii scribunt Pachorus cum aspirata.

PACTIA, [Πάκτια] Stephano, Insula maris Ægei, una Cycladum, candido marmore nobilis, distans a Delo XXXVI. M. passuum. Alio nomine Paros dicitur. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

PACTIAS, æ. m. [Πακτίας] Agri Ephesii mons est Mycaliæ incumbens, & ab ea ad mediterraneus deflexus. Auctor Strab. lib. 14.

PACTIÆ, Plin. [Πακτύη Ptolemæo] Oppidum est Thraciæ ad Propontidem, non procul a Cherroneso, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 11. Sunt item Pactiæ, Insulæ quædam in mari Lycio apud eundem Plin. lib. 5. cap. 31.

PACTILIS, V. PANGO.

PACTIS, idis. [πακτὶς] Organum dichordum, quo ad psalmos canendos utebantur antiqui. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 4.

PACTITIUS, V. PACISCOR.

PACTIUS, [Πάκτιος] Flumen, de quo Plin. lib. 3. cap. 11. quod, ut Strabo lib. 14. refert, ex monte Pactio ortum habet.

PACTŌLUS, i. m. [Πακτωλὸς] Fluvius Lydiæ, aureis arenis Smyrnæos irrigans agros. Juven. 14. Sat. 299.
Quod Tagus & rutila Pactolus volvit arena.
Tibique Pactolus fluat. Hor. Epod. 15. 19.
Liquores Pactoli. Propert. lib. 1. 6. 32.
Dives Pactolus rutilas despumat arenas. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 54.
Lydius. Senec. Œdip. 5.
Rubentis Pactoli aurea stagna. Claud. 1. in Ruff. 103.
Pactoli opes, Figura proverbialis, quam in varios usus accommodare licebit, quum de summis divitiis sermo erit faciendus. Usus est Philostratus. V. Erasm.

PACTON, ōnis. m. [πάκτων] est Scaphæ genus ex virgis ita compositum, ut textile quiddam videatur. Strab. lib. 17.

PACTUSUM PORTUS [Συμβόλων λιμὴν] sunt Angustiæ in Cherrhoneso, seu portus angustus, a Symbolis populis, aut pacto ibidem inito. Strab. lib. 7.

PACTUM, V. PACISCOR.

PĂCŬVIUS, i. m. [Πακούβιος] Poeta Brundusinus, Ennii sorore natus, emicuit quo tempore Scipio Numantiam delevit. Scripsit tragœdias, deinde Tarentum se recepit: decessitque nonagenarius, ut est auctor Eutropius: posuitque sibi epigramma, quod Gellius adnotavit lib. 1. cap. 24. Hic, ut Quintil. ait (10. 1. p. 912.) gravitate sententiarum, pondere verborum, auctoritate personarum clarissimus fuit, citra tamen nitorem. Pers. 1. Sat. 77.
Sunt quos Pacuviusque, & verrucosa moretur
Antiopa. Hor. 2. Epist. 1. 56. —aufert
Pacuvius docti famam senis, Attius alti. conf. Martial. 11. 91.
Pacuvius Taurus, Ædilis plebis, qui Romæ restituit Sibyllæ statuam. Plin. lib. 34. cap. 5. Equidem & Sibyllæ juxta rostra esse non miror, tres sint licet: una quam Sex. Pacuvius Taurus Ædilis plebis restituit: duæ, quas M. Messala.
Pacuvius, qui Syriam usu suam fecit, memoratur a Seneca Epist. 12. V. ibi Not. Lipsii.

PACUVIUS, a, um. Adj. ut, Pacuvia gens. V. Lex. Pitisc.

PACUVIĀNUS, a, um. possessiv. Cic. 1. de Divin. 57. Ille Pacuvianus, qui in Chryse physicus inducitur.

PACYRIS, Scythiæ Europææ fluvius in sinum Carcinitem influens. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12. Aliis est Hypacaris, Ὑπάκαρις.

P A D

PĂDÆI, orum. m. Indiæ populi, ægrotos aut senes epulis absumere assueti. Tibull. 4. 1. 144.
Impia nec sævis celebrans convivia mensis,
Ultima vicinus Phœbo tenet arva Padæus. conf. Herodot. 3. 99.

PADES, is. f. Gallicum esse verbum ait Plin. lib. 3. cap. 16. i. e. Picea arbor a qua & Padum nomen accepisse ait.

PADUA, æ. f. Urbs a Padi vicinitate dicta, Patavium antiquis. *Padua*, sive *Padoue*. V. PATAVIUM. Affertur ex Catullo de Cinna poeta, Epigr. 92. 7.
At Volusi annales Paduam morientur ad ipsam. Ita vulgo legitur, sed Jos. Scaliger & If. Vossius hanc lectionem explodunt, quorum ille Apuam, hic Aduam substituit. V. ipsorum comment.

PĂDUS, i. m. [Πάδος] Fluvius, qui (ut Plinius lib. 3. cap. 16. scribit) e gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati, finibus Ligurum Vagiennorum visendo fonte profluens, condensque sese cuniculo, & in Forovibiensium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior. A Græcis dictus Ἠριδανὸς, ac pœna Phaethontis illustratus. Augetur a Canis ortu, liquatis nivibus, agris quam navigiis torrentior. Hard. Agris quamvis torrentior. Metrodorus refert, quod circa fontem arbor sit multa picea, (quæ *Pades* Gallice vocetur) Padum hoc nomen accepisse.
Populifer padus. Ovid. 2. Amor. 17. 32.
Olorifer. Claud. Epist. ad Serenam, 12.
Refluens. Valer. 8. Argon. 90.
Stagnans. Lucan. lib. 4. 114.

PADANEUS, a, um. Adj. Solinus cap. 33. Pretium operæ est ire longius, ne Padanæ silvæ credantur lapidem flavisse.

PADINATES, Populi in Octava regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 15.

PĂDŪSA, æ. f. [Παδοῦσα] Fluvius, quem Padi brachium Ravennam usque perductum facit, Messanicum alio nomine appellatum. Plin. lib. 3. cap. 6. Claud. in Epithal. Palladii, 109.
Eridani ripas, & raucæ stagna Padusæ.
Piscosus amnis Padusæ. Virg. 11. Æn. 457.

P Æ A

PÆAGORA, Regio montana Iberiæ trans Cyrum. Strab. lib. 11.

PÆAN, ānis. [παιὰν] Hymnus erat in Apollinis laudem decantari solitus, sicut Dithyrambus in laudem Bacchi, ut Julius Capitolinus inquit, qui non solum in aversione malorum decantabatur, sed etiam in victoria. Interfecto enim Pythone, laudibus & carminibus laudatus fuit, quæ pæane dixerunt. Virg. 6. Æn. 657.
—lætumque choro pæana canentes. Abusive tamen pro omni Deorum laude ponitur. Unde, Opus suum Pindarus de laudibus omnium deorum, Pæans inscripsit. Stat. 4. Theb. 157.
Herculeum pæana canunt. i. e. In honorem Herculis factum. V. Lex. Pitisc. Pæan vero a παίω medeor derivatur, quod scilicet morbis, medelam præbens, finem faceret. [Ergo a παύω, nam παίω est Ferio.] Unde &
Apollo ipse Pæan dictus est. Juven. 6. Sat. 171.
Parce precor, Pæan. Ovid. 2. de Arte Am. 1.
Dicite, io Pæan, & io bis dicite, Pæan. Auson. Epigr. 102.
Pone arcum, Pæan &c. Alii sic dictum volunt Apollinem ἀπὸ τοῦ παίειν, a feriendo, quod Pythonem interfecit. V. Vinet. not. Auson. p. 234. conf. Fest. & Capitolin. supra.
Pæanem citare, Cicero Latine reddidit, quod Græci παιανίζειν dicunt, idque ad consuetudinem phonascorum in excitandis arteriis respiciens, quæ hoc verbo explicatur. Videtur autem Pæan esse contentioris vocis, sicut Minuritio remissioris. Locus Ciceronis est lib. 1. de Orat. 251. Hoc nos si facere velimus, ante condemnantur ii, quorum causas receperimus, quam toties, quoties, præscribitur, pæanem, aut minuritionem citarimus. Ex Turneb. Advers. 1. 12. V. CITO, āre, & MINURITIO.
Pæan, pro Dimensione certis, non modo syllabis, sed syllabarum temporibus definita, pedis nomine a poetis & Rhetoribus nuncupatus. Est autem Pæan duplex, auctore Aristotele libro 3. Rhetor. ad Theodect. cap. 8. Unus in quo prima syllaba est producta, quam tres breves sequuntur; ut Δαλογενὲς: alter, qui oritur a tribus brevibus, extrema producta; ut μετὰ δὲ γᾶν ὕδατά τ' ὠκεανόν. Nec vero Pæan prior aliud est quam Choreus & Pyrrichius, nec posterior aliud, quam Pyrrichius & Iambus. Alii legunt Pæon, ut Hephæstion, qui quatuor Pæonis species affert. V. suo loco.

PÆAN, Nomen patris Philoctetæ. Sed melius per œ, scribetur. V. PŒAN.

PÆANTIUS, V. ibid.

PÆANTIDES, um. f. [παιανίτιδες] Gemmæ sunt speciem habentes aquæ glaciatæ, quæ in Macedonia circa Tiresiæ sepulcrum inveniuntur. Prægnantes fieri & parere dicuntur, & parturientibus mederi. Eædem & Gemonides dicuntur. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10. conf. Solin. cap. 14.

PÆDAGIA, ōrum. n. vocat Seneca ubi pueri vehebantur, Epist. 123. Omnium pædagia, inquit, oblita facie vehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem lædat. Sed forte legendum Pædagogia, i. e. Servi & mancipia. Nec aliter legunt codices emendati. V. infra.

PÆDARION, i. n. alio nomine Logisterium, Locus est in quo milites recense-

censebantur, iisque stipendia numerabantur: quanquam est & diribitorium ministratorum quoque, id est locus in quo obversantur ministri, qui quoniam Græce dicuntur pædes, Pædagium Plinio in Epistolis (7. 27.) vocatur. Puer, inquit, in Pædagio mixtus pluribus dormiebat. Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 6. Sed hic quoque Pædagogio in amendatis libris exstat.

PÆDAGŌGUS, i. m. [παιδαγωγὸς] Pueri ductor: παῖς puer; ἀγωγὸς, ductor: cui ducendorum puerorum provincia datur. Cic. 12. Att. 33. Sed & pædagogi probitas, & medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari vetat.
Negligendi non sunt pædagogi & nutrices. Cic. de Amicit. 74.
Versantur pædagogi lites ad auriculas adolescenti. Auctor ad Herenn. lib. 4. 14.
Vultus pædagogi, pro Tristi & severo. Sueton. Neron. cap. 37.
Custodem cui & pædagogum dare. Sen. Epist. 11.
Pædagogus adit ad me. Corn. Gall. Eleg. 3. 17.
Quasi pædagogus agricolationis. Columel. lib. 1. cap. 1.
Discrimen a veteribus observatum inter Preceptorem & Pædagogum. Ille docebat, hic tantum deducebat reducebatque puerus in scholam, comes & custos datus. V. Burm. ad Petron. cap. 85. p. 416. & ad Quintil. 1. 16. conf. Lips. ad Sen. de Ira 2. 22.
Interdum Convicii loco usurpatur. V. Plaut. Pseud. 1. 5. 32. Suet. Galb. cap. 14. Ren. Epist. 90. Petron. cap. 94.

PÆDAGŌGA, æ. f. Hieron. ad Gaudent. Epist. 12. Sit ei magistra, comes, pædagoga, custos.

PÆDAGŌGĪUM, i. n. [παιδαγωγεῖον] Locus in domicilio, in quo pueri servique commorantur, qui παῖδες vocantur. Plin. 7. Epist. 27. Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat. Cælius lib. 7. cap. 6. legit Pædagio. [Sed perperam Non est autem loci nomen, sed Gregis ipsius formosorum puerorum, quos ad ministeria & voluptates luxuriosi quondam alebant, quos & Delicatos vocabant: neque opus est cum Pitisco E pædagogio substituere. Erant autem servilis generis, unde ceu novum in Nerone notavit Suet. etiam Ingenuorum pædagogia. V. quæ hic continuo seq. Non debent autem distingui significationes, quum sit ubique eadem.
Pædagogium. Hoc vocabulo turpius interdum etiam utebantur, quum eo cœtum puerorum, qui in deliciis habebantur, significarent. Suet. Neron. cap. 28. Super ingenuorum pædagogia, & nuptarum concubinatus, Vestali virgini Rubriæ vim intulit. Quo in loco corrupte perperamque scribitur Proagogia, & in superiore Plinii loco Pædagium. Turneb. Viri pædagogiis id damus. Plin. 33. 3. conf. Sen. Epist. 95. & 123. & de Tranquill. cap. 1. Parei Lex. Critic. p. 876. Et Lex. Pitisc.
Pædagogium, apud Jurisconsultos, Servitium atque mancipium dicitur. Ulpian. in l. Quæsitum. §. Si instructum. D. de Fundo instr. & instr. leg. Si instructum fundum legasset, ea pædagogia, quæ ibi habebat, ut quum eo venisset, præsto essent in triclinio, legato continentur. Turnebus hic, Pædagogia, puerorum cœtus, id est servitia puerilis ætatis; & hinc pueros nobilium ministros, *pages*, velut pædagogianos pueros vulgo solemus appellare. [conf. præced. not.
Pædagogium, Schola, sive ludus litterarius vulgo dicitur, sine vett. exemplo.

PÆDAGOGIANUS, a, um. Adj. ut, Pædagogiani pueri. Ammian. Marcell. 26. 17. In pædagogiani, inquit, pueri speciem purpureis opertus tegminibus. Idem 29. 18.

PÆDAGOGO, [παιδαγωγεῖν] āre. Fulgent. de Contin. Virg. Pædagogantis suspectio. Pacuv. apud Fest. Depulsum mamma pædagogandum accipit. V. Turneb. Advers. 13. 25.

PÆDAGOGATUS, ûs. m. Tertull. advers. Valent. cap. 13.

PÆDĔROS, ōtis. m. [παιδέρως] Genus acanthi. Plin. lib. 22. cap. 22. Diosc. lib. 3. cap. 17.
Pæderos, etiam Gemma est, quam alio nomine Opalum vocamus; al. Opallium; nonnulli etiam Sangenum; ita dicta, teste Plin. lib. 37. cap. 6. propter eximiam ejus gratiam; παιδέρως enim nobis puerorum amorem significat.
Pæderos, est & Unguenti genus, quo Demetrium uti consuevisse linlendo faciem Græci scribunt.

PÆDERASTIA, æ. f. [παιδεραστία] Amor puerorum. Detestandum crimen, olim Græcis & Romanis usitatissimum. V. Bernegg. ad Suet Cæs. cap. 2. Hinc.

PÆDĪCO, āre. Cum puero rem habere. Catull. Carm. 15. 1. & 17. & Carm. 21. 4. Martial. 11. Epigr. 7. 9. &c.

PÆDICO, ōnis. m. Qui pædicat. Martial. 6. 33. Et 10. 87.

PÆDĪCĀTOR, ōris. m. Idem. Suet. Cæs. cap. 49. Pædicator Cæsaris.

PÆDĪA, æ. f. [παιδεία] Eruditio, institutioque in bonis artibus, ut docet Gellius lib. 13. cap. 15.
Interdum etiam pueritiam & ipsam puerilem ætatem significat, unde exstat Xenophontis Græci nobile opus de Pædia Cyri principis. [Immo hic, non Puerilem modo ætatem ejus, sed totum curriculum educationis Cyri denotat. Cic. in Brut. 112. Cyri disciplinam convertit.

PÆDISCA, æ. f. [παιδίσκη] Est Ancilla, & Prostituta. hinc

PÆDISCIUM, i. n. [παιδισκεῖον] Prostibolum significat, & impudicarum locum. Cæl. lib. 7. cap. 3. Inde atributum effictam

PÆDISCUS, a, um. ut, Pædiscæ tibiæ, sicut & Partheniæ. Puto esse pædicas, lascivas, quæque venerem proritent. Cæl Rhod. lib. 9. cap. 7.

PÆDŎMATHES, [παιδομαθεῖς] Qui a pueris statim discunt, quibus opponuntur Opsimatheis, qui scilicet serius & jam natu grandes ad discendum accedunt. Budæus.

PÆDONŎMUS, [παιδονόμος] Ingenuorum adolescentum magister. Alex. ab Alexandr. Trajanus quoque adolescentes ad quinque millia bonæ indolis ex omni Imperio selectos publice ali & parentis affectu paribus disciplinis erudiri curavit ex præcepto Lycurgi, qui ingenuis adolescentibus virum præesse voluit peritum ac vigilantem ex his, qui summi eliguntur magistratus, quem Pædonomum nuncupavit. lib. 2. cap 25.

PÆDŎTRĪBA, æ. vel PÆDOTRIBES, m. [παιδοτρίβης] Ludi litterarii præceptor, quive pueros exercet ut robustiores formosioresve evadant. Plat. in Gorg. [Immo Pædotribæ Græcis dicebantur Gymnasiorum ministri, qui sub Gymnasta constituti, ephebos, seu pueros ad certamina exercebant, & erudiebant. V. Vandalii diss. 8 de Gymnasiarch &c. cap. 6. & 7.

PÆDOTRIBIA, [παιδοτριβία] dicitur Ars exercendi puerorum corpora, unde Aristoteles lib. 8. Politic. cap. 3. & 4. præcipit adolescentes statim gymnasticæ esse tradendus.

PÆDOR, ōris. m. [αὐχμὸς, ῥύπος] Squalor, illuvies, sordes, & omnis immunditia seu putor in animali præsertim. Lucan. lib. 2. 73.
— longusque in carcere pædor. Cic. 3. Tusc. 62. Ex hac opinione sunt illa varia & detestabilia genera lugendi, pædores: muliebres lacerationes genarum: pectoris, feminum, capitis percussiones.
Pædor a Græco deduci videtur, quod παῖδες, id est pueri, dicuntur, qui in illa puerili ætatula sordidi fere sunt, nec a sordibus sciunt abstinere. Alii a Pedum illuvie arcessant & Pedor scribunt, obstante licet producta syllaba.
Membra horrida pædore. Lucret. lib. 6. 1267.
Longus pædor. Lucan. lib. 2. 73.
Oblitus pædore. Sen Agam. 13.
Statius, Oblitus exhausto pædore & sanguine vultus. H. St.
Sedet pædor. Sen. Herc. OEth. 4.

PÆDIDUS, a, um. Adj. [ῥυπαρὸς] Pædidos (inquit Festus) Sordidos significat atque obsoletos, tractum vocabulum a Græco: quia παῖδες, id est, pueri, talis sint ætatis, ut a sordibus nesciant abstinere.
Superl. Pædidissimi servi. Petron. cap. 34. MSS. Pudissimi al. Putidissimi.

PÆDIDŌSUS, a, um. Adj. Squalidus. V. Scalig. & Dacer. ad Fest. in Pedes. conf Pedicosus in PED.

PÆGMA, ătis. n. V. PEGMA.

PÆGNIUM, [παίγνιον] Græca vox est, quæ nobis Ludum sonat, vel rem ludicram, aut puerilem oblectationem: unde Technopægnium ludicrum quoddam poema ab Ausonio inscriptum est.

PÆMINOSUS, V. PEMINOSUS.

PÆNE, Adv. [παρολίγον] i. e. Fere. Cic. 3. Q. frat. 1. Ille mihi secundum te & liberos nostros ita est, ut sit pæne par. Sunt qui per e Pēne scribunt, repugnantibus antiquis monumentis.
Pæne etiam amicus. Cic. 1 Fam. 4. Eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo justiorem, pæne etiam amicum.
Pæne par oratori poeta multis ornandi generibus. Cic. 1. de Orat. 70.
Pæne ille. Cic. 2. Fam. 8. Quid quæris? dum illum rideo, pæne sum factus ille.
Pæne simul tecum rapta solatia. Virg 9. Ecl. 18.
Pæne dicam. Cic. pro Rosc. Com. 16. Si qua enim sunt privata judicia summæ existimationis, & pæne dicam capitis.
Pæne puer vario juvenes certamine vici. Ovid. 16. Epist. 359.

PÆNISSŬME, [παρολιγώτατα] superl formavit Plaut. in Aulul. 3. 4. 7.
Condigne etiam meus me intus gallus gallinaceus,
Qui erat anui peculiaris, perdidit pænissume. I. e. Pæne nihil defuit, quin me perderet. Sunt qui Penissime superlativum esse velint a Penitus. Sed a Pæne deducit rectius Priscianus lib. 15. Plaut. Most. 3 1. 127.
— mea consilia perturbat pænissime. Idem Aul sæpius. Apul. Met. 8. p. 203. Elmenh. Pænissime ibidem, quam devoraverat ei, reddidit animam. conf. Sidon. 8. Epist. 3 & Voss. Etym. p. 381.

PÆNINSŬLA, æ. f. [χερσόνησος] dicta est quasi Pæne insula, Terra undique fere aquis clausa, & brevi tantum angustia, quæ dicitur isthmos, continenti adnexa. Liv. 31. 40. Et oppidum Celetrum est aggressus in pæninsula situm.
Pæninsularum Sirmio, insularumque Ocelle. Catul. 29. 1. Scribitur & Peninsula. V. PÆNE.

PÆNULTĬMUS, a, um. Adj. Pæne ultimus, Ultimo prior. Gell. 4. 7. Auson. Ecl. de Kalendis, 13. — post quos pænultima meta November.

PÆNULA, V. PENULA.

PÆON, ōnis. m. [Παιὼν] Nomen viri medicæ artis peritissimi, quem Homer. lib. 5. Iliad. extr. scribit curasse Martem graviter a Diomede vulneratum: e quo Pæonia herba dicitur quam invenit. Unde &
Pro Medico generatim usurpatur nomen Pæon ab Aristophane. conf. Isidor. 17. 9. Nonnunquam & Apollini tribuitur. V. PÆAN.

PÆŌNIUS, a, um Adj. [παιώνιος] Latini tamen poetæ penult. corripiunt. ut, Cura Pæonia. Claud. de Bell. Get. 121.
Herba Pæoniæ. Virg. 7. Æn. 769.
In morem Pæonium. Idem 12. Æn. 401.

PÆON, ōnis. m. [παιὼν] Genus pedis metrici est, sive mensuræ, qua tum poetæ, tum oratores suas dictiones dimetiebantur, qui a Diomede quadruplex esse traditur, quorum primus ex longa & tribus brevibus constat. Secundus ex brevi & longa & duabus brevibus. Tertius ex duabus brevibus & longa & brevi. Quartus ex tribus brevibus & longa. Cic. 3. de Orat. 183. Probatur autem ab eodem illo (de Aristotele loquitur) maxime pæon, qui est duplex; nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur: ut hæc verba, Definite, Incipite, Comprimite; aut a brevibus deinceps tribus extrema producta atque longa: sicut illa sunt, Domuerant, sonipedes; atque illi philosopho ordiri placet a superiore pæone, posteriore finire. conf. supra PÆAN. Nam promiscue usurpant. Quintil. 9. 4. & Voss. Inst. Orat. p. 435. &c.

PÆŌNICUS, a, um. [παιωνικὸς] Adj. ut, Genus pæonicum, inter rythmica genera, apud Mart. Capell. lib. 9. p. 329.

PÆŌNIA, æ. f. [παιωνία Diosc] Herba a Pæone medico, qui eam invenit. Plin. lib. 25. cap. 4. Vetustissima inventu pæonia est, nomenque auctoris retinet, quam quidam pentorobon appellant, &c. conf. Apul. de Herb. cap. 64. al. Pæonion. [A Pæone deberet scribi παιωνία.

PÆŌNIA, æ. f. [Παιονία] Regio est in Europa, a Pæone Endymionis filio & Epei fratre, qui victus cursu ab Epeo (sicut inter eos convenerat) imperium victori dedit, & in Macedoniam seu Thraciam ad amnem Axium discessit. A quo Pæonia regio dicta, quæ ex regis nomine Æmathia, pars Macedoniæ: a qua Pæones populi, ut Justin. lib. 7. 1. 5. scribit. Stat. 2. Achill. 417. penultimam corripit, dicens,
Præterit & didici quo Pæones arma rotarũ. Quandoque Pæonia ponitur pro Macedonia, sicut Æmathia, cujus litoris regio juxta Sithoniam Thermopontum Pallene vocatur. In hac regnasse fertur Thelegonus. V. Justin. l. c.

PÆONES, um. m. [Παίονες] Populi ad Rhodopen montem & Macedoniam maritimam habitantes. V. Dion Cass lib. 49. & Ovid. 2. de Pont 2. 77. Nivosi Pæones. Ovid. 5. Met. 313. V. Dict. præced. Rectus est Παίων, παρεξὺν,

PÆSIA, apud Coos, Placentulæ sunt. Cæl. Rhodig lib 9. cap. 16.

PÆSTUM, i. n. [Παῖστον] Oppidum Lucaniæ, rosarum abundantissimum, ubi ob cæli clementiam bis in anno producebantur fructus, scilicet Maio & Septembri. Virg. 4 Georg. 119.
— biferique rosaria Pæsti. Hujus mœnia prope mare magni spatii adhuc integra videntur, latitudine & altitudine miranda. A Tuscis conditum, Posidoniam dixerunt, & ejus sinum Posidoniatem. Postea Romani, missis huc coloniis ampliaverunt, ut ait Strabo. Cic. 11. Att. 7. Nunc vulgo dicitur *Polycastro*, ut scribit Olivarius in Melam.

Odorati victura rosaria Pæsti. Propert. 4. 5. 59.
Tepida Pæsti rosaria. Ovid. 15. Met. 708. conf. Martial. 12. 31.
PÆSTĀNUS, a, um. Adj. [Παιστανός] Ovid. 2. de Pont. 4. 28.
Calthaque Pæstanas vincat odore rosas.
Sinus Pæstanus. Cic. 16. Att. 6.
PÆTINUS, fuit cognomen Fulviorum. De tribus bujus cognominis celebrioribus, V. Lex. Pitisc.
PÆTŎVIUM, [Παιτόβιον] Urbs Pannoniæ superioris, id est Austriæ, auctore Ptolemæo lib. 2. cap. 15. Petovionem Tacitus scribit lib. 19. alii Petoviam. Vulgo *Pettavv*.
PÆTUS, vel PŒTUS, a, um. Adj. Qui obliquis oculis respicit, vel qui alterum oculum minorem habet. Plin. 11. 37. Uni animalium homini oculi depravantur, unde cognomina Strabonum & Pætorum. Hor. 1. Serm. 3. 44.
— Strabonem
Appellat pætum pater: & pullum, male parvus
Si cui filius est. Porphyrio, Strabo, qui est detortis oculis, dicitur: Pætus, leniter declinatis. Acron, Pæti proprie dicuntur, quorum huc atque illuc oculi velociter vertuntur. Est igitur Pætus, Qui oculos habet tremulos, & se facillime in quamvis partem vertentes: quales plerumque sunt lascivarum oculi. V. PATUS. Hinc
Venus ipsa Pæta dicitur ab Ovid. 2. de Arte Am. 659.
Qui sint pæti oculi vix aliunde melius cognosci potest, quam ex eo, quod Veneri bi tribuantur. Vide an non alicubi apud Nasonem,
Si pæta est Veneri similis, si glauca Minervæ. Vide ubi Venus dicitur habere oculos pætos. An in Epigr. Virgilio ascriptis, de Dearum proprietatibus? H. St. Locus Ovidii est idem qui hic laudatur, sed in editione Lugd. desiderabatur. Legitur autem ibi Flava, non Glauca. Sed neutram lectionem, nec & Pæta quidem pariter, ferri posse contendit Heinf. q. V. Ego τὸ Flava, vel si mavis cum Steph. Glauca non rejecerim. Est enim ex Lucret. lib. 4. v. 1154. sumptum, ut reliqua, quæ ibidem apud Nasonem sequuntur.
PÆTŬLUS, a, um. Adj. dimin. apud Cic. 1. de Nat. Deor. 29. pr. Redeo ad Deos, ecquos si non tam strabones, at pætulos esse arbitramur?
PÆTUS, Æliorum fuit cognomen. Plin. 11. 37. Cic. pro Cluent. 72. Quid tu, Pæte: hoc enim libi Stalenus cognomen ex imaginibus Æliorum delegerat, &c. conf. Lex. Pitisc.

P A G

PAGÆ, vel PEGÆ, [Πηγαί] Oppidum in plaga Locrensi famosissimum, unde Peloponnesi prosilit cervix. Plin. lib. 4. cap. 3. Hinc Pagei populi de quibus idem Plin. lib. 4. cap. 7. Meminit & Pagarum eodem loco. Pagæ vocabantur Sepulcra, quæ statuas non habebant. V. Lex. Pitisc.
PAGANA Lex, qua sancitum fuit ne mulieres in via torquerent fusos, aut illos detectos ferrent, quoniam frugum proventibus id adversari putabatur. Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib. 4. cap. 8.
PAGANUS, V. PAGUS.
PAGASA, æ. & PĂGĂSÆ, pl. f. [Παγασαί] Thessaliæ oppidum, quod postea Demetrias dictum est, ut ait Plin. lib. 4. cap. 8. juxta quam ædificata fuit Argo navis, propter quod navis longa Argonautarum Pagasæa nuncupatur, quod Iason, qui eam ædificavit, fuit filius Æsonis, fratris Peliæ regis Thessaliæ. Hinc & Pagasiticus sinus in Thessalia est dictus. Sunt qui scribunt Pegasa.
Pagasæ navalia. Propert. 1. 20. 17.
PAGASÆUS, a, um. Adj. [Παγασαῖος] ut. Silva Pagasæa. Ovid. 12. Met. 412.
Apollo Pagasæus. Silius lib. 7.
Fontes Pagasæi calidi, quos & salem ferre scribit Plin. lib. 37. cap. 7.
Litus Pagasæum. Lucan. 6. 400.
Puppis Pagasæa, Argo navis. Valer. 8. Argon. 378. Idem, 1. 422. Ovid. Met. 7. 1.
Iamque fretum Minyæ Pagasæa puppe secabant.
Sinus Pagasæus. Mela 2. 3.
PAGĂSUS, a, um. aliud Adject. [Παγασίς] Valer. 8. Argon. 451.
Si Pagasas, vel Peliacas binc denique nubes
Cerneret.
PAGĂSĬCUS, a, um. Adj. [Παγασικός] ut, Pagasicus sinus. Plin. lib. 4. cap. 8. & 12. Strab. 9.
PAGIDA, sive Belus, Rivus in Phœnicia ad Carmelum promontorium vitri fertiles arenas parvo litori miscens. Ipse e palude Cendevia a radicibus Carmeli profluit. Plin. lib. 5. cap. 19.
PĀGĬNA, æ. f. [σελίς] Utraque pars folii. Paginæ dictæ sunt, auctore Festo, quod in libris suam quæque obtineant regionem, ut pagi: vel a Pagendo, quod in illis versus pangantur, id est figantur. Versus autem, non Carmina intelligit Festus, sed Lineas. Cic. 1. Q. frat. 2. Nam quum hanc paginam tenerem, L. Flavius Prætor des. ad me venit, homo mihi valde familiaris. Martial. Epist. præf. lib. 1. In nulla pagina Latine loqui fas sit.
Extrema pagina. Cic. in Orat. 41.
Longa atque insignis honorum. Juven. 10. Sat. 57. ubi V. Scholiast. Fastos consulares intelligit.
Profana. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 301.
Contractio paginæ. Cic. 5. Att. 4. Meam in eo parcimoniam hujus paginæ contractio significat.
Commovere totas paginas. Cic. 4. de Fin. 53. Utrum igitur tibi literam videor, an totas paginas commovere?
Complere paginam. V. COMPLEO.
Respondebo primum postremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ molestiæ fuit. Cic. 6. Att. 2.
Utramque paginam facit. Plin. lib. 2. cap. 7. de fortuna, Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit. Proverbii faciem habet illud, sumpta metaphora a codicibus rationalibus duas habentibus paginas: alteram quæ indicat quid sit datum: alteram quæ quid acceptum sit, ostendit. itaque in rebus humanis fortuna utramque facit paginam, id est, sive quid obtigit boni, ea laudatur, quasi dederit: sive mali quid accidit, eadem incessitur, ceu malorum auctor. Erasmus. conf. Scalig. Animad. in Guilandi. Comm. de Papyro p. 45.
Paginam sæpe pro Libro ponunt poëtæ, ut
Lasciva. V. LASCIVUS.
Turgescit pagina bullatis nugis. Pers. 5. Sat. 20.
Pagina, in vitibus. Plin. lib. 17. cap. 22. de limitanda vite, Semper vero quintanis seminari, hoc est, ut quinto quoque palo singulæ jugo paginæ includantur. Paginas vocat Areas interceptas inter duo juga. Budæus.
PAGĬNŬLA, æ. f. [σελίδιον] dimin. Cic. 4. Att. 8. de Cæsare, Si vero id est, quod nescio an sit, ut non minus longas jam in codicillorum fastis futurorum Consulum paginulas habeat, quam factorum, quid illo miserius?
PAGELLA, æ. f. [σελίδιον] aliud dimin. Cic. 11. Fam. 25. Non imitor λακωνισμὸν tuum. altera jam pagella procedit.
PĀGĬNO, āre. Verbum, a Pago, finxerunt medii ævii scriptores. Unde
PAGINATUS, a, um. Partic. Paulin. Iamb. 353.
Solidoque navem paginatam robore.
PAGINĀLIS, e. Adj. Ennodius 2. 13. Paginalis, (i. e. Epistolaris) stili cura. Idem 2. 26.
PĀGO, pĕpīgi, pactum, [σπένδω] ĕre. Pacisci significat. Auct. ad Herenn. lib. 2. 20. Pacta sunt, quæ legibus observanda sunt, hoc modo, Rem ubi pagunt, oratione pagunt. Al. Rem, ubi pagunt, orato; ubi pagunt, &c. V. not. Quintil. lib. 1. cap. 6. p. 73. Burm. dicit Pepigi esse, non a Pango, sed antiquo verbo Pago, pagia, sine N, ut in lege XII Tab. Ni ita pagunt. Sueton. de Clar. Rhet. cap. 1. Et pepigerunt, bolum quanti emerent. Cic. pro Rosc. Com. 26. Dic pactionem fecisse ut absolveretur, non pepigit.
Pagere & Convenire. Auct. ad Herenn. lib. 2. 29. Ex pacto jus est, si quid inter se pepigerint, si quid inter quos convenit.
Recusare quæ pepigisti. Virg. 12. Æn. 12.
Pepigere quos motus darent. Lucret. lib. 1. 1022.
Fœdera mihi pepigit Lausus. Virg. 10. Æn. 902. Idem 11. 133.
Cum hostibus pagere. Auctor de Viris illust. cap. 43. extr. De redemptione captivorum cum hostibus pepigit. Quod pactum, cum a senatu improbaretur, &c.
Rem ducentis nummis pagere. Plaut. Bacch. 4. 8. 38. Quid fit? M. ducentis philippeis rem pepigi.
Ab eo quicum pepigit impetrare. Cic. 3. Off. 92.
PĂCISCOR, pactus sum, [σπένδομαι, ἐπισπένδομαι, ὁμολογέω, ἐμπεδόω, συμφωνέω] pacisci. Pactum facere, convenire: & fere præpositioni Cum adjungitur. Cic. in Parad. 6. Si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis. Plin. 6. Epist. 23. Peto, atque etiam paciscor, ut simul agat Cremutius Rufo.
Pacisci de mercibus. Suet. de Clar. Gramm. cap. 17.
Diem pacisci & constituere cum aliquo. Cic. 1. in Catil. 24. Scio pactam & constitutam esse cum Manlio diem.
Fœdus pacisci. Cic. pro Sext. 33.
Inducias aliquot dierum cum hoste. Cic. 1. Off. 33.
Millia duo pactus est. Martial. lib. 8. 17.
Præmium ab aliquo. Cic. 3. Q. frat. 3. Tanta invidia sunt Consules propter suspicionem pactorum a candidatis præmiorum.
Præmium cum aliquo. Justin. lib. 2. extr. de Pausania, Proditionis præmium cum Xerxe nuptias filiæ ejus paciscitur. V. infra.
Pretium. Ovid. 8. Met. 106.
Pretium prædonibus pro capite. Cic. 3. Off. 107.
Rem aliquam alia. Senec. 1. de Clement.
Vitam pacisci ab hoste. Sallust. in Jugurth. cap. 26. pr. Adherbali suadent, uti sese & oppidum Jugurthæ tradat: tantum ab eo vitam paciscatur, i. e. Pactum faciat de vita salva.
Vitam pro laude. Virg. 5. Æn. 230. conf. Stat. 1. Theb. 319. Et Ovid. 7. Met. 107.
Pacti sunt inter se. Justin. 1. 10. 4.
Pactus dimitti. Plin. lib. 8. cap. 7. Namque unum, qui supererat, objecit elephanto: & ille, dimitti pactus si interemisset, solus in arena congressus, magno Pœnorum dolore confecit.
Paciscor cum. Cic. 5. Verr. 37. Ne quis frumentum de area tolleret, antequam cum decumano pactus esset. conf. Præmium pacisci supra.
Pacisci mercede cum aliquo ut. Liv. 25. 33.
Sestertio cum aliquo pacisci. Cic. in Sallust. 19.
Est & matrimoniorum verbum. Liv. 1. 2. Turno pacta Lavinia fuerat. Justin. 2. 15. 14. V. supra Præmium pacisci. Idem 7. 4. 7. Et Tacit. 1. Ann. 55. 4. Pacta puella. V. Lex. Pitisc.
Filiam alicui. Cic. 5. Att. 21. Nec dubitat Dejotarus, cujus filio pacta est Artavasdis filia, (ex quo sciri potest) quin cum omnibus copiis, &c.
Hæc tibi pacta est Callicli filia? LE. ego ducam pater. h. e. Promisitne ipsa tibi, sive dedit tibi fidem? Plaut. Trin. 5. 2. 59.
Inique pacisci. V. INIQUUS.
PACISCO, pro Paciscor antique. Nævius apud Nonium 7. 54.
PACISCENDUS, a, um. Partic. Ammian. 31. 12. Ut firma fierent paciscenda.
PACTUS, a, um. Partic. [ὁμολογηθείς] Pacto decretus. Plaut. Asin. 3. 3. 145.
Hinc inerunt viginti minæ bonæ, mala opera partæ:
Has tibi nos pactis legibus dare jussit. Vulgo *sub conditione* dicunt.
Meritis & voce pactus est. Ovid. 5. Met. 28.
Conjux pacta. Ovid. 14. Met. 451. conf. Virg. 10. Æn. 722. V. in ipso verbo.
Fides. Ovid. 3. Fast. 485.
Heu! ubi pacta fides? ubi quæ jurare solebas?
Fœdus. Virg. 4. Georg. 158. Lucret. lib. 3. 782.
Si non forte ita sint animarum fœdera pacta.
Induciæ pactæ cum hoste. Cic. 1. Off. 33. Ut ille, cui cum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ, nocte populabatur agros, &c.
Merces. Hor. 3. Carm. 3. 22.
Rem pactam habeto. Plaut. Pœn. 5. 3. 38.
Salus pacta. Justin. 8. 5. 3.
Societas pacta. Idem 20. 5. 6.
Teda pacta, Conjugium pactum. Ovid. 9. Met. 721.
Verba pacta, i. e. Concepta & legitima. Ulpian. titul. 24. ejus libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Ulpiani, Senatusconsulto Neroniano cautum est, ut quod minus pactis verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo jure legatum esset. Sic dixit Cic. pro Rosc. Com. 46. Non enim ex pactione verborum, quibus jusjurandum comprehenditur: sed, &c. i.e. Non ex formula. Sic & Arnob. adversus gent. lib. 7. O deorum sublimitas præpotens, quam venerator cum pactionibus adorat & formulis.

PACTA,

Pacta, æ. f. absolute pro Sponsa. Patere. 2. 1. 3. Pactæ ejus nuptias occupaverat. V. Juret. in Symmach. p. 168. Et Hotoman. de Vet. nupt. ritu cap. 1.

Pactum, i. n. [συνθήκη, ὁμολογία, συμβόλαιον, σύμφωνον] Conventionem significat. Cic. 2. de Invent. 68. Pactum est, quod inter aliquos convenit, quod jam ita justum putatur, ut juri præstare dicatur. Al Jure præstari. Pactum est duorum consensus atque conventio: Pollicitatio vero, offerentis solius promissum. Ulpianus, D de pollicitationibus, l. Pactum. Idem, D. de pactis. l. 1. Pactum autem a Pactione dicitur: unde & Pacis nomen appellatum est. [Non satis constat Pactum a Paciscendo, an a Pangendo dicatur, cum significatio utriusque verbi in multis conveniat, Verisimilius tamen a Pacio inusitato, quod est a Pago, unde & Pacio verbale, & Paciscor, arcessimus.

Pactorum quædam in rem sunt, quædam in personam. In rem sunt, quoties generaliter paciscor, ne petam. In personam, quoties ne a persona, i e. ne a L. Titio petam. Utrum autem in rem, an in personam pactum factum sit; non minus ex verbis, quam ex mente convenientium æstimandum est. Plerumque enim (ut Pedius ait) persona pacto inseritur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur cum quo pactum factum est. Hæc Ulpian. in l. Juris gentium. §. Pactorum D. de pactis.

Pactum conceptum in personam. Paulus in l. Si tibi decem. §. Si quis paciscatur. D. de pactis, Pactum conventum cum venditore factum, si in rem constituatur: secundum plurium sententiam emptori prodest. secundum autem Sabini sententiam, etiamsi in personam conceptum est, in emptorem valet.

Conditio atque Pactum. Cic. 2. Verr. 16. Mansit in conditione atque pacto usque ad eum finem, dum judices rejecti sunt.

Inter Pactum & Conventum differentia est. Nam Pactum est ex parte stipulantium: Conventum, quum quæ pepigerunt promissa sunt, de hisque est conventum. Hac de causa Pacta convente, & Pacta conventaque, legimus: antecedit enim Pactum, sequitur Coventum. Seneca de Benef. lib 3. cap. 15. Nec pacta conventaque impressis signis custodirentur. Ex Turneb. Advers. 16. 5. conf. Lex. Pitisc.

Pacta conventa, stipulationes, &c. in foro cognoscenda. Cic. 2. de Orat. 100.

Pacta conventa insunt bonæ fidei judiciis. Ulpian. in l. 7. Juris gentium. §. 5 Quinimo. lib. 2. D. t. 14. de pactis.

Formula pacti. Ovid. 20. Epist 151.

Inexorabile pactum. Stat. 1. Theb. 5.

Personale pactum. Paulus in l. Et hæredi. in princ. D. de pactis, Post mortem vero filii, nec patri proderit, nec hæredi ejus: quia personale pactum est.

Ratum pactum. Cajus in l. Contra. in princ. D. de pactis, Contra juris civilis regulas pacta convente rata non habentur.

Remotum a jure communi. Ulpian. in l. Juris gentium. §. Si paciscar. D. de pactis. Paulus in l. Si unus. §. Item ne experiar. D. eodem titul. Si pactum conventum a re privata remotum sit, non est servandum.

Sacrum. Valer. 8. Argon. 401.

Convenit pacto. V. CONVENIO.

Eliditur pactum. Paulus in l. Si unus. §. Pactus. D. de pactis, Pactum ne peteret, postea convenit ut peteret: prius pactum per posterius eliditur.

Exuere pacta. Tacit. 6. Ann. 43.

Interponere. ut, Pacta quæ postea interponuntur, solent parere exceptiones Ulpian. in l. Juris gentium. §. Quin immo. D. de pactis.

Interposito pacto convento de non re non petenda, totam obligationem submoveri. Paulus in l. Si unus §. Si cum mihi. D. de pactis.

Ligare pacta. Propert. lib. 4. 4. 82.

Observantur ex convento sine legibus pacta. Auctor ad Heren. lib. 2. 20.

Observanda non sunt pacta, quæ turpem causam contioent. Paulus in l. Si unus. §. Pacta. D. de pactis.

Præstatur pactum. Cic. 2. de Invent. 68. V. paulo supra.

Servare pacta & promissa. Cic. 3. Off. 92. Pacta & promissa semperne servanda, quæ nec vi, nec dolo malo (ut Prætores solent dicere) facta sunt.

Servandum erit pactum conventum. Paulus in l. Sed si tantum. D. de pactis.

Stare pacto. Liv. 9. 11.

Valet pactum. Ulpian. in l. Juris gentium. §. Si paciscar. D. de pactis, Si paciscar ne judicati vel incensarum ædium agatur: hoc pactum valet.

Ex Pacto. Nepos 1. 2. 4. conf. Liv. 1. 11.

Pacta dicebantur Tributa quæ Imperatores pendebant Scythis, Bulgaris, aut Sarracenis. Paul. Diacon 23. Dominus Bulgariæ denuntiavit Imperatori, Aut tribue mihi pacta, aut demoliar Thraciam. Buleng. de Vectig. cap. 78.

Locrense pactum, Proverbium de fœdifragis dictum, cujusmodi quondam habiti Locrenses, quod fœdere prodito quod cum Peloponnesiis inierant, ad Heraclidarum partes defecerint Erasm ex Zenodoto.

Pacto, ablat. pro Modo aliquando ponitur. Plaut Rud 5. 3. 40.

> Non tacebo unquam alio pacto, nisi talento comprimor. h. e.

Alias. Ter. And. 1. 1. 23.

> Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum
> Cognosces, & quid facere in hac re te velim.

Hoc denique pacto discimus. Virg. 2. Georg. 248.

Isto pacto si servi mei me metuerent. Cic. 1. Catil. 7.

Nullo pacto. V. NULLUS.

Quo pacto. Hor. 1. Epist. 17. 2.

> Quamvis Scæva satis per te tibi consulis, & scis
> Quo tandem pacto deceat majoribus uti,
> Disce docendus adhuc.

Pactio, ōnis. f [συνθήκη, σύνθημα] Ulpian. l. 1. D. de pactis. Est autem pactio, duorum, pluriumve in idem placitum & consensus Cic. 3. Verr. 17. Sciebam in rejiciendis judicibus nonnullos memoria nostra pactionis suspicionem non vitasse. [Hic pactionis nomine Prævaricationem designare videtur. V. Ascon.

Pactio apud Orat. & Hist est de re publica conventio inter personas publicas: Pactum, De privata inter quoslibet. Wasse.

Quomodo Pactio differt a Fœdere, V. in Lex. Pitisc.

Accedere ad pactionem. V. ACCEDO.

Adire ad. V. ADEO, adis.

Agere pecuniarum pactiones. Cic. de Provinc. Consul. 9.

Conficere. V. CONVICIO.

Conflare. Cic. de Arusp. Resp. 42.

Facere. Cic. 7. Verr. 113. Has per Timarchidem pactiones sepulturæ cum vivis etiam illis esse factas? conf Suet Jul. 30. Et Justin. 22. 8. 3.

Facere de tota lite. Cic. pro Rosc. Com. 40.

Facere nuptialem invitum aliquem cogere. Liv. 4. 4.

Inire pactionem. Justin. 35. 1. 5.

Interponere pactionem. Justin. 7. 6. 4. & 22. 3. 3.

Intercisæ. Cic. in Parad. 6. Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis intercisas, &c.

Manere in pactione. Nepos 17. 2. 4.

Obligare pactionibus suorum præmiorum aliquos. Cic. Post. red. in Senat 31.

Perturbare conditiones & pactiones bellicas. Cic. 3. Off 108. Regulus vero non debuit conditiones, pactionesque bellicas perturbare perjurio.

Venire ad aliquam. Cic. 2. de Invent. 71. Quum omnes perituri milites essent, nisi ad pactionem venissent, utrum, &c.

Pactio, pro Formula. V. paulo ante, Verba pacta, in PACTUS, pc.

Pactiones decumanorum. V. Lex. Pitisc.

Pacionem, antiqui dicebant, quam nunc Pactionem dicimus. unde & Pacisci adhuc, & Paceo in usu remanet. Festus. [V. in OPINIO notata.

Pactus, ūs. m. Petron. cap. 81. Unius noctis pactu omnia vendere.

Pactor, ōris m. [ὁμολογητής] Cic. 7. Verr. 54. An fœderum interpretem, societatis pactorem, religionis auctorem?

Pactītius, a, um. Adj. [συνθηματικός] Vulgo *Conventionalis* dicitur. Gell. lib. 1. cap. 25. Cessatio pugnæ pactitia, induciæ dicitur.

Padoabdas, Oppidum ad mare Rubrum Troglodytici & Æthiopici sinus. Plin. lib. 6. cap. 29.

Pagrus, i. m. [πάγρος] & Phagrus, quasi φάγος, id est vorax. Piscis. Plin. lib. 32. cap. 10. Pagri fluviatilis longissimus dens capillo adalligatus. Idem lib 9. cap. 16. Prægelidam hiemem omnes sentiunt, sed maxime qui lapidem habere in capite existimantur, ut lupi, chromes, sciænæ, pagri. Iidem & Paguri dicuntur. V. Gesner. Dicitur & Pager, vel Pagur, Ovid. Halieut 107.

Pagūrus, i. m. [πάγουρος] Piscis ex genere testaceorum, aut crustatorum. Galen. lib. 3. de Aliment. facult. cap. 34. Astaci, paguri, cancri, locustæ, carides, tenui testa concluduntur. Dictus est autem Pagurus, παρὰ τὸ ὑγρὸν καὶ φυλάττειν τὰς παγάς, quod in altioribus fluminum locis versetur, ripisque præruptis, Meminerunt ejus Ælianus & Aristotel. lib. 4. de Animal. conf. Plin. 9. 31.

Pāgus, i. m. [κώμη] Simul positæ villæ, hoc est, rusticanæ domus in unum coagmentatæ Nam πηγὴ Græce, Latine Fons dicitur: quod circa fontes hæ ponerentur: quodque omnes eadem aqua uterentur, auctor Festo. Pagi videntur in plano fuisse: hinc Paganos a Montanis distingun Cic. pro Domo 74. ut annotat Græv. in loc.

Pagi. sunt Aptata ædificiis loca inter agros habitantibus. Isidor. Orig 15. 2.

Pagus non modo Vicum rusticanum significat, sed unius jurisdictionis Tractum, ditionem, ac agrum: quomodo hodie Helvetia tredecim habet pagos ac civitates, quæ iisdem legibus, moribus atque institutis utuntur. Tacit de Moribus German. cap. 12. Eliguntur in iisdem conciliis & principes, qui jura per pagos vicosque reddunt Quem locum exponens Althamerus, Inter Vicum & Pagum, inquit. hoc interest discriminis. Vicus significat villarum, id est domorum rusticanarum congeriem absque mœnibus: Pagus vero vicorum societatem, ditionem, seu agrum, qui multis vicis constat. Hæc mire illustrant Cæsarem, qui lib. 1 de Bell. Gall cap. 12. Omnem civitatem dicit Helvetiam in quatuor pagos divisam esse. Iterum lib. eod. cap. 37 Treviri autem nuntiabant, pagos centum Suevorum ad ripam Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur. Rursum lib. 4. cap. 1. Suevorum gens est longe maxima, & bellicosissima Germanorum omnium: ii centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula millia armatorum, bellandi causa, suis ex finibus educunt. Hæc & plura Cæsar. Quæ sic explicat Althamerus. Dicitur Pagus ἀπὸ τῆς πηγῆς, id est a fonte: quod pagi circa fontium rivos collocarentur. Minime autem credibile est, Sueviam latissimam Germaniæ oram, tantum centum vicos habuisse: quum nullas etiam urbes habitaverint: nec junctas sedes inter se passi fuerint: sed discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus, ut fluvius placuit, coluerint, &c. Præterea quo modo ex uno vico potuissent mille homines ad bellum educi? Satis ergo indicat Cæsar, Pagum significare Hominum multitudinem, societatem ac civitatem, & Paganos esse, Fontium aut fluviorum accolas, qui unum tenent tractum & districtum. Hæc ille. Turnebus in eundem Cæsaris locum, Pagi, inquit, sunt Regionum universæ & populi alicujus partes, ut tota regio Helvetiorum, quæ a Cæsare appellatur Civitas, in quatuor partes erat distributa, quas appellat Pagos, non quod tantum pagatim incoleretur: nam & habitabatur oppidatim, quum scribat duodecim oppida in ea fuisse, & pagos ad quadringentos, sed quod universus eorum ager in quatuor partes, & tanquam præfecturas, esset divisus. Eodem modo scribit idem Cæsar Suevorum centum pagos fuisse: cum enim longe lateque in Germania regionem amplissimam haberent, latissimosque fines, in centum partes regio distributa erat. Sic ager Romanus a Numa Pompilio in pagos fuerat distributus, ut scribit Dionysius his verbis, ἀλλὰ τὴν χώραν ἅπασαν εἰς τοὺς καλουμένους πάγους. Tractus enim quosdam & partes regionis ita vocavit, quod quidem & Plutarchus scribit. εἰς μέρη τὴν χώραν διεῖλεν, ἃ πάγους ἀνόμασεν. Pagis autem illis præerant pagorum magistri. Erant & Pagi, Castella quædam & munitiones juxta Romam in locis editis, quo se plebs rustica, hoste in agrum Romanum incursiones faciente, recipiebat: & in certos pagos erat contributa, ut Dionysius scribit. Cicero etiam in plebe Romana Paganos & Montanos enumerat. Hæc ex Turneb. Vide etiam Glareanum in Annotationibus in Cæsarem. Salmas. in Vopisc Saturn. cap. 8. Voss. Lex. Etym. Manut. lib. 3. Ep. 7. & Scalig. Lect. Auson. 1, 23. p. 66.

Ingentes pagi. Virg. 2. Georg. 382.

Rugosus frigore. Hor 1. Epist. 18. 105.

Saliarius pagus. V. Fabret. de Aquæduct. diss. 3.

Succusanus pagus V. Nardin. Rom. Vet. 3. 6.

Pagus pro Gentilitate. V. in PAGANUS.

Pagātim, [κωμηδόν] Adv. dictum est Per singulos pagos, ea forma qua Oppida-

Oppidatim. Liv. 31. 26. Templa deûm, quæ pagatim sacrata habebant, dirui atque incendi jussit. Ibid. cap. 30. Pagatim habitantes.

PAGĀNUS, a, um. Adj. [κωμητικός] ut, Fercula pagana. Propert. lib. 4. 4. 76. & Ovid. 1. Fast. 670. Pagani foci.

PAGĀNUS, i. m. [κωμήτης] Rusticus, a Pago dictus est, ut Villanus a villa, qui natus in ea est. Cic. pro Domo, 74. Nullum est in hac orbe collegium: nulli pagani aut montani, quoniam plebi quoque urbanæ majores nostri conventicula, & quasi concilia quædam esse voluerunt, &c. ubi videtur certum Urbanæ plebis collegium intelligere.

Paganus, Qui miles non est. Jovenal. 16. Sat. 33.

— citius falsum producere testem
Contra paganum possis, quam vera loquentem
Contra fortunam armati. Marcellus in l. Quædam. D. de Pœnis, Quædam delicta pagano, aut nullam, aut leviorem pœnam irrogant: militi vero graviorem. Tacit. 3. Hist. 24. 4. Vos, nisi vincitis, pagani scil. estis. Idem 2. Hist. 14. 4. Suet. Aug. cap. 27. Cum concionante se, admissa turba paganorum, apud milites subscribere quædam animadvertisset. conf. Plin. 10. Epist. 18. Veget. 2. 23. & Buchn. ad Plin. 7. Epist. 25. item Lex. Pitisc.

Hinc Pagani a veteribus Christianis dicebantur Gentiles, quod Christi milites non essent, ut quidam censent. Alii nomen ducunt a Pagis, ubi extra urbes sub Christianis principibus idola colebantur. V. Herald. in Arnob. pr. & Cellar. Cur. poster. p. 276.

Sed Pagus apud Latinos idem est ac δῆμος apud Græcos, ut supra videre est; adeo ut Paganus & Gentilis idem plane significent. V. Salmas. in Vopisc. Saturn. cap. 8. Hinc Pagom pro Gentilitate ipsa usurpavit Prudent. περὶ στεφ. 10. 296.

Non erubescis stulte, pago dedite,
Te tanta semper perdidisse obsonia.

Paganus, per translationem, Qui in exercitio aliquo nondum perfectus est. Persius in procem. lib. sui, 6. — ipse semipaganus
Ad sacra vatum carmen affero nostrum.

PAGĀNĬCUS, a, um. Adj. [κωμητικός] Antoninus in l. 1. C. De testa. militis, Frater tuus miles si te specialiter de bonis, quæ in paganico habebat, hæredem fecit: bona quæ in castris reliquit, petere non potes. Differt a Castrensi. [Videtur hic Paganicum, i. u. substantive poni, ut Hosticum, & alia id genus, ubi subauditur Solum.

Feriæ paganicæ. i. e. Pagi. Varro de L. L. 5. 3.

Pila paganica, a pagis dicta, hoc est villis, quod pagani ea uterentur. Hæc grossior laxiorque & pluma plena, nec ad lusum tam agilis, ut quæ nec tam levis est. nec jactata facile resilit. De qua sic Martial. lib. 14. 45.

Hæc, quæ difficili turget paganica pluma,
Folle minus laxa est, & minus arcta pila. Quasi dicat, Est laxior quam pila trigonalis, & arctior, firmiorque quam follis, nam Follis, tertium pilæ genus est. Vide suo loco. Ex Perotto. V. PILA.

Incredulitas paganica, Gentilis. Salvian. lib. 1. de Gubern. pr.

Impia & paganica sollicitudo. Idem lib. 1. contra Avar. p. 25.

IOVI PAGANICO. Gruter. Inscript. p. 21. n. 11.

PAGĀNĬTAS, ātis. f. Ritus & religio Paganorum. Salvian. de Gub. Dei, 8. p. 302. Professa jogiter plurimorum paganitas fuit. Theod. Cod. l. 15. tit. 5. de spectac. Paganitatis stolidæ errore detineri. i. e. Paganorum.

PAGANĀLIA, orum. n. pl. [κωμητικά] Festa rusticorum. V. Ovid. 1. Fast. 669. & Varr. de L. L. 5. 3. Onomast. vet. Paganalia, κωμητικά.

P A L

PAL. Palmensi.

PĀLA, æ. f. [δίκελλα] Instrumentum rusticum. Pala a pangendo, G in L mutatum quod fuit, inquit Varro lib. 4. de L. L. 31. [Elisum G rectius diceret, Pangula, Pagula, Pagla, Pala.

Pala, Instrumentum fossoris. Plaut. Pœn. 5. 2. 58.

Palas vendundas sibi & mergas datas,
Ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat. Plin. lib. 18. cap 6. Juncosus ager verti pala debet, at in saxoso bidentibus.

Pala, Instrumentum, quo panis in furnum mittitur, & extrahitur. Cato R. R. cap. 11. extr. Palæ ligneæ quatuor.

Palæ, dicuntur Dorsi dextra lævaque eminentia membra. V. seq. dict.

Pala coxæ, *Le paleron* P. addidit in Latino Gallico. H. St. Pro Scapulis usurpat Cæl. Aurel. Acut. 2. 35. f. 185. & Chron. 3. 2. f. 22. Vaporationes inter scapulas, sive palas, adhibendæ.

Palæ, [πάλαι] Minores sunt purgatioris massulæ, inquit Strab. lib. 3. & nuique non majores selibra. Plin. lib. 34. cap. 13. Exspuitur æris pala quædam. Castigati codices habent Palea. V. Casaub. ad Strab.

Pala, [σφενδόνη] Annuli pars plana & latior, in qua gemma inseritur. Cic. 3. Off. 9. Ibi quum palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. V. Rhodig. Ant. Lect. 6. 12. & Salmas. in Vopisc. Carin. cap. 20. [Gloss. Lat. Gr. Paleta, Σφενδόνη δακτυλίου.

Pala, Ventilabrum, instrumentum quo purgantur frumenta. Tertull. de Præscript. cap. 2. Palam in manu portat ad purgandam aream suam. conf. Voss. Lex. Etymol. Barth. Advers. 11. 8. & Gloss. Lat. Gr. & Onomast. vet.

Pala, Arbor de pomorum genere, Arienen pomum (id est ei fructoi nomen) ferens: ex quo pomo Indorum sapientes vivunt. De ea arbore, ac Ariene fructu, narrat Plin. lib. 12. cap. 6.

Pala battuta, sive percussa, est Mensura lignea, quæ frumento plena in altum a bajolis sublevatur, ac derepente certo ictu subducitur, ut ex alto cadens frumentum in rublitellam ictu calcetur Luc. Pætus de Pond. Rom & Græc. 4. extr. [Sed ibi de Aridorum nostri temporis Romanorum mensuris agit, nec proinde vel in Pitisci Lexicon, vel ex eo huc pertinebat id vocabulum.

PALACRA, æ. f. quæ & PALACRANA a nonnullis appellatur, Major auri massa est. Plin. lib. 33. cap. 4. conf. PALA.

PALÆA, æ. f. [παλαιά] Civitas ad radices Olympi montis. Strab lib. 14.

PALÆBYBLUS, [Παλαίβυβλος] Oppidum est in ora Syriæ Libano monti subjectum, non procul ab Adoni fluvio. Plin. lib. 5. cap. 20.

PALÆMON, ŏnis. m. [Παλαίμων] Inus & Athamantis filius, Marinus deus, Latine Portunus, vel, ut aliis placet, Portumnus, quod portubus præsit V. Cic. 3. de Nat Deor. 39. Ovid. 6. Fast. 547.

Quem nos Portunum, sua lingua Palæmona dicet. V. MELICERTA. & Heins. ad loc.

Inous Palæmon. Virg. 5. Æn. 823.

Naufragos. Stat. 5. Silv. 1. 180.

Palæmonis vinea. Plin. lib. 14. cap. 4.

Palæmon, alius fuit Phinei Arcadiæ regis filius.

Alius item Remmius Palæmon, Grammaticus Vicentinus, qui Romæ vixit ac docuit, principem locum inter Grammaticos tenens, sub Tiberio & Claudio principibus, tanta vir arrogantia, ut M. Varronem porcum appellaret, secum & natas & morituras litteras jactaret: nomen quoque suum in Bucolicis non temere positum, sed præsagiente Virgilio, fore quandoque omnium poëtarum ac poëmatum Palæmonem judicem V. Ecl. 3. Luxuriæ ita indulsit, ut sæpius in die lavaretur, nec sufficeret sumptibus. Hæc & plura Suet. de Ill. Gram. cap. 23. Attigit autem ætatem Quintiliani, ut ipse testatur lib. 1. cap. 4. his verbis, Ut Aristarchus, & ætate nostra Palæmon. Hinc

Palæmonis artem pro Grammatica dixit Juven. 6. Sat. 451. conf. Voss. de Poet. Lat. p. 42.

Latinitatem muscare ex Palæmone affertur a Pontano. Vide Moscare a me in marg. ascriptum. H. St. Sed locum illum empectæ culter amputavit.

PALÆMŎNIUS, a, um. Adj. [Παλαιμόνιος] ut, Coronæ Palæmoniæ, i. e. Isthmiacæ, quæ in Isthmiis ludis, Palæmoni a Theseo dicatis, victoribus dabantur. Claud. de Cons. Mall. Theod. 289.

Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis
Adsit. Coronæ autem Isthmiacæ ex pinu erant confectæ, ut auctor est Plin. lib. 15. cap. 10.

PĂLÆMYNDUS, [Παλαίμυνδος] Cariæ oppidum fuit eo in loco, in quo postea condita fuit Nariandus. Palæmyndi autem nomen accepit ad discrimen recentioris Myndi, quum antea etiam Myndus diceretur. Plin. lib. 5. cap. 29.

PALÆŎPHARSĀLUS, i. f. [παλαιοφάρσαλος] Antiqua Pharsalus, sive vetus urbs in regione ad Pharsalum. Frontin. Strateg. 2. 3. 22. Cn. Pompejus adversus Cæsarem Palæopharsali triplicem instruxit aciem. Scribitur & Palæpharsalus.

PALÆOPOLIS, [παλαιόπολις] Civitas vetus, Emporiensium dicta, quam primum habitasse Massilienses Strab. lib. 3. scribit. Puto eam esse, quam vulgo *Civita vecchia* apppellant Massilienses.

PALÆPĂPHUS, [Παλαίπαφος] Oppidum Cypri insulæ antiquum Veneris Paphiæ templum habens, antea Paphus dicta: verum postquam Agapenor ad sexagesimum inde stadium alteram ejusdem nominis urbem condidisset, cœpta est hæc, ad differentiam novæ urbis, Palæpaphus appellari, quasi vetusta Paphus. Strab. lib. 14.

PALÆPHĂTUS, i. m. [Παλαίφατος] Interpretator Prædictus, antiquus, fatidicus. Est etiam viri proprium, qui τῶν ἀπίστων, id est Incredibilium volumen scripsit, cujus pars tantum exstat. Fuit hic Parius patria, sive (ut alii tradunt) Prieneus. Vixit Artaxerxis tempore. De hoc plura Cæl. lib. 30. cap. 34.

De aliis hujus nominis, V. Voss. Hist. Gr. 1. 9. & 3. 395.

PALÆPHĂTIUS, a, um. Adj. [Παλαιφάτιος] ut, Palæphatia papyrus: proverbialiter dicitur de Libellis fabulosis, qui non nisi meras fabulas, resque incredibiles continent. Tractum a Palæphato Pario, sive Prieneo, qui τῶν ἀπίστων, hoc est rerum incredibilium multa conscripsit volumina. Erasm. Immo Palæphatiam papyrum Virg. in Carmine ad Messalam 88. simpliciter dixit pro Libris Palæphati, quum ait,

Docta Palæphatia testatur voce papyrus.

PALÆPŎLIS, is. f. [Παλαιόπολις] Græca quondam urbs in Italia, uti jam Neapolis. apud Liv. 8. 22.

PALÆSCAMANDER, [Παλαισκάμανδρος] Troadis fluvius, qui effecto prius lacu in Achæorum portum influit. Plin. lib. 5. cap. 30.

PALÆSCEPSIS, [Παλαισκῆψις] Civitas in Æsapi convalle, quam Rhodius fluvius præterfluit. Strab. lib. 13.

PALÆSTA, es. f. Portus Epiri, quo Cæsar classem in trajectu appulit, si lectionem Chalcidensis codicis sequimur, quem Paul. Marsus laudat, apud Cæs. 3. Civ. 6. Hinc

PALÆSTĪNUS, a, um. Adj Lucanus lib. 5. 460.

Laxa Palæstinas undis confixit arenas. & Deæ Palæstinæ. Ovid. 4. Fast. 236. ubi V. Burm.

PALÆSTĪNA, æ. f. [Παλαιστίνη] Provincia Syriæ, Arabiæ conterminas, ut inquit Plin. lib. 5. cap. 12. Herodotus totam Syriam vocat Palæstinam. In ea quinque civitates continebantur, Gaza, Ascalon, Geth, Accaron, & Azotum. V. Panciroll. Notit. Dign. Imp. Orient. cap. 107. & 112. & dict. seqq.

PALÆSTĪNUS, a, um. Adj. [Παλαιστινός] ut,

Aqua Palæstina, Euphrates. Ovid. 2. Fast. 464.

Gens. Sil. lib. 3. 606.

Syrus. Tibull. lib. 1. 7. 18. V. Burm. ad superiorem Ovidii locum.

PALÆSTINI, orum. m. pl. [Παλαιστινοί] Incolæ regionis, qui in S. S. Philistiim vocantur. Spartian. in Sever. cap. 17. pr. In itinere Palæstinis plurima jura fundavit.

PALÆSTINENSIS, e. Adj. Spartian. ibid. cap. 9. Neapolitani Palæstinenses.

PALÆSTES, æ. m. [παλαιστής] Luctator. ἀπὸ τῆς παλαίω, Luctor. Lamprid. de Alex. Sever. cap. 27. Palæstes primus fuit, in armis magnus, &c. conf. Idem cap. 30.

PALÆSTRA, æ. f. [παλαίστρα, παλαιστρικόν] Luctatio. A πάλιν, iterum, & παίω, ferio, vel ἀπὸ τῆς πάλης, id est a motu urnæ: Nam ducta forte antiqui luctabantur: vel potius ἀπὸ τῆς πάλης, id est a luctatione. Huic maxime olim dedita fuit juventus Laconica, ita, ut & virgines luctarentur Lacænæ. V. Barth. ad Stat. 4. Theb. p. 980. & Hieron. Mercur. de Arte Gymn. 1. 6. conf. Turneb. Advers. 28. 46. Ter. Eun. 3. 2. 24.

— fac periculum in litteris,
Fac in palæstra, in musicis, quæ liberum
Scire æquum est adolescentem, solertem dabo. Cic. 1. de Legib. 6. Habuitque vires agrestes atque horridas, sine nitore ac palæstra. V. APALÆSTROS.

Studio palæstræ ignava juventus. Lucan. lib. 7. 271.

Jura palæstræ. Propert. lib. 3. 14. 1.

Agrestis. Virg. 2. Georg. 531.

Catenatæ. Stat. 2. Silv. 1. 110.

Decora. Hor. 1. Carm. 10. 2.

Liquida. Claud. de Cons. Mall. Theod. 288. i. e. Quæ fit a perunctis oleo liquido. Sic &

Nitida. Ovid. 16. Fast. 149.

Olym-

Olympiaca. Lucan. lib. 4. 614. h. a. In Elide apud Jovis Olympii templum quinto quoque anno fieri solita.
Palatina. Cic. 2. Att. 4.
Putris. V. HAPHE.
Uncta. Ovid. 19. Epist. 11.
Adjuvat histrionem palæstra. Cic. in Orat. 14. Histriones enim mitti solebant ad palæstritas, ut exercitatione palæstræ, membra decentius & corpus moverent, aptiusque gestum componerent.
Exercent patrias oleo labente palæstras. Virg. 3. Æn. 281.
Habet palæstram quandam hic motus. Cic. in Orat. 228.
Ludere palæstra. Ovid. 16. Epist. 150.
Palæstra sæpissime locus exercitationis. Virg. 6. Æn. 642.
Pars in gramineis exercent membra palæstris.
Palæstram, Domum lenonis translate vocat Ter. Phorm. 3. 1. 20. Eccum a sua palæstra exit foras. I. e. Domo lenonis, ubi amator assidua exercetur, ut ait Donatus.
Palæstræ & olei esse res, Proverbiali figura dicuntur, Quæ non ad serium negotium, sed ad lusum & ostentationem adhibentur, quum in prælio majoribus opus sit viribus. Cic. 1. de Orat. 81. Nitidum quoddam genus est verborum & lætum, sed palæstræ magis & olei, quam hujus civilis turbæ ac fori. V. Erasmum in Adag.
Palæstra præterea, Decentiam illam significat, qua status, motus, flexusque corporis, ac omnes omnino habitus venustatem quandam leporemque præ se ferunt: quæ & Chironomia dicitur: quam qui non didicerunt, ii Apalæstri ab antiquis dicti sunt. Cic. in Orat. 229. Itaque qualis eorum motus, quos Apalæstros Græci vocant: talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias. Quintil. lib. 9. cap. 4. Sicut etiam quos Palæstritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos qui dicuntur Apalæstri. Palæstra, *La grace à faire les choses.* Homo apalæstros, *Qui n'a nulle grace.* Budæus in Annotat. prior.
Palæstra, metaphorice pro Medio dicendi genere. Cic. de Clar. Orat. 37. Phalereus enim successit eis, senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus, quam palæstra. Itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. Processerat enim in solem & pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti doctissimi hominis umbraculis. Hic primus inflexit orationem, & eam mollem teneramque reddidit: & suavis, sicut fuit, videri maluit, quam gravis, sed suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret. Non tam armis, h. e. Non tam gravi & sublimi dicendi genere. V. Arma, pro sublimi dicendi genere, in ARMA. Quam palæstra, i. e. Quam temperato & medio dicendi genere: in quo, inquit Cic. in Orat. 92. multi floruerunt apud Græcos: sed Phalereus Demetrius meo judicio præstitit ceteris: cujus oratio cum sedate placideque loquitur, tum illustrant eam, quasi stellæ quædam, translata verba atque immutata. Hoc vero temperatum genus orationis cum palæstra comparatur, quia in palæstra luctantur quidem & pugnant homines, sed non ita tamen, ut adversarium magnopere possint offendere, quum sæpe nudi & oleo uncti contendant: unde poetæ Palæstras, Nitidas & Unctas vocant. Sic oratores temperati, certant illi quidem cum adversariis, sed non ita ut multum proficiant, quamvis orationem suavitatis plenam, & omnibus ornamentis perpolitam afferant. Sic etiam 1. de Legib. 6. de Cœlio Antipatro loquitur, Habuit vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palæstra. Et 1. de Orat. 81. Nitidum quoddam genus est verborum & lætum, sed palæstræ magis & olei, quam hujus civilis turbæ ac fori. i. e. Ludicræ magis exercitationis, quam generis hujus acrioris, quo nos utimur in concilio & judicio. Interpretari etiam fortasse possis, Palæstra, Exercitatione domestica, quæ dictioni Forensi opponitur lib. 1. de Orat. præsertim quum Palæstræ, ut docet Vitruvius infra, essent etiam Loca, ubi disputabant: & Demetrius disputator subtilis lib. 1. de Off. 3. appellatur.
Palæstra, Locus in quo disputabant. Vitruv. lib. 5. cap. 11. Nunc mihi videtur (tametsi non sint Italicæ consuetudinis) palæstrarum ædificationes tradere explicate, & quemadmodum apud Græcos constituantur, monstrare. Constituuntur autem in tribus porticibus exedræ spatiosæ, habentes sedes, in quibus Philosophi, Rhetores, reliquique qui studiis delectantur, sedentes disputare possint. Cic. 2. de Orat. 20. Porticus hæc ipsa, ubi inambulamus, & palæstra, & tot locis sessiones, gymnasiorum & Græcarum disputationum memoriam quodammodo commovent. Locum dicit in Crassi Tusculano, ubi juventus, aut ex ejus familia, aut ex alia corpus exercebat. Nam etsi palæstra luctatorum propria videtur, tamen etiam pro Gymnasio ponitur, & admittit cursores, pugiles, jaculatores. In gymnasiis & palæstris apud Græcos fuere magistri gymnastæ & palæstrici, qui docerent pueros, non modo artem gymnicam, sed etiam gestus motusque membrorum. Eo quoque philosophi & artium professores venire solebant, ac suas artes, alii sedentes, alii inambulantes exercere. Hinc Gymnasia pro Scholis usurpata sunt. Non igitur ab re hic fit mentio de porticu & palæstra. Non enim solum fiunt ad corporum exercitationem, sed etiam ad meditationem litterarum. His in locis Palæstra pro toto Gymnasio usurpatur; ut apud Plaut. Bacch. 3. 3. 24.
Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila,
Saliendo sese exercebant. Aliquando certam tantummodo Gymnasii partem significat. Ita Catull. 63. 60.
Abero foro, palæstra, stadio & gymnasiis?
Palæstra dea, filia Mercurii, de qua sic Lactant. Statii Interpr. Quum aliquando, inquit, Mercurius somnum caperet, quidam dormienti tetendit insidias, qui conata peregisset, nisi eum filia Palæstra excitasset. Ex Lil. Gyraldo hist. Deor. syntagm. 9. V. Lexic. Pitisc.
Palæstra etiam vocabatur, Septum in villa ubi apri inclusi. Varro R. R. 3. 13. Cum e superiore loco a palæstra apris effunderetur glans. V. Scalig. in Varron. p. 247.
PALÆSTRITA, æ, m. [παλαιστρίτης] Sodalis palæstræ, & qui palæstræ dat operam. Cic. 6. Verr. 139. Ex Heraclii hæreditate, quam palæstritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse: neque postulandum fuisse, ut ille palæstritas diligeret, qui etiam inventorem olei deam sustulisset. Pers. 4. Sat. 39.
Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant. Martial. 6. 39. 8.
Ipsa est imago Pannici palæstritæ. Idem 3. 82. 20.
Pertitur apri glandulas palæstritis.
Palæstrita etiam dicebatur, Qui athletas ungebat in Gymnasiis, ut in loco Persii supra memorato. conf. Salmas. in Tertull. de Pallio, p. 273. [Quod negat Ant. Vandale Diss. 8. de Gymnasiarch cap. 8. Sane Palæstritæ sunt, quicunque Palæstram sequuntur. unde Cic. 4. Verr. Quæ pecuniæ palæstritis, ex testamento propinqui sui, Heraclio legata fuerat, eam dicit Toti populo Syracusano, qui palæstra nimirum utebatur, legatam fuisse. V. totum cap. 54. & seqq. Persius autem translate pro Validis depilatoribus dixit: etsi satis constet, hoc quoque officium sibi invicem palæstritas præstitisse; nec alium puto, quem Palæstritam intelligi, qui in Aulul. Plauti 2. 9. 6. dicitur Vulsus ludio.
PALÆSTRICUS, a, um. Adj. [παλαιστρικός] quasi Ex usu palæstræ: sive Quod ad palæstram pertinet. Plaut. Rud. 2. 1. 7.
Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum
Pro exercitu gymnastico, & palæstrico, hoc habemus.
Ars palæstrica. Quintil. lib. 2. cap. 21.
Doctores palæstrici, Qui artem luctandi docent. Quintil. lib. 12. cap. 2.
Motus, Qui ex præscripto artis ejusdem fiunt. Cic. 1. Off. 130. De his intellexit Cic. 1. de Orat. 72. his verbis, Sic sentio: neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus, quæ sunt libero homine dignæ, perpolitus, &c. ut qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ, sed indicat ipse motus, didicerint ne palæstram, an nesciant.
Prætor, Qui favet palæstritis. Cic. 4. Verr. 54. Nunquam vos Prætorem tam palæstricum vidistis. [An Num quem vos &c?
Succi palæstrici facies plena. Apul. Apol. p. 315. Elmenh.
Palæstrici, dicti sunt Qui palæstram docebant. Ab his enim præceptoribus gestus motusque formantur: ut recta sint brachia: ne indoctæ rusticæve manus: ne status indecorus: ne qua in proferendis pedibus inscitia: ne caput oculique ab alia corporis inclinatione dissideant, ut ait Quintil. 1. 11. Quæ omnia etiam antiqui ingenuis pueris & liberaliter educatis necessaria cognitu existimaverunt. Gallicum vulgus uno verbo *Contenentia* hæc omnia significat, *Contenance*. [Palæstricus est, non qui docet, sed qui didicit palæstram, cui opponitur Apalæstros. V. ad seq. not.
Vacare palæstricis. Quintil. lib. 1. cap. 11. p. 118. Burm. [Puto esse a n. pl. Palæstrica. Nam Gymnastes & Pædotriba docentium nomina sunt. V. locum. Add. quæ in APALÆSTRI diximus.
PALÆSTRICE, Adv. [παλαιστρικῶς] More palæstritarum. Cic. de Opt. gen. Orat. 8. Sed ita ut palæstrice spatiari in xysto liceat.
PALÆSTRICŌS, Adv. antiq. Ex usu palæstræ. Afran. Etiam depellis mihi manum papæ palæstricos. Sic legit Junius. Ex Non. 2. 658. Al. Paper, vel Perpalæstricos.
PALÆSTRANS, antis. Fulgent. 1. Mythol. Sudor hic opus est palæstrantis ingenii.
PALÆSTRIUM, [Παλαίστριον] Oppidum in Macedonia, de quo Plin. lib. 4. cap. 10.
PALÆTYRUS, [Παλαίτυρος] Oppidum in Tyro. Plin. lib. 5. cap. 19.
PALALIA, æ. f. Herba, quæ & Cyclamen dicitur. Apul. de Herb. cap. 17.
PĂLAM, Adv. [ἀμφαδόν, ἀμφαδίην, ἀμφάδιον, ..., ἀναφανδόν, ἄντικρυς] Manifeste, aperte, in conspectu, in ore atque oculis omnium: contrarium habet Clam. Ter. Adelph. 3. 2. 10.
Neque id occulte fert, a lenone ipsus eripuit palam. Donatus, Coram ad certas personas refertur, Palam ad omnes.
Palam & interdiu, cui contrarium Clam & noctu. Cæs. 3. Bell. Civil.
Palam & Clam, contraria. Cic. pro Coel. 20. Palam in eam tela jaciuntur, clam subministrantur.
Palam & Obscure, contraria. Cic. 4. Acad. 13. Alterum quidem, ut videmus, palam, alterum, ut suspicamur, obscurius.
Per præstigia, & Palam, contraria. Cic. 6. Verr. 53. Non per præstigia, sed palam per potestatem, uno imperio ostiatim totum oppidum compilarit.
Luce palam. Virg. 9. Æn. 153.
Luce & palam comportare aliquid. Cic. in Pison. 23.
Palam & aperte. Plaut. Bacch. 2. 3. 68.
Palam & In ore atque oculis omnium. Cic. 4. Verr. 81. Quæ in foro palam Syracusis, in ore atque oculis omnium gesta sunt.
In foro, palam, multis audientibus recitare, & clarissima voce testari aliquid. Cic. pro Cluent. 25.
Dicere aliquid aperte, palamque. Cic. 2. Verr. 18.
Divulgare palam. Cic. Post red. in Senat. 10. Quis ullam ullius boni spem haberet in eo, cujus primum tempus ætatis palam fuisset ad omnes libidines divulgatum?
Est palam, Divulgatur. Ter. Eun. 1. 2. 24.
Sin falsum, aut vanum, aut fictum est: continuo palam est. i. e. Nihil celo.
Palam est pisces audire. Plin. lib. 10. cap. 70. h. a. Certissimum est, & in confesso.
Palam & ante oculos omnium esse. Cic. 7. Verr. 64.
Facere rem palam. Plaut. Asin. 4. 2. 12. Me honestius est, quam te, palam hanc rem facere.
Facere aliquid aperte, ac palam non ex insidiis. Cic. in Orat. 38.
Frui palam ac libere, cui Furtim opponitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 157. Itaque bestiæ furtim, ut dixi, fruuntur: domini palam ac libere.
Gerere rem palam. Cic. 16. cap. Att. 9. extr.
Mentiri palam. Plaut. Truc. 1. 2. 89.
Probare aliquid palam. Cic. pro Flacc. 68.
Manifesta res palam indicat. Lucret. lib. 1. 803.
Adversarius palam. Cic. 3. Verr. 39. Eum qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis.
Beatus palam. Terent. Phorm. 1. 3. 17. h. e. Aperte & sine dubio.
Palam, cum ablativo, pro Coram, præpositio est. Liv. lib. 6. 14. Inde rem creditori, palam populo, persolvit. Idem 25. 18. Adde J. F. Gronov. ad eum locum, & Burm. ad Quintil. Decl. 2. 13. & 6. 14.
PALAMEDES, is. m. [Παλαμήδης] nomen Nauplii, Eubœæ regis, filii, qui Ulyssis fraude a Græcis interfectus fuit. Hic fertur Trojano bello quatuor litteras invenisse, scilicet θ ξ χ φ, V. Plin. 7. 56. Præterea ordinem aciei, dationem signi, tesseras, hoc est symbolum bellicum, & vigilias invenit. Hinc a poetis Palamedis aves, Grues dicuntur. Martial. lib. 13. 75.
Turbabis versus, nec littera tota volabit,
Unam perdideris si Palamedis avem. De hoc Philostratus in Heroicis multa. Ulyssis primum insaniæ simulatio ab eo fuit deprehensa: quapropter non destitit Ulysses, quin eum apud exercitum proditionis

falso insimulatum damnari atque lapidibus obrui perfecerit: quem postea Græci flevere & magnopere desideraverunt.

Belides Palamedes. Virg. 2. Æn. 82. Belidem vocat, quia a Belo originem ducit, a quo septimo grado distabat. De ejus morte, V. Serv. in loc.

Palamedes Eleates Grammaticus, scripsit Onomasticon de Tragicis & Comicis dictionibus, ac de proprietate Atticæ ac Doricæ linguæ. Suid.

PALAMEDĒUS, a, um. Adj. [Παλαμήδειος] Manil. 4. 205.

Et Palamedeis certantem viribus ortum. V. ibi Scal. p. 288. ed. Argentor.

Palamedeum inventum. V. Erasm. Adag.

PALAMNÆI, sunt Dæmones, ac eorum genere, quos approbare ac rata firmaque habere nocumenta Ægyptii protulerunt. Cæl. lib. 2. cap. 18.

PALANGÆ, vel PHALANGÆ, arum. f. pl. [φάλαγγες, φαλάγγαι] dicuntur Fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad litora subducuntur. Unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt. Varro de vita Pop. Rom. lib. 4. Quum Pœnus in fretum obviam venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissime pro palangis carinis subjecerat, quo metu debilitaret nostros. Hæc Non. cap. 2. 725.

Phalangas dixit Cæs. 2. Bell. Civil. 10. & 3. 40. V. Lex. Pitisc.

Sabaudi *Une palange, pour Une perche ferra* aut aliquid tale. H. St. Scribitur & Falangæ.

Phalangæ, inquit Hermolaus, quibus hodie bajuli ferundis oneribus utuntur, quas ἀνάφορα Græci nominant. Plin. lib. 7. cap. 56. Prælium Afri contra Ægyptios primum fecere fustibus, quos vocant phalangas. Idem lib. 12. cap. 4. pr. de Ebeno loquens, Herodotus, inquit, eam Æthiopiæ intelligi maluit, in tributi vicem regibus Persidis e materia ejus centenas phalangas tertio quoque anno pensitasse Æthiopas, cum auro & ebore, prodendo. V. Herod. Thalia. conf. Hard. ad utrumque locum Plinii.

PALANGĀRIUS, vel PHALANGARIUS, i. m. Bajulus, qui onera palangis portat. Vitruv. 8. 10. Onerum maxima pondera, cum feruntur a phalangariis hexaphoris & tetraphoris. In Gloss. Latino Græc. Felangiarii, λιθοφόροι, & alio loco per P, Phalangarii, οἱ τοὺς ἄρχας ... βαστάζοντες.

PALANGO, [φαλαγγίζω] āre. Onus aliquod hujusmodi fustibus transveho. Afranius, Et capream unam semilaceram quaterni simul palangabant. V. Laurenb. Antiq. p. 316.

PALANTEUM, V. Pallanteum in PALLAS.

PALANTIA, V. PALLANTIA.

PALANTIUM, unde Romæ Palatium, oppidum est in Arcadia. Plin. lib. 4. cap. 6. Sic & Steph. licet ordo postulet Παλλάντιον. V. Voss. de Idolol. 1. 12. conf. Pallanteum, in PALLAS, & PALATIUM.

PALĂCA, æ. f. Avis, de qua Auctor Philomelæ v. 22.

Dulce palara sonat, quam dicunt nomine drostam.

PALASEA, PALASIS, a, V. PALUS, i.

PALAS, Evandri proavus, V. PALLAS.

PALATHA, æ. f. [παλάθη] Massa proprie ficorum & caricarum, teste Hesychio.

PALATIAL, V. PALATIUM.

PALATIM, V. PALOR, ari.

PALATINUS, V. PALATIUM.

PALATIO, V. PALUS, i. m.

PALĀTIUM, i. n. [Παλάτιον] Mons Romæ appellatus est, inquit Festus, quod ibi pascens pecus balare consueverit: vel quod palare, id est, errare ibi pecudes solerent: Alii, quod ibi Hyperborei filia Palanto habitaverit, quæ ex Hercule Latinum peperit. alii eundem, quod Pallas ibi sepultus sit existimant appellari. Hæc ille. Latini autem matrem alii Palantiam vocant de Pallante infra V. Alii quod Palantes Arcades cum Evandro ibi consederunt. Nam ante Romam conditam possessum atque habitatum fuit. Alii a filia Evandri Palantia, ab Hercule vitiata, & postea illic sepulta. Vel certe a Palanta ejus filio ibi sepulto. Alii a Pale pastorali dea nomen inditum autumant. De nominis origine V. etiam Varr. L. L. 4. 8. Dionys. Halic. 1. conf. Sil. 12. 710.

Alta Palatia. Ovid. 1. Trist. 1. 69.

Nemorosa. Ovid. 1. de Arte Am. 105.

Phœbea. Lucan. lib. 3. 103.

Romana. Virg. 1. Georg. 499.

Palatium, dicitur vett. etiam Domus imperatoria, sine dubio quod Palatina Cæsarum domus totum pæne Palatinum montem occupaverat. Suet. de Claris Grammat. cap. 17. Quare ab Augusto quoque nepotibus ejus præceptor electus, transiit in Palatium cum tota schola. conf. Cæl. Rhod. Ant. Lect. 8. 1.

Sumitur pro quavis Domo ampla & magnifica, quo nonnulli & illud Romana Palatia. apud Virg. 1. Georg. 499. arcessunt, ubi tamen proprie poeta de Palatina domo loqui videtur. Sed V. Vict. Schotti de Cæss. cap. 14. & Epit. cap. 40. Capitol. Ant. Pio cap. 1. extr.

Secreta palatia Matris advectæ. Juven. 9. Sat. 23. i. e. Templum Matris Deum in Palatio.

Palatium primam indifferentem habet. Ovid. 1. de Arte Am. 105.

Illic quas tulerant nemorosa Palatia frondes. Martial. lib. 1. 71.

Inde sacro veneranda petes Palatia clivo. ubi tamen propter versum alii Pallatia scribunt. [Forte tamen scripsit, Inde petes sacro veneranda &c.

PALĀTINUS, a, um. Adj. [Παλατῖνος] unde, Palatinus deus, & Palatinus mons dictus est, super quo primo Roma ædificata fuit, & in eo reges primo, deinde Consules, post Imperatores majore ex parte sedem habuerunt. Et Palatini, qui & Palantes sunt, qui cum Evandro venerunt, & Aborigines consederunt in quartæ regionis Palatio. Sed hos alii dictos a Palantia Latini nomine putavere.

Atriensis Palatinus. Suet. Calig. cap. 57.

Apollo. Hor. 1. Epist. 3. 17.

Ædes. Aur. Vict. Epit. cap. 6.

Arces Palatinæ. Hor. in Carm. sæc. 65.

Balneæ Palatinæ. Cic. pro Rosc. Amer. 18.

Collis. Claud. de Sext. Conf. Hon. 35.

Evander Palatinus. Virg. 9. Æn. 9.

Gens. Ovid. 14. Met. 622.

Jugum. Ovid. 6 Fast. 794.

Laurus. Ovid. 4. Fast. 953.

Ludi. Suet. Aug. cap. 52.

Officia publica & Palatina. Aur. Vict. Epit. cap. 14. extr.

Palæstra Palatina, quæ in Palatino monte exercetur. Cic. 2. Att. 4.

Tonans Pallatinus. Martial. lib. 9. 87.

Aspice Tarpeium, Pallatinumque tonantem, &c. Duplici l scripsit propter versum. Antiquiores certe poetæ pr. corripiunt.

Tribus Palatina. V. TRIBUS.

Venus Palatina L. Crassus orator a M. Bruto dictus est, quod in Palatio ædibus marmoreis, velut in templo, habitaret. Plin. lib. 36. cap. 3.

Palatini, præter antiquam significationem, dicti sunt, Qui vel Palatium domum principis habitant, vel officium Palatinum exercent, qui & Comites & Comitatenses posteriore sæculo nuncupati sunt Alciatus in L. scriniis. de palat. sacr. largit. lib. 12. Cod. conf. omnino Lex. Pitisc.

PALATINA, [Παλατίνη] Regio Romæ, cujus Arcades duce Evandro, Palantes auctores exstiterunt. V. dict. præced. & Lex. Pitisc.

PALATUAL, Sacrificium quod fiebat Romæ in monte Palatino. Varr. de L. L. lib. 6. 3. al. Palatuar. V. Cæl. Rhod. 28. 14. Palatial. Alex. ab Alex. 6. 11.

PALATUĀLIS, e. Adj. ut, Flamen Palatualis, qui constitutus erat ad sacrificandum Palatuæ deæ, in cujus tutela erat Palatium. Fest. & Varr. L. L. 6. 3.

PALĀTUM, i. n. [οὐρανίσκος, ὑπερῷον] Pars oris interna & superior. Plin. lib. 11. cap. 37. Intellectus saporum est ceteris in prima lingua, homini & in palato. Hor. 2. Epist. 2. 62.

Tres mihi convivæ prope dissentire videntur:

Poscentes vario multum diversa palato.

Cæli palatum, per translationem. Cic. 2. de Nat. Deor. 48.

Caulæ palati. Lucret. lib. 4. 624.

Annosum. Hor. 2. Serm. 3. 274.

Quid, quum balba feris annoso verba palato? I. e. Per delicias balbutire affectas senex, & puerilia imitaris. [Feras mallim, vel Seris.

Carnosum. V. CARO.

Docta & erudita palata fastidiunt fluvialem lupum. Columel. lib. 8. cap. 16. i. e. Quæ didicerunt de saporibus recte judicare.

Subtile. Hor. 2. Serm. 8. 38.

Torpens. Juven. 10. Sat. 203. i. e. Hebes. V. Iners stomachus, in STOMACHUS.

Veneniferum draconis. Ovid. 3. Met. 85.

Uvans. Sil. lib. 7. 651.

Deest lingua palato. Ovid. 15. Epist. 111.

Exacuit sapor palatum. Ovid. 1. de Pont. 10. 13.

Excitare palatum. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Exsurdant palatum vina fervida, Hebetant, & surdum faciunt, ita ut saporem non sentiat. Hor. 2. Serm. 8. 38.

Gustare aliquid palato. Ovid. 4. Fast. 533.

Instituere palatum, In saporibus erudire. Quintil. lib. 1. cap. 2 p. 26. Burm.

Obserare, Tacere. Catull. 53. 21.

Rescissum. Lucan. lib. 4. 328.

Responsat gallina malum dura palato, Reluctatur, resistit. Hor. 2. Serm. 4. 18.

Stupuerunt ignavo verba palato. Ovid. 2. Amor. 6. 47.

Subest udo palato nigra lingua. Virg. 3. Georg. 388.

Supplantat tenero verba palato, Supprimit, semifracta non aperta voce enuntians. Pers. 1. Sat. 35.

Tergere palatum gallina. Hor. 2. Serm. 2. 24.

Torret sicco sitis ora palato. Propert. lib. 4. 10. 21.

PALATUS, i. etiam masc. gen. legitur. Cic. 2. de Fin. 24. Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus.

PALATUS, a, um. Partic. V. PALOR, ari.

PĂLEA, æ. f. [ἄχυρον] Pabulum est jumentorum. A palam, seu pabulo dicitur. nam ea sola primum in pascendis animalibus præbebatur. Quo sane vocabulo non proprie Culmi, sed Folliculi ipsi granorum comprehenduntur. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 50. Contra, quod cum spica stramentum hæret, corbibus in aream defertur: ubi discedit in aperto loco palam, a quo nominata potest esse palea. Cic. 4. de Fin. 76. Ut enim, inquit, gubernator æque peccat, si palearum navem evertit, & si auri, &c. conf. Parad. 3.

Culmi pinguis paleæ. Virg. 1. Georg. 192.

Inanes jactantur. Virg. 3. Georg. 134.

Horna Hor. 2. Serm. 6. 88.

Leves volitant. Virg. 1. Georg. 368.

Cani das paleas, asino ossa. Proverbii speciem habet, quum res præpostere distribuuntur: veluti si quis indocto munus mittat litterarium, erudito flosculos, aut gladium, militi librum, & cetera id genus. Siquidem munera hoc ipso sunt ingrata, quod apta non sunt. Erasm.

Asinus in paleas. Aliud adagium, dici solitum ubi cuipiam fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus fuerit forte aliquis, quo vel præcipue gaudeat. De hoc plura Erasm.

Palea æris, pro Ramento & excremento. Plin. lib. 34. cap. 13.

Palea, Cartilago defluа a collo galli gallinacei. Varr. de R. R. lib. 3. cap. 9. Gallos salaces, qui animadvertunt si sunt lacertosi, rubenti crista, rostro brevi, acuto, oculis ravis aut nigris, palea rubra subalbicanti, collo vario aut aureolo, feminibus pilosis, &c. Columel. lib. 8. cap. 2. de gallinaceis. Paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ barbæ dependent. [Hinc Paleare boum, de quo infra.

Palea etiam vocatur, Pars annuli in qua gemma inseritur. V. Philarg. in Virg. 3. Georg. 53. al. Pala, vel Paleta, de qua supra.

Palea, in jure Pontificio, Canonem veterem significat: scribendum vero est Palæa.

PALEĀLIS, e. Adj. In paleis reconditus. ut, Uvæ paleales. Cæl. Aurel. Acut. 2. 37. Idem 3. 21.

PALEĀRIS, e. Idem. Fortunat. 3. Mart.

Immanemque hostem palearis crista removit.

PALEĀTUS, a, um. Adj. [ἀχυρωτός] Quod factum est ex paleis, vel paleis opertum, aut admistum. Columel. de Arboribus, cap. 8. Quicquid inserueris viti, diligenter libro ligato, atque luto subacto paleato oblinito, operitoque plagam, & ita alligato, ne aqua ventusve penetrare possit. Idem lib. 12. cap. 21. Urceus oblinitur luto paleato. [Videtur idem cum Luto acerato. q. V. in ACUS, eris.

PALEĀRIUM, i. n. [ἀχυρών] Locus ubi conditur palea. Columel. lib. 1. cap. 6. Pars autem fructuaria dividitur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia, paleariaque, & apothecas, & horrea.

PĂLEAR, āris. n. [ἰσχὼν] Pellis dependens ex gutture boum, dicta quasi Pellearia. Columel. lib. 6. cap. 1. de boum forma, Cervice longa & torosa, palearibus amplis, & pæne ad genua promissis, &c. Senec. Hippol. 1044.

Musco tenaci pectus ac palear viret. Stat. 3. Theb. 332. —suoque
Sanguine proscissisque natant palearibus armi.

Pendula. Ovid. 7. Met. 118.
A mento palearia pendent. Virg. 3. Georg. 53.

PĂLE, [πάλη] Græca est dictio, nobis Luctam significans: ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι τὸ σῶμα, hoc est ab agitatione corporis: unde Palæstra dicta est. V. Stat. 6. Theb. 824.

PALENSES, [Παλεῖς] Homero, Dulichii; Androni Cephallenes, Populi sunt in Asia. Strab. lib. 10. Sed lectio suspecta est.

PĂLES, is. f. [Βοτανικὴ θεὸς] Pastorum dea, vel pabuli. Hanc quidam Vestam, alii matrem deûm vocant. Hanc Virgilius genere fem. vocat. 5. Ecl. 35. Alii, inter quos Varro, teste Serv. in 3. Georg. pr. masc. gen. ut hic Pales.

Pales, dea pastorum mutatione elementi a pariendo nomen habet, quasi parens sit. Argumento est, quod ejus feriæ, natalis scilicet Urbis, Parilia & Palilia dicebantur. Sed & Calpurnius Ecl. 7. 21. attributione mutationem demonstrat, scribens,

Aut fecunda Pales, aut pastoralis Apollo. Alii tamen in alia sunt sententia. Turneb. Advers. 21. 3.

Alma. Ovid. 4. Fast. 721.
Domina pastorum Pales. Ovid. 4. Fast. 776.
Magna. Virg. 3. Georg. 1.
Placida. Tibul. 1. 1. 36.
Sacra. Ovid. 4. Fast. 820.
Silvicola. Ovid. 4. Fast. 746.
Veneranda. Virg. 3. Georg. 294.

PĂLĪLIA, vel PARILIA, orum. n. plur. [Παλίλια] Palis deæ festa (L in R mutata) dicuntur. V. Varr. L. L. 5. 3. Hæc a pastoribus in agris fiebant undecimo Calend. Maji, quo die Romulus Urbem fundavit, ad lupos arcendos, morbosque a pecore pellendos, seu pro partu pecoris. Quidam a partu Iliæ ducere malunt Parilia. Testis Charisius lib. 1. cui subscribit Harduin. in Plin. 19. f. 24. Tibul. lib. 2. 5. 87. Propert. lib. 4. 1. 19.

Annuaque accenso celebrate Palilia fœno. Pers. 1. Sat. 27.
Et focus, & porci, & fumosa Palilia fœno. V. ibi Casaub.

Ovid. 6. Fast. 257.

Dena quater memorant habuisse Palilia, Romam
Quum flammæ custos æde recepta dea est. i. e. Annos XL.

V. PARILIA, & conf. Lex. Pitisc.

PĂLĪLĪTIUM, Sidus ex septem constans stellis, quas Latini Suculas appellant, Ὑάδες Gr. Palilitium appellatum, quod quum natura sit pluvium sidus, observatum tamen fuerit, quod undecimo Kal. Maji (quo die Romæ Palilia celebrabantur) serenitatem adduceret. Plinius lib. 18. cap. 26. V. Harduin. qui Parilicium legi vult.

PALESIMUNDUM, i. n. Nomen oppidi, & prope labentis fluminis in Taprobane insula. Plin. lib. 6. cap. 22.

PALÆSCAMANDRA, sive PALÆSCAMANDER, i. m. [Παλαισκάμανδρος] Fluvius in Troade in Propontidem influens.

PALFŪRIUS Sura, Orator & Causidicus fuit: Martialis & Luciani amicus: sed ob suspicionem, quod cum Vitellianis sensisset, Senatu a Domitiano fuit motus. V. Juven. 4. Sat. 53.

PALĬBŎTHRA, æ. f. [Παλίβοθρα] Oppidum ad Gangem situm. Plin. lib 6. cap. 17. & 19. Omnium in India prope, non modo in hoc tractu, potentiam claritatemque antecedunt Prasii, amplissima urbe ditissimaque Palibothra. Unde quidam ipsam gentem Palibothros vocant, immo vero tractum universum a Gange. V. Strab. lib. 15. Quidam Palimbothra, orum. n. pl. Gr. Παλίμβοθρα scribunt.

PALĬBRŎTI, Reges Indorum a magnanimo Palibroto cognominati multo tempore fuerunt: sicut olim apud Ægyptios Pharaones: apud Romanos, a Scipione (ut recte docet Plinius) quod primus exsectus fuerit, Cæsares, ab Augusto Octavio, Augusti, a Vespasiano Flavii, ab Antonino Pii. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 2. Palibothros scribere debuit.

PALICĀNUS, Lolliæ gentis cognomen, de quo V. Burm. ad Quintil. 4. 2. pr.

PĂLĪCĒNUS, i. m. [Παλικηνὸς] ut ait Stephanus, Fons in Sicilia, dictus quod juxta Palicos fratres sit. In eum mittitur tabella a juratis: quæ, si verum dixere, fluitat: si falsum, mergitur.

PĂLĪCI, [Παλικοὶ] quasi Palisci, Gemini fratres fuere, Jovis filii, & Thaliæ Nymphæ, sive (ut alii volunt) Ætnæ, Tradunt enim hanc Nympham a Jove in Sicilia juxta Simetum fluvium, non longe a Catina urbe compressam, metu Junonis optasse ut sibi terra dehisceret, & ita factum esse: sed quum tempus maturitatis infantium, quos alvo illa gestaverat, advenisset, rursus terram hiasse, duosque infantes de alvo Nymphæ progressos emersisse, appellatosque fuisse Palicos: vel quod πάλιν, id est rursus, hiante terra emersissent: vel ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκνεῖ, quoniam prius in terram mersi, denuo inde reversi sunt. Nec longe inde breves lacus sunt, sed miræ profunditatis, quos incolæ Crateras vocant, & nomine Dellos appellant, fratresque eos Palicorum existimant, & habentur in cultu maximo propter jusjurandum. Nam quum rei negatæ fides quæritur, & jusjurandum a suspecto petitur, uterque ab omni contagione mundi, ad Crateras accedunt, accepto prius fidejussore ab eo qui juraturus est, de solvendo eo quod petitur, si ita eventus addixerit: deinde loci numine invocato jurabat. quod si fideliter fiebat, discedebat illæsus: si vero male juratum esset, mox in lacu amittebat vitam falsus jurator. Magna prætera in veneratione erat Palicorum templum. quod quum Siciliam sterilis annus arefecisset, divino Palicorum responso admoniti Siculi, certum sacrificium fecerunt, post quod statim reversa est ubertas. Quapropter Siculi omne genus frugum congesserunt in ara Palicorum, quæ ob id pinguis vocitata est. Virg. 9. Æn. 585.

—pinguis ubi & placabilis ara Palici. Hæc fere ex Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 19. conf. Ovid. 5. Met. 406. & Sil. 14. 220. Steph. in Παλικοί, & Pitisc. Lex. in voce Deus.

PALILITIUM, V. PALES.

PĂLILLŎGIA, [παλιλλογία] Iterata locutio: hoc est dictionis alicujus, majoris vehementiæ causa, repetitio. Quid autem differat ab Epanalepsi, Epanaphora & Anadiplosi, vide apud Rufinianum & Aquilam Romanum.

PĂLIMBACCHIUS, i. m. [παλιμβάκχειος] Genus pedis & mensuræ in carmine vel oratione, constans prima & secunda longis & ultima brevi, ut Augustus. Idem Antibacchius dicitur. V. Quintil. Inst. Orat. 9. 4.

PALIMBOTHRA, V. PALIBOTHRA.

PALIMPISSA, [παλίμπισσα] Pix liquida iterum decocta. Plin. lib. 24. cap. 7. de pice, Quidam iterum decoquunt, & vocant palimpissam.

PALIMPSESTUS, i. m. [παλίμψηστος] Membrana iterum abrasa. Cic. 7. Fam. 18. Nam quod in palimpsesto, laudo equidem parcimoniam: sed miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam hæc scribere. Sensus est: Quod in palimpsesto, id est in charta, in qua prius fuit scriptum aliquid, scripsisti, deletis prioribus verbis, laudo, propterea quod videam te chartæ parcere. Quidam hoc loco legunt Palinxestum. Jurisconsulti Deletitiam chartam vocant: nam abrasis prioribus litteris, rescribitur. Ulpianus in l. Chartæ. D. de bonorum posses. secundum tab. Chartæ appellatio & ad novam chartam refertur, & ad deletitiam. Quidam Palimpsæstus scribunt.

Palimpsestus, παλίμψηστος, est a πάλιν iterum, & ψάω rado. Palinxestus παλίγξεστος, a πάλιν & ξέω, vel Palinxystus, παλίγξυστος, ab eodem & ξύω, eadem significatione. Catull. 20. 5.

Puto esse ego illi millia decem, aut plura
Perscripta, nec sic, ut fit in palinxesto, &c. V. Turneb. Advers.

25. 22. Leopard. Emend. 13. 11. vel Voss. Lex. Etym.

PĂLINGĔNĔSIA, [παλιγγενεσία] Regeneratio, alteri natales. Voluit enim Pythagoras animas e corpore egressas in alia atque alia corpora transmigrare, non solum hominum, verum etiam brutorum; atque ita nos identidem alios, atque alios renasci. Cic. ad Att. 6. 6.

PĂLINŌDIA, æ. f. [παλινῳδία] Contrarius cantus.

Palinodia, Recantatio dicitur. Unde Proverb. Palinodiam canere, est Diversum ab iis, quæ prius dixeris, dicere, atque in contrarium vertere sententiam. Cic. 2. Att. 9. Si vero quæ de me pacta sunt, ea non servantur, in cælo sum: ut sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit, quarum exspecta divinam palinodiam. Ex Erasm. conf. Macrob. 7. 5.

Palinodia, pro Vetere & iterata cautione. Ammian. 18. 5. Cohors palinodiam in exitium concinens nostrum.

PALINODĬCUS, a, um. Adj. ut, Libellus palinodicus. Exempla suppeditat Hulseman. de Correctione frat p. 193. sq.

PALINTHUM, i. n. Danai regis sepulcrum, locatum in Argivo foro medio. Strab. lib. 8.

PĂLĬNŪRUS, i. m. [Παλίνουρος] Promontorium est in Lucania: & portus prope oppidum Veliam: dictus a Palinuro, Iasi filio gubernatoreque classis Æneæ, ibi sepulto, qui per somnum in mare de nave ceciderat. Lucan. 9. 41.

—hinc placidis alto delabitur auris
In litus, Palinure, tuum..

Palinurus, Gubernator classis Æneæ. Virg. 5. Æn. 871.

Nudus in ignota, Palinure, jacebis arena.

Dicitur autem Palinurus etiam Bis mejens: πάλιν enim iterum, οὖρον urina. unde jocus Martial. lib. 3. 78.

Minxisti currente semel, Pauline, carina;
Mejere vis iterum? jam Palinurus eris. i. i. Vocaberis Bis mejens.

Sed legendo, ut quidam legebant olim, nulla est elegantia, immo vix ullus sensus:

Minxisti, Palinure, semel currente carina, &c. H. Se.

Iasides Palinurus. Virg. 5. Æn. 843.
Gubernator. Virg. 5. Æn. 12.

PALINXESTUS, vel PALINXYSTUS, V. PALIMPSESTUS.

PALIO, dicitur Italis Præmium certaminis, quia palia certamen est. V. Argol. in Panvin. de Lud. Circens. 1. 16. vel Lex. Pitisc.

PĂLĪŪRUS, i. m. [παλίουρος] Spinæ & rubi genus est, inquit Plin. lib. 24. cap. 13. Virg. 5. Ecl. 39.

Carduus & spinis surgit paliurus acutis. Paliuri meminit Theophrast. lib. 3. cap. 17. Hinc apparet Servii lapsus, qui in carmen illud Virgilianum supra citatum sic ait, Paliurus, herba est asperrima & spinosa. Paliurus herbæ nomen apud Galen. lib. 8. cap. 33. de Simplic. med. facultat. Paliuri (inquit ille) folia & radix adeo non obscuram habent adstringendi facultatem, ut & ventrem fluentem cohibeant, &c.

PALIŪRĒUS, a, um. Adj. [παλιούρινος] Fulgent. 1. Mythol. Paliurea prata incedente premere planta.

PALLA, [Πάλλα] Civitas est, Ptolemæo teste, a latere Meridionali Corsicæ.

PALLA, æ. f. [ἱμάτιον γυναικεῖον] Honestæ mulieris vestimentum, hoc est tunicæ pallium, auctore Nonio 14. 7. dicta quod palam & foris est, inquit Varr. lib. 4. de L. L. 30. Martinius a πάλλω vibro. Fuit ad vestigia usque demissa. V. Ferrar. de Re vestiar. 1. 3. 18. vel Lex. Pitisc. Virg. 11. Æn. 652.

—pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuviæ per dorsum a vertice pendent. Idem, 1. Æn. 648.
Ferre jubet pallam signis auroque rigentem, &c.

In Gallia tamen viri quoque palla utebantur. Cic. 3. Philipp. 16. Nempe ille qui cum palla & cothurnis nummos populo de Rostris spargere solebat. Baysius, Palla Gallica ad formam nostri palletoci manicati videtur accessisse, si Martiali credimus, lib. 1. 93.

Dimidiasque nates Gallica palla tegit. Strab. lib. 5. Tunicarum, inquit, vice pallas manicatas gestant, ad verenda usque, natesque medias pertingentes. Quæ verba, Martialis versum videntur interpretari. Palla ab Horatio honesta dicta mulierum erat, ut quidam opinantur. Martial. 11. 105.

Fascia te, tunicæque tegunt, obscuraque palla. Utebantur & citharœdi. V. Suet. Interpr. in Calig. cap. 54. & Barth. ad Claud. p. 736. Ovid. 11. Met. 165.

Ille caput flavum lauro Parnaside vinctus,
Verrit humum Tyrio saturata murice palla. Et tragœdi, Idem 3.

Amor. 1. 12.

Fronte comæ torva, palla jacebat humo.

Aurea palla Apollinis Palatini. Ovid. 1. Amor. 8. 59.
Fulgens. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 26.
Horrida. Stat. 1. Theb. 110.
Splendida multo croco. Ovid. 21. Epist. 162.

Superba. Ovid. 3. Amor. 13. 26.
Tenuis Tyrio stamine. Senec. Hippol. 3.
Cingat tunicas palla solutas. Senec. Troad. 2. 5.
Circumdata palla plurima. Hor. 1. Serm. 2. 38.
Ferit imos alba pedes. Valer. 1. Argon. 385.
Fusa lutea ad teneros pedes. Tibul. lib. 1. 7. 49.
Induta nitentem. Ovid. 14. Met. 262.
Succincta palla cruenta Tisiphone. Virg. 6. Æn. 555.
Succinctam nigra vadere palla. Hor. 1. Serm. 8. 23.
Trahere pallam. Ovid. 21. Epist. 162.
Et trahitur multo splendida palla croco. Trahi dicitur propter longum a tergo dependens syrma.
Trahere pulveream pallam. Ovid. 6. Met. 705.

PALLŬLA, æ. f. dimin. Plaut. Truc. 1. 1. 32.
Aut aurum periit, aut conscissa pallula est.
Pallula apud Suet. in Tito cap. penult. Quum inde lectica transferretur, suspexisse dicitur, dimotis pallulis cælum. i. e. Sublatis vestimentis, quibus lectica erat operta. Sed alteram lectionem, Plagulis, & ipse hic præfert. Idem vide & in PLAGULA. H.St. Utrum de Torrentio, an Beroaldo loquatur non facile dixerim, quia prima hujus animadversionis linea cultro resecta est. V. in PLAGA.

PALLACANA, æ. f. Cæpæ genus, nullo fere capite, radice tantum oblonga, quod subinde resecatur, ut porrum. Plin. lib. 19. cap. 6. Apud nos prima duo cæparum genera, unum condimentarium, quod illi Getyon, nostri Pallacanam vocant. Seritur mensibus Martio, Aprili, Majo. Alterum capitatum, &c. conf. Apic. 4. 2.

PALLĂCE, es. sive PALLACA, æ. f. [παλλακὴ] Græcum est, & significat Concubinam. Suet. in Vesp cap. 21. Post decisa quæcunque obvenissent negotia, gestationi, & inde quieti vacabat, accumbente aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas constituerat. conf. Plin. 35. 10.

PALLADES, [παλλάδες] Virgines erant Thebanæ, quæ pellicum more, cum quibus voluerant, coibant, usque ad naturalem corporis purgationem. Post purgationem viro dabantur: sed priusquam nuberent, post pellicatus tempus, ut mortuæ lugebantur. Strab. lib. 17. ubi de Thebis Ægyptiis. V. Casaub. not.

PALLADIUS, [Παλλάδιος] Nomen viri proprium, qui de agricultura scripsit. Est & Adj. V. PALLAS.

PALLANTIA, [Παλλαντία] Urbs Hispaniæ Tarraconensis, ut ait Ptolem. lib. 2. cap. 6. Vaccæorum colonia, a qua Pallantini dicti: ut a Numantia, Nomantini. Stephano Παλαντία, sed litterarum ordo postulat Παλλαντία. Nunc *Valentia* dicitur.
Est & Flumen in Valentico litore. Hinc

PALLANTINI, Populi in Hispania citeriore. Plin. lib. 3. cap. 3.

PALLANTIAS, [Παλλαντιάς] Palus est in Africa, non procul ab Aris Philenorum ad Tritonem amnem, quam etiam Tritonidem paludem appellatam invenimus: circa hanc paludem Palladem primum apparuisse ferunt, unde ex ea natam nonnulli putaverunt. Plin. lib. 5. cap. 4.

PALLAS, antis. m. [Πάλλας] Rex Arcadiæ, proavus Evandri, qui ab eo urbem suam ad Tiberim conditam Pallanteum appellavit. Virg. 8. Æn. 54. — posuere in montibus urbem
Pallantis proavi de nomine Pallanteum. conf. Ibid. v. 341.
Nomen filii Evandri, & nomen gigantis. Virg. 10. Æn. 160. Strab. lib. 9. alium Pandionis filium eodem nomine recenset.
Pallas, Claudii Cæsaris libertus, eidemque a rationibus, quem ante omnes suspexit, teste Suet. c. 28. extr. cujusque tanta fuit protervia, ut non modo nulli ministrorum salutem impertiverit, sed ne vocem quidem cum familiari communicarit. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19. V. Tacit. 12. Ann. 53. 2. Idem 14. 65. 1. Plin. Epist. 7. 29. & 8. 6. Plin. H. N. 33. 10.

PALLANTIĂS, ădis. f. [Παλλαντιάς] Patronym. Pallantis gigantis filia, Aurora. Ovid. 15. Met. 191.
— cum prævia luci
Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem.

PALLANTĒUS, a, um. Adj. [παλλάντειος] ut
Mœnia Pallantea. Virg. 9. Æn. 196.

PALLANTĒUM, i. n. [Παλλάντιον] Urbs in Palatino monte, a Pallante Evandri proavo dicta. Virg. 8. Æn. 54.
Ejus nomen in Palatium, qui collis Romanus est, mutatum fuisse tradit Dionysius Halicarn. lib. 1. Antiq. Rom. p. 25. al. Palanteum. conf. PALANTIUM.

PALLĂS, ădis. f. [Παλλὰς] Jovis filia sine matre. Nam quum Juppiter Junonem uxorem videret non ferentem filios, percusso sibi capite Palladem armatam edidit: dicente Lucan. lib. 9. 350.
Hanc & Pallas amat, patrio quæ vertice nata est. Et Ovid. 3. Fast. 815. Dicta est autem Pallas quod Pallantem gigantem interfecerit, quum prius Tritonia vocaretur a Tritone palude, ubi primum visa est. Vel a πάλλω vibro, quatio: eo quod hastam vibrare consueverit docueritque. Vel a saltatione in armis, nam vel sese a terra attollere, vel manibus aliquid afferre dicimus πάλλειν & πάλλειξ, id est vibrare, agitareque & agitari, & saltationem perpeti. Alii a Pallante patre dictam volunt, quem illa interemit virginitatem suam vitiare conantem. Hanc Cic. 3. de Nat. Deor. 53. Belli inventricem & principem esse dixit. Proinde a nonnullis Bellona vocata fuit, soror scilicet & auriga Martis, dicente Stat. 7. Theb. 73.
— regit atra jugales
Sanguinea Bellona manu, longaque fatigat
Cuspide. Quin & virgo fingitur, & innupta, unde Virg. 2. Æn. 31.
Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ. Minerva autem cur dicta sit, V. suo loco. Palladis templum apud Milesios admirandum fuit, ut scribit Herod. lib. 1.
Nata Tonantis inclyta Pallas, Senec. Agamemn. 5.
Rami Palladis, Olivæ rami, quæ Palladi sacra fuit. Virg. 7. Æn. 154.
Armisonæ Palladis sancta numina. Virg. 3. Æn. 544.
Alma Pallas Tritonis. Lucret. lib. 6. 750.
Armata. Senec. Agamem. 6.
Armisona. Valer. 1. Argon. 73.
Bellica. Ovid. 5. Met. 46.
Belligera. Senec. Herc. fur. 11.
Doctissima. Cic. in Arat. v. 302.
Innuba. Valer. 1. Argon. 87.
Severa. Stat. 1. Silv. 6. 1.
Tetrica. Claud. 2. in pr. Conf. Stilich. 275.
Tritonia. Virg. 5. Æn. 704.
Tritonia, armipotens, Gorgophora, Pallas, Minerva. Cic. Anteq. iret. in exsil. 24.
Pallas pro Oleo, per Metonymian. Ovid. 4. Trist. 5. 4.
Ut vigil infusa Pallade flamma solet.
Pingui Pallade tingere membra, Ungere olivo. Ovid. 19. Epist. 44.
Vestæ aliquando hoc nomen tribui observat Spanh. ad Callim. p. 588. conf. Propert. 4. 4. 43.
Pallas, etiam Palodis nomen est in Africa.

PALLĂDIUS, a, um. Adj. [Παλλάδιος] Quod est Palladis. Unde Palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo Palladis. Ovid. 17. Epist 133.
Nec te Palladios, nec te Junonis honores, &c. Idem 1. de Arte Am. 727.
Et tu Palladiæ petitur cui fama coronæ. i. e. Qui contendis ad titulos magnæ eruditionis.
Arbor Palladia. i. e. Oliva. Sil. 1. 238.
Arces Palladiæ, Athenæ, Ovid. 7. Met. 399.
Ars Palladia. Propert. lib. 3. 7. 42.
Latices Palladii, Olivum. Ovid. 8. Met. 275.
Opus Palladium, Ars fabrilis. Phædr. 4. 6.
Puppis Palladia, Argo. Valer. 8. Argon. 292.
Silva Palladia vivacis olivæ. Virg. 2. Georg. 181.

PALLĂDIUM, i. n. [Παλλάδιον] Dimin. fuit in urbe Trojana antiquissimum, cælo quondam, ut perhibebant, delapsum Palladis simulacrum, e ligno sculptum, movens oculos atque hastam, quam manu gestabat, ut scribit Servius. Nam quum apud Trojam in honorem Palladis arx, & in ejus summo templum illi ædificaretur, e cælo cecidit, & locum sibi in eo templo delegit, nondum cooperta æde: moxque ab Apolline redditum est oraculum, ejus civitatis futurum exitium, si id simulacrum extra mœnia portaretur. Quod Ovid. in 6. Fast. 420. est elegantissime persequutus. Quo factum est, ut tempore belli Trojani Diomedes & Ulysses cuniculis, vel, ut alii dicunt, per cloacas ascenderint in arcem, & occisis custodibus simulacrum sustulerint: ideo autem id negotium his potissimum datum, quia cultores fuerunt Minervæ. Servius apud Virg. 2. Æn. 162.
Omnis spes Danaum, &c. Romæ postea in templo Vestæ asservatum est ut pignus imperii. Hujus meminit Herodianus 1. 14. 7. V. Virg. l. c. Lucan. 9. 994. Liv. 5. 22. Sil. 13. 47. & ibi Drakenb. conf. Cæl. Rhodig. Lect. Antiq. 28. 9. vel Lex. Pitisc. Arnobius l. 4. tradit Gentiles ipsos prodidisse Palladium compactum esse ex Pelopis reliquiis; hoc est, ex ossibus Pelopis a Scytha quodam fabricatum & Trojanis venditum, ut interpretatur Jul. Firmic. de Error. Prof. Relig. p. 31. ed. Oisel. V. Camerar. Cent. Hor. Subc. cap. 60. & Barth. Adverf. 60. 2. Alex. Neapol. Gen. Dier. 28. 6. Natal. Com. Mythol. 4. 5. Tomasinus de Donariis p. 33. innumera ex ligno in urbe Palladia fuisse asserit. Cic. pro Milon. 33. Exhibe quæso, Sexte Clodi, librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo, & ex mediis armis, turbaque nocturna, tanquam Palladium, sustulisse.
Cæleste Palladium. Sil. lib. 13. 50.
Furta Palladii. Virg. 9. Æn. 151.
Palladium, Forum Athenis ubi de cæde non voluntaria agebatur.

PALLĒNĒ, es. f. [Παλλήνη] Regio est in litoribus Macedoniæ juxta Sithoniam, ut ostendit Herodotus lib. 7. in qua civitas est Potidæa. Est & urbs ejusdem nominis in Achaia. Virg. 4. Georg. 390.
Hic nunc Emathiæ portus, patriamque revisit Pallenen.
Alta Pallene. Senec. Herc. fur. 978.
Hyperborea. Ovid. 15. Met. 357.

PALLENÆUS, a, um. Adj. [Παλληναῖος] ut,
Triumphi Pallenæi, Macedonici. Stat. 4. Silv. 2. 56.

PALLENENSIS, e. Adj. ut Isthmus Pallenensis, Macedoniæ regio, in qua est Cassandria colonia. Plin. lib. 4. cap. 10.

PALLEO. V. PALLOR.

PALLIASTRUM, PALLIATUS, PALLIO, PALLIOLATIM, PALLIOLATUS, PALLIOLO, PALLIOLUM, V. PALLIUM.

PALLIUM, i. n. [ἱμάτιον, τρίβων] dictum est, quod palam fit & foris. Sub eo enim Tunica sumebatur, longe lateque diffusum, & viris, mulieribusque conveniens. Proprie autem Græcus habitus. Unde Palliati Græci dicti sunt, & Comœdiæ palliatæ, quæ sunt secundum ritus & habitus hominum palliatorum Græcorum. Auctores Donatus & Diomedes. Suet. in Aug. cap. 98. n. 5. Sed ceteros continuos dies inter varia munuscula, togas insuper, & pallia distribuit, lege proposita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu uterentur. conf. Claud. 15.
Pallium quoque proprium erat philosophorum. Gell. lib. 9. cap. 2. Video, inquit Herodes, barbam & pallium, philosophum nondum video.
Pallia, inter communia vestimenta annumerantur Ulpiano, quæ promiscua appellat Tacit. lib. 3. Ann. 53. extr. Promiscuas viris & feminis vestes. Plura de Pallio V. apud Baynum de Re Vest. cap. 13. conf. Ferrar. 2. 4. 4.
Palliis etiam in lecto utebantur. Ovid. 1. Amor. 2. 2.
— nec in lecto pallia nostra sedent. Juven. 6 Sat. 235.
Advocat Archigenen, onerosaque pallia jactat.
Tunica & pallium. Cic. 6. Verr. 54. In hac officina majorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat & pallio. Quibus verbis Verrem Romanum habitum contra Prætoris dignitatem deposuisse declarat.
De Pallio Imperatorio, Nuptiali, Philosophorum, Puerorum & Servorum, V. Lex. Pitisc.
Misellum pallium. V. MISER.
Purpureum. Cic. 7. Verr. 31.
Serica. Stat. 3. Silv. 4. 89.
Amictus pallio. Cic. 3. de Orat. 125.
Attollere pallium. V. ATTOLLO.
Colligere. in COLLIGO.
Conficere. Cic. 3. de Orat. 125.
Conjicere in collum. Plaut. Epid. 2. 2. 10.
Demissa terræ. Ovid. 3. Amor. 2. 25.
Injicere alicui. Cic. 3. de Nat. Deor. 83. Aureum ei detraxit amiculum, &c. eique laneum pallium injecit. V. INJICIO.
Sumere pallium. Cic. pro Rabir. Post. 26.

Tegere

Tegere corpus pallio. Cic. 2. de Divin. 143.
Tunica pallio propior. Plaut. Trinum. 5. 2. 30. Allegoria proverbialis, qua significatur, Ex amicis nos aliis magis esse devinctos: neque parem omnium habendam esse rationem. Ex Erasmo.
A toga ad pallium. Tertull. in lib. de Pallio cap. 5. pr. Hæc nimirum indignitas erit a toga ad pallium. Proverbii speciem habet, cujus duplex erit usus: vel quum ad diversum vitæ genus sese contulerit aliquis: vel quum a fortuna honestiore ad humiliorem, velut si quis ex aulico fiat monachus, aut e præfecto pædagogus, e consule rhetor. Erasm.

PALLIO, [illegible] āre. usurpavit Apulejus, pro Tegere & celare: Nec palliari, inquit, tam aperta res potest.

PALLIĀTUS, a, um. Adj. [illegible] Pallio indutus. Cic. pro Rabir. Post. 15. Itaque objicias licet quam voles sæpe palliatum fuisse.
Judex modo palliatus, modo togatus. Cic. 5. Philipp. 14. Suet. Cæs. 48.

PALLIŎLUM, i. n. dimin. [illegible] Laneum erat ad caput tegendum, ut ait Perottus. Ovid. 1. de Arte Am. 733.

— nec turpe putaris,
Palliolum nitidis imposuisse comis. Plin. lib. 16. cap 8. Quidam aliter epithymum tradunt sine radice nasci, tenui similitudine palliolі.
Palliolum, pro ipso Pallio. Cic 3. Tusc. 56.

Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. Ex Cæcilio.

Pro veste quavis Juven. 3. Sat. 94.

— vel Dorida nullo
Cultam palliolo.

PALLIŎLO, āre. Idem, quod Palliare. Cæcil. apud Non. 2. 624.

PALLIOLĀTUS, a, um Partic. [illegible] Palliolo indutus. Suet. de Claud cap 2. Palliolatus novo modo præsedit. ubi Interpp. vide. Martial lib. 9. 34.

Hanc volo quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

PALLIOLĀTIM, Adv. [illegible] Plaut. Pseud. 5. 1. 29. Sed palliolatim amictus sic hac incessi ludibundus. i. e. Palliolo operto capite.

PALLIASTRUM, [illegible] Rude ac vile pallium. Apul. 1. Met. p. 104. Ecce Socratem contubernalem meum conspicio: sedebat scissili palliastro semiamictus. V. Ferrar. de Re Vest 2. 4. 14.

PALLOR, ōris. m. [illegible] quasi Pellis livor. Plin. lib. 14. cap. 22. Hinc pallor, & genæ pendulæ.
Simillimus buxo pallor. Ovid. 11. Met. 417.
Pallor anni continuus. Plin. lib 2. cap. 30.
Pallor & invidiæ. Plin. lib 28 cap. 9.
Pallor & tremor. Cic. 4. Tusc. 19. Ex quo fit ut pudorem rubor, sic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequetur.
Albus. Hor. Epod. 7. 15.
Exanimis. Stat. 12. Theb. 739.
Gelidus. Stat. 1. Achil. 258.
Luridus. Ovid. 4. Met. 267.
Luteus. Hor. Epod. 10. 16.
Tacitus. Ovid. 6. Fast. 29.
Capere pallorem vasa dicuntur. Columel. lib. 12. cap. 50.
Figit gelidus pallor Nereida. Stat. 1. Achil. 258.
Fugat ruborem pallor. Sen. Med. 21. 3.
Inficit ora. Hor. Epod. 7. 15.
Notare aliquem pallore, Lucan. lib. 8. 55.
Obit ora pallor. Ovid. 11. Met. 418.
Occupat ora. Virg 4. Æn. 499.
Tinctus viola pallor amantium. Hor. 3. Carm. 10. 14.
Pallores. Lucret lib 4 337.

Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.

PALLOR, Deus ita dictus, a Tullo Hostilio templo donatus. Liv. 1. 7. conf. Lactant. 1. 20. & Dempster. in Rosin. Ant. p 71

PALLĬDUS, a, um. Adj. [illegible] ut, Pallidus color. Plin. lib. 20. cap. 33.
Aconita pallida. V. ACONITUM.
Aurora. Virg. 1. Georg. 446.
Corpore. Ovid. 15. Met. 627.
Cortice pallido arbor. Plin. lib. 12. cap. 7.
Polium. Senec. Hippol 6.
Frigore, Ab effectu. Stat. 5. Silv. 1. 168.
Membra pallidiore nova cera. Ovid. 1. de Pont. 10. 28.
Mulier. Horat. 1. Serm. 2. 129.
Ora buxo pallidiora gerere. Ovid. 4. Met. 134.
Orbis Phœbi pallidus Ovid. Rem. Amor. 256.
Piper pallidum. Plin. lib. 12. cap. 7.
Regio pallida, Infernum. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 316.
Statua inaurata pallidior. Catul. ad Juventium, 79. 4.
Stellæ pallidissimæ. Plin 2. 25.
Semel rubidus, decies pallidus. Parœmia est, quam Suidas admonet dici de iis qui mutuum accipiunt, quos necesse est crebro tum rubescere pudore, tum metu pallescere. Rubescere dum petunt mutuum, pallescere dum solvendo non sunt, & metuunt ne trahantur in jus aut in nervum.

PALLIDŬLUS, a, um. Adj. dimin. [illegible] Catul. ad Ortalum, epig. 63. 6.

Pallidulum manans alluit unda pedem. conf. Spart. Hadr. 25. extr.

PALLEO, ui, [illegible] ēre. Pallidum esse. Cic. 2. Philip. 84. Non dissimulat, P. C. apparet esse commotum; sudat, pallet.
Amans omnis palleat. Ovid. 1. de Arte Am. 729.
Dies pallet. Lucan lib 7. 178.
Genæ pallent languido candore. Senec. Hippol. 6.
Labra palluerant Propert. lib. 4. 9. 28.
Ora pallent. Tibul. lib. 3. 5. 25.
Saxum palluit auro. Ovid. 11. Met. 110.
Seges pallet. Ovid. 1. Fast. 688.
Venæ pallent amisso sanguine. Ovid. 2. Met. 824.
Quoniam pallet, necesse est ægrotasse. Auct. ad Heren. 2. 25.
Amore argenti pallere. Hor. 2. Serm. 3. 78.
Colore exsangui. Ovid. 3. Trist. 2. 55.
Metu pallens. Ovid 13. Met. 74.
Timore. Ovid. 2. Fast. 468.
Pallere, cum Accusativo. Propert. lib. 1. 15. 39.

Quis te cogebat multos pallere colores?

Pallere Eupolidem. Pers. 1. Sat. 124.

Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles. ¶ Audacter dictum est, ut si diceres, Pallere pallorem, quod significat, qui palles, quod tam impense illis poetis operam impenderis, et decolorem contraxeris insano labore vultum: vel, Pallorem studio & assiduitate legendi Eupolidis comœdias contractum palles. Sed jus suum poetæ tenent, ut licenter multa loquantur. Meminit Turnebus.

Viride pallens. Plin. lib. 37. cap. 8.
Pallere, pro Timere. Hor. 3. Carm. 27. 27. — scatentem
Belluis Pontum, mediasque fraudes Palluit audax.
Pallendum, Passiv. Quintil. 7. extr. p. 654. Burm. Vigilandum ducat, iterum enitendum, pallendum.

PALLENS, entis. Partic. [illegible] ut,
Animæ pallentes. Virg. 4. Æn. 43.
Brachia. Ovid. 7. Met. 345.
Collum. Ovid 10. Met. 381.
Curæ pallentes, Quæ reddunt hominem pallidum. Martial. lib. 11. 7.
Hedera. Virg. 3. Ecl. 39.
Herbæ. Ovid. 2. Fast. 485. al. Pollentes.
Imago. Ovid. 13. Epist. 119.
Membra. Ovid. 11. Epist. 77.
Morbi. Virg. 6. Æn. 275.
Ora. Virg. 10. Æn. 822.
Oscula. Valer. 4. Argon. 701.
Puellæ terrore. Ovid. 3. de Arte Am. 487.
Regna. Sil. lib. 13. 408.
Simulacra. Lucret. lib. 1. 124.
Sulphurata pallentia. Martial. lib. 1. 125.
Taurus pallens multa ferrugine. Valer. 1. Argon. 770.
Violæ. Virg. 2. Ecl. 47.
Vultus. Senec. Troad. 4.

PALLESCO, [illegible] ēre, Pallidum fieri. Plin. lib. 19. cap. 10. Et ocimum sub Canis ortu pallescit.
Curis pallescere. Propert. lib. 1. 13. 7.
Nulla pallescere culpa, Timere. Hor. 1. Epist. 1. 61.
Flamma pallescit. Valer. 7. Argon. 586.
Frondes pallescunt. Ovid. 3. de Arte Am. 704.
Stellæ pallescunt subito. Claud. in Gigant. 9.

PALLESCENS, entis. Partic. Plin. lib 9 cap. 17. de mullo, Rubentium squamarum multiplici mutatione pallescentem.

PALMA, æ. f. [illegible] Planum illud & ex parte concavum manus, quod in digitos desinens decore patet: ut ait Perottus. Cic. in Orat. 113 Quum autem diduxerat, & manum dilataverat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Idem 3. Off. 38. Ibi quum palam hujus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur quum in locum annulum inverterat. Poetæ pro Manu ponunt, ut
Dextra palma. Cic. in Arato, 52.

Hæc dextram Cephei dextro pede pellere palmam
Gestit, &c.

Porrecta palma ferire. Plaut. Cas. 2. 6. 53.
Teneræ palmæ. Virg. 2. Æn. 406.
Sceptriferæ. Sil. lib. 17. 141.
Tremulis amplecti aliquid. Ovid. 5. Met. 103.
Arcent vincula teneras. Virg. 2 Æn. 406.
Contundere faciem plana palma. Juven. 13. Sat. 128.
Evinctis attollit brachia palmis. Virg. 5. Æn. 364.
Extendere palmas. Sil. lib. 17. 471.
Exutæ vinclis palmæ. Virg. 2. Æn. 153.
Ferire pectora palmis. Senec. Troad. 1.
Hausta aqua duabus palmis. Ovid. 2. Fast. 293.
Laxantur vincula astrictis. Lucan. lib. 2. 516.
Pandere palmas. Lucret. lib. 5. 1199.
Percussit indignis pectora. Ovid. 10. Met. 723.
Percussit marmoreis pectora, Candidis. Ovid. 3. Met. 481.
Sonuerunt adductis pectora. Ovid. 10. Epist. 15.
Sustulit undam cavis palmis de flumine. Virg. 8. Æn. 69.
Sustulit palmas ad sidera. Virg. 2. Æn. 153.
Tendere invalidas alicui. Virg. 4. Georg 498.
Tendere ambas. Virg 10. Æn. 845.
Tendens duplices ad sidera. Virg. 1. Æn. 97.
Tendens pias ad sidera. Valer. 1. Argon. 80.
Tendere utrasque. Virg. 5. Æn. 685.
Tollens madidas ad sidera. Stat. 10. Theb. 330.
Trementes tendere. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 109.
Vincire palmas catena. Sil. lib. 17. 143.
Vocat passis palmis numina. Virg 3 Æn. 263.
Ignem palma. Proverbium, dici solitum siquando protinus aliquid esset intellectum a quopiam: ut si scommate dicto statim sentiat aliquis in se dictum. Sumptum videtur ab iis, qui per lusum ignem admovent manibus alienis, qui subito sensu excitati, resilire solent, risumque movere spectantibus.
Palma, Latior remi pars, & ipse Remus. Catul. Argon. 62. 7.

Cærula verrentes abiegnis æquore palmis. conf Vitruv. 10. 8.

Ceteræ hujus vocis significationes, quæ non videntur Metaphoræ ejusdem, ona cum derivatis infra sequuntur.

PALMULA, æ. f. dimin. a Palma manus.
Palmula, Manus exigua. Apul 3. Milef. p. 138. Elmenh. Unguedine palmulis suis adfricata. Idem lib. 8. p. 205. Decora brachia sævientibus palmulis converberat.
Palmulæ, Pennæ majores avium. Apul. Florid. 2. Intimas plumulas & extimas palmulas
Palmula, Extrema pars remi in modum palmæ protenta. Virg. 5. Æn. 163.

Quo tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum,
Litus ama, & lævas stringat sine palmula cautes. Servius.

Volare palmulis. Catul. de phaselo, 4. 4. Vitruv. 10. 8. Turneb. Advers. 3. 7.

PALMŬLĀRIS, e. Adj. Martian. Capell. 2. Frictuque palmulari madida detergit ora.

PALMĬPES, ĕdis. [στεγανόπους] Planos & ad palmæ similitudinem habens pedes: unde Anseres & omnes fere aquaticæ aves, Palmipedes dicuntur. Plin. lib. 11. cap. 47. Avium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes. V. etiam in PALMUS.

PALMO, āre. Palma signum & notam imprimere. Quintil. in declamatione 1. Cæci p. 31. Burm. Præterea quum manus ex parte, qua palmare vestigium potest, plicetur in capulo, &c. Et paulo post, Tuus autem, qui palmatus est paries, vestigium ejus partis ostendit. Et sæpius ibidem. Palmare est etiam Adulari, palma blandiri. Cic. 10. Fam. 33. Palmarer plane necesse erat. al. Palparer rectius.

PALMĀTUS, a, um. Partic. ut, Palmatus sanguine paries. Quintil. Decl. 1. p. 30. V. in ipso verbo.

Cervi palmati, Velut palmis instructi. Jul. Capitolinus in Gordiano seniore cap. 3. extr. In qua picturæ etiam nunc continentur cervi palmati ducenti, mistis Britannis. Rhangiferos intelligit, quibus cornua veluti palmis ramosa etiam Cæsar tribuit. de Bell. Gall. 6. 62.

PALMA, æ. f. [φοῖνιξ] a Palmæ manus similitudine, arbor quoque illa nobilis, quam Phœnicem vocant Græci, dicta, quod comam in cacumine habeat circumextensam, & ramos in digitorum modum protensos. Non cedit ponderi, sed surgit adversus pondus. Ideo victoribus traditur præmio, quod non cesserint, sed pertinaces in certamine perstiterint. V. Gellium lib. 3. cap. 6. Plin. lib. 16. cap. 42. Et palmæ arbor invalida: in diversum enim curvatur, At populus contra omnia inferiore pandatur, palma e contrario fornicatur. Sexu dignoscitur hoc arborum genus, & quædam quasi connubia exercet. De quo Ammian. 24. 3 & Philostrat. l. 1. Icon. in Paludibus. conf. Claud. de Napt. Honor. v. 66.

Pro Dono victoribus apud Græcos primo, deinde apud Romanos in Circensibus cessit. Liv. 10. 47. Suet. Neron. cap. 5.

De Palma arbore ejusque ramis & dactylis in nummis. V. Spanh. de Usu & Pr. Num. diss. 6. p. 335. sq.

Arbusto palmarum dives Idume. Lucan. lib. 3. 216.

Agrestium palmarum multitudo in Sicilia. Cic. 7. Verr. 86.

Aridus palma nascitur. Virg. 2. Georg. 67.

Procera & tenera. Cic. 1. de Legib. 2. Homericus Ulysses Deli se proceram & teneram palmam vidisse dicit, hodie monstrant eandem.

Viridis. Ovid. 2. de Arte Am. 3.

Umbrosa. Juven. 15. Sat. 76.

Palma, Fructus palmæ arboris, qui & Palmula dicitur. Plin. lib. 13. cap. 4. Alexandri milites palmis viridibus strangulati sunt.

Rugosæ. Ovid. 8. Met. 674.

Palma, Elata, quam Abietem putavit. Plin. 12. 28.

Palma, Signum victoriæ, & Victoria ipsa. Plutarchus, In certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ, quoniam ingenii ejusmodi lignum est, ut urgentibus, opprimentibusque non cedat. Curt. 9. 2. 29. Tot bellorum palmæ laureæque. i. e. Tot victoriæ.

Palma, Causam certaminis aliquando significat, auctore Donato. Ter. in prol. Phorm. 17.

— in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.

Contentio ingens palmæ. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Gloria palmæ, Victoriæ. Virg. 3. Georg. 102.

Dubia. Juven. 11. Sat. 179.

Lemniscata. V. LEMNISCA.

Nobilis. Hor. 1. Carm. 1. 5.

Stolidæ cupido palmæ. Ovid. 6. Met. 50.

Victrices. Lucan. ad Pison. 31.

Urbana palma. Cic. 11. Philipp. 11. Sexta palma urbana etiam in gladiatore difficilis.

Accipere palmam. V. ACCIPIO.

Adepta. V. ADIPISCOR.

Apprehendere palmam avidissime. V. APPREHENDO, & AVIDUS.

Ambire palmam histrionibus. V. AMBIO.

Dare palmam alicui consilio. Ter. Heaut. 4. 3. 31.

Huic equidem consilio palmam do, hic me magnifice effero. Quasi dicat, Mihi magis probatur consilium istud. Sive, Ceteris consiliis istud unum præfero.

Deferre palmam alicujus rei alicui. Cic. 2. de Orat. 227. Admiror te in eo genere tribuisse tantum, & non hujus rei quoque palmam, ut ceterarum, Crasso detulisse.

Donare aliquem palma. Ovid. 2. de Arte Am. 3.

Ferre palmam, Victorem esse. Cic. 4. Att. 14. Ne diutius pendeas, palmam tulit.

Habeant hanc palmam ex innocentis cruore. Cic. Anteq. iret. in exsil. 30.

Parere palmam. Catul. in Carm. Napt. 60. 11.

Patera. Liv. 28.

Relinquere palmam alicui. Virg. 5. Æn. 472.

Reservare alicui. Cic. de Senect. 19. Quam palmam utinam dii immortales tibi, Scipio, reservent.

Tertiam ad palmam venire. Plin. lib. 14. cap. 6. Ad tertiam palmam varia venere, Albana, &c. i. e. Ad tertiam bonitatem & notam. De avis. Budæus.

Palmæ, plur. pro Victoriis. Cic. pro Rosc. Amer. 84. De Capitone post viderimus: si, quemadmodum paratum esse audio, testis prodierit; tum alias quoque suas palmas cognoscet. [Tanquam de gladiatore noto loquitur. Palmas autem facinorum intelligit. V. loca sq.

Infames. Cic. pro Rosc. Amer. 99.

Plurimarum palmarum homo. Cic. pro Rosc. Amer. 17. Homines ejusmodi, alter plurimarum palmarum, vetus ac nobilis gladiator, habetur. h. e. Qui sæpius vicit, vel potius occidit homines.

PALMŬLA, æ. f. dimin. [φοινικὸς βάλανος, ψὰν, φοῖνιξ] Caryotæ dicuntur, sive Dactyli. Varro 1. R. R. cap. 67. Nucem juglandem, & palmulam, & ficum Sabinam quanto citius promas jucundiore utare. Suet. Aug. cap. 76. Panem & palmulas gustavimus. Sulp. Sever. Dial. 1. cap. 7. Cum plenam palmulis manum obtulisset, accurrit bestia accepitque.

PALMĒRIA, orum. n. pl. Vina quæ a palma una sunt enata. Plin. 14. 6.

PALMĒTUM, i. n. [φοινικών] Locus palmis consitus, & in quo frequentes sunt palmæ. Plin. lib. 6. cap. 28. Numerosissimos esse Homeritas, Minæis fertiles agros palmetis, arbustisque, &c.

Pinguia palmeta. Hor. 2. Epist. 2. 184.

Palmetis consita terra. Plin. lib. 5. cap. 14. conf. Justin. 36. 3. 4.

PALMEUS, a, um. Adj. [φοινίκινος] Quod est ex palma arbore. Columel. lib. 5. cap. 5. M. Columella, &c. agricola Bæticæ provinciæ, sub ortu Caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat.

Vinum palmeum, capiti noxium. Plinius lib. 24. cap. 17.

Tabulæ palmeæ. Vitruv. 10. 20.

PALMICEUS, a, um. Adj. ut, Sporta palmicea. Sulp. Sever. Dial. 1. cap. 5. & 7. i. e. Ex palmarum foliis texta.

PALMŌSUS, a, um. Adj. [φοινικώδης] Quod est palmis abundans. Virg. 3. Æn. 705.

Teque datis linquo ventis, palmosa Selinus.

Toga palmosa. Liv. 10. 7. V. seq. dict.

PALMĀTUS, a, um. Adj. Palmis ornatus. ut Lapides palmati. Plin. 36. 18.

Toga palmata, [φοινικωτὸν τρίβων] a Palma in ea intexta, inquit Budæus, proprie triumphantium fuit, quam merebantur hi qui de hostibus palmam reportassent. Alii a latitudine clavorum dictam volunt palmatam, quæ nunc a genere picturæ, picta appellatur. Martial. lib. 7. 2.

Palmatæque ducem, sed cito, redde togæ. V. Ferrar. de Re Vest. 1. 2. 8.

Tunica palmata. Liv. 10. 7.

Vestis palmata. Sidon. Gratiar. act.

PALMĀRIS, e. Adj. [νικητήριος] ut, Palmaris statua, quæ alicui propter victoriam ponitur. Cic. 6. Philipp. 15. Sed illa statua palmaris, de qua, si meliora tempora essent, non possem sine risu dicere.

Sententia palmaris, Palma digna. Cic. 1. de Nat. Deor. 20. Sed illa palmaris quidem, quod qui non modo natum mundum introduxerit, sed etiam manu pæne factam, &c. De sententiis philosophorum loquens.

PALMARIUS, a, um. Adj. [νικητήριος] Quod est palma dignum. Ter. Eun. 5. 4. 8. — tum hoc alterum,

Id vero est quod ego mihi puto palmarium.

PALMARIUM, i. n. Salarium victoriæ. Ulpian. in l. 1. §. Si cui. D. de extraordin. cognit. Etsi nomine palmarii cautum sit: sic tamen, &c.

PALMĬFER, ĕra, ĕrum. [φοινικοφόρος] ut,

Arabes palmiferi. Ovid. 10. Met. 478.

Idume palmifera. Sil. lib. 3. 600.

Pharos palmifera. Ovid. 2. Amor. 13. 8.

PALMĬGER, ĕra, ĕrum. Adj. Idem. ut, Nemea palmigera. Plin. 31. 4.

PALMIPRIMUS, a, um. Adj. Palmiprimum vinum quid sit, & quomodo ex fico fiat, docet Plin. lib. 14. cap. 16. [In MS. est Parna primam, teste Hard. Græcum sane videtur vocabulum expressisse Plinius, non Latinum.

PALMA, æ. f. In vite. Varro de R. R. lib. 1. cap. 31. Ejuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest ejicere vitem, quam vocant minorem flagellum, majorem etiam unde uvæ nascuntur, palmam. Prior, littera una mutata, declinata a venti flatu, similiter flabellum ac flagellum: posterior quod ea vitis immittitur ad uvas pariendas, dicta primo videtur a pariendo parilema: cain, mutatis litteris, ut in multis, dici cœpta palma. Columel. lib. 3. cap. 17. extr. Quidquid residui fuit ex vetere palma, per ipsam commissuram, qua nascitur materia nova, resecuerunt, atque ita cum suo capitulo sarmentum depresserunt. Palma, i. e. Vite, interprete Beroaldo. Idem lib. 4. cap. 25. Sequente deinde anno insecatur superior pars curvaturæ, usque ad medullam, ne totas vires matris propagatum flagellum in se trahat, & ut paulatim condiscat suis radicibus ali: bima deinde præciditur proxime palmam, quæ ex arcu summissa est.

PALMA, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Oppidum est in Hispania.

Est item Palma, civitas in majori Baleari. Nunc vulgo dicitur *Mallorca* civitas, ut scribit Olivarius in Melam.

PALMARIA, æ. f. [Παλμαρία] Insula ultra Tiberina ostia in mari Tyrrheno. Varro lib. 3. de R. R. 5. Hoc ita fieri apparet in insulis propinquis Pontiis, Palmariæ, Pandatariæ.

PALMATIAS, V. PALMOS.

PALMES, ĭtis. m. [κλῆμα, ὄρχος] Vitis proprie est, quod arboris surculus: nempe Lignum illud, quod ex ipsa stirpa quotannis emergit, & gemmas producit, quæ deinde in virgulas abeunt, & palmæ cujusdam digitos faciunt. Plin. lib. 17. cap. 22. Sic duo genera palmitum: Quod a duro exit, materiamque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur: at ubi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, semperque fructuarium relinquitur sub jugo. Et qui vocatur custos: hic est novellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit.

Nemorosus palmite Gaurus. Stat. 3. Silv. 1. 147.

Feri palmites. Columel. lib. 10. 14.

Focaneus palmes. Columel. 4. 24.

Gravidus. Ovid. 1. Fast. 152.

Lætus palmes se agit ad auras. Virg. 2. Georg. 364.

Opaco palmite baccæ. Claud. de Nupt. Honor. 217.

Orbi. Columel. lib. 4. cap. 27.

Citare palmitem. V. CITO.

Ferre musta e palmite. Ovid. 4. Fast. 894.

Movetur gemma de palmite. Ovid. 3. Trist. 12. 13.

Palmes & Pampinus, pro eodem. Columel. lib. 4. cap. 17. Item si oculi singuli sub jugo binos pampinos emiserint, quamvis largos fructus ostendant, detrahendi sunt eis singuli palmites, quo lætior, quæ superest, materia consurgat. [Quin potius Pampini partem hic facit palmitem.

Palmes, pro flagello vitis. Columel. lib. 4. cap. 21. Hæc brachia sat erit interim singulis palmitibus in fructum summitti.

PALMO, [ὑποδέω] āre. Materiam alligare: verbum a Palmitibus ductum. Columel. lib. 11. cap. 2. Ceterum palmare, id est materiam alligare, hoc tempore non expedit. Loquitur de vite ad palum alliganda.

PALMOS, [παλμός] Particulæ alicujus in corpore palpitatio contra naturam, per vicem modo eam attollens, modo deprimens, fitque quandoque in sola cute, quandoque & in subjectis ei musculis, quæ si magna fuerit, membrum quoque universum secum diutius saliendo trahit. Latinorum nonnulli Græcum nomen exprimentes, Saltum vocant.

PALMĬCUS, a, um. Adj. [παλμικός] Palmicum augurium, quod ex vibrata salitione oculi fiebat. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 13. In Cappadocia ex myrrhinis virgis, in Scythia ex salignis humi constratis, alii ex vibrata salitione oculi, quod augurium palmicum: in Lycia ex piscibus, &c.

PAL-

Palmatias, æ. m. [παλματίας] Motus quo terra quatitur. Apul. de Mundo, p. 65. Elmenh. Palmatiæ appellantur, quorum pavitatione illa, quæ trepidant, fine inclinationis periculo nutant.

Palmus, i. m. [σπιθαμὴ] Mensuræ genus. Est autem duplex, inquit Budæus, Major, duodecim digitorum, Græce σπιθαμὴ vocatur: & Latinis etiam Dodrans, cujus exemplum apud Plin. lib. 7. cap. 3. Minor, digitorum quatuor, sive pollicum trium, παλαιστὴ Græce dicitur, V. Lex. Pitisc. conf. Vitruv. 7. 4. & ibi Philandr.
Palmum, neutro genere etiam dicitur. Vitruv. lib. 2. cap. 3. Doron autem Græci appellant palmum, quod munerum datio Græce δῶρον appellatur. Id autem semper geritur per manus palmum. [Qui hinc efficiant hanc vocem n. g. poni, non intelligo, quum sit utrobique Accus. sing. m. g. Gloss. Lat. Gr. Palmum, ψαμυθιν. Etsi ibi quid Græcæ vocis sit nescio.

Palmarius, a, um. Adj. [σπιθαμιαῖος] Quod est palmi unius. Columel. lib. 8. cap. 3. Per spatia palmaria modicis forantur cavis.

Palmaris, e. Adj. [σπιθαμιαῖος] Idem. Varro 1. de R. R. cap. 35. Rosa etiam conciditur radicitus in virgulas palmares. V. supra in PALMA.

Palmipedalis, e. Adj. [σπιθαμοποδιαῖος] Mensura unius pedis & palmi. Columel. lib. 3. cap. 19. Nam in clivosis, ubi terra decurrit, potest malleolus palmipedalis deponi. Vitruv. 10. 20.

Palmipes, ĕdis. c. Idem. Plin. lib. 17. cap. 20. Populus alba seritur bipedaneo pastinatu, talea sesquipedali, biduo siccata, palmipede intervallo, terra superinjecta duorum cubitorum crassitudine.
Aliam significationem V. in PALMA.

Palmўra, æ. f. [Πάλμυρα] Syriæ urbs inter Romanorum ditionem sita, & Parthorum, ut est auctor Ptolemæus lib. 5. cap. 15. Hinc

Palmyrēnus, a, um. Adj. [Παλμυρηνὸς] ut, Palmyrenæ solitudines, usque ad Petram urbem & regionem Arabiæ Felicis appellatæ pertinent; sunt autem ad Hierapolin. Plin. lib. 5. cap. 25. & 26. In desertis Syriæ. Idem Plin. lib. 6. cap. 26. & 28.

Palmyrenses, ium. m. pl. Populi iidem. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 2.

Palmytius, Ægyptiorum deus, ut est apud Hesychium, inquit Lilius 1. Syntag.

Pālor, [περιφέρομαι] āri. dep. Passim vagari: sicuti faciunt qui lento gradu, dispersique labruscas quærunt. Liv. 5. 44. Jam obsidionis tædio victi abscedunt, vagique per agros palantur, cibis vinoque raptim hausto repleti. Hoc verbum quidam a Palam deduci existimant. Alii a Palis castrorum, hoc est sudibus, modo huc, modo illuc translatis. Vossius a Gr. πλανῶ per metaplasmum. conf. Tacit. 3. Hist. 17. 5. & 3. 80. 4. & 4. 18. 7. sed &
Palo, activa forma. Sulpic. Sat. v. 43.
Sic nostri palare senes dicuntur.
Aliam h. v. significationem V. in PALUS, i.

Palans, antis. Partic. [περιφερόμενος] Stat. 11. Theb. 21.
Aut vaga palantes campo fuga volvit Achivos.
Palantes fuga. Sil. 2. 162.
Agmina palantia. Sil. lib. 15. 483.
Comites palantes & dispersi. Lucret. lib. 4. 579.
Hostes palantes insectans. Justin. 15. 3. 11.
Milites palantes in agris oppressit. Liv. 1. 11.
Sidera passim palantia. Lucret. lib. 2. 1030.
Stellæ palantes polo. Virg. 9. Æn. 21.
Terga palantia dare. Virg. 12. Æn. 738.
Vitæ palantis viam quærere. Lucret. lib. 2. 10.
Femina palantes agit. Virg. 11. Æn. 737.

Palātus, a, um. Partic. [διεσπαρμένος] Dispersus. Liv. 23. 40. Alius exercitus primo per agros silvasque fuga palatus: dein, &c. Idem 3. 5. In quos palatos prædam agentes Postumius, &c. Idem 8. 24. & 35. 51.

Palābundus, a, um. Adj. Cyprian. Epist. 42. 4. & Tertull. Apol. cap. 21.

Palātim, Adv. Palando. Liv. 5. 28. extr. Tusculum palatim fugerent. i. e. Sparsim, non turmatim. Sed in emendatis codd. exstat, Palati.

Palĭtor, ari. Errare. Plaut. Bacch. 5. 2. 5. Oves eunt a pecu palitantes.

Paloda, Oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 29.

Palpĕbræ, ārum. f. pl. [βλεφαρίδες] Pili recti, genis oculorum utrinque adhærentes: in hoc homini a natura dati, ut ipsos oculos ab occursantibus & fortuito incidentibus rebus defendant. A palpitando, id est tremendo: vel a palpando, id est prætendendo dictæ. Plin. lib. 11. cap. 37. Palpebræ in genis homini utrimque. Mulieribus vero etiam infectæ quotidiano. [V. quæ de eo loco in QUOTIDIANO notavi. Plinio Palpebræ sunt Ciliorum pili. Nonnulli & Genas vocant. q. V.
Palpebræ [βλέφαρα] sunt Tegumenta oculorum, mollissima tactu, ne læderent aciem, aptissime factæ, & ad claudendas pupulas, ne quid incideret, & ad aperiendas: idque providit ut identidem fieri posset cum maxima celeritate. Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum: quibus & apertis oculis si quid incideret repelleretur, & somno conniventibus, quum oculis ad cernendum non egeremus, ut qui, tanquam involuti quiescerent. Hæc Cic. 2. de Nat. Deor. 142. & 143.
Resectis palpebris M. Regulum illigatum in machina, vigilando necaverunt Carthaginienses. Cic. in Pison. 43.
Brachia palpebræque cadunt. Lucret. lib. 4. 950.
Palpebram, sing. Celsus dixit 5. 26.

Palpebrum, i. n. Idem. Testatur Nonius 3. 164. Palpebrum suo tempore usitatius fuisse, quam Palpebra. [Sic utitur passim Aurelianus Cælius. ut Chron. 2. 1. f. 5. Palpebrum superius & Inferius.

Palpebrālis, e. Adj. Setæ palpebrales. Prudent. Hamartig. 872.

Palpebrāris, e. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 4. 2. Collyria, quæ Græci βλεφαρικὰ vocant, nos Palpebraria dicere poterimus.

Palpebro, āre. Movere palpebras. Cæl. Aurel. Acut. 1. 2. & 2. 10.

Palpebrātio, ōnis. f. Cæl. Aurel. Tard. 8. 5. Idem Acut. 1. 3.

Palpito, V. PALPO.

Palpo, [ψηλαφάω, ἀμφαφάω, ψαλάσσω, θωπεύω, μαλάσσω] āre. & **Palpor**, ari. depon. Leniter, blande, & quasi tentando tangere.
Palpare in tenebris, Proverbialiter dicuntur qui rem obscuris vestigant conjecturis. Usurpat hoc proverbium Plato in Phædone, & Aristophanes in Pace.
Palpari, Adulari. Plaut. Amph. 1. 3. 9.
Observatote quam blande mulieri palpabitur. Palpari, blandiri. Fest.
Palpari, dativo jungitur, aliquando etiam accusativo. Hor. 2. Serm. 1. 20.
Cui male si palpere, recalcitrat undique tutus. Juven. 1. Sat. 35.
— quem munere palpat
Carus. [Gloss. Lat. Gr. Palpa equo, Καταψησον τῷ ἵππῳ. Scribe Palpo.
Pectora præbet palpanda manu. Ovid. 2. Met. 866. al. Plaudenda.

Palpans, antis. Partic. Ammian. 14. 11. Eum blandius palpantes.

Palpātio, ōnis. f. [θωπεία] Plaut. Men. 4. 2. 43. Aufer hinc palpationes. i. e. Omitte palpari.

Palpātor, ōris. m. [θωπευτὴς] Plaut. Rud. 1. 2. 37.
Ecquem tu hic hominem crispum, incanum videris;
Malum, perjurum, palpatorem?

Palpāmen, inis. n. Prudent. Hamartig. 303.
Palpamen tenerum blandis e fotibus ambit.

Palpāmentum, i. n. Ammian. 27. 12. Aptus ad muliebria palpamenta.

Palpābĭlis, e. Adj. ut, Tenebræ crassitudine palpabiles. Orosius lib. 1.

Palpo, ōnis m. Pers. 5. Sat. 176.
Jus habet ille sui palpo, quem ducit hiantem
Cretata ambitio? [Nisi distinguas potius, Sui, palpo quem &c. ut sit Ablativus dict. seq.

Palpum, i. n. vel **Palpus**, i. m. [θώπευμα] Blanditiæ dicuntur. Plaut. Pseud. 4. 1. 35.
Ego istuc aliis dare condidici, mihi obtrudere non potes palpum. h. e. Blandiri, & spem inanem verbis injicere, ut ait Erasmus.
Palpo percutere, est Plausu tangere, & velut poppysmo, ut de equis Maro 3. Georg. 186. dixit,
— & plausæ sonitum cervicis amare. Turneb. Plaut. Merc. 1. 2. 42. Palpo percutit. Idem Amph. 1. 3. 28.

Palpĭto, [σπαίρω, ἀσπαίρω] āre. Leviter ac frequenter moveri. Cic 2. de Nat. Deor. 24. Animadversumque sæpe est, quum cor animantis alicujus evulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem, &c.
Cerebrum palpitat. Plin. lib. 7. cap. 16.
Jecur pavidum palpitat trepidis venis. Senec. OEth. 6.
Ignis arduus palpitat. Stat. 12. Theb. 71.
Lingua exsecta palpitat. Lucan. lib. 2. 181.
Vertex palpitans. Plin. lib. 7. in præf.
Super aliquam palpitare. Juven. 3. Sat. 134. de Stupratione.

Palpitātio, ōnis. f. [ἄσπαρσις] proprie Cordis est, & deinde partium singularum frequens & continuus motus. Plin. lib. 32. cap. 5. Imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti. Idem lib. 11 cap. 4. Itaque divulsis præcipua vivacitas, & partium singularum palpitatio.

Palpitātus, ūs. m. Plin lib. 9. cap. 30 Ne palpitatu ejiciatur.

Palsicium, i. n. Oppidum in Istria. Plin lib. 3. cap. 19.

Palsum, i. n. Flumen est Mauritaniæ apud Plin. lib. 5 cap. 1. Al. Salsum.

Paltum, i. n. [παλτὸν] Jaculi seu hastæ genus apud Persas; ex πάλλω quatio, vibro. V. Brisson. de Regno Persarum lib. 3. 15. p. 364.

Paltus, [Πάλτος] Locus in Syria, circa quem Memnon sepultus est, ad flumen Badam. Strab. lib. 15.
Paltos, Oppidum ad Libanum montem in Syria. Plin. lib. 5. cap 20. Pomp. 1. 12. & Strabo lib. 16. Hodie *Gibel* vocatur, teste Olivario in Melam.

Pălūda, æ. f. dicta Pallas, a Paludamentis; quæ sunt insignia & ornamenta militaria, auctore Varrone 6. de L. L. 3. ubi allegat versum antiqui cujusdam poetæ,
Corpore Tartarino prognata paluda virago. Paluda, i. e. Paludata Pallas. Turnebus mallet Palude, quum constet Minervam ad Tritonidem paludem natam fuisse, ut ea fere palude prognata videatur: & quod Latini sermonis consuetudo vix hoc patiatur, ut Paludum pro Paludato loquamur. Sed fas non sit, inquit, a tanti scriptoris sententia recedere. [Paluda vestis nomen, unde Paludatus, Paludo verbum, & Paludamen, & Paludamentum verbalia, ut placet Voss. Etymol. p. 365. a Varrone tamen Adjective ponitur.

Pālūdāmentum, i. n. [χλαμὺς, ἐφεστρὶς, φοινικὶς] Insigne ac ornamentum militare, præcipue tamen Imperatorum. Ideo quum ad bellum exit Imperator, ac lictores mutaverunt vestem, & signa incinuerunt, dicitur proficisci paludatus, auctore Varr. de L. L. 6. 3. Livius 31. 14. pr. Cum paludatis lictoribus profectus ab Urbe, Brundusium venit. Budæus; Paludamentum, Chlamys est imperatoria, id est eorum, qui exercitus ducebant. Valer. lib. 1. 6. 11. de Crasso loquens, qui apud Parthos occubuit, Pullum, inquit, ei traditum est paludamentum, quum in prælium exeuntibus album aut purpureum dari soleret. Paludamentum hodie *cottam armorum* vocamus. Hactenus Budæus.
Imperatoria paludamenta. Plin. lib. 22. cap. 2.
Paludamentum, pro Veste militari etiam ejus, qui non esset imperator. Liv. 1. 26. pr. Cognitoque super humeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat, solvit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Paludamentum enim illud erat unius Curiatiorum, quorum nemo, ut arbitror, imperator in Albanis fuit. Baysius. conf. supra.
Paludamentum etiam de Veste muliebri. Plin. lib. 33. cap. 3. Nos vidimus Agrippinam Claudii principis, edente eo navalis prælii spectaculum, assidentem ei, indutam paludamento, auro textili sine alia materie.
Paludamenta, inquit Varro de L. L. 6. 3. propterea dicuntur, quod qui ea habent, conspiciuntur, ac fiunt palam. Adde Liv. 9. 5. Flor. 1. 5. 6. ubi origo. & 4. 2. 59. Sallust. apud Non. 14. 11. & Plura in Lex. Pitisc. qui copiose persequitur.
An Lictorum etiam in bello gestamen fuerit, disputat Drakenb. ad Sil. 9. 420. V. superiorem Liv. locum. [Ubi forte Paludatus cum lictorib. legendum.

Paludātus, a, um. Adj. [χλαμυδωτὸς] Qui vel imperatoriam chlamydem, vel alia ejusmodi ornamenta militaria gestat. Cic. 15. Fam. 17. Pansa noster paludatus a. d. III Calend. Januar. profectus est. Idem 4. Att. 12. Crassum quidem nostrum minore dignitate ajunt profectum paludatum, quam olim æqualem ejus L. Paulum.
Aula paludata. Claudian. in sext Cons. Hon. 596.
Jure paludatæ jam curia militat aulæ.
Duces paludati, Imperatores. Juven. 6. Sat. 399.
Paludati in libris auguralibus significatur, ut ait Veranius, Armati, ornati. Omnia enim militaria ornamenta, Paludamenta dici. Festus. conf. Nota Dacer.

Paludatus, Cognomen ab ornamento militari. Nummus est cujus inscriptio, MVN. TVR. L. CAEL. AQVIN. M. CEL. PALVD. II. VIR. Vaillant. Numism. Col. 1. p. 84.

PALUDAPIUM, [ἑλεοσέλινον] Apii species circa aquæductus, & in paludibus nascens: nomen est a Theodoro ad imitationem Græcæ compositionis confictum: Græci enim hanc herbam ἑλεοσέλινον appellant, quasi Palustre apium.

PALUMBES, is. com. [Φάσσα] Silvestris columba in arboribus sæpibusque nidificans. Virg. 1. Ecl. 58.

—raucæ, tua cura, palumbes. Lucan.

—macrosque palumbes. Plin. lib. 10. cap. 35. Vivere palumbes ad tricesimum annum, aliquos ad quadragesimum, Aristoteles auctor est, &c. V. Turneb. Adverf. 21, 1.

Aeriæ palumbes. Virg. 3. Ecl. 69.

Fabulosæ palumbes. Hor. 3. Carm. 4. 12. Sic dictæ autem sunt, ut Lambinus existimat, quia de his multa fabulantur poetæ.

Palumbes minurrire dicuntur. V. MINURRIO.

Palumbem pro columba, Proverbium est. Conveniet ubi quod deterius est & adulterinum, pro eo quod est præstantius ac legitimum, supponitur. Palumbes autem columbis sunt adsimiles. Usus est Plato in Theæteto.

PALUMBUS, i. m. PALUMBA, æ. f. Idem. Martial. lib. 13. 67.

Inguina torquati tardant hebetantque palumbi. Propert. lib. 4. 5. 63.

Sed cape torquatæ Venus ô regina palumbæ. Emendatiora exemplaria legunt Columbæ. Plin. lib. 30. cap. 7. Item palumbus ferus, & e posca decoctus. Columel. lib. 8. cap. 8. Hac eadem ratione palumbos, columbosque cellares pinguissimos facere contingit.

PALUMBINUS, a, um. Adj. [Φαττινὸς] Quod ex palumbe est. ut, Palumbina caro. Plin. lib. 30. cap. 12.

PALUMBULUS, i. m. dimin. Apul. Met. 8. & 10. p. 213.

PALUS, ūdis. f. [ἕλος] Hor. in Arte Poet. 65.

—sterilisque diu palus, aptaque remis. [Nisi lectio mendosa est. Tentabam —sterilisque palus diu, ineptaque remis. Finalis certe in Palus produci debet.

Est autem Palus Locus aquosus, vel Aqua non fluens, neque perpetua. Dixi, Non perpetua, quia Lacus, quamvis non fluat, tamen aquam habet perpetuam: & ita differt a Palude. Cæs. 2. Bell. Gall. 16. Quod propter paludes aditus non esset.

Palus, ideo dicta quod paulolum aquæ in altitudinem contineat, & palam latius diffusæ. Varr. 4. de L. L. 5. Sed V. Voss. Etymol.

Alta palus. Virg. 4. Georg. 48.

Atra. Virg. 7. Æn. 802.

Cava. Catull. 18. 4.

Exhausta. Virg. 3. Georg. 432.

Fœda. Senec. Herc. fur. 9.

Horrenda. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 112.

Inamabilis. Virg. 6. Æn. 438.

Innabilis. V. INNABILIS.

Liquida. Ovid. 1. Met. 324.

Nebulosa. Sil. lib. 8. 382.

Nigra. Tibull. lib. 3. 3. 37.

Perpetua. V. PERPETUUS.

Pigra. Claud. de 4. Conf. Hon. 345.

Placida. Virg. 8. Æn. 88.

Putidæ paludis vorago. Catul. 18. 10.

Sordidæ. Stat. 4. Silv. 3. 8.

Stantes, Stagnantes. Hor. 3. Carm. 27. 9.

Vastæ. Lucret. lib. 5. 203.

Udæ paludes intumuere æstu. Ovid. 1. Met. 737.

Palus obducit pascua limoso junco. Virg. 1. Ecl. 49.

Siccare paludes. Cic. 5. Philip. 7.

Larus in paludibus; Suidas scribit dictitatum fuisse de iis, qui faciles sunt ad dandum. Ductum a Laro ave, quam eandem κέπφον appellari putant. Ea quoniam facile decipitur, illiciturque, proinde proverbio locum fecit. Ex Erasmo.

Palus Capreæ, Romulo fatalis fuit. In Campo Martio fuisse dicit Liv. 1. 16.

Palus Pomptina, & plur. Paludes Pomptinæ, fuerunt Fossæ quædam, partim navigabiles, quæ a Foro Appii ad Feroniæ fanum prope Terracinam ad M. P. XV. aut XVI. porrigebantur, olimque adeo amplæ patebant ut ante inundationem locum præbuerint 23. urbibus ut Mucianus ter cos. prodidit apud Plin. 3. 5. V. & Quintil. lib. 3. cap. 8. & POMPTINUS.

PALUDOSUS, a, um. Adj. [ἑλώδης] Frequens paludibus. ut,

Humus paludosa. Ovid. 15. Met. 268.

Nilus paludosus. Stat. 3. Silv. 2. 108.

Ravennæ paludosæ. Sil. 8. 602.

PALUSTER, tris, & tre. Adj. [ἕλειος] Quod est ex palude. Paluster an recte dicatur, inquirit Charisius p. 63. conf. Priscian. p. 628. Sed exstat apud Vitruv. 3. 3. Locus congestitius ad imum, aut paluster. Columel. lib. 1. cap. 5. Deterrima aqua palustris, quæ pigro lapsu repit, pestilens quæ in palude semper consistit.

Calami palustres. Ovid. 1. Met. 706.

Junci. Ovid. 8. Met. 337.

Ulva. Virgil. 3. Georg. 175.

Undis palustribus fœta loca. Ovid. 14. Met. 103. alii legunt Ulvis.

Palustris, pro Paludoso, ut

Locus palustris, Plenus palude. Cæs. 7. Bell. Gall. 20.

Pascua palustria. Columel. lib. 6. cap. 27.

Vadum. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 59.

PALUDESTRIS, e. Adj. Idem. Cassiod. Var. 2. 32.

PALUDICŎLA, æ. c. ut, Paludicolæ Sicambri. Sidon. Apollinar. 4. Epist. 1.

PALUDIFER, ĕra, ĕrum. [ἑλοφόρος] ut, Aquæ paludiferæ. Auctor Philomelæ v. 44.

PALUDIVAGUS, a, um. Adj. Avien. Descript. Orbis v. 312.

Mæsta paludivagos Germania flevit alumnos.

PĀLUS, i. m. [χάραξ, σκόλοψ, σφηνίσκος] dicitur Lignum acutum quod solet in terram defigi, fere in claudendis hortis, aut fulciendis vineis, & similibus. Tibull. lib. 1. 7. 33.

Hic docuit teneram palis adjungere vitem. Plin. lib. 14. cap. 3.

Nec orthampelos indiget arbore aut palis, ipsa se sustinens.

Actus palus. V. AGO.

Aloei pali, oleaginei, robustei. Vitruv. lib. 5. cap. ult. V. mox.

Ruber palus, Mentula Priapi. Hor. 1. Serm. 8. 5.

Ustulati pali. Vitruv. lib. 5. cap. ult. Sin autem mollis locus erit, palis ustulatis alneis, aut oleagineis, aut robusteis configatur. Al. Ustilatis.

Alligare aliquem ad palum. Cic. 7. Verr. 11. Nomine sceleris conjurationisque damnati, ad supplicium traditi, ad palum alligati, repente multis milibus hominum inspectantibus soluti sunt.

Palus palo proximus. Plaut. Men. 2. 3. 53.

Perii misera, quam tu nunc mihi navem narras? MEN. ligneam

Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo.

Quasi suppellex pellionis, palus palo proximu' est. Proverbialiter dictum de Re vehementer abusa, ut singula conjungantur.

Palus fit per contractionem a Paxillus: si credimus Cic. in Orat. 153. V. paulo infra in ipsa voce, & in AXILLA.

PĀLUM, i. n. ex Varrone affert Nonius 3. 271. ubi & femininum facit Pali, pl.

PAXILLUS, i. m. diminutivum a Palo. Varr. Bimargo, Ut novum cribrum novo paxillo pendeat. Non. 2. 649. Sic & Priscianus. Sententiæ Ciceronis, qui per syncopen a Paxillus Palus factum vult, repugnat manifeste vocis significatio, quo miror magis utrique Scaligero sese probasse. Vossius in *Palus* a Pango accessit. Colum. lib. 8. cap. 8. Vel si ita non competit, paxillis adactis tabulæ superponantur. conf 8. 10. Plin. 17. 21. & 19. 7.

PALARIA, ium vel orum. n. Charisius lib. 1. Neutra semper pluralia, hæc arma, hæc palaria, quum milites ad palos exercentur. V. Veget. de Re Milit. 1. 11. & 2. 23. & Alex. ab Alex. 1. 20. & Lex. Pitisc.

PALĀRIS, e. Adj. ut, Silva palaris, In qua cæduntur pali & pedamenta. Ulp. D. de usufr. l. 9. §. 7. Si fundi. Si fundi ususfructus fuerit legatus: & sit ager, unde in fundum, cujus ususfructus legatus est, solebat paterfamilias vel palo uti, vel salice, vel arundine: puto fructuarium hactenus uti posse, ne ex eo vendat: nisi forte salicti ejus, vel silvæ palaris, vel arundineti ususfructus sit legatus. Tune enim & vendere potest.

PALO, [χαρακόω] āre. Palis & pedamentis fulcire & munire. Columel. lib. 11. cap. 2. Ut vitis paletur, & capite tenus alligetur. Ibid. Reliquæ partes vinearum, propter brumam vel frigora omissæ, nunc palandæ & alligandæ sunt. conf. Pallad. 4. 7. & 12. 15.

PALĀTIO, ōnis. f. [σφηνώματα] Id fundamenti genus dictum est, quod in aquis, vel uliginosis, vel congestitiis locis fit, a palis, qui in terram depanguntur, vulgo Pilotium vocant. Vitruv. lib. 2. cap. 9. In palustribus locis infra fundamenta ædificiorum palationibus crebre fixa, &c. permanet immortalis, ad æternitatem. De Alno loquens.

PALOR, ari. depon. V. suo loco.

P A M

PAMBASILIA, vel PAMBASILEA, æ. f. [παμβασιλεία] dicitur quasi Regnum numeris omnibus dominationis consummatum. Cujusmodi sunt reges Gallici omnia arbitrio suo statuentes, qui omnia in potestate habent. Est igitur Pambasilia, ut inquit Aristoteles, genus illud regni, quum unus omnium potestatem habet communium & publicarum rerum. Polit. 3. 11.

PAMBŒŌTIA, n. pl. [παμβοιώτια] Sacra, quæ concurrente tota Bœotia in Palladis Ioniæ templo ad Coroneam celebrabantur. V. Alex. Alex. lib. 5. cap. 7. Vel potius Strab. lib. 9. p. 411. ibique Casaub.

PAMENOTHUS, ab Ægyptiis mensis appellatus, qui sit V. PHAMENOTH. Sic enim scribi debet.

PAMĪSUS, & PAMISSUS, & PAMMISSUS, [Πάμισος, Πάμισσος, Παμισὸς, Πάμμισσος, Πάμμισος] Arcadiæ fluvius in Stymphalo monte nascens, & præter Trœzenem in Messeniacum sinum influens, dictus Pammisus, quasi totus odiosus ob damna quæ agris infert. Ptolemæus Panisum, Πάνισον, vocat. Omnia hæc nomina apud Pausan. occurrunt.

Est & alter ejusdem nominis fluvius in Thracia ex Hæmo profluens, teste Plin. lib. 4. cap. 11.

Item tertius in Thessalia, cujus meminit idem Plin. lib. 4. cap. 8.

PAMMYLES, Deus apud Ægyptios, Priapo non absimilis. Hujus festa Pammylia, & sacra Pammylia appellantur. Cratinus junior in Gigantibus. V. Hesychium & Lilium Syntag. 8. & 17.

PAMPHĂGUS, [Πάμφαγος] Nomen canis venatici, quasi Omnia devorantis. Ovid. 3. Met. 210.

PAMPHAGI, orum. m. [Παμφάγοι] Æthiopiæ populi, quibuslibet rebus vescantes, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 30. conf. Solin. cap. 43.

PAMPHĬLUS, i. m. [Πάμφιλος] Neoclidis filius, Platonis auditor, quem testatur Plato in Phædone inter eos qui in acie ceciderant, decem dies jacuisse, triduoque postquam inde sublatus fuerat, impositum rogo revixisse, ac mira quædam, tempore mortis visa, narrasse.

Suidas tres Pamphilos commemorat, duos Grammaticos, quorum alter patria Sicyonius, de Grammatica picturaque ac claris pictoribus scripsit. Alter Alexandrinus dictionarium edidit, quod & Pratum appellavit, id est variarum rerum collectanea. Tertius Atheniensis fuit Reip. expilator. De his Suidæ Pamphilis V. Burm. ad Quintil. 3. 6. p. 246. sq.

Fuit & alius Pamphilus presbyter, Eusebii Cæsariensis necessarius, qui tanto bibliothecæ divinæ amore flagravit, ut bonam partem voluminum Origenis sua manu descripserit. Apud Cæsaream Palæstinæ sub Maximino is Pamphilus martyrio exstinctus est. Ex Hieronymo.

Pamphili furtum. Proverbiali figura convenit in peculatores, qui e publico suffurantur. Siquidem Pamphilus Atheniensis veteris comœdiæ conviciis notatus est, quod ærarium expilasset. Erasm. Adag.

Pamphilus postremo apud Comicos fere Amatoris juvenis persona est. Pamphilus enim, Totus amor, aut totus amicus verti potest. Terentianus Pamphilus, Omnium amans.

PAMPHȲLIA, æ. f. [Παμφυλία] Ptolem. lib. 5. cap. 5. regio est Minoris Asiæ inter Ciliciam & Syriam: ab Occasu Lyciam, & Asiæ Minoris partem: a Septentrione Galatiam & Cappadociam: a Meridie Mediterraneum mare, quod illic Pamphylii maris nomen habet: tota Tauri exspatiantis jugis septa. In ea (ut Pomponius 1. 14. refert) est fluvius Melas, navigabilis, & Eurymedon, apud quem Cimon Atheniensis Persas navali pugna superavit. Stat. 1. Silv. 4. 77.

Hunc quoque per quos novem timuit Pamphylia messes.

PAMPHȲLIUS, a, um. Adj. gentile. [Παμφύλιος] Qui est ex Pamphylia. Cic. 1. de Divin. 25. Quæ quidem nunc a Romanis auguribus ignorantur, bona hoc tua venia dixerim, in Cilicibus, Pamphyliis, Pisidis, Lyciis tenentur.

Pamphylium mare. Plin. lib. 5. cap. 27.

PAMPILLUM, Currus genus delicati. Lamprid. Helioz. cap. 29. pr. Junxit & quaternas mulieres pulcherrimas & binas ad Pampillum, vel ternas, & amplius, & sic vectatus est. Sed in emendatis codd. exstat, Ad papillam.

PAMPĬNUS, i. m. [οἴναρον, κλῆμα, οἰναρίς] a Virgilio genere masc. ponitur, a Varrone frequentius fem. significat Folium vitis, vel Ramusculum virentem. Columel. lib. 3. cap. 17. Omnis enim secundus pampinus intra quintam aut sextam gemmam fructu exuberat; reliqua parte, quamvis longissima, vel cessat, vel perexiguos ostendit racemos.
Folii pampinus, vel Folium pampini. Columel. lib. 4. cap. 22. Nunc ubi unius aut alterius folii pampinus prorepsit e duro. [i. e. Cum uno &c. folio.
Pampinus & Palmes aliquando pro eodem accipiuntur. V. PALMES.
Opaca pampinus. Claud. in Epithal. Pallad. 5.
Viridi pampino cingens tempora. Hor. 3. Carm. 25. 20.
Defendit pampinus uvas. Virg. 1. Georg. 448.
Vestitur pampinis uva. Cic. de Senect. 50. Oriens uva se ostendit, quæ & succo terræ, & calore solis augescens, primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit, vestitaque pampinis, nec modico tepore caret, & nimios solis defendit ardores.
Pampinus etiam capitur pro Cirris polypi piscis. Plin. lib. 9. cap. 51. Polypi pariunt Vere ova tortili vibrata pampino.

PAMPĬNO, [οἰναρίζω] āre. Pampinos decerpere, vel (ut ait Varr. de R. R. lib. 1. cap. 30.) ex sarmento coles, qui nati sunt de iis qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare succum. Plin. lib. 18. cap. 27. Quum herba creverit in festucam, arcere aquas, vineas pampinare.

PAMPINĀTUS, a, um. Partic. vel Adj. [κληματώδης] Plin. lib. 16. cap. 42. Eadem valvarum repagulis, & ad quæque libeat intestina opera aptissima, sive Græco, sive Campano, sive Siculo fabricæ artis genere spectabilis, ramentorum crinibus pampinato semper orbe se volvens ad incitatos runcinarum raptus. De abiete. Idem 17. 22. & 18. 29. & Treb. Poll. in Claud. cap. 17.

PAMPINĀTIO, ōnis. f. [οἰναρισμὸς] Columel. lib. 4. cap. 6. Optimum est ab initio sic formare, ut frequenti pampinatione supervacua detrahantur.

PAMPINĀTOR, ōris. m. [οἰναριστὴς] Columel. lib. 4. cap. 27. Idque faciet variis de causis pampinator industrius.

PAMPINĀRIUS, a, um. Adj. [οἰναρικὸς] Quod est pampini. Columel. lib. 4. cap. 24. Ne aut pampinarius palmes internatus, aut verrucæ similis furunculus relinquatur.
Pampinarium genus. Plin. lib. 17. cap. 22. Duo genera palmitum: Quod a duro exit, materiamque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur. Columel. lib. 3. cap. 105.

PAMPINEUS, a, um. aliud Adj. [οἰνάρεος] Idem.
Autumnus pampineus. i. e. Pampinosus, cujus scilicet tempore vites foliis & fructibus plenæ sunt. Serv. Virg. 2. Georg. 5.
Frondes pampineæ. Ovid. 3. Met. 667.
Habenæ Liberi. Virg. 6. Æn. 804.
Hasta. Ovid. 13. Epist. 33.
Odor pampineus, poetice & figurate, pro Sapore vini. Propert. lib. 2. 33. 30.
Vites pampineæ. Ovid. 10. Met. 100.
Umbræ. Virg. 7. Ecl. 58.
Uvæ, Quæ adhuc suis hærent pampinis. Ovid. 3. de Pont. 1. 13.

PAMPINŌSUS, a, um. similiter Adj. [οἰναρώδης] Quod pampinis abundat. Columel. lib. 5. cap. 5. Et, si parum pampinosa vitis est, advectis frondibus & interdum stramentis fructus muniatur.
Polis pampinosa. Plin. lib. 23. cap. 1.

PAMPINĀCEUS, a, um. aliud item Adj. Columel. lib. 12. cap. 20. Item myrrhæ quincunx, calami pondo libra, casiæ selibra, amomi pondo quadrans, croci quincunx, cripæ pampinaceæ libra. Hermol. Sertæ Campanicæ. V. Ponted. not.

PAMPORIUS, V. NAUPORTUS.

P A N

PĀN, Pānos, vel Panis. m. [Πὰν] Arcadibus cultus, præses ovium & equorum, inde ejus religionem Evander in Italiam traduxit. V. Ovid. 2. Fast. 271. Habitum ejus eleganter describit Sil. 13. 326. sq. Inuus a Latinis dictus, testibus Liv. 1. 5. & Macrob. 1. Saturn 22. conf. Lex. Pitisc.
Pan, inquit Servius in 2. Ecl. 32. Deus est rusticus in naturæ similitudinem formatus: unde & Pan dictus est, i. e. Omne. habet enim cornua in radiorum Solis, & cornuum Lunæ similitudinem. Rubet ejus facies ad ætheris imitationem. In pectore nebridem habet stellatam, ad stellarum imaginem. Pars ejus inferior hispida est, propter arbores, virgulta, & feras. Caprinos pedes habet, ut ostendat terræ soliditatem. Fistulam septem calamorum habet, propter harmoniam cœli, in qua septem soni sunt, ut diximus in Æneide — septem discrimina vocum. καλαύροπα habet, id est Pedum, hoc est baculum recurvum, propter annum, qui in se recurrit: quia hic, totius naturæ deus est. A poetis fingitur cum amore luctatus, & ab eo victus, quia ut legimus,
Omnia vincit amor. Ergo Pan secundum fabulas, amasse Syringam nympham dicitur: quam quum sequeretur, illa, implorato Terræ auxilio, in calamum conversa est: quem Pan ad solatium amoris incidit, & sibi fistulam fecit. Hæc Serv. Hunc Arcades colunt, eum universæ materiæ dominum appellantes. V. Macrob. Sat. 1. 22.
Arcadius Propert. 1. 18. 20.
Deus Arcadiæ. Virg. 10. Ecl. 26.
　Pan Deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi
　Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem.
Deus pecoris. Ovid. 2. Fast. 271.
Custos ovium. Virg. 1. Georg. 17.
Capripes. Propert. lib. 3. 15. 34.
Lycæus. Virg. 8. Æn. 344.
　Parrhasio dictum Panos de monte Lycæi. V. Pausan. in Arcad. p. 268.
Montani Panes. Stat. 2. Silv. 2. 106.
Semicaper. Ovid. 14. Met. 515.
Tegeæus. Propert. 3. 2. 30.
　Et calami, Pan Tegeæe, tui. Virg. 1. Georg. 18.
　Adsis ô Tegeæe favens.

Pinu præcincti cornua Panes. Ovid. 14. Met. 638.
Pinu caput præcinctus acuta. Ovid. 1. Met. 699.
Natum Pana ex Mercurio & Penelopa ferunt. Cic. 3. de Nat. Deor. 56.
Pan, Latine Incubus dicitur. Incubi vero sunt, Nocturna phantasmata mortalibus terrorem incutientia. V. suo loco.

PĀNĪCUS, a, um. Adj. [Πανικὸς] ut, Terror Panicus, Quem Pan immittit: qui iratus dicebatur subitos, & quorum causa ignorabatur, timores immittere. V. Chiliad. Cic. 7. Att. 26. extr. Ego bellum fœdissimum futurum puto, nisi qui, ut tu scis, Panicus casus exstiterit. al. Parthicus. Tamen idem 14. Att. 3. πανικὰ de Repentino terrore usurpavit. V. Corrad. & Manut. [conf. Polyæn. Stratag. 1. 2. Ceterum Tullium Hispanicus casus scripsisse non dubito. Bellum enim tum Cæsar in Hispania gerebat Marte adhuc dubio, cujus eventus in magna exspectatione fuit.

PANICUM, i. n. [Πανικὸν] Terriculamentum subitum sed inane, a Pane, ut credidit vetustas, immissum. Mali ominis habebatur. V. Plutarch. in Cæs. Dion. Halicarnass. 5. 16. Erasm. Adag. & Politian. Miscell. cap. 28. conf. Barth. ad 11. Theb. Stat. p. 1296. sq. & Lex. Pitisc.

PĀNISCUS, i. m. [Πανίσκος] Dimin. a Pan. pl. Panisci, Dii Silvestres; quasi Panes parvi. Cic. 3. de Nat. Deor. 43. Si dii sunt, suntne etiam deæ? Si Nymphæ, Panisci etiam & Satyri? Idem de Divin. 1. 23. Fingebat Carneades, in Chiorum lapicidinis, saxo diffisso, caput exstitisse Panisci. conf. 2. 48. & Plin. lib. 35. cap. 11. ubi de Taurisco pictore.

PĀNĀCES, is. n. vel PANAX, ăcis. f. [πάνακες] Herba, cujus succus opopanax vocatur: ἀπὸ τῶ πάντα ἀκεῖσθαι, hoc est a sanandis omnibus morbis. Plin. lib. 25. cap. 3. Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit: numerosum, & diis inventoribus ascriptum. Columel. lib. 11. cap. 3. Panax utroque tempore lævi & subacta terra rarissime disseritur. conf. Cels. 5. 4. & 27. Lucret. 4. 122. Columel. 10. 103. infra PANAX, & supra OPOPANAX.
Panaces Asclepion, Herba quæ & Agrestis origanus.
Panaces Chironicon, sive Panax chironios, herba quæ & Inula Campana. Diosc. cap. 52. & Apul. de Herb. cap. 95.
Panaces Heraclion, vel Herculeum; item Panax Heraclios, apud Romanos, Millefolia. Diosc. 3. 50. Plin. 25. 5.

PĀNĀCĒA, æ. f. [πανάκεια] Idem. Lucan. lib. 9. 921.
　Et panacea potens, & Thessala centaurea. Virg. 12. Æn. 419.
　Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam. Ubi Serv. Panaceam, Herbæ genus. Sciendum tamen Lucretium Panaceam ubique Salem dicere: unde possumus etiam hoc loco Salem intelligere: nam omnem pellit dolorem. Sed melius Herbam, quia ait Odoriferam.

PANACITES, æ. m. [πανακίτης] Vinum ex panace herba. Diosc. 5. 48.

PANACOS Ceras, [πάνακος κέρας] herba Pæonia. Apul. de Herb. cap. 64.

PĀNÆNUS, [Πάναινος] Pictor Phidiæ frater, pinxit prælium Atheniensium apud Marathona factum. Plin. lib. 35. cap. 8. Induxit & Minervæ tectorium lacte & croco subactum. Plin. lib. 36. cap. 23. Strab. lib. 8. Multum Phidiæ attulit adjumentum Panænus, illius e sorore nepos, operisque suscipiendi socius, cum ad statuam coloribus adornandam, tum vero ad amictum. [Sic cum Pausan. & Plin. legit Casaub. pro PANDÆNUS vulgato. Forte tamen nihil mutandum, idemque nomen varie scribitur, sicut πανίσκος, πανίδιος, & πανίσκος dicebant.

PĀNÆTIUS. [Παναίτιος] Rhodius, Stoicus philosophus, Nicagoræ filius, Diogenis Babylonii & Antipatri Tarsensis discipulus, præceptor Scipionis Africani, decessit Athenis: scripsit de Officiis, unde Cicero suos libros est mutuatus. V. Paterc. 1. 13. 3. & Cic. 4. Fin. 9. & 1. de Divinat. 3.
Libri nobiles Panæti. Hor. 1. Carm. 29. 13.
Fuit alter Panætius senior, item Rhodius: cujus inter philosophos multa mentio, scriptaque feruntur. Suid. V. Fabric. Bibl. Græc. Vol. 2. in Catalogo Stoicorum.

PĀNÆTŌLIUM, i. n. [Παναιτώλιον] Universæ Ætoliæ concilium. Liv. 31. 29. pr. Concilium Ætolorum statuta die, quod Panætolium vocant, futurum erat. Idem 35. 32. Quinctius petiit, ut legatos ad Panætolium concilium mitterent. [Sed in emendatis libris exstat Panætolicum. Quomodo etiam priore loco legendum puto, nomine possessivo. Non me fugit gentile ab Ætolia Ætolius a Stephano proponi. Sed fine dubio Αἰτωλὸς apud ipsum legendum, ut ex sequentibus verbis liquet. V. locum. Sic ab Italia Italus gent. & Italicus poss. non Italius. V. eundem in Γαλλία, Λυδία, &c. Panætolium apud Plin. 4. 2. montis Ætoliæ nomen est.

PANÆTOLĬCUS, a, um. Adj. [Παναιτωλικὸς] Liv. lib. 31. cap. 32. extr. Quam legib. cautum esset, ne de pace bellove, nisi in Panætolico, & Pylaico concilio ageretur. conf. dict. præced.

PĀNĀGÆA Diana [ἡ παναγαία Ἄρτεμις] proverbio dicebatur olim, Peregrinationem impensius amans, errabundus, instabilis, nulla certa sede consistens. Siquidem Diana vagari dicitur apud poetas, & per nemora montesque oberrare. Quin domicilium etiam subinde mutat, nunc apud superos agens, nunc apud inferos: ne specie quidem semper eadem, sed nunc pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla. Erasm. incertum ex quo fonte.

PĀNĀRĔTUS, i. m. [πανάρετος] dici potest, Omnium virtutum continens; πᾶν enim totum significat, ἀρετὴ virtus. Proprium potoris apud Martial. lib. 6. 89. 　Arguto madidus pollice panaretus.

PANASIUN, V. PANIS.

PĀNĀTHĒNÆA, orum. pl. n. [Παναθήναια] Quinquatria Minervæ festa, seu ludi ac celebritates, quæ quinto quoque anno in Palladis honorem Athenis fiebant; unde apud Cic. in Orat. 38. Panathenaicus liber ab Isocrate scriptus, sic dictus, quoniam in Panathenæis erat recitandus. Continet autem Atheniarum encomium, & rerum ab Atheniensibus gestarum. Hujusmodi festis peplum Minervæ ferebatur, & singulis lustris fieri solebant, in quibus solenni carmine per tubicinem & præconem ludicrum indicebatur, undique ad certandum ingrediebantur athletæ: neque congressuri cum quo certarent eligebant, sed cum primo prodeunte congrediendum erat. Neque ad spectandum mulieres, præter unam Pherenicem, de qua V. in PHERENICE, & Cereris sacerdotes admittebant. In Panathenæis quoque pueri puellæque, forma conspicui, manibus amplexi, nunc in orbem, nunc in obliquum, per diversos flexus, pyrrhicham in theatro saltabant. Alexand. Neapolit. lib. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 19. Erant & alia Panathenæa festa, quæ quotannis iterabantur, auctore Suida: ad quorum differentiam illa Quinquatria magna dicebantur, teste Platone in Eutiph. Panathenæorum celebritas inducta est primo ab

Ericbthonio, quum vicatim disjectum Atheniensium populum in civitatem evocasset. Ex Cæl. lib. 11. cap. 27.

Panathenæa, ut in Theseo scribit Plutarchus, & Suidas, Theseus instituit.

PANATHENAICON, i. n. [Παναθηναϊκὸν] Unguenti genus, quod (ut Plin. lib. 13. cap. 1. inquit) Athenæ perseveranter obtinuere.

PANAX, [πάναξ] Herbæ nomen apud Galen. lib. 8. de Simplic. medic. facultatib. cap. 35. 36. & 37. Ejus tria sunt genera, Heracleum, Asclepium, & Cheironeiam: quæ omnia excalfacere idem Galenus ait. V. PANACES & PANACEA.

PANCARPIÆ, arum. f. pl. [παγκάρπειαι] dicuntur Coronæ ex vario genera florum factæ. Fest. Immo Fructuum. V. Dacer. not. & Tertull. adv. Valent. cap. 12.

PANCARPINEUS, a, um. Adj. apud Varronem.

PANCARPON, [πάγκαρπον] Spectaculi genus est, quasi Omnium arborum fructibus concinnata silva. apud Imperatorem in Novel. de Consulib. §. ac primus quidem. conf. Cassiod. Var. 5. 42. & Cerd. Adv. 52. 3.

PANCHÆI, [Παγχαῖοι] Populi, qui ut Pomponius refert lib. 3. 9. deserta Libyæ habitant, qui & Ophiophagi vocantur, quoniam serpentibus vescantur. Al. Candæi.

PANCHĀĪA, æ. f. [Παγχαΐα] quasi Tota dehiscens, regio Arabiæ, tota arenosa, in qua arbores sponte natæ tus emittunt. Virg. 2. Georg. 139.

Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis. Servius scribit Panchaiam, Arabiam, & Sabæorum gentem eandem esse, apud quam nascitur tus. V. apud Strab. lib. 7. ubi inquit: Apud Euhemerum Panchæa terra. Regio fabulosa est.

Dives Panchaia. Tibul. lib. 3. 2. 23.

PANCHÆUS, a, um. [Παγχαῖος] Adj. ut,

Arx Panchæa. Valer. 1. Argon. 575.

Cinnama Panchæa. Claud. de Napt. Hon. 94.

Odores Panchæi, Arabici. Lucret. lib. 2. 417.

PANCHĀĬCUS, a, um. aliud Adj. [Παγχαϊκὸς] ut,

Tellus Panchaica. Ovid. 10 Met. 309.

PANCHRESTUS, a, um. Adj. [πάγχρηστος] Latine dici potest Omnibus conducibile, vel omnibus affectibus utile. ut, Panchrestum medicamentum. Cic. 5. Verr. 152. Advento L. Metelli Prætoris, quum omnes ejus comites iste sibi suo illo panchresto medicamento amicos reddidisset, aditum est ad Metellum, eductus est Apronius. Pecuniam vocat Cicero Panchrestum medicamentum. Plin. lib. 36. cap. 20.

Panchrestus stomatica, Medicamentorum compositio. Plin. 23. 7.

PANCHRESTĀRIUS, i. m. Artifex operis dulciarii. Arnob. l. 2. p. 70. V. Elmenhorst. & Turneb. Advers. 13. 14. & Salmas. in Lamprid. Heliog. cap. 32.

PANCHRŌMOS, i. m. [πάγχρωμος] herba Verbenacæ. Apul. de Herb. cap. 3.

PANCHRŌS, [πάγχρουν] Gemma quæ constat ex omnibus coloribus. Plin. lib. 37. cap. 10. Panchros ex omnibus fere coloribus constat. Scribitur & PANCHRUS.

PANCHRȲSOS, i. com. Adj. [Πάγχρυσος] Totus aureus. Plin. 5. 29. Berenica (urbs Ægypti) Panchrysos cognominata est.

PANCRATIAS, PANCRATIASTES, PANCRATICE, PANCRATION, V. PANCRATIUM.

PANCRĀTIUM, i. n. [παγκράτιον] quasi Omnia potens, Ludus gymnicus, ex eo, ut videtur, dictus, quod advocatis omnibus corporis viribus, omniumque nervorum contentione transigeretur. Propert. lib. 3. 14. 8.

Pulverulentaque ad extremas stat femina metas,

Et patitur duro vulnera pancratio. Quintil. lib. 2. Instit. Orat. cap. 9. Sicut ille exercendi corpora peritus, non si docendum pancratiasten susceperit, pugno ferire vel calce tantum, aut nexa modo, atque in iis certos aliquos docebit: sed omnia quæ sunt ejus certaminis. Sunt qui Pancratiastas pro Pentathlis intelligi volunt, id est iis qui quinque illa antiqua certamina Græciæ obierunt & vicerunt: παγκρατιάζοντας, πάντων κρατοῦντας intelligi volentes, id est omnium victores. Idque Hermolaus lib. 34. emendationum suarum scripsit. Quod unde acceptum sit, nescire se fatetur Budæus. Suidas certe Pancratiasten, Manibus pedibusque pugnantem, interpretatur. V. Gellium lib. 12. & Mercurial. de Arte Gymnastica, 2. 8. 9. vel Lex. Pitisc. [Gellii locus est lib. 13. cap. 27. uti Gronov. ex MSS. legit, Athletarum, qui pancratiæ vocantur. Pancratiæ pl. m. est a recto sing. παγκρατιάς. V. & Voss. Etymol. & seq. PANCRATIASTES.

Pancratio vincere. Plin. lib. 35. cap. 11.

PANCRĀTION, vel PANCRATIUM, Herba apud Galen. lib. 8. de Simplic. Medic. facultatib. cap. 32. V. & Dioscor. lib. 2. cap. 168.

PANCRATIASTES, æ. m. [παγκρατιαστὴς] Qui pancratio excellit, certator & victor pancratii. Gell. lib. 3. cap. 15. Diagoras tres filios habuit; unum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem. Adde Plin. 34. 8. & Sen. 5. Excerpt. controv. 3.

Pancratium pro Pancratiaste dixit Senec. lib. 5. de Beneficiis cap. 3. pr. Lacedæmonii, inquit, vetant suos Pancratio certu decernere. Grut. edidit, Pancratio aut cestu. V. not. ejus, ubi tamen nihil de varia lectione.

PANCRATĬCE, Adv. [παγκρατιαστικῶς] i. e. Robuste: unde Pancratice valere, i. e. Robustum esse, ut solent qui pancratio exercentur. Plaut. Bacch. 2. 3. 14. Benene usque valuit? C. pancratice atque athletice. V. Panvin. de Lud. Circ. 2. 2.

PANDA, seu PANTICA Dea a Romanis summa in veneratione habita est, sic dicta quod pandat, id est aperiat viam. Arnobius. Panda item dicta dea pacis, a pandendis Jani portis. Meminit Gell. 13. 22. conf. Voss. Etymol. p. 366. in Pando, & Lex. Pitisc.

PANDA, Oppidum non procul ab Alexandria, quod est Sogdianorum. Plin. lib. 6. cap. 16. Solin. cap. 62.

PANDÆ, Gens sola Indorum feminis regnata. Plin. lib. 6. cap. 20. & 23.

PANDÆNUS, V. PANÆNUS.

PANDANA, Porta Romæ, quæ antea Saturnia dicebatur; ita dicta a verbo Pando, quod semper pateret ad res quæ in urbem ferebantur. Eadem appellabatur Libera a libertate. Auctores Pomp. Fest. & Varr. lib. 4. de L. L. 7. & Solin. cap. 2.

PANDARUS, [Πάνδαρος] Lycaonis filius, rex Lyciorum quum apud Trojam pugnatum est. V. Homer. lib. Iliad. 2. 824. seu Bœot. 334. Lycios Troas appellat post Homerum Strab. lib. 13.

PANDATĀRIA, æ. f. [Πανδαταρία] Insula est exigua in sinu Cajetano, distans a continente CCL. stadiis. Strab. lib. 5. Ptolem. lib. 3. cap. 1. Corrupte Pandatoria Πανδατωρία, Tacito Pandateria. hodie Pandana. conf. Solin. cap. 9. & Plin. 3. 6.

PANDECTÆ, arum. f. pl. [πανδέκται] dicuntur Volumina nihil non continentia, & ex quibus possis, quod velis, velut e cornucopiæ depromere: ut Pandectæ legum, quæ omne jus complectuntur, a πᾶν omne, & δέχομαι capio, suscipio. V. Gell. lib. 13. cap. 9. Idem in Præf. quæ olim ad calcem lib. ult. legebatur, Sunt qui libros suos pandectas, &c. inscripserunt. Hanc inscriptionem Plinius in Præfatione inter illecebrosas & magna promittentes numeravit, propter quas, ut ipse loquit, vadimonium deseri possit. Legum Ro. pandectis coagmentandis septem & triginta Jurisconsulti symbolas contulerunt, ex quorum verbis Digestorum leges velut Centones consarcinatæ sunt. Hæc ex Budæo. Utrum masculini generis esse debeat, V. Priscian. l. 7. & Casaub. ad 5. l. Strabonis. conf. Voss. de Analogia, 1. 16. & Coler. in Parerg. cap. 23.

PANDECTES, ĕris. m. [πανδέκτης] Qui omnia continet. Ita liber 4. Apicii inscribitur. Al. Pandectes. [Puto ex Gr. πανδέκτης Pandictes.

PANDELETIOS gnome. [Πανδελέτειος γνώμη] Proverbiali figura Pandeletiam sententiam Cratinus dixit, Morosam ac molestam. A Pandeleto quopiam sycophanta, ex eorum genere, qui quo quæstum faciant, dicas impingunt grandes, & simili studio ferunt suffragia. Erasm. Adag. ex Suida.

PANDĒMUS Venus, i.e. Popularis. [Πάνδημος Ἀφροδίτη] Pandemi & Uraniæ meminit Theocritus in Epigrammate. V. Suid. Hinc Pandemi dies. Epiphanius in Ancorato: Pandemis, hoc est popularibus diebus, cibaria quidem in totum exurunt, vina vero libant, nihil commodi mortuis ex hoc afferentes, immo potius seipsos lædentes, verum tamen coguntur a consuetudine confiteri mortuorum resurrectionem. Pandemis diebus, mortuis epulas publice offerebant. Lil. 13. Syntag. [Sed quid Veneri Pandemo cum mortuis? Vereor ne quid erroris sit in hoc festo.

PANDĒMOS, i. Gr. πάνδημος, i. e. Per universum populum grassans. Lues species appellatur apud Ammian. 19. 4.

PANDIA, æ. f. Gemma varios colores exhibens. Cassiodor. l. 5. Epist. 34.

PANDĪA, ōrum. n. pl. [Πάνδια] Jovis festum apud Græcos, sicut Junonis Heræa, Musarum Musæa, Cereris Demetria, Mercurii Hermilia erant. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8.

PANDICULĀRIS, e. Adj. Pandicularis dies, idem & Communicarius, in quo omnibus diis communiter sacrificabatur. Paulus. Deceptus falsa lectione, puto.

PANDĬCŬLOR, [σκορδινῶμαι] āri. Pandiculari dicuntur, inquit Festus, Qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo quod pandi fiunt. Plaut. Men. 5. 2. 32. Ut pandiculans oscitatur.

PANDICULĀTIO, ōnis. f. [σκορδινισμὸς] Oscitatio, vel potius corporis inter oscitandum extensio. Fest.

Pandiculatio, est Motus illegitimus corporis totius a facultate naturali proveniens. Galen. lib. 2. de Symptomat. caus. in principio. Convulsio, inquit, & tremor, palpitatio & rigor, qui est totius corporis concussio, vibratioque. Præterea horror & singultus, tussis & ructus, sternutatio & pandiculatio & oscitatio, & dentium ex concussu strepitus, omnia motum illegitimum pro communi genere habent.

PANDĪON, ōnis. m. [Πανδίων] Proprium nomen Erichthei Atheniensium regis filii, cui successit in regno. Hujus filiæ fuerunt Progne & Philomela. Dictus Pandion, quasi Totus dios, i. e. Jovis.

Nata Pandione, Progne. Ovid. 6. Met. 634.

Ales Pandionis, Hirundo. Lucan. ad Pison. 255.

PANDĪŌNIUS, a, um. Adj. [Πανδιόνιος] Idem quod Atticus. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 19.

Et Pandionias quæ cuspide protegit arces. de Pallade.

Cavea. Sidon. Qui Pandioniam movebat orator caveam tumultuosius.

Mons Pandionius. Stat. 2. Theb. 720.

PANDO, [κυρτόω] āre. Pass. Pandari, significat Incurvari, oneri cedere. Unde pandari trabs dicitur, quasi incurvari, cedereque ponderi. Plin. lib. 16. cap. 42. At populus contra omnia inferiora pandatur: palma e contrario fornicatur. Quintil. lib. 11. cap. 3. Leviter pandata manus: cui Supinata opponitur.

Pandare, neutrum. Quintil. lib. 11. cap. ultimo, Pectus ac venter ne projiciantur observandum: pandant enim posteriora; & est odiosa omnis supinitas. Nisi forte sensus sit, Pectus ac venter pandant posteriora. Vitruv. 2. 9. Ulmus & fraxinus celeriter pandant. V. ibi Philandr.

PANDĀTUS, a, um. Partic. ut, Apes sarcina pandatæ. Plin. 11. 10.

PANDĀTIO, ōnis. f. [ἀνακύρτωσις] Vitruv. lib. 7. cap. 1. Contignationes pandationibus sidentes movendo se faciunt vitia pavimentis.

PANDUS, a, um. Adj. [κυρτὸς] Incurvus. Ex Pandidus contr. ut Prisc. l. 4. & ex eo Voss. in Etymol. Virg. 2. Georg. 194.

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. [Ego verbum a nomine ductum puto, non contra.

Asellus pandus. Ovid. 1. de Arte Am. 543.

Carinæ. Virg. 2. Georg. 445.

Cupressus in operibus solet esse panda. Vitruv. 2. 9.

Delphines. Ovid. 3. Trist. 10. 43.

Dorsum. Senec. Agam. 6.

Fauces. Stat. 4. Silv. 3. 71.

Juga boum. Ovid. 1. Amor. 13. 16.

Naris. Ovid. 3. Met. 674.

Naves. Lucret. lib. 5. 1441.

Rami. Ovid. 14. Met. 660.

Rostrum. Ovid. 14. Met. 282.

PANDO, pandi, passum & pansum, [ἁπλόω, πτύσσω, πετάννυμι, ἀναπετάννυμι, ἀναπτύσσω] ĕre. significat Aperire & patefacere. Plaut. Bacch. 3. 1. 2.

Pandite atque aperite propere januam hanc

Orci, obsecro.

Pandera, Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. existimat ea causa dici, quod iis, qui ope indigerent, & ad asylum Cereris confugissent, panis daretur.

tur. Pandere ergo, quasi Panem dare, & quod nunquam fanum talibus claudeietur. Non. 1. 209. V. Voss. Etymol.
Aciem pandere. V. ACIES.
Agros pandere pingues. Lucret. lib. 5. 1247.
Alas ad solem. Virg. 4. Georg. 28.
Alas velorum. Virg. 3. Æn. 520.
Brachia pandit ulmus. Virg. 6. Æn. 282.
Claustra pandite januæ. Catul. 59. 76.
Domus panditur. Virg. 10. Æn. 1.
Forem difficilem. Ovid. 1. Amor. 6. 2.
Iter alicui. Lucan. ad Pison. 212.
Limina. Stat. 1. Silv. 1. 22.
Mœnia urbis. Virg. 2. Æn. 234.
Pennas in litore pandunt halcyones. Virg. 1. Georg. 398.
Portæ panduntur. Virg. 2. Æn. 27.
Spatia membrorum pandit. Stat. 6. Theb. 752.
Spectacula. Hor. 2. Serm. 2. 26.
Vela curvato sinu. Ovid. 3. de Arte Am. 500.
Vela orationis pandere; metaphora sumpta ab iis, qui vela ventis explicant. Cic. 4. Tusc. 9. Quærebam igitur, utrum panderem vela orationis statim, an eam ante paululum dialecticorum remis propellerem.
Vestigia. Virg. 2. Georg. 258.
Viam. Tacit. lib. 2. Hist. 4.
Viam ad aliquid. alicui. Liv. 4. 15. Nulla merita cuiquam ad dominationem pandere viam.
Pandere viam fugæ Deos. Liv. 10. 5.
Dictis pandere aliquid. Lucret. lib. 5. 55.
Casus suos. Ovid. 14. Met. 221.
Medium alicujus rei. Cic. In Arat.
Rem ordine. Virg. 3. Æn. 179.
Panditur immensa planities repente. Protenditur, sese offert, apparet. Liv. 32. 4.
Longe itaque se pandunt divina illa bona, cælumque contingunt. Cic. 5. Tusc. 76.

PANDENS, entis. Partic. [πετάζων] ut, Guttura tria pandens Cerberus. Virg. 6. Æn. 420. Idem. 8. 712. Nilus pandens sinus.

PASSUS, a, um. aliud Partic. [πεπετασμένος] Apertus, extensus. ut, Passa vela, i. e. Diducta, distenta.
Capillus passus. i. e. Porrectus ac sparsus. Ter. Heaut. 2. 3. 50.
Capillus passus, prolixus, circum caput
Rejectus negligenter. conf. Phorm. 1. 2. 56.
Crines passi. Virg. 1. Æn. 484.
Lac passum. Ovid. 14. Met. 274. Al. Pressum.
Linum passum ac tusum. Plin. lib. 19. in Procem.
Manibus passis, & Velis passis dicimus, inquit Gell. quod significat Diductis atque distentis. Itaque Plaut. in Mil. 2. 4. 7. A littera in E mutata per compositi vocabuli morem, Dispessis dicit, pro eo quod est Dispassis. Hæc ille lib. 15. cap. 15. Cæs. 1. Bell. Gall. 51. extr. Eo mulieres imposuerunt, quæ in prælium proficiscentes milites passis manibus flentes implorabant, ne se in servitutem Romanis traderent. conf. Idem 2. Bell. Gall. 13. extr.
Palmis passis, h. e. Expansis. Cic. 2 de Nat. Deor. 111. Minorem autem Septentrionem Cepheus passis palmis terga subsequitur. conf. Cæs. 3. Civ. 98.
Velis passis pervehi. Cic. 1. Tusc. 119. Portum potius paratum nobis & profugium putemus, quo utinam passis velis pervehi liceat. De morte.
Vento secundo, velo passo. Plaut. Stich. 2. 3. 44.
Versus passi. i. e. Soluta oratio. Apul. Florid. 2.
Racemi passi, Aridi. Virg. 4. Georg. 269. i. e. Rugosi.
Uva passa. Plaut. Pœn. 1. 2. 99. V. PASSUM, i. n.
Passos senes dixit, Lucilius apud Non. 1. 38. i. e. Exsuccos. Idem 4. 364.

PANSUS, a, um. Partic. Idem quod Passus. ut,
Pansis in altum brachiis. Prudent. Cathem. 12. 170.

PASSĀRIUS, a, um. Adj. Idem quod Passus. ut, Ficus passariæ. Capitol. in Albino cap. 11.

PASSO, āre. Theod. Priscian. 1. 34. Quibus ungues passaverint.

PANDOCHĪUM, i. n. [πανδοχεῖον] Hospitium, diversorium, stabulum, caupona, πανδοχεῖον. Unde & Caupo ipse, Pandocheus, πανδοχεύς, dicitur.

PANDŌRA, æ. f. [Πανδώρα] Mulier formosissima, & gratiosissima, cui singuli dei sua dona dederunt, Pallas scilicet sapientiam, Venus decorem, Apollo musicam, Mercurius eloquentiam, &c. Unde dicitur Pandora, quasi Omnium donum, vel ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata. Hanc, ut ait Hesiodus ἔργ. 81. Juppiter in terram misit ut homines deciperet. Prometheus, Iapeti filius (ut ait Hyginus fab. 142.) primus homines ex luto finxit. postea Vulcanus Jovis jussu ex luto effigiem mulieris fecit, cui Minerva animam dedit, ceterique dii alius aliud donum dederunt, ob idque Pandoram nominarunt. Ea data in conjugium Epimetheo fratri. Inde nata est Pyrrha, quæ mortalis dicitur prima esse creata. Hactenus ille. Ab Hesiodo & aliis proditum est, Pandoram fuisse primam mulierem: nam ante eam muliebre genus fuisse nullum, auctor Pausanias in Attic. p. 22. extr. Wech.
Pandora apud Aristophanem pro Terra accipitur, quod omnia ad vitam necessaria nobis suppeditet.
Est & nomen matris Deucalionis: a qua Thessalia, Pandora dicta est.
Est & Pandore Gens in convallibus Indiæ, quam ait Plin. lib. 7. cap. 2. ducentos annos vivere, in juventute candido capillo, qui in senectute nigrescat. Al. Pandare. [Forte Pandæ, vel Pandarum. V. PANDÆ.

PANDŌSIA, æ. f. [Πανδοσία] Plin. lib. 3. cap. 1. Lucanorum in Italia urbs, in qua Alexander Epirotes occubuit, errore nominis deceptus, quum responso Dodonæi Jovis urbem Pandosiam cavere jussus esset.
Est enim & altera, ut idem testatur lib. 4. cap. 1. ejus nominis in Epiro. Justinus lib. 12. cap. 2. Juxta urbem Pandosiam, non prius fatalis loci cognito nomine, quam occideret, interficitur. Liv. 8. 24. pr. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, Caveret Acherusiam aquam, Pandosiamque urbem: ibi fatis ejus terminum dari. Horum meminit & Strab. lib. 6.

PANDRŎSOS, i. f. [Πάνδροσος] filia fuit Cecropis Atheniensium regis, soror Aglauri & Herses, de quibus Ovid. 2. Met. 737.
Pars secreta domus, ebore & testudine cultos
Tres habuit thalamos, quorum tu Pandrose dextrum,
Aglauros, lævum: medium possederat Herse.

PANDŪRA, æ. f. vel PANDURIS, idis. f. [πανδοῦρα, ἡ πανδουρίς] Instrumentum est musicum, trichordum, non absimile Nablæ. Sunt qui Pandorum id, non Pandura appellitent, alii Pandorium & Pandurium. meminit Varro. Isidor. 3. 20. in ἐμπνευστικοῖς organis ponit, & cum Syringe confundere videtur. Pandorius, inquit, ab inventore vocatus, de quo Virg. 2. Ecl. 32.
Pan primus calamos cera conjungere binos
Instituit &c. conf. Polluc. 4. 9. & Casaub. ad Lamprid. Heliog. cap. 32. V. plures auctores in Lex. Pitisc. Ab eo

PANDURĪZO, āre. [πανδουρίζειν] i. e. Panduram pulsare; sicut Citharizare dicimus, i. e. Citharam movere. Lamprid. Heliogab. cap. 32. Tuba cecinit, pandurizavit, organo modulatus est. Pneumatica item organa conjungens. Et hinc

PANDURISTA, æ. m. [πανδουριστὴς] sicut & Citharista: quo verbo usi sunt Martianus & Varro. Cæl. lib. 9. cap. 4. Nablas legitur apud Athenæum, quem excogitaverint Phœnices primi: unde & Nablistæ, sicut Panduristæ, a Pandoro, vel Pandura, ut est apud Varronem & Martianum, quam ex marina lauro compingunt Troglodytæ. Unde novatum Lampridio Pandurizare verbum, i. e. Panduram pulsare. Hæc ille. [Varronem meminisse Panduræ asserit & Casaubonus, sed locum vellem indicasset. V. etiam H. Steph. Thes. Gr.

PANEAS, [Πανεάς] Fons e quo Jordanis amnis profluit, inque Asphaltiten lacum (Sacræ literæ Asphaltiten, Gennesaret vocant) prolabitur. Plin. 5. 15.
Paneas, Oppidum Decapoleos, in regione Syriæ. Plin. lib. 5. cap. 74.

PANEBRI, Populi in Arabia, de quorum regibus ac moribus sic scribit Alexander, Panebri, si quando rex moritur, corpus quidem defodiunt, caput vero auratum in templo augustissimo consecrant dicantque. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 2.

PĀNĒGȲRIS, is. f. [πανήγυρις] Nundinæ, solennis conventus & publicus, seu celebritas, quales quinto quoque anno Athenis celebrari solitos scribit Herod. lib. 6. & ex eo Alex. ab Alex Genial. dier 5. 7. Hinc πανηγυρικοὶ λόγοι, id est panegyricæ orationes, quæ in hujusmodi conventibus & maxima celebritate haberentur. Significat etiam Locum in quem hæc celebritas convenit. V. Argol. in Panvin. de Lud. Circens. 1. 18.
Erat in eo ipso loco illo die nundinarum πανηγύρεως. Cic. 1. Att. 14.
Malorum panegyris: proverbialiter dicitur de Malis agminatim ingruentibus, & invicem sibi succedentibus: metaphora ducta a solenni illo populi conventu, ad ludos festos celebrandos, qui panegyris dicebatur. V. Suid.

PANEGYRĬCUS, a, um. Adj. [πανηγυρικὸς] Ad Panegyrin pertinens. Hinc

PANEGYRĬCUS, i. m. [πανηγυρικός] subaudito λόγος, i. e. Sermo. Quod genus, in frequenti panegyri habitum, fere fuit laudatorii aut suasorii argumenti. Cic. in Orat. 37. Sed quoniam plura sunt orationum genera, eaque diversa, neque in unam formam cadunt omnia. laudationum, scriptionum & historiarum, & talium suasionum, qualem Isocrates fecit panegyricum. Quintil. lib. 2. cap. 10. Nam & in iis actionibus, quæ in aliqua sine dubio veritate versantur, sed sunt ad popularem aptatæ delectationem, quales legimus panegyricos, totumque hoc, &c.

PANEGYRISTA, æ. m. [πανηγυριστής] Auctor sermonis panegyrici, apud Sidon. 4. Epist. 1.

PANĒMIUS, Julius mensis ab Atheniensibus dictus. Alexand. lib. 3. cap. 24. Dier. Genial. [Immo Panemus, πάνεμος: nec ab Atheniensibus, verum a Corinthiis, ut Demosth. vel a Bœotiis, ut Plut. vel a Macedonibus, ut Suid. usurpatum id nomen fuit.

PĀNĔRŌS, [πανέρως] Gemma est, alio nomine Pansebastos appellata, quæ fecunditatem creditur afferre. Plin. lib. 37. cap. 10. V. PANSEBASTOS.

PANĒUS, [Πάνειος] Fons est sub Libano monte, in quem si qua natantia projiciantur, in lacu cui Phiala nomen est, cuncta reperiuntur. V. PANEAS.
Est etiam hoc nomine Colchorum fluvius, cui oppidum imminet sui nominis, habens post se Heniochorum multimodas gentes.

PANGÆUS, [Παγγαῖος] Thraciæ promontorium magnum atque excelsum, Macedoniæ junctum, in quo, ut scribit Herod. lib. 7. aurea sunt & argentea metalla: quem cum Pieres & Hodomanti, tum præcipue Satræ exercent. In sing. est masc. gen. in plur. neutri. Stat.
—illi Pangæa resultant,
Ismaraque.
Alta Pangæa. Virg. 4. Georg. 462.
Cana Pangæa nivosis jugis. Lucan. lib. 1. 647.
Perfindunt inarata diu Pangæa juvenci. Stat. 10. Theb. 506.

PANGÆUS, a, um. Adj. [Παγγαῖος] ut, Arva Pangæa.
Flumina. Ovid. 3. Fast. 739.

PANGO, pĕpĭgi & panxi, pactum, [πηγνύω, πήγνυμι] ĕre. Figere, plantare, sive jungere. Fest. Pangere, Figere. Unde, Plantæ pangi dicuntur, quum in terram demittuntur. Hinc, Versus pangi, vel figi in cera dicuntur. Hactenus Festus. Pepigi tamen præteritum ducit Quintil. 1. 6. a Pago, non a Pango. V. PAGO. Proinde alii dicunt Pango, pegi & panxi, pactum, &c
Pango, a Παγνύω pro πηγνύω. H. St. conf. Voss. Etymol.
Tonsillam pegi læto in litore. Pacuv. apud Fest.
Clavum pangere. Liv. 7. 3.
Terminos pangere. Cic. 1. de Legib. 56. Requiri placere terminos, quos Socrates pepigerit, iisque parere.
Pangere, Plantare. Columel. lib. de Arb. cap. 3. At quæ sine vetere sarmento panguntur, tardius convalescunt, sed tardius deficiunt. Et R R. lib. 3. cap. 3. Nos jam enim vicena millia malleolorum per vineæ jugerum inter ordines pangimus.
Ramulum pangere. Suet. Galb. cap. 1. pro Serere.

Pancturus qui est, scil. Surculos. Pallad. Febr. tit. 9.
Versus pangere, Scribere. Cic. 16. Fam. 18. An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Martial. lib. 11. 4.
At quam victuras poteramus pangere chartas.
Carmina lucida pango. Lucret. lib. 1. 932.
Ego mira poemata pango. Hor. de Arte Poet. 416.
Pangere, Pacisci, ut
Dies bis senos pepigere. Virg. 11. Æn. 133.
Fœdera hæc pepigit. Idem 10. Æn. 902.
Inducias pangere, Idem quod Pacere. Liv. 27. 30. extr.
Pacem cum populo aliquo. Liv. 24. 29.
Societatem cum aliquo. Liv. 34. 31.
Suavium, Imprimere. Plaut. Curc. 1. 1. 56.
Qui volt cubare, pangit saltem suavium. Sed in emendatis codd. legitur, Pandit saltum saviis. V. Grut. not.
Tu Venus pepigit nostro lectu, i. e. Promisit. Ovid. 16. Epist. 35.

PACTĪLIS, e. [πηκτός] Junctus. ut, Pactilis corona. Plin. lib. 21. cap. 3.
PANES, is. f. Compactio, unde Compages. V. Non. 1. 137.
PANCTIO, ōnis. f. Pallad. Oct. t. 3. Vitium fertilitatem providebimus panctioni.
PACTIO, PACTUM &c. V. in PACISCOR.
PAGĪNA, quasi Pangina, a pangendo. V. suo loco.
PANCHONIUS, i. m. Gemma non longior digito: ne crystallus videtur, numero plurium angulorum cavatur. Plin. lib. 37. cap. 10.
PANHELLĒNIA, [Πανελλήνια] Sacra Græciæ totius. Suid. [Nisi potius Harpocration.
PANHELLINUS, vel PANHELLINON, Templum Liberi ebriorum patris, quod apud Athenienses dirutum reædificavit Adrianus imperator. Cæl. Rod. lib. 7. cap. 13. extr. Atheniensibus sacra Liberi fuisse præcipua, scribit Dion. Ea quum Adrianus in veste indigena concelebrasset magnifice, templum Liberi, quod Panhellinon vocant, construi permisit. [Panhellenion, Πανελλήνιον, puto scribere voluit.
PANIAS, V. PANUS.
PANICULA, PANICUM, V. PANUS, & PAN.
PĀNIŌNIUM, [Πανιώνιον] universæ Ioniæ, sicut Panætolion universæ Ætoliæ, concilium fuit. Budæus in annotat. ad Pandect. V. Pausan. Achaic. p. 208. & seq. Wech. Apud Herod. lib. 1. & Steph. loci, templique nomen est, regionis Meiæ 1. 17.
Panionia, Festa totius Ioniæ. apud Lilium Syntag. 17. Heliconio Neptuno festa celebrabantur, quæ Panionia vocitata fuerunt. Herodot. lib. 1. q. V.
PĀNIS, is. m. [ἄρτος, σῖτος, πύρος] notæ significationis. gen. plur. Panum Verrius scripsit. Nonius 1. 321. Panis proprietatem e pascendo putant veteres existimandum. Varro de vita Populi Romani lib. 1. Pastillos & panes, hæc vocabula pastus, quod Esse, pascere dicebant. Cic. in Pison. 67. Panis & vinum a propola, atque de copa.
Panis apud Isidor. 20. 2. dictus a πᾶν omne, quod cum omni cibo apponatur, vel quod omne animal eum appetat.
Panis, quod primo figuras faciebant mulieres in panificio Panis, postea que figuras facere instituerunt alias. Varr. de L. L. lib. 4. 22. pr. V. Voss. Etymol.
Acerosus panis. V. ACUS, ĕris.
Adustus. Hor. 2. Serm. 8. 68.
Artopticius. V. ARTOPTA.
Ater. Ter. Eun. 5. 4. 17.
Cærulei panis mucida frusta. Juven. 14. Sat. 128.
Candidus. Quintil. lib. 6. cap. 3. p. 546. Burm. de risu, Vatinius, quum reus, agente in eum Calvo, candido frontem sudario tergeret, idque ipsum accusator in invidiam vocaret: Quamvis reus sum, inquit, & panem candidum edo.
Cibarius panis, Panis vilis & sordidus, qualis est rusticorum panis. Cic. 5. Tusc. 97. Cui quum peragranti Ægyptum, comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius.
Devolutus ex igne. Catul. 57. 4.
Improbus, V. Bucca, pro Frusto panis, in BUCCA.
Lapidosus, Durissimus. Senec. 2. de Benef. cap. 7. pr. Fabius Verrucosus beneficium ab homine duro aspere datum, panem lapidosum vocabat, quem esurienti accipere necessarium sit, esse acerbum. Proverbii speciem habet. V. Erasm.
Luteus. V. LUTUM.
Nauticus. V. NAVIS.
Primarius. Vulgus *panem album* vocat.
Pulcherrimus longe. Hor. 1. Serm. 5. 89.
Secundarius. V. SECUNDUS.
Sordidus. Plaut. Asin. 1. 2. 16.
Adhibere aliquid ad panem. V. ADHIBEO.
Dare alicui venenum in pane. Cic. pro Cluent. 169.
Frangendus panis inermi gingiva. Juven. 10. Sat. 200.
Mendicatus. Juven. 10. Sat. 277.
Vivit siliquis & pane secundo. Hor. 2. Epist. 1. 123.
Potior panis mellitis placentis egenti. Hor. 1. Epist. 10. 11. Idem 2. Serm. 2. 18.
— cum sale panis
Latrantem stomachum bene leniet.

Apyritæ panes,	Legunculi panes,
Artocopi panes,	Militares panes,
Autopyrus panis,	Nasti panes,
Azymus panis,	Obeliæ panes,
Buccellatus panis,	Pelani panes,
Canchrydiæ panes,	Phasiuus panis,
Castrenses panes,	Propositionis panes,
Civiles panes,	Pyrinus panis,
Collie panis,	Sitanii panes,
Cribanitæ panes,	Syncomistus panis,
Dulciarii panes,	Zimita panis,
Facierum panes,	Utriculi panes,
Gacoli panes,	De quibus omnibus V. Cæl.

Rhodig. lib. 9. cap. 16. De iisdem, & præterea.

De Pane Ædificiorum,	Artopticio,
Artolagino,	Athletarum,
Cacabaceo,	Nautico,
Cibario,	Rustico,
Clibanitia,	Secundo,
Confusaneo,	Sicco,
Dispensatorio,	Siligineo,
Fiscali,	Similaceo,
Furfuraceo,	Sordido,
Gradili,	Spaustico, ec
Madido,	Subcineritio, vide Lex. Pitisc. in voce Panis.
Mundo,	
Mustaceo,	

Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat. Plaut. Aul. 2. 2. 18.
Nunc petit, quum pollicetur, inhiat aurum, ut devoret:
Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. Parœmia est elegans in eos, qui coram blandiuntur, clam obtrectantes: aut qui bis prosunt, illic lædunt, falsam beneficii spem ostentantes, ut nacti occasionem funditus perdant. Translatum ab iis qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accedentibus fustum illidunt. Erasm.
Panis, interdum pro Annona reperitur: quod inde conjicitur, quod a fisco percipiendos reditus, quos Justinianus in Authen. de non alien. §. Hæc ergo, Annonam civilem appellat. Idem Cæs. in l. ult. C. de jure dotium, & in l. Hac edictali. §. His illud. C. de secundis nuptiis, Panem civilem vocat. Alciat.
Panes etiam vocant auctores, Materiam quamcunque in morem panum formatam. sic,
Ærei panes. Plin. 34. 11.
Aphronitri panes. Stat. 3. Silv. 9. 37.
Porcinus panis, Cyclamen herba. Apul. de Herb. cap. 17.
PANICELLUS, i. m. dimin. Parvus panis. Plin. Valer. 1. 6. Panicellus debuccellatus. V. DEBUCCELLATUS.
PANICEUS, a, um. Adj. Plaut. Capt. 1. 2. 59. Milites paniceos, pistorienses, placentinos, joco dixisse videtur.
PANĀRIUM, i. n. [ἀρτοθήκη, ψωμοθήκη] Panis receptaculum. Plin. 1. Epist. 6. Proinde quum venabere, licebit auctore me, ut panarium & lagunculam, sic etiam pugillares feras. Suet. Calig. cap. 18. Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum obsonio viritim divisit. Idem Domit. cap. 40. Varr. lib. 4. de L. L. 22. Panarium, ubi panem servabant. Stat. 1. Silv. 6. 31.
Hi panaria candidasque mappas
Subvectant, epulasque lautiores. al. Pannaria. V. Stuck. Ant. Conviv. 1. 35. conf. Pitisc. Lexic.
Sextus philosophus p. 224. [Greek] H. St.
PANARIŌLUM, i. n. [ψωμίδιον] dimin. Vasculum vimineum in quo servatur panis. Martial. lib. 5. 50.
Cum panariolis tribus redisti.
PANĀRIUS, i. m. [ἀρτοπώλης] Vet. Gloss.
PANICOCTĀRIUS, a, um. Adj. ut, Panicoctaria mulier. Chrysolog. Serm. 99. V. Meurs. p. 2. Crit. Exercit. 2. 32.
PANĪFEX, icis. & PANĪFICUS, i. m. [ἀρτοποιός] Qui panes facit. Panifex & Panificus. Gloss. Gr. Lat. ἀρτοποιός & Onomast. vet.
PANIFICIUM, i. n. [ἀρτοποιία] a Pane faciendo dici cœptum est, ut ait Varr. de L. L. lib. 4. 22. pr. Cels. lib. 2. cap. 18. Scire igitur oportet omnia legumina, quæque ex frumentis panificia sunt, generis valentissimi esse. Valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est. Idem paulo post, Quo minus mirum est, opus pistorium valentissimum esse quod ex frumento, adipe, melle, caseo constat. Ex his verbis apparet quid sit Panificium. Hæc Budæus.
Panificii nomine Popana, quæ Serapidi offerebantur, designat Suet. Vesp. cap. 7.
PANARICIUM, i. n. [παρωνυχία] Apul. de Herb. cap. 42. Scyllæ radix pisata cum aceto & pane imposita Panaricium sanat. V. PARONYCHIA.
PANISCI, V. PAN.
PANISSA, Flumen in Thracia, non procul ab Apollonia. Plin. lib. 4. cap. 11.
PANNACEUS, PANNEUS, PANNICULA, PANNICULARIA, PANNICULUS, V. PANNUS, & PANUS.
PANNŌNIA, æ. f. [Παννονία] ab Oriente habet Mœsiam, quæ Servia & Bulgaria dicitur hodie: ab Occidente Noricum: Septentrionem ejus Germania & Danubius, Austrum Liburnia Illyricique montes excipiunt. Solin. cap. 34. Flor. lib. 4. cap. 12. & Appianus, Pannoniam Savo, Dravo & Danubio fluminibus inclytis, & duobus saltibus incluserunt. Pannoniam a Lentulo Proconsule debellatam, ab Augusto in provinciam per Vibium redactam, Flor. 4. 12. Sueton. in August. cap. 21. atque Eutrop. lib. 7. cap. 5. memoriæ prodiderunt. A Pannone rege, cujus apud Methodium est mentio, nomen sumpsisse fertur. Hujus cultores Pannones, Pannonii & Pæones ab historicis appellantur, teste Appiano in eo libro qui Illyrica inscribitur. Alii Pannoniam & Pannones a Pannis dictos arbitrantur, quod vestes gererent ex variis pannis ac plagulis consutas. V. PANNUS. Porro Pannonia duplex est, Superior & Inferior. Pannonia superior, quæ & prima, ab Occasu Noricum, a Septentrione Germaniam & Istrum, ab Oriente Pannoniam inferiorem, a Meridie Illyrim habet. Ipsa ad montem Cecium Norico conjungitur. Hodie Austria & Styria, *Oesterreich & Steyrmarck* appellatur. Tota hæc Pannonia Germaniæ addita, etiam Teutonico sermone utitur. In hac præter alias Vienna præclarissima civitas sita est, gymnasio celeberrima. Inferior Pannonia, etiam secunda vocitata, a Septentrione veterem Germaniam Danubiumque, ab Occasu Pannoniam superiorem, a Meridie Liburniam sive Illyrim, nunc Sclavoniam, *Windenlandt* dictam, ab Ortu vero Iazygas Metanastas, i. e. Septem castrenses prospicit. Hæc hodie sub Hungaria propemodum est. Ex Andrea Althamero in Corn. Tacit.
Pannonia provincia facta. Paterc. 2. 39. 3.
Domanda Pannonia. Ovid. 2. Trist. 225.
PANNONIS, idis. f. Patronym. [Παννονίς] ut, Pannonis ursa. Lucan. 6. 220.
PANNONIUS, i. m. [Παννόνιος] Gentile. ut, Armiferi Pannonii. Auson. Epigr. 3. 4. conf. Ovid. ad Liviam, v. 390.
Fallax Pannonios. Tibull. 4. 1. 109.
Ferox. Stat. 1. Silv. 4. 78.
PANNŌNICUS, a, um. Adj. Possess. [Παννονικός] Suet. in Aug. cap. 20.

Reliqua

Reliqua per legatos administravit, ut tamen quibusdam Pannonicis atque Germanicis, aut interveniret, aut non longe abesset. Subaudi Bellis. Cattæ Pannonicæ. Martial. 13. 69.

PANNOSUS, PANNUCEUS, PANNULEIUM, V. PANNUS.

PANNUS, i. m. [ὕφασμα λίνον] Quo vestimur.
Cooperta membra pannis. Lucret. lib. 6. 1267.
Rubros pannus cruore lavit obstetrix. Hor. in Epod. 17. 51.
Tincti ferrugine. Ovid. in Ibin, 233.
Velatus albo. Hor. 1. Carm. 35. 21.
Vincire membra pannis. Ovid. in Ibin, 233.
Pannus, pro Plagula. Hor. de Arte Poet. 15.
Purpureus late qui splendeat unus & alter
Assuitur pannus. Ex hujusmodi varii coloris plagulis sive pannis quod olim consutas vestes haberent Pannonii, nomen acceperunt, ut videtur Dioni lib. 49. conf. Casaub. ad Suet. Aug. cap. 21. Hinc & Diadema Pannum appellat Val. Max. 7. 2. extr.
Pannum, neutro genere protulit Nævius Tabellaria, Qui habet uxorem sine dote, pannum positum in purpura est. Non. 3. 165. Vet. Lex. ῥάκος, pannum.
Pannus, pro Vestimento lacero frequentius a Latinis scriptoribus accipitur, & hinc mendicis ac egenis vulgo tribuitur. Sen Epist. 20. Magnificentior, mihi crede, sermo tuus in grabato videbitur & in panno. Idem, Nemo nascitur dives; quisquis exit in lucem, jussus est lacte & panno esse contentus. V. Barth. Adverf. 19. 11. Sæpius tamen in plurali usurpatur, uti jam. Petron. cap. 83.
Sola pruinosis horret facundia pannis. Lactant. de Phœnice 19.
Luctus acerbus abest, & egestas obsita pannis. Ter. Eun. 2.2.5.
Homo annis pannisque obsitus. conf. Heaut. 2. 3. 52. Suet. Calig. cap. 35.
Pannus lacer. Adagium est: hominem enim jam fastiditum & rejectum ῥάκος πολυσχιδὲς vocant Græci, id est pannum undique lacerum. Sumpta metaphora a veste longo usu detrita, atque ob id rejecta, quum nova fuerit in pretio. Conveniet in eos, qui amicis utuntur ut vestibus, quos dum usui sunt, amplectuntur, curant, ostentant: simulatque vero utiles esse desierunt, negligunt, ac rejiciunt, ut pannum lacerum. Usus est Lucian. de Merc. cond. Erasm. [Lucianus in Tim. p. 218. ed. Grævil, ῥάκος ὑπὸ γεγηρακότα. Pannus, pro Panoso, seu Pannis obsito, ut Germ. Ein Lump.
Pannus, pro Linamento, vel Laneo panniculo. Columel. lib. 6. cap. 12. Pannis aceto & sale & oleo madentibus inculcatis. Senec. de Ira, 3. 19. extr. Scindi vestimenta miserorum & in os farciri pannos imperavit.
Pannum Larici adnasci Matthiolus ad Diosc. lib. 1. cap. 74. in hæc verba retulit: Reperitur præterea in annosis Laricum caudicibus prope medullam ipsam pannum quoddam albicans quandoque, cubiti amplitudine, corio, ex quo chirothecæ conficiuntur, adeo persimile, ut vix alterum ab altero discerni possit. Utuntur hoc incolæ ad vulnera glutinanda, & ad sanguinis fluores compescendos. Diosc.

PANNEUS, a, um. Adj. [ὑφασματικὸς] Quod est ex panno. Unde Panneæ vestes dicuntur, sicut Laneæ & bombycinæ. Onomast. Panneus ῥακώδης.

PANNŌSUS, a, um. aliud Adj. [ῥακώδης] Qui sordida veste, crasso panno, vilique opertus est; nec hoc nisi de paupere dicitur. Justinus lib. 2. 6. 19. Permutato regis habitu, pannosus, sarmenta collo gerens, castra hostium ingreditur. Cic. 4. Att. 3. Clodii vestibulum vacuum sane mihi nuntiabatur, paucis pannosis sine laterna.
Ædilis pannosus. Juven. 10. Sat. 102.
Facies arida pannosi. Sen. de Clement. 2. 6.
Fæx pannosa. Pers. 4. Sat. 32. conf. Justin. 21. 5. 5.

PANNŪCIUS, vel PANNUCEUS, a, um. similiter Adj. [ῥακώδης] Idem quod Pannosus. Pers. 4. Sat. 21.
Dum ne deterius sapiat pannucia Baucis.
Mentula pannocea, i. e. Laxa. Martial. 11. 47.
Pannuces poma, quæ celerrime in rugas marcescunt. Plin. lib. 15. cap. 14. in fine.
Vestis pannucea ne centonibus quidem bonis digna. Petron. cap. 14.

PANNĀRIUS, i. m. Pannorum venditor. Cæl. Rhod. lib. 6. Antiq. Lect. cap. 12.

PANNĬCŬLUS, i. m. dimin. [ὑφασμάτιον] Juven. 6. Sat. 259.
Hæ sunt, quæ tenui sudant in cyclade, quarum
Delicias & panniculus bombycinus urit. Quasi dicat Pannus tenuis & delicatus, qualis fuler esse ille, qui ex filis bombycum texitur.
Panniculus, etiam accipitur pro Panno crasso & vili, sive attrito & lacerato. Cels. lib 6. 18. 8. Vinculum autem ei loco linteolum, aut panniculus quadratus est.
Panniculus, pro Pannoso accepisse videtur Martial. lib. 5. 61.
Te successorum credo ego Panniculo. Domitius putat Panniculum fuisse Mimum, quem pulsaus Latinus risum movebat. Successurum igitur Panniculo, i. e. Pulsatum iri a Latino, ut moveat risum, & sit morio.

PANNICULARIUS, a, um. Adj. unde n. pl. Pannicularia, [παννικουλάρια] Ulpiano teste, dicuntur Ea, quæ in custodia receptus, secum attulit, ut vestis, qua indutus fuerat qui ad suppliciom ducitur, aut nummi quos victus sui causa habuerit in promptu: aut leves anuuli, hoc est qui rem non excedunt aureorum quinque. Ulpiani verba hæc sunt in l. Divus. De bonis damnatorum. conf. Rhodig. Ant. Lect. 6. 12. Bud. in Pandect. 250. vel Lex. Pitisc.

PANNULEIUM, i. n. [ῥάκος] Dictum a Panno & volvendo filo, inquit Varro L. L. 4. 23. Emendati codices legunt Panuelum. Sudariolum significat. Turnebus Panuellium legit, quod esse dicit, ut in antiquo lexico declaratur πηνίον, radius scilicet, aut fusus, cui filum involvitur.

PANNYCHISMUS, i. m. [παννυχισμὸς] in Glossis redditur Pervigilium. Arnob. 5. p. 173. Quibus mysteriis pervigilia consecrata sunt & pannychismi graves.

PĂNOMPHÆUS, [πανομφαῖος] Jovis epitheton, quia ab omni lingua colitur, πᾶν & ὀμφὴ vox: vel quod omnium voces audiat. Ovid. lib. 11. Met. 198.
Ara Panomphæo vetus est sacrata Tonanti.

PĂNŎPE, es. f. [Πανόπη] Urbs Phocidis, vocata sic a Panopeo Phoci filio: Stephanus. Strab. lib. 9. Panopeus dicitur.
Arva Panopes. Ovid. 3. Met. 19.
Jam vada Cephesi, Panopesque evaserat arva.

Panope, Nympha marina, a perspicuitate visus nomen sumens, πᾶν omne, ὄπτω, video. Una ex Nereidibus. V. Ovid. ad Liv. v. 435. & Virg. 5. Æn. 825.

PĀNŎPĒA, [Πανόπεια] Nympha eadem, quæ Panope. Virg. 1. Georg. 437.
Glauco & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Idem 5. Æn. 240.
Nereidum Phorcique chorus, Panopeaque virgo.

PANOPLIA, æ. f. [πανοπλία] Perfecta armatura, hoc est quicquid ad armandum militem est necessarium, quasi dicas, Omnia simul arma, quæ ad virum pertinent. Ambrosius vertit Universitatem armorum.

PANOPOLIS, [Πανόπολις] Oppidum Asiæ, non procul a Ptolemaide. Plin. lib. 5. cap. 10.
Alia Ægypti, quæ Stephano Πανὸς πόλις, unde

PANOPOLITES, [πανοπολίτης] Ægypti præfectura, quam illi Nomon vocant, est. Plin. lib. 5. cap. 9.

PANORMUS, & PANORMUM, & PANORMIUM, [Πάνορμος] Civitas Siciliæ: dicta a navium applicatione, quæ undique illuc conveniunt. est enim ὅρμος portus pars. Inde nautæ dicuntur hormizare, id est navem anchoris & retinaculis instruere, quo secura sit in portu a repentinis procellis. V. Sil. 14. 262. Hodie vulgo dicitur Palermo. Hinc

PANORMITA, æ. m. & PANORMITĀNUS, & PANORMIUS, a. um. Adj. [Πανορμίτης] Qui est ex Panormo, vel Quod eo pertinet.

PANORMITANUS. Verbosissimus juris Romani professor, natione Siculus, nomine Nicolaus. Senis docuit, ac tandem Panormitanus Archiepiscopus factus, annum Æ. C. 1450 attigit.

PANŌTII, [Πανώτιοι] Populi sunt Scythiæ, Immani auricularum patularum prolixitate totum corpus tegentes: sic dicti, quasi toti auriti. Isidorus 11. 2. Panotii, inquit, apud Scythiam esse feruntur, tam diffusa aurium magnitudine, ut eis omne corpus contegant. πᾶν enim Græco sermone omne, ὦτα aures dicuntur. Ex qua loco quod apud Plin. lib. 4. cap. 13. legitur, Fanesiorum aliæ, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota contegant, &c. Turneb. Panotiorum restituit. Natus autem videtur hic error, quod veteres Latini P tenuem in aspiratam sæpe mutabant. Ita a Panotiis, Phanotii, & denique Fanesii tandem corrupti sunt. Similis error est in Pomponio Mela, 3. 6. ubi legitur, Et Satmalos, quibus magnæ aures, &c. scribique debere Panotius idem Turnebus arbitratur, optima certe ratione, ut videre poteris. In emendatis libris est Otomegalos. V. ad Plin. Harduini not.

PANSÆ, [Πάνσαι] dicti sunt, Quibus lati ac pansi sunt pedes: sicut Planci, quibus plani sunt pedes. Plin. lib 11. cap 45. Vola homini tantum, exceptis quibusdam. namque & hinc cognomina inventa, Planci, Plauti, Scauri, Pansæ. De pedibus hominum loquitur, & vola ipsorum pedum. Pansam tamen dictum putat Cassiodorus ab expansis capillis. V. Cæl. lib 24. cap. 5.

PANSEBASTUS, i. m. [πανσέβαστος] Gemma, quæ afferre fecunditatem existimatur. ita dicta, quasi prorsus augusta & veneranda: alias Paneros dicitur. Plin. lib. 37. cap 10.

PANSĔLĒNOS, f. [πανσέληνος] Subaudito μήνη, Luna plena, Plenilunium, quum scilicet Luna pleno orbe fulgens totam lucet noctem: nam πᾶν omne, σελήνη Luna dicitur.

PANTACES, [Παντάκης] Fluvius est in finibus Italiæ, non procul a Gargano monte, juxta Chalcantis & Podalirii sacella, cujus aquæ ad pecorum morbus præsens habent remedium. Dictus Pantaces, hoc est a morbis omnibus curandis.

PANTĂGĂTHUS, i. m. [παντάγαθος] i. e. Usquequaque bonus.
Nomen hoc imposuit Tonsori Martialis, 6. 52.
Pantagathi sunt etiam Aves, sic dicti quod perfectam felicitatem spondeant. Lamprid. in Anton. Diadum. cap. 4. extr. Panthagathi in domo patris ejus nidum posuerunt.
Pantagathos item Herba, quæ alias dicitur Pulegium. Apul. de Herb. cap. 92.

PANTAGIAS, vel PANTAGIES, æ. m. [Παντακίας] Fluvius Siciliæ. Quidam ducunt a παφλάζω Strepo, cum sonitu feror: alii ἀπὸ τῶ πάντα ἄγειν, quod obvia quæque prosternat ac secum rapiat. Hic fluvius (inquit Servius) quum plenus incederet, implebat sonitu pæne totam Siciliam. Hic postea, quum Cereri quærenti filiam obstreperet, tacere jussus est numinis voluntate. Hæc ille enarrans illud Virg. 3. Æn. 689.
— vivo prætervehor ustia saxo
Pantagiæ. Megarosque sinus, Tapsumque jacentem.
Rotans saxa Pantagias. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 58. conf. Ovid. 4. Fast. 469. Et Sil. 14. 232.

PANTALEON, ontis. m. [Πανταλέων] Numen Græcis familiare. De Tyranno hujus nominis, V. Festum in Pisitalis. De Pantaleonte principe Ætoliæ, V. Liv. 42. 15. Plura notat Burm. ad Quintil. 7. 9. p. 648.

PANTĀNUS, Lacus in Dauniorum Italiæ populorum finibus situs. Plin. lib. 3. cap. 12.

PANTARCHES, is. m. [παντάρχης] i. e. Omnibus imperans. Arnob. 6. p. 199. Phidias, cum Olympii formam Jovis molimine operis extulisset immensi, super Dei digito inscripsit PANTARCHES PVLCHER.

PANTHĒA, [πάνθεα] quasi dicas πανθέατος, Omnium visu digna. Hoc nomen feminis fuisse impositum in antiquis lapidibus observat Reines. Inscript. clas. 1. n. 3. p. 10.
Drusillæ etiam Caligulæ sorori ab eo consecratæ hoc nomen tributum esse tradit Dio lib. 58. [Non ἀπὸ τῦ θέα tamen ducto nomine, sed ἀπὸ τῆς θεᾶς. V. PANTHEES, Infra.

PANTHĒA, [Πάνθεια] quasi Tota divina, Uxor fuit Abradatæ regis Susorum, ut forma, ita & castitate insignia. V. ABRADATAS.

PANTHĒON, [Πάνθεον] Templum Romæ, quod (ut Dion historicus lib. 53. refert) sic dictum fuit, quod in Martis Venerisque imaginibus, sub ipso templo constitutis, omnium deorum imagines effictæ erant. Sive quod templum ipsum rotundum sit, cœloque persimile, & sic quoque omnium deorum habitatio censeatur. Potest etiam dici Pantheon, Summum deorum. Nam πᾶν significat omne (quod sane in similibus sæpe ad summum spectare solet) & θεῶν deorum. Unde Plin. lib. 36. cap. 15. Pantheon Jovi Ultori ab Agrippa factum. Item lib 34. cap. 3. & lib. 9. cap. 35. Hodie vulgo id templum appellatur D. Maria rotunda, quod Bonifacius Pontifex max. a Beato Gregorio quartus, dono accipiens a Phoca Cæsare, in templum omnium Sanctorum convertit. V. plura in Lex. Pitisc. [Suidas, Πάνθεον, τόπος, διὰ τὸ πολλὰς τῶν Γενεαλογ, τινὰς ἢ κοινὸς πάνθεον τῶν θεῶν, πάνθειον ἐκάλουν αὐτὸν οἱ ἐπιχώριοι. Sic & Dio, unde apparet Pantheum pæn. prod. dicendum.

PANTHĒR, ēris. m. [πάνθηρ] a quo PANTHĒRA, æ. f. Animal prorsus ferum & maculosum: cujus mas Pardus dicitur. Plin. lib. 8. cap. 17. Panthera & tigris macularum varietate prope solæ bestiarum spectantur, ceteris unus ac suus cujusque generis color est, &c. Ibidem, Quidam ab his pantheras solo candore discernunt: nec adhuc aliam differentiam inveni. De pardis. Cic. 1. de Nat. Deor. 89. Non crederes leones & pantheras esse, quum tibi quelca essent, dicerentur?
Panther caurit emans. Auctor Philomelæ, inter opera Ovidiana, v. 50.
Pantheræ, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habent, quo quum essent usæ, non morerentur. Cic. 2. de Nat. Deor 129.
Morsus pantheræ. Lucret. lib. 4. 1010.
Pictarum fera corpore pantherarum. Ovid. 3. Met. 668.
Pantherarum pellis heroibus in usu erant. Virg. 8. Æn. 460. De Evandro.
Demissa ab læva pantheræ terga retorquens. Plura V. in PANTHERON.

PANTHĒRĪNUS, a, um. Adj. [πανθήρειος] Quod ad pantheram pertinet: ut, Pantherina pellis. Plin. lib. 35. cap. 11.
Pantherinum, Pantherinæ simile & varium. Plaut. Epid. 1. 1. 16.
Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.
Pantherinæ mensæ. Plin. lib. 13. cap. 15. Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in vertice variis. Illud oblongo evenit discursu: ideoque tigrinæ appellantur, hoc intorto: & ideo talca pantherinæ vocantur.

PANTHĒRON, sive PANTHERUM, i. n. aut potius PANTHER. Varr. lib. 4. de L. L. 20. Ferarum vocabula item partim peregrina, ut Panthera, Leo, utraque Græca, a quo etiam & rete quoddam Panther, & leæna, & muliercula Pantheris. Hæc Varro. Πάνθηρον Retis genus est, ab eo nomen habens, quod omnes aves concludat, eadem fere ratione qua Panagron, quod rete piscatorium est. Θήρα venatum significat & aucupium. Unde Pantheron dictum, & ὀρνιθοθήρας auceps. Est autem hujusmodi rete, quod nostri Saltabundum appellant, quod quum humi exporrectum est, & in oblongam tenuitatem contractum, tegitur quisquiliis, ne ab avibus provideri possit. Deinde quum opus est, adducto magna vi fune, repente expanditur, inescatasque aliquot diebus aviculas uno ictu universas contegit. Hoc reti nostri ad passeres & sturnos utuntur, & ad grues & otidas, quas Oustardas vocant, quasi Tardos anseres. Ulpianus de Actio. empti. & vend. l. Ex empto. §. ultimo, Veluti quum futurum jactum retis a piscatore emimus, aut Indaginem plagis positis a venatore, vel pantheram ab aucupe. nam etiam si nihil capit, nihilominus emptor pretium præstare necesse habebit. Budæus legit Panthera numero plur. accipitque pro Captura, eo modo quo Indaginem. [Apud Varr. scribendum puto, Et, ut Leæna, & mul. Utrumque enim muliebre nomen esse innuit. Vel lege, Et Leæna muliercula, & Pantheris, eodem sensu. Ceterum Latinos feram nunquam aliter, quam feminina terminatione usurpasse cum ex ipso Varrone, tum ex aliis Grammaticis satis constat. V. Varr. eodem opere lib. 6. 3. & 8. 38. conf. Voss. Etymol.

PANTHESILĒA, V. PENTHESILEA.

PANTHEUS, [πάνθεος] in Inscriptionibus quibusdam est Imperator πανθεῖον, scil. Consecratus. V. Reines. 1. 3. Priapi epitheton esse docet Broeckh. ad Tibul. 1. 1. 24. conf. PANTHEA.

PANTHUS, [Πάνθος] Nomen filii Otrei, fratris Hecubæ, viri Trojani ex primoribus, ut ostendit Homer. Il. 3. Panthous dicitur & Panthus per synæresin, auctore Tortelio. Virg. 2. Æn. 319.
Panthus Otriades, arcis, Phœbique sacerdos.
Panthu, vocativus. Virg. 2. Æn. 322.
Quo res summa loco, Panthu?

PANTHŎĬDES, [Πανθοΐδης] Pythagoras philosophus dicitur, qui se dicebat se fuisse Euphorbum Trojanum, Panthoi filium. Ovid. 15. Met. 161.
Panthoides Euphorbus eram, &c. conf. Hor. 1. Carm. 28. 10.

PANTICAPÆUM, i. n. [Παντικάπαιον] Urbs maxima ad Bosphorum, Ceterarum metropolis, condita ab Æetæ filio, cui Agaetus Scytharum rex hunc locum donaverat. Nomen autem accepit a Panticape vicino amne. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 12.
In Panticapæum pelli; Proverbiali figura olim dicebant eum, qui per summam contumeliam expelleretur, vel potius qui funditus perderetur. Usus est Plutarchus in Stoicorum contrarietatibus.

PANTĬCES, um. plur. [κοιλία] Fluxus [In Mss. Frus legitur] ventris, ut ait Festus, quod venter pandatur. Plaut. Pseud. 1. 2. 51.
Eo vos panticesque adeo madefacitis, quum sim ego hic siccus.
Martial. lib. 6. 64.
Qui cum panticibus laxis, & cum pede grandi,
Et rubro pulmone, &c. Videtur id significare quod Galli dicunt, la pance. Jos. Scaliger ad Catalecta p. 552. edit. Wouwerianæ Paris. dicit Pantices esse quod vulgo Farcen vocant, corrupta a Farcimine. Nominativus sing. Pantex occurrit in veteri Glossario & explicatur ἕλκος ἐπὶ τραχήλου κτηνῶν, i. e. Ulcus in collo jumentorum. Tibull. in Priapum, ex Mss. Scalig.
— inter atra cujus inguina,
Latet jacente pantice abditus specus. V. Scalig. p. 538. ed. ejusd. & Voss. Etymol.

PANTOLĀBUS, [Πανθολάβος] Notissimi scurræ nomen apud Hor. 2. Serm. 1. 22. Et 2. 8. 21.

PANTULA, teste Eustathio Homeri Interprete, Impostor fuit nominatissimus: de quo in dictione PLANUS.

PANTOMATRIUM, i. n. [Παντομάτριον Stephano] Oppidum est Cretæ insulæ maritimum. Plin. lib. 4. cap. 12.

PANTŎMĪMUS, i. m. [παντόμιμος] Personarum omnium imitator effictorque, qui in scenis personas per singulorum actuum simulationes saltando ostendebat. Ex πάντων omnium, & μῖμος simulator. Plin. lib. 7. Hist. nat. cap. 53. Mythicum pantomimum, hoc est fabularem quendam vocavit. Plin. Jun. 7. Epist. 24. Habebat illa pantomimos, fovebatque effusius, quam principi feminæ conveniret. V. paulo infra not.
Pantomimi erant saltatores, qui gestu historias & fabulas ita exprimebant, ut sub oculos subjicerent: ad quam saltationem respexit Horatius, quum scripsit lib. 1. Serm. 5. 63.
Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat. Et Juven. 6. Sat. 63.
Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo. Hoc genus saltationis quale fuerit, a Luciano describitur elegantissimo libello, cui titulus est De saltatione, in quo pantomimos manibus loqui scribit.
Pantomimus, etiam pro Spectaculo ipso accipitur. Plin. in Panegyr. cap. 46. Idem ergo populus ille, aliquando scenici imperatoris spectator & applausor, nunc in pantomimis quoque aversatur, & damnat effeminatas artes, & indecora sæculo studia. [Sic etiam Majoris Plinii locum de ipsa Dramate intelligendum esse contendit Harduinus, cujus utramque notam V. & plura in Lex. Pitisc. Forte tamen Mythicus ille Pathicus fuit.

PANTOMĪMĬCUS, a, um. Adj. [παντομιμικός] ut, Pantomimica ornamenta. Sen. Epist. 29. extr.

PĂNURGUS, i. m. [πανοῦργος] proprie significat Eum qui omnibus in rebus versatus est, a πᾶν & ἔργον. Verum quia hujusmodi callidi esse solent, factum est ut accipiatur Atticis scriptoribus, pro Callido, astuto, vafro, versuto, versipelli, & veteratore, qui versutia sua quidvis potest agere, qui omnia conficere potest calliditate.

PANURGĬA, æ. f. [πανουργία] Astutia, fraus, vafrities subdola & improba. Plaut. Isthæc panurgia tete in pistrinum dabit. [In suppositis, puto.

PĀNUS, i. m. [πῆνος] Nonius c. 623. Panus est tramæ involucrum, quod tumet rotundumque est, quem diminutive panulam vocamus. Lucilius lib. 9. Foris subtegminis panus est. Festus Paniculam diminutivum, non Panulam esse vult. V. Varronem libro quarto de L. L. 23. [Ubi Panuelum diminutivum affert. V. supra PANNUELIUM. Fortassis apud Non. & Varr. & Fest. Panuclas scribendum, vel Panucla, ut exstat apud Isidorum.
Panus, [Φύγεθλον, βουβών] vocatur Tumor sub faucibus, auribusve, & inguinibus, ex formæ similitudine. Afranius Matertera, In quem plenam papulam, panum, tympanum. Novius Optione, Qui me miserum miseriorem reddidis, quam panus puerum. Quod pueri ægrius patiantur hoc genus morbi. Hæc ex Nonio 2. 623. Hermolaus, Panus, sive ut quandoque scriptum est in Celso, Panis, a similitudine figuræ dictus est, tumore non alto, sed lato, in quo quiddam pustulæ simile est, fitque in vertice, alia, inguine, cum dolore ac distentione vehementi. V. Celsum lib. 5. cap. 18. 19. & cap. 28. 10. & Plin. lib. 20. cap. 1.
Mammosus panus. V. MAMMA.
Panus in arboribus. Plin. lib. 16. cap. 8. E glandiferis sola quæ vocatur ægilops fert panos arentes, muscoso villo canos, non in cortice modo, verum & e ramis dependentes cubitali magnitudine.

PANĪCŬLA, æ. f. [φόβη] vel PANICŬLUS, i. m. dimin. significat in arundinibus, juglandibus, avellanis & similibus Comam illam in qua semina dependent. Plin. lib. 16. cap. 10. Abies e cunctis amplissima est, & femina etiam prolixior materie, mollior, utiliorque, arbore rotundior, folio pinnato densa, ut imbres non transmittat, atque hilarior, in totum. E ramis generum horum, panicularum modo, nucamenta squamatim compacta dependent, præterquam larici. Hæc abietis masculæ, primori parte nucleos habent, non item feminæ. Piceæ vero totis paniculis minoribus, gracilioribusque, minimos ac nigros. Idem de arundinibus, lib. 16. cap. 36. Cetero gracilitas nodis distincta, levi fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculæ coma, neque hæc supervacua. Item lib. 19. cap. 2.
Quicquid igitur sublonga & subrotunda forma tumet, panicula dici fere potest. Plin. lib. 21. cap. 4. Græcula, inquit, rosa convolutas habet foliorum paniculas.
Paniculum tectorium, apud Plautum quod legitur in Milite glorioso 1. 2. 18. Turnebus Paniculam tectoriam restituit ex Plinio: ut paniculæ levissimæ arundinis, qua integi villaticæ domus solent, intelligantur.
De paniculis inguinum, V. Apul. de Herb. cap. 13. Scrib. Larg. Comp. 82. Marcell. Emp. cap. 32.

PĀNĪCUM, i. n. [ἔλυμος] a Paniculis dictum, & uti Plin. 18. 7. describit, Frugibus annumeratur. Panicum, inquit, a paniculis dictum, cacumine languido nutante, paulatim extenuato culmo, pæne in surculum prædensis acervatur granis, cum longissimo pedali, milii comæ granum complexæ, fimbriato capillo curvatur. Sunt & panico genera: Mammoso e panu, parvis racemato paniculis, & cacumine gemino. Cæs. Bell. Civil. 2. 22. Pestilentia conflictati ex diutina conclusione & mutatione victus: Panico enim vetere atque hordeo corrupto omnes alebantur. Plin. ibid. Milium ac panicum parvis avibus exposita sunt. V. Voss. Etymol.

PANUCLA, vel PANULIA, æ. f. Tramæ involucrum ex quo panni texuntur. Isidor. 19. 29. V. PANUS.

PANŬLA, Eadem apud Nonium 2. 623. V. ibid.

PANYASIS, is. m. [Πανύασις] Poeta Græcus, cujus mentionem facit Quintil. 10. 1. V. Bom. p. 893.

P A P

PĂPA, æ. f. Orta hæc appellatio videtur e voce infantum cibum petentium, cum cibum ac potionem buas ac papas vocent. V. Varr. apud Non. 2. 97. vel a Pappas, i. e. Pater. Patrem item venerabilem notat. V. Suid. & Hesych. & infra PAPAE, & PAPPAS.
Fuit nomen hoc commune Pastoribus omnibus in Ecclesia usque ad Gregorium 7. quo tempore Episcopo Romano κατ' ἐξοχὴν tributum est. V. Jo. Diecm. dissert. de ætat. vocis Papæ. Reperitur apud Tertull. de Pudic. cap. 13. & Sidon. 2. Epist. 11. V. Cassiod. 10. 19. & 11. 2.

PAPĀLIS, e. Adj. & PAPATUS, us. m. frequenter apud Ecclesiasticos juniores.

PAPÆ, [παπαί] Admirantis interjectio: habet enim in se effectum verbi Miror. Donatus, Papæ interjectio mira subito accipientis. Ter. Eun. 2. 2. 48.
Ecquid beo te? P. mene? papæ. G. sic soleo amicos. P. laudo.
Adde 2. 3. 25. Pers. 5. Sat. 79. Plaut. Epid. 1. 1. 52. & Stich. 3. 1. 24.

PAPAS, vocabatur Pædagogus. Juven. 6. Sat. 632.
— timidus prægustet pocula papas. Al. Pappas. conf. Gloss. Isidor. & Barth. Advers. 4. 24. vel Pignor. de Serv. p. 171. V. & PAPA.

PĂPĀVER, ĕris. n. [μήκων] Genus herbæ multiplicis. Plin. lib. 19. cap. 8. Papaveris sativi tria genera: Candidum, cujus semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. Hoc & panis rustici crustæ inspergitur affuso ovo inhærens, ubi inferiorem crustam apium githque cereali sapore condiunt. Alterum genus est papaveris nigrum, cujus scapo inciso, lacteus succus excipitur. Tertium genus rhœam vocant Græci, id nostri erraticum.
Acervus papaveris. Lucret. lib. 3. 198.
Lacrima papaveris apud Celsum, locis pæne innumeris, nihil aliud est quam Opium. q. V.

Cereale

Cereale papaver. Virg. 1. Georg. 212.
Corniculatum. Diosc. lib. 4. cap. 3.
Fecundum. Ovid. 11. Met. 605.
Lethæum. Virg. 4. Georg. 545.
Luteum. Catull. in Epithal. Mall. 59. 195.
Purpureum. Propert. lib. 1. 20. 38.
Soporiferum. Virg. 4. Æn. 486.
Spumeum. Diosc. lib. 4. cap. 62.
Vescum. Virg. 4. Georg. 131.
Papaver, masc. gen. Varro, Infsias senem papaverem. Plaut. Trin. 2. 6 8.
Quam si tu objicias formicæ papaverem. Ex Nonio 3. 117. conf. Plaut. Pœn. 1. 2. 113.
In plur. Virg. 2. Ecl. 47.
— & summa papavera carpens. Liv. 1. 54. Summa papaverum capita baculo decussit. conf. Flor. 1. 7. 7. & Propert. 1. 19. 38.
Inter Bellaria fuit. Hinc, Dicta factaque quasi sesamo & papavere sparsa, dicuntur Probe condita & polita. Petron. cap. 1.

PAPĂVĔRĔUS, a, um. Adj. [μηκώνειος] ut, Comæ papavereæ. Ovid. 4. Fast. 438.

PAPAVERĀTUS, a, um. Adj. [μηκωνωτὸς] ut, Papaveratæ vestes, a colore candido dicuntur. Plin. lib. 8. cap. 48.

PAPAVERCŬLUM, i, n. est Callus pinnæ interior seu conchylii papaver: est & buccini pars ima esculentaque. Cæl. lib. 7. cap. 20.
Papaverculum herba, quæ & Pes leoninus. Apul. de Herb. cap. 7.

PAPELLIUS, vel PALPELLIUS HISTER, Consul, quo tempore bubo, infausta avis, Capitolii cellam intravit, propter quod Nonis Martiis urbs lustrata est eo anno. Plin. lib. 10. cap. 12.

PĂPHĂGES, is. m. [Παφάγης] Rex Ambraciæ. Is quum obviam factus esset leænæ, catulis suis stipatæ, ab eadem interfectus est. Hinc

PAPHĂGĒUS, a, um. Adj. Ovid. in Ibin, v. 502.
Feta tibi occurrat patrio popularis in arvo,
Sitque Paphageæ causa leæna necis.

PAPHIACUS, PAPHIUS. V. mox PAPHUS.

PAPHLĂGŌNIA, æ. f. [Παφλαγονία] Asiæ minoris regio, in Septentrionem litore versa, clarissimis oppidis illustris est, & a Paphlagone Phinei filio denominata, ut auctor est Stephanus. Hæc consurgit Cythoro monte, porrecta in spatium trium & sexaginta millium, insignis loco Heneto, a quo, ut Cornelius Nepos perhibet, Paphlagones in Italiam transvecti, mox Veneti sunt nominati. Hæc Solin. cap. 56.

PAPHLĂGON, ŏnis. m. [Παφλαγών] Qui est a Paphlagonia. Priscianus in Periegesi Dionysii,
Paphlagones post hos Mariandynique sequuntur. Curt. 6. 11. 4. Ludibrio ei fuisse rusticos homines, Phrygasque & Paphlagonas appellatos, &c. V. Freinsh. Ind. Curt.

PĂPHŎS, i. f. [Πάφος] Urbs Cypri, in qua Venus summa cum diligentia colebatur. Ex quo Hor. 1. Carm. 30. 1. eam Paphi reginam appellat. Hujus meminit Plin. lib. 2. cap. 96. Virg. 10. Æn. 86. Celsa Paphos.

PAPHIUS, a, um. Adj. [Πάφιος] Unde ipsa Venus Paphia dicebatur, cujus templum & cultum describit Tacit. 2. Hist. 2. & Annal. 3. 62.
Myrti Paphiæ. Ovid. 3. de Arte Am. 181. Myrtus enim dicata est Veneri.
Puellæ. Claud. præfat. 2. in Eutrop. 65.
Sedes Paphiæ. Claud. de Nupt. Honor. 134.
Thyrsi Paphii. Columel. lib. 10. 371.

PĂPIA, æ. f. [Τίκινον] Civitas Insubrium, Ticinum alio nomine appellata, olim Ostrogothorum & Longobardorum regum sedes.
Est & fluvius eodem nomine.
Papia lex, quæ fuerit, ut scias, ob vitandam prolixitatem te ad Alex. Alex. lib. 4. cap. 22. remittimus.
De Papia Gente, Lege, Tribu, V. etiam Lex. Pitisc.
Papia papæ, περὶ ἐγκωμίων, Varronis Satyræ cujusdam titulus est, quod significat Papæ patercule. In ea immodicos laudatores & assentatores vituperabat, qui in admirationem sæpe solent prorumpere, & assentatoria laude hominibus adulari. Turneb.

PĀPĬLIO, ōnis. m. inter Vermiculos alatos numeratur, quo nullum animal imbecillius est Plin. lib. 11. cap. 19. Papilio etiam hic ignavus & inhonoratus, luminibus accensis advolitans, pestifer, nec uno modo, nam & ipse ceras depascitur, & relinquit excrementa quibus teredines gignuntur. Columel. lib. 9. cap. 14.
Ferali mutant cum papilione figuram. Ovid 15. Met. 374.
Papilio, Tentorium etiam significat. Plin. lib. 5. cap. 3. Numidæ vero Nomades, a permutandis papilionibus: mapalia sua, hoc est domus claustris circumferentes. Vetus exemplar habet, A permutandis pabulis. Certiora sunt apud Veget. R. M. 1. 23. Spartian. in Nigro cap. 11. Lamprid. Alex. cap. 51. Treb. Poll. 30. Tyran. cap. 16. conf. Lex. Pitisc. & Voss. Etym.
Dicitur etiam Lecticæ species. V. Voss. de Idolol. 2. 10.

PAPILIUNCŬLUS, i. m. dimin. Tertull. de Anima cap. 32.

PAPILLA, PAPILLATUS. V. PAPULA.

PAPINIĀNUS, Æmilius, [Παπινιανὸς] Jurisconsultus, Severo principi gratissimus, Scævolæ discipulus, cui in advocatione fisci successit. Is est cui filios suos Severus moriens commendavit: deinde ab Antonino Caracalla, securi percussus. Causa necis traditur, quod Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mandaverit, ut & in Senatu & apud populum facinus dilueret: illum autem respondisse, non tam facile parricidium excusari posse, quam fieri. Spartianus Sever. cap. 21.

PAPINIANISTÆ, Juris auditores quandoque dicti a Serbidii Scævolæ discipulo Papiniano, Jureconsultorum, quorum in pandectas relata sunt monumenta, longe principe. Justinianus in Epistola ad omnes populos, quæ Pandectis est præfixa. V. Hotoman. de verbis Juris.

PAPINIUS Statius, [Παπίνιος Στάτιος] Neapolitanus, inter Heroicos poetas relatus haud ignobili genere ortus est. Quidam scribunt majores ejus oriundos esse Epiro, diuque versatos Sellis non sine admiratione Ingenii & probitatis. Patrem Papinium habuit: qui ob insignem eruditionem, egregiasque virtutes, Neapoli civitate donatus est, in qua Statius Papinius poeta natalem suum habuit. Composuit multa & varia poemata. Ex Crinito.
Papinius, quem Consulem se Romæ vidisse ait Plinius, D. Augusti novissimis temporibus, primus intulit in Italiam Zizipha & Tuberes. Plin. lib. 15. cap. 14. hoc Consule phœnicem devolasse in Ægyptum tradit Valerianus. V. Tacit. Ann. 6. 40.

PAPIRIA, quondam PAPISIA, gens patricia Romæ fuit, ex qua plures nobilissimæ celebrantur familiæ, diversis cognomentis insignitæ. Alii enim Papirii dicebantur Mugillani, alii Crassi, alii Cursores, alii Masones vel Massones, alii Carbones &c. De quibus frequens fit mentio apud historicos. V. Cic. ad Fam. 9. 21. & Lex. Pitisc. in Gens.
L. Papirius, [Παπίριος] a velocitate Cursor dictus, quum Dictator se adversis auspiciis contra Samnites progressum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam regressus, edixit Fabio Rulliano Magistro equitum, quem exercitui præponebat, ne manus cum hoste consereret. Sed quum ille opportunitate ductus pugnasset, ac vicisset, reversus Papirius eum ferire securi voluit: ille in urbem confugit, nec supplicem Tribuni tuebantur. Deinde parentis lacrimis populus veniam precibus impetravit. Papirius item de Samnitibus triumphavit. De quo vide Liv. lib. 8. cap. 29. seq. Unde Papiriana sævitia in proverbium abiit. Idem 10. 3. extr.
L. Papirius Cursor, superioris filius, de Samnitibus secundum patrem omnium pulcherrimam victoriam reportavit. Ædem Fortunæ de manubiis faciendam locavit. Liv. lib. 10. cap. 38. seq.
C. Papirius Maso, quum bene gesta rep. triumphum a senatu non impetrasset, in Albano monte triumphandi initium fecit, & pro Laurea usus est myrtea corona. Valerius lib. 4. cap. 6. 3. conf. Plin. 15. 29. extr.
Cn. Papirius Carbo, cum dentibus natus, ut scribit Plin. lib. 7. cap. 16.
Papirius Prætextatus, nobilis adolescens, ex eo cognomen adsecutus, quod in prætexta & adolescentia magnopere visus est sapere. Quum enim a patre duceretur in curiam, in usque forte arcana quædam tractarentur, domum reversus, interrogatusque a matre, quidnam in Senatu actum. Ut duæ (inquit) uni nubere possint. At illa mane convocatis matronis, ad curiam properat: rogantque, ut eadem lege duos viros habendi licentia sit etiam feminis. Re cognita, ingenium & constantia pueri laudata est. Auctor Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 6.
L. Papirius alius, qui C. Publilium nobilem adolescentem: quem ob æs alienum paternum domi suæ habebat: quod stuprum pati nollet, contumeliis ac plagis afficiebat. Re ad Senatum delata, Papirius damnatur. Lex deinde lata ne quis in corpora libera ob æs alienum jus haberet. Liv. lib. 8. 28. Valer. 6. 1. de Pudicitia, Exemp. 9. hæc eadem. Sed puero T. Veturii, Fœneratori C. Plotii nomen tribuit.
Vapula Papiria, Sinnius Capito scribit proverbio dici solitum, si quando volebant significare Se negligere minas aliquorum. Hoc ex Festo. q. V. Erasmus suspicatur esse natum a Papirio Prætextato, a quo mater, comminando plagas, frustra conata est exsculpere quid actum esset in Senatu.
Papiria tribus. V. TRIBUS.

PAPIRIĀNUS, a, um. Adj. [Παπιριανὸς] ut, Papiriana sævitia. Liv. 10. 3. extr.

PAPPA, [πάππα] Puerorum cibus est; deductum nomen a Pane.
Pappas, pro Patre accipitur, sive pro eo qui puerum alit. Juven. 6. Sat. 632.
—timidus prægustat pocula pappas. V. PAPAS.
Pappa, non solum Pultem puerorum cibum, quem & Galli Papa dicunt, aut Patrem recto casu: sed & Jovem eo nomine appellatum legimus. Alexander, A Bithynis usurpatum legimus, ut adoraturi, montium cacumina conscendant, & sine templis Jovem Pappam salutent, sicut Scythæ Papeum, lib. 2. cap. 20 Genial. dier.
Extat libellus Jo. Murmellii inscriptus Pappa puerorum, in quo exponit Germ. Pappen. Est autem parvum Vocabularium puerilis classis, ut postea Junii nomenclator. H. St.

PAPPO, [παππάζω] āre. Blandiusculis & puerilibus verbis patrem appellare. Pers. 3. Sat. 17.
Et similis regum pueris pappare minutum
Poscis? & iratus mammæ lallare recusas? Græci παππάζειν dicunt, quæ vox etiam est anserum, ut testatur Julius Pollux.
Pappare, Cibum sumere. Plaut. Epid. 5. 2. 62.
Novo liberto opus est quod pappet. E. dabitur, præbebo cibum.

PAPPĀRIUM, i. n. Quod edendum præbetur. ut, Dominicæ libidini papparium facere. Sen. Controv. 2. 1. V. Gronov. in Sen. p. 408. & Pareum Lex. Crit. p. 881.

PAPPUS, i. m. [πάππος] Avus dicitur. nam Græci πάππον avum dicunt. Ausonius ad nepotem suum Protrept. v. 18.
— pappos, aviasque trementes
Anteferunt patribus seri nova cura nepotes.
Pappus, [πάππος] Carduorum flos & lanuginosa quædam substantia in aerem sese effundens, ut veluti flocci quidam volare videantur, vel de ipsis carduis dependere. Lucret. lib. 3. 387.
Vestem nec plumas avium, papposque volantes.
Pappus, Lanugo helxines herbæ. Plin. lib. 21. cap. 16. Semen ei lanuginis, quem pappum vocant: quo detracto & cortice, teneritas similis cerebro palmæ est.
Pappus, Herba, quæ alias Senecio dicitur, quod in pappos abeat, & lanuginem carduorum floribus similem. Plin. lib. 25. cap. 13. Erigeron a Græcis, quæ a nostris vocatur senecio. Et paulo post, Nomen hoc Græci dederunt, quia vere canescit. caput ejus numerosa dividitur lanugine (qualis est spinæ) inter divisuras exeunte. Quam eam Callimachus Acanthida appellat, alii pappum.
Est & Pappus, vel Papus, Æmiliæ gentis cognomen. Est & proprium nomen Græcis. V. Suid.

PAPRIMIS, [Πάπρημις] Ægypti oppidum, a quo & Paprimites cives dicti sunt. Stephan.

PĂPŬLA, æ. f. [ἐξάνθημα, φῦμα] Pustula, tuberculum, quod jejuna salivæ defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, & rubet, leviterque roditur. Virg. 3. Georg. 564.
Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor. Plin. lib 28. cap. 17. Papulis nigris, caseus caprinus siccus ex melle & aceto in balneis, oleo remoto. V. Cels. 5. 28. 18. & Sen. de Vita beata cap. 27.

PAPŬLO, āre. Papulas excitare. Cæl. Aurel. Tard. 2. 1. Malagmata sunt adhibenda, quæ corpus valeant papulare. conf. eundem ibid. 3. 4.

PĂPILLA, æ. f. dimin. [θηλὴ] Mammæ capitulum, unde exsuditur lac: sic dicta, quod papulæ sit similis. Et de viris mulieribusque dicitur: etiam de animalibus. Plin. lib. 11. cap. 37. ubi de corde loquitur, Homini tantum intra lævam papillam. Varro 2. de R. R. cap. 9. de canibus loquens, Præterea feminas volunt esse mammosas, æqualibus papillis.
Forma papillarum apta premi. Ovid. 1. Amor. 5. 20.
Habiles papillæ. Ovid. 1. Amor. 4. 37.

Rufeæ.

Roseæ. Catul. in Camerium, 53. 12.
Teneræ. Catull. in Epithal. Juliæ, 59. 105.
Papilla, [μαζός] pro ipsa Mamma aliquando accipitur. Virg. 11. Æn. 803.
Hasta sub exertam donec perlata papillam Hæsit.
Bellula papilla. Plaut. Cas. 4. 4. 22.
Turgentes papillæ. Idem Rud. 2. 4. 10.
Tumidæ papillæ omne habent pectus. Ovid. Rem. Amor. 337.
Papilla, Clavicula in fontibus, qua exerta, aqua effluit: qua etiam fistulæ immissa, aquæ cursus prohibetur. Varro 3. de R. R. cap. 14. Qui si naturalis non est, ut fere non sunt in aprico loco, neque habeas in opaco, ubi facias, ut sunt sub rupibos ac montibus, quorum alluant radices lacus, ac fluvii, manufacere oportet roscidum: qui fit, si adduxeris fistulam: & in eam papillas imposueris tenues, quæ eructent aquam ita ut in aliquem lapidem incidat, ac late dissipetur. Alia exemplaria habent Mamillas.

PAPILLATUS, a, om. Adj. Papilla ornatus, seu in papillæ speciem factus. unde Expapillatus, q. V.

PAPULO. V. PAPULA.

PAPUS, fuit cognomen Æmiliorum. V. Lex. Pitisc.

PĀPȲRUM, i. n. vel PAPYRUS, i. f. [πάπυρος] Fruticis genus. Plin. lib. 13. cap. 11. Papyrum ergo nascitur in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagatæ stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis obliquæ crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigatum, thyrsi modo cacumen includens. Semine nullo, aut usu ejus alio, quam floris ad deos coronandos. Radicibus incolæ pro ligno utuntur: nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque utensilia vasorum. Ex ipso quidem papyro navigia texunt, & e libro vela, tegetesque: necnon & vestem, atque stragula ac funes. Mandunt quoque crudum decoctumque, succum tantum devorantes. Nascitur & in Syria, circa quem odoratus ille calamus lacum. Neque aliis usus est, quam inde, funibus rex Antigonus in navalibus rebus, nondum sparto communicato. Nuper & in Euphrate nascens circa Babylonem papyrum intellectum est eundem usum habere chartæ. Et tamen adhuc malont Parthi vestibus litteras intexere. Præparantur ex eo chartæ, diviso acu in prætenues, sed quam latissimas philoras. Hæc Plin. lib. 13. cap. 11. Quæ philuræ (inqoit Perottus ex eodem Plin. cap. 12.) eo meliores erant, quo medio papyro propinquiores: atque inde secundum scissuræ ordinem hieratica appellabatur subtilior, religiosis tantum voluminibus dicata: quæ postea ab adulatione (al. Ablutione) Augusti, dicta est Augusta: deinde a Livia conjuge ejus, Liviana. Huic postea in epistolis tantum scribendis auctoritas relicta est. Proxima huic erat Amphitheatrica, a loco dicta, in quo conficiebatur. Qoam postea Fannius miro artificio emendavit, vocavitque e nomine suo Fannianam. Ultima emporetica, Inutilis scribendo, & involucris duntaxat chartarum ac mercium usum præbens: propterea ἀπὸ τῶν ἐμπόρων, hoc est a mercatoribus, emporetica dicta. Et bibula, siccandæ tantum utilis scripturæ. Primatum deinde motavit Claudios Cæsar. Et quoniam Augustæ tanta tenuitas erat, ut vix calamum sustineret, prætetea visu translucida litteras transmittebat, auxit & crassitudinem & latitodinem, mensuramque, ubi pedalis erat, cubitalem faciens. A papyro igitur frutice, Charta est Papyrus appellata, quod scilicet ex papyro fieret. Postea vero id genus chartæ inventum est, quo nunc passim mortales utuntur, fitque ex linteolis concerptis, maceratis, & in pulpam contritis, & nihil minus pristinum papyri nomen remansit, & distinctio generum. Claudia vero illa grandior crassiorqoe, a rege nonc Regalis dicitur: hæc dente propter scabritiem, aut concha lævigatur; propter quod mious sorbet, & ob id caducæ litteræ fiunt. Quæ causa impulit nos, ut genus aliud chartæ inveniremus, quæ tenuitate, denlitate, candore, lævore, philuræ longitudine & commodior est, & aspectu gratior: hanc opifices e nostro nomine Perottam nuocupavere. Charta vero ab urbe Tyri, cui Charta nomen fuit, appellata est, ex qua Dido ducta est: ideoqoe urbem a se postea ædificatam ab illius nomine Carthaginem nuncupavit. Græci ab eadem urbe χάρτην nominant, a quo χαρτογράφον librarium, & χαρτοπώλην, chartularium nominant. Hactenus Sipontinus. conf. Lex. Pitisc.
De Papyro peculiarem librum sive commentar. In Plin. 13. 11. 12. & 13. scripsit Melch. Guilandin. cui alium opposuit Jos. Scaliger. V. & Salmas. in Vopisc. p 444. & Exercit. Plin. p 705. seq.
Poetis sæpius pro Libro ponitur. Catull. ad libellum 36. 2.
Velim Cæcilio, papyre, dicas. Martial. lib. 3. ad Librum suum, 2.
Cordylas madida tegas papyro.
Augusta papyrus. V. AUGUSTUS.
Bibula papyrus Lucan. 4. 136.
Pagina crescit multa papyro. Juven. 7. Sat. 101.
Papyri fructos haud postulat spicam gravem. Æschyli senarius est proverbialis. Convenit in eos qui suis ipsorum bonis frui non possunt: propterea quod papyrus ob culmos invalidos, spicam granis onustam ferre non potest: proinde prodit quidem spicas, sed inanes. V. plora apod Erasmum.

PAPȲRĀCEUS, a, um. Adj. [παπύρινος] Qood ex papyro factum est. Plin. lib. 28. cap. 11. Optime ellychnio papyraceo.
Papyraceæ naves. Plin. lib. 6. cap. 22.

PAPȲRIUS, a, um. Idem. Auson. Epist. 7. 47.
Fac campum replices, Musa, papyrium.

PAPYRĪNUS, a, um. Idem. Varro apud Non. 759. Stilo nostro papyrino.

PAPYRĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [παπυροφόρος] ut, Amnis papyrifer, Nilus. Ovid. 3. Trist. 10. 27.
Nilus papyrifer. Ovid. 15. Met. 753.

PAPYRŌPŌLÆ, [παπυροπῶλαι] quos olim Chartopratas appellabant, sunt ii qui papyrum conficiunt venduntque, quales multos apud Allobrogas, nunc nostrates invenias, multos, & apud Sequanos. Budæus in notis ad Pandectas.

P A R

PAR. Parentum. PARTH. Parthicus.

PĀR, păris. Adj. [ἄρτιος, ἴσος] abl. pare vel pari: Æqualis.
Par & Impar, contraria. Cic. 4. Acad. 32. Illos qoi omnia sic incerta dicunt, ot stellarum numerus, par an impar sit, nesciatur, quasi desperatos aliqoos relinquamus.
Pares, interdum pro Doobus accipiontur. ut, Paribus eqols utebantur Romani in prælio, ut sudante alteso transirent in siccum. [Quis auctor?
Pares dicebantur Gemini fratres. Ovid. 8. Met. 308.
Actoridæque pares. Virg. in Juvenil. de Castore & Polluce,
Germanique pares. Parrhas. Epist. 41.
Par, [εἰκὸς] Decens, cooveniens, æquum. Lucret. lib. 2. 124.
Hoc etiam magis hæc animum te advertere par est. Quintil. lib. 5. cap. 12. Si propter matrimonia violata urbes eversæ sunt, quid fieri adultero par est? Cic. 2. de Legib. 12. Ex quo intelligi par est, eos qui perniciosa, &c. Idem ad Atticum, lib. 9. 11. Itaque mihi dubitanti qoid me facere par sit.
Ut constantibus hominibos par est. Cic. 2. de Divin. 114. Casum autem prælii nemo nostrum erat quin timeret, sed ita ut constantibus hominibus par erat, non aperte.
Par est autem, primum ipsum esse bonum virum. Cic. de Amicit. 84.
Quibus tu, ut par erat restitisti. Cic. 11. Fam. 28.
Par non est. Nepos 18. 8. 4. Idem 14. 6. 4.
Par, [ὅμοιος] Similis & æqualis. Virg. 4. Georg. 99.
— & paribus lita corpora guttis. i. e. Similibus.
Par & idem. Cic. 5. Fam. 11. Quamobrem reliqois tuis rebus omnibus pari me studio erga te, & eadem voluntate cognosces. V. IDEM.
Par idem, quod. Plaut. Bacch. 5. 1. 23.
Igitur pari sortona, ætate ut sumus, utimur. P. sic est. sed tu,
Quid tibi est? N. pol mihi par idem, quod est tibi.
Virtutes inter se æquales & pares. Cic. 1. de Orat. 83.
Par & æqualis rebus ipsis oratio. Cic. in Orat. 132.
Æquo & pari jure cum ceteris vivere. Cic. 1. Off. 124.
Par & similis deorum beata vita. Cic. 2. de Nat. Deor. 153.
Par & Similis, differre videntur. Quintil. lib. 10 cap. 1. Mihi egregie dixisse videtur Servilius Novianus, pares eos magis, quam similes. De Sallustio & Livio. [Ubi paritas ad præstantiam utriusque refertur, Similitudo ad characterem proprium.
Par ac similis scelestorum. Cic. in Sallust. 6. At quanto meliore loco Resp. tuenda staret, si tu par ac similis scelestorum civium, una cum illis adnumeratus esses!
Par atque unum judicium. V. IDEM. [Hic Unum ponitur, pro Uniua modi.
Par atque una ratio est spei, lætitiæ, molestiæ. Cic. 2. de Orat. 209.
Par & mutuum. Cic. 13. Fam. 56. Peto abs te pro nostra conjunctissima necessitudine, plurimisque officiis paribus ac mutuis, ut, &c
Par & Socius. Cic. 1. de Orat. 70. Est enim finitimus oratori poëta, numeris adstrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac pæne par.
Par & Dispar, contraria. Auct. ad Herenn. lib. 2. 5. Si non poterit par animi vitium com causa reperire, reperiat dispar.
Neque par, neque dispar. Lucret. lib. 2. 737.
Excellere & Parem esse, contraria. Cic. pro Lege Manil. 41. Ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur.
Par & Inferior, contraria. Cic. 2. de Orat. 209. Invident homines maxime paribus aut inferioribus, quum se relictos sentiunt, illos autem dolent evolasse: sed etiam superioribus invidetur sæpe vehementer, & eo magis, si iotolerantius se jactant, & æquabilitatem communis juris præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeont.
Paria & Soperiora, cootraria. Cic. de Clar. Orat 215. Erant ei quædam ex bis paria cum Crasso, quædam etiam superiora.
Par ac. Cic. 3. de Nat. Deor. 2. Neque mihi par ratio cum Lucillo est, ac tecum fuit.
Par atque. Cæs. 5. Bell. Gall. 13. de Hibernia loquens, Pari spatio transmissus, atque ex Gallia est, in Britanniam.
Scientia par in nobis atqoe in illo est. Cic. 2. de Invent. 5.
Sapientia par ad formam, Tam elegans ingenium, quam vultus. Plaut. Mil. 4. 6. 36.
Cantare pares. Virg. 7. Ecl. 5.
Et cantare pares, & respondere parati. i. e. Pares arte canendi, & eadem scientia præditi ambo. Sic
Par niti centeno gutture. Juven. 5. Sat. 6.
Par, cum genitivo. Cic. in Pison. 8. Quos Q. Metellus (facio injuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cujus paucos pares hæc civitas tulit, cum hac importuna bellua conferam) sed ille designatus Consul, &c.
Pares fortitudinis. Phædr. 4. 15. V. ibi plura exempla in Not. Borm.
Par cum dativo, ut superis Tydides. Hor. 1. Carm. 6. 16.
Res sunt pares furta latrociniis. Hor. 1. Serm. 3. 122. Plura infra V.
Æque pares inter se. Cic. 16. Att. 13.
Par cum Abl. rei, ut Ætate pares, pro Ejusdem ætatis. Plaut. Merc. 4. 7. 29.
Ætate pares ministri. Virg. 1. Æn. 709.
Par studiis, ævique modis, sed robore dispar. Stat. 1. Achil. 176.
Suffragiis pares competitores. Cic. pro Planc. 53.
Omni virtute & laude unus alteri par. Cic. pro Planc. 27. conf. 30.
Pares in amore & æquales: h. e. Ex æqoo inter se amantes. Cic. de Amicit. 32. Sintque pares in amore & æquales.
Pares, in amore dicuntur, quum mutuo inter se pariter amant: contra, Impares, quum mutuo non amator, sed alteri amanti alter vicem non reddit, neque animum mutuum. Hor. Epod. 15. 14.
Et quæret iratus parem. Idem de Impari, 1. Carm. 33. 10.
Cui placet impares formas, &c. Rursus, Epod. 11. 26.
Desinet imparibus certare summotus podor. i. e. Me paulo inverecundius geram, nec ita pudenter summittam amicæ, sed eam aspernabor, desinamque sectari imparem, neque redamantem. Torneb.
Par in belligerando. Cic. pro Font. 26. Qui Induciomato isti minaci atque arroganti par in belligerando esse possit.
Par est, Quod in omnes æquabile est. Cic. 2. de Invent. 68.
Animis nequaqoam paribus. Liv. 1. 25. extr.
Amor par est illis. Ovid. 12. Met. 416. conf. Pares in amore paulo supra.
Arma paria. Virg. 5. Æn. 425.
Auspicia. Virg. 4. Æn. 102.
Fortuna par duorum. Ovid. 2. de Arte Am. 559.
Ingenium par nancisci. Ter. Hec. 1. 2. 95.
Ingenium minime voluntati par. Cic. pro Corn. Balb. 1. conf. Par cum dativo.
Oratio par virtuti. Cic. pro Lege Manil. 29. Jam vero virtuti Cn. Pompeji quæ potest par oratio inveniri?
Pœna par delicto. Ovid. 2. Trist. 578.
Pretium laboris dignum, & par. Plin. 3. Epist. 9.

Pares Curiæ. V. PARES in proprio loco.
Pares cum paribus. Cic. de Senect. 7. Pares autem cum paribus, veteri proverbio, facillime congregantur.
Coëat par jungaturque pari. Hor. 1. Epist. 5. 25.
Nubere pari. Ovid 9. Epist. 32.
Esse paria debent posteriora superioribus, extrema primis. Cic. 3. de Orat. 148.
Esse pari filo, i. e. Simili textura. Lucret. lib. 2. 341.

Debent nimirum non omnibus omnia prorsum
Esse pari filo, &c. Proverbii speciem habet, quod haud inscite quadraverit in eos, qui iisdem præditi moribus, non multum a seipsis in omni vitæ genere discrepant. Nos Galli diceremus, *De mesme paste*.

Pari jugo, dixit Plin. in Epist. pro eo quod est, Pari studio, parique conatu. Quadrabit in eos proverbium, qui negotium commune certatim ac simili contentione agunt. Translatum a bubus, idem plaustrum æquali jugo trahentibus. Plinii verba sunt hæc lib. 3. Ep. 9. Habet quidem gloria, in studiis præsertim, quiddam ἀγωνιστικόν: nobis tamen nullum certamen, nulla contentio, quum uterque, pari jugo, non pro se, sed pro causa niteretur.
Esse parem, significat Sufficere alicui operi, sive resistendo illi, sive exsequendo. Cic. 12. Att. Eum tamen interpellat fletus, cui repugno quoad possum: sed adhuc pares non sumus.
Esse parem alicui, pro Æqualia reddere. Plaut. Capt. 2. 2. 65.

Bene merenti, bene profuerit: male merenti, par erit.

Par mihi sis. Cic. 14. Att. 5. Non committam posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis; tu modo videto in tanto otio, ut par mihi sis.
Superiorem parem esse inferiori, maximum est in amicitia. Cic. de Amicit. 71.
Facere paria, Quod omissum est, vel quod aliunde acceptum, alibi vel aliunde compensare: ut ait Valla lib. 5. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 9. Quum aliter beneficium detur, aliter reddatur, paria facere difficile est.
Facere parem rationem cum forensibus negotiis. Columel. lib. 12. in Præf.
Facere par alii rei. Cic. 3. de Legib. 19. Infima summis paria fecit, turbavit, miscuit.
Referre parem gratiam. Ter. Eun. 4. 4. 58. Quod &
Par referre. Ter. Adelph. 1. 1. 48.
Par pari. Plaut. Pseud. 2. 3. 26.

Euge, par pari, aliud autem quod cupiebam, contingit.

Par pari datum. Plaut. Asin. 1. 3. 20.

Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia.

Par pari referre. Ter. Eun. 3. 1. 55.

—si laudabit hæc
Illius formam, tu hujus contra, denique
Par pari referto, quod eam mordeat. Hunc locum adducit Cic. 1. Fam. 9. Paulus Manutius utrobique legit, Par pro pari referto, ne mancus sit versus: idque ex vetustissimo codice Pauli Boti Regiensis. Sed Latinum non videtur Par pari referre. H. St. Puto Par pro pari referre, scribere voluisse. Al. Tu par pari &c.

Referre paria paribus. Cic. 3. de Orat. 204.
Reddere paria in utramque partem. V. REDDO.
Respondere par pari. Plaut. Truc. 5. 47.

Quid ista debet nisi tria? ST. quæ tria nam ST. unguenta, noctes savium.
P. Par pari respondet. Cic. 16. Att. 4. Ut sit unde par pari respondeatur.

Paria paribus, omnia omnibus respondeant. Cic. 1. de Nat. Deor. 50.
Parimpar, Genus ludi. Suet. in August. cap. 71. Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis convivis dederam, si vellent inter se post cœnam, vel talis, vel par impar ludere. Hor. 2. Serm. 3. 248.

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Observandum est veteres poetas classicosque Par, cum compositis Compar, Dispar, Impar, semper produxisse, ut ex Catullo, Lucretio, Horatio & aliis constat; cum contra qui Theodosii temporibus & postea vixerunt, ut Ausonius, Prudentius, Prosper, Mart. Capella, aliique fere corripuerint. Quod hic monere volumus, ne illorum auctoritas junioribus imponat.
Superl. Parissimus, [ἰσαίτατος] formavit Plaut. Curc. 4. 2. 20.

Eodem hercle vos pono & paro, parissimi estis ibus.

Parissima talio. Gell. 20. 1.
PĂR, păris. n. [ζεῦγος] abl. pari: Numerus duorum, quasi inter se parium. ut, Paria amicorum. Cic. de Amicit. 15. Id mihi eo magis est cordi, quod ex omnibus sæculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum: quo in genere sperare videor Scipionis amicitiam & Lælii, notam posteritati fore.
Par columbarum. Ovid. 13. Met. 817.
Nobilissimum par gladiatorum. Cic. de Opt. gen. Orat. 17.
Componere paria, Translate. Plin. 21. 8. Paria nunc componuntur, natura atque luxuria depugnante. i. e. Singuli flores singulis coloribus arte factis. Idem lib. 8. cap. 12. de Draconum cum elephantis pugna loquens, Quam quis aliam tantæ discordiæ causam attulerit, nisi Naturam, spectacula sibi, ac paria componentem? [Alludit ad paria gladiatorum.
Scyphorum paria complura. Cic. 4. Verr. 47.
Invictum par Consulum. Paterc. 2. 46. 1.
Par suum videre dei. Lucan. 6. 3.
De masculo. Ovid. 3. Fast. 193.

Cum pare quæque suo coeunt volucresque feræque.

De femina. Idem 3. Fast. 526.

—accumbit cum pare quisque sua. Et 4. Fast. 98.
Et docuit jungi cum pare quemque sua.

PĂRĬTER, [ἐκ ταυτοῦ] Adv. congregandi, significans Simul. Cic. de Amicit. 80. Quod si hoc apparet in bestiis, volucribus, natantibus, agrestibus, cicuribus, feris, primum ut se ipsæ diligant (id enim pariter cum omni animante nascitur) deinde ut requirant atque appetant, ad quas se applicent, ejusdem generis animantes.
Pariter & simul cum. Cic. 3. de Orat. 10. Ut ille, qui hæc non vidit, & vixisse cum Rep. pariter, & cum illa simul exstinctus esse videatur.
Amittitur enim pariter cum vita sensus. Cic. 1. Tusc. 24.

Cecidit tua laus pariter cum Repub. Cic. 2. Off. 45.
Crescunt pariter cum luna, pariterque decrescunt ostreæ & conchylia. Cic. 2. de Divin. 33.
Infindunt pariter sulcos. Virg. 5. Æn. 142.
Metuenda utraque via pariter. Virg. 4. Georg. 37.
Percipit voluptatem pariter cum corpore animus. Cic. 5. Tusc. 96.
Ferunt moleste mecum pariter Siculi. Cic. 7. Verr. 72.
Pariter nobiscum. Auct. ad Heren. lib. 3. 1. Interea prima quæque, & nobiscum, quum voles, & interdum sine nobis, legendo consequêre; ne quid impediare, quin ad hanc utilitatem pariter nobiscum progredi possis.
Secum pariter me reportavit Resp. Cic. Post redit. in Senat. 33.
Pariter, [ὁμοῦ] Eodem tempore. Virg. 10. Æn. 864. de Mezentio alloquente Rhœbum equum suum,

— Lausique dolorum
Ultor eris mecum: aut, aperit si nulla viam vis,
Occumbes pariter. Potest & hic significare Simul. [Junge Mecum pariter, distinguendo, Ultor eris: mecum aut, &c.

Pariter, [ἐπίσης] Ex æquo, æqualiter. Nævius, Ut pariter dispertiantur bona patris. h. e. Ut tantum habeat unus quantum alter. Plaut. Aul. 2. 1. 12. V. Non. 4. 380.
Pariter & æqualiter. Cic. de Amicit. 56. Nostra in amicos benevolentia, illorum erga nos benevolentiæ pariter, æqualiterque respondeat.
Terminantur pariter extrema. Cic. in Orat. 38.
Pariter, [ὁμοίως] Similiter. Cic. pro Font. 4. Pugnat pariter pro salute M. Fonteji Narbonensis colonia.
Æque & pariter. Cic. 1. de Fin. 67. Et lætamur amicorum lætitia æque atque nostra, & pariter dolemus angoribus.
Pariter ac. Ter. Phorm. 5. 3. 3.

Pariter nunc opera me adjuves, ac dudum re opitulata es.

Pariter atque. Plaut. Amph. 4. 1. 11.

Pariter hoc fit, atque ut alia facta sunt.

Pariter ut. Plaut. Aul. prol. 22.

Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium,
Pariter moratum ut pater, avosque hujus fuit.

Pariter fit. Ter. Eun. 1. 2. 12. i. e. Similiter, ut ait Donat.
Pariter pro meritis. Plaut. Mil. 3. 1. 75.
Cœnes ut pariter pulmenta laboribus empta. Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium. H. St. Ep. 18. v. 48.
PARITAS, ātis. f. Arnob. 2. p. 78. Aut in impari paritas aut dulcedo in amaritudine contineri nequit.
PĂRILIS, e. Adj. [πάρισος] significat idem, quod Par. Lucret. lib. 2. 374.

Concharumque genus parili ratione videmus
Pingere telluris gremium.

Parilis Cic. in Arato. Parilis sæpe apud Varr. de Lingua Lat. H. St.
Ætate parili. Ovid. 8. Met. 631.
Noctes pariles agitare diesque. Lucret. lib. 1. 1066.
Ratione parili. Lucret. lib. 2. 374.
Segetes pariles proportione. Varr. de L. L. lib. 4. 20.
Accipere, & parili reddere voce Vale. Ovid. 1. Trist. 7. 26.
PARILITER, Adv. Charis. 2. p. 191.
PARĪLITAS, ātis. f. [τὸ πάρισον] Æqualitas. Gell. lib. 14. cap. 3. Parilitas virtutum inter se consimilium. conf. Sidon. 4. Epist. 4. & Aggen. p. 53. Gœs.
PARĀRIUS, a, um. Adj. Festus, Pararium æs appellabatur id, quod equitibus duplex, pro binis equis, dabatur. [Puto & absolute dictum Pararium, τοῦ Æs subaudito.
PARASITUS, i. m. V. suo loco.
PĂRIO, āre. Solvere, Paria facere: hoc est, ita rationes reddere, ut paria expensa sint acceptis. Ulpian. in l. Is qui. D. de manumiss. Quæri poterit, si quum hoc ab initio esset actum, emptor festinavit, & pretium numeravit: an postea ei satisfacto, servus constitutione uti possit? & puto esse. Proinde etsi ei numos prorogavit emptor, quum ei pariaverit, poterit ad libertatem pervenire. Quædam exemplaria habent Paruerit, sed male.
Pariare & Reliquari opponuntur.
Pariant inter se Christus & Adam. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 53. Idem de Resur. Christi cap. 6. Non rapinam existimavit pariari Deo.
PARIĀTIO, ōnis. f. Solutio: cui opponitur Reliquatio. Scævola in l. ult. §. Item quæsitum. D. de Condictione indebiti, Item quæsitum est, an pactum quod in pariationibus ascribi solet in hunc modum, Ex hoc contractu nullam in se controversiam amplius esse: impediat repetitionem? Quædam exemplaria legunt Pactionibus.
PARIATOR, ōris. m. Qui paria fecit: cui opponitur Reliquator. Paulus in l. Julius Paulus. D. de conditionib. & demonstrationibus, Quæsisti, si ita in testamento cautum esset: Stichus, si rationes reddiderit, cum contubernali sua, liber esto, eisque hæres decem dato: an Sticho mortuo, antequam rationes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente, libera sit mulier. Quædam exemplaria legunt Paria, vel reliqua habente.
PARĬFICO, āre. Idem quod Pariare, exæquare. Orient. Common. lib. 2. p. 91.

Trina potestatum conclusio parificatur. Sarisb. 3. 14. Parificare aliquem alicui. [Primam rectius puto corripi ab obliquis in Par.

PĂRĂ, [παρά] Præpositio Græca, quæ Apud aliquando significat, aliquando Præter, Ad, Prope. Multis nominibus Græcis præponitur, ut
PĂRĂBĂSIS, is. f. [παράβασις] Latine Transgressio dicitur, sive Prævaricatio.
Est etiam Excursio quædam & quasi Digressio, qua, ubi histriones e scæna discesserant Chorus apostrophen habebat ad populum, vel de se, vel de Republica, vel de singulorum peccatis, &c. Implebatur brevi concentu & inciso & stropha & antistrophe & epirrhemate & antepirrhemate & antepæsto. Perfecta Parabasis habet quasdam versuum cæsuras, cujus pars dicitur commation. V. Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 8. ad fin. Buleng. de Theat. 1. 6. & 8. 11. 13. Scalig. Poet. 1. 7.
PARABĂTÆ, pl. m. [παραβάται] dicebantur Cursores qui primum super currus ab aurigis agitatos vecti in Circo, unde Sessores a poetis dicuntur, mox equestribus certaminibus finitis; e curribus descendentes, pedibus certatim currebant. V. Panvin. de Lud. Circ. 2. 1. vel Buleng. de Circ. cap. 26. vel Rhodig. Ant. Lect. 21. 31.
PARABIA, æ. f. [παραβία] Potionis genus est ex millio & conyza. Cæl. Rhodig.

Rhodig. lib. 8. cap. 26. & lib. 7. cap. 26. Hecatæus in Europæ periodo auctor est, Pæonas ex hordeo brytum haurire, ac ex milio & conyza parabiam. Ex Athen. Deipnof. lib. 10.

PARABILIS, V. PARO, as.

PĂRĂBŎLA, æ. f. [παραβολή] Similitudo, ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν: quod verbum Comparare significat, quasi rerum dissimilium comparatio. Unde Quintil. lib. 5. cap. 11. Parabola, quam Cicero vocat Collationem, longius res, quæ comparantur, repetere solet. ut Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quam apud Uticam Cato. Idem 6. 3. & 8. 3. Donatus; Parabola, est rerum genere dissimilium comparatio: ut Virg. 2. Æn. 223.

Qualis mugitus, fugit quum saucius aram
Taurus, & incertam excussit cervice securim. Sen. Epist. 59.

Parabolæ necessariæ, ut imbecillitatis nostræ adminicula sint, & ut discentem & audientem in rem præsentem inducant. conf. Isidor. 1. 36. & 6. 8.
Parabolæ in N. T. sunt narrationes allegoricæ utilia præcepta involventes. V. Suidam omnino & Suiceri Thesaur. Eccles.
Apud Mathematicos παραβολὴ in Geometria est figura arealis, quæ ex coni sectione rectangula existit. V. Heron. Nomina Stereom.
In Arithmetica vero operatio, quæ Latine Partitio, seu Divisio dicitur.

PARABOLĬCUS, a, um. [παραβολικός] Adj. passim apud Ecclesiasticos & Mathematicos.

PARABOLICA, [παραβολικῶς] Adv. Sidon. 5. Epist. 17. extr.

PĂRĂBŎLĀNI, [Παραβολᾶνοι] Plebeji quidam, famulitio vel ecclesiarum, vel hospitalium xenonumve deputati, & quasi adscriptitii glebæ: ut sicut illis omni vita ab agrorum cultura recedere non licebat, ita his ab servitio ægrorum qui in nosocomiis residebant. Parabolanos autem, glebæ adscriptitios esse in juris Civilis Græco interprete legitur, a Græca præpositione παρὰ & βῶλος, quæ vox pro Gleba accipitur. Hæc Alciatus. Horum fit mentio Codice de Episcopis & clericis. l. Parabolani. Meminit & Cælius lib. 29. cap 11. & Salmas. de Mod. Usur. cap. 5. conf. Lex. Pitisc.
Parabolani, inclinatione Latina vocabuli Græci, Homines, dicuntur qui se in periculum maximum conjiciunt, ut qui ægrotos publice in Alexandrina civitate curabant in nosocomiis. Grassante enim, ut non raro assolet, pestilentia, & ipsi rapiebantur, & id muneris contempta vita susceperant. Itaque a Cassiodoro scribitur historiæ tripartitæ lib. 11. Dum aliquo tempore in amphitheatro Constantinopoleos spectaret, cœpit clamare populus, Crudeli bestiæ artifex parabolus pugnet. Nam παράβολος homo est audaciæ projectæ, ad pericula adeunda præceps & temerarius. Hæc Turneb. 13. 23. superiore Alciati opinione rejecta. Existimavit idem aliquando Parabolanos, a Parabola Evangelica nomen habere, in qua quidam a latronibus vulneratus, a Levita neglectus, a viatore Samaritano fovetur & curatur, quasi æmulus illius. Sed tu videris. [conf. Cangii utrumque Gloss. & Voss. Etymol. Priori sententiæ astipulatur Hotoman. de signif. verb. jur. V. omnino Jos. Scalig. ad Manil. p. 286 edit Bœcl. & ejusdem Epist. ad Is. Casaub. Opusc. pag. 478. Plenissime Car. Drelincurt. in Medico Rom. servo p. 12.

PARABŎLUS, i. m. [παράβολος] Ad audendum projectus. V. in superiore dict. ex Turneb. Adversf. 13. 23. &c.

PARABYSTUS, i. c. & n. Parabyston. [παράβυστος] Lectus sponsalis. quasi absconditus & latens ἀπὸ τοῦ βύω, claudo. V. Salmuth in Panciroll. Deperd. Tit. 19. & Cæl. Rhod. 15. 9. ubi etiam ex Pausania refertur Parabyston, Forum fuisse Athenis ignobilius, in obscuro urbis loco ubi minimæ agerentur lites. V. Pausan Attic. p. 27. Wech. & ex eo Alex. ab Alex. Genial. dier. 2. 12. V. & Suid.

PARACANDA, [Παράκανδα] Persici imperii confinium. Strab. lib. 11. Paracanda vero in Sogdiana & Cyra, ultimum Cyri opus ad Jaxartem flumen conditum, quod Persici imperii confinium erat. Sed lectio dubia est.

PARACATABOLE, es. f. [παρακαταβολή] Depositum. fidejussio: actionis genus, qua, qui experiri volebant, pecuniam deponebant: decimam partem æstimationis litis apud acta, tam actor, quam reus, multam scilicet futuram temere litigantis. Latine Sponsio dicitur. Budæus Comm. p. 17. & Annot. in D.

PARACENTERIUM, in seq. dict.

PARACENTĒSIS, is. f. [παρακέντησις] Lat. Ponctio, vel Perforatio. Curatio, quæ fit manu chirurgi, quum morbus aliter curari nequit. Inungitur prius locus, deinde acu vel scalpello infixo, aquæ collectæ exitus datur. Plin. lib. 25. cap. 13. Pupillas dilatat: & ideo hoc inunguntur ante, quibus paracentesis fit. Cæl. lib. 26. cap. 3. Sunt qui paracentesin vocent. quum perforator venter hydropicorum aquæ educendæ gratia. Sed si oculorum congelatus humor eodem emittatur modo, eadem servabitur appellatio. Id vero ferramentum quod id præstatur, recte paracenterium dixeris. Perforationem ipsam describit Cels. 7. 15.

PARACENTETĒRIUM, i. n. [παρακεντητήριον] Instrumentum chirurgicum perforationi idoneum, de quo Veget. Mulomed. 2. 17. V. dict. præced.

PARACERCIDES, [παρακερκίδες] sunt Officula in cruribus. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 11. Sunt vero officula, quæ item paracercides nuncupantur, quia prope est Cercis, id est radius. Sic enim dicitur Os majus, quod totum fert crus. V. Polluc. lib. 2. f. 191.

PARACHARAGMA, ătis, n. [παραχάραγμα] Falsa notatio. Paracharagmata sunt Numi adulterini, quos qui cudunt paracharactæ appellantur. Cæl. lib. 10. cap. 2. V. Gloss. Gr. Lat.

PARACHELOITÆ, [παραχελωῖται] Populi sunt in Græcia ad Achelonm & Lamiam inferorum fluvios. Strabo. lib. 9. V. & Steph.

PARACHLAMYS, [παραχλαμύς] Vestimenti genus non modo militare, sed etiam puerile. Ulpian. in l. Vestis. de auro & argento legato, in P. Alciat. lib. 11. C. ad l. 1. de vest. holo. Plaut. in Persa. [Chlamydis nempe, non Parachlamydis meminit. 1. 3. 75. Gloss. Gr. Lat. χλαμύς, Chlamys, χλαῖνα, Lena.

PARACLĒTUS, i. m. [παράκλητος] profertur, a παρακαλεῖν, quod Consolor, rogo & hortor significat: item, Pro alio precator intervenio, ut advocatus & patronus. Hinc Paracletus, Advocatus, consolator, patronus, fautor. Et, Qui in foro ac judiciis a nostris Deprecatores vocantur, ii apud Græcos Paracleti dicuntur. Tertull. de Virg. Veland. cap. 1. Idem de Anima. cap. 55. & de Resurr. Carn. cap. 63. V. Suic. Thes.
Pænultimam natura longam corripuit Prudent. Cathem. 5. 160.
Spirat de patrio corde Paracletum. Idem Peristeph. 14. 430.

PARACLȲTUS, i. m. [παράκλυτος] per y scriptum, Infamem, aut præter famam significat: nam Para, in hujusmodi compositione, Præter, vel diminutionem denotat: κλυτὸς vero Famam adeptum. [Ego vocem hanc pro spuria habeo, nec usquam exstare puto.

PARACNEMIUM, i. n. [παρακνήμιον] Os in cruribus, de quo sic Cælius Rhodig. lib. 4. cap. 11. Ipsum autem crus ossibus constat duobus: alterum ab exteriore parte supra positum est, & vocatur paracnemium, parastata vero in jumentis, Vegetio tradente. Mulom. 4. 1. 2. V. Polluc. lib. 2. f. 190. & infra PARASTATÆ.

PARACOLLĒTICUS, a, um. Adj. [παρακολλητικός] Aptum ad glutinandum. ut, Emplastrum paracolleticum. Cels. 5. 19. 6.

PARACYNANCHE, es. f. [παρακυνάγχη] Tumor & rubor in faucibus. Celso 4. 7. Levissimum Anginæ genus.

PARADA, æ. f. Navigii tegumentum vel umbraculum apud Gallos. Sidon. 8. Epist. 12. Superflexa crate paradarum. V. ibi Sirmond. Auson. Epist. 5. 27.
Expositum subter paradas lectoque jacentem. V. Turneb. Advers. 22. 10. Scheffer. addend. ad lib. 2. de Mil. Nav. p. 325. Casaub. in Suet. Jul. cap. 52. Cerda Adv. 10 2. vel Lex. Pitisc.

PARADIASTŎLE, es. f. [παραδιαστολή] Schema est, ut ait Rutilius Lupus, quod duas aut plures res, quæ videntur unam vim habere, disjungit: & quantum distent docet, suam cuique propriam sententiam subjungendo. De hoc sic Julius Rufinianus, Paradiastole, est quum similes res discernuntur, contrariis redditis: ut Virg. 3. Ecl. 80.
Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres:
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ. Et 82.
Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas. Latine dicitur Discriminatio.

PARADIAZEUXIS, [παραδιάζευξις] est Figura in oratione, quæ fit quoties quid ita disjungitor, ut tamen conjunctum intelligatur, vel quum quid ita reticemus, ut tamen tacitis nobis intelligatur. Imp. in l. pen. De verb. sig. lib. 6. C.

PARADIGMA, ătis. n. [παράδειγμα] Latine Exemplum dicitur. Julius Rufinianus, Paradigmatos quidem triformis est ratio. Nam exemplum aut personas tantum exhibet sine sermone, aut sermonem sine personis, aut simul utrumque. Personam sine sermone, ut Cic. pro Milon. 8. Neque enim potuisset aut Ahala ille Servilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me Consule Senatus non nefarius haberi, si sceleratos cives interfici nefas esset. Sermonem sine persona, Catonis est dictum, Pedibus compensare pecunia. Sermonem pariter & personam. Cic pro Rosc. Amer. 34. Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriano simillimum? Hactenus Rufinianus. Donatus; Paradigma, est exempli hortantis vel deterrentis enarratio. Hortantis, ut Virg. 1. Æn. 246.
Antenor potuit mediis elapsus Achivis
Illyricos penetrare sinus, &c. Deterrentis, ut 7. Æn. 363
At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledæamque Helenam Trojanas vexit ad urbes. V. Isidor. 1. 36.

PARADIGMATICE, es. f. [παραδειγματική] Statuariæ species quæ gypsum tractans a typis non abscedit. Cæl. Rhodig. 29. 24.

PĂRĂDĪSUS, i. m. [παράδεισος] tametsi quidam femininum esse contendant; Hortum significat apud Xenophontem, & locum ferarum septum, sive vivarium aut viridarium. Vox deflexa est, ni fallor, ab Hebræo *Pardes*, quod hortum domesticum significat, sive pomarium. V. Gell. 2. 20 & Voss. Lex. Etym. vel Lex. Pitisc. conf. POMARIUM.

PARADĪSUS, [Παράδεισος] Syriæ oppidum supra Antaradum in Meridiem, ad Libani Orientale latus situm. V. Steph.
Amnis Paradisi meminit Plin. lib. 5. cap. 27. & Capella, lib. 6.
Paradisus in quo Adam a Deo creatus est, ubi, & quid fuerit, vide apud Cælium Rhod. lib. 1. cap. 22. & S. S. interpretes.

PARADISIACUS, a, um. Adj. Alcimus Avitus, 1. 300.
In paradisiaca ponuntur sede parentes. Venant. Fortun. lib. 6. Carm. 8.
Et paradisiacas spargit odore rosas.

PARADISICŎLA, æ. c. Prudent Hamartig. 928.
Et paradisicolæ post ulcera dira beato.

PARADISIGĔNUS, a, um. Adj. Theodulf.
Hic Paradisigeno veniens de vertice.

PARADOGUM, non Latinum, aut Græcum est verbum, sed Longobardicum, quo Nobilitas feudi significatur, quemadmodum ignobile feudum Pædagogum vocitabatur. Bald. & Alvaricus in feud.

PĂRĂDOXUS, a, um. Adj. [παράδοξος] Latine Admirabilis dicitur, præter opinionem, & inauditus. Unde Paradoxa, neutro genere. dicuntur Ea quæ sunt præter opinionem. Cic. 4. de Fin. 74. Hæc παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus. Idem in Parad. 1. Ego tibi illa ipsa, quæ vix in gymnasiis & in otio Stoici probant, ludens conjeci in communes locos: quæ quia sunt admirabilia, contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam Paradoxa appellantur.
Paradoxum, Schema est, de quo sic Rufinianus, Paradoxon sive hypomone, Sustentatio vel Inopinatum. Hoc schema suspendit sensum, deinde subjicit aliquid contra exspectationem auditoris, sive magnum sive minus & ideo Sustentatio, vel Inopinatum dicitur. Cic. pro Ligar. 27. Hinc prohibitus, non ad Cæsarem, ne iratus: non domum, ne iners: non aliquam in regionem, ne condemnare causam illam, quam sequutus esset, videretur: in Macedoniam ad Cn. Pompeji castra venit. &c. Hactenus Rufinianus.
Paradoxi etiam Mimi dicuntur. V. Schol. Juven. ad Sat. 8. 184. Siparium velum est, sub quo latent paradoxi, cum in scenam prodeunt. σπαραδόξονίκας eosdem dictos observat Salmas. ad Vopisc. p. 384.

PĂRĂDRŎMIS, idis. f. [παραδρομίς] Latine Ambulatio dicitur. Vitruv. lib. 5. cap. 11. extr. Proxime autem xystum & duplicem porticum designentur hypæthræ ambulationes, quas Græci παραδρομίδας, nostri xysta appellant, in quas per hiemem ex xysto sereno cælo athletæ prodeuntes exercentor. Adde Lex. Vitruvian. in Xystus; & Salmas. de Pallio p. 272.

PĂRÆNĔSIS, is. f. [παραίνεσις] Præceptio vel admonitio. Gell. 6. 14. &c

PARÆNĔTĬCUS, a, um. Adj. [παραινετικός] Præceptorius vel admonitorius, a verbo Græco παραινεῖν, præcipio & admoneo. V. Senec. Epist. 94. & 95.

PARÆTACA, ōrum. n. pl. [Παραίτακα] Urbs Mediæ, apud Steph. Byzant. vel

PARÆTACE, es. f. [Παραιτάκη] Civitas Parætacenorum in Babylone ad Zagrum montem, qui ex Armenia inter Medos Adiabenosque veniens, supra

supra Parætacen & Persiden porrigitur. Tigrin. & Euphraten fluvios habet.

PARÆTACĒNI, [Παραιτακηνοί] Populi sunt ultimi iu Media, montani & latrones, ac Persis contigui. Strab. lib. 15. Herodot. lib. 1. cap. 101.

PARÆTACĒNE, es. f. [Παραιτακηνή] Regio ipsa inter Persidem & Mediam sita, cujus meminit Curt. 5. 13. 2.

PARÆTACÆ, arum. [Παραιτάκαι] Populea illius tractus apud Strab. lib. 16. pr. & Arrian. lib. 3. de Exped. Alex. cap. 19. p. 205.

PARÆTŌNIUS, [Παραιτόνιος] Cyrenaicæ portus ingens, & ad quadraginta stadiorum amplitudinem expansus, Strabone auctore lib. ultimo. Etymum vocabuli apud Hermolaum lege cap. 5. quinti libri Plinii. Ibidem oppidum ejusdem nominis est ab aliis Hammonia dictum, eidem Straboni lib. ult. Quod tamen quidam Prætonium potius appellant. V. Ovid. 2. Amor. 13. 7. Et 9. Met. 772.

Item Coloris species ex spuma maris solidata, ab ipso loco unde foditur nomen habens, apud Vitruv. 7. 7. & Plin. 35. 6. Idem lib. 33. cap. 5. Parætonium, quoniam est natura pinguissimum, & propter lævorem tenacissimum, atramento aspergitur, ne parætonii candor pallorem chrysocollæ afferat.

PARÆTONIUS, a, um. Adj. a Parætonio. Lucanus Syrtes Parætonias vocat lib. 3. 295. conf. Idem 10. 9.

Nilus Parætonius. Stat. 5. Theb. 12.

Rates Parætoniæ. Ovid. 3. de Arte Am. 390.

PARAGAUDES, [Παραγαύδης Hesych.] quæ & PARAGAUDÆ dicuntur. Vestes erant, de quibus Trebellius Pollio in Claud. cap. 17. extr. Vestes diversas xvi. Albam subsericam, paragaudem triuncem unam. Et Vopiscus in Aureliano cap. 15. Quum darentur tunicæ subsericæ, lineæ paragaudæ. Ex quibus plane constat paragaudas genus esse vestimenti virilis, ut plurimum linei, quod sub alia veste gerebatur, vinctum nunc unico nexu, nunc pluribus loris, auratis fortasse. Ita enim intelligimus monolores, dilores & similia. Licet Hermolaus Barbarus a coloribus tractum putet in Corollario Pliniano. Nam & interulas dilores nominat idem Vopiscus in Bonoso extr. Hæc Alciatus. Meminit & Cælius lib. 16. cap. 10.

Paragauda, aliter ex Turnebo Advers. 9. 11. sic enim inquit, Ego igitur paragaudas arbitror fascias fuisse, vel aureas vel sericas auro ornatas, quæ vestibus intexerentur, non ut institæ adsuerentur. Id satis ostendit Imperatorum Gratiani, Valentiniani, & Theodosii rescriptum, quod habetur in l. 2. C. de vestib. holover. &c lib. 11. Nemo vir auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragaudas: nisi hi tantummodo, quibus hoc, &c. At in l. 1. eod. tit. Auratas ac sericas paragaudas auro intextas viriles privatis usibus contexere conficereque prohibemus, &c. vestis potius ipsa paragaudis distincta & insignita significatur. Nam & paragauda vestis ipsa etiam dicebatur. Vopiscus in Probo cap. 4. Interulas paragaudas duas. Et in Aureliano cap. 46. extr. Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, quum ante non nisi rectas purpureas accepissent. Qui locus prætexturam quandam vesti paragauda fuisse intextam significat, quum paragaudæ vesti purpuream rectam opponat, quæ nec clavata, nec prætexta erat. Harum quædam monolores erant, quædam dilores, aliæ trilores, aliæ etiam pentalores: ego autem suspicor monolores fuisse paragaudas vestes, quibus una tantum paragauda intexta esset: quibus autem duæ, quæ sua latitudine lora æmulari viderentur, dilores: quibus tres, trilores. Nam quod illa tanquam fasciæ lori æquarent latitudinem & simularent speciem, ideo suspicor ab historicis & populo sic vocatas fuisse. Vopiscus in seqq. Et quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & usque ad pentalores, quales hodie lineæ sunt. Haud me tamen fallit eruditos esse homines, qui monocroes, dicroes, tricroes, pentacroes hic scribendum asserant, & vestes intelligant bis, ter, quinquies purpuræ aut muricis fuco satiatas: sed nihil afferunt, cur eorum sententia sit recipienda. Paragauda autem, ut nihil prætermittam, verbum esse videtur ex Græco & Latino compositum, ut quoddam ornamentum & gaudium vestis intelligatur, vel quod limbo paragauda & margini vestis esset vicina, velut para caudam, id est juxta caudam & extremitatem & oram vestis. conf. Salmasii ad loca superiora Hist. Aug. not. vel Lex. Pitisc. [V. & ad seq. dict.

PARAGAUDIUS, a, um. Adj. apud eundem Vopisc. in Aurel. cap. 46. extr. V. Casaub. [Sic & in altero ejusdem in Probo loco in quibusdam codd. legitur, non dubito quin recte, ut distinguatur ipse Paragaudes a Paragaudia veste.

PĂRĂGŌGE, es. f. [παραγωγή] Adductio, Figura, qua littera vel syllaba fini dictionis jungitur, ut Dicier pro Dici: Potestur, pro Potest. Hanc alii Paralepsin, alii Prolepsin vocant. Ex Donato. V. Mart. Capell. p. 166.

PARAGONIA, n. pl. [παραγώγια] Ipsarum aquarum pori & meatus, dicta ἀπὸ τοῦ παράγειν, quod est deducere. Hinc παραγωγὴ dicta Ælio Donato: nam ἀγωγὸς, aquæductus est. Alciatus in l. Decernimus. de Aquæductib. lib. 11. C.

PARĂGORICUS, a, um. Adj. Mercabilis. Oct. Horat. 1. 8. [Sic est in Thes. Lips. Sed nisi me fallis, Parēgoricus, παρηγορικὸς, scribendum, quod Consolatorium, seu Lenitivum significat medicis. V. infra s. l.

PĂRĂGRĂPHE, es. f. [παραγραφὴ] Latine Exceptio dicitur, præscriptio, effugium litis, compositio. Gloss. Gr. Lat. Παραγραφὴ, Exceptio, Perscriptio. lege Præscriptio, ut in Lat. Gr. & ibid. Παραγράφω. Præscribo. Est & tropus apud Poetas, quum præcedenti completo ad alia fit transitus. Est etiam Annotatio in margine, & scholium.

PARAGRAPHUS, i. f. [παράγραφος] dicitur Linea in longum protensa, qua poetæ strophas & antistrophas in Dramatibus, JCti legum sectiones, seu particulas distinguebant. Vulgo g. m. usurpant. Sed f. est, quia subauditur γραμμή. Vox protrita jurisconsultis nostris. V. Alciat. lib. 3. Dispunctionum, cap. 16. & Cæl. lib. 15. cap. 20. & Hephæstion. Enchir. in cap. περὶ σημείων.

PARALIA, V. AMBRACIA.

PĂRĂLĪPŎMĔNON, [παραλειπόμενον] Derelictum, prætermissio. Hinc Q. Calaber poeta Græcus opus suum, quo ea exsequitur, quæ ab Homero sunt prætermissa. Ὁμήρου παραλειπόμενα inscripsit. In sacris quoque libris eadem ratione dicuntur, quibus ea supplentur, quæ in libris Regum aut prætermissa erant, aut breviter relata. V. Isidor. 6. 1. & 2.

PARALIUS, [πάραλιος] Tithymali tertia species est, ita dicta, quod loca maritima amet. Eadem & Tithymalis dicitur. Plin. lib. 26. cap. 8. Tertium genus tithymali parelius vocatur, sive Tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo. conf. Apul. de Herb. cap. 108. & Dioscor. 4. 164.

PĂRALLAXIS, is. f. [παράλλαξις] Differentia veri loci & apparentis. V. Mathematicos.

PARALLELISMUS, PARALLELOGRAMMUS, PARALLELONEUS, V. PARALLELUS.

PARALLĒLUS, a, um. Adj. [παράλληλος] quasi Alternus, mutuus, invicem comparatus, æqualiter distans. A quo Lineæ æque distantes, Parallelæ dicuntur. Ideoque, Segmenta mundi, quæ nos circulos dicimus, Parallelos Græci vocant, ut ait Plin. lib. 6. cap. 33. Paralleli dicuntur circuli sphæræ, qui ad eundem polum constituti finiuntur. Interpres Plutarchi neutro genere parallela dixit in Parallelis Plutar. id est Comparationibus. Aristot. quoque & Isocrates neutro genere utuntur.

PARALLELONEUS, a, um. Adj. ut, Terminus paralleloneus. Auctor de Limit. apud Goesium p. 310.

PĂRALLĒLISMUS, i. m. [παραλληλισμός] apud Mathematicos.

PARALLĒLŎGRAMMUS, a, um. Adj. [παραλληλόγραμμος] Parallelis constans lineis. ut, Parallelogramma mensura. Frontin. de Colon. p. 336. 353. & 358.

PARALLELOGRAMMUM, [παραλληλόγραμμον] Figura est quadrati. Eucl. 1. Elem. Theor. 1. 24. Parallelogrammorum spatiorum æqualia sunt inter se quæ ex adverso, & latera, & anguli: atque illa bifariam secat diameter.

PARALOGIA, æ. f. [παραλογία] Deceptio. Frontin. de Colon.

PARALOGISMOS, [παραλογισμός] Deceptio per falsas ratiocinationes, conclusio fallax, & captiosa argumentatio: a verbo Græco παραλογίζομαι, quod inter cetera significat, captioso genere argumentationis utor.

PARALOS, [πάραλος] apud Athenienses Navis genus erat, qua Theori (θεωροὶ) ad rem divinam faciendam Delphos mittebantur, eamque in usum solum publice destinata. Illi quoque, qui hac in navi vehebantur Parali dicebantur.

Paralorum quoque nomine Plutarchus intelligit Unam ex tribus factionibus Atheniensium, quæ Solonis tempore vigebant.

PARALURGES, [παραλουργής] Vestimenti genus, utrimque habens intextam purpuram: Iones παρυφὴν vocant, ut scribit Jul. Pollux lib. 7 cap. 13.

PARALUS, [Πάραλος] Periclis filius, quem pater tanto amore prosequebatur, ut cum infracto animo omnem calamitatem ferret, mortem filii sine dolore, ac lacrimis, immo ejulantibus tolerare non potuerit. V. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 7.

Fuit etiam Paralus, cui Hegesias primam longæ navis inventionem tribuit, referente Plin. lib. 7. cap. 56.

PĂRĂLȲSIS, is. f. [παράλυσις] Latine dicitur Dissolutio. Hermolaus, Paralysis, unde Paralytici, Latine resolutio nervorum dicitur, & alio nomine a Græcis hemiplexia, hoc est semiapoplexia, quum in alteram tantum partem corporis malum id incubuit: nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur. Nunc utrumque, inquit Cels. lib 3. cap. 27. paralysin appellari video. Nominatur id & Paresis fere a defectu virium. Hactenus Hermolaus. Plin. lib 20. cap. 3. Intestinorum omnium vitiis medetur & renum, & lumborum, & paralysi.

PARALYTĬCUS, [παραλυτικός] Qui paralysi laborat. Plin. lib 20. cap. 9. Ideo paralyticis & tremulis dare jubet. Idem 31. 6. & 32. 3. Utuntur etiam hac voce Petron. cap. 131. Tertull. Apol. cap. 21. & advers. Marc. 4. 10. Arator 1. 759. antepenultimam metri causa produxit:
— surgens paralytice dixit.

PĂRĂMĒRIA, n. pl. [παραμήρια] Femora. Cæl. lib 4. cap. 12. Intra coxas femora sunt, parameria dicta: nam quod coxas interjacet, mesomerium est. [Immo sic vocari interiorem femorum partem, τὸ ἐντὸς τῶν μηρῶν, docet Pollux lib. 2. s. 188. unde hæc sumsit.

PĂRĂNĒSE, es. f. [παρανήτη] Musicus sonus inter stantes. Vitruv. 5. 4.

PĂRĂNĒTE, es. f. [παρανήτη] Chorda proxima ultimæ. V. Vitruv. loc. cit. & 6. 1.

PARANGARIÆ, V. ANGARIA.

PARANITES, [παρανίτης] Gemma est ex Amethystorum genere, quæ in Arabiæ contermino invenitur, alio nomine Sapinus dicta. Plin. lib. 37. c. 9.

PARANYMPHUS, i. m. [παράνυμφος] vel potius PARANYMPHIUS, παρανύμφιος] Latine Pronubus dicitur, ab antiquis Auspex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auspicium capere solebant. Qui præerat huic rei, pro parte viri, a Græcis Paranymphus, a nostris Auspex dicebatur. Et ut Auspex pro parte viri, sic & Pronuba pro parte mulieris adhibebatur. August. de Civ. Dei 6. 9. Quid impletur cubiculum turba numinum, quando & paranymphi inde discedunt? Gloss. Lat. Gr. Auspex, Pronubus, παράνυμφος. Ibidem, Pronuba, ἡ παράνυμφος. Sic & in Græco Lat. Paranympham dixit Isidor. 9. 8. conf. Voss. Lex. Etymol. vel Pitisc.

PARAPATIUS, Unus ex Parthorum regibus, qui sibi Arsacis nomen, cognomento attribuit, tanta fuit Arsacis virtus. Alex. ab Alex. lib 1. cap 2.

PARAPĒCHY, [παράπηχυ] tanquam dicas Cubitale, apud Pollux. lib. 7. cap. 13. vestis alba, cubitum (unde illi nomen est) purpureum contextum habens. A Varr. 4. de L. L. 30. Inter Ornamenta muliebria ponitur, ut vult Scaliger. Conject. p. 57. Steph. Sed ibi vulgo legitur παραπηχύδια.

PARAPĒCHION, est Os minus brachii, quem nos Radium appellamus: Cæl. lib. 4. cap. 3. [Parapechion παραπήχιον, vel περιπήχιον, & παραπήχιον Mss. Polluc. 2. s. 142.

PARAPEGMA, ătis. n. [παράπηγμα] est Canon, aut organi species Astronomici. Cæl. lib. 8. cap. 8. Parapegma (inquit) ad fœnus rationem pertinet nihil: est enim eo nomine canon, aut organi species astronomici, quod significat Vitruv. 9. 7. Parapegmatum disciplinas nuncupans, quibus siderum occasus, & tempestatum comperiuntur significatus. Suidas παράπηγμα, inquit, πίναξ, ἢ ἄλλο τι ὄργανον ἀστρονομικόν.

PĂRĂPĔTASIA, orum. pl. Theod. Cod. 15. 1. Ædificia quæ vulgi more parapetasia appellantur.

PĂRĂPHERNA, orum. [παράφερνα] dicuntur a jurisconsultis, Quæcunque præter dotem dantur feminis, a παρὰ præter, & φερνὴ dos. Ulpian. de Jure dotium, l. Si ego, Ceterum si res dentur in ea quæ Græci parapherna dicunt, quæque Galli peculium appellant: videamus an statim fiant mariti. conf. Hotoman. de Vet. Rit. Nupt. c. 8. & Henr. Steph. Thes. Græc. Indic.

PARAPHERNALIS, e. Adj. ut, Bona paraphernalia, apud JCtos.

PĂRĂPHŌRUM, Aluminis species est, de quo Plin. lib. 35. cap. 15.

PĂRĂPHRASIS, is. f. [παράφρασις] Ejusdem sententiæ per alium sermonem expositio, & liberior interpretatio, quum quædam mutantes,

aut

aut etiam addentes, copiosius ac dilucidius explicamus quod ab aliis dictum est: cujusmodi est Themistii in Aristotelem. Quintil. lib. 10. cap. 5. Neque ego paraphrasin esse interpretationem tantum volo, sed circa eosdem sensus certamen atque æmulationem.

PARAPHRASTES, æ. m. [παραφραστής] Interpres, latius dicta explicans. Hieron. Præf. in Lib. Reg.

PARAPHRENĪTIS, idis. f. [παραφρενῖτις] est, Mentis delirium, a verbo παραφρονεῖν; hoc est mente percellor, moveor, deliro, desipio. Galen. in lib. 1. Prorrhetici Hippoc. [Immo hæc est παραφρόνησις seu παραφροσύνη, h. e. ipsum Delirium, παραφρενῖτις vero non nisi de levi & brevi mentis alienatione, cujusmodi in multis febribus accidit, dicitur.

PARAPHYADES, [παραφυάδες] Surculi & propagines. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 14. Sunt & in pedibus plerumque paraphyades, quas velut surculos dixeris, & propagines.

PARAPIANI, Populi sunt in India, regione Capissene, non procul ab Indo fluvio. Plin. lib. 6. cap. 23.

PARAPLĒGIA, æ. f. [παραπληγία] est, Membrorum resolutio, ex apoplexia in partem aliquam decumbente. Hippocrat. lib. 1. de Morb. vulgar. Natu majoribus autem & quos jam calor deficit, paraplegiæ, aut insaniæ, aut cæcitates. &

PARAPLEXIA, [παραπληξία] est, Detentio mentis, cum ereptione sensuum, & corporis resolutione, ex parte tamen. Galen. in Finitione Medica: Paraplectici demum dicuntur, quibus dextræ tantum partes, aut sinistræ resolutione elanguescunt. Paraplexia enim, ut a toto pars, ita ab Apoplexia, differt: quam rem idem Galen. eo quo dixi libro sæpicule explicat. conf. PARALYSIS.

PARAPOTAMIA, [Παραποταμία] Regio Asiæ Tigri fluvio proxima, unde & nomen accepit. Plin. lib. 6. cap. 28.

Est & Phocidis civitas, teste Steph. unde

PARAPOTAMIUS, a, um. Adj. [Παραποτάμιος] Parapotamii, Populi sunt in Phocide, Asiæ regione. Strab. lib. 9.

PARAPSIS, idis. f. [παροψὶς] Quadrangulum & quadrilaterum vas; id est paribus absidis. Isidor. 20. 4. Petron. c. 34. Ubi parapsis excidit. Et mox Parapsiden projicere. al. Paropsis. q. V.

PARARENCHON, önis. m. [παρaρέγχων] Nomen viri proprium. Sext. Pomp. lib. 12. Non omnibus dormio, proverbium videtur a Cipio (Al. Cipio) quodam, qui Pararenchon dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitius ejus uxor mœcharetur. Ejus meminit Lucilius. Hæc Festus. Alciat. lib. 4. Parerg. cap. 26. Pararhinchus, inquit, ἀπὸ τοῦ ῥέγχειν dictus est, quod rostro seu naso stertere, & somnum in mensa simularet, ut rivali uxoris suæ morem gereret, ut est apud Festum: quod & a quodam Galba factum fuisse Plutarchus est auctor, dum C. Mæcenati in uxoris suæ amorem effuso obsequeretur: unde ortum proverbium, Non omnibus dormio. Juven. 1. Sat. 56.

— doctus spectare lacunar,

Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso. Hæc Alciatus, a quo dissentiens Vitus Amerpachius in Cic. 7. Fam. 25. Apud Sex. Pompejum, inquit, male Pararhinchus Alciatus corrigit, quum sit a ῥέγχω, non a ῥύγχος facta vox. V. Erasm. in proverb. Non omnibus dormio, & Cæl. lib. 12. cap. 16. Porro ῥέγχω idem valet quod sterto; ῥύγχος rostrum. [Pararrhenchon. παραρρέγχων Græci sermonis proprietas postulat.

PARĀRIUS, i. m. [προξενητής] Qui nominibus faciendis intervenit, conciliator intercessorque inter emptorem & venditorem. Dubium an sit a Par, quia inter duos est medius, vel a Parare, quia utrinque præparat & conjungit animos. V. Voss. Etymol. p. 370. Senec. lib. 2. cap. 22. de Benefic. Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signatores advocari, nec chirographum dare. Budæus.

Parariis interpositis nomina facere. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 15. V. Rhodig. Ant. Lect. 11. 10.

PARARIUS, a, um. Ad. V. PAR.

PARASANGA, æ. m. [παρασάγγης, παρασάγγη] Parasangæ, inquit Festus, apud Persas, viarum mensuræ sunt. Budæus triginta stadia continere dicit. Plin. lib. 6. cap. 26. Inconstantiam mensuræ diversitas auctorum facit, quum Persæ quoque schœnos & parasangas alii alia mensura determinent. V. Salmas. Exerc. Plin. p. 141. Herodot. lib. 2. de Ægyptiis loquens, Quotquot enim inopes soli sunt: ii terram suam orgyis metiuntur. Qui vero minus inopes soli sunt: stadiis. Qui autem latifundia habent: parasangis metiuntur. Constat autem Parasanga triginta stadiis. Schœnus autem, quod ipsum verbum est Ægyptiacum, sexaginta. conf. Hennin. in Bergier. de Viis mil. 3. sect. 2. §. 2. Eisenschmid. de Pond. & mens. f. 3. c. 3.

PARASCĒNIA, n. pl. [παρασκήνια] sunt ab utroque latere Spatia in scena: nam scenam nonnulli interpretantur medianam theatri partem: Proscenium locus erat ante scenam parapetasmaque, sive velum, ut item pulpitum; unde per adagium dicimus Proscenia, quæ speciosa extrinsecus videntur, quum mira intus lateat fœditas. Cæl. lib. 8. cap. 8. V. Buleng. de Theatr. 1. 27. conf. NANNIUM.

PĂRASCEVASTĬCA, [παρασκευαστικὰ] sunt Conceptacula seminis, quæ Præparatoria appellitare possumus, quoniam seminarium humorem ad testes deferentis præfingere, & (ut sic dicam) delineare videntur. Cæl. lib. 4. cap. 22.

PĂRASCEVA, es. f. [παρασκευὴ] Apparatus a verbo Græco παρασκευάζω, quod est præparo, deducitur. Unde & dies quo Dominus noster Jesus Christus, pro humani generis salute cruci affixus fuit, parasceve dicitur: quoniam in eo Judæi sibi necessaria ad victum sequentis diei præparabant, ut Paschæ dies absque operatione aliqua transigeretur. V. Casaub. contra Baron. Exerc. 16. [Marc. 15. 42. παρασκευὴ, ὅ ἐστι προσάββατον.

PĂRASĒLĒNE, es. f. [παρασελήνη] Lunæ replicatio in nube cava se reflectentis, a παρὰ & σελήνη Luna. V. Hier. Vital. Lex. Mathem.

PARASIŌPĒSIS, is. f. [παρασιώπησις] Schema est apud Rhetores, a Latinis Præoccupatio dicitur, quum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Quod fit vel quum rem notam esse putamus auditoribus, vel quum suspicionem majorem excitare reticendo volumus. V. Quintil. 9. 3.

PARASĪTUS, i. m. [παράσιτος, ἐπισιτιζόμενος] Qui aliorum mensas & cibaria sequitur: quique ad voluntatem ejus, in cujus contubernio fit, omnia loquitur, & facit, nihil repugnans, cibi & ventris gratia. à quo nomen habet: nam παρὰ, apud Græcos, Ad significat: σῖτος Cibus: σιτίον Sagina. Qualis sit parasitus declarat Ter. Eun. 2. 2. 17.

Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt, &c.

Assentatio parasitorum in Comœdiis nobis faceta non videretur, nisi essent milites gloriosi. Cic. de Amicit. 98.

Edaces parasiti. Hor. 2. Epist. 1. 173.

Suadet parasitus militi. Cic. 1. Fam. 9.

Parasiti, Scorta vocati: cujus rei ea causa est, quia in conviviis, quum more Græco solerent talis sortiri vices bibendi, talos mittentes scorta invocabant sua, suasque amicas fausti ominis causa. Quia igitur parasiti invocati, id est non vocati venire in convivium solebant, quum essent patinarum affectatores, ab illa invocatione scorta appellari cœpere. Itaque apud Plaut. in Truc. 3. 2. 12. quum dixisset Truculentus adolescens;

Vel amare possum, vel etiam scortum ducere. Respondet Astaphium;

Lepide mecastor nuntias: sed hic mihi,

Ain' parasitum te potesse ducere? Qui versus satis indicat Parasitos, Scorta vocatos fuisse. Turneb. conf. Plaut. Capt. 3. 1. 9. [Ex quo loco nihil equidem minus exsculpseris. prioris alter versus sic legitur, Habent? AT. parasitum te fortasse dicere. Ubi Salmas. Haben'? Non satis tamen hinc liquet de scortis parasitis.

Parasiti verbum apud vetustissimos honestum fuit: Parasitique vocabantur Comites sodalesque Pontificum & magistratuum, ut docet Athenæus lib. 6. 5. Solon sic eos appellavit, qui in Prytaneo publico victu epulabantur, auctore Plutarcho.

Parasiti Phœbi sive Apollinis, dicebantur Mimi seu histriones: quia serviebant poetis, eorum scripta recitantes. Poetarum autem præsidem constat esse Apollinem. Martial. lib. 9. 29. de Latino Domitiani mimo,

Vos me laurigeri parasitum dicite Phœbi,

Roma sui famulum dum sciat esse Jovis. Parasitos Apollinis, interpretatur Verrius, Mimos secundarum partium, quod ludis Apollinaribus in mimis fere essent parasiti illarum partium actores. Pompejus, Verrius, inquit, parasitos Apollinis ait ita appellari, quod C. Volumnius, qui ad tibicinem saltarit, secundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis parasitus inducatur. In antiqua inscriptione Parasiti Apollinis est mentio, his verbis, AGILIO SEPTENTRIONI SACERDOTI MOSCHI DEI, APOLLINIS PARASITO, ALVMNO FAVSTINAE AVGVSTAE. Ex Turneb. conf. Montfauc. Palæogr. Gr. p. 172. & Scalig. Lect. Auson. 2. 19. vel Lex. Pitisc. ubi plures invenias auctores.

PARASĪTA, æ. f. Hor. 1. Serm. 2. 98.

Custodes, lectica, ciniflones, parasitæ,

Ad talos stola demissa. conf. Plin. 10. 23.

PARASĪTĬCUS, a, um. Adj. ut, Ars parasitica. Plaut. Capt. 3. 1. 9. Idem Stich. 1. 3. 76. Ac perjuratiunculas parasiticas.

Veniet ab hac parasitica mensa ad hanc regiam. Suet. Vit. Hor.

PARASITASTER, tri. m. Qui parasitorum est imitator, inquit Valla. Ter. Adelph. 5. 2. 4.

Est alius quidam parasitaster parvolus.

PARASĪTOR, [παρασιτέω] ari. Parasitum agere. Plaut. Pers. 1. 2. 4.

Quin Parasitando paverint ventres suos. Idem Stich. 4. 2. 54.

Vides ridiculos nihili fieri, atque ipsos parasitarier.

PARASITĀTIO, önis. f. Plaut. Amph. 1. 3. 23.

PARASIUS, [Παρράσιος] Pictor, sic enim a Plin. & Suida scribitur ejus nomen, non Parrhasius: licet error orthographiæ jam & apud eruditos invaluerit, Ephesius genere fuit, filius & discipulus Evenoris, qui Zeuxidem in certamine artis superavit, ut refert Plin. lib. 35. cap. 10. V. & cap. 6. conf. Suet Tiber. 44. & Hor. 4. Carm. 8. 6. Colum. R. R. præf. §. 31.

PARASPHAGIS, [παρασφαγὶς] Pars est juguli, nomine alio a Theodoro Clis, seu Clidium appellata, hæc collum respectat. Cæl. lib. 4. cap. 2.

PARASTADES, [παραστάδες] Postes seu Lapides, qui utrumque ostii latus muniunt. Vitruvius quoque Parastades in mentione templorum vocat Antas. Hermolaus. V. Vitruv. lib. 3. cap. 1. Eidem pars est Peristylii Græcorum lib. 6. cap. 10. & Catapultæ particula lib. 10. 15. Sed hic alii Parastatæ legunt, quæ quid distent a Parastadibus ostensurum se dicit ad lib. 5. 1. Philander. sed nihil ibi, nisi quid Parastatæ sint explicat. V. de utraque voce Henr. Steph. Thes. Græc. conf. ad seq. dict.

PARASTADA, æ. f. Idem Vitruv. l. 10. c. 15. Ad medianam parastadam. Al. Parastatam.

PARASTATA, æ. m. [παραστάτης] est Conceptaculum spermaticum, quod semiorium & virgam virilem interjacet. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 22. Parastatæ, Galeno lib. sing. de Finitionibus Medic. dicuntur, quos Latini Astites nominant, qui ex vena & arteria constant in unam naturam confertis, semen confoventes.

Parastatæ, ut est apud Vitruv. & Plin. Lapides sunt pilarum fere modo appositi columnis: a quarum similitudine, alterum cruris os (duo enim sunt) parastatæ nominatur in jumentis a Vegetio, (V. ad finem hujus observationis.) quod & paracnemion appellatur Julio Polluci 1. 10 2. Apud quem & meatus illi, per quos genitura e testibus per urinæ vias defertur, parastatæ nuncupantur. Sunt & in prælio, inquit, dicti parastatæ, nomen officii, quoniam adjuncti sunt prostatis, hoc est iis qui præsunt cornibus: sicut epistatæ, qui tertium in regendis his locum tenent. Sed & tabulæ quædam certis instrumentis a Vitruvio parastatæ vocantur. Hactenus Hermolaus. Plin. lib. 33. cap. 3. Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ, & parastatæ. Vitruvius 9. 9. In columna, aut parastata horæ describuntur. Bud. in istis Vitruvii & Plinii locis dicit male fuisse emendarum, legendumque Parastaticæ & Parastatica. [Sic sane in posteriore Vitruvii loco exhibet Iunrina & Philandri editio. apud Veget. quoque Mulom. 4. 1. Parastaticæ duæ expressum, nec aliter Plinii MSS. codices, ubi omnino Hard. V.

PARASTATICA, æ. f. V. in dict. præced.

PARASTĪCHIS, idis. f. [παραστιχὶς] Series litterarum nomen aliquod conficientium. Gell. 14. 6. Id etiam istis scriptum fuit, qui sunt apud Homerum versus ἰσόψηφοι, & quorum ibi nominum *parastichis* reperiatur. Usus & Sueton. de Illustr. Gram. cap. 6. 3.

PARASYNANCHE, [παρασυνάγχη] Morbus, quando adjacentium faucibus, musculorum inflammatio fit. Galen. lib. 4. in Aporif. Hippocrat. 34.

PARASYNAXIS, [παρασύναξις] Conventus, coitio secreta. Parasinaxes, conventicula hæreticorum. l. Quicunque. 8. C. de Hæret. & Manich.

PARATELLA, æ. f. Herba quam vocant Lapathum. Macer. de Herb. 2. 6.

PARATILMOS, [παρατιλμὸς] Supplicii genus erat, quod pauperioribus in adulterio deprehensis irrogabatur: illis enim pili ex pudendis evellebantur. Siquidem ditiores pecunia se redimebant: Inopi expilabatur sedes.

sedes. Unde & nomen factum. Nam παρατίλλεσθαι evelli significat. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 2.

PARATITLA, [παράτιτλα] Justinianus Imperator in Concept. Digest. Summas rerum appellat titulatim appositas: quales exstant Azonis. Alii Paratitla dici putant quasi Titularia, quod per ea titulus cum titulo, locus cum loco conferatur: idem quod vulgo *concordantias* vocamus.

PARATRAGOEDIO, vel PARATRAGOEDO, [παρατραγῳδέω] āre. Exaggerare, & verborum magnitudine aliquid augere. Plaut. Pseud. 2. 4. 17.

Illic homo est. CH. vide ut paratragœdiat carnufex. AL. Paratragœdat.

PARATRIMMA, V. INTERTRIGO.

PARATE, PARATUS. V. PARO.

PARAVARIS, V. PARABASIS.

PARAVĒRĒDUS, i. m. Paraveredi videntur fuisse Majores equi agminales, quod agmen sequerentur exercitus, conveherentque impedimenta. V. Rhod. Ant. Lect. 18. 8. Cerda Advers. 49. 1. l. 2. & l. 21. de Cursu public. lib. 12. l. 13. C. de excu. muner. lib. 10. l. 2. C. de præp. sacr. cubicul. lib. 12. l. 3. C. de silentiar. lib. 12. Cassiodor. lib. 11. Varr. Ep. 14. pr. ad Gaudios. & lib. 5. Epist. 39. ad Ampel. extr.

PARAVOLANUS, V. PARABOLANI.

PARAZŌNIUM, i. n. [παραζώνιον] Pugio erat, qui tribunis ab Imperatore dabatur: ut enim majoribus magistratibus gladius, ejusque potestas tribuebatur, sic tribunis parazonium. De hoc epigramma est Martial. lib. 14. 32.

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris
Arma tribunitium cingere digna latus.

Dio quoque Trajanum scribit dixisse, quum parazonium Suræ cingeret, hoc pro me, si recte imperaro utaris: sin secus, in me. Ita in his meritum honorem distinguebat magnitudo ferri, ac gladio accingebantur Imperatores, duces, præsides: pugione tribuni. Contra, ut in honoribus mandandis his armis accingebantur: ita quum ignominiose mittebantur, & honoribus privabantur, discingebantur, cujus rei multa passim in jure aliisque scriptoribus exstant exempla. Ex Turneb. Advers. 12. 6. conf. Rhod. Ant. Lect. 22. 19. [Dio lib. 68. τὸ ξίφος, ὃ παραζώννυσθαι αὐτὸν ἐχρῆν. Pugionem reddit Victor de Cæss. cap. 13. Ceterum etsi hoc teli genus Præfecto Prætorio ab Impp. tribuebatur, ex eo tamen non sequitur proprium id ejus gestamen fuisse, vel tribunorum. V. Lexic. Pitisc.

PARCÆ, [Μοῖραι, Αἶσαι] a Parco, per contrarium, quod nemini parcant: contra Jul. C. Scalig. sic dictas putat quod maxime parcant, Poet. 3. 90. Ideo tres esse Parcas arbitrantur, quoniam tria sunt tempora, in quibus omnia volvuntur. Varro apud Gell. 3. 16. a Partu, unius litteræ mutatione, deduci putat. Quoniam, ut scribit Hesiodus, (in Th 218. & 904.) hæ nascentibus hominibus bonum malumque conferre censeantur. conf. Turneb. 18. 34. Alii a Partienda vita humana dictas volunt, sicut μοῖρα a μείρομαι, partior. V. Voss. Etymol.

Tres autem fuisse Parcas, Clotho scilicet & Lachesin & Atropon finxerunt antiqui, quas Cic. 3. de Nat. Deor. 44. Erebi & Noctis filias fuisse scribit, & easdem fata esse existimat. Fingunt vitæ hominum præesse, & nendo eam ducere. Clotho colum bajulat, Lachesis net, Atropos filum frangit. Quapropter Lanificas sorores appellat Martialis. Tres Parcæ, Apuleius de Mundo ad fin. Sed tria fata sunt, numerus cum ratione temporis faciens, si potestatem earum ad ejusdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem: Et quod torquetur in digitis, momenti præsentis indicat spatia: Et quod nondum ex colo tractum est, subactumque curæ digitorum, futuri & consequentis seculi posteriora videtur ostendere. Lachesin dictam esse putant, quia λαγχάνειν Græce, Sortior designat. Atropon, quia verti non possit. Clotho, quoniam contorta & coordinata omnia teneat. Hæc enim, nomina ipsa lingua Græca ostendunt. Apulej. d. l. Juvenal. 9. 135.

— at mea Clotho
Et Lachesis gaudent, si pascitur inguine venter.

Martial. lib. 4. 54.

Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit: observant quem statuere diem: &c.

Concordes stabili fatorum numine Parcæ. Virg. 4. Ecl. 47.

Nocentum ira Parcarum. Stat. 5. Silv. 2. 85.

Parca non mendax. Hor. 2. Carm. 16. 39. Illud e vetere ritu. Nam ultima hebdomadis die, qua quis in lucem editus erat, fata vocabantur quæ scriberentur, quod eo die viderentur Parcæ in totam statuere vitam, qua fortuna futurus quis esset. Tertull. de Anima. Dum per totam hebdomadam Junoni mensa proponitur, dum ultima die fata scribenda advocantur. Hinc illud Virg. 4. Ecl. 46.

Talia fata suis dixerunt currite fusis. Turneb. 10. 22.

Nubila nascenti mihi Parca fuit. Ovid. 5. Trist. 3. 14.

Sævæ. Valer. 5. Argon. 531.

Veraces. Hor. in Carm. secul. 25.

Fœdere Parcarum sic cautum est. Ovid. 5. Met. 533.

Hilares Parcæ meliora pensa manu ducunt. Juven. 12. Sat. 65.

Nubere meliore Parca, i. e. Auspicio vel fortuna. Ovid. 11. Epist. 105.

Propinquat dies Parcarum. Virg. 12. Æn. 150.

Prohibent iniquæ Parcæ. Hor. 2. Carm. 6. 9.

PARCO, peperci & parsi, parsum, [φείδομαι] ĕre. Abstinere, parum tangere proprie significat.

Parcui, præteritum quo usi sunt veteres. Nævius Quadrigeminis, Suo labori nullus parcuit: i. e. Pepercit. Non. 2. 653.

Parcere, [συγγινώσκειν, συγγνωμονεῖν] Veniam dare, id est ab ultione abstinere; tunc Peperci facit, auctore Donato in Hecyr. 3. 1. 2. Parco, Conservo, inquit, *Parsi* facit: Parco, Veniam do, *Peperci*. Servius vero de Parsi & Peperci sic dicit, Multa usus contra antiquitatem vendicavit: Illi enim Parsi dicebant, non Peperci. Cic. 4. Verr. 177. Ut esset idem monimentum victoriæ, mansuetudinis, continentiæ: quum homines viderent & quid expugnasset, & quibus pepercisset, & quæ reliquisset. Idem 4. Fam. 12. Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus est amicus qui mortem afferret. Cui, pro Cujus vitæ pepercerant.

Fortuna tibi pepercit. Lucan. lib. 3. 96.

Supplicibus parcere. Hor. 3. Carm. 10. 16.

Subjectis parcere. Virg. 6. Æn. 853.

Parce precor. Hor. 4. Carm. 1. 2.

Parcere, Conservare, & Parsi tunc facit, ut vult Donat. Peperci tamen apud Plaut. in Aulul. 2. 8. 10.

— festo die si quid prodegeris,
Profesto egere liceat, nisi peperceris.

Parcere vitam. Gell. Noct. Attic. lib. 16. cap. 19. Tum illum ibi pernicie intellecta, pecuniam ceteraque sua ut haberent, dedisse: vitam modo sibi ut parcerent, orasse. De Arione loquitur. Sic Plaut. Curc. 3. 10.

Qui homo mature quæsivit pecuniam,
Nisi eam mature parsit, mature esurit.

Eodem sensu accus. regit in veteri formula sacrificiorum, qua operantes Parcere linguam, id est continere, vel tacere jubebantur. apud Fest.

Parcere & Perdere, contraria. Cic. pro Quint. 51. Jugulare civem ne jure quidem quisquam bonus vult: mavult enim commemorare se, quum posset perdere, pepercisse, quam quum parcere potuerit, perdidisse.

Parcere & Spoliare, contraria. Cic. pro Cœl. 42. Parcat juventus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam, &c.

Nihil parcunt. V. NIHIL.

Ædificiis parcere. Cic. 6. Verr. 120. Itaque ædificiis omnibus, publicis & privatis, sacris & profanis sic pepercit, quasi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda, venisset.

Animo, Ignoscere. Ovid. 1. de Pont. 5. 23.

Parcendum est animo, miserabile vulnus habenti.

Auribus alicujus. Cic. pro Quint. 40.

Auxilio alicujus. Cic. pro Planc. 86. Ego vero fateor mehercule, quod viderim mihi auxilium non deesse, idcirco me illi auxilio pepercisse. i. e. Abstinuisse, neque uti voluisse auxilio illo.

Capillis. Ovid. 1. Amor. 7. 65.

Castris hostium. Cic. de Arusp. Resp. 59.

Caritati hominum maxime parcendum est, ne temere in eos dicas qui diliguntur. Cic. 2. de Orat. 237.

Consuetudini auribusque. Cic. 3. de Orat. 168. Ita fit, ut omnis singulorum verborum virtus atque laus tribus exsistat ex rebus: si aut vetustum verbum sit, quod tamen consuetudo ferre possit: aut factum vel conjunctione vel novitate, in quo item est auribus consuetudinique parcendum: aut translatum, &c.

Dolori & iracundiæ, Temperare. Cic. 2. Att.

Famæ suæ. Propert. lib. 1. 16. 11.

Flatibus hibernis Euri parcebant. Virg. 2. Georg. 339.

Gladio parcere, pro Abstinere a cædibus. Senec. Epist. 115. Sic Lucan. lib. 1. 147.

— temerando parcere ferro.

Injuriis non parcere. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 9.

Labori. Ter. Hec. 2. 1. 29.

Meo labori haud parcens, præter æquum atque ætatem meam.

Lamentis parcere, Continere se a fletu. Liv. 6.

Luminibus, Oculos avertere. Ovid. 5. Met. 248.

Metu parcere, Deponere metum. Virg. 1. Æn. 261.

Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi.

Servius, Elocutio usualis, i. e. Dimitte metum: quomodo dicimus Parce verbis, Parce injuriis. Est ante Metu dativus antiquus.

Minori major parcas. Hor. 2. Serm. 3. 326.

Nominibus viventium, Abstinere. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Operæ. Cic. 13. Fam. 27. Sed tamen non parcam operæ, & ut vos soletis in formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo.

Pretio. Plaut. Capt. prol. 32.

Pudicitiæ nec suæ nec alienæ. Cic. pro Rabir. perd. reo 8.

Rei ne cui parcat, i. e. Ne quid omittat. Nepos 4. 2. 5.

Sibi parcere, h. e. Parcere labori, minuere laborem quem aliquando suscipiebamus, & sibi consulere. Ter. Heaut. 1. 1, 112.

— quæso tandem aliquantulum
Tibi parce, idem absens facere te hoc vult filius.

Stimulis, Parcius uti. Ovid. 2. Met. 127.

Parce, puer, stimulis, & fortius utere loris.

Sumptui in re aliqua parcere. Cic. 16. Fam. 4. Illud, mi Tiro, te rogo, sumptui ne parcas ulla in re, qua ad valetudinem opus sit.

Teneris parcendum. Virg. 2. Georg. 363.

Valetudini. Cic. 11. Fam. 27. Quem quum objurgarem, quod parum valetudini parceret, tum ille, &c.

Verbis non parcere, Maledictis. Ovid. 4. de Pont. 3. 28.

Vitæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 15. Sed eorum imperatorum, qui patriæ consulerent, vitæ non parcerent.

Voci ne parce, ut audiat. Plaut. Mil. 4. 6. 5.

Parcere telo suo in hostes. i. e. Reservare telum ad hostes suos perdendos. Lucret. lib. 6. 398.

— cur ipse sinit, neque parcit in hostes? De fulmine Jovis.

Parcere, ne. Plaut. Trin. 2. 2. 35.

Neu tibi ægritudinem pater parerem, parsi sedulo.

Parco, cum infinitivo. ut, Parce dare. Hor. 1. Carm. 28. 23.

At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ, &c.
Particulam dare.

Parcite pollutis contingere vincula palmis. Sil. 17. 27.

Parcite credere, Nolite credere. Ovid. 3. de Arte Am. 457.

Parce privatus nimium cavere, i. e. Noli nimium cavere. Hor. 3. Carm. 8. 26. Virg. 4. Ecl. 94.

Parcite oves nimium procedere.

Ubi Servius; Parcite, Prohibete, id est servate ne procedant.

Nihil promittere parcunt. Catul. Argon. 62. 146.

Parcere perdere vitam. Ter. Hec. 3. 1. 2. Heu me infelicem, hanccine ego vitam parsi perdere? Ubi Donatus, Parsi, Continui sive abstinui significat.

Parce precor manes sollicitare meos. Ovid. 3. Trist. 11. 32.

Parcitur, impers. [φείδεται] Cic. 2. Att. Sed tamen satisfiet a nobis, neque parcetur labori.

Parcitum est. Plin. lib. 33. cap. 4.

Parceretur ab. Liv. 25. 25. Legati eo ab Tycha & Neapoli cum infulis & velamentis venerunt, precantes ut a cædibus & ab incendiis parceretur.

Inf. Paff. Cic. 2. Philipp. 59. Nemo erat eorum, qui tunc tecum fuerant, qui mihi non cenferet parci oportere.

PARCENS, entis. Partic. [φειδόμενος] ut, Viribus parcens. Hor. 1. Serm. 10. 13.
Laborans, quærens, parcens. Ter. Heaut. 2. 2. 87.
Dexteræ parcentes. Hor. 3. Carm. 19. 21.
Verberibus parcens. Stat. 6. Theb. 305.

PARSURUS, a, um. Partic. [φεισόμενος] Suet. Tiber. cap. 62. Ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur.
Nec impensæ, nec labori, nec periculo parsurum. Liv. 33. 44. extr.

PARCIFILIA, a. Adj. Vet. Interp. Iren. 4. 17.

PARCUS, a, um. Adj. [φειδωλὸς, φειδωλός] Frugi, & sumptibus parcens. Plaut. Mostel. 1. 2. 30.
Quo nemo adæque, juventute ex omni Attica,
Antehac est habitus parcus, nec magis continens.
Parcus composito vocabulo dictus est, quasi Par arcæ: quando sicut in arca omnia reconduntur, ejusque custodia servantur & continentur, ita homo tenax parvoque contentus, omnia custodita & recondita habet sicuti arca. Alii Parcum ob eam causam dictum, quod pecuniam consumi atque impendi arceat. Verum Phavorinus apud Gellium neque ab Arca, neque ab Arcendo, sed ab eo quod est Parum & parvum, Parcum denominatum dicit. Ex Gell. lib. 3. cap. ult. V. Voss. Etymol.
Prodigus & luxuriosus, Parcus & diligens; contraria. Auctor ad Heren. lib. 4. 46. Ex contrario ducitur sic, ut si quis hominem prodigum & luxuriosum illudens, parcum & diligentem appellet.
Senes parci. Hor. 2. Carm. 8. 22.
Parcus & tenax pater. Cic. pro Cœl. 39.
Colonus parcissimus, frugalissimus. Cic. 2. de Orat. 287.
Parcus, cum gen. ut, Parcus opum. Claud. in sec. Conf. Stilich. 218.
Aceti veteris non parcus. Hor. 2. Serm. 2. 62.
Cruoris. Claud. in 1. Conf. Stilich. 28.
Pœnæ. Claud. de 4. Conf. Hon. 113.
Honorum parcissimus, Qui honoribus parcit, neque honores desiderat. Plin. lib. 10. Epist. 9.
Sanguinis civium parcum credidere. Tacit. 3. Hist. 73.
Parcus, abl. junctum. ut, Parcus opera. Plaut. Rud. 4. 2. 14.
Parca comitatu dicitur Plotina Trajani a Plin. in Paneg. cap. 83. Quod paucos in comitatu haberet.
Parcus in. Cic. pro Corn. Balb. 50. M. Crassus non Aletrinensem fœderatum civitate donavit, homo tum gravitate & prudentia præstans, tum vel nimium parcus in largienda civitate?
Tam parcus in ædificando, quam diligens in tuendo. Plin. Paneg. cap. 51. pr.
Acies parca. V. ACIES.
Cultor deorum parcus & infrequens. Hor. 1. Carm. 34. 1.
Ira parcior meo merito. i. e. Minor. Ovid. 2. de Pont. 2. 98.
Juventus parca magnum donandi. Hor. 2. Serm. 5. 79.
Lucerna. Propert. lib. 4. 3. 60.
Sale parco contingere aliquid. i. e. Modico. Virg. 3. Georg. 403.
Somnus parcus, & brevis. Plin. in Paneg. cap. 49. extr.
Tellus parca, Agelius. Stat. 4. Silv. 5. 13.
Parcus & Elegans, contraria. Cic. in Orat. 81. Nam sicut in epularum apparatu a magnificentia recedens, non se parcum solum, sed etiam elegantem videri volet. Idem de Clar. Orat. 148. Crassus erat elegantium parcissimus, Scævola parcorum elegantissimus.
Parcior. Compar. Suet. Aug. 38. pr. Nec parcior in bellica virtute honoranda. conf. Ira paulo ante.
Parcissimum tamen hominem vocamus pusilli animi & contracti, quum infinitum intersit inter modum & angustias. [Apud Senec. puto.
Æstimator beneficiorum parcissimus. Plin. in Paneg. cap. 21.

PARCE, Adv. [φειδομένως] Frugaliter, moderate. Plaut. Truc. 2. 3. 26.
Ita ego illam edepol servem, itaque parce victitem,
Ut, &c. Subaudi Pecuniam.
Parce ac duriter vitam agere. Ter. Andr. 1. 1. 47. Et Adel. 5. 5. 20.
Vivere parce. Lucret. lib. 5. 1117.
Parce parcus. Plaut. Aulul. 2. 4. 35.
Parce & continenter vivere, cui opponitur Diffluere luxuria. Cic. 1. Off. 106. Intelligemus quam sit turpe diffluere luxuria, & delicate ac molliter vivere: quamque honestum, parce, continenter, severe, sobrie.
Nimium parce. V. NIMIS.
Parce & restricte facere. Cic. 2. de Fin. 42. Nec tamen, cur id tam parce, tamque restricte faciant, intelligo.
Parce & paulatim. Cæs. 7. Bell. Gall. 71.
Exigere pretium parcius. Ovid. 1. Amor. 8. 69.
Profiteri amores parce. Ovid. 2. de Arte Am. 630.
Parce uti verbis. Cic. 3. de Orat.
Parce & timide de aliquo scribere. Cic. 6. Fam. 7. Scripsi de te parce medius fidius, & timide, non revocans me ipse, sed pæne refugiens.
Compar. Hor. 1. Epist. 7. 37.
Sæpe verecundum laudasti: rexque paterque
Audisti coram, nec verbo parcius absens. i. e. Appellatus es a me rex, & pater coram, & nihilominus absens. Lambin. Alia exempla supra V.
Parcius condire. Plin. lib. 14. cap. 7. Postquam parcius mari condiunt.
Dicere parcius de laude alicujus. Cic. pro Muren. 26.
Objicere. Virg. 3. Ecl. 7.
Parcius ista viris tamen objicienda memento.
Vexare aliquem parcius, Minus. Ovid. 8. Epist. 13.
Parcius junctas quatiunt fenestras. i. e. Minus frequenter. Hor. 1. Carm. 25. 1.
Superl. Honores parcissime delibare. Plin. Paneg. cap. 54. Quintil. 10. 4. extr. Panegyricum Isocratis, qui parcissime, decem annis dicunt elaboratum. i. e. Qui minimum volunt dicere.
Parcissime facere potestatem aquæ. Columel. lib. 6. cap. 7.

PARCITER, Adv. Claud. Mamert. præf. Parciter prælibare. conf. Non. 11. 47.

PARCITAS, ātis. f. [φειδώ] Frugalitas. Sen. 1 de Clement. 22. Civitatis mores magis corrigit parcitas animadversionum. i. e. Non frequens, aut non austera nimium punitio. conf. Pallad. 1. 26.

PARCIMONIA, vel PARSIMONIA, æ. f. [φειδωλία] Moderatio sumptuum & parcitas. Ter. Heaut. 3. 1. 32.
Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis:
Aut largitate nimia, aut parsimonia. Cic. in Parad. 6. O dii immortales, non intelligunt homines quam magnum vectigal sit parsimonia?
Parcimonia in edit. Historiarum Cæsarum Francfort. & ratione carere hæc scriptura non videtur. Est enim a Parcus, non a Parsi, ut Castimonia, Sanctimonia, a Castus & Sanctus. Sic Parcitas per c, ut Castitas & Castimonia. sic etiam apud Cruquium 530. Parcimonia cum c. H. St. Cui doctiores passim astipulantur.
Parsimonia, est Scientia vitandi sumptus supervacuos, & re familiari moderate utendi. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 34.
Antiqua. Tacit. 12. An. 53.
Rustica illa atque inculta parsimonia. Cic. pro Quint. 92.
Sera in fundo parsimonia, Proverbialis sententia apud Senecam in prima epistola, quæ admonet, in tempore parcendum rebus necessariis: neque imitandum profusorum vulgus, qui tum denique incipiunt parcere, posteaquam viderint minimum superesse. Traduci potest hæc sententia ad res animi. Erasm.
Sine parsimonia. Plin. lib. 12. cap. 14. Alexandro Magno, in pueritia sine parsimonia tura ingerenti aris. i. e. Profuse nimis.
Adhibere parsimoniam. V. ADHIBEO.
Custodire. V. CUSTODIO.
Minuendum nostra parsimonia decus illud triomphi non putavi. Cic. Provinc. Conf. 28.
Oratoris parsimoniæ. Cic. in Orat. 84. Sunt enim pleræque aptæ hujus ipsius oratoris, de quo loquor, parsimoniæ.
Sanguinis parsimonia etiam vilissimi. Senec. de Clement. lib. 1.
Temporis parsimonia. Plin. 3. Epist. 5.

PARCILŎQUIUM, i. n. Apul. 5. Met. p. 164. Fidei atque parciloquii mei perpendisti documenta.

PARCIPRŌMUS, i. m. Plaut. Pseud. 5. 1. 22. Parcipromi victu cetero. Idem Truc. 2. 2. 81.
Sed isti, qui cum geniis suis belligerant, parcipromi.

PARDALIANCHES, PARDALIOS, PARDALIS, PARDALIUM, V. PARDUS.

PARDUS, i. m. [πάρδος] Animal est, cujus femina, Pardalis dicitur, & Latine Panthera. q. V. Plin. lib. 8. cap. 17. Nunc varias, & pardos, qui mares sunt, appellant in eo genere, creberrimo in Africa, Syriaque. Idem lib. 10. cap. 37.
Celer pardus. Lucan. lib. 6. 183.
Fulminei. Claud. de Conf. Mal. Theod. 303.
Sublimis pardus magno hiatu. Juven. 11. Sat. 123.
Virides. Claud. in 2. Conf. Stilich. 345.
Pardus blando felit. Auctor Philomel. 50.
Ad ignoscendum ferrei, ad inimicitias pardi, ad fallendum vulpes. Sidon. 5. Epist. 7.
Pardi mortem simulat. Proverbio dicebatur ubi quis astu perniciem alicui molitetur: veluti quum Brutus stupidum ac dementem ageret, ut in posterum imperio potiretur. Id adagium ad quendam apologum referunt, de quo vide Erasm. in Chiliad.

PARDALIS, is. f. [πάρδαλις] Animal idem, Syriæ Africæque peculiare, quod alio nomine Panthera appellatur. q. V. De femina tantum dicitur.
Pardalis in foribus. Apud Phryges Pardalis pro foribus affixa, Homero teste, signum immunitatis erat, ne hostium incursibus pateret. Alex. Alexand. lib. 5. cap. 24.

PARDALIOS, i. m. [παρδάλιος] Gemma est maculis quibusdam variegata, a Pantherinæ pellis similitudine nomen habens. Plin. lib. 37. cap. 11.

PARDALIUM, i. n. [παρδάλιον] Unguenti nomen, sic dictum quod pardalis odorem reddat, quæ sola ex animantibus odorem reddit, & Latine panthera dicitur. Plin. lib. 13. cap. 1. Fuerat & pardalium in Tharso, cujus etiam compositio & mistura obliterata est.

PARDALIANCHES, is. n. [παρδαλιαγχὲς] Veneni genus. Plin. lib. 8. cap. 27. Pantheras perfricata carne aconito (venenum id est) Barbari venantur. Occupat ilico fauces earum angor, quare pardalianches id venenum appellavere quidam.

PAREAS, vel PARIAS, æ. m. [ὁ παρείας] Serpentis genus. Hesych. παρείας, ὄφις. &c. Lucan. 9. 721.
Et contentus iter cauda sulcare pareas. conf. Isid. 12. 4.

PARECBĂSIS, is. f. [παρέκβασις] Latine Transgressio, excursus & excursio dicitur. Quintil. lib. 4. cap. 3. Parecbasis est, alienæ rei, sed ad utilitatem causæ pertinentis, extra ordinem procurrens tractatio.

PARECHĒSIS, is. f. [παρήχησις] Cum plures litteræ vel syllabæ eundem sonum reddunt. V. Voss. P. 2. Rhet. p. 331.

PARECTĀTOS, i. m. [παρεκτατός] Non. 2. 341. Parectati, hi qui de pueritia veniunt ad pubertatem: a Græco vocabulo sumptum. Lucil. lib. 8.
Inde parectati, chlamydes, ac barbula prima. Al. Parectatæ. Idem lib. 20. Tum ephebum quendam, quem vocant parectaton. Varro de Compos. Sat. Parectatæ adsunt, mulierque mulier Venus caput. [An Mulierumque? παρέκτατοι sunt, qui justam staturam adepti sunt.

PAREDONI, suis Pratitæ, Hyrcanici maris accolæ: hi influentem Tigrim in mare excipiunt. Plin. lib. 6. cap. 15.

PAREDROS, V. PAREDRUS.

PAREGMĔNON, [παρηγμένον] Figura, Cum voces ejusdem originis conjunguntur. V. Voss. P. 2. Rhet. p. 208.

PARĒGŎRIA, æ. f. [παρηγορία] Solatium, mitigatio. Apul. de Herb. cap. 24. Herba mirifice paregoriam præstat. Hinc

PAREGORICOS, a, um. Adj. [παρηγορικὸς] Mitigatorius. Th. Priscian. 1. 9. Paregorica adjutoria. conf. PAREGORICUS.

PARELCON, ontis. n. [παρέλκον] est Productio dictionis ex adjectione syllabæ, sive etiam dictionis integræ ad aliam dictionem superacua adjectio. Ter. And. 1. 1. 63. Nihil ad Pamphilum quicquam. Ubi Donatus, παρέλκον. nam abundat Quicquam. nam Nemo quisquam, non dicitur. Virg. 1. Æn. 207.
— & vosmet rebus servate secundis. Ubi Servius, MET parelcon est.

PARĒLIUS, i. m. [παρήλιος] est Imago solis a latere ejus in nube densa & aquosa apparens, aliquando duo tresve soles cernuntur. V. Plin. 2. 31. & Corn. Gemma Cosmocrit. 7. 8.

PAREM.

PARENCHIRESIS, is. f. [παρεγχείρησις] (quod verbum apud Quintilianum reperitur lib. 7. cap. 1. de Divisione seu parenchiresi) est, Quum præter orationem, vel declamationem, hujus tamen vel illius causa, Orator vel Rhetor, de ordine capitum, divisione causæ, collocatione & dispositione apud se exigit & pervestigat, aut discipulos instituendo quæstiones & capita docet, & ultra eos, qui idem argumentum tractarunt, excogitare aliquid conatur. Quod enim id præter orandi vel declamandi officium & munus sit, & aliquid præter alios excogitandi labor suscipiatur, parenchiresis vocatur, velut Conatus quidam & aggressio, præter legitimum opus. V. mox not.

Est & Parenchiresis, Quum argumentum & negotium ab alio tractatum alius sibi scribendum sumit, ut apud Cic. 15. Att. 4. de oratione Bruti, Prorsus contendis committere, tam multis verbis agis. Egone ut eam causam, quam is scripsit? Ego scribam non rogatus ab eo? nulla παρεγχείρησις fieri potest contumeliosior. Hic Parenchiresin vocat Scriptam a Bruto causam scribere. Eodem modo Themistius, elegans & nitidus scriptor, parenchiresin appellat, quum quid secus quam alii dicimus, aut prætermissum scribimus. Ejus verba sunt, (pr. Comment. in Analyt. post.) τό τε, σμικρὸν ἕνεκα παρεγχειρήσεων, ἀλλότριοι κατασκευάσειν πραγματείας, ἐμοιγε τῷ τῶν Ἀθηνῶν βουλομένῳ μεταποιεῖν τὸ ἔργον, ὅτι τὰ δοκοῦντα ... [illegible] Hinc Timæus ἀπαρεγχείρητος, perfectum appellat, & quod est suis omnibus numeris absolutum. Hæc ideo tam multis, ne quis hujus dictionis novitate & insolentia perturbetur, quum ab alio, quod sciam, nondum sit explicata. Ex Turneb. 20. 11. [Quintiliani in Mss. codd. non reperitur illa capitis inscriptio, nec in textu usquam ea vox occurrit. Gloss. Lat. Gr. Cavillatio, Ἐνέδρα, ἀπάτη, παρεγχείρησις.

PARENCHYMA, ătis. n. [παρέγχυμα] Cujusque visceris propria substantia est, ut placet Erasistrato, apud Galen. lib. 2. cap. 3. de Temperamen. Causam appellationis affert pr. lib. 11. de simpl. med. fac.

PARENSETA, [Παρυάδρης] Regio Armeniæ minori contermina. Strab. lib. 11. Sed V. Salmas. Exerc. Plin. p. 440. edit. Ultraj.

PĂRENS, entis. c. [πατήρ, γονεύς] a Pario fit. Festus, Parens vulgo pater aut mater appellatur: sed juris prudentes avos & proavos, avias & proavias parentum nomine appellari dicunt. Paul. de Gradibus affinitatis, I. Jurisconsultus, Parentes apud Romanos usque ad tritavum proprio vocabulo nominantur. Cic. 1. de Invent. 105. Ad suas res nostras injurias referant. Si ad pueros pertinebit, de liberis suis cogitent: si ad mulieres, de uxoribus: si ad senes, de patribus aut parentibus. Sall. Catil. cap. 6. Libertatem, patriam, parentesque armis tegere. ubi Cort. V. Virg. 9. Æn. 84.

Quod tua cara parens domito te poscit Olympo.

Natorum quinque parens. Ovid. 3. Amor. 6. 34.
Core fugas parentum. Senec. Hippol. 2.
Nomen mite parentis. Ovid. 4. de Pont. 9. 134.
Proles parentum. Virg. 3. Georg. 108.
Sanguis pauperum parentum. Hor. 2. Carm. 20. 5. Sanguis, Filius.
Cari parentes. Ovid. 1. Amor. 7. 5.
Confarreati. Tacit. 4. Ann. 16. Nam patricios, confarreatis parentibus genitos, tres simul nominari, &c. Andreas Alciatus in Tacitum, Legitima matrimonia ab antiquis ita celebrabantur, ut farreum libum communicarent, & degustarent. Festus & Boethius auctores. Meminit & Dionysius Halicarnasseus. V. CONFARREO, & FARREUM.
Confectus ætate parens. Virg. 4. Æn. 599.
Dubitatus. Ovid. 2. Met. 20.
Fessus ætate. Virg. 2. Æn. 596.
Geminus. Virg. 3. Æn. 180.
Ingenuos clarosque parentes habere. Hor. 1. Serm. 6. 91.
Intestati. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Longævus. Virg. 3. Æn. 169.
Parcus uterque. Ovid. 1. Amor. 3. 10.
Rigidus. Ovid. 2. Met. 813.
Superstites. Hor. Epod. 5. 101.
Tardus senio. Senec. Herc. fur. 3.
Tremulus. Catul. 66. 142.
Veterum decora alta parentum. Virg. 2. Æn. 448.
Non alere parentes nefarium est. Cic. 9. Att. 11.
Anteire titulis parentes. Stat. 3. Theb. 156.
Colere in loco parentis. V. COLO.
Curare parentes. V. CURO.
Facere parentem pulchra prole. Virg. 1. Æn. 78.
Fieri parentem. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Facta parens duorum. Ovid. 6. Met. 191.
Habere Carissimos parentes debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est. Cic. Post red. in Senat. 2.
Observare & diligere aliquem, ut alterum parentem. Cic. 5. Fam. 8.
Præstare pietatem parentibus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Parentes & propinqui. Cic. 7. Verr. 107.
Fecunda parens. Ovid. ad Liviam 81.
Longæva. Ovid. ad Liviam 431.
Magna parens, Tellus. Ovid. 1. Met. 383.
Maximus mundi, Deus. Senec. Hippol. 4.
Sanctissima parens patria. Cic. 9. Att. 11.
Artium bonarum procreatrix quædam & quasi parens philosophia. Cic. 1. de Orat. 9.
Cunctorum parens terra: h. e. Altrix. Plin. lib 18. cap. 1.
Eloquentiæ parens, Homerus. Columel. in præf. lib. 1.
Frugum parens, Tellus. Virg. 2. Georg. 173.
Lyræ parens Mercurius, h. e. Inventor. Hor. 1. Carm. 10. 6.
Mentium parentes, non corporum, Præceptores. Quintil. lib. 2. cap. 9. pr.
Odii metus parens, Effector. Stat. 1. Theb. 127.
Operum omnium parens & effectus Deus. Cic. de Univers. 33.
Patriæ parens primus appellatus Cicero. Plin. lib. 7. cap. 30.
Patriæ parentem occidere, quam suum, atrocius est. Cic. 2. Philip. 31.
Philosophiæ parens Socrates jure dici potest. Cic. 2. de Finib. 1.
Rerum parens, Deus. Lucan. lib. 2. 7.
Rerum parens & educatrix quæ in homine inesse perspiciuntur, sapientia. Cic. 1. de Legib. 62.
Vitæ parens Philosophia. Cic. 5. Tusc. 6.
Urbis parens Romulus. Liv. 4. 3.

Parentium, genetivus pro Parentum. Hor. 3. Carm. 24. 21.

Dos est magna parentium
Virtus.

Neque hoc metri causa produxit Hor. sed communi usu adhibetur ut observat Fabrett. Inscript. p. 99. Ipse Cicero hic sæpe dixit teste Charisio lib. 1.

Parens, de arbore. Plin. lib. 12. cap. 5. Rami novam sibi propaginem faciunt circa parentem in orbes.

Parentes Capitolinus, Lampridius, Vopiscus & alii ejus ævi scriptores sæpius pro Cognatis, & Affinibus, quemadmodum vulgo Itali, Hispani & Galli usurpant, posuerunt. Exempla notat Casaub. ad Capitol. in M. Anton. Philos. cap. 5. ad hæc verba, Adoptatus in aulicam domum, omnibus parentibus suis tantam reverentiam, quantam privatus, exhibuit.

PARENTALIS, e. Adj. V. infra in PARENTO.

PARENTĒLA, æ. f. [συγγένεια] parum Latina vox. Jul. Capitol. in Gordian. cap. 23. Duxit uxorem filiam Misithei doctissimi viri, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua putavit.

Sic Parens, pro Propinquo. Vide in Indice Histor. posterior. Francof. H. St. V. in superiore dictione extr.

PARENTĬCĪDA, æ. m. [γονεοκτόνος] Qui patrem aut matrem occidit. Plaut. Epid. 3. 2. 13. Quia ego tuum patrem faciam parenticidam. al. Perenticidam, a Pera & Cædo. V. Boxh. & Salmas. not.

PĂRENTO, [ἐναγίζω, ἐπαγίζω, ἐναγισμοὺς ποιέω, ...] āre. Parentibus justa celebrare. Licet etiam ad alios transferatur. Plin. lib. 18. cap. 12. Quoniam mortuorum animæ sint in ea (scilicet faba) qua de causa parentando utique assumitur. Cic. pro Flac. 69. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, revocemus ejectos. Idem 1. Philip. 13. Ut cujus sepulcrum nusquam exstet, ubi parentetur, ei publice supplicetur. Ovid. 1. Amor. 13. 5.

—sic Memnonis umbras
Annua solenni cæde parentet avis.

conf. Berneg. ad Suet. Cæs. cap. 6. Et Petron. cap. 69.

Parentare est etiam Cædem suorum ulcisci. Liv. 24. 21. Parentandum regi sanguine conjuratorum esse. Sic manibus alicujus parentare. Flor. 2. 6. 8. Justin. 13. 3. extr. Civibus qui interierunt parentare Cæs. 7. Bell. Gall. 17. 7. Petron. cap. 81. Nullo sanguine parentabo injuriæ meæ.

Parentare luxuriæ, dixit Seneca de Vita beata cap. 11. extr. i. e. Explere luxuriam. Idem Sen. Epist. 12. Vino & funereis epulis sibi parentare.

PARENTOR, āri. dep. Senec. Epist. 123. Non convivantur, sed justa sibi faciunt. Mortuis certe vivi parentantur.

PARENTALIS, e. Adj. [ἐναγισμῶν ...] ut,
Dies parentales, Quibus parentabatur. Ovid. 2. Fast. 548.
Marte parentali, Quo parentatur. Idem 13. Met. 619.
Mos parentalis. i. e. Eorum qui parentant. Ovid 13. Met. 619.
Umbræ parentales. i. e. Animæ parentum. Ovid. 4. Trist. 10. 87.

PARENTĀLIA, orum, vel ium. n. [ἐναγίσματα] Convivia, quæ in parentum aut propinquorum funere fieri consueverunt. Cic. 1. Philip. 13. An me censetis P. C. quod vos inviti secuti estis, decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur? V. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 12. Et late in Lex. Pitisc.

PĀRENS, partic. a Pareo, V. paulo post in ipso verbo.

PARENTA, Oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 29.

PARENTHĔSIS, is. vel eos. f. [παρένθεσις] Interpositio, ex παρά, & ἐν, quæ duo significant inter; θέσις, positio. Valla; Parenthesis est Interjectio orationis in sermone: qua remota, sermo manet integer. Ea quum semper venusta est, tum plurimum venustatis habet, quum fit per Qui, aut In, aut per Ut: ut sequentibus exemplis clarum fiet: Si modo culpam tuam fassus esses, pater (qua indulgentia est) omnia tibi ignovisset. Item, Id flagitii si præsens vidisset parens (ejus severitatis est) te membratim discerpsisset. Item, Si hanc noxam Petro imponere pergis, ille (ut imprudentissimus est) in te eam retorquebit. V. Quintil 9. 3.

PARENTIUM, [Παρέντιον] Istriæ urbs, Ptolem. lib. 3. cap. 1. Vulgo *Parenzo.*

PARENTO, āre. V. PĂRENS.

PĀREO, ui, [φαίνομαι] ēre. Videri, apparere. Et a Pario, ut vult Perottus, deductum est: quoniam partus, postquam extra uterum est, videtur. Virg. 12. Æn. 176.

Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent.

Ubi Servius: Parent, Peritissime agnoscuntur; quod ad omnia referendum est, ad fibras, sidera, voces avium, & fulmina: nam si Videntur, tantum accipias, cuivis possunt videri, nec tamen intelligi. Item voces avium non videntur, sed agnoscuntur auditæ. Nec Parent, Obtemperant, procedit. nam quomodo sidera, vel fibræ, vel aves, vel fulgura possunt obtemperare? Festus, Paret, Apparet interpretatur. Martial. lib. 12. 29.

Festinant trepidi substringere carbasa nautæ,
Ad portum quoties paruit Hermogenes.

Parere, pro Apparere veteres dicebant: itaque scriptum est apud Siculum Flaccum p. 14. Goes. Aliquibus locis etiam lapides, qui in limitibus positi erant, intercidebant: & limites ipsi, id est rigores, non parentibus lapidibus, difficile inveniuntur. Al. Patentibus, male. Et Frontinus, Ante Jovem limites non parebant, qui dividerent agros. Hygenus autem p. 160. Antiquæ mensuræ actus in diversum novis limitibus inciditur: nam tetrantum veterum lapides adhuc parent, sicut in Campania finibus Minturnensium. Et apud Cic. in orat. pro Rosc. Com. 5. Paul. Manut. Petron. cap. 137.

Jurisconsultus PARET, NON PARET, habeto
Atque esto quicquid Servius aut Labeo. ubi Paret significare Apparet liquidum est. V. quos laudat Erhard. ad hunc locum. [Quem locum, qui in Lugd. non parebat, Henricus Stephanus adscripserat.

Parere, est etiam Ostentare se, [παρεῖναι, ἐπιφαίνεσθαι] ut Scalig. explicat in Catonis Distich. lib. 3.

Fortunæ donis rato parere memento. conf. Parei Lex Crit. p. 883.

Parere, [ὑπακούω, πείθομαι] Obedire etiam significat. Virg. 1. Æn. 693.

Paret amor dictis caræ genitricis, &c.

Modeste qui paret, videtur qui aliquando imperet dignus esse: itaque oportet & eum qui paret, sperare se aliquo tempore imperaturum: & illum qui imperat, cogitare, brevi tempore sibi esse parendum. Cic. 3. de Legib. 5.

Occultissime parere. V. Occulte, in OCCULO, ĕre.

Parere, & Dicto audientem esse. Cic. 7. Philipp. 2. Non ut pareret, & dicto

dicto audiens esset huic ordini, sed ut conditiones ferret, leges impo- neret.

Auspiciis parere & religionibus. Cic. 2. de Nat. Deor. 7. Tempestate classem amisit, quum auspiciis non paruisset. Et paulo post, Eorum imperiis Remp. amplificatam, qui religionibus paruissent.

Colono arva parent, Respondent voto ejus. Virg. 1. Æn. 3.

Consiliis alicujus parere. Cic. 8 Att. 16.

Cupiditatibus. Cic. 1. de Fin. 53. Quæ cupiditates a natura proficiscuntur, facile explentur sine injuria: quæ autem inanes sunt, his parendum non est.

Dicto. Liv. 28 conf. paulo post Paretur, Imperf. & PARENS, Partic.

Dominis parere superbis. Virg. 12 Æn. 236.

Gulæ parere, pro Servire, sive indulgere. Hor. 2. Serm. 7. 111.

Imperio. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 2.

Institutis patriæ parere. Nepos, 17. 4. 3.

Intercessori parere. i. e. Deferre, ut vulgo dicunt nostri Jurisconsulti: h. e. Petenti cedere. Cic. 3. de Legib. 11. Parere jubet intercessori, quo nihil præstantius. Budæus.

Legibus parere. Cic. 3. de Legib. 26. Idem 2. Off. 40. Leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas observent.

Lupatis duris. Virg. 3. Georg 208 De equis.

Necessitati parere cogimur. Cic in Orat. 202.

Patienter alicui parere V. Patienter, In PATIOR.

Præcepto alicui parere & obedire. Cic. 5. Tusc. 36.

Præceptis. Virg 2. Æn 607.

Promissis parere, Præstare promissa. Ovid. 5. Fast. 504.

Regi paret oppidum illud. Plin. lib. 6. cap. 28.

Voluntati architecti obedire & parere. Cic. 1. de Nat. Deor. 19.

Paretur, [ὑπακούεται] Imperf Liv 9. 32. Quod postquam Consuli nuntiatum est, extemplo tesseram dari jubet, ut prandeat miles: firmatisque cibo viribus, arma capiat: dicto paretur.

Cæsar capere arma jubet, &c. Paretur. Lucan. 4. 148.

Paritum conditioni. Scævola, De dote prælegata l. Quum dotem, D. Quæsitum est, quum res in dotem datæ plures ipso usu finitæ essent, nec moriente marito fuerant, an quasi sub impossibili conditione legatum datum videatur, Respondi, videri conditioni paritum, si quod ex rebus in dotem datis superat, in potestatem hæredis pervenit. Symmach. 10 Epist. 36. Suggestum est, paritum esse sententiæ.

PARENS, entis. [πειθόμενος] Partic.

Gulæ parens. Hor. 2. Serm. 7. 3.

Dicto parens. Virg. 1. Æn 699.

Nuntio parens. Nepos 9. 5. 3.

Compar. Cic. 1. Off. 76. Quin etiam, ob has ipsas caussas, & parentiores habuerunt exercitus, & fortiores.

Parentes, [ὑπήκοοι, ὑποχείριοι] Subjecti imperio alicujus. Sallust. in Jugurth cap. 102. Deinde quod parentes abunde habemus, amicorum neque nobis, neque cuiquam hominum satis fuit. Parentes vocat, Obedientes & quos Subditos vulgo vocamus.

PARENTIA, æ. f. Obsequium, a verbo Pareo. Cassiodor. lib. 7. Variar. formular Cui (inquit) saluberrimam parientiam commodate. l. 1. C. qui pro sua jurisd. ubi non Patientiam, sed Parientiam legendum est. Parentiam qui legit, is quoque peccat. Hanc vocem Pareus Lex. Crit. p 885. Tacito Agric. 16. 2. atque alias restitutam cupit, ubi vulgo Patientia.

PARITOR, õris. m Zeno Veronens. Alienæ nequitiæ & malitiæ paritores.

PARBOSON, i. n. idem quod Heliotropium. Apul de Herb. 49.

PARĔPHIPPIUS, i. m. [παρεφίππιος] Qui præter rationem equestris disciplinæ equos agit. quasi Præposterus sive imperitus eques, a præpositione παρά, quæ in compositione frequenter idem significat quod Perverse, sive Præpostere, & nomine ἐφίππιος, quod Equestrem sonat. Utitur hac voce Imperator in l. Parephippium. C. de Cur. public.

PARERGUM, i. n. [πάρεργον] Quod alicui rei præter propositum additur. Plin. lib. 35. cap. 10. Quidam & naves pinxisse usque ad annum L. argumentum esse, quod quum Athenis celeberrimo loco Minervæ delubro propylæum pingeret, ubi fecit nobilem Paralum & Hemioniada, quam quidam Nausicam vocant, adjecerit parvulas naves longas, in iis quæ pictores parerga appellant, ut appareret a quibus initiis ad arcem ostentationis opera sua pervenissent. Budæus, Parerga sunt quasi Corollaria operis locati. quæ fiunt ultra id quod in stipulatione comprehensum est. Ergo, est Opus ipsum de quo actum est Parergon, Operis appendix de quo nihil actum erat. conf Quintil. 11. 3.

Parerga horologiorum, Quæ ornatus causa fiunt in horologiis, vocat Vitruvius lib. 9. cap. 9. Budæus.

PARES CURIÆ censentur, Qui feudum habent in eodem territorio, in quo beneficium controversum est. Oldendorpius Pares Curiæ sunt principes, qui Regi aut Principi assident. V. Feudor. lib. 1. tit. 4. l. 1. in princip Si de investitura inter dominum & vassalum lis oriatur. V. Omnino Cangii Gloss. Lat

PARĔSIS, [πάρεσις] Græca vox est, qua significatur Remissio vel negligentia: Corporis & animi defectio & languor, viriumque & corporis & animi extenuatio. Budæus.

PARETACENI, [Παρητακηνοί] Populi Mediæ, aut certe Mediæ finitimi, juxta Elymæos. montium incolæ, & latrocinio victum quæritantes. Meminit horum Herodotus, lib. 1. & Strabo lib. 11. & 16. V. PARÆTACA.

PARETHONIUM, V. PARÆTONIUM.

PARHEDRUS, i. c. [πάρεδρος] Assidens, Assistens, ut Paredri spiritus. Tertull. de Anim. cap. 28 Cic. 16. Fam. 18. Parhedrum excita ut hortum ipse conducat. V. Lex. Pitisc.

PARHIPPUS. i. m. [πάριππος] Equus qui juxta ducitur. L. 22. Cod. Theod. de Cursu publico. V. Cang. Gloss.

Est etiam is qui præter numerum in tractatoria comprehensum, vehiculum vel equos agit. V. Julian. Ep. 20. vel Lex Pitisc.

PARHŸPĂTE, es. f. [παρυπάτη] i. e. subprincipalis, phthongi species. Vitruv. 5. 4. V. Bald. Lex. Vitruv. p. 80.

PARIA, æ. f. Insula in Phœnicio mari, ante Joppen, alio nomine Arados. Plin. lib. 5. cap. 31.

PARIANUS, V. PARIUM.

PARIAE, V. PAREAE.

PARIATIO, PARIATOR. V. PAR.

PARICANI, [Παρικάνιοι, Παρικάνοι] Populi Orientis plagæ, in ea regione quæ Zapanortene dicitur. Plin lib. 6 cap. 16.

PARICI, [Παρικοί] inquit Festus, Quæstores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum. [Sec probe vidit Scaliger ex alio Festi loco in Quæstores legendom Paricidi. V. ejus & Dacerii not. Puto autem Paricidi, pro Paricidii positum, Quæstores paricidii, quod tantundem est, ac Rei capitalis.

PĂRICĪDA, æ. c. [πατροφόνος, πατραλοίας, πατροκτόνος] a Par, paris, deducitur, vel a Patre: aliis a Parente compositum videtur, pro Parenticida, per syncopam. Nonnulli PARRICĪDA, geminato R scribunt, a Pari deducentes, addito a altero, euphoniæ vel productionis causa; vel a Patre, T in R converso.

Apud Spartian. in Anton. Geta, in edit. Francofort. Histor. Rom. Paricida & Paricidium cum uno r. Immo scribendum Parricida cum rr, quum ex Patricida factum sit. Sed nec Patricida male scribitur, sicut dicitur Matricida. Sic ex Latro secimus Larron. H.St. Per rr & in Gloss. scribitur.

Paricida est, Parentum interfector, & patriæ proditor: quia patria parens uniuscujusque est. Martian. D. ad leg. Pomp. de paric. l. 1. Lege Pompeja De paricidiis cavetur, ut is paricidii teneatur, non solum qui patrem & matrem interfecerit, sed qui avum, aviam. fratrem, sororem patruelem, matruelem, patruum, avunculum, amitam, materteram, consobrinum, consobrinam, virum, uxorem, filium. filiam. nepotem, nurum, aliosque propinquos occiderit. Cic. 4 in Catil. 29 Certe verendum mihi non erat, ne quid, hoc paricida civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret. conf Flor. 4. 1. 10. Hor. 3. Carm. 29. 8.

Telegoni juga parricidæ. Apud Liv. 3. 50. Virginius, occisa a se filia, rogat ne se ut paricidam liberûm aversarentur.

Paricida, fratricida, sororicida. Cic. pro Domo 26.

Sicarii, homicidæ, paricidæ. Cic. 2. Philipp. 31.

Insui in culeum paricidas vivos, atque ita in flumen dejici voluerunt. Cic. pro Rosc. Amer. 71.

Custodiri ut paricidam. Cic. ad Brut. 6.

Sicarium non modo, sed etiam paricidam aliquem judicare. Cic. 12. Fam. 3.

Apud Spartianum Parricida dicitur Antoninus Bassianus, interfecto fratre Geta; sed & Parricidium ibidem ea de re, sed uno r. in edit. ult. Francf. H. St. V. paulo supra.

Paricida etiam dicitur, Qui qualemcunque hominem indemnatum occiderit. Unde exstat lex Numæ Pompilii, Siquis liberum hominem morti sciens duit, paricida esto. Hæc ex Festo. Suet. Cæs. cap. 42. Et Curtius Paricidas appellat Persas, qui Darium confoderunt. Unde Quæstores paricidii in lege secunda, de Origine juris. V. supra PARICI. & Gravin. de Orig. Jur. Civ. 1. p. 371.

Paricida, quicunque capitale facinus admisit Cic. 2. de Legib. 22. Sacrum, sacrove commendatum qui clepserit rapseritque, paricida esto.

PARICĪDIUM, vel PARRICIDIUM, i. n. [πατροφονία] Cognati, vel civis, vel alicujus alius occisio; vel, Contra patriam machinatio. Cic. 3. Off. 14. Potest enim, dii immortales, cuiquam esse utile fœdissimum & teterrimum paricidium patriæ, quamvis is qui se eo obstrinxerit, ab oppressis civibus parens nominetur? Idem 3. de Nat. Deor. 67.

Sibi salutem ut familiari pareret paricidio. Ex quodam poeta.

Pœna paricidii (ait Modestinus, D. ad leg. Pompejam de paricidiis, l. 9.) more majorum hæc instituta est. Paricida virgis sanguineis verberatus, deinde in culleo insuitur cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia. deinde in mare profundum culleus jactatur. Hoc ita, si mare proximum sit: alioquin bestiis objicitur secundum D. Hadriani constitutionem. V. etiam Instit. lib. ult. tit. ult.

Patriæ paricidium. Cic. 2. Philipp. 17. Quum homines nefarii de patriæ paricidio confiterentur, conscriorum indiciis, sua manu, voce pæne litterarum coacti, se urbem inflammare, cives trucidare, vastare Italiam, delere Remp consensisse, &c. conf. paulo supra & infra.

Necari civem Romanum, prope paricidium est; vinciri, facinus: verberari, scelus. Cic 7. Verr. 169.

Fraternum paricidium. Cic. pro Cluent. 31. In ipso fraterno paricidio nullum scelus prætermissum videtur.

Facere paricidium. Justin lib. 1. cap. 9. de Cambyse, Non dubitavit post sacrilegia etiam paricidium facere.

Inquinare se paricidio. Cic. 4. de Fin. 63.

Maculare paricidio partus suos. Liv. 1. 13. pr.

Obstringere se paricidio. V. OBSTRINGO.

Obstringere se nefario patriæ paricidio. Cic. 11. Philipp. 29.

PARICIDĀLIS, vel PARRICIDALIS, e. Adj. Paricidalis, quasi a Paricida est; Parricidialis a Parricidium. V. Burm. ad Quintil. Decl. 4. 19 p. 100. Quintil. Decl. 16. Vidi truces loquentis oculos, vultus paricidali ardore sulfusos.

Animus. Hominemque impurum, eundemque paricidialis animi, tandem a rep. depellerent. Lampr. in Antonino Heliog. H. St. V. cap. 14.

Bellum parricidiale. Flor. 3. 21. 1.

Certamina paricidalia. Firmic. lib. 6. cap. 10. Ita ut contra matres, filios faciat paricidalia inimicitiarum subire certamina.

Collatio pecuniarum paricidalis. Firmic. lib. 1. cap. 3. Ecce innumerabiles proscriptionum tabulas ponit Sulla, & cruentarum pecuniarum paricidali collatione ditatur.

Conatus parricidiales. Sulp Sever. Hist. 1. 38.

Discordiæ parricidiales. Justin. 39. 3. pr.

Odia paricidialia. Firmic. lib. 6. cap. 25. Ipsos vero contra patres paricidalibus inimicitiarum odiis exasperant. Et cap. 31. non ita procul a fine, Paricidalia parentum circa filios odia, funestamque cædem semper exagitat.

Præceptum paricidale. Firmic. lib. 1. cap. 3. Jussione Sullana, Sulpicius tribunus plebis, paricidalis præcepti nefanda animadversione percussus est.

Scelus parricidiale. Justin. 27. 1. 10. Tantum illi vel odium parricidiale sceleris, vel huic favorem indigne interemptæ mors sororis attulerat. H. St.

Simultas paricidalis. Firmic. lib. 6. cap. 18. Et quum illos una sanguinis necessitudo conjungat, paricidali odiorum contra se simultate depugnant.

PARICIDIALĬTER, Adv. Lamprid. Alex. Sever. cap. 1. Augustin. Epist. 168.

PARICIDIŌSE, Adv. ab attributo Paricidiosus confictum, ut ab Ignominiosus,

niosus, Ignominiose. Cic. 5. Tusc. 6. Vituperare parentem, & hoc parricidiose inquinare audet? [Immo Et hoc patricidio se inquinare, ut est in codicibus emendatis.

PARRICIDĀTUS, ûs. m. Quintil. 1. 6. p. 83. Burm. ex Cælio, ut obsoletum verbum producit, Ubi quidam Mss. codd. habent Parricidatim. conf. Parei Lex. Crit. p. 886.

PARIADRUS, [Παρυάδρης] Ptolemæo, Pars Tauri montis in finibus majoris Armeniæ, ex qua Apsaros fluvius oritur. Auctor Plin. lib. 6. cap. 9. & lib. 5. cap. 27.

PARIENNA, [Παρίεννα] Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs. Vulgo *Fridek*.

PARIENTIA, In PARIO.

PĂRIES, ĕtis. m. [τοῖχος, τειχίον] de ædificiis dicitur; ut, Domorum paries: estque Id quod interjacet inter unam & alteram domum, vel partem ejus. Plin. lib. 35. cap. 14. Quid, num & Africa Hispaniaque ex terra parietes, quos appellant formaceos (quoniam formacum modo circumdati, utrinque duabus tabulis infarciuntur verius quam instruuntur) ævia durant, Incorrupti imbribus, ventis, Ignibus, omnique cæmento firmiores? Cic. 6. Verr. 122. His autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur.

Paries cæcus, Qui fenestras non habet. Virg. 5. Æn. 589. de Labyrintho,

Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille viis habuisse dolum.　Harmenop. lib. 2. Epitom. Varro lib. 8. de Analog. 38. Cubiculum, si fenestram non habet, cæcum dicitur.

Paries Cæmentitius, Formaceus, Lateritius, Satiatus luto, Testaceus, V. in his vocibus, vel Lex. Pitisc.

Communis paries utrique domui. Ovid. 4. Met. 66.

Crassus paries. V. CRASSUS.

Cratitius paries, dicitur ab asseribus qui arrecti transversique in modum cratis texuntur: unde Vitruvius, Arrectarios parietes, Transversariosque appellat. V. CRATES, & Lex. Pitisc.

Intergerinus paries. V. INTERGERINUS, suo loco, & Lex. Pitisc.

Directum parietem ad parietem communem adjungere, vel solidum vel fornicatum, omnibus jus est. Cic. in Topic. 22.

Conscribere parietes. V. CONSCRIBO.

Crustare parietes. V. CRUSTA.

Disturbare parietes. Cic. in Parad. 4.

Ducere parietem per vestibulum alterius. Cic. pro Milon. 76.

Fissus paries tenui rima. Ovid. 4. Met. 65.

Perfodere parietes. V. PERFODIO.

Arctis parietibus premere locum. Virg. 4. Georg. 297.

Urbis parietes stant & manent. V. MANEO.

Intra parietes meos nihil mihi turum. I. e. Domi meæ. Cic. 4. Fam. 14.

Intra parietes experiri & disceptare. Cic. pro Quint. 38. Si quid in controversiam veniret, aut Intra parietes, aut summo jure experiretur. i. e. Aut inter amicos disceptandam rem permitteret citra judicium, & extra cancellos forenses: aut apud judicem concesso sibi legibus aut moribus jure uteretur, id est rigore juris ad extremum non decederet. Budæus.

Albo pariete aliena bona oppugnare. Plaut. Perf. 1. 2. 22. Ubi interpres, Legitur apud Asconium Pedianum, apud Prætorem & alios magistratus, in urbe Roma, ad primos vestibuli parietes fuisse album spatium, in quo a collegio magistratuve publicanda scripto proponebantur. In albo ergo pariete aliena oppugnant bona, sic intellige: Qui instituunt & sibi proponunt lucri causa aliquem alicujus criminis accusare, & rem apud Prætorem haberi delatione sua. Hactenus interpres Plauti. Al. Albo rete. V. in ALBUM.

In caducum parietem Inclinare se, vel Incumbere, Proverbiali figura, dicuntur, Qui nituntur, confiduntque rei parum firmæ: ducta metaphora ab ædificiis. Hadrianus Imperator de Cejonio Commodo, seu Ælio Vero adoptato, & imperii successioni destinato dicere consuevit, In caducum parietem nos inclinavimus, &c. Caducum autem parietem vocabat, quod esset valetudinarius, & rebus gerendis inhabilis videretur. V. Spartian. in Hadr. cap. 23. extr. & in Æl. Vero cap. 6. pr.

Per parietem loqui, adagio dicitur, qui ridicule quid facit. Sive quod obstante pariete neuter alterum audit, sive quod ad eum modum colloquuntur amantes, ut testatur Ovidius Met. 4. 65. de Pyramo & Thisbe. Erasm.

PARIETĪNA, æ. f. [τὸ τειχίον] Paries vetus ac semiconsumptus. Plin. lib. 22. cap. 17. Austericum folio similis ocimo, nigrior tantum, nascens in tegulis parietinisque. Cic. 13. Fam. 1. Is igitur Patro, quum ad me Romam litteras misisset, uti te sibi placarem, peteremque ut nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes, &c. Idem 4. Fam. 3. Quid me ista res consoletur in tantis tenebris, & quasi parietinis reipublicæ?

PARIETĀLIS, e. Adj. ut, Parietalis herba. Marc. Empir. cap. 13.

PARIETĀRIUS, a, um. Adj. ut, Structor parietarius. Inscript. apud Fabrett. p. 157.

PARIETARIUS, i. m. Parietum substructor. Firmic. lib. 8. cap. 24. Decima nona pars si in horoscopo fuerit inventa, architectos faciet, structores, parietarios, vel marmorarios. [Nisi, sublata distinctione, Structores parietarios legendum, ut in dict. præced.

PARIETARIA, æ. f. [ἑλξίνη] Herba a parietibus, In quibus nascitur, sic dicta: unde etiam Muralium appellata est. Apul. de Herb. cap. 81.

PARII, Populi circa Mæotim, quos & Xandios appellant. Strabo lib. 11.

PĂRĪLIA, orum. n. [Παλίλια] Palis deæ festa, quasi Palilia. Plin. lib. 19. cap. 5. Parilibus tamen aptissime. Solinus cap. 2. a partu Iliæ matris Romuli & Remi putat dicta Parilia. sic enim ait, Observatum deinceps, ne qua hostia Parilibus cæderetur, ut dies iste a sanguine purus esset; cujus significationem de partu Iliæ tractam volunt. Cic. 2. de Divin. 98. L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noster in primis Chaldaicis rationibus eruditus. Urbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo condttam accepimus. V. PALES, & Fest. in eadem voce.

Festa Parilia. Ovid. 14. Met. 774. V. Meurs. de Puerp. cap. 1.

PARILICIUM, sive PARILITIUM, V. PALILITIUM, in PALES.

PARILIS, PARILITAS, PARIO, āre. V. PAR.

PĂRIO, pĕpĕri, partum vel părĭtum, [τίκτω, τέκω, λοχεύω, ἀποτίκτω] ĕre. Fetum edere. Proprie ad feminas pertinet. Plin. lib. 10. cap. 33. In Scythis avis magnitudine otidis binos parit.

Liberos ex sese parit mulier. Cic. 4. Fam. 5.

Femina quum peperit, repletur lacte. Lucret. lib. 5. 812.

Marem parere. Ovid. 9. Met. 675.

Decies. V. DECEM.

Parere, aliquando de viris legitur. Cæcil. Hic vicinus noster peperisse se filium memorat. V. Non. 6. 94. conf. Drus. Quæst. Hebr. 3. 31.

Ad hanc te amentiam Natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Cic. 1. In Catil. 23.

In pariundo. V. IN præp.

Celerius elephanti pariunt, Cunctationem Immodicam, & quorundam nimis lenta molimina, his verbis licebit significare. Siquidem Plin. refert lib. 8. 10. pr. Elephantum decem annis gestare in utero vulgus putare. Hoc proverbio usus est Plin. in præfatione historiæ mundi.

Parierint, pro Pepererint dixit Cato R. R. cap. 89 Gallinas teneras, quæ primum parierint, concludat. Alia exemplaria habent Parient.

Parere ova dicuntur aves, pro Ponere, & quod Varro de R. R. lib. 3. cap. 9. Facere dicit. Plin. lib. 10. cap. 52. Plurima ova pariunt struthiocameli. Columel. lib. 8. cap. 14. de anseribus, Ineunt autem, non ut priores aves, de quibus diximus, insistentes humi: nam fere in flumine, aut piscinis Id faciunt: singulæque ter anno pariunt, si prohibeantur fetus suos excludere. Pariunt autem singulis fetibus ova, primo quina, sequenti quaterna, novissimo quina: quem partum nonnulli permittunt ipsis matribus educare, quia reliquo tempore anni vacaturæ sunt a fetu. Minime autem concedendum est feminis extra septum parere: sed quum videbuntur sedem quærere, comprimendæ sunt atque tentandæ: nam si appropinquat partus, digito tanguntur ova, quæ sunt prima parte locorum genitalium.

Ovum parit gallina. Cic. 4. Acad. 57.

Terra parit fruges. Cic. 1. de Nat. Deor. 4.

Vermiculos pariunt ligna putrefacta. Lucret. lib. 2. 898.

Parere, gignere, proferre, Translate. Auctor ad Heren. lib. 4. 7. Alio tempore utentur ea facultate, non tum, quum parere ipsi & gignere, & proferre debent.

Parere & procreare, Educare atque confirmare. Cic. 2. de Orat. 356. Hæc ars tota dicendi, sive artis imago quædam est & similitudo, habet hanc vim, non ut totum aliquid, cujus In Ingeniis nostris pars nulla sit, pariat & procreet: verum ut ea, quæ sunt orta jam in nobis & procreata, educet atque confirmet.

Ægritudinem alicui. Plaut. Trin. 2. 2. 35.

Curas nobis peperit injuria. Propert. lib. 1. 18. 23.

Causam vitæ. Plin. lib. 11. cap. 37.

Dissidium. Lucret. lib. 1. 221.

Dolorem. Cic. 1. de Finib. 49. Sed illas rejici, quia dolorem pariant; has optari, quia voluptatem.

Fastidium. Plin. lib. 12. cap. 17.

Lacrimas peperere minoribus nostris. Lucret. lib. 5. 1196.

Malum hoc misero lingua peperit. Tibul. lib. 4. 13. 20.

Moram. Plaut. Truc. 2. 3. 13.

Somnum tibi peperi mero. Tibul. lib. 1. 6. 27.

Spinosiora multa pepererunt dialectici. Cic. in Orat. 114.

Verba parere, est Nova verba fingere. Cic. 3. de Fin. 14. Idque cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda sunt, imponendaque nova novis rebus nomina.

Voluptatem, V. Dolorem.

Urbes peperit philosophia, & dissipatos homines in societatem vitæ convocavit: eos inter se primo domiciliis, deinde conjugiis, tum litterarum & vocum communione junxit. Cic. 5. Tusc. 5.

Parere, per translationem, pro Acquirere, sive comparare: quoniam quæ parimus & acquirimus, nova sunt, quemadmodum quæ concipiuntur; & construitur sicut Emo. Columel. lib. 9. cap. 1. Sequitur ut examina desideremus: ea porro vel ære parta, vel gratuita contingunt.

Parere, est Cum labore quærere; unde Pecunia parta, Cum labore quæsita, dicitur. Alexandrinus lib. 1. cap. 21. Dier. genial.

Beneficium solidum sibi. Ter. Eun. 5. 2. 32.

Dignitatem & salutem aliquibus suis laboribus parere. Cic. 4. in Catil. 1.

Fructum labore. Cic. pro Rosc. Amer. 35. An is, qui semper ita vixerit, ut quæstum nosset nullum, fructum autem eum solum, quem labore peperisset?

Gloriam. Cic. ad Brut. 15. Magna pestis erat depulsa per vos, magna Pop. Rom. macula deleta, vobis vero parta divina gloria.

Gratiam apud aliquem sibi. Liv. 34. 44.

Honores æternos laurus illi peperit. Hor. 2. Carm. 1. 16.

Laudem sibi. Cic. 2. Off. 47. Nam L. quidem Crassus, quum esset admodum adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili & gloriosa.

Letum sibi peperere manu. Virg. 6. Æn. 435.

Pacem. Cic. 10. Fam. 5. Victoria pax, non pactione parienda est.

Perfugium pedibus. Plaut. Cistel. 1. 3. 13. i. e. Aufugere.

Reditum ad suos ferro sibi parere. V. Segnis providentia, in PRODIGO.

Salutem. Cæs. 1. Bell. Gall. 53.

Victoriam sibi. Liv. 30. 14.

PARIO, īre. per quartam conjugationem. Varr. lib. 4. de L. L. 10.

Ova parire solet genus pennis condecoratum:
Non animas.　ut ait Ennius. [Forte, Non animans.

Paribo. Pompon. apud Non. 10. 26. Si prægnans non es paribis nunquam. Nimirum quartæ conjugationis hoc verbum veteribus fuit, quod Vossius docet in Etym. & composita Aperio, Operio &c. arguunt.

PARIOR, ĕris. passivum. Cic. 2. Off. 51. Maxime autem & gloria paritur & gratia defensionibus. Sil. lib. 5. 169.

Nam cur hæc alia pariatur gloria dextra?

Cic. 2. de Offic. ubi de summa & perfecta gloria, Hæc autem, quibus rebus pariuntur a singulis, &c. Sed potius sequenda altera lectio Parantur. Wolf. tamen discrimen non ponit. H. St. Exstant 31. Sane præpositio adjecta facit, ut Stephano subscribam.

Voluptates pecunia pariuntur. Cic. 2. de Fin. 55.

Pax bello paritur. Nepos 15. 5. 4.

Immortalitas mihi parta est. Ter. Andr. 5. 5. 4.

— nam mihi immortalitas
Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit.

PARIENS, entis. Partic. [τίκτων] ut, Timidæ parientes. Ovid. 9. Met. 283. Idem ibid. 322.

PARITŪRUS, a, um. aliud Partic. [τεξόμενος] Ovid. 5. Met. 304.
— illa potentem
Lucinam novies, novies paritura vocavit. conf. ibid. 6. 187. & 8. 593. De anſeribus Pallad. 1. 30.

PARIENDUS, a, um. Partic. Auguſtin. Serm. de tempore 67. Virginalem uterum, ſine diſpendio virginitatis, pariendus introivit.

PARTUS, a, um. aliud item Partic. [γεννηθεὶς, τεχθεὶς] In lucem editus.
Genus partum veterino ſemine. Lucret. lib. 5. 863.
Alius Achilles Latio partus. V. ACHILLES.
Partam videtur accepiſſe Columella, pro Ea quæ peperit, lib. 7. cap. 4. Singuli agni binis nutricibus ſummittendi, nec quicquam ſubtrahi ſummiſſis expedit, quo ſaturior lactis agnus celeriter confirmetur, & parta nutrici conſociata minus laboret in educatione fetus ſui.
Partus, [ἐκτημένος] pro Acquiſitus.
Labore magno, magniſque periculis parta quædam. Cic. 2. de Orat. 209.
Partum per nos, & Delatum divinitus, contraria. Cic. 2. de Orat. 202. Ut & ipſum quod erat hominis proprium, non partum per nos, ſed divinitus ad nos delatum videretur.
Virtute non parta ſed peccatis & vitiis quædam. Cic. 2. de Orat. 209.
Bonis honeſte partis aliquem privare. Cic. pro Quint. 74.
Cenſus partus per vulnera. Ovid. 3. Amor. 8. 9.
Conjunx parta tibi. Virg. 2. Æn. 782.
Decora ſimul parta ac ſperata unius horæ fortuna evertere poteſt. Liv. 30. 30.
Decus partum eloquio. Sil. lib. 3. 619.
Exiſtimatio parta. Cic. pro Sulla 77.
Fama. Valer. 7. Argon. 291.
Gloria. Ovid. 12. Met. 293.
Honor. Virg. 5. Æn. 229.
Laus parta perennis. Sil. lib. 15. 392.
Libertas plurimo ſudore & ſanguine majorum parta nobis & tradita. Cic. 2. de Lege Agrar. 16.
Munera parta ſunt meæ Veneri. Virg. 3. Ecl. 68.
Opes partæ. Tibul. lib. 2. 4. 40.
Opes partæ non caſu, ſed ingenio. Cic. 3. Tuſc.
Pabula parta ſine labore. Lucret. lib. 5. 867.
Pax parta duci. Lucan. lib. 10. 107.
Præda parta improbe. Cic. 1. de Fin. 52.
Quies parta vobis. Virg. 3. Æn. 495.
Regna parta per gladios. Ovid. 1. de Arte Am. 260.
Res partæ ſanguine. Ovid. 1. Epiſt. 94.
Triumphus. Virg. 2. Æn. 578.
Victoria. Cic. 10. Att.
Ultio parta eſt. Senec. Med. 1. 5.
Male parta male dilabuntur. Cic. 2. Philip. 66. Sic Plaut. Pœn. 4. 2. 22. Male partum male diſperit.
Reponere parta. Claud. de Bell. Get. 502.

PARTUS, ûs. m. [παιδὸς, τόκος, κύημα, λοχεία] Ipſe pariendi actus. Cic. 3. de Fin. 39. Idem hoc eſſe dicturi, bonam mortem & bonum partum meliorem longum eſſe, quam brevem. Propert. lib. 2. 3.
Non, non humani ſunt partus talia dona.
Graviditas & partus. Cic. 2. de Nat. Deor. 119. Sol mundum omnem ſua luce compleat, ab eoque luna illuminata graviditates & partus afferat, maturitateſque gignendi.
Mulæ. Cic. 2. de Divin. 49. Utrum igitur, cum concepit mula, an cum peperit, oſtentum eſt? conceptio contra naturam fortaſſe, ſed partus prope neceſſarius.
Æſtivus partus. V. ÆSTAS.
Faciliores partus facit ſenectus anguium, adalligata lombis. Plin. lib. 30. cap. 14.
Lubrici partus atque procidentes. Plin. lib. 32. cap. 1. E noſtris quidam Latinis Remoram appellavere eum piſcem. Mirumque, e Græcis alii lubricos partus atque procidentes contineri ad maturitatem, alligato eo, prodiderunt: alii ſale adſervatum, adalligatumque gravidis, partus ſolvere.
Maturus. Celſ. lib. 7. cap. 29.
Nocturnus partus. Lucret. lib. 1. 478.
Numeroſus. V. NUMERUS.
Procidentes partus, V. paulo ante, Lubrici partus.
Accelerare partus. Plin. lib. 28. cap. 4.
Nutrit axungia partus in abortum vergentes. Plin. lib. 28. cap. 9.
Remorans. Ovid. 16. Epiſt. 43.
Adeſt mulieri partus, h. e. Pariendi tempus. Celſ. lib. 2. cap. 1.
Adhibetur Juno Lucina ad partus. V. ADHIBEO.
Adoleſcere in partum. V. ADOLESCO.
Aperire maturos partus. Hor. Carm. ſæcul. 13.
Appropinquat partus. Cic. pro Cluent. 31. Quum eſſet gravida Auria fratris uxor, & jam appropinquare partus videretur, mulierem veneno interficit.
Continere partum. Plin. lib. 30. cap. 14. Inveniuntur & in gramine vermiculi, qui adalligati collo, continent partum. Ibid. Partus conceptos hyſtricum cinis potus continet: maturat caninum lac potum: evocat membrana e canum ſecundis, ſi terram non attigerit.
Cuſtodit partus contra omnes abortuum inſidias aetites lapis. Plin. lib. 30 cap. 14.
Dare partu, i. e. Parere. Lucret. lib. 2. 1150. & Virg. 1. Æn. 278.
Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem.
Facere celeritatem partus. Plin. lib. 28. cap. 4.
Inſtat prope partus. V. INSTO.
Levabit te partu Lucina. Ovid. 9. Met. 697.
Peperit uno partu liberos viro, at ſibi nepotes. Sen. Theb. 1.
Peperit Hecuba partu poſtremo Polydorum. Cic. 3. de Orat. 219. Ex poeta.
Præſtare partus faciles. Plin. lib. 30. cap. 14.
Solvere partus gravidis. V. paulo ante, Lubrici partus.
Suſtinere partum. Celſ. lib. 2. cap. 10.
Tuetur partus matronarum Natio dea. Cic. 3. de Nat. Deor. 47.
Partus, Proles ipſa. Martial. lib. 1. 14.
Nec jacuit partus, ſed matre cadente cucurrit.
Ancillæ partus, an in fructu habendus. Cic. 1. de Fin. 12.
Monſtroſi hominum partus. Lucan. lib. 1. 562.
Multiformes. V. MULTUS.
Nobilis. Senec. Herc. fur. 6.
Semiferi partus. Claud. 1. in Eutrop. 1.
Suppoſitus. Sil. lib. 15. 468.
Abigere partum. V. ABIGO.
Diligunt ſuos partus feræ. Cic. 2. de Orat. 168.
Diteſcere dulci partu. Lucret. lib. 4. 1246.
Edere partus perfectos, vel inchoatos. Plin. lib. 10. cap. 63.
Elidere partum. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Enixa gemellos. Ovid. 6. Met. 712.
Excidere partum mulieri mortuæ. V. EXCIDO.
Excluditur partus diebus ter novenis. Plin. lib. 10. cap. 59.
Ferre partum, In utero geſtare. Plin. lib. 8. cap. 32.
Ferre partum ex aliqua, Tollere puerum ex aliqua. Senec. Herc. fur. 6.
Maculare partus ſuos parricidio. V. MACULA.
Reddere per os partum. Plin. lib. 10. cap. 12.
Partus, de ovis. Columel. lib. 8. cap. 5. Fere autem quum primum partum conſummaverint gallinæ, incubare cupiunt. Et cap. 11. de pavonibus, Primus eſt partus quinque fere ovorum: ſecundus quatuor: tertius aut trium aut duorum.
Partus arboris etiam dicitur. Plin. lib. 12. cap. 14. Autumno legitur ex æſtivo partu. De ture.
Denſus uvarum. Plin. lib. 14. cap. 2.

PARTIO, ōnis. f. [λόχευσις] Idem, antique. Gell. lib. 10. cap. 2. Eumque finem eſſe dixit multijugæ hominum partionis. Idem 12. 1. Varro 3. de R. R. cap. 9. de gallinis, Hæ enim ad partiones ſunt aptiores. Sic Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 11. Plaut. Truc. 1. 2. 92.

PARITŪRA, æ. f. [γέννησις] Idem quod Genitura & fetura. Varro lib. 2. de R. R. cap. 1. Demes, ſi vis, duas res de mulis, admiſſuram & parituram. Legitur & Parturam.

PARTITŪDO, ĭnis. f. [τέξις] antiquum. Plaut. Aulul. 1. 1. 36.
Neque jam quo pacto celem herilis filiæ
Probrum, propinqua partitudo cui appetit. conf. Idem 2. 3. 9.

PARITŪDO, ĭnis. f. Idem. Solin. cap. 4. Si corpuſculum in marem figuratur, melior & color gravidis, & pronior paritudo uteri. [Niſi vitium deſcriptoris eſt.

PARTOR, ōris. m. [ποριστὴς] Qui peperit & acquiſivit. Plaut. Truc. 1. 1. 42.
Unde ante parta demus poſt partoribus. [Rectius ὑφεῖν, Poſtpartoribus.

PARTUĀLIS, e. Adj. Ad partum pertinens. ut, Partualis ſanguinis fluxus. Tertull. adv. Marc. 4. cap. 20.

PARTŪRIO, ĭvi, [ὠδίνω, λοχεύομαι] ire. In pariendo laborare. Ter. Adel. 3. 4. 42.
Juno Lucina fer opem: ſerva me obſecro. H. hem,
Numnam illa quæſo parturit? Hor. de Arte Poet. 139.
Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.
Ager almus parturit. Virg. 2. Georg. 330.
Arbos omnis nunc parturit. Virg. 3. Ecl. 56.
Larus parturit; antiquitus dicebatur in eos qui pollicérentur ingentia, nihil dignum promiſſis exhiberent. Aiunt enim Larum aviculam eſſe ſtupido ingenio, plumis ac pennis copioſis, corpore puſillo: quum parturit, vociferari. Hinc natum proverbium, Larus parturit, ubi quis magna præ ſe fert, puſilla præſtiturus.
Parturire, per translationem dixit Cic. 2. Philip. 119. Utinam aliquando dolor Pop. Rom. pariat, quod jamdiu parturit.
Periculum conceptum Reſpub. parturit. Cic. pro Muren. 84.

PARTURIENS, entis. [ὠδίνουσα] Ipſa mulier quæ parturit. Plin. lib. 20. cap. 21. de malva, Utique conſtat parturientes foliis ſubſtratis celerius ſolvi. Ovid. 3. Faſt. 256.
Dicite, tu voto parturientis ades.

PARTURITIO, ōnis. f. Auguſtin. Confeſſ. 8. 6. Idem Epiſt. 34.

PARTŪLA, æ. f. Dea quæ partum gubernat. Tertull. de Anima, cap. 37. V. ſ. l.

PARTŪMEIUS, a, um. Adj. Hor. Epod. 17. 49.
Tibi hoſpitale pectus & puræ manus,
Tuuſque venter partumeius; & tuo
Cruore rubros obſtetrix pannos lavit:
Ut cumque fortis exſilis puerpera. Turneb. Adverſ. 30. 2. a Partu & Mejo conflatum putat: quaſi tam facile pariat, ut ſine magno nixu mejere potius, quam parturire, videatur. Alii ſimplex verbum exiſtimant, & τὸ meius, merum eſſe additamentum, ſeu terminationem: ut in propriis Pactumeius apud Paul. JCt. Leg. ult. D. de Hered. Inſtit. & Poſtumeius in Nicanoris verſibus apud Suet. de Illuſtr. Gramm. cap. 5.
Sæviu' Poſtumeius idem ſed Marcu' docebit. Ita etiam in appellativis, Hordeius pro Hordeaceo, & Triticeius pro Triticeo legitur apud Plaut. Caſ. 2. 8. 60. Item Impeteius in Gloſſ. Vet. pro eo quem [illegible] Græci appellant. Rob. Bentlejus tamen & Cuningh. maluerunt Pactumejus cum Scholiaſte Cruquiano. q. V.

PARION, V. PARIUM.

PĂRIS, ĭdis. m. [Πάρις] Priami filius, quem pater, quod patriæ fatum futurum eſſe præſenſerat, exponi juſſit, paſtoreſque educaverunt. Tempore procedente in aulam paternam receptus, apud Idam pulchritudinis ſententiam pro Venere contra Palladem & Junonem tulit: ex quo illas perpetuo infeſtas ſibi regnoque habuit. Venus autem ei nuptias Helenæ per raptum conciliavit, unde Trojæ bellum exortum ſecundum Homerum. Ex Oenone, Nympha Idæa, dum eſſet paſtor, adamata, Idæum & Daphnidem dicitur ſuſcepiſſe. Interfecit in bello Trojano Achillem & Antilochum: cum Ajace vero Oileo congreſſus, mutuis ſimul cum eodem vulneribus cecidit.
Paris nomen habet ἀπὸ τοῦ παρελθεῖν, hoc eſt a tranſeundo, nimirum intentatam mortem, quando expoſitus eſt. Et hoc eſt primum & proprium ejus nomen. Alexander enim cognominatus eſt ab opitulatione, ut innuit Ovid. in epiſtola ipſius ad Helenam, v. 357.
Pæne puer cæſis abducta armenta recepi
Hoſtibus, & cauſam nominis inde tuli. ab ἀλέξω auxilior, & ἀνὴρ vir. V. Cælium lib. 19. cap. 12.

Hecuba

Hecuba Cissei filia, se facem parere somnians vidit, & Parin creavit; qui causa fuit incendii. Virg. 10. Æn. 705.
— & face prægnans
Cisseis regina Parin creat. Face prægnans, ait Servius, quia antequam pareret, facem se peperisse vidit in somnis.
Culpatus Paris. Virg. 2. Æn. 602.
Dardanius. Virg. 2. Ecl. 61.
Pario, Accus. Ovid. 13. Met. 200.
— accusoque Parin. Al. Parim.
Paridem, Accus. Virg. Æneid. lib. 5. (370.)
Solus qui Paridem solitus contendere contra. Alloqui rarum. H. St.
Fuit, & Paris, histrio, libertus Domitiæ Neronis amitæ, cujus meminit Tacit. 13. Annal. 21. & Juven. 6. Sat. 87. conf. Suet. Ner. 54. Dom. 3. & 10.

PARISII, orum. m. pl. [Παρίσιοι] Populi inter Celtas, qui Senonensi provinciæ attribuuntur, Senonibus, Belovacis, & Agendico oppido proximi, ac Meloduno oppido finitimi: Lutetiam habent oppidum, quam nunc Parisiensem, episcopalem urbem, inhabitant, positam in insula fluminis Sequanæ, quod perpetua palus infueret, & in regno Francorum esset. Horum meminit Cæs. 6. Bell. Gall. 3. Ptolemæus lib. 2. cap. 8. Ad ortum vero & juxta Sequanam Parisii: & civitas, Parisium, Leucodecta. Ammian. 15. 11. Al. 27. de Matrona & Sequana fl. loquens, Post circumclausum ambitu insulari Parisiorum castellum, Lutetia nomine, consociatim meant. Vulgo *Paris*. conf. LUTETIA.

PARISIUS, a, um. Adj. Ammian. 20. 4. Parisii homines.

PARISIĂCUS, a, um. Idem. Venant. Fortun. lib. 4. de vita Martini.
Inde Parisiacam placide properabis ad arcem.

PARISON, i. n. [πάρισον] Prope æquatum; est Figura constans similibus verbis. V. Mart. Capell. 5. p. 174.

PARISTHMION, i. & PARISTHMIA, orum. n. [παρίσθμιον] Tonsillæ sunt ad linguæ radicem, numero quatuor, duæ conspicuæ: duæ his proximæ, penitiores. Sic dictæ, quod Isthmo figura respondeant. Galen. in Introduct. cap. Interiorum anatome.

PARITER, V. PAR.

PARITURA, V. PARIO.

PARIUM, i. n. [Πάριον] Civitas Asiæ in regione Mysiæ, ex qua fuit Neoptolemus, cognomento Glossographus. Strab. lib. 10. & 13. Ptolemæo, Plinio, Propontidis in Hellesponto oppidum, e Milesiis, Erythræis, Pariisque conditum: juxta quod, teste Plin. lib. 7. cap. 2. gentes sunt, quæ Ophiogenes vocantur, serpentum ictus levare solitæ, & manu imposita, venena extrahere corpori. Varro etiam nunc esse paucos ibi dicit, quorum salivæ contra ictus serpentum medeantur. In eodem oppido, teste Plin. lib. 36. cap. 5. Cupido nudus fuit par Veneri Gnidiæ nobilitate & injuria. conf. 5. 32. Parion hodie vocatur *Parisa*, ut scribit Olivar. in Melam lib. 1. cap. 19.
In Hellesponto, Collocat Stephanus, vocatumque sic ait a Pario Iasonis filio.
Infame Parium fragosis vadis. Valer. 1. Argon. 628. Hinc

PARIĀNUS, a, um. Adj. [Παριανός] ut Parianus colias, ex Lacertorum piscium genere minimus, de quo Plin. lib. 32. cap. 11.

PARIUS, i. m. Tarsensis quidam, quem supra Dianæ ædem decubantem febris adeo vehemens corripuit, ut tandem oppresserit. De illo Hippocrates lib. 3. de morbis vulgaribus, ejusque interpres Claud. Galen. Comment. lib. 3.

PARIUS, Adj. V. PAROS.

PARIX, icis. f. Avis. V. Theod. Prisc. de Diæta, cap. 7. el. Parus.

PARLAMENTUM, Seu PARLIAMENTUM, i. n. Senatus sive Curia. Vox barbara a Gallico verbo *parler* quod est colloqui. [Nisi potius ex Italico *Parlare* & *Parlamento*, quod Colloquium denotat. V. Cang. Gloss.

PARMA, æ. f. [πάρμη] Breve scutum quo pedites utebantur, quod a medio in omnes partes esset par, ut inquit Varro de L. L. 4. 24. pr. Virg. 9. Æn. 548.
Ense levis nudo, parmaque inglorius alba. Hoc scutum Græci, auctore Plinio, vocant Peltam. Liv. 8. 7. Quem cuspide parmaque innixum, attollentem se a gravi casu Manlius ab jugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terræ affixit. [Ubi tamen de Equite loquitur.
Cava parma. Ovid. 12. Met. 89.
Crudæ parmæ regmina. Sil. lib. 5. 525.
Objectum parmæ dat læva. Lucret. lib. 4. 845.
Objecta proturbat pectore parma. Stat. 5. Theb. 662.
Removere parmam. Claud. 4. Cons. Hon. 12.
Mucro transit parmam. Virg. 10. Æn. 817.
Parma tripedalis. Liv. 38. 21. V. Manut. Epist. part. 3. Epist. 6. & Lips. Mil. Rom. 3. 1. & 2. conf. Lex. Pitisc.

PARMĀTUS, a, um. Adj. [ἀσπιδωτός] Parma tectus. Liv. 4. 39. pr. Dat signum Volscus imperator, ut parmatis novæ cohorti hostium locus detur.

PARMŬLA, æ. f. dimin. [ἀσπίδιον] Hor. 2. Carm. 7. 10.
Tecum Philippos, & celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula.
Parmulis pugnare milites soliti sunt, quorum usum sustulit C. Marius, datis in vicem earum Brutianis. Fest. conf. Frontin. Strateg. 4. 7. 29.

PARMULARIUS, i. m. [ἀσπιδοφόρος] Gladiator qui parmula utebatur. Quintil. lib. 2. cap. 11. Alius percontanti Theodoreus, an Apollodoreus esset, Ego, inquit, parmularius sum. Ubi Interpres, Parmularius dicitur parmarum, hoc est scutorum faber. Alii de Gladiatore explicant, q. d. Ego satis habeo parmula me regere, ut Threces Gladiatores. Sed parum liquere sibi fatetur Burm. quidam legunt Parvularius.
Parmularii etiam Threces appellabantur. Festus, Threces gladiatores, a similitudine parmularum Thraciarum. V. Lips. de Mil. Rom. 2. 8. & 24.
Parmularii etiam dicti sunt qui Threcum armaturæ in spectaculis favebant, ut apparet ex Suet. Domit. cap. 10. n. 3. Ed. Pitisc.

PARMA, [Πάρμα] Plin. lib. 3. cap. 1. Oppidum Galliæ Togatæ prope Ravennam. Ejus lana olim in pretio fuit. V. Martial. 5. 13. Et 14. 155. conf. Lex. Pitisc.
Surripuit Parmam Antonius. Cic. 14. Philip. 9.

PARMENSIS, e. Adj. [Παρμαῖος] Incola & habitator urbis Parmæ. Cic. 14. Philipp. 9. Refugit animus, P. C. eaque reformidat dicere, quæ L. Antonius in Parmensium liberis & conjugibus effecerit.
Optimos viros, honestissimosque homines maxime cum auctoritate bo-

jus ordinis Populique Rom. dignitate conjunctos Parmenses crudelissime interfecit L. Antonius. Cic. 14. Philip. 9.
Parmensis Cassius cognomine. Hor. 1. Epist. 4. 3.

PARMĀNI negat Latine dici Varr. de L. L. 7. 31.

PARMĔNĬDES, is. m. [Παρμενίδης] Eleates, Anaxagoræ discipulus, ut Suidas: ut Diogenes Laertius, Xenophanis. Cujus meminit Plato, qui ejus nomine dialogum scripsit: vocavitque Parmenidem, sive de Ideis. Hic carmine Physiologiam expressit, sicut Empedocles & Hesiodus, duplicemque eam esse dixit: unam, quæ veritate constaret, alteram quæ opinione. conf. Cic. de Nat. Deor. 1. 11. Et 4. Acad. 5. & 23 &c.

PARMĔNIO, ōnis. m. [Παρμενίων] Unus fuit ex præcipuis amicis Alexandri Macedonis, qui eum in Asiaticam expeditionem secuti sunt, cujus & frequens est mentio apud Qu. Curt. lib. de Rebus gestis Alexandri, ut 5. 6. & 7. 1. &c.

PARMENISCUS, Astrologus, quam sapienter de Autumno ac vindemiis scripserit, refert Plin. lib. 18. cap. 31.

PARMĔNO, ōnis. m. [Παρμένων] apud Comicos nomen servi, quasi Deses, a παρά & μένω, maneo.

PARMULA. PARMULARIUS, V. PARMA.

PARNACIDES, pl. f. Genus vestium puellarum. Varro de Liberis educandis, Ut puellæ habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas, quam togas. Nonius 14. 38. Melius Arnacidas, ab ἀρνακὶς agnina pellis.

PARNĀSUS, vel, ut alii scribunt, PARNASSUS, i. m. [Παρνασσός] Mons in Phocide, ut scribunt Plinius, & Strabo lib. 9. & Herodotus, Melaque confirmant. Qui mons duos vertices habet: quorum unum Tithorea, alterum Hyampeum, Herodotus in Urania tradit: non autem Cithæronem & Heliconem, ut Servius putavit: seu, ut alii volunt, Cyrrham, aut Cyrphin, seu Nysam, quod Cithæron & Helicon in Bœotia montes disjuncti sunt, ita ut Helicon procul sit a Parnaso, circiter quindecim passuum millia, Cithæron vero triginta. Est igitur Parnasus, mons Phocidis, sacer Baccho & Apollini. Ovid. 1. Met. 317.
Separat Aonios Actæis Phocis ab Arvis, &c.
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus
Nomine Parnasus, superatque cacumine nubes. Lucan. lib. 5. 71.
In hoc monte rupes vel majestate nominis, vel situ ipso horrorem visentibus facit, undique fere praeceps in formam theatri. Hic est Apollinis Delphici templum: hic fons Castalius, Musis sacer. Hic habitavere Pierides, natio Thracia: unde Pierius mons, & Pierides Musæ. Sub Parnasso habitaverunt Hiantes populi. Hic fontes Atticam versus Hippocrene & Aganippe.
De orthographia hujus nominis, V. Drakenb. ad Sil. 15. 311.
Arx umbrosa Parnasi. Ovid. 1. Met. 467.
Cornua sacri Parnasi. Stat. 5. Theb. 532.
Juga Parnasi. Virg. 10. Ecl. 11.
Summus vertex Parnasi. Catul. Argon. 62. 390.
Biceps Parnasus. Ovid. 2. Met. 221. & Pers. 1. Sat. prol. v. 2.
Sacer. Stat. 5. Theb. 532.

PARNASIUS, vel PARNASSIUS, a, um. Adj. [Παρνάσσιος] Virg. 6. Ecl. 29.
Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes.
Laurus Parnasia. Virg. 2. Georg. 18.
Templa Parnasia. Ovid. 5. Met. 278.

PARNASSĒUS, a, um. Adj. [Παρνάσσειος] Idem. Avien. Phænom. Arat. v. 620.
Ut Parnasseo munus memorabile Phœbo.

PARNES, ēthis. m. [Πάρνης] Mons est Atticæ regionis, diciturque tam masculino, quam feminino genere, ut probat Stephanus. Stat. 12. Theb. 620.
— Parnesque benignus Vitibus.

PARNI, sunt Nomades, illi scilicet populi, qui Arsace viro Scytha duce Parthiam invaserunt atque obtinuerunt, quum antea Orchom accolentes, Daiorum finibus miserrimis clauderentur. Strabo lib. 11.

PARNŒTES, æ. m. [Παρνοίτης] Cognomen fuit additum Callistrato Atheniensium Reipublicæ principi. Is aliquando instituit, ut in judiciis & concionibus numuli quidam distribuerentur. Quæ res tandem versa est in proverbium, Reperit obolum Parnœtes, quod in eos non inscite conveniet, qui novum aliquod excogitarunt præmium, quo allectent. V. Chiliad.

PARNUS, i. m. [Πάρνος] Nauta fuit pauperculus, qui ob amissam naviculam, cum obviis quibusque litigabat. Hinc adagium, Parni scaphula: quod in eos conveniet, qui ob res minutulas multum movent litium & querelarum. Erasm. ex Diogeniano.

PĂRO, [ἑτοιμάζω. ἐυτρεπίζω. σκευάζω. τίκτω, ἐυπλίζω, ἐφοπλίζω, παρασκευάζω, πορίζω] &c. a Pario deducitur, teste Perotto: nam quæ paramus, quodammodo parere & proferre videmur. Ter. in prol. Phorm. v. 5.
Maledictis deterrere, ne scribat, parat.
Parare & ornare scutis & telis aliquos. Cic. pro Cæcin. 60. Armatos si Latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos, qui scutis telisque parati, ornatique sunt.
Constituere & parare aliquid alicui. Cic. 2. Fam. 5. Est tibi gravis adversaria constituta, & parata, incredibilis quædam exspectatio.
Creare & parare. Lucret. lib. 4. 786.
Animos parare, dextrasque. Liv. 35. 35.
Bellum parare, Instruere: Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 3.
Bella parantur mihi. Ovid. Rem. Amor. 2.
Blanditias alicui. Ovid. 2. Amor. 19. 17.
Excusationem ad aliquem. Cic. 12. Att. 26. Itaque idipsum dubito, an excusationem aliquam ad illum parem.
Exempla alicui. Juven. 9. Sat. 155. Hæc exempla para felicibus.
Exitium alteri. Cic. 2. Tusc. 39.
— qui alteri exitium parat,
Eum scire oportet sibi paratam pestem, ut participet parem. Ex poeta.
Facinus triste. Ovid. 6. Met. 623.
Fugam. Ter. Phorm. 1. 4. 14.
Quam hic fugam aut furtum parat? Cic. 7. Att. 25. Itaque fuga quæ parabatur, repressa est.
Fugam & socios. Virg. 1. Æn. 364.
Imber maximus paratur agricolis. Virg. 1. Georg. 429.
Insidias. Ovid. 2. Fast. 638.

Interitum alicui. Cic. 1. de Divin.
Invidiam alicui ex re familiari ipsius. Cic. in Salluft. 9. [An Parere ?
Iras. Senec. Hippol. 10.
Iter in Macedoniam. Cæf. 3. Bell. Civil. 33.
Letum alicui. Lucret. lib. 6. 1227.
Manum militum parare, interficiendorum aliquorum causa. Cic. in Catil.
Medicina sero paratur, quum, &c. Ovid. Rem. Amor. 91.
Membra paravi pugnæ. Ovid. 9. Met. 34.
Motus magnos fata parant. Lucan. lib. 2. 68.
Necem alicui. Ovid. 1. de Arte Am. 73.
Orationem sibi parare. V. o a o.
Orationes adversus, vel in aliquem. Plaut. Pseud. 1. 5. 39.
Prælia dira. Lucan. lib. 3. 312.
Profectionem. Cæf. 1. Bell. Civil. 27.
Reditum parat sibi & sociis. Hor. 1. Epift. 2. 21.
Sacra parantur. Virg. 2. Æn. 132.
Se ad aliquid parare, Applicare & accommodare quod dicitur. Ter. Eun. 2. 2. 9. Cic. 1. Fam. 7. Huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas.
Se parare ad dicendum. Cic in Orat. 122. Quid jam sequitur, quod quidem artis sit, nisi ordiri orationem, in quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret se ad dicendum? Ovid. 6. Met. 613.
— in omne nefas ego me, germana, paravi. conf. Burm. ad Calpurn. Flacc. Decl. 25. p. 823.
Verba dulcia alicui. Ovid. 2. Amor. 19. 17.
Vim. Liv. Alios vim parantes occidit. i. e. Qui vi tueri se nitebantur. Ovid 2. Met. 576. Vim parat & sequitur.
Para ut. Ter. Phorm. 5 8. 64.
Animo virili, præsentique ut sis, para.
Parant defendere telis. Virg. 2. Æn. 447.
Ire parat ad urbem. Virg. 1. Æn. 682.
Ire parant in nemus. Virg. 4. Æn. 118.
Parare, [κτᾶσθαι] Comparare, acquirere: ut, Parare divitias, amicos, &c.
Ære parare aliquid. Hor. 2. Serm. 3. 129.
Aliquando absolute ponitur eodem sensu. ut Catull. 10. 20.
Non possum octo homines parare rectos. V. ibi Muret.
Agros alicubi sibi parare. Cic. pro Flacco, 71.
Amicos parare. Cic. de Amicit. 55. Quid autem stultius, quam ut plurimum copiis, facultatibus, opibus possint, cetera parare quæ parantur, pecuniam, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa: amicos non parare, optimam & pulcherrimam vitæ (ut ita dicam) supellectilem? Ter. Eun. 1. 2. 69.
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Amor paratur sæpe ludendo. Ovid. 3. de Arte Am. 368.
Ancillas parare. Hor. 2. Serm. 3. 215.
Animos vina parant. Ovid. 1. de Arte Am. 237.
Arma parare adversus aliquem. Ovid. 4. Fest. 700.
Aurum alicui. Hor. 2. Serm. 3. 215.
Campum ad certamen. Virg. 12. Æn. 116.
Casas, pelles, ignem. Lucret. lib. 5. 1009.
Classis hæc mihi paratur. Stat. 1. Achil. 31. al. Minatur.
Cœnam. Cic. 4. Att. 8. pr. Multa me in epistola tua delectarunt: sed nihil magis quam patina Tyrotarichi: cœnam parare disculo. Sic, Convivium, Dapes, Prandium parare, infra. Sed hic emendati codd. Nam du raudusculo &c.
Connubia natis. Stat. 2. Achil. 234.
Convivia. Virg. 1. Æn. 642.
Convivium instruere & parare. Cic. 6. Verr. 62.
Cursus. Virg. 4. Æn. 299.
Dapes. Virg. 6. Ecl. 79.
Dominum sibi. Lucan lib. 6. 262.
Exsequias. Ovid. 2. Fast. 816.
Formam. Ovid. 3. de Arte Am. 234.
Fortunas magnas, & copiam, h. e. Divitias. Liv. 24.
Gratiam alicujus. Tacit. 12. Ann. 4.
Homines parare, Emere. Catull. V. supra Ære parare.
Hortos aliquos. Cic. 12. Att. 19.
Hospitium. Propert. lib. 3. 23. 16.
Locus paratur epulis. Lucan. lib. 7. 792.
Locum ac sedem alicui Cæf. 1. Bell. Gall. 31.
Necessitudines. Cæf. 8. Bell. Gall. 53.
Prandium parare. Plaut. Amph. 4. 4. 17.
Regna æterna magno parantur. Lucan. lib. 1. 35.
Sapientiam. Cic. 1. de Fin.
Solatia sibi. Ovid. Rem. Amor. 449.
Subsidium. Cic. 1. Att. 8. Ego omnes meas vindemiolas eo reservo, ut illud subsidium senectuti parem.
Tela. Ovid. 3. Met. 46.
Paratum est ita. Plaut. Pœn. 4. 2. 87.
Avidus parandi divitias. Ovid. 1. Trist. 2. 75.
Per ellipsin absolute ponitur. Virg. 2. Æn. 120.
— cui fata parent, quem poscat Apollo. Parent, subaud. Mortem.

PARANS, antis. Partic. [ἑτοιμάζων] ut, Animi parantes infanda. Stat. 5. Silv. 2. 87.
Multa parans dicere. Virg. 4. Æn. 390.
Ille innare parans. Virg. 11. Æn. 549.

PARANDUS, a, um. aliud Partic. [ἑτοιμαστέος] ut,
Dona paranda. Ovid. ad Liv. 126.
Scelus parandum est magno animo. Senec. Med. 12.

PARĀTUS, a, um. [ἑτοιμασμένος] similiter Partic. Ter. Heaut. 4. 4. 15.
Quin est paratum argentum.
Vir in quovis loco paratus. Ter. Andr. 4. 3. 4. Donat. Paratum dixit ad omnes affectus, quicunque de proximo esse possunt.
Paratus & promptus, [ἕτοιμος, πρόχειρος] Compar. Cic. 1. Verr. 41. Omne tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his studiis, laboribusque consumam, quo paratior ad usum forensem promptiorque esse possim.
Ab omni re paratum esse. Cic. 10. Fam. 8. Nunc quum deûm benignitate ab omni re simus paratiores, non solum bene sperare de nobis homines, sed explorate judicare volumus.
Ab exercitu paratus. Cic. 8. Fam. 10. Ego quidam præcipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui scirem quam paratus ab exercitu esses, ne quod hic tumultus dignitati tuæ periculum afferret. Al Imparatus.
Paratus & meditatus. Cic. 4. Verr. 17. Sed in Siciliam paratus ad prædam, meditatusque venire cupiebat.
Ad audiendum paratus. Cic. 2. de Fin. pr.
Ad dicendum paratissimus. Cic. 1. Verr. 44. Idem 1. de Orat 38. Præsidiis naturæ vel doctrinæ ad dicendum paratus.
Ad dolores ita paratus, ut &c. Cic. 1. de Fin. 49.
Ad eventum omnem paratus. Cic. 6. Fam. 21.
Ad omne facinus paratissimus homo. Cic. pro Milon. 25.
Ad judicium paratus & instructus venit. Cic. 2. Verr. 7.
Ad mentiendum. Cic. de Amicit. 98.
Ad omnia paratus. Cic. 11. Fam. 13. Exercitus nostros singulari concordia conjunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos.
Ad permovendos animos instructus & paratus. Cic. in Orat. 20.
Ad periculum paratus animus. Cic. 1. Off. 63.
Ad bene de multis promerendum consuetudine beneficentiæ paratiores erunt & tanquam exercitatiores. Cic. 2. Off. 53.
Ad hæc, quæ timentur, propulsanda paratissimum. Cic. 5. Att. 7.
Ad seditionem paratos, ad vim promptus, expeditus ad cædem. Cic. 2. de Lege Agrar. 82.
Ad vim. Ovid. 11. Met. 240.
Contra fortunam. Cic. 5. Fam. 13.
Animis opibusque parati. Virg. 2. Æn. 799.
Paratus peditatu. Cic. 15. Att. 23. Ego hunc ita paratum video peditatu, equitatu, classibus, &c. Equitatu. 15. Fam. 1. Cum ellipsi præpos.
Paratior certamini. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Paratissimus tuendæ civitatis. Cic. 2. de Legib. 66. Fuit hic vir, ut scitis, non solum eruditissimus, sed etiam civis a Repub. maxime, tuendæque civitatis paratissimus. Correpta exemplaria legunt Peritissimus.
Paratus omnia perpeti. Cæf. 3. Bell. Civil. 9.
Animo paratos tueri provinciam. Cic. 10. Fam. 8.
Certare parati. Virg. 5. Æn. 108.
Acies paratæ ferro. Ovid. 3. Fast. 115.
Acies parata neci. Virg. 2. Æn. 334.
Agmen paratum secum habet. Virg. 5. Æn. 548.
Animos paratus bello & paci. Liv. 1.
Animo paratissimo sustinere. Cæf. 8. Bell. Gall. 42.
Auxilium propositum ac paratum iis fac tuum esse videatur. Q. Cic. de Petit. Consul. 16.
Celeritas in respondendo prompta & parata. Cic. de Clar. Orat. 154.
Consensu omnium parato, tota denique Italia ad contentionem expedita, &c. Cic. pro Sext. 36.
Epulæ paratæ regifico luxu. Virg. 6. Æn. 604. i. e. Apparatæ.
Fortitudo est satis instructa, armata, parata per sese. Cic. 4. Tusc. 51.
Fructus parati Plin. 2. Epist. 10.
Honores parati. Plin. 7. Epist. 24.
Hospitium nobis paratum. Lucan. lib. 9. 1028.
Loci parati & expediti multa commendatione ac meditatione. Cic. 2. de Orat. 118.
Leges paratæ. Sallust. Catil. 51. §. 40. i. e. Comparatæ.
Mors parata. Lucan. lib. 8. 32.
Mortis paratæ instrumenta. Ovid. 10. Met. 285.
Oblivio mortuorum parata. Plin. 6. Epist. 10.
Naves paratissimæ. Cæf. 3. Bell. Gall. 14.
Provincia omnium civitatum consensu paratissima. Cic. 10. Fam. 8.
Somni erat sane paratissimi, nonnunquam etiam inter studia instantis. Vulgo Parcissimi. Plin. 3. Epist. 5.
Thalami parati. Virg. 7. Æn. 97.
Urbs parata. Virg. 4. Æn. 75.
Si ita natura paratum esset. Cic. 2. de Divin. p. 297. edit. Lamb. Sed puto legendum, Comparatum. H. St.
Paratior. Lucan. lib. 6. 93.
— cæloque paratior undis. Ovid. 5. Met. 603.
Et quia nuda fui, sum visa paratior illi. Compar. & Superlativi exempla V. supra plura.

PARĀTUM, i. n. [ἑτοιμασμένον] Ter. Eun. 3. 4. 4.
Præteriit tempus: quo in loco dictum est, parati nihil est.
Immo non est Substantivum, sed Adjectivum. Nam Parati nihil est, pro Nihil est paratum H. St. Neutrum, ut vocant, absolutum.
Prata antiqui Parata dixere, ut ait Plin. 18. 5.

PARĀTUS, ûs. m. [παρασκευή] Ipse parandi actus. Quintil. lib. 10. cap. 1. Copiosus verborum sit paratus, i. e. Apparatus. Tacit. 6. Ann. 37. Gazam, & paratus regios adjicit.
Funebris. Tacit. 13. Ann. 17. pr.
Graves paratus rerum. Stat. 2. Theb. 104. Idem 2. Achill. 265.
I, neque enim tantos ausim revocare paratus.
Principalis paratus. Tacit. 2. Hist. 81. 6.
Opus impar vestris paratibus. Ovid. 3. de Pont. 4. 5.
Celebrare aliquid ingenti, & insolito paratu. Tacit. 2. Hist. 59.
Uti largis paratibus. Ovid. 16 Epist. 191.
Luxuries nunquam parvo contenta paratu. Lucan. 4. 374.
Induta Tyrios paratus. Ovid. 3. Fast. 627. i. e. Induta Tyrio vestitu.

PARATE, Adv. [παρεσκευασμένως] Prompte & expedite. Plaut. Epid. 3. 2. 38.
Parate venire ad dicendum. Cic. de Clar. Orat. 241. Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quam parate. Idem pro Rosc. Amer. Tamen diligentius, paratiusque venisses.
Paratius dimicare. Cic 1. Off. 83. Dimicareque paratius de honore & gloria, quam de ceteris commodis.
Paratissime respondit, i. e. Promptissime. Plin. 3. Epist. 9.

PARĀTIO, ônis. f. Idem, quod Paratus. Sallust. Jugurth. cap. 34. Fueris sane regni paratio plebi jura sua restituere. al. Reparatio. Afran. apud Non. 3. 171. Silentio opus est, nulla inest paratio. Adde Ulpian. Dig. lib. 30. t. 1. l. 19 § 7.

PARATŪRA, æ. f. Idem. Tertull. de Pallio cap. 3. & Spectac. cap. 4.

PARABILIS, e. Adj. [εὐπόριστος] Quod in promptu est, & cito haberi potest.

potest. Cic. 1. de Fin. 45. Propterea quod ipsa natura divitias quibus contenta sit, & parabiles, & terminatas habet.
Cultus corporis parabilis. Curt. 3. 5. 2.
Res non magno parabiles. Sen. Epist. 5.
Venus parabilis & facilis. Hor. 1. Serm. 2. 119.
Victus parabilis. Curt. lib. 6. 2. 3.

PARARIUS, i. m. V. supra in PAR.

PARATARIUS, a, um. Adj. Facilis paratu. ut, Phaseoli paratarii. Apic. 8. 6. pr.

PARITO, [ἑτοιμάζω] āre. frequent. Plaut. Merc. 3. 4. 64.
Quid tu ais? quid, quum illuc, quo nunc ire paritas, veneris?
Idem Pseud. 1. 5. 71.

PARO, vel PARON, ōnis. m. [παρών] Naviculi genus, inquit Fest. ad cujus similitudinem, Myoparo dicitur, piraticum navigium. *Brigantinus* hodie aut *Gallis* vocatur, teste Budæo. Ciceronis apud Isidor. 19. 1. versus est.
Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni. V. Barth. Adversf. 35. 7. & Turneb. Adverf. 3. 1.

PARUNCŬLUS, i. m. Idem. dimin. Cic. apud Isidor. ibid. Paruuculis ad litus ludit celeribus.

PĂRŎCHUS, i. m. [πάροχος] Parochi, Qui peregrinis salem & ligna præbebant, inquit Acron. De quibus Hor. 1. Serm. 5. 46.
— & parochi quæ debent ligna salemque. Quos Porphyrio Copiarios a Latinis vocatos esse tradit, qui salem & ligna iis præstabant, qui Reipublicæ causa peregre ibant. Sub nomine autem harum specierum omnia hospitibus necessaria intelligimus, ut idem Acron alibi sentire videtur, lib. 2. Serm. 8. 36. ubi Horatius Parochum pro Convivatore posuit,
— vertere pallor
Tum parochi faciem, nil sic metuentis, ut acres
Potores. Cic. in priore significatione usus est 13. Att. 2. Ariarathes Ariobarzanis filius Romam venit: vult, opinor, regnum aliquod emere a Cæsare. nam quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo, non habet: omnino eum Sextius noster parochis publicis occupavit. Sunt qui Parochias inde appellatas esse censeant, quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt, ab exhibitione scilicet sanctifici crustuli, sacrosanctique panificii. Ego vero non Parochias primum, sed Parœcias appellatas esse censeo. Budæus. Rectius apud Cicer. alii legunt Parochiis publicis. i. e. Præbitionibus. Occupavit, h. e. Ante me cepit, ut ego eum frustra sim invitaturus. Ei Sextius noster & domum jam & omnia ad victum necessaria de publico curavit. conf. Lex. Pitisc. [Immo Parochis, a recto Paroche, παροχή, id est Præbitio, præstatio, ut in Glossis Gr. Lat. Sic Parochus, Præbitor Latine, qui postea Præbendarius.
Parochi, non solum sunt Qui præbenda magistratibus redemerunt, verum etiam Equi, qui cursus publici causa præbentur, quæ tamen significatio a superiori deducta videtur. Ita fit, ut in illa actionis, in hac perpessionis sensus insit. Theodoretus, μικρὸν δὲ καὶ αὐτὸς διηγήσομαι, τί μὲν ποτ τῶν παρόχων ἵππων ἐπιβὰς ἠγαγε τὴν Ἔδεσσαν ἀπιέναι. Annotavit Turneb. [Nisi forte ἵππων legendum.
Parochus etiam vocatur Convivator qui cœnam præbet. Hor. 2. Serm. 8. 36.
Tum parochi faciem, nil sic timentis ut acres
Potores. V. Stuck. Ant. Conviv. 11. 7.

PAROCHA, æ. f. [παροχή] Parochi munus. Cic. 13. Att. 2. Præbendam vocat Gell. 15. 4. V. superiorem dict. & Lex. Pitisc.

PAROCŬLI, orum. m. a Paribus oculis dicuntur. Suet. in lib. de Clar. Rhet. cap. 5. de Sext. Clodio, Male oculatus & dicax paroculorum. [Immo divise legendum, Par oculorum in amicitia M. Antonii extrisse se ajebat.

PARODONTĬDES, um. [παρουλίδες] Tubercula circa gingivas. Cels. lib. 6. cap. 13.

PAROECUS, i. m. [πάροικος] Parœci, sunt Accolæ: quare qui fanum aliquod accolunt, parœci dicti sunt, ejusdem scilicet fani consortes. Et Parœcia, Accolarum conventus & accolatus, sacraque vicinia; nam πάροικοι etiam οἱ γείτονες dicuntur, id est vicini: legique ipse hoc verbum apud Græcos in ea significatione, nisi fallus sum opinione. Quod si Latine loqui magis placet, Latine scientibus Curiæ dici possunt: unde Curiones olim dicti: & πάροικοι, ipsi curiales. Budæus. conf. Voss. de Vit. Serm. 11. & 3. 32.

PAROEMIA, æ. f. [παροιμία] definitore Donato, est Proverbium rebus temporibusque accommodatum. Diomedes autem definit hunc in modum, Parœmia est, Proverbii vulgaris usurpatio, rebus temporibusque accommodata. V. Quintil. 8. 6.

PARŌLĒNE, est Brachii pars quædam, de qua Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 3. sic scribit; Brachii prominens summitas dicitur acromia, aut humeri caput: item epomis, & acrocolia, apud Julium Pollucem: ubi articulus obfirmatur, Entyposis, vel humeri acetabulum, extrinsecus musculi, intus parolene. [Apud Polluc. lib. 2. cap. 4. παρωλένια n. pl. legitur, a recto sing. παρωλένιον.

PAROMOEON, i. n. [παρόμοιον] Figura, quoties est verborum in oratione aliqua similitudo. Ter. And. 1. 5. 7.
— mutavit id,
Quoniam me immutatum videt. Ubi Donatus, παρόμοιον, nam quoties verba sunt, παρόμοιον dicitur: quoties nomina, παρονομασία. Idem in sua editione secunda, Paromœon est quando ab eisdem litteris diversa nomina sumuntur: ut,
O Tite, tute Tati tibi tanta tyranne tulisti. conf. Diomed. 2. p. 441.

PAROMPHALON, est Concretio tosi in umbilico. Galenus in Finit. Medic.

PAROMOLOGĬA, æ. f. [παρομολογία] Schema est, quod fit quum aliquot res adversario concedimus; deinde aliquid inferimus quod aut majus sit quam superiora, aut etiam omnia, quæ posulmus, infirmet. ut Sume hoc ab judicibus nostra voluntate: neminem illi propiorem cognatum quam te fuisse, concedimus: officia tua nonnulla in illum exstitisse: stipendia vos una fecisse aliquandiu, nemo negat. Sed quid contra testamentum dicis, in quo scriptus hic est? Ex Hyperide est exemplum hoc. Rutil. Lup.

PARŌNŎMĂSĬA, æ. f. [παρονομασία] Schema est, veluti quædam Denominatio; vel quoties aliud nomen efficitur ex alio. Ter. Andr. 1. 3. 13.
Nam inceptio est amentium, non amantium. Ubi Donatus, Amabant veteres de proximo similia dicere: ut Cic. 6. Verr. 27. Minus clarum putavit fore quod de armario, quam quod de sacrario esset ablatum. Et quidem si in verbis sunt, paromœon dicitur: in nominibus, paronomasia. V. Quintil. 9. 3. & supra PAROMOEON.

PĂRŌNȲCHĬA, æ. f. [παρωνυχία] Abscessus circa radices unguium. Paronychia dicta a παρὰ, ad; ὄνυξ, unguis; quasi ad unguem. Latini Reduvias appellant. Plin. lib. 23. cap. 3. Gingivarum inflammationibus, paronychiis, sordidisque ulceribus excrescentibus. Plin. tamen genere neutro profert, ut lib. 24. cap. ultimo, Altero quod est aizoo simile, ad paronychia & pterygia unguium, & quum caro unguibus increvit, utuntur cum axungia. Idem lib. 28. cap. 8. Petron. cap. 31. Aliis insequentibus ad pedes, ac paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus. [Omnino nihil aliud est Reduvia, quam Excrescentes circa ungues fissæ cutis squamulæ quædam, non sine dolore. In Gloss. Gr. Lat. παρωνυχία, Redubia. & Lat. Gr. Reduvia, παρωνυχίς. Suspicor tamen aliud esse Græcorum παρωνυχίαν, de qua Plin. loquitur. Verum nempe abscessum seu puris circa unguem generationem, Panaritium vulgo vocant. V. Fœsii Oeconom. Hippocr.
Paronychia, Herba ab effectu sic appellata: sanat enim paronychias. Dioscorides lib. 4. cap. 49. Galen. lib. 8. de Simplic. med. facultat.

PĂRŌNȲMIA, æ. f. [παρωνυμία] Denominatio derivative facta.

PARONYMON, i. n. [παρώνυμον] pl. Paronyma, Quæ ab alio quodam consimili trahuntur; ut equus eques. V. Diomed. p. 310. V. PARONOMASIA.

PAROPAMISADÆ, [Παροπαμισάδαι] Populi Asiæ, qui (sicut refert Ptolemæus) ab Oriente parte Indiæ, ab Occasu Arabia terminantur, a Meridie Arachosia. Meminit horum & Plin. lib. 6. cap. 20. & 23. Etenim plerique ab Occidente non Indo amne determinant, sed adjiciunt quatuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, & Paropamisadas.

PĂRŌPIS, [παρωπίς] inter Instrumenta muliebria annumeratur Polluci lib. 10. cap. 28.

PĂROPSIS, ĭdis. f. [παροψίς] Patinæ genus aliquantum concavæ, in qua obsonia ponuntur. Juven. 3. Sat. 142.
— quam multa magnaque paropside cœnat. Græcum est, παροψίς, παροψίδος, a παρὰ & ὄψον, id est ad cibum. Est etiam Juris quoddam genus, vel obsonii vilis. Pollux auctor. Suet. in Galb. cap. 12. Et ordinario quidem dispensatori, breviarium rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse. Martial. lib. 11. 27. 5.
Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Alecem, sed quam protinus, illa voret. Paropsis, inquit Baysius, antiquis non solum pro Vili obsonio & jure & etiam maza, sed etiam pro Vase escario sumebatur. V. libellum de Vasculis. [Duplicem quidem hujus vocabuli significationem proponunt Græci Lexicographi. V. Henr. Steph. Thes. Gr. Polluc. lib. 6. f. 56. & lib. 10. f. 87. & quæ docti viri ad utrumque locum, & ad Phrynichum in eadem voce adnotarunt. Latini vero nusquam nisi pro Vase mensario posuerunt, & apud Martial. Rubra, Samia, fictilis intelligitur. V. paulo post not.
Paropsis malorum, Proverbiali figura apud Athenæum lib. 9. dixit Antiphanes, quod de Vehementer improbis, & omni facinorum genere contaminatis usurpare licebit. Ducta est metaphora a disco, in quo varia eduliorum genera apponi solebant, sed quæ voluptatem afferant, quo gratior est tropus deflectens in contrarium.
Parapsis scribi vult Heinsius ad Petron. cap. 34. p. 134. conf. Turneb. Adverf. 10. 27. vel Cujac. Observ. 10. 17. & Interpp. Polluc. d. l. Ita scriptum autem vocabulum, non nisi de vase mensario intelligi potest, nisi μετωνυμικῶς continens pro contento ponatur. V. PARAPSIS suo loco.

PAROPTUS, a, um. Adj. [πάροπτος] Assatus. Apicius 6. 9. Pullus paroptus.

PĂROS, i. f. [Πάρος] Insula est una ex Cycladibus, quæ a Delo triginta quinque millibus distat, ex qua Parius lapis candidissimus, e quo multa signa fiebant. Hanc primo Plateam, postea Minoidem vocitarunt. In ea est oppidum etiam Paros vocatum. Virg. 3. Æn. 126.
— niveamque Paron. A candore marmoris.
Marmorea Paros. Ovid. 7. Met. 466.

PARII, orum. Habitatores hujus insulæ. Nepos 1. 7. 4.

PARIUS, a, um. Adj. [Πάριος] ut, Parius lapis. Plin. 36. 17. & 18. & 22. i. e. Parium marmor, Candidum, quod omnium optimum erat. Virg. 1. Æn. 597. Idem 3. Georg. 34.
Stabunt & Parii lapides, spirantia signa. Ubi Serv. In templo Cæsaris majorum statuas ejus dicit se esse positurum, quas commendat & a pretioso marmore, & ab arte.
Marmor Parium. Hor. 1. Carm. 19. 6. conf. Petron. cap. 126.
Juga Paria. Ovid. 1. Amor. 7. 52.

PARŌTIS, ĭdis. f. [παρωτίς] Apostema est circa aurem. Plin. lib 20. cap. 1. Parotidas, & panos sanat. Græci παρὰ, ad; & ὦτα, aures dicunt. conf. Cels. 5. 18. 18. & Macer. 1. 30.

PAROXYSMUS, i. m. [παροξυσμὸς] Stimulatio, concitatio, exacerbatio, παροξύνειν enim est incitare. Hoc nomine Græci medici appellant Accessum febris, hoc est exasperationem, quæ statis temporibus fieri consuevit, de quo multa Galen.

PARRA, æ. f. Genus avis inauspicatæ. Hor. 3. Carm. 27. 1.
Impios parræ recinentis omen
Ducat. Sic Prudent. Symmach. 2. 570.
Cur Cremeræ campis cornice vel oscine parra
Nemo deûm monuit perituros Marte sinistro
Ter centum Fabios? Hoc est superstitiosa veterum opinione, ut in oscinibus augurii sit ideo infausti, quod ejus avis sint injucundissimi cantus. Ejus autem insuavitatem & prope diritatem satis indicarit versus iste Paulini ad Auson. epist. 2. v. 36.
Si confers fulicas cygnis, & aëdona parræ. Turneb. Adverf. 9. 29.
Parra fecunda auspicia, non cantu, sed loco facit. Plaut. Asin. 2. 1. 13.
Picus & cornix est ab læva, corvus, parra ab dextra,
Consuadent.

PARRHASIA, [Παῤῥασία] Regio in Peloponneso, dicta Arcadia, Lycaonis patria. Unde Parrhasius mos, Virgil. 8. Æn. 344.
Parrhasio dictum Panos de more Lycei. In ea mons est Lyceus, in quo bicornis Fauni templum fuerat, a quo Lycea ludicra illi sacrata, nobis Lupercalia dicta. Unde Ovid. lib. 2. Fast. 423.
Quid vetat Arcadico dictos a monte Lupercos?
Faunus in Arcadia templa Lyceus habet.

PARRHASIUS, a, um. Adj. [Παῤῥάσιος] ut, Antra Parrhasia. Stat. 11. Theb. 178.
Axis Parrhasius, A sidere Ursæ Parrhasidos. Sen. OEth. 1281.

Coloni Parrhasii. Claud. de Bell. Get. 191.
Dea Parrhasia, Carmenta. Ovid. 1. Fast. 618.
Mure Parrhasio, i. e. Arcadico. Virg. 8. Æn. 344.
Nives Parrhasiæ. Ovid. 2. Fast. 278.

PARRHASIS, Idis. f. [Παῤῥασίς] patronym. Sic dicitur Callisto. Ovid. 2 Met. 460. Parrhasis erubuit.
Parrhasis Helice. Lucan. 2. 237.
Stellæ Parrhasides. Ovid. 4. Fast. 577.
Ursa Parrhasis Ovid. 18. Epist. 152.

PARRHASIADES, ob immodicam procacitatem dictus est Demochares: sicut ob morum ferocitatem Demosthenem Argen serpentis nomine vocitarunt. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 22. Al. Parrhesiastes, παῤῥησιαστής. V. Senec. de Ira 3. 23.

PARRHASIUS, Nomen viri, V. PARRASIUS.

PARRICIDA, & PARRICIDIUM. V. PARICIDA, & PARICIDIUM.

PARS, partis. f. [μέρος, μοῖρα, διαίρεσις] Portio. Partes autem dicuntur in quas dividitur totum. Quidam Partem a Pari dictam existimant: quod partes simul junctæ, pares, hoc est æquales sint toti. Alii a Pario, sive Partu: quod pars a toto deducta, & quasi parta sit. Alii a Parum: quod pars, parum quiddam sit respectu totius. Ter. in prol. Adelph. 23.

Senes qui primi venient, hi partem aperient,
In agendo partem ostendent. Idem Heaut. 4. 5. 50.
Omnes te in lauta, & bene acta parte putant. Al. Aucta. Aucta ... legit Bentl. q. V.

Omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxit. Cic. in Pison 29. De Pompejo.
Mundi partes. Lucret. lib. 5. 478.
Philosophiæ pars. Cic. 1. Acad. 45. Carneades nullius philosophiæ partis ignarus. h. e. Omnem totius philosophiæ cognitionem habens.
Sensus partem si ullam habes, hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. Cic. 2. Philip. 86
Spectatorum pars, Hominum pars: pro Incerto quodam numero. Plaut. Trucul. 1. 2. 12 Idem Trin. 1. 1. 12.
Terrarum pars. Plin. lib. 13. cap. 4.
Vitæ partes. Cic. pro Font. 30. In omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officii, plenum religionis, videtis positum in vestra fide ac potestate.
Æqua pars amoris. Ter. Eun. 1. 2. 18.
Centesima. V. CENTUM.
Coæqua. V. COÆQUUS.
Confirmans. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Exigua pars montis. Virg 10 Æn. 128.
Exigua pars temporis. Lucret. lib. 3. 400.
Exiguissima pars restat de turba fratrum. Ovid. 14. Epist. 115.
Immensa. Senec. Hippol. 10.
Incultæ partes mundi. V. INCOLO.
Magna pars Arabiæ. V. MAGNUS.
Melior pars diei. V. Melior in BONUS.
Perexigua. V. PEREXIGUUS.
Quarta pars diei præterita. Hor. 1. Serm. 9. 35.
Ultima pars vitæ. Virg 4. Ecl. 53.
Ultima pars lucis mensæ est data. Ovid. 7. Met. 662.
Addere partes illæsas vitiatis. V. ADDO.
Adimere partem, & Dare partem, contraria. Cic. 7. Verr. 84. Quibus illi urbis suæ partem ademerunt, iis tu nostri imperii partem dedisti.
Rerum pars altera adempta est. Virg. 9 Æn. 131.
Amplectitur plures partes genus. Cic. 1. de Invent. 32.
Conducere partes in unum. Lucret. lib. 1. 398.
Constituere partes. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Constituere partes causæ singulas in suis digitis. V. CONSTITUO.
Contexere partes. Quintil. in procem lib. 4.
Desertam partem oratoriæ artis occupaverunt. Quintil. in procem. lib. 1. p. 9. Burm.
Dilata pars laborum. Ovid. 9 Met 274.
Dispergi ad minutas partes. Lucret. lib. 4. 893.
Distribuere partibus aliquid. Cic. 1. de Orat. 109. Hæc ab hominibus callidis & peritis animadversa ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt.
Facere partes. Cic 2. de Orat. 366. Quis Antonio permisit, inquit, ut & partes faceret, & utram vellet, prior ipse sumeret? h. e. In partes divideret disputationem.
Ingredi partem. Quintil lib. 4. cap. 3.
Occupare partem. Quintil. in procem. lib. 1. V. supra Desertam partem &c.
Relinquere idoneam aliquam partem. Auctor ad Herenn. lib. 1. 33. Hoc quoque vitandum est in expositione, ne quando, quum omnia collegisse videamur, aliquam idoneam partem reliquerimus.
Requiescere nullam partem noctis. Cic pro Rosc. Amer. 97.
Revulsa pars e monte. Ovid. 13. Met. 880.
Sumere partem Falerni. Hor. 1. Carm. 27. 10.
Vocari in partem curarum. Tacit. 1. Ann. 11.
Pars, triplicatum. Martial. 8. 47.

Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est,
Pars vulsa est: unum quis putet esse caput? Duplicatum V. a pr.

Pars magna, quod & Bona pars dicitur: h. e. Multi. Plaut. Mostel. 2. 1. 14. Magna pars moram hanc sibi induxerunt, donec, &c.
Magna pars vestrum. Ter. in prol. Heaut. 9.
Morbi magnam deponere partem. Hor. 1. Epist. 1. 35.
Magnam partem habere in re aliqua. Virg. 6. Æn. 31.
Magnam, Majorem, vel Maximam partem, pro Magna &c. ex parte. Cæs. 4. Bell Gall. 1. de Suevis, Neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt. Lucret. lib. 3. 64.

— hæc vulnera vitæ
Non minimam partem mortis formidine aluntur. Cic. in Orat. 189. Senarios vero, & Hipponacteos effugere vix possumus: magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio.

Magna quorum pars fui Virg 2. Æn. 6.
Pars major. Cic. 1. Off. 118. Alii multitudinis judicio feruntur, quæque majori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant.
Majorem partem ævi contexere somno. Lucret. lib. 3. 1060.
Diei majorem partem alicubi sedere. Cic. 6. Verr. 54.
Vigilare majorem partem noctis. Cic. 1. de Divin. 59.
Majorem partem populi suffragiis privavit. Cic. 2. de Lege Agrar. 17.
Maxima pars hominum. Hor. 2. Serm. 3. 6.
Multa pars mei. Hor. 3. Carm. 30. 6.
Pars multa, pro Plerique. Hor. 2. Serm. 7. 7.
Bona pars, Magna. Hor. de Arte Poet. 297.
Bona pars hominum. Hor. 1. Serm. 1. 61.
Bonam partem sermonis in aliquam diem differre. Cic. 2. de Orat.
Ex magna parte, pro Plerumque. Plin. lib. 8. cap. 54. de simiis.
Ex magna parte. Quintil. lib. 10. cap. 1. Ex magna parte Ciceronem, quantus est fecit.
Assentiri alicui magna ex parte. Cic. 7. Att. 3.
Omnino aut magna ea parte liberari. Cic. 1. Tusc. 1.
Multo maxima ex parte liberæ religione domus. Cic. de Arusp. Resp. 11.
Maxima parte. V. MAGNUS.
Parte, ablativus: pro Partim. Plaut. Rud. 1. 3. 10.

Sed id si parte curavi, ut caverem:
Tum hoc mihi indecore, inique, immodeste
Datis dii. Emendati codd. habent, Sed id si parate curavi.

Dimidia parte. Suet. Jul. 41. 2. & 3. Idem Domit. 7. 6.
Parte, geminatum. Plin. lib. 37. cap. 11. Melichloron est geminus: parte flavus, parte melleus. conf. a pr.
Parti, ablativus, quo sæpe utitur Lucret. ut lib. 3. 577.

Ut sensus alios in parti quemque sua scit
Dissolvi, &c. De anima. i. e. In parte. Lambin.

Duabus partibus amplius. Cic. 5 Verr. 49. Quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse, quam Populo Rom. misisse? i. e. Duas tertias abstulisse.
Partibus, pro In partibus. Paterc. 2. 38. 1. Ut quæ facilius, quam partibus, simul universa conspici possint. Idem 2. 38. 4. Inde varie possessa & sæpe amissa partibus, ductu Augusti facta stipendiaria. De Hispania [i. e. Per partes.
Partibus, & paulatim. Columel. lib. 2. cap. 3. Non multum, nec universum cibum, sed partibus & paulatim præbere convenit.
Multis partibus major. V. MULTUS.
Multis partibus plures, i. e. Multo plures. Cic. 1. Fam. 2. Perspiciebant enim in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros. Idem 8. Fam. 9 Turpe tibi erit Patiscum Curioni decem pantheras misisse, te non multis partibus plures: i. e. Multo plures. Sic Cæs. Quoniam numero multis partibus esset inferior. i. e. Multo inferior. Et Cic. 3. de Finib. 36. Quis est enim, aut quis unquam fuit, aut avaritia tam ardenti, aut tam effrenatis cupiditatibus, ut eandem illam rem, quam adipisci scelere quovis velit, non multis partibus malit ad sese, etiam omni impunitate proposita, sine facinore, quam illo modo pervenire? i. e. Multo malit. Paul. Manutius.
Ne minima quidem parte. V. Minor, in PARVUS.
Plus justa parte. Virg. 1. Georg. 33.
Plus media parte. Ovid. 3. Met. 43.
Prope pars, i. e. Bona vel major pars. Cic. pro Muren. 42. Sullana gratificatio reprehensa, multi viri fortes, & prope pars civitatis offensa est.
Ex parte. Quintil. lib. 6. cap. 4. Pisces ex parte adusti & versati. V. supra.
Dimidia ex parte sacerdotes non habebit Romanus populus. Cic. pro Domo, 38.
Gaudere ea parte. Cic. 3. Q. frat. 1. Quod tibi mea permissio mansionis tuæ grata est, id ego summo meo dolore & desiderio, tamen ex parte gaudeo.
Ex altera parte. Cic. 3. Verr. 76. Grandis natu parens adductus ad supplicium, ex altera parte filius.
In parte, pro Partim. Quintil. lib. 5. cap. 7. Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est.
In hac parte, In parte causæ, vel laboris. V. IN præp.
In partem, & In partem dimidiam. V. IN præp.
In utramque partem magna est vis in fortuna vel ad secundas res, vel ad adversas. Cic. 2. Off. 19.
Neutram in partem sine hominum opibus & studiis hæc effici possunt. Cic. 2. Off. 19.
Nullam in partem. V. NULLUS.
Nullam in partem tua interest. Cic. 13. Fam. 8. Sed id quod mea intelliges, tua nullam in partem interesse; ita mihi des, &c.
In omnibus partibus argumentationes adversariorum tentare. Auctor ad Herenn. lib. 2.
In partem aliquos vocare. Cic. pro Cæcin. 12. M. Fulcinius adolescens mortuus est: hæredem P. Cæsennium fecit: uxori grande pondus argenti, matrique partem bonorum majorem legavit. Itaque in partem mulieres vocatæ sunt.
In hac parte, vide an Cic. utatur. In hoc sumus sapientes, quod &c. Cic. Exponitur, In hac parte. Vide IN. Plin. Quantum in hac parte multo nocentiores, quam feræ, sumus? V. IN. H. St. Ex lib. 10. cap. 63. H. N. Puto delendum Multo.
Pars de. Ter. Heaut. 4. 1. 35.

Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.

Pars, in corpore. Cels. lib. 2. cap. 11. Usus autem cucurbitulæ præcipuus est, ubi non in toto corpore, sed in parte aliqua vitium est, quam exhauriri ad confirmandam valetudinem satis est.
Evocatur inflammatio in eas partes, quæ conjunctæ sunt. Cels. lib. 7. cap. 7. de Ægil.
Mutilatis partibus trunca membra. Ovid. in Ibin, 547.
Genitales partes corporis. Lucret. lib. 4. 1038.
Obscænæ partes. Ovid. 2. de Arte Am. 584.
Tegendas partes velare. Ovid. 3. Met. 479.
Pro parte, Pro viribus. Ovid. 4. Fast. 301. V. Pars pro Officio infra.
Pro virili parte. Sallust. de Republ. ordin. extr. A me quidem pro virili parte dictum & adjutum fuerit.
Pro sua quisque parte, i. e. Pro virili. Cic. 15. Fam. 15. Versor autem in gemitu Italiæ, & in Urbis miserrimis querelis, quibus aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset, si auctor adfuisset. Idem 6. Verr. 81. Præcipue quod in his artibus pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit.
Pro sua parte ut ita fieret adjuvare. Cic. 3. Fam. 10.

Pars, pro Initio eleganter fumitur.Celf.4.14.Parfque fanitatis eft, vomitum effe foppreffum. Sic Virg. 7. Æn. 266.

Parr mihi pacis erit. Et Cic. 11. Philip. 3. Mors in beneficii partem numeretur. Budæus.

Pars cum verbo plurali diftributioni infervit, & fignificat Aliqoi vel alii. Tacit. 5. Hift. 11. 3. Pofcebant pericula pars virtute, multi ferocia. Ibid. 4. 23. 5. Alii prælisbantur, pars intus occulti muros fubruebant. conf. Idem 1. Ann. 24. 2. Et 3. 1. 5. Virg. 1. Æn. 216.

Pars in frufta fecant &c. Litom ahena locant alii conf. A L I U S.

Pars, pro Partim. Suet. Vefp. cap. 8. Milites, pars victoriæ fidocia, pars ignominiæ dolore, ad omnem lætitiam audaciamque proceflerant. Budæus. Plum fopra exempla V. Poteft tamen & Alii exponi.

Virgo comitum paru ona mearum. Ovid. 2. Met. 426.

Pars, pro Uxoru. Plaut. Men. 3. 2. 14.

Satur nuoc loquitur de me, & de parti mea. [Immo Parte prandii,

Eft aliqua mea pars virilis, quod ejus civitatis fum, quam ille amplam, &c. Cic. 6. Verr. 81.

In parte aliqoa hærere apud aliquem. Ter. Eun. 5. 9. 25.

Dignitatis & libertatis partem nullam in pofterum fibi relinquere. Cic. 1. Fam. 9.

Pars, Latos, regio, de loco. ut Averfa pars. V. A V E R T O.

Inferior. Lucret. lib. 5. 289.

Intima parte urbis. V. I N T R A.

Læva. Ovid. 8. Met. 220.

Siniftra in parte murorum. Virg. 9. Æn. 468.

Findit in ambas partes fe via. Virg. 6. Æn. 540.

Immiffi ignes diverfis partibus. Virg. 12. Æn. 521.

A parte omoi timetur. Ovid. 10. Met. 374.

Ab aliqua parte argumentationes adverfariorum labefactare. Auctor ad Heren. lib. 2.

Ab Orientis partibus virtutis tuæ lomen, ut elucent apto. Cic. 12. Fam. 5.

A meridianis partibos. Plio. lib. 7. cap. 50. ad finem, Qua in re obfervatum, a meridianis partibus ad occafum folis peftilentiam femper ire.

Vetant hoc alicubi venti: ut in Africa, & in Narbonenfis provinciæ partibus. Plin. lib. 14. cap. 1.

De parte finiftra. V. O R.

Fulminat de parte Boreæ. Virg. 1. Georg. 370.

Tenuit partes illas, pro Per illam regionem iter habeit. Cic. 3. Att. 2. Intelligam ex eo loco fi iter haberem, poffe me Brundofiom referret fioe te autem non effe nobis illas partes tenendas propter Antroniom.

Celeberrimæ & maximæ partes orbis, pro Maxima parte habitantium. Cic. pro Domo, 146. Urbis celeberrimæ & maximæ partes adverfum illud non monumentum, fed vulnus patriæ, contuentur.

Celeberrima pars Romæ. Stat. 1. Silv. 2. 232.

Hioc, & parte alia. Virg. 8. Æn. 683.

Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæfar. Et paulo poft,
Parte alia ventis, & dis Agrippa fecundis
Arduus, agmen agens.

Ex altera parte graviter, ex altero acote extrema fonant. Cic. in Somn. Scip. 11. De motu cæli.

Ex utraque parte fubnixi alicui rei. Cic. in Somn. Scip. 25. E qoibus duos maxime inter fe diverfos, & cæli verticibus ipfis ex utraque parte fubnixos, obriguiffe pruina vides. De cingulis cæli.

Ex omni parte diligentiffime aliquid confiderare. Cic. 2. de Divin. 32.

Oftendit fe ex omnibus partibus amor tuus in his litteris. Cic. 5. Fam. 15.

Ire aliam in partem. Lucret. lib. 4. 448.

Abundare in omnem partem. V. A B U N D O.

In utramque partem. V. I N præp.

Neutram io partem. V. N E U T E R.

In eam partem moveri. Cic. 4. in Catil. 3. Moveor his rebus omnibus, fed in eam partem, ut falvi fint vobifcum omnes.

Peccare in eam partem, quæ cautior eft. Cic. pro Rofc. Amer. 56.

Facere verba in aliquam partem. Cic. 8. Att. Quod plura in eam partem verba fecerim, poteft fieri, quod fit in multis quæftionibus, ut res verbofior hæc fuerit, illa verior.

Diftrahuntor in contrarias partes impotentium cupiditates. Cic. 5. Tufc. 60.

In contrarias partes omnium rerum facultas ex iifdem locis fuppeditatur. Cic. 2 de Orat. 215.

In contrarias partes fluxerunt flumina. Cic. 1. de Divin. 78.

Varias in partes rapere animum. Virg. 4. Æn. 286.

Io omnes partes verfabat animum. Virg. 4. Æn. 630.

In omoes partes: pro Omnibos modis. Cic. 11. Att. Brundufii jacere, in omnes partes eft moleftum.

In omnes partes ofus vitæ præceptis confirmari poteft. Cic. 1. Off. 7.

In omnes partes aliquem defendere. Cic. 5. Fam. 10.

In omnes partes multos fallere. Cic. pro Sext. 51.

Io omnes partes aliquid valere. Cic. 4. Fam. 10. Sed, quum leviora non multo effent quæ audirentur, quam quæ viderentur: fufpicarer autem multum intereffe rei familiaris tuæ, te quamprimum venire, idque in omnes partes valeret: putavi ea de re te effe admonendum.

In optimam partem accipere, i. e. Boni confulere. & bene interpretari. Cic. 10. Att 3. Cæfar mihi ignofcit per litteras, quod non venerim: fefeque in optimam partem id accipere dicit.

Cognofci in partem optimam. V. C O G N O S C O.

Pejorem in partem verfa & mutata funt omnia. Cic. pro Rofc. Amer.

Pejorem in partem liqoitur ætas. Lucret. lib. 2. 1131.

Mitiorem in partem interpretari. V. M I T I S.

In deteriores partes retro cedere. Lucret. lib. 2. 507.

Pertinet etiam hoc vocabulum ad menfas. Nam quæ de cibis apponebantur convivis, vel ex coena ad amicos mittebantur, vocabantur Partes. Suet. Calig. cap. 18. Qoa epolatione equiti Romano, contra fe hilarius avidiufque vefcenti, partes fuas mifit. Idem Domit. cap. 11. Secutum bilanmque dimifit, partibus etiam de coena dignatus eft.

Hujus vocabuli vis interdum in aliis latet. ut, Summas amphoras operit auro & argento. Nepos 23. 9. 3. i. e. Summas amphorarum partes. Reliquum oppidom relinquont. Idem 2. 2. 8. i. e. Reliqoam oppidi partem. Quis eft quem video in ultima platea? Ter. Phorm. 1. 4. 38. i. e. lo ultima parte plateæ.

Partes in Dialogo dicuntur perfonæ loquentis in Comœdia Actoris. Terent. in prol. Phorm 28.

Quia primas partes qui aget, is erit Phormio. Cic. 13. Att. 19. de tribus de Oratom libris fuis, Puero me hic fermo indocitur, ut nullæ effe poffent partes meæ.

Primarum, fecundarum, tertiarum partium actores in fcæna. Cic. 1. Verr. 48. Ut in actoribus Græcis fieri videmus, fæpe illum, qoi eft fecundarum aot tertiarum partium, quum poffit aliquanto clarius dicere, quam ipfe primarum, multum fummittere, ut ille princeps quam maxime excellat. ubi Pedianus, Comœdia, inquit, quinque actus habet, hoc eft quinquies docitur in fcænam. Eft ergo perfona primarom partium, quæ fæpius actu regreditur; fecundarum & tertiarum, quæ minus minufque procedunt. Terentius io Phormione,

Quia primas partes qui aget is erit Phormio. Hæc Pediano. Budæus. [Donat. ad d. l. Terent. e Prol v 28 Primas, nunc Maximas: ad actorem enim retulit. Nempe quia Primæ & Secondæ partes etiam alio refpectu dicuntur. Scholiaftes Horatii ad loc. fequent. Primæ partes funt Dictatoris, fecundæ mimi, qui refert dicta prioris. Aliter tamen Acro & Porphyr. quos conf.

Secundas partes tractat mimus. Hor. 1. Epift. 18. 14.

Primarum partium fervos in Comœdia. Cic. pro Flacc. 65.

Priores partes habere apud amicum. Ter. Eon. 1. 2. 71.

Habere magnas partes publicanorum. Cic. pro Rabir. Poft. 4. Al. Publicorum.

Priores partes triboere alicui in aliqua re. Cic. 3. Q. frat. 4. Tibi iftius generis io fcribendo priores partes tribuo, quam mihi. i. e. Pluris te facio.

Primas in dicendo partes alicui concedere. Cic. 1. Verr. 49.

Meæ partes funt, pro Meum officium. onde etiam Alicujus partes defiderare, h. e. Diligentiam, dicitur. Cic. 11. Fam. 14. extr. Si ita eft, omnia faciliora: fin aliter, magnum negotium, cujus exitum non extimefco: tuæ partes font. Idem 7. Att. 25. Sin erit bellum, ut video fore, meæ partes non defiderabuntur.

Non font meæ partes id facere. Cic. 3 Verr. 65. Monus illud fuom non effe: fe, cum fuæ partes effent hofpitum recipiendorum, tum &c. Id eft, Viciffitudo tangeret, inquit Afcon. q. V.

Officinm & Partes. Hor. de Arte Poet. 314. [An Officia & partes? H St.

Partes & Patrocinium. Cic. 1. de Divin. 105. Qoid de auguribus loqoar? tuæ partes funt: tuum, inqoam, aufpiciorum patrocinium debet effe.

Agere partes alicujus, Fungi alicujus munere & officio. Ter. Phorm. 5. 5. 9

Viciffim partes tuas acturus eft. A. quas? P. ut fugiret patrem.

Te fuam rogavit rurfum ut ageres, caufam et pro fe diceres. Ubi Donatus, Partem iterum fubaudiamus: & eft ζεῦγμα a fuperiore. Ita Donatus. Videretur potius fic legendum, Ut ageres caufam: ut poft Diceres, fubaudiretur Caufam nam Caufam alicujus agere, & Pro aliquo caufam dicere, dicimus: Partem vero alicujos agere, fingulariter non dicitur, fed Partes agere. Ovid. 6. Faft. 70

Blandior, & partes pæne rogantis ago. [Exempla tamen infra videbis.

Agere partes lenitatis & mifericordiæ. Cic. pro Moren. 6.

Conftantiæ, moderationis, temperantiæ partes nobis a Natura datæ funt. Cic. 1. Off. 98. Subaudi Agendæ.

Defende partes tuas. Plaut. Milit. 3. 1. 213.

Dare partes alicui, & mittere in negotium. Cic. pro Rabir. Poft 4. Nec interea locupletare amicos unquam fuos deftitit, mittere in negotium, dare partes, augere, fide fuftentare. [Poteft de Participatione lucri conceffa intelligi.

Depofcere partes. Cic. pro Rofc. Amer. 9.

Mea pars etfi nemini cedit, fac ut tua ceteros vincat. Cic. 1. Q frat. 2. 34. Hic fingularis, pro plurali ponitor. Habes & alia hic exempla.

Duras fratris partes prædicas. Ter. Eun. 2. 3. 62. conf. mox Imponere.

Partem meam loquendi trado tibi. Plaut Afin. 3. 1. 14.

Eripere partes ab aliquo. Cic. in Vatio. 29. Erogarifne pecunias ex ærario tuis legibus: eripoerifne partes illo tempore cariffimas partim a Cæfare, partim a publicanis

Excipit has partes ipfe Callicrates. Nepos 10. 8. 3.

Imponere partes alicui. V. I M P O N O.

Imponere duriores partes alicui. Cic. 10. Att. 8.

Mandare partes alicui. Hor. de Arte Poet. 177. —ne forte feniles
Mandentur juveni partes, pueroque viriles.

Obtinere accufatoria partes. Cic pro Quint. 8.

Omittere fuas partes. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Peragere partes fuas. V. P E R A G O.

Subire partes. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Sufcipere partes alicujus. Cic. 6. Verr. 9. Cur ego tuas partes fufcipio? cur tuum onus fuftineo?

Sufcipere officia & partes pro aliquo. Cic. io Vatin. 35.

Sufcipere officia & partes imperatoris. Cic. 5. Fam. 12.

Sumere fibi partes. Cic. Quas enim partes mihi ipfe fumpferam, eas occuperit oratio tua.

Suftinere perfonam aliquam & partes. Cic. de Arufp. Refp 61. Atque ego hanc orationem, P. C. tam triftem, tam gravem non fufcepiffem, non inquam, nifi hanc perfonam, & has partes, honoribus populi Romani, veftris plorimis ornamentis mihi tributis, deberem & poffem fuftinere.

Suftinere petitoris partes. Paul. in l. 2. D. Ne quis eum qui in jus voc. vi eximat.

Tranfactæ partes. Cic. 2. de Orat. 25.

Tribuere aliquas partes alicui. Cic. 1. de Nat. Deor. 33. conf. fupra.

Dare populi ad partes aliquid. Cic. 2 de Lege Agrar. 19 Demitius, quod per cæremonias populi fieri non poterat, ratione affecutus eft, ut id quoad poffet, quoad fas effet, quoad liceret, populi ad partes daret.

Tutari partes alicujus. Hor. 2. Epift. 1. 171.

Parte utraqoe audita: In litibus dicitur. Plin. in Panegyr. Quo facilius, velut audita utraque parte, difpiceres, quid ftatuendum putares.

Noftræ parti timeo, quid hic refpondeat. Ter. Andr. 2. 5 8

Pars adverfa, vel Diverfa. Quintil. lib. 4. cap. 1. Partis adverfæ patronus. Idem lib. 5. cap. 7. Turbantur enim, & a patronis diverfæ partis inducuntur in laqueum.

Pars, pro Factione. Cic. 2. Q. frat. 25. Damus operam, ne cujus animum offendamus, atque ut etiam ab iis ipfis, qui nos cum Cæfare non conjunctos

ctos dolent, diligamur: ab æquis vero, aut etiam a propensis in hanc partem excolamur, & amemur. Idem 13. Fam. 30. Quod fuerim moderatior temperatiorque, quam in ea parte quisquam: id me maxime fecisse auctoritate Capitonis.

Frequentius tamen numero multitudinis, ut

Tanta luoido in partibus erat. Sallust. Jugurth. 44.

Languentibus partium animis. Ammian. 14. 1.

Descendere in partes. Tacit. 15. Ann. 30.

Ducere aliquem in partes. Tacit. 15. Ann. 51.

Fovere partes. Tacit. 1. Hist. 8.

Habere aliquem in partibus, significat Addictum aliquem habere faventemque. Tacit. 13. Ann. 2.

Stare a partibus alicujus. H. St. Pro partibus. Vellej. 2. 48.

Surgentes partes. Tacit. 3. Hist. 4.

Trahere aliquem in partes. Tacit. 4. Ann. 64.

Transgredi in partes. Tacit. 4. Hist. 39.

Transire in partes. Tacit. 1. Hist. 70.

PARTIM, Adv. [κατὰ μέρος, τῆτο μὲν, τῆτο δὲ] Ex parte, vel Pro parte: & fere in oratione geminatur. Cic. 2. Fam. 8. Ut eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. Idem 4. Acad. 12. Itaque quum totum iter & navigationem consumpsisset, partim in percontando a peritis, partim in rebus gestis legendis, &c. Ibid. 134. Homuncio hic, qui multa putat præter virtutem homini partim cara esse, partim necessaria.

Partim ficta aperte, partim effutita temere. Cic. 2. de Divin. 113.

Partim deseruerunt me amici, partim prodiderunt. Cic. 1. Q. Frat. 3.

Partim, quater repetitum. Cic. pro Cluent. 88. Partim ruinæ similiora aut tempestati, quam judicio & disceptationi fuisse, partim nihil contra Avitum valere, partim etiam pro hoc esse, partim, &c.

Partim, aliquando non geminatum. Cic. 4. Verr. 142. De quo homine auditum est unquam, quod tibi accidit, ut ejus in provincia statuæ in locis publicis positæ, partim etiam in ædibus sacris, per vim, per universam multitudinem dejicerentur. Lucret. 5. 838.

> Orba pedum partim, manuum viduata vicissim. Idem lib. 6. 1258.
> Nec minimum partim ex agris ægroris in urbem
> Confluxit, &c.

Hic Partim semel est positum, quod usitatum est bonis scriptoribus.

Partim fugiendas esse nimias amicitias Cic. de Amicit. 45. Subaudi Dicunt.

Partim nostri, Pars nostrorum. Plaut. Pers. 3. 3. 29.

Partim hominum, inquit Gellius, venerunt, plerumque dicitur, quod significat Pars hominum venit, id est quidam homines. Nam Partim hoc in loco adverbium est, neque in casus inclinatur: sicuti, Cum partim hominum dici potest, i. e. Cum quibusdam hominibus, & quasi cum quadam parte hominum. Cato in oratione de re Floria, ita scripsit, Ibi pro scorto fuit, in cubiculum subreptitavit e convivio: cum partim illorum jam sæpe ad eundem modum erat. Imperitiores autem, Cum partim, legunt tanquam declinatum sit quasi vocabulum, non dictum quasi adverbium. Sed Q. Claudius, XXI annal. insolentius paulo hac figura est ita usus, Eum enim cum partim copiis hominum adolescentium placentem sibi. Hactenus Gellius lib. 10. cap. 13. Sic, Quorum partim invitissimi. Nep. 25. 7. 2. conf. Idem 14. 10. 2. cum Not. Ter. prol. Hec. 14.

> In his quas primum Cæcili didici novas,
> Partim sum earum exactus, partim vix steti.

Ubi Donatus. Partim sum earum exactus: pro In aliis. Et simul splendida locutio est. Cic. 2. Off 72. Eorum autem ipsorum partim ejusmodi sunt, ut ad universos cives pertineant, partim ut singulos attingant.

Partim, alii. Sallust. Jugurth. cap. 44. Huic rogationi partim conscii sibi, alii ex partium invidia pericula metuentes. Idem Jugurth. 13. & 22. & 42. 44. 85. 94 Idem Catil. cap. 51. conf. ALIUS.

PARTILIS, e. Adj. dictio frequens Julio Firmico, & ceteris mathematicis. Partilis aspectus, quum a stella ad stellam immorantur tot cæli partes, quot configuratione ipsam constituunt. Verbi gratia, quum ascendente ab ortu prima arietis parte, ab occasu præcipitat se in hemisphærium inferius pars Libræ prima. Ammian. 14. 11. Generali potentia partilibus præsidens fatis. conf. Claud. Mamert. 1. 18. & Augustin. de Trin. 12. 9.

PARTILITER, Adv. cui opponitur Generaliter. Firmicus lib. 4. cap. 9. Nunc genera explicanda sunt omnia, quæ veloci cursu suo perficit Luna, ut & partiliter, & generaliter cuncta videamur explicasse. Et cap. 10. Sed hæc tum facit, si partiliter in cardinibus fuerit collocatus. Si enim generaliter fuerit inventus, &c.

Partiliter, cui opponitur Platice. Firmicus lib. 4. cap. 10. Si vero in signis cardinum, non partiliter, sed platice fuerint inventi, mediæ felicitatis incrementa decernunt. V. PLATICUS.

Partiliter, i. e. Per partes. Arnob. lib. 6. advers. gent. Hoc est enim proprium deorum, complere omnia vi sua, non partiliter uspiam, sed ubique esse totos.

Partiliter possidet. Augostin. de Trin. 12. 9.

PARTIARIUS, a, um. Adj. Ex æqua parte cum altero communicatus. Apul. Met. 4. p. 156. Elmenh. Cum mortali puella partiario majestatis honore tractur. Idem 8. p. 213. Domi promiscui operis partiarios agebant concubitus.

Pecora partiaria, Quorum fetus inter dominum & pastorem dividuntur. l. si pascend. C. de Pactis.

PARTIARIUS, i. m. Colonus, sive alius, quis cum quo aliquid commune habemus, & partimur. Cato R. R. cap. 19. Calcem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit & coquit. Et cap. 136. Redemptorem partiarium dicit eum, quem paulo ante dixit colonum partiarium. Sic, Partiarii erroris Judæi, i. e. Participes. Tertull. adv. Marc. 3. 16.

PARTIARIO, Adv. Apul. Met. 9. p. 229. Elmenh. Cum uxore partiario tractare. Cato R. R. cap. 16. Calcem partiario locare. [Sed hic nomen est. V. præced. dict.

PARTĬCŬLA, æ. f. dimin. [μερὶς, μόριον, τμῆμα] Cic. 4. Acad. 118. Anaxagoras materiam infinitam, sed ex ea particulas similes inter se minutas, eas primum confusas, postea in ordinem adductas mente divina.

Copia particularum. Lucret lib. 4. 777.

Arenæ particulam dare ossibus & capiti inhumato. Hor. 1. Carm. 28. 25.

Auræ divinæ particula. Hor. 2. Serm. 2. 79.

Particula minima malorum. Juven. 13. Sat. 14.

Justitiæ particula. Cic. 2. Off. 40. Cujus tanta vis est, ut ne illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere.

Perfecti quædam particula. Cic. 2. de Nat. Deor. 37. Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum, & imitandum, nullo modo perfectus, sed est quædam particula perfecti.

Venti particulam sentire. Lucret. lib. 4. 262.

Minutæ rerum. Quintil. lib. 3. cap. 11.

Tenuissimæ. Cic. 2. de Orat. 162.

Facere particulas. Quintil. lib. 4. cap. 5.

Defecta. Hor. 1. Carm. 16. 14.

Apud Grammaticos Particulæ sunt, Minores voculæ indeclinabiles, quæ compositioni aut constructioni inserviunt. V. Gell. 5. 9.

PARTICULĀRIS, e. Adj. ut, Propositio particularis, &c. apud Dialecticos. Quintil. Trib. Marc. 3. p. 78. Burm. Particularis iniquitas gravi est animadversione ferienda.

PARTICULARĬTER, Adv. cui opponitur Generaliter. Firmic. lib. 5. cap. 1. ad fin. Quia igitur generaliter diximus, quid cæli cardines significent, nunc magis particulariter, quid horoscopus in stellarum finibus constitutus faciat, explicemus. conf. Augustin. Retract. 1. 5. extr.

PARTICULĀTIM, Adv. [κατὰ μέρος] Membratim, per partes. Plin. lib. 6. cap. 15. Particulatimque confectæ, in genera cybiorum dispartiuntur.

Particulatim, pro Separatim, & quod vulgo dicimus Particulariter. Senec. Epist. 68. Vota quædam aperta & professa sunt, quæ particulatim fiunt. Idem Epist. 24.

Summatim & Particulatim, contraria. Auctor ad Herenn. lib. 1. 14. Rem breviter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, unde necesse erit, & si non initio repetere volemus, & si summatim, non particulatim narrabimus, &c. conf. Columel. 7. 5. Lucret. 3. 549. Varr. de L. L. 4. 3. Et plures quos citat Borrich. Cogit. p. 188.

PARTICULĀTIO, ōnis. f. quasi a v. Particulare. ut, Quarta particulatio. Mart. Capell. lib. 9. p. 322.

PARTICULO, ōnis. m. Cohæres, sic dictus quod partem patrimonii sumat. Pompon. apud Non. 1. 71. Particulones producam tibi.

Est & proprium viri nomen apud Phædr. 5. 1. 10. & 5. 6. 43.

PARTĬCEPS, ĭpis. com. [μέτοχος, κοινωνὸς, ἔμμοιρος, μερίτης] Qui partem capit. Ter. Heaut. 1. 1. 98.

> Nisi ubi ille huc salvos redierit meus particeps.

i. e. Filius, qui bonis meis mecum ex æquo debebat frui.

Particeps & Expers, contraria. Cic. 2. de Finib. 38. Nec illa de summo bono ratio aut voluptatis, non dolendive particeps, aut honestatis expers probabitur.

Particeps & Socius & Adjutor. Cic. 9. Att. 12. Hujus belli ego particeps, & socius & adjutor esse cogor.

Amoris vestri particeps. Catull. 53. 22.

Artis participem esse, & Carere arte, contraria. Cic. 1. de Divin. 34. Iis assentior, qui duo genera divinationum esse dixerunt: unum quod particeps esset artis: alterum quod arte careret.

Conjurationis particeps, Conscius. Cic. 3. in Catil.

Connubii particeps Juno. i. e. Conjux Jovis. Cic. Anteq. iret in exsil. 24.

Consiliorum particeps. Cic. 1. Att. 18. pr. Qui mihi & in publica re socius, & in privatis omnibus conscius, & omnium meorum sermonum & consiliorum particeps esse soles.

Fortunarum omnium socius & particeps. Cic. pro Font. 37.

Hæreditatis diripiendæ particeps. Cic. 6. Verr.

Iræ participes dii. Ovid. 3. Trist. 2. 28.

Laudis ejusdem particeps. Cic. pro Arch. 24.

Leti particeps animus. Lucret. lib. 3. 463.

Mentis & rationis particeps pars animi. Cic. 1. de Divin. 60.

Omnes omnium participes virtutes sunt. Cic. 5. de Fin. 97.

Operum participes. Ovid. 3. Met. 147.

Periculorum particeps. Curtius 7. pr.

Pudoris particeps ac verecundiæ homo. Cic. 4. de Fin.

Rationis compos & particeps animus. Cic. de Univers. 24.

Sententiæ atque opinionis meæ quoniam voluistis esse participes, nihil occultabo. Cic. 1. de Orat. 172.

Studii participem habere. Ovid. 2. de Pont. 5. 42.

Vitii particeps. Cic. 3. de Legib. 32. Quum omni vitio carere lex jubeat, ne veniet quidem in eum ordinem unquam vitii particeps.

Particeps alicui alicujus rei. Curt. lib. 6. 7. 6. Tum Dymnus aperit in tertium diem insidias regi comparatas, seque ejus consilii fortibus viris & illustribus esse participem.

Particeps alicui in, &c. Quintil. Declam. 3. Mater prædura, & in plerisque ruris operibus marito particeps.

Particeps regno veni. Sen. Herc. fur. v. 369.

Facere participem aliquem rei alicujus, est Cum eo communicare quicquid est. Ter. Heaut. 3. 1. 19.

> Cujus maxime te fieri participem cupis.

Feci continuo omnes participes meæ voluptatis. Cic. 10. Fam. 12.

Habere participem. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 60.

PARTĬCĬPO, [μετέχω, κοινωνέω, μεταλαμβάνω, συμμεταλαμβάνω] āre. Participem facere & fieri. Plaut. Pers. 5. 1. 5.

> Nunc ob eam rem inter meos participes prædam dividam, & participabo.

Consilii sui participare aliquem. Communicare cum aliquo consilium. Plaut. Cist. 1. 3. 17.

> Paternum servum sui participat consilii.

Hellenismum hic esse Vossius notat in Aristarcho 5. 33.

Participare aliquem sermone de. Plaut. Milit. 2. 2. 108.

Aliquem prandio participare. Apul. lib. 9. Met. p. 232. & 1. p. 104. Elmenh.

Participare & Communicare. Cic. 1. de Legib. 33. Sequitur ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes, justos natura esse factos.

Participare cum. Liv. 3. 12. L. Lucretius COS. anni prioris, recenti gloria nitens, suas laudes participare cum Cæsone, memorare pugnas, referre egregia facinora, &c.

Mensam nobiscum secura participat, Accumbit mensæ. Apul. Met. 9. p. 228. Elmenh.

Venationem semper cum amicis participavit. Spartian. Adrian. cap. 26.

Imperium cum aliquo participare. Idem Sever. cap. 5. & Treb. Poll. Gallien. cap. 7.

Pestem

Pestem participare, Pestis fieri participem. Cic. 2. Tusc. 39.
— qui alteri exitium parat,
Eum scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet parem. Ex poeta. Sic
Participare voluptatem. Gell. lib. 15. cap. 2.
Participare lucrum aut damnum alicujus. Pomponius in l. Si igitur. D. Pro socio, Æquum est enim, ut cujus participaverit lucrum, participet & damnum.
Participentur, voce passiva dixit Lucret. lib. 3. 692.
Namque ita conexa'st per venas, viscera, nervos,
Ossaque, uti dentes quoque sensu participentur. i. e. Sensus participes sint. Lambinus.

PARTICIPĀTUS, a, um. Partic. Treb. Poll. Gallien. cap. 12. Imperio participato. Justin. 34. 2. 8. Regno cum fratre participato. Papinianus in l. Mater. §. In eum. D. Si quis omis. cau. testa. &c. Si fraudis consilio cum hæredibus scriptis participato, legitimam hæreditatem solus possideat.

PARTICIPATIO, ōnis. f. Spartian. in Julian. cap. 6. Participatio imperii. Augustin. Octing. Quæst. 24. Boni immutabilis participatio. Varr. de Philos. in fragm. p. 172. Assumere socium ad participationem boni.

PARTICIPATUS, ûs. m. Idem. Capitol. In Vero cap. 3. Participatu imperatoriæ potestatis indulto. Et Absolute. Spartian. Sever. cap. 8. Cum Severum ad participatum vocaret. Idem in Opil. Macr. cap. 5. In participatum adsciscere. Quibus locis subauditur Imperii, vel simile quid.

PARTICIPATRIX, īcis. f. Vet. Interpr. Iren. 5.

PARTICIPĀLIS, e. Adj. Leg. un. pr. Dig. de Off. præf. Prætor, Adsociati participales curæ. Varro de L. L. 9. 2. extr. ait Verba, quæ declinantur cum temporibus & casibus, vocari a multis participalia. [Nisi Participialia reliquit. Nam & Participiorum sæpe meminit. V. mox.

PARTICIPIUM, i. n. [μετοχὴ] Vox ficta a Grammaticis, qua partem orationis significant, quæ partem capit a nomine, partem a verbo. De hac vide Priscianum, Varr. de L. L. 7. 32. Et 8. 63. Quintil. 1. 4. 8. & 9. & alios abunde tractantes. Quintil. lib. 9. cap. 3. Utimur & verbo pro participio: ut,
— magnum dat ferre talentum. tanquam Ferendum. Et participio pro verbo: ut, Volo datum.

PARTICIPIĀLIS, e. Adj. Quintil. lib. 1. cap. 4. De verbis & verborum appellationibus: Nam ut noctu & diu, ita & dictu & factu. Sunt enim hæ quoque verba participialia quidem, non tamen qualia dicto facto-que. conf. Varr. L. L. 9. 2. extr.

PARTICIPIALITER, Adv. occurrit apud Fest. in voce Ostentum & in Torrens.

PARTIO, īvi, ītum, [μερίζω] īre. act. Divido. Lucret. lib. 5. 683.
Aut quia Sol idem sub terras, atque superne,
Imparibus currens anfractibus ætheris oras
Partit: & in partes non æquas dividit orbem. Plaut. Asin. 2. 2. 5.
Hanc quidem, quam nactus, prædam pariter cum illis partiam.
Idem Amph. 4. 3. 1.
Vos inter vos partite, ego abeo, mihi negotium est. Ennius,
Eandem me in suspicionem sceleris partivit pater. Hunc locum & alia Lucilii, Afranii atque Accii retulit Nonius 7. 33. & 64. Hinc
In forma passiva. Cic. 3. de Orat. 30. Paulo secus a me atque ab illo partita sunt. Idem in Vatin. cap. 5. Partiendæ merces.
Partiri in genera. Cic. de Univers. 19. Sunt enim omnia in quædam genera partita.

PARTIOR, [μερίζω, μεταδίδωμι, διαιρέομαι] īri. deponens, futuro, Partiar & antique Partibor. Partes facere significat.
Partiri & Communicare aliquid. Cic. pro Sulla 10. Neque hoc partiendæ invidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor. Quidam hic Passive exponunt.
Partiri & Dividere. Cic. 1. de Fin. 22. Tollit definitiones: nihil de dividendo ac partiendo docet.
Partiri æqualiter. Cic. pro Rosc. Com. Si, quod universæ societatis fuisset, petisset, quod quum redactum esset, æqualiter omnes partirentur, nunquid petierit quod suæ partis esset?
Discrimen ac periculum ex æquo partiemur. Tacit. 2. Hist. 77.
Partiri cum. Cæs. 3. Bell. Civil. 82. Cum Scipione honorem partitur.
Ærarium cum aliquo partiri. Cic. pro Domo 23.
Causas cum Hortensio partiebatur Cicero: ut ipse dicit de Clar. Orat. 190.
Curas partiri cum aliquo. Virg. 11. Æn. 822.
Socios partitur in omnes. Virg. 1. Æn. 194.
In membra aliquid partiri. Cic. de Univers. 19.
Partiri inter. vel Partire, antique. Plaut. Mil. 3. 1. 112.
Mea bona, mea morte, cognatis dicam inter eos partiant. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 38. Officia inter se partiuntur.
Amorem alternum partiri. Stat. 2. Silv. 1. 208.
Partiri hominem per vices, pro Vicissim possidere. Plin. 3. Epist. 1. [Nisi forte pro Partiuntur, legendum Potiuntur. V. in POSSIDEO.
Bona sua partiri. Cic. 3. Verr. 113.
Campum partiri limite. Virg. 1. Georg. 126.
Ex æquo partire. Vetus est verbum, quod in judicem, aut principem, quem oportet æquabile jus reddere, merito quadrabit. Translatum ab iis qui convivium aut hæreditatem partiuntur. Erasmus.
Partiri est etiam vox Auguralis; e locis enim eminentioribus, unde liber esset cæli conspectus, partiebatur augur & designabat lituo cæli regiones. V. Stat. 3. Theb. 496. Et 8. 279.

PARTIENS; entis. Partic. Justin. 1. 3. 2. Pensa inter virgines partiens. Phædr. 3. 9. 13.
Dulcemque in ambos caritatem partiens.

PARTĪTUS, Partic. [μεμερισμένος] ut, Vires socias partitus active. Sil. lib. 7. 520. Hor. 2. Serm. 5. 82.
— tecum partita lucellum. sc. Penelope.
Anima partita per artus. i. e. Distributa. passive. Lucret. lib. 3. 710.
Fœdera partita lecti. Ovid. 3. de Arte Am. 593.
Soni partiti per tria ora. Propert. lib. 4. 10. 10. conf. in ipso verbo.

PARTĪTE, Adv. [μεμερισμένως] Divise. Cic. in Orat. 99. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere, &c.

PARTITIM, Adv. Idem. Claud. de Laud. Stilic. 1. 30.
— partitim singula quemque
Nobilitant. V. Barth. p. 189.

PARTĪTO, aliud Adv. Ulp. tit. 24. libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Ulpiani, Mævius hæres meus cum Titio hæreditatem meam partito dividito. [conf. Bipartito, Tripartito, &c. composita. Alioqui hic posset esse Imperativus a Partio.

PARTĪTIO, ōnis. f. [διαιρεσίς, μερισμὸς] Cic. 6. Verr. 121. In hac partitione ornatûs. Subaudi urbis Syracusarum.
Æquabilis prædæ partitio. Cic. 2. Off. 40.
Urbis Italiæque partitio. Cic. 13. Philipp. 13.
Ex partitione pecunia debetur. Cic. pro Cæcin. 15. conf. 13.
Facta non fortuito, nec temere partitio. Cic. pro Sull. 13.
Partitiones Rhetorum (quas Græci μεγχειρίσεις vocant) sunt Divisiones thematum in manus & digitos. V. Turneb. ad Quintil. 1. 2. & ad 2. 5. pr. nos vulgo *Divisiones* vocamus. De Parenchiresi V. s. l.
Articulosa partitio. V. ARTICULUS.

PARTĪTOR, ōris. m. [μεριστὴς] Cic. in Vatin. 12. Quum te, non custodem ad continendas, sed partitorem, ad partiendas merces missum putares. Gloss. Cyril. μεριστὴς, partitor.

PARSIMONIA, V. PARCO.

PARTHĀON, ōnis. m. [Παρθάων] Pater fuit OEnei regis Ætoliæ, avus Deianiræ. Ovid. 9. Met. 12.
Accipe me generum dixi, Parthaone nate,
Dixit & Alcides. Verba sunt Acheloi, pugnam inter se & Herculem propter nuptias Deianiræ commemorantis.

PARTHAŎNIUS, a, um. Adj. ut, Parthaonia domus. i. e. Meleagri familia. Ovid. 8. Met. 541.

PARTHAONIDÆ, [Παρθαονίδαι] Gentes quæ Pleuroniam tenuerunt, Agriis contermini. Strab. lib. 10.

PARTHENIA, æ. f. [Παρθενία] Insula Samos quondam dicta est. Plin. 5. 31. Varro apud Lactant. 1. 17. 8.

PARTHĔNIÆ, & PARTHENIATÆ, arum. & PARTHENII, ōrum, m. pl. [Παρθενίαι, Παρθενιάται, Παρθένιοι] ita dicti Tarentini, ob notam materni pudoris. V. Justin. 3. 4. 7. & 20. 1. 15. conf. Lactant. 1. 20. & plenius in TARENTUM.

PARTHĔNICE, es. f. [παρθενικὴ] Herba quæ & Parthenis. Catull. Carm. 62. 94.
Alba parthenice veluti luteumve papaver.

PARTHENICON, i. n. [παρθενικὸν] Herba Pulegium. Apul. de Herb. cap. 92.

PARTHENIS, ĭdis. f. [παρθενὶς] Mulierum herba, earum enim malis illam mederi aiunt: alia & notiore appellatione ab uxore Mausoli Artemisia vocitata. Plin. lib. 25. cap. 7. Artemisiæ duo sunt genera, de quibus idem auctor.

PARTHENIUM, i. n. [παρθένιον] aliqui Amaracum appellant, herba est foliis Coriandri, tenuibus, flore per ambitum albo, intus melino, odore subviroso, sapore amaro. Ejus figuram, naturam, atque vires explicat Dioscorides lib. 3. cap. 138. & ad eum Matthiolus. conf. Plin. 21. 30. & 22. 17. & Cels. 2. 33.

PARTHENIUS, i. m. [Παρθένιος] Fluvius est in Ponto & Bithynia: item in Taurica regione. auctor est Strabo. Parthenius Bithyniæ, vulgo *Partemy*. Rapax Parthenius. Ovid. 4. de Pont. 10. 49. conf. Plin. 6. 2.
Parthenius item, Poeta, Nicæus, ut ait Suidas, Elegiacus diversorumque metrorum. Hujus Parthenii locos Virgilius quandoque mutuabatur: cujusmodi est illud 1. Georg. 437.
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Auctor Gell. lib. 9. cap. 9. Ejus etiam meminit Macrobius lib. 5. Saturn. cap. 17.
Fuit item alter Chius genere, filius Thestoris, qui vocabatur Chaos, Homero poeta prognatus: scripsit versus in laudem patris Thestoris. Suidas. conf. Martial. 4. 45.
Est item Parthenius, Portus in litore Brutio: & mons in Arcadia regione, dictus quasi Virgineus, a virginibus, quæ in eo Veneri frequenter sacra facere solebant, vel venari, ut vult Servius in 10. Eclog. 57. Hinc

PARTHENIUS, a, um. Adj. [Παρθένιος] ut, Saltus Parthenii. Virg. 10. Ecl. 57.
Antra Parthenia. Propert. lib. 1. 1. 11.
Lustra. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 241.
Nemus. Stat. 4. Theb. 285.
Valles. Ovid. 9. Epist. 49.

PARTHENIANUS, a, um. Adj. possessiv. Martial. 9. 50.
Hæc toga jam non est Partheniana, mea est.

PARTHĔNŎPE, es. f. [Παρθενόπη] Una fuit Sirenum, quæ præ dolore, quod prætereuntem Ulyssem cum sociis cantu non deceperint, in mare se præcipitaverunt. Una hæc in eum delata est locum, ubi postea condita fuit Neapolis, præclara urbs Campaniæ: παρθένος enim virgo Latine dicitur. Ab hac igitur Sirene Neapolis est appellata, a virgine Parthenope. Et licet quidam dicant Neapolim dictam, quod Augustus eam instauraverit, tamen legitur apud Lycophrontem Neapolis, ante Augusti tempora: quippe qui tempore Ptolemæi Philadelphi claruit: & Neapolitanos singulis annis ad tumulum Parthenopes faces tulisse. Hanc Cumani a parentibus digressi, condidisse produntur. Qui quum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento conditum reperissent, nomen ejus urbi indidere. Sed postquam ob loci ubertatem atque amœnitatem majorem in modum frequentari civitas cœpit, veriti ne Cumæ desererentur, diruendi Parthenopen consilium inivere. Quo facto mox immani pestilentia vexati, oraculo moniti sunt, ut urbem restituerent. Itaque subito instauratam, Neapolim, hoc est Novam urbem vocavere. V. Sil. 12. 33. &c.
Dulcis Parthenope. Virg. 4. Georg. 564.
Nata Parthenope in otia. Ovid. 15. Met. 712.
Non rara colonis. Stat. 3. Silv. 5. 79.

PARTHENOPĒĪUS, a, um. Adj. [παρθενόπειος] Ovid. 14. Met. 106.
Parthenopeia mœnia. i. e. Neapolitana.

PARTHENOPÆUS, i. m. [Παρθενοπαῖος] teste Servio, Menalippæ & Martis, sive Melanionis filius, rex Arcadiæ, qui Thebana bella puer admodum petiit. Hic in bello Trojano periit, eumque apud inferos vidit Æneas. Virg. 6. Æn. 480.
Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago. Parthenopæum multis verbis commemoravit Stat. 4 Theb. 248. &c. sed matrem fuisse Atalantam inquit, patris mentionem nullam faciens. Nos vero ex fabulis didicimus Minalionem, quem & Hippomenem vocat Ovidius, Atalantæ fuisse maritum: ita ut nesciamus unde Servius vel Martem vel Menalippen nobis adferat.

PARTHENŎPŎLIS, is. f. [Παρθενόπολις] Oppidum est Thraciæ, teste Plin. lib. 4. cap. 11. Stephanus Parthenopolim in Macedonia collocat, dictamque putat a filiabus Geræsti filii Mygdonis, quæ quum agrestes & inhumanæ essent, pater, ut eas ad civiliorem vitam traduceret, civitatem hanc earum gratia condidit.
Est item Parthenopolis Bithyniæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. 32.

PARTHIA, æ. f. [Παρθυαία, ἡ Παρθυηνή] Regio Assyriæ, a qua PARTHI, [Πάρθοι, οἱ Παρθυαῖοι] Hi lingua Scythica Exsules dicuntur, sicut refert Justin. lib. 41.pr. docens ab exsulibus Scytharum, Parthorum imperium fuisse deductum, quorum regna duodeviginti fuisse, testis est Plin. lib. 6. cap. 15. Hæc regio ab Ortu habet Arios, a Meridie Carmaniam, ab Occasu Medos, a Septentrione Hyrcanos.
Mendacior Parthis. V. MENDAX.
Populi Parthorum. Virg. 4. Georg. 211.
Animosus Parthus versis equis. Hor. 1. Carm. 19. 11.
Feroces Parthi. Hor. 3. Carm. 2. 3.
Fidens fuga. Virg. 3. Georg. 31.
Fugax. Ovid. Rem. Amor. 155.
Leves. Virg. 4. Georg. 211.
Sagittiferi. Catul. ad Furium 11. 6.

PARTHĬCUS, a, um. Adj. [Παρθικός] ut,
Luxuries Parthica. Claud. 1. in Eutrop. 342.
Damna. Lucan. lib. 1. 106.
Parthicus, Victoriæ de Parthis causa, cognominatus est primum Trajanus. V. Dio. 68. p. 781. D. Dein Antoninus Philosophus una cum Lucio Vero fratre. V. Capitolin. cap. 9. vitæ. Postea Imperatores multi. V. Spanhem. de Præst. Num. diss. 6. p. 526.

PARTHIARII, sunt Parthicarum pellium negotiatores, Parthici mercatores. Alciat. in l. negotiantes Parthiarii. de excusat. muner. lib. x. C. al. Parthicarii. V. Lex. Pitisc. vel If. Voss. ad Catull. p. 190.

PARTHINI, Populi sunt Macedoniæ provinciæ, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 23. in descriptione Macedoniæ, a Parthide regione. V. Steph.

PARTICEPS, PARTICIPIUM, PARTICULATIM, PARTICULATIO, PARTICULO, PARTIM, PARTIOR, &c. V. PARS.

PARTŬLA, æ. f. Septimio Florenti dea erat, quæ puerperiis præesse credebatur, quæ quidem non alia est, quam illa, sive Gellii, sive Varronia Parca, quam quasi Partam mutato T in C vocatam dicunt. V. PARCA. Tertull. de Anima cap. 37. Hæc æstimando etiam superstitio Romana deam finxit Alemonam, alendi in utero fetus, & nonam & decimam a sollicitioribus mensibus, & Partulam, quæ partum gubernet, & Lucinam, quæ producat in lucem.

PARTURIO, PARTUS. V. PARIO.

PARVĬFACIO, & PARVĬPENDO. V. PARVUS.

PĂRŬLIS, idis. f. [παρουλίς] auctore Paulo Ægineta, est Inflammatio circa partem aliquam gingivarum, quæ non soluta suppuratur. Cels. lib. 6. cap. 13. Solent etiam interdum juxta dentes in gingivis tubercula quædam oriri dolentia, παρουλίδας Græci appellant. Quo in loco nonnulli παρωτίδας legunt, alii παροδοντίδας; sed utrumque falso, quum de Parotidibus hic non sit locus, & apud Græcos medicos nulla affectio Parodontis appelletur: at vero παρουλίδας omnes agnoscunt. Parulides igitur sunt inflammationes in aliqua gingivarum parte factæ: quæ nisi discussæ fuerint, suppurant, & quum suppuraverint, secantur, insertisque linamentis aperiuntur. V. Marcell. in lib. 5. Diosc. & Cornarium in ult. cap. lib. 5. Galeni, De compositione pharmacorum secundum locos.

PĂRUM, Adv. [μικρόν, ὀλίγον, βαιόν] a Parte, ut nonnullis placet; significat Modicum.
Parum bene. Ulpian. in l. Sed & si. §. ult. D. Ad leg. Aquil. Sutor, inquit, puero discenti, ingenuo, filiofamilias, parum bene facienti quod monstratum erat, forma calcei cervicem ita percussit, ut oculus puero perfunderetur.
Parum splendoris. Hor. 2. Epist. 2. 111.
Parum malæ rei. Plaut. Merc. 4. 2. 2.
Non parum. V. NON Adv.
Parum castus. Hor. 1. Carm. 12. 59.
Parum claris dare lucem. Hor. de Arte Poet. 448.
Parum comis. Hor. 1. Carm. 30. 7.
Parum decorum silentium. Hor. 4. Carm. 1. 36.
Parum diligenter aliquid facere. Cic. 10. Att. 11.
Parum diu vivere. Cic. 1. Tusc. 109. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere.
Firmus parum. Hor. Epod. 1. 16.
Parum firma sunt equidem, quæ de fratre meo scribis. Cic. 10. Att. 13.
Parum felix. Plin. 10. Epist. 98.
Parum læta frons. Virg. 6. Æn. 863.
Parum locuples. Hor. 2. Carm. 18. 22.
Parum optimatem esse. Cic. 10. Att. 11. Vide, ne, dum pudet te parum optimatem esse, parum diligentes, quod optimum sit, cligas.
Parum prudens. Ovid. 2. de Pont. 10. 15.
Parum pudicus. Catul. ad Aurelium, 17. 4.
Parum utiliter. Plin. 10. Epist. 39.
Accipere parum. V. ACCIPIO.
Consulere parum, subaudito pronomine Sibi: id est quod vulgo dicitur *parum curare*. Ter. Adel. 5. 9. 36.
Est parum. Plaut. Trin. 5. 2. 61.
Miseria una uni quidem homini'st affatim. C. immo huic parum est.
Nam si pro peccatis centum ducat uxores, parum est.
Facite ut ceteris posthac idem liceat, licebit. at hoc parum est: permittite ut liceat quanti quisque velit. Cic. 5. Verr.
Non nocuisse parum est: prodest quoque. Ovid. 2. Fast. 415.
Parum est, ut in curiam venias, nisi & convoces, & intersis Senatui, nisi &c. Plin. in Paneg. cap. 60. pr. i. e. Non id satis est, quod &c. conf. in OBJICIO, Argentum lenæ objicere.
Parum etiam præut futurum est prædicas. Plaut. Amph. 1. 1. 218.
Parumne est, Piso, quod tantum homines fefellisti, ut negligeres auctoritatem Senatus, optimi cujusque consilia contemneres, Rempub. proderes, Consulare nomen affligeres? Cic. pro Sext. 32.
Intelligere parum. Plaut. Rud. 4. 4. 59.
Parum meminisse quod concesserit. Cic. 1. de Invent. 88.
Parum cavisse videri pronuntiat Magistratus, quum de consilii sententia capitis quem condemnaturus est. Fest. Sunt qui legant, Patravisse videri, valde improbante Scaligero, q. V.
Non sunt composita verba mea: parum id facio. Sallust. Jugurth. 85. 31. i. e. Non id facere assuevi.
Processit parum. Ter. And. 4. 1. 47.
Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non posse jam ad salutem converti hoc malum.
Prospicio parum. Ter. Phorm. 5. 1. 8.
— certe edepol, nisi me animus fallit,
Aut parum oculi prospiciunt, meæ nutricem gnatæ video.
Parum stet fides apud te. Plaut. Pseud. 1. 5. 62.
Parum successit quod ago. Ter. Andr. 4. 1. 55.

PARUMPER, [διὰ μικροῦ, ὀλίγον χρόνον] Parvo tempore, per aliquantulum tempus, ut ait Valla in Raudensem. Parumper (inquit Festus) significat Paulisper; quasi Perparum, hoc est valde parum. Refertur autem ad tempus. Dacerius ex Gr. παύρῳ χρόνῳ arcessit. Ter. And. 4. 2. extr. Tu Mysis, dum exeo, parumper opperire hic. Cic. de Amicit. 5. Tu velim a me animum parumper avertas. [Puto ex Per, non auxetico, sed Præpositione, & Parum: subaudirique Temporis.
Parumper, inquit Nonius 4. 385. ut sæpe, Interim & Parvo tempore: Parumper, Cito & Velociter. Virg. 6. Æn. 382. — pulsusque parumper Corde dolor tristi, gaudet cognomine terræ. Subjicit & alia Ennii loca.
Parumper & Mox. Cic. 1. de Divin. 47. Discedo parumper a somniis, atque mox revertar.
Abducere parumper animum a molestiis. Cic. 9. Att. 3.
Conticuit ipse parumper, & ceteris silentium fuit. Cic. 3. de Orat. 143.
Digredi parumper a causa. Cic. de Clar. Orat. 322.
Lusit Fortuna parumper. Stat. 12. Theb. 35.

PAULUM, [ὀλίγον, βαιόν] Adv. dimin. a Parum. Ter. And. 5. 3. 32.
Pro peccato magno paulum supplicii satis est patri. Idem Eun. 4. 4. 18.
Tace obsecro, quasi vero paulum intersiet. [Paullum, cum geminata liquida, rectius scribitur. V. Cellar. Geogr. Non dubito autem, quin sit ex neutro Adj. seq.
Addere paulum aliquid rei alicui. Cic. 1. Acad. 24.
Spatio se pellere paulum. Lucret. lib. 2. 219.
Levari paulum gravitate valetudinis. Cic. 6. Fam. 2.
Immutare paulum aliquid. Cic. 3. de Orat. 177.
Recreant paulum me tuæ epistolæ. Cic. 9. Att. 4.
Non paulum. V. NON adv.
Admodum paulum. Cic. 2. de Nat. Deor. 128. Nihil ut fere intereat, aut admodum paulum, quod astrorum ignis & ætheris flamma consumat. De stellis.
Paulum infra magnitudine. Plin. lib. 10. cap. 49. Venere in Italiam Bebriacensibus bellis Civilibus trans Padum & novæ aves, turdorum specie, paulum infra columbas magnitudine.
Paulum modo aliquid ostendere. Cic. 1. Fam. 5. Quod sine ulla dubitatione (si Pompejus paulum modo ostenderit sibi placere) faciet.
Paulum oppido inter se differunt. Cic. 5. de Fin. 33.
Etsi a te paulum allatum est novi. i. e. Aliquid innovatum. Cic. de Legib.
Paulum, in interrogatione, vim habet augendi, quasi dicas Multum non. Ter. And. 4. 4. 55.
Paulum interesse censes ex animo omnia,
Ut fert natura facias, an de industria?
Paulum est & Loci & Temporis Adv.
Abesse paulum ab aliquo loco. Cic. 1. Acad. 1.
Hæsit paulum conterritus aspectu. Virg. 3. Æn. 597.
Paulum aliquid sedere in scholis, pro Exiguo tempore. Quintil. lib. 12. cap. 3. extr.
Post paulum clarius ostendemus, in, &c. pro Paulo post. Quintil. lib. 2. cap. 18.

PAULUS, a, um. [ὀλίγος] Adj. a Parum, quo rarissime usi sunt auctores, præterquam in ablativo. Plaut. Bacch. 4. 8. 24.
Pacisci cum illa paula pecunia potes. Al. Paullula. Titin. apud Non. 4. 47. Cocus magnum ahenum, quando fervit, paula confutat trua.
Paulo momento. Ter. And. 1. 5. 31.
Dum in dubio est animus, paulo momento huc, illuc impellitur.
Idem Adelph. 5. 4. 22. Paulo sumptu.

PAULO, Adv. [ὀλίγον] Idem significans quod Parum, vel paulum, ut vides in sequentibus exemplis. [Solis jungi Comparativis, vel eandem vim habentibus verbis, ac particulis.
Paulo amplius. Cic. 2. Verr. 20. Ego autem Ædilis, hoc est paulo amplius quam privatus.
Paulo ante, [πρὸ μικροῦ, μικρὸν πρὸ] Cic. 14. Att. 22. Quum paulo ante ad te Cassii tabellario litteras, v. Idus venit noster tabellarius, &c.
Paulo ante, pro Dudum vel nuperrime. Cic. 6. Verr. 6. Nuper homines nobiles ejusmodi, Judices, & quid dico nuper? immo vero modo, ac plane paulo ante vidimus, &c.
Benignius paulo. Hor. 1. Epist. 17. 11.
Liberius paulo uti aliqua re. Cic. in Orat. 82.
Paulo magis. Cic. 6. Verr. 42. Nihil esse quod quisquam putaret se, quod isti paulo magis placeret, conservare, aut domi retinere posse.
Paulo magis, pro Nimium. Cic. de Clar. Orat. 83. Et lubenter verbis etiam uti paulo magis priscis. Budæus.
Paulo majora canamus. Virg. 4. Ecl. 1.
Paulo minus. Cic. pro Quint. 11. Sane ceterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus, una in re paulo minus consideratus.
Paulo minus quam. Suet. Tiber. cap. 26. Verum liberatus metu, civilem se admodum inter initia, ac paulo minus quam privatum egit.
Paulo minus, pro Propemodum, vel pæne. Suet. Tiber. cap. 39. Quasi neque rediturus unquam, & cito mortem etiam obiturus, quod paulo minus utrumque evenit.
Paulo mox, Statim, cum parvo intervallo. Plin. Et paulo mox calefactum vulneri imponatur. [Hunc locum non reperi, sed ut exstare apud Plin. putem facit alter geminus ejusdem. 18, 28. Est autem magnopere pertinens, sicut paulo mox docebimus.
Paulo nimium redundantia verba. Cic. 2. de Orat. 88.
Nimium paulo. V. NIMIS.
Paulo plus audire de aliqua arte. Auctor. ad Herenn. lib. 4.
Paulo plures in Senatu malevolos esse, quam gratos cognovi. Cic. 15. Fam. 11.
Paulo pluribus e partibus. Lucret. lib. 2. 485.
Haud paulo plus. V. HAUD.
Plus paulo. Ter. Heaut. 2. 1. 8.

Paulo post dicam. Cic. 1. de Nat. Deos. 30. De quo dicam equidem paulo post.
Paulo post, pro Paulo infra, vel Paulo minus. Hirt. de Bell. Alex. cap. 21. Hoc prælio desiderati sunt ex numero legionariorum militum circiter quadringenti: & paulo post eum numerum classiarii & remiges. I. e. Aliquantulo pauciores.
Paulo post magis. Plaut. Pseud. 1. 3. 146.
Post paulo, pro Paulo post. Hor. 1. Epist. 6. 3. Post paulo elegantius esse, docet Gronov. ad Liv. 22. 60. & Burm. ad Quintil. 2. 5. 21.
Paulo prius. Plaut. Men. 4. 3. 7.
Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem ut ferres, paulo prius.
Paulo salubribus consiliis uti, pro Paulum. Cic. 8. Att. 12. ad fin. Al. Salubrioribus. V. not. Malaspin.
Non paulo sapientior servus. i. e. Multo sapientior. Hor. 2. Serm. 3. 265.
Paulo secus. Cic. 3. de Orat. 117. Eadem enim sunt membra in utrisque disputationibus, sed paulo secus a me, atque ab illo partita ac distributa.
Tardior paulo. Hor. de Arte Poet. 257.

PAULĀTIM, [κατὰ μικρὸν, κατὰ βραχὺ] Adv. dimin. a Paulum; i. e. Sensim & leniter. Ter. Adelph. 5. 6. 10.
Paulatim plebem primulum facio meam. Cic. 8. Fam. 17. Cujus amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit.
Paulatim adnabam terræ. Virg. 6. Æn. 358.
Abolere paulatim aliquem, Oblivisci. Virg. 1. Æn. 724.
Carpit vires paulatim. Virg. 3. Georg. 215. conf. Ecl. 4. 28.
Crescunt omnia paulatim. Lucret. lib. 1. 190.
Evanescere paulatim. Lucret. lib. 2. 827.
Paulatim, cum genitivo. Cato R.R. cap. 47. Aquæ paulatim addito, subigitoque pulchre. h. e. Paululum. [Per intervalla sc. Recte & Aquam dixeris.

PAULISPER, Adv. [ὀλίγον, πρὸς μικρὸν] I. e. Paulum temporis, paulum admodum, vel paululum. Ter. Adelph. 2. 2. 46. Paulisper mane. Ibid. 3. 3. 24.
Congrum istum maximum in aqua sinito ludere
Paulisper: ubi ego rediero exossabitur. Ovid. 2. Trist. 557.
Atque utinam revoces animum paulisper ab ira. Virg. 5. Æn. 847.
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
Commoratus est paulisper, dum se uxor comparat, Milo. Cic. pro Milon. 28.
Deponere paulisper aliquid. Cic. 6. Verr. 53.
Stetimus paulisper in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. Cic. in Pison. 13.
Suscipe paulisper meas partes. Cic. 3. Fam. 12.
Pro Aliquandiu. Plaut. Bacch. 3. 3. 10.
Paulisper, Lyde, est libido homini, suo animo obsequi. Idem Pseud. 1. 1. 36.
Quasi solstitialis herba paulisper fui.

PAULŬLUM, [ἐπὶ μικρὸν, παρὰ μικρὸν, μίνυθα] dimin. a Paulum. Ter. Adelph. 5. 8. 27. Agelli hic sub urbe est paululum, quod locitas foras. Al. Paullum.
Paululum ante dicendum est. Cic. 4. Acad. 128. Paululum ante dicendum est, Non mihi videntur considerare, quum physici ista valde affirmant, &c.
In denegando modo queis pudor est paululum. Ter. And. 4. 1. 6. i. e. Pudoris.
Habeo paululum quod requiram. Cic. 5. Tusc. 21.
Paululum quiddam. Ter. Eun. 5. 2. 17.
Quid feceras? c. paululum quiddam. τ. eho paululum impudens? An paululum hoc esse tibi videtur, virginem
Vitiare civem?
Hoc paululum mane exaravi. Cic. ad Brutum.
Paululum huic deest ad beatam vitam. Cic. 5. Tusc. 23.
Paululum modo. Ter. Heaut. 2. 3. 75.
Ubi si paululum modo quid te fugerit, ego perierim.
Paululum abscede istinc. Plaut. Asin. 5. 2. 75.
Paululum opperiri aliquem. Ter. Eun. 5. 2. 51.
Sed paululum sine ad me ut redeam. Ter. Andr. 3. 5. 16.
Respirare paululum. Cic. pro Quint. 53.

PAULŬLUS, a, um. Adj. [τυτθὸς] Liv. 8. 11. Prætorem eorum nomine Milonium dixisse ferunt, pro paulula via magnam mercedem Romanis esse solvendam. Idem 35. 11. Nihil primo aspectu contemptius, equi, hominesque paululi & graciles: discinctus & inermis eques.
Paulolus & Polulus, vel Pollulus, antiqui pronuntiabant. Hinc apud Varronem lib. 4. de L. L. 17. Pauper a Paululo re. Et Cato de R.R. cap. 10. Labellum pollulum habet. Item cap. 21. Laminæ polulæ.
Paululo, per se ablativus interdum adverbiascens. Ter. Eun. 1. 1. 39. Si nequeas paululo. scil. Redimere. Idem Heaut. 3. 1. 35.
— commeare filium
Quam paterere ad mulierculam, quæ paululo
Tum erat contenta, cuique erant grata omnia.

PAULULĀTIM, Adv. Apul. Met. 2. p. 121. Elmenh. Ac relictum, paululatim labellis minuens, meque respiciens, sorbillat dulciter. V. Ind. Elmenhorst.

PAUNDA, Dea parientium, quam Terentius Lucinam vocat. Lilius in Miscellaneis Syntag. 1.

PĀRUS, i. f. Avicula. une Mezange.

PARVUS, a, um. Adj. [μικρὸς, σμικρὸς, βαιὸς, ὀλίγος, ἀνάλκις] notæ significationis. Ex Græco παῦρος. Plin. lib. 11. cap. 37. Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, Coelites vocabantur: qui parvis utrisque, Ocellæ.
Magnus aut parvus. Hor. 2. Serm. 6. 95.
Parvum ac mediocre. Cic. 3. Verr. Quæ maxime digna sunt eo reo, cui parvum ac mediocre objici nihil oporteat.
Parva & mediocris res, Tanta & immensa, contraria. Cic. 2. de Orat. 84. Si etiam in parvis aut mediocribus rebus doctiores assequi possunt, non idem sentio tanta hac in re tamque immensa posse fieri.
Parvum & infirmum. Cic. pro Cluent. 94. Hæc autem apud Junium parva, & infirma, & ipsius labore quæsita atque collecta.
Componere parva magnis. Virg. 4. Georg. 176.
Parvum parva decent. Hor. 1. Epist. 7. 44.
A parvis. V. A, præp.
Alumni parvi. Hor. 3. Carm. 18. 3.
Animi parvi. Hor. 1. Epist. 17. 40.

Beneficium non parvum suum commemorare. Cic. pro Cæcin. 26.
Carmen parvum, Humile. Hor. 2. Epist. 1. 257.
Consuetudo parva. Ter. And. 1. 1. 83. V. paulo infra.
Corpus. Hor. 1. Epist. 17. 40.
Di parvi, pro Diis penatibus. Hor. 3. Carm. 23. 15.
Discrimen. Virg. 3. Æn. 685.
Dissensio parva inter nos est. Cic. 1. de Legib. 8.
Exercitatio non parva. V. NON adverbium.
Fides parva. Ter. Eun. 1. 2. 117.
Me miseram, forsitan hic mihi parvam habeat fidem. h. e. Nolet mihi credere. [Parum fidei. Sic Parvus cruor infra, Minor meares, &c. in MINOR.
Filius male parvus, Nimium parvus. Hor. 1. Serm. 3. 45.
Infantes. Lucret. lib. 1. 187.
Ingenium parvum. Plin. 6. Epist. 29.
Locus parvus & angustus. Cic. 1. de Legib. 17. Hoc civile quod dicimus in parvum quendam & angustum locum concludatur.
Mercedes. Hor. 1. Serm. 6. 86.
Munera. Hor. 1. Carm. 28. 3.
Nati. Hor. 3. Carm. 5. 42.
Navicula. Cic. Post redit. ad Quir. 20.
Nepotes. Virg. 2. Georg. 514.
Odoris parvi amomum. h. e. Imbecilli & pauci. Plin. lib. 12. cap. 13.
Opusculum. Cic. in Parad. 1.
Pisciculi. Cic. 2. de Nat. Deor. 123.
Pretio parvo rem aliquam vendere & alienare. Cic. 6. Verr. 134.
Pueri. Hor. 1. Epist. 7. 17.
Res est non parva. Virg. 3. Ecl. 54.
Rura. Hor. 2. Carm. 16. 37.
Sodales parvi, non præpotentes, aut superbi titulis & imaginibus. Hor. 1. Epist. 7. 58.
Tecta. Senec. Hippol. 2.
Tempore parvo. Lucret. lib. 5. 107.
Urbs. Virg. 3. Æn. 276.
Usuram parvam exigui temporis bonæ de me opinionis postulo, ut eam, si quæ dixero vobis probabo, perpetuo retineatis. Cic. 3. de Lege Agrar. 2.
Parvus, pro Brevi. Ter. Andr. 1. 1. 83.
Sic cogitabam, hem, hic parvæ consuetudinis
Causa mortem hujus fert tam familiariter. Parvæ, i. e. Brevis. Sic, Parvam noctem dixit Lucan. 4. 476. & 528.
Est & ubi pro Parum ab eodem ponitur, ut lib. 4. 239.
— si torrida parvus
Venit in ora cruor, redeunt rabiesque furorque. Parvus cruor, i. e. Parum cruoris. [Similis supra V. Hellenismus est.
Parvi & Ampli, oppositi. Hor. 1. Epist. 3. 28.
Parvum, Minimi momenti. Plin. in Paneg. cap. 45. Nihil ante tam vulgare, tam parvum in Senatu agebatur, ut non laudibus principum immorarentur, &c.
Parvo opponitur Eximium & præclarum. Cic. 1. Off. 67. Et ea, quæ eximia plerisque & præclara videntur, parva ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere, fortis animi magnique ducendum est. [An Parvi?
Parva sunt foris arma, nisi est consilium domi. Cic. 1. Offic. 22. Al. Parvi.
Parvo & Nihilo. Cic. 1. de Finib. Verum isto modo consequatur summas voluptates, non modo parvo, sed ferme nihilo, si potest.
Assueta parvo juventus. Virg. 2. Georg. 472.
Beatus parvo. Hor. 2. Epist. 1. 139.
Contentus parvo. V. CONTINEO.
Emptum parvo. Hor. 2. Serm. 3. 156.
Vivere parvo. Hor. 2. Serm. 2. pr. Idem 10. 41.
Parvi æstimare, [περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι] Plaut. Capt. 3. 5. 24.
Parvi ducere, [περὶ μικροῦ ἡγεῖσθαι] Cic. pro Arch. 5. Pericula mortis atque exilii, parvi esse ducenda. conf. paulo supra.
Esse parvi præ. Nepos 18. 10. 4. Omnes præ illo parvi futuros. Subauditur Pretii. Sic Ter. Hec. 5. 3. 1.
Edepol næ ego meam herus operam deputat parvi pretii.
Parvi istuc facio. Plaut. Milit. 4. 8. 41.
Parvi pendere. Ter. Hec. 3. 5. 63. Quæ dico, parvi pendunt. Cic. 15. Att. 3. Sed si ipsa parvi pendimus, quin & majora contemnimus. Alii codices habent, Sed sint ista parvi: quin & majora contemnimus.
Parvi putare & spernere. Catul. ad Furium, 20. 25.
Parvi refert. Cic. pro Lege Manil. 55. Etenim illud primum parvi refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoria recuperare.
In parvo, pro Fere. Plin. lib. 8. cap. 33. Eminet rostrum, ut in parvo haud absimile suillo.
Parvo brevius quam. Plin. lib. 2. cap. 67. Circa Caspium quoque multa Oceani litora explorata, parvoque brevius quam totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus. h. e. Fere, vel parum abest quin totus, &c.
Parvior, compar. apud Cæl. Aurel. Chron. 2. 1. 26. Volantum parviores.
Parvissimus, superl. [ἐλάχιστος] Lucret. lib. 3. 200.
— igitur parvissima corpora quanto
Et lævissima sunt, ita mobilitate fruuntur. Idem lib. 1. 609.
— parvissima quæque
Corpora constabunt ex partibus infinitis. Ibid. 614. Sic, Rictus parvissimus. Varr. apud Non. 6. 43. Adde Festum in Spara, & Isidor. 4. 8. de Ordeolo. Ita & Cæl. Aurel. Chron. 1. 1. 5. & 1. 4. 29. Vide apud Despaut. ex aliis etiam allatum. H. St.

PARVE, Adv. Vitruv. 9. 6. Parve per eos flectitur delphinus. Superl. Cæl. Aurel. Acut. 2. 38. Parvissime aliquid memorare.

PARVITAS, ātis. f. [μικρότης, σμικρότης, λεπτότης] Columella lib. 10. in præf. Tamen eadem tam exigua sunt, ut (quod ajunt Græci) ex incomprehensibili parvitate arenæ funis effici non possit. Cic. de Univers. 41. Haud iisdem vinculis, quibus ipsi erant colligati, sed talibus, quæ cerni non possent propter parvitatem, crebris quasi cuneolis injectis, unum efficiebant ex omnibus corpus. Gell. 1. 3. Has tamen & parvitates rerum & magnitudines.
Pro Tenuitate ingenii viriumque posuit Val. Max. in Prol. Mea parvitas eo justius ad favorem tuum decurrerit. Ita Hieron. Epist. ad Tranquill. Quis meæ parvitatis quæris sententiam. conf. Sidon. 7 Epist. 9.

PARVŬLUS, a, um. Adj. dimin. [τυτθὸς] Virg. 4. Æn. 328.

— si

— si quis mihi parvulus aula
Luderet Æneas.

Causa parvula. Lucret. lib. 4. 194.
Formica Hor. 1. Serm. 1. 33.
Impulsio. Cic. 2. de Invent. 25. Defensor autem ex contrario primum impulsionem aut nullam fuisse dicet, aut si fuisse concedet, attenuabit, & parvulam quandam fuisse demonstrabit.
Manus peditum. Cic. 11. Fam. 10. Revertor nunc ad Antonium, qui ex fuga, quum parvulam manum peditum haberet inermium, &c.
Naviculam parvulam conscendit. Cæs. 3. Bell. Civil. 104.
Pecunia parvula, & Immanis, contraria. Cic. pro Rosc. Com. 23. Illa fuit pecunia immanis, hæc parvula.
Res parvula, pro Re nullius momenti. Ter. Adelph. 2. 4. 10. Cic. pro Quint. 53. Si in parvula re captionis aliquid vererere, non statim ad C. Aquilium, aut ad eorum aliquem, qui consuluntur, concurrisses? Al. Cucurrisses.
Successus. Plin. lib. 2. cap. 23.
Consequi parvulum aliquid. Cic. 2. de Invent. 19. Quare nos quidem sine ulla affirmatione, simul quærentes dubitanter unumquodque dicemus, nedum parvulum hoc consequimur, ut satis commode hæc perscripsisse videamur.
Esse in parvulis. Cic. 4. Acad 83. Sed ut minuam controversiam, vide, te quæso, quam in parvulis sitis. I. e. Parvi momenti rebus.
Parvulus absolute, pro Puerulo. Quintil. lib. 3. cap. 7. Excepta parvulorum judicia.
Sum parvalorum. Justin. 1. 4. 13.
A parvulo, & parvulis. V. A, præp.
Recolligere parvulum. Justin. 23. 4. De Hierone exposito infante.

PARVULUM, Adv. [illegible] ut, Parvulum differt, h. e. Minimum. Plin. 8 Epist. 14. Quia parvulum refert, an idem displiceret, quibus non idem placuisset.
Acquirere parvulum de nocte. Plin. 9 Epist. ult.
Ligni incii parvulum. Plin. lib. 15. cap. 24. [His duobus locis Nomen, non Adv. est.

PARVULITAS, ätis. f. Vox inclinatæ Latinitatis apud Commodian. Instruct. 6. p. 6.

MINOR c. & minus, n. öris. [μείων, ἐλάττων] compar. a Parvus.
Virtute & honore minores. Hor. 2. Epist. 1. 183.
Animus minor. Hor 2. Carm 11. 11.
Cura non minor. Virg. 5. Æn. 803.
Dominus non minor. Plin. lib. 7. Epist. 24. extr.
Filius minor. Ter Eunoch. 2. 2. 58.
Sed video herilem filium minorem huc advenire. Plaut. Amphit. 1. 2. 22. Subaudi Nato.
Infamia minor vero. Ovid. 1. Met. 215.
Ira minor. Ovid. 2. de Pont. 8. 76.
Mensura minor parva lacerta. Ovid. 5. Met. 458.
Metus. Hor. Epod. 1. 17.
Sumptus. Hor. 2. Serm. 4. 85.
Verbis minoribus uti, Submissius loqui. Ovid. 6. Met. 152.
Virtus. Ovid. 2. de Arte Am. 13.
Minor mea res agitur. Ter. Heaut. 2. 3. 113.
Quasi istic minor mea res agatur, quam tua. I. e. Minus, Quasi non tam mea intersit, quam tua.
Minoris vendere aliquid, pro Minori pretio. Cic. 5. Verr. 152. Multo minoris vendidit, non modo quam tu, sed etiam quam qui ante te vendiderunt.
Minoris dimidio. Plin. lib. 17. cap. 7.
Minoris æstimare. Cic. 4. Fam. 5.
Minore, pro Minoris. Cic. 1. Att. 2. pr. Nam a Cæcilio propinqui minore centesimis nummûm movere non possunt.
Vide an ita legatur in epist. H. St. Subauditur Usurâ, nec est pro Minoris.
Minore dictu. Plin. lib. 11. cap. 21.
Minor natu. Cic. de Amicit. 32. Tu vero perge, Læli: pro hoc enim, qui minor est natu, jure meo respondeo.
Minor natu annis triginta. Cic. 4. Verr. 61. Ne quis minor triginta annis natu.
Minor quam quinque & viginti annorum. Cels. in l. Cum minor. D. De minorib.
Minor annis viginti quinque. Ulp. l. Denique. D. de minor.
Minor annis. Ulp. in l. Verum. §. ult. D. de minorib. Vulgo Minorennis, sed barbare.
Minor, absolute. Ulp. in l. Denique. D. de minorib. Hor. de Arte poet. 174.
— laudator temporis acti
Se puero, castigator, censorque minorum.
Minores, Posteri. Virg. 1. Æn. 536.
— nunc fama minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem. V. Erythræi indicem.
Minores videtur dici & ad differentiam ŧ Majores, de iis, qui nos præcesserunt. Ovid.
Utque ego majores, sic me coluere minores. Seneca Thyeste in choro, cujus principium, Argos de superis.
Neu succedat avo deterior nepos;
Et major placeat culpa minoribus. H. St. Ex Ovid. Trist. 4. 10. 55. Senec v. 134.
Gentium minorum patricii. Cic. 9 Fam. 21. Sed tamen, mi Pæte, quid tibi venit in mentem, negare Papirium quenquam unquam nisi plebejum fuisse? fuerunt enim Patricii minorum gentium. I. e. Quorum patres allecti erant a plebe in Senatum. Budæus.
Pontifices. Liv 22. 57. L. Cantilius scriba pontificis, quos nunc Minores pontifices appellant, qui cum Floronia stuprum fecerat, a Pontifice Maximo eo usque virgis in comitio cæsus erat, ut inter verbera exspiraret.

MINIMUS, a, um. [ἐλάχιστος, μικρότατος] Adj. superl. a Parvus. Plaut. Stich. 1. 2. 63.
E malis multis, malum quod minimum est, id minimum est malum.
Al. Minime.
Minimus natu Liv. 2. 38. extr. Minimus quisque natu Patrum. Sic Filius minimus 42. 5. 6. subaudito Natu.
Decus non minimum. Hor. de Arte Poet. 286.
Minimus digitus. Plin. lib. 11. cap. 43.
Provocare aliquem minimo, subaudiendum, Digito. Hor. 1. Serm. 4. 14. Minimo digito, ait Acron, solent provocare, qui volunt ostendere plus esse virium in suo minimo digito, quam in alterius toto corpore.
Honor. Ovid. 2. Trist. 76.
Labor minimus. Ovid. 9. Met. 674.
Momenta minima. Senec. lib. 1. Epist.
Munus. Ovid. 3. de Arte Am. 632.
Onus. Ovid. 14. Met. 149.
Parte ex minima. Cic. 1. Off. 131.
Pretii minimi homo. Plaut. Asin. 5. 2. 8.
Minimo emere, redimere. Plaut. Epid. 2. 2. 110. Quanti emi potest minimo? Ter. Eun. 1. 1. 30.
Quid agas, nisi ut te redimas captum, quam queas
Minimo? si nequeas paululo, at quanti queas.
Minimum, subst. Cic. de Amicit. 46. Itaque ut quisque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime. Idem de Senect. 45. Et 1. Acad. 27.
Minimum, ab Epicureis vocatur, Quo nihil minus esse potest, & ad quod quum perventum sit, tum fiat cujuslibet corporis secandi finis. Volebat enim Epicurus aliquid esse in rebus minimum, nempe corpora prima: quæ scilicet jam secari, aut dividi non possunt. Lucret. lib. 1. 748.
Nec prorsum in rebus minimum consistere quicquam. Vide quæ a Cicerone disputantur sub Varronis persona, lib. 1. de Finib. ubi agit adversus Epicurum. Lambinus.
Superlativum ex superlativo Græcorum more format Arnob. 5. p. 160. & 166. Digitorum minimissimus.
Minimissimus. Justus Lipsius Comm. in Ann. Taciti pag. 78. in fine, Eorum hæc forma, magnitudine minimissimi digiti. H. St. Desiderabatur superior locus in Lugd.

MINIMUM, Adv. Lucret. lib. 6. extr.
Nec minimum partim ex agris ægroris in urbem
Confluxit, I. e. Valde eos pressit agricolarum multitudo ex agris in urbem conveniens. Lambinus. Nepos 10. 1. 2. Corporis dignitatem, quæ non minimum commendat.
Minimum, quod illiterati dicunt *ad minus*. Varro 2. de R. R. cap. 1. Ita fiunt omnium partes minimum octoginta una. Idem lib. 1. cap. 5. De his quatuor generibus singulæ minimum in duas dividuntur species.

MINUS, [ἧττον] Adv. comparativi gradus a positivo Parum. Ter. Eun. 4. 6. 22. Minus potens quam tu.
Non minus. V. NON adverb.
Multo minus. Cic. 13. Fam. 1. Nisi tamen multo minus concedi potest, quam illi laborare sine causa.
Minus homo, quam doctus, pro Minus quam doctus homo: h. e. Indoctus, & minus prudens, vel cautus & sagax. Plaut. Epid. 3. 3. 46.
Ego si allegassem aliquem ad hoc negotium
Minus hominem quam doctum, minusque ad rem hanc callidum.
Sed in emendatis codd. non exstat Quam.
Minus dixi, quam. Plaut. Capt. 2. 3. 70.
Et quo minus dixi quam volui de te, animum advortas volo.
Minus habere, Pauperem esse. Ter. Phorm. 1. 1. 7. & cum Genitivo, Hor. 1. Epist. 17. 51. — haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus, invidiæque. Ter. Eun. 4. 6. 22.
Minus potens quam tu, minus notus, amicorum hic habens minus.
[His locis Nomen, non Adv. est.
Minus intellexi. Ter. Eun. 4. 5. 11.
Haud minus, ac jussi, faciunt. Virg. 3. Æn. 561.
Minus potest per se. Cic. de Amicit. 26. Num propter imbecillitatem atque inopiam desideranda sit amicitia, ut in dandis recipiendisque meritis, quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet.
Minus, pro Non. Cic. de Amicit. 101. Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus secutus sis. Alia exempla supra & infra V.
Minus acriter. Ovid. 19. Epist. 13.
Minus multo audacter. Ter. in prol. Phorm. 11.
Minus multo audacter, quam nunc lædit, læderet. conf. Minus multi.
Minus aptus. Hor. 1. Serm. 3. 29.
Minus bene vestitus. Nep. 5. 4. 2. i. e. Non satis bene.
Minus diu. Cic. de Senect. 32. Ego vero me minus diu senem esse mallem, quam esse senem antequam essem.
Grata minus pietas. Ovid. 1. Met. 204.
Minus gravis. Hor. 1. Serm. 5. 6.
Minus invida cura. Hor. 1. Epist. 10. 18.
Minus jucundus amicus. Hor. 1. Serm. 3. 93.
Minus multi opus sunt boves, & bubulci. Varro de R. R. lib. 1. cap. 18.
Minus multi, & minus audacter. Plaut Mil. 3. 1. 136.
Non minus multi. Cic. in Brut. 63. Catonis autem orationes non minus multæ fere sunt, quam Attici Lysiæ. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 9. Et rursus Cic. in Brut.
Minus prospere. Justin. 14. 6. 1. i. e. Improspere.
Minus validus. Hor. 1. Epist. 8. 7.
Minus aut magis impeditus. Lucret. lib. 1. 241.
Minus intelligo. Ter. Heaut. 3. 3. 33.
Minus memini. Ter. And. 4. 1. 31.
Immo etiam quo tu minus scis ærumnas meas. i. e. Non satis nosti.
Minus valet. Plaut. Bacchid. 2. 2. 15.
Si non inventa est, minus valet, moribundus est.
Minus venit in Senatum, pro Rarius. Cic. 12. Fam. 2. L. Cotta familiaris meus, fatali quadam desperatione, (ut ait) minus in senatum venit.
Vexare minus aliquem. Hor. 2. Epist. 2. 90.
Minus cum cura lectum. Plaut. Mil. 3. 1. 9.
Minus ac minus. Plin. lib. 11. cap. 10. de apibus, Quum advesperascit, in alveo strepunt minus ac minus, donec una circumvolet.
Minus & minus. Hor. 1. Carm. 25. 6. conf. Ovid. 2. Pont. 8. 73.
Minus minusque. Ter. Heaut. 3. 3. 33.
— nam mihi jam minus, minusque obtemperat.
Minus quindecim dies sunt. Plaut. Trin. 2. 4. 1.
Minus quindecim dies sunt, quod pro his ædibus
Minas quadraginta accepisti a Callicle. conf. ad fin.
Non minus triginta. Cic. 4. Verr. 162. Jussit ut quæ statuæ C. Verris ipsius & na-

& patris & filii essent, eas Quæstores demoliendas curarent: dumque ea demolitio fieret, Senatores triginta non minus adessent.
Minus, aut Non minus quatuor pedes altum: pro Minus quam quatuor pedes. Liv. Nunquam nix minus quatuor pedes alta jacuit.
Ne minus dimidium. Cic. 3. Verr. 123. Ei quum cautum vellet, scripsit, ut hæredes jurarent, se curaturos, ut ex sua cujusque parte ne minus dimidium ad A. Trebonium, fratrem illum proscriptum, perveniret.
Minus pedalis. Plin. lib. 22. cap. 22. Condrillon sive condrille, folia habet intubi circumrosis similia, caulem minus pedalem, succo madentem amaro.
Minus duobus nummis. Plaut. Pers. 4. 6. 1.
Probati hic argenti sunt sexaginta minæ:
Duobus nummis minus est.
Paulo minus. Cic. pro Flacc. 68. Ante pedes Prætoris in foro expensum esse auri pondo centum, paulo minus.
Minus nihilo mihi est. Ter. Phorm. 3. 3. 2.
Quid faciam? unde ego nunc tam subito huic argentum inveniam miser,
Cui minus nihilo est?　[Et hic nomen puto.
Paulo minus quam privatus. i. e. Fere privatus. V. Burm. ad Quintil. Decl. 12. 18. p. 260.
Quo minus fiat, pro Ne. Ter. Andr. 1. 2. 25.
Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis
Fallaciæ conari, quo fiant minus.　conf. Idem Andr. 4. 2. 17.
Minus quinquennium est, quod. Plin. lib. 15. cap. 25.
Minus triennium. Tacit. in Vita Agric. 9. conf. supra.
Minime, [ἐλάχιστα] Adv. negandi. Cic. de Amicit. 40. Turpis enim excusatio est, & minime accipienda, cum in ceteris peccatis, tum siquis contra Remp. se amici causa fecisse fateatur. Idem 1. Off. 150. Minime artes eæ probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum.
Minime feceris, prohibendi particula, pro Ne feceris. Plaut. Most. 1. 3. 115.
Minime gratum spectaculum. Liv. 1. 25.
Minime mirum, pro Non est mirum. Ter. Hec. 2. 1. 23.
Jampridem equidem audivi cepisse odium tui Philumenam:
Minimeque adeo mirum: &, ni id fecisset, magis mirum foret.
Minime, pro Tanto minus. Senec. lib. 1. de Benefic. cap. 2. Nam nec in vulgus effundenda sunt, & nullius rei, minime beneficiorum, honesta largitio est. [i. e. Nedum ut &c. honesta fit.
Minime, pro Minimum, seu quod dicunt, Ad minus. Columel. lib. 5. cap. 10. Ea exstet minime tribus pedibus. [Nisi Minimum scribendum est. conf. MINIMUM Adv.
Non minime. V. NON adverb.
Minime gentium, dicebant veteres, inquit Festus, pro eo quod est, Omnium gentium judicio minime esse faciendum. Ter. Eun. 4. 1. 15.
Voluit facere contra huic ægre: heus, heus, inquit, puer, Pamphilam
Arcesse, ut delectet hic nos, illa exclamat, minime gentium.
Minime omnium, i. e. Nullo Modo. Cic. pro Rosc. Amer. 96. Quid attinuit eum potissimum nuntiare, quod si, &c. ad te minime omnium pertinebat? [Subaudi Hominum.
Minime male cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt. Cato de R. R. in Præf.
Minime multi remiges & milites deerant. Cic. 7. Verr. 85. Etsi in hac quadriremi, propter honorem & gratiam Cleomenis, minime multi remiges & milites deerant. h. e. Quam paucissimi. [Immo Admodum pauci, Perpauci.
Minime multa habet. Liv. 31. 8. Jussus ex eo exercitu, quem P. Ælius cos. habuisset, ut quisque minime multa stipendia haberet, legere.
Minime volo. Cic. 4. Acad. 118. Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, & aliquid adsciscam, comprobem incognitum, quod minime vultis. quid consilii datis? i. e. Nihil minus vultis.
Minime ambitiosus, &c. Cic. 13. Fam. 1. Homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus. i. e. Nihil eo minus ambitiosum, &c. quasi Omnium hominum minime ambitiosus: vel quidvis potius quam ambitiosus.
Minime, plus est quam Non. Est autem in responsione negativa: Id quod vulgo dicitur *absit*. Sallust. in Catil. cap. 51. in Orat. Cæsaris extr. Placet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilinæ? minime.
Minime vero; negantis est in responsione. Cic. 2. Tusc. extr. Budæus.
Minimŏpĕre, [ἥκιστα] dixerunt veteres, sicut Maximopere. Licinius apud Priscian. Non minimopere milites quietes volebant esse.
Minuscŭlus, a, um. [μικρότερος] Adj. dimin. a Minus. Varro. 3. de R. R. cap. 5. Ex hoc aviario, ut sumantur idoneæ, excludantur in minusculum aviarium.
Canis minusculus. Vitruv. 9. 7.
Epistola minuscula. Cic. 3. Q. frat. 1. Rescripsi epistolæ maximæ: audi nunc de minuscula.
Villa minuscula. Cic. 14. Att. 13. Scribis esse rumores, me ad lacum quod habeo venditurum, minusculam vero illam utique Quinto traditurum.
Minuscularius, a, um. Adj. Tenuior. ut, Minuscularii aquæductus. l. 10. C. de aquæductu. conf. Theod. Cod. 11. 28.
Minŏro, āre. Minorem facere. Tertull. de Anima cap. 43. Vulg. Interpr. 2. Cor. 8. 15. Gloss. Lat. Gr. Minoro, ἐλαττόω.
Minorātus, a, um. Partic. Scævola in l. Cum venderet. D. de servis exportand. Quos minorato pretio vendidit. conf. Tertull. de Corona cap. 14. & adverf. Jud. cap. 14. & Chrysolog. Serm 76.
Minorātio, ōnis. f. Status minor. Fulgent. ad Donat.
Paryobon, [παρύγρον] Malagma: medicamentum subliquidum, de quo Galen. lib. 7. cap. 2. de composit. medicament. secund. genera.
Paryphes, [πάρυφαι] Vestimenti genus, tanquam dicas Intertextum, Aristophani in Thesmophor. & ex eo Clementi Alexandrino lib. 2. Pædag. cap. 12. ubi interpres vertit Prætextam; & Polluci lib. 7. cap. 13. V. Rhodig. lib. 16. cap. 7.
Parysatis. V. PARISATIS.

P A S

Pasargadæ, [Πασαργάδαι Steph.] Oppidum Carmaniæ. Plin. lib. 6. cap. 23.
Pasceŏlus, i. m. [βαλάντιον] est, ut ait Nonius 2. 635. Sacculus ex aluta factus. Plaut. Rud. 5. 2. 27.
Præterea centum denaria philippea in pasceolo seorsus Quidam dicunt significare Loculum in marsupio. Deducitur a verbo Græco φάσκωλος & φάσκωλον: quod verbum Festus retinuit, qui scribit, Phascola esse, quas alii vocant Peras. Annotavit Turneb. Adverf. 3. 11. conf. Meurs. Exerc. Crit. P. 1. cap. 1. [Suid. φασκώλιον, ἱμάτιον, φορεῖον. φάσκωλοι δὲ οἱ μαρσύπιοι &c. V. & Etymologum, Polluc. Hesych. & Nonium, Vossiumque in Etymol.
Pascha, æ. f. vel Pascha, ătis. n. [πάσχα] Transitum significat, & ex eo Festum Hebræorum, in memoriam Maris rubri transiti. Ausonius,
— nos etenim primis post pascha diebus. Tertul. ad Uxor. 2. 4. Solemnibus Paschæ abnoctare. Idem de Corona, cap. 3. A die paschæ in pentecosten usque. De flexione vocis vide Voss. de Analog. 1. 20. De varia significatione vide Casaub. adv. Baron. Exerc. 16. §. 11. sq. Hebræi dicunt *Pesah*, Latini qui ad nos ex Hebræo transferunt, *Phase*, Syri sive Chaldæi *Pasha*, quod nos & Græci heth in ch mutato, dicimus *Pascha*. Græci non inflectunt Pascha.
Paschālis, e. Adj. [πασχάλιος] Quod ad pascha pertinet. ut, Paschalis dies, Solemnitas, Cyclus. V. Isidor. 6. 17.
Paschaliter, Adv. Hieronym. lib. 1. Epist. 7.
Paschiēnus, i. m. Pathicus. πασχητιῶν. V. Lauremb. Antiqu. p. 321. Ita Pacatus rhetor, Passieno, prima nominis ejus syllaba in Græcum mutata, obscænum nomen imposuit. Sen. Controv. lib. 10. præf.
Paschillus, vel Pasquillus, Romæ vates ridiculus, aut potius Statua lapidea, misere pridem truncata, cui prædictiones & satiras affigunt, item dicteria quæ in suo nomine non audet quis evulgare. Lil. Syntag. 4. Hist. Deor.
Pasco, pāvi, pastum, [νέμω, σιτίω, βόσκω, τρέφω, ποιμαίνω, φέρβω, χιλόω, χορτάζω] ĕre. Comedere significat. Ex Gr. βόσκω. Absolute aliquando ponitur, aliquando cum accusativo. Plaut. Most. 4. 1. 22.
Scio quo properas: gestis aliquo jam hercle,
Ire vis mula foras pastum.　Hic Plautus ad hominem transtulit, quod proprie de animalibus dicitur, teste Valla, sicut Vesci, de hominibus. Ovid. 4. Met. 635.
Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Pascebant.
In privato pascere. Ovid. 5. Fast. 286.
Ovis pavit pratum Ovid. 1. Fast. 204.
Pasco, activum, h. e. Pascere facio, vel Pascentem observo, vel Pabulum præbeo. Cic. 1. de Divin. 31. Qui quum propter paupertatem sues puer pasceret, una ex his amissa, vovisse dicitur, si recuperasset, &c. De Navio augure.
Armentum hospes pavit in arvis. Ovid. 4. Fast. 67.
Bestias pascere, domare, tueri. Cic. 2. Off. 14.
Boves pascere. Virg. 1. Ecl. 46.
Canem pascere sero pingui. Virg. 3. Georg. 406.
Capellas pascere. Virg. 9. Ecl. 23.
Corpora pascere pabulis. Lucret. lib. 2. 995.
Corvos pascere in cruce. Hor. 1. Epist. 17. 48.
Equos. Virg. 3. Georg. 50.
Oves ad flumina pavit Adonis. Virg. 10. Ecl. 18.
Vernas pascere libatis dapibus. Hor. 2. Serm. 6. 67.
Ante larem proprium vescor, vernasque procaces
Pasco libatis dapibus.　Hoc crediderim referendum ad antiquorum pietatem, qui partem cœnæ Lari diisque donabant, & in focum mittebant Lari sacrum, ut constat. Ex ea consuetudine scribit Varro, ut a Non. Marcello 15. 6. citatur, Quocirca oportet bonum civem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. Et Cic. 2. de Fin. 22. Atqui reperiemus asotos primum ita non religiosos, ut edant de patella. id est, ut edant ea quæ diis e cœna libata sunt. Sed ritus ille optime intelligetur ex Plutarcho, ita in libello de fortuna Roman. scribente, οἱ δ' οὖν φασιν, ἀλλὰ παιδίσκην τινὰ ἱερείαν ἀπαρχόμενον ἐκ λοιβῶν ἑκάστοτε λαμβάνουσαν ἀεὶ δ' ἀπολείπειν τραπέζης, ἐπὶ τῇ ἑστίᾳ τηρεῖν, καὶ τινα τυχεῖν, ὥσπερ αὐτὴν, τῷ πυρὶ τὰς ἀπαρχὰς ἐπιβάλλουσαν. Ea igitur se castitate & sanctimonia ruri dicit cœnare Horatius, ut dapibus nisi ante deo pie libatis, vesci non soleat. Inde & Dii patellarii a Plauto Cist. 2. 1. 46. jocante festive sunt dicti, quibus in patella libabatur, non magna sacrificia fiebant. Tales dii erant in larario domestici Penates & Lares. Ex Turneb. Adverf. 6. 7.
Pascere, [σιτίζειν] pro Cibis tractare. Cic. 6. Att. 1. Lancibus & splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere. Martial. 9. 81.
— pascit Gellius, & futuit.
Copia frumenti pascit populum. Hor. 1. Epist. 15. 24.
Bene pascere & bene vestire. Cic. 2. Off. 89. Veteres proprie de servis dicebant. ut etiam apud Catonem, Bene vestire & bene pascere. Quod imitatus Apul. Apol. p. 438. Pauciores habeo servos, parcius pasco, levius vestio. Juven. 3. Sat. 141.
— quot pascit servos, quot possidet agri
Jugera, quam multa magnaque paropside cœnat?　Spartian. Adrian. cap. 15. Ante omnes tamen enitebatur ne quid otiosum vel emeret aliquando, vel pasceret. V. ibi Casaub. [Omnino apud Cic. non Bene vestire, sed Male pascere legendum ex MSS. contra Turneb. 6. Adverf. 20. aliosque, docet Gruterus, cujus V. not. Neque proinde de Servis, verum de Pecore verba ipsius accipienda sunt: Eitque Tantundem Bene pascere, Ac Bona pascua habere, ut Bene arare, Bonos agros. Junge Plin. 18. 5. & Columel. in præf. lib. 6. licet illi posterius responsum de Male pascendo omittant.
Significat autem sæpius Convivium dare, vel Epulari lautius. Spartian. Adrian. cap. 17. Quem cum plurimis sumtibus pasceret, fercula de aliis mensis etiam ultimis quibusque jussit apponi. Idem Sever. cap. 41. conf. Salmas. not. Item Gronov. Observ. 2. 4. & quos laudat Burm. ad Quintil. 6. 2. p. 560. & ad Petron. cap. 57. p. 284.
Pascere, per translationem ponitur pro Delectare. ut, Pascere oculos; h. e. Visu alicujus rei gratæ oblectari. Ter. Phorm. 1. 2. 35.
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere.　Cic. 7. Verr. 64. Quum ejus cruciatu atque supplicio pascere oculos, animumque exsaturare vellent, &c.
Bibliotheca alicujus pasci. Cic. 4. Att. 10. Ego hic pascor bibliotheca Fausti. h. e. Mire delector.
Discordiis &c. pasci. Cic. pro Sext. 99. Aut qui, propter insitum quendam animi furorem, discordiis civium ac seditione pascantur.

Maleficio pasci. Cic. 2. Off. 40. Cujus tanta vis est, ut ne illi quidem, qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere. [Hic est Se alere, Vitam tolerare. V. Abram. ad superiorem Cic. locum, qui tamen similiter exponi non debet.

Re aliqua pasci, delectari, perfrui. Cic. in Pison. 45. His ergo rebus pascor, his delector, his perfruor, quod de vobis hic ordo opinatur non secus ac de teterrimis hostibus.

Animum pascere inani pictura. Virg. 1. Æn. 468. Idem 2. Georg. 285.

Non animum modo uti pascat prospectus inanem. i. e. Delectet, inquit Serv.

Lumina pascere. Ovid. 14. Met. 728.

Corpore ut exanimi crudelia lumina pascas. &

Oculos suos. Ovid. 3. Amor. 2. 6. conf. supra.

Colores pascunt oculos. Lucret. lib. 2. 419.

Spes est quæ pascat amantes. Ovid. 9. Met. 749. Alii codices habent Amorem.

Amorem pascere. Ovid. de Rem. Amor. 748.

Barbam pascere, Alere, Promittere. Hor. 2. Serm. 3. 35.

Crinem. Virg. 7. Æn. 391.

Te lustrare choro, sacrum tibi pascere crinem. Id ex antiquorum superstitione dictum est, qui hoc diis facere instituerant pro sospite secundaque valetudine. Censorinus de die nat. cap. 1. extr. Quidam etiam pro cetera bona valetudine corporis, crinem deo sacrum pascebant. Turneb. V. Lindenbr. ad Censorin.

Famem alicujus. Propert. lib. 4. 3. 22.

Furorem. Claud. ad Hadrian. 22.

Iras. Sil. lib. 12. 721.

Naturam animi pascere atque explere rebus bonis. Lucret. lib. 3. 1016.

Nummos alienos pascere, i. e. Fœnerari, & facere æs alienum usuris crescere, ut ait Porphyrio. Hor. 1. Epist. 19. 35.

Sidera pascit polus. Virg. 1. Æn. 612. V. CONVEXUS.

Pascito linguam, in sacrificiis dicebatur, id est Coerceto, contineto, taceto, inquit Paul. Parcito emendat Salmas. V. Dacer. & supra PARCO. conf. Turneb. Advers. c. 19. Et 14. 9. vel. Lex. Pitisc.

Pascor, passivum, [illegible] ut, Pascitur herba equus, & Silva pastus arundinea.

Cibo mendicato pasci. Ovid. 5. Trist. 9. 14.

Cibo ante pasto pasci, ingeniose dictum est ab Ovid. de vacca quæ comestas paulo ante herbas, postea ruminat, & iterum comedit. Sic ille in Fragm. Somn. v. 17.

Dum jacet, & lente revocatas ruminat herbas,
Atque iterum pasto pascitur ante cibo.

Malis orbiculatis pasti. Cic. 8. Fam. 15. V. ORBICULATUS.

Polycrates matrem pascit. Hoc adagium ex historia natum ferunt, narrantes Polycratem Samiorum tyrannum, matres militum, qui in bello interiissent, recensuisse, easque locupletioribus civibus nutriendas tradidisse, unamquamque his commendantem verbis, Hanc tibi do matrem. Non incommode usurpabitur, quoties aliquis in commendandis amicis est benignior officiosiorque. Aut ubi quis alieno sumptu de quopiam bene mereri studet, præter officiosa quædam verba, de suo nihil aliud insumens. Erasm. ex Zenod.

Ubi paveris impera. Ad eum modum respondent mulieres cuipiam objurganti quod loquaciores essent, & silentium imperanti. Conveniet proverbium, ubi quis imperiosior est in eos, de quibus nihil est meritus. Erasm.

PASCOR, ĕris, pastus sum, [illegible] pasci. dep. Idem. Plin. lib. 11. cap. 48. Solidipedes inter initia pasci, nisi submissis genibus non possunt.

Armenta pascuntur per herbas. Virg. 3. Georg. 162.

Agmen pascitur per valles. Virg. 1. Æn. 190.

Pascitur in magna silva formosa juvenca. Virg. 3. Georg. 219.

Pasci silvas. Virg. 3. Georg. 314.

Apes pascuntur arbuta. Virg. 4. Georg. 181.

Pascitur pecus diem & noctem. Virg. 3. Georg. 342.

Pasci, pro Crescere. Virg. 2. Æn. 684.

— tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci. Serv.

Ignes nocturni pascuntur. Virg. 2. Georg. 432.

Livor pascitur in vivis. Ovid. 1. Amor. 14. 39.

PASCENS, entis. Partic. [illegible] ut,

Agni pascentes. Virg. 4. Ecl. 45.

Campus pascens cygnos. Virg. 2. Georg. 198.

Capellæ pascentes. Virg. 3. Ecl. 96.

Hœdi pascentes. Virg. 5. Ecl. 12.

Me pascente. Virg. 1. Ecl. 78.

Pecora pascentes. Justin. 2. 2. 3.

PASCENDUS, a, um. Partic. [illegible] ut, Caballi pascendi. Hor. 1. Serm. 6. 103.

PASTUS, a, um. aliud Partic. [illegible] Qui cibum vel pabulum sumpsit. Cic. pro Cluent. 67. Ut etiam bestiæ fame dominante, pleræque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sint, revertantur?

Agna pasta gramine. Ovid. 4. de Ponto, 8. 41.

Boves pasti. Virg. 5. Ecl. 24.

Greges pastos agere. Ovid. 3. Epist. Sabin. 14.

Monstrum pastum sanguine. Ovid. 8. Met. 170.

Vultur pastus cadavere. Sil. lib. 13. 597.

Pastus quæstu judiciario judex. Cic. pro Cluent. 72. Hic ille planus improbissimus, quæstu judiciario pastus, qui illi pecuniæ, quam condiderat, spe jam atque animo incubaret, contrahit frontem. i. e. Nutritus, inquit Budæus.

Mæror pastus fletu. Sil. lib. 13. 582.

Pastus, Quod bestiæ paverunt. Plin. lib. 9. cap. 3. Pastæque radices fruticum remeant.

PASTUS, ûs. m. [illegible] Cic. de Senect. 54. Tum pecudum pastu, & apum examinibus, tum florum omnium varietate, &c.

Pecudum pastus. Cic. 2. de Nat. Deor. 99.

Matutini pastus. V. Matutinus, in MATUTA.

Abjicere animantes ad pastum. V. ABJICIO.

Accedunt ad pastum animalia alia gradiendo, alia serpendo, alia volando, alia nando. Cic. 2. de Nat. Deor. 122.

Anquirit & parat pastum & latibula omne genus animantium. Cic. 1. Off. 11.

Capessere & conficere pastum. Cic. 2. de Nat. Deor. 121.

Comparavit pastum animantibus large & copiose Natura eum, qui cuique aptus erat. Cic. 2. de Nat. Deor. 121.

Decedere campis e pastu. Virg. 4. Georg. 186.

Decedens e pastu exercitus corvorum. Virg. 1. Georg. 381.

Esse in pastu. Plin. lib. 32. cap. 8. Homines, quibus in pastu est, piscem olent. h. e. Qui eo vescuntur.

Fundit ea sese pastus varius, variæque abundantes bestiis nihil laborantibus terra: nobis autem aut vix, aut ne vix quidem suppetunt summo labore quærentibus. Cic. 2. de Fin. 110.

Inire pastum. V. INEO.

Nata ad pastum tarda & languida pecus. Cic. 2. de Fin. 39.

Reducit vesper vitulos e pastu ad tecta. Virg. 4. Georg. 434.

Redire in pastus. Lucan. lib. 2. 604.

Pastus, de hominibus etiam dicitur. Cic. 11. Philip. 3. Qui popularetur agros, vexaret urbes, non ad spem constituendæ rei familiaris, quam tenere eum posse negant qui norunt, sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ?

Pastus hominum. Lucret. lib. 6. 1125.

Suavissimus pastus animorum oblectatio solertiæ. Cic. 5. Tusc. 66.

PASTIO, ōnis. f. [illegible] Alimentum pecudum est, sive etiam Actus ipse pascendi. Unde etiam Varronis de R. R. index lib. 3. cap. 1. de Villaticis pastionibus ad bruta pertinentibus. Idem 2. cap. 10. Qui pascunt in saltibus, greges cogere oportet, in pastione diem totum esse, pascere communiter. Cic. pro Lege Manil. 14. Asia vero tam opima est, & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. Vall. lib. 4. Pastio videtur significare cibum, sed tamen potius ad alimenta pecudum pertinet, quæ pasci dicimus: quanquam suapte natura significat ipsam actionem pascendi, nunc frequentius cibum. Columel. lib. 1. in præfat. Porculatoris vero & subulci diversa professio, diversæ pastiones. Hygin Fab. 254. In pastionem boves mittere.

PASTŪRA, æ. f. Idem. Pallad. Septemb. tit. 8. Usque in Majum mensem ejus pastura sufficiet.

PASTOR, ōris. m. [illegible] Qui curam habet pascendi pecoris. Vox sæpius repetita apud Catonem, Varronem, & Columel. Plin. lib. 12 cap. 5. Intra sepem eam æstivant pastores. Cic. pro Flacc. 39. O pastores nescio quos cupidos litterarum.

Sacra pastorum, Palilia. Ovid. 4. Fast. 723.

Loca pastorum deserta. Lucret. lib. 5. 1386.

Regna pastorum deserta. Virg. 3. Georg. 479.

Durus pastor. Juven. 11. Sat. 151.

Pastoris duri est hic filius, ille bubulci. Videtur hoc loco Bubulcos a Pastoribus segregare.

Lentus. Propert. lib. 4. 11. 29.

Boni pastoris est, tondere pecus non deglubere. Parœmia est, quam Suetonius in Tib. 32. Tiberium provinciarum præsidibus rescripsisse tradit.

Metaphorice sic dicuntur Reges, & Sacerdotes. Sic, Pastor animarum Christus, sæpius apud Ecclesiasticos.

PASTŌRĀLIS, e. Adj. [illegible] Quod ad pastorem pertinet: ut, Pastoralis habitus. Liv. 9. 36.

Antra. Claud. de Nupt. Honor. 114.

Auguratus. Cic. 1. de Divin. 107. Ille Romuli auguratus pastoralis, non urbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum.

Baculum. Sil. 13. 334.

Cantus. Claud. 1. Paneg. 182.

Juventus. Ovid. 2. Fast. 365.

Myrtus. Virg. 7. Æn. 817.

Signum. Columel. lib. 6. cap. 23.

Tectum. Stat. 12. Theb. 268.

Truncus. Stat. 4. Theb. 301.

PASTORALITER, Adv. Venant. Fortun. lib. 8. in epist. quæ inter 14. & 15. carm. est.

PASTŌRIUS, a, um. Adj. [illegible] Idem quod Pastoralis. Varr. 2. de R. R. cap. 1. An ea quæ mihi heri dixisti de pastoria re? Emendatiora exemplaria habent Pastoritia.

Pellis pastoria, pro Habitu pastorali. Ovid. 2. Met. 680.

Sibila pastoria. Ovid. 13. Met. 785.

PASTORITIUS, a, um. aliud Adj. [illegible] Idem. Cic. 2. Att. 16. Itaque & ludis & gladiatoribus mirandas [illegible], sine ulla pastoritia fistula auferebamus. h. e. Eximias significationes & gratulationes populi auferebamus & consequebamur, sine ullo sibilo. Sæpe enim pastoribus sibilus loco fistulæ est, ac sibilo oris ut fistula canunt. Plutarch. Καὶ φανεὶς ἐν θεάτρῳ ὁ Ὄθων, ἐσύριζον λεγόντες, οἱ δ᾽ ἱππεῖς ὑπέλαβον κρότῳ τὸν ἄνδρα λαμπρῶς, αὖθις δ᾽ ὁ δῆμος ἐπέτεινε τὸν συριγμόν. i. e. Quum in theatro visus esset Otho, populus exsibilabat: equites insigni plausu excipiebant: sed rursus populus sibilus augebat. Sic Turneb. & Muretus.

Canis pastoritius. Apul. 9. Met. p. 233.

Sodalitas pastoritia & agrestis. Cic. pro Cœl. 26. Fera quædam sodalitas & plane pastoritia atque agrestis germanorum Lupercorum.

Vitam pastoritiam agere. Varr. 1. de R. R. cap. 2. Scribitur & Pastoricius.

PASCUUS, a, um. Adj. [illegible] Paul. in l. Silva. D. de verb. significat. Silvam pascuam appellat, quæ est pascuis pecudum destinata. Plaut. Truc. 1. 2. 47.

Non arvus hic, sed pascuus est ager, si arationes
Habituris, &c.

Pascua rura reddere, apud Lucret. lib. 5. 1247. i. e. Colere rura, ut apta essent pascendis armentis.

PASCUUM, i. n. [illegible] Locus, in quo pecudes pascuntur, sive ager, sive pratum, sive mons, aut collis fuerit. Colum. 7. 1. Rus, quod pascuo caret. Varro 2. de R. R. cap. 11. Pascuum viride. Frequentius plur. Pascua, orum. Columel. lib. 7. cap. 1. Nec tamen ulla tam blanda sunt pabula, aut etiam pascua, quorum gratia non exolescat usu continuo.

Herbosa. Ovid. 2. Met. 689.

Læta. Hor. 4. Carm. 4. 13.

Palustria. V. Palustris, in PALUS.

Vastata. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 168.

Intenta pascuis caprea. Hor. 4. Carm. 4. 13.

Mandunt pascua equi. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 278.

Pascua,

Pascua, ut ait Plin. lib. 18. cap. 3. etiam nunc in tabulis Censoriis dicuntur, Omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat.

Censorum pascua. Cic. 1. de Lege Agrar. 5. Veneat, inquit, silva Scantia. Utrum tandem hanc silvam in relictis possessionibus, an in Censorum pascuis invenisti?

PASCĀLIS, e. Adj. [νομαδικός] Pescales oves, inquit Festus, pro Pascuales, inscienter Cato dixit. & paulo post, Pascales & Oves & Gallinæ appellantur, quod passim pascuntur. Al. Passales. Lucil.

Pascali pecore, ac montano, hirto atque solace. Fest. in Solox.

PASCUALIS, e. Adj. Quod pastu vivit. V. Festus in dict. præced.

PASCUĀRII, Qui vectigal dant ex pascuorum publicorum conductione: dicti quod ea conducebant causa pascendi pecoris.

PASCUE, Adv. pro Laute. ut, Abecum pascue vinolentam. Apul. Met. lib. 2. apud Beroald. p. 197. p. 127. Stew. Sed Elmenhorstius exhibet p. 117. In abecum ad pascua jurulenta.

PASCUŌSUS, a, um. Adj. ut, Herba pascuosa. Apul. de Herb. cap. 92.

PASCITO, [βόσκομαι] āre. frequent. a Pasco. Varro 3. de R. R. cap. 16. Nunc feras dico, quæ in silvestribus locis pascitant: cicures, quæ in cultis.

PASTICUS, a, um. Adj. ut, Hœdus, sive agnus pasticus. Apic. 8. 6. Edulii genus nescio quod. [Vereor, ut sit a Pesco.

PĀSES, ētis. m. [Πάσης] Vir quidam fuit præstigiarum, & magiæ peritia insignis. Is incantamentis quibusdam efficiebat, ut repente convivium omnibus instructum partibus adesse videretur: rursum, ubi libuisset, omnia protinus evanescebant. Emebat item frequenter, pretiumque rei numerabat, verum mox nummus, non apud venditorem, sed apud Pasetem reperiebatur. Hinc natum est proverbium, Pasetis semiobolus; de Re nova, stupendaque, & præstigiis simillima. Suidas.

PĀSIPHĀE, ēs. & **PASIPHĀA**, æ f. [Πασιφάη] fuit filia Solis, & uxor Minois regis Cretæ, quam in fabulis ferunt ex tauro genuisse Minotaurum, qui partim hominis effigiem habebat, partim tauri. Propert. lib. 2. 28. 52.

Vobiscum Europe, nec proba Pasiphae. conf. Hygin. Fab. 40. Virg. 6. Ecl. 45. & 6. Æn. 24. Ovid. 1. de Arte Am. 289. &c. Sil. 8. 471. Nat. Com. 6. 5. V. MINOTAURUS.

Pasiphae, Circe, & Æeta Perside, Oceani filia, natæ, patre Sole, in numero dearum habentur. Cic. 3. de Nat. Deor. 48.

Fanum Pasiphaæ. Cic. 1. de Divin. 96. Qui præerant Lacedæmoniis, non contenti vigilantibus curis in Pasiphaæ fano, quod est in agro propter urbem, somniandi causa excubabant.

PASIPHAĒIUS, a, um. Adj. [Πασιφαήϊος] Ovid. 15. Met. 500.

—ma Pasiphaeia quondam

Tentatum frustra, &c. i. e. Phædra, quæ Pasiphaes fuit filia ex Minoe.

PĀSITĔLES, is. m. [Πασιτέλης] Sculptor egregius in Græcia natus, & civitate Romana donatus. Plasticen matrem statuariæ sculpturæque & cælaturæ esse dixit: & quum esset in omnibus his summus, nihil unquam fecit antequam finxit. Plin. lib. 35. cap. 12. & lib. 36. cap. 5.

PĀSITHĔA, æ, vel **PASITHEE**, ēs. f. [Πασιθέα] una ex tribus Gratiis, ut quidam volunt. Dea Pasithea. Catul. 61. 43. Stat. 2. Theb. 286.

Non hoc Pasithee, blandarum prima sororum.

PASITHOE, es. f. [Πασιθόη] Nomen est nymphæ marinæ Nerei & Doridis filiæ, ut inquit Hesiodus in Theogonia. v. 352.

PASITIGRIS, [Πασιτίγρις] nomen Tigris fluvii ea in parte, qua duo ejus alvei confluunt. Plin. lib. 6. cap. 27. Tigris citra Seleuciam Babyloniam CXXV. M. passuum divisus in alveos duos, altero Meridiem ac Seleuciam petit, Mesenem perfundens: altero ad Septentrionem flexus, ejusdem gentis tergo campos Cauchas secat. Ubi remeavere aquæ, Pasitigris appellatur.

PASSARGADA, vel **PASSAGARDA**, [Πασαργάδαι Steph.] Castellum in Media, Cyri sepulchro nobile, non procul ab Ecbatana. Plin. lib. 6. cap. 26.

PASSALES & oves, & gallinæ appellantur, quod passim pascuntur. Paul. V. Pascalis in PASCO.

PASSĀLUS, i. m. [Πάσσαλος] & Achemon Cercopes, sive Perperi, fuere filii Semnonidis mulieris fatidicæ, qui quum nullo non injuriarum genere in obvium quemque debaccharentur, a matre admoniti sunt ut sibi a Melampygo caverent. Evenit deinde, ut Hercules sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, eumque dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidias sentiens, correptos ac vinctos de clava suspendit leporum ritu, & ad eum modum gestabat. Pendentes itaque capitibus deorsum demissis, posticum Herculis, nigris pilis horridum, atque hispidum intuiti, non Lydorum more, læve ac depilatum, materni moniti illis in mentem venit, eaque de re inter se confabulabantur. Quod simulac audivit Hercules, cognomine delectatus, & in risum solutus, vinculis eos liberatos dimisit. Erasm. Chil. 2. 1. 41. V. Suid. in Μελαμπύγου τύχοις.

PASSER, cognominatus est M. Petronius memoratus a Varr. de Re Rust. 3. 2.

PASSER, ĕris. dubii generis. [στρουθός] Avis vulgo nota. Plin. lib. 10. cap. 36. Contra passeri minimum vitæ, cui salacitas par. Mares negantur anno diutius durare: argumento, quia nulla Veris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit. Feminis longiusculum spatium.

Ex passerum numero, belli Trojani annos auguratus est Calchas. Cic. 2. de Divin. 72.

Marinus passer. Plaut. Pers. 2. 2. 17.

Vola curriculo. P. istuc marinus passer per Circum solet. Festus, Passer marinus quem vocat vulgus Struthiocamelum. Perottus Strutomellum legit, & avis genus esse dicit. Sic & in edit. novissima Festi. Quidam Marinum passerem Piscem eundem esse dicunt cum nostra *solea* quam vulgo vocamus: alii vero passeres putant nostris *carleis* similiores. Marinus autem vocatur passer, ut reor, quod ex Africa in Italiam mari adveheretur. Turneb. V. Scalig. ad Fest. & Auson. lect. 2. 7.

Passer a Plinio lib. 32. cap. 11. recensetur inter Piscium marinorum planorum genera.

Passer piscis a rhombo hoc tantum differt, quod rhombo situs corporis dexter resupinatus est: passeri lævus. Plin. lib. 9. 20. pr. Hor. 2. Serm. 8. 29.

Ut vel continuo patuit, cum passeris, atque

Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi. V. & Columel. 8. 16.

PASSERCŬLUS, i. m. dimin. [στρουθίον] Cic. 2. de Divin. 65. Cur autem de passerculis conjecturam facit, in quibus nullum erat monstrum: de dracone silet, qui (id quod fieri non potuit) lapideus dicitur factus?

PASSERĪNUS, a, um. Adj. Pompon. apud Non. 2. 335. At te objectes frustatim passerinum prandium.

PASSERNICES, um. f. Cotes sunt, quæ trans Alpes inveniuntur, aqua aciem trahentes. Plin. lib. 36. cap. 22. Repertæ sunt in Italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu: necnon & trans Alpes, quas Passernices vocant.

PASSIENUS Crispus, bis Consul, Orator, Agrippinæ matrimonio & Nerone privigno clarior. Eum arborem amasse, complexum, et libasse Plin. lib. 16 cap. ultimo narrat. V. CRISPUS Passienus. conf. PASCHIENUS.

PASSIM, Adv. [σποράδην, ἁπανταχοῦ] a Passu deducitur; significat Sparsim, passu distante, inquit Valla 6. 19. ut, Grex passim pascitur. Cic. pro Font. 03. Hi contra vagantur læti atque erecti passim toto foro.

Vulgo, passim. Cic. pro Muren. 73. Num locum ad spectandum dare, aut ad prandium invitare? minime: sed vulgo, passim. quid est vulgo? universos.

Bacchari passim in montibus. Lucret. lib. 5. 822.

Currentia passim vina rivis. Virg. 1. Georg. 132. Abundanter ubique. Serv.

Dividi passim & pervulgari, atque edi Pop. Romano imperavi. Cic. pro Sull. 42. De tabulis loquitur.

Passim ac libere, solutas opere, volitare. Cic. 2. de Orat. 23. de avibus.

Sternuntur passim corpora per vias. Virg. 2. Æn. 364.

Vagari passim tota regione. Virg. 6. Æn. 886.

Vagantes huc & illuc passim volucres natura efficit. Cic. 2. de Divin. 80.

Passim, Ubique aliquando significat. Lactant. Creditur ei passim tanquam cognitæ veritati. Valla l. c.

Passim, Undique. Lactant. lib. 2. cap. 7. Eo passim confugerunt ex finitimis locis pessimi quique, sine ullo conditionis discrimine. Valla ibid.

Passim & undique. Cic. 1. de Orat. 191. Passim licet carpentem, & colligentem undique, repleri justa juris Civilis scientia.

Passim, Quomodolibet. Virg. 3. Æn. 510. —passimque in litore sicco

Corpora curamus. Passim, inquit, pro eo quod est, Prout quisque vult: sive Sine ullo conditionis discrimine. Perott.

Passim & Ordinatim, contraria. Cic. 11. Fam. 13. Biduo me Antonius antecessit, itinera multo majora (fecit) fugiens, quam ego sequens: Ille enim iit passim, ego ordinatim. ubi V. quæ Græv. ex Scheelio.

Passim corvos insequi. Proverbium de iis, qui nullum certum vitæ scopum sibi proponunt, sed ex tempore vivunt, ad quamvis occasionem mutabiles. Hinc illud,

Est aliquid, quo tendis, & in quod dirigis arcum?

An passim corvos sequaris, testaque lutoque? Erasm.

PASSIO, ōnis. f. In PATIOR.

PASSIVUM, i. n. aut potius **PASINUM**, [Σπασίνου χάραξ Steph.] Urbs fuit in sinu Persico, olim dicta Charax, post ab Alexandro Alexandria, ab Antiocho inde Antiochia. novissime a Pasino, aut, ut alii volunt, Spasino, Spasinum: auctores Dion in vita Trajani, Stephan. & Plin. lib. 6. cap. 27.

PASSUM, i. n. [γλυκύ] a Passus partic. verbi Patior; Liquoris genus est, inquit Nonius 17. 6. quod ex uva passa cogitur. Uva autem ideo passa dicitur, quod in siccando passa est solem. Plin. lib. 14. cap. 1. Quineriam & a patientia nomen acinis datur passis. Ibidem, cap. 9. de dulcium vinorum generibus, Passum, a Cretico Cilicium probatur, & Africum, & in Italia provinciisque finitimis. Fieri certum est ex uva, quam Græci Stichan vocant, nos Apianam. Item scirpula, diutius in vite sole uvis adustis, aut fervente oleo. Quidam e quacunque dulci, dum præcocta alba faciunt siccantes sole, donec paulo amplius dimidium pondus supersit, tusasque leniter uvas exprimunt. Deinde quantum expressere, adjiciunt vinaceis aquæ puteanæ, ut & secundarium passum faciant. Diligentiores eodem modo siccatis acinos eximunt: ac sine sarmentis madefactos, vino excellenti, donec intumescant premunt. Et hoc genus ante cetera laudant. Ac simili modo aqua addita, secundarium faciunt. Passi faciundi ex uvis insolatis rationem subtilissime docet Columel. lib. 12. cap. 37. conf. Virg. 2. Georg. 93. Cels. 2. 10. Juven. 14. Sat. 270. Plaut. Pseud. 2. 4. 51. Gell. 10. 23. Apic. 2. 3. Adde Voss. 1. Inst. Orat. 10. 5. p. 169. & plures alios in Lex. Pitisc.

PASSUS, partic. a verbo Patior. V. PATIOR.

PASSUS, a Pando. V. PANDO.

PASSUS, ūs. m. [βῆμα] Mensura intervallorum. Budæus, Passus a passis manibus dici videtur: alii Passum quinque pedum esse putant, id est duorum gressuum; ut sit gressus, id est βῆμα, cubiti unius & pedis, hoc est pedum duorum semis. Alciatus in l. Mille passus. D. de verborum significat. Passus continet quinque pedes, sic dictus, quod passis, id est dilatatis brachiis & manibus hanc dimensionem conficiamus. Hinc Manuum passus vocat Innocent. p. 229. Goes.

Magnitudinem passus colligere licet ex descriptione stadii, quæ habetur Plin. lib. 2. cap. 23. Stadium, inquit, vigintiquinque nostros efficit passus, hoc est pedes sexcentos XXV.

Passus simplex est, Qui pedes duos & semipedem continet: Passus geometricus, Qui pedes quinque. His veteres suos lapides & milliaria metiebantur. V. Frontin. p. 30. Goes & Excerpt. de Mensur. p. 322.

De vulgari & legali passu vide Auctores in Lex. Pitisc.

Perpauculi. V. PERPAUCUS.

Ambulare quingentos passus. V. AMBULO.

Ambulare millia passuum septingenta triduo. Cic. pro Quint. 79.

Conficere passus. V. CONFICIO.

Deducere passus mille in altitudinem. V. DEDUCO.

Passus sæpissime pro Gressibus ponuntur, quum sit Passus gressus & virilis proprie. Sic

Ægri passus. Valer. 3. Argon. 357.

Ambiguis passibus Fortuna volubilis errat. Ovid. 1. Trist. 8. 15.

Lenti. Ovid. 2. Met. 573.

Rapidi. Valer. 6. Argon. 489. —rapidis mirantem passibus aufert.

Accurrere rapidis passibus, poeticum est. V. ACCURRO.

Associare passus alicui. Stat. 3. Theb. 454.

Deside passu ire. Stat. 5. Silv. 2. 61.

Explicare incitatis passibus celerem cursum. Senec. Hippol. 10.

Non faciente strepitum passu venit senectus. Ovid. 3. Trist. 7. 36.

Incedere inerti passu. Ovid. 2. Met. 772.

Incessit tardo passu. Ovid. 10. Met. 49.

Movens

Movens sonoro passu aurichalca. Valer. 3. Argon. 61.
Peragrare passibus disjunctissimas terras. Cic. pro Marcel. 5.
Petere aliquem cito passu. Ovid. 2. Fast. 741.
Præterire tacito passu. Claud. de Sext. Conf. Hon. 509.
Procedere anili passu. Ovid. 13. Met. 333.
Proferre passus proceros. Lucret. lib. 4. 825.
Radere sicco freta passu. Ovid. 10. Met. 654.
Sequitur admisso vestigia passu. i. e. Passu veloci. Ovid. 1. Met. 532.
Sequi aliquem æquis passibus. Virg. 2. Æn. 724.
Spatiantur conjunctis passibus ambo. Ovid. 11. Met. 64.
Venit ingenti passu. Ovid. 3. Amor. 1. 2.
Venit tremulo horrida passu hiems. Ovid. 15. Met. 212.
Volare alite passu. Ovid. 10. Met. 587.
Urgere vestigia trepidis passibus. Stat. 2. Theb. 646.

PASTICUS, V. PASCO.

PASTILLUM, est in sacris Libi rotundi genus. Fest.

PASTILLUS, i. m. [τρωχίσκος] dimin. videtur a Pasta; quamvis fiat mutatio generis. Quidam a Pastu derivant. Pastillus, inquit Festus, forma panis parvi, utique diminutivum est a Pane. Hinc
Pastilli medicinales, & Pastilli odorati. Hor. 1. Serm. 2. 27.
Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Pilulas unguentarias exponit Erasmus. Trochisci Græce dicuntur ab orbiculari forma. Pastilli medicis, Arida sunt medicamenta, contrita homore non pingui, aut vino vel aceto incocta, quæ a coctione rursus inaruerunt: quæ quum utendum est, subinde ejusdem generis humore diluuntur, deinde vulneribus illinuntur: non autem imponuntur ut emplastra. Plin. lib. 33. cap. 6. de stimmi, sive stibio, quod in argenti metallis invenitur. Quod ibi subsidit, flos intelligitur, ac linteolo interposito in sole siccatur, non ut perarescat: iterumque in mortario teritur, & in pastillos dividitur. Budæus.
Pastilli, Emplastra, Malagmata, cognata sunt genera in instrumento Chirurgico: inter se tamen differentia, ut late docet Cels. lib. 5. medicinæ, cap. 17. Budæus. V. Galen. lib. 5. de Compos. medic. secund. genera. cap. 6. 1. 2. 3. 4. & Barth. Advers. 36. 3.

PASTILLĪCO, āre. Plin. lib. 21. cap. 5. Luteus & bellio pastillicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. Perottus Patulicantibus legit, quod Hermolaus non probat.

PASTILLATUM Argentum. V. ARGENTUM.

PASTĪNĀCA, æ. f. [σταφυλῖνος] Herba, cujus radix editur, & vulgo expetitur. Plin. lib. 19. cap. 5. Ex iis pastinacæ unum genus agreste, sponte provenit, staphylinos Græce dicitur. Alterum seritur radice vel semine, primo Vere vel Autumno, ut Hygino placet Februario, Augusto, Septembri, Octobri, solo quam altissime refosso. Annicula utilis esse incipit, bima utilior, gratior Autumno, patinisque maxime. Colu-mel. lib. 9. cap. 4. Et lib. 6. cap. 17. Est autem dicta pastinaca, quod pastinum referat & tanquam habeat. Auctor Turneb.
Pastinaca, Piscis genus, de quo Plin. lib. 9. cap. 42. Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens. Argumenta solertiæ hujus, quod tardissimi piscium hi mugilem velocissimum omnium habentes in ventre reperiuntur. Idem lib. 32. cap 7. 13. & cap. 11. 8. Et Cels. lib. 6. cap. 9. Et plani piscis, quam nostri pastinacam, Græci τρυγόνα vocant, aculeus torretur. Nomen ex eo invenisse videtur, quod telum quasi pastinum habeat. Turneb.

PASTĪNUM, i. n. [σκάφιον, σκαφεῖον] Instrumentum vinitoriom. Columel. lib. 3. cap. 18. Sed Julius Atticus prætorto capite, & recurvato, ne pastinum effugiat, prædictum semen demersit. Pastinum vocant agricolæ ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Unde etiam repastinatæ dictæ fuere vineæ veteres, quæ resodiebantur. Hæc enim propria appellatio restibilis vineti erat. Nunc antiquitatis imprudens consuetudo, quicquid emoti soli vineis præparatur, Repastinatum vocat. V. Popm. de Instrum. fond. cap. 8.
Pastinum, aliter sumit Papinianus in l. Divortio, in fine. Et Pallad. lib. 2. cap. 10. Pastinum instituere, est agrum vitibus destinatum fodere, frutices & arbores inutiles summovere, seminaria facere, arbores quadragenia pedibus distantes, quibus vitis adnectatur, disponere.

PASTĪNO, [σκάπτω] āre. est Agrum fodere. Columel. lib. 3. cap. 13. Nunc pastinandi agri propositum est rationem tradere. Ac primum, ex omni, sive arbustivo, sive silvestri loco, quem vineis destinaverimus, omnis frutex atque arbor erui & summoveri debet, ne postea fossorem moretur, neve jam pastinatum solum jacentibus molibus imprimatur, & exportantium ramos atque truncos ingressu proculcetur. Idem 11. 3. & Pallad. Jan. tit. 10.

PASTINĀTUM, i. n. [ἐσκαμμένον] Columel. lib. 3. cap. 10. Sive enim pastinato deponitur, sive trunco inseritur, largioribus satiatur alimentis, quam prius quum esset in egeno. De vite. Sic lib. 4. cap. 4. Facta in pastinato scrobe.

PASTINATIO, ōnis. f. [σκαφεία] Columel. lib. 3. cap. 12. extr. Quibus omnibus diligenter exploratis, tum pastinationem suscipiemus. Plin. lib. 17. cap. 21. De pastinatione dictum est.
Altitudo pastinationis. Columel. 3. 13.
Mensura pastinationis. Idem 11. 2.

PASTINĀTUS, ūs. m. [σκαφή] Idem, ac Pastinatio. Plin. lib. 17. cap. 20. Alba populus feritur bipedaneo pastinatu.

PASTINĀTOR, ōris. m. [σκαπτήρ] Columel. lib. 3. cap. 13. Nam duas regulas ejus latitudinis, qua pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ litteræ χ, decussavimus. Utitur & Firmic. lib. 5. cap. 4.

PASTIO, V. PASCO.

PASTŎMIS, ĭdis. f. [ποστομίς] Instrumentum ferreum, sive ligneum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui imponitur. Lucil. apud Non. 1. 84.
Pastomides huic ingentes de naribus pendent. Dicitur autem Pastomis voce lacessita & læsa, velut Epistomis aut Epistomium. Immo vero tanquam ἐπιστομίς, id est additamentum ori adjectum & appensum: atque ita scribendum Turnebo videtur, Adv. 17. 24. Mercer. dedit Postomis q. V.

PASTONA, Civitas ad Euphratem. Plin. lib. 5. cap. 24.

PASTŎPHŎRI, orum. m. pl. [Παστοφόροι] Sacerdotes sacrosancti Ægyptiorum, honoratiores ceteris. Dicti Pastophori, quod ferant pallium Veneris, cui nomen est Pastos. Pastophoros etiam Venus est appellata. Apud Apulejum in Asino lib. 11. p. 265. & 271. & 273. Elmenh. ita vocantur Sacerdotes Isidis pallium in supplicationibus ferentes.
Pastophori, sunt Sacerdotes sacris gestaminibus induti. Eos Pastophoros Budæus interpretatur, qui multa & varia eruditione, ut temporibus quisque suis, imbuti, quum omnia pæne genera philosophandi partim perertassent, partim præteriissent, salutem suam tandem anxie, sociorumque perquirebant: quæ nihil esset aliud, quam aditus in patriam. Budæus lib. 5. de Asse.

PASTOPHORĪON, i. n. [παστοφόριον] Pastophororum domus. Quidam dicunt esse Thalamum in quo habitat præpositus templi. Alii Thalamum nuptialem. Unde & Venus appellata est Pastophoros, quasi Thalamifera, quod Thalamum nuptialem curet & administret: nam παστὸς, thalamus nuptialis dicitur, qui alio nomine νυμφὼν appellatur. V. Suid. & Salmas. in Solin. p. 856.

PASTOR, PASTORALIS, PASTORALITER, PASTORITIUS, PASTORIUS, V. PASCO.

PASTOS, Oppidum ad Ægeum mare, non procul a Neapoli regione Thraciæ. Plin. lib. 4. cap. 11.

PASTURA, PASTUS, V. PASCO.

P A T

PATR. Patricius.

PATAOA, Syenitarum civitas, in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 29.

PATAGE, Insula aliis nominibus Platage, nunc Amorgos, inter Sporadas. Plin. lib. 4. cap. 22.

PĂTĂGIUM, i. n. Fest. Patagium est, Quod ad summam tunicam assui solet, quæ & Patagiata dicitur: & Patagiarii, ejusmodi opera faciunt. Paulus. Apulejus 2. Milef. p. 119. Elmenh. Uberes enim crines leniter emissos, & cervice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuato patagio recedentes paulisper ad finem conglobatos, in summum verticem nodus astrinxerat. Quo in loco Beroaldus dicit, Patagium id genus ornamenti dici, quod mulieres in summa camisiæ parte circa collum assuunt. &, ut inquit Apulejus, pinnatum. Nonius 14. 9. Patagium, aureus clavus, qui pretiosis vestibus immitti solet. V. CLAVUS. & l. Spon. Miscell. §. 6. p. 224. Reines. Inscript. class. 11. n. 83. vel Lex. Pitisc. ubi de eo late disseritur.

PATAGIARIUS, i. m. Qui patagia conficit. Plaut. Aul. 3. 5. 35. Patagiarii, indusiarii. conf. Cerda Advers. 185. 10.

PATAGIĀTUS, a, um. Adj. Plaut. Epid. 2. 2. 47.
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium,
Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

PĂTĂGUS, i. m. Legimus in Festi commentariis Patagum, Morbi genus esse, neque præterea quicquam reperimus: quod enim morbi genus sit, nobis cogitandum reliquit vel ipse, vel ejus abbreviator. Fere crediderim, inquit Turnebus, Morbum esse vitis, qui πάταγος apud Theophrastum scribitur. Ejus verba sunt, πρὸς ταῖς ἰσιμελίδαις πάταγοι ἐνδελεχεῖς: ubi Theodorus πάσσαλον legisse videtur, quum Paxillum interpretetur: ac videtur hoc morbi genus esse, quum sauciatur ligone in ablaqueatione, ut sit Patagus, Plaga & percussio. Hæc ille. Capitis est conquassatio in Plauti fragmento quod citat Macrob. 5. Saturn. 19.
Mecum habet patagus, æs, morbus. conf. Taubm. ad Plaut. p. 1486. Nomen a maculis habet morbus ille pestilens quo correptus qui moritur, nullum indicium morbi relinquit præter nævulos in parte corporis. V. Scalig. Append. ad Conject. p. 192.

PATĂLIS, e. Adj. Idem quod Patens. Plaut. Truc. 2. 2. 22.
Ut ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovem. Patalem bovem appellat, Cujus cornua diversa sunt, ac late patent. Paul. Sunt qui legant Patulam bovem. Græci quoque ejusmodi boves πετήλους vocant, ut observat Scalig. in Conject. p. 43.

PATALA, Portus celeberrimus in India, in quo Sol dexter oritur, umbræ in Meridiem cadunt. Plin. lib. 2. cap. 73.

PATĔLĒNA, æ. f. Dea frumenti cum folliculi ejus patescunt. V. Augustin. de Civ. Dei, 4. 8. Cæl. Rhod. Ant. Lect. 25. 30. vel Lex. Pitisc. al. Patelene & Patellana. V. Elmenh. in Arnob. p. 131.

PĂTĂRA, ōrum. n. pl. [Πάταρα] Urbs Lyciæ, ubi Apollo dabat responsa. Dicta a Pataro Apollinis filio, vel ab alio Pataro Lapeonis filio. Vulgo nunc Patera vocatur, teste Olivario in Melam. Hinc

PĂTARĒUS, a, um. Adj. [Παταρεὺς] Stat. 1. Theb. 696.
Phœbe parens, seu te Lyciæ Patarea nivosis
Exercent dumeta jugis. Ovid. 1. Met. 516.
— Pataræaque regia servit.
Patareus, [Παταρεὺς] trisyll. Cognomen Apollinis. Hor. 3. Carm. 4. 64.
Patareus Apollo.

PATARĔIS, ĭdos. f. [Παταρηίς] Patronym. f. pro Adj. Avien. Descript Orb. 684.
Qua frons tenta salo Patareidos eminet arcis.

PĂTĂVIUM, [Παταούιον] urbs in Italia, in Marchia Trevisana, ab Antenore condita, unde & Antenorea dicta est. V. ANTENOR. Fuit patria T. Livii historici. Ptolem. lib. 3. cap. 1. Exstat hodie in eadem urbe Antenoris sepulcrum vetustissimum cum hujusmodi inscriptione, quæ ob nimiam vetustatem vix legi potest,
Inclytus Antenor patriam vox Nisa quietem,
Transtulit huc Henetos. Dardanidumque fugas.
Expulit Euganeos, Patavinam condidit urbem:
Quem tenet hic humili marmore cæsa domus. V. Plin. 5. 1.
Vulgo *Padova* Ital. Dicitur & Padua, q. V.
Urbs Patavi. Virg. 1. Æn. 251.
Est item Ptolem. lib. 5. cap. 1. Urbs est in Ponto sive Bithynia, quæ hodie *Polmen* dicitur.

PATAVĪNUS, a, um. Adj. ut Patavinus ager. Plin. lib. 3. cap. 16.
Patavina puella. Martial. 11. 17.

PATAVĪNĬTAS, ātis. f. [τὸ παταουινότης] Quintil. lib. 1. cap. 5. Quemadmodum Pollio deprehendit in Livio patavinitatem. De hac vide D. G. Morhoffii librum.

PATEFACIO, V. PATEO.

PATELLA, PATELLARIUS, PATENA, V. PATINA.

PĂTEO, ui, [διαπετάννυμαι, ἀνέῳγμαι] ēre. Apertum esse. Ter. Eun. 5. 8. 29.
— hoc si efficio, postulo ut mihi tua domus,
Te præsente, absente, pateat, invocato ut sit locus. Idem 1. 2. 9.
Sane quia vero hæ mihi patent semper fores. Cæs. 6. Bell. Gall. 22. Iis omnium domus patent, victusque communicatur.
Fores concussæ patuere. Ovid. 2. Met. 768. Virg. 6. Æn. 127.
Noctes atque dies patet atri janua Ditis. Nares

Nares semper, propter necessarias utilitates, patent. Cic. 2. de Nat. Deor. 145.
Pectus patuit ferro. Ovid. 13. Met. 392.
Tecta patuerunt. Ovid. 14. Met. 575.
Via patuit in cælum. Senec. Med. 12.
Cursus patet. Cic. 10. Att. 15. Quod si nobis is cursus, qoem sperabam, pateret, effecissem aliquid profecto, ut tn optas, ut hortaris, dignum nostra mora.
Aditos patet ad aliquid. V. ADEO, Ire.
Aditus patet huc, per translationem. Cic. Somn. Scip. 6. Nisi deos is, cujus hoc templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere noo potest. i. e. Noo potes pervenire ad cognitionem harum rerum.
Patere & Obstrui aditum, contraria. Cic. de Clar. Orat. 16. Nec ex conditis, qui jacent in tenebris, & ad quos omnis nobis aditus, qui pæne solis patuit, obstructus est.
Atria patuerunt doctis libellis. Ovid. 3. Trist. 1. 71.
Aures patent tuæ querelis omniom. Cic. 1. Q. frat. 1. Facillimos esse aditus ad te: patere aures tuas querelis omnium. i. e. Te omniom querelas libenter audire.
Libri tui pateant mihi, Accessus ad libros. Cic. 4. Att. 13. Velim domum ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus ac si ipse adesses.
Locus fugæ patet. Liv. 27. 18. extr. Et jam ne fugæ quidem patebat locus.
Maxime patet Cappadocia. Cic. 15. Fam. 2. Iter eos per Cappadociam, quod ea maxime pateret, esse facturos. i. e. Aditu aperto esset.
Præmia & honores patere dicuntur iis, quibus dari solita sunt. Cic. pro Corn. Balb. 24. Injuriosum & contumeliosum est, his præmiis, & his honoribus exclusos esse fidelissimos & conjunctissimos socios, quæ pateant stipendiariis, pateant hostibus, pateant sæpe servis.
Valvæ Concordiæ non patent. Cic. 2. Philipp. 112. Subaudi Ædis.
Virginitas patet amanri. Ovid. 14. Met. 133.
Patent hæc omnibus ad visendum, Exposita sunt. Cic. 6. Verr. 5.
Patet, In potestate est. ut, Omnia mea tibi patent. Sallust. in Catil. cap. 10. pr. Ubi cuncta maria, terræque patebant. Subaud Romanis. Loquitur de amplitudine Romani imperii.
Patere alicui incommodo, Obnoxium & opportunum esse. Cels. lib. 2. cap. 1. Longis morbis senectus, acutis adulescentia magis patet. Virg. Cul. 195.

Atque reluctantis crebris, fœdeque patentis
Ictibus ossa ferit. Al. Petentis.

Patet, pro Constat, & manifestum est. Cic. pro Milon. 13. Quid porro Quærendum est? factumne sit? at constat. a quo? at patet Idem 1. Tusc. 54. Quum pateat igitur æternum id esse, quod seipsum moveat, &c.
Patet, & æque promptum est. Cic. pro Muren. 28. Quod enim omnibus patet, & æque promptum est mihi & adversario meo, id esse gratum nullo pacto potest.
Patere & in promptu esse. Cic. 1. de Orat. 23. Sed quum illa pateant, in promptuque sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint, dabis veniam, mi frater, &c.
Causæ patuere. Ovid. 4. Fast. 17.
Iræ deûm patuere. Lucan. lib. 2. 1.
Locus patet, litteris Latinis illustratus. Cic. 2. de Divin. 4.
Late patere, Extensum esse. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Avaritia latissime patet. Cic. 1. Off. 24.
Ars hæc late patet, & ad multos pertinet. V. LATUS.
Locus patet tria stadia, pro Extenditur. Plin. lib. 12. cap. 14. Schœnus patet Eratosthenis ratione, stadia XL.
In latitudinem patere. Quintil lib. 1. cap 10. De jugero. conf. Justin. 2. 2. 2.

PATENS, entis. [illegible] Partic. Apertus. Virg. 9. Æn. 693.

— & portas præbere patentes.

Patens & apertum ex omni parte cælum intueri. Cic. 1. de Divin. 2.
Campi patentes. Virg. 4. Georg. 77.
Domus clausa, Patens & exposita, contraria. Cic. pro Quint. 93 Non habere domum clausam pudori & sanctimoniæ, patentem atque expositam cupiditati & voluptatibus. conf. Justin. 28. 4. 5.
Equus, Equesque patens vulneri. h. e. Vulneri recipiendo expositus. Liv. 31. 39.
Humeros patens. Ovid. 2. de Arte Am. 504.
Iter tutum & patens. Hor. 3. Carm. 16. 7.
Locus looge lateque patens. Cic. in Orat.
Locis patentissimis. Suet. Claud. cap. 32. & Calig. 42. 3.
Lux. Ovid. 2. de Arte Am. 620.
Oculi. Lucret. lib. 3. 655.
Os. Lucret. lib. 6. 1173.
Pelagus. Virg. 2. Georg. 41.
Puteus. Hor. 2. Epist. 2. 135.
Spatium. Ovid. 3. Amor. 2. 79.
Vulnus patens in pectore. Virg. 11. Æn. 40.
Via patentiore ad hostem ducuntur. Liv. 7. 7.
Oris patentissimi dolium. Columel. lib. 12. cap. 8.

PATENTER, Adv. [illegible] Compar. Cic. 2. de Invent. 69. Absoluta est, quæ ipsa in se, non ut negotialis implicite & abscondite, sed patentius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

PATOR, ōris. m. [illegible] Hiatus & apertio; sicut Vagor pro Vagitu, & Fluor pro Fluxu. Apul. lib. 3. Met. p. 137. Elmenh Tectum scandulare conscendit, quod altrinsecus ædium patore perflabili nudarum &c. Scribonius Largus comp. 46. Ad amplitudinem & patorem narium. Idem, Donec videatur pator narium recipere posse fistulam.

PATŪRA, æ. f. Idem. Plin. Valer. 3. 22. Ad paturam ligare.

PATESCO, [illegible] ĕre. Aperiri, patentem fieri: interdum etiam idem quod Patere. Virg. 2. Æn. 309.

— Danaumque patescunt
Insidiæ. i. e. Patent, apparent, manifestæ fiunt. Ibid. 483.
Apparet domus intus & atria longa patescunt.

Campus deinde paolo latior patescit. Liv. 22 4.
Fragor armorum patescit Valer. 3. Argon. 217.
Janua. Tibul. lib. 1. 4. 78.
Portus patescit jam propior. Virg. 3. Æn. 530.

Nec ratio solis simplex, nec certa patescit. Lucret. lib. 5. 613.

PATESCENS, vel PATISCENS, entis. ut, Cælum patiscens. Senec. Ep. 94.

PATŬLUS, a, um. Adj. Quod semper patet. ut, Arbor patula, h. e. Ampla, & longe lateque suis ramis diffusa ac distenta. Cic. 3. de Fio. 63. At illa, quæ in concha patula pinna dicitur, isqua qui enat e concha, &c. Nec est diminutivum.
Æquor patulum. Sil. 13. 157.
Agri. Sil. lib. 15. 560.
Arbor. Ovid. 1. Met. 106.
Arcus. Ovid. 8. Met. 30.
Aures. Hor. 1. Epist. 19. 70.
Boves patulos Plautus appellat, Quorum cornua in diversum supra modum patent. Festus. al. Patales. q. V.
Campi. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 219.
Canistra. Ovid. 8. Met. 675.
Curvamen. Sil. lib. 13. 29.
Fagus. Virg. 1. Eclog. 1.
Fauces. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 112.
Fenestræ. Ovid. 14. Met. 752.
Fossæ. Ovid. 7. Met. 245.
Mundi. Lucret. lib. 6. 107.

Dant etiam sonitum patuli super æquora mundi.

Nares. Ovid. 3. Met. 686. Columel. lib. 6. cap. 1. Naribus resimis, patulisque.
Os. Ovid. 16 Epist. 56.
Vias patulas aperire. Sil. lib. 17. 425.

PATULĪCO, [illegible] āre. Aperiri, Patulum fieri. Plin. lib 21. cap. 8. Patulicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. Sic legit Perottus, Hermolaus vero Pastillicantibus. V. PASTILLUS.

PATULCIA, æ. f. ut, Patolcia Juno, apud Reines. Inscript. 1. n. 33. p. 60. Sic dicta Juoo, quod patere faceret clausuram uteri. Eadem igitur quæ Lucina.

PATULCIUS, dictus est Janus, quod tempore belli portæ templi ejus pateant. V. Ovid. 1. Fast. 129. conf. Macrob. 1. Saturn. 9.

PATĔFĂCIO, fēci, factum, [illegible] ĕre Patere facere, Aperire. Liv. 2. 15. Ita induxisse se in animum, hostibus potius, quam regibus, portas patefacere.
Aditum patefacere & Munire ad. Cic. 13. Fam. 79. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & munio.
Aulam vacuam patefecit. Hor. 4. Carm. 14. 36.
Aures assentatoribus patefacere, quod & Dare aures dicimus. V. AURIS.
Fenestram patefacere ad nequitiam. Ter. Heaut. 3. 1. 72.
Fores virga patefecit. Ovid. 2. Met. 112.
Januam patefacere. Cic. 1. de Orat 204.
Januam famæ patefacere. Plin. 1. Epist. 18. Atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa januam famæ patefecit.
Locum ad Consulatum ac triumphos. Liv. 4. 54.
Ocellos lassos patefecit. Propert. lib. 2. 15. 7.
Viam vel iter patefacere alicui ad, vel aliquo loco. Cic. 8. Att. 13. Non patefactum iter ad urbem.
Viam patefacere illustrem atqoe latam avaritiæ. Cic. 5. Verr. 219. Ne avaritiæ, quæ antehac occultis itineribus atque angustis uti solebat, auctoritate vestra viam patefaciatis illustrem atque latam.
Patefacere, Detegere, manifestare, palam facere. Ter. Hec. 3. 1. 23.

Tot meas injurias, quæ nunquam ullo patefecit loco.

Ostendere & patefacere aliquid. Cic. de Arusp Resp. 24. Hæc igitur vobis, hæc Populo Romano & scelerum indicia ostendit, & periculorum signa patefecit.
Patefacere & Proferre. Cic. pro Milon. 104. Quum illa indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, exstinxi, omnes in me meosque redundant ex eo fonte dolores.
Conjurationem. Cic. pro Sull. 4.
Defensionem. Cic. 5. Verr. 205. Vide quam tibi defensionem patefecerim.
Odium suum in aliquem. Cic. 11. Att. 13. Sed neque hoc tempore, nec antea patefecisset odium suum in me, nisi omnibus rebus me esse oppressum videret.
Patefacere quod non appareat. Cic. 4. Acad. 44. Quumque ipsa natura accuratæ orationis hoc profiteatur, se aliquid patefacturam, quod non appareat.
Oratione sua aliqnid. Cic. 1. de Orat. 204.
Patefacere & illustrare obscura. V. ILLUSTRIS.
Verum patefacere & illustrare. Cic. de Amicit. 97.
Patefaciendum mihi: h. e. Declarandum. Cic. pro Domo, 20. Nec quæ sint in illa Reipub. flamma gesta contra me, neque quomodo, neque per quos, patefaciendum mihi esse arbitror.

PATEFIO, [illegible] ĕri. Apertum & palam esse. Ter. Phorm. 5. 4. 6.

Quin si hoc celetur, in metu: sin patefit, in probro siem.

Patefieri & Claudi, contraria. Cic. pro Lege Manil. 21. Patefactum nostris legionibus esse Pontum, qui ante Populo Romano ex omni aditu clausus esset.
Fenestræ patefiunt. Propert. lib. 3. 20. 29.
Indiciis & confessionibus suis patefieri. Cic. 3. in Catil. 15.

PATEFACTUS, a, um. Partic. [illegible] ut, Aditus patefactus. V. ADEO, Ire.
Acies patefacta. V. ACIES.
Conjuratio patefacta. Sallust. Catil. cap. 57.
Equus patefactus. Virg. 2. Æn. 259. De eqno Trojano.
Patefacta & detecta mutentur. Cic. 4. Acad.
Patefactum & illustratum. Cic. de Amicit. 97. Tamen verum valet, si modo id patefactum & illustratum est.
Patefactum & illustratum, Obscurum & ignotum, contraria. Cic. 1. de Orat. 177. Nonne in ea causa jus applicationis, obscurum sane & ignotom, patefactum in jodicio atque illustratum est a patrono?

PATEFACTIO, ōnis. f. [illegible] Cic. 2. de Fin. 5. Atqoi hæc patefactio, quasi rerum opertarum, quum quid quidque sit aperitur, definitio est, qua tu etiam imprudens utebare nonnunquam.

PĂTER, tris. m. [illegible] notæ significationis. Ter. Adelph. 5. 7. 4.

Tuus hercle vero & animo & natura pater. Varro 4 de L. L. 10.

Pater, quod patefaciat omnia, & ipsum semen. [Quasi non ex Gr. [illegible] sit. V. Voss. Etymol. Videtur tamen Varro, non tam vocis etymon

expooere,

exponere, quam causam demonstrare, cur Jovi id cognomen tribuatur, quem Aërem esse veterum opinio fuit.
Circa patrem. V. CIRCA.
Asperitas patris. Ovid. 9. Met. 751.
Attentus pater. Hor. 2. Epist. 1. 173.
Durus. Ovid. 9. Met. 555. Hor. 1. Serm. 2. 17.

Nomina sectatur, modo sumpta veste virili,
Sub patribus duris, tironum.

Naturalis. Cic. 3. Philipp. 15.
Optimus. Hor. 1. Serm. 4. 105.
Severi. Hor. 2. Epist. 1. 109.
Amittere patrem aut liberos. V. AMITTO.
Gerere patrem, pro Paterno affecta esse. Claud. de 4. Conf. Honor. 92.
Ignorat petrem suum. V. IGNORO.
Induere patrem mente, Sumere animum & affectum patris. Claud. Conf. Hon. 157.
Nasci certo patre. V. CERTUS.
Claro patre natus. Hor. 1. Serm. 6. 58. V. CLARUS.
Ingenuo patre natus. Hor. 1. Serm. 6. 28.
Libertino patre. Hor. 1. Serm. 6. 6.
Magno patre nata puella. Hor. 1. Serm. 2. 72.
Nullo patre nati. i. e. Ignobiles. Liv. 4. 3. conf. Hor. 1. Serm. 6. 21.
Rem patris oblimare. i. e. Patrimonium. Hor. 1. Serm. 2. 62. V. OBLIMO.
Patris nomine, Avi, Abavi, Proavi, Atavi continentur: non autem Tritavi, ut opinatur Valla. Quum enim patrum nostrorum memoria aliquid factum esse dicimus, de proxima ætate intelligimus, non de illa etiam sexta. Plin. 7. 3. Q. Metellus Macedonicus, cum sex relinqueret liberos, undecim nepotes, nurus vero generosque, & omnes, qui se patris appellatione salutarent, viginti & septem.
Patres majoresque nostri. Cic. 1. Vert. 93.
Memoria patrum id usu venit. Cic. 1. de Orat. 183.
Sancti patres. Virg. 2. Georg. 473.
Pater, nomen religionis. Unde Dii omnes, Patres vocabantur. Virg. 2. Georg. 4.

Huc pater ô Lenæe. Ubi Servius, Pater licet generale sit omnium deorum, tamen proprie Libero semper cohæret: nam Liber pater vocatur. Idem alio loco, Pater proprie omnium deorum est epitheton.

Divûm pater, atque hominum rex, Juppiter. Virg. 1. Æn. 69.
Humanæ gentis pater, Juppiter. Hor. 1. Carm. 12. 49.
Rerum pater Oceanus. Virg. 4. Georg. 382.
Gravidus pater, Mars. Virg. 3. Æn. 35.
Inachus pater. Valer. Flacc. lib. 5. 209.

Et pater aurato quantus jacet Inachus antro.

Pater, pro Jove, ὁ Ζεύς. Virg. 1. Georg. 283.

Ter pater exstructos disjecit fulmine montes. Hor. 1. Carm. 2. 1.
Jam satis terris nivis atque diræ
Grandinis misit Pater, &c.

Magnus pater, Juppiter. Virg. 4. Æn. 238.
Omnipotens pater, Idem. Virg. 2. Georg. 325.
Summus. Virg. 1. Æn. 669.
Pater, Nomen honoris & reverentiæ. Hor. 2. Serm. 1. 13.

—cupidum, pater optime, vires
Deficiunt. Idem ad Mæcenat. 1. Epist. 7. 37.
Sæpe verecundum laudasti, Rexque, Paterque,
Audisti coram.

Pater est & Senior & Magister in re qualibet. V. Barth. ad 3. Theb. Stat. p. 815. & Adverf. 58. 3. Hinc
Philosophi etiam sectæ suæ auctores & principes, Patres vocabant. V. Hor. 1. Serm. 3. 126. de Chrysippo, & Lucret. lib. 3. pr. de Epicuro.
Patei Romanus. i. e. Imperator. Virg. 9. Æn. 449.

Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumque pater Romanus habebit. De Augusto, qui e familia Julia erat, quam domum Æneæ vocat. Ausonius item in eam sententiam videtur accepisse, qui ad Theodosium scribens, Maronem imitatus ita dicit, v. 21.
Tu modo te jussisse, pater Romane, memento.

Patriæ pater, parens libertatis, atque Reipublicæ. Cic. pro Rabir. 27.
De Patris patriæ titulo in nummis, V. Spanh. Diss. 12. p. 445. qui etiam de Patris appellatione defunctis Imperatoribus tributa agit p. 448. Item de Patre castrorum, exercitûs, &c. p. 451.
Quod Pater, nomen esset reverentiæ, idcirco Romulus centum Senatores, quos ad Reip. curam elegit, sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant, qui ad id idonei essent, Patres ab honore vocavit: sive ab ætatis vel curæ similitudine, ut ait Sallust. Catil. cap. 6. Paulus, Patres Senatores ideo appellati sunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac liberis propriis. Sed plenius ipse Festus, q. V.
Consulta patrum. Hor. 1. Epist. 16. 41.
Conscripti patres. Plutarchus in Romulo, Ipsi autem Romani (inquit) Patres conscriptos id collegium appellant, quod nomen & dignitatis plurimum, & invidiæ minimum præ se fert. Sed ab initio tantum patres dicti. Postea ascriptis in eum ordinem pluribus, Patres conscripti vocati sunt. Festus in Adlecti, Patres dicti sunt, inquit, qui sunt patricii generis: Conscripti, qui in Senatu sunt scriptis adnotati. Cic. 13. Philipp. 28. Est etiam Asinius quidam Senator voluntarius, lectus ipse a se. Apertam curiam vidit post Cæsaris mortem: mutavit calceos, Pater conscriptus repente factus est. Bud. conf. CONSCRIPTUS f. l.
Patres allecti, etiam dicebantur Festo auctore l. c. Qui propter inopiam ex Equestri ordine in Senatorum sunt numerum assumpti. Unde illud Suet. Cæs. 80. Peregrinis in Senatum allectis, libellus propositus est, ne quis Senatori novo curiam monstrare velit. Hodie autem Allecti, Ascriptitiique vocari possunt Latine in collegiis magistratuum, qui vulgo *creati & extraordinarii* vocitantur. Budæus.
Pelliti patres. V. Pellitus, in PELLIS.
Pater patratus. V. PATRO, as. Cic. pro Cæcin. 98. Et 1. de Orat. 181.
PATERFAMILIAS, patrisfamilias & patrisfamiliæ, &c. [οἰκοδεσπότης] Qui primus est, & imperium habet in familiam: sive Qui potestatis suæ est, sive puber, sive impuber. Cic. 2. de Legib. 48. Ut ne morte patrisfamilias sacrorum memoria occideret.
Prudens & attentus paterfamilias. Cic. pro Quint. 25. conf. Suet. Calig. 26.
Ambigua voce ludit Martial. lib. 1. 80.

Paterfamiliæ verus est Quirinalis.

PATERNUS, a, um. Adj. [[illegible]] Quod est patris, vel a patre, ut Paternus amicus. Cic. 14. Att. Ter. in Adelph. 3. 4. 4. O Æschine, pol haud paternum istuc dedisti. Ubi Donatus, Paternum, deest Pacinus: & Dedisti, pro Fecisti.
Animus paternus. Hor. 2. Carm. 2. 27.
Avus. Hor. 1. Serm. 6. 3.
Bonorum paternorum exhæres filius. Cic. 1. de Orat. 175.
Census augere paternos. Ovid. 1. Amor. 10. 41.
Cognomen. Hor. 1. Epist. 13. 9.
Domus. Ovid. 11. Met. 437.
Hæreditas. Cic. 1. de Orat. 175.
Honor. Cic. 5. Verr.
Inimicitiæ. Cic. 4. Acad. 1. Ut admodum adolescens cum fratre pari pietate & industria prædito, paternas inimicitias magna cum gloria est persecutus, &c.
Laris & fundi paterni inops. Hor. 2. Epist. 2. 50.
Necessitudo. Cic. 16. Att. 16.
Necessitudo paterna & amicitia. Cic. 15. Fam. 4.
Nominis paterni satis amplum patrimonium liberis suis relinquere, Cic. pro Domo, 147.
Opes. Ovid. 4. de Pont. 15. 13.
Rebus maternis atque paternis absumptis. Hor. 1. Epist. 15. 26.
Rus. Hor. 1. Epist. 18. 60.
Sanguis paternus, maternusque. Cic. pro Rosc. Amer. 66.
Sedes. Virg. 11. Æn. 44.
Terra. Ovid. 10. Epist. 64.
Paterna, ōrum, n. pl. Ut Gr. τὰ πατρῷα dicunt, pro τὰ πατρῷα χρήματα, sic & Lat. Paterna, pro Paterna bona. .H. St. Sic utuntur passim Juris consulti.
PATERNALITAS, Adv. Vet. Interp. Iren. 1. 1.
PATERNITAS, ātis. f. Augustin. Epist. 232.
PATRIUS, a, um. Adj. [[illegible]] Quod est patris, vel patrum. Virg. 12. Æn. 736.

—patrio mucrone relicto. i. e. Gladio paterno. Ter. Eun. 2. 2. 4.
Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona.

Amor patrius. Virg. 1. Æn. 647.
Animus patrius in liberos. Cic. pro Rosc. Amer. 46.
Artes. Ovid. 1. Epist. 112.
Fundus & lar. Hor. 1. Serm. 2. 56.
Mæror. Cic. pro Flacco, 106. Qui vos, quoniam est id ætatis, ut sensum jam percipere possit ex mærore patrio, auxilium nondum patri ferre possit, orat ne suum luctum patris lacrimis, patris mærorem suo fletu augeatis.
Metus. Ovid. 2. Met. 92.
Opes patriæ. Martial. 9. 84.
Pavor patrius. Lucret. lib. 3. 743. De cervis.
Res patria & avita. Cic. 2. Verr. 13.
Terra. Virg. 6. Æn. 508.

— patria decedens ponere terra. conf. PATRIA, æ. f.

Virtutes. Virg. 4. Ecl. 17.
Patrium est. Ter. Adelph. 1. 1. 49.

Hoc patrium est, potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere, quam alieno metu.

PATRIE, Adv. [[illegible]] Paterno affectu. Quintil. lib. 11. cap. 1. Utitur hac moderatione Cic. pro Cœl. ut eum non inimica corripere, sed patrie movere videatur.
PATRIA, æ. f. [πάτρα, πατρὶς] Urbs, sive oppidum unde orti sumus: quod patria communis omnium parens sit. Cic. 1. Off. 58. Sed si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii, principes sint, patria, & parentes: quorum beneficiis maximis obligati sumus. Virg. 1. Ecl. 3.

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva:
Nos patriam fugimus. Cic. 3. de Fin. 32. Ut peccatum est patriam prodere, parentes violare, &c.

Nimborum patria Æolia. Virg. 1. Æn. 55
Parens communis omnium nostrûm. Cic. 1. Catil. 17.
Antiquissima & sanctissima parens. Cic. 9. Att. 11.
Patria est, ubicunque est bene. Cic. 5. Tusc. 108.
Consors patriæ. Ovid. 15. Epist. 29.
Exsul patriæ. Hor. 2. Carm. 16. 19.
Extorres patria. Lucret. lib. 3. 48.
Interitus. V. INTEREO.
Parens patriæ. Cic. in Pison. 6.
Sancte pater patriæ, Ovid. 2. Fast. 127. V. PATER.
Solum patriæ, cum omnibus est carum, tum vero dulce atque jucundum. Cic. 4. in Catil. 16.
Antiqua patria. Virg. 2. Æn. 137.
Cara. Horat. 2. Serm. 2. 105.
Cariorem decet esse patriam nobis, quam nosmetipsos. Cic. 3. de Finib. 94.
Munifica, V. MUNUS.
Carere patria. V. CAREO.
Cadere patriæ. V. CEDO.
Conservare. ut, Omnibus, qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in cælo ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. Cic. In Somn. Scip. 4.
Excedere patria. Virg. 1. Æn. 361.
Exuere patriam. Tacit. 5. Hist. 5.
Lacerarunt omni scelere patriam. V. LACER, adj.
Mori pro patria, & in patria præclarum est. Cic. 8. Att. 2. Hor. 3. Carm. 2. 13.

Dulce & decorum est pro patria mori.

Mutare victricem patriam victa. V. MUTO.
Remeare in patriam. Ovid. 15. Met. 480.
Retineri amore blando patriæ. Ovid 1. Trist. 3. 49.
Revisere patriam. Virg. 4. Georg. 390.
Quævis terra, patria est. Oraculum est quondam redditum Meleo Pelasgo,

Pelasgo, de victoria consulenti. Admonet adagium virum sapientem ac bonum, ubicunque gentium vixerit, felicem esse. Erasmus.

Patria, pro quacunque Regione simpliciter. Virg. 1. Æn. 540.

— quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ. V. BARBARUS.

Patriam, cum proprie sit Civitas vel Urbs parentum, pro Regione vel terra aliena posuit Virg. 11. Æn. 25.

— quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo. V. Non. 6. 107.

Patria, aliquando Provincia ipsa, ex qua orti sumus, Improprie tamen, dicitur. Unde Sallust. Hispaniam sibi antiquam patriam dixit. [Ex Serv. ad 1. Æn. 384. Sed nugatur more suo magistellus, quum vocis hæc significatio propria sit. Adjectiva enim est, subauditurque Terra, ut in Gr. [illegible]. Itaque sæpe legas [illegible], & [illegible] apud poëtas. Provincia autem patria est, ratione aliarum provinciarum, ut civitas in eadem, unde quis oriundus est, aliarum civitatum respectu.

Non terra tamen, sed maxime homines Patriæ appellatione continentur. V. Liv. 5. 54. pr. Speciatim patricii, vel senatus Romæ hoc nomen sibi vendicabant. V. Liv. 4. 60. pr. & 5. 4.

Patriæ, plur. Plin. lib. 7. cap. 26. Neque enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant. conf. Suid.

PĂTRIUS, a, um. Adj. [[illegible]] Quod est patris.

Arma patria. Virg. 3. Georg. 346.
Arvum. Ovid. in Ibin, 503.
Carmina. Virg. 2. Georg. 394.
Di patrii. Virg. 2. Æn. 702.
Instituta. Cic. 5. de Fin. Attamen is quidem in patriis institutis manet. Potest hic e Patre derivari. ut & in seq.
Mos patrius & disciplina. Cic.
Mos patrius Academiæ erat adversari semper omnibus in disputando. Cic. Cic. 1. de Orat. 84.
Muri. Virg. 2. Æn. 679.
Penates. Hor. 2. Serm. 5. 49.
Ritus patrii. Cic. 2. de Legib. 20. Ex patriis ritibus optima colunto, præter Ideæ matris famulos.
Sedes. Ovid. 3. de Pont. 2. 84.
Sermo. Lucret. lib. 1. 832.
Terra patria decedere. Virg. 6. Æn. 508. V. in PATER supra.

PATRICUS. a, um. Adj. ut Patricus Casus, i. e. Genitivus. Varr. lib. 7. de L. L. 39. Item quod in patrico casu hoc genus disparliter dicatur, civitatum, parentum; civitatium, parentium, &c. Idem Patrius dicitur a Gell. 4. 16.

PATRICA, pro Patricia. Plaut. Mil. 3. 1. 101.

Tum patricam clementer non potest hinc quin monerem. Quo loco Turnebus, Fere existimaverim, inquit, Patricam emendandum. Plebejæ enim mulieres patriciis mulieribus dona certis diebus missitabant, ut plebeji viris patriciis. Quanquam & Patrica patricia erit, unde & Patrice, pro Magnifice & splendide in Casina dixit. Hic Patritam vidi qui legeret, quod verbum concinit versus modulo, quum Patrica dissonet. Eo autem nomine veniet ancilla a patre data: ut enim Avita dicuntur, quæ ab avo obvenerunt, sic Patrita quæ a patre. Verba sunt Turneb. Piatricem alii. V. not. Taubm.

PATRICE, [[illegible]] Adv. antiquum. i. e. More patricio, ac nobiliter. Plaut. Cas. 3. 6. 4.

Eja. o L. atat cesso magnifice, patriceque, amiceque hero
Meo ire advorsum? Al. Patriteque.

PATRICALIS, e. Adj. Herba patricalis, quæ & Sideritis, vel Heraclea. Apul. de Herb. cap. 72.

PATRĪTUS, a, um. Adj. [[illegible]] Quod est patris: sicut Avitus, Quod est avi; sunt enim tanquam possessiva. Cic. lib. 1. Tusc. 45. Hæc enim pulcritudo etiam in terris patritam illam & avitam, ut ait Theophrastus philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitat. Ex Non. 2. 703. Al. Patriam.

Patrita ancilla. Quæ a patre data est. Plaut. Mil. 3. 1. 100. V. PATRICA.

PATRITE, Adv. Ita legit Pareus in Plaut. Cas. 3. 6. 4. Al. Patrice.

PATRĪMUS, i. m. vel PATRĪMA, æ. f. vel PATRIMUS, a, um. Adj. Qui, vel quæ, adhuc viventem patrem habet. Gell. lib. 1. cap. 12. de Vestali virgine capienda, Item quæ non sit patrima. Liv. 37. 3. Patrimi omnes, matrimique ad id sacrificium adhibiti. Sic Tac. 4. Hist. 53. 3. Virgines Vestales, cum pueris puellisque patrimis matrimisque. Festus, Patrimi & matrimi pueri prætextati tres nubentem deducunt: unus, qui facem præfert ex spina alba, quia noctu nubebant: duo, qui tenent nubentem. Angelus Politianus primæ Centuriæ Misc. cap. 58. Patrima proles, Matrimaque. [illegible]. H. St. Sic nempe in Carm. Gr. Sibyll. quod Latine convertit Politianus,

— [illegible]
[illegible]

Pater patrimus dicebatur apud antiquos, Qui quum jam ipse pater esset, habebat etiam tum patrem.

Patrima virgo Minerva dicitur. Catull. 1. 9. Ubi Is. Voss. Patroa legit q. V. & Scalig. p. 7.

PATRICIUS, i. m. [[illegible], [illegible]] Patricii, nobiles Romani, qui a primis Senatoribus oriundi erant, inquit Budæus. Liv. lib. 1. 8. extr. Romulus centum creat Senatores, qui Patres ab honore, Patricii quoque progenies eorum appellati.

Majoribus patriciis ortus. Stat. 1. Silv. 2. 71.
Patricii, antiquissimique cives. Cic. pro Cæcin. 101.
Minorum gentium patricii. Tacit. 11. Ann. 25. 2. V. Minor, in PARVUS, & quæ hic sequuntur.
Non omnes Senatores erant Patricii. Tacitus Ann. 11. 25. pr. Iisdem diebus in numerum patriciorum ascivit Cæsar vetustissimum quemque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant: paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus Majorum, & L. Brutus Minorum gentium appellaverant: Exhaustis etiam, quas Dictator Cæsar, lege Cassia, & princeps Augustus, lege Senia, sublegere. Ex Budæo. V. Suet. Jul. 41. pr. Dion. lib 52. Casaub. ad Suet. & Lips. in Tacit.
Exire e patriciis, Fieri plebejum. Cic. pro Domo 37. Id autem scire & videre omnes, non ut ille filius instituatur, sed ut e patriciis exeat, ut Tribunus plebis fieri possit: idcirco adoptari?
Patriciatus altus erat ætate sequentium Imperatorum, quam superiorum & sub libera rep. Honos enim erat, qui a principe deferebatur, eoque titulo ex merito honoratus Pater imperatoris vocabatur, ut in Institutis, de patriciatu loquens Imperator ait, Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate? Claud. 2. in Eutrop. 68.

— genitorque vocatur
Principis, & famulum dignatur regia patrem. V. Barth. p. 1344.

Olim igitur Patricii ex eo appellabantur, quod patrem cierent: postea, quos imperator patres ciebat. Quod quidem & reges Franciæ imitati sunt, quosdamque satrapas Patricios vocarunt, quos antiquitatis ignari Pares appellant. Turnebus. conf. mox PATRICIATUS, omninoque Lex. Pitisc.

Patricii Franciæ, quos *pares Franciæ* vocant. Suntque quasi Duodecimviri Reip. constituendæ. Sunt enim numero duodecim: sex quidem Pontifices, & sex Duces militares. Budæus. conf. PARES CURIÆ [l.

PATRICIUS, a, um. Adj. [[illegible]] ut, Patricius magistratus. Cic. ad Brut. Ep. 5. extr. Dum enim unus erit patricius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt.

Calceca patricios Romulea reperit IV corrigiarum, assutaque luna. i. e. Nota numeri centenarii. Isidor. 19. 34.
Familia patricia. Cic. 2. de Legib. 6. Paterc. 2. 59. 2.
Fores patriciæ. Stat. 4. Silv. 8. 60.
Honos patricius. Claud. in Præfat. Belli Get. 8.
Indoles. Stat. 4. Silv. 5. 44.
Pueri patricii. Plaut. Capt. 5. 4. 5.

PATRICIĀTUS, ûs. m. Patricii dignitas. Suet. Aug. cap. 2. Ea gens a Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta in Senatum, mox a Servio Tullio in patricias traducta, procedente tempore ad plebem se contulit, ac rursus magno intervallo per Divum Julium in patriciatum rediit. Apud Græcos autem omnino major erat dignitas, non ex successione debita, sed quæ solebat a principe concedi. Cassiodorus Epist. 2. extr. lib. 6. Nostro munere sublevatus, patriciatus culmen ascende. conf. Ep. 9. & 10. lib. 8. Suidas Patricios esse tradit, communis Reipub. patres, qui in suprema dignitate Senatorii consilii esse censentur. Meminit & Procopius lib. 3. Male igitur Accursius & alii, qui hanc dignitatem cum vetere confundunt. Alciatus. conf. Lex. Pitisc. & supra PATRITIUS. l. m.

PATRISSO, [[illegible]] āre. Paternos mores imitari. Ter. Adelph. 4. 2. 25.

Laudo, Ctesipho; patrissas, abi, virum te judico.

Patrissat filius. Plaut in Pseud. 1. 5. 27. Apul Florid p. 141. Elmenh.

PATRĪCĪDA, æ. c. [[illegible]] pro quo sæpius Parricida dicitur, Is est qui patrem interfecit. Cic. 2. de Legib. 22. Sacrum sacrove commendatum qui clepserit rapseritque, patricida esto. Legitur & Parricida. Plin. lib. 7. cap. 45. Adulterium filiæ & consilia patricidæ palam facta. V. PARICIDA.

PĂTRĬMŌNIUM, i. n. [[illegible]] Bona paterna, hoc est hæreditas e patre relicta. Cic. pro Domo, 147. Liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus. Idem 5. de Finib. 87. Patrimonium neglexit, agros deseruit incultos, quid quærens aliud, nisi beatam vitam? Juven. 12. Sat. 50.

Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed vitio cæci propter patrimonia vivunt.

Laceratio patrimonii. Firmic. lib. 6. cap. 18.
Lautum & copiosum patrimonium. Cic. pro Rabir Post. 38. Qui vero duo lauta & copiosa patrimonia accepisset, remque præterea bonis & honestis rationibus auxisset: quid esset tandem caussæ, cur existimari vellet nihil habere?
Luculentum. V. LUCULENTUS.
Mille talenta patrimonii. Hor. 2. Serm. 3. 226.
Naufragus patrimonio. V. NAVIS.
Propugnator patrimonii sui, & defensor juris paterni. Cic. 1. de Orat. 244.
Adhibere patrimonium. V. ADHIBEO.
Administrare. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Circumplecti patrimonium alterius. V. CIRCUMPLECTOR.
Comedere. Quintil. lib. 6. cap. 3. conf. Eripere mox.
Conficere. V. CONFICIO.
Constituere alicujus, Stabilire. Cic. 1. Fam. 9. Id scito esse ejusmodi, ut frater meus vere existimet, adjuncto isto fundo, patrimonium fore suum per te constitutum.
Crescunt patrimonia. Juven. 14. Sat. 116.
Devorare uncta. Catul. 27. 22.
Dilapidare patrimonium varia laceratione. Firmic. lib. 4. cap. 8.
Dissipare patrimonium suum lautum conviviis. Cic. pro Flacco, 90.
Effundere patrimonium. Cic. 2. Off. 54.
Eripere patrimonium. Cic. Utrum ego tibi patrimonium eripui, Gelli, an tu comedisti?
Exhaurire. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Expellere aliquem e patrimonio nudum tanquam e naufragio. Cic. pro Rosc. Amer. 147.
Exsuperans census cuncta patrimonia. Juven. 10. Sat. 13.
Gubernare. Cic. 16. Att. 8.
Lacerato ac dissipato patrimonio, egestatem miseræ mendicitatis imponit Mars. Firmic. lib. 6. cap. 19.
Obtinere. Cic. pro Rosc. Amer. 6.
Relinquere. Cic. pro Domo, 147.
Retinere publica patrimonia juris non minus diligenter, quam privatæ rei vestræ debetis. Cic. pro Cæcin. 75.
Spoliare patrimonio. Cic. Patrimonio se amplissimo spoliari maluit.

PATRIMONIĀLIS, e. Adj. ut, Patrimoniale munus. Hermogenianus in l. 1. D. de muner. & honorib.

Fundus patrimonialis. l. 2. Cod. de fund. patrim.

PĂTRUUS, i. m. [[illegible]] Frater patris, quod quasi patris loco sit. Ter. Phorm. 2. 1. 33.

Atqui nihil fecit, patrue, quod succenseas. Cic. 3. Verr. 139.

Patruo testimonium dicente.
Sapere patruos. Pers. 1. Sat. 10.

Tunc quum ad canitiem, & nostrum istud vivere triste
Aspexi: & nucibus facimus quæcunque relictis:
Quum sapimus patruos, &c. i. e. Postquam abjectis puerilibus nugamentis, severos mores induimus. Solent enim patrui severius nepotes objurgare, si quid peccaverint. Hor. 2. Serm. 3. 88.

— ne sis patruus mihi, &c. i. e. Ne me castiges. Cic. 10. Att. 5. de Quinti fratris filio loquens, Vellem suscepisses juvenem regendum: pater enim nimis indulgens, quicquid ego astrinxi, relaxat. V. Chil. Erasm. Hinc

Patruus, pro Sævo & aspero reprehensore, seu castigatore. Cic. pro Cœl. 25. Qui in reliqua vita mitis esset, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister. Idem 2. Att. 2. Cura, amabo te, Ciceronem; ei nos θεῖοι videmur. i. e. Patrui. [Ter. in Adelph. tamen patre patruum mitiorem facit.

Patruus magnus, Frater avi. Patruus maximus, Frater proavi & abavi, qui & Propatruus & Abpatruus dicitur. V. l. 1. Dig. de Grad.

Major patruus. V. MAGNUS.

Patruus, a, um. Adj. [πατρωοεπιτιμητικός] ut, Linguæ patruæ verbera. i. e. Objurgatricis. Hor. 3. Carm. 12. 3. h. e. Objurgationes patruorum severas. Patrui enim adolescentibus corripiendis austeriores esse solent quam patres, quibus natura ipsa indulgentiam plerumque extorquet. Linguæ igitur patruæ, i. e. Severæ. Acron. Manil. 5. 455.

— laudabunt verba Catonis,
Tutorisque supercilium, patruumque rigorem. conf. Heins. Et Drakenb. ad Sil. 15. 10.

Patruissimus, superl. antiq. Plaut. Pœn. 5. 4. 24. Patrue mi patruissime, &c.

Patruēlis, is. c. [ἐξάδελφος] Patrueles sunt Patruorum, hoc est, (ut ait Nonius 19. 8.) Marium fratrum filii, quoniam qui pater alteri est, alteri est patruus: sicut Sorores patrueles nuncupantur ex duobus & ipsæ fratribus genitæ: auctor Jureconsultus. Sæpe autem additur Frater. Plaut. Pœn. 5. 2. 109.

Pater tuus is erat, frater patruelis meus. Cic. 5. de Fin. 1. Unaque nobiscum Q. frater, & T. Pomponius, & L. Cicero, frater noster, cognatione patruelis, amore germanus.

Teucer patruelis Achilli est. Ovid. 13. Met. 157. Idem 4. 461.

Molirique suis letum patruelibus ausæ, &c.

Patruelis, e. Adj. ut, Patrueles fundi. Martial. lib. 5. 35. Al. Patrensibus.

Dona patruelia. Ovid. 13. Met. 41.

Origo patruelis. Ovid. 1. Met. 352.

Regna patruelia. Ovid. 14. Epist. 61.

Patruitus, a, um. Adj. Idem quod Patritus. Tertull. adv. Valent. cap. 12.

Pătĕra, æ. f. [φιάλη] Poculi genus, latum ac patens. unde nomen accepisse videtur, ut Patera dicatur quasi Patula. Varro de L. L. 4. 26. Præterea in poculis erant Pateræ, eo quod pateant, Latine ita dictæ. Hisce etiam nunc in publico convivio, antiquitatis retinendæ causa, cum magistri fiunt, potio circumfertur, & in sacrificando deis, hoc poculo magistratus dat deo vinum. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 21. Patera, ut & ipsum nomen indicio est, poculum planum ac patens est. Virg. 1. Æn. 733. — ille impiger hausit

Spumantem pateram, & pleno se proluit auro. Cic. 3. de Nat. Deor. 84. Idem victoriolas aureas, & pateras, coronasque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat.

Filicatæ pateræ. Cic. in Parad. 1. Quid Numa Pompilius? minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? V. in FILIX.

Gravis. Valer. 5. Argon. 192.

Meri patera. Ovid. 4. Fast. 934.

Excipere sanguinem patera. Cic. de Clar. Orat. 43.

Fundere vina pateris. Virg. 5. Æn. 98.

Fundere e patera sanguinem. Cic. 1. de Divin. 46.

Haurire pateram. V. HAURIO.

Implere mero. Virg. 1. Æn. 730.

Inclinat micantem dextra. Claud. 1. in 2. Cons. Stil. 62.

Libamus pateris & auro. Virg. 2. Georg. 192. i. e. Aureis pateris.

Suscipiunt cruorem pateris. Virg. 6. Æn. 249.

Pateram perpluere in sacris quum dicitur, significat Pertusam esse. Festus.

Paterculus, C. Vellejus, elegans Historicus. Duos reliquit libros, quos scripsit ad M. Vinicium consulem, Tiberii Cæsaris progenerum. Sed bona pars scriptorum ejus periit. V. Voss. de Hist. Lat. 1. 24.

Paterculus alius, filiæ suæ Sulpiciæ castitate nobilis. Plin. lib. 7. cap. 35.

Pateria Insula, Plin. lib. 4. cap. 12. non procul a Lemno, in sinu Scythico ad Hellespontum.

Paterniana, [Πατερνιάνα] Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs. Vulgo *Pastrana*.

Paternus, a, um. V. PATER.

Paternus, Cognomen Gentis Durmiæ & Oviniæ Rom.

Paternus, Nobilis quidam hæreticus a quo Paterniani dicti sunt: Ii inferiores corporis partes ab Antitheo conformatas compactasque adseverant. Cæl. lib. 4. cap. 6.

Patesco, V. PATEO.

Pătēton, i. n. [πατητόν] Palmæ tertium genus, nimio liquore abundat: rumpitque se pomi ipsius etiam in sua matre ebrietas, calcatis similis. Unde nomen invenit. Plin. lib. 13. cap. 4.

Păthos, [πάθος] a Cic. lib. 4. Tusc. 11. & lib. 3. de Fin. 35. dicitur Perturbatio, sive animi ægritudo. A Gellio lib. 1. cap. 16. Affectus, vel affectio. Hinc

Pathētĭcus, a, um. Adj. [παθητικός] Pathetica oratio dicta est, quam ex Rhetorica arte præcipitur dirigi oportere, aut ad indignationem, aut ad misericordiam, aliumve affectum movendum.

Patheticæ parabolæ. Macrob. lib. 4. Saturn. cap. 5. Idem 6. & 4. 2. conf. Quintil. Decl. 299.

Pathētĭce, Adv. [παθητικῶς] Macrob. lib 4. Saturn. cap. 5. Sed illud nimium pathetice. Rursum cap. 6. Utrumque Virgilius bene pathetice tractavit.

Păthĭcus, a, um. Adj. Quasi ex Gr. παθικός, quod tamen non occurrit. Firmic. lib. 8. cap. 20. & 21. Catul. 16. 2. & 113. 2. Juven. 2. Sat. 99. & 9. 130. V. DRAUCUS & Passivus in PATIOR.

Pathicissimus Compar. ut, Pathicissimi libelli. i. e. Lascivi, & in quibus tractatur de rebus obscænissimis. Martial. lib. 12. 96. ad Rufum,

Musæi pathicissimos libellos,
Qui certant Sybariticis libellis,
Et tinctas sale pruriente chartas
Instanti lege, Rufe, &c.

Pathologia, æ. f. [παθολογία] Pars medicinæ, quæ morborum causas & symptomata docet. V. Medicos.

Est etiam, Pars oratoriæ quæ de affectibus concitandis agit.

Patibilis, V. PATIOR.

Patibŭlum, i. n. [σταυρός] auctore Nonio 4. 355. est Crux. Cic. 6. Verr. 90. Tibi, Marcelli, statua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit? Sallust. lib. 4. Patibulo affigi. Suffigi. Apul. Met. 6.

Festinare patibula. Tacit. 14. Ann. 33. Sed cædes, patibula, ignes, cruces, tanquam reddituri supplicium, ac prærepta interim ultione festinabant.

Patibulum proprie dictum est, Pars crucis patens & transversa, ut indicat Senec. ad Marc. cap. 20. Alii brachia patibulo explicuerunt: sicut inferior, defixusque stipes, crux est. V. Lips. de Cruce 3. 3. vel Lex. Pitisc.

Patibulum, inquit Nonius l. c. Sera, qua ostia occluduntur, quod hac remota valvæ pateant. Titinius Fullonibus, Si quisquam hodie præter hanc posticum nostrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam.

Patibulum, Instrumentum vindemiatorum. Cato R. R. cap. 27. Vindemia facta, vasa torcula, corbulas, fiscinas, funes, patibula, fibulas, jubeto suo quidque loco condi. Patibula, ex Turnebo Advers. 6. 23. sunt instrumenta & machinamenta duo scalata e diverso in axiculum unum capitibus suis conjuncta, divaricatis ad imum cruribus. His in vindemia arbusti potissimum opus est & altioribus jugis, hodieque in pergulana vite uti homines nostri solent. Non desunt tamen qui Seram interpretentur.

Patibulus, i. m. lectum apud antiquos, teste Nonio 3. 184. Lucilius Rerum humanarum lib. 21. Deligat ad patibulos, deligantur & circumferuntur, cruci defiguntur.

Patibulātus, a, um. Adj. [σταυρωθείς] Patibulo affixus. Plaut. Mostel. 1. 1. 53.

Ita te forabunt patibulatum per vias Stimulis.

Patibulati dicuntur, Qui patibulis aut sunt affixi, aut vero destinati. Sidonius Apollinaris Cruciarios appellat. Cæl. lib. 10. cap. 8.

Patibŭlus, a, um. Adj. Idem. Plaut. Fragm. Carbon.

Patibulus ferar per urbem, deinde suffigar cruci. Apul. Met. 4. p. 147. Elmenh. Exitiabili nexu patibulum relinquens.

Patiens, **Patienter**, **Patientia**. V. PATIOR.

Pătĭna, æ. f. [λοπάς] Vasis genus quo dapes elixæ & jurulentæ in mensam feruntur. Plaut. Capt. 4. 2. 66.

Juben' an non jubes astitui aulas? patinas elui? Baysius, Patina ab eo quod pateat dicta est, quam Paulus Jureconsul. in l. Cum de lanionis, De fundo instructo, inter culinaria videtur adscribere, quum inquit, Item cacabos & patinas instrumento fundi esse dicimus: quia sine his pulmentarium coqui non potest. Patinis utique, nisi si in auctorum observatione falsus sum, utebantur, non solum ad coquendum pisces, & cetera id genus; (quod auctore Plinio probatur lib. 23. cap. 2. ubi de fæce sapæ, Decoquitur, inquit, in patinis cum sale & adipe ad tumorem quoque maxillarum & cervicum.) sed etiam ferculi vice. Quum ferculum dico, vas ad ferendum opsonium vel pulmentarium intelligo. Et nisi me & lectorem decipio, eadem patina utebantur & ad coquendum & ad ferendum opsonium, elixum præsertim. Hor. 2. Serm. 8. 42.

Affertur squillas inter muræna natantes,
In patina porrecta. Patinam pro Ferculo posuit Horatius. Juvenalis autem 4. Sat. 84. patinam rhombo coquendo exstructam, taxat his verbis,

Debetur magnus patinæ, subitusque Prometheus, &c. Notatur & a Plin. lib. 10. cap. 51. Æsopi patina, in qua posuit aves cantu aliquo aut sermone vocales, HS. sex singulas coemptas. Hactenus Baysius.

Patinas, a Patulo dixerunt: ut pusillas, quod his libarent cœnas, patellas. Varr. de L. L. lib. 4. 25. extr.

Grandes patinæ. Pers. 2. Sat. 42.

Tortæ in orbe Cumano, Fictiles. Stat. 4. Silv. 9. 43.

Tollere patinam. Hor. 1. Serm. 3. 80.

Cœnabat patinas omasi. Hor. 1. Epist. 15. 34.

Tyrotarichi patina. V. TYROTARICHUS.

Animos in patinis, proverbialiter dictum. Ter. Eun. 4. 7. 46.

Pătēna, [λοπάς] pro Patina. Columel. lib. 12. cap. 43. de uvis servandis, Columella patruus meus ex ea creta, qua fiunt amphoræ, lata vasa in modum patenarum fieri jubebat. Ex quo loco patet, Patenam labra grandia habere. Bud. Alia exemplaria habent Patinarum.

Patena, Alveus ad hordeum jumentis ministrandum. Veget. Mulom. 1. 56. pr.

Patinārius, a, um. Adj. [λοπαδικός] Quod in patina conditum vel repositum est. Plaut. Men. 1. 1. 26.

Tantas strulces concinnat patinarias. Idem Asin. 1. 3. 28.
Is habet succum, is suavitatem: eum quovis pacto condias,
Vel patinarium, vel assum, verses quo pacto lubet. Quid sit hic

Patinarius piscis, a paucis scribitur: ego eum crediderim, qui non assatur, nec elixatur, sed in patina e jure coquitur. Id ex Horatio (1. Serm. 3. 80.) intelligi potest,

Si quis eum servum, patinam qui tollere jussus,
Semesos pisces tepidumque ligurierit jus. Nam si male non conjicio, Pisces patinarios e jure paratos intellexit. Verba sunt Turnebi.

Patinaria muræna, vide in Indice Cruquii in Horat. H. St.

Patinarius, i. m. Qui patinam curat & exercet, heluo. Suet. in Vitel. cap. 17. Aliis incendiarium & patinarium vociferantibus, parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante, &c.

Pătella, æ. f. [λεκάνιον] Festus; Patellæ, Vascula parva, picata, item sacrificiis faciendis apta, quæ erant velut capidula quædam. Varr. Manio, apud Non. 15. 6. Quocirca oportet bonum civem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. In patella diis apponebantur epulæ, quum res divina diis Penatibus Laribusque fiebat, aut de cœna eis libabatur: patera vinum libabatur: turibulo tus adolebatur vaporabaturque. Hæc Turneb. Advers. 8. 10. V. Vernas pascere libatis dapibus, in PASCO. Cic. 6. Verr. 46. Patella grandis cum sigillis ac simulacris deorum. Idem 2. de Fin. 22. Atqui reperiemus asotos primum ita non religiosos, ut edant de patella: deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant, &c. [Hoc in loco feralis cœnæ patellam intelligi puto.

Patella, a Patulo, vel πλάττω fingo, vel ab πλάτος, quæ est latitudo, Vas latum est condiendis obsoniis aptum. Lanx seu paropsis. Baysius, Patella, vas escarium ad olera & pulmenta ponenda: quam Græci λεκανίδα vocant. Hor. 1. Epist. 5. 2.

Nec

Nec modica cœnare times olus omne patella. Et Martial. lib. 5. 79. 6.

Ponetur digitis tenendus ustis
Nigra coliculus virens patella. Et Juven. 5. Sat. 85.
Ponitur exigua feralis cœna patella. Quorum omnium testimoniis clarum est, credo, Patellam, Parvam esse patinam, quæ ab istis cum modica, tum exigua dicitur. Hactenus Bays. Martial. lib. 13. 81.
Quamvis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior est tamen patella. Ovid. 2. Fast. 634.
Nutriat intinctos missa patella cibos. V. omnino Voss. Etymol. in Patina.

Cultrix foci secura patella. Pers. 3. Sat. 26.
Fragiles, Fictiles. Juven. 6. Sat. 343.
Pura patella fert cibos. Ovid. 6. Fast. 310.
In patella decoctum pulmentarium. Plin. lib. 19. cap. 8.
Dignum patella operculum. Adagium est apud Hieronym. ubi similia similibus, digna dignis, contingunt, veluti improbo populo magistratus improbus: uxori morosæ maritus morosus, &c. V. Erasm.
Patella, [ἐπιγονατίς] os parvum, quo femoris tibiæque commissura tegitur. V. Cels. 8. 1. Galen. de Oss. cap. 22.
Patella, Morbus arborum. Plin. lib. 17. cap. 24. Olea clavum etiam patitur, sive fungum placet dici, vel patellam. Hæc est solis exustio.
Patella, piscis genus apud Galenum lib. singul. de Cibis, cap. 3. V. LOPAS.

PATELLĀRIUS, a, um. Adj. [illegible] ut,
Patellarii dii. Plaut. Cistel. 2. 1. 46. i. e. Lares & Penates. conf. dict. præced.

PĂTIOR, patĕris, passus sum, [illegible] păti. Sustinere, tolerare, æquo, vel iniquo, animo ferre. Ter. And. 1. 5. 27.
Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc.
Plaut. Truc. 2. 1. 12.
Si eget, necesse est nos patiatur ali; ita æquum factu est.
Ex merito pati aliquid. Ovid. 5. Epist. 7.
Ferre, Pati, Sinere. Cic. 1. Verr. 19. Non feram, non patiar, non sinam.
Pati & silere. Cic. 7. Verr. 125. Patimur jam multos annos, & silemus, quum videamus ad paucos homines omnes omnium nationum pecunias pervenisse.
Ægre pati. Plaut. Pœn. 5. 2. 111.
Facile pati, sive facilius, & facillime. Cic. pro Rosc. Amer. Quare facile omnes patimur, esse quamplurimos accusatores. Idem Planco 16. Att. 17. Non modo facile patiare, sed etiam gaudeas. Et Cic. 5. Fam. 7. Nulla re tam lætari soleo, quam meorum officiorum conscientia: quibus si quando non mutue respondetur, apud me plus officii residere facillime patior. De hac formula, V. Manut. ad Cic. 7. Fam. 15. & supra. Ter. And. 1. 2. 32.
Ubivis facilius passus sim, quam in hac re, me deludier.
Humane pati. Ter. Adel. 1. 2. 65.
Indigne pati aliquid. Cic. 7. Verr. 31.
Pati æquo animo. Cic. 12. Philip. 9. Æquo animo belli patitur injuriam. De Gallia.
Pati iniquo animo. Ter. Eun. 2. 1. 6. Sic Cic. 12. Fam. 18. Etsi periniquo animo patiebar te a me digredi.
Patior non moleste eam vitam, &c. Cic. 5. Verr. 5.
Non possum pati, quin tibi caput demulceam, pro Non possum abstinere quin, &c. Ter. Heaut. 4. 5. 23.
Nullum patiebatur esse diem, quin in foro diceret. Cic. de Clar. Orat. 320.
Pareretur, per correptionem, sive iterationem, cum quadam objurgatione & reprehensione eleganter dictum. Ter. Heaut. 1. 2. 28.
Fortasse aliquanto iniquior erat, præter ejus lubidinem.
Pateretur; nam quem ferret, si parentem non ferret suum?
Ætas patitur. Virg. 3. Georg. 60.
Ætas Lucinam, justosque pati Hymenæos
Desinit ante decem, post quatuor incipit annos.
Consuetudo patitur. Consuetum est. Cic. 12. Att. 24. Hoc quidem utique perficies, si me levari vis, quem jam etiam gravius accusas, quam patitur tua consuetudo.
Dignitas quoad patitur. Cic. 13. Fam. 54. Primum ut omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua, dignitasque patietur; patietur autem in omnibus.
Mores. ut, Asperius, quam sui patiuntur mores, aliquid facere. Cic. 9. Att. 18.
Oculi patiuntur. Cic. 10. Att. Pati poterunt oculi, me cum Gabinio sententiam dicere?
Abortum pati. V. Abortus in ABORTUS.
Actionem ab alio intentatam pati. Paulus in l. Litis. D. de negot. gestis. & Ulpian. in l. Si non solus. §. ult. D. Si quis omiss. caus. testam.
Ævum pati. Columel. lib. 2. cap. 10. i. e. Durare.
Concubitus pati. Ovid. 3. de Arte Am. 666.
Detrimentum pati, Vide DETRIMENTUM. H. St.
Dicta pati superborum jocorum. Lucan. ad Pison. 103.
Dilationem. Plin. lib. 18. cap. 10.
Dolores pati toleranter. Cic. 2. Tusc. 43.
Exsilium. Virg. 2. Æn. 638.
Extrema. Virg. 1. Æn. 223.
Falcem pati dicuntur semina. Plin. lib. 17. cap. 10.
Famam pati inultæ. Virg. 11. Æn. 847.
Famem pati. Ovid. in Ibin, 617.
Febrim. Gell. lib. 17. cap. 12.
Fugam. Ovid. 3. Trist. 1. 74.
Jacturam. Columel. lib. in pref.
Impedimentum. Plin. 2. Epist. 12.
Imperium. Liv. 1.
Jussa aliena. Virg. 10. Æn. 866.
Lituos. Virg. 3. Georg. 183.
Malum pati fortiter, vel toleranter. Plaut. Asin. 2. 2. 58.
Manes quisque suos patimur. Virg. 6. Æn. 743.
Militiam ne non paterentur Falisci. Liv. 4. 18. pr.
Moram. Ovid. 4. Met. 350.
Moram pati in re aliqua. Papin. in l. Qui solidum. In princip. D. de legat. 2. Qui solidum fideicommissum frustra petebat, hærede Falcidiam objiciente, si partem interim solvi sibi desideraverit, neque acceperit: in ea moram passus intelligitur.

Necem indignam. Ovid. 10. Met. 627.
Negotium patitur is, cui alius negotium facit. Ulpian. in l. 3. D. de calumniator.
Pauperiem angustam pati. Hor. 3. Carm. 2. 1.
Pœnas. Ovid. 1. Met. 243.
Prælia dura. Virg. 7. Æn. 807.
Repulsam pati. Ovid. 3. Met. 289.
Se pati, eleganter dicuntur qui minime inquieto & ambitioso animo, sibique vivere & sua fortuna contenti esse possunt. Ita Sen. Nat. Quæst. 4. pr. Scio quam sit ambitioni alienus, familiaris otio ac litteris. Turbam rerum hominumque desiderent, qui se pati non possunt.
Servitutem pati possunt aliæ nationes: propria est Populi Romani libertas. Cic. 6. Philip. 19.
Silentia longa. Lucan. lib. 7. 66.
Sollicitudinem pati pro aliquo. Plin. 9. Epist. 2.
Soporem. Ovid. 13. Met. 321.
Stratum aut velamina. Ovid. 7. Met. 558.
Supplicium. Cæs. 2. Bell. Civil. 30. Ovid. 2. Trist. 540.
Supplicium patitur, non nova culpa, novum.
Verbera. Virg. 3. Georg. 208.
Vulnera. Ovid. 2. Epist. 48.
Pati aliquem esse desertum, i. e. Derelinquere ac destituere. Cic. 1. Off. 28. Ut eos, quos tutari debeant, desertos esse patiantur.
Patiar quemvis durare laborem. Virg. 8. Æn. 577.
Pati bonum virum esse. Cic. 1. Fam. 9. Quem bonum civem semper habuisset, bonum virum esse pateretur. i. e. Sineret.
Non pati aliquid fieri, Dare operam ne fiat. Cic. 9. Fam. 25. Noli pati litigare fratres, & judiciis turpibus conflictari.
Nullum philosophiæ locum esse pateremur, qui non Latinis litteris illustratus pateret. Idem 2. de Divin. 4.
Patitur tangi. Ovid. 1. Met. 644.
Pati, absolute, pro Dolere aut cruciari. Virg. 10. Ecl. 53.
Certum est in silvis, inter spelæa ferarum Malle pati.
Pro Vivere non semel posuisse videntur auctores. Lucan. 5. 313.
— disce sine armis
Posse pati. Ad quem locum alia exempla adducit Grotius & [illegible] esse ostendit. Sen. Thyest. 470.
Immane regnum est, posse sine regno pati.
Observandum est denique quod hoc verbum, tam ad læta, quam tristia refertur. ut Plaut. Asin. 2. 2. 58.
Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum. Ita Pœn. 3. 3. 82.
Si quidem potes esse pati te in lepido loco.
Usum patiendi colligere. Ovid. 1. Amor. 8. 75.
Ad patiendum tolerandumque difficiles res. Cic. 2. Tusc. 18.
Ferre non patienda. Ovid. 2. Fast. 586.
Pateris nulli patienda. Ovid. 2. Amor. 19. 51.
Mors bis patienda. Ovid. 1. Trist. 2. 40.
Patio, obsoletum pro Patior videre est ex Nævio apud Diomed. p. 385. & Cic. 3. de Legib. 4. Doceri a magistratibus privatisque patiunto.

PATIENS, entis. Partic. [πάσχων] ut,
Patiens & lentus. Cic. 2. de Orat. 305. In quo ego, non quo libenter male audiam, sed quia ego causam non libenter relinquo, nimium patiens & lentus existimor.
Animus patiens. Ovid. 4. de Pont. 10. 9.
Aurem patientem præbere. Hor. 1. Epist. 1. 40.
Patiens, [ὑπομονητικός, τλήμων, illegible] nomen cum genitivo. ut, Patiens laborum. Cic. pro Sext. 138. Patiantur viros laborum patientes frui. Correctiora exemplaria legunt, Patiantur viros fortes labore, se otio suo perfrui.
Aratri patiens taurus. Ovid. 4. Trist. 6. 1.
Cæli patiens, i. e. Aeris & tempestatum. Valer. 1. Argon. 765.
Incommodi omnis patiens. Columel. lib. 3. cap. 29.
Laboris patiens latus. Quintil. in Proœm. lib. 1.
Laboris natura patientior. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Navigationis patiens aqua. Justin. 36. 3. 7.
Navium patiens Tiberis, Qui fert naves. Plin. 5. Epist. 6. Medios ille agros secat, navium patiens, omnesque fruges devehit in Urbem.
Operum patiens juventus. Virg. 2. Georg. 472.
Pulveris atque solis. Hor. 1. Carm. 8. 4.
Veneris jam patiens est equa. Columel. lib. 6. cap. 37.
Vetustatis. Plin. lib. 11. cap. 37.
Vomeris patiens tellus. Virg. 2. Georg. 207.
Vocari patiens Cæsaris ultor. Hor. 1. Carm. 2. 43. Græca plane est hæc loquendi figura, [illegible]. Latine enim diceremus, Patiens te vocari Cæsaris ultorem. Sic 6. Epist. 30. 1.
Quum pateris sapiens emendatusque videri, &c. Lambin.
Patientior, Compar. Cic. 1. Q. frat. 1. Meæ quoque litteræ te patientiorem, lenioremque fecerunt.
Saxo patientior. Propert. lib. 1. 15. 29.
Patientissimus. Superl. Cæs. 3. Bell. Civil. 96. Atque ii miserrimo ac patientissimo exercitui Cæsaris luxuriem objiciebant. Cic. 1. Off. 109. Quo in genere versutissimum & patientissimum Lacedæmonium Lysandrum accepimus.
Aures patientissimæ. Cic. pro Ligar. 24. Sed jam totum omitto, non tam ut ne offendam tuas patientissimas aures, quam ne, &c.
Civitas imperii justi patientissima. Liv. 6. 16.

PATIENTER, [ὑπομονητικῶς] ius, issime. Adv. Moderate, fortiter, constanter. Cic. de Amicit. 91. Ut igitur & monere & moneri proprium est veræ amicitiæ: & alterum libere facere, non aspere: alterum patienter accipere, non repugnanter.
Amare patienter. Martial. lib. 5. 7.
Ferre patienter. Cic. 1. Fam. 8. Otium nobis exoptandum est, quod ii, qui potiuntur rerum, præstaturi videntur, si quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint. Idem 11. Philip. Quæ tulisse illum fortiter & patienter ferunt.
Parere alicui patienter. Justinus lib. 1. cap. 2. pr. ubi de Semiramide loquitur.
Prandere olus patienter. Hor. 1. Epist. 17. 13. Al. aliter dist.

Ferre omnia patientius. Ovid. 19. Epist. 101. Idem 4. Trist. 6. 37.
Nos quoque quæ ferimus, tolimus patientius ante.
Uxor aut inconsultius assumpta, aut retenta patientius. Plin. in Paneg. cap. 83.
Ita patientissime Cato toleravit. Val. Max. 4. 3. 11. conf. Sen. Epist. 66.

PATIENTIA, æ. f. est, Animi constantia, qua adversa perinde ac prospera ferimus. Cic. 2. de Invent. 163. Patientia est honestatis aut utilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio. Labor & patientia. Cic. 1. Off. 122. Maxime autem hæc ætas a libidinibus arcenda est, exercendaque in labore, patientiaque & animi & corporis.
Percalluit patientia. Cic. pro Milon. 77. Sed nescio quomodo usu obduruerat, & percalluerat civitatis incredibilis patientia.
Patientia contra labores. Plin. lib. 23. cap. 1.
Patientia famis, frigoris, &c. Cic. 1. in Catil. 26. Habes ubi ostentes tuam illam præclaram patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium.
Quorum ego non tam facultatem unquam & copiam extendendam putavi, quam in utendo rationem, & in carendo patientiam. Cic. pro Domo 146. De bonis fortunæ.
Ad locorum patientiam animalia quoque generasse naturam. Justin. 2. 1. 11.
Parva patientia, V. Sustinere patientia.
Projecta servientium patientia. Tacit. 3. Ann. 65. extr. h. e. Contempta & vilis.
Vetus patientia. V. Restituere patientiæ.
Virilis. Liv. 5. 6. Contendantque & animis, & corporibus suis virilem patientiam inesse.
Patientiam, Libidini & luxuriæ, opposuit Nepos 17. 7. 4. cum ait, Quam (scil. Domum Agesilai) qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat, contra plurima, patientiæ atque abstinentiæ.
Interdum idem fere est ac Duritia & Græco verbo [illegible] respondet. Ut apud eundem Nep 7. 11. 4. Eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur, sic duritiæ se dedisse &c.
Patientiam etiam nonnunquam pro ipso Labore atque ærumnis poni docet Broeckh. ad Tibul. 3. 11. 5. & Drakenb. ad Sil. 6. 545. conf. Burm. ad Quintil. lib. 6. proœm. p. 498.
Abrumpere patientiam. Tacit. 12. Ann. 50. conf. Rumpere.
Abuti patientia alicujus. Cic. 1. Catil. 1. Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? quam diu nos etiam furor iste tuus eludet?
Consolari patientiam verberum. Curt. lib. 8. 25. extr.
Contudit ingenium longa malorum patientia. Ovid. 5. Trist. 12. 32.
Furor fit læsa sæpius patientia. Sententia est Mimi Publiani 237. quæ vice proverbii in eos conveniet, qui dum extrema experiuntur, alienant a se eos, cum quibus agunt: & universæ rei jacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrum.
Fit levius patientia quicquid corrigere est nefas. Hor. 1. Carm. 24. 19.
Imitatur patientiam duritia immanis. Cic. in Partit. 81.
Mitigare aliquem patientia & obsequio. Cic. in Pison. 5.
Obdurescere in patientia. Cic. 7. Verr. 34. Jam vero, quum in ejusmodi patientia turpitudinis, aliena, non sua, satietate obduruisset, &c.
Præstare patientiam, Jurisconsulti frequenter dicunt, ut Marcell. in l. Cui novum. D. de Operis novi nuntiatione. Et Ulpian. in l. Si alius. D. Quod vi aut clam.
Restituere aliquem populum veteri patientiæ. Tacit. in vita Agric. 16. Amissa Britannia foret, quam unius prælii fortuna veteri patientiæ restituit. Imperii sc. Romani. Al. Patientiæ. V. in PATIOR.
Rumpere patientiam. Suet. Tiber. cap. 24. Principatum, quamvis, &c. diu tamen recusavit; impudentissimo animo nunc adhortantes amicos increpans, ut ignaros quanta belua esset imperium: nunc precantem Senatum, & procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis & callida cunctatione suspendens: ut quidam patientiam rumperent, atque unus in tumultu proclamaret, Aut agat, aut desistat. Hic patientiam sumit pro [illegible], quam Longanimitatem interpretantur. Erasm. [Puto legendum, Impudentissimo mimo.
Sustinere patientia. Phædr. 4. 6. 3.
Parva libellum sustine patientia,
Severitatem frontis dum placo tuæ.
Tentare patientiam alicujus. Cic. 2. de Lege Agrar. 19.
Victa vitiis. Ovid. 3. Amor. 11. 1.
Uti incredibili patientia. Cic. 10. Philip. 9.

PASSUS, a, um. Partic. [παθών] pro Perpessus. Virg. 1. Æn. 203.
O passi graviora! dabit deus his quoque finem.
Bello multa passus. Virg. 1. Æn. 9.
Dolores similes passa est. Senec. Octav. 4.
Funera tot passi. Virg. 1. Æn. 236.
Injuriam passi. Ovid. 17. Epist. 187.
Utilis interdum est ipsis injuria passis.
Jugum bos nullum passa. Ovid. 3. Met. 11.
Ligones passa rura. Lucan. lib. 1. 169.
Nefas passa est corpore. Ovid. 10. Met. 351.
Nihil passa. Ovid. 17. Epist. 26.
Pejora passi. Hor. 1. Carm. 7. 30.
O fortes, pejoraque passi
Mecum sæpe viri, nunc vino pellite curas.
Pericula plurima passus. Ovid. 3. Trist. 2. 7.
Prœlis clypeus raro passus. Ovid. 13. Met. 117.
Sæcula novem passa cornix. Ovid. 7. Met. 274.
Stuprum tyranni passa Lucretia. Senec. Octav. 6.

PASSURUS, a, um. Partic. [πεισόμενος] ut,
Pœnam passurus. Ovid. 4. de Pont. 6. 26.
Situm indignum passurus. Stat. 3. Theb. 100.

PASSIO, ōnis. f. Corn. Gall. Eleg. 5. 42.
Quæ nihil imminuit passio nulla fuit. Apul. Trismeg. p. 93. Incredibiles post delicta cogentur credere, non verbis, sed exemplis, nec minis, sed ipsa passione pœnarum. V. Cellar. Cur. post. p. 224.
Passio, Animi perturbatio, quam Cicero Affectionem vocat, cujusmodi sunt amor, odium, iracundia, invidia, timor, lætitia, spes, & similes; πάθος. August. lib. 2. de Civit. Dei, quæ sunt sententiæ Philosophorum de his animi motibus. conf. Voss. 1. Inst. Orat. p. 192.
Passio, pro Morbo. Firmic. lib. 2. cap. 12. Virgo significat omnes ventris ægritudines, & passiones. Paulo post, Capricornus significat omnes geniculorum ægritudines & passiones. Rursus ibid. Aquarius significat omnes tibiarum molestas ægritudines, & passiones. Sic frequentissime Cælius Aurelianus, qui & libros suos Passionum Celerum & Tardarum nomine inscripsit.
Passionem, pro Cruciatu usurpant Hieronymus & interpres vet. Biblior.

PASSIONALIS, e. Adj. Tertull. contra Gent. cap. 2. & 4. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4.
PASSIBĬLIS, e. Arnob. 7. p. 214. & Tertull. advers. Prax. cap. 29.
PASSIBILĬTER, Adv. Tertull. de Anima cap. 45.
PASSIBILITAS, ātis. f. Arnob. 2. p. 62.
PATIBILIS, e. Adj. [παθητὸς] Quod perferri potest. Cic. 4. Tusc. 50. Negligenda mors est, patibiles & dolores & labores putandi. Idem 3. de Nat. Deor. 29. Quumque omne animal patibilem naturam habeat, &c. Lactant. 7. 20. Anima patibilis & pœnæ sentiens.
PASSĪVUS, a, um. Adj. Firmic. lib. 4. cap. 8. A Venere defluens Luna, passivus in coitu faciet. Idem lib. 5. cap. 2. In amorum tamen illecebras, oculorum passivis cupiditatibus incurrens. Et lib. 7. cap. 18. Mercurius passivos amatores faciet. conf. Arnob. 2. p. 61. & 65. & PATHICUS.
PATIRAMPHES, [Πατιράμφης] nobilis Persa Otanis filius, & auriga Xerxis. Herodot. lib. 7. Scribitur & Patriamphes.
PATIRSUS, Amnis e Moro, in Sarmatia. Plin. lib. 4. cap. 12. quem Durias a nonnullis vocari ait.
PATIZITHES, [Πατιζείθης] Magus apud Persas, qui Smerdin fratrem suum, similem Smerdi fratri Cambysis, Persarum regem declamavit. Fuit enim præfectus Cambysis apud Persas. Herodot. lib. 3.
PATMOS, [Πάτμος] Insula in mari Ægæo, quæ, ut Plin. scribit lib. 4. cap. 12. patet circuitu triginta millibus passuum. In qua Johannes apostolus exsul Apocalypsin scripsit.
PATOR, V. PATEO.
PĂTRÆ, arum. f. pl. [Πάτραι] Civitas in Achaia, quam Pausanias Aroen dici prius solitam affirmat, mox a Patreo, mœnibus ampliatis, nomen accepisse quod nunc habet. Hujus meminit Plin. lib. 4. cap. 4. Ovid. 6. Met. 417.
Messeneque ferox, Patræque, humilesque Cleonæ. Sil. 15. 310.
Tum lustrata Ephyre, Patræque, & regia Pleuron, Nunc vulgo *Patras* vocatur.
PATRENSIS, e. Adj. ut, Civis Patrensis, & Patrensium leges. Cic. 13. Fam. 19. Strab. lib. 8.
PATRIĀNUS, a, um. Adj. [Πατριανὸς] Cic. 13. Fam. 54. Ut obtineat id juris in agris, quod ei Patriana civitas decrevit & dedit. Vetus exempla habet Pariana.
PATRASIS, [Πάτρασις] Urbs Pontica, teste Stephano, a qua deducitur gentile Patrasides.
PATRÆUS, Vicus in Bosphoro, ad ostia Mæotidis. Strab. lib. 11.
PATRATUS, V. PATRO, as.
PATRIA, V. PATER.
PATRIAMPHES, V. PATIRAMPHES.
PATRIARCHA, vel PATRIARCHES, æ. m. [πατριάρχης] Proprie [illegible], i.e. gentis seu familiæ auctorem denotat, in sacris litteris. V. Tertull. de Cor. Mil. cap. 9. Deinde dignitas ecclesiastica fuit, & sic dictus est, Patrum, hoc est pontificum primus. Hi quatuor principio fuere: Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, & Hierosolymitanus. Postea, translata Byzantium imperii sede, additus est & Constantinopolitanus. V. Voss. Etymol. Cantel. Hist. Metropol. p. 1. dissert. 1. cap. 2. Suiceri Thes. ubi de etymo accurate disquirit, & Macri Hierolex.
PATRICIDA, PATRICIUS, PATRICUS, PATRIMONIUM, PATRIMUS, PATRISSO, PATRIUS, &c. V. PATER, & PATRIA, ibid.
PATRO, [[illegible], [illegible]] are. proprie est Liberis operam dare, sed sæpius pro Perficere & aliquid committere ponitur. Quintil. lib. 8. cap. 3. Vel hoc vitium sit, quod [illegible] vocatur, sive mala consuetudine in obscœnum intellectum sermo detortus est, ut Ductare exercitus, & Patrare bellum, apud Sallust. dicta sancte & antique, ridentur a nobis, si diis placet: quam culpam non scribentium quidem judico, sed legentium, tamen vitandam. Ex quibus verbis colligitur priscos Patrare posuisse pro Perficere, non solum quum opera liberis daretur, sed etiam quum aliud quidpiam jam inceptum, ad finem perduceretur. Cic. 1. Verr. 38. Putasne posse, quæ C. Verres in Quæstura, quæ in legatione, quæ in Prætura, quæ Romæ, quæ in Italia, quæ in Achaia, Asia, Pamphiliaque patrarit, ea quemadmodum locis, temporibusque divisa sint, sic criminibus & oratione distinguere? [Patrare bellum obscœnum puto, quia & τὸ Bellum ambiguum est.
Cædem patrare. Tacit. 14. Ann. 44. 2.
Consilia. Sall. Jug. cap. 13. Tum Jugurtha, patratis consiliis, postquam omni Numidia potiebatur, in otio facinus suum cum animo reputans.
Decreta patrare. V. DECERNO.
Expugnationem. Tacit. 12. Ann. 16.
Facinus. Liv. 23. 8. extr.
Incœpta. Sallustius in Catil. cap. 56. Sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romæ socii incœpta patravissent.
Jussa patrare. Tacit. 4. Hist. 83. 6.
Necem. Tacit. 2. Ann. 88.
Opera. Cic. 2. de Legib. 19. Feriis jurgia amovento, easque in famulis, operibus patratis, habento.
Promissa. Cic. 1. Att. 11. Τεῦκρις promissa patravit, tu mandata effice, quæ recepisti.
Reliqua belli. Paterc. lib. 2. 123. pr. Reliqua belli patraturum.
Victoriam. Tacit. 13. Ann. 41.
Patror, aris. Depon. Lucret. lib. 5. 386.
Quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur. i.e. Perficiunt.
Patrari, Passive, pro Confici. Tacit. 2. Ann. 16. Etsi proxima æstas adjiceretur, posse bellum patrari. h. e. Posse debellari.
Pacis patrandæ cum Romanis paciscebatur mercedem. Tacit. 4. Hist.
PATRANS, antis. Partic. videtur proprium locum habere in rebus turpibus. unde, Pers. 1. Sat. 18.
—patranti fractus ocello. Ubi Vet. Scholiast. Patratio, inquit, est Rei venereæ perfectio vel consummatio, unde & Patres dicti, quod patratione filios procreant.
PATRĀTUS, a, um. Partic. [διαπραχθεὶς] Tacit. 2. Ann. 66. Maluit patrati, quam incœpti, facinoris reus esse.

Bella

Bella patrata. Claud. de 6. Conf. Hon. 126. Paterc. 2. 114. 4.
Cæde ejus patrata. Tacit. 4. Ann 57.
Mortes patratæ. Tacit. 11. Ann. 28. 3.
Prælium patratum. Paterc. 2. 21, 3.
Patres patrati dicebantur, quod ad patrandum, id est peragendum jusjurandum, ubi de fœderibus conveneret, mitterentur. Liv. 1. 24. conf. Lex. Pitisc.

PATRATIO, ōnis. f. Paterc. lib. 2. 98. 2. L. Piso legatus Cæsaris triennio cum Thracibus bellavit, gentesque ferocissimas, plurimo cum earum excidio, nunc acie, nunc expugnationibus, in pristinum pacis redegit modum: ejusque patratione Asiæ securitatem, Macedoniæ pacem reddidit.
In aliem sensu, V. Theod Prisc. 2. 11. conf. in PATRANS.

PATRATOR, ōris. m. Auctor rei. Tacit. 14. Ann. 62. 2. Maternæ necis patrator Anicetus. Avien. Arat. Phænom. 20.
Auctor agendorum, propriique patrator.

PATROBIUS, [Πατρόβιος] Neronis principis libertus, qui arenam Nili, ad debellanda corpora palæstræ studiis, sibi ex Ægypto advehi faciebat. Plin. 35. 13.

PATROCLĒS, is. m. [Πατροκλῆς] Præfectus classis Seleuci & Antiochi, quem multas terras patefecisse, Plin. lib. 6. cap. 17. refert.
Fuit & alius eo nomine, arte Statuarius. Plin. lib. 34. cap. 8.
Patrocles alius, Dives quidam fuit, sed oppido quam sordidus ac parcus. Hic enim postquam ad summas opes evectus est, aut (ut alii dicunt) ex quo natus est, nunquam est usus balneo, parsimoniæ causa. Taxatur ab Aristophane in Pluto. Ab hoc natum est proverbium, Patrocle sordidior. Et, ἐκ Πατροκλέους, e Patroclis domo venit. V. Chiliad. & Suid.

PATROCLUS, [Πάτροκλος] Menœtii fuit filius & Stheneles, qui occiso per ludum astragalorum Cleonymo, seu, ut aliis placet, Æane Amphidamantis filio, solum vertens in Phthiam venit, ubi a Peleo propter generis propinquitatem susceptus est, & una cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem arctissima amicitia conjunctus vixit. Postea etiam cum Achille ad expeditionem Trojanam profectus est, ubi, armis Achillis indutus, cum Hectore pugnans ab eodem confossus occubuit. Quod quum rescivisset Achilles, tametsi propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseida bello abstinere omnino constituisset, nihilominus mutato proposito, acceptis etiam a Thetide matre aliis armis, a Vulcano fabricatis, ad bellum rediit, nec prius quievit ex animo, quam socii mortem quam crudelissime vindicasset.

PATRON, ōnis. m. [Πάτρων] Acarnan, in Italiam cum Ænea profectus in Aluntinis consedit. V. De la Cerd. ad Virg. 5. Æn. 298. & Turneb. Advers. 26. 17.

PATRŌNUS, i. m. [προστάτης, παράκλητος, σύνδικος] Qui aliquem in periculo defendit. Valla, Patronus proprie est, Qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Ascon. Pedian. in 1. Verr. 12. Qui defendit alterum in judicio: aut Patronus dicitur, si orator est: aut Advocatus, si aut jus suggerit, aut præsentiam suam commodat amico; Procurator, si negotium suscipit: aut Cognitor, si præsentis causam novit, & sic tuetur ut suam. Hæc Ascon. Ter. Eun. 4. 6. 32.
Periit, huic ipsi est opus patrono, quem defensorem paro. Cic. 16. Fam. 26. Non potes effugere hujus culpæ pœnam, te patrono. Marcus est adhibendus: isque, diu, & multis lucubrationibus commentata oratione, vide, ut probare possis, te non peccasse.
Justitiæ patronus. Cic. de Amicit. 25. Qualis tum patronus justitiæ fuit contra accuratam orationem Phili.
Patronus, Laudator, Advocatus. Cic. pro Cluent. 110. Quis eum unquam non modo in patroni, sed in laudatoris, aut advocati loco viderat?
Patronus luculentus. V. Luculentus, in LUX.
Patronus & Cliens, contraria. Ovid. 1. de Arte Am. 88.
Constituere alicui causæ patronum. Cic. pro Muren. 4.
Dare patronum alicui causæ. Cic. 2. de Orat. 280.
Est patroni, nonnunquam verisimile, etiamsi minus verum sit, defendere. Cic. 2. Off. 51.
Exsistere alicui causæ patronum. Cic. pro Rosc. Amer. 5.
Patronus, Qui alterum defendit ac tuetur, etiam extra judicia. Origo Patronorum desluxit primum in urbem a Romulo, mutuata ex vicinis Populis Sabinis. Hinc Lex adscripta in veteri Jurisprudentia; Plebeji, quem sibi ex Patriciis patronum volent, deligant. Liv. 6. 18. Quot enim clientes circa singulos fuistis Patronos, tot nunc adversus unum hostem eritis. Et paulo infra, Ego me patronum profiteor plebis, quod mihi cura mea & fides nomen induit. [An Indidit?] Torrig. ad Ursi inscript. §. 27. conf. Pollet. For. Rom. 2. 10. Neque singuli homines tantum potentiores sibi adoptabant patronos, sed integræ etiam civitates; nec viros tantum sed & matronas. V. Suet. Aug. cap 17. & Tib. cap. 6. conf. Gruter. Inscr. p. 46. vel Lex. Pitisc. Vulgo Protector.
Patronus, custos, & defensor coloniæ. Cic. pro Sull. 61.
Propugnator & pæne Patronus. Cic. pro Milon. 16. Domi suæ nobilissimus vir, Senatus propugnator, atque illis quidem temporibus pæne patronus, &c. M. Drusus occisus est. V. paulo infra.
Adoptare patronum. Cic pro Sext. 9. Qua de causa, & tum conventus ille Capuæ, qui propter salutem illius urbis, Consulatu conservatam meo, me unum patronum adoptavit.
Delata ad patronos omnis Pompejanorum, Colonorumque dissensio. Cic. pro Sull. 60.
Esse patrono aliquo. Hor. 1. Epist. 7. 54.
— quære & refer, unde domo, quis,
Cujus fortunæ, quo sit patre, quove patrono. i. e. Quem habeat patronum, vel Defensorem.
Patronus, [πάτρων] aliquando est relativum Liberti, nimirum is, Qui servum donavit libertate. V. Vallam lib. 4. cap. 1. Tacit. 1. Hist. 2. 6. Odio & terrore corrupti in dominos servi, in patronos liberti. Hi erant inter se certis juribus invicem obstricti Namque & operas liberti debebant patronis, & si egerent, alimenta, & denique testamento semissem. V. JCtos, & Lips. ad Tacit. Hist. 2 p. 494.
Qui etiam de aliis præclare meriti essent, eorum Patroni dicebantur. Ita Livius Drusus, ob eximiam adversus Gracchos operam, Patronus Senatus dictus fuit, ut auctor est Suet. Tiber. cap. 3. V. supra.
Minucius subsidio Fabii conservatus, eum a legionibus suis Patronum salutari voluit. Val. Max. 5. 2. 4.

PATRŌNA, æ. f. [προστάτις] Cic. 2. de Orat. 199. Neque provocationem, patronam illam civitatis, ac vindicem libertatis Populi Romani, dari sine nobilium dissensione potuisse. Ter. Eun. 5. 2. 48. Te mihi patronam cupio. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 353. n. 2. PATRONAE PERPETVAE &c. Multa ibidem occurrunt exempla, & p. 931.
Patrona, quæ manu misit. Aurel. Vict. Cæs. cap. 4.
Adjective posuit Martial. 7. 71.
Ut vocem mihi commodes patronam.

PATRONĀLIS, e. Adj. Marcell. in l. Si patronus. D. de donation. Non erit cogendus solvere, ne pars ex legibus verecundiæ patronali debita minuatur.

PATRONĀTUS, ûs. m. Paul. in l. Idque Julian. D. de action. empt. & vend. Sed hoc ita, si non Arescusa elegerit emptoris patronatum: tunc enim illius remanet liberta. Vox frequens apud JCtos. Sed & alio sensu deinceps usurpari cœpit. V. Cangii Gloss.

PATRŌCĬNOR, [συνηγορέω, ὑπερασπολογέομαι, συναγορεύω] āri Tam verbis, quam re & opera imbecilliorem protegere. Quintil. 2. 4. Non homini, sed crimini patrocinari.
Translate, Hirt. Bell Hispan. 6. 29. Adversarii, patrocinari loco iniquo non desiunt. Plin. lib 14 cap. 4. Contra id pigri vicinitate sibi patrocinante.

PATROCINĀTUS, a, um. Partic. Tertull. advers. Gnosticos, cap. 4.

PATROCINIUM, i. n. [συνηγορία, προστασία] Festus, Patrocinia appellari cœpta sunt, quum plebs distributa est inter Patres, ut eorum opibus tuta esset. Inde factum est, ut Patrocinium pro Tutela & defensione dici cœperit.
Niti patrociniis aliquorum. Nepos 19. 3. pr. i. e. Defensoribus iis.
Orbis terræ patrocinium. Cic. 2. Off. 27. Nostri autem magistratus, imperatoresque ex hac una re maximam laudem capere studebant, si provincias, si socios æquitate & fide defendissent; itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quam imperium poterat nominari.
Voluptas plurimorum patrociniis defenditur. Cic. in Parad. 2. Plin. lib. 13. cap. 3. Ista patrocinia quærimus vitiis.
Fides patrocinii. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Mite patrocinium causæ difficilis. Ovid. 1. de Pont. 2. 79.
Causa patrocinio non bona major erit. Ovid. 1. Trist. 1. 26.
Arripere patrocinium æquitatis. Cic. 1. de Orat. 242.
Repudiare voluptatis patrocinium. Cic. 2. de Fin. 67. Aut hæc tibi, Torquate, sunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiandum.
Suscipere patrocinium difficilis causæ. Ovid. 1. de Pont. 2. 70.
Suscipere patrocinium alicujus desertæ disciplinæ. Cic. 1. de Nat. Deor. 6. Et in Orat. 120. Legitimarum & civilium controversiarum patrocinia suscipere.
Tueri patrocinia. Cic. 5. Fam. 9. Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis servas, P. Vatinius cliens advenit, qui pro se causam dicier vult.

PATRŌNYMĬCUM, i. n. [πατρωνυμικόν] i. e. A patre denominatum. Grammaticis dicitur nomen, Quod sub patris nomine significat filium, vel filiam, ut, Priamides, i. e. Hector Priami filius: Nereis, Thetis Nerei filia. V. Grammaticos, maxime Priscian. p. 581. Usurpant & sæpe poetæ adjective.

PATROUS, [Πατρῷος] Apollo apud Athenienses dictus est, & Alexicacus. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4.

PATRUELIS, PATRUUS. V. PATER.

PATTACION, ōnis. m. [Παττακίων] Vir quidam fuit infamis calumniator, cui quum mos esset bonis viris calumnias struere, atque hoc tam fœdo quæstu parum rem, tandem deprehensus convictusque, pœnas dedit capite. Huic præcipuum studium fuit, probati nominis juvenibus negotium facessere. Idem popularibus conviciis lapidatus est, quod fur esset, & ædium perfossor. Hinc proverbium, Pattacione calumniosior. Refert Suid. conf. Chiliad.

PATTAGIAS, æ. m. [Παττάγιας] Fluvius Siciliæ, ἀπὸ τοῦ πατάγου, id est a sonitu; nam per saxa fluens clamare videtur. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 57.
— & saxa rotantem Pattagiam.

PATTÆCI, seu PATÆCI, [Πάταικοι, ἢ Παταικοί] apud Phœnices Dii minutuli, quos in prora triremium circumvehere solebant. Herodotus Pygmæis similes Pattæcos deos dicit. Lil. Syntag. 1. Seld. de Diis Syr. 2. 16.

PATULCIA, PATULCIUS, PATULEIUS, PATULUS. V. PATEO.

P A U

PAVA, V. PAVO.

PAUCUS, a, um. Adj. [παῦρος, ὀλίγος, ἀραιός, ἀριθμητός] a Parum quidam deducunt; singulariter raro legitur, occurrit tamen apud Hygin. Fab. 194. Post paucum tempus nuntiatur Pyrantho &c. Cic. de Amicit. 3. Quum & ego essem una, & pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere. Contrarium est Multo.
Plures & Pauci, contraria. Auct. ad Heren. lib. 4. 25. Qui quum plures erant, paucis nobis exæquari non poterant.
Ex multis paucos ad ignominiam sortiri. Cic. pro Cluent. 129. Si erunt plures, qui ob innocentem condemnandum pecuniam acceperint, ut non animadvertas in omnes, sed carpas ut velis, & paucos ex multis ad ignominiam sortiere.
Ad paucos pœna, ad omnes metus perveniat. Cic pro Cluent. 128.
Crimen paucarum in omnes diffundere. Ovid. 3. de Arte Am. 9.
Inter paucos disertus, & dignus illa propinquitate. Quintil. lib. 12. cap 3.
Intravit, paucis comitantibus, urbem. Ovid. 11. Met. 275.
Paucæ, parvæ, & viles res. Cic. 5. Tusc. 102. Aperte reneff, & quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus.
Pauca & modica. Tacit. 4. Hist. 40.
Non pauca. V. NON adv.
Contentus paucis. Hor. 1. Serm. 3. 16.
Conferre in pauca. V. CONFERO.
Dicere pauca. Hor. 2 Serm. 7. 2.
E multis pauca tibi expediam dictis. Virg. 3. Æn. 377.
Loquar pauca pro re Virg 4. Æn. 337.
Respondere pauca. Hor. 1. Serm. 6. 60.
Pauca, vel Paucis, subaudi Verba, vel Verbis. Ter. And. 5. 3. 22. Pater, licetne pauca? s. quid dicas mihi? Cels. lib. 7. cap. 18. pr. Prius ipsius loci natura paucis proponenda est, conf. 7. 7. 13.

Auscultare paucis. V. AUSCULTO.
Cognoscere paucis. Lucret. lib. 2. 142.
Docere paucis. Virg. 3. Æn. 116.
Responsum paucis reddere. Virg. 6. Æn. 672.
His diebus paucis. Cic. 2. Verr. 17. Ecce autem repente his diebus paucis, comitiis Consularibus factis. ubi V. Hotom. & Græv.
Paucis diebus eram missurus domesticos tabellarios: i. e. Intra paucos dies. Cic. 2. Fam. 6.
In paucis diebus, quam Capreas attigit, &c. Suet. Tiber. 60. i. e. Paucis post diebus, quam.
Paucis interpositis diebus iterum, &c. Cic. de Clar. Orat. 86.
Paucorum mensium sunt relictæ reliquiæ. Plaut. Most. 1. 1. 78.
Paucis mensibus. Cic. 3. Q. frat. 1. Spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore.
Pauci, apud antiquos pro Bonis ponebantur, ut Multi pro Malis auctore Nonio 12. 4. Cic. in Orat. 13. Jactationem habuit in populo, nec paucorum judicium reprehensionemque pertimuit. conf. MULTUS.
Compar. Liv. 24. 42. Hostium pauciores superfuerant.
Pauciores dies. Paul. in l. 2. D. de jor. deliberandi.
Superl. Plin. lib. 10. cap. 59. Anseres alias plurima ova sedecim, paucissima septem. Cels. 7. 2. Quam paucissimæ plagæ.

PAUCIES, [παυράκις] pro Raro dici (inquit Non. 2. 681.) veterum auctoritas docet. Titinn. Gemina, Tuam etiam uxorem paucies videbo. Cœl. Annal. lib. 6. Consulto non paucies arcessitum. Paul.

PAUCĬTAS, ātis. f. [ὀλιγότης] Cic. 1. de Invent. 32. Paucitas in partitione servatur. Idem 2. Fam. 10. De pantheris per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est, & eas, quæ sunt, valde ajunt queri, &c.
Amicorum paucitas. Cic. Anteq. iret in exsil. 12.
Definita numero & paucitate genera. Cic. 2. de Orat. 145.
Ad paucitatem redigi. Curt. 3. 3. extr.
Paucitate suorum erubescere. Idem 4. 5. 4. conf. Nep. 14. 7. 5. & 16. 2. 3.

PAUCĬLŎQUIUM, i. n. [παυρολογία] Multiloquio contrarium. Plaut. Merc. 1. 1. 31.
Inhæret etiam aviditas, desidia, injuria,
Inopia, contumelia, & dispendium,
Multiloquium, pauciloquium.

PAUCŬLUS, a, um. dimin. [πάνυ ὀλίγος] Ter. Heaut. 4. 6. 24.
Quod imperabit facito: loquitor paucula. Cic. 9. Att. 15. Q. Vetusium, tui Tiberii generum, certum hominem, sed mirifice abstinentem, misi in Cyprum, ut ibi pauculos dies esset.
Cetera de genere horum paucula. Lucret. lib. 2. 104.

PAUXILLUS, a, um. Adj. [ὀλίγος τις] dimin. a Paulum. Plaut. Aul. 1. 2. 34. Pauxillum parvi facere. Idem Pœn. 3. 1. 62. Res pauxilla est.
Ossa pauxilla & minuta. Lucret. lib. 1. 835.
Seminibus perquam pauxillis creata. Lucret. lib. 3. 230.
Viscera pauxilla. Lucret. lib. 1. 837.

PAUXILLO, ablativus per se Adverbii vicem sustinet, non secus ac Paullo. Cels. 5. 28. 18. Medium habet pauxillo levius. Afran. apud Charis. p. 192. Pauxillo prius me convenit.

PAUXILLUM, Adv. [ἐπ' ὀλίγον] Parum admodum. Plaut Capt. 1, 2. 73.
— sed si pauxillum potes
Contentus esse. E. næ perpauxillum modo. Esse, Edere, ut vult Gronov. q. V.

PAUXILLULUS, a, um. Adj. dimin. a Pauxillus. Plaut. Rud. 4. 3. 58. Hoc colore capiuntur pauxilluli. Idem Stich. 1. 3. 9.
At ego non pauxillulam in utero gesto famem. conf. ibid. 2. 1. 115. & Truc. 5. 1. 48. Ter. Phorm. 1. 1. 3.
Jampridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum, id ut conficerem, &c. Gell. lib. 20. cap. ult. Considerent an minutæ illæ admonitiones pauxillulæ, &c.

PAUXILLULUM, Adv. Sidon. 2. 9. Cum vel pauxillulum bibere desiisset. Idem 8. 3. Sepone paxillulum declamationes.

PAUSILLULUM etiam legitur apud Plaut. Rud. 3. 4. 24.
Occipito modo illis afferre vim joculo pausillulum. conf. PUSILLUS.

PAUXILLĀTIM, Adv. pro Paululum, sensim, pedetentim. Plaut. Rud. 4. 2. 24.
Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber. Idem Epid. 2. 2. 63.
Cœpi rursum vorsum ad illas pauxillatim accedere.

PAUXILLISPER, aliud Adv. a Pauxillo. Plaut. Truc. 5. 21.
Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidit. i. e. Per particulas. Non. 2. 670. conf. PARUMPER.

PAVEFACIO, PAVESCO, PAVENTIA, V. PAVEO.

PĂVEO, āvi, inCompos. [ὑποφρίττομαι] ēre. Timere. Plaut. Curc. 2. 1. 10.
Paves, parasitus quia non rediit Caria.
Paveo ne, vel Ut. Ter. And. 2. 2. 12.
Id paves, ne ducas tu illam: tu autem, ut ducas. C. rem tenes.
Pectora pavent metu. Ovid. 9. Met. 581.
Animus pavet apud consilium illud pro reo dicere. Cic. 5. Philip. 12.
Noctem pavere. Cic. 2. Tusc. 23.
— navem ut horrisono freto
Noctem paventes timidi adnectunt navitæ. Ex poeta.
Pugnam pavere. Lucan. lib. 7. 102.
Pavere plus est quam Timere. Tacit. 4. Ann. 70. Id ipsum, inquit, paverent, quod timuissent. Nempe quia timor, quem animo conceperant, aspectu augebatur.
Paveo, cum accusativo. Plin. in Paneg. cap. 69. extr. Illos posteros libertatis nec terret Cæsar, nec pavet.
Pavet acres agna lupos. Hor. Epod. 12. 25.
Pavendo, [τῷ ὑποφρίττεσθαι] Lucan. lib. 1. 479.
— sic quisque pavendo
Dat vires famæ.
Paveri frumenta dicebant antiqui, Quæ de vagina non bene exibant. Festus. V. Paverus in PAVIO.

PAVENS, entis. Partic. [ὑποφρίττων] ut, Rerum novitate pavens juvenis. Ovid. 2. Met. 31.
Agna pavens. Ovid. 6. Met. 547.
Equi terrore paventes. Ovid. 2. Met. 498.
Feminæ paventes. Tacit. 15. Ann. 38. 4.
Non paventis funera Galliæ. Hor. 4. Carm. 14. 49.
Clamor paventium. Liv. 37. 42.

PAVANDUS, a, um. Partic. [ὑποφρικτὸς] Plin. lib. 8. cap. 23. Nec pedibus pavendas tantum serpentes, sed & missili volare tormento.

PAVESCO, [ὑποφρίσσομαι] ĕre. Idem quod Pavere, nisi frequentia significationem augeat. Gell. lib. 19. cap. 1. Rebus forte id genus, quibus dixi, obortis, pavescere sensim, & quasi albescere, non insipientia esse hominis, neque ignari putemus.
Bellum pavescere. Tacit. 1. Ann. 4. 2.
Deum pavesce. Sil. 16. 128.
Nomina inania legionum pavescere. Tacit. 4. Hist. 14. 7.
Prodigia pavescere. Sil. lib. 16. 128.

PAVĬBUNDUS, a, um. Adj. Arnob. lib. 7. p. 221. Pavibundæ trepidationes.

PAVENTIA, Dea, ab antiquis constituta, ut averteret pavores ab infantibus: atque inde etiam appellata, auctore D. August. Civ. Dei, 4. 11. conf. Gyrald. Synt. Deor. 1. 156.

PAVOR, ōris. m. [πτόα, πτοία, πλάνος, δέιμα] est (inquit Cic. 4. Tusc. 19.) Metus loco movens mentem. Cæs. 2. Bell. Gall. 13. Prius quam se hostes ex pavore ac fuga reciperent.
Pro Religione posuit Sil. 3. 215. Ubi Dan. Heins. not. V.
Liber pavore. V. LIBER, adj.
Adversorum pavor. Sil. lib. 8. 76.
Anceps pavor. Valer. 3. Argon. 73.
Cæcus. Valer. 7. Argon. 147.
Circumfusus. V. CIRCUMFUNDO.
Confusior. V. CONFUNDO.
Falsus. Tacit. 4. Hist. 38.
Gelidus. Lucret. lib. 3. 306.
Nec gelidi torpet telis perfixa pavoris.
Horribilis. Lucret. lib. 5. 1218.
— cui non conrepunt membra pavore
Fulminis horribili?
Horridus. Senec. Herc. OEth. 1.
Humilis. Virg. 1. Georg. 331. h. e. Humiles efficiens.
Lymphaticus. V. LYMPHA.
Avertit pavor. Sil. 15. 722.
Cepit me pavor. Liv. 24. 42.
Deponere pavorem. Ovid. 10. Met. 117.
Danda venia est tantorum pavorum. Lucan. lib. 1. 516.
Excutit ingens somnos. Senec. Octav. 4.
Expectorat pavor sapientiam mihi omnem ex animo. Cic. 3. de Orat. 152. & 4. Tusc. 19. Ex Enn.
Exsultat pavor. Lucret. lib. 3. 142.
Incutere pavorem. V. INCUTIO.
Inducere. Tacit. 4. Hist. 38. 1.
Injicere. V. INJICIO.
Insinuat novus pavor per pectora tremefacta. i. e. Insinuatur. Serv. Virg. 2. Æn. 229.
Lenire. Sil. lib. 8. 77.
Occupat artus gelidus pavor. Lucan. lib. 1. 246. Liv. 24. 40.
Pulsans corda haurit. Virg. 3. Georg. 106.
Raptat facer pavor corda effera. Valer. 1. Argon. 798.
Reliquit ossa. Virg. 3. Æn. 57.

PAVOR & Pallor, Dei a Tullo Hostilio figurati & culti. August. Civ. Dei, 6. 10. Hostilius certe Rex deos & ipse novos Pavorem atque Pallorem propitiandos non introduceret, si Felicitatem Deam nosset & coleret. Liv. 1. 27. & Lactant. 1. 20. conf. Lex. Pitisc.

PAVORII & PALLORII dicti sunt Salii instituti ab Hostilio rege. V. Salii in Lex. Pitisc.

PAVĬDUS, a, um. Adj. [ὑποδειλός] Qui semper timet, inquit Servius. Plin. lib. 11. cap. 37. Nutantes aures pavidis equis. Virg. 8. Æn. 489.
Stant pavidæ in muris matres.
Ut ab Aveo, Avidus. H. St. a Cupio, Cupidus; a Langueo, Languidus &c.
Aures. Ovid. 3. Epist. 59.
Aves pavidas terrere. Ovid. 1. Fast. 400.
Cervi formidine pavidi. Virg. 3. Georg. 372.
Formido. Ovid. 2. Met. 66.
Fuga. Sil. lib. 13. 133.
Furtum. Lucan. lib. 2. 168.
Leporem captare Hor. Epod. 2. 35.
Mentes. Tibull. lib 3. 4. 8.
Metus pavidus, ab effectu, quia pavidos facit. Ovid. 1. Fast. 16.
Pecus, Oves. Ovid. 2. de Arte Am. 148.
Relligiones. Lucret. lib. 2. 43.
Urbs. Virg. 9. Æn. 473.
Vultus. Ovid. 2. de Pont. 8. 39.
Pavidissimus, superl. [ὑποδειλότατος] Sil. lib. 10. 65.
— talin', pavidissime, dignum
Me vita, pulchraque indignum morte putasti?

PAVĬDE, Adv. [ὑποδειλῶς] Timide, meticulose. Liv. 5. 39. Nequaquam tamen ea nocte &c. similis illi, quæ ad Alliam tam pavide fugerat, civitas fuit.

PAVĬTO, [πτύρομαι] āre. frequent. Valde pavere, timere, vel valde frigere. Ter. Hec. 3. 1. 40. Uxorem Philumenam pavitare nescio quid dixerunt. Ubi Donat. Pavere & Timere, & ad corporis, & ad animi perturbationem veteres referebant. Virg. 6. Æn. 498.
Vix adeo agnovit pavitantem, & dira tegentem
Supplicia.
Pueri in tenebris pavitant. Lucret. lib. 2. 57.

PAVĬTANS, antis. Partic. [πτυρόμενος] Valer. 7. Argon. 410. Virg. 2. Æn. 107.
Prosequitur pavitans, & ficto pectore fatur. Sil. 11. 24.
Juravit pavitans Tyrio sua prælia Marti.

PAVITĀTIO, ōnis. f. Apul. de Mundo, p. 65. Elmenh. Palmatiæ appellantur, quorum pavitatione illa, quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutant. [Videtur esse a PAVIO.

PAVĔFĂCIO, ĕre. Gloss. vet. Δειλαινω, Pavefacio.

PAVEFĪO, [πτοοῦμαι] ĕri. Paventem fieri. Gell. lib. 19. cap. 1. In tanta violentia tempestatum videor paulum pavefactus. Sil. 6. 178. Pavefacti corde.
Corpora pavefacta. Ovid. 15. Met. 636. al. Pectora.

PAVERUS, PAVICULA, PAVICULO, PAVIMENTO, PAVIMENTUM, V. PAVIO.

PAVIO, ivi, itum, [παίω] Ire. Ferire, percutere, tundere. Sumptum a Græcis, qui παίειν dicunt Percutere. Cic. 2. de Divin. 72. Sed quia quum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pavire, terripavium primo, post terripudium dictum est: hoc quidam jam tripudium. Cato R. R. cap 18. Ubi structum est, pavito, fricatoque, oleo perungito, uti pavimentum bonum fiet. V. PAVIMENTUM. conf. Columel. lib. 1. cap. 6.

PAVITUS, a, um. Partic. ut, Pavita & complanata terra. Plin. lib. 9. cap. 10.

PAVITATIO, V. in PAVEO.

PAVIMENTUM, i. n. [ἔδαφος, βαλὶς, δάπεδον, αὐλὴ] Ipsum domus solidamentum sive incrustatio, quam gradiendo calcamus. Dictum a paviendo, id est tundendo, sive feriendo: quod dum fiunt pavimenta, pluribus simul diebus feriuntur & tunduntur, ut solidiora sint, & ne rimas faciant. Juven. 14. Sat. 60.

Verre pavimentum, & nitidas ostende columnas. Cato R. R. cap. 18. Pavimenta ad hunc modum facito. De testa arida pavimentum struito: ubi structum est, pavito, siccatoque oleo, ut pavimentum bonum fiet. Plin. 2. Epist. 1. Per læve & lubricum pavimentum, fallente vestigio, cecidit.
Barbarica pavimenta. V. BARBARUS.
Pavimenta & porticus habet villa. Cic. 3. Q. frat. 1.
Compostæ arte pavimento lexeis. Cic. 3. de Orat. 169. Ex Lucil.
Facere pavimenta. Cic. 3. Quint. frat. 1.
Natabant pavimenta vino: madebant parietes. Cic. 2. Philip. 105.
Pavimentorum genera multa fuerunt apud veteres. Erant enim Lithostrota, parvulis coagmentata crustis, sive tessellatis lapillis structa: Erant & Subdialia a Græcis inventa, quæ sub dio erant, & in aperto; quæ ubi imbres gelant, minus sunt utilia: Erant & Asarota, de quibus Papin. 1. Silv. 3. 56.

— subierantque novis asarota figuris. Plin. appellat Eosarota: quoniam purgamenta cœnæ in pavimenta everri solent. τὸ Græce dicitur bene: σαίρω, verro. Fuerunt & Pavimenta barbarica subtegulanea, scalpturata, & Græcanica. V. Plin. lib. 36. cap. 25.
Pavimenta Pœnica, inquit Festus, marmore Numidico constrata significat Cato, quum ait in ea, (oratione) quam habuit, nequis Consulbis, fieret, Dicere possum quibus villæ, atque ædes ædificatæ, atque expolitæ maximo opere, citro atque eboro, atque pavimentis Pœnicis stent. V. NUMIDIA.
Pavimenta sectilia & tessellata. V. Sectilis, in SECO; & Tessellatus, in TESSERA, vel LITHOSTROTA, f. I.
De luxu veterum in pavimentis, V. Casaub. ad Suet. Cæs. cap. 47.
De Pavimento præterea Cauneo, cerostroto, contignato, incerto, musivo, ordinario, plano pede, puro, reticulato, scalpturato, segmentato, testaceo, V. Lex. Pitisc.

PAVIMENTO, are. Pavimentum facere, seu pavimento sternere. Plin. lib. 27. cap. 4. Ergo pavimentandum ubi sata sit, censent, ut lacrima non absorbeatur.

PAVIMENTATUS, a, um. Partic. Cic. pro Domo 116. In palatio, pulcherrimo prospectu, porticum cum conclavibus pavimentatam trecentûm pedum concupierat. Idem 3. Q. frat. 1. 1.

PAVICULA, æ. f. Instrumentum quo coæquatur & condensatur terra arearum. A paviendo dicitur. Cato R. R. cap. 129. Ubi bene comminuta terra fuerit, & amurcam combiberit, cylindro aut pavicula coæquato. Idem cap. 91. Columel. lib 2. cap. 20. Tum area æquata paviculis, vel molari lapide condensetur. conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 41.

PAVICULO, vel PAVICLO, are. Pavicula planare. Gloss. Lat. Gr. Paviclat, πατίζει, ἐδαφίζει.

PAVERUS, a, um. Adj. Multum tritus. ut, Pavera frumenta, quæ vix e glumis suis evaginari possunt. Fest. V. Scalig. Catalect. p. 61. & Ferrar. de R. Vest. 1. 2. 11. Al. Paveri. q. V.

PAVITENSIS, e. Adj. ut, Pavitensis vestis, contraria Levidensi, quod graviter pressa & calcata sit. Isidor. 19. 22.

PAULATIM, PAULISPER, PAULUM, PAULULUM, PAULUS. V. PARUM.

PAULUS, [Παῦλος] cognomen gentis Æmiliæ de quo vide in ÆMILIUS.
Prodigua Paulus magnæ animæ. Hor. 1. Carm. 12. 38. de L. Æmilio Paulo, qui pugna Cannensi cecidit.
Belligeri sublimis regia Pauli. Stat. 1. Silv. 1. 30.
Sergius Paulus, & Paulus Apostolus, qui etiam Saulus. in N. T.
Paulus Castrensis Jurisconsultus Patavii, Florentiæ & Bononiæ jura interpretatus est: editisque Commentariis suis, Patavii anno 1437. prid. Kalen, Mar. vitæ supremum diem confecit.

PAVO, onis. com. [ταῶς] Avis vulgo nota. Quam describit his Plin. lib. 10. cap. 20. In his pavonum genus, cum forma, tum intellectu ejus & gloria. Gemmantes laudatus expandit colores, adverso maxime sole, quia sic fulgentius radiant. Et paulo post, Ab auctoribus non gloriosum tantum animal hoc traditur, sed & malevolum, sicut anser verecundum. Cic. 3. de Fin 18. Alia autem nullam ob utilitatem quasi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni, plumæ versicolores columbis. viris mammæ atque barba.
Pavo regia, Junoni Reginæ sacra. Auson. Epist. 20. 9. ad Paulin.

Nec, quia mille annos vivit Gangeticus ales,
Vincit centum oculos, regia pavo, tuos. Al. Regie.

Caudaque pavonis, larga cum luce repleta est. Lucret. 2. 805.
Tam nuper pictis cæso pavonibus Argo. Ovid. 2. Met. 533.
Avis Junonis, & Junonia dicitur. Ovid. 1. de Arte Am. 627. & Juven. 7. Sat. 30. De ea vide Hor. 2. Serm. 2. 23. sq. vel Turneb. Advers. 7. 20.
Pavo masculus. Columel. lib. 8. cap. 11.
Pavo femina. Columel. lib. 8. cap. 11.
Lepor pavonum. Lucret. lib. 2. 501.
Pictus pavo. Ovid. 2. Met. 533.
Crudus. V. CRUDUS.

PAVUS, i. m. Idem. Gell. lib. 7. cap. 16. Pavus e Samo præstantior est.

PAVA, æ. f. [ταώνη] Pavonis femina. Auson. Epigr. 68. utrumque conjungens, Pavaque de pavo constitit ante oculos.

PAVONACEUS, Adj. [ταωνίζω] Plin. lib. 36. cap. 22. Ut si libeat, ad quæ vocant pavonacea tegendi genera. Quo in loco quidam legunt Pavimentata tegendi genera, hoc est Pavimentorum more constructa, cujusmodi permulta hodie videmus. Sed Harduinus sequitur priorem lectionem.

PAVONINUS, a, um. Adj. [ταωνικὸς] Quod ex pavone est. ut, Pavoninum ovum. Columel. lib. 8. cap. 5. Pallad. 1. 30. Petron. cap. 33.

PAVONIUS, a, um. [ταώνειος] aliud Adj. idem significans. ut, Pavonia ova. Varr. 2. de R. R. cap. 9. Castigatiora exemplaria habent Pavonina.

PAVOR, PAVORIS, V. PAVEO.

PAUPER, eris. Adj. c. [πένης, ἄπορος] notæ significationis. Dicitur a Parvo lare. Cic. in Parad. 6. Non modo non copiosi ac divites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. De improbis & avaris.
Pauper, a paulo lare. Varr. lib. 4. de L. L. 17.
Pauper & Egens. Ovid. Rem. amor. 748.

Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Lingua pauper. Sidon. 1. Epist.
Res pauperes. Plaut. Rud. 5. 1. 17.
Turba pauperiorum. Hor. 1. Serm. 1. 111.
Ambitiosi pauperes. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Esuriens pauper. Martial. lib. 9. 82.
Facere pauperem. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 2.
Pauper ubique jacet. Ovid. 1. Fast 218.
Pauperis est numerare pecus. Ovid. 13. Met. 824.
Meo sum pauper in ære. Hor. 2. Epist. 2. 12. i. e. Pauper quidem sum; sed tamen in meo ære, non in alieno constitutus. id est, nulli quicquam debeo. Porphyr. V. ÆS.
Congesto pauper in auro. Sen. Herc. fur. 3.
Pauper, cum genitivo positum: ut, Argenti & auri pauper. Hor. 2. Serm. 3. 142.
Aquæ pauper Daunus. Hor. 3. Carm. 30. 11.
Colonus pauper ruris. Hor. 1. Carm. 35. 6.
Agri pauperis custos. Tibull. lib. 1. 1. 25.
Cultus pauper. Tibull. lib. 1. 10. 19.
Domus. Virg. 12. Æn. 519.
Eloquentia pauper & jejuna, per translationem, pro inope & jejuna. Quintil. lib. 10. cap. 5.
Honos. Stat. 5. Theb. 513.
Horti pauperis custos. Virg. 7. Ecl. 34.
Incola. Ovid. 3. Trist. 10.
Tecto sub paupere. Hor. 1. Epist. 10. 32.
Terra. Virg. 6. Æn. 811.
Vena pauperiore fluit carmen. Ovid. 4. de Pont. 2.
Vena paupere manat ingenium. Ovid. 2. de Pont. 5.
Voluntas nec iners, nec pauper. Ovid. 8. Met. 678.
Pauper divitî dans petit. Proverbium accommodari poterit ad illos, qui pauperes munusculis quibusdam capiunt divites, ad eum modum liberalitatem illorum velut elicientes. Neque enim hoc est dare munus, sed flagitare.
Aliquando Pauper flectitur in a, um: sed raro. Plautus Paupera dixit in Fragm. unde Francisc. Fabricius apud Ter. Andr. 4. 6. 2. legit Paupera vivere. Et similiter Commodian. Instruct. 71. Soror paupera. Et Cæl. Aurel. Tard. 1. 1. Caput carnibus pauperum dixit. i. e. Carens. τὸ Paupera tamen Latine dici negare videtur. Varr. L. L. 7. 39.
Compar. Pauperior. Ulpian. in l. Nec ei permittitur. §. ultimo. D. de adoptionib. Interdum & ditiorem permittitur adoptare pauperiori. conf. Ovid. & Hor. supra.
Superl. Pauperrimus. [πενέστατος] Varr. l. c. Plin. lib. 24. cap. 1. Quum remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet. Val. Max. 4. 3. 6. Fabricius censu par unicuique pauperrimo. conf. Cic. 2. Verr. 25.
Bonorum pauperrimus. Hor. 1. Serm. 1. 79.

PAUPERCULUS, a, um. Adj. dimin. [πτωχὸς] Ter. Heaut. 1. 1. 44.

Est e Corintho hic advena anus paupercula. Varr. 1. de R. R. cap. 17. Ut plerique pauperculi cum sua progenie.
Mater paupercula. Hor. 1. Epist. 18. 46.
Res paupercula. Plaut. Pers. 3. 1. 17.

PAUPERIUS, Adv. compar. Tertull. de Cultu. Fem. 2. 11.

PAUPERTAS, atis. f. [πενία] Ipsa pauperis conditio. Cic. 3. Tusc. 57. Ut de paupertate nonnunquam, cujus onus disputando levamus, docentes quam parva & quam pauca sint, quæ natura desideret.
Paupertas, Egestas, Mendicitas. Cic. in Parad. 6. Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam, nunquam obscure tulisti.
Pudor paupertatis. Hor. 1. Epist. 19. 24.
Audax paupertas. Hor. 2. Epist. 2. 51. Audacem paupertatem appellavit aptissimo & verissimo epitheto: nulla enim res est, quæ magis impellat homines ad facinus, injuriamque alteri inferendam, quam paupertas. Non male igitur Plato lib. 8. de Repub. Perspicuum est (inquit) qua in civitate mendicos videris, in ea civitate, fures, crumenarum sectores, sacrilegos, & omnium hujusmodi malorum opifices latitare.
Certissima paupertas. Columel. lib. 12. cap. 2. Nam vetus est proverbium, paupertatem certissimam esse, quum alicujus indigeas, uti eo non posse, quia ignoretur ubi projectum jacet quod desideratur. Hactenus Columella. Sentit autem, ni fallor, siquis habeat domi, quod quum utendum est, inveniri non potest, eum magis egere eo quod habet, quam si non haberet. Etenim qui non habet, rogat alicunde commodato: qui habet, ubi ventum est ad articulum, quo sit utendum: nec suum habet, quod ubi sit, nescit: nec alienum habet quo possit uti. Erasmus.
Contracta in paupertate solutus. Hor. 1. Epist. 5. 20.
Fecunda virorum paupertas fugitur. Lucan. lib. 1. 166. i. e. Quæ viros magnos produxit.
Horrida paupertas. Lucret. lib. 6. 1280.
Infelix. Juven. 3. Sat. 152.
Sæva. Hor. 2. Carm. 12. 43.
Sobria. Claud. de 4. Conf. Hon. 411.
Defendere causam paupertatis. Cic. 5. Tusc.
Effecere levem paupertatem ferendo. Ovid. 8. Met. 633.
Levare paupertatem alicui. V. LEVIS.
Ornari patientia paupertatis. Cic. 2. de Lege Agrar. 63.
Vivimus ambitiosa paupertate. Juven. 3. Sat. 182.
Paupertates, nove positum numero plurali. Varr. de Vit. popul. Roman. lib. 11. Quid inter hos Joves intersit, & eos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo advertere, & horum temporum divitias, & illorum paupertates. Non. 2. 714.

PAUPERTAS, Dea, V. PANIA.
PAUPĔRIES, ēi. f. [πτωχεία] Idem quod Paupertas. Hor. 2. Serm. 7. 84.
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent. Virg. 6. Æn. 437.
— quam vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem & duros perferre labores.
Magnum pauperies opprobrium. Hor. 3. Carm. 24. 42.
Abacta pauperies. V. ABIGO.
Aspera. Claud. de Bell. Get. 613.
Immunda pauperies domus. Hor. 2. Epist. 2. 199.
Importuna. Hor. 3. Carm. 16. 37.
Proba. Hor. 3. Carm. 29. 56.
Inferre aliquem in pauperiem. V. INFERO.
Pati angustam pauperiem. Hor. 3. Carm. 2. 1.
Durem pati. Hor. 4. Carm. 9. 49.
Perferre pauperiem & duros labores. Virg. 6. Æn. 437.
Tolerare iniquam. Claud. 1. in Eutrop. 208.
Pauperies, antique Damnum dicitur quod quadrupes facit. Paul. Hinc tit. in Pandectis, Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. i. e. Fecisse damnum. conf. Justin. Inst. 4. 9. vel Lex. Pitisc.
PAUPERTĪNUS, a, um. Adj. [πτωχικός] Idem quod Pauper. Varro de Vita popul. Rom. lib. 1. Quod si paupertina sint fine elegantia, ac cum castimonia. Non. 2. 715.
Cœnula paupertina. Apul. Met. 3. p. 135. Elmenh.
Calamus paupertinus. Sidon. 2. Epist. 10.
Cor paupertinum. Arnob. lib. 6. adverf. Gentes.
Ingenium paupertinum. Symmach. 1. Epist. 14.
Litteræ paupertinæ. Gell. Noct. Attic. lib. 14. cap. 6.
Vide in Indice Hist. Rom. Francf. H. St.
PAUPĔRO, [πτωχεύω] āre. Pauperem reddere, antique. Plaut. Pseud. 4. 7. 27.
Boni viri me pauperant, improbi alunt. Hor. 2. Serm. 5. 35.
Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te
Contemptum cassa nuce pauperet.
Merx dominum pretio pauperat. Plaut. Mil. 3. 1. 131.
Fures a republica repellendos & pauperandos esse dixit Alex. Severus, auctore Lamprid. cap. 22. vit. conf. Non. 2. 679.
PAUPERATUS, a, um. Partic. Sidon. 6. Epist. 12. Defectio civium pauperatorum. Firmic. Pauperatus luminibus. i. e. Privatus.
PAUSA, æ. f. [παῦσις] est Quies alicujus rei, ut ait Non. 2. 686. Lucil. lib. 1. Sat.
Hæc ubi dicta dedit, pausam facit ore loquendi. Sæpius occurrit apud Apul. Met. Antiquum est.
Frigida pausa vitæ, Mors. Lucret. lib. 3. 944.
Interjecta pausa vitæ. Lucret. lib. 3. 872.
Dare pausam alicui. Lucret. lib. 2. 118.
Fecere pausam fremendi. Ennius apud Varr. lib. 6. de L. L. 5.
Facta pausa est. Gell. 9. 13.
Pausam stare fragori. Lucret. lib. 1. 748.
PAUSĀRIUS, i. m. Qui pausam voce designat. Senec. Epist. 57. Sic me ad omnia duravi, ut audire vel pausarium possim, voce acerbissima remigibus modos dantem. i. e. Significantem quando vel intendere, vel remittere conatum debeant. V. Commentatt. ad Ovid. 3. Met. 619. & Lex. Pitisc.
PAUSO, [παύομαι] āre. Quiescere. Plaut. Trin. 1. 2. 150.
Pausa, vicissi castigatorem tuum. Gloss. L. G. Pausat, ἀναπαύεται, ἀναπαύει. Cæl. Aurel. Tard. 1. 1. 16. Cum capitis pausaverit dolor. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 1050. n. 9. AVRELIVS EVSEBIVS MATRI CONTRA VOTVM FIDEL. PAVSANT.
PAUSANS, antis. Partic. Cæl. Aurel. Acut. 3. 21. 212. Idem Tard. 5. 10. 116. Commodian. Instruct. 42. p. 56.
PAUSATUS, a, um. Partic. Arnob. lib. 5.
PAUSATIO, ōnis. f. Plin. Valer. 1. 41. Post pausationem prandii.
PAUSĀBILIS, e. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 2. 13. Pausabilior inspiratio. i. e. Mitior. [Immo Lentior, majoribus intervallis respirationis.
PAUSANĬAS, æ. m. [Παυσανίας] Cleombroti filius, Lacedæmoniorum dux, res multas bello feliciter pro Lacedæmoniis gessit: contraque Athenienses, qui bellum excitaverant, missus, eos pacatos reddidit, ejectis ex urbe decem tyrannis. Post etiam rebus Persicis studens, quum esset Byzantii, paulatim ad tyrannidem pervenit, stipatoribus Phœnicibus & Ægyptiis, tum veste mensaque Persica utens, Xerxis insuper filia sibi matrimonio juncta. Quare in judicium vocatus, fugit in templum Minervæ, ubi & interfectus est. Cadaver in barathrum ejectum. Ex Thucydide & Suid. conf. Nep. in Vita ejus & Trasyb.
Pausanias, Macedo adolescens, qui Philippum Macedonem interfecit. Hic primis pubertatis annis stuprum per vim passus ab Attalo fuerat: &, quod deterius est, convivis uti scortum ultro oblatus. De qua injuria apud Philippum sæpe questus, quum eum ridentem facinus videret, iram in eum convertit, & ultionem, quam ab inimico non poterat, ab iniquo judice exegit. V. Justin. lib. 9. cap. 6. & 7.
Pausanias, alius fuit Cæsariensis historicus, qui Georgraphiam scripsit universæ Græciæ, cum ejus historiis, quæ hodie exstant. Romæ vixit sub Hadriano Imp. V. Voss. de Hist. Græc. 2. 14. & Fabric. Bibl. Gr. 4. 15.
PAUSIA, vel PAUSEA, æ. f. Olivæ genus: quod non nisi paviendo, hoc est tundendo oleum emittat. Columel. lib. 5. cap. 8. Olearum sicuti vitium, plura genera esse arbitror: sed in meam notitiam decem modo pervenerunt, pausia, algiana, &c. Virg. 2. Georg. 86.
— & amara pausia bacca. h. e. Viridi, inquit Servius; nam ex pausia viridi exprimitur oleum. V. Plin. 15. 3.
PAUSIAS, æ. m. [Παυσίας] Sicyonius pictor, lacunaria & cameras pingere instituit. Amavit & Glycerium municipem suam, inventricem coronarum, unde paupertatem illa sustentavit. Hanc pinxit sedentem cum corona: quæ tabula, appellata est στεφανηπλόκος, id est Coronam texens. Hujus tabulæ exemplar L. Lucullus duobus talentis emit Athenis. Auctor Plin. lib. 35. cap. 11.
PAUSIĂCUS, a, um. Adj. [Παυσιακός] Hor. 2. Serm. 6. 95.
Vel quum Pausiaca torpes, insane, tabella.
PAUSICAPE, [παυσικάπη] Machina quædam orbicularis erat, quæ collo molentium servorum inserebatur, ne polentam comederent, neve manus ori admovere possent. Miseri enim illi pistores servi, inter agendas molas, quum famelici essent, furtim soliti erant de polenta, id est de hordei farina esitare. Julius Pollux lib. 7. f. 20. Τὸ γε μὴν τοὺς οἰκέτας τοὺς ἄλφιτα ἐργαζομένους, ὅπως ἂν μὴ ἐσθίοιεν τῶν ἀλφίτων, περιτιθέμενον παυσικάπη ὀνομάζεται, τροχοειδὲς μηχάνημα ὂν, τῷ τραχήλῳ περιαρμοζόμενον, ὡς ἀδυνατεῖν τῷ στόματι τὰς χεῖρας προσάγειν.
PAUSĬLȲPUM, [Παυσίλυπον] villa est Campaniæ ab amœnitate dicta, ἀπὸ τοῦ παύσεως τῆς λύπης. hoc est, a Curæ mærorisque cessatione. Plin. lib. 9. cap. 53. Pausilypum villa est Campaniæ, haud procul Neapoli. Idem lib. 3. cap. 6. Iter Pausilypum & Neapolim, Megaris.
PAUSILYPUS, [παυσίλυπος] Poculum erat in conviviis tertium Jovi servatori dicatum: ita dictum, quod curas abigeret. Quin etiam Jovem ipsum Sophocles Pausilypum appellat.
PAUSINUS, Flumen in Illyrico. Plin. lib. 3. cap. 21.
PAUSO, V. PAUSA.
PAUSON, [Παύσων] Pictor quispiam fuit insigni tenuitate, quemadmodum apud Juvenalem Codrus. Hinc natum ferunt proverbium, in mendicos jactari solitum, Pausone mendicior. Meminit hujus Pausonis Aristoph. in Pluto.
PAUSUS, i. m. Deus videtur fuisse qui pausam afferret & quietem, quem bellis adversarium, repugnantisque Bellonæ potestatis fuisse suspicamur ex Arnobio lib. 1. sic scribente, Qui Faunos, qui fatuas, civitatumque genios, qui Pausos reverentur atque Bellonas. conf. Turneb. 15. Adversf. 21.
PAUTALIA, æ. f. Thraciæ urbs. V. Spanh. de Usu Numm. diss. 4. p. 219.
PAVUS, V. PAVO.
PAUXILLATIM, PAUXILLUM, PAUXILLUS, V. PAUCUS.

P A X

PAX, ācis. f. [εἰρήνη] notæ significationis, a Pactione dictur, ut ait Ulpianus, D. de pactis l. 1. quod a verbo Pacifcor deducitur. Cic. 1. de Lege Agr. 24. Nihil tam populare, quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus.
Pacem a pactione conditionum putat dictam Sinnius Capito, quæ utrique inter se populo sit observanda. Festus.
Oliva placita paci. Virg. 2. Georg. 425.
Comes pacis, & otii socia eloquentia. Cic. de Clar. Orat. 45.
Conditio pacis quæ est, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi potest? Cic. 12. Philipp. 12.
Cura tuendæ pacis. Ovid. 11. Met. 297. al. Tenendæ.
Dulcedine pacis gaudentes. Patercul. lib. 2. 117. extr.
Facies pacis. Tacit. 13. Ann. 38.
Imago pacis. Tacit. 1. Ann. 10.
Indocilis vir pacisque modique. Sil. lib. 12. 726.
Inops pacis terra. Ovid. 2. de Pont. 2. 96.
Medius pacis & belli. Hor. 2. Carm. 19. 28.
Nomen pacis dulce, & res ipsa salutaris. Cic. 2. Philipp. 113.
Habere pignus pacis. Ovid. 8. Met. 48.
Summa pacis. Tacit. 13. Ann. 38.
Tranquillitas pacis & otii. Cic. 1. de Lege Agrar. 24.
Augusta. V. Frui pace.
Alma pax. V. ALMUS.
Bona. Plaut. Perf. 2. 2. 7. Bona pax sit potius. conf. Pax, Interj. infra.
Candida pax. Tibul. lib. 1. 10. 47.
Certa pax. Liv. 30. 30.
Concors. Ovid. 1. Met. 25.
Egregiæ pacis custos fidissimus. Claud. de Nupt. Honor. 333.
Explorata. Cic. 7. Philipp. 16. Poteritis igitur exploratam habere pacem, quum in civitate Antonium videatis, vel potius Antonios?
Festa. Ovid. 2. Met. 795.
Infida. V. INFIDUS.
Iniquæ pacis leges. Virg. 4. Æn. 618.
Injusta. Cic. 7. Att. 14. Equidem ad pacem hortari non desino, quæ vel injusta utilior est, quam justissimum bellum in cívibus.
Opima pace quieta tellus. Sil. lib. 16. 684. Idem 11. 594.
Pia & æterna. Cic. pro Corn. Balbo, 35.
Placidissima. Cic. 5. Tuscul. 48.
Solida. Seneca Troad. 6.
Sterilis. Tacit. 1. Ann. 17.
Tranquilla. Lucan. lib. 1. 171.
Venalis. Justin. lib. 25. cap. 1. Galli legatos ad regem Antigonum mittunt, qui pacem ei venalem offerrent.
Abnuere pacem. Sallust. in Jugurth.
Accipere pacem. Liv. de Bell. Pun.
Adempta mihi. Ovid. 2. Trist. 202.
Ades pax, & toto mitis in orbe mane. Ovid. 1. Fast. 712.
Adducere ad conditionem pacis. Cæs. 8. de Bell. Gall. 3.
Advenio pace. Plaut. Amph. prol. 32.
Afferre pacem animis. V. AFFERO.
Agitare, Agere pacem, sive de pace. V. AGO.
Agere pacem cum aliquo. Juven. 15. Sat. 163.
Agere aliquid cum pace. Cic. 5. Tusc. 83. Nos illud quidem cum pace agemus. Huic contrarium est Iracunde, vel Cum ira agere.
Coagmentare pacem. V. COAGMENTO.
Cohortari ad. V. COHORTOR.
Colere. Ovid. 11. Met. 297.
Colit pax arva. Tibul. lib. 1. 10. 47.
Componere. V. COMPONO.
Conciliare pacem inter aliquos. V. CONCILIO.
Conficere. V. CONFICIO.
Confirmare. V. CONFIRMO.
Constituta pax. V. CONSTITUO.
Consulere paci. Cic. 1. Off. 35. Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum.
Convenit pax. V. CONVENIO.
Conventa. V. CONVENIO.
Dedisceo. V. DEDISCO.
Dimittere cum pace aliquem. Cic. pro Muren. 32.
Disturbare multo sanguine. Lucan. lib. 4. 210.

Dare

Data. Cic. 1. Q. frat. 1. Tibi data est summa pax, summa tranquillitas.
Dare suspectam. Sil. lib. 7. 266.
Emollit pax aliquem. Tacit. in vita Agric. cap. 11.
Eripere alicui. Cic. de Provinc. Conf. 4. Sic a Barbaris, quibus est propter avaritiam pax erepta, vexatur. De Macedonia.
Excutere pacem orbi. Lucan. lib. 1. 69.
Exercere æternam. Virg. 4. Æn. 99.
Exposcere armis, aut precibus & votis. Virg. 3. Æn. 261.
Exquirere per aras. Virg. 4. Æn. 56.
Exuere. Tacit. 4. Ann. 72.
Facere. Cic. de Senect. 16. Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho. Idem 3. Off. 30.
Facta pax. Virg. 5. Æn. 587.
Fœdare pacem vitiis. Claud. 1. in 1. Conf. Stil. 29.
Frui augusta pace. Ovid. 2. de Pont. 5. 18.
Gerere. Virg. 9. Æn. 279.
Gignere pacem. Cic. Anteq. iret in exsil. 9.
Habere. Cic. 2. Philipp. 90. Pacem haberemus, quæ erat facta per obsidem puerum M. Antonii filium. Et ibid. 7. 22. Habere pacem cum aliquo.
Imminuere pacem. Sallust. in Jugurth.
Impetrare. Hor. 2. Epist. 1. 137. Liv. 30. 35. extr.
Infecta pace. V. INFECTUS.
Infusa pax per æquora. Sil. lib. 7. 258.
Insidet alicui pax. V. INSIDEO.
Jungere. Liv.
Mansit pax. V. MANEO.
Miscere pacem duello. Hor. 3. Carm. 5. 38.
Mutare bene miseram pacem vel bello. Tacit. 3. Ann. 44.
Nuntiare. Sallust in Jugurth.
Nutrit pax Cererem, pacis alumna Ceres. Ovid. 1. Fast. 704.
Nutrire marcentem pacem. Tacit. de Germ. 36. Cherusci nimiam ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt.
Orare perpetuam. Ovid. 4. Fast. 408.
Paritur pax bello. Nep. 15. 5. 4.
Pepigit pacem. V. PANGO, vel PACO.
Parare copias in pace & otio. Cic. pro Cæcin. 33.
Petere Virg. 4. Georg. 535.
Præstare alicui. Ovid. 2. de Pont. 8. 67.
Quæritur armis pax. Stat. 7. Theb. 554.
Quiescit placida compostus pace. Virg. 1. Æn. 253.
Recuperare pacem. Sallust. in Jugurth.
Redimere pacem. Cæs. 1. de Bell Gall. 37.
Regebat urbes longa in pace. Virg. 7. Æn. 46.
Reponere pacem terris. Sil. lib. 12. 728.
Rompere. Virg. 12. Æn 202.
Servare. Cic. 7. Philipp. 22. Cum his pacem servabit Antonius?
Sistitur bellum pace. Ovid. 14. Met. 803.
Esse in pace perpetua. Cic. 3. Catil. 29. Atque ut in perpetua pace esse possitis, providebo.
Sustentare. Tacit. 1. Ann. 4.
Trahere. Cic. Anteq. iret in exsil. 14. Et vos ut tutam, tranquillamque pacem traheretis, mea perfeci vigilantia. Vetus exemplar habet, Fortunam.
Turbare. Stat. 10. Theb 891.
Venire in spem pacis. Cæsar Oppio apud Cic 9. Att. 13.
Verti alicujus animum ad pacem. Liv. de Bell. Pun.
Violata pax. Lucan. lib. 7. 94.
Violare fœdera pacis. Lucret lib. 5. 1154.
Vivimur expertes pacis in armis. Ovid. 1. de Pont. 8. 6.
Uti pace. Cic. de Provinc. Consul. 4. Ita gentes hæ, quæ ut pace uterentur, vim argenti dederant præclaro nostro imperatori, ut exhaustas domos replere possent, &c.
Pax, Interjectio. ut, Pax, abi. Plaut. Milit. 3. 1. 201. quasi dicat, Sit tecum pax, & abi. Idem Trin 4. 2. 121. Pax, te tribus verbis colo. conf. Ter. Heaut. 2. 3. 50. Scalig. Auson. Lect. 1. 19. & Voss. de Analog. 4. 28 conf. Bona pax supra.
Pax, pro Fœdere. Virg. 7. Æn. 266.
Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.
Pax, est tranquilla libertas, Cic. 2. Philipp. 113.
Summa cum pace frui ævo. Lucret. lib. 1. 58.
Pax, [Εἰρήνη] culta ab antiquis. Athenis enim Paci aram fuisse dicatam, auctor est Plutarchus in Cimone. Templum Pacis Romæ fuit magnificentissimum, foro proximum, quod Vespasianus construxit, teste Suet. in Vespas cap. 9. V. Dion, Plinius & Josephus. conf. Ovid. 1. Fast. extr. Juven. 1. Sat. 115. Eodem quo Ceres habitu fingebatur, Spicam nimirum manu tenens. V. Broeckh. ad Tibul. 1. 11. 67. conf. Lex. Pitisc. in Pax & Templum.
Pax genialis ea dicitur, Quæ connubio inito celebratur Pronuba divina providentia. Budæus.
Pax, per translationem aliquando dicitur Venia. Virg 3. Æn. 261.
Sed votis precibusque jubent exposcere pacem.
Pacem a Diis petere Plaut. Curc. 2. 2 19. De Romulo novo Deo. Liv. 1. 16. Pacem precibus exposcunt, uti volens, propitius &c.
Pax Deorum. Justin. 18. 6. 12.
Veniam pacemque rogamus. Ovid. 1. Amor. 2. 21.
Pacem & veniam petere a Deo. Cic. pro Rabir. 5. Ab Jove Optimo Maximo, ceterisque diis, &c. pacem & veniam peto, precorque, &c.
Pace tua, Honestus reprehendendi modus, prius capta venia. i. e. Tua venia, & te non irascente. Ter. Eun. 3. 2. 13.
Quæso hercle ut liceat, pace quod fiat tua,
Dare huic quæ volumus, convenire & colloqui.
Pace majestatis ejus dixerim Patercul. lib. 2 sub finem.
Pace tua dixisse velim. Ovid 3. de Pont. 1. 9
Pace tua dixerim Idem. Cic 5. Tusc. 12. Cujus ego judicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo. Idem 1 de Orat. 79. Tu esse unus profecto, qui & meo judicio & omnium, vix ullam ceteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquisti.
Pace horum dixisse liceat. Plin. lib. 34 cap. 12.
Pace diligentiæ Catonis dixerim. Paterc. 1. 7. 4. conf. 1. 17. 3. & 2. 129. 4.

Pax metaphorice pro Quiete, &c. quo sensu tribuitur ventis apud Poetas. Sic Flor. 4. 2. 21. Sed ubi pax fluminis redut. i. e. Cum desiit inundatio. conf. mox Paces plur.
Pax sit rebus. i. e. Quies. Cic. in Somn. Scip. 4. Quæso, inquit, ne me e somno excitetis, & pax sit rebus. audire cetera.
Paces plur. num. nove positum, teste Nonio, 2. 621. Varro de vita Populi Roman. lib. 3. Animadvertendum primum, quibus de causis, & quemadmodum constituerint paces: secundum, qua fide & justitia eas coluerint. Plaut. Pers. 5. 1. 1.
Hostibus victis, civibus salvis, re placida, pacibus perfectis.
Hor. 2. Epist. 1. 102.
Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi.
Bella & paces. Hor. 1. Epist. 3. 8.
Ventorum paces. Lucret. lib. 5. 1229.
In pace leones. Aristophanis interpres ostendit proverbium jactatum esse in Lacones, qui in Asia infeliciter rem gesserant. Conveniet in eos, qui præpostere se gerunt: ibi feroces, ubi nihil erat opus: ibi fugaces, ubi res poscebat virum: aut qui in suos sævi, non itidem audent adversus inimicos, quod Ciceroni objicit Sallustius. Ex Erasmo.
PACALIS, e. Adj. [εἰρηνικός] Quod ad Pacem pertinet, sive Pacem significans: ut, Oleæ pacales. Ovid. 6. Met. 101.
Flammæ pacales, In ara Pacis. Ovid. 1. Fast. extr.
PACIFICUS, a, um [εἰρηνικός] Adj. Pacem faciens. Cic. 8. Att. 16. Et quæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia.
[illegible] H. St.
Dux pacificus. Ovid. 4. Fast. 408. Legitur & Perpetuus.
Numa pacificus. Martial. 12. 63.
Secures, Ciceronis cos. Lucan. lib. 7. 64.
Sermo. Lucan. lib. 3. 304.
Tranquilla & pacifica vita. H. St.
PACIFICE, Adv. Cyprian. Epist. 41. extr. Messala Corvin. de Aug. progen. Dardania pacifice aliquandiu stetit.
PACIFICO, [εἰρηνεύω] āre. Pacem inter aliquos conciliare, discordias sedare, controversias tollere, placare. Cic 15. Att. 8. Servius vero pacificatus cum librariolo suo videtur obiisse legationem, & omnes captiunculas pertimescere.
Aures pacificare. Claud. de Bell Gild. Præf.
Pacificanos divos. Sil. lib. 15. 421.
Pacificare, sine adjecto, pro Transigere de pace. Liv lib. 5 23. Inter hæc pacificatum legati a Volscis & Æquis venerunt. Sallust. Jugurth. cap. 66. Metellus initio, Jugurtha pacificante, præsidium imposuerat.
PACIFICOR, ari. Dep. Pacem conciliare. ut, Dux pacificati cum altero statuit. Justin. 6. 1. 2. [Nisi Pacificare legendum.
PACIFICATIO, ōnis. f. [εἰρηνοποιΐα] Pacis conciliatio. Cic. 9. Att 19. Respondit se non dubitare, quin & opem & gratiam meam ille ad pacificationem quæreret. Idem 7 8. Quæris ecqua spes pacificationis sit?
PACIFICĀTOR, ōris. m. [εἰρηνοποιός] Qui pacem facit. Cic 10 Att. 1. Jam enim illum emptum pacificatorem perorasse puto, jam actum aliquid esse in consensu Senatorum. Liv. 27. 30. Adhibitus ab Ætolis pacificator Aminander, rex Athamanum.
PACIFICATŌRIUS, a, um. Adj. [εἰρηνοποιός] Cic. 12. Philipp 3. Posteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant. i. e. Quæ pacem fieri petebat.
PACIFER, ĕra, ĕrum. [εἰρηνοφόρος] Ferens pacem. Plin. lib. 15. cap. 30. Laurus ipsa pacifere.
Cyllenius pacifer. Ovid. 14. Met. 286.
Olivæ paciferæ ramus. Virg 8. Æn. 116.
Virga pacifera Mercurii. Valer. 4. Argon. 139.
PACIFERO, āre. Gloss. Gr. Lat. Εἰρήνην ἄγω, Pacifero.
PACO, [ἡμερόω, ἐξημερόω, ἐξημερίζομαι, ἀλεξάνομαι] āre. Ad pacem perducere: ut, Pacare hostem. Cic. 15. Fam. 4. Cæs. 7. Bell. Gall. 65. Civitates pacaverat. Idem Bell. Civil. 1. 7. extr. Omnem Galliam Germaniamque pacaverint.
Mica pacavit cælestes. Tibul. ad Messalam, lib. 4. 1. 14.
Voce feras pacavit Orpheus. Claud. de mulabus Gallicis, 19.
Milite pacatur Rhenus. Claud. in Epithal. Pallad. 92.
Silvæ incultæ pacantur vomere. Hor. 1. Epist. 2. 45. i. e. Domantur.
Pacandus hostis. Ovid. 2. Fast. 18.
PACĀTUS, a, um. [ἡμερωθείς] Partic. Cic. 3. Verr Civitates, non modo pacatæ, verum etiam sociorum atque amicorum, ad vim atque ad arma confugient.
Reddere pacatum. Cic. Anteq. iret in exsil. 25. Si denique Cn. Pompejo auxilio fuistis, quod terra marique hostes reddidit pacata: sic nunc &c.
Pacatus illi. Cic. 7. Philipp. 24. Huic, inquam, tali viro, quem nos Senatusconsulto collaudarimus, poteritne pacatus esse Antonius?
Æquora pacata, Tranquilla. Ovid. 10. Epist. 65.
Aeris pacati status. Lucret. lib. 3. 293.
Bellis civilibus pacatis. Paterc. 2. 59. 4.
Humo pacata tegantur ossa nostra. Ovid. 3. de Pont. 9. 28.
Mare. Hor. 4. Carm. 5. 18.
Orbem pacatum regere. Virg. 4. Eclog. 17.
Provincia pacatissima. Cic. pro Ligar. 4.
Vitam pacatam degere. Lucret lib. 5. 1153.
Vulto pacato excipere aliquid. Ovid. 1. Fast. 3.
Compar Cic. de Clar. Orat 121. Sed & hujus oratio in philosophiam translata, pugnacior (ut ita dicam) videtur, & illorum in judicia pacatior.
Arvum pacatius. Ovid. 1. de Pont. 2 109.
PACATE, [εἰρηνικῶς] Tranquille, sedate, pacifice. Cæs. lib. 1. de Bell Gall. cap. 6. Pacate per provinciam iter facere.
Compar. Petron. cap. 10. In risum diffusi pacatius ad reliqua secessimus. Augustin. Epist. 111. Pacatius inquiramus.
Superl. Pacatissime & commodissime placuit. Idem Solil. 2. 7. extr.
PACATIO, ōnis. f. Frontin. Strat. Præf. p. 4. Quæ ad prælium & confectam pacationem pertinent.
PACĀTOR, ōris. m. [ἡμερωτής] Senec. Herc. OEth. v. 1989.
Sed tu, domitor magne ferarum,
Orbisque simul pacator, ades. Claud. 2. Conf. Stil. 23. Rheni pacator & Istri. Sil 2 483. Nemeæ pacator.
PACATORIUS, a, um. Adj. Tertull adv. Marc. 4. 29.
PAXÆ, Duæ insulæ quinque M. a Corcyra discretæ. Plin. lib. 4. cap. 12.

Paxamacium, vel Paxmatium, i. n. Isidor. in Gloss. est Panis subcinericius. Aliis est Panis sex unciarum. V. Voss. de Vit. L. L. 2. 33.
Paxamus. Coquus quidam mire ad jura condienda exercitatus. Cæl. lib. 7. cap. 11. Apicii & Paxami jura valere jam sinamus, ne dum fartura pergliscit opimaturque corpus, nubilum menti prætendatur Cimmerium.
Pax Julia, [Πακιουλία] Ptolemæo, Lusitaniæ urbs. Vulgo *Badajoz*.
Paxillus, V. palus i. m.
Paxos. Insula Asiatici maris, non procul a Crocylea Taphiarum una. Plin. lib. 4. cap. 12.

P E C

PEC. Peculium, Pecunia. PED. Pedes. PEG. Peregrinus. PERM. Permissu. PERP. Perpetuo. PERT. Pertinax. P. EX. R. Post exactos reges.
Pecco, [ἁμαρτάνω, ἐξαμαρτάνω, διαμαρτάνω, πταίω, ἀλιτέω, ἀθεμιτίζω, ἁμαρτωλεύω] ire. proprie (inquit Perottus) significat Adulterium committere: dictum quasi Pellicare, id est cum pellice coire. Sed V. Voss. Etymol. Cic. in Pared. 3. 1. Lapsa est libido in muliere ignota? dolor ad pauciores pertinet, quam si petulans fuisset in aliqua generosa ac nobili virgine: peccavit vero nihilo minus; siquidem est peccare tanquam transire lineas.
In matrona peccare. Hor. 1. Serm 2. 63. — quid inter
Est in matrona, ancilla, peccesne togata? Martial. 1. 35.
— incustoditis & apertis, Lesbia, semper
Liminibus peccas. conf. Tibull. 1. 7. 16. & Corn. Sever. Ætn. 86. quibus omnibus in locis stricte sumitur pro Scortari.
Adultero turpi peccare. Hor. 1. Carm. 33. 9. i. e. Cum turpi.
Peccare superne. Hor. 2. Serm. 7. 64.
— ille tamen se
Non habitu, mutatve loco, peccatve superne. Locus hic a multis & varie Interpretatur. Turnebus, ut alios omittam, Hic Peccare superne, inquit, dicitur, qui quod insignis, aut nobilis, aut dignitate præditus est, in sublimi eminet, et proinde ejus flagitia nullo modo latere possint, quum in specula quadam constitutus alta & ardua, ut ex superiore loco, ita ex eo peccet, ut ejus probra omnibus pateant. Nam de eo loquitur, qui projectis insignibus, & anulo equestri, & toga, a judice selecto, dum libidini lacertatus servit, se abjicit infra libertinos Damas. [Nugæ. Obscænitatem intelligit Flaccus, quam ipse planius expressit. v. 50. ejusd. Sat.
Peccare, frequentius est Quomodocunque labi & offendere, & delinquere. Ter. And 5, 3. 25.
Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor id quoque.
Peccare & Virum bonum esse, contraria. Cic. 3. Offic. 64. Nunquam igitur est utile peccare, quia semper turpe: & quia semper honestum est virum bonum esse, semper est utile.
Suavitatis causa peccare ut liceret, impetratum est a consuetudine. Cic. in Orat. 157. De pronunciatione verborum vitiosa.
Dupliciter peccare. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Largiter. V. largior.
Imprudens culpa peccavi mea. V. imprudens.
Citra scelus peccavi. Ovid. 5. Trist. 8. 23.
Peccare in se aliqua. Cic. 4. Verr. 9. Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si usitato more, si denique uno aliquo in genere peccasset. Ter. Adelph. 1. 2. 44.
Te plura in hac re peccare ostendam.
Peccare in alteram partem. Ter. Adel. 2. 1. 20. Cic. pro Rosc. Amer. 56. In eam partem potius peccant, quæ est cautior.
Peccare in aliquem. Cic. 3. Att. 15. Siquid in te peccavi, ac potius quoniam peccavi, ignosce: in me enim ipsum peccavi vehementius.
Peccare in adulteria. Sen. de Benef. lib. 1. cap. 10. Nunc in adulteria magis, quam in alia, peccabitur, &c.
In publica commoda. Hor. 2. Epist. 1. 3.
Peccare aliquid. Plaut. Bacch. 3. 3. 29.
Peccare syllabam. Plaut. in Bacch. 3. 3. 29. Idem Cist. 2. 1. 41. Propter te hæc pecco. conf. Hor. de Arte Poet. 354. Ovid. 3. Pont. 7. 10. & Tacit. 11. Ann. 36. 2. ubi cum accusativo jungitur.
Non multa peccare. Cic. pro Muren 60. Non multa peccas, inquit ille, &c. At ego te verissime dixerim peccare nihil.
Magna peccare. Tacit. 11. Ann. 16.
Exceptionibus peccare. Quintil. lib. 8. cap. 15.
Timentes peccare. Hor. de Arte Poet. 197. Al. Pacare tumentes.
Non licet bis in bello peccare. Adagium videtur natum ex apophthegmate: quum Lamachus quendam manipuli ducem increpasset, quod peccatum quiddam egisset, isque responderet, se iterum non commissurum quod commiserat: In bello, inquit Lamachus, ne licet quidem peccare bis: quod primus error sæpe vitam adimat. Admonet igitur in rebus periculosis non esse tutum labi; nam si semel erretur, actum est: nec est secundo errori locus.
Peccandi causam dare alicui. Ovid. 2. Trist. 281.
Talia peccandi jam mihi finis erit. Ovid. 3. de Pont. 6. 21.
Peccando deos iniquos facere. Ovid. 5. Fast. 299.
Peccatur, Impers. [ἁμαρτάνεται] Hor. 1. Epist. 2. 16.
Seditione, dolis, scelere, atque libidine & ira,
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Ignoratione decori non modo in vita, sed sæpissime in poematis & oratione peccatur. Cic. in Orat. 70.
Peccatur Passive dictum. Cic. 1. Offic. Quo in genere etiam in Repub. multa peccantur.
Perturbationis retinnis atque ordinis peccatur, quicquid peccatur. Cic. in Parad 3.
Peccatum est. Cic. 11. Att. 16. Non meo vitio fit hoc quidem tempore, (a te enim est peccatum) ut me ista epistola nihil consoletur. Ter. Eunuch. prol. 27. Utrumque complexus est,
Si id est peccatum, peccatum imprudentia est
Poetæ, non qui furtum facere studuerit. Ubi Donatus; Si id est peccatum, peccatum, ὄνομα. nam Peccatum superius nomen est & sequens participium. [Sed qui recte perpenderit, intelliget utrinque verbum esse.
Peccans, antis. Partic. Hor. 2. Serm. 7. 64.

— estne marito
Matronæ peccantis in ambos justa potestas? conf. 1. Epist. 20. Et Martial. 9. 14. 68.
Peccanter, Adv. Col. Aurel. Acut. 3. 1. Hoc peccanter definiunt. conf. ibid. 1. 9. 46. & Barth. Advers. 18. 3.
Peccantia, æ. f. Tertull. advers. Jud. cap. 10.
Peccātum, i. n. [ἁμαρτία, ἀνομία, ἀδίκημα, ἁμάρτημα, ἀναδέλια, πταῖσμα] Quicquid fit contra officium, quæ etiam Culpa appellatur. Cic. 3. Verr. 98. Ne illud quidem animadvertebas, ejusmodi fore hoc peccatum tuum, quod tu neque negare posses: in tabulas enim retulisti.
Vitia & Peccare. Cic. 2. Philipp. 43. & 8. Att. 13.
Recte factum & Peccatum, contraria. Cic. 1. Acad. 36.
Peccatum & Officium. Cic. 3. Off. 15. Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens: reddere, peccatum sit: non reddere, officium.
Conscius peccati. Ovid. 1. Amor. 7. 18.
Excusatio peccati nulla est, si amici causa peccaveris. Cic. de Amicit. 37.
Origo peccati Ovid. 1. de Pont. 6. 21.
Admissa peccata remordent. Lucret. lib. 3. 839.
Animadvertere peccatum. V. animadverto.
Avocare a peccatis. V. avoco.
Carere peccato. Cic. 5. Fam. 21. Præter culpam ac peccatum, quo semper caruisti & carebis, homini accidere nihil posse, quod sit horribile aut pertimescendum.
Colligere peccata. V. colligo.
Condonare peccatum. V. condono.
Confiteri peccatum. Cic. 2. de Nat. Deor. 11. Vir sapientissimus, atque haud scio an omnium præstantissimus, peccatum suum, quod celari posset, confiteri maluit, quam hærere in Rep. religionem.
Corrigere peccatum alicujus. Ovid. 20. Epist. 114.
Diluere peccata, Purgare se ab iisdem. Ovid. de Rem. Amor. 695.
Est peccatum prodere patriam. Cic. 3. de Fin. 32.
Si est nostrum peccatum. Cic. 7. Att. 3. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quod, &c.
Est peccatum ipsius in eo. Cic. 5. Fam. 20. De quibus memini mihi a te Myrina literas esse allatas, non mei errati, sed tui, in quo peccatum videbatur esse, si modo erat, fratris tui & Tullii.
Evenire peccatis. Cic. 8. Att. 13. Id quantis nostris peccatis, vitiisque evenerit, non possum sine molestia cogitare.
Incidisse in hanc ærumnam multis nostris peccatis scio. Cic. 3. Att. 14.
Luere peccata. Virg. 10. Æn. 32.
Obliterata peccata. V. oblitero.
Ostendere peccatum. V. ostendo.
Pœnitet peccati. Ovid. 1. de Pont. 1. 58.
Prostituere peccata sua famæ sinistræ. Ovid. 3. Amor. 14. 18.
Recordari peccata. Cic. 9. Att. 4. Sic ego decem annorum peccata recordans, &c. succensebam.
Peccatio, ōnis. f. Gell. 13. 20.
Peccātus, ûs. m. [ἁμάρτημα] Idem quod Peccatum. Cic. 4. Verr. 191. Nemo ita vivebat, ut nulla ejus vitæ pars summæ turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, ut quum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur, si negaret. Legitur & Peccato. Gell. tamen lib. 13. cap. 19. contendit legendum esse Peccatu, asseritque se ita legisse in uno atque altero antiquissimæ fidei libro Tironiano.
Peccātor, ōris. m. Frequens apud Ecclesiasticos.
A verbo Pecco, quod maritalem thorum commaculare significat, Peccator idem est quod Adulter. Imp. tit. de public. Judic. eo verbo usus est. conf. Lactant. 3. 25.
Peccatrix, icis. f. Tertull. de Spectac. cap. 3. & contra Marc. 4. 18. Paulin. Nolan. Epist. 23. ad Sever. cap. 15. Proles peccatrix.
Peccatōrius, a, um. Adj. Tertull. advers. Marc. 2. 24. Idem de Carn. Christi cap. 8.
Peccāmen, inis. n. Prudent. Apoth. 915. & Perist. 10. 517. & Cathem. 9. 95.
Peccaminōsus, a, um. Adj. nulla auctoritate nititur.
Peccatela, æ. f. Tertull. de Anima cap. 40.
Pechyalbs, V. paralurgos.
Pecorarius, Pecorinus, Pecorosus. V. pecus.
Pecten, inis. m. [κτείς, κτένιον, τριχολαβίς] Instrumentum textorium: dictum a πήγνυμι, quod fila in telis figat. [Rectius Voss. a πέκω, Tondeo, vel potius πεκτέω, quod Carpo & Carmino significat, unde Latinum Pecto.
Pecten, inquit Varr. lib. 4. de L. L. 29. quod per eum explicatur capillus.
Infecti dentes pectine. Ovid. 6. Met. 58. In fab. Arachnes.
Unci pectinis moderator, Textor. Claud. 2. in Eutrop. 381.
Rarum pectine densat opus. Ovid. 3. Fast. 820.
Arguto conjux percurrit pectine telas. Virg. 1. Georg. 294.
Textoris pectine percussæ lacernæ. Juven. 9. Sat. 30.
Pecten, Quo explicamus capillos. Plaut. Capt. 2. 2. 18.
Sed utrum strictimne attonsurum dicam esse, an per pectinem,
Nescio. Sane tonsorum alii altius & usque ad cotem strictim tondent: alii autem levius, & per pectinem tantum, atque a summo capillos recidunt. De pectine est epigramma apud Martial. lib. 14. 25. Ubi vocatur, Multifido buxus dente.
Vallum pectinis abrupit capillos. Ovid. 1. Amor. 14. 15.
Deducit crines pectine Cytoriaco. Ovid. 4. Met. 311.
Pecten, Cratis dentatæ genus, stilis ferreis ad colendam terram. Ovid. Rem. Amor. 192.
Temporibus certis desectas alligat herbas,
Et tonsam raro pectine verrit humum. I. e. Rastro terram arat.
Pecten, Instrumentum ad metendam segetem. Columell. lib. 2. cap. 21. Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus verriculatis, atque iis vel rostratis vel denticulatis medium culmum secant, multi mergis, alii pectinibus spicam ipsam legunt, idque in rara segete facillimum, in densa difficillimum est.
Pecten, dicitur Pubes, hoc est locus ubi pili apud verenda nascuntur. Juven. 6. Sat. 370.
Inguina traduntur medicis, jam pectine nigro. Plin. 29. 1. Item-
que

que pectines, in feminis quidem, publicati. Stomachatur, Medicorum invento, resina depilandos præberi pectines.

Pecten, Plectrum, musicum instrumentum, quo citharam pulsamus. Virgil. 6. Æn. 647.

Jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.

Crispus pecten. V. ORIGANUM.

Pectines, sive Pectunculi, [κτένες] Pisces sunt. Hor. 2. Serm. 4. 34.

Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum. Plin. lib. 9. cap. 33. Saliunt pectines & extra volitant, seque & ipsi carinant. Sunt autem Pectines, ait Massarius in Plinium, Conchæ striatæ, testis bivalvibus, altera tantum tumida, altera plana, binisque auriculis angularibus. Quod autem ad volatum attinet, velocem motum interpretatur. Pectines enim tanta velocitate dehiscunt, ut ex vehementi repercussione saliant & superjactent, ut quasi volare videantur. V. PECTUNCULUS.

Pectines, a Plinio dicuntur in arboribus & earum materia, per longitudinem Rectæ, pectinum modo, lineæ & intervalla, Græce [illegible]; in quibus autem variant pectinum illorum lineæ & intervalla, adjicere Plinius solet aliquid, quo varietas illa possit indicari, Obliquos, crispos, nodososve dicens. Plin. 16. 38. Fagis pectines transversi in pulpa. V. Harduin.

PECTEN VENERIS, Herba. Plin. lib. 24. cap. 19. Veneris pectinem appellant, a similitudine pectinum. Scandicem esse putant. V. Matthiol. ad Dioscor. lib. 2. cap. 132.

PECTUNCŬLUS, i. m. [κτένιον] Piscis qui & Pecten dicitur. Plin. lib. 9. cap. 29. Loligo etiam volitat, extra aquam se efferens, quod & pectunculi faciunt sagittæ modo. V. PECTEN.

Pectunculi concharum. Columel. lib. 8. cap. 16.

PECTĬNO, [κτενίζω] āre. ut,

Pectinare segetem. Plin. lib. 18. cap. 21. V. in PECTEN.

PECTINĀTUS, a, um. Partic. [illegible] pectinatum Tectum dicitur, a similitudine pectinis, in duas partes devexum, ut Testudinatum in quatuor. Festus.

Juba probe pectinata. Apul. Met. 6. p. 185. Elmenh.

PECTINĀTIM, Adv. [illegible] Ad pectinis similitudinem, & quasi denticulatim. Plin. lib. 9. cap. 33. Cuniculatim, pectinatim, divisa: imbricatim undata. De generibus concharum. Idem 32. 11: 28. 6. & 8. 25.

PECTINĀTOR, ōris. m. Gloss. Cyrill. Pectinator, [illegible].

PECTINĀRIS, e. Adj. Vet. Inscr. apud Fabret. p. 701. ACCEPTO CHIAE SERVO PECTINARI LANARI SODALES POSVERE.

PECTINÆ, arum. f. Pectines erant quibus utebantur ex erinaceis spinis, quæ sæpius refici debebant. Legitur Astæ in Inscript. Refector pectinarum: T. VALERIVS. L. F. PLACIDVS, REFECTOR PECTINARVM CORNELIAM. V. Spon. Misc. sect. 6. p. 231.

PECTO, pexui vel pexi, pectum, & Pectitum, [κτενίζω] ĕre. Explicare, & purgare capillum. Virg. lib. 7. Æn. 489.

Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.

Cæsariem pectere. Hor. 1. Carm. 15. 14.

Capillos. Ovid. 13. Met. 765.

Capillos pectens ancilla. Ovid. 1. de Arte Am. 367.

Capillus pectendos præbere. Ovid. 13. Epist. 31.

Comas bene pectere. Tibul. lib. 2. 5. 8.

Pectere citharam etiam dicimus, I. e. Percutere, & distendere pectine chordas, id est plectro chordas movere. Perottus. [ubi gentium?

PECTOR, ĕris. Passiv. Plin. lib. 19. cap. 1. Et ipsa stupa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur.

Metaphorice. Plaut. Rud. 3. 2. 47. Pectere quem pugnis. Idem Capt. 4. 2. 16. Pectere fusti. conf. Depexus in DEPECTO, & seq. dict.

PEXUS, a, um. Partic. [κεκτενισμένος] ut, Capillus pexus. Cic. 2. in Catil. 22. Quod proprium est Catilinæ, de ejus delectu, immo vero de amplexu ejus, ac sinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut pæne barbatos videtis.

Doctor pexus & pinguis. Quintil. lib. 1. cap. 5. V. Burm.

Folia pexa, h. e. Crassa, & in medio extuberantias quasdam habentia in modum panni pexi. Columel. lib. 11. cap. 3.

Munera pexa, Crassa & opima ac spissa, non levia. Martial. lib. 7. 46. Domitius etiam exponit Pexa, Pulchra. [Alludit scil. Ad Carmina pexa.

Toga pexa. Martial. 2. in Sextum, 44.

Emi seu puerum, togamve pexam,

Seu tres, &c. Domitius Calder. Duo inquit, genera togarum: altera pexa, altera rasa dicebatur. Placet ut toga pexa dicatur villi crassioris: unde pexati dicuntur, hac toga induti. Hæc ille. V. infra.

Tunica pexa. Hor. 1. Epist. 1. 95. h. e. Demissa usque ad talos; sicut Pexi capilli, Demissi. Acron. conf. Turneb. Advers. 5. 14. & hic seqq.

Vestes pexæ, Villosæ, & villo oblongo & demisso, inquit Budæus, Plin. lib. 8. cap. 48. Istriæ, Liburniæque pilo propior, quam lanæ, pexis aliena vestibus. Dicit Plinius Istricam lanam & Liburnicam, propterea quod similior sit pilo quam lanæ, inutilem esse vestibus pexis seu villosis faciendis, meliorem vero & aptiorem apicis seu rasis.

Pexa, inquit Hermolaus in Plin. dicuntur, & Quæ concinna sunt: at Depexa, Quæ lacera. Ter. Heaut. 5. 1. 78. Depexum dabo. Sed & pexæ vestes a Plinio referuntur, 8. lib. (l. c.) Et Martial. 2. 58. Pexatum pulchre dicit, Qui pexis vestibus utatur. Nam ubi Persius 1. Sat. 15. dixit, Pexusque togaque recenti: Probus, Barbæ, inquit, tonsuræ genus est, quo juvenes sic tonsi, Pexibarbi appellantur. Hæc Barbarus. Ioannes Baptista Plautius in locum illum Persii, Pexus, inquit, Ornatus, politus, nitidus: vel pexa veste indutus. Pexa autem vestis dicitur Elegans, pretiosa, concinna: unde & Pexatus dicitur, Vestibus pexis indutus. A Quintiliano quoque Pexus doctor decenter accipitur pro Eleganti, terso, & exculto. Dicta autem Pexa vestis a spissitate textrini, quam Plautus Tunicam spissam appellat in Epidico. Hieronymus, Tunicam pexam pro Lacera & sordida posuit, sed contra omnes auctores, qui pure & significanter locuti sunt. Verba ejus hæc sunt adversus Jovinian. lib. 2. Tunc pexa tunica, & nigra subucula vestiebaris, sordidatus, & pallidus. Hæc Plautius. Erasmus in locum illum Hieronymi, Pexa, inquit, quod nullos haberet floccos, detrita nimirum Hæc ille. Calcagninus lib. 3. Ep. 1. p. 38. Frob. Pexæ & Rasæ generales voces sunt, quom[l. quomodo] villosæ, aut apicæ, id est sine villis, sunt. Hinc Pexati; ex quo illud Martial. 2. 58.

Pexatus pulchre, rides mea, Zoile, trita. Et Juven. 2. Sat. 97.

Cærulea indutus scutulata, aut galbana rasa. Sic tabernæ vulgo villutum & rasum peculiari vocant nomine. Proinde Plinius recte admonet, Istricam & Liburnicam lanam, quæ pilo propior est, quam lanæ, pexis esse alienam vestibus. Hactenus Calcagninus. De toga pexa, habes hoc loco testimonium Martialis: de rasa, V. in TOGA. Super hac re disserit Beroaldus in Asinum Apuleji hunc in modum, De subucula, inquit, est illud Horatianum, 1. Epist. 1. 95.

— si forte subucula pexæ

Trita subest tunicæ. Hieronymus adversus Jovinianum, Tunc pexa tunica, & nigra subucula vestiebaris, sordidatus & pallidus. Sed pace sanctissimi scriptoris dictum sit, qui Horatium æmulari volens, Pexam tunicam pro Lacera & sordida accepit: quod longe secus est. Pexa enim tunica significatur Elegans, pretiosa, concinna: unde & Pexatus dictus, Vestibus pexis indutus. A Quintiliano quoque Pexus doctor decenter accipitur, pro Eleganti, terso, & exculto. Denique, ut breviter multa finiamus, Pexum vestimentum opponitur Trito, tanquam pretiosum abjectissimo: & ita intelligi voluit Horatius, tanquam inconcinniter reprehensibiliterque copuletur Vestis pexa cum Trita subucula. Videri poterit hallucinatus esse divus Hieronymus, ut crederet Pexam tunicam accipi pro Lacerata & vili, ex illo Terentiano in Heaut. 5. 1. 78.

Sed Syrum. M. quid eum? C. egone? si vivo, adeo exornatum dabo,

Adeo depexum, ut dum vivat, meminerit semper mei. Ubi Grammatici exponunt Depexum, pro Laceratum. Sed longe aliud Pexa vestis est, aliud Homo depexus. Hæc enim particula DE, modo auctiva est, modo privativa, ut Depexum dicamus Pexo contrarium: sicut Dehonestum verbum dicitur, Turpe, & contrarium Honesto: & mille alia. Quamvis tamen apud Terentium verbum illud Depexum accipi condecenter posset pro Expolito & exculto: sicut hodie quoque in communi loquendi consuetudine usurpatur, ut minimbuodi dicamus, Ego comam tibi pectam, atque exornabo. Et ita ego autumo hoc sensu dictum illud Terent. nam Exornatum & Depexum in eodem significatu accipiantur: quamvis contrarium subintelligi velit. Hæc Beroaldus, cui Erasm. in divi Hieronymi vita paulo ante finem respondet his verbis, Beroaldus cedit Hieronymo, quod Pexam vestem posuerit pro Detrita vilique, quum Horatius sit usus pro Nova & eleganti. Ne nimium operæ ponam in hujusmodi nugis: primum hoc loco Hieronymus non interpretatus quid senserit Horatius, ne alludens quidem apertius ad illius verba. Neque statim illi concesserim, Pexam vestem esse Nitidam & elegantem: quin vero propius est: genus fuisse vestis, quod villos haberet, quod genus sunt laneæ non attonsæ. At Subucula jam villis attritis, parum congruit cum Tunica pexa. Neque Hieronymus Pexam tunicam, & Nigram subuculam opposuit Novæ & eleganti, sed Lineis, sericis, ac candidis, quæ tum in deliciis erant: adeo ut ætate Plinii a Barbaris importata non satis digna viris Romanis haberentur: & notati sunt Imperatores aliquot, quod holosericis uterentur. Id ita esse ipsa Hieronymi verba declarant: Tunc pexa tunica, & nigra subucula vestiebaris, sordidatus & pallidus, & callosam opere gestitans manum: nunc lineis & sericis vestibus, & Atrebatum ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis. Proinde Pexa vestis, sive nova sit, sive vetus, sive vilis, sive pretiosa, certe lanea est. At Serica, lineaque, laneæ non sunt, & candore potissimum commendantur. Et quanquam nunc linearum vestium usus vilis sit ac plebejus, tamen ea olim nobilium erat: & honoris causa primum datus Sacerdotibus, ac proinde nulli monachorum concessus nisi inter obeunda sacra. Hæc Erasmus. conf. Ferrar. de Re Vest. 1. 1. 17.

PEXĬTAS, ātis. f. [illegible] Plin. lib. 11. cap. 24. Quam non ad hoc pertinere videtur cribrata pexitas telæ. Pexitas telæ aranearum, inquit Turnebus, erat lanuginosa filorum natura, quæ in rara earum textura non perinde apparet, verum in densa. Crebratæ. Hard. ex MSS.

PEXOR, ōris. m. Pontanus in Asino Dial. 337. H. St.

PEXĀTUS, a, um. Adj. [illegible] Qui veste pexa indutus est. Martial. lib. 2. 58.

Pexatus pulchre, rides mea, Zoile, trita. Pexati dicuntur, inquit Domitius, Toga pexa induti, qua utebantur hieme villo densiore. V. in superioribus.

PECTĬTUS, a, um. Adj. [illegible] Politus & subactus. Columel. lib. 12. cap. 3. Præparatæ sint & pectitæ lanæ, quo facilius justa lanificio persequi atque exigere possit. Idem 10. 94.

Verum ubi jam puro discrimine pectita tellus.

PECTIS, idis. f. [πηκτίς] Herbæ species, quæ Consolida quoque & Symphyton dicitur. V. Apul. de Herb. cap. 56.

PECTON, i. n. [πηκτόν] Concretum significat. Eadem herba. Diosc. 4. 11.

Pecton & Chalcanthum, est Gelatum atramentum sutorium, quod in speluncis fit, inque fossas derivatum concrescit. Diosc. 5. 68.

PECTORALE, V. PECTOR.

PECTUNCULUS, V. PECTEN.

PECTUS, ŏris. n. [στέρνον, στῆθος, θώραξ] Anterior pars animalis a gula usque ad ventrem. Plin. lib. 11. cap. 37. Pectus, hoc est ossa præcordiis & vitalibus natura circumdedit: ac ventri, quem necesse erat increscere, ademit. Nulli animalium circa ventrem ossa. Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis, & inter eas aquaticis maxime. Pectus, dictum est quasi Pactus, a compactis costis.

Saucius pectus leo. Virg. 12. Æn. 5.

Mollities pectoris. Ovid. 3. Amor. 8. 18.

Adversum pectus. Virg. 9. Æn. 347.

Adusto pectore mesulæ. Hor. 2. Serm. 8. 90.

Angustum. Ovid. de Arte Am. 3. 274. Al. Inflatum.

Anhelum. Virg. 6. Æn. 48.

Apertum. Virg. 11. Æn. 667.

Arrectum. Virg. 11. Æn. 639.

Candidum. Virg. 9. Æn. 432.

Castigato planus sub pectore venter. Ovid. 1. Amor. 5. 21.

Fortissimum. Virg. 1. Æn. 349. [Hic est pro Animo.

Gelidum subito frigore. Ovid. 1. Fast. 98.

Luctans. Ovid. 12. Met. 331.

Lymphatum. Ovid. 11. Met. 3.

Magnum bovis. Columel. lib. 6. cap. 1.

Niveum. Senec. Herc. fur. 7.

Numerosum musculorum toris equi pectus. Columel. lib. 6. cap. 29.

Plumeum. Stat. 3. Theb. 515.

Plumosum. Ovid. ad Liv. 109.

Pronum. Stat. 11. Theb. 639.

Pulchro pectore virgo. Virg. 3. Æn. 426.

Semiferum. Virg. 10. Æn. 212.
Spatiosum. Stat. 4. Theb. 173.
Sublatum. Virg. 3. Georg. 426.
Abit hasta trans pectus. V. ABEO.
Accrevit cæspes pectori. V. ACCRESCO.
Advolare ad pectus. V. ADVOLO.
Affligere pectora solo. Lucan. lib. 2. 30.
Ambire aliquem pectore, Complecti aliquem. Lucan. lib. 8. 66.
Aperire ferro pectus. Senec. Agamemn. 4.
Cadere in pectus. Ovid. 4. Met. 578.
Cædere pectus. Quintil. lib. 2. cap. 12. &
Concutere pectora planctu. Stat. 5. Silv. 1. 180.
Condere telum pectora. Ovid. 13. Met. 458.
Condidit ensem in adverso pectore. Virg. 9. Æn. 347.
Constringere pectora. Stat. 2. Silv. 1. 129.
Contundere pectora. Lucan. lib. 2. 335.
Denudari a pectore. V. A præp.
Distrinxit arundine pectus. Ovid. 10. Met. 526.
Dare pectus anhelis. Senec. Hippol. 5. 6.
Ferire pectore plangore. Ovid. 4. Met. 554.
Fosso pectore. Ovid. 3. Epist. 146.
Fœdans pugnis pectore. Virg. 11. Æn. 86.
Fovere pectore. Ovid. 2. Met. 339.
Haurire pectora ferro. Ovid. 8. Met. 440.
Impellere pectus presso pectore. Sil. lib. 5. 219.
Infuscare pectus illuvie. V. INFUSCO.
Laxare pectus amictu. Stat. 2. Achill. 200.
Lucentia pectora ferro. Valer. 6. Argon. 574.
Patens lævi in pectore vulnus. Virg. 11. Æn. 40.
Perculsit honestum pectus regno. Virg. 12. Æn. 155.
Perfossum. Lucan. 3. 655.
Plangere pectora. Ovid. 11. Epist. 91.
Plangere terram moribundo pectore. Ovid. 12. Met. 118. al. Vertice.
Proflabat somnum toto pectore. Virg. 9. Æn. 326.
Rescindere pectora ferro. Stat. 11. Theb. 506.
Retegere pectus. Ovid. 13. Met. 459.
Revomere fluctus pectore. Virg. Æn. 5. 182.
Rumpere pectora fremitu. Lucret. lib. 3. 298.
Rupit ensis pectora. Virg. 9. Æn. 432.
Signatum pectus sanguine. Ovid. 2. de Arte Am. 384.
Suscipere cicatrices adverso pectore. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Sustinere amplexu pectora alicujus. Lucan. lib. 5. 793.
Trajecta ferro. Virg. 1. Æn. 359.
Transfixum. Virg. 1. Æn. 48.
Transmittere cuspide. Sil. lib. 7. 658.
Transverberat abiete pectus. Virg. 11. Æn. 667.
Tundere pectora. Lucan. lib. 3. 733.
Tundere liventia. Ovid. 8. Met. 535.
Tunsæ pectora palmis Iliades. Virg. 1. Æn. 485.
Vulnerare pectora alicujus. Ovid. 8. Met. 65.
Pectus, non modo Superficiem corporis, sed Cor sub pectore significat, atque interdum etiam Animum, quem in ipso corde residere nonnulli antiquorum putaverunt. Plaut. Epid. 2. 2. 101. Sapit hic pleno pectore. Juven. 13. Sat. 198.
Nocte, dieque suum gestare in pectore testem.
Toto pectore. Cic. 1. de Legib. 49. Amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur. Erasmus, Quum sincerum & absolutum amorem significamus, toto pectore dicimus, & toto animo. Cic. 12. Att. 25. Te vehementer etiam atque etiam rogo, magis quam a me vis aut pateris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare.
Sine pectore corpus. Hor. 1. Epist. 4. 6.
Animus in pectore præsens. Virg. 5. Æn. 363.
Oculi pectoris, Solatia. Ovid. 15. Met. 64.
Ægra curis pectora. Valer. 6. Argon. 623.
Amicum pectus. Ovid. 3. de Arte Am. 737. Sic, Amicitiæ pectus, pro Amico dixit Manil. 2. 598. Ita etiam Stat. 4. Silv. 4. 103. Et Martial. 9. 15.
Alto sub pectore. Virg. 6. Æn. 600.
Animosum. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 242.
Anxia. Stat. 5. Theb. 294.
Apertum. Cic. de Amicit. 97. In amicitia nisi (ut dicitur) apertum pectus videas, tuumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.
Attonitum. Senec in Herc. fur. v. 1219.
Nondum tumultu pectus attonitum caret. [Attonito in edit. Schrœderi, quod nollem, legitur.
Avidum. Ovid. 9. Epist. 161.
Cæca. Lucret. lib. 2. 14.
Castura. Sen. Hippol. 130.
Certa pectora, Constantia. Virg. 9. Æn. 250.
Concitum ire. Senec. Med. 7.
Conscium omnium scelerum. Senec. Theb. 2.
Cupidum. Ovid. 18. Epist. 90.
Devota morti. Hor. 4. Carm. 14. 18.
Discordia pectore, & ancipites animi. Lucan. lib. 10. 13.
Doctum. Ovid. 3. Trist. 1. 64.
Fecundum. Stat. 1. Achill. 543. —tu tantum providus astu
Tende animum vigilem, fecundumque erige pectus. Fecundum, i. e. In quo multa sunt consilia. *Esprit garni de grand sçavoir & pensant advis en plusieurs sortes.* At Budæus legit, Fecundum concute pectus. Forte melius legeretur, Fecundumque excute pectus.
Fessum curis. Senec. Hippol. 2.
Fidum mutuis amoribus. Hor. 2. Carm. 12. 16.
Firmo pectore nunc opus. Virg. 6. Æn. 261.
Flammatum amore. Senec. Troad. 4.
Frigidius glacie pectus amantis. Ovid. 2. Epist. 22.
Generosa. Ovid. 12. Met. 234.
Grave ærumnis. Senec. Agamemn. 4.
Hospitale. Hor. Epod. 17. 49.
Immite. Sil. lib. 1. 168.
Imo pectore. V. IMUS.
Impium. Hor. Epod. 5. 14.
Inaccessum Veneri. Claud. 1. de Raptu Proserp. 224.
Inane pectus sanguinis atque animi. Ovid. 3. Epist. 60.
Incautum. V. INCAUTUS.
Inexsaturabile. Virg. 5. Æn. 792.
Insanum. Senec. Hippol. 12.
Intacta pectora lucro, Non avara. Claud. cons. Mall. Theod. 214.
Læta. Virg. 5. Æn. 816.
Læva. Virg. 11. Æn. 40.
Lugubre. Ovid. 10. Epist. 145.
Magnanimum. Claud. in 2. Cons. Stilich. 9.
Magnum. Lucret. lib. 3. 998.
Mavortia pectora. Stat. 5. Theb. 282.
Mortale. Virg. 4. Æn. 412.
Nescia vinci. Virg. 12. Æn. 527.
Onustum lætitia. V. ONUS.
Perjura. Ovid. 2. Met. 705.
Placidum. Virg. 1. Æn. 525.
Plenissima magni animi. Ovid. 5. Met. 184.
Præparatum bene. Hor. 2. Carm. 2. 14.
Purum. Hor. 1. Serm. 6. 64.
Remisso pectore ac placido aliquid ferre, i. e. Æquo animo. Senec. Theb. 1.
Rude. Ovid. 4. Epist. 23.
Sævore. Virg. 12. Æn. 888.
Sedatum. Stat. 5. Theb. 671.
Sinuosum. Pers. 5. Sat. 27.
Succincta curis. Stat. 5. Silv. 2. 77.
Timidum. Ovid. 11. Met. 478.
Tranquilla pectora pace. Lucret. lib. 2. 1092.
Tremefacta pectora. Virg. 2. Æn. 228.
Trepidum. Ovid. 3. Met. 125.
Turbidiora pectora ipso mari. Ovid. 1. Trist. 11. 34.
Violenta. Virg. 10. Æn. 151.
Accendere donis pectus. V. ACCENDO.
Agere aliquid constanti pectore. Sil. lib. 11. 243.
Ardescit dira cuppedine pectus. Lucret. lib. 4. 1083.
Armatum fida. Sil. lib. 11. 206.
Aspergi pectus amore nocet. Ovid. 1. de Arte Am. 236.
Captus toto pectore, Insanus. Ovid. 6. Fast. 509.
Cessit amor pectore, h. e. Recessit. 2. Epist. Sabin. 48.
Cesserunt attonito pectore sensus. Lucan. lib. 5. 760.
Ciet exossato omni pectore fluctus. Lucret. lib. 4. 1265.
Collocare multa in pectore. V. COLLOCO.
Concita rauco buxo. Sen. Agam. v. 689.
Consistere pectore. V. CONSISTO.
Dat gemitum ab imo pectore. Virg. 1. Æn. 489.
Domare pectus ire concitum. Senec. Med. 7.
Effundit pectore questus. Virg. 5. Æn. 780.
Excussa pectore Juno. Virg. 5. Æn. 679.
Exturbare nefanda casto pectore. Senec. Hippol. 2.
Exuere pectus curis. Stat. 4. Silv. 4. 28.
Fatigatum. Ovid. 3. Amor. 11. 2.
Fertur furiato pectore. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 262.
Figere sibi aliquem in pectore. Pers. 5. Sat. 27.
Firmat confusa pectore relligio. Valer. 1. Argon. 79.
Flagravit abstruso incendio pectus. V. Abstrusus, in ABSTRUDO.
Flectuntur pectore duri Magni. Lucan. lib. 8. 107.
Fodiant quæ magnas pectus in iras. Sil. lib. 5. 159.
Fatus inimico vel ficto pectore. Virg. 11. Æn. 685.
Formare pectus amicis præceptis. Hor. 2. Epist. 1. 128.
Gestamus obtusa pectora. Virg. 1. Æn. 571.
Jactare curas pectore. Virg. 1. Æn. 231.
Imbuere pectore pietate aliqua. V. IMBUO.
Incensum pectus amore. Virg. 3. Æn. 298.
Intumuit bilis calido sub pectore. Pers. 5. Sat. 144.
Labi pectore nostro, dicitur cujus obliviscimur. Virg. 1. Ecl. 64.
Luxuriat toris animosum pectus. Virg. 3. Georg. 81. [Hic est Pars corp.
Mærent præsaga pectora. Ovid. 10. Met. 444.
Mittere curam de pectore. Virg. 6. Æn. 85.
Mollire pectora alicujus. Hor. Epod. 5. 14.
Mollire ferum pectus precibus. Senec. Theb. 1.
Mulcere pectora. Virg. 1. Æn. 157.
Nutrit Rufinus commoti pectoris ignem. Claud. 2. in Ruff. 182.
Obsessa malis pectora. Senec. Herc. fur. 23.
Obtundere pectora pugnis. V. OBTUNDO.
Onerare pectora alicujus variis causis. Ovid. 3. Fast. 249.
Onerare & complere pectus copia rerum. Cic. 3. de Orat. 119. Onerandum, complendumque pectus maximarum rerum & plurimarum suavitate, copia, varietate.
Permulcere pectora dictis. Virg. 5. Æn. 816.
Pertentant tacitum gaudia pectus. Virg. 1. Æn. 506.
Prosequimur studioso pectore tua nomina. Ovid. 2. Fast. 15.
Purgare pectore dictis. Lucret. lib. 6. 23.
Recipere pectus, Recipere animum. Senec. Med. 6.
Reddit arcano sacras Cato pectore voces. Lucan. lib. 2. 285.
Referre aliquid memori pectore. Hor. 2. Serm. 4. 90.
Referre voces pectore. Virg. 5. Æn. 409.
Regnat amor vacuo pectore. Ovid. 1. Amor. 1. 26.
Repetens suspiria sollicito pectore. Ovid. 2. Met. 125.
Roborent pectora cultus recti. Hor. 4. Carm. 4. 34.
Rumpuntur nescia vinci pectora. Virg. 12. Æn. 527.
Rupit vocem pectore. Virg. 3. Æn. 246.
Satiare sua pectora luctu alicujus. Ovid. 6. Met. 281.
Signatum nomen memori pectore. Ovid. 13. Met. 66.
Sum, ut, Esse severi pectoris. Ovid. 18. Epist. 63.
Superbis despecto pectore. Stat. 3. Theb. 334.
Suspirare ab imis pectoribus. Ovid. 2. Met. 655.
Trepidat formidine pectus. Ovid. 2. Met. 66.
Turbare improvida pectore. Virg. 2. Æn. 200.

Turbatum

Turbatum malis. Senec. Med. 6.
Turbatus pectora Æneas. Virg. 8. Æn. 29.
Variat e pectore dubiis curis. Valer. 3. Argon. 17.
Versare consilia pectore. Virg. 1. Æn. 661.
Uri pectore intimo. Catull. in Epithal. Juliæ, 59. 177.
Usta pectora inclusis ignibus. Ovid. 8. Epist. 58.

PECTUSCŬLUM, i. n. dimin. [στήθιον] Hieron. Epist. 22. cap. 13. ad Eustoch.

PECTORĀLIS, e. Adj. Quod ad pectus pertinet. Cels. 8. 1. In exiguo fine pectoralis ossis. Ammian. 14. 9. Pectoralis tunica.

PECTORALE, is. n. [στηθόδεσμον] Genus armaturæ, quod ante pectus ponitur. Plin. lib. 34. cap. 7. Fecit & Sp. Carvilius Jovem, qui est in Capitolio, victis Samnitibus, sacrata lege pugnantibus, a pectoralibus eorum, ocreisque & galeis. Varr. de L. L. 4. 24. De corio crudo pectoralia faciebant.

PECTORŌSUS, a, um. Adj. [πλατύστερνος] Quod est magni & validi pectoris. Columel. lib. 8. cap. 2. de gallinis. Sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus. Plin. lib. 14. cap. 28. Ad hæc pertinet pectorosa cervicis repandæ ostentatio.
Compar. Carm. Priap. 36.
Nemo est feroci pectorosior Marte.

PECU, PECUARIA, PECUARIUS, &c. V. PECUS.

PECULATOR, PECULATUS, PECULIARIS, & PECULIOSUS, V. PECULIUM.

PĔCŪLIUM, i. n. [ἀργυρίδιον, χρημάτιον, πεκούλιον] Peculium, ut ait Festus, servorum, a pecore dictum est, ut Pecunia, patrumfamiliæ. Apud majores omne Patrimonium dicebatur Peculium, quia pecoribus universa eorum substantia constabat. V. Serv. ad Virg. 1. Ecl. 33. Cic. in Parad. 5. An eorum servitus dubia est, qui cupiditate peculii nullam conditionem recusant durissimæ servitutis? Cels. in l. Si chorus D. de legatis 3. scribit Pecuniam sine peculio fragilem esse. i. e. Sine lucro. Cic. 5. Verr. 86. Hic Diognotus, qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit, vicarium nullum habet, nihil omnino peculii. Ulpian. de Peculio, l. Depositi, Peculium dictum est quasi pusilla pecunia, sive pusillum patrimonium. Peculium autem Tubero quidem sic definivit, ut Celsus lib. 6. Digestorum refert, Quod servus domini permissu separatum a rationibus dominicis habet, deducto inde siquid domino debetur. Florentin. in l. Peculium. D. de peculio. Peculium, inquit, & ex eo consistit, quod parcimonia sua quis paravit, vel officio meruit a quolibet sibi donari, idque velut proprium patrimonium servum suum habere quis voluit.
Peculium mulierum, Galli appellant bona, quæ Græcis παράφερνα. V. Ulpian. l. 9. §. 2. de Jur. Dot. & supra PARAPHERNA.
Cura peculi. Hor. de Arte Poet. 330. & Virg. 1. Ecl. 33.
Conficere peculium. V. CONFICIO.
Castrense peculium. V. CASTRUM.
Pecunia absque peculio fragilis, V. in PECUNIA, ad finem & paulo supra.
Peculium etiam vox est obscœna, Membrum virile denotans, apud Petronium cap. 8. aliosque. conf. PECULIATUS.

PECULIŎLUM, i. n. dimin. Quintil. 1. 5. Magnum peculiolum, erunt, qui solœcismum putent.

PĔCŪLIĀRIS, e. Adj. [ἰδιάζων] Quod ad peculium pertinet, vel Quod peculio deputatur, vel Quod peculii proprium est, inquit Vella. Plaut. Asin. 3. 1. 37.
Etiam opilio, qui pascit, mater, alienas oves,
Aliquem habet peculiarem, qui spem soletur suam. Idem prol.
Capt. 19.
Hic postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo
Peculiarem: quia quasi una ætas erat. Idem Merc. 3. 1. 26.
Quin etiam tibi ancillam dabo natam annos sexaginta
Peculiarem. Al. Ovem tibi. conf. Aul. 3. 4. 7. & Lex. Pitisc. vel Voss. Inst. Orat. 4. p. 151.
Peculiare, [δουλικόν] pro Re servili quandoque ponitur. Ulpian. in l. Si quis vinum. ad finem. D. de tritico, vino, oleo legato, Si peculiare vinum legatum sit, id continebitur quod servi habuerunt.
Peculiaris, [ἴδιος] Proprius, specialis, præcipuus, nec cum aliis communis. Suet. Cæs. cap. 76. Præterea monetæ, publicisque vectigalibus peculiares servos præposuit.
Testis peculiaris alicujus. Cic. pro Flacc. 51.
Hoc mihi peculiare fuerit. Cic. 1. Q. frat. 2.
Peculiari invidia naturæ. Plin. lib. 6. cap. 1.
Peculiare edictum. Cic. 5. Verr. 36. Exoritur peculiare edictum repentinum, Nequis frumentum de area tolleret, antequam cum Decumano pactus esset.
Nummi peculiares. Paul. in l. Cum fundus §. 1. D. Si certum petatur.

PECULIARĬTER, Adv. [ἰδίως] Specialiter, præcipue. Plin. lib. 27. cap. 4. Epiphoris peculiariter imponitur. Quasi singulariter, & ejus propria virtus. Quintil. lib. 8. cap. 2. Quod commune est & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur.
Compar. Plin. 36. 20. Hæmatites peculiarius splendet. Sed al. Clarius.
Peculiariter, Ex peculio, vel in peculio. Paul. in l. iij. §. Saltus. D. de acquiren. vel amitt. poss. Nec movere nos debet, quod quædam etiam ignorantes possideamus, Id est quæ servi peculiariter paraverunt.

PECULIARIUS, a, um. Adj. apud JCtos, ut Marcian. l. 18. D. de peculio legato, In eum creditoribus peculiariis actiones non competunt. i. e. Quibus jus in peculium est. V. Bynkershoek. Observ. Jur. Rom. 1. 25.

PECULIĀTUS, a, um. Adj. Peculio instructus. Cic. 10. Fam. 32. Plane bene peculiatus. i. e. Pecunia abundans, nummatus. Nam supra dixerat, Magno pondere auri, majore argenti coacto. Bud. conf. Apul. Met. 10. p. 247. Elmenh.
Alium etiam obscœnum sensum habet. ut in Carm. Priap. 52.
Pulchre pensilibus peculiati. conf. PECULIUM.

PECULIŌSUS, a, um. Adj. Qui peculii multum habet. Plaut. Rud. 1. 2. 24. Peculiosum esse decet servum & improbum, &c.

PECULIO, [ἀφαιρεῖν] āre. Peculium auferre. Plaut. Pers. 2. 2. 10.
Scelus tu pueri es, atque ob istam rem ego aliquid te peculiabo. i. e. Stuprabo, ut vult Gasp. Schopp. conf. Taubm. p. 1132.

PĔCŪLOR, [κλέπτω τὰ κοινά] āri. Furari ea quæ ad Rempub. seu principem pertinent. Peculati Rempub. Flor. 3. 17. 3.

PECULĀTOR, ōris. m. [κλέπτης τῶν κοινῶν] est Qui furtum facit pecuniæ publicæ, auct. Ascon. in 2. Verr. 2. conf. DEPECULATOR. Cic. 3. Off. 73. Neque enim de sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus, hoc loco disserendum est.

PECULATŌRIUS, a, um. Adj. ut, Peculatoriæ oves, aliudve quid: Id enim peculium primum, inquit Varro de L. L. 4. 19. Quæ scil. servis aut filiisfamilias erant in peculio. conf. Taubm. in Plaut. Asin. p. 115.

PECULĀTUS, ūs. m. [κλέμμα τῶν κοινῶν] Pecuniæ publicæ aut principis furtum. Cic. 3. Verr. 11. Erunt etiam fortasse, Judices, qui illum ejus peculatum vel acerrime vindicandum putent: quod iste M. Marcelli, & P. Africani monumenta, quæ nomine illorum, re vera Pop. Romani & erant, & habebantur, ex fanis religiosissimis, ex urbibus sociorum, atque amicorum, non dubitaverit auferre. Ibid. Emerserit ex peculatus etiam judicio. Et alibi, Impudentissimum tuum furtum, certissimumque peculatum.
Ærarii peculatus factus. Sallust. Jugurth. 36.
Peculatus, Furtum publicum dici cœptus est a pecore, quia ab eo, initium ejus fraudis esse cœpit. Siquidem ante æs, aut argentum signatum, ob delicta, pœna gravissima erat duarum ovium, & triginta boum. Eam legem sanxerunt T. Menenius Lanatus & Sestius Capitolinus consules. Quæ pecudes, postquam ære signato uti cœpit Populus Romanus, Tarpeja lege cautum est, ut bos centussibus, ovis decussibus æstimaretur. Hæc Festus. Item, Peculatus est nunc quidem qualecunque publicum furtum: sed inductum est a pecore, ut pecunia quoque ipsa. Jam etiam nunc pecore multabantur, quod neque æris adhuc, neque argenti erat copia: itaque suprema mulcta etiam nunc appellatur. Paulus: Peculatus, Furtum publicum a pecore dictum, sicut & pecunia, eo quod antiqui Romani nihil, præter pecora, habebant. conf. Lex. Pitisc.
Peculatus a principio capitalis Romæ non fuit, & pecuniaria pœna, non capitis diminutione notabatur: id significat Livius lib. 27. (cap. 34. pr.) quum ait, M. Livius erat, multis annis ante ex consulatu populi judicio damnatus: quam ignominiam adeo ægre tulerat, ut & rus migraret, & per multos annos & Urbe & omni cœtu careret hominum. Ex his verbis, non esse M. Livio aqua & igni interdictum, sed, affectum animo graviter ex eo judicio, iratum populo, sua sponte Urbe cessisse, animadverto. Eum autem peculatus nomine esse damnatum, ex eo libello constat, quem nescio quis de Viris illustribus composuit: (cap. 50.) Et apud Liv. lib. 38. (cap. 60.) damnato de peculatu L. Scipione Asiatico, Africani majoris fratre, litis æstimatæ, & carceris, nisi solveret, mentio fit, aquæ vero & ignis interdictio nulla nominatur. Est etiam exemplum M. Camilli, qui urbem Romam obsidione Gallorum liberavit. Hic ob Vejentanam prædam, ut ait Liv. (lib. 5. cap. 32.) a L. Appulejo accusatus, 15 millibus gravis æris damnatus est. abiit autem in exilium ante judicii diem; quia, quum se damnatum iri, de suis tribulibus & clientibus cognovisset, de patria maluit decedere, quam iniquissimam multam populi suffragiis irrogatam exsolvere. Nam damnatis de peculatu, vel quanti esset lis æstimata, solvendum erat, vel in vinculis, donec solverent, miserrime vivendum: quod in Scipionis Asiatici judicio Livius significat. Quod si reus, judicio non exspectato, in exilium voluntarium abiisset; tunc accusationem quidem is, qui cœperat persequebatur; reum tamen absentem non alia, quam pecuniaria pœna populus condemnabat: eamque pecuniam solvere, si rediret, damnatus cogebatur, aut, si solvendo non esset, in carcerem ire. Hoc de crimine lex nulla nominatur: sed ante M. Æmilium Lepidum C. Flaminium Coss. quo anno superior Africanus a duobus Petiliis tribunis pl. est accusatus, judicem senatum fuisse Livius lib. 38. (cap. 54.) significat. Me tamen idem Livius in dubitationem adducit, senatusne, an populus ante eos consules, quos nominavi, de peculatu quæsierit. scribit enim duobus libris 27. (l. c.) & 29. (cap. 37.) M. Livium Salinatorem, post priorem consulatum a populo esse condemnatum. Eam porro damnationem peculatus nomine fuisse, jam ostendimus. Sed videlicet existimare possumus, quovis de crimine, si tribunus pl. aliquis esset accusator, populum judicare potuisse: ne gravis auctor T. Livius, damnetur inconstantiæ. Post Africani, ejusque fratris Asiatici accusationem, Prætor cum judicum consilio de iis, qui peculatus arguerentur, quæstionem exercuit. Id opinor lege ab aliquo magistrato lata institutum. Alioqui, quod senatus universi munus erat, ad Prætorem, certumque judicum numerum, senatu negligente, translatum, vix putarim. Lege postea Julia capitalis peculatus factus est: quod Jurisconsulti declarant. Peculatus pœna, inquit Ulpianus (l. 3. Peculat.) ad legem Juliam peculatus, D. Aquæ & ignis interdictionem continet: in quam hodie successit deportatio; porro, qui in eum statum deducitur, sicut omnia pristina jura, ita & bona amittit. Lege autem peculatus tenebatur, si quis pecuniam publicam surripuisset, vel, ut surriperetur curasset: si quis in aurum, argentumve, aut æs publicum quid indidisset, vel immiscuisset, fecissetque dolo malo, quo id pejus fieret. Hæc apud Venulejum scripta sunt. [immo ipsum Ulp. l. 1. Lege Julia. ejusd. tit.] Quod autem additur, (a Venulej. l. 8. Qui tabulam. tit. ejusd.) eadem Julia lege obstrictos fuisse, qui æs, in quo leges incisæ erant, refixisset, vel quid immutasset, aut in publicis tabulis delevisset, induxissetve; hæc ego non ad peculatum, sed ad majestatem retulerim. Quod si pretio commissum id fuisset: ne sic quidem peculatus mihi videtur, sed damnati potius majestatis, & corruptus & corruptor. Quædam enim incerta crimina in majestate conferebantur: neque aliud crimen patebat latius: atque etiam, quod in lege Julia Peculatus ait Ulpianus (l. 1. d. l.) scriptum fuisse, ne quis ex pecunia sacra religiosaque auferret, intercideret, in rem suam verteret, non peculatum magis, quam sacrilegium, fuisse existimaverim. Hæc præterea sunt in crimine peculatus: si quis imperator pecuniam ex præda captam penes se privatim retinuisset, eamque nec in triumpho tulisset, nec in ærarium retulisset. Pœna peculatus vel pecuniaria fuit, vel capitalis; nam qui prædam ab hostibus captam surripuerat, in quadruplum damnabatur: ceteris autem aqua & igni interdicebatur: postea irrogata est alia lege deportatio, abrogata interdictionis pœna. Et quoniam, ut repetundæ, ita peculatus publicum furtum fuit; propterea, ut in repetundis, sic in peculatu æstimationes fiebant litium, contraque hæredes, ut scripsit Papinianus (l. ult. Publica jud. D.) ad legem Juliam peculatus, actio dabatur. Peculatum tamen, quod ante quinquennium esset admissum, objici non oportuit, si Venulejo credimus. (l. 7. Peculat. tit. ejusd. D.) Hæc ex Paul. Manut. de Legib. Roman.
Peculatum facere in aliquem. Plaut. Cist. 1. 1. 74.

Reus

Reus peculatus. Auctor de Viris illust. cap. 50.
Accusari peculatus. Auctor ad Heren. lib. 1. 12.
Damnari peculatus. Cic. pro Flacc. 43.
PĔCŪNIA, æ. f. [ἀργύριον, χρήματα] notæ significationis.
Pecunia, dicta est a pecore, sive a pecu: quia omnis pecuniæ, pecus fuit fundamentum, ut ait Varr. 2. de R. R. cap. 1. conf. Cic. de Rep. apud Non. 1. 204. Columel. lib. 6. in Præfat. In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi, eademque quæstuosissima, propter quod nomina quoque & pecuniæ, & peculii, tracta videntur a pecore, quoniam id solum veteres possederunt, & adhuc apud quasdam gentes unum hoc usurpatur divitiarum genus. Plin. lib. 33. cap. 3. Servius rex primus signavit æs. Antea rudi usos Romæ Timæus tradit. Signatum est nota pecudum, unde & pecunia appellata. conf. PECUNIOSUS.
Pecuniæ verbum, non solum numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omnino pecuniam, hoc est omnia corpora. Nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo est quin approbet. Hæc Ulpian in l. Pecuniæ. D. de verb. & rer. signific. Idem sentit Hermogenianus, ibidem, l. Pecuniæ. Cic. 2. de Legib. 48. Ad quos ejusdem morte pecunia venerit. Ibid. 49. Si major pars pecuniæ legata est. Hic pro eo accipitur quod vulgo *bona mobilia* vocant, teste Bud.
Effectrix multarum & magnarum voluptatum pecunia. Cic. 2. de Fin. 55.
Regina pecunia. Hor. 1. Epist. 6. 37.
Abstinens pecuniæ. Hor. 4. Carm. 9. 38.
Accipiter pecuniarum. V. ACCIPITER.
Nervi belli, pecunia. V. NERVUS.
Vias pecuniæ muniunt Græci, & omnia pecuniæ causa faciunt. Cic. 1. Q. frat. 1. 12.
Superbus pecunia. Hor. Epod. 4. 5.
Adesa. V. ADEDO.
Adventitia. V. ADVENIO.
Adulteratæ. Firmic. lib. 4. cap. 12.
Amplissimæ pecuniæ dominus. Cic. pro Rosc. Amer. 23.
Conductæ. Juven. 11. Sat. 46.
Frumentaria. Papin. in l. Ideo. D. de compensat. Ideo condemnatus, quod arctiorem annonam ædilitatis tempore præbuit, frumentariæ pecuniæ debitor non videbitur.
Funesta. Juven. 1. Sat. 113. i. e. Multis exitiosa, & quæ multos perdidit. Et apud Cic. Philipp. 2.
Grandem pecuniam debebat. Salluft. Catil. 50.
Immanes pecuniæ. V. IMMANIS.
Ingens. V. INGENS.
Insperatæ repentinæque. V. INSPERANS.
Magnam pecuniam amiserat. Sallust. Jugorth. 102.
Majoris pecuniæ res. i. e. Majoris pretii & æstimationis. Hermogenianus in l. Rei majoris. D. de except. præscrip. & præjudiciis.
Marita. V. MARITUS.
Modica. V. MODUS.
Obscæna. Juven. 6. Sat. 298.
Prima peregrinos obscæna pecunia mores
Intulit. i. e. Quæ multis causa est obscænæ vitæ. Schol. Obscæna pecunia, Quia ore obscæno fiunt. [Sed pertinet ea glossa, ut monuit Schurtzfl. potius ad v. 301. Obscænam vero pecuniam, Diram intelligit, & malorum causam ac nuntiatricem. V. in OBSCENUS de hac vocis significatione.
Parva. V. PARVUS.
Plena & præclara. Cic. pro Rosc. Amer. 6.
Privata. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Repetundarum pecuniarum reus. Salluft. Catil. 18. V. in REPETO.
Signata. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Usuraria. Ulpian. in l. Quum alter. D. de compensat. Quum alter alteri pecuniam sine usuris, alter usurariam debet. Et lege sequente, Si invicem sit usuraria pecunia.
De Pecunia Ærosa, Attributa, Publica, & Vectigali, V. Lex. Pitisc.
Abstinere pecunia, & pecuniis. V. ABSTINEO.
Abundans pecunia. V. ABUNDO.
Accipere pecuniam. V. ACCIPIO.
Æstimare pecunia. V. ÆSTIMO.
Annumerare pecuniam alicui. Cic. 1. Verr. 66.
Anquirere pecunia. V. ANQUIRO.
Attributæ. V. ATTRIBUO.
Avertere pecuniam. V. AVERTO.
Aversa pecunia publica. V. AVERTO.
Auferre pecuniam de ærario. V. AUFERO.
Auctos pecunia. V. AUGEO.
Capere pecuniam. V. CAPIO.
Circumdare gratiam immensam & pecuniam innumeram alicui. Tacit. 14. Ann. 53.
Circumventus innocens pecunia. V. CIRCUMVENIO.
Coacervare, vel congerere pecuniam. Cic. Philip. 5. 12.
Cogere pecuniam. V. COGO.
Coacta. V. COGO.
Collecta. Hor. 1. Epist. 10. 47.
Collocare pecuniam. V. COLLOCO.
Conciliare. V. CONCILIO.
Conciliare aliquem alteri pecunia. V. CONCILIO.
Condonare aliquem pecunia. V. CONDONO.
Conferre pecuniam. V. CONFERO.
Conferre pecuniam ad statuam. V. AD præpositionem.
Conficere. V. CONFICIO.
Conficere pecuniam de vectigalibus. Cic. 2. de Lege Agr. 33.
Conflatus pecunia testis. Quintil. lib. 5. cap. 7. Sive odio conflatos testes, sive invidia, sive gratia, sive pecunia videri volumus.
Conjicere pecuniam in ædificium. V. CONJICIO.
Construere & coacervare. Cic. 2. Agr. 14. V. CONSTRUO.
Convertere pecuniam ad commodum suum. V. CONVERTO.
Corrogata pecunia ad necessarios usus. V. CORROGO.
Corrumpere pecunia. V. CORRUMPO.
Corrumpi pecunia. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Credere pecuniam. V. CREDO.
Crescit alta pecunia. Ovid. 2. Amor. 2. 39. al. Crescunt curta peculia.

Curare alicui pecuniam. V. CURO.
Curare nomine alterius nobis pecuniam. Cic. 5. Fam. 20.
Debere alicui pecuniam. V. DEBEO.
Decernere pecuniam. V. DECERNO.
Dilapidare. Cic. ad Octav. V. DILAPIDO.
Dissipare pecuniam. Cic. Ego acceptam ex ærario pecuniam tuo nomine frustra dissiparim.
Dare pecuniam. Cic. 7. Verr. 118.
Ducens ad se cuncta pecunia. Hor. 4. Carm. 9. 38.
Effundere pecuniam. Cic. contra Rull. 1. 15.
Erogare pecuniam. Cic. 1. Q. frat. 1. 21.
Exæquat omnium dignitatem pecunia. Cic. 4. Att. 14.
Exigere, capere, & imperare pecunias. Cic. in Pison. 38.
Facere pecuniam. V. FACIO.
Fundata pecunia villis. Hor. 1. Epist. 16. 46.
Illudere pecuniæ. Tacit. 2. Hist. 94.
Impendere pecuniam in res vanas. V. IMPENDO.
Imperare pecuniam. V. IMPERO.
Incubare pecuniæ. V. INCUBO.
Inducere pecuniam & rationem. V. INDUCO.
Inductum pecunia aliquid facere. V. INDUCO.
Invadere in alienam pecuniam nullo jure. Cic. pro Rosc. Amer 6. V. INVADO.
Invenire pecuniam bono modo. V. INVENIO.
Judicatus pecuniæ. V. JUDICO.
Mercari præsenti pecunia. V. MERCOR.
Multare pecunia. V. MULTA.
Numerare pecuniam. V. NUMERUS.
Obsignare. V. OBSIGNO.
Occupare alicui pecuniam fœnore. V. OCCUPO.
Oppugnare aliquem pecunia. V. OPPUGNO.
Parta legibus, non contra leges pecunia. Cic. 2. de Fin. 55.
Periit pecunia. V. PEREO.
Perscribere pecuniam. V. PERSCRIBO.
Peto certam creditam pecuniam ex stipulatione. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Polliceri pecuniam aliquam militibus in singulos. Cic. 5. Philipp. 54.
Properare pecuniam indigno hæredi. Hor. 3. Carm. 24. 61.
Quærenda vel cum periculo pecunia. Cic. 2. de Fin. 55.
Redigere pecuniam ex bonis alterius. Cic. 1. Verr. 56.
Repræsentare pecuniam ab aliquo. Cic. 12. Att. 25. Reliquæ pecuniæ vel usuram filio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repræsentabimus. V. REPRÆSENTO.
Sequitur crescentem cura pecuniam. Hor. 3. Carm. 16. 61.
Strangulat plures congesta pecunia. Juven. 10. Sat. 12.
Sumere mutuas pecunias. V. MUTUUM.
Venire ad maximas pecunias paucis annis. Cic. 2. de Orat. 269.
Elegans est de Viribus pecuniæ poematium Petronii. cap. 137.
Pecunia sacrificium fieri dicebatur, quum fruges fructusque offerebantur, quia ex his rebus constat; quam nunc pecuniam dicimus. Paul.
Pecunia absque peculio fragilis. Refertur hoc proverbium Pandect. lib. 32. Tit. de leg. & fideicom. l. Si chorus. Admonet autem ne totam substantiam uni credamus navi, ne nihil supersit unde damnum sarciatur, si navis interierit. Si libebit alio deflectere, poterit accommodari ad eum, qui non omnia consilia sua communicat amicis: aut qui felicitatis summam non ponit in rebus extrariis, sed in animi bonis, ut illis casu perditis, habeat quo confugiat. Erasm. conf. in PECULIUM.
PECUNIA, Dea Augustin. Pecunia dicta est dea, quæ dat pecuniam. Menander,
Ego utiles vero deos esse arbitror
Nostros, & Argentum & Aurum maxime.
Istos quidem, si dedices tua in domo,
Quicquid voles, roges, tibi omnia aderunt,
Ager, domus, servique & argyromata,
Testes, amici, judices, tantum dato. Arnob. lib. adv. gent.
Quis ad extremum deam Pecuniam esse credat, quam, velut maximum numen vestræ indicant litteræ donare aureos annulos, loca in ludis, atque in spectaculis priora, honorum suggestus summos? Ex Gyrald. Syntagm. 1. q. V.
PECUNIALIS, e. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 1. 5. Quæstus pecunialis.
PECUNĬARIUS, a, um. Adj. [χρηματικός] Quod ad pecuniam pertinet. Cic. pro Cluent. 120. Neminem voluerunt majores nostri, non modo non existimatione cujusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse judicem, nisi qui inter adversarios convenisset. Idem ad Brut. 18. Nodus est inopia rei pecuniariæ.
Causæ pecuniariæ. Ulp. in l. 1. §. 1. D. de calumniat.
Condemnatio pecuniaria. Paul. in l. Miles. D. de re judicata.
Lis pecuniaria. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Nomen pecuniarium, i. e. Debitum pecuniarium. Paul. in l. Si convenerit. D. de pignorat. act.
Pœna pecuniaria mulctari. Ulpian. in l. 1. §. His igitur. D. de postulando.
Quantitas pecuniaria. Cajus in l. Liberum. D. de relig. & sumpt. funer.
PECUNIARIE, Adv. Ulpian. in l. 10. §. 2. D. de compensationibus, Quoties ex maleficio oritur actio (ut puta ex causa furtiva, ceterorumque maleficiorum) si de ea re pecuniarie agatur, compensatio locum habet.
PECUNIARIS, e. Adj. ut, Damnatio pecuniaris. Macer lege 10. extr. Dig. de Pœnis.
PECUNIARITER, Adv. l. ult. Dig. de priv. delict. Pecuniariter agere.
PECUNIŌSUS, a, um. Adj. [πολυχρήματος] quasi Pecuniæ plenus & dives. Pecuniosa, a pecunia magna, inquit Varr. de Ling. Lat. lib. 4. 17. Pecuniosorum & locupletum proprietatem, inquit Non. 1. 204. aperuit M. Tull. de Repub. lib. 2. a pecore pecuniosos, & a possessionibus locorum locupletes appellatos afferens, multæque dictione ovium & boum: quod tunc erat res in pecore, & locorum possessionibus, ex quo pecuniosi, & locupletes vocabantur. Cic. 7. Verr. 16. Mirari quod Apollonius, homo pecuniosus, tam diu ab isto maneat integer. Idem in Parad. 6. Pecuniosos reos. Et pro Cluent. Pecuniosa mulier.
Pecuniosus, a pecorum copia. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Pecuniosus & Tenuis, contraria. Cic. 1. de Invent. 35. In fortuna quæritur, servus sit an liber, pecuniosus an tenuis, &c.
Copiis rei familiaris locuples & pecuniosus. Cic. pro Rosc. Com. 44.

Artes pecuniosæ, Lucrosæ. Martial. lib. 5. 56.
Artes discere vult pecuniosas?
Pecuniosus damnari non potest. Cic. 2. Verr. 21. Ait hoc omnium sermone percrebuisse, non apud Romanos tantum, verum etiam apud ceteras nationes, in judiciis illorum temporum, pecuniosum, quamvis sit nocens, neminem posse damnari. Huic affine est quod reperitur apud Sallust. Jug. 8. Romæ esse venalia omnia.
Compar. Mamert. Paneg. Jul. cap. 20. Tanto vir quisque melior, quo pecuniosior habetur. Suet. Aug. cap. 25. Viris feminisque pecuniosioribus indictum.
Superl. Pecuniosissimus. Cic. 2. Verr. 35. Pecuniosissimus Syracusanorum. conf. & 7. 24.
PECUS, ŭdis. f. [[illegible], [illegible], [illegible]] Omne animal quod sub imperio, pabulo terræ pascitur, ut sunt boves, asini, equi, cameli, oves capræ, auctore Valla.
Pecudes, Antiqui a Pede appellarunt, ut ab eodem Pedicam, Pedisequum, &c. Varr. lib. 4. de Ling. Lat. 19. conf. Isid. 12. 1. &, qui hæc explodit, Voss. in Etymol. qui ex Gr. [illegible], vel [illegible] arcessit.
Pecus, dicitur aliquando fuisse masc. generis, quia Ennius dixit Pecudi marito.
De Quadrupedibus potissimum dicitur. Cic. 7. Att. 7. Quid ergo, inquis, acturus es? Idem quod pecudes, quæ dispulsæ sui generis sequuntur greges. Ut bos armenta, sic ego bonos viros.
De bubus. Varr. lib. 2. de R. R. cap. 5. Qui gregem armentorum emere vult, observare debet primum, ut sint hæ pecudes ætate potius ad fructus faciendos integræ, quam jam expertæ. Columel. lib. 2. cap. 2. Plus enim queunt pecudes collo & pectore conari, quam cornibus.
De sue. Cic. 2. de Nat. Deor. 160. Qua pecude nihil genuit natura fecundius.
Pecudes elephantes vocat Plin. Qui cum elephanto, inquit, congressus, gemino ictu pecudem exanimavit. [Si modo hæc Plinii sunt.
Pecus, pro Ove. Plin. lib. 8. cap. 7. Ipsius animalis (de elephanto loquitur) tanta narratur clementia contra minus valida, ut in grege pecudum occurrentia, manu dimoveat, ne quid obterat imprudens. Cic. 2. de Fin. 40. Contraque, ut tardam aliquam & languidam pecudem, ad pastum, & procreandi voluptatem, sic hoc divinum animal ortum esse voluerunt. [Hic videtur de quovis animali dictum.
Aurea pecus. Tacit. 13. Ann. 1. Adeo ut G. Cæsar pecudem auream eum appellare solitus sit. De Junio Silano.
Barbigeræ pecudes, Capræ. Lucret. lib. 5. 898.
Densæ. Stat. 5. Theb. 349.
Gravidæ bis. Virg. 2. Georg. 150.
Lætæ. Virg. 1. Georg. 423.
Lanigeræ. Virg. 3. Æn. 642.
Nigræ. Tibull. lib. 3. 5. 33.
Pronæ. de Mulabus Gallicis. Claud. Epigr. 1. 20.
Sagittiferam pecudem, Histricem vocat Claudian. de histrice, 48.
Antecedit pecudibus, ceterisque bestiis, hominis natura. Cic. 1. Off. 105.
Cogere pecudes, V. COGO.
Siccare distentas pecudes. Lucan. lib. 4. 314.
Spondere balantem sacello pecudem. Juven. 13. Sat. 232.
Pecus fera, ad differentiam Domesticæ pecudis, Lucret. lib. 1. 14.
Inde feræ pecudes persultant pabula læta. Colum lib. 9. cap. 1.
Feræ pecudes, ut capreoli damæque.
Pecudes, non solum quadrupedes, sed etiam alia animalia dicere possumus, inquit Non. 6. 65. Virg. 4. Georg. 327. de apibus,
— & pecudum custodia solers.
De piscibus, Lucret. lib. 2. 343.
Præterea genus humanum, mutæque natantes,
Squamigeræ pecudes. conf. Luctat. ad Stat. 1. Theb.
Expertes rationis. Cic. 2. Off. 3.
Hominem per translationem Pecudem vocat Cic. in Pison. 19. Consilio istius pecudis uti volebam. Et Hor. 1. Epist. 19. 19.
O imitatores servum pecus. V. Imitator, in IMITOR.
Impurissimæ & intemperatissimæ pecudis sordes. Cic. in Pison. 72.
Pecus, pro Infante nondum in lucem edito. V. Artuatim, in dictione ARTUS.
Pecuda etiam neutro genere, pl. Sisen. lib. 4. Historiar. Jumenta & pecuda locis trepidare compluribus. Cic. lib. 4. de Repub. Quum adhibent in pecuda pastores. Non. 2. 691. V. dict. seq.
PECU, n. indecl. in sing. In plur. Pecua, uum, ŭbus; antique. Plaut. Rud. 4. 3. 5.
Non vides me referre uvidum rete, sine squamoso pecu? Idem Bacch. 5. 2. 4. — pastor harum
Dormit, quum hæ eunt sic a pecu balitantes. Al. Pacitantes.
Item Merc. 3. 1. 11.
Nec pecua ruri pascere, neque pueros nutricare, &c.
Pecubus balantibus. Lucret. 6. 113.
Pecua, idem quod Pecora. Plin. lib. 8. cap. 43. de asino, Ipsum animal frigoris maxime impatiens: ideo non generatur in Ponto: nec æquinoctio verno, ut cetera pecua, admittitur, sed solstitio. Varr. de R. R. lib. 2. cap. 1. pr. Et homines & pecua quum semper fuisse sit necesse, &c. Serv. in illud Virg. 3. Georg. 64.
— mitte in venerem pecuaria primus. Pecuaria, inquit, ab eo quod est pecuara venit. Nam Pecua, ut ait in Pompejana Cic. ab eo quod est Peco venit; ut a Geno, Genue. Fest. lib. 14. Pecuum Cato dixit genitivum pluralem, ab eo quod est Pecu. Pecuium Perott. Non. Marcell. 2. 691. Pecua, inquit, & Pecuda, ita ut Pecora veteres dixerunt. Vide quæ illic adducit loca. Liv. 26. 34. Pecua captiva, præter equos & mancipia, &c. restituenda. Idem 35. 21. In agris passim inundatis pecua ablata. Charis. lib. 1. Sunt quædam nomina tantum monoptota, quæ pluralibus casibus naturalem declinationem admittunt, & appellantur heteroclita, ut genu, tonitru, cornu, pecu. conf. Priscian. lib. 6.
PECUS, ŏris. n. Idem quod Pecus, ŭdis. Estque usus frequentioris.
Pecus ab eo, quod perpascat, a quo pecora universa, quod in pecore pecunia tum consistebat pastoribus. Varr. de Ling. Lat. lib. 4. 19. [Leg. A quo Pecunia a. q. t. p. tum consistebant.
Pecus, pro Multitudine pecorum sive pecudum. Virg. 3. Ecl. 1.
Dic mihi, Damœta, cujum pecus? an Melibœi? Idem 3. Æn. 221.
Caprigenumque pecus nullo custode per herbas.
Pecus, pro Ove aliquando proprie ponitur. Plin. lib. 8. cap. 48. Est & in Hispania, sed maxime Corsica, non maxime absimile pecori genus musmonum, caprino villo quam pecoris velleri propius. Quintil. in Apibus pauperis, Cur in usum vestium sæpe pecori lanæ detrahuntur? conf. tot. cap. 47. & 48.
Pecus interdum de omni animali, quod humana lingua & effigie caret, dicitur. Virg. 4. Georg. 327.
Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent. conf. PECUS, ŭdis.
Aquatile pecus. V. AQUA.
Volatile pecus. Columel. lib. 8. cap. 3.
Pecus, de bobus. Columel. lib. 2. cap. 2. Sulcum autem ducere longiorem quam pedum centum viginti, contrarium pecori est: quoniam plus æquo fatigatur.
Dives pecore. Hor. Epod. 15. 19.
Balatus pecorum. Virg. 3. Georg. 554.
Custos pecoris. Stat. 9. Theb. 508.
Deus pecoris, Pan. Ovid. 2. Fast. 271.
Dives nivei pecoris. Virg. 2. Ecl. 20.
Domus pecorum. Stat. 1. Theb. 367.
Greges pecorum. Ovid. 11. Met. 276.
Magister pecoris. Virg. 3. Ecl. 101.
Possessor pecoris. Stat. 4. Silv. 6. 102.
Corpulentum. V. CORPUS.
Caprigenum. Virg. 3. Æn. 221. V. supra.
Efferum. Senec. Hippol. 2. 7.
Equinum. Columel. lib. 6. cap. 27. Summam sedulitatem & largam satietatem desiderat equinum pecus. Virg. 3. Georg. 72.
Nec non & pecori est idem delectus equino.
Felix. Virg. 1. Ecl. 75.
Fetum. Virg. 3. Ecl. 83.
Formosum. Virg. 5. Ecl. 44.
Generosum. Virg. 3. Georg. 75.
Immensum. Claud. 2. in Eutrop. 427.
Incurvicervicum pecus. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Iners. Virg. 4. Æn. 158.
Infirmum. Ovid. in Ibin, 42.
Lætum. Hor. Epod. 2. 45.
Lanigerum. Ovid. 1. Fast. 384.
Molle. Virg. 3. Georg. 299.
Montivagum. Senec. Herc. OEth. 2. 7.
Mutum & turpe. Hor. 1. Serm. 3. 100.
Operarium. V. OPUS.
Oviaricum. V. Oviaricus, in OVIS.
Pavidum. Ovid. 2. de Arte Am. 148.
Placidum. Ovid. 15. Met. 116.
Pingue. Hor. 2. Serm. 6. 14.
Segne. Stat. 8. Theb. 576.
Semianimum. Stat. 2. Theb. 83.
Stolidum. Valer. 6. Argon. 537.
Truncum. Stat. 5. Theb. 333.
Vagum. Hor. 3. Carm. 13. 12.
Abigere pecus. V. ABIGO.
Cædere armentorum, reliquique pecoris greges. Cic. 3. Philip. 31.
Cogere pecus. Virg. 3. Ecl. 20.
Depascuntur a pecore agri publici. Cic. 2. de Orat. 284.
Imprimere signum pecori. Virg. 1. Georg. 263.
Insuescere pecus amurca. V. INSUESCO.
Legere ducem pecori. Virg. 3. Georg. 125.
Numerare pecus pauperis est. Ovid. 13. Met. 824.
PECŎRINUS, a, um. Adj. [[illegible]] Quod est pecoris: ut, Pecorina caro.
PECORŌSUS, a, um. aliud Adj. [[illegible]] Abundans pecore. ut, Palatia pecorosa. Propert. lib. 4. 10. 3.
Phyllus pecorosa. Stat. 4. Theb. 45.
Ver pecorosum. Stat. 10. Theb. 229.
PECUARĬUS, a, um. Adj. Ad pecus pertinens. Onomast. Vet. Pecorarius, [illegible].
PECUĀLIS, e. Adj. Idem. Sedul. lib. 1. 146.
Edidit humanas animal pecuale loquelas. Fortunat. de Vita Martini, 2. 146.
Et mihi præda jacet pecuali capta ministro.
PECUĀRIUS, a, um. Adj. [[illegible]] Quod ad pecus pertinet. Plaut. Truc. 1. 2. 45.
Male vertit res pecuaria mihi apud vos, &c. Varr. in præfat. lib. 3. R. R. Qua de re pecuaria breviter ac summatim percurram. Cic. pro Quint. 12. Erat ei pecuaria res ampla, & rustica sane bene culta & fructuosa. i. e. Multa armenta multosque greges habebat.
Canis pecuarius, Qui pecora vel pecudes custodit a luporum voracitate & injuria. Columel. lib. 7. cap. 12. Pecuarius canis neque tam strigosus aut pernix esse debet, quam qui damas, cervosque, & velocissima sectantur animalia.
Magisterium pecuarium. Apul. Met. 10. p. 253. Elmenh.
Quæstio pecuaria. Varr. de R. R. lib. 2. cap. 2. in ipso statim initio.
PECUARIUS, i. m. [[illegible]] Qui pecorum curam habet, vel Qui pecuarias habet alitque. Cic. pro Dejot. 27. Ut non solum Tetrarcha nobilis, sed optimus paterfamilias, & diligentissimus agricola, & pecuarius haberetur. Idem 4. Verr. 17. Quapropter de istius Prætura Siciliensi non recuso quin ita me audiatis: ut si cuiquam generi hominum, sive Siculorum, sive nostrorum civium, sive cuiquam ordini, sive aratorum, sive pecuariorum, sive mercatorum probatus sit, &c. Ibid. 4. 17. Postulo mihi respondeat, qui sit iste Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius. Liv. 10. 23. extr. Et ab Ædilibus plebejis, L. Ælio Pæto, & C. Fulvio Curvo ex multatitia item pecunia, quam exegerunt, pecuariis damnatis, ludi facti. conf. Isidor. 15. 17. & Burm. Diss. de Vectig. cap. 9. vel Lex. Pitisc.
Pecuarii, Mancipes, qui pascua publica redimunt: quorum ratio Scriptura dicitur. Ascon. in 1. Verr. 33. Al. Pecorarii mendose.
PECUARIA, orum. n. pl. [[illegible]] dicuntur ab eo quod est Pecuare, & per

& per apocopen, Pecuar: nam Pecua,ut ait Cic. in Pompejana ab eo quod est Pecu, venit, ut a Genu Genua: & significat Pecorum multitudinem. Auctor Serv. in illud 3. Georg. 64.

— mitte in Venerem pecuaria primus. Perf. 3. Sat. 9.

Finditur, Arcadiæ pecuaria rudere dicas. h. e. Asinos, qui nascuntur in Arcadia maximi. Auctor ad Herenn. lib. 4. 46. Nam quum canes funguntur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? Al. Pecua. Plin. lib. 8. cap. 9. Quapropter arcent eos coitu, feminarumque pecuaria separant, quæ haud alio modo quam armentorum habent. Culta pecuaria. Stat. 3. Silv. 3. 93.

Et Lacedæmonii pecuaria culta Galesi. h. e. Oves Tarentinæ, quorum lana erat pretiosissima.

Primigenia. Varro de R. R. lib. 2. cap. 2. in ipso pæne initio.

Pecuaria, Loca in quibus pecora nutriuntur, id est pascua. Cic. de Clar. Orat. 85. Nam quum in silva Scantia (Al. Sila) ita facta cædes esset, notique homines interfecti, insimularetorque familia, partim etiam liberi societatis ejus, quæ pecuaria de P. Cornelio, L. Mummio censs. redemisset, &c. A Censoribus enim publicani vectigalia redimebant seu conducebant. [Sed in MSS. plerisque Picarias legitur, unde Corradus Pecuarias, adjuvantibus quibusdam codd. restituit. Posses etiam Piscarias legi. Alii Picarias retinent & de Picis officinis exponunt. Quibus ut assentiar primum eo argumento adducor, quod etiam Picariæ inter publica vectigalia, quæ a Censoribus redimi consueverant, ab Ulp. memorantur l. 17. Inter publ. de verb signif. Deinde, quod Sila silva in Bruttiis fuit, in primis picis proventu, cujus multiplex usus, cum in re navali, tum in vinis condendis apud veteres fuit, nobilis. Quanquam eadem silva etiam pascuis abundabat. V. Plin. 16. 11. Strab. lib. 6. Colum. 12. 18. extr. & ex junioribus Reines. Var. lect. 2. 8. p. 182.

PECUARIA, æ. f. [κτηνοτροφία] Scientia parandi ac pascendi pecoris, ut fructus ex eo capiatur: quæ & Res pecuaria dicitur. Varr. lib. 3. de R. R. cap 1. Tres libros institui, a queis duo scripsi. Primum ad Fundaniam uxorem de Agricultura: secundum de Pecuaria ad Turanium Nigrum.

Pecuariam facere. Suet. Cæs. cap. 42.

Pecuaria, Locus in quo pecorum greges consistunt & pascuntur. Varr. 2. de R. R cap. 1. Cujus nobiles pecuariæ in Bruttiis habentur Ibid. in præf. Quod eo facilius faciam, quod, & ipse pecuaria habui grandes, in Appulia oviarias, & in Reatino equarias. conf. Corrad. l. c.

PECUASCO, ĕre. legitur in decreto finium regundorum, PECVASCERE GENVATES VETVRIOSQVE LICEAT.

PECUĀTUS, a, um. Adj. Vet. Onomast. ἀργυρῶδες. Fulgent in Moral. p. 53.

PECUĀLIS, e. Adj. Mart. Capell. 7. Non minus sensus, quam nominis pecudalis.

PECUĪNUS, a, um Adj. Apul. Met. 8. p. 215. Elmenh. Pecuinis ossibus catenatum flagrum.

P E D

PEDA, V. PES.

PEDÆUS, fuit Antenoris filius nothus, teste Homer. lib. Iliad. 5.

PEDAGIUM, Gotthica vox, sicut & Guidagium, quibus Italici interpretes juris sæpe utuntur, maxime in cap. Innovamus. extra de Censib. & cap. Extra. extra de verb. signif. Tributum est, & vectigal. Vulgo *Peagium* [Cangius a verbo Gall. *Payer* arcessit. Fortassis potius a Pedibus dictum, quod pro transitu solveretur ab his, qui pedibus iter faciunt.

PEDALIA, Urbs Ciliciæ ad oram Syriæ. Plin. lib. 5. cap. 27.

PEDALII, Pontifices apud Indos, qui in precibus quas faciunt ad deos, nihil præter justitiam postulant, quasi nulla alia re egeant mortales bis in terris Alex. ab Alex lib. 4 cap. 17.

PEDALIUM, [Πηδάλιον] Promontorium est non procul a Cypro. Strab. lib 4. Deinde promontorium Pedalium, cui collis altus & asper imminet, mensæ cujusdam figuram præbens, Veneri sacer. Al. mendose Pedasium legunt [Sed ne hanc quidem lectionem Strabonem reliquisse contendunt viri docti, certatimque Meursii conjecturæ applaudunt, qui Idalium, Ἰδάλιον legit. Cypr. 1. 12. Quis enim sibi persuadeat geographum in accurata insulæ descriptione tam celebris loci mentionem sicco pede transiturum fuisse? Pedalii alterius promontorii Cariæ meminit Mela 1. 16.

PĔDALION, i. n. [πηδάλιον] Herba, quæ & Sanguinalis. Apul. de Herb cap. 18. Forte quod foliola ejus πηδάλια, i. e. Gubernaculi formam habeant.

PEDALIS, PEDAMEN. V. PES.

PEDĀNA, [Πεδάνα] Regio est non procul a Roma, dicta ab oppido Pedo, quod olim fuit, nunc non est, ut ait Porphyr. in illud Hor. 1. Epist. 4 2.

Quid nunc te dicam facere in regione Pedana? [conf. Cruquii Scholiast. Apud Stephanum quidem, Πεδα, πόλις Λατίνων. τὸ ἐθνικὸν, Πεδανός. Sed verum nomen oppidi fuit Pedum, ut ex Liv. 8. 39. apparet, qui ejus & Pedanorum sæpius meminit. conf. Plin. 3. 5. s. 9.

PEDANEUS, PEDARIUS. V. PES.

PĒDĂSUS, [Πήδασος] Unus ex equis Achillis, ut tradit Homer. Iliad. 16. 152 quem præ ceteris egregium, tanquam equorum Immortalium comitem, habebat. Siquidem hunc Podagre, Inter equas rapidissima, quum in verno prato pasceret ad Oceanum, ex Zephyro genuit. Eoque ventos, unde originem traxerat, cursu, & quasi volatu, æquabat.

Fuit & quidam hoc nomine, Bucolionis maximi filiorum Laomedontis filius. teste Homer lib. 6. Iliad. 20.

PEDATIM, PEDATIO, PEDATUM, PEDACORDUM. V. PES.

PĔDĒMA, ătis. n. [πήδημα] Genus saltationis Laconicæ, in qua pedes in orbem ad nates torquebantur, de qua Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως. Juven. 11 Sat. 173.

Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem. Sic legit Brodæus Miscell. 5. 26. Alia exemplaria habent Pytismate, quod probat Turn. Advers. 24 18. Al Pedemmate. Patteum ite legit Moret. Var. Lect. 10. 6 Pytalismate, Jul Cæs Scal Poet 1 22 extr. Puppysmate, Flav 4. Conject. cent. 1. Pyrrismata, Alciat. Parerg. Jur. 6 Pygismate, Lips Epist Quæst. 4. 5. [Plures insuper, post Grangæum, hujus loci interpretationes adducit in recensione ejusdem Sat. Schurzfleischius. quibus junge Is. Voss. ad Catull. p. 59.

Omnino a sententia veteris Schol. non recesserim, qui Pytismate legit, Divitisque periphrasin esse docet: nisi quod durius Orbem pro Pavimento positum putat, quum potius Mensam intellexisse poeta videatur, ut v. 122. ejusd. Sat. & 1. 137. passimque alias. conf. Hard. ad Plin. 13. 15. Ex marmora videlicet Laconico viridi, quod pretiosissimum prædicat Plin. 36. 7. Nisi fortassis gemmam annularem intelligit Laconici smaragdi, de qua Plin. 37. 5. conf. Juvenal. Sat. 1. 68. Quod item video Grangæo olim placuisse.

PEDEPRESSIM, PEDES, PEDESTER, PEDETENTIM, PEDICA, PEDICINUS, PEDICULUS, PEDIOLUS, PEDISEQUUS, PEDITATUS, &c. V. PES.

PĔDIĀNUS. Q. Asconius Pedianus, Patavinus, cujus scripta de auctore testimonium faciunt, vir doctus, paulo post Ciceronem, in quem & commentationem scripsit, vixisse fertur. Meminit Plin. lib 7. cap. 48.

PEDIASĪMOS, i. m. [πεδιάσιμος] Genus myrrhæ Diosc. 1. 69.

PEDICULI, Populi in Italia, Appulis & Salentinis contermini. Plin. lib 3. cap. 5. Pediculorum agrum, & oppida vide apud eundem lib 3. cap. 11.

PĔDĪDŌSUS, a, um. Adj. Titina. apud Fest. Pedidosus, squalidus. Rectius Pædidosus a Pædore. V. ibi Scalig & Dacer.

PĔDĪLON, [πέδιλον] Talare calceamentum varium. Homer lib 2. Iliad. 44.

Ποσσὶ δ' ὑπὸ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα. Quam dictionem Eobanus vertit Sandalia, Andreas autem Divus, Calceamenta.

PĔDIUS, Nomen Ro gentile, nec ignobile in historia.

Q. Pedius, C. Cæsaris in Gallia legatus. Cæs. 2 Bell. Gall. 2. seq.

Q. Pedius, Q. F. sororis Cæsaris Dictatoris nepos, ejusque bonorum ex quadrante hæres, cohæres Augusti Cæsaris. Suet Cæs. 83 In consulatu auctor Legis Pediæ latæ contra Cæsaris interfectores. Suet. Ner. 3. Galb. 3.

Q. Pedius, pictor mutus, Q. Pedii Consularis triumphalisque filius fuit. Plin lib. 35. cap. 4.

Pedius Blæsus, senatu motus sub Nerone ob violatum ab eo thesaurum Æsculapii. V. Tacit. 14. Ann. 18. pr. Senatui restitutus ab Othone. Idem 1. Hist. 77.

PEDIUS, a, um. Adj. ut Lex Pedia, de qua in superiore dict.

PĔDO, ōnis. m. [Πέδων] C. Pedo Albinovanus dictus, inter eos poetas relatus est a veteribus, qui epigrammata & jocos scripserunt. Temporibus Augusti floruit & Neronis, præcipue amicus fuit Ovidio, qui ei decimam Elegiam inscripsit lib. 4. de Pont. Eundem & Sidereum vocat, vel propter ingenii excellentiam, vel quia fortasse de sideribus descriptam aliquid habuit: sic enim ait lib. ejusd. Eleg. 16. 6.

Iliacusque Macer, sidereusque Pedo.

Pedo alius, Causidicus, de quo Juven. 7. Sat. 129.

Sic Pedo conturbat, &c.

PĒDO, pĕpēdi, [πέρδω, βδέω] ĕre. Crepitum ventris emittere. Hor. 1. Serm. 8. 46.

Nam displosa sonat quantum vesica pepedi. Martial. lib. 12. 78.

Æthon in Capitolio pepedit. Idem 10. 14.

Nil aliud video, quo te credamus amicum,

Quam quod me coram pedere, Crispe, soles.

PEDO, are. PEDULES, PEDUM, V. PES.

PEDULIA, quæ dicimus, πέδιλα Græcos appellare manifestum est, inquit Festus. πέδιλον, Talare, aut calceamentum varium significat. V. supra s. l. Pedulia legit cum Voss. Dacer.

PEDUM, PEDUNCULARIA, PEDUNCULUS, PEDUSCULUS, V. PES.

PEDYLI, [Πεδύλοι] sunt Populi cavum Alpium incolentes, una cum Cavaris, Vocontiis, Tricoriis, Iconiis, & Allobrogum portione, integrum Delphinatum, nostram patriam, statuentes. V. Strab. lib. 4. [In MSS. Μεδοῦλλοι, vel Μεδύλλοι, qui sunt Medulli Plin. 3. 20.

P E G

PEGE, V. PAGE.

PEGANUM, [πήγανον] Herba est Diosc. lib. 3. quam Latini Rutam appellant. conf. Apul. de Herb. cap. 89. & 115.

PEGASE, PEGASEIOS, PEGASICUS, V. PAGASE.

PEGĂSUS, i. m. [Πήγασος] Equus alatus, ἀπὸ τῆς πηγῆς, id est a fonte, quod juxta Pegas, id est fontes Oceani natus sit, ubi Gorgones habitant. Hunc Hyginus in præf. & Fab. 151. & P. A. 2. 18. & alii complures, Neptuni & Medusæ filium dixere, qui in cælum avolavit, ibique inter sidera constitutus est, Arcticum circulum spectans, pedibus æstivo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangens, & Aquarii manum dextram cervici suæ adjungens. Alii ex Medusæ sanguine (quam Perseus interemit) natum astruunt. Hic volavit in Helicona, ubi saxum ungula feriens, fontem aperuit, qui ex eo Hippocrene, id est Fons equinus est appellatus. Alias Caballinus. Sed hic apud Pyrenen fontem Corinthium captus est, ut ait Strabo. Hoc equo usus est Bellerophontes, in expeditione contra Chimæram. V. Natal. Com. Mythol. 7. 11. & 9. 4. De imagine ejus in nummis, V. Spanh. de Usu & præst. Num. diss. 5. p. 273. sq.

Translate, pro Cursore. Cic. pro Quint. 80. O hominem fortunatum, qui ejusmodi nuntios, seu potius pegasos habeat!

Pegaso velocior. Hyperbole proverbialis de prævelocibus. Nata ex fabula de equo alato. Usus est Pindarus Olimpion. 9. 35. Erasm

Pegasus, etiam dicebatur Instrumentum in domibus, super quo tanquam jumento, vestes & similia tenerentur suspensa, a Pegaso poetico traductione nominis excogitata.

PEGĂSĒUS, a, um. Adj. [Πηγάσειος] ut, Gradus Pegaseus. i. e. Celerrimus Senec. Troade, 185.

Volatu Pegaseo ferri. Catull in Camerinum, 53. 25.

PEGĂSĒIUS, a, um. aliud Adj. [Πηγασήϊος] Pers. in prol. 14.

Cantare credas Pegaseium melos.

PEGĂSIS, ĭdos. f. [Πηγασίς] patronym. fem. loco gentilis. Festus, Pegasides, Musæ dictæ sunt, a fonte, quem Pegasus icto ungulæ fingitur aperuisse: ob quam causam a Græcis appellatæ sunt Hippocrenæ. Ovid. 15. Epist 27.

At mihi Pegasides blandissima carmina dictant.

Item Pegasides, a fonte, qui Gr. πηγὴ dicitur, Nymphæ, quæ & Naiades. Ovid 5. Epist. 3.

Pegasis OEnone, Phrygiis celeberrima silvis.

PEGASUS, Nomen viri. Virg. 11. Æn. 670.

Pegasus, Jurisconsultus & urbis præfectus sub Vespasiano. Juven. 4. Sat. 77.

Pegasus attonitæ positus modo villicus Urbi.

Pegasus & Pusio Coss. a quibus Pegasianum s. c. nomen habuit, habitum Vespasiani temporibus in exemplum legis Falcidiæ. Nam quod efficit lex Fal. in legatis, eadem in fideicommissis fere a. c. Pegasianum faciebat. V. Justinian. lib. 2. Instit. Civilium. tit. 23. de fideicom. §. 5.

PEGA, es. vel **PEGÆ**, pl. f. [Πηγαὶ] Fons erat prope montem Arganthonum, in quem Hylas cecidit. Apollonius lib. 1. 1221.

Αἶψα δ' ὅγε κρήνην μετεκίαθεν, ἣν καλέουσι
Πηγὰς ἀγχίγυοι περιναιέται. Hinc apud Propert. emendandus est locus, 1. 20. 33. ubi legitur,

Hic erat Arganthi Phlegræ sub vertice montis. Phlegra enim illis in locis nusquam audita est, ac proinde Pege legendum censet Turnebus, 21. 15. quem sequitur Broekhus. Significat autem Fontem. De aliis Pegis V. Steph.

PEGMA, ătis. n. [πῆγμα] quod Confixum Latine dicitur, Græcum est, ἀπὸ τοῦ πήγνυμι, quod est Pango & exstruo: est Machina lignea, mobilis, ad varias rerum species conversione rotarum exhibendas, cujus usus præcipuus fuit in scæna. Pegmatis formam Seneca his verbis describit, Epist. 88. His annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia, & alias exinopinato voluptates, aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut iis quæ distabant sua sponte coeuntibus, aut his quæ eminebant paulatim in se residentibus. Josephus lib. 7. de Bello Judaico, Maxime autem stupor erat machinarum, quæ portabantur, sive pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine viribus portantium occurrentes, timebant. Multa in tertium nidum, quartumque surgebant, & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat. In illis machinis simulacrum belli repræsentatum fuisse significat, ut alii fugere, alii capi viderentur: & per singula pegmata dux captæ urbis agebatur, ita ut captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant gladiatores, a Suet. Calig. cap. 26. Pegmares vocantur. Festus scribit [ubi?] Pegmata esse aut ære, aut marmore Ornamenta, quæ utplurimum in atriis, quandoque in porticibus aulisque affigunt, majorum, aliorumque fortium virorum gesta certius quam pictura ostendentia. Cic. 4. Att. 8. Nihil venustius quam illa tua pegmata, postquam misisti, libros illustrarunt valde. Pegmata, inquit Paulus Manutius, i. e. Lignei cancelli, in quibus libros tuos soles disponere: quales mihi Dionysius & Menophilus tui faciundos curarunt. Vel, Pegmata, Conglutinationes quibus te uti solitum in libris compaginandis Dionysius & Menophilus ajebant. Martial. lib. 8. 34.

Hac fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum. Phædr. 5. 7. 7.
Dum pegma rapitur, concidit casu gravi. conf. ibi Burmann.
V. plura in Lips. de Amphitheatro cap. 22. Jos. Scalig. ad 5. Manilii p. 400. Voss. Lex. Etymol. vel Lex. Pitisc.

PEGMĀRIS, e. Adj. ut, Pegmares gladiatores. i. e. In pegmate exhibiti. Suet. Calig. supra cit. conf. Lips. Saturn. p. 95.

PEGUSA, Promontorium quod alluit Indus flumen maximum, de quo Plin. lib. 5. cap. 28.

P E J

PĒJĔRO, [ἐπιορκέω, ἐπόμνυμι] āre. ex Perjuro, abjecta r & ū longa in ĕ brevem mutata. Juramentum infringere, & id, quod verbis ac juramento concipitur, non facere. Cic. 3. Off. 188. Non enim falsum jurare, pejerare est: sed quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere perjurium est. Idem pro Rabir. Post. 36. Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea, etiam si per plures deos juret, non oportet. Catull. de Struma, 50. 3.

Per Consulatum pejerat Vatinius.

Pejerare de. Martial. lib. 7. 19.

Nec erubescit pejerare de turdo,
Et ostreorum rapere lividos cirros.

PEJERANS, antis. Partic. apud Lactant.

PEJERĀTUS, a, um. Partic. Hor. 2. Carm. 8. 1.

Ulla si juris tibi pejerati
Pœna, Barine, nocuisset unquam.

PEJERATIO, ōnis. f. Salvian. 4. de Gubern. Dei p. 77. ed. Brem. Hic cum maximi sacramenti sit dejeratio, necesse est maximi sit reatus & pejeratio.

PEJURO, āre. etiam dicimus, quod Perjurus probat & Perjurium. q. V.

PEJORO, are. & **PEJOR**, oris. V. MALUS.

PEISO, Noricus lacus, ad Istrum, non procul a desertis Boiorum. Plin. lib. 3. cap. 24.

PEIUM, [Πήιον] Castellum Tolistobojorum, qui sunt populi Bithyniæ finitimi, & Phrygiæ ejus, quæ Epictetus dicitur. In Peio Dejotarus rex suos thesauros habuisse dicitur. Strabo lib. 12.

P E L

PELA, Insula est in sinu Asiatico, Drimusæ & Sidusæ contermina. Plin. lib. 5. cap. 31.

PĔLĂGUS, i. m. & n. [πέλαγος] Profundum maris significat. Unde etiam pro ipso Mari frequentius sumitur. Valer. Flacc. lib. 1. 169.

— pelagum quantos aperimus in usus. Heins. Pelagus.
Plin. lib. 10. cap. 32. In reliquis partibus est quidem altius pelagus.
Puto apud Virgil. est,

Quum pelagus tenuere rates. ubi pro ipso Profundo puto, aut certe Altum tenuere. H. St. Virg. 5. Æn. 8.

Ut pelagus tenuere rates, nec jam amplius ulla
Occurrit tellus: cælum undique & undique pontus.

Furor pelagi. Lucan. lib. 2. 199.
Gemitus ingens pelagi. Virg. 3. Æn. 555.
Minæ pelagi. Virg. 6. Æn. 113.
Quies pelagi. Stat. 2. Silv. 2. 26.
Rector pelagi, Neptunus. Ovid. 4. Met. 797.
Sonora pelagi. Lucret. lib. 5. 36. al. Severa. V. infra PELAGE.
Cadens pelagus. Stat. 5. Theb. 708.
Immite pelagus. V. IMMITIS.
Languidum pelagus nigro gurgite. Seneca Herc. fur. 7.
Sonans pelagus. Virg. 1. Æn. 250.
Tempestatibus pelagi actus. Virg. 3. Æn. 708.
Committere ratem truci pelago. Hor. 1. Carm. 3. 11.
Decurrere aperto pelago. Virg. 5. Æn. 212.
Desævit hiems pelago. Virg. 4. Æn. 52.

Dat vela patenti pelago volans. Virg. 2. Georg. 41.
Errare pelago. Virg. 3. Æn. 204.
Eversum pelagus infimo solo. Senec. Agam. 6.
Fervet dubium pelagus. Senec. Med. 10.
Fervet æstu pelagus. Cic. 3. de Orat. 155. Ex poeta.
Premit mare arva pelago. Virg. 1. Æn. 250.
Retundit pelagus Boreas. Lucan. lib. 5. 601.

PELAGE, πέλαγε, nominat. plur. Græcus a πέλαγος, Idem significat quod Maria. Lucret. lib. 5. 36.

— quid denique obesset
Propter Atlantæum litus, pelageque severa,
Quo neque noster adit quisquam, nec Barbarus audet? Al.
Pelagique. Sic lib. 6. 619.
At pelage multa, & late substrata videmus. In Gloss. Gr. Lat.
πέλαγος, Equor, Pelagus. Singulariter tantum Pelagus declinabitur.

PELAGĬCUS, a, um. Adj. [πελαγικὸς] Quod in alto mari vivit, sive Quod est ex mari. ut Pisces pelagici. Columel. lib. 8. cap. 17. Ceteri autem saxatiles, aut pelagici, satis ex his, sed ex recentibus melius pascuntur.

PELAGIUS, a, um. aliud Adj. [πελάγιος] Idem. Varro 3. de R. R. cap. 3. Sic nostra ætas, inquam, luxuria propagavit leporaria, ac piscinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piscium revocavit. conf. Columel. 8. 16. Sic Plin. lib. 3. cap. 6. Ideo pelagia parva & rara sunt.
Pelagiæ conchæ altius mersæ, quam ut penetrent radii. scil. Solis. Idem 9. 35. Sunt eæ, quæ Athenæo dicuntur ἐμβύθιοι.
Ostrea pelagia. Plin. 32. 6.
Volucres pelagiæ. Petron. cap. 109.

PELAGIA, æ. f. [πελαγία] Piscis qui & Purpura vocitatur: a quo & Succus ejus Pelagium dicitur: sicut Succus buccini dicitur Buccinum. Plin. lib. 9. cap. 37. pr. Purpuræ nomine alio Pelagiæ vocantur.

PELAGIUM, i. n. Genus purpuræ. Plin. 9. 38. Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit, Pelagio admodum alligatur, &c. de ipso colore.

PĒLĂMIS, ĭdis. f. [πηλαμὶς] Genus piscis, cui etiam Thynno nomen est. Juven. 7. Sat. 120.

— siccus petasunculus, & vas
Pelamidum. Plin. lib. 9. cap. 15. Thynni mares sub ventre non habent pinnam. Intrant e magno mari Pontum verno tempore gregatim: nec alibi fetificant: cordilla appellatur partus, qui fetas redeuntes in mare Autumno comitatur. Limosæ vero a luto Pelamides incipiunt vocari: & quum annuum excessere tempus, Thynni.

PĔLĂNUS, i. [πέλανος] Placentæ, seu libi genus, quod Jovi offerri solebat. Is sic conficiebatur: farri, id est flori farinæ, guttam, seu lacrimam turis & gummi admiscebant, Id excoctum & in placentam redactum Jovi cum obolo offerebant. Pausanias in Arcad. p. 237. Wech.

PELARGICI Nomi, V. PELARGUS.

PELARGUS, i. m. [πελαργὸς] Ciconia. Inde Pelargici nomi, πελαργικοὶ νόμοι, dicti, quasi Ciconiariæ leges, quibus liberi parentes alere jubentur. Id quod in jure quoque cautum est. V. Aristoph. in Avib. Ideo in sceptris regiis antiqui ciconiam sculpere solebant in summo, in infimo autem hippopotamum animal improbissimum: significare volentes justitiæ obnoxiam esse violentiam, cujus justitiæ symbolum est ciconia, quæ parentes senio confectos alere, humerisque gestare in volatu creditur. V. Plura in CICONIA.

PĔLASGIA, [Πελασγία] Regio Græciæ, circa extremam partem Macedoniæ, versus Achaiam, olim Thessalia dicta, inter duo maria, Ægeum & Ionium, platani folio similis, propter angulosos recessus. Auctor Plin. lib. 4. cap. 4. A qua,

PĔLASGI, [Πελασγοὶ] Populi quasi Pelargi, id est ciconiæ: quoniam errabundi ritu ciconiarum per multas nationes iverunt. Vel Pelasgi, a Pelasgo Jovis filio. V. Plin. lib. 5. cap. 31. Pelasgi, inquit Strabo, lib. 5. populi sunt Græciæ vetustissimi, olim Thessali appellati. Hi, ut idem ex Hesiodo refert, ex Arcadia originem duxerunt. Hos quippe divino e Lycaone natos exstitisse ait, quem Pelasgus procreavit. Æschylus autem in Danaidibus, eorum genus ex Argis Mycenarum exstitisse prodidit. Peloponnesum enim & Pelasgiam vocitatam fuisse testis est Ephorus. Euripides quoque in Archelao, Danaum illum 50. filiarum genitorem, Argos venientem, Inachi urbem habitasse commemorat. Quique antea Pelasgi nominabantur, ut Danai dehinc vocarentur, lege Græca sanxisse. Plerique & gentes Epiroticas appellavere Pelasgicas. Heroum quoque nominibus posteriores permultos Pelasgos nuncupantes ab illis frequentia gentibus indidere vocabula. Nam & Lesbon appellavere Pelasgiam, & habitantibus Troadem Cilicibus, finitimos Pelasgos nuncupavit Homerus. Argos quoque Pelasgicum Thessalia dicitur, inter eruptiones Penei & Thermopylas, usque ad montanum Pindi tractum. Jovem quoque Dodonæum ipse poeta Iliad. 16. Pelasgicum nominat.

PELASGUS, a, um. Adj. ut. Pubes Pelasga. Virg. 9. Æn. 154.
Classis Pelasga. Ovid. 13. Met. 268.
Gens Pelasga. Ovid. 12. Met. 7.

PELASGIAS, ădis. f. [Πελασγιὰς] patronym. pro gentili, vel adjectivo; ut, Urbes Pelasgiades. Ovid. 9. Epist. 3.

PELASGICUS, a, um. Adj. [Πελασγικὸς] ut Pelasgicus Sinus, *Le golphe de Volo.*

PELASGIS, [Πελασγὶς] Plin. lib. 4. cap. 5. Regio est Arcadiæ undique a mari remota, quæ initio Drymodis dicebatur. Dicta quoque est Pelasgis Arcadia, ut annotat Hermolaus in Plinii castigationibus, a Pelasgo rege magno & sapiente viro: scilicet quia vitæ cultioris eis auctor fuisset, & victum ex stirpibus herbarum arborumque frondibus, transtulisset ad glandem, maximeque fagineam.

PELES, ēs. f. [Πέλης] Insula ad Petram Herculis. Plin. lib. 32. cap. 2. Nec illa in novissimis mira, amaros esse pisces ad Peleu insulam, & ad Clazomenas.

PĔLĔCĪNUS, i. m. [πελεκῖνος] Herba, quæ & Securidaca. Plin. lib. 25. cap. 12. Pelecinum in segetibus diximus nasci, fruticosam, foliis ciceris. V. Ruell. lib. 3. cap. 66. & Plin. 18. 17.

PELECYNON, i. n. Horologii species. Vitruv. 9. 9. A forma securis quæ Græcis πέλεκυς. V. Baldi Lex. Vitruv. p. 80.

PELENARIA, Civitas in Troglodytico sinu ex Africæ latere, non procul a Pindis. Plin. lib. 6. cap. 29.

PELETHRONIA, æ. f. Herba, Centauria major. Apul. de Herb. cap. 34.

PĔLETHRŌNIUM, [Πελεθρόνιον] Oppidum est Thessaliæ, ubi primum doman-

domandorum equorum repertus est usus. Auctor Servius explicans illum Virgilii locum 3. Georg. 115.

Frena Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere. conf. al. interpp. & Steph.

PELETHRONIUS, a, um. Adj. [Πελεθρόνιος] Pelethronii dicti sunt Lapithæ, a loco qui subjectus est Pelio monti, ab eo quod medicamentorum magna vis ibi nascatur quæ Græci glossematici ἔθρα vocant. V. præced. dict.

PELEUS, ei. m. disyllabum, [Πηλεύς] Æaci regis filius, maritus Thetidis & pater Achillis. De quo Ovid. plura 11. Met. 267. & 350. &c.
Æmonius Peleus. Tibull. lib. 1. 5. 45.
Optimus hasta Peleus. Valer. 1. Argon. 143.

PELIDES, æ. m. [Πηλείδης] patronym. Sic a Peleo patre dictus est Achilles. Ovid. 8 Epist. 83.

Pelides utinam vitasset Apollinis arcus.

Fortis Pelides. Virg. 5. Æn. 808. Idem 12 Æn. 350.

PELIAS, ădis. f. [Πηλιάς] Patronym. pro Adj. ut, Pelias hasta, Qua Achilles utebatur. Ovid. 3. Epist. 126. [Nisi a Pelio monte q. V.

PELĒIUS, a, um. Adj. [Πηλήϊος] Sil. 13. 803.

Jamque Ithacum corde æquantem Peleia facta.

PĔLIAS, æ. m. [Πελίας] Filius Neptuni ex Tyro nympha filia Salmonei regis, frater Nelei, quem ex Thessalia expulit. Valer. 1. Argon. 22.

Æmoniam primis Pelias frenabat ab annis.

Atrox Pelias. Valer. 1. Argon. 700.
Superbus Pelias. Valer. 1. Argon. 161.
Laves Peliam Proverbialiter dictum apparet, ubi quis salutem pollicitus, adfert exitium: aut ubi quis prodesse conatus, Ingens addit malum. Ductum a notissima Peliæ fabula, quem dum filiæ e Medea persuasæ student ad juventam revocare, lebete ferventi impositum occiderunt. Non intempestiviter etiam dicetur, ubi quis falsa spe ductus inanem sumit operam. V. Ovid. Met. 7. 298. & de Rem. Amor. 48. & Senec. Medea 133. & 666.
Alius, vir Trojanus ab Ulysse vulneratus. V. Virg. 2. Æn. 435.

PĔLĬCĀNUS, i. rectius PELĔCAN, ānis. m. [πελεκάν] Avis Ægyptia, nascitur in solitudinibus, maxime Nili fluminis. Duo sunt pelicanorum genera: unum volatile, alterum aquaticum. Hæ aves tanquam colaphis rostrorum dicuntur occidere parvulos suos, eosdemque in nido occisos a se lugere per triduum. Postremo dicunt matrem seipsam graviter vulnerare, & sanguinem suum super filios fundere, quo illi superfusi reviviscunt. Hieronymus in illud Psalmi centesimi, Similis factus sum Pelicano solitudinis: Pelicanorum, inquit, duo genera dicuntur esse. Unum in aquis est, & esca ejus pisces sunt: & unum in solitodine, & esca ejus venenata animalia, hoc est serpentes, & crocodili, & lacertæ. Dicuntur autem ista volatilia Latine Onocrotali. Idem ad Præsidium de cereo paschali: Pelicani quum a serpente filios occisos, mortuos inveniunt, lugent: & se, & sua latera percutiunt: & sanguine excusso ad corpora mortuorum sic reviviscunt. V. Fabrum in Psalmos, & Arist. de animalibus, in dictione Pelecanes & Platea.
Pelicanum, item appellant Chirurgi, Organum quo dentes extrahuntur. Gesner. Quasi quod Pelecanis collo inflexo simile esset.

PELINAS, V. PELEUS.

PĒLIGNI, [Πελιγνοί] Populi Italiæ, Marsis finitimi, quorum metropolis erat Sulmo. Pelignorum enim est urbs, ex qua Ovidius duxit originem, sicut ipse testatur 3. Amor. 15. 8.

Pelignæ gentis gloria dicar ego. Perottus Pelignum, oppidum est Sabinorum Marsis vicinum, in cujus agro pessima oriuntur vina. Martial. lib 13. 121.

Massica Peligni mittunt turbata coloni, &c. Peligni ex Illyrius profecti sunt ductu Volsinii regis, cui cognomen Lucullo fuit, & partem Italiæ occuparunt. Ei duo nepotes fuerunt, Pacinus, a quo Pacinates; & Pelicus, a quo Peligni. Hæc ex Paulo.
Acer Pelignus. Nomin. sing. Sil. lib. 8. 512.
Aquosi Peligni. Ovid. 2. Amor. 1. 1.
Salubres. Ovid. 2. Amor. 16. 37.

PELIGNUS, a, um. Adj. [Πελιγνός] ut, Prœla Peligna. Martial. lib. 1. 27.

Arva pererrantur Peligna liquentibus undis. Ovid. 2. Amor. 16. 5.

Frigora Peligna. Hor. 3. Carm. 19. 7.
Rus Pelignum. Ovid. 2. Amor. 16. 1.

PĒLION, i. n. [Πήλιον] Mons Thessaliæ versus Orientem Solem, ut scribit Herodotus lib. 7. Hujus meminit Lucan. lib. 6. 336. & Ovid. 5. Fast. 381.

Pelion Æmoniæ mons est obversus in Austros,
Summa virent pinu: cetera quercus habet.

Altus Pelion. Virg. 3. Georg 94.
Ingens Pelion. Stat. 1. Achil. 151.

PELIUS, a, um. Adj. [Πηλιωτικός] Cic. pro Cœl. 18.

Utinam ne in nemore Pelio, &c. ex Ennii Medea. V. Marot.

PĒLĬĂCUS, a, um. aliud Adj. [Πηλιακός] ut, Apex Peliacus. Ovid. 1. Fast. 308.
Cuspis Peliaca, Hasta Achillis, quæ ex monte Pelio excisa fuit. Ovid. 12. Met. 74. V. seq. dict.
Juga Peliaca. Stat. 1. Achil. 321.
Vertex Peliacus. Ovid. 2. Amor. 11. 2.
Umbræ Peliacæ. Valer. 1. Argon. 95. Umbræ, propter silvam. al. Undæ.

PELIAS, ădis. f. patronym. [Πηλιάς] Ovid. 12. Epist. 8.

Phryxeam petiit Pelias arbor ovem. Pelias arbor. i. e. Argo navis, cujus lignum in Pelio monte natum, & in Magnetide regione, proxima Thessaliæ, fabricatum. [Sic forte & Pelias hasta. V. in PELEUS. conf. Steph.

PELLA, [Πέλλα] Civitas est regia Macedoniæ, cujus situm accurate describit Liv. lib. 44. extr. Fuit in litore maris Ægei, ut ostendit Herodotus lib. 7. Eam Pomponius Mela 2. 3. scribit illustratam maxime alumnis Philippo & Alexandro ejus filio. Nam in ea Alexander natus dicitur, unde & Pellæus juvenis dictus est. Juven. 10. Sat. 168.

Unus Pellæo juveni non sufficit orbis. Lucan. lib. 10. 20.
Illic Pellæi proles vesana Philippi.

Fuit Pella, civitas exigua, ut idem poeta docet lib. 10. 52.

Exiguæ secum fuit provincia Pellæ. Pella nomen retinet, ut scribit Olivarius in Melam.

Pella, Colonia. Plin. lib. 4. cap. 10.

PELLÆUS, a, um. Adj [Πελλαῖος] ut, Diadema Pellæum. Lucan. lib. 5. 60.
Pellæi gens fortunata Canopi. Virg. 4. Georg. 287.

Gula Pellæa, apud Martialem, pro Deliciis Macedonicis lib. 13. 85.
V. & PELLA supra.

PELLACIA, V. PELLICIO.

PELLACONTAS, Fluvius in Media ad oram Arabiæ, quod Buram oppidum præterfluit. Plin lib. 6. cap. 26.

PELLÆUS, Pagus est intimi sinus Persici, cui hoc nomen a sua patria dedisse Alexandrum magnum Plinius lib. 6. cap. 27. commemorat.

PELLAON, ōnis, m. Adriatici seu Veneti sinus oppidum. Plin. lib. 3. cap. 19. Istriæ annumerat Pallieium & Pellaonem.

PELLAX, V. PELLICIO.

PELLĒNĒ, ēs. f. [Πελλήνη] Oppidum, teste Strab. lib. 8. Achaiæ, quod e mari LX stadia distat: a quo Pellenei, populi.
Pellene, vicus Straboni: a quo Pellenicæ, chlænæ vestes, ad agonae victoribus præmia proponebantur.
Pellenæa vestis. Proverbium usurpari solitum ubi priscum cultum notamus. In ea enim civitate diversæ vestimentorum formæ fieri consueverunt, attestante Suida. Et Julius Pollux lib. 7. c. 67. prodidit lenas Pellenicas olim nobiles fuisse, adeo ut in Junonis ludis ac certaminibus victori lacerna Pellenica præmii vice daretur. Lepidius erit si per ironiam adhibeatur, veluti si cui pro laboriosis ac diutinis officiis vile munusculum missum sit, dicamus Pellenicam vestem contigisse. Erasmus.

PELLEX, ĭcis. f. [παλλακὴ, παλλακὶς] Paulus l. 144 D de Verborum & rerum signific. Pellicem, inquit, Masurius scribit libro Memorialium, apud antiquos eam habitam, quæ quum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat: quam nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari. Granius Flavius in lib. de Jure Papiriano scribit, Pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo cui uxor sit, corpus misceat: quosdam eam, quæ uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Græci παλλακὴν vocant. Horum utrumque (inquit Valla) vere sensisse, & dixisse arbitror. Sed tamen pro suscepti operis officio, admonere debeo, Pellicem apud oratores & poetas, eam demum haberi, quæ cum eo cui uxor est, corpus miscet. Ideoque Juno semper persequitur pellices, quæ sibi uxori Jovem præriperent. Unde Plin. lib. 35. cap. 10. verbo Græco maluit uti (quum de Alexandro loqueretur, quem constat eo tempore cælibem fuisse, quum Apellem scorto donavit) quam veteri (si verbum est) Latino: pallace potius, quam pellice. Quo fit ut Curtium, ubi de eodem Alexandro, & aliis loqueretur, ceterosque scriptores opiner pallacen potius, quam pellicem, pro concubina cælibis hominis dixisse. Suet. de Vespasiano loquens, cap. 21. Pallacarum dixit, non Pellicum. Sin aliter invenitur, librariorum vitio dandum est. Cujus rei hoc argumentum est, quod non recte quis dicitur habere pellicem, sed uxor. Et est nomen relativum ad alterius uxorem, cujus cum viro rem habet, non autem ad masculum: nec recte dicturos fuisse reor oratores illos qui pallacen dixerunt, si pellicem dixissent, ut patet. Hactenus Valla lib. 6. Cic in Orat. pro Cluent. Ab hac indole jam illa matura, Uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. Verba hæc leguntur pro Cluentio, 199.
Pellex, ut nonnullis placet, a Pellicio deducitur, quod est Blandiendo decipio: quia blandiendo virum ab uxore seducit. Gellius a Græco derivari vult; ait enim lib. 4. cap. 3. Pellex autem quasi πάλλαξ, id est quasi παλλακὶς, ut pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum est. V. Freinshem. Indic. Curt. & Voss. Etymol.
Pellices (inquit Festus lib. 14.) nunc quidem appellantur alienis succumbentes, non solum feminæ, sed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem nominabant, quæ uxorem habenti nubebat: cui generi mulierum etiam pœna constituta est a Numa Pompilio hac lege, Pellex aram Junonis ne tangito. Si tanget, Junoni crinibus demissis agnum feminam cædito. Ovid. 9. Epist. 130.

Nomine deposito pellicis, uxor erit.

Matris pellex filia. Sallust. in Cic. 2.
Natus de pellice. Ovid. 4. Met. 422.
Cubiculorum omnium pellex de mare. Cic. in Salust. 21. Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter, omnis ordinis turpitudo, &c.
Horrida pellex. Juvenal. 2. Sat. 57.

Horrida quale facit residens in codice pellex. i. e. Inculta.

Hor. 3. Carm. 27. 65. —dominæque tradi
Barbaræ pellex.

PELLICĀTUS, ūs. m. Actus quem pellex exercet. Cic. 2. Off 25. Ab ea enim est ipse, propter pellicatus suspicionem interfectus. Idem pro Cluent. 13. Sed nefarium matris, pellicatum ferre non posset.
Ni filia pellicatum matris prodidisset. Justin. 7. 4. 8.

PELLĬCEO, ui, [ὑπάγω] ēre. vix legitur: tamen apud Columellam pro Blanditiis impetrare positum videtur, nisi locus corruptus est, quum ait in præf. lib. 12. de Villica loquens, Sed domi sedentes confectas vestes fastidio habeant, perversasque cupidine pretiosiores alias a viris pelliceant, &c. [Pelliciant eodd emendati.

PELLICIO, exi, ectum, [ὑπάγω, ἀπατάω, ὑπαγόμενος, δελεάζω] ĕre. Blandiendo decipere, inducere, adducere. Ter. Phorm. 1. 2. 18. Is senem per epistolam pellexit.
Pellicio, pro Perlicio, ex Per & Lacio componitur, mutatis r in l, & a in i Festus; Lacit, Decipit, inducit. Lax, lacis vero, Fraus est. V. PELLICIO.
In fraudem pellicere. Lucret. lib. 5. 1003.
Mulierem imbecilli consilii ad sese pellicere. Cic. pro Flacco 72.
Majorem partem sententiarum sale tuo, & lepore, & politissimis facetiis pellexisti. Cic. 1. de Orat. 243.
Pellicere, per translationem de rebus inanimis. Lucret. lib. 6. 999.

— & omnis
Causa patefiet, quæ ferri pelliciat vim. De magnete lapide.

Pellicere item dicuntur veneficæ, cum aliquid excantationibus suis aliunde ad se trahunt. Lex XII Tab. apud Serv. ad Virg. 8. Ecl 99. Neve alienam segetem pellexeris. Plin. lib. 18. cap. 6. Ceu fruges alienas pellicere veneficiis.

PELLAX, ācis. com. [ἀπαγωγὸς] Qui per blanditias decipit, ut Servius exponit illud Virg. 2. Æn. 90. —invidia postquam pellacis Ulyssi
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris.

PELLĀCIA, æ. f. [ἀπαγωγὴ] Fallacia. Lucret. lib. 2. 559.

Subdola quom ridet placidi pellacia Ponti. Virg 4. Georg. 443.
Verum ubi nulla fugam reperit pellacia. De Proteo. Al. Fallacia.

Item Incontinentia, concubinatus. Arnob. 4. p. 147. Per omnes libidinum

dinnm formas incestarum cupiditatum circumegisse pellaciam. Idem 5. p. 171. Jovialis monumenta pellaciæ.

Pellicātor, ōris. m. [[illegible]] inquit Paolus, Qui ad fraudem pellicit. [Forte Pellector, vel Pelliculator. Festus reliquerat.

Pellicolatio, ōnis. f. Pelliculationem Cato a pelliciendo dixit. Paulus & Fest. V. in PELLIS.

Pellion, i. n. Herbæ genus. alias Victoriola vel Daphnitis. Apul. de Herb. cap. 58.

Pellis, is. f. [δέρμα, δέῤῥις, δορὰ, ῥινὸς] dicitur quum est e carne separata, quæ Cutis antea dicebatur. Juven. 10. Sat. 192. de Senio loquens,

— deformem pro cute pellem. Cic. 1. de Nat. Deor. 83.

Quam tu nunquam, ne in somnis quidem, vides nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo.

Ex δέῤῥις factum fuit Dellis, mutando ῤῥ in ll, deinde Pellis. H. St.

Asperæ pelles. Horat. 2. Carm. 20. 9.

Atræ pellis duritia. Ovid. 3. Met. 64.

Decora pelle speciosus, turpis introrsum. Hor. 1. Epist. 16. 45.

Frigida pellis. Lucret. lib. 6. 1192.

Fulva leonis. Virg. 8. Æn. 552.

Lanatæ. V. LANA.

Lutea. Pers. 3. Sat. 95.

Ovina. V. Ovinus, in OVIS.

Pastoria, Qua vestiuntur pastores. Ovid. 8. Met. 680.

Rigidæ. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 343.

Villosæ. Ovid. 12. Met. 319.

Amicta lurida pelle ossa. Hor. Epod. 17. 22.

Aret, & ad tactum tractanti dura resistit Pellis. Virg. 3. Georg. 502.

Comans pellis sidereis villis. Valer. 8. Argon. 123.

Erepta juvenco pellis operit humeros. Virg. 11. Æn. 679.

Incinctæ pictis pellibus. Virg. 4. Georg. 342.

Incubuit stratis pellibus. Virg. 7. Æn. 88.

Insternor pelle leonis. Virg. 2. Æn. 722.

Ponunt pellem senectæ dracones. Ovid. 7. Met. 237.

Tansa per integram solvuntur viscera pellem. Virg. 4. Georg. 302.

Uti pellibus & spoliis ferarum vestire corpus. Lucret. lib. 5. 952.

Detrahere pellem alicui, metaphoricōs dictum est, pro Detegere animum alicujus. Hor. 2. Serm. 1. 64. [Hic videtur per Pellem προσωπεῖον, i. e. personam, seu oscillum intelligere, aut ad Apologum aliquam alludere, sicut est Asini leonina in pelle superbientis.

Quiescere in propria pelle, est Contentum esse sua sorte, nec aliorum fortunis aut opibus inhiare. Hor. 1. Serm. 6. 22. conf. PELLICULA.

Rodere pellem caninam, Proverbiali metaphora dixisse videtur Martialis, pro eo quod est, Hominem maledicum & improbum conviciis insectari. Sic enim scribit in Obtrectatorem quendam 5. 61.

Non deerunt tamen, hac in urbe forsan,
Unus, vel duo, tresve, quatuorve,
Pellem rodere qui velint caninam.

Sub pellibus, i. e. In castris stativis hiemalibus. Cic. 4. Acad. 4. Ut non multum Imperatori sub pellibus otii relinquatur. Pelles hic Tabernacula vocat militaria hibernaculorum. Liv. 37. 39. pr. Instare hiemem, aut sub pellibus habendos milites fore, aut si concedere in hiberna vellent, differendum esse in æstatem bellum. Idem 5. 2. Sub pellibus agere. Tacit. 13. Ann. 35. 4. Retentus omnis exercitus sub pellibus, quamvis hieme sæva. Sic, Sub pellibus scribere, est In castris studere. Ammian. 25. 5. de Juliano.

Vide in Pellex, quæ sub Pellibus. Ursol forte in Supellex. H. St. V. SUPELLEX.

Pellis, pro Mantica & involucro vestis supellectilis aliorumque utensilium & sarcinarum. Pers. 5. Sat. 140.

Jam pueris pellem succinctus & œnophorum aptas. Id intelligi potest e Petronio viri clarissimi Memmii, in quo ita cap. 102. scribitur, Ego vos in duas jam pelles conjiciam, vinctosque loris inter vestimenta pro sarcinis habebo. Turneb. 13. 3.

Pelles, Mantica, seu Pera viatoria. Vulgus *Valisiam* appellat, quod ex pellibus conficiatur. Paulus in l. 5. D. De tapetis, t. De Supellect. leg. Sicut pelles, quibus involvuntur vestimenta.

Pelis pro Calceo. Ovid. 1. de Arte Am. 516.

Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.

Producere pelles dentibus, Sutorum est. Martial. 9. 74.

Pellicŭla, æ. f. dimin. [δερμάτιον] Cic. pro Muren. 75. Atque ille homo eruditissimus ac Stoicus stravit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos. Et Plin. lib. 29. cap. 6. Pellicula canina.

Continere se in sua pellicula. Martial. lib. 3. 16. h. e. Intra suam sortem se continere, ut Quiescere in propria pelle supra.

Veterem pelliculam retines. Pers. 5. Sat. 116. h. e. Pristinos mores.

Curare pelliculam. Hor. 2. Serm. 5. 38. h. e. Corpus molliter tractare. Proverbii vice usurpari potest in eos, qui voluptati student magis quam famæ, unum hoc curantes, ut cutis summa niteat, eaque gratia lautioribus epulis, unguentis, balneis, & id genus deliciis utuntur. Erasm.

Pelliceus, a, um. Adj. [δερμάτινος] Quod est ex pelle. Stragulum pelliceum. Paulus in l. Quum & tunicam. D. De auro, argento, &c. Pandectæ Florentinæ & Haloander legunt Pellicium, per tertiam vocalem. In neutro plur. dicebant Pellicea absolute. V. Hier. Mag. Miscell. 3. 7. Voss. de Hist. Gr. p. 394. & Bernegg. ad Justin. 2. 2.

Pellītus, a, um. aliud Adj. [[illegible]] Qui pelles habet, vel Pellibus tectus est. Propert. lib. 4. 1. 11.

Pellitos habuit, rustica corda, patres. Conf. Pastoria pellis supra.

Oves pellitæ. Hor. 2. Carm. 6. 10. h. e. Pellibus tectæ ad lanam conservandam. V. Varr. R. R. 2. 2. Et Columel. lib. 7. cap. 4.

Getæ pelliti. Ovid. 4. de Pont. 10. 2. h. e. Pellibus tecti ad arcendum frigus.

Juventus pellita. Claud. 4. Conf. Hon. 466.

Pellĕātus, a, um. Adj. Idem Paulin. ad Nicet. 528.

Divitis multo bove pelleatus Accola ripæ.

Pellicŭlo, [[illegible]] āre. Superligatis pelliculis obturare. Columel. lib. 12. cap. 39. In alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare. Adde cap. 46. & 56. Gloss. Lat. Gr. Pelliculare, [illegible].

Pelliculatio, ōnis. f. Cato apud Festum & Paulum, e Pelliciendo. Forte rectius a Pelliculando.

Pellio, ōnis. m. Qui vestes pelliceas, & ex pellibus alia opera facit. Plaut. Men. 2. 3. 63.

Quasi suppellex pellionis, palus pelo proximus est. Turnebus nomen proprium putat. conf. Bacch. 2. 2. 37. Aurel. Arcad. in l. ult. D. de jur. immunitat. pelliones vocat, a pellibus conficiendis, sub quibus milites hiemabant. Firmic. lib. 3. cap. 13. sub finem, Pelliones, coriorum confectores. conf. Voss. Etym. & Lex. Pitisc.

Pellăria, æ. f. Varr. 7. L.L. 30. 'Αναλογικῶς si essent vocabula, ubi pelles veneunt, Pellaria, non Pellesuina, diceretur.

Pellarius, i. m. Idem qui Pellio. Firmicus lib. 4. cap. 7. Faciet pellarios, coriarios, caligarios.

Pellionarius, i. m. Mercator pellium. Spon. Misc. p. 65. PROCURATOR COLL. PELLIONARIOR. conf. Reines. Inscript. class. 10. n. 8.

Pellesuīna, æ. f. Officina pellionis. V. PELLARIA.

Pello, pĕpŭli, pulsum, [ὠθέω, ἐλαύνω, κρούω] ĕre. Percutere, ferire, trudere. Liv. 2. 6 extr. Tarquiniensis, novus hostis, non stetit solum, sed etiam ab sua parte Romanum pepulit.

Pulserat Præteritum pro Pepulerat sibi indulsit Ammianus. 30. 5. extr.

Fugari & pelli. Cic. pro Cæcin. 31. Quid ais? is qui armis perterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse ejectus?

Pellere aliquem. Ter. Eun. 5. 9. 50.

Inimicos pellere tectis. Ovid. 1. Epist. 109.

Percutere. ut, Tune has pepulisti fores? Ter. Adelph. 4. 5. 3.

Pellere a. Ter. Eun. 2. 1. 9.

Istum æmulum, quoad poteris, ab ea pellito.

Pellere de. Cic. 4. Acad. 141. Verum illud certum, comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuisse vis: deque eo nulla ratione, neque pelli, neque moveri potes.

Pellere e foro lapidibus. Cic. in Pison. 30. Quum Equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus e foro pellerentur.

Pellere ex regione. Plin. lib. 10. cap. 43.

Pellere in exsilium. Cic. 2. de Orat. 56. Hos libros tum scripsisse dicitur, quum a Rep. remotus, atque, id quod optimo cuique Athenis accidere solitum est, in exsilium pulsus esset.

Domo pellere aliquem. Cic. pro Domo, 312. conf. Regno.

Foras pelli. Ter. Eun. 5. 9. 11.

Ostiatim pellere. V. Ostiatim, in OSTIUM.

Pelli, pro Exagitari & affligi. Cic. 4. Fam. 13. Quanquam enim nulla me ipsum privatim pepulit insignis injuria.

Pelli patria, Pelli civitate, agro, &c. Cic. 16. Att. 1. Item lib. 8. 11. Et in Parad. 4.

Pelli regno, aut sedibus. Cic. 2. Off. 78.

Regnoque domoque pellimur. Ovid. 14. Epist. 112.

Movere & pellere. Cic. 2. de Fin. 32. Neque hæc movere potest appetitum animi, nec ullum habet ictum quo pellat animi statum hic non dolendi.

Aciem pellere, atque in fugam convertere. Cæs. 1. Bell. Gall. 52.

Amores lascivos canities pellens. Hor. 2. Carm. 11. 7.

Animum pellere. Liv. 30. 14. Non mediocri cura Scipionis animum pepulit. Sic, Pellere animum & mentem. Cic. 4. Acad. 66.

Animos hominum auresque pellere. Cic. in Orat. 177. Quod quum animos hominum auresque pepulisset, ut intelligi posset, id quod casus effudisset, &c.

Animum pellit species utilitatis. Cic. 3. Off. 41.

Appetitionem pellunt. Cic. 4. Acad. 30. Sed id disputari poterat subtiliter, &c. quemadmodum prima visa nos pellerent, deinde appetitio ab his pulsa sequeretur, tum ut sensus ad res percipiendas intenderemus.

Crimina pellere ab aliquo. Ovid. 3. de Arte Am. 379.

Curas pellere vino. Hor. 1. Carm. 7. 31.

Famem glande pellere. Ovid. 14. Met. 216.

Frigus pellere. Plin. lib. 20. cap. 3.

Humum pellere pedibus. Catul. in Epithal. Mall. 59. 14.

Initium sermonis pellere, Commovere longum sermonem. Cic. de Clar. Orat. 3. Longi sermonis initium pepulisti, inquam, Attice, remque commovisti nova disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus.

Lyram nec podest pepulisse. Lucan. ad Pison. 157. conf. PULSARE.

Mæstitiam ex animis pellere. Cic. 1. de Fin. 43.

Metum pellere. Cic. 4. de Fin. 11. Ut pellatur mortis & religionis metus. Sic, Pellere timorem animo, apud Plautum, quod Virgilius Mittere dixit.

Morem. Ovid. 2. Met. 818.

Morbos arte Phœbea. Ovid. 3. Fast. 827.

Pericula. Horat. 2. Epist. 1. 136.

Sitim. Horat. 2. Carm. 2. 14.

Somnus segnes. Columel. lib. 10. 69. Sil. lib. 7. 300.

Ut pepulere levem intrantis vestigia somnum.

Timores. Virg. 5. Æn. 812.

Umbras noctis pepulit Sol. Catul. de Berecynth. 61. 41.

Pulsus, a, um. Partic. [[illegible]] ut, Patria pulsus Aristides. Ovid. 1. de Pont. 3. 71. Sic Nepos 16. 1. 4. Pulsus patria caret.

Regnis pulsi. Virg. 7. Æn. 217.

Solio pulsus ob invidiam. Virg. 10. Æn. 852.

Vi pulsus iniqua. Valer. 3. Argon. 439.

Vulneribus pulsus. Virg. 11. Æn. 56.

Reficere pulsos in prælia. Virg. 11. Æn. 731.

Amor pulsus. Virg. 4. Georg. 325.

Arbor pulsa ventis. Lucret. lib. 5. 1095.

Dolor pulsus corde. Virg. 6. Æn. 382.

Fides pulsa auro. Propert. lib. 3. 13. 51.

Lyra pulsa manu. Ovid. 10. Met. 205.

Macies pulsa fugit. Ovid. 7. Met. 290.

Natura sensu pulsa sentit. Cic. 1. de Nat. Deor. 26.

Nervi in fidibus pulsi. Cic. 3. de Orat. 214.

Pudor pulsus. Ovid. 6. Met. 375.

Taurus pulsus armentis. Lucan. lib. 2. 601.

Tympana pulsa manu. Ovid. 1. de Arte Am. 538.

Pulsim, Adv. Nigid. apud Non. 2. 281.

Pulsio, ōnis. f. Arnob. 4. p. 129. Partis unius in pulsione formatum est.

Pulsus, ūs. m. [[illegible]] Martial. lib. 7. 6.

Et ungularum pulsibus calens Ister.

Pedum pulsu tremit tellus. Virg. 12. Æn. 334.
Remotum impetus pulsusque. Cic. 1. de Orat. 153.
Creber pulsus. Virg. 12. Æn. 533.
Sacer æris. Valer. 6. Argon. 141.
Strepit machina pulsu. Stat. 1. Silv. 1. 63.
Ex se sua sponte moveri, & Pulsu alieno agitari, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 115.
Inanimum est omne, quod pulsu agitatur externo. Cic. 1. Tusc. 54.
Externus & adventitius pulsus animos dormientium commovet. Cic. 2. de Divin. 126.
Imaginum pulsus. Cic. 2. de Divin. 197. Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum.
Pulsus venarum. Plin. lib. 2. cap. 97. Plin. lib. 11. cap. 37. Arteriarum pulsus, in cacumine maxime membrorum evidens, index fere morborum, in modulos certos, legesque metricas, per ætates, stabilis aut citatus, aut tardus, descriptus ab Herophilo. Ibidem Ictum, alibique idem Plinius Percussum appellat.
Venarum pulsum attingere. Tacit. 6. Ann. 50.
Est & Astronomorum vocabulum: nam quod πτῶσις Græcis, id Pulsus Latinis appellatur. V. Grotium ad Arat. Avieni. 691.

Pulsuōsus, a, um. Pulsibus plenus. Cæl. Aurel. Tard. 5. 10. Pulsuosus dolor. Idem Acut. 2. 14.

Pellōnia, Dea quæ pellendis hostibus præerat. V. Arnob. 4. Augustin. Civ. Dei, 4. 21. Rosin. Ant. Rom. 11. 19. & alios complures in Lex. Pitisc. al. Pelonia.

Pulso, [παίω, κρέω, πλήσσω, κλονέω, κρούω] āre. frequent. Gravi & vehementi ictu cædere & protrudere. Cic. 7. Verr. 141. Sex lictores circumsistunt valentissimi, & ad pulsandos, verberandosque homines exercitatissimi.
Ictu crebro pulsarier. Lucret. lib. 4. 932.
Saxis pulsatur & hastis. Valer. 6. Argon. 685.
Murus pulsatur ab hoste. Ovid. 3. de Pont. 1. 25.
Ligones pulsarunt arva. Ovid. 3. Amor. 10. 31.
Caput vento pulsatur & imbri. Virg. 4. Æn. 249.
Pulsare ostium, fores, villam. Plaut. Amph. 1. 1. 295.
Limina pulsantur virga. Stat. 1. Silv. 2. 48.
Postes pulsare. Ovid. 2. Met. 767.
Ostiatim pulsare, Translate. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Pulsare lyram, vel citharam pectine: pro Canere vel ludere, aut (quod ait Virgilius) Cithara personare. Virg. 1. Æn. 745. & 6. 647. conf. pello.
Ululatus pulsat aures. Claud. de Bell. Get. 625.
Pulsari & Agitari. Cic. 1. de Nat. Deor. 115. Nec tamen video quomodo non vereatur iste deus beatus ne intereat, quum sine ulla intermissione pulsetur agiteturque atomorum incursione sempiterna.
Pulsare, Verberare. Tacit. 4. Hist. 45. 1. Manlius Patruitus, ordinis Senatorii, pulsatum se in Colonia Seniensi querebatur. Cic. pro Cœl. 19. Ajebant enim fore testem Senatorem, qui se Pontificiis comitiis pulsatum a Cœlio diceret. conf. pr. hujus dict.
Pulsare divos, Lædere, violare. Virg. 12. Æn. 286.
Pulsatos referens infecto fœdere divos. h. e. Violatos, læsos, fractis fœderibus. Servius.
Pulsare, ad animum refertur. Plaut. Epid. 4. 1. 3. Meumque pectus pulsant.
Crimine falso pulsari. Claud. de Bell. Gildon. 170. Symmach. 3. Epist. 69. Cum tua quoque fama pulsata sit. conf. Stat. 5. Silv. 5. 79. V. Christ. Coler. Parerg. cap. 36.
Visione externa & adventitia pulsari animos. Cic. 2. de Divin. 120.
Vecordia te pulsat, Agitat. Ovid. 12. Met. 228.
Pulsari, etiam ad Jus sive judicium refertur. Ulpian. in l. De ætate. §. Qui interrogatus. D. de interrog. act. Qui interrogatus responderit: sic tenetur quasi ex contractu ejus obligatus, pro quo pulsabatur: dum ab adversariis interrogetur.

Pulsans, antis. Partic. [παίων] ut, Cymbala pulsans. Juven. 9. Sat. 62.
Pavor pulsans corda. Virg. 3. Georg. 106. Idem 4. Georg. 313. & 5. Æn. 138.

Pulsātus, a, um. aliud Partic. [κυματοπληγής] Plin. lib. 12. cap. 9. Pulsatæ fluctibus arbores.
Æquor pulsatum remige. Ovid. 3. de Pont. 1. 1.
Campus pulsatus assiduis equis. Ovid. 6. Met. 219.
Janua pulsata sepulcri. Ovid. 3. Trist. 2. 23.
Saxa pulsata. Virg. 3. Æn. 555. V. plura in pulso.

Pulsandus, a, um. Partic. [κρουστέος] ut, Tellus pulsanda pede libero. Horat. 1. Carm. 37. 2.
Area pulsanda equis. Ovid. 3. Amor. 15. 18.

Pulsātio, ōnis. f. [κροῦσις] Liv. 31. 39. Ea, majore cum sonitu, quam vulnere ullo, pulsatio scutorum parumper succedentes Romanos tenuit. conf. Cic. pro Cœl. 10.

Pulsātor, ōris. m. [κρουστὴς] ut, Citharæ pulsator Apollo. Valer. 5. Argon. 693. Augustin. Confess. 10. 31.

Pulsābŭlum, i. n. Pecten quo fides pulsantur. Apol. Florid. 2. p. 351. Elmenh. Dextera, psallentis gestu suo, pulsabulum citharæ admovet, ceu parata percutere. Mendose in Indice Pulpamentum.

Pulsito, apud Pontanum. H. St.

Pulto, [κροτοπαίω] āre. a supino Pultum, quo antiqui utebantur, teste Quintil. lib. 1. cap. 4. p. 43. Burm.
Pultare ostium. Ter. Heaut. 3. 1. 1. Idem Adelph. 4. 4. 24.
Perii, horresco semper, ubi pultare hasce occipio fores.
Pultare pectus digitis. Plaut. Mil. 2. 2. 47.

Pultātio, ōnis. f. Plaut. Truc. 2. 2. 3.
Quid tibi ad hasce accessio est ædes prope, aut pultatio est?

Pellos, sive **Pellus**, i. [πελλὸς] Earum avium genus quæ a Latinis Ardeæ, sive Ardeolæ dicuntur. Dictæ a πέλας, adverbio, quod significat Prope, quoniam non tam in sublime attolluntur, quam solent aliæ species. V. Plin. lib. 10. cap. 60. [Dicitur a colore nigro, seu cinereo, qui Gr. πελλός.

Pellūceo, xi, [διαφαίνω] ēre. pro Perluceo, q. V. Per medium lucere. Quintil. 7. 10. extr. Sed ut inter se vincti, atque ita cohærentes, ne commissura pelluceat. Celsus 2. 10. Sive autem primo, sive secundo die, sanguis, qui crassus & niger initio fluxerat, & rubere & pellucere cœpit, &c. conf. ibid. paulo supra.

De Orthographia V. Broeckh. ad Tibul. 3. 4. 71.
Pellucens oratio, Translate. Cic. de Clar. Orat. 273. Ita reconditas exquisitasque sententias mollis & pellucens vestiebat oratio.

Pelluciditas, **Pellucidulus**, **Pellucidus**, V. perlucidus.

Pelluo, ui, ūtum, [περικλύζω] ĕre. Perfecte lavare. V. perluo.

Pelluvium, i. n. [ποδονιπτήρ] Vas in quo lavantur pedes: a pedum lotione dictum, vel, ut docet Festus in Malluviæ. Alias Pelvis.

Pelluvia, æ. f. [ποδονιπτρὶς] Pelluviæ, Quibus pedes sunt loti. Idem.

Pĕlŏpea, æ. f. [Πελόπεια] Thyestis filia, quæ a patre gravida facta, insigni forma infantulum peperit, quem recens natum, ne turpitudo sua palam fieret, feris devorandum in silvis reliquit. Evenit tamen, diis ita volentibus, ut pastor quidam illac iter faciens in puerum incideret, qui misericordia motus, domum suam illum detulit, lacteque caprino educavit. Unde & Ægisthus appellatus est: de quo vide suo loco. Ovid. de Rem. Amor. 161. V. & Senecam in Thyeste.
Pelopea, Tragœdia. Juvenal. 7. Sat. 92. V. Pelopeius in pelops.

Pelopīa, [Πελόπεια] quondam Thyatira dicta est. Testes Plin. lib. 5. cap. 29. & Steph. V. thyatira.

Pĕlŏpidas, æ. m. [Πελοπίδας] Thebanus civis fuit rei militaris gloria clarissimus, arctissimoque amicitiæ fœdere cum Epaminonda conjunctus. Vitam ejus vide apud Plutarchum & Cornelium Nepotem.

Pĕlŏponnēsus, i. f. [Πελοπόννησος] Regio Achaiæ, a Pelope Hippodamiæ viro dicta, quasi Pelopis insula, quoniam pæne insula est. Qui superato Œnomao Hippodamiæ patre in certamine, totum illud regnum in dotem accepit, & ex Phrygia secum in eam regionem duxit populum. Hæc Apia ante appellata, & Pelasgia, pæninsula haud ulli terræ nobilitate postferenda, inter duo maria Ægæum & Ionium, circuitu DLXIII mill. pass. colligit. Angustiæ sex millium sunt, ubi erumpentia e diverso quæ dicta sunt maria, hinc Corinthiacum, illinc Saronicum sinum efficiunt. In Peloponneso sunt Argos, Mycenæ, Corinthus, Lacedæmon, Patræ, Malea promontorium, Epidaurus: regiones, Arcadia, Sicyonia. Peloponnesus hodie vocatur *Morea*. V. Harduin. in Plin. 4. 4. pr.
In Peloponneso vixit Dicæarchus. Cic. 6. Att. 2.
Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Iamidarum unam, alteram Clutidarum, aruspicinæ nobilitate præstantes. Cic. 1. de Divin. 91.

Peloponnensis, e. Adj. Curt. 7. 4. 32. Peloponnensium defectio.

Peloponnesius, a, um. Adj. [Πελοποννήσιος] Cic. 6. Att. 2. Peloponnesias civitates omnes maritimas esse, hominis non nequam, sed etiam tuo judicio probati, Dicæarchi tabulis credidi.
Peloponnesia mulier quædam, quæ quinquies quaternos enixa est, a Paulo Jureconsulto commemoratur in l. 3. D. Si pars hæredit. pet.

Peloponnesiăcus, a, um. aliud Adj. [Πελοποννησιακὸς] Cic. 1. de Offic. 84. Ut Callicratidas, qui quum Lacedæmoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello, multaque fecisset egregie, vertit ad extremum omnia, &c. conf. Nep. 7. 3. 1.

Pĕlops, ŏpis. m. [Πέλοψ] Tantali potentissimi Phrygum regis filius fuit. Hic quum Hippodamiam, Œnomai Pisæ regis filiam, conjugem desiderasset, iniquissimis conditionibus propositis ab Œnomao rejectus est: quæ res bellum suscitavit, in quo Myrtilo præfecto suo proditore, regno Œnomai Pelops potitus est. Hinc illæ poetarum fabulæ. Lege Diodori Siculi lib. 5. Pelops equorum pernicitate vicit Œnomaum, abduxitque ex pacto uxorem Hippodamiam. Hac de re vide Cic. 3. Tuscul. 26.
Equi Pelopis. Cic. 2. Tusc. 67. Vel equi Pelopis illi Neptunii, qui per undas currus suspensos rapuisse dicuntur, excipient te, & quo velis, perferent.
Pater Pelopis, Tantalus. Hor. Epod. 17. 65. Cic. l. c.
Perjuri Pelopis hæres. Catul. Argon. 62. 346.
Insignis Pelops eburno humero. Virg. 3. Georg. 7. V. Ovid. 6. Met. fab. 6. v. 401.

Pelopīdes, æ. m. [Πελοπίδης] Patronym. Pelopidæ dicti sunt, Qui a Pelope originem duxerunt.
Ob Atrei & Thyestis scelera, Pelopidæ pro quibusvis Tyrannis dicuntur; ut cum Cic. 15. Att. 11. e veteri poeta ait, ubi
Nec Pelopidarum facta, neque famam audiam. conf. 7. Fam. 28. & 30.

Pelopēus, a, um. Adj. [Πελόπειος] ut,
Domus Pelopea. Propert. lib. 3. 19. 20.
Mœnia Pelopea. Virg. 2. Æn. 193. Al. Pelopeia.

Pelopeius, a, um. Adj. [Πελοπήϊος] Unde Fabula de Pelope scripta, Pelopeia dicta est. Juvenal. Sat. 7. 91.
Præfectos Pelopeia facit, Philomela Tribunos. [Immo, ut supra in ipsa voce posui, ipsius Tragœdiæ nomen subst. Pelopea, ut Philomela, Medea, & sexcenta id genus.
Arva Pelopeia, Phrygia. Ovid. 8. Met. 622.

Pelopēis, idis. f. [Πελοπηῒς] patronym. pro Adj. ut,
Undæ Pelopeides, Mare Myrtoum. Ovid. 4. Fast. 285.

Pelopeias, aliud patronym. f. [Πελοπηϊὰς] ut,
Mycenæ Pelopeiades. Ovid. 6. Met. 414.

Pelōria, [Πελώρια] sunt Festa apud Thessalos, eadem quæ apud Cretenses Hermea. Anniversarios enim dies habebant, quibus exæquato jure, servi dominique, socii & pæne pares, communi libertate fruebantur. Athen. 14.

Pĕlōris, idis. f. [πελωρὶς] Conchæ genus, chama majus, inquit Eustathius, idcircoque peloris propter magnitudinem appellatur. Hor. 2. Serm. 4. 32.
Murice Bajano melior Lucrina peloris. Plin. lib. 32. cap. 11. & cap. 9. Et pelorides emolliunt alvum. Martial. lib. 6. 11.
Tu Lucrina voras, me pascit aquosa peloris. Idem lib. 10. 37.
Et fatuam summa cœnare pelorida mensa, &c. conf. Varr. L. L. 4. 12. De nom. propr. Peloris, V. post seq. dict.

Pĕlōrus, i. m. [Πέλωρος] Promontorium Siciliæ Italiam versus, a Peloro gubernatore navis Annibalis, ibi sepulto. Pomponius 2. 7. De hoc promontorio Lucan. lib. 2. 438.
Extremi colles Siculo cessere Peloro. Plin. lib. 3. cap. 5. & cap. 8. Strabo lib. 6. Sil. 14. 79.
Celsus arenosa tollit se mole Pelorus.
Angusti claustra Pelori. Virg. 3. Æn. 411.
Angusta sedes Pelori. Virg. 3. Æn. 687.
Siculi Pelori angusta. Ovid. 15. Met. 706.
Ausonius Pelorus. Ovid. 5. Met. 350.

Pelōris, idis. [Πελωρὶς] Idem quod Pelorus. Cic. 7. Verr. 6. Illis, quibus Siciliam propinquam fuisse dicis, facilius fuerit ad Oceanum perve-

pervenire, quam ad Poloridem accedere. Avien. Descript. Orbis, 636. Celsa Peloris. Dionysius Afer, 472. ὑψηλὴ Πελωρίς.

PELORIAS, ădis. f. [Πελωριὰς] Idem. Ovid. 4. Fast. 479.

Jamque Peloriaden, Lilybeaque, jamque Pachynon
Lustrarat, &c.

PELORITĀNUS, a, um. Adj. ut, Peloritana regio. Solin. de Sicilia, cap. 5.

PELTA, æ. f. [πέλτη] Scutum brevissimum, in modum lunæ jam mediæ. Virg. 1. Æn. 494.

- Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. V. Ald. Maut. Quæsit. P. 3. Epist. 6. & Lips. Analect. Rom. Mil. 3. n. 2. vel Lex. Pitisc. Scuta Amazonica vocat Nonius 18. 18. Plin. lib. 12. cap. 5. Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet.

PELTĀTUS, a, um. Adj. [πελτωτὸς] Qui pelta utitur. Liv. 28. 5. Puellæ peltatæ, Amazones. Ovid. 2. Amor. 14. pr. V. Drakenb. ad Sil. 2. 80.

PELTASTA, æ. m. [πελταστὴς] Idem ex Græco. Liv. 31. 36. Nocte cetratos, quos peltastas vocant, loco opportuno, inter bina castra in insidiis abdiderat. Corn. Nep. in Iphicrata cap. 1. 4. Ille e contrario peltam, pro parma fecit, a quo postea Peltastæ pedites appellantur, ut ad motus concursusque essent leviores. V. Rigalt. Gloss. Tactic. p. 143. vel Cerda Advers. c. 120. n. 111. [In Gloss. Cyrill. Πελταστὴς, Manipulus redditur. An Manipularis? Ceterum ex Suida apparet sequiori ævo mutatam fuisse horum vocabulorum significationem. Apud Polyænum & antiquiores Græcos πελτασταὶ pro Levis armaturæ militibus ponuntur, & τοῖς ὁπλίταις, qui Gravis armaturæ milites sunt, opponuntur.

PELTĬFER, ĕra, ĕrum. aliud Adj. [πελτοφόρος] ut, Puellæ peltiferæ, Amazones. Stat. 12. Theb. 761.

PELTÆ, arum. f. [Πέλται] Phrygiæ oppidum, a quo vicinus campus Peltinus appellatus est. Strabo lib. 12. & 13.

PELTENI, Populi in Lycaonia, in Asiaticam jurisdictionem versi. Plin. lib. 5. cap. 27.

PELVIS, is. f. [λεκάνη, λουτὴρ] quasi Pedeluis, inquit Varro lib. 4. de L. L. 25. a pedum lavatione. Alii Pelvim sinum aquarium putant, in quo variæ res perluuntur. V. Non. 15. 4. Cato R. R. cap. 10. Pelvis una. Patulas effundens pelves. Juven. 3. Sat. 277.

PĒLŪSIUM, i. n. [Πηλούσιον] Ultimum Orientem versus ex ostiis Nili, & civitas in eadem Ægypti parte. Hanc urbem condidit Peleus Achillis pater, monitu deorum post lustrationem, si fides Ammian. 22. 16. V. Plin. lib. 6. cap. 34. Juxta Pelusium est optima lens. Hinc

PELUSIUS, a, um. Adj. [Πηλούσιος] Martial. in Xeniis, 13. 9.

Accipe Niliacam, Pelusia munera, lentem.

Ora Pelusia. Lucan. lib. 8. 825. i. e. Pelusiacum Nili ostium.

PELUSIĂCUS, a, um. Adj. [Πηλουσιακὸς] Idem Virg. lib. 1. Georg. 228.

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.

Gurges Pelusiacus Nili. Lucan. lib. 10. 53.
Paludes Pelusiacæ. Claud. de Phœn. 97.
Stamen Pelusiacum. Sil. lib. 3. 25.

PELUSIĀNUS, a, um. Adj. [Πηλουσιανὸς] ut, Pelusiana mala apud Columel. lib. 5. cap. 10.

PELUSIOTÆ, [Πηλουσιῶται] Populi Pelusium oppidum incolentes, teste Steph. Græcum est.

Pro Ægyptio posuit Hieronymus contra Jovinianum: Impelle, si vales, Pelusioten, ut manducet cæpe.

P E M

PĒMĬNŌSUS, a, um. Adj. [δυσώδης] i. e. Mali odoris, inquit Festus: a pædore dictum. Proinde diphthongo æ scribendum esset. Varro de R. R. lib. 1. cap. 51. Aream solida terra pavitam, maxime si est argilla, ne sit peminosa, in rimis ejus grana oblitescant. Sic legit Victor. ex MSS. ut & Nonius 2. 722. At exemplaria quædam legunt, Ne æstu rimosa, in rimis ejus grana oblitescant. Vetustiora tamen legunt Pæminosa. V. Scalig. in Varr. p. 208. & ibid. aliis notata. [Festi locum non reperi.

PEMMA, ătis. n. [πέμμα] Pemmata azyma Placentæ sunt in clibano assæ, atque mox quum extractæ sunt, in mel calidum, ut id in totas sese recipiat, injiciuntur. Galen. lib. 1. de aliment. facult. cap. 3. conf. Diosc. 2. 83. Hoc verbum Scaliger restituit Varroni apud Non. 2. 481. pro Penia, & pro Remna. Pemmata sunt Bellaria, mensæ secundæ, cupediæ. V. Hesych. Athen. l. 14. & Gell. 13. 12.

PEMMA, Oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 29.

PEMPHIX, [πέμφιξ] Flatus, gutta, nebula, pulsus erebrior. Hinc

PEMPHĬGODES, is. c. [πεμφιγώδης] ut πεμφιγώδεις febres, Quæ spiritibus affluunt, interpretantur. Hippocrates lib. 6. Aphor. 17. de Morbis vulgar. Febrium aliæ mordaces sunt manu, aliæ salsuginosæ, aliæ πεμφιγώδεις, aspectu terribiles. Galen. Commen. lib. 1. in 6. Hippocrat. de morb. vulgarib.

P E N

PENARIUS, V. PENUS.

PĔNĀTES, ium. m. [πατρῷοι θεοὶ, ἐφέστιοι θεοὶ] Nec longe absunt ab hac vi (inquit Cic. 2. de Nat. Deor. 68.) Dii Penates, sive a penu ducto nomine (est enim omne, quo vescuntur homines, penus) sive ab eo, quod penitus insident, ex quo etiam Penetrales a poetis vocantur. Macrob lib. 3. Saturn. cap. 4. Qui diligentius eruunt veritatem, Penates esse dixerunt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Iidem Lares familiares dicebantur, ut ex Cic. orat. pro P. Quinct. 83. patet. Quos enim appellaverat paulo ante Deos penates, eosdem paulo post Lares familiares dicit his verbis, At hic quidem jam de fundo expulsus, jam a suis diis penatibus ejectus esset. Idem infra, Illud dico, dominum expulsum esse de prædio, domino a familia sua manus allatas esse ante suos Lares familiares. Distinguuntur tamen l. 12. Cod. Theod. Larem igne, mero Genium, Penates nidore veneratus.

Iidem Hospitales dii. Cic. 6. Verr. 17. Iste continuo ut vidit, non dubitavit illud insigne Penatium, hospitaliumque deorum, ex hospitali mensa tollere.

De Nomin. sing. Festus, Penatis singulariter Labeo Antistius posse dici putat, quia pluraliter Penates dicantur, cum patiatur proportio etiam Penas dici, ut Optimas, Primas, Antias.

Penates domum reduces salutabant. Ter. Phorm. 2. 1. 81.

Deos penates hinc salutatem domum
Divortar.

Di patrii ac penates. Cic. pro Sulla, 86.
Certi penates. Virg. 4. Georg. 155.
Desolati. Stat. 2. Silv. 1. 67.
Iniqui. Hor. 2. Carm. 4. 15.
Magni. Virg. 9. Æn. 258.
Miseri. Virg. 2. Georg. 505.
Parvi. Virg. 8. Æn. 543.
Patrii. Virg. 2. Æn. 717.
Patrii penates familiaresque. Cic. pro Domo 144.
Regii penates, Domus regia. Senec. Herc. OEth. 4.
Sacri. Senec. Octav. 4.
Tenues. Senec. Hippol. 2.
Deserit invisos penates. Ovid. 9. Met. 638.
Ejicere aliquem a suis diis penatibus. Cic. pro Quint. 83.
Erigere inclinatos penates. Stat. 3. Silv. 3. 166.
Exterminare aliquem a suis diis penatibus. Cic. pro Sext. 30.
Florebant hilares, inconcussique penates. Stat. 5. Silv. 1. 142.
Mollire hostia aversos penates. Hor. 3. Carm. 23. 19.
Necare hospitem in conspectu deorum penatium. Cic. pro Dejot. 15.
Perfudit penates pollutos multo sanguine. Ovid. 5. Met. 155.
Ponere penates suos aliquo loco. Ovid. 1. Met. 174.
Viduare penates. Stat. 3. Theb. 385.

Sæpius pro Domo, Penates ponuntur; ut Paterc. 2. 74. 4. Penatibus suis ignem subjicere. Idem 2. 95. pr. Quem intra Cæsaris penates enixa erat Livia. Plura exempla ex poetis supra habes.

In singulari, Liv. 28. 18. Sub uno tecto esse atque in eodem penate. Sic Sigonius. aliter Gronov. in Not. & Observ. 4. 6. V. quæ supra ex Festo habentur.

PENĀTĬGER, ĕra, ĕrum. Adj. [ὁ τοὺς ἐφεστίους θεοὺς φέρων] Ovid. 15. Met. 450. Penatigero Æneæ.

PENATUS, V. PENUS.

PENDEO, pĕpendi, pensum, [κρέμαμαι, αἰωροῦμαι, συναρτάομαι] ēre. Quod Galli dicunt, Suspensum esse. Ter. Eun. 5. 7. 20.

Tu jam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas
Flagitiis, &c.

Nati pendent circum oscula. Virg. 2. Georg. 523.
Palearia pendent a mento crurum tenus. Virg. 3. Georg. 53.
Ab humero pendebant sagittæ. Cic. 6. Verr. 74.
Ad matrem pendere. V. AD præp.
Pendens de. Martial. lib. 13. 100.

Pendentem summa capream de rupe videbis:
Casuram speres, decipit illa canes.

Capellæ pendent de rupe dumosa. Virg. 1. Ecl. 77.
Fistula pendet de collo. Virg. 3. Æn. 661.
Ex arbore pendere. Cic. 5. Verr. 66.
In arbore pendere. Cic. 5. Verr. 36.
In arbore poma pendent. Virg. 1. Ecl. 38. V. Infra in Partic. PENDENS.
In fluctu summo pendere. Virg. 1. Æn. 110. De natantibus dicitur.
Aqua corpus pependit. Ovid. 18. Epist. 52.
Pendens per pedes. Plaut. Asin. 2. 2. 35.
Stare pendentem. Plin. lib. 2. cap. 5. de terra, Eandemque universi cardine stare pendentem, librantem per quæ pendeat.
Latere pendere. Cic. in Pison. 43.

Tu naufragio expulsus, uspiam saxis fixus asperis,
Evisceratus latere penderes (ut ait ille) saxa spargens tabo, &c.

Pendere, pro Sustentari, vel potius inniti. Ovid.

Pendet & a vestra nostra saluta salus. [V. mox not.

Salus nostra pendet tua. Sil. lib. 3. 109.
Imitatur Ovid. Sil. H. St. Si modo versus Ovidii est superior.
Casu pendemus ab uno. Lucan. lib. 5. 769.
Pendere ad. Senec. de Tranquill. vitæ, Quod necesse est ad sua vota pendentibus, tota vita pendent. [In emendatis codd. c. 2. exstat, Necesse est accidere pendentibus. Omni vita pendent.
In sententiis omnium civium famam nostram fortunamque pendere. Cic. in Pison. 98.
Vitam omnium ex unius pendere. Cic. pro Marcell. 23.
Aliunde pendere, & extrinsecus aut bene, aut male vivendi suspensas habere rationes. Cic. 5. Fam. 13.
Cantilenam totam istam ex hoc pendere, ut quamplurimum lucrifaciant. Cic. 11. Fam. 20.
De aliquo pendere. Hor. 1. Epist. 2. 105.
Respublica pendet e Bruto. Cic. 14. Att. 20. Quod errare me putas, qui Remp. putem pendere e Bruto: sic se res habet, aut nulla erit, aut ab isto, istisve servabitur.
Tui, & qui ex te pendent. Cic. 6. Fam. 22. Incolumitati tuæ tuorumque, qui ex te pendent, consulas.
Pendere ex alieno arbitrio, Quod vulgus dicit *esse subjectum alterius voluntati*. Liv. 35. 32.
Pendere ex errore alicujus. Cic. 1. Off. 65. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus.
Pendere ex fortuna. Cic. in Parad. 1. Cui spes omnis & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna: huic nihil potest esse certi, nihil quod exploratum habeat, permansurum sibi unum diem.
Terrorem & suspicionem omnem ex improbitate alicujus pendere. Cic. pro Sull. 66.
Pendere ex laude. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Ex aliena levitate. Cic. 10. Fam. 21.
Bellum pendet ex una origine. Ovid. 1. Met. 180.
Sapientem ex insipientium sermone pendere, quid turpius? Cic. 2. de Fin. 56. [Pro quid turpius, quam sapientem, &c. H. St.
Pendent rationes ex conjecturis: h. e. Ex conjecturis sumuntur & ducuntur. Cic. 4. Acad. 117. Non quæro rationes eas, quæ ex conjecturis pendent, quæ disputationibus huc & illuc trahuntur.
E scripto pendere. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Ex quo verbo tota illa causa pendet. Cic. 2. de Orat. 107.
Ex verbis jus non pendet, sed verba serviunt hominum consiliis & auctoritatibus. Cic. pro Cæcin. 52.

Pendere promissis, est Moveri promissis & affici. Cic. 3. Q. frat. 5. Cæsaris amore, quem ad me perscripsit, unice delector: promissis iis, quæ ostendit, non valde pendeo.
Pendere spe. atque exspectatione. Cic. 2. de Lege Agrar. 65. Nolo suspensam & incertam plebem Rom. obscura spe & cæca exspectatione pendere.
Pendet salus spe exigua. Cic. pro Flacco, 4. Nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi per vos, Judices, non auctoritatem, quæ amissa est, sed salutem nostram, quæ spe exigua extremaque pendet, tenuerimus, nihil est præterea quo confugere possimus.
Fortuna ducum pendet. Lucan. lib. 2. 41.
Pendere levi momento fides dicitur, Quæ facile corruit. Liv. lib. 2.
Pendere, Nimio desiderio alicujus rei intentum esse, & cessare ab omni alio opere, idque unum solicite exspectare. Ovid. 1. Epist. 30.
Narrantis conjunx pendet ab ore viri. Virg. 6. Æn. 151.
Dum consulta petis, nostroque in limine pendes.
Pendere, Cruciari, Suspensum ac dubium esse. Cic. 4. Att. 14. Ne diutius pendeas, palmam tulit.
Ex futuris pendere, & Frui præsentibus, contraria. Cic. 1. de Fin. 62.
Animus pendet. Ter. Adelph. 2. 2. 19.
Animis pendere. Cic. 1. Tusc. 96. Quod si exspectando & desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur. [Nisi Animi legendum, ut in Mf. Ursini exstat.
Pendere animi, pro Animo, more antiquo: i. e. Dubium esse. Cic. 8. Fam. 5. Qua tu cura sis, quod ad pacem provinciæ, finitimarumque regionum attinet, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo. Cic. 8. Att. 5. Pendeo animi exspectatione Corfiniensi, in qua de salute Reip. decernitur. Ibid. 11. 12. Ita Ter. Heaut. 4. 4. 5.
Pendere, Cessare. Virg. 4. Æn. 79.
— pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes. h. e. Intermittuntur ad tempus: aut Imperfecta remanent. Idem 6. Æn. 151.
— nostroque in limine pendes. Flor. 1. 13. 15. Sex mensibus circa montem unum pependerunt, nec diebus modo, sed noctibus omnia experti.
Pendere rei inde dicebantur, quod eorum nomina in programmate, id est tabella pendula, publice proposita, atque suspensa erant. Suet. Domit. cap. 9. Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, universos discrimine liberavit. Idem de Claudio Cæsare, ante ejus imperium, cap. 9. Ut quum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit sub edicto Præfectorum. Quibus verbis Tranquillus significat Claudii bona prædia, id est publice obnoxia, edicto Præfectorum ærarii diu venalia pependisse, quum emptorem non inveniret. Ex Budæo. [Distigue, Liberare non posset in vacuum, lege &c.
Pendere, pro Pondus efficere, Inquit Budæus. Plin. lib. 18. cap. 7. In Transpadana Italia scio vicenasquinas libras, farris modios pendere. Idem lib. 21. cap. ult. Cyathus pendet per se drachmas x. In eadem significatione legitur & Pendo, ĕre; per tertiam conjugationem. [Nisi error est.
Penderi, forma passiva reperitur apud Lucret. lib. 6. 1275.
Nec jam relligio divûm, nec numina magni
Pendebantur, &c. i. e. Non magni æstimabantur.

PENDENS, entis. Partic. [κρεμῶν] Ter. Phorm. 1. 4. 43.
— tu jam lites audies:
Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.
Alæ pendentes. Plin. lib. 10. cap. 38.
Anelli pendentes ex se. Lucret. lib. 6. 911.
Brachia pendentia collo. Tibull. lib. 3. 7. 13.
Cælum pendens. Ovid. 7. Met. 580.
Lychni pendentes. Lucret. 5. 296.
Nubila. Ovid. 1. Met. 268.
Pueri pendentes circum ubera. Virg. 8. Æn. 632.
Scopuli. Virg. 1. Æn. 170.
Spolia pendentia tectis. Virg. 5. Æn. 393.
Vinum pendens, Quod adhuc in ipsa vite pendet, & necdum ex ipsis uvis expressum est. Cato R. R. cap. 147. Et cap. 146. Oleum pendens.
Fructus alii pendentes, alii percepti, V. Fructus in FAVOR. Item ex illis Virg. — arboribus pendet vindemia nostris. &
Cui pendere sua patereris in arbore poma. H. St. Ex 2. Georg. 89. & 1. Ecl. 38.
Amicus de te pendens. Translate. Hor. 1. Epist. 1. 105.
Animus pendens. Sen. Epist. 5. conf. Cic. apud Non. 3. 85.
Causæ ex æternitate pendentes. Cic. in Topic. 59.
Fata pendentia. Plin. lib. 29. cap. 1.

PENDŬLUS, a, um. Adj. [ἐκκρεμὴς] Quod pendet. Nec est Diminutiv. ut, Bombyx pendulus, Qui ex filis, quos texit, pendere videtur. Martial. lib. 8. 34.
Collum pendulum zona lædere, Suspendere se. Hor. 3. Carm. 27. 59.
Loca pendula. Columel. lib. 2. cap. 28. Tum deinde macriora & pendula loca mense Februario, luna crescente, fimo juvanda sunt. [Intelligit sine dubio clivosa.
Palearia pendula. Ovid. 7. Met. 117.
Putator pendulus arbustis. Columel. lib. 10. 230.
Spe pendulus dubiæ horæ. Hor. 1. Epist. 18. 110.
Tela pendula. Ovid. in Epist. Penelopes ad Ulyssem, 10.
Nec mihi quærenti spatiosam fallere noctem
Lassaret viduas pendula tela manus.

PENSĬLIS, e. Adj. [κρεμαστὸς] Quod suspensum & sublime est. ut, Pensiles balineæ. Plin. lib. 26. cap. 3. & lib. 9. cap. 54.
Homo pensilis, Qui suspensus est. Plaut. Pseud. 1. 1. 18.
Pensile horreum, Quod fit in altiore domus loco. Colomel. lib. 12. cap. 50. Esse oportet pensile horreum, quo imponantur fructus.
Pensilis hortus. Plin. 36. 14. pr. Qui supra ædificia factus est, hoc est in solario, vel in aere sublimis.
Pensilis lectus, Pensiles lychnuchi, Plin. 34. 3. quod suspensi sunt, & in aere pendentes: ut ait Valla.
Pensile oppidum, Quod subter cavatum est. Plin. lib. 36. cap. 24. pr.
Pensilia vehicula, pro Lecticis.
Uva pensilis. Hor. 2. Serm. 2. 121.

PENDĪGO, inis. f. Velamen simulacri. Sed apud Arnob. 6. p. 201. Utinam liceret in simulacri alicujus medias introire pendigines; videtur potius Juncturæ & nexus partium intelligi. Ita Veget. Mulomed. 2. 44. Inter nervos & commissuras pendigines faciat.

PENSUM, i. n. [ἄτρακτος] Manipulus lanæ vel lini, qui pendet ex colo, & fuso trahitur: unde Trahere pensa, pro eo quod Nere dicimus. Ovid. lib. 2. Fast. 743. Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant.
Pensum rectius a verbo tertiæ Pendo deducunt alii. V. Voss. Etymolog.
Ferrata pensa Parcarum. Claud. 1. de Raptu Proserp. 53.
Severa pensa Parcarum. Ovid. ad Liv. 240.
Affixa puella gravibus pensis. Tibul. lib. 1. 3. 87.
Carpere pensum. V. CARPO.
Nocturna carpentes pensa puellæ. Virg. 1. Georg. 391.
Deficit inexorabile pensum. Stat. 3. Silv. 3. 172. Pensum Parcarum intelligit.
Cantando pariter, pariter data fila trahendo. H. St. Versus est, ni fallor spurius, Nasoni ascriptus, quo quid hic velit Steph. non assequor.
Ducere pensa. Claud. 1. in Eutrop. 498.
Facere pensum. Plaut. Merc. 2. 3. 62.
Peragunt pensa duræ sorores. Senec. Herc. fur. 3.
Reponunt infecta pensa. Ovid. 4. Met. 10.
Trahere pollice pensa. Ovid. ad Liv. 240.
Pensum, aliquando capitur pro Filis. Virg. 9. Æn. 476. de textrice,
Excussi manibus radii, revolutaque pensa.
Mollia pensa devolvunt fusis. Virg. 4. Georg. 343.
Pensum, Translate, est Officii cujusque perfunctio, inquit Budæus. Cic. 3. de Orat. 127. Nunc ad reliqua progrediar: meque ad meum munus pensumque revocabo. Translatio est ab ancillis pensa deducenda a matronis capientibus.
Absolvere pensum. V. ABSOLVO.
Accurare pensum lepide. Plaut. Bacchid. 5. 2. 33. V. ACCURO.
Conficere pensum. V. CONFICIO.
Exigere pensum. Cic. 5. Verr. 109. Meæ diligentiæ pensum magis in Leontino agro est exigendum, propter hanc causam, quod ipsi Leontini publice non sane me multum adjuverunt. V. not. Græv.
Imperare pensa. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Peragere pensum. Columel. lib. 3. cap. 10.
Pensum in alia significatione, V. Pendo. [Etsi hæc perperam divulsa sunt.

PENDO, pĕpendi, pensum, [σταθμίζω, σταθμάομαι] ĕre. activ. significat proprie Ponderare: a Pendeo, quod quæ ponderantur ex libra pendent. Sed & Perpendo, pro Pondero, apud Festum. V. PERPENDO. H. St.
Tantundem pendere. Lucret. lib. 1. 362.
Nam si tantundem'st in lanæ glomere, quantum
Corporis in plombo'st: tantundem pendere par est.
Pendere, [τιμᾶσθαι, ἐγκᾶσθαι] per translationem, pro Considerare sive Æstimare: unde fit Magnipendo, Floccipendo, Parvipendo, Multipendo, Nihilipendo: i. e. In magna, parva, nulla æstimatione habeo. Ter. Heaut. 1. 1. 103.
Tu illum nunquam ostendisti quanti penderes. Cic. 6. Verr. 1. Ego quo nomine appellem nescio; rem vobis proponam: vos eam suo nominis pondere penditote.
Spectare & Pendere. Cic. in Orat. 51. Quod si in philosophia tantum interest, quemadmodum dicas, ubi res spectatur, non verba penduntur: quid tandem in causis existimandum est?
Te non ex fortuna, sed virtute tua pendimus, semperque pendemus. Cic. 5. Fam. 17. 7.
Pendere rem levi conjectura. Cic. pro Rosc. Amer. 62. In quo scelere, Judices, etiam quum multæ causæ convenisse unum in locum, atque inter se congruere videntur, tamen non temere creditur, neque levi conjectura res penditur, neque testis incertus auditur, neque accusatoris ingenio res judicatur.
Magni pendi. Lucret. lib. 6. 1275.
Pendere, Solvere. Liv. 1. 43. Ad equos emendos dena millia æris ex publico data, & quibus equos alerent, viduæ attributæ, quæ bina millia æris in annos singulos penderent. Sallust. Catil. 20. 7. Semper illis reges, tetrarchæ, vectigales esse: populi, nationes, stipendia pendere.
Pecuniam alicui quotannis pendere. Cic. de Provinc. Conf. 5.
Stipem pendere. Varr. de L. L. lib. 4. 36. extr.
Tributum pendere. Ovid. 8. Met. 263.
Vectigal pendere. Cic. 1. Q. frat. 1.
Usuram pendere. Cic. 12. Att. 25. Sunt quæ vendere facile possim, sed ut non vendam, usuram pendam a quo emero.
Grates dignas pendere. Stat. 11. Theb. 223. i. e. Referre gratiam.
Pœnas pendere, Solvere significat, ab eo quod, ære gravi cum uterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvebant: unde etiam Pensiones dictæ. Pœnas pendere proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam solvit, quia penso ære utebantur. Hæc Paulus.
Pendere pœnas sceleris. Cic. 3. de Nat. Deor. 81. Illos conservari melius fuit, quam pœnas sceleris Varium pendere. Sic Sallust. Jugurth. cap. 76.
Pœnas pendere pro scelere. Lucret. lib. 5. 119.
Pœnas magistro pendere. Plaut. Bacch. 3. 3. 21. pro Vapulare a magistro.
Pœnas tergo pendere. Ter. Heaut. 4. 4. 6.
Pœnam exilio pendere. Ovid. 10. Met. 232.
Pœnas pendunt ex fœdere. Ovid. 10. Met. 599.
Supplicia pendere. Plin. lib. 29. cap. 4.

PENDĬTUR, Impers. [σταθμίζεται] Plin. lib. 12. cap. 14. Iterumque imperii nostri publicanis penditur.

PENSUS, a, um. Partic. [σταθμητὸς] Ponderatus. Ovid. 14. Met. 270.
— & advertens pensas examinat herbas. i. e. Ponderatas. Neque enim pharmaca, nisi ponderentur, recte componi possunt.
Tralate. Claud. Mamert. 1. præf. Pensus loquendi arbiter. Gell. 13. 12. Ratum pensumque nihil habere.

PENSUM, i. n. [ἐπιμέλημα] quasi dicas Cogitatum, sive meditatum. Plaut. Truc. 4. 2. 52.
Nec mihi adest tantillum pensi jam, quos capiam calceos. I. e. Nihil curo, floccifacio.
Pensi esse, vel habere. Liv. lib. 34. 49. Sed illis nec quid dicerent, nec quid facerent quicquam unquam pensi fuisse. Idem 34. 31. In me quoque vobis, quid faceretis, minus pensi esse. Sallust. in Catil. cap. 5. Neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, unquam pensi habebat. Al. Quicquam. Quintil, 11. 1. p. 967. Burm. Nihil pensi habere

videas

videns quosdam. Nihil pensi habere, est Floccifacere, inquit Budæus. conf. Non. 1. 165.

Nec pensi duxerat, iisdem imaginibus ascribi &c. Val. Max. 2. 9. 3.

Pensior, us. [ἐμμελέστερος] Compar. Plaut. Stich. 1. 2. 61.

Haud male istuc. age tu, altera utra sit conditio pensior,
Virginem, an viduam habere? Gell. lib. 12. cap. 5. Ut nihil quicquam esset carius, pensiusque nobis, quam nosmet ipsi. i. e. Æstimatius & pretiosius; nam quæ maximi facimus, sæpe nobis pensa sunt.

Pense, vel **Pensim**, Adv. Gell. 1. 3. A Theophrasto pensim & enucleate scripta. al. Pensiculate. Symmach. 2. Epist. 34. Nihil hac ætate tractandum pensius domesticis rebus.

Pensio, ōnis. f. [ἐνοίκιον] Id quod pro aliqua re solvitur, id est quod datur pro rei alicujus usu, aut agri, aut domus. Cic. pro Rosc. Com. 51. Cur tam sero? cur quum altera pensio solvenda esset, non tum, cum prima? [Pensio est ipsa solutio per partes, ex convento. V. Gloss. Lat. Gr.

Soluta ante diem pensio. Cic. 16. Att. 2.

Pensionem annuam repræsentare. Suet. Neron. cap. 44.

Tertia pensio debebatur eo anno. Liv. 31. 13. Idem 33. 30. conf. Hirt. Bell. Afric. cap. 90.

Pensiuncŭla, æ. f. dimin. [ἐνοίκιον] Columell. lib. 10. in præf. Fœnoris tui, Silvine, quod stipulanti spoponderam tibi, reliquam pensiunculam percipe.

Pensūra, æ. f. Idem quod Pensio. Varr. de L. L. lib. 4. 16. Per trutinam solvi solitum, vestigium etiam nunc manet in æde Saturni, quod ea etiam nunc, propter pensuram, trutinam habet positam.

Pensor, ōris. m. Qui expendit. Augustin. Confess. 5. 4. extr.

Penso, [ἐπισταθμάομαι] āre. frequent. e Pendo vel Pendeo; Sæpe ponderare. Liv. 38. 24. Mulier, lingua sua, stringerent ferrum, & Centurionem, pensantem aurum, occiderent, imperavit.

Romana pensantur eadem Scriptores trutina. Hor. 2. Epist. 1. 29.

Pensare amicos factis, Æstimare, & secernere ac ponderare. Liv. 34. 49.

Pensare singula, Revolvere, considerare diligenter. Curt. lib. 7. 8. 2.

Pensare aliquid ex alio. Valer. Max. lib. 2. 1. 14.

Pensare vicem, pro Supplere. Plin. lib. 32. cap. 8.

Pensare argento, pro Emere, Columella dixit, teste Budæo.

Pensare, pro Redimere. Liv. lib. 37. pr. Veteribus benefactis nova pensantes maleficia. Budæus.

Pensare, pro Compensare. Tacit. 4. Hist. 74. Sed neque hæc continua, & interventu meliorum pensantur.

Beneficia pensare. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 9.

Crimen pensare una laude. Plin. lib. 9. cap. 25.

Damnum numeri pensare. Claud. 1. de Raptu Proserp. 106.

Lætitiam mærore pensare. Plin. lib. 7. cap. 40.

Laudem pensat cum crimine. Claud. 6. Conf. Hon. 815.

Pudorem pensare nece. Ovid. 6. Epist. 143.

Præmia pensamus palmæ. Stat. 1. Achil. 69.

Pensans, antis, Partic. [ἐπισταθμώμενος] Sil. lib. 4. 152.

— & vertice fuso
Pensantes aurum Celtas umbone ferebat. I. e. Ponderantes aurum, vel ad pondus accipientes.

Damna pensans meliore marito. Senec. Œdip. 490.

Pensandus, a, um. aliud Partic. [ἐπισταθμητέος] ut, Titulos pensandus meritis. Ovid. 13. Met. 372.

Pensātus, a, um. similiter Partic. [ἐπισταθμηθείς] ut, Sententia belli diu pensata. Sil. lib. 7. 23. Liv. 26. 37.

Certis portionibus pensata. Colum. 12. 51. pr.

Pensatio, ōnis. f. Hoc verbo utitur excellentissimi vir ingenii Papinianus in l. 18. Commod. in l. 67. §. Sed si uno. & §. Si duos. de legat. lib. 2. l. 39. Solut. matrimon. in P. Adde Patron. cap. 141. Et Quintil. Decl. 332.

Pensātor, ōris. m. [ἐπισταθμητής] Plin. lib. 33. cap. 3. Pensatores, libripendes dicuntur.

Pensĭto, [ἐξετάζομαι, ἐπισταθμάομαι] āre. aliud frequent. Sæpe vel frequenter ac diu ponderare, examinare. Plin. 7. 7. Is demum profecto vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gell. lib. 1. cap. 4. pr. Aut virtutes pensitabat, aut vitia rimabatur, ut judicium esse factum ad amussim diceres.

Pensitare, Frequenter solvere. Cic. pro Manil. 16. Quo tandem animo esse existimatis, aut eos, qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent, atque exigunt?

Immunia prædia, & Prædia quæ pensitant, contraria. Cic. 3. de Lege Agrar. 9. Immunia commodiore conditione sunt, quam illa quæ pensitant.

Pensitātus, a, um. Partic. ut, Multum ac diu pensitatus amor liberalitatis. Plin. 1. Epist. 8. Sæpe apud se pensitato. Tacit. 3. Ann. 52. 4.

Pensitatio, ōnis. f. [ἐπισταθμήσις] Plin. lib. 19. cap. 6. Et tunc properare præteriti temporis pensitatione. I. e. Compensatione.

Pensitationum frumenti tria sunt genera, teste Asconio in 4. Verr. pr. Canon, Oblatio, Indictio. Indictio, *la taille*; Canon, *le domaine*. V. de singulis. f. l.

Pensitātor, ōris. m. [ἐπισταθμητής] Ponderator. Gell. lib. 17. cap. 1. Verborum pensitatores subtilissimi.

Pensĭcŭlo, [συνεξετάζομαι] āre. Idem quod Pensitare. Gell. lib. 13. cap. 19. Pensicula utrumque modulate, reperies non quodque in loco sonare aptissime. Alii legunt Pensiculate modulateque reperies, &c.

Pensĭcŭlāte, Adv. h. e. Cum pondere, justoque examine. Gell. lib. 1. cap. 3. Neque ea, quæ a Theophrasto pensiculate atque enucleate scripta. &c.

Pensĭcŭlātor, ōris. m. Qui dicta factaque quadam quasi trutina examinat. Gellio tribuitur 17. 1. Al. Pensitator.

Pena, V. Pœna.

Pēnĕleus, i. m. trisyll. [Πηνέλεως] Unus ex Bœotorum ducibus. Virg. 2. Æn. 425. Penelei dextra.

Pēnĕlŏpe, es. m. [Πηνελόπη] Filia Icarii, & uxor Ulyssis: cui ad bellum Trojanum profecto, fidem & pudicitiam servavit, licet a multis procis sollicitaretur, quos lanificio frustrari solebat. Nam his semper se consensuram, absoluta tela, pollicebatur. Sed ut eos longius frustraretur, nocte retexebat, quod interdiu texuisset. Dicta ab avibus quæ Penelopes dicuntur, cujus nominativus singularis est Penelops, quum prius Arnea vocaretur, quasi abjecta, repudiataque. Etenim in mare projectam ab Icario Periboeaque parentibus, ferunt educatam a penelopibus. Dicitur & **Penelopēa**, æ. habes testimonium in Priapeia, Carm. 69.

Difficilis procis Penelope. Hor. 3. Carm. 10. 11.

Penelopes telam retexere, est Inanem operam sumere, & rursum destruere quod effeceris. Usurpat hoc adagium Cic. 4. Acad. 95. Quid quod eadem illa ars, quasi Penelope telam retexens, tollit ad extremum superiora? Agit de dialectica, quæ iisdem illis rationibus, quibus confirmavit aliquid, rursum solvit ac destruit, ut nihil jam actum videatur. Ex Erasmo. Al. Quasi Penelope telam retexens. [Scripsisse puto Tullium, Quasi Penelopa, terminatione Latina. Sic enim & alibi, ut 3. de N. D. 56.

Penelope pro Casta qualibet & pudica ponitur. Martial. 1. 63.

Incidit in flammas, juvenemque secuta, relicto
Conjuge, Penelope venit, abit Helene. V. tamen de rei veritate Fr. Florid. Sabinum Lect. subseciv. 3. 2. & Voss. 1. Inst. Orat. p. 183. qui & alios laudat auctores.

Penelopæus, a, um. Adj. [Πηνελοπαῖος] ut, Fides Penelopæa. Ovid. 5. Trist. 14. 36.

Pēnĕlops, ŏpis, f. [πηνέλοψ] Avis, de qua Plin. lib. 37. cap. 2. Et Cratim amnem in Oceanum effluentem e lacu, in quo aves, quas meleagridas & penelopas vocat, vivere. conf. Gesner.

Pĕnes, [παρά] Præpositio accusativo casui serviens, quæ a Penitus trahitur, significatque personam & dominium ac potestatem, ut ait Festus. Ulpianus in l. Penes. D. de verborum & rerum significat. Penes te, amplius est quam Apud te: nam apud te est, quod qualiter qualiter a te tenetur: Penes te est, quod quodammodo a te possidetur. Ovid. lib. 1. Fest. 119.

Me penes est unum vasti custodia mundi. i. e. In potestate vel dominio meo.

Imperium ac nomen Prætorium penes aliquem esse. Cic. 7. Verr. 39.

Omne judicium & potestatem agrorum penes aliquem esse. Cic. 2. de Lege Agrar. 51.

Penes Censorem judicium Senatus de dignitate, majores esse voluerunt. Cic. pro Domo 130.

Penes te potestas, vel principatus. Cic. 4. Fam. 7. Sic intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quod vereretur, ne tu illud beneficium omnino non putares. Idem 13. Att. 14. Quæ autem his temporibus scripsi, Ἀριστοτέλειον morem habent, in quo sermo ita inducitur ceterorum, ut penes ipsum sit principatus. Ovid. 3. Epist. Sabin. 27.

Te penes arbitrium nostræ vitæque necisque.

Omnia penes unum posse consistere. Auct. ad Herenn. lib. 4. 7.

Penes auctores sit fides: & in laudem, & in vituperationem simul accipitur, quasi laus veritatis, aut vituperatio falsitatis penes auctorem sit, ad quem spectat fidem rei, cujus auctor est, facere: ad me certe ista vel laus, vel vituperatio non spectat, qui hoc non affirmo, sed ad alterum auctorem relego. Hæc Valla lib. 6. Sallust. Jug. cap. 17. extr. Ceterum fides ejus rei penes auctores erit.

Eloquentia exornat eos, penes quos est. Cic. in Orat. 142.

Penes quos laus adhuc fuit. Cic. de Clar. Orat. 142.

Penes te culpa est. Ter. Hec. 4. 1. 21.

Penes te est virtus. Plaut. Amph. 2. 2. 31.

Victoria certaminis penes Tribunos fuit. Liv. 3. 24. extr.

Penes, aliquando pro Apud ponitur. Ter. Adelph. 3. 3. 34. Quid? isthæc jam penes vos psaltria est? i. est jam intus. Cic. 5. Verr. 171. Quum omnis frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta.

Penes æterna. Lucret. lib. 2. 1009.

Neve putes æterna penes residere potesse
Corpora prima, &c. Sic enim habent antiqua exemplaria, contra fidem noviciorum, in quibus legitur,
Neve putes æterna parum, &c. Ex priori autem lectione hic sensus elicitur, Non residere nec remanere in æternis tectis corpora prima, sed ea plerumque fluitare in summis rerum oris, & res interpolare subinde alias atque alias, ut quædam in ortu natalibusque moriantur suis: tantum abest ut æternitas esse possit in his, quæ prima corpore procreant & integrant. Hæc Turnebus.

Penes injuriam. Tacit. 4. Ann. 16. Pluresque ejus rei causas adferebat, potissimum penes injuriam, virorum feminarumque.

Exercitatus penes scenam. Auct. ad Heren. lib. 4. 15. Ita petulans es atque acer, ut ne ad solarium quidem idoneus, ut mihi videtur, sed penes scenam, & in ejusmodi locis exercitatus sis?

Penestæ, [Πενέσται] Illyricorum genus bellicosum, teste Livio. 44. 11.

Penestia, æ. f. Illyrici regio, ejusdem gentis sedes. Liv. 43. 21. &

Penestianus, a, um. Adj. ut Penestiana terra. Liv. 43. 20. Tertio die ad Uscanam (Penestianæ terræ ea maxima urbs est) posuit castra.

Pĕnĕtro, [δύνω, πείρω, περάω] āre. quasi Penitus intrare. Cic. 1. Tusc. 43. Qui si permanet incorruptus, suique similis, necesse est ita feratur, ut penetret & dividat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur.

Penetrare, Penitus intrare. Festus. Gloss. Lat. Gr. Penetrat, Ἐνδύνει, Item διαπερᾷ. διέρχεται.

Penetrare Atlantem, Montem Atlantem superare, & transgredi. Plin. lib. 5. cap. 1.

Ad urbem. Ovid. 15. Met. 8.

Ad urbes sedesque aliquorum. Cic. de Provinc. Conf. 32.

Ad feminam inter cerimonias publicas penetrare. Suet. Cæs. cap. 6.

Penetrare ad, Translate. Plin. lib. 13. cap. 3. Quando id primum ad Romanos penetraverit, non facile dixerim.

Vox penetrat ad aures. Ovid. 12. Met. 242.

Ad sensum opinionemque alicujus penetrare. Cic. in Partit. 123.

Vitium corporis usque ad animum penetrat. Ulpian. in l. 4. in princip. D. de ædil. edict.

Penetrare in aliquem locum. Quintil. lib. 3. cap. 7.

In cælum. Cic. 4. Acad. 122. Ut nulla acies humani ingenii tanta sit, quæ penetrare in cælum, terram intrare possit.

In extremos Indos. Catul. ad Furium, 11. 2.

In maria. Plin. lib. 9. cap. 6.

In portum. Cic. 7. Verr. 96.

In quædam templa. Cic. in Somn. Scip. 17.

In urbem. Liv. 2.

Per cælum. Cic. de Univers. 30. Has ob causas nata astra sunt, quæ per cælum penetrantia, solstitiali se & brumali revocatione converterent.

Sub terras. Cic. 6. Verr. 107. Abreptam ex eo loco virginem secum asportasse, & subito non longe a Syracusis penetrasse sub terras. De Plutone.

Penetrare se, antique, pro Inferre sese. Gell. lib. 5. cap. 14. Specum quandam nactus remotam latebrosamque, in eam me penetro & recondo. [Ex Plauto. H. St. V. seq. exempl.
Penetrare se in fugam, Fugere. Plaut. Amph. 1. 1. 94.
Penetrare pedem aliquo. Plaut. Men. 5. 1. 64.
Penetrare in animos. Cic. de Clar. Orat. 142. Nulla res magis penetrat in animos, eosque fingit, format, flectit.
Contagia morbi penetrant in animum. Lucret. lib. 3. 472.
Tremor penetrat in artus. Ovid. 10. Met. 424.
Nidor penetrat in artus. Lucret. lib. 2. 680.
Pavor penetrans in præcordia. Sil. lib. 16. 515.
Penetrare, ad personam relatum. Tacit. 3. Ann. 4. Nihil tamen Tiberium magis penetravit. conf. Idem Hist. 3. 4.
Tum penetrabat eos, posse hæc, &c. Lucret. lib. 5. 1261. i. e. Tum veniebat eis in mentem: vel tum sibi persuadebant. Lambinus.
Penetrare vitam, famamque alicujus. i. e. Perspicere. Tacit. 4. Hist. 7. Al. In vitam.
Penetrari, Infinit. passiv. Lucret. lib. 2. 539.

— vallo munitur eburno
Ut penitus nequeat penetrari, &c.

PENETRĀTUS, a, um. [διαπεπερασμένος] Partic. ut,
Corpora penitus penetrata. Lucret. lib. 1. 529. Idem 4. 671.
Limina penetrata mortis. Stat. 4. Silv. 6. 104.
Penetratis omnibus Hispaniæ gentibus. Paterc. 2. 5. pr.
Penetratæ cum victoria Media, Albania, Iberia. Paterc. 2. 40.
PENETRATIO, ōnis. f. Apul. 4. Florid. p. 360. Elmenh. Paribus utrinque aculeis, simili penetratione, mutuo vulnere.
PENETRĀTOR, ōris. m. Augustin. Epist. 199. Paulin. Nolan. Epist. 29. Prudent. Hamartig. 874.

Illis viva acies: nec pupula parva, sed ignis
Trajector nebulæ, valli & penetrator operti est.

PENETRĀBILIS, e. Adj. [πορευτὸς] Quod facile penetrat: & interdum Quod facile penetrari potest. Martial. lib. 4. 19.

Ne madidus intret penetrabile frigus in artus. V. Drakenb. ad

Sil. 7. 649. Virg. 1. Georg. 93.

— aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Caput haud penetrabile Nili. Stat. 3. Silv. 5. 21. [i. e. Haud vestigabile.
Corpus nullo penetrabile telo. Ovid. 12. Met. 166.
Fulmen penetrabile. Ovid. 13. Met. 857.
Pectus nulli penetrabile ferro. Stat. 2. Theb. 653.
Querimonia penetrabilis. Gell. lib. 10. cap. 3.
Telum penetrabile. Ovid. 5. Met. 67. conf. Virg. 10. Æn. 481.
Compar. Macrob. Saturn. 7. 12. Penetrabilius in venas vinum.
PENETRĀLIS, e. [ἐνδόμυχος, ἀδυτικός] Adj. legitur apud Virg. 2. Æn. 297. pro Interno & interiore: ut,

Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Dii penetrales, Penates. Cic. 2. de Nat. Deor. 68.
Foci abditi ac penetrales. Cic. de Arusp. Resp. 57.
Focos penetrales deserere. Catull. ad Mallium 68. 102. al. Deos.
Frigus penetrale, Quod penetrat. Lucret. lib. 1. 495.
Germaniæ penetralis. Tacit. 1. Ann. 10. Ille fas patriæ, libertatem avitam, penetrales Germaniæ deos, &c. Cheruscorum regionem videtur appellare Penetrale Germaniæ, quod sit penitior, atque interior, aut potius templum Cheruscorum. [Ergo substantivum, non Adj. foret. Al. Penetrales, quod probo. Quin & § Penetralis sensu eodem relinqui possit.
Ignis penetralis. Lucret. lib. 1. 536. i. e. Qui in res omnes, quibuscunque adhæserit, sese cito insinuat. Lambinus.
Sacrificium penetrale, inquit Festus, Quod in interiore parte sacrarii conficitur. Unde & Penetralia cujusque dicuntur. Et Penes nos, Quod in potestate nostra est. Festus.
Sedes penetralis. Virg. 4. Æn. 504.
Tecta penetralia. Virg. 1. Georg. 379.
Templa penetralia cæli. Lucret. lib. 1. 1098. al. Tonitralia.
Tenebræ penetrales. Solin. cap. 58. extr. [Nisi Latebrales reliquit.
Abditum & penetrale. V. Abditum, in ABDO.
Compar. Lucret. lib. 2. 382.

Quare fulmineus multo penetralior ignis, &c. Sic restituit Lambin.

PENETRĀLE, is. n. sive per apoc. PENETRAL, quo utitur Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1. [μυχὸς] significat Omnem partem interiorem domus vel templi, licet sit intecta, ut ait Servius: seu Omne quod in intimis partibus est, ut vult Valla. Virg. 6. Æn. 71.

Te quoque magna manent, regnis penetralia nostris. Martial.

lib. 10. 51.

Nec Capitolini summum penetrale tonantis.

Regum penetralia. Virg. 2. Æn. 484. i. e. Aulæ regiæ interiora.
Alta penetralia. Virg. 7. Æn. 59.
Arcana tecti penetralia. Stat. 5. Theb. 313.
Faustis sub penetralibus nutrita indoles. Hor. 4. Carm. 4. 26.
Patrium penetrale in sedes novas transferre. Ovid. 15. Met. 34.
Profundum penetrale. Claud. 2. in 2. Cons. Stil. 444.
Contaminare penetralia. Liv. 45. 5.
Penetralia, sunt Penatium deorum sacraria. Paulus. conf. Lex. Pitisc. Liv. 6. 41. extr. Tradamus ancilia, penetralia, deos.
Metaphorice pro Arcanis præceptis ponit Quintil. 6. 2. Sed mihi in animo est ipsa hujus loci aperire penetralia.
PENETRALITER, Adv. Fortun. 4. Mart. Penetraliter ulcera mordent.
PĒNĒUS, sive PENEOS, i. m. [Πηνειὸς] Fluvius Thessaliæ, de quo Plin. lib. 4. cap. 8. sic scribit, Et ante cunctos claritate Peneus, ortus juxta Gomphos: interque Ossam & Olympum nemorosa convalle defluens, D. stadiis, dimidio ejus spatio navigabilis. In eo cursu Tempe vocantur, V. M. passuum longitudine, & ferme sesquijugeri latitudine, ultra visum hominis attollentibus se dextra lævaque leniter convexis jugis. Intus sua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus avium concentu. In hujus ripa Daphnis in laurum conversa dicitur. V. Ovid. 1. Met. 569. Ælian. V. H. 3. 1.
Senex Peneus. Ovid. 2. Met. 243.
Stagnans. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 180.
PENĒIUS, a, um. Adj. [Πηνειὸς] ut,
Stagna Peneia. Stat. 4. Theb. 143.
Arva. Ovid. 12. Met. 209.
Daphne. Ovid. 1. Met. 452.
Laurus Peneia. Valer. 1. Argon. 386.
PENĒUS, a, um. aliud Adj. ut voc. Nympha Penea. Ovid. 1. Met. 504. Sed Heins. Penei, vocativo Gr. seq. dict. legit.
PENĒIS, idis. f. [Πηνειὶς] patronym. ut, Nympha Peneis. Idem 1. Met. 472.
PĒNIA, [Πενία] Paupertas dea, de qua hanc Plato refert fabulam in Symposio, qua novam rationem affert cur Veneri semper hæreat Cupido. Scribit autem Plato, nata Venere Jovem natalitia diis præbuisse, atque in eo convivio cum ceteros deos, tum Porum Metidis filium interfuisse: Illum autem largius æquo potum, nectareque ebrium, in Jovis hortos introivisse, ibique obdormivisse: Peniam vero, quæ ad illud convivium mendicandi gratia venerat, insidias Poro egestate coactam struxisse, & propter illum cubuisse, ut ab eo (si modo id consequi posset) gravida facta filium pareret. Illam igitur a Poro compressam esse, atque ex eo concubitu gravidam factam, Cupidinem peperisse: inde evenisse ut Cupido Venerem potius, quam matrem, sequatur. Monuit Lambinus. V. ipsum Plat. p. 187. ed. Bas. Gr. Aristoph. in Pluto, & Lucian. in Tim. A Gaditanis cum Arte præcipua religione cultam, ut quæ, ingenia acuendo hominum, artium inventrix videatur, ex Arriano tradit Gyrald. Synt. 1. p. 57. edit. Basil.
PENICILLUS, PENICULAMENTUM, PENICULUS, V. PENIS.
PENINSULA, V. PÆNINSULA.
PĒNIS, is. f. [κέρκος] Cauda dicitur, a pendendo. Fest. V. Voss. Etymolog. Gloss. Lat. Gr. Penis, Αἰδοῖον, Περίσκελος.
Penis, Virile membrum. Cic. 9. Fam. 22. Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus. At hodie penis est in obscænis. At vero Piso ille frugi in annalibus suis queritur, adolescentes peni deditos esse. Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectius penem: sed quia multi, factum est tam obscænum, quam id verbum, quo tu usus es. Et est masc. sicut Panis, Funis, & similia. Cato 4. Dist. 10.

Indulgere gulæ noli, quæ penis amica est. Leg. Ventris in libris vulgatis.

PENĪTUS, a, um. Adj. [κερκωτὸς] Quod est ex pene, hoc est cauda. Unde Penita offa, i. e. Offa porcina cum cauda in cœnis puris, inquit Festus. Plaut. Mil. 3. 1. 165. Aufer illam offam penitam. Al. Porcinam.
PĒNICILLUS, & PENICŬLUS, i. m. sive PENICILLUM & PENICULUM, i. n. [πενίκιλλος] diminutiva sunt a Penis, & significant, Ea quibus calceamenta, vasaque terguntur, ut ait Festus: & fiebant olim ex pene, id est ex cauda animalium. Cic. 9. Fam. 22. Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus. Ter. Eun. 4. 7. 7.

Quid, ignave, peniculone pugnare, qui istum huc portes, cogitas?

Plaut. Men. 2. 3. 40.

Peniculo. M. quia iste peniculus? qui extergentur baxeæ? Hinc

nomen servis, quod penicillo mensas mundarent. ut Plaut. Men. 1. 1. 1. sub persona parasiti,

Juventus nomen fecit Peniculo mihi,
Ideo quia mensam, quando edo, detergeo. V. Turneb. Ad-

vers. 18. 15.
Penicillus, & Peniculus, quod etiam neutrum fecit Quintilianus: illud Instrumentum appellamus, quo pictores pingunt, quod caudarum extremitatibus fiat. Plin. lib. 35. cap. 10. Arreptoque penicillo, lineam ex colore duxit summæ tenuitatis, per tabulam. Quintil. lib. 2. cap. 21. Neque enim scientia desiderat instrumentum, quæ potest esse consummata, etiamsi nihil faciat, sed ille opifex, ut cælator cælum, & pictor penicilla. Cic. 2. Q. frat. 15. Quam pingam coloribus tuis, penicillo meo. Hic per translationem. V. Buleng. de Pictur. 1. 23.
Peniculum, sive Penicillum tectorium. Plaut. Milit. 2. 2. 18. al. Panniculum sectius. q. V.
Peniculum, sive Penicillum, Quo vulnera stipantur: vel ideo ne claudantur, vel ut aperiantur magis, ut sunt penicilli ex linteolis concerptis, ex medulla sambuci, & ex spongia. Plin. Tum peniculo vulnus apertum. Celsus 7. 7. 6. Deinde exigua penicilla interponenda.
Peniculi spongiæ longæ ac propter similitudinem caudarum appellatæ. Penes enim caudæ appellabantur. Festus.
Penicillus etiam dicitur Spongiæ genus mollissimum, ex quo fiunt penicilli. Plin. lib. 31. ad finem.
PENICULĀMENTUM, i. n. [κρόσσωμα] Pars vestis, auctore Nonio 2. 624. Ennius lib. 12. Annal.

Pendent peniculamenta unum ad quemque pedum. Lucil. lib. 19.
Peniculamentum vero reprehendere noli. V. Scalig. Catalect. p. 162.

PĒNĪTUS, a, um. V. PENIS.
PĔNĪTUS, a, um. Adj. [ἐνδόμυχος] proprie Intrinsecus significat. Unde Penitior dicitur Interior, & Penitissimus, Intimus. Plaut. Asin. 1. 1. 28.

— age, agedum exscrea.
D. Etiam ne? L. quæso hercle usque ex penitis faucibus.

Flamma penita. Catull. in Carm. nupt. 59. 176.

At non minus, atque tu,
Pectore uritur intimo,
Flamma, sed penita magis. Scaliger legit Penite. i. e. Magis

penitus, sive penitius.
Compar. In penitiorem partem domus se trahere. Apul. apud Priscian. p. 590.
Superl. Pectus penitissimum. Plaut. Cist. 1. 1. 65. Idem Pers. 4. 3. 72. Barbaria penitissima.
Scythas penitissimus. Gell. 11. 4. Macrob. Saturn. 5. 19. De Græcorum penitissimis litteris hanc Historiam eruit Maro.
PENĪTE, Adv. antiq. Catul. Nupt. Mall. 178. ut vult Scaliger. V. dict. præced.
Compar. Cels. 5. 28. 11. Penitius condita suppuratione.
Superl. Sidon. 4. Epist. 9. Actiones ejus quotidianas penitissime inspexi.
PENITUS, [ἔνδον, ἐνδοτάτω] Adv. locale, quasi Pene intus, id est valde interne, seu intrinsecus, vel intima parte & secreta. ut quum dico, Penitus me noscis. Item est Intus & in cute. Virg. 3. Æn. 32.

— & causas penitus tentare latentes. Cic. 1. de Legib. 17.

Sed penitus ex intima philosophia hauriendam juris disciplinam putas?
Abditum penitus. V. ABDO.
Abditum penitus aurum & argentum effodere. Cic. 2. Off. 13.
Bene penitus in alicujus familiaritatem sese dare. Cic. 4. Verr. 169. Qui & sui quæstus causa, & fortasse quod sociorum interesse arbitrabatur, bene penitus in istius familiaritatem sese dedit.
Cognoscere penitus, Perfecte, & usque ad interiora. Cic. 1. de Orat. 17. Omnes animorum motus, quos hominum generi natura tribuit, penitus pernoscendi. Com-

Comprehendere penitus animo omnes virtutes. Cic. pro Corn. Balb. 3.
Convellere penitus judicio aliquo Rempub. Cic. de Clar. Orat. 115.
Demittere se penitus in aliquam causam. Cic. 8. Att. 12.
Exterrita penitus tellus. Virg. 3. Æn. 673.
Figere præcepta penitus animo. Tacit. Agric. cap. 45. n. 6.
Inclusum penitus in venis atque visceribus Reipub. periculum. Cic. 1. in Catil. 31.
Insedit penitus hæc opinio. Cic. 5. Fam. 13.
Penitus insitus, & abstrusus. Cic. pro Cluent. 4. Evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam?
Insitum penitus odium. Cic. 2. de Lege Agrar. 14.
Intrare penitus in familiaritatem alicujus. Cic. 1. Q. frat. 1.
Mandare penitus animo & menti aliquid. Cic. 1. in Catil. 27.
Noscere penitus aliquem. Cic. 2. Fam. 15.
Notus penitus. Hor. 1. Epist. 18. 80.
Perspectæ penitus planeque cognitæ res. Cic. 1. de Orat. 108.
Penitus [πάντη, πάντως, παντελῶς] aliquando pro Adv. qualitatis poni tur, Prorsus, vel Valde, aut Omnino. Virg. 1. Ecl. 67.
Et penitus toto divisos orbe Britannos. i. e. Omnino, inquit Servius. V. mox not. Cic. 3. de Fin. 10. Et honestum ipsum quasi virtutis lumen extinxeris, & virtutem penitus everteris.
Abrasa penitus supercilia. Cic. pro Rosc. Com. 20.
Diffidere penitus Reipublicæ, rationes a te collectæ vetabant. Cic. 5. Fam. 13.
Perdere penitus seipsum. Cic. 1. de Fin. 49.
Tollere penitus aliquid. Cic. 1. de Nat. Deor. 120.
Penitus prorsum latet hæc natura. Lucret. lib. 3. 274.
Penitus, quasi dicas Remote, aut longe. Virg. 1. Æn. 516.
— ater quos æquore turbo
Dispulerat, penitusque alias advexerat oras. Servius; Penitus; Longe a regina remotos. [Huc potuit etiam superiorem ex 1. Ecl. 67. locum referre.
PENNA, æ. f. [πτερὸν, πτίλον, πτερὶς] Avium est. Pennæ quasi Pannus quo aves teguntur. Cic. 2. de Nat. Deor. 129. E quibus pullos quum exclusferint, ita tuentur, ut & pennis foveant ne frigore lædantur.
Pennas antiqui fecerunt ex Græco, quod illi πετεινὰ ea quæ sunt volucria dicant. Item easdem Pesnas, & Coesnas. Fest. V. Voss. Etymolog.
Pennæ & Plumæ. Columel. lib. 8. cap. 2. Eæ sint rubicundæ, vel fuscæ plumæ, nigrisque pennis. Senec. Epist. 42. Dixi te pennam tenere: mentitus sum, plumam tantum tenebas. Pennæ in alis & cauda sunt, Plumæ in reliquo corpore avium. Scribitur & Pinna. q. V.
Celer penna anser. Ovid. 8. Met. 686.
Caules pennarum. V. CAULIS.
Jactatus pennarum. Ovid. 6. Met. 703. de Borea.
Albæ pennæ. Lucret. lib. 2. 822.
Croceæ Iridis. Virg. 4. Æn. 700.
Infirmæ. Ovid. 12. Met. 570.
Leves. Ovid. 2. Met. 581.
Mobilis. Ovid. 2. de Arte Am. 644.
Niveæ. Ovid. 2. Met. 536.
Olorinæ. Virg. 10. Æn. 187.
Præceps. Juven. 4. Sat. 149.
Præpetes. V. PRÆPES.
Punicea. Virg 3. Georg 372.
Ablata pennis Harpyia. Virg. 3. Æn. 258.
Appellere corpus pennis aliquo. Lucret. lib. 6. 751.
Claudicat nisus inanis pennarum. Lucret. lib. 6. 834.
Coruscant pennis apes. Virg. 4. Georg. 73.
Credere se cælo præpetibus pennis ausus. Virg. 6. Æn. 15.
Defertur pennis ales. Lucret. lib. 6. 821.
Deficiens penna. Ovid. 1. de Pont. 6. 72.
Dat plausum ingentem pennis columba. Virg. 5. Æn. 215.
Excutere pennas. Ovid. 6. Met. 708.
Fugiens penna. Hor. 3. Carm. 2, 24.
Jactare pennas. Ovid. 2. Met. 835.
Incidere pennas. V. paulo post, Pennæ renascuntur.
Labi pennis, Volare. Virg. 4. Æn. 223.
Pandunt pennas Halcyones. Virg. 1. Georg. 399.
Percutere pennas in aere. Ovid. 1. Met. 466.
Plaudere pennis. Ovid. 8. Met. 238.
Quatere pennas in aere. Ovid. 4. Met. 676.
Secat penis geminis aera avis. Cic. in Arato 48.
Secat alta cæli levis penna. Seneca OEdip. 4.
Siccat Auster madidas pennas. Juven. 5. Sat. 100.
Tendere iter pennis. Virg. 6. Æn. 240.
Pennæ renascuntur, metaphoricôs, quum quis auctoritatem recuperat pristinam. Cic. 4. Att. 2. Iidem inquam illi, quos tu ne quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci: sed ut spero, jam renascentur.
Avulsæ reviviscunt pennæ. Plin. lib. 11 cap. 28.
Decisis pennis humilem demittere aliquem. Hor. 2. Epist 2. 49.
Extendere nido majores pennas. Hor. 1. Epist. 21. 21. Se amplius efferre, quam fortunæ nostræ ferant. At Erasm. sic; Rem, fortunamque, quam mediocrem aut tenuem a majoribus acceperis, auctiorem reddere.
Fertur Victoria sparsis pennis. Ovid. 3. Amor. 2. 45.
Quatit celeres pennas Fortuna, Avolat. Hor. 3. Carm. 29. 54.
Volat dubiis pennis Victoria. Ovid. 8. Met. 13.
Penna non solum est avium. Apud Plin. lib. 11. cap. 28. titulus est; De pennis insectorum. In quo cap. Pennas etiam scarabeorum vocat.
Etiam plantis pennæ tribuuntur. V. PENNATUS, & Voss. Etymol.
Instrumenta scribæ calamus & penna, &c. Isidor. 6. 14.
Ille tuus pennas tam cito vertit amor. Propert 2. 25. 22. l. e. Avolavit.
PENNŬLA, æ. f. dimin. [πτερύγιον] Cic. 2. de Nat. Deor. 129. Quum autem pulli pennulis uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur.
PENNICŬLUM, i. o. Pinna illa quæ in fastigio ædificiorum sita, facili motu, ventorum indicat flatum. Plin. Petasum vocat. V. Pinnaculum, in PINNA.
PENNĀLIS, e. Adj. Sedul. Pennali libramento corpus sustentare.
Pennalis olim dictus Academicus novellus. Gesner. Thesaur.
PENNĀRIUS, a, um. Ad. ut, Thecapennaria. Ibid.
PENNOR, ari. Pennis indui. Dracont. Hexaem. 146. Pennantur tunc membra.
PENNĀTUS, a, um. Adj. [πτερωτὸς] Quod pennas habet. Plin. lib. 10. cap. 52. Pennatorum autem infecunda sunt, quæ aduncos habent ungues.
Amores pennati, Alati. Claud. in pr. Conf. Stilich. 356.
Cohors pennata. Claud. de Nupt. Honor. 204.
Equus pennatus. Plin. lib. 8. cap. 21. Lyncas & sphingas Æthiopia generat, multaque alia monstro similia: pennatos equos, & cornibus armatos, quos pegasus vocant.
Serpentes pennati. Ovid. 7. Met. 350.
Telum pennatum, Pennis munitum ut levius fiat, aeremque facilius penetret, quemadmodum in sagittis videmus. Plin. lib. 34. cap. 14.
Zephyrus pennatus. Lucret. lib. 5. 737. al. Pinnatus.
Pennatas, Impennatasque agnas in Saliari carmine, Spicas significat cum aristis, & alias sine aristis Agnas novas volunt intelligi. Paul. ex Fest.
PENNATŬLUS, a, um. Adj. dimin. Tertull. ad Nation. 1. 10.
PENNIFER, ĕra, ĕrum. Adj. Ferens pennas. Catull. 53. 29. Sidon. 2. 309. &
PENNIGER, ĕra, ĕrum. Adj. [πτεροφόρος] Idem. Gerens pennas. Cic. de Univers. 31. Erant autem animantium genera quatuor, quorum unum divinum atque cæleste, alterum pennigerum & aerium, tertium terrestre, quartum divinæ animationis, &c. Idem 7. Fam. 33. 2.
Sagittæ pennigeræ. Sil. lib 8. 375.
PENNĬPES, Idis. c. Adj. [πτερόπους] ut, Perseus pennipes. Catul. in Camer. 53. 25.
PENNIPŎTENS, entis. Adj. [πτερωσθενὴς] Lucret. lib. 2. 867.
— & nostro de corpore sæpe ferarum
Augescunt vires, & corpora pennipotentum. Pennipotentes egregio vocabulo Aves appellat, ex eo quod pennis potiantur: nam potens est etiam potiens. ut Potenti vestimenta maris deo, id est Neptuno maris potienti. Quanquam non me latet etiam Neptuno dici posse permissam maris potestatem, eoque Potentem maris appellari, & Peonipoteotes, quæ pennis volent & nituntur. Turneb. conf. Lucret. 5. 787.
PENNĪNUS, i. m. Deus Alpinorum, quem in summo vertice colebant. Unde & ipsæ Alpes Penninæ dictæ. V. Liv. 21. 38. extr. & dict. ALPES.
PENSABĬLIS, PENSATIO, PENSATOR. V. PENDO, ĕre
PENNUS, Cognomen Juniorum. V. Ant. August. de Fam. Rom.
PENSICULATOR, PENSICULO. V. PENDO.
PENSILIS, V. PENDEO.
PENSIO, PENSITATOR, PENSITO, PENSO, V. PENDO.
PENSUM, & PENSUS. V. PENDEO & PENDO.
PENTACHORDON, i. n. [πεντάχορδον] Instrumentum quinque habens chordas. V. Mart. Capell. 9. p. 325.
PENTĂCŎSIŎMĔDIMNI, [Πεντακοσιομέδιμνοι] fuerunt primi ordinis censiti apud Athenienses, quasi Quingentis medimnis censi. Bud. lib. 5. de Asse. Aristoteles in 2. Politic. cap. 12. auctor est Solonem legislatorem quatuor census Athenis instituisse: quorum primos fuit eorum, qui Pentacosiomedimni dicti sunt, id est quingentis medimnis censi. Secundus eorum fuit, qui Zeugitæ dicebantur, ab equis & bobus jugalibus. Tertius Hippas, ab equis. Quartus Theticum dicitur, qui eorum erat, qui Thetes, id est opifices erant, hoc est operas suas locantes. Primum, secundum & tertium ad magistratus & honores admitti voluit, eosque divitum & nobilium appellatione censeri.
PENTADACTYLI, [πεντάδακτυλοι] Pisces sunt ex genere concharum apud Plin. lib. 32. cap. ult. Al. Pendactiles, Corrupte.
PENTADACTYLON, i. n. [πεντάδακτυλον] Herba eadem quæ Pentaphyllon. Apul. de Herb. cap. 2.
PENTADŌRON, [πεντάδωρον] Laterum e terra macerata fictorum genus. Plin. lib. 35. cap. 14. Genera eorum tria. Lydion, quo utimur, longum sesquipede, latum pede: alterum Tetradoron, tertium Pentadoron: Græci enim antiqui Doron palmum vocabant, & ideo Dora munera, quia manu darentur. Ergo a quatuor & quinque palmis, prout sunt, nominantur. Eadem est latitudo. Minore in privatis operibus, majore in publicis utuntur in Græcia. Hæc Plin. conf. Vitruv. lib 2. cap. 3.
PENTĂGŌNUM, [πεντάγωνον] Figura est æquilatera & æquiangula composita ex quinque lateribus & angulis totidem. Eucl. 4. Elem. Theor. 11. In dato circulo, pentagonum æquilaterum & æquiangulum inscribere.
PENTAMĔTER, tri. m. [πεντάμετρος] Versus quinque constans metris, seu pedibus. Quintil. 9. 4.
PENTAMŒROS, i. [πεντάμοιρος] Quintarius, subaudi Numerus. Vitruv. 4. 1.
PENTAPETES, is. n. [πενταπετὲς] Herba eadem quæ Pentaphyllon. V. infra in PENTAPHYLLON.
PENTAPHARMACUM, i. n. [πενταφάρμακον] Medicamentum ex quinque speciebus compositum. V. Spartian. in Æl. Vero cap. 5.
PENTAPHYLLON, [πεντάφυλλον] Herba quinque folia habens, a Latinis Quinquefolium appellata, multiplex quidem, nam & fragi folia quina sunt, & alterius cujusdam herbæ passim crescentis, de qua copiose Plin. lib. 25. cap. 9. Apul. de Herb. cap. 2.
PENTAPŎLIS, ĕos. f. [Πεντάπολις] Regio inter Palæstinam & Arabiam, a quinque civitatibus sic appellata, ubi Sodoma & Gomorra, Adama, Zeboim, & Bela sive Zoar oppida. Sapient. 10. 6.
Fuit & Pentapolis Philistinorum & alia Libyæ.
PENTAPRŌTĪA, æ. f. [πενταπρωτεία] Quinque primorum munus: quos alibi sacræ Constitutiones, Quinque Summates vocant. Spiegel. putat vocari Quintumviros in l. de cubiculis nostris. De privileg. eor. qui in sacr. palat. militant. lib. 12. C.
PENTAPTŌTON, i. n. [πεντάπτωτον] Quod per quinque casus variatur. V. Isidor. 1. 6. Priscian. 5. 672.
PENTAPYLON, i. n. [πεντάπυλον] Jovis arbitratoris templum, in quo erat porticus habens quinque ordines columnarum quadratarum: apud Victor. Reg. 10. V. Nardin. Rom. vet. 6. 14.
PENTARCHUS, [πένταρχος] Qui quinque viris præest, &
PENTARCHIA, [πενταρχία] ipsum munus.
PENTAS, ădis. f. [πεντὰς] Numerus quinarius. Mart. Capell. lib. 7. p. 219.
PENTASĒMUS, i. m. [πεντάσημος] Genus pedis rythmici. Ibid. lib. 9. p. 330.
PENTASPASTOS, [πεντάσπαστος] Machina tractoria quinque orbiculorum. Vitruv. 10. 3.
PENTASPHÆRUM, i. n. [πεντάσφαιρον] V. Is. Voss. ad Melam, 3. 7. 8. & Bynkersh. Observ. 4. 5.
PENTASTICHŒ, [πεντάστιχοι] Porticus dicuntur, a quinque columnarum ordinibus.
PENTATEUCHOS, i. m. [πεντάτευχος] Volumen quinque librorum. Sunt

Sunt qui declinent Pentateuchon. i. n. Pentateuches Moysi. V. Tertull. ad Marc. 1. 10. Et Hieron. adv. Rufin. 2. 7.

Pentathlum, i. n. [πένταθλον] antiqui Quinquertium dixerunt. id autem genus exercitationis ex his quinque artibus constat: jactu disci, cursu, saltu, jaculatione, luctatione. Paul. V. Quinquertium infra & in Lex. Pitisc.

Pentathlos, i. m. [πένταθλος] Pentathli dicuntur, qui in ludo quinque artes gymnasticas exercent, videlicet discum, cursum, saltum, palæstram, & jaculationem. A Latinis Quinquertiones appellantur e quinque artibus. Plin. de Myrone, lib. 34. cap. 8. Hic fecit Delphicos pentathlos. V. quinquertio.

Pentecontarches, æ. vel Pentecontarchus, i. m. [πεντηκοντάρχης, ὁ πεντηκόνταρχος] Qui præest quinquaginta militibus. quorum munus Pentecontarchia appellatur. V. Pentecontarcha, in Lex. Pitisc.

Pentecoste, es. f. [πεντηκοστή] Dies quinquagesimus post Pascha. Tertull. de Idol. cap. 14. Subauditur ἡμέρα. i. e. Dies. Hinc

Pentecostalis, e. Adj. ut, Festum pentecostale. ibid.

Pentectena, [πεντέκτενα] apud Antiphan. Pollux lib. 7. cap. 14. dicit Tunicellas esse juxta oram purpura ornatas, radiis quinque intextis.

Pentedactylos, [Πεντεδάκτυλος] Mons in Troglodytico sinu. Plin. lib. 6. cap. 29.

Pentelicus, i. m. [Πεντελικός] Mons Atticæ, unde Pentelicum marmor. Hinc Hermæ Pentelici, statuæ apud Cic. 1. Att. 8.

Penteris, is. f. [πεντήρης] Navis quinque remorum ordines habens. Hirt. Bell. Alex. cap. 47. Capit ex eo prælio penterem, triremes duas, dicrotas octo. Al. Pentiremem vitiose legunt. Dicitur autem e πέντε & ἐρέσσω, Lat. Quinqueramis.

Pentethronicus, a, um. Adj vox fictitia pro Valde glorioso. ut, Pugna pentethronica. Plaut. Pœn. 2. 1. 25 Gronov. legit Ptenornithica. q. V. & Turneb. ad illud Virg. 3. Georg. 115. Frena Pelethronii.

Penthemimeris, is. f. [πενθημιμερής] Latine Semiquinaria, Cæsura est in versibus, quoties post octo tempora, syllaba relinquitur, partem orationis terminans. ut

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. A πέντε, quinque; ἥμισυ, semis; & μέρος divisio, vel pars. V. Quintil 9. 4. Et Auson. Epist. 4. 87.

Penthesilea, æ. f. [Πενθεσίλεια] Amazonum regina, quæ teste Justino lib. 2 cap. 4. Orithyæ, sive (ut alii) Orithyiæ, successit in regno: ejusque Trojano bello inter fortissimos viros, quum auxilium adversus Græcos ferret, magna virtutis documenta extitere. Martis & Otreræ filiam facit Servius, quam Achilles interfectam honorifice sepeliverit, enarrans illud Virg. 1. Æn. 491.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, &c. Ubi & addit, sororem suam in venatione confixisse, simulantem se cervam ferire, eoque furentem a poeta dici. Etsi & aliam probabiliorem causam subjicit.

Mæotis Penthesilea. Propert. lib. 3. 9. 14. V. Plin. 7. 56. Sunt qui Panthesilea scribunt, contra MSS. consensum.

Pentheus, disyll. [Πενθεύς] teste Ovid. in Met. 3. extr. Filius Echionis, ex Agave conjuge, filia Cadmi: qui quum Liberi patris sacra aspernaretur, ira numinis, a matre & sorore in Furorem versis, laceratus est. Tecta Penthei disjecta. Hor. 2. Carm. 19. 14.

Demens Pentheus. Virg. 4. Æn. 469.

Pentheus, a, um. Adj. [Πένθειος] ut, Ritu Pentheo laniant corpora. Claud 2. in pr. Cons. Stilich. 213. Stat. 2. Theb. 575.

Pentheumque trahens nondum te Phædimus æquo,
Baccha, genus.

Penthylus, [Πένθυλος] Filius Demonoi, qui e Papho naves duodecim in auxilium Xerxis eduxit, quas oborta tempestate amisit. Ipse vero captus multa de exercitu Xerxis Græcos edocuit. Auctor Herodot. lib. 7.

Pentiremis, V. penteris.

Pentorobon, i. n. [πεντόροβον] Herba insignis, quæ notiore nomine Pæonia appellatur. Dictum Pentorobon eo quod inter cetera, quinque aut sex grana habeat, ervi semen, non magnitudine tantum, verum etiam colore referentia. V. Plin. 25. cap. 4. Et 27. 10. Et Apul. de Herb. cap. 64.

Pentri, orum. m. pl. Samnitium populus, cujus caput Bovianum. Liv. 9. 31.

Penuarium, V. penus.

Penula, vel Pænula, æ. f. [φαινόλης, φαιλόνης] Vestis, quæ nebuloso seu pluvioso tempore supra tunicam sumebatur loco pallii, ad arcendas a corpore pluvias. Quintil. lib. 6. cap. 3. Galba penulam roganti respondit, Si non pluit, non est opus tibi: si pluit, ipse utar. Ulpian. in l. Vestis. D. de Auro & argento legatis, inter communia vestimenta, quibus vir & mulier promiscue utuntur, penulas annumerat. Lampridius scribit cap. 27. vit. Alexandrum permisisse ut senes penulis intra urbem frigoris causa uterentur: quum id vestimentum, itinerarium, aut pluviæ fuisset. Quod autem viatoris fuerit penula, Tollius 13. Att. 33. probat: Venit ad me, inquit, & quidem id temporis, ut retinendus esset: sed ego ita egi, ut non scinderem penulam. Memini enim tui: & multi erant, nosque imparati. quid refert? paulo post, C. Capito cum T. Carrinate. horum ego vix attigi penulam: & tamen remanserunt. Memini, inquit, tui; hoc est, feci quod memini te solere: qui ita invitare soles, ut penulam tamen cujusquam non scindas. Proverbii vice usurpavit Toll. ut loquimur, *Non sustinuit ut scinderet mantellum, quo apud me remaneret*, Hæc Baysius. Al. Tunm.

Rejecta penula desilire de aliquo loco. Cic. pro Milon. 29. Subaudi Post tergum.

Mulionia penula. Cic. pro Sext. 82. Sensit rusticulus non incautus, &c. suum sanguinem quæri ad restinguendam invidiam facinoris Clodiani: mulioniam penulam arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat: messoria se corbe contexit.

Erat & Penula scortea. Scorta enim veteres Pelles nominabant. Martial. lib. 14. 130.

Ingrediare viam cælo licet usque sereno,
Ad subitas nusquam scortea desit aquas. Penula scortea utuntur pegasarii cursores, qui e Gallia Lugdunensi, quinto, aut sexto demum die Romam adveniunt, subinde per stationes mutatis equis. Bays. conf. Turneb. Advers. 28. 12. Torrent. ad Hor. 1. Epist. 11. 18. & ad Suet. Calig. cap. 52. vel Salmas. Hist. Aug. p. 6. vel Lex. Pitisc. in Pænula.

Penula gausapina erat Crabra, & villosa, qua hiberno tempore & frigido uterentur. Martial. lib. 14. 145.

Is mihi candor inest, villorum gratia tanta,
Ut me vel media sumere messe velis. Quidam his versiculis putaverunt penulam gausapinam inter Theristra, id est æstiva vestimenta annumerari. Verum, ni fallor, falluntur. Sensus enim Martialis est, Penulæ talem inesse candorem, tantam inesse villorum gratiam, ut, etiamsi hiberno usui sit ascripta, tamen quis penulæ specie captus, eam vel media sumere messe velit. Baysius.

Penula utebantur & oratores Tacit. in Orator. dialog 39. pr. Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse penulas istas, quibus astricti, & velut inclusi, cum judicibus fabulamur?

Penulatus, a, um. [ὁ φαινολῆ] Adj. Penula amictus. Cic. pro Milon. 29. Cum uxore veheretur in rhede penulatus. Martial. lib. 2. 57.

Non ipse Codrus alpha penulatorum. Idem 5. 27. Sidon. 8. Epist. 6. Censuales penulati.

Penularium, i. n. [φαινολοθήκη] quasi Theca & vagina penulæ, interprete Non. 2. 618. Nov Filonico, Non multo post sonorem accepit, abscedit, consequitur penularium, psiiorrum petit. Quidam legunt, Non multo post sonulum accepit, abscedit, &c. Al. Sonarum.

Penultimus, V. Pænultimus in pæne.

Penuria, V. penus.

Pēnus, i. vel Pēnus, us. m. vel f. [ταμεῖον, βίοτος] est, appellaturque id omne quo vescimur Lucil.

Magna penus parvo spatio consumpta peribit. apud Non. 3. 174.

Penus est jurisconsultis, Quod esculentum aut poculentum est. Quod enim ipsius patrisfamilias, ejusque familiæ, quæ circum eos aut liberos ejus est, & opus non facit, causa paratum est, ut Mucius ait, Penus videri debet. Nam quæ ad edendum bibendumque in dies singulos prandii aut cœnæ causa parantur, penus non sunt: sed ea potius, quæ hujusce generis longæ usionis gratia contrahuntur & reconduntur, ex eo quod non in promptu sunt, sed intus & penitus habeantur, penus dicta sunt. Hæc Phavorinus apud Gell. lib. 4 cap. 1. Vide & D. tit. de penu. legat. Cic. 2. de Nat. Deor. 68. Est enim omne, quo vescuntur homines, penus.

Penus locuples. Pers. 3. Sat. 74.

Struere penum. Virg. 1. Æn. 708.

Ornare penum. V. orno.

Penus vocatur Locus intimus in æde Vestæ, tegetibus septus, qui certis diebus circa Vestalia aperitur: ii dies religiosi habentur. Festus.

Penus, oris. n. Idem. Hor. 1. Epist. 17. 72.

Annonæ prosit, portet frumenta penusque. Columel. lib. 12. cap. 4. Prius quam penora contingant. Gell. 4. 1. extr. Ea sola esse penoris putat.

Penora inquit Paulus, dicuntur Res necessariæ ad victum quotidianum, & locus earum Penarius.

Genit. Pomponius in Dial. p. 328. Meum hoc est Fastinianum: reliquiæ, non cadi modi hujus, verum totius Campani panoris. H. St. V. Gell. l. c. ubi de genere & declinatione vocis plura.

Penum, i. n. Idem. Ter. Eun 2. 3. 18.

Quum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum. Al. Omnem. Afranius, Penum herile. Plaut. Capt. 4. 4. 12. Dicam ut sibi penum aliud ornet. V. Pompon. l. 2. D. de tritico, vin.

Penuarius, a, um. Adj. ut Cella penuaria. Suet. Aug. cap. 6. Locus permodicus, & cellæ penuariæ instar. Ulpian. in l 3. §. sive. D. de pen. legata. Cic. de Senect. 56. Referta cella vinaria, olearia, etiam penuaria. Al. Penaria.

Vasa penuaria. Ulpian. in l. 3. D. de pen. legat. extr.

Penuarius, i. m. in antiquo marmore Puteolis legitur. V. penus.

Penarius, i. m. [ταμεῖον] ut legit Paulus in Penora, vel ut Varro de L. L. lib. 4. 33. Penaria, æ. f. ut vero alii, Penarium, i. n. Locus ubi penus, id est res necessariæ ad victum quotidianum pertinentes, reponuntur. V. seq. dict.

Penarius, a, um. Adj. [ταμιευτικός] Quod ad penum pertinet. ut, Penaria cella. Cic. 4. Verr. 5. ubi Cella subauditur & in superiore Varr loco.

Penator, is. m. Qui penus gestat. Cato adversus M. Acil. Postquam nautas ex navibus eduxi, non ex militibus atque nautis piscatores, penatores fici sedarum dedi. Fest. Locus mendosus. V. Dacer.

Penuria, æ. f. [ἔνδεια] Omnis inopia rerum, & præsertim earum, quæ in penu recondi solent. Penuria, inquit Paulus, quod pene minus sit, quam necesse est. Sed quia Virg. primam produxit, putant alii a Græco πεῖνα fames potius deduci.

Immo Penuria, a πενία. H. St. Sunt qui Pænuria scribunt, a pæne.

Copia & Penuria, contraria. Cic. 2. de Invent. 115.

Penuria cujusvis rei defectus. ut

Cibi penuria. Lucret. lib 5. 1005.

Amicorum. Cic. de Amicit. 62. Sunt igitur firmi, & stabiles, & constantes eligendi, cujus generis est magna penuria.

Penuria aratorum. Cic. 5. Verr. 126.

Civium ejusmodi penuria est. Ter. Adel. 3. 3. 88.

Næ illiusmodi jam nobis magna civium
Penuria est, antiqua homo virtute ac fide.

Consilii penuria. Plin. lib. 8. cap. 6.

Mulierum penuria. Liv. 1. 9.

Virorum fortium. Cic. 7. Verr. 25. Ne diutius, in tanta penuria virorum fortium, talem imperatorem ignorare possitis.

Edendi penuria. Virg 7. Æn. 113.

— vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi.

P E P

Pĕpărēthus, [Πεπάρηθος] Insula una ex Sporadibus. Plin. lib. 4. cap. 12. conf. Ovid. Met. 7. 471. Senec Troad. 840.

Peplion, [πέπλιον] Herba, quæ alias Portulaca dicitur. de qua Plin. lib. 20. cap. 20. Galen. lib. 8. de Simplic. medicam. facultatibus, cap. 41.

Peplis, [πεπλίς] Herba est, inquit Plin. 27. cap. 12. quam aliqui Sycen, alii Meconion aphrodes vocant, ex una radice tenui fruticat, &c.

Peplum, i. n. vel Peplus, i. m. [πέπλον, ὁ πέπλος] Vestis solennis, quæ injicitur vel viro vel feminæ, vel deo, deæve. Serv. Peplum proprie est Palla picta fœminea, Minervæ consecrata: ut Plaut. Fragm. 2. 38.

Nunquam

Nunquam ad civitatem venio, nisi quum infertur peplum. Hodie multi abutuntur hoc nomine. Hæc Serv. ad illud Virg. 1. Æn. 479.

Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant. V. Taubm. p. 1483. Et Plaut. Prol. Merc. 67. Et Cælium Rhodig. 14. 18. vel Meurs. Panathen. c. 17. sq. Turneb. 14. 15. Eundem explicans Virg. locum, Hoc a veteri ritu, inquit, magnis enim in periculis deos precantes & obsecrantes, eorumque fidem & opem implorantes, etiam vestibus ornabant, illo cultu favorem numinis emere se credentes. Peplum igitur Trojanæ mulieres ferunt, ut ea veste Minervæ simulacrum induant, & deam propitiam habeant. V. plura ibid. ex Homeri & Æschyli interprete. conf. Lex. Pitisc. Fluens peplus. Claud. de Nupt. Hon. 123.

Pĕpo, ōnis. m. [πέπων] Plin. lib. 20. cap. 2. Pepones qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, & emolliunt alvum. Caro eorum epiphoris oculorum, aut doloribus imponitur. Hactenus Plin. conf. Idem 19. 5. Peponum multa sunt genera, ab ipsorum sapore & figuris petita.

Per metaphoram pro convicio usurpatur. ut apud Tertull. de Anima cap. 12. Pepo tam insulsus. Idem adv. Marc. 4. 40. Peponem cordis loco habere. i. e. Stupidum esse. V. Erasm. Chil.

Perŏmĕne, es. f. [Πεπρωμένη] Fatum, sive Parca, sic dicta, a v. πεπρωται, quod omnia terminet, & nihil eorum quæ sunt, infinitum relinquat. Lil. Syntag. 6.

Pepsis, is. f. [πέψις] Latine Concoctio dicitur. Gell. 13. 29. Unde

Pepticus, a, um. Adj. [πεπτικός] ut, Medicinæ pepticæ, Medicamenta, quæ ad concoctionem juvandam adhibentur: ἀπὸ τοῦ πέπτειν, Coquere. Plin. lib 20. cap. 18. Podagris illinitur cum lacte mulierum: sic & foliis ipsis utuntur. Item ad sacros ignes, & vulnera ex aceto. Ego tamen damnaverim collyriis addi: multoque magis quas vocant lexipyretas, quasque pepticas. Subaudi Compositiones.

P E R

Per, [διὰ, ἀνὰ] Præp. accusativo jungitur. Ter. prol. Eun. 39. Falli per servum senem.

Per ex παρὰ, quum habeat item talem usum. ut, παρ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, Per idem tempus. Vide Thes. & quæ notavi in marg. Item, παρὰ τὰ στρατεύματα παρὰ τοῦ Καίσαρος. Dio 181. circa finem. Per Cæsarem. Sed & Præ hinc est factum. H. St.

Per in Pel, in multis compositis, ut Pelliceo, pro Perliceo. H. St. V. in litt. L & R. & verbis ipsis.

Per alium ostendere suam sententiam, Alterius adminiculo. Ter. Heaut. 2. 1. 7.

Per alium dare. Ter. Heaut. 3. 1. 61.

Per alium transigam, recede de medio. Cic. pro Rosc. Amer. 112.

Per me perconsatus sum, sineque indice aliquo. h. e. Ex meipso, nullo alio suadente. Plaut. Merc. prol. 17. Sed varia est lectio. V. Gronov. in loc. [Per me, valet Ipsemet. ut Per te, Per se &c.

Per procuratores, aut per se ipsum agere. Cic. 4. Att. 15.

Per se, & Propter se, hoc est Propter excellentiam sui. Cic. de Amicit. 80. Ita pulcherrima illa & maxime naturali carent amicitia, per se & propter se expetita.

Per se aliquid posse, quasi Nullo adjutore. Cic. de Amicit. 26. Ut dandis, recipiendisque meritis quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet.

Per se sibi quisque carus est, Ex sese, sua natura, & quod dicitur Naturaliter. Cic. de Amicit. 80. Ipse se quisque diligit, non ut aliquam a seipso mercedem exigat caritatis suæ, sed quod per se sibi quisque carus est.

Sua sponte, & per se jucunda. Cic. 1. de Finib. 25. Si concederetur, etiam si ad corpus nihil referatur, ista sua sponte & per se esse jucunda, per se esset & virtus & cognitio rerum, quod minime ille vult, expetenda.

Per se ipse ac sua sponte ardor movetur. Cic. 2. de Nat. Deor. 31.

Per se solus. Liv. 1. 49. Cognitiones capitalium rerum sine consiliis per se solus exercebat.

Per se ipsa probitas parum tuta. Salust. in Jugurtha. 14. 4.

Per se splendet virtus semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit. Cic. pro Sext. 60.

Per te tibi consulis. Hor. 1. Epist. 18. 1.

Per suos inimicos aliquid ad te delatum esse, non sine magno quidem dolore, is mihi visus suspicari. Cic. ad Brut. 1.

Per, Trans, ut Per cornu aliquid infundere. Columel. lib. 6. cap. 2.

Per caliginem quasi videre aliquid. Cic. 10. Philip. 3.

Per ignes fugere pauperiem. Hor. 1. Epist. 1. 46. Per ignem autem, seu per ignes ire dicuntur, qui quippiam magno cum sui capitis periculo moliuntur. V. IGNIS.

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, &c. Hor. 1. Epist. 1. 46.

Per medios ruit. Virg. 4. Æn. 674.

Per membranas oculorum ut cerni posset, fecit eas perlucidas natura. Cic. 2. de Nat. Deor. 142.

Per nebulam aliquid scire aut audire. Plaut. Pseud. 1. 5. 48.

Per venam fusus sanguis. Tacit. 4. Hist. 11.

Per vulnera animam profundere. Ovid. Vide ANIMA. H. St. Ex Epist. 1. Sabin. v. 76. —animam per vulnera mille profudit.

Per, pro eo quod Gallice dicimus, *Au travers*. Plin. lib. 12. cap. 5. Fructus per folia solibus coctus prædulci sapore.

Per Causalis, vice Ablativi causæ, vel instrumenti, quæ & Propter, vel Cum, vel Ex reddit sæpe.

Per accidens. Firmic. lib. 5. cap. 4. Erunt etiam duorum patrum, aut duarum matrum filii, unius scilicet per naturam, alterius vero per accidens.

Per adoptionem pater, Qui me adoptavit. Plin. Epist. 123. lib. 5. Tacit. 1. Ann. 3. Adscirique per adoptionem a Tiberio jussit.

Per ambages. Liv. 5.

Per ambages fatigare aliquem. Quintil. lib. 3. cap. 11.

Per avaritiam aliquid appetere. Cic. pro Rosc. Com. 21.

Per castimoniam summam virorum ac mulierum quæ sacra fierent, per stuprum & flagitium violare. Cic. 6. Verr. 102.

Per cavillationem ad aliquid perduci. Liv. lib. 38. 14. extr.

Per causam, h. e. Per simulationem, dissimulando. Liv. 2. Per causam renovati ab Æquis belli. h. e. Pretextu. V. CAUSA.

Per causam aliquam gratiam alicujus sibi conciliare. Cic. de Lege Manil. 70.

Per comitatem omnia disperdidit. Plaut. Trin. 2. 2. 54.

Per compositionem. Cic. pro Rosc. Amer. 33. Quos quia servare per compositionem volebat, ipse ab his interemptus est. Quod vulgus dicit, *Secundum quod composuerat.*

Per consequentias contingit. Ulpian. in l. 1. D. de auctor. & cons. tutor. *En consequence. Quand aucune chose resulte ou advient, non point pour raison de ce que les parties ont faict ou voulu entr'elles principalement, mais par dependance & suite necessaire de ce qui a esté faict.*

Per consequentias negotium alicui geri. l. Quod dicimus. D. de auct. & cons. tut. *Quand quelque chose se fait au profit d'une personne en consequence d'autre acte, & non principalement.*

Per consequentiam. i. e. Propter. Ulpian. l. Moris. D. de pœnis.

Per contrarium. Ulpian. in l. Julian. §. Si venditor. D. de act. empt. & vend. Per contrarium quoque idem Julianus scribit.

Per contumelias alicui insultare. i. e. Contumeliis. Liv. 3. 62.

Per culpam venire in necessitatem. Auctor. ad Heren. lib. 2. 23.

Per dedecus summum vitam amittere, Cum dedecore. Cic. pro Rosc. Amer. 30.

Per deridiculum verba dare alicui. Plaut. Pseud. 4. 5. 7.

Per dilationes. Liv. 5.

Per directum. Plin. lib. 5. cap. 28.

Per discordiam optimatium, dissensionemque, patribus principibusque cædes periculaque non creentur. Cic. de Arusp. Respon. 40.

Per dolum dimicare. Hirt. lib. 5. Bell. Afr. 73. Hor. 1. Carm. 10. 9.

Per dolos doctos auferre aliquid. Plaut. Pseud. 1. 5. 70.

Per fas, & fidem deceptus. Liv. 1. conf. FAS & NEFAS.

Per fidem qui nos sæpenumero fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus. Cic. 1. de Invent. 71.

Per figuram offerre jusjurandum. Suet. de Clar. Rhet. cap. 5.

Per flagitium famam perdere. Ter. Heaut. 5. 1. 56.

Per fraudem summam & malitiam fingere aliquid. Cic. pro Quint. 56.

Per gratiam abire ab aliquo. i. e. Cum gratia. Plaut. Mil. 4. 1. 32.

Per gratiam absolvere, Propter. Cic. 2. Verr. 48. Ut nemo a vobis, ut istum absolvatis per gratiam, conetur contendere.

Per ignaviam in prælio sonum tubæ ferre non potes. Auctor ad Herenn. lib. 4. 26.

Per imprudentiam decipi. Cic. pro Rosc. Com. 21.

Per incommodum alterius & calamitatem qui non ascendit, & sua virtute in altiorem locum pervenit, is mihi videtur amplissimus. Cic. pro Rosc. Amer. 83.

Per injuriam, Cum injuria. Cic. 1. Verr. 55. Ab hac præfectus Antonii quidam symphoniacos servos abducebat per injuriam, quibus se in classe uti velle dicebat.

Per injuriam summam. Cic. 3. Verr. 135. Ne per summam injuriam pupillum Junium fortunis patris conetur evertere.

Per insidias interficere, Ex insidiis. Cic. pro Domo, 59. Quod tum toties per insidias interficere voluistis?

Per invidiam depelli Tribunatu. Cic. 3. de Orat. 11.

Per iram aliquid facere quod nos pœniteat. Cic. 4. Tusc. 79.

Per iram & levitatem crimen commentum. Liv. 26.

Per jus & magistratum aliquem defendere. Cic. pro Quint. 63.

Per latrocinium imposita lex. Cic. in Pison. 30.

Per litteras mihi ignoscit. Cic. 10. Att. 3. Cæsar mihi ignoscit per litteras. Pro eo quod est, Litteris, vel Scribit se mihi ignoscere.

Per litteras colloqui cum aliquo. Cic. 1. Fam. 7.

Per litteram unam scriptum. Suet. de Clar. Grammat.

Per ludibrium consulere aliquem. Tacit. 1. Ann. 10.

Per ludicrum audire, per jocum quærere. Liv. 24.

Per ludum & jocum aliquem fortunis evertere. Cic. 3. Verr. 21. Tantum dicam, paucos homines arrogantes hoc adjutore Q. Opimium per ludum & jocum fortunis omnibus evertisse.

Per ludum & negligentiam pervenire ad aliquid. Cic. 7. Verr. 108. Modo L. Fimbriam, C. Marium, C. Cœlium videmus non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendere, ut ad istos honores pervenierent, ad quos vos per ludum & per negligentiam pervenistis.

Per luxuriam effundere atque consumere, quod per scelus quis est adeptus. Cic. pro Rosc. Amer. 6.

Per malitiam aliquid facere. Cic. pro Rosc. Com. 21.

Per maturitatem Dehiscentes. Plin. lib. 12. cap. 7. Correctiora exemplaria legunt, Dehiscentes maturitate.

Per metum. Plaut. Aul. 2. 1. 12.

Neque occultum id haberi, neque per metum mussari.

Per necessitatem. Liv. 1. Sed rem immaturam, nisi aut per occasionem, aut per necessitatem aperiri noluerat.

Per necessitatem ultimam. Liv. 6.

Per notas nos certiores quam scite facit Juppiter. Cic. 2. de Divin. 7.

Per occasionem. Liv. 1. 11. Dum ea ibi Romani gerunt, Antemnatium exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit.

Per occultum subvertere aliquem. Tacit. 4. Ann. 71.

Per officium, Officii causa. Tacit. 1. Ann. 24. extr. Druso propinquanti, quasi per officium, obviæ fuere legiones.

Per pacem. Plaut. Amphit. 1. 1. 232.

Obsecro ut per pacem liceat te alloqui, ut ne vapulem. h. e. Te pacato, & non irato amplius. [Bona cum pace. V. PAX.

Per potestatem auferre aliquid alicui. Cic. 6. Verr. 30. Quum iste ab sese hydriam, Boeti manu factam, præclaro opere, & grandi pondere, per potestatem abstulisset, se sane tristem & conturbatum domum revertisse. V. POTESTAS.

Per quod effectum est ut te consulerem. Plin. 10. Epist. 83.

Per rationem hanc aliquid alicui dare, pro Ad hunc modum, hoc modo. Cic. 4. Verr. 127. Ita Jovis illud sacerdotium amplissimum per hanc rationem Theomnasto datur.

Per ridiculum. Plaut. Truc. 2. 2. 8.

Per risum & jocum aliquid contemnere. Cic. 2. de Lege Agrar. 95.

Per scelus & latrocinium ex fanis religiosis auferre aliquid. Cic. 3. Verr. 57.

Per semen. Cato R. R. c. 17. Tum primum per semen incipiunt maturæ esse.

Per sententias aliquorum, jusque jurandum aliquid assequi. Cic. pro Rosc. Amer. 8.

Per silentium adesse æquo animô, Tacite audire. Ter. in prol. Phorm. 31.
Per silentium eo deducti. Liv. 25.
Per simulationem. Cic. 6. Verr. 6. Non oblata ex urbibus sociorum, quatridui causa, per simulationem Ædilitatis, domum deinde atque ad suas villas auferebant.
Per simulationem amicitiæ aliquem prodere. Cic. Post redit. ad Quirit. 21.
Per speciem, Simulata occasione, per simulationem, fingendo Liv. 1. 41. Itaque per aliquot dies, quum jam exspirasset Tarquinius, celata morte, per speciem alienæ fungendæ vicis, suas opes firmavit.
Per stuprum, & flagitium vivere. V. Per castimoniam, supra.
Per subitum, idem quod Subito, repente. Sil. lib. 15. 145.

— Carthaginis omnes
Per subitum raptæ pernix victoria late
Terruerat gentes.

Per subitum, quia uno die Scipio rapuerat seu expugnaverat Carthaginem. V. Drakenb. & N. Heins. Idem lib. 14. 330.

Qui simul, ancæ vicina in robora ferro,
Sustulerant sublime ratem, (miserabile visu)
Per subitum rursus laxatis arte catenis,
Tanta præcipitem reddebant mole profundo,
Ut totam haurirent undæ cum milite puppem.

Per tacitum, idem quod Tacite. Sil. lib. 17. 216.

Ductor defixos Itala tellure tenebat
Intentus vultus, manantesque ora rigabant
Per tacitum lacrimæ, & suspiria crebra ciebat.

Per triumphum aliquid vehere, In triumpho. Cic. 3. Verr. 57. Ea populo Romano apportavit, per triumphum vexit.
Per viam fabulari in itinere. Plaut. Cist. 5. 1.
Per vim quod actum est, ratum esse non debet. Cic. 3. Offic. 110.
Per vim & scelus plurimum posse. Cic. pro Quint. 69.
Per vim Consules creantur. Plin. in Paneg.
Per vim vitium oblatum virgini. Ter. Adelph. 3. 2. 10.
Per vim lata lex. Auctor de Viris illustr. cap. 62. pr.
Per vinum exortum dissidium: h. e. per ebrietatem. Plaut. Mil. 3. 1. 59. Cic. 4. Acad. Sive in quiete, sive per vinum, sive per insaniam.
Per vinum, aut per lasciviam lapsis, capitalis pœna remittenda est. Arrius Menander in l. Omne. D. de re militari.
Per visum. Cic. de Amicit. Quæ se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat.
Per, pro Sub prætextu. Cic. pro Cæcin. 7. Qui per tutelam aut societatem, aut rem mandatam, aut fiduciæ rationem fraudavit quempiam: in eo, quo delictum majus est, eo pœna est tardior.
Per compita manat rumor. Hor. 2. Serm. 6. 50.
Per compita supplicatum. Liv. 27. 23. extr.
Per forum ferre. Cic. 14. Att. 18.
Per domos. Liv. 1. 9. & 25. 31.
Per intervalla. Plin. lib. 8. cap. 42.
Per manus provinciam alteri tradere. Cic. de Provinc. Consul. 39. V. MANUS.
Per omnia, In omnibus, Omnino. Columel. lib. 4. cap. 1. Quare per omnia prætulerim duobus potius seminibus depositis, quam unico periclitari.
Per ordinem, Ordine. Quintil. lib. 4. cap. 2. Sortiti noctem singuli per ordinem, cum ferro cubiculum intraverunt patre dormiente.
Per ordinem fungi honoribus. Auctor de Viris illust. cap. 67. pr.
Per partes consumere. Ulpian. in l. Nam etsi D. Si cert. petat. Si alienos nummos mutuos tibi dedi, non ante mihi teneris, quam si eos consumpseris. Quod si per partes eos consumpserit, an per partes tibi condicam, quæritur. Columel. 1. 4. & 4. 24.
Per partes emendare. Plin. 2. Epist. 5. extr.
Per partes facere. Plin. 9. Epist. 18.
Per partes reficere ædes demolitas. Ulpian. in l. Quid tamen. §. 1. D. Quib. mod. ususfr. amittatur.
Per successiones plures traditæ. Plin. 10. Epist. 8.
Per successiones tibi jus vendicare. Plin. lib. 12. cap. 14.
Per vices, Vicissim. Plin. 1. Epist. 3. Quid triclinia &c? quid cubicula diurna, nocturnaque? possidentne te, & per vices partiuntur?
Per vices annorum. Plin. lib. 12. cap. 14. h. e. Per vicissitudines.
Per amicitiam & gratiam impetrare aliquid. Plaut. Mil. 4. 5. 2.
Per beneficium & gratiam aliquid aliquibus concedere. Cic. 5. Verr. 191.
Per in hoc loq. genere Per beneficium, Vide indicem tomi 2. Ciser. ex edit. Lamb. pro, Loco beneficii. Dicerem, Tanquam beneficium. Sed Cicero addit Quasi in Orat. pro Domo sua, Sic M. Cato, invitus, quasi per beneficium, Cyprum relegatur. H. St. Exstant cap. 25. n. 65.
Nonne emori per virtutem præstat, quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienæ superbiæ ludibrio fueris, per dedecus amittere? in oratione Catilinæ. H. St. V. Sall. Catil. cap. 20.
Per, Temporis durationem, vel Loci spatium, denotans,
Per multas ætates fuerunt antistites sacri ejus, ab Evandro edocti. Liv. 1. 7. extr.
Per annonam caram dixit me natum pater. Plaut. Stich. 1. 3. 25.
Per annos eos, vel dies. Cic. 7. Verr. 31. Ac per eos dies, quum iste cum pallio purpureo, talarique tunica, versaretur in conviviis muliebribus, non offendebantur homines in eo, &c. Vulgus diceret, *Durantibus his diebus*,
Per annos viginti. Quintil. in proœm. lib. 1. Post impetratam studiis meis quietem, quæ per viginti annos erudiendis juvenibus impenderam, &c.
Per annos quinque & viginti. Tacit. 4. Hist.
Per illa tempora perraræ litteræ fuerunt, pro Illis temporibus. Liv. lib. 6.
Per momenta. Plin. 4. Epist. 30. Ita est aliquid, quod hujus fontis excursum per momenta repercutiat.
Per noctem cernuntur sidera. Plin. lib. 2. cap. 10.
Per omnes dies. Plin. lib. 6 cap. 19. Regi eorum peditum sexcenta M. equitum XXX. M. elephantorum IX. M. per omnes dies stipendiantur.
Per otium. Cic. 1 de Invent. 4. Quare mihi videntur postea cetera studia recta atque honesta per otium concelebrata ab optimis enituisse.
Per somnum sensibus & curis vacuus animus. Cic. 2. de Divin.
Per spatium longissimum litus importuosum hoc receptaculo utetur. Plin. 6. Epist. 31.
Per stadia duo. Plin. lib. 5. cap. 29. Alexander idem per duo stadia continenti adnexuit.
Per tempus, In tempore, sive tempestive, inquit Donatus, aut Opportune. Plaut. Pœn. 1. 1. 6.

. Scitum est, per tempus si obviam it, verbum vetus.

Per tempus advenis. Ter. And. 4. 4. 44.
Per tempus egredi. Ter. Hec. 4. 3. 15.
Per tempus subvenisti alicui. Plaut. Truc. 1. 2. 85.
Per tempus filices legere. Cato R.R. cap. 31.
Per tempus omne, quo fuimus una. Plin. 10. Epist. 89.
Per id tempus. Liv. 2. 9. Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab Senatu data. Cic. pro Rosc. Amer. 80 Per illa tempora.
Per illa tempora, pro Illis temporibus. Liv. lib. 6. Perraræ litteræ pe[illegible] tempore fuere.
Per triennium. Cic. 2. Verr. 67. Nulla res per triennium, nisi ad nu[illegible] istius judicata est.
Per Ver. Cato de R. R. cap. 151. Semen cupressi Tarentinæ per Ver l[illegible] oportet.
Per, Concessionem exprimens,
Per ætatem. Ter. Eun. 1. 2. 33.

— matris nomen & patris
Dicebat ipsa: patriam & signa cetera
Neque sciebat, neque per ætatem etiam potuerat.

h. e. Quia junior erat. Cic. 12. Fam. 23. Nullam partem per ætatem sanæ & salvæ Reipub. gustare potuisti.
Per illos, Per me licet. Plaut. Pœn prol. 52.

Si quidem licebit per illos, quibus est in mente.

Ter. Hec. 5. 2. 7.

Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire, licet.

Ubi Donat. Per me, Me auctore & permittente.
Per interdicta crudelitatis alicujus aliquid alteri non licere. Cic. in Pison. 18.
Per legem. Cic. 2. Fam. 16. Sed id vix mihi videris per legem Juliam facere posse.
Per legem illam hoc mihi licet. Cic. 1. Att. 20.
Per me nulla est mora. Ter. And. 3. 4. 14.
Per naturam fas est, aut per leges licet. Cic. pro Milon. 43.
Per nos quidem hercle egebit qui suum prodegerit. Plaut. Merc. 5. 4. 60. h. e. Nihil ei suppeditabimus.
Per nos, Nostro beneficio. Plin. 10. Epist. 98. Impetrandumque a bonitate tua per nos habet, quod illi Fortunæ malignitas denegavit. i. e. Nostra opera.
Per se, pro, Quod ad se attinet. Cic. de Amicit. Tanquam superiorem colebat, suosque omnes per se esse ampliores volebat.
Per te stetit, quo minus hæ fierent nuptiæ. Ter. And. 4. 2. 16.
Per valetudinem quum posses venire, tamen noluisti. Cic. 7. Fam. 1.
Per vos, sive per aliquem: i. e. Beneficio alicujus. Cic. pro Rosc. Amer. Feret tamen æquo animo, Judices, si per vos vitam & famam potest obtinere.
Per, Obsecrationi & obtestationi, vel Juramentis serviens, ut
Per cinerem alicujus mortui, per nomen propinquitatis, per conjugem ipsius & liberos aliquem obsecrare ut aliquando misericordiam capiat. Cic. pro Quint. 97.
Per deos jurare. V. JURO.
Per deos, per dextram, per fortunas, per fidem, per homines; Modus deprecandi olim usitatissimus. Ter. And. 1. 5. 54.

Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum,
Per tuam fidem, perque hujus solitudinem
Te obtestor, ne, &c.

Cic. 3. Att. 20. Ad quæ recuperanda, per fortunas, incumbe, ut facis. V. ibi Manut.
Per deûm immortalium fidem. Cic ad Octav. Nam per deûm immortalium fidem, (nisi forte frustra eos appello, quorum auris atque animos e nobis abhorret) perque fortunam Pop. Rom. (quæ quanquam nobis infesta est, fuit aliquando propitia, & ut spero, futura est) quis tam expers humanitatis?
Per ego te, deos, &c. oro: interpositio elegans, & nescio quid ornatus habens in oratione. Liv. 23. 9. pr. Per ego te, inquit, fili, quæcunque jura liberos jungunt parentibus, precor quæsoque, ne ante oculos patris facere & pati omnia infanda velis. Plaut. Rud 3. 2. 13. Per ego te hæc genua obtestor, senex. conf Men 5 7. 1. Ter And 5. 1. 15.

Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere.

V. Drakenb. ad Sil 5. 82.
Per dextram, Per fidem: modi deprecandi. Ter. Andr. 1. 5. 54 & 55.
Per matrimonium vetus miserere. Quintil. Decl. 6. 8. V. Burm. in loc. vel Heins. & Drakenb. ad Sil. 1. 658.
Per, Inter. Virg. 1. Georg. 238.

Has inter, mediamque, duæ mortalibus ægris
Munere concessæ divûm, & via secta per ambas,
Obliquus qua se signorum verteret ordo.

Ubi Serv. Quum vitet utramque temperatam, ipsa præpositio Per pro Inter accipienda est.
Per, pro In. Virg. 5. Æn 837.

Sub remis fusi per dura sedilia nautæ.

I. e. Jacentes in duris sedilibus. Sunt & supra quæ huc referas.
Per, sæpe eleganter transponitur ut antea observatum est in voce Deos.
Per, cum nominibus & adverbiis significationem eorum sæpe intendit; ut Perbenignus, Perabsurdus. Interdum imminuit ut Perfidus. Perjurus &c.
Per enim magni æstimo tibi firmitudinem animi nostri, & factum nostrum probari. Cic. 10. Att. 10. per transpositionem.
Per mihi mirum visum est, Scævola, te hoc illi concedere, &c. Cic. 1. de Orat. 214.
Sic, puto, Per mihi gratum. H. St.
Per, In compositione vero verborum continuationem quandam notat, ut Persedere apud Suet. Claud. cap. 2. est Totum diem sedere; & Perspectare, Ad finem usque spectare. Idem Domit cap 4.
Pone in PER, Particula augendi vim habentem, vel uno verbo, Particula auxetica. In multis dure etiam ponitur, ut Perprospere apud Suetonium. Eandem vim habet & in quibusdam verbis, ut in Peracuo, Percaleo. H. St. In compositis, quæ sequuntur, aut Omnino, aut Perquam, Valde significat.

PERA

PERA, æ. f. [πήρα] Pellis a collo ad lumbos pendens. A quo Pera, Sacculi genus. Hinc Peram viatoriam vocamus, qua panem & aliquid obsonii gestare viatores solent. Martial. lib. 14. 81.
Nec mendica ferat barbati prandia nudi,
Dormiat & tetrico cum cane, pera rogat. V. Phædr. 4. 9. 1.
PERA fuit & cognomen Juniorum. V. Lex. Pitisc.
PERŬLA, æ. f. dimin. [πηρίδιον] Senec. Epist. 90. Fregit protinus exemptum a perula calicem. conf. Apul. Met. 5.
PERĀTIM, Quantum ad peram attinet. Sic, Peratim ductitare dicebantur servi, qui herus suos argento quod in pera fuit circumduxerunt. Plaut. Epid. 3. 2. 15.
PERENTICĪDA, æ. m. Qui peram seu marsupium suum incidit. Plaut. Epid. 3. 2. 13. V. Salmas.
PERABSURDUS, a, um. Adj. [λίαν ἄτοπος] Valde absurdum significat. Cic. 4. Acad. Illud vero perabsurdum, quod dicitis, probabilia vos sequi, si re nulla impediremini.
Perabsurda verba. Cic. in Partit. 54.
PERĀCER, cris, cre. Adj. [πάνυ δριμύς] Valde acre & vehemens. Cic. 9. Fam. 16. Sed tamen ipse Cæsar habet peracre judicium.
Acetum peracre. Plaut. Bacch. 3. 3. 1.
PERĀCERBUS, a, um. Adj. [πάνυ ὠμός] Valde acerbus. Cic. de Senect. 53. Primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. De uva. Tralate. Plin. 6. Epist. 5. Mihi peracerbum fuit quod, &c.
PERĀCESCO, ui, [μέγα ὀξύνομαι] ĕre. Valde acidum fieri. Plaut. Bacch. 5. 1. 13.
Hoc, hoc est quod peracescit, hoc demum est quod percrucior.
PERĀCĬDUS, a, um. Adj. [λίαν ὀξύς] Valde acidum significat: ut, Peracida poma, Peracida pira.
PERACTIO, V. PERAGO.
PERACTICUM, Gummi genus. V. PERATICUM.
PERĀCUO, ui, ūtum, [μέγα ὀξύνω] ĕre. Valde acutum facere. Cato R. R. cap. 40. pr. Sumito tibi surculum durum, eum peracuito, salicem Græcam discindito. Rectius legitur Præacuito.
PERĀCŪTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἀκίδωτος, ὀξύτατος] Valde acutum significat. Martial. lib. 5. 81.
Ut ciro testiculus peracuta falce secaret.
Peracutus & callidus homo, Translate. Cic. in Brut.
Ingeniosus & peracutus homo. Cic. 4. Verr. 108.
Peracuta causa. Cic. pro Planc. 73. Fingenda fuit mihi, Judices, causa peracuta, ut ei quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerem. [Forte Peracute.
Peracuta vox. Cic. in Bruto. 241.
Peracutum, Ingeniosum. Cic. pro Cæcin. 84. Non dejeci, sed ejeci; peracutum hoc tibi videtur: hic est mucro defensionis tuæ?
PERACŪTE, Adv. [περιοξέως] Cic. 1. Acad. 35. Sed Zeno quum Arcesilam anteiret ætate, valdeque subtiliter dissereret, & peracute moveretur, corrigere conatus est disciplinam. Idem 3. Fam. 7. pr.
PERĂDŎLESCENS, Admodum adolescens. Cic. pro Lege Manil. 61. Quid tam præter consuetudinem, quam homini peradolescenti imperium atque exercitum dari?
PERADOLESCENTŬLUS, Cornel. Nepos in Eumene cap. 1. 4. Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi.
PERÆA, [Περαία] ulterior Judææ pars, Arabiæ & Ægypto proxima, asperis divisa montibus, & a reliqua Judæa Jordane amne discreta. Plin. lib. 5. cap. 14.
PERÆDĬFĬCO, [τελέως οἰκοδομῶ] āre. Exædificare, Ædificationem absolvere. Columel. lib. 4. cap. 3. Ab inchoato domos exstruunt, nec perædificatis cultum adhibent.
PERÆQUUS, a, um. Adj. [παντελῶς ἴσος] Valde æquum significat. Cic. 6. Verr. 46. Ut hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræqua proportione cetera.
PERÆQUE, Adv. [ἐπίσης, ἐξ ἴσου] Admodum æque, æqualiter. Cic. in Pison. 86. Quod cum peræque omnes, tum acerbissime Bœotii & Byzantii, Cherronenses, Thessalonica sensit.
Cæsæ peræque legiones Antonii. Cic. 10. Fam. 33.
Peræque narrabat incensam esse juventutem. Cic. 2. Att. 8.
Atque hæc peræque in omni agro decumano reperietis. Cic. 5. Verr. 21.
Peræque florere in omni dicendi genere. Cic. in Orat. 20. Tria sunt omnino genera dicendi, quibus in singulis quidam floruerunt, peræque autem (id quod volumus) perpauci in omnibus. conf. Nep. 25. 13. 6.
PERÆQUO, [ἐξισόω] āre. Æquum facere. Columel. lib. 3. cap. 3. Et apud me octogenæ stirpes insitæ intra biennium septenos culeos peræquarent. Idem 3. 9.
PERÆQUATOR, ōris. m. Peræquatores, dicuntur Exactores censuum, qui in capita sunt constituti, ita dicti quod æqualiter ab omnibus exigant. Alciatus in l. Cum antea. C. De agricol. & censit. lib. 11. Vet Inscript. apud Gruter. p. 361. n. 1. PERAEQVATORI CENSVS PROVINCIAE GALLECIAE. Cassiod. Varr. 6. 6. De Magistro officior. Peræquatores etiam victualium rerum in Urbe regia propria voluntate constituit, & tam necessariæ rei judicem facit. V. Buleng. de Vectig. cap. 12. Rhod. Ant. Lect. 25. 23. vel Lex. Pitisc.
PERĂGO, ēgi, actum. [ἀνύω, τελέω, διαπράττομαι, διανύω, ἐκτελέω] ĕre. Perficere. Liv. 1. 28. Rem cetera, ut orsus erat, peragit. [Subaudi Verba, vel Verbis, ut cap. 18. extr. ejusd. libri.
Æstates salubres peragere. Hor. 2. Serm. 4. 22.
Ævum peragit. Ovid. 15. Met. 485.
Bella peraguntur milite vitreo. Lucan. ad Pison. 181. De ludo latrunculorum loquitur.
Censuram peragere. Plin. lib. 7. cap. 29.
Cibum peragere, pro Conficere. Plin. lib. 9. cap. 56.
Comitia peragere. Cic. 2. de Nat. Deor. 10.
Concilium peragit Cæsar, equitesque imperat civitatibus. Cæs. 6. Bell. Gall. 4.
Cursum peregi, quem dederat fortuna. Virg. 4. Æn. 653.
Dicta alicujus peragere, Exsequi. Ovid. 8. Met. 815.
Domum peragere, Perædificare. Suet. Othon. cap. 7.
Dona peragere, Donare omnes. Virg. 5. Æn. 362.
Fabulam ætatis peragere. Cic. de Senect. 69.
Imperium. Hor. 4. Carm. 14. 39.
Inceptum. Virg. 4. Æn. 452.
Indicium verum peragere, pro Indicium comprobare. Liv. lib. 6. 16. pr.
Iter inceptum peragunt. Vir. 6. Æn. 384.
Jussa peragere, Exsequi. Ovid. 2. Met. 119.
Justa. Ovid. 2. Met. 627.
Latus ense peregit. Ovid. 4. Epist. 119. h. e. Penetravit latus ense, Ensem per latus egit, seu adegit.
Litem peragere. Ulpian. in l. Qui procuratorem. D. de procur. Qui procuratorem dat, ut confestim agat: is intelligendus est permittere procuratori, & postea litem peragere.
Mandata peragere. Ovid. 7. Met. 502.
Mortis peractæ fidem implevit. Plin. 3. Epist. 14.
Navem peregit in portum. Plaut. 1. 2. Perduxit.
Noctes multas peregi insomnes. Apul.
Noctem peregi vacuus somno, h. e. Transegi. Ovid. 1. Amor. 2. 3.
Otia mollia peragebant gentes. Ovid. 1. Met. 100.
Omnia animo secum peragere, Reputare apud se. Virg. 6. Æn. 105.
Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi.
Opus peregit, Absolvit. Ovid. 1. Amor. 4. 48.
Partes suas peragere, Facere officium suum. Plin. 7. Epist. ult. ad Tacit.
Partes alicujus peragere. Ovid. 2. Amor. 15. 26.
Pensum laboris peragere. Columel. lib. 3. cap. 10.
Postulata peragere, Verbis exsequi. Liv. 1. 32.
Regnumque ævumque peregit. Ovid. 15. Met. 485.
Res gestas peragere, Describere res gestas, scriptis declarare & perscribere. Liv. præf. lib. 2.
Reum peragere aliquem. i. e. Condemnare. Ulpian. D. Ad leg. Juliam de adulteriis. l. Ex lege. Peregisse autem (reum) non alias quis videtur, nisi & condemnaverit. Budæus. Peragi reus in criminibus, non res peragi dicitur. Est autem Reum peragere, Ita rei accusationem persequi, ut reus tandem damnetur. Paul. l. Ab accusat. §. destitisse. t. ad S. C. Turpil. D. Destitisse videtur, qui intra præfinitum accusationis a præside tempus reum suum non peregit. Hactenus Budæus. Ovid. 1. Trist. 1. 24.
Et peragor populi publicus ore reus. conf. Agere reum, in AGO.
Sententiam peragere. *Achever de dire son opinion.* Liv. lib. 3. 40. Quum aliud, præterquam de quo retulissent, Decemviri dicere prohiberent, Claudium interpellandi verecundia fuit. Sententiam igitur peregit, nullum placere Senatusconsultum fieri.
Sententiam suam alicui peragere. Liv. 7. 35. pr. Ubi sententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dexteram partem taciti transibimus.
Seria nulla peraguntur fronte coronata. Ovid. 5. Fast. 341.
Sol duodena peragit signa, Percurrit. Ovid. 13. Met. 618.
Tenorem inceptum fortuna gravis peragit. Ovid. 15. Epist. 59.
Vita peragenda sub axe. Ovid. 4. Trist. 8. 41.
Volumina peragere. Plin. Epist. 5. lib. 3.
Vota peragere. Ovid. in Ibin, 97.
Peragere, pro Fortiter agitare. Senec. Epist. 59. Hunc, quem Græci œstrum vocant, pecora peragentem, & totis saltibus dissipantem. i. e. Urgentem ad continuum cursum.
Pro Interficere ponitur. Sil. 11. 363.
— nec tantum fata dederunt
Externa peragi dextra. Martial. 5. 38.
Quam pessimorum lex avara fatorum
Sexta peregit hieme nec tamen tota. Et 7. 46.
— jamque peractus eras. i. e. Finitus, sive mortuus.
conf. Burm. ad Quintil. Decl. 8. 16. p. 182.
PERACTUS, a, um. Partic. [πεπληρωμένος] ut,
Cædes ingens peracta. Virg. 9. Æn. 242.
Causa, Perorata. Ovid. 15. Met. 36.
Consulatus. Cic. in Pison. 7.
Imitamentis tristitiæ peractis, curiam ingreditur. Tacit. 13. Ann. 4.
Imperia. Hor. 4. Carm. 14. 40.
Lux. Ovid. 21. Epist. 85.
Opus. Stat. 1. Silv. 1. 2.
Res tenues tenui sermone peractæ. Hor. 2. Serm. 4. 49.
Sacra peracta deo. Ovid. 5. Fast. 630.
Tempus melius peractum est. Ovid. 2. de Arte Am. 665.
Vellera peracta. Juven. 2. Sat. 54.
Vita peracta sine labe. Ovid. 2. de Pont. 8. 48.
Votum peractum. Juven. 10. Sat. 6.
PERACTIO, ōnis. f. [τελείωσις] Cic. de Senect. 86. Senectus autem, peractio ætatis est, tanquam fabulæ.
PERACTOR, ōris. m. Qui perficit; apud Senec.
PERAGĬTO, āre. frequent. Columel. lib. 12. cap. 19. Et nihilominus subinde fœniculo peragitet, nequid subsederit quod possit plumbeum perforare. Sen. de Ira. 1. 7.
PERAGITĀTUS, a, um. Partic. Cæs. 1. Bell. Civil. 80. Vehementius peragitati ab equitatu.
PERĂGRO, [διοδεύω, περιοδεύω] āre. ex Per & Ager, agri compositum; significat Inquirendo circuire, ut ait Servius: sive Huc & illuc proficisci. Cic. 1. de Divin. 2. Arabes autem & Phryges, & Cilices, quod pastu pecudum maxime utuntur, campos & montes hieme & æstate peragrantes, propterea facilius cantus avium & volatus notaverunt. Virg. 1. Æn. 388.
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro.
Agros & nemora peragrare. Cic. de Arusp. Resp. 24.
Asiam in labore militari peragrare. Cic. pro Muren. 11.
Belli diversa peragrat. Valer. 6. Argon. 302.
Loca avia peragro. Lucret. lib. 1. 925.
Maria peragrare pedibus, classibus montes. Cic. 2. de Fin. 112.
Provincias omnes peragrasse gloriatur Asellus. Cic. 2. de Orat. 258.
Rura peragrare. Cic. 3. Off. 2. Et ob eam causam urbe relicta, rura peragrantes, sæpe soli sumus.
Saltus peragrat Dictæos. Virg. 4. Æn. 72.
Peragrare etiam dicitur de navigatione. Justin. 12. 10. 1. Ipse cum lectissima manu navibus conscensis Oceani litora peragrat.
Regiones has arma Pop. Rom. peragrarunt. Cic. de Provinc. Cons. 15.
Fama peragrare dicitur. Cic. pro Milon. 99. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii: & opinor ultra, quam fines imperii Pop. Rom. sunt, non solum fama jam de illo, sed etiam lætitia peragravit.

Mente innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, peragrare. Cic. 2. de Fin. 102.
Mente, animoque peragravit omne immensum. Lucret. lib. 1. 75.
Peragrare per animos hominum, per translationem. Cic. 1. de Orat. 222. Sed ita peragrat per animos hominum, ita sensus meosque pertractat, ut non desideret philosophorum descriptiones.
Latebras suspicionum peragrare. Cic. pro Cœl. 53. Possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo: non causa, non locus, non facultas, non conscius, non perficiendi, non occultandi maleficii spes, non ratio ulla, non vestigium maximi facinoris reperietur.

PERAGROR, āri. dep. Paterc. 2. 97. 4. Peragratusque victor omnes partes Germaniæ domuit eam.

PERAGRANS, antis. Partic. [ἐξερχόμενος] ut, Mater saltus orbata peragrans. Lucret. lib. 2. 355. Idem ibid. 675.

PERAGRANTER, Adv. Ammian. 14. 1. Peragranter & dissimulanter adsistere.

PERAGRĀTUS, a, um. [περιηγηθείς] aliud Partic. Cic. 5. de Fin. 87. A quibus propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas.
Vicinis regionibus peragratis. Aur. Vict. de Orig. gent. Ro. cap. 6.
Montis peragrati saxa. Sen. Theb. 13.

PERAGRATIO, ōnis. f. [περιήγησις] Cic. 2. Philip. 57. Quæ fuit ejus peragratio itinerum, lustratio municipiorum.

PERAGRATRIX, icis. f. Mart. Capell. 6. p. 192. Squalentior peragratrix.

PERALBUS, a, um. Adj. Apul. Ad Asclep. pr. Equus peralbus. Idem 5. Met. Avis peralba.

PERAMBŬLO, [περιπατεῖν, διοδεύειν] āre. Varro de R. R. lib. 1. cap. 2. Vos, qui multas perambulastis terras. Plaut. Most. 5. 2. 122. Ædes perambula.
Cubilia omnium perambulare, Mœchari ubique. Catul. In Julium Cæs. 27. 7.
Bos rura perambulat. Hor. 4. Carm. 5. 17.
Perambulabis astra sidus aureum. Hor. Epod. 17. 41.

PERAMBULATUS, a, um. Partic. ut, Perambulatus Romanis legionibus Niphates. Sidon. Carm. 23. 93.

PERAMPLUS, a, um. Adj. [πολυπλατής] ut Simulacra perampla, cui opp. Modica amplitudine. Cic. 6. Verr. 109. Sunt ea perampla atque præclara, sed non ita antiqua. Idem ibid. 110. Signa duo sunt Cereris unum, alterum Triptolemi, & pulcherrima, & perampla.

PERĂMO, [ὑπερφιλεῖν] āre. Valde, vel Usque ad finem amare. Cic. 1. de Legib. 49. Ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus peramatur toto pectore? Quædam exemplaria legont, Per se amatur.

PERĂMANS, antis. [ὑπερφιλῶν] Partic. Cic. 4. Att. 18. Homo peramans semper nostri fuit, nec mihi unquam odio.

PERAMANTER, Adv. [πολυφίλως] Cic. 9. Fam. 20. Qui me quidem perofficiose & peramanter observant.

PERĂMŒNUS, a, um. Adj. Tacit. 4. Ann. 67. 3. Æstas peramœna.

PERANGUSTUS, a, um. Adj. [πολύστενος] Admodum angustum significat. Cic. 7. Verr. 169. Ut ille in dolore, cruciatuque moriens, perangosto freto divisa servitutis ac libertatis jura cognosceret.

PERANGUSTE, Adv. [πολυστενῶς] Cic. 1. de Orat. 163. Sed tu hoc nobis da, Scævola, & perfice, ut Crassus hæc, quæ coarctavit, & peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis, atque explicet.

PERANNA, æ. f. Dea, temporis præses a veteribus credita, cui sacrificabant mense Martio. Dicitur sæpius Anna Perenna. V. Macrob. Saturn. 1. 12. Martial. 4. 64. 17.
Annæ pomiferum nemos Perennæ. Sed quidam vocant Perannam, per A primam vocalem, ut ab Anna derivetur, quæ mense Martio colebatur a Romanis, ut eis annare & perannare liceret: de qua V. in ANNA. Sed rectius per E secundam vocalem. V. f. l.

PERANNO, [διενιαυτίζω] āre. Per integrum anni tempus vivere. Componitur enim ex Per & Anno, are. V. Perenno, in PERENNIS.

PERANTĪQUUS, a, um. [ἀρχαιότατος] Adj. Cic. de Clar. Orat. 41. Atque hunc proximo sæculo Themistocles insequutus est, ut apud nos perantiquus, apud Athenienses, non ita sane vetus. Sic 6. Verr. 4.

PERAPPŎSĬTUS, a, um. Adj. [σφόδρα ἐπιτήδειος] Valde appositus. Cic. 2. de Orat. 274. Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine sæpe ridicula, non solum mimis perapposita, sed etiam quodammodo nobis.

PERARDUUS, a, um. Adj. [πολυχαλεπός] Cic. 5. Verr. 66. Mihi autem hoc perarduum est demonstrare.

PERĀRESCO, ui, [πάνυ ξηραίνομαι] ĕre. Prorsus aridum fieri. Columel. lib. 11. cap. 3. Sed nec patiendum est ut perarescat, aut totum decidat.

PERARGŪTUS, a, um. Adj. [πολυσοφώτατος] Cic. de Clar. Orat. 167. Quem studebat imitari L. Afranius poeta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam, ut scitis, disertus.

PERĀRĬDUS, a, um. Adj. [πάνυ ξηρός, πολυξήρος] Valde, vel prorsus aridum significat. Columel. lib. 2. cap. 19. Est autem modus in siccando, ut neque peraridum, neque rursus viride colligatur. Idem 3. 11.

PERARMO, āre. Prudent. Cath. 6. 85.
Hujus manum potentem
Gladius perarmat anceps.

PERARMATUS, a, um. Partic. Curt. 4. 9. 66. Hoc modo instructo exercitu & perarmato. conf. §. 23.

PERĀRO, [περιαροτριάω] āre. ex Per & Aro compositum. Ovid. 14. Met. 96.
— naresque a fronte remissas
Contudit, & rugis peraravit anilibus ora. i. e. Signavit.
Pontum perarare, i. e. Mare navibus sulcare. Senec. Med. 8.
Perarare carmina auro. Stat. 4. Silv. 5. 24.
Littera peraratur blandis verbis. Ovid. 1. de Arte Am. 455.

PERĀRANS, āntis. Partic. [καταγράφων] Ovid. 9. Met. 563.
Talia nequicquam perarantem plena reliquit
Cera manum. h. e. Scribentem.

PERARĀTUS, a, um. Partic. [καταγραφθείς] ut, Tabellæ peraratæ. Ovid. 1. Amor. 11. 7.
Littera perarata. Idem Trist. 3. 7. 1.

PERASPER, ĕra, ĕrum. Adj. [πολυτραχύς] Valde asperum significat. Cels. lib. 5. cap. 28. de thymio, At thymion nominatur, quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenue, supra latius, subdurum, in summo perasperum.

PERASTŪTUS, a, um. Adj. [πολυμήχανος] Valde astutus. A quo

PERASTUTE, Adv. Plaut. Truc. 2. 2. 43.
Ut perastute eum injiciatis in malam fraudem, & præmium. In edit. Gronov. Ut pereat, ut eum inliciatis, &c.

PERASTŪTŬLUS, a, um. Adj. Apul. Met. 9. p. 219. Elmenh. Mulier callida & ad hujusmodi flagitia perastutula.

PĔRĀTICUM, [περατικόν] teste Plin. lib. 12. cap. 9. Bdellii genus est, quod in Media defluit ex arbore, quam nonnulli Brochon, alii Malacram, aliqui etiam Maldacon appellant.

PERATTENTUS, a, um. Adj. [λίαν προσεχής] Valde attentus. Cic. 5. Verr. 10. Superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus.

PERATTENTE, Adv. [λίαν προσεχῶς] Cic. pro Cœl. 25. Animadvertitenim, Judices, audiri a vobis meum familiarem L. Herennium perattente.

PERAUDIENDUS, a, um. Partic. Plaut. Mil. 1. 1. 34. Auribus peraudienda sunt. V. Gronov.

PERBACCHOR, [κωμάζω] āri. Perpotare & lusitare conviviis frequentandis. Budæus. Cic. 2. Philipp. 104. At quam multos dies in ea villa turpissime es perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

PERBACCHĀTUS, a, um. Partic. [κεκωμασμένος] Claud. de Bell Get. 242.
— passimque crematas
Perbacchata domos nullis incendia causis.

PERBEĀTUS, a, um. Adj. [πολύολβος] Valde beatus. Cic. 1. de Orat. 1. Cogitanti mihi sæpenumero, & memoria vetera repetenti, perbeati fuisse, Quinte frater, illi videri solent, &c.

PERBELLUS, a, um. Adj. [πολύκομψος] A quo

PERBELLE, Adv. [πολυκόμψως] Cic. 16. Fam. 18. Sed si me amas, quod quidem aut facis, aut perbelle simulas. V. BELLUS.

PERBĔNE, Adv. [πολυκαλῶς] Valde bene. Cic. de Clar. Orat. 108. Perbene loqui Latine putabatur.

PERBENĔVŎLUS, vel PERBENIVOLUS, a, um. Adj. Cic. 14. Fam. 4. Pescennius est perbenevolus nobis. i. e. Valde benevolus.

PERBENIGNE, Adv. [πολυφιλοφρόνως] Valde benigne. Ter. Adelph. 4. 5. 69.
— di me, pater,
Omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc amo meos.
M. Quid? quam illam? Æ. æque. M. perbenigne. Cic. 2. Q. frat. 1. Perbenigne mihi respondit.

PERBĬBO, bibi, bĭbĭtum, [ἐκπίνω] ĕre. Plaut. Stich. 2. 2. 16.
At ego perii, cui medullam lassitudo perbibit. Cato R. R. cap. 130. Perbibant bene. Hic fere aliud non significat quam Bibere.
Lacrimas perbibere. Ovid. 6. Met. 307.
Totas perbibit flammas. Senec. Herc. OEth. 4.
Tralate. Sen. Epist. 36. Perbibere liberalia studia. Idem de Ira 1. 6. Perbibisti nequitiam. Idem. Epist. 71.

PERBIBESIA, æ. f. Vox ficta de Provincia ubi strenue potetur. Plaut. Curc. 3. 74.
Rhodiam atque Lyciam, Perediam & Perbibesiam. Subaudi, Subegit solus.

PERBĪTO, ĕre. Perire. Pacu. Peribœa, Nam me perbitere, illis opitularier quovis exitio cupio, dum prosim modo. Liv. Andron. Tereo, Ego puerum interea ancillæ subdam lætantem meæ, ne fame perbitet. Nonius 2. 654. Plaut. Pseud. 3. 1. 12.

PERBLANDUS, a, um. Adj. [πολυκόλαξ] Valde blandus. Cic. 1. Q. frat. 2. Successorem habes perblandum, cetera valde illius adventu tua requirentur.
Perblanda ac benigna oratio. Liv. 23. 10. pr.

PERBŎNUS, a, um. Adj. [πολύχρηστος] Valde bonum significat. Cic. pro Flacco 71. Agros habent & natura perbonos, & diligentia, culturaque meliores.
Perbono loco res erat, quoad &c. Cic. 6. Att. 1. Quoad mecum res fuit, perbono loco res erat: postea Pompeji procuratoribus sexcentia premi cœptus est.

PERBRĔVIS, e. Adj. [πολυβραχύς] Valde brevis. Cic. de Clar. Orat. 158. Quodque difficile est, idem & perornatus, & perbrevis.
Perbrevis ævi Carthago. Liv. 28. 25.
Tempus perbreve. Ovid. 4. Trist. 10. 70.
Aliquando interponitur dictio inter Per & Brevis. Cic. pro Cluent. a. Altera para ea, quæ propria est judicii vestri, & legitimæ veneficii quæstionis, per mihi brevis, & non magnæ in dicendo contentionis fore videtur. V. PER ad fin.

PERBREVI, Adv. Cic. 6. Fam. 12. 9. Sed id erit perbrevi.

PERBREVĬTER, Adv. [πολυβραχέως] Valde breviter. Cic. 2. de Orat. 235. Ac ne diutius vos demorer, de omni isto genere quid sentiam perbreviter exponam.

PERCA, æ. f. [πέρκη] Piscis. Plin. lib. 32. cap. 10. Carcinomata percarum capita salsarum. Idem 9. 16. Apic. 10. 1. Ovid. Halieut. 112.

PERCALĔFĂCIO, [ὑπερθερμαίνω] & PERCALEFIO. Unde

PERCALEFACTUS, a, um. Partic. Lucret. lib. 6. 177.
Mobilitate sua fervescit, ut omnia motu
Percalefacta vides ardescere. conf. Vitruv. 8. 2. & 3. Val. Max. 9. 12. 4.

PERCĂLEO, ui, ēre: & PERCALESCO, ĕre. ex Per & Caleo, seu Calesco, [ἐκθερμαίνομαι, ὑπερθερμαίνομαι] Valde caleo. Ovid. 1. Met. 417.
Cetera diversis tellus animalia formis
Sponte sua peperit, postquam vetus humor ab igne
Percaluit solis.
Vis venti percaluit. Lucret. lib. 6. 280.
Inde, ubi percaluit vis venti, vel gravis ignis. [Præterita ȝ Percalesco.

PERCALLEO, ui, [πάνυ τυλοῦμαι] ēre. Induratum vel obduratum esse in re aliqua, ut jam callis contractis amplius nos non fatiget. Tracta metaphora ab iis, qui diuturnis laboribus assueti, callum jam contraxerunt. Cic. pro Milon. 77. Sed nescio quo modo jam usu obduruerat, & percalluerat civitatis incredibilis patientia. [Etiam hoc a Percallesco puto.
Usum rei alicujus percallere. Cic. 2. de Orat. 147. Si modo usum rerum percallueris, nihil te effugiet. h. e. Perfecte callueris, intellexeris.

PERCANDĬDUS, a, um. Adj. [πολύλευκος] Valde candidus. Cels. lib. 5. cap. 19. de elephantino emplastro, Est autem ea percandida compositio.

PERCANTĀTRIX, īcis. f. [ἐπαοιδός] Plaut. Mil. 3. 1. 98.
— da, quod dem Quinquatribus,
Percantatrici, collectrici, ariolæ, atque haruspicæ. Rectius al. Præcantatrici, conjectrici.

PERCĀRUS, a, um. Adj. Justin. 12. 12. 11. Obseqoiis regi percarus.

PERCAUTUS, a, um. Adj. [illegible] Cic. 1. Q. frat. 1. Delectus in familiaritatibos & provincialium hominum & Græcorum percautus & diligens.

PERCĒDO, ĕre. Idem qood Decedere. Cic. in Orat. 159. Concisum, non concessum, & quod quidam percessum etiam volont. Non. 92. 704. In edit. Mercer. est, Concisum, non Concæsum, & quod quidam Percæsum. In edit. Tullii noviss. Ex quo quidam Pertisum etiam volont.

PERCELĔBRIS, e. Adj. Mela, 2. 3. Templum Junonis vetustate & religione percelebre.
Gloria percelebris. Plin. 10. 5.

PERCELEBRO, [illegible] āre. Maxime divulgare. Cic. 7. Verr. 80. De qua muliere plurimi versus, qui in istius cupiditatem facti sont, tota Sicilia percelebrantur. i. e. Vulgo canuntur, vel recitantur.
Audita & pervulgata & percelebrata sermonibus res est. Cic. pro Cœl. 69.

PERCĔLER, ĕris, ĕre. Adj. [illegible] Admodum celer. Cic. pro Cœl. 58. Habuisse aiunt domi, vimque ejus esse expertam in servo quodam, ad rem ipsam parato: cujus perceleri interitu esse ab hoc comprobatum venenum.

PERCELLO, cŭli, culsum, [illegible] ĕre. Evertere, percutere, inquit Nonius 2. 642. Varro Parmenone, Alius teneram abietem solus percellit. Ter. Eun. 2. 3. 87. Peril, quid ego egi miser? quo trudis? perculeris jam tu me. Ubl Donat. Perculeris, Perverteris. Ter. And. 1. 1. 98. Perculsit illico animum. Ubi alii Percussit legunt, & rectius. Perculsi enim præteritum Latinom non est. [Sic & apud Hor. 1. Carm. 7. 10. erratum fuit, & forsan apud Ammian. 17. 1. V. in EVELLO ad fin.
Percellere ad animum, Percutere ad corpus referunt Grammatici; sed hoc perpetuum non esse docet Drakenb. ad Sil. 2. 213. & ad 17. 303.
Inter Percellere & Affligere interest, qood Percello idem fere valet qood Perverto, everto, proruo: Affligere autem est, Ita vehementer in terram dejicere, ac proruere, ut eo casu, id quod dejicitur, contundatur, neque facile excitari queat. Ita fit ot gravius sit Affligere, quam Percellere, ot licet ex hoc exemplo intelligere Cic. 3. Tusc. 72. Existimant enim diis immortalibus se facilius satisfacturos, si eorom plaga perculsi, afflictos se & stratos esse fateantur. Pru Occidere Virg. 5. Æn. 374.
Cuspide perculit. Ovid. 2. Amor. 9. 7.
Ferro perculerat leænam. Stat. 1. Achill. 169.
Flectentem cornua stipite perculit. Ovid. 5. Met. 58.
Percellere & Evertere. Cic. pro Milon. 56. Adde casos, adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem: qoi sæpe spoliantem jam & exsultantem evertit & perculit ab abjecto.
Percellere & Labefactare aliquem. Cic. pro Domo 27. Desinant, desinant homines iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculeront.
Percelli & Recreari, contraria. Cic. ad Brut. 3. Timore quodam perculsa civitas tota ad te se cum conjugibus & liberis effundebat: recreata a. d. XII Cal. te huc venire, quam se ad te ire malebat.
Perculit eum illud. Cic. 3. de Legib. 24. Quid enim illum allud perculit, nisi quod potestatem intercedendi Collegæ abrogavit?
Dolor perculit te. Cic. 2. Tusc. 56. Si te forte dolor aliquis perculerit, exclamabis, ut mulier. Quidam legunt Pervellerit.
Pectus alicujus subito pavore percellere. Liv. 1. 56.
Peste percelli. Columel. lib. 7. cap. 7.
Vi repentina, ac tempestate populari percelli. Cic. pro Sext. 140.
Vis Martis, non ira victoris, cives, quoa amisimus, perculit. Cic. pro Marcell. 17.
Vox hæc te non perculit? non perturbavit? Cic. 5. Verr. 132.
Vox perculit urbem. Valer. 2. Argon. 91.
Percellere, Differre. Lucilius, Ad novum hoc percellit annom. [Nisi error.

PERCULSUS, a, um. Partic. [illegible] ut, Virg. 1. Æn. 517.
Obstupuit, simul ipse, simul perculsus Achates.
Perculsus litteris. Cic. 9. Fam. 25. Repente perculsus est atrocissimis litteris, in quibus scriptom erat, fundum, &c. Alias legitur Percussus.
Amore ingenti Musarum perculsus. Virg. 2. Georg. 476.
Amore magno laudum percolsus. Virg. 9. Æn. 197.
Casu perculsus iniquo. Virg. 6. Æn. 475. Al. Percussus. [Et forsan ita & in superioribus locis legendum.
Suspicione perculsus. Cic. pro Cluent. 106. Neque dubito, quln ii tales viri suspicione aliqua perculsi repentina, de statu suo declinarent.
Timore perculsi membra. Lucret. lib. 5. 1222.
Perculsus & Abjectus. Cic. 2. in Catil. 2. Jacet ille nonc prostratus, Qoirites, & se perculsum atque abjectum esse sentit.
Perculsus animus, & abjectus, Cic. 3. Att. 2. i. e. Perturbatus & timore concussus.
Civitas perculsa timore. Cic. ad Brut. 3.
Græcia perculsa & afflicta jamdiu suia consiliis. Cic. pro Flacc. 16.
Hac ille perculsus plaga, non succubuit. Nep. 18. 5. 1. [Malim Percussus. conf. PERCUTIO.
Virgo perculsa. Catul. Argon. 62. 364.
Volucres perculsæ corda. Hellenismus est. Lucret. lib. 1. 13.
Volgus perculsum terrore. Lucan. lib. 1. 481.
Excitare perculsa & prostrata. Cic. pro Marcell. 23. Omnia sont excitanda tibi, C. Cæsar, unl, qui jacere sentis, belli ipsius impetu (quod necesse fuit) perculsa atque prostrata.

PERCULSUS, ûs. m. Tertull. de Anima, cap. 52.

PERCENSEO, ui, [illegible] ēre. Idem quod Recensere: nisi qoid perfectionis addat præpositio. Cic. in Partit. 127. Quo in genere percensere poterit plerosque invenlendi locos. Idem pro Lege Agrar. 2. 47. Italiam percensuisti, perge in Siciliam.
Percensere beneficia numerando. Cic. Post red. in Senat. 1. Qood tam divinum atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra in nos universa promerita, non dicam complecti ornando, sed percensere numerando.
Percensuitque cursim numerum legionum. Tacit. 4. Ann. 4.
Totum percensuit orbem. Ovid. 2. Met. 335. i. e. Peragravit totum orbem.
Senium ævi percensere. Stat. 1. Theb. 268.
Interdum idem significat ac Perstringere & censoria virgula castigare. ut, Orationem subtili ingenio & judicio percensuisse sibi visus est. Gell. 7. 3. Apul. Apol. p. 310. Elmenh. Percensentibus iis, qui istum novere. [Hic est Narrare, ut paulo supra in ead. pag. Quot sacra nossem percensui.

PERCEPTIO, V. PERCIPIO.

PERCĪDO, ĕre. Tendere, percutere. Plaut. Cas. 2. 6. 52. Percide os tu illi hodie. i. e. Batue, tunde. Sic enim restituit Turnebus, quum alias legeretur Præcide, quod aliud significat, & turpitudini affine est, immo vero obscænissimum. Idem Pers. 2. 4. 12.
Non hercle, si os perciderim tibi metuam, morticine. V. seq. dict.
Percido, Occido. Flor. 3. 20. 10. Exercitum percecidlt. Idem 4. 12. 7.

PERCĪSUS, a, om. Partic. Martial. 4. 48.
Percidi gaodes; percisus, Papile, ploras. Sen. de Provid. cap. 5.
Percisos & professos impudicitiam. Al. Præcisos. V. Lips. Apud Martial. 2. 72. Os tibi percisum legendom est, non, ut obtlnet, Præcisum. [Utrumque & obscænum sensum recipit, & non obscænom. conf. PERCEDO.

PERCĬEO, īvi, ĭtum, [illegible] ēre. Valde cieo. Lucret. lib. 3. 185.
Ocios ergo animus, quam res se perciet ulla.
Percit, pro Perciet, ut etiam in simplici Cit pro Ciet, a Percio. Idem lib. 3. 304.
At natura boum placido magis aëre vlvit:
Nec nimis iral fax unqoam subdita percit. Idem lib. 4. 567. & 3. 28. Plaut. Asin. 2. 4. 69. Ne istum impudicum percies.

PERCĬTUS, a, um. Partic. [illegible] Percussus, inquit Nonius 2. 690. Nimis incitatus, qol ira ac furore accensus est. Ter. Hec 3. 3. 17.
Postquam aspexi, o facinos indignum, inqeam, & corripui illico
Me inde lacrimans, incredibill re atque atroci percltus. Cic. pro Milon. 64. Sive enim illud animo irato, ac percito fecisset, ut incensus odio, trucidaret inimicum, &c.
Dolore percitam instigat furor. Senec. Hippol. 12.
Ira percitus. Apud Gellium autem lib. 2. sine adjectione. H. St.
Magno furore percitus. Senec. Herc. fur. 1.
Motu æterno percita semina. Lucret. lib. 2. 1054.
Primordia percita plagis. Lucret. lib. 1. 1024. Liv. 21. 53. Ingenimm percitum ac ferox.

PERCITO, āre. frequent. Pacuv. apud Fest. in Reciproco; Rapide reciproco, percito. Locus contaminatus est. V. Scalig.

PERCITĀTUS, a, um. Partic. Accius apod Non. 7. 2. Matronæ percitatæ tumultu.

PERCINGO, inxi, inctum, [illegible] ĕre. Omnino cingere. Columell. lib. 10. 347.
Sæpe suas sedes percinxlt vitibus albis. Manil. 5. 325.

PERCĬPIO, cēpi, ceptum, [illegible] ĕre. ex Per & Capio compositum; Perfecte capere. Variis nominibus jongitur.
Fructus serere, percipere, & condere. Cic. de Senect. 24.
Fructum ex arbore percipere. Plin. lib. 15. cap. 1.
Fructum percepimus anni. Propert. lib. 4. 2. 11.
Fructum victoriæ percipere. Cic. 7. Verr. 76. At etiam qui triumphant, eoque diutius vivos hostium duces servant, ut his per triumphum ductis, pulcherrimum spectaculom, fructumque victoriæ Pop. Romanus percipere possit.
Gaudia secura percepit. Ovid. 7. Met. 455.
Jucunditatem vel lætitiam percipere Cic. 1. de Fin. 37.
Præmium percipere. Cæs. 2. Bell. Civil. 32.
Victoriam animo. Cæs. 3. Bell. Civil. 87. Ac jam animo victoriam percipiebant, quod re tanta, & a tam perito imperatore nihil frustra confirmari videbatur. Fortasse legendum Præcipiebant, pro Ante capiebant.
Voluptatem percipere ex re aliqua. Cic. 1. de Finib. 63. Nec majorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse.
Dolores percipere, Sentire. Cic. 14. Fam. 1. Acerbissimos dolores, miseriasque percepit.
Luctus percipere. Cic. 14. Fam. 1.
Fames percipit vantris medullam. Plaot Stich. 2. 2. 17.
Oculos percipere; pro Occupare, seo Afficere, seu Perfundere. Lucret. lib. 4. 733.
Qoippe etenim multo magis hæc sunt tenuia textu,
Quam quæ percipiunt oculos, visumqoe lacessunt. Sic lib. 5. 603.
Aera percipiat calidis fervoribus ardor. Lambinus.
Odiom ejus rei me percipit. Ter. Eun. 5. 6. pr.
Neque agri, neque urbis odlom me onquam percipit.
Odium vitæ percipit humanos. Lucret. lib. 3. 80.
Diligenter quæ dicuntur percipere, & ea penitus animis nostris mandare. i. e. Comprehendere. Cic. 1. in Catil. 27.
Facile aliquid percipere. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Animo percipere aliquid & memoria custodire. Cic. 1. de Orat. 127.
Memoria percipere. h. e. Memoria complecti. Cic. 4. Acad. 22. Unde memoria, si nihil percipimus (sic enim quærebas) quod meminisse visa, nisi comprehensa non possumus?
Oculis aliqoid percipere. Cic. 6. Verr. 56.
Sensibus percipere. Cic. 1. de Fin. 37. Non hanc solam sequimur, quæ suavitate aliqua naturam ipsam movet, & cum jucunditate quadam percipitur sensibus.
Percipere opinione. Cæs. 7. Bell. Gall. 9. At Cæsar biduum in his locis moratus, quod hæc de Vercingetorige usu ventura opinione perceperat, per causam sopplementi, eqoitatusque cogendi, ab exercito discedit. Castigatiores libri habent Præceperat.
Artem percipere. Cic. 7. Fam. 20. Sin tibi quædam videbuntur obscuriora, cogitare debebis, nullam artem litteris sine interprete, & sine aliqoa exercitatione percipi posse.
Diligenter percipere disciplinam. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Disciplinas singulas percipere si magnum est, qoanto majus omnes? Cic. 1. de Nat. Deor. 11.
Doctrinam percipere. Cic. 4. Acad. 1. Tum omnis liberalis & digna homine nobili ab eo percepta doctrina.
Nomina omnium civium percipere, pro Mente complecti. Cic. de Senect. 22. Themistocles omnium civium nomina perceperat.
Præcepta artis. Cic. 1. Off. 60. Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta perceperint, qoicquam magna laude dignum sine osu & exercitatione conseqoi possunt.
Usum alicujus rei. Cæs. 3. Bell. Civil. 84.
Excusationem percipere, Accipere, Agnoscere. Paulus in l. Si quis tutor ibi, excusatione percepta. D. De ritu nuptiarum.
Percipere, Intelligere, cognoscere. Cic. de Amicit. 23. Id si minus intelligitur, qoanta vis amicitiæ, concordiæque sit, ex dissensionibus, atque ex discordiis percipi potest.
Percipere & comprehendere aliquid. Cic. 4. Acad. 34. Conantur ostendere

dere esse aliquid perspicui, verum illud quidem impressum in animo atque mente, neque tamen id percipi ac comprehendi posse.
Percipe quid dubitem. Virg. 9. Æn. 190.
Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi. Virg. 6. Æn. 105.
Causam percipe. Ovid. 4. Fast. 938.
Animi percipiunt cito dicta. Hor. de Arte Poet. 336.
Paucis percipe rerum exordia. Lucret. lib. 4. 114.
Verba mea percipe. Ovid. 5. Fast. 716.
Celeritas percipiendi. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Fructus percipiendus auribus. Ovid. 4. Trist. 2. 68.
Philosophia oratori necessario percipienda. Cic. 1. de Orat. 219.
Voluptas percipienda oculis. Ovid. 4. de Pont. 9. 38.

PERCEPTUS, a, um. Partic. [καταληφθεὶς] ut,
Voluptas percepta brevis. Ovid. 1. de Pont. 2. 53.
Philosophorum percepta habere præcepta. Nep. 25. 17. 3.

PERCEPTUM, i. n. Cic. de Fato 11. A perceptis artis proficiscitur. Percepta appello, quæ dicuntur Græce θεωρήματα. Gall. 14. 1. Pro percepto liquere.

PERCEPTIO, ōnis. f. [κατάληψις] Cic. 2. Off. 12. Neque agricultura, neque frugum, fructuumque reliquorum perceptio & conservatio, sine hominum opera ulla esse potuisset.
Perceptio fructuum, non tantum dicitur si omnino fructus sunt collecti: sed etiam cœpti ita percipi, ut terra continere se fructus desierint. l. 78. de rei vendic. in P.
Cognitio & Perceptio. Cic. 1. Acad. 44. Neque hoc quicquam esset turpius, quam cognitioni & perceptioni assertionem approbationemque præcurrere.
Perceptio animi. Cic. 4. Acad. 22. Ars vero quæ potest esse, nisi quæ non ex una, aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat?

PERCEPTOR, ōris m. Augustin. Solil. 1. 1.

PERCEPTIBILIS, e. Adj. Saresb. 2. 18.

PERCITUS, V. PERCIEO.

PERCIVILIS, e. Adj. Suet. Tiber. cap. 28. extr. Exstat & sermo ejus in senatu percivilis.

PERCLĀMO, [καταβοάω] āre. Vehementer clamare. Plaut. Truc. 1. 1. 8.
Quot illic blanditiæ, quot illic iracundiæ
Sunt, quot sunt perclamanda? al. Pericla amanda.

PERCNOS, [περκνὸς] Aquilæ genus, teste Plin. lib. 10. cap. 3. a nigro colore ab Homero sic vocatum. Nam περκνὸς, Niger. Alii vocant Morphnon: aliqui etiam Plancum & Anatariam: inter Aquilarum genera secundam magnitudinem & vim obtinet: vivitque ut plurimum circa lacus.

PERCNOPTERUS, i. m. [περκνόπτερος] Aquila apud Plin. ibid. a nigro colore alarum sic dicta.

PERCOARCTO, [κατασφίγγω] āre. Vehementer constringo. Columel. lib. 2. cap. 19. de fœno loquens: Tunc demum (inquit) convertemus, & utrimque siccatum percoarctabimus in strigam, atque ita manipulos vinciemus. Al. non habent Per.

PERCOGNOSCO, ōvi, ĭtum, [πάνυ γνώσκω] ĕre. Perfecte cognoscere. Plin. lib. 4. cap. 14. Nam Germania multis postea annis nec tota percognita est. Idem lib. 37. cap. 3. Percognitum nuper. Plaut. Truc. 1. 2. 50.

PERCŌLO, ui, ultum, [θεραπεύω] ĕre. Perfecte colere, id est amare & venerari. Plaut. Trin. 2. 2. 4. Feceris par ceteris tuis factis, patrem tuum si percoles.
Honore aliquem percolere. Tacit. 2. Hist. 82.
Percolere, Culturam absolvere, perficere, polire, supremam manum addere, complere. Plin. 5. Epist. 6. sub fin. Præterea indulsi amori meo: amo enim quæ maxima ex parte inchoavi, aut inchoata percolui.

PERCŌLENS, entis. Apul. Met. 8. Imaginem divinis percolens honoribus.

PERCULTOR, ōris. m. Aur. Vict. In Augusto, Doctorum, qui abunde erant, necessariorumque percultor.

PERCULTUS, a, um. Partic. [καλλωπισμένος] Valde cultus, Ornatus, politus. Plaut. Pœn. 1. 2. 23.
— nam quæ lavata est, nisi
Perculta est, meo quidem animo quasi illauta est.

PERCŌLO, āvi, ātum, [διηθέω] āre. Totum colare. Columel. lib. 7. cap. 8. Nam maxime refert primo quoque tempore serum percolari, & a concreta materia separari. De caseo loquitur. Plin. lib. 27. cap. 7. Columel. 12. 17. extr. In junceis fiscellis, vel sparteis saccis percolant.
Humor percolatur per terras. Lucret. lib. 2. 474.
Virus percolatur. Lucret. lib. 5. 270.
Senec. in præf. lib. 1. Nat. Quæst. eleganter dicit eos qui ventri vivunt, Cibos & potiones percolare, quia ingerunt in ventrem quod mox velut colatum defluit.

PERCOLATUS, a, um. Partic. Plin. 31. 6. In terra marina aqua, argilla percolata, dulcescit.

PERCOLATIO, ōnis. f. Vitruv. 8. 7. Uti percolationibus aquæ mutari possint.

PERCŌMIS, e. Adj. [πάνυ ἐπιεικὴς] Cic. de Clar. Orat. 212. Qui peritissimus juris, idemque percomis est habitus.

PERCOMMŌDUS, a, um. Adj. [πάνυ ἐπιτήδειος] Valde commodus. Liv. 22. 43. extr. Idem castris percommodum fuit.

PERCOMMŌDE, Adv. [λίαν ἐπιτηδείως] Admodum commode. Liv. 30. 29. Percunctatusque, satin' percommode omnia explorassent, datis qui prosequerentur, retro ad Annibalem dimisit. Al. Per commodum.
Accidere percommode. Cic. pro Cæcin. 77. Hoc loco percommode accidit, quod non adest is, qui paulo ante affuit.
Facis percommode. Cic. 2. de Orat. Et quod mihi nihil, aut quod non multum relinquis, percommode facis, estque mihi gratum.
Factum percommode quod. Cic. 4. Tusc. 64. Itaque sive casu accidit, sive consilio, percommode factum est, quod eis de rebus, quæ maxime metuuntur, de morte & de dolore, primo & proximo die disputatum est.

PERCONDĬTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἀπόκρυφος] ex Per & Condo, ĕre, compositum; significat Reconditum & abstrusum. Cic. 1. de Orat. 15. Exponam vobis non quandam, aut perconditam, aut valde difficilem, aut magnificam, aut gravem rationem consuetudinis meæ. Alia exemplaria habent, Perreconditam.

PERCONTOR, [πυνθάνομαι, ἀνακρίνομαι] āri. Diligenter inquirere: dicitur autem Percontari, auctore Donato, a Conto, quo nautæ utuntur ad loca inquirenda, navibus opportuna. Ter. Hec. 5. 3. 12.
Tua quod nihil refert, percontari desinas. Idem Eun. 2. 3. 3.
Ubi vestigem? quem percontor?
Scribitur, & quidem frequentius in optimis codd. MSS. Percunctor. V. CUNCTOR & PERCUNCTOR. Donatus in Hecyr. 1. 2. 2. utramque scriptionem admittit. Sed quum significatio nihil distet, necesse est alterutram esse meliorem.

PERCONTŬMAX, ācis. Adj. [ὑπεραυθάδης] Valde contumax. Ter. Hec. 3. 5. 54.
Percontumax redisti huc nobis, Pamphile.

PERCOPE, V. PERCOTE.

PERCŌPIŌSUS, a, um. Adj. [πάνυ εὔπορος] Plin. 9. Epist. 31. Quæ de me scripsisti: In quibus quidem percopiosus fuisti.

PERCŎQUO, xi, ctum, [διαπέσσω] ĕre. Perfecte coquere. Plin. lib. 23. cap. 7. Bubulas carnes, additi caules magno ligni compendio percoquunt.
Ardor terram percoxerat igni. Lucret. lib. 5. 1253.
Mora percoquit uvas. Ovid. Rem. Amor. 83.
Humorem percoquere. Lucret. lib. 6. 858.
Terra dicitur percoquere messem, dum ad maturitatem fovet. Plin. 5. Epist. 6. Colles optimam messem, serius tantum, sed non minus percoquunt.
Sol percoquit fructus. Senec. de Benefic. 7. 31.

PERCOCTUS, a, um. Partic. [καθεψηθεὶς] ut, Color percoctus. Lucret. lib. 6. 722.
Percoctus, Perfecte maturus. Plin. lib. 15. cap. 16. Succus maturescentibus lactis, percoctis mellis. De ficis, Idem 22. 25.

PERCŌSIUS, [Περκώσιος] Trojanorum amicus, omnium longe doctissimus scientia divinandi futura. Cujus filii fuerunt Adrastus & Amphius, quos neque admiranda patris doctrina, neque paterna sollicitudo a morte subtrahere potuit, quum eos retinere conaretur, ne ad Trojanum bellum, ubi morituri erant, proficiscerentur. Hom. in Bœot. v. 830.

PERCŌTE, es. f. quæ & Percope dicta olim fuit, [Περκώτη] Urbs est Troadis, ut ait Stephanus. Val. Flacc. 2. 626.
Jam juga Percotes Pariumque infame, &c. Hinc

PERCŌSIUS, [Περκώσιος] Qui urbem illam inhabitat. Valer. 3. Argon. 10.
Muneribus primas conjunx Percosia vestes
Imposuit.

PERCREBRESCO, vel potius PERCREBESCO, crēbui, [θρυλλοῦμαι] ĕre. Crebrum fieri, divulgari. Plin. in Paneg. cap. 31. Percrebuerat antiquitus, urbem nostram, nisi opibus Ægypti ali sustentarique non posse. Cic. 11. Att. 10. Ipsi enim illi putavi perniciosum fore, si ejus hoc tantum scelus percrebuisset.
Percrebuit omnium sermone. Cic. 2. Verr. 21. Inveteravit enim jam opinio perniciosa Reip. vobisque periculosa, quæ non modo Romæ, sed & apud exteras nationes omnium sermone percrebuit.
Percrebuit fama. Cic. 10. Fam. 10. Tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consequutus.
Cum illius nefarii gladiatoris voces percrebuissent. Cic. pro Muren. 50.

PERCRĔPO, ui, ĭtum, [ὑπερηχέω] āre. Valde, vel Undique crepare. Cic. 7. Verr. 31. Lucum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuque symphoniæ.

PERCRESCO, ēvi, ētum, ĕre. Quintil. lib. 7. cap. 1. Nam via quæstionum percrescere debet, & ad potentissima ab infirmissimis pervenire. Legunt quidam Semper crescere.

PERCRŬCIO, [κναίω] āre. Valde cruciare. Plaut. Bacch. 5. 1. 23.
Hoc hoc est quod peracescit, hoc demum est quod percrucior.

PERCRŪDUS, a, um. Adj. [ὑπερωμὸς] Valde crudum significat & immaturum. Columel. lib. 12. cap 10. Pruna purpurea quum immatura, non tamen percruda legeris, diligenter inspicito, ut sint integra, sine vitio aut vermiculo.

PERCŪDO, ūdi, ūsum, [διακολάπτω] ĕre. Idem quod simplex Cudo significat: nisi forte aliquid addat præpositio, ut Totum cudere significet. Columel. lib. 8. cap. 5. Die undecimo animadvertat an pulli rostellis ova percuderint, & auscultetur si pipiant.

PERCULSUS, V. PERCELLO.

PERCUNCTOR, [πυνθάνομαι, ἐρωτάω] āri. Diligenter inquirere. Percunctari, inquit Donatus in Hecyr. 1. 2. 2. ab eo quod a [Immo de] cunctis inquiratur, dicitur. Plaut. Epid. 1. 1. 38. Desiste percunctari. V. in PERCONTOR.
Percunctari & Interrogare. Cic. 2. de Fin. 2. Is percunctando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, ut ad ea quæ hi respondissent, si quid videretur, diceret. De Socrate.
Inter Percunctari & Interrogare hoc interesse vult Quintil lib. 9. cap. 2. ut illud Noscendi, hoc Arguendi causa quærere significet. Quid iam commune quam interrogare vel percunctari? nam utroque utimur indifferenter, quum alterum noscendi, alterum arguendi gratia videatur adhiberi. Quod falsitatis arguit Popma de Differ. Verb. V. Burm. In Quintil. p. 770.
Percunctari & Quærere. Cic. 1. de Orat. 97. Quo in genere tu, Antoni, (vere loquar) nunquam mihi, percunctanti aut quærenti aliquid, defuisti.
Otiose percunctari. V. OTIUM.
Ultro aliquem percunctari. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Doctos percunctari. Hor. 1. Epist. 18. 96.
Singulos. Cic. 7. Fam.
Ab aliquo. Cic. 4. Acad. 2. Itaque quum totum iter & navigationem consumpsisset, partim in percunctando a peritis, partim in rebus gestis legendis, &c.
Percunctari de. Cic. in Somn. Scip. 1. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra Repub. percunctatus est.
De nominibus alicujus. Cic. 6. Att. 7.
Aliquid ex aliquo. Plaut. Bacch. 2. 2. 12. Istuc volebam ego ex te percunctarier.
Disciplinam aliquam ex aliquo. Cic. 2. de Divin. 76.
Ex aliquo percunctari, quanti aliquid vendat. Cic. de Clar. Orat. 172.
Aliquid insidiis hostilibus percunctari. Plaut. Pseud. 4. 4. 10.
Percunctor quanti olus ac far. Hor. 1. Serm. 6. 112.
Percunctor, cum duplici accusativo. Liv. 39. 12. Eam quoque esse quæ percunctari vellet. Plaut. Aul. 2. 2. 33.
Quæso quod te percunctabor, ne id te pigeat proloqui.

Aurem

Aurem suam percunctari. Gell. lib. 13. cap. 19. Tum is qui quæsierat, Quonam modo vis, inquit, aurem meam interrogem? Et Probum aie respondisse, Quo suam Virgilius percunctatus est.
Percunctari, Expectare. Ter. Phorm. 2. 4. 12.
Percunctatum ibo ad portum, quoad se recipiant.
Percuncto, vel **Percunto**, āre. Apul. Met. 11. Quod sedulo percunctaveram. conf. Priscian. 8. p. 799. & Non. 7. 51.
Percunctor, āri. Pass. Apul. p. 362. Elmenh. pr.
Percunctans, vel **Percontans**, antis. Partic. Apul. Flor. p. 362. Elmenh.
Percunctātus, a, um. Partic. Cæl. Aurel. Acut. 1. 5. 46.
Percunctatio, vel **Percontatio**, ōnis. f. [πεῦσις] Interrogatio, inquisitio. Cic. de Univers. 2. At primum quidem tempus salutationibus, reliquum percunctatione consumpsimus.
Ex captivis percunctatio facta. Liv. 27. 43.
Percunctatio, pro Interrogatione dicta videtur ex nautico usu, quia conto pertentant, cognoscuntque navigantes aquæ altitudinem. Percunctatio hinc dicta est, quod is qui curiose quid interrogat, per cuncta vadit. Festus. conf. in ipso verbo dicta.
Rogatio atque huic finitima quasi percunctatio expositioque sententiæ suæ. Cic. 3. de Orat. 203.
Ducere sermonem e percunctatione alicujus. Cic. de Clar. Orat. 218. Omnisque ille sermo ductus e percunctatione filii, quid in Senatu esset actum.
Altius repetita percunctatio. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Quærere percunctatione aliquid. Cic. pro Cluent. 184. Post aliquid adjungere dictum de veneno, quod non percunctatione quæsitum, sed dolore expressum videretur.
Nihil de eo percunctationibus reperiebamus. Cæs. Bell. Gall. 5. 13.
Percunctationi alicujus respondere. Tacit. Dial. de Orat. cap. 1.
Percunctator, vel **Percontator**, ōris. m. [πευστής] Hor. 1. Epist. 18. 69.
Percunctatorem fugito: nam garrulus idem est.
Percunctātīvus, a, um. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 4. 8. 114.
Percŭpio, ivi, itum, [ἐπιθυμέω] ere. Valde cupere. Ter. Eun. 5. 2. 57.
—visne interea, dum is venit,
Domi opperiamur, potius quam hic ante ostium?
C. Immo percupio.
Percŭpĭdus, a, um. Adj. [ἐπιθυμητικώτατος] Cic. 1. Fam. 7. Cognovi Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum.
Percopĭa, Festus in Blaterare; Percupide loqui.
Percŭrĭōsus, a, um. Adj. [πολυπράγμων] Cic. pro Cluent. 85. Nicostratus quidam, fidelis Oppianici servulus, percuriosus, & minime mendax, multa dicitur renuntiare domino solitus esse.
Percūro, [ἐξιάομαι] āre. Perfecte curare. Plin. lib. 24. cap. 15. Strumas imposita ad suppurationem perducunt, deinde axungia adjecta percurant. Sen. Quæst. Nat. 3. 1. conf. curo.
Percūrātus, a, um. Partic. Liv. 21. 57. Vix dum satis percurato vulnere. [Satis abundat.] conf. Curt. 4. 6. 21. & 7. 6. 23.
Percurro, curri & cŭcurri, cursum, [διατρέχω, ἐπιτρέχω, διέξειμι] ĕre. Valde currere, vel currendo perseverare. Ter. And. 2. 2. 18.
Continuo ad te properans percurro ad forum, ut dicam tibi hæc. Ubi Donatus, Vide quantum dixerit, Properans & Percurro, ut continuationem cursus ostenderet! Cœlius ad Cic. 10. Att. 9. Nisi ita faceret, ego prius quam ad urbem accederem, ubicunque tu esses, ad te percurrissem. Eadem Epistola est etiam inter Epp. ad familiares lib. 8. Epist. 16.
Percurrere aliquo. Liv. 26. 15. Inde citato equo Cales percurrit.
Agrum Picenum percurrit omnem. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 15.
Cursu percurrere aliquid. Lucret. lib. 1. 1002.
Telas percurrere pectine. Virg. 1. Georg. 294. Idem 7. Æn. 14.
Magistratus percurrere. Plin. 1. Epist. 14. ad Mauricum, Quæsturam, Tribunatum, Præturam honestissime percurrit. h. e. Cum summo suo honore administravit: perfunctus est illis magistratibus deinceps.
Oratio percurrit, & Percurrere oratione. Cic. pro Cluent. 129. Hæc pluribus verbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea. Et 2. de Divin. 96. Quas quidem percurrere oratione facile est.
Percurrere breviter de, Cursim pertractare. Cic. 1. de Orat. 205. Sed pauca etiam requirimus, in primisque ea, quæ valde breviter a te, Crasse, de ipsa arte percursa sunt.
Percurrere & Præterire aliquid. Cic. 3. de Orat. 49. Faciles enim inquit, Antoni, partes eæ fuerunt duæ, quas modo percucurri, vel potius pæne præterii, Latine loquendi, planeque dicendi.
Apud doctos & semidoctos properans hæc percurro. Cic. 2. de Orat. 177.
Omnia percurrere nomina. Virg. 6. Æn. 627.
Locos omnes oratoris. Cic. in Orat. 47.
Animo celiter aliquid percurrere. Auctor ad Herenn. lib. 3. 22. extr.
Animo rotundum percurrisse polum. Hor. 1. Carm. 28. 6.
Murmura percurrunt cælum. Lucret. lib. 5. 1220.
Percurrere mensas dicitur menta. Plin. 19. cap. 8. Grato menta mensas odore percurrit in rusticis dapibus. h. e. Circumfertur, per mensas currit, frequens apponitur.
Luna percurrens fenestras. Propert. lib. 1. 3. 31.
Ventus percurrens campos rapido turbine. Lucret. lib. 1. 274.
Passive. Cic. 1. de Orat. 205. V. Percurrere breviter de.
Percurritur, Impers. Cic. 2. de Orat. 318. Et multo apertius ad intelligendum est, si sic consistitur aliquando, ac non ista brevitate percurritur.
Percursus, a, um. Partic. [διεξιών] Cic. 2. de Orat. 140. Ut omnes eas, diligentes, & memores, & sobrii oratores, percursas animo, & prope decantatas, habere debeant. i. e. Sic habere notas, ut animus & perlustrare omnes & decantare possit.
Percursio, ōnis. f. [διάδρομος] Cic. 4. Tusc. 31. Velocitas autem corporis, celeritas appellatur: quæ eadem ingenii etiam laus habetur, propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem.
Percursor, ōris. m. Lactant. 6. 7. 3. al. Præcursor.
Percurso, āre. frequent. Liv. 23. 42. Jam ne manipulatim quidem, sed latronum modo, percursant totis finibus nostris negligentius, quam si in Romano vagarentur agro.
Percursātio, ōnis. f. [διαδρομή] Cic. 2. Philipp. 62. O præclaram illam percursationem tuam mense Aprili atque Majo!

Percŭtio, ssi, ssum, [πλήττω, κόπτω, βάλλω, παίω, πατάσσω, ἐλαύνω] ĕre. ex Per & Quatio componitur, Q in C mutata, & abjecta A; significat Ferio.
Gladio percutere. Cæs. 8. Bell. Gall. 23.
Lapide percutere aliquem. Cic. 2. de Orat. 197.
Lapidibus appetere & percutere aliquem. Cic. pro Domo, 13. Qui sunt homines a Q. Metello fratre tuo Consule in Senatu palam nominati, a quibus ille se lapidibus appetitum & percussum esse dicit?
Manu aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 97. Macrob. Saturn. 1. 6.
Pectus percussi manu. Virg. 12. Æn. 155.
Securi filium, Decollare. Cic. 1. de Fin. 23.
Fulmine percuti, Fulminari. Cic. 3. de Nat. Deor. 84.
Sidere percuti, Siderari. Martial. lib. 11. 86.
Sidere percussa est subito tibi, Zoile, lingua. h. e. Usum linguæ amisisti paralysi. Idem lib. 7. 91.
—subito sive ut sidere motus.
Percutere feram, Occidere. Cic. 7 Verr. 1. Quæsivisse Domitium, qui tantam bestiam percussisset: illum respondisse Venabulo.
Calamitate aliqua percuti, Affligi. Cic. pro Muren. 49.
Vulnere fortunæ gravissimo percuti. Cic. 1. Acad. 11.
Fores. Plin. lib. 7. cap. 30.
Puppis percutitur rapido Noto. Ovid. 3. Fast. 488.
Animum percutere dicitur res aliqua. Cic. 4. Att. 8. Audivi ex Gavio hoc Firmano, Romæ esse hominem, & fuisse assiduum: percussit animum. Dices, Tantulane de causa?
Cor meum spes laudis percussit acri thyrso. Lucret. lib. 1. 921.
Cogitatione inani aliquem percutere. Cic. pro Milon. 79. Quonam modo ille vos vivus afficeret, qui mortuus inani cogitatione percussit?
Litteris atrocissimis percuti. Cic. 9. Fam. 25. Is quum ad me Laodiceam venisset, mecumque ego eum esse vellem, repente percussus est atrocissimis litteris: in quibus scriptum erat, &c.
Probabilitate animum alicujus. Cic. 5. Tusc. 33. Quodcunque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus.
Percutere aliquem palpo, Verbis adulari, & verbis suadere. Plaut. Amph. 1. 3. 28.
Animum percutere suspicione religionis. Sen. Epist. 41.
Fœdus percutere, pro Ferire fœdus, vel facere. Auctor de Viris illustr. cap. 2. Hirt. Bell. Alex. 44. Cum Barbaris fœdera percussisse. V. ferio.
Fossam percutere, pro Fodere. Plin. lib. 10. Epist. 50. extr. de lacu Nicomedensium, Ego per eadem loca invenio fossam a rege percussam: sed incertum, utrum ad colligendum humorem circumjacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum. conf. Frontin. Strat. 3. 17. 5.
Percusti, præteritum pro Percussisti. Hor. 2. Serm. 3. 273.
Gaudes, si cameram percusti forte, &c.
Percŭtiendus, a, um. Partic. [πληκτέος] ut, Terga percutienda dare. Ovid. 2. Fast. 445.
Percussus, a, um. aliud Partic. [πεπληγμένος] ut,
Dolore extremo percussa. Valer. 7. Argon. 475.
Forma aliqua percussus, Signatus, formatus: proprie de nummis dicitur. Seneca Epist. 14. Omnia facta dictaque inter se congruant: respondeant sibi, ac una forma percussa sint.
Ictu fulminis percussæ. Ovid. ad Liv. 11.
Virga percussus. Virg. 7. Æn. 190.
Vulnere percussus. Propert. lib. 1. 1. 13.
Genu percusso claudicat. Ovid. 3. Fast. 758.
Litora percussa fluctu. Virg. 5. Ecl. 83.
Lyra percussa. Ovid. 3. Amor. 12. 40.
Turres percussæ de cælo. i. e. Fulminatæ. Cic. 3. in Catil. 19.
Victima collum percussa securi. Ovid. 4. Trist. 2. 5.
Percussa, æ. f. Cæl. Aurel. Acut. præf. 18. Cum fiunt plagæ sive percussæ, atque adfricationes. V. Barth. Advers. 41. 18. [In superioribus editis est Percussa, n. pl. & in marg. ex conjectura, Percussus, qua voce sæpius utitur. Ego Percussuræ scripsisse puto.
Percussio, ōnis. f. [βολή, πάταγος] Cic. 3. Tusc. 62. Ex hac opinione sunt illa varia & detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones.
Digitorum percussio. Cic. 3. Off. 67.
Percussio, pro Ictu, de dimensione temporum in pedibus aut musica. Quintil. lib. 9. cap. 4. Deinceps longiores fiunt percussiones. Cic. 3. de Orat. 180. Sed sunt insignes percussiones eorum numerorum, & minuti pedes.
Modi percussionum non sunt in oratione soluta tanquam tibicini. Cic. in Orat. 198. Hos percussionum modos Boethius in sua Musica vocat Consonantias, docetque consistere aut in duplici, aut in triplici, aut in quadrupla, aut in sesquialtera, aut in sesquitertia proportione. Quare quinque tantum generaliter sunt percussionum modi, diatessaron, diapente, diapason, diapente & diapason, disdiapason. Consonantiam definit idem Boethius, Dissimilium inter se vocum redactam in unum concordiam.
Percussus, ūs. m. [πληγή] pro Percussione. Plin. lib. 7. cap. 51. Venarum inæquabili aut formicante percussu. Vitruv. 9. 9.
Percussor, ōris. m. [πλήκτης] Qui percutit, & sæpius Qui occidit, & ad id faciendum conducitur. Cic. pro Rosc. Amer. 93. Ea multitudo quæ erat? opinor, aut eorum qui in bonis erant occupati, aut eorum qui ab his conducebantur ut aliquem occiderent. Si eos putas, qui alienum appetebant: tu es in eo numero, qui nostra pecunia dives es: sin eos, quos, qui leviore nomine appellant, percussores vocant: quære in cujus fide sint & clientela.
Deprehensus cum sica percussor Cæsaris. Cic. 2. Philipp. 74. Suet. Neron. cap. 48.
Percussibilis, e. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 4. 8. & 1. 4. conf. Reines. Var. Lect. p. 650.
Percussionālis, e. Adj. Cassiodor. de Musica.
Percussura, æ. f. Apul. de Herb. cap. 31. n. 6. conf. Veget. Mulom. 2. 30. & percussa, æ.
Perdo, īre. Antiq. Idem ac Perire. Plaut. Pœn. 4. 2. 62.
Perdĕcōrus, a, um. Adj. [πάνυ εὐπρεπής] Valde decorus. Plin. 3. Epist. 9. Est alioqui perdecorum.
Perdēlīrus, a, um. Adj. Valde delirus & ridiculus. Lucret. lib. 1. 693.

Dicere porro ignem res omnes esse, &c.
Quod facit hic idem, perdelirum esse videtur.

PERDENSUS, a, um. Adj. [πάνυ δασύς] Valde densum significat. Columel. lib. 3. cap. 10. Perdensum humum cœlestes aquas non sorbere.

PERDEPSO, ui, ĕre, V. DEPSO simpl. Sensu obscœno Stuprare, apud Catull. Carm. 75. 3. in Gellium,
—petrui perdepsuit ipsam
Uxorem, & patruum reddidit Harpocratem. Al. Perdespuit.

PERDESPUO, ui, ūtum, [καταπτύω] ĕre. Contemnere. Affertur ex Catull. Sed Scalig. Turneb. Voss. ut in superiore dictione legitur.

PERDICCAS, [Περδίκκας] Macedo, inter comites Alexandri Magni, cui etiam in regni partem successit, tanta vir audaciæ, simul & fortitudine, ut leænæ catulos e cubili per vim auferre cogitans, absente ea auferret. Auctor Ælianus de Varia historia 12. 39.

PERDICIUM, V. PERDIX.

PERDIFFICILIS, e. Adj. [πάνυ χαλεπός] Valde difficilis. Cic. 3. Att. 8. Sed & navigatio perdifficilis fuit. Idem 1. de Nat. Deor. 1. Tum perdifficilis, Brute, (quod tu minime ignores) & perobscura quæstio est de natura deorum.

PERDIFFICILITER, [πάνυ χαλεπῶς] vel, ut alii volunt, PERDIFFICULTER. Cic. 4. Acad. 7. Aut si ea quoque possit, cur illa non possit, quæ perdifficiliter internoscantur tamen? Al. Perdifficulter.

PERDIGNUS, a, um. Adj. [πάνυ ἄξιος] Valde dignus. Cic. 13. Fam. 6. Sed tamen suspicor ipsum hominem, quem tibi commendo, perdignum esse tua amicitia.

PERDILIGENS, entis. Adj. [πάνυ ἀκριβής] Valde diligens. Cic. 3. Q. frat. 5. Sed res operosa est, & hominis perdiligentis.

PERDILIGENTER, [πάνυ ἀκριβῶς] Adv. Cic. de Clar. Orat. 14. Nempe eum dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breviter, & ut mihi quidem visum est, perdiligenter complexus est?

PERDISCO, dĭdĭci, [καταμανθάνω] ĕre. Perfecte discere. Cic. 3. Q. frat. 1. Si ego nihil rescripsero, mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiscant. Plaut. Truc. 1. 1. pr.
Non omnis ætas ad perdiscendum sat est
Amanti, dum id perdiscat, quot pereat modis. Idem Asin. 1. 3. 35.
Perdidici istæc esse vere damno cum magno meo.
Disciplinam ruris perdiscere. Columel. lib. 11. cap. 1.
Jura perdiscere. Cic. 7. Fam. 14. Quod certe ita fieret, si tu maluisses benevolentiæ, quam litium jura perdiscere. Cic. pro Corn. Balb. 47. Omnia jura belli perdiscere ac nosse potuisse.
Libros alicujus. Cic. 1. de Orat. 249.
Litteras. Plin. lib. 29. cap. 1.
Mores naturæ. Propert. lib. 3. 5. 25.
Ortus obitusque signorum. Cic. de Fato 16.

PERDITIO, PERDITOR, PERDITUS. V. PERDO.

PERDIU, Adv. [πάνυ διὰ χρόνου] Admodum diu. Cic. 3. Att. 22. Ego quod, per Thessaliam si irem in Epirum, perdiu nihil eram auditurus. Idem 1. de Orat. 8. Quum boni perdiu nulli, vix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores invenirentur.

PERDIUTURNUS, a, um. Adj. [πολυχρόνιος] Quod valde diu durat. Cic. 2. de Nat. Deor. 85. Quæ aut sempiterna sit necesse est, hoc eodem ornatu, quem videmus, aut certe perdiuturna permanens ad longinquum & immensum pæne tempus.

PERDIVES, itis. Adj. [πολυχρήματος] Valde dives. Cic. 6. Att. 1. Amici regis duo tresve perdivites, sed ii suum tam diligenter tenent, quam ego aut tu.

PERDIUS, i. m. [πανημέριος] ex Per, & Dius, quod est dies; Is dicitur qui per diem vigilat: sicut Pernox, qui per noctem. Gell. lib. 2. cap. 1. Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox, a summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconnivens, immobilis, &c.

PERDIX, īcis. f. [πέρδιξ] Avis nota. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdices spina & frutice sic muniunt receptaculum, ut contra feras abunde valletur: ovis stragulum molli pulvere contumulant: nec in quo loco peperere, incubant: neve cui frequentior conversatio sit suspecta, transferunt alio. Illæ quidem & maritos suos fallunt, quoniam intemperantiæ libidinis frangunt earum ova, ne incubando detineantur. Perdix, masculinum esse probat Nonius 3. 163. ex Varrone, Perdices Bœotios dicente. Martial. lib. 13. 65. de perdice,
Ponitur Ausoniis avis hæc rarissima mensis,
Hanc in lautorum mandere sæpe soles.

PERDICĀLIS, e. Adj. ut, Herba perdicalis. Apul. de Herb. cap. 81.

PERDICEUS, a, um. Adj. ut, Perdicea præir viscera. Mantuan.

PERDĪCIUM, i. n. [ἑλξίνη] Herba. Plin. lib. 21. cap. 17. Perdicium & aliæ gentes quam Ægyptii edunt: nomen dedit avis, id maxime eruens. Ea est quæ & Muralium etiam dicitur. vulgo *parietaria*. Dicta Perdicium, quod ea perdices delectentur.

PERDIX, [Πέρδιξ] Caupo quispiam fuit claudus, ab Aristophane locis aliquot notatus: unde & in proverbium abiit, Perdicis tibia: De iis qui crura habent gracilia, distortaque. Hujus mentionem fecit Aristophanes grammaticus in proverbiis orationis solutæ. Refertur e Suida, Περδίκειος πούς, id est Perdiceus pes. In loripedes quadrat.

PERDO, idi, itum, [ἀπόλλυμι, ἀπολῶ, ἀπολλύω, ὀλλύω, ὀλέκω, ἀναλίσκω] ĕre. ex Per & Do compositum, significat Amittere: quasi Nimie dare. Plaut. Amph. 4. 4. 5. suppos. Hunc non repperi, & illos perdidi.
Amittere & Perdere liberos. Cic. 5. Fam. 16. Quum beatissimi sint, qui liberos non susceperunt: minus autem miseri, qui his temporibus amiserunt, quam si eosdem, bona, aut denique aliqua Rep. perdidissent.
Amittere & Perdere, in aliquo videntur differre, ex his verbis auctoris ad Herenn. lib. 4. 58. Unde amisit vitam, & non perdidit: re enim vilissima & parva maximam redemit: dedit vitam, accepit patriam, &c. De Decio. [i. e. Amisit quidem, sed non frustra amisit.
Habere & Perdere aliquid, contraria. Cic. Post red. ad Quir. 20. Recuperata vero sua dignitate, se non commissurum, ut quum ea, quæ amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam eoquum perdidisset. [Hic Amitto & Perdo synonyma.
Perdere & Lucrari, contraria. Cic. 2. Off. 84. Quamobrem ne sit æs alienum quod Reip. noceat providendum est, quod multis rationibus caveri potest: Non, si fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum.
De ludentibus. Ovid. 1. de Arte Am. 451.
Sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor.
Profundere & Perdere. Cic. 5. Fam. 5. Quæ ego si non profundere, ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo.
Perdere & Delere. Cic. pro Rosc. Amer. 131. Sæpe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, urbes delevit, fruges perdidit, &c. De Jove.
Perdere aliquem, Corrumpere, malis moribus inficere. Ter. Adelph. 1. 2. 16. Cur perdis adolescentem nobis?
Male perdere aliquem. Catul. ad Calvum 4. 5.
Amando perdere aliquem. Hor. 1. Carm. 8. 3.
Perdere aliquem, Mortis periculo exponere. Ter. And. 3. 5. 1.
Ubi illic scelus est, qui me perdidit? &c. [i. e. Fortunas evertit meas.
Morte perdere aliquem. Ovid. 1. Met. 224.
Bello perdere conctos. Claud. 6. Cons. Hon. 310.
Nutu minimo perdere aliquem. Ovid. 1. de Pont. 1. 93.
Perdere aliquem, & affligere. Cic. 5. Verr. 37. Eos quidem jam superioribus edictis satis perdiderat atque afflixerat.
Perdere aliquem capitis, Vita privare, seu occidere. Plaut. Bacch. 3. 3. 86.
Animum pudicum male perdere. Ovid. 7. Epist. 5.
Annos bello perdidit. Ovid. 2. Amor. 1. 31.
Annos errando perdidit. Ovid. 1. Amor. 1. 31.
Aquam perdere. Quintil. lib. 11. c. 3. p. 1008. Burm. Huic contrarium est vitium nimiæ tarditatis: nam & difficultatem inveniendi fatetur, & segnitia solvit animos, &, in quo &c. temporibus præfinitis aquam perdit. i. e. Tempus datum frustra conterit, quum ad clepsydram dicitur. Budæus.
Blanditias perdere. Ovid. 3. Amor. 11. 31.
Bona. Senec. Hippol. v. 442. Perdere est dignus bona, queis nescit uti.
Bona æquo animo. Cic. 9. Fam. 16.
Bona perdere in cicere atque faba. Hor. 2. Serm. 3. 182.
Causam. Cic. pro Rosc. Com. 10. Hic tu, si amplius H S. nummo petisti, quam tibi debitum est, causam perdidisti.
Equos perdere. i. e. Corrumpere. Nep. 18. 5. 4.
Famam. Plaut. Trin. 3. 2. 16.
Imoe tandem majores famam tradiderunt tibi tui,
Ut virtute eorum ante parta per flagitium perderes?
Famam male perdere. Ovid. 7. Epist. 6.
Fidem &c. Plaut. Epid. 2. 1. 16. Quintil. lib. 9. cap. 4. Perdit, amittitque & fidem, & affectus, motusque omnes. conf. Gratiam.
Formam. Plaut. Amphit. 1. 1. 300.
Ubi ego perii? ubi immutatus sum? ubi ego formam perdidi?
Formam hominis. Ovid. 13. Met. 405.
Fructus omnes industriæ suæ & fortunæ. Cic. 4. Fam. 6.
Fugam, Facultatem fugæ. Martial. lib. Spect. 11.
Gratiam. Quintil. lib. 9. cap. 4. Perdidisset gratiam simplicis atque inaffectati coloris, perdidisset fidem quoque.
Laborem, ac tempora. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Libertatem. Cic. pro Rabir. Post. 24.
Litem. Cic. 1. de Orat. 167.
Locum. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Manum. Plin. lib. 7. cap. 28. Plaut. Curc. 1. 3. 41.
Noli, amabo, verberare lapidem ne perdas manum. i. e. Corrumpas, conteras.
Memoriam. Cic. de Senect. 21.
Mores. Plaut. Trucul. 3. 2. 9.
Nomen perdidi, pro Oblitus sum, Nomen excidit, non succurrit, non memini. Ter. Phorm. 2. 3. 39.
Oculos. Cic. de Arusp. Resp. 37.
Oculos ambos perdidit. Juven. 10. Sat. 228.
Operam perdere. Hor. 1. Serm. 1. 90. Cic. pro Muren. 23. Quod quidem jus Civile didicisti, non dicam operam perdidisti.
Operam perdere apud aliquem doctorem. Cic. 1. de Orat. 126. Qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos judicabat non oratores evadere, operam apud se perdere.
Operam & oleum perdere, proverbialiter dictum, pro In vanum laborare: tractum ab iis qui lucubrando multum olei consumunt. Cic. 7. Fam. 1. In quibus ipse Pompejus confitetur se & operam & oleum perdidisse. [Potest & ab Opera & oleo palæstræ arcessi.
Opes suas perdere in aliquo. Ovid. 1. Amor. 8. 50.
Oppidum perdere, & Recipere, contraria. Cic. 2. de Orat. 273.
Pænissume perdere. V. PÆNE.
Parentes multi, multi amicos, nonnulli patriam, plerique seipsos penitus perdiderunt. Cic. 1. de Finib. 49.
Perditum perdere. Cic. 14. Fam. 1. Per fortunas miseras nostras, vide ne puerum perditum perdamus.
Prandium perdere. Plaut. Men. 3. 1. 13.
Rem paternam. Plaut. Trin. prol. 13.
Se perdere. Plaut. Milit. 2. 5. 19.
Securitatem perdere auctoritate. Plin. in Paneg. cap. 93. pr. Manet manebitque honori veneratio sua, nec securitatem auctoritate perdemus. Sc. Exserta, exhibitaque auctoritate consulari.
Spem. Plaut. Rud. 1. 4. 3.
Stomachum. Cic. 1. Fam. 9. Non illi quidem, ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi, sed certe ut facere se arbitrarentur.
Talentum perdere, Exponere & consumere. Ter. Heaut. 3. 1. 65.
Tempus. Cic. 3. de Orat. 144.
Tempora perdere precando. Ovid. 11. Met. 286.
Verbum aliquod in omne tempus. Cic. 5. Fam. 15. Dicerem jucundius, nisi id verbum in omne tempus perdidissem.
Verba perdere, pro Privari loquela. Propert. lib. 2. 24. 10.
Vires cinis perdit. Ovid. Rem. Amor. 244.
Vitam perdere. Ter. Hec. 3. 1. 2.
—heu me infelicem! hanccine ego vitam parsi perdere?
Martial. lib. de Spect. 13.
Sus pariter vitam perdidit atque dedit. conf. PERIO.

PERDUO, [ἀπόλοιμι] ĕre. dixerunt antiqui, pro Perdo: ut Plaut. Amph. 2. 2. 215.
Amphitruo es profecto, caveto ne tu te usu perduis. Sic apud eundem maxime, & apud Ter. ut Hec. 1. 2. 59.
At te Dii Deæque perduint, cum istu odio, Laches. conf. Cic. 15. Att. 4. pr.

PERDENDUS, a, um. Partic. [ἀπολεσθησόμενος] ut,
Genus mortale perdendum est. Ovid. 1. Met. 188.
Feras perdendas præbeat silva. Ovid. 4. Epist. 170.

PERDITUS, a, um. [ἀπολεσθείς, ἄσωτος, ἐξώλης, παμπόνηρος] Partic. dicitur, Quod interiit, ac recuperari non potest, inquit Paulus.
Perditus, Qui ita alicui perturbationi aut vitio subjacet, ut inde se eximere non possit, & qui omni vitio contaminatus est, ita ut de eo nulla amplius spes habenda sit. Cic. 5. Verr. 65. Tu Apronium, hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitiosum, qui non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conservare potuisset.
Adolescens perditus & dissolutus. Cic. 4. Tusc. 55.
Animi perditi homo. Plaut. Men. 2. 1. 44.
Auctoritate tam perdita, tam facinorosa nemo inventus est vita, qui quum de scelere fateretur, non tamen, &c. Cic. Anteq. iret. in exsil. 17.
Consilia dissoluta & perdita. Cic. 2. de Lege Agrar. 54.
Nequitia. Cic. pro Cluent. 36. Quidam Larinas, perdita nequitia, & summa egestate.
Miseri & perditi. Cic. 7. Verr. 31.
Ære alieno perditus, & egens. Cic. 2. Philip. 78.
Egestate perditus & fame. Cic. 7. Verr. 86.
Mærore ac miseriis perditus. Cic. 7. Verr. 27.
Confectus morbo, perditus mærore ac lacrimis. Cic. pro Muren. 86.
Adolescens perditus. V. ADULESC.
Jura perdita. Claud. de Bell. Gildon. 402. al. Prodita.
Mens. Tibul. lib. 2. 6. 51.
Tunc morior curis, tunc mens mihi perdita &c.
Res perdita. Ter. And. 3. 5. 13.
Tu rem impeditam & perditam restituas?
Res obrutæ & perditæ. Cic. pro Cæcin. 90. Exoritur hic jam obrutis rebus omnibus & perditis illa defensio, eum dejici posse, &c.
Valetudo perdita. Cic. 8. Philipp. 31. Quum esset summa senectute, & perdita valetudine.
Quod periisse vides, perditum ducas. Catul. ad seipsum, 8. 2.
Compar. [ἀσωτότερος] Luxuriosior. Hor. 1. Serm. 2. 15.
Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget. Catul. 40. 14.
Perditius nihil, h. e. Nequius corruptius. Cic. 3. Q. frat. 5. Nihil est enim perditius his hominibus, his temporibus.
Miserius, perditius, fœdius, nihil fieri potest. Cic. 8. Att. 11.
Superl. [ἀσωτότατος] Perditissimus homo. Cic. pro Rosc. Amer. 2.
Profligatissimus & perditissimus omnium. Cic. 5. Verr. 65.

PERDITE, Adv. [ἀσώτως] Corrupte. Cic. 9. Att. 2. Qui hic potest se gerere non perdite?
Perdite, pro Vehementer aliquando dicitur. Ter. Heaut. 1. 1. 45.
Ejus filiam ille amare cœpit perdite.
Perdite conari. Quintil. lib. 2. cap. 12.

PERDITIO, ōnis. f. [ἀπώλεια] Plin. lib. 9. cap. 35. Subeunt luxuriæ ejus nomina & tædia, exquisita perditione portatu. V. Harduin.
Perditionis iter. Alcim. Avit. 4. 138.

PERDITOR, ōris. m. [ὀλοθρευτής] Cic. in Pison. 55. Ita perpetuos defensores Macedoniæ, vexatores, ac perditores effecisti.
Perditor, & Servator Reip. contraria. Cic. pro Planc. 89. Committerem ut idem perditor Reip. nominarer, qui servator fuissem?

PERDITRIX, īcis. f. Tertull. de Cast. cap. ult. Luxuria castitatis perditrix. Vet. Gloss. Perditrix, ὀλέτειρα.

PERDŎCEO, ui, ctum, [ἐκδιδάσκω] ēre. Perfecte docere. Ter. Heaut. 2. 3. 120.
Verum illa ne quid titubet. s. perdocta est probe. Cic. pro Sext. 96. Rem quæris præclaram juventuti ad discendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. Plaut. Stich. 1. 3. 24. Artes omnes perdocet.
Perdocere homines. Lucret. lib. 5. 1437.
Deæ Pierides perdocuere te. Ovid. 4. de Pont. 12. 28.
Perdocere suam stultitiam. Quintil. lib. 1. cap. 1.

PERDOCTUS, a, um. Partic. [πολυδίδακτος] Cic. pro Corn. Balb. 60. Ac si mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, quum me præsertim rerum varietate atque usu ipso jam perdoctum viderent, etiam ab illis majoribus discordiis avocarent. conf. Ter. Heaut. 2. 3. 120. supra.
Exitio multorum perdocti. Lucret. lib. 3. 474.

PERDOCTE, Adv. [πολυδιδάκτως] Plaut. Mostel. 1. 3. 122.
Ut perdocte cuncta callet: nihil hac docta doctius.

PERDŎLEO, ui, itum, [καταλγοῦμαι] ēre. Vehementer dolere. Ter. Eun. 1. 2. 74.
Heu noster, laudo, tandem perdoluit, vir es. Nimis doluit, Persensit dolorem. Donatus. Hygin. Astron. 2. 40. Cuidam civium perdoluit inceptum Demiphontis. V. seq. dict.

PERDOLESCO, ĕre. Accius apud Non. 2. 128. Nec perdolescit fligi socios. [Videtur Impersonaliter dictum, nec dubito, quin ab eodem Impers. sint exempla in Perdoleo allata. conf. sq.
Perdolitum est, Impers. Q. Claudius apud Gellium lib. 9. cap. 13. ubi singulare Manlii certamen cum Gallo describit, Deinde, inquit, Gallus irridere cœpit, atque linguam exsertare. Id subito perdolitum est cuidam T. Manlio, &c.

PERDŎMO, ui, itum, [καταδαμάζω] āre. Martial. lib. Spect. 27.
Herculeæ laudis numeretur gloria, plus est
Bis denas pariter perdomuisse feras.
Canes perdomare. Tibul. lib. 1. 2. 54.
Provinciam aliquam perdomare. Liv. 8. 13.
Terram perdomare vel solum, h. e. Subigere. Plin. 6. Epist. 15. Paterc. 2. 95. 2. Rhætos Vindelicosque &c. perdomuerunt.

PERDOMITUS, a, um. Partic. [καταδαμασθείς] Liv. 28. 12. Idem 9. 20.
Boves perdomiti mox ad aratrum instituantur. Columel. lib. 6. cap. 2.
Hostis perdomitus. Claud. 3. Cons. Hon. 34.
Ora Illyris perdomita armis. Sil. lib. 8. 290.
Serpens perdomitus. Ovid. 1. Met. 447.
Urbes perdomitæ. Lucan. lib. 2. 644.

PERDOMITOR, ōris. m. Prudent. Cathem. 4. 12.
Mortis perdomitor, salutis auctor.

PERDORMISCO, [κατακοιμάομαι] ĕre. Id temporis dormire quod requisitum est ad perfectam dormitionem & concoctionem: vel etiam Diu dormire, & totam noctem usque ad lucem. Plaut. Men. 5. 5. 29.
Perdormiscin' usque ad lucem? M. facilen' tu dormis cubans?

PERDŪCO, xi, ctum, ĕre. Usque ad finem ducere. Cic. de Senect. 60. M. quidem Valerium Corvinum accepimus ad centesimum annum vitam perduxisse.
Tuba præmonitos perducat ad æquora nautas. Lucan. lib. 2. 362.
Perducere ad aliud judicium. Cic. 3. Verr. 11. Reperiemus, si istum vivum ad aliud judicium perducere potuerimus, quibus probemus, &c.
Ad effectum perducere. Pompon. in l. Quintus. in fine. D. de annuis legat. Sed interventu judicis hæc omnia debent ad effectum perduci.
Perducere ad exitum, pro Complere, absolvere. Cic. 2. de Invent. 169. Tamen his susceptis difficultatibus compleri, atque ad exitum perduci potest.
Ad culmen. Liv. 1.
Ad summum. Cic. 1. de Legib. 22. Est autem virtus nihil aliud quam in se perfecta, & ad summum perducta natura.
Ad summum operis libros perducere. Quintil. in Proœm. lib. 1.
Ad liquidum confessumque aliquid perducere. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Ad longam senectutem perducere usque. Plin. lib. 29. cap. 1.
Ad usque assum vitulinum opera perducitur. Cic. 9. Fam. 20. Integram famem ad ovum affero: itaque usque ad assum vitulinum opera perducitur.
Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem. Ovid. 2. Amor. 18. 1.
Ad furorem mortemque perduxit ira Ajacem. Cic. 4. Tusc. 52.
Ad amplissimos honores aliquem perducere. Cic. de Amicit. 10.
Ad libertatem perducere servum. Ulpian. in l. Is qui alienum. D. de verb. obligat.
Perducere oppugnationem ad mediam noctem. Liv. 36. 23. extr.
Opus perducere. Lucan. lib. 3. 384.
— a summis perduxit ad æquora castris
Longum Cæsar opus.
Perducere aliquem, Inducere cum difficultate. Plaut. Mostel. 1. 3. 41.
Postremo, si dictis nequis perduci, ut vera hæc credas, &c. Ter. Andr. 1. 1. 51.
Qui tum illam amabant, forte, ita ut fit, filium
Perduxere illuc secum, ut una esset, meum. V. Donat.
Cum perducere eum non posset, interficere conatus est. Nep. 18. 2. extr.
Perducere aliquem ad suam causam donis. Liv. 35. 13. pr.
Perducere aliquem ad, vel in suam sententiam. Cic. 16. Att. 8.
Perducere aliquem ad mendacium. Cic. pro Rosc. Com. 46. Qui semel a veritate deflexit, hic non majore religione ad perjurium, quam ad mendacium perduci consuevit.
Nulla sponsione ad hoc perducto. Plin. lib. 9. cap. 35. circa finem, ubi male, Producto. H. St. Non dubito, quin vera sit emendatio.
Ad certam pecuniæ summam aliquos perducere. Cic. 5. Att. 21. Sedocit me Scaptius: ait se nihil contradicere, sed illos putare talenta CC se debere: ea se velle accipere, debere autem illo paulo minus: rogat, ut eos ad CC perducam.
In rem præsentem audientes perducere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Perducere in discrimen. Cic. 3. de Legib. 14. Phalereus ille Demetrius, de quo supra feci mentionem, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque, non modo in solem atque in pulverem, sed in ipsum discrimen, aciemque perduxit. Quædam exemplaria legunt, Produxit.
In odium. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 17.
Eo perduxit, ut. Liv. 2. Cic. 10. Fam. 7. Sed usque mihi temperavi, dum perducerem eo rem, ut dignum aliquid & Consulatu meo, & vestra exspectatione efficerem.
En quo discordia cives perduxit miseros. Virgil. Ecl. 1. 72. H. St. Hic quoque in quibusdam codd. Produxit legitur. Sed dubitandi causa non est, quin hæc lectio verior sit, licet utramque vetusti codd. firment, teste Pierio. Tò Producere in malum non facile adhibetur. Sed crebro hæc vitio descriptorum confunduntur.
In ferum perducere. Liv. 38.
Actionem perducere in judicium. Celsus in l. Si petitor. D. de judiciis. Nec enim quisquam alienam actionem, invito cohærede, perducere potest.
Noctes perducere tales. Propert. lib. 1. 3. 39. Al. Producere.
Perducere artem in magnitudinem. Plin. lib. 9. cap. 56.
Perducere fossam. Cæs. 7. Bell. Gall. 36. extr. & 72. conf. supra Opus.
Perducere aquam ex aliquo loco. Plin. lib. 10. Epist. 37.
Perducere, est A puncto in punctum, a capite ad pedes, a calce ad carceres ducere. Et quia qui ducunt lineas in scripturas, scripturam delent, factum est ut Perducere pro Delere usurpetur. Hinc Perductum, perinductum. Ulpian. l. 1. De his quæ in testa. delen. Sed nolentibus inducta accipiendum est, etsi perducta sint.
Perducere, Perungere, oblinere. Virg. 4. Georg. 425.
Hæc ait & liquidum ambrosiæ diffundit odorem,
Quo totum nati corpus perduxit. Proprium medicorum verbum est. Seren Sammon. de Med.
Aut lacrimis hederæ, aut succo perducere cedri. Idem cap. 39 & 40.

PERDUCTUS, a, um. Partic. Lucret. lib. 1. 1107.
Hæc si pernosces parva perductus opella. Al. Perfunctus opella.
Sermo perductus. Idem 4. 540.
De scortis. Suet. Tiber. cap. 45. Quam perductam, nec quicquam amplius pati constantissime recusantem, delatoribus objecit. Idem Calig. cap. 25. Perductam a marito conjunxit sibi.

PERDUCTOR, ōris. m. [προαγωγός] Qui mulieres vel promissis inductas, vel minis coactas, vel vi ad alienos viros perducit. Plaut. Most. 3. 2. 160.
Perductores, a Cicerone in Verrem (ut Asconius ait) in hoc differunt a Lenonibus; quod Lenones sunt scortorum, Perductores etiam invitarum personarum, & in quibus stupra exercita legibus vindicantur. Cic. 3. Verr. 33. Sileatur de nocturnis ejus bacchationibus ac vigiliis: lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat: damna, dedecora, quæ res patriæ ejus, ætas ipsius pertulit, prætereantur. Quidam docti illo loco Productores legendum censent, ut Latinum Græco respondeat προαγωγοῖς.

PERDUCTO, āre. frequent. Plaut. Most. 3. 2. 157. Vin' qui te perductet?

PERDUDUM, Plaut. Stich. 4. 1. 62. Vidi hominem haud perdudum.

PERDUELLUM, i. n. ab antiquis dicebatur, quod postea Duellum & Bellum: sicut & Perduellis, qui postea Hostis. Accius, De summa ubi perduellum est. Turneb. ex Varr. L. L. 6. 3.

PERDUELLIS, is. m. [πολέμιος.] Qui, ut ait Festus, pertinaciter retinet bellum. Perduelles sunt Hostes, inquit Varro de L. L. lib. 6. 3. Ennius, Quin inde invictis sumpserunt perduellibus. Plaut. Amphir. 1. 1. 93.
Perduelles penetrant se in fugam: Ibi nostris animus additus est.
Cajus in l. Quos nos. D. de Verb. & rer. significatione. Quos nos hostes appellamus, eos veteres Perduelles appellabant; per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Cic. 1. Offic. 37. Equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine Perduellis esset, is Hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. conf. HOSTIS.

PERDUELLIO, ōnis. f. [ἀσεβεία?] Crimen læsæ majestatis, aut Reipub. Cic. in Pison. 4. Ego in C. Rabir. perduellionis reo XL annis ante me Consulem, &c. Ulpian. in l. Ultima. D. Ad legem Juliam majestatis, Qui perduellionis reus est, hostili animo adversus Remp. vel principem animatus est.
Perduelliu, nihil aliud olim erat quam Cædes: postea immotata significatio est. Nam quum Horatius perduellionis accusatus fuisse dicatur & condemnatus a scriptoribus Latinis, cædis & homicidii, id est φόνου, a Dionysio dicitur postulatus & judicatus: & Festus eum Parricidii accusatum dicit apud Duumviros fuisse. Liv. 1. 26. Duumviros, inquit, qui Horatio perduellionem judicent secundum legem, facio. Turneb. Advers. 17. 7.
Actionem perduellionis alicui intendere. Cic. pro Milon. 37.
Judicium perduellionis ab aliquo tollere. Cic. pro Rabir. 9.
Perduellio, m. pro Perduelli poni videtur ab Auctore ad Herenn. lib. 4. 15.
Patriam perduellionibus venditare. [Nisi Perduellibus legendum.
Perduellio, criminum omnium de majestate fuit atrocissimum; nam tunc est, quum in ipsam remp. vel in personam magistratus, aut principis infertur injuria: cognoscebatur autem, non a prætore, sed a II viris: deinde ad populum erat provocatio: itaque & Horatium illum, qui sororem occidit, & Sp. Cassium Vicellinum, qui de regno cogitavit, perduellionis accusatos, alterum a populo esse absolutum, alterum condemnatum, & bonis publicatis, necatum, Livius (1. 26. seq. & 2. 41.) monimentis historiarum prodidit. Quanquam Horatii factum, parricidium, non perduellio, videtur fuisse: & lege parricidii, quam Numa Pompilius fecerat, judicatum esse, Hostilii regis jussu, Pompejus docet: cur igitur perduellionem Livius nominat? ait enim: Rex, concilio populi advocato, Duumviros, qui Horatio perduellionem judicent secundum legem, facio. Causam hanc, fortasse veram, licet opinari: vel quia Numa, vir sanctissimus, parricidium omne perduellionem voluit esse, vel quia, si non omne parricidium, saltem illud, quod in cognatos, affinesve committeretur. Lege perduellionis, primum II viri judicabant, deinde ad populum erat provocatio: declarat hoc oratio pro Rabirio perduellionis reo: ex qua primum a II viris, deinde a populo de Rabirio judicatum esse, cognoscitur, quod etiam Suet. (Cæs. 12.) tradidit: quanquam, multo ante, judicem hoc de crimine populum fuisse, non modo Horatii proximo demonstratur exemplo, verum etiam ex eo, quod a Plutarcho in Poplicola de Vitelliis, & Aquiliis, qui Tarquiniæ gentis utrique fuerunt, proditum est: nam . quum de Tarquinio rege restituendo cogitassent, damnati a populo pœnas morte debitas luerunt. Atque hoc uno crimine damnatos necare cives Romanos licuisse, cum eo tamen, si populus ita judicasset, (nam, alioqui ne liceret, Sempronia C. Gracchi tribunicia lege sancitum est) satis plane constat: quippe, quum & crucem Rabirio a Labieno accusatore in campo constitutam Cicero dicat; &, mortem lege Julia irrogatam; posteriores etiam Jurisconsulti tradiderint, rei quoque memoria post mortem condemnata. Notat Ulpian. l. ult. Dig. purgandum fuisse crimen perduellionis etiam successoribus; si forte reus obiisset antequam de eo judicatum esset. Quemadmodum autem omnium de majestate criminum perduellio gravissimum fuit: sic a populo iis comitiis, quæ maxima omnium erant, centuriatis, inquam, judicabatur: quod in ea, quam proxime nominavi, oratione pro Rabirio declaratur: idemque Livius, Valeriusque significant; qui centurias nominant in eo perduellionis judicio, quod de Ti. Graccho, & C. Claudio censoribus, accusante tribuno pl. fiebat. Nec dubito, quin Attilius ille Calatinus, Q. Fabii Maximi socer, quem scribit Valerius (8. 1. 9.) oppidi Soranorum proditione reum ad populum esse factum, centuriatis & ipse comitiis causam dixerit: quum oppidi proditio, quæ in Remp. gravis injuria est, videatur esse perduellio. Itaque miror, (ut aliud ex alio) cur proditionem & majestatem Pedianus quodam in loco separatim nominaverit: quum proditio certe in majestatem includatur, atque etiam, ut ego existimo perduellio sit, nisi si ut speciem, quomodo philosophi loquuntur, a genere sejunxit, perduellionem scilicet a majestate. nam & vocabulum ipsum, prodere, videtur proprie ac directe perduellionem spectare. Est enim, ubi quis cum hostibus adversus Remp. conspirat. Paulus Manut. de Legib. Roman. conf. Lex. Pitisc.

PERDŪRO, [χρονίζομαι] āre. Usque ad finem durare. Ter. Hec. 2. 2. 27.
— sancte adjurat,
Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare. Plin. lib. 17. cap. 20. Perdurandi pervicacia.
Honos augurii perdurat. Stat. 8. Theb. 88.
Probitas longum perdurat in ævum. Ovid. de Medicam. faciei, 49.
Perdurare, Indurare. Prudent. Psych. 447.
— formido pericli
Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas.

PERDURĀTUS, a, um. Adj. Sen. de Tranquil. vitæ, Et quicquid imbecillum in animo, nec perduratum, exulcerat. i. e. Nondum confirmatum.

PERDURATŪRUS, a, um. [χρονιούμενος] Partic. Stat. 1. Theb. 143.
— hæc mora pugnæ
Sola, nec in regem perduratura secundum.

PERĔDO, es vel ēdis, ēdi, ēsum, [κατεσθίω] esse vel edĕre. Edendo consumere, Corrodere. Cic. 3. Tusc. 26.
Lacrimæ peredere humore exsangues genas. Ex poeta. Virg. 6. Æn. 442.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

PERĒSUS, a, um. [κατεδηδεσμένος] Partic. ut,
Languoribus multis peresus. Catull. in Camer. 53. 31.
Oculi media pars peresa est. Lucret. lib. 3. 414.
Saxa peresa sale, Scopuli fluctibus marinis attriti & corrosi. Lucret. lib. 1. 327.
Vellera peresa illuvie. Virg. 3. Georg. 561.

PEREDIA, æ. f. Perediam & Bibesiam Plautus finxit sua consuetudine, quum intelligi voluit Cupiditatem edendi & bibendi. Festus. Subaudi Regiones, vel Provincias. V. PERBIBESIA.

PEREGERE, dicebant Expergefacere. Paulus. [Scalig. legit Pergere, unde Expergisci. An Perregere? Hinc enim Partic. Perrectus, ut Experrectus.

PEREGRE & PEREGRIS, dicitur quasi Per agrum, unde postea Peregrinus. Auson. Epist. 17. In comitatu tibi vetus sul, nedum peregrem me existimes composita fabulari. Ulp. Tit. 17. de Caduc. Si ante tabulas apertas decesserit, vel pereger factus sit. Tertull. ad Uxor. 2. 4. extr. Si pereger frater adveniat. Ita Rigaltius. Al. Peregre. V. Voss. Etymol. in Peregrinus.

PERĔGRE, Adv. [ἐπὶ ξένης, ἀπὸ ξένης, ἐπὶ ξένην. Gl. Gr. L.] Peregrinando. Et est commune tam significantibus quietem, quam motum: ut Peregre sum, Peregre venio, Peregre vado. Ter. Phorm. 2. 1. 13.
Pericla, damna, exsilia, peregre rediens semper cogitet. Hæc verba habet & Cic. 3. Tusc. 30. Plaut. Asin. 4. 1. 16.
Aut quod illa dicat peregre allatam epistolam. Idem Amphit. 2. 2. 216.
Accire peregre. Liv. 2. 6.
Abire peregre. Plin. lib. 35. cap. 12.
Depugnare peregre. Cic. 5. Philipp. 30. Lucius quidem frater ejus, utpote qui peregre depugnavit, familiam ducit.
Exire peregre. Hor. 1. Serm. 6. 132.
Est animus peregre. Hor. 1. Epist. 12. 13.

PEREGRI, Adv. dicimus quum quis in loco est: Peregre, quum it in locum, ut Flav. Sosipater scribit. Justinian. lib. 2. Civil. instit. tit de Heredib. instituend. Peregri natus dixit, non ut ibi corruptissime, Peregrinantes. Plaut. Amph. prol. 5. Peregrique & domi. conf. ibid. 1. 1. 96. cum not. Taubm. & Colvii not. in Apul. p. 35. n. 17. Plaut. Pers. Quia herus peregri est. V. Charis. 2. p. 189. & Voss. Etymol. in Peregrinus. [Puto tamen inanem esse hanc differentiam, nec magis Peregre a Peregri differre, quam Here ab Heri, Mage a Magis &c.

PEREGRĪNUS, a, um. Adj. [ξένος, ἀλλότριος?, ἀλλοδαπής] Advena, & aliena loca peragrans, a Peragro. Varro L. L. 4. 4. Peregrinum agrum a pergendo id est progrediendo dictum scribit: Vossius autem id improbat, Etym p. 383. q. V. Plaut. Asin. 2. 4. 58.
Peregrinus ego sum. Sauriam non novi.
Peregrinus ex alio oppido. Plaut. Pœn. 3. 2. 23.
Peregrinus & Hospes hoc differunt; quod Peregrinus vocatur, qui in civitate sua non est: Hospes, qui in aliena est. Vel, Peregrinus, qui ex nostra civitate oriundus non est: Hospes, qui in nostra est. Hactenus Vall. lib. 4. Cic. pro Sull. 24. At si tibi nos peregrini videmur, quorum jam & nomen & honos inveteravit, & huic urbi & hominum famæ ac sermonibus: quam tibi illos competitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui jam ex tota Italia delecti tecum de honore & de omni dignitate contendunt?
Peregrinus & Advena, cui opponitur Hospes. Cic. 2. de Lege Agrar. 93. Nos autem, hinc Roma qui veneramus, jam non hospites, sed peregrini atque advenæ nominabamur.
Civis & Peregrinus, contraria. Cic. de Amicit. 19. Itaque cives potiores sunt quam peregrini. & propinqui quam alieni.
Peregrini atque incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque esse in aliena Republica curiosum. Cic. 1. Off. 125.
Hostis apud majores nostros is dicebatur, quem nunc Peregrinum dicimus. Cic. 1. Off. 3.
Ejicere Roma peregrinos. Cic. 1. de Lege Agrar. 13.
Peregrinæ dicebantur olim Meretrices, teste Donato. Ter. And. 3. 1. 11.
Adeone est demens ex peregrina?
Peregrina & ignota. Juven. 14. Sat. 182.
Peregrina omnia relinque, Athenas nunc colamus. Plaut. Stich. 5. 2. 21.
Ager peregrinus est, qui neque Romanus, neque hostilis habetur. Fest.
Amnes peregrini. Ovid. 8. Met. 836.
Amore peregrino captus. Ovid. 1. Epist. 76.
Arbores peregrinæ. Plin. lib. 12. cap. 3.
Ab armis peregrinis defendi. Ovid. 2. Trist. 4. 1.
Aves. Plin. lib. 10. cap. 26.
Cælum. Ovid. 4. Trist. 8. 25.
Divitiæ. Hor. 2. Epist. 1. 204.
Facies peregrina atque ignobilis. Plaut. Pseud. 4. 2. 9.
Lapilli. Ovid. de Nuce 141.
Orbem peregrinum visere. Ovid. 1. Met. 94.
Sacra peregrina appellantur, Quæ aut evocatis diis in oppugnandis urbibus Romam sunt delata: aut quæ ob quasdam religiones per pacem sunt petita, ut ex Phrygia, Matris magnæ: ex Græcia, Cereris: Epidauro, Æsculapii: quæ coluntur eorum more, a quibus sunt accepta. Fest.
Sedes peregrina ac fordida. Lucan. lib. 5. 9.
Sonus peregrinus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Terra peregrina. Ovid. 3. Met. 24.
Peregrinus & Hospes in agendo. Cic. 1. de Orat. 218. Fateor callidum quendam hunc, & nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere.
Peregrinus, pro Ignorante. Hor. 1. Epist. 17. 63. ad Scævam,
Quære peregrinum, &c. V. totum locum Hor. Porphyr. Peregrinum pro Ignorante posuit. Erasm. hoc proverbium exponit in adagio, Quære hospitem. Bud. sic reddit, *Va ailleurs chercher ton fat.*

PEREGRĪNUS, [Περεγρῖνος] fuit Cognomen Protei Philosophi, de quo V. Ammian. 29. 1. & Gell. 12. 11.

PEREGRINĪTAS, ātis. f. [τὸ ξενικόν] Alieni soli habitatio. Ulpian. in l. Sed si, De in jus vocando, Si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactos sit patronus, putat Pomponius eum amisisse honorem. Interdum Peregrini dicuntur ii, qui cives Romani non sunt. Itaque Redigi ad peregrinitatem est, Civitate privari. h. e. civium Romanorum juribus.
Peregrinitatis reus. Suet. Claud. cap. 15. i. e. Qui peregrinus quum esset, Romanum se faciebat: unde re cognita, peregrinitatis accusatus est. V. ibi Torrent. conf. Lex. Pitisc.
Infusa est in urbem nostram peregrinitas: i. e. Externa loquendi ratio. Cic. 9. Fam. 15.
Peregrinitas, alio significatu apud Quintil. lib. 11. cap. 3. Si fuerit os facile,

facile, explanatum, jocundum, urbanum: id est in quo nulla neque rusticitas, neque peregrinitas resonet. Peregrinitatem vocavit oris vitium, quod te inquilinum & alienigenam, non in urbe natum prodat.

PEREGRĪNOR, [ἀποδημέω, ξενοῦμαι] āri. Per aliena loca peragrando proficisci. Cic. pro Rabir. 28. Adeone ignarus disciplinæ, consuetudinisque nostræ, ut hæc nescias: ut peregrinari in aliena civitate, non in tua magistratum gerere, videare?
Longe lateque peregrinari. Cic. 1. de Nat. Deor. 54.
Peregrinari rem aliquam. Cic. 5. Tusc. 114. Et quum alii sæpe quod ante pedes esset non viderent, ille infinitatem omnem peregrinabatur, &c. MSS. Norvic. teste Davis. Peragrabat. [Quod sequor.
Peregrinatur philosophia Romæ. Cic. 3. de Finib. 40. Mihi videris Latine docere philosophiam, & ei quasi civitatem dare, quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur, nec offerre sese nostris sermonibus.
Peregrinari dicuntur aures. V. AURIS.

PEREGRINĀTUS, a, um. Partic. [ἀποδημήσας] Cic. 4. Acad. 3. Tamen diutius quam vellem, tanta vis virtutis atque ingenii peregrinata abfuit ab oculis & fori & curiæ.

PEREGRINĀBUNDUS, a, um. Adj. [ξενιτεύων] Qui solitus est peregrinari. Liv. 28. 18. Non peregrinabundum, neque circa amœnas oras vagantem ducem Romanum, &c.

PEREGRINATIO, ōnis. f. [ἀποδημία] Cic. 2. Att. Verumtamen videbare mihi tempora peregrinationis commodius posse distribuere.
Perpetua peregrinatio. Cic. 5. Tusc. 107. Jam vero exsilium, si rerum naturam, non ignominiam quærimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt?
Ex peregrinatione celerius reverti. Paul. in l. Si peculium. §. ult. D. de statu liber.
In peregrinatione omne tempus consumere. Cic. 16. Att. 3.
Peregrinatio & militia. Cic. 6. Att. 2. In hac autem peregrinatione, militiave nostra, sæpe incensum ira vidi, sæpe placatum.
Peregrinatio, pro Secessu, qui fit peregre. Plin. 3. Epist. 19. Habet etiam multum jucunditatis soli cælique mutatio, ipsaque illa peregrinatio intersita. Gronov. Inter sua. [An Interposita? certe simplicius.
Peregrinationes & rusticationes. Cic. de Amicit. 103. Una domus erat, idem victus, isque communis: neque solum militia, sed etiam peregrinationes rusticationesque communes.
Cursu & peregrinatione lætantur turtures. Cic. 2. de Fin. 109.
Blandita. V. BLANDIOR.
Nobilem peregrinationem Antonii vocat per ironiam. Cic. 2. Philipp. 101.
Transmarina. Quintil. lib. 7. cap. 4.

PEREGRINĀTOR, ōris. m. [ἀποδημητής] Qui solet peregrinari, fereque semper peregrinatur. Cic. 6. Fam. 18. Mehercule non tam sum peregrinator jam, quam solebam. Utitur & Firmicus lib. 8. cap. 25. extr.

PERĒLĔGANS, antis. Adj. [πάνυ φιλόκαλος] Valde elegans. Cic. 2. de Orat. 270. Genus est perelegans, & cum gravitate salsum. Idem pro Plancio 58. Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio, digna Equitis Rom. vel studio vel pudore.
Perelegantis vir ingenii. Paterc. 1. 7.

PERELEGANTER, Adv. [πάνυ φιλοκάλως] Cic. de Clar. Orat. 197. Quæ quidem omnia cum perite & scienter, tum ita breviter & presse, satis ornate & pereleganter diceret, &c.

PERĒLŎQUENS, entis. Adj. [πολυφθεγκτικός] Valde eloquens. Cic. de Clar. Orat. 247. C. autem Lentulus Marcellinus, nec unquam indisertus, & in Consulatu pereloquens visus est, non tardus sententiis, non inops verbis, voce canora, facetus satis.

PEREMNE, Cincius in lib. de Verbis priscis ait significare idem quod Prohibere. At Cato in libro qui est de Re militari, pro Vitiare usus est, quum ait, Quum magistratus nihil audet imperare, ne quid Consul auspicii peremat. Fest. V. PERIMO.

PEREMPTALIA, PEREMTALIS, PEREMTIO, PEREMTOR, PEREMTORIUS, PEREMTRIX, PEREMTUS, V. PERIMO.

PĔRENDIE, Adv. [μεταύριον] significat quod vulgo dicitur, *Post cras*, ut ait Valla. Cic. 12. Att. 43. Scies igitur fortasse cras, summum perendie. Plaut. Aulul. 2. 1. 34.

Cras veniat, perendie foras feratur foras.

Perendie, quasi Perempta die. Charis. lib. 2.
Perempto hoc die, ut Pridie, pro Priori die. H. St. V. Voss. Etymol.

PERENDĪNUS, a, um. Adj. [μεταύριος] Ab hinc tertius dies. Cic. pro Muren. 27. Jam illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, utrum diem tertium, an perendinum: judicem, an arbitrum: rem, an litem dici oporteret. V. Ascon. in Verr. de Pr. Urb. p. 76. & f. l. COMPERENDINATIO.
In perendinum diem. V. IN.

PERENDINANDO, apud Picum in epist. pag. 370. Hinc Comperendinare. H. St. ut a Cras Crastino, Procrastino, & Recrastino.

PERENDINATIO, ōnis. f. Mart. Capell. lib. 9. p. 304. Perendinatio exspectatur.

PERENNA, V. PERANNA, PERENNO, & ANNA.

PĔRENNIS, e. Adj. [ἀΐδιος, ἀίδιος, διαχρόνιος] ex Per & Annus compositum, mutatis litteris, quasi Per annos durans. Plaut. Amphit. prol. 14.

Lucrum ut perenne vobis semper suppetat. Sunt qui, interposita littera, Peremnis scribunt, repugnante Manutio, q. V.

Adamas perennis. V. ADAMAS.
Cursus stellarum perennes & perpetui. Cic. 2. de Nat. Deor. 56.
Cursus lustrare perennes. Lucret. lib. 5. 80.
Fama perennis. Virg. 9. Æn. 79.
Fama & laus. Cic. 2. de Divin. 64. Ovid. 1. Amor. 10. 62.
Fides. Plin. 9. Epist. 9.
Fortuna. Propert. lib. 2. 28. 57.
Monimenta perennis facti. Ovid. 2. Fast. 265.
Sermo perennis de aliquo. Cic. in Somn. Scip. 18. Sermo autem omnis ille, & angustiis cingitur his regionum, quas vides, nec unquam de ullo perennis fuit, & obruitur hominum interitu, & oblivione posteritatis exstinguitur.
Virtus majorum perennis contestataque. Cic. pro Flac. 25. Quum ab hac perenni contestataque virtute majorum, non modo non degeneravit L. Flaccus, sed id quod maxime, &c.
Perenne & Proprium aliquid manere. Cic. Post red. in Senat. 8. Si illud de duobus Consulibus, quod ante in Repub. non fuerat, perenne ac proprium manere potuisset.
Aquæ perennes. Cic. 6. Verr. 107. Enna autem, ubi ea, quæ dico, gesta esse memorantur, est loco præcelso atque edito: quo in summo est æquata agri planities, & aquæ perennes.
Fons perennis. Cæs. 8. Bell. Gall. 43. Quo facto repente fons perennis exhaustus. Sic Perennis fluvius. Plin. lib. 5. cap. 28. Ulpian. in l. 1. D. de fluminib. Fluminum quædam sunt perennia, quædam torrentia: perenne est quod semper fluit, id est ἀέναος: torrens quod hieme fluit, hoc est χειμάῤῥους.
Latices manant perennes. Lucret. lib. 5. 263.
Rivus perennis. Plin. 5. Epist. 101. Cuncta enim perennibus rivis nutriuntur.
Perennis, pro Perpetuo & continuo. Cic. de Provinc. Consul. 23. Hic me meus in Remp. animus pristinus ac perennis, cum C. Cæsare reduxit, reconciliat, restituit in gratiam. Budæus.
Amor perennis. Senec. Octav. 5. 19.
Loquacitas perennis & profluens. Cic. 3. de Orat. 183.
Compar. Hor. 3. Carm. 30. 1. Exegi monimentum ære perennius.
Perennia, orum. n. pl. Ceremoniæ in auspiciis observari solitæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 9. Itaque maximæ Reip. partes in iis bella, quibus Reip. salus continetur, nullis auspiciis administrantur, nulla perennia servantur. ut Solennia.

PERENNE, Adv. [ἀϊδίως] Perpetuo & continuo. Columel. lib. 12. cap. 18. Si ager amplus, aut vineta, aut arbusta grandia sunt, perenne fabricandæ decimodiæ, & trimodiæ, & fiscellæ texendæ & picandæ.
Perenne vivax & memor. Paulin. Nolan. Carm. ad Auson. p. 503.

PERENNĬTER, Adv. Perpetuo. August. de Doctr. Christ. 2. 16. Novimus arborem ipsam perenniter frondere. Sidon. 7. 9. Amicitias perenniter servat. Et Solin. 65.

PERENNĬTAS, ātis. f. [ἀϊδιότης] Ipsa duratio perpetua. Columel. lib. 1. c. 6. Nam ea cæli positio maxime frigida, & minime humida est, quæ utraque perennitatem conditis frumentis afferunt. Idem lib. 4. cap. 24. Ut quam longissimam perennitatem stirpi acquirat. Cic. 2. de Nat. Deor. 98. Adde hoc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium.
Perennitas fuit etiam in titulis Principum. Sext. Ruf. Breviar. cap. 2. Ab urbe condita in ortum perennitatis vestræ. Symmach. 10. Epist. 45. Perennitas vestra.

PERENNO, [διαχρονίζομαι] āre. Per annos durare. Columel. de Arbor. cap. 16. Nam in ea fructus maxime vis consistit, diutiusque perennat. Ovid. 3. de Arte Am. 42.

Defuit ars vobis: arte perennat amor. Macrob. Saturn. 1. 12.

scribit priscos Romanos mense Martio, & publice & privatim ad Annam Perennam sacrificatum ire solitos, ut annare, perennareque commode liceret. h. e. Vitam degere incolumem per annum integrum.
Perennare, est In annum tantum vivere. Suet. Vesp. cap. 5. Puella nata non perennavit. V. Casaub. Sic Columel. 12. 20. Etiamsi non in totum perennat. Quidam scribunt Peranno, q. V. & PERANNA.

PERENNĬSERVUS, i. m. antiquum. [ἀεἰδουλος] Qui perpetuo servit uni domino. Plaut. Pers. 3. 3. 16.

Compedium contritor, pistrinorum civitas,
Perenniserve, lurco, edax, furax, fugax.

PERENTICIDA, V. sub PERA.

PĔREO, ivi, & per syncopam ii, ĭtum, [ἀπόλλυμαι, ὄλλυμαι, οἴχομαι, ἔῤῥω] īre. ontæ significationis. Vice Passivi est τοῦ Perdo, q. V. Plaut. Truc. 1. 2. 53.

Illis perit quicquid datur, neque ipsis apparet quicquam.

Perire, pro Mori & destrui accipitur, quasi in totum ire: quod qui perit, prorsus abit. Ter. Eun. 1. 1. 28.

— prudens, sciens,
Vivus, vidensque pereo, nec quid agam scio. Cic. ad Att. lib. 3.

Id, si potes me posse sanari, cures velim: sin perii plane, minus laboro.
Minoris perire. Plin. lib. 7. cap. 7. Tu qui corporis viribus fidis, tu &c. tanti perire potuisti. Atqui etiam hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente: aut etiam, ut Anacreon poeta, acino uvæ passæ.
Certo perii. V. CERTUS.
Funditus. Hor. 1. Carm. 16. 19.
Obnixe perire. V. OBNITOR.
Ocius. Lucret. lib. 3. 438.
Penitus. Lucret. lib. 1. 263.
Perpetuo. V. PERPETUUS.
Subito. Lucret. lib. 2. 1011.
A re perire. V. A præp.
Ab aliquo perire. Propert. 2. 20. 62.

Solus amans novit quando periturus & a quo.

Perire ab aliquo, Occidi. Plin. lib. 11. cap. 37.
Ab animo perire, & ab re. Plaut. Truc. 1. 1. 26.
Amore indigno. Virg. 10. Ecl. 10.
Ingenio perii qui miser ipse meo. Ovid. 2. Trist. 2.
Desidiose agere ætatem, Instrisque perire. Lucret. lib. 4. 1130.
Meo vitio pereo. Cic. 11. Att. 9.
Ædes perierunt. Plaut. Most. 1. 2. 70.
Comæ formosæ periere. Ovid. 1. Amor. 14. 30.
Decor perit multo vulnere. Senec. Hippol. 10.
Dies perit otio. Plin. lib. 11. cap. 6.
Fabæ pereunt læso flore. Ovid. 5. Fast. 267.
Frons periit. V. FRONS, tis.
Labor irritus anni perit. Ovid. 1. Met. 273.
Nives pereunt tepente sole. Ovid. 3. Fast. 236.
Nobilitas omnis perit. Lucan. ad Pison. 10.
Nummi pereunt. Hor. 1. Serm. 2. 133.
Opera & oleum philologiæ nostræ periit. Cic. 2. Att. 17.
Pecunia periit. Ter. Adelph. 4. 7. 25.
Pecuniam tantam Populi Rom. tam brevi tempore perire potuisse, portenti simile videtur. Cic. 5. Philip. 11.
Pudor periit. Plaut. Bacchid. 3. 3. 81.
Puppis hausta perit. Ovid. 3. Fast. 600.
Res & fides perit. Plaut. Truc. 1. 1. 24.
Telum pereat rubigine. Hor. 2. Serm. 1. 43.
Tempora auxilii perierunt. Ovid. Rem. Amor. 107.
Virtus perit fraude. Ovid. 2. Fast. 217.

Urbes

Urbes funditus pereunt. Hor. 1. Carm. 16. 19.
Perire, Mori, Occidere, vel Occidi, Interfici, ut
Convolsi pereunt. Lucret. lib. 3. 344.
Inter arma & enses periit. Ovid. ad Liv. 170.
Crudelius perire. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Fortiter. Hor. 2. Serm. 3. 52.
Generosius Hor. 1. Carm. 37. 21.
Cruciatu summo. Cic. 3. de Nat. Deor. 81.
Leto praecipiti. Senec. Hippol. 3.
Manibus hominum. Virg. 3. Æn. 606.
Morbo. Cæf. de Bell. Alex. 43.
Morbo perire capellæ. Hor. 1. Epist. 7. 86.
Morte merita. Virg. 4. Æn. 696.
Occisione perire ad unum. V. Occisio in OCCIDO.
Telo. Ovid. 4 Trist. 1. 84.
Perit tibi, i. e. Tuo periculo. Ulpian. in l. Rogasti. in princ. D. Si cert. pet. t. Quod si lancem vel massam sine tua culpa perdideris antequam venderes, utrum mihi, an tibi perierit, quæstionis est.
Peream; Jurantis, vel Imprecantis vox, Ethnicis familiaris, quemadmodum & Dispeream. Cic. 15. Fam. 19. Peream, nisi sollicitus sum, ac malo veterem & clementem dominum habere, quam novum & crudelem experiri. conf. Plaut. apud Gell. 3. 3.
Male pereat Lesbia. Hor. Epod. 22. 16.
Perii, Formula desperantis, ut Occidi, Interii, Nullus sum, &c. Plaut. Rud. 2. 6. 26.
Perii, animo malefit: contine, quæso, caput. i. e. Deficit me animus. conf. Idem Perf. 5. 2. 4.
Perire, pro Decoquere. Cic. 6. Att. 1. Metagenes certe periit: feci iter per ejus possessionem, in qua animal reliquum nullum est. h. e. Decoxit, perdidit omnem rem, ut de pecunia tua prorsus actum sit.
Perire, aliquando amatorum, ut Hor. 1. Carm. 27. 10.
— dicat Opuntiæ
Frater Megillæ, quo beatus
Vulnere, qua pereat sagitta. V. Burm. ad Quintil. Decl. 15. 18. p. 314.
Perire mulierem, ea forma dicimus, qua Deperire, & amando uri. Plaut. Truc. Perioch. 1.
Tres unam pereunt adolescentes mulierem.
Pereundi terminus. Sil. lib. 3. 559.
Occurrunt animo pereundi mille figuræ. Ovid. 10. Epist. 81.
Gramine Circæo pereundum est mihi. Propert. lib. 2. 1. 53.
PERITŪRUS, a, um. Partic. [ἀπολεσόμενος] a Perfectus inus. pro quo Perditus substituit usus, a Perdo.
Amore periturus. Propert. lib. 1. 13. 33.
Corpus periturum Stat. 5. Theb. 227.
Mœnia peritura flammis. Claud. 2. in Eutrop. 296.
Regna peritura. Virg. 3. Georg. 498.
Troja. Idem 2. Æn. 660.
PERITO, [συχνὰ ἀπόλλυμαι] āre. frequentat. Plaut. Capt. 3. 5. 32.
Qui per virtutem peritat, non interit. Al. Perbitat. q. V.
PERĔQUITO, [διιππάζω] āre. In omnem partem equitare. Cæf. 4. Bell. Gall. 33. Primo per omnes partes perequitant, & tela conjiciunt. Liv. 5. 28. extr. Quum perequitasset aciem, promissa repetens, tantum injecit ardoris, ut non ultra sustinuerint impetum Æqui. Idem 23. 47.
PERERRO, [διαπλανάομαι] āre. In omnem locum, vel huc atque illuc errare. Columel. præf. lib. 1. Semperque ritu volucrum, longinqui litoris peregrinus ignotum pererret orbem.
Aditus pererrare. V. ADEO, ire.
Avia pererrare more pecudum. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 43.
Forum pererro. Hor. 1. Serm. 6. 113.
Freta longa pererrare. Ovid. 14. Epist. 103.
Locum omnem arte pererrat, Tentat aggredi. Virg. 5. Æn. 441.
Luminibus pererrare aliquem, Circumspicere undique. Virg. 4. Æn. 363.
Conceptio pererravit, Irrita fuit. Plin. lib. 8. cap. 45. Conceptio uno initu peragitur; quæ si forte pererravit, xx post die marem femina repetit.
Cornua pererravit sonus, mutis labris. Sil. lib. 4. 174. de Tubicine moriente.
Passive. Ovid. 2. Amor. 16. 5.
Arva pererrantur Peligna liquentibus undis.
PERERRĀTUS, a, um. Partic. [διαπλανηθείς] ut,
Orbis pererratus. Ovid. 1. Fast. 234.
Terræ pererratæ. Ovid. 15. Met. 53.
PERĒRŪDĪTUS, a, um. Adj. [πάνυ πεπαιδευμένος] Valde eruditus. Cic. 4. Att. 15. Sed vereor, ne lepore suo detineat diutius P. Clodius, & homo pereruditus, ut ajunt, & nunc quidem deditus Græcis litteris.
PERRAUS, V. in PAREDO.
PĔREXCRŬCIO, [διανιάω] āre. Vehementer excruciare. Plaut. Stich. 3. 1. 32.
Meam culpam habeto nisi perexcruciavero. In castigatis libris est, Probe exc.
PĔREXĬGUUS, a, um. Adj. [σμικρότατος] Valde exiguus. Cæf. 5. Bell. Gall. 15. Quum hæ, intermisso perexiguo loci spatio, inter se constitissent, novo genere perterritis nostris, per medios audacissime proruperunt.
Perexigua & perminuta videntur. Cic. 2. Tusc. 30.
Dies perexigua. Cic. 2. Verr. 6. Quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissem, invenit iste qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet. V. DIES.
Factum. Liv. 22. 52. Nam ad vescendum facto perexiguo, utique millitantes utebantur. [Subauditur, quod præcessit, Argento. Contrarium est Ingens argentum ap. Virgil. V. ARGENTUM.
Pars aut nulla, aut perexigua. Cic. 1. Q. frat. 4.
Tempus perexiguum. Cic 2. Verr. 24. Sollicitabar rebus maximis uno, atque eo perexiguo, tempore.
PEREXIGUE, Adv. Cic. 16. Att. 1. Perexigue & γλίσχρως præbere. i. e. Minutatim.
PĔREXĬLIS, e. Adj. [ἰσχνός] Valde exile. Columel. lib. 11. cap. 2. Hoc eodem tempore, prius quam vineæ pulverentur, si perexilis est, vel rara ipsa vitis, lupini modii tres, vel quatuor in singula jugera sparguntur.

PĔREXPĔDĪTUS, a, um. Adj. [εὐπρόχειρος] Valde expeditus. Cic. 1. de Fin. 36. Sed hæc quidem est perfacilis & perexpedita defensio.
PERFĂBRĬCO, [διατεχνάομαι] āre. Fabricam absolvere. Plaut. Perf. 5. 2. 4.
Perii, interii: pessimus hic mihi dies hodie illuxit: corruptor
Ita me Toxilus perfabricavit, itaque meam rem divexavit. Per translationem.
PERFĂCĒTUS, a, um. Adj. [πολυευτράπελος] Admodum facetum significat. Cic. de Clar. Orat. 105. Atque eundem & vehementem, & valde dulcem, & perfacetum fuisse dicebat.
PERFACĒTE, Adv. [πολυευτραπέλως] Admodum facete. Cic. 3. Verr. 121. Neque enim perfacete dicta, neque porro hac severitate digna sunt.
PERFĂCĬLIS, e. Adj. [πολυεύκολος] Cic. 4. Tusc. 6. Perfacilis cognitu. Nam sententias interpretari perfacile est. Cic. 2. de Legib.
Homo perfacilis in audiendo. Cic. 1. de Orat. 39.
PERFACĬLE, Adv. [πολυρᾳδίως] Cic. 13. Att. Video enim Curules magistratus eum legitimis annis perfacile cepisse.
Perfacile est jam animi ratione exsolvere nobis, &c. Lucret. lib. 2. 381.
Perfacile enim sese Sicilia tuebatur, ne quod in ipsa bellum posset existere. Cic. 7. Verr. 8.
Perfacile vero, apud istiusmodi prætorem, &c. Cic. 3. Verr. 153.
Perfacile apparet. Cic. 2. de Fin. 209.
PERFACUL, & per se Facul antiqui dicebant, quod nunc Facile, & Perfacile dicimus. Paulus.
PERFĀCUNDUS, a, um. Adj. Valde facundus. Justin 22. 1. 9. In concionibus perfacundus. Et Apul. 4. Florid. p. 360 Elmenh. Protagoras quidam sophista fuit longe multiscius, & cum primis Rhetoricæ repertis perfacundus.
PERFĀMĬLIĀRIS, e. Adj. [πολυοικεῖος] Valde familiaris. Cic. de Clar. Orat. 168. M. Gratidius M. Antonii perfamiliaris. Idem 2. Q. frat. 12. Ipse est enim veterator magnus, & perfamiliaris Philisto. V. Gell. 1. 18. pr.
PERFĀTUUS, a, um. Adj. [πολύμωρος] Perinsulsus. Martial. lib. 10. 18.
Heu, quam perfatuæ sunt tibi, Roma, togæ! [πολὺ ἀνόητοι Per.
PERFECTA, PERFECTIO, PERFECTISSIMATUS, PERFECTOR, PERFECTRIX, PERFECTUS, V. PERFICIO.
PERFĒCUNDUS, a, um. Adj. Mela 1. 9. pr. Ægyptus hominum aliorumque animalium perfecunda generatrix.
PERFERO, fers, tŭli, lātum, [διακομίζω, διαφέρω, ἐκφέρω] ferre. Usque ad constitutum finem ferre. Virg. 12. Æn. 907.
Tum lapis ipse viri, vacuum per inane volutus,
Nec spatium evasit, totum nec pertulit ictum. i. e. Evacuatus est impetus ipsius spatio longiore. Serv.
Clamor perfertur circa collem. Liv. 7. 36. extr.
Emendationem auribus modo accipiunt, divisionem vero ad cogitationem etiam & stilum perferunt. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Fructum perferre. Columel. lib. 3. cap. 20. Si varii generis vineta fecerimus, aliquid ex iis inviolatum erit, quod fructum perferat. [Scribe, Aliquod.
Laudem in urbem. Cic. 2. Tusc. 5. Hortor omnes, qui facere id possunt, ut hujus quoque generis laudem jam languenti Græciæ eripiant, & perferant in hanc urbem.
Opem perferre alicui. Valer. 5. Argon. 385.
Quos pavor pertulerat in silvam. Liv. 7. 15.
Consilio ejus per mercatores perlato ad Britannos. Cæf. 4. Bell. Gall. 21.
Fama perfertur. Liv. 28. 13. Scipio, quum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata esset, &c.
Et litteris multorum, & sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem & fortitudinem esse. Cic. 14. Fam. 1.
Litteras perferre, Ad eum cui missæ sunt ferre. Cic. 2. Fam. 5.
Mandata perferre. Cic. 3. Q. frat. 1. Scripsique ad Cæfarem, Vibullium Cæfaris mandata de mea mansione ad Pompejum pertulisse.
Nuntium perferre. Cic. 1. Q. frat. 1. Existimavi a me quoque tibi hujus molestiæ nuntium perferri oportere.
Nuntiis omnium perfertur. Cic. 2. Q. frat. 11. Amor autem ejus erga nos perfertur omnium nuntiis singularis.
Rumor pertulit hoc nobis. Ovid. 2. de Pont. 1. 49.
Rumore perlata, aut nuntiis. Cic. 4. Att. 1. Nunc etsi omnia, aut scripta esse a tuis arbitror, aut etiam nuntiis ac rumore perlata, tamen ea inscribam brevi quæ, &c.
Sermones ac litteræ perferuntur, quemadmodum &c. Cic. pro Lege Manil. 39. Jam vero quemadmodum milites hibernent, quotidie sermones ac litteræ perferuntur.
Verba alicujus perferre ad aliquem. Ovid. 2. de Pont. 2. 43.
Perferre, Denuntiare. Cic. 2. Fam. 8. In his enim sum locis, quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia, tardissime omnia perferuntur.
Legem perferre, Quod vulgo dicunt Perducere ad ratificationem. Cic. 1. Att. 16. Pompejus vero ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. Liv. 2. 56. Ego hic aut in conspectu vestro moriar, aut perferam legem.
Rogationem perferre, est Ita ferre ut plebs sciscat. Liv. 36. 1. V. loc.
Accusator pati reum ruere, invidiæque flammam ac materiam criminibus suis suggerere: legem interim, non tam ad spem perferendi, quam ad lacessendam Cæsonis temeritatem, ferre. Livius. H. St. Ex Liv. 3. 11.
Perferre, [ὑπομένω, ὑποφέρω] Pati, patienter ferre. Ter. Adel. 3. 4. 50. — paupertatemque una pertulimus gravem. Cic. 2. de Lege Agrar. 69. Sullanus ager a certis hominibus latissime continuatus tantam habet invidiam, ut veri ac fortis Tribuni pleb. stridorem unum perferre non possit.
Intrepide pertuli omnia. Senec. Herc. fur. 6.
Deficere animo & Perferre, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 10. Sin a vobis (id quod non spero) deferar, tamen animo non deficiam: & id quod suscepi, quoad potero, perferam.
Ardorem perferre. Stat. 5. Silv. 1. 287.
Catenas. Sil. lib. 17. 367.
Contumelias. Cæf. 2. Bell. Gall. 14.
Cruciatum. Cic. 4. Acad. 23.
Crudelitatem inimicorum. Cic. pro Sext. 145.
Dolorem. Virg. 9. Æn. 426.
Famem perferre & sitim. Cic. 5. de Fin. 48.
Frigus, famem, sitim, ac vigilias. Cic. 2. in Catil. 9.

Insomnia

Insomnia furibunda. Sil. lib. 11. 102.
Jussa omnia superbæ. Propert. lib. 1. 18. 26.
Laborem. Virg. 2. Georg. 343.
Luxuriem, crudelitatem, avaritiam, superbiam alicujus. Cic. 4. Ver. 9.
Mala tot pertulimus. Ovid. 5. Trist. 1. 33.
Miserias. Senec. in Thyest. v. 307.
Leve est miserias ferre, perferre est grave.
Monstra immania perferimus tecti silvis. Virg. 3. Æn. 584.
Nives. Ovid. 1. Amor. 9. 16.
Omnes perpetior ac perfero facile. Cic. 2. de Orat. 77. Ac mihi quidem non ita molesti sunt, facile omnes perpetior & perfero.
Onus. Ovid. ad Liv. 350.
Pauperiem, & duros perferre labores. Virg. 6. Æn. 437.
Pericula multa pelago pertulerunt. Ovid. 14. Met. 560.
Pœnarum satis perferre. Cic. pro Sext. 10.
Pruinas ac nives. Cic. 2. in Catil. 23.
Quietem solus perferre nequit. Sil. lib. 4. 44.
Somnos aut dies. Stat. 3. Silv. 2. 83.
Supplicium pro meritis. Cic. 8. Att. 15.
Timores pertulimus. Claud. de Bell. Get. 206.

PERFERENS, entis. Partic. [ὑπομένων] Cic. 2. de Orat. 184. Horum igitur exprimere mores oratione, justos, integros, religiosos, timidos, perferentes injuriarum, mirum quiddam valet, &c.

PERLATUS, a, um. Partic. ut, Clamor perlatus. Curt. 5. 12. 13. Hasta perlata. Virg. 11. Æn. 803. Plura V. in ipso verbo.

PERFERENTIA, æ. f. Tolerantia. Lactant. 3. 11. de Virtute loquens, Quia vis & natura ejus in malorum perferentia posita est. H. St. Desiderabatur in Lugd.

PERLATIO, ōnis. f. Lactant. 5. 22. Patientia est, malorum, quæ aut inferuntur, aut accidunt, cum æquanimitate perlatio.

PERLĀTOR, ōris. m. Qui perfert. ut, Epistolarum perlator. Ammian. 21. 16. Litterarum perlator. Symmach. 5. Epist. 30.

PERLĀTRIX, īcis. f. Ennod. 1. Epist. 22. Perlatrices querelarum litteræ.

PERFERVEO, ēre. Mela 1. 8. Cum est media (nox) perfervet.

PERFERVĔFĪO, ĕri. Idem. Per tmesin Varro R. R. 1. 9. Terra sole perferve ita fit.

PERFERVĬDUS, a, um. Adj. [πολύζεστος] Vehementer fervidus. ut, Æstas perfervida. Columel. lib. 5. cap. 5.

PERFĔRUS, a, um. Valde ferus. Varro de R. R. 2. 1. Boves perferi.

PERFICIO, ēci, ectum, [ἀνύτω, ἀποτελέω, διανύω, ἀπεργάζομαι, διατελέω, ἐκτελέω, περαίνω, τελέω, κατεργάζομαι] ĕre. Absolvere, complere quod incœptum est. Ter. Hec. 5. 2. 9.
— me facere Pamphilo ut uxor redeat
Oportet: quod si perficio, non pœnitet me famæ. Idem Phorm. 2. 3. 73. Haud desinam donec perfecero hoc.
Absolvere & Perficere aliquid. Cic. 2. de Nat. Deor. 35. Sic in omni natura, ac multo etiam magis, necesse est absolvi aliquid ac perfici.
Conari aliquid & Perficere. Cic. in Orat. 105. Vides profecto illum multa perficere, nos multa conari: illum posse, nos velle: quocunque modo causa postulet, dicere.
Conflare & Perficere. Cic. pro Cluent. 18. Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adiit, nihil mali timuit, quod non totum a matre esset conflatum & perfectum.
Ingenio perfectum. Cic. pro Lege Manil. 1. Quum antea per ætatem nondum ejus auctoritatem loci contingere auderem, statueremque nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere, &c. i. e. Ingeniose & industrie.
Annos centum. Hor. 2. Epist. 1. 39.
Cibum perficere, Concoquere. Plin. lib. 11. cap. 53.
Cogitata, Exsequi. Cic. pro Dejot. 21.
Instituta. Cic. 2. de Divin. 5. Quod assequar profecto, si instituta perfecero.
Jussa alicujus, Exsequi. Valer. 7. Argon. 61.
Maleficium perficere, & occultare. Cic. pro Cœl. 53.
Munus susceptum. Virg. 6. Æn. 629.
Officium funeris. Ovid. ad Liv. 70.
Onus & munus. Cic. 6. Fam. 7.
Poema institutum. Cic. 3. Q. frat. 8.
Promissa perficere, pro Implere quod promiseris. Ter. And. 4. 1. 7.
Scelus. Cic. pro Cluent. 194.
Stamina pauca perfeci. Ovid. 19. Epist. 49.
Coria perficere. V. CORIUM.
Pelles perficere. Plin. lib. 24. cap. 11. Alia est erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pellesque perficiuntur.
Perficere, pro Obtinere, sive pro eo quod barbari dicunt, *Tantum facere quod.* Ter. in Prol. Eun. 21.
Menandri Eunuchum, postquam ædiles emerunt,
Perfecit, sibi ut inspiciundi esset copia. Ibid. 1. 2. 100. —quam joco
Rem voluisti a me tandem, quin perfeceris? Cic. 11. Fam. 27.
Quod enim vehementer mihi utile esse putabas, nec inutile ipsi Cæsari, perfecisti, ut ille me diligeret, coleret, haberet in suis. Idem 8. Att. 15. Perficiam profecto, ut neque Respub. civis a me animum, neque tu amici desideres. Et 4. Acad. 114. Perficies ut ego ista innumerabilia complectens, nunquam labar, nihil opiner? Sic pro Lege Manil. 45. Et quisquam dubitabit quid virtute perfecturus sit, qui tantum auctoritate perfecerit? Quædam exemplaria legunt Profecerit.
Callide perficere, ut. Cic. 2. de Divin. 110. Callide qui illa composuit, perfecit, ut quodcunque accidisset, prædictum videretur, hominum & temporum definitione sublata.
Obscæne utitur Capitol. in Maxim. cap. 4. Cum muliere perficere.
Perfici, passivum. Plin. lib. 11. cap. 53. Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria, nimia, & avide hausta. i. e. Concoquuntur.
Actu perfici. Quintil. lib. 2. cap. 18.

PERFICIENS, entis. Partic. Plin. 23. 1. Prodest stomacho dissoluto, aut cibos non perficienti.

PERFICIENDUS, a, um. Partic. [ἀνυστέος] ut, Voluptas perficienda tarda mora. Ovid. 2. de Arte Am. 718. al. Proliciend.

PERFECTUS, a, um. [ἀπηρτισμένος, τέλειος, ἐντελής, αὐτοτελής, παντελής, δημοτελής, ἐντελεχής] aliud Partic. Plaut. Pers. 5. 1. 1. Re placida, pacibus perfectis.

Inchoatum & Perfectum, contraria. Cic. de Clar. Orat. 147. Manus extrema non accessit operibus ejus, præclare inchoata multa, perfecta non plane.
Perfectum aliquid esse, & habere maturitatem suam quandam. Cic. de Clar. Orat. 318. Quum autem anno post e Sicilia me recepissem, jam videbatur illud in me, quicquid esset, esse perfectum, & habere maturitatem quandam suam.
Extremum & perfectum. Cic. 2. de Nat. Deor. 35. Neque dici potest in nulla rerum institutione esse aliquid extremum atque perfectum.
Inventum simul & perfectum nihil est. Cic. de Clar. Orat. 70.
Perfectum omni ex parte in genere suo. Cic. de Amicit. 81.
Perfectum ex utroque. Cic. 4. Tusc. 9. Erit hoc totum ex utroque perfectius.
Aptum undique, perfectum, expletumque omnibus suis partibus & numeris. Cic. 2. de Nat. Deor. 37.
Ad summa atque in omni genere perfecta pervenire. Cic. 1. de Orat. 131.
Perfectus & Absolutus. Plin. lib. 2. cap. 4. Eum & nos a perfecta absolutaque elegantia, mundum appellamus.
Absoluti & perfecti philosophi. Cic. 2. de Divin. 150.
Consummatus & Perfectus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Plenum atque perfectum oratorem esse eum dicam, qui de omnibus rebus possit varie copioseque dicere. Cic. 1. de Orat. 59.
Concinnus, perfectus, politus ad persuadendum homo. Cic. in Pison. 59.
Perfectus in re aliqua. Cic. 1. de Fin. 21. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriaque perfecto.
In dicendo perfectus homo & perpolitus. Cic. 1. de Orat. 59.
In omni genere sermonis & humanitatis orator est perfectus. Cic. 1. de Orat. 35.
Litteris Græcis perfectus Memmius. Cic. de Clar. Orat. 147.
Moribus perfectus. Quintil. in procem. lib. 1.
Scientia, & omni facultate dicendi perfectus. Quintil. in Procem. lib. 1.
Cumulate perfectus. V. CUMULUS.
Absolutio alicujus rei. Cic. de Univers. 36. Tria genera nobis reliqua sunt, eaque mortalia, quibus prætermissis, cæli absolutio perfecta non erit.
Ambitus verborum perfectus, completusque. Cic. in Orat. 168.
Augmen corporis perfectum. Lucret. lib. 3. 269.
Candelabrum, e gemmis clarissimis, opere mirabili perfectum. Cic. 6. Verr. 64.
Cymbia perfecta argento. Virg. 5. Æn. 267.
Eruditione perfecta, & ingenio præstanti ad hæc opus est. Cic. 2. de Divin. 130.
Exercitatione perfecta ingenii forma. Cic. de Clar. Orat. 327. Et certe quod & ingenii quædam forma lucebat, & exercitatione perfecta erat, verborumque astricta comprehensio, summam hominum admirationem excitabat.
Forma honestatis expleta & perfecta. Cic. 2. de Fin. 48.
Mens perfecta. Cic. 5. Tusc. 39. Hic si est excultus, & si ejus acies ita curata est, ut ne cæcetur erroribus, fit perfecta mens, id est absoluta ratio, quod est idem virtus. De humano animo.
Sententia curta, Plena & perfecta, contraria. Cic. 4. de Fin. 36. Eorum omnium multa prætermittentium, dum eligant aliquid quod sequantur, quasi curta sententia, at vero illa perfecta atque plena eorum, qui quum de hominis summo bono quærerent. &c.
Sol perfectus, Dies transacta. Stat. 5. Theb. 180.
Templum. Cic. 6. Verr. 64.
Virtus perfecta cumulataque. Cic. pro Sext. 86.
Virtutis perfectæ qui perfecto functus est munere, non parum diu vixit. Cic. 1. Tusc. 109.
Vota perfecta continuo ordine. Virg. 3. Æn. 548.
Compar. Hor. Epod. 5. 59.
Nardo perunctum, quale nec perfectius
Meæ laborarunt manus.
Summum & perfectissimum judicat Cicero, illud cui nihil addi potest, in Orat. 3.
Perfectissimi dicebantur, Qui judicio principis, vel ad Præsidatum provinciæ, vel ad aliam administrationem promoti fuissent. l. j. De perfectiss. dignitat. lib. 12. C. Qua de re Alciat. cap. 4. lib. 3. Dispunct. conf. Ammian. 21. 31. Hinc

PERFECTISSIMĀTUS, ûs. m. erat Dignitas quædam non mediocris, quia non omnes Præsides, ut Alciatus docet, Clarissimi fuere: sed & Perfectissimi quidam, prout Provinciæ dignitas exigebat. Addit ex vetustissimis monumentis Tarraconensis Hispaniæ ac Norici, fuisse Perfectissimos tantum, quos duabus litteris designabant, V. P. sicut Clarissimos viros, V. C.

PERFECTE, Adv. [τελέως, ἐντελῶς] Cic. 4. de Fin. 10. Quumque duæ sint artes, quibus perfecte ratio & oratio compleatur, una inveniendi, altera disserendi.
Absoluta est perfecte omnis honestas. Cic. 4. de Fin. 18.
Absolutus perfecte. V. ABSOLVO.
Diserta perfecte oratio, & Nimis infans, contraria. Cic. de Clar. Orat. 101. Ejus omnis in dicendo facultas ex historia ipsius, non ineleganter scripta, perspici potest: quæ neque nimis est infans, neque perfecte diserta.
Eruditus perfecte planeque vir. Cic. de Clar. Orat. 281.
Fiebat nihil a Roscio, nisi perfecte, nihil nisi cum summa venustate. Cic. 1. de Orat. 130.
Imitatur nunquam perfecte veritatem casus. Cic. 1. de Divin. 23.
Compar. Apul. 3. Florid. Sed de hoc tum ego perfectius.
Superl. Gell. 11. 16. A Græcis perfectissime uno verbo & planissime dicitur.

PERFECTIO, ōnis. f. [τελείωσις, τελειότης, πλήρωσις, ἐντελέχεια] Plin. lib. 11. cap. 2. In his tam parvis quam inextricabilis perfectio?
Absolutio & perfectio. Cic. 1. de Orat. 130. Hanc ego absolutionem perfectionemque in oratione desiderans, a qua ipse longe absum, facio impudenter.
Perfectio, & Conatus & adumbratio. Cic. in Orat. 103. Nulla est ullo in genere laus oratoris, cujus in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio.
Susceptio & Perfectio, contraria. Cic. 3. de Fin. 32. Ea quæ proficiscuntur a virtute, susceptione prima, non perfectione recta sunt judicanda.

Operum magnorum perfectio, & Jacere fundamenta, contraria. Cic. pro Marcell. 26. Tantum abes a perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris.

PERFECTUS, ûs. m. Idem. Vitruv. 1. 2. Si interiora perfectus habuerint elegantes. Adde 2. 5. & 8.

PERFECTOR, ōris. m. [ἐπιτελεστής] Cic. 1. de Orat. 257. Ac stilus iste tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi, ac magistrum, multi sudoris est.
Perfector, Qui quod volebat, diligentia sua perfecit. Ter. Eun. 5. 8. 5.
— o Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium
Inventor, inceptor, perfector; scin' me in quibus sim gaudiis?

PERFECTRIX, īcis. f. Lactant. 3. 15. Tantum abest, ut ego magistram esse putem vitæ philosophiam, beatæque vitæ perfectricem, ut nullis magis, &c.

PERFICUS, a, um. Adj. Perficiens, ut Natura perfica a Lucret. lib. 2. 1115. vocatur, quæ procreationi & perfectioni rerum præest, quum inquit, — ad extremum crescendi perfica finem,
Omnia perduxit rerum natura creatrix. V. Non. Merceri, & Creech. ad loc. In edit. Non. Gothofr. 2. 698. mendose legitur Perfice. [Puto autem Perficam pro Perficaci dixisse Lucretium.

PERFICA, æ. f. etiam & Pertunda, Deæ venerearum deliciarum ab antiquis honoratæ, hanc quod in cubili præsto esset, dum virginem effoderent mariti: illam quod voluptates perficeret inoffensa dulcedine. Arnobius in Disputationibus adversus gentes lib. 4.

PERFIDĒLIS, e. Adj. [περίπιστος] Valde fidelis. Cic. 2. Att. 19. Postbac autem ad te, si perfidelem habebo cui dem, scribam omnia plane.

PERFIDUS, a, um. Adj. [ἄπιστος, ἀγνώμων] Qui fidem violat: a Fide deducitur. Cic. 3. Off. 60. Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt.
Amicus perfidus. Cic. Post red. ad Quir. 21.
Arma Jubæ. Ovid. 4. Fast. 380.
Bella. Sil. lib. 15. 819.
Caput perfidum obligasti votis. Hor. 2. Carm. 8. 5.
Corda. Valer. 5. Agon. 289.
Hostes. Hor. 3. Carm. 5. 33.
Lumina. Ovid. 13. Met. 561.
Mulier. Hor. 3. Carm. 7. 13.
Sacramentum perfidum dicere. i. e. Falsum jusjurandum militare, sive pejerare. Hor. 2. Carm. 17. 9.
Servi. Hor. Epod. 9. 10.
Tela. Ovid. 2. Fast. 226.
Turba. Ovid. 2. de Pont. 7. 62.
Vappa. Martial. lib. 12. 48.
Verba. Ovid. 5. Fast. 682.

PERFIDE, Adv. Ulpian. in l. Apud. Cels. §. Quæsitum est. D. de doli mali except. Quod perfide gestum est.
Recuperare perfide. Senec. Controv. 26. p. 317.
Rumpere perfide pactum atque condictum. Gell. 20. 1. extr.

PERFIDIA, æ. f. [ἀπιστία] Cic. 2. Q. frat. 3. Quum illius in me perfidiam increparet, auditus est magno silentio malevolorum.
Infidelitas & perfidia. Cæs. 8. Bell Gall. 23.
Iniquitas & perfidia hominum. Cic. 1. Fam. 2.
Perfidia unius in alium. Cic. 2. Philip. 72.
Cumulus perfidiæ. Ovid. 11. Met. 206.
Offensio. Cic. 2. de Orat. 101. Ita nonnulli dum operam suam multi existimari volunt, &c. causas dicunt incognitas, in quo est illa quidem magna offensio, vel negligentiæ susceptis rebus: vel perfidiæ, receptis.
Abuti perfidia. V. ABUTOR.
Decipi perfidia alicujus. Cic. pro Rosc. Amer. 110.
Exigere pœnas perfidiæ. Ovid. 7. Epist. 58.
Fugio perfidiam. Sil. lib. 16. 149.
Fugere suspicionem perfidiæ. Cic. 8. Att. 18.
Repens perfidia. Tacit. 4. Hist. 25.
Violatæ perfidia & scelere sunt dextræ, quæ fidei testes esse solebant. Cic. 11. Philipp. 5.

PERFIDIŌSUS, a, um. Adj. Plenus perfidiæ. Plaut. Cist. 1. 1. 74. Perfidiosus est amor. Cic. in Pison. 67. Quod fallax, quod perfidiosus, quod impudens, quod audax esse videatur.
Vanus, perfidiosus & impius. Cic. pro Quint. 26. Etenim si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur: necesse est iste, qui amicum, socium, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se, & perfidiosum, & impium esse fateatur.
Perfidiosus, insidiosus, fallax. Cic. 3. Fam. 10. Nihil in me non modo perfidiosum, & insidiosum, & fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut jejunum debes agnoscere.
Perfidiosum & nefarium est, fidem frangere. Cic. pro Rosc. Com. 16.
Superl. Cic. 3. de Nat. Deor. 80. Cur omnium perfidiosissimus, C. Marius, &c.

PERFIDIŌSE, Adv. [ἀπίστως] Auctor ad Herenn. lib. 1. 8. In odium rapiemus, si quid eorum superbe, spurce, perfidiose, crudeliter, confidenter, malitiose, flagitiose factum proferemus.
Compar. Suet. Aug. cap. 21. Perfidiosius tumultuantes.

PERFĪNIO, [ἐκτελέω] īre. Idem quod simplex Finire. Lucret. lib. 1. 612.
Quippe ubi dimidiæ partis pars semper habebit
Dimidiam partem: nec res perfiniet ulla.

PERFIXUS, a, um. [διαπεπηγμένος] Partic. a verbo Figo, & præpositione Per; significat Transfixum. Lucret. lib. 2. 360.
— & crebra revisit
Ad stabulum desiderio perfixa juvenci.
Pectus perfixum. Lucret. lib. 6. 391.
— icti flammas ut fulguris halent
Pectore perfixo, &c.

PERFLĀGITIŌSUS, a, um. Adj. Cic. pro Cœl. 50. Num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur? H. St. Desiderabatur in Lugd.

PERFLĀGRĀTUS, a, um. Partic. Mart. Capell. 6. p. 189 Dispendia lini perflagrata.

PERFLO, [διαπνέω] āre. Valde flare, sive multum flando commovere. Virg. 1. Æn. 87. de ventis,
Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant. Plin. lib. 2. cap. 107. Perflantibus undique procellis.
Venti perflant altissima. Ovid. Rem. Amor. 369.
Venti perflant nubila. Lucret. lib. 6. 131.

PERFLANS, entis. Partic. Plin. 2. 107. V. in ipso verbo.

PERFLĀTIO, ōnis. f. Idem. Mart. Capell. 1. p. 11. Virgæ perflatione concuti.

PERFLĀTUS, ûs. m. [διάπνευσις] Ipsa perflatio. Columel. lib. 1. cap 5. Quantoque fuerit ædificii solum pronius Orienti, tanto & æstate liberius capere perflatus, &c. Plin. lib. 16. cap. 40. Ulmus in perflatu firma.

PERFLĀMEN, inis. n. Flamen. Prudent. Apoth. v. 760.
Nam sine divino domini perflamine summi
Arida terra fuit.

PERFLĀBILIS, e. Adj. [εὐδιάπνευστος] Quod perflari potest. Cic. 2. de Divin. 40. Deos enim ipsos jocandi causa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles, &c.

PERFLĀTILIS, e. Adj. Idem ac Perflabilis. Apul. 3. Met. p. 137. Elmenh. Tectum altrinsecus ædium patore perflatili nudetum.

PERFLEXUS, a, um. Partic. Quintil. Decl. 314. extr. p. 624. Burm. Solus mente & cogitatione perflexum.

PERFLUCTUO, V. PERFLUO.

PERFLUO, xi, xum, [διαῤῥέω] ĕre. Transmittere liquorem: ut, Lagena male compacta perfluit. Lucret. lib. 3. 950.
Et non omnia pertusum congesta quasi in vas
Commoda perfluxere.
Aquæ perfluunt Tibur. Hor. 4. Carm. 3. 10. Castigati codices habent Præfluunt.
Vina per colum videmus perfluere. Lucret. lib. 2. 392.
Perfluere hac, illac. Ter. Eun. 1. 2. 25.
Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. Translatio sumpta ab aquario vase fictili, inquit Donat. Quasi dicat, Non possum continere: si quid audio quod non sit verum, statim palam est.
Perfluo, cum accusativo. Quintil. lib. 2. cap. 5. Nec quæ dicentur, perfluent aures. Sunt qui legant, Præterfluent.
Perfluere voluptatibus, Abundare. Cic. 2. de Fin. 118. Percunctare ipsa te, perpetuisne malis voluptatibus perfluens in ea, quam sæpe usurpabas, tranquillitate degere omnem ætatem sine dolore, &c.
Perfluere, pro Fluere aliquando ponitur. Liv. 1. 45. extr. Infima vallis perfluit Tiberis. Etiam hic castigati codd. Præfluit.
Passive. Arnob. lib. 6. p. 191. Pluvialibus nimbis perfluuntur.

PERFLUUS, a, um. Adj. Apul. 11. Met. p. 260. Elmenh. Incessu perfluo feminam mentiebatur.

PERFLUCTUO, [περικυματίζω] āre. Multum fluctuare. Lucret. lib. 3. 721.
— atque unde animantum copia tanta
Exos, & exsanguis, tumidos perfluctuat artus? i. e. Per tumidos artus fluctuat. Ejusdem generis est illud Hor. 1. Epist. 1. 7.
Est mihi, purgatam crebro qui personet aurem.

PERFŌCO, āre. Strangulare. Paulus l. 4. Dig. de agnoscend. & alend. liberis: Necare videtur, non tantum is, qui partum perfocat, sed & is, qui abjicit. [Nisi Præfocat scribendum.

PERFŌDIO, ōdi, ossum, [διορύττω] ĕre. Fodiendo excavare, rumpere, ferire, perforare. Plin. lib. 36. cap. 13. Inde aliæ perfossis cuniculis subterraneæ domus.
Gladiis perfodi. Gell. lib. 3. cap. 7. Quadringenti omnes tum una perfossi gladiis, aut missilibus operti cadunt.
Montem perfodere. Varr. 3. de R. R. cap. 17. Contra ad Neapolim L. Lucullus, posteaquam perfodisset montem. Cic. 2. de Fin. 112.
Oculum alicui perfodere. sic enim quidam legunt in l. Sed & si. §. ult. D. Ad leg. Aquil. Pandectæ tamen Florent. & Haloander habent, Parfundere. V. suo loco.
Parietes perfodere. Cic. in Vatin. 11. Licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris.

PERFOSSUS, a, um. [διορυχθείς] Partic. ut, Pectora perfossa patescunt. Stat. 9. Theb. 522.
Naves perfossæ. Plin. lib. 32. cap. 1.
Thorax perfossus bis sex locis. Virg. 11. Æn. 10.

PERFOSSOR, ōris. m. ut, Parietum perfossor. Plaut. Pseud. 4. 2. 23. conf. Apul. Apol. p. 460.

PERFOECUNDUS, V. PERFECUNDUS.

PERFŌRE, [πάνυ ἔσεσθαι] Valde futurum esse. Cic. 3. Fam. 5. Tunc mihi ille dixit, quod classe tu velles decedere, perfore accommodatum tibi, si ad illam maritimam partem provinciæ navibus accessissem. Hoc loco alii rectius præpositionem Per, ad Accommodatum referunt, Peraccommodatum: ut Fore per tmesin interponatur: ut Per mihi gratum.

PERFORMĪDĀTUS, a, um. [ὑπερφοβηθείς] Adj. ex Partic. Multum formidatus. Silius lib. 3. 608.
Jam puer auricomo performidate Batavo.

PERFORMĪDŎLŌSUS, a, um. Adj. Aurel. Vict. in Claud. Cæs. Naturæ performidolosus.

PERFORMO, [διαμορφόω] āre. Formam absolvere. Tertull. Apol. cap. 1. Ad malum performantur.

PERFORMĀTUS, a, um. Partic. Quintil. lib. 2. cap. 7. Performata materia. Ubi legendum est Præformata, & ita habent boni codices.

PERFŎRO, [διατιτράω, διατετραίνω, ἀνατρυπάω] āre. Columel. lib. 5. Sed aliud est ferramentum, quo priores vitem perforabant.
Perforare & Patefacere aliquid. Cic. 7. Fam. 1. Neque tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti, & patefecisti Sejanum, per eos dies, &c. i. e. Prospectum in Stabianum &c.
Culmina radiis sol perforat. Stat. 1. Silv. 5. 46.
Latus ense perforat. Ovid. 3. Trist. 9 26.
Margaritas perforare. Ulp. in l. Si servus servum. §. Si quum maritus. D. Ad leg. Aquiliam.
Pectora duo ictu uno perforet. Ovid. 12. Met. 377.
Perforare, per tmesin a Lucret. dictum lib. 5. 1267.
Et terebrare etiam, ac pertundere, perque forare.

PERFORĀTUS, a, um. Partic. [τετρυπημένος] ut, Lumina duo ab animo ad oculos perforata. Cic. 3. de Nat. Deor. 9.
Animus perforatus. Senec. Epist. 99.

PERFORĀCŬLUM, i. n. Arnob. 6. p. 200. Serris, perforaculis, asciis, dolata, effossa.

PERFORTĬTER, Adv. [πάνυ ἀνδρείως] Valde fortiter. Ter. Adelph. 4. 2. 29.

— quia

— quis miseram mulierem, & me servulum,
Qui referire non audebam, vicit, hui perfortiter. Ironia est, quia Senex dixerat prius, Fortiter.

PERFREMO, ui, itum, [περιβρέμομαι] ĕre. Idem quod Vehementer fremere. Cic. 2. de Nat. Deor. 87.
Sicut inciti atque alacres rostris perfremunt delphini. Ex Accio poeta.

PERFREQUENS, entis. Adj. Valde frequens. Liv. 41. 1. In portu emporium brevi perfrequens factum.

PERFRETO, āre. Solin. cap. 40. Inter hæc vadosa classem Romanam impune accepimus perfretasse.

PERFRICO, ui, ctum, [ἐκτρίβω] āre. Fortiter fricare. Cic. 5. Verr. 62. Quum interea Apronius caput atque os suum unguento perfricaret. Columel. lib. 6. cap. 2. Deinde nares perfricato, ut hominem discant odorari.
Caput perfricare. Cic. in Pison. 61.
Dentes perfricuisse. Ovid. 3. de Arte Am. 216.
Perfricare faciem vel frontem. Mos est eorum, qui cum pudore aliquid agunt, ut faciem perfricent, vel frontem, natura ipsa ad id impellente, quasi ad abigendum sanguinem qui ex præcordiis ad faciei superficiem confluit. Hinc ortum est proverbium, ut quoties dicere volumus nos pudorem deponere, dicamus Perfricui faciem vel frontem. Plin. in Præfat. Perfricui faciem, nec tamen profeci. Martial. lib. 11. 28.
Aut quum perfricuit frontem, posuitque pudorem. Erasmus; Frons habita est antiquitus pudori sacra, & facies item: id quod & proverbio testatum est, quo dicunt pudorem esse in oculis. Inde frontem aut faciem proverbio perfricuisse dicuntur, qui pudorem omnem dedidicerunt, velut absterso manu a vultu pudore.
Os perfricare, Idem. Cic. 3. Tusc. 41. Quid tergiversamur, Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, quum os perfricuisti, soles dicere?

PERFRICATUS, a, um. Partic. Plin. lib. 28. cap. 10. Faucibus felis extrinsecus fimo perfricatis.

PERFRICTIO, PERFRIGEFACIO, V. PERFRIGEO.

PERFRIGEO, xi, [καταψύχομαι] ēre. Valde frigere. Martial. lib. 3. 18.
Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces. Juven. 7. Sat. 194.
Et, si perfrixit, cantat bene. [Videntur Præterita verbi sq.

PERFRIGESCO, [καταψύχομαι] ĕre. Valde frigidum fieri. Plin. lib. 31. cap. 6. Difficilius perfrigescunt marina calefacta. Sic Varr. 2. de R. R. cap. 9.

PERFRICTIO, ōnis. f. [περίψυξις] Plin. lib. 28. cap. 18. Sanat & vertigines, tremulos, opisthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones. Adde 23. 1: 23. 7. & 26. 12.

PERFRIGERO, [καταψύχω] āre. Idem quod Refrigerare. Plin. lib. 25. cap. 13. Omnium harum vis eadem, perfrigerare & astringere. Harduin. legit Refrigerare.

PERFRIGIDUS, a, um. Adj. [περίψυχρος] Cic. 6. Verr. 8. Erat hiems summa, tempestas, ut ipsum Sopatrum dicere audistis, perfrigida.

PERFRIGEFACIO, ĕre. Plaut. Pseud. 4. 7. 117.
Mihi quoque edepol jamdudum ille Syrus cor perfrigefacit.

PERFRINGO, ēgi, actum, [καταγνύμι, κατακλάζω, κατακλάω] ĕre. Valde, sive in totum frangere. Plin. lib. 5. Epist. 6. Campi, quos nonnisi, ingentes boves, & fortissima aratra perfringunt. Ter. Adelph. 2. 1. 12.
Quibus nunc sollicitor rebus, ne aut ille alserit,
Aut uspiam ceciderit, ac perfregerit
Aliquid.
Sic & Confringo, in Indice Histor. Cæsarum Francf. in Imago, Imagines Maximini confranguntur, & tamen ibi est Imagines perfregerunt. H. St. Capitol. in Gord. prior. cap. 9.
Penitus perfringere aliquid. Liv. 21. Idem, Proras. 42. 20. pr.
Aciem perfringere tenuem. V. ACIES.
Angustias omnes, omnes altitudines, omnium objecta tela vi & virtute perfringere. Cic. de Arusp. Respon. 49.
Colla perfringere bipenni. Valer. 1. Argon. 192. *Pourfendre.*
Domos. Tacit. 4. Hist. 1.
Olympum fulmine perfregit Juppiter. Ovid. 1. Met. 154.
Phalangem perfringere hostium. Cæs. 1. Bell. Gall. 25.
Portas vi. Lucan. lib. 3. 343.
Tempora perfregit fulvo protecta capillo. Ovid. 12. Met. 274.
Perfringere aliquem, pro Corrumpere. Cic. 3. Att. 13. Des operam ut uno impetu perfringatur.
Animos perfundere, non perfringere, Translate. Cic. de Clar. Orat. 38. Et suavis, sicut fuit, videri maluit, quam gravis: sed suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret. [I. e. Penetraret, fixis in animis aculeis cum delectatione. V. ibidem subjecta.
Conspirationem perfringere & labefactare bonorum. Cic. 4. in Catil. 22.
Decreta perfringere, leges, repagula juris. Cic. pro Milon. 87. Polluerat stupro sanctissimas religiones, Senatus gravissima decreta perfregerat. Idem 1. in Catil. 18. Tu non solum ad negligendas leges & quæstiones, verum etiam ad evertendas, perfringendasque valuisti. Sic 7. Verr. 38. Ut earum rerum vi & auctoritate omnia repagula juris, pudoris, & officii perfringeres.
Omnia perfregit ac prostravit cupiditate & furore. Cic. pro Cluent. 15.

PERFRINGENS, entis. Partic. [κατακλάζων] Lucret. lib. 5. 137.
— ut interdum validi vis incita venti
Perscindat nubem, perfringens impete recto.

PERFRACTUS, a, um. Partic. [κατακλασθεὶς] ut, Axe perfracto volvitur. Sil. lib. 16. 412.
Fores perfractæ. Tibull. lib. 1. 10. 56.
Ossa perfracta trinodi clava. Ovid. 4. Epist. 115.

PERFRACTE, Adv. [αὐθαδῶς] Obstinate. Cic. 3. Off. 88. Nimis mihi perfracte videbatur ærarium vectigaliaque defendere. Emendatius exemplar Præfracte legit. V. PRÆFRACTUS.

PERFRIO, āre. Conterere. Columel. 12. 38. Baccas albi generis myrti quam maturissimas legito & perfriato

PERFRIVOLUS, a, um. Adj. Vopisc. Aurel. cap. 6. Hæc video esse perfrivola.

PERFRUOR, uitus vel uctus sum, [ἀπολαύω] ui. In totum frui, seu Omnem fructum percipere. Cic. 1. de Fin. 57. Quum enim certe nihil homini possit melius esse, quam vacare omni dolore & molestia, perfruique maximis & animi & corporis voluptatibus.
Pasci, delectari, perfrui aliquibus rebus. Cic. in Pison. 45.
Amplexu alicujus. Ovid. 16. Epist. 214.
Auctoritate rerum gestarum, gloria, & sapientiæ laude perfrui. Cic. de Clar. Orat. 9.
Auctoritate testimonii alicujus, vel judicio benevolentiæ, vel suavitate ingenii. Cic. 5. Fam. 12.
Gaudiis. Cic. 5. Tusc. 72.
Otio. Cic. 7. Fam. 1.
Vita modica & apta virtute. Cic. 1. de Legib. 56.
Perfrui cum Accus. Cic. 1. Off. 25. Expetuntur divitiæ, cum ad usus necessarios vitæ, tum ad perfruendas voluptates.
Perfrui, in malam significationem. Ovid. 11. Epist. 128.
— mandatis perfruar ipsa patris. i. e. Faciam quod jussit pater. Jusserat autem pater ut se interficeret. Sunt qui legant,
— mandatum prosequar ipsa patris. Al. Persequar. V. not. Heins.
Perfructus sum, vel fui; præteritum antiquum a Perfruor. Lucret. lib. 3. 969.
Omnia perfructus vitaï præmia. i. e. Quum omnia perceperis præmia vitæ, &c.

PERFRUITIO, ōnis. f. August. de Quant. animæ cap. 33. Perfruitio veri & summi boni.

PERFUGIO, fūgi, fūgitum, [καταφεύγω] ĕre. Auxilii gratia ad aliquem confugere. Liv. 2. 9. pr. Jam Tarquinii ad Lartem Porsennam Clusinum regem perfugerant. Cic. 7. Verr. 124. Hic locus est igitur unus, quo perfugiant, hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum: quo quidem nunc non ita confugiunt, ut antea in suis repetendis rebus solebant.
Ad imperatores perfugere. Cic. pro Corn. Balb. 24.
In Capitolium, aliave urbis templa. Tacit. 3. Ann. 36.
In oppidum aliquod devium. Cic. in Pison. 89.

PERFUGIUM, i. n. [καταφυγή] Locus tutus, quo nos in vexatione, aut calamitate recipere contendimus: quamvis id non minus apud homines sit. Plaut. Cas. 3. 5. 3.
— nescio unde auxilii, præsidii,
Perfugii mihi, aut opum copiam comparem aut expetam. Cic. 12. Fam. 8. In meo Bruto, non solum ad præsens perfugium, si (quod nolim) adversi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis.
Commune perfugium, Domus. Cic. 4. in Catil. 2.
Paratum nobis perfugium & portum putemus, quo utinam passis velis provehi liceat. Cic. 1. Tusc. 118. De morte. Legitur & Profugium.
Perfugium & spes Reip. Cic. pro Rosc. Amer. 150. Unum perfugium, Judices, una spes reliqua est Sexto Roscio, eademque Reipublicæ, vestra pristina bonitas, & misericordia.
Fortunæ miseræ portus & perfugium alicujus, multumque jactatæ. Cic. pro Cluent. 7.
Laborum omnium & sollicitudinum perfugium somnus est. Cic. 2. de Divin. 150.
Salutis perfugium & præsidium. Cic. pro Rabir. 4.
Excludere aliquem a portu & perfugio. Cic. 5. Fam. 15.
Habere sibi perfugium. Lucret. lib. 5. 1185.
Intercludere perfugium fortunæ. Cic. 7. Verr. 132. Num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugium fortunæ, num casus bellicos exprobrare, aut objicere videor?
Præbent perfugium ac solatium adversis hæc studia. Cic. pro Arch. 16.
Uti perfugio, per translationem. Cic. (ad Fam.) Itaque utor eodem perfugio, quo tibi utendum censeo, litterulis nostris. Et 4. Verr. 101. Postremo illo desperatissimo perfugio uti posses, se imprudentem fecisse, existimasse id licere. Idem 3. Verr. 82.

PERFUGA, æ. m. [αὐτόμολος] Festus, Perfugam Gallus Ælius ait, qui liber, aut servus, aut hostis sui voluntate ad hostes transierit, qui idem dicitur Transfuga. Quanquam sint qui credant Perfugam esse, non tam qui alios fugiat, quam qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat. V. Gronov. ad Liv. 27. 15. Cic. 3. Off. 86. Quumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente, perfuga ab eo venit in castra Fabricii.
Cur de perfugis nostris copias comparant contra nos? Cic. in Orat. 223.

PERFUI, perfuisti, perfuit: præteritum a verbo Persum, sed præsens non reperi. Usus est autem hoc præterito Gell. lib. 2. cap. 18. Phædon Elidensis ex cohorte illa Socratica fuit, Socratique & Platoni perfuit familiaris, &c. [Immo tmesis est τῶ Perfamiliaris, interjecto verbo substantivo.

PERFULCIO, si, ultum, [καταστηρίζω] īre. Bene fulcire & roborare. Lucan. ad Pison. 86. aut quicunque est ille tandem, non indignus hoc nomine, ejus epistolæ auctor.
Eloquio sanctum modo perfulcire Senatum. al. Permulcere.

PERFULGIDUS, a, um. Adj. Mart. Capell. lib. 1.

PERFUNCTIO, PERFUNCTORIUS, PERFUNCTUS. V. PERFUNGOR.

PERFUNDO, ūdi, ūsum, [βρέχω, δεύω, καταβρέχω] ĕre. Per omnes partes fundere, conspergere. Cic. 3. Verr. 67. Aqua denique fervente a Rubrio ipso Philodamus perfunditur.
Repulsum foribus perfundit gelida. Hor. 2. Serm. 7. 91.
Fluviis perfundunt pecus magistri. Virg. 3. Georg. 446.
Artus perfundere rore. Ovid. 3. Met. 164.
Ensis perfunditur sanguine. Ovid. 7. Met. 396.
Penates sanguine perfundit. Ovid. 5. Met. 155.
Perfundi & Tingi, Translate. Senec. Epist. 36. Liberalia studia, non illa quibus perfundi satis est, sed hæc, quibus tingendus est animus.
Perfundere animum religione, per translationem, pro imbuere. Liv. 10. 38.
Animos perfundere suavitate, non perfringere. Cic. de Clar. Orat. 38. V. in PERFRINGO.
Animum voluptate. Cic. 4. Tusc. 20.
Oculum perfundere alicui, Suffusum reddere. Ulp. in l. Sed & si quemcunque. §. ult. D. Ad leg. Aquil. Sutor puero discenti, ingenuo, filiofamilias, parum bene facienti quod demonstratum erat, forma calcei cervicem ita percussit, ut oculus puero perfunderetur. Ita enim habent Pandectæ Florentinæ, & Haloander: quamvis nonnulli legant Perfoderetur.
Quempiam aceto. V. ACETUM.
Tecta perfundere auro, pro Deaurare. Senec. Epist. 116.

Perfudit me horror. Cic. 8. Att. 6. Dii immortales! qui me horror perfudit, quam sum sollicitus quidnam futurum sit.
Judicio perfundere aliquem, Cogere judicium subire, & causam dicere. Cic. pro Rosc. Amer. 80. Interim mihi videris, Eruci, una mercede duas res assequi velle, nos judicio perfundere, accusare autem eos ipsos, a quibus mercedem accepisti.
Jucunditate perfundi, Repleri. Cic. 2. de Fin. 6. & lib. 3.
Voluptatibus. Cic. 1. de Nat. Deor. 112. Quos odores adhibebis ad deos, ut eos perfundas voluptatibus?
Oratione duci, & quasi voluptate quadam perfundi. Cic. de Claris. Orat. 188.
PERFUNDENS, entis. Partic. [[illegible]] ut, Sol omnia perfundens convestit sua luce. Lucret. lib. 2. 147. Alii legunt Profundens.
PERFŪSUS, a, um. aliud Partic. [[illegible]] ut,
Baccho perfusus tempore multo. Tibull. lib. 1. 2. 3.
Coloribus omnigenis perfusa. Lucret. lib. 2. 820.
Cruore perfusus. Liv. 30. 28. Perfusum millies cruore Romano. De Annibale.
Dulcedine omni perfusi sensus moventur. Cic. 2. de Fin. 114.
Frigore æterno leti corpus perfusum. i. e. Mortuum. Lucret. lib. 4. 922.
Fuco gloria perfusa. Ovid. 1. Fast. 303.
Lacrimis perfusus Achilles. Ovid. 5. Fast. 407.
Lepore perfusa. Lucret. lib. 4. 80.
Metu ultimi supplicii perfusus. Liv. 9. 16.
Ostro vestes perfusæ, Tinctæ. Virg. 5. Æn. 112.
Pulvere immundo canities perfusa. Virg. 12. Æn. 611.
Sanguine fratrum perfusi. Virg. 2. Georg. 510.
Sanguine currus perfusi. Virg. 11. Æn. 88.
Sanguine terra perfusa. Ovid. 1. Met. 157.
Tempestati belli perfusus pectore Mars. Stat. 3. Theb. 229.
PERFŪSE, Adv. Sisenna apud Non. 4. 21. Perfuse atque abunde semper usi.
PERFŪSIO, ōnis. f. [[illegible]] Plin. lib. 18. cap. 7. Italia sine perfusione cultum ie subtilem formam molit.
PERFUSŌRIUS, a, um. Adj. Seneca Epist. 23. Voluptas perfusoria. i. e. quasi Exterius adspergens, non penetrans animum.
Assertiones perfusoriæ, i. e. Obscuræ, non claræ & liquidæ. Suet. Domit. cap. 8. pr.
PERFUSORIE, Adv. Confuse, obscure, & non plane exprimendo. Scævola in l. Qui libertatis. §. Sed & D. de Evict. Sed & si quis in venditione statu liberum perfusorie dixerit, conditionem autem libertatis celaverit, empti judicio tenebitur, si id nescierit emptor. conf. PERFUNCTORIE, in v. seq.
PERFUNGOR, functus sum, [[illegible]] fungi. Ad extremum obire munus, & strenue operam navare, ut ait Bud. Cic. pro Cluent. 116. Aut quod se perfunctos jam esse arbitrantur, quum de reo judicarunt, negligentius attendunt cetera. Ter. Hec. 4. 2. 18.
Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum: satias me jam tenet Studiorum istorum.
Perpeti & perfungi. Cic. 2. Fam. 9.
Bello fatali perfungi. Cic. pro Marcell. 31.
Cura perfungi. Liv. lib. 26. 17. pr.
Molestia propria perfungi. Cic. 5. Fam. 12.
Munera quodam necessitatis & gravi opere perfungimur, dum sumus inclusi in his compagibus corporis. Cic. de Senect. 77.
Periculis aliquibus perfungi. Cic. pro Muren. 4.
PERFUNCTUS, a, um. Partic. [[illegible]] ut, Perfunctus Consulatu, honoribus, &c. Cic. 1. Fam. 8. Quum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus.
Fato perfunctus. Liv. 9. 1. i. e. Mortuus.
Laboribus perfunctus. Cic. pro Domo, 134. Quos memoriæ proditum est ab ipso Hercule, perfuncto jam laboribus, sacra didicisse.
Parva perfunctus apella. Lucret. lib. 1. 1107.
Perfunctus a febri. Varr. 2. de R. R. cap. 4. i. e. Liberatus.
Perfunctus, cum accusativo. Lucret. lib. 3. 981.
Omnia perfunctus vitai præmia marces. Alii Perfructus.
PERFUNCTIO, ōnis. f. [[illegible]] Cic. 3. de Orat. 7. Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctione, &c. Idem 1. de Fin. 49. Nam neque laborum perfunctio, neque perpessio dolorum per se ipsa allicit, nec patientia, nec assiduitates, &c.
PERFUNCTŌRIUS, a, um. Adj. ut, Opera perfunctoria. Budæus in prior. annotat. Proinde perfunctoriam istam operam magis quam justam plenamque profitemur. Hinc
PERFUNCTORIE, Adv. Ulpian. in l. Aut qui. D. Quod vi aut clam, Neque perfunctorie aut obscure dicere, aut denuntiare debet. i. e. Non bona fide, nec ex animo, nec justa denuntiatione, ut quum dicimus Rogatus rogo. Bud. Hoc tamen in loco Haloander legit Perfusorie, non Perfunctorie. Pandectæ etiam Florentinæ habent Perfusorie. V. VICIS causa, & Perfusorius in PERFUNDO.
Implere officium debitum perfunctorie. Papin. in l. Propter. D. de Senatusc. Silan. Hæredibus qui non perfunctorie debitum officium impleverant, &c. Pandectæ Florent. habent Defunctorie.
Verberare non perfunctorie. Petron. cap. 21. extr.
PERFŪRO, [[illegible]] ĕre. Lucret. lib. 1. 276.
— ita perfurit acri
Cum fremitu. i. e. Vehementer furit. De vi & impetu ventorum. Virg. 9. Æn. 343.
— incensus & ipse Perfurit.
PERFUSORIE, PERFUSIO, PERFUSUS. V. PERFUNDO.
PERGA, æ. f. [Πέργη] Oppidum in Pamphylia, a quo Diana Pergæa, propter templum illi dicatum. Pomponius Mela lib. 1. cap. 14. in descriptione Pamphyliæ.
PERGÆUS, a, um. Adj. [Περγαῖος] ut Diana Pergæa Melæ d. l. quæ Περγαία Ἄρτεμις Steph.
PERGĂMUM, i. n. [τὸ Πέργαμον] Minoris Asiæ insignis civitas, quæ sub Attalicis regibus diu fuit fortunata, & thesauros servabat Lysimachi Agathoclis filii, qui unus fuit ex successoribus Alexandri. Hæc Strab. lib. 13. Alias dicitur
PERGĂMUS, i. m. [Πέργαμος] Clarissima urbs Asiæ, vel Troadis, quam Silenus fluvius intermeat, a qua Claudius Galenus ille insignis medicus ortum duxit.
Pergamus etiam urbs Troja vocatur. Frequentius tamen plurali n. PERGĂMA, orum, Virg. 1. Æn. 655.
Pergama dum peteret. Pergama autem proprie sunt Trojanæ arces: unde κατ᾽ ἐξοχὴν Arces omnes Pergama dicuntur: ut Poetam dicimus, & intelligimus Virgilium. Hæc Serv. in illud 2. Æn. 553.
— Trojam incensam & prolapsa videntem
Pergama.
Trojai Pergama. Lucret. lib. 1. 477.
Nec clam durateus Trojai Pergama partu
Inflammasset equus, &c. Sic reposuit, & recte, Lambinus, quum ceteri codices Trojanis legerent. [V. Voss. Inst. or. p. 2. pag. 137. & Suid.
Eversa Pergama. Virg. 2. Æn. 371.
Lavinia. Sil. lib. 13. 64.
Jam Phryx condebat Lavinia Pergama victor,
Armaque Laurenti figebat Troica luco. Sic vocat Lavinium oppidum ab Ænea conditum.
Neptunia. Ovid. 3. Epist. 131.
Teucria. Sil. lib. 13. 37.
PERGAMĒUS, a, um. Adj. [Περγάμειος] ut, Gens Pergamea. Virg. 6. Æn. 63.
Arces. Virg. 3. Æn. 110.
Ruinæ. Virg. 3. Æn. 476.
Vates Pergamea, Cassandra. Propert. lib. 4. 2. 31.
PERGAMĒNUS, a, um. aliud Adj. [Περγαμηνὸς] Cic. pro Flacco, 74. Num honestior est civitas Pergamena, quam Smyrnæ? Et 76. Annos jam triginta in foro versaris, sed tamen Pergameno.
Jurisdictio Pergamena. Plin. 5. 30.
Naves Pergamenæ. Nepos 11. 5.
PERGAMENA, æ. f. [Περγαμηνὴ] absolute pro Charta sive Membrana Pergamena dicitur. Isidor. 6. 11. Pergameni reges cum charta indigerent, membranas primo excogitaverunt. Unde & Pergamenarum nomen hucusque, tradente posteritate, sibi servatum est, &c. conf. Plin. 13. 11. & Suid.
PERGASA, æ. [Περγασὴ] Vicus est agri Attici in tribu Erechtheide, teste Stephano.
PERGAUDEO, gāvīsus sum, [[illegible]] ēre. Vehementer gaudere. Cic. 3. Q. frat. 1. Trebonium meum a te amari, teque ab illo, pergaudeo.
PERGIGNO, [[illegible]] ĕre. Idem quod simplex Gignere. Catul. 65. 89.
Quales Eurotæ pergignunt flumina myrtos. Al. Progignunt rectius.
PERGO, perrexi, perrectum, [[illegible]] ĕre. Iter facere, ire. Ter. Adelph. 4. 2. 48. Sed cessas ad eum pergere?
Pergit huc. Ter. Eun. 2. 1. 22. Idem Hec. 3. 4. 36. Horsum pergunt.
Pergere & pervenire aliquo. Cic. ad Brut. 10. Quanquam dolebam in eam me urbem ire, a qua tu fugeres, qui eam liberavisses: quod mihi quoque quondam acciderat, periculo simili, casu tristiore: perrexi tamen, Romamque perveni.
Perge ire ad Phavorinum. Gell. lib. 14. cap. 2. Liv. 22. 33. Pergit deinde ire, sequentibus paucis, in hospitium Metelli. i. e. Incipit ire, inquit Bud. Cic. 1. de Divin. 26. Qui quum ex itinere quodam proposito & constituto revertisset, aquilæ admonitus volatu, conclave illud, ubi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. conf. infra.
Pergo tendere aliquo. Virg. 6. Æn. 198.
Obvium pergere alicui. Auct. ad Herenn. lib. 4. 65.
Domos pergunt eorum, apud quem quisque servierat. Liv. 2.
Iter pergere. Ter. Hec. 1. 2. 119.
Iter pergere ambitione ac periculis vacuum. Tacit. 4. Ann. 20.
Viam aliquorum dierum in Macedoniam, ad Planciumque perrexi. Cic. pro Planc. 98. V. VIA.
Ad litora pergens. Sil. lib. 7. 171.
Per mare pergere. Cic. 3. de Nat. Deor. 64. Neptunum esse dicis animum cum intelligentia per mare pergentem. Alias Pertinentem.
Pergere, pro Prætermittere. Cic. 3. Att. 20. Sed pergo præterita.
Pergere, Prosequi, perseverare, procedere. Ter. Adelph. 2. 1. 27.
Nam si molestus pergis esse, jam intro arripiere. Cic. de Amicit. 32. Tu vero perge, Læli: pro hoc enim qui minor est natu, meo jure respondeo.
Pergam atque insequar longius. Cic. 3. Verr. 31.
Ut facitis, pergite adolescentes. Cic. 1. de Orat. 34.
Eadem via pergere, qua ceteri. Cic. 1. de Divin. 123.
Ordine perge quatuor mihi istas partes explicare. Cic. in Partit. 28.
Ordine suo cuncta pergunt. Valer. 1. Argon. 521.
Conficere iter reliquum pergas. Cic. 2. de Orat. 290.
Disponere carmina pergam. Lucret. lib. 3. 421.
Exstinguere juvenem pergit. Valer. 1. Argon. 31.
Proficisci ad instituta pergemus. Auctor ad Heren. lib. 3. 1.
Scribere quæso perge. Cic. 10. Att. 20.
Tenere viam, quam instituisti, perge. Q. Cic. de Petit. Cons. 42.
Si pergis, per parenthesin. Liv. 2. 40. De his videris: quos (si pergis) aut immatura mors, aut longa servitus manet.
Ad cetera perge. Cic. 2. de Legib. 68. Nos vero, frater, & copiose quidem: sed perge ad cetera.
In maledicta pergere. Cic. 13. Philip. 40. Pergit in mea maledicta: quasi vero ei pulcherrime propria processerint.
Perge quo cœpisti. Cic. in Catil. 1. 10. Quæ quum ita sint, Catilina, perge quo cœpisti. Subaudi Ire, vel Tendere.
Perge porro hoc idem interdictum sequi. Cic. pro Cæcin. 59. Et 4. de Fin. 75. Perge porro: sequentur enim quæ tu scientissime complexus es.
Perge reliqua: gestio scire ista omnia. Cic. 4. Att. 10.
Pergite animo forti Lacedæmonii, hodie apud inferos fortasse cœnabimus. Cic. 1. Tusc. 100.
Pergere, Agere. Virg. 6. Ecl. 13. Pergite Pierides. Festus.
Pergere, Festinare. Ter. Phorm. 1. 4. 17.
Domum ire pergam, ibi plurimum est. Sic mox, conf. supra.
Cursim ad aliquos pergere. Cic. 5. Tusc. 13.
Credo non dubio perge. Senec. Thyest. 5.
Protinus pergere & properare Romam. Cic. 1. Q. frat. 6.
Pergere, Conari. Ter. Phorm. 5. 6. 27.
— hoc ubi ego audivi, ad fores
Suspenso gradu placide ire perrexi: accessi, astiti.
Perge in virum. Plaut. Men. 4. 2. 47.

Pergin'?

Pergio'? Comicum, pro Pergisne? Plaut. Amphit. 1. 1. 193. Pergin' argutarier? Quasi dicat, Non cessabis?

Pergor, Passivum. Tacit. de German. 42. pr. Eaque Germaniæ velut frons est, quatenus Danubio pergitur. Quo tamen in loco putaverim potius verbum esse Impersonale. conf. Non. 11. 27.

PERGENS, entis. Partic. ut, Neptunus per mare pergens. Cic. 3. de Nat. Deor. 64. Uno animo pergentes. Sallust. Fragm. cap. 22.

PERRECTUS, a, um. aliud Partic. Apul. 2. Met. p. 225. Elm. Perrectis oculis & obarmatis ad vigilias. Alii legunt Perfrictis emendatius.

PERGLISCO, ĕre. Plene gliscere. Columel. 8. 7. Gallina, quæ prima luna saginari cœpta, vigesima perglisci.

PERGNĀRUS, a, um. Adj. Apul. Apol. p. 290. Elmenh. Magiam artem esse diis immortalibus acceptam, colendi eos & venerandi pergnaram.

PERGRĂCĬLIS, e. Adj [κατίλιπτος] Valde gracilis. Plin. lib. 25. cap. 13. Longiore caule, sed pergracili.

PERGRÆCOR, [κωμάζω, ὑπερελληνίζω] āri. Epulis & potationibus inservire, inquit Festus. Metaphora sumpta a Græcorum moribus. Plaut. Bacch. 4. 7. 14.

Propterea hoc facio, ut fusdeas gnato meo,
Ut pergræcetur tecum, ter venefice. Quid sit Pergræcari, ipsa

Plauti verba satis indicant in Mostell. 1. 1. 21.

Corrumpe herilem, (filium) adolescentem optimum:
Dies noctesque bibite, pergræcamini,
Amicas emite, liberate, pascite
Parasitos, obsonate pollucibiliter.

PERGRANDIS, e. Adj. [παμμεγέθης] Plaut. Pers. 4. 3. 23. Cic. 6. Verr. 6. Erat etiam vas vinarium, ex una gemma pergrandi trulla excavata, cum manubrio aureo.

Natu pergrandis. Liv. 29. 29.

Vectigal pergrande. Cic. pro Lege Agrar. 1. 10. Jubet eosdem Decemviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere.

PERGRANDESCO, ĕre. Accius apud Non. 2. 358. Fruges prohibet pergrandescere.

PERGRĂPHĬCUS, a, um. Adj. [πάνυ γραφικός] Ad unguem factum, absolutum, & quasi pictoris manu expolitum. Plaut. Trin. 5. 2. 15.

Modo mihi advenienti nugator quidam accessit obviam,
Nimis pergraphicus sycophanta. h. e. Lepidus.

PERGRĀTUS, a, um. Adj. [ἐπίχαρις, πολυθυμήρης] Admodum gratus. Cic. de Amicit. 16. Pergratum mihi feceris, spero item Scævolæ, si (quemadmodum soles de ceteris rebus, quum ex te quæruntur) sic de amicitia disputaris quid sentias. Idem 3. Q. frat. 1. Id mihi pergratum, perque jucundum erit. Et 5. de Fin. Sed mehercule pergrata mihi oratio tua.

Inter Per & Gratum, interponitur aliquando dictio, quod elegantem vim habet. Cic. 1. Att. 17. Per mihi, per, inquam, gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, &c. Eidem lib. 5. 20. Per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. conf. in PER, ad fin.

PERGRĂVIS, e. Adj. [πολυβαρής] Valde gravem significat. Cic. pro Sext. 107. Hujus oratio & pergravis & grata concioni fuit.

Testes pergraves. Cic. pro Cœl. 63.

PERGRAVĬTER, Adv. [πολυβαρέως] Admodum graviter. Cic. 1. Att. 8. Hoc te intelligere volo, pergraviter illum esse offensum. Idem 1. de Orat. 227. Idemque Ser. Galbam, quem hominem probe nosse & commeminisse se ajebat, pergraviter reprehendere solebat, quod is &c.

PERGŬLA, æ. f. [στοά] Locus apertus a multis lateribus aerem excipiens, aliquando extra parietem porrectus, & modo tectus, modo sub dio expositus. Dicta a pergendo, quod in ea deambulare soleamus: forumque, aut hortum, aut nemora, aut plateas, aut vias prospectare: ut ait Perottus. Budæus autem, Pergula, pars est domus exporrecta & propendens. Plin. lib. 35. cap. 10. de Apelle, Perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia quæ notarentur, auscultabat, vulgum diligentiorem judicem, quam se præferens.

Curta pergula. Propert. 4. 5. 67.

Atque animam in tegetes putrem exspirare paternas,
Horruit algenti pergula curta foco. Beroaldus legit Pertica:

sed ex veteri scriptura sic restituit Turnebus, nec sine ratione. Nam pauperes quibus cella non erat, nec domos, interdum in pergulis habitabant, in quibus etiam vilissima scorta, & omnium libidini prostituta merebant. Plaut. Pseud. 1. 2. 79.

Te ipsam culleo ego cras faciam deportere in pergulam. Sic &

Crassitius libertinus pauper grammaticus, cui per inopiam habendæ in ædibus scholæ potestas non erat, docuit in pergula. Sueton. de Gramm. 18. [Sed V. ad Propert. Broeckhof. de vera lectione, & quæ infra sq.

Magistrales pergolæ, i. e. Scholæ; Vopisc. in Saturn. cap. 10. In Africa Rhetoricæ operam dederat, Romæ frequentaverat pergulas magistrales. Suet. de Grammat. cap. 18. Hic initio circa scenam versatus est, dum mimographos adjuvat: deinde in pergula docuit, &c.

In pergula quoque mos erat æstivo tempore cœnare. Juven. 11. Sat. 137. de cœnis divitum loquens,

Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula. Calepinus Pergulam hic interpretatur Ordinem, & cœtum ministrorum obedientium structori.

Pergula, omnino Locus est accommodatus exponendis venalibus rebus. Ulp. in l. Hæres, De judiciis, At si quo constitit, non dico jure domicilii, sed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, seu officinam conducens, ibique distraxit vel egit: defendere se ex loco debebit.

Pergula, in navi, dicitur Excursus per totam navim, & alio nomine Porticulus appellatur. Perottus. V. Scheff. de Mil. Nav. in Add. 131. 27.

Pergula, in vineis, Topiarium opus significat. Columel. lib. 11. cap. 2. Si quæ pergulæ vitium generosarum, a putatoribus relictæ sunt, ante Calendas Apriles utique deputari debent. Idem lib. 4. cap. 21. Illa enim pergulæ magis quam vineæ figuram obtinet, quæ supra hunc modum materiis distenditur. [Videtur Pergulæ vox πέλημμα esse. Gloss. Lat. Gr. Pergula, Μετώμη, Υπερῷον, Ὀροφή, Στιβάς οἰκήμα. Pars autem superior domus fuit, ut hæc synonyma indicant, quo minus mirandum pauperculis attributam fuisse. V. Juvenal. Sat. 3. v. 200. seq. Suet. Vitell. 7.

PERGULĀNUS, a, um. Adj. ut, Pergulana vitis, Quæ pergulis adjungitur, & sustinetur. Columel. lib. 3. cap. 2.

PERGUS, i. m. Lacus Siciliæ apud Ennam urbem, ubi Proserpina a Plutone rapta dicitur. V. Ovid. 5. Met. 386.

PERHAURIO, īre. Apul. 10. Met. p. 246. Elmenh. Calicem uno haustu perhausi. V. etiam Tertul. ad Nation. 1. 15. extr.

PERHĬBEO, ui, [φημί, λέγω] ēre. Dicere & affirmare. Columel. lib. 4. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Ter. Adelph. 3. 4. 58.

Tam maxime vos æquo animo æqua noscere
Oportet, si vos vultis perhiberi probos. h. e. Si vultis dici probl.

Nostri cælum, Graji perhibent æthera. Pac. ap. Cic. 2. de Nat. Deor. 91.

Ut perhibent. Cic. in Arato, 451.

Cum quibus (ut perhibent) ausa est contendere forma.

Claro nomine aliquem perhibere. Cic. 2. de Nat. Deor. 109.

Optimum aliquem. Cic. 2. de Divin. 12. Ex poeta.

Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum.

Honorem perhibere. Plin. lib. 19. cap. 4. Virgilio quoque confesso, quam sit difficile verborum honorem tam parvis perhibere.

Testimonium perhibere, quod & Ferre dicitur. Varro 2. de R. R. cap. 5. Tu vero, Muti, veni mihi advocatus, dum asses solvo Palilibus, si postea a me repetant, ut testimonium perhibere possis.

Verba perhibere. Plaut. Asin. 1. 3. 36.

Si ecastor nunc habeas quod des, alia verba perhibeas. h. e. Longe aliud diceres.

Perhiberi, passivum. Cic. 1. Tusc. 28. Eademque famæ celebritate Tyndaridæ fratres, qui non modo adjutores in præliis victoriæ Pop. Rom. sed etiam nuntii fuisse perhibentur. Virg. 2. Georg. 238.

Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara.

Perhibere, pro Exhibere & offerre. Quintil. lib. 1. cap. 2. Quia Latinus sermo, qui pluribus in usu est, vel nolentibus nobis se perhibet. Alii legunt, Se præbet. Cic. 1. Att. 1. In causa universorum creditorum, hominum præsertim amplissimorum, qui sine eo (subaudi Patrono) quem Cæcilius suo nomine perhiberet, &c. h. e. Exhiberet. Nisi forte & hic legendum sit, Præberet.

Perbibere, Dare. Plaut. Pseud. 1. 2. 49.

Cur ego vestem, aurum, atque ea quibus est vobis usui, perhibeo?
Castigati codd. habent Præhibeo, unde verbum contractum est Præbeo.

PERHIBENDUS, a, um. Partic. [φατός] Cic. 5. Fam. 12. Nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt.

PERHIĔMO, āre. Per hiemem manere. Columel. 11. 3. Sulcos vacuos perhiemare patiemur.

PERHĬLUM, Adv. ex Per & Hilum, [πάνυ ὀλίγον] Perpaulum. Lucret. lib. 6. 575.

Hac igitur ratione vacillant omnia tecta,
Summa magis mediis, media imis, ima perhilum. De terræ motu. [Sed rectius divise scribes Per hilum.

PĔRHŌNESTUS, a, um. Arnob. 2. p. 76. Sint licet perhonesti, fuerint laudabiles.

PĔRHŌNŌRĬFĬCUS, a, um. Adj. [πολυτίμητος] Valde honorificum significat. Cic. 2. Att. 18. Consalutatio forensis perhonorifica: signa præterea benevolentiæ permulta a nobis impertiuntur.

PERHONORIFĬCE, Adv. [πολυτιμως] Cic. 14. Att. 12. Hic perhonorifice & amice Octavius, quem quidem sui Cæsarem salutabant.

PĔRHORREO, ēre. sive potius PERHORRESCO, [μεγάλως φρίττω] ĕre. Cic. 9. Att. 4. Sed genus belli crudelissimi & maximi, quod nondum vident homines quale futurum sit, perhorroi. Eidem lib. 13. 25. Sed quid est tandem quod perhorrescas?

Inter Pertimescere & Perhorrescere. Cic. 6. Verr. 78. Hanc tu tantam religionem si tum in imperio propter cupiditatem atque audaciam non pertimescebas, ne nunc in tanto tuo, liberorumque tuorum periculo perhorrescis?

Clamore perhorruit Ætna. Ovid. 13. Met. 877.

Corpore toto perhorrescere & commoveri animo. Cic. 1. Verr. 41.

Recordatione rei alicujus. Cic. in Pison. 45. Qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa Consulatus vestri perhorrescat.

Æquor latum perhorruit. Ovid. 6. Met. 204.

Bosphorum navita perhorrescit. Hor. 2. Carm. 13. 15.

Cumque perhorruerit casus pars maxima nostros. Ovid. 5. Trist. 9. 15.

Dissolutionem naturæ valde perhorrescere. Cic. 5. de Finib. 31.

Lamentationem matrumfamilias, tum fugam virginum ac puerorum perhorrescere. Cic. 4. in Catil. 12.

Memoriam alicujus diei. Cic. 13. Philip. 31.

PĔRHORRĬDUS, a, um. Adj. [πολυφρικώδης] Valde horridus Liv. 22. 16. Pœnus contra intra Formiana saxa, ac Linterni arenas, stagnaque perhorrida situ hibernaturus erat.

PĔRHOSPĬTĀLIS, e. Adj. [πολυξενος] Cic. 6. Verr. 3. Hujus domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certe, & nostris hominibus apertissima, maximeque perhospitalis.

PĔRHŪMĀNUS, a, um. Adj. [πάνυ φιλάνθρωπος] Cic. 2. Q. frat 5. Multomque is mecum sermonem habuit, & perhumanum de discordiis mulierum nostrarum.

PERHUMANĬTER, Adv. Idem. Cic. 7. Fam. 8. Scripsit ad me Cæsar perhumaniter.

PĔRI, [περὶ] Præpositio Græca, quæ modo De, modo Ultra, modo Circum significat: a qua quoniam multa per compositionem fiunt, eam non omittendam censuimus.

PERIACTI, orum. pl. [περίακτοι] Machinæ versatiles ad scænarum mutationes, apud Vitruv. 5. 7. V. Bald. Lex. Vitruv. p. 81.

PERIAMBUS, i. m. [περίαμβος] Pes constans duabus syllabis brevibus, qui & Pyrrhichius dicitur. Quintil. 9. 4.

PĔRIANDER, dri. m. [Περίανδρος] Corinthiorum rex, unus e septem sapientibus, Cypselo patri in regno successit: regnavit annos quadraginta. Crudeliter & in magna suspicione agebat, stipatus semper militibus, otiosos in foro & oscitantes usque formidans. Quapropter assidue erat in bellis, navalibus præsertim. Dicitur & Isthmum voluisse perfodere, & uxorem adeo dilexisse, ut etiam cum mortua concubuerit. Scripsit ὑποθήκας, id est humanæ vitæ præcepta. Hæc fere Suidas. Vitam ejus accuratius scripsit Laërtius Diogenes, q. V.

PERIAS, adis. [Περιάς] Oppidum in Eubœa ad Cerinthum. Strabo. lib. 10. pr.

PERIBARIDES, [περιβαρίδες] Calceamenta muliebria, præcipue famularum, ex Polluce lib. 7. cap. 22. ex auctoritate Cephisodori in Trophonio.
PERIBLEMA, [περίβλημα] positum Polluci inter Vestimenta communia virorum, lib. 7. cap. 13. ubi Gualtherus Amiculum vertit. Lexicon autem vetus interpretatur Sagulum, & Pallium quod circumjicitur corpori.
PERIBŒA, æ. f. [Περίβοια] Eurymedontis gigantis filia fuit, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit Alcinoi patrem. Auctor Homerus 7. Odys.
PERIBŎETOS, i. c. [περιβόητος] & n. Periboeton, Græci Celebre, famigeratumque dicunt. Plin. lib. 34. cap. 8. de operibus ex ære, Item Catagusan, & Ebrietatem, & Liberum patrem, nobilemque una Satyron, quem Græci periboeton cognominant.
PERIBŎLUS, i. m. [περίβολος] Latine Ambitus, a περιβάλλω, Ambio, Circumdo. Capitur pro Septo & corona murorum, vel domus, quæ fit ne quis delabatur: quæ Lorica, loriculave alio nomine dicitur. Usus est vulg. Interp. Ezech. 42. 7.
PERIBŌMIUS, i. m. Archigallus cinædus apud Juven. 2. Sat. 16.
PERICARDION, i. n. [περικάρδιον] Membrana est cor circumquaque amplectens, tantum ab eo distite, tantumque spatii vacui omni ex parte relinquens, quantum ad cordis diastolen est necessarium. Vulgus Capsulam cordis appellat. Galen. de Dissect. venar. lib. singul.
PERICARPIUM, i. n. [περικάρπιον] est Involucrum seminis, quo illud ambitur: & adversus cæli animaliumque injurias defenditur, ut in frugibus spica, in castaneis, echinus.
Est item Pericarpium, Ornamentum brachii, cingens juncturam illam, qua summa manus cubito jungitur, quam Anatomicæ rei periti Græco vocabulo [illegible] appellant. Ex Polluce lib. 5. cap. 16.
PERICARPUM, i. n. [περίκαρπον] Bulbi genus est. Ejus duæ sunt species, cortice rubro alterum: alterum nigro, papaveri simile. Utrumque habet vim excalfaciendi: unde & contra cicutam datur. Plin. lib. 25. cap. 10.
PERICIONIUS, i. m. [Περικιόνιος] Bacchus cognominatus, cujus cum alii meminere, tum ei in primis Orpheus hymnum concinuit, adolens aromata. Lilius Syntag. 8.
PERICLĒS, is. m. [Περικλῆς] Atheniensis clarus auctoritate & eloquentia, quem Olympium poetæ comici vocant, quod tonare in concionibus ac fulmen ciere videretur. Habuit in administratione Reipub. adversarium Thucydidem Milesium, virum nobilem ac potentem. Suggestum ascensurus, diis vota faciebat, ne verbum se imprudente, aut invito effueret, quod ad Rempub. minus pertineret. Periclis etiam meminit Cic. in Brut. 25. Et 1. de Off. 144. Meminit & Quintil. lib. 11. cap. 2. & lib. 1. cap. 18. Item lib. 12. cap. 8. & 10. Et lib. 3. cap. 1. ubi multa de eo reperias.
Periclea apud .... libri 12. cap. 10. pag. 3. Sic Pythoclea & Idomenea apud Senecam. Vide epist. 2. ad Dalech. H. St. Prior auctor, cujus nomen culter abstulit, est sine dubio Fabius, apud quem d. l. exstat p. 1091. Burm.
PERICLITOR, V. PERICULUM.
PERICLYMĔNOS, i. m. sive PERICLYMĔNON, i. n. [περικλύμενον] herba, quæ Latinis Volucrum majus appellatur; vulgo Caprifolium sive Matrissilva, aut mater silvarum. Plin. lib. 27. cap. 12. Periclymenos fruticat & ipsa, ex intervallo duo folia habens, subcandida, mollia.
PERICLYMĔNUS, i. m. [Περικλύμενος] Filius Nelei, & frater Nestoris & Chromii, teste Homero lib. 11. Odysseæ, qui ab Hercule in bello interemptus fuit. Huic a Neptuno avo concessum omnia fieri: sive in ursum, sive formicam, sive apem se vertere, ut Apollonius, & item Hesiodus poetæ testantur. Ovid. 12. Met. 556.

> Mira Periclymeni mors est: cui posse figuras
> Sumere quas vellet, rursusque reponere sumptas
> Neptunus dederat, Nelei sanguinis auctor. &c.

Nelides Periclymenus. Valer. 1. Argon. 388.
PERICŎPE, es f. [περικοπή] Amputatio, vel concisio. Hieronymus ad Pamma. Aut si tu quoque parem contraxeris, illam Apostoli περικοπὴν, in qua de virginitate & de nuptiis disputat, aliter differere compelleris. Gloss. Gr. Lat. Περικοπή, Amputacio. Sed hic videtur idem ac Periocha. conf. Suid. & Thes. Gr. Steph.
PERICRANION, i. n. [περικράνιον] Membrana est tenuis & nervosa, sub capitis cute, ex crassa meninge nascens, totumque cranion extrinsecus ambiens, unde & nomen accepit. Galen. in libro, [illegible].
PERĪCŬLUM, contracte PERICLUM, i. n. [κίνδυνος, ἀκίνδυνος] a Perior obsoleto deducitur; & Salutis discrimen significat. V. Becmann. Orig. p. 910. & Voss. Etym. p. 34. Virg. 3. Æn. 367.

> Obscœnamque famem, quæ prima pericula, vito.

Ut a Redimere, Redimiculum. H. St.
Periculum, in utramque partem, bonam & malam, dicebatur: unde & Bonum periculum dici reperimus. Apulejus in Apolog. Possem equidem bono periculo, vel his dictis contentus, perorare. Annotavit Turneb. 17. 15. [i. e. Nullo periculo.
Dulce. Hor. 3. Carm. 25. 18.
Periculum in. Ter. Hec. 3. 1. 46.

> Nam si periculum ullum in te est, perisse me una haud dubium est.

Periculo meo, tuo, suo. Plaut. Capt. 2. 2. 99.

> Ne vereare, meo periculo, hujus ego experiar fidem.

Cic. 3. Verr. 15. Nihil est jam quod in hac causa peccare, Judices, quisquam, nisi vestro periculo, possit.
Sine tuo periculo. Cic. 1. Verr. 27.
Suo periculo esse, alicui rem aliquam scribere. Cic. 6. Att. 1.
Suo periculo versari in aliqua re. Cic. 7. Verr. 59.
Sapere alieno periculo. Plaut. in Mercat. 4. 7. 40. suppos. Feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit.
Casus periculorum. Catul. ad Furium, 23. 11.
Comites discriminum periculorumque dii. Cic. 2. de Nat. Deor. 166.
Consors pericli. Senec. Agam. 13.
Expers periculi. Cic. 4. Fam. 15.
Metuens pericli. Virg. 5. Æn. 716.
Opportuna periculis corpora, opponit Tutis. Cels. lib. 2. cap. 1. Qualia corpora maxime tuta, vel periculis opportuna sint.
Animosa pericula. V. ANIMUS.
Aperta. V. APERIO.
Capitale. V. Capitalis, in CAPUT.
Dubia. Lucret. lib. 3. 55. Aptissimo epitheto Pericula dubia appellavit, quia incertum est utrum quis ex iis salvus evadere possit, necne. Sic dicimus, In dubiis rebus: sic, Dubia tempora, & Dubii casus, apud Horatium. conf. DUBIUS.
Dura. Hor. 1. Serm. 2. 40.
Garrula. Juven. 12. Sat. 82. de tonstrina,

> — gaudent ubi vertice raso,
> Garrula securi narrare pericula nautæ.

Garrula, ab affecto: h. e. Quæ non sine magna garrulitate referuntur, & nautas garrulos faciunt.
Matura. Claud. 2. in Ruff. 15.
Metuenda. Hor. 2. Epist. 1. 136.
Abesse a periculo. V. ABSUM.
Accedere periculum, & ad periculum. V. ACCEDO.
Accedere cum periculo ad flammam. V. CUM.
Adducere in. Cic. 7. Philip. 1. Adducta est, P. C. res in maximum periculum, & extremum pæne discrimen.
Adire. V. ADEO, ire.
Afferre alicui, Nuntiare. Cic. 1. Off. 154. Si ei tractanti contemplantique res cognitione dignissimas, subito sit allatum periculum, discrimenque patriæ.
Affici animo improvisis periculis. Cic. pro Muren.
Amoliri. V. AMOLIOR.
Arcere aliquem periclis. Virg. 8. Æn. 73.
Arcessere in periculum. V. Arcesso, in ARCEO.
Cedere periculo. V. CEDO.
Circumstant te pericula. Virg. 4. Æn. 561.
Committere se periculo mortis. V. COMMITTO.
Communicare amici pericula. V. COMMUNICO.
Comparare periculum. V. COMPARO.
Conflare. V. CONFLO.
Contremere. Hor. 2. Carm. 12. 7.
Creare periculum, pro In discrimen vocare. Cic. pro Flacc. 2. Quibus auctoribus & defensoribus omnium tum salus esset, non civium solum, verum etiam gentium, defensa ac retenta, neminem unquam putavi per eos ipsos periculum hujus fortunis, atque insidias creaturum. De judicio capitali.
Decedit de causa ejus periculum. V. DECEDO.
Deduci periculo. V. DEDUCO.
Deducere rem in periculum. V. DEDUCO.
Defendere a periculo. V. DEFENDO.
Defuncta magnis pelagi periclis. Virg. 6. Æn. 83.
Denuntiare periculum. Cic. 2. Att. 20.
Discere pericula. Stat. 6. Theb. 22.
Effugit nocturna pericula. Lucan. lib. 1. 511.
Ereptus periculis. Virg. 3. Æn. 711.
Depellere periculum. V. DEPELLO.
Exhausta pericula maris & terræ. Virg. 10. Æn. 57.
Extrahere ex periculis. Cic. pro Sext. 11.
Facere periculum alicui, pro Adducere in periculum. Tacit. 13. Ann. 33. Tanquam insonti periculum fecissent.
Facere periculum certæ pecuniæ, pro Adire discrimen perdendi. Tacit. 14. Ann. 28.
Facere rem periculi sui. *Prendre à sa charge.* Budæus. Tryphon. in l. Si fundum. D. de fund. dotal. Si fundum, quem &c. mulier ut suum marito dedit in dotem, eumque petere neglexerit vir, cum id facere posset, rem periculi sui fecit.
Facessere periculum alicui, Creare. Tacit. 1. Ann. 74. Mox clarissimo cuique periculum facessit.
Facessere periculum innocenti. Cic. 1. Verr. 45.
Fovere periculum alicujus, Adjuvare, urgere. Plin. 1. Epist. 5. ad Voconium, Rustici Aruleni periculum foverat Regulus. h. e. Accusationem Rustici sub Domitiano de vita periclitantis.
Gliscunt pericula. Tacit. 15. Ann. 10.
Jactatus periclis. Virg. 6. Æn. 693.
Imminere periculum sibi putat. V. IMMINEO.
Importare periculum. V. IMPORTO.
Importare cladem pericli. Lucret. lib. 3. 825.
Impendere periculum. Cic. pro Rosc. Amer.
Impetrare periculum. V. IMPETRO.
Includi in periculum legis. V. INCLUDO.
Inire pericula præliorum. V. INEO, ire.
Inferre se in periculum alicui. V. INFERO.
Inferre se in periculum capitis atque vitæ discrimen pro aliquo. Cic. pro Corn. Balbo, 25.
Injicere alicui periculum mortis. Cic. pro Cæcin. 83. Non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum, vitamque pervenit, sed etiam multo major ea, quæ periculo mortis injecto, formidine animum, &c.
Instat periculum ab aliquo. V. INSTO.
Intendere periculum alicui. Tacit 3. Ann. 48. Ob intenta Lepidæ pericula, h. e. Intentata. Cic pro Rosc. Am. 7 Periculum, quod in omnes intenditur.
Intendere periculum judicii. V. INTENDO.
Intentare periculum. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Lassare periclis. Lucan. lib. 9. 893.
Liberare periculo. Cn. Magnus Marcello 8. Att. 12. Tot & tales viros periculo obsidionis liberare cupio.
Liberatus periculo. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Manet ingens periculum. V. MANEO.
Mittere se in pericula. Virg 9 Æn. 200.
Moliri periculum alicui. Cic. pro Sext. 1.
Negligere periculum fortunarum. Cic. 14. Fam. 4. Nos Brundusii apud M. Lenium Flaccum dies XIII fuimus, virum optimum, qui periculum fortunarum & capitis sui præ mea salute neglexit.
Obire periculum. V. OBEO.
Objectare caput periclis. Virg. 2. Æn. 751.
Offerre se periculis pro patria. Cic. 3. in Catil. 28.
Opponere pericula. Quintil. lib 3. cap. 8.
Ostentare periculum capitis. V. OSTENDO.
Passus plurima pericula pelago terraque. Ovid. 3. Trist. 2. 7.
Positum esse periculum in re aliqua. Cic. Periculum in utriusque iracundia positum est.
Privata periclis natura divûm, Expers. Lucret. lib. 1. 60.
Procreare periculum. V. PROCREO.
Prohibere a periculo. Cic. pro Lege Manil. 19. A quo periculo prohibete rempub.

Propul-

Propulſare. Cic. pro Roſc. Amer. 7. Periculum quod in omnes intenditur, propulſeris.
Refugere periculum. Cic. 10. Fam. 30.
Reſpondentur minimo periculo quæ conſuluntur. Cic. pro Muren. 28.
Spreto noctiſque hoſtiſque periculo. Ovid. 13. Met. 243.
Struere periculum. Cic. 6. Fam. 7.
Subire. Hor. Epod. 1. 3.
Subire periculum pro amico. Cic. in Partit. 66.
Subjicere aliquid periculo. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Periculum ſubterfugere. Cic. 15. Fam. 1.
Subtrahere periculo. Celſ. lib. 2. cap. 8. Quos lienis male habet, ſi tormina prehenderunt, deinde inverſa ſunt vel in aquam intercutem, vel inteſtinorum lævitatem, vix ulla medicina periculo ſubtrahit.
Eſſe in periculo. Liv. 28.
Eſſe periculo publico ab hoſtium vi. Liv. 23.
Eſt periculum mihi. Ter. Phorm. 2. 2. 19.
　Aliis aliunde eſt periculum, unde aliquid abradi poteſt.
Eſt periculum ne. Cic. 5. Tuſc. 118. Haud ſane periculum eſt, ne non mortem aut optandam, aut certe non timendam putet.
Eſt periculum a, vel ex. Ter. Hec. 5. 1. 9.
　Si vera dicis, nihil tibi periculi eſt a me, mulier. Idem Heaut. 3. 1. 6.
　Quum illi nihil periculi ex indicio ſiet?
Sumere periculum. Tacit. 3. Hiſt. 69.
Suſcipere pericula. Tacit. 1. Ann. 17.
Terrere periculo. Celſ. lib. 7. cap. 6. Quæ quamvis & in cervice, & in alis, & in lateribus oriri ſolent: per ſe tamen non poſui, quum iſta omnia mediocres differentias habeant, ac neque periculo terreant, neque diverſo genere curentur.
Venire in periculum. Celſ. lib. 8. cap. 10. §. 7. Humerus vero quoque in periculum venit, ſed facilius conſervatur.
Venit in periculum ne & ea quæ relicta, & hæc quæ ab ipſo parta ſunt, amittat. Cic. pro Muren. 55.
Vocari in periculum ac diſcrimen. Cic. pro Lege Manil. 12.
Periculum, Experimentum: quia raro aliquid tentamus ſine periculo.
Adire periculum. Tacit. 3. Hiſt. 76.
Facere periculum, Experiri. Ter. Andr. 3. 3. 35.
　Qui ſcis ergo iſtuc, niſi periclum feceris?
　c. At iſtud periculum in filia fieri grave eſt. Idem Heaut. 1. 2. 36.
　Scitum eſt, periculum ex aliis facere, tibi quod ex uſu ſiet.
Facere periculum fidei, diligentiæ, innocentiæ alicujus. Cic. 2. Verr. 34.
Periculum eſt etiam, Tabella in qua aliquid conſcribitur. Unde titulus Codicis: De ſententiis ex periculo recitandis. Et Nepos, 8. 2. Unum ab iis petiit, ut in periculo ſuo conſcriberent, &c. In periculo, i. e. In elogio ſive titulo ſepulcrali. V. Cujac. Obſerv. 5. 25. Salmaſ. de Modo uſur. cap. 15. p. 66. [Niſi hic Periculum ipſam Damnationem denotat, ut ſæpe apud Cic. Exempla ſupra exſtant.
Periculōſus, a, um. Adj. [ἐπικίνδυνος, κινδυνώδης] Cic. 1. Off. 83. Gravioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere coguntur.
Caſus periculoſus. Cajus in l. Ex maleficio. §. Si judex. D. de act. & obligat. Si quid ſuſpenſum habuerit, cujus caſus periculoſus ſit.
Conſilium periculoſum magis quam tutum ſequi, bonis omnibus accidere ſolet. Cic. 10. Fam. 18.
Conſuetudo periculoſa. Cic. 3. de Nat. Deor. 62.
Conſuetudo periculoſa & lubrica aſſentiendi. Cic. 4. Acad. 68.
Dimicatio. Liv. 2.
Diſſimulatio aliquibus periculoſa. Cic. 14. Att. 16.
Locus. Cic. 4. Acad. 98.
Offenſio. Cic. 1. Fam. 7.
Ratio rei gerendæ periculoſa mihi videtur. Cic. 1. Fam. 7.
Vitam periculoſam reddere. Cic. 3. Verr.
Vulnera. Cic. 14. Philip. 26.
Turbulenta, temeraria & periculoſa ea ſunt. Cic. pro Cæcin. 34.
In ſemetipſum periculoſum eſſe. Cic. 13. Att. 27. Aliter fuiſſemus & in hos inofficioſi, & in noſmetipſos, ſi illum offenſuri fuimus, pæne periculoſi.
Compar. Plin. lib. 3. Epiſt. 11. ad Julium Genitorem, Equidem quum eſſent philoſophi ab urbe ſummoti, fui apud illum in ſuburbano: & quo notabilius, hoc eſt periculoſius eſſet, fui Prætor.
Superl. Liv. 27. 35. Annus periculoſiſſimus.
Dimicationes periculoſiſſimæ. Hirt. Bell. Alex. cap. 22.
Periculōſe, Adv. [ἐπικινδύνως] Cic. 10. Att. 8. Aut vel periculoſe cum bonis, &c.
Ægrotans periculoſe quotannis homo. Cic. 8. Att. 2.
Facere periculoſe. Cic. pro Milon. 9. Facere probus adoleſcens periculoſe, quam perpeti turpiter maluit.
Navigatur periculoſe hieme. Cic. 16. Fam. 10.
Ponere periculoſe aliquid. Ulp. in l. Si vero. §. Prætor ait. D. de iis qui dejecer. vel effud.
Compar. Hirt. Bell. Alex. cap. 64. Periculoſius navigare.
Superl. Senec. de Ira 3. 38. Quod homines & periculoſiſſime & libentiſſime faciunt.
Perīcŭlor, āri. Cato apud Feſt. Periculatus ſum. h. e. Periclitatus, Antiquum.
Periclĭtor, [κινδυνεύω, διακινδυνεύω, παρακινδυνεύω] āri. In periculo verſari. ut, Periclitor fama, h. e. Periculum eſt ne perdam famam: Periclitor ſiti, Periculum eſt ne moriar ſiti. Plin. lib. 17. cap. 24. Arbores gelu periclitantur.
Cancro periclitari. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Jura omnia periclitari, ſi ſimilitudines accipiantur. Cic. 2. de Invent. 152.
Auctorem quanti pluſimi periclitari oportet. Ulp. in l. ex empto. §. Idem ait. D. de act. empt.
Verba non periclitentur. Quintil lib. 7. cap. 4.
Periclitari, cum Infinitivo. Quintil. lib. 11. cap. 3. Vox ima vim non habet: ſumma rumpi periclitatur.
Periclitatur quis fieri inops. Tryphon. in l. Ne ex liberalitate. D. de re judic. i. e. Periculum eſt eum inopem fieri.
Periclitari, Experiri, periculum facere. Cic. 1. de Orat. 157. Subeundus uſus omnium, & periclitandæ vires ingenii.
Periclitari quid, &c. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 36. Neque ullum fere diem intermittebat, quin equeſtri prælio, interjectis ſagittariis, quid in quoque eſſet animi ac virtutis ſuorum periclitaretur.
Difficile non eſt periclitari. Cic. 3. de Orat. 144.
Periclitari in. Cic. 3. Offic. 72. Periclitemur ſi placet in iis quidem exemplis, in quibus peccari vulgus hominum fortaſſe non putat.
Fortunam belli tentare & periclitari. Cic. 7. Verr. 132. Homines enim in præliis, non in conviviis, belli fortunam tentare, periclitari ſolent.
Omnia periclitari. Cic. pro Quint. 96. Omnia circumſpexit Quintius, omnia periclitatus eſt, C. Aquili.
Pueros periclitari & experiri. Cic. 2. de Divin. 97. Quod ajunt, quadringenta ſeptuaginta millia annorum in periclitandis, experiundiſque pueris quicunque eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, fallunt.
Periclĭtans, antis. Partic. Tacit. 1. Ann. 39. Neque aliud periclitanti ſubſidium.
Advocatus periclitantium. Petron. cap. 110.
Multitudo periclitantium. Tacit. 3. Ann. 25.
Periclĭtandus, a, um. Partic. [κινδυνευτέος] Cic. 1. in Catil. 11. Non eſt ſæpius in uno homine ſumma ſalus periclitanda Reip.
Periclĭtātus, a, um. Partic. [διακινδυνεύσας] Cic. de Amicit. 63. Eſt igitur prudentis, ſuſtinere, ut currum, ſic impetum benevolentiæ, quo utamur, quaſi equis tentatis, ſic amicitiis, aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Al. Probatis.
Periclĭtātio, ōnis. f. [διακινδύνευσις] Experimentum, uſus. Cic. 2. de Nat. Deor. 161. Quarum utilitates longinqui temporis uſu & periclitatione percepimus.
Pĕrĭdĕrĭon, i. n. [περιδέραιον] Collarium, ſive colli ornamentum, apud Pollucem lib. 5. cap. 16. & lib. 7. cap. 22.
Pĕrĭdōneus, a, um. Adj. [πάνυ ἐπιτήδειος] Valde idoneum ſignificat. Sueton. de Clar. Gramm. cap. 11. Peridoneus præceptor. Cæſ. 2. Bell. Civil. 24. Quod is locus peridoneus caſtris habebatur.
Pĕrĭdrŏmis, idis. f. [περιδρομίς] Hypæthra ambulatio ambiens palæſtras, apud Vitruv. 5. 11. & 6. 10.
Pĕrĭēgēsis, eos. f. [περιήγησις] Idem quod Ambitus ſive Circuitus, a verbo Græco περιηγέομαι, quod eſt Circumeo. Hinc Dionyſius Afer opus ſuum geographicum γῆς περιήγησιν inſcripſit, & ipſe dictus eſt Periegetes.
Pĕrĭĕpĭphĭmōsis, [περιεπιφίμωσις] eſt quum retracto glandis nervo, præputium deduci propterea nequit. Galen. lib. ſingular. finitionum medic. Dicitur & Periphimoſis, περιφίμωσις, V. Gorr. Defin.
Pĕrĭergia, æ. f. [περιεργία] Curioſitas, ſupervacua operoſitas. Fabius lib. 8. cap. 3. p. 700. Burm. ubi de ornatu loquitur, Eſt etiam, quæ Periergia vocatur, ſupervacua, ut ſic dixerim, operoſitas.
　Eſt Periergia, Quod ab opere noſtro, ſtudioſius in alienis rebus, quæque ad nos nihil attinent, impendimus: quale eſt quod apud Comicum Menedemus Chremeti nimium curioſo objectat.
Perĭergos, [περίεργος] Græce dicitur, qui Latine Curioſus, a nimia & ſupervacua cura rerum agendarum. Gloſſ. Gr. Lat. Περίεργος, Curioſus.
Pĕrĕgrīnus, a, um. Adj. Salluſt. Fragm. cap. 29. Locorum peregnari.
Pĕrĭlĕucus, i. m. [περίλευκος] Gemma filum habens candidum ab ipſo ore ad radicem uſque deſcendens. Plin. lib. ult. cap. 10.
Perileucon, [περίλευκον] Tela ex purpura texta, aut colore alio, in fimbria album colorem inteſtum habens. Meminit Antiphanes & Pollux lib. 7. cap. 13.
Pĕrilla, æ. f. Filia Ovidii, ut vult Volaterr. V. Ovid. 3. Triſt. 7. 1.
Pĕrillus, i. m. [Πέριλλος] Athenienſis fuit ingenioſus, qui ut placeret Phalaridi tyranno, venit Agrigentum, & ex ære taurum artificioſiſſimum fabricavit, cui januam in latere poſuit: ut quum incluſus aliquis ſubjectis ignibus torqueretur, mugitum, non hominis vocem, videretur emittere: pro quo invento, quum munus a crudeliſſimo tyranno, qui novis hominum tormentis delectabatur, poſtulaſſet, in eo tauro ipſe includi juſſus, ac ſuppoſitis ignibus exuſtus fuit. Ovid. 1. de Arte Am. 653.
　Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
　　Torruit: infelix imbuit auctor opus.
Perillus, nomen fœneratoris & juriſperiti apud Hor. 2. Serm. 3. 75.
　Putidius multo cerebrum eſt (mihi crede) Perilli
　Dictantis, quod tu nunquam reſcribere poſſis.
Pĕrillēus, a, um. Adj. [Περίλλειος] Ovid. in Ibin. 439.
　Ære Perilleo veteres imitere juvencos.
Pĕrillustris, e. Adj. [περιλαμπρότατος] Admodum illuſtris. Cic. 5. Att. 4. Ibi morati biduum perilluſtres fuimus, honorificiſque verbis omnes injurias refellimus ſuperiores.
Perimbēcillus, a, um. vel Perimbecillis, e. Adj. [πολυασθενής] Varro 3. de R. R. cap. 10. Perimbecillum enim id, ut caput mollis. Cic. 10. Att. 20. Quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt.
Pĕrĭmēde, es. f. [Περιμήδη] Inſignis venefica apud Theocrit. Idyll. 2. 16.
Pĕrĭmēdēus, a, um. Adj. [Περιμήδειος] Propert. 2. 1. 74.
　Non Perimedea gramina cocta manu.
Pĕrĭmēle, es. f. [Περιμήλη] Nympha Hippodamantis filia in inſulam ſui nominis mutata. V. Ovid. 8. Met. 591.
Pĕrĭmĕtros, vel Perimetros, i. m. [περίμετρος] Ambitus, circuitus. Vitruv. 5. 6. & Frontin. de Aquæduct.
Pĕrĭmo, ēmi, emptum, [ἀναιρέω] ĕre. Adimere & tollere ſignificat, teſte Feſto, ſive etiam Interficere. ex Per & Emo compoſitum. V. Peremo Plaut. Men. 5. 2. 100. Vivum hunc ego perimam impuriſſimum. Aliter longe in codd. emendatis legitur.
Penitus primere aliquid. Lucret. lib. 1. 226.
Primere & omnino delere. Cic. 1. Tuſc. 117. Si ſupremus ille dies non extinctionem, ſed commutationem affert loci, quid optabilius? ſin autem perimit ac delet omnino; quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiſcere, & ita conniventem ſomno conſopiri ſempiterno? De die mortis.
Cauſam publicam ſi mea mors peremiſſet, neminem unquam fore qui auderet ſuſcipere contra improbos cives Reipub. ſalutem. Cic. pro Sext. 49.
Conſilium alicujus perimere. Cic. 3. Off. 33. Ejuſmodi, credo, res Panætium perſecuturum fuiſſe, niſi aliquis caſus aut occupatio conſilium ejus peremiſſet.
Curas. Plin. lib. 11. cap. 37. Tunc enim perimit curas.
Diſceptationem. Ulpian. in l. Et tertium. D. de judiciis.
Donationem. Jabolenus in l. Si is ſervus. D. de donat. inter vir. & uxor. Quicquid eorum inciderit, quod donationem aut perimat, aut confirmet.

Legatum perimere. Julian. l. qui hominem. D. de adimend. legat.
Ludos perimere atque tollere. Cic. de Arusp. Resp. 23.
Reditum alicui. Cic. pro Planc. 101. Sin autem vitam mihi fors ademisset, aut vis aliqua major reditum peremisset.
Dolo perimere aliquem. Senec. Herc. Oeth. 4.

PEREMPTUS, a, um. Partic. [ἀναιρεθεὶς] Liv. 2. 23. de nexis loquens, Obsita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus, pallore ac macie peremti. i. e. Enecti, inquit Budæus.
Perempta & Interempta, pro Interfectis poni solet a poetis. Lucret. 4. 44.
Quum corpus simul atque animi natura perempta. Festus.
Cæde peremti. Virg. 9. Æn. 453.
Fraude peremptus. Valer. 6. Argon. 743. al. Parentum.
Morte indigna. Virg. 6. Æn. 164.
Plagis. Virg. 4. Georg. 301.
Animæ bello. Lucan. lib. 1. 442.
Sensu perempto non potest esse miser. Cic. 1. Tuscul. 89.
Abdidit claram speciem luna, & stellanti nocte perempta est. Cic. 1. de Divin. 18. Ex poeta.

PEREMPTIO, ōnis. f. apud Jurisconsf.

PEREMPTOR, ōris. m. Interfector. Apul. 8. Met. p. 207. Elmenh. Cruentus mariti peremptor. Adde Prudent. præfat. Hamartig. v. 19.

PEREMPTRIX, īcis. f. Tertull. de Anima cap. 42. Mors dissolutrix corporis & peremptrix sensus.

PEREMPTŌRIUS, a, um. Adj. [ἀναιρετικός] Quod est mortiferum: a Perimendo. ut, Venenum peremptorium, Apulejo lib. 10. p. 243. Elm. Edictum peremptorium apud Ulpian. D. de judiciis, L. Et tertium, Quibus propositis, tunc peremptorium impetret: quod inde hoc nomen sumpsit, quod perimeret disceptationem: hoc est ultra non pateretur adversarium tergiversari. Paulo ante l. 68. pr. dixerat, Ad peremptorium edictum hoc ordine venitur.
Exceptiones peremptoriæ. Ulp. in l. 2. & Cajus in l. 3. D. de except.

PEREMPTALIS, e. Adj. ut
Peremptalia fulgura, dicuntur Quæ superiora fulgura aut portenta perimunt, id est tollunt. ex Fest. q. V.
Peremptalia fulgura, ut vult Cæcina apud Senec. 2. Nat. Quæst. 49. Quibus tolluntur priorum fulminum minæ.

PERIMULA, æ. f. Indiæ promontorium, ubi est celeberrimum emporium. Plin. lib. 6. cap. 20.

PERINA, æ. f. Mulier Ægyptia, quæ Minervam sedentem prima texuit, unde & Minerva sedens Perina dicta. Eustathius.

PĔRINCERTUS, a, um. Adj. [πάνυ ἄδηλος] Gell. lib. 18. cap. 4. ex Sallustio, At Cn. Lentulus patriciæ gentis, collega ejus, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emptoribus bonorum remiserat, exigenda promulgavit.

PĔRINCOMMŎDUS, a, um. Adj. [μέγα ἀσύμφορος] Liv. 37. 41. Quæ nihil admodum Romanis, eadem perincommoda regiis erant.

PERINCOMMODE, Adv. [μέγα ἀσυμφόρως] Cic. 1. Att. 14. Sed accidit perincommode, quod eum nusquam vidisti.

PĔRINCONSĔQUENS, entis. Adj. [μέγα ἀνακόλουθος] Gell. lib. 14. cap. 1. Per autem, inquit, inconsequens, ipsum quidem corpus, & habitum tam profundi aeris sub alio atque alio cæli curvamine non eundem manere. Hic interpositæ sunt duæ dictiones inter Per, & Inconsequens.

PĔRINDE, Adv. [ὡσαύτως] significat Ita: & flagitat post se AC SI, vel ATQUE SI: cum negatione vero, etiam QUAM. Quod si non sequatur nec AC SI: nec negatio, accipietur pro Æque. Hæc Valla lib. 2.
Fac sis perinde adeo, ut me velle intelligis. Plaut. Amphit. 3. 3. 27. al. Proinde.
Perinde ac. Cæs. 3. Bell. Civil. 60. Perinde ac suis satisfacere, & fraudata restituere vellent.
Perinde, ac si. Cic. 13. Att. 47. Quod ego perinde tuebar, ac si usus essem.
Perinde atque. Cic. pro Marcell. 12. Vereor ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio.
Perinde, prout. Quintil. lib. 9. cap. 4. Perinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili aut diverso pronuntiabuntur.
Perinde diu, quam. Plaut. Trucul. 2. 3. 3.
Si perinde amentur mulieres diu, quam lavant, &c. al. Proinde.
Non perinde quam. Suet. Domit. cap. 15. Nulla tamen re perinde commotus est, quam responso, casuque Ascletarionis mathematici.
Perinde quasi. Cic. pro Quint. 83. Atque hæc perinde loquor, quasi ipso illo tempore, quum te Prætor jussisset ex edicto possidere. Idem pro Milon. 17. Hoc enim sæpe ab istis dicitur, perinde quasi Appius ille Cæcus viam munierit, &c.
Perinde tanquam si. Gell. lib. 15. cap. 29. Hoc perinde est, tanquam si ego dicam, Est mihi nomen Julium.
Perinde ut. Cic. 3. de Orat. 7. Non possum dicere me hæc, quæ nunc complector, perinde ut dicam, dicenda esse didicisse. Idem 3. Offic. 121. Habes a patre munus, M. fili, mea quidem sententia magnum, sed perinde erit, ut acceperis. conf. supra.
Perinde, Pariter, æque. Plin. 2. Epist. 1. Funus Rufi, clarissimi civis, & perinde felicis.
Vivendi ars tanta, tamque operosa, & perinde fructuosa. Cic. 1. de Fin. 72.
Non perinde, i. e. Non multum, seu valde, aut admodum. Suet. in Galba, cap. 13. Quare adventus ejus non perinde gratus fuit. [Refertur ad antecedentia. Non perinde, i. e. Non æque.
Perinde, Ad hunc modum, vel similiter. Ter. Phorm. 4. 3. 63.
Sexcentas perinde potius scribito jam mihi dicas. Al. Proin.
Perinde, sine relatione Ac vel Atque, in significatione comparationis. Liv. 27. 8. extr. Cultaque ab incultis notaret: ac perinde dominos laudaret castigaretque.

PĔRINDULGENS, entis. Adj. [πάνυ συγγνώμων] Cic. 3. Offic. 112. Magnus vir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium. Alii mendose legunt, Qui nuper indulgens, &c.

PĔRĬNĔSON, i. [περίνησον] atque etiam PERINESSÆON, [περινήσσαιον] Vestis est fimbriata habens fila dependentia, aut purpuram circumquaque ad oras contextam, insulæ quadam imagine: ideoque hunc habitum, ut ait Pollux, Anaxilas νῆσον, id est insulam vocat, quum scribit, καὶ τὴν γυναῖκα ἄλλοις χιτῶσι, νῆσον ἀμφίβολον. Meminit hujus & Antiphanes, ut scribit idem Pollux lib. 7. cap. 13.

PĔRINFĀMIS, e. Adj. [πάνυ ἄδοξος] Valde infamem significat. Suet. in Vitell. cap. 2. Curam quoque imperii sustinuit, absente eo, expeditione Britannica, vir innocens & industrius, sed amore libertinæ perinfamis.
Cum genitivo posuit Apul. 3. Met. p. 136. Elmenh. Alioqui publicitus maleficæ disciplinæ perinfames sumus.

PĔRINFIRMUS, a, um. Adj. [λίαν ἀσθενής] Cic. 2. de Fin. 53. Sunt enim levia, & perinfirma, quæ dicebantur a te.

PĔRINGĔNIŌSUS, a, um. Adj. [πάνυ εὐφυής] Cic. de Clar. Orat. 92. Alios quod melius putent dicere se posse quam scribere, quod peringeniosis hominibus, neque satis doctis plerumque contingit.

PĔRINGENS, Adj. Copias numero peringentes. Jovianus de Serm. lib. 6. p. 464. H. St. Pontanus se.

PĔRINGRĀTUS, a, um. Adj. Senec. Epist. 98. Peringratus est, qui, cum amiserit, pro accepto nihil debet.

PĔRĪNĪQUUS, a, um. Adj. [πάνυ ἄδικος] Cic. pro Lege Manil. 63. Quare videant, ne sit periniquum, & non ferendum.

PĔRINJŪRIUS, a, um. Adj. Minuc. Felix, cap. 15. Perinjurium est, vires te actionis meæ intergressu gravissimæ disputationis infringere.

PERINSIGNIS, e. Adj. [πάνυ ἐπίσημος] Valde insignis. Cic. 1. de Legib. 51. An corporis gravitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit?

PĔRINTĔGER, ĕgra, grum. [πάνυ ὁλόκληρος] Gell. lib. 3. cap. 5. Castitatis perintegræ dicebatur.

PERINTHUS, i. f. [Πέρινθος] Clara urbs Thraciæ in Propontide, olim Thraciæ metropolis, quæ hodie dicitur Heraclea, ab Heraclio principe Constantinopolitano cognominata: in qua Vespasiani, Domitiani, Antoninique palatia fuerunt, & amphitheatrum ex uno marmore magnum & mirandum: quod inter septem orbis miracula numeratum est.

PERINTHIUS, a, um. Ad. [Περίνθιος] unde, Perinthia fabula Menandri. Ter. in prol. Andr. 9. Menander fecit Andriam & Perinthiam.

PERINVĪTUS, a, um. Adj. Valde invitus. Cic. 7. Fam. Epist. ult. Tu vellem ne veritus esses, ne perinvitus legerem tuas litteras, si mihi longiores forte misisses.

PERIŎCHA, æ. f. [περιοχή] Argumentum, complexio totius rei brevior. Cic. 13. Att. 25. extr. At ego, ne Tironi quidem dictavi, qui totas periochas persequi solet, sed Spintharo syllabatim.

PERĬŎDUS, i. f. [περίοδος] Latine Circuitus sive Clausula dicitur. Cic. de Clar. Orat. 162. Quin etiam comprehensio & ambitus ille verborum (si sic περίοδον appellari placet) erat apud illum contractus & brevis. Quintil. lib. 9. cap. 4. Periodo plurima nomina dat Cicero, Ambitum, Circuitum, Comprehensionem, Continuationem, Circumscriptionem. Genera ejus sunt, alterum simplex, quum sensus unus longiore ambitu circumducitur: alterum quod constat membris & incisis, quæ plures sensus habent. Aderat janitor carceris, & carnifex Prætoris, & reliqua. Habet periodus membra minimum duo. V. Cic. in Orat. 204.
Periodum sic definit Demetrius Phalereus, ut M. Antonius Antimachus Latine vertit; Periodus est ex membris, & incisis bene conversis, subjectam sententiam perficientibus, constitutio. Aquila Romanus hoc modo: Periodus est ea, quæ sententiam certa quadam circumscriptione definit, atque determinat: qualis est hæc, Si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro & in judiciis impudentia valeret: non minus nunc A. Cæcina cederet impudentiæ, quam tum in vi faciunda cessit audaciæ. Sed hic ambitus, seu periodus, constat ex membris, quæ κῶλα Græci vocant: & cæsis, quæ κόμματα appellant. Membrum quidem est pars orationis ex pluribus verbis, absolute aliquid significans: hoc modo, Etsi vereor, Judices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem, timere. Cæsum autem est pars orationis, nondum ex duobus aut ex pluribus verbis quidquam absolute significans; hoc modo, Etsi vereor, Judices, ne turpe sit. Hæc Aquila; qui quod Cæsum vocat, alii Incisum appellant, Græci Comma, κόμμα.
Periodus apud Græcos proprie dicitur Viarum circuitus: unde περιοδεύω verbum, quod Circumeo significat. Sed deinde generaliter ad omnem circuitum transfertur.
Periodum dictam volunt μεταφορικῶς, quod oratio per eam currat, ut cursores ad metam.
Circuitum orationis Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus. Cic. in Orat. 204.
Periodus dicitur & in carmine Lyrico pars quædam, & in soluta oratione verborum circumscripta sententia. Fest.
Periodon vicisse dicitur, Qui in gymnicis certaminibus Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit, a circuitu eorum spectaculorum, inquit Festus. Budæus in notis ad Pandectas ad l. Athletas. de his qui not. infamia. Quatuor in Græcia, certamina sacra fuerunt, quos Agonas appellant; Nemeæa, Pythia, Isthmia, Olympia. Inde Hieronicæ dicuntur, qui in illis sacris certaminibus vicerant, quomodo Olympionicæ, qui in Olympico. Qui vero quatuor hæc obierant & vicerant: Periodovictores dicti sunt, auctore Festo. Gr. Περιοδονῖκαι & Περιοδῖται. V. Ant. Van Dale Diss. 8. de Gymnasiarch. &c. p. 643.
Periodus, sive circuitus, est tempus in morbis ex intentione & remissione consistens. Galen. lib. sing. Finitionum medic.

PERIODĬCUS, a, um. Adj. [περιοδικός] Periodicas febres vocant medici, Quæ certis temporibus clauduntur: id est abeunt, &, quodam quasi circuitu facto, rursus redeunt, ut sunt tertianæ & quartanæ. Plin. lib. 20. cap. 3. Semina ejus, si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare dicuntur quas Græci periodicas vocant. De cucurbita. conf. Suid.

PERIOSTEOS, [περιόστεος ὑμὴν] pl. f. Periosteæ membranæ. sunt Involucra tenuia, fibrosa, velut indumenta ossium a natura condita. Galen. in Finition. medic. Vulgo per i Periostium, i. n. usurpant.

PERĬPĂTĒTĬCI, [Περιπατητικοί] Philosophi erant Athenis, quorum originem assignat Cic. 1. Acad. 17. Platonis autem auctoritate, qui varius & multiplex & copiosus fuit, una & consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorum & Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. Nam quum Speusippum sororis filium Plato philosophiæ quasi hæredem reliquisset, duos autem præstantissimos studio atque doctrina Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem: qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio: Illi autem, qui Platonis instituto, in Academia, quod est alterum gymnasium, cœtus erant & sermones habere soliti, e loci vocabulo nomen habuerunt. Sed utrique Platonis ubertate

ubertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam. Hactenus Cicero.

Peripatetici dicti sunt, a περιπατεῖν, hoc est a deambulando, auctore Cic. alii ἀπὸ τοῦ περιπάτου, i. e. ab Ambulacro, ubi docere assueverat princeps ejus sectæ Aristoteles, dictos putant. V. Diog. Laërt. in Proem. & in vit. Aristot.

Iidem quondam erant Peripatetici qui Academici. Cic. 3. Off. 20. Peripatetici, qui quondam iidem erant qui Academici. & 5. de Fin. 7. Peripatetici & Academici veteres iidem.

Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis discrepare. Cic. 1. de Nat. Deor. 16.

Peripateticorum consuetudo dicendi non satis acuta propter ignorationem dialecticæ. Cic. 3. de Fin. 41.

Peripateticis nihil est uberius, nihil eruditius, nihil gravius. Cic. 3. Tusc. 22.

PERIPATETĬCUS, a, um. Adj. ut, Philosophia Peripatetica. Gell. 1. 3. Disciplina Peripatetica. Idem 1. 8.

PERĬPETASMA, ătis. n. [περιπέτασμα] Genus cortinæ, qua parietes & aulæ teguntur, seu tapetia Babylonici floris, varietate conspicua: quæ a Lucretio Babylonica dicuntur: ab aliis Aulæa, & Attalica: a Capitolino Stromata & Peristromata: a Varrone Beluata, hoc est beluis variegata: a Plauto etiam Peristromata. Cic. 6. Verr. 27. Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es?

PERIPEZIA, [περιπεζία] & PERIPEZIDES, [περιπεζίδες] Pedum ornamenta, ex Polluce lib. 5. cap. 16. ubi hæc tamen distinguit.

PERIPHALLIA, Phallorum pompa nuncupatur. Diodorus est auctor Osiridis pudenda in sacris & cærimoniis Phallon dici. V. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 16. & PHALLUS.

PERIPHANES, [Περιφάνης] Comici cujusdam nomen, quod Latine Conspicuum sonat, a verbo Græco περιφαίνω, quod est Clarus & conspicuus sum.

PERĪPHAS, antis. m. [Περίφας] Thessalus quidam fuit, pater Lapithæ, a quo Lapithæ nomen acceperunt. Stephanus.

Est item Periphas apud Virg. nomen cujusdam Pyrrhi comitis, quem una cum illo Priami regiam impugnantem inducit, lib. 2. Æn. 478.

PERĪPHĔRĪA, [περιφέρεια] est Circuli ambitus. Eucl. 1. Elemen. & Mart. Capell. 1. 6. p. 229.

PERĪPHŎRĒTUS, [Περιφόρητος] Artemonis cujusdam cognomen fuit, deliciis adeo effeminati, ut nunquam, nisi lectica pensili circumlatus, domus suæ limen transiret, ita dictus ἀπὸ τοῦ περιφέρεσθαι, quasi Circumlatilis. Plin. lib. 34. cap. 8.

PĔRĪPHRĂSIS, eos f. [περίφρασις] Latine Circuitio dicitur. Quintil. lib. 8 cap. 6. Pluribus autem verbis quum id, quod uno, aut paucioribus certe dici potest, explicatur, Periphrasin vocant, circuitum loquendi, qui nonnunquam necessitatem habet, quoties dictu deformia operit: ut Sallustius, Ad requisita naturæ: interim ornatum petit solum, qui est apud poetas frequentissimus, ut 2. Æn. 268.

> Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
> Incipit, & dono divûm gratissima serpit.

Et apud Oratores non rarus: semper tamen astrictior. Quicquid enim significari brevius potest, & cum ornatu latius ostenditur, Periphrasis est: cui nomen Latine datum est, non sane oratoris aptum virtuti, Circumlocutio. Verum hæc ut, quum decorem habet, Periphrasis: ita quum in vitium incidit, Perissologia dicitur. Obstat enim quicquid non adjuvat. Hactenus Quintil. Virg. 1. Ecl. 22.

> — teneros depellere fetus.

Ubi Servius Periphrasin esse agnorum.

PĔRĪPLĒRŌMA, [περιπλήρωμα] Figura est, quam ex Grammaticis nonnulli Supplementum vocant, quum scilicet particula aliqua ad sensum minime necessaria, carminis causa adjicitur: a Græco verbo περιπληρόω, quod est Expleo. Exemplum potest esse illud apud Virgilium 6. Æn. 186.

> — sic forte precatur.

Ubi verbum, Forte, explendi carminis causa adjicitur, teste Servio.

PĔRĪPLŪS, [περίπλους, περίπλοι] Latine Circumnavigatio dici potest, quo nomine ex Geographis nonnulli opera sua inscripserunt, oræ alicujus maritimæ lustrationem continentia.

PĔRĪPNEUMŎNĪA, æ. f. [περιπνευμονία] Morbus quum pulmo totus afficitur, & tussis subsequitur: Pulmonis exulceratio. A Celso Peripneumaticus morbus dicitur lib. 4. cap. 7. [Ut in antiquioribus quidem editionibus legitur. Sed Lindenius dedit cap. 10. pr. Quam περιπνευμονίαν Græci vocant.

PERIPNEUMONĬCUS, a, um. Adj. [περιπνευμονικὸς] Qui Peripneumoniæ morbum patitur: Pulmonarius. Plin. lib. 22. cap. 24. Idem lib. 20. cap. 17. Tussientibus quoque cum melle datur, & pleuriticis, & peripneumonicis.

PĔRIPSĒMA, quod Græci περίψημα scribunt a περιψάω, quod est circumrado, vel circumlino, abstergo & reporgo, proprie Limatura sive rasura, ramentum, vel purgamentum dicitur. Antiqui olim pestilentia, aliove malo grassante, quum sacros homines, quos in expiationis usum alebant, in victimarum morem redimitos ex loco præcipiti in mare dejiciebant, Neptuno immolantes: inter dejiciendum solennia verba effari solebant, περίψημα ἡμῶν γένου. Sis pro nobis peripsema: ac si dixissent, Sis pro nobis piaculum: esto luitio nostra, & servatrix urbis victima, id quod Suidas annotavit. Quod itaque apud Divum Paulum in Epist. 1. ad Corinth. cap. 4 περίψημα legitur, nos Piaculum vertere possumus, ut sit: Nos tanquam piacula mundi facti sumus, & succidaneæ pro populo victimæ. Ac si diceret: Non minus apud gentium vulgus detestabiles sumus, quam illi, qui diris exsecrationibus onerati, atque obruti, pro salute publica abjici olim solebant. Quæ sententia congruit his quæ præcedunt. Peripsema enim etiam ramenta vestigiorum significat, quæ ut sordida abjiciuntur. Hæc Budæus.

PERIPTĔRUS, a, um. Adj. [περίπτερος] ut, Ædes periptera, Quæ habet in antico & postico & ad latera columnarum ordines. Vitruv. 3. 1. & 4. 7. Ædes aliæ monopteræ, aliæ peripteræ. V. Bald. Lex. Vitruv.

PERĪRĀTUS, a, um. Adj. Valde iratus. Cic. 9. Fam. 6.

PERIRRHEUSA, [Περιῤῥέουσα] Ignobile oppidum circa Ephesum. Plin. lib 5. cap. 31.

PERISCĔLIS, ĭdis. f. [περισκελὶς] Ornamentum pedis circa crura, teste Porphyrio. Hor. 1. Epist. 17. 56.

> Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,
> Sæpe periscelidem raptam sibi flentis.

Notandum (ait Cælius lib. 4. cap. 11.) Periscelidas dici, quæ vulgo *gremialia* vel *traversias* dictitant. Hieronymus in epistola ad Fabiolam, Quæ Græci, inquit περισκελῆ vocant, nostri feminalia dicunt, vel braccas usque ad genua pertingentes. Sunt & codices in quibus Periscelidas scriptum comperias.

PERISCELIUM, i. n. [περισκέλιον] Idem. Tertull. de Cult. fem. lib. 2. extr. Nescio an crus periscelio lætatum in nervum se patiatur artari. V. Rigalt. & Suid.

PERISCȲTHISMUS, [περισκυθισμὸς] Sectionis chirurgicæ genus est, quum transversis lineis, coronæ modo, frons secatur. Altera frontis parte paulo superius, quam tempora sunt, quædam triangula amputantur, Græcorum litteræ Δ similia. Galen. in Medic. [Sic & Suid. Sed Gorr. ex Paulo 6. 7. & Aët. 7. 93. affert περισκυφισμὸς, q. V.

PERISPHYRION, [περισφύριον] Pedis ornamentum, aut fimbria, ut vertit Laurentius Valla in lib. 4. Herodoti. Pollux quoque lib. 5. cap. 16. id inter pedis ornamenta numerat: ubi Gualtherus vertit Talare.

PERISSEUMA, [περίσσευμα] est Congiarium, quod plebi datur: sicut quod militibus Donativum. Spartianus in Ælio Vero: & Jul. Capitolinus in Pio. Solebat autem ultra stipendium dari liberalitatis causa, ut milites magis addicti Imperatoribus essent. Alciat. in l. Centum perisseumatis. lib. 11. C. de annon. Civilib. V. DONATIVUM. f. l.

PERISSŎCHŎRĒGIA, [περισσοχορηγία] Muneris publici nomen, Cura annonæ, forte ἀπὸ τοῦ περισσεύειν, καὶ χορηγεῖν, quod abunde suggerere, suppeditareque significat. Alciat. in l. Perissochoregiæ. De frumen. Alexand. lib. 11. C. Budæus Perissochoregiam, Redundantem frumenti largitionem appellat. Pyrrhus in l. ultim. illo tit. Perissochoregiam esse magistratum annonæ auctæ, seu augmenti distributorem.

PERISSŎLŎGIA, æ, f. [περισσολογία] Latine Superflua locutio dicitur. Virg. 1. Æn. 662.

> — faciem mutatus & ora Cupido.

Ubi Servius, Et ora, perissologia est. Idem 5. Æn. 467.

> — dixitque, & prælia voce diremit.

Ubi Servius, Vacat QUE, metri causa: & maluit perissologiam facere, quam uti communi syllaba, quæ frequens vitiosa est. V. & in PERIPHRASIS. Scribitur & Perittologia.

PERISSOS, [περισσὸς] Inæqualis & impar dicitur. Plin. lib. 21. cap. 31. Qui parcius spectaverant, manicon cognominavere: qui nequiter occultabant, erythron aut neurida: ut nonnulli perisson. De strychno.

PERISTĂSIS, is. f. [περίστασις] Circumstantia, status, conditio. Habet Petron. cap. 48. Cic. 4. Att. 8. Sen. Nat. Quæst. 2. 7. & 3. 8. Quintil. lib. 3. 5. & 5. 10.

PĔRĪSTĔRĔOS, i. f. [περιστέρεος] vel PERISTEREON, ōnis. m. [περιστερεὼν] vel PERISTEREUM, i. n. Herba. Plin. lib. 25. cap. 10. Peristereos vocatur caule alto, foliato, cacumine in alios caules se spargens, columbis admodum familiaris: unde & nomen. Ibid. cap. 9. Verbenacam a Latinis appellari tradit. Dioscorides 4. 60. Verbenacam rectam vocat. Dicta Peristereon quasi Columbaris, ut quidam vulgo vocant, quod circa hanc perquam libenter versari soleant columbæ.

PERISTERĪDES, f. pl. [Περιστερίδες] Insulæ juxta Smyrnam. q. d. Columbarias. Plin. lib. 5. cap. 31.

PERISTERŎTRŎPHĪUM, i. n. [περιστεροτροφεῖον] Locus in quo columbæ habitant, Latine Columbarium; quamvis Columbarium proprie sit Loculamentum in peristerotrophio, singulis columbarum paribus præparatum. Nam Peristera, περιστερὰ, Columba dicitur. Varro 3. de R. R. cap. 7. Duo genera earum in peristerotrophio esse solent. Unum agreste, quod habetur in turribus ac culminibus villæ, &c.

PERISTEREŌN, ōnis, m. [περιστερεὼν] Idem. Varr. 3. de R. R. cap. 7. Ex his duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa, atque incedunt in locum unum, quod alii vocant περιστερεῶνα, alii περιστεροτροφεῖον, in quo uno sæpe vel quinque millia sunt inclusæ. περιστερεὼν, fit ut testudo, magna camera tectus, uno ostio angusto, fenestris punicanis, aut latioribus, reticulatis utrinque, ut locus omnis sit illustris, &c.

PERISTĒTHION, i, n. [περιστήθιον] Pectorale, ornamentum mulieris circa pectus. Pollux lib. 5. cap. 16.

PERISTRŌMA, ătis. n. [περίστρωμα] quasi Circumstratum; idem quod Peripetasma. Plaut. Stich. 2. 2. 54.

> Tum Babylonica peristromata, consutaque tapetia
> Advexit nimium bonæ rei.

Cic. 2. Philip. 67. Conchyliatis Cn. Pompeji peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres.

PERISTRŎPHE, es. f. [περιστροφὴ] Conversio. Mart. Capell. 5. 186. Cum adversarii propositionem in nostram partem convertimus, peristrophen vocamus.

PERISTYLIUM, [περιστύλιον] vel PERISTȲLUM, i. n. [περίστυλον] Locus clausus columnis, circum quaque porticum habens, vel saltem a tribus lateribus. Vitruv. lib. 5. cap. 11. In palæstris peristylia quadrata, sive oblonga, ita sunt facienda, uti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem. Cic. pro Domo 116. In Palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat, amplissimum peristylum, cetera ejusmodi, facile ut omnium domos & laxitate & dignitate superaret.

Peristylium etiam est Locus atrio proximus. Vitruv. lib. 6. cap. 7. Item Aula. Ibid. cap. 9. Budæus.

PERĪTO, āre. V. PEREO.

PERĪTŎNÆUM, i, n. [περιτόναιον] Membrana est tenuissima: sed firmissima, omnibus tum visceribus, tum intestinis, reliquisque partibus inferioris ventris circumtensa: unde & nomen accepit ἀπὸ τοῦ περιτείνεσθαι, quod est, circumquaque extendi. Cels. 4. 1. & 7. 4.

PERITRACHĒLION, [περιτραχήλιον] Ornamentum colli ex Polluce lib. 5. cap. 16. τράχηλος enim collum est, tanquam dicas Collarium. V. supra ISTHMION.

PERITRETUM, i. n. [περίτρητον] Ballistæ foramen vocat Vitruv. 1. 2. q. d. Perforatum. conf. 10. 7. & Bald. Lex.

PĔRĪTUS, a, um. Adj. [δυνάμενος, εἰδὼς, ἔμπειρος] Doctus, a Perior antiquo verbo, quod ex Gr. πειράω fluxit, & Conari, Discere significabat. Non. 5. 26. Doctum & peritum quum simile videantur, a Tullio discretum est, ut sit peritum plus quam quod doctum. Cic. 3. Off. 15. Itaque quum sint docti a peritis, facile desistunt sententia. [Nugæ.

Obsequi peritus. Tacit. in Vita Agric 81.

Vati parete perito. Ovid. 1. de Arte Am. 29.

Sapiens homo multarum rerum peritus. Cic. pro Font. 15.

Belli ac rei militaris peritus. Cic. in Pison. 54.

Honestorum ac turpium peritus. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Peritus operum, augurlorum, juris. Plin. lib. 1. Epist. 22. Quam peritus ille & privati juris, & publici. Auctor de Viris illust. cap. 6. Tanaquil conjux, augurlorum perita, regnum ei portendi intellexit. Cic. de Clar. Orat. 81. Fabius Pictor, & juris, & litterarum, & antiquitatis bene peritus.
Juris legumque peritus. Hor. 1. Serm. 1. 9.
Belligerandi homo peritissimus. Cic. pro Font. 33.
Definiendi homo peritus. Cic. 3. Off. 60.
Dicendi peritus. V. Orator, in o a o.
Docendi. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Cantare peritus. Virg. 10. Ecl. 32.
Litterate peritus. Cic. in Brut. 205. de L. Ælio. Antiquitatisque nostræ, & in inventis rebus & in actis, scriptorumque veterum litterate peritus.
Usu peritus. Cic. 1. Off. 147. Nec vero alienum est ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam usu peritos. Cæs. 3. Bell. Civil. 93. Usu periti, ac superioribus pugnis exercitati, sua sponte cursum represserunt.
Peritus apud Hirtium de Bell. Afric. 31. jungitur cum ablativo rei. Mirabili, inquit, peritus scientia bellandi. Et Cic. pro Cluent. 107. Quis P. Octavio Balbo ingenio prudentior, jure peritior. Ita, Arte fabrica peritus servus. Paul. in l. Si mancipia in fine. D de fund. instr. legat. & Suet. in Claud. 42. pr. Cum utroque, inquit, sermone nostro sis peritus. Sed in MSS. legitur Paratus.
Cum præpos. Varr. R. R. 1. 2. De agricultura Romanus peritissimus.
Peritus ad. Cic. pro Font. 33. Profecto, Judices, virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad usum ac disciplinam peritum, ad consilia prudentem.
Fecere me dolor & lacrimæ peritum. Propert. lib. 1. 9. 7. ubi opp. Rudis.
Peritum initium, Peritus sermo. Quintil. lib. 9. cap. 4. Poëma nemo dubitaverit perito quodam initio fusum. Alia exemplaria habent Imperito. Idem lib. 8. cap. 6. Vario Marte pugnatum est: peritus est sermo. Alia exemplaria habent Eruditus.
Peritissimus homo & juris & officii. Cic. 4. Verr. 30.
A patronis peritissimis causa hæc defensa est. Cic. pro Corn. Balb. 1.
Perīte, Adv. [ἐμπείρως] Cic. 2. de Legib. 29. Quod institutum perite a Numa, posteriorum Pontificum negligentia dissolutum est.
Perite & callide facere. Cic. 3. Verr. 6. Homo adolescens quum istius in inquirendo multa furta ac flagitia cognosceret, fecit perite & callide, volumen ejus rerum gestarum maximum isti ostendit.
Scienter & perite dicere. Cic. 2. de Orat. 5.
Concinne & Non perite, contraria. Cic. 2. de Orat. 81. Hæc quidem sunt concinne distributa, sed non perite.
Compar. Sen. Epist. 90. Multa facit aut peritius aut exercitatius. Cic. pro Corn. Balb. 2. Nihil enim unquam audivi, quod mihi de jure subtilius dici videretur, nihil de memoria, de more, de exemplis acutius, nihil peritius de fœderibus, &c.
Superl. Peritissime & callidissime istius litteras venditabat. Cic. 4. Verr. 135.
Perītia, æ. f. [ἐμπειρία] Plin. lib. 14. cap. 1. Aliæ, peritia domini amplo discursu atria media complentes.
Gratiæ ac voluptatis peritia. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Legum. Tacit. 12. Ann. 12. 1.
Locorum. Sallust. Jugurth. 46.
Morum. Tacit. 1. Ann. 69. 6.
Perjūcundus, a, um Adj. [πολὺ ἡδύς] Cic. 1. Fam. 7. Cui quidem litteræ tuæ, quas proxime miseras, quod facile intellexerim, perjucundæ fuerunt. Adde 1. de Orat. 205. & 2. 26.
Perjucunde, Adv. [πολὺ ἡδέως] Cic. 13. Att. 50. pr. O hospitem mihi tam gravem! ἀμεταμέλητον. fuit enim perjucunde. Subaudi, Mecum.
Perjūrus, a, um. Adj. [ἐπίορκος, ψευδορκος] Qui jusjurandum violat, vel qui jurando jus pervertit. Virg. 2. Æn. 195.
Talibus insidiis, perjurique arte Sinonis. Plaut. Pseud. 1. 1. 129.
Atque ipse egreditur, penitus perjurum caput. Cic. pro Rosc.
Com. 46. At quid inter perjurum & mendacem?
Corpus perjurum. Propert. 2. 5. 21.
Crimina. Stat. 10. Theb. 581.
Diadema perjurum nocentis regni. Stat. 9. Theb. 55.
Domus. Hor. 3. Carm. 3. 26.
Ense perjuro superbus Annibal. Stat. 4. Silv. 6. 77.
Fides perjura patris. Hor. 3. Carm. 24. 59.
Gens. Sil. lib. 16. 149.
Meretrix. Hor. 1. Carm. 35. 26.
Mœnia. Ovid. 11. Met. 215.
Os. Ovid. 2. Amor. 10. 34.
Pectora. Ovid. 2. Met. 705.
Vir. Ovid. 10. Epist. 76.
Compar. Plaut. Mil. 1. 1. 21.
Perjuriorem hoc hominem si quis viderit.
Superl. Perjurissime hominum. Plaut. Pseud. 1. 3. 116. Cic. pro Rosc. Com. 20. Nam Ballionem, illum improbissimum & perjurissimum lenonem quum agit, agit Chæream.
Perjūrium, ii. n. [ἐπιορκία] Falsum juramentum. Cic. 3. Off. 108. Regulus vero non debuit conditiones, pactionesque bellicas & hostiles perturbare perjurio.
Pœna divina perjurii, exitium: humana, dedecus. Cic. 2. de Legib. 22. ex lege duodecim tabularum.
Sceleratorum hominum perjuria. Cic. pro Font.
Linguæ falsæ perjuria. Ovid. 7. Epist. 67.
Devotum. Catul. Argon. 62. 135.
Illustre & insigne. Cic. de Arusp. Resp. 36.
Lasciva. Claud. de Nupt. Honor. 83.
Manifestum perjurium judicum. Cic. de Arusp. Resp. 36.
Confirmare perjurium. Cic. 6. Verr. 19.
Lædere aliquem perjurio. Cic. pro Cæcin. 23.
Nectere perjuria blanditiis. Claud. 1. in Ruff. 222.
Quæritur latebra perjurio. Cic. 3. Off. 106.
Revocare perjuria. Propert. 1. 15. 25.
Vendere perjuria. Juven. 14. Sat. 218.
Quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est: non enim falsum jurare, pejerare est. Cic. 3. Off. 108. Al. Perjurare.

Perjuriōsus, a, um. Adj. [ἐπιορκικός] Idem quod Perjurus. Plaut. Truc. 1. 2. 52. Procaciores estis vos, sed illi perjuriosi.
Perjūro, [ἐπιορκέω] āre. Idem quod Pejerare. Plaut. Bacch. 4. 9. 107. Ne perjurem cura. Hor. 2. Serm. 3. 127.
— quare,
Si quidvis satis est, perjuras, surripis, aufers
Undique? Plaut. Asin. 2. 2. 56.
Pernegabo, atque obdurabo, perjurabo denique.
Homo perjuravit. Plaut. Merc. 3. 1. 42. Usitatius tamen est Pejerandi verbum. q. V.
Perjurātus, a, um. Partic. Ovid. 3. Amor. 11. 22.
Et perjuratos in mea damna deos.
Perjurātiuncŭla, æ. f. [ἐπιορκίδιον] dimin. a Perjuratio. Plaut. Stich. 1. 3. 76.
Ac perjuratiunculas parasiticas.
Perixyomĕnos, [περιξυόμενος] i. e. Distringens se. Strigili sc. in balneo. Ita Antigoni nobile opus ex ære sculptum appellat Plin. 34. 8.
Perizōma, ătis. n. [περίζωμα] Id omne quo circumcingimur, Pudendorum operimentum, velamen, quod a Varrone etiam dicitur Suffibulum, a Cicerone Subligaculum. Usus est hac voce interpres Geneseos, 3. 7. Fecerunt (inquit) sibi perizomata. Brayes.
Perizōnium, ii. n. [περιζώνιον] Palliolum præcinctum quo virgines nudæ infra papillas præcinguntur. Hoc & Præcinctorium, & Castula dicitur. Perottus. V. Non. 16. 5.
Perlābor, lapsus sum, [διαπολισθαίνω] ābi. Idem quod Labi: nisi celeritatem aliquam addat præpositio. Cic. 9. Att. 11. Assentio tibi, ut in Formiano potissimum commorer, & jam de Supero mari perlabor. Sil. lib. 3. 410.
Non aliter, quoties perlabitur æquora curru &c.
Frenatis Neptunus equis.
Volucris perlabitur auras. Tibul. lib. 4. 1. 127.
Campum perlabi dicitur equus currens. Sil. lib. 16. 391.
Rotis levibus summas perlabitur undas. Virg. 1. Æn. 151.
Perlabitur per nostras acies aër. Lucret. lib. 4. 248.
Ad imos animi perlapsa recessus. Stat. 4. Silv. 6. 4.
Perlabi supra orbem solis. Lucret. lib. 5. 765.
Perlætus, a, um. Adj. [πολὺ εὔφρων] Vehementer lætum significat. Liv. 10. 21. Supplicatioque perlæta fuit.
Perlātus, a, um. Adj. [πολυπλατής] Valde latum significat.
Perlāte, Adv. [πολυπλατέως] Cic. 2. de Orat. 17. Idque in sermonis nostri consuetudine perlate patet.
Perlecebra, Perlecto, V. Perlicio.
Perlĕgo. ēgi, ectum, [πάλιν ἀναγινώσκω, διέξειμι, ἐπέξειμι] ĕre. A principio ad finem usque legere. Quintil. Quod videre non est satis, sed perlegendum erit. Cic. 1. de Divin. 8. Perlegi, ille inquit, tuum paulo ante tertium de natura deorum.
Scripta perlegi. Ovid. 4. de Pont. 13. 33.
Perlegere oculis, pro Diligenter intueri, vel contemplari. Virg. 6. Æn. 34.
Vultu duro perlegere aliquid. Ovid. 16. Epist. 11.
Perlegere animis, oculisque sequentibus auras. Stat. 3. Theb. 500.
Perlectus, a, um. Partic. Cæs. 5. Bell. Gall. 46. Perlectam epistolam recitat. Idem 1. Bell. Civil. 19. Litteris perlectis.
Perlĕpĭdus, a, um. Adj. [πάνυ ἀστεῖος] Valde lepidus. Plaut. Pseud. 2. 4. 53.
Euge! perlepide Charine, me meo ludo jam beas. Gronov. legit, Euge pæ! lepide.
Perlepide, Adv. Plaut. Cas. 5. 2. 47. Perlepide narrat.
Perlĕvis, e. Adj. [πάνυ κοῦφος] Cic. 2. de Lege Agrar. 80. An ignoratis, cetera illa magnifica Populi Romani vectigalia perlevi sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis, pendere? Liv. 24. 34. Perleve momentum.
Perleviter, Adv. [πάνυ κούφως] Cic. 2. Q. frat. 5. Quod perleviter commotus fuerat.
Perlibens, Perlibenter, V. perlubet.
Perlībĕrālis, e. Adj. [πάνυ ἐλευθέριος] Admodum liberalis. Ter. Hec. 5. 4. 23. Perliberalis visa est.
Perliberaliter, Adv. [πάνυ ἐλευθερίως] Cic. 10. Att. 4. Hoc loco multa perliberaliter. Adde 15. 15.
Perlibet, V. perlubet.
Perlībro, [ἀκριβῶς μετρέω] āre. Diligenter ac perfecte mensurare, & ad libram æquare, sive æquale facere. Columel. lib. 3. cap. 13. Nam stella, quam diximus Græcæ literæ faciem obtinere, pariter imæ fossæ solum metitur, atque perlibrat. Idem lib. 2. cap. 2. pr. Campum non æquissima situm planitie, nec perlibrata, sed exigue prona.
Item Jaculari, quasi libratum projicere. Sil. 2. 189.
— sævamque bipennem
Perlibrans mediæ fronti. Adde 5. 321.
Perlibrātus, a, um. Partic. ut, Planities perlibrata. Columel. 2. 2. Opus permensum & perlibratum. Idem 3. 13.
Perlibratio, ōnis. f. Vitruv. 8. 6. Perductionis prima ratio est perlibratio.
Perlĭcio, exi, ectum, [ἐφέλκω] ĕre. quod frequentius Pellicio dicitur euphoniæ causa: Idem quod Allicere. Liv. 4. 48. Ut quos quisque posset ex collegio Tribunorum ad intercessionem perlicerent. V. pellicio.
Perlicere in amicitiam. Liv. 25.
Necem & arma perliceret. Tacit. 13. Ann. 48. Sed emendatius legitur Proliceret.
Perlĕcebra, æ. f. [μεγάλη αἱμυλία] ut, Illecebra. Plaut. Asin. 1. 2. 7.
— capitis te perdam ego & filiam,
Perlecebræ, pernicies, adolescentum exitium. conf. Bacch. 5. 2. 47. Non. 2. 652. & Taubm. in Plaut. p. 105.
Perlecto, [ἐπισύρομαι] āre. ejusd. frequent. Cic. pro Flacc. 18. Egentes & leves, spe legationis, & viatico publico, privata etiam benignitate perlectat. Sunt tamen qui hic legant Prolectat: & ita habent mei codices.
Perligo, [καταδέω] āre. Constringere. Plaut. Bacch. 1. 2. 28. O perligatum pectus! Alii Codd. Præligatum.
Perlĭnio, ivi, itum, [ἐπιχρίω] ire. Valde & perfecte ac omnino linire. Columel. lib. 9. cap. 12. Protinus custos novum loculamentum, in hoc præparatum, perliniat intus prædictis herbis
Perlino, ini, ivi, vel evi, itum, [καταχρίω] ĕre. Multum linere, vel

vel perfecte & undique. Columel. lib. 7. cap. 5. Mox ulcera lavantur aceto, & tunc pice liquida cum adipe suilla perlinuntur.

PERLĬTUS, a, um. Partic. Plaut. Cas. 2. 3. 23.

Senecta ætate unguentis perlitus ignave incedis? Ubi alii, Unguentatus per vias. Sed occurrit apud Cic. pro Rosc. Amer. 150. Perlitus sanguinis crudelitate.

PERLĪTO, [καλλιερέω] āre. Perfecte litare, sacrificio facto deos placare, votumque impetrare. Valerius Antias apud Gellium lib. 1. cap. 7. Si hæ res divinæ factæ, riteque perlitatæ essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processorum esse. Liv. 36. 1. Ea omnia sacrificia læta fuerunt, primisque hostiis perlitatum est. Et idem, 41. 15. Ceteris diis perlitatum ferunt, Saluti Petilium perlitasse negant. Adde 9. 14. & Flor. 4. 2. 94.

PERLITTERATUS, a, um. Adj. In primis litteratus. Cic. pro Q. Gallio, fragm. Homo perlitteratus.

PERLONGUS, a, um. Adj. [ὑπέρμακρος, πολυμήκης] Cic. 5. Att. 20. Perlonga, & non satis tuta via. Idem de Lege Agrar. 3. Perlongo intervallo.

Perlongum est. Plaut. Trinum. 3. 3. 16.

Nunc, si opperiri vis adventum Charmidis,

Perlongum est. Quasi dicat, Diu tibi exspectandum est, aut longius distat. V. Longum est, in LONGUS.

PERLONGUM, Adv. i. e. Diu. Auson. 4. Epigr. 1. 7.

Tu quoque venturos perlongum consere Janos.

PERLONGE, Adv. [πάνυ μακρὰν] Ter. Eun. 3. 5. 61.

Paratum est. A. frugi es, ubi? domin'? C. immo apud libertum Discum. A.

Perlonge est. C. sed tanto ocius properemus. i. e. Longius distat.

PERLONGINQUUS, a, um. Adj. [πάνυ λοιπός] Plaut. Bacch. 5. 2. 77.

— non tibi venit in mentem amabo: si, dum vivas,

Tibi benefacias, jam pol id quidem esse haud perlonginquum?

PERLŬBET, vel PERLĬBET, uit, itum est, [καταρέσκει] Plaut. Capt. 4. 3. 53.

Perlubet hunc hominem colloqui. h. e. Vehementer cupio hunc alloqui.

PERLUBENS, vel PERLIBENS, entis. [ὑπερευφραινόμενος] Partic. Cic. 2. Q. frat. 8. Sed hoc incommodum consolantur quotidie damnationes inimicorum, in quibus, me perlubente, Servius allisus est, ceteri conciduntur.

PERLŬBENTER, vel PERLIBENTER, Adv. [πάνυ ἡδέως] Cic. 8. Att. 14. Sed ut supra dixi, tecum perlibenter loquor. Adde 7. Fam. 14. & de Univers. 2.

PERLŪCEO, xi, [καταλάμπω, διαφαίνομαι] ēre. Vehementer lucere, vel translucere, & lucem per medium sui transmittere. Frequentius tamen dicitur Pellucere, euphoniæ causa. q. V. Plin. lib. 10 cap. 54. Si contra lumen cacumine ovorum apprehenso una manu purus & uniusmodi perluceat color, sterilia existimantur esse.

Litora nativis perlucent picta lapillis. Propert. 1. 2. 13.

Perlucet ex. Cic. 2. Off. 32. Etenim illud ipsum, quod honestum decorumque dicimus, quia per se nobis placet, animosque omnium natura & specie sua commovet, maximeque quasi perlucet ex iis, quas commemoravi virtutibus. Al. Pellucet.

PERLŪCENS, entis. Partic. [διαφαινόμενος] ut,

Amictu perlucenti circumdata Salmacis nympha. Ovid. 4. Met. 313.

Fibras perlucentes numerare in pectore. Ovid. 6. Met. 391.

Perlucens oratio, V. in PELLUCEO.

PERLŪCĬDUS, a, um. Adj. [διαφανής] Per cujus medium oculos dimittimus atque videmus, ut aqua, laterna, vitrum. Columel. lib. 11. cap. 2. Quidam quum vidissent partem aliquam uvarum virescere, crediderunt tempestivam esse vindemiam. Quidam quum coloratas & perlucidas uvas animadvertissent.

Amnis magis perlucidus vitro. Ovid. 15. Epist. 157.

Bulla perlucida. Ovid. 10. Met. 733.

Deos perlucidos & perflabiles inducit Epicurus. Cic. 2. de Divin. 40.

Fons sonat a dextra tenui perlucidus unda. Ovid. 3. Met. 161.

Gemmæ sunt perlucidæ materiæ. Ulpian. in l. Cum aurum. §. Perveniamus. D. de aur. & arg. legat.

Membranæ oculorum perlucidæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 142.

Stella illustris & perlucida, Valde lucida. Cic. 1. de Divin. 130. Sic Martial. lib. 12. 34.

Crine nitens, niger ungnento, perlucidus ostro. i. e. Fulgentissimus.

Compar. ut, Fides perlucidior vitro. Hor. 1. Carm. 18. 16. i. e. Fides non continens clausa consilia sibi commissa, sed ea omnibus aperiens & indicans. Aptissima vitri similitudine usus est. Lambinus.

PERLUCIDŬLUS, a, um. Adj. dimin. [ὑποδιαφανής] Catull. in Rufum, 67. 4.

Non si illam raræ labefactes munere vestis,

Aut perluciduli deliciis lapidis.

PERLUCIDĬTAS, ātis. f. Vitruv. 2. 8. Parietes tectoriis operibus expoliti, ut vitri perluciditatem videantur habere. Al. Pelluciditatem.

PERLUCTUŌSUS, a, um. Adj. [πένθιμος] Valde luctuosum significat. Cic. 3. Q. frat. 8. Serrani domestici filii funus perluctuosum.

PERLŪDO, si, sum, [παίζω] ĕre. ex Per & Ludo; idem quod simplex Ludo. Propert. 4. 4. 19.

Vidit arenosis Tatium perludere campis,

Pictaque per flavas arma levare jubas. Proludere alii. Sed Manil. 5. 81. Totum perludere Circum.

PERLŪSŌRIUS, a, um. Adj. Perlusorium judicium. i. e. Collusorium, Collusionis causa institutum, quum aliud agitur, aliud simulatur. Ulpian. l. 14. de appel. In P. Si perlusorio judicio actum sit adversus testamentum, &c. Perludere, est Perfecte illudere. Budæus non Perlusorium, sed Prolusorium legit, quod æque certe convenit: quum qui perludit, & proludat: non enim vult se intelligi illudere, cui illudit.

PERLUO, ui, ūtum, [καταλούω] ĕre. Diligenter lavare, & mundum facere. Columel. lib. 6. cap. 8. Tum vino perluitur os. Plin. lib. 8. cap. 27. Rostri aduncitate per eam partem se perluens, qua reddi ciborum onera maxime salubre est.

Artus perluit fonte. Ovid. 4. Met. 310.

Manus perluere fontana unda. Ovid. 5. Fast. 435.

Lympha perlui. Ovid. 3. Met. 173.

Unda gelida perluor. Hor. 1. Epist. 15. 4.

PERLŪTUS, a, um. Partic. [καταλελουμένος] Columel. lib. 9. cap. 16. Expressæ favorum reliquiæ, posteaquam diligenter aqua dulci perlutæ sunt, in vas æneum conjiciuntur.

PERLUSTRO, [καταπατέω, περιάζω] āre. Ubique lustrare, sive diligenter & attente. Liv. 7. 34. extr. Hæc omnia sagulo gregali amictus, Centurionibus item manipularium habitu militum ductis, ne ducem circumire hostes notarent, perlustravit.

Perlustrare oculis. Liv. 25. 9. Ut discurrerent circa vias, perlustrarentque omnia oculis, ne quis, &c. Sil. lib. 7. 537.

Perlustrans campos oculis.

Perlustrare animo. Cic. in Partit. 38. Hujus igitur materiæ, ad argumentum subjectæ, perlustrandæ animo partes erunt omnes: & ad id quod agetur, ex singulis conjectura capienda.

Dicta alicujus perlustrare. Stat. 4. Silv. 3. 143.

PERMĂCER, ăcra, crum. Adj. [κάτισχνος] Plin. lib. 18. cap. 6. Omnia creta coquit, nisi permacra. Adde Cels. 2. 21.

PERMĂCĔRO, āre. Vitruv. 7. 2. Calculi in opere cum permacerantur, dissolvunt & dissipant tectorii politiones.

PERMĂDEO, sive PERMĂDESCO, [καθυγραίνομαι] ĕre. Valde madescere. Columel. lib. 2. cap. 19. Quod si permaduit, inutile est udum movere. Ibid. cap. 4. Nisi si magnis (ut fit nonnunquam) ac subitaneis imbribus, quasi hibernis pluviis terra permaduerit.

Translate Sen. de Provid. cap. 4. Fugite enervatam felicitatem, qua animi permadescunt.

PERMADĔFĂCIO, ĕre. Plaut. Most. 1. 2. 63. de Amore,

Is usque in pectus permanavit, permadefecit

Cor meum. Unde erudite Lips. emendat Flor. 3. 18. 12. Nam Cæsar, exercitu amisso, quum in urbem cruentus referretur, miserabili funere mediam etiam urbem perviam fecit. Permadefecit, inquit, ille.

PERMAGNUS, a, um. Adj. [παμμεγέθης] Cic. 1. de Fin. 55. Fieri tamen permagna accessio potest, si, &c. Ibid. lib. 2. 28. Deinde ubi erubuit (vis enim est permagna naturæ) confugit illoc, ut neget, &c.

Permagna res tua agitur. Cic. pro Rosc. Amer. 103. Vide ne tibi desis, tua quoque res permagna agitur.

Permagnum existimare. Cic. 1. Tusc. 111. Iisque, qui hæc Diagoræ dixit, permagnum existimans tres Olympionicas una ex domo prodire.

Negotia permagna. Hor. 1. Serm. 7. 4.

Permagni interest. Cic. in Partit. 84. Quod enim permagni interest, pro necessario sæpe habetur.

Permagni refert. Ter. Heaut. 3. 1. 58.

Permagno æstimare vel vendere. Cic. 5. Verr. 27. At permagno decumas ejus agri vendidisti. Ibid. 6. 10. Quid? tu ista permagno æstimas?

PERMAGNĬFĬCUS, a, um. Adj. Vulg. Interp. Esth. 2. 18. Permagnificum convivium.

PERMĂNEO, mansi, mansum, [παραμένω, διαμένω, ἐπιμένω] ēre. Usque ad finem manere. Cic. 2. de Fin. 55. Nam quum semel est suscepta beata vita, tam permanet, quam ipsa effectrix beatæ vitæ sapientia.

Innuba permaneo. Ovid. 14. Met. 142.

Mos ille Athenis jam a Cecrope permansit. Cic. 2. de Legib. 63.

Status hic permansit in multos annos. Ovid. 5. Fast. 33.

Tumor ille permansit. Ovid. 15. Met. 305.

Stabilem permanere. Cic. de Amicit. 76. Aliter amicitiæ stabiles permanere non possunt.

Permanere, Perseverare, continuare, per tranalationem. Ter. Hec. 3. 1. 25.

Unde ira inter eas intercessit, quæ tam permansit diu.

In amicitia. Cæs. 8. Bell. Gall. 26.

In armis. Cæs. 8. Bell. Gall. 45.

In incœpto. Cic. 5. Fam. 15.

In eadem mente. Cic. in Catil.

In officio. Cæs. 5. Bell. Gall. 4.

In proposito susceptoque consilio. Cic. 2. Off. 112.

In sententia. Cic. 5. de Finib. 94.

In omnibus meis sententiis de Repub. pristinis permanebam. Cic. 1. Fam. 9.

In tristitia. Cæs. 1. Bell. Gall. 32.

In mea erga te voluntate etiam desertus ab officiis tuis permanerem. Cic. 5. Fam. 2.

Firmum & stabile illud permansurum est. Cic. 2. de Finib. 86.

Permanere, cum Genitivo. Senec. Epist. 77. Si una indepravata virtus est, & sola permanet tenoris sui, unum bonum est virtus.

PERMANSIO, ōnis. f. [διαμονή] Cic. 1. Fam. 9. Nunquam enim præstantibus in Repub. gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua permansio. Adde 2. de Invent. 164. & 11. Att. 18.

PERMĀNO, [διηθέομαι, ἐπιρρέω] āre. Penitus manare. Et varie construitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 137. Ex intestinis autem & alvo secretus a reliquo cibo succus is, quo alimur, permanat ad jecur, per vias quasdam a medio intestino usque ad portas jecoris.

Ad animum permanat macula, ex sanguine paterno aut materno concepta. Cic. pro Rosc. Amer. 66.

Ad mentes eorum, apud quos agitur movendas, permanare ut possint principia & ceteræ partes orationis, habere banc vim magnopere debent. Cic. 2. de Orat. 311.

Permanare per. Lucret. lib. 3. 699.

Permanare animam nobis per membra solere.

Calor permanat argentum. Lucret. lib. 1. 495.

Frigus permanat ad ossa. Lucret. lib. 1. 356.

Humor aquarum permanat in saxis. Lucret. lib. 1. 349.

Malum acre permanat huc. Lucret. lib. 3. 253.

Permanare dicitur res aliqua, Vulgari. Ter. Adel. 2. 4. 19.

Quam primum absolvitote, ne si magis irritatus siet,

Aliqua ad patrem hoc permanat, atque ego tunc perpetuo perierim. i. e. Ne rescíscat pater.

Permanavit ad plures. Cæs. 2. Bell. Civil. 29.

Permanare ad aures. Cic. pro Domo, 121. Etsi effluunt multa ex vestra disciplina, quæ etiam ad nostras aures sæpe permanant.

Permanavit in hanc civitatem doctrina Pythagoræ. Cic. 4. Tusc. 2.

Permanare, pro Pervenire. Lucret. 1. 123.

Quo non permanent animæ, neque corpora nostra. Nam antiquis Manare, Venire interdum erat. Id e Festo apparet scribente, Manalem lapidem ostium orci esse putatum, per quod animæ inferorum ad superos manarent: id est, ut opinor venirent. Turneb.

PERMANANS, antis. Partic. [[illegible]] ut, Concluſiunculæ non permanantes ad ſenſus. Cic. 2. Tuſc. 42.

PERMANANTER, Adv. [[illegible]] Lucret. lib. 6. 916.
Uſque adeo permananter vis prævalet ejus. De magnete lapide. i. e. Tranſitorie, ut ita loquar. Lambinus vero, Permananter, i. e. Eo modo ut permanet, & perveniat ad multas res ferreas, legitque Pervalet.

PERMANASCO, [[illegible]] ĕre. Plaut. Trinum. 1. 2. 118.
Neve cuiquam, unde ad eum id poſſet permanaſcere. i.e. Unde poſſet reſcire.

PERMARĪNUS, a, um. Adj. [[illegible]] Ædem Laribus permarinis vovit. Liv. 40. 52. V. LAR.

PERMĀTŪRESCO, ui, [[illegible]] ĕre. Prorſus maturum fieri. Ovid. 4. Met. 165.
Nam color in pomo eſt, ubi permaturuit, ater. I. e. Perfecte maturuit. Columel. lib. 2. cap. 10. Et hoc quidem ſemen Ciliciæ, Syriæque regionibus ipſe vidi menſe Junio Julioque conſeri, & per Autumnum quum permaturuerit tolli.

PERMATŪRUS, a, um. Adj. Perfecte maturus. Columel. lib. 12. cap. 48. Olivas, quum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint, ſereno cælo diſtringere manu convenit.

PERMĔDIŎCRIS, e. Adj. [[illegible]] Cic. 1. de Orat. 220. Partim qui tolerabiliores volunt eſſe, & veritatem vitæ propius accedere, permediocres, ac potius leves motus, debere eſſe dicunt.

PERMĔDĬTĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. Permeditatam meis dolis. Plaut.

PERMEO, [[illegible], [illegible]] āre. Idem quod Meare, vel prætergredi. Plin lib. 11. cap. 29. Immenſos permeant tractus.
Permeare, & Tranſire per omnia. Cic. 4. Acad. 119. Erit perſuaſum etiam ſolem, lunam, ſtellas omnes, terram, mare, deos eſſe, quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & tranſeat.
Orbem permeare. Lucan. lib. 2. 418.
Tot maria & terras permeat. Ovid. 4. de Ponto, 11. 16.
Permeare extra lacum. Columel. lib. 8. cap. 15.
Permeare ſub maria. Plin. lib. 31. cap 5.

PERMEĀTUS, a, um. Partic. paſſ. Ammian. 21. 25. Permeato flumine. Et alibi.

PERMEATOR, ōris. m. Tertull. Apol. cap. 21.

PERMEĀBILIS, e. Adj. Solin. 47. Latitudo vix eſt plauſtro permeabilis.

PERMĔREO, ēre. Idem quod Merere, Militare. Stat. 1. Silv. 4. 73.
— & ſole ſub omni
Permeruit jurata manus.
An Uſque ad finem merere? Videlic. Uſque ad finem uniuſcujuſque belli. H. St.

PERMESSUS, [Πέρμησσος] Fluvius Bœotiæ ex Helicone proveniens, Phœbo & Muſis ſacer. Virg. 6. Ecl. 64.
Tum canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum. Strabo lib. 9.

PERMESSIS, idis vel idos. [Περμησσίς] patronym. f. Martial. lib. 1. 72.
Quid tibi cum Cyrrha, quid cum Permeſſidos unda?

PERMESSIUS, a, um. Adj. [Περμήσσιος] Claud. de Laud. Seren. 8.
Fons Aganippea Permeſſius educat unda.

PERMĔTIOR, menſus ſum, [[illegible]] Iri. Idem quod Metiri. Cic. 4. Acad. 126. Vos ergo hujus magnitudinem quaſi decempeda, &c. permenſi refertis. De ſole. Plin. lib. 2. cap. 65. Permenſus montes.
Oculis permenſi ſeſe. Stat. 6. Theb. 757.
Permetiri, Peragere, perluſtrare, inquit Budæus. Cic. de Univerſ. 29. Attamen illud perſpici & intelligi poteſt, abſoluto perfectoque numero temporis, abſolutum perfectumque annum tunc compleri denique, quum ſe octo ambitus confectis ſuis curſibus ad idem caput retulerunt, quumque eos permenſus eſt idem & ſemper ſui ſimilis orbis.
Permetiri æquor. Virg. 3. Æn. 157.
Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor. i. e. Evecti, inquit Servius.
Aera permenſus multum. Lucret. lib. 6. 1140.
Iter durum permenſus. Stat. 1. Silv. 2. 202.

PERMENSUS, a, um. Partic. paſſ. [[illegible]] Columel. 3. cap. 13. Sic permenſum & perlibratum in ſimilitudinem vervacti ſemper procedit. & Apul. 8. Met. p. 209. Elmenh. Aliquanto viæ permenſo ſpatio.

PERMENSIO, ōnis. f. Mart. Capell. 7. p. 235. Prudens permenſio terræ.

PERMĔTUO, [[illegible]] ĕre. Valde metuere. Virg. 2. Æn. 572.
Et pœnas Danaum, & deſerti conjugis iras
Permetuens.

PERMĪLĬTO, āre. Ulpian. in l. Si tribunus. D. de excuſat. Si Tribunus in cohortibus Prætoriis permilitaverit, &c.

PERMĪLĬTĀTIO, ōnis. f. apud Veget. de Re Mil.

PERMINGO, ĕre. Penitus vel Per totum mingere. Hor. 1. Serm. 2. 44.

PERMĪNŪTUS, a, um. Adj. [[illegible]] Cic. 2. Tuſc. 30. Ut omnia præterea, quæ bona corporis & fortunæ putantur, perexigua & perminuta videantur.

PERMĪRANDUS, a, um. Partic. a Permiror. Gell. 3. 6.

PERMĪRĀBILIS, e. Adj. Auguſtinus.

PERMĪRUS, a, um. Adj. [[illegible]] Cic. 3. Fam. 10. Illud vero permirum mihi accidit, tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcente. Adde 1. de Orat. 214.

PERMISCEO, miſcui, miſtum vel mixtum, [[illegible], [illegible]] ēre. Valde miſcere. Cic. 4. Verr. 123. Non modo illa, quæ erant ætatis, ordinis, quæſtuſque, permiſcuit: ſed etiam in his duobus generibus, civium novorum, veterumque, delectum ordinemque turbavit.
Permiſcere & Confundere. Cic. in Orat. 195. Ego autem ſentio omnes in oratione quaſi permiſtos & confuſos pedes.
Permiſcere omnia. Cic. pro Planc. 41. Omnia potius permiſcuerunt, quam ei legi, conditionique parerent.
Permiſcere Græciam. Cic. in Orat. 39. Qui, ſi tenui genere uteretur, nunquam ab Ariſtophane poeta fulgurare, tonare, permiſcere Græciam dictus eſſet. i. e. Perturbare & confundere, inquit Budæus.
Permiſceri dulci aqua. Columel. lib. 2. cap. 2.
Permiſceri vino. Cic. 12. Philipp. 26. Cujus acerbitas morum, immanitaſque naturæ, ne vino quidem permiſta temperari ſolet.
Cælum pelago permiſcuit Eurus. Sil. lib. 15. 717.
Permiſcere cum. Cic. de Univerſ. 19. Et ejus copulationis alienam permiſcens cum materia. Idem 5. Verr. 177. Sed ejus rationem cum damnatione Dolabellæ permiſcuit.

Sordes alicujus cum ſplendore clariſſimorum virorum permiſcere. Cic. in Vatin. 13.
Fortunam opinione excellentem cum laboribus & miſeriis permiſcere. Cic. 2. de Orat. 210.
Permiſcere frigus & æſtum. Lucret. lib. 6. 363.
Permiſcere in. Plin. lib. 12. cap. 15. Myrrham in iiſdem ſilvis permiſtam arborem naſci tradidere aliqui, plures ſeparatim. [Immo præpoſitio In refertur ad τὸ Silvis.
Permiſceri connubio. Plin. lib. 12. cap. 19. Cinnamum naſcitur in Æthiopia Troglodytis connubio permiſta.
Mortes permiſcere. Lucan. lib. 7. 101.
Fides permiſcenda ruinæ mundi. Lucan. lib. 2. 254.

PERMISTUS, & PERMIXTUS, a, um. Partic. [καταμιχθεὶς] ut,
Anima permiſta toto corpore. Lucret. lib. 3. 352.
Corpora viva permiſta ſepultis. Lucan. lib. 2. 152.
Fructus magna acerbitate permiſtos ex rep. tuli. Cic. pro Planc. 92.
Grege permiſto pueri, innuptæque puellæ. Stat. 1. Silv. 2. 12.
Moribus permiſtis eſſe. Lucret. lib. 3. 749.
Permiſta & temperata numeris oratio. Cic. in Orat. 196.
Ruinæ permiſtæ. Lucret. lib. 1. 1100.
Sonitus tubæ permiſtus lituo. Hor. 1. Carm. 24.

PERMISTE, & PERMIXTE, Adv. [[illegible]] Cic. in Partit. 24. Ut quum ſemel dictum ſit directe, ſicut natura ipſa tulerit, invertatur ordo, & idem quaſi ſurſum verſus retroque dicatur, deinde idem interciſe atque permiſte.

PERMISTIO, & PERMIXTIO, ōnis. f. Verbale. [[illegible]] Cic. de Univerſ. 37. In qua omnem animum univerſæ naturæ temperans permiſcebat, ſuperiſque permiſtionis reliquias fundens æquabat. Macrobius in in Somnio Scipionis lib. 2. cap. 15. hac voce frequenter utitur. Vitruv. 2. 6. & Apul. 1. Dogm. Plat.

PERMISSIO, PERMISSOR, PERMISSUS, V. PERMITTO.

PERMĪTIS, e. Adj. [[illegible]] Valde mite & Perfecte maturum ſignificat. Columel. lib. 12. cap. 41. Et integra mala dulcia granata, quæ Punica vocantur, & ſorba non permitia diviſa exemptis ſeminibus.

PERMITTO, iſi, iſſum, [[illegible]] ĕre. pro Mittere, vel Tranſmittere aliquando accipitur. Columel. lib. 7. cap. 8. Hoc genus caſei poteſt etiam trans maria permitti.
Permittere, [ἀφίημι] Immittere, incitare, inquit Perottus. ut, Permittere equum in. Liv. 3. 61. Concitant equos, permittuntque in hoſtem.
Permittere, [[illegible]] Dedere. ut, Permittere ſeſe militibus. Liv. 24. 30.
Permittere ſe in fidem alicujus, Tradere. Cæſar 2. Bell. Gall. 3. Liv. 36. 27. extr. Hæc una via omnibus ad ſalutem viſa eſt, ut in fidem ſe permitterent Romanorum.
Permittere ſe fidei alicujus. Liv. 36. 28. pr. Ætolos ſe ſuaque omnia fidei populi Ro. permittere. & p. p. In fidem tuam nos tradidimus.
Permittere ſe in deditionem alicujus. Liv. 8.
Permittere, [συγχωρεῖν, ἀνιέναι] Concedere, tolerare, ſinere. Cic. 1. Tuſc. 35. Præclare id quidem, qui & amico permiſerit, & ſe oſtenderit de hoc toto genere nihil laborare.
Cogere & Permittere, contraria. Auctor ad Heren. lib. 2. 15.
Permittere aliquid liberum. Liv. 31. & 37. 7.
Arma permittit populis. Lucan. lib. 7. 123.
Feminas maribus. Columel. lib. 6. cap. 24.
Habenas equo. Tibul. lib. 4. ad Meſſalam, 1. 92.
Iracundiæ alicujus aliquid. Cic. pro Sulla, 46.
Judicio alterius, pro Alterum facere judicem, & ex ejus arbitrio omnia ſtatuere. Ter. Phorm. 5. 8. 56.
Judicibus. Cic. 7. Verr. 22. Facere conjecturam ſine mea argumentatione judicibus ipſis permittam, quod hoc genus prædandi, &c.
Inimicitias cum aliquo ſuſceptas Reipublic. permittere. Cic. pro Sext. 72.
Lex jubet, aut permittit, aut vetat. Cic. de Invent. 145.
Licentiam permittere. Cic. 1. Tuſc 6.
Morem. Virg. 1. Æn 544.
— quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria?
Negotium alicui totum permittere, ſeque in ejus poteſtate fore dicere. Cic. 2. Q. frat 8.
Omnia alicui permittere. Cic. pro Domo, 55.
Poteſtatem alicui. Cic. pro Cluent. 123. Ne in unumquemque noſtrum Cenſoribus in poſterum poteſtatem regiam permittatis.
Poteſtatem infinitam innumerabilis pecuniæ conficiendæ permittere. Cic. 2. de Lege Agrar. 33.
In cenſu habendo poteſtas omnis æſtimationis habendæ Cenſori permittitur. Cic. 4. Verr. 131.
Committere fidei alicujus, & Permittere poteſtati aliquem. Cic. pro Font. 30.
Precibus alicujus permittere aliquid. Stat. 4. Silv. 1. 34.
Regnum permittere. Cic. pro Sull. 21.
Vela ventis. V. ORA.
Vitam ſententiis judicum. Cic. pro Roſc. Amer. 149.
Permittere ad aliquem. Senec. Epiſt. 67.
Permittere, Præcipitare. Siſenn. lib. 4. Multi præmiſſis armis ex fumo ſe permitterent. Non. 2. 710.
Permitti, pro Remitti. l. Imperatores. D. de pactis.
Permitti, Ita mitti, ut eo perveniat quo mittitur. Lucret. lib. 4. 692.
Hic odor ipſe igitur, nares quicunque laceſſit,
Eſt, alio ut poſſit permitti longius alter. Lambinus.
Permittitur, Imperſ. Plin lib. 4. cap. 14. Si conjectare permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum opinioni, & longitudinis ab Agrippa traditæ.

PERMISSUS, a, um. Partic. [[illegible], συγχωρηθεὶς] Liv. 4. 30. Cognitioque ejus rei L. Sergio & Q. Servilio, & Mamerco Æmilio permiſſa.
Poteſtas permiſſa illis. Lucan. lib. 1. 595.
Permiſſum eſt lege. Cic. 16. Att. 17.

PERMISSUM, i. n. Hor. 2. Epiſt. 1. 45. Utor permiſſo. conf. Labeon. JCt. apud Ulpian. Dig. 11. t. 7. l. 8.

PERMISSIO, ōnis. f. [συγχώρημα] Actus permittendi. Liv. 37. 7. pr.
Aut

Aut ex summa pecuniæ demerent, aut permissionem extra civium corpora fieri juberent. Responsum autem fuerat, Senatui liberum arbitrium de se permitterent.
Grata mansionis permissio. Cic. 3. Q. frat. 1.
Plus valet permissione sanctio. Auctor ad Heren. lib. 2. 15.
Permissio, Figura est rhetorum, quæ definitur ab auctore ad Herenn. lib. 4. 4. Quum ostendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere, & concedere alicujus voluntati: sic, Quoniam, omnibus rebus surreptis, solum mihi superest animus & corpus, hæc ipsa, quæ mihi de multis sola relicta sunt, vobis & vestræ condono potestati.

PERMISSUS, ûs. m. [συγχώρησις] Idem. Cic. 1. Off. 40. Quum enim Annibalis permissu exisset e castris, rediit paulo post. Idem 5. Verr. 184. Permissu tuo. Liv. 3. 43. Decemvirorum permissu. Imperatoris. Idem 37. 49. extr.

PERMISSOR, ōris. m. Tertull. adv. Marc.

PERMŎDESTUS, a, um. Adj. [πολυμέτριος] Cic. 4. Att. 8. Satis enim acutus & permodestus, ac bonæ frugi. Idem in Catil. 2. 12. Homo enim videlicet timidus & permodestus, vocem Consulis ferre non potuit.
Sensus permodestus. Tacit. 1. Ann. 7. 4.

PERMŎDĬCUS, a, um. [πάμικρος] Adj. Suet. in August. cap. 6. Locus permodicus. & Tiber. 47. extr. Permodica re familiari.

PERMODICE, Adv. Columel. lib. 5. cap. 11. Permodice findito. h. e. Perparum.

PERMŎLESTUS, a, um. Adj. [πολυαργαλέος] Vehementer molestus. Cic. 1. Att. 18. Atque hi (nolo enim te permoveri) non sunt permolesti, sed tamen insident & urgent, & nullius amantis consilio aut sermone requiescunt.

PERMOLESTE, [πολυχαλεπῶς] Adv. Cic. 6. Verr. 131.

PERMŎLO, ui, ĭtum, ĕre. Idem quod simplex Molere. Sensu obscæno posuit Hor. 1. Serm. 2. 30.

> Quidam notus homo quum exiret fornice: macte
> Virtute esto, inquit sententia dia Catonis.
> Nam simulac venas inflavit tætra libido,
> Huc æquum est juvenes descendere, non alienas
> Permolere uxores.

i. e. Violare, polluere, subagitare. Acron.

PERMŎVEO, ōvi, ōtum, [καθικνεῖν, ἐξάγειν] ēre. Vehementer movere. Cic. 5. Verr. 144. Quod si quis sociorum incommodis minus movetur, si quem aratorum fugæ, calamitates, exsilia, suspendia denique non permovent, &c.
Aures duras permovimus precibus. Claud. de 6. Cons. Hon. 368.
Ira, vel luctu. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Adduci & permoveri re aliqua. Cæs. 1. Bell. Gall. 3. pr. His rebus adducti, & auctoritate Orgetorigis permoti.
Vehementer permoveri. Cic. 1. Att. 13. Qui mæsti inter sui dissimiles & mærentes sedebant, & contagione turpitudinis vehementer permovebantur.
Miseratione mens judicum permovenda est. Cic. in Orat. 131.
In commovendis judicibus, iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere volumus, permoveri. Cic. 2. de Orat. 189.

PERMŌTUS, a, um. Partic. ut
Permotus nescio qua animi divinatione. Cic. 3. Fam. 13.
Permotus iracundia, dolore, metu. Cic. 10. Att. 4.
Lacrimis permotus. Stat. 12. Theb. 589.
Permotus metu. Cic. pro Cæcin. 49. Quod si fuisset, & ex eo loco permotus fugisset, quum armatos vidisset, &c.
Permotus mente, quasi De mente remotus, pro Insano. Cic. 1. de Divin. 129. Quod maxime contingit aut dormientibus, aut mente permotis.
Mare permotum ventis. Lucret. lib. 6. 726.

PERMOTIO, ōnis. f. [κατάπληξις] Cic. 4. Acad. 135. Mediocritates illi probabant, & in permotione naturalem volebant esse quendam modum. Idem 1. de Divin. 9. Alteram mentis incitatione & permotione divina?
Permotio & Conciliatio, contraria. Cic. 2. de Orat. 216. Illa autem, quæ aut conciliationis causa leviter, aut permotionis vehementer aguntur, contrariis commotionibus inferenda sunt, ut odio, benevolentia, misericordia, invidia tollatur.
Permotio animi. Cic. 4. Acad. 135. Atque illi quidem etiam utiliter a natura dicebant permotiones istas animis nostris datas: metum, cavendi causa: misericordiam, ægritudinemque, clementiæ: ipsam iracundiam, fortitudinis quasi cotem esse dicebant.
Mentis permotione magis quam natura hæc sentimus. Cic. 2. de Divin. 9.

PERMULCEO, si, sum & ctum, [καταψήχω] ēre. Valde mulcere, lenire, mollire, mitigare, leniter attrectare. Cic. 2. de Nat. Deor. 114.

> Aram quam flatu permulcet spiritus Austri.

Ex poeta.
Terque manu permulsit eum. Ovid. 4. Fast. 551.
Permulcere atque allicere. Cic. 2. de Orat. 315. Prima est quasi cognitio & commentatio orationis in principio, quæ continuo eum, qui audit, permulcere atque allicere debet.
Solatia vitæ permulcent animos. Lucret. lib. 5. 21.
Arterias leni voce permulcere. V. PERMULSUS Partic.
Aures vacuas. Hor. 1. Epist. 17. 26.
Aures assistentium pravis voluptatibus. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Aures sonus & numerus permulcent. Cic. in Orat. 163.
Colla draconum permulsit. Ovid. 7. Met. 221.
Corda furentum permulsit. Sil. lib. 13. 344.
Iras. Liv. 7. 40.
Jucunditate. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Plebem permulcere atque tractare. Liv. 3. 14. extr. Paulatim permulcendo, tractandoque mansuefecerant plebem.
Sensum voluptate qui permulcet, pellit animum. Cic. 2. de Finib. 32. [An Sensuum?
Permulceri voluptate lætissima. Columel. lib. 12. cap. 2.

PERMULCENS, entis. Partic. [καταψήχων] ut,
Membra permulcens. Sil. lib. 5. 144. Catul. Argon. 62. 162.

> Candida permulcens liquidis vestigia lymphis.

PERMULCTUS, a, um. Partic. Sallust. lib. 4. Hist. apud Priscian. 9. Dein lenita jam ira, postera die liberalibus verbis permulcti sunt.

PERMULSUS, a, um. Partic. Varr. in Sat. Capite permulso. Auctor ad Heren. 3. 21. Nam læduntur arteriæ, si antequam leni voce permulsæ sunt, acri clamore compleantur.

PERMULSIO, ōnis. f. Non. 1. 294. Omnia, quæ sunt natura fera, manuum permulsione mitescunt.

PERMULTUS, a, um. Adj. [πάμπολυς] Cic. 14. Att. Sunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis causa in hæc loca veniant.
Imitatores principum permulti exsistunt. Cic. 3. de Legib. 31.
In faciem permulta jocatus. Hor. 1. Serm. 5. 62.

PERMULTO, Adv. [περὶ πάμπολυ] Cic. 2. de Divin. 126. Præsertim quum Chrysippus, Academicos refellens, permulto clariora & certiora esse dicat, quæ vigilantibus videantur, quam quæ somniantibus.
Permulto minora. Lucret. lib. 5. 545.

PERMULTUM, Adv. [πάμπολυ] Cic. 14. Att. 23. Et prima illa actio, & hæc contra Antonium concio, mihi profecisse permultum videtur.
Permultum interest. Cic. 1. Off. 27. In omni injustitia permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque brevis est, & ad tempus, an consulto & cogitato fiat injuria.

PERMUNDUS, a, um. [πολυκαθάριος] Adj. Varr. 3. de R. R. cap. 8. Permundæ sunt enim hæ volucres. De columbis.

PERMUNDO, āre. Theod. Prisc. 1. 19.

PERMŪNIO, [κατοχυρόω] īre. Valde munire, aut Absolvere quod munire inceperas. Liv. 30. 16. Et quæ munimenta inchoaverat, permuniit.
Locorumque opportuna permunivit. Tacit. 4. Ann. 24.

PERMUNĪTUS, a, um. Partic. [πάνυ ἰσχυρός] Liv. 7. 16. Privernates, quum ante mœnia sua castris permunitis consedissent, vocatis ad concionem militibus, &c. Sic & alibi sæpius.

PERMŪTO, [ἀντικαταλλάττειν, ἐπικαταλλάττειν, ἀμείβειν, παραμείβειν, ἀλλάττειν] āre. Festus, Permutari id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur: at commutatur, quum aliud pro alio substituitur. Martial. lib. 8. 75.

> Permutatur onus, stipataque tollitur alte.

Permutare cum. Plin. lib. 11. cap. 37. Lien cum jecinore locum aliquando permutat.
Permutare inter se nomina. Plaut. Capt. 3. 5. 18.
Permutare in contrarium. Plin. lib. 17. cap. 11.
Permutare quædam ad. Cic. 16. Att. 1. Quæ quo plus permutasti, quam ad fructum insularum: id ille annus habeat, in quem itineris sumptus accessit.
Invicem permutari. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Figuræ permutantur. Lucret. lib. 2. 1021.
Permutare aliquid ære alieno alicujus, Commutare in alienum, debitum, & alieni debiti vice accipere. Plin. lib. 7. cap. 38.
Dominos permutare. Hor. 2. Epist. 2. 174.
Domos. Claud. 1. in Eutrop. 60.
Favorem odiis. Cic. ad Adrianum 1. 3.
Permutare pecuniam, est, inquit Budæus, Per mensam mittendam curare. *Par la banque, Par lettre de change.* Cic. 2. Fam. 17. Se ait curasse, ut cum quæstu populi pecunia permutaretur. V. Cic. 2. Attic. 15; 12. 24. & 26. Et 2. Off. 21.
Permutare Rempub. pro Perturbare. Cic. 3. de Legib. 20. C. Gracchus ruinis & emillitiis, quas ipse se projecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se cives, nonne omnem Reip. statum permutavit? V. not.
Permutare, pro Emere. Plin. lib. 31. cap. 1. Singulis millibus nummûm permutantibus congios pæne binos. Budæus.
Permutare pretio, vel merce. Plin. lib. 9. cap. 55.

PERMUTĀTUS, um. Partic. ut,
Permutatus ordo. Lucret. lib. 1. 828.

> Tantum elementa queunt permutato ordine solo.

PERMUTATIO, ōnis. f. [ἀντικαταλλαγή] Cic. 5. Att. 13. Ego præterea rationem Philogeni, & permutationis ejus, quam tecum feci, edidi.
Publica permutatio. Cic. 3. Fam. 5. Per paucos dies, dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, commorabor.
Magna rerum permutatione impendente declinavi paululum. Cic. pro Sext. 73.
Perturbare litteras varia permutatione. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Est & Oratoris exornatio. Cic. 4. ad Heren. 47.

PERNA, æ. f. [πτέρνα] a Pede dicitur, vel potius ex Gr. πτέρνα. Pernæ dicuntur tam priores, quam posteriores coxæ porcinæ salitæ cum toto pede. Plaut. Capt. 4. 2. 70.

> Scis bene esse, si sit unde. 82. pernam atque ophthalmiam, &c.

Plin. lib. 8. cap. 51. Castrantur feminæ sic quoque, uti cameli, post bidui inediam, suspensæ pernis prioribus, vulva recisa.
Perna, a pede suis, a nomine ejus. Varr. 4. de L. L. 22. [Subaudi Græco, quod, est πέρνα, vel πτέρνα, Latinis item usurpatum de quovis animali, ut ex superiore Plinii loco apparet.
Pernam, in hominibus etiam dixit Ennius, quum scribit,

> His pernas succidit iniqua potentia Pœni.

Ex Turneb.
Inter Petasonem & Pernam interest, ut ex Martial. 13. 54. colligitur, quum scribit sub lemmate Perna,

> Cerretana mihi fiet, vel missa licebit
> De Menapis, lauti de petasone vorent.

Ego putem Petasonis partem Pernam vocari, Athenæo auctore, cujus hæc lib. 14. verba sunt, Ἐστὶ δὲ πετασῶνος μέρος ἐσχάτου κεῖται, ὃ πέρναν καλοῦσι. Turneb. Advers. 16. 16. conf. Voss. Etymol.
Debilis perna. Stat. 4. Silv. 9. 34.
Fumosa. Hor. 2. 117.
Ab hujus similitudine, Perna etiam Piscis dicitur ex concharum genere. V. Plin. lib. 32. cap. 11.
Perna, etiam in arboribus dicitur. Plin. lib. 17. cap. 10. Avulsisque arboribus stolones vixere. Quo in genere & cum perna sua avelluntur, partemque aliquam e matris quoque auferunt secum fimbriato corpore.
Perna pro Homine stolido. Plaut. Truc. 2. 2. 39.

PERNONIDAS, æ. m. Adj. forma patronym. joco finxit Plaut. Men. 1. 3. 27.

> Atque aliquid scitamentorum de foro obsonari,
> Glandionidam suillam, laridum pernonidem, &c.

PERNĀVIGO, [περιπλέω] āre. Totum aliquem locum enavigare. Plin. lib. 2. cap. 67. Sub eodem sidere pars tota, vergens in Caspium mare, pernavigata est Macedonum armis.

PERNAVIGĀTOR, ōris. m. apud Senecam.

PERNĒCESSĀRIUS, a, um. Adj. [πάνυ ἀναγκαῖος] Admodum necessarius. ut, Tempus pernecessarium, Quo maxime oportet aliquid fieri. Cic. 5. Att. 21. Non esse Romæ meo tempore pernecessario, sub moleste fero.
Pernecessarius, Valde conjunctus & propinquus. Cic. pro Flacc. 14.

Contendiſſe a Lælio paterno amico, ac perneceſſario, ut hunc boc judicio arceſſeret. V. 9. Fam. 13.

PERNĔGO, [ἐξαρνέομαι] āre. Vehementer, vel omnino negare. Ter. in prol. Eun. 34.

— ſed eas fabulas factas prius
Latinas ſciſſe ſeſe, id vero pernegat. Cic. 3. Verr. 106. Sæpe appellati pernegaverunt.

Traditum a ſe aliquid pernegare. Cic. pro Cœl. 65.

Pernegatur, Imperſonale. Cic. 6. Verr. 76. Itaque illo tempore, ac primo iſtius adventu pernegatur.

PERNEGĀTIO, ōnis. f. apud JCtos.

PERNEO, ēvi, ētum, ēre. Ad finem uſque nere. Totum nere. Martial. lib. 1. 89.

Quum mihi ſupremos Lacheſis perneverit annos,
Non aliter cineres mando jacere meos. i. e. Quum fatalem vitæ meæ curſum explevero. Corrupti codices habent, Pervenerit. *Achever de filer, Parfiler.*

PERNĒTUS, a, um. Partic. Sidon. Apollin. 15. 167.

— quam cernas Parcarum vellere in ipſo
Nondum pernetam fato præſtare ſalutem.

PERNICIES, ēi. f. [ὄλεθρος, ὄλεθρος, πανωλεθρία] Mors; a Perneco, pernecas. Nonius 2. 652. Pernicies, Periculum, exitium. Ter. Adelph. 2. 1. 36.
Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium.

Pernicies, pernicii in Genitivo declinaſſe veteres probat Gell. Noct. Attic. lib 9. cap. 14. ex Cic. orat. pro S. Roſc. 131. ubi ita ſcriptum legit, Quorum nihil pernicii cauſa, divino conſilio, ſed vi ipſa & magnitudine rerum, factum putamus. Al. Perniciæ, vel Perniciei. V. Voſſ. de Analog. 2. 19.

Pernicies, & tempeſtas barathrumque macelli. Hor. 1. Epiſt. 15. 31.

Vini pernicies lymphæ. Catull. 25. 6.

Labes & pernicies provinciæ. Cic. 2. Verr. 2.

Pernicies Reip & exitium urbis. Cic. 4. in Catil. 10.

Citra perniciem. V. CITRA præpoſitionem.

Detrimentum & pernicies. Cic. 1. de Invent. Ne mali, magno cum detrimento bonorum, & communi omnium pernicie, plurimum poſſint.

Peſtis & Pernicies. Cic. 1. in Catil. 33 diſce ominibus, Catilina, cum ſumma Reip. ſalute, & cum tua peſte & pernicie, &c proficiſcere ad impium bellum ac nefarium.

Pernicies & Salus, contraria. Cic. 2. de Orat. 35. Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad ſalutem vocatur.

Communis pernicies. V. COMMUNIS.

Conjuncta cum magna calamitate Reip. pernicies. Cic. 1. in Catil. 11.

Acceſſit fortunis pernicies. V. ACCEDO.

Depellere perniciem a patria. Cic. pro Domo, 75.

Facere perniciem alicui. Tacit. 2. Hiſt. 70. 3.

Ferre perniciem. Hor. 1. Serm. 4. 130.

Gliſcens pernicies. Tacit. lib. 12. Ann. 54.

Moliri perniciem. Cic. in Catil.

Incumbere ad, vel in perniciem alicujus. V. INCUMBO.

Incurrere in perniciem. Cic. 3. de Nat. Deor. 69.

Inſtructus ad perniciem. V. INSTRUO.

Invenire ſibi perniciem. Tacit. 1. Ann. 74.

Vertere in perniciem. Tacit. 2. Ann. 20.

PERNICIĀLIS, e. Adj. [ἐξώλης] Quod perniciem affert. Plin. lib. 15. cap 18. Cato perniciali odio Carthaginis flagrans.

Diſſidium. Lucret. lib. 1. 453.

Morbi, Exitiales. Liv. 27. 23.

Odium. Plin. lib. 24. cap. 1.

Prælia. Plin. lib. 8. cap. 5.

PERNICIĀBĬLIS, e. aliud Adj. [πανώλεθρος] Ad mortem omnia ducens. Curt. lib. 7. 3. 13. Multos exanimavit rigor nivis inſolitus, multorum aduſſit pedes, plurimorum oculis præcipue perniciabilis fuit. Tacit. 4. Ann 34. 2. Id perniciabile reo.

PERNICIŌSUS, a, um. Adj. [ὀλέθριος, ὀλοὸς, ὀλοός, ἀλιτήριος] Damnum afferens. Cic. de Amicit. 97. Quanquam iſta aſſentatio perniciosa ſit, nocere tamen nemini poteſt, niſi ei, qui eam recipit.

Calamitoſus & Perniciosus. Cic. Anteq. iret in exſil. 21. Quæ tamen omnia jam non ſunt tam calamitoſa, quod mihi ſunt ſubeunda: quam pernicioſa, quod in Remp. ſunt introducta.

Fœdum & pernicioſum judicii exitum leniſſime tuli. Cic. 3. Q. frat. 9.

Labes civitatis nefanda & pernicioſa. Cic. pro Domo, 114.

Leges Cæſ. 1. Bell. Civil. 7.

Numina cultori pernicioſa ſuo. Ovid. 2. Triſt. 14.

Scripta pernicioſa auctori ſuo. Ovid. 5. Triſt. 1. 68.

Morbi pernicioſiores pluresque ſunt animi, quam corporis. Cic. 3. Tuſc. 5.

Superl. Hoſtis ſtudiorum pernicioſiſſima. Quintil. lib. 2. cap. 2.

PERNICIŌSE, Adv. [ὀλεθρίως] Damnoſe, exitialiter. Plin. lib. 17. cap. 22. Sic pernicioſe luxuriat. Cic. 14. Att. 13. Quam diſſolute, quam turpiter, quamque ita pernicioſe, ut, &c.

Compar. Cic. 3. de Legib. 32. Quo pernicioſius de Repub. merentur vitioſi principes, quod non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in civitatem.

PERNICITAS, V. PERNIX.

PERNĬGER, igra, grum. Adj. [παμμέλας] Valde nigrum ſignificat. Plautus Pœn. 5. 2. 153.

Specie venuſta, ore parvo, atque oculis pernigris.

PERNĬMIUM, Adv. [πάνυ ἄγαν] Ter. Adelph. 3. 4. 29.

— nimium inter vos, Demea, ac,
Non quia ades præſens dico hoc, pernimium intereſt. Papin. l. 2. §. 1. D. de Cuſtod. & exhib. Hæc interpretatio prædura pernimiumque ſevera eſt.

Uſurpatur etiam Adjective. Paulinus Petrocor. 5. 25.

Pernimium ſentiret onus.

PERNIO, ōnis. m. [χίμετλον] Morbus pedum, ex nimio frigore proveniens, & calcaneum infeſtans præcipue. Plin. lib. 20. cap. 3. Eſt & rapo vis medica: perniones fervens impoſitum ſanat.

PERNIUNCŬLUS, i. m. dimin. [χιμέτλιον] Plin. lib. 26. cap. 11. Perniunculos curat & cotyledon cum axungia.

PERNIX, icis. [ἐπίμονος] a Pernitor, perniteris; Perſeverans. Virg. 3. Georg. 229. de tauro ferociente,

— & inter
Dura jacet pernix inſtrato ſaxa cubili. Serv. Al. Pernox. V. Taubm. Hor. Epod. 2. 42.

Pernicis uxor Appuli.

Pernix, [ὠκύπτερος] Celer. Virg. 4. Æn. 180.

— pedibus celerem, & pernicibus alis. Plaut. Mil. 3. 1. 36. Pernix ſum manibus.

Pernix irrumpit in aulam. Sil. lib. 1. 167.

Pernix fugit Maurus. Sil. lib. 4. 377.

Alæ pernices. Virg. 4. Æn. 180.

Canis pecuarius. Columel. lib. 7. cap. 12.

Chorea pernix. Lucret. lib. 2. 635.

Equus quam maxime pernix. Plin. lib. 8. cap. 18.

Fera. Seneca Herc. furent. 4.

Plantæ. Virg. 11. Æn. 718.

Velocitas. Plin. lib. 19. cap. 5.

Compar. Vento pernicior. Stat. 4. Theb. 313.

Volucri Mauro pernicior Aſtur. Sil. lib. 15. 416.

Solito pernicior index. Stat. 9. Theb. 33.

Superl. Perniciſſimus. Columel. lib. 3. cap. 9. Unde ſacrorum certaminum ſtudioſi perniciſſimarum quadrigarum ſemina diligenti obſervatione cuſtodiunt.

Pernix, cum Infinitivo. Hor. de Arte Poet. 165.

Sublimis, cupiduſque, & amata relinquere pernix.

PERNĬCĬTER, Adv. [ὠκέως] Plin. lib. 8. cap. 14. Ut ſupervolantes quamvis alte, perniciterque alites, hauſtu raptas, abſorbeant. adde Plaut. Amph. 5. 1. 64. Catull. 63. 8. Liv. 26. 4.

Compar. Pernicius. Plin. 8. 52. Et Paulin. Petrocor. 4. 206.

PERNĬCĬTAS, ātis. f. [ὠκύτης] Velocitas. Plin. lib. 7. cap. 2. Alibi cauda villoſa homines naſci, pernicitatis eximiæ.

Pernicitas & velocitas. Cic. 5. Tuſc. 45.

Adempta equorum pernicitate. Tacit. 1. Hiſt. 79.

Pernicitas pedum inerat, quæ cognomen etiam dedit. Liv. 9. 16. De Papirio Curſore.

Electi milites ad pernicitatem. Cæſ. 3. Bell. Civil. 84.

PERNŌBĬLIS, e. Adj. [πάνυ γνώριμος] Cic. 6. Verr. 127. Nam tum ipſa fuit egregie facta, tum epigramma Græcum pernobile inciſum habuit in baſi.

PERNOCTO, āre. V. PERNOX.

PERNOSCO, nōvi, nōtum, [καταγινώσκω] ĕre. Perfecte noſcere. Ter. And. 3. 2. 23. Non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim, Simo. Cic. de Fato, 10. Qui ſe profitebatur hominum mores, naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte, pernoſcere.

Naturam pernoſcere juris. Hor. 2. Serm. 4. 63.

PERNŌTUS, a, um. Partic. Curt. 9. 7. 16. Dioxippus regi pernotus & carus.

PERNOSCENDUS, a, um. aliud Partic. Cic. 1. de Orat. 17. Mores hominum ſunt penitus oratori pernoſcendi.

PERNŌTESCO, nōtui, [καταγινώσκομαι] ĕre. unde

Pernotuit, Imperſonale, pro Perfecte & certo cognitum eſt. Tacit. 14. Ann. 8. Atque ubi incolumem eſſe pernotuit.

PERNOX, octis. Adj. [παννύχιος] Totam noctem durans. Et fere de Luna dicitur. Liv. 5. 28. Præliumque ante lucem (ſed luna pernox erat) commiſſum eſt, & haud incertius diurno prælio fuit. h. e. Totam noctem lucens. Adde 21. 49. & Ammian. 31. 2.

Phœbe pernox. Senec. Hippol. 6.

Trivia pernox. Senec. Medea, 10. conf. PERNIX.

PERNOCTO, [παννυχίζω] āre. Noctem totam aliquo in loco, vel aliqua in re agenda tranſigere. Ter. Adelph. 4. 1. 24.

Interdiu: ſed ſi hic pernocto, cauſæ quid dicam, Syre? Cic. pro Cluent. 37. Quum eſſet adoleſcens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, & ibi diem poſterum commoraretur.

Pernoctare ad oſtium carceris. Cic. 7. Verr. 17.

Pernoctare in publico. Cic. 6. Verr. 25. Senator Pop. Rom. quod in vobis fuit, in oppido veſtro jacuit, & pernoctavit in publico.

Cum curis pernoctare. Cic. 5. Tuſc. 69. Quo tandem igitur gaudio affici neceſſe eſt ſapientis animum, cum his habitantem pernoctantemque curis?

PERNOCTATIO, ōnis. f. apud Ambroſ.

PERNŬMĔRO, [καταριθμέω] āre. Numerum abſolvere. Plaut. Epid. 5. 1. 26.

Age, age abſolve, atque argentum numera, ne comites morer.

s. Pernumeratum eſt. Liv. 28. 34. Paucos moratus dies, dum imperatam pecuniam Ilergetes pernumerarent.

PĒRO, ōnis. m. Genus calceamenti ruſtici ex corio crudo, contra nives, imbreſque & frigora: quod Peram veteres pellem dicebant pendentem a collo ad lumbos. Juven. 14. Sat. 186.

— quem non pudet albo
Per glaciem perone tegi. Virg. 7. Æn. 690. priſcos Latinos perone in bellis uſos oſtendit, quum inquit,

— veſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis, crudus tegit altera pero. Budæus, Perones tibialia ſunt laxa, quibus noſtrates ruſtici utuntur, ſic dicta, ut arbitror, quod peræ modo ſint informia. conſ. Jac. Rævard. 1. Variar. 8. Et Roſin. Antiq. Rom. 5. 36. p. 593.

Perones etiam vocantur Sacci. Plin. lib. 36. cap. 14. de templo Epheſiæ Dianæ, Id conſequutus eſt architectus ille peronibus arena plenis. Quo in loco nonnulli Beronibus legebant. Vitruv. lib. 5. cap. ultim. Creta peronibus ex ulva paluſtri factis calcetur; ubi legitur Meronibus. Peronibus etiam legunt nonnulli apud Alfenum in l. In nave. D. locati. V. PERO.

PERŌNĀTUS, a, um. Adj. Qui peronibus calceatus eſt. Perſ. 5. Sat. 102.

Navim ſi poſcat ſibi peronatus arator.

PĒRO, ūs. f. teſte Homer. Odyſſ. 11. Filia fuit Nelei, & ſoror Neſtoris & Periclymeni, tam admiranda pulchritudine, ut omnes accolæ illam ducere in uxorem cuperent. Quamobrem pater Neleus illi ſoli eam promiſit, qui boves ingentes ex Herculis cuſtodia eriperet. Propert. 2. 3. 15.

Turpia perpeſſus vates eſt vincla Melampus
Cognitus Iphicli ſubripuiſſe boves,
Quem non lucra, magis Pero formoſa coegit,
Mox Amythaonia nupta futura domo.

PEROBSCŪRUS, a, um. Adj. [μέγα ἀσαφὴς] Valde obscurus. Cic. 1. de Nat. Deor. 1. Perobscura quæstio.
Perobscura fama. Liv. 1. 16.

PERŎDIŌSUS, a, um. Adj. [[illegible]] Valde otiosum significat. Cic. 10. Att. 19. Crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam. Idem 10. 13.

PERŌDI, isse. In summo odio habere. Manil. 5. 409.
— quisquis vero favit culpamve perodit. Et apud Vopisc. Aurel. cap. 21. secund. Salmas.

PERŌSUS, a, um. Partic. [ὑπερμισῶν] Qui magno odio aliquem prosequitur. Liv. 3. 34. Jam plebs, præter quam quod COSS. nomen, haud secus quam regum, perosa erat, ne Tribunicium quidem auxilium, cedentibus invicem appellatione Decemviris, quærebat.
Rex arma perosus. Ovid. 3. Fast. 577.
Commercia nostra perosus. Lucan. lib. 9. 860.
Exsilium longum perosus. Ovid. 8. Met. 183.
Femineum genus perosi. Virg. 9. Æn. 141.
Lucem perosi. Virg. 6. Æn. 435.
Usurpatur & passive. Val. Flacc. 6. 289.
— si fata peroso
Tarda tibi, &c. Juvenc. Hist. Evang. 3. 482.
— melius fuerit thalamis caruisse perosis.

PEROFFĬCIŌSE, Adv. Valde officiose. Cic. 9. Fam. 20. Qui me perofficiose & peramanter observant.

PERŎLEO, ui vel ēvi, [πολὺ ὄζω] ēre. Valde olere. Lucil. lib. 30.
Quis totum sic corpus jam perolesse bisulcis. Lucret. lib. 6. 1153.
Rancida quo perolent projecta cadavera ritu. i. e. Valde fœtent.

PERŎNA, æ, vel PERONĒ, ēs. f. [περόνη] Fibula. Unde, a similitudine sic dicitur Sura, seu os gracile, Tibiæ utraque extremitate junctum, quoad medium vero ab eadem curvitate sua recedens. Cujus descriptio exstat apud Galen. de ossib. cap. 21.

PEROPPORTŪNUS, a, um. [[illegible]] Adj. Valde opportunus. Cic. 2. de Orat. 234. Sed tamen defessus jam labore, atque itinere disputationis meæ, requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diversorio.
Peropportuna victoria. Liv. 10. 45. pr. Cic. 6. Fam. 6.

PEROPPORTŪNE, Adv. [[illegible]] Liv. 1. 42. pr. Peropportune ad præsentis quietem status, bellum cum Vejentibus &c. sumptum.
Peropportune venis. Cic. 1. de Nat. Deor. 15.
Peropportune fortuna te obtulit. Cic. 7. Verr. 38.

PERŎPTO, āre. Vehementer optare. Cornel. Nep. 25. 12. 2. Peroptaretque equitis Romani filiam generosarum nuptiis. Præoptaret alii rectius.

PERŎPTĀTO, Adv. Ex animi sententia. Cic. lib. 2. de Orat. 20. Nunc peroptato nobis datum est.

PERŎPTĬME, Adv. Justinian. de Confirm. Dig. ad Sen. 2. §. 9. Composita & elaborata peroptime.

PERŎPUS est, pro Valde opus. [μεγάλως δεῖ] Ter. And. 1. 5. 30.
Sed nunc peropus est aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa adversum hunc loqui.

PERŌRĪGA, æ. m. quid significet, declaret Varro 2. de R. R. cap. 7. de equis loquens, Admittere oportet, cum tempus anni venerit, bis in die mane & vespere per origam. Is ita appellatur, qui qui admittit: eo enim adjutante, equæ alligatæ celerius admittuntur. Peroriga legit Ruell. in Veterin. Videtur tamen Gelen. in Plin. legere Proriga. Ibid cap. 8. Eodem tempora quo equos adducentes, iidemque ut ineant equas per perorigas curamus. Turneb. 24. 13. Scalig. est Pru[illegible]. [Forte Poriga vetus illud admittentis nomen est, quod veteres pro Porriga usurpasse Festus testatur. Sic dictus quod scil. porrigeret equum admissario, eadem forma, ac Auriga. Itaque apud Varr. Per porigam legerim, una litterula adjecta.

PERORNO, [καταχοσμέω] āre. Valde ornare. Tacit. 16. Ann. 26. Detraheret potius Senatui, quem perornavisset, infamiam tanti flagitii.

PERORNĀTUS, a, um. [κατακεκοσμημένος] Partic. Cic. de Clar. Orat. 158. Crassus in dicendo & perornatus & brevis. Sic Firmic. lib. 6. cap. 6.

PERŌRO, [ἐπιλέγομαι] āre. Finem orationis facere. Cic. 4. Acad. 147. Et quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum. Idem 4. de Fin. 1. Quum ego re hac nova lege videam eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare, in hac mea causa tempus dilaturum putas.
Concludere & Perorare. Cic. 2. de Orat. 80. Alii jubent antequam peroretur, ornandi aut augendi causa digredi, deinde concludere ac perorare.
Brevi perorare. Cic. 1. de Invent. 90.
Ad arbitrium alicujus. Cic. in Vatin. 26.
Causam aliquam perorare. Cic. pro Cœl. 70. Dicta est a me causa, Judices, & perorata.
Crimen perorare certum aliquod. Cic. 5. Verr. 154. De qua quum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo.
Litem perorare. Cic. 3. Offic. 43. Tantum dabit amicitiæ, ut veram amici causam esse malit, & ut perorandæ liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet.
Narrationem. Auctor ad Herenn. lib. 1. 17.
Orationem perorare, pro Finire alicujus libri sermonem, & eum usque ad finem ducere sine ulla interruptione. Cic. 2. de Legib. extr. Video enim Platonem idem fecisse, omnemque orationem ejus de legibus, peroratam esse uno æstivo die. i. e. Dialogum peractum, ait Budæus.
Perorare in aliquem, vel aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 4. De iis loquor, quibus citra personas in ipsa vitia moris est perorare.
Perorare, Persuadere, Exorare. Lucan. lib. 10. 105. de Cleopatra.
Vultus adest precibus, faciesque incesta perorat. h. e. Forma meretricia & impudica persuadet Cæsari, & impetrat ab eo quæ cupit.
Perorare, Affectus ipsos commovere. Quintil. Declamat. 6. At ista lege recitat, & in cadaver filii perorat. i. e. Indignationem commovet.
Perorare, pro Agere videntur usurpasse decemvirales tabulæ, in quibus sic scribitur, Quum perorant ambo præsentes, &c. i. e. Quum ambo præsentes agunt, petunt, postulant. Nam &, Oro tecum ea de causa dicere solebant, pro, Ago tecum precibus. Ennius,
Te face vero quod tecum precibus pater orat. Sic & Oro tecum, non infrequenter Plaut. dicit. Turneb. 10. 15.
Perorari, Passivum. Cic. pro Quint. 34. Quæritur, priore patrono causam defendente, nunquam perorari potuisse. h. e. Orationem ad finem duci.
Locus perorandi. Ubi plurimum pollet oratio. Cic. de Clar. Orat. 190.

PERŌRĀTUS, a, um. Partic. [ἀνακεφαλαιωθεὶς] Cic. 7. Verr 3. Causa prope perorata. Propert. lib. 4. 12. 99. conf. Orationem perorare in ipso verbo.

PERŌRĀTIO, ōnis. f. [ἐπίλογος] Cic. de Clar. Orat. 127. Exstat ejus peroratio, qui epilogus dicitur.
Conclusio orationis & peroratio. Cic. 2. de Orat. 80.
Peroratio incendit, & plenos iræ relinquit, Quintil. lib. 4. cap. 2.
Inflammans, restinguensve omnia. Cic. in Orat. 122.
Peri fletum perorationibus. Quintil. lib. 6. cap. 2.

PERORSI, orum. Populi Æthiopum in extrema Mauritania, qui, ut testatur Plin. lib. 5. cap. 30. quadrupedum ferarum modo vagi sunt, earumque visceribus vescuntur.

PERŌSIS, [πήρωσις] Oblæsio, privatio, Impedimentumve naturalis functionis, aut alicujus mutilatio particulæ. Galen. in finitionib. Medic.

PEROSUS, V. PERODI.

PERPĀCO, [ἀρκεῖσθαι] āre. Pacatum omnino reddere. Liv. 36. 21. pr. Paucosque per dies omnibus perpacatis, sine ullius noxa urbis, &c. Auctor de Viris illustr. cap. 33. pr. Manius Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphavit, quos usque ad mare superum perpacavit.

PERPALLĬDUS, a, um. Adj. Valde pallidus. Cels. 2. 6. pr. Color frontis aut niger, aut perpallidus.

PERPARCE, Adv. [[illegible]] Ter. And. 2. 6. 24. Tu quoque perparce nimium. Subaudi Obsonatus es.

PERPĂRUM, Adv. [πάνυ ὀλίγον] Cic. 5. Verr. 130. Perparum ex illis magnis lucris ad sese pervenire. Quidam legunt Perparvum.

PERPARVUS, a, um. Adj. [σμικρότατος] Cic. 1. de Legib. 52. Quæ & quum adsunt, perparva sunt: & quamdiu affutura sint, certum sciri nullo modo potest.
Civitas perparva & tenuis. Cic. 5. Verr. 56.
Controversia perparva. Cic. 1. de Legib. 54.
Perparvum quiddam interdum mutare videtur. Lucret. lib. 5. 588.
Semina perparva. Lucret. lib. 3. 217.

PERPARVŬLUS, a, um. Adj. diminut. [μικρότατος] Cic. 6. Verr. 95. Duo tamen sigilla perparvula tollunt.

PERPAUCUS, a, um. Adj. [ὀλιγοστός] Ter. Eun. 3. 1. 19.
— immo sic homo est
Perpaucorum hominum. G. immo nullorum, arbitror. Cic. 4. Acad. 132. Erat quidem, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicus. Idem 6. Att. 1. Perpauci offensi. Et 1. de Legib. 34. De quo cum perpauca dixero, ad jus civile veniam.
Exempla perpauca. Lucret. lib. 2. 540.
Perpauca loquens. Hor. 1. Serm. 4. 18.
— quodque pusilli
Finxerunt animi, raro, & perpauca loquentem.
Patres perpauci Italici generis. Liv. 43. 11. conf. Nep. 16. 1. 2.
Superl. Columel. lib. 3. cap. 20. Cum perpaucissimis agricolis contigerit.

PERPAUCŬLUS, a, um. Adj. dimin. [[illegible]] Cic. 1. de Legib. 52. Deduxitque in Academiam perpauculis passibus.

PERPĂVĔFĂCIO, ēci, actum, [καταπτοεῖν] ēre. Valde pavefacere, & pavorem incutere. Plaut. Stich. 1. 2. 28.
Perplexabiliter earum hodie perpavefaciam pectora.

PERPAULUM, [[illegible]] Adv. ex Per & Paulum, quod a Parum derivatur. Cic. 1. de Fin. 19. Declinare dixit atomum perpaulum, quo nihil posset minus.

PERPAULŬLUM, dimin. [[illegible]] Cic. 2. de Orat. 150. Inter ingenium quidem & diligentiam, perpaululum loci reliquum est arti.

PERPAUXILLUM, dimin. [[illegible]] Plaut. Capt. 1. 2. 74.
— sed si pauxillum potes
Contentus esse. E. næ, perpauxillum modo.

PERPAUPER, ĕris. Adj. [[illegible]] Valde pauperem significat. Cic. 6. Att. 3. Erat enim rex perpauper. De Ariobarzane.

PERPAUXILLUM, V. PERPAULUM.

PERPELLO, pŭli, pulsum, [ἀναγκάζω] ĕre. Inducere, obtrudere, cogere. Ter. And. 4. 1. 38.
Suadere, orare usque adeo, donec perpulit. Liv. lib. 2. 59. Incensam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret. Et 2. 61. Illum, non minæ plebis, non Senatus preces perpellere unquam potuere. Cic. pro Cœl. 36. Candor hujus te, & proceritas, vultus, oculique perpulerunt.
Aliquem perpellere. Cic. 1. de Orat. 40. Ser. Galbam memoria teneo, divinum hominem in dicendo, & M. Æmilium Porcinam, & Cn. ipsum Carbonem, quem tu adolescentulus perpulisti, ignarum legum, &c. Sed hic legendum est Perculisti, a Percello.
Perpellere ad deditionem. Liv. 32. 14.

PERPENDĬCŬLUM, i. n. [[illegible], [illegible]] Instrumentum fabri materiarii, seu cæmentarii, quo plumbo a filo & gnomone pendente, rectitudo seu obliquitas operis perpenditur, id est examinatur. Asconius in 3. Verr. 133. Perpendiculum, Linea, laterum æqualitatem a summo ad imum latitudine probans. Vitruv. lib 7. cap. 3. de tectorio loquens, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. Cic. 2. Acad. apud Non 2. 718. Atque si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. Idem 3. Verr. 133. Tu, Verres, hic quod moliare, nihil habes: nisi forte vis ad perpendiculum columnas exigere. Homo omnium rerum imperitus, quærit, quid sit ad perpendiculum: dicunt ei, fere nullam esse columnam, quæ ad perpendiculum esse possit.
Feruntur gravitate ad perpendiculum atomi rectis lineis. Cic. de Fato, 22.
Ad perpendiculum facere parietes. Plin. lib. 35. cap. 14.

PERPENDĬCŬLĀRIS, e. Adj. [[illegible]] Geometræ vocant Quod ad perpendiculum in aliquid incidit: ut radii solis recta ex alto in aquam descendentes. Quos confractos in aqua videmus apparere. Boeth. Geomet. lib. 1. Linea super rectam stans, perpendicularis dicitur. Ibid. In quod protractum perpendicularis cadit. Bud. in Annotat. prior. Normalem angulum dixit Quintil. 11. 3. p. 1031. Burm. pro Recto, qualem norma efficit. Eadem ratione Censorin. de Die natali, cap. 21. Normalem lineam vocat, id est perpendicularem. Talis enim linea a recto angulo normæ fit, & ipsa rectum angulum facit. V. NORMA.

PERPENDĬCŬLĀTUS, a, um. Partic. a PERPENDICULO, āre. Ad perpen-

perpendiculum factum. Mart. Capell. l. 6. Illa velut perpendiculata suspectantur.

PERPENDICULĀTOR, ōris m. Qui perpendiculo utitur. Epitome Victoris in Hadriano, Fabros, perpendiculatores, architectos, genusque cunctum exstruendorum mœnium, seu decorandorum, in cohortes centuriavit.

PERPENDO, di, sum, [illegible] ĕre. Diligenter considerare. Cic. de Amicit. 97. Quid in amicitia fieri oportet, quæ tota veritate perpenditur? Idem 5. Verr. 814. Sed ejus æquitas aratorum commodo & voluntate perpenditur.

Festus, Deliberare a Libella, qua quid perpenditur dictum. An Penditur? H. St. A Libella potius Delibellare, a Libra Delibrare ducendum esset. Sed satis habuit Stephanus indicare Perpendi hic sensu proprio dici. Gloss. Lat. Gr. Libella, [illegible]. Alioqui aliud signif. V. f. l.

Dirigere & perpendere aliquid ad disciplinæ præcepta. Cic. pro Muren. 77. Hæc omnia, ad rationem civitatis si dirigas, recta sunt: sin perpendere ad disciplinæ præcepta velis, reperientur pravissima.

Perpendere & Judicare. Cic. 3. de Orat. 140. Vulgo de oratoribus ab imperitis dici solet, bonis is verbis, aut aliquis non bonis utitur, non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu judicatur.

Perpendere diligenter. Cic. pro Muren. 3. Et primum M. Catoni, vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissime perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo.

Judicio acri perpendere. Lucret. lib. 2. 1040.

Hæc omnia metaphorice. Proprie Gell. 20. 1. Perpendere in librili. conf. Fest. supra.

PERPENSUS, a, um Partic. [illegible] ut,

Perpensum & exploratum habere. Columel. 3. 1.

Homo examinis judiciique perpensi. Arnob. 2. p. 52.

PERPENSE, Adv. Compar. Ammian. lib. 25. extr. Perpensius judices electorus. Et 26. 22. Utilitate rei perpensius cogitata.

PERPENSO, āre. frequent. Gratius Cyneg. 299.

— vires sit cura futuras

Perpensare. Ammian. 24. 8. Instantiam obsidentium perpensantes.

PERPENSATIO, ōnis. f. Gell. lib. 2. cap. 2. Verba super ea re Taurus fecit, cum summa (dii boni) bonorum atque officiorum perpensatione.

PERPENSA, [illegible] Herba Plin. lib. 21. cap. 19. Baccar in medicinæ usu est: aliqui ea nostris perpensam vocant.

PERPERAM, Adv. [illegible] Prave, perverse. Ter. Phorm. 5. 1. 18.

Conclusam hic habeo uxorem sævam: verum istoc de nomine
Eo, perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris
Effutiretis: atque id porro aliqua uxor mea rescisceret. h. e. De hoc commentitio Stilphonis nomine, quod perperam, seu falso, mihi assumsi de industria, mentionem ob id vobis feci, vosque propterea commonui, ne forte per imprudentiam id effutiretis, & postea uxor aliquo modo rescisceret. V. Voss. Etymol.

Perperam accipere pecuniam, i. e. Quæ non debetur. Pompon. in l. Si vendidero. §. Si Titius. D. de furt.

Perperam pronuntiare, Corrupte & vitiose. Plin. 3. Epist. 5.

Constitutæ perperam res. Cic. 1. de Invent. 102.

Recte & Perperam, contraria. Liv. 1. 23. Neque recte, an perperam interpretor: fuerit ista ejus deliberatio, qui bellum suscepit.

Nequiter & Perperam. Auctor ad Heren. lib. 2. 5. Deinde qui illud fecerit tam nequiter, eundem hoc tam perperam fecisse, non esse mirandum.

Perperam judicare. Alfenus in l. Quum quærebatur. D. de re judic.

PERPĔRUS, a, um. Adj. [illegible] Indoctus, stultus, rudis, insulsus. Accius Pragmaticis, Describere in theatro perperos populares. Non. 2. 626. Perperas oves dixit Plaut. Truc. 3. 1. 9. Vopisc. Tacit. cap. 6. Nihil immaturum, nihil perperum [Nisi Perperam scribendum, vel potius, ut in codd. emendatis expressum, Properum.

PERPĔRĒ, Idem quod Perperam. Claud. Mamert. 11. V. Barth. Advers. 42. 10.

PERPERĬTŪDO, ĭnis. f. [illegible] Stultitia, Insulsitas. Accius Pragmaticis, Et eo plectuntur poetæ, quam suo vitio sæpius, ductibilitate nimia vestra, aut perperitudine. Non. l. c.

PERPERENA, Vicus in Asia, non procul ab illo loco in quo deas a Paride judicatas esse dicunt. Strab. lib. 13.

PERPES, ĕtis. Adj. [illegible] Idem quod Perpetuus: ut, Noctem perpetem dormire. Plaut. Truc. 2. 2. 23.

Cumque eo ita noctem in stramentis pernoctare perpetem, &c.

PERPĔTIM, Adv. [illegible] Perpetuo. Plin. lib. 20. cap. 6. Ita vocatur ulcus aciem habetans, & in angulo oculi perpetim humor emanans.

PERPĔTIOR, petĕris, pessus sum, [illegible, illegible] pĕti. Idem quod Perpetuo, aut Fortiter pati. Ter. Eun. 1. 1. 3.

— an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias? Cic. 2. Fam. 16. Nonne tibi affirmavi quidvis me potius perpessurum, quam ex Italia ad bellum civile me exiturum?

Nunquam perpetiar. Cic. 5. Verr. 129. Hæc tu, tametsi omnium hominum dissolutissimus, crudelissimusque semper fuisti, tamen nunquam perpeterere.

Perpeti & Perferre. Cic. 5. Verr. 131.

Perpeti & perferre facile omnes. Cic. 2. de Orat. 77.

Sufferre & perpeti aliquid. Cic. 4. Fam. 5. Malim nisi hoc pejus sit, hæc sufferre & perpeti.

Dolorem. Cic. 1. de Fin. 48. Iidem etiam dolorem sæpe perpetiuntur: ne, si id non faciant, incidant in majorem.

Iram cælique marisque. Ovid. 14. Met. 472.

Mendicitatem multi perpetiuntur, ut vivant. Cic. 5. de Fin. 32.

Multa pro aliquo. Cic. 1. Fam. 9. Ut mihi, tam multa pro se perpesso, atque perfuncto, concederet.

Omnia. Propert. lib. 2. 26. 35.

Quidvis. Cic. 5. Verr. 45. Tanta vis erat injuriarum, ut homines quidvis perpeti, quam non de istius pravitate & injuriis deplorare & conqueri mallent.

Ultima. Ovid. 2. Trist. 187.

PERPETIENS, entis. Partic. [illegible] Cic. 2. de Fin. 65. Qui nobis miserabilis videtur audientibus, ille perpetienti erat voluptarius.

PERPESSUS, a, um. Partic. [illegible] ut, Damna perpessus. Claud. in Cons. Prob. & Olyb. 258.

Ventos perpessus & imbres. Virg. 9. Æn. 60.

Vincla turpia perpessus. Propert. lib. 2. 2. 15.

PERPESSIO, ōnis. f. [illegible] Cic. 2. de Invent. 163. Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio.

PERPESSĪTIUS, a, um. Adj. Qui patiendo assuefactus est. Senec. Epist. 53. Lenis motiuncula decipit: sed ubi creverit, & vera febris exarserit, etiam duro & perpessitio confessionem accipit.

Socratem perpessitium senem. Idem Epist. 104. H St.

PERPĔTO, ivi, itum, ĕre. ex Per & Peto compositum; Continue & sine ulla intermissione petere, peragere, perficere. Unde & Perpetim & Perpetuum dicimus. Perottus.

PERPĔTRO, [illegible] āre. ex Per & Patro; significat Perficere, auctore Fest. & plerumque in malam partem sumitur. Plaut. Cas. 3. 5. 56.

Nam cur non ego id perpetrem quod occœpi?

Perpetrare cædem. Liv. 1. 6. pr.

Judicium perpetrare. Tacit. lib. 13. Ann. 27.

PERPETRĀTUS, a, um. Partic. [illegible] ut, Bellum perpetratum. Liv. 24. 45. Perpetrato bello, tum consultandum, utrum defectio prior plus merita sit pœnæ, an hic reditus veniæ.

Pace. Liv. 33. 21.

Parte prima perpetrata, i. e. Absoluta. Varr. de Ling. Lat. lib. 6. ad fin.

Pugna perpetrata. Liv. 44.

Sacrificio rite perpetrato. Liv. 44. 37. extr.

Perpetratis omnibus quæ ad pacem deum pertinent. Liv. 24. 11. pr.

PERPETRATIO, ōnis. f. Tertull. & Augustin.

PERPETRĀTOR, ōris. m. Sidon. & Augustin.

PERPETRĀBĬLIS, e. Adj. Tertull.

PERPĔTUUS, a, um. Adj. [illegible] Solidum, non concisum in frusta, sed continuatum, non interruptum, aut Non temporis spatio intermissum. Ter. Hec. 1. 2. 12.

Biennium ibi perpetuum misera illum tuli. Idem Adelph. 4. 1. 4.

Triduo hoc perpetuo.

Perpetuus & Annuus, contraria. Cic. Post red. in Senat. 4. Respublica sine Consulibus esset; neque solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata, sententias dicere prohiberemini.

Perpetuus & Idem. V. IDEM.

Affinitas. Ter. Hec. 2. 2. 10.

Ætatem perpetuam, pro Perpetuo. Lucret. lib. 3. 990.

Nec, quod sub magno scrutentur pectore, quicquam
Perpetuam ætatem poterunt reperire profecto.

Ævum. Lucret. lib. 5. 162.

Alimenta. Plin. lib. 7. cap. 36.

Amicitia firma & perpetua. Qu. Cic. de Petit. Consul. 21.

Amor. Liv. Modo sit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor.

Cibus. Plaut. Pers. 3. 1. 2.

Consuetudo alicujus. Cic. pro Milon. 52.

Cura assidua & perpetua. Cic. 6. Fam. 13.

Cursus stellarum perennes & perpetui. Cic. 2. de Nat. Deor. 56.

Defensio salutis meæ constans & perpetua. Cic. Post red. in Senat. 28.

Disputatio longior & perpetua. Cic. 2. de Orat. 16.

Febris perpetua, quam Celsus Continuam appellat. Plin. lib. 7. cap. 51.

Festivitatis perpetuæ genus. Cic. 2. de Orat. 219.

Fides solida & perpetua. Plaut. Merc. 2. 3. 44.

Salvos sum, si quidem isti dicto solida & perpetua est fides.

Flos ævi. Ovid. 9. Met. 4[illegible]

Fœnore perpetuo ut ducerentur centesimæ Senatusconsulto factum est. Cic. 5. Att. 21.

Formido. Virg. 4. Ecl. 14.

Imbres. Hor. 1. Carm. 7. 17.

Imperium perpetuum, Temporario opponitur. Plaut. Cist. 1. 3. 46.

Ira. Ovid. 5. Trist. 4. 17.

Juventa. Virg. 4. Æn. 32.

Languor. Ovid. 3. Trist. 8. 24.

Legis perpetuæ & æternæ vis. Cic. 1. de Nat. Deor. 40.

Malum. Ovid. 2. Amor. 5. 4.

Mansio in ratione bene considerata stabilis & perpetua. Definitio est Perseverantiæ, apud Cic. 2. de Invent. 164.

Morbum perpetuum jurare. Cic. 12. Att. 14. Quod si erit durius, veniam, & ipse perpetuum morbum jurabo.

Nox. Ovid. 7. Met. 2.

Pax. Ovid. 4. Fast. 408.

In pace perpetua esse. Cic. 3. in Catil. 29.

Quæstiones. Cic. de Clar. Orat. 106. Nam & quæstiones perpetuæ hoc adolescente constitutæ sunt, quæ antea nullæ fuerunt. Quæstiones, i. e. Judicia publica, quibus Judex quæstionis præesse solebat. Perpetuæ, h. e. Quibus Romani perpetuo uterentur.

Risu perpetuo contendere ilia. Ovid. 3. de Arte Am. 285.

Sacra. Cic. 2. de Legib. 47.

Sermo. Lucret. lib. 4. 541.

Sitis. Ovid. 2. Amor. 8. 14.

Sopor perpetuus, Mors. Hor. 1. Carm. 24. 5.

Studium perpetuum in aliquem. Cn. Magnus Ciceroni, 8. Att. 14.

Sumptus perpetuos suppeditare. Cic. 2. Off. 42.

Taciturnitas. Cic. 3. Verr. 80.

Virginitas. Ovid. 4. Trist. 2. 14.

Vita. Lucret. lib. 3. 13.

Perpetuus, crebro de Spatio dicitur, pro Continuus. ut,

Acies perpetua. Plin. lib. 8. cap. 30.

Ædes perpetuæ ruunt, i. e. Totum ædificium. Plaut. Most. 1. 2. 36.

Agmen totius Italiæ. Cic. in Pison. 51. At meus quidem is fuit, ut a Brundusio usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem.

Carmen. Ovid. 1. Met. 4.

Fossæ perpetuæ. Cæs. in Comment. de Bell. Gall. 7. 73. 2.

Historiam rerum gestarum perpetuam complecti. Cic. 5. Fam. 12.

Juris perpetui, & universi generis quæstio. Cic. 2. de Orat. 141.

Montes perpetui, Multi & continui. Liv. Saltus perpetuis montibus inter se juncti.

Oratio, cui opp. Altercatio. Cic. 1. Att. 13. Clodium præsentem fregi in Senatu, cum oratione perpetua, plenissima gravitatis, tum altercatione.

Paludes

Paludes perpetuæ. Cæſ. 6. de Bell. Gall. 5. Erant Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus, ſilvisque muniti.
Præda perpetua eſt mea. i. e. Tota mea. Plaut. Rud. 4. 3. 48.
Satio perpetua atque æquabilis. Cic. 5. Verr. 112. i. e. Plana & integra, quum pars nulla eſt, quæ non feratur.
Trabes perpetuæ, i. e. Solidæ & non coagmentatæ; inquit Budæus. Cæſ. 7. Bell. Gall. 23.
Perpetuæ & contextæ voluptates. Cic. 5. Tuſc. 96.
Non eſt perpetuum. Budæus; Perpetuum pro Generali accipitur, quod quod ſemper obtinet. Paul. in l. Quum hæreditas. D. ad Senatusconſultum Trebel. Nam quod dicitur retinere eum oportere: non eſt perpetuum. i. e. Non ſemper accidit. Celſ. lib. 2. cap. 10. Quum ſit autem minime crudo ſanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum eſt. i. e. Non uſquequaque verum eſt.
Perpetuum & Sempiternum. Cic. 4. In Catil. 18. Ignem Veſtæ perpetuum ac ſempiternum.
Ut ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum. Plaut. Ciſt. 1. 3. 46.
In perpetuum. Cic. pro Planc. 90. Ego vero ſi tum illorum impiorum ferro ac manu concidiſſem, in perpetuum Reſp. civile præſidium ſalutis ſuæ perdidiſſet.
Pauliſper & In perpetuum, contraria. Cic. 1. in Catil. 30. Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc Reip. peſtem pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe.
In perpetuum res ſuas alienare, Quod vulgo Pro ſemper dicunt. Cic. 2. de Lege Agr. 54.
Perpetuum edictum, quod non, ut Lycurgi leges, quavis meliore conditione allata, immutatur, ſed quod fixam & immotam æquitatem habens, ſemper vireſcit. Ceterum ex eo tempore apud Romanos factum eſt perpetuum edictum, quo jus illud prætorium ad certam & fixam formulam redactum eſt: antea enim quotannis immutabatur. Uſurpat Budæus Perpetuum edictum, pro Lege Evangelica, quod ea nullo unquam tempore immutari, nulla carie fœdari, nullis tyrannorum machinamentis violari, nullis fabulis obduci, nullis calumniis everti, conſpurcarique poterit. V. EDICTUM.

PERPETUUM, Adv. [διηνεκῶς] Aſſidue, ſemper. Ter. Adelph. 4. 1. 6.
Miſere nimis perpetuum cupio, ut cœpi, in lætitia degere. [Immo ſubauditur Diem ex ſuperioribus, & dictum eſt, pro Totum. V. Donat.

PERPETUO, Adv. [διηνεκῶς] Idem. Ter. Andr. 3. 3. 39.
Tibi ita hoc videtur, at ego non poſſe arbitror,
Neque illum hanc perpetuo habere, neque me perpeti. Cic. 7. Verr. 82. Quid civitates, quæ in amicitia, fideque Populi Romani perpetuo manſerant?
Perii perpetuo. Ter. Adelph. 2. 4. 19.
Virens perpetuo buxus. Ovid. 10. Met. 97.

PERPETUALIS, e. Adj. [καθολικός] Quintil. lib. 2. cap. 14. Καθολικά, id eſt (ut dicamus quo modo poſſumus) univerſalia, vel perpetualia. V. Spon. Miſc. Erud. Antiq. p. 128.

PERPETUARIUS, a, um. Adj. Budæus, In titulo De locatione prædiorum civilium vel fiſcalium. C. per totum titulum, hæc dictio Perpetuarius, Conductorem, & colonum ſignificat, qui perpetuo rem conduxit, Prædia domos noſtræ ſi ſemel jure perpetuo apud aliquem fuerunt, ad alium transferre perpetuarium non oportet. Et ſubinde eodem modo. Sunt etiam alibi Fundi perpetuarii ad diſtinctionem, ut videtur, Emphyteuticorum.

PERPETUITAS, ātis. f. [ἀϊδιότης] Continuatio. Cic. 2. de Fin. 86. Qui autem diffidet perpetuitati bonorum ſuorum, timeat neceſſe eſt, ne aliquando amiſſis illis ſit miſer.
Perpetuitas & Conſtantia. Cic. 5. Tuſc. 31. Non igitur ex ſingulis vocibus philoſophi ſpectandi ſunt, ſed ex perpetuitate atque conſtantia.
Cauſa perpetuitatis machinata eſt natura mares & feminas. Cic. 2. de Nat. Deor. 528.
Fidelis ad perpetuitatem benevolentia. Cic. 2. Off. 23.
Dicendi perpetuitas. Cic. in Orat. 7.
Laudis perpetuitas. Cic. 10. Fam. 25. Cujus eſt hæc ſumma, ut omnia te metiri dignitate malim, quam ambitione: majoremque fructum ponere in perpetuitate laudis, quam in celeritate Præturæ.
Monumentorum perpetuitas. Plin. lib. 34. cap. 9. in fine.
Sermonis perpetuitas. Cic. 2. de Orat. 220. Non fere quiſquam reperietur præter hunc, in utroque genere excellens, & in illo quod in perpetuitate ſermonis, & hoc quod in celeritate atque dicto eſt.
Temporis conſequentis. Cic. 1. Tuſc. 97.
Verborum. Cic. 3. de Orat. 190. Neque ſemper utendum eſt perpetuitate & quaſi converſione verborum, ſed ſæpe carpenda membris minutioribus oratio eſt.
Vitæ, Vita perpetua. Cic. 1. Off. 119. In tota vita conſtituenda, multo eſt major rei cura adhibenda, ut conſtare in vitæ perpetuitate poſſimus nobiſmetipſis, nec in ullo officio claudicare.
Perpetuitas voluntatis. Cic. 3. Q. frat. 3.
Addere muneribus perpetuitatem, Reddere perennia. Plin. in Paneg. cap. 94. pr.
Perpetuitas, pro Immortalitate. Cic. de Univerſ. 35. Neutiquam tamen diſſolvemini, neque vos ulla mortis fata periment: nec fraus valentior quam conſilium meum, quod majus eſt vinculum ad perpetuitatem veſtram, quam illa, quibus eſtis tum, quum gignebamini, colligati.

PERPETUO, āre. Sine intermiſſione continuare. Cic. 3. de Orat. 179. Ut ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus.
Obligationem perpetuare, Paulus ſexies utitur in l. Si ſervum. D. de verb. ſignif.

PERPETUATUS, a, um. Partic. Arator extrem. lib. 1. in Act. Apoſt.
— his eſt tibi, Roma, catenis
Perpetuata ſalus.

PERPETUITO, āre. Eſſe perpetuum, & æternum. Enn. Annal. lib. 9. Libertatemque ut perpetuitaſſint quam maxime. Non. 2. 632.

PERPEXUS, a, um. Adj. Valde & cum cura pexus. Firmic. lib. 5. cap. 5. Qui perpexam barbam in omnibus cogitationibus ſuis permulceant.

PERPICTUS, a, um. [πολύγραπτος] Partic. a verbo Pingo, & præpoſitione Per, augendi ſignificationem habente. Ovid. 10. Met. 262.
Lilia, perpictaſque pilas. Alii legunt,
Liliaque, pictaſque pilas. Heinſ. autem conjicit,
Lilia fert pictaſque pilas. V. not. Burm.

PERPLACEO, ui, itum, [καταρέσκομαι] ēre. Valde placere. Ter. Heaut. 5. 5. 22. Cic. 3. Att. 23. Sed ſi eſt aliquid in ſpe, vide legem, quam T. Fadio ſcripſit Viſellius: ea mihi perplacet.

PERPLEXUS, a, um. Adj. [καταπεπλεγμένος] Intricatus. Liv. 34. 14. Ex iis Menippus, ignorare ſe dixit, quidnam perplexi ſua legatio haberet.
Reſponſum Punico aſtu perplexum. Liv. 35. 14. extr.
Figuris perplexis indupedita. Lucret. lib. 2. 101.
Foramina. Lucret. lib. 4. 603.
Iter. Virg. 9. Æn. 391.
Motus perplexior. Plin. lib. 2. cap. 15.
Sermones perplexi, Dubii, ambigui. Liv. 40. 5.
Perplexus ſermo quodammodo opponi videtur ſimplici. Ut apud Livium libro 36. p. 2. Epirotarum legatio erat minime in partem ullam liberi aut ſimplicis animi. Paulo poſt Perplexam legationem dicit. H. St. Exſtant cap. 5. d. libri.
Alia ſignificatione uſus eſt Valer. lib. 3. cap. 4. 3. de Servio Tullio, Ad ſummam, aut unde proceſſerit, aut quo pervenerit, ſtatuæ ipſius titulus abunde teſtatur, ſervili cognomine, & regia appellatione perplexus.

PERPLEXE, Adv. [ἐμπεπλεγμένως] Implicite, inordinate. Ter. Eun. 5. 1. pr.
Pergin' ſceleſta mecum perplexe loqui?
Scio, neſcio: abiit, audivi: ego non adfui.
Agere perplexe. Liv. 8. 23.
Indicare perplexe. Liv. 6. 13.
Reſpondere perplexe. Liv. 30. 42.
Perplexe & Palam, contraria. Liv. 30. 20. pr.
Compar. Ammian. 22. 8. Adſuetudo perplexius litigandi.

PERPLEXIM, aliud Adv. [καταπλέγδην] Idem. Plaut. Stich. 1. 2. 18.
Utrum ergo perplexim laceſſam oratione ad hunc modum, &c. conf. Non. 11. 50.

PERPLEXITAS, ātis. f. Ammian. 18. 14. (Valeſ. cap. 6.) Ob perplexitatem nimiam.

PERPLEXIO, ōnis. f. Porcius Latro decl. in Catilin. §. 33. extr. Me fateor perſæpe deliraviſſe miris perplexionibus illius.
Perplexio, Pontanus in Actio pag. 264. Nimirum omni ſtudio fugienda eſt obſcuritas, loquendique perplexio ac dubietas. H. St. Deſult h. v. in Lugd.

PERPLEXOR, [καταπλέκω] āri. Valde ligare, & in dubio ponere. Plaut. Aul. 2. 2. 81.
— at ſcio quo vos pacto ſoleatis perplexarier:
Pactum, non pactum eſt: non pactum, pactum eſt, quod vobis lubet.

PERPLEXABILIS, e. Adj. [καταπλεκτός] Plaut. Aſin. 4. 1. 47.
Neque ullum verbum faciat perplexabile. Non. 2. 638. Perplexabile, Figuratum, quod aliud audiatur, aliud ſentiatur.

PERPLEXABILITER, Adv. [καταπλεκτῶς] Plaut. Stich. 1. 2. 28.
Perplexabiliter earum hodie perpaveſaciam pectora.

PERPLICATUS, a, um. Partic. [κατακαμπτός] interjecta conjunctione per tmeſin extulit Lucret. lib. 2. 394.
Aut magis hamatis inter ſe, perque plicatis.

PERPLUO, ui, ūtum, [καθυετίζω] ĕre. Tranſmittere pluviam. Quintil. lib. 6. cap. 3. Quum cœnaculum ejus perplueret. i. e. Per medium pluviam admitteret. Cato R. R. cap. 155. In villa quum pluet, circuire oportet, ſicubi perpluat: & ubi pluerit, tegulam ſignare carbone.
Perpluit in pectus meum, per translationem. Plaut. Moſt. 1. 3. 8.
Hæc illa eſt tempeſtas mea, mihi quæ modeſtiam omnem
Detexit, tectus qua fui: quam mihi Amor & Cupido
In pectus perpluit meum. [Lege Quà mihi.
Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant. Plaut. Trin. 2. 2. 41. conf. Moſt. 1. 2. 30.

PERPLUS, ūris. Adj. [πολυπλεῖον] Plin. lib. 13. cap. 24. Spondetque jugero ejus, annuos perplures, vel mediocri ſolo, reditus. Alia exemplaria habent Annua HS. MM.

PERPLURIMUM, Adv. [πολυπλεῖστον] ut, Perplurimum refert. Plin. lib. 2. cap. 54.

PERPOL, [μὰ τὸν Πολυδεύκη] Adverbium eſſe jurandi quidam putavere, apud Plaut. Caſ. 2. 6. 18.
Perpol ſæpe peccas: ST. Ita fit ubi quid tanto opere expetas. Et apud Ter. Hec. 1. 1. 1.
Perpol quam paucos reperias meretricibus fideles evenire amatores. Verum Donat. in hunc locum ſic ait, Perpol quam paucos. Ordo eſt, Pol perquam paucos reperias. nam Perpol non eſt Latinum, ſed κατὰ τμῆσιν, Perquam, id eſt nimio. Ex his Donati verbis videre eſt apud Plautum in exemplo præcedenti, ordinem eſſe talem, Pol, perſæpe peccas.

PERPOLIO, īvi, ītum, [περιξέω, ἀποξέω] īre. Valde polire, abſolvere, & ſupremam manum addere. Cic. 2. de Orat. 54. Sed iſte ipſe Cœlius, neque diſtinxit hiſtoriam varietate locorum, neque verborum collocatione, & tractu orationis leni & æquabili perpolivit illud opus.
Æqualiter perpolire aliquid. Auctor ad Heren. lib. 4. 19.
Perpolire & Abſolvere. Cic. de Univerſ. 40. Id omne, & quæ ſequentia eſſent, perpolirent, & abſolverent.
Inſtituta perpolire. Cic. 5. Fam. 12. Tu interea non ceſſabis, & ea, quæ habes inſtituta, perpolies, noſque diliges.
Partes aliquas orationis præceptis artium perpolire. Cic. 2. de Orat. 201.

PERPOLITUS, a, um. [περιξεστός] Partic ut,
Aurum tritu perpolitum. Plin. lib. 33. cap. 4.
Perpolitus litteris, Tranſlate. Cic. in Piſon. 70. Eſt autem hic, de quo loquor, non philoſophia ſolum, ſed etiam litteris, quod fere ceteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus.
In dicendo perfecti & perpoliti homines. Cic. 1. de Orat. 38.
Oratio ornata & perpolita. Cic. 1. de Orat. 32.
Vita humanitate perpolita. Cic. pro Sext. 92.

PERPOLITE, Adv. Superl. Auct. ad Herenn. 4. 43. Ut continuationes perfecte & perpolitiſſime poſſint eſſe abſolutæ.

PERPOLITIO, ōnis. f. [περίξεσις] Auctor ad Herenn. lib. 4. 19. Verborum exornatio eſt, quæ ipſius ſermonis inſignita continetur perpolitione.

PERPOPULOR, [ἐκπορθέω] āri. Totum populabundus vaſtare. Liv. 22. 3. Annibal emiſſus e manibus perpopuletur Italiam, vaſtandoque & urendo omnia,

omnia, ad Romana mœnia perveniat. Tacit. 14. Ann. 26. Quosque nobis aversos animi cognoverat, cædibus & incendiis perpopulatus.

PERPOPULĀTUS, a, um. Partic. Pass. ut, Ager perpopulatus. Liv. 26. 9. Hannibal, infestius perpopulato agro Fregellano, in Labicanum venit.

PERPORTO, āre. Liv. 28. 46. extr. Valerius prædam Etruscam, Ligurumque montanorum captivos, Carthaginem perportantes, tradit.

PERPŎTIOR, īri. Idem quod Potiri. ut, Honesta pace perpotiri. Justin. de Confirmat. Dig. §. 12. conf. lib. 12. Cod. t. 7. l. 2. &c.

PERPŌTO, [[illegible]] āre. Totum tempus in potationibus consumere. Cic. 7. Verr. 87. Similiter totos dies, in litore tabernaculo posito, perpotabat. Ibid. 100. Prætore tot dies cum mulierculis perpotante. [An Totos? Laticem amarum perpotare. Lucret. lib. 1. 939.

PERPOTATIO, ōnis. f. [[illegible]] Cic. in Pison 22. Quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperatissimas perpotationes prædicem?

PERPRESSA, æ. f. Herba, calculos ajicere dicitur. Plin. 26. 8.

PERPRĬMO, ĕre. Perpetuo premere. Hor. Epod. 16. 38.

— mollis & expes

Inominata perprimat cubilia. i. e. Semper jaceat in cubili. [obscuro.

PERPROPINQUUS, a, um. Adj. Cic. 1. de Divin. 45.

Perpropinqua hæc bene verruncent populo. V. ibi Gruter. & Davis.

PERPRŎPĔRE, Adv. Plaut. Mil. 2. 4. 10. Pari perpropere.

PERPROSPER, ĕra, ĕrum, Adj. ut, Valetudo perprospera. Suet. Claud. cap 31. pr. Valetudine, sicut olim gravi, ita princeps perprospera usus est. H. St. desiderabatur in Lugd.

PERPRŬRISCO, [[illegible]] ĕre. Idem quod Admodum prurire. Plaut. Stich. 5. 5. 20.

Lepidam & suavem cantationem aliquam occipito cinædicam,
Ubi perpruriscamus usque ex unguiculis.

PERPŬDESCIT, ĕre. Valde pudere. Nep. Fragm. 12. 6. Quando perpudescet miscenda, &c.

PERPUGNAX, ācis. Adj. Cic. 2. de Orat. 95. Dicere Carneades solebat, ingenium tuum, Crasse, vehementer admirans, me sibi perfacilem in audiendo, te perpugnacem in disputando esse visum.

Vulgo Repugnacem, Vide REPUGNAX. H. St.

PERPULCHER, chra, chrum. Adj. [[illegible]] Valde pulchrum significat. Ter. Eun. 3. 2. 15.

Perpulchra, credo, dona: haud nostris similia.

PERPUNCTUS, a, um. Partic. a Perpungo. Cæl. Aurel. Acut. 2. 10. Perpuncti sentiunt.

PERPURGO, [[illegible]] āre. Totum, sive omnino purgare. Cic. 2. de Nat. Deor. 127. Cervæque paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quæ seselis dicitur.

PERPURGĀTUS, a, um. Partic. ut, Perpurgatis auribus alicui operam dare, per translationem dixit Plaut. Mil. 3. 1. 176.

Locus perpurgatus, i. e. Perpolitus, expeditus. Cic. pro Muren. 54. Nunc mihi tertius ille locus est orationis de ambitus criminibus, perpurgatus ab iis qui ante me dixerunt.

PERPŪSILLUS, a, um. Adj. ut, Corpus perpusillum. Chrysolog. Serm. 160. A quo

PERPUSILLUM, Adv. Cic. 2. de Orat. 245. Hic ille, Non accusabis, perpusillum rogabo.

PERPŬTO, [[illegible]] āre. Perfecte putare, declarare, vel potius Proferre. Plaut. Cist. 1. 3. 7.

— nunc operam date

Ut ego argumentum hoc vobis plane perputem.

PERQUAM, Adv. [ὡς σφόδρα] positivis jungitur & verbis: & idem significat quod Quam. Plaut. Rud. 3. 3. 9. Propulit perquam indignis modis. Ter. Adelph. 4. 2. 28.

Laudas? ne ille continebit posthac, si sapiet manus.
D. Fortiter. S. perquam: quia miseram mulierem, & me servolum,
Qui referire non audebam, vicit, hui perfortiter. Ubi Donat.

Perquam, i. e. Nimis.

Perquam breviter perstringere aliquid atque attingere. Cic. 2. de Orat. 201.

Perquam flebiliter lamentatur in vulnere Ulysses apud Pacuvium. Cic. 2. Tusc. 49.

Perquam grave est dictu. Hic quam ille dignior. Cic. pro Planc. 16.

Perquam modica portio hæreditatis. Ulp. in l. j. §. illud. D. de conjung. cum emancip. liber. ejus.

Perquam optanda nobis varietas & incredibilis illa vis dicendi Carneadis. Cic. 2. de Orat. 161.

Perquam pauxillo minores. Lucret. lib. 5. 590.

Perquam puerile aliquid videri. Cic. 2. de Orat. 208.

Perquam rotunda semina. Lucret. lib. 3. 188.

At quod mobile tantopere'st, constare rotundis
Perquam seminibus debet, perquamque minutis.

Perquam subito. Lucret. lib. 4. 170.

Perquam, superlativo aliquando junctum legitur. Curt. lib. 4. 6. 2. Perquam maximo potest exercitu comperato.

PERQUIESCO. ēvi, ĕre. Apul. 8. Met. p. 212. Elmenh. Totam perquiescimus noctem.

PERQUĪRO, sīvi, sītum, [ἐπιζητέω, ἐξετάζω] ĕre. Diligenter quærere. Ovid. 3. Met. 3.

Quum pater ignarus natam perquirere Cadmo
Imperat. Cæs. 6. Bell. Gall. 8. Aditus, viasque in Suevos perquirit.

Homines perquirere & investigare ex omni regione, &c. Q. Cic. de Petit. Consul. 24.

Indicia perquirere. Lucret. lib. 6. 381.

Res contemplari & perquirere. Cic. 5. de Fin. 48. Videmusne, ut pueri, ne verberibus quidem a contemplandis rebus perquirendisque deterreantur?

Perquirere, pro Interrogare. Cic. 5. Verr. 133. Non persequeris? non perseveras? non perquiris, cui dixerit Apronius? quis audierit? unde hoc natum, quemadmodum prolatum sit?

Perquiritur, Impersonale. Cic. pro Cluent. 180. Ne multa, perquiritur a coactoribus: invenitur ea serrula ad Stratonem pervenisse.

PERQUĪSĪTUS, a, um. Partic. [ἐπιζητηθείς] Plin. lib. 18. cap. 4. Et postea inventis omni cura perquisitis, caussisque rerum & ratione simul eruta, &c.

PERQUĪSĪTE, Adv. [ἐξητασμένως] Cic. 1. de Invent. 77. Quæ pertinere autem ad dicendum putamus, ea nos commodius quam ceteros attendisse non affirmamus, sed perquisitius & diligentius conscripsisse pollicemur.

PERQUĪSĪTOR, ōris. m. [ἐξεταστής] Plaut. Stich. 2. 2. 61.

Jam non faciam auctionem, mihi obtigit hæreditas.
Malevoli perquisitores auctionum perierint. Adde Ammian. 14. 13.

PERQUĪSĪTĀTUS, a, um. Partic. a Perquirito, frequent. ut, Opusculum perquisitatum. Claud. Mamert. præf. lib. 1.

PERRHÆBI, ōrum. m. [Περραιβοί] Populi fuerunt Thessaliæ, qui Lapitharum potentia fracti, fugerunt in Ætoliæ montana, Pindo monti proxima; quæ regio ab ipsis Perrhæbia (Περραιβία) dicta est, ipseque Pindus cognominatus est Perrhæbus. Propert. 3. 5. 33.

Aut cur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi? V. Plin. 4. 2. Liv. 44. 2. Stephano Περραιβός Civitas Thessaliæ est.

PERRĀRUS, a, um. Adj. [πάνυ σπάνιος] Valde rarus. Plin. lib. 31. cap. 3. Perrarum est ut levior sit aliqua. Liv. 6. pr. Tum quod perraræ per eadem tempora litteræ fuere. Adde 29. 38.

PERRĀRO, Adv. [πάνυ σπανίως] Cic. 2. de Fin. 51. Hor. 2. Serm. 5. 50.

— perraro hæc alea fallit.

Reperitur perraro. Cic. pro Planc. 23.

Venit perraro in oppidum. Cic. pro Rosc. Amer. 52.

PERRECTUS, V. PERGO.

PERRĔPO, psi, ptum, [[illegible]] ĕre. Idem fere quod simplex Repere, & ut de quocunque animali dicitur, ita etiam de rebus inanimatis. Columel. lib. 6. cap. 5. Cavendum quoque est, ne ad præsepia sus aut gallina perrepat.

Tellurem genibus perrepere. Tibul. lib. 1. 2. 87.

De vite Columel. lib. 4. cap. 24. At si longius, quam ritus agricolarum permittit, & a capite vitis emicuerit, & brachiis in aliena jugorum compluvia perrepserit, &c.

PERREPTO, [[illegible]] āre. frequent. Idem. Plaut. Rud. 1. 4. 4.

Omnia jam circumcursavi, atque omnibus in latebris perreptavi
Quærere conservam, voce, oculis, auribus, ut pervestigarem.

Ter. Adelph. 4. 6. 3.

Perreptavi usque omne oppidum, ad portam, ad lacum,
Quo non?

PERRĪDĬCŬLUS, a, um. Adj. [πάνυ γελοῖος] Valde ridiculum significat. Cic. 3. de Orat. 75. Atque hos omnes qui artes rhetoricas exponunt, perridiculos. Et 2. de Orat. 77. Sed tamen est eorum doctrina, quantum ego judicare possum, perridicula.

PERRĪDĬCŬLE, Adv. [πάνυ γελοίως] Cic. 2. de Orat. 239. In quo non modo illud præcipitur, ne quid insulse, sed etiam si quid perridicule possis, vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus.

PERRŌDO, si, sum, [διαβιβρώσκω] ĕre. Totum, aut Vehementer rodere. Plin. lib. 34. cap. 18. Valet purgare, sistere, excalfacere, perrodere. Idem lib. 30. cap. 16. Ungulas tantum mularum repertas, neque aliam ullam materiam quæ non perroderetur a veneno Stygis aquæ.

PERRŎGO, [[illegible]] āre. proprie dicebantur Consules, qui sententias in senatu rogabant. Plin. in Paneg. cap. 60. pr. Parum est, ut in curiam venias, nisi & convocas: ut intersis Senatui, nisi & præsides: ut censentes audias, nisi & perrogas.

Sententias perrogare, significat Omnes ad extremum usque rogare, ut fiat Senatusconsultum. Liv. lib. 29. 19. Perrogari eo die sententiæ non potuerunt, accensis pro Scipione, & adversus Scipionem studiis. conf. Tacit. 4. Hist. 9.

PERRŎGĬTO, āre. frequent. Pacuv. apud Priscian. 4. p. 634. Defessus perrogitando advenas de natis.

PERRUMPO, rūpi, ruptum, [καταῤῥήγνυμι] ĕre. Omnino rumpere. Cæs. 1. Bell. Civil. 26. Ut rates perrumperet, atque opera disturbaret.

Aerem perrumpere. Cic. 1. Tusc. 42. Necesse est ferantur ad cælum, & ab his perrumpatur & dividatur crassus hic & concretus aer. Et 43. Accedit ut eo facilius animus evadat ex hoc aere, quem sæpe jam crassum appello, eumque perrumpat, quod nihil est animo velocius.

Corpus perrumpere introitu. Lucret. lib. 2. 407.

Limina perrumpit bipenni. Virg. 2. Æn. 480.

Nodos validos. Lucret. lib. 4. 1142.

Saxa perrumpere aurum amat. Hor. 3 Carm. 16. 10.

Perrumpere, Irrumpere, vi, seu violenter intrare. Cæs. 6. Bell. Gall. 36. Perrumpere nituntur. Ibid. lib. 7. 19. Ut si eam paludem Romani perrumpere conarentur, hæsitantes premerent ex loco superiore.

Exercitu perrumpere. Cic. 8. Att. 19. Exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse.

Perrumpere ad. Liv. 26. 7. pr. Nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse.

Perrumpere in vestibulum templi. Liv. 3. 18. conf. 26. 5.

In arces perrumpere. Sil. lib. 12. 698.

Perrumpere per mediam hostium aciem. Liv. 3. 70.

Aciem perrumpere. Virg. 1. Æn. 513.

Agmen perrumpere. Claud. de 6. Conf. Hon. 460. Liv. 8. 30. Qui, aliquoties impetu capto, perrumpere non poterat hostium agmen.

Castra perrumpere, Disturbare & confringere. Auctor de Viris illustr. cap. 49. Asdrubalis & Syphacis castra una nocte perrupit.

Difficultates. Plin. lib. 8. cap. 23. de aspide, Perrumpit omnes difficultates, permeat spatia.

Fastidia. Hor. 1. Epist. 10. 25.

Affecto perrumpi, Vinci, permoveri. Tacit. 3. Ann. 15.

Leges perrumpere, Violare, effringere. Cic. 3. Off. 36. Emolumenta rerum fallacibus judiciis vident: pœnam, non dico legum, quas sæpe perrumpunt, sed ipsius turpitudinis, quæ acerbissima est, non vident.

Leges perrumpere milite. Lucan. lib. 1. 322.

Periculum. Cic in Partit. 112. Aut si patefactum esset, depellendi criminis, vel perrumpendi periculi, vel in longinquom tempus differendi.

PERRUPTUS, a, um. Partic. [καταῤῥαγείς] ut, Moles perruptæ. Sil. lib. 13. 741.

Acies perrupta. Tacit. 2. Hist. 44.

Castra perrupta. Idem 2. Hist. 15.

PERSÆPE, Adv. [πολλάκις] Cic. de Amicit. 77. Recte etiam præcipi potest in amicitiis, ne quis intemperata quadam benevolentia (quod persæpe fit) impediat magnas utilitates amicorum. Hor. Epod. 14. 11.

Qui persæpe cava testudine flevit amorem. conf. PERPOL.

PERSÆ

Persævus, a, um. Adj. Mela 2. 5. extr. Parva flumina, ubi accrevere, persæva.

Persalsus, a, um. Adj. [περιαστεῖος] Valde salsum significat. Cic. 2. de Orat. 279. Persalsum illud est apud Nævium, Quid ploras pater?

Persalse, Adv. [περιαστείως] Cic. 2. Q. frat. 14. Trebatium quod ad se miserim, persalse & humaniter etiam mihi gratias agit.

Persalūto, [κατασπάζομαι] āre. Salutationem peragere. Cic. pro Flacc. 42. Et qui ita sit ambitiosus, ut omnes vos nosque quotidie persalutet. Et Curt. 10. 5. 3. Donec a toto exercitu ad ultimum persalutatus est.

Persalutātio, ōnis. f. Cic. pro Muren. 44. Non declamatio potius, quam persalutatio.

Persancte, Adv. [περιοσίως] pro Valde sancte & religiose. Ter. Hec. 5. 2. 5. Phidippe, Bacchis dejerat persancte. Plaut. Idque persancte juravit se facturum. V. Suet. Tit. 10. & Ner. 35.

Persāno, [ἐξιάομαι] āre. Omnino sanare. Plin. lib. 20. cap. 22. Vomicas rumpere, purgare, persanare promittens.

Persanātus, a, um. Partic. ut, Ulcera persanata. Sen. Epist. 8.

Persānus, a, um. Adj. Omnino sanus. Cato R. R. cap. 157. Ut radices polypi persanas facias.

Persăpiens, entis. Adj. [πάνυ σοφὸς] Valde sapientem significat. Cic. de Provinc. Consul. 44. Quod magni cujusdam hominis & persapientis videtur.

Persapienter, Adv. [λίαν σοφῶς] Cic. pro Milon. 11. Etsi persapienter, & quodammodo tacite dat ipsa lex potestatem defendendi, &c.

Persciens, entis. Valde sciens. Lamprid. in Commodo cap. 5. Perennis autem, Commodi animum persciens. In aliis deest Animum.

Perscienter, Adv. [πάνυ ἐπισταμένως] Admodum scienter & industrie. Cic. de Clar. Orat. 202. Et ut ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat.

Perscindo, idi, issum, [καταρρήζω] ĕre. quasi Per medium scindere. Liv. 21. 58. Nam nec explicare quicquam, nec statuere poterant: nec quod statutum esset, manebat: omnia perscindente vento.

Nubem perscidit ventus. Lucret. lib. 6. 137.

Vestem perscindere e membris. Tibull. lib. 1. 10. 63.

Perscindor, forma passiva. Lucret. lib. 4. 605.

Perscinduntur enim, nisi recta foramina tranant.

Perscissus, a, um. [καταρραγείς] Partic. ut, Carbasus perscissa petulantibus auris. Lucret. lib. 6. 110. Alii rectius legunt Euris.

Persclsco, ĕre. Dictys Cret. Bell. Troj. 2. 37. Hector caussam tumultus eorum cupidus persciscere.

Perscītus, a, um. Adj. Admodum scitus. [πάνυ εὐφυής] Cic. 15. Att. 5. Epistolam tibi misi, ut tu de provincia Bruti & Cassii perscita. Quædam exemplaria legunt, Per s. c. ita scribit & Balbus, &c V. not.

Perscrībo, psi, ptum, [ἀναγράφω] ĕre. In totum scribere, inquit Perottus: vel Amplissime, & Bene (ut ita dicam) ad longum scribere. Cic. 14. Fam. 5. Omnia sunt reddita, diligentissimeque a te perscripta omnia. Idem 12. Fam. 23. Quod ni ita putarem, ipse perscriberem. De suis rebus ad aliquem perscribere. Cic. 5. Fam. 3.

Auctoritatem perscribere. V. Auctoritas, in AUCTOR.

Blanditias perscribere vino. Ovid. 2. de Arte Am. 571.

Orationem mitissimam alicui. Cic. 5. Fam. 4.

Rationes scite & litterate perscribere. Cic. in. Pison. 61.

Versum puris verbis. Hor. 1. Serm. 4. 54.

Versu aliquid. Ovid. 1. de Ponto, 7. 33.

Perscribere, est etiam In tabulas publicas, in actaque referre: quod *in registro scribere* vulgo dicunt, vocabulo a Regestis corrupto. Cic. 6. Verr. 140. Primum mihi litteras publicas, quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt: in quibus ostendunt omnia, quæ data ablata, esse perscripta. Idem pro Rosc. Com. 2. Egone hanc manum plenam perfidiæ, & hos digitos meos impellere potui, ut falsum perscriberem nomen? Cic. pro Sull. 41. Constitui senatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa perscriberent.

Senatusconsultum. Cic. 3. in Catil. 13.

In tabulas perscribere, ut Referre in tabulas. Cic. 3. Verr. 60. In tabulas publicas ad ærarium perscribenda curavit.

Quia notata, non perscripta erat summa. Sueton. In Galba cap. 5. ubi Beroald. dicit Notari summam per notas, at Perscribere esse, Ipsis litteris integraque dictione summam explicare. Vide plura apud illum. H. St. In re per se clare non necessaria scil.

Usuras. Cic. 9. Att. 24. Viri boni usuras perscribunt? i. e. Nomina debitorum in codicem referunt. Viros bonos ironice vocat Fœneratores.

Perscribere, pro Præscribere. Cic. 1. Acad. 23. Ex hac descriptione, agendi quoque aliquid in vita, & officii ipsius initium reperiebatur, quod erat in conservatione earum rerum, quas natura perscriberet. Emendatiores in codd. legitur Præscriberet.

Perscribere pecuniam, pro Reddere creditori per scripturam. Creditori, non præsenti pecunia numerata, sed per scripturam satisfacere. Ter. Phorm. 5. 8. 30.

Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi

Argentum jube rursus rescribi, Phormio.

P. Quod? an ego perscripsi porro illis quibus debui. Ubi Donatus; Perscripsi, Multis per scripturam reddidi, multis dedi. Sic Cic. 16. Att. 2. ubi Græv. V. conf. Suet. Jul. cap. 42.

Pecuniam in ædem sacram reficiendam perscribere. Cic. pro Flacc. 44.

Perscribere castelli planitiem, Perlustrare oculis, Circumspicere. Sallust. Jugurth. cap. 98. V. ibi Cl. Wasse.

Perscriptus, a, um. Partic. [ἀναγεγραμμένος] dicitur Quod litteris consignatum est, & monumentis antiquis continetur, apud Ciceronem semper: ut de Arusp. Resp. 32. Quanquam hoc si minus Civili jure perscriptum est, lege tamen naturæ, communi jure gentium sancitum est, ut nihil mortales a diis immortalibus usurpare possint. Budæus.

Auctoritas Senatus perscripta. Cic. 1. Fam. 2.

Perscriptio, ōnis. f. [ἀναγραφή] Cic. 5. Fam. 2. Jam illud Senatusconsultum, quod eo die factum est, ea perscriptione est, ut dum id exstabit, officium meum in te obscurum esse non possit.

Perscriptiones, pro Contractibus & instrumentis pactorum posuit Cicero, quod *registrum* vulgus appellat, teste Budæo. Cic. 5. Philip. 11. Illa vero dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quam septies millies falsis perscriptionibus, donationibusque avertit. Idem pro Flac. 74.

Perscriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti: tutor his rebus Græcorum legibus ascribendus fuit. Budæus hoc loco pro Syngraphis dicit accipi.

Perscriptio, Solutio. Cic. 12. Att. 51. extr. De Cærellia quid tibi placeret, Tiro mihi narravit: debere, non esse dignitatis meæ: perscriptionem tibi placere. Hoc est solutionem. Perscribimus enim in tabulis, cui data pecunia sit. Adde quod mox sequitur: Sustinenda tamen solutio est nominis Cærelliani, dum & de Methone & de Faberio sciamus. V. in ipso verbo plura.

Perscriptor, ōris. m. [ἀναγραφεύς] Tabellio sive Cautor, qui formulas concipit. Cic. 5. Verr. 168. Scribam tuum dicit, Verres, hujus perscriptorem fœnerationis fuisse. Budæus.

Perscriptūra, æ. f. Ulpian. Dig. 29. t. 1. l. 3. Testamenti facere perscripturam.

Perscrūtor, [ἐξετάζω] āri. Diligenter Inquirere. Cic. 2. Off. 25. Præmittebatque de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres: & ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent.

Investigare & perscrutari omnia. Cic. 6. Verr. 47.

Reperire ac Perscrutari. Cic. 6. Verr. 30. Jam ut hæc omnia reperire ac perscrutari solitus sit, Judices, est operæ pretium cognoscere.

Speculari & Perscrutari. Cic. 5. Tusc. 59. Sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur & perscrutaretur ante.

Litteras legis perscrutari. Cic. 2. de Invent. 68. Ergo in hoc quoque judicio desinite litteras legis perscrutari, & legem (ut æquum est) ex utilitate Reip. considerate.

Naturam criminis penitus perscrutari. Cic. pro Flacc. 19. Itaque perscrutamini penitus naturam, rationemque criminum: jam nihil præter speciem, nihil præter terrorem ac minas reperietis.

Voluntatem alicujus domesticis suspicionibus. Cic. 2. de Invent. 128.

Activa forma usus est Plaut. Aulul. 4. 4. 30. Postremo jam hunc perscrutavi.

Perscrutātus, a, um. Partic. passive. Ammian. 17. 4. Montium venis perscrutatis.

Conditiones perscrutatæ. Aggen. de Limit. p. 56. ed. Goes.

Perscrutatio, ōnis. f. Senec. ad Helviam cap. 9. extr. Quid opus est profundi perscrutatione?

Perscrutator, ōris. m. Capitol. in Maxim. Jun. cap. 1. Qui harum rerum perscrutatores fuisse dicuntur.

Electi perscrutatores. Veget. de Re Mil. 3. 3. Al. Exsecutores.

Persĕa, æ. f. [περσέα] Arbor est (inquit Dioscorides 1. 187.) fructum ferens stomacho accommodatum, & qui edendo sit, in quo Phalangia inveniuntur, quæ κρανιοκόλαπτα dicuntur: præsertim in Thebaida Ægypti parte. Hujus arboris meminit & Strabo libro ultimo, comam ei perpetuam tribuens, & fructum magnitudine piri, figura oblonga, amygdalæ modo putamine inclusum & corio. Plutarchus item auctor est, Perseam arborem in Ægypto Isidi gratissimam esse, quod fructum ferat cordi similem, folium viri linguæ. Galenus quoque in Ægypto Perseam se vidisse testatur, magnis arboribus comparandam, cujus (inquit) pomum in Perside tam præsentis veneni esse tradunt, ut vescentes interimat. In Ægyptum vero translatam & peregrinatione mitigatam, poma ferre cibis idonea, turbinata, piri facie. Ex quibus omnibus satis constat, Perseam arborem sui generis esse, & a nostrate Persica omnino diversam.

Persĕco, ui, ctum, [περιτέμνω] āre. Perfecte secare, & dividere. Cic. 4. Acad. 122. Eodem modo rerum naturas persecare, aperire, dividere possumus, ut videamus terra penitusne defixa sit, & quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat?

Persecare & Conficere. Cic. 13. Att. 23. Quare da te in sermonem, & perseca: & confice, excita, compella, loquere, ut te cum illo Scæva loqui putes.

Persecare vitium aliquod, ne serpat latius. Liv. 40. 19. extr. [An Præsecare?

Persectus, ōri. V. PERSEQUOR.

Persĕdeo, ēdi, ēre. Sen. Epist. 108. Quid ergo? non novimus quosdam qui multis apud philosophiam annis persederint, & ne colorem quidem duxerint? Liv. lib. 45. 39. Hoc quoque quod ridetis, in equo dies noctesque persedendo habeo.

Persegnis, e. Adj. [πολύαργος] Valde segnem significat. Liv. lib 25. 15. Pedestre prælium fuit persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

Persēis, idis. f. [Περσηΐς] fuit, teste Hesiodo in Theogonia v. 356. una ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia. conf. v. 957.

Perseis quoque, Persea, & Perseia dicta est Hecate a patre Perse. V. HECATE.

Perseidea Herbæ. V. post PERSEA.

Persĕnex, ĕnis. c. [πολυγέρων] Valde senex. Sueton. de Clar. Gram. cap. 9. Namque jam persenex pauperem se, & habitare sub tegulis quodam scripto fatetur.

Persenesco, ĕre. Eutrop. 1. 11. Cum uxore persenuit.

Persenīlis, e. Adj. Vulg. Interpr. Josuæ 23. 1. Josua jam longævus & persenilis ætatis.

Persentio, si, sum, [αἰσθάνομαι] īre. Idem quod Sentio. Virg. 4. Æn. 448.

— magno persentit pectore curas.

Persentisco, ĕre. Inchoativum, Percipere aliquid fieri. Ter. Heaut. 5. 1. 43.

Quot res dedere, ubi possem persentiscere,

Nisi essem lapis? quæ vidi? væ misero mihi.

Viscera persentiscunt. Lucret. lib. 3. 250.

Concutitur tum sanguis, viscera persentiscunt

Omnia, &c. Quidam tamen sic legi volunt,

Tum quatitur sanguis, tum viscera persentiscunt.

Persĕphŏnē, ēs. f. [Περσεφόνη] Dea est, quæ a nostris Proserpina dicitur, quanquam & priori vocabulo nonnunquam nostri poetæ utuntur. Ovid. 4. Fast. 591.

At neque Persephone digna est prædone marito.

Pro morte etiam ponitur. Ovid. 21. Epist. 46.

Persephone nostras pulsat acerba fores. Et Tibull. 3. 5. 5.

At mihi Persephone nigram denunciat horam.

Persĕpŏlis, is. f. [Περσέπολις] Urbs Persidis a Perseo condita, ut est apud Strabonem lib. 15. qui per diphthongum scribit Περσαίπολις.

Persepolitana Regio in Perside, qua fluvius Euphrates in mare devolvi-

volvitur. Habet Araxem fluvium, qui ex Parætacinis in Persidem defluit. Strabo lib. 15.

PERSĔQUOR, secūtus sum, [ἐπιδιώκω] sĕqui. Insequi, Insectari. Plaut. Men. 4. 1. 8.

Hem hac abiit: si vis persequi vestigiis. Ter. Phorm. 3. 3. 18.
Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi.

Terra & mari persequi aliquem. Cic. 7. Att. 22.
Vestigiis ipsius aliquem. Cic. de Clar. Orat. 307. Brute, possis (nam Attico hæc nota sunt) & videre quemadmodum simus in spatio Q. Hortensium ipsius vestigiis persecuti. Per translationem.
Artes aliquid. Cic. 2. de Orat. 182.
Academiam veterem persequamur. Cic. 1. Acad. 7.
Antiqua persequi. Cic. 1. de Fin. 36. In quo maxime consuevit jactare vestra se oratio, tua præsertim, qui studiose antiqua persequeris, claris & fortibus viris commemorandis, &c.
Artem aliquam. Cic. 1. de Fin. 72. Eas ergo artes persequeretur, vivendi artem tantam, tamque operosam, & perinde fructuosam, relinqueret?
Cærimonias institutas. Cic. pro Domo 141.
Consuetudine & celeritate scribendi, facillime quæ dicerentur persequi. Cic. pro Sull. 42.
Diverticula, flexiones, & solitudines. Cic. in Pison 53.
Extrema si idem persequitur, qui inchoavit, jam omnia perfecta videbimus. Cic. de Provinc. Consul. 19.
Factis persequi quod dicimus. Plaut. Mercat. 3. 2. 11. i. e. Facere.
Feras. Ovid. 9. Epist. 34.
Imperium patris persequi, pro Facere. Plaut. Stich. 1. 2. 84.
Incepta persequi Liv. 6. 33.
Instituta alicujus servare, & vestigiis persequi. Cic. 4. Acad. 3. In eodem tanta prudentia fuit in constituendis temperandisque civitatibus, tanta æquitas, ut hodie stet Asia Luculli institutis servandis, & quasi vestigiis persequendis.
Mandata alicujus persequi & conficere. Cic. 2. Q. frat. 13. Facies scilicet ut mea mandata digeras, persequare, conficias.
Mores patris persequi, Sequi, imitari. Plaut. Asin. 1. 1. 58.

Eos me decretum est persequi mores patris. h. e. Tentare ut mores patris adprimam.

Numeris cursus siderum persequi. Cic. 2. de Divin. 17. Solis defectiones, itemque Lunæ prædicuntur in multos annos ab his, qui siderum motus numeris persequuntur.
Otium persequi. Hor. Epod. 1. 7.
Promissa alterius persequi, Ut scilicet ille stet promissis. Plaut. Mercat. prol. 85.
Quæstiones infinitas. Cic. 4. Acad. 117. Non persequor quæstiones infinitas: tantum de principiis rerum, quibus omnia constant, videamus quem probet.
Scelus suum, Perpetrare. Ovid. 8. Met. 774.
Sectam atque instituta aliquorum hominum. Cic. 7. Verr. 180.
Sententiam persequi ad finem. i. e. Exsequi. Ulpian. in l. A divo Pio. §. 1. Sententiam Romæ dictam etiam in provinciis posse per Præsides, si hoc jussi fuerint, ad finem persequi, Imperator noster cum patre rescripsit.
Spem infinitam. Cic. pro Dejot. 13.
Vestigia alicujus. Cic. 1. de Orat. 105. Cujus vestigia qui persequi cupiunt, ejus sententiam sciscitantur.
Viam. Ter. Hec. 3. 5. 4.
Vitam inopem & vagam. Cic. 12. Philipp. 15.
Vita persequi disciplinam. Cic. 4. Tusc. 5. Hanc amplissimam omnium artium, bene vivendi disciplinam, vita magis, quam litteris persecuti sunt.
Voce aliquid. Cic. pro Planc. Sed quia neque necesse est me id persequi voce, quod vos mente videatis.
Voluptates cujusquemodi. Cic. 2. de Fin. 3.
Superstitio quocunque te verteris persequitur. Cic. 2. de Divin. 149.
Vitia aliquem persequuntur ab institutione puerili. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Persequi, in malam, ut, Armis furialibus persequi aliquem Lucan. lib. 1. 200.
Bello persequi aliquem. Cæs. 1. Bell. Gall. 14. Cic. 5. Fam. 1. Ad v. Calend. Maji, quum de iis, qui hostes judicati sunt, bello persequendis sententiæ dicerentur.
Judicio aliquem. Cic. pro Flacc. 47. Hunc æstuantem & tergiversantem judicio ille persequitur.
Bona sua repetere ac persequi lite atque judicio. Cic. 5. Verr. 27.
Hæreditatem, aut syngrapham suam, Exigere. Cic. 3. de Legib. 18.
Inimicitias paternas magna cum gloria. Cic. 4. Acad. 1.
Injurias persequi, Ulcisci. Cic. pro Cæcin. 32. Hanc puto me habere actionem, ut per interdictum meum jus teneam, atque injuriam tuam persequar.
Jus suum persequi, Defendere Ter. Adel. 2. 1. 9. Cic. 1. Verr. 21. Cur his non modo persequendi juris sui, sed etiam deplorandæ calamitatis adimis potestatem?
Mortem alicujus. Cic. pro Domo 29.
Odio persequitur omnes. Senec. Hippol. 2.
Pœnam alicujus persequi, pro Ulcisci. Cic. 9. Att. 17. M. Bruti se pœnas persequi, omniumque eorum, in quos Sulla crudelis hoc socio fuisset.
Pœnas a seditioso cive per bonos viros judicio persequi. Cic. 1. Fam. 9.
Rem suam, De re pecuniaria judicio disceptare. Cic. pro Quint. 45.
Vitem relictam persequitur attondens curvo dente. Virg. 2. Georg. 408.
Persequi, Pertractare, Perscribere, ut
Philosophiam Latinis litteris. Cic. 1. Acad. 12. conf. supra, Vita persequi.
Partes caussarum singulas ad ultimam speciem persequi. Quintil. 7. 2.
Res has commodissime persecutus est Xenophon in eo libro qui, &c. Cic. 2. Off 87.
Res Annibalis diligentissime persecutus Cœlius. Cic. 1. de Divin. 49.
Scriptura persequi. Cic. 15. Fam. 21. Quum ea, quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potuerim.
Stilum alicujus. Cic. 6. Fam. 7.
Versibus aliqua. Cic. de Senect. 16.
Voluptates nominatim omnes persequitur Epicurus. Cic. 1. de Nat. Deor. 112.

PERSĔQUENS, entis. [ἐπιδιώκων] Partic. ut,
Flagitii persequens. Plaut. Casin. 2. 1. 1.

Inimicitiarum persequentissimus. Auct. ad Heren. lib. 2. 29.

PERSECŪTUS, a, um. Partic. Vellej. 2. 6. 4. Hunc L. Opimius Cos. qui Prætor Fregellas exciderat, persecutus armis, &c.

PERSECUTIO, ōnis. f. [καταδίωξις] Cic. in Orat. 141. Quum in altera gratiæ, gloriæ, præsidii plurimum esset: in altera persecutionum, cautionumque præceptio. Ulpian. in l. Pecuniæ verbum. D. de Verborum & rerum significatione, Persecutionis autem verbo extraordinarias persecutiones puto contineri: utputa fideicommissorum, & si quæ aliæ sunt, quæ non habent juris ordinarii exsecutionem.
Persecutio, apud Scriptores Christianos est Dira vexatio & tyrannica afflictio maxime piorum & innocentium. V. Lactantii libellum de Mortibus persecutorum.

PERSECŪTOR, ōris. m. Sectator. Isidor. Orig. cap. 10. in P. Persecutor non semper pro malo intelligitur, unde, Persecutor, perfecte secutor. conf. Cod. l. 10. tit. 72.
Item Insectator. Capitol. in Albin. cap. 11. conf. dict. præced.

PERSECŪTRIX, īcis. f. Augustin. de consensu Evangelist. 1. 25. Herculem Junonem, persecutricem suam, coli prohiberet.

PERSECUTORIA, æ. f. Diploma seu licentia scripto data aliquid perquirendi. Cod. 10. t. 72. l. 1. Præmissa persecutoria aurum persequi.

PERSĔQUAX, ācis. Adj. Apul. append. Florid. extr. p. 366. Elmenh. Ales oculis persequax, unguibus pertinax. adde Sidon. 4. Epist. 9.

PERSECTOR, [καταδιώκομαι] āri. Diligenter sectari, perscrutari. Lucret. lib. 2. 165.

Nec persectari primordia singula quæque. Legitur & Perscrutari.

PERSECTANS, antis. Partic. ut, Accipitres persectantes. Lucret. lib. 4. 1004. i. e. Insectantes. Lambinus.

PERSĔRO, sēvi, sātum, [κατασπείρω] ĕre. Totum serere. Plautus autem per translationem pro Disseminare posuit, quum ait, Inde venisse perserit. [Ubi?

PERSERVIO, īre. Vopisc. in Probo cap. 18. Germani Probo potius perservire maluerunt, quam cum Bonoso esse.

PERSERVO, āre. Constanter servare. Tertull. de Patient. cap. 5. Si divino interdicto patientiam perservasset.

PERSES, is. m. [Πέρσης] auctore Herodoto lib. 7. Filius fuit Persei Danaes filii ex Andromeda Cephei filia, a quo Persas originem duxisse scribit. Hic, teste Plinio lib. 7. cap. 5. primus sagittas reperit. V. PERSEUS. Nam utroque modo scribitur.
Fuit item alter Perses, vel Perseus, rex Macedonum ultimus, qui, ut ait Sabellicus, fractis opibus regni, humiliter & abjecte jacuit ad pedes Æmilii: a quo ductus est in triumphum Romam cum filiis, periitque in carcere, mærore animi confectus. V. Liv. de bello Macedon.
Fuit & alius Perses, pater Hecates, frater Æetæ. V. HECATE.
Achæmenius Perses. Stat. 5. Silv. 3. 187. V. ACHÆMENIA.

PERSEVĒRO, [διατελέω, διαμένω, διαγίνομαι, διαρκέω, ἐπιμένω, καρτερέω, χρονίζω] āre. Cum constantia animi & quadam modestia continuare. Cic. de Amicit. 24. Orestes autem ita ut erat, Orestem se esse perseverabat. Subaudi Dicere.
Perseverare & transigere aliquid. Cic. pro Quint. 76. Ut necessario confiteare, neque eorum tam temerarium quenquam fuisse, neque teipsum id quod turpissime suscepisses, perseverare & transigere potuisse.
Constanter perseverare. Cic. 7. Fam. 29. Quare, Cicero mi, persevera constanter nos conservare.
Ad ultimum. Liv.
In aliquo perseverare. Cæs. 5. Bell. Gall. 36. Cotta se ad armatum hostem iturum negat, atque in eo perseverat.
Statuit jus dicere, & in eo perseveravit. Cic. de Provinc. Cons. 10.
In constantia perseverare. Cic. 9. Philipp. 6.
In errore perseverare, nullius, nisi insipientis est: errare, cujusvis hominis. Cic. 12. Philipp. 5.
In labore uno. Quintil. lib. 1. cap. 12.
In proposito. Liv. 36.
In sententia eadem. Cic. 2. de Nat. Deor. 83.
In sententia sua vetere perseverare & permanere. Cic. 3. de Legib. 27.
In vitiis. Cic. 2. de Invent. 164.
In usum proprium. Quintil. in procem. extr. lib. 6.
Perseverare id se facturos. Paterc. lib. 2. 92. In comitiis habendis præcipuum egit Consulem. Nam & Quæsturam petentes, quos indignos judicavit, profiteri vetuit. Et quum id facturos se perseverarent, Consularem, si in campum descendissent, vindictam minatus est.
Obligatio perseverat, Subsistit. Paulus in l. Lucius. D. Quib. mod. pign. vel hypoth. solvitur.
Perseveratum est, Impers. Cic. 6. Verr. 85. Quod quum illis, qui aderant, indignum: qui audiebant, incredibile videretur, non est ab isto primo illo adventu perseveratum.

PERSEVĒRANS, antis. [διατελῶν, διαμένων] Partic. Curt. 6. 7. 10. Ad ultimum adversari scelus perseverantem metu mortis terret.
Compar. Liv. 5. 30. Valerius perseverantior cædendis hostibus in fuga fuit.
Superl. Columel. præf. lib. 1. Is mos servatus est perseverantissimo colendorum agrorum studio.

PERSEVERANTER, [ἐπιμόνως] Adv. Constanter. ut,
Perseveranter obtinere. Plin. lib. 13. cap. 1.
Compar. Liv. 21. 10. Quo lenius agunt, segnius incipiunt: eo quum coeperint, vereor ne perseverantius sæviant.
Superl. Plin. 4. Epist. 21. Nam patrem illarum defunctum quoque perseverantissime diligo, ut actione mea librisque testatum est.

PERSEVERANTIA, æ. f. [ἐπιμονή] Constantia.
Perseverantia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua permansio. Cic. 2. de Invent. 164.
Constantia, gravitas, perseverantia retinenda est. Cic. 7. Philipp. 14.
Fides, diligentia, Perseverantia. Cic. 5. Verr. 144. Cujus iste fidei, diligentiæ, perseverantiæ nulla ratione eripi possit.
Nimia perseverantia. Cic. pro Domo 8.
Stativa perseverantia. Firmic. lib. 3. cap. 6.
Retinere perseverantiam sententiæ suæ Cic. pro Planc. 89.

PERSEVĒRĀTUS, a, um. Adj. Continuatus. Justin. 12. 6. Perseverata inedia quatriduo.

PERSEVERATIO, ōnis. f. Apul. in Asclep. extr. Cognovimus te, æterna perseveratio.

PERSE-

PERSEVERABILIS, e. Adj. ut, Resumptio perseverabilis. Cæl. Aurel. Tard. 3. cap. 2.

PERSEVERUS, a, um. [πάνυ αὐστηρός] Adj. ut, Imperium perseverum. Tacit. 15 Ann. 48.

PERSEVERE, Adv. Idem. ut, Perfevere inquirere. Plin. 9 Epist. 5.

PERSEUS, ei. dissyll. [Περσεύς] vel PERSES, is, sive i. m. sicut Achilles, is, vel i. Achilleus, ei. Viri proprium, de quo multa in fabulis narrantur. Hic fertur Cephei gener, quod Andromedam ceto expositam liberatam a periculo, uxorem duxerit, qui nobilitatis & virtutis causa ad sidera dicitur pervenisse. Cic. 2. de Nat. Deor. 112. Minorem autem Septentrionem passis palmis subsequitur Cepheus: hunc antecedit Cassiopea. Ad pedes Andromedæ Perseus describitur. V. Herodot. lib. 7. & Ovid. 4. Met. 696.

Aërei Perseos plantaria. Valer. 1. Argon. 68.

Inachius Perseus. Claud. 1. in Rufin. 278.

Pennipes. Catul. in Cameriom, 55. 24. conf. PERSES.

PERSEIS, idis. f. [Περσηΐς] patronym. e Perseo. Ovid. 4. de Ponto, 16. 25.

Tr... acriusque fuæ Perseidos auctor & actor.

PERSIA, æ. [Περσία] seu PERSIS, idis. & PERSIDA, æ. f. Orientalis regio, a Perse, seu a Perseo rege sic dicta. Virg. 4. Georg. 290.

Quaque pharetratæ vicinia Persidis urget. Ovid. 1. Met. 62.

Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna recessit,

Persidaque, &c. Hic primum inventa est ars magica. Ad eam Nimbrod gigas post confusionem linguarum abiit, Persasque ignem colere docuit. Primus in ea rex (sicut refert Justin. lib. 1.) fuit Cyrus. In ea lapillorum multa copia.

Danaeia Persis. Ovid. 1. de Arte Am. 225. Danae mater fuit Persei, qui regioni nomen dedisse putatur.

Tabellæ e Persia allatæ. Plaut. Pers. 4. 3. 28.

PERSÆ, arum. m. [Πέρσαι] Populi Persiam incolentes. Lucan. lib. 10. 269.

Ex Phariis Persisque fuit, Macedumque tyrannis.

Relligio impia Persarum. Catull. in Gellium, 87. 4.

Graves. Hor. 4. Carm. 2. 22.

Infidi Persæ. Hor. 4. Carm. 15. 23.

Vescuntur nasturtio Persæ. Cic. 2. de Finib. 92.

Persæ cera circumlitos mortuos condiunt, ut quammaxime permaneant diuturna corpora. Cic. 1. Tusc. 108.

In Persis augurantur & divinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi. Cic. 1. de Divin. 90.

Rex Persarum quisquam esse non potest, qui non ante Magorum disciplinam scientiamque perceperit. Cic. 1. de Divin. 91.

Reges Persarum plures uxores habere, his autem uxoribus civitates attribuere sunt solere, hoc modo, Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines: ita populos habent universos non solum conscios libidinis suæ, verum etiam administros. Cic. 5. Verr. 76.

Persarum vigui rege beatior. Hor. 3. Carm. 9. 4.

PERSEIS, idis. [Περσηΐς] patronym. f. ut, Herbæ Perseides, Magicæ. Ovid. Rem. Amor. 263.

PERSICUS, a, um. Adj. [Περσικός] Quod ex Persia est: ut, Regnum Persicum. Juven. 14. Sat. 328.

Bracca Persica. Ovid. 5. Trist. 10. 34.

Libri Persici. Cic. 1. de Divin. 46.

Mala persica, dicta sunt, quod ex Persia primum allata sunt. Plin. lib. 13. cap. 9. Ægyptus & Persicam arborem sui generis habet, similem piro, folia retinentem. Fertilitas assidua ei, subnascente crastino fructu: maturitas Etesiarum afflatu. Pomum longius piro, inclusum amygdalæ putamine & corio: colore herbido, sed ubi nux illi, huic prunum, differens brevitate ac mollitie: & quamvis blandiatur prædulcis suavitas, innocuum. conf. PERSEA.

Portum Persicum Plautus quum ait, Euboicum mare videtur significare, quod in eo classis Persarum dicitur stetisse, non procul e Thebis. Persicum Plautus dixit peracutum. [Hoc quid sit nescio.

Persicæ porticus meminit Cic. 15. Att. 9. p. 629. ubi V. Græv.

Sinus Persicus. Plinius lib. 6. cap. 26. Rubrum mare, idem cum Persico sinu, quum longe sint diversa, ut ex Geographis apparet, falso existimavit, his verbis; Persæ Rubrum mare semper accoluere, propter quod is sinus Persicus vocatur. Meminit & Ptolemæus lib. 5. cap. 4. hodie *Le Golfe de Bassora* nomen habet, in cujus ora insula *Ormus*.

Persicus, aliquando pro Opulento & divite accipitur, e Persarum scilicet divitiis, luxuque. Hor. 1. Carm. 38. 1.

Persicos odi, puer, apparatus.

Ornatus Persicus. Cic. de Senect. 59.

PERSICUS, i. & PERSICA, æ. f. Arbor ex Perside primum in Græciam & Italiam advecta. Pallad. 1. tit. 37. Persicus, pirus, pomiferæque arbores. V. Mala Persica paulo supra.

PERSICUM, i. n. Fructus persicæ. Apic. 4. 2. Persica duriora purgabis.

PERSICE, Adv. [Περσικῶς] Quintil. 11. 2. extr. Themistoclem unum intra annum, optime locutum esse Persice constat.

PERSIDEO, ēdi, essum, [ἐμμένω] ēre. Idem quod Permanere. Plin. lib. 17. cap. 24. Pruinæ perniciosior natura, quoniam lapsa persidet, gelatque, ac ne aura quidem ulla depellitur.

PERSIDES, um. f. pl. Pisces sunt ex genere Polyporum. Plin. lib. 32. cap. ultimo.

PERSIDO, ēdi, essum, [ἐγκαθίημι] ĕre. ex Sido compositum. Lucret. lib. 1. 308.

At neque quo pacto persederit humor aquai

Visum est. i. e. Insederit, immissus sit, intrarit, penetrarit. Virg. 3. Georg. 442.

Turpis oves tentat scabies, ubi frigidus imber

Altius ad vivum persedit. Servius; Persedit, Medullas & ossa penetravit.

Pestilitas persidit in fruges. Lucret. lib. 6. 1124. Alii legunt Prælidit, sed corrupte.

PERSIGNO, [ἐπισημαίνω] āre. Liv. 25. 7. Quibus creati sunt Quinqueviri muris turribusque reficiendis, & Triumviri bini: uni sacris conquirendis donisque persignandis: alteri, &c.

Corpus notis persignare. Mela 1. cap. ult.

PERSILLUM, i. n. vocant sacerdotes Rudiculum picatum, quo unguine Flamen Portunalis arma Quirini unguet. Festus. Persillum dicebant Vas quoddam picatum, in quo erat unguentum unde arma Quirini ungebantur. Paulus.

PERSIMILIS, e. Adj. [παρόμοιος] Multum similis. Cic. de Petit. Cons. 7. Nihil sane præter memoriam, quæ est germana litteraturæ quodammodo, & in dissimili genere persimilis. Hor. de Arte Poet. 7.

Credite, Pisones, isti tabulæ fore librum

Persimilem, cujus, velut ægri somnia, vanæ

Fingentur species: &c.

PERSISTO, stiti, stitum, [ἐμμένω] ĕre. Durare, perseverare. Apulejus. Quum me rogassent, an in proposito persisterem. Liv. 38. 14. Parum est non erubuisse absentem, quum per legatos frustrareris nos, nisi præsens quoque in eadem impudentia persistas? Cic. 2. de Fin. 107. Aut pertinacissimus fueris si in eo perstiteris, &c.

PERSITES, æ. Tithymali species. Apul. de Herb. cap. 108.

PERSIUS, i. m. [Πέρσιος] doctissimus Romanorum, de quo Cic. 2. de Orat. 25. C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat, ea quæ scriberet, neque se ab indoctissimis, neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quam ipse de se intelligi vellet: (quo etiam scripsit, Persium non curo legere: hic enim fuit, ut noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissimus: Lælium Decimum volo, quem cognovimus virum bonum & non illiteratum, sed nihil ad Persium) sic ego, &c. Hactenus Cicero.

Persius Flaccus, cujus extant Satiræ VI. Volaterris Hetruriæ oppido natus est. Constat eum claruisse iisdem temporibus, quibus Domitius Nero imperium urbis Romæ suscepit. In grammatica præceptorem habuit Rhemnium Palæmonem Vicentinum, qui gravissimas inimicitias dicitur exercuisse cum M. Varrone. In Rhetorica Flavium Virginium. Anneum vero Cornutum, qui philosophiæ studio excelluit, magna diligentia, singularique observatione coluit, cumque eo familiarissime diu vixit, ut testatur ipse Satir. 5. 23.

PERSOLATA, æ. f. Herba, de qua Plin. lib. 25. cap. 9. Persolata, quam nemo ignorat: Græci vero Arcion vocant, folia habet majora etiam cucurbitis & hirsutiora, nigrioraque & crassiora, radicem albam & grandem. Persolatam sive persolulatam hoc loco, inquit Hermolaus, Plinius vocat Ungulam caballinam, quæ vulgo dicitur: nam Arction a personata separat. V. eundem in cap. 15. lib. 21. apud Plinium. Alii legunt Personata, vel Persoluta, vel Persollata. V. PERSONA.

PERSOLENNIS, e. Adj. Suet. Neron. cap. 28. Cum dote & flammeo persolenni. [Sed rectius legitur Per solenne nuptiarum, divise.

PERSOLIDO, [συμπήγνυμι] Idem quod simplex Solido. Stat. 1. Theb. 352.

Diffunditque imbres; sicco quos asper hiatu

Persolidat Boreas. h. e. Congelat.

PERSOLLA, V. PERSONA.

PERSOLVO, solvi, solūtum, [ἐκλύω, ἀπολύω] Perfecte, vel in totum solvere. Ab aliquo persolvere. V. A vel AB.

Stipendium. Cic. 5. Att. 14. Postremo seditio militum sedata ab Appio, stipendiumque eis usque ad Idus Quintil. persolutum.

Grates persolvere dignas Virg. 1. Æn. 605.

Gratia persolvi non potest ne malo patri. Quintil. Decl. 344. h. e. Beneficium ne malo quidem patri reddi potest.

Honorem persolvere alicui. Virg. 8. Æn. 62.

Officium receptum persolvere. Cic. 7. Verr. 181. Quum & Pop. Rom. satisfactum, & receptum officium Siculis necessariis meis erit persolutum.

Præmia promissa. Ovid. 3. Fast. 392.

Promissum. Cic. pro Planc. 103. Sinite me, quod vobis fretus huic sæpe promisi, id a vobis ei persolvere.

Rationem officii. Cic. 7. Verr. 212. Ego mei jam rationem officii confido esse omnibus iniquissimis meis persolutam.

Vota. Propert. lib. 2. 25. 23.

Amico persolvere, Gratiam referre. Cic. 11. Fam. 11. Tantum me tibi debere existimo, quantum persolvere difficile est.

Epistolæ primæ persolvi, venio ad secundam. i. e. Respondi ad ea quæ scripsisti in prima epistola. Cic. 14. Att. 20.

Pœnas persolvere, Dare pœnas. Cic. de Amicit. 37. Pœnas Reipub. graves, justasque persolvit. Virg. 9. Æn. 423.

Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas

Persolves amborum.

Quæstionem, Resolvere. Cic. 7. Att. 3. Sed quoniam grammaticus es, si hoc mihi ζήτημα persolveris, magna me molestia liberaris.

PERSOLVENDUS, a, um. Partic. [ἐκλυτέος] Ovid. ad Liv. 369.

Vita data est utenda, data est sine fœnore nobis

Mutua, nec certa persolvenda die.

PERSOLUS, a, um. Adj. ut, Persolæ nugæ Plaut. Curc. 1. 3. 36. Ebriola, persolæ nugæ. i. e. Solæ & meræ: non, ut quidam primi in litteris ordinis censent, Persicæ. Idem scribit Men. 1. 2. 46.

— oculum effodito persolum

Mihi, Menæchme, si ullum verbum faxo, nisi quod jusseris.

Luscum loquentem introducens. Particula enim augendi addita est verbo, quod omnis expers est incrementi.

PERSOLUTA, æ. f. sive PERSOLUTUM, i. n. Herba hortensis apud Ægyptios. Plin. lib. 21. cap. 33. Et persolutam Ægyptus in hortis serit, coronarum gratia. Duo genera ejus, mas & femina.

PERSŌNA, æ. f. [πρόσωπον, προσωπεῖον] significat Qualitatem, eam qua homo differt ab homine, tum in animo, tum in corpore, tum in extra positis: quæ a Rhetoricis enumerantur in attributis personæ: ut Hector ad Priamum, persona filii est, ad Astyanactem persona patris, ad Andromachen persona mariti, ad Paridem persona fratris, ad Sarpedonem amici, ad Achillem persona inimici.

De tribus personis Divinitatis V. Theologos.

Imposuit nobis ipsa natura personam, magna cum excellentia præstantiaque animantium reliquarum. Cic. 1. Off. 97.

Naturam & personam alicujus ad aliquam rationem aptam esse. Cic. Cæsari 9. Att. 11.

Digna tua persona quæ sunt, ea reminiscere. Cic. 4. Fam. 5.

Persona, pro Homine. Cic. 1. de Fin. pr. Postremo aliquos futuros suspicor, qui me ad alias litteras vocent: genus hoc scribendi, etsi sit elegans, personæ tamen & dignitatis esse negent. Cels. in procem. lib. 1. Medicos nihil tantasse judico: quia nemo in splendida persona periclitari voluerit conjectura sua: ne si non servasset, occidisse videretur.

Heroicæ personæ Medea & Atreus. Cic. 3. de Nat. Deor. 71.

Obscuræ. Cic. 3. Fam. 4. Neque obscuris personis, nec parvis in causa res agetur.
Pacifica persona, Vide PACIFICUS, H. St.
Contrahere personas ad aliquod negotium. V. CONTRAHO.
Egredi personam. Ulpian. in l. 1. D. de constitut. Quod princeps alicui ob merita indulsit, vel si quam pœnam irrogavit, vel si cui sine exemplo subvenit, personam non egreditur. [i. e. Personale est, nec ad hæredem, vel successorem transmittitur.
Eximere personam. Ulpian. in l. 1. D. Ne quis eum qui in jus vocat. vi exim. Ofilius putat locum huic edicto non esse, si persona quæ in jus vocari non potuit, exempta est: velati parens, patronus, ceteræque personæ.
Persona, pro eo, quod vulgo dicunt *Nomen vel tuum vel meum*. Cic. Cn. Magno, 8. Att. 11. extr. Subjicere eisdem præliis, ut mea persona semper ad improborum civium impetus aliquid videtur habere populare. i. e. Ut ego semper essem expositus impetui improborum, etiam plaudente quodammodo plebe, inquit Budæus. Idem 12. Philipp. 11. Sic 6. Philipp. 15. Non alienum fuit personas quasdam a vobis recognosci, ut quibuscum bellum gereretur, possitis taciti cogitare.
Hominum innumerabiles personæ. Cic. 2. de Orat. 142.
Colliduntur personæ inter se. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Invadere personas favorabiles. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Persona, [illegible] pro Facie conficta accipitur, quæ a Græcis [illegible] vocatur. Hanc juniores Larvam vocant. Unde in scænis histriones personas accipiunt, hoc est facies servi, aut ancillæ, aut mariti, aut patris. Plin. lib. 12. cap. 24. Persona adjicitur capiti, densusve reticulus. Martial. lib. 14. 176.

Sum figuli lusus Rufi, persona Batavi:
 Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

Persona, ait Bassus apud Gellium, a personando dicta est. Nam caput & os cooperimento personæ tectum undique, unaque tantum vocis emittendæ via pervium, quod non vaga neque diffusa est, in unum tantummodo exitum collectam coactamque vocem, & magis claros canorosque sonitus facit. Hæc & plura Gellius lib. 5. cap. 7. V. Scalig. Poet. 1. 13.
Cerea persona. Lucret. lib. 4. 298. al. Cretea.
Personæ sunt (ut dictum est) in scæna Qui exprimunt gestu vel habitu senem, vel amatorem, vel jactabundum, &c. Ter. in Prol. Eun. 26.

Parasiti personam inde ablatam & militis.

Partes & Persona. Cic. pro Muren. 6. Ego autem has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam vero gravitatis severitatisque personam non appetivi.
Convenientes personæ. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Abjicere personam, & Sumere, contraria. Cic. pro Planc. 100. Ubi me, inquam, Plancius, & complexu suo retinuit, multosque menses a capite meo non discessit, abjecta Quæstoris persona, comitisque sumpta.
Adumbrare personam. V. ADUMBRO.
Aptare personam Herculis infantibus. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Capere personam. V. CAPIO.
Capere. ut, Tantam personam, tam gravem, tam severam non capiunt angustiæ pectoris. Cic. in Pison. 44. De dignitate & majestate Consulis.
Constituere personas. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Deponere personam. Cic. Fam. 7.
Ferre alienam. Liv. 3. 36. pr. Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit: suo jam inde vivere ingenio cœpit.
Ferre utramque. Hor. 1. Epist. 17. 29.
Formare novam. Hor. de Arte Poet. 126.
Gerere. Cic. 1. Off. 124.
Illigare personas graves sermonibus. V. ILLIGO.
Imponere alicui personam, Dare provinciam. Cic. de Lege Agrar. 2. 49. Et mihi, quæso, ignoscite, si appello talem virum sæpius. Vos mihi Prætori biennio ante, Quirites, hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, ut quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum una tuerer.
Imponere alicui personam calumniæ. Cic. 4. Verr. 44. Ecquando his de rebus tales viros audituros existimasti? petatur hæreditas ea, quæ nulla debetur, in prædam Prætoris? interponatur nomen civitatis? imponatur honestæ civitati turpissima persona calumniæ?
Imponere sibi suam personam. Plin. lib. 1. Epist. penult. Sed tu, iterum dicam, plurimum interest, quid esse Tribunatum putes. Tuam personam tibi imponas, quæ sapienti viro ita aptanda est, ut perferatur.
Imponere personam; rursum aliter. Cic. 4. Verr. 108. Dubitate etiamnum si potestis, quin eum iste potissimum ex omni numero delegerit, cui improbam personam imponeret?
Imponere & Detrahere. Cic pro Sull. 5. Vehementem & acrem personam, quam mihi tempus & Resp. imposuit, jam voluntas & natura ipsa detraxit.
Induere personam. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Introducuntur personæ in dialogis. V. INTRODUCO.
Servire personæ. Cic. 3. Off. 106. — illud quidem

Neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam. Idcirco recte e poeta, quia quum tractaretur Atreus, personæ serviendum fuit.

Substituere personas. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Suscipere personam alicujus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Sustineo unus tres personas, meam, adversarii, judicis. Cic. 2. de Orat. 102.
Sustinet gravissimam personam, qui philosophiam profitetur. Cic. in Pison. 71.
Tenere aliquam personam. Cic. 3. de Orat. 31. Neque adhoc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt.
Tractare personam alicujus. Quintil. lib. 4. cap. 1. Ipsius autem litigatoris persona tractanda varie est.
Tueri personam magistratus. Cic. in Brut. 16.
Tueri personam principis, magnum est in Republica. Cic. 9. Philip. 28.
Personas etiam dicimus Figuras eminentes in ædificiis, quæ aquam ore, vel alia parte fundunt, eoque varios vultus & gestus exprimunt, ut est apud Ulpianum in l. Fundi. D. de Actionibus empti.
PERSŌNĀLIS, e. Adj. [illegible] Quod ad personam pertinet. Unde, Personalis actio, Quæ in personam fit. Personale verbum, Quod per personas distinguitur.
Munus personale, V. Ulpianum, D. de constitut. princip. l. 1.
Usus personalis equæ. Paulus in l. pen. D. de servit præd. rust.
PERSONALĬTER, Adv. Grammaticorum vox. Gell. 13. 13. Puditum & pigitum non personaliter per infinitum, &c.
Aliter utitur Arnob. lib. 3. p. 124. Etiamsi personaliter ignoramus, qui sunt Lares, qui sunt Novensiles, qui Penates, &c.
PERSONĀTUS, a, um. Adj. [illegible] Personis, sive larvis indutus. Cic. 15. Att. 1. Quid est hoc? quid est autem cur ego personatus ambulem? parumne fœda persona est ipsius senectutis?
Personatus, Qui est de comœdia. Hor. 1. Serm. 4. 56.

— quia stomachetur eodem
 Quo personatus pacto pater? Hæc Budæus.

Personata fabula quædam Nævii Inscribitur, quam putant quidam primum (actam) a personatis histrionibus. Sed quum post multos annos comœdi & tragœdi personis uti cœperint, verisimilius est, eam fabulam, propter inopiam comœdorum, actam novam per Attellanos, qui proprie vocantur Personati: quia jus est iis non cogi in scena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est. Hæc Festus.
Felicitas personata, i. e. Fucata. Senec Epist 80.
PERSONĀTA, æ. f. [illegible] Genus herbæ nascentis juxta rivos & flumina. Plin. lib. 25. cap. 9. Quidam arcion personatam vocant, cujus folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Columel. lib. 6. cap. 17. Venena viperæ depellit super scarificationem ferro factam herba, quam vocant personatam, trita, & cum sale imposita. Petasites aliis dicitur, aliis Prosopion.
Personata fundit folia, longe maxima, quæ nonnunquam quidam induerent qui personati in ludis prodirent. Hinc Inditum putaverim nomen. Ruel. lib. 1. Arction prosopites personatiam in Latino sonat. Vulgus nostrum *gleteronem*, vel *Bardanam*: Officinæ *Lappam majorem* vocant.
PERSONATIA, æ. f. Herba eadem quæ Personata, sive Arcion. Plin. lib. 21. cap. 16. de colocasia, Foliis latissimis etiam si arbores compararentur, ad similitudinem earum, quæ personatia in nostris amnibus vocamus. Castigatiora exemplaria habent Personata. V. Dioscorid. lib. 4. cap. 92. Ceterum variant auctores in Personatæ, Personatiæ, Persolatæ & Persolutæ cum nominibus, tum rebus. V. Matthiolum, & Apul. de Herb. cap. 36. & Marc. Empir. cap. 17.
PERSŌNO, ui, [illegible] āre. Magnum sonum emittere, Magna voce clamare & efferre. Cic. pro Coel. 47. Illæ vero, non loquuntur solum, verum etiam personant, huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea, &c.
Per urbem totam personat. Valer. 2. Argon. 164.
Cantu tibia personuit solenni. Ovid. 3. Amor. 13. 11. al. Præsonuit.
Cithara aurata personat Iopas. Virg. 1. Æn. 745.
Latratu Cerberus personat regna. Virg. 6. Æn. 418.
Aurem alicujus personare. Hor. 1. Epist. 1. 7.

Est mihi purgatam crebro qui personet aurem, &c. h. e. Me admoneat.

Aures personant voce aliqua. Cic 6 Fam. 18. Leptam nostrum jam cupio delectari talibus scriptis: etsi abest maturitas ætatis, tamen personare aures ejus hujusmodi vocibus non est inutile. Hoc loco Personare significat, Aliquid ex auditu sonora, vocibusque restare in auribus, quod quasi idem insusurret, diutiusque illic maneat.
Domus personuit canibus. Hor. 2. Serm. 6. 113.
Tumultu personare alias partes. Liv. 27. 15.
Vicinitas personat cantu tibiarum. Cic. pro Rosc. Amer. 134. Animi & aurium causa tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum, & nervorum, & tibiarum, nocturnisque conviviis tota vicinitas personet.
Fragor. Ovid 1. Trist 2. 46.

Quantus ab ætherio personat axe fragor.

Saxa personuere dulci fistula. Hor 1. Carm. 17. 12.
Ululatus personant tota urbe. Liv. 39. 15. Non fama modo accepisse vos, sed crepitibus etiam, ululatibusque nocturnis, qui personant tota urbe, certum habeo.
PERSŌNUS, a, um. Adj. Valer. 4. Argon. 418.

— hæc procul in
 Spectat ab arce poli, jam divis addita, jamque
 Aspide cincta comas, & ovanti persona sistro.

Adde Petron. cap. 120.
PERSORBEO, ui vel psi, ptum, [illegible] ēre. Totum sorbere. Plin. lib. 31. cap. 11. Alias ex his mares existimavere, tenui fistula spissioresque, persorbentes, & quæ tinguntur in deliciis, aliquando & purpura.
PERSPĔCŬLOR, [illegible] āri. Diligenter speculari. Plin. lib. 8. cap. 26. Assidua namque satietate obesus exit in litus, recentes arundinum cæsuras perspeculatus. Hirt. de Bello Afric. cap. 31. Quum de vallo perspecularetur.
PERSPERGO, si, sum, [illegible] ĕre. Idem quod Aspergere. Cic. 2. de Orat. 159. Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio. Cato R. R. cap. 130. Codicillos oleaginos, & cetera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito
PERSPĬCIO, spexi, spectum, [illegible] ĕre. Intueri diligenter, Clare animadvertere. Cic. 1. Fam. 2. Perspiciebant enim in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros. Cæsar 2. Bell. Gall. cap. 11. Qua de causa discederent, nondum perspexerat.
Perspicere & Penitus introspicere. Cic. pro Sull. 76. Perspicite etiam atque etiam, Judices: nihil est quod in hac causa dici possit vehementius; penitus introspicite Catilinæ, Autronii, Cethegi, Lentuli, ceterorumque mentes, &c.
Perspicere unde natus sit error. Cic. 1. de Fin. 32.
Non satis perspicio ista varietas quæ sit. Cic. 2. de Fin. 10.
Quid in quaque re verum sincerumque sit, quid consentaneum cuique; quid consequens, ex quo quæque gignantur, quæ cujusque rei causa sit perspicere. Cic. 2. Off. 18.
Cum consilio & cura rem aliquam perspicere. Cic. 2. de Invent. 27.
Altius perspicere. V. ALTUS.
Facillime & optime. Cic. 1. Fam. 2.
Funditus perspicere omnes res gestas. Lucret. lib. 1. 479.
Rectius perspicere aliquid Lucret lib. 1. 138.
Causam totam perspicere & pertractare. Cic. 2. de Orat. 318.
Conjectura perspicere. Cic pro Lege Manil. 16. Multa præterea consulto, sed ea vos conjectura perspicitis.

Cura

Cora vigili perspexerat omnia. Ovid. 15. Met. 65.
Fidem, Misericordiam, Virtutem alicujus. Cic. 4. Verr. 3. Cujus in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidem ceteri Siculi perspexerunt.
Fronte (ut ajunt) meum erga te amorem perspicere potuisses. Cic. 14. Att. 14. E fronte perspicere dicimus, quod statim & velut ipso protinus occursu percipimus. Sumptum a physiognomicis, qui se profitentur ex oris lineamentis, reliquaque corporis specie, ingenium hominis posse deprehendere. Proverbium est.
Naturam loci. Cæsar 1. Bell. Civil. cap. 66.
Se ipsum perspicere, totumque tentare. Cic. 1. de Legib. 59. Quum se ipse perspexerit, totumque tentarit, intelliget quemadmodum a natura subornatus ad vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam. De homine.
Studia perspicere & videre frequentiam aliquorum. Cic. 1. Catil. 21.
Virtutem & integritatem alicujus. Cic. 3. Verr. 1. conf. Fidem.
Voluntatem alterius. Cic. 1. Att. 1. Quum perspexero voluntates nobilium, scribam ad te.
Perspicere, pro Revera discernere. Plin. lib. 1. Epist. 10. Ut enim de pictore, scalptore, fictore, nisi artifex judicare: ita nisi sapiens non potest perspicere sapientem.
Perspicitur. Cic. 1. de Invent. 63. Hoc autem quia ipsum ex re perspicitur, & verum esse intelligitur, nihil attinet approbari.
Res ipsæ perspiciantur. Lucret. lib. 4. 859.
In parva pecunia sæpe perspiciuntur quam sint leves quidam amici. Cic. 1. Off. 19.

PERSPECTUS, a, um. Partic. [[illegible]] Cæs. 2. Bell. Gall. 17. Eorum dierum consuetudine itineris nostri exercitus perspecta.
Amicitia perspecta. Catull. de Cœl. epig. 97. 6.
Cognitum, perspectum, judicatum animum alicujus habere. Cic. ad Brut. 1.
Virtus audita alicujus, Perspecta, præsens, experta; contraria. Cic. pro Corn. Balb. 16. Cujus igitur audita virtus dubitationi locum non daret, hujus præsens, experta atque perspecta obtrectatorum voce lædetur?
Vita aliquorum in rebus honestis atque magnis perspecta. Cic. 1. Off. 149.
Perscribere perspecta & explorata omnia ad aliquem. Cic. 3. Att. 15.
Superl. Cic. 11. Att. 1. Omnem autem spem habeo existimationis privatarumque rerum in tua erga me mihi perspectissima benevolentia.

PERSPECTE, Adv. [[illegible]] Diligenter, docte.
Ut docte & perspecte sapit. Plaut. Mil. 3. 1. 162.

PERSPICIENTIA, æ. f. [[illegible]] Cic. 1. Off. 15. Sed omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua: aut enim id in perspicientia veri, solertiaque versatur. i. e. Perfecta cognitione.

PERSPECTIO, önis. f. Lactant. 2. 8. 68. Terrenum animal rerum cœlestium perspectionem non capit.

PERSPECTOR, öris. m. Juvencus 2. 675.
— mentis perspector Jesus.

PERSPICUUS, a, um. Adj. [διαφανής] Per cujus medium videmus, Pellucidus, Transparens. Martial. lib. 4. 41. de vitro,
Prodet perspicuus ne duo vina calix.
Amnis perspicuus. Stat. 4. Theb. 418.
Aqua perspicua. Idem lib. 4. 80.
Liquor. Ovid. 4. Met. 300.
Perspicuus, [ἐναργής] per translationem pro Claro, manifesto & minime dubio. Cic. pro Rosc. Amer. 40. Necesse est eam quoque justam & magnam & perspicuam fuisse. Idem 1. de Invent. 65. Quæ perspicuam omnibus veritatem continet assumptio, nihil indiget approbationis.
Mors perspicua, Certa. Cic. pro Domo 64. Legeram clarissimos nostræ civitatis viros, se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus injecisse.
Non obscurum & Perspicuum. Cic. 6. Verr. 99. Res quæ esset antea non obscura, sacerdotum testimonio perspicua esse cœpit.
Apertum & Perspicuum. Cic. 3. Verr. 128. Omnia aperta, omnia perspicua reperientur.
Facere perspicuum. Cic. 2. Verr. 5. Ut apertus in corripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi judicii perspicua sua consilia, conatusque omnibus fuit.
Perspicuum est omnibus. Cic. 4. Acad. 131.
Perspicuum hoc est, constatque inter omnes. Cic. 3. de Nat. Deor. 9.

PERSPICUE, Adv. [διαφανῶς] Evidenter. Cic. 4. Acad. 34. Quo enim modo perspicue dixeris, album esse aliquid, &c.
Aperte jam & perspicue nulla esse judicia loquebantur. Cic. 2. Verr. 20.
Dilucide & perspicue. Plin. lib. 18. cap. 68.
Plane & perspicue expedire aliquid. Cic. 3. de Fin. 19.

PERSPICUITAS, ätis. f. [διαφάνεια] Evidentia. Cic. 4. Acad. 17. Propterea quod nihil esset clarius ἐναργείᾳ, ut Græci: Perspicuitatem aut Evidentiam nos, si placet, nominemus. Quintil. lib. 1. cap. 6. de verbis vetustis: Oratio vero, cujus summa virtus est perspicuitas, quam sit vitiosa si egeat interprete? Perspicuitatem vocat Intelligendi facilitatem.

PERSPICAX, äcis. Adj. [[illegible], [illegible], [illegible], [illegible]] Consideratus, acutus. Cic. 3. Off. 98.
Quod ni Palamedis perspicax prudentia
Istius percepset malitiosam audaciam. Ex poeta. Ter. Heaut. 5. 1. 1.
Ego me non tam astutum, neque ita perspicacem esse, id scio.
Acutum & Perspicax conjunxit. Cic. 1. Off. 100.
Compar. Apul. 2. Met. p. 124. Elmenh. Perspicacior Lynceo vel Argo.

PERSPICACIA, æ. f. [σύνεσις] Consideratio & acumen. Cic. 13. Att. 16. Tandem a Cicerone tabellarius, sed mehercule litteræ [illegible] scriptæ, quod ipsum perspicaciam aliquam significaret.

PERSPICACITAS, ätis. f. [τὸ [illegible]] Idem. Cic. 1. Att. 18. extr. Etsi ex iis quæ scripsimus, tanta es perspicacitate, etiam a me non scripta perspicis. In quibusdam exemplaribus desiderantur hæc verba, Es perspicacitate.

PERSPICACITER, Adv. Ammian. 29. 1. Queis omnibus perspicaciter inquisitis.
Compar. Boeth. lib. 3. Consol. Philos.
Lucebit ipso perspicacius Phœbo.

PERSPICATE, Adv. pro Perspicaciter. Non. 11. 31. ex Afranio: Quam perspicate, quam benigne.

PERSPICABILIS, e. Adj. ut, Tarsus urbs perspicabilis. Ammian. 14. 8.

PERSPICIBILIS, e. Adj. Pellucidus. Vitruv. 9. 4. Perspicibilis solis splendor.

PERSPECTO, [[illegible]] äre. frequent. Plaut. Mil. 3. 1. 2.
Sinite me prius perspectare ne uspiam insidiæ sient. Al. Prospectare rectius.
Perspectare, Ad finem usque spectare. Suet. in August. 98. Ludos quinquennales honori suo destinatos perspectavit.

PERSPIRO, äre. Transpirare. Cato R. R. cap. 157. Venæ omnes, ubi sufflatæ sunt ex cibo, non possunt perspirare in toto corpore. V. Plin. 8. 45.

PERSPISSO, Adv. [[illegible]] significat Tarde. Plaut Pœn. 3. 3. 47.
Quicquid bene promittunt, perspisso evenit. Sic Nonius Merceri. Alii legunt Pro spisso. V. Ed. Gothofr. 4. 482.

PERSTERNO, strävi, strätum, [[illegible]] ĕre. Totum sternere. Liv. 10. 47. Eodem anno ab Ædilibus curulibus, qui eos ludos fecerant, damnatis aliquot pecuariis, via a Martis silice ad Bovillas perstrata est.

PERSTIMULO, [[illegible]] äre. Idem quod Stimulo. Tacit. 4. Ann. 12. Agrippinæ quoque proximi illiciebantur, pravis sermonibus spiritus perstimulare.

PERSTINO, [τιμῶμαι] äre. Taxare, sive pro pretio deputare. Apul. lib. 1. Met. Et percontato pretio, quod centum nummis indicaret, aspernatus, viginti denariis, perstinavi. Alii legunt Præstinavi. Sic Elmenh. p. 113. qua voce multum utitur Apulejus. V. infra.

PERSTO, stiti, stitum & stätum, [ἐμμένω] äre. Firmum & immobilem stare, Perseverare. Plin. lib. 7. cap. 2. Philosophos eorum, quos gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis, ferventibus arenis.
In limine perstat quidem. Tibul. lib. 1. 3. 71.
Animis perstare. Stat. 11. Theb. 431.
Negare aliquid, & in eo perstare. Cic. 3. Off. 39.
In causam damni perstat uterque sui. Ovid. 2. de Arte Am. 360.
In impudentia. Cic. pro Rosc. Com. 46.
In incœpto perstare. Liv. 8. 34.
In pravitate perstare sua. Cic. 4. Acad. 26.
In sententia perstare. Cic. pro Rosc. Com. 56.
In societate. Liv. 23.
Certare perstas. Ovid. 13. Met. 77.
Contendere perstat. Sil. lib. 3. 104.
Hiems perstat. Ovid. 18. Epist. 206.
Mens eadem perstat mihi. Virg. 3. Æn. 816.
Musa sola comes fugæ perstitit. Ovid. 4. Trist. 1. 20.
Pudor in ora perstat. Ovid. 4. de Pont. 9. 92.
Rabies perstat. Lucan. lib. 5. 610.

PERSTATURUS, a, um. Partic. Liv. 8. 34. Se tamen perstaturum in incepto.

PERSTANS, antis. Partic. [ἐμμένων] ut, Dictis perstantem cernit in iisdem. Valer. 4. Argon. 143.

PERSTRATUS, V. PERSTERNO.

PERSTREPO, ui, itum, [καταψοφέω] ĕre. Valde strepere. Ter. Eun. 3. 5. 51.
Abeunt lavatum, perstrepunt, ita ut fit domini ubi absunt.
Crebro pulsatus perstrepit ictu. Claud. 2. in Eutrop. 450.
Rumor in arcana jam dudum perstrepit aula. Stat. 2. Achil 76.
Tellus perstrepit. Sil. lib. 8. 431.
Passive. Apul. 3. Met. pr. p. 129. Elmenh. Quati fores interdum, & frequenti clamore januæ perstrepi.

PERSTRINGO, strinxi, strictum, [[illegible]] ĕre. est (inquit Nonius 1. 149.) Valde stringere, & claudere. V. PRÆSTRINGO. Cato R. R. cap. 38. Vites bene nodentur per omnes ramos, diligenterque caveto, ne vitem præcipites, & ne nimium perstringas. conf. Non. 4. 375. & 376. ubi differentiam τ Perstringo, & Præstringo exponit. Sed Mercerus utrobique Præstringere legit. V. loc.
Perstringere oculos splendore micanti, Offuscare, obnubilare, obscurare. Lucil. lib. 10.
Aciem perstringere, aut oculos mentis, & animorum, aut boni ingenii. Cic. 1. de Divin. 61. Atque parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti: quorum utrumque perstringere aciem mentis solet. Alii tamen legunt Præstringere. V. PRÆSTRINGO.
Aures perstringit murmure cornuum. i. e. Percellit. Hor. 2. Carm. 1. 18.
Iter fulmineum perstrinxit. Claud. 1. in 1. Cons. Stil. 200.
Portam urbis alicujus vomere aratri perstringere. Cic. 2. Philip. 102.
Terram aratro perstringere. Cic. de Lege Agr. 2. 66. Quod solum tam exile & macrum est, quod aratro perstringi non possit?
Horrore perstringi. Liv. 1. 23.
Perstringere aliquem, Leviter attingere, & interim taxare, & reprehendere, levique dolore afficere, leviter offendere. Cic. pro Sext. 14. Ut eos, quorum sceleris furore violatus essem, vocis libertate perstringerem? Ex Budæo.
Celeriter cursum aliquem. Cic. 3. Philip. 47.
Leviter Consolatus meos eum perstringit. Cic de Clar. Orat. 323. Consulatusque meus, qui illum primo leviter perstrinxerat, idem nos rerum nostrarum gestarum, quas ille admirabatur, laude conjunxerat.
Suspicione tenui perstringere. Cic. pro Sull. 46. Nemo unquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præverterim.
Voluntatem alicujus asperioribus verbis impune perstringere. Cic. pro Planc. 33.
Perstringere, Summatim & breviter dicere. Cic. pro Rosc. Com. 91. Sed in animo est, quemadmodum ante dixi, leviter transire, ac tantummodo perstringere unamquamque rem.
Perquam breviter aliquid perstringere & attingere. Cic. 2. de Orat. 201.

PERSTRICTUS, a, um. Partic. [[illegible]] Plin. lib. 17. cap. 24. Perstrictus gelu non potuit eo pervenire humor. h. e. Vehementer astrictus.

PERSTRUO, xi, ctum, ĕre. Vitruv. 7. 4. Paries cum in altitudinem perstructus fuerit.

PERSTUDIOSUS, a, um. Adj. [[illegible]] Cic. 5. Tusc. 63. Musicorum vero perstudiosum accepimus, &c.

PERSTUDIOSE, Adv. Cic. in Brut. 206. His enim scriptis etiam ipse interfui, quum essem apud Ælium adolescens, eumque audire perstudiose solerem.

PERSOL-

PERSUADEO, si, sum, [πείθω, ἀναπείθω, ἐπιπείθω, παραινέω] ēre. Suadendo inducere, Facere ut quis credat. Ter. Adelph. 3. 4. 24.
 Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia. Cæs. 5. Bell. Gall. 18. Idoneum quendam hominem & callidum delegit Gallum, ex illis quos auxilii causa secum habebat: huic magnis præmiis pollicitationibusque persuadet, ut ad hostes transeat: & quid fieri velit, edocet.
Auditori aliquid persuadere. Cic. 1. de Invent. 23.
Opinione non solum, sed etiam ad veritatem sibi aliquid persuadere. Cic. 1. de Nat. Deor. 61.
Te tibi persuadere volo, mihi neminem esse te cariorem. Cic. 11. Att. 8.
Hoc velim tibi penitus persuadeas. Cic. 14. Att. 14.
Prorsus ita esse, alicui persuadere. Cic. 7. Att. 8.
Confirmavit non solum mihi, sed etiam persuasit. Cic. 16. Att. 5.
Vere persuades hoc tibi. Hor. 1. Serm. 6. 8.
Quomodo mihi persuadeo, per parenthesin positum. Cic. pro Rosc. Amer. 7. Ego contra brevem postulationem affero, & (quomodo mihi persuadeo) aliquanto æquiorem.
Ita tibi persuadeas. Cic. 11. Fam. 5. Quamobrem velim tibi ita persuadeas, me cum Reip. causa, quæ mihi vita ipsa est carior, tum quod, &c.
Persuadere, pro Suadere. Ter. And. 3. 3. 45.
 Et ia mihi persuadet, nuptias quantum queam ut maturem.
Scarabeo citius persuaseris, ne se in stercore volutet. De iis dictum, qui malis assueverunt, a quibus tamen revocari non possunt, eo quod assuetis videntur optima. Siquidem scarabeus fetus suos educat in stercore, præcipue caprino, & indidem pascit, atque ibidem habitat. Usus est Lucianus in Pseudologista. Meminit Erasm.
PERSUADENS, entis. Partic. [πείθων] ut,
Verba persuadentia. Ovid. 2. de Arte Am. 371.
PERSUASUS, a, um. [ἀναπεισθεὶς] aliud Partic. Cic. 3. Tusc. 72. Opinio mali, quo viso atque persuaso, ægritudo insequitur necessario.
De tua fide mihi persuasum est. Cic. 11. Fam. 2.
Ita persuasum omnibus, cum paucis inermibus, perterritis metu, fracto animo, fugisse Antonium. Cic. 11. Fam. 12.
Persuasissimum est mihi. Cic. 11. Fam. 9. Sed quod mihi persuasissimum est Lepidum recte facturum nunquam, si forte vobis id de hoc dubium est.
Habere persuasissimum. Columel. lib. 12. cap. 1. Ea porro persuasissimum habere debebit, aut in totum, aut certe plurimum domi se manere oportere. De villica.
PERSUASUS, ûs. m. Quintil. 5. 10. Hujus persuasu & inductu. V. etiam Plaut. Epid. argum. 1. 2.
PERSUASIO, ōnis. f. [πειθώ, πεποίθησις, πίστις] dicitur Firma, quæ animo infertur opinio, quam Fidem appellamus. Cic. 2. de Invent. 37. Aut persuasioni adolescentiæ, aut alicui non malitiosæ animi affectioni attribuentur.
Arrogans de se persuasio innascitur. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Attonita persuasio. V. ATTONITUS.
Falsa. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Inanis. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Popularis. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Recepta publice. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Avertere pravam animi persuasionem. Senec. Epist. 94.
Induere sibi persuasionem. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Tumescere inani persuasione. Quintil. lib. 1. cap. 2.
PERSUASORIUS, a, um. Adj. [πειστικός] Quod persuadet. Suetonius in Domit. cap. 8. Recuperatores, ne se semper persuasoriis assertionibus accommodarent, identidem admonuit. Quæ sint autem persuasoriæ assertiones, explicat Turnebus his verbis: Olim qui in libertatem vindicabantur, quum servi essent, nec pro se judicio liberali experiri possent, assertorem quærebant. In causis igitur corporalibus monuit recuperatores, ne tametsi favorabilis libertas est, sequerentur in judicio assertationes vel prece vel pretio vel persuasione eblanditas contra jus dominorum. Sed Casaub. cum Cujacio ad l. 13. D. de Excusat. legit Persusoriis. q. V.
PERSUASTRIX, îcis. f. [πειστική] antiquum. Plaut. Bacch. 5. 2. 47. Eccas tandem probri perlecebræ, & persuastrices.
PERSUASIBILIS, e. Adj. [πιθανός, πειστικός] Quod potest persuaderi. Quintil. lib. 3. cap. 15. Rhetorice est vis inveniendi omnia in oratione persuasibilia.
PERSUASIBILITER, [πιθανῶς] Adv. Quintil. lib. 2. cap. 15. Qui finem ejus esse sit persuasibiliter dicere.
PERSUBTILIS, e. Adj. Valde subtile significat. Cic. pro Planc. 58. Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio.
Animus persubtilis, atque minutis corporibus factus. Lucret. lib. 3. 180.
PERSULCO, āre. Apul. 4. Met. p. 533. Elmenh. Passim maria persulcantes Tritonum catervæ.
PERSULCATUS, a, um. Partic. Claud. 1. in Rufin. 136.
 — rugisque severas
 Persulcata genas.
PERSULTO, [σκιρτάω] āre. ex Per & Salto frequentativo verbi Salio; Saltando lætitiam animi ostendere. Liv. 34. 20. Quorum ubi arma signaque Lacetani cognovere: memores quam sæpe in agro eorum impune persultassent. Tacit. 11. Ann. 9. pr. Simul Ibero exercitu campos persultante.
Equis levibus persultare. Sil. lib. 3. 385.
Persultare, Ferarum proprium & pecudum. Lucret. lib. 1. 14.
 Inde feræ pecudes persultant pabula læta. i. e. Saltant per pabula. Lambinus vero sic; Persultant, i. e. Saltu percursant, & prætereunt, ac ita negligunt, scilicet rebus venereis intentæ.
PERSULTATOR, ōris. m. Symmach. 6. Epist. 22. Bajani litoris persultator.
PERTABESCO, bui, ēre. Severus Ætna v. 474.
 — si quis lapidum pertabuit igne.
PERTÆDET, tæduit, tæsum est, [ἐξαπορεῖται] ēre. Valde tædere. Gell. lib. 15. cap. 20. Simul duas uxores habuerat, quum id decreto ab Atheniensibus facto jus esset, quarum matrimonii pertædebat. De Euripide. Idem lib. 1. cap. 2. Verbisque ejus defatigati pertæduissent.
Observa, hic esse tanquam Personale. H. St.
Pertæsum est. Cic. 2. Q. frat. 2. Pertæsum est enim levitatis, assentationum, animorum, non officiis, sed temporibus servientium. Virg. 4. Æn. 18.
 Si non pertæsum thalami tædæque fuisset.
Pertæsum est esse domi. Lucret. lib. 3. 1074.
Incœpti magni pertæsum est illos. Virg. 5. Æn. 714.
Pertisum quidam legi volunt, pro Pertæsum: quod Cicero non probat in Orat. 159. Concisum, non concæsum? ex quo quidam pertisum etiam volunt: quod eadem consuetudo non probavit.
PERTÆDESCIT, [ἀδημονεῖται] ēre. Cato R. R. cap. 156. Nolite multum dare, ne pertædescat.
PERTÆSUS, a, um. [ἐξαπαγορεύσας] Partic. sine verbo, inquit Servius.
Pertæsus, cum genitivo. Plaut. Mostell. 1. 4. 3.
 Ita me ibi male convivii, sermonisque
 Pertæsum. Al. Tæsum, sine Per.
Lentitudinis eorum pertæsa. Tacit. 15. Ann. 51. de Epicharii muliere.
Pertæsus, cum Accusativo. Suet. in Cæs. cap. 7. Et quasi pertæsus ignaviam suam, quod nihil dum a se memorabile actum esset.
Semet ipse pertæsus. Sueton. in Tiber. cap. 67. pr.
PERTANGO, ēre. Apic. 6. 9. Pullum assabis & suo sibi jure pertangis.
PERTEGO, xi, ctum, [κατασκεπάζω] ēre. Perficere quod tegere cœperis. Plaut. Rud. 1. 2. 35.
 Quin tu in paludem is exsiccasque arundines,
 Qui pertegamus villam, dum sudum est? [An Queis?] Idem Trinum. 2. 2. 41.
 Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.
PERTEMERARIUS, a, um. Adj. ut, Quod perabsurdum perque temerarium sit. Cod. lib. 10. t. 21. l. 2.
PERTENDO, di, sum, [διατείνω, ἀνύω] ēre. Valde tendere, Extendere. Cato de R. R. cap. 52. In arboribus, ubi radices capiant, calicem aut qualum pertendito: per fundum ramum, quem radicem capere voles, scarificato, trajicitoque.
Pertendere, Recta tendere & proficisci. [διατείνω H. St.] Liv. 5. 8. Pars maxima, atque ipse Sergius Romam pertenderunt.
Pertendere, Contendere. Cic. pro Corn. Balb. 11. Nos Cn. Pompeji decretum judicium de consilii sententia pronuntiatum recognoscemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, quorum acerbissima diligentia est, pertendemus.
Pertendere, Ad finem perducere quod intendebamus, aut cœperamus. Ter. Heaut. 5. 5. 9.
 Quid istuc? video non licere, ut cœperam, hoc pertendere.
Animo pertendere. Propert. lib. 2. 12. 17.
 Quod si pertendes animo vestita cubare,
 Scissa veste meas experiere moras. I. e. Obstinata persistes & perseverabis.
 Puto alibi legi — pertendens animo vestita cubaris. Ita certe legitur in edit. Gryph. 16mo. 1546. & Experiere manus. H. St. Sic & Brœckh. edidit, cujus V. not.
Scire e me quum pertenderet, quinam is patronus esset. Pontanus de Magnan. p. 431. H. St.
PERTENTO, [καθαπτειράομαι] āre. Sæpe, vel Diligenter tentare, Experiri, probare. Ter. And. 3. 4. 9. Sed ea gratia simulavi, vos ut pertentarem.
Perspicare & pertentare. Cic. 1. Q. frat. 4.
Administrationem alicujus rei pertentare. Cic. 2. de Invent. 38.
Causam totam pertentare & perspicere. Cic. 2. de Orat. 318.
Pectora dictis variis pertentat. Stat. 3. Theb. 381.
Pertentare, Penitus tentare, Penetrare. Virg. 3. Georg. 250.
 Nonne vides ut tota tremor pertentet equorum
 Corpora, si tantum notas odor attulit auras?
Mentem pertentant gaudia. Virg. 5. Æn. 828.
Pectus tacitum gaudia pertentant. Virg. 1. Æn. 506.
Omnia pertentare. Lucret. lib. 5. 191.
PERTENTATUS, a, um. Partic. Apul. 1. Met. p. 107. Elmenh. Diutina fatigatione pertentatus.
PERTENUIS, e. Adj. [ὑπέρλεπτος] Valde tenue significat. Plin. lib. 16. cap. 45. Secatur in laminas pertenues & ilex.
Argumentum pertenue. Cic. 2. Verr. 168.
Discrimen. Cic. 2. de Lege Agr. 86.
Spes pertenuis, per translationem. Cic. 14. Fam. 3.
Suspicio. Cic. pro Cluent. 17.
Vis. Cic. pro Cæcin. 47.
PERTEPIDUS, a, um. Adj. Valde tepidus. ut, Aqua pertepida. Vopisc. in Carino, cap. 17.
PERTEREBRO, [διατετραίνω] āre. Terebra perforare. Cic. 1. de Divin. 48. Annibalem Cœlius scribit, quum columnam auream, quæ esset in fano Junonis Laciniæ, auferre vellet, dubitaretque utrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebravisse.
PERTEREBRATUS, a, um. Partic. ut, Lapis perterebratus. Vitruv. 8. 7.
PERTERGEO, si, sum, [καταψήχω] ēre. Permulcere. Lucret. lib. 4. 250.
 Et quasi perterget pupillas, atque ita transit. i. e. Permulcet. De imagine. Lambinus.
PERTERGEO, si, sum, [ἀποσμήχω] ēre. Diligenter tergere. Columel. lib. 12. cap. 9. Sæpe suffundere jus debebit, nec pati sitire salgama, sed extrinsecus munda spongia vasa pertergere, & aqua fontana refrigerare.
Mensam gausape purpureo perstersit. Hor. 2. Serm. 8. 11.
Oculos nostros cum perterget. Lucret. lib. 4. 253.
PERTERO, trivi, tritum, [κατατρίβω] ēre. Terendo comminuere. Plaut. Men. 1. 1. 9.
 Tum compediti januam lima perterunt. al. Praterunt.
PERTRITUS, a, um. Partic. ut, Uva pertrita. Columel. 8. 5.
Pertritus, Vulgaris, usu tritus. Senec. Controv. 18. p. 250. Vulgaris in ejus controversiis & pertrita quæstio.
PERTERREO, ui, itum, [καταπλήττω] ēre. Valde terrere. Ter. Eun. 5. 3. 13.
 Post eibo, atque hunc perterrebo sacrilegum. Cæs. 7. Bell. Gall. cap. 4. Ut sint reliquis documento, & magnitudine pœnæ perterreant alios.
Diligentia alicujus obstupefieri & perterreri. Cic. 2. in Catil. 24.
Ferro aliquem rejicere & perterrere. Cic. pro Cæcin. 24.
Somnio perterreri. Cic. 1. de Divin. 57.
PERTERRITUS, a, um. Partic. [καταπεπληγμένος] Cic. pro Cœl. 66. An timebant, ne tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum, superare non possent?
Persequi perterritos, inermes, saucios. Cic. ad Brut. 10.
Conscientia perterritus. Cic. pro Cluent. 56.
Metu perterritus. Cic. pro Milon. 62.

Timore

Timore perterritus contremui. Cic. 1. de Divin. 58.
Cerva. Ovid. 11. Met. 771.
Mœnia. Ovid. 1. de Pont. 2. 19.

PERTERRITO, āre. frequent. Avienus Phænom. Arat. v. 1171.
Scorpius ingentem perterritat Oriona.

PERTERREFĂCIO, ēci, actum, [ἐκπλήσσω] ĕre. Idem quod Perterreo. Ter. And. 1. 1. 141. Perterrefacias Davum. Cic. 11. Fam. 20. V. PERTIMEFACTUS.

PERTERRĬCRĔPUS, a, um. Adj. Quod terrorem crepat & incutit. Lucret. lib. 6. 128.
Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem. Cic. in Orat. 164. Immo vero ista sequamur, asperitatemque fugiamus;
Habeo istam ego perterricrepam. Ex poeta. Mulier perterricrepa, Minax & garrula, quæ perterret crepando & obstrependo.

PERTEXO, texui, textum, [ἐξυφαίνω] ĕre. Peragere, perficere. Translatio sumpta a textoribus, qui primo telam ordiuntur, & orsam deinde texunt. Cic. lib. 2. de Orat. 145. Et pertexe modo, inquit, Antoni, quod exorsus es. Idem 1. Att. 18. Totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro (nosti illas ληκύθους) valde graviter pertexui.
Cœptum pertexere. Lucret. lib. 1. 419.

PERTEXTUS, a, um. Partic. ut, Palla pertexta. Apul. 11. Met. p. 258.

PERTICA, æ. f. [κοντός] Baculus oblongus. Varro 3. de R. R. cap. 5. Præterea & perticas inclinatas ad parietem. Ovid. de Nuce, 69.
Pertica dat plenis immitia vulnera ramis.
Sæva pertica. Ovid. de Nuce, 68.
Pertica est Instrumentum, quo agros metiebantur, habens decem pedes. Auct. de Limit. apud Rigalt p. 297. & Gœs. 290. Pertica habet passus duos, id est, pedes decem. Pertica autem a portando dicta, quasi Portica. Tristis. Propert. lib. 4. 1. 130. Mensoria scil. agrum auferens possessori.
Una & eadem pertica tractare. Plin. 8. Epist. 2. Eos iis etiam quos, non una (ut dicitur) pertica; sed distincte, gradatimque tractavi; quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abiit. i. e. Quos non una ulna mensus sum, inquit Budæus. Erasmus, Una pertica, pro Eadem opera. Sumptum videtur ab his, qui metiuntur agros. Perticam posuit pro Decempeda. Nam Servius Sulpicius, ut indicat Festus, dixit Perticam esse Lineam que dividuntur agri.
Pertica etiam Ipse Ager metatus pertica. Aggenus, Pertica quatuor regionibus æqualiter divisa. V. Gœs. Ind. rei agr. Rigalt. Gloss. & Salmas. Exercitat. Plin. p. 681.

PERTICĀLIS, e. Adj. [illegible] Columel. lib. 4. cap. 31. Perticalis fere salix eundem agrum, quem viminalis, desiderat. i. e. Ex qua fiunt perticæ.

PERTICATUS, a, um. Adj. Martial. 5. 12.
Quod nutantis fronte perticatas
Gestat pondera Masthlion superbus. Ita ex manuscriptis legit Gruter. & cum eo Scriver. V. ejus Animadv. p. 130. Vulgo legitur Pertinaci.

PERTĬMEO, ui, [illegible] ēre. Valde timere. Cic. 4. Verr. 179. Si nullius vim, nullius potentiam pertimuero. Tacit. 1. Ann. 29. Nihil in vulgo modicum: terrere, ni paveant: ubi pertimuerint, impune contemni. Ovid. 6. Fast. 244. Attoniti Mauras pertimuere manus. [Videntur Præterita verbi seq. Neque enim recte dicunt Inchoativa Præteritis carere.

PERTIMESCO, ui, [ὑπερφοβοῦμαι] ĕre. Idem quod Pertimere. Cic. 6. Verr. 78 Hanc tu tantam religionem, si tum in imperio propter cupiditatem & audaciam non pertimescebas: ne nunc quidem in tanto tuo, liberorumque tuorum periculo perhorrescis?
Rotam fortunæ pertimescere. Cic. in Pison. 22.
Non mediocriter aliquid pertimescere. Cic. pro Quint. 1.
Pertimescere de. Cic. 7. Verr. 115. De suis periculis, fortunisque omnibus pertimescunt.
Pertimescitur, passivum. Cic. 2. de Lege Agr. 45. Grave est enim nomen imperii, atque id etiam in levi persona pertimescitur.

PERTIMESCENDUS, a, um. Partic. [ὑπερφοβητέος] ut, Fama inconstantiæ pertimescenda. Cic. 1. Fam 9.

PERTIMĔFACTUS, a, um. Partic. Cic. 11. Fam. 20. Crede mihi, sperare eos, te pertimefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia. Ita veteres libri: quod Perterrefacto pravatum in aliis est. Ad. de Pacuv. apud Non. 7. 2.

PERTĬNEO, ui, entum, [ἀντέχω] ēre. ex Per & Teneo compositum, significat Pertingere, pervenire: & jungitur modo præpositioni In, modo Ad. Ulpianus de Cloacis, l. Prætor ait, Quo minus illi cloacam, quæ ex ædibus ejus in tuas pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto. Et paulo post, §. Quod ait, Quod ait prætor, pertinet: hoc significat, quod ex ædibus ejus in tuas ædes pertinet, hoc est dirigitur, extenditur, pervenit. Cic. 2. de Nat. Deor. 137. Vias, quæ pertinent ad jecur, eique adhærent. Idem 2. de Divin. 91. Quæ potest igitur contagio ex infinito pæne intervallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram?
Silvæ longe introrsus pertinet, i. e. Extenditur. Cæs. 6. Bell. Gall. 10. extr. Silvam esse ibi infinitæ magnitudinis, quæ appellatur Bacenis: hanc longe introrsus pertinere. Al. Ac longe.
Pertinere per. Cic. 1. de Nat. Deor. 36. Aliis autem libris quandam rationem per omnium naturam rerum pertinentem, ut divinam esse affectam putat.
Pertinere ad, pro Præstari & exhiberi. Cic. 12. Fam. 28. Tantum velim existimes, si negocia Lamiæ, procuratores, liberos, familiam, quibuscunque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quam si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam.
Pertinet, [illegible] Impersonale. Idem quod Attinet. Pomponius de Verb. & rer. signifi. l. Verbum, Verbum aliud pertinere latissime patet; nam & eis rebus petendis aptum est, quæ dominii nostri sint: & eis, quas jure aliquo possideamus, quamvis non nostri dominii sint. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint.
Pertinet ad te hæc malitia, suspicio maleficii, &c. Plaut. Trucul 4. 3. 36. Cic. pro Rosc. Amer. 18. Spero ex hoc ipso non esse obscurum, ad quem suspicio maleficii pertineat.
At Livius Pertinet facinus ad eum. De errore non Nizolius. H. St. Ænigma est illuc.
Pertinet ad rem, Huc spectat, e re est. Cic. 13. Fam. 14. Bonus plane vir, & cum virtutibus, tum ea fortuna (si quid hoc ad rem pertinet) ornatus. i. e. Si quid affert momenti.
Pertinet ad Remp. pro Interest Reip. Cic. ad Brut. 2. Id valde pertinuit, ut ego tum intelligebam, ad Remp ut nunc judico, ad dignitatem tuam.
Oratio mea pertinet ad fœdus infirmandum. Cic. pro Corn. Balb. 14. Nec vero hæc oratio mea ad infirmandum fœdus Gaditanorum, Judices, pertinet.
Vereor, ne ad plures oratio mea pertinere videatur. Cic. pro Rosc. Amer. 94.
Summa illuc pertinet, ut sciatis, &c. Cic. 7. Verr. 25.
Late patet hæc ars, & ad multos pertinet. Cic. 1. de Orat. 235.
Hoc eo pertinet, quod. Cic. de Clar. Orat. 299. Cajus in l. Si id, De duobus reis, Quæ sententia eo pertinet, ut quamvis vel huic vel illi decem solverit, vel Seio Stichum, nihilominus alteri obligatus maneat. Eo pertinet (inquit Budæus) id est, Hujus sententiæ effectus eo usque progreditur; vel, Hæc sententia eo tendit ut, &c.
Pertinet eodem & bryon. Plin. lib 12. cap. 28. h. e. Illic de ea herba dicendum est. Cic. 8. Att. 9. Eo scripsi, quo in suadendo plus auctoritatis haberem; eodemque pertinet, quod causam ejus probo.
Quorsum quidque pertinet. Cic. 3. de Nat. Deor. 6. Vestri non modo hæc non refellunt, verum etiam confirmant, interpretando quorsum quidque pertineat.
Ad id pertinet. Cic. 1. Acad. 21. Cetera pertinere ad id putant, aut ad augendum, aut ad tuendum, ut divitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam.
Ad hoc pertinet somnium. Plaut. Merc. 2. 1. 28.
Ad periculum capitis tui pertinet gemitus luctusque provinciæ. Cic 5. Verr.
Ad usum navium pertinent. Cæs. 3. Bell. Gall. 9.
Ad usus vestros pertinet. Ovid de Rem. Amor. 51.
Ætas cur non pertineat ad litteras, quæ ad mores jam pertinet? Quintil. lib. 1. cap. 1.
Argentum pertinebat ad dandum ei. Plin 8. Epist. 6.
Ad me pertinet, Officium meum est, sive onus mihi incumbit. Cic. de Amicit. 50. Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Ibid. 13. Quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur.
Ad officium pertinet meum. Cic. pro Rosc. Amer. 36. Ideo quod prima illa res ad meum officium pertinet: duas autem reliquas vobis populus Romanus imposuit.
In rem aliquam pertinere. Cic. 2. de Orat. 6. Talem existere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso & Antonio, non cognitis rebus omnibus, quæ in tantam prudentiam pertinerent, tantamque dicendi copiam, quanta in illis fuit, non potuisse confirmo.

PERTĬNENS, entis. Partic. [illegible] Cic. 2 de Nat Deor. 139. Huic adde nervos, a quibus artus continentur, eorumque implicationem corpore toto pertinentem.
Collis in immensum pertinens. Sallust. Jugurth. cap. 48.

PERTINENTER, Adv. Convenienter. Tertull. advers. Marc. 4. 38. Vides, quam pertinenter ad causam?
Compar. Ibid. cap. 9. Quam pertinentius volebat agnosci.
Superl. Ibid. cap. 31. Qui pertinentissime ad hanc parabolam, Audite, inquit &c.

PERTĬNAX, ācis. Adj. [αὐθάδης, αὐθέκαστος] Qui nimis tenax est. Plaut. Capt. 2. 2. 39.
Quid tu ais? tenaxne pater est ejus? P. immo edepol pertinax.
Pertinax, pro Pertenax, Vide in Varronem quæ dixi. H. St. Scil. Append. cap. 5. p. 17. ed. ipsius ult.
Cupidus, iratus, pertinax. Cic. pro Ligar. 18.
Pertinax, aliquando in bonam partem accipitur pro Perseverante. Valer. Max. lib. 1. 1. 8. Non mirum igitur, si pro eo imperio augendo, custodiendoque, pertinax deorum indulgentia semper excubuit.
Justitiæ pertinax. Apul. Apol. p. 338. Elmenh.
Recti pertinax. Tacit. 4. Hist. 5. extr. h. e. Valde tenax. Al. Pervicax.
Pertinax, Firmus in opinione. Cic. 1. de Fin. 28. Certe, inquam. pertinax non ero, tibique, si mihi probabis ea quæ dices, libenter assentiar.
Pertinax in rem aliquam. Seneca de Ira, lib. 2. 1.
Pertinax in disserendo vel disputando. Cic. 1. de Fin. 27.
Ludere pertinax. Hor. 3. Carm. 29. 50.
Certamen pertinax, Durum, & difficile, ac diuturnum. Liv. 2. 40. Ibi fortuna Populi Romani duos hostium exercitus, haud minus pernicioso, quam pertinaci certamine, confecit. Sic, Pertinax prælium. Liv. 22. 48.
Concertationes in disputando. Cic. 1. de Finib. 27.
Digito male pertinaci direptum pignus. Hor. 1. Carm. 9. 24.
Dolor. Senec. Herc. OEth. 1854.
Fama pertinax, Constans & firma. Plin. lib. 24. cap. 17.
Odium. Plin lib 14. cap. 1.
Pietas. Martial. lib 8. 35.
Qui præstat pietate pertinaci, &c.
Sermo lenis, minimeque pertinax. Cic. 1. Off. 134.
Studium scribendi. Quintil. in proœm. lib. 1.
Compar. Liv. 29. 33. Pertinacior in repugnando.
Superl. Pertinacissimus, & perstans. Cic. 2. de Fin. 107. Aut pertinacissimus fueris, si in eo perstiteris, ad corpus ea quæ dixi referre: aut deserueris totam Epicuri voluptatem, si negaveris.

PERTINĀCIA, æ. f. [αὐθάδεια, φιλονεικία] Perseverantiæ finitima est, inquit Cic. 2. de Invent. 165. & in bonum & malum accipitur.
In bonum. Sueton. in Cæs. cap. 68. Ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur.
Pertinacia & studium vincendi. Cic. 1. Acad. 43. Cum Zenone, inquam, ut accepimus, Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi, (ut mihi quidem videtur) sed earum rerum obscuritate, &c.
In malum. Terent. Hec. 3. 5. 46.
Mane, inquam, quo abis? PH. quæ hæc est pertinacia? Cic. pro Planc. 94. Libertatemque quam in me requiris, quam ego neque dimisi unquam, neque dimittam, non in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo.
Quæ pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. Cic. pro Marcello 32.
Accenditur pertinacia. V. ACCENDO.
Amittere sua pertinacia vitam. Cic pro Marcell. 21.
Disputari cum pertinacia & iracundia recte non potest. Cic. 1. de Fin. 28.

Innascitur facillime pertinacia & nimia cupiditas principatus in elatione & magnitudine animi. Cic. 1. Off. 64.
Refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus. Cic. 2. Tusc. 5.
Reprehenditur in minimis rebus pertinacia, calumnia etiam coercetur. Cic. 4. Acad. 65.

PERTINACITER, Adv. [αὐθάδως] Perseveranter, Obstinate. Plin. in Panegyr. cap. 86. O rem memoriæ litterisque mandandam, præfectum Prætorio non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere: eundemque otio, quod pertinaciter amet, reddere.
Defendere pertinaciter. Liv. 6.
Hærere pertinaciter. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Initum pertinaciter prælium. Liv. 28. 6.
Insequi fusos pertinaciter. Liv. 2. 42.
Manere pertinaciter. Varro 1. de R. R. cap. 60.
Offensus alicui nimium pertinaciter. Cic. 10. Fam. 23. Si uno loco essem, verebar ne cui obtrectatoribus viderer & nimium pertinaciter Lepido offensus, & mea patientia etiam alere bellum.
Compar. Liv. 26. 38. Pertinacius oppugnata Capua.
Superl. Durare pertinacissime. Quintil. lib. 1. cap. 1.

PERTINGO, igi, tactum, [διατείνω, ἐφικνέομαι] ĕre. Pervenire. Plin. lib. 11. cap. [illegible]. Venam ab oculis pertingere ad cerebrum peritissimi auctores tradunt. V. Burm. ad Quintil. 2. 4. p. 143.
Lux oculos pertingit. Lucret. lib. 4. 278. Alii legunt Pertergit. q. V.
Pertingere per. Cic. 2. de Nat. Deor. 24. Ex quo intelligi debet, eam caloris naturam vim habere in se vitalem, per omnem mundum pertingentem. In veteri codice legitur Pertinentem.

PERTŎLĔRO, [illegible] āre. Usque ad finem tolerare, perferre. Plaut. Amphitr. suppos. v. 20. Fata istæc me premunt, pertolerarem vim tantam, cladesque exantlarem impetibiles.
Omnia tormenta pertolerare. Lucret. lib. 5. 317.

PERTŎNO, āre. Ambros. Serm. feria 2. Pentecost. Et Ebrææ nationis homo Christi gloriam Romanæ facundiæ eloquentia pertonaret.

PERTORQUEO, [illegible] ēre. ex Per & Torqueo compositum; Idem quod Torqueo. Lucret. lib. 2. 401.

> At contra tetra absinthi natura, ferique
> Centauri fœdo pertorquent ora sapore. i. e. Efficiunt ut qui ea

gustat, ac mandit, os distorqueat.

PERTRACTO, [illegible] āre. Manibus frequentius tractare, & tangere. Cic. in Parad. 5. 2. Barbatulos mullos exceptantem de piscina & pertractantem.
Pertractare bestias manibus. Hirtius de Bello Afr. cap. 72.
Pertractare, per translationem, Apud se reputare, & diligenter considerare. Cic. 2. de Fin. 118. Tute introspice in mentem tuam ipse, eamque omni cogitatione pertractans percunctare ipse te.
Diligenter & sæpe aliquid pertractare. Cic. 2. de Invent. 45.
Pertractare, Differere, disputare de re aliqua. Cic. 4. Tusc. 23. Qua oratione prætermissa minime necessaria, ea quæ rem continent pertractemus.
Philosophiam pertractare. Cic. 1. de Nat. Deor. 9.
Scribitur & Pertrecto. Justin. 1. 9. Tum pertrectare dormienti caput jubet. Sic & in superioribus locis quidam codd.

PERTRACTĀTUS, a, um. Partic. ut, Res pertractatas habere. Cic. 3. Tusc. 30. Et nimirum hæc est illa præstans & divina sapientia, & perceptas penitus, & pertractatas res humanas habere, &c.
Diuturnitas pertractata. Cic. 1. de Divin. 128.
Pertrectatus Petron. cap. 24. Pertrectato vasculo tam rudi.

PERTRACTĀTE, Adv. Pervulgate, vel, ut Scal. Lascive. Plaut. prol. Capt. v. 55.

> Non pertractate facta est, neque item ut ceteræ. Scil. Fabulæ.

PERTRACTATIO, ōnis. f. [illegible] Frequens revolutio. Cic. 1. de Orat. 48. In grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam modus.

PERTRĂHO, xi, ctum, [illegible] ĕre. Vi, & cum molimine trahere. Liv. 21. 28. Ea extemplo resolutis, quibus leviter annexa erat, vinculis, ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur. De rate.
Aliquem pertrahere in castra. Liv. 7. 39.
Vitam pertrahere, Prolongare. Plin. lib. 28. cap. 1.

PERTRACTUS, a, um. Partic. Aurel. Vict. de Vir. illustr. cap. 12. Apprehensus & ad regem pertractus. Idem de Cæs. cap. 8. Per scalas Gemonias pertractus.

PERTRACTUS, ūs. m. Perpes tractus, & perduratio. Tertull. de Orat. cap. 5. Quidam pertractum quendam in sæculo postulant.

PERTRANSEO, ivi, itum, [illegible] īre. Idem quod Transire. Plin. lib. 37. cap. 5. Nubecula enim albicantis est vitium, quum viridis non pertransit aspectus, sed aut intus occurrit, aut excipit in fine visum candor.

PERTRANSĪBĬLIS, e. Adj. Isidor. in Alphab. Amarum hoc est & leve, quia pertransibile.

PERTRANSLŪCĬDUS, a, um. Adj. [illegible] Quod valde translucet. Plin. lib. 13. cap. 12. Alias indecoro visu pertranslucida.

PERTRECTATUS, PERTRECTO, V. PERTRACTO.

PERTREPĬDUS, a, um. Adj. Capitol. in Maxim. & Balb. cap. 1. Senatus pertrepidus in ædem Concordiæ concurrit.

PERTRĬBUO, ui, ūtum, [illegible] ĕre. Dare. Plinius Trajano, 10. Epist. 28. Apud me & milites & pagani, a quibus justitia ejus, & humanitas penitus inspecta est, certatim si, qua privatim, qua publice testimonium pertribuerunt.

PERTRĬCŌSUS, a, um. Adj. Martial. lib. 3.

> Res pertricosa est, Cotile, bellus homo. H. St. Sic & Scriverius legit. Al. Prætricosa. Exstat Epigr. 63.

PERTRISTIS, e. Adj. [illegible] Valde tristem significat. Cic. pro Cœl. 25. Ea qui in reliqua vita mitis esset, & in hac suavitate humanitatis, qua prope jam delectantur homines, versari perjocunde soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, Censor, magister.
Carmen pertriste. Cic. 1. de Divin. 14.

PERTRITUS, V. PERTERO.

PERTRUX, ūcis. Adj. Nimium sævus. ut, Bestia pertrux. Apul. 5. Met. p. 166. Elmenh. At Priceus legit Trux.

PERTUMULTUŌSUS, a, um. Adj. [illegible] Quod magnum tumultum excitat. A quo

PERTUMULTUŌSE, Adv. [illegible] Cic. 15. Fam. [illegible]. Pertumultuose, neque tamen non vere, Parthos in Syriam transisse nuntiaverunt.

PERTUNDA, V. PERTUNDO.

PERTUNDO, ŭdi, ūsum, [illegible] ĕre. Valde tundere, vel ita percutere, ut quidpiam perforetur. Columel. lib. 6. cap. 15. Si forte surculum calcaverit, aut acuta testa, vel lapide ungulam pertuderit. Plaut. Pseud. 1. 2. 37.

> I puere præ: ne quisquam pertundat crumenam, cautio est.

Lacum vino plenum pertundere. Ulpian. in L. Si servus servum. §. ult. in fine.
Materiem pertundere. Lucret. lib. 5. 1267.
Saxa guttæ pertundunt. Lucret. lib. 4. 1282.

PERTŪSUS, a, um. Partic. [illegible] ut, Pertusa sella. Cato cap. 157.
Margaritæ pertusæ. V. Uti in linea &c. in dictione LINEA, & MARGARITA.
In vas pertusum congeri dicuntur, Quorum fructum amittimus. Lucret. lib. 3. 949.

> Et non omnia, pertusum congesta quasi in vas,
> Commoda perfluxere, atque ingrata interiere. Plaut. Pseud. 1. 3. 135.
> In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

PERTŪSŪRA, æ. f. ut, Pertusuræ locus patiens. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1.

PERTUNDA, æ. f. Dea, quæ præsto est virginalem scrobem effodientibus maritis. Arnob. 4. p. 131. V. August. de Civ. Dei, 6. 9.

PERTURBĬDUS, a, um. Adj. Vopisc. in Saturn. cap. 7. Ne, si perturbidam civitatem vidisset, &c. i. e. Percupidam turbarum.

PERTURBO, [illegible] āre. Valde turbare. Ter. And. 3. 4. 22.

> Nihil est preci loci relictum; jam perturbavi omnia.

Aliquem percellere & perturbare. Cic. 5. Verr. 130.
De Reipub. salute magis quam de sua perturbari. Cic. pro Milon. 1.
Clamore aliquorum perturbari. Cic. pro Rabir. 18.
Errore perturbari & inscitia. Cic. 1. de Finib.
Motu animi magno perturbari. Cic. 8. Att. 11.
Animos perturbare & concitare. Cic. in Orat. 128.
Corpus totum perturbatur. Lucret. lib. 4. 670.
Domum perturbare. Senec. Thyest. 1.
Mentes animosque omnium perturbat timor. Cæs. 1. Bell. Gall. 39.
Otium. Cic. 4. Acad. 15. Tum ut exortus est in optima Rep. Tiberius Gracchus qui otium perturbaret, sic Arcesilas qui constitutam philosophiam everteret.
Pactiones perturbare bellicas perjurio. Cic. 3. Off. 108. Regulus non debuit conditiones, pactionesque bellicas & hostiles perturbare perjurio.
Provinciam aliquam. Cic. pro Sulla 57.
Rempublicam. Cic. 4. Acad. 14.
Status omnis vitæ perturbatur. Cic. 1. de Finib.
Aliquem præcipitem ex civitate perturbare. Auctor ad Heren. lib. 4. 12. Al. rectius Proturbare.

PERTURBOR, āri. passivum. Plinius in Panegyr. cap. 76. Uncaret in limine mora, consulere aves, revererique numinum monitus. Nemo perturbabatur, nemo submovebatur. Sed emendatius legitur Proturbabatur. Lucret. lib. 3. 253.

> Nec temere huc dolor usque potest penetrare, neque acre
> Permanare malum, quin omnia perturbentur.

PERTURBATUS, a, um. Partic. [illegible]
Acies perturbata. V. ACIES.
Anima perturbata. Lucret. lib. 4. 920.
Civitas seditionibus perturbata. Cic. 2. de Lege Agrar. 23.
Ordo perturbatus. Cic. 3. de Orat. 46.
Res perturbata rei, pro Commista. Senec. Epist. 96.
Compar. Cic. 6. Att. 1. Sed enim [illegible], si perturbatior est, tibi assignato. Et 10. 14. pr. Nunquam vidi hominem perturbatiorem metu.

PERTURBĀTE, Adv. [illegible] Cic. 1. de Invent. 29. Hic considerandum erit, ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur. Item in Orat. 120. Sua confirmare, adversarii evertere, eaque efficere non perturbate. Perturbate aliquid dicitur, quum rerum ac temporum ordo non servatur: Contorte, quum non facilis transitus & directus est, sed obscurus.

PERTURBATIO, ōnis. f. [illegible] ut
Cæli perturbatio & Serenitas, contraria. Cic. 2. de Divin. 94.
Rerum conversio & perturbatio. Cic. pro Flacc. 94. Videtis quo in motu temporum, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur.
Novarum perturbationum causæ quæri viderentur. Cic. de Fato 2.
Valetudinis perturbatio. Cic. 9. Fam. 3. Miraris me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam graviter exanimatum fuisse?
Vitæ perturbatio & magna confusio. Cic. 1. de Nat. Deor. 3.
Perturbatio frequentissime animo tribuitur, ut Cic. 4. Tusc. 10. Est igitur Zenonis hæc definitio, ut Perturbatio sit, quod [illegible] ille dicit, aversa a recta ratione contra naturam animi commotio.
Animi perturbatio, & Sedatio, contraria. Cic. 5. Tusc. 43. Atqui quum perturbationes animi miseram, sedationes autem efficiant vitam beatam: duplexque ratio perturbationis sit, &c.
Animi perturbatio, Tranquillitas & securitas, contraria. Cic. 1. Offic. 67. Vacandum est omni animi perturbatione, &c. ut tranquillitas animi adsit, quæ affert, cum constantiam, tum etiam dignitatem.
Animorum turbidi concitatique motus, perturbationes sunt. Cic. 4. Tusc. 34.
Judicis cognitio & Perturbatio contraria. Cic. 2. de Orat. 214. Illud autem genus orationis, non cognitionem judicis, sed magis perturbationem requirit.
Afferre errorem animis perturbationemque. Cic. 1. de Divin. 62. V. AFFERO.
Commoveri magna animi perturbatione. Cic. 6. Att. 1.
Fiunt quæ cum aliqua perturbatione, ea neque constanter fieri possunt, nec iis qui adsunt probari. Cic. 1. Off. 137.
Fugere perturbationes. Cic. 1. Off. 136. Ut perturbationes fugiamus, id est motus animi nimios, rationi non obtemperantes.
Immittere perturbationes. V. IMMITTO.
Incidere in. ut, In perturbationes exanimationesque ne incidamus cavendum. Cic. 1. Off. 131.
Incitatus ira, aut perturbatione, impetum injuste in eum fecit. Cic. 1. Off. 23.

Peccatus

Peccatur perturbatione rationis atque ordinis quicquid peccatur. Cic. in Parad. 3.
Regi impetu quodam animi & perturbatione, Consilio aut judicio, contraria. Cic. 3. de Orat. 178.
Succumbere neque perturbatione animi, neque homini, neque fortunæ. Cic. 1. Off. 66.

PERTURBĀTOR, ōris. m. [ἀλγηταράκτης] Qui perturbat.

PERTURBĀTRIX, īcis. f. [ἀλγηταράκτις] Cic. 1. de Legib. 39. Perturbatricem autem harum omnium Academiam hanc ab Arcesila & Carneade recentem exoremus, ut sileat.

PERTURPIS, e. Adj. [δυσειδής] Valde turpe. Cic. pro Cœl. 50. Cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur.

PERTUSSIS, is. f. apud Senecam, ut ait Despauterius, Tussis est, quæ continue vexat.

PERTUSURA, PERTUSUS, V. PERTUNDO.

PERVĀDO, si, sum, [διαβαδίζω] ĕre. Pertransire. Tacit. 4. Ann. 51. Neque tamen pervasere hostes, nisi admodum pauci.
Pervade polum, splendida mundi sidera bigis continuis secepit spoliis. Actius apud Varr. lib. 6. de L. L. 3. Significat autem eodem Varr. interprete, Pervade polum, Vade per polum.
Pervadere ad. Liv. 7. 36. Inter trepidationem, tumultumque Samnitum, Præsidium Romanum, obviis custodibus cæsis, ad castra c o s. pervadit.
Pervadere in. Cic. 2. de Nat. Deor. 145. Similiter nares, quæ semper propter necessarias utilitates patent, contractiores habent introitus, nequid in eas, quod noceat, possit pervadere.
Per agros quantum incendium pervaserit cernitis. Cic. 5. Verr. 66.
Fama pervasit, vel rumor. Liv. 5. 7. Quibus quum amplissimis verbis gratiæ ab Senatu actæ essent, famaque ea forum atque urbem pervasisset, subito ad curiam concursus fit plebis.
Morbus pervadit. Cic. pro Sulla 53. Quas oras maxime, quasi morbus quidam illius furoris pervaserat.
Murmur, pavor, clamor, &c. pervasit. Liv. 26. 15. Murmura Tribunali totam concionem pervasit, deferri rem integram ad Patres de Campanis.
Opinio pervasit per animos hominum. Cic. pro Lege Manil. 23. Erat etiam alia gravis atque ea vehemens opinio, quæ per animos gentium Barbarorum pervaserat, fani locupletissimi & religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrum exercitum esse adductum.
Pallor repente pervasit ora. Sil. lib. 7. 487.
Pervadere, Pervenire ad, ut,
Pervadere florem ætatis. Lucret. lib. 1. 556.

— summum ætatis pervadere florem. Quidam legunt Finem, sed priorem lectionem probat Lambinus, & interpretatur Florem, i. e. Justum ac perfectum vigorem.

PERVADENS, entis. Partic. Vitruv. 9. 4. Saturni stella pervadens per signi spatium.

PERVĀSUS, a, um. Partic. Pass. ut, Urbe pervasa. Ammian. 24. 2. Regiones pervasæ. Idem 31. 8.

PERVASIO, ōnis. f. Invasio. Salvian. de Gubern. Dei, lib. 5. sub fin. A rerum alienarum pervasione non abstinent.

PERVĀSOR, ōris. m. Invasor. Salvian. 5. p. 114. Rebus eorum incumbunt pervasores. Et Cassiodor. 4. Epist. 20. Maneat pœna pervasori.

PERVAGABILIS, PERVAGATUS, PERVAGOR, V. PERVAGUS.

PERVĂGUS, a, um. Adj. [πολυπλανής] ut, Puer pervagus vasto orbe. Ovid. 2. de Arte Am. 18.

PERVĂGOR, [περιπλανάω, περιφέρομαι] āri. Per aliquem locum vagari. Cic. 7. Verr. 97. Hic te Prætore prædonum naviculæ pervagatæ sunt.
Molestiæ pervagantur mentes omnium. Cic. 1. de Legib. 32. Molestiæ, lætitiæ, cupidates, timores, similiter omnium mentes pervagantur.
Honos pervagatur. Cic. 2. de Invent. 113. Deinde ne is honos nimium pervagetur.
Pervago, are etiam dixisse veteres credibile est, ut Vago. q. V.

PERVĂGANS, antis. Partic. Vitruv. 2. 6. Pervagantes in agris ardores.

PERVAGĀTUS, a, um. aliud Partic. [περιπλανηθείς] Liv. 38. 17. Inter mitissimum genus hominum ferox natio, pervagata bello prope orbem terrarum, sedem cepit.
Commune & pervagatum, Divulgatum. Cic. 1. de Orat. 265. An tu, inquit ille, si de istis communibus & pervagatis vix hoic ætati audiendum putas, etiamne illa negligere possumus, quæ tu Oratori cognoscenda esse dixisti?
Pervagatum & celebratum commemoratione alicujus. Cic. pro Planc. 95. Nihil ex meis est temporibus, quod minus pervagatum, quodque minus aut mea commemoratione celebratum sit, aut hominibus auditum atque notum.
Bona longe lateque pervagata, & Angusta, contraria. Cic. Topic. 96. Numero sic comparabuntur, ut plura bona paucioribus bonis anteponantur, pauciora mala malis pluribus, diuturniora bona brevioribus, longe & late pervagata angustis.
Causa hæc apud Græcos pervagata est. Cic. 1. de Invent. 55.
Declamatio vulgaris & pervagata. Cic. pro Planc. 47.
Fama alicujus rei illustris & pervagata. Cic. pro Marcell. 27.
Opera quotidiana & pervagata. Cic. 3. de Orat. 186.
Sermo civitatis pervagatus. Cic. pro Milon. 33.
Pervagatior, & Pervagatissimus. Cic. 2. de Invent. 47. Pars autem est pervagatior, & aut in omnes ejusdem generis, aut in plerasque causas accommodata. Idem in Orat. 147. Me autem sive pervagatissimus ille versus, qui vetat, &c.

PERVAGĀBĬLIS, e. Adj. Sidon. 2. Epist. 2. Pelagi campus cymbulis late secatur pervagabilibus.

PERVĂLEO, [πολυδυναμέω] ēre. Plurimum valeo. Lucret. lib. 6. 916.

Usque adeo permananter vis pervalet ejus. De magnete lapide. Alii legunt Prævalet.

PERVĂLĬDUS, a, um. Adj. [πολυϊσχυρής] Admodum validus. Liv. 40. 47. Donec ad pervalidam aliam urbem (Certima appellant Celtiberi) pervenit. Emendata exemplaria habent Prævalidam.
Agmen pervalidum. Ammian. 29. 1. pr.

PERVĂRIUS, a, um. Adj. [πολυποίκιλος] Valde varius. Apul. de Deo Socrat. p. 97. Utilitates pervariæ. Sed aliter legit Elmenhorst. p. 42.

PERVARIE, Adv. [πολυποικίλως] Cic. 2. de Orat. 327. Reliqua pervarie jucundeque narrantur.
Pervarie & perjucunde. H. St. Si hoc vellet, Perjucundeque diceret.

PERVASTO, [καταλυμαίνομαι] āre. Prorsus vastare. Liv. 6. 4. Ad pervastandos fines, nequid ad nova consilia relinquerent virium, duxere. Et 33. 37. Liburos quum pervastassent.

PERVASTĀTUS, a, um. Partic. ut, Agris passim pervastatis. Liv. 8. 19. Italia pervastata. Tacit. 15. Ann. 45.

PERVĔHO, xi, ctum, [διακομίζω] ĕre. Usque in aliquem locum portare. Plin. lib. 35. cap. 6. Sed inde non pervehuntur ad nos. Liv. 5. 40. extr. Virgines sacraque in plaustrum imposuit: & Cære, quo iter sacerdotibus erat, pervexit.
Navigatione secunda pervehi. Tacit. 2. Ann. 8.
Pervehi [κατάγομαι] in portum, per translationem. Cic. 14. Att. 21. Nos autem alium portum propiorem huic ætati videbamus, in quem mallem equidem pervehi, florente Bruto nostro, constitutaque Republica.
Velis passis aliquo pervehi. Cic. 1. Tusc. 19. Portum potius paratum nobis & profugium putemus, quo utinam velis passis pervehi liceat. De morte.
Pervehi ad exitus optatos. Cic. 2. Off. 19. Et quum prospero flatu ejus utimur, ad exitus pervehimur optatos: & quum reflavit, affligimur. De fortuna.
In Asiam, atque inde Romam pervectum est. Tacit. 2. Hist. 9.

PERVECTUS, a, um. Partic. [κατακομισθείς] ut, Pervectus in litus. Plin. lib. 9. cap. 8.
Passu cito pervecta est ad litora. Sil. lib. 8. 126.

PERVECTOR, ōris. m. Symmach. 4. Epist. 64. Pervector apicum. i. e. Tabellarius.

PERVELLO, velli, (& vulsi,) vulsum, [κατατίλλω] ĕre. Cic. 3. Tusc. 36. Quid jaces, aut quid mæres? aut cur succumbis, cedisque fortunæ? quæ pervellere te forsitan potuerit & pungere, non potuit certe vires frangere. De format. Præteriti, V. In EVELLO.
Aurem pervellere. V. AURIS.
Fidem alicujus pervellere, pro Cessantem excitare. Sen. de Benef. 5.
Jus pervellere. Cic. 1. de Orat. 265. Neque enim, inquit, tam mihi molestus fuit, quod jus nostrum Civile pervellit, quam jucundus, quod se id nescire confessus est. i. e. De jure nostro obtrectat, inquit Budæus.
Stomachum pervellere. Hor. 2. Serm. 8. 8.

Rapula, lactucæ, radices, qualia lassum
Pervellunt stomachum. h. e. Irritant, & cum quadam delectatione pungunt atque excitant.

PERVĔNIO, vēni, ventum, [ἱκνέομαι, ἐξικνέομαι, περάω, ἀφικνέομαι] īre. Ad constitutum locum venire, Venire eo quo ibamus. Plin. lib. 10. cap. 37. Ipse perveni ad fontem purissimum.
Mature cum exercitu aliquò pervenire. Cic. pro Muren. 22.
Ad aliquam portam cum paucis pervenire. Cic. in Pison.
In portum salva nave. Quintil. lib. 2. cap. 17.
In provinciam pervenire. Plinius ad Trajanum 10. Epist. 16.
Ad manus pervenire. Cic. pro Sext. Vix sero & raro ad manus pervenitur.
Ad laudem aliquam via aliqua. Cic. de Clar. Orat. 259.
Ad nummos pervenire. Cic. 13. Fam. 14. Ut quam commodissima conditione libertus Strabonis, qui ejus rei causa missus est, negotium conficiat, ad nummosque perveniat.
Ad primos pervenire, pro Inter primos & doctissimos annumerari. Cic. pro Rosc. Com. 10. Qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comœdos.
Ad summam alicujus rei pervenire. Quintil. in proœm. lib. 1.
Ad summum pervenire. Cic. 5. de Fin. 40. Sic & extremum omnium appetendorum, atque ductum a prima commendatione naturæ, multis gradibus ascendit, ut ad summum perveniret, quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta.
In crastinum pervenire. Quintil. lib. 5. cap. 10.
In invidiam maximam pervenire. Cic. 4. Verr. 45. Populum quidem Syracusanum in maximam invidiam, sua infamia, alieno præmio pervenisse.
In manus pervenire. Cic. 8. Att. 5. Eo autem ad te scripsi, ut si tibi forte reddita esset, mihi curares referendam, ne in illius manus perveniret.
In notitiam pervenire. Columel. lib. 5. cap. 8. V. Notitia in NOTUS.
In potestatem alicujus pervenire. Cic. pro Lege Manil. 32. Quum duodecim secures in prædonum potestatem pervenerint.
In scripta alicujus pervenire. Cic. 5. Fam. 12.
In Senatum pervenire non potuit, Fieri senator. Cic. pro Flac. 43.
In magnum timorem pervenire, ne &c. Cæs. 1. Bell. Civil. 61.
In tutelam pervenire. Cic. pro Rosc. Com. 16. Et pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit.
Ad annum septuagesimum pervenit Cyrus. Cic. 1. de Divin. 46.
Ad desperationem pervenire. Cæs. 2. Bell. Civil. 42.
Ad eloquentiam. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Ad propositum mihi finem honoris nondum perveneram. Cic. pro Sull. 11.
Ad fortunas suas aliquando pervenire sese posse spes fuit. Cic. pro Rabir. Post. 27.
Ad fructus. Varro 1. de R. R. cap. 4.
Ad frugem maturam. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Ad improbitatem pervenire. Cic. 3. Verr. 105. Utrum admonitus, an tentatus, an, quæ est iste sagacitate in his rebus, sine duce ullo, sine indice pervenerit ad hanc improbitatem nescio.
Pervenire quo volumus. Ter. Eun. 1. 2. 44.

Ita est: sed sine me pervenire quò volo. Quasi dicat, Sine me dicere quod maxime volo.

Plebs in discordiam pervenit cum patribus. Pompon. in l. 2. §. Deinde quum esset. D. de origine jur.
Pervenit ad me hæc res, i. e. Rescivi, Dictum est mihi. Plaut. Mil. 2. 4. 50.
Ad aures alicujus nescio quomodo pervenit res hæc. Cic. 6. Verr. 64.
Clamor ad aures pervenit. Virg. 9. Æn. 396.
Fama ad aures meas pervenit. Cic. pro Sull. Non modo nihil comperi, sed vix ad aures meas istius suspicionis fama pervenit.
Fama pervenit huc. Ovid. 2. de Pont. 5. 27.
Factio pervenit a. Liv. 1. 17. pr. Necdum a singulis, quia nemo magnopere eminebat in novo populo, pervenerant factiones: inter ordines certabatur. [Forte Provenerant legendum.
Hæreditas ad filiam pervenit. Cic. 2. de Finib.
Humanitas ab isto ad illos pervenisse putatur. Cic. 1. Q. frat. 22.
Licentia tanta ad unum nunquam pervenisset, nisi multorum impunita scelera tulissemus. Cic. 2. Off. 28.

Lucrum pervenit ad eum. Cic. 5. Verr. 130. Perparum ex illis magnis lucris ad sese pervenire. Prætorem esse socium.
Pecuniam morte alicujus ad quempiam pervenire. Cic. in Topic. 29.
Similitudo naturæ illius ad te, qui ab illo ortus es, pervenit. Cic. pro Muren. 66.
Quid enim potest esse in calamitate residui, quod non ad miseros aratores, isto Prætore, per summam injuriam, ignominiamque pervenerit? Cic. 5. Verr. 226.
Non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum, vitamque pervenit. Cic. pro Cæcina 42.
Injuria ad paucos ex alieno peccato pervenit. Auctor ad Heren. lib. 4. 13.
Pœna parentum pervenit ad liberos, qui nihil meruerunt. Cic. ad Brut. 15.
Pervenitur, Impersonale. Ulpian. in l. 1. §. Si apud duos. D. deposit. Quod si nihil alter, vel minus facere possit, ad alium pervenietur; idemque etsi alter dolo non fecerit, & idcirco sit absolutus; nam ad alium pervenietur.
Postquam perventum est in tecta thalami. Virg. 4. Georg. 375. Idem 2. Æn. 634.
Ast ubi jam patriæ perventum ad limina sedis.
Studia perveniendi aliquo nihil prosunt, nisi illud, quod eò, quo intendas, ferat deducatque, cognoris. Cic. 1. de Orat.
PERVENIENS, entis. Partic. [[illegible]] Ovid. 3. Met. 462.
Verba refers aures non pervenientia nostras. [An Perficientia?
PERVENTURUS, a, um. aliud Partic. [[illegible]] Cic. pro Rosc. Amer. 153. Videte per deos immortales, quem in locum Remp. perventuram putetis.
PERVENTIO, ōnis. f. Mart. Capell. 4. p. 126. Et ratiocinatio ex duobus pluribusve concessis, ad id quod non conceditur, perventio.
PERVĒNOR, [[illegible]] āri. Idem quod Diligenter venari: & per translationem pro Quærere, & solertia quadam adhibita investigare. Plaut. Merc. 4. 5. 3.
Defessus sum urbem totam pervenarier. [Nisi divise legendum, ut sit Anastrophe Urbem totam per, pro Per totam u.
PERVĔNUSTUS, a, um. Adj. Sidon. 3. Epist. 13. Elegans homo, pervenustusque.
PERVERTO, ti, sum, [διαστρέφω, καταστρέφω, [illegible]] ĕre. Convertere, invertere, subvertere, ad terram ruere. Plaut. Cas. 4. 2. 16.
Aulas pervertunt, ignem restinguunt aqua.
Labefactare & pervertere. Cic. 3. de Fin. 70.
Arbusta, virgulta, tecta. Cic. 1. de Divin. 49.
Defensionem. Auctor ad Heren. lib. 1. 26. Orestes, quum confiteatur se occidisse matrem, nisi attulerit facti rationem, pervertit defensionem.
Jura omnia divina & humana pervertit C. Cæsar. Cic. 1. Off. 26.
Officium. Cic. 1. Off. 5. Sunt nonnullæ disciplinæ, quæ propositis bonorum & malorum finibus, officium omne pervertant.
Omnia pervertere rapinis, incendiis, cædibus. Cic. 15. Att. 6.
Res vetustate robustas. Cic. de Divin. 35. Quæ est igitur ista calliditas, res vetustate robustas, calumniando velle pervertere?
Sacra inexpiabili scelere pervertit. Cic. de Arusp. Resp. 57.
Senatum ipsum, principem salutis, mentisque publicæ, vi, cæde, incendiisque pervertere. Cic. de Arusp. Resp. 58.
Vectigalia pervertere, pro Subvertere. Cic. 5. Verr. 128. Quid enim erat, quod vectigalibus prospiceret Metellus in decumis & in tota re frumentaria, si iste non vectigalia Populi Romani suo quæstu pervertisset?
Vim alicujus. Cic. 2. de Divin. 115. explicans oraculum illud,
Crœsus Halym penetrans magnam pervertet opum vim. Hostium vim sese perversurum putavit, pervertit autem suam.
Pervertere aliquem. Cic. 1. Verr. 44. Nunquam ille me opprimet consilio, nunquam ullo artificio pervertet, nunquam ingenio me suo labefactare atque infirmare conabitur.
Pervertere, solenne verbum Tacito, pro Perdere calumniis, sive subvertere; ut 4. Ann. 12. Volutare secum quonam modo Germanici liberos perverteret.
PERVERSUS, a, um. Adj. ex Partic. [[illegible]] dicitur (inquit Valla lib. 5, cap. 31.) Qui versatur in malo, & a bono versus est. Cic. 11. Fam. 10. Gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sunt in me, exploratum habes.
Præposterus & Perversus. Cic. pro Cluent. 71. Itaque ut erat semper præposterus atque perversus, initium facit a Bulbo.
Pravum & Perversum. Cic. pro Rosc. Com. 30. Nihil ab hoc pravum & perversum produci posse arbitrabantur.
Cachinno perverso distorquere ora. Ovid. 3. de Arte Am. 287.
Dies perversus, Ineptus, incommodus. Plaut. Men. 5. 5. 1.
Edepol næ hic dies perversus atque advorsus mihi obtigit.
Ludi deformati, inquinati, perversi, conturbati. Cic. de Arusp. Resp. 25.
Mentes perversæ. Ovid. 2. Trist. 308.
More perverso aliquid facere. Cic. pro Rosc. Com. 56. Nisi forte tu perverso more, quod hujus est, ab alio extorquere non potes, huic eripere potes.
Præmia. Senec. Hippol. 9.
Ratio. Lucret. lib. 4. 831.
Vota. Stat. 1. Theb. 59.
Compar. Quid perversius? quid intolerabilius? Cic. 4. de Fin. 40.
Superl. Perversissimi oculi. Cic. 1. de Nat. Deor. 80. At erat, sicut hodie est, perversissimis oculis.
PERVERSE, [[illegible], διαστρόφως] ut, Perverse abuti. Cic. 1. de Invent. 5. Plaut. Amph. 4. 3. 10.
Qui perverse perturbavit familiæ mentem meæ.
Perverse, ne dicam impudenter, plerique amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt. Cic. de Amicit. 84.
Amplecti aliquid perverse. Lucret. lib. 1. 1068.
Imitata perverse fuit prudentiam stulta calliditas. Cic. 3. Off. 113.
Videre perverse. Plaut. Merc. 2. 2. 20.
Utuntur perverse deorum beneficio multi. Cic. 3. de Nat. Deor. 70.
Compar. Tertull. Apol. cap. 2. Quid perversius? quid intolerabilius?
Superl. Hieron. in Matth. cap. 4. ult. Quidam perversissime suspicantur.
PERVERSITAS, ātis. f. [διαστροφή, [illegible]] Cic. in Orat. 31. Quæ est autem in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur?
Improbitas & perversitas. Cic. 1. Q. frat. 13. Sed quum te alicujus improbitas perversitasque commoverit, sic te animo incitari ut ab omnibus tua desideretur humanitas.
Incredibilis hominum perversitas. Cic. 1. Fam. 7.
Ferre humanissime alicujus perversitatem. Cic. 2. Q. frat. 4.
Diligentiæ molestissima perversitas. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Morum perversitas. Suet. Aug. cap. 60.
Opinionum perversitas. Cic. 3. Tusc. 2. In omni continuo pravitate, & in summa opinionum perversitate versamur.
PERVERSIO, ōnis. f. Tertull. adverſ. Marc. 4. 5. Competit, ut si qui evangelium pervertebant, eorum magis curarent perversionem, quorum sciebant auctoritatem receptiorem.
Perversio [ἀναστροφὴ] figura Rhetorica. Auctor ad Heren. 4. 44. Transgressio est, quæ verborum perturbat ordinem perversione aut transjectione. Perversione sic: Hoc vobis Deos immortales arbitror dedisse pietate pro vestra.
PERVESPĔRI, Adv. pro Valde vesperi. Cic. 9. Fam. 2. Caninius, idem tuus, & idem noster, quum ad me pervesperi venisset, &c.
PERVESTĬGO, [ἐξιχνεύω, [illegible], [illegible]] āre. Quærendo invenire. Cic. 2. de Orat. 174. Nosse regiones intra quas venias, ut pervestiges quid quæras. Idem 6. Verr. 7. Mirandum in modum (canes venaticos diceres) ita odorabantur omnia, & pervestigabant, ut ubi quicquid esset, &c.
Pervestigata & cognita. Cic. 7. Verr. 174. Et illa, quæ tentata jam & cœpta ab isto sunt, a me autem pervestigata & cognita, moneo ut exstinguas, & longius progredi ne finas.
PERVESTIGĀTIO, ōnis. f. [ἐξέτασις] Cic. 1. de Orat. 9. Sed omnia quæcunque essent, vel scientiæ pervestigatione, vel disserendi ratione comprehenderint.
PERVESTIGĀTOR, ōris. m. Hieron. Catalog. Script. Eccles. Bibliothecæ divinæ diligentissimus pervestigator.
PERVĔTUS, ĕris. o. g. Adj. [[illegible]] Valde vel admodum vetus. Cic. de Claris Orat. 61. Eum nos ut perveterem habemus, qui L. Martio, M. Manilio Consulibus, mortuus est, &c.
Epistola pervetus. Cic. 3. Q. frat. 1.
Nuces perveteres. Plin. lib. 23. cap. 8.
Oppidum pervetus. Cic. 6. Verr. 72.
PERVETUSTUS, a, um. Adj. [[illegible]] Idem. ut, *Pervetustus* adeps. Plin. lib. 20. cap. 9.
Verba pervetusta. Cic. 3. de Orat. 199.
PERVĪCAX, ācis. Adj. [[illegible], [illegible], [illegible]] Durus, contentiosus, nulli cedens, perseverans cum quadam vi, in contentione usque ad convincendum perseverans.
Potius ad Pervincendum, quasi Pervincax. H. St.
Nonius 5. 40. nomen Pervicax ait esse laudi, Pertinax probro. Ter. Hec. 4. 1. 17.
Adeon' pervicaci esse animo, ut puerum præoptares perire,
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires?
Pervicax contra flatus. Plin. lib. 16. cap. 36.
Iræ pervicax. Tacit. 4. Ann. 53.
Recti pervicax, in bonam partem. Tacit. 4. Hist. 5. Opum contemptor, recti pervicax, constans adversus metus.
Achilles pervicax. V. ACHILLES.
Acies. Senec. Agamemn. 6.
Acies oculorum. V. ACIES.
Contumacia. Columel. lib. 6. cap. 2.
Inimicus. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Musa. Hor. 3. Carm. 3. 70.
Thyades. Hor. 2. Carm. 19. 9.
Superl. Flor. 1. 11. 11. Hostes pervicacissimi.
PERVICĀCIA, æ. f. [[illegible]] Duritias, obstinatio. Cic. 4. Tusc. 26. Plin. lib. 17. cap. 20. Perdurandi pervicacia.
Pervicacia & Pertinacia hoc distant, inquit Nonius 5. 40. Pervicacia est interdum bonarum rerum perseverantia: Pertinacia semper malarum. V. loc.
PERVICACĬTER, Adv. l. 3. §. 16. Dig. de Suspect. Tutor. Neque pecuniam deponere pervicaciter perstant.
Compar. Liv. 42. 14. Pervicacius causam belli quærere. Adde Curt. 10. 6. 18.
PERVĪCUS, a, um. Adj. [[illegible]] dicitur pro Pervicaci, teste Nonio 8. 28. Accius, Sed pervico Ajax animo atque invorabili. Plaut. Aulul. Fragm. 3. 23. Hic quidam pervicus custodem addidit.
PERVĬDEO, [[illegible]] ēre. Diligenter & perfecte videre. Cic. 4. Att. 12. extr. Ibi te igitur videbo, & pervidebo. Alii legunt Promovebo. Idem 3. Offic. 75. Qui hoc non perviderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Et hic quidam legunt Præviderit. Columel. lib. 2. cap. 2. Videt sine dubio quid eveniat: sed cur id accidat, non pervidet.
Mala sua pervidere. Hor. 1. Serm. 3. 25.
Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis. P. Vict. lib. Var. lect. 20. ait hoc loco Pervidere, idem esse quod apud Græcos [illegible], quod est, non admodum intentis oculis intueri, connivere, negligenter inspicere. Sed alia est verbi hujus significatio, quam supra diximus: & hoc loco fit ut contrarium significare videatur propter has voces adjectas, Oculis lippus inunctis. Al. Prævideas [Oxymoron est.
Pulchritudinem pervidere. Plin. 1. Epist. 8. Deinde ut pulchritudinem illarum longiore tractatu pervideremus.
Pervideamus utrum finitum funditus omne Constet. Lucret. 1. 955.
Purgandæ igitur conscientia est, quam Deus pervidet, qui falli non potest. Lactant. Divin. Instit. epitome cap. 6. pag. 541. Item pag. 686. Pervidere. Sed & Penitus pervidere. p. 256. Nec enim vim, rationemque penitus pervidebant. H. St. V. Inst. 5. 8. 6.
PERVĬGEO, [[illegible]] ēre. Valde vigere. Tacit. 4. Ann. 34. Et uterque opibusque, atque honoribus perviguere.
PERVĬGIL, ilis. Adj. [[illegible]] Valla lib. 5. cap. 30. Pervigil draco dictus est, non quod pernox esset, sed quod nunquam dormiret, semper vigilans. Plin. lib. 33. cap. 4. Eamque solus intelligit in cacumina montis ejus pervigil.
Anguis pervigil. Ovid. 12. Epist. 60.
Canis. Senec. Herc. fur. v. 809.
Custodia. Lucan. lib. 4. 7.
Ignis. Stat. 2. Theb. 739.

Recte

Pervigilis, Recto casu dixit Apul. 11. Met. p. 270. Elmenh. Numinis beneficii cura pervigilis.

PERVIGILO, [καταγρυπνέω] āre. Totam noctem insomnem ducere. Martial. lib. 9. 69.

Nam vigilare leve est, pervigilare grave. Cic. pro Rosc. Amer. 98.
Non orat ut eam noctem pervigilet?
In armis. Liv. 24. 38.
Ad ignem hiberni luminis pervigilare. Virg. 1. Georg. 292.
Mero posito pervigilare. Ovid. 2. Fast. 740.

PERVIGILĀTUS, a, um. Partic. [καταγρυπνηθεὶς] Ovid. 6. Fast. 326.
In multo nox est pervigilata mero.

PERVIGILATIO, ōnis. f. [καταγρύπνησις] Cic. 2. de Legib. 37. Novos vero deos, & in his colendis nocturnas pervigilationes, &c.

PERVIGILIUM, ii. n. [παννυχισμὸς] Multa vigilatio. Plin. lib. 11. cap. 53. Pervigilio quidem præcipue vincuntur cibi.
Pervigilium, Sacrum nocturnum quo vigiliæ indicuntur, ut per totam noctem vigiletur. Gellius lib. 2. cap. 23. Filia hominis pauperis in pervigilio vitiata est. Tacit. 2. Hist. 68. Apud Vitellium omnia indisposita, temulenta, pervigiliis, ac Bacchanalibus, quam disciplinæ, & castris promptiora.
Hiemale pervigilium. Martianus Capella lib. 1. cap. 1.
Causa pervigilii. Lucret. lib. 6. 754.

PERVIGILIA, æ. f. Idem. Justin. 24. 8. 14. Maximum pervigiliæ malum. Alii legunt Pervigilii.

PERVĪLIS, e. Adj. [πάνυ εὔωνος] Admodum vile significat. Liv. 31. 50. Annona quoque eo anno pervilis fuit.

PERVINCO, ici, ictum, [ἐκνικάω] ĕre. Omnino vincere. Cic. 2. Att. 1. Restitit, & pervicit Cato. Liv. 4. 2. Neque, ut de agris dividendis plebi referrent Consules ad Senatum, pervincere potuit. Tacit. 12. Ann. 59.
Dictus pervincere aliquid, Probare. Lucret. lib. 5. 100.
Mores alicujus pervincere. Propert. 2. 17. 15.
Vis vivida animi pervicit. Lucret. lib. 1. 73.
Vox pervincere dicitur vocem, vel sonum, quum exsuperat. Hor. 2. Epist. 1. 200.

— nam quæ pervincere voces
Evaluere sonum, referunt quem nostra theatra?

PERVINCENDUS, a, um. Partic. [ἐκνικητέος] Catul. 74. 15.
Una salus hæc est, hoc est tibi pervincendum.

PERVINCAX, V. PERVICAX.

PERVĬREO, ēre. Semper virere. Paulin. Nolan. Paraph. Psalm. 1. 11.
Et fronde nunquam defluente, pervirens, &c.

PERVĬRĬDIS, e. Adj. [πολύχλοος] Valde viride. Plin. lib. 6. cap. 22. Mare id colore perviridi, præterea fruticosum arboribus. Adde Melam 2. 5. & Solin. cap. 66.

PERVĪVO, xi, ctum, [ἐπιζάω] ĕre. Usque ad finem aliquem vivere. Plaut. Capt. 3. 5. 84.
Etsi pervivo usque ad summam ætatem, tamen &c.

PERVIUS, a, um. Adj. [βατὸς, βάσιμος, πορεύσιμος] Per quod via, vel transitus patet. Terent. Adel. 4. 2. 59.
Id quidem angiportum non est pervium.
Domus pervia ventis dicitur. Ovid. 2. Met. 762.
Freta non sunt pervia nanti. Ovid. 19. Epist. 209.
Loca non pervia equo. Ovid. 8. Met. 377.
Naves perviæ pugnantibus erant. Liv. 26. 39.
Ora non sunt pervia verbis. Ovid. 5. Met. 194.
Pectora nulli culpæ pervia. Claud. de Bell. Get.
Saltus pervii. Liv. 9. 43.
Transitiones perviæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 67. Ex quo transitiones perviæ Jani, foresque in liminibus profanarum ædium, januæ nominantur.
Usus pervius tectorum. Virg. 2. Æn. 453.

PERULA, V. PERA.

PERUNGO, unxi, unctum, [καταχρίω] ĕre. Valde ungere, circumquaque ungere. Cic. 1. Tusc. 113. Corpora oleo perunxerunt.
Ora perungere immunda manu. Ovid. 3. de Arte Am. 755.
Mortuum unguento perungis. Proverb. de sumptu supervacaneo, sive quum sero quid adhibetur. Moris erat apud priscos, maxime Ægyptios, defunctorum cadavera, ne putrescerent, unguentis perungere.

PERUNCTUS, a, um. Partic. [κατακεχρισμένος] ut,
Fæcibus ora peruncti. Hor. de Arte Poet. 277.
Nardo perunctus adulter. Hor. Epod. 5. 59.

PERUNCTIO, ōnis. f. [κατάχρισις] Plin. lib. 24. cap. 15. Excalfacit perunctione.

PERVOLGO, V. PERVULGO.

PERVŎLO, vis. vult, [πολὺ βούλομαι] velle. Valde cupere. Plaut. Pseud. 1. 2. 73. Prohibet, faciant advorsum eos qui pervolunt. Alii legunt Quod volunt. Cic. 2. Att. 1. Sed est quod abs te mihi ignosci pervelim.
Illam negasse unquam vidisse quenquam secuti ferientem, & pervelle id videre. Liv. 39. 43.

PERVŎLO, [διαπέτομαι] āre. Celeriter volare. ut
Corvus pervolat aerium iter. Ovid. 2. Fast. 252.
Hirundo pervolat ædes divitis domini. Virg. 12. Æn. 474.
Pervolare, per translationem, pro Celerime advenire, & quasi volando perduci. Cic. in Somn. Scip. 81. Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus velocius in hanc sedem & domum suam pervolabit.
Rumor pervolat agitatus alis. Ovid. 6. Fast. 527.
Urbem totam pervolare. Juven. 6. Sat. 397.

PERVOLĬTO, [διαπέτομαι] āre. frequent. Virg. 8. Æn. 24.
Omnia pervolitat late loca.
Voces pervolitant per dissepta domorum. Lucret. lib. 6. 952.

PERVOLĬTANS, antis. Partic. Lucret. lib. 2. 144.
Et variæ volucres nemora avia pervolitantes.

PERVOLITANTIA, æ. f. Vitruv. 9. 7. Mundi circa terram pervolitantis.

PERVŎLĀTĬCUS, a, um. Adj. Tertull. de Anima, cap. 46. Non clausa vis est, nec sacrariorum circumscribitur terminis: vaga & pervolatica, & interim libera est.

PERVOLVO, volvi, volūtum, [κατακυλίω] ĕre. Magna vi volvere. Plin. lib. 35. cap. 4. Et repleto stagno, excussis obturamentis erumpit torrens tanta vi, ut saxa pervolvat.
Animus pervolvitur quibusdam in locis. Cic. 2. de Orat. 149. Deinde ut in iis locis, quos proponam paulo post, pervolvatur animus, ut se penitus insinuet in causam, ut sit cura & cogitatione intentus, diligentia est.
Librum pervolvere, Diligenter legere. Catul. 96. 6. de Smyrna, (fuit hoc opus quoddam a Cinna poeta compositum)
Smyrnam incana diu sæcula pervoluent. Usus est diæresi.
Membra celeres pervolvunt rotæ. Sen. Hippol. 10.

PERVOLŪTUS, a, um. Partic. Liv. 24. 34. Pondere suo pervoluta graviter in hostem incidunt.

PERVŎLŪTO, [ἀνειλίσσω, ἀνελίσσω] āre. frequent. ut
Libros pervolutare, Omni adhibita diligentia evolvere. Cic. 5. Att. 12. Quoniam meos cum Thallumeto nostro pervolutas libros. Idem 1. de Orat. 158. Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi & pervolutandi, & exercitationis causa laudandi.

PERURBĀNUS, a, um. Adj. [πάνυ ἀστεῖος] Valde urbanum significat. Cic. 2. de Orat. 15. Homo doctus & perurbanus. Et de Clar. Orat. 239. Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens toto genere perurbanus.
Oratio perurbana. Cic. in Brut. 272.

PERURBĀNE, Adv. ut, Respondit ille perurbane. Sidon. 5. Epist. 17.

PERURGEO, ēre. Ammian. 22. 5. Volucriter perurgebat. Et Trebell. Pollio in Gallien. cap. 5. Cum Aureolus perurgeret Illyricum.
Hora mortis perurgeri. Spartian. Sever. cap. 23.

PERŪRO, ssi, stum, [κατακαίω, καταφλέγω] ĕre. Valde urere, & urendo consumere. Plin. 7. Epist. 1. Quin etiam quum perustus ardentissima febri, tandem remissus, unctusque acciperem a medico potionem, porresi manum. Plin. lib. 34. cap. 17. Eadem in aqua calculus æreus quadrans si addatur, vas peruri.
Æstu valido perurimur. Ovid. 3. de Arte Am. 543.
Cor alicujus perurere. Martial. lib. 12. 45.

PERURENS, entis. Partic. ut, Intestina perurens. Catull. 78. 3.

PERUSTUS, a, um. Partic. ut,
Coma perusta sole. Propert. lib. 4. 10. 46.
Flammis perusta. Senec. Med. 12.
Funibus perustus latus. Horat. Epod. 4. 3.
Homo perustus gloria. Cic. 13. Fam. 15. Et jam hominem perustum etiamnum gloria volunt incendere.
Ora perusta. Propert. lib. 3. 13. 22.
Ossa. Tibull. lib. 1. 3. 6.
Pectus perustum curis. Senec. Med. v. 547.
Terra perusta astricto gelu. Ovid. 3. Trist. 4. 49.

PĔRŪSIA, æ. f. [Περουσία] Tuscorum urbs, Περουσία Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Perusium hodie. Vulgo *Perugia*, Gall. *Perouse*. V. Vellej. 2. 74.

PERUSĪNUS, a, um. Adj. [Περουσινὸς, Περουσιανὸς] ut,
Fames Perusina. Lucan. lib. 1. 41.
Sepulchra Perusina. Propert. lib. 1. 22. 3.

PERŪTĬLIS, e. Adj. [πολύχρηστος] Valde utile. Cic. 9. Att. 17. In hac enim fortuna perutilis ejus & opera & fidelitas esset.

PERVULGO, [διαθρυλλέω, ἐκλαλέω, διαφημίζω] āre. PERVOLGO, antiqu. Seminare in vulgus, divulgare. Cic. 5. Verr. 129. Incredibile dictu est, Judices, sed & factum, & tota Sicilia pervulgatum.
Occultare, & continere domi aliquid, Dividere passim, pervulgare atque edere populo: contraria. Cic. pro Sulla, 42.
Se omnibus pervulgat mulier. Idem pro Cæl. 38.
Communicari cum improbis, & pervulgari cum mediocribus hominibus præmia virtutis non oportet. Cic. 2. de Invent. 114.
Librum aliquem pervulgare, quod & Divulgare dicitur; h. e. In lucem emittere. Cic. 12. Att. 44. Tu vero pervulga Hircium. In fine autem epistolæ ait, Hircii librum (ut facis) divulga. Ut sese explicare videatur Cicero.
Pervulgatum est. Plaut. Bacch. 4. 9. 150. conf. supra & in Partic.
Pervulgare, pro Pererrare, pervagari, obire, lustrare. Lucret. lib. 2. 163.
Multiplicisque loci spatium transcurrere eodem
Tempore, quo solis pervulgant fulgura cælum. Ex Turneb. Lambinus; Celebrant, Complent. Idem iterum lib. 4. 209.
Multiplexque loci spatium transcurrere eodem
Tempore, quo Solis pervolgant fulgura cælum. [Puto pro Aperire cælum dictum esse.
Pervulgare, Ex ignoto notum reddere, & celebrare. Lucret. lib. 2. 346.
Et quæ pervolgant nemora avia pervolitantes. De avibus.

PERVULGĀTUS, a, um. Partic. Consuetum, & vulgo usitatum significat. Ter. Heaut. 2. 1. 49.
Ubi rem rescivi, cœpi, non humaniter,
Neque ut ægrotum animum decuit adolescentuli,
Tractare, sed vi & via pervulgata patrum.
Notus & pervulgatus. Cic. 4. Acad. 118. Empedocles hæc pervulgata & nota quatuor. conf. in ipso verbo.
Apud omnes pervulgatus. Cic. 4. Verr. 85. Interea cupiditate iste sua nota, atque apud omnem pervulgata, cum signa, &c.
In vulgus pervulgatus. Cic. 2. de Fin. 15. Nec de re obscura, ut physici; aut artificiosa, ut mathematici; sed de illustri & facili, etiam in vulgus pervulgata, loquitur.
Consolatio pervulgata. Cic. 5. Fam. 16. Consolatio pervolgata quidem est illa maxime, quam semper in ore, atque in animo habere debemus, homines nos ut esse meminerimus.
Maledicta in omnes. Cic. pro Cæl. 6.
Res clara, testata & pervolgata. Cic. 4. Verr. 104.

PERVULGĀTE, Adv. Gell. 16. 7. Pervulgate dici. plebejo more.

PERVULGĀTŪRUS, a, um. Partic. [διαθρυλλήσων] Sil. lib. 7. 193.
Viticolæ nomen pervulgatura Falerni Munera.

P E S

PES, pĕdis. m. [πὸς, πέζα, ποδαρίς] notæ significationis: dicitur id totum quod est a femore ad calcem. Virg. 9. Ecl. 1.
Quo te Mœri pedes? [Accuratius tamen loquendo inferiorem duntaxat partem, qua crura fulciuntur denotat, ut videre licet apud Celsum 8. 1. extr. & Galen. de ossib. &c.
Digiti pedum. Ovid. 12. Met. 72.
Fiducia pedum. Ovid. 9. Met. 120.
Forma aptissima pedis. Ovid. 3. Amor. 3. 7.
Ictus pedis. Ovid. 5. Met. 264.

Nobilitas pedum. Lucan. ad Pison. 173.
Motu pedum melior. Virg. 5. Æn. 430.
Orba pedum portenta. Lucret. lib. 5. 838.
Sonitus creber pedum. Virg. 2. Æn. 738.
Trunca animalia pedum. Virg. 4. Georg. 310.
Vestigia dori pedis. Ovid. 2. Met. 853.
Celer pedibus. Virg. 4. Æn. 180.
Duorum pedum officio contenta. Ovid. 1. Met. 744. de Iside, quæ paulo ante in vaccam mutata, quatuor pedibus incedebat.
Melior pedibus. Virg. 9. Æn. 556.
A pedibus, vel Servus a pedibus. V. A, vel AB.
Ad pedem habiles & apti calcei. Cic. 1. de Orat. 231.
Ad pedes. V. A pedibus, in A, vel AB.
Ante pedes. V. ANTE.
Circum pedes. V. A pedibus, in A vel AB.
In pedem, five pedes. V. IN.
Adunci pedes. Ovid. 6. Met. 516. al. Obuncis.
Albi pedes, Gypsati. Juven. 1. Satir. 111.
Aurati pedes, Auratis ornati calceamentis. Ovid. 3. Amor. 13. 26.
Aureolus. Catull. in Epithal. Juliæ, 52. 167. h. e. Formosus, vel pulcher ut aurum.
Bifidi. Ovid. 14. Met. 304.
Bellus. Catul. in Amicam Formiani, 41. 2.
Bisulcus. Ovid. 7. Met. 113.
Calidi. V. CALIDUS.
Candidus. Hor. 1. Carm. 1. 27.
Claudus. Hor. 3. Carm. 2. 32.
Curvi. Ovid. 12. Met. 561. De aquila.
Dexter pes, i. e. Felix accessus. Sil. 7. 172.
Attulit hospitio pes dexter & hora Lyæum. conf. Virg. 8. Æn. 302.
Dubius pes fortunæ, Incertus & instabilis. Ovid. 4. de Ponto, 3. 32.
Durus. Ovid. 2. Met. 853.
Equini. Ovid. 12. Met. 374.
Exiguus. Ovid. 3. Amor. 3. 7.
Formosi. Propert. lib. 1. 18. 12.
Gypsatus. Ovid. 1. Amor. 8. 64.
Humilis pes, V. infra.
Imus. V. IMUS.
Inimicus. Propert. lib. 2. 6. 38.
Longus. Hor. 1. Serm. 2. 93.
Malus. Catull. ad Calvum, 14. 22.
Marmorei, Candidi. Ovid. 2. Amor. 11. 15.
Pallidulus. Catul. ad Ortalum, 63. 6.
Recurvi. Ovid. 2. Fast. 251. De corvo.
Saligni, lecti scil. Ovid. 8. Met. 656.
Segnis. Hor. 3. Carm. 12. 8.
Solidi ære. Ovid. 12. Epist. 43.
Tumentes. Virg. 2. Æn. 273.
Turpis. Hor. 1. Serm. 2. 102.
Vacui pedes, Otiosi. Ovid. 1. de Arte Am. 491.
Varus. Pers. 4. Sat. 12.
Udus aqua. Ovid. 18. Epist. 100.
Velox. Ovid. 1. Met. 551.
Unci. Virg. 3. Æn. 233.
Abire pede nudo. Ovid. 2. Amor. 19. 12.
Abjicere se ad pedes. V. ABJICIO.
Accidere ad pedes omnium. Cic. 1. Att. 11. Quum decerneretur frequenti Senatu, contra pugnante Pisone, ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio, ut Consules populum cohortarentur, &c.
Advolvi pedibus. Tacit. 1. Ann. 23.
Advertere pedem ripæ, Ire ad ripam. Virg. 6. Æn. 386.
Afferre pedem. V. AFFERO.
Alligare pedes. Ovid. 4. Met. 364.
Amplecti pedes alicujus. Ovid. 9. Met. 605.
Argutari pedibus. V. Argutor, ari. in ARGUO.
Carpere viam pede. Ovid. 2. de Arte Am. 230.
Carpere iter alato pede. Ovid. 5. Fast. 666. de Mercurio.
Claudicare obliquo pede. Ovid. 2. Amor. 17. 20.
Comparet neque pes, neque caput. Plaut. Capt. 3. 4. 82. Proverb. de Inconditis confusisque. conf. etiam Plaut. Asin. 3. 3. 238. V. CAPUT.
Complecti pedes alicujus. Lucan. lib. 10. 89.
Conculcare aliquem pedibus. Ovid. 12. Met. 374. al. Proculcare.
Conferre pedem, sive in pedes. V. CONFERO.
Conferre pedem cum singulis adversarii argumentis. Quintil. lib. 1. cap. 13.
Congredi pede. Virg. 12. Æn. 465.
Conjicere se in pedes. V. CONJICIO.
Connexæ pedibus apes. Virg. 4. Georg. 257.
Consequi aliquem pedibus. Ovid. 9. Met. 126.
Contendere pedibus cum aliquo. Ovid. 10. Met. 570.
Decurrere siccis pedibus super æquora. Ovid. 14. Met. 50.
Deducere pedes de lecto. V. DEDUCO.
Deducit gracili pede amuca filum. Ovid. 1. Amor. 14. 7.
Defluxit vestis ad imos pedes. Virg. 1. Æn. 408.
Desilire ad pedes. V. AD.
Dirigere inoffensos pedes. Ovid. 1. Amor. 6. 8.
Diriguere pedes. Ovid. 2. Met. 348.
Dare unum solum pedem. Cic. 2. Att. 1. Soror quæ tantum habeat Consularis loci, unum mihi solum pedem dat. Noli inquam de uno pede sororis queri: licet etiam alterum tollas. Ubi interpres, Unum pedem dat, id est Mediocrem favorem præstat, non omnino favet, viri gravitate deterrita. Contrarium est illi, Omni pede niti, quod est Universo favore & viribus. conf. infra Tollere pedem.
Dolet pes. Lucret. lib. 3. 111.
Efferre pedem porta, Egredi. Cic. 7. Att. 2. Qui pedem porta, quoad hostis cis Euphratem fuit, non extulerit.
Ire pedibus in sententiam alicujus. V. EO, is.
Errare nudo pede. Ovid. 3. Amor. 6. 50.
Errare vago pede. Ovid. 21. Epist. 96.

Excitur sonitus pedibus. Lucret. lib. 2. 329.
Ferire terram pede. Virg. 3. Georg. 499.
Ferre pedem. Virg. 1. Georg. 11.
Ferte simul Faunique pedem, Dryadesque puellæ. i. e. Accedite huc.
Fert huc pedes, & illuc. Senec. Med. 11.
Ferre cæcum pedem. Sen. Theb. 1. De Oedipo qui cæcus erat.
Ferre extensos pedes. Ovid. 3. de Arte Am. 302.
Ferri incerto pede, Titubare, qualiter incedunt ebrii. Hor. Epod. 11. 30.
Fracta equestri pede tellus. Senec. Theb. 2.
Freti virtute pedum. Lucret. lib. 5. 964.
Fugere timido pede. Ovid. 4. Met. 100.
Fugere turbato pede. Ovid. 11. Epist. 102.
Fulta molli pede. Hor. 1. Serm. 2. 88.
Jacere pedes. V. JACIO.
Jacere ad pedes alicujus. Cic. 7. Verr. 128.
Implicare pedes. Virg. 11. Æn. 752.
Imposuere teneros pedes graminibus. Ovid. 16. Epist. 66.
Impressit pedem litori. Senec. Agam. 6.
Incutere pedem terræ. V. INCUTIO.
Induitur pedibus aurum. V. INDUO.
Inferre pedem in ædes. V. INFERO.
Insistere alternis pedibus. V. Alternus, in ALTER.
Juncti pedes in statuis. Quintil. lib. 2. cap. 13. p. 173. Burm.
Labi celeri pede. Senec. Hippol. 6.
Movere pedem a limine. Juven. 10. Sat. 30.
Movere impercussos nocte pedes. Ovid. 3. Amor. 1. 52.
Nasci equinis pedibus. V. NASCOR.
Nasci in pedes. V. NASCOR.
Obteritur pedibus relligio. Lucret. lib. 1. 80.
Offensus pes in porta. Tibull. lib. 1. 3. 20.
Pellere terram duro pede. Lucret. lib. 5. 1401.
Pendere per pedes. V. PENDEO.
Penetrare pedem aliquo. V. PENETRO.
Perfundere pedes amictu. V. PERFUNDO.
Plaudere choreas pedibus. Virg. 6. Æn. 644.
Ponere pedem cum aliquo. I. e. Eodem modo incedere quo ille, nec citius nec tardius movere pedes. Lucret. lib. 4. 319.
Ponat ubi pedem non habet: pro Ne tantillum quidem agri. in hominem insigniter tenuem & inopem convenit, inquit Erasmus. Cic. 13. Att. 2. Pedem ubi ponat in suo, non habet: omnino eum Sextius noster parochus publicus occupavit. conf. PAROCHUS.
Ponere vestigia pedum. Lucret. lib. 3. 4.
Prævertere cursu pedum ventos. Virg. 7. Æn. 807.
Premit pes pedem. Sil. lib. 4. 355.
Presso pede. Liv. 8. 8. Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant. Hoc Galli dicunt *a pied quoy*.
Procedere æquis pedibus. Ovid. 4. de Pont. 5. 3.
Proferre pedem alicunde. Hor. de Arte Poet. 135.
Proferre pedes. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Projicere ante pedes aliquid. Virg. 5. Æn. 673.
Projicere se ad pedes alicujus. Cic. pro Sext. 26.
Proruere aliquid pede injurioso. Hor. 1. Carm. 35. 13.
Prosubigit terram pede suo. Virg. 3. Georg. 256.
Pulsare humum pede. Ovid. 1. de Arte Am. 112.
Pulsanda libero pede tellus. Hor. 1. Carm. 37. 1.
Quatere humum pede candido. Hor. 4. Carm. 1. 27.
Quatere alterno pede terram. Hor. 1. Carm. 4. 7.
Rapiunt me pedes. Hor. 3. Carm. 11. 49.
Recusant illusi pedes ferre vitiosum corpus. Hor. 2. Serm. 7. 108.
Referre pedem, Retrocedere. Quintil. lib. 6. cap. 15. Ab iis, quæ non adjuvant, quam mollissime pedem oportet referre.
Referre pedem profugum. Ovid. 15. Epist. 186.
Reflectere pedem. Catull. Argon. 62. 112.
Reportat pedem ex hoste. Virg. 11. Æn. 764.
Reprimere pedem retro. Virg. 2. Æn. 378.
Revocare pedem. Virg. 9. Æn. 125.
Sequi ducem propero pede. Catull. de Berecynth. 61. 34. Alii legunt, Ducem properipedem.
Sequi signa pedum, Vestigia. Ovid. 4. Met. 543.
Signare litus pedibus, Imprimere vestigia, Obambulare in litore. Ovid. 2. Amor. 11. 15.
Sistere pedem in limine. Ovid. Rem. Amor. 80.
Spargere arenam pedibus. Virg. 3. Ecl. 87.
Sternere se ad pedes alicujus. Cic. 10. Att. 4.
Stare ante pedes alicujus. Virg. 5. Æn. 381.
Struere pedem veteres, pro eo usurparunt quod est Fugere. Paulus. Festus: Pedem struit in duodecim; significat Fugit, ut ait Servius Sulpicius.
Subjicere pedibus, pro Contemnere. Virg. 2. Georg. 491.
Supplodere pedem. Cic. 1. de Orat. 230. Quid multa? pedem nemo in illo judicio supplosit, credo ne Stoicis renuntiaretur.
Tangere pedem pede. Ovid. 1. de Arte Am. 606.
Tetigit citato pede nemus. Catull. de Berecynth. 61. 2.
Tangere felici pede locum aliquem. Ovid. 1. Fast. 514.
Tardat puellares pedes alta arena. Ovid. 10. Epist. 20.
Tenet humili sub pede colla alicujus. Ovid. 9. Epist. 12.
Tentantur pedes, lingua non constat. Senec. Epist. 84. De ebrio loquitur.
Tollere pedem. Obscœna locutio. Martial. lib. 10. 81. & lib. 11. epigr. 72. Quum quereretur Clodius, quod soror sua Clodia, quæ tantum haberet Consularis loci, unum solum sibi pedem daret: Immo vero, inquit Cicero, licet etiam alterum tollas. Dicebatur enim Clodius cum sorore rem habere. V. supra Dare unum pedem.
Trahi per nos pedibus, dicimus Quæ non curemus omnino. Cic. 4. Att. 16. Non recordor unde ceciderim, sed unde surrexerim: fratrem mecum & te si habebo, per me ista pedibus trahantur. h. e. (ut exponit Paulus Manutius) Non laboro, etiam si pessime administrentur. Idem 7. Fam. 33. Nam de judiciis quod quereris, multo laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei. Erasmus, Pedibus trahere, ait Rem pro suo arbitratu versare.

fare. [Id est, quod vulgo dicunt Trahere per terram, sed sensu translato. Sic & in seq. exemplo Liv.
Trahuntur pedibus victi a victoribus. Liv. 24. 22. Sed evocatum eum ab legatis Demarata uxor, filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac muliebri spiritu, admonet sæpe usurpatæ Dionysii tyranni vocis: qua Pedibus tractum, non insidentem equo relinquere tyrannidem dixerit debere. Facile esse, momento quo quis velit, cedere possessione magnæ fortunæ: facere & parare eam, difficile atque arduum esse. Ex his verbis liquet, Eos pedibus trahi, qui plane victi, sunt in potestate victoris. Sic pedibus trahitur Hector ab Achille, sic Cacus ab Hercule apud Virg. 8. Æn. 264. & Juven. 5. Sat. 125. [Apud Liv. legerim, Dionysio tyranno.
Transilire posita ante pedes, & alia longe repetita sumere, specimen est ingenii. Cic. 3. de Orat. 158.
Tremit pulsu pedum excita tellus. Virg. 12. Æn. 445.
Vertere pedem. Ovid. 8. Met. 869.
— verso pede pressit arenam. i. e. Rursus discessit.
Vigescunt pedes læti studio. Catull. ad Seipsum, 44. 8.
Vincere certamine pedum. Ovid. 12. Met. 304.
Visa jam est pedum via; factum est periculum. Ter. Phorm. 2. 2. 12. De negotio cujus aliquando periculum feceris. Sumptum a viatoribus. Erasm.
Volutare aversis pedibus. V. AVERTO.
Volutatus est ad pedes inimicorum frater. Cic. pro Sext. 145.
Sub pedibus vulgi. In contemptu vulgi. Lucret. lib. 5. 1138.
Pedibus, interdum id significat quod Gallice dicitur *a pied*. Sueton. in Cæs. cap. 57. In agmine nonnunquam equo, sæpius pedibus anteibat. Interdum vero id quod dicitur *par terre*. Cic. in Vatin. 12. Quum illud iter Hispaniense pedibus fere confici soleat: aut si quis navigare velit, certa sit ratio navigandi, &c. Idem Attic. lib. 10. Me tamen consilio juva, pedibusne Rhegium, an hinc statim in navem. Cæs. 2. Bell. Civil. at extr. Tarracone discedit, pedibusque Narbonem, atque inde Massiliam pervenit.
Ambulare pedibus. V. AMBULO.
Consequi pedibus, Itinere quovis, fuga. Cic. 7. Fam. 28. Sed quod tu, cui licebat, pedibus es consecutus.
Facere stipendia pedibus, idem significat quod Pedibus merere. Liv. ab Urb. 3. 27. pr.
Metiri pedibus quadringenta millia passuum. Cic. 3. Q. frat. 1.
Parta gloria pedibus, Itineris celeritate. Sil. lib. 15. 656.
Præliari pedibus. Cæs. 4. Bell. Gall. 2.
Merere pedibus. V. MEREO.
Obire pedibus regiones. V. OBEO.
Pedibus ire, vel reverti, Terrestri itinere. Cic. 3. Verr. 87. Milites, remigesque Miletum Mindo pedibus reverti jubet.
Proficisci pedibus. Livius, Per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam trajecit.
Venire pedibus. Cic. 16. Att. 3. Alter in Macedoniam pedibus venire volebat.
Transire pedibus flumen, Vado. Cæs. 5. Bell. Gall. 18. Uno omnino loco flumen pedibus, atque ægre transiri potest.
Transmittere pedibus aut equis aliquem sinum. Cic. 16. Att. 6. Duo sinus fuerunt, quos transmitti oportet, Pæstanus & Vibonensis: utrumque pedibus, equis transmisimus.
Pes metaphorice, aquæ attributus. Hor. Epod. 16. 48.
Levis crepante lympha desilit pede. Et Lucret. 5. 273.
Qua via secta semel liquido pede detulit undas. Solent enim poetæ humori fluenti pedem tribuere: id ex eo, ut opinor, quod etiam currere aqua dicatur, quod sine pedum officio fieri non posse videtur. Sic & Virg. in Ætna v. 13. de vino,
Ipse suo flueret Bacchus pede. i. e. Aurei sæculi tempore vinum sua sponte fluebat, vinique flumina erant, non ut nunc, coactum & expressum calcantium pedibus manat.
Pes mensæ. i. e. Fulcrum. Plin. lib. 12. cap. 1.
Convulsus pes acernæ mensæ. Ovid. 12. Met. 254. Plura exempla supra V.
Pes vinaceorum, *Le marc*. Columel. lib 12. cap. 43. Eodem lib. cap. 36. Mustum tortivum est, quod post primam pressuram vinaceorum, circumciso pede, exprimitur. i. e. *Quand on a taillé le marc tout autour*. Rursus eodem lib. cap. 19. In his exemplis videtur Pes esse, Quantum semel prelo subjicitur. Plin. lib. 18. cap. 31. Pressura una culeos viginti implere debet. Hic est pes justus.
Pes, Mensuræ genus. Plin. lib. 12. cap. 1. Arbor est clara, domicilii modo cava, LXXX atque unius pedum specu.
Temo protentus in octo pedes. Virg. 1. Georg. 171.
Discedere pedem ab aliquo. Cic. pro Dejot. 42. Subauditur τὸ Latum.
Metiri se suo modulo ac pede, i. e. Vitam instituere pro modulo facultatum suarum. Hor. 1. Epist. 7. 98. Proverbii speciem habet.
Pes, pro Loco. Cic. 7. Att. 21. Pedem in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. [Pedem, pro Latitudine pedis unius dixit.
Pes, pro Ora, tractu, limite. Solin. cap. 13. extr. Quoniam Melibœa in hoc pede computatur. Et rursus cap. 40. extr. Omnis Africa a Zeugitano pede incipit: &, Procedit in Dalmatiæ pedem. Turnebus.
Humilis pes, est Locus, cujus area humilis est. Ausonius Musell. 327.
Quin etiam riguis humili pede condita pratis. Monuit Turneb. Sic & Senec. de Tranquill. anim. cap. 10. Exiguæ sæpe areæ in multos usus describentis arte patuere: & quamvis angustum pedem dispositio fecit habitabilem. Ubi Pes nihil aliud est quam Solum sive area. conf. Varr. de L. L. 4. 19. pr.
Pes quoque in carmine, Syllabarum & temporum certa dimensio. Pes autem hinc dicitur, quod ut animalium pedes incedendo vicissim attolluntur ac deponuntur, ita & metrici pedes inter se compositi, quasi quendam gressum orationis efformant, motumque illius concinnum ac numerosum reddunt. Vel quia quemadmodum pedibus ambulamus, ita & versus quibusdam quasi pedibus incedere videtur. Vel quia pedibus eo modo versus metimur, quo nos pedibus spatia. Metimur enim versum heroicum, & dicimus sex pedum esse: metimur sapphicum & dicimus quinque pedum esse: & ceteros. Quintil. lib. 12. cap. 3. Ne pes quidem otiosus certam legem temporum servat.
Heroici pedes tres, dactylus, anapæstus, & spondeus. Cic. 3. de Orat. 182.
Citus pes, jambus. Hor. de Arte Poet. 252.
Moderatione quadam certa numerorum & pedum astrictus histrio. Cic. 1. de Orat. 254.

Claudere verba pedibus. Hor. 2. Serm. 1. 28.
Certo pede differt sermoni sermo merus. Hor. 1. Serm. 4. 47.
Incomposito pede currunt versus. Hor. 1. Serm. 10. 1.
Lesbius pes. Hor. 4. Carm. 6. 35.
Lesbium servare pedem, meique
Pollicis ictum. i. e. Carmen Lyricum.
Musa per undenos emodulanda pedes. Ovid. 1. Amor. 1. 30.
Pes etiam dicitur, Fœdum capitis animal, a multitudine pedum. Varr. de R. R. lib. 3. cap. 9. E capite & e collo eorum crebro eligendi pedes. De pullis. V. PEDICULUS & PEDICOSUS.
Pedibus obsitum, id est Pediculis. Titin. Pedicosum appellat hoc modo, Rus detrudetur pedicosus, squalidus. Pedes autem pro Pediculis, sic Plaut. refert. in Curc. 4. 2. 14.
Item genus est hominum inter homines, meo quidem animo,
Ut muscæ, culices, cimices, pedesque, pulicesque. Et Livius in Gladiolo, Pulicesne, an cimices, an pedes, responde mihi? Et Lucil. Ubi me vidit, caput scabit, pedes legit. Fest.
Pedes dicuntur, quos diminutive dicimus Pediculos. ab his Pedicosi appellantur. ut est illud: Pedicosus, squalidus, ubi me vidit, caput scabit, pedes legit. Paul. V. infra s. l.
Pedes navales. Plaut. Men. 2. 2. 75.
Asservatote hæc, sultis, navales pedes. Remiges intelligit, ait Turneb. hic, Qui in navi loco pedum sunt. Alii Remus exponunt. Remi enim pedes videntur, quibus naves ambulant. Hinc illud Auson. Musell. 201.
Remipedes certant medio cum flumine lembi.
Pes, Funis, quo in navi tenditor velum pro voluntate. Virg. 5. Æn. 830.
Una omnes fecere pedem. Servius. Turneb. Imam partem veli esse dicit, id est imum angulum. Hinc, Facere pedem. i. e. Vento dimidio navigare.
Proferre pedem, est Funibus, & ut Servius loquitur Podiis, imum veli minus adducere, sed laxius esse sinere, & longius producere. Nam pede velum tenditur: aut potius utramque partem veli æquatam non pati posse, quod fit altero fune reducto, altero producto: atque ita obliquantur veli sinus. Cæcil. Venerio cursu veni prolato pede usque ad saphonem. Plin. lib. 2. cap. 47. Iisdem autem ventis in contrarium navigatur, prolatis pedibus, ut noctu plerumque adversa vela concurrant. ubi V. Harduin.
PES GALLINACEUS, vel Pedes gallinacei, Herba. Plin. lib. 25. cap. 13. Capnos prima, quam pedes gallinaceos vocant, nascens in parietinis & sæpibus, ramis tenuissimis, sparsisque, flore purpureo. Pedem autem gallinaceum Dioscorides a Græcis Caucalidem appellari contendit, estque olus flore candido, & umbellam gerens, quod a rusticis Daucum silvestrem vocari asserit Galenus.
PES MILVI, seu Milvinus pes, Herba. Columel. lib. 12. cap. 7. Cymam, caulem, capparim, pedem milvi, pulejum, digitellum, compluribus diebus sub tecto siccari, dum flaccescat: & tum eodem modo condiri convenit. Paulo ante dixerat, Battis, & ejus coliculum, qui Milvinus pes appellatur. conf. MILVUS.
PEDICŬLUS, i. m. dimin. [ποδίσκος] Parvus pes. Plin. lib. 9. cap. 28. Mollia sunt, loligo, sepia, polypus, & cetera ejus generis. His caput inter pedes & ventrem, pediculi octoni omnibus.
Pediculi vocantur Quibus fungi, pira, mala, & hujusmodi sustinentur. Plin. lib. 22. cap. 23. Tutiores fiunt fungi cum carne cocti, aut cum pediculo piri.
Ficorum pediculi. Columel. lib. 12. cap. 15.
Granatorum pediculi, sive punicorum. Columel. lib. 12. cap. 44. Deinde sereno cælo granata leguntur cum suis pediculis.
Pomorum pediculi. Columel. lib. 12. cap. 45.
Pirorum. Plin. lib. 15. cap. 28. Dependent alia pediculis, ut pira: Alia racemis, ut uvæ, palmæ: Alia & pediculis & racemis. ut ederæ, sambuci.
Uvarum pediculi. Columel. lib. 12. cap. 43.
Pediculus, [φθείρ] Vermis in capillis hominis, item in ceteris animalibus. Columel. lib. 8. cap. 7. Pluma omnis e capite, & sub alis atque clunibus detergetur. Illic ne pediculum creet: hic ne stercore luca naturalia exulceret. De gallinis.
Vide in PULEX locum Martialis. Vel si quid pulice sordidius. H. St.
Pediculus maris, Vermis marinus. Plin. 32. 7. Vocant & in mari pediculos, eosque tritos instillari ex aceto auribus jubent. Al. Pedunculos. V. Harduin.
PEDICELLUS, i. m. aliud dimin. Minutus pediculus. Petron. fragm. Tragur. p. 42. In alio pedicellum vides: in te ricinum non vides?
PEDICŌSUS, a, um. Adj. [φθειρώδης] Pediculis plenus. Paulus, Pedes dicuntur, quos diminutive dicimus Pediculos. Ab his Pedicosi appellantur, ut est illud: Pedicosus, squalidus: ubi me vidit, scabit caput, pedes legit. [Scaliger legit Pædidosus a Pædore, quod probo. Paulus confudit loca Titinnii & Plauti. V. in PES.
PEDICULOSUS, a, um. Adj. Idem. Martial. lib. 12. 59.
Hinc menti dominus pediculosi.
PEDICULĀRIS, e. Adj. Quod ad pediculos pertinet. Unde, Pedicularis morbus, quo corpus pediculis scatet. Hunc morbum Græci Phthiriasin appellant; nam φθείρ pediculum dicunt.
Herba pedicularis, quæ & Staphisagria & Pituitaria dicitur. Columel. lib. 6. cap. 30. Dioscorid. lib. 4. cap. 150.
PEDICULARIA, æ. f. Subst. Herba eadem, quod pediculos necet. Scribon. Larg. Compos. 8. 166. 167. 170.
PEDICULARIUS, i. m. Qui scabella vel cymbala pedibus percutit. Gloss. Lat. Gr. Pedicularius, κρουπεζάριος.
PEDICŬLO, āre. Pediculos venari. Gloss. Vet. Gr. Lat. Φθειρίζω, Pediculo.
PEDIŎLUS, i. m. [πόδιον] Parvus pes. Afranius, Atque adeo nolo nudo pediolo est pus. Alii Petiolo est pus. Ex Non. 2. 699.
PETIŎLUS, i. m. [πόδιον] dimin. est a Pede. Afran. Atque adeo nolo nudo petiolo ambules. Non. l. c. V. PEDIOLUS.
Petiolus, Quo fructus pendet. Columel. lib. de Arborib. cap. 23. Alio modo quum jam matura mala fuerint, ante quam petioli rumpantur, quibus pendent, intorqueto.
PEDUNCULUS, i. m. ex Plinio affertur. V. PEDICULUS ad finem.
PEDUNCULARIA, æ. f. Herba eadem quæ Pedicularia. Marc. Emp. cap. 1.

PEOA,

PEDUSCULUS, i. m. [ποδίσκιον] Parvus pes. Plin. lib. 11. cap. 10. Si conriatur procella, apprehensis pedusculo lapillis se librant. Vetus exemplar rectius legit, Apprehensi pondusculo lapilli.

PĒDA, æ. f. [ἴχνος] Pedam (inquit Fest.) Vestigium humanum, præcipue pedis, appellasse antiquos in commentariis quibusdam inveniri solet.

PEDĀLIS, e. Adj. [ποδιαῖος] Quod est pedis: ut, Pedale spatium, &c. Varr. 3. de R. R. cap. 5. 14. Infimo intra falere est stagnum cum margine pedali. Cæs. 3. Bell. Gall. 13. Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa clavis ferreis, digiti pollicis crassitudine.

PEDALE, is, n. Socculus, qui pedi induitur. Petron. Sat. cap. 56. extr.

PEDĀNEUS, a, um. Adj. Idem est quod Pedalis. Columel. lib. 4. cap. 1. Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem pedanea scrobem vitibus compatat.

Judex pedaneus, Qui a præside constituitur ut minora judicia discernat: quod is magistratus non vehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum. Ulpian. in l. 1. §. Item Senatusc. D. de postulando, Item Senatusconsulto etiam apud judices pedaneos postulare prohibetur, calumniæ causa publico judicio damnatus.

PEDANEUM, i. n. Scabellum. Firmic. lib. 5. Sub pedaneum pedum. [Nisi conjuncte Suppedaneum legendum.

PEDĀRIUS, a, um. Adj. ut, Senator pedarius. Festus, Pedarium Senatorem significat Lucil. quum ait, Agipes vocem mittere cœpit. Qui ita appellatur, quod tacitus, transeundo ad eum, cujus sententiam probat, quid sentiat indicat. V. Gellium lib. 3. cap. 18.

PEDARIUS, i. m. Pedarii dicuntur, Qui in Senatu sententiam non dicunt, sed ab alio dictam comprobant, moventes se loco, & in partem ejus qui dixit, ambulantes; propter quod qui ita faciunt, Ire in sententiam pedibus dicuntur, & ab actu transeundi pedibus in aliena sedilia, pedarii sunt appellati. Cic. 1. Att. 19. Est illud s. c. summa pedariorum voluntate, nullius nostrûm auctoritate factum. Et epistola sequente, Et raptim in eam sententiam pedarii cucurrerunt.

PĔDES, itis. m. [πεζὸς Gl. L. Gr.] Qui pedibus rem agit. Curt. 8. 1. 18. Scivere, ne pedes venaretur. Ovid. 14. Met. 364.

— silva pedes Errat in alta. Virg. 6. Æn. 880.

— seu quem pedes iret in hostem.

Pedes est etiam Miles, qui pedibus militiam exercet. Cæs. 8. Bell. Gall. 36. Equitatum omnem, Germanosque pedites, summæ velocitatis, omnes ad castra hostium præmittit.

Acies peditum. Tacit. 4. Ann. 24.

Catervæ peditum. Hor. 2. Epist. 1. 120.

Nimbus peditum, Densa multitudo. Virg. 7. Æn. 793.

Armatus pedes. Virg. 6. Æn. 516.

Contrahere copias peditum & equitum. Cn. Magnus Domitio 8. Att. 12.

Obtruncat peditem pedes. Virg. 10. Æn. 751.

PEDITĀTUS, ûs. m. [τὸ πεζὸν] Peditum copiæ. Cic. 5. Philipp. 6. Tu civem sceleratum & perditum, Gallorum & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues?

Armatura varia peditatus, & equitatus. Cic. 7. Fam. 1.

PEDESTRIS, e. Adj. [πεζικὸς] ut, Pedestris exercitus, Qui peditibus tantum constat, non etiam equitibus.

Immo sæpe opponuntur, non aliter ac τὰ πεζὰ, vel πεζομαχία, & ναυμαχία opponuntur. H. St. V. mox Pugnæ pedestres. conf. Pedibus in PES.

Pedestria auspicia nominabantur, Quæ dabantur a vulpe, lupo, serpente, equo, & ceteris animalibus quadrupedibus. Paulus.

Acies pedestris. V. ACIES.

Copiæ pedestres. Cic. 2. de Finib. 112. Cum tantis classibus, tantisque equestribus & pedestribus copiis.

Iter pedestre, i. e. Terrestre. Cæs. 2. Bell. Civil. 32.

Pugna. Virg. 11. Æn. 709.

Pugnæ pedestres navalesve. Cic. de Senect. 13.

Scutum pedestre, Pediti conveniens. Liv. 7. 10.

Statua ænea pedestris vel equestris. Cic. 9. Philipp. 13.

Ad alia transfertur. ut, Oratio pedestris, dicitur non Numerosa, nec secundum metricam rationem composita. Quintil. lib. 10. cap. 1. Philosophorum quis dubitet Platonem esse præcipuum, sive acumine disserendi, sive eloquendi facultate divina quadam & Homerica? multum enim supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci vocant, surgit: ut mihi, non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus. His verbis (ait Budæus in quadam epistola ad Salmonium Macrinum) Prosam & Pedestrem orationem eandem esse intelligo: ita ut & conjunctio sit μέσιον διαζευκτικόν. Siquidem Græci πεζὸν λόγον prosam orationem vocant, quasi peditem sermonem, & πεζολόγους historicos. Neque vero id vocabulum a a pedibus metricis inditum est, sed aliquid humile submissumque denotat significatione præcipua, nisi fallor, quasi dicas humi gradiens, quodque nec carminis sublimitate vehitur, nec figurata numerosaque oratione nititur: etiamsi in universum usurpari soleat pro omni oratione soluta lege carminis. Sed humilitas ista & submissio intelligenda mihi videtur in pronuntiatione, ac vocis temperamento magis, quam in structura aut elocutione, tum quidem certe, quum prosam orationem in universum hoc vocabulo significamus. Argumentum hujusce opinionis, illud Hor. in Arte Poet. 95. esse potest,

Interdum tamen & vocem Comœdia tollit,
Iratusque Chremes tumido delitigat ore:
Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.

Simul illud Luciani, ἀτραγῴδητά τε πάντα, καὶ πεζὰ, καὶ δημοτικὰ, καὶ τῦφος οὐδὲ εἷς, ac si dicas, Nihil autem tibi tragœdiæ simile, sed pedestria omnia populariaque, citra fastum prorsus & elationem. Sunt alioqui Prosæ orationis duo genera eodem Fab. auctore, quum lib. 11. cap. 2. ita scribit, Etiam quæ bene composita erunt, memoriam serie sua ducent. Nam sicut facilius ediscimus versus, quam prosam orationem, ita prosam vinctam quam dissolutam. Quibus verbis intelligimus, Pedestrem orationem non esse proprie orationem numeris vinctam aptamque oratoriis, & ita compositam ut fastigium sermonis excedat: qualis est Platonis, cujus supra meminit. Hæc Budæus. Porro illud Horatianum, Sermone pedestri, Janus Parrhasius exponit, Humili, Comico, comparatione equestris. Cic. in Orat. 67. Itaque video visum esse nonnullis, Platonis & Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum, quam Comicorum poetarum: apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. Terentian. de Cretico,

Optimus pes & melodis, & pedestri gloriæ
Plurimum orantes decebit, quando pæne in ultimo
Obtinet sedem beatam, terminet si clausulam
Διϊαμβος, σπονδεῖος imam: nec τροχαῖον respuo.
Plenius tractatur istud arte prosa rhetorum.

Idem de carmine Iambico,

Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Ut quæ loquuntur sumpta de vita putes, &c.

Pedestres fabulas, i. e. Quæ pedestri orationi seu prosæ esse videntur simillimæ. Unde Priscianus in lib. de Versibus Comicis tradit multos judicasse Comœdias non constare versu. Cic. in Orat 184. Comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic sæpe sunt abjecti, ut nonnunquam vix in his numerus & versus intelligi possit. Asition. apud Priscian. Comici poetæ laxius etiam in versibus quam tragici, spatium dederunt: & illa quoque loca, quæ proprie debebantur Iambo, dactylicis occupant pedibus, dum quotidianum sermonem imitari volunt, & a versificationis observatione spectatorem ad actum rei convertere, ut non fictis, sed veris affectionibus inesse videantur. Hor. 1. Serm. 4. 47.

— neque enim concludere versum
Dixeris esse satis: neque si quis scribat uti nos
Sermoni propiora, putes hunc esse poetam.
Ingenium cui sit, cui mens divinior, atque os
Magna sonaturum, des nominis hujus honorem.
Idcirco quidam Comœdia, necne poema
Esset, quæsivere, quod acer spiritus ac vis
Nec verbis, nec rebus inest, nisi quod pede certo
Differt sermoni sermo merus.

i. e. Nisi quod sermo pnre prosaicus differt a sermone comico, certo pede, id est metri genere.

Historiæ pedestres. Hor. 2. Carm. 12. 9.

— tuque pedestribus
Dices historiis prælia Cæsaris,
Mæcenas, melius.

h. e. Veritate orationis solutæ melius, quam equestribus, id est metricis. Ad Mæcenatem scribit, docens non convenire historiam poetæ, ut nec graves res carmini lyrico, sed remissas potius & jocis aptas. Facta enim Cæsaris ipsum Mæcenatem melius exercituum prosaica oratione dicit. Acron.

Musa pedestris. Hor. 2. Serm. 6. 17.

Ergo ubi me in montes, & in arcem ex Urbe removi,
Quid prius illustrem satiris, Musaque pedestri?

Pedestri, quia pedibus stet. Acron. Alii sic: Pedestri, i. e. Familiari & humili Musa. V. quæ supra.

Sermo pedestris. Hor. de Arte Poet. 95.

PEDESTER, tri. m. significat Eum qui pedibus iter facit. Apulejus, Qui modo in exercitum profectus est pedester. Martial. l. 1. 28.

Abnuit in liquidis ire pedester aquis.

PEDĀTIM, Adv. Plin. 11. 45. Leo & camelus pedatim gradiuntur.

PĔDĔPRESSIM, Adv. [βάδην] i. e. Nonio 1. 119. interprete, Caute, lenta & tarda itione.

PEDETENTIM, Adv. [βάδην, κατὰ πόδας] compositum a Pede, & Tento, tentas: Pedibus singulos tentando gressus. Cic. 1. Off. 120. Eam imitationem si tempora adjuvabunt, facilius commodiusque faciemus: sin minus, sensim erit, pedetentimque facienda. Sic pro Quint. 51. Timide tamen & pedetentim istuc descendunt. Ter. Phorm. 3. 3. 19.

— Di bene vertant quod agas, pedetentim tamen.

Donat. Pedetentim, Caute, a pedibus tentando. Cic. 9. Fam. 14. Legi enim concionem tuam, nihil illa sapientius: ita pedetentim & gradatim, tum accessus a te ad causam facti, tum recessus.

Accedere pedetentim ad aliquam causam. Auctor ad Heren lib. 1. 9.

Dicere caute pedetentimque omnia. Cic. pro Cluent. 118.

Ingredi pedetentim in defensionem Cic. 1. de Invent. 24.

Progredientes pedetentim. Lucret. lib. 5. 1452. conf. Non. l. c.

PEDĬCA, æ. f. [ποδοστράβη] a Pede, significat Laqueum, quo pedes illigantur. Virg. 1. Georg. 307.

Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cervis.

Alligari nuptialibus pedicis. Apul. 6. Met. p. 182.

Capta pedicâ jumenta. Liv. 21. 36.

PEDICĪNUS, i. m [ποδεῖον] Pes torcularis, quo arbores statuuntur in ejus fundamento. Cato R. R. cap. 18. Ibi foramen pedicinis duobus facito: ibique arbores pedicino in lapide statuito. V. Turneb. Adversf. 7. 25.

PEDISĔQUUS, i. m. [ἀκόλουθος, θεράπων] Qui dominum sequitur. Plaut. Mil. 4. 2. 18.

Sequere hac me ergo. P. pedisequus tibi sum.

Cic 2. Attic. 16. Quæ mihi videtur una conciuncula, clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.

Conculcari hunc a pedisequis jussit. Cic. pro Domo, 110.

PEDISĔQUA, æ. f. [θεράπαινα] Quæ dominam sequitur. Ter. And. 1. 1. 96. Accedo ad pedisequas: quæ sit rogo. Cic. 1. de Orat. 236. Sed quia sæpe utitur orator subsidio juris in causis, idcirco istam juris scientiam, eloquentiæ tanquam ancillulam, pedisequamque adjunxisti.

Puerorum pedisequa. Auctor ad Heren. lib. 4. 66.

Virtutis pedisequæ sunt divitiæ. Auctor ad Heren. lib. 4. 21.

PĔDO, [βαδίζω] āre. veteres pro Ire dixerunt. Unde & Repedare, quasi Pede iterare. Lucil. Redisse ac repedasse, ut Romam vitet. Perott.

Pedare, [χαρακοῦν] est etiam Sustentaculum viti addere, aut alteri arbusculæ: ex quo vineæ hujusmodi, Pedatæ dicuntur. Columel. lib. 4. cap. 12. Putationem sequitur jam pedandæ vineæ cura. Plin. lib. 17. cap. 21. Aut pedatæ simplici jugo.

PEDĀTUS, a, um. Partic. Fultus. ut, Vitis pedata. Plin. 17. 21. V. dict. præced.

Item Pedibus valens. Suet. Othon. cap. 12. Fuisse traditur male pedatus scambusque. Al. Malepedatus conjuncte.

PEDĀTIO, ōnis. f. [χαράκωσις] Columel. lib. 4. cap. 11. Idque jugum intra quartum pedem conveniet allevari, dum se vinea corroboret in pedationem.

PEDĀTUS, ûs. m. Accessus per pedem. Plaut. Cist. 2. 1. 50.

Et equidem, hercle, nisi pedatu tertio omnes affixero.

i. e. Impetu, incursu. V. Parei Lex. Critic. p. 980. & Non. 1. 325.

PEDĀTŪRA, æ. f. Spatium certo numero pedum finitum, & ipsa mensuratio

suratio per pedes. Frontin. de Colon. p. 333. Numero pedaturæ sunt limites constituti. V. Goesii Indic. & Rigalt. Gloss. Agrimens. p. 314.

Pedamen, inis: & **Pedamentum**, i. n. [χάραξ] Sustentaculum quod alicui arbusculæ adhibetur, vel etiam vitibus ad eas muniendas & fulciendas. Plin lib. 17. cap. 20. Castanea pedamentis omnibus præfertur. Columel. lib. 4. cap. 30. Pedaminum jugorumque & viminum prospiciendorum tradenda ratio est.

Pedalis, e. Adj. ut, Fasciæ pedules, Quibus involvuntur aut vestiuntur pedes Ulpian. l. 25. Argumento font. §. 4. D. de aur. arg. mundo, &c. legat. Fasciæ crurales, pedulesque. & Item pilea vestis loco sunt: quia partem corporis vestiunt. Turnebus Pedules interpretatur Calceos: ut in regula Benedictinorum, Indumenta pedum, pedules & caligas. Iterum, Et pedules, & quodcunque est, vetustum reddant, dum accipiunt novum. Reperi in veteri lexico, Pedules esse Operimentom pedum. Hæc ille.

Padule, is. n. Soccus. Lamprid. io Alexan. cap. 40. Pedulibus semper usus est. V. ibi Salmas.

Pedum, i. n. [λαγωβόλον, καλαῦροψ] Bacolum incurvom, quo pastores utuntur ad comprehendendas oves aut capras a pedibus, cujus meminit etiam Virgilius in Bucolicis, quum ait 5. Ecl. 88.

At tu sume pedum. Sed in eo versu, qui est in Iphigenia Ennii, Procede: gradum proferre pedum, nitere, cessas? id ipsum Jaculum significari, quum ait Verrius, Mirari satis non possum: quum sit ordo talis, & per eum significatio aperta, Gradum proferre pedum cessas? nitere. Festus. Pro Jaculum al. Baculum rectius.

Pescannius, Nomen Ro. gentile. Cic. 14. Fam. 4. Pescennius est perbenevolus nobis, quem semper spero tui fore observantem.

Pascia, orum. n. in Saliari carmine Ælius Stilo dici ait Capitia ex pellibus agninis facta, quod Græci vocant pelles πέκη, neutro genere pluraliter. Festus.

Pasastas. ātis. f. dicebator Pestilentia. V. Festus & Paulus. [Forte tamen Pestitas scribendum. Meurs. legit Pestestas.

Passarium, V. pessi.

Passi, orum m. [πεσσοί] dicuntur Medicamenta, quæ in vellere, naturalibus mulierum apponuntur, Græce πεσσοὶ dicuntur. Quæ enim per anum, clysteres: per collum matricis, Pessi sive Pessaria appellantur. Cels. lib. 5. cap. 21. Sed alia quoque utilia sunt, ut ea quæ feminis subjiciuntur: πεσσοὺς Græci vocant. Eorum hæc proprietas est: Medicamenta composita molli lana excipiuntur: eaque lana naturalibus conditur. Hæc Cels. Πεσσὸς alias Latine Talus dicitur, unde & nomen habere videtur, ad cujus fit similitudinem. V. & Paul lib. 3. cap. 61.

Pessarium, i. n. [πεσσάριον] forma diminutiva, Idem. The. Priscian. 3. 5.

Pessime, **Pessimus**, V. malus, Adject.

Passinus, untis. f. [Πεσσινοῦς] Emporium Phrygiæ, habens templum maximum (ut inquit Strab. lib. 12.) magnæ venerationis Matris deûm, quam Angidistam vocant. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus structus est, & templo & porticibus ex albo lapide. Romani celebre reddiderunt, arcessita inde deæ statua, & Pessinuntia appellata. Pessinuntiam, Dindymenam & Cybelen vocant, ait Ptolem. lib. 5. cap. 4.

Sedem domiciliumque Matris deorum Pessiountem vocat Cic. de Arusp. Resp. 28.

Pessinuntius, a, um. Adj. [Πεσσινούντιος] Cic. pro Sext. 56. Lege Tribunicia Matris Magnæ Pessinuntius ille sacerdos expulsus & spoliatus sacerdotio est, &c.

Pessinuntia mater, Dea Cybele, deûm mater, quam ex Græcia Romam admiranda religione translatam esse notum lippis & tonsoribus, dicta est. Ejus historiam vide apud Herodian. lib. 1. Hist cap. 11. Arnob. lib. 2. adversus Gentes. Livius quoque lib. 29. cap. 10. & 11. & Ammianus Marcellinus lib. 21. scribunt de Pessinuntia. Philena hæc etiam dea dicta est. Alex. lib. 6. cap. 4.

Passulus, i. m. [βάλανος] Parvus pes, Instrumentum, quo ostium clauditur. Ter. Heaut. 2. 3. 37.

Anus foribus obdit pessulum: ad lanam redit. V. ordo. a Dorico πάσσαλος arcessit. Muret. Var. Lect. 12. 9.

Passum, Adv. [κάτω] Deorsum, quasi ad pedes, vel sub pedibus. Unde, Pessum premere. Plaut. Most. 5. 2. 49.

Abire pessum Plaut. Aul. 4. 1. 102. Ut toleret, ne pessum abeat. Gall. *qu'elle n'aille au fond.*

Dedit tellus pessum cacumina. Lucan. lib. 5. 616.

Ire pessum, Demergi. Columel. lib. 12. cap. 6. Nam ubi dolcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adbuc crudam: si innatabit, maturam.

Subsidere pessum. Lucret. lib. 6. 588.

— multæ per mare pessum
Subsedere suis pariter cum civibus urbes. Lucret. lib. 6. 588.

Pessum eo, Pereo. per translationem. Plaut. Cist. 2. 1. 12.

— neque, nisi quia miser non eo pessum, mihi ulla abest
Perdito pernicies. conf. Plin. lib. 14. in prooemio.

Pessumdo, dĕdi, dătum, [καταπατῶ] āre. Pedibus calcare, Perdere. Ter. And. 1. 3. 3.

Quæ si non astu providentur, me, aut herum pessumdabunt.
Cuncta pessumdare. Ovid. 3. Trist. 5. 45.
Iracundiam pessumdare. Plaut. Merc. 3. 2. 6.
Pessumdare, dicitur mula excussoria, quæ sessorem deorsum excutit. Paulus in l. Bovem. D. de Ædilit. edi. Bovem, qui cornu petit, vitiosum esse plerique dicunt: item mulas, quæ pessumdant. Alii legunt, Quæ cessim eunt. Scribitur & Pessundo. [Sed mea quidem sententia rectius Pessum do scribes divise, ut Pessum eo, Pessum abeo &c.

Pessus, i. m. V. passi.

Pastis, is. f. [λοιμός, λοιμὸς, νόσος] Morbus notus. Plaut. Amph. 2. 1. 33. Pestis te teoet. [Hic pro Insania dixit. In Gloss. Lat. Gr. Pestis, λοιμὸς, φθορά. Optimi tamen auctores Pestem potius pro eo dixerunt, quod Græcis ὄλεθρος, alias Pernicies dicitur: Luem vel morbum proprie Pestilentiam vocarunt, ut ex omnibus, quæ subjiciuntur, exemplis constabit.

Pestis, aliquando de Homine dicitur, qui alios corrumpit, & damna iofert. Ter. Adelph. 2. 1. 35.

Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium,
Perjurus, pestis: tamen tibi a me nulla est orta injuria.

Pestis in amicitia pecuniæ cupiditas. Cic. de Amicit.
Amicitiæ nostræ pestis Catull. ad Rufum, 75. 6.
Civitatis pestis ac pernicies. Cic. pro Rabir. 2.

Patriæ furia ac pestis. Cic. pro Sext. 33.
Reipub. funesta pestis. Cic. pro Domo 5.
Pestem de Incendio dixit Virg. 5. Æn. 699.

— restinctus donec vapor omnis, & omnes,
Quatuor amissis, servatæ a peste carinæ.

Acerba pestis. Virg. 3. Georg. 419.
Adulta. V. adoleo.
Blanda pestis luxuria. Senec. Octav. 7.
Capitalis. V. caput.
Corporeæ. Virg. 6. Æn. 737.
Fluidæ contagia pestis. Lucan. lib. 6. 89. Quæ ex fluida cadaveris sanie creabatur.
Gelidæ. Lucan. lib. 9. 844. De serpentibus.
Improvisa. Tacit. 2. Ann. 47. pr. Quo improvisior, graviorque pestis fuit. De terræ motu.
Insolita. Senec. Herc. OEth. 7.*
Noxia serpentum est admisto sanguine pestis. Lucan. lib. 9. 614.
Numerosa. Senec. Herc. OEth. 12.
Textilia pestis, i. e. Vestis venenis imbuta, qoa periit Hercules. Cic. 2. Tusc. 20.

Ipse illigatus peste interimor textili. Al. Veste.

Vulcania pestis, Incendium. Sil. lib. 7. 360.
Pestes, pluraliter. Plin. lib. 2. cap. 2. Morbisque, & multis etiam pestibus.
Imperii pestes. Cic. de Arusp Resp. 4. Cum his furiis & facibus, cum his inquam exitiosis prodigiis, ac pæne hujus imperii pestibus, bellum mihi inexpiabile dico esse susceptom.
Adest nova pestis. Ovid. 9. Met. 200.
Avertere pestem ab. Cic. 1. de Nat. Deor. 101. Virg. 3. Æn. 620.

— dii talem terris avertite pestem.

Concepta æstu. V. concipio.
Conferre pestem. V. confero.
Comprimere. Cic. pro Milon.
Consumptus a peste. V. consumo.
Depellere pestem, Mortem. Virg. 9. Æn. 328.
Depulsi a commuoi peste fluctus in nosmetipsos redundarunt. Cic. 1. de Orat. 3.
Descendit toto corpore pestis. Virg. 5. Æn. 683.
Diffundunt rapidam pestem ignes. Sil. lib. 17. 93.
Evadere belli pestem. Virg. 10 Æn. 55.
Excæcare pestem. Cic. pro Sext.
Exstinguere pestem. Cic. pro Milon.
Illigatus peste interimor. V. illigo.
Importare pestem. V. importo.
Incessit pestis. Columel. lib. 9. cap. 13.
Invadit pestis in vitam hominum. V. invado.
Latens ossibus. Valer. 7. Argon. 252.
Machinari pestem aliquam in omnes. V. machina.
Machinari sibi nefariam pestem. Cic. 3. de Nat. Deor. 67.
Meditari pestem alicui. Virg. 3. Georg. 153.
Minitari. Liv. 2. 49.
Nasci. ut, Tam detestabilis pestis nulla est, quæ non homini ab homine nascatur. Cic. 2. Off. 16.
Oppetere. V. oppeto.
Reprimere pestem. Cic. 1. Catil. 30. Hoc autem uno interfecto intelligo hanc Reip. pestem paolisper reprimi.
Pestis, pro Exitio quovis & malo. Lucret. lib. 3. 348.

Ex ineunte ævo sic corporis, atque animaï
Mutua vitales discunt contagia motus, &c.
Dissidium ut nequeat fieri sine peste, maloque.

Pestilens, entis. Adj. [λοιμώδης] Quod pestem infert: cui Salubre oppooitur. Nec fere nisi de Aere & Locis dicitur. Cic. de Fato 7. Inter locorum naturas quantum intersit, videmoa alios esse salubres, alios pestilentes.
Pestilentes & Salubres partes agrorum, contraria. Cic. 1. de Divin. 79. Et sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres.
Africus pestilens. Hor. 3. Carm. 23. 5.
Aspiratio gravis & pestilens. Cic. 1. de Divin. 130. Si obscurior qoasi caliginosa stella exstiterit, pingue & concretum esse cælum, ut ejus aspiratio gravis & pestilens futura sit.
Invidia. Senec. Hippol. v. 489.
Ventus horribilis atque pestilens. Catull. 24. 5.
Compar. Cic. 7. Fam. 23. Homo pestilentior patria sua.
Annus pestilentior. Liv. 4. 21.
Superl. Cic. 5. Fam. 16. Gravissimus & pestilentissimus annus.
Regiones pestilentissimæ. Vitruv. 1. 4.

Pestilantus, a, um. Adj. ut, Pestilenta loca. Usus est Næv. teste Gell. lib. 19. cap. 8. Obsoletum.

Pestilentia, æ. f. [λοιμός] Lues, Morbos pestifer passim grassans. Plin. lib. 7. cap. 50. Qua in re observatom in Meridianis partibus, ad Occasum solis pestilentiam semper ire. Cæs. 2. Bell. Civil. 22. Gravi etiam pestilentia conflictati.
Salubritas & Pestilentia, contraria. Cic. 1. de Divin. 131. Ut hostiarum immolatarum inspicerentur exta: quorum ex habitu atqoe ex colore cum salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi, nonnunquam etiam quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura.
Annus infamis pestilentia. V. infamis.
Eluvionis, pestilentiæ, vastitatis causæ. Cic. 2. Off. 16.
Vastus atque desertus propter pestileotiam ager, & propter sterilitatem incultus. Cic. 2. de Lege Agrar. 69.
Oratio plena veneni & pestilentiæ. Catull. ad Fundum, 42. 12.
Possessores pestilentiæ & invidiæ. Cic. 1. de Lege Agrar. 15. Spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ærarium: ut locupletatis, aut invidiæ, aut pestilentiæ possessoribus, agri tamen emantur. [i. e. Agri aut nihil reddeotis, aut pestilentis possess. Forte Locupletandis.
Abiit pestilentia. V. abeo.
Afferre pestilentiam. V. affero.
Coorta pestilentia. V. coorior.
Facere pestilentiam valet quod egerit sus ægra. Columel. lib. 6. cap. 5.
Incidit pestilentia gravis in urbem. V. incido.

Lacerat exercitum pestilentia. Paterc. lib. 2. 21. extr. Post hoc, quum utrumque exercitum, velut parum bello exhaustum, laceraret pestilentia, Cn. Pompeius decessit.

Terrere animos pestilentia. Cic. 2. de Nat. Deor. 14.

PESTILENTIĀRIUS, a, um. Adj. Idem ac Pestilens. Tertull. de Spectac. cap. 27. Sedilia hostium Christi, cathedra pestilentiaria.

PESTILENTIŌSUS, a, um. Adj. Idem. Ulpian. in l. 2. D. Ne quid in loco publ. fiat. Si odore soli locus pestilentiosus fiat.

PESTIBILIS, e. attributum ex Peste deductum. Diocletianus & Maxim. in l. pen. de Ædilit. actionibus. C. Pestibiles herbæ lethiferæ.

PESTĪLIS, e. Idem. Arnob. 1. p. 11. Possunt oosauris pestilibus enecare.

PESTILĪTAS, ātis. f. [λοιμὸς] apud antiquos legebatur, teste Non. 2. 684. & idem est quod Pestis. Lucret. lib. 6. 1123.

Hæc igitur subito clades nova, pestilitasque.

PESTĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [λοιμώδης, ὀλέθριος, ὀλοφώιος, φθισίμβροτος, λοιμός] Pestem ferens. ut, Fulmen pestiferum, Quod mortem aut exsilium ostendit, inquit Festus.

Pestifer potu taurorum sanguis. Plin. lib. 11. cap. 38.

Aer pestifer. Claud. de Bell. Gild. 514.

Aquæ. Valer. 4. Argon. 594.

Amor. Senec. Theb. 1.

Arma. Senec. Herc. fur. 11.

Bellum pestiferum, Perniciosum, mortem afferens. Cic. 4. Fam. 3.

Calor. Plin. lib. 7. cap. 50.

Cives. Cic. pro Domo 85.

Exhalatio pestifera avibus. Plin. lib. 4. in Præf. Et lib. 11. cap. 19. Papilio etiam ignavus & inhonoratus pestifer.

Fames. Ovid. 8. Met. 784.

Gaudium. Liv. 1. 58.

Ignis. Ovid. 8. Met. 477.

Manus. Ovid. 4. Met. 495.

Reditus alicujus crudelis & pestifer. Cic. 3. Philip. 3. Quom maxime furor arderet Antonii, quumque ejus a Brundusio crudelis & pestifer reditus timeretur, &c.

Rebus a pestiferis & nocentibus refugere. Cic. 2. de Nat. Deor. 120.

Tribunatus pestifer ac funestus. Cic. pro Domo 2.

Venter. Ovid. 1. Met. 459. de Pythone serpente.

Vipera venenata & pestifera. Cic. de Arusp. Respon. 50.

Virus. Ovid. 5. Trist. 2. 14.

Vitia pestifera, luxuria, avaritia, crudelitas. Cic. 3. de Fin. 75.

PESTIFĔRUS, a, um. Adj. Idem. Cels. lib. 2. cap. 6. Sudor quoque frigidus in acuta febre pestiferus est.

PESTIFĔRE, Adv. [λοιμικῶς] Cic. 2. de Legib. 13. Quid quod multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis, quæ non magis legis nomen attingunt, quam si latores aliqua concessu suo sanxerunt.

PESURI, orum. m. Lusitaniæ populi, accolæ Vaccæ. Plin. 5. 21.

P E T

PETA, PETAX. V. PETO.

PETALIÆ, Insulæ in Euripo Euboico, primo fere introitu, numero quatuor. Plin. lib. 4. cap. 12.

PĔTĂLISMUS, i. m. [πεταλισμὸς] Exsilii genus apud Syracusanos fuit, quo efferentis se civis audaciam virtutemque comprimebant. Alexander Alexandrinus lib. 3. cap. 20.

PĔTĂLIUM, i. n. [πετάλιον, μαλαβάθρινον] Unguenti præstantissimi genus ex nardi folio confectum, unde & nomen habet. πέταλα enim Græci folia vocant. Plaut. in Curc. 1. 2. 6.

Nam omnium unguentûm odor præ tuo nautea est;
To mihi stacte, tu cinnamomum, tu rosa,
Tu crocinum & casia es, tu petalium.

Petalium autem Latine Foliatum appellatur. Alii Bdellium. Martial. lib. 11. 28.

At mea me libram foliati poscit amica.

V. in FOLIUM.

PĔTĂLUM, i. n. [πέταλον] Isidor. 19. 21. Petalum vocat Auream laminam in fronte pontificis.

PĔTĂLUS, i. m. [Πέταλος] Nomen unius ex his, qui in aula Cephei regis Perseo vim inferre conati ceciderunt. Ovid. 5. Met. 115.

Petalus irridens, Stygiis cane cetera dixit.

PĔTĂMĬNĀRIUS, i. m. Firmic. lib. 8. cap. 15. Oriente Delphino, quicunque natus fuerit, natandi studio tenebitur. Sed Saturni testimonio, urinator erit. cum Marte vero & Mercurio, petaminarius, ephelmator, orcifcopalarius, petauristarius, aut certe innata cursus agilitate perspicuus. Est autem Petaminarius, Qui strenua corporis agilitate saltans volare videtur, a verbo πέτομαι, qood est volo. Est enim Græca origo, sed formatio Latina. Ephelmator nomen habet a tabulis, quæ dicuntur ἐλασμάτα, quibus ad saltandum utebatur, ut & Petauristæ; nam in tabulis jacto corporis saltans levitatem & agilitatem ostendebat. Orcifcopalarius qui dicatur, non intelligo, censeremque legi debere orchestopalarius, a saltatione & lucta: vel orchistopalarius, eodem significatu. ὀρχηστὴς, saltandi magister. ὀρχηστικὴ, ars saltandi. πάλη, lucta.

PĔTĀSIO, ōnis. m. Varr. 2. de R. R. cap. 4. Optimarum signum, quod etiam nooc quotannis e Gallia apportantur Romam pernæ tomacinæ, & taniacæ, & petasiones. [Nisi Petasones scribendum.

PETASITES, æ. m. [πετασίτης] Diosc. lib. 4. cap. 109. Herba est pediculum habens cubito majorem, crassitudine pollicis, ita dicta a galeri forma, quam latum folium pediculo superpositum videtur referre, eo fere modo qoo fungorum scapos pediculis videmus adhærere. Rustici in Gallia Bardanam majorem vocant.

PĔTĀSO, ōnis. m. Caro porcina, quam alii coxam, vel pernam, alii (inter quos Perottus) eam partem suis dicunt, quæ ab alis incipit, & costas comprehendit, quibusdam veluti virgulis pinguibus distincta. Martial. lib. 13. 55.

Musteus est, propera, caros ne differ amicos:
Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.

PETASUNCŬLUS, i. m. dimin. Juven. 7. Sat. 119.

— siccus petasunculus, & vas
Pelamidom.

PĔTĂSUS, i. m. [πέτασος] Capitis tegmen, galero persimile, sive ipse Galerus. Plaut. Amphit. prol. 143.

Ego has habebo hic usque in petaso pinnolas:
Tum meo patri autem torulus inerit aureus
Sub petaso: id signum Amphitruoni non erit.

Petasus, fit a Græco πετάννυμι, quod est extendo: cujus aoristos est πέτασα, unde Petasus.

Petasus, per translationem dicitur Qood in galeri formam ædificiis superpositum, extensum, & explicatum est, in metæ formam se trahens. Plin. lib. 36. cap. 13. Supra id quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, & in medio una, in imo latæ pedum sexagenûm quinûm, altæ centum quinquagenûm, ita fastigiatæ, ut in summo orbis æneus & petasus unus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinabula, quæ vento agitata longe sonitus referant.

PETASĀTUS, a, um. Adj. [πετασώδης] Qui galero & capitis ornamento utitur. Sueton. in August. cap. 82. Solis vero ne hiberni quidem patiens, domi quoque nonnisi petasatus sub dio spatiabatur.

Petasus etiam dicitur, ut aliqui volunt, Qui cothurno aut socco calciatus est. Cic. 15. Fam. 17. Atqoe idipsum facerent commodius, si mihi aliquid spatii ad scribendum darent: sed petasati veniunt, comites ad portam exspectare dicunt. Alii rectius Petasatos intelliguot, Petaso seu galero tectos, proinde ad iter paratos. Varr. apud Non. 4. 319. in dictione Numero, pro Cito. Quid puer rogasset, & petasatus capite annuisset, ac discedens numero venire ait adolescentem.

PETASUNCŬLUS, i. m. dimin. Parvus petasus. Arnob. adversus gentes lib. 6. Si aliquis Solem tollat, & in Mercurii transferat sedem: Mercurium rursus arripiat, atque in Solis faciat commigrare delubrum: detqoe huic radios, Solis capiti petasunculum supponat: quibus modis ioternoscere poteritis, utrumne Sol iste sit, an Mercurius?

PETAURUM, i. n. vel PETAURUS, i. m. [πέταυρον] Genus ludi, & Machina quædam lignea. Quo quidem ludi genere homines per aera rotarum pulsu jactabantur. Martial. lib. 11. 22. in Lydiam,

Quam rota transmisso toties impacta petauro.

Hunc locum enarrans Turnebus, Petaurus, inquit, Tignum vel tigillum est, quod a petauristis per rotam transmittebatur et impactum: transmissione autem multâ & frequenti rota laxior reddita erat. Tigno autem illo & rota utebantur, per hanc machinam saltantes & gestus dantes. Sed & tignum aliquando altius suspendebant, & inde saltus ad stuporem spectantium varios dabant. Lucil.

Sicut mechanici ex alto exsiluere petauro.

Hæc ille.

Petaurum dici etiam potest, id supra qood homines agilitate corporum insignes ludunt, ut hastæ, circa quas se volvunt: funes, supra qoos etiam reciproci ambulant: circuli, per quos se more piscium transmittunt: tabulæ, e quibus in aere pendent, uno brachio se sustinentes.

Petaurum Græci dicunt esse Laqueum & asseres, quibus domus teguntur. Julius Pollux lib. 10. c. 156. existimat Caveam esse in quam se cortis alites cubitum ituræ conferunt. Al. Πέτευρον. V. & Suid. & Etymolog. & Hesych.

PETAURISTA, æ. m. [πεταυριστὴς] Non. 1. 277. Petauristæ a veteribus dicebantur, qui saltibus vel schemis levioribus moverentur. Al. Schœnis. Varr. lib. 2. de vit. Pop. Rom. Nec minus alio in genere sunt ludi velitis Galli, Germani petauristæ.

Petauristæ, sive Petauri, a πέτεσθαι, inquit Non. l. c. id est Volare dicuntur. Fest. Petauristas Lucilius a Petauro appellatos existimare videtur, quando ait,

Sicuti mechanici, qoum alto exsiluere petauro.

At Ælius Stilo, Quod in aere volent, quum ait, Petaurista proprie Græce, ideo quod ἐν ἀέρι πέτονται.

PETAURISTARIUS, i. m. Idem quod Petaurista. Firmic. lib. 8. cap. 15.

PETELIA, V. PETILIA.

PETEON, ōnis. f. Vicus in Thebano agro. De quo Homerus,

Quique Eleona tenent, atque Hylen, & Peteona.

Strab. lib. 9.

PETESUCCUS, i. m. Rex Ægypti, qui primus in Heracleopolite nomo ædificavit Labyrinthum. Plin. lib. 36. cap. 13.

PĔTĪGO, ĭnis. f. [λειχὴν] Morbi genus, qui & Impetigo dicitur, quod vicina petat, sese late summa cute diffundens, occupat plerumque totum vultum oculis exceptis. Lucil. lib. 30. Illuvies, scabies oculos huc, denique petigo huc conscendere. Non. 2. 700. Alii legunt, Huic, denique petigo conscendere.

PĔTĪLIA, PETĒLIA, & PETALLIA, æ. f. [Πετηλία] Lucanorum metropolis, a Philoctete condita; occurrit apud Samnites, qua Roma in Græciam pedestri itinere itur. Virg. 3. Æn. 402.

Parva Philoctetæ subnixa Petilia muro.

V. Strab. lib. 6. & Liv. 23. 30.

PETELLĪNUS, a, um. Adj. ut, Lucus Petellinus. Liv. 6. 20.

Fides Petellina. Valer. Max. 6. 6. ext. 2.

PETELLINI, orum. m. Incolæ. Valer. Max. l. c.

PETILIANUS, a, um. Adj. Martial. 12. 57.

Petilianis delicatus in regnis.

PETILIUS, i. Herbæ ejusque floris nomen: eam Latinos Rosam silvestrem appellare notat Plin. lib. 21. cap. 8. ubi & de ejus natura disputat.

PETILLIUS, Nomen gentis Ro. Alii tamen scribuot Poetelius. V. Liv. 8. 23. extr. Hioc

PETILLIUS, a, um. Adj. ut, Petilia lex, quæ statuebat ne quis ob æs alienum necteretur, & ut pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obooxium esset. Olim apud Romanos quum oihil esset sanctius fide in publicis & privatis negotiis, recepta est lex 12. tab. quæ in non solventes æs alienum durissimam pœnam introduxit etiam ultimi supplicii, ut audacia leviorum hominum in contrahendis passim debitis reprimeretur. Hanc duritiem, qua nonnulli creditores nimis crudeliter & cum turpitudine abutebantur, lex Petilia relaxavit. V. Liv. 8. 28.

PETILUS, a, um. Adj [λεπτὸς] Tenuis & exilis. Lucil. lib. 12. Insignis varis cruribus, & petilis. Plaut. Plotino, Nam coloratam frontem habet, petilia labris. Non. 2. 620.

Petilam, furam, siccam, & substrictam vulgus interpretatur. Scævola ait Ungulam equi albam ita dici. Festus.

PETĪMEN, ĭnis. n. Petimina, in humeris jumentorum Ulcera, & vulgus appellat, & Lucilius meminit, quom ait,

Ut petimen naso, aut lumbos cervicibus tangat.

Eo nomine autem, & inter duos armos suis quod est, aot pectus, appellari solitum testatur Næv. in descriptione suillæ, quum ait, Petimine piscino qui meruerat. Festus.

PETIOLUS, V. PES.

Petisco, Petisso. V. peto, ĕre.

Petisius, a, um. Adj. ut, Petisia poma sunt parva, sed gratissimi saporis; de quibus Plin. lib. 15. cap. 14.

Peto, ivi, itum, [αἰτέω, ἐπαιτίζω, αἰτίζω, ἀξιόω] ĕre. proprie est (auctore Varrone apud Serv. 9. Æn. 193.) quum aliquid humiliter & cum precibus postulamus. Cic. 5. Philipp. 13. Te autem pro vetere nostra necessitudine etiam atque etiam peto, ut ejus filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones.
Vide an Peto dici possit, pro Quæro, licet nonnulli utantur, ut Ber. in Suetonii Tiberium cap. 61. folio 142. b. pr. Impudentia petentataque usus est nanus: Dein petit in convivio: cur reus majestatis Paconius tam diu viveret? pro Quærit. Sic hodie multi. H. St.
Ab aliquo petere & eum rogare. Cic. 6. Varr. 64. Iste petit a rege, & eum pluribus verbis rogat, uti ad se mittat.
De aliquo petere, i. e. Ab aliquo. Ulpian. in l. Si ut certo. §. Si de me petisses, ut triclinium tibi sternerem. D. Commodati.
Petere & Contendere. Cic. 13. Fam. 8. Majorem in modum peto atque contendo, ut quum fortunas agi ejus municipii intelligas, quod sit mihi necessitudine, officiis, benevolentia conjunctissimum, id mihi des.
Precibus petere. Cic. pro Sull. 55. At litteræ sunt Fausti, per quas ille precibus a P. Sulla petit, ut emat gladiatores: & us hos ipsos emat.
Voto petere. V. Votum, in voveo. conf. mox Finem certum &c.
Votis omnibus petere. Liv. 34. Nolite, si, quod omnibus votis petendum erat, ultro offertur, fastidire.
Cupide petere aliquid. Hor. 2. Epist. 1. 100.
Cupidissime aliquid petere. V. cupio.
Cupienter petere, apud Plaut. in Pseud. 2. 3. 17.
Instanter. V. insto.
Precario aliquid petere. Liv. lib. 34. extr.
Supplex te peto. Virg. 6. Æn. 115.
Per amicitiam. Hor. 1. Serm. 3. 5.
Habes, tota quod mente petisti. Virg. 4. Æn. 100.
Aliquid aperte petere. Cic. pro Lege Agrar. 1. 1. Quæ res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur.
Æqua. Ovid. 7. Met. 174.
Argentum ab aliquo mutuum, Mutuari velle. Plaut. Curc. 1. 1. 68.
Auxilium. Ter. Phorm. 5. 1. 2. Unde mihi nunc auxilium petam?
Auxilium petere ab aliquo per alium. Cic. 1. Verr. 11. Auxilium sibi per me a vobis, atque a Populi Romani legibus petunt.
Auxilium petere contra aliquem. Cæs. 8. Bell. Gall. 4.
Auxilium petere & manus. Cic. 2. Tusc. 38.
O Patrocle, ad vos adveniens auxilium & vestras manus peto. Ex poeta.
Benevolentiam judicis. V. Benevolentia, in bonus.
Colloquium. Ovid. 13. Met. 552.
Vadit ad artificem diræ Polymestora cædis,
Colloquiumque petit.
Congressus alicujus. Virg. 5. Æn. 733.
Consilium. Cic. 7. Att. 21. Nullo modo quidem a te petam consilium, ut soleo.
Diem petere colloquio. Liv. 26. 17. Diem posterum Asdrubal colloquio petivit, ut &c.
Fatuum alicujus. Lucan lib. 3. 111.
Favorem propensum petiit voce sollicita. Ovid. 14. Met. 706.
Fidem pacis petiitque deditque. Ovid. 3. Met. 128.
Finem certum voto pete. Hor. 2. Epist. 2. 56.
Gratiam atque amicitiam publice privatimque. Cæs. 5. Bell. Gall. 55.
Hospitium requiemque peto. Ovid. 4. Met. 641.
Nuptias petit Gemellus Maronillæ. Martial lib. 1. 11.
Opem. Cic. 5. Tusc. 5. Ad te confugimus, a te opem petimus: tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus, totosque tradimus.
Oracula a deo. Cic. 1. de Divin. 88. Amphiaraum autem sic honoravit fama Græciæ, deus ut haberetur, atque ut ab ejus solo, in quo est humatus, oracula peterentur. Al. Præberentur. V. Gronov.
Pacem passis manibus, & suppliciter. Cæs. 2. Bell. Gall. 13.
Præmia sui laboris. Cæs. 2. Bell. Civil. 32.
Præsidium ab aliquo. Cic. 2. Q. frat. 15. Ovid. 3. de Arte Am. 207.
Hinc quoque præsidium læsæ petitote puellæ. Al. Figuræ.
Requiem exiguam petit, dum &c. Ovid. 4. Met. 628.
Responsa a deo. Plin. lib. 31. cap. 2.
Tempus inane peto. Virg. 4. Æn. 433.
Veniam. Plin. lib. 28. cap. 4. Veniam quoque a deis spei alicujus audacioris petimus, in sinum spuendo.
Veniam petere & dare vicissim. Hor. de Arte Poet. 11.
Veniam petere errato. Cic. pro Sull. 64.
Petere alicui. Virg. 9. Æn. 94.
O genitrix quo fata vocas? aut quid petis istis? Ubi Serv. Petis istis, i. e. Pro istis. Nam sic dicimus, Peto tibi, i. e. Pro te.
Alicui petere dispensationem. Sueton. in Vespasian. cap. 23.
Militibus missionem. Tacit. 1. Ann. 19.
Petere, Verbum forense, ut Cic. pro Quint. 40. Si debuisset, Sexte, petisses, sed petisses statim: si non statim, paulo quidem post: si non paulo, at aliquanto, sex quidem illis mensibus profecto.
Per condictionem petere. Paul. in l. Quum fundus. D. Si certum petatur, Quum fundus vel homo per condictionem petitus est: puto hoc nos jure uti, ut post judicium acceptum causa omnis restituenda sit.
Per judicem petere. i. e. Coram judice. Julian. in l. Vinum. D. Si certum petatur, Vinum quod mutuum datum erat, per judicem petitum est. Quæsitum est, cujus temporis æstimatio fieret: utrum quum datum esset, an quum lis contestata fuisset, an quum res judicaretur?
In libertatem petere ex servitute. Ulpian. in l. 1. §. Si adversus D. de vi & vi armata. Si adversus eum, qui in libertatem ex servitute, vel contra, petitur, post inchoatum liberale judicium utatur interdicto.
In quæstionem petere servos. Paul. in l. Dominus. D. Locati. Servi tamen ejus, anno quo contractum est, propter ædificiorum notitiam in quæstionem peti possunt.
Petere Stichum & Pamphilum meos esse. Julian. in l. Si quum testamento. D. de exceptione rei judicatæ, Si Stichum & Pamphilum tuos esse petieris, & absoluto adversario Stichum tuum esse petas ab eodem: exceptionem tibi obstare constat. Si fundum meum esse petiero, deinde postea usumfructum ejusdem fundi petam: &c.
Fidei commissum apud Prætorem. Quintil. lib. 3. cap. 6. p. 256. Burm.
Vitam alicujus. Cic. pro Rosc. Amer. 150.
In aliquem accusationem. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Petere pœnas ab aliquo, quod & Exigere dicitur. Cic. 1. Att. 13. Ut aperte victrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoque petere sui doloris, quem, &c.
Hæreditatem ex testamento. Cic. 1. de Orat. 241. Nunquis eo testamento, quod paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus est, hæreditatem petit?
Pecuniam non ex tabulis tuis, sed adversariis petere. Cic. pro Rosc. Com. 85.
Petere, Appetere. Virg. 8. Æn. 405.
— optatumque petivit
Conjugis infusus gremio per membra soporem. Ita Non. 4. 356.
Virtutem ipsam ultra, quam satis est. Hor. 1. Epist. 6. 16.
Modeste peti. Ovid 20. Epist. 53.
Bona semper petere sapientem. Lucil lib. 26. Ex Nonio, l. c.
Conjugium. Ovid. 10. Met. 613.
Decus & pretium. Hor. 1. Epist. 18. 42.
Decus jaculo. Sil. lib. 16. 578.
Gloriam. Plin. lib. 12. cap. 14. C. etiam Cæsar Augusti filius inde gloriam petiit. Pro Adeptus est.
Gloria major petitur. Sil. lib. 16. 614.
Imperium ac summatum sibi. Lucret. lib. 5. 1141.
Mortem ardentiore studio petere, quam Epicurus voluptatem petendam putat. Cic. 2. de Fin. 61.
Principatum eloquentiæ. Cic. in Orat. 56. Volet igitur ille, qui eloquentiæ principatum petet, & contenta voce atrociter dicere, & summissa leniter, & inclinata videri gravis, & inflexa miserabilis.
Thalamos alicujus petere, Conjugium. Ovid. 6. Met. 700.
Amplexum alicujus. Virg. 8. Æn. 615.
Mortem petunt per vulnera. Virg. 4. Georg. 218.
Fugam, Capessere. Liv. 28.
Petere, Ambire. Cic. de Amicit. 11. Qui Consulatum petiit nunquam, factus est Consul bis.
Honores. Q. Cic. de Petit. Consul. 45.
Præturam. Cic. 2. Verr. 23.
Petere, Eligere, inquit Nonius l. c. vel Capere. Virg. 4. Georg. 8.
Principio sedes apibus, statioque petenda.
Cibum petere, Capere, invenire. Ter. Heaut. 5. 2. 25.
Abiit, ac rogasse vellem. CL. quid, Syre? S. unde mihi peterem cibum.
Cibum e flamma. Idem Eun. 3. 2. 38.
Delectatio sola ex his studiis petitur. Cic. pro Arch. 26.
Salutem petere fuga. Nepos 23. 11. 4.
Petere, Arcessere ut Argumentum petere a. Cic. 2. de Fin. 32. Nec tamen argumentum hoc Epicurus a parvis petivit, aut etiam a bestiis.
Consilium a seipso. Quintil. lib. 7. cap. 1.
Exempla petere ex. Cic. de Provinc. Consul. 19. Præsertim quum ego omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda.
Exempla petere longe. Lucan lib. 1. 94.
Exordium paulo longius. Cic. pro Cluent. 10. Paulo longius exordium rei demonstrandæ petam: quod quæso, Judices, ne moleste patiamini.
Initium a natura. Cic. 5. de Fin. 33.
Laudem e macello. Cic. 2. de Finib. 50. Quæ est ista laus, quæ possit e macello peti?
Medicinam perpetuam non ut ab his, sed ut exiguam doloris oblivionem petam. Cic. 5. Fam. 15. De litteris.
Originem summi boni a primo ortu animantium. Cic. 2. de Finib. 31.
Præcepta virtutis a philosophorum scholis. Quintil. in procem. lib. 2.
Principia rei bene gerendæ a natura. Cic. 4. de Finib. 47.
Risum ex aliquo. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Alte suspirium. Plaut. Cist. 1. 1. 58.
Petere, Commemorare, inquit Non. l. c. Virg. 8. Æn. 395.
Quid causas petis ex alto? { Et hic Arcessere est.
Oscula petit vultu tacito, Captat. Lucan. lib. 3. 739.
Pugnam secundam jam Horatius, cæso hoste, victor petebat. Liv. 1. 25.
Somnum petere. Virg. 7. Æn. 88.
Mollibus incubuit stratis, somnosque petivit.
Petere aliquem dextra, i. e. Porrigere dextram alicui. Virg. 1. Æn. 615.
Blanditiis petere novercam, Blandiri. Quintil.
Epistola aliquem. Cic. 2. Att. 2. Si homo esset, eum potius legeret, quam unam litteram scriberet, qui me epistola petivit: ad te, ut video, cominus accessit.
Petere, Percutere, ferire. Virg. 9. Æn. 629.
Jam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Hæc Nonius l. c. Paulus in l. Bovem, in princip. D. de ædilit. edict.
Petere, pro Appetere, tentare & designare ictum, ut solent gladiatores. Cic. in Orat. 228. Ut enim athletas nec multo secus gladiatores videmus, nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quandam.
Appetitus & Percussus, vide praecurro. H. St.
Aera petere disco. Hor. 2. Serm. 2. 13.
Capillos miseros ungue petis. Ovid. 2. Amor. 7. 7.
Caput & collum. Cic. pro Muren. 52. Sciebam Catilinam, non latus aut ventrem, sed caput & collum petere solere.
Corpus petere ferro. Tibull. lib. 1. 9. 21.
Genas ungue. Ovid. 2. de Arte Am. 452.
Jugulum petere, pro Inferre mortem, teste Vall. Cic. pro Milon. 31.
Malo petere aliquem, Jactare malum in. Virg. 3. Ecl. 64.
Manus invicem petitur injectio. V. invicem.
Pectora alicujus gladio. Ovid. 5. Met. 185.
Saxis petor a populo. Ovid de Nuce, 121.
Telis petere aliquem. Liv. 24. Ovid. 3. Fast. 700.
Sacrilegæ telis me petiere manus.
Vultus alicujus petere unguibus. Hor. Epod. 5. 93.
Petere aliquem, Violenter aggredi. Cic. pro Ligar. 9. Quid enim, Tubero,

Tubero, tuos ille districtus io acie Pharsalica gladius agebat? cujus latus ille mucro petebat?
Petere aliquem, Insidias illi tendere. Cic. 10. Fam. 23.
Bello petere urbem aliquam. Virg. 3. Æn. 603.
Criminibus aliquem. Tacit. 4. Ann. 31.
Fraude aliquem. Virg. 4. Æn. 675.
Fraude petere vel insidiis aliquem. Liv. 40. 9. & 10. & absolute 13.
Insidiis petere vitam alicujus Plin. lib. 7. 45.
Latrocinio vitam innocentissimi cujusque, bonorum insidiatores petunt. Auctor ad Heren. lib. 4. 23.
Veneficio aliquem petere. Auctor ad Heren. lib. 4. 23.
Petere, Manere, exspectare. Virg. 9. Æn. 128.
Trojanos hæc monstra petunt. Ita Nonius l. c. Servius vero, Appetunt interpretatur.
Petere, Sequi. Virg. 5. Æn. 226.
Quem petit, & summis annixus viribus urget. Nonius l. c.
Petere, Abducere. Virg. 6. Æn. 395.
Tartareum ille manu custodem io vincla petivit. Ita Non. l. c.
In vincula aliquem peti. Quiotil. lib. 7. cap. 2.
Jura Cordubam petere. Plin. lib. 3. cap. 1. Turduli, qui Lusitaniam accolunt, jura Cordubam petunt.
Petere in Indos. Plin. lib. 12. cap. 7. de pipere longo, Huic nec pomi, nec baccæ commendatio est aliqua: sola placere amaritudine, & hanc in Indos peti. Idem lib. 12. cap. 17. Petunt & in Carmanos strobum. i. e. A Carmanis. Budæus. Qui sensus per alias quoque præpositiones exprimitur. Plin. lib. 12. cap. 1. Sed quis non jure miretur arborem umbræ gratia tantum ex alieno petitam orbe?
Petere ad Æthiopas usque. Plin. lib. 36. cap. 6.
In nubila petere. Plin. lib. 36. cap. 1. Ad frigidos potus vas petitur in nubila, cæloque proximæ rupes cavantur, ut bibatur glacie.
In sepulcrum petere alicujus volumina. h. e. E sepulcro. Plin. lib. 30. cap. 1.
Petere locum aliquem, Proficisci eò. Cic. 3. Off. 50. Naves onustas petentes Rhodum viderit, &c.
Accessum navibus petere. Liv. 29. 27.
Æquora campi raptim petit. Lucret. lib. 3. 1015.
Altum petere, In altum provehi. Liv. 25. Cujus prima classis petere altum visa est, quo facilius superaret promontorium.
Altum flamma petit, In altum surgit. Ovid. 1. Fast. 109.
Antrum immane petit. Virg. 6. Æn. 11.
Arcem summam petit ardous. Ovid. 2. Met. 306.
Arcem petunt Tritonidis. Virg. 2. Æn. 226.
Ardua petere, Ascendere montem aliquem. Stat. 2. Achil. 26.
Arva aliena. Virg. 4. Æn. 311.
Astra Parnassus petit duobus verticibus. Ovid. 1. Met. 316.
Athenas petere. Cic. 3. Att. 7.
Cælum petere. Plin. lib. 10. cap. 38.
Campum amnis volutus per saxa petit. Virg. 3. Georg. 522.
Classe petebat Lacedæmona. Ovid. 1. Epist. 5.
Cursum alium. Cic. 3. Att. 8. Et navigatio perdifficilis fuit: & ille incertus ubi ego essem, fortasse alium cursum petivit.
Deserta petere cursu. Virg. 6. Ecl. 81.
Litora concursu tendunt petere. Virg. 1. Æn. 162.
Ima petunt nebulæ. Virg. 1. Georg. 402.
Lectum vacuum petit anxia. Ovid. 11. Met. 471.
Loca secreta. Hor. de Arte Poet. 298.
Montem petivi. Virg. 2. Æn. 824.
Remis ventisque petere locum aliquem. Virg. 3. Æn. 563.
Romam petit fons ille. Plin. lib. 31. cap. 3.
Secretum petere. Plin. 1. Epist. 5.
Sublime petere. Plin. lib. 10. cap. 33.
Supera. Cic. 1. Tusc. 42. Nihil enim habent hæc duo genera proni, & supera semper petunt. i. e. Capessunt, expetunt, captant, inquit Budæus.
Tecta diversa petere per agros. Virg. 4. Æn. 164.
Tentoria gressu petunt. Sil. lib. 7. 321.
Urbem aliquam vento petere. Virg. 2. Æn. 25. De navigantibus dicitur.
Petere, Tenere. Virg. 3. Æn. 93.
Submissi petimus terram, & vox fertur ad aures. Ita Non. l. c.
Petit, pro Petiit vel petivit, syncopa poetis tantum in usu. Ovid. 1. Fast. 109. Flamma petit altum: propior locus aëra cepit.
Petitur, Impersonale. Plin. in Paneg. cap. 88. pr. Plerique principes, quum essent civium domini, libertorum erant servi: horum consiliis: horum nutu regebantur, per hos audiebant, per hos loquebantur, per hos præturæ etiam, & sacerdotia, & consulatus, immo & ab his petebantur.

Petitum, prius supinum. [πρὸς τὸ αἰτεῖν] ut, Ire petitum aliunde. Catull. 59. 153. conf. Cæs. 8 Bell. Gall. 4.

Petens, entis. Partic. [αἰτῶν] ut,
Veniam in præteritum petens, quod ei, &c. Tacit. 11. An. 30.
Lucra petens. Tibull. lib. 1. 9. 7.
Responsum dedit petenti. Virg. 1. Ecl. 45.
Turba saxis petens contundet vos. Hor. Epod. 5. 98.
Rejicere petentem. Ovid. 9. Met. 512.
Petens, Proficiscens. ut, Aliena loca petentes. Catull. 64. 14.
Templa Acherusia petentes. Lucret. 3. 86.

Petendus, a, um. Partic. [αἰτητέος] ut, Honos petendus. Propert. lib. 3. 22. 40.
Gloria peccati nulla petenda tua est. Ovid. 2. de Arte Am. 390.
Palma petenda mea est. Ovid. 3. Amor. 2. 82. Al. Mihi est.
Præda petenda est de magno grege. Tibull. lib. 1. 1. 34.
Summa ope petendum erat. Liv. 34.

Petitus, a, um. Partic. [ἐπιζητούμενος] ut,
Bellua petita ferro. Hor. Epod. 5. 10.
Dies petitus tanto ambitu. Senec. Med. 6.
Præmia peccato nulla petita mihi. Ovid. 3. Trist. 6. 34.
Puella petita meis votis. Ovid. 3. Amor. 7. 2.
Requies mihi petita est. Ovid. 4. Trist. 1. 3.
Spiritus petitus imo latere. Hor. Epod. 11. 15.
Extra rem petita. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Petitum, i. n. [αἰτηθὲν] ut, Utriusque petiti facta est copia. Catull. 63. 39.

Petiturus, a, um. Partic. [αἰτήσων] ut, Lucra petiturus. Tibull. lib. 1. 9. 7.

Petitio, ōnis. f. [αἴτησις] ut, Cic. pro Rosc. Com. 56. Et tibi integram petitionem reliquit.
Concedere petitioni. V. CONCEDO.
Petitio, Actio privata. Quintil. lib. 4. cap. 4. Recusatio quoque plures interim propositiones habet, ut contra petitionem pecuniæ, Male petis: procuratori enim tibi esse non licuit.
Personalis petitio. Macer in l. penult. §. 1. D. Qui satisdare cogant. Diversa est causa ejus, qui fundi petitionem personalem habet: id est actionem personalem, ac si dicas: Non sufficit dominium fundi, aut actio ad eum petendum pertinens, sed requiritur possessio.
Instituere petitionem in aliquem. Ulpian. l. 1. D. Quod legator.
Implere petitionem dicitur actor, quum id quod petit, suum esse probat. Paul. in l. Ex sextante §. Cum ergo. D. De excep. rei jud. Si de proprietate fundi litigatum, & secundum actorem pronuntiatum fuisset: dicemus petenti ei, qui in priore judicio victus est, obstaturam rei judicatæ exceptionem, quoniam de ejus quoque jure quæsitum videtur, quum actor petitionem implet.
Petitio, Ambitus. Cic. 1. Att. Fuit & mihi & Q. frat. magno usui in nostris petitionibus.
Adornare petitionem Consulatus. V. ADORNO.
Oppugnare petitionem alicujus. Cic. 1. Fam. 9.
Se petitioni dare. Cic. 13. Fam. 10.
Petitio, pro Impetitione & aggressu gladiatorum. Cic. 1. in Catil. 15. Quot ego tuas petitiones, ita conjectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione, &, ut ajunt, corpore effugi? Bud. V. Quintil. 9. 1.

Petītus, ūs. m. [αἴτημα] pro Petitione. Gell. lib. 18. cap. 3. Jussitque eum consensu, petituque omnium, eandem illam sententiam diserti viri, cujusmodi posset verbis, dicere. Lucret. lib. 3. 173.
Attamen insequitur languor terræque petitus Suavis.

Petītor, ōris. m. [αἰτητής] Qui petit & litem intendit. Cic. in Partit. 110. Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello. Idem pro Quint. 45. Possumus petitoris personam suscipere, accusatoris deponere? Petitor, reus, judex. Cic. pro Rosc. Com. 42. Quis erat petitor? Fannius. quis reus? Flavius. quis judex? Cluvius.
Famæ petitor. Lucan. lib. 1. 131.

Petitōrius, a, um. Adj. ut, Judicium petitorium. Cajus in l. Qui petitorio judicio utitur. D. de rei vendicatione.

Petītrix, īcis. f. Paul. in l. Qui filium. D. ad Senatusc. Trebell. Contra petitricem pronuntiavit.

Petesso, sive **Petisso**, [αἰτίζω] ĕre. Lucret. lib. 3. 648.
Corpore cum reliquo pugnas, cædesque petissit. h. e. Cupide & ardenter petit. Lambin. legit Petessit.
Petiscere, antiqui dicebant pro Petere, ea quidem forma verbi, qua sunt Lacessere & Incessere. Festus. Sed (inquit idem) ut mihi videtur, tum eo significabant Sæpius petere. Alii legunt Petessere.

Petesso, [αἰτίζω] ĕre. antiquum verbum, idem quod Peto. Cic. 2. Tusc. 62. Qui hanc (laudem) petessunt, nullum fugiunt dolorem. Idem 1. de Divin. 17.
Menteque divina cælum terrasque petessit. Ex poeta.

Petessens, entis. [αἰτίζων] Partic. Lucret. lib. 5. 808.
Quos ubi tempore maturo patefecerat ætas
Infantum, fugiens humorem, aurasque petessens, &c. al. Petiscens.

Petītūrio, īre. Petitionem cogitare. Cic. 1. Att. 14. Video hominem valde petiturire.

Peta, æ. f. Dea precum. Arnob. 4. p. 131. Rebus petendis Peta præest.

Petax, ācis. Adj. Cupidus, avidus Fulgent. Mythol. 2. Vitæ tantum commodis noxia, ornatus petax, &c.

Pĕtōrrĭtum, i. n. [φορεῖον] Gallicum vocabulum, Genus vehiculi apud Belgas repertum, ut Varr. scribit. Quamvis sint qui ex Græco vocabulo & Latino compositum velint, dictumque a volvendis rotis, ut Gell. testatur lib. 15. cap. 30. Hor. 1. Serm. 6. 10. — plures calones atque caballi
Pascendi, ducenda petorita. Idem 2. Epist. 1. 192.
Esseda festinant, pilenta, petorita, naves. Plin. lib. 34. cap. 17.
Lambinus per duplex r in omnibus libris antiquis scribi affirmat.
Petorritum, genus est Gallici vehiculi: Alia sunt Carpenta, aliæ Carrucæ. Commentator Horatii a Cruquio editus 375. col. priore H. St.

Pĕtōsīris, is. m. [Πετόσιρις] Ægyptius mathematicus insignis: de quo Plin. lib. 7. cap. 49. Juven. 6. Sat. 580. — capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris.

Petra, æ. f. [πέτρα] Lapis, rupes. Plin. lib. 10. cap. 32. Gaviæ in petris nidificant.
Petrarum, inquit Festus, genera sunt duo. Quorum alterum, naturale saxum prominens in mare, cujus Ennius meminit lib. 11.
Alte delata, ceterisque ingentibus tecta. Et Liv. in Centauris,
Ubi ego sæpe petris. Alterum manufactum, ut docet Ælius Gallus, Petra est, quæ Jovis dextra ac sinistra fornicem expletura est, ad libramentum summi fornicis. Festus.

Petræus, a, um. Adj. ut, Brassica petræa. Plin. 20. 9.

Petrōsus, a, um. Adj. [πετρώδης] Petris plenum. Plin. lib. 17. cap. 27. Caprificorum laudantur maxime nigræ, & in petrosis. Idem lib. 9. cap. 31. Vivunt petrosis locis, cancri mollibus.

Petricōsus, a, um. aliud Adj. [πετρώδης] Idem. Martial. vero lib. 3. 63. per translationem,
Res petricosa est, Cotile, bellus homo. h. e. Difficilis & saxosa ac dura. Alii legunt Prætricosa, aut Pertricosa, rectius.

Petrōnes, um. m. [πετρῶνες] Rustici (inquit Festus) fere dicuntur propter vetustatem, & quod deterrima quæque prærupti jam agri petræ vocantur, ut Rupices iidem a rupis, aliter a petrarum asperitate & duritia dicti. Hinc Plautus, Petronem vervecem, Duriorem eleganter dixit, Capt. 4. 2. 40.
Qui petroni nomen indunt verveci sectario,
Eum ego si in via petronem publica conspexero, &c.

Petra, æ. f. [Πέτρα] Siciliæ oppidum prope Hyblam.
Petræ Sirenum, urbs Lucaniæ, de qua Plin. lib. 3. cap. 4. Virg. 5. Æn. 846.

Jamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat, &c. Ubi multa de Sirenibus refert Servius.

Item Petra, Strab. lib. 16. Arabiæ oppidum, Nabathæorum metropolis, unde ea pars Arabiæ, Petræa nuncupatur.

PETRENSIS, e. Adj. ut, Stagnum Petrensium, i. e. Incolarum urbis Petræ. Solin. cap. 11.

PETRA SARATA, olim Feroniæ Junonis templum nobilissimum Viterbii: de quo vide F. Leandrum Bononiensem. Lil. 4. Syntagm. Hist. Deor.

PETRAGORII, vel PETROCORII, orum. m. [Πετροκόριοι] Ptolem. lib. 2. cap. 7. Galliæ populi, vulgo *Perigort*. Petrogoras Plin. eos appellat. lib. 4. cap. 19.

PETRÆA, æ. f. [Πετραία] Nympha Oceani & Tethyos filia, teste Hesiod. in Theogonia. v. 357.

PETREJA, æ. f. Mulier dicebatur, quæ pompam præcedens in coloniis aut municipiis, imitabatur anum ebriam, (quod pedes in petras frequenter impingeret: quam & alii volunt) ab agri vitio, scilicet petris, appellatam. In his Festus.

PETREJUS, i. m. [Πετρήϊος] Atinas, Cimbrico bello primipilus sub Quinto Catulo, exclusam ab hoc legionem suam adhortatus, Tribunum suum, dubitantem per hostium castra erumpere, interfecit, legionemque eduxit: donatus propterea corona graminea ob servatum exercitum.

Petrajus, dux & legatus Pompejanus a Cæsare in Hispania superatus; ut in Commentariis de Bello Hisp. scribitur.

PETRĔLÆON, i. n. [πετρέλαιον] Bitumen est liquidum e saxis defluens. Nomen habet ab oleo, non quod revera oleum sit: sed quod liquida consistentia ad olei similitudinem accedat, tametsi colore magis ad nigredinem vergat. Vulgus *Petroleum* appellat.

PETRĪNUS, i. m. [Πετρῖνος] Vicus olim in agro Palerno, cujus meminit Hor. 1. Epist. 5. 5.

Inter Minturnas Sinuessanumque Petrinum. V. Cic. 6. Fam. 19.

PETRĪTES, æ. m. genus Ægyptiaci vini. Plin. lib. 4. cap. 7.

PETRONEA, V. PETRA.

PETRŌNIA, æ. f. [Πετρωνία] Amnis est in Tiberim profluens, quam magistratus auspicato transeunt, quum in campo quid agere volunt, quod genus auspicii Perenna vocant. amnem autem feminine antiqui enuntiabant. Festus.

PETRONIUS, i. m. [Πετρώνιος] Ægypti præfectus, ab Augusto missus, Cornelio Gallo successit, adversus Æthiopes bellum gessit, quibus regina Candace imperitabat, virili quidem animo mulier, sed altero capta oculo. V. Strab. lib. 17.

Fuit & alter Petronius Granius, Centurio octavæ legionis, sub Cæsare bello Gallico militans. De hoc Plutarchus in Cæsare scribit, qui unus e partibus Cæsarianis, quum navis ejus, qua Quæstor designatus in Africam vehebatur, in Scipionis potestatem venisset, & ceteris interfectis Quæstori Scipio incolumitatem polliceretur, respondit, Cæsarianos aliis incolumitatem dare, non accipere consuevisse, quo dicto, se gladio transverberavit. V. Plutarchum in Cæsare.

L. Petronius alius, qui P. Cœlii beneficio ex humili loco ad equestrem ordinem pervenerat. Mox quum Coelius Placentiæ præesset, ea a Cinnano exercitu capta, ne in manus hostium veniret, gladio incubuit. Petronius quoque, qui morientem juverat, super eundem cecidit. Auctor Valerius. lib. 4. cap. 7. de Amicitia. 5.

T. Petronius Consularis moriturus invidia Neronis, ut mensam ejus exhæredaret, trullam murrhinam CCC talentis emptam fregit. Hæc Plin. lib. 37. cap. 2.

Petronius, pater Vespasiani Cæsaris. [Ita vulgo legitur apud Suet. cap. 1. vitæ Vesp. Sed in MSS Salmasii est T Flavius Petro.

Petronius Perpenna, qui Constantinianas thermas in pristinum splendorem restituit.

Petronius, Diodorus medicus, qui scripsit Antilegomena, citatur teste a Plin. lib. 20. cap. 8.

Petronius poeta, cujus aliqua de Medicina versibus conscripta, ad nostram ætatem pervenerunt, ut scribit Volaterranus.

T. Petronius Arbiter, Auctor Satirici, cujus supersunt fragmenta.

PETROSELĪNUM, i. n. [πετροσέλινον] quasi Petrarum apium. Plin. lib. 20. cap. 12. Alio genere petroselinum quidam appellant in saxis natum.

PETROSELINĪTES, æ. m. [πετροσελινίτης] Vinum ex petroselino. Diosc. 5. 41.

PETRUS, i. m. [Πέτρος] cognomen apostoli primarii. V. Matth. 16. 18. Multorum deinceps illustrium virorum Prænomen factum.

Petrus Ballipertiscus, natione Burgundus, Bononiæ Jus Civile professus est circiter annum millesimum trigentesimum.

Petrus Ancharanus, Bononiensis Jureconsultus, Jus Civile professus est circiter annum 1480.

PETTIMBOSSA, æ. f. alio nomine Cruciata, herba Gentianæ similis, de qua vide Matthiolum apud Dioscoridem lib. 3. cap. 3.

PĔTŬLANS, antis. Adj. [ἀλαζών, ἀσελγής, ὑβριστής] Improbus, qui per contumeliam alios petit. Festus, Petulantes & petulci etiam appellantur, qui protervo impetu & crebro petunt, lædendi alterius gratia. Cic. in Sallust. 22. Desine bonos petulantissima consectari lingua.

Petulans & audax homo Vatinius. Cic. 2. Q. frat. 4.

Audax, petulans, libidinosus. Cic. pro Sull. 71.

Turpis, cupidus, petulans. Cic. 2. de Invent. 33. Et ex ea re non esse mirandum, qui in illa re turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit, &c.

Petulans & improbus scurra. Cic. pro Cluent. 39.

Amentia petulans. Claud. 1. in Eutrop. 237.

Audacia. Claud. ad Alechium, 7.

Auris petulantibus scissa carbasus. Lucret. lib 6. 110.

Dictum petulans nullum in vita proferatur. Cic. pro Muren. 14.

Elegia petulans vultu. Stat. 1. Silv. 2. 7.

Genus dicendi fervidum, petulans, & furiosum. Cic. de Clar. Orat. 241.

Genus jocandi illiberale, petulans, flagitiosum & obscœnum. Cic. 1. Off. 104.

Jurgium petulans. Cic. pro Cœl. 30. Omnia sunt alia, non crimina, sed maledicta, jurgii petulantis magis, quam publicæ quæstionis.

Juventus. Claud. de Nupt. Hon. 84.

Splen petulans. Pers. 1. Sat. 12.

Quid faciam? Sed sum petulanti splene cachinno. Ubi splen petulans est, Qui proclivis est ad aliorum vitia irridenda, & falsis dicteriis, quæ risum plerisque maxime movent, traducenda. V. de hoc verbo Nic. Heins. & Drakenb. ad Sil. 8. 266.

Verbis petulantibus uti. Ovid. 16. Epist. 245.

Verbis petulantissimis lædere unum, laudare alium. Sallust. in Cic. 7.

PETULANTIA, æ. f. [ἀσέλγεια] Effrenatio immodica ad quodlibet vitium. Cic. lib. 4. de Rep. A petendo, petulantia: a procando, id est poscendo, procacitas nominata est.

Pudor & Petulantia, contraria. Cic. 2. Catil. 25. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum.

Libido, petulantia, audacia. Cic. pro Font. 27. Nulla turpitudo quæ a libidine, aut a petulantia, aut ab audacia nata esset, ab accusatore objiceretur, si non vera, attamen ficta, &c.

Conservare uxorem integram a petulantia alicujus. Cic. 2. Verr. 14. Quibus liberos, conjugesque suas integras ab istius petulantia conservare non licitum est.

Frangere furorem & petulantiam hominis. Cic. 1. Pison. 31.

Incidere in petulantiam. Cic. 6. Fam. 7. Solutum existimator esse alteri maledicere: tamen cavendum est, ne in petulantiam incidas.

Convicia petulantiæ. Quintil. lib. 24. cap. 2.

Linguæ petulantia. Propert. lib. 1. 16. 37.

Morbi petulantia. Gell. lib. 12. cap. 3.

Pecoris petulantia. Columel. lib. 7. cap. 6.

Ramorum petulantia. Plin. lib. 16. cap. 30.

PETULANTER, Adv. Lascive. Cic. 9. Att. 22. Quam censes acerba nunc esse, quum a perditis in civili nefario bello petulantissime fiant? Facimus petulanter, si matrem familias, secus quam matronarum sanctitas postulat, nominamus. Cic. pro Cœl. 32.

Jactare petulantius aliquid. Cic. pro Cœl. 6. Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam: quæ si petulantius jactatur, convicium: si facetius, urbanitas nominatur.

Invadere petulanter in filiam alicujus. Cic. in Sallust. 9. Quod ista inusitata rabie petulanter in uxorem, & in filiam meam invasisti, &c.

Invehi petulanter in aliquem. Cic. 2. Att. 19.

Vivere petulanter. Cic. pro Cœl. 38. Si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret: adulterum ego putarem, si quis hanc paulo liberius salutasset?

PĔTULCUS, a, um. Adj. [ἀναλγητος] Virg. 4. Georg. 10.

— hœdique petulci. Serv. Petulci, Lascivi, exsultantes. Et Petulci dicti ab appetendo: unde & Meretrices petulcas dicimus. Columel. lib. 7. cap. 3. Itaque capri vel arietis petulci sævitiam pastores hac astutia repellunt.

Agni petulci. Lucret. lib. 2. 368.

PETULUS, PETUS, V. PÆTUS.

PETUSIUM, i. n. [Πετούσιον] Palatii dicta est ea regio Urbis, quam Romulus obversam posuit ea parte, in qua plurimum erat Romani agri ad mare versus: & qua mollissime adibatur urbs, quum Hetruscorum agrum a Romano Tiberis discluderet, & ceteræ vicinæ civitates colles aliquos haberent oppositos. Festus, & ex eo Sigon. de Ant. jur. Civ. Rom. 1. 2. Sed locum vellem indicasset accuratius.

P E U

PEUCE, es. f. [Πεύκη] Insula Borealis in Istro, a qua uni ex Danubii ostiis nomen datum, ut Plinius docet lib. 4. cap. 12. Et Lucan. lib. 3 202. Peuce [πεύκη] est etiam Genus arboris, quæ Latine vel Picea, vel Laria. Plin. 11. 35. & 14. 7.

PEUCĔDĂNUM, i. n. sive PEUCEDANUS, i. m. [πευκέδανος] Herba, a pinu nomen invenit. Plin. lib. 25. cap. 9. Sed inter primas celebratur peucedanum, laudatissimum in Arcadia. mox Samothraca: caulis est ei tenuis, longus, fœniculo similis, juxta terram foliosus, radice nigra, crassa, gravi odore, succosa.

PEUCESTAS, æ. m. [Πευκέστας] Alexandri magni servator, tanta dignus gloria, ut ait Plin. lib. 34. cap. 8 conf. Arrian. de Exp. Alex lib 6.

PEUCETIA, æ. f. [Πευκετία] Pæninsula est in finibus Italiæ, aliis nominibus Calabria & Messapia dicta. Auctor Plin. lib. 3. cap. 3.

PEUCETIUS, a, um. Adj. [Πευκέτιος] ut

Peucetiosque sinus. Ovid. 14. Met. 513.

PEUCETII, orum. m. [Πευκέτιοι] Populi sunt circa mare Ionium, ut ait Stephanus.

PEURERE, es. f. Spumæ argenteæ genus. Plin. lib. 33. cap. 6.

P E X

PEXATUS, PEXITAS, PEXUS, V. PECTO.

PEZICÆ, arum. f. [πεζικαι] sunt ex Fungorum genere: sed sine radicibus aut pediculo: puto id esse, quod nos *truffas* appellamus. Plin. lib. 19. cap. 3.

P H A

PHABIRANUM, i. n. [Φαβίρανον] Ptolem. lib. 2. cap. 11 Germaniæ urbs, vulgo *Bremen*.

PHACIA, æ. f. [φακία] Lentigo faciei, vel potius certa lenticularum species. V. Cels. 6. 5. pr.

PHACOĪDES, is. [φακοειδής] Herba a lentis similitudine dicta, alias Empetrum. Diosc. 4. 174.

PHACOS, i. m. [φακός] vel Elelisphacos. Lentis genus. Plin. lib. 22. cap. 25. Harduinus legit Sphacos.

PHÆAX, ăcis. [Φαίαξ] Phæaces, Populi Corcyræ sub ditione Alcinoi, De quibus Virg. 3. Æn. 291.

Protinus aerias Phæacum abscondimus arces.

Phæacem, pro Bene nutrito & in luxu pinguefacto dixit Hor. 1. Epist. 15. 24.

Pinguis ut inde domum possim, Phæaxque reverti. Luxus autem Phæacum ex Homeri Odyssea notus est. Meminit & Cic. de Clar. Orat. 71.

Phæaces pro Credulis & stultis usurpavit Budæus. Alcinoo Corcyræ regi & ejus populis Phæacibus Ulysses Læstrigonas, & Cyclopas & alia monstra a se conficta narrabat: & iis omnia vera esse persuadebat. Juven. 15. Sat. 23.

Tam vacui capitis populum Phæsca putavit. Quæ res non nisi supinos, nimiumque credulos coarguit. Budæus.

PHÆĀCUS, a, um. [Φαιακ@] Adj. Propert. lib. 3. 2. 13.
Nec mea Phæacas æquant pomaria silvas.

PHÆACIUS, a, um. Adj. [Φαιάκι@] ut,
Tellus Phæscia. Tibull. lib. 4. 1. 78.

PHÆCASIUS, i. m. [Φαικάσι@] Genus calcei. Hermol. de genere calceorum loquens, Addi possunt iis & phæcasii, unde & phæcasiatos & sacerdotes, & deos vocamus: ut qui deos ipsos aut sacerdotes non phæcasiatos, sed phæcasios dixere, coarguantur ab Appiano, Juvenale, Seneca. Hactenus Hermol. Porro Appiani verba hæc sunt de M. Antonio in lib. de Bell. Civil. Calciamenta candida, qualia Athenienfium sacerdotes & Alexandrinorum, quos phæcasios vocant, deferre consueverunt. Quidam putarunt pronomen Quos, referri ad Sacerdotes, Hermolaus refert ad calceos.

PHÆCASIUM, i. n. [Φαικάσιον] Idem. Senec. lib. 7. de Benefic. cap. 21. Pythagoricus quidam emerat a sutore phæcasia, rem magnam, non præsentibus nummis.

PHÆCASIĀTUS, a, um. Adj. [Φαικασιωτὸς] Qui calceatus est phæcasiis. Senec. Epist. 113. Puto quædam esse, quæ decent phæcasiatum, palliatumque. Juven. 3. Sat. 218.
Phæcasiatorum vetera ornamenta deorum. Quo in loco quidam legunt Phæcasianorum, sed corrupe, ut censet Hermolaus. Turnebus autem probat: ut enim, inquit, Minianus Juppiter pro Miniato a M. Tullio dicitur in epistolis: ita hic Phæcasianus pro Phæcasiato, id est, Phæcasiis calciato.
Milites phæcasiati. Petron. cap. 82. Age in exercitu vestro, phæcasiati milites ambulant. V. ibi Interpr. & Turneb. Adverf. 10. 7.

PHÆDĪMUS, i. m. [Φαίδιμ@] Filius Amphionis & Niobes, una cum sex fratribus ab Apolline confossus sagittis fuit. Ovid. 6. Met. 239.
Phædimus infelix, &c.

PHÆDON, ōnis. m. [Φαίδων] Athenienfis, in convivio a triginta Atheniensium tyrannis necatus fuit. Hujus filiæ virgines erant, quæ ut virginitatem servarent morte, invicem se complexæ, in puteum præcipitavere. Fuit & alius hoc nomine philosophus Elidensis, Socratis auditor, ingenio liberali, cujus nomini Plato librum de Immortalitate animæ dedit, qui & alio nomine Phædon inscribitur. V. Gell. & Laert.

PHÆDRA, æ. f. [Φαίδρα] fuit regis Minois ex Pasiphaë conjuge filia. Hæc una cum Ariadne sorore Theseum Ægei regis Athenarum filium sequuta est: quam ille, relicta Ariadne, uxorem sibi copulavit, cui Demophoontem peperit & Antigonum. Hæc Volaterran. V. Diodor. Sicul. lib. 5. cap. 5.
Amor notus Phædræ. Ovid. 6. Fast. 737.
Amor turpis Phædræ. Ovid. Rem. Amor. 64.
Pocula novercæ Phædræ. Propert. lib. 2. 1. 51.

PHÆDRUS, [Φαῖδρ@] Unus fuit ex discipulis Platonis, cujus nomine Plato nobilem Dialogum edidit, qui inscribitur Phædrus.
Phædrus fuit item Alter philosophus Epicureus, cujus apud Ciceronem mentio est non infrequens: de quo etiam intelligi debet Martialis 3. 20. illud,
An æmulatur improbi jocos Phædri? [Nisi potius de sequente.
Phædrus etiam Tiberii Cæs. libertus fuit, qui Æsopicas fabulas versibus Iambicis expofuit. V. ejus vitam Jo. Schessero Argent. compositam; & Fabric. Biblioth. Lat. 2. 3. p. 316. seq. Scribitur & Phæder, ut vult Gudius, cujus V. not. pr.

PHÆNIĀNA, æ. f. [Φαινιανα] apud Ptolem. lib. 2. cap. 12. Rhætiæ urbs, alio nomine Phebiana castra: vulgo hodie *Bebenhusium*.

PHÆNŎMĔNA, orum. n. pl. [Φαινόμενα] a φαίνομαι, Appareo, proprie sunt Apparentia. Astronomis phænomena sunt, quæcunque supra nos in cælis conspicienda sunt. Notus est Arati liber Phænomena inscriptus. conf. Lactant. 2. 5 n. 24.
Medici quoque Phænomena vocant, Quæ in corpore humano observantur & in sensus incurrunt. V. Octav. Horat. 2. 7.

PHÆNŎMĔRIS, idis. f. [Φαινομηρὶς] Phænomerides Lacænæ dictæ sunt, quod femore nudato essent, V. Plutarch in Numa. & Pollux. 7. 13.

PHÆNON, ontis. m. [Φαίνων] Saturni stella a Græcis nominatur. Cic. 2. de Nat. Deor. 52.

PHÆSTUS, i. m. [Φαιστ@] Mons seu promontorium Cretæ circa Gortynam urbem, civitatem habens ejusdem nominis. Sed pro nomine civitatis fem. g. est: quum pro monte sit masculin. Strab. lib. 10.
Fuit & Phæstus Bori Mæonii, sive Lydii filius, qui quum in Trojanorum auxilium venisset, ab Idomeneo est interfectus. Homer. lib. 5. Iliad.

PHÆSTIUS, a, um. Adj. [Φαίστι@] Qui est urbis Phæsti. Sic dictus est Epimenides, de quo. V. suo loco.

PHAĔTHON, ontis. m. [Φαέθων] Ligurum rex fuit vetustissimus, cujus multæ in Hetrusco litore coloniæ fuerunt, Cato est auctor. De quo in dictione ERIDANUS.
Fuit & alter Solis & Clymenes filius. Huic Sol facturum se esse dixit quicquid optasset; optavit ut in currum patris tolleretur: sublatus est: atque is antequam constitit, ictu fulminis deflagravit: quanto melius fuerat in hoc promissum patris non esse servatum? Cic. 3. Off. 94. V. finem primi, & initium secundi libri Met. Ovidii.
Sole satus Phaethon. Ovid. 1. Met. 751.
Ambustus. Hor. 4. Carm. 11. 25.
Flammatus. Catull. Argon. Epigr. 62. 297.
Magnanimus. Ovid. 2. Met. 111.
Phaethon, pro Sole, apud Virg. 5. Æn. 105. —nonamque serena
Auroram Phaethontis equi jam luce vehebant. Dictus sic est ἀπὸ τοῦ φάους, id est a luce, & αἴθω, uro, ut ait Serv. Frequenter hoc nomine Solem appellant poetæ Græci.
Phaethon dicitur etiam stella Jovis, ut ait Cic. 2. de Nat. Deor. 52.

PHAETHONTĪUS, a, um. Adj. [Φαεθόντι@] ut,
Amnis Phaethontius, Padus. Sil. lib. 7. 149.
Stagna Phaethontia. Sil. lib. 17. 497.

PHAETHONTĒUS, a, um. aliud Adj. [Φαεθόντει@] ut,
Errores Phaethontei. Claud. de Phoenice 107.
Ignes Phaethontei. Ovid. 4. Met. 247.
Ruina Phaethontea. Claud. 3. Conf. Hon. 124.

PHAETHONTIAS, ădis. [Φαεθοντιὰς] patronym. f. Virg. 6. Ecl. 62.
Tum Phaethontiadas musco circundat amaræ
Corticis. Intelligit Sorores Phaethontis.

PHAETHONTIS, idis. f. aliud Patronym. Avien. Phænom. Arat. v. 793.
Illum prolixis duræ Phaethontides ulnis
Planxerunt. i. e. Sorores Phaethontis.

PHAETHŪSA, æ. f. [Φαέθουσα] Solis filia ex Neæra nympha, & soror Lampetiæ, quæ in Sicilia patris sui, id est Solis armenta custodiebant: de quibus focii Ulyssis contra Circes monita degustantes, naufragium fecerunt, ut in 12. Odysseæ monstravit Homerus. Ovid. item Phaethusæ meminit lib. 2. Met. 346.

PHÆUS, a, um. Adj. [Φαιὸς] Color qui inter nigrum & album esse traditur. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 7. [In Gloss. Græco Lat. Φαιὸν Pulla, & Φαιὸς Aquilus.

PHAGEDÆNA, æ. f. [Φαγέδαινα] ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, hoc est ab Edendo, dicta est Exulceratio usque ad ossa celeriter depascens, cum inflammatione saniem male olentem emittens, & ad mortem perducens. Auctor Julius Pollux lib. 4. f. 206. Plin. 23. 1. Utique ulcerum phagedænis & gangrænis, tibiarumque tædio eum sale illinuntur.
Phagedæna, putatur esse morbus, quem in jumentis Vermem appellant, apud Columel. lib. 9. cap. 12. Sæpe etiam vitio, quod Græci φαγέδαιναν vocant, intereunt. Hinc

PHAGEDÆNĬCUS, a, um. Adj. [Φαγεδαινικὸς] Plin. lib. 24. cap. 4. Paronychiis ex melle, & unguibus scabiis, pterygiis, ulceribus manantibus, condylomatis, ulceribus, quæ phagedænica vocantur.

PHAGER, vel PHAGRUS. gri. m. [Φάγρ@] Plin. lib. 32. cap. ult. est Piscis in Nilo frequens. Strab. lib. 17. etiam Phagrorius, Φαγρώρι@ dicitur, nisi vitiosa lectio est.

PHAGO, ōnis. m. [Φάγων] Vir adeo gulosus fuit & vorax, ut adhibitus mensæ Aureliani, aprum integrum, centum panes, vervecem & porcellum uno die comederit, biberitque orcam vini. Auctor Flav. Vopisc. in Aurel. vit. extr. [Non videtur Proprium nomen, sed Appellativum. φάγων, ων@, dicitur, ut Γνάθων, ωνος, idemque significat ac φαγ@, ἀδηφάγ@, Edacem scil. ac Voracem.

PHAGOLŒDŎRUS, i. m. [Φαγολοίδορ@] i. e. Convicia devorans, & maledicta Hieron. prolog. in Ezech.

PHAGRORIUS. V. PHAGER.

PHAGRORIOPOLIS, [Φαγρωριόπολις] a Phagris (opinor) piscibus nomen habet, sicut & Phagroriopolitana præfectura & regio Ægypti, sita in sinu Arabico ad Mare rubrum. Strab. lib. 17.

PHAGRUS, V. PHAGER.

PHAGUS, V. FAGUS.

PHALĀCRUS, [Φαλακρὸς] Græcis Calvus dicitur. Hinc

PHALACROCŎRAX, acis. m. [Φαλακροκόραξ] Aquaticus corvus. Plin. lib. 10. cap. 48 Jam in Gallia Hispaniaque capitur, & per Alpes etiam, ubi & phalacrocoraces aves, Balearium insularum peculiares.

PHALÆ, V. PALÆ.

PHALÆCUS, i. m. Poetæ nomen, unde Genus carminum Phalæcium appellatum. V. Terent. Maurus cap. 71.

PHALÆCIUS, a, um. Adj. ut, Phalæcium carmen, [Φαλαίκιον, μέτρον] a Phalæco inventore dictum. Alio nomine dicitur Hendecasyllabum, a numero scilicet syllabarum: constat Spondeo, Dactylo & tribus Trochæis. In prima tamen sede pro Spondeo modo Trochæus legitur, modo Iambus.

PHALANGA, PHALANGARIUS, V. PALANGÆ, & PHALANX.

PHALANGĪTES, æ m. [Φαλαγγίτης] Herba: de qua Plin. 27. cap. 12. Phalangites a quibusdam phalangium vocatur, ab aliis leucanthemon, vel (ut in quibusdam exemplaribus invenio) leucacanthe.

PHALANGIUM, i. n. [Φαλάγγιον] Genus aranei, quod omnibus internodia terna sint in cruribus. Phalanx enim Græcis vocatur Internodium in digitis. Plin. lib. 29. cap. 4. Phalangium est Italiæ ignotum, & plurium generum. Unum simile formicæ, sed multo majus, russo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurfantibus respersum guttis. Acerbior hujus quam vespæ ictus. Vivit maxime circa furnos & molas. Idem lib. 11. cap. 24. ad finem, Phalangia tantum in ipso specu incubant magnum numerum: qui ut emersit, matrem consumit, sæpe & patrem.
Phalangium etiam Herba dicitur. V. PHALANGITES.

PHALANGŌSIS, is. [Φαλάγγωσις] Quum pilorum subnascentium duplex triplexve acies, vel in superiore, vel in inferiore palpebra provenit. Galen. in Introduct.

PHALANNA, æ. f. [Φάλαννα] Civitas est Perrhæborum, apud Tempe, Peneo finitima, haud procul a Parnaso. Strab. lib. 9.

PHALANTUS, i. m. [Φάλαντ@] Dux fuit eorum, qui ex Lacedæmone ejecti, quod spurii nati essent, Tarentum urbem in Calabria condiderunt. V. Strab. lib. 6. Hor. 2. Carm. 6. 11.

PHALANTĒUS, a, um. [Φαλάντει@] Adj. ut, Phalanteum Tarentum, Sil. 11. 16.

PHALANTĪNUS, a, um. Idem. Martial. 5. 37.
Agna Galesi mollior Phalantini. i. e. Tarentini.

PHALANX, angis. f. [Φάλαγξ] Agmen est militare, quo Macedones utebantur, quemadmodum legione Romani. Continebat autem octo millia armatorum: nullumque genus aciei pedestri pugna validius erat. Phalangem, inquit Curt. lib. 3. 2. 13. vocant peditum stabile agmen, vir viro, armis arma conferta sunt, ad nutum monentis intenti sequi signa, ordines servare didicerunt. Dicta vel ἀπὸ τοῦ πελάσαι ἄγχι, hoc est a propius accedendo, vel ἀπὸ τοῦ φαλὸς, quod clarum significat. V. Suid. & Etymolog. Tribuitur tamen & aliis populis. Livius lib. 8 8. Et quod antea phalanges, similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse. Virg. 2. Æn. 254.
Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat.
Animosa phalanx. Virg. 12. Æn. 277.
Junctæque umbone phalanges. Juven. 2. Sat. 46.
Mæsta. Virg. 11. Æn. 92.
Numerosa. Valer. 1. Argon. 416.
Facere phalangem. Cæs. 1. Bell. Gall. 24. Ipsi confertissima acie, rejecto nostro equitatu, phalange facta, sub primam nostram aciem successerunt, &c. Rursus cap. 52. At Germani celeriter, ex consuetudine sua phalange facta, impetus gladiorum exceperunt. Est autem hic Phalangem facere, quod Græci συνασπίζειν dicunt, quum junctis scutis aut clypeis, vel in hostes invaditur, vel hostium impetus excipitur, quod sic confertis clypeis Macedonum phalanx pugnare soleret. Ita autem apud Cæsarem intelligi ex eo patet, quod ita scribit l. c. Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalangas insilirent, & scuta manibus revelle-

revellerent, & desuper vulnerarent. Est igitur ibi phalanx συνασπισμός: ac Philippus rex Macedoniæ secutus heroicum illum belli Trojani cuneum, de quo poeta ita scribit, ἀσπὶς δ' ἀσπίδ' ἔρειδε, phalangem composuit Macedonicam, umbonum velut perpetuo textu consertam.

Perstringere hostium phalanges. V. PRAESTINGO.

PHALANGĀRII, orum. m. [Φαλαγγῖται] appellati sunt Milites qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Magni Alexandri, Alexander Severus Romanorum imperator, ut auctor est Lamprid. in ejus vita. cap. 50. extr.

PHALANGĪTÆ, ārum. m. [Φαλαγγῖται] Idem. Liv. 37. 40. Decem & sex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellabantur.

PHALARICA, V. FALARICA.

PHĂLĂRIS, idis. m. [Φάλαρις] Agrigentinorum in Sicilia tyrannus, qui ob sævitiam, a suis tauro, quo alios prius suffocaverat, inclusus & crematus est. Ovid. in Ibin. 441.

Utque ferox Phalaris, lingua prius ense resecta,
More bovis Paphio clausus in ære gemas.

De hoc diximus in dictione PERILLUS. Meminit hujus Cic. lib. 2. Offic. 26. Testis est Phalaris, cujus est præter ceteros nobilitata crudelitas, qui non ex insidiis interiit, sed in eum universa Agrigentinorum multitudo impetum fecit.

Crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris taurum habuisse dicitur, quo vivos supplicii causa demittere homines, ac subjicere flammam solebat. Cic. 6. Verr. 73.

Phalaridis imperium. Refertur inter Græcas parœmias. Recte dicetur in eos, qui crudelius exercent imperium, aut potestatem sibi delegatam.

PHALARISMUS, i. m. [Φαλαρισμός] a v. Φαλαρίζω, i. e. Phalaridem æmulor. pro Tyrannide. Cic. 7. Att. 11. Istum quidem, cujus phalarismum times, omnia tæterrime facturum puto. i. e. Similes actiones actionibus Phalaridis tyranni. De Cæsare loquitur.

PHALARIS, [φαλαρίς] Herba, thyrsum habet longum, tenuem, ceu calamum, in summo flore inclinatum: semen simile sesami. Plin. lib. 27. cap. 12. Galen. Phalerim appellat lib. 8. de simplic. medicament. cap. 155.

Phalaris, [Φαλαρίς] Genus avis. Varr. 3. R R. c. 11. Sunt item non dissimilia alia genera, ut querquedulæ, phalarides; sic perdices, quæ, ut Archelaos scribit, voce maris audita concipiunt. De avibus. Plin. lib. 10. cap. 48. Columel. lib. 8. cap. 15. ubi Phalerides nuncupantur. V. Aristot. de Hist. Anim. 8. 3.

PHALERA, V. PHALERON.

PHĂLĔRÆ, ārum. f. [φάλαρα] Ornamenta equorum, ἀπὸ τοῦ φαλοῦ, Græco verbo, quod illustre significat. Virgil. lib. 5. Æn. 310.

Primus equum phaleris insignem victor habeto.

Liv. 22. 52. Præda ingens parta est, & præter equos virosque, & siquid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat, omnis cetera præda diripienda data est.

Phaleræ, Equitum nobilium ornamentum etiam dicitur. Livius. lib. 9. extr. tradit comitia Flavii Ædilitia tantum habuisse indignitatis, ut plerique nobilium aureos annulos & phaleras deponerent. Cic. 15. Att. 29. extr. Plancum se ajebant hunc Buthrotium, pridie quam hoc scribebam, id est tertio Nonas, vidisse, demissum, sine phaleris. [Hic videtor per metaphoram dictum, Sine ostentatione, ac splendore omni detracto. Fuerat enim ejectus a Buthrotiis. Apud Liv. puto Equorum phaleras intelligi.

Factæ pulcherrime phaleræ. Cic. 6. Verr. 28.

Nobiles phaleræ. Cic. 6. Verr. 28. Tam te has phaleras a Philarcho Centuripino abstulisse dicebant, quam alias item nobiles ab Aristo Panormitano.

Donare aliquem phaleris. Cic. 5. Verr. 185. [Erant quippe Phaleræ in militaribus donis. V. Non. 18. 13.

Ad populum phaleras. Pers. 3. Sat. 30. i. e. Apud rudes & imperitos te jactes, cum prudentioribus jactationem objicere nequeas.

PHALERO, āre. Ornare. Ambros. in Lucam 2. 18. Plebem Dominus simplicem requirebat, quæ phalerare audita & fucare nesciret.

PHALERĀTUS, a, um. Partic. [Φαλαρωτὸς] Phaleris ornatus. Liv. 30. 17. extr. Munera, quæ legati ferrent regi, decreverunt, sagula purpurea duo, cum fibulis aureis singulis, & latoclavo tunicis, equos duos phaleratos.

Equo phalerato. i. e. Instrato ornatoque magnifice. Suet. Calig. 19.

Phalerata dicta, Translate. Donatus interpretatur Honesta atque ornata, apud Ter. Phorm. 3. 2. 15.

PHALERIDES, Aves e genere natantium. V. PHALARIS.

PHALĒRON, i. & PHALĒRA, pl. n. [Φάληρον, ἡ Φάληρα] Portus Athenarum. Plin. lib. 4. cap. 7. Piræus & Phalera portus, quinque M. pass. muro recedentibus Athenis juncti. V. PIRÆUM. Hinc Demetrius dictus est Phalereus, Φαληρεύς; sic enim pronuntiari debet trium syllabarum. Et Φαληρεύς, ut inquit Suidas, ἀπὸ πόλεως ἐν Φαλήρῳ, Φάληρον δὲ λιμὴν τῆς Ἀττικῆς; & Plinius item portum vocat; Sed Strabo inter δήμους numerat; sic enim ait lib. 9. μετὰ δὲ τὸν Πειραιᾶ, Φαληρεῖς δῆμος, Post Piræum autem Phalereus est populus. Nec ab eo multum Suidas alio loco videtur dissentire, quum inquit: Φάληρον δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος, ἀφ' οὗ ὁ Δημήτριος Φαληρεύς. nisi forte Φάληρον δῆμος, Φάληρον λιμὴν ἐστί, quanquam idem locus & oppidum & portus esse poterat, ut Piræeus: unde Cicero dubitavit olim, an ut portum, an ut oppidum verteret. V. & Steph.

PHALEREUS, a, um. Adj. [Φαληρεῖς] trisyll. V. DEMETRIUS & dict. præc.

PHALIORES, um. Populi in Africa, Ptoemphanis, qui canem pro rege habent, proximi. Plin lib. 6. cap. 30.

PHALISCI, V. FALISCI. Sic enim rectius scribitur.

Junonicolæ Phalisci. Ovid. 6. Fast. 49.

Pomiferi Ovid. 3. Amor. 13. 1.

Herba. Ovid. 1. Fast. 8.

PHALLAGOGIA, [Φαλλαγωγία] auctore Phurnuto de N. D. cap. 30. Bacchi sacra dicebantur, eo quia Phallos circumferebant. V. Cæl. Rhodig. 7. 16.

PHALLOVITROBOLI, Priapi, sunt ex vitro, quamvis & ex alia quoque materia fierent. Is mos deperditissimus ad nostra serpsit tempora, quibus, potissimum xeniorum diebus, Phalloplumbei lignei circumferuntur, donantur. Lilius 8. Syntag. [Occurrit hæc vox apud Capitolin. in Pertinace, cap. 8. ubi de auctione supellectilis aulicæ Commodi a Pertinace facta. Sed sine dubio corrupta est. Ego non dubito, quin scribendum sit Flando, vitro tubos. Nam inter insanias Commodi memoratur etiam studium Calices (vitreos scil.) fingendi, ut docet Lamprid. cap. 1. vitæ ipsius.

PHALLUS, i. m. [φαλλὸς] Veretrum ficulneum, quod Dionysia celebrantes de collo propendens gestare palam solebant. Plutarchus in Alex. Dionysia, veteri ritu, cum multa prorsum & festiva hilaritate agebantur: erat qui amphoram vini ferret, & vitem, aderat & qui hircum traheret: alius arrichum, id est cistam, aut copbinum, in quo caricæ forent, gestabat: omnes autem phallum. Herodotus in Bacchi sacris phallos veretra ficulnea agnoscit. V. Phurnut. l. c. Suid. in φαλλοὶ & Buleng. de Theatr. 1. 1.

Phallus deo. Proverbium dici solitum, ubi parum quidem honesta, sed tamen apta tribuuntur. Tractum a Bacchi mysteriis, in quibus phallus ferebatur, ut supra diximus.

PHALLICUS, a, um. [φαλλικὸς] Adj. ut, Poeta phallicus, auctor Priapeorum carminum.

PHALLOPHŎRUS, i. m. [Φαλλοφόρος] Phallum ferens. V. Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. 7. 16.

PHALLOVITROBŎLUM, i. n. Poculum obscœnæ figuræ, seu Priapus ex vitro. Capitol. in Pertinac. cap. 8. V. ibi Casaub. [V. paulo supra PHALLOVITROBOLI.

PHALŌRA, æ. f. [Φαλώρη] Urbs Thessaliæ. Inde Phalorensis. Stephanus.

PHAMANOTH, Mensis Ægyptius, apud Romanos Julio seu Quintili respondens. V. Petav. Ration. Temp. part. 2. lib. 1. cap. 12. Male cum Aprili confert Alex. ab Alex. Gen. dier. 3. 24. Pamenothum vocans.

PHAMIZONIUM, i. n. Oppidum in Cappadocia fuit ad Irim flumen. Plin. lib. 6. cap. 3.

PHANÆUS, i. m. [Φαναῖος] Mons est in promontorio Chii, vitibus consitus: sic dictus a Phanæo rege. Auctor Servius explicans illud Virg. 2. Georg. 97.

Sunt & Amineæ vites, firmissima vina:
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.

PHANATICUS, V. Fanaticus in FANUM.

PHANES, is. m. [Φάνης] Vir fuit Halicarnasseus, qui Cambysæ Persarum regi adversus Ægyptios bellum molienti, se ducem itineris præbuit, excitumque ejus citra periculum per Arabiam in Ægyptum duxit. Herodotus lib. 3.

Phanes etiam a Græcis dicitur Sol, ἀπὸ τοῦ φαίνειν. hoc est a lucendo.

PHANESII, vel PHANISII, orum. m. [Φανήσιοι] Populi in insulis Oceani Septentrionalibus, qui (ut Solinus ait cap. 30. extr.) habent aures adeo effusas, ut reliqua viscera contegant illis.

PHANIAS, æ. m. [Φανίας] a Græcis dicitur, Qui tenuis fortunæ quum sit, summas tamen divitias jactat & simulat: tractum a Phania quodam ejus ingenii homine. conf. PHANUS.

Fuit etiam hoc nomine Appii Pulchri libertus. Cic. 3. Fam. 1.

PHANOTEUS, [Φανοτεύς] Locus in Græcia prope Cherronesum, vicinus Lebadiæ locis. Strabo lib. 9. Hinc Phanotenses ejus loci incolæ appellantur apud eundem.

PHANTĂSIA, æ. f. [Φαντασία] imago rerum insidentium animo. Cic. 1. Acad. 39. In qua primum de sensibus ipsis quædam dixit nova, quos junctos esse censuit e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille phantasiam, nos visum appellemus licet.

Αἰγὺπτῳ φαντασία emergit. Cic. 9. Att. 4.

Excitare φαντασίαις spectris. Cic. 15. Fam. 16. Qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari.

Phantasias vocant Rhetores Conceptus mentis, cum fingunt aliquid, quod circa rem aliquam contingere possit, quamvis minime contingat. Senec. Suasor. 2. Cestius cum descripsisset honores, quos habituri essent, si pro patria cecidissent, adjecit: Nicetas longe disertius hanc phantasiam movit.

PHANTASMA, ătis. n. [φάντασμα] differt a Phantasia: quod Phantasma est imaginatio vel visio ejus quod non est; Phantasia autem solum ejus quod est, auctore Suida. q. V. & Laërt. 7. 50.

Phantasma, Spectrum, quod & Phasma. Plin. 7. Epist. 27. ad Suram, Igitur perquam velim scire, esse aliquid phantasmata, & habere propriam figuram, numenque aliquod putes, an inanem & variam ex metu nostro imaginem accipere. Alii Phasmata legunt.

Est etiam Imaginatio rei, sive Idea. August. de Trinit. 8. 6. Alexandriam cum eloqui volo, quam nunquam vidi, præsto est apud me phantasma ejus.

PHANTASMATĬCUS, a, um. Adj. [Φαντασματικὸς] Sarisb. 2. 15. Locus imaginum phantasmaticarum fecundior.

PHANUM, V. FANUM.

PHANUS, i. m. [Φανὸς] Usurarius quidam fuit, vel (ut alii dicunt) Cæcus, qui quum cellæ penuariæ ostium ita obstruxisset, ut citra strepitum non quiret aperiri, tamen a ministro apertum est, sublatumque penu. Alii narrant, huic Phano uxorem fuisse parum spectatæ fidei, quam, quod is haberet adulterii suspectam, atrii fores sic occlusit, ut non nisi cum stridore sonituque possent aperiri. Verum illa quum per tegulas reciperet adulterum, vicini per jocum dicebant, Phani ostium: eaque vox postea cessit in proverbium, quo non inscite utemur, ubi quis frustra servarit aliquid. Erasm. Al. Φανίου θύρα efferunt proverbium i. e. Phaniæ ostium.

PHĀON, ōnis. m. [Φάων] Juvenis mortalium omnium formosissimus, a Sappho poetria impatientissime amatus. V. Sapphûs epistolam ad Phaonem apud Ovidium, quæ est Heroid. XV.

Phaon Lesbius a Sappho dilectus, medicamento herbæ ejus, quam eryngen albam appellant, alio nomine centumcaput. Plin. lib. 22. cap. 7. & 8.

PHARA, [Φαραὶ pl. Steph.] Dymæo agro contermina est, a qua Pharenses; ut a Messenia Phara, Pharatæ nominabantur. Strabo lib. 8.

PHARAŌ, indecl. m. [Φαραώ] Nomen regis Ægypti, quod Hebr. vindicem significat. Sic autem appellabantur omnes Ægypti reges, quod iis cognomen fuit dignitatis, ut scribit Eusebius. Et (ut docet Josephus lib. 1. Antiquit.) secundum Ægyptios significat Regem. Et reges quum primum perveniebant ad imperium, hoc nomen accipiebant. V. Bochart. in Phaleg. 2. 26.

PHARATÆ, In PHARA.

PHARBÆTHUS, i. m. [Φάρβαιθος] Ægypti civitas, teste Steph. Unde

PHARBÆTHITES, [Φαρβαιθίτης] una ex Ægypti præfecturis, quas Nomos Ægyptii vocant. Plin. lib. 5. cap. 9.

PHARETRA, æ. f. pen. comm. [φαρέτρα] Instrumentum in quo sagittæ reponuntur. Virg. 1. Æn. 327.

Succin-

Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine lyncis. Ovid. 2. Met 480. A Græco φέρω.
Unde pedem referens pæne est oblita pharetram
Tollere.
Capax pharetra. Ovid. 9. Met. 231.
Cava sagittis. Hor. 1. Carm. 22. 3.
Habilis ad terga. Valer. 3. Argon. 607.
Insontes. Stat. 1. Achil. 165.
Leves. Stat. 6. Theb. 928.
Picta. Ovid. 2. Met. 421.
Plenæ. Ovid. 4. de Pont. 13. 35.
Sævæ Stat. 1. Achil. 166.
Sagittiferæ. Stat. 1. Achil. 416.
Venatrices. Claud. 4. Conf. Hon. 160.
Aptare pharetras humeris. Stat. 4. Theb. 259.
Deprompsit sagittam aurata pharetra. Virg. 11. Æn. 858.
Ferre eversam. Ovid. 3. Amor. 9. 7.
Exhausta telis Ovid. 1. Met 443.
Exuere humero. Ovid. 2. Met 819.
Fert humero Virg. 1. Æn. 504.
Gestare. Virg. 1. Æn. 340.
Solvere pharetram, Aperire. Ovid. 5. Met. 379.

PHARETRATUS, a, um. Adj. [Φαρετροφόρος] Qui fert pharetram, ut ait Perottus.
Dea pharetrata, Diana. Ovid. 20. Epist. 204.
Diana pharetrata. Ovid. 3. Met. 252.
Miles. Sil. lib. 7. 636.
Persæ. Virg 4. Georg. 290.
Plebs. Claud. 1. in 1. Conf. Stil. 55.
Puer pharetratus, Cupido. Ovid. 10. Met. 525.
Sosa. Claud. de Bell. Gildon. 32.
Virgo. Ovid. 1. Amor. 1. 10. Intelligit Dianam.

PHARETRIGER, ĕri, ĕrum. Idem. Sil. 14. 287.
Clade pharetrigeri subnixas regis Athenas.

PHARIA, æ. f. [Φαρία] a Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Pliniique 3. extr. a Strabone vero Pharus, Insula contra Dalmatiam & Jaderam, quæ vulgo *Lesina* Illyrico sermone dicitur.
Est & Urbs in ea, a qua Pharienses populi.
Pharia, Uvæ genus apud Pisas, Italiæ nobilem civitatem. Unde & Pharium vinum. Plin. lib. 14. cap. 4.

PHARĬAS, æ m. [Φαρίας] Serpens est, sulcum, dum serpit, cauda in terra faciens, & super eam fere ambulans. Lucan. lib 9. 724.
Et contentus iter cauda sulcare pharias. Quidam legunt Phareas.

PHARĬCUM, i. n. [Φαρικόν] Veneni genus est, quod Athenæus Pharicon nominat. Plin. lib. 28. cap. 10. Matthiolus in Dioscor. lib. 6. cap. 19.

PHARIS, Unus ex illis fluminibus, qui Tigrim (in Armenia) influunt. Plin. lib. 6. cap. 27.

PHĂRISÆUS, i. m. [Φαρισαῖος] h. e. Separatus, ab Hebræo *pharas*, quod est dividere. Inde Pharisæorum secta dicta est apud Judæos, quod qui eam colerent, ab aliis separati essent, & secreti. Tertull de Præscript. cap. 45. Pharisæi additamenta quædam legi adstruendo a Judæis divisi sunt. Sec. ancip. habet.

PHARISÆUS, a, um. Adj. ut, Convivia Pharisæa. Sedul. Pasch. 3. 403.

PHARISAICUS, a, um. Idem. [Φαρισαϊκός] Quod Pharisæo attribuitur, vel aliis, a Pharisæo. Hieronymus contra Vigilantium, Quasi sepulcra Pharisaica foris dealbata.

PHARMĂCUM, i. n. Græcis φάρμακον, medium verbum, quod pro Veneno & pro Medicamento accipi potest. Cajus l. Qui venenum. D. de Verb. signific.

PHARMACUS, i. m. [Φαρμακός] Veneficus, sacrilegus. Petron. cap. 107. Pharmace, responde. V. Erhard. p. 494. sq. Burm.

PHARMACEUTĪCE, es. f. [Φαρμακευτική] dicitur Medicinæ pars, quæ medicamentis curat, & morbos profligat, ad differentiam Therapeutices & Chirurgices. Galen. Com. 1. in lib. 1. Hippocrat. de vict. ration.

PHARMACEUTRIA, æ. f. [Φαρμακεύτρια] dicitur, quam nos Sagam dicimus, vel veneficam. Hoc nomine Virg. Eclogam octavam inscripsit, in qua Theocriti imitatione venefica quædam inducitur, quæ magicis incantationibus animum viri, a quo spernebatur, ad sui amorem conatur revocare.

PHARMACOPŌLA, æ. m. [Φαρμακοπώλης] dici potest Unguentarius, qui pharmaca, id est medicamenta vendit. Componitur ex φάρμακον, & πωλέω vendo. Hor. 1. Serm. 2. 1.
Ambubajarum collegia, pharmacopolæ. Cic. pro Cluent. 40. Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium, pharmacopolam circumforaneum, qui casu tum Larinum venisset, aggreditur.

PHARMACOTROPHI, orum m. [Φαρμακοτρόφοι] Populi sunt Asiæ Margianis & Susianis finitimi, qui se venenis alere consueverunt: unde & nomen illis inditum est. Plin. lib. 6. cap 16. Et Pompon. Mela lib. 1. 2.

PHARMACŪSA, æ. f. Insula juxta Cretam. Plin. lib. 4 cap. 12

PHARMACŪSÆ, ārum. f. [Φαρμακοῦσαι] teste Strabone lib. 9. Duæ sunt insulæ exiles juxta Atticam regionem, in mari Salaminiaco, a quibus major sepulcrum Circes ostentat.

PHARNACEA, æ. f. [Φαρνακία Steph.] Oppidum Themiscyrenæ, regionis Cappadociæ. Plinius Castellum appellat lib. 6. cap. 4.

PHARNACEON, i. n. [Φαρνάκιον] a Pharnace Asiæ rege inventore dicitur herba Panax, quarta tamen specie: ex herba & Centaurium nominatur. Plin. lib. 25. cap. 4.

PHARNĂCES, is. m. [Φαρνάκης] Mithridatis Ponti in Asia regis filius, qui quum, ut ait Florus, magis discordiæ civilis inter Pompejum & Cæsarem fiducia, quam virtutis suæ, infesto in Cappadociam agmine rueret, hunc Cæsar aggressus, uno & non toto prælio obtrivit more fulminis, quod uno eodemque momento venit, percussit, abscessit. Unde est illud Suetonii in Cæsare, cap. 37. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, Veni, Vidi, Vici: non acta belli significantem, sicut ceteri, sed celeriter confecti notam. Lucan. lib. 10. 476.
— non Pontus & impia signa,
Pharnacis, & gelido, &c. Pharnax ab aliis vocatur, ut Steph. in Φαρνάκη. Meminit hujus Cic. 15 Fam. 15.

PHARNACES, um. Gens quædam in Ægypto, quæ præterquam quod geminas pupillas habet, aspectu etiam nocet. Plin. lib. 7. cap. 2. Haud dissimile iis genus Pharnacum in Æthiopia prodit Damon, quorum sudor tabem contactis corporibus afferat.

PHARNACIA, V. PHARNACEA.

PHĂROS, i. f. [Φάρος] olim parva Ægypti insula, Plin. lib. 4. cap. 31. quondam diei navigatione distans ab Ægypto, nunc Alexandriæ (quæ illi opposita jacet) ponte juncta, Nili recessu sive exundatione, ut Mela lib. 2. 7. & Plinius eodem libro cap 85. testantur. Lucanus lib. 10. 509.
Tunc claustrum pelagi cepit Pharon: insula quondam, &c. Nunc vulgo *Phara* vocatur, teste Olivario in Melam. In eadem insula, Plin. lib. 36. cap. 12. & Strabone lib. 17. testibus, inter orbis miracula magnificatur turris, multis tabulatis excelsa, & albo lapide mirifice structa, eodem nomine quo insula appellata. Eam Sostratus Gnidius Architectus Ptolemæi regis impensis, ad navigantium salutem struxit, nomenque suum in ea inscripsit. Eadem insula palmis abundat, teste Ovidio lib. 2. Amor. 13. 8.
Quæ colis & Memphim, palmiferamque Pharon.
Ponitur pro Regno Ægyptio. Stat. 3. Silv. 2. 102. Regina Phari. Et Lucan. 8. 443.
— petimus Pharon arvaque Lagi.
Pharus Item, [Φάρος] turris, ex qua navigantibus ignes collucebant nocte. Unde Sabaudi, *tout en phara*, pro *tout embrasé* H. St.
Metaph. Tertull. Pœnitentiam & Exomologesin, duas humanæ salutis Pharos appellavit lib. extr. de Pœnitentia. V. ibi Rigaltium.

PHARIUS, a, um. Adj. [Φάριος] & PHARIĂCUS, a, um. ut, Sistra Phariaca.
Acetum Pharium. V. ACETUM.
Æquor Pharium. Lucan. lib. 4. 257.
Juvenca Pharia, Isis. Ovid. 3. de Arte Am. 635.
Turba Pharia. Tibull. lib. 1. 3. 32.

PHAROS, [Φᾶρος] Vestimentum commune viris & mulieribus, Polluci lib. 7. cap. 13. Gualtherus vertit Pallium, de quo supra.

PHARPHARIADES, seu, ut quidam in Plinio legunt, PARPARADES, Pars est montis Tauri in Lycia, ad mare Pamphylium. Plin. lib. 5. cap. 27.

PHARSĀLUS, i. m. [Φάρσαλος] Oppidum Thessaliæ. Catull. 64. 37.
Pharsalum coeunt, Pharsalia tecta frequentant. Situm est in ripa fluminis Enipei, a quo Pharsalii dicti.

PHARSĀLIA, æ. f. [Φαρσαλία] a Pharsalo oppido dicitur tota Thessalia. Lucan. lib 1. 38.
— diros Pharsalia campos
Impleat. Sunt qui Pharsaliam provinciam dicant a Pharsalo duce, quæ primo Æmathia, ab Æmathio: postea Thessalia, a Thessalo: deinde a Macedone, Macedonia: postremo a Philippo rege, Campi Philippici.

PHARSALIUS, a, um. Adj. [Φαρσάλιος] Catul. Argon. 64. 37.
Pharsalum coeunt, Pharsalia tecta frequentant.
Rosa Pharsalia. Claud. de Nupt. Honor. 291.

PHARSALĬCUS, a, um. aliud Adj. [Φαρσαλικός] ut, Pharsalici campi Thessaliæ, in quibus civilium bellorum detonuerunt procellæ, a Pharsalo dicti oppido.
Castra Pharsalica. Lucan. lib. 8. 14.
Prælium Pharsalicum. Cic. pro Dejot. 29.

PHARUSII, vel PHAURUSI, ōrum. m. [Φαρούσιοι] Plin. lib. 5. cap. 8. & Pomponio lib. 3. 4. Populi sunt Africæ ultra Mauritaniam, quondam Persæ; comites fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis. Pharusii nunc dicuntur *Asenagi*, teste Olivario in Melam.

PHARYCADON, i. n. Urbs in Istæorum plaga, quam alluit Peneus fluvius. Strabo lib. 9.

PHARYGÆ, [Φαρύγαι] olim Scarphe, ager in Argivum terra: nam & Argivorum colonia dicitur. Hinc Juno Pharygæa dicta est. Auctor Strabo lib. 9. Tarphe pro Scarphe legit Stephanus, atque ita apud Strabonem Casaubonus restituit. q. V.

PHASANIA, æ. f. unde & Phasanii populi, Oppidum est Africæ supra minorem Syrtim. Plin. lib. 5. cap. 5.

PHASE, V. PASCHA.

PHASĒLIS, is. f. [Φασηλίς] Pamphyliæ urbs, in monte sita, piratarum olim perfugium. Proinde Cic. 6. Verr. 21. Mamertinum Siciliæ oppidum Verri Prætori, prædoni & piratæ Siciliensi, Phaselim quandam fuisse ait, quod omnes furtorum acervos illuc deportasset.
Suidas Insulam quandam ejusdem nominis refert.

PHASELITÆ, arum. [Φασηλῖται] Urbis ejusdem incolæ. Testes Steph. & Suid. Phaselitæ Cabrum deum coluerunt, eique pisciculos sale conditos offerebant. Zenobius. Unde Adag.
Phaselitarum sacrificium, quo Sordidum ac tenuem sumptum significabant. V. & Suid.

PHASELLUS, sive PHASĒLUS, i. m. [κέλης] Nonius PASELLUS scribit, & Navigium Campanum vocat. 13. 7. q. V. Virg 4. Georg 289.
Et circum pictis vehitur sua rura phaselis. Ubi Servius, Phaselis, Brevibus naviculis, quibus utuntur quum stagnaverit Nilus. Cic. 1. Att 10. Tertiam quam (ut scribis) ancoram soluta de phaselo dedisti.
Episcopus vel Epicopus phaselus. Cic. 14. Att 16. pr. Quinto Non. conscendens ab hortis Cluvianis in phaselum episcopum, has dedi litteras. Al Epicopon. V. S. I.
Fictiles phaseli. Juven. 15. Sat. 127.
Fragilis phaselus. Hor. 3 Carm. 2. 29. Ovid. 1. de Pont. 10. 39.
Acta ventis Phaselus. Ovid. 2. Amor. 10. 9.

PHASĒLUS, i. m. [Φασήλος] qui & PHASĬLUS, & frequentius PHASEŎLUS, sive PASEOLUS vel PASILUS dicitur. Tametsi sunt qui hæc differre inter se putant V. Dodon. Pempt. 4. 2. 1. Genus est leguminis, de quo Columel. lib. 2. cap. 10. Ab hoc recte phaselus terræ mandabitur, vel in vervacto, vel melius pingui & restibili agro. Idem 11. 2. Milium & panicum hoc tempore demetitur, quo phaseolos ad escam seritur. Phaseolis vulgus antiquorum victitabat, quemadmodum Gallicum vulgus fabis & pisis: unde Viles phaselos vocat Virg. 1. Georg. 227. ubi Taubm. V. Plin. lib 12. cap. 7. Semine a Junipero distant parvulis siliquis, quales in phaseolis videmus. Vulgus Italorum adhuc nomen retinet.

PHASELĪNUS, a, um. Adj. [Φασήλινος] Quod ex phaselo factum est. ut, Phaselinum oleum. Plin. lib 23. cap. 4.

PHASGANION, i. n. [Φασγάνιον] Herba est, quæ alio nomine xiphion appellatur, hoc est Gladiolus, nascens in locis humidis, quum primum

exit

exit gladii speciem præbens, radicem habens duorum cubitorum, nocis avellanæ modo fimbriatam. Reliquam descriptionem vide apud Plin. lib. 25. cap. 11.

PHASIANE, es. f. [Φασιανὴ θεὸς] Arrianus in Periplo Ponti Euxini, Ingredientibus, inquit, Phasin fluvium, in dextra est erecta dea Phasiane, quam ille subveretur ex ejus figura, an dea Rhea sit. Nam in manu (inquit) cymbalum tenet, & leones sunt sub ejus throno; & ita sedet ut in μητρῴῳ templo Matris deûm Athenis, quæ a Phidia fabrefacta fuit. Lilius Syntag. 4.

PHASIĀNUS, i. m. [Φασιανικός] Avis nota, a Phasi fluvio ad nos traducta ab Argonautis; namque ex ea regione in Græciam transportatæ sunt. V. Martial. lib. 13. 72. Lamprid. Alex. cap. 41.

PHASIĀNA, æ. f. [Φασιανικὴ] Idem. Plin. lib. 10. cap. 48. Rursus phasianæ in Colchis geminas ex pluma aures submittunt, subriguntque. Nonnulli etiam phasianas gallinas vocant. V. Suet. Calig. cap. 22.

PHASIANĀRIUS, i. m. [Φασιανοτροφός] Qui phasianos pascit. Paulus in l. Avibus legatis. D. de legat. tertio. Phasianarii & pastores anserum non continentur.

PHASIANĪNUS, a, um. Adj. ut, Ova phasianina. Pallad. 1. tit. 29.

PHASIOLUS, in PHASEOLUS.

PHĀSIS, is, vel idis. m. & f. [Φᾶσις] Colchorum prægrandis fluvius, de quo Lucan. lib. 3. 271.

Colchorum qua rura secat ditissima Phasis. Plin. lib. 6. cap. 4. Navigatur Phasis quamlibet magnis navigiis XXXVIII. M. P. Inde minoribus longo spatio pontibus centum viginti pervius. Multa in universum Strabo lib. 11. Nunc dicitur *La riviere du Fase*.

Est & Oppidum, auctore Plinio lib. 6. cap. 4.

Asper. Claud. 2. in Ruffin. 376.

Barbarus. Valer. 1. Argon. 517.

Colchus. Senec. Hippol. 8.

Gelidus. Claud. 2. in Eutrop. 575.

Horridus. Stat. 1. Silv. 6. 77.

Limosi Phasidos rapidæ undæ. Ovid. 7. Met. 6.

Nivosus. Stat. 12. Theb. 182.

Rapidi Phasidis amnis. Valer. 4. Argon. 616.

Scythicus. Valer. 1. Argon. 2.

PHASIAS, ădis. f. gentilo, i. e. Medea. Ovid. 2. de Arte Am. 382.

Barbara per natos Phasias ulta suos.

PHASIĂCUS, a, um. Adj. [Φασιακός] ut, Terra Phasiaca. Ovid. Rem. Amor. 261.

Aqua Phasiaca. Ovid. 12. Epist. 10.

Conjux Phasiaca, i. e. Medea. Senec. Herc. OEth. v. 948.

PHASMA, ătis. n. [Φάσμα] Latine Apparitio dicitur, monstrum, visum. V. Plin. 7. Epist. 27. & supra in PHANTASMA. Fuit autem Nomen fabulæ apud Menandrum Græcum Comicum V. Ter. Eun. Prol. 9. Phasma, etiam Fabula fuit cujusdam Catulli. Juven. 8. Sat. 186.

—clamosum ageres ut Phasma Catulli.

PHASSACHATES, æ. m. Achates gemma: sed ex qualitate quadam nomen id peculiare sortita. Plin. lib. 37. cap. 10.

PHATNÆ, arum. f. [Φάτναι] Stellæ in Cancri signo, quæ Præsepe a Latinis dicuntur. In Prognosticis, teste Prisciano,

Astantem tenui quæ candent lumina Phatnæ. Hinc Diminutivum

PHATNIA. [Φάτνια] Ossa sunt, quibus veluti cellulis dentes continentur, quæ subeunt foramina, quæ Bothria appellant. Galen. in libello de ossibus, cap. 4. ad fin.

PHATNĪTES, Ægypti præfectura, quam illi Nomon vocant. Plin. lib. 5. cap. 9. Hinc opinor,

PHATNĪTĬCUS, a, um. Adj. ut, Phatniticum Nili ostium, eodem Plin. auctore lib. 5. cap. 10.

PHAUOA, æ. f. in Sidena planitie urbs est, post Themiscyram juxta Pontum, Strabo lib. 12.

PHAULIÆ, arum. f. [Φαυλίαι] Polloci sunt Olivæ, quæ minimo succo, corpore grandissimo, pusilloque sunt nucleo. V. Plin. 37. 10.

PHAZEMON, Vicus, a quo Phazemonetica regio, & Phazemonenses populi, apud quos Neapolim Pompejus ædificasse creditur. Strab. lib. 12.

P H E

PHECASIANUS, PHECASIATUS, PHECASIUM, PHECASIUS. V. PHÆCASIUS.

PHEDIUS, i. m. Delphico oraculo sapientissimus judicatus, atque felicissimus, ut qui pro patria proxime occubuisset. Plin. lib. 7. cap. 46.

PHĒGEA, æ. f. [Φήγεια] Civitas Arcadiæ a Phegeo rege, Phoronei fratre condita, prius Erymanthus, postea & Psephis appellata. Stephan.

PHĒGEUS, ei. m. dissyll. [Φηγεύς] Pater fuit Alphesibœæ, Themonis & Axionis: ad hunc confugit Alcmæon Amphiarai filius, posteaquam matrem Eriphylen patris jussu necavisset, & ob id facinus ad insaniam adactus esset, furiisque exagitatus, petens a Phegeo purgari; quod quum impetrasset, Alphesibœæ filiæ Phegei monile dono dedit, quod occisæ matri abstulerat, ipsamque Alphesibœam uxorem duxit. Hanc fabulam ut breviter, ita perobscure refert Ovid. 9. Met. 412. Et, ut ego quidem conjicio, sic voluit Ovid. Alphesibœam monile ab Alcmæone petisse, & quum fratres Alphesibœæ intellexissent monile habere Alcmæonem tam pretiosum, insidiis eum peremisse. Quoque hoc sit verisimilius, constat Themonem & Axionem a sorore ipsa interfectos esse, dicente Propertio lib. 1. 15. 15.

Alphesibœa suos ulta est pro conjuge fratres:

Sanguinis & cari vincula rupit amor.

Phegeus, proprium Servi, apud Virgil. 5. Æn. 263.

Vix illam famuli Phegeus, Sagarisque ferebant.

PHEGĒĬUS, a, um. Adj. [Φηγήϊος] ut, Ensis Phegeius. Ovid. 9. Met. 412.

PHEGIS, idis. f. [Φηγίς] patronym. Phegei filia, Alphesibœa. Ovid. Rem. Amor. v. 455.

Amphilochi frater, ne Phegida semper amaret.

PHEGŌR, [Φεγώρ] lingua Hebræa Priapus appellatur. Unde Beelphegor, dictio composita; h. e. Priapi simulacrum. Hieronymus contra Jovinianum. Suid. Βεὶλ, ὁ Κρόνος. Φεγὼρ δὲ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἐτιμᾶτο. ἐξ ὧν Βεελφεγώρ. V. Selden. de Diis Syris Synt. 1. cap. 5.

PHELLANDRION, i. n. [Φελλάνδριον] Herba, quæ in palustribus nascitur, folio apii, cujus semen propter calculos & vesicæ incommoda bibitur. Quidam existimant eam esse, quam officinæ *Philipendulam* vocant. Alii eandem faciunt cum apio palustri, quod a Dioscoride ἐλαιοσέλινον vocatur.

PHELLODRYS, ўos. f. [Φελλόδρυς] Arbor est, quam alio nomine Cerrisuberem dicunt, est glandifera: foliis simillima foliis suberis fert: corticem vero, & ligni materiem cerro non absimilem. Matthiolus in cap. 121. lib. 1. Dioscoridis.

PHELLUS, i. m. [Φελλός] Id videtur esse Græcis, quod Suber Latinis. Scribit Plutarchus in libro de Romanorum fortuna (p. 324. Francf.) Cajum Pontium a Camillo transiturum in Capitolium quod a Gallis obsidebatur, dum Tiberim transmitteret, φελλοὺς πλατεῖς ὑποστερνισάμενον, hoc est phellos latos pectori subjecisse. Soberis natura est, ut mergi nequeat, propterea Græci ἀβάπτιστον φελλὸν vocant, quasi dicas immersabilem phellum. Hinc Phellopodas quosdam fingit Lucianus, qui per mare currentes non mergerentur, quoniam inquit phellinos haberent pedes. Ex phelli, id est suberis similitudine est apud Vitruvium lib. 9. cap. 9 in horologii aqualis ratione, phellos, sive tympanum, aut scaphum, quod ab aqua sublevatur. Phellum scribunt aliqui esse in Italia montem, in quo piceæ proceriores gignantur, ex quibus phellus sive suber conficiatur. Ex Cæl. lib. 7. cap. 17.

PHĒMIUS, i. m. [Φήμιος] Citharœdus, Homeri præceptor, quem ipse inducit cantantem Odyss. ψ. 263. Et Ovid. 3. Amor. 4. 17.

Quid juvat, ad surdas si cantet Phemius aures.

PHĒMŎNŎĒ, es. f. [Φημονόη] Sibyllæ nomen, quæ prima Apollinis Delphici vates dicitur fuisse, & carmen Heroicum invenisse, ut ait Pausanias in Phoc. p. 809. Stat. 2. Silv. 2. 38. — referetque arcana pudicos

Phemonoe fontes.

Est & Phœbados cujusdam nomen apud Lucan. lib. 5. 126.

Phemonoen errare vagam curisque vacantem.

Sunt qui Phœbi filiam dicant fuisse. V. Serv. ad 3. Æn. 445. Fabric. Bibl. Gr. vol. 1. p. 153.

PHĒNEUM, i. n. vel PHENEUS, i. m. [Φενεός] Plin. lib. 4. cap. 6. Oppidum Arcadiæ, juxta quod est lacus ejusdem nominis. In oppido, ut idem testatur lib. 25. cap. 4. nascitur illa herba contra omnia veneficia præsens remedium, quam Homerus a diis moly vocari putat.

Pheneum lacum Arcadiæ describit Ovid. 15. Met. 332. V. PHŒNON.

PHENEATÆ, arum. m. [Φενεᾶται] Populi, qui incolunt Pheneum oppidum. Cic. 3. de Nat. Deor. 56. de Mercuriis agens, Quintus, quem colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemisse, &c.

PHENGĪTES, æ. m. [Φεγγίτης] Lapis de quo sic Plin. lib. 36. cap. 22. Nerone principe in Cappadocia repertus est lapis duritia marmoris, candidus atque translucens, etiam qua parte fulvæ inciderant venæ, ex argumento phengites appelatus. Sane φέγγος dicitur Latine Splendor. V. Sueton. in Domit. cap. 14.

PHENION, i. n. Herba, quæ & Anemone dicitur, quasi herba venti: sic enim vulgus appellat, quod ejus flos non nisi vento spirante aperiatur. Plin. lib. 21. cap. 23. Hard. Phrenion. q. V.

PHERÆ, arum. f. [Φεραί] Plin. lib. 4. cap. 8. & Cic. 1. de Divin. 53. testibus, Oppidum est Thessaliæ, quod crudeli dominatu tenuit Alexander quidam tyrannus, a quo & Pheræus vocitatus est.

Pheræ, ait Strab. lib. 9. Pelasgicorum camporum terminus ad Magnesiam, qui usque ad Pellum montem porriguntur. Emporium Pheræ habent Pagasas, quo ex loco Pelias Iasonem ac navem Argo emisit. Unde Pagasæus, & Pheræus appellatus. Fuit tamen alius Iason Pheræus tyrannus. Sed de Thessalo Iasone Cic. lib. 1. Off. 108. quum dixit, Pheræum Iasonem ceteris anteponunt.

Appellatur & Plin. lib. 4. cap. 5. Locus Pheræ in Achaia; i. e. Rudera & vestigia. Eodem etiam lib. cap. 7. Oppidum Atticæ inter Megaram & Thebas.

PHERÆUS, a, um. [Φεραῖος] Adj. ut, Alexander Pheræus. de quo V. Cic. 2. de Invent. 144. & 2. Off. 25. Ovid. in Ibin, 321.

Inque tuo thalamo juguleris more Pheræi,

Qui datus est leto conjugis ense suæ. Quod carmen intelligit Egnatius de Iasone illo, qui a Pheris Thessalicis, quas tyrannide oppresserat, dictus est Pheræus. Hunc Thebe uxor adjuvantibus consciis tandem interemit.

Campi Pheræi. Valer. 1. Argon. 444.

Duces Pheræi. Stat. 2. Theb. 163.

PHERÆTIĂDES, is. m. [Φερητιάδης] patronymicum pro gentili apud Ovid. 8. Met. 310.

Cumque Pheretiade, & Hyantæo Iolao. Admetum intelligit Pheretiæ filium.

PHERAULAS, æ. m. [Φεραύλας] Vir quidam fuit, qui ex paupere dives a Cyro factus, desiderio tandem pristinæ tranquillitatis, & quietis affectus, ac molestiarum, quas sibi divitias importasse querebatur, multitudine offensus, omnium bonorum suorum possessionem in Sacam transtulit, hoc sibi tantum excipiens, ut ab eo, tanquam hospes, atque etiam parcius, minusque eleganter, ac sumptuose, quam hospes alatur. V. Xenoph. lib. de Cyri pædia, 8. Non dissimile quiddam de Vultejo Mena narrat Hor. 1. Epist. 2. ad Mæcenatem.

PHEREA, n. pl. [Φερεὰ ἢ Φέρεα] quod Phereorum similitudinem habeant dicuntur, est vero tumor, sive tensio oblonga in nervosis membris. Explicat Galen. Com. 3. in lib. 6. Hippocrat. de morb. vulgar. num. 14. Hippocrat. Frigidum valde venas frangit, & tussim citat, ut nix, glacies, & contorquet, ut Pherea, & Gongronæ: simul causa duritiæ. Parum constat de hujus vocis significatione. V. Fœsii Oecon. Hippoc.

PHĔRĔCLUS, i. m. [Φέρεκλος] Filius fuit Harmonidis, qui (ut Homerus ait Iliad. ε. 59.) Paridi naves fabricavit, quibus ad rapiendam Helenam in Spartam navigavit. Ausonius,

Meriones Phereclum vibrata percutit hasta.

PHERECLĒUS, a, um. Adj. [Φερεκλεῖος] Ovid. 16. Epist. 21.

Hac duce Sigæo dubias a litore feci

Longa Phereclea per freta puppe vias.

PHERECRĂTES, is. m. [Φερεκράτης] Atheniensis poeta comicus, militavit sub Alexandro Magno, docuitque fabulas XVII. Auctor Suidas. V. Meurs. Biblioth. Att. lib. 5.

Pherecrates quidam Phthiota a Deucalione ortus, inducitur differens a Dicæarcho in eo sermone, quem Corinthi habitum libris tribus exponit, ut ait Cic. 1. Tusc. 21.

PHERECȲDES, is. m. [Φερεκύδης] Syrius, præceptor fuit Pythagoræ. Ipse autem magistrum nullum habuit, sed per se plurimum doctrinæ est adse-

adsecutus, ut scribit Suidas. Diogenes autem Laertius Pittaci auditorem dicit fuisse, & pediculari morbo interiisse. Floruit regnante Servio Tullio apud Romanos. V. Cic. 1. Tusc. 38.

Magister Pythagoræ Pherecydes potius divinus habebitur, quam physicus. Cic. 1. de Divin. 112.

Pherecydes alter Diogeni, antiquior etiam superiore, Atheniensis & philosophus, qui ab Orpheo multa didicit, scripsitque Theogoniam libris decem: item libellum De rerum principio.

Pherecydem alium Lerium genere, historicum scripsit Suidas.

PHERECYDĒUS, a, um. Adj. [Φερεκύδειος] Cic. 2. de Divin. 31. An hoc ejusdem modi est, quale Pherecydeum illud, quod est a te dictum?

PHERENĪCE, V. BERENICE.

PHERETRUM, V. Feretrum in FERO, fers.

Pheretrum [Φέρετρον] Ex φέρετρον, ut legit Servius, fecerunt φέρετρον. H. St. V. Serv. ad 6. Æn. 222. & nostri Thesaurum Græcum.

PHERONIASOS, i. m. [Φερωνίασος] Cucumis silvaticus. Apul. de Herb. cap. 113.

PHERON, [Φέρων] Filius fuit Sesostris, rex Ægyptiorum, qui oculis captus, quum ad deorum auxilium confugisset, peractis multis variisque sacris, ei tandem responsum fuit, ut placato deo, qui in Heliopoli coleretur, faciem mulieris inspiceret, quæ nullum, nisi proprium virum, novisset. Is itaque ab uxore incipiens, multas expertus est, nullam tamen reperit incorruptam, præter hortulani cujusdam, quam restituto visu uxorem cepit: reliquas omnes vivas combussit. Refert. Diodor. lib. 2. & ante illum Herodot. lib. item 2.

PHEUXAPIDION, i. n. [Φευξαπίδιον] Herba, alias Polium. Apul. de Herb. cap. 57.

P H I

PHĬĂLA, æ. f. [Φιάλη] Vas potorium, plerumque ex auro, vel argento, conflatum apud antiquos. Græci ἀπὸ τοῦ πίνειν, π in φ, id est a bibendo, φιάλην vocarunt. Martial. lib. 8. 45.

Quis labor in phiala? &c. De phiala aurea est epigramma apud eundem, lib. 14. 100. Juven. 5. Sat. 39.

> Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum,
> Vel, si quando datur, custos affixus ibidem,
> Qui numeret Gemmas, unguesque observet acutos.

Phiala, non solum Vas significat, sed & Locum in Ægypto inter Nili insulas, quem incolæ a figura Phialam vocant. Plin. lib. 8. cap. 46.

PHIĂLE, es f. Una ex comitibus Dianæ. Ovid 3. Met. 172.

PHIDIAS, æ. m. [Φειδίας] primum pictor, deinde statuarius. Cujus artis Juppiter Olympius testimonium exhibet, & Romæ in porticibus Octaviæ Venus. Auctor Plin. lib. 35. cap. 8. A Plinio dictus est artifex nunquam satis laudatus. De quo Quintil. lib. 12. cap. 10. p. 1087. Burm. Phidias diis, quam hominibus, efficiendis melior artifex traditur. [An Effingendis? De Phidia. V. Suid.

Phidias speciem sui similem inclusit in clypeo Minervæ. Cic. 1. Tusc. 34.

Minervæ signum ex ebore pulcherrimum Phidiæ. Cic. de Clar. Orat. 257.

Signum Phidiæ, proverb. de Re elaboratissima & summæ perfectionis. Cic. de Clar. Orat. 228. Q. Hortensii admodum adolescentis ingenium, ut Phidiæ signum, simul aspectum & probatum est.

Phidiæ simulacris nihil in illo genere perfectius videmus. Cic. in Orat. 8.

PHIDIĂCUS, a, um. Adj. [Φειδιακός] Propert. lib. 3. 9. 15.

> Phidiacus signo se Juppiter ornat eburno.

Ebur Phidiacum vivebat. Juven. 8. Sat. 103. i. e. Statuæ eburneæ a Phidia sculptæ tanto successu, ut vivere viderentur.

Manus Phidiaca. Ovid. 4. de Pont. 1. 32.

PHĪDIPPUS, i. m. [Φείδιππος] Herculis nepos ex Thessalo filio, qui una cum fratre Antipho, contractis ex maris Carpathii insulis, triginta navibus, Græcis suppetias tulit adversus Trojanos. Homer. Il. β. in Catalog. navium. v. 678.

Est item Phidippus, senis Comici nomen apud Ter. in Hec.

PHIDITIA, orum. n. [Φειδίτια] Cœnationes Lacedæmonii seu convivia nominabant. Sive quod φιλίας, id est amicitiæ, causa instituta sint, sive potius a parcimonia; φείδομαι enim significat parco & abstineo; φειδώ parcitas & parcimonia; φειδωλὸς parcus. Unde, Phiditia, Convivia parca & frugi. Cic. 5. Tusc. 98. Quid? victum Lacedæmoniorum in phiditiis nonne videmus? Conveniebant enim ad Phiditia conferentes singuli farinæ modium, vini choros octo, casei quinque minas, ficuum quinque semis minas, teste Athenæo lib. 3. ubi & φειδίτιον, Nomin. sing. occurrit.

Tanquam in Phiditiis. Ubi quid parcius, nimiumque frugaliter actum significabimus, hoc adagio utemur. Lacedæmonii enim publica loca habebant in quibus cibum caperent: & in his excipiebant hospites, & legatos suos, sed apparatu perparco. V. paulo ante.

PHILA, æ. f [Φίλα] Stephano urbs Macedoniæ, juxta Peneum fluvium, a Demetrio Gonata Antigoni filio condita: & a nomine matris ejus ita appellata.

Est item Phila Gallici maris insula a regione Antipolis. Plin. lib. 3. cap. 5. [Confudisse Stephanus Philam & Philas videtur in Φίλα.

PHILACTUS, Magistratus apud Cumæos, qui quum patres in Senatu consederent, manu apprehensos, quorum de causa agebatur, in Senatum producebant, ibique retinebant donec de illorum præmio, aut pœna patrum decreto statueretur. Alexander ab Alex. lib. 3. cap. 5.

PHILĂDELPHIA, æ. f. [Φιλαδέλφεια] Nomen civitatis in Mysia regione Asiæ, terræ motibus concussa, cujus incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit una ex septem ecclesiis. Supra Philadelphiam Orientem versus exusta regio patet, stadiis longa quingentis, quadringentis lata, ubi nullæ arbores præter vitem inveniuntur, quæ exustum vinum fert, ita elegans ut nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta est, montana, petrosa & nigra.

Est & Lydiæ alia ab Attalo Philadelpho condita, teste Steph. qui & plures memorat. Hinc

PHILADELPHĒNI, orum. m. [Φιλαδελφηνοί] Populi in Lydia contermini Macedonibus. Plin. lib. 5. cap. 29.

PHILADELPHUS, i. m. [Φιλάδελφος] Ptolemæus, rex Ægypti, bibliothecam fecit Alexandriæ, fere quinquaginta millia librorum continentem. Idem libros Moysis curavit per LXX interpretes ex Hebræo in Græcum sermonem verti.

Item Ptolemæus, ὁ τῶν Φιλαδέλφων, apud Appian. 90. Paris. Dixeret, ante Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος, postea Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Φιλαδέλφου. H. St. Fuit & Attali cognomen. V. Steph. in Φιλαδέλφεια.

PHILÆ, arum. f. [Φιλαί] Insula aspera, & undique prærupta, adjacens Ægypto, duobus in unum coeuntis amnibus cingitur, qui Nilo mutantur & ejus nomen ferunt. Philæ autem Straboni lib. 17. infra Meroen sunt, ad quas ipse Strabo se ex Syene plaustro per plana aliquando vectum scribit. Meminit Plin. 5. 9. Lucan. lib. 10. 313.

> Regni claustra Philæ.

Philæ una Sporadum, alio nomine Amorgos, Thera, Calliste. Plin. lib. 4. cap. 12.

PHILÆNI, V. PHILENI.

PHILAGRIUS, i. m. [Φιλάγριος] Medicus fuit insignis, Galeni contemporaneus, natione Epirota, Naumachii discipulus, cujus scripta recenset Suidas.

PHILAGRUS, i. m. [Φίλαγρος] Sophista Cilix, auditor Lolliani, supra modum iracundus: nam & dormitanti quandoque auditori, pugnum in malam fertur impegisse, & infregisse colaphum. Huic Metellus Nepos sepulcrum exstruens lapideum apposuit corvum. Id quum Cicero esset intuitus, in ejus levitatem jocatus: Hoc (inquit) sapientius a te factum: nam te volare magis docuit, quam dicere. Cœl. Rhod. lib. 11. cap. 7. & lib. 17. cap. 20. Ex Plut. in Cic. p. 874. Francf.

PHILAMMON, ōnis. m. [Φιλάμμων] Filius fuit Apollinis ex Chione Nympha: clarissimus carmine & cithara. Ovid. 11. Met. 317.

> Nascitur e Phœbo (namque est enixa gemellos)
> Carmine vocali clarus citharaque Philammon.

Fuit item Philammon Atheniensis pugil fortissimus, qui omnes suæ ætatis pugiles superavit. Suidas.

PHILANTHROPIA, PHILANTHROPIUM, V. PHILANTHROPOS.

PHILANTHRŌPOS, i. m. [Φιλάνθρωπος] Latine Humanus, seu Amans hominum.

Philanthropos, Lappæ genus, quod vestibus hominum adhærens, eos amare videatur. Plin. lib. 24. cap. 19. Philanthropon herbam Græci appellant hirsutam, quoniam vestibus adhærescat. Dicitur hæc Dioscoridi Aparine, officinis Rubeola, cujus foliis pastores nostri pilos qui in lac exciderunt, vice coli extrahunt.

PHILANTHRŌPIA, æ. f. [Φιλανθρωπία] Humanitas, id est amor erga homines. Hanc sic definit Speusippus, Philanthropia est humanitas, & affectio amicitiæ, hominum conciliatrix, habitus hominibus beneficus, gratiarum redditio, gratitudo benefica. Huic opponitur Misanthropia. conf. dict. seq.

PHILANTHRŌPIUM, i. n. [Φιλανθρώπιον] Liberalitas quam hominis gratia largimur. Ulpian. in l. 2. de Proxeneticis, in F. idem dico & si aliquid philanthropii nomine acceperit. Al. Philanthropiæ.

PHILARCHI, orum. m. [Φύλαρχοι] Populi sunt in Arabia Felici, Mesopotamiæ contermini, ad Euphratem descendentes. Strab. lib. 2.

PHILAUTIA, æ. f. [Φιλαυτία] Amor sui ipsius. Cic. 13. Att. 13. Libri quidem ita exierunt (nisi forte me communis φιλαυτία decipit) ut in tali genere, ne apud Græcos quidem simile quicquam. De libris suis Academicis.

PHILELPHUS, i. m. nomine Franciscus, omnium suæ ætatis poetarum excellentissimus: Romam accitus, artis oratoriæ præcepta, ad Ciceronis imitationem, quosdam ingenuos adolescentes docuit; inter quos & Alexandrinus Alexander se plurimum profecisse aperte declarat. V. Alexander lib. 1. cap. 23.

PHILĒMA, ătis. n. [Φίλημα] proprie Osculum, seu Basium Græcis dicitur. Sed receptum fuisse inter blandimenta amatoria testis est Lucret. lib. 4. 1162.

> Simula Silena ac Satyra est, labiosa Philema. Hinc diminutivum

PHILEMĀTIUM, i. n. [Φιλημάτιον] Nomen meretricis apud Plaut. Most. conf. Sidon. 5. Epist. 17. & ibi Sirmond.

PHILĒMON, ŏnis. m. [Φιλήμων] Poeta Comicus, quamvis (inquit Quintil. lib. 10. cap. 1.) pravis sui temporis judiciis, Menandro sæpe prælatus est: consensu tamen omnium meruit credi secundus.

Philemon rusticus, una cum uxore Baucide in arbores conversus, & domus ejus in templum. V. Ovid. 8. Met. 710. seqq.

Alius Philemon, ad quem D. Paulus Onesimi servi causa epistolam scripsit.

PHILENA, V. in dictione PESSINUNTIA.

PHILĒNI, vel PHILÆNI, orum. m. [Φιλῆνοι, ἢ Φίλαινοι] duo fratres Carthaginienses, qui pro amplificatione patriæ suæ se vivos sepeliri sustinuerunt. Nam quum Carthaginienses & Cyrenenses diu certassent inter se de finibus, tandem sponsionem fecerunt, ut certo tempore duo viri ex utraque civitate exirent, & ubicunque illi sibi fierent obvii, ibi utriusque civitatis fines essent. Igitur Carthagine missi Phileni, longe processerunt in fines Cyrenensium, ante quam illi venirent. Quumque Cyrenenses se esse præventos vidissent, criminati Carthaginienses, quasi ante tempus domo egressi essent, eo tandem altercando perduxerunt rem, ut posita conditione, quo loco fines alterutri populo suo peterent, vivi illic infoderentur, quam quum Phileni non respuerent, ibidem vivi obruti sunt: Carthaginiensesque illic iis aras fecerunt. Aræ Philenôn hodie sunt *Porto de Saba*. Olivarius in Melam. Sil. lib. 15. 704.

> At Canthus Lybicæ late possessor arenæ,
> Qua celebre invicti nomen posuere Phileni. V. Sall. Jug. 79.

PHILESIUS, i. m. Cognomen Apollinis. Græci Φιλήσιον, amabilem dicunt. Quod cognomen idcirco Apollini tribuitur, quia lumen ejus exoriens, amabili veneratione oculorum consalutamus. Bocat. lib. 5.

PHILESIUS, a, um. Adj. ut, Regna Philesia. Ovid. in Ibin, v. 327. Al. Phliasia.

PHILETÆRIA, æ. f. [Φιλεταίριον Dioscoridi] herba est, teste Plin. lib. 25. cap. 6. quam nonnulli Polemoniam appellant. Alii Chiliodynamam, radice crassa, exilibus ramis, quibus in summis corymbi dependent nigro semine, cetero rutæ similis.

PHILĒTAS, æ. m. [Φιλήτας] Cous, temporibus Philippi & Alexandri Macedonum grammaticus, criticus & poeta, præceptor Ptolemæi Philadelphi, scripsit elegias, epigrammata, & alia. Auctor Suidas. V. Quintil. lib. 10. cap. 1. Propert. lib. 3. 1. 1.

> Callimachi manes, & Coi sacra Philetæ.

Fures & Latrones Ægyptii Philetas dicebant. Senec. Epist. 51. extr. Voluptates præcipue exturba, & invisissimas habe, latronum more, quos Philetas Ægyptii vocant. [Suid. φιλητὴς, λῃστὴς, φιλῆται δὲ οἱ κλέπται. Ego φιλητὰς Senecam scripsisse puto, quia subjicit, In hoc nos amplectuntur ut strangulent. Gloss. Cyrill. φιλητὴς, Basiator, Amator. Forte igitur id genus Latronum fuit, qui amplectendo strangulabant.

PHILE-

Philētēos, a, um. Adj. [Φιλήτειος] Propert. lib. 3. 2. 52.
Tolis Calliope: lymphisque a fonte petitis,
Ora Philetea nostra rigavit aqua. conf. 2. 25. 31. & 3. 1. 1. & 4. 6. 5.

Philetis, idis. f. Collyrium ad pustulas oculorum. Cels. 6. 6. 10. [Medici videtur, non medicamenti nomen. Est autem genit. a recto Philetes, flexione Latina. Philetæ cujusdam meminit Galenus.

Philēum, i. n. [Φιλαῖον] Ptolem. lib. 2. cap. 11. Civitas Germaniæ, in regione quæ hodie Frisia vocatur: vulgo *Groningen*.

Philia, æ. f. [Φιλία] Dea: Amicitia Latinis dicta, quam pinxerunt Romani, juveni forma, detecto capite, tunica rudi velutam, in cujus fimbriis scriptum legebatur Mors & Vita, in fronte Æstas & Hiems. habebat latus apertum usque ad cor, & brachium inclinatum digito cor ostendens: ibi scriptum erat, Longe & Prope. Lil. primo Syntagm.

Philidas, is. m. [Φιλίδας] Mango quidam fuit equorum, a quo quum Themistocles equum dono postulasset, passusque esset repulsam, minatus est se domum ejus continuo ligneum equum facturum, quo ænigmate significabat se propinquorum accusationes & crimina in eum conjecturum. Plutarch. in Themistocle p. 124. Francf.

Philippaus, V. philippus.

Philippi, orum. m. [Φίλιπποι] Civitas est Threciæ (inquit Servius) in qua primo Cæsar & Pompejus, postea Augustus & Brutus Cassiusque dimicaverunt. Virg. 1. Georg. 490.
Romanas acies iterum videre Philippi.
Æmathii Philippi. Ovid. 15. Met. 824.
Busta civilia Philippi. Propert. lib. 2. 1. 27.

Philippensis, e. Adj. possessivum formatur a Philippi Thraciæ civitate. ut, Philippenses cives, Φιλιππήσιοι, & Philippense bellum, Quod apud Philippos gestum est. Suet. Aug. cap. 13.
Prælium Philippense. Plin. 7. 45.

Philippica, **Philippicus**, V. philippus.

Philippīdes, is. m. [Φιλιππίδης] Comicus poeta haud ignobilis, qui ætate jam provecta, quum in certamine poetarum præter spem vicisset, gaudio repente mortuus est: quod & Diagoræ Rhodio accidit.
Fuit & alius ejusdem nominis a celeritate pedum ἡμεροδρόμος cognominatus, quod viginti trium horarum spatio mille quingenta stadia pedibus confecerit: diei unius & noctis spatio itinere ab Athenis Lacedæmonem usque peracto. Suid. & Solin cap. 6. pr.
Philippide tenuius. Proverbii speciem habet, quod non invenuste accommodabitur ad orationem jejunam, aut disputationem otiosæ utilitatis. Tractum ex eo quod Athen. lib. 12. extr. scribit, Philippidem comœdiarum scriptorem sic tenui fuisse corpore, ut etiam πεφιλιππιδῶσθαι dixerint, pro macruisse.

Philippopŏlis, is. f. [Φιλιππόπολις] Urbs Thraciæ, a Macedone Philippo, Amyntæ filio, condita. Tacit. 3. Ann. 38. extr. Plurimi, ac maxime compositi, regem, urbemque Philippopolim, a Macedone Philippo sitam circumsident. V. Plin. lib. 4. cap. 11. [Apud Tacitum omnino Politam legendum. Causa erroris apparet, omissa nempe syllabæ repetitio præcedentis.

Philippus, i. m. [Φίλιππος] Macedo, Amyntæ filius, puer quondam bis obses datus ab Alexandro fratre, primum Illyriis, deinde Thebanis, conciliandæ pacis gratia. Quo tempore per triennium in domo Epaminondæ summi ducis, pueritiæ rudimenta exercuit. De hoc legito Diodorum: & Justinum 7. 8. & 9.
Philippum Macedonum regem, rebus gestis & gloria superatum a filio, facilitate & humanitate superiorem fuisse dicit Cic. 1. Off. 90.
Philippus Aristotelem Alexandro filio doctorem accivit, a quo eodem ille & agendi acciperet præcepta, & loquendi. Cic. 3. de Orat. 138.
Pellæi proles vesana Philippi, Alexander M. Lucan. lib. 10. 20.
Philippus, Demetrii filius, rex Macedoniæ a T. Quintio Flaminino victus. V. Liv. lib. 31.
Terra regnata Philippo, Macedonia. Ovid. 4. de Pont. 15. 15.
Philippus Acarnan, medicus Alexandri, teste Curt. lib. 3. 6. pr. Hujus etiam meminit Plutarch. in vita Alexandri.
Philippus etiam cognomen Marciæ gentis apud Romanos fuit, cujus viros claros complures legimus, inter quos L. Philippus orator, Crassi adversarius, ut scribit Cic. 3. de Orat. a principio.
Clari monimenta Philippi, Aqua Marcia. Ovid. 6. Fast. 801.
Strenuus & fortis, causisque Philippus agendis Clarus, &c. Hor. 1. Epist. 7. 46.
Fuit & inter Rom. Cæsares Philippus, Arabs genere, Gordiani tertii, quem fraude occidit, successor, Christianus multis creditus. V. Capitolin. in vita Gordiani Pii, Aurel. Vict. Eutrop. Euseb. & Cassiod. in Chron.
Philippus Corneus, Jurisconf. Perusinus: docuit Civile jus annos 50. Pisis, Ferrariæ, & Perusii: octogenarius in patria occubuit anno 1460.
Philippus Decius, Jurisconsultus Mediolanensis, docuit in Italia Civile jus, trajectisque Alpibus Valentiæ Cavarum professus est Jurisprudentiam. Hinc Florentiam revocatus, moxque Senis mille quingentorum aureorum stipendio docuit, mortuusque est anno 1535.
Philippus, Nummus, V. post seq. dict.

Philippēus, a, um. Adj. [Φιλίππειος] ut, Sanguis Philippeus. Propert. lib. 3. 11. 40.
Nummus Philippeus, aureus, cujus sæpe meminit Liv. ut 37. 59. Nummos aureos Philippeos centum quadraginta millia. [Hic Macedonicum nomisma est. Sed apud Trebell. in Claud. cap. 14. Romanum. Philippeos nostri vultus annuos CL. Vopisc. in Aurel. 10. & 12. Argenteos Philippeos minutulos. & in Probo cap. 4. Æreos, in Bonoso extr. Aureos. Hi videntur a Philippo Arabe nomen suum etiam sub sequentibus Impp. retinuisse, ut Antoniniani a Caracalla, & Aureliani a principe cognomine. conf. l. 27. §. Cui legat. D. de aur. arg. leg.

Philippus, i. m. Aureus nummus idem, cujus apud Plautum frequens mentio est. Hor. 2. Epist. 1. 234. Regale numisma Philippos nuncupavit.

Philippĭcus, a, um. [Φιλιππικός] Adj. ut, Argentum Philippicum. Plaut. Truc. 5. 1. 60.

Philippĭcæ, arum. [Φιλιππικοὶ λόγοι] Orationes Demosthenis in Philippum regem: ad quarum imitationem Ciceronis orationes in Antonium, Philippicæ quoque dicuntur, quæ & Antonianæ dici poterant. Cic. 2. Att. 21. Fuit mihi commodum, quod in iis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerat civis ille tuus Demosthenes, & quod se ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abjunxerat, &c.

Philiscum, i. n. Oppidum Parthorum ad Euphratem, non procul a Damasceno campo. Plin. lib. 5. cap. 26.

Philiscus, i. m. [Φιλίσκος] Thasius, cognomento Agrius, homo quidam, quem Plin. lib. 11. c. 9. narrat in desertis apes coluisse, deque illis scripsisse. Plures hoc nomine memorat Suidas. Ex quo etiam disces Φιλίσκος & Φίλιστος solere confundi.

Philistion, ōnis. m. [Φιλιστίων] Sardianus sive Prusiensis poeta Comicus, qui Socratis ætate floruit, & ex nimio risu mortuus est. Suidas.

Philistus, i. m. [Φίλιστος] Historicus fuit, de quo sic Cic. 2. de Orat. 57. Hunc consecutus est Syracusius Philistus, qui quum Dionysii tyranni familiarissimus esset, otium suum consumpsit in historia scribenda, maximeque Thucydidem est, sicut mihi videtur, imitatus. conf. Suid. in Φιλίσκος.

Phillyra, **Phillyreios**, **Phillyrides**. V. philyra.

Philo, ōnis. m. [Φίλων] Academicus, Clitomachi discipulus, Romæ profitebatur, quo profugerat Mithridatico bello, teste Cic. de Clar. Orat. 306.
Philo alius, Architectus fuit, qui Atheniensibus armamentarium fecit, ut ait Cic. 1. de Orat. 62.
Fuit & alius Philo Cœlii libertus, ut ipse testatur in epistola ejus ad Ciceronem, lib. 8. 8.
Philo item alius Pompeji libertus, ut scribit Cic. 16. Att. 3.
Philo Herennius, Byblius genere, grammaticus tempore Adriani, de cujus Imperio scripsit: præterea de civitatibus & viris claris libros XXX. Suidas.
Philo Judæus, Alexandriæ natus, disciplinisque omnibus eruditus, in nostra & Græcorum philosophia multum versatus. Eloquentiæ Platonis adeo æmulus, ut vulgo dictum fuerit, ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει. id est, aut Plato Philonem, aut Philo Platonem æmulatur. In divinis autem legibus & patriis institutis quantus fuerit, ex his quæ nobis librorum suorum tradidit monimentis, palam est. Igitur temporibus Caji quanta acciderint Judæis mala, voluminibus absolvit, quibus & suam legationem pro Judæis apud ipsum imperatorem retulit. Sed & Josephus hujus legationis meminit lib. 18.

Philŏcalēa, vel **Philŏcalīa**, æ. f. [Φιλοκαλία] Castellum in Themiscyrena, non procul a Tripoli fluvio & castello. Plin. lib. 6. cap. 4.

Philŏchăres, is. m. [Φιλόχαρες] Marrubium herba. Plin. 20. 22.

Philŏchŏrus, i. m. [Φιλόχορος] Atheniensis vir doctissimus & vates, tempore Eratosthenis exstinctus insidiis Antigoni Macedoniæ regis, ob amicitiæ suspicionem cum Ptolemæo rege. Scripsit Atthidis lib. 17. qui continent res gestas Atheniensium, & reges, & magistratus, usque ad Antiochum cognominatum Deum, aliaque complura. Auctor Suidas.

Philŏclēs, is. m. [Φιλοκλῆς] Atheniensis poeta Tragicus fuit, non ita multo post Euripidem, Æschyli ex sorore nepos, ab iracundiæ vitio Bilis appellatus. Facie fuit in primis fœda, capiteque in cristæ formam acuminato. Scripsit fabulas centum. Reliquit filium nomine Morsimum, & ipsum poetam Tragicum. Hæc Suidas.
Philocles, Ægyptius pictor, picturæ linearis inventor. Plin. lib. 35 cap. 3.

Philŏcrătēs, is. m. [Φιλοκράτης] Atheniensis quidam, quem Demosthenes in proditionis suspicionem adducit. Exstant ad hunc aliquot Æschinis epistolæ.
Fuit & alius ejusdem nominis Struthius cognominatus, de quo vide Suidam.

Philoctētes, æ. m. [Φιλοκτήτης] Servius in illud 3. Æn 402.
— hic illa ducis Melibœi
Parva Philoctetæ subnixa Petilia muro. sic ait, Philoctetes fuit Pœantis filius, Herculis comes: quem Hercules quum ignem sibi in Œta monte componeret, petiit ne alicui sui corporis reliquias indicaret. De qua re eum jurare compulit: & ei pro munere dedit sagittas hydræ felle tinctas. Postea Trojano bello responsum est, sagittis Herculis opus esse ad Trojæ expugnationem. Inventus itaque Philoctetes, qui cum negaret primo se scire, ubi esset Hercules, tandem confessus est mortuum esse. Inde quum acriter ad indicandum sepulcrum ejus cogeretur, & primo negaret, pede locum percussit, ne loqueretur: juraverat enim nolle dicere. Postea pergens ad bellum, quum exerceretur, sagittæ unius casu vulneratus est pedem, quo percusserat tumulum. Ergo quum putorem insanabilis vulneris Græci ferre non possent, diu quidem eum, pro oraculi necessitate, sustinuerunt: ductum tandem apud Lemnum sublatis reliquerunt sagittis. Hic postea horrore sui vulneris ad patriam redire neglexit: sed sibi parvam Petiliam in Calabriæ partibus fecit. Alii eum adductum a Græcis ad occidendum sagittis Paridem dicunt, quia etiam Paridis more inter fatalia dicitur fuisse Trojano. Hæc Servius.
Alii dicunt natricem ejus pedem invasisse. V. Philostr. in Imaginib. & Quint. Calabr. lib. 9. ad fin. qui e Podalirio persanatum tradit, a Machaone vero Propert. lib. 2. 1. 59.
Tarda Philoctetæ sanavit crura Machaon.
Cicero lib. 7. Famil. 26. Trebatium, qui Cæsarem in Britanniam euntem subsecutus non erat, sed excusatione quadam usus Samarobrivæ substiterat, eleganter Philocteten vocat. Quod in Britannia, inquit, non minus Philoctetam te præbuisti. Quam lectionem multi magis probant, quam illorum, qui Non nimis Philotheoron legunt, Spectaculorumque amatorem, vel peregrinationis studiosum interpretantur. Idem quoque Cicero alibi Philocteten vocat Eum, qui plurima mala patriæ suæ aut civibus imprecatur. Unde Ulysses apud Ovidium lib. 13. Met. 329.
Sis licet infestus sociis, regique, mihique,
Dure Philoctete: licet exsecrere, meumque
Devoveas sine fine caput, cupiasque dolenti
Me tibi forte dari, nostrumque haurire cruorem, &c. Verba Ciceronis hæc sunt 2. Q. frat. 10. extr. De Republica nimium te laborare doleo, & meliorem civem esse, quam Philocteten, qui accepta injuria, ea spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse video. [Sed altera lectio, quam primus ex Medicæo codice protulit Politian. Misc. cap. 87. ac deinde docti certatim comprobarunt, sine dubio præferenda est. V. Victor. not.
Ausonius poeta Philocteten pro Molli & effeminato accipit in epigrammate 70. subscripto picturæ Crispæ mulieris impudicæ,
Præter legitimi genitalia fœdera cœtus,
Repperit obscœnas veneres vitiosa libido,
Herculis hæredi quam Lemnia suasit egestas. Hoc etiam nomine notatus est a Martiale Epigramm. lib. 2. 84.

Mollis erat, facilisqoe viris Pæantius heros:
Vulnera ſic Paridis dicitur ulta Venus.

Philoctetes, quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio ſagittarom. Cic. 5. de Finib. 32.

Philoctetes ſerpentis morſu ulceratus, in inſula Lemno relictus eſt. Cic. de Fato, 36.

PHĬLOCTĒTĒUS, a, om. [Φιλοκτήτειος] Adj. Cic. 2. Tuſc. 55. Refutetur ac rejiciatur Philocteteus ille clamor.

PHĬLŎDĒMUS, i. m. [φιλόδημος] Epicureus Ciceronis ætate nobiliſſimus. V. Cic. 2. de Fin. 119. & Hor. 1. Serm. 2. 121. Scribitur & Philodamus.

PHILOGRÆCUS, i. m. [φιλέλλην] Qui libenter utitur dictionibus Græcis. Varro 3. de R. R. cap. 10. Tranſi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod vos philogræci vocatis ἀμφίβιον.

PHĬLŎGYNĬA, æ. f. [φιλογυνία] Amor mulierum. Cic. 4. Tuſc. 25. Similiterque ceteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulieroſitas, ut ita appellem eam, quæ Græce φιλογυνία dicitur, ceterique ſimiliter morbi ægrotationeſque naſcuntur.

PHĬLŎISTOR, vel PHILOHISTOR, ŏris. m. [φιλοΐστωρ] Cupidus doctrinæ Hieron. Epiſt. 103. 7.

PHILOLĀUS, i. m. [Φιλόλαος] Corinthius, qui leges Thebanis dedit, ex familia Bacchiadum fuit: amicus Dioclis, qui Olympia vicit: ſed ubi ille civitatem deſeruit, commotus ob amorem matris Alcinoæ, Thebas migravit, atque ibi ambo defuncti ſunt. V. Ariſtotelem 2. Politicorum. extr. Philolaum inſtituit Archytas Tarentinus. Cic 3. de Orat. 139.

PHILOLOGIA, æ. f. [φιλολογία] Loquacitas, aut Amor ſermonis. Frequentius tamen in bonam partem ſumitur pro Studio litterarum, ſeu poëmatum & hiſtoriæ. Cic. 16. Fam. 21. Cujus quum frugi ſeveraque eſt vita, tum etiam jucundiſſima convictio: non eſt enim ſejunctus jocus a philologia, & quotidiana συζητεῖν.
Quæ philoſophia fuit, facta philologia eſt. Senec. Epiſt. 108.

PHILOLŎGUS, i. m. [φιλόλογος ἢ φιλολόγος] Studioſus ſive amator ſermonis. Suet de Claris Gram. cap. 10. obi de Attejo, Philologi appellationem aſſumpſiſſe videtur, quia ſicut Eratoſthenes, qui primus hoc cognomen ſibi vendicavit, multiplici variſque doctrina cenſebatur. Cic. 13. Att. 13. Ergo illam ἀφιλολογίαν, in qua homines nobiles illi quidem, ſed nullo modo philologi, nimis acote loquuntur, ad Varronem transferamus.

PHILOLOGUS, a, um. [φιλόλογος] Adj. ut, Rebus philologis delectari. Vitruv. procem. lib. 6.

PHĬLŎMĒLA, æ. vel PHILOMELE, ēs, f. [Φιλομήλη] Pandionis Athenarum regis filia, & ſoror Prognes uxoris Terei regis Thracum. Quæ quum a Tereo compreſſa fuiſſet, tandem (ut eſt in fabulis) deorum miſeratione in avem ſui nominis converſa fuit, quæ & Luſcinia dicitur. Nec ceſſat deflere cantu dulciſſimo injuriam, quam paſſa eſt. Interpretatur Amabilis. Fabulam V. apud Ovid. 6. Met. Martial. lib. 14. 75.
Flet Philomela nefas inceſti Tereos: & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur avis.
Mærens Philomela. Virg. 4. Georg. 511.

PHILOMELUS, i. m. [Φιλόμηλος] Viri nomen. Martial. 4. 5.

PHILOMĒLIUM, i. n. [Φιλομήλιον] Urbs magnæ Phrygiæ. Cic. 3. Fam. 8; 15. 4. & 5. Att. 20. [Apud Suid. corrupte, opinor, Φιλομίλιον, quod pronuntiari debet Philomillion.

PHILOMENES, V. PYLÆMENES.

PHĬLŎMŪSOS, i. m. [φιλόμουσος] Amator, ſive amicus Muſarum. Proprium eſt apud Martial. lib. 7. 76.
Delectas, Philomuſe, non amaris. Sic lib. 3. 10.

PHILONIDES, is. m. [Φιλωνίδης] Curſor Alexandri, qoi ex Sicyone Elin, mille & ducenta ſtadia, novem diei confecit horis. Plin. lib. 2. cap. 71.
Philonides alius, Melitenſis patria, prægrandi corpore, ceterum inſulſus & indoctus. Ab hoc tractum eſt proverbium, Indoctior Philonide. Notatur etiam aliquoties ab Ariſtophane, ut mulieroſus, & in paraſitos profuſus.

PHĬLŌNIUM, i. n. [Φιλώνιον] Pharmaci genus anodyni ex opio, ab auctore Philone dictum. Serenus, v. 393.
Quid referam multis compoſta philonia rebus.

PHILOPÆS, ædis. m. [Ψιλόπαις] Marrubium, herba. Plin. 20. 22.

PHĬLŎPĀTŎR, ŏris. m. [Φιλοπάτωρ] Amans patris, Arnob. 6. p. 197. Fuit & Cognomen Ptolemæi regis Ægyptii, ſed per Antiphraſin, quia patre ac matre interfectis, regnum occupaverat. V. Juſtin. 29. 1.
Philopator cognomen unius ex Ptolemæis regibus, ut Antiochus quidam dictus eſt Eopator apud Appian. in Syr. 90. & alibi. H. St. deſiderabatur omnino hæc dictio in edit. Lugd.

PHĬLŎPŒMĒN, ĕnis. m. [Φιλοποίμην] Megalopolitanus, dux Achæorum præſtantiſſimus, Lacedæmonios & Meſſenios moltis cladibus affixit, ot eſt auctor Plutarchos in T. Flaminino. Hujus etiam meminit Livius 35. 25. ſeq: qui de captivitate & morte ejus videndus 39. 49. ſeq. Auſon. Idyl. 12. 82.
Carcere in Argivo Philopœmena lenta adiit mors. Sunt qui rectum faciont Philopœmenes, contra Polybii, Plutarchi, Polyæni, Æliani, Suidæ, Livii &c. auctoritatem.

PHILOS. i. Inſula contra Perſidem, non procul a Caſſandra. Plin. 6. 25.

PHĬLŎSŎPHĬA, æ. f. [φιλοσοφία] Amor ſapientiæ. Cic. 1. de Legib. 58. Ita ſit mater omnium bonarum rerum ſapientia: a cujus amore Græco verbo φιλοσοφία nomen invenit.
Philoſophia, nec quicquam aliud eſt, ſi interpretari velis, quam ſtudium ſapientiæ Cic. 2. Off. 5.
Ars vitæ, philoſophia eſt Cic. 3. de Finib. 4.
Cognitio omnis optimarum rerum, atqoe in iis exercitatio, philoſophia nominatur. Cic. 3. de Orat. 57.
Commentatio mortis, philoſophia. Cic. 1. Tuſc. 74.
Cultora animi, philoſophia eſt, quæ extrahit vitia radicitus. Cic. 2. Tuſc. 13.
Mater omnium artium, donum & inventum deorum, philoſophia. Cic. 1. Tuſc. 64.
Mater omnium bene factorum, beneque dictorum, philoſophia. Cic. 2. de Clar. Orat. 322.
Medicina animi, philoſophia. Cic. 3. Tuſc. 6.
Procreatrix omnium artium laudandarum & quaſi parens, philoſophia. Cic. 1. de Orat. 9.
Philoſophia virtutis continet & officii & bene vivendi diſciplinam: quam qui profitetur, graviſſimam mihi ſuſtinere perſonam videtur. Cic. in Piſon. 71.
In philoſophia nihil debet eſſe loci commentitiis fabulis. Cic. 2. de Divin. 80.
Diſtributa eſt in tres partes philoſophia, in naturæ obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam atque mores. Cic. 1. de Orat. 68.
Fugiens conſulto multitudinem philoſophia, paocis contenta judicibus. Cic. 2. Tuſc 4.
Frogifera & fructuoſa. Cic. 3. Off. 5.
Orba. V. ORBUS.
Præpotens & glorioſa. Cic. 1. de Orat. 193.
Nobiles in philoſophia. V. NOBILIS.
Avocare philoſophiam a rebus occultis. V. AVOCO.
Avocare aliquem a philoſophia. Cic. 1. Tuſc. 4.
Illuſtrare Latinis litteris. V. ILLUSTRIS.
Inchoare. V. INCHOO.
Indixerat bellum philoſophiæ Zethus Pacuvianus. Cic. 2. de Orat. 155.
Ingurgitare ſe in. V. INGURGITO.
Inſinuare ſe in. V. INSINUO.
Laudari ſatis digne nunquam poterit philoſophia, cui qui pareat, omne tempus ætatis ſine moleſtia poſſit degere. Cic. de Senect. 2.
Profiteri. Cic. in Piſon. 71.
Verſari in antiquiſſima & nobiliſſima. Cic. 2. Off. 8.
Philoſophiæ in pl. dicuntur Sophiſmata & ancipites diſputationes. Cic. 3. de Orat. 107. Senec. Epiſt. 48. Gell. 4. 1. & 5. 3.

PHILOSOPHUS, i. m. [φιλόσοφος] Cic. 1. de Orat. 212. Philoſophi denique ipſius, qoi de ſua vi ac ſapientia unus omnia pæne profitetur, eſt tamen quædam deſcriptio, Ut is qui ſtudeat omnium rerum divinarum atque humanarum vim, naturam, caoſaſqoe noſſe, & omnem bene vivendi rationem tenere & perſequi, nomine hoc appelletur.
Omnia ſicot propria, ſua eſſe, atque a ſe poſſideri volunt philoſophi. Cic. 1. de Orat. 217.
Auctores rerum, non fabularum philoſophi. Cic. 3. de Nat. Deor. 77.
Magiſtri virtutis. Cic. 4. Tuſc. 70.
Genera philoſophorum deſcribit. Cic. 3. de Orat. 58. & 59.
Scholæ philoſophorum. Quintil. in procem. lib. 1.
Cathedrarii philoſophi. V. CATHEDRARIUS.
Contemptiſſimi. V. CONTEMNO.
Nobiliſſimus illius ætatis & clariſſimus. V. NOBILIS.
Noſtrates. V. NOSTRAS.

PHILOSOPHUS, a, um. Adj. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1. Ea cœna, quam Callias doctiſſimus dedit, nullum verbum niſi philoſophum ſenſit.
Sententia philoſopha. Gell. 13. 8.
Superl. l. fin. C. de Jure dot.

PHILOSOPHĬCUS, a, um. Adj. [φιλοσοφικός] Qood eſt philoſophi. ot Scriptio Philoſophica. Cic. 5. Tuſc. 121. Ad Brutumque noſtrum hos libros alteros quinque mittemus, a quo non modo impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones, verum etiam laceſſiti.

PHILOSOPHICE, Adv. [φιλοσοφικῶς] ut, Philoſophice vivere. Lactant. 3. 14.

PHILOSŎPHOR, [φιλοσοφῶ] āri. Philoſophorum more diſputare, & rerum naturas perſcrutari. Cic. 1. de Nat. Deor. 6. Et quum minime videbamur, tum maxime philoſophabamur. Plaut. Pſeud. 2. 3. 21.
Sed jam ſatis eſt philoſophatum: nimis diu & longum loquor.
Cum Græculis philoſophari. Cic. Poſt red. in Senat. 13.
Paucis philoſophari, & Omnino: contraria. Cic. 2. de Orat. 156.

PHĬLOSTRĀTUS, i. m. [Φιλόστρατος] Lemnius, temporibus Severi principis, ejuſque uxoris Juliæ epiſtolarom magiſter, ut ipſe plane monſtrat in vita Apollonii Tyanei: ſcripſit Vitas ſophiſtarum ad Severum, De vita Apollonii libros octo, præterea Heroica.
Philoſtratus, hujus pater, Athenis docuit Neronis tempore: ſcripſit panegyricos plures, & declamationes oratoribus valde probatas, compluraque alia, quæ a Suida commemorantur.
Philoſtratus tertius, ſuperioris filius, docuit Athenis: ſcripſit Panathenaicum, Trojam, Paraphraſin Homerici clypei, Iconaſque huic multi referunt acceptas. Suidas.

PHĬLŎTECHNUS, a, um. Adj. [φιλότεχνος] a φίλος, & τέχνη ars. Vitruv. procem. lib. 6. Philotechnis rebus me delectans.

PHĬLŎTHEŌROS, i. m. [φιλοθέωρος] Speculationi, vel Spectaculis deditus. Cic. 7 Fam. 16. Deinde quod in Britannia non nimis philotheoron te præbuiſti, plane non reprehendo. Quo in loco Philotheoron interpretantur, Studioſum, vel Amantem ſpectaculorum. Alii eum intelligunt, quem Græci φιλοθεάμονα vocant & φιλαποδημητήν. Sic enim appellant illum qui novas terras, novaque loca ſemper viſere vult, ſtudioque peregrinationis mirifice tenetur, ut ſitum orbis terrarum ſpectet, moreſque diverſarum gentium & inſtituta perdiſcat. Sed de ſpectaculorum ſtudio ipſemet explicat Cic. Nonnulli apud Ciceronem legunt, Non minus quam Philocteten, &c. V. in PHILOCTETES.

PHILOTHEORUS, a, um. Adj. Varro apod Non. 4. 68. in Contendo, Age nunc, contende alterum genus philotheoron. [Poteſt eſſe genetivus pl. Græcus voc. præced.

PHĬLŎTĬMUS, i. m. [Φιλότιμος] Ciceronis libertus, ut ipſe ſcribit 3. Fam. 9.

PHĬLŌTIS, idis f. [Φιλωτίς] quæ & Tutula, vel Tilula, [al. Tutella] Ancillarum dux apud Romanos, quom Fidenates oltima victoria ſuperati ſunt. illi enim quum dedi ſibi matronas poſtulaſſent, ac Tutula cum ancillis ad hoſtes habitu matronarum iſſet, eos vino & venere obrutos Romanis prodidit. Plutarchus. in Rom. p. 36 Francf. & in Camillo p. 146. & ex eo Lilius 3. Syntag.

PHILOXĔNUS, i. m. [Φιλόξενος] Hoſpitalis: quo nomine dictus eſt poeta quidam Lyricus, cui quum Dionyſius tyrannus tragœdiam quandam caſtigandam commiſiſſet, ducta linea a capite ad calcem, totum opos damnavit: quapropter in Lautumias conjectus eſt. indeque Tarentum aufugit: Dionyſioque ſe per litteras revocanti, nil aliud, quam monoſyllabam οὐ, reſcripſit, ſæpios repetitam. Auctor Suidas. Hinc natum proverbium eſt, Philoxeni Non. Ubi quis obſtinate vel inficiatur, vel recuſat: aut ubi quis alteri neſcit concedere, neque quicquam ad gratiam loqui.
Fuit etiam hoc nomine Paraſitus quidam, qui collum gruis ſibi optabat, quo diutios cibi potuſque delectatione frueretur. De hoc Philexeno tradit Plutarchus, quod conviviis adhibitus, ſe in pultaria ſoleret emungere, ut reliquis rei fœditate abhorrentibus, ſolus epulis frueretur. Idem etiam traditur de Gnathone quodam Siculo.
Philoxenus Eretrienſis pictor, Nicomachi diſcipulus, cujus tabula nullis poſtpo-

postponenda, Cassandro Regi picta, continuit Alexandri prælium cum Dario. Idem pinxit & Lasciviam, in qua tres Sileni comessabantur. Hic præceptoris celeritatem sequutus, breviores etiamnum quasdam picturæ vias & compendiaria invenit. Plin. lib. 35. cap. 10.

Philoxenus Grammaticus Alexandrinus, Romæ scripsit de Monosyllabis verbis, de Hellenismo, de Linguarum dialectis, & alia. Suidas.

PHILTRA, ōrum. n. pl. [φίλτρα] Latine Amatoria, Genus veneni, amorem, & ut plurimum insaniam ingerentis. Φίλτρον enim, apud nos amatorium dicitur. Ovid. 2 de Arte Am. 105.

Nec data profuerint pallentia philtra puellis;
Philtra nocent animis, spemque furoris habent. Juven. 6. Sat. 610.
Hic magicos affert cantus, hic Thessala vendit
Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti.

Philtrum, usurpant quidam, pro Corporis totius ea venustate, quæ obtutu, primoque intuitu animos in amorem accendat: Galli *Gratiam bonam* appellant. Calep.

PHILTRODES, & PHILTRONOTHUS, æ. f. [Φιλτρώδης] Herba, apud Apul. de Herb. cap. 56. & 65.

PHILUS, i. m. [Φίλος] Amans, amator. Petron. cap. 121. Quam cito etiam philorum obliviscerentur. al. Filiorum.

PHILȲRA, vel PHILURA, æ. f. [Φιλύρα] Arbor, quam Latini Tiliam vocant, ut est in Gloss. utroque. Quamvis alii dicant esse Membranam tenuissimam inter corticem & lignum tiliæ. Hor. 1. Carm. 38. 2.

Displicent nexæ philyra coronæ. Plin. de tilia, lib. 16. cap. 14.

Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana, e quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorumque honore.

In philyris arborum antiqui scribebant. Martianus lib. de nuptiis Philologiæ, Libri in philyræ cortice subnotati. Plin lib. 13. cap. 11. Præparantur ex eo chartæ divisæ acu in prætenues, sed quam latissimas philuras.

PHILYRA, vel PHILLYRA, æ. f. [Φιλύρα, Φιλλύρα] etiam Oceani filia, mater Chironis Centauri, a qua ille Phillyrides, & Philyreius dictus.

PHILYREĪUS, a, um. [Φιλυρήϊος] Adj. ut, Tecta Philyreia. Ovid. 7. Met. 352.

Heros Philyreius, i. e. Chiron. Idem 2. Met. 678.

PHILȲRIDES, vel PHILLYRIDES, æ. m. patronym. [Φιλυρίδης] de Chirone. Ovid. 1. de Arte Am. 11. Hesiod Theog. 1002.

PHĪMŌSIS, ĕos. vel is. f. [φίμωσις] dicitur quum glans membri virilis ita tegitur præputio, ut nudari non possit. Dicta φίμωσις, ἀπὸ τοῦ φιμῶ, quod nexum in superiore parte sacci significat, quum scilicet totus sacculi oris ambitus funiculo colligatur. Est & Phimosis vitium huic prorsus contrarium, quum præputium semel deductum, suum in locum reduci non potest, quod vitii genus etiam παραφίμωσις appellatur. V. Celsum lib. 7. cap. 25.

PHIMUS, i. m. [φιμός] Fritillus. Hor. 2. Serm. 7. 17.

Mitteret in phimum talos, &c.

PHINA, æ. f. Oppidum in Macedonia ad oram Heracleam. Plin. lib. 4. cap. 10.

PHĪNEUS, ei. m. [Φινεύς] Rex Arcadiæ, qui quum filiis suis, uxoris secundæ impulsu oculos eruisset, ira divina ipse etiam cæcus est factus, & Harpyiæ aves rapacissimæ cibos ejus aut rapuerunt, aut fœdaverunt. Sed postea Zetus & Calais a Phineo humaniter tractati eas fugaverunt. V. in dictione STROPHADES. Propert. lib. 3. 5. 41.

Aut Alcmæoniæ furiæ, aut jejunia Phinei.

Aves Phinei. Senec Thyest. n.

De Phineo cæco, V. Valerium lib. 4. Argon. 425.

Phineus alius, Cephei frater, qui quum promissam sibi Andromedam filiam fratris, a Perseo, cui ex pacto postea nupserat, repeteret, ab eodem Perseo in marmor mutatus fuit, visa facie Medusæ. V. Ovid. 5. Met. 231.

Fuit & alius Phineus Atheniensis, in avem mutatus; ut idem refert Ovid. lib. 7. Met. 398. quem Justissimum vocat.

PHINĒIUS, a, um. Adj. [Φινήϊος] ut, Guttura Phineia. Ovid. 6. Fast. 802. Virg. 3. Æn. 212.

— Phineia postquam
Clausa domus.

PHINTIA, æ. f. Siciliæ fons, in quem, ut Apion refert, nihil immergi potest: sed omnia fluitant. Plin. lib. 31. cap. 2.

PHINTHIAS, æ. m. [Φινθίας] Amicus fuit Damonis cujusdam, ut ex Plutarcho περὶ πολυφιλίας invenimus. Itaque apud Ciceronem in 3. de Officiis 45. & Valerium Maximum 4. 7. extr. Phinthia reponi debet loco Pythiæ. In quibusdam tamen libris scribitur etiam Pynthia. Turnebus Advers. 20. 13. Junge Fulv. Ursi. & Græv. not. in Cic.

PHISON, [Φισών] teste Josepho lib. 1 cap. 2. Una est e partibus illius magni fluminis, in omnem terram undique profluentis, a quo Paradisus rigatur: hic, ut idem testatur, eductus in Indiam, pelago late diffunditur: Getha nuncupatur a Græcis. Aliqui interpretantur Gangen, alii Nilum.

PHITHARUS, i. m. Piscis quidam apud Plin. lib. 32. cap. ult. Harduinus legit Phthitarus.

PHITII, orum. m. Apud Lacedæmonios a Lycurgo institutum ferunt, ut octo & viginti seniores Regi adessent, ac duo propinquiores & contubernales, quos ipse elegerat, qui Phitii appellantur, ut si quid casurum foret animadverterent, ipsiusque munia & officium obirent. Alexand. ab Alex. lib. 4. cap. 23.

PHITTACIDES, [Φιττακίδες] Genus calceamentorum muliebrium, apud Pollucem lib. 7. cap. 22.

P H L

PHLĀNO, ōnis. m. [Φλάνων] Lacus & oppidum ad Absyrtum insulam, teste Stephano, unde sinus omnis Phlanonicus vocatur, qui a Pola colonia Jaderam usque diffunditur. Hinc incolæ

PHLANŌNITÆ, um. m. dicuntur, qui Flanates. Plin. lib. 3. cap. 21. Populi in Illyria, a quibus nomen sinui est inditum, quem modo neutæ Quernarium appellant, alii Carnarium, propter naufragia procelloso ferme semper transitu. In recessu ejus, Senia urbs est, cujus a tergo specus sunt, unde vehementes nulla fere non hora venti perflant: eaque

res infamem sinum eum reddit. [Plinius ipsum oppidum l. c. Flanonam f. g. vocat, quia, ut sæpe jam ostendimus, hæc nomina duobus modis flectebantur, Flano, onis, m. & Flanona, æ. f. Cujusmodi sunt alia, quæ ibidem memorantur, oppidorum nomina, Alvona, Ænona, & cap. seq. Scardona, Tariona, Salona &c. & Flanates suspectum. Forsan Flanonates scribendum.

PHLĔBŎTŎMĬA, æ. f. [φλεβοτομία] Venarum sectio. Cæl. Aurel. Acut. 2. 18. 104. Phlebotomiam adhibere. conf. idem 2. 19. 113.

PHLEBOTOMICE, es. f. [φλεβοτομική] Idem. Cæl. Aurel. Acut. 1. 2. 39.

PHLEBOTOMO, [φλεβοτομέω] āre. ut, Equos phlebotomare. Veget. Mulom. 3. 34. Adde Th. Priscian. 1. 37. Octav. Hor. 2. 14. & Cæl. Aurel. Acut. 1. 14. 111.

PHLEBOTOMĀTUS, a, um. Partic. ut, Phlebotomati ægrotantes. Cæl. Aurel. Acut. 2. 13. 88. conf. Sanguino in SANGUIS.

PHLEBOTŎMUM, i. n. [φλεβότομον] Scalpellum quo vena secatur. Cæl. Aurel. Acut. 2. 19. 115.

PHLĔGĔTHON, ontis. m. [Φλεγέθων] Fluvius infernalis flammis æstuantibus tepidus, a φλέγω, ardeo. Virg 6. Æn. 551.

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa.

PHLEGETHONTĒUS, a, um. Adj. [Φλεγεθόντειος] ut, Ripa Phlegethontea. Claud. 2. de Raptu Proserp. 88.

PHLEGETHONTIS, idis. f. [Φλεγεθοντίς] Patronym. pro Adj. Ovid. 5. Met. 544. — sparsumque caput Phlegethontide lympha.

PHLEGIÆ, & PHLEGIAS, V. PHLEGYÆ, & PHLEGYAS.

PHLEGMA, ătis. n. [φλέγμα] Latine Pituita dicitur. V. Th. Priscian. de Diæta cap. 20. & supra PITUITA.

PHLEGMĀTĬCUS, a, um. Adj. [φλεγματικός] Qui phlegmate abundat plus satis. Idem cap. 24.

PHLEGMASIA, æ. f. [φλεγμασία] Inflammatio cum febre. Galen. lib. 1. in Aphorism. Hippocratis. [Sed V. Foesii Oecon. Hippocr. in Φλέγμα ad fin.

PHLEGMŌNE, es. f. [φλεγμονή] Latine Inflammatio dicitur, sive collectio, quoties sanguis utilis & mediocriter crassus, fertur subito in aliquam corporis partem. Proprie autem quælibet incensio cum tumore & ulcere, hoc nomine appellatur, ut ait Galenus de morborum differentiis. Celsus lib. 1. in præfat. Et inflammationem, quam Græci phlegmonen nominant, excitat: eaque inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est, &c. Phlegmone, est tumor cum rubore & duritie pulsatiles afferens dolores, dicta quod affectus ea locus φλέγεται, hoc est uritur: aut tumor dolens, ac renitens, cum rubore, citra febrem. Galen. in finit. Medic.

PHLEGON, ōnis m. [Φλέγων] Unus ex equis Solis ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod est Ardere, dictus. Ovid. 2. Met. 154.

Interea volucres Pyrois, Eous, & Æthon,
Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras
Flammiferis implent.

PHLEGONTIS, idis. f. [φλεγοντίς] Gemmæ genus, quod flamma quædam intus ardere videtur. Plin. lib. 37. cap. 11.

PHLEGRA, æ. vel PHLEGRE, es. f. [Φλέγρα] Urbs est Macedoniæ, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 10. in descriptione Macedoniæ. Propert. lib. 1. 20. 33.

Hic erat Arganti Phlegra sub vertice montis. al. Pegæ. q. V.

Sparsa impio cruore Phlegra. Senec. Herc. fur. 6.

Tumidæ Phlegræ prælia. Stat. 10. Theb. 903.

PHLEGRÆUS, a, um. Adj. [Φλεγραῖος] Campus Phlegræus. Propert. lib. 3. 11. 37. V. paulo post.

Castra Phlegræa. Stat. 1. Achil. 484.

Juga Phlegræa. Propert. lib. 3. 9. 48.

Prælia. Stat 5. Silv 3. 196.

Tumultus Phlegræi. Propert. lib. 2. 1. 39.

Vertex Phlegræus. Sil. lib. 8. 540.

Phlegræus campus quibusdam in Thessalia, aliis in Macedonia: Plinio vero lib. 3. cap. 5. & Straboni lib. 5. in Campania, juxta Cumas, in quo Gigantes ab Hercule superati feruntur: illicque sepulti quoties anhelant, terram quatiunt. V. Silius lib. 12. 143. Id autem ideo fictum est, quoniam ea regio tota sulphure scatet. Hinc fit, ut ventorum impulsu excitetur passim ignis: qui quum exitum e cavernis natura expetat, dum luctatur assidue, terram tandem quatit & commovet, aestuatque frequenter: unde & nomen sortitus; Φλέγειν enim Græce, exurere, Ardereque significat. Theagenes vero, inquit Strabo lib. 5. & Eudoxus qui ad historicam fidem pugnam hanc conantur reducere, Pallenen (inquiunt) quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas & superbia morum, Gigantum cognomen peperit. In hos ineunte prælium Hercule, fulmina de cælo missa sunt, donec ii fugere coacti sunt, sicque ingenti victoria superati. Ex hac re rumor in vulgus ortus, ut Gigantes moverint bellum diis.

Phlegræus item Bocatio, Unus ex Centauris Ixionis & Nubis filius.

PHLEGȲAS, æ. m. [Φλεγύας] Martis filius, rex Lapitharum, Ixionis pater, habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitiavit, unde suscepit Æsculapium: quod pater dolens, incendit Apollinis templum, proinde ejus sagittis est ad inferos trusus. Stat. 1. Theb. 703.

— Phlegyam subter cava saxa jacentem
Æterno premit accubitu. Servius.

PHLEGYÆ, arum. m. [Φλεγύαι] Populi sunt insulani Thessaliæ, a Phlegya Ixionis patre cognominati. Hi quum sacrilegi essent, deosque & homines spernerent, ab irato Neptuno, immisso diluvio, submersi sunt: quorum apud inferos meminit Virg. 6. Æn. 618.

— Phlegyasque miserrimus omnes
Admonet, &c. Servius.

PHLEĪAS, [Φλείας] Unus ex illis, qui in navi Argo fuerunt, filius Bacchi, ut Valerius habet 1. Argon. 411.

PHLEOS, i. m. [φλέως, φλοῦς] Dioscoridi Herba est caulem habens aculeatum, & folium hispidum, quam nonnulli Stœben appellant. Plin. lib. 20. cap. 15. Hermol. in Dioscoridem, lib. 4. cap 14 indicat φλοῦν, dictam ἀπὸ τοῦ φλέειν, quod est fecundum esse, quod in Orchomenio lacu copiosissime provenit.

PHLIASIUS, V. PHLIUS.

PHLIŪS, untis. f. [Φλιοῦς] est Urbs in medio Sicyoniæ, Argivæque & Cleonum, ubi religiosissime colebatur Hebe. Castellum Phlium nominat Plin. lib. 4. cap. 5. Hujus meminit Cic. 5. Tusc 8.

PHLIASII, orum. m. [Φλιάσιοι] Habitatores Phliuntis. Cic. 5. Tusc 8.

In primis Phliontem ferunt venisse, eumque cum Leonte principe Phliasiorum docte & copiose disseruisse quædam.

PHLIASIUS, a, um. Adj. [Φλιάσιος] Cic. 5. Tusc. 10. Qui quum post hunc Phliasium sermonem in Italiam venisset, exornavit eam Græciam quæ Magna dicta est. De Pythagora.

PHLŎGĬNOS, i. [φλόγινος] & PHLOGITIS, idis. f. [φλογῖτις] quam & Chrysiten vocant, gemma Ostreæ Atticæ assimilata, invenitur in Ægypto. Plin. lib 37. cap. 10. Lapis Ægyptius aureo vel flammeo colore, vires stringentes habet. Galenus in lib. singul. de simplicib. medicament cap. 171.

PHLOMOS, i. m. [φλόμος] Verbascum, quo pro ellychnio utuntur. Plin. 25. 10.

PHLONITIS, is. f. [Φλονῖτις] Herba, quæ & Onosma dicitur. Diosc. 3. 147.

PHLOX, ŏgos. f. [φλόξ] Latine Flamma dicitur.
Phlox, genus floris. Plin. lib. 21. cap. 10. Colore tantummodo placet Jovis flos, odor abest, sicut & illi qui Græce Phlox vocatur.

PHLYCTÆNÆ, arum. f. [φλυκταῖναι] Pustulæ sunt majores, pallidæ, lividæ, aut nigræ, aut alterius coloris a naturali recedentis, humorem in se continentes, quæ ubi rumpuntur, infra caro quædam exulcerata apparet. Gignuntur autem, vel ex igni, vel ex frigore vel ex medicamentis, ut tradit Cels. lib. 5. cap. 28. Dictæ φλυκταῖναι ἀπὸ τοῦ φλύζειν, quod est bullire, sive bullas facere.

P H O

PHŎBĔTOR, ŏris. m. [Φοβήτωρ] Somni filius, apud Ovid. 11. Met. 640. Dictus est Phobetor, a Græco φοβεῖν, quod est perterrefacere.

PHŌCA, æ. f. [φώκη] Bos marinus, a sono mugitus. Virg. 4. Georg. 395.
— & turpes pascit sub gurgite phocas. Hic corio tectus & pilis, parit in terra pecudum more: canum modo coit. In somno mugit, a quo præcipue vituli nomen accepit. Plin. lib. 9. cap. 7. Et vituli marini quos vocant phocas, spirant & dormiunt in terra.
Deformes phocæ. Ovid. 1. Met. 300.
Magnæ. Ovid. 10. Epist. 87.

PHŌCÆNA, [φώκαινα] Piscis alius est, parvus delphinus. V. Spanhem. de Usu & Præst. Num. diss. 4. p. 234.

PHŌCÆA, æ. f. [Φώκαια ἢ Φωκαία] Urbs minoris Phrygiæ, Atheniensium (ut inquit Ptolemæus) colonia. Unde profecti sunt, qui Massiliam apud Gallos, non procul a Rhodano, condidere. Dicta Phocæa, Herodoto & ex eo Steph. teste, quod Phocæ, i. e. vituli marini, magno numero comparuissent urbem condentibus.
Est & in Caria Phocæa monti Mycalæ apposita. Ab hac utraque Phocæenses, ut a Græcorum Phocide Phocenses. V. Plin. lib. 5. cap. 30.

PHOCÆUS, a, um. Adj. [Φωκαῖος] ut, Rura Phocæa. Ovid. 5. Met. 275.

PHOCÆENSIS, e. Adj [Φωκαεῖς] Plin. 3. 4. Massilia Græcorum Phocæensium fœderata.

PHOCAICUS, a, um. Adj. [Φωκαϊκός] Unde Muricem Phocaicum. Ovid. 6. Met. 9. posuit, a Phocæa, non procul a Sardibus.
Manus Phocaicæ, Massilienses. Lucan. lib. 3. 173.

PHOCAIS, idis. f. patronym. [Φωκαΐς Steph.] ut, Juventus Phocais, Massiliensis. Lucan. lib. 3. 301. Al. Phocias.

PHOCAS, æ. m. [Φωκᾶς] Romani principis nomen, de quo Egnatius in Commentar. de Rom. Imperatoribus. Philippus Melanchthon lib. 3. Chronicôn.
Phocas item fuit celebris Grammaticus.

PHOCENSES, V. PHOCIS.

PHOCĬON, ōnis. m. [Φωκίων] Vir Atheniensis, qui etsi sæpe exercitibus præfuit, summosque magistratus gessit: tamen multo notior fuit ejus integritas vitæ, quam rei militaris labor. De hoc vide Nepotem & Plutarchum in Phocione.

PHŌCIS, idis. f. [Φωκίς] teste Livio 32. 18. Parva regio est Græcorum, Apollinis oraculo insignis, in qua est civitas Delphi.
Est item Phocis Pomponio 1. 17. extr. Ioniæ civitas ultima: quam Strabo Phocæam vocat. Etiam Lucan. lib. 5. 53.
Massiliæque suæ donatur libera Phocis.
Arx trifida Phocidos. Stat. 1. Theb. 64.
Exustæ Phocidos arces. Lucan. lib. 3. 340.
Sonoræ Phocidos arma. Stat. 11. Theb. 281.
Curiana Phocis. Cic. 2. Att. 17. Jacet enim ille sic, ut Phocis Curiana stare videatur. Qui locus est obscurissimus, & a Turnebo sic explicatus. Credibile enim esse putat, quum Phocidem Græcam Philippus Macedo everterit, urbibus deletis & in pagos redactis, dici Phocidem Curianam; Curium aleatorem fortunis eversum, qui tamen comparatione Pompeji stare videretur. MSS. Plotis. V. nos. var.

PHOCENSES, um. m. [Φωκεῖς] Qui Phocidem incolunt.
Phocensium desperatio. De stultis & insanis consiliis dici solitum admonet Stephanus. Verum ex Plutarcho conjicere licet usurpandum esse, ubi desperatis rebus ad extrema consilia venitetur. V. plura apud eundem, & Pausaniam in Phocicis.

PHŌCUS, i. m. [Φῶκος] Filius fuit Æaci, cujus meminit Ovid. 7. Met. 477.
Phocus alius item fuit, filiam habens jam nuptiis maturam, qui procos (nam erant complures) convocare solitus, præmia statuebat, & conditionibus subinde novis propositis, nuptias prorogabat. Quamobrem indignati juvenes Phocum in convivio trucidaverunt. Hinc natum proverbium, Phoci convivium, dictitari suetum, obi quis suo malo convivas acciperet. Tametsi nihil vetat quo minus longius etiam traducatur, nempe ad quosvis, qui læduntur ab iis de quibus bene meriti fuerint. Erasm.

PHOCUSA, æ. f. Insula una ex Sporadibus. Plin. lib. 4. cap. 12.

PHŌCȲLĬDĒS, is. m. [Φωκυλίδης] Milesius philosophus æqualis Theognidis. Natus est 59. Olympiade. Scripsit Heroicum carmen & Elegias, item Paræneticum carmen ex libris Sibyllinis, ut volunt, decerpium. V. Suidam.

PHŒBAS, ădis. f. [Φοιβάς] Fatiloqua, quod Phœbei numinis concepto afflatu fureret & agitaretur, in bacchantis imaginem. Sidonius,
Nec sic intortum violatæ Phœbados ultrix
In Danaos fulmen jecit. Lucan. lib. 5. 128.
Limine terrifico metuens consistere Phœbas. V. & Sil. 15. 282.

PHŒBE, es. f. [Φοίβη] dicitur Luna, Phœbi soror. Virg. 1. Georg. 432.
— vento semper rubet aurea Phœbe.
Jaculatrix Phœbe. Ovid. 20 Epist. 229. h. e. Diana.
Innupta. Ovid. 1. Met. 470.
Nemoralis. Stat. 1. Silv. 3. 76.
Phœbe, Leucippi filia. V. LYNCEUS, dissyllabum.
Phœbe, Insula in Propontide. Plin. lib. 6. cap. ult.

PHŒBUS, i. m. [Φοῖβος] Apollinis epitheton, vel ipse Apollo, Jovis & Latonæ filius, eodem partu cum Diana genitos, quæ & ipsa Phœbe vocitata est. Divinationis & sapientiæ deus a poetis dictus, & medicinæ repertor. Dictus Phœbus, quasi φάοβιος, a φῶς & βίος: id est lux vitæ, ut vult Etymol. q. V. & plura in APOLLO.
Phœbus Apollo. Virg. 3. Æn. 251.
Chorus Phœbi, Musæ. Virg. 6. Ecl. 66.
Cortina Phœbi. Virg. 6. Æn. 347.
Fax Phœbi tristis nuntia belli. Cic. 1. de Divin. 18. Ex poeta.
Interpres Phœbi. Virg. 3 Æn. 474.
Repertor medicæ opis Phœbus. Ovid. Rem. Amor. 76.
Sacerdos Phœbi. Virg. 6. Æn. 319. De Sibylla.
Soror Phœbi, Diana. Virg. 1. Æn. 333.
Augur Phœbus. Hor. in Carm. sæcul. 62.
Candentis Phœbi niveum limen. Virg. 8. Æn. 720.
Decorus Phœbus fulgente arcu. Hor. in Carm. sæcul. 62.
Fatidici penetralia Phœbi. Lucan. lib. 5. 70.
Inclytus. Stat. 6. Theb. 296.
Laurifer. Ovid. 3. de Arte Am. 389.
Lauriger. Martial. lib. 9. 29.
Metuendus certa sagitta. Hor. 1. Carm. 12. 24.
Plena Phœbo Phœmonoe. Lucan. lib. 5. 186.
Digna Phœbo loqui. Virg. 6. Æn. 662.
A poetis sæpe etiam pro Sole accipitur. ut
Ardens Phœbus. Valer. 8. Argon. 116.
Occiduus. Ovid. 14. Met. 416.
Radiantis Phœbi ictus. Lucan. lib. 7. 214.
Rediens fugat astra. Hor. 3. Carm. 21. 24.
Serenatus. Sil. lib. 5. 181.
Uterque Phœbus, i. e. Oriens & Occidens. Ovid. 1. Met. 338.

PHŒBĒUS, a, um. Adj. [Φοίβειος] ut, Arte Phœbea pellere morbos. Ovid. 3. Fast. 827. h. e. Arte medica.
Chelys Phœbea. Lucan ad Pison. 159.
Flammæ Phœbeæ. Seneca Thyest. 9.
Ignes. Ovid. 5. Met. 389.
Lampas. Virg. 3. Æn. 637.
Laurus. Ovid. 4. Trist. 2. 51.
Sortes. Ovid. 3. Met. 130.

PHŒBEIUS, a, um. aliud Adj. [Φοιβήϊος] Ovid. 15. Met. 642. Juvenis Phœbeius. i. e. Æsculapius.
Dona Phœbeia. Sidon. 4. Carm. 7.

PHŒBIGĔNA, æ. m. Phœbi filius, Æsculapius. Virg. 7. Æn. 773.
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas.

PHŒMON, Lacus est Arcadiæ: de quo Ovid. 15. Met. 332.
Est lacus Arcadiæ, Phœmon dixere priores,
Ambiguis suspectus aquis; quas nocte timeto,
Nocte nocent potæ; sine noxa luce bibuntur. Alii legunt Phœnon, Phenon, Pheneon, & Pheneum. V. not. Heins.

PHŒMONŎE, es. f. Filia Phœbi, & vates, quæ prima carmen heroicum cecinit, ut est auctor Hesiodus in Theogonia. Lucan. 5. 186.

PHŒNĪCIA, æ. vel PHŒNĪCE, es. f. [Φοινίκη] Asiæ regio: sic dicta a Phœnice, Neptuni & Libyes filio, ut Stephanus auctor est: ad quod accedit Sil. lib. 1. quum inquit, v. 89.
Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix. Est autem Judææ contermina. In ea sunt Tyros & Sidon urbes: Carmelus & Libanus montes, in quo tura leguntur. Cic. 11. Philip. 35. Tanti ejus in Syria nomen atque Phœnice est. [Tantum rectius Ferrar.

PHŒNIX, īcis. & pl. PHŒNĪCES, um. m. [Φοῖνιξ, Φοίνικες] Phœnices incolæ, quos Strabo lib. 16. arithmetica & astronomia insignes scribit. Lucanus item lib. 3. 221.
Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris. h. e. Fuerunt primi litterarum inventores. V. Plin. lib. 5. cap. 12.
Ob Syrorum & Phœnicum nimis solertem vafritiem, adagio locus factus est, Adversum Phœnicas Syri; quo usi sunt veteres, quoties versutus versuto imponere velle videbatur.
Phœnicum pacta. Phœnices, qui Carthagine potiti sunt, quum primum ad eam appulissent regionem, postularunt ab iis, qui id temporis Libyam incolebant, ut sibi liceret diem & noctem hospitio terræ uti. Quod quum impetrassent, jamque exacto concessi temporis spatio juberentur excedere finibus, recusarunt, affirmantes se pactos ut sibi fas esset illic noctesque ac dies commorari, videlicet ambiguitatem vocum ad suum commodum detorquentes. Unde proverbium esse natum ajunt, de pactis insidiosis & astutis. Auctor Suidas.

PHŒNĪCEUS, vel PHŒNICIUS, a, um. Adj. [Φοινίκεος] Quod est purpurei coloris, a purpura, quæ prima commendatione in Tyro tingebatur apud Phœnices, quos mutatis syllabis Pœnos appellamus. Plin. lib. 21. cap. 23. Aut enim Phœniceum florem habet, quæ & copiosissima est, aut purpureum, aut lacteum.
Chlamys phœnicea. Ovid. 14. Met. 345.
Color. Lucret. lib. 2. 829.
Vestes. Ovid. 12. Met. 104. [Harduinus in Pliniano indice Phœniceus exhibet, Burmannus ubique apud Ovid. Pœniceus substituit, quam lectionem potiorem puto. Alioqui enim non Phœniceus sed Phœnicius per i, scribendum esset, ut Græci Φοινίκιος, non Φοινίκεος, neque Φοινίκεος, quod pænult. produceret. Adde nec antepænult. in Phœnicius corripi posse a genit. Phœnīcis.

PHŒNICĒA, æ. f. [Φοῖνιξ] Herba. Plin. lib. 21. cap. 25. Est & herba phœnicea appellata a Græcis, a nostris vero hordeum murinum.

PHŒNISSUS, a, um. Adj. ut,
Agmina Phœnissa, Punica. Sil. lib. 17. 147.
Classis Phœnissa. Sil. lib. 7. 409.
Cohors. Stat. 9. Theb. 527.
Dido. Virg 6. Æn. 450.
Tyros. Ovid. 15. Met. 288. [Enim vero Patronym. f. est Phœnissa, Φοίνισσα, ut Cressa, Thressa, Libyssa, aliaque id genus, quæ poetæ per licentiam etiam in neutro pl. usurpant.

PHŒNĪCE, es. f. [Φοινίκη] Insula maris Massilitani ad Antipolim, inter Stœchadas insulas numerata. Plin. lib. 3. cap. 5. extr.

PHŒNICIAS, æ. m. Ventus ab ortu solstitiali, media regione inter ortum brumalem & meridiem flat. Plin. lib. 2. cap. 47. Hard. Phœnicem. q. V.

PHŒNICITES, æ. m. [Φοινικίτης] Gemma balano similis. Plin. 37. 10.

PHŒNICIUM. V. PŒNICEUM.

PHŒNĪCŎBĂLĀNUS, i. m. [Φοινικοβάλανος] Palmæ Ægyptiæ fructus. Plin. 12. 22. Myrobalano in unguentis similem proximumque usum habet palma in Ægypto, quæ vocatur adipsos, viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem paulo ante quam incipiat maturescere. Quod relinquitur, phœnicobalanus vocatur, & nigrescit, vescentesque inebriat.

PHŒNĪCOPTĔRUS, i. m. [Φοινικόπτερος] Avis rubentes pennas habens. Græci vocant φοινικοῦν rubrum: & πτερὸν alam. Juven. 11. Sat. 139.
Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens. Plin. lib. 10. cap. 48. Numidicæ in parte Africæ Numidia, omnesque jam in Italia, phœnicopteri linguam præcipui saporis esse.

PHŒNĪCŬRUS, i. m. [Φοινίκουρος] Avis a caudæ rubedine ita dicta, quæ hiberno tempore Eritacus appellatur. Plin. lib. 10. cap. 29. Vulgo apud nos Coarous dicitur, parumque a Lusciniola distat. Quamdiu femina aut avis, aut pullis incubat (ædificat vero in pertusa arbore) tamdiu musculus, quasi lugeret, pipissat. Avis est, quamvis minima, tamen superbissima, & invidiæ plenissima: unde & locum fecit proverbio de duobus se invicem non ferentibus: Unicum arbustum duos non capit Eritacos.

PHŒNĪCUSSA, æ. f. [Φοινικοῦσσα] Una ex Vulcaniis insulis. Plin. 3. 9.

PHŒNIX, icis. m. [Φοῖνιξ] ut nonnulli asserunt, Filius fuit Agenoris regis, & frater Cadmi: vel, ut alii etiam ferunt, Agenoris pater, a quo regio, in qua habitabat, Phœnice, seu Phœnicia dicta.
Fuit & Phœnix, Amyntoris filius, teste Homero 8. Iliad. 438. A Peleo hospite comes Achilli datus. Ovid. 8. Met. 307.
Hippothoosque, Dryasque, & cretus Amyntore Phœnix.
Phœnix se a Peleo patre Achilli juveni comitem esse datum dicit ad bellum, ut illum efficeret oratorem verborum actoremque rerum. Cic. 3. de Orat. 54. ex l. c. Homeri.
Homericus Phœnix. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Reverendus Achilli Phœnix. Stat 3. Silv. 2. 96.

PHŒNIX, icis m. vel f. [Φοῖνιξ] Avis. Plin. lib. 10. cap. 2. Æthiopes atque Indi, discolores maxime & inenarrabiles ferunt aves, & ante omnes nobilem Arabiæ phœnicem: haud scio an fabulose, unum in toto orbe, nec visum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cetera purpureus, cæruleum roseis caudam pennis distinguentibus, cristis fauces, caputque plumeo apice honestante. Primus atque diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius: Senator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitisse qui viderit vescentem: sacrum in Arabia Soli esse, vivere annis DXL, senescentem casia turisque surculis construere nidum, replere odoribus, & superemori. Ex ossibus deinde e medullis ejus nasci primo ceu vermiculum, inde fieri pullum, principioque justa funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem, & in ara ibi deponere. Hæc & plura Plin. Ovid. 15. Met. 393.
Una est quæ reparet, seque ipsa reseminet ales:
Assyrii phœnice vocant. Vide illic plura.
Et vivax phœnix unica semper avis. Ovid. 2. Amor. 6. 54.

PHŎLĔGANDROS, i. [Φολέγανδρος] Insula est una Sporadum, quam Aratus propter asperitatem Ferream vocat. Stephanus a Pholegandro Minois filio nomen accepisse ait.

PHŎLŎĒ, es. f. [Φολόη] Mons est Arcadiæ, ut scribit Pomponius. 2. 3. Lucan. lib. 7. 827.
Scilicet ipse petet Pholoen, &c.
Vertex Pholoes. Stat. 10. Theb. 228.
Est etiam Nomen mulieris. Virg. 5. Æn. 285.
Olli serva datur operum haud ignara Minervæ
Cressa genus Pholoe, &c. V. Hor. 1. Carm. 33. 9. & 2. 5. 7.

PHOLOĒTICUS, a, um. Adj. [Φολοητικός] ut, Pholoetica monstra. Sidon. Carm. 5. 230.

PHŎLUS, i. m. [Φόλος] Unus fuit ex Centauris Ixionis ex nube filius. Hic teste Servio in 8. Æneid. 294. Herculem suscepit hospitio, quum ad expugnandos Centauros pergeret, dicente Lucano, lib. 6. 391.
Hospes & Alcidæ magni, Phole, &c. Tandem in nuptiis Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit, dicente Virgilio 2. Georg. 456.
—leto domuit Rhœtumque Pholumque.

PHŌNASCUS, i. m. [Φωνασκὸς] Vocis, pronuntiationisque magister & moderator. Dictio Græca. Quintil. lib. 11. 3. p. 1000. Burm. Sed cura (vocis) non eadem oratoribus, quæ phonascis, convenit. Sueton. de Augusto, cap. 84. Pronuntiabat dulci & proprio quodam oris sono, dabatque assidue phonasco operam. Factum nomen a verbo φωνὴ, Vox, & ἀσκέω quod significat Exerceo. Is autem vocem intorquere, remittere, lenire, exasperare docebat.
Est etiam Phonascus, Præcentor in choro. Sidon. 4. Epist. 11. Psalmorum modulator & phonascus.

PHŌNŎLĔNIDES, æ. m. Phonoleni filius. Ovid. 12. Met. 433. Sed suspectum est. V. Heins.

PHONOS, i. m. [Φόνος] Herba eadem quæ Atractylis, ita dicta ab eo quod sanguineum fundat succum. Nam Gr. cædem significat. Plin. lib. 21. cap. 16.

PHORBAS, antis. m. [Φόρβας] teste Servio, pater Ilionei Trojani, Æneæ in fuga comitis: Mercurio deo eloquentiæ favente semper pugnavit. Unde Virg. 5. Æn. 842.
—puppique deus consedit in alta
Phorbanti similis, funditque has ore querelas.

PHORBION, i. n. [Φόρβιον] Herba est, quam Dioscorides Ormium appellat. Galenus lib. 8. de Simplicib. medicam. facultatib. cap. 159. Phorbii (inquit) semina ad leucomata, hoc est albugines, cum melle applicant.

PHORCUS, i. m. [Φόρκυς] Numen marinum. Apud Græcos dicitur Phorcys: Filius fuit Thoosæ Nymphæ & Neptuni, ut Servius est auctor in 5. Æn. 824.
Chorus Phorci, Dii qui sub Phorco agunt. Virg. 5. Æn. 240. Plin lib. 36. cap. 5. Item Tritones, chorusque Phorci & Pristes, ac multa alia marina, omnia ejusdem manus, præclarum opus etiam si totius vitæ fuisset.
[Nimis indocte in Thes. Lond. Phorcus pictor ac sculptor egregius ex hoc loco proponebatur, quum Plinius de Phorci choro in Scopæ operibus loquatur.
Exercitus Phorci, Idem. Virg. 5. Æn. 824.
Phorcus, etiam Piscis est. Plin. 32. 11. [Servius pr. Virg. loco Forcus littere Latina scribit.

PHORCYS, ŷos. m. Idem Gr. Pater fuit Medusæ. unde

PHORCŸNIS, idis. f. nomine patronymico, ipsa dicitur. Ovid. 5. Met. 230.
Dixit: & in partem Phorcynida transtulit illam.

PHORCYS, ŷdos. f. [Φορκύς] aliud patronym. Propert. lib. 3. 21. 8.
Sectaque Perses Phorcydos ore mano. Al. Phorcidos.

PHORĪMON, i. n. [Φόριμον] Aluminis species. Plin. 35. 15.

PHORMIO, vel FORMIO, ŏnis. Formiones, [Φορμίωνες] Tegetes sunt ex juncis aut straminibus contextæ, apud Ulpianum l. 12. § 22. de instructo & instrumen. legat. in P.

PHORMIO, ŏnis. m. [Φορμίων] Philosophus, teste Cic. 2. de Orat. 75. Peripateticus, quum Annibal Carthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venisset exsul: proque eo, quod ejus nomen erat magna apud omnes gloria, invitatus esset ab hospitibus suis, ut eum si vellet, audiret: quumque is se non nolle dixisset: locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de Imperatoris officio, & de omni re militari: tum, quum ceteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quærebant ab Annibale quidnam ipse de illo philosopho judicaret. Hic Pœnus, non optime Græce, sed tamen libere respondisse fertur, Multos se deliros senes sæpe vidisse: sed qui magis quam Phormio deliraret, vidisse neminem. Neque me hercule injuria: quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Annibali, qui tot annos de imperio cum Populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nunquam denique minimam partem ullius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? Hactenus Cicero.
Phormio, Crotoniata dux, bello navali Lacedæmonios vicit. Hujus meminit Theopompus in Philippicis. V. Suid.
Fuit item alter hoc nomine dux Atheniensium in bello Peloponnesiaco, ut scribit Thucydides lib. 2.
Fabula etiam Terentii hujus nominis nota est, in qua Phormio sycophanta primas agit.

PHORMUS, i. m. [Φόρμος] Syracusanus comicus, Epicharmi contemporaneus, Geloni tyranno familiaris, & filiorum ipsius altor, docuit fabulas septem quas commemorat Athenæus. V. & Suid.

PHŎRŌNEUS, trisyll. i. m. [Φορωνεὺς] Primus Inachi fluvii filius: hic initio dispersos populos in urbem coegit, appellavitque Phoronicon. Auctor Volaterranus. Alii dicunt Phoroneum Argivorum regem, filium habuisse Inachum, qui a se fluvium Inachum denominarit: quem fluvium postea poetæ pro ipso filio Phoronei accipiunt.
Magnus Phoroneus. Stat. 1. Theb 251.

PHORONĒUS, a, um. Adj. [Φορώνειος] ut, Matres Phoroneæ. Stat 12. Theb. 465.
Antra Phoronea. Stat. 3. Silv. 2. 101.
A Phoroneo dicti sunt Achivi Phoronei.

PHORŌNIDES, is. m. [Φορωνίδης] patronym. quo nomine vocatur Inachus fluvius apud Senec. Thyest. 1.

PHORŌNIS, idos. [Φορωνίς] patronym. f. Ovid. 1. Met. 668.
Nec superûm rector mala tanta Phoronidos ultra
Ferre potest. Io puellam intelligit.

PHOSPHŎRUS, i. m. [Φωσφόρος] Veneris stella dicitur, quæ Latine Lucifer, ut testatur Cic. 2. de Nat. Deor 54. Martial. lib. 8. 21.
Phosphore, redde diem: quid gaudia nostra moraris?

PHŌTĪNUS, i. m. [Φωτεινός] Photinus & Achilla, Pompeji Magni, ex acie Pharsalica fugientis, imperio tamen Ptolemæi pueri regis Ægyptiorum, interfectores fuerunt. Alexander lib. 1. cap. 2. Hic est enim Ptolemæus ille puer, qui Pompejum Magnum ex Pharsalo fugientem ministro Achilla, & Photino miseranda nece affecit.
Photinus etiam Sirmii episcopus, hæresiarcha, sive caput Photinianorum, initium Christi ex Maria prædicantium, & divinam ejus ab æterno naturam negantium. V. Sulp. Sev. 2. 37. Socrat. Hist. Eccles. 2. 29.

PHOXON, [Φοξὸν] Figura capitis depravata, non oblongæ sphæræ similis, sed quæ est acuminato vertice. Galenus lib. singul. de ossibus ad tiron. cap. 1.

P H R

PHRAĀTES, is. m. [Φραάτης] Rex Parthorum & Persarum fuit: de quo sic Strabo lib. 6. extr. Itaque non solum tropæa Romam miserunt Parthi, quæ adversus Romanos quondam erexerant, verum etiam liberos suos Cæsari Augusto credidit Phraates. Hujus meminit & Hor. 1. Epist. 12. 271.
—jus, Imperiumque Phraates
Cæsaris accepit genibus minor, &c.

PHRADMON, onis. m. [Φράδμων] Statuarius. Plin. 34. 8.

PHRAGMITES, is. m. [Φραγμίτης] Calami genus. Plin. lib. 32. cap. 10. Phragmitis radix recens tusa luxatis medetur, & spinæ doloribus ex aceto illita.

PHRANICATES, æ. m. Parthorum Imperator ille, qui cum Ventidio, apud Trapezunta decertavit. Strabo lib. 16. Nisi lectio corrupta est. Al. [illegible]

PHRAORTES, is. m. [Φραόρτης] Rex Indorum, de quo Philostrat. in Vita Apollonii.
Phraortes, filius Orodis regis Persarum, occiso patre regnum occupavisse dicitur. Hor. 2. Carm. 2. 17.
Redditum Cyri solio Phraorten
Dissidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus. [Emendati tamen codd. hoc loco Phraaten legunt. V. Justin. lib. 42. extr. Suid. Φραάτης.

PHRĀSIS, is, vel ĕos. f. [Φράσις] Forma loquendi, & dicendi modus, Quintil. lib. 2. cap. 1. Dicta ἀπὸ τοῦ φράζειν, quod est Fari & disserere.

PHRATRIÆ, arum. [Φρατρίαι] de quibus meminit in Politicis Aristoteles, sunt Conventus quidam hominum, aut etiam conventicula, quasi pagi, propria sibi sacra peculiariaque communiter habentium: ab eo dictæ Phratriæ, quod communi puteo utantur, quod Græce φρέαρ dicitur. Quo nomine primum quas confratrias hodie dicimus, id est communem quandam religionem, appellatas esse puto, non autem ab eo quod fratres sint illi inter quos cultus ille sacrorum quorundam intercedit. Bud. Φρατρία, ας, ἡ, conventiculum, secta, sodalitas, tribus, contubernium. V. Suid.

PHRA-

In primis Phliuntem ferunt venisse, eumque cum Leonte principe Phliasiorum docte & copiose disseruisse quædam.

Phliasius, a, um. Adj. [Φλιάσιος] Cic. 5. Tusc. 10. Qui quum post hunc Phliasium sermonem in Italiam venisset, exornavit eam Græciam quæ Magna dicta est. De Pythagora.

Phlŏgĭnos, i. [φλόγινος] & Phlogĭtis, Idis. f. [φλογίτις] quam & Chrysiten vocant, gemma Ostreæ Atticæ assimilata, invenitur in Ægypto. Plin. lib 37. cap. 10. Lapis Ægyptius aureo vel flammeo colore, vires stringentes habet. Galenus in lib. singul. de simplicib. medicament cap. 171.

Phlomos, i. m. [φλόμος] Verbascum, quo pro ellychnio utuntur. Plin. 25. 10.

Phlonitis, Is. f. [Φλονῖτις] Herba, quæ & Onosma dicitur. Diosc. 3. 147.

Phlox, ŏgos. f. [φλὸξ] Latine Flamma dicitur.

Phlox, genus floris. Plin. lib. 21. cap. 10. Colore tantummodo placet Jovis flos, odor abest, sicut & illi qui Græce Phlox vocatur.

Phlyctænæ, arum. f. [φλυκταῖναι] Pustulæ sunt majores, pallidæ, lividæ, aut nigræ, aut alterius coloris a naturali recedentis, humorem in se continentes, quæ ubi rumpuntur, infra caro quædam exulcerata apparet. Gignuntur autem, vel ex igni, vel ex frigore vel ex medicamentis, ut tradit Cels. lib. 5. cap. 28. Dictæ φλυκταῖναι ἀπὸ τοῦ φλύζειν, quod est bullire, sive bullas facere.

P H O

Phŏbētor, ŏris. m. [Φοβήτωρ] Somni filius, apud Ovid. 11. Met. 640. Dictus est Phobetor, a Græco φοβεῖν, quod est perterrefacere.

Phŏca, æ. f. [φώκη] Bos marinus, a sono mugitus. Virg. 4. Georg. 395.
— & turpes pascit sub gurgite phocas. Hic corio tectus & pilis, parit in terra pecudum more: canum modo colit. In somno mugit, a quo præcipue vituli nomen accepit. Plin. lib. 9. cap. 7. Et vituli marini quos vocant phocas, spirant & dormiunt in terra.

Deformes phocæ. Ovid. 1. Met. 300.

Magnæ. Ovid. 10. Epist. 87.

Phŏcæna, [φώκαινα] Piscis alius est, parvus delphinus. V. Spanhem. de Usu & Præst. Num. diss. 4. p. 234.

Phŏcæa, æ. f. [Φώκαια ἢ Φωκαία] Urbs minoris Phrygiæ, Atheniensium (ut inquit Ptolemæus) colonia. Unde profecti sunt, qui Massiliam apud Gallos, non procul a Rhodano, condidere. Dicta Phocæa, Herodoto & ex eo Steph. teste, quod Phocæ, i. e. vituli marini, magno numero comparuissent urbem condentibus.

Est & in Caria Phocæa monti Mycalæ apposita. Ab hac utraque Phocæenses, ut a Græcorum Phocide Phocenses. V. Plin. lib. 5. cap. 30.

Phocæus, a, um. Adj. [Φωκαϊκός] ut, Rura Phocæa. Ovid. 5. Met. 275.

Phocæensis, e. Adj [Φωκαιεύς] Plin. 3. 4. Massilia Græcorum Phocæensium fœderata.

Phocaĭcus, a, um. Adj. [Φωκαϊκὸς] Unde Muricem Phocaicum. Ovid. 6. Met. 9. posuit, a Phocæa, non procul a Sardibus.

Manus Phocaicæ, Massilienses. Lucan. lib. 3. 173.

Phocais, ĭdis. f. patronym. [Φωκαΐς Steph.] ut, Juventus Phocais, Massiliensis. Lucan. lib. 3. 301. Al. Phocias.

Phocas, æ. m. [Φωκᾶς] Romani principis nomen, de quo Egnatius in Commentar. de Rom. Imperatoribus. Philippus Melanchthon lib. 3. Chronicón.

Phocas item fuit celebris Grammaticus.

Phocenses. V. phocis.

Phocion, ōnis. m. [Φωκίων] Vir Atheniensis, qui etsi sæpe exercitibus præfuit, summosque magistratus gessit: tamen multo notior fuit ejus integritas vitæ, quam rei militaris labor. De hoc vide Nepotem & Plutarchum in Phocione.

Phŏcis, ĭdis. f. [Φωκὶς] teste Livio 32. 18. Parva regio est Græcorum, Apollinis oraculo insignis, in qua est civitas Delphi.

Est item Phocis Pomponio 1. 17. extr. Ioniæ civitas ultima: quam Strabo Phocæam vocat. Etiam Lucan. lib. 5. 53.
Massiliæque suæ donatur libera Phocis.

Arx trifida Phocidos. Stat. 1. Theb. 64.

Exustæ Phocidos arces. Lucan. lib. 3. 340.

Sonoræ Phocidos arma. Stat. 11. Theb. 281.

Curiana Phocis. Cic. 2. Att. 17. Jacet enim ille sic, ut Phocis Curiana stare videatur. Qui locus est obscurissimus, & a Turnebo sic explicatus. Credibile enim esse putat, quum Phocidem Græcam Philippus Macedo everterit, urbibus deletis & in pagos redactis, dici Phocidem Curianam; Curium aleatorem fortunis eversum, qui tamen comparatione Pompeji stare videretur. Mss. Plotis. V. not. var.

Phocenses, um. m. [Φωκεῖς] Qui Phocidem incolunt.

Phocensium desperatio. De stultis & insanis consiliis dici solitum admonet Stephanus. Verum ex Plutarcho conjicere licet usurpandum esse, ubi desperatis rebus ad extrema consilia veniretur. V. plura apud eundem, & Pausaniam in Phocicis.

Phōcus, i. m. [Φῶκος] Filius fuit Æaci, cujus meminit Ovid. 7. Met. 477.

Phocus alius item fuit, filiam habens jam nuptiis maturam, qui procos (nam erant complures) convocare solitus, præmia statuebat, & conditionibus subinde novis propositis, nuptias prorogabat. Quamobrem indignati juvenes Phocum in convivio trucidaverunt. Hinc natum proverbium, Phoci convivium, dictitari suetum, ubi quis suo malo convivas acciperet. Tametsi nihil vetat quo minus longius etiam traducatur, nempe ad quosvis, qui læduntur ab iis de quibus bene meriti fuerint. Erasm.

Phocusa, æ. f. Insula una ex Sporadibus. Plin. lib. 4. cap. 12.

Phōcylīdēs, is. m. [Φωκυλίδης] Milesius philosophus æqualis Theognidis. Natus est 59. Olympiade. Scripsit Heroicum carmen & Elegias, item Parænecticum carmen ex libris Sibyllinis, ut volunt, decerptum. V. Suidam.

Phœbas, ădis. f. [Φοιβὰς] Fatiloqua, quod Phœbei numinis concepto afflatu fureret & agitaretur, in bacchantis imaginem. Sidonius,
Nec sic intortum violatæ Phœbados ultrix
In Danaos fulmen jecit. Lucan. lib. 5. 128.
Limine terrifico metuens consistere Phœbas. V. & Sil. 15. 282.

Phœbe, es. f. [Φοίβη] dicitur Luna, Phœbi soror. Virg. 1. Georg. 432.
— vento semper rubet aurea Phœbe.

Jaculatrix Phœbe. Ovid. 20 Epist. 229. h. e. Diana.

Innupta. Ovid. 1. Met. 470.

Nemoralis. Stat. 1. Silv. 3. 76.

Phœbe, Leucippi filia. V. lynceus, dissyllabum.

Phœbe, Insula in Propontide. Plin. lib. 6. cap. ult.

Phœbus, i. m. [Φοῖβος] Apollinis epitheton, vel ipse Apollo, Jovis & Latonæ filius, eodem partu cum Diana genitus, quæ & ipsa Phœbe vocitata est. Divinationis & sapientiæ deus a poetis dictus, & medicinæ repertor. Dictus Phœbus, quasi φάιβιος, a φῶς & βίος: id est lux vitæ, ut vult Etymol. q. V. & plura in apollo.

Phœbus Apollo. Virg. 3. Æn. 251.

Chorus Phœbi, Musæ. Virg. 6. Ecl. 66.

Cortina Phœbi. Virg. 6. Æn. 347.

Fax Phœbi tristis nuntia belli. Cic. 1. de Divin. 18. Ex poeta.

Interpres Phœbi, Virg. 3 Æn. 474.

Repertor medicæ opis Phœbus. Ovid. Rem. Amor. 76.

Sacerdos Phœbi. Virg. 6. Æn. 319. De Sibylla.

Soror Phœbi, Diana. Virg. 1. Æn. 333.

Augur Phœbus. Hor. in Carm. sæcul. 62.

Candentis Phœbi niveum limen. Virg. 8. Æn. 720.

Decorus Phœbus fulgente arcu. Hor. in Carm. sæcul. 62.

Fatidici penetralia Phœbi. Lucan. lib. 5. 70.

Inclytus. Stat. 6. Theb. 296.

Laurifer. Ovid. 3. de Arte Am. 389.

Lauriger. Martial. lib. 9. 29.

Metuendus certa sagitta. Hor. 1. Carm. 12. 24.

Plena Phœbo Phœmonoe. Lucan. lib. 5. 186.

Digna Phœbo loqui. Virg. 6. Æn. 662.

A poetis sæpe etiam pro Sole accipitur. ut

Ardens Phœbus. Valer. 8. Argon. 116.

Occiduus. Ovid. 14. Met. 416.

Radiantis Phœbi ictus. Lucan. lib. 7. 214.

Rediens fugat astra. Hor. 3. Carm. 21. 24.

Serenatus. Sil. lib. 5. 181.

Uterque Phœbus, i. e. Oriens & Occidens. Ovid. 1. Met. 338.

Phœbēus, a, um. Adj. [Φοιβήϊος] ut, Arte Phœbea pellere morbos. Ovid. 3. Fast. 827. h. e. Arte medica.

Chelys Phœbea. Lucan ad Pison. 159.

Flammæ Phœbeæ. Seneca Thyest. 9.

Ignes. Ovid. 5. Met. 389.

Lampas. Virg. 3. Æn. 637.

Laurus. Ovid. 4. Trist. 2. 51.

Sortes. Ovid. 3. Met. 130.

Phœbeius, a, um. aliud Adj. [Φοιβήϊος] Ovid. 15. Met. 642. Juvenis Phœbeius. i. e. Æsculapius.

Dona Phœbeia. Sidon. 4. Carm. 7.

Phœbigēna, æ. m. Phœbi filius, Æsculapius. Virg. 7. Æn. 773.
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas.

Phœmon, Lacus est Arcadiæ: de quo Ovid. 15. Met. 332.
Est lacus Arcadiæ, Phœmon dixere priores,
Ambiguis suspectus aquis; quas nocte timeto,
Nocte nocent potæ; sine noxa luce bibuntur. Alii legunt Phœnon, Phenon, Pheneon, & Pheneum. V. not. Heins.

Phœmonŏe, es. f. Filia Phœbi, & vates, quæ prima carmen heroicum cecinit, ut est auctor Hesiodus in Theogonia. Lucan. 5. 186.

Phœnīcia, æ. vel Phœnīce, es. f. [Φοινίκη] Asiæ regio: sic dicta a Phœnice, Neptuni & Libyes filio, ut Stephanus auctor est: ad quod accedit Sil. lib. 1. quum inquit, v. 89.
Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix. Est autem Judææ conterminа. In ea sunt Tyros & Sidon urbes: Carmelus & Libanus montes, in quo tura leguntur. Cic. 11. Philip. 35. Tanti ejus in Syria nomen atque Phœnice est. [Tantum rectius Ferrar.

Phœnix, Icis. & pl. Phœnīces, um. m. [Φοίνιξ, Φοίνικες] Phœnices Incolæ, quos Strabo lib. 16. arithmetica & astronomia insignes scribit. Lucanus item lib. 3. 221.
Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris. h. e. Fuerunt primi litterarum inventores. V. Plin. lib. 5. cap. 12.

Ob Syrorum & Phœnicum nimis solertem vafritiem, adagio locus factus est, Adversum Phœnicas Syri; quo usi sunt veteres, quoties versutus versuto imponere velle videbatur.

Phœnicum pacta. Phœnices, qui Carthagine potiti sunt, quum primum ad eam appulissent regionem, postularunt ab iis, qui id temporis Libyam incolebant, ut sibi liceret diem & noctem hospitio terræ uti. Quod quum impetrassent, jamque exacto concessi temporis spatio juberentur excedere finibus, recusarunt, affirmantes se pactos ut sibi fas esset illic noctesque ac dies commorari, videlicet ambiguitatem vocum ad suum commodum detorquentes. Unde proverbium esse natum ajunt, de pactis insidiosis & astutis. Auctor Suidas.

Phœnīceus, vel Phœnicius, a, um. Adj. [Φοινίκεος] Quod est purpurei coloris. a purpura, quæ prima commendatione in Tyro tingebatur apud Phœnices, quos mutatis syllabis Pœnos appellamus. Plin. lib. 21. cap. 23. Aut enim Phœniceum florem habet, quæ & copiosissima est, aut purpureum, aut lacteum.

Chlamys phœnicea. Ovid. 14. Met. 345.

Color. Lucret. lib. 2. 829.

Vestes. Ovid. 12. Met. 104. [Harduinus in Pliniano indice Phœniceus exhibet, Burmannus ubique apud Ovid. Pœniceus substituit, quam lectionem potiorem puto. Alioqui enim non Phœniceus sed Phœnicius per i, scribendum esset, ut Græci Φοινίκεος, non Φοινίκειος, neque Φοινίκιος, quod pænult. produceret. Adde nec antepænult. in Phœnicius corripi posse a genit. Phœnīcis.

Phœnicēa, æ. f. [φοῖνιξ] Herba. Plin. lib. 21. cap. 25. Est & herba phœnicea appellata a Græcis, a nostris vero hordeum murinum.

Phœnissus, a, um. Adj. ut,

Agmina Phœnissa, Punica. Sil. lib. 17. 147.

Classis Phœnissa. Sil. lib. 7. 409.

Cohors. Stat. 9. Theb. 527.

Dido. Virg 6. Æn. 450.

Tyros. Ovid. 15. Met. 288. [Enim vero Patronym. f. est Phœnissa, Φοίνισσα, ut Cressa, Thressa, Libyssa, aliaque id genus, quæ poetæ per licentiam etiam in neutro pl. usurpant.

PHŒNICE, es. f. [Φοινίκη] Insula maris Massilitani ad Antipolim, inter Stœchadas insulas numerata. Plin. lib. 3. cap. 5. extr.
PHŒNICIAS, æ. m. Ventus ab ortu solstitiali, media regione inter ortum brumalem & meridiem flat. Plin. lib. e cap. 47. Hard. Phœnicem. q. V.
PHŒNICITES, æ. m. [Φοινικίτης] Gemma balano similis. Plin. 37. 10.
PHŒNICIUM. V. PHŒNICEUM.
PHŒNICŎBĂLĂNOS, i. m. [Φοινικοβάλανος] Palmæ Ægyptiæ fructus. Plin. 12. ee. Myrobalano in unguentis similem proximumque usum habet palme in Ægypto, quæ vocatur adipsos, viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem paulo ante quam incipiat maturescere. Quod relinquitur, phœnicobalanos vocatur, & nigrescit, vescentesque inebriat.
PHŒNICOPTĔRUS, i. m. [Φοινικόπτερος] Avis rubentes pennas habens. Græci vocant φοίνικον rubrum: & πτερὸν alam. Juven. 11. Sat. 139.
Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens. Plin. lib. 10. cap 48. Numidicæ in parte Africæ Numidia, omnesque jam in Italia, phœnicopteri linguam præcipui saporis esse.
PHŒNICŪRUS, i. m. [Φοινίκουρος] Avis e caudæ rubedine ita dicta, quæ hiberno tempore Eritacus appellatur. Plin. lib. 10. cap. 29. Vulgo apud nos Coarous dicitur, parumque e Lusciniola distat. Quamdiu femina aut ovis, aut pullis incubat (nidificat vero in pertusa arbore) tamdiu masculus, quasi lugeret, pipissat. Avis est, quamvis minima, tamen superbissima, & invidiæ plenissima: unde & locum fecit proverbio de duobus se invicem non ferentibus: Unicum arbustum duos non capit Eritacos.
PHŒNICUSSA, æ. f. [Φοινικοῦσσα] Una ex Vulcaniis insulis. Plin. 3. 9.
PHŒNIX, icis. m. [Φοῖνιξ] ut nonnulli asserunt, Filius fuit Agenoris regis, & frater Cadmi: vel, ut alii etiam ferunt, Agenoris pater, a quo regio, in qua habitabat, Phœnice, seu Phœnicia dicta.
Fuit & Phœnix, Amyntoris filius, teste Homero 8. Iliad. 438. A Peleo hospite comes Achilli datus. Ovid. 8. Met. 307.
Hippothoosque, Dryasque, & cretus Amyntore Phœnix.
Phœnix se e Peleo patre Achilli juveni comitem esse datum dicit ad bellum, ut illum efficeret oratorem verborum actoremque rerum. Cic. 3. de Orat. 54. ex l. c. Homeri.
Homericus Phœnix. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Reverendus Achilli Phœnix. Stat 3. Silv. 2. 96.
PHŒNIX, icis m. vel f. [Φοῖνιξ] Avis. Plin. lib. 10. cap. 2. Æthiopes atque Indi, discolores maxime & inenarrabiles ferunt aves, & ante omnes nobilem Arabiæ phœnicem: haud scio an fabulose, unum in toto orbe, nec visum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cetera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis fauces, caputque plumeo apice honestante. Primus atque diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius: Senator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitisse qui viderit vescentem: sacrum in Arabia Soli esse, vivere annis DIX, senescentem casiæ turisque surculis construere nidum, replere odoribus, & superemori. Ex ossibus deinde & medullis ejus nasci primo ceu vermiculum, inde fieri pullum, principioque justa funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem, & in ara ibi deponere. Hæc & plura Plin. Ovid. 15. Met. 393.
Una est quæ reparet, seque ipsa reseminet ales:
Assyrii phœnica vocant. Vide illic plura.
Et vivax phœnix unica semper avis. Ovid. 2. Amor. 6. 54.
PHŎLEGANDROS, i. [Φολέγανδρος] Insula est una Sporadum, quam Aratus propter asperitatem Ferream vocat. Stephanus a Pholegandro Minois filio nomen accepisse ait.
PHŎLŎĒ, es. f. [Φολόη] Mons est Arcadiæ, ut scribit Pomponius. 2. 3. Lucan. lib. 7. 827.
Scilicet ipse petet Pholoen, &c.
Vertex Pholoes. Stat. 10. Theb. 228.
Est etiam Nomen mulieris. Virg. 5. Æn. 285.
Olli serva datur operum haud ignara Minervæ
Cressa genus Pholoe, &c. V. Hor. 1. Carm. 33. 9. & 2. 5. 7.
PHOLOĔTICUS, a, um. Adj. [Φολοητικός] ut, Pholoetica monstra. Sidon. Carm. 5. 230.
PHŎLUS, i. m. [Φόλος] Unus fuit ex Centauris Ixionis ex nube filius. Hic teste Servio in 8. Æneid. 294. Herculem suscepit hospitio, quum ad expugnandos Centauros pergeret, dicente Lucano, lib. 6. 391.
Hospes & Alcidæ magni, Phole, &c. Tandem in nuptiis Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit, dicente Virgilio 2. Georg. 456.
— leto domuit Rhœtumque Pholumque.
PHŌNASCUS, i. m. [Φωνασκός] Vocis, pronuntiationisque magister & moderator. Dictio Græca. Quintil. lib. 11. 3. p. 1000. Burm. Sed cura (vocis) non eadem oratoribus, quæ phonascis, convenit. Sueton. de Augusto, cap. 84. Pronuntiabat dulci & proprio quodam oris sono, dabatque assidua phonasco operam. Factum nomen a verbo φωνὴ, Vox, & ἀσκέω quod significat Exerceo. Is autem vocem intorquere, remittere, lenire, exasperare docebat.
Est etiam Phonascus, Præcentor in choro. Sidon. 4. Epist. 11. Psalmorum modulator & phonascus.
PHŌNŎLĒNIDES, æ. m. Phonoleni filius. Ovid. 12. Met. 433. Sed suspectum est. V. Heins.
PHŎNOS, i. m. [Φόνος] Herba eadem quæ Atractylis, ita dicta ab eo quod sanguineum fundat succum. Nam Gr. cædem significat. Plin. lib. 12. cap. 16.
PHORBAS, antis. m. [Φόρβας] teste Servio, pater Ilionei Trojani, Æneæ in fuga comitis: Mercurio deo eloquentiæ favente semper pugnavit. Unde Virg. 5. Æn. 842.
— puppique deus consedit in alta
Phorbanti similis, funditque has ore querelas.
PHORBEIUM, i. n. [Φόρβειον] Herba est, quam Dioscorides Ormium appellat. Galenus lib. 8. de Simplicib. medicam. facultatib. cap. 159. Phorbii (inquit) semina ad leucomata, hoc est albugines, cum melle applicant.
PHORCUS, i. m. [Φόρκυς] Numen marinum. Apud Græcos dicitur Phorcys: Filius fuit Thoosæ Nymphæ & Neptuni, ut Servius est auctor in 5. Æn. 824.
Chorus Phorci, Dii qui sub Phorco agunt. Virg. 5. Æn. 240. Plin lib. 36. cap. 5. item Tritones, chorusque Phorci & Pristes, ac multa alia marina, omnia ejusdem manus, præclarum opus etiam si totius vitæ fuisset. [Nimis indocte in Thes. Lond. Phorcus pictor ac sculptor egregius ex hoc loco proponebatur, quum Plinius de Phorci choro in Scopæ operibus loquatur.
Exercitus Phorci, Idem. Virg. 5. Æn. 824.
Phorcus, etiam Piscis est. Plin. 32. 11. [Servius pr. Virg. loco Forcus littera Latina scribit.
PHORCYS, ȳos. m. Idem Gr. Pater fuit Medusæ. unde
PHORCȲNIS, idis. f. nomine patronymico, ipsa dicitur. Ovid. 5. Met 230.
Dixit: & in partem Phorcynide transtulit illam.
PHORCYS, ȳdos. f. [Φορκὶς] aliud patronym. Propert. lib. 3. 22. 8.
Sectaque Persea Phorcydos ora manu. Al. Phorcidos,
PHORIMON, i. n. [Φόριμον] Aluminis species. Plin. 35. 15.
PHORMIO, vel FORMIO, ōnis. Formiones, [Φορμίωνες] Tegetes sunt ex juncis aut straminibus contextæ, apud Ulpianum l. 12. § 22. de instructo & instrumen. legat. in P.
PHORMIO, ōnis. m. [Φορμίων] Philosophus, teste Cic. 2. de Orat. 75. Peripateticus, quum Annibal Carthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venisset exsul: proque eo, quod ejus nomen erat magna apud omnes gloria, invitatus esset ab hospitibus suis, ut eum si vellet, audiret: quumque is se non nolle dixisset: locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de Imperatoris officio, & de omni re militari: tum, quum ceteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quærebant ab Annibale quidnam ipse de illo philosopho judicaret. Hic Pœnus, non optime Græce, sed tamen libere respondisse fertur, Multos se deliros senes sæpe vidisse: sed qui magis quam Phormio deliraret, vidisse neminem. Neque me hercule injuria: quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Annibali, qui tot annos de imperio cum Populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nunquam denique minimam partem illius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? Hactenus Cicero.
Phormio, Crotoniata dux, bello navali Lacedæmonios vicit. Hujus meminit Theopompus in Philippicis. V. Suid.
Fuit item alter hoc nomine dux Atheniensium in bello Peloponnesiaco, ut scribit Thucydides lib. 2.
Fabula etiam Terentii hujus nominis nota est, in qua Phormio sycophanta primas agit.
PHORMUS, i. m. [Φόρμος] Syracusanus comicus, Epicharmi contemporaneus, Geloni tyranno familiaris, & filiorum ipsius altor, docuit fabulas septem quas commemorat Athenæus. V. & Suid.
PHŎRŌNEUS, trisyll. i. m. [Φορωνεύς] Primus Inachi fluvii filius: hic initio dispersos populos in urbem coegit, appellavitque Phoronicon. Auctor Volaterranus. Alii dicunt Phoroneum Argivorum regem, filium habuisse Inachum, qui e se fluvium Inachum denominarit: quem fluvium postea poetæ pro ipso filio Phoronei accipiunt.
Magnus Phoroneus. Stat. 1. Theb. 251.
PHORONĒUS, a, um. Adj. [Φορώνειος] ut, Matres Phoroneæ. Stat 12. Theb. 465.
Antra Phoronea. Stat. 3. Silv. 2. 101.
A Phoroneo dicti sunt Achivi Phoronei.
PHORŌNIDES, is. m. [Φορωνίδης] patronym. quo nomine vocatur Inachus fluvius apud Senec. Thyest. 1.
PHORŌNIS, idos. [Φορωνὶς] patronym. f. Ovid. 2. Met. 668.
Nec superûm rector mala tanta Phoronidos ultra
Ferre potest. Io puellam intelligit.
PHOSPHŎRUS, i. m. [Φωσφόρος] Veneris stella dicitur, quæ Latine Lucifer, ut testatur Cic. 2. de Nat. Deor 54. Martial. lib. 8. 21.
Phosphore, redde diem: quid gaudia nostra moraris?
PHŌTĪNUS, i. m. [Φωτεινός] Photinus & Achilla, Pompeji Magni, ex acie Pharsalica fugientis, imperio tamen Ptolemæi pueri regis Ægyptiorum, interfectores fuerunt. Alexander lib. 1. cap. 2. Hic est enim Ptolemæus ille puer, qui Pompejum Magnum ex Pharsalo fugientem ministro Achilla, & Photino miseranda nece affecit.
Photinus etiam Sirmii episcopus, hæresiarcha, sive caput Photinianorum, initium Christi ex Maria prædicantium, & divinam ejus ab æterno naturam negantium. V. Sulp. Sev. 2. 37. Socrat. Hist. Eccles. 2. 29.
PHOXOS, [Φοξὸς] Figura capitis depravata, non oblongæ sphæræ similis, sed quæ est acuminato vertice. Galenus lib. singul. de ossibus ad tiron. cap. 1.

P H R

PHRAĀTES, is. m. [Φραάτης] Rex Parthorum & Persarum fuit: de quo sic Strabo lib. 6. extr. Itaque non solum tropæa Romam miserunt Parthi, quæ adversus Romanos quondam erexerant, verum etiam liberos suos Cæsari Augusto credidit Phraates. Hujus meminit & Hor. 1. Epist. 12. 271.
— jus, imperiumque Phraates
Cæsaris accepit genibus minor, &c.
PHRADMON, onis. m. [Φράδμων] Statuarius. Plin. 34. 8.
PHRAGMITES, is. m. [Φραγμίτης] Calami genus. Plin. lib. 32. cap. 10. Phragmitis radix recens tusa luxatis medetur, & spinæ doloribus ex aceto illita.
PHRANICATES, æ. m. Parthorum imperator ille, qui cum Ventidio, apud Trapezunta decertavit. Strabo lib. 16. Nisi lectio corrupta est. Al. φρανικάτης.
PHRAORTES, is. m. [Φραόρτης] Rex Indorum, de quo Philostrat. in Vita Apollonii.
Phraortes, filius Orodis regis Persarum, occiso patre regnum occupavisse dicitur. Hor. 2. Carm. 2. 17.
Redditum Cyri solio Phraorten
Dissidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus. [Emendati tamen codd. hoc loco Phraaten legunt. V. Justin. lib. 42. extr. Suid. Φραάτης.
PHRĀSIS, is, vel ĕos. f. [Φράσις] Forma loquendi, & dicendi modus, Quintil. lib. 2. cap. 1. Dicta ἀπὸ τοῦ φράζειν, quod est Fari & disserere.
PHRATRIÆ, arum. [Φρατρίαι] de quibus meminit in Politicis Aristoteles, sunt Conventus quidam hominum, aut etiam conventicula, quasi pagi, propria sibi sacra peculiariaque communiter habentium: ab eo dictæ Phratriæ, quod communi puteo utantur, quod Græce φρέαρ dicitur. Quo nomine primum quas confratrias hodie dicimus, id est communem quandam religionem, appellatas esse puto, non autem ab eo quod fratres sint illi inter quos cultus ille sacrorum quorundam intercedit. Bud. φρατρία, ας, ἡ, conventiculum, secta, sodalitas, tribus, contubernium. V. Suid.

PHRATŎRES, um. m. [φράτορες] Græce dicuntur, Qui ejusdem sunt phratriæ: ut Tribules, Qui ejusdem sunt tribus. V. Suid.

PHRĔNĒS, um. f. [φρένες] dicuntur a Græcis Præcordia, quæ exta nuncupant. Galen. lib. 5. de interioribus, docet proprie Diaphragma i. e. Septum transversum, dici Phrenas: eo quod propter apostema diaphragmatis, gignatur phrenitis. Aristoteles Præcordia dici autumat Phrenas, a mente & prudentia, quæ Græce dicitur φρὴν. Subtilitas enim mentis, ut ait Plin. 11. 38. præcordiis accepta fertur.

PHRĔNĪTIS, idis. f. [φρενῖτις] Morbus lædens mentem, & ad insaniam, furoremque deducens. Morbus acutus in febre superveniens, quum ægrotantes desipiunt, & aliena loquuntur. Quidam volunt Phreneniti-dem appellari. V. Cels. 2. 1. & 3. 18.

PHRENĒSIS, is. f. [φρένησις] Idem. Juven. 14. Sat. 136.
Quum furor haud dubius, quum sit manifesta phrenesis. Plin. lib. 9. cap. 9. Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phrenesi.

PHRENĒTĬCUS, a, um. Adj. [φρενητικὸς] Qui phrenesi laborat. Martial. lib. 11. 28.
Invasit medicum sica phreneticus, Aucte. Cic. 1. de Divin. 81. Ego autem haud scio, an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis.

PHRENĪTĬCUS, a, um. Adj. [φρενιτικὸς] Iidem quod Phreneticus. Cels. 3. 18. Ex Phreniticis alii hilares, alii tristes sunt.

PHRENETIZO, āre. [φρενητίζω, φρενιτίζω, φρενητιάω, φρενιτιάω] Cæl. Aurel. præfat. Acut. Phrenetizandi causas dicere.

PHRICION, i. n. [Φρίκιον] Mons Locrensium, a quo Cuma civitas Phriconis dicta est. Strab. lib. 12. conf. Steph.

PHRIXA, æ. f. [Φρίξα] Urbs Peloponnesi triginta non amplius stadiis ab Olympia distans, alio nomine Phæstus appellata. Hinc

PHRIXÆUS, a, um. Adj. [Φριξαῖος] Gentile. Stephan.

PHRŎNĒSIS, is. f. [φρόνησις] Prudentia. Cic. 1. Offic. 135. Prudentiam enim quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum fugiendarumque scientia. Hinc diminut.

PHRONESIUM, i. f. [Φρονήσιον] Meretriculæ nomen est apud Plaut. in Merc. Latine Prudentulam vel Prudentillam sonat.

PHRYGANION, i. n. [φρυγάνιον] Animal quoddam, quod se ignorare Plinius ait, quum tamen remedio esse quartanis ex Chrysippo idem auctor commemoret lib. 30. cap. 11.

PHRȲGIA, æ. f. [Φρυγία] Regio Minoris Asiæ, a Phryge amne, qui eam a Caria dividit. Vel a Phrygia Cecropis filia; uti Dardania, a Dardano Jovis filio: Inde a Troe, Erichthonii Dardani filio, Troja: in qua Ilion. Vel a Phrygio oppido Macedoniæ, sive Brygio: unde colonos profectos ajunt in Phrygiam. Duæ tamen feruntur Phrygiæ, Major scilicet & Minor, quæ Epictetus dicta fuit. Phrygia ab Aquilonis parte est Galatiæ collimitata, a Meridie Lycaoniæ, Pisidiæ, Mygdoniæque contermina. In ea est Ida Mons, & Tmolus, & Pactolus fluvius. Meminit Cic. in Orat. 25.
De Phrygia & Phrygibus scribit Plin. lib. 5. cap. 32.
Pinguis Phrygia. Hor. 2. Carm. 12. 22.

PHRYX, ȳgis. m. [Φρὺξ] Qui ex Phrygia est. Dicitur & Phrygius.
Eversi Phryges. Senec. Troad. 6.
Ruricolæ Phryges. Ovid. 11. Met. 91.
Sero sapiunt Phryges. Hoc proverbium ex vetustissima tragœdia Livii Andronici mutuo sumptum est, quæ inscribitur Equus Trojanus. Cic. 7. Fam. 16. In equo Trojano scis esse in extremo, Sero sapiunt. Convenit in eos, quos stulte factorum sero pœnitet. Siquidem Trojani tot jam acceptis cladibus, vix decimo demum anno de restituenda Helena consultare cœperunt: quam si statim initio reposcenti Menelao reddidissent, innumerabilibus sese calamitatibus subduxissent. Erasmus.
Phryx plagis emendatur; In barbaros servilique ingenio homines dicitur, qui non pudore, neque monitis, sed verberibus redduntur meliores: quum contra generosus animus, ut ait Seneca, rectius ducatur, quam trahatur. Cic. pro Flacc. 65. In testes Asiaticos, Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Utrum igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus proverbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem? Ex Erasmo.
Phryges, Barbarorum nomine per quandam velut excellentiam apud antiquos intelligi deprehendas. Cic. 1. Tusc. 85. ex Poeta,
Astante ope Barbarica. i. e. Stante Phrygum imperio. conf. OPS, ŏpis. Hor. 1. Epist. 2. 7.
Græcia Barbariæ lento collisa duello. i. e. Phrygiæ. Et apud eundem Epod. 9. 5.
Sonante mixtum tibiis carmen lyra
Hac Lydium, illis Barbarum. h. e. Phrygium. Al. Hac Dorium. Virg. 2. Æn. 504.
Barbarico postes auro, spoliisque superbi. i. e. Phrygio. Phryges enim opibus & auro abundabant, opinioque Græcorum erat eos opulentos fuisse, ut & Persas. Itaque ut Barbarus ætate Demosthenis dicebatur rex Persarum, sic qui de bello Trojano scripsere, aut tragœdias illius argumenti attigerunt, per Barbaros, Phryges intellexerunt: quanquam latius Barbari nomen patet. Ex Turnebo. [Conf. Suid. in Φρὺξ.

PHRȲGIUS, a, um. Adj. [Φρύγιος] Qui ex Phrygia est. Cic. pro Rosc. Amer. 90. Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio?
Æquor Phrygium. Virg. 1. Æn. 385.
Arces Phrygiæ. Ovid. 13. Met. 44.
Cantibus Phrygiis incitari. Cic. 1. de Divin. 114.
Catervæ. Lucret. lib. 2. 630.
Clades. Ovid. 14. Met. 562.
Homo. Cic. 1. Q. frat. 16.
Judex Phrygius, Paris. Catul. 56.
Lapis Phrygius, Marmor. Hor. 3. Carm. 1. 41.
Lapis Phrygius gentis nomen habet: est autem gleba pumicosa. Plin. lib. 36. cap. 19.
Mater Phrygia, Cybele. Ovid. 2. Fast. 55.
Nemus. Catul. 59. 18.
Urbes. Virg. 6. Æn. 783.

PHRYGIO, ōnis. m. [φρυγίων] Qui acu pingit, vel qui vestes acu intexit. Phryges enim primi invenere talem texturam. Plin. lib. 8. cap. 48. Plaut. Aul. 3. 5. 34.
Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. V. Serv. in Virg. 3. Æn. 484.

PHRYGIĀNUS, a, um. Adj. [φρυγιανὸς] ut, Phrygianæ vestes: h. e. Acu pictæ, & filis aureis decoræ. Plin. lib. 8. cap. 48. Togas rasas, Phrygianasque D. Augusti novissimis temporibus cœpisse, scribit Fenestella. Harduinus notat, in MSS. omnibus esse Phrygioniæ, ut a Phrygio, onis, adjectivum formatum videatur.

PHRYNE, es. f. [Φρύνη] Nomen meretricis apud Athenas, de qua Quintil. lib. 2. cap. 15. Athen. lib. 14. Thespiensem dicit usque adeo venustam & eximia forma, ut quum in judicium capitis adducta esset, plurimisque & gravissimis criminibus premeretur, nulla ei res alia ad absolutionem fuerit suffragata, quam formæ præstantia. Nam Hyperides orator, qui eam defendebat, quum esset hæc opinio, judices eam condemnaturos, constituit eam in eorum conspectu, tunicamque a pectore abscidit, ut nudas ejus papillas, & nudum pectus aspicerent: tantamque & oratione & hoc facto judicum misericordiam commovit, quum eam tanquam Veneris sacerdotem oleo perfunderet, ut judices, religione quadam animis eorum occupatis, ac deterritis, non sint ausi eam condemnare: qua absoluta Euthias accusator iratus, quod e judicio victus in re tam aperta discessisset, nullam postea causam dixit. Monuit Lambin.
Phryne, Puellæ nomen libertinæ, apud Hor. Epod. 14. 16.

PHRYNĬCHUS, i. m. [Φρύνιχος] Atheniensis tragicus, Thespiadis discipulus, qui primus vultum femineum protulit in scenam, & tetrametrum reperit: filium habuit Polyphradmonem poetam, & ipsum tragicum: docuit tragœdias novem. Meminit Strab. lib. 14.
Phrynichi lucta. Diogenianus indicat dictitari solitum de iis, qui astu dolisque negotium peragunt. Fuit is Phrynichus Lacedæmoniorum proditor. Ex Erasmo. conf. Suid.

PHRYNION, i. n. [φρύνιον] Herba eadem cum Paronychia, ita dicta quod τοῖς φρύνοις, hoc est ruberis adversetur. Plin. lib. 25. cap. 10.

PHRYNIS, is. m. [Φρῦνις] Citharœdus nobilis fuit, patria Mytilenæus, discipulus Aristoclidis, qui genus suum ad Terpandrum referebat. Hic primus Athenis visus est citharœdus, Callia summum magistratum gerente. V. plura de eo apud Suid.

PHRYNONDAS, æ. m. [Φρυνώνδας] Viri proprium, qui quum esset hospes Athenis, in negotiis Peloponnesiacis versabatur, homo versutus, maleficus, impostor, summus malarum rerum artifex: ut hominis vocabulum in rei transierit appellationem. Etenim quoties insigniter malum & sceleratum accipi volebant, Phrynondam appellabant. Hinc proverbium Phrynondas alter, de improbo. Hujus meminit Lucian. in Pseudomante, inter nobiles facinorosos. p. 749. Græv. conf. Suid.

PHRYNOS, i. m. [Φρῦνος] a Græcis Ranæ genus appellatur omnium maximum, in vepribus tantum vivens, unde & Rubetam Latini appellant. Plin. lib. 32. cap. 5. Rubetas hujusmodi plenas veneno malo esse ait.

PHRYX, ȳgis. m. [Φρὺξ] Fluvius, qui Phrygia, cui & nomen dedit, a Caria disterminata, in Hermum Smyrnæ amnem influit. Plin. lib. 5. cap. 29.

PHRYXUS, i. m. [Φρίξος] Athamantis regis Thebarum ex Nebula filius, fraterque Helles, qui quum novercales insidias Inûs ferre non possent, & consentiente patre aufugerent, in Asiamque trajicerent, vecti ariete, cujus vellus erat aureum, Helle puerali more exterrita, decidit in Pontum, eique nomen Hellesponto fecit. Lucan. lib. 4. 57.
— delapsæ portitor Helles. Phryxus autem incolumis evasit, Colchosque pervenit.
Æolius Phryxus. Valer. 6. Argon. 542.
Æquoreus. Stat. 5. Theb. 475.
Grajus. Valer. 6. Argon. 362.
Pius. Valer. 2. Argon. 600. V. Heins.
Profugus. Valer. 1. Argon. 520. Scribitur & Phrixus, Φρίξος, per i.

PHRYXĒUS, a, um. Adj. [Φρίξειος] ut, Aries Phryxeus. Seneca Medea, 7.
Mare Phryxeum. Senec. Herc. OEth. 7.
Ovis. Ovid. 6. Epist. 104.
Vellera. Ovid. 7. Met. 7.

P H T

PHTHĪA, æ. f. [Φθία] Oppidum est Thessaliæ, Achillis patria, ut scribit Servius in illud Virg. 1. Æn. 284.
Quum domus Assaraci, Phthiam, clarasque Mycenas
Servitio premet, ac victis dominabitur Argis. Hinc

PHTHĪUS, a, um. [Φθῖος] Adj gentile; ut, Vir Phthius. Propert. 2. 14. 38.
Achilles Phthius. Hor. 4. Carm. 6. 4.

PHTHIŌTA, æ. m. [Φθιώτης] Qui Phthiam habitat. Cic. 1. Tusc. 21. Primo libro loquentes multos facit, duobus Pherecratem quendam Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, &c.

PHTHIŌTIS, idis. f. [Φθιῶτις] Strab. lib. 9. Una e quatuor partibus Thessaliæ.

PHTHIŌTĬCUS, a, um. Adj. [Φθιωτικὸς] Catul. Argon. 62. 35.
Deseritur Scyros, linquunt Phthiotica Tempe.

PHTHĪRIĀSIS, is. f. [φθειρίασις] Latinis dicitur Morbus pedicularis, ἀπὸ τῶν φθειρῶν, quos & pedes & pediculos vocamus. Plin. lib. 20. cap. 1. Sic & contra phthiriasin bibitur, & hydropises.

PHTHĪRŎPHĂGI, orum. m. [Φθειρόφαγοι] Populi sunt juxta Pontum Euxinum, de quibus Strab. lib. 11.

PHTHĪRŎPHŎROS, [φθειροφόρος] epitheton piceæ, de qua Plin. 16. 10. V. Theophrast. Hist. 2. 3.

PHTHĪSIS, ios. f. [φθίσις] Corruptio, Tabes, morbus quo pulmonis exulceratio fit, ἀπὸ τοῦ φθίειν, quod est Corrumpere, tabefacere: unde phthisici vocantur. Sunt qui Phthisin, Phthoen, φθόην, quoque appellent: sed illud genus maxime quo sanguis rejicitur. Juven. 13. Sat. 95.
Et phthisis, & vomicæ putres, & dimidium crus. Columel. lib. 6. cap. 14. pr. Est etiam illa gravis pernicies, cum pulmones exulcerantur. Inde tussis, & macies, & ad ultimum phthisis invadit.
Phthisis præterea, ut tradit Paul. Ægineta Medicinæ tertio, est Pupillæ affectio angustioris factæ debiliorisque, ac etiam rugosioris: in qua paulo majora sese ostentant objecta.

PHTHISĪCUS, a, um. Adj. [φθισικὸς] Phtisi laborans. Plin. 24. 15. & 26. 11. V. etiam Scribon. Larg. Compos. 186. Martial. 11. 21.
Quam quæ de phthisico lapsa est armilla cinædo. V. ibi Scriver. & Gruter.

PHTHISISCO, ĕre. Phthisi laborare. Sidon. 5. Epist. 14. Jecorosis & phthisiscentibus medicabilis.

PHTHONGUS, i. m. [φθόγγος] Sonus Latine dicitur: unde Diphthongus. Plin. de harmonia diapason, lib. 2. cap. 22. In ea Saturnum Dorio moveri phthongo, Jovem Phrygio, & in reliquis similia, jucunda magis, quam necessaria subtilitate.

PHTHONGARIUM, i. n. [φθογγάριον] Tibiarum genus est, quibus Phonasci modos vocis & tenores regebant, qualis erat fistula Gracchi, quam Tonorium vocat Quintilianus. Meminit in pneumaticis Hero. Ex Turnebo.

PHTHŌRIA, orum. n. pl. [φθόρια] sunt Medicamenta quibus utuntur abigendis infantibus in utero enectis: quæ Ecbolia quoque dicuntur, id est Ejectoria. Plinius de Scammonite vino, lib. 14. cap. 16. Hoc vinum (inquit) phthorium vocant, quoniam abortus facit. Sic enim in antiquis exemplaribus legitur manu scriptis: licet in impressis Ectromatium legatur verbum subdititium. Est a φθορά, Corruptio.

PHTHŪRIS, is. f. [Φθοῦρις] Æthiopiæ oppidum, unum ex his, quæ C. Petronius, quum ab Augusto Ægypto præfectus esset, expugnavit. Plin. lib. 6. cap. 29.

P H U

PHŪ, [φοῦ] vocant aliqui Nardon Agrion, sive Creticum, folio oleris atri, caule cubitali, geniculato, flore in purpura albicante, radice obliqua villosaque, & imitante avium pedes. Dioscorid. lib. 1. & Plin. lib. 12. cap. 12. Officinæ *Valerianam majorem* nominant.

PHUTHSI, orum. m. Populi Mauritaniæ, quorum originem refert Josephus ad Puth filium Cham, filii Noe. [Forte a Phthut, Φθοὺτ, Tingitanæ, Agathod.

P H Y

PHY, [φῦ] Interjectio mirantis, teste Donat. Ter. Adelph. 3. 3. 59.
Syre, præceptorum plenus istorum ille. s. phy:
Domi habuit unde disceret?

PHȲCIS, idis. f. [φυκίς] Piscis est verno tempore varius, reliquis anni partibus candidus, ex alga nidificans, & in nido ova pariens. Plin. lib. 9. cap. 26.

PHYCĪTES, æ. m. [φυκίτης] Gemma algæ colorem habens. Plin. lib. ult. cap. 10.

PHȲCOS, i. m. [φῦκος] Frutex. Plin. lib. 13. cap. 25. Non habet lingua alia nomen, quod Græci vocant phycos; quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem est frutex: folia lata colore viridi gignit, quod quidam prason vocant, alii zostera. Alterum genus ejusdem capillaceo folio, simile fœniculo, in saxis nascitur: Superius in vadis haud procul litore.

PHȲCUS, untis. [Φυκοῦς] Cyrenarum promontorium, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 12. Lucan. lib. 9. 40.
— tunc ausum classi præcludere portus,
Impulit, ac sævas meritum Phycunta rapinas
Sparsit.

PHȲCUSSÆ, arum. f. [Φυκοῦσσαι] Insulæ sunt Libyæ adjacentes, ita dictæ ab algæ copia, quæ φῦκος a Græcis appellatur. Stephan.

PHȲGELA, æ. f. Oppidum in Pannonia a fugitivis conditum. Plin. lib. 5. cap. 29.

PHYGETHLON, i. n. [φύγεθλον] Tumor est non altus, sed latus, in quo quiddam pustulæ simile est. Dolor distensioque vehemens est, & major quam pro magnitudine tumoris, interdum etiam febricula: idque tarde maturescit, neque magnopere in pus convertitur. Fit maxime aut in cervice, aut in alis, aut in inguinibus. Panum ad similitudinem figuræ nostri vocant. Hactenus Cels. lib. 5. cap. 28. 10.

PHYLĂCA, æ. f. pr.c. [φυλακή] Locus custodiæ, carcer. Plaut. Capt. 3. 5. 93.
Illic est abductus recta in phylacam, ut dignus est.

PHYLACISTA, æ m. [φυλακιστής] Custos carceris. Plaut. Aul. 3. 5. 44.
Trecenti constant phylacistæ in atriis. Turnebus Artifices intelligit in atriis exspectantes, vel manupretium, vel mercis mercedem flagitantes, qui quod in atriis diutius exspectant & morantur, custodes & phylacistæ appositi videntur.

PHYLĂCE, es. f. pr.c. [Φυλάκη] Oppidum est Phthiotidis, regionis Thessaliæ, cujus meminit & Homer. in Catalogo navium. Il. β. 700. Sub imperio Protesilai fuit. Hinc

PHYLĂCIDES, æ m. [Φυλακίδης] Protesilaus. Ovid. 2. de Arte Am. 356.
Phylacides aberat, &c.

PHYLĂCEIUS, a, um. Adj. [Φυλακήϊος] Ovid. 5. Trist. 14. 39.
Ut vivat fama conjux Phylaceia, &c. i. e. Laodamia Protesilai uxor, qui ex patria erat Phylace.

PHYLACTĒRIUM, i. n. [φυλακτήριον] Græca dictio est ἀπὸ τοῦ φυλάττειν, hoc est a custodiendo, asservando, sive tuendo deducta, significatque, modo Antidotum, quo nos adversus venena tuemur & præmunimus, modo Locum custodiæ destinatum. Hoc etiam nomine dicebantur Pharisæorum tabulæ, sive membranæ Decalogi præcepta inscripta habentes: quas illi & fronti & brachiis affigebant, ut eorum oculis nunquam non obversarentur. Qua de re scribit Erasmus in Matthæum: Pharisæi, quo viderentur admodum observantes legis, scribebant Decalogum in membranis, seu duobus voluminibus, quorum alterum fronti coronæ vice circumponebant, alterum brachio, ut sive quo manum porrigerent, essent in conspectu: sive caput movissent, ob oculos essent. Hunc morem testatur Hieronymus ad suam usque ætatem durasse apud Judæos, Persas, ac Babylonios: atque eos, qui id facerent, apud illos habitos ceu religiosos, quasi sic præstarent id quod Deus juberet per Mosen, servari præcepta sua. Hæc Erasm.

PHYLACTARIUS, i. m. [Φυλακτάριος] Phylacterii vocabantur, Qui phylacteria seu amuleta conficiebant præbebantque. V. Balsam. ad Canon. 61. Concil. in Trullo.

PHYLARCHUS, i. m. [φύλαρχος] Ordinis, sive dignitatis nomen in Equestri militia. Erat enim equitatus divisus in classes quasdam, quas illi φυλὰς appellabant, quibus qui præerant φύλαρχοι appellabantur. Omnes autem uni parebant Hipparcho, hoc est equitatus totius præfecto: quem Latini sub Dictatore, Magistrum equitum appellabant. V. Cic. 15. Fam. 1. & Ammian. 24. 2.

Fuit item hoc proprium nomen historici cujusdam Atheniensis, sive Sicyonii, aut, ut alii malunt, Naucratitæ, qui Pyrrhi Epirotæ bellum adversus Peloponnesios, libris vigintiocto conscripsit: item alia complura, quæ recensentur a Suida.

PHYLE, es. f. [Φυλή] Castellum Atticæ. Corn. Nepos 8. 2. V. Steph. & Meurs. lib. de Pop. Attic. p. 144.

PHYLEUS, i. m. [Φυλεὺς] Jovis filius & pater Megetis viri fortissimi, qui in bello Trojano præfuit Dulichiis, Echinadumque insularum incolis. Homer. in Catalogo navium.

PHYLLANTHES, is. f. [φυλλάνθες] Herba est ex genere aculeatarum, sed mitioribus aculeis, ab radice tantum foliata. Plin. lib. 21. cap. 16.

PHYLLANTHION, i. n. [φυλλάνθιον] cognomento Dyticon, herba est Democrito, purpuram tingentibus utilis. Hermol. in Corol.

PHYLLIS, idis. f. [Φυλλὶς] (inquit Servius) Regina Thracum fuit, & Lycurgi Thracum regis filia. Hæc Demophoontem, Thesei filium, regemque Atheniensium, redeuntem de Trojano bello dilexit. & in conjugium suum rogavit; Ille ait ante se ordinaturum rem suam, & sic ad ejus nuptias reversurum. Profectus itaque quum tardaret, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, quod se spretam esse credebat, laqueo vitam finivit, & conversa est in arborem sui nominis, id est amygdalum sine foliis. Postea reversus Demophoon, cognita re, ejus amplexus est truncum, qui, velut sponsi sentiret adventum, folia emisit. Unde etiam Phylla sunt dicta a Phyllide, quæ ante Petala dicebantur. Sic Ovidius in Metamorphoseôn libris. Hæc Servius enarrans illud Virg. 5. Ecl. 10.
Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri.
Rhodopeia Phyllis. Ovid. 2. Epist. 1.
Phyllis, Nutrix Domitiani Imperatoris. Suet. in Domit. cap. 17. Cadaver ejus, populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo, Latina via, funeravit.
Phyllis, [Φυλλὶς] Amnis Bithyniæ, a quo Phylli, Phylliensesque dicuntur, ut ait Strab. V. & Steph.

PHYLLON, i. n. [φύλλον] Spina est sine caule, sine flore, sine echino, foliis longis, aculeatis & lactucæ similibus. Aliis nominibus Polygonaton appellatur, & Leucacantha. Plin. lib. 22. cap. 16.

PHYLLUS, i. m. [Φύλλος] sive PHYLLUS, untis. [Φυλλοῦς Stephano] Oppidum Thessaliæ in tractu Phthiotidis: a quo Apollo Phylleus cognominatus est Strab. lib. 9.

PHȲMA, ătis. n. [φῦμα] Cels. lib. 5. cap. 28. 9. Phyma est tuberculum furunculo simile, sed rotundius, & planius, sæpe etiam majus. Nam furunculus ovi dimidii magnitudinem raro explet, nunquam excedit: Phyma etiam latius patere consuevit, sed inflammatio dolorque sub eo minores sunt. Ubi evulsum est pus, eodem modo apparet ventriculus: quod in furunculo non invenitur, verum omnis corrupta caro in pus vertitur. Lind. legit, Ubi divulsum est, pus eodem modo apparet: ventriculus, qui in furunculo, non &c. Idem lib. eodem cap. 18. Aristonis malagma etiam recentia phymata, doloresque omnes discutit.

PHYNON, ŏnis. m. Collyrium Euelpidis. Cels. 6. 6. 20.

PHȲRAMA, ătis. n. [φύραμα] Massam significat. Gummi genus. Plin. 12. 23.

PHYSA, æ. [φῦσα] Piscis quidam ex genere testaceorum, Nilo fluvio peculiaris. Strab. lib. ult.

PHYSCO, onis. [φύσκων] Crassum & ventricosum denotat. Cognomen fuit Ptolemæi septimi, principis Alexandrini, quo dominante Polybius Alexandriam profectus est. Strab. lib. 16.

PHYSCUS, i. m. [Φύσκος] Cariæ oppidum e regione Rhodi insulæ. Strab. lib. 14.
Stephanus aliam ejusdem nominis urbem collocat in Locride, quam dictam vult a Physco Ætoli filio, Amphyctionis nepote, pronepote vero Deucalionis.

PHȲSEMATA, n. pl. [φυσήματα] sunt Conchæ, quæ audito tonitru pavent, ac repente comprimuntur. Plin. lib. 9. cap. 35.

PHYSES, [φύσεις] sunt Gemmæ, quæ ad naturalium similitudinem effictæ sunt ab artificibus. Plin. lib. 37. cap. 12.

PHȲSĒTER, ēris m. [φυσητὴρ] Genus piscis marini, admirabili magnitudine. A φυσάω spiro, vel sufflo. Plin. lib. 9. cap. 4. Maximum animal in Indico mari pristes & balæna est: in Gallico Oceano physeter, ingentis columnæ modo se attolens, altioremque navium velis diluviem quamdam eructans. Avienus in Arato,
Delphinos virides, & physeteres anhelos.
Physeteres ajunt plurimum navigantibus nocere. De illis ex Nearcho scribit Strab. lib. 15.

PHYSIS, is. f. pr. c. freq. br. [φύσις] Latine Natura dicitur. Hinc

PHYSĬCUS, a, um. Adj. [φυσικὸς] Naturalis.
Ratio physica. Cic. 2. de Nat. Deor. 55.
Explicare aliquid Physicum. Cic. 2. de Divin. 122.

PHYSICA, æ. vel PHYSICA, ēs. f. [φυσικὴ] Scientia Naturalis, seu rerum Naturalium. Cic. 1. Acad. 25. Sed enitar ut Latine loquar, nisi in hujuscemodi verbis, ut philosophiam, aut rhetoricam, aut physicam, aut dialecticam appellem.

PHYSICA, orum. n. pl. [φυσικὰ] ut, Physica Aristotelis, Libri qui de rebus naturalibus tractant.
Ne physicorum quidem ignarum oratorem esse volo. Cic. in Orat. 119.
In physicis, quibus maxime gloriatur, totus est alienus Epicurus. Cic. 1. de Fin. 17.

PHYSĬCUS, i. m. [φυσικὸς] Qui physicæ scientiæ dat operam. Cic. 1. de Nat. Deor. 78. Sed tu hoc, physice, non vides, quam blanda conciliatrix, & quam sui sit lena ipsa natura.
Speculator venatorque naturæ physicus. Cic. 1. de Nat. Deor. 84.

PHYSICE, Adv. [φυσικῶς] Cic. 3. de Nat. Deor. 81. Eodemque tempore illa omnia, quæ a te physice dicta sunt de vi ignea, deque eo calore, &c.

PHYSIŎGNŌMON, ŏnis. m. [φυσιογνώμων] Qui hominum naturam, i. e. mores, ex corpore vultuque cognoscit. Cic. de Fato, 10. Quid Socratem, nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturasque, ex corpore, oculis, vultu, fronte, pernoscere. Scribitur & Physignomon per ellipsin a poëtis, ut in Aet. 5. 8.

PHYSIOGNŌMŎNIA, æ. f. [φυσιογνωμονία] Naturæ regula: nam id verbum significat morum naturarumque hominum ex inspectione vultus prædictionem. V. dict. superior.

PHYSIŎLŎGUS, i. m. [φυσιολόγος] De naturis disserens.

PHYSIOLOGĬA, æ. f. [φυσιολογία] Cic. 1. de Nat. Deor. 20. Hunc censet,

censes, primis (ut dicitur) labris gustasse physiologiam, id est naturæ rationem, qui quicquam quod ortum sit, putet æternum esse posse? Rationem naturæ physiologiam Græci appellant. Cic. 1. de Divin. 90.
Pervertere physiologiam. Cic. 2. de Divin. 37. Dum aruspicinam veram esse vultis, physiologiam pervertitis.
PHYTEVMA, ătis. n. [φύτευμα] Herba est amatoria, quare ob id cæteri contemnunt qui de herbarum viribus aliquid scriptum accuratius reliquerunt. V. Dioscoridem lib. 4. cap. 125. Plin. lib. 27. cap. 12.

P I

PI Pius, Pia. PIC. Picenum. PIC. VRB. Picenum Urbicarium. PIENT. PIENTISS. Pientissima, Pientissimus. PIET. Pietas. PIGMENTR. Pigmentarius PIISS. FORTISS. FELICISS. D. N. Piissimus fortissimus felicissimus dominus noster. PISAVR. PVBLIC. Pisaurensea publice.
PIABILIS, PIACULARIS, PIACULUM, V. PIO.
PIALÆ, arum. Populi in Scythia, qui cum Parthis ex æquo vivunt, ac degunt. Plin. lib. 6. cap. 17.
PIAM, syllabica adjectio, quæ ornatus tantum causa ponitur: ut Quispiam.
PIAMEN, PIATRIX. V. PIO.
PIASUS, i. m. [Πίασος] Pelasgorum dux, de quo sic Strabo scribit: In Larisa Phriconide dicunt Piasum coli, quem tradunt, quum Pelasgorum dux esset, Larisæ filiæ amore captum fuisse: quumque puellæ violentiam attulisset, contumeliæ pœnas luisse: nam quum vini dolium pronus inspiceret, puella (quod rem rescwerat) illum per pedes capiens & attollens in dolium dejecit. Strabo lib. 13.

P I C

PICA, æ. f. [κίττα, κολοιός] Avis, magnitudine palumbæ, alis vario colore, & præsertim cæruleo depictis, humana verba proferens. Martial. lib. 14. 76.

> Pica loquax certa dominum te voce saluto:
> Si me non videas, esse negabis avem.

Plin. lib. 10. cap. 33. Picæ quum diligentius visum ab homine nidum sensere, ova transferunt alio. Ovid. 5. Met. 299.

> Institerant ramis imitantes omnia picæ.

Pica alia est, sub ventre alba, superius nigra, quæ varia appellatur.
Pica, est in gravidis Languor ille & mollities dissoluti & cuncta fastidientis stomachi. Dictum ab ave pica, quoniam ejusmodi aves varia solent appetere quum sunt prægnantes. V. MALACIA.
Pica, inquit Paulus Ægineta lib. 1. cap. 1. circa tertium maxime fit impraegnationis mensem: eo quod fetus rum non possit totum id, quod pro alimenti ratione ad uterum affertur, consumere, nimirum imbecillior, ita ut ex hoc ipso variæ in stomacho superfluitates redundent. Unde etiam varia & absurda appetunt, velut carbones exstinctos, eimoliam terram, & alia multa. Hac enim de causa etiam appellationem hanc affectio ipsa adepta est, ob picæ animalis varietatem, aut quod etiam illa sæpe hac affectione corripitur.
Picæ, apud Festum sunt Sphinges: unde & apud eum Picati. Quanquam & Pici, ex se Picatos propagare possunt, qui Latinis sunt avidæ illæ volucres feræ, Griphes vocatæ, aurum a cavernis penitus egerentes. Annotavit Turnebus. V. seq. dict.
PICATI appellantur quidam, quorum pedes formati sunt in speciem Sphingum, quod eas Dorii Phicas vocant. Festus. V. Hesych. & infra PICUS.
PICARIA, PICATUS. V. PIX.
PICEA, æ. f. [πεύκη] Arbor ejusdem cum pinu generis, inquit Dioscorides, sed quandam flagitant specierum differentiam; differt enim a pino picea, quod pinguiori ac tenuiori folio est, quodque minus alta, minusque recta quam pinus adsurgit: præterea & conum minorem ac magis algentem, nucleos quoque resina perfusos gerit. Virg. 9. Æn. 86.

> Lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant,
> Nigranti picea, trabibusque obscurus acernis

Plin. lib. 14. cap. 20. Fit a piceæ resina. In Hispania autem a piceastris minime laudata.
PICEASTER, tri. Picea silvestris. Plin. 14. 20. V. dict. superior.
PICĒNUM, i. n. [Πικηνόν] Regio Italiæ, in qua est Asculum, a Pico Martio ave dicta, cujus ductu & auspicio Sabini, quum Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum picus consederat. Nam sicut Strabo lib. 5. scribit, conditores Picentium a Sabinorum terra profecti sunt, a quibus orti sunt. Picenum quondam uberrimæ multitudinis. Namque trecenta & sexaginta millia Picentium in fidem Pop. Rom. venere. Ea nunc Marchia Anconitana dicitur: vulgo, *Marcha d'Ancona.* Incipit a Truento amne usque ad Isaurum fluvium, qui nunc Folia dicitur: & hinc Apennino, hinc Mari supero terminatur. Habet civitates, Picentiam, Pisaurum, Fanum Fortunæ, Senam Gallicam, Urbinum, Anconam, Camerinum, Firmum & Asculum.
PICĒNUS, a, um. [Πικηνός] Adj. possessiv. ut, Picenus ager, pro Picena regione. Cic. de Clar. Orat. 57. Dicitur etiam C. Flaminius, is qui Tribunus pleb. legem de agro Gallico & Piceno viritim dividendo tulerit, &c.
Poma Picena. Hor. 2. Serm. 3. 272.
Tellus Picena. Sil. lib. 8. 425.
PICENTIA, æ. f. [Πικεντία] Præcipua urbs Picentum. Sil. 8. 579. Steph. docet Phlegontem Picentum, Πίκεντον, eam appellare.
PICENTES, um. sive PICENTINI, orum. [Πικέντες, Πικεντῖνοι] Qui Picenum inhabitant. Cic. pro Sulla, 25. Aut igitur doceat Picentes solos non esse peregrinos, aut gaudeat suo generi me meum non anteponere.
Acies Picentum. Sil. lib. 10. 313.
PICENTĪNUS, a, um. Adj. [Πικεντῖνος] Idem quod Picenus. Martial. lib. 13. 47.

> Picentina Ceres niveo sic nectare crescit, &c.

De panibus Picentinis.
PICEUS, PICO, are. V. PIX.
PICRIS, idis. f. [πικρίς] Genus lactucæ, sive cichorei agrestis, ab amaritudine nomen trahens. Plin. lib. 21. cap. 17. Amara & aphace, & quæ picris nominatur, & ipsa toto anno florens: nomen ei amaritudo imposuit.
PICRĬDIUM, i. n. [πικρίδιον] diminut. Genus lactucæ, Augustin. Quæst. 21. 21.
PICRŎCHŎLI, [πικρόχολοι] In quibus abundat flava bilis, quæ amara esse consuevit. Hippocrates de ratione vict. acut. p. 390. lin. 25. ed. Francof.

PICTĀVI, orum. vel PICTŎNES, um. m. [Πίκτονες] Galliæ populi. Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Vulgo *Poitou.* Paulus Petrocor. 1. 287.

> Dum Pictavorum doctor floreret in oris.

PICTĀVICUS, & PICTŎNICUS, a, um. Adj. Auson. Epigr. 30.

> Imago Rufi, rhetoris Pictavici.

Litus Pictonicum. Idem Epist. 9. 36.
PICTOR, PICTURA. V. PINGO.
PĪCUMNUS, i. m. [Πίκουμνος] Deus, qui in sacris Romanis adhibebatur. Æmilius Macer in Theogonia,

> Et nunc agrestes inter Picumnos habetur.

V. Non. 12. 36. & Serv. ad Virg. 9. Æn. 4.
PĪCUS, i. m. [Πῖκος] Saturni filius, augur: de quo fabula talis est, Picum amavit Pomona, dea pomorum, & ejus volentis est sortita conjugium. Postea Circe, quum eum amaret, & spernaretur, irata eum in avem picum Martium convertit. Alia autem avis est Pica, de qua supra. Hoc autem ideo fingitur, quia augur fuit: & domi habuit picum, per quem futura noscebat: quod Pontificales indicant libri. Hactenus Servius enarrans illud Virg. 7. Æn. 187.

> Ipsa Quirinali lituo, &c.

V. Ovid. 14. Met. 320. qui Picum Canentem, filiam Jani & Veniliæ, uxorem habuisse ait.
Ausonius Picus. Valer. 7. Argon. 232.
PĪCUS, i. m. [δρυοκολάπτης] Parva avis est, uncorum unguium: cavat arbores, in quibus pullos educat, & scandit in subrectum, felium modo, dicta a Pico Saturni filio, qui ei nomen dedit. Plin. lib. 10. cap. 18.
Picus est ab læva. Plaut. Asin. 2. 1. 12.

> Picus & cornix est ab læva, corvus porro ab dextera.

Pici, veteres etiam esse voluerunt, quos Græci γρῦπας appellant. Plaut. Aulul. 4. 8. 1.

> Pici divitiis, qui aureos montes colunt,
> Ego solus supero.

Nonius 2. 641. conf. in PICA ad fin.

P I D

PIDAN, Oppidum in Æthiopia ad sinum maris Rubri ab Arabibus habitatum. Plin. lib. 6. cap. 29.

P I E

PĪĔRES, um. m. [Πίερες] Populi olim Macedoniæ finitimi inter Actium & Aliagmonem amnes, quibus pulsis, Macedones loca eorum occuparunt. Plin. lib. 4. cap. 10. Strabo lib. 10.
PĪĔRIA, æ. f. [Πιερία] Mons Musis sacer, & civitas Bœotiæ, quam primus Pierus, Lini pater, ædificavit. Plinio lib. 4. cap. 8. Pierus dicitur. Est & Regio Macedoniæ Plinio, eodem lib. cap. 10. conf. PIERUS.
PIERIDES, um. f. [Πιερίδες] inquit Sextus Pompejus, Musæ dicuntur, propter amœnitatem ac solitudinem Pierii montis, quod eæ secretis locis propter studia liberalia delectentur. Hæc Sextus. Pierides, auctore Perotto, a Pieria, quæ regio est Macedoniæ, dictæ. conf. Suid. Cic. 3. de Nat. Deor. 54. auctor est, Pierias & Pieridas a poetis appellari, quod Jove tertio Pierio & Antiopa natæ sint. [Forte reliquit Cic. Jove tertio Pieriæ, vel, in Piero natæ. Ut sit loci mentio. MSS. variant.
Musarum fabulam cum Pieri filiabus cantantium V. apud Ovid. 5. Met. 302. Virg. 8. Ecl. 63.

> Hæc Damon: vos, quæ responderit Alphesibœus,
> Dicite, Pierides.

Comes Pieridum, Poeta. Martial. lib. 12. 69.
Lumen Pieridum. Ovid. 4. de Ponto, 16. 42. Sic vocat Cottam.
Sacris Pieridum imponere manum. Ovid. 4. Trist. 1. 28.
Studio Pieridum teneri. Ovid. 2. de Ponto, 5. 63.
Pieris, ĭdis. Nomin. sing. & Pieri in casu vocandi. Hor. 4. Carm. 3. 18.

> O, testudinis aureæ
> Dulcem quæ strepitum, Pieri, temperas.

PIERIUS, a, um. possess. [Πιέριος] Pierium carmen. Lucret. 1. 945.
Chori tutela Pierii Mæcenas. Lucan. ad Pisonem 242.
Dies Pierii, Quos impendimus litterarum studio. Stat. 1. Silv. 3. 23.
Grex Pierius. Martial. lib. 9. 88. de filio Silii.
Recessus Pierius. Martial. 7. 72.
Studiis Pieriis pollere. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 150.
Via Pieria. Ovid. 2. de Ponto, 9. 62.
Umbra Pieria. Martial. lib. 9. 86.
PĪĔRUS, i. m. [Πίερος] Pater novem puellarum, quæ, quod Musas provocare cantu ausæ essent, in picas versæ fuerant. Ovid. 5. Met. 302.

> Pierus has genuit Pellæis dives in arvis.

Pierus, Mons est in Thessalia, qui in Macedoniam protenditur. Plin. lib. 4. cap. 8. V. PIERIA. [Etiam apud Fest. lego Pieri montis.
PIE, PIETAS, PIETATICULTRIX, V. PIUS.

P I G

PĬGER, gra, grum. [ὀκνός, νωθρός, ῥᾴθυμος, βλακικός, ἀεργός] Tardus.
Mare piger stertis. Pers. 5. Sat. 132.
Piger scribendi ferre laborem. Hor. 1. Serm. 4. 12.
Piger ad quid faciendum. Cic. 8. Fam. 1. Hunc laborem alteri delegavi: non quin mihi suavissimum sit & occupato, & ad litteras scribendas, ut tu nosti, pigerrimo, tuæ memoriæ dare operam.
Ad nandum piger. Ovid. 18. Epist. 210. Idem. 1. de Pont. 2. 123.

> Sed piger ad pœnas princeps, ad præmia velox.

Piger in. Cic. 8. Fam. 17. Interdum piger, interdum timidus in re militari videbare.
Frigore piger. Ovid. 2. Met. 174.
Militiæ piger. Hor. 2. Epist. 1. 124.
Annus piger. Hor. 1. Epist. 1. 21.
Bellum pigrum, Longum. Ovid. 2. Fast. 727.
Bos piger. Hor. 1. Epist. 14. 43.
Campi pigri, Frigidi, præ frigore pigritiem inducentes. Hor. 1. Carm. 22. 17.
Familia pigra. Plaut. Mostel. 1. 2. 24.
Frigus pigrum dicitur, quia pigros efficit. Auctor ad Heren. lib. 4. 44.
Frigora pigra hibernæ noctis. Tibull. lib. 1. 2. 31.
Gratia. Ovid. 4. de Pont. 1. 23.
Hiems. Ovid. 3. Amor. 6. 94.
Humor piger, Lentus, minime fluidus. Columel. lib. 2. cap. 2.

Lapsus

Lapsus piger. Columel. lib. 1. cap. 5.
Manus pigra. Ovid. 21. Epist. 159.
Moles. Claud. 2. Cons. Stil. 355.
Oblivia. Stat. 10. Theb. 89.
Palus. Ovid. 4. de Pont. 10. 61.
Quies Martial. lib. 12. 63.
Senectus pigra. Ovid. 10. Met. 396.
Situs piger. Ovid. 2. Amor. 3. 14.
Somno pigro torpere. Stat. 3. Silv. 2. 73.
Vitia pigra. Claud. 2. in Eutrop. 206.
Vita. Stat. 1. Silv. 4. 57.
Vultus Martial. lib. 2. 11.
Pigros, sine adjecto. vocat Pedes Seneca de Benef. lib. 2. cap. 12. extr. Parum enim fœde furioseque insolens fuerat, qui de capite Consularis viri soccatus audiebat, nisi in os Senatoris ingessisset Imperator pigros suos. i.e. Pedes. Quum enim illi quocunque nos ferant, in desidibus & pigris officio videntur deesse suo quadam ignavia, & pigri pigros & segnes reddere, ut in strenuis & gnavis contra videntur gnavi & strenui esse, & prompti ac parati ad viam. [Forte de Sinistro pede proprie. V. loc.
Compar. Hor. 1. Serm. 4. 17.
— discedet pigrior ultro
Muneribus missis. Et Plin. 9. Epist. 209. Nihil est enim pigrius delicatis, aut curiosius otiosis.
Superl. Arar pigerrimus. Sil. lib. 15. 504.
Gens pigerrima ad militaria opera. Liv. 21. 25.
Pigrissimus dixit Tertull. Exhort. ad Castit. cap. 13. Suffusio pigrissimorum ad continentiam.

PIGRE, Adv. pr. c. [ὀκνηρῶς] Senec. de Ira 3. 17. Pigre in servitutem transiens.
Agere pigre ac segniter. Columel. 7. 5.
Aggredi pigre. Idem præfat. lib. 10.
Compar. Plin. 10. 34. Amor sobolis æqualis: sæpe ex hac causa castigatio, pigrius intrante femina ad pullos.

PIGRĬTIA, æ. f. [ὄκνος, ῥᾳθυμία, ἀκηδία] Ignavia, lentitudo. Cic. 4. Tusc. 19. Quæ autem subjecta sunt sub metu, ea sic definiunt, Pigritiam metum consequentis laboris. Liv. 1. 31. Pigritia militandi.
Pigritia & Ignavia. Cic. 1. Off. 101. Efficiendum est ut appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignaviam deserant.
Negligentia, pigritia, inertia, aut suis studiis quibusdam, occupationibusve sic impediuntur, ut eos quos tutari debeant, desertos esse patiantur. Cic. 1. Off. 136.
Facere me pigritia noli putare, quod non mea manu scribam. Cic. 16. Att. 14.
Incutere pigritiam. V. INCUTIO.

PIGRITIES, ei. f. Idem. [νωθρότης]

PIGRĒDO, inis. f. Idem. Vulg. Interpr. Proverb. cap. 19. 15. Pigredo immittit soporem.

PIGROR, ōris. m. Idem. Lucilius apud Nonium 3. 169.
Languor enim oppressit, pigror, torporque quietem.

PIGRESCO, [νωθρεύω] ĕre. Pigrum fieri & lentum. Plin. lib. 18. cap. 18. Mox pigrescit, in Virginem transgresso. Subaud. Sole. De Nilo.

PIGROR, [ὀκνέω] āri. ut Gravari. Cic. 14. Att. 1. Tu quæso quicquid novi (multa autem exspecto) scribere ne pigrere. i. e. Ne moreris. Lucret. lib. 1. 411.
Quod si pigraris, paulumve recesseris ab re.

PIGRO, [βραδύνω] āre. Antiquum, Detinere ac tardare. Accius Chrysi. Melius pigrasse, quam properasse est nefas. Nonius, 2. 655. V. ibi Gothofred.

PIGRĪTOR, āri. frequent. Pigrari. Vulg. Interpr. Act. cap. 9. 38. V. Goclen. Observat. L. L. p. 440.

PIGEO, ui, [ὀκνέω] ēre. Dolere, seu Molestum esse. Frequentius tamen Impersonaliter in tertiis personis. Plaut. Men. 5. 9. 7.
Adolescens, quæso hercle, loquere tuum mihi nomen, nisi piges. Al. Piget. Ter. Phorm. 3. 3. 21.
Ne quid plus, minusve faxit, quod nos postea pigeat. Idem in prolog. Heaut. 19. Neque se id pigere.
Piget, [ἀλγεῖ[Impersonale frequentius legitur. Donatus, Piget in his quæ cum damno ac malo: & ad dolorem refertur. Festus, Pigere, interdum pro Tardare, interdum pro Pœnitere poni solet. [Nusquam Personale est, ne in superioribus quidem exemplis.
Piget quod dolet. Plaut. Pœn. 5. 4. 41. Nisi piget, consistite. Ter. Heaut. 5. 4. 20.
— pudet
Dicere hac præsente verbum turpe: at te illud nullo modo
Facere piguit. Al. Puduit. Martial. lib. 2. 5.
Te tamen ut videam, duo millia non piget ire.
Quærere non piguit, cur ego, &c. Cic. in Sallust. 20.
Esse piget pium. Ovid. 14. Epist. 14.
Piget, aliquando accusativum rei patientis, cum genitivo agentis regit. Ter. And. 5. 3. 6.
— o ingentem confidentiam!
Num cogitat quid dicat? num facti piget?. Cic. pro Domo 29.
Ut me non solum pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat.
Facti fortasse pigebit. Ovid. 12. Epist. 209.
Incœpti piget. Virg. 5. Æn. 678.
Laborum actorum piget. Ovid. 2. Met. 386.
Sceleris piguit. Lucan. lib. 4. 26.
Turpitudinis tuæ nonnullos pigeret. Cic. in Sallust. 4.
Pigitum est, Impers. Castricius apud Gellium, Pigitum est, inquit, cinctos saltem esse, & pænulatos. V. Noct. Attic. lib. 13. cap. 20. & lib. 15. cap. 13. & Sil. 7. 173.

PIGENS, entis. Partic. Apul. 4. Met. Rex affatu sanctæ vaticinationis accepto pigens tristisque. Sed Elmenh legit Piger. p. 157.

PIGENDUS, a, um. Partic. [ἀλγητός] ut, Error nulla parte pigendus. Ovid. 7. Epist. 110.
Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum. Cic. de Clar. Orat. 188.

PIGMĂLION, ōnis. m. [Πυγμαλίων] Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dum ardentissima auri cupiditate flagraret, animum ad Sichæi patruelis sui opes appulit, illumque, spe potiundi auri, ante aras,

clam & dolo interemit. Cujus cædis quum certior in somnis a marito Dido facta fuisset, sumptis secum thesauris fugit, & Carthaginem condidit. Moris autem erat, ut inquit Servius, ut de pecunia publica Phœnices misso a rege auro de peregrinis frumenta coemerent. Dido autem a Pigmalione ad hunc usum paratas naves abstulerat: quam quum fugientem a fratre missi persequerentur, aurum illa præcipitavit in mare, qua re visa, sequentes reversi sunt. Meminit hujus Virg. 1. Æn. 350.
— sed regna Tyri germanus habebat
Pigmalion, scelere ante alios immanior omnes, &c.
Avari opes Pigmalionis. Virg. 1. Æn. 368.

PIGMALIŌNEUS, a, um. Adj. [Πυγμαλιώνειος] Sil. lib. 1. 21.
Pigmalioneis quondam per cærula terris, &c.

PIGMENTARIUS, PIGMENTATUS, PIGMENTUM. V. PINGO.

PIGNUS, ŏris. vel ĕris. n. [ἐνέχυρον, ἀῤῥαβὼν, ὑποθήκη, ῥύσιον] Quod alteri fidei causa datur, ut sit securus. Plaut. Casin. Prol. 75.
Id ni mecum pignus, si quis volt, dato
In urnam mulsi, Pœnus dum judex siet. Ulpian. de Pignoratitia actione, vel contra, l. Si rem alienam, Proprie pignus dicimus, quod ad creditorem transit: Hypothecam, quum non transit, nec possessio ad creditorem. Martial. lib. 12. 25.
Quum rogo te nummos sine pignore, non habeo, inquis.
Pignus, a Pugno dicitur, ut Cajus ait, de verborum & rerum significatione, l. Plebs, quia res quæ pignori dantur, manu traduntur.
Pignus (inquit Budæus) est quod Græcis Hypotheca, quasi obligationi suppositum dicitur, vel quasi ob fidem debiti suppositum, quod Latini Pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili, quam de re mobili dicitur. Ter. Phorm. 4. 3. 56.
Quid si animam debet? o. ager oppositus est pignori ob
Decem minas, inquit. Et p. p.
Ædiculæ item ob decem alias.
Accipere aliquid pignori. Pompon. in l. Si rem. D. de pign. actio. Si rem pignori datam vendidit & tradidit, tuque ei nummos credidisti, quos ille solvit ei creditori, cui pignus dederat: tibique cum eo convenit, ut ea res, quam jam vendiderat, pignori tibi esset: nihil te egisse constat, qui rem alienam pignori acceperis. Ea enim ratione emptorem pignus liberatum habere cœpisse, neque ad rem pertinuisse, quod tua pecunia pignus sit liberatum.
Accipere sub pignoribus mutuas pecunias. Cajus in l. Vel universorum. D. de pig. act. & Scævola in l. ult. eod. tit.
Capere pignus. V. CAPIO.
Cavere sibi pignoribus. Ulpian. in l. Si rem alienam. D. de pignor. action.
Cedit res aliqua pignori. Paul. in l. Si convenerit. D. de pig. act.
Contrahitur pignus (inquit Ulpian. l. 1. de pignorat. actio.) non solum traditione, sed etiam nuda conventione, etsi traditum non est. Si igitur contractum sit pignus nuda conventione: videamus, siquis aurum ostenderit, quasi pignori daturus, & æs dederit, an obligavit aurum pignori. Et consequens est, ut aurum obligetur, non autem æs: quia in hoc non consenserunt. Si quis tamen, quum æs pignori daret, affirmavit aurum esse, & ita pignori dedit: videndum erit, an æs pignori obligavit: & nunquid, quia in corpore consensum est, pignori esse videatur.
Convalescit pignus. Africanus in l. Qui balineum. D. qui pot. in pignor.
Dare pignus cum aliquo. V. DO.
Dare aliquid pignori. V. Contrahitur pignus, & Accipere pignori, & Versari malitiose in pignore.
Discedere a pignore. Martian. in. l. Si debitor. D. Quib. mod. pig. vel hyp. sol.
Evanescit pignus. V. Teneri pignori.
Esse pignore. V. Contrahitur pignus, & Accipere pignori.
Exstinguitur pignus. Martianus in l. Sicut. D. Quib. mod. pig. vel hypoth. sol.
Finitur. Ulpian. in l. Si res distracta. D. quibus modis pig. vel hypoth. sol.
Habere pignori aliquid. Papin. in l. Qui generaliter. D. Qui potiores in.
Liberare pignus. V. Accipere pignori. l. 4. D. qui pot. in pig.
Obligare aliquid pignori, V. Contrahitur pignus, & Teneri pignori.
Opponere pignori. V. OPPONO. & supra ex Bud.
Perimitur. V. Teneri pignori.
Ponere pignori. Plaut. Capt. 2. 3. 73.
Ponere aliquid pignori. Ulp. in l. Petenti. D. de pignorat. act. Petenti mutuam pecuniam creditori, quum præ manu debitor non haberet, species auri dedit, ut pignori apud alium creditorem poneret.
Recedere a pignore. Ulpian. in l. Si rem alienam. D. de pig. act.
Recuperare pignus. Martianus in l. Si creditor. D. de distractio. pignor.
Remittere pignus. Modestin. in l. Voluntate. D. Quib. mod. pign. vel hyp. sol.
Solvitur pignus. V. Finitur pignus.
Suscipere pignus. Papinianus in l. Fidejussor. D. de pig. & hypoth.
Teneri pignori. Martian. in l. Grege. D. de pig. & hyp. Grege pignori obligato, quæ postea nascuntur, tenentur. Sed etsi prioribus capitibus decedentibus, totus grex fuerit renovatus, pignori tenebitur. Statu liber quoque dari hypothecæ poterit, licet conditione exsistente evanescat pignus. Quum pignori rem pignoratam accipi posse placuerit: quatenus utraque pecunia debetur, pignus secundo creditori tenetur, & tam exceptio, quam actio utilis ei danda est. Quod si dominus solverit pecuniam, pignus quoque perimitur.
Versari malitiose in pignore. Ulpian. in l. Si rem. D. de pignor. action. Si rem alienam mihi debitor pignori dederit, aut malitiose in pignore versatus sit.
Pignorum captio genus fuit Imperii inhibendi, coercendique contumaces, quo magistratus curules utebantur Romæ. V. Liv. 37. 51. & Suet. Cæs. cap. 17.
Auferre pignora. Cic. 3. de Orat. 4. de jurgio Philippi Consulis in Senatu, & L. Crassi magni illius oratoris loquens, Hic quum homini & vehementi & diserto, & in primis forti ad resistendum Philippo, quasi quasdam verborum faces admovisset: non tulit ille, & graviter exarsit, pignoribusque ablatis Crassum instituit coercere. Coercere pignoribus ablatis dixit Cic. quod nos *Cogere per bonorum captionem* dicimus. Budæus.
Coercere ablatis pignoribus aliquem, V. Auferre pignora præced.
Pignus translate sæpe dicitur, velut quum aut munus nostrum, aut aliquid simile, pignus esse amoris & benevolentiæ dicimus: i. e. Indicium, sive docu-

ve documentum & argumentum idoneum: vel etiam Signum certum. Virg. 3. Æn. 611.

Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus,
Dat juveni, atque animum præsenti pignore firmat. i. e. Securum facit, ut qui dat pignus: inquit Valla lib. 6.

Amoris mutua pignora. Sil. lib. 17. 365.
Nullum erga me benevolentiæ pignus atque indicium omisistis. Curt. lib. 9. 6. 17.
Caritatis mutuæ. Quintil. in procem. lib. 1.
Fidei. Ovid. 6. Met. 506.
Hospitii pignora. Curtius lib. 6. 5. pr.
Vocis pignus. Ovid. 20. Epist. 64.

Hac ego compulsus, non est mirabile, forma,
Si pignus volui vocis habere tuæ.

Cara sui. Virg. 8. Ecl. 92.
Miserabile pignus amoris. Ovid. 11. Epist. 113.
Dare pignus. Ovid. 2. Met. 38.
Petis certa pignora. Ovid. 2. Met. 91.
Tenemus pignus sceleris. Senec. Hippol. 5.
Pignora injuriæ, Vitam & fortunas Cic. vocat obnoxias injuriæ, 13. Philipp. 2. Tu vero ita vitam corpusque servato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut hæc posteriora libertate ducas, atque his uti velis, si liberam Rempub. possis: nec pro iis libertatem, sed pro libertate hæc projicias, tanquam pignora injuriæ, &c. Budæus.
Pignus Reipub. Fiducia & securitas Reipub. Cic. pro Sext. 19. de Pisone, Nam quid ego de supercilio dicam, quod tum hominibus non supercilium, sed pignus Reipub. videbatur? tanta erat gravitas in oculo, tanta frontis contractio. Hæc Budæus.
Pignus, metaphoricôs sumptum. Cic. 13. Philipp. 8. Magnis & multis pignoribus M. Lepidum Respub. obligatum tenet. i. e. Fidei retinaculis: translatione a fœneratoribus ducta. Budæus.
Obses & Pignus. Cic. pro Cœl. 78. Habet e M. Cœlio Resp. Judices, duas accusationes, vel obsides periculi, vel pignora voluntatis.
Affinitatis conjunctionem pignori fore ad confirmandas inimicitias putavit. Cic. pro Cluent. 190.
Conjugii mora mea pignus erit. Ovid. 9. Epist. 150.
Libertatis Pop. Roman. pignus, D. Brutum vocat Cic. 11. Philipp.
Pacis pignus. Ovid. 8. Met. 48.
Salutem pro pignore tradere ad explendas cupiditates. Cic. de Provinc. Consul. 2.
Pignus, Id quod deponitur ab iis qui simul decertant apud sequestrum. Virg. 3. Ecl. 31.

— tu dic mecum quo pignore certes.

Contendere pignore. Catul. ad Fundum, 42. 4.
Pignora aliquando pro Liberis accipiuntur: quoniam liberi videntur tanquam pignora inter virum & uxorem esse, tum vinculi, ne alioqui divortium fiat: tum caritatis. Ovid. [ubi?]

Dulcia sollicitæ gestabant pignora matres. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Affert in iis momentum & ætas, & sexus, & pignora: liberi dico & parentes, & propinqui. conf. Freinsh. Indic. Curt.
Adscita pignora, Filii adoptivi. Stat. 2. Silv. 1. 86.
Carissima pignorum. Tacit. 15. Ann. 57.
Gemino natarum pignore fultus. Stat. 1. Theb. 394.
Inauspicatum pignus sanguinis mei. Senec. OEdip. 14.
Interceptum pignus communis filii. Sueton. in Tiber. cap. 7. Cum Julia primo concorditer, & amore mutuo vixit: mox dissedit, & aliquanto gravius, ut etiam perpetuo secubaret, intercepto communis filii pignore, qui Aquilejæ natus infans exstinctus est.
Cara pignore nepotes. Ovid. 3. Met. 134.
Pignus etiam de Principe recens nato. Claud. 3. Conf. Hon. 15.

Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro.

Pignora etiam pro Argumentis sive rationibus ponuntur. Severus in Ætna v. 133.

— certis tibi pignora rebus
Atque oculis hæsura tuis dabit ordine tellus. Et v. 418. & 474.

V. ibi Scalig. & conf. Ovid. 3. Fast. 71. & 2. de Arte Am. 378.
Pignosa, Pignora, eo modo, quo Valesii & Auselii, Pinosi, Pilesi dicebantur. Festus. Al. Pinasii, Papisii.

Pignoriscapio, ōnis. f. ut, Ususcapio. Gell. 7. 10. ex Catone, Pignoriscapio ob æs militare, quod æs a Tribuno ærario miles accipere debebat. vocabulum seorsum fit, &c.

Pignĕror, [ἐνεχυράζω, ἐνεχυριάζω, ἐγγυάζω, ἠρυσάω] ari. deponens, quod vulgo dicimus *Per executionem capere*, hoc est, Pignora capere, inquit Budæus. Liv. 29. Postea conscientia sibimet exilium conscifcentes: bona tantum, quæ publicari poterant, pigneranda pœnæ præbebant. Cic. 14. Philipp. 32. In fuga, fœda mors: in victoria, gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet. Pignerari dixit, pro eo quod est quasi Pignus accipere, & sibi asserere, quasique obnoxium sibi debitumque capere. Cujus dicti hic sensus est, Fortissimus enim quisque, primus in prælio occumbere solet. Budæus.
Pignerare, Activum, Dare pignus. Suet. in Vitel. cap. 7. Utque ex aure matris detractum unionem pigneraverit ad itineris expensas.

Pigneror, passivum, pro Pignero. V. Gell. lib. 18. cap. 17.

Pignerātus, a, um. Partic. ut, Pignerati animi, In pignus habiti. Liv. 24. 1. Et quorum propinqui extra urbem interclusi ab hostibus erant, velut obsidibus datis, pigneratos haberent animos. Quædem exemplaria habent Pignoratos.
Res pignerata ad modicum æris. Ulpian. in l. Siquis in pignore. D. de pignor. act.

Pigneratio, ōnis. f. Cajus in l. Sed &. D. pign. hypoth. al. Pigneratio.

Pignerātor, ōris. m. [ἐνεχυραστής] Qui pignus accipit. Cic. 5. Verr. 27 Quum in his, inquam, rebus omnibus, publicanus petitor ac pignerator, non ereptor, neque possessor solent esse: tu de optimo, de justissimo, de honestissimo genere hominum, hoc est de aratoribus, ea jura constituebas, quæ omnibus aliis essent contraria. Edixeras enim Verres, ut publicani possent jure suo ab aratoribus decumarum nomine quantum vellent capere, non judicis auctoritate (ut assolet) pignora eorum capere. Budæus.

Pignerātrix, īcis. f. JCt. in Dig.

Pignerātītius, sive Pignoratitius, a, um. Adj. [ἐνεχυριαστικός] ex supino verbi Pignero nomen deductum; significat Quod pignori datum est. ut, Res pigneratitia.
Actio pignoratitia. Ulp. in l. 1. & 9. & 12. D. de pig. actione.
Creditor pigneratitius, Cui pignus capere licet. Ulp. Quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris persecutio denegetur. Sic Judicium pignoratitium, &c.
Fundus pignoratitius. Pomp. in l. Quamvis. D. de pign. act.

Pignero, Pigno, are. & Pignor, ari. V. Pignor.

P I L

Pīla, æ. f. [ἴγδη] a Pinso, pinsis; Vas concavum, quo antiqui siccata frumenta pinsebant ac contundebant. Cato R. R. cap. 14. Paululum latam pilam, ubi triticum pinsant, unam. Idem cap. 10. Pilam ligneam unam, fullonicam unam, talam jugalem unam, pilas duas.
Pila, Columna stans, quam Græci στήλην vocant a stando. Proprie autem Stelas Græci appellant Stantes columnas in monumentis. Apul. lib. 3. Metam. p. 141. Elmenh. Pila media, quæ stabuli trabes sustinebat. Festus, Pila, quæ parietem sustentat, ab opponendo dicitur. Plin. lib. 11. 10. Ruentes ceras fulciunt pilarum instar, interius a solo fornicatas, ut sit aditus ad farciendum. [Pila hic est ἀγωγίς, vide ad seq. notata.
Tenere pilam more claudi. Cic. in Pison. 69. Græcus primo distinguere atque dividere illa, quemadmodum dicerentur: iste claudus (quomodo ajunt) pilam, retinere quod acceperat, testificari, &c. Proverbium convenit in eos, qui quicquid a præceptoribus acceperint, sive id doctum sit, sive indoctum, nullo delectu, nulloque judicio tenere solent ac sequi. Sumpta metaphora a claudo diffidente suis pedibus, & ob id pertinaciter columnis innitente. [Pila h. l. est. Basis seu Sustentaculum muri, vel columnæ, quo quis inniti possit, ut claudi solent stantes. Gloss. Lat. Gr. Pila, κρηπίδωμα, ἀγωγὶς καὶ παστάς. Est autem ἀγωγίς, ut in Gloss. Cyrill. Crepido, margo, παστάς Postis. Claudus igitur pilam, id est, Crepidinem retinet. Male ergo in edit. Lond. ad dict. Pile pr. corr. referabantur ista.
Pilæ etiam sunt Opera informia, quæ in aqua construuntur, cujusmodi magnifica Genuæ visitur: Molem vulgo appellant. Earum usus est ad tuendas a fluctibus naves intra portus & navalia. De quarum constructione Vitruvius lib. 5. cap. 12. Hujusmodi pilam Virg. 9. Æn. 710. describit,

Qualis in Euboico Bajarum litore quondam
Saxea pila cadit. &c.

Hujusmodi autem fiebant ex pulvere Puteolano, qui in aqua lapidescit. Fiunt & alia ratione intra aquam, circumdatis tabulationibus, quas Arcas Vitruvius appellat, ab arcendis aquis ab opere. Alii Aquaria septa vocant. Budæus.

Pilātim, Adv. [στυλάδην] a Pila columna: significat Per columnas. Vitruvius 6. 11. Pilatim struuntur ædificia.

Pĭla, æ. f. [σφαῖρα] Instrumentum lusorium est, rotundum ad similitudinem sphæræ, ab πάλλω æquo: quod forma sphærica sit, quæ omni ex parte æqua est. Vel a Pilo, quod pilis impleri solet. Plaut. Bacch. 3. 3. 24.

Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila,
Saliendo, se exercebant magis, quam scorto aut saviis.

Pilarum quatuor genera sunt. Est Pila trigonalis, omnium minima, prædura, firmo pilo plena: a quo pila nomen habet. Fluentina nunc vulgo dicta, quod Fluentiæ hujusmodi pilæ optimæ fiant. Trigonalis autem vocitata est a trigone, qui locus erat in thermis, triquetra, hoc est triangulari figura, (quam Græci τρίγωνον vocant) ad hujusmodi pilæ lusum ædificatus, & parvo calore tepidus teneri per hiemem solitus: ne exuti ad ludendum homines, statim rigorem conciperent, neve ludendo exerciti nimis æstuarent. Mittitur pila ad unum angulum, ita ut utrumque parietem contingat, redditur non minus sinistra quam dextra manu, miramque corporis agilitatem requirit. Martialis de pila trigonali, lib. 14. 46.

Si me mobilibus scis expulsare sinistris,
Sum tua: si nescis, rustice redde pilam.

Altera est Pila paganica, a pagis, hoc est villis, ita dicta, quod pagani ea uterentur. Hæc crassior est, laxiorque, & pluma plena, nec ad lusum tam agilis, ut quæ nec tam levis est, nec jactata facile resilit. Martialis lib. 14. 45.

Hæc, quæ difficilis turget paganica pluma,
Folle minus laxa est, & minus arcta pila.

Quasi dicat, Est laxior quam pila trigonalis, & arctior, firmiorque quam follis. Nam Follis tertium pilæ genus est: hic ex pelle fit, spirituque inflatur: grossior ceteris, sed non multo gravior: pugno redditur, non palma, ut reliquæ pilæ. A flatu nomen habet, qui a spiritu, ut diximus, impletur, sive quod veteres Follem pellem dicebant, & per diminutionem folliculum. Hoc genere pilæ minus fatigantur ludentes, ideoque imbecilliori etiam ætati convenit. Agitata lentius fertur, resilit magis, tardiusque descendit, veluti hominem de industria exspectans. Est præterea quartum pilæ genus, quod vocant Harpastum, sive Sphæromachiam: grossior est quam pila paganica, tenuior quam follis. E panno fere fit, aliquando, ex pelle, lana, tomentove impletur: non repercutitur. Sed quum multi sint ludentes, & in duas partes divisi, ita ut utrique e regione sibi invicem oppositi sint, ad suos quisque transmittere pilam conatur, quam adversarii nituntur eripere. Sic magno labore luditur: decidit sæpe in terram pila: ad quam catervatim currentes, se invicem prosternunt, pulvereque & sudore infecti flavescunt. Laboriosum ludi genus, & ideo grandioribus tantum conveniens. Hæc ex Perotto. Accuratior disquisitio est de Sphæristica veterum Hier. Mercurial. lib. 2. de Arte Gymn. cap 4. & 5. conf. Lex. Pitisc.
Terra pilæ similis. Ovid. 6. Fast. 269.
Jactus pilarum. Ovid. 2. Trist. 485.
Pila lusoria. Plin. lib. 7. cap. 56.
Perpictæ. Ovid. 10. Met. 262.
Velox. Hor. 2. Serm. 2. 11.
Ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras se conferunt homines labore assiduo & quotidiano assueti, quum tempestatis causa opere prohibentur. Cic. 3. de Orat. 55.
Excipere pilam scite ac diligenter, & Apte & expedite remittere. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 32.
Exercere se pila. Cels. lib. 1. cap. 6. Quem frequenter cita alvus exercet, huic opus est pila, similibusque superiores partes exercere.
Geminare volantem pilam. Lucan. ad Pison. 173.
Jactare in astra pilas. Martial. de Spectac. 22. V. ad fin. dict.
Ludere pila. Cic. 5. Tusc. 60. Is quum pila ludere vellet (studiose enim id factitabat) tunicamque poneret, adolescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur.

Movere & tollere, pilam. Ovid. 3. de Arte Am. 362.
Mea pila est, si repudiatur miles. Plaut. Truc. 4. 1. 8. Proverbialiter hoc dictum est, i. e. In mea potestate est ludus: tanquam cujus est pila; Arbitratu meo res geritur; Jam meæ erunt primæ partes apud mulierem.
Pila lanugiola, Lanuginosa quædam rotunditas in formam pilæ. Plin. lib. 12. cap. 10.
Pilæ erant Effigies laneæ hominum, quæ Laribus in ludis compitalibus suspendebantur. Festus, Pilæ, & viriles, & muliebres effigies, in compitis suspendebantur Compitalibus ex lana, &c. De his exponunt Martialis illud Epigr. 22. de Spectac.
Jactat ut impositas taurus in astra pilas. V. Lex. Pitisc.
In hac mundi pila. Lipsius in Tacitum pag. 81. H. St. V. supra Ovid.
PILŬLA, æ. f. dimin. [σφαίριον] Globulus, & sphæricum quiddam ac rotundum. Plin. lib. 16. cap. 7. Nascuntur in eo & pilulæ; nucibus non absimiles. Quin etiam pharmaca illa in globulos conformata, quæ hac forma sumimus, pilulas nominamus. Plin. lib. 28. cap. 9. Vetus axungia phthisio, in pilulis sumpta, sanat. Hæc Græco vocabulo καταπότια dicuntur. Ab devorando: non enim comminuendæ dentibus, aut gustandæ sunt pilulæ. V. Indicem Plinian. Hard. & s. l. CATAPOTIUM.
PILĀRIS, e. Adj. Ad pilam pertinens. ut, Lusio pilaris. Stat. 4. Silv. præfat.
PILĀRIUS, i. m. Pilarii præstigiatores dicuntur, Qui levi agitatione pilulas, seu parvas pilas videntur emittere, aut in vas injicere, quum secus faciant. Quintil. lib. 10. cap. 7. Quo usu constant miracula illa in scænis pilariorum ac ventilatorum, ut ea quæ emiserint, ultro venire in manus credas, & qua jubentur decurrere. V. Burm. p. 952.
PILICRĔPUS, i. m. [σφαιριστής] apud Sen. epist. 56. ad Lucilium, ubi notatur balneorum luxuria; intelligendus est, is qui pilas, hoc est sphæras aut glomos pice illitos in ignem balneorum sive vaporarii conjiceret, sicubi forte restinguerentur. Meminit hujusmodi pilarum Vitruvius lib. 5. cap. 10. Ab hac interpretatione dissentit Turnebus Advers. 6. 4. aitque Pilicrepum esse Qui pilas crepat, aut pila crepante lusitat (nam pila crepitum facit) quod facere solebant paulo ante balneum, vel dum hypocausta & sudationes calefcerent. Martial. 14. 163.
Redde pilam, sonat æs thermarum: ludere pergis? Quo etiam sensu accepit illud Papinii, 1. Silv. 5. 57.
Quid nunc strata solo referam tabulata, crepantes
Auditura pilas, ubi languidus ignis inerrat, &c. In mittenda autem & remittenda pila, quum pilicrepos plures quam essent manus & vices numerarat, maximus excitabatur clamor ab adversariis. Hæc ille. Plura V. in Lex. Pitisc.
PILILUDIUS, i. m. Qui pila ludit. Gloss. Isidor. conf. Scalig. ad Manil. lib. 5. p. 402. seq. p. 364. edit. Bœcl.
PILATES, æ. m. [πιλάτης] Lapidis genus, cujus meminit Cato Origin. lib. 5. Lapis candidior quam pilates. Festus.
PILATUS, V. PILUM.
PILENTUM, i. n. inquit Paulus, Vehiculi genus, quo matronæ ferebantur. Idem videtur esse quod Petoritum. Estque ejus formæ, qua nostri temporis principum Italiæ mulieres vectantur, ita libratum, ut considentes, in pulvinis in aere suspendi agitatæ videantur. Virg. 8. Æn. 666.
— castæ ducebant sacra per urbem
Pilentis matres in mollibus. i. e. Pensilibus. Liv. 5. 25. Honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum: ut pilento ad sacra, ludosque, carpentis festo profestoque uterentur. conf. Fest.
Sacra pilenta. Claud. de Nupt. Honor. 286.
PILEUM, i. n. vel PILEUS, i. m. [πῖλος, πιλίον] V. Non. 3. 178. Tegmen capitis. Plaut. Amph. 1. 1. 306.
Ut ego hodie raso capite calvos capiam pileum. i. e. Ut calvus, seu raso capite, liber fiam. Nam cum manumitterentur servi darenturque in libertatem, resecari capilli, & raso capiti pileus imponi solebat. Servius in lib. 8. Æn. 564. Feronia, nympha Campaniæ. Hæc etiam libertorum dea est, in cujus templo raso capite pileum accipiebant. Hinc Pileus, quandoque ponitur pro Libertate. Unde legimus apud historicos Ad pileum servos suisse vocatos: quod significat Ad libertatem, cujus insigne est pileus. Liv. 24. 32. extr. Postero die servi ad pileum vocati, & carcere vincti emissi.
Servos ad pileum vocare, pro eo quod est Ad libertatem invitare, aut promissis ingentibus ad seditionem commovere, proverbiali figura dixit Macrob. 1. Saturn. cap. 11. Dicet aliquis nunc me dominos de fastigio dejicere, & quodammodo ad pileum servos vocare: quos debere dixi magis colere, quam timere.
Cæsis pilea suta de lacernis. Stat. 4. Silv. 9. 24.
Pilea Castori & Polluci dederunt antiqui, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare mos est. Festus. [Pileus, non quodvis tegmen capitis, sed rotundum solum. V. Suid. in Πίλημα. Scribitur & Pilleus. V. seq. dict.
PILEŎLUS, i. m. vel PILEŎLUM, i. n. dimin. [πιλίσκος] Hor. 1. Epist. 13. 15.
Ut cum pileolo soleas conviva tribulis. Subaudi Teneas. Columel. de Arborib. cap. 25. Crassis arundinibus, quæ ab una parte nodos integros habent, quasi pileolos induere, atque ita a frigore & gelicidiis teneras adhuc virgas tueri. Ovid. 1. de Arte Am. 304.
— nec turpe putaris
Pileolum nitidis imposuisse comis. Meliores notæ libri habent Palliolum. V. Heins. in loc. & Palliolum in PALLIUM. [Scribitur & per l geminum. Gloss. Græco Lat. Πῖλος, Pilleum & Πιλίον Pilleum. Apud Colum. quoque in MSS. Pilleolos. Quo facilius potuit cum Palliolum confundi.
PILEĀTUS, a, um. Adj. [πιλωτός] Pileo tectus. Liv. 24. 16. extr. Pileati, aut lana alba velatis capitibus, volones epulati sunt.
Fratres pileati, Castor & Pollux. Catull. ad Contubernales, 35. 2. V. Lex. Pitisc.
Roma pileata. Martial. lib. 11. 7.
Versu ludere non laborioso
Permittis, puto, pileata Roma. Quem locum explicans Turnebus: Romani, inquit, Saturnalibus pileum gerebant, aliis diebus nudo capite erant, aut caput veste velabant. Itaque veteres nullæ Romanorum statuæ cum pileo visuntur. Eustath. lib. 1. Odyss. de Latinis, ὅπου δὲ καὶ τὸ τὰς κεφαλὰς ἀμφιεσμένας ἔχειν. Differt enim fortasse eos nudi capitis consuetudinem a prisca Græcia duxisse, quum apud Homerum nec pilei nec causiæ ulla mentio sit, & heroico sæculo videantur ea capitis operimenta usitata non fuisse.
Servi pileati. Gell. lib. 7. cap. 4. Pileatos servos venum ire solitos, quorum nomine venditor nihil præstaret, Cœlius Sabinus Jurisperitus scriptum reliquit.
PILICREPUS, PILILUDIUS. V. PILA.
PILO, āre. & Compilare, sunt qui Græcæ originis putant. Græci fures πιλῆτας dicunt, inquit Festus. V. s. l. Est autem Furto aliquid subtrahere. Hujus meminit quoddam loco Turnebus, & a verbo Græco deduci putat Æolicon πιλητας, id est fur, qui φιλήτης ab Hesiodo i. 373. vocatur: sed Æolum est aspirationes in tenues mutare, ut pro σφὴξ, Dorice σφὶξ, & Æolice σπὶξ, unde Latinum verbum Pica & picatus. Petron. Sat. cap. 44. Singulos pilabat. Et Ammian. 31. 14. Pilando villas & incendendo. [Hinc Gall. Piller. unde apparet pr. producendam esse, ut & ex compositis, Compilo, Expilo.
PILANS, antis. Partic. Ammian. 31. 2. Inimica castra pilantes.
PILĀTRIX, icis. f. Titinn. apud Non. 2. 259. Extorrem hanc domo faciam pilatricem pallii.
PILOSELLA, V. PILUS.
PĪLUM, i. n. [ὑσσός] Armorum genus, hastile pedum quinque & semis, ferro triangulo unciarum novem: ad cujus ictum præcipue exercebantur milites: quod arte & virtute directum, & scutatos pedites, & loricatos equites sæpe transverberat. Hæc Veget. R. M. lib. 2. cap. 15. Memorat Varro de L. L. 4. 24. Pila inter tela Romana. Cic. in Pison. 38. Ut semper Macedonicis imperatoribus iidem fines provinciæ fuerint, qui gladiorum atque pilorum.
Curvata pila cuspide. Lucan. lib. 1. 242.
Exesa rubigine. Virg. 1. Georg. 495.
Horrentia agmina pilis. Hor. 2. Serm. 1. 13.
Infixa tergis hostium. V. INFIGO.
Sæva manu remittunt. Stat. 10. Theb. 147.
Torquere pila. Lucan. lib. 1. 364.
Pila, pro Pilatis, seu pilo armatis, ut
Advigilantia pila regum somnis. Stat. 1. Theb. 148.
Excubiæ, & circumstantia pila. Claud. de 4. Cons. Hon. 280.
Minantia pila pilis. Lucan. lib. 1. 7.
Catapultarium pilum. V. in CATAPULTA.
Muralia. V. in MURUS.
Pilorum autem utrumque genus quoddam majorum fuit, quorum usus in Oppugnatione & Propugnatione mœnium fuit.
Primum pilum vocabatur Prima centuria in exercitu apud Romanos: quod circa signa gravis armatura constituta esset, in qua inter cetera armorum genera, hastile erat pedum quinque semis, quod pilum nominabant. Cæs. 5. Bell. Gall. 35. Tum T. Balventio, qui superiore anno primum pilum duxerat, viro forti, & magnæ auctoritatis, utrumque femur tragula trajicitur. V. Lips. Mil. Rom. lib. 2. dial. 8. & s. l. CENTURIO. [In Thes. Lips. Pilus, i. m. g. proponitur additurque, Primum milites pilanos singulos Pilos dictos, deinde translatum ad τάγμα, seu totum corpus ejusdem generis militum. De Primipilus quidem nullum est dubium, sed quum eundem Primi pili centurionem dicunt veteres, arbitror esse a recto Pilum, i. n. g. & id esse tagmatis ipsius nomen. conf. PRIMIPILUS.
Pilum Instrumentum, quo aliquid pinsitur seu tunditur in pila. Varr. de L. L. lib. 4. 31. Pilum, quod eo far pinsunt. Plin. lib. 18. cap. 10. Pistura omnium facilis. Quippe & Hetruria spicam farris tosti, pinsente pilo præferrato, fistula ferrata, & stella intus denticulata, ut nisi intenti pinsant, concidantur grana, ferroque frangantur. Cato de R. R. cap. 12. Pilum fabarium unum, farrearium unum, feminarium unum, qui nucleos succernat unum. Pistillum etiam vocatur.
Pilum Græcum. Plaut. in Fragm. 1. 15.
— quasi tolleonem aut
Pilum Græcum reciproces plana via. Est autem Pilum Græcum, ut interpretatur Turnebus, Quod in pisendo tritico una deprimitur parte, altera attollitur more celonii. De eo loquitur Hesiodos ἔργ. 421.
Ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν. [Gloss. Lat. Gr. Pilum, Ὕπερον, καὶ Ῥωμαϊκὴ ὅπλον. scribendum est Ὕπερον. ut in Gloss. Gr. Lat. Ὕπερον, Pistaculum, Pilum, & alibi in eodem Gloss. Pisaculum, ὕπερον; & Pisat, πτίσσει. pro Pinsaculum, & Pinsat. conf. Hesiod. l. c.
Pilum; alia significatione. Plaut. Stich. 4. 1. 62.
Postea ibo lavatum in pilum, ubi fovebo senectutem meam. Turneb. Hic quid pilum sit, inquit, equidem comminisci non possum, nisi sit insigne balnearum, ut malum Punicum apud Suetonium, insigne domus est. Alii interpretantur coactilia, quasi intelligeret coactilibus se monitorum & foturum, eaque sibi pro balneo fore. Hactenus Turnebus, arbitrio intelligentium relinquens utram sequi malint. Lambinus legit In pyelon, voce Græca πυέλον, probante Salmasio.
PILĀTUS, a, um. Adj. Pilo armatus. Martial. 10. 48.
Et pilata redit jamque, subitque cohors.
Agmina pilata. Virg. 12. Æn. 121.
Pilatus est etiam Pressus, densus. Ennius ex Satir. lib. 1. & 3. Pilatas ætheris oras. Fuit & cognomen Pontiorum. V. Tacit. 15. Ann. 44.
PILĀNUS, i. m. Varr. de L. L. lib. 4. 16. Pilani, qui pilis pugnabant. Ovid. 3. Fast. 129.
Et totidem princeps, totidem pilanus habebat
Corpora: legitimo quisque merebat equo.
PILUMNUS, i. m. [Πίλυμνος] Jovis fuit filius. Hic, teste Servio, fratrem habuit Pithumnum, qui primus stercorandorum agrorum usum invenit, unde & Sterquilinius dictus est: Pilumnus vero, pinsendi frumenti; unde & a pistoribus colitur. Ab ipso etiam Pilum dictum est.
Pilumnus, pater Turni. Virg. 9. Æn. 4. Ibid. lib. 10. 76.
Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater.
PILUS, i. m. [θρίξ, τρίξ] nomen generale est. Plin. lib. 11. cap. 37. In capite cunctorum animalium, homini plurimus pilus. Idem lib. 8. cap. 21. Pilo in contrarium verso. De tauris.
Pilos priore correpta, ideo in Capillos l. geminatur. H St.
Vallum pilorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 143. Munitæ sunt palpebræ tanquam vallo pilorum, quibus & apertis oculis siquid incideret, repelleretur, &c.
Frequens pilus. Cels. lib. 6. cap. 4.
Inordinatissimi pili. V. INORDINATUS.

Fruticante pilo neglecta & squalida crura. Juven. 9. Sat. 15.
Reducere ad pilum ulcera. V. AD præpositionem.
Vellere pilos caudæ equinæ. Hor. 2. Epist. 1. 45.
Pilus in medio. Minimum discriminis significantes, dicimus Pilum interesse: id vehementius est quam si dicas Culmum latum. Consimili tropo Plautus dixit in Most. 2. 1. 66. Pluma haud interest patronus ao cliens probior fiet, &c. pro Nihil omnino refert. Erasm.
Pili non facio, est Latinis hæc familiaris hyperbole, Non facio pili, Ne pilo quidem melior: quum minimum quiddam momenti significant. Cic. 2. Q. frat. 15. Nihil est quod vereare: ego enim ne pilo quidem minus me amabo.
Viri boni pilum nullum habere. Cic. pro Rosc. Com. 20. Qui idcirco capite & superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur.
Nullum esse pilum omnibus talem, qualis sit pilus alius, Stoicum est quidem, nec admodum credibile. Cic. 4. Acad. 85.

PILŌSUS, a, um. Adj. [τριχωτός] Pilis abundans. Cic. in Pison. 1. Non enim nos color iste servilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt.
Compar. Pilosiora folia, Quæ in ipsa superficie exteriori vel interiori velut adnatos quosdam pilos ostendere videntur. Plin. lib. 20. cap. 16.

PILŌSELLA, æ. f. Herba est Holostio persimilis, unde a quibusdam imperite cum Holostio confunditur, Ceterum quia Pilosellæ variæ sunt species, ac de illis earumque virtutibus copiose tractat Matthiolus apud Dioscorid. lib. 4. cap. 10. eo lectorem mittendum censuimus.

PILO, [τριχόω] āre. Pilos emittere. Nonius 1. 184. Pilare dictum est, ut Plumare, Pilis vestiri. Accius, Tum primum pilabant genæ.
Pilat, Pilos habere incipit, alias pro Detrahit pilos, a quo & Depilati, Paulus ex Festo.
Pilare, Pilos detrahere. Martial. lib. 6. 56.

> Exstirpa (mihi crede) pilos de corpore toto:
> Teque pilare tuas testificare nates.

P I M

PIMPINELLA, æ. f. Herba notissima, etiam mulieribus. Ejus duo sunt genera, de quibus vide Matthiol. apud Dioscorid. lib. 4. cap. 45.

PIMPLA, æ. f. [Πίμπλα] Thraciæ mons quondam, postea Macedoniæ, Musis sacer, ut scribit Strabo lib. 10.

PIMPLĒUS, a, um. Adj. [Πιμπλεῖος] Martial. lib. 12. 11.

> Cujus Pimpleo lyra clarior exit ab antro.

Mons Pimpleus. Catull. epigr. 102. 2.

PIMPLĒA, æ. f. Musa. Hor. 1. Carm. 26. 9.

> Necte meo Lamiæ coronam,
> Pimplea dulcis. Al. Pimplei, vocativo Gr. dict. seq.

PIMPLĒIS, idis. patronym. f. [Πιμπληΐς] ut, Pimpleides Musæ. Martial. lib. 11. 4.

> Non Urbana mea tantum Pimpleïde gaudent
> Otia, &c. i. e. Non tantum Urbani otiosi mea carmina legunt.

Pimpleides Musæ a fonte Macedoniæ dictæ, propter liquoris ejus jucundam subtilitatem. Festus. V. PIMPLA.

P I N

PINA, piscis. V. PINNA.

PINACOTHECA, V. PINAX.

PINĀRIUS, i. m. & Potitius [Πινάριος & Ποτίτιος] duo senes, quibus qualiter coli vellet, ostendit Hercules: scilicet ut mane & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaque matutino sacrificio, quum circa solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit, Pinarius postea, extis jam redditis. Unde iratus Hercules statuit, ut Pinariorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitiis & complentibus sacra. Unde & Pinarii dicti sunt, ἀπὸ τῆς πείνης, id est a fame. Nam senem illum Pinarium constat alio nomine nuncupatum. Hæc, & plura insuper eodem pertinentia, Servius explicans illud Virg. 8. Æn. 270.

> — primusque Potitius auctor,
> Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

PINARIUS, a, um. Adj. Pinaria gens Patricia Romæ fuit, sic dicta a Pino Numæ regis filio, ut auctor est Plutarchus in Numa: vel a Pinariis, qui Herculi faciebant sacra anniversaria. V. Liv. 1. 7. Dionys. & Virgilii interpp. ad loc. præced.

PINASTELLUM, PINASTER. V. PINUS.

PĪNAX, ăcis. m. [πίναξ] Tabula. V. Vitruv. 10. 3. & Sold. Hinc

PINACĬDION, i. n. [πινακίδιον] Tabella, indiculus, pugillares. V. Jul. Firm. in elencho operis, Plin. præfat. ibique Harduin. Utitur Græce & Luc. Evang. cap. 1. 63.

PINĂCŌTHĒCA, æ. f. [πινακοθήκη] Tablinum. In pinacothecis autem tabulæ pictæ, cælatum argentum, stragula vestis, signa & ornamenta reponebantur. Plin. lib. 35. cap. 2. Et inter hæc pinacothecas veteribus tabulis consuunt, alienasque effigies colunt. Varr. 1. de R. R. cap. 2. Et Petron. cap. 83. In pinacothecam perveni, vario genere tabularum mirabilem. Nam & Zeuxidis manus vidi, nondum vetustatis injuria victas, & Protogenis rudimenta, &c. V. Alex. ab Alex. 5. 24. Scalig. ad Fest. in Tablinum, & Petav. not. in Dion. Synes. Bald. Lex. Vitruv.

PINCERNA, æ. m. Pocillator qui stat ad cyathos, Poculorum ministrator. Pincerna (inquit Budæus) non ausim affirmare probum esse vocabulum, etiamsi Asconius in Prætura urbana (66.) usus est, si vera fuot eo in loco exemplaria. Pincerna a Græco deducitur, cui convivæ dicunt identidem πίνε κέρα, id est misce vinum, vel tempera vinum, ut bibam. Hæc Budæus. Lamprid. Alexandro cap. 41. Ita ut annonas, non dignitatem, acciperent fullones, & vestitores, & pictores, & pincernæ. [Apud vulg. Interp. Genes. 40. sæpius in eadem historia legitur. Ceterum apud Lamprid. pro Pictores, sine dubio Pistores scribendum, ut ex Spartiano in Pescenn. cap. 10. liquet.

PINDĂRUS, is. m. [Πίνδαρος] genere Thebanus, temporibus fuit Æschyli poetæ, & Persarum expeditionis in Græciam: Duas suscepit filias: a patre tibiam primom, mox ab Hermione lyram edoctus est. Altissimus fertur & verborum & sententiarum copia, ut ait Quintilianus 10. 1 gravitate arduus, constructioneque ac ordine immensus ac prolixus. Scripsit Olympia, Isthmia, Pythia, Nemeæa. V. Hor. 4. Carm. 2. Ubi inter alia,

> — immensusque ruit profundo
> Pindarus ore.

PINDARĬCUS, a, um. Adj. [Πινδαρικός] Propert. lib. 3. 17. 40.

> Qualis Pindarico spiritus ore tonat.

Fons Pindaricus. Hor. 1. Epist. 3. 10.
Lyræ Pindaricæ fidicen. Ovid. 4. de Pont. 17. 40.
Plectris Pindaricis contendere. Stat. 1. Silv. 3. 101.

PINDASUS, i. m. [Πίνδασος] Mons Troadis, in quo Cetius fluvius nascitur, qui Pergamum præterfluit. Plin. lib. 5. cap. 30.

PINDENISSUS, i. m. [Πινδενισσός] Oppidum Eleuterocilicum, quod M. Cicero, Imperator ex eo dictus, expugnavit. Cic. 2. Fam. 10. Oppugnavi quinque & viginti diebus aggeribus, vineis, turribus oppidum Pindenissum munitissimum, tantis operibus, ut mihi ad summam gloriam nihil desit, nisi nomen oppidi. [Ignobilis scilicet & obscuri. Perquam inepte in Thes. Lond. hæc ita explicantur, quasi ex ejus oppidi expugnatione cognomen M. Tullius triumphale adipisci exoptarit, ut a Numantia deleta Scipio Numantini.

PINDUS, i. m. [Πίνδος] Lapitharum sedes, mons Thessaliæ, Apollini Musisque sacer. Acarnaniam ab Ætolia dividit, ut ait Solinus. Sunt qui hoc nomen cum y psilo scribunt.
Est & nomen urbis Thessalicæ, a Pindo monte appellatæ, juxta quam est fluvius ejusdem nominis.
Juga Pindi. Virg. 10. Ecl. 11.
Vertex Pindi. Lucan. lib. 1. 669.
Ingens Pindus. Senec. Med. 9.
Nivalis. Senec. Med. 6.
Perrhæbi tremuere cacumina Pindi. Propert. 3. 5. 33.

PINEA, PINETUM, & PINEUS. V. PINUS.

PINGO, pinxi, pictum, [γράφω, ζωγραφέω, ποικίλλω, ὑπογράφω] ĕre. Formam alicujus rei ductis lineis repræsentare. Plin. lib. 35. cap. 8. Adeo jam colorum usus increbuerat, adeo ars perfecta erat, ut in eo prælio iconicos duces pinxisse tradatur.
Pingere & Fingere. Cic. 5. Fam. 12. Neque Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & a Lysippo fingi volebat, sed quod illorum artem, cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat.
Castra pingere mero in mensa. Tibull. lib. 1. 10. 34.
Formam pingere hominis. Cic. 2. de Orat. 69. Ut in pictora, qui hominis speciem pingere perdidicerit, posse eum cujusvis vel formæ vel ætatis, etiamsi non didicerit, pingere.
Frontem moris sanguineis pingit. Virg. 6. Ecl. 22.
Pergama tota pingit exiguo mero. Ovid. 1. Epist. 32.
Similitudines indiscrete pingere imaginum. V. INDISCRETUS.
Tabulas pingere. Cic. 2. de Invent. 1.
Acu pingere. Ovid. 6. Met. 23.
Membra pingere ferro, Stigmatibus notare. Claud. 1. in Ruff. 313.
Omnia, quæcunque tuentur, palloribus pingunt Arquati. Lucret. lib. 4. 337.
Tempora anni pingebant viridantes floribus herbas. i. e. Vernum tempus erat. Lucret. lib. 5. 1395.
Pingere humum, est Versicolorem florum varietatem humo aspergere. Plaut. Stich. 2. 2. 30.
Malas juvenile decus mihi pingere cœpit, Barba prima surgit. Lucan. ad Pison. 248.
Tempora futilibus pingantur tecta coronis. Ovid. 5. Fast. 395. Quatuor veteres libri legunt,

> Tempora futilibus cinguntur tota coronis.

Mollia luteola pingit vaccinia caltha. Virg. 2. Ecl. 50. i. e. Distinguit in calathis colorum varietate.
Pingere, per translationem, pro Describere. Cic. 4. Att. 5. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione, & sittybis: eos velim laudes. h. e. Tui librarii Dionysius & Menophilus bibliothecam meam ita scienter & apte disposuerunt, ut quasi picta tabula intuentium oculos delectare possit: idque non solum constructione, id est ordine, sed etiam sittybis, id est membranulis: quarum integumento libri a pulveris temporisque injuria integri diutius conservantur. Omnes igitur & apte constructi, & suis quisque sittybis inserti.
Orationibus suis pingere. Cic. 1. Att. 14. Totum hunc locum, quem in Aristocratia ego varie meis orationibus soleo pingere, de flamma, de ferro, graviter pertexuit. h. e. Admodum exornare: quia varietas in pictura delectat. V. LACYTHUS.
In verbis pingendis & illuminandis sententiis. Cic. de Clar. Orat. 141.
Pingere coloribus. Cic. 2. Q. frat. 15. Modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo.

PICTUS, a, um. Partic. [γραπτός, ποικιλτός] ut, Pictæ tabulæ. Cic. de Clar. Orat. 265.
Adonis pictus. V. ADONIS.
Arma. Virg. 8. Æn. 588.
Forma picta ad eximiam pulchritudinem. Plin. Epist. 101. lib. 5.
Geloni. V. GELONI.
Prælia picta rubrica. Hor. 2. Serm. 7. 98.
Purpura regum. Virg. 7. Æn. 252.
Stragulum textile, magnificis operibus pictum. Acu scil. Cic. 5. Tusc. 61.
Strata. Ovid. 8. Met. 33.
Tabellæ. Hor. 1. Serm. 2. 72.
Tapeta. Virg. 7. Æn. 277.
Toga. Propert. lib. 4. 4. 53. V. TOGA.
Vestes pictæ unde triumphales natæ. Plin. lib. 8. cap. 48.
Picta dicuntur Corpora naturalia coloribus variegata, ut
Cauda pavonis. Hor. 2. Serm. 2. 26.
Frigora picta. Martial. lib. 2. 56.

> Quisquam picta colit Spartani frigora saxi, &c. h. e. Ædes potentiorum, ornatas marmore Laconico, quod esse viride tradit Plin. lib. 36. cap. 7.

Lacerti picti terga squalentia. Virg. 4. Georg. 13.
Pantheræ. Ovid. 3. Met. 669.
Volucres. Virg. 3. Georg. 243.
Ne pictum quidem vidisse quidpiam, proverbiali figura. Cic. 5. de Fin. 80. Quæ quidem dicunt, qui nunquam philosophum, ut dicitur, pictum viderunt.
Compar. Cic. de Clar. Orat. 292. Quo nihil potest esse pictius.

PICTOR, ōris. m. [γραφεύς, ζωγράφος] Plin. lib. 13. cap. 11. Fit & ex sarcocolla gummi utilissimum pictoribus ac medicis. Cic. 6. Verr. 30. Alterum fingere, opinor, e cera solitum esse, alterum esse pictorem.

Vident

Vident multa pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non videmus. Cic. 4. Acad. 20.
Pictores apud Lamprid. ubi videtur legendum Acupictores, Vide in ACUS. H. St. Immo conf. PINCERNA.
PICTŪRA, æ. f. [ζωγραφία, ὑπογραμμὸς] Actus vel Ars ipsa pingendi. Plin. lib. 35. cap. 9. Quinimmo certamen picturæ etiam florente eo institutum est Corinthi. Frequentius pro Opere ipso pictoris. ut,
In picturis alios horrida, inculta, abdita & opaca: contra alios nitida, læta, collustrata delectant. Cic. in Orat. 36.
Collustrata pictura. V. COLLUSTRO.
Inanis. V. INANIS.
Textiles. Lucret. lib. 2. 35.
Textilis pictura, & In tabulis. Cic. 6. Verr. 1. Nego ullam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quæsierit, inspexerit, quod placitum sit abstulerit.
Inest pictura in hac tabula. V. INSUM.
Pascit inani pictura animum. Virg. 1. Æn. 468.
Tenentur pictura oculi, aures cantibus. Cic. 4. Acad. 20.
Pictura, per metaphoram transfertur ad poetas. Cic. 5. Tusc. 114. Traditum est etiam Homerum cæcum fuisse, at ejus picturam, non poesin, videmus.
PICTURĀTUS, a, um. Adj. [ποικιλόγραφος] Variis coloribus distinctus. ut, Virg. 3. Æn. 483. Fert picturatas auri subtemine vestes. Ubi Serv. hujusmodi nomina, Participia appellat sine origine verbi.
Agger picturatus morituris floribus. Stat. 6. Theb. 58.
Limbus. Stat. 1. Achil. 330.
Opus picturatum metallis. Claud. de 4. Conf. Hon. 589.
Vestes. Virg. 3. Æn. 483. V. paulo supra.
Volucres. Claud. 40. 3.
PICTĪLIS, e. Adj. Apul. 10. Met. p. 247. Elmenh. Baltei pictiles.
PICTŌRIUS, a, um. Adj. Tertull. adv. Marc. 1. 3. Poetica & pictoria licentia.
PIGMENTUM, i. n. [φῦκος] Unguentum, quo utuntur puellæ ad venustandam faciem. Plaut. Mostell. 1. 3. 106.
Non istanc ætatem oportet pigmentum ullum attingere,
Neque cerussam, neque melinum, neque ullam aliam offuciam.
Pigmentum, Materia qua quid inficitur. Plin. lib. 16. cap. 43. Ut pigmentis perderet se.
Pigmenta aliquando dicuntur Colores pictorum: de quibus Plin. lib. 35. cap. 5. Cic. 1. de Divin. 23. Aspersa temere pigmenta in tabula, oris lineamenta efficere possunt. Plaut. Epid. 5. 2. 20.
Quem Apelles, atque Zeuxis, duo pingent pigmentis ulmeis. i. e. Qui virgis ulmeis utentur ad corpus meum sanguine pingendum.
Pigmenta, per translationem, pro Coloribus rhetoris. Cic. 2. Att. 1. Meus autem liber totum Isocratis μυροθήκιον, atque omnes ejus discipulorum arculas, ac nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsit. Pigmenta, i. e. Exornationes, quibus oratores, ut pigmentis pictores, utuntur.
Pigmenta item per translationem dicuntur Mendacia & fraudes: quia is qui pingitur, non est naturalis color, sed artificialis. Cic. 2. de Orat. 188. Tam integræ sententiæ, tam veræ, tam nuvæ, tam sine pigmentis, fucoque puerili, ut mihi, non solum tu incendere judicem, sed ipse ardere, videaris.
PIGMENTĀRIUS, i. m. [φαρμακοπώλης] Qui pigmenta vendit. l. 3. §. 3. Dig. de Sicar. Pigmentarii, si cui temere cicutam, &c. dederint. Et Cic. 15. Fam. 17. Attius pigmentarius.
PIGMENTĀTUS, a, um. Adj. Pigmento obductus. Tertull de Cult. fem. 2. 13. Taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem?
Crinis pigmentatus. Prudent. Hamartig. v. 315.
PINGUIS, e. Adj. [πίων, παχὺς, πιμελὴς, λιπαρὸς, λιπαρὸς, εὔσαρκος, πίειρος] notæ significationis. Plin. lib. 10. cap. 50. Feminæ quidem ad saginam non omnes eliguntur, nec nisi in cervice pingui cute.
Pingue, Fecundum, Fertile. Virg. 4. Georg. 118.
Et pingues hortos.
Agri pingues. Lucret. lib. 5. 1247.
Ager pinguis ac putris. Columel. lib. 2. cap. 2.
Agni. Virg. 1. Georg. 341.
Annis. Valer. 5. Argon. 424. MS. Annus, & ita Edit. Heins. & Burm.
Arvum. Virg. 3. Ecl. 100.
Cælum pingue & concretum, Tenue & purum, contraria. Cic. 1. de Divin. 130. Si obscurior quasi caliginosa stella exstiterit, pingue & concretum esse cælum, ut ejus aspiratio gravis & pestilens futura sit: sin illustris & perlucida stella apparuerit, significari cælum esse tenue purumque, & propterea salubre.
Campus. Virg. 2 Georg 274.
Campus pinguior sanguine. Hor. 2. Carm. 1. 29.
Corpus non pingue. Ovid. 1. de Pont. 4. 51.
Culta. Virg. 4. Æn. 372.
Digiti, Ovid. 3. de Arte Am. 275.
Equi pingues sanguine humano. Ovid. 9. Met. 194.
Ferina. Virg. 1. Æn. 219.
Fici. Hor. 2. Serm. 8. 88.
Fimo pingui saturare sola. Virg. 1. Georg. 80.
Flammæ pingues. Ovid. 5. Trist. 5. 11.
Flumen Nili. Virg. 9. Æn. 31.
Fumus. Lucan. lib. 8. 730.
Hœdulus pinguissimus. Juven. 11. Sat. 65.
Horti. Virg. 4. Georg. 118.
Humus. Virg. 2. Georg. 184.
Lardum. Hor. 2. Serm. 6. 64.
Mensæ. Catul. 60. 3.
Merum. Hor. 2. Serm. 4. 65.
Musta. Tibull. lib. 1. 1. 10.
Olivum. Stat. 6. Theb. 576.
Omaso pingui tentus. Hor. 2. Serm. 5. 40. Ad contemptum dicitur de eo, qui obsoniis se saturat vilibus: ut alio loco,
— patinas cœnabat omasi. Turnebus.
Oves. Virg. 6. Ecl. 4.
Pabula. Lucret. lib. 2. 258. Alii legunt Pingues pecudes.
Rami. Hor. Epod. 2. 55.
Solum. Virg. 1. Georg. 64.
Terræ pingues. Virg. 2. Georg. 92.
Toga pinguis, pro Crassa, apud Tranquill. in August. cap. 82. Juven. 9. Sat. 28. — pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ.
Vapor pinguis. Senec. Herc. fur. 11.
Vitiis pinguis, albusque, Saginatus & mollis. Hor. 2. Serm. 2. 21.
Amor pinguis, nimiumque patens, Abundans, & obvius. Ovid. 2. Amor. 19. 25.
Otium pingue. Plin. 6. Epist. 15. Nam super illa, quæ retuli, altius ibi otium & pinguius, eoque securius.
Somni pingues. Ovid. 1. Amor. 13. 7.
Pinguis ad Res ingenii transfertur, & Hebes, crassum, significat. Cic. de Fato 7. Athenis tenue cælum, ex quo acutiores etiam putantur Attici: crassum Thebis. Itaque pingues Thebani & valentes.
Pingui Minerva aliquid facere. Columel. in præfat. lib. 1. i. e. Crasse, rudiier. V. MINERVA.
Doctor pinguis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Ingenium. Ovid. 11. Met. 148.
Litteræ pinguiores rusticorum. Columel. lib. 9. cap. 14.
Pingue, Impeditum, & ineptum, inquit Non. 2. 719. Cic. 4. Acad. 109. Quod ipsi Antiocho pingue videbatur, & sibi ipsi contrarium.
Pingue quiddam & peregrinum sonare. Cic. pro Arch. 26. Qui præsertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubæ natis poetis, pingue quiddam sonantibus, atque peregrinum, tamen aures suas dederet.
PINGUE, is. n. dicitur Quod inter carnem & cutem est, succo liquidum. Auctor Plin. lib. 11. cap. 37. Virg. 3. Georg. 124.
— & omnes
Impendunt curas, denso distendere pingui.
PINGUĬTER, Adv. [πιμελῶς] Columel. lib. 2. cap. 2. Proximum deinde huic pinguiter densum. Subaud. Solum. Plin. lib. 12. cap. 25. Colus in quacunque natione præfertur ruffus, & pinguiter lentus.
Pinguius, compar. pro Plenius & largius. Ulpian. in l. Et an eadem. §. 1. D. de except. rei judic. Sed pinguius pro communi utilitate accipitur. Paulus in l. Et exhæredatum. D. de re judic. Pinguius enim donatori succurrere debemus, quam ei qui verum debitum persolvere compellitur.
PINGUIUSCŬLUS, a, um. Adj. Aliquantum pinguis. ut, Corpora pinguiuscula. Solin. cap. 18. Salmas. cap. 11.
PINGUĒDO, inis. f. [πιμελὴ, λίπος] Plin. lib. 23. cap. 8. Nuces avellanæ capitis dolorem, faciunt, inflationem stomachi, & pinguedini corporis conferunt plus, quam sit verisimile. Alii legunt Pinguitudini. V. Perott. ad Martial. 6. epigr.
PINGUĬTŪDO, inis. f. [πιότης] Idem. Varr. 3. de R. R. cap. 9. Et lux pinguitudini inimica. De Gallinis. Columel. lib. 2. cap. 15. Ea res admonet non inesse tali materiæ naturalem pinguitudinem & succum.
Laborare nimia pinguitudine. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Litterarum nimia pinguitudo. Quintil. lib. 1. cap. 11.
PINGUĬTIA, æ. f. Pinguedo. Arnob. lib. 7. p. 226. Non videtis, albas esse hostiarum carnes, ossa, dentes, pinguitias?
PINGUITIES, ēi. f. Idem. Apul. 10. Met. p. 245. Elmenh. Corpus obesa pinguitie compleveram.
PINGUIĀRIUS, i. m. [φιλοπίμελος] Qui pingula amat. Martial. lib. 11. 101.
Carnarius sum, pinguiarius non sum. Quod significat carnosam, hoc est corpulentam amicam opto, non nimis pinguem.
PINGUEO, ēre. sive potius
PINGUESCO, [πιαίνομαι] ĕre. Pinguem fieri. Columel. lib. 2. cap. 11. Omne emaciatum armentum ex medica pinguescit.
Campi pinguescunt. Virg. 1. Georg. 492. Ovid. 15. Met. 89.
Congestoque avidum pinguescere corpore corpus.
PINGUĔFĂCIO, fĕci, factum, [πιαίνω] ĕre. Plin. lib. 16. cap. 44. Dein ea pinguefacit.
PINGUEFACTUS, a, um. Partic. Octav. Hor. 1. 27. Mollis & pinguefactus.
PINIFER, V. PINUS.
PINNA, æ. f. [πτίλον, πτερὸν] proprie Penna est, quæ pluma, id est mollior & exigua penna, non est: nam Pennæ generale nomen est ad plumas & pinnas. Hæc Perott. Varr. lib. 3. de R. R. cap. 7. 10. de columbis, Qui jam pinnas incipiunt habere, relinquunt in nido, illitis cruribus.
Brevibus insurgere pinnis. Valer. 7. Argon. 377. Alii legunt Pennis.
Talaria pinnarum affingunt Minervæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 59.
Pinnæ, Quibus innatant pisces, & quarum adminiculo veluti remis, in natando utuntur. Plin. lib. 9. cap. 20. Pinnarum quoque fiunt discrimina, quæ pedum vice datæ sunt piscibus.
Pinna, [πίννα Suid.] Conchæ genus. Plin. lib. 9. cap. 42. Concharum generis & pinna est. Nascitur in limosis, subrecta semper, nec unquam sine comite, quem pinnoterem vocant, alii pinnophylacem: is est squilla parva, alibi cancer, dapis assectator. Pandit se pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piscibus præbens. Assultant illi protinus, & ubi licentia audacia crevit, implent eam. Hoc tempus speculatus index, morsu levi significat: illa ore compresso quicquid inclulit, exanimat, partemque socio tribuit. Meminit Cic. 2. de Nat. Deor. 123. Pinna vero (sic enim Græce dicitur) duabus grandibus patula conchis cum parva squilla quasi societatem coit comparandi cibi, &c.
Pinna, [ἔπαλξις] Propugnaculi genus. Unde & Pinnæ murorum. i. e. Summitates. Varr. lib. 4. de L. L. 32. Muri summa pinnæ, ab his, quas insigniti milites habere in galeis solent, & in gladiatoribus Samnites. Liv. 40. 45. Muri pinnæ aliquot locis decussæ erant.
Adjicere pinnas. Cæs. 7. Bell. Gall. 72. Huic loricam pinnasque adjecit.
Prensabat summas in aggere pinnas. Sil. lib. 7. 603.
Pinna & Penna confunduntur in veteribus libris. Quintil. 1. 4. V. ibi Burm.
PINNŬLA, æ. f. dimin. [πτίλιον] Summa pars auris, ab acuitate dicta.
Pinnula, Qua natant pisces. Plin. lib. 9. cap. 57. Quosdam inde exire ad pabula, pinnulis gradientes, crebro caudæ motu.
Pinnula, Parva penna, vel pinna. Columel. lib. 8. cap. 5. Inhibeturque cupiditas incubandi, pinnula per nares trajecta.
PINNĀLIS, e. Adj. ut, Rigor pinnalis. Frontin. de Colon. p. 340.

PINNĀTUS, a, um. Adj. [πτερωτὸς] Quod pinnas habet.
Cauda pinnata. Cic. 2. Tusc. 24. De aquila. Ex poeta.
Copido pinnatus. h. e. Alatus. Cic. 3. de Nat. Deor. 58. Idem 1. de Divin. 106.
Hic Jovis altisoni subito pinnata satelles. De aquila. Ex poeta.
Folia pinnata, modo concisa. Plin. lib. 27. cap. 9.
Fulgor pinnatus. Plin. lib. 37. cap. 7.

PINNACŬLUM, i. n. [πτερύγιον] Fastigium & summitas ædificii in acumen tendentis: sive quod veteres pinnam acutum dicebant: sive quod pinnaculis addi pinna consuevit, quæ facili motu ventorum indicet flatum: quod genus nunc vulgo *penniculum* dicimus. Perott. Tertull. contra Judæos cap. 8. conf. PINNA.

PINNĬGER, ĕra, ĕrum. Adj. ut, Piscis pinniger. Ovid. 13. Met. 963.

PINNĬRĂPUS, i. m. Retiarius, qui pinnam & summitatem galeæ mirmillonis appetebat, & se piscem, qui in ea erat, petere clamabat. Juven. 3. Sat. 158.
Hic plaudat nitidi præconis filius, inter
Pinnirapi cultos juvenes. Alii, quosdam, inquiunt, fuisse gladiatores avis quadam figura in arenam prodeuntes, quibuscum Pinnirapi componerentur. In qua sententia est Turnebus, quanquam priorem interpretationem non improbat. V. & Schol. antiq.

PINNŎPHŸLAX, ăcis [πιννοφύλαξ] & PINNOTHĒRES, æ. m. [πιννοτήρης] Squilla parva. V. Plin. 9. 31. & supra in PINNA, & Suid.

PINNA, [Πίννα] Oppidum est Vestinorum, qui sunt populi in quarta regione Italiæ, Prægutiis ad ortum finitimi, teste Ptolem. lib. 3. cap. 1. Pinnam virentem, vocat Sil. 8. 518.
Pinnensium meminit & Plin. lib. 3. cap. 12. Vulgo hodie *Penna*.

PINNICILLUM, i. n. Penicillum. Pallad. 4. tit. 1. Pinnicillo tenuis debet frequenter humor effundi. V. Penicillus in PENIS.

PINSIUM, Palatium Romæ est, ad Collatinam portam, quæ & ob id Pinsiana porta dicta est. Alexander lib. 4. cap. 16. [Immo Pinciana. V. Lex Pitisc. in Porta.

PINSO, pinsui, pistum & pinsĭtum, apud Columellam, & pinsum apud Vitruv. sæpius, teste Budæo, [πτίσσω, μαγειρεύω] ĕre. Pilo tundere, vel Molis frangere: nam veteres usu molarum carentes, frumenta torrebant, & ea in pilas missa, pistillis tundebant & terebant. Nunc accipimus pro Panem facere. Columel. lib. 2. cap. 9. Panicum pinsitum, & evolutum furfure, sed & milium quoque pultem, quavis inopia, maxime cum lacte, non fastidiendam præbet. Pomponius, Quum neque molis molui, neque palmis pinsui. Pers. 1. Sat. 58.
O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinsit. i. e. Tundit & percutit: hoc est irridet.
Pinsetur flagro. Plautus Mercatore scena 7ma. H. St. Exstat 2. 3. 81. Forte Pingetur. V. PIGMENTUM. Ceterum Pinso factum ex Gr. πτίσσω. V. PILUM.
Hordea pinsere. Lucan. ad Pison. 17.
Panem album pinso tibi. Dici solitum ubi quis magnarum rerum spes amplas ostendit. Græcis enim album panem in deliciis fuisse, locis aliquot testatur Lucian. nominatim in libello de Mercede conductis. V. Erasm.

PINSANS, entis. Partic. ut, Pinsente pilo præferrato. Plin. 18. 10.

PINSĬTUS, a, um. Partic. ut, Hordeum pinsitum. Columel. 8. 4. Adde quæ in ipso verbo leguntur.

PINSUS, a, um. Idem. ut, Rudus pinsum. Vitruv. 7. 1.

PISTUS, a, um. aliud Partic. [μαγειρευθεὶς] Plin. lib. 18. cap. 10. Si pistæ ferantur.
Pistum, a Pinsendo, pro Politum antiqui frequentius usurpabant, quam nunc nos dicimus. Festus.

PĪSO, [πτίσσω] ĕre. Id significare videtur Budæo, quod Græcis πτίσσειν, hoc est purgare, decorticare: quod pisendo fit in ordeo & aliis frugibus. Plin. lib. 18. cap. 10. Ut nisi intenti pisant, concidantur grana, ferroque frangantur. Legitur & Pinsant. Varr. de R. R. 3. 16. 28. Alii ficum & uvam passam quum piserunt, affundunt sapam. Legitur & hic Pinserunt. Plin. lib. 18 cap 10. Lentem torreri prius jubet: deinde cum furfuribus leviter pisi. Ubi quidam legunt Pinsi. Budæus.

PISO, [πτίσσω] āre. Frangere, vel tundere. Varr. 1. de R. R. cap. 63. Ut in pistrino pisetur ac torreatur. Non. 2. 723.

PISUS, a, um. Partic. Plin. lib. 20. cap. 5. ad finem, Varro quæ sale aut aceto pisa est, arefactaque, vermiculis non infestari auctor est.

PISO, onis. m. Mortarium. Marc. Empir. cap. 8. Radices betæ maxime nigræ ex aqua tepida lavabis, & expressas sabano siccabis, deinde tundes in pisone marmoreo. conf. PISONES, f. l.

PISĬTO, vel PISTO, āre. frequent. Veget. de Re Vet. 1. 32. In pila lignea pistabis. Et Auct. Philomel. v. 17.
— sturnus tunc pisitat ore.

PISTILLUM, i. n. [ὕπερον] Instrumentum quo in mortario quædam tunduntur. Plaut. Aul. 1. 2. 17.
Cultrum, securim, pistillum, mortarium,
Quæ utenda vasa, semper vicini rogant. Columel. lib. 12. cap. 55. Aut bene emundatum conjicito, & pistillis conterito.
Pistillo calvior. Proverbialis hyperbole, de Magnopere glabris. Nam ima pistilli pars calvi cranium referre videtur. Transferri potest ad insigniter egenos, ac simplices, ac dissimulandi ignaros. Ex Erasmo.

PISTILLUS, i. m. Idem quod Pistillum. Virg. in Moret. 114.
Procedebat opus, nec tam salebrosus ut ante,
Sed gravior lentos ibat pistillus in orbes.

PINSO, [μαγειρεύομαι] āre. Idem. Varr. lib. 1. de R. R. cap. 63. Promendo diem, ut in pistrino pinsetur, ac torreatur. Nunc vero sic legitur: Promendum hieme, ut in pistrino pisetur, ac torreatur.
Pinsare humum, est Terram ferire, ut faciunt qui interficiuntur, caduntque in terram. Enn. apud Varr. lib. 4. de L. L. 4. In terram cadentes (dicit) cubitis pinsabant humum. Sic enim in manuscriptis libris reperitur. Alii Pinsebant legunt, alii Pinsibant. [Videtur frequent. a Pinsus Partic. formatum, ut Piso, āre, a Pisus.

PINSĀTIO, ōnis. f. Vitruv. 7. 1. Rudus crebriter pinsatione solidetur.

PINSĬTO, [μαγειρεύομαι] āre. frequent. a Pinso, pinsis, quidam probant ex Plaut. in Asin. 1. 1. 18. Qui polentam pinsitant; quum ibi legatur Pransitant in MSS. conf. PISITO supra.

PINSOR, ōris. m. [μαγειρευτὴς] quem nunc Pistorem dicimus. Varr. apud Non. 2. 643. Nec pinsorem ullum nossent, nisi eum qui in pistrino pinseret farinam.

PISTOR, ōris. m. [ἀρτοποιὸς, ἀρτοκόπος] Qui frumenta contundebat pilis. Varro R. R. 1. 63.
Pistor nunc dicitur Qui panem facit. Plin. lib. 18. cap. 11. Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum usque bellum, annis ab Urbe condita super quingentos octoginta. Plaut. Asin. 1. 3. 48.
Quum a pistore panem petimus, vinum ex œnopolio.
Coqui, pistores, lecticarii, artes vulgares. Cic. pro Rosc. Amer. 134.
Dulciarius pistor, Qui dulcia facit & vendit. Martial. lib. 14. 222.

PISTRIX, īcis. f. Lucilius apud Varr. de L. L. 4. 31. Adde Fest. in Mamphula.

PISTŪRA, æ. f. [μαγειρικὴ] Pinsendi artificium & ratio. Plin. lib. 18. cap. 10. Pistura non omnium facilis. Ibid. 8. Et ipsa autem, quæ evelluntur, variam pisturarum rationem habent.

PISTŌRIUS, a, um. Adj. [ἀρτοποιητικὸς] Quod ad pistorem pertinet. ut, Ars pistoria. Plin. lib. 18. cap. 11. Ad operis pistorii genera transeunte cura.
Forum pistorium Romæ in Aventino, & Ulpium & Palladium. Alex. lib. 2. cap. 12.
Instrumentum pistorium. Paul. in l. Quum de lanionis. D. de fund. instr. vel instrum. leg.
Opus pistorium, quod *Pastiliarium* nunc vocant. Cels. lib. 2. cap. 18. Quo minus mirum est, opus pistorium valentissimum esse, quod ex frumento, adipe, melle, caseo constat. Ibid. cap. 28. Facile autem intus corrumpuntur lac, mel, ideoque lactaria, atque omne pistorium opus.

PISTŌRĬCUS, a, um. Adj. [ἀρτοποιητικὸς] Idem. Ulpian. in l. Servos autem suos. D. de legat. tertio, Si quis servos habuerit proprios, sed quorum operas locabat, vel pistoricas, vel histrionicas, servorum appellatione hos legasse videtur. Alii legunt Pistorias.

PISTORIENSIS, e. Adj. Idem ut, Milites pistorienses. Plaut. Capt. 1. 2. 57. V. ibi Interpr.

PINSACULUM, vel PISTACULUM, V. PILUM.

PISTRĪNUM, i. n. [ἀρτοκοπεῖον, μύλων, μυλωθρεῖον] Locus in quo far pinsitur & panis fit. Varr. de L. L. lib. 4. 31. Pilum, quod eo far pinsunt: id ubi fit, pistrinum: L & S inter se sæpe commutant.
In pistrinum autem antiquitus a dominis trudebantur servi ob noxam, ut pinserent, molerentque ingenti labore. Unde Ter. in Heaut. 3. 2. 19. Pistrino dignus.
Dedere aliquem in pistrinum. V. DEDO.
Detrudere & compingere aliquem in quoddam pistrinum. Cic. 1. de Orat. 46.
Molendum in pistrino. Ter. Phorm. 1. 5. 19.
Tradere aliquem in pistrinum. Cic. 1. Quint. frat. 2.
Vivere in eodem pistrino cum aliquo. Cic. 2. de Orat. 144.

PISTRINA, æ. f. Idem. Plin. lib. 18. cap. 9. E siligine lautissimus panis, pistrinarumque opera laudatissima. V. dict. seq.

PISTRILLA, æ. f. dimin. a Pistrina. Ter. Adelph. 4. 2. 45.
Ad dextram, prius quam ad portam venias, apud ipsum lacum
Est pistrilla, & exadvorsum est fabrica: ibi est. Veteres (inquit ibi Donatus) absolute dicebant Pistrinam, ut Sutrinam, & Medicinam, ad Tabernam referentes. Charis. lib. 1. Pistrinum neutro genere dicitur, sed Lucilius decimosexto feminine extulit, Media e pistrina; ad Tabernam referens, ut Caupona dicitur. Nam & Ter. diminutive Pistrillam dixit.

PISTRINENSIS, e. Adj. Quod ad pistrinum pertinet. Apuleji Lucius in asinum transformatus, molas pistrinenses, per circuitus multivios circumegisse se festiviter scribit, describens quales essent ministri in pistrinensi contubernio. Sueton. in Calig. cap. 39. Quicquid instrumenti veteris aulæ erat, ab urbe repetiit, comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, & pistrinensibus jumentis.

PISTRINĀRIUS, i. m. Pistrini custos, vel exercitor. Ulpian. l. 1. D. Depositi. §. Si quis servum custodiendum conjecerit forte in pistrinum: si quidem merces intervenit custodiæ, puto actionem esse adversus pistrinarium ex conducto.

PISTRINĀLIS, e. Adj. Ex pistrino. Columel. 7. 9. Album pistrinale.

PINTA, æ. f. Vini mensura vulgo dicitur, quæ duabus *chopinis* constat. Budæus lib. 5. de Asse, Prima mensurarum nostrarum, deorsum auspicando, *Chopina* a nobis dicitur, ex eo (ut arbitror) dicta, quod in ea tantum funditur, vel hauritur vini, quantum homo sitibundus uno haustu absumere possit. Hæc duplex, *Pintam* efficit, ex eo vocabulo detortam, quod Græci Pitynam appellant, vas quoddam vinarium significantes. Ex Pityna enim per syncopen Pitna, deinde transpositione Pinta dicta. Pino enim Græce Bibo significat.

PINTIA, æ. f. [Πιντία] Ptolem. lib. 2. cap. 6. Vallis Oletana alio nomine dicta, urbs Hispaniæ, vulgo *Valladolid*.

PĪNUS, i. & ūs. f. [πίτυς] Arbor coniferi generis nota. Plin. lib. 16. cap. 10. Ex iis pinus atque pinaster folium habent capillamenti modo prætenue longumque, & mucrone aculeatum. Pinus fert minimum resinæ, interdum ex nucibus ipsis. Virg. 7. Ecl. 65.
Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in hortis.
Pinus erat Cybele sacra, quod, ut ait Ovid. 10. Met. 104.
— Cybeleius Attis
Exuit hac hominem, truncoque induruit illo. Et Arnob. Pinus illa solenniter, quæ in Matris infertur sanctum deæ, nonne illius imago est arboris, sub qua sibi Attis virum demessis genitalibus abstulit? Unde apud Virg. 9. Æn. 85.
Pinea silva mihi multos dilecta per annos. In Ida enim monte, ubi (Cybele) sanctissime colebatur, pinus abundabat, & ei pineus ibi lucus sacer erat.
Silvarum gloria pinus. Stat. 5. Silv. 1. 151.
Pinus filia nobilis silvæ. Hor. 1. Carm. 14. 11.
Acuta. V. ACUO.
Acuta pinu præcinctus caput Pan. Ovid. 1. Met. 699.
Alta. Virg. 2. Georg. 389.
Annosam pinum revellere dumo. Ovid. 12. Met. 357.
Cæsa montibus. Ovid. 1. Met. 94.
Eruta radicibus. Virg. 5. Æn. 449.
Gallinaria. Juven. 3. Sat. 307. [i. e. Silva. V. in GALLINA.
Grata deûm matri. Ovid. 10. Met. 104.
Ingens. Hor. 2. Carm. 3. 10.
Loquens pinus. Virg. 8. Ecl. 22.
Nautica. Virg. 4. Ecl. 38.
Pontica. Hor. 1. Carm. 14. 11.

Quamvis Pontica pinus,
Silvæ filia nobilis,
Jactes & genus & nomen inutile. Hoc ideo dixit Hor. quia in Ponto fuit optima materia navalis, vel Catullo teste.
Sacra pendebit fistula pinu. Virg. 7. Ecl. 24.
Succincta comas, hirsutaque vertice. Ovid. 10. Met. 103.
Trunca. Virg. 3. Æn. 659.
Uberrima. Virg. 4. Georg. 141.
Silvis evertere pinum. Virg. 1. Georg. 256.
Cava pinus, per synecdochen pro ipsa Navi, quæ ex pinu constructa est. Valer. 1. Argon. 687.
Operta. Stat. 5. Theb. 388.
Tarda pinus pondere. Virg. 5. Æn. 153.
Pinus est etiam Flos, scil. Chamæpitys. Virg. 4. Georg. 112.
Ipse thymum pinosque ferens de montibus altis. V. ibi Taubm.

PINEA, æ. f. etiam dicitur pinus. Columel. lib. 5. cap. 10. Eodem tempore juglandem, & pineam, & castaneam, serere oportet. [Scil. Nucem.

PINEUS, a, um. Adj. [πίτυινος] Quod ex pinu est. Plin. lib. 15. cap. 10. Pinea corona victores apud Isthmum coronantur.
Ardor pineus, Ignis. Virg. 11. Æn. 786.
Claustra. Virg. 2. Æn. 258.
Cortex. Columel. lib. 6. cap. 16.
Frondes. Columel. lib. 2. cap. 2.
Robora. Stat. 2. Theb. 619.
Silva. Virg. 9. Æn. 85.
Tæda. Ovid. 2. Fast. 558.
Tecta pinea, Naves. Ovid. 14. Met. 530.
Velamina pinea, Corona. Lucret. lib. 4. 591.
Virga. Ovid. 2. Fast. 28.

PINĒTUM, i. n. [πιτυών] Locus pinis consitus. Plin. lib. 27. cap. 8. Chrysolachanum in pineto, lactucæ simile, nascitur.
Succincta pineta. Ovid. 15. Met. 604.

PINĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [πιτυοφόρος] ut, Pinifer mons. Virg. 10. Æn. 708.
Vesulus pinifer. i. e. In quo crescunt pinus.
Caput piniferum Atlantis. Virg. 4. Æn. 249.
Mænalus pinifer. Virg. 10. Ecl. 14.
Rupes piniferæ. Lucan. lib. 2. 431.

PINĬGER, ĕra, ĕrum. Idem. ut, Caput Fauni pinigerum. Ovid. 3. Fast. 84.

PINASTER, tri. m. [ἀγριόπιτυς] Pinus silvestris, miræ altitudinis. Plin. lib. 16. cap. 10. Idem lib. 15. cap. 10. Quartum Pityida vocant e pinastris.

PINASTELLUM, i. n. Herba, quæ & Peucedanum. Apul. de Herb. cap. 94.

P I O

PIO, [ἱλάσκω ἁγνίζω] āre. Colere, custodire. Plaut. Asin. 3. 1. 3. Ubi piem pietatem, &c. Non. 2. 636. [Sed videtur potius pro Expiem, placemque positum.
Piare, aliquando pro Contaminare & polluere ponitur. [Immo Impiare. Sumptum ex Non. 4. 363. Sed V. PIACULUM infra.
Piare, Pie amare, inquit Nonius. Nævius, Nemo est qui magis suos piet liberos. [Hunc locum non reperi.
Piare, [καθαίρειν, ἁγνίζειν, ἀφοσιοῦσθαι] Purgare. Virg. 2. Æn. 140.
— & culpam miserorum morte piabunt. Cic. pro Domo, 121. Si quid tibi aut piandum, aut instituendum fuisset religione domestica. [Hæc videtur propria verbi significatio. Nam & Purum, piumque, ut Synonyma, jungebant prisci. Liv. 1. 32. In carmine fetiali, Puro, pioque duello. V. PIUS.
Aras piare ture. Propert. lib. 3. 10. 19.
Busta hostilia piasti. Ovid. 13. Met. 515.
Clades piare. Propert. lib. 3. 4. 9.
Corpora piantur. Ovid. 2. Fast. 29.
Delicta piare. Sil. lib. 17. 565.
Delubra piantur cædibus. Sil. lib. 4. 821. apud Carthaginienses scil.
Fontes piandi. Propert. lib. 4. 10. 25.
Fulgura atque ostenta piare. Cic. 2. de Legib. 21.
Iram piavit cæde. Propert. lib. 3. 19. 18.
Mors morte pianda est. Ovid. 8. Met. 483.
Nefas piare. Virg. 2. Æn. 184.
Ossa piare. Virg. 6. Æn. 379.
Ritum piandi tradere. Ovid. 3. Fast. 291.
Piari eos, veluti proprio verbo, ait Verrius, qui parum sint animati, quum mentis suæ non sint: & per quædam verba liberantur incommodo. Festus.

PIĀTIO, ōnis. f. Plin. lib. 28. cap. 2. Si Pontifici accidat Ditis causa epulanti, in mensa utique id reponi adolerique ad larem, piatio est.

PIĀTRIX, īcis. f. dicebatur Sacerdos quæ expiare erat solita, quam quidam Simulatricem, alii Sagam, alii Expiatricem vocant. Festus. Plaut. Mil. 3. 1. 101.
Tum piatricem clementer non potest quin munerem. MSS. Patritam.

PIĀMEN, īnis. n. [καθαρμός, ἀφοσίωσις] Ipsa purgatio. Ovid. 2. Fast. 19.
Februa Romani dixere piamina patres. Dictio poetica magis, quam oratoria.

PIĀMENTUM, i. n. Idem. Piamenta dicebantur, quibus in expiando utitur, inquit Festus. Scil. Piatrix. Plin. lib. 25. cap. 4. Hac evulsa scrobem repleri vario genere frugum, religio est, ac terræ piamentum.

PIĀBĬLIS, e. Adj. [ἀφοσιωτός] Quod purgari potest.
Fulmen piabile. Ovid. 3. Fast. 289.

PIĀCŬLUM, i. n. [ἀφοσίωμα] Sacrificium, cultus, & quicquid agitur, seu præbetur, pro satisfactione peccati. Virg. 6. Æn. 153.
— ea prima piacula sunto. Hor. 1. Carm. 28. 34.
Teque piacula nulla resolvent. h. e. Nullis hostiis te expiabis.
Infert piacula manibus. Ovid. 6. Met. 569.
Miseranda piacula spretæ pœnæ. Sil. lib. 1. 182.
Piaculum, aliquando dicitur Peccatum ipsum, crimen, flagitium. Virg. 6. Æn. 569.
Distulit in seram commissa piacula mortem. Servius, Piacula, Commissa, propter quæ expiatio debetur. Plaut. Truc. 2. 1. 13.
Piaculum est mi[se]reri nos hominum rem male gerentium. [Falso ex hoc usu verbalis nominis infert Nonius ipsum verbum Piare veteres eodem sensu posuisse.
Horrenda piacula. Stat. 1. Achill. 139.
Contrahere piaculum. V. CONTRAHO.
Solvi piaculo. i. e. Peccato. Tacit. 1. Ann. 30.

PIACŬLUS, a, um. Adj. Cato de R. R. cap. 139. Porco piaculo facito, i. e. Piaculari. Turneb. [Ego substantivum esse non dubito, ut si Porco victima dixisset, per appositionem.

PIACULĀRIS, e. Adj. [ἀφοσιωματικός] Quod ad satisfactionem peccati pertinet vel datur. Liv. 1. 26. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, &c. Plaut. Epid. 1. 2. 36.
Mene piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,
Ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum? i. e. Oportetne tuam stultitiam meis scapulis expiari?
Auspicia piacularia appellabant, Quæ sacrificantibus tristia portendebant, quum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum dedisset, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, cecidisset. Festus.
Piacularia, Tristia, per quæ malum fieri opinabantur. Nam a superis felicitatem, ab inferis diis infelicia dari censebant.

PIACULĀRIS, Romæ porta appellatur propter aliqua piacula, quæ ibidem fiebant, vel, ut ait Cloatius, quum ex sacro per aliquem piaculo solvitur: ut aliqua piandi propitiandique causa immolatur. Festus.

PIACŬLO, āre. Expio. Cato de R. R. cap. 141. extr. Mars pater, &c. te hisce suovitaurilibus piaculo. V. Barth. in Stat. 9. Theb. p. 1031.

P I P

PĬPER, ĕris. n. [πέπερι] Arboris fructus, minutis granis constans, condimentis aptus & acri, urentique linguam sapore, qui ex Arabia ad nos affertur. Plin. lib. 12. cap. 7. Passim vero quæ piper gignunt, juniperis nostris similes, quanquam in fronte Caucasi solibus opposita gigni tantum eas aliqui tradidere, &c.
Album piper. Hor. 2. Serm. 4. 74.
Asperum. V. ASPER.
Candidum. V. Candidus, in CANDEO.
Longum. Plin. lib. 12. cap. 7.
Rugosum. Pers. 5. Sat. 55.
Piper non homo: proverb. in Nimis asperum. Petron. cap. 44. Tragur. p. 15. V. ibi Scheffer. p. 93.

PIPĔRĀTUS, a, um. Adj. [πεπερίτης] ut, Piperatum vinum, Quod pipere & melle conditum est. Et, Piperatum acetum, apud Columel. lib. 12. cap. 47.
Dicta piperata. i. e. Mordacia. Sidon. 5. Epist. 8. conf. Piccatus, in PIX.

PIPERATUM, i. n. Genus edulii. Cels. 4. 22. Itaque etiam in piperatum conjicitur. V. Apic. 2. 2. & Plin. 14. 16.

PIPERĪTIS, ĭdis. f. [πεπερῖτις] Herba, de qua Plin. lib. 20. cap. 17. Panax, inquit, piperis saporem reddit, magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto.

PĪPĬLO, [πιππίζω] āre. dicitur Passer. Catullus de passere Lesbiæ, 3. 10.
Sed circumsiliens modo huc, modo illuc,
Ad solam dominam usque pipilabat. Alii legunt Pipiabat. V. infra.

PĪPIO, ōnis. m. [φασσιδεύς] Pullus palumborum. Lamprid. in Alexand. vita cap. 41. extr. Servos habuit vectigales, qui eos ex ovis ac pullicenis ac pipionibus alerent.

PĪPIO, [πιππίζω] īre. proprie dicuntur Pulli gallinacei, & hujusmodi. Columel. lib. 8. cap. 5. Die undecimo animadvertat an pulli rostellis ova percuderint, & auscultetur, si pipiant. [Nisi Indicativi præsens est a Pipio, are. Nisi forsan apud Catull. Pipiebat legendum. V. PIPILO.

PĪPIO, āre. Plorare, vagitum edere. Tertull. adv. Valent. cap. 15. Cælestes imbres pipiavit Achamoth. i. e. Effudit plorando.

PIPIANS, antis. Partic. ut, Infantes pipiantes. Tertull. de monogam. cap. 16.

PĪPO, [πιππίζω] āre. dicuntur gallinæ quum vocem emittunt. Varr. in Aboriginib. Mugit bovis, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat. Non. 2. 676. conf. 6. 10.
De Accipitre etiam dicitur. Auctor Philomel. carm. v. 24.
Accipiter pipat.

PĪPĀTUS, ûs. m. Varro de L. L. 6. 5. V. PIPULUM.

PIPATIO, ōnis. f. Idem. Festus, Pipatio, clamor plorantis lingua Oscorum.

PIPŬLUM, i. n. [ὄνειδος] pro Convicio dixit Plaut. Aulul. 3. 2. 32.
Ita me bene amet Laverna, te jam, nisi reddi
Mihi vasa jubes, pipulo hic differam ante ædeis. Quem locum afferens Varr. lib. 6. de L. L. 5. ait, Pipulo te differam ante ædes, id est Convicio, declinatum a pipatu pullorum. conf. Non. 2. 640. Alii Pipolo legunt.

P I Q

PIQUANTUM, i. n. [Πικούεντον] Ptolem. lib. 3. cap. 1. Urbs Istriæ. Vulgo *Pinquente*.

P I R

PĪRÆA, æ. f. [Πειραιᾶ] Civitas est Ponti insignis, Amisus olim dicta: ut testatur Strab. lib. 12. Post Gadilonem, inquit, est Saramena, & Amisus, civitas insignis, a Sinope distans ad stadia nongenta. Refert Theopompus prius Milesios, postea Cappadocum principem eam condidisse: deinde ab Athenocle & Atheniensibus habitatam, & Piræa nominatam. [Sed potius Athenienses ipsum portus sui nomen huic urbi dederunt, & Πειραιᾶ accusativus contr. est, a recto Πειραιεύς, quod & oppidi ipsius & gentile nomen est. V. Suid. & Steph. in voce, & Gronov. Observ. 1. 3. qui veram declinationem vocabuli demonstravit. conf. ad seq. dict.

PIRÆUM, i. n. & PIRÆUS, i. [Πειραιεύς] vel PIRÆEUS, ei. m. [Πειραιεύς] Athenarum portus. prima syllaba per æ dipthongum Græcam scribitur. Donatus in illud Eun. Ter. 2. 2. versu penult. Miror quid ex Piræo aberit: Piræum, inquit, ut Sunium, est maritima & accessu litoris pars clementior. Hæc ille. Raphael Regius in illud Met. Ovid. lib. 6. 446.
— jubet ille carinas
In freta deduci, veloque & remige portus
Cecropios

Cecropios intrat, Piræaque litora tangit. Piræa litora, inquit, Attica. Nam Pireus promontorium est Atticæ, ut scribit Ptolemæus. At Raphaelem his verbis reprehendit Micyllus: Ego vero Piræaque litora legendum puto, sic postulante versu. Nam & Stephanus auctor est, veteres Piræum dixisse, & inde possessivum Piræus, a, um, tribus syllabis, pro quo posteriores Piræeus fecerunt, etiam trisyllabum, sed cum diphthongo in tertia syllaba. Sic enim apud Suidam passim scribitur Πειραιεὺς, & apud Strabonem. Et apud Ter. legitur in Eun. 3. 4. 1.

Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræum. Sive (ut commentator vult) Piræo. Nam neque hic versus quadrisyllabum Piræeum recipit, quum sit tetrameter catalecticus. Quanquam vulgo in Epist. ad Att. lib. 7. Epist. 3. ubi idem hic locus Terentii citatur, Piræeum passim quatuor syllabis, pro Piræum legitur. Sed ille proprium est, hic possessivum, sive gentile. A Piræeus autem, cujus obliqui quatuor syllabarum sunt, Stephanus format gentilia Piræates, & Piræetes, item Piraicus: nusquam autem Πειραιεῖος, aut Piræeus. Sed tamen & Piræeaque litora, si diceretur, in versu defendi poterat, si quis συνίζησιν admittat: nisi quod compositio durior aliquanto fiet, & ab Ovidiana facilitate alienior. Ceterum de significatione vocis Πειραιεύς, etiam apud Ciceronem quæritur loco supra citato. De portu tamen Atheniensi plerumque intelligitur, in eaque significatione potissimum usurpatur. Pro monte autem, quod hic Regius ait, non facile apud idoneos auctores positum alibi invenies. Hæc Micyllus. Obliquos esse quatuor syllabarum, docet illud Stat. 12. Theb. 6: 5.

Qui gelidum Brauron viri, qui rora lacessunt
Munychia, & trepidis stabilem Piræea nautis. Ovid. 4. Fast. 563.

plurali numero, & genere neutro usurpavit, hoc versu,

Sunion expositum, Piræaque tuta recessu
Linquit, & in dextrum quæ jacet ora latus.

Pireus, pro Piræeus, vide in TEREA, Tegeus, pro Tegeæus ac Virgilio. H. St. V. quæ ad præced. dict. & seq. notavi.

Piræeus, inquit Strabo lib. 9. Athenarum portus & emporium, abest a Schœnunte Isthmi initio ad stadia CCCL, ab Sunio autem stad. CCC, supra CCC. Pausanias in Atticis pr. Piræeus, inquit, municipium quondam fuit. Nam antequam Atheniensibus imperaret Themistocles, navale ibi nullum exstabat. Phalerum autem (hoc enim loco minimo intervallo mare ab urbe distat) navale ea ætate fuit. Inde Mnestheum Trojam versus solvisse fama est: & ante hunc, Theseum, quum ob Androgei necem daturus Minoi pœnas abiret. Postquam vero rerum est potitus Themistocles, eique Piræi situs commodior ad navigandum est visus (quippe qui tres portus pro unico illo Phalereo haberet) hunc illis, quo naves subducerent, apparavit. Idem etiam memoriæ prodidit in Themistoclis vita Plutarch. sed & Thucydides lib. 1. ex cujus narratione possis hanc velut epitomen colligere. Principio Athenienses Phalerum portum habebant, muro conjunctum urbi, qua parte mare minimum ab urbe aberat. Postea quum Medi in Atticam impetum facerent, Themistocles Atheniensium dux, prudentia & audacia vir singulari, animadvertens Piræeum longe commodiorem esse Phalero, utpote qui pro una tres stationes navium haberet: civibus persuasit, ut relicto Phalero, Piræeum portum exædificarent. Hujus sententia a populo approbata, muro a portu ad urbem densissimo deducto, Piræeum urbis instar munierunt: atque uno eodemque muro Phalerum, Piræum, Munychiamque concluserunt. Non fuit hic murus, ut alii, e calce aut lateritio opere factus: sed ingentes lapides figura quadrangula scitissime inter se coaptati, ferreis laminis connectebantur. Tantaque latitudo ejus erat, ut onusti duo currus obviam sibi facti, libere, nullo impedimento aut mora, progrederentur. Erat autem Munychia ad orientem juxta Athenas oppidulum, muro mœnibusque cinctum, cum elegantissimo portu. Eratque locus omnis quadringentarum navium capax. Cic. 7. Att. 3. Venio ad Piræea; in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piræea scripserim, non Piræeum, (sic enim omnes nostri loquuti sunt) quam quod In addiderim. Non enim hoc ut oppido præposui, sed ut loco. Et tamen Dionysius noster, qui est nobiscum, & Nicias Cous non rebatur oppidum esse Piræea. Sed de re videro. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quod non ut de oppido loquutus sum, sed ut de loco: secutusque sum, non dico Cæcilium, Mane ut ex portu in Piræeum: (malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium, cujus fabellæ propter elegantiam sermonis, putabantur a C. Lælio scribi:

Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræeum. Et idem,
Mercator hoc addebat, captam e Sunio. Quod si δήμους oppida volumus esse, tam est oppidum Sunium, quam Piræeus. Hactenus Cic. Gell. lib. 2. cap. 21. Ab Ægina in Piræeum complusculi earundem disciplinarum sectatores Græci Romanique homines eadem in navi transmittebamus. Portum hic significat. Idem lib. 15. cap. 1. In eo igitur libro scriptum inveni, quum oppugnaret L. Sulla in terra Attica Piræeum, & contra Archelaus regis Mithridatis præfectus ex eo oppido propugnaret: turrim ligneam defendendi gratia structam, quum ex omni latere circumplexa igni foret, ardere non quisse, quod ab Archelao alumino oblita fuisset. Piræeum hic oppidum vocari, nihil attinet admonere. Plin. lib. 4. cap. 7. Piræeus & Phalera portus quinque M. pass. muro recedentibus Athenis juncti. Cæl. lib. 28. cap. 12. In fine, Fuit in Piræo forum nomine Hippodemium, a Milesio Hippodamo, qui Piræeum struxit: meminit Demosthenes. Porro, ut horum portuum luculentior habeatur historia, visum est hic quoque apponere Strabonis lib. 9. verba, Munychia, inquit, tumulus est curvus in Cherronesi faciem, cavernosus, tum natura, tum opera dedita, magna ex parte ut habitationem admittat. Ingressum angusto habet ore, cui quidem portus terni subjacent. Quondam muro vallata Munychia erat, & junctis domiciliis referta, circuitu complectens & Piræeum, & alios portus navalibus plenos, in quibus & armamentarium Philonis opus. Statio ibi navium dignitate insignis quadringentarum capax navium, quum non pauciores ab Atheniensibus emitterentur. Hoc autem muro, duo ex oppido protracta crura, urbem Piræo conjungunt. Hi fuere longi muri stadiorum quadraginta longitudine. At murum istum bella plurima diruerunt, & Munychiæ munimentum. Piræeum quoque portum in habitaculorum angustias contraxerunt. Ceterum longi muri dissipati fuerunt, primum quidem Lacedæmoniis amolientibus, postea vero Romanis, qua tempestate Sulla & Piræeum & oppidum per obsidionem expugnavit. Urbs ipsa saxum est in plano quaquaversum habitatu: quo in saxo vetustum Minervæ templum Poliadis surgit, in quo lucis inextinctæ lychnus est. Hæc Strabo.

Harpocration Munychiam conditam esse scribit a Munychio rege: Stephan. a Munycho, qui templum quoque Dianæ Munychiæ illic ædificavit. Piræus nunc dicitur Portus leonis, vulgo *Portoleone*.

PIRÆUS, a, um. Adj. [Πειραϊκός Steph.] ut, Litora Piræa. Ovid. 6. Met. 446. V. dict. præced.

Portus Piræus. Propert. lib. 3. 21. 23.

Inde ubi Piræi capient me litora portus,
Scandam ego Theseæ brachia longa viæ. Al. Lintea. Quo in loco si Piræi adjectivum non est, oportet appositionem esse. Theseus Athenarum rex fuit, Brachia vocat, quæ Strabo crura, longos illos utique muros, qui urbem Piræo jungunt: de quibus supra. [Videntur Romani minus sollicite observasse Græcorum nominum declinationes, ut disertis verbis Cic. de hoc vocabulo agens, docet. Potest tamen & ex Gr. Πειραιεύς arcessi. Nam Stephani Πειραϊκός suspectum est. Potius enim a Πειραιεῦ Accus. contr. Πειραιεῖος, ut Πειραιεῖον, & per hyphæresin diphthongi Πειραῖος, ut Πειραιεῦ apud eundem Steph. formasse videntur. Nec in Φαληρεῖος alia ratio est, quum a Φάληρα pl. n. ducerent.

PIRĀTA, æ. m. [πειρατής] Nomen latronis, qui primus mare infestavit, a quo omnes spoliatores & prædones, piratæ dicti sunt. Alii Piratam, a περάω transeo deducunt, quia scilicet ex transverso simul ac piratæ viderent insulam, in eam transeundo mare impetum facientes, illam deprædabantur. conf. Berneg. ad Suet. Cæs. cap. 4. Pirata Græce, Latine prædo dicitur. Cic. 7. Verr. 63. Illum olim a piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse.

Barbarus pirata, & nefarius prædo. Cic. pro Rosc. Amer. 146.

PIRATICUS, a, um. Adj. [πειρατικός] Quod ad piratam pertinet; ut, Piraticum bellum.

Myoparo piraticus. Cic. 7. Verr. 72. Myoparone piratico capto, dux liberatus, symphoniaci Romam missi.

Navis piratica. Quintil. lib. 2. cap. 14.

Puppis piratica. Claud. de 6. Conf. Hon. 132.

PIRATICA, æ. f. [πειρατεία] Professio piratæ ipsa. Cic. Post red. in Senat. 10. Profecto egestate & improbitate coactus, piraticam ipse fecisset. Quintil. lib. 8. cap. 3. Piraticam quoque, ut musicam & fabricam dici, adhuc dubitabant mei præceptores.

PIRATĒRIUM, i. n. [πειρατήριον] Habitaculum piratarum.

PĪRĒNE, es. f. [Πειρήνη] Acrocorinthi fons, haud affluentes aquas habens, ceterum perspicuas ad imum, potuque suavissimas, Straboni lib. 8. De eo scribit Pers. Sat. prolog. 4.

Heliconidasque pallidamque Pirenem, &c. Plaut. Aul. 3. 6. 23.
Quæ mihi interbibere sola, si vino scatet,
Corinthiensem fontem Pirenem potest.

PIRĒNIS, idis. f. [Πειρηνίς] Patronym. Ovid. 2. Met. 239.

Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas undas. conf. Senec. Medea v. 745.

PĪRĬTHŎUS, i. m. [Πειρίθους] Ixionis filius, non ex Nube, sed ex conjuge, fuit rex Lapitharum: qui quum ad inferos cum Theseo descendisset, a Cerbero cane tricipiti devoratus poetis fingitur, ut scribit Seneca in Hercule furente. Alii dicunt quum ad inferos descendisset ut illinc raperet Proserpinam, cujus amore tenebatur, jussu Plutonis catenis alligatum fuisse in perpetuum supplicium. Hor. 4. Carm. 7. 28.

Nec Lethæa valet Theseus abrumpere caro
Vincula Pirithoo.

Amator Pirithous. Hor. 3. Carm. 4. 80.

Ardor temerarius Pirithoi. Stat. 8. Theb. 53.

Fides Pirithoi. Ovid. 2. de Pont. 6. 26.

PISUM, V. PISUS.

PĪRUS, i. f. [ἄπιος] Sic enim rectius scribitur, quam Pyrus. V. Voss. Etym. p. 393. Arbor nota.

Edura pirus. Virg. 4. Georg. 145.

Inserere piros. Idem 1. Eclog. 74.

Flos piri. Virg. 2. Georg. 72.

PIRUM, i. n. [ἄπιον] Fructus ejusdem arboris. De piris vide multa apud Plin. lib. 15. cap. 15.

Autumnalia pira. V. AUTUMNUS.

Cucurbitina. V. CUCURBITA.

Decumana. V. Decumanus, in DECEM.

Libralia. Plin. lib. 15. cap. 15. ad finem.

Mammosa. V. MAMMA.

Onychina. V. Onychinus, in ONYX.

Ordeacea. V. HORDEUM.

Insitiva decerpens pira. Hor. Epod. 2. 19.

Vesci piris. Hor. 1. Epist. 7. 14.

Pirum vulgo appellabatur Locus ubi Martialis habitabat, ut ipse indicat, 1. 118 5.

Non est quod puerum, Luperce, vexes:
Longum est, si velit ad Pirum venire:
Et scalis habito tribus sub altis. V. Nardin. Rom. Vet. 4. 9. &

Ad pirum, in præpositione AD.

PIRASTER, tri. f. Pirus silvestris, cujus pira incredibiliter adstringunt. V. Dioscor. lib. 1. cap. 132.

PIRĀTUM, i. n. Potus ex piris. Hieron. conf. Voss. de Vit. L. L. 3. 35. Piraceum.

P I S

PĪSA, æ. f. [Πίσα] Civitas Elidis in summo montis vertice condita, inter Ossam & Olympum, juxta quam Jovi sacra dicta Olympia celebrabantur. Est & hoc nomine oppidum Arcadiæ, prope Alpheum amnem: a qua hi, qui Pisas in Italia condiderunt, venere: dictæ a civitate pristina. Unde Virg. 10. Æn. 179.

—Alpheæ ab origine Pisæ
Urbs Hetrusca solo. Hinc

PISÆUS, a, um. possess. [Πισαῖος Suid.] ut, Juventus Pisæa. Stat. 6. Theb. 555.

Manus Pisææ. Lucan. lib. 3. 176.

PISÆ, arum. f. [Πίσαι] Civitas Tusciæ: a qua Pisani dicuntur. Lucan. lib. 2. 401.

Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Pisæ. Meminit hujus Cic. 2. Q. frat. 5.

Alpheæ

Alpheæ Pisæ. Claud. de Bell. Gild. 483. Virg. 10. Æn. 179.

Pisani, orum. m. pl. Incolæ. Liv. 40. 43. Plin. 2. 103.

Pisatilis, e. Adj. Pisatilem appellat Nævius Pantaleontem e Pisis oriundum tyrannum: quum alioqui inde profecti, nunc Pisani dicantur. Festus. MSS. F. Ursi. Pisalitem. [An Pisalem, Πισαλὸν; vel Pisaliotem, Πισαλιώτην;

Pisander, vel Pisandrus, dri. m. [Πείσανδρος] Filius fuit Antimachi, quem Agamemnonis manu cecidisse Homer. ait Iliad. λ. 122. Alterius quoque meminit a Menelao occisi Iliad. ν. 600.

Pisander alius Camireus, (Camirus autem civitas est Rhodi) Eumolpi tempore poeta, ut nonnullis placet, antiquior Hesiodo.

Pisandrus alius, Nestoris poetæ filius, Larandæus Lycaonius, sub Alexandro Mammeæ versificator: scripsit variam historiam. Suidas.

Pisandro timidior. Dicebatur olim in immodice formidolosos. Ajunt enim Pisandrum fuisse prodigiosa timiditate, adeo ut anxius esset ne suam ipsius animam alicubi videret, quæ se vivum reliquisset. Idem videtur esse cum illo Ciceronis, Umbram suam metuere.

Pisaurus, i. m. [Πίσαυρος] Fluvius Piceni, a quo Pisaurum civitas ei superposita, nominata est. Servius vero scribit ie 6. Æneid. 825. Pisaurum dictum, quod illic aurum pensatum sit. Nam quum Camillus Gallos interemisset, aurumque, quod Galli a Romanis acceperant pro Capitolio non everso, recepisset, & signa civitati appendisset, civitati nomen dedit. Plin. lib. 3. cap. 14. Hujus meminit Cic. 16. Fam. 12. Nunc vulgo dicitur *Pesaro*.

Sedes moribunda Pisauri. Catul. 81. 3.

Pisaurensis, e. Adj. [Πισαυρηνὸς] Qui Pisaurum habitat, aut ex eo natus est. Cic. de Clar. Orat. 170. T. Accium Pisaurensem.

Piscis, is. m. [ἰχθὺς] Animal in aquis degens: proprie autem qui squamis tegitur, ut ex Plinio apparet, lib. 9. cap. 12. quum ait, Aquatilium tegmenta plura sunt, alia corio & pilis teguntur, ut vituli, hippopotami: alia corio tantum, ut delphini: cortice, ut testudines: silicum duritia, ut ostreæ, & conchæ: crustis, ut locustæ: crustis & spinis, ut echini: squamis, ut pisces. Ter. Adel. 3. 3. 66.

—pisces ex sententia
Nactus sum: hi ne corrumpantur cautio est.

Æquorei pisces. Ovid. 10. Met. 78.
Captivi. Ovid. 13. Met. 932.
Litoralis. V. litus.
Molles. V. mollis.
Muti. Hor. 4. Carm. 3. 19.
Nitidi. Ovid. 2. Met. 74.
Obscœnus. V. obscœnus.
Taciti. Ovid. 4. Met. 50.
Capiuntur hamo. Cic. de Senect. 441.
Captam pisces arundine. Ovid. 8. Met. 217.
Corrumpere pisces. V. corrumpo.
Ducere piscem hamo. Ovid. 19. Epist. 12.
Evocare esca piscem e penetralibus liquidis. Sil. lib. 7. 502.
Generant ova. Cic. 2. de Nat. Deor. 129.
Ludit piscis in aqua. V. ludus.
Generant ova. Cic. 2. de Nat. Deor. 129.
Ludit piscis in aqua. V. ludus.
Suspendam piscem hamo. Ovid. 15. Met. 102.
Exstructa, non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida mensa. Cic. in Pison. 67.

Piscis eget sale. De re absurda & incredibili. Nec enim verisimile est, pisces in mari agentes egere sale. Hoc videtur a populo reclamatum Androcli Pitensi, quum legem quandam reprehendens dixisset, Egent leges lege correctrice; nam & pisces sale. Leges enim in hoc datæ sunt, ut ad harum regulam corrigantur hominum actiones: quod si ipsæ leges indigent correctione, leges non sunt. Idque non minus absurdum sit, quam si pisces marini dicantur egere sale. Refert Aristoteles in Rhetoricis. Erasm.

Magis mutus quam piscis. Proverbialis metaphora de vehementer infantibus atque infacundis. Conveniet & in hominem immodicæ taciturnitatis. Hor. 4. Carm. 3. 19.

O mutis quoque piscibus
Donatura cygni, si libeat, sonum. Pisces enim nullam edunt vocem exceptis perpaucis, inter quos canis marinus. Erasm.

Piscis nequam est nisi recens, manet in hunc usque diem vulgo celebre. Dicitur autem peculiariter in hospitem aut vulgarem amicum, qui primo quidem adventu non ingratus est, cæterum ante triduum exactum putet. Plaut. Asin. 1. 3. 26.

Quasi piscis itidem est amator lenæ: nequam est nisi recens. Erasm.

Piscis, pro Signo cælesti, frequentius pluraliter declinatur. Columel. 12. cap. 2. Quinto decimo Cal. Martii Sol in Pisces transitum facit. Virg. 4. Georg. 234.

Aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aquosi.

Piscis Aquilonius tertio Idus Martii desinit oriri. Columel. 12. 2.

Piscis Austrinus quarto Nonas Septembris desinit occidere. Columel. lib. 11. cap. 2.

Pisciculus, i. m. diminut. [ἰχθύδιον] Ter. Andr. 2. 2. 31. Varr. 3. de R. R. cap. 5. conf. Fest. in Piscatorii ludi.

Parvi pisciculi. Cic. 2. de Nat. Deor 123.

Piscarius, a, um. Adj. [ἰχθυοπωλικὸς] Id quod ad pisces pertinet: ut, Copia piscaria, Abundantia piscium. Plaut. Cas. 2. 8. 63.

Forum piscarium, Ubi pisces venduntur. Plaut. Curc. 4. 2. 23.

Hamus piscarius. Plaut. Stich. 2. 1. 17.

Piscarius, i. m. [ἰχθυοπώλης] Qui pisces vendit. Varr. Inter piscarios nemo vendebat. Perott.

Piscaria, æ. f. [ἰχθυοπωλεῖον] Locus in quo pisces venduntur. Varr. Nullus in piscaria piscis erat. Perott. Ulpian. (teste Budæo) vulgari significatione usus est in l. Inter publ. De verb. signif. Salinarum, metallorum, piscariarum, inquit. Alii legunt Picariarum. q. V.

Piscōsus, a, um. Adj. [ἰχθυώδης Gl. Gr. L.] ut,

Amnis piscosus, In quo pisces abundant. Ovid. 3. Fast. 581.

Profundum, Piscibus plenum. Martial. lib. 10. 37.

Illic piscoso modo vix educta profundo.

Tagus piscosus. Martial. lib. 10. 78.

Vada piscosa. Ovid. 2. de Arte Am. 82.

Piscŭlentus, a, um. Adj. [ἰχθυόεις] Locus pisculentus, Ubi multi pisces morantur, vel in quo est facile piscari. Cato, Fluvium Naronem, magnum, pulcrum, pisculentum. Non. 2. 614.

Piscīna, æ. f. [ἰχθυοτροφεῖον, κολυμβήθρα] Lacus vel stagnum, in quo vivi pisces conservantur. Varr. 3. de R. R. cap. 3. Piscinas dico eas, quæ in aqua dulci aut salsa inclusos habent pisces ad villam.

In piscinis sunt mulli barbati. Cic. 2. Att. 1. conf. 1. 18.

Vivaria & Piscinæ. Plin. lib. 9. cap. 17. de mullis, Nec in vivariis piscinisque crescunt.

Publica piscina. Cic. 3. Q. frat. 7. pr. Magna vis aquæ usque ad piscinam publicam. Festus, Piscinæ publicæ hodieque nomen manet, ipsa non exstat. Ad quam & natatum & exercitationis alioqui causa veniebat populus. Unde Lucilius ait, Pro obtuso ore pugil, piscinensis res est.

Piscinæ vocantur Omnes aquæ, sive frigidæ, sive calidæ, collectæ ad natandum: quod homines piscibus similes natando fiunt. Cic. Latiorem piscinam voluissem, ubi jactata brachia non offenderentur. Plin. Epist. 6. lib. 5. ad Apollinarem, Si natare latius aut tepidius velis, in area piscina est: in proximo puteus, ex quo possis rursus abstergi, si pœniteat teporis.

Loculatæ piscinæ. V. Loculatus in locus.

Piscinæ pecorum. Columel. lib. 1. cap. 6. Piscinas minimum duas: alteram quæ anseribus ac pecoribus serviat: alteram in qua lupinum, vimina, & virgas, atque alia quæ sunt usibus nostris apta, maceremus.

Piscinæ, dicuntur etiam Vasa lignea ampliora ad tenendam aquam. Plin. lib. 34. cap. 12. Decoquitur in aqua, & in piscinas ligneas funditur.

Piscinŭla, & Piscinella, æ. f. dimin. negat dici Varro de L. L. 8. 45.

Piscinālis, e. Adj. [ἰχθυοτροφικὸς] Quod est piscinæ, sive quod ad piscinam pertinet. Unde apud Palladium R. R. 1. tit. 40. Piscinales cellæ leguntur.

Piscinārius, i. m. [ἰχθυοτρόφος] Qui loca piscibus referta habet, vel qui piscinis delectatur, & earum est studiosus. Unde Cic. Lucullum & Hortensium, Piscinarios appellat, 1. Att. 16. V. Lex. Pitisc.

Piscinensis, e. Adj. Idem ac Piscinalis. ut, Res piscinensis, Lucilius apud Festum. V. Piscina publica in piscina.

Piscor, [ἁλιεύομαι] āri. Insidiari piscibus, Pisces captare. Plin. lib. 19. cap. 1. Retia in piscando durantia. Cic. 3. Offic. 58.

Piscari in aëre. Plaut. Asin. 1. 1. 86. proverbium, pro Operam ludere.

Abiit piscatum ad mare. Plaut. Rud. 4. 1. 7.

Piscans, antis. Partic. Paulus, Piscatorii ludi vocantur, qui mense Junio fieri solent, pro quæstu piscantium trans Tiberim.

Piscātio, ōnis. f. Actus piscandi. Ulpian. leg. 13. Dig. 1. 4. lib. 8. Piscationem thynnariam exercere. V. & Non. 3. 156.

Piscātus, ūs. m. [ἁλιεία] Plin. 8. 16. Quos venatus, aucupia, piscatusque alebant. Plaut. Rud. 2. 1. 10.

Post id piscatum hamatilem, & saxatilem aggredimur. Plin. lib. 6. cap. 28. Esse in piscatu voluptatem testudinum maxime.

Piscatum, per translationem dixit Plaut. in Bacch. 1. 1. 69.

Quia piscatus, meo animo, hic tibi hodie evenit bonus.

Piscatūra, æ. f. Idem. Tertul. adv. Marc. 4. 9. De tot generibus operum ad piscaturam respexit.

Piscātor, ōris. m. [ἁλιεὺς, ἰχθυοθήρας] Qui piscatur. Ter. Eun. 2. 2. 26. Cic. 3. Offic. 58. Piscatores ad se convocavit, & ab his petivit ut ante suos hortulos postridie piscarentur.

Piscātrix, īcis. f. [ἁλιεύτρια] Plin. lib. 9. cap. 42. Nec minor solertia ranæ, quæ in mari piscatrix vocatur.

Piscatōrius, a, um. Adj. [ἁλιευτικὸς] Quod ad piscaturam pertinet. Æs piscatorium vetusto more appellatur, Quod in monte Albano datur pro piscibus. Festus.

Forum piscatorium. Columel. lib. 8. cap. 17.

Instrumentum piscatorium. Martian. in l. Item pictoris. D. de fund. instruct.

Linea piscatoria. Plin. lib. 24. cap. 9.

Ludi piscatorii vocantur, Qui quotannis, mense Junio trans Tiberim fieri solent a Prætore Urbano pro piscatoribus Tiberinis, quorum quæstus non in macellum pervenit, sed fere in aream Vulcani, quod id genus pisciculorum vivorum datur ei deo, pro animis humanis. Festus.

Navis piscatoria. Cæs. 2. Bell. Civil. 4.

Piscĭceps, ĭpis m. dici negat pro Piscatore. Varr. de L. L. lib. 7. 38. Si ab avibus capiendis auceps dicatur, debuis, ajunt, ex piscibus capiendis pisciceps, ut aucupem, sic piscicupem dici, &c.

Piscĭfluus, a, um. Adj. ut, Rhenus piscifluus. Theodulph. lib. 2. Carm. 2. 579.

Pisidia, æ. f. pr. & sec. anc. [Πισιδία] Regio est in Asia Minori. Cic. 1. de Divin. 94. Eademque & Pisidiæ causa fuit, & huic nostræ Umbriæ.

Pisidæ, arum. m. pl. [Πισίδαι] antea Solymi vocati, a Solymo Jovis & Chalenæ filio: populus est barbarus juxta Aspendum & Ciliciam habitans: Pr. & sec. corr. ut vult Stephanus de Urb. Claud. 2. in Eutrop. 241. de Phrygia,

—utrinque propinqui
Finibus obliquis Lydi, Pisidæque feroces
Continuant Australe latus. Priscian. in Periegesi utramque produxit,

Post hos Pisidûm pinguissima rura coluntur. Pisidûm, pro Pisidarum.

Pisidæ, Phryges, Cilices, & Arabum natio avium significationibus plurimum obtemperant. Cic. 1. de Divin. 94.

Pisinnus, i. m. Puer; antiquum. Labeo apud Vet. Scholiast. Pers. ad Sat. 1.

Crudum manduces Priamum, Priamique pisinnos. conf. Martial. 11. 73. Turneb. Advers. 8. 4. & Cæl. Rhodig. 4. 6.

Pisistrătus, i. m. [Πεισίστρατος] Atheniensis tyrannus, clarus genere, eloquentia vero tanta, ut ea deliniti Athenienses, libertate qua nihil carius habebant, se sponte exuerent, illiusque facundiæ sanctitatem Solonis, qui numen fuerat civitatis, posthaberent. Regnavit annos triginta tres, quo tempore Servius Tullius Romæ, ut auctor est Gell. 17. 21. Plura de hoc, & quibus artibus tyrannidem adeptus sit vide apud Justinum lib. 2. Meminit & hujus Cic. 7. Att. 19.

Pisistratus alter, Larissæus historicus commemoratur a Suida.

Pisitu, Pise, verb. & nom. appellativ. V. pinso.

Pisōnes, um. m. [Πίσωνες] appellati sunt quidam Romani nobiles,

quod optime pisa sererent: sicut a lente Lentuli. Plin. tamen aliter lib. 18. cap. 3. Cognomina, inquit, etiam prima inde, Pilumni, qui pilum pistrinis invenerat: Pisonis, a pisendo. Sic etiam Lucan. ad Pison. 15.

— nam quid memorare necesse est
Ut domus a Calpo nomen Calpurnia ducat?
Claraque Pisonis tulerit cognomine prima,
Humida callosa quum pinseret hordea dextra?

Pisones, Calpurniorum a prosapia fuere, quæ a Numa rege descendit. Calpurnius enim Numæ filius fuit, ut ait Festus. Hor. item in Arte Poet. 5. — vos ô
Pompilius sanguis, &c. Lucan. ad Pison. 2.

— hinc tua, Piso,
Nobilitas, veterisque citant sublimia Calpi
Numina, Romanas inter fulgentia gentes.

PISONIĀNUS, a, um. Adj. ut, Vitium Pisonianum, i. e. Mire libido loquendi, quo vitio laboravit L. Piso. Hieron. Epist. 83. Deinde Pisoniano vitio, cum loqui nesciret, tacere non potuit.

PISSA, æ. f. [πίσσα] Latine dicitur Pix. Hinc,

PISSĪNUS, a, um. Adj. [πίσσινος] ut, Pissinum oleum. Plin. 23. 4.

PISSĪTES, æ. m. [πισσίτης] Vinum picatum ex liquida pice & musto. Diosc. 5. 35.

PISSASPHALTUS, i. m. [πισσάσφαλτος] Pix mista bitumini, quæ in Apolloniatarum agro reperitur. Plin. lib. 35. cap. 15. Liquidum est & Apolloniaticum, quæ omnis Græci pissasphalton appellant ex argumento picis & bituminis. De sulphure.

PISSELÆON, i. n. [πισσέλαιον] Oleum quod ex pice admixta fit. Plin. lib. 24. cap. 5. Galen. lib. 8. de Simplic. medicament. facultat. cap. 51. conf. Flos picis, in PIX, & PISSINOS.

PISSŎCĒRUS, i. m. [πισσόκηρος] Malliginis genus ex cera & pice, sive gummi, sive resina mistum. Plin. 11. cap. 7. Prima fundamenta operis commosin vocant periti, secunda pissoceron, tertia propolin.

PISTĀCIUM, i. n. [πιστάκιον] Nucis genus. Plin. lib. 13. cap. 5. In nucum genere pistacia nota. Vulgus pharmacopolarum vocat *phisticorum*. Plantam asserit Galen. lib. 8. de Simplicib. medicamen. facultat. cap. 52.

PISTĀNA, æ. f. Herba ex ulvarum genere. Plin. lib. 21. cap. 17. Item Pistanam dicit a Græcis vocari, quam inter ulvas Sagittam appellamus.

PISTĬCUS, a, um. Adj. [πιστικὸς] Fide dignus. Vulg. Interp. Johan. 12. 3. Sed V. Interpp. & Commentatt.

PISTILLUM, PISTILLUS, V. PINSO.

PISTO, V. PINSO.

PISTŎLŎCHIA, æ. f. [πιστολοχία] quartum Aristolochiæ genus, tenuius quam clematitis, densis radicis capillamentis (unde & Polyrrhizos nominatur) junci plenioris crassitudine, odorem habens, ut reliquæ Aristolochiæ species, medicatum. Plin. lib. 25. cap. 8.

PISTOR, oris. V. PINSO, ĕre.

PISTŌRIUM, i. n. [Πιστώριον] Italiæ civitas, quam Ptolem. lib. 3. cap. 1. ponit inter mediterraneas Tusciæ. Est enim inter Florentiam & Lucam, a qua Pistorienses dicti. Plin. lib. 3. cap. 4.

PISTRILLA. PISTRINUM, V. PINSO, ĕre.

PISTRIS, is. f. affertur ex Virg. 5. Æn. 187. Sed rectius legitur Pristis. q. V. Pistris, [φάλαινα] Sidus cæleste. Dicitur & Cetus, & Pistrix, ut paulo post. Germanic. in Arat.

Auster Pistris agit duo sidere, perlegit unam, &c. [Nisi forte Pristis vel Piscis scribendum. V. Broukh. ad Tibull. 1. 6. 10.

PISTRIX, icis. f. [κῆτος] Piscis marinus: alias Cetus. Cic. in Arat. 178.

Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit.

Fere pistrix. Cic. in Arato, 413.

— & fere pistrix
Labitur, horribiles epulas funesta requirens.

Neptunia pistrix. Cic. in Arato, 440.

Pistrix, Sidus cæleste. Cic. in Arato, 154.

Hic una stella nectuntur, quam jacit ex se
Pistrix e spina valida cum luce refulgens. V. not. [Gloss. Lat. Gr. Pistrix, κῆτος, καὶ ἀστρονομικός. Unde liquet de vocis orthographia. In Gr. Lat. κῆτος, Pistrix, de belua. De Pistrice mulliere, V. in PINSO.

PĪSUM, i. n. [πίσον] Genus leguminis notum: cujus caules sparguntur in terram, nisi habeant adminicula. Plin. lib. 18. cap. 12. Pisum in apricis seri debet, frigorum impatientissimum. Ideo & in Italia & austeriore cælo, nonnisi verno tempore, terra facili ac soluta.

PĪSUS, V. in PINSO.

P I T

PĬTANE, es. f. [Πιτάνη] Urbs Æolidis in Asia, quæ portus duos habuit. Ab hac Pitanæi, & Pitanitæ nominantur. Fama est, quod Pitanam lateres inventos esse, qui super aquas innatarent, quod & de aliis locis traditum est.

Æolis Pitane. Ovid. 7. Met. 357.

Pitane sum. Zenodotus indicat dici solitum de iis qui in extremas redacti calamitates, ab iisdem denuo in pristinam felicitatem restituuntur. Sic enim evenisse quondam Pitanæ Æoliæ civitati; nam hanc, a Pelasgis in servitutem redactam, Erythræi in libertatem pristinam vindicarunt. Erasmus.

PĬTHAULES, æ. m. [πιθαύλης] Qui tibia instar dolioli facta cantat. Senec. Epist. 76. Quis sit pithaules bonus judicatur. Et Vopisc. in Carin. cap. 19. Choreulas centum: etiam pithaulas centum.

PĬTHĒCUS, i. m. [πίθηκος] Simia Latine dicitur. A quibus insulæ ubi earum maxima copia, Pithecinæ, sive Pithecusæ dictæ sunt. V. PITHECUSA.

PĬTHĒCIUM, i. n. [πιθήκιον] Dimin. a πίθηκος, Lat. Simiola. Deformem mulierem sic vocat Plautus in Milit. 4. 1. 42.

Bellula est. PA. pithecium hæc est præ illa & spinthurnicium.

Est & nomen herbæ, Apul. de Herb. cap. 86.

PĬTHĒCŪSA, æ. f. [Πιθηκοῦσα] Insula est in mari Tusco, sinuque Campano sita, in cujus quodam colle oppidum fuit Pithecusæ, numero multitudinis. Hæc insula, Ænaria quoque dicta est a statione navium Æneæ, & Homero Inarime dicta: hodie Ischia ab oppido, cui coxendicis similitudo, ut Hermolaus lib. 31. Plin. cap. 2. docet. Græcis vero Pithecusa, inquit Plinius, non a simiarum multitudine, ut aliqui existimavere, sed a figlinis doliariorum. Hæc Plin. lib. 3. cap. 6. Sane πίθος Græcis, dolium significat Latinis. Ovidius tamen Pithecusas urbem, non e doliis, sed a pithecis, id est similis nomen habere putat, lib. 14. Met. v. 90. in Cercopum fabula, quos tradit fuisse mutatos in simias.

PĬTHES, æ. m. [Πίθης] Vir quidam fuit Xerxis temporibus, omnium suæ ætatis ditissimus, qui auro semper inhians, aurifodinas jugiter exercebat. Is quum aliquando ex peregrinatione domum esset reversus, & cœnam parari postulasset, ejus uxor auream mensam illi apponi jussit, in qua omnia erant ex auro fabrefacta obsonia: ac primo quidem aspectu gavisus est Pitheus: qui tandem satiatus, quum esurire se vociferaretur, neque se eorum id temporis apponere diceret: inquit uxor, Tu nullius rei, præter hanc unam, habendæ facultatem oræbes. Historiam narrat pluribus Plutarchus de virt. mul. Plin. vocat Pythium lib. 33. cap. 10. ubi V. Harduin.

PĬTHEUS, ei, [πιθεὺς] & PĬTHITES, æ. m. [πιθίτης] Cometæ genus, dolii figuram gerens. Apul. de Mundo p. 64. Elmenh.

PĪTHO, ûs, f. [Πειθώ] Dea flexanima illa dicendi præses, quam Ennius Suadam, Quintilianus Persuadendi deam, Horatius Suadelam, & Poetica mella: Cicero, Leporem vocat. Plin. Colebatur & Diana cognomine Pitho Corinthi. Hæc in Plinium lib. 34. cap. 8. Hermolaus. Pausan. in Corinth. p. 63. Wech. Templum Dianæ cognomento Πειθοῦς (interpres vertit Suadelæ) Hypermnestra dedicavit, quum in judicio rea ob Lynceum e parente facta, evasisset. Una est ex Atlantidibus. Hermesianax & Proclus, Pitho unam ex Gratiis dixerunt. Sappho (ut legitur in scholiis in Hesiodum) Pitho ait filiam esse Veneris; quo loco in ἔργοις v. 73. scribis Pandoram e Gratiis & Pithone ornari. Cic. de Clar. Orat 59. Pitho quam vocant Græci, cujus effector est orator, hanc Suadam appellavit Ennius: ejus autem Cethegum medullam fuisse vult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitavisse, hujus hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. Et lib. 3. de Orat.

PĪTHŎDĒMUS, i. m. [Πειθόδημος] Luctator egregius, cujus imaginem Dinomenes ex ære expressit. Plin. lib. 34. cap. 8.

PĪTHŒGIA, æ, f. & PITHOIGIA orum. n. pl. [Πιθοιγία, ἢ Πιθοίγια] Inquit Proclus in Hesiod. ἔργ. 366. Festum veteribus erat, quo in vini participatum & servos advocabant & mercenarios. Relinebantur enim tunc primum dolia. Proinde facta re divina, vini communicatio omnibus patebat. Comprecabantur vero, ut Plutarchus inquit Sympos. 3. 7. & 9. 10. Innoxiam salubremque ipsis fieri medicamenti potionem. Undecima mensis (anthesterionis) die factitari hoc Athenis consuevisse, produnt auctores. Aliobi etiam sexta ejus qui Prostaterius vocaretur, bono Dæmoni divina re peracta, desinente jam Zephyri flatu, qui oblædere vinum ac commovere præcipue creditur. Joannes Grammaticus Hesiodi interpres Pithœgia tradit celebrari solita mense Januario. Dicitur autem a πίθος dolium & οἴγω aperio.

PĪTHŎLEON, ontis. m. [Πιθολέων] Rhodius, Poeta trivialis & abjectus, qui quum in confinio utriusque linguæ natus esset, confuso sermone epigrammata quædam futilia conscripsit, in quibus perquam ridicule Græca Latinis miscuit, cujus meminit Hor. 1. Serm. 10. 22.

PĪTISSO, [κατὰ μικρὸν γεύομαι] āre. Paulatim degustare. Ter. Heaut. 3. 1. 48.

Nam ut alia omittam, pitissando modo mihi
Quid vini absumpsit? V. Scalig. ad Manil. p. 455.

PITTĂCIUM, i. n. [πιττάκιον, ῥάκος] pro Modico panno accipi solet, qui aliquo medicamento illitus, modo præcordiis, modo capiti dolenti imponi solet ad mitigandum cruciatum. Cels. lib. 3. cap 10. Si capitis dolores sunt, rosam cum aceto miscere oportet, & in id ingerere: deinde habere duo pittacia, quæ latitudinem frontis, longitudinemque æquent. Pittacium, Tabella dealbata, Lamprid. in Alexandro cap. 21. extr. Denique cum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat & nomina. De promovendis etiam sibi annotabat, perlegebat cuncta pittacia, & sic faciebat, diebus etiam pariter annotatis, & quis & qualis esset, & quo insinuante promotus. Alias Album, λεύκωμα Græcis, a quibusdam Matrix, volgo *Matricula* dicitur. Bud. [Alii perperam Pyctatium scribunt. Gloss. Gr. Lat. Πιττάκιον, Pittacium, brevis.

In l. Actuarii lib. 11. D. de erogat. mil. ann. Pittacia pro Brevibus commentariolis accipiuntur, quæ eodem in titulo l. Excellentia, Breves vocantur. V. Gell. 16. 7. & Burm ad Petron. cap. 34. & 56.

PITTĂCUS, i. m. [Πιττακὸς] Mytilenæus, unus e septem sapientibus tempore Crœsi regis, cujus vitam scripsit Diog. Laert. lib. 1. f. 74. sq.

Ælianus autem de Varia historia 7. 4. Pittacum memorat, molæ pistrinæ Encomium conscripsisse. Idem 2. 29. dicit, eum in templo Fortunæ scalam constituisse, ut ejus exprimeret effectum, quum multi in vita mortales ascendant, descendantque.

Fuit alter Pittacus legislator (ut Favorinus & Demetrius in homonymis meminere) qui minor est appellatus. Laert. ibid. f. 79.

PITTHEUS, ei. m. [Πιτθεύς] Avus Thesei maternus, qui Trœzene regnavit, & primus rhetoricam docuisse & scripsisse dicitur. V. Plutarch. in Theseo; & Pausan. in Corinth.

PITTHĒIS, idis. f. patronym. ut, Pittheidos Æthræ filius. Ovid. 10. Epist. 131.

PITTHEIUS, a. um. Adj. [Πιτθήϊος] ut, Regna Pittheia. Ovid. 4. Epist. 107.

PĪTŪĪTA, æ. f. [φλέγμα] etsi quidam pr. corripi contendant, sed falso: Idem significat (ut ait Valla in Raudensem) quod Græce Catarrhus: hoc est, quilibet humor redundans, qui ex ore naribusque fluit: vel etiam si non flueret, etiam si non redundaret. Est autem Pituita, ex corporis nostri humoribus, is potissimum qui magis serosus est, & aqueus, ac magis fluxilis; vulgus medicorum cum Græcis Phlegma appellat. Cic. 4. Tusc. 23. Quemadmodum quum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi, ægrotationesque nascuntur. V. Celsum lib. 6. cap. 6. de Pituita crassa, alba, molli, sicca & arida, calida, livida, & aliis generibus.

Transfertur a vitio gallinarum & pullorum. H. St. Priora verba cultro recisa sunt. Certe inter avium vitia commemorant Rei rusticæ scriptores. V. paulo infra.

Lenta pituita stomacho fert tumultum. Hor. 2. Serm. 2. 76.
Leves cursus pituitæ. Cels. lib. 7. cap. 7.
Mala pituita nasi. Catul. ad Furium, 21. 17.
Molesta est pituita. Hor. 1. Epist. 1. 108. V. paulo post.
Extenuant pituitam omnia salsa atque acria & arida. Cels. 2. 23.
Substitit pituita. Cels. lib. 6. cap. 6.
Sustinere pituitam. Cels. lib. 5. cap. 28.

Pituita,

Pituita, per synæresim, vox est trisyllaba, apud Pers. 2. Sat. 67.
Somnia pituita qui purgatissima mittunt. Alii tamen legunt,
Somnia qui pituita purgatissima mittunt. pr. corr.
Sic & apud Horatium putatur esse Crasis, seu Synæresis in illo versu.
Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est. H. St. 1. Epist. 1. extr.
In Gloss. Lat. Gr. scribitur Pipita, Κόρυζα. An Pituita? dispiciant acutiores.
Pituita in arboribus. Plin. lib. 17. cap. 27.
Pituita, in gallinis. Columel. lib. 8. cap. 5. V. Indic. Gesn.

PITUITŌSUS, a, um. Adj. [φλεγματώδης] Qui Græce dicitur Phlegmaticus. Cic. de Fato, 7. Inter locorum naturas quantum intersit videamus, alios esse salubres, alios pestilentes, in aliis pituitosos, & quasi redundantes, in aliis exsiccatos atque aridos.

PITUITĀRIA, æ. f. [σταφὶς ἀγρία] herba quæ & Astaphisagria dicitur, hoc est Uva agrestis. Dicta Pituitaria, quod pituitam oris siccet, sed tamen fauces lædit. Plin. lib. 23. cap. 1. Quidam eam pituitariam vocant. De astaphisagria loquitur.

PITŬLUS, i. m. Nomen fictitium remigum. Hygin. Fab. 14. extr. Ad pitulum federunt Hercules & Idas. V. Turneb. Adversf. 28. 43. & Scheffer. de Milit. naval. 3. 1.

PĬTYS, ĭdos. f. [πίτυς] Nux pinea e pinastris. Plin. lib. 15. 10. Diosc. 1. 87. Hinc

PITYĪNUS, a, um. Adj. [πιτύϊνος] ut, Resina pityina, apud. Marc. Empir. Adde The. Priscian. 2.

PITYLISMA, ătis. n. [πιτύλισμα] Genus exercitationis maxime quidem velox, sed citra intentionem & violentiam. Galen. lib. 2. de tuendâ bona valetud. Politianus Miscellaneorum cap. 38. V. Cornarium in Galen. p. 514. & 515. & Juven. 11. Sat. 172. ibique Interpp. & f. l. PSORMA, & PYTISMA.

PĬTYŎCAMPÆ, arum. f. [πιτυοκάμπαι] Vermes sive erucæ e pinu arbore nascentes. Plin. lib. 23. cap. 2. Pinorum erucas, quas pityocampas vocant.

PITYONĪCES, æ. m. [πιτυονίκης] dicitur Qui est victor in ludis Græciæ, in quibus victores donabantur pinu, qui in Archemori honorem celebrabantur. [Immo Palæmonis, Isthmii nempe. Sed non dubito, quin Pityonices pro Pithyonices scriptum sit. Is autem lauro coronabatur.

PITYRIAS, æ. m. [πιτυρίας] Græcis, Panis genus est, cui nihil furfuris ademptum est, quem nostri Furfuraceum vertunt. Galen. lib. 1. de Alimen. facultatibus, cap. 2.

PITYUS, i. m. Oppidum opulentissimum in regione Colchica, e regione Sarmatarum, qui Caucasi montis juga incolunt. Plin. lib. 6. cap. 5.

PITYUSA, æ. f. Genus tithymali. Plin. lib. 24. cap. 6.

PĪTYUSÆ, arum. f. [Πιτυοῦσαι] Insulæ duæ sunt in mari Balearico a pineorum fruticum ubertate dictæ, teste Plin. lib. 3. cap. 5. Ex his quæ major est Ptolemæo Ebusus, quæ minor Ophiusa, hoc est colubraria, appellatur. Plinius tamen utramque Ebusum videtur appellare: & Ophiusam insulam ab hisce diversam facere.
Est item Pityusa, Insula e regione Ioniæ sita, quæ notiore nomine Chios appellatur. Plin. lib. 5. cap. 31.
Est & alia ejusdem nominis insula in sinu Argolico ex adverso Hermioni agri. Plin. lib. 4. cap. 12.

P I U

PIUS, a, um. Adj. [εὐσεβὴς, θεοσεβὴς, ὅσιος, φιλόθεος, φιλοπάτωρ, εὐαγὴς] Qui colit Deum, vel Parentes & patriam. Unde Pietas, ipse dei Cultus. Virg. 3. Georg. 513.
Dii meliora piis.
Pius in parentes. Cic. 3. Off. 90. Ipsi patriæ conducit, pios habere cives in parentes.
Pii quidem sine scelere esse potuerunt. Cic. pro Rosc. Amer. 66.
Piorum & impiorum deos rationem habere. V. IMPIUS.
Nemo pius est, qui pietatem cavet. Cic. 2. de Finib. 71. Sed V. not.
Pius, Blandus, non gravis, jucundus, amœnus. ut, Cælum pium. Arat. v. 266. V. ibi Grot.
Testa pia. Hor. 3. Carm. 21. 4. V. Mart. Capell. lib. 1. & 6.
Pius, Misericors, benignus. Cic. Non secus in me pius, quam pater in filios. Ter. Hec. 1. 2. 77.
Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
Amor pius & castus. Quintil. Et pios amores & castos.
Animæ piæ. Hor. 1. Carm. 10. 17.
Aræ. Senec. Hippol. 4.
Causa pia coegit me. Ovid. 6. Met. 496.
Dextra. Hor. 2. Serm. 1. 54.
Dolor pius & justa iracundia. Cic. pro Sext. 4.
Duellum. Liv. 1. 32. Puro pioque duello quærendas censeo. Idem 39. 36.
Pro vobis igitur justum, piumque bellum suscepimus.
Fraus. Ovid. 9. Met. 710.
Furtum. Senec. Agam. 13.
Gens. Hor. Epod. 16. 63.
Labor. Ovid. 2. Trist. 322.
Lacrimæ. Ovid. 6. Met. 534.
Lingua. Ovid. 15. Epist. 68.
Manus pias scelerare. Virg. 3. Æn. 42.
Mens. Ovid. 8. Met. 767.
Militia. Ovid. 7. Met. 482.
Numina. Virg. 4. Æn. 382.
Officium. Ovid. 6. Met. 250.
Ore pio reposcere pœnas. Virg. 6. Æn. 530.
Pax pia & æterna. Cic. pro Corn. Balb. 35. Nihil est aliud in fœdere, nisi ut pia & æterna pax sit.
Populus. Lucret. lib. 6 1277.
Preces. Liv. 34.
Rem piam præstare. Ovid. 5. Trist. 13. 12.
Sacra. Ovid. 2. Fast. 249.
Vota. Ovid. 1. Met. 221.
Facto pius & sceleratus eodem. Ovid. 7. Met. 5.
Piissimus. Cic. 13. Philipp. 43. M. Antonium notans quod verbum novum protulisset, ita dicit, Tu porro ne pios quidem, sed piissimos quæris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam divinam pietatem novum inducis. Curt. lib. 9. 6. Vobis quidem, ô fidissimi, piissimique civium atque amicorum, grates ago habeoque. Adde Tacit. Agric. 43. 7. & Vett. Inscriptt. passim.

Piissimus apud Senecam Consol. ad Polyb. cap. 36. H. St.
Pientissimus etiam frequens in Antiquis Inscriptionibus. Gruter. p. 169. n. 5. PATRI PIENTISSIMO. & p. 752. n. 3. MATRI PIENTISSIMAE. & p. 636. n. 7. FRATRI PIENTISSIMO.

PIE, [εὐσεβῶς, θεοσεβῶς] Adv. aliquando Religiose, & cum maxima in deum fiducia: aliquando Clementer. Ter. Adelph. 3. 4. 13.
Neque faciam, neque me satis pie posse arbitror.
Amice & pie. Cic. 5. de Fin. An obliviscimur quantopere in audiendo, legendoque moveamur, quum pie, quum amice, quum magno animo aliquid factum cognoscimus?
Humane & pie facere. Cic. 11. Fam. 27. Alia quæ defendam a te pie fieri & humane.
Juste & pie accusare. Cic. pro Cluent. 42. Sed quum esset hæc illi proposita conditio, ut aut juste pieque accusaret, aut acerbe indigneque moreretur.
Superl. Sen. ad Polyb. cap. 34. Piissime & fortissime tulit. H. St.
Tractari piissime. Ammian. 19. 9.

PIĔTAS, ātis. f. [εὐσέβεια, θεοσέβεια, ὁσιότης] est (ut ait Cic. 2. de Invent. 161.) per quam sanguine conjunctis, patriæque benevolis, officium & diligens tribuitur cultus.
Sed hic Cic. abutitur hac voce, ut docui in formulis epistolaribus, quas addidi Epistolis. H. St. Lambinus aliter legit. Puto copulativam excidisse particulam, legendumque Patriæque ac benevolis.
Pietatem, ut deos ceteros, colebant Romani. Pietati ædem ab Acilio consecratam ajunt, eo loco, quo quondam mulier habitaverit, quæ patrem suum inclusum carcere mammis suis clam aluerit, ob hocque factum impunitas ei concessa est. Festus.
Justitia erga Deos religio, erga parentes pietas est. Cic. in Partit. 78.
Pietas, est voluntas grata in parentes. Cic. pro Planc. 80.
Nimia pietas & summus amor in patriam. Cic. pro Flacco, 96.
Pietatis gravissimum & sanctissimum nomen. Cic. 1. Fam. 9. Perjucundæ mihi fuerunt litteræ tuæ, quibus intellexi te perspicere meam in te pietatem. Quid enim dicam benevolentiam, quum illud ipsum gravissimum & sanctissimum nomen pietatis, levius mihi meritis erga me tuis esse videatur?
Pietas, Verus Dei cultus proprie intelligi solet. Cic. pro Domo 107. Nec est ulla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum ac mente opinio: quum expeti nihil ab iis, quod sit injustum ac inhonestum, arbitrere.
Pietas, sanctitas, religio, pure & caste deo tribuendæ sunt. Cic. 1. de Nat. Deor. 3.
Fundamentum virtutum omnium pietas est. Cic. pro Planc. 29.
Egregius pietate. Virg. 6. Æn. 769.
Egregius mira pietate parens. Catul. ad Januam, 65. 29.
Gravis pietate vir. Virg. 1. Æn. 155.
Tum pietate gravem, ac meritis, si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant.
Insignem pietate virum. Virg. 1. Æn. 14. de Ænea.
Magnus pietate & armis. Virg. 1. Æn. 549.
Potens pietate. Propert. lib. 3. 22. 21.
Abundans pietatis. V. ABUNDO.
Honos pietatis, Præmium. Virg. 1. Æn. 257.
Imago. Virg. 6. Æn. 405.
Solennia. Tacit. in vita Agric. 7. pr. Igitur ad solennia pietatis profectus Agricola, &c. h. e. Ad parentalia matri præstanda.
Vir notæ pietatis. Ovid. 14. Met. 443.
Umbra mendax pietatis. i. e. Fallax species pietatis. Ovid. 9. Met. 459.
Concors pietas. Ovid. ad Liv. 84.
Ficta. Stat. 5. Silv. 3. 244.
Hilaris. Ovid. 2. de Pont. 8. 9.
Ignava. Stat. 12. Theb. 384.
Mitis. Ovid. 3. Trist. 4. 35.
Spectata. Ovid. 4. Fast. 37.
Spreta. Catul. Argon. 62. 386.
Trepida. Seneca Med. 7.
Temeraria. Stat. 3. Silv. 3. 198.
Velox. Stat. 3. Silv. 1. 12.
Adhibere pietatem. V. ADHIBEO.
Cavere pietatem. V. CAVEO.
Colere pietatem. V. COLO.
Cole pietatem, quæ quum sit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. Cic. in Somn. Scip. 7.
Colitur pietate propinquitas. Cic. pro Quint. 26.
Efficit deos placatos pietas & sanctitas. Cic. 2. Off. 11.
Evertere pietatem. Lucret. lib. 3. 84.
Excidit pietas. Ovid. 1. Trist. 4. 14.
Excitari pietate ad accusandum. Cic. pro Cluent. 172.
Frangi pietate alicujus. Ovid. 1. Epist. 85.
Jacet victa. Ovid. 1. Met. 149.
Læditur sæpe vultu. Cic. pro Rosc. Amer. 37. Si id quod præclare a sapientibus dicitur, Vultu sæpe læditur pietas: quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum, si res postularet, jura divina atque humana cogebant?
Monet pietas erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine conjunctos officium conservare. Cic. 2. de Invent. 161.
Præstanda parentibus. Cic. in Bruto, 126. Utinam non tam fratri pietatem, quam patriæ præstare voluisset. De C. Graccho loquitur.
Repletum pietate genus. Lucret. lib. 2. 1168.
Satisfacio omnibus officio omni, ac potius pietate erga te ceteris. Cic. 1. Fam. 1.
Victa jacet pietas. Ovid. 1. Met. 149.
Victa pietas cupidine ventris. Ovid. 15. Met. 175.
Victa metu. Ovid. 13. Met. 663.
Victa furore. Hor. 3. Carm. 27. 35.
Pietas, L. Antonius dictus, quod eo animo Rempub. tractarit una cum Fulvia, quasi pro Marco Triumviro fratre laboraret. Unde a Dione dicitur Λεύκιος Ἀντώνιος Πίετας, id est εὐσεβής, quanquam a Glaresno mendose Pætus nominatur. Sigonius.

PIETĀTICULTRIX, icis. f. Quæ pia est erga parentes. Petron. Sat. cap. 55.
Ciconia etiam, grata, peregrina, hospita,
Pietaticultrix, gracilipes, crotalistria.

Pio, ire, cum Derivatis. V. suo loco.
Pius, Metellus nominatus, quod a Furio Tribuno patris reditum exoravit. Antoninus quoque Imp. Pius dictus est, quod animum a belli ferocitate alienatum haberet: malletque unum (ut inquiebat) civem servare, quam mille hostes trucidare. Dion. Alexander lib. 1. cap. 9.

P I X

Pix, picis. f. [πίσσα, πίσ̈α] nihil aliud est, inquit Ruellius, quam Fluxus combustæ in tæda suæ resinæ: de pinu fere omnis, ut Theophrastus inquit, quanquam in Syria terebinthi quoque picem ferunt, quia desint ibi pinus. Ceterum pix liquida coquitur ad navium, & ad multos alios usus. Plin. lib. 14. cap. 19. Vini lenitatem excitat Italiæ pars aliqua rabulana pice: ac resina condire musta vulgare est ei, provinciisque finitimis. Columel. lib. 6. cap. 32. Atque ita factis ulceribus mederi liquida Pice atque oleo. De generibus picis V. Plin. lib. 16. cap. 10.
Flos picis. Scribon. Largus comp. 40. pr. Picis flos, quod pissélæon appellant. Paulo post, Florem picis autem appello, quod excipitur, dum ea coquitur, lana superposita ejus vapori. [Forte πισσάνθ☉- scripsit. Nam πισσέλαιον alia res. V. f. l.
Atræ picis massa. Virg. 1. Georg. 275.
Illyrica pice nigrior. Ovid. 2. de Arte Am. 658.
Cælum pice nigrius. Ovid. 18. Epist. 7.
Induere postes pice. V. INDUO.
Lentascit tellus in morem picis. Virg. 2. Georg. 250.
Manantes picem arbores. V. MANO, are.
Pice fervefacta superfusa cruciabantur malefici. Plaut. Capt. 3. 4. 65.

—et pol te, si bis sapias senex,
Atra pix agitet apud carnificem, tuoque capiti illuceat. Et Lucret. 3. 1030.
Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ.

Picula, æ. f. dimin. Apul. de Herb. cap. 36. Herbam cum nitro & axungia & picula ex aceto tere. Adde Veget. Mulom. 3. 3.
Piceus, a, um. Adj. [πισσώδης] Quod est ex pice, vel Viscosum ac tenax, vel frequentius Nigrum, ut pix. Martial. lib. 2. 41.

Et tres sunt tibi, Maximina, dentes,
Sed plane piceique, buxeique.

Caligo picea. Virg. 2. Georg. 309.
Imber. Plin. lib. 16. cap. 33.
Lumen tædæ. Virg. 9. Æn. 75.
Nimbus. Stat. 1. Theb. 97.
Nubes. Ovid. 11. Met. 549.
Nubile. Sil. lib. 5. 37.
Turbo. Virg. 3. Æn. 573.
Picinus, a, um. aliud Adj. Plin. 15. 27. E pice fit, quod picinum appellant. Hard. ex MSS. Pissinum rectius.
Picatus, a, um, aliud Adj. [πισσηρός] Pice illitum significat. Translate Martial. lib. 8. 59. in furem,

Non fuit Autolyci tam picata manus. Quia capit, tenet, & aufert quicquid attingit, ut pix. Al. Piperata rectius.

Picaria, æ. & Picariæ, arum. f. Picis fodinæ, quales populus Rom. in reditu habuit, teste Ulp. l. 17. Inter publ. in fin. de verbor. signif. in P. Cic. in Bruto, 85. Nam quum in silva Scantia cædes facta esset, notique homines interfecti, insimulareturque familia, partim etiam liberi societatis ejus, quæ picarias de P. Cornelio & L. Mummio Censorib. redemisset. Al. Pecuarias. Certe lectio dubia est. V. quæ in PECUARIA notamus.
Pico, [πισσόω] are. Pice inducere, vel illinere. Plin. lib. 12. cap. 7. Pissoceros super eam venit, picantium modo, seu dilutior. Columel. lib. 12. cap. 18. Ceteraque vasa ante quadragesimum vindemiæ diem picanda sunt. Paulo post, Et ferventissima pice infusa novo alio rutabulo & scopula picatur.
Picatus, a, um. Partic. [πισσωθείς] Plin. lib. 25. cap. 17. Picata vasa fictilia. Columel. lib. 12. cap. 2. Dolia partim picata, partim defricata. Picatum etiam dicitur Quod picem resipit. ut, Picatum vinum. Plin. lib. 23. cap. 1. Martial. lib. 13. 107.

Hæc de vitifera venisse picata Vienna
Ne dubites: misit Romulus ipse mihi.

Pixacanthum, In PYXACANTHUM.
Pixodarus, i. m. [Πιξώδαρ☉-] Unus ex filiis Hecatomni Cariæ regis, frater Mausoli & Artemisiæ, quæ Mausoleum construxit, de quo suo loco dictum est. Strab. lib. 14.

P L

PL. Plebs, Plus. PLD. Placidus. PLS. Plebs. PL. M. Plus minus.

P L A

Placabilis, Placatus. V. PLACO.
Placenta, æ. f. [πλακοῦς] Libum farinaceum, quod fit ex farina siliginea, caseo & melle. Dicta quod nobis placeat: vel quod ea solerent deos placare. Vel potius dicitur a Græco πλακοῦς. Horat. 1. Epist. 10. 11.

Pane egeo jam, mellitis potiore placentis. Plin. lib. 7. cap. 53. de mortibus repentinis, Jam Manlius Torquatus Consularis, quum in cœna placentam appeteret, &c.

Absorbere totas placentas. Hor. 2. Serm. 8. 24.
Placentarius, i. m. Qui placentas conficit. Vet. Gloss. Πλακουντάρι☉-, Placentarius.
Placentia, æ. f. [Πλακεντία] Urbs Italiæ ad Trebiam amnem, nec procul a Pado, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 15.
Placentinus, a, um. [Πλακεντῖν☉-] gentile. Cic. de Clar. Orat. 372.
Placentinus, i. m. JC. apud Montem Pessulanum, jus civile satis prudenter docuit, circiter annum 1200. Sed qui illum sequuti sunt, barbarie fœdissima Romanorum jus conspurcarunt.
Placeo, ui, itum, [ἀρέσκω, ἁνδάνω, εὐαρεστέω, ἀνδάνω] ere. Gratum esse. Columel. lib. 9. cap. 7. Quoniam plerisque videtur operosum istud, qualiacunque vasa placuerint collocari.
Amaritudine placet piper. Plin. lib. 12. cap. 7.
Dote omni tibi placebam. Ovid. 4. Trist. 3. 57.
Facie placere. Ovid. 6. Epist. 83.
Factis. Ovid. 11. Met. 323.

Gestu illa placet. Ovid. 2. Amor. 4. 29.
Meritis. Ovid. 6. Epist. 83.
Moribus. Ovid. 2. Amor. 14. 9. al. Matribus.
Ratione aliqua. Claud. 1. in Eutrop. 77.
Placere & Displicere, contraria. Cic. pro Domo, 53. Nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exsulibus Byzantinis displiceret?
Agam sic, ut ipsi auctori hujus disciplinæ placet. Cic. 1. de Finib. 28.
Plus justo. Hor. 3. Carm 7. 24.
Nec carmina nobis ipsa placent. Virg. Ecl. 10. 63.
Cœpta placent. Ovid. 8. Met. 67.
Meum mihi placebat, illi suum. Cic. 14. Att. 22.
Otia semper placuerunt meæ menti. Ovid. 4. Trist. 8. 7.
Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes. Virg. 2. Georg. 485.
Sententia ista sibi placuit. Propert. lib. 2. 9. 37.
Sibi placere, De se contentum esse, ut vulgo loquuntur. Cic. 2. de Orat. 15. Ego enim (ut quemadmodum sentio loquar) nunquam mihi minus, quam hesterno die placui.
Placet, fere in tertiis personis, pro Videtur, censet, est ejus opinionis, & quod vulgus dicit, *melius visum est*. Cic. 3. Philip. extr. Senatui placere, uti C. Pansa, A. Hirtius Coss. dess. &c. Idem 1. Fam. 2. Itaque postridie placuit, ut breviter sententias diceremus. Sic 1. de Divin. 110. Ut doctissimis sapientissimisque placuit. Budæus.
Placere, verbum est consentis: verbum item apponi solitum in Senatusconsultis. Cic. 6. Philip. 2. Tumultum esse decerni, justitium edici, saga sumi, dixi placere. [Huc pertinent & supra ex Cic. a Bud. prolata, nisi quod in ultimo exemplo refertur ad Opinationem philosophorum.
Inter nos placuit, Convenit. Ulpian. in l. Si rem. D. de præscript. verb. Si quum unum bovem haberem, & vicinus unum, placuerit inter nos, ut per denos dies ego ei, & ille mihi bovem commodaremus; ut opus faceret, &c.
Non ita dis placuit. Ovid. 4. Trist. 11. 7.
Medico quid placeat videbis. Cic. 16. Fam. 1.
Placet de. Cic. 13. Att. 1. Exspecto quid istis placeat de epistola ad Cæsarem. conf. Placere & Displicere, supra.
Placuit & Placitum est: sicut Licuit & Licitum est, dicimus, ait Serv.
Placitum est mihi, vel Placitum est ut, Visum est. Cic. 11. Fam. 2. Quum in his angustiis versarer, placitum est mihi, ut postularem legationem liberam mihi.
Sic placitum. Virg. 1. Æn. 285.

Consilia in melius referet, mecumque fovebit
Romanos, rerum dominos, gentemque togatam.
Sic placitum. Ubi Servius, Placitum, vel satis, vel mihi: nam Impersonale est.

Eleganter in expostulationibus utitur Ter. Eun. 5. 2. 12.

THA. Aufugistin'? CHÆR. hera, factum. TH. satin' id tibi placet?
I. e. Non facti pœnitet? V. & Cic. 6. Att. 6.

Placere, pro Blandiri. Tacit. de Orat. 32. Satis multos offendit: qui si forte hoc audirent, satis scio dicturos, me, dum juris & philosophiæ scientiam, tanquam oratori necessariam, laudo, ineptiis meis placuisse.
Cura placendi tibi est. Ovid. 13. Met. 764.
Studiosa mulier placendi. Ovid. 3. de Arte Am. 423.
Placens, entis. Partic. [ἀρέσκων] ut, Uxor placens. Hor. 2. Carm. 14. 21.
Placitus, a, um. aliud Particip. [ἀρεστός] Quod placuit. Ter. in prol. Hec. 21. Ubi sunt cognitæ, placitæ sunt. Columel. in præfatione lib. 1.
Disciplina placita. Ovid. 17. Epist. 98.

Est virtus placitis abstinuisse bonis.

Forma placita. Ovid. 2. Fast. 777.
Superl. Justin. 18. 3. 9. Eumque potissimum, quasi placitissimum diis. V. ibi Scheffer. & Stat. 12. Theb. 302.
Placitus & Placidus sæpe confunduntur a librariis. V. Drakenb. ad Sil. 1. 21.
Placitum, i. n. [ἀρέσκον, ἀρεστόν] Decretum: quod quæ decreta sunt, ea sic Senatui vel majoribus placuisse videntur. Plin. lib. 14. cap. 22. Medicorum placitis novitate aliqua sese commendantium. Ovid. 2. de Arte Am. 243.

Si tibi per tutum, placitumque negabitur ire. Sed Heinsius legit Planumque.

Placitum, pro Pacto & convento. Hermogenianus in l. Incertis. D. de judiciis, sed & si qui nummis redemptos se, & non manumissos, contra placiti fidem, asseverent.
Placiturus, a, um. [ἀρέσων] Partic. ut,
Dicta haud placitura referre. Virg. 12. Æn. 76.
Sacerdos platitura Marti. Tibull. 2. 5. 51.
Placendus, a, um. Adj. [ἀρεστέ☉-] Quod placere debet, & acceptum esse. Plaut. Trinum. 5. 2. 35.

Si illa tibi placet, placenda dos quoque est, quam dat tibi.

Placentia, æ. f. [ἀρέσκεια] Latinis veteribus dictus Habitus animi vitiosus, quo semper studemus placere. Apul. de Philosoph. 2. p. 15. Elmenh. In homine ad placentiam ac mediocritatem Libido flectitur.
Placibilis, e. Adj. Tertull. Resurr. carn. cap. 47. Hostia placibilis Deo. [An Placabilis? conf. in PLACO.
Placito, are. frequentat. [ἀρέσκομαι] Plaut. Bacchid. 4. 10. 5.

Neque placitant mores, quibus video volgo gnatis esse parentes.

Placidus, a, um. Adj. [ἄλυπ☉-, ἤπιος, ἀταραχός, ἤσυχος, ἡσύχιος, πρᾶ☉-, ἀτάραχ☉-] Mitis, sedatus: quod illa, quæ quieta sunt, omnibus placent. Donatus; Clemens, est circa recte agentes: Placidus etiam circa delinquentes. Clemens, animo: Placidus, vultu. Ter. Adelph. 5. 4. 10.

Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Plaut. Merc. 5. 4. 4.
Uxor tibi placida & placata est. certe dextras nunc jam.

Placida & Immitis, contraria. Hor. in Arte Poet. 12.
Fervere & Placidum esse, contraria. Ter. Adelph. 4. 1. 18.
Dare se placidum alicui. Ovid. 1. Fast. 17.
Reddere placidum mollemque aliquem. Cic. pro Cæcin. 28.
Ævum placidum degere. Lucret. lib. 2. 1093.
Amnis placidus. Ovid. 1. Met. 702.
Amor. Virg. 4. Æn. 38.
Aures. Virg. 4. Æn. 440.
Caput Neptuni. Virg. 1. Æn. 131.

Conſtantia placida & quieta. Cic. 2. Tuſcul. 10. In participe rationis ponunt tranquillitatem, id eſt placidam quietamque conſtantiam.
Deus. Ovid. 4. Triſt. 5. 20.
Dictis placidis miſcere ſomnia. Ovid. 4. Met. 651.
Fœdus placidum. Virg. 10. Æn. 15. Al. Placitum rectius.
Iter. Plin. in Paneg.
Lector. Ovid. 3. de Pont. 4. 9.
Lumine placido aliquem videre. Hor. 4. Carm. 3. 2.
Manum dare placidam alicui. Ovid. 3. Triſt. 1. 2.
Mens placida & alta. Quintil. in proœm. lib. 6.
Mente placida ferre aliquid. Ovid. 13. Met. 214.
Mores. Columel. lib. 6. cap. 20.
Oratio placida, ſummiſſa, lenis. Cic. 2. de Orat. 181.
Ore placido edere aliquid. Virg. 7. Æn. 194. Edere, Loqui.
Pax, Tranquilla. Virg. 1. Æn. 253.
Pax placidiſſima in animo. Cic. 5. Tuſc. 48. An delectationis & otii conſumandi cauſa locuti ſumus, ſapientem ab omni concitatione animi, quam perturbationem voco, ſemper vacare, ſemper in animo ejus eſſe placidiſſimam pacem?
Pectus. Virg. 1. Æn. 525.
Quies. Plin. lib. 10. cap. 75.
Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam. Virg. 6. Æn. 371.
Senectus. Hor. in Carm. ſæcul. 46.
Senectus placida & lenis. Cic. de Senect. 13.
Somnus, Quietus. Ovid. 3. Faſt. 185.
Somnus placidiſſimus deorum. Ovid. 11. Met. 623.
Sopor. Virg. 4. Æn. 522.
Vitam placidam ac pacatam degere. Lucret. lib. 5. 1121.
Vultus. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 118.
Vultu placido videre aliquem. Tibull. lib. 2. 4. 59.
Animalia placida, quibus Fera opponuntur. Plin. lib. 8. cap. 53.
Canis. Plaut. Moſtel. 3. 2. 164.
Columba. Ovid. 7. Met. 370.
Ovis. Ovid. 1. Faſt. 360.
Placidus etiam de inanimatis, ut
Arbor placida, cui Silveſtris opponitur. Plin. lib. 16. cap. 5.
Cælum. Sil. lib. 12. 667.
Dies. Ovid. 11. Met. 735.
Dies placidus & ſerenus. Plin. 6. Epiſt. 15.
Hiems. Ovid. 2. de Pont. 7. 59.
Loca placidiora. Pallad. 1. 6.
Mare ſtat. Virg. 2. Ecl. 26.
Mors. Virg. 6. Æn. 522.
Palus, Tranquilla. Virg. 8. Æn. 88.
Portus æterna placidos quiete. Senec. Agamemn. 7. 1.
Venti. Virg. 5. Æn. 763.
Undis placidis natare. Ovid. 13. Met. 899.
Urbes placidæ, Expertes tumultus bellici. Virg. 7. Æn. 46.
Compar. Liv. 3. 14. Nihil placidius aut quietius. conſ. Loca placidiora.

PLACIDŬLUS, a, um. Adj. dimin. ut, Cinis placidula. Auſon. Parental. 27. 3.

PLACĬDE, Adv. [ἠρέμα, ἡσυχίως] Quiete, ſine tumultu. Plaut. Bacch. 4. 4. 56.
Accepta eſt placide oratio. Liv. 2.
Accubare placide. Plaut. Moſt. 3. 2. 167.
Agere aliquid placide & otioſe. Plaut. Pœn. 3. 1. 42.
Amplecti placide aliquid. Virg. 5. Æn. 86.
Aperire placide forem. Plaut. Bacch. 4. 7. 35.
Currere placide. Plaut. Rud. 4. 8. 10.
Exquirere placide. Plaut. Merc. 1. 1. 55.
Ferre placide ſedateque dolorem. Cic. 2. Tuſc. 58. Veruntamen dolorem ſuum nemini impertiebat: Prætoris injurias tacite, hoſpitis placide ferendas arbitrabatur.
Ferre placide injuriam. Cic. 4. Verr. 84.
Loqui placide ſedateque. Cic. in Orat. 92.
Pulsare fores placide. Plaut. Men. 1. 2. 65.
Sequi placide aliquem. Plaut. Mil. 4. 6. 5.
Regere fervidam mentem, & placide tractare. Sen. Med. 7.
Vivere placide. Ovid. 2. Amor. 9. 24.

PLACIDĬTAS, ātis. f. [ἠρεμότης] Gell. lib. 13. cap. 21. ex commentario Servilii Claudii, Nerio dictum quaſi Neirin, hoc eſt ſine ira, & cum placiditate: ut eo nomine mitem, tranquillumque fieri Martem precemur. Varro de R. R. lib. 2. cap. 1. In queis primum non ſine cauſa putans oves aſſumptas & propter utilitatem, & propter placiditatem. V. Lactant. 6. 15.

PLACOR, ōris. m. Vulg. Interpr. Sirac. cap. 4. 13. Complectitur placorem ejus.

PLACĬDO, āre. Placidum reddare. Ambroſ. 3. de Virgin. Ubi curſus ſuos ab equorum perturbatione placidaverit.

PLĀCO, [ἱλάσκω, ἐξιλάσκομαι, πραΰνω, ἐκμειλίσσομαι] āre. Mitem ac placidum facere, ſedare, tranquilliorem facere. Ter. Heaut. 5. 4. 21.
Quam pudet: neque quod principium inveniam ad placandum, ſcio.
Pacem animis affert, & eos quaſi concordia quadam placat ac lenit temperantia. Cic. 1. de Fin. 47.
Placare aliquem alicui. Cic. 2. In Catil. 17. De his qui diſſimulant, qui Romæ remanent, qui nobiſcum ſunt, nihil dicimus: quos quidem ego, ſi ullo modo fieri poſſet, non tam ulciſci ſtudeo, quam ſanare, & ipſos placare Reipub.
Placare, & Lenire ſe alicui. Cic. 7. Philipp. 24. Jam vero ipſe ſe placabit & leniet provinciæ Galliæ, a qua excluſus & repudiatus eſt.
Sibi aliquem placare. Cic. 13. Fam. 1.
Animum placare & mitigare. Cic. 10. Philipp. 6. Quamobrem collige te, placaque animum aliquando, & mitiga.
Animos judicum. Cic. pro Font.
Homines deoſque. Ovid. 3. de Arte Am. 653.
Munera (crede mihi) placant hominesque deoſque. al. Capiunt.
Ira placanda judicis. Tibull. lib. 4. 1. 47.
Iram dei donis. Cic. 2. de Legib. 22. Impius ne audeto placare donis iram deorum.
Iram deûm ſacris. Ovid. 12. Met. 399.
Iras diſcordiaſque noſtras inter nos. Cic. de Aruſp. Reſp. 46.
Objurgatores benevolos. Cic. 1. de Nat. Deor. 5.
Odia improborum. Cic. pro Domo 44.
Verbis ſupplicibus aliquem. Ovid. 4. Faſt. 155.
Placare deos, Manes, &c. Propitiare. Ovid. 2. Faſt. 533.
Eſt honor & tumulis, animas placate paternas.
Cyllenius tauro niveo placatur. Sil. lib. 3. 219.
Di ſuperi carmine placantur. Hor. 2. Epiſt. 1. 138.
Deos devotionibus. Cic. 3. de Nat. Deor. 15. Tu autem etiam Deciorum devotionibus placatos deos eſſe cenſes.
Deos placant Galli hoſtiis humanis. Cic. pro Font. 36.
Deos ture. Hor. 1. Carm. 36. 2.
Divos placavi ſanguine. Hor. 2. Serm. 3. 206.
Lares ture & horna fruge. Hor. 3. Carm. 23. 3.
Numina deorum. Ovid. 1. Faſt. 171.
Non eſt placandi ſpes mihi nulla dei. Ovid. 5. Triſt. 8. 22.
Placare, pro Gratias agere. Hor. 1. Carm. 36. 2.
Et ture & fidibus juvat
Placare, & vituli ſanguine debito,
Cuſtodes Numidæ deos:
Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima, &c. Hic (ait Acron) non irata aut mitigare, aut reconciliare numina parat, ſed aut grates referre, aut vota perſolvere. Propitii enim dei reduxerunt Numidam ſoſpitem. Placare (inquit Porphyr.) pro eo quod eſt Gratiam referre intelligendum, non ut placari irati dicuntur. Quum enim Numidam dicat ſoſpitem rediiſſe, apparet eum deos propitios & ante ſacrificia habuiſſe. Cuſtodes autem pro Conſervatoribus accipiamus. Hæc ille. Aſcenſ. ſic exponit: Placare, i. e. Placidos, & (ut dicunt) contentos facere: quia dum diis vovemus, non ſunt placati, donec vota reddiderimus. Propterea dixit Debito, ſcilicet ex voto.
Placare frequenter transfertur ad inanimata, ut
Æquora tumida placat Neptunus. Virg. 1. Æn. 146.
Jejunia ventris voracis placare, Famem ſedare. Ovid. 15. Met. 74.
Ventrem eſca placavit iratum. Hor. 2 Serm. 8. 5.

PLACANS, antis. Partic. Cic. 2. de Divin. 63.
Aurigeris divûm placantes numina tauris.
Carmina placantia manes. Valer. 3. Argon. 408.

PLACĀTUS, a, um. Partic. [ἐξιλασθείς, ἱλαστός] Plin. lib. 12. cap. 18. Nec minus propitii erant mola ſalſa ſupplicantibus, immo vero (ut palam eſt) placatiores.
Æquus & placatus. Q. Cic. de Petit. Conſul. 36. Quibus propter aliquod officium neceſſitudinis affuturum negaris, tamen ii poſſunt abs te placati, æquique diſcedere.
Incenſus ira & Placatus, contraria. Cic. 6. Att. 2. In hac autem peregrinatione, militiave noſtra ſæpe incenſum ira vidi, ſæpe placatum.
Mite & placatum. Cic. 5. Att. 1. Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in ſororem tuam.
Dii placati, Propitiati. Cic. pro Marcell. 18. Ut mihi quidem videantur dii immortales, etiamſi pœnas a Pop. Romano ob aliquod delictum expetiverint, qui civile bellum tantum & tam luctuoſum excitaverunt, vel placati jam, vel etiam ſatiati aliquando, omnem ſpem ſalutis, ad clementiam victoris & ſapientiam contuliſſe.
Mens. Lucret. lib. 5. 1102.
Ore placato ſonuit. Ovid. 14. Met. 593.
Deus placatus. Ovid. 1. Triſt. 3. 40.
Deos placatos pietas efficit & ſanctitas. Cic. 2. Off. 11.
Sepulcra, Manes placati. Ovid. 2. Faſt. 33.
Quietus & Placatus. Cic. 5. Tuſc. 16. Animi quietus & placatus ſtatus cernitur, quum perturbatio nulla eſt, qua moveri queat. i. e. Placidus.
Vita. Cic. 1. de Fin. 71. Ut omnes bene ſanos in viam placatæ, tranquillæ, quietæ, beatæ vitæ deduceret?
Gurges. Valer. 4. Argon. 338.
Maria. Virg. 3. Æn. 69.
Procella. Propert. lib. 1. 17. 7.
Res placatæ & minime turbulentæ. Cic. in Orat. 63.
Compar. Liv. 2. 60. Placatior patribus exercitus rediit.
Superl. Cic. 1. Tuſc. 97. Quies placatiſſima.

PLACĀTE, Adv. [ἀταράχως] Imturbate. Cic. 6. Fam. 1. Omnia humana placate & humane feramus.
Compar. Idem 6. Fam. 13. Sed hoc ipſum intelligimus eum quotidie remiſſius, & placatius ferre.

PLACĀTIO, ōnis. f. [ἐξίλασις] Cic. 4. Tuſc. 60. Sed omnis ejuſmodi perturbatio animi placatione abluatur.
Deorum immortalium placatio. Cic. 3. de Nat. Deor. 5.

PLACĀTRIX, īcis. f. Salvian. de Gubern. Dei lib. 3. p. 57. Eccleſia eſſe debet placatrix Dei.

PLACATŌRIUS, a, um. Adj. Tertull. de Patient. cap. 13. Afflictatio carnis hoſtia Domino placatoria.

PLACĀBĬLIS, e. Adj. [εὐίλατος] Quod facile placatur. Cic. 4. Verr. 95. Hic qui Romam veniſſet, ſatiſque feliciter anni jam adverſo tempore navigaſſet, omniaque habuiſſet æquiora & placabiliora, quam animum Prætoris atque hoſpitis, rem ad amicos ſuos detulit.
Æquus & placabilis. Cic. in Orat. 34. Ut eos ipſos, quos contra ſtatuas, æquos placabileſque dimittas. Legitur & Placatos.
Inexorabilis & Placabilis, contraria. Auctor ad Herenn. lib. 4. 50. Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes.
Irritabilis & Placabilis, contraria. Cic. 1. Att. 14. Si ita ſtatueris, & irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles, &c.
Quo quiſque eſt major, magis eſt placabilis iræ. Ovid. 3. Triſt. 5. 31.
Præbere ſe placabilem alicui. Cic. 12. Att. 13.
Ingenium placabile ad preces. Liv. 4.
Ira deorum. Ovid. 1. de Pont. 9. 23.
Numen ſolet fieri placabile. Ovid. 2. Triſt. 121.
Omnia æqua & placabilia habere. Cic. 4. Verr. 95.
Placabilius eſt. Ter. Adelph. 4. 3. 17.
Quapropter te ipſum purgare ipſis coram, placabilius eſt. h. e. Res erit placabilior.
Active, Quod placat. ut, Sacrificium placabile. Lactant. Inſt. Epit. 6. 14.
Hoſtiæ placabiliores, Idem 4. 28. conſ. Placibilis in PLACEO.

Plăcābĭlĭter, Adv. Gell. 7. 3. Propitiandi laudabiliter ac placabiliter.

Placabilĭtas, ātis. f. [τὸ εὐίλατον] Cic. 1. Off. 88. Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clementia.

Placāmen, inis. n. [ἱλασμὸς] Quo quis placatur. Liv. 7, 2. Et quum vis morbi nec humanis consiliis, nec ope divina levaretur, victis superstitione animis, ludi quoque scænici, nova res bellicoso popolo (nam Circi modo spectaculum fuerat) inter alia cælestis iræ placamina instituti dicuntur.

Placamentum, i. n. Idem. ut, Deorum placamenta. Plin. 8. 47. Iræ hostilis placamenta. Tacit. 1. Hist. 63.

Placia, æ. f. [Πλακία] Mysiæ oppidum, juxta Cyzicum Milesiorum oppidum, ut scribit Plin. lib. 5. cap. ultimo. [Steph. Πλάκη. lege Πλακία.

Placiadæ, arum. m. [Πλακιάδαι] Vici cujosdam Atticæ regionis incolæ vocantur, apud quos moris erat ut, qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas pœnas daret, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis esse dicuntur. Quod si raphani forte non fuissent ad manum, steleo utebantur, id est ligonis ligno. Hinc Placiadæ, proverbium, quod dici refert Plutarchus de deprehensis adulteris, & contumeliose, sicut merentur, tractatis.

Plăcĭdeianus, seu **Placidiānus**, i. m. fuit Gladiator præstantissimus, ut ex Lucilii versibus apparet, quos profert Nonius Marcellus 4. 62. in declaratione verbi Compono. Meminit & Hor. 2. Serm. 7. 97.

> Aut Placideiani contento poplite miror
> Prælia, &c. Sed rectius scribitur Pacidianus, q. V. supra.

Plăcītis, idis. f. [πλακῖτις] Cadmiæ species, quæ velut fuligo quædam, aut favilla ex fornacibus ærariis egesta, parietibus adhæret: nam propter sui gravitatem, ad testudinem evolare non potest. Dicta Placitis ab eo, quod speciem referat crustæ, quam Græci πλάκα vocant. Galen. lib. 9. Simplic. & Plin. lib. 34. cap. 9. & 10.

Pladarotes, [πλαδαρότητες] Pladarotes, sunt mollia veluti corpora, lævia, & maxime decolora, palpebrarum parte interna nondum asperitudinem habentia. Galen. Introd. in Medic. c. 15.

Plados, i. m. [πλάδος] est Superflua, sive nimia humiditas. Hippocr. lib. 1. de morb. vulgar. n. 11. Galen. Com. 11. in lib. 1. Hippoc. de morb. vulg. Omnibus undequaque multus plados.

Plăga, æ. f. [πληγὴ] Percussio, vulnus. Ter. Eun. 2. 2. 13. Neque plagas pati possum.

Dolor, crepitusque plagarum. Cic. 7. Verr. 162. Cædebatur virgis in medio foro Messanæ civis Romanus, Judices, quum interea nullus gemitus, nulla vox alia istius miseri, inter dolorem crepitusque plagarum, audiebatur, nisi hæc, Civis Romanus sum.

Nodi plagarum, Tubera ex plagis. Stat. 4. Theb. 73. de Tauro.

Experta plagarum corpora. Lucret. lib. 3. 813.

Ex retuso telo plaga. Cels. lib. 5. cap. 26.

Altæ plagæ, Profundum vulnus. Senec. OEdip. v. 346.

Exigua. Cels. lib. 5. cap. ult. de phygethlo.

Luculenta. V. luculentus.

Lunata. Cels. lib. 7. cap. 26.

Vehementior. Cic. 2. Tusc. 56. Pugiles etiam, quum feriunt adversarium, in jactandis cæstibus ingemiscunt: non quod doleant, animove succumbant, sed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior.

Plaga sæpe translate, pro Incommodo. ut

Plaga ab. Cic. 9. Fam. 16. Hæc levior est plaga ab amico, quam a debitore.

Odiosa. V. odium.

Accipere plagam. Cic. 2. Tusc. 41. Qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quam turpiter vitare? Et 1. de Nat. Deor. 70. Graviorem enim plagam accipiebat, ut leviorem repelleret.

Adhibere plagas. V. adhibeo.

Consumere hostem plagis. Hor. 2. Epist. 2. 97.

Dissolvere corpora valida plaga. Lucret. lib. 3. 819.

Domare corpora plagis. Lucret. lib. 2. 1143.

Facere gravem plagam. Cic. in Orat. 228. Sic oratio, nec plagam gravem facit, nisi, &c.

Gall. *Faire grande playe*. H. St.

Facta plaga. Celsus 7. 19. de incisione inguinis vel scroti loquens, Plaga facta, foramen deorsum versus subest.

Ferre plagam. Virg. 10. Æn. 797.

Hiat plaga. Columel. lib. 4. cap. 29. Ne, quum scalpro factum fuerit iter surculo, plus justo plaga hiet. conf. Apul. 8. Met. p. 210. Elmenh.

Imponere plagam insanabilem alicui. Cic. pro Sext. 44.

Infligere plagam mortiferam alicui. Cic. in Vatin. 20. Si ad cetera vulnera, quibus putasti Rempub. deleri, hanc quoque mortiferam plagam inflixisses.

Injicere plagam. Cic. pro Muren. 48. Illa plaga est injecta petitioni tuæ maxima.

Internectere efflantes plagas. Stat. 8. Theb. 168.

Levare plagam. V. levis.

Obducere plagam limo. V. obduco.

Perferre plagas. Cic. 9. Fam. 16. Gladiatores, aut perditi homines, aut barbari, quas plagas perferunt?

Peremptus plagis vitulus. Virg. 4. Georg. 301.

Præbere corpus plagis. Ovid. de Nuce 171.

Sedere plaga dicitur, apud Ovid. 3. Met. 88.

Succumbunt externis omnia plagis. Lucret. lib. 2. 1140.

Suere plagam. Cels. lib. 5. cap. 26.

Fieri meliorem plagis Phrygem. Cic. pro Flacc. 65. Utrum igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus proverbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem?

Plaga, Incisio arboris. Plin. lib. 12. cap. 25. Succus e plaga manat. conf. Hiat plaga, Obducere plagam, Præbere corpus plagis supra.

Plāgōsus, a, um. Adj. [πληγώδης] Plagis plenus. ut, Plagosa crura, apud Apulejum, lib. 8. Et, Dorsum plagosum, apud eundem lib. 9. p. 222. Plagosus Horatio dicitur Orbilius grammaticus, qui sæpe plagas infert, 2. Epist. 1. 69.

> Non equidem insector, delendaque carmina Livi
> Esse reor, memini quæ plagosum mihi parvo
> Orbilium dictare. Hinc est illud Domitii Marsi,
> Si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit. V. Libellum Suetonii de Claris grammaticis cap. 9.

Plāgo, āre. Percutere. August. de Civ. Dei, 21. cap. 11. Lascessivit dominum vel plagavit. V. Vet. Schol. in Juven. 6. Sat. 652.

Plagiātor, ōris. m. Idem qui Plagosus. Hieron. Epist. 6. Magistrum pueri tui plagiatorem ejus esse, non dubium est. V. infra plagium.

Plagĭger, ĕra, ĕrum. [πληγοφόρος] Ad ferendas plagas quasi natus. Plaut. in Pseudolo 1. 2. 20. Plagigera genera hominum.

Plagigĕrŭlus, a, um. Adj. Idem. Plaut. Most. 4. 1. 19. Peculii sui prodigi plagigeruli.

Plagipătĭda, æ. m. Qui plagas patitur. Plaut. Most. 2. 1. 9. & Capt. 3. 1. 12.

Plăgæ, arum. f. Retia dicuntur rariora, ad capiendas feras: quod plagis, id est foraminibus plena sint. Virg. 4. Æn. 131.

> Retia rara, plagæ, & lato venabula ferro. Servius in hunc locum scribit, Plagas proprie Funes illos dici, quibus retia tenduntur circa imam & summam partem. Cic. 3. Off. 68. Suotne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec agitaturus?

Aucupes, & plagæ. Ulpian. in l. Quæsitum. §. Si in agro. D. de fund. instruct.

Densæ plagæ. Hor. 3. Carm. 5. 32.

Dispositæ. Seneca Thyest. 6.

Nodosæ. Ovid. 6. Fast. 110.

Raræ. Senec. Hippol. 1.

Ambire silvas plagis nexilibus. Ovid. 2. Met. 499.

Cadere in plagas. Ovid. 3. de Arte Am. 428.

Sæpire saltum plagis. Lucret. lib. 5. 1250.

Tendere plagas, Disponere retia. Ovid. 1. de Arte Am. 270.

Trudere apros in obstantes plagas multa cane. Horat. Epod. 2. 32.

Incidere in plagas, per translationem, pro Incidere in periculum. Cic. 7. Verr. 151. Si mehercules (id quod fieri intelligo non posse) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua via, ac ratione explicaris: in illas tibi majores plagas incidendum est, in quibus te ab eodem me, superiore ex loco, confici & concidi necesse est.

Conjicere se in plagas. V. conjicio.

Jaci in plagas amoris. Lucret. lib. 4. 1140.

Texere plagas contra se. Cic. 4. Acad. 147. Quum plus uno verum esse non possit, jacere necesse sit tot, tam nobiles disciplinas, quam de oculorum sensuumque reliquorum mendaciis, & de sorite, aut pseudomeno, quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt.

Plagæ, Tapetes, vel tapetia Græce dicuntur, Stragula Latine. Varro de vita Pop. Romani, Chlamydes, plagæ, vasa aurea. Idem, Eburneis lectis & plagis sigillatis. Nonius 14. 5. V. loc. in seq. dict.

Plagæ, Grande linteum, tegmen, seu velamen, quale est quod nobiliores viduæ nostrates gestant. unde Pagulæ, diminutivum.

Plăga, æ. f. priore similiter correpta, [παρατεῖνον, κλίμα] Cæli vel terræ spatium amplissimum, quod etiam Tractus, & Clima a Græcis, dicitur. Virg. 7. Æn. 226.

> — & si quem extenta plagarum
> Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui. Plin. lib. 16. cap. 2. In eadem Septentrionali plaga Herciniæ silvæ.

Cæli plagas scrutari. Cic. 2. de Divin. 30. Ex poeta.

Extra pondus & plagam motus. Cic. de Fato, 22. Itaque tertius quidam motus oritur, extra pondus & plagam, quum declinat atomus intervallo minimo: id appellat ἐλάχιστον. [Hic videtur Plaga, Ictus, Percussio.

Mundi plaga, i. e. Pars. Senec. Herc. fur. 13.

Ætheria. Virg. 1. Æn. 398.

Ardens plaga, Regio ardentior Africæ. Claud. 1. in Eutrop. 179.

Cælestes. Ovid. 12. Met. 40.

Divitis arva plagæ. Valer. 1. Argo. 511.

Fervida. Senec. Herc. OEth. 9. Intelligit Zonam torridam.

Lactea cæli, Via lactea. Stat. 1. Silv. 2. 51.

Marmorata plaga ingenti dorso. Stat. 4. Silv. 3. 96. Intelligit Viam stratam marmoribus. Loquitur enim de via Domitiana.

Mitis. Sil. lib. 1. 213.

Solifera plaga, Plaga Orientis. Seneca Herc. OEth. 2.

Plăgŭla, æ. f. dimin. Stragulum. Plin. lib. 13. cap. 12. docens quomodo fiant chartæ, Premitur deinde prelis, & siccantur in sole plagulæ, atque inter se junguntur. Ita legit Budæus. Liv. 39. 6. Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu Asiatico invecta in urbem est. Ii primum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia & abacos, Romam advexerunt. Turnebus in hunc locum, Plagulæ, inquit, sunt Vela & textilia, quibus lecticæ & lecti intendebantur aut involvebantur: ut apud Tranquillum in Tit. Lectica dimotis plagulis. Nonius 14. 5. Plagas interpretatur, Grandia lintea, & toral, & lecticariam sindonem, unde per diminutionem Plagulæ, inquit, dicuntur. Hæc ille.

Apud Suetonium, cap. pænult. Titi Vesp. Quumque inde lectica transferretur, suspexisse dicitur, dimotis plagulis cælum. Legitur & Pallulis, sed Turn. improbat, Male ergo, inquit, qui Pallulis legunt (Nam ita cum Il) pejusque, qui Paludamentis. Vide & Beroaldum. H. St.

Plagulæ, Velamen plaoctus ex lino aut canabo. Ulpian. l. 23. §. 2. de auro & argen. leg. plagulas inter muliebres vestes recenset.

Plagium, Rete. V. infra f. l.

Plagiosippus, i. m. Adversarios. Auctor ad Herenn. 4. 42. V. Turneb. Advers. 20. 25. Al. Plagioxippus.

Plagialon, i. n. Tibiæ genus ex loto; fuerunt enim tibiarum multæ species: Elymos, ex buxo & lauro: Calami, ex avena, aut hordeo apud Gallos: Et veræ tibiæ, quæ ex avium majorum aut mortuorum tibiis, unde & nomen habuerunt, fiebant. Alexand. lib. 4. cap. 17. Nos fere eo verbo utimur, *flageolet*. [Veteres πλαγίαυλον vocant Tibiis obliquis canentem, & ipsam tibiam obliquam. V. Polluc. 4. 10. pr. cujus vitiosa lectione deceptus est Alexander.

Plăgium, i. n. Crimen, quo quis sciens liberum hominem aut alienum mancipium dolo malo vendit, emit, donat, celat. l. 5. §. 2. Dig. de re militari. Si plagium factum, vel adgressura, vel abigeatus, vel quid simile accesserit. V. Isidor. lib. 10. lit. P.

Plagium. Sic fit Flagitium, quasi Flagritium. H. St. Priora verba, quibus

bus vocis originem exposuit culter abstulit. Videtur cum Perotto & Calepino a Plagis arcessere. Sed V. Voss. Etymol. in hac voce.

Litterarium plagium, Quo quis, quæ mittit in vulgus, ex aliorum libris decerpens, horum tamen, a quibus profecit, dissimulato nomine, videri vult e suo peperisse ingenio, quæ aliis clam subtraxit. V. Jac. Thomasii disp. de Plag. Litter.

Plagium pro Reti dixit Gratius Cyneg. v. 24.

Armorum, casses, plagiique exordiar astus. Al. Cassesque, plagarumque ord.

Plăgiārius, i. m. [ἀνδραποδιστής] Qui liberum emit, vel vendit. Item Qui servo aut servæ persuadet, ut a domino dominave fugiat: vel eum eamve, invito vel nesciente domino celat, vinctum habet, emit vel vendit. Dictus plagiarius, quod lege Fabia plagis damnatus esset. Lex ipsa, Plagiaria, Crimen, Plagium vocatur. Callistratus in l. Non statim. D. Ad ad l. Fab. de Plagiariis, Servos alienos qui sollicitaverit, aut interceperit, crimine plagii, quod illi intenditur, teneatur necne, facit quæstionem. Cic. 1. Q. frat. 2.

Plagiarius est etiam Libellorum fur. Martial. 1. 53.

Impones plagiario pudorem.

Plăgiātor, ōris. m. Tertull. adv. Marc. 1. 23. Talis assertor damnaretur in sæculo, nedum plagiator.

Plagusia, æ. f. Genus piscis. Plaut. Rud. 2. 1. 9.

Marinam urticam, musculos, plagusias, striatas. Turnebus Placusias, Conchas esse putat, eas hoc nomine venire dicens, quæ crustam tegumenti latam patulamque habent, quasi πλακυστρεα dicantur. Nam a πλακὸς deducitur, quo nomine quum sit mons Ciliciæ, idem tamen etiam mons Placusius vocatur. Hæc ille. conf. Salmas. not.

Planaria, æ. f. Una ex Fortunatis insulis, a planitie dicta. Plin. lib. 6. cap. 32.

Planarius, V. PLANUS.

Planasia, æ. f. [Πλανασία] Insula est in mari Tyrrheno, non longe ab Ilva, ut auctor est Ptolemæus lib. 3. cap. 1. & Plin. lib. 3. cap. 6.

Planca, æ. f. [πλάξ] Tabula plana, a planitie ita appellata. Plin. lib. 8. cap. 43. Nec pontes (asini) transeunt, per raritatem plancarum translucentibus fluviis. Legitur in Mss. Per raritatem earum. V. Pallad. de R. R. 1. 21.

Plancæ dicebantur tabulæ planæ, ob quam causam & Planci appellantur, Qui supra modum pedibus planis sunt. Paulus. V. Cang. Gloss.

Planctus, V. PLANGO.

Plancus, i. m. [πλάγγος] Qui pedes imos graciles habet, planosque æqualiter, quasi tabellas quæ plancæ vocantur. Plin. lib. 11. cap. 45. Vola homini tantum, exceptis quibusdam. Namque & hinc cognomina inventa Planci, Plauti, &c. Gloss. Lat. Gr. Plancus, [illegible]. conf. dict. saper.

Plancus, i, m. [πλάγγος] est Aquila tertii generis, quam nonnulli Morphnon, Homerus Percnon, aliqui Anatariam appellant: huic vita circa lacus, secunda magnitudine & vi. Plin. lib. 10. cap. 3. Græcum est, ut apparet ex Aristot. Hist. anim. 9. 41.

Plancus, [Πλάγκος] cognomen est gentis Munatiæ apud Romanos ex qua L. Munatius, cujus exstant epistolæ luculenter scriptæ inter Ciceronianas. Hic (teste Eusebio n. 1990.) quum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit: qua civitas Senecæ temporibus deflagravit incendio. V. Scalig Animadv. p. 168 conf. LUGDUNUM.

Plancianus, a, um. Adj. ex nomine proprio, (quod sæpe fit) attributum confictum. Plancianum S. C. de liberis agnoscendis. l. j. §. Eleganter. de lib. agnoscend. in P. [Hoc fit a Plancius gentili.

Plane, V. PLANUS.

Plănēta, æ. m. [πλανήτης] Erro, erraticus & vagus. ἀπὸ τῆς πλάνης, id est ab errore. Tribuitur proprie sideribus, quæ Latini ab incessu vocant Errantia, & Erraticas stellas. Nigidius Errones appellat. Unde Virg. 1. Georg. 337. de Mercurio,

Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes. Sunt autem septem secundum veteres planetæ, Saturnus, Juppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

Planetārius, i. m. [γενεθλιαλόγος] Astrologus. August. Confess. 4. 3. Illos planetarios, quos mathematicos vocant, consulere non desistebam.

Planeticus, a, um. Adj. [πλανητικός] Sidon. 8. Epist. 11. Planeticorum siderum globus. i. e. Planetarum.

Plango, xi, ctum, [κόπτομαι] ĕre. Tundere, vel percutere. Ovid. 9. Met. 584.

Plangere nuda meis conabar pectora palmis. Lucilius,

— plangunt litora fluctus.

Humum pectore plangere, Percutere. Ovid. 1. Fast. 578.

Lacertos suos planxit. Ovid. 9. Met. 636.

Pectora plangere manu. Ovid. 3. Amor. 6. 58.

Pestem plangunt venti per auras. Lucret. lib. 6. 114.

Plangere, [ἀποδύρεσθαι] Plorare & deflere: quia in ipso luctu pectora plangere solemus.

Carmine plangere aliquem. Stat. 5. Silv. 3. 44.

Damna sua plangunt coloni. Stat. 11. Theb. 117.

Divortia planxit magno luctu. Claud. 1. in Eutrop. 65.

Funera alicujus plangere. Stat. 12. Theb. 383.

Plangunt litora, Resonant. Virg. 1. Georg. 334.

Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt. Alii legunt Plangit, i. e. Resonare facit.

Plangens, entis. Partic. ut, Agmina plangentia. Virg. 11. Æn. 145. i. e. Plorantia.

Fluctus saxa plangentes, i. e. Verberantes. Lucret. 2. 1154.

Planctus, ūs. m. [κοπετός] Percussio. Lucan. lib. 2. 24.

Exigit ad sævos famularum brachia planctus.

Sævo planctu concutere pectora. Stat. 5. Silv. 1. 179.

Parce precor lacrimis, sævo nec concute planctu
Pectora, nec crucia fugientem conjugis umbram.

Dare planctus. Senec. Troad. 1.

Dare plangorem infra ex Ovid. H. St.

Iterasti ingentes pectore planctus. Stat. 3. Silv. 5. 58.

Mistus femineo cum planctu clamor. Senec. Octav. 6.

Pepulera mollem planctum brachia. Stat. 6. Theb. 219.

Reddant tympana planctum. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 131.

Planctus, Lamentatio & luctus. ut

Pervigil planctus. Valer. 3. Argon. 359.

Tristes planctus. Claud. 2. in Eutrop. 301.

Ponere planctus, Linquere mærorem. Seneca Herc. OEth. 16.

Resonat planctus immensus per urbes. Senec. Herc. OEth. 18.

Sonant uno planctu tria regna. Senec. Herc. fur. 12.

Vallantur planctibus aræ. Stat. 10. Theb. 558.

Plangor, ōris. m. [κόπος] Idem, Percussio. Catul. Argon. 62. 273.

Procedunt, leviterque sonant plangore cachinni.

Præcipiti plangore ruunt. Valer. 3. Argon. 275.

Sonitus plangoris. Ovid. 3. Met. 493.

Plangor, [ὀλοφυρμός] pro Planctu & vociferatione. Cic. 2. Philip. 85. Tum diadema imponebas cum plangore populi.

Plangor & lamentatio. Cic. in Orat. 131. Ut aliis in causa, excitato reo nobili, sublato etiam filio parvo, plangore & lamentatione complevimus forum.

Sonus plangoris. Ovid. 14. Met. 749.

Clarus plangor. Ovid. 4. Met. 138.

Dare plangorem. Ovid. 14. Met. 421.

Exit consonus plangor in auras. Ovid. 13. Met. 610. al. Clangor.

Resonat magnis plangoribus æther. Virg. 4. Æn. 668.

Sonat domus plangore. Ovid. ad Liv. 179.

Ululant femineis plangoribus ædes. Virg. 2. Æn. 487.

Plangunculă, æ. f. Pupa, a Gr. πλαγγών. Cic. 6. Att. 1. extr. Inventæ sunt quinque plangunculæ matronarum. Ita legunt Bosius & Lambinus. Alii Imagunculæ. Valgo Lagunculæ.

Planipes, **Planities**, **Planitudo**. V. PLANUS Adj.

Planta, æ. f. [ταρσός, πέλμα] Tota pars inferior pedum, digitique & ungues. Plin. lib. 7. cap. 2. Eudoxus in Meridianis Indiæ, viris plantas esse cubitales: feminis adeo parvas, ut struthopodes appellentur. Lactantius de Opif. Dei, cap. 13. Plantæ, quoniam totius operis fundamenta sunt, mirificus eas artifex, non rotunda specie, ne homo stare non posset, aut aliis ad standum pedibus indigeret, sicut quadrupedes: sed porrectiores longioresque formavit, ut stabile corpus efficerent planitie sua: unde illis inditum nomen est.

Alatæ plantæ. Virg. 4. Æn. 259. De Mercurio.

Ancipiti figens vestigia planta. Juven. 14. Sat. 272.

Aversæ plantæ. V. AVERTO.

Ferratæ. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 389.

— plantisque resultant
Tartara ferratis. Locus perobscurus. [An Plancisque? i. e. Valvis?

Læva. Cic. in Arato.

Niveæ. Claud. de Nupt. Honor. 152.

Pernices. Virg. 11. Æn. 718.

Timidæ. Ovid. 6. Met. 107.

Tremolis insistere. Juven. 6. Sat. 96.

Velocis gloria. Juven. 13. Sat. 98.

Volocris. Sil. lib. 13. 194.

Contingere sidera plantis. Propert. lib. 1. 8. 43.

Evadere ægra planta nequidquam lubrica. Sil. lib. 7. 618.

Evellere plantam e cæno. Hor. 2. Serm. 7. 27.

Tingere celeres plantas æquore. Virg. 7. Æn. 811. i. e. Mergere.

Plantăris, e. Adj. [πελματικός] Quod est plantæ pedis, sive quod pertinet ad plantam pedis. Stat. 1. Theb. 304.

Summa pedum propere plantaribus illigat alis. De Mercurio.

Planta, æ. f. [φυτὸν, κλῆμα] de arboribus dicitur Ea, quæ transferendi gratia, vel de arboribus rapta, ut ait Servius, vel ex seminibus est orta: & de herbis quoque dicitur. Virg. 2. Georg. 23.

Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum
Deposuit sulcis. Plin. lib. 17. cap. 15. Sativæ plantæ silvestrium radicibus inferuntur natura fictioribus.

Feraces. Virg. 2. Georg. 79.

Teneræ. Virg. 10. Ecl. 49.

Defringere summas plantas ex arbore. Virg. 2. Georg. 300.

Deponere sulcis plantas. Virg. 2. Georg. 23.

Plantæ, Semina olerum, quod plana sunt; & appellantur etiam ex simili plantæ nostrorum pedum. Paulus.

Plantārius, a, um. Adj. Ad plantationem pertinens. [φυτευτικός] Columel. lib. 5. cap. 9 Antequam plantarias arbusculas effodias solo, rubrica notato partem ejus, quæ Meridiem spectat. Nunc vero ex emendatis codicibus sic legitur, Ante quam explantes arbusculam, rubrica notato, &c.

Plantārium, i. n. [φυτευτήριον] Ipsa planta in terra nata, quæ cum radicibus transfertur de uno loco ad alium: ut ait Servius. Virg. 2. Georg. 27.

Silvarumque aliæ pressos propaginis arcus
Exspectant, & viva sua plantaria terra. [Nisi & hic Plantaria sunt Locus consitus plantis.

Plantarium, Plantarum locus. Plin. lib. 17. c. 14. Quædam in plantario insita eodem die transferuntur. Idem lib. 13. cap. 4. Ergo plantaria instituunt. Dicitur & Seminarium, teste Budæo.

Plantaria, pro Pilorum segete, translate. Pers. 4. Sat. 39.

Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant, &c. h. e. Exstirpent & eradicent hos pilos, qui tanquam plantæ ex terra, sic ex cute pullulant.

Plantĭger, ĕra, ĕrum. Adj. [φυτοφόρος] Plantas gerens: ut, Plantigeræ arbores, Quæ ex se pullulando plantas emittunt. Plin. lib. 13. cap. 8. Siliqua plantigera est in imis partibus.

Planto, [φυτεύω Gl. L. Gr.] āre. Passiv. Plin. lib. 17. cap. 20. Hoc modo plantantur punicæ.

Plantātio, ōnis. f. [φυτεία] Plin. lib. 21. cap. 4. Unde accolæ transferentes conserunt, ipsaque platatione proficiunt.

Plantātor, ōris. m. August. Epist. 118. Plantator & rigator.

Plantāgo, ĭnis. f. [ἀρνόγλωσσον] Plin. lib. 25. cap. 8. Celebravit & Themison medicus vulgarem herbam plantaginem, tanquam inventor, volumine de ea edito. Duo ejus genera. Minor angustioribus foliis & nigrioribus, linguæ pecorum simillimis, caule angulosо, in terram inclinato, in pratis nascens: altera major, foliis laterum modo inclusa: quæ quia septena sunt, quidam eam Heptapleuron vocavere. Hujus & caulis cubitalis est, & napi similis. Nascitur in humidis multo efficacior. Vis mira in siccando, densandoque corpore, cauterii vicem obtinens.

Plănus, i. m. [πλάνος] Aul. Gell. lib. 16. cap. 7. commemorat inter verba

verba inusitata, quibus usus sit Mimus Laberius, atque significare Sycophantam. Budæus, Impostores a Græcis etiam plani dicuntur, sed certi cujusdam generis impostores, insigni versutia præditi: quo vocabulo potius quam Latino Cic. pro Cluent. 72. usus est, Hic ille planus (ioquit) improbissimus, quæstu judiciario pastos, &c. Hor. 1. Ep. 17. 59.

Nec semel irrisus triviis attollere curat

Fracto crure planum, &c. Planus (ut in hunc locum inquit Acron) nomen est hominis, qui solebat multos sic fallere, in quorum vehicula voluisset tolli, ut fingeret se crus fregisse: qui quum postea vere genu fregisset, & idem rogasset, non est ei creditum. Eustathius Homeri interpres in Odys. sic inquit, interprete Budæo, Planus est qui artem quandam profitetur imponendi etiam spectantibus, quales fuerunt Cephisodorus & Pantaleon, & Matreas apud Alexandriam. Hujusmodi autem impostores io deliciis olim regum fuisse, ex Plinii verbis conjicere licet, lib. 35. cap. 10. Non fuerat, inquit, Apelli gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemæo, quo regnante Alexandriam vi tempestatis expulsus, subornato fraude æmulorum plano regio invitatus, ad regis cœnam venit: indignantique Ptolemæo, & vocatores suos ostendenti, ut diceret a quo eorum invitatus esset, arrepto carbone exstincto e foculo, imaginem in pariete deliniavit, agnoscente vultum plani rege ex inchoato protinus. Budæus.

PLĀNUS, a, um. Adj. [ἐπίπεδος, ἰσόπεδος, πεδινός. ὁμαλός] Cujus figura æqualis est. Cic. de Univers. 13. Quod si universitatis corpus planum & æquabile explicaretur, neque io eo quicquam esset requisitum. Martial. lib. 4. 64.

Et planus modico tumore vertex.

Ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. Cic. 2. de Nat. Deor. 47. Quum duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis.

Ager planus. Varro de L. L. lib. 4. 4. Quod primum ex agro plano fructus capiebant, campus dictus.

Aditus planior, h. e. Facilior & patentior. Liv. 34. 29.

Area planissima campi. Ovid. 15. Met. 297.

Campi plani æquora. Lucret. lib. 3. 1015.

Corpus planum & æquabile. Cic. de Univers. 13. V. supra.

Dentes plani piscium. Plin. 11. 37.

Locus planus & æquus. Cic. pro Cæcin. 50. Sed ne æquo quidem & plano loco.

Pedis plani ædificium dicitur a Vitruvio, ad differentiam Concamerationis & hypogei, lib. 6. cap. 10. Et plano pede ad differentiam contignationum. & lib. 7. cap. 1. & 4. Budæus. conf. PES.

Pisces plani, i. e. Qui superficiem planam, non rotundam habent. Plin. 9. 14. Planorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginem habet, ut raiæ, &c.

Spatia plana. Hor. 1. Epist. 7. 41.

Venter planus, Non rugosus. Ovid. 1. Amor. 5. 21.

Via plana. Ovid. 3. Fast. 836.

Præceps & lubrica via, Plana & stabilis, contraria. Cic. pro Flacc. 105. Quem posthac tam amentem fore putatis, qui noo illam viam vitæ, quam ante præcipitem & lubricam esse ducebat, huic planæ & stabili præponendam esse arbitretur?

Planam viam facere ad honores quærendos. Plaut. Trin. 3. 2. 29.

Planum, i. n. absolute sæpe ponitur cum præpositione, ut

Ad planum reducere cicatrices. V. AD.

De, vel e plano, Paul. de Quæst. io l. Unius, in fine, Custodiæ non solum pro Tribunali, sed & de plano audiri possunt, atque damnari. Suet. in Tiberio c. 33. extr. Judicesque aut e plano, aut e Quæsitoris Tribunali admonebat. i. e. E solo in quo populus stabat. Papinian. in l. Miles. §. Quidam. D. ad Legem Jul. de Adulteriis, De plano quoque libellus dari potest. i. e. Judice non sedente, & diebus feriatis. Budæus.

De plano promittere. Lucret. lib. 1. 412.

Hoc tibi de plano possum promittere, Memmi. id est quasi Ex æquo loco, non e superiore, ut qui concionantur. vel De plano, id est Liquido, & sine dubio, & non multa opera insumpta, magnave cura adhibita. Ducta translatio est a prætoribus, qui lites & controversias faciles de plano dijudicabant: difficiles autem atque implicatas e loco superiore, atque e tribunali. V. Ulpian. lib. 2. D. de offic. proconf. Lambinus.

In plano cadere. Ovid. 3. Trist. 4. 17.

In planum deducti. Varro lib. 4. de L. L. 8. pr.

In planum rota versari dicitur a Vitruvio lib. 10. cap. 10. ut differat ab ea quæ in cultrum versatur. Ea autem rota in planum versatur, cujus axis perpendiculariter situs est: in cultrum vero versatur ea, cujus axis in porrectum collocatus est. Budæus.

In plana decurrunt arbores. V. DECURRO.

Planus, pro Aperto & manifesto aliquando ponitur, quod quæ plana sont, nullum impedimentum habeant, quin undecunque videri possint. Plaut. Pers. 2. 2. 1.

Satin' hæc tibi sunt plana & certa? satin' hæc meministi & tenes?

Narrationes planæ sint, breves, evidentes, credibiles, moderatæ, & cum dignitate. Cic. in Topic. 97.

Planum facere, [δηλοῦν, ἐξομαλίζειν] Declarare: & Rem difficilem aut dubiam solvere, & ante oculos verbis explanare & patefacere. Translatio a loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit. Cic. 2. Verr. 36. Hoc planum factum est. Ibid. 5. 152. Quum planum fieret decumis contra instituta legis, consuctudinemque omnium venditis, &c.

Facere planum, atque probare aliquid. Lucret. lib. 2. 933.

PLANE, Adv. [φανερῶς, σαφῶς] Clare, aperte. Plaut. Trin. 4. 3. 63.

Satin' ego oculis plane video: estne ipsus, an non est? is est.

Demonstrare planius. Gell. lib. 16. cap. 6.

Dicere aliquid parum plane. Cic. 2. de Fin. 10. Memini vero, inquam, sed tu istuc dixti bene Latine, parum plane.

Dicere aliquid plane & perspicue. Cic. 3. de Fin. 19.

Explicari mihi tuum consilium plane volo, ut penitus intelligam. Cic. 8. Att. 16.

Intelligere plane aliquem. Cic. 7. Fam. 14.

Loqui plane & aperte. Cic. 2. de Fin. 15. Epicurus, opinor, me non vult si possit plane & aperte loqui: nec de re obscura, ut physici.

Loqui plane & dilucide. Cic. 1. de Orat. 144.

Loqui plane & Latine. Cic. 7. Philipp. 17. Quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ii, qui plane & Latine loquuntur.

Compar. Commemorare planius. Cic. 3. Verr. 94. Non possum illa planius commemorare, quam ipsum Ligurem pro testimonio dicere audistis.

Usurpanda planius. Varr. de L. L. lib. 7. 22. extr. Hæc apertius dixissem, nisi brevius eo nunc mallem, quæ infra sunt planius usurpanda. [Nisi Plenius scripsit.

Superl. Explicare apertissime & planissime aliquid. Cic. 4. Verr. 156.

Scribi quam planissime illa res potuit. Cic. 7. Fam. 20.

Plane, Certe, Ter. Heaut. 5. 1. 24.

Quamobrem? M. nescio equidem, sed te miror, qui alia tam plane scias. Idem Phorm. 5. 2. 6.

Ut sit qui vivat, dum aliquid aliud flagitii conficiat.

G. Planissime. D. his nunc præmium est qui recta prava faciunt.

G. Verissime.

Plane, [πάντως, παντελῶς] Omnino, funditus & penitus. Ter. Phorm. 4. 4. 5. — opera tua ad

Restim mihi quidem res rediit planissime. Cic. 14. Fam. 4. Unum hoc scito, si te habebo, non mihi videbor plane periisse.

Plane & Omnino. Cic. de Clar. Orat. 215. Nec vero Sulpicio, neque Cottæ dicere possumus, neque cuiquam bono oratori, rem ullam ex illis quinque partibus plane atque omnino defuisse.

Plane mane. V. MANE, adverbium.

Efficere propemodum vel plane aliqoid. Cic. de Clar. Orat. 332. Contine te in tuis perennibus studiis, & effice id quod jam propemodum, vel plane potius, effeceras.

Eruditus perfecte, planeque P. Crassus. Cic. de Clar. Orat. 280.

Perspectæ res, penitus cognitæ planeque. Cic. 1. de Orat. 108.

PLANĀRIS, e. Adj. Idem quod Planus. Mart. Capell. lib. 6. Planaris figura.

PLANĀRIUS, a, um. Adj. Planaria interpellatio magistratus, quæ de plano fit, seu in plano non pro tribunali. Constantinus in l. 4. C. de Dilation. Et cognitio causæ, non interpellatione planaria: sed considente magis judice colligatur.

PLANĬCIES, vel PLANITIES, ēi. f. [ὁμαλότης, πεδιάς, πεδίον] Loci æqualitas, sive complanatio. Cic. 1. de Divin. 2. Principio Assyrii, ut ab ultimis auctoritatem repetam, propter planitiem, magnitudinemque regionum quas incolebant, &c. Liv. 7. 7. Duûm millium planities castra Romana ab Hernicis dirimebat.

Æquata agri planities. Cic. 6. Verr. 107.

Aprica. Claud. 2. in Eutrop. 270.

Circumcisa. V. CIRCUMCIDO.

Curvata parvo tumore. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 102.

Lata & diffusa. Plin. 5. Epist. 6. ad Apollinarem.

Panditur planities. V. PANDO.

Vincere cursu planitiem. Claud. 3. Cons. Hon. 47.

Speculi planities. Lucret. lib. 4. 295.

PLANITIA, æ. f. Idem. Vitruv. 7. 3. Planitiæ coronarum sunt periculosæ. Et Vet. Inscript. apud Ursin. in Cæs. 1. Bell. Civil. 43. CLIVOM IN PLANITIAM REDIGENDVM.

PLANĬTAS, ātis. f. Idem. Tacit. de Orat. 23. Is compositionis decor, sententiarum planitas. Fortasse legendum Plenitas.

PLANITUDO, inis. f. Idem quod Planities. [ὁμαλότης] Columel. lib. 4. cap. 30. Perticæ cacuminum modicæ planitudinis, quæ tamen dipondiarii orbiculi crassitudinem non excedant, optime panguntur. Al. Plenitudinis rectius.

PLANITUS, Adv. pro Penitus posuit Tertull. de Pallio cap. 4. Planitus adeantur.

PLANO, āre. Corripius 2. 231. Ante pedes planate vias.

PLANESCO, ĕre. Planum fieri. Hilarius in Genes. v. 97. Planescunt campi.

PLANILŎQUUS, a, um. Adj. [φανερολόγος] Qui plane & aperte dicit quod sentit, & libere. Plaut. Truc. 4. 4. 11.

Di immortales! ut planiloqua est: paucis ut rem ipsam attigit!

PLANĬPES, ĕdis. [γυμνόπους, ἐμβάτης] Qui pedes planos habet. Unde Comœdiæ sive fabulæ genus dicitur Planipedia. Diomedes scribit Planipedem Græce Mimum significare: quod actores planis pedibus, id est nudis intrarent proscenium. Donatus, Planipedia dicta ob humilitatem argumenti ejus, ac vilitatem actorum, qui non cothurno, aut socco utuntur in scena aut pulpito: sed plano pede. Vel ideo quod non ea negotia continet, quæ personarum in turribus aut in cœnaculis habitantium sunt, sed in plano & humili loco. Gell. lib. 1. cap. 11. Quid coim foret ea re ineptius, si ut planipedi saltanti, ita & Graccho concionanti numeros & modos, & frequentamenta quædam varia, tibicen incineret? Quintil. lib. 5. cap. 11. Ut Cassius quis istam faciem planipedis senis torquens.

Planipes, Nihil candoris venustatisve habens. ut Comœdia planipes, Nihil quod placeat, oblectet, commoveatve habens: sed argumento & actione humilis. Budæus.

PLANIPEDIUS, a, um. Adj. Humilis. ut, Comœdia planipedia Diomed. V. supra in PLANIPES.

PLASEA, sive PALASEA, æ. f. Omenti pars quædam, quo receptacula ventrium circumretita finiuntur. Arnob. lib. 7. p. 230. Vobis cauda est plasea, siliginc & sanguine delibuta.

PLASMA, ătis. & PLASMATUM, i. n. [πλάσμα] Figmentum, figlinum opus. Auson. Epist. 10. pr.

Si qua fides unquam fallis adhibenda figuris,

Nec plasma semper allinunt.

Agreste plasma. Mart. Capell. cap. ult p. 336.

Plasma, pro quondam genere Potionis, a πλάσσω, fingo, compono. Pers. 1. Sat. 17. — liquido quum plasmate guttur

Mobile colluerit. Antiqui enim nonnulli potionem ex pluribus liquidioribus rebus commistis vocem adjuvantibus faciebant.

Plasma, inquit Turnebus, ajunt Persii interpretes, genus esse Potionis, ad vocis commendationem faciens, ut liquidior exeat. Ego vero quum Plasma pro Potione nunquam legerim, putem esse quandam vocis Fictionem & flexionem, quæ quod liquida exeat, colluere guttur videatur. Hujus rei fidem faciunt verba Theophrasti lib. 4. de histor. plant. c. 12. de Arundinibus, Cædi, ait, tempestive solitas, usque ad Antigenidam, quum adhuc simplicius tibia uterentur, sub Arcturo mense Septembri. Plin. lib. 16. cap. 36. Cædi solebant tempestive usque ad Antigenidam tibicinem, quum adhuc

adhuc simplici musica uterentur, sub Arcturo. Simplicem musicam dicit, quom adhuc sine plasmate & delicata varietate canerent. Iterum Theophr. Sed postquam varietas fictioque accessit, cæsura mutata est. Cædunt enim nostra ætate, mense Majo, & Junio, quasi paulo ante solstitium, vel sub ipso solstitio: & fieri utiles in trimatu referunt, & brevi exercitatione egere, linguasque disjectu deflecti: quod his necessarium est, qui sonos fingant, & multifariam flectant. Plinius loco ante citato: Postquam varietas accessit, & cantus quoque luxuria, cædi ante solstitia cœptæ, & fieri utiles in trimato, apertioribus earum ligulis ad flectendos sonos. Quintil. lib. 1. cap. 8. pr. Lectio sit virilis, & cum suavitate quadam gravis, &c. non tamen in canticum dissoluta, nec plasmate, ut nunc a plerisque fit, effeminata. h. e. Inclinatione & flexione non sit delicata. Itaque modorum flexiones & vocis apud Ciceronem sunt, quæ Persius & Quintil. vocant Plasmata. [Apud Pers. Clysmate legi posset, suffragante Suetonio in Nerone cap. 20. pr. Sed V. Casaub. not.

Plasma pro Creato corpore, seu Creatura ponunt Scriptores Christiani. Prudent. hymno Omnis horæ, v. 91.

Quid tibi, profane serpens, profuit rebus novis
Plasma primum perculisse.　　Adde Alcim. Avit. lib. 2. 89. Hinc

PLASMO, āre. Fingere, creare. Hieron. Epist. 61. cap. 5. Antequam Adam plasmaretur de terra. Et Tertull. de Spectac. cap. 23. Illi oculos Deus plasmavit.

PLASMĀTOR, ōris. m. Creator. Tertull. adv. Judæos cap. 2. pr. Deus universitatis conditor, mundi totius gubernator, hominis plasmator.

PLASSO, āre. [πλάσσω, πλάττω] Formare, stipare. Apic. 2. 1. Exinde isicia plassantur. V. Barth. Advers. 38. 2.

PLASTES, æ. m. [πλάστης] Fictor, vel qui figlinam artem exercet, qui & Figulus dicitur. Plin. lib. 35. cap. 12. Plastæ laudatissimi fuere Damophilus & Gorgasus. Adde Vellej. 1. 17. 4. conf. PLASTICA infra.

PLASTĬCUS, a, um. Adj. [πλαστικός] ut, Ratio plastica, i. e. Ars ipsa fingendi. Vitruv. 1. 1.

Manus plastica, i. e. Vim habens fingendi. Tertull. ad Nationes 1. 12.

PLASTĬCE, es. f. [πλαστική] Fictoria vel fingendi ars, qua finguntur imagines ex argilla. Plin. lib. 35. cap. 12. De pictura satis superque: contexuisse his & plasticen conveniat, ejusdem operæ, terræ fingere ex argilla similitudines. Plura toto capite. conf. PLASTES.

PLASTĬCUS, i. m. Idem quod Plastes. Firmicus lib. 7. cap. 25. Si enim Venus sic fuerit inventa, faciet pictores, plasticos, aurifices.

PLASTICĀTOR, ōris. m. Idem. Firmic. 8. 16. Inauratores, plasticatores.

PLASTRA, [πλάστρα] Commemorata inter ornamenta muliebria Polluci lib. 7. cap. 22.

PLATAGE, es. f. [Πλαταγή] Insula inter Eubœam & Andrum, quondam Patage, nunc Amorgos appellatur. Plin. lib. 4. cap. 12.

PLATALEA, æ. f. avis quæ & Platea dicitur. V. paulo post in PLATEA.

PLATANISTA, æ. f. [Πλατανιστής] Piscis est in Gange Indiæ fluvio nascens, Delphino rostro & cauda similis, sed multo major: ut qui in longitudinem xv cubitorum excrescat. Plin. lib. 9. cap. 15.

PLĂTĂNISTĪNOS, [πλατανιστινός] Pomi genus aqueum, qualitatis ferme expers, itaque contemnitur, suibusque projicitur; πλατανιστίνους vocant, quod tenerum platanorum gustum quodammodo repræsentat. Galen. de Alimentor. facultatib. lib. 2. cap. 21.

PLĂTĂNISTUS, i. m. [Πλατανιστός] Promontorium est Peloponnesi, non procul a Leprio: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

PLĂTĂNUS, i. f. aliquando quartæ, sed frequentius secundæ declinationis, [πλάτανος] Arbor late spargens ramos: a πλατὺς, latum. Nomine apud nos caret, rarior in Gallia: omnibus invisam arboris speciem demirantibus, & nomen ejus & naturam ignorantibus, alioqui peregrina est, & umbræ duntaxat gratia expetita. Hæc Ruellius. Virg. in Culice, Aeriæ plantanus. Idem 2. Georg. 70.

Et steriles platani.　　V. Plin. lib. 12. cap. 1. Cic. 1. de Orat. 28. Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, &c.

Alta. Ovid. 13. Met. 794.

Cælebs platanus. Hor. 2. Carm. 15. 4. Dicta autem cælebs, quia non solet adhiberi ad vites sustentandas, ut ulmus, sed ad umbram comparandam. Lambinus.

Genialis. Ovid. 10. Met. 94. Sic vocat illam, quod sub ea convivari veteribus mos esset. Unde etiam Virg. 4. Georg. 146.

Jamque ministrantem platanum potantibus umbram.

Notans. Catull. Argon. 62. 290.

Umbrifera. Cic. 2. de Divin. 63. Ex Homero.

PLATANĪNUS, a, um. Adj. [Πλατάνινος] Quod ex platano est. Columel. lib. 22. cap. 16. Alii foliis vitigineis, nonnulli plataninis semivietas uvas contegunt.

PLATANĒTUM, i. n. [πλατανών] Locus platanis consitus. Gloss. πλατανών, platanetum.

PLATĂNŌN, ōnis. m. Idem Græce, quod Platanetum Latine. Plin. 1. Epist. 3. ad Caninium, Quid πλατανὼν opacissimos?

PLATEA, æ. f. pænult. indiff. [πλατεῖα] Via latior, fereque militaris, Prætoria, Consularisque dicitur. Ter. And. 4. 6. 1.

In hac habitasse platea dictum est Chrysidem.

Puræ plateæ. Hor. 2. Epist. 2. 71.

Puræ sunt plateæ; nihil ut meditantibus obstet.

Concelebrare plateam hymenæo. V. CONCELEBRO.

Platea, [πεδίον] Area in quam populus convenire solet. Lampridius in Heliogabalo cap. 24. extr. Stravit & saxis Lacedæmoniis ac Porphyreticis plateas in Palatio. [Potest intelligi de Monte Palatino. Idque rectius puto. Plateas igitur, vias.

PLATEA, æ. f. [πελεκὰν] Avis. Plin. lib. 10. cap. 40. Platea nominatur advolans ad eas, quæ se in mari mergunt, & capita illarum morsu corripiens, donec capturam extorqueat. Eadem quum devoratis se implevit conchis, calore ventris coctas evomit, atque ita ex iis esculenta legit, testas excernens. Cic. Plataleam vocat, 2. de Nat. Deor. 124. Legi etiam scriptum esse avem quandam, quæ platalea nominaretur, eam sibi cibum quærere advolantem ad eas aves quæ se in mari mergerent: quæ quum emersissent, piscemque cepissent, usque eo premere earum capita mordicus, dum captum illæ amitterent, id quod ipsa invaderet. Eademque hæc avis scribitur conchis se solere complere, easque quum stomachi calore concoxerit, evomere, atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta. V. Aristot. Hist. anim. 9. 10.

PLATÆA, æ, seu PLATÆÆ, pl. f. [Πλάταια, Πλαταιαί] Civitas in Bœotia, ut ait Homerus lib. 2. Iliados, sub Cithærone monte, non longe a Thebis: dicta a latitudine remorum, ut inquit Strabo lib. 9. Nam Græce πλάτη remus, πλάτος latitudo. Inde Platæa, quia lata. Hic Pausanias & Aristides Mardonium Xerxis ducem & consobrinum superavere. Hinc Plateenses, seu Platæenses Populi dicti. Stat. 7. Theb. 332.

Nuntiat excubiis vigiles arsisse Platæas.

PLATÆENSIS, e. Adj. ut, Prælium Platæense. Nepos 3. 2. 1.

PLATĒA, æ. f. [Πλατέα] est Insula in mari Libyco quasi opposita ad Cyrenen, ut scribit Herodotus lib. 4.

PLĂTESSÆ, arum. f. Pisces sunt lati. Auson. 4. Epist. 60.

Carroco, letalisque trygon, mollesque platessæ.　　Sic explicat Turnebus.

PLATICA, V. PLATICUS.

PLĂTĬCUS, a, um. Adj. Firmic. lib. 3. cap. 2. Et quamvis qoidam putent platicam istam dispositionem esse: discentis tamen ingenium facili institutionis magisterio componit, ne quasi in tenebris constitutus mathematicus, caduca erroris confusione turbetur. Sed libet platice definita hæc a quibusdam putentur, partiliter tamen in hoc libro multa dicuntur.

Aspectus platicus, novo sed proprio tamen nomine appellari potest Sepositus, ac remotus, quin etiam Laxus, aut latus: quod Græcis πλατὺς significat. Nam in eo non ex ipsa signi parte, ut in partili, verum sepositis atque interjectis compluribus ejusdem signi partibus, se invicem aspiciunt stellæ. unde longiuscule a parte in similem partem sui aspectus dilatantur: ex quo fit, ut minorum plane virium hic aspectus esse censeatur. Partilis aspectus, exacte fit a parte in similem partem, unde nomen habet: cujus vires sunt maximæ, atque efficacissimæ. V. Jovian. Pont. lib. 10. cap. 1. De rebus cælestibus. Utrumque aspectum facili exemplo sic demonstro, Si stella aliqua cum prima Arietis parte, orientalem angulum teneat, se ab occasu in hemisphærium inferius præcipitante altera cum prima parte Libræ, aspectus partilis erit, nimirum a parte simili in aliam partem similem: qui vulgo oppositus dici solet. Si vero ascendente eadem parte Arietis cum sua stella, ingeniatur a 25 Libræ parte altera stella descendens, quia a prima longiuscule distat & dilatatur, nec a parte in partem radios projicit, aspectus & re & nomine platicus esse censebitur. [Videtur per y Platycus scribendum, quia formatur a πλατὺς Adj. Græco, repugnante tamen Græcorum consuetudine.

PLATĬCE, es. f. Firmic. lib. 2. cap. 16. Nunc ad platicen, locorumque definitionem revertamur. Cæl. lib. 19. cap. 4. Platicen appellant eruditiores, tractatum quo universim ac pinguius imbuuntur rudes, informanturque, ut mox partiliter subtexatur doctrinæ ratio. V. PLATICE, adverbium.

PLATICE, Adv. Firmic. lib. 2. cap. 16. Sed interim platice: nam paulo post partiliter ostendemus rationem, qua possint loca singula secretis inquisitionibus colligi. Debet enim is qui instituitur, primum platice institui: ut his apertioribus compositus atque formatus, secretiora deinceps genituræ confidentius consequatur. Idem cap. 17. & in fine 23. ut videre poteris, & supra in PLATICUS.

PLĂTĪNA, nomine Joannes, Homo doctus, & antiquitatum studiosus, scripsit de vita & moribus Pontificum Romanorum, quos Papas dicunt, librum satis lepidum. Alexand. Neap. Genial. dier. lib. 3. cap. 9.

PLĀTO, ōnis. m. [Πλάτων] Philosophus, ab humerorum latitudine dictus. Fuit enim egregio corporis habitu, & in palæstra se exercuit apud Aristonem palæstritam, a quo primum cognominatus est Plato, cum antea, ex avi paterni nomine, Aristocles vocaretur. Athenis primum Socrati dedit operam. Deinde cum licuit per ætatem, in Italiam profectus est, ut Pythagoreos audiret, ubi Philolai Crotoniatæ libros de secta Pythagorea centum minis etiam in difficultate rei familiaris mercatus est, ex quibus multa in suum Timæum transtulit. Ægyptum quoque adiit, ut audiret Gymnosophistas, ubi libros Moseos legisse creditur. Decessit annos natus octoginta unum, morbo, uti fertur, pediculari. Adeo autem in omni disciplinarum genere, & præsertim in philosophia excelluit, ut divinus Plato, & philosophorum Homerus vocatus sit. De quo Cic. in libris Tuscul. quæst. Platonicæ majestatis maximus est buccinator, adeo ut ipsum Deum appellet, quem Labeo inter Semideos commemorandum putavit, cui defuncto magi uti deo immolaverunt. V. Quintil. lib. 10. cap. 1. Vixit cælebs, ac castus, ut scribit Augustinus. Vitam ejus vide apud Plutarchum & Diogenem Laërtium.

Platoni quum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est singulari illum suavitate orationis fore. Cic. 1. de Divin 78.

Virum unum totius Græciæ facile doctissimum Platonem iniquitate Dionysii Siciliæ tyranni, cui se ille commiserat, in maximis periculis insidiisque esse versatum accepimus. Cic. pro Rabir. Post. 23.

Quasi deus quidam philosophorum Plato. Cic. 2. de Nat. Deor. 32.

Deus ille noster Plato. Cic. 4. Att. 15.

Divinus auctor Plato. Cic. de Opt. gen. Orat. 17.

Doctus Plato. Hor. 2. Serm. 4. 3.

Exagitator omnium rhetorum. Cic. in Orat. 42.

Gravissimus auctor & magister intelligendi & dicendi Plato. Cic. in Orat. 10.

Princeps ingenii & doctrinæ Plato. Cic. 1. Q. frat. 1.

Princeps omnium longe, quicunque scripserunt, aut locuti sunt, exstitit & gravitate Plato. Cic. in Orat. 62.

Uberior quis in dicendo Platone? Jovem siquidem, ajunt philosophi, si Græce loquatur, sic loqui. Cic. de Clar. Orat. 121.

Errare se malle cum Platone, quam cum aliis bene sentire, ait Cic. 1. Tusc. 39.

Tres alios Philosophos hoc nomine Diogenes Laertius commemorat: unum Rhodium philosophum discipulum Panætii: Alterum Peripateticum de Aristotelis ludo: Tertium Praxiphanis discipulum.

Plato alius, Atheniensis poeta priscæ Comœdiæ, tempore Aristophanis & Eupolis. Cujus fabulas Suidas & Athenæus in Dipnosophistis commemorant.

PLATŌNĬCUS, a, um. Adj. [Πλατωνικὸς] Quod est Platonis.

Numeris Platonicis obscurius. Proverbialis hyperbole videtur, quam usurpat Cic. 7. Att. 13. Ænigma Oppiorum ex Velia plane non intellexi: est enim numero Platonis obscurius. Id ideo dictum, quod Plato numeris Pythagoricis obscurat suam philosophiam, ac veluti nebulas quasdam

quasdam offundit, præcipue in Timæo. Nam Pythagoras omnem fere philosophiæ rationem ad numeros traxit. De quibus permulta Macrobius in commentariis quos edidit in Somnium Scipionis.
Philosophi Platonici. Gell. 15. 2.
Sublimitas Platonica. Plin. 1. Epist. 10.
PLATUNIÆ, arum. f. [πλατανίαι] Columnæ. Cassiodor. 3. Epist. 9. conf. Salmas. Hist. Aug. p. 71. D.
PLĂTYCĔRŌS, ŏtis. m. [πλατύκερως] Animal latis armatum cornibus. Plin. lib. 11. cap. 37. Aliorum cornua natura finxit in palmas, digitosque emisit ex iis, unde platycerotas vocant.
PLĂTYCŎRIĂSIS, is. f. [πλατυκορίασις] Morbus oculi equorum ita dictus e dilatatione τῆς κόρης, i. e. pupillæ. V. Th. Priscian. 9. 29. & Veget. Mulom. 2. 16.
PLATYOPHTHALMUS, i. m. [Πλατυόφθαλμος] Plin. lib. 33. cap. 6. In iisdem argenti metallis invenitur, ut proprie dicamus, spumæ lapis candidæ nitentisque, non tamen translucentis, stimmi appellant, alii stibium, alii alabastrum, alii larbasin. Duo ejus genera, mas & femina: magis probant feminam, horridior est mas, scabriorque, & minus ponderosus, minusque radians, & arenosior. Femina contra nitet, friabilis, fissurisque, non globis dehiscens. Vis ejus adstringere, ac refrigerare, principalis autem circa oculos. Namque ideo etiam plerique platyophthalmon id appellavere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos. Et fluxiones inhibet oculorum, exulcerationesque. Vulgus appellat *Antimonium*.
PLATYPHYLLUS, i. m. [πλατύφυλλος] Genus tithymali, a latitudine foliorum dictum. Plin. lib. 26. cap. 8.
PLATYS, [πλατὺς] Plin. 26. 8. Nervus, qui platys dicitur. i. e. Latus.
PLAUDO, vel PLODO, si, sum, [κροτέω, ἐπικροτέω] ĕre. est Manibus, pedibusve collisis, strepitum facere: quod plerumque lætitiæ, testificandæ causa fieri solet. Tribuitur & bestiis.
Natatu aquas plaudere. Stat. 1. Silv. 3. 74.
Pennis plausit perdix. Ovid. 8. Met. 238. i. e. Alas concussit.
Pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Virg. 6. Æn. 644.
Rostro crepitante plaudit sibi ciconia. Ovid. 6. Met. 97.
Plaudere equum, Plausibus excitare, ait Lactant. Stat. 4. Theb. 11.
Plaudit equos, vocat ad portas, &c.
Plaudere, proprie magis, favorem manuum strepitu declarare, quod in spectaculis fiebat, non solum actoribus, vel certantibus ipsis, verum etiam claris viris, quum theatra ingrediebantur, aliisque de causis.
Hic in theatro plaudebatur. Cic. pro Sext.
Plaudite, Verbum eddi solitum in fine Comœdiarum. Quintil. lib. 2. cap. 2. Hor. in Arte Poet. 154.
Si plausoris eges aulæa manentis, & usque
Sessuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat. Budæus. V. Quintil. 6. 2. & Cic. de Senect. 70.
Plaudere aliquem, Cum plausu laudare. Stat. 5. Silv. 3. 141.
Plaudere, Cum lætitia comprobare. Cic. 1. Q. frat. 2. Te curaturum fumo ut combureretur, tota plaudente provincia. i. e. Læta approbante.
Plaudere sibi, Sibi blandiri & placere, sua nimium amare. Plin. 9. Epist. 14. pr. Hor. 1. Serm. 1. 66. — populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi, nummos simul ac contemplor in arca.
Plaudi, passive. [κροτεῖσθαι] Cic. 13. Att. 44. pr. Populum vero præclarum, quod propter malum vicinum ne victoriæ quidem plauditur. i. e. Plausu excipitur, propter imminens malum. Budæus. Ovid. 4. Trist. 2. 49.
Quaque ibis manibus circum plaudere tuorum. [Sed cum in MSS. omnibus Cic. codd. exstet Victoriæ, rectius Victorius statuit & Plauditur esse Impersonale. ut in seq. exemplo.
Plauditur. Impersonale. [κροτεῖται] Ovid. 2. Trist. 506.
Quumque fefellit amans aliqua novitate maritum,
Plauditur, & magno palma favore datur.
PLAUDENS, entis. Partic. [κροτῶν] Ovid. 3. Amor. 13. 13. Plaudente populo.
Chorus plaudens. Stat. 1. Silv. 2. 252.
Columba plaudens alis. Virg. 5. Æn. 516.
PLAUSUS, a, um. aliud Partic. [κροτηθεὶς] ut Ovid. 14. Met. 507.
— numerusque ex agmine major
Subvolat & plausis remos circumvolat alis. i. e. Cum quodam strepitu motis.
Cervicis plausæ sonitus. h. e. Tactæ per illecebras. Virg. 3. Georg. 186.
Colla plausa. Ovid. 1. de Arte Am. 630.
PLAUSUS, ûs. m. [κρότος] Cic. 4. Att. 1. A qua plausu maximo cum esset mihi gratulatio significata, &c.
Plausus, Sonora percussio. Plin. lib. 10. cap. 21. de gallinaceis, Diemque venientem nuntiant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum. h. e. Alarum concussu.
Planctus & Plausus, contraria. Cic. 2. Philipp. 85.
Plausus & approbatio aliquorum. Cic. 14. Att. 18.
Populi plausus. Ovid. 3. de Pont. 4. 29.
Ambitiosus in plausus. Ovid. 5. Trist. 7. 28.
Æquabilis. V. ÆQUO.
Clarus. V. CLARUS.
Lætifici. Stat. 12. Theb. 521.
Maximus, V. supra, & mox Impertiri plausus.
Mortuus. Cic. 2. Att. 19. Cæsar quum venisset mortuo plausu, Curio filius est insequutus; huic ita plausum est, ut salva Republica Pompejo plaudi solebat. Mortuo plausu. i.e. Plausu ita tenui, vix ut exaudiretur.
Acuunt equum plausus. Stat. 5. Silv. 2. 25.
Affectare plausum. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Attollunt lætos agmina plausus. Stat. 6. Theb. 894.
Captare plausus. V. Capto in CAPIO,
Comprobare clamore & plausu aliquid. Cic. 1. de Divin. 59. Idque frequentissimo theatro, incredibili clamore & plausu comprobatum.
Consonat nemus plausu, fremituque virûm. Virg. 5. Æn. 148.
Dat plausum pennis columba. Virg. 5. Æn. 215.
Dare plausum. Cic. 4. Att. 1. Quo s. c. recitato, cum continuo, (populus) more hoc insulso & novo, plausum meo nomine recitando dedisset, habui concionem. Cic. de Senect. 63. Quibus quum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus.
Dare plausum in theatro. Hor. 1. Carm. 20. 4.
Excipere aliquem plausu. Virg. 5. Æn. 575.

Excitatur plausus. Cic. pro Sext. 124. Tantus est ex omnibus spectaculis usque a Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, ut, &c.
Impertiri plausus alicui. Cic. 2. Att. 18. Huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifice, signa præterea benevolentiæ permulta a bonis impertiuntur.
Ingeminant plausum Tyrii. Virgil. 1. Æn. 751.
Moritur plausus. V. MORIOR, & supra Mortuus plausus.
Petere plausum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Prosequi plausu effrenatos furores alicujus. Cic. de Arusp. Resp. 52.
Quærere vel captare plausum. Cic. 2. Tusc. 64.
Resonant spectacula plausu. Ovid. 10. Met. 668.
Sonat æther plausibus. Stat. 9. Theb. 31.
Sonuerunt ingenti omnia plausu. Virg. 5. Æn. 506.
Plausus, fuit & Signum supplicantium. Flor. 3. 6. 13. Mox ubi circumfusa undique rostra viderunt, abjectis statim telis remisque, plausu undique pari, quod supplicantium signum fuit, vitam petiverunt. De Cilicibus prædonibus loquens, Pompejo se dedentibus.
PLAUSOR, ōris. m. [κροτητὴς] Quintil. Assiduus plausor. conf. Hor. 2. Epist. 2. 130. Et in Arte Poet. 154.
PLOSOR, ōris. m. Idem ac Plausor. Sidon. 4. Epist. 35. Promiserat ecclesiastica plusoribus suis prædæ prædia fore.
PLAUSTRIX, icis. f. Nonius 2. 631.
PLAUSĬBĬLIS, e. Adj. Jucundum, populare, quod plausu populi excipi potest. Cic. 3. Tusc. 51. Quoniam hæc plausibilia non sunt, ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant.
Plausibile atque populare. Cic. 1. Verr. 8. Judicum culpa atque dedecore etiam Censorium nomen, quod asperius antea populo videri solebat, id nunc poscitur, id jam populare atque plausibile factum est.
Locus lætus atque plausibilis. Quintil. lib. 4. cap. 3. pr.
PLAUSIBILĬTER. Adv. apud Diomed. p. 401.
Compar. Sidon. 8. Epist. 10. Amplum plausibilius manifestat ingenium.
PLAUSĬLIS, e. aliud Adj. ut, Ulnæ plausiles. Sidon. 9. Epist. 14.
PLAUSITO, [πλαταγίζω] āre. Verbum fictitium a voce palumbis. Auctus Philomelæ, v. 21.
Plausitat arborea clamans de fronde palumbes.
PLAUSTRUM, vel PLOSTRUM, i. n. [ἅμαξα] Currus. Plaut. Epid. 4. 2. 22. Perii, plaustrum perculi. Cic. 1. de Divin. 57. Se interfectum, in plaustrum a caupone esse conjectum. Cato de R. R. cap. 2. Vendat boves vetulos, armenta rejicula, oves rejiculas, lanam, pelles, plostrum vetus. Cic. 3. Verr. 53. Omnia ex fanis, ex locis publicis, palam, spectantibus omnibus, plostris evecta, asportataque esse. [An inspectantibus?] Plaustrum, inquit Varro de L. L. lib. 4. 31. extr. ab eo, quod, non ut in his quæ supra dixi, sed ex omni parte palam est; quæ in eo vehuntur, quod perlucent, lapides, asseres, tignum. [Quasi Perlustrum igitur dictum vult. Sed verisimilius Voss. cum Scalig. a Plaudendo arcessit, quod cum plausu ac sonitu trahitur, ut Claustrum a Claudo.
Plaustrum erat Matronarum vehiculum; ut Carpentum. Liv. 5. 25. Honoremque matronis ob eam munificentiam habitum, ut plaustro ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque traherentur. Sed MSS. & emendata exemplaria habent Pilento.
Unda hospita plaustris. Virgil. 3. Georg. 362.
Gravia. Virgil. 3. Georg. 140.
Levia. Claud. Consul. Mall. Theod. 125. al. Plantis.
Robusta. Hor. 2. Epist. 2. 74.
Volventia. Virg. 1. Georg. 163.
Deducunt domum plaustra ex æquore. Virg. 2. Georg. 206. i. e. Ex agro.
Fertur trementi plaustro præda. Senec. Hippol. 1.
Impellere plaustrum in terram. V. IMPELLO.
Trahunt stridentia plaustra cervice boves. Virg. 3. Georg. 536.
Vehere plaustris. Quintil. lib. 5. cap. 13. Hor. in Arte Poet. 276.
Dicitur & plostris vexisse poemata Thespis. V. tamen R. Bentl.
De plaustro loqui. Libertas veteris comœdiæ eousque progressa est, ut non solum civium primates, verum etiam deos nominatim taxaret: id quod apparet ex Aristophane, qui in Pluto Jovem, Mercurium, Æsculapium, reliquosque deos omnes contumeliose tractat. Quoniam autem apud priscos illas hujusmodi fabulæ in plaustris agebantur a juvenibus, ore fæce oblito, ne possent agnosci, qui magna licentia in obvium quemque dicteria jaciebant, inde natum adagium, De plaustro loqui: de iis qui palam ac libere conviciantur. Ex Erasmo.
Plaustrum, pro Sidere cælesti, nempe Ursa majore: ut,
Geminum plaustrum. Senec. OEdip. 5.
PLAUSTELLUM, vel PLOSTELLUM, i. n. diminut. [ἁμαξίδιον] Parvum plaustrum, quo pueri ludunt. Hor. 2. Serm. 3. 247.
Ædificare casas, plostello adjungere mures.
Plostellum Pœnicum. Varr. 1. de R. R. cap. 52. E spicis in aream excuti grana, quod fit apud alios jumentis junctis, ac tribulo: id fit e tabula, lapidibus aut ferro exasperata, quo imposito auriga, aut pondere grandi trahitur jumentis junctis, ut discutiat e spica grana: aut fit ex assibus dentatis cum orbiculis, quod vocant plostellum Pœnicum.
PLAUSTRĀRIUS, vel PLOSTRARIUS, a, um. Adj. [ἁμαξικός] Quod pertinet ad plaustrum: ut, Asinus plostrarius. Cato de R. R. cap. 11.
PLAUSTRARIUS, i. m. Qui plaustrum regit. Ulpian. in l. si servus. §. si eum. D. ad legem Aquil. Si ex plaustro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquiliæ actione plaustrarium teneri placet.
PLAUSTRARĀTUM, i. n. Aratrum cum rotis. Plin. 18. 18 Quod genus vocant plaustraratum. Ita legit Harduin. Vulgo Planaratum.
PLAUSTRĬLŪCUS, a, um. Adj. Lucens instar sideris quod Plaustrum dicitur. Mart. Capell. 9. p. 309.
Sub te plaustrilucis luminat ignibus. Sed Grotius legit Plaustriducis, ut versus poscit.
PLAUTIA Gens plebeja Romæ fuit, ex qua C. Plautius P. F. P. N. Proculus COS. cum M. Fabio, anno U. C. CCCCCV. Cassiodorus. Diodorus lib. 16. Hernicos vicit. Liv. lib. 7. 17. Primus Mag. Eq. e plebe, C. Marcio Dictatore, anno CCCXCIX. Idem. conf. PLOTIUS.
PLAUTUS, Antique PLOTUS, a, um. Adj. [πλατὺς] Latus. Compar. Tertull. de Pallio cap. 3. Conchæ plautiores, ut legit Salmas. Al. Lautiores.
Plauti canes appellantur, quorum aures languidæ sunt, ac flaccidæ, & latius videntur patere. Festus.

PLAU-

Plotus, vel Plotus, Idem quod Plancus. Festus, Ploti appellati sont Umbri, pedibus planis quod essent. & p. p. Ab eadem causa M. Actius poeta, quia Umber Sarcinas erat, a pedum planitie initio Plotus, postea Plautus cœptus est dici. Turnebus credit e Græco per antistœchum esse deductum, a calcei genere, qui ab illis βλαύτη & βλαύτιον dicitur, quod sandalium est. Sed & a Latinis soleæ dimidiatæ, quibus utebantur in venando, quo planius pedem ponerent, Semiplotia dicebantur, quod est tanquam ἡμιβλαύτια. Testis Festus l. c. In antiquo tamen lexico Plaotus exponitur βαρύωτος, ab aurium latitudine. V. superior Festi locus.

Plautus, M. Actius [Πλαῦτος] Poeta Comicus, si quando a mola asinaria vacabat, cui addictus ob paupertatem erat, fabulas componebat, quas venditaret. Quarum viginti quinque genuinas Plauti esse Lælius censuit, de quibus viginti hodie reliquæ sunt. V. Gell. lib. 1. cap. 24. Hic ceteris Comicis præfertur, sententia multorum, præsertim Varronis, qui ait, Si Musæ Latine loquerentur, Plautino sermone loquerentur.
Plautus urbano, ingenioso, & faceto genere jocandi refertus. Cic. 1. Off. 104.
Plautus P. Claudio, L. Portio Consulibus mortuus est. Cic. de Clar. Orat. 60.

Plautinus, a, um. Adj. [Πλαυτῖνος] ut, Numeri Plautini, Versus Plautini. Hor. in Arte Poet. 270.
Plautinissimus, superlativum, quo usus est Gell. lib. 3. cap. 3.
Plotinus & Plotianus, V. suo loco.

P L E

Plebs, plebis. vel antique Plebes, ĕi. f. [λαὸς, πλῆθος, χυδαῖος, δῆμος] Idem quod Vulgus, hoc est vilior pars populi. Plin. lib. 10. cap. 43. Tanta plebei consternatione, ut primo pulsus ex ea regione, mox & interemptus sit. Sallustius Fragm. lib. 3. p. 971. Cort. in oratione Macri Licinii ad plebem, Ne vos ad virilia illa vocem, quo Tribuni plebei, modo Patricium magistratum, &c. Ibidem a pr. Docendumque quas ob injurias & quoties a Patribus armata plebes secessisset.
Plebs ἀπὸ τῶν πλειόνων; hoc est a pluribus dicitur: quod plures sint plebei, quam patricii. V. Voss. Etymol.
Plebem Capito seorsum a populo divisit, apud Gell. lib. 10. cap. 20. Institutionum quoque lib. 1. De justit. & jure. §. Plebs a populo eo differt, quo species a genere. Nam appellatione populi, universi cives significantur, connumeratis etiam Patriciis & Senatoribus. Plebis autem appellatione, sine Patriciis & Senatoribus, ceteri cives significantur.
Ab infima plebe. V. Infimus.
Accusator de plebe. Cic. de Clar. Orat. 54.
Plebs & infima multitudo. Cic. pro Milon. 96.
Antiqua plebs. Hor. 2. Serm. 7. 27.
Anxia. Stat. 2. Silv. 1. 223.
Caducæ plebis Interitus. Stat. 2. Silv. 1. 212.
Confusa. Ovid. 6. Fast. 583.
Humili de plebe pars. Claud. 2. In Eutrop. 342.
Jejuna. Lucan. lib. 3. 58.
Immensa ac nimia. Juven. 11. Sat. 194.
Infima. Cic. 4. Att. 1.
Ingenua. Ovid. 9. Met. 670.
Misera. Hor. 1. Serm. 8. 10.
Scelesta. Hor. 2. Carm. 3. 18.
Serena. Stat. 1. Silv. 6. 24.
Ventosa. Hor. 1. Epist. 19. 37. h. e. Levis & instabilis.
Urbana plebs. Cic. 7. Att. 3. Omnem illam urbanam ac perditam plebem. Rursus Epist. 7. Plebs urbana, tot Tribuni plebis, tam perdita juventus, &c. Plebs rustica (ait Paulus Manutius) laudatur, urbana non item: ut rusticæ tribus Ingenuorum, urbanæ libertinorum. Plebs igitur urbana, infima videlicet, & perdita, ex urbanis tribubus quatuor, in quas transferri Ignominiæ fuit. Plin. lib. 18. cap. 3. Rusticæ tribus laudatissimæ, eorum qui rura haberent. Urbanæ vero, in quas transferri ignominiæ esset, desidiæ probro. Itaque quatuor solæ erant a partibus urbis, in queis habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Exquilina. Pedianus in Verr. 2. 23. Tribus urbanæ rusticæque omnes XXXV numerantur: ex quibus aliquam necesse est, cujuscunque ordinis fuerit, civis Romanus obtineat. (conf. Liv. lib. 9. extr.
Agere plebem. V. Ago.
Amplecti. V. Amplector.
Concidere. V. Concido.
Mansuefacere. V. Mansuetus.
Permulcere & tractare. V. Permulceo.
Plebs superûm eleganter. Ovid. in Ibin, 81.
Vos quoque, plebs superûm, Fauni, Satyrique, Laresque.
Plebs, de uno tantum. Hor. 1. Epist. 1. 56.
Si quadringentis sex septem millia desunt,
Est animus tibi, sunt mores, est lingua, fidesque:
Plebs eris. i. e. (inquit Acron) In duodecim ordinibus non sedebis. h. e. Plebejus eris. Quadringentis, i. e. Censui equestri. Sex septem, i. e. Sex septemve.

Plebĕcŭla, æ. f. dimin. [λαΐδιον] Cic. 1. Att. 13. Pers. 4. Sat. 6.
Ergo ubi commota fervet plebecula bile. Hor. 2. Epist. 1. 186.

Plebiscĭtum, i. n. [τὸ λαοῦ ψήφισμα] Plebis statutum. Sciscere enim, statuere est. V. Gell. lib. 5. cap. 27. Liv. lib. 3. 55. Omnium primum, quum veluti in controverso jure esset, tenerenturne Patres plebiscitis: legem Centuriatis comitiis tulere, ut quod tributim plebes jussisset, populum teneret: qua lege Tribunitiis rogationibus telum acerrimum datum est. Est igitur Plebiscitum, Quod nulla auctoritate Patrum constitutum est. Gell. lib. 10. cap. 20. Plebiscitum est, secundum Capitonem, lex quam plebes, non populus accipit. Et paulo post, Et plebiscita & privilegia translato nomine leges appellaverunt. Cic. 3. Att. 23. Per leges plebisve scita. [Rectius enim divise scribitur Plebis scitum, vel Plebei scitum: ut Senatus consultum. Sic & Populi scitum dicitur. V. in Scisco, & Voss. Etymol.
Plebiscitum, lex, rogatio. Cic. pro Domo 44.
Decreta est plebiscito a Senatu Consuli quæstio. Cic. 2. de Finib. 54.
Ex plebiscito vetari facere aliquid. Auctor. ad Herenn. lib. 1. 25. In rem confertur, ut si quis, ex testamento quod facere jussus sit, ex plebiscito vetetur. De remotione criminis.

Minuere plebiscitis dignitatem Senatoriam. Cic. 2. de Orat. 199.

Plebejus, a, um. Adj. [λαϊκὸς, ὁ πλήθους] Quod est plebis. Liv. 6. 11. Criminando Patres, alliciendo ad se plebejam auram, non consilio ferri: &c. Correctiora exemplaria legunt, Plebem, jam aura, non &c.
Plebejæ Pudicitiæ sacellum In vico longo est. Festus.
Domus plebeja. Stat. 4. Silv. 6. 86.
Jura plebeja. Stat. 3. Silv. 4. 37.
Ludi plebeji. Liv. 29. 11. Ludi Romani, Plebeji septies instaurati.
Senex. Senec. Thyest. 4.
Plebeus, sive Plebejus, & Pauper. Plaut. Pœnul. 3. 1. 12.
Heus tu, quanquam nos videmur tibi plebei & pauperes, &c.
Plebejus, Vulgaris, translate. Plin. 13. 4. Ex reliquo genere plebejæ videntur.
Amictus plebejus. Propert. lib. 2. 25. 45.
Gemmæ. Plin. lib. 37. cap. 12. Indicatis nobilibus gemmis, etiam plebejis rariorum generum. [Scribe Variorum.
Olla. Martial. lib. 13. 8.
Philosophi. Cic. 1. Tusc. 55. Licet concurrant plebeji omnes philosophi (sic enim ii, qui a Platone & Socrate, & ab ea familia dissident, appellandi videntur) &c.
Purpura plebeja, ac pæne fusca. Cic. pro Sext. 19. Vestitus asper, nostra hac purpura plebeja, ac pæne fusca. V. Græv.
Rogus. Ovid. in Ibin, 154.
Sermo. Cic. 9. Fam. 21. Nonne plebejo sermone agere tecum videor in epistolis? nec enim semper eodem modo.
Vestis. Lucret. lib. 2. 36.
Plebeji Romæ multi fiebant ex patriciis, sicuti contra explebejis patricii. Id quum fiebat adoptione, nomen mutabatur, quod opinor satis constare: quum vero non adoptione, sed aliquo privilegio aut a plebe ad patres, aut a patribus ad plebem transibant, conservabatur nomen: quod Octaviæ gentis exemplo Suetonius ostendit: ait enim, modo patriciam, modo plebejam fuisse, nomine conservato. Et Dio lib. 42. P. Cornelium Dolabellam, qui Ciceronis gener fuit, transisse ad plebem tradit. Ex quo postea tribunus plebis factus est Dolabella: nec desiit esse Cornelius, sed desiit esse patricius. Nam lib. 13. Epist. Fam. 36. pr. Cicero P. Cornelium vocari dicit eum, qui Dolabellæ beneficio civitate a Cæsare, victo jam Pompejo, donatus erat: quod factum est post illud tempus, quo transisse ad plebem Dolabellam scripsit Dio. Video etiam in historiis tribunum plebis nominari Minucium Augurinum; factum videlicet ex patricio plebejum, nomine conservato. Nam antea Minucios omnes patricios videmus. Ex Manutii commentario in Epist. ad Q. frat.

Plebicŏla, æ. m. [δημοκόπος] Qui plebem colit, & plebi servit. Cic. pro Sext. 110. Qui (ut credo) non libidinis causa, sed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem. Liv. 3. 33. Adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola repente, atque omnis auræ popularis captator evaderet, pro truci insectatore plebis.

Plecto, xui, xum, ĕre. a verbo Græco πλέκω deductum videtur, quod est Implico, necto, texo: quamvis Perottus contradicat. Lucan. ad Pison. 169.
Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes
Plectis, & obliquis fugientem cursibus urges. V. Fest. in dict. seq.

Plexus, a, um. [πλεχθεὶς] Partic. ut, Coronæ plexæ. i. e. Vario genere florum implexæ. Lucret. lib. 5. 1397.
Tum caput atque humeros plexis redimire coronis.
Plexa, Colligata significat ex Græco; cui nos etiam præpositionem adjicimus, quum dicitur Perplexa. Festus. conf Voss. Etymol.

Plexus, ûs. m. Manil. 5. 145.
— tortosque in plexum ponere crines.

Plectĭlis, e. Adj. Nexilis. Plaut. Bacch. 1. 2. 37. Corolla plectilis. Adde Prudent. Apotheos. præf. 2. 23.

Plecto, plane Græcum est, πλήσσω, inquit Budæus; xi, ctum, secundum Priscianum: vel, ut alii volunt, xui, xum, ĕre. Punire, supplicio afficere. Ter. Phorm. 1. 4. 41.
— tu jam lites audies,
Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit. Cic. pro Cluent. 5. Ut in judiciis & sine invidia culpa plectatur, & sine culpa invidia ponatur. [A Græco πλήσσω, unde πλήκτης Percussor, rectius arcessit Voss. q. V.
Iisdem de causis alios plectere, & alios ne appellare quidem. Cic. 1. Off. 89. Cavendum est etiam, ne major pœna quam culpa sit, & ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem.
Plecti, Dare pœnas. Ovid. 1. Amor. 7. 30. Hor. 1. Epist. 2. 14.
Quicquid delirant reges plectuntur Achivi.
Capite plecti. Cic. 3. de Legib. 46.
Jure plecti. Cic. 2. Off. 28. Jure igitur plectimur: nisi enim multorum impunita scelera tulissemus, nunquam ad unum tanta pervenisset licentia.
Tergo plecti. Hor. 2. Serm. 7. 105.

Plectĭbĭlis, e. Adj. Pœna dignus. Sidon. 6. Epist. 1. Recordatio vitæ plectibilis.
Invidia plectibilis. Idem 4. Epist. 6.
Vitium plectibile. Claud. Mamert. 1. 1.

Plectrum, i. e. [πλῆκτρον] Instrumentum quo citharœdi fides plectunt, id est percutiunt. Martial. lib. 14. 167.
Exornent docilem gartula plectra lyram.
Aureo plectro sonans. Hor. 2. Carm. 13. 27.
Degenerum. Stat. 3. Silv. 2. 41.
Eburnum. Tibul. lib. 3. 4. 39.
Grave. Ovid. 10. Met. 152.
Imbelle. Ovid. 5. Met. 114.
Modulans. Senec. Med. 8.
Nova plectra movere. Stat. 1. Silv. 2. 2.
Smyrnæa, Humerica. Sil. lib. 8. 596.
Linguæ plectra titubantia. Suet. in Claud. Cæs. cap. 30. extr. Sed in emendatis codd. exstat, Præterea linguæ titubantia.
Plectrum est etiam Gubernaculum navis. Sil. 14. 403.
Deduxit telum & residentis puppe magistri
Affixit plectro dextram. Et v. 549.
Non plectro ratis, &c.
Plectrum etiam quandoque dicitur Calcar æneum, quod olim gallis gallinaceis addebatur, dum inter se pugnarent. Perott.

Plectrĭpŏtens, entis. Musices & poeticæ peritus. Sidon. 9. Epist. 13.

Qua Flaccus lyricen Pindaricum ad melos
Frenis flexit equos plectripotentibus.

PLĔCŪSA, æ. f. [πλέκουσα] Ornatrix ancilla a πλέκειν. Martial. 2. 66.
Et cecidit sectis icta plecusa comis.

PLĒĬAS, ădis. f. [Πλειὰς, Πληϊάς] dicta est Maja, septem stellarum splendidissima, de quibus infra dicemus. Scribitur diphth. Gr. Pleias.
Madida cadens Pleias. Claud. de 4. Cons. Hon. 436.
Imbrifera Pleias. Lucan. lib. 8. 852.
Lucida. Ovid. 1. Met. 670.
Utque sub occidua jactatis Pleiade nautis. i. e. Quum occidunt Pleiades. Claud. de Bell. Get. 209.
Pleiades, Pherecydes tradit septem sorores fuisse, Lycurgi filias, ex Naxo insula. Et quia Liberum educaverunt, eas a Jove inter sidera fuisse relatas. Harum nomina putantur Electra, Alcinoe, Celeno, Merope, Sterope, Taigeta, Maja: quarum septima (ut ait Aratus) vix cerni potest, propterea quidam existimant vocatam Electram. Sunt qui pudore occultasse se dixerint, quod quum aliæ diis nupsissent, sola Electra nupsit mortali. Alii quod Electra non tulerit spectare ruinas Trojæ, manumque ante oculos opposuerit. V. Ovid. 4. Fast. 169.
Pleiades incipient humeros relevare paternos, &c. Alii has Atlantis filias esse dixere, ex Pleione Nympha genitas, unde sint Pleiades appellatæ. Servius, Pleiades (inquit) signum est ante genua Tauri, quod ortu suo primæ navigationis tempus ostendit. Unde Græce pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλεῖν. Latine Vergiliæ, a verni temporis significatione, quo oriuntur. Hæc Serv. Vulgo *La poussiniere.*
Fit quandoque hæc dictio productione primæ litteræ tetrasyllaba. Propert. 2. 16. 51. Non hæc Pleiades faciunt, nec aquosus Orion.
Aliquando abjicitur a & dicimus Pliades. Stat. 1. Silv. 3. 95.
Nec per Ægeas Hyades, Pliadumque nivosum
Sidus, &c.
In singulari. Virg. 4. Georg. 233.
Plias & Oceani spretos pede &c. [Sed hic rectius scribitur Pleias cum Diphthongo.
Chorus Pleiadum. Hor. 4. Carm. 14. 21.
Greges densi latitant Pleiadum. Senec. Med. 2.
Signa Pleiadum. Ovid. 1. de Pont. 5. 82.
Aquosæ. Stat. 4. Theb. 120.
Atlanteæ. Ovid. 3. Fast. 105.
Densæ. Valer. 5. Argon. 415.

PLĒĬŎNĒ, es. f. [Πληϊόνη] Nympha, Oceani filia, & uxor Atlantis, ex qua Pleiades suscepit. Ovid. 5. Fast. 83.
Nepos Atlantis & Pleiones, Mercurius. Ovid. 2. Met. 743.
Magnæ Pleiones nepos. Valer. 1. Argon. 738.

PLEMMȲRIUM, i. n. [Πλημμύριον] Fluvius est Siciliæ, quem Virg. Undosum appellavit, verbum de verbo exprimens. Idem enim Undosum, quod Plemmyrium. Auctor Servius enarrans illud Virg. 3. Æn. 693.
Sicanio prætenta sinu jacet insula contra
Plemmyrium undosum, nomen dixere priores.
Ortygiam: &c.

PLENILUNIUM, PLENITAS, PLENITUDO. &c. V. PLENUS.

PLĒNUS, a, um. Adj. [ἔμπλεος, διάπλεος, κατάπλεος, ἀνάπλεος, μεστὸς, πλέος, πλῆθος, πλήρης, ἔμπλεως, ἁδρὸς] Quod est Vacuo contrarium. Plaut. Truc. 4. 2. 13.
Integrum & plenum adorta est thesaurum.
Cadus a summo plenus. Plaut. Mil. 3. 2. 41.
Lacus plenus ad marginem. Plin. lib. 2. cap. 103.
Enectus & Plenus, contraria. Cic. 2. de Divin. 142. Medici ex quibusdam rebus & advenientes & crescentes morbos intelligunt: nonnullas etiam valetudinis significationes, ut hoc ipsum, pleni enective simus, ex quondam genere somniorum intelligi posse dicunt.
Exilis & Plenus, contraria. Cic. 2. de Divin. 30. Sed si eadem hora aliæ pecudis jecur nitidum atque plenum est, aliæ horridum & exile, quid est quod declarari possit habitu extorum & colore?
Imminutum & Plenum verbum, contraria. Cic. 1. in Orat. 154. Quasi vero nesciamus, in hoc genere & plenum verbum recte dici, & imminutum usitate.
Inanis & Plenus, contraria. Cic. 1. de Orat. 37. Sed deinceps omnia, nonne plena consiliorum, inania verborum videmus?
Jejunus & Plenus orator, contria. Cic. 3. de Orat. 16. Quod siquis erit, qui ductus opinione vulgi, aut Antonium jejuniorem, aut Crassum fuisse pleniorem putet, quam quomodo, &c.
Refertus ac Plenus. Cic. 1. Acad. 17. Sed utrique Platonis ubertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam.
Plenum, cumulatumque, i. e. Copiosum. Liv. 42.
Acerra plena. Virg. 5. Æn. 745.
Alveo pleno fluere. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Amator plenus. Hor. 1. Epist. 21. 8. — & scis
In breva te cogi, quum plenus languet amator. h. e. Satur languide te amat.
Annus plenus, Completus. Hor. 3. Carm. 18. 5.
Annis plenis nubilis filia. Virg. 7. Æn. 53.
Annum plenum atque integrum habere ad Præturam gerendam. Cic. pro Milon. 24.
Argumentatio perfecta & plena ex quinque partibus constat. Auctor ad Herenn. lib 2. 31.
Auro pleno se proluit, Patera aurea vino plena. Virg. 1. Æn. 743.
Campus. Virg. 3. Georg. 390.
Canistri. Virg. 4. Georg. 280.
Carmen grave & plenum. Cic. 1. Tusc. 64. Mihi vero ne hæc notiora quidem & illustriora carere vi divina videntur, ut ego aut poetam grave, plenumque carmen sine cælesti aliquo mentis instinctu putem fundere: aut, &c.
Copia plenior justo. Hor. 1. Serm. 1. 57.
Corpus plenum, Repletum cibo. Hor. 1. Serm. 7. 31.
Flumina. Virg. 3. Georg. 143.
Gaudiis perpetuis plenisque vita beata exsistit. Cic. 5. Tusc. 67.
Gradu pleno ingredi. Cic. 12. Fam. 16. Illum, paratum ut video, & ingressum pleno gradu, cohortari non intermittemus Erasm. Qui leviter rem quampiam attigerunt, summo pede dicuntur ingressi: contra qui magno studio instituerunt aliquid, pleno gradu dicuntur ingressi. V. GRADUS.
Luna plena. Virg. 3. Æn. 152. Ovid. 7. Met. 180.
Manu plena, pro eo quod est Ampliter, copiose, prolixe, minimeque maligne. Translatum ab iis, qui non minutim & parce, sed plena manu largiuntur. Cic. 2. Att. 25. At hercule alter tuus familiaris Hortensius, quam plena manu, quam ingenua, quam ornate nostras laudes in astra sustulit? Erasm. V. MANUS.
Manibus plenis dare aliquid. Virg. 6. Æn. 884.
Merces plenior suo officio. Ovid. 20. Epist. 142.
Obsequium plenius. Quintil. in procem. lib. 1. Simul ut pleniori obsequio demererer amantissimos mei.
Orationem Latinam legendis nostris efficies pleniorem. Cic. 1. Off. 2.
Orator plenus & perfectus. Cic. 1 de Orat. 59.
Ore pleniore laudare. Cic. 1. Off. 61. Contraque in laudibus, quæ magno animo & fortiter excellenterque gesta sunt, ea, nescio quomodo, quasi pleniore ore laudamus.
Pectus plenum. Hor. de Arte Poet. 337.
Pecunia. Cic. pro Rosc. Amer. 6. Ut quoniam in alienam pecuniam, tam plenam atque præclaram, nullo jure invaserit.
Plagæ. Martial. lib. 1. 56.
Pocula. Virg. 4. Georg. 495.
Præsepia. Virg. 3. Georg. 378.
Sententiæ curtæ, opponitur Perfecta atque plena. Cic. 4. de Finib. 36. Eorum omnium multa prætermittentium, dum eligant aliquid quod sequantur, quasi curta sententia. At vero illa perfecta atque plena, eorum qui quum de hominis summo bono, &c.
Testimonium plenissimum. Plin. 10. Epist. 8.
Uber. Ovid. 15. Met. 117.
Velum. Virg. 1. Æn. 404.
Velis plenissimis navigare. Cic. pro Domo, 24.
Viis plenissimis portari. Cæs. 2. Bell. Civil. 25.
Villa plenissima. Hor. 1. Serm. 5. 50. subauditur Hominibus. [Immo Copiosissima intelligitur, ut recte Schol. vet. i. e. Rerum ad victum necessariarum copia probe instructa. conf. Plenus pro Referto infra.
Voluptas. Cic. 1. de Finib. 53. Diligi & carum esse jucundum est, propterea quia tutiorem vitam, & voluptatem efficit pleniorem.
Votum. Ovid. 5. Trist. 9. 22.
Vocem grandiorem & pleniorem subsellia desiderant. Cic. in Brut. 288.
Plenus genitivo jungitur aliquando, aliquando ablativo.
Atria plena rosarum. Ovid. 2. Met. 113.
Sacculus plenus aranearum. Catull. 13. 8. Phalæc.
Plenus sacculus est aranearum. Homerum imitatus est, qui lib. Odyss. scribit,
— Ὀδυσσῆος δέ που εὐνὴ
Χήτει ἐνευναίων κάκ' ἀράχνια κεῖται ἔχουσα. Nam araneis obsidentur & opplentur, quæ inania solaque sunt, ut loculi jocose dicuntur araneosi, & cubilia Homerus dixit vidua & deserta. Turneb. Advers. 2. 10.
Ætatis plenus. Plaut. Merc. 3. 3. 13. i. e. Senex.
Amoris plenus. Plaut. Trin. 3. 3. 22.
Animi plenus. Liv. 4.
Animorum, irarumque plenior. Liv. 6. 18.
Aquæ plena spongia. Lucret. lib. 4. 622.
Argenti cælati optimi, multæque stragulæ vestis, pretiosissimorumque mancipiorum domus plena. Cic. 4. Verr. 25.
Artis plenum & peracutum genus orationis. Cic. de Clar. Orat. 114.
Consili plenus. Plaut. Epid. 1. 2. 49.
Crapulæ plenus. Liv. 9. 30. extr.
Festinationis plena epistola. Cic. 5. Att. 14.
Fidei plenus. Cic. de Senect. 1.
Frigoris domus plenissima. Ovid. 2. Met. 763.
Gaudiorum plena omnia honesta sunt. Cic. 5. Tusc. 67.
Gloriarum plenus. Plaut. Mil. 2. 2. 22.
Ingenii plenus. Cic. pro Flac. 15. Sic adolescens ingenii plenus, locupletes metu, tenues præmio, stultos errore permovit.
Inimicorum plenus. Cic. de Prov. Cons. 19. Quis plenior inimicorum fuit C. Mario?
Iræ plenus. Liv. 3.
Laboris immensi plenus. Plin. lib. 6. cap. 19.
Laboris nostri plena regio. Virg. 1. Æn. 464.
Lacrimarum plenus. Liv. 30.
Lætitiæ plenus. Hor. de Arte Poet. 347.
Litium. Plaut. Men. 4. 2. 13.
Metûs loca plena. Ovid. 4. Met. 111.
Minarum verba plena. Hor. de Arte Poet. 106.
Navium plenissimus portus. Cic. pro Lege Manil. 33.
Negotii plenus, Valde occupatus. Cic. 1. de Nat. Deor. 54. Curiosum & plenum negotii deum? V. NEGOTIUM.
Officii plenus. Cic. 7. Att. 4. Quem quidem cognovi, cum doctum, tum sanctum, plenum officii, studiosum etiam meæ laudis.
Persuasionis plenus. Sueton. in Tiber. Cæs. cap. 69.
Piscium plenissimus fons Arethusa. Cic. 6. Verr. 118.
Præceptorum plenus. Ter. Adelph. 3. 3. 58.
Puellarum navis plena. Ovid. Rem. Amor. 488.
Salutis plena. Lucret. lib. 3. 832. Sed hodie rectius legitur, Aliena salutis.
Sanguinis plenus, Homicida. Plaut. Bacch. 1. 2. 45.
Sceleris plenum consilium. Cic. pro Rosc. Amer.
Somni, vini, stupri plenus. Cic. 7. Verr. 93. Lucebat jam fere: procedit in medium, vini, somni, stupri plenus.
Spei plenus. Cic. pro Cœl. 80. Ne aut senectutem jam prope desperatam contempsisse, aut adolescentiam plenam spei maximæ, non modo non aluisse vos, sed etiam perculisse atque afflixisse videamini.
Stultorum plena sunt omnia. Cic. 9. Fam. 22.
Temeritatis plenissimus. Cic. 4. Acad. 114. Id turpissimum esse dicas, & plenissimum temeritatis.
Timoris plena res amor. Ovid. 1. Epist. 12.
Veneni oratio plena. Catul. 42. 12.
Venustatis plenior. Ter. Hec. 5. 4. 8.
Quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior?
Vini plenus. Ter. Hec. 5. 3. 25. conf. Somni, Crapulæ, &c.

Vitæ plenus. Lucret. lib. 3. 951.
Adhortatione plenæ litteræ. Liv. 26. 7. extr.
Annis plenus, plenus honoribus. Plin. 2. Epist. 1.
Apparatu bellico plena urbs. Liv. 26. 42. pr. Carthaginem novam interim oppugnare statuit, urbem tum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam.
Corporis & externis bonis plenior. Cic. 3. de Fin. Eo beatior quisque sit, quo sit corporis, aut externis bonis plenior.
Dedecore plenus. Plaut. Amphit. suppos. 2. 29.
Exspectatione plenus. Cic. 3. Att. 15. Ex tuis litteris plenus sum exspectatione de Pompejo quidnam de nobis velit, aut ostendat.
Sonoribus aures plenæ. Lucret. lib. 6. 1183.
Splendore plenum cælum. Plaut. Merc. 5. 2. 39.
Timoribus noctem plenam habui. Cic. 16. Fam. 14.
Voluptatibus vita referta & plena. Cic. pro Sext. 23.
Voce pleniorem aut suaviorem audisse mihi videor neminem. Cic. 1. de Orat. 232.
Plenus, pro Referto, sive Divitiis onusto. Cic. 4. Verr. 48. Prætorem vero cohortemque totam sic studiosam, ut facile appareret, non tam illis Siciliam, quam inanem offenderant, quam Verrem ipsum, qui plenus decesserat, provinciam fuisse. Hor. 2. Epist. 2. 154.
— & cum sis nihilo sapientior, ex quo
Plenior es, tamen uteris monitoribus isdem.
Domus plena, Dives, referta opibus. Hor. 2. Carm. 12. 24. conf. Villa plena supra.
Plenior & uberior ad dicendum nemo fuit. Cic. de Clar. Orat. 125. Noli putare quemquam, Brute, pleniorem & uberiorem ad dicendum fuisse. De C. Graccho.
Plena proprietas, h. e. Qua ususfructus continetur. Paulus in l. Si ita stipulatus. D. De verb. obligat. Et ibidem. Fundum pleno jure promittere, hoc est, non detracto usufructu, & pleno jure stipulatoris fundum efficere. Budæus.
Plenum, pro Integro & justo. Quintil. lib. 1. cap. 2. Nec sum adeo ætatum imprudens, ut instandum teneris protinus acerbe putem, exigendamque plenam operam. Budæus. Plura exempla supra V.
In plenum dicere. Plin. lib. 13. cap. 4.
Ad plenum. V. AD. Virg. 2. Georg. 244.
Huc ager ille malus, dulcesque a fontibus undæ
Ad plenum calcentor. i. e. Optime.
Manare ad plenum. Hor. 1. Carm. 17. 15.
PLĒNĒ, Adv. [ὁλοκλήρως, ἐντελῶς] Plane, perfecte, cumulate. Hor. 1. Epist. 11. 14.
— furnos & balnea laudat,
Ut fortunatam plene præstantia vitam. [An plane? i. e. Omnino.
Alere plenius. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Dicere plenissime, h. e. Amplissime & abundanter. Cic. 4. de Fin. 14. Quum superiores, e quibus plenissime Polemo, secundum naturam vivere, summum bonum esse dixissent.
Facere plene. Plin. 10. Epist. 26.
Laudare aliquid plenius æquo. Hor. 2. Epist. 2. 10.
Perfectum plene & cumulate. Cic. 2. de Divin. 2. Quæ ut plene, cumulateque perfecta, de divinatione ingressi sumus his libris scribere.
Referre gratiam plenius. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Sapientes pleneque perfecti homines. Cic. 1. Off. 46.
Scribere plene. Cic. 3. Att. 21. Te oro, ut si quid erit quod perspicias quamcunque in partem, quam plenissime ad me scribas.
Vitare plene aliquid. Cic. 1. Q. frat. 31. Te illud admoneo, ut si hoc plene vitare non potes, quod ante occupatur animus ab iracundia, quam providere ratio potuit ne occuparetur, ut te ante compares, &c.
Plenissime & Restrictissime, contraria. Plin. lib. 5. Epist. 9. ad Capitonem extr. V. Restricte in RESTRINGO.
PLENĬTAS, Adv. Idem. Octav. Hor. 1. 26.
PLENITŪDO, inis. f. [πλήρωμα, πληρέστερμα, ἀδρότης, ἀδροσύνη] Plin. lib. 11. cap. 37. Homo crescit in longitudinem ad annos usque ter septenos, tum deinde ad plenitudinem. Auctor ad Heren. lib. 4. 29. In altera longior, aut longiores, plenior aut pleniores syllabæ erunt, ut longitudo aut plenitudo harum, multitudinem alterius assequatur & exæquet.
Plenitudo & Crassitudo, pro eodem. Columel. lib. 4. cap. 30.
Crescere ad plenitudinem. V. paulo ante, & CRESCO.
PLENĪTAS, ātis. f. Idem. Vitruv. 8. 2. Propter plenitatem & gravitatem. Adde 5. 9.
PLENĬCENTRUM, i. n. Mart. Capell. 8. p. 290. Aperi plenicentrum.
PLENĬLŪNIUM, i. n. [πανσέληνος, πλησιφαής] Luna plena. Plin. lib. 18. cap. 32. Quum vero occidente Sole oritur Luna ex adverso, ita ut pariter aspiciantur, tunc erit plenilunium. Columel. lib. 11. cap. 2. Sed & proprie hoc observabis, ut pridie quam plenilunium sit, si minus, certe ipso plenilunio, omnem quam saturus es fabam, uno die spargas.
PLEŎNASMUS, i. m. [πλεονασμὸς] est (inquit Donatus) Adjectio supervacua ad plenam significationem: ut, Sic ore locuta est. Ter. Phorm. 2. 2. 26. Otiosum ab animo. Ubi Donat. Pleonasmos; nam addidit Ab, quum sufficeret Animo.
PLERIQUE, PLERUMQUE, V. PLERUS.
PLĒRUS, a, um. dixisse antiquos testis est Pacuvius, quum ait,
Periere Danai, plera pars pessumdata est. Festus.
Plera pro Pleraque. Cic. 3. de Legib. 6. Minores magistratus partiti juris plures in plera sunto. [V. Cort. ad Sall. Catil. 59. extr. Puto esse ex Gr. πλῆρος abjecto ι & mutato ι in ε more Æolum, & videntur vett. Plesos primum dixisse, quum canina littera carerent. V. litt. R.
PLĒRĬQUE, pleræque, pleràque. [πλεῖστοι] a Plus deducitur, quod vett. Plerus usurpant aliquando pro eo quod est Plures, & maxima ex parte. Sallust. in Jugurth. cap. 17. pr. In divisione orbis terræ plerique in tertia parte Africam posuere: pauci tantummodo Asiam & Europam esse, sed Africam in Europa. Cic. 1. Acad. Ut contra omnium sententias dies jam plerosque deduceret.
Plerique, i. e. Nonnulli. Quintil. lib. 6. cap. 5. Videas plerosque ira perentos.
Fere plerique. V. FERE.
Plerique omnes, Particula est, teste Donat. Idem significans quod Plerique, sive pleraque, hoc est Maxima ex parte. Sic autem ait. Plerique omnes, ἀρχαϊσμὸς est. Nam errant qui plerique παρέλκον intelligunt, aut qui subdistinguunt Plerique: & sic inferunt Omnes. Hoc enim pro una parte orationis dixere veteres. Idem super Hec. Ter. Plerique omnes; i. e. Omnes. & Pleraque omnia; i. e. Omnia. Ter. Andr. 1. 1. 28.
Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.
Plerique omnes, i. e. Maxima pars, non omnes. Lamb. in Æmil. Probum. 3. 68. H. St. Debet autem divise scribi. V. Ter. Phorm. 1. 3. 20.
Plerusque, pleraque, plerumque. numero singulari usurpavit Sallustius in Jugurtha 54. ubi scribitur, Exercitum plerumque in iisdem locis operiri jubet. Plerumque exercitum, pro Magna exercitus parte dixit: sed Plerumque, in editionibus desideratur, ut intelligas emendatores librorum, ut quædam de suo nonnunquam addunt, sic & alias frequenter subtrahere. Ex Turnebo. [V. Cort. not. Forte tamen exercitus plerumque reliquit, ut Plerumque noctis. V. infra.
PLERUMQUE, Adv. [ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τὰ πλεῖστα] Fere semper. Ter. Andr. 1. 2. 20.
Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerumque applicat.
Plerumque, pro Interdum. Ulpian. l. falsus. D. de furt. Si jactum ex nave factum alius tulerit, an furti teneatur. Quæstio in eo est, an pro derelicto habitum sit: ut etsi quidem derelinquendi animo jactaverit (quod plerumque credendum est, quum sciat periturum, &c.
Plerumque, non semper, quæ eveniunt, fortuita sunt. Cic. 2. de Divin. 14.
Ferventior plerumque est animus fortis & magnus in homine non perfecto, nec sapiente. Cic. 1. Off. 46.
Fruuntur frigoribus parto agricolæ plerumque. Virg. 1. Georg. 300.
Manere plerumque in aliquo loco. Cic. 5. Att. 16.
Prædicunt semper aut plerumque quid futurum sit multo ante. Cic. 1. de Divin. 128.
Plerumque, aliquando significat Nonnunquam, sed rarissime. Quintil. Declam. 15. Excussa sunt plerumque vitia verberibus. [i. e. Sæpius.
Plerumque, omnes jam sunt intermortui. Plaut. Trin. 1. 1. 7.
Plerumque noctis. Sallust. in Jugurth. cap. 21. pr. Sed ubi plerumque noctis processit: obscuro etiam tum lumine, milites Jugurthini, signo dato, castra hostium invadunt. h. e. Multum aut plurimum, vel Multa pars noctis. Cui simile est illud Livii, 45. 9. pr. Hic finis belli, quum quadriennium continuum bellatum esset inter Romanos ac Persea, fuit: idemque finis inclyti per Europæ plerumque atque Asiam omnem regni. conf. PLERIQUE ad fin.
PLEROPĬCUS, a, um. Adj. Suppletus. Frontin. de Colon. Goes. p. 131. Plebe deficiente, aliis paucioribus ager est assignatus, terminis pleropicis. [Immo Pleroticis, πληρωτικοῖς. Gloss. Gr. Lat. Πληρωτικὸς, Explebilis.
PLĒTHŌRA, æ. f. [πληθώρη] unde & Plethorici, Plenitudo corporis est, quæ toto oberrat corpore, & ex qua morbus enasci solet. Erasistratus. Galen. de Composit. pharmac. secund. loc. lib. 2. cap. 3.
PLĒTHRUM, i. n. [πλέθρον] Mensura est centum pedum, & sexta pars stadii, ut ait Suid. Laurentius Jugerum ex Herodoto vertit. Budæus in P.
PLEVĪTAS, ātis. f. [ἀγένεια] pro Ignobilitate legitur apud veteres. Cato pro Veturio, Propter tenuitatem & plevitatem. Hemina in Annalibus, Quicunque propter plevitatem agro publico ejecti sunt. Hæc Non. 2. 619. Plebitas melius fortasse legeretur, a Plebe, propter cognationem litterarum, v, & a.
PLEURĪTIS, idis. f. [πλευρῖτις] Dolor laterum: nam ὁ πλευρὸς, τὸ πλευρὸν, appellatur Tunica succingens costas, inter quam & ipsas costas dum sanies colligitur, & apostema generatur, Pleuritis appellatur morbus. Vitruv. 1. 6. Tussis, pleuritis, phthisis. V. Cæl. Aurel. Acut. 2. 13.
Pleuritides, Regulæ dicuntur in Hydraulico instrumento, quæ propelluntur & reducuntur, itaque & reditu suo alias obturant, alias aperiunt foramina organorum, id est tibiarum, quæ in hydraula sunt, & moventur pinnis, musici manu tactis. Vocantur autem Pleuritides, id est laterales: quanquam in antiquissimis editionibus Plinthides Turnebus reperit, id est laterculares. V. Vitruv. 10. 13. de his abunde. conf. PLINTHIS.
PLEURĪSIS, is. f. Idem. Prudent. in Romano v. 485.
Mucrone quanto dira pulsat pleurisis. [An Pleuresis? ut Phrenesis. q. V.
PLEURĪTĬCUS, i. m. [πλευριτικὸς] Qui laterum dolorem patitur. Plin. lib. 20. cap. 17. Origanum tussientibus quoque cum malle datur, & pleuriticis & peripneumonicis.
PLEURĬCUS, a, um. Adj. Lateralis. ut, Termini pleurici. Frontin. de Colon. p. 336.
PLEURON, ōnis. f. [Πλευρὼν] Urbs est Ætoliæ, ut ait Plin. lib. 4. cap. 2. in qua urbe Combe, quum Phasnei filii occiderentur, deorum misericordia in avem mutata est. Ovid. 7. Met. 382. Ubi tamen Micyllo suspectum est. V. not.
PLEURŌNIUS, a, um. [Πλευρώνιος] Adj. ut, Pleuronius Acmon. Ovid. 14. Met. 494.
PLEURŌNIA, æ. f. [Πλευρωνία] Regio in Ætolia, a Pleuronibus, id est Curetibus, sic dicta. Curetes erant comati populi; sed quia ab Ætolis bello exagitati semper anteriori coma decapillabantur, cœperunt ab occipite tantum nutrire comam. unde ἀπὸ τῆς κουρᾶς, id est tonsura, κουρῆτας appellatos fuisse memoriæ proditum est. i. e. Detonsos. Strab. lib. 10.
PLEUTAURI, orum. m. [Πλευταῦροι] Populi sunt in Lusitania extremæ Hispaniæ regione, apud Strab. lib. 3. MS. Πλευτάυροι.
PLEXA, V. PLECTO.

P L I

PLĬCO, āvi & ui, ātum & ĭtum, [πλέκω] āre. Nectere, & veluti rugas facere. A Græco πλέκω, quod est necto.
Plicari. Lucret. lib. 4. 828. — ideo fastigia posse
Surarum, ac feminum pedibus fundata plicari.
PLICANS, antis. Partic. Virg. 5. Æn. 279.
— seque in sua membra plicantem.
PLICĬTUS, a, um. Partic. ut, Numeri gradatim pliciti. Mart. Capell. lib. 7.
PLICĀTĬLIS, e. Adj. [πτυκτὸς] Quod plicari facile potest: ut, Navis plicatilis, quum facta est ex corio. Plin. lib. 5. cap. 9. Idem lib. 10. cap. 29. Upupa crista visenda plicatili, contrahens eam, subrigensque per longitudinem capitis.
PLICATŪRA, æ. f. Ipse plicandi actus. Plin. lib. 7. cap. 51. Jam fimbriarum curam & stragulæ vestis plicaturas. Loquitur de signis mortis.
PLIGŎRIUS, a, um. Adj. Prolixior, longior. Innocent. de Cas. p. 224. Per pligorias lineas.

PLINIUS, i. m. [Πλίνιος] Secundus Veronensis, temporibus Vespasiani vixit, cujus negotia administrabat: noctibus vero & succisivis (ut ipse inquit) temporibus, opus de Rerum natura conscripsit, unus omnium parcissimus temporis. Scripsit etiam Historias civiles. V. Voss. de Hist. Lat. 1. 29. Periit in montis Vesevi incendio, dum id propius inspectare cupit. Ejus vitam diligentius narrat nepos ejus ex sorore, Cæcilius Plinius, cujus exstat liber Epistolarum, & Panegyricus Trajano Cæsari dictus, quo gratias ei agit Consul ab eo factus; qui & Quintiliani filiam dote juvit, & Martialem poëtam secedentem viatico prosecutus est, ut testatur ipse in Epistolis.

PLINIĀNUS, a, um. Adj. ut, Cerasa Pliniana. Plin. 15. 25.

PLINTHIDAS, PLINTHIGONATUS, PLINTHIS, V. PLINTHUS.

PLINTHUS, i. f. [Πλίνθος] Laterem significat. Vitruv. 3. 3. Crassitudo cum plintho sit columnæ. V. seq. dict.

PLINTHIS, Idis. f. [πλινθὶς] Instrumentum, cujus meminit Vitruvius in catapultæ descriptione lib. 10. 15. Est autem Plinthis, id est Laterculus, quadratum superius ipsius basis, qui laterculus quum accipit columellam, quæ πλίνθος vocatur, suo cavo, eam habere debet quam dicit ipse idem Vitruvius latitudinem. Ex Turnebo.

Plinthides in Re agrimensoria quid sint, Hyginus in libro de Limitibus declarat his verbis, Quæstorii dicuntur agri, quos populus Romanus, devictis pulsisque hostibus, possedit, mandavitque Quæstoribus ut eos venundarent: quæ centuriæ nunc appellantur Plinthides, id est laterculi: easdem in quinquagenis jugeribus quadratas cluserunt limitibus, atque ita certum cuique modum vendiderunt. Idem in eodem libro sic, Sunt plinthides, id est laterculi quadrati, uti centuriæ per sena millia pedum L. limitibus inclusi, habentes singuli laterculi jugera numero I. C C. L. In edit. Goes. p. 205. & 210. scribitur Plinthi.

PLINTHIGONĀTOS foraminis, Vitruv. 10. 7.

PLISTHĔNES, [Πλεισθένης] Impudicus a poetis dicitur. Quintil. lib. 3. cap. 7. Sed ibi Clisthenem legit Burman.

Plisthenes, filius Thyestæ epulandus patri ab Atreo patruo appositus, de quo Senec. Thyest. v. 724.

PLISTHENIUS, a, um. Adj. [Πλεισθένιος] ut, Vir Plisthenius, i. e. Agamemnon. Ovid. Remed. Amor. 778.

PLISTOANAX, actis. m. [Πλειστόναξ] Pausaniæ filius, & Lacedæmoniorum rex, cujus res gestas vide apud Thucydidem.

PLISTŎLŎCHIA, æ. f. [πλειστολοχία] Herba est ex malvarum genere, quam & Hibiscum & Molochen agrion, hoc est malvam silvestrem appellant. Plin. 25. 8. V. ibi Harduin. & ad 20. 4. Al. Pistolochia.

PLISTONICUS, i. m. [Πλειστόνικος] Medici nomen apud Plin. Galen. Cels. sæpius repetitum.

Fuit & Appion quidam cognominatus Plistonicus, non multo tempore Plinio superior, ut idem ultimo volumine testatur. Quandoque Plistonices scriptum legitur sicut Olympionices. [Sic Πλειστόνικος, & Πλειστονίκης, Ὀλυμπιόνικος & Ὀλυμπιονίκης, Ἱερόνικος & Ἱερονίκης &c.

P L O

PLOCAMOS ISIDIS, [πλόκαμος Ἴσιδος] Frutex est in mari nascens, circa Troglodytarum insulas Corallio similis, sine foliis, qui præcisus lapidescit, colore in nigrum commutato, ut ex Jobæ sententia refert Plin. lib. 13. cap. 25. Latine vertere possumus Isidis capillum.

PLOCION, i. n. [πλόκιον] Ornamentum, tricha, inauris, genus monilis implexum & obliquum. Pollux lib. 5. cap. 16. dicit id esse ex colli ornamentis. conf. PLOTIUM.

PLODO, & derivata V. in PLAUDO.

PLOIARIA, [πλοιάρια] Calceorum muliebrium species, quæ ἀκάτια vocat Aristophanes, apud Pollucem lib. 7. cap. 22. q. d. Navigiola.

PLŌRO, [γοάομαι, κλαίω, οἰμώζω] āre. notæ significationis. Festus, Plorare, flere, inclamare. Quintil. lib. 6. cap. 2. Date puero panem, ne ploret.

In funere plorare. Hor. in Arte Poet. 431.

Prohibere aliquem pro alio plorare. Cic. pro Domo 155.

Aliquem plorare dicitur poeta, cujus Threnum, seu næniam scribit. Hor. 4. Carm. 2. 22. de Pindaro,

Flebili sponsæ juvenemve raptum
Plorat.

Funera sua plorare. Stat. 5. Silv. 3. 245.

Jubeo plorare. Hor. 1. Serm. 10. 91. —Demetri, teque Tigelli,
Discipulorum inter jubeo plorare cathedras. i.e. Illi male opto.

Phrasis est Græca; quemadmodum enim, quibus bene cupiunt, eos jubent χαίρειν, id est gaudere: sic, quibus malum precantur, eos jubent οἰμώζειν, id est plorare. Lambinus. V. Cepas edere, in CEPA.

Plorare, cum Infinitivo. Hor. 2. Epist. 1. 10.

Ploravere, suis non respondere favorem
Speratum meritis.

Amore sollicitus plorat. Hor. 2. Serm. 3. 253.

Fessus sum plorando. Cic. 15. Att. 9.

Plorare, plus est, quam Lacrimari. Senec. Epist. 64. Nec sicci sint oculi amisso amico, nec fluant: lacrimandum est, non plorandum.

PLORANS, antis. Partic. Plaut. Pœn. 1. 2. 164. Jam ego faciam plorantem illum. Et Petron. cap. 108. Spongia uda facies plorantis detersa est.

PLORANDUS, a, um. Partic. ut, Bella ploranda. Stat. 1. Theb. 44.

PLORĀTUS, a, um. Adj. ut, Domus plorata. Stat. 5. Silv. 3. 164.

Adonis ploratus. V. ADONIS.

Rogus ploratus. Ovid. 4. Fast. 856.

PLORATIO, ōnis. f. ut, Convallis plorationis, Augustin. de Sanct. Serm. 17. 2.

PLORĀTUS, ûs. m. [οἰμωγὴ, κλαυθμὸς, κώκυτος] Cic. 2. Tusc. 21.

Heu virginalem me ore ploratum edere. Ex poeta. Idem ad Atticum, libro 5. 16. Civitatum gemitus, ploratus. Subaudi, Audivimus.

Misti ploratus ægris vagitibus. Lucret. lib. 2. 579.

PLORĀTOR, ōris. m. [οἰμωκτὴς] Martial. lib. 14. 59.

Si quis plorator collo tibi vernola pendet.

PLORĀBĬLIS, e. Adj. Pers. 1. Sat. 34.

—vatum & plorabile si quid
Eliquat. Et Claud. 1. in Eutrop. 261.
—verbisque sonat plorabile quiddam.

PLORĀBUNDUS, a, um. Adj. [κλαυθμώδης] Qui multum plorat. Plaut. Aul. 2. 4. 38.

Homo ad Prætorem plorabundus devenit, &c. [Immo Deplorabundus venit, ut est in codd. emend.

PLOSTELLUM, PLOSTRARIUS, PLOSTRUM, V. PLAUSTRUM.

PLOTÆ, arum. f. [Πλωταί] Insulæ duæ sunt in Ionio mari, alio nomine Strophades dictæ, supra Zacynthum in Meridiem sitæ. Plin. 4. 12.

PLOTI, V. Plauti in PLAUTUS.

PLŌTĪNA, æ. f. [Πλωτίνα] Trajani Cæsaris uxor, sanctitate, probitate, & omnibus, quæ in muliebrem sexum cadunt, virtutibus celebrata. Hæc tonso capillo virum mentita, conjugem comitata in exsilium euntem, imperterrita, & quasi quædam virago, tolerans ærumnas acerbas. [Miror unde hæc compilator de exsilio Trajani arripuerit, cujus nusquam vestigia sunt. Ceterum Plotinæ insigne elogium exstat apud Plin. in Paneg. cap. 83.

PLŌTĪNUS, i. m. [Πλωτῖνος] Philosophus Platonicus, Ægyptius natione, fuit e civitate Lyco, discipulus Ammonii, præceptor Porphyrii, Galeni Taciti & Probi temporibus. Fuit corpore gracili, tenuique valetudine, morboque sacro obnoxius. Hæc Suidas.

PLOTIUM, i. n. Menandri Comœdia, quam Latine vertit Cæcilius, ut auctor est Gell. lib. 2. cap. 23. [Immo Plocium, Πλόκιον.

PLŌTIUS, i. m. [Πλώτιος] Nomen gentile Rom. idem forsan ac PLAUTIUS, etsi in vett. denar. Plautii & Plotii occurrunt.

L. Plotius Gallus, patria Lugdunensis, dicendi præceptor, Romæ profitebatur, a quo se Cic. una cum Q. fratre, Latinas litteras edoctum fuisse scripsit, teste Tranquillo, a quo inter rhetores ponitur cap. 2. V. Scalig. ad Euseb. no. 1929.

Plotius insignis dicendi præceptor. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Plotius, ut pleraque alia, multorum appellatio est hominum. Ludimur autem plerumque ambiguorum verborum ignorantia: quæ res efficit, ut studiosius debeamus & nomina annotare, & res ipsas designare. Præterquam quod M. Cicero Plotium dicendi magistrum commemorat, cui & Fabius subscribit, fuit Plotius prænomine Lucius, L. Planci bis Consulis Censorisque frater, quem proscriptionem passum a Triumviris, inque Salernitana latebra latitantem, odore unguenti proditum fuisse narrat Plin. lib. 13. cap. 3. extr.

Plotius Crispinus, quem Aretalogum fuisse cognominatum, quod garrula scripserit carmina, Porphyrio auctor est.

PLOTIĀNUS, a, um. Adj. ut, Bona Plotiana. Cic. 13. Fam. 8.

PLOXĔMUS, vel PLOXENUS, i. m. Festus Ploximum scribit & lingua Transpadanorum significare Capsum in cisio, capsamve dicit. Catull. 94. 7.

—hoc dentes sesquipedales,
Gingivas vero Ploxemi habet veteris. Quintil. lib. 1. cap. 5. de Virtutibus & vitiis orationis, Catullus Ploxenum circa Padum invenit. ubi neutrum videtur. V. ad hæc singula loca Interpp. Aliis est viri proprium.

P L U

PLŪMA, æ. f. [πτίλον] Mollior & exigua penna. Plaut. Men. 3. 2. 23.

Pluma levior. Martial. lib. 14. 166.

Lassus Amyclea poteris requiescere pluma.

Avium plumæ. Lucret. lib. 3. 387.

Albæ plumæ. Ovid. 1. Amor. 10. 3.

Canæ. Ovid. 2. Met. 373.

Elata pluma in capite Galeriti. Varr. de L. L. lib. 4. 21.

Horrida. Ovid. 2. Amor. 6. 5.

Levibus plumis velari corpora. Ovid. 15. Met. 357.

Mollis. Virg. 10. Æn. 192.

Pensilibus plumis vehi. Juven. 1. Sat. 159.

Rutila pluma fulgens prætervolat ales. Cic. in Arato 412.

Variæ. Hor. de Arte Poet. 2.

Versicolores plumæ columbis ad ornatum sunt. Cic. 3. de Fin. 18.

Versicolore pluma fultum caput. Propert. lib. 3. 7. 50.

Volucres. Senec. Herc. OEth. 3.

Vulsæ. Virg. 11. Æn. 771.

Moveri facilius pluma aut folio. Cic. 8. Att. 13.

Nantes plumæ colludunt in aqua. Virg. 1. Georg. 369.

Obductæ plumis quædam animantes. Cic. 2. de Nat. Deor. 121.

Insperata tuæ quum veniet pluma superbiæ. i. e. Quum evolarint aut effluxerint ea bona tibi, propter quæ nunc superbis. Hor. 4. Carm. 10. 2.

PLŪMŬLA, æ. f. dimin. [πτιλάριον] Columel. lib. 8. cap. 5. Plumulæque sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinatæ durescant, & naturalia præcludant.

PLUMEUS, a, um. Adj. [πτίλινος] Quod est ex pluma. ut, Plumea culcitra. Cic. 3. Tusc. 45. Plin. lib. 10. cap. 2. Plumeus apex.

Pectora plumea. Stat. 3. Theb. 15.

Torus plumeus. Ovid. 11. Met. 611.

PLUMĀLIS, e. Adj. Vet. Poet. in Error. Vener. p. m. 116. de Leda,

—plumalem de Jove fecit avem. Scil. Cygnum.

PLUMŌSUS, a, um. [πτιλώδης] Adj. ut,

Aucupium plumosum. Propert. lib. 4. 2. 34.

Folia plumosa. Plin. lib. 25. cap. 6. i. e. Lanuginosa.

Pectora plumosa plangere pennis. Ovid. ad Liv. 109.

PLUMĀRIUS, a, um. Adj. Idem. unde, Plumariam culcitram dicimus, Quæ pluma plena est.

Plumarium opus dicitur acu factum, quod Græci a liciorum varietate multiplici, Polymitarium appellant. Plumarium opus alii vocant opus Phrygionis. V. Hieron. 1. Epist. 44. & Barth. ad Stat. Silv. p. 58.

PLUMARIUS, i. m. [πτιλουργὸς] Qui acu aliquid depingit super culcitris plumeis aut pulvinaribus plagis. Cato de Liberis Educandis, Etenim nulla quæ non didicit pingere, potest bene judicare, quid sit bene pictum a plumario, aut textore in pulvinaribus plagis. Ex Non. 2. 716. conf. Firmic. lib. 3. cap. 7.

PLUMĀTĬLIS, e. Adj. [πτίλινος] Quod ex plumis factum est. Plaut. Epid. 2. 2. 49. Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. Nonius 14. 22. Clavatum interpretatur, aut ex pluma factum.

PLUMATIUM, i. n. Lectus plumis effultus. Ambros. Epist. 27. Ne sine veste, sine plumatio paterentur extrudi senem.

PLUMO, [πτιλόω] āre. Plumas emittere: unde Plumatum esse, Pennatum dicimus. Gell. lib. 2. cap. 29. Pullis jamjam plumantibus. Cic. 2. de Nat. Deor. 114.

—nitens

— nitens plumato corpore corvus. Ex poeta.

Plumare, Acu pingere. Flavius Vopiscus in Carino cap. 20. extr. Lanens tunicas purpura micantes, & plumandi difficultate pernobiles. Sed quid sit Plumare proprie, Turnebus in hunc locum exponit his verbis, Quod autem scribit plumandi difficultate nobiles, interpretatur texendi a quibusdam, ab aliis acu pingendi: & sane videri potest pro acu pingere interdum accipi, ut a Divo Hieronymo. Species tamen quædam proprie est acu pingendi, cum elavi, aut patagia, aut segmenta, aut scutulæ, aut tessellæ sic aliæ aliis in veste superassuuntur, ut plumam avium referant: onde & plumariorum & plumandi nomen ortum est per similitudinem traductum: aut quum sine assumento acu pingendo, plumæ avium referuntur. Id indicat Prudent. Hamart. 295.

— hunc videas lascivas præpete cursu,
Venantem tunicas, avium quoque versicolorum
Indumenta novis texentem plumea telis. Hæc ille.

Pars auro plumata nitet. Lucan. lib. 10. 125.

Plumesco, [πτιλοῦμαι] ēre. Plumatum fieri. Plin. lib. 10. cap. 53. Pullus ab eodem tempore plomescit.

Plumĭger, ĕra, ĕrum. Adj. Plin. lib. 10. cap. 22. Velluntur quibusdam locis bis anno. Rursus plumigeri vestiuntur. De anseribus.

Plumĭpes, ĕdis. Adj. [πτιλόπους] Catul. 53. 27.

Adde huc plumipedes, volatilesque. Ante dixerat, Pennipesve Perseus.

Plumbum, i. n. [μόλυβδος] Metalli genus notissimum. Plin. lib. 34. cap. 16. Sequitur natura plumbi. Ejus duo sunt genera, nigrum atque candidum: pretiosissimum candidum, a Græcis appellatum est Cassiteron. Et in hne capitis, Plombi nigri origo duplex est, Aut enim sua provenit vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mistisque venis conflatur. Hor. 1. Epist. 10. 20.

Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum, &c. Intelligit Fistulam plumbeam.

Plumba, numero plurali non dicimus, inquit Varr. de L. L. lib. 8. 40. extr. qood quæ sub mensuram, ac pondera potius, quam sub numerum succedant, multitudinis vocabulo efferri non debeant. [Nimium, quia plumbum in genera discretum non est. Et tamen vidimus supra duo genera veteres fecisse, sed non plura. Itaque cum Olei plura jam genera sint, non reprehendendum videtur, quod juniores Olea pluraliter usurpant, licet id ipsum ibidem Varro reprehendat.

Liquidum plumbum. Hor. 1. Carm. 35. 20.

Vitiatum. Ovid. 4. Met. 122.

Plumbum, pro Glande plumbea. Ovid. 2. Met. 727.

— quam quum balearica plumbum
Funda jacit. Virg. 5. Æn. 405.

Audax. Stat. 1. Silv. 3. 67.

Vulnificum. Valer. 1. Argon. 420.

Plumbum, Genus vitii in oculis. Plin. lib. 25. cap. 13. Hac commanducata, si oculus subinde liniatur, plumbum, quod est genus vitii, ex oculo tollitur.

Plumbeus, a, um. Adj. [μολύβδινος] Quod est ex plumbo. Plaut. Trin. 4. 2. 120.

Cui si capitis res siet, nummom nunquam credam plombeum. In quem locum sic Erasm. Nummum plumbeum hyperbola proverbiali pro Minimo pecuniæ posuit. conf. Cas. 2. 3. 40. Most. 4. 2. 2.

Auster plumbeus. Hor. 2. Serm. 6. 18. h. e. Gravis. Mortales enim aggravat more plumbi. [Nisi potius a Colore epitheton sumsit, siquidem & Nigerrimus Virgilio dicitur. V. in Auster.

Canalis plumbeus. Columel. lib. 8. cap. 3.

Color plombeus. Pliu. lib. 11. cap. 52. Igitur vitæ brevis signa ponit Aristoteles, raros deutes, plumbeum colorem. h. e. Plumbum referentem, qualis apparet in iis, qui ictero nigro laborant.

Gladio plumbeo jugulare, est Futili levique argumento convincere quempiam. Cic. 1. Att. 13. Quum illum plumbeo gladio jugulatum iri tamen diceret. Idem lib. 4. de Fin. 48. Invalidum argumentum, Plumbeum vocat pugionem.

Glans plumbea. Lucret. lib. 6. 177.

Mortarium plumbeum, apud Plin. lib. 34. cap. 18.

Pondera plumbea. Propert. lib. 3. 4. 65.

Thorax plumbeus. Plin. lib. 7. cap. 20.

Iræ plumbeæ. Plaut. Pœn. 3. 6. 18. i. e. Quæ diu insident pectoribus.

Ingenium plumbeum, per translationem, dicitur Obtusum, &

Hominem plumbeum Plautus appellat Lividum. Terentius vero Obtusum & stupidum, in Heaut. 5. 1. 4.

— in me quidvis harum rerum convenit,
Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus.

[Plautinum locum non reperi.

Plumbeum esse in re aliqua. Cic. 1. Tusc. 71. In animi cognitione dubitare non possumus, nisi plane in physicis plumbei simus, quin nihil sit animis admistum.

Plumbea, æ. f. Pila, vel glans plumbea. Spartian. Severo cap. 11. Mortuus ictu plumbeæ. conf. Plumbata.

Plumbārius, a, um. Adj. [μολυβδικός] Quod ad plombom pertinet: ut, Plumbaria officina. Plin. lib. 34. cap. 18. [In hac & seq. dict. videtur de Plumbo candido exponendum, quod & Stannum dicitur.

Plumbarius, i. m. [μολυβδουργός] Qui facit opera ex plumbo. Aurelius Arcad. in l. ult. D. de jur. immunit. Plumbarii, ferrarii, lapidarii.

Plumbōsus, a, um. Adj. [μολυβδώδης] Quod plurimum plumbi habet admistum. Plin. lib. 34. cap. 18. Est & molybdæna quam alibi galenam vocavimus, plumbi & argenti vena communis. Melior hæc, quanto magis aurei coloris, quantoque minos plumbosa, friabilis, & modice gravis. Idem lib. 33. cap. 6. Fæx ejus intelligitur plumbosissima.

Plumbo, [μολυβδόω] āre. Ferruminare, vel plumbo conglutinare. Cato R. R. cap. 21. Modiolos qui indat & plumbet operas fabri.

Plumbatus, a, um. Partic. Plin. 10. 33. Plumbatis eos sagittis decutiunt indigenæ.

Jacula plumbata. Solin. cap. 46.

Plumbata, æ. f. [μολυβδίς] inquit Perottus, Pila plumbea, quam veteres peregrino vocabulo Martiobarbulum vocabant. A quo & Milites qui his utebantur, Martiobarbuli appellati sunt. Veget de Re Milit. lib. 1. cap. 17. Plumbatarum quoque exercitatio, quas martiobarbulos vocant, est tradenda junioribus, &c. Alciatus vero, Plumbatæ, inquit, sunt Jaculi genus, quum directa virga in capite ferrum apponitur, dein undique tribuli plumbo affixi, unde nomen datum. Jaciuntur manu. Earum duo genera, tribulatæ, & mamillatæ: quarum formam diffusius leges in Theodosii officiis.

Plumbatūra, æ. f. [μολύβδωσις] Ferruminatio, & quæcunque conjunctura plumbo facta. Cassius apud Paul. in l. In rem actio. §. Item quæcunque. D. de rei vendicatione, Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem: plumbatura non efficit.

Plumbāgo, inis. f. [μολύβδαινα] Metalli genus, plumbi & argenti naturam referens. Plin. lib. 34. cap. 18. Quidam limatum plumbum sic terunt; quidam etiam plumbaginem admiscent.

Plumbago, Vitium gemmarum. Plin. lib. 37. cap. 5. Hæc coloris vitia: illa corporis, capillamentum, sal, plumbago. Paulo post, Frequens & iis plumbago, hoc est, ut in sole plumbei videantur.

Plumbago, Herba: de qua sic Plin. lib. 25. cap. 13. Nascitur vulgo molybdæna, id est plumbago, etiam in arvo, folio lapathi, crassa radice, hispida.

Plŭo, ui & ūi, ūtum, [ὕω, ὑετίζω, βρέχω] ĕre. Dicitur proprie aqua cælestis, quum guttatim in terram cadit. Cic. 2. de Nat. Deor. 111.

Has Græci stellas Hyadas vocitare suerunt. A pluendo: ὕειν enim est pluere. Plin. lib. 16. cap. 26. Etiam si non pluat.

Pluit. Varr. lib. 8. de L. L. 60. Quidam reprehendunt, quod pluit & luit dicamus in præterito, & præsenti tempore, quum analogiæ sui cujusque temporis verba debeant discriminare: falluntur, nam est, ac putant, aliter, quod in præteritis u dicimus longum luit, pluit: in præsenti breve luit, pluit.

In terris pluere. Virg. 10. Æn. 807.

Aliquando id quod cælum pluit, ponitur in accusativo. Valerius Maximus, lib. 1. cap. 6. 5. in Piceno lapides pluisse. Al. Lapidibus.

Aliquando in ablativo. Liv. lib. 36. 37. Tarracinæ & Amiterni nuntiatum est aliquando lapidibus pluisse. Sic Cic. 2. de Divin. 58. Sanguine pluisse Senatui nuntiatum est. Alia exemplaria legunt Sanguinem.

Pluit terra. Liv. 10. 31. Nam & terra multifariam pluvisse, & in exercitu Appii Claudii plerosque fulminibus ictos nuntiatum est. Al. Terram.

Pluere, Decidere translate Virg. 4. Georg. 81.

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.

Ploverat, Plusquamperfectum ab antiquo Ploveo. Plaut. Men. prolog. v. 63.

Nam rus ut ibat, forte ut multum pluverat. Scalig.

Pluens, entis. Partic. Spargens in modum pluviæ. Lactant. in carm. de passione Christi,

— spinisque caput crudelibus haustum
Undique diva pluens vivum super ora cruorem.

Pluor, ōris. m. Imber. Laberius apud Nonium 3. 181. Pedem ex taberna tulimus, tantus cum staret pluor.

Plŭvia, æ. f. [ὕς, ὑετός, βροχή] notum. [Forte Adj. est, & subauditur Aqua.

Vis & incursus pluviarum. V. Incursio.

Ingens pluvia. Virg. 1. Georg. 325.

Tenues. Virg. 1. Georg. 92.

Colligit pluviam nox. Virg. 9. Ecl. 63.

Denuntiat cæruleus pluviam, igneus Euros. Virg. 1. Georg. 453. De Sole.

Fiunt pluviæ. Lucret. lib. 6. 729.

Gravari pluvia. Virg. 9. Æn. 437.

Impendet pluvia. Virg. 4. Georg. 191.

Metuere plovias. Cic. 16. Att. 16.

Rarescunt nubila pluvils. Stat. 1. Silv. 2. 186.

Plŭvius, a, um. Adj. [ὄμβριος] ut,

Aqua pluvia, Quæ pluta est. Plin. lib. 10. cap. 43.

Aquæ pluviæ arcentur. Cic. pro Muren. 22.

Aer pluvius, h. e. Pluviosus. Stat. 5. Silv. 1. 104.

Arcus pluvius, Iris. Hor. de Arte Poet. 18.

Auster pluvius, Pluviam inferens. Ovid. 1. Met. 66.

Cælum pluvium. Varr. 1. de R. R. cap. 13.

Frigus. Columel. lib. 6. cap. 27.

Hyades pluviæ. Virg. 3. Æn. 516.

Imber. Ovid. 6. Fast. 282.

Juppiter plovius. Tibull. 1. 7. 26.

Arida nec pluvio supplicat herba Jovi. Juppiter pluvius olim dictus, cui ploviam & fecunditatem assignabant. V. Brockhus. ad eundem loc. Tibulli, & Montfauc. Antiq. Explic. T. 1. p. 44. Burm. ad Petron. cap. 44. Havercamp. ad Tertull. Apol. cap. 5. p. 63. & Sphanhem. ad Aristoph. Nub. v. 370.

Rores. Hor. 3. Carm. 3. 56.

Status cæli pluvius. Columel. lib. 2. cap. 10.

Ventos pluvios vocat Hor. 1. Carm. 17. 4. h. e. Pluviam inducentes.

Ver pluviom Columella nominat, In quo sæpe fit pluvia: in præf. lib. 1.

Pluviālis, e. Adj. [ὑέτιος, ὑετοφόρος] Idem.

Aqua pluvialis. Columel. lib. 1. cap. 5.

Austri pluviales. Virg. 3. Georg. 429.

Dies. Columel. lib. 2. cap. 13.

Frigus. Claud. De Nilo, 3.

Fongi. Ovid. 7. Met. 393.

Signum pluviale Capellæ. Ovid. 5. Fast. 113.

Undis pluvialibus auctus torrens. Idem 2. Fast. 219.

Hœdi pluviales. Stellæ duæ sunt, quas Auriga (quod signum cæleste est super cornua Tauri) in manu tenet. Virg. 9. Æn. 668.

Quantus ab occasu veniens pluvialibus Hœdis
Verberat imber humum. Dicti sunt autem Pluviales, quod eorum ortus & occasus tempestates gravissimas facit.

Pluviatĭlis, e. Adj. Idem. Columel. lib. 9. cap. 1. Si naturalis deficit aqua, vel inducitur fluens, vel infossi lacus Signino consternuntur, qui receptam pluviatilem contineant.

Pluviatĭcus, a, um. Adj. Idem. ut, Aqua pluviatica. Marcell. Emp. cap. 8.

Pluviōsus, a, um. Adj. [ὑετώδης] ut, Annus ploviosus, in quo fuerunt frequentes pluviæ. Plin. lib. 18. cap. 25. Nubilo occasu pluviosam hiemem denuntiat.

Plus, cum compositis & derivatis, V. in Multus.

Plutarchus, i. m. [Πλούταρχος] Chæroneus, Trajani temporibus, a quo in Illyricum missus Consulari potestate, jussumque omnibus Illyricis

ricis magistratibus ut absque eo nihil agerent, multis libris editis, qui supersunt, notissimus est. V. Voss. de Hist. Græc. 2. 10.
Plutarchus alter, Nestorii filius, Atheniensis sophista, præceptor Syriani, qui scholæ præsidebat Atheniensi sub Juliano principe. Auctor utriusque Suidas.

PLUTEUS, i. m. Machina, ad expugnandos muros, quæ ad similitudinem absidis contexitur e vimine, & ciliciis, vel coriis protegitur, ternisque rotulis: quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur: in quancunque partem volueris, admovetur, more carpenti. Quas obsidentes applicant muris, eorumque munitione protecti, sagittis, sive fundis, vel missilibus defensores omnes de propugnaculis civitatis exturbant, ut scalis ascendendi facilior præstetur occasio, ut ait Vegetius de Re Mil. 4. 15. Cæs. 7. Bell. Gall. 25. Semperque hostibus spes victoriæ redintegrabatur, eo magis quod deustos pluteos turrium videbant, nec facile adire apertos ad auxiliandum animadvertebant. Livius, Cratibus, pluteisque, & linteis contectus. V. Lips. Poliorc. lib. 1. Dial. 7.
Inter Pluteos & Vineas interest. Nam plutei, ut quidam volunt erant similes illis appendicibus, quas ædificiis applicamus, & tectum in unam partem devexum habebant, ut & plutei, in quibus scribimus: vineæ in utramque partem devexitatem tecti habebant. Ex Turnebo.
Expedire pluteos. Tacit. 2. Hist. 21.
Plutei, etiam Tabulæ quibus aliquid præsepiretur, dictæ sunt, inquit Paulus ex Festo.
Pluteum, Sueton. in Calig. cap. 26. accipere videtur pro Fulcro tori discubitorii, quum inquit, Quosdam summis honoribus functos, ad essedum sibi occurrere togatos per aliquot passuum millia: & cœnanti, modo ad pluteum, modo ad pedes stare succinctos linteo, passus est. Martial. lib. 3. 49.
Excidunt que senem, spondæ qui parte jacebat:
Namque puer pluteo vindice tutus erat.
Plutei, Librorum & tabularum, signorumque repositoria. Juven. 2 Sat. 7.
Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas. [Puto intelligi Pluteum scribentis, ut seq. loco.
Pluteus, Tabula, qua utuntur ii, qui litteris dant operam, & scribunt. Pers. 1. Sat. 106.
Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues. Ubi interpres, Qui moram stilo, judiciumque adhibent, in ipso limæ labore irati interdum, aut sollicite cogitabundi, vel pluteum cædunt, vel ungues arrodunt, vel caput scabunt.
Pluteum etiam dicebant Spatium id quod inferiores columnas a superioribus, pro longitudine in fronte discernebat. Ulpian. in l. Fundi nihil. §. Quæ pictæ. D. de actionib. empti, Reticuli circa columnas, plutei circa parietes, Item cilicia vela, ædium non sunt.

PLUTEUM, i. n. Vitruv. lib. 10. cap. 20. Supra caput collocatum erat pluteum, turriculæ similitudine ornatum. V. Gloss. Lat. Gr.

PLUTEĀLIS, e. Adj. Unde a Cic. Sigilla plutealia, Imagunculæ pluteis, id est tabulis inclusæ dicebantur: ad Attic. lib. 1. 8. Legitur & Putealia. [Hæc sigilla intelligit, quæ Juvenalis ait Pluteum servare.

PLŪTO vel PLUTON, ōnis. m. [Πλούτων, Ἅδης, Ἀΐδης, Ἀϊδωνεύς] Saturni filius ex Ope conjuge, & frater Jovis atque Neptuni: ab opibus nomen habet. Græca enim πλοῦτος opulentia est. Qui quum ad regni divisionem venissent, Plutoni, qui natu minor erat, & Agesilaus vocabatur, pars Occidentis obtigit, secus inferum mare: Jovi plaga Orientalis: Neptuno insulæ. Hinc datus est locus fabulæ, ut Jovi imperium cæli, Neptuno maris, Plutoni inferorum obtigerit, Statio teste. Pluto autem, Summanus, Dis, Orcus, Uragus ab urgendo, Vedius Juppiter dictus fuit. Idem Quietalis est appellatus, quasi mors quies sit ærumnarum. Hujus uxorem fuisse Proserpinam Cereris filiam ex poetis, & ex Claudiani maxime de Raptu Proserpinæ poemate satis constat.
Dis quare Pluton dictus, notat Cic. 2. de Nat. Deor. 66. Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est, qui Dis, ut apud Græcos πλούτων, quia & recidant omnia in terras, & oriantur e terris.
Illacrymabilem Plutona placare. Hor. 2. Carm. 14. 6.
Superbus Pluton. Senec. Herc. Œt. ...
Torvus. Juven. 13. Sat. 50.

PLUTŌNIUS, a, um. Adj. attributum ex Plutone deductum. Hor. 1. Carm. 4. 17.
Et domus exilis Plutonia,
Quo simul mearis, &c. Dicitur Exilis, quod inanis & vacua sit, ut apud Virg. 6. Æn. 269.
Perque domos Ditis vacuas & inania regna. Sic & Hor. 1 Serm. 6. 45.
Exilis domus est, cui non & multa supersunt. Turneb.

PLUTONIUM, i. n. [Πλουτώνιον] est Os in parvo quodam imminentis montis supercilio, ita commensuratum, ut hominem suscipere possit, mira profunditate. Strab. lib. 13. ubi miraquædam de eodem Plutonio foramine recenset. Est autem in Laodicea regione Asiæ ad Hierapolim.
Plutonia, Loca quædam pestifera in Asia. Cic. 1. de Divin. 79. Quid enim? non videmus quam sint varia terrarum genera: ex quibus & mortifera quædam pars est, ut & Amsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia quæ vidimus. Turnebus, Plutonia, inquit, Specus sunt in Asia, tetrum & pestiferum halitum evomentes, omniaque accedentia animalia statim enecantes, ut ad Hierapolim Plutonium describitur a Strabone, & Charonium ad Thymbriam vicum Cariæ. Spiracula Ditis Maro vocet, ut quodam loco dicimus. Hæc ille, 5. 12.

PLŪTUS, i. m. [Πλοῦτος] a Græcis fingitur esse Divitiarum deus, quem in adventu claudum esse volunt, in recessu alatum: hoc nimirum innuentes, quod serius quidem opes contrahantur, partæ autem nisi frugaliter dispenses velocissime dilabantur. Eundem & cæcum faciunt, & judicii expertem, propterea quod indignissimum quemque opibus affluere videmus: probos autem & condignos in re tenuissima versari. V. Luciani Timonem.
Est item hujus nominis Comœdia apud Aristophanem.

PLUVIA, PLUVIALIS. V. PLUO.

PLUVIALIA, æ. f. Una ex insulis fortunatis. Plin. lib. 6. cap. 32. Ab ea tantundem ad Occasum versus, Pluvialiam Caprariamque; In Pluvialia non esse aquam nisi ex imbribus.

P L Y

PLYNTERIA, orum. n. [Πλυντήρια] Dies festi erant apud Athenienses Minervæ, vel, ut alii volunt, Aglauro Cecropis filiæ, sacri, qui inter nefastos numerabantur. V. Plutarch. in Alcibiade, & Athen. lib. 3. conf. Hesych.

P N

PNA. Pecunia.

P N E

PNEUMA, ătis. n. [πνεῦμα] Spiritus, flatus. Hinc

PNEUMĂTĬCUS, a, um. Adj. [πνευματικὸς] ut, Organa pneumatica, i. e. Spiritalia: hoc est quæ vi flatus vel spiritus aliquid hauriunt & attrahunt. Plin. lib. 19. cap. 4. E puteo pertica, organisve pneumaticis, vel tollenonum haustu rigandos. V. Heronis Alexandrini Spiritalia.
Ratio pneumatica, in Musicis. Idem lib. 7. cap. 37. Ctesibius laudatus pneumatica ratione & hydraulicis organis repertis.

PNEUMON, ŏnis. m. [πνεύμων] Latine Pulmo dicitur, a πνέω spiro. Unde Pneumonia, quæ & Peripneumonia, Inflammatio pulmonis, cum ex aliis causis, tum ex destillatione vehementi, vel synanchia, vel suspirio, vel pleuritide proveniens, ut sanguis inde copiosus excreari soleat. Hunc morbum & περιπνευμονικὸν Græci appellant, teste Cels. lib. 4. cap. 7. V. PERIPNEUMONIA. Hinc

PNEUMŎNICUS, a, um. Adj. [πνευμονικὸς] Quod ad pulmones pertinet, ut Pneumonici, Qui laborant ex pulmone, qui Latine dici possunt Pulmonarii: sicut a Columella, Ovis, pulmonaria dicta est, Cujus pulmo afficitur. V. PULMO.

PNEUMUMPHĂLON, i. n. [πνευμόμφαλον] Dilatatio est in umbilico. Galen. in Finition. Medic.

P N I

PNĪGEUS, ei. m. [Πνιγεύς] Vicus in Ægypto, prope Phœnicum portum e regione Pedoniæ insulæ, juxta Parætonium. Strab. lib. 16.
Est etiam [πνιγεὺς] Pyramidula, qua repente lucerna exstinguitur. Vitruv. 10. 13. V. Bald. Lex. Vitruv. p. 91.

PNIGĪTIS, alias PIGMĪTIS, ĭdis. f. [πνιγῖτις] Terra est Eretriæ simillima, grandioribus tantum glebis, & glutinosa, cui effectus idem, qui Cimoliæ, infirmior tamen. Plin. lib. 35. cap. 16. & 17.

P O

POB. Poblilia. POM. Pompejus. POMP. Pompejus, Pomponius, Pomptina, scil. Tribu. PON. MAX. Pontifex Maximus. PONT. MAX. DICT. PERP. Pontifex Maximus Dictator perpetuus. PONT. SAL. Pontifex Saliorum. POP. Poplilia, scil. Tribu. POP. ROM. Populus Romanus. POR. OST. Portus Ostiensis. PORT. Portumnalia. POS. Posuit, Post. POS. MA. DVL. Posuit marito dulcissimo, vel Matri dulcissimæ. POS. CON. Post Consulatum. POSQ. EOR. Posterisque eorum. POST. Postea, Postumus. POT. Potestas.

P O B

POBLICIA Tribus. V. TRIBUS.

P O C

POCILLATOR, POCILLUM, V. post POCULUM, in POTO.

POCŒNIUM, vel POSTCŒNIUM, i. n. [ἐπιδόρπιον] ab Hermolao Barbaro eleganter fictum nomen, pro Comessatione quæ fit post cœnam.

POCULENTUM, POCULENTUS, POCULUM, V. in POTO ad fin.

P O D

PŎDAGRA, æ. f. penult. c. [ποδάγρα] Pedum dolor: πὸς, pes; ἄγρα, captura. Martial. lib. 1. 91.
Litigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat. Plin. 26. 10. Podagræ morbus rarior solebat esse, non modo patrum avorumque memoria, verum etiam nostra, peregrinus & ipse. Nam si Italiæ fuisset antiquitus, Latinum nomen invenisset. Insanabilis non est credendus: quippe quando in multis & sponte desinit: & in pluribus curatur.
Corporis fœda podagra. Tibul. lib. 1. 9. 73.
Fera podagra. Senec. de Vita beata, cap. 17. Delinimenta magis quam remedia podagræ meæ compono, contentus si rarius accedit, & si minus fera minatur.
Locuples. Juven. 13. Sat. 96.
Nodosa. Ovid. 1. de Pont. 3. 23.
Tarda. Hor. 1. Serm. 9. 32.
Turpes. Virg. 3. Georg. 299.
Ardere podagræ doloribus. Cic. 5. de Fin. 94.
Cruciari doloribus podagræ complures annos maximis. Cic. 2. Tusc. 45.
Juvant fomenta podagram. Hor. 1. Epist. 2. 52.

PODAGRĬCUS, a, um. Adj. [ποδαγρικὸς] Qui podagra laborat. Plin. lib. 20. cap. 8. Omnes hæ & podagricis utiles, & sanguinem rejicientibus.
Homo podagricus. Vitruv. 8. 3.

PODAGRŌSUS, a, um. [ποδαγρώδης] aliud Adj. Plaut. Merc. 3. 4. 8.
Sed tandem si podagrosis pedibus esset Eutychus, &c.

PODĂGER, gri. m. [ποδαγρικός] Podagra laborans. Claud. Epigr. 79. 4.
Atque nihil prorsus stare potes podager. V. Plin. 35. 15.

PODAGRUS, i. m. [ποδαγρός] Idem.

PŎDĂLIRIUS, i. m. [Ποδαλείριος] teste Homero lib. 2. Iliados 732. Filius fuit Æsculapii & frater Machaonis, qui ob solertiam medicinæ artis una cum fratre ex Creta ad Trojanum bellum convocatus fuit. De quo Ovid. 2. de Arte Am. 735. Occurrit & Adjective.

PODARGE, es. f. [Ποδάργη] Equæ velocissimæ nomen, ex qua Zephyrus Xanthum & Balium Achillis equos progenuit, ut comminiscitur Homer. 16. Iliad. 150. Dicta Podarge, a pedum velocitate.

PODARGUS, i. m. [Πόδαργος] Pedibus velox. Æthon & Podargus duo equi Hectoris apud Homerum Iliad. 8. 185. a pedum celeritate sic dicti.
Pro Flagrante cupiditate a Budæo, & Præcipiti celeritate usurpantur.

PUN.

PODERIS, is. m. [ποδήρης] Tunica corpori astricta, usque ad pedes descendens. Isidor. 19. 29.
Indutus podere. Tertull. adv. Judæos, cap. 11.

PŌDEX, icis. m. [πρωκτὸς] Posterior pars corporis pudenda. Juven. 2. Sat. 12.

—sed podice lævi,
Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariscæ.

Turpis podex. Hor. Epod. 8. 6.

PŌDICUS, a, um. [ποδικός] Pedester, a Gen. Gr. ποδὸς, pedis. Martian. Capell. 9. p. 382. Temporum alia simplicia sunt, quæ podica etiam perhibentur.

PŌDISMUS, i. m. [ποδισμός] est Dimensio pedibus facta, a v. ποδίζω Budæus. Veget. de Re Mil. lib. 2. cap. 7. Mensores sunt, qui ad podismum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel qui hospitia in civitatibus præstant. Hinc

PODISMĀTUS, a, um. Partic. a verbo Podismare. Pedibus mensuratus. Frontin. de Colon. p. 132. edit. Goes. Alii termini spissiores sunt, id est, sine mensura vel numero podismati sunt.

PŌDIUM, i. n. [πόδιον] Locus ad spectandum habilis, a Pede nomen habens: sive quia pedis modo projectura illa, quæ podium facit, procedat: sive quod ad pedes ædificiorum strui consuevisset, sive quod in eo pedibus hæreamus. Nunc vulgo dicitur Mænianum. Solet enim fieri extra domus parietem, locus porrectus instar pulpiti, mutulis e marmore suppositis. Juven. 2. Sat. 146.

Omnibus ad podium spectantibus. Suet. Neron. cap. 12. Ceterum accubans primum parvis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueverat.

Podio tenus. Plin. 5. Epist. 6. Apollinari, Est & aliud cubiculum a proxima platano, viride & umbrosum, marmore excultum podio tenus, &c.

P O E

PŒAN, antis. m. [Ποίας] Pater Philoctetis, qui ab eo Pœantius, & Pœantides a poetis appellatur. Ovid. 5. Trist. 2. 3.

Pæne decem totis aluit Pœantius annis
Post sævum tumido virus ab angue datum.

PŒANTIUS, a, um. Adj. Ovid. 13. Met. 45.

—non te, Pœantia proles,
Expositum Lemnos, nostro cum crimine, haberet.

Heros Pœantius. Idem Rem. Amor. 111. Genus Pœantium. Sen. Oeth. 11.

PŒCILASIUM, i. n. [Ποικιλάσιον] Urbs Cretæ. Ptolemæo lib. 3. cap. 17.

PŒCILE, es. f. [Ποικίλη] Porticus fuit Athenis, Latine dici potest Varia, sive Variegata, a multiplici pictura. Græci enim ποικίλον Varium dicunt. Unde & lapis Simites vocatus est Pyrrhopœcilos, a varietate rubentium macularum. In hac autem porticu, quæ Græcis στοὰ, Zenon philosophus discipulos docebat, teste Pausan. Eliac. α. p. 170. Wech. unde οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, & στωϊκοί, subaudito φιλόσοφοι, etiam οἱ ἀπὸ τῆς ποικίλης dicti fuerunt. Plin. lib. 35. cap. 9. Hic & Athenis pinxit porticum, quæ Pœcile vocatur, gratuito, quum partem ejus Mycon mercede pingeret. De Polygnoto Thasio. Fuit & in Elide porticus Pœcile, quæ in Plinio 36. 15. Heptaphonos appellatur, quoniam septies eadem vox in ea reddebatur.

PŒĒSSA, æ. f. [Ποιήεσσα] Insula est in mari Carpathio, notiore nomine Rhodus dicta. Plin. lib. 5. cap. 31.

POEMA, V. POETA.

PŒMĒNIS, idis. f. [Ποιμενὶς] Canis femina ex canum eorum numero, qui Actæonem laceraverunt, dicta a fidelitate, quam gregi observat, vigilantioris pastoris officio defuncta. ποιμὴν enim pastorem significat. Ovid. 3. Met. 215.

—pecudesque sequuta
Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus.

PŒNA, æ. f. [ποινή, τίσις, τιμή, τιμωρία, ἐπιτίμιον] Malum, quo quis ob delictum afficitur. Ulpian. in l. Si quis forte. D. de pœnis, Et sunt pœnæ, quæ quidem vitam aut adimant, aut servitutem adjungant, aut civitatem auferant, aut exsilium, aut coercitionem corporis contineant.

Pœna, a puniendo, vel a pœnitendo, quod post peccatum sequitur. Varr. lib. 4. de Ling. Lat. 36. [Nisi potius a Pœna, verbum Pœnio, sive Punio, ut Græcum Ποινάω a Ποινή. Sic Culpo, a Culpa, non contra.

Animadversio & Pœna. Cic. ad Brut. 15. Tu hoc: fortasse quod in animadversione pœnaque durior, nisi fortasse utrumque tu.

Mulcta pœna. Cic. 3. de Legib. 6. Quum magistratus judicassit, inrogassitve, per populum mulctæ pœnæ certatio esto.

Ne major pœna quam culpa sit, cavendum est. Cic. 1. Off. 89.

Naturæ pœna est mors: iracundiæ tormentum atque cruciatus. Cic. 11. Philip. 3.

Perjurii pœna divina, exitium: humana, dedecus. Cic. 2. de Legib. 22.

Scelerum pœnæ. Virg. 8. Æn. 666.

Arbiter pœnarum alicujus. Sen. Theb. 1.

Causa pœnæ cruenta. Ovid. 3. Trist. 5. 44.

Imago pœnæ. Sil. lib. 16. 70.

Inter pœnas. V. INTER.

Amara. Juven. 13. Sat. 247.

Crudeles. V. CRUDELIS.

Debitæ. Senec. Herc. fur. 9.

Gravissimæ legum. Cic. in Pison. 50.

Hilaris. Martial. lib. 3. 22.

Sirenas hilarem navigantium pœnam,
Blandasque mortes, gaudiumque crudele. [Oxymōron.

Indeprecabilis pœna. Gell. lib. 1. cap. 13.

Ingens. Senec. Thyest. 1.

Lætæ. Ovid. 1. Epist. Sabin. 79. Heins. Læso pro fœdere.

Levis. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Meritæ. Ovid. 4. Fast. 239.

Minor pœna merito, nocuit mala lingua duobus. Ovid. 2. Amor. 2. 49.

Mitior. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Præsens. Senec. Hippol. 2.

Tardior. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Tristis. Ovid. 2. Trist. 494.

Vehemens. Juven. 13. Sat. 196.

Accipere pœnas. V. ACCIPIO. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 107.

Accipe quas merui pœnas: en ora fatiscunt, &c.

Addere pœnam. V. ADDO.

Afficere pœna. Cic. 2. Off. 18.

Agere pœnam. V. AGO.

Ascribere pœnam. V. ASCRIBO.

Audere pœnam. Tacit. 2. Ann. 40.

Capere pœnam. V. CAPIO.

Capere pœnas pro. Sallust. in Jugurth. cap. 68. Dum pro civibus suis, viris fortissimis atque miserrimis, pœnas caperent. Caperent, i. e. Ferrent, subirent. [Immo Exigerent, Ulciscerentur perfide obtruncatos, & manibus eorum pœna nocentium parentarent. Sic & in seqq.

Capere pœnas verborum, mentisque profanæ. Ovid. 2. Met. 832.

Capere pœnam in hostem, h. e. Hostem afficere supplicio. Curt. lib. 4. 6. extr. [Forte tamen In hoste scribendum, quod idem est ac De hoste.

Cogere in pœnam. Plin. lib. 8. cap. 16.

Commeruisse pœnam. Ovid. 2. Trist. 63.

Committere pœnam. Quintil. lib. 7. cap. 5.

Compescere aliquem pœnis. Hor. 1. Serm. 8. 31.

Conscripserunt edictum Prætores cum pœna & judicio. Cic. 3. Off. 80.

Constituere pœnam. V. CONSTITUO.

Constituta reticentiæ pœna etiam est a Jurisconsultis. Cic. 3. Off. 65.

Consurgere in pœnam. Plin. lib. 8. cap. 16.

Contineri præmio & pœna Rempublicam dixit Solon. Cic. ad Brut. 15.

Contrahere pœnam. V. CONTRAHO.

Decerni potuit pœna decentior. Senec. Thyest. 2.

Dependere pœnas. Cic. pro Sext. 140. Omnes fere Reipub. pœnas aut præsenti morte, aut turpi exsilio dependerunt.

Differre pœnas. Ovid. 2. Met. 467.

Dare pœnas, Pati, Ferre. Cic. de Clar. Orat. 241. Nisi in facinore manifesto deprehensus, pœnas legibus & judicio dedisset.

Dare crudeles pœnas. Virg. 6. Æn. 585.

Dare pœnas temeritatis suæ. Cic. 9. Att. 12.

Dare pœnas meritas sanguine. Ovid. 4. Fast. 239.

Dare morte pœnas alicui, Occidi ab eo. Ovid. 9. Met. 578.

Dare capite pœnas alicui. Patercul. lib. 2. 4. pr. M'. Aquilio, capite pœnas dedit, quum initio belli Crassum Mucianum Proconsulem interemisset. De Aristonico loquitur.

Dare pœnas, quas pati meruimus. Ovid. 1. Met. 242.

Dedi satis superque pœnarum tibi. Hor. Epod. 17. 19.

Donat heu quantum pœnæ misero mens conscia. Lucan. lib. 7. 784.

Effugere pœnam. Cic. 16. Fam. 26. Non potes effugere hujus culpæ pœnam, te patrono: Marcus est adhibendus, &c.

Exerceri pœnis. Virg. 6. Æn. 739.

Exhaustum est satis pœnarum. Virg. 9. Æn. 356.

Exigere pœnas de aliquo. Ovid. 8. Met. 531.

Exigere pœnam. Plin. lib. 7. cap. 44.

Eximere aliquem pœnæ. V. EXIMO.

Expendere pœnas alicui. Cic. 2. Tusc. 13.

Expetere domestici sanguinis pœnam. Cic. de Arusp. Respon. 43. C. autem Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi ad expetendas domestici sanguinis pœnas excitavit.

Exsolvere pœnas. Catul. Argon. epigr. 62. 77.

Exsolvere aliquem pœna. Tacit. 14. Ann. 12.

Ferre pœnam. Cic. pro Domo 134. Pœnam hanc maternæ temeritatis tulit, ut, &c.

Finire pœnas. Ovid. 1. Met. 735.

Fit gravior pœna longa mora. Ovid. 1. de Pont. 2. 40.

Frangere pœnas, Mitigare. Lucret. lib. 4. 1078.

Habere pœnas. Cic. 2. de Legib. 44. Quo plus pœnarum habeo, quam petivi. i. e. Pœnarum eos plus dedisse vidi, quam exoptavi.

Imponere pœnas sontibus. Ovid. 2. Met. 521.

Inire pœnam. Ovid. 1. Amor. 7. 26.

Et potui pœnam fortis inire meam? Alii legunt,
Et valui, pœnam fortis in ipse meam? V. not. Heins. & Burm.

Instant factorum pœnæ. Ovid. 8. Met. 772.

Interponere pœnas. V. INTERPONO.

Ire in pœnas. Ovid. 5. Met. 668.

Irrogare pœnam alicui. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Irrogat nemo nocens sibi ipse pœnas. Senec. Her. OEth. 7.

Irrogare pœnas æquas peccatis. Hor. 1. Serm. 3. 118.

Levari a pœna. V. LEVIS.

Liberare pœna judiciorum innocentiam. Cic. 1. de Orat. 202.

Luere pœnas, Puniri. Suet. in Vesp. Augusto, cap. 1.

Luere pœnas justas. Hor. Epod. 17. 37.

Luere pœnas facinorum. Senec. Octav. 5.

Manet cunctos generis pœna una. Claud. 2. in Eutrop. 479.

Meditari pœnam in fratrem. V. MEDITOR.

Movere pœnas immeritas. Claud. 3. de Raptu Proserp. 139.

Multare aliquem multa & pœna. Cic. pro Corn. Balbo, 42.

Offerre pœnam. Liv. 6. Pœnam oblatam oculis deorum.

Omitte pœnas languidas longæ moræ. Senec. Theb. 1.

Patior sine crimine pœnam. Ovid. 9. Met. 372.

Pati pœnam culpa. Ovid. 3. de Pont. 6. 28. al. Pari.

Pati genus novum pœnæ. Ovid. in Ibin, 337.

Pendere pœnas, Exsolvere. Cic. in Pison. 50. Nisi pœnas patriæ diisque immortalibus eas, quæ gravissimæ sunt, furore atque insania penderet.

Pendere haud mediocres pœnas. V. Mediocris, in MEDIUS.

Pendere pœnam exsilio. Ovid. 10. Met. 232.

Pendere pœnas pro scelere. Lucret. lib. 5. 119.

Pendere pœnas gravissimas stultitiæ suæ. Cic. 11. Att. 8.

Perferre pœnam. Cic. pro Sext. 145. Si scelestum est amare patriam, pertuli pœnarum satis.

Perferre omnes acerbissimas pœnas impiorum. Cic. 2. de Lege Agrar. 91.

Perpeti pœnas pro crimine. Valer. 4. Argon. 431.

Persequi pœnam, pro Ulcisci. Cic. 5. Verr. 32. Pœnam octupli, sine ulla dubitatione commissam, non persequebatur.

Persolvere pœnas sceleris. Cic. 11. Philipp. 29. Pœnas diis hominibusque meritas, debitasque persolvat.

Persolvit is justas & graves pœnas Reip. Cic. de Amicit. 37.

Persolvere pœnas capite suo. Senec. Agamemn. 13.
Pervenire pœnam ad aliquem. Cic. ad Brut. 15.
Petere pœnas contumeliarum alicujus, pro Exigere pœnas de illatis contumeliis. Sallust. in Jugurtha cap. 65. Ut contumeliarum Imperatoris cum suo auxilio pœnas petat. Al. legunt In Imperatorem.
Petere pœnam ab aliquo. Cic. 1. de Invent. 19.
Placere pœnæ. Senec. Troad. 11.
Pœnitere crudelis pœnæ. Ovid. 2. Met. 112.
Poscere pœnam cum sanguine. Virg. 2. Æn. 72.
Præcepit magnas pœnas. h. e. De hostibus cepit ante quam ab eis caperetur. Sil. lib. 6. 299.
Præstare pœnam. Ulpian. in l. 1. §. si plures. D. de eo per quem factum erit, &c. Si plures dolo fecerint, omnes tenentur: sed si unus præstiterit pœnam, ceteri liberabuntur.
Premit culpam pœna comes. Hor. 4. Carm. 5. 24.
Procedere ulterius in pœnam alicujus. Ulpian. in l. 1. §. Quum patronus. D. de offic. præfect. urb. Præfectus urbi aditus, pro modo querelæ corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare, aut ulterius procedere in pœnam ejus solet.
Promere pœnam. Ovid. 1. Trist. 2. 63.
Proponere pœnam alicui. Catul. 96. 15.
Quæris novamque pœnam sceleribus parem. Senec. Thebaid. 1.
Recipere pœnam ab aliquo. Virg. 4. Æn. 656.
Recusare pœnam. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Reddere pœnas graves alicujus facti. Sallust. in Jugurth. cap. 14. ad fin. i. e. Gravissime puniri.
Reddere aliquem pœnæ. V. REDDO.
Relinqui pœnæ. Ovid. 14. Met. 217.

Solus, inops, exspes, leto pœnæque relictus.

Remanet pœna. Cic. in Pison. 95. Non in eo, cui facta est injuria, sed in iis, qui fecerunt, sceleris ac conscientiæ pœna remansit.
Remittere pœnam alicui. Quintil. lib. 7. cap. 2. conf. Ovid. 2. de Arte Am. 291.
Repetere pœnas ab aliquo. Cic. pro Rosc. Amer. 67. Hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas a consceleratissimis filiis repetant.
Reposcere aliquem ad pœnas. Virg. 2. Æn. 139.
Repræsentare pœnas. Suet. Claud. cap. 14. V. REPRÆSENTO.
Reversura est pœna in caput ista tuum. Ovid. 1. de Arte Am. 340.
Ruere in pœnam suam. Senec. Octav. 17.
Sancire veterum malorum pœnas aliquibus. Stat. 3. Theb. 244.
Sancire pœna observantiam. Cic. pro Planc. 47.
Sequitur pœna scelus. Cic. de Arusp. Resp. 39.
Solvere pœnas. Ovid. 1. Met. 209.
Solvere pœnas breves tam magnis sceleribus. Senec. OEdip. 12.
Solvitur magnis injuria pœnis. Ovid. 5. Fast. 303.
Statui in eum pœna metalli debet. Ulpian. in l. 1. §. Quum patronus. D. de Off. præf. urb.
Subire pœnam. Cic. in Pison. 91. Neque ullam pœnam, quæ tanto facinori deberetur, non maluisti subire, quam, &c.
Sufferre pœnam. Cic. pro Flac. 96. Summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita diis placet, sufferamus.
Esse in pœna. Cic. pro Ligar. 13. Ut ea pœna, in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamur esse contenti.
Eris in pœnas non satis unus. Ovid. 2. Epist. 44.
Est pœna. Cic. pro Flacc. 48. Pœna est, ut opinor, Dorylensium gravior.
Sumere pœnas. Cic. 2. de Invent. 84. conf. Capere.
Sumere merentes pœnas. Virg. 2. Æn. 586.
Sumere sceleratas pœnas, Ob perpetratum scelus commeritas. Virg. 2. Æn. 576.
Suscipere pœnam scelere suo dignam. Cic. pro Lege Manil. 7. Non modo adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit. conf. Sustinere mox.
Suscitare pœnam alicui. Virg. 4. Georg. 455.
Sustinere pœnam. Cic. pro Domo, 135. Gravissimas pœnas affinitatis impurissimæ sustinere.
Sustinerem sempiternam pœnam, mea voluntate susceptam. Cic. Post red. ad Quir. pr.
Tenari pœna. Cic. 2. Q. frat. 3.
Trahere aliquem per omnem pœnam. Virg. 5. Æn. 786.
Transigere aliquod scelus levi pœna. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Venit quæ indigne pœna, dolenda venit. Ovid. 5. Epist. 8.
Vivere in pœnas alicujus. Senec. Troade, 10.
Urgeri pœnis. Virg. 6. Æn. 561.
Pœna ad triremes, antiquissima, usu vero apud nos frequentissima. Valerius 9. 15. 3. scribit, quendam jussu Augusti, quod se Octaviæ sororis utero genitum simularet, remo publicæ triremis affixum esse. Suidas quoque & Josephus lib. 17. scripserunt de illa pœna.
Pœna est etiam Furia. Valer. Flac. 1. 796.

Ultricesque Deæ, fasque & grandæva furorum
Pœna parens. V. Virg. Cul. v. 217. & ibi Taubm. & Cic. pro

Domo 3.
Pœna & Beneficium, pro Diis habitus apud quosdam Æthiopiæ populos legimus. Sunt qui non ab Æthiopis, sed ab Assyriis & Persis Pœnam & Beneficium cultos fuisse adserant, illam, quod malorum: hunc quod bonorum largitorem esse opinentur. Alexand. Alexandrinus lib. 6. cap. ult.

POENALIS, e. Adj. ut, Pœnalis opera, Quæ ad pœnam pertinet. Plin. lib. 18. cap. 11.
Aquæ pœnales. Plin. 4. 8.
Civitas pœnalis. Justin. 18. 9. 9.
Claustra pœnalia. Ammian. 15. 5.
Exitium pœnale. Apul. 7. Met. p. 197. Elmenh.
Compar. Salvian. 5. de Gubern. p. 173. Illud indignius & pœnalius.
Superl. Idem adv. Avarit. 2. p. 254. Cogitantes quoque inter hæc horrenda & pœnalissima.

POENALITER, Adv. ut, Pœnaliter interire. Ammian. 16. 12.
Peccare pœnaliter. August. Confess. 10. 33.

POENARIUS, a, um. Adj. [ποινηλατικός] ut, Pœnaria actio. Quintil. lib. 4. cap. 3.

POENIO, vel PUNIO, ivi, itum, [κολάζω, τιμωρέω, μετέρχομαι] Ire.
Castigare, Pœna, vel supplicio afficere. Cic. 1. Off. 89. Prohibenda autem est maxime ira in puniendo.
Dolorem aut odium punire, est Odio ac dolori satisfacere. Hinc illud Cic. 14. Att. 12. O mi Attice, vereor ne nobis Idus Martiæ nihil dederint præter lætitiam, & odii pœnam ac doloris. Quasi diceret, Nostrum dolorem & indignationem, nostrumque in Cæsarem odium punivimus nos quidem illius interitu, sed Rempublicam tamen in libertatem minime vindicavimus. conf. mox PUNIENDUS, & PUNITOR.
Punire maleficium, peccatum. Cic. pro Cæcin. 6. Et 2. de Invent. 66.
Capite punire. Plin. Epist. 167.
Capite & tergo. Liv. 3. 55. extr.
Supplicio punire. Cic. pro Domo, 76. Tu supplicio puniendum putasti.
Pœnire dixit Lucret. more antiquo, pro Punire: ut lib. 6. 1238.

Pœnibat paulo post turpi morte, malaque
Desertos, &c. Sic, Mœrus, pro Murus; Mœnire pro Munire,

ut supra etiam annotavimus. conf. Gell. 20. 1. & 12. 18.

PUNIOR, [τίνω, τίνυμαι] iri. depon. Cic. pro Milon. 34. Tu me iratum, Sexte, putas tibi, cujus tu inimicissimum multo crudelius etiam punitus es, quam erat humanitatis meæ postulare? Quintil. lib. 9. cap. 3. Fiunt & in verbis, inquit, figuræ; ut Fabricatus est gladium, & Inimicos punitus est: quod mirum minus est, quod in natura verborum est, & quæ facimus, patiendi modo sæpe dicere, ut Arbitror, Suspicor: & contra faciendi quæ patimur: ut Vapulo. Ideoque frequens permutatio est. conf. Nonius, 7. 27. & Barth. Advers. 23. 9.
Punior, passivum. Ovid. 9. Met. 778.

Quod videt hæc lucem, quod non ego punior ipsa, &c.

PUNITUS, a, um. Partic. Cic. 2. de Invent. 28. Levius reus punitus, quam promeritus est. V. Salmas. ad Lamprid. Com. cap. 11.

PUNIENDUS, a, um. Partic. [κολαστέος] ut, Facinus puniendum. Cic. pro Milon. 18.
Senatus meam domum a magistratibus defendendam, a judicibus puniendam putavit. Cic. de Arusp. Resp. 16.
Iracundia est cupiditas puniendi doloris. Cic. 1. de Orat. 220. [Nisi Gerund.

PUNITIO, ōnis. f. [κόλασις] Val. Max. lib. 8. pr. Punitione liberari.
Judicata punitione. Tertull. ad Nation. 1. 16.

PUNITOR, ōris. m. [κολαστής] Cic. pro Milon. 36. At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor injuriæ, punitor doloris sui.
Crassianæ stragis punitor exstitit. Val. Max. 3. 4. 5.
Stuprosæ mentis punitor. Idem 6. 1. 8.
Vindex avaræ fraudis. Horat. libri 4. ode 9. 37. Commentator exp. Punitor, a Lamb. Quasi punitor. H. St.

POENICUS, i. m. a Delia dictus Apollo; apud enim quoscunque populos, sui dii nomen novum accipiebant: de quo Alexandrinus Alexander Genial. dier. lib. 6. cap. 4.

POENITET, uit, [μετανοέω, μεταμέλει] ēre. dicimur, quum quæ ipsi fecimus, aut quæ de nostra voluntate nostroque consilio facta sunt, ea nobis post displicere incipiunt, & molesta esse, sententiamque in iis nostram demutamus. V. Gell. lib. 17. cap. 1. Et regit accusativum patientis rei cum genitivo agentis. Cic. 3. Att. 7. Alterum non potes, ut me non nostri consilii vitæque pœniteat.
Pœnitet, aliquando pro Tædet, pudet, seu dolet accipitur, & tunc interdum præsenti infinitivi jungitur. Ter. Phorm. 1. 3. 20.

Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet. i. e.

Nostra contemnimus, inquit Donatus. Virg. 8. Ecl. 34.

Nec te pœniteat calamo trivisse labellum. Cic. Pœnitet defen-

dere. Idem de Senect. 60. Num igitur si ad centesimum annum vixisset, senectutis eum suæ pœniteret? i. e. Tæderet.
Tædet & Pœnitet. Cic. 11. Att. 22. Sed quod facile sentias, tædet ipsum Pompejum, vehementerque pœnitet.
Nihil pœnitet. Cic. 5. Tusc. 53. Satis est in virtute ut fortiter vivamus: si fortiter, etiam & magno animo, & quidem ut nulla re unquam terreamur, semperque simus invicti: sequitur ut nihil pœniteat, nihil desit, nihil obstet.
Quod te offenderim, me pœnitet. Cic. 11. Att. 13.
Sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam. Cic. pro Muren. 66.
Sapientis proprium est, nihil, quod pœnitere possit, facere. Cic. 5. Tuscul. 81.
Facinus pœnitere. Cic. 2. de Invent. 9. Deinde utrum id facinus sit, quod pœnitere fuerit necesse.
Me haud pœnitet eorum sententiæ esse, quibus & appparitores, &c. Liv. 1. 8. 1. 2. Non nolo. Inquit Budæus.
Fecisse fortiter ut pœniteat ne suppliciis quidem moveri, viri fortis est. Cic. pro Milon. 83.
Jurasse pœnitet. Ovid. 2. Met. 49.
Sensisse pœnituit eum illa. Cic. 4. Acad.
Nihil me pœniteat sanum patris hujus. Hor. 1. Serm. 6. 89. i. e. Quamdiu sanus sim, nunquam mihi doleat, aut nunquam mihi parum beatus videar, quod tali patre natus sim. Lambinus.
Pœnitet. Cic. pro Cluent. Neque me pœnitet hoc potius tempore, quam illo, causam A. Cluentii defendere. causa enim manet eadem. i. e. Non minus commode nunc & opportune agere puto, quam si in re recenti egissem. Budæus.
Acti vos pœnitet. Valer. 5. Argon. 671.
Auctoritatis alicujus pœnitere. Cic. de Arusp. Resp. 45. Et eo fecisse auctore se diceret, cujus auctoritatis neminem posset pœnitere.
Belli injusti. Ovid. 5. Met. 210.
Conviviorum. Hor. Epod. 11. 12.
Dignitatis tuæ non me pœnitet. Cic. 3. Philip. 17.
Facti pœnitere aliquem. Catul. Epigr. 28. 12.
Fortunæ, amplitudinis, claritatis, gloriæ num pœnitebat? Cic. 1. Philipp. 33. Curtius, Malo me fortunæ pœniteat, quam victoriæ pudeat. i. e. Malo me dolore affici propter calamitosam offensionem, quam pudore ob victoriam. Budæus.
Fortunæ meæ pœnitet me. Cic. 6. Fam. 1. Etsi ea perturbatio est omnium rerum, ut suæ quemque fortunæ maxime pœniteat: nemoque sit, quin ubivis, quam ibi ubi est, esse malit: tamen, &c. Cic. 1. Fam. 7. Gaudeo tuam dissimilem fuisse fortunam: multum enim interest, utrum laus imminuatur, an salus deseratur. Me meæ tamen ne nimis pœniteret, tua virtute perfectum est.

Hominis

Hominis me pœnitet, i. e. Non magnifacio hominem. Cic. 4. Acad. 69. Quid eum Mnesarchi pœnitebat, quid Dardani, qui erant Athenis tum principes Stoicorum? Budæus.
Imperii pœnitere. Cic. in Somn. Scip. 8. Jam ipsa terra ita parva mihi visa est, ut me imperii nostri, quo quasi punctum ejus attigimus, pœniteret.
Industriæ nostræ neque eos, neque alios pœnitebit. Cic. 2. de invent. 9.
Ineptiarum suarum eos pœnitet. Cic. 2. Fam. 9. extr.
Instituti. Cic. 1. Varr. 69. Cujus consuetudinis atque instituti patres majoresque nostros non pœnitebat.
Mei mœret pœnitet. Cic. 3. de Orat. 89.
Muneris sui pœnitere. Senec de Benef. lib. 1. cap. 1.
Pacis nec pœnitet, nec belli. Liv. 35. 25.
Pecuria me pœnitet. Virg. 10. Ecl. 17.
Rei pœnitet. pro Nollo ita rem evenisse, & ob id dolere. Cic. pro Domo, 18. Quarum rerum si quem pœniteat, eum victoriæ Populi Romani pœnitere. i.e. Quas res si quis non evenisse velit, & ob id dolore afficiatur. Budæus.
Scelerum pœnitet. Hor. 3. Carm. 24. 50.
Status sui vehementer pœnitet. Cic. 2. Att. 22.
Verbi tui me pœnitet. Cic pro Planc. 76. Vide quam me verbi tui pœniteat. i. e. Quum mihi non satis sit hoc verbum. Budæus.
Virium haud pœnitebat. Liv 1. 8.
Pœnitet, ni, vel quod, Parum videtur. Ter. Eun. 5. 7. 11.
An pœnitebat flagitii, te auctore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? Donatus.
Cæs. 2. Bell. Civil. cap. 32. An pœnitet vos, quod salvum atque incolumem exercitum nulla nave desiderata traduxerim?
PŒNITENS, entis. Partic. [μετανοῶν] Sueton. in Vitell. cap. 15. Non multo post pœnitens facti.
Portus optimus pœnitenti, mutatio consilii. Cic. 12. Philip. 6.
Pœnitens de matrimonio. Suetun. in Claud. Cæs. cap 43. pr.
PŒNITANDUM, [μεταμελητέον] Gerundium legitur. ut, Non est ejus præceptoris pœnitandum. Sallust. in Jugurtha, Num eorum pœnitendum sit.
Ad pœnitendum. Tacit. 3. Ann. 51.
Pœnitendi, aliud gerundium. [τ͂ μεταμελῆσθαι] Cic. 4. Tusc. 79. Alexandrum regem videmus, qui quum interemisset Clytum familiarem suum, vix a se manus abstinuit, tanta vis fuit pœnitendi.
PŒNITENDUS, a, um. [μεταμελητικ͂ος] Partic. a Pœnitet verbo; i. e. Pudendus, & parvi æstimandus. Liv. 1. 35. Se sub haud pœnitendo magistro Romanos ritus didicisse. Columel. lib 1. cap. 2. Itaque hic ager, sive exercetur, seu cessat, colono est pœnitendus, ac tanquam pestilens refugiendus.
Factum pœnitendum. Suet Tito, 10. Non exstare ullum suum factum pœnitendum, excepto duntaxat uno.
Gens reip. nequaquam pœnitenda. Suet. Vesp. 1.
PŒNITURUS, a, um. [μετανοήσων] Partic Accius, Quod si procedit, neque te, neque quemquam arbitror pœniturum laudis: quam ut serves vide. Quintil lib. 9. cap. 3. Eousque processum est, ut non pœniturum, pro non acturum pœnitentiam: & visuros, ad videndum missos, Salustius dixerit.
PŒNITENTER, Adv. Minucius Felix in Octavio cap. 26. Auspicia & auguria pœnitenter omissa, observata feliciter.
PŒNITENTIA, æ. f. [μετάνοια, μεταμέλεια] Plin. lib. 17. cap. 10. Nihil est stultius agricolis, quam gestæ rei pœnitentia. Liv. 31 32. pr. Celerem enim pœnitentiam, sed eandem seram atque inutilem sequi.
Agere pœnitentiam. V. AGO.
Pœnitentia, pro Contemptu & aspernatione. Plin. lib. 5. cap. 17. de Essenis, Gens æterna, in qua nemo nascitur, tam fecunda illis aliorum vitæ pœnitentia est. Budæus.
PŒNITUDO, inis. f. Idem quod Pœnitentia. Pacuv. Teucro, Quæ desideria alumnûm, pœnitudines, squales, scabresque, & incultas vastitudines. Nonius 2. 769. Auson. in Sap. Thal. v. 22.
Prædes vadesque pœnitudinis rei.
PŒNITENTIARIUS, i. m. Qui confitentes peccata sua absolvit. Hieronym.
PŒNULUS, V. PŒNUS.
PŒNUS, i m. [Λίβυς] Carthaginiensis, a Phœnix, sed aspiratio detrahitur: & œ in u mutatur in derivativo, Punicus, Punica, Punicum, non Pœnicus. V. infra in dictione PUNICUS.
Pœni, [Λίβυες] (inquit Servius) ἀντίστοιχον est, quasi Phœni, quia a Phœnicibus orti. Virg. 1. Æn. 306.
— ponuntque ferocia Pœni
Corda, volente deo.
Calliditate Pœnos Romani non superarunt. Cic. de Arusp. Resp. 19.
Acutus, ut Pœnus, & valde studiosus ac diligens Clitomachus. Cic. 4. Acad. 98.
Crudelitati Pœnorum corpus Reguli præbitum. Cic. 3. de Nat. Deor. 80.
Ductor Pœnorum, Annibal. Sil. lib. 7. 130.
Ferox Pœnus. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 148.
Fulmineus. Claud. de bell Get. 138.
PŒNUS, a, um. Adj. [Λιβυκός] Stat. 4. Silv. 3. 91.
Pœnos Bagrada serpit inter agros.
Leones Pœni. Virg. 5. Ecl. 27.
Sermo. Stat. 4. Silv. 5 45.
PŒNULUS, vel PŒNULUS, i. m. [Φοινικίδιον] dimin. Unde Plautina fabula nomen sumpsit, in qua Pœnus Hanno Punice loquens introducitur.
PŪNICUS, a, um. Adj. [Λιβυκός] quasi Pœnicus, a Pœnus, qui a Phœnicia, detracta aspiratione, deducitur. Virg. 1. Æn. 338.
Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem.
Punici dicuntur, non Pœni, quamvis a Phœnice sint oriundi. Paulus & plenius Festus. q. V.
Bellum Punicum Cic. 3. Tusc. 51.
Gloria Punior, Gloria Pœnorum. Virgil. 4. Æn. 49.
Grana punica sub lento cortice rubent. Ovid. 4. de Pont. 15. 8.
Humus Punica. Ovid 7. Epist. 140.
Mala, Granata. Martial. lib. 1. 44. V. MALUM.
Poma. Ovid 4. Fast 608.
Prælia. Juven. 14. Sat. 161.
Regna. 1. Æn. 342.
Sagum, Puniceum. Hor. Epod. 9. 27.
Tempora, Bellorum Punicorum. Lucan. 2. 45.
O miseræ sortis, quod non in Punica nati
Tempora, Cannarum fuimus, Trebiæque juventus.
Punica fides, Punica perfidia, In proverbium abiit, quod ea gens peculiariter perjurii, vanitatisque notata sit: quemadmodum abunde testatur Liv. 22. 6. Idem 21. 4. Has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant: inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus deûm metus, nullum jusjurandum, &c. Sallust. Jugurth. 108. Comperio Bochum, magis Punica fide, quam ob ea, quæ prædicabat, simul Romanos & Numidam spe pacis detinuisse. Plaut. Pœn. prol. 113.
Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens
Se scire. Pœnus plane est, quid verbis opu'st? Erasm.
PUNICE, Adv. [Φοινικιστί] Plaut. Pœn. 5. 2. 22.
Adibo hosce atque appellabo Punice,
Si respondebunt Punice pergam loqui.
Loquitur nunquam nisi Punice. Apul. Apol.
Punice interpretari. August. Epist. 173.
PUNICEUS, a, um. aliud Adj. Idem. [Φοινίκεος] Ovid. in Ibin, 281.
A duce Puniceo pertulit, ipse feras.
Punicus color, sive Puniceus, Qui est coloris rubentis, qui Græce Φοινικοῦς dicitur. quem Exuberantissimum Gellius lib. 3. cap. 9. extr. vocat. Virg. 12. Æn. 77.
Puniceis invecta rotis. Plaut. Rud. 4. 3. 61.
Fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuo.
Aqua punicea Getico sanguine. Ovid. 4. de Pont. 7. 20.
Colore puniceo matura arbuta. Lucret. lib. 5. 939.
Coma punicea depexa, sed lactea crure est. Columel. lib. 10. 189.
Crocus. Ovid. 5. Fast. 318.
Cruor. Ovid. 2. Met. 607.
Pennæ. Virg. 12. Æn. 750.
Pumex. Ovid. 5. Met. 536.
Color flore rosæ puniceæ prior. Hor. 4. Carm. 10. 4.
Roseta. Virg. 5. Ecl. 17.
Sanguis. Stat. 1. Achill. 308.
PUNICĀNUS, a, um. [Φοινικικός] similiter Adj. ut, Punicani lecti, ex Phœnicia, vel qualibus Carthaginienses uti solebant. Cic. pro Muren. 75. Atque ille, homo eruditissimus ac Stoicus, stravit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & exposuit vasa Samia.
Punicanæ fenestræ. Varr. 3. de R. R. cap. 7.
PUNICO, āre. Puniceum colorem habere. Apul. 3. Met. pr. Commodum punicantibus phaleris Aurora, roseum quatiens lacertum, cælum inequitabat.
PŌĒTA, æ. m. [ποιητής] ἀπὸ τ͂ ποιεῖν, quod est Facio, effingo: quasi Fictor. Est enim Qui carmina fingit. Hor. in Arte Poet. 10.
— pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.
Manus multa poetarum. Hor. 1. Serm. 4. 141.
Antiquissimum e doctis apud Græcos est genus poetarum. Cic. 1. Tusc. 3.
Finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia uberior. Cic. 1. de Orat. 70.
Neminem adhuc cognovi poetam, qui sibi non optimus videretur. Cic. 5. Tusc. 63.
Arguti poetæ. Hor. 2. Epist. 2. 90.
Astrictior versu poeta, oratoris virtutes persequitur. Cic. in Orat. 67.
Barbarus poeta apud Plautum, Latinus est: ut, Marcus vertit barbare, id est Latine: & in eodem poeta, Lex barbarica, Romana est. Turnebus. V. BARBARUS.
Bonus poeta nemo sine inflammatione animorum existere potest, & quodam afflatu quasi furoris. Cic. 2. de Orat. 194.
Castum esse decet pium poetam. Catull. ad Aurelium, 17. 5.
Clarissimi. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Crescens. Virg. 7. Ecl. 25.
Disjecti membra. Hor. 1. Serm. 4. 62.
Divinus. Virg. 5. Ecl. 45.
Docti veteres poetæ Grajûm. Lucret. lib. 2. 600.
Græci. Cic. 2. de Orat. 61.
Gravis & ingeniosus. Cic. pro Planc. 59.
Illustres. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Magnum poetam quenquam sine furore esse posse negat Democritus. Cic. 1. de Divin. 80.
Pessimi poetæ, sæculi incommoda. Catull. ad Calvum 14. 23.
Sanctos poetas suo jure appellat Ennius, quod quasi deorum aliquo dono & munere commendati nobis esse videantur. Cic. pro Arch. 18.
Seniorum poetarum turba. Hor. 1. Serm. 10. 67.
Tener. Catull. ad Libellum, epigr. 33. 1.
Vesanus. Hor. de Arte Poet. 455.
Alere & formare poetam. Hor. de Arte Poet. 307.
Canunt poetæ. V. CANO.
Confingunt hæc poetæ. Cic. pro Rosc. Amer. 47.
Valet natura ipsa poeta, & mentis viribus excitatur, & quasi divino quodam spiritu afflatur. Cic. pro Arch. 18.
Pro Artifice posuit Plaut. Asin. 4. 1. 3.
Nam tu poeta es prorsus ad eam rem unicus.
POETRIA, æ. f. [ποιήτρια] l. 2. Mulier poetices perita. Cic. pro Cœl. 64. Verum hæc tota fabella, veteris & plurimarum fabularum poetriæ, quam est sine argumento, quam nullum invenire exitum potest!
POETRIS, idis. f. [ποιητρίς] Idem. Persius in proœm.
Quod si dolosi spes refulserit nummi,
Corvos poetas, & poetrides picas
Cantare credas Pegaseium melos. [Al. Poetidas Rectius tamen alterum puto, ut ἀοιδοὺς. Sed sursum Persius Poetrias reliquit.
POETILLA, æ. m. dimin. Plaut. Truc. 2. 6. 4.
Et Homeronidæ poetillæ mille memorari possunt. Sed lectio admodum dubia est. V. notas.
POĒMA, ătis. n. [ποίημα] Poetæ opus, hoc est figmentum seu fictio. Plin. lib. 7. cap. 56. De poematum origine magna quæstio est. Plaut. Asin. 1. 3. 21.
Nam neque usquam fictum, neque pictum, neque scriptum in poematis.
Poema quid distet a Poesi, V. in POESIS infra.
Austera poemata. Hor. de Arte Poet. 342.

Dulcia. Hor. de Arte Poet. 99.
Egregium. Cic. 1. de Orat. 217.
Festivum, concinnum, & elegans. Cic. in Pison. 70.
Immodulata. Hor. de Arte Poet. 263.
Lacrimosa, Tragœdiæ. Hor. 1. Epist. 1. 66.
Legitimum. V. LEX.
Pulchra. Hor. de Arte Poet. 99.
Ridenda. Juven. 10. Sat. 124.
Ridiculum. Hor. 2. Epist. 1. 237.
Sanctum. Hor. 2. Epist. 1. 54.
Tenerum, moratum, atque molle. Cic. 1. de Divin. 66.
Tragicum, comicum, epicum, melicum ac dithyrambicum. Cic. de Opt. gen. Orat. pr.
Attingere poemata. Catul. ad Varum, 20. 15.
Componere poema ad aliquem. Cic. 3. Q. frat. 1. V. COMPONO.
Condere poema Græcum. Cic. 1. Att. 13. V. CONDO.
Deducta tenui poemata filo. Hor. 2. Epist. 1. 225.
Facere bona poemata. Hor. de Arte Poet. 303.
Fecisti varium & elegans omni fere numero poema. Cic. 1. Acad. 9.
Legere libentius poemata. Cic. 2. Q. frat. 9.
Natum inventumque poema juvandis animis. Hor. de Arte Poet. 377.
Pangere mira poemata. Hor. de Arte Poet. 416.

POĒSIS, is. f. [ποίησις] Nonius 5. 25. Poesis & Poema hanc habent distantiam: Poesis est textus scriptorum: Poema inventio parva, quæ paucis verbis expeditur. Idque confirmat exemplis Lucil. Satir. lib. 8. &c. Cic. 3. de Orat. 98. Quamvis claris sit coloribus picta, vel poesis, vel oratio. Homeri picturam, non poesin videmus. Cic. 5. Tusc. 114.
Poema Græci volunt a Poesi differre: quod Poesis sit totum opus poetæ, ut Ilias, Odyssea. unde Cic. 4. Tusc. 71. dixit; Anacreontis tota poesis amatoria est: hoc est, Totum opus, quod scripsit Anacreon. Poema vero sit pars quædam operis: ut singuli Iliadis libri poemata dici possunt. Quam differentiam videtur Nonius l. c. agnovisse: sed perpetua non est. Cic. in Orat. 67. Itaque video visum esse nonnullis, Platonis & Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum, quam Comicorum poetarum: apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. Hoc loco Poema pro Omni scriptione Platonis & Democriti Cicero posuit. Proinde sunt qui dicant, poema potius illud esse, quod poesis naturam exprimit. [Poesis est ipsa compositio, Poema compositum, Differunt, ut Scriptio & Scriptum. Sed sicut Latini Orationem, pro Opere ipso ponunt, sic Græci ποίησιν ἀντὶ τοῦ ποιήματος, Cic. vicissim Poema pro Poesi dixit.
Carcini poesis, dicebantur Ea quæ viderentur obscurius, & instar ænigmatis dicta. Carcinus enim poeta quispiam fuit, qui fuit Orestem ab illo coactum ut matricidium confiteretur, per ænigmata respondisse, ut auctor est Suidas, qui testatur proverbium a Menandro usurpatum in Hercule falso. Erasm.

POĒMĂTUM, i. & POĒMATA, orum. n. pl. etiam antiquos dixisse testatur Charisius p. 28. & 114. Horum poematorum, & His poematis.

POĒMĂTIUM, i. n. [ποιημάτιον] Dimin. Parvum poema. Auson. Edyll. 7. præf. Poematia, quæ in alumnam meam luseram, &c.

POĒTĬCUS, a, um. Adj. [ποιητικὸς] Quod ad poesin pertinet: ut, Ars poetica, & Verba poetica. Cic. 3. de Orat. 152. Sed tamen raro habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem. Quintil. lib. 1. cap. 5. p. 54. Burm. At in eadem vitii geminatione Metieo Sufferieo dicens Ennius, poetico jure defenditur. i. e. Auctoritate poetica.
Dii poetici. Cic. 3. de Nat. Deor. 77.
Fabulositas poetica. Plin. 7. 28. pr.
Licentia. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Mella manare. Hor. 1. Epist. 19. 44.
Numerus poeticus. Cic. 1. de Orat. 151.
Themata. Quintil. lib. 2. cap. 10. Et poetica (ut vere dixerim) themata juvenibus pertractare permittemus.
Voluptates. Quintil. lib. 1. cap. 8.

POĒTĬCE, Adv. [ποιητικῶς] More poetico. Cic. 5. de Fin. 9. Ut poetice loquar.

POĒTĬCA, æ. & POĒTĬCE, es. f. [ποιητικὴ] Ars ipsa conscribendorum versuum. Cic. 1. Tusc. 3. Serius poeticam nos accepimus.
O præclaram emendatricem vitæ poeticam! Cic. 4. Tusc. 69.
De dignitate poeticæ vide Strabonem lib. 1.

POĒTOR, [ποιεῖν] āri. In poetica se exercere, sive poetam agere. Ennius apud Priscian. 8. p. 829.
Nunquam poetor nisi podager.

POĒTĬFĬCUS, a, um. [ποιητικὸς] Adj. quo usus est Ennius, qui Caballinum fontem Poetificum nominavit.

P O G

PŌGŌNIAS, vel POGŌNĪAS, æ. m. [πωγωνίας] dici potest Barbatus, πώγων enim barba Græcis dicitur. Genus cometæ. Plin. lib. 2. cap. 25. Pogonias vocant, quibus inferiore ea parte, in speciem barbæ, longe promittitur juba.

P O L

PŌL, Adv. jurantis. [νὴ τὸν Πολυδεύκη] Per Pollucem. Cic. 3. Tusc. 44.
— pol mihi fortuna magis nunc deest, quam genus. Ea poeta. Hor. 1. Epist. 7. 92.
— pol me miserum, patrone, vocares.
Certe pol. Ter. Eun. 4. 5. 5. Certe tu quidem pol molto hilarior.

PŌLA, æ. f. [Πόλα] Istriæ civitas, quondam a Colchis condita. Pietas Julia Plinio dicitur lib. 3. cap. 19. in descriptione Istriæ.

PŌLEA, æ. f. [πώλιον] Fimus pulli asinini, quem equa initio partionis ante fœtum effundit, ut ait Aristoteles, qui Polion; Plinius vero lib. 28. cap. 13. Polean vocat.

POLĔMARCHIA, V. POLEMARCHUS.

PŎLĔMARCHUS, i. m. [πολέμαρχος] a Belli ductu; quasi Belli dux. Æolis vero Polemarchus, claudendarum portarum, & urbis curam gerebat, clavesque noctu detinebat: interdiu autem, custodiis portarum assidebat. Alexand. Alexandrinus lib. 3. cap. 16.
Polemarchi sunt, Apud quos summa rei militaris & agitur & refertur: & Polemarchia, Munus ipsum, & Magistratus vocatur. Hodie apud nos hi Marescali vocantur, quasi majores judices, hoc est judices in Cabalo sedentes, uno tantum magistro equitum, id est Connestabulo inferiores. Si quis Latine dicere velit, eos Tribunos militum possit appellare. Sic etiam vocantur in cap. Officium. de re milit. in P. Hæc Budæus in notis ad Pandectas. l. ultima. ad finem. De muneribus in Pand.

POLEMARCHIA, æ. f. [πολεμαρχία] V. in POLEMARCHUS præced.

POLEMĬCUS, a, um. Adj. [πολεμικὸς] Quod ad bellum, vel Controversiam pertinet. vocabulum Theologicum. Hinc Scriptura polemica, i. e. Controversialis.

PŎLĔMON, ōnis. m. [Πολέμων] Atheniensis philosophus, prima adolescentia lascivus, & voluptatibus deditus, quum patentem Xenocratis scholam intrasset, deque modestia & moribus sermo haberetur, ita demum ad eum flexit animum, ut rejecta incontinentia, se totum philosophiæ addixerit, ex quo postea ejus scholæ successit. Auctor Gellius, & Diogenes Laërtius, qui eum multa scripsisse testatur. Suidas nihil scriptum reliquisse asserit.
Mutatus Polemon. Hor. 2. Serm. 3. 254.
Polemo, cognomento Helladicus, genere Iliensis, historicus nobilissimus, æqualis Aristophanis grammatici, Panætii Rhodii discipulus, scripsit de origine civitatum Phocidis, Ponti, Laconiæ, & Geographiam, seu de circuitu orbis libros tres. Suidas.
Polemon alius e Laodicæa Cariæ, qui Smyrnæ vixit ac præcepit, æqualis Herodis, Attici, sub Adriano principe, ad quem legatus quandoque Smyrnæorum missus, ab eoque honorifice exceptus, & Musæo Ægyptio adscriptus est.
Polemon etiam alius, Ponti rex, de quo Tacit. 2. Ann. 56. V. Spanhem. de Usu & Præst. Num. diss. 8. p. 448. Hinc

POLEMŌNIĂCUS, a, um. Adj. ut, Pontus Polemoniacus. Eutrop. 7. 9.

POLEMŌNIA, æ. f. [πολεμώνιον] Herba. Plin. lib. 25. cap. 6. Polemoniam, alii philetæriam, a certamine regum inventionis appellant.

POLEMONIUM, i. n. [Πολεμώνιον] Ptolemæo lib. 5. cap. 6. Cappadociæ urbs; vulgo *Leona*.

PŎLENTA, æ. f. [ἄλφιτα] dicitur & Pulenta. Sic fiebat, Perfusum aqua hordeum siccabant nocte una, postero die frigebant, deinde molis frangebant, servabantque in multos dies. Cato de R. R. cap. 108. Tum id percolato, polentam adjicito. Ruell lib. 2. cap. 16. Polentam Græci ἄλφιτα nominant, torrefacti hordei farinam, quæ nunc tota Gallia, Sicca criothe, vel Grio siccum, quasi torrida & resiccata crithe vel cri vocatur. Venalis ea circumfertur spissandis carnium jusibus: quanquam & ex avena ve torrida cœpit fieri, & eadem nominis ambage proferri. Charisius lib. 1. Polenta dici debet per o, cujus rei Verrius Flaccus rationem reddit, quod usu omnium poliatur. Hæc ille. Non immerito ridentur quidam Grammatici scribere ausi, Polenta esse generis neutri, decepti ex non intellecto carmine Ovidii lib. 5. Met. 454.
Dulce dedit testa, quod coxerat ante polenta. Quum sensus & ordo sit, Dedit ei dulce, quod ante coxerat de polenta. Quod ex quinto inde versu eodem in loco satis adverti poterat,
Cum liquido mista perfudit diva polenta.
Grandis polenta. Pers. 3. Sat. 55.

POLENTĀRIUS, a, um. Adj. [ἀλφιτικὸς] Quod pertinet ad polentam, seu Quod est ea polenta. Plaut. Curc. 2. 3. 16.
Ex unoquoque eorum exciam crepitum polentarium. V. ibi Interpr.
Damnum polentarium. Apul. 6. Met. p. 181. Elmenh.

PŎLENTIA, æ. f. [Πολεντία] Urbs Liguriæ Ptolemæo lib. 3. cap. 1. vulgo *Palenza*. V. Sil. 8. 599. & ibi Drakenb.
Est etiam apud Melam lib. 2. cap. 7. Castellum in majoribus Balearibus nomine Polentia, nunc vulgo *Polensa*, ut scribit Olivarius.

POLENTĪNUS, a, um. Adj. ut, Salios Polentini. Stat. 2. Silv. 6. 63.
Agri Polentini. Prudent. in Symmach. 2. 719.

PŎLĒTAS, is. m. [πωλητὴς] Internuntius Epidauriorum ad Illyricos: de quo audi Alexandrum ab Alexand. lib 4. cap. 10. Proditum est de Epidauriis mirum, quod quum Illyricos mores sibi haberent, nec illorum commercia vitare possent, ut se a contagione accolarum servarent immunes, ita cavisse, ut unum seligerent ætate gravem, qui solus ad illos penetraret, cum quo commercium haberent, quem Poletem dixerunt.

PŎLIA, æ. f. [πολιὰ] Gemma quædam. Plin. lib. 37. cap. 11. Polia canitiem quandam sparsi indicat: eandem duriorem, nigra Spartopolios.

PŌLĬA, æ. f. [πωλεία] Grex equorum. Ulpian. in l. Ædiles ajunt. D. de ædil. edict. Nam si polia venierit: dicemus unum equum, qui vitiosus est, non omnem poliam redhiberi oportere. Catellianus Cotta putat poliam esse equitium, hoc est equorum mandram, seu armentum equinum: descendereque non a pluralitate, ut Accursius voluit, sed potius a Græco nomine πῶλος, quod pullum & maxime equinum significat. Unde πωλοδαμάζειν, est Equos domare.

POLIMAN, POLIMANTUM, V. POLIO.

PŌLIO, ivi, itum, [ξέω, ξύω, λαμπρύνω, λειαίνω] ire. Colere, ornare; & quasi Urbano & politico more (qui rustico contrarius est) componere, ut ait Perottus. Virg. 8. Æn. 436.
Certatim squamis serpentum, auroque polibant. Cic. 2. de Legib. 59. Hoc plus, inquit, ne facito, rogum ascia ne polito.
Arma polire deorum. Stat. 4. Silv. 6. 48.
Carmina polire sollicita cura. Ovid. 1. de Pont. 5. 61.
Frontes libri geminæ pumice poliantur. Ovid. 1. Trist. 1. 11.
Orationis faciendæ & poliendæ ignarus. Cic. 1. de Orat. 63.
Signa Dædala polire. Lucret. lib. 5. 1450.
Tigna. Claud. 2. Conf. Stil. 323.
Vestes polire. Plin. 35. 17.

POLĪTUS, a, um. Adj. & Partic. [ξεστὸς, ἐξεσμένος, ἀστεῖος, λεῖος, γλαφυρὸς] ior, issimus. Plin. lib. 13. cap. 4.
Fronte politus. Pers. 5 Sat. 116.
Pelliculam veterem retines, & fronte politus
Astutam rapido servas sub pectore vulpem.
Politus, urbanus, elegans. Cic. de Clar. Orat. 284. Sin autem jejunitatem & siccitatem & inopiam, dummodo sit polita, dum urbana, dum elegans, in Attico genere ponit, hoc recte duntaxat.
Politus e schola. Cic. in Pison. 59. Dices, enim, ut es homo facetus, ad

ad persuadendum concinnus, perfectus, politus e schola, Quid est, Cæsar, quod te &c.

Artibus politus. Cic. 1. de Fin. 26. Et 13. Fam. 1. Est enim omni liberali doctrina politissimus.

Coloribus artis omnibus pictus & politus. Cic. 2. Att. 21. Sic hunc, omnibus a me pictum & politum artis coloribus, subito deformatum, non sine magno dolore, vidi.

Doctrina politos constituit quosdam pariter. Lucret. lib. 3. 318.

Virtutibus politus omnibus. Varr. 1. de R. R. cap. 2.

Politum quid & perfectum proferre. Cic. 1. de Orat. 5.

Nihil acutius, nihil politius Aristotele. Cic. 4. Acad.

Ager politus. i. e. Excultus. Non. 1. 339.

Arte politissima perfecit caput Veneris Apelles. Cic. 1. Fam. 9.

Columnæ politæ. Cic. 3. Q. frat. 3. Quod mihi nunc denique apparuit, posteaquam & ipsa tota patet, & columnæ politæ sunt.

Elegantia politior. Cic. 3. de Fin. 4. Quin etiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, &c.

Facetiæ politæ, Elegantes & ornatæ. Cic. 1. de Orat. 243. Multo majorem partem sententiarum sale tuo & lepore & politissimis facetiis pellexisti.

Humanitatis politioris expers. Cic. 2. de Orat. 72.

Oratio accurata & polita. Cic. de Clar. Orat. 326.

Philosophus nostræ memoriæ politissimus & acutissimus. Cic. 4. Acad. 38. De Antiocho.

Sermo politus. Claud. Cons. Mall. Theod. 251.

Compar. & Superlativi exempla supra sunt.

Pŏlītŭlus, a, um. [ὑπογλαφυρός] Adj. dimin. Cic. 7. Fam. 34. Opus est huc limatulo & politulo tuo judicio.

Polīte, Adv. [γλαφυρῶς] Cic. 1. Acad. 2. Quæ & sunt magna sane, & limantur a me politius.

Polite & Subtiliter. Cic. 4. Acad. 67. Negatis hæc tam polite, tamque subtiliter effici potuisse, sine divina aliqua solertia.

Dicere ornate politeque. Cic. pro Cœl. 8.

Eloqui polite. Cic. 1. Tusc. 6. Fieri autem potest ut recte quis sentiat, & id quod sentit, polite eloqui non possit.

Scribere polite. Cic. de Clar. Orat. 76. Et luculente quidem scripserunt, etiamsi minus quam tu, polite.

Polītor, ōris. m. Ulpian. in l. Cum duobus. D pro socio, Veluti quum pecus in commune pascendum, aut agrum politori damus in commune quærendis fructibus. Erant autem Politores, Qui agros excolere atque polire consueverant. Olitori mavult legere Bynckhersh. Observat. Jur. Roman. 2. 9. p. 25. Nonius Marcellus 1. 339. sic ait, Politiones agrorum cultus diligentes, ut polita omnia dicimus exculta, & ad nitorem deducta. Ennius Satir. lib. 3. Testes sunt lati campi, quos gerit Africa terra politos. At Annal. 8.

Rastros dentefabres capsit causa poliendi Agri. Varro, Quid mirum? ex agri depolitionibus ejiciuntur, hic in cœnaculo polito recipiuntur? Hæc Nonius. Hoc etiam significato Politionem & Politorem dixit Cato de R.R. cap. 4. & 136. conf. POLLINTIO, & POLLINTOR.

Politores gemmarum. Firmicus lib. 4. cap. 7. ad finem.

Polītio, ōnis. f. Vitruv. 7. 3. Recipiens in se politionem, fulgentes in adspectu, certasque considerantibus imagines reddit.

Dicitur etiam illa Cultura, quæ pactione certæ frugis pro mercede fit, atque adeo ipsa Merces. Cato de R. R. cap. 136. Politionem quo pacto dari oporteat? in agro Casinate & Venafro In loco bono parte octava corbi dividat: satis bono septima, &c. conf. dict. super. & POLLINTIO.

Polītūra, æ. f. [λέανσις] Idem. Plin. lib. 11. cap. 24. Quam non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte, ipsa per se tenax ratio tramæ? Idem lib. 36. cap. 6. Thebaica polituris accommodatur.

Ad polituram sarcire. V. AD.

Polīmen, inis. n. Idem. Apul. de Deo Socrat. p. 54. Elmenh. Neque in emendis equis phaleras consideramus, & baltei polimina inspicimus.

Item Testes, testiculi. Arnob. 7. p. 230. Polimina porro sunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus: a vulgaribus autem assolent cognomine testium nuncupari.

Pŏlīmenta, orum. n. [ὄρχεις] Testiculi porcorum dicuntur, quum castrantur: a politione vestimentorum, quod similiter ut illa curantur, inquit Festus. Plaut. Men. 1. 3. 28.

Glandionidem suillam, laridum pernonidem, aut
Sinciput, aut polimenta porcina, aut aliquid ad eum modum. V. ad utrumque auctorem not.

Polio, ōnis. m. Qui arma polit. Firmicus lib. 2. Mars & Mercurius in decimo ab horoscopo loco poliones faciunt. Meminit Callistratus lib. 50. D. de Jure immunit. l. quibusdam.

Pŏlion, i. n. [πόλιον] V. POLEA.

Polion, sive Polium, est etiam Herbæ nomen, quam Plinius describit lib. 21. cap. 7. Sic & apud Græcos polion herbam, inclytam Musæi & Hesiodi laudibus, ad omnia utilem prædicantium, superque cetera ad famam etiam dignitatis: prorsusque miram, si modo (ut tradunt) folia ejus mane candida, meridie purpurea, sole occidente cærulea aspiciuntur.

Pŏlisma, [Πόλισμα] Civitas in Rhœtio ad Simoentis ripas. Strab. lib. 13. Astypalæenses itaque, qui Rhœtium primum tenuerunt, oppidum juxta Simoentem condidere, quod nunc Polisma nominatur, in loco non valde idoneo, &c. Proprie Oppidulum significat.

Pŏlītes, is. m. [Πολίτης] Priami filius ex Hecuba uxore a Pyrrho, capta Troja, interfectus, apud Virg. 2. Æn. 526.

Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites, &c.

Pŏlītīa, æ. f. [πολιτεία] Respublica: quo nomine inscriptus est liber Platonis. Cic. 1. de Divin. 60.

Politia, quid est? in Calepino primo omissum hic. *La police*. Fit mentio in Calepino excuso apud Eustachium Vignon 1578. & dicitur non inveniri. Sed puto esse ex Decembrio. Vide in meo libro *Du nouveau François Italianise*. H. St. Gloss. Gr. Lat. Πολιτεία, Civile imperium, Respublica, Civilitas. conf. Suid.

Polītĭcus, a, um. Adj. [πολιτικός] Quod est civile. Cic. 7. Fam. 1. Sed quæ potest esse homini politico delectatio, quum aut homo imbecillis a valentissima bestia laniatur? Quædam exemplaria legunt Polito. Idem 9. Att. 4. Sumpsi mihi quasdam tanquam θέσεις, quæ & politicæ sunt, & temporum horum. Gloss. Gr. Lat. Πολιτικός, Civilis, Urbanus.

Polītĭca, æ. & **Polītĭce**, es. f. [πολιτική] Scientia rempublicam recte constituendi. Apul. de Philosophia p. 71. Elmenh. Civilitatem Plato politicen vocat. conf. POLITIA.

Pŏliūchi, [Πολιοῦχοι] Dii tutelares, quos cuique loco præesse antiquitas existimabat. Poliuchos Minerva apud Spartanos cognominata est, quod eorum civitati imperaret. Herodotus. conf. Suid. & H. Steph. Thes. Gr.

Polla, æ. f. [Πῶλλα] Uxor Lucani poetæ, cujus meminit Stat. 2. Silv. 7. 62.

Tu castæ titulum, decusque Pollæ
Jucunda dabis allocutione. Pauloque infra eam commendat ab eruditione. Scribitur & Paula.

Pollen, inis. n. vel **Pollis**, inis. m. [γῦρις Gl. L. Gr. & Gr. L.] a Polleo deduci videtur, Flos tritici. Ter. Adelph. 5. 3. 60.

Illic favillæ plena, fumi, ac pollinis
Coquendo sit saxo, & molendo. Marcellus Dioscoridis interpres dicit esse Pollinem, Tenuissimum pulverem magis quam farinam, qualis circa molas plerumque & loca, in quibus panis pinsitur, parietibus hærens, invenitur, unde fit panis omnium infimissimus. Columel. lib. 6. cap. 30. Et tutis polline, cum eo, qui profluit, sanguine immisto, armi linantur. Pollen polentæ. Cato R. R. cap. 157. In utroque Gloss. etiam rectus Polline affertur.

Pollĭnārius, a, um. Adj. [γυριστικός] Quod ad pollinem pertinet: ut, Cribrum pollinarium, Quod lino, non setis equorum, fit ad pollinem purgandum. Nam cribra quæ ad excutiendam farinam fiunt, excussoria dicuntur. Plin. lib. 18 cap. 11. Plaut. Pœn. 3. 1. 10.

Nam iste quidem gradus succretu'st cribro pollinario.

Pollĭnāris, e. Adj. Idem. Gloss. Cyrill. Γυρισήριον κόσκινον, Pollinare cribrum.

Pollinaceus, a, um. Adj. Quod ex polline est. Eadem Gloss. Γυρίτης ἄρτος, Pollinaceus. Subaudito τῷ Panis.

Pollintio, ōnis. f. Cato R. R. cap. 136. Pollintionem in agro Casinate & Venafro sic dare oportet. In loco bono parte octava corbi dividat, satis bona septima, tertio loco sexta, si granum modio dividet, parti quinta in Venafro ager optimus, IX parti corbi dividat. Alii legunt Politionem.

Pollintor, ōris. m. [ἀλευροποιός] Curator pistrini, qui farinam facit, & pollinem, quique pollinario cribro pollinem excutit. Cato R.R. cap. 5. Operarium mercenarium, pollintorem, diutius eundem ne habeat die. Alii Politorem legunt. q. V. & POLLINCTOR f. L.

Pollincro, ĕre. Farinam in pistrino lucrifactam dividere, inquit Perottus.

Polleo, [ἰσχύω, δυναδύναμαι] ēre. Posse, valere. Cic. in Parad. 5. Nec est ulla res quæ plus apud eum polleat, quam ipsius voluntas atque judicium.

Moderatione polleat & constantia. Cic. 4. Tusc. 34. Is, quisquis est, qui moderatione & constantia polleat; quietus animo est, sibique ipse placatus, ut nec tabescat molestiis, &c. In quibusdam exemplaribus desideratur Polleat.

Quæstu pollere dicitur, quod est pretiosum. Plin. lib. 19. cap. 3. Sunt etiamnum duo genera, nonnisi sordido nota vulgo, quum quæstu nullo polleant.

Scientia pollet virtus. Cic. in Partit. 76.

Posse & pollere. Liv. 1. 24.

Pollere ad, Cic. 1. Off. 34. Harum igitur duarum ad fidem faciendam justitia plus pollet.

Pollere adversum. Plin. lib. 16. cap. 22. Cur ergo non eadem causa adversum omnes polleat, jure miremur.

Pollet contra. Plin. lib. 24. cap. 19. Herba quæ gignitur supra fimeta ruris, contra anginas efficacissime pollet ex aqua pota.

Pollere in remediis aurum. Plin. lib. 33. cap. 4.

Pollere in Rep. Cæs. 1. Bell. Civil. 4.

Pollere inter. Suet. Cæs. 6. Est ergo in genere, & sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, & cærimonia deorum, &c.

Auctoritas ejus pollet, i. e. Valet, & magni est ponderis. Sallust. in Jugurtha cap. 25. Quorum auctoritatem Romæ pollere audiverat.

Facundia pollet tuis ingeniis. Claud. 6. Cons. Hon. 492.

Oratio plurimum pollet in peroratione. Cic de Clar. Orat. 190.

Pollere, Præstare, utilius esse. Plin. lib. 36. cap. 22. de cotibus, Ex oleo & aqua Ciliciæ pollent: ex aqua Arsinoeticæ. Hoc est quod vulgus dicit, *Melius valent*, vel *Bene valent*.

Plus pollet potiorque est filius patre. Cic. 4. Tusc. 69.

Pollens, entis. [δυνάμενος] Partic. Plaut. Capt. 2. 2. 28.

Quod genus illic unum est pollens atque honoratissimum.

Equo hostis pollens. Ovid. 3. Trist. 10. 55.

Fulmine pollens regia Jovis. Ovid. ad Liv. 213.

Opibus pollens. Lucret. lib. 1. 61.

Venenis gelidis pollens Ophiusa. Valer. 6. Argon. 85.

Avis pollens. Sil. lib. 8. 385.

Corpora pollentia simplicitate. Lucret. lib. 1. 575.

Herbæ. Ovid. 7. Met. 146.

Matrona. Ovid. 5. Met. 508.

Vini pollens, lepidus Liber. Plaut. Curc. 1. 2. 21.

Compar. Sil. 14. 338. — astus pollentior armis.

Superl. Solin. cap. 2. Pollentissima ingenia.

Pollenter, Adv. Compar. Claudian. de 4. Cons. Honor. v. 253.

— cæsaque redit pollentius Hydra.

Pollentia, æ. f. [δύναμις] Potentia. Plaut. Rud. 3. 2. 4.

Vindicate, ne impiorum potior sit pollentia. Adde Cas. 4. 4. 5.

Pollentia, æ. f. [Πολλεντία] Plinio 3. 5. extr. auctore, Oppidum fuit in majore Balearium insula.

Fuit & Pollentia juxta Alpes inclyta lanarum nobilitate; de qua Sil. lib. 8. 599.

— fuscique ferax Pollentia villi. Al. Polentia. q. V.

Pollentīnus, a, um. Adj. [Πολλεντῖνος] ut,

Campus Pollentinus Claud. 6. Cons. Hon. 127.

Fuerunt & Pollentini in Piceno, in quinta regione Italiæ, non multum distantes a Tolentinatibus, ut indicat Plin. lib. 3. 13. extr.

Pollex, icis. m. [ἀντίχειρ] Primus & maximus in manu digitus: sic vocatus quod ceteris pollentior sit. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 13. Pollex, qui nomen ab eo quod pollet, accepit, nec in sinistra cessat, nec minus quam tota manus in officio est. Unde & apud Græcos ἀντίχειρ vocatur, quasi manus altera. Plin. lib. 11. cap. 43. Hominis pollex articulos habet binos. Cic. 3. Off. 46. Durius etiam Athenienses, qui sciverunt ut Æginetis, qui classe valebant, pollices præciderentur.

Ictus pollicis. Hor. 4. Carm. 6. 36.

Lesbium servate pedem, meique
Pollicis ictum. Sic
Festinus. Claud. in præfat. lib. 2. de Rapt. Proserp. 16 De lyræ pulsu. &
Honestus. Pers. 6. Sat. 5. de eadem re loquens.
Ignavus. Stat. 4. Silv. 4. 53.
Sollicitus. Claud. Cons. Mall. Theod. 227.
Tener. Ovid. 1. Amor. 4. 22.
Deducens levi pollice filum. Ovid. 4. Met. 36.
Detersit & reliquum nitido pollice somnum. Claud. in Epithal. Pallad. 27.
Ducit artificemque tuo sub pollice vultum. Pers. 5. Sat. 40.
Metere pollice primo. Martial. lib. 10. 92.
Movere chordas pollice. Stat. 1. Achil. 187.
Nentes impresso pollice stamina. Ovid. 8. Met. 453.
Prætentat pollice chordas. Ovid. 5. Met. 339.
Premere pollicem, Convertere pollicem. Antiquitus in pollice favoris erat, studiique significatio. Qui faveret, pollicem premebat: qui minus faveret, pollicem convertebat. Qui gestus in proverbium abierunt, ut jam Premere pollicem dicatur, qui quoquo pacto favet: convertere, qui male vult. Plin. lib. 28. cap. 2. Pollices quum faveamus, premere etiam proverbio jubemur. Juven. 3. Sat. 36.
— & verso pollice vulgi,
Quemlibet occidunt populariter. Horatius Utroque pollice dixit, pro Summo favore, 1. Epist. 18. 66.
Consentire suis studiis, qui crediderit te,
Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum. Porphyrion enarrat hunc ad modum; Utroque pollice, i. e. Utraque manu, συναδιχεῖν; Synecdoche a parte totum. An qui vehementius laudat, manus jungens, jungit pollicem cum proximo? Acron hoc pacto, Utroque pollice, συναδιχεῖν, manu utraque, sublataque pariter, ac sæpius mota. Hic enim gestus valde laudantium est. Sane utrumque, sicut ex his conjicere licet, proverbii origo fugit. Erasmus. [Rectius apud Juvenalem scribitur
Munera nunc edunt, & verso pollice vulgus,
Quum libet, occidunt populariter. V. Lips. 2. Saturn. 22. & Grang. ad loc.
Rodere irresectum pollicem dente. Hor. Epod. 5. 48.
Siccare tremulo pollice lacrimas. Ovid. 19. Epist. 26.
Sollicitat docto pollice stamina. Ovid. 11. Met. 170.
Tentavit impulsas chordas pollice. Ovid. 10. Met. 145.
Pollex, etiam in pede. Plin. lib. 7. cap. 53. Q. Æmilius Lepidus jam egrediens, incusso pollice limini cubiculi.
Pollex, in arborum corticibus. Plin. lib. 13. cap. 4. de palmis arboribus, Reliquæ teretes atque proceræ, densis gradatisque corticum pollicibus, aut orbibus, faciles se ad scandendum Orientis populis præbent, &c.
Pollex, Cognomen Romanum servile, unde lusus Cic. 13. Att. 46. extr. Pollex quidem, ut dixerat ad Idus Sext. ita mihi Lanuvii pridie idus præsto fuit; Sed plane pollex, non index. V. ibi Interpr.
Est etiam pollex mensura, duodecima pars pedis, ut Digitus sextadecima. V. UNCIA.

POLLICĀRIS, e. Adj. [ἀντιχειριαῖος] Quod pollicis latitudinem sive crassitudinem habet. Plin. lib. 15. cap. 24. Digitorum hominis longitudo illis, & interim falcata pollicari latitudine.

POLLIA Tribus Romana ex loco Pollio denominata. Alexandrinus Alexander lib. 1. cap. 17. V. TRIBUS.

ΠΟΛΛΟΙ ΚΑΓΑΘΟΙ: proverbium nobile, quod non omittendum eo duximus, quia non apud Græcos modo usui esse debeat: sed multo magis apud nos, si Christiani sumus. Sed ut rem intelligas: Græcis ad sacrificium accessuris, hoc præfatur primum, τίς τῇδε; hoc est, Quis hic? Qui vero intersunt sacris, referunt, πολλοὶ κἀγαθοί: quod est, Multi & boni: Nam polluti homicidio, aut sanguine infecti humano, hominesque turpissimarum sordium, sacris arcebantur, neve aras contingerent, aut sacrificio interessent, lege vetabantur. Alexander ab Alex. lib. 4. cap. 17.

POLLĬCEOR, licitus sum, [ὑπισχνέομαι, ἐπαγγέλλω, κατεπαγγέλλω] ēri. Promittere. Verbum commune secundum Priscianum: nam in significatione passiva usus est Ovid. 1. de Arte Am. 444.
Pollicitis dives quilibet esse potest. Polliceri igitur, est Ultro; seu ex pactione aliquid promittere. Ter. And. 3. 5. 7.
Nam quid ego nunc dicam patri? negabon', velle me, modo
Qui sum pollicitus, ducere?
Polliceri & Promittere. Cic. pro Planc. 101. Nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, sed horum erga me benevolentiam promittebam.
Bene polliceri. Sallust. Catil. cap. 41. extr.
Benigne polliceri aliquid. Cic. 4. Fam. 13.
Liberalissime polliceri. V. post Liberaliter in LIBER.
Prolixe aliquid. Cic. pro Domo 28. Neque ille tot suspicionibus certorum hominum exoleratus, quæ meum tempus postularet, satis prolixe mihi polliceretur.
Ultro. Cic. 4. Verr. 5. Quando id quod opus esse putaret, non ultro pollicitus est?
Ultro polliceri & offerre se. Cic. pro Planc. 24.
Operam suam alicui. Cic. 1. Verr. 28. Tamen his operam tuam pollicebere, qui te neque velle sua causa, nec si cupias, posse arbitrantur. Sall. Catil. cap. 40. extr. Dein eos pollicitos operam suam dimittit.
Præsidium suum alicui. Cic. 10. Philip. 8.
Studium suum singulare profiteri alicui & polliceri. Cic. 5. Fam. 8.
Se memorem alicujus facti. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 13.
Te buccinatorem fore existimationis meæ polliceris. Cic. 16. Fam. 21.
Tantum vobis, quantum facere possum, polliceor. Cic. Post red. ad Quir.
Quantum velit quis polliceri. Cic. 2. Verr. 23. Deinde continuo esse pollicitum quantam vellent pecuniam, si me Ædilitate dejecissent.
Redoci aliquid polliceri. Virg. 9. Æn. 301.
De eo quod nos pollicemur, ille summa fide perficiet. Cic. pro Domo 16.
Per alium alicui polliceri. Cic. 13. Att. 27. Erat, si meministi, in Consulatus petitione per te mihi pollicitus, si quid opus esset.
Pro certo hoc vobis polliceor atque confirmo. Cic. 2. de Lege Agr. 99.
Polliceri, pro Affirmare aliquando accipitur. ut Cic. 2. Fam. 5. De ipso Tito Annio tantum tibi polliceor, te majoris animi, gravitatis, constantiæ, benevolentiæque erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem.
Illud tibi possum polliceri. Cic. 8. Fam. 10. Quod ad tuum discessum attinet, illud tibi possum polliceri, me curaturum ut tibi succedatur: illud certe præstabo, ne amplius prorogetur.
Habeo polliceri, i. e. Hoc pollicendum est mihi, ut ait Valla. Cic. 5. Fam. 5. De Alexandrina re, causaque regia tantum habeo polliceri: me tibi absenti, tuisque præsentibus cumulate satisfacturum.
Polliceri, passive. Ulpian. in l. 1. §. est autem. D. de exerc. action. Est autem nobis electio, utrum exercitorem, an magistrum convenire velimus: sed ex contrario, exercenti navem adversus eos, qui cum magistro contraxerunt, actio non pollicetur: quod non eodem auxilio indigebat.

POLLĬCEO, ēre. activ. Varro apud Non. 7. 25. Ne dares, ne polliceres.

POLLĬCENS, entis. [ὑπισχνούμενος] Partic. Ter. And. 1. 1. 49. Pretium pollicens.
Montes auri pollicens. Idem Phorm. 1. 2. 18.
Multa pollicens. Nepos 2. 8. 6.

POLLĬCĬTUS, a, um. Partic. [ὑποσχόμενος] ut:
Fidem pollicitam dictis addere. Ovid. 3. Fast. 366.
Torus pollicitus. Ovid. 21. Epist. 140. conf. in ipso verbo a pr.

POLLĬCĬTUM, i. n. [ὑπόσχεσις] Promissio. Columel. lib. 11. cap. 3. Memores polliciti nostri, subjungemus cultus hortorum.
Dives pollicitis. Ovid. 1. de Arte Am. 444.
Pignora polliciti dare. Ovid. 18. Epist. 192.

POLLĬCĬTOR, [κατεπαγγέλλω] āri. frequent. Plaut. Milit. 3. 3. 6.
Stultitia atque insipientia insulsa atque maxima hæc sit,
Me ire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari. Ter. And. 5. 4. 9.
Sollicitando & pollicitando, eorum animos lactas?
Pauxillatim pollicitari. V. Pauxillatim, in PAUCUS.

POLLĬCĬTANS, antis. Partic. Ter. Phorm. 3. 2. 35.
Ego te complures, adversum ingenium meum, menses tuli
Pollicitantem & nil ferentem, flentem, &c.

POLLĬCĬTĀTIO, ōnis. f. [ὑπόσχεσις] Budæus, Pollicitatio, offerentis solius promissum. Plin. ad Trajanum, lib. 10. Epist. 39. Huic theatro ex privatorum pollicitationibus multa debentur, ut basilicæ circa, ut porticus supra caveam. De iis vero quæ in contractibus promittuntur, pollicitationem dici, vel promissorem pollicitatorem vocari, nusquam lectum est: licet Polliceri verbum ad omnia promissa cum sit. Cæs. 3. Bell. Civil. 108. Hunc incitatum suis, & regis inflatum pollicitationibus, quæ fieri vellet Photinus, nuntiis litterisque edocuit. Ulpianus in l. Pactum. D. de Pollicitat. Pactum est duorum consensus, atque conventio. Pollicitatio vero offerentis solius promissum. Et ideo illud est constitutum, ut si ob honorem pollicitatio fuerit facta, quasi debitum exigatur.
Arcessere ad se aliquos pollicitatione aliqua. Cic. 10. Fam. 32.
Auferre pollicitationes. V. AUFERO.

POLLĬCĬTĀTOR, ōris. m. Qui pollicetur. Tertull. adv. Jud. cap. 1. Habemus Deum idoneum pollicitatorem & fidelem sponsorem.
Veritatis pollicitatores. August. de Morib. Manich. 2. 17.

POLLĬCĬTĀTRIX, icis. f. Tertull. Apol. cap. 23. Virgo cælestis pluviarum pollicitatrix.

POLLINARIUS, V. POLLEN.

POLLINCIO, linxi, linctum, [περιστέλλω] ēre. est Curare, ungereque cadavera. Plaut. in prol. Pœn. 63.
Eorum alter vivit, alter est mortuus;
Propterea apud vos dico confidentius,
Quod mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. V. Turneb. Adverſ. 28. 31. [At Gloss. Lat. Gr. Pollingo, περιστέλλω νεκρόν, ἐνταφιάζω, μυρίζω. Et Gr. Lat. Ταριχεύω νεκρόν, Polingo.

POLLINCTUS, a, um. Partic. Unctus. ut, Apul. Florid. p. 362. Elmenh. Jam eum pollinctum, &c. Senec. de Vita beata cap. 7. Voluptatem ait Pallidam, fucatam, & medicamentis pollinctam inveniri.
Pollinctam, pro Pollutam repositum apud Senecam de vita beata cap. 7. Vide meam Proodop. & Mur. H. St.

POLLINCTOR, ōris. m. [νεκροθάπτης, ταριχευτής] Curator funerum, & unctor cadaverum. Apul. Pollinctor ejus funeri dum unctionem paravit. Plaut. Asin. 5. 2. 60.
— ecquis currit pollinctorem arcessere? conf. Lex. Pitisc.
Vespillo, seu Pollinctor, Obsop. in Epigr. p. 371. Vocatur & Sandapilarius. H. St.

POLLINCTŪRA, æ. f. Ipsa cadaverum curatio. Plaut. Stich. 5. 4. 6.
— nam hinc quidem
Hodie pollinctura, præter nos, jactura dabitur nemini. Alii legunt Polluctura; & certe hic de convivio agitur, nihil de cadavere. V. mox in POLLUCEO.

POLLINTOR, V. POLLEN.

POLLINCTŌRIUS, a, um. Adj. Plaut. suppos. Aulul. v. 4. Sive pollinctorius efferar.

POLLIO, onis. m. [Πωλίων] V. in dictione ASINIUS. Constat ex Servio hunc Virgilii fuisse patronum: cujus ipse Virgilius meminit sæpius Ecl. 3. Hor. quoque 2. Carm. 1. 6. hunc tragœdiarum & historiarum fuisse scriptorem testatur his versibus,
Paulum severæ Musa tragœdiæ
Desit Theatris: mox, ubi publicas
Res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes cothurno. Idem 1. Serm. 10. 42.
— Pollio regum
Facta canit, pede ter percusso.

POLLUBRUM, V. POLUBRUM.

POLLŪCEO, xi, ctum, [ἀναδίδωμι, λαμπω] ēre. Verbum ad sacra pertinens. Cato R. R. cap. 132. Jovi dapali culignam vini quantum vis polluceto. Ibid. Dape pollucenda.
Pisces, qui squamosi non essent, ni pollucerent. Plin. 32. 2. Ubi Harduin. Ni pollucerent, Ne coemerent, ad epulas sacras deorum.
Pollucere, Opipare apparare convivium & laute: quia laute fieri solebat sacrificium Herculi. V. Plaut. Stich. 2. 1. 80. Macrob. Saturn. 3. 12.
Pollucere, pro Pellucere, nitidum, lucidum & splendidum ac politum esse, posuisse videtur Columel. lib. 10. 294.
Quam nitidis hilares pollucent fœtibus horti. Alii habent, Collucent.

POLLUCTUS, a, um. Partic. ut, Polluctus virgis, apud Plautum Curc. 1. 3. 38. i. e. Virgis expositus, sicut in polluto Herculis omnia exponebantur

bantur obviis. Sic & idem Plaut. Rud. 2. 4. 21. Non ego sum polluꝺta pago. I. e. Communis & publica pago. Ex Turnebo.

Polluctum, i. n. Cœna est pollucibilis & opipara. Plin. lib. 32. cap. 2. Numa constituit ut pisces, qui squamosi non essent, ni pollucerent: parcimonia commentus, ut convivia publica & privata, cœnæque ad pulvinaria facilius compararentur, ni qui ad polluctum emerent, pretio minus parcerent, eaque præmercarentur. Hunc locum ita restituit Budæus, ubi corrupte legebatur, Pollincerent, & Pollinctum. Plaut. Rud. 5. 3. 63.

Sequimini intro, spectatores, vos quoque ad cœnam vocem,
Ni daturus nihil sim, neque sit quicquam polluꝺti domi. I. e.

Si nobis esset cœna tam laute apparata, quam esse solet eorum, qui votivum epulum faciunt, hoc est polluctum; ad cœnam vos vocassem. Ex Budæo. Utitur & Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 16. ad finem. V. Varr. de L. L. 5, 7. seu infra pollutum.

Pollūctūra, æ. f. Idem. Plaut. Stich. 5. 4. 6. Hodie polluctura dabitur.

Pollūcĭbĭlis, e. Adj. [πολυτελὴς] Pollucibilis cœna a Macrobio pro Opipara & splendida usurpatur. Sic enim lib. 3. Saturnal. cap. 17. Cleopatra, pertentans Antonium, pollucibilem sane cœnam paravit.
Compar. Pollucibilior. Tertull. de Jejuniis cap. ult.

Pollucibilĭter, Adv. [πολυτελῶς] Laute & splendide. Plaut. Mostel. 1. 1. 23.

Amicas emite, liberate; pascite
Parasitos; opsonate pollucibiliter.

Pollucibilĭtas, ātis. f. Fulgent. 1. Mythol. Pollucia filium, sive à pollendo, sive a pollucibilitate, quam humanitatem dicimus.

Pollulus, a, um. Adj. V. paululus in parum.

Polluo, ui, ūtum, [μολύνω, μιαίνω] ĕre. quasi Porro lavare: sed per contrarium sæpenumero ponitur pro Inquinare. Ovid. 2. Met. 794.

Afflatuque suo populos, urbesque, domosque
Polluit. [Fere tamen de rebus sacris, estque fere idem ac Profanare.

Aquas castas. Ovid. 2. Fast. 174.
Ceremonias incesto stupro & flagitio. Cic. pro Domo 105.
Dapes ore. Virg. 3. Æn. 254.
Domus casta polluitur stupris. Hor. 4. Carm. 5. 21.
Fœdus naturæ polluere concubitu vetito. Ovid. 10. Met. 353.
Formam auro. Tibul. lib. 1. 9. 17.
Jura scelere nefario. Cic. pro Rosc. Amer. 65. Nemo putabat quemquam esse, qui, quum omnia divina atque humana jura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset. conf. 11. Philipp. 29.
Ludos flagitio omni. Cic. de Arusp. Resp. 27.
Ludos lues impura polluit. Cic. de Arusp. Resp. 24.
Macula pollui. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 292.
Ora cruore polluit. Ovid. 15. Met. 98.
Sacra. Cic. 6. Verr. 99.

Pollūtus, a, um. [μεμολυσμένος, μιανθεὶς] Partic. ut, Sanguine pollutus. Lucan. lib. 1. 429.
Amor. Virg. 5. Æn. 6.
Corpus. Catul. in Carm. Nupt. 60. 46.
Dextra. Lucan. lib. 2. 114.
Domus. Lucan. lib. 2. 252.
Enses. Lucan. lib. 2. 536.
Fœdera dolis. Sil. lib. 11. 323.
Hospitium. Virg. 3. Æn. 61.
Licentia, Nimia. Sallust. in Jugurtha cap. 15. extr. Veritus, quod in tali re solet, ne polluta licentia invidiam accenderet.
Mensa nullo cruore. Sil. lib. 7. 181.
Sacra polluta & violata. Cic. 7. Verr. 186.
Pollutus, de homine. Sallust. in Jugurtha cap. 63. extr. Et jam tum alios magistratus plebs, Consulatum nobilitas, inter se per manus tradebat. Novus nemo tam clarus, neque tam egregius factis erat, quin is indignus illo honore, & quasi pollutus haberetur.

Pollutum, i. n. Varro de L. L. lib. 5. 7. Pollutum quod a porriciendo est fictum. Quum enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in ara, tum pollutum est, ut quum profanum dicitur, id est proinde ut sit fani factum. Alii legunt Polluctum rectius.

Pollūtio, ōnis. f. Pallad. 9. 10. Aqua omni labe pollutionis aliena.

Pollus, V. polus.

Pollustini, V. pollusca.

Pollux; ūcis. m. [Πολυδεύκης] Castoris frater. V. castor. Hor. 2. Epist. 1. 5.

Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux,
Post ingentia facta, deorum in templa recepti.

Amyclæus Pollux. Virg. 3. Georg. 89.
Aptior cæstibus. Senec. Med. 2.
Polluces etiam pl. pro Pollux. Plaut. Bacch. 4. 8. 53. Castor, Polluces, Mars, &c. conf. Varr. de L. L. 4. 20. & Serv. ad Virg. 3. Georg. 89. ubi Polluces & Castores pro Castor & Pollux usurpatum docet.
Julius Pollux, Naucratita grammaticus sub Commodo principe præcipiebat Athenis. Decessit annos natus LVIII. Scripsit ad Commodum Onomasticon libris decem, & alia quædam, quæ non exstant, ut auctor est Suidas.

Polubrum, i. n. [ποδάνιπτρον] Vas pelluvium, quod nos pelvim vocamus, inquit Paulus. Livius, Argenteo polubro, & aureo gutto Fabius Pictor lib. 16. Aquam manibus pedibusque dato, polubrum sinistra manu teneto, dextera vasum cum aqua.
Alii Polubium cum ii, & ita apud Cælium Calcagn. H. St. Sic & Paulus.

Pŏlus, i. m. [πόλος] quasi Cæli cardo. Duo autem sunt poli: Arcticus, id est Borealis: & Antarcticus, Australis. Et ab altero in alterum protenditur axis a quibus sustinetur. Borealis altissimus his qui sunt in nostro hemisphærio: Australis, imus & depressus, & qui a nobis videri non possit. Plin. lib. 2. cap. 15. Quoniam terra a verticibus duobus, quos appellaverunt polos, centrum cæli est, nec non signiferi, oblique inter eos siti. Cic. 2. de Nat. Deor. 105.

Extremusque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur esse polus.

Ardens flammis. Lucan. lib. 1. 527.
Ater. Senec. Herc. furen. 13.

Australis. Ovid. 2. Met. 132.
Austrinum polum Indi Dramasa vocant. Plin. lib. 6. cap. 19.
Calidus. Lucan. lib. 1. 54.
Devius. Senec. Hippol. 10.
Extremi. Senec. Agamemn. 6.
Gelidus. Ovid. 16. Epist. 152.
Glacialis. Ovid. 2. Met. 173.
Lucidus. Virg. 3. Æn. 585.
Nigrans. Senec. Agamemn. 8.
Nitidus. Senec. Herc. fur. 9.
Nivalis. Senec. Agamemn. 2.
Occultus & conspicuus. Ovid. 4. Trist. 10. 108.
Rotati. Ovid. 2. Met. 75.
Rotundus. Hor. 1. Carm. 28. 6.
Stellifer. Senec. Hippol. 6.
Stelligeri jubar poli. Stat. 12. Theb. 565.
Sidereus. Valer. 4. Argon. 643.
Umbrans. Senec. Hippol. 7. 1.
Dimoverat Aurora humentem polo umbram. Virg. 3. Æn. 589.
Fulsere picei poli. Valer. 1. Argon. 622.
Inhorrescit polus atra nube. Senec. Herc. OEth. 9.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther. Virg. 1. Æn. 94.
Percurrere polum animo. Hor. 1. Carm. 28. 6.
Subtexit nox atra polos. Stat. 1. Theb. 346.
Et nox atra polum bigis subvecta tenebat. Virg. 5. Æn. 721.
Polus interdum pro Cælo ipso sumitur. ut,
Regna poli. Senec. Octav. 7. Hor. 3. Carm. 29. 44.

— cras vel atra
Nube polum, Pater, occupato,
Vel sole puro. Virg. 1. Æn. 402.
Involvens umbra magna, terramque polumque.

Signifer polus, Plaga circuli Zodiaci Lucan. lib. 3. 254.
Pascit sidera convexa polus. Virg. 1. Æn. 612.

Polāris, e. Adj. ut, Stellæ polares apud Astronomos.

Polōse, Adv. Per polos. Mart. Capell. 1. p. 14. Obliqua decussata polose. [An Polosque, & climata? V. locum.

Pōlus, [Πῶλος]. Agrigentinus Sophista, Gorgiæ auditor, primus in oratione invenisse dicitur parisa, & antitheta, & similiter desinentia: quod minime verum: sed jam inventis sæpe usum fuisse constat. Philostratus. Suidas scribit eum Genealogiam eorum, qui ad Trojam profecti sunt, scripsisse, simul & Navium catalogum.
Alius Polus, Histrio, de quo Gell. 7. 5. & Alex. ab Alex. 2. 9. ubi Pollus scribit male.

Polusca, æ. f. Veteris Latii oppidum Liv. 2. 23. quod & Polustia, vel Pollustia dicebatur. unde

Poluscani, vel Pollustini, orum. m. Populi sunt in Latio non procul ab Albano monte. Plin. lib. 3. cap. 5.

Polyacanthos, i. m. [πολυάκανθος] Herba, cujus Plin. meminit lib. 21. cap. 16. Carduus & folia & caules spinosæ lanuginis habet. item acorna, leucacanthos, chalceos, cnicos, polyacanthos.

Polyægos, i. f. [Πολύαιγος] Insula una ex Sporadibus, à caprarum multitudine dicta. Plin. lib. 4. cap. 12. Αἶξ Gr. Capra.

Polyænus, i. m. [Πολύαινος] Sophista quidam Sardianus, temporibus Cæsaris Dictatoris & M. Antonii Triumviri. Scripsit Orationes judiciales, Triumphi Parthici M. Antonii libros tres.
Fuit & alter ejusdem generis Macedo, qui de Thebis scripsit, & de Re Tactica, aliaque, Auctor Suidas. Huic docti libros VIII Strategematum, qui supersunt, adscribunt. V. Fabric. Bibl. Græc. 4. 15. 6. ubi & alios nominis ejusdem commemorat.

Polyandrion, i. n. [πολυάνδριον] in Græcia civitatibus dicebatur Commune hospitum sepulcrum, ita dictum a multitudine sepultorum; πολυάνδριον enim significat Populosum. Arnob. lib. 6. p. 194. Polyandria illa Varronis. Et Lactant. Div. inst. Epit. cap. ult. Congerentur in ea valle corpora mortuorum, & vocabitur nomen ejus polyandrium. V. Elmenh. ad Arnob. l. c. p. 175. & Suid. Gloss. Gr. Lat. Πολυάνδριον, Strages.

Polyanus, i. m. [Πολύανος] Mons Epiri, Tamaro junctus, de quo Strabo lib. 7.

Polyanthĕmum, i. n. [πολυάνθεμον] Herba, quam quidam Batrachion appellant, caustica vi; exulcerat cicatrices, & ad colorem reducit. Plin. lib. 27. cap. 12.

Polyarnos, arnos. m. [πολύαρνος] Multorum agnorum, Qui possidet multos agnos. Varro de R. R. lib. 2. cap. 1. Origo quam dixi, & dignitas quam dicam, de antiquis illustrissimus quisque pastor erat, ut ostendit Græca & Latina lingua, & veteres poetæ, qui alios vocant πολύαρνας, alios πολυμήλους, alios πολυβούτας, qui ipsas pecudes, propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt, ut Argis Atreus.

Pŏlybius, i. m. [Πολύβιος] e Megalopoli civitate Arcadiæ, præceptor Scipionis Africani, Ptolemæo Evergeta in Ægypto regnante; scripsit Romanam historiam libris quadraginta, de quibus 17 hodie reliqui sunt. Auctor longe optimus & civili juxta & militari prudentia nemini secundus. Incipit a fuga Cleomenis Spartiatæ, & Persei Philippi filii Macedonum regis. Posthæc Romam attigit. Auctor Suidas. Meminit hujus Cic. 3. Off. 113. V. Voss. de Hist. Græc. 1. 19.

Pŏlybus, i. m. [Πόλυβος] Rex Corinthiorum, qui cum liberis careret, OEdipum Laii patris jussu expositum, inventumque a pastore, pro suo educavit. V. Stat. 1. Theb. 64. Senec. OEdip. v. 12.
Alius inter procos Penelopes, apud Ovid. 1. Epist. 91.
Polybus, discipulus Hippocratis, ejusque successor in juvenibus instituendis. Galen. in lib. Hipocr. de Natur. human. Com. 1. in princip.

Pŏlȳcarpus, i. m. [Πολύκαρπος] Joannis Apostoli, ut fertur, discipulus, & Smyrnæorum episcopus Latine vertere possis Fructuosum. Irenæus.

Pŏlȳcharmus, i. m. [Πολύχαρμος] Eximius cælator. Plin. 36. 5.

Pŏlychrestus, a, um. Adj. [πολύχρηστος] Quod est frequentis usus. Sic nominatur Galen. lib. 1. de Alimentor. facultat. cap. 23. Lupinus.

Pŏlychrŏnius, i. m. sec. c. [πολυχρόνιος] Diuturnus, longævus. Firmic. lib. 8. cap. 28. In conjunctione spinæ & colli Sagittarii qui nati fuerint, nobiles erunt, polychronii quoque, sed qui biothanati moriantur. Et cap. 29. Prima pars Aquarii si in horoscopo fuerit inventa, reges magnos faciet, & gloriosos, polychronios quoque.

Pŏlyclĕtus, i. m. sec. c. [Πολύκλειτος] Statuarius eximius, diligentia & decore

decore supra ceteros, ut ait Quintilianus. Nam ex ære signa fecit, nobilitata scriptorum præconio. Cum primis fecit astragalizontes, hoc est talis ludentes, quo opere nullum absolutius judicant. Fuit Sithonius, & discipulus Ageladæ. Meminit hujus Cic. 2. de Orat. 70. Item de Clar. Orat. 70. Et 6. Verr. 5. Hic duas eodem argumento statuas fecit: alteram arte sua, alteram vero de vulgi opinione, quam de sententia cujusvis prætereuntis cælaverat. Quibus perfectis turbam admittit: ac primum sua ostensa magnopere laudatur. Altera deinde non æque. Atqui scitote, inquit, hanc quam tantopere laudatis, me fecisse: quam vero vituperatis, vos fecistis. Auctor Ælianus de Varia historia 14. 8.

POLYCLETĒUS, a, um. Adj. [Πολυκλείτειος] Stat. 2. Silv. 2. 67.

— quod ab arte Myronis
Aut Polycleteo jussum est quod vivere cælo. Idem 4. Silv. 6. 78.
Quod Polycleteis visum est spirare caminis.

POLYCNĒMON, i. n. [πολύκνημον] Herbæ nomen: de qua Plin. lib. 26. cap. 14. & Galen. lib. 8. de Simplic. medic. fac. cap. 62.

POLYCRATA, æ. f. [Πολυκράτη] Nobilis fuit quædam femina, e Naxo Insula, quam præ nimio gaudio & insperato exspirasse refert Aristoteles, teste Gellio Noct. Attic. lib. 3. cap. 15.

PŎLȲCRĂTES, is. m. sec. c. [Πολυκράτης] & Sylosontes, fratres, Samiorum tyranni. Quorum alter Polycrates, fortuna opibusque clarus: perpetua usus felicitate, præterquam ad extremum, quam uti temperaret, annulum sibi carissimum in mare projecit, quem deinde a piscatore recepit, capto pisce, qui eum devoraverat. Ad postremum a Persarum satrape Oronte dolo captus ac suspensus est. Ex Strabonis lib. 14. Hujus item meminit Cic. 5. de Fin. 92. Polycratem Samium felicem appellant: nihil enim acciderat ei, quod nollet, nisi quod annulum, quo delectabatur, in mare abjecit. Ergo infelix una molestia: felix rursus, quum is ipse annulus in præcordiis piscis inventus est.

Fuit & Polycrates, Ephesiorum præsul, temporibus Severi Principis, ut scribit Hieronymus.

Alius Polycrates, Atheniensis sophista. V. Quintil. 2. 17. p. 191. Burm.

Alius, Statuarius. Plin. 34. 8.

PŎLȲDĂMAS, antis. m. [Πολυδάμας] Pancratiastes, æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus superavit: taurum ingentem apprehensis extremis pedibus retro tenebat: currum agitatum, sese opponendo, altera manu apprehensum ex cursu retrahebat, in equosque insiliebat dejecto auriga. Arcessitus a Dario Artaxerxis Magni filio, ter apud eum ex provocatione victor fuit. Postremo post cœnam in caverna, quum saxum a vertice ruinam minaretur, diffugientibus convivis, confisus ipse viribus, ac manibus posse illud sustinere, oppressus est. Auctor Pausanias Eliac. 2. p. 182. Wech. [Scribitur Gr. & Πουλυδάμας, Æol. Πουλυδάμας, unde & sæpe pr. longa. V. Drakenb. ad seq. loc. Sil.

Polydamas Trojanus, Panthoi filius, socius & magister, & æqualis, consiliariusque Hectoris, ut est auctor Ælianus Var. hist. 12. 25. Homerus scribit Iliados lib. 18. hunc eloquentia, Hectorem armis valuisse. Dares historicus hunc dicit ad castra Græcorum noctu profectum Trojam prodidisse. cap. 37. conf. Ovid. 12. Met. 547. Serv. ad Æn. 1. 242.

POLYDAMANTĒUS, a, um. Adj. [Πολυδαμάντειος] Sil. 12. 212.

Polydamanteis juvenis Pedianus in armis.

PŎLȲDECTES, æ. m. [Πολυδέκτης] Magnetis filius, rex Seriphi insulæ. Hic Perseum Jovis & Danaes filium educavit. Cujus tandem ingenium veritus, audaciamque & felicitatem, per causam æternæ gloriæ illum ad superandam Gorgonem Medusam compulit: qua devicta, redeunti Perseo quum semper detraheret, conversus est ab illo in silicem, monstrato capite Medusæ, ut ostendit Ovid. 5. Met. 242.

Alius Polydectes, Statuarius. Plin. 36. 5.

PŎLȲDŌRUS, i. m. [Πολύδωρος] Priami filius, perfide a Polymnestore Thraciæ rege interfectus, ut testatur Virg. 3. Æn. 49.

Hunc Polydorum, auri quondam cum pondere magno, &c. V. POLYMNESTOR.

POLYDORĒUS, a, um. Adj. [Πολυδώρειος] Ovid. 13. Met. 629.

Et Polydoreo manantem sanguine terram.

PŎLȲGĂLON, i. n. vel POLYGĂLA, æ. f. [πολύγαλον] Herba palmi altitudine, in caule summo foliis lenticulæ, quæ potata lactis ubertatem inducit, a quo effectu nomen accepit. Plin. lib. 27. cap. 12. Dioscor. lib. 4. cap. 14.

PŎLYGNŌTUS, i. m. [Πολύγνωτος] Pictor antiquissimus, cujus meminit Quintil lib. 12. Instit orat. cap. 10. & Plin. lib. 7. 56. & lib. 35. cap. 6. Is in picturæ tenuitate valebat, plicas vestium, mollitiasque signorum imitabatur, ut est auctor Ælianus V. H. 4. 3. Pausanias in Phocic. p. 345. Wech. de eodem sic scribit, Polygnotus pinxit Ocnum torquentem spartum, & asinam prope rodentem. Quod sane ænigma est ejus, qui frustra laborat, si uxorem habet prodigam. V. in OCNUS. Meminit & hujus Plin. lib. 35. cap. 9.

PŎLȲGŌNĂTON, i. n. [πολυγόνατον] Herba sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeum habens, eadem quæ polygonum, a frequentia geniculorum, teste Plin. lib. 27. cap. 12. Aliam tamen videbis polygonati descriptionem in Dioscoride lib. 4. cap. 7.

POLYGONIUS, V. POLYGONUS.

POLYGONOĪDES, is. f. [πολυγονοειδὴς] Herba est folio lauri, longa tenuisque, adversus serpentes ac privatim aspides ex aceto pota efficax. A quibusdam clematis Ægyptia, ab aliis daphnoides appellatur. Plin. lib. 24. cap. 15. q. d. Polygoni specie.

PŎLȲGŌNUM, i. n. [πολύγονον] Herba quam nos Sanguinariam dicimus, & geniculatam a multis geniculis, & seminalem a multo semine. Vulgo *Centinodia* dicitur, Parisiis *herba sancti Innocentii*. Plin. lib. 27. cap. 12. Polygonon Græci vocant, quam nos sanguinariam: non attollitur a terra, foliis rutæ, semine graminis; succus ejus infusus naribus supprimit sanguinem, & potus cum vino, cujuslibet partis profluvium, excreationesque cruentas inhibet. Columel. lib. 6. 12. extr. Sanguinalis herba, quam Græci polygonon appellant.

PŎLȲGŌNUS, a. um. Adj. [πολύγωνος] Multangulus, seu Quod multorum angulorum est, unde

POLYGONUM, i. n. [πολύγωνον] Euclid. 6. Elementorum Theor. 14. Similia polygona, in similia triangula dividuntur, & in æqualia numero, & æqua ratione totis, & polygonum ad polygonum duplicem rationem habet, quam similis rationis latus ad similis rationis latus.

POLYGONIUS, a, um. Adj. [πολυγώνιος] Idem quod Polygonus. ut, Polygoniæ turres. Vitruv. 1. 5. V. Bald. Lex. Vitruv.

PŎLȲGRAMMOS, i. m. [πολύγραμμος] Gemma est smaragdo similis, per transversum multis albis lineis distincta. Plin. lib. 37. cap. 9.

POLYGYNÆCON, i. n. Mulierum frequentia. [πολυγυναικῶν] Plin. lib. 35. cap. 11. Pinxit in templo Eleusinæ Phylarchum, Athenis frequentiam, quam vocavere Polygynæcon. Alii tamen legunt Gynæconitim. Harduin. legit Syngenicon.

PŎLȲHEDRUS, i. c. & POLYHEDRON, n. sec. c. [πολύεδρος, πολύεδρον] Multos sessus habens, vel Plurium laterum. V. Heron. in Vocab. Stereom. Eucl. 12. Elemen. Binis sphæris circum idem centrum existentibus, in majori sphæra solidum polyhedrum inscribere, non tangens sphæram minorem in superficie.

PŎLȲHISTOR, ŏris. m. [πολυΐστωρ] Multiscius dicitur. Hoc nomine appellatus fuit Appion, de quo Gell. lib. 5. cap. 14. Solinus quoque ob variarum rerum commemorationem, eo nomine dictus est. V. Suet. Grammat. cap. 20.

PŎLȲHYDION, i. n. [πολυΰδιον] Centauris major. Apul. de Herb. cap. 34.

POLYHYMNIA, V. POLYMNIA.

PŎLȲMESTOR, ŏris. m. [Πολυμήστωρ] Milesius, puer quum a matre locatus esset ad caprarios pastus, indicto leporem consecutus est: & ob id statim productus a gregis domino Olympiade sexta & quadragesima (ut Bocchus auctor est) victor in stadio meruit coronam. Hæc Solin. cap. 6. Al. Polymnestor. q. V.

POLYMĪTUS, a, um. [πολύμιτος] Adj. a πολὺ, & μίτος, Filum, quod nos Licium dicimus: a liciorum multiplici varietate. Unde Vestis polymita, Quæ versicoloribus liciis contexta est. Plin. lib. 8. cap. 48. Plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. De polymita cubicularia est epigramma Martial. lib. 14. 155.

POLYMITĀRIUS, i. m. hujusce vestis Textor, cujus fit mentio Exod. 35. 35. conf. Isidor. 19. 22.

POLYMNASTUS, i. m. [Πολύμναστος] Poeta quidam primævæ ætatis, de quo sic Pindarus, Nosti quicquid dixit Polymnastus vir Colophonius. Sunt qui Homerum hunc faciunt. Strab. lib. 14.

PŎLYMNESTOR, ŏris. m. sec. c. [Πολυμνήστωρ] Rex Thracum tempore belli Trojani, ad quem Priamus, dubitans de statu Trojæ & belli eventu, filium Polydorum, cum magno auri pondere, conservandum nutriendumque misit, ut si contingeret Trojam capi, ipse genus & urbem instaurare posset. Sed destructa Troja, auri cupiditate Polydorum interfecit. Quod quum cognovisset Hecuba, finxit se illi aliud auri pondus velle secreto indicare. Quæ avarus rex vera esse credens, & in conspectum Hecubæ veniens, ab illa unguibus occæcatus est, ut elegantissime scribit Euripides in Hecuba; & Ovidius tetigit 13. Met. 429. seq.

Regia dives Polymnestoris. Ovid. 13. Met. 430.

Thrax Polymnestor. Propert. lib. 3. 11. 55. Al. Polymestor. [Et quidem rectius, ut censet Heinsius ad Ovid. 13. Met. 430. q. V. & Broeckh. ad loc. Utramque tamen lectionem metri ratio admittit, quum antepænultimam Græca consuetudine corripere liceat, ut Heins. docet & in seq. POLYMNIA videbis: Nec significatio distat multum utriusque vocis. Nam μνήστωρ, a μνάομαι, Scientem & intelligentem significat Hesych. & Phavorin. μνήστωρ βουλῆς, φρονήσεως: Μήστωρ vero, a μήδομαι, Consilio pollentem. Suid. Μήστωρ, μήστωρος, ὄνομα κύριον· καὶ βουλευτικὸς, καὶ ἔμπειρος, καὶ ἐπιστήμων. Homero Iliad. δ. 328. Athenienses dicuntur μήστωρες ἀϋτῆς sec. prod. i. e. Belli periti. V. Eust. Affertur & Agamestor rex Atheniens. ab Euseb. ad n. 1219. quod & fursan apud Pausan. in Eliac. β. p. 187. Wech. in Ἀγαμήστωρ, apud Plutarch. Sympos. 1. 4. in Agapestor corruptum est. Quare Polymestor rectius puto scribi.

PŎLYMNĬA, [Πολύμνια] sive POLYMNEIA, æ. f. [Πολύμνεια] sec. c. Hor. 1. Carm. 1. 33. divisit diphthongum,

Euterpe cohibet, nec Polymneia. Ubi etiam Y sequentibus M & N more Græco corripitur. Fuit una ex Musis: sic dicta, quia cantus suavitate poetas reddit gloria immortales. A πολὺ multum, μνῆα memoria. Unde præesse & Rhetoribus dicitur, quibus opus est multa memoria. Sunt qui a πολὺ & ὕμνος deducunt, quod est laudatio, quia laudationibus præsit, & scribunt Polyhymnia: ut apud Ovid. 5. Fast. 9.

Dissensere Deæ, quarum Polyhymnia cœpit. Et v. 53. Ubi tamen Heins. Polymneïa restituendum censet.

PŎLȲMYXOS, i. m. [πολύμυξος] Lucerna quæ multos habet angulos, & in his funiculos, illustrandis conviviis accommodata. Martial. lib. 14. 41.

Illustrem quum tota meis convivia flammis,
Totque geram myxos, una lucerna vocor. V. MYXUS.

PŎLȲNĪCES, is. m. [Πολυνείκης] OEdipi Thebanorum regis filius, & Eteoclis frater, qui OEdipo mortuo, de hæreditate & ditione dissidentes, contractis utrinque copiis, ambo se mutuis vulneribus interfecerunt; id quod testatur Virgil. in Culic. V. Stat. 7. Theb. 689. Al. Polynicus.

POLYŌNȲMUS, i. [πολυώνυμος] Helxine sive Herba perdicalis. Apul. de Herb. cap. 81. q. d. Multi nominis.

PŎLȲPHĂGUS, i. m. [πολυφάγος] In Gloss. Edax Suet. Neron. cap. 37. Creditur etiam polyphago cuidam, Ægyptii generis, crudam carnem, & quidquid daretur, mandere assueto, concupisse vivos homines laniandos absumendosque objicere. Scribi potest Puliphagus pr. prod

PŎLȲPHĒMUS, i. m. [Πολύφημος] teste Homer. in Odyss. 9. Neptuni filius, Cyclops. De quo Servius, Multi Polyphemum dicunt unum habuisse oculum, alii duos, alii tres: sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit, & ob hoc oculum in capite habuisse dicitur: id est juxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verum Ulysses eum prudentia superavit, & ob hoc eum cæcasse fingitur. Hæc Servius in illud Virg. 3. Æn. 635.

— & telo lumen terebramus acuto, &c. Cicero quoque de Polyphemo lib. 5. Tusc. 115. sic scribit, At vero Polyphemum Homerus, quum immanem ferumque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit, ejusque laudare fortunas: quod quo vellet ingredi, posset, & quæ vellet, attingere. Recte hic quidem; nihilo enim erat ipse Cyclops, quam aries ille prudentior.

Pastor Polyphemus. Virg 3. Æn. 657.

PŎLȲPHONTES, is. m. [Πολυφόντης] Rex quidam fuit, qui apud Euripidem, fratrem se ideo interfecisse dicit, quod ipse ante consilium de nece ejus cepisset. Meminit Gell. lib. 7. cap. 3.

PŎLȲPLŪSIOS, i. m. [πολυπλούσιος] Latine Bene nummatus dicitur, sive Perdives, nam πολὺς multus, & πλούσιος dives. Plaut. Capt. 2. 2. 27.

Quo de genere natu'st illic Philocrates? P. Polyplusio.

Pŏlўpŏdium, i. n. [πολυπόδιον] Herba. Plin. lib. 26. cap. 8. Detrahit bilem polypodion, quam nostri filiculam vocant: similis enim est filici. Radix in usu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cavernosa ceu polyporum cirri, subdulcis, & in petris nascens, aut sub arboribus vetustis.

Pŏlўptōton, i. n. [πολύπτωτον] dicitur Quod multiplicem habet casum: ex πολὺ quod est multiplex, & πτῶσις casus: ut Dominus, domini, domino, dominum, domine.

Polyptoton, Figura ax pluribus casibus. Hanc figuram vulgo nominaverunt, qnod quum sæpius initio ab eadem parte orationis stat, iila ipsa pars declinationibus casuum, aut geuaribus, aut numeris immutatur. Casuum declinationibus hoc modo, Senatus est summi imperii consilium: Senatui Reipub. cura mandatur: ad Senatum in dubiis periculosisque rebus omnis civitas respicit. Generibus autem hoc modo, Pulchra autem hæc fama contigit civitati, si optima meritum civem damnavarimus: pulchrum erit exteras nationes axistimare infestiores nos esse bonis quam malis: pulchre communibus utilitatibus consulemus, si quos oppressos & hostes cupiere,nos circumvenerimus. Numeris autem sic, Grata semper singulis fuerunt, quæ commodi eorum causa constituta sunt. Gratum ille superior Africanus Senatoribus fecit, qui primus ejus ordinis subsellia a populo liberavit. Hæc Aquila Romanus in libro de Figurarum nominibus.

Polyptyca, vel potius **Polyptycha**, orum. n. [πολύπτυχα] Libri, in quibus res annonaria & civilis annotatur. in L. 13. de indulgen. debit. in C.Theod.Cassiodorus lib. 5. Var.Ep. 14. ad Sevarian. extr. & Epist.39. ad Aurelium. V. Veget. R.M.2.19. Forn. ad Cassiod. & Cang.Gloss. conf. diptycha.

Pŏlўpus, i. vel ŏdis. m. [πολύπους] Piscis est, ex mollium genere, a multis pedibus sic appellatus. Plin. lib. 9. cap. 29. Polyporum multa genera. Terreni majores quam pelagii, omnes brachiis ut pedibus ac manibus utuntur: cauda vero, quæ est bisulca, & acuta, in coitu. Est polypis fistula in durso, qua trausmittunt mare, eam modo in dexteram partem, modo in sinistram transferunt. Natant obliqui in capnt: quod prædurum est suffiatione viventibus. Ceterum per brachia velus acetabulis dispersis, eo hausto quodammodo cui adhærescunt, tenent supini, ut avelli non queant, &c.

Polypus femina. Plin. lib. 9. cap. 51.

Poiypi proverbio dicebantur olim, vel Stupidi, stolidique, vel Rapaces, & uncis unguibus homines. Erasm. V. Plaut. Aul. 2. 2. 21.

Polypus, Id genus vermis quod vulgus Gallicum vocat *Cloporte*. Scribonius Largus comp. 39. Bestiolæ multorum pedum, quæ tactæ conduplicans sa in orbem pilulæ rotundissimæ similem (χυλινδίδες ὄνοι, aut πολύποδας Græci hoc genus animalium vocant) olao domestico compluies infervefactæ vasa ferreo, &c. V. Multipes in multus.

Polypus, Genus morbi. Cels. lib. 6. cap. 8. Pulypus est caruncula, modo alba, modo subrubra, quæ narium ossi inhæret, & modu ad labra pendens, narem implet, modo retro per id foramen, quo spiritus a naribus ad fauces descendit, adeo increscit, uti post uvam conspici possit, strangulatque hominem, maxima Austro aut Euro flante: fereque mollis est, raro dura: eaque magis spiritum impedit, & nares dilatat, quæ fara καρκινώδης ast, itaque attingi non debet. Hor.Epod.12.5.

Namque sagacius unus oduror,

Polypus, an gravis birsutis cubet bircus in alis. Idem 1.Serm.3.40.

Polypōsus, a, um. Adj. [πολυπώδης] Qui ao morbo laborat. Martial. lib. 12.33.

Pŏlyrrhizon, i. n. [πολύῤῥιζον] Herba, quam circuitione Melampodion nigrum vocant. Plin. de aa ejusque viribus lib. 25. cap. 5.

Pŏlyspastus, i. m. [πολύσπαστος] Vitruv. 10. 5. Hoc genus machinæ polyspaston appellatur, quod multis orbiculorum circuitionibus & facilitatem summam præstat, & celeritatem. V. Bald. Lex. Vitruv.

Polystephanus, i. m. [Πολυστέφανος] Græcus fuit historicus, non parvæ auctoritatis inter scriptores vateres, de quo V. Gell. lib.9. cap.4. Sad Jousius docuit Philostephanus legendum Hist. Philos.

Polysyndĕton, i. n. [πολυσύνδετον] a πολὺς, multus: & σύνδεσμος, conjunctio, quasi multipliciter conjunctum. Figura, quum sermo multis conjunctionibus concatenatus. Virg. 3. Georg. 345.

— tectumque, laremque,

Armaque, Amycleumque canem, Cressamque pharetram. V. Quintil. lib. 9. cap. 3. p. 813.

Polysynthĕton, i. n. [πολυσύνθετον] Figura, quum sententiæ multorum articulorum convenienti copia continentur: ut, Iile hunc pœna constrictum trahebat, hic autem vociferabatur: concursus vero non mediocris, quum tandem omnes opitulari vellent, sad nemo aodarat, neque ibi magistratus aderat, neque circumspicientes quo potissimum confugeremus, reperiebamus. Rutilius Lupus.

Polytes, V. politas.

Polytĕles, is. m. [πολυτελὴς] Sumptuosus, impendiosus. Ita inscribitur liber septimus Apicii de Arta Coq.

Polytrĭchon, i. n. [πολύτριχον] Herba sic dicta, quod multitudinem capillorum faciat. Plin. lib. 22. cap. 21. Dicitur eciam Polythrix, [πολύθριξ] Piin. lib. 26. cap 12. Polythrix in vino data.

Est etiam Polytrichos Gemma, quæ defluvia capillorum facere dicitur. Plin. 37. 11.

Pŏlyxĕna, æ. f. [Πολυξένη] Priami regis filia ex Hecuba conjuge, quæ a Pyrrho ad Achillis tumulum jugulata est, in Troade. Vide Servium in illud Virg. 3. Æn. 321.

O felix una ante alias, Priameia virgo, &c. Ovid.13. Met. 448.

Placet Achilleos mactata Polyxana manes. Euripides autem eam in Cherroneso scribit ad Inanem & honorarium Achiiiis tumulum immolatam fuisse. Philostratus contra in Heroicis dicit, eam uitro ad sepulcrum Achillis spousi sui gladio incubuisse. Sic intar sa discrepant da Polyxenæ morte auctores. Græce dicitur multorum peregrina, seu quod amor peregrinari faciat mentes ab ingenio suo: seu quod apud multos libido ut peregrinabunda vagetur.

Polyxĕnius, a, um. Adj. [Πολυξένιος] ut, Cædes Polyxenia. Catul. Argon. 62. 368.

Pŏlyxo, ûs. f. [Πολυξὼ] una Amazonum, & Apollinis vates, quæ Lemniaci sceleris dux & hortatrix exstitit. Quum enim Lemniacæ muliares ob spretam Veneram hircum olerent, mariti earum tantam odoris fœditatem exsecrantes, Lemno deserta, Thracas petiverunt: ibique filias

eorum sibi conjugio asciverunt. Quod ubi Lemniadibus compertum est, Polyxûs impulsu, & Venere stimulante, in omne genus virile conjurarunt: remeantesque ex Thracia viros omnes peremerunt: inter quas Polyxo ducem fingit Stat. 5. Theb. 90.

Quum subito horrendas ævi matura Polyxo, &c. Valer. 2. Argon. 316.

Tunc etiam vates Phœbo dilecta Polyxo.

Pŏlyzēlus, i. m. [Πολύζηλος] Poeta Comicus, Græcus, cujus fabulas enumerat Suidas.

Pŏlyzōnos, i. m. [πολύζωνος] Gemma nigra, a multiplicitate zonarum sic dicta, candicat enim zonis. Plin. lib. 37. cap. 11.

P O M

Pōma, ătis. n. [πῶμα] Fructus palmæ. Diosc. 1. 148. Ex palma nascens palmula vocatur a copia succi, quo sitim arcet, Poma, id est poculum.

Pomarium, V. pomum.

Pōmĕrīdiānus, a, um. [μεταμεσημβρινός] Adj. pro Postmeridianus, a Post & Meridie; Quod post meridiam fit: ut, Pomeridiana ambulatio. Cic. 5. de Fin.pr. Et 3. de Orat. 119. Atque hujus ambulationis antemeridianæ, aut nostræ pomeridianæ sessionis.

Litteræ. Cic. 12. Att. 53. Hodie tuas litteras exspectabamus matutinas. Erunt fortasse alteræ pomeridianæ.

Scholæ pomeridianæ. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Tempus. Cic.3. deOrat.17. Scribitur & Postmeridianus in optimis codd.

Pōmĕtia, æ. f. [Πωμετία] quæ & Suessa Pometia dicta est, Pontia Festo, nisi mendum scripturæ ast, oppidum Latii Plin. 3. 5. caput quondam Volscorum, teste Strab. lib. 5. Hinc Pometii gentile apud Virgil. 6. Æn. 775. & Strab. l. c. ubi male alii Πωμεντῖνον, addita littera ν. &

Pometīnus, a, um. Adj. quo utitur Livius. 1. 55. Pometinæ manubiæ. Sed frequentius elisa litterula scribitur

Pomtīnus, vel **Pomptinus**, a,um. Adj. ut, Pomptina palus, quæ in extrema Italia est, juxta Appiam viam non longe a Circeis. Plin. lib. 3. cap. 5. Scribitur & Pontina. Exsiccata est a Corn. Cethego cos. cui ea provincia obvenerat: agerque ax ea factus, ut ait Epit. Liv. lib. 47. Insaquentibus deinde sæculis iterum exsiccata a Theodorico Gothorum rege, ut ex ejus inscriptione in eo loco cernitur. Latrunculorum autem fuisse sedem ait Juven. 3. Sat. 307. Lucan. lib. 3. 85. Quintil. lib.3. cap.8. Pontinæ paludes apud Dionem duobus locis. H. St. Nimirum τὰ Πώμπτινα ἕλη vocat, nec minus frequenter Latini numero multitudinis Pomtinas paludes. V. Cellarii Geogr. Ant. 2. 9. 3. 399.

Ager Pomptinus. Liv. 6. 6. De agro Pomptino ab L. Sicinio Tribuno plebis actum. Ibid. Fugientium ex agro Pomptino agmen repente illatum in urbem.

Campi Pomptini. Sil. 8. 381.

Tribus Pomptina, tum adjecta quum lex de ambitu a Gajo Petilio lata est. Alaxand. lib. 1. cap. 17. V. tribus.

Pomatum, **Pomifer**. V. pomum.

Pomilio, **Pomilius**, V. pumilio.

Pōmœrium, i. n. Tam intra, quam extra murum est, dictum quasi Postmœrium, hoc est post murum, nt inquit Varr. da L. L. 4. 32. Liv. 1. 44. Pomœrium, verbi vim solam intuentes, postmœrium interpretantur esse. Est autem magis circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Hetrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant: ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nnnc vulgo etiam conjungunt, & extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spatium quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod post murum esset, quam quod murus post id, Pomœrium Romani appellarunt, & in urbis incremento semper,quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur. Hæc Liv. Gell. lib. 13. cap.14. Pomœrium quid esset, augures Populi Romani, qui libros de auspiciis scripserunt, istiusmodi sententia definierunt, Pomœrium est locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii. Cic. 2. de Nat. Deor.11. Quod, quum pomœrium postea intrasset, habendi Senatus causa, in redeundo, quum idem pomœrium transiret, auspicari esset oblitus. Lucan. lib. 1. 589.

Longa per extremos pomœria cingere fines, &c.

Jus pomœrii. Cic. 2. de Divin. 75.

Mœrus, pro Murus, V. in punio. Vide murus. Apud Dionem Πωμήριον non uno in loco, non πωμοίριον, cum alibi tum in fine pag. penult. libri 43. Sic circa finem libri 39. H. St. Gloss. Gr. Lat. Pomœrium, ὁ περὶ τὸ τεῖχος τόπος. Sed puto τόπος scribendum.

Pomona, **Pomonalis**, V. in pomum.

Pompa, æ. f. [πομπὴ] Omne spectaculum & apparatus solennis, cum ostentatione & specie quadam triumphi, tam in adversis, quam in prosperis & lætis; a Græco πέμπω, mitto. Ex Vall. lib. 4. Ter. Heaut.4.4.17.

— transeundum est nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa

Eo traducenda est. Cic. 1. Off.131. Cavandum est autem, ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur. [Gall. *Aller en pas d'espousée.* H. St.

Pompa, Longus incedentium ordo in supplicatione, quam nos *Processionem* appellamus.

Bellorum, Triumphalis. Juven. 10. Sat. 281.

Item Pompa Funebris, a qua mortui dicti sunt a veteribus Superbi. H. St. V. superbus.

Lictorum pompa. Cic. 2. Fam. 15. Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum.

Nuptiarum pompa dicitur, Pompa sacrorum, Pompa ludorum. Cic. in Orat. 42. Verum hæc ludorum atque pompæ: nos autem jam in aciem dimicationemque veniamus.

Circus erit pompa celebris, numeroque deorum. Ovid. 4. Fast. 391. [Innuit Circensem pompam, qua nihil celabratius est apud historicos. In qua post Aurigantes & Symphoniacos, suo quæque apparatu, Deorum omnium simulacra in thensis val Carpentis posita, equis, mulis, aut elephantis etiam juncta, e foro per velabrum & Circum ducebantur, comitantibus universis majoribus minoribusque P. R. magistratibus, & omnium sacerdotum collegiis cum insignibus dignitatum. V. Dionys. Halic. lib. 7. Ovid. Amor. 3. 2. 43. conf. Pitisci Lex.

Decus pompæ. Ovid. 2. Met. 725.
Aurea. Ovid. 3. Amor. 2. 44.
Eximiæ. Ovid. 9. Epist. 83.
Feralis pompa, Funus. Lucan. lib. 8. 734.
Flebilis. Ovid. 14. Met. 749.
Nigræ solennia pompæ. Stat. 2. Silv. 1. 19.
Solennes. Virg. 3. Georg. 22.
Ducere pompam. Ovid. 12. Epist. 152.
Exsequi ordine solennes pompas. Virg. 5. Æn. 53.
Parare pampam triumphis. Ovid. 3. de Pont. 4. 95.
Spoliatum exsequiis & pompa cadaver. Cic. pro Milon. 34.
In pompa partim eorum, partim acie illustres esse voluerunt. Cic. 2. de Orat. 94.
Rhetorum, Translate. Cic. 4. Tusc. 47. Illa quidem ex rhetorum pompa, Ardores animorum, Cotesque virtutum.
Adhibere speciem atque pompam in dicendo. Cic. 2. de Orat. 294. Sed adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam.
Ad pompam, vel ostentationem. Ulpian. in l. 3. §. ultim. D. commodati. Non potest commodari id, quod usu consumitur: nisi forte ad pompam, vel ostentationem quis accipiat.
Pompæ plena petitio, h. e. Fastus. Q. Cic. de Petit. Conf. 40. Postremo tota petitio cura ut pompæ plena sit, ut illustris, ut splendida, ut popularis, ut habeat summam speciem ac dignitatem.
Detrahere pompam muneri suo, Absque fastu dare. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 12.

POMPO, āre. Sedul. post præfat. lib. 1. 2.
Grandisonis pompare modis, tragicoque boatu.

POMPĀTUS, a, um. Adj. Compar. Tertull. de Spectac. cap. 7. Circensium paullo pompatior suggestus.

POMPĀBILIS, e. Aliud Adj. Compar. Treb. Poll. in Zenob. extr. Ducta per triumphum ea specie, ut nihil pompabilius populo Romano videretur.

POMPĀLIS, e. Adj. Idem. Capitolin. in Gordian. cap. 6. Erat canitie decora & pompali vultu.

POMPALITER, Adv. Idem. Treb. Poll. in Gallien. cap. 8. Gladiatores pompaliter ornati.

POMPALĪTAS, ātis. f. Pompa. Priscian. libello de Vers. Comic. p. 1320. Edit. Putsch.

POMPĀTICUS, a, um. Adj. Apul. 10. Met. p. 253. Elmenh. Pompatico favore deducor.
Sermo pompaticus. Hieron. procem. in Epist. ad Ephes. conf. Tertull. de Cult. Fem. 2. 9.

POMPATICE. Adv. ut Pompatice incedens, pro πομπικῶς. Bud. H. St.

POMPŌSUS, um. Adj. Idem. ut, Pomposus incessus. Sidon. 4. Epist. 9.

POMPŌSE, Adv. ut, Pompose scribere. Sidon. 9. Epist. 9.

POMPĒJA Gens Plebeja Romæ. Vellejus Paterculus, auctor antiquitatis sane luculentus, seu duas, seu tres Pompejæ gentis fuisse familias libro 2. (cap. 21. extr.) tradit: quæ vero hæ sint non explicat. Mihi diligentissime hæc perpendenti, duæ omnino hujusce gentis familiæ diversæ occurrunt. Prima Rufonum est, quorum quidem tres ante bellum civile Sullanum: tres post Pompejanum, curules gessisse magistratus reperio. Neque tamen ignoro quosdam ex his Bithynicos appellari: eos enim, quia ejusdem plane sunt stirpis, cum ceteris conjunximus. Hujus familiæ auctor est princeps Q. Pompejus is, qui rem ad Numantiam male gessit, unde a Cicerone de Clar. Orat. (96) Homo per se cognitus: pro Murena, (16.) Novus homo appellatur: atque etiam in accusationis quinto, (7. Verr. 181.) Humili & obscuro loco natus dicitur. Altera familia Pompeji Magni est, cujus pater, quia perversis esset oculis, Strabo nominatus: ipse vero propter res in prima ætate præclare fortiterque gestas, primus omnium Magni cognomine est a Sulla decoratus, cujus exstat monumentum apud Plin. lib. 7. (cap. 26.) & in libro Epigr. urbis. Imperator fuit multis felicissime confectis bellis & victoriis clarus, sed victus tandem pugna Pharsalica a Cæsare, in Ægyptum fugiens, misera morte ac perfide interfectus fuit. Cicero totus est in illius laudibus in Orat. pro Lege Manilia; & in Epist ad Attic. variis nominibus subobscure nuncupatur: ut lib. 2. epist. 3. Epicrates; qui omnia teneret, qui dominaretur, & principatum teneret in Repub. Rursus epist. 7. Megabocchus; quasi magnus Africæ rex, quia Domitium & Jubam Sullanis temporibus in Africa vicerat. Bocchus autem in Mauritania Africæ parte regnaverat. Et epist. 9. Hierosolymarius; ab Hierosolymis scilicet captis. Epist. 14. Sampsiceramus; a regulo Sampsiceramo in Syria devicto. Meminit Strabo. (lib. 16. p. 753. Casaub.) Et epist. 17. Arabarches; quod Arabiæ partem adjunctam Syriæ domuisset. V. ARABARCHES. Ex P. Manut. opinor, Comment. in Ep. Cic. ad Att. conf. Ant. August. & Fulv. Urs. in Famil. Ro. & Lex. Pitisc.
Pompejus Festus, Vir eruditissimus, qui 20 libros de Verborum significatione scripsit; item de Verbis priscis. Ætatem ejus incertam putant viri doctissimi: eruditissimus Vossius eum sub Christianis Imperatoribus vixisse conjicit.

POMPEJUS, a, um. Adj. [Πομπήϊος] ut, Umbra Pompeja. Propert. lib. 4. 9. 49. (Al. 8. 75.) Apud. Ovid. 4. de Pont. 5. 11. Domus Pompeja.

POMPEJĀNUS, a, um. aliud Adj. [Πομπηϊανὸς] ut, Triumphi Pompejani. Lucan. lib. 3. 166.
Signa Pompejana. Lucan. lib. 1. 323.
Vitis Pompejana, ab insitore dicta. Columel. lib. 3. cap. 2.
Absolute Pompejani, Qui a partibus Pompeji steterunt. Vellei. 2. 15. 3. & sexcentis locis alii.

POMPĒJI, [Πομπηΐοι] Oppidum Campaniæ, non procul a Puteolis & Neapoli, ut scribit Pompon. Mela lib. 2. 4.
Pompæam Strabo lib. 5. Πομπηΐαν, vocat, & ad Sarnum fluvium collocat.

POMPĒJŎPŎLIS, is. f. [Πομπηϊόπολις] Ciliciæ urbs, dicente Pomponio Mela lib. 1. 13. in descriptione Ciliciæ, Deinde urbs est a Rhodiis, Argivisque, post piratis, Pompejo assignante, possessa: nunc Pompejopolis, tunc Soloe. Quæ etiam, Solino teste postea Trajanopolis est appellata, mutato nomine, postquam in ea fato cedere Trajanus coactus est. [Duas memorat Solinus Pompejopoles, Ciliciæ alteram cap. 51. quæ & Soloe, alteram Paphlagoniæ cap. 56. quæ prius Eupatoria dicta, quam solam memorat Steph. de Trajanopoli alium silet. Confudit nempe auctor horum cum Selinunte Ciliciæ. V. Xiphil. in Trajano extr.

POMPĔLON, i. m. [Πομπέλων] hodie *Pampelona*, Vasconum civitas in Hispaniæ finibus. Strabo lib. 3. Hanc Navarræ caput fuisse paucis ab hinc annis nemo est qui nesciat. Romani eam Pompejopolim appellarunt. V. Ptolem. lib. 2. cap. 6. [De Pompejopoleos appellatione ambigit Cellarius in Geogr. Ant. lib. 2. cap. 1. sect. 3. § 59. Dicta prius est Pompelon m. non n. g. ut in Lond. expressum fuit. Deinde Pompelona f. g. ut fere ævo sequiore, dici cœpit, quod nomen adhuc retinuit. Hinc

POMPELONENSES, um. m. Populi Hispaniæ Segiensibus contermini. Plin. lib. 3. cap. 3.

POMPĒUM, i. n. [πομπεῖον] Locus Athenis erat, ubi pompæ parabantur, vasaque asservari solita ad pomparum solennia. V. Plin. 35. 11 Pollux 9. 5.

POMPHŎLYX, ўgis. f. [πομφόλυξ] auctore Dioscoride lib. 5. 85. specie sola, non genere a spodio distat. Siquidem spodos (dicimus enim & spodium, & spodos) nigricat, & plerumque ponderosior est, palearum pilorumque plena, quasi purgamentum quoddam, quod ab ærariarum officinarum pavimentis & fornacibus everritur. Pompholyx vero pinguis est, & candida, usque adeo levis, ut in auras evolare possit. Cujus duo fuerunt genera: unum ad æris colorem vergens, subpingue: alterum magnopere candidum, summamque levitatem nactum. Candida fit pompholyx, quoties in perficiendo ære, fabri præstantiorem facere volentes, detritam cadmiam cumulatius insperserint: namque tenuissima favilla quæ effertur, in pompholygem coit. Ceterum pompholyx non ex æris modo materia, & fabrili industria factitatur, sed ex cadmia quoque, ad gignendam ipsam eximie follibus proflata. Vide cetera. Meminit tum pompholygis, tum etiam spodii Galenus lib. 9. Simplicium medicamentorum, ad fin. Meminit & Plin. lib 34. cap. 13. Pompholygem, inquit Matthiolus interpres Dioscoridis, officinæ, Mauritanos secutæ, Tutiam dicunt. Ita enim pompholyx appellatur Serapioni & Avicennæ. Verum quam seplasiarii Tutiam existimant, legitima non est, sed Cadmiæ potius species. Cetera sunt prolixiora quam ut hic adscribi queant.

POMPILIA; [Πομπιλία] Gens patricia Romæ, cujus auctor fuit Pomponius vel Pompo, homo in primis nobilis & clarus, urbe Sabinorum oriundus, auctore Plutarch. [Immo vero Pomponia, a Pompone Numæ filio, ut docet Plut. in Numa extr. ubi & Pompiliæ filiæ unicæ ipsius, Marcio nuptæ, meminit.

POMPILIUS, i. m. [Πομπίλιος] Secundus Romanorum rex, de quo vide NUMA.
Regnum quietum Pompili. Hor. 1. Carm. 12. 34.

POMPILIUS, a, um. Adj. [Πομπίλιος] ut, Sanguis Pompilius. Hor. de Arte Poet. 292. h. e. Pisones, qui a Numa Pompilio originem ducunt.

POMPILIANUS, a, um. Adj. ut, Pompiliana tribus, de qua Alexandrinus. Alexander lib. 1. cap. 16. V. TRIBUS.

POMPĪLUS, i. m. [πομπίλος] Piscis genus, qui alio nomine vocatur Nautilus, quod navis speciem præ se ferat. [ναυτίλος] Plin. lib. 9. cap 29.

POMPONIĀNA, æ. f. alio nomine *Mese*, i. e. Media. Insula una ex Stœchadibus ante Massiliam sita. Plin. lib. 3. cap. 5.

POMPŌNIUS, i. m. [Πομπώνιος] Nomen familiæ. Ro. Equestris, ex qua T. Pomponius, & post adoptationem Q. Cæcilius Atticus, nobilis Eques Romanus, excellenti ingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit: unde Atticus Ciceronis est appellatus. Qui postquam vidit Cinnano tumultu Rempublicam esse turbatam, secessit Athenas, ubi longo tempore moratus, & civitatem & omnium gratiam moribus elegantissimis promeruit: linguam ita probe didicit, ut Attici nomen adsequeretur. Humanitate divitiisque simul præditus fuit, quibus amicos libenter impertiebat. Nam & Ciceronem ab urbe pulsum H-S CC & quinquaginta millibus, donavit: & Bruto abjecto, Italiaque cedenti H-S C millia muneri misit. Erat alloqui gravissimus, ut quæ polliceretur, religiose præstare niteretur. Mendacium nec ipse dicebat, nec pati poterat. Hæc & plura Cornelius Nepos in vita ejus.
Pomponius Secundus Consularis, Poeta tragicus, Plinii majoris amicus, qui ejus vitam scripsit. V. Plin. 3. Epist. 5. & Quintil. 10. 1. p. 912. Burm.
Pomponius Jurisconsultus ex Pandectarum libris notissimus.
Præter hos Pomp. Mela, insigni opere de Situ orbis clarissimus.

POMPONIA, æ. f. [Πομπωνία] Mater Scipionis, a Jove in anguem mutato compressa. V. Sil. lib. 13. 670. Item Attici soror, Q. Ciceronis uxor.

POMPONIĀNUS, a, um. Adj. ut, Pomponiana pira, attributum ex Pomponio confictum, quod ea primus inseruerit Pomponius. Hæc & Mammosa dicuntur. Plin. lib. 15. cap. 15.

POMPYLUS, i. m. [Πόμπυλος] Theophrasti peripatetici servus fuit, qui post inter illustres philosophos est habitus. De hoc Gell. lib. 2. cap. 18.

PŌMUM, i. n. [ὀπώρα, ἀκρόδρυα] Generale nomen est omnium fructuum, qui ex arboribus esui apti proveniunt, sive mollium, sive durorum. Plin. lib. 15. cap. 22. nuces pomorum genere comprehendit: Solum, inquit, hoc pomum natura compactili operimento clausit. De nuce juglande. Plura infra exempla V. Quod autem vulgus Gallorum *pomum* vocat, id Latini Malum appellant.
Nuces pineæ, apud Martial. lib. 13. 25.
Poma sumus Cybeles, &c.
Mora etiam Plinius appellat Poma lib. 15. cap. 24. Glandes non item. Sic enim ait ibidem, Glandes inter poma numerari non possunt: quamobrem in sua natura dicentur.
Mitibus pomis decorum caput Autumni. Hor. Epod. 2. 17.
Arbor fertilis pomis aureis. Senec. Agamemn. 9.
Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbos. Virg. 2. Georg. 150.
Acerba. Ovid. 2. Amor. 14. 24.
Agrestia. Virg. 7. Æn. 111.
Annua. Ovid. de Nuce 6.
Cadiva. V. Cadivus, in CADO.
Conditiva. V. Conditivus, in CONDO.
Cruda. V. CRUDUS.
Divitia. Senec. Herc. fur. 7.
Dulcia. Hor. 2. Serm. 5. 12.
Felicia. Ovid. 9. Met. 92.
Generosissimum. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Gregalia. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 12.
Immitia. V. IMMITIS.
Intactum omnibus pomum propter asperitatem. V. INTACTUS.
Lapidosa, V. LAPIS.
Mitia. Hor. Epod. 2. 17.
Nitidum. Ovid. 10. Met. 666.
Punica. Ovid. 4. Fast. 608. V. in PŒNUS.
Putria. Ovid. 7. Met. 586.
Rubens arbuti. Ovid. 10. Met. 101.
Victa. Gell. lib. 13. cap. 2. Poma, quæ dura & acerba nascuntur, post

fiunt

fiunt mitia & jucunda: sed quæ gignuntur statim victa & mollia, atque in principio sunt vivida: non matura mox fiunt, sed putria.
Vilia. Virg. 1. Georg. 274.
Cadunt poma mensis non interdicta secundis. Ovid. de Nuce 71.
Carpere poma. Virg. 9. Ecl. 50.
Decerpserat puniceum curva arbore pomum. Ovid. 5. Met. 536. conf. 10. 650.
Demptum pomum arbore. Ovid. 11. Met. 113.
Detrahere arboribus. Tibul. lib. 2. 5. 32.
Excussa silvis. Senec. Hippol. 4.
Exuberat annus pomis. Virg. 2. Georg. 516.
Gravantia ramos. Ovid. 13. Met. 812.
Jacent strata passim sua quæque sub arbore poma. Virg. 7. Ecl. 54.
Induit arbos se pomis. Virg. 4. Georg. 142.
Nascentia & florentia. Ovid. 14. Met. 763.
Pendere cui sua patereris in arbore poma. Virg. 1. Ecl. 38.
Pomum unde dictum, docet Varro lib. 1. de R. R. cap. 31. Item poma, quæ lusita erunt siccitatibus, aquam addi quotidie vesperi: a quo quod indigent potu, poma dicta esse possunt.
Pomum, f. gen. pro Ficu. Columel. lib. 8. cap. 17. Facit etiam ex pomis viridibus adaperta ficus. Plin. 15. 18. Attulit quodam die in Curiam præcocem ex ea provincia ficum: ostendensque Patribus, Interrogo vos, inquit, quando hanc pomum demptam putetis ex arbore? [Appositio est.
POMULUM, i. n. dimin. Paulin. Petrocor. 5. 452. Pomula mitia.
POMUS, i. f. Arbor pomifera. Plin. lib. 17. cap. 1. Nec minus miraculum in pomo est, multarum circa suburbana fructu annuo addicto binis millibus nummûm, majore singularum reditu, quam erat apud antiquos prædiorum.
Insita pomus. Tibul. lib. 2. 1. 43.
POMĀRIUS, a, um. Adj. Ad poma pertinens. ut, Pomariom seminarium. Cato de R. R. cap. 48.
POMĀRIUM, i. n. [παράδεισος] Locus arboribus pomiferis consitus. Græci Paradisum vocant. Columel. lib. 1. cap. 6. Pomaris quoque & hortos oportet septo circumdari, & esse in propinquo, atque in ea parte, quo possit omnis stercorata colluvies cortis, balineorumque, & oleis expressa amurcæ sanies influere.
Locum pomaril, priusquam semina feras circummunire macerils oportet, vel sepe, vel fossa præcipiti. Columel. lib. 5. cap. 10.
Horti & pomaria. Cic. de Senect. 54. Nec vero segetibus solum, & pratis, & vineis, & arbustis, res rusticæ lætæ sunt, sed etiam hortis & pomariis, tum pecudum pastu, & apum examinibus, tum florum omnium varietate.
Oleagineum pomarium. Cato R. R. cap. 48.
Uda pomaria mobilibus rivis. Hor. 1. Carm. 7. 14.
Carpere est aliquid plenis pomaria ramis. Ovid. 4. Epist. 29.
Ponere pomaria. Plin. lib. 34. cap. 14.
Pomarium, [ὀπωροθήκη Gl. L. Gr.] Locus in quo poma reponuntur. Plin. lib. 15. cap. 16. In universum vero de pomis servandis præcipitur: pomaria in loco frigido ac sicco contabulari, Septentrionalibus fenestris sereno die patere. Austros specularibus arcere.
POMĀRIUS, i. m. [ὀπωροπώλης Gl. L. Gr.] Pomorum venditor. Hor. 2. Serm. 3. 227.
Edicit, piscator uti, pomarius, auceps,
Unguentarius, &c. Et Vet. Inscript. Grut. p. 651. n. 11.
P. CORFIDIO. SIGNINO. POMARIO.
POMŌSUS, a, um. Adj. [ὀπωρώδης] ut, Pomosa corona. Propert. lib. 4. 2. 17.
Insitor hic solvit pomosa vota corona.
Hortus pomosus. Tibul. lib. 1. 1. 23.
Pomosisque ruber custos ponatur in hortis,
Terreat ut sæva falce Priapus aves.
POMĒTUM, i. n. [παράδεισος Gloss. Lat. Gr.] Idem quod Pomarium. Pallad. 1. tit. 36. Longe ab hortis vineis, atque pometis. Tertull. de Pallio, cap. 2. Amœnum Alcinoi pometum.
POMĬFER, a, um. Adj. [ὀπωροφόρος Gl. Gr. L.] Ferens poma. ut, Arbor pomifera. Columel. lib. 5. cap. 9.
Annus pomifer. Hor. 3. Carm. 23. 8.
Autumnus. Lucan. ad Pison. 139.
Montes. Ovid. 1. de Pont. 8. 43. al. Piniferi.
Rami. Senec. Herc. fur. 9.
POMĬFĔRO, āre. Gloss. Lat. Gr. Pomiferat, ὀπωροφορεῖ.
POMŌNA, æ. f. [Πομώνα] Pomorum dea. V. Ovid. 14. Met. 623.
Pomona est etiam Pomorum proventus. Solin. cap. 22. Pomona copiosa est.
POMONĀLIS, e. Adj. ut Flamen Pomonalis, Pomonæ deæ erat. Alex. Alexandrin. lib. 6. cap. 12. Post aliquot vero tempestates aucta civitate, quum augeri sacerdotia oporteret, quindecim flamines constituti fuere, qui omnes a diis, quibus sacra faciebant cognomenta fortiti sunt, quorum primus Dialis, ultimus Pomonalis.

P O N

PONDERO, PONDEROSUS, PONDO, V. PONDUS.
PONDUS, ĕris. n. [βάρος, ἄχθος, μόλος, σταθμός] Quod grave est. Cic. in Somn. Scip. 10. In terram feruntur omnia nutu suo pondera. Cic. de Fato, 22. Epicurus declinatione atomi vitari fati necessitatem putat: itaque tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam: quum declinat atomus intervallo minimo, id appellat ἐλάχιστον. Plin. lib. 12. cap. 5. Ficus ramis diffunditur vastis, quorum pondera in terram curvantur.
Gravitas & Pondus. Cic. de Fato, 24. Ita dicendum ipsius individui hanc esse naturam, ut pondere & gravitate moveatur.
Saxi pondus. Lucret. lib. 1. 454.
Pinus tarda pondere. Virg. 5. Æn. 153.
Breve Hor. 2. Serm. 2. 37.
Grave. Ovid. 7. Met. 118.
Jaculabile. Stat. 6. Theb. 658.
Immane. V. IMMANIS.
Immensum. Hor. 1. Serm. 1. 41.
Iners. Ovid. 1. Met. 8.
Ingens. Ovid. 13. Met. 86.
Iniquum. Virg. 1. Georg. 164.
Irrevocabile pondus anchoræ. V. IRREVOCABILIS.
Justum. Ovid. 2. Met. 163.
Leve. Ovid. 2. Met. 161.
Magnum. V. MAGNUS.
Muralia pondera vasti saxi. Lucan. lib. 6. 199.
Rara pondera citri Maurusiaci. Martial. lib. 12. 67.
Revolubile. Ovid. in Ibin. 193.
Ruitura. Claud. 4. Cons. Hon. 60.
Solida. Lucret. lib. 1. 986.
Vix tractabile. Stat. 5. Silv. 1. 84.
Aggravare pondus. V. AGGRAVO.
Nam cadere aut bruto deberent pondere pressæ. Lucret. lib. 6. 104. Quidam legunt Abrupto, & Fressi.
Cedere ponderi. V. CEDO.
Coneidit vasto pondere ad terram. Virg. 5. Æn. 447.
Deducere pondera deorsum. Lucret. lib. 2. 205.
Dueuntur rostrata ora navium gravi pondere contra latrones. Hor. Epod. 4. 18.
Excutere pondus. Senec. Epist. 92. Casura omnia exstant, omnes exitus manet, sive interna vis, flatusque præclusi violenti pondus, sub quo tenentur, excusserint, sive torrentium, &c.
Ferri æquis ponderibus. Lucret. lib. 2. 239.
Feruntur concita ponderibus suis. Lucret. lib. 2. 239.
Flagellata, Concussa. Stat. 3. Theb. 37.
Ima flagellatis signum lugubre malorum
Ponderibus trepidavit humus. Physici dicunt, quod suis fixa ponderibus in aëre librata pendeat tellus: & omne grave quum pendet, si motum habeat, flagellatur: flagellatur ergo terra. Quum enim in medio fuerat aëre librata, motum passa est, suis flagellata ponderibus.
Habere. Ovid. 2. Epist. 170.
Et gravius justo pallia pondus habent. i. e. Onerosa sunt.
Moveatur, & feratur nulla re impediente omne pondus necesse est. Cic. de Fato 48.
Nutantem aspice convexo pondere mundum. Virg. 4. Ecl. 50.
Procubuit subito pondere turris. Virg. 9. Æn. 540.
Subsedit ictaque pondere mollis humus. Ovid. 1. Fast. 568.
Volvebant saxa quoque infesto pondere. Virg. 9. Æn. 512.
Materiæ infectæ pondus: Numerus signatæ: Species factæ dicitur. l. 6. de Rei vendic. in Pand.
Pondus auri, Quod librando ad stateram ponderatur. Cic. de Senect. 55. Magnum auri pondus.
Grande pondus argenti. Cic. de Senect. & pro Cæcin. 12.
Ignotum argenti. Virg. 1. Æn. 363.
Magnum optimi argenti. Cic. 2. Philip. 66.
Magnum auri. Virg. 3. Æn. 49.
Pondus, pro Numero aliquando ponitur, Nonio teste 6. 102. Varro de vita Pop. Rom. E Græcia Asias in villas comportasse magnum pondus omnium artificum. Al. Asiaticas.
Pondus, pro Onere. Virg. 6. Æn. 413.
—gemuit sub pondere cymba. [ubi tamen non Onus ἄχθος, sed idem Grave intelligitur.
Maturo pondere gravis venter. Ovid. 9. Met. 684.
Feret pondera cælesti mente paterna. Ovid. 1. Fast. 534. i. e. Patrem ipsum. de Ænea qui patrem humeris tulit.
Nitens valido sub pondere faginus axis. Virg. 3. Georg. 172. [Forte Nutans. conf. supra Nutantem &c.
Tolerare pondus tauri ruentis in venerem. Hor. 2. Carm. 5. 4.
Trans pondera porrigere dextram. Hor. 1. Epist. 6. 51. i. e. Trans multitudinem obstantis populi, ut Torrentius interpretatur.
Pondus, pro Libra. Cic. pro Cn. Planc. 79. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non solum quid cuique debeam, sed etiam quid cujusque intersit, & quid a me cujusque tempus poscat. Idem 1. Tusc. 45. Quum enim sui similem & levitatem & calorem adeptus, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur.
Tellus ponderibus suis librata. Ovid. 1. Met. 13.
Nec circumfuso pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata suis. Quem locum explicans Turnebus, Cui, inquit, non videatur incredibile tellurem suo pondere suspensam teneri, quum suo pondere potius in præceps, & abruptum ire debeat? Sed nec pondere, verum ponderibus dixit. Existimo ab eo significari ita in medio universi cardine pendere terram, ut quum tantundem undique ponderum habeat, nulla propensio ei in hanc vel illam cæli partem, nullaque inclinatio sit: quam & quietis terræ causam Plato existimat esse, & ἰσορροπίαν Græci vocant. Nam sic undique examinata ponderibus suis, neque in mediæ noctis metam, neque in medii diei punctum feretur, nutu ponderum æqualiter utrinque resistente. Obnituntur enim & repugnant: nec in ortum vel occasum propendebit, quum tantundem ponderis retrahentis undique sit. Itaque si in ortum inclinetur, repugnabunt pondera ejus in occasum vergentia.
Pro Onere ponitur etiam tralate. ut.
Conscientiæ pondus grave. Cic. 3. de Nat. Deor. 85. Grave ipsius conscientiæ pondus esset.
Curarum pondera. Lucan. 9. 951.
Cetera curarum projecit pondera. Adde Stat. 4. Theb. v. 38.
Famæ pondus. Lucan. 8. 22.
Senectæ amara pondera, Molestiæ. Ovid. 9. Met. 437.
Supercilii veteris triste pondus. h. e. Vultus severitas. Senec. Hippol. 6.
Novitas adjicit calamitatibus. Senec. Epist. 91. Novitas adjicit calamitatibus pondus, nec quisquam mortalium, non magis, quod etiam miratus est, doluit.
Ferre non potui cœpti pondera mei. Ovid. 2. de Pont. 5. 30.
Pondus, pro Auctoritate sive existimatione. ut,
Honestas omni pondere gravior habenda est, quam reliqua omnia. Cic. 3. Off. 35.
Loquendi dulce pondus. Claud. Cons. Mall. Theod. 19.
Mentis amabile. Sil. lib. 8. 611. de Bruto.
Testimonii Cic. in Topic 73. Persona autem non qualiscunque testimonii pondus habet: ad faciendam enim fidem auctoritas quæritur.

 Verborum

Verborum pondera. Cic. 2. de Orat. 73. Omnium sententiarum gravitate, omnium verborum ponderibus est utendum.
Accedit magnum pondus ad tollendam dubitationem. V. ACCEDO.
Addere pondus nugis. Hor. 1. Epist. 19. 42.
Afferre pondus. V. AFFERO.
Dare pondera dictis. Valer. Flacc. 1. Argon. 39.
Habere pondus, pro Gravem esse & non levem. Cic. 11. Att. 6. Addis etiam, ceteris quoque, id est qui pondus habeant, factum nostrum probari.
Habere pondus apud aliquem. Cic. 3. Verr. 144. Si M. Marcelli tutoris auctoritas apud te ponderis nihil habebat.
Inest immutabile & grave pondus sanctis verbis. Stat. 1. Theb. 212.
Esse eodem pondere apud. Cic. 10. Att. 2. Ejus igitur mihi vivit auctoritas, & simillimus ejus filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille.
Esse magni ponderis aliquid apud aliquem. Cic. 2. Fam. 18. Sed tuæ litteræ maximi sunt apud me ponderis.
Momenti & ponderis magni. Cic. in Vatin. 9. Quid quisque nostrûm de se ipse loquatur, non est sane requirendum: boni viri judicent: id est, maximi momenti & ponderis.

PONDO, indecl. n. [μνᾶ, λίτρα, ὁλκή] idem quod Libra. Plaut. Asin. 2. 2. 33.

Quot pondo tedesse censes nudum? L. non ede pol scio. Dicimus duo millia pondo, ibi est genitivi casus; Mille pondo, nominativi est. Bis mille pondo, nominativus est, quia Mille adjectivum est. Tamen non dicimus, Bina, Terna pondo: sed Duo, Tria. Ex Valla 3. 13. [Jo. Frid. Gronovius, semper Latini casus esse, & sing. numeri censet, quia veteres Pondus, pondi &c. dicebant. V. omnino ipsius de Pecun. Vet. lib. 1. cap. 6. Gloss. Lat. Gr. Pondo, & Pondus, Σταθμός.
In numerato pondo sexcenta millia. V. NUMERO.
Auri quinque pondo abstulit. Cic. pro Cluent. 179.
Centum pondo vasorum argenteorum. Cic. 2. de Invent. 116.
Torquem aureum centum pondo. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Duo pondo. Liv. 44. 14. pr. Torquis aureus duo pondo.
Decem pondo auri. Cic. in Parad. 3. An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, quum lucrari impune posset, auri pondo decem reddiderit, si idem in decem millibus pondo auri non idem fecerit?
Mellis pondo decem. Columel. lib. 12. cap. 41. Ibid. cap. 51. Cum olei pondo octoginta.
Pependere pondo CCC. Plin. lib. 9. cap. 30.
Pondo, Pondus duodecim librarum. Liv. 22. 23. Argenti pondo bina, & sex libras in militem præstaret. Sic docet Calepinus: sed legendum est Selibras: nec illic Pondo aliud significat quam Libram.
Pondo, idem quod Pondus. Apud Livium 4. 20. Dictator coronam auream libræ pondo &c. Jovi donum posuit. Gronov. Libram.
Pondo ducentûm, nove. Varro de vita Pop. Romani, Delphos Apollini munera missa, corona aurea pondo ducentûm. Idem lib. 4. Itaque retulit auri pondo mille octingentûm, septuagintaquinque. Græci enim herona mille dixerunt. Nonius 2. 726. & 622. ubi Mercer. *Herona male habet.*
Dodrans pondo, Quadrans pondo, Libra pondo. Columel. lib. 12. cap. 22. Sextarium aquæ cum dodrante pondo mellis diluunt. Ibid. cap. 20. Amomi pondo quadrans. Ibid. cap. 33. Adde pondo libram.
Plus pondo, quam libras &c. Gell. lib. 2. cap. 24. Neque argenti in convivio plus pondo quam libras centum illaturos.

PONDUSCŬLUM, i. n. diminut. [Βαρύδιον] Plin. lib. 14. cap. 16. Inter flores ex rosæ foliis tusis in linteolo in mustum colatis cum pondusculo ut sidat, &c. Et Solin. de gruibus cap. 15. Vigiles pondusculo digitis amplectuntur.

PONDĔRŌSUS, a, um. Adj. [Βαρύς, ὑπέρβαρυς] Quod est magni ponderis. ut Panis ponderosus. Plin. 22. 21. Plura exempla V. in Indice Hard.
Epistola ponderosa, pro Longa & multa continente. Cic. 2. Att. 11. Quare, quanquam jam te ipsum exspecto, tamen isti puero, quem ad me statim jussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum.
Compar. Varro 1. de R. R. cap. 21. Ex sudore ejus lana fit mollior & ponderosior, & colore meliore. Plin. 18. 10. Major spica, eadem & ponderosior. conf. Valer. Max. 9. 4. 3.
Superl. Plin. 10. 25. Semen ponderosissimum.
Vis ponderosissima. Valer. Max. 3. 2. pr.

PONDERĬTAS, ātis. f. Acc. Pragmatic. lib. 2. Et cuncta fieri cetera imbecilla, non quod ponderitatem, gravitatemque hominis. Nonius, 2. 671. [Nisi forte Ponderositatem scribendum. Sic tamen & Mercer.

PONDĔRO, [ἱστάω, ἵστημι, σταθμάω, σταθμίζω] āre. Librare. Plin. lib. 18. cap. 7. Si quis granum ipsum ponderet. Propert. lib. 2. 16. 10. de meretrice avara:

Semper amatorum ponderat illa sinus.

Ponderare, per translationem, pro Considerare & examinare. Cic. 2. Off. 57. Gravi vero homini, & ea quæ fiunt judicio certo ponderanti, probari posse nullo modo.
Æstimare, & momento suo ponderare unamquamque rem. Cic. pro Font. 21. Sin autem, in rebus judicandis, non minimam partem ad unamquamque rem æstimandam, momentoque suo ponderandam, sapientia judicis tenet, &c.
Judex, non solum quid possit, sed etiam quid deceat, ponderare debet. Cic. pro Rabir. Post. 12.
Causas ponderare. Cic. pro Planc. 84.
Causas ratione, non vocibus. Cic. pro Cæcin. 60.
Consilia eventis. Cic. pro Rabir. Post. 1. Quanquam hoc plerumque facimus, ut consilia eventis ponderemus: & cui bene quid processerit, multum illum providisse: cui secus, nihil sensisse dicamus.
Crimina magnitudine rerum ipsarum. Cic. 3. Verr. 42.
Fidem ex fortuna. Cic. in Partit. 117. Atque etiam si obscuri testes erunt, & tenues, dicendum erit non esse fidem ex fortuna ponderandam.
Fortunam cujusque, non eventis, sed factis ponderari. Cic in Pison. 98.
Officia alicujus. Cic. 2. Fam. 5. Ego si mea in te essent officia solum, Curio, tanta, quanta magis a te ipso prædicari, quam a me ponderari solent: verecundius a te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem.
Re, non verbis, ponderantur divitiæ, bona valetudo, ceteraque generis ejusdem. Cic. 5. Tusc. 120.
Voluptatibus & doloribus omnia ponderant Epicurei. Cic. 1. de Legib. 39.

Non quantum quisque prosit, sed quanti quisque sit, ponderandum est. Cic. de Clar. Orat. 257.
In hoc verborum genere propriorum delectus est quidem habendus, atque is aurium quodam judicio ponderandus. Cic. 3. de Orat. 148.

PONDĔRĀTUS, a, um. Partic. & Adj. Compar. Sidon. 8. Epist. 6. Sententia affectu ponderatiore prolata.

PONDĔRĀTIO, ōnis. f. Vitruv. 10. 8. In statera æquipondium cum examine progrediens ad fines ponderationum.
Æqua ponderatio. Th. Priscian. 1. 23.

PONDĔRĀTŪRA, æ. f. Idem. Gloss. Gr. Lat. σταθμός, ponderatura.

PONDĔRĀTOR, ōris. m. Gloss. Lat. Gr. Ponderator, σταθμιστὴς ὁ ζυγοστάτης. Et Gr. Lat. Σταθμιστὴς, Ponderator.

PONDĔRĀBĬLIS, e. Adj. Quod ponderari potest. Claud. Mamert. 2. 4. Corpora numerabilia, ponderabilia & mensurabilia.

PŌNE, Præpositio antiqua [ὄπισθεν] pro Post: accusativo jungitur, contrarium habet Ante. Plaut. Pœn. 3. 2. 34. Pone nos recede. Liv. 40. 30. Pone castra utrique pabulatum & lignatum ibant.
Pone & Ante. Cic. de Univers. 41. Quamque inter se pæne contingant, eos qui prope copulentur, contrariaque regione, aut pone quos, aut ante labantur, quisque temporibus a nostro aspectu oblitescunt.
Pone tergum manus vinctæ. Tacit. 3. Hist. 85.
Pone, Adv. [ὄπισθεν] Retro significat, sive a tergo, cum accentu in ultima. Virg. 2. Æn. 725.

Pone subit conjunx, ferimur per opaca locorum. Servius. Valerius Max. lib. 1. cap. 7. ext. 1. Mox, humani ingenii prona voluntate vetita scrutandi, pone respiciens, animadvertit immensæ magnitudinis serpentem, concitato impetu omne quicquid obvium fuerat proterentem.

PŌNĔRŎPŎLIS, is. f. [Πονηρόπολις] Thraciæ civitas sub Rhodope monte sita, deinde Philippopolis ab instauratore, & postremo Trimontium, a situ dicta. Plin. lib. 4. cap. 11.

PŌNO, pŏsui, pŏsitum. [τίθημι, ἵζω] ĕre. Collocare & constituere. Variat autem significationem pro sibi adjuncto nomine, aut pro varia constructione. Virg. 1. Æn. 177.

Et sale tabentes artus in litore ponunt.

Ponere ante. Plin. lib. 9. cap. 35. Ex præcepto ministri unum tantum vas ante eam posuere aceti.
Collocare & Ponere. Cic. 7. Verr. 36. Sed quia sic oportuerit, recte collocata, & judicio populi digno in loco posita esse videatur.
Defigere & Ponere. Cic. pro Flacc. 3. Totum statum civitatis, omnem memoriam temporum præteritorum, salutem præsentium, spem reliquorum, in vestra potestate, in vestris sententiis, in hoc uno judicio positam esse & defixam putetis.
Ponere ante oculos aliquem. Cic. in Paradox. 1. 3. Ponite ante oculos unumquemque regum.
Ante oculos positum. Cic. 7. Verr. 63. Præsertim quum statuisses, ut ais, tibi causam esse dicendam, ut ille Archipirata non potius securi feriretur, quam quod erat ante oculos positum, &c.
Ponere apud. Cic. 13. Fam. 64. extr. Hoc in genere, si eum adjuveris eo studio, quo ostendisti, apud ipsum præclarissime posueris, sed mihi etiam gratissimum feceris. Subauditur Beneficium.
Ponere in, Reputare, ut In admirandis, pro Inter admiranda. Plin. lib. 31. cap. 2.
In admiratione aliquid ponere, pro Admirari. Plin. lib. 28. cap. 8.
In æqualitate ponere. Cic. 1. de Legib. 38. Ut virtutibus exceptis atque vitiis, cetera in summa æqualitate ponerent.
In æquo ponere aliquem duobus summis. Liv. 39. 30. extr.
In discrimine, pro Alicujus momenti facere. Liv. præf. lib. 1. Sed hæc, & his similia, utcunque animadversa aut existimata erunt, haud in magno ponam discrimine.
In dubio ponere. Liv. 34. 5. pr. Et quidem ut in dubio poneret, utrum &c.
In gratiam alterum apud aliquem. Cic. 4. Att. 11. Apud Lentulum ponam te in gratiam. Al. In gratia.
In legibus ponere, Statuere. Cato de R. R. in proœm.
In manu alicujus ponere. Liv. 8. 13.
In metu ponere aliquid. Cic. 12. Att. 23. Hoc metuere, alterum in metu non ponere.
In numero oratorum ponere aliquem. Cic. de Clar. Orat. 165.
In oratione ponere aliquid, pro Scribere. Cic. 1. Verr. 26. Sic
Contra legem loquendi sunt posita. Quintil. lib. 2. cap. 8.
In extremo. Cic. 11. Fam. 16. Ponam in extremo quod sentio.
Argumentum. Cic. 2. de Orat. 214. Argumentum, simul atque positum est, arripitur. i. e. Simul ac prolatum est.
Exemplum. Cic. pro Cluent. 133 Neque in re nota consumam tempus exemplis: ponam illud unum, &c.
Loco primo ponere. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Sententiam philosophorum ponere in medio. Cic. 1. de Nat. Deor. 13.
Signa ponere novis præceptis, Scribere & consignare. Hor. 2. Serm. 4. 10.
Verbum aliquod in oratione. Cic. in Orat. 26.
Verba in usu quotidiano posita minus timeremus. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Verba ponere alicujus in re aliqua, pro Adducere in testimonium. Plin. lib. 13. cap. 13.
In ordinem ponere. Varro de R. R. 3. 13.
In promptu ponere, & Contegere, contraria. Cic. 1. Off. 126. Principio, corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem: quæ formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. Quæ partes autem corporis ad naturæ necessitatem datæ, adspectum essent deformem habituræ atque turpem, eas contexit atque abdidit. V. PROMPTUS.
In solem ponere. Cato R. R. cap. 7.
In tumulo eodem poni. Ovid. ad Liviam, 161.
In ultimis ponere. Plin. 17. 10.
In gloria, Gloriæ ducere. Liv. 26. 37. Et, ut ad mœnia urbis Romæ nullo prohibente se pervenisse in gloria ponebant, ita pigebat irriti incepti.
In laude alicujus. Cic. 5. Verr. 212. Num quæ in tuo imperio pecunia cellæ nomine coacta? Neque ego hoc in tua laude pono.
In laude æqua vel pari ponere. Cic. in Topic. 71. Si consilio juvare cives & auxilio, æqua in laude ponendum est, &c. Idem pro Murena, Summa in utroque est honestas, summa dignitas: quam ego, si mihi per Servium liceat, pari atque in eadem laude ponam.

In

In loco beneficii ponere. Cic. 15. Fam. 4.
In lucro ponere; modus loquendi, quum aliquid boni præter spem evenit. Cic. pro Flacc. 40. Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere, patiantur.
In spe optima ponere sibi aliquid. Cic. 13. Att. 27.
In vitio ponere aliquid. Cic. 3. Tusc. 14. Quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est.
Incommodum civitatis in gloriam ponere. Sallust. contra Cic. Qui civitatis incommodum in gloriam suam ponit. i. e. Convertit; hoc est, ex incommodo civitatis parit sibi gloriam.
In crimine, In fraude, alicui. Cic. 2. de Orat. 199. Non continuo, si quis motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario crimine, atque in fraude capitali esse ponendum.
In culpa & suspicione aliquem. Cic. pro Cluent. 127. Omnes, qui Oppianicum condemnarunt, in culpa sunt & suspicione ponendi.
In conjectura positum esse. Cic. 1. Fam. 5. Quæ autem posita sunt in conjectura, quæque mihi videntur fore, &c.
In labore. Cic. 1. Q. frat. 1. Non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi & voluntate.
In medio posita, pro Manifesta. Cic. 1. Verr. 26. Atque ego hæc quæ in medio posita sunt, commemoro: sunt alia magis occulta, &c.
In more majorum. Cic. 2. de Lege Agr. Etsi hoc in more positum, Quirites, institutoque majorum, &c.
Amplitudo ac dignitas omnis in virtute posita est. Cic. 1. Fam. 5.
Consilium in fortuna positum. Cic. 14. Att. 18. Ut omne consilium in fortuna positum videretur.
Crimen in testibus positum. Cic. 4. Verr. De quo crimine quid ego disputem, quum totum positum sit in testibus.
Eloquentiam in orationis celeritate ponunt quidam. Cic. in Orat. 53.
Fortuna in alicujus potestate posita est. Cic. pro Lege Manil. 28. Non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam.
Fructum ponere in. Cic. 10. Fam. 25. Cujus est hæc summa, ut omnia te metiri dignitate malim, quam ambitione: majoremque fructum ponere in perpetuitate laudis, quam in celeritate Præturæ.
Gratia posita in oculis. Cic. pro Muren. Mihi quidem vehementer expedit, positam in oculis esse gratiam. [i. e. Palam innotescere.
Intelligentiam in audiendi fastidio. Cic. de Opt. gen. Orat. 12.
Jus in natura positum est. Cic. 1. de Legib. 24.
Libertatem in aliqua re. Cic. pro Planc. 91.
Medicinam in usu & experimentis. Cels. lib. 1. in proœm. Post quos Serapion primus omnium, nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad medicinam professus, in usu & experimentis eam posuit.
Mortem in malis. Cic. 3. de Fin. 29. [i. e. Inter mala.
Multum in arte. Cic. 4. Acad. Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videte ne contra vos tota nata sit.
Multum ponere in fortuna. Cic. 5. de Fin. 52. Qui multum in fortuna secunda aut adversa, multum in bonis aut malis corporis ponerent.
Multum ponere in fide alicujus. Cic. 2. Att. 22.
Multum quoque in tua fide ac diligentia positum est. Quintilian. Tryphoni, 3.
Multum ponere in alicujus misericordia. Curtius lib. 5. 5. 11.
Omnia nostra in patria ponere, & quasi consecrare debemus. Cic. 2. de Legib. 5.
Omnia in voluptate. Cic. 2. de Fin. 24.
Potentia in vi & armis posita est. Cic. ad Brut. 10.
Potestatem dicendi in honore atque in beneficio ponere. Cic. pro Cluent. 57. Itaque tum ille inopia & necessitate coactus, in causa ejusmodi ad Cepasios fratres confugit, homines industrios, atque eo animo, ut quæcunque dicendi potestas esset data, in honore atque in beneficio ponerent.
Quantum in prudentia tua & fide ponam, credibile non est. Cic. 2. Att. 21.
Res in usu militari posita. Cic. pro Lege Manil. 28. Nullam rem esse declarant in usu militari positam, quæ hujus viri scientiam fugere possit.
Salutem in pecunia. Cic. 2. Verr. 9. Ea spe istum fuisse præditum, ut omnem rationem salutis in pecunia poneret.
Salus nostra in uno te posita est. Ovid. 3. Met. 648.
Subsidium ponere in. Cæs. 2. Bell. Gall. cap. 11. Omnes in fuga sibi subsidium posuerunt. Cic. 1. de Orat. 255. Ut non modo non arbitrer subsidium senectutis in eorum, qui consultum veniant, multitudine esse ponendum, sed &c.
Summum bonum in animo. Cic. 3. de Fin. 45.
Summum bonum ponere in virtute. Cic. de Amicit. Qui in virtute summum bonum ponunt, præclare illi quidem. i. e. Qui asserunt virtutem esse summum bonum.
Totum ponere in potestate sapientis. Cic. 2. de Fin. 86.
Vim omnem dicendi in arte. Cic. 1. de Orat. 110.
Vita posita in manu alterius. Cic. pro Quint. 6.
Post aliquem poni, pro Posthaberi alicui. Ovid. 2. Met. 564.
Animum, curam, cogitationemque suam in omnium laude undique colligenda ponere. Cic. 1. Q. frat. 1.
Beneficium apud aliquem bene ponere, quod & Collocare dicitur. Cic. 13. Fam. 27. Scriberem quam id beneficium bene apud Mescinium positurus esses, nisi & te scire confiderem.
Beneficium ponere in Repub. Cic. pro Sull. 26. Ego, tantis a me beneficiis in Repub. positis, si nullum aliud mihi præmium a Senatu Populoque Romano, nisi honestum otium postularem, quis non concederet?
Calculum. Columel. lib. 3. cap. 3.
Capillos ponere sine arte, Disponere. Ovid. 4. Epist. 77.
Caput ponere, Componere ad quiescendum. Virg. 5. Æn. 845.
Caput ponere, Demittere. Hor. 2. Serm. 8. 57.
Certamina velocis jaculi ponit in ulmo. h. e. Signum ad jaculandum proponit. Virg. 2. Georg. 530.
Cervicem inflexam ponere. Virg. 3. Æn. 631.
Collum posuit pulvere. Hor. 4. Carm. 6. 11.
Comas suas ponere in statione. Ovid. 1. de Arte Am. 434.
Ponere sub conspectu. Senec. de Benefic. Volo sub conspectu meo ponere, quæ gentium oculos regumque perstringunt.
Coronam ponere in caput vel in capite. Gell. lib. 3. cap. 15.

Corpus ingenuum dura ponere humo. Ovid. 3. Amor. 11. 10.
Cubile ponere, Locare. Virg. 6. Æn. 274.
Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci,
Luctus, & ultrices posuere cubilia curæ.
Curam in re aliqua. Cic. 1. de Divin. 93. Omnem curam in siderum cognitione posuerunt.
Custodes & limina alicui. Propert. lib. 2. 6. 37.
Custodias portis. Hirt. Bell. Afric. 88.
Custos positus in frumento publico. Cic. pro Flacc. 45. Custos T. Aufidio Prætore in frumento publico est positus.
Custodia posita est nostræ puellæ. Tibul. lib. 1. 2. 5. i. e. Appositus.
Diem tecum libentius posuerim, quam omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum vivo necessario. Cic. 5. Fam. 21.
Diem totum in considerandа aliqua re. Cic. de Clar. Orat. 87.
Dies multos in rem aliquam. Cic. 11. Att.
Epulas ponere. Ovid. 4. Fast. 545.
Fidem pignori. Plaut. Capt. 2. 3. 73.
—& meam esse fidem hic pro te positam pignori. h. e. Fidem meam propter te obligatam esse. Al. Vitam.
Finem ponere scelerum. Lucan. lib. 5. 314.
Finem vitæ sibi posuit. Tacit. 6. Ann. 40. De Tiberio.
Fœdera sunt ponenda prius, signandaque jura. Propert. lib. 3. 20. 15.
Formidinem improbis. Cic. 4. Catil. 8.
Hastam in foro. Cic. 2. Off. 83. Sic par est agere cum civibus, non ut bis jam vidimus, hastam in foro ponere, & bona civium voci subjicere præconis.
Humi positus. Ovid. 3. Met. 420.
Initia ut male posuimus, sic cetera sequentur. Cic. 10. Att. 18. i. e. Ut male cœpimus.
Insidias. Cic. pro Rosc. Amer. 98. Non illum miserum, ignarum casus sui, redeuntem a cœna videtis? non positas insidias? non impetum repentinum?
Insidias ponere contra aliquem. Cic. 2. de Lege Agr. 48. Dum patefacio vobis quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeji dignitatem.
Juvenem hic agresti sublimem in stramine ponunt. Virg. 11. Æn. 67.
Latus saxo ponere. Valer. 4. Argon. 378.
Leges ponere, Condere. Hor. 1. Serm. 3. 105.
Legiones, Collocare. Cic. 9. Att. 19. Legiones singulas posuit Brundusii, Tarenti, Siponti.
Loco alterius poni, ut In loco. Cic. Octav. Cui hostis relinquitur? civis hostis loco ponitur?
Loco contumeliæ ponere, vel criminis aliquid alteri. Cic. in Pison. 31. Tu ne etiam, immanissimum ac fœdissimum monstrum, ausus es meum discessum illum, testem sceleris & crudelitatis tuæ, maledicti & contumeliæ loco ponere?
Mensam poni jubet. Hor. 2. Serm. 3. 148.
Merum ponere in gemma. Ovid 8. Met. 572. i. e. In poculo gemmis ornato.
Metas. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Virg. 1. Æn. 282.
Modum crescendi ponere. Lucan. lib. 1. 81.
Modum ponere exitiis. Virg. 7. Æn. 129.
Modum orationi. Tacit. 4. Ann. 9.
Moresque viris, & mœnia ponet. Virg. 1. Æn. 268.
Munus bene ponere. Liv. 34. 49. extr. Ut Pop. Romanus dignis datam libertatem, ac munus suum bene positum sciret. Ovid. 2. Amor. 3. 18.
Dum bene ponendi munera tempus habes.
Nives posuit bruma. Seneca Theb. 2.
Nomen alicujus ponere. Ovid. 4. de Pont. 3. 1.
Nomen ponere alicui. Virg. 7. Æn. 63.
Nomen alicui ponere insano, Quendam nomine insani appellare. Hor. 2. Serm. 3. 48.
Nomina rebus ponere, Imponere. Cic. 1. de Nat. Deor. 44. Sunt rebus novis nova ponenda nomina.
Nummos in fœnore ponere. Hor. 1. Serm. 2. 13.
Operæ multum ponere in aliquo. Cic. Primum enim stante Rep. facere solebamus, ut in agendo plus, quam in scribendo, operæ poneremus.
Operam ponere & studium in philosophia. Cic. 1. de Fin. 1. Quidam autem non id tam reprehendunt, si remissius agatur: sed tantum studium, tamque multam operam in eo ponendam non arbitrantur.
Operam ponere alicui. Cic. 13. Att. 27. Quicquid erit, operam Faberio ponamus.
Orationem longam in aliqua re ponere. Cic. de Univers. 26. Reliquorum siderum, quæ causa collocandi fuerit, quæque eorum sit collocatio, in sermonem alium differendum est, ne in eo quod attingendum fuit, quam in eo cujus causa id attigimus, longior ponatur oratio.
Ordine ponere. V. ORDO.
Otia recte ponere, i. e. Ordinare, disponere. Hor. 2. Serm. 7. 113.
Ova ponere dicitur gallina. Columel. 8. 2. Ovid. 8. Met. 258.
Propter humum volitat, ponitque in sepibus ova.
Partem deo ponere. Plin. lib. 12. cap. 19.
Pecuniam in aliquo oppido, Deponere. Cic pro Flacc. Delectum est oppidum, quo in eppido uno pecunia a tota Asia ad honores L. Flacci poneretur.
Pecuniam ponere, Dare fœnori. Hor. Epod. 2. 70. Quintil. Declamat. 9. Nusquam melius ponitur pecunia, quam ubi fœnus bonitatis extenditur.
Pedicas tunc gruibus, & ponere retia cervis. Virg. 1. Georg. 307.
Pedem ponere in. Cic. 3. Verr. Ecquo in oppido pedem posuit, ubi, &c.
Pedem ponere in possessionem libertatis. Cic. 3. Philipp. 28. Hodierno die primum, P. C. longo intervallo in possessionem libertatis pedem ponimus.
Pedem ubi ponat, in suo non habet. Cic. 13. Att. 1. Idem 4. de Finib. 69. Sapientia ubi pedem poneret, non habebat, sublatis officiis omnibus.
Præmia ponit & invitat pretiis animos. Virg. 5. Æn. 292.
Præmia ponere circum compita. Virg. 2. Georg. 383.
Pretium ponere alicui rei. Senec. in Consol. ad Helviam, Ponere magna pretia virtutibus & vitiis.
Præsidium in loco aliquo, Collocare. Cæs. 2. Bell. Gall. cap. 5.

Principem

Principem aliquem. Cic. 4. Acad. 2. Quem facile Græciæ principem ponimus. De Themistocle.
Rationem ponere cum Orco. Columel. lib. 1. cap. 3.
Rem in contentione ponere. Cic. pro Cœl. 55. Ut res minime dubitanda in contentione ponatur, utrum temeraria, &c. ut in dubio.
Res in minimis ponere. Cic. 4. Fam. 9.
Retia ponere. Ovid. 1. de Arte Am. 263.
Rudimenta virtutis. Quintil. Declam. 3. Festinarunt parentes ad nomen liberos mittere, quamvis asperrimo bello, ut sub te virtutis rudimenta ponere contingeret.
Se bene ponere. Q. Cic. de Petit. Consul. 21. Modo intelligite magni æstimare, ex animo agere, bene se ponere, fore ex eo non brevem & suffragatoriam, sed firmam & perpetuam amicitiam.
Se extra culpam ponere. Cic. de Univers. 39. Quæ quum ita designasset, seseque, si quid postea fraudis aut vitii evenisset, extra omnem culpam, causamque posuisset, alios, &c. conf. supra in culpa, &c.
Se totum in re aliqua. Cic. 1. Tusc. 44. Totosque nos in contemplandis rebus perspiciendisque ponemus.
Se toro ponere. Ovid. 13. Met. 472.
Semina ponere humo. Propert. lib. 2. 13. 2.
Sortes ponere, pro Facere sortem. Plaut. Casin. 2. 6. 20.
Spem ponere, Sperare. Plaut. Capt. 5. 2. 4.

— ne tu spem ponas me bonæ frugi fore.

Spem ponere in. Cic. 6. Att. 1. In Pompejo te spem omnem otii ponere non miror.
Spem ponere in armis. Virg. 2. Æn. 676.
Studium suum & officium apud aliquem bene ponere, Collocare. Cic. 13. Fam. 56. Jam apud ipsum, gratissimum hominem atque optimum virum, quam bene positurus sis studium tuum atque officium, dubitare te non existimo.
Studium ponere in. Cic. 1. de Fin. 1. Sed tantum studium, tamque multam operam in eo ponendam non arbitrantur.
Studium suum omne in aliquibus artibus cognoscendis atque tractandis ponere. Cic. 1. de Orat. 204.
Sumptum ponere, quod & Facere dicitur. Cic. 3. Q. frat. 1. Sed præstabo, sumptum nusquam melius posse poni
Tabulas obsignatas in publico lex poni voluit. Cic. pro Flacco, 21.
Tempus ponere in officio aliquo. Cic. 11. Fam. 2. Tempus ejus tridui quod in his castris morabar, in magno officio & necessario nihil ponendum putavi.
Tempus in aliqua cogitatione. Cic. 3. de Orat. 17.
Tempus & diem ponere. Cic. 5. Fam. 21. Unum mediusfidius diem tecum libentius posuerim, quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum vivo necessario.
Temporis quid ponere in aliquo loco. Cic. 1. Att. 10. Neque tamen id ipsum certum habeo, quando ad Antonium proficiscare, aut quid in Epiro temporis ponas.
Venenum alicui cum cibo, Apponere. Liv. 6. 40.
Verbum divitis in aliquo. Cic. in Parad. 6. Quem intelligimus divitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus?
Vestem pignori ponere. i. e. In pignus dare. Scævola in l. Uxori. §. ult. D. de legat. tertio.
Vestigia. Hor. 1. Epist. 19. 21. Cic. 3. Philipp. 31. Quas fecit strages, ubicunque posuit vestigia?
Vestigium ponere in aliquam historiam. Cic. 5. de Fin. 3. Quacunque ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus.
Vitem ponere, i. e. Deponere, & depangere. Columel. lib. 4. cap. 1.
Vites ordine. Virg. 1. Ecl. 74.
Vituperationem gravius ponere: cui Levius opponitur. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Ponere, Exstruere, ut Aras ponere. Virg. 3. Æn. 404.
Carinas navium ingentium. Curtius lib. 10. 1. 19. h. e. Exstruere.
Castella. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 37. Castellaque his locis posuit.
Castra ponere, Castrametari. Cic. ad Octav. In Urbe milites vagantur, in Campo castra ponuntur. Sobaudi Martio.
Castra ponere apud Corfinium. Cic. 8. Att. 19.
Castra ponere in aperto. Liv. 36.
Castra ponere in plano. Liv. 5. 28.
Castra ponere ad murum. Cic. 9. Att. 17.
Domos ponere sub terris. Virg. 1. Georg. 182.
Fundamenta, tralate. Cic. in Pison. 9. Ergo his fundamentis positis Consulatus tui, triduo post, inspectante & tacente te, &c.
Fundamenta ponere alicujus rei in voluptate. Cic 2. de Fin. 86. Quarum omnium fundamenta vos in voluptate, tanquam in aqua ponitis.
Fundamina prima favis ponere. Virg. 4. Georg. 161.
Limina. Martial. lib. 9. 49.
Signum celebri loco ponere. Plin. 3. Epist. 6.
Opus ponere, Exstruere. Ovid. 8. Met. 160. Translate Hor. de Arte Poet. 34.

Infelix operis summa, quia ponere totum
Nesciet.

Templum ponere, Condere. Virg. 3. Georg. 13.
Templa, statuam, &c. ponere alicui. Virg. 6. Æn. 19.

— posuitque immania templa. Unde in antiquis marmoribus legimus, BENE MERENTI POSVIT. Plin. 1. Epist. 17. extr. Neque enim magis decorum & insigne est, statuam in foro Populi Romani habere, quam ponere. Cic. pro Domo 81. Qui tibi ob eam legem statuam in ædibus meis posuit.

Templum ponere in oculis & quotidiano aspectu. Cic. 3. Verr.
Urbem, Statuere. Ovid. 3. Met. 130.

Quum posuit jussam Phœbeis sortibus urbem.

Urbem in montibus. Virg. 8. Æn. 53.
Accusatorem ponere, Apponere, subornare. Cic. 8. Fam. 12. Quibus quum parum procederet, ut ulla lege mihi poneret accusatorem.
Ponere, pro Proponere. Cic 1. Tusc. 7. Ponere jubebam de quo quis audire vellet, & id aut sedens, aut ambulans disputabam.
Breviter, quæ erunt satis aperta, ponemus. Cic. in Partit.
Exempli causa aliquid. Cic 3 Off. 19.
Sub uno aspectu ratione & distributione, omnia quæ in re dispersa atque infinita videntur esse ponere. Cic. de Petit. Cons. 1.

Ad scribendum poni Cic. 9. Fam. 15. Et quidem quum in mentem venit, ponor ad scribendum: & ante audio ac, &c.
Quæstionem ponere. i. e. Proponere. Senec. Epist. 50. Sederem otiosus, & ejusmodi quæstiones ponerem.
Quæstiunculam ponere, pro Proponere, vel Opponere. Cic. 1. de Orat. 102. Quid mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo otioso & loquaci, & fortasse docto atque erudito, quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis?
Ponere, Desinere: quoniam quum cessamus ab opere, collocare quodammodo ac reponere videmur id quod agebamus Virg. 7. Æn. 27.

Quum venti posuere, omnisque repente resedit
Flatus. h. e. Quievere. Servius.

Ponere, Deponere. Virg. 1. Æn. 306.

— ponuntque ferocia Pœni
Corda volente deo.

Versus & cetera ludicra pono, Depono, Omitto. Hor. 1. Epist. 1. 10.
Ponere de manibus. Cic. 1. Q. frat. 1. Quos quidem libros, non sine causa, noster ille Africanus de manibus ponere non solebat.
Ambages. Ovid. 10. Met. 19.
Amorem ponere, Omittere. Ovid. Rem. Amor. 63.
Animos feroces. Liv. 8.
Arma poni jubet, fatentes se victos. Liv. 4.
Armis positis substitit pars utraque. Ovid. 12. Met. 147.
Barbam. Suet. in Calig. cap. 5.
Barbam & ungues. Hor. in Arte Poet. 297.
Bella. Virg. 1. Æn. 295.

Aspera tum positis mitescent sæcula bellis.

Clitellas muli ponunt. Hor. 1. Serm. 5. 47.
Colorem nigrum. Ovid. 7. Met. 641.
Comas. Virg. 12. Æn. 209.
Consilium ponere, Desistere a consilio. Plin. 2. Epist. 22.
Coronam ponere, luctus gratia. Cic. 14. Att. 22.
Curam ponere, pro Deponere. Liv. 1.
Curas graves. Ovid. 9. Met. 696.
Curæ positæ pectore. Sil. lib. 11. 289.
Decorem. Ovid. 2. de Arte Am. 179.
Dolorem. Cic. 3. Tusc. 67. Quid est autem, quod plus valeat ad ponendum dolorem, quam quum est intellectum, nihil profici, & frustra esse susceptum?
Exuvias. Virg. 3. Georg 436.
Fastus. Ovid. 14. Met. 761.
Fetus varios Autumnus ponit. Virg. 2. Georg. 521.
Frondes. Et jam olim, seras posuit quum vinea frondes. Virg. 2. Georg. 403.
Gravitatem. Lucan. ad Pison. 259.
Imaginem alicujus. Ovid. 3. Met. 1.
Imperium. Martial. lib. 11. 6.
Inimicitias ponere. Cic. 8. Fam 6
Invidiam. Cic. pro Cluent. 5. Ut in judiciis, & sine invidia culpa plectatur, & sine culpa invidia ponatur. [i. e. Eximatur a culpa.
Iras fideliter. Ovid. 6. Fast. 41.
Jubas equi posuere. Stat 3. Theb. 265.
Labores. Ovid. 6. Fast. 549.
Librum. Cic. 1. Tusc.
Metum. Plin 5. Epist. 101.
Minas ponit mare. Lucret. lib. 3. 1001.
Moras. Hor. 4. Carm. 12. 25. Verum pone moras & studium lucri.
Odium ponere. Cic. in Pison. 31. Tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna, armisque ponant.
Onus uteri positum est, pro Peperit. Ovid. 11. Epist. 64.
Pellem dracones posuere senectæ. Ovid. 7. Met. 237.
Personam amici. Cic. 3. Off. 43. Ponit personam amici, quum induit judicis.
Pudorem. Martial. lib. 11. 28.
Questus ponere. Ovid. 9. Met. 276.
Sensum. Ovid. 1. de Pont. 2. 32.
Spem Ovid. ad Liv. 37.
Studium lucri. Hor. 4. Carm. 12. 25. V. Moras.
Superbiam ponere, Exuere. Hor. 3. Carm. 10. 9.
Timorem. Ovid. 10. Met. 408.
Tunicam. Cic. 5. Tusc. 60.
Tirocinium ponere. Justin. 12. 4. 6. V. TIROCINIUM.
Velamina. Ovid. 2. Fast. 169.
Verecundiam. Plin. 7. Epist. 15.
Vires indomitas incendia posuere. Virg. 5. Æn. 681.
Virginitas posita. Ovid 6. Fast. 118.
Vitam ponere, Mori. Propert lib 2. 13. 3.
Vitam in administratione Reipub. Cic. 9 Fam. 24. Hoc animo sum, si in hac cura atque administratione vita mihi ponenda sit, præclare actum mecum putem, etiam atque etiam.
Vitia ponere. Cic. 3. de Orat. 46. Idque si feceris, multa (ut arbitror) hic hodie vitia ponemus.
Pono, pro Duco, arbitror. Cic. in Brut. 165. Hoc loco ipsum Domitium non relinquo. Nam etsi non fuit in oratorum numero, tamen pono satis in eo fuisse orationis atque ingenii, quo & magistratus personam, & consularem dignitatem tueretur.
Ponere, pro Componere & temperare. Hor. 1. Carm. 3. 16.

— quo non arbiter Adriæ
Major, tollere, seu ponere, vult freta. [i. e. Submittere.

Ponere, Apponere. Martial. lib 8 23.

Invitas ad aprum, ponis mihi, Gallice, porcum. Sic 1. 110.

Hinc poetæ fabulas & scripta sua ponere dicebantur, quod ea in scena spectatoribus, quasi in convivio apponebant. Juven. 1. Sat. 155. Pone Tigillinum. i. e. Affer in scenam aliquid de Tigillino scriptum.
Ponere, Effingere. Hor. 4 Carm. 8 8.

Hic saxo, liquidis ille coloribus
Solers, nunc hominem ponere, nunc deum. i. e. Formare, pingere. Acron. Turnebus; Ponere, more Græco dixit, pro Facere. Nam in eo sensu sæpenumere [illegible] ab Homero usurpatur. Sic idem Flaccus, in Arte Poet. 34.

— quia ponere totum Nesciet. i. e. Facere.

Ponere palliom, Deponere in sponsionem. Plaut. Corc. 2. 3. 76. Cui contrarium Opponere ibidem. Virg. 3. Ecl. 36. — pocula ponam
Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis.
Pone eum esse victum, Fac esse &c. Ter. Phorm. 4. 3. 25. Julianus in l. Si in qualitate. D. de act. empt. & vend. Pone enim dixisse eum, quinquaginta jugera vineæ esse, &c.
Ponunt philosophi, i. e. Statuunt, censent, decernont, scribunt. Plin. lib. 11. cap. 52. Aristoteles vitæ brevis signa ponit raros dentes. Cic. 4. de Fin. 16. Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis.
Pro certo ponere. Liv. 10. 9. Id ne pro certo ponerem, vetustior annalium auctor Piso effecit.
Sententiam suam. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Longe & retro ponenda omnia, quæ sine honestate sunt. Cic. 5. Tusc. 87.
Positum sit. Cic. in Orat. 14. Positum sit igitur in primis (quod post magis intelligetur) sine philosophia non posse effici quem quærimus eloquentem. Idem lib. 4. de Fin. 16. Sed primum positum sit, nosmet ipsos commendatos esse nobis, &c. Philosophica locutio est: nam Positiones vocant philosophi, eas propositiones, quæ sine probatione ponuntur, & quarum in aliud tempus probatio differtur. Græci θέσεις vocant.
Positum est in te ut, &c. i. e. In te situm est. Cic. 12. Att. 27. Sed si perficitur de hortis Silii, hoc est, si perficis (est enim totum positum in te) nihil est scilicet quod de Cotta cogitemus. Plura supra exempla V.
Posivi antiquum præteritum pro Posui. Priscian. p. 898.
PŌNENS, entis. Partic. ut, Corpora ponens in tumulo. Ovid. 8. Met. 236.
Serta recentia ponens. Idem 8. Met. 723.
PŎSĪTUS, a, um. Partic. [τεθεὶς] ut,
Genu positum. Ovid. 2. Fast. 438.
Suppliciter posito procubuere genu.
Natura posita in conspectu. Cic. 4. Tusc. 62.
Nives positæ. Hor. 3. Carm. 10. 8.
— & positas ut glaciet nives
Puro numine Juppiter? i.e. (inquit Acron) deorsum missas: post nives enim missas, si flat Aquilo, ejus frigore solidantur.
Res ab ostentatione positæ. Quintil. procem. lib. 1.
Res ante oculos positæ. Cic. 1. Acad. 5.
Roma in montibus posita, i. e. Sita. Cic. 2. de Lege Agr. 95.
Terra sub nive posita latet. Ovid. 2. Fast. 72.
Curis positis omnium aliarum rerum. Liv. 7. 32. i. e. Depositis.
Pax posita. i. e. Deposita. Propert. 2. 1. 36.
Querelis positis. Propert. 3. 10. 9.
Veste posita, i. e. Deposita. Ovid. 2. Fast. 284.
Positus, Exanimatus. Virg. 4. Æn. 681.
— sic te ut posita, crudelis abessem? Servius. Ovid. ad Liviam 135.
Tene ego sustineo positum scelerata videre? I. e. Mortuum.
Corpus positum, i. e. Humatum. Lucret. lib. 3. 883.
Proinde ubi se videas hominem indignarier ipsum
Post mortem fore, ut aut putrescat corpore, posto &c. Posto, Posito. conf. paulo infra.
Positum corpus exponitur Sepultum ex Scævola, in CORPUS. H. St.
Positus super armamentarium, Præfectus armamentario. Curtius lib. 7. 7. 22.
POSTUS, a, um. pro Positus. ut, Corpore posto. i. e. Humato. V. paulo ante. conf. Compostus, in COMPONO.
Semina. Lucret. 3. 870.
Semina sæpe in eodem, ut nunc sunt ordine posta.
POSITŪRUS, a, um. Partic. [θήσων] Ovid. 3. Met. 471.
Nec mihi mors gravis est, posituro morte dolores.
POSITOR, ōris. m. [κτίστης] Qui posuit. Ovid. 9. Met. 448.
— & in Aside terra
Mœnia constituis, positoris habentia nomen. i. e. Conditoris.
Templorum positor. Ovid. 2. Fast. 63.
POSITIO, ōnis. f. [θέσις, θέσμα] Plin. lib. 18. cap. 5. Ut solum sua virtute valeat, qua dictum est, positione.
Cæli, pro Situ, regione, vel statu alicujus rei ad aliquam cæli vel solis partem: quidam Aspectum vocant. Columel. lib. 1. cap. 6.
Loci positio. Quintil. lib. 8. cap. 7.
Urbis positio. Cic. pro Flacc. 62. De quorum urbis positione, propter pulchritudinem, etiam inter deos certamen fuisse proditum est. De Athenis conditis.
Arbustivæ positionis exemplo. Columel. lib. 4. cap. 1.
Campestris positio. Columel. lib. 1. cap. 2.
Positio Sublationi opponitur, estque Syllabæ inter pronuntiandum depositio, seu depressio. V. ARSIS.
Positio, apud Oratores. Quintil. lib. 9. cap. 4. Tempus enim solum (alii Sonum legunt) metitur, ut a sublatione ad positionem iisdem sit spatiis pedum. Quem locum sic explicat Diomedes lib. 3. Pes est sublatio & positio duarum aut trium ampliusve syllabarum, spatio comprehensa. Pes est poeticæ dictionis duarum ampliosve syllabarum cum certa temporum observatione modus, recipiens ἄρσιν & θέσιν. i. e. qui incipit elatione, & finitur positione. Hæc ille.
Vitia positionum. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Feminina positio. Quintil. lib. 1. cap. 4. Aut quæ feminina positione mares, aut neutrali feminas significant. De nominum generibus. Positionem hic interpretur quam Grammatici vulgo *terminationem* vocant.
Inconveniens positio. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Dictionis positio. Quintil. lib. 1. cap. 5. Simplices voces positione, id est natura sua constant; compositæ autem præpositionibus subjunguntur: ut Innocens, &c. Budæus.
Positio, pro Thesi seu argumento. Quintil. lib. 1. cap. 3. Taceo de positionibus & declamationibus rhetorum.
POSĬTUS, ūs. m. [θέσις] i. e. Positio, sive situs. Ovid. 4. Fast. 420.
Trinacria, a positu nomen adepta loci. Celsus in princip. lib. 8.
Prius positus ostium, figurasque indicabo.
Locorum positus. Tacit. 4. Ann. 5. Quæ positu regionis a tergo illis. Idem lib. 6. Ann. 21. Ille positus siderum, ac spatia dimensus.
Adeunda vix mœnibus, & positu loci. Ovid. 1. de Pont. 7. 25.
Defensa urbs melius positu. Ovid. 4. de Pont. 8. 12.
Variare capillos positu. Ovid. de Medicam. faciei, 19.

Variare comas positu. Ovid. 2. Met. 412.
POSITŪRA, æ. f. [θέσις] Idem. Lucret. lib. 1. 818.
Cum quibus, & quali positura contineantur. Idem lib. 2. 946.
Dissolvuntur enim positura principiorum.
Positura, Situs Gell. lib. 14. cap. 1. Ut animadverteretur quo habitu, quaque forma, quaque positura stellarum aliquis nasceretur. Sic syllabam esse longam positura dicimus. Al. Positione.
POSITĪVUS, a, um. Adj. [θετικός] Quod primo positum est, nec aliunde derivatum. a quo Grammatici Positivum a Comparativo & Superlativo distinguunt, quod illud sit quasi fundamentum istorum. V. Gell. lib. 10. 4. & Isidor. 1. 6.
PONS, pontis. m. [γέφυρα] Structura, per quam super aquas transimus. A Pendeo dicitur, quod veluti in aere pendeat. Plin. lib. 8. cap. 3. Territos spatio procul pontis a continente porrecti, ut sese longinquitatis æstimatione fallerent, aversos retrorsus isse.
Ignotus pons. Virg. 3. Geor. 78.
Naumachiarius. V. NAVIS.
Saxeus. Lucan. lib. 4. 15.
Solutus. Claud. 4. Cons. Hon. 404.
Adjungitur & continetur angusto ponte pars oppidi. Cic. 6. Verr. 117.
Consistere crebris pontibus. Virg. 4. Georg. 27.
Dejicere de ponte in Tiberim aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 99. Habeo etiam dicere, quem contra morem majorum, minorem annis sexaginta de ponte in Tiberim dejecerit. Solebant antiquitus sexagenarios de ponte dejicere. V. DEPONTANI. & Erasm. in Proverb. Sexagenarios de ponte dejicere.
Distendere pontem in agros. Lucan. lib. 4. 140.
Disturbare pontes. Auctor ad Herenn. lib. 1. 21.
Facere pontem. Cic. in Vatin. 21.
Indere pontes. Tacit. 12. Ann. 57.
Injicere pontem. V. INJICIO.
Interrupi pontes quos feceram. Cic. 10. Fam. 23.
Interscindere pontem a tergo. Cic. 2. de Legib. 10.
Jungere pontibus fluvium, Fluvio pontes imponere. Curt. lib. 5. 3. 7. pr.
Ludere ponte magno. Catul. ad Coloniam, 18. 1.
Revellere pontes. Claud. lib. 1. in Ruffin. 270.
Rupti torrentibus pontes. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Vellere pontem. Virg. 8. Æn. 650.
De ponte aliquis. Juven. 14. Sat. 134.
Invitatus ad hæc aliquis de ponte. i. e. Mendicus: quia mendici in pontis itinere sedent, ut annotat vetus Scholiastes. conf. 4. Sat. 116.
Pons, pro Scala navium. Virg. 10. Æn. 288.
Interea Æneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit.
Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat. Catul. ad Colon. 18. 5.
Pons aliud significat apud Cic. 1. Att. 13. Operæ, inquit, Clodianæ pontes occuparant; tabellæ ministrabantur, ita ut nulla daretur, Uti rogas. Pontes (ait Manutius de Legib. Ro. cap. 9.) quibus cistæ suffragiorum superimpositæ. Pontes igitur occuparant operæ Clodianæ, ut ex iis quas vellent tabellas suffragium laturis ministrarent, eas inquam duntaxat, quæ inscriptæ essent, Uti rogas. Lib. 1. Rhetor. ad Herennium 21. Cæpio, ut L. Saturninom, contra Senatusconsultum, intercedentibus collegis, legem de semissibus & trientibus adversus Rempub. vidit ferre: cum viris bonis impetum facit: pontes disturbat: cistas dejicit: Impedimento est, quo secius feratur lex. Et lib. 3. de Legib. 38. Pontes etiam lex Marcia fecit angustos. Ovid. 5. Fast. 634.
Pars putat, ut ferrent juvenes suffragia soli
Pontibus infirmos præcipitasse senes. Pontes puto fuisse Mensulas angustissimas, pedibus altioribus, pontes ad similitudinem dictas, non ad veritatem: & singulas conjicio singulis tribubus aut curiis appositas, cistis superstratas suffragiorum tabellas continentibus. Hæc Manutius. l. c. conf. cap. 37. & Gruch. de Comit. 1. 4. & 2. 5. vel Lex. Pitisc. & quæ dicta sunt in DEPONTANI.
PONTĬCŬLUS, i. m. dimin. [γεφυρίδιον] Cic. 5. Tusc. 59. Et quum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, ejusque fossæ transitum ponticulo ligneo conjunxisset. Adde Suet. Cæs. 31. & Catull. 17. 3.
PONTĬLIS, e. Adj. Ad pontem pertinens. ut, Stratus pontilis. Veget. Rei Mil. 1. 16.
PONTO, ōnis. m. [πορθμεῖον] Pontones, Naves quibus in trajiciendis amnibus loco pontium utimur. Paulus in l. ult. D. de servit. rust. præd. Flumine interveniente via constitui potest, si aut vado transiri potest, aut pontem habet, diversum, si pontonibus trajiciatur. Cæs. 3. Bell. Civil. 29. Pontones, quod est genus navium Gallicarum, Lissi relinquit.
PONTONIUM, i. n. Idem. Isidor. 19. 1. Pontonium, navigiom fluminale tardum & grave, quod non nisi remigio progredi potest.
PONTĀTĬCUM, i. n. Vectigal quod in pontis transitu datur. Ammian. 5. 1.
PONTĬFEX, ĭcis. m. [γεφυροποιός, ἀρχιερεύς, ἱεράρχης] Sacer magistratus. Varr. lib. 4. de L. L. 15. pr. Sacerdotes universi a Sacris dicti: Pontifices, ut Q. Scævola Pontifex Maximus dicebat, a Posse & Facere. Pontifices ego a Ponte arbitror: nam ab iis Sublicius est factus primum, & restitutus sæpe, cum ideo sacra, & uls, & cis Tiberim, non mediocri ritu fiant. Hæc ille. A Posse & Facere derivat Scævola, quia jus illis erat sacrificandi. Facere enim apud veteres, Sacrificare est. [Melius tamen Varro. V. Voss. Etymol. conf. Suid. Quo pertinet, qood pons idem Sacer dictus & habitus est.
Pontifices Senatores. Cic. 4. Att. 2. Calendis Octobris habetur Senatus frequens, adhibentur omnes Pontifices, qui erant Senatores.
Præsunt sacris Pontifices, auspiciis Augures. Cic. 1. de Nat. Deor. 124.
Sacerdotes alii divis aliis, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunto. Cic. 2. de Legib. 20.
Cœnæ Pontificum. Hor. 2. Carm. 14. 28. V. PONTIFICALIS.
Libri Pontificum. Hor. 2. Epist. 1. 26. In Pontificum libris & in XII Tabulis plurima est antiquitatis effigies. Cic. in Orat. 193. V. PONTIFICALIS.
Religio Pontificum. Cic. pro Domo 31. Si cujus forte Pontificis animum (qood certo scio aliter esse) mea sententia offendit, alio modo sit constituturus, aut de religione pontificum, aut de Republ. &c.
Secures pontificum. Hor. 3. Carm. 23. 12.
Dicite, Pontifices, in sacro quid facit aurum? Pers. 2. Sat. 69.
Erant Majores & Minores Pontifices: inter quos summus, qui Pontifex

maximus dictus est: quod maximarum rerum, quæ ad facra & religionem, pertinent, judex fit, vindex contumaciæ privatorum & magistratuum. Numa enim Pontificem fecit, eique facra omnia attribuit: ejusque fcitis facra omnia privata & publica fubjecit: instituitque ut idem pontifex, non cæleftes modo cærimonias, fed justa quoque funebria, placandosque Manes edoceret. Auctor Alex. lib. 2. cap.8 Ex Liv.1.20. Maximus pontifex Metellus, viginti & duos annos ei facerdotio præfuit. Cic. de Senect. 30.

Minores pontifices. V. Minor, in PARVUS.

Pontificis Maximi appellatio tributur nunc Epifcopo Romano.

PONTIFĬCĀTUS, ûs. m. [ἀρχιερωσύνη] Pontificis dignitas, ficut Confulatus. Cic. de Arufp. Refp. 18. Qui ftatas folennesque cærimonias, pontificatu, &c. contineri putaverunt. conf. Valer. Max. 6. 9. 13.

PONTIFICIUS, a, um. Adj. Quod est pontificis. ut Jus Pontificium. Cic. 3. de Nat. Deor. 43. Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus jure pontificio & more majorum. Idque cum multis aliis rebus, tum e pontificio jure, & cærimoniis fepulcrorum intelligi licet. Item in Brut. 96. Audivi enim nuper ftudiofe, & frequenter Sami, quum ex eo Jus nostrum pontificium, qua ex parte cum Jure civili conjunctum effet, vellem cognofcere. Sane Jus pontificium, quod hodie Jus canonicum vocant, etiam nunc cum Jure civili conjunctum est.

PONTIFICIA, orum. n. pl. Libri pontificii. Cic. 1. de Nat. Deor. 84. Deinde nominum non magnus numerus, ne in pontificiis quidem nostris, deorum autem innumerabilis. [Subaudiendum Libris, vel Annalibus, ut fit m. g. Pontificii.

PONTIFICIUM, i. n. pro Jure & poteftate faciendi. Gell. lib. 1. cap. 13. pr. Sunt enim non pauci qui fententiam fuam una in parte defixerint, & re femel ftatuta, deliberataque ab eo, cujus negotium id, pontificiumque esset, nequaquam putaverint contra dictum ejus faciendum esse. Plura exempla V. apud Voff.in Etymol. Junge Juret.in Symmach.3.17.

PONTIFICĀLIS, e. Adj. Quod ad pontificem pertinet. Unde Pontificales libri, in quibus facræ cærimoniæ continentur. [Immo Historiæ. Sunt enim hi, qui & Libri vel Commentarii Pontificum, & Annales Maximi vocabantur. V. Cic.2. de Or. 193. & 2. 52. & 1. de Legib. 6. Liv. 4. 3. & 6. 1. Macrob. Sat. 3. 2.extr. Voff. Hift. Lat. 1. 1.

Auctoritas pontificalis. Cic. 2. de Legib. 52.

Caput pontificale. Ovid. 3. Faft. 706.

Cœnas pontificales, olim appellabant Cœnas fumptuofas, opiparasque. Ad quod alludit Hor. 2. Carm. 14. 28.

> Absumet hæres Cæcuba dignior,
> Servata centum clavibus, & mero
> Tinguet pavimentum fuperbo
> Pontificum potiore cœnis.

Macrob. Saturn. 2.9. vetustissimam quandam Pontificis cœnam defcribit, fummo apparatu, & omnigenis lautitiis affatim instructam. Id inde natum apparet, quod folennes, facræque cœnæ exquifitiffimis epulis foleant inftrui. Hæc Erafmus.

Honor pontificalis. Ovid. 3. Faft. 420.

Infignia pontificalia atque auguralia. Liv. 10. 7.

Jus pontificale. Cic. 2. de Legib. 57.

Sacrum pontificale. Ovid. 1. Faft. 462.

PONTIFICENSIS, e. Adj. Plin. lib. 3. cap. 1. Obulco, quod Pontificenfe appellatur. Al. Pontificienfe. V. OBULCO.

PONTIA, æ. f. [Ποντία] Infula Tyrrheni maris, tefte Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Strab. lib. 5. ubi male Pantia quidam codd. Vulgo *Ponza*. Ex hac fuit Pontius Pilatus. [Immo ex Pontia familia ignobili.

Pontiæ item, Infulæ funt in mari Tufco, ut fcribit Plinius lib. 3. cap. 6. Ab his ultra Tiberina oftia in Antiano, Aftura, mox Palmaria, Sinonia, & adverfum Formias Pontiæ.

PONTIA Tribus, ab oppido Pontio, cujus cives in urbem afciti fuerant, dicta nominataque eft. Alexander Alexand. 1. 17. V. TRIBUS.

PONTICA, æ. f. Gemma. Ponticarum plura funt genera. Est ftellata, nunc fanguineis, nunc atris guttis, quæ inter facras habetur; alia pro ftellis ejufdem coloris lineas habet; alia montium convalliumque effigies. Plin. lib. 37. cap. 10. [Non est proprium gemmæ nomen, fed loci, unde petitur. V. in PONTUS.

PONTICULUS, V. PONS.

PONTICUS, i. m. [Ποντικός] Poeta quidam, qui de bello Thebano fcripfit, ut inquit Propert. lib. 1. 7. 1. Ovid. quoque lib. 4. Trift. 10. 47. hujus meminit,

> Ponticus heroo, Battus quoque clarus iambis,
> Dulcis convictus membra fuere mei.

PONTICUS, a, um. V. PONTUS.

PONTIFEX, PONTIFICALIS, PONTIFICATUS, PONTIFICENSIS, PONTIFICIUS, V. PONS.

PONTILIANUS, i. m. Nomen viri, ad quem fcripfit Martial. 5. 67. & 7. 2.

PONTINA, V. POMTINUS, in POMETIA.

PONTĪNIUS, i. m. [Ποντίνιος] Nomen gentis Romanæ, ex qua C. Pontinius, de quo Cic. de Provinc. Conf. 32. Modo ille, meorum laborum, periculorum, confiliorum, focius, C. Pontinius, fortiffimus vir, ortum repente bellum Allobrogum, atque hac fcelerata conjuratione excitatum, præliis fregit, eofque domuit qui laceffierant: & ea victoriis contentus, Repub. metu liberata, quievit.

PONTONES, V. PONS.

PONTUS, i. [Πόντος] Neptuni filius & Nerei, ut fcribit Eufebius lib. 1. Præparat. Evangel. unde

Pontus mare dici videtur: fed alii a ποντίζω, quod est mergo, dictum exiftimant; alii a πόνος, labor, quia fit laboribus plenum; nonnulli perridicule κατ' ἀντίφρασιν, quod a ponte careat, dici arbitrantur.

Proprie autem id mare Pontus appellatur, quod a Palude Mæotidis ufque in Tenedum protenditur: fed ubi primum fe arctat, a Tenedo incipiens, post Helles cafum, Hellefpontus vocatur; ubi expandit, Propontis; ubi iterum premit, Thracius Bofphorus; ubi iterum effundit, Pontus Euxinus, qui Paludi committitur. Palus ipfa, Mæotis in Ponto juxta Phafidis oftium. V. EUXINUS, & Plin. lib. 4. cap. 12. & 6. 1.

Os Ponti & anguftiæ. Cic. 6. Verr. 129.

Anguftus Pontus Nepheleidos Helles. Ovid. 11. Met. 195.

Arctatus. Lucan. lib. 5. 234.

> Arctatus rapido fervet qua gurgite Pontus.

Euxinus. Cic. 1. de Orat. 174.

Nivalis. Stat. 12. Theb. 602.

Trux. Valer. 8. Argon. 180.

> Craftina namque dies trucis ad confinia Ponti,
> Cyaneasque vocat.

Uftus Pontus ab affiduo frigore. Ovid. 3. Trift. 2. 8.

Pontus etiam Provincia Afiæ Minoris, a Ponto rege, vel potius a Ponto Euxino, cui adjacet, fic cognominata. Hæc (ut refert Strabo lib. 1. 2. 8 & 9.) ab Occidente Hali flumine clauditur; ab Oriente Colchide, a Meridie Minori Armenia. Ptolemæus vero aliter lib. 5. ait enim, Pontus ab Occafu ore Ponti & Thracio Bofphoro: a Meridie, regione quæ proprie Afia dicitur: a Septentrione parte Euxini maris terminatur. Hæc crudelitate Medeæ nobilis fuit. Hic regnavit Mithridates, Eupator, & Pythodoris regina. Ex Ponto fuit Aquila, veteris teftamenti translator & interpres. Virg. 1. Georg. 58.

> — virofaque Pontus
> Caftorea.

Aliæ etiam regiones ad Pontum Euxinum fitæ, Ponti nomine appellantur. Ovid. 5. Trift. 10. pr.

> Ut fumus in Ponto ter frigore conftitit Ifter.

Quod de Tomitana regione in Mœfia Inferiore intelligendum eft.

Omne mare Poetis Pontus dicitur. V. Suid. Sic

Freta ponti. Virg. 1. Georg. 356.

Gurges ponti. Cic. 1. de Divin. 14. Ex poeta.

Hiems afpera ponti. Virg. 2. Æn. 100.

Imago triftis ponti. Ovid. 11. Met. 427.

Apertus pontus, i. e. Latus, late patens. Ovid. 11. Met. 397.

Arduus. Valer. 5. Argon. 337.

Cæruleus. Virg. 12. Æn. 182.

Curvati ponti litora. Senec. Hippol. v. 26.

Ingens. Virg. 1. Æn. 118

Mobilis ponti vaga unda. Senec. Herc. fur. 12.

Niger. Valer. 1. Argon. 578.

Profundus. Virg. 5. Æn. 614.

Tranquillus. Stat. 6. Theb. 578.

Vaftus. Virg. 4. Georg. 430.

Ventofi mulcere pericula ponti. Stat. 3. Silv. 2. 2.

Vitreus. Hor. 4. Carm. 2. 4.

> — ceratis ope Dædalea
> Nititur pennis, vitreo daturus
> Nomina ponto.

Aftringit bruma pontum frigore. Lucan. lib. 1. 18.

Conftitit glacie pontus. Ovid. 3. Trift. 10. 37.

Credere fe ponto. Ovid. 13. Met. 900.

Ferri ponto. Virg. 9. Æn. 121.

Fervet vertigine pontus. Ovid. 11. Met. 553.

Legere pontum pone. Virg. 3. Æn. 208. i. e. Transire. Servius.

Mergere ponto. V. MERGO.

Mifcetur pontus magno murmure. Virg. 1. Æn. 128.

Obruerat tumulos immenfa licentia Ponti. Ovid. 1. Met. 309.

Pererrare pontum. Senec. Med. 8.

Ridet quum fubdola placidi pellacia ponti. Lucret. lib. 2. 559.

Sævit pontus. Hor. 3. Carm. 3. 37. Lucret. lib. 1. 277.

> — fævitque minaci murmure ponti.

Tranfire pontum per vada. Lucret. lib. 1. 201.

Tranfcurrere pontum. Stat. 3. Silv. 4. 1.

PONTICUS, a, um. Adj. [Ποντικός] unde, Ponticum abfynthium, apud Columel. lib. 12. cap. 35. Pontici abfynthii pondo libram, &c.

Freti Pontici fauces. Senec. Med. 7.

Humus Pontica. Ovid. 3. de Pont. 5. 56.

Mare. Hor. 3. Carm. 24. 4.

Mures Pontici. Plin. 10. 73. V. ibi Harduin.

Nux Pontica, quæ & Prænestina dicitur, & Avellana. Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 18.

Prælia. Lucan. lib. 1. 336.

Terra. Ovid. 1. Trift. 2. 94.

Verba. Ovid. 3. Trift. 14. 50.

P O P

PŎPA, æ. m. [θύτης Gl. utrumque] Popæ dicebantur, Qui victimas habebant venales, & qui ligabant eas ad altare, feriebantque. Propert. lib. 4. 3. 62.

> Succinctique calent ad nova lucra popæ.

Spartianus in vita Getæ cap. 3. extr. Hoftiam popa, nomine Antoninus, percuffit.

Popæ, qui victimas immolabant, alio corpore nudo, ab umbilico ad pedes involuti erant vefte, quæ limus dicebatur. Hinc Succincti Suetonio Calig. cap. 32. extr. dicuntur, Succinctus, inquit, poparum habitu. Servius in 12. Æn. 120. Limus, vestis est, qua ab umbilico ufque ad pedes popæ tegebantur. Sic legiffe videtur Turneb. Adverf. 21. 1. Sed in editis Servii codd. exftat, Ufque ad pedes prope.

Venter popa. Perf. 6. Sat. 74. i. e. Phago & gulofus, quales erant popæ victimarii. [Forte hic Popa, pro Popina dicitur, ut in vet. Gloff. V. quæ in POPINA notamus.

PŎPĂNUM, i. n. [πόπανον] Placenta lata, tenuis, rotunda, quam diis veteres offerebant: fed & pro quocunque Libo capitur. Juven. 6. Sat. 540.

> Scilicet & tenui popano corruptus Ofiris.

Julius autem Pollux lib. 1. c. 28. ait Placentam effe, qua in facrificiis antiqui utebantur: cujus dictionis frequens eft ufus apud Ariftophanem. [Suid. ποπανεῖον fpeciem facit. q. V.

POPELLUS, V. POPULUS, mafc. gen.

POPILIA vel potius POPILLIA, Gens Plebeja Romæ fuit, ex qua M. Popillius M. F. C. N. Lænas COS. cum Cn. Manlio ann. CCCXCVI. Liv. lib. 7. 12. pr. Diodorus 16. Hic quum COS. effet, eodemque tempore facrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione & feditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, feditionemque cum auctoritate, tum oratione fedavit Hæc Cic. de Clar. Orat. 56.

C. Popillius Lænas, Legatus ad Antiochum, qui Ptolemæum regem, amicum populo Romano, obfederat, miffus, nuntiatum ut a fociis populi Romani abftineret: cunctantem, refponfumque differentem, virga circumfcripfit, ne ultra fpatium illud differendo exiret: ex quo territus Antiochus bellum omifit. Liv. lib. 45. 12. & Valer. Max. 6. 4. 3.

Popil-

Popillius Lanatus, sive Lænas, qui Ciceronem occidit patronum suum in causa capitis. Auctor Valerius Max. 5. 3. 4.

POPILLIUS, a, um. Adj. ut Popillia tribus. V. TRIBUS.

PŌPĪNA, æ. f. a Popa, [[illegible], [illegible]] Locus ubi publica opsonia, caroque cocta, ac delicate confecta venditur, comediturque: vel privatim ubi gulosa familia extraordinarie liguire & helluari consuevit, auctore Valla in Raudensem. Cic. 3. Philip. 20. Sed quum tam atroci edicto nos concitavisset, cur ipse non affuit? num putatis aliqua re tristi & severa? vino & epulis retentus, & alea est? si epulæ potius, quam popinæ nominandæ sunt. Hic pro Epulis ganeæ accipitur. Cic. 2. in Catil. 4. Quorum æs alienum, contractum in popinam, nullum Reipublicæ motum afferre poterat. Al. In popina.

Hujus in sedibus pro cubiculis stabula, pro triclinii popinæ sunt. Cic. 2. Philip. 69.

Arcana popina. V. ARCANUS.

Calidæ. Juvan. 11. Sat. 81.

Dives. Martial. lib. 5. 45.

Immundæ. Hor. 2. Serm. 4. 62.

Nigra. Martial. lib. 7. 60.

Tenebricosa. Cic. in Pison. 18. Tu ex tenebricosa popina Consul extractus, cum illa saltatrice tonsa, Senatum Reipublicæ occasum atque internum lugere vetuisti.

Tepidæ. Martial. lib. 1. 125.

Uncta popina, i. e. In qua coquuntur omnis generis opsonia. Hor. 1. Epist. 14. 21.

— fornix tibi & uncta popina

Incutiunt Urbis desiderium. [Gloss. Lat. Gr. Popina, [illegible] [illegible]. Puto excidisse Epitheton Horatianum, scribendumque Popina uncta. In iisdem Gloss. Popina, [illegible], [illegible]; & in Gr. Lat. [illegible] Popina, & [illegible], Popa, Popina, Taberna, Cauponium. conf. POPA. A Popano arcessit etymon Vossius, quod a [illegible]. Ego non dubito, quin sit a [illegible] Bibo, unde & Potus, Potio, Potura, Poto, Poculum, Pocillum, Poculentus &c. etsi pr. prod. Taberna certe hic non alia, quam Vinaria intelligitur. Solebant autem Vinarii contra vetitum cocta cibaria vendere. V. omnino Suet. Claud. 38. & 40 junge Tiber. 34. Ner. 16.

Inhalare popinam alicui. Cic. in Pison. 13. Et quum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses.

POPINĀLIS, e. Adj. [[illegible]] Quod ad popinam spectat. Columel. lib. 8. cap. 16. Jam enim celebres erant deliciæ popinales, quum ab mari deferrentur vivaria.

Luxuria popinalis. Apul. 8. Met. pr.

POPINĀRIUS, i. m. Qui popinæ præest. Firmic. lib. 4. cap. 6. Faciet pharmacopulas, aut popinarios. Et cap. 15. Faciet hospitem, popinarios, tabernarios. V. Lamprid. in Alex. cap. 49.

Beroald. de Vitellio in principio vitæ ejus, Poto & Popinaria, vide meas annotationes in Gellium. H. St.

POPĪNO, ōnis. m. [[illegible], [illegible]] Qui in popinis versatur, & helluatur. Suet. de Clar. Grammat. 15. Lurconem, & nebulonem, popinonemque appellans, & vita scriptisque monstrosum. Hor. 2. Serm. 7. 39.

Imbecillus, iners: sim quidvis, adde popino.

Popinones, inquit Non. 2. 705. vel hi, quos nunc dicimus Tabernarios, a popinis, vel Luxuriosi, qui se popinis dedunt. Varr. Modio, Quis poculis argenteis in chorum introibit? popino. Al. Argenteum chorum.

POPĪNOR, [[illegible], [illegible]] ari. Helluari & indulgere popinis. Julius Capitol. in 30. Tyr. cap. 29. Dum Gallienus popinatur, & balneis ac lenonibus deputat vitam.

POPINĀTIO, ōnis. f. [[illegible]] nuncupata est a Gellio lib. 10 cap. 17. quæ alio nomine dicitur Helluatio, quam Græci Asotiam vocant. Alii legunt Propinatio.

POPINĀTOR, ōris. m. Idem qui Popino. Macrob. 7. Saturn. 14. pr. Apud popinatores proponi.

POPLES, itis. m. pr. c. [[illegible], pl. [illegible]] Pars opposita genu. Dicta quod plicetur & curvetur. Columel. lib. 6. cap. 12. Si dolore nervorum claudicat, oleo & sale genua, poplitesque, & crura confricanda sunt, donec sanetur.

Defectus poples. Ovid. 13. Met. 477.

Firmus. Ovid. 15. Met. 223.

Lapsus. Lucan. lib. 3. 254.

Mollia nodosos facit internodia poples. Ovid. 6. Met. 256.

Succiduus. Ovid. 10. Met. 458.

Suspensus. Stat. 5. Silv. 4. 19.

Tensus. Stat. 9. Theb. 473.

Contendere poplitem. V. CONTENDO.

Deposito victum præbebat poplite collum. Lucan. lib. 2. 608.

Duplicato poplite ad terram incidit. Virg. 12. Æn. 927.

Excipere se poplitibus. Curt. lib. 6. 1. 14.

Flexo poplite sidunt. Stat. 6. Theb. 590.

Projiciet truncum submisso poplite corpus. Catul. 62. 370.

POPPÆUS, Nomen gentis Ro. male in Pompejus mutatum apud Isid. 5. 25. Ex qua Q. Poppæus Secundus, cum M. Papio Mutilo COS. A. U. C. 762. a quibus Lex Papia Poppæa de maritandis ordinibus lata est. Meminit Tacit. Ann. 3. 25. pr. & 28. §. 4. apud quem & Sabini, Silvani, Vopisci Poppæi memorantur.

POPPÆA, æ. f. [[illegible]] Cognomento Sabina, secunda Neronis Claudii Cæsaris uxor. Suet in Neron. cap. 35.

POPPÆUS, a, um. Adj. V. POPPÆUS, gentile, & Torrent. ad Suet. Aug. 34.

POPPÆĀNUS, a, um. Adj. [[illegible]] Quod ad Poppæam spectat, ut Poppæanum cataplasma, quod eo Poppæa uti solebat. Juven. 6. Sat. 461.

— rideodaque multo

Pane tumet facies, aut pinguia Poppæana

Spirat, & hinc miseri viscantur labra mariti. Sic legendum, non ut corrupte Calepinus Popana: & sunt Unguenta ex asinæ lacte composita ad conciliandum faciei decorem, quibus Poppæa uxor Neronis, ut ait Plin. lib. 11. cap. 41. utebatur.

POPPYSMA, ătis. n. [[illegible]] dicitur Sibilus tenuis ore emissus, vel vocis blandimentum: quod fit equis indomitis, cum tractatione manuum. Unde & quæ fit manibus Palpatio interpretari potest, ut apud Juven. 6. Sat. 583.

Præbebit vati crebrum poppysma roganti. I. e. Metoscopo & chiromanti roganti sibi manum ostendi & frontem, ut facere solent, præbebit crebrum poppysma, quod est adulabitur, assentabitur, captans ejus benevolentiam; ut sibi fata sua canat, & eum prope adorabit: vel potius, præbebit manum & frontem vati petenti & roganti se pro divino observari & haberi, & dum fata loquetur, cum admiratione & veneratione metuque poppysmis excipiet frequentibus.

Poppysmata cunni, puto Martial. aut Juvenalis. H. St. V. Schol. Vet. Juvenal. ad loc. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 6. 1. & Suid. Hesych. scribit [illegible], per ι. conf. Voss. Etymol.

POPPYSMUS, i. m. [[illegible]] a [illegible], quod est illisis manibus inter se, & palma cum palma collata plausum edere. Plin. lib. 28. cap. 2. Fulgetras poppysmis adorare, consensus gentium est. Poppysmis adorare fulgetras, id est eas adorare leviter complosis manibus cavis, velut ad deliniendum Jovem iratum. Manus enim cavæ complosæ poppysmum efficiunt, quæ vox fictitia est ad soni expressionem. Turneb. V. Alex. ab Alexandr. lib. 15. cap. 13. Hard. ad Plin. l. c.

POPPYZON, ontis. m. [[illegible]] Demulcens, blande attrectans, vel Sibilans. Plin. lib. 35. cap. 10. Quum pingeret poppyzonta retinentem equum. V. Hard. not.

POPULNEUS, POPULNUS, V. POPULNA, fem. gen.

POPULONIA, æ. f. & Fulgora, nomina Dearum apud Senecam in libro de Superstitione. Juno Populonia ab Augustino dicitur lib. 6.

POPULŌNIA, æ. f. [[illegible]] Hetruriæ civitas juxta Pisas, auctore Virg. 10. Æn. 172. & Pomponio Mela lib. 2. 4. Hodie *Piombino*. Vulgo *Piombino*.

POPULONIUM, i. n. [[illegible]] Tuscorum promontorium. Ptolemæo lib. 3. cap. 1. *Baratto* portus hodie. Civitas eadem ac superior Plin. 3. 5.

PŎPŬLUS, i. m. [δῆμος, λαὸς] singulari numero, Unius civitatis multitudinem significat. Virg. 1. Æn. 21.

Hinc populum late regem, belloque superbum. Populus, Multitudo hominum, juris consensu & concordi communione sociata.

Populum & Plebem distinguit Gell. lib. 10. cap. 20. In populo omnis pars civitatis omnesque ejus ordines continentur. Plebs vero ea dicitur, in qua gentes civium patriciæ non insunt.

Populi plebisque Romanæ Plinius in Panegyrico p. 28. meæ edit. Ut partem aliquam populi plebisque Romanæ aleret ac tueretur. Vulgo tamen dicitur S. P. Q. R. Senatus, populusque Romanus. H. St.

Populus princeps terrarum, Romani dicuntur. Plin. lib. 22. cap. 3.

Favor populi. Ovid. 4. Fast. 867.

Pars populi. Ovid. 2. Fast. 531.

Stultaque pars populi quæ sit sua curia nescit.

Populi, in plurali, Diversarum civitatum multitudo. Virg. 1. Æn. 225.

Æthiopum populi. Ovid. 2 Met. 236.

Æstus populorum. Hor. 1. Epist. 2. 8.

Stultorum regum, & populorum continet æstus.

Rector populorum. Ovid. 7. Met 487.

Regnator. Hor. 3. Carm. 30. 12. Al. Regnavit.

Acres populi. Sil. lib. 13. 699.

Armati. Claud. de Bell. Gildon. 46.

Æger. Senec. OEdip. 10.

Audax. Virg. 4. Æn. 615.

Auritus. V. AURIS.

Contumax. Senec. Thyest. 8.

Degener. Lucan. lib. 2. 432.

Exsanguis. Stat. 12. Theb. 22.

Frequens. Hor. 1. Carm. 35. 14.

Furens. Lucan. lib. 1. 68.

Hilaris. Ovid. 3. de Arte Am. 518.

Indomiti. Lucan. lib. 4. 146.

Innumerus. Sil. lib. 13. 525.

Integerrimi diuturna pace. V. INTEGER.

Lati. Virg. 1. Æn. 15.

Levis. Hor. 2. Epist. 1. 108.

Magnus. V. MAGNUS.

Nobilis. Juven. 15. Sat. 113.

Potens. Lucan. lib. 1. 2.

Præceps. Lucan. lib. 1. 487.

Rudis. Ovid. 1. Fast. 38.

Silens populus, Inferi. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 237.

Tributus populus. Hor. 2. Serm. 1. 69. — atqui

Primores populi arripuit, populumque tributim. I. e. Summi & infimi a Lucilio illo satirici acerbitate vulnerati sunt. Plerique omnes legunt Tributim: at quum Primores dixerit, & plebem significare proximo casu debuerit, Tributum Turnebus legendum censet. Tribus enim ignobiliorum erant: & Plinius quodam loco Tribus pro pauperioribus dixit, & ab eodem Horatio Conviva tribulis appellatur, non dives. Idem tamen sensus efficitur Tributim legenti, sed non tam commode respondet. [Tributim in omnibus MSS. & editis. Significat autem Totum populum, [illegible].

Trux. Stat. 10. Theb. 121.

Compescere populos tumentes. V. COMPESCO.

Concedere populo usum loquendi. Cic. in Orat. 160.

Concionari apud populum. V. Concionor, in CONCIO.

Conscribere populum. V. CONSCRIBO.

Contemnere voces populi. Hor. 1. Serm. 1. 65.

Contundere populos feroces. Virg. 1. Æn. 268.

Convocare populum in tribus. V. CONVOCO.

Inspectante populo. V. INSPECTO.

Lenire feroces populos. Claud. de 4. Cons. Hon. 478.

Pascere populum frumenti copia. Hor. 1. Epist. 15. 14.

Profectus ad bella. Ovid. 1. Fast. 179.

Regere populos imperio. Virg. 6. Æn. 851.

Spectaret populum ludis attentius ipsis. Hor. 2. Epist. 1. 197.

Tueri populum sub religione. Virg. 2. Æn. 188.

Velit tene magis populus salvum, an populum tu. Hor. 1. Epist. 16. 27.

Populus fundus factus. Festus, Populus fundus dicitur ei rei quam alienat, id est auctor. Ex quo intelligimus apud Cic. pro Corn. Balb. 20. Fundum populum fieri, qui auctor fit. Negat enim eo loco Cicero in mutanda civitate opus esse populi auctoritate, quum ita cuique sua constet libertas, ut ex urbe, cujus est civis, si velit demigret, alioque domicilium sedemque conferat & collocet, &, si in civitatem aliquam adsciscatur, ei

ei se dicare possit relicta germana patria: quod idem juris Romanis ait esse comparatum. Meminit Gellius 16. 13. & fusius Turneb. 4. Adverf. 12. quem vide.

Populus pro quavis Turba, seu multitudine dicitur. Justin. 10. 1. 6. Ubi in tanto populo (scil. filiorum) non solum sociari, verum etiam fileri patricidium potuit.

De apibus. Columel. lib. 9. cap. 13. de remediis apum laborantium morbo, Id ne fiat, duo populi conjungi debent, qui possint adhuc integras ceras explere.

Dicitur etiam de avibus. ut, Aëreos populos. Manil. 5. 363.

POPLUS, i. m. pro Populus dixit Plaut. Amph. 1. 1. 103. Thebano poplo. V. ibi Taubm. & Camerer. conf. Casin. 3. 2. 6. & Most. 1. 1. 14.

PŎPELLUS, i. m. dimin. [δημίδιον] Parvus populus. Pers. 4. Sat. 15.
Ante diem blando caudam jactare popello.
Tunicatus popellus. Hor. 1. Epist. 7. 65.
—Vultejum mane Philippus,
Vilia vendentem tunicato scruta popello,
Occupat, ac salvere jubet &c.

POPULĀCIA, orum. n. pl. ut Nugalia, vel puerilia. Laberius, Late loquentibus, Et dum populacia agimus per ludum. Hæc Nonius 2. 630. Al. Popularia. [Puto certe aliquid vitii subesse.

POPULĀRIS, e. Adj. [δημοτικός, ἰδιωτικός, λαϊκός, δημοχαριτής] Quod est populi. Hor. de Arte Poet. 81.
Alternis aptum sermonibus, & popolares
Vincentem strepitus, & natum rebus agendis.
Ars popularis rhetorum. Cic. 3. de Fin. 3. Item ipsæ rhetorum artes, quæ sunt totæ forenses atque populares, &c.
Populares, id est Populo accommodatæ. H. St.
Aura. Hor. 3. Carm. 2. 20. Cic. de Arusp. Resp. 43. Sulpicium ab optima causa profectum, Cajoque Julio, Consulatum contra leges petenti, resistentem, longius, quam voluit, popularis aura provexit.
Auris popularibus gaudens. Virg. 6. Æn. 816.
Auris popularibus impelli. Lucan. lib. 1. 132.
Cædes. Ovid. 12. Met. 111.
Cœtus popularis & forensis. Cic. 4. Acad. 6.
Commemoratio. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Conciones populares, Pontanus 394. de sermone, qui habetur ad populum. H. St.
Delectatio. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Dictio. Cic. in Brut. Et vero fuit in hoc & popularis dictio excellens. i. e. Ad conciones popolares maxime accommodata. De L. Crasso loquitur.
Genus dicendi populare. Cic. In Brut. 136. Sp. Torius satis valuit in populari genere dicendi. i. e. Ad popularem sensum accommodato, grato, jucundo, quo populus in primis delectatur: in quo versantur mediocres oratores, & qui populo gratificari volunt.
Fama popularis. Cic. 2. de Fin. 48. Ut consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum, quod est populari fama gloriosum.
Lex popularis, i. e. Quam populus sanxit. Cic. 2. de Legib. 9.
Nomine populari appellari. Plin. lib. 13. cap. 4. i. e. Nomine vulgo usurpato a populo.
Persuasio. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Ratio. Cic. 1. de Legib.
Sacra popularia, ut Labeo ait, sunt Quæ omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa sunt, ut Fornacalia, Parilia, Laralia, Porca Præcidanea. Hæc Festus. Sic dicta, quod popolo grata essent, quum in populum missio fieret ab iis qui gratiam plebis quærebant: & hoc duplici modo: aut de Repub. bene sentiendo: & ea quæ ad populi salutem spectant, recta cum ratione agendo: aut largiendo & adulando, vel aliis corruptelis benevolentiam captando. [Immo V. Jos. Scalig. not.
Sacrum populare prætorum curâ & impensa fiebat, ut innuit. Martial. lib. 10. 41.
Sensum ad vulgarem popularemque accommodata oratio. Cic. 1. de Orat. 108.
Sermo. Senec. Herc. fur. 352.
Studiis popularibus munitus. Claud. in 2. Conf. Stilich. 36.
Turbæ. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Usus popularis & civilis. Cic. 3. de Legib. Non ad hunc usum popularem atque civilem de Republica disserebant.
Popularis, Ad aucupandam populi gratiam pertinens, ut
Animus vere popularis, & saluti populi consulens. Cic. 4. Catil. 9.
Homo maxime popolaris, qui omnes rumorum & concionum ventos colligere consuesset. Cic. pro Cluent. 77. de L. Quintio.
Jactatio. V. JACIO.
Imperium extraordinarium semper populare atque ventosum est. Cic. 11. Philip. 16.
Ingenium. Liv. 2. 24. Cui ingenium magis populare erat.
Perniciose popolaris civis. Cic. 3. de Legib. 26. Sapientis autem civis fuit, causam nec perniciosam, & ita popularem, ut non posset obsisti, perniciose populari civi non relinquere.
Fieri popularem. Cic. de Arusp. Resp. 43. Saturninum quod in annonæ caritate Quæstorem a sua frumentaria procuratione Senatus amovit, eique rei M. Scaurum præfecit, scimus dolore factum esse popularem. Id est, quod prius dixerat, A gravitate patrum desciscere.
Popularis, id est assentator, & levis civis; Constans, severus & gravis: contraria. Cic. de Amicit.
Popularis, Humilis, vilis, e populoque factus, interpretatur Donatus ad Ter. Phorm. 1. 1. pr. Plaut. Præstat divitem esse ac popularem, quam nobilem & mendicum.
Popularis, e. Adj. ejusdem popoli. ut,
Flumen populare, Ejusdem regionis. Ovid. 1. Met. 577.

POPULĀRIS, is. m. [ὁμόδημος, δημότης] Civis, & unus ex populo. Ter. Adelph. 2. 1. 1.
Obsecro, populares, ferte misero atque innocenti auxilium. Cic. 4. Acad. 18. At hoc Anaximandro, populari & sodali suo, non persuasit.
Implevit popolares laudibus & meritis Scipionis. V. IMPLEO.
Popularis, de gliribus. Plin. lib. 8. cap. 57. Qua in re notatum, non congregari, nisi populares ejusdem silvæ: & si misceantur alienigenæ, &c.
Popularis, pro Subdito. Liv. lib. 32. cap. 5. Non hostes modo timentem, qui terra marique urgebant: sed nunc sociorum, nunc etiam popularium animos. i. e. Suorum subditorum. De Philippo loquens. Salustius Bell. Jug. 74. pr. Dubitare, virtuti an fidei popularium minus crederet. De Jugurtha. Budæus.
Populares, quos vulgus vocat Compatriotas. Suet. in Neron. cap. 44. Initio statim tumoltus, multa & immania creditur destinasse: quicquid ubiqoe exsulum, qoicquid in Urbe hominum Gallicanorum esset, contrucidare: illos, ne desciscentibus aggregarentur: hos, ut conscios popularium suorum atqoe fautores: Gallias exercitibus diripiendas permittere, &c. Liv. 8. 26. Ludibrium, non externis modo, sed etiam popularibus.
Popularis, inquit Donatus. A fortuna, ejusdem conditionis, gentisque, furtis, & fortunæ. Ter. Phorm. 1. 1. 1.
Amicus summus meus, & popularis Geta.
Popularis conjurationis, vel sceleris, pro Conscio, vel participe. socio, consorte, vel fautore. Sallust. in Catil. cap. 24. Igitur comitiis habitis Consules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. Quod factum primo populares conjurationis concusserat. Paulo ante cap. 22. pr. Fuere ea tempestate, qui dicerent, Catilinam, oratione habita, quom ad jusjurandum populares sceleris sui conscios adigeret, humani corporis sanguinem vino permistum in pateris circumtulisse, &c

POPULARIA, um. n. plur. Loca erant, sive sedilia in theatro, in qoibus populus sedens spectare consueverat: sicut Equestria dicuntur, loca in quibus Equites sedentes spectabant. Sueton. in Domitian. cap. 4. Die proximo omne genus rerum missilia sparsit; & quia pars major intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestris ac senatorii ordinis pronuntiavit.

POPULARĪTER, Adv. More popoli. Cic. in Somn. Scip. 17. Homines enim populariter annum tantummodo Solis, id est unius astri reditum metiuntur.
Loqui populariter. Cic. 2. de Fin. 17. Sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, qoam necesse est, quum populariter loquatur, esse interdum paulo hebetiorem.
Populariter, & Limate scriptum, contraria. Cic. 5. de Finib. 12. Duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, qood ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius.
Populariter, Affabiliter, humaniter, & cum gratia populi. Juven. 3. Sat. 37. —& verso pollice vulgi,
Quemlibet occidunt populariter. Al. Vulgus, Quum libet.
Populariter & Moderate, contraria. Cic. pro Sext. 37.
Agere populariter. Cic. 3. Verr. 151. Et me populariter agere, atque invidiam commovere, quod puerum producerem, clamitavit. i. e. Studiose erga plebem, & invidiose in ordinem Senatorium.

POPULARITAS, ātis. f. [δημότης] Populi conjunctio, Amicitia, quæ ejusdem patriæ habitatione contrahitur.
Popolaritas, [δημαγωγία] Gratia in popolo. Plin. 6. Epist. 31. Dixit caosam Claudius Ariston, princeps Ephesiorum, homo munificus, & innoxiæ popularitatis. i. e. Populo gratus sine damno alicujus. Quintil. lib. 5. cap. 9. Unde Spurii Melii, Marcique Manlii popularitas signum affectati regni fuit existimatum. Plin. lib. 33. cap. 2. Judicum autem appellatione separari eum ordinem primi omnium instituere Gracchi, discordi popularitate, in contumeliam Senatus.

POPULĀTIM, Adv. [κατὰ δήμους] Per populos. Non. 2. 628. q. V. Apulejus, Populatim ab omni provincia revocatus,
Populatim, Catervatim & in universum. Cæcilius, Ego perdidi te, qui omnes servos perdo populatim. Nonius 2. 659. [i. e. πανδημεί.

POPULŌSUS, a, um. Adj. Apul. 8. Met. p. 212. Elmenh. Civitas populosa. Compar. Veget. de Re Milit. 3. 19. Populosior (militum) globus. Superl. Solin. cap. 52. In Gange insula est populosissima.

POPULOSĪTAS, ātis. f. Arnob. 3. p. 102. Populositas summa. V. Fulgent. Mythol. 1.

POPLICOLA, POPLICUS, V. PUBLICOS.

POPULIFUGIA, orum. n. Funesta populi Romani festa, quibus suas fugas Romanus populus, hostium repentinis incursionibus exagitatus, testabatur. Varro de L. L. 5. 3. & Macrobius Sat. 3. 2.

POPULISCITUM, i. n. Decretum populi. Nepos 7. 5. 4. Populiscito restituitur.
Parere populiscito. Idem 15. 7. 4. Sed divise habet Liv. 45. 25. [Nec dubito quin ubique divise scribendum sit, ut Senatus & Senati Consultum, Plebis Scitum &c.

POPŬLO, [δημαγωγῶ] āre. Amorem populi conciliare. Pacuvius Chryse, Atqoe ut promeruit, pater mihi patriam populavit meam. Nonius 1. 185.

PŎPŬLO, āre. & PŎPŬLOR, [λῃζω, δηιόω, πορθέω, πορθέω, ἐξαλαπάζω, λεηλατέω] āri. Prædari, Vastare. Virg. 1. Georg. 185.
—populatque ingentem farris acervum. Propert. lib. 3. 18. 29. Hic olim ignaros luctus populavit Achivos.
Agros populari. Cic. 5. Verr. 130.
Mœnia populari dejecto vallo, i. e. Urbem. Lucan. ad Pison. 192.
Ferro populari & igni. Lucan. lib. 2. 445.
Penates ferro populare. Virg. 1. Æn. 531.
Vi populare. Virg. 12. Æn. 263.
Artus cura populatur. Senec. Hippol. 4.
Formam populabitur ætas. Ovid. de Medic. faciei 45.
Ora lapis durus pulchra populatur. Senec. Hippol. 10.
De alia signif. V. in POPULATIO.

POPŬLANS, antis. Partic. [λῃζων] ut,
Flamma populante capillos. Ovid. 2. Met. 319.
Igne furtivo populante venas. Senec. Hippol. 3.

POPULANDUS, a, um. Partic. [λῃιστέος] ut,
Tradere terras populandas. Ovid. 1. Met. 249.

POPULATUS, a, um. Partic. [πορθηθείς] Cic. 5. Verr. 122. Ejectos aratores esse dico, agros vectigales vexatos atque exinanitos a Verre, populatam, vexatamque provinciam.
Arva populata nostro Marte. Hor. 3. Carm. 15. 24.
Tempora populata, raptis auribus, Debilitata. Virg. 6. Æn. 496.
Active. Virg. 12. Æn. 524.
Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt.
Quisque suum populatus iter. & Stat. 3. Theb. 221.
— populatus cædibus urbes. Idem 5. Theb. 1.
Pulsa sitis fluvio, popolataque gurgitis alveum Agmina, &c.

POPU-

POPULĀBUNDUS, a, um. Adj. [ἐξαλαπάζων] Qui populatur. Liv. 1. 15. In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quam justi more belli. Adde 2. 60.
Populabundi, λεηλατοῦντες. Populabundus agros ad oppidum pervenit. Gell. libri XI. capite 1. ex Sisenna. H.St. Ubi Participiale nomen casum regit.

POPULĀTIO, ōnis. f. [πόρθησις] Liv. 3. 2. extr. Æquos populationibus incursionibusque meliores esse.
Populatio volucrum. Active. Columel. lib. 3. cap. 21. Aut si maturitatem serotini exspectes, amittat vindemiam præcocem, quæ plerunque populationibus volucrum, pluviisque aut ventis lacessita dilabitur.
Morum populatio. Passive. Plin. lib. 9. cap. 34. Quum populatio morum atque luxuria, non aliunde major, quam e concharum genere proveniat.
Esse in populatione. Liv. lib. 2.
Facere populationem. Liv. lib. 3. 3.
Prohibere populatione. Cæsar 1. Bell. Gall. cap. 15. extr.
Populatio est etiam Turba populi. Sedul. in Johan. 1. 11. seu Carm. lib. 4. v. 257.
Flebant germanæ, flebat populatio præsens. ubi not. Cellar. V. [Hinc Gall. *Populace*. Aliter in Gloss. Gr. Lat. Δημοσίευσις, Populacio, Publicacio, & Δημεύω, Proscribo, populor.

POPULĀTUS, ûs. m. [λῄωσις] Lucan. lib. 2. 544.
Ardent Hesperii sævis populatibus agri. Et Claud. 1. in Eutrop. 204. — squalent populatibus agri.

POPULĀTOR, ōris. m. [πορθητής] ut, Trojæ populator. Ovid. 13. Met. 655.
Agri sensit Arcadii populator. Senec. Agamemn. 9.
Civitatis populator eversorque. Quintil. Decl. 12. 24. p. 266.
Operis nostri vivit adhuc populator Achilles. Ovid. 12. Met. 593.
Opum populator Luxus. Claud. 1. in Ruff. 35.

POPULĀTRIX, īcis. f. [πορθήτρια] Martial. lib. 13. 104.
Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti,
Pallados a silvis nobile nectar apis.
Catervæ populatrices. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 167. V. Stat. 3. Silv. 2. 98.

POPULĀBĬLIS, e. Adj. [πορθητός] Populationi obnoxium. Ovid. 9. Met. 262.
Interea, quodcunque fuit populabile flamma,
Mulciber abstulerat.

POPULĬTO, āre. frequent. Lege 21. D. §. de Appellationib. Cum populitarentur ab adversario.

PŌPŬLUS, i. f. [αἴγειρος, λεύκη Gl. L. Gr.] Arbor, a frondium multitudine sic appellata. Plin. lib. 17. cap. 11. Populos & fraxinos, quia festinantius germinant, disponi quoque maturius convenit. Cic. 1. de Legib. 15. Sic nos inter has procerissimas populos in viridi opacaque ripa inambulantes, &c. Virg. 7. Ecl. 67.
Populus in fluviis, abies in montibus altis.
Populi duo genera: est enim Alba populus, quæ Græcis λεύκη, Gallis *tremble* appellatur, fertque uvas unguentis dicatas, quas *brya* appellant. Est & Populus nigra, Græcis αἴγειρος dicta, fronde angustiori, scabriore cortice, in totum strigosior, nullum fructum ferens. Ruell.
Alba. Hor. 2. Carm. 3. 9.
Alta. Tibul. lib. 1. 4. 30.
Ardua. Claud. in præfat. lib. 2. de Rapt. Proserp. 21.
Candida. Virg. 9. Ecl. 41.

PŌPŬLEUS, a, um. Adj. [αἰγείρινος] Quod est populi arboris, aut ex ea factum. Virg. 4. Georg. 511.
Qualis populea mærens philomela sub umbra.
Corona populea. Hor. 1. Carm. 7. 23.
Tempora populea fertur vinxisse corona. Populo autem Teucer se potius coronavit, quam alia fronde, vel quod ea arbor esset Herculi sacra, magnis ærumnis laboribusque perfuncto: vel ad bacchantium coronas, & genio indulgentium respexit. Et sane probabilius est, ut lætitiam præ se ferret, aliosque bene sperare juberet. Demosthenes pro Ctesiphonte, τοὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθῳ καὶ τῇ λεύκῃ. ubi Grammatici annotant, ἐστέφοντο οἱ τοῖς Βακχικοῖς τελούμενοι τῇ λεύκῃ, διὰ τὸ χθόνιον μὲν εἶναι τὸ φυτὸν, χθόνιον δὲ καὶ τὸν τῆς Περσεφόνης Διόνυσον. τῇ δὲ λεύκῃ στεφανῶσαι φασὶν αὐτὸν τὸν Ἀχέροντα, ὅθεν καὶ ἀχερωίδα καλοῦσιν αὐτὴν παρ' Ὁμήρῳ. Ex Turneb. 11. 26.
Frondes populeæ. Virg. 8. Æn. 32.

POPULNEUS, a, um. Adj. [αἰγείρινος] Idem. Columel. lib. 6. cap. 3. Probaturque maxime ulmea, post fraxinea, & ab hac populnea frons.

POPULNUS, a, um. aliud Adj. [αἰγείρινος, λεύκινος] Idem. Plaut. Casin. 2. 6. 32.
Sed mane dum: num ista aut populna sors, aut abiegna est tua? ubi Salmas. V.

POPULĬFER, a, um. [αἰγειροφόρος] Adj. ut, Padus populifer. Ovid. 2. Amor. 17. 32.
Populifer Spercheos. Ovid. 1. Met. 579.

POPULĒTUM, i. n. [αἰγειρών] Locus populis consitus. Plin. lib. 14. cap. 6. Antea Cæcubo erat generositas celeberrima in palustribus populetis.

POPYSMA, V. POPPYSMA.

P O R

PORCA, æ. f. in agro. Varro de R. R. lib. 1. cap. 29. Quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porrigat. Hæc Varro. conf. Fest. Vel dicitur a Porcendo antiquo verbo; quod ultra se jaci semina prohibeat. Columel. lib. 2. cap. 4. Liras rustici vocant easdem porcas, quum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos, medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. Sed & Triginta pedum latitudinem, CXXV longitudinem, Porcam vocabant, eodem auctore lib. 5. cap. 1. Campani (inquit Hermolaus Barbarus) hodie Porcas vocant Pulvinos sive hortulos, in quibus veluti sulcatim sua cujusque generis olera feruntur. Id genus & Areæ dicuntur apud Columellam. Festus, Porcæ appellantur rari sulci, qui ducuntur aquæ derivandæ gratia: dictæ quod porceant, id est prohibeant aquam frumentis nocere. Cic. 2. de Legib. 55. Quemadmodum os rejectum terræ obtegatur, quæque in porca contracta jure sint, quo tempore incipiat sepulcrum esse, & religione teneatur. conf. LIRA.

PORCŬLĒTUM, i. n. Plin. lib. 17. cap. 2. de sulco & vinearum putatione, Quiescere ventus sationis die utilissimum. Plerique Austros optant, Cato abdicat. Interesse medio temperamento inter binas vites oportet pedes quinos. Minimum autem læto solo, pedes quaternos, tenui plurimum octonos. Umbri & Marsi ad vicenos intermittunt arationis gratia in his quæ vocant porculeta. Hermolaus Porculetum ait idem significare quod Porca, hoc est pulvinum, sive hortum, in quo veluti sulcatim sua cujusque generis olera feruntur.

PORCA, PORCELLIO, PORCELLUS. V. PORCUS.

PORCEO, [πόρρω εἴργω ἐλαύνω] ēre. pro Porro arcere, dictum ab antiquis, teste Festo: sive Prohibere, ut ait Nonius 1. 305. Lucil. lib. 6.
— non te porro procedere porcent. Obsoletum verbum, syncopatum ex Porro & Arceo. [Vet. Gloss. Porceo, βιάζομαι.

PORCIA gens Plebeja Romæ fuit, Tusculo oriunda, auctore Plutarcho in Catone Censorio, & Tacito 11. Ann. 24. 3.
Est autem M. Porcius Cato [Μάρκος Πόρκιος Κάτων] princeps hujus gentis, qui Priscus primo, deinde quia multarum rerum usum haberet, Cato, teste Plutarcho, appellatus est, quod cognomen posteri retinuerunt. Idem quoque a Censura severe administrata Censorius dictus est, & in summa senectute, quia multa ejus in senatu, multa in foro vel provisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acute ferebantur, Sapientis cognomen adeptus est. Testis Cic. 3. Off. 16. & in Lælio 6.

PORCIA, æ. f. [Πορκία] Nomen mulieris ex eadem familia. Fuerunt autem celebres duæ, Major & Minor. Porcia Minor Catonis Uticensis filia, M. Bruto nupta, quum laudaretur apud eam quædam bene morata, quæ secundum habebat virum, respondit, Felix & pudica matrona nonnisi semel nupserit.

PORCIUS, a, um. Adj. ut
Porcia Lex a M. Porcio Læca dicitur, qui Leges Valerias de provocatione ad populum renovavit, & graviore pœna animadvertit in eos, qui civem Romanum verberassent vel necassent. V. Liv. 10. 9. conf. Cic. pro C. Rabir. 8. Et 5. in Verr. 144.

PORCULĒTUM, V. PORCA supra.

PORCUS, i. m. [χοῖρος] notum animal. Porcus (inquit Varro lib. 2. de R. R. cap. 4.) Græcum nomen est antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum vocant χοῖρον.
Porcus dictus est, quod porrecto rictu pascatur, & terram dum herbarum radices rimatur, latius porrigat. Varro vero de L. L. lib. 4. 19. Porcus, ait, quod Sabini dicunt de aprino porco Poridus, inde Porcus: nisi a Græcis, quod Athenis in libris sacrorum scriptum est, πόρκῳ καὶ πόρκῳ.
Bimestris. Hor. 3. Carm. 17. 15. Porca legit Cuning.
Sacri porci, i. e. Puri, integri, & idonei sacrificiis. Plaut. Rud. 4. 6. 4.
Saginatus. Propert. lib. 4. 1. 23.
Serarius porcus. Cato de R. R. cap. 150. Mense decimo ab coactore releget porcos serarios, in oves denas singulos pascat. Qui porci sint serarii adhuc quæritur. Turnebus 7. 5. eos intelligit in isto Catonis capite, Qui sero ovium nutriuntur. Denæ enim oves sero lactis sui porcos singulos pascere possunt. Quidam codd. Sectarios legunt. [Ego autem Porcellos intelligi puto, quos sero ovillo, ex caseo (opinor) residuo, alebant. Sic dubium de sufficiente seri copia tollitur, quod viri docti moverunt. Exempla infra habes, ubi Porcus, pro Porcello ponitur.
Abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle villa locuples. Cic. de Senect. 56. [I. e. Porcina, hœdina, agnina, gallinis, &c.
Dare piaculum porco femina. Cic. 2. de Legib. 57.
Immolare porcum. Hor. 2. Serm. 3. 165.
Porcus [χοίριον] pro Porculo & lactente. Columel. lib. 7. cap. 9. Quum jam herbæ solidiores sunt, ut & firma lactis maturitas porcis contingat.
Candidulus porcus. Juvenal. 10. Satir. 355.
Lactens. V. LAC.
Tralate pro Homine pingui. Hor. 1. Epist. 4. 16.
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.
Porcus Trojanus, cujus in lege Fannia sumptuaria mentio facta est, dicebatur, Qui mensis inferebatur aliis animalibus farctus: ut olim equus ille Trojanus, armatis inclusis, gravidus in urbem Trojanam illatus esse dicitur. Budæus de lege Fannia. V. Gellius lib. 2. cap. 24. & Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 17. Plin. lib. 10. cap. 50.

PORCA, æ. f. [χοῖρος] a Porcus: cujus exemplum est apud Caton. R. R. cap. 134. Prius quam porcam feminam immolabis. Vetus exemplar habet Porcum feminam. & Ibidem paulo ante, Porco femina. Quam puto veram lectionem. Si enim Porca dixisset, quid opus erat addere Femina? Virg. 8. Æn. 641.
Stabant, & cæsa jungebant fœdera porca. Dixit autem Porcam feminino genere, pro Porco, ut & Servius annotavit. Quintil. lib 8. cap. 3. p. 684. Burm. Quædam, non tam ratione, quam sensu judicantur: ut illud,
— cæsa jungebant fœdera porca. Fecit elegans fictio nominis. Quod si fuisset Porco, vile erat.
Porcam auream & argenteam dici ait Capito Atejus, quæ etsi numero hostiarum non sint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi sacrificio Ceriali. Festus.
Porcæ effigies inter militaria signa quintum locum obtinebat, quia, confecto bello, inter quos pax fieret, cæsa porca fœdus firmari solebat. Paulus.
Avida porca. Hor. 3. Carm. 23. 4.
Lactens. Ovid. 2. Fast. 656.
Præcidanea. Cato de R. R. cap. 141. conf. Popularia sacra in POPULUS.
Porca, ex Varrone de R. R. 2. 4. Natura appellatur, qua mulieres sunt: sic a Græcis pars illa quæ honeste nominari non potest, χοῖρος vocatur. Annotavit Turnebus. Al. Porcus. m.

PORCETRA, æ. f. Porcetra est, quæ semel tantum peperit, [χοῖρος, aliis ἄτοκος] ut Stropha, vel Scrofa, quæ sæpius. V. Gell. lib. 18. cap. 6.

PORCĪNUS, a, um. Adj. [χοίρειος] Quod est ex porco. Plaut. Capt. 4. 2. 69.
Vox porcina. Senec. de Ira, 2. 12.

PORCINĀRIUS, i. m. [χοιροπώλης] Qui carnes porcinas vendit. Plaut. Capt. 4. 3. 5.
Quanta laniis lassitudo, quanta porcinariis? [Hoc Adj. formatur a substantivo Porcina, æ, f. subaudito Caro. Vet. Gloss. Porcina, χοίρεια.

PORCĀRIUS, a, um. Adj. [χοίρειος] Idem quod Porcinus. ut, Porcaria vulva. Plin. lib. 11. cap. 37.

PORCĀRIUS, i. m. [χοιροβοσκός] Porcorum custos. Jul. Firmicus lib. 3. cap.

cap. 6. Faciet etiam armentarios, bubulcos, pastores, equorum domitores, porcarios, & his similes.

PORCULUS, i. m. dimin. [δέλφαξ] Plaut. Men. 2. 2. 38.
Porculus marinus, apud Plin. lib. 9. cap. 15. pr.
Porculus, in torculari vinario, vocatur Batillus aut uncus in media circiter fuccula, qui figebatur ut teneret funem, & dum versabatur fuccula, circumplicabatur. Cato de R. R. cap. 19. Porculum in media fuccula facito. Iterum, Ubi porculum figere oportebit. Monuit Turnebus. 7. 25.

PORCULATIO, ōnis. f. [χοιροτροφία] Porculorum lactentium nutricatus, Antiquis dicebatur. Varro lib. 2. de R. R. cap. 4. In nutricatu, quam porculationem appellabant, biois mensibus porcos finunt cum matribus: sed eos, quum pasci jam possunt, secernunt.

PORCULĀTOR, ōris. m. [χοιροτρόφος] Qui curat porcellos lactentes. Columel. lib. 7. cap. 9. Itaque porculatoris maximum officium est, ut unamquamque cum prole claudat. Sic lib. 1. in præfat. Porculatoris vero & subulci diversa professio, diversæ pastiones.

PORCELLUS, i. m. Aliud Dimin. [δελφάκιον] Varr. 2. de R. R. cap. 4. Subulcus facile despicere possit, ne quis porcellus a matre opprimatur. Suet. Neron. cap. 33. Iterum ac sæpius recoctum, porcello objecit.

PORCELLĪNUS, a, um. Adj. ut, Caro porcellina. Th. Priscian. de Diæt. cap. 6. V. Apic. de Re culin. 4. 3.

PORCELLIO, ōnis. m. Vermiculus, qui & Millepes. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. Porcelliones, id est onisci, animalia quæ humectis locis nascuntur.

PORDACA, æ. f. Vasis genus. Ammian. 28. 4. ad fin. Lucanicus cum pordaca & salsula. [Immo totidem plebeja cognomina sunt, seu vera, seu a scriptore conficta.

PORDŌSĒLĒNA, es. f. [Πορδοσελήνη] Insula est ante Ephesum, cum orbe ejusdem nominis, quam nonnulli, rei turpis in voce mentionem fugientes, Poroselenen appellarunt. Stephan. & Plin. lib. 5. cap. 31. Etenim πορδὴ Græcis ventris crepitum significat.

PORRASTRUM, i. n. Portulaca. Apul. de Herb. cap. 103. [*ir.* Porrastrum.

PORNA, es. f. [πόρνη] Scortum, Meretrix. Sed & Fornix ac Lupanar. Pornæ a Justiniano Aut. 8. tit. 6. de Consulib. cap. 1. in Novel. juxta Haloandri interpretationem commemorantur inter spectacula, quasi Floralia, quæ per meretrices & perditissimorum hominum genera celebrabantur. Vulgo sic editur. Quintum quoque faciet processum, qui ad theatrum ducit, quem adorna vocant. In aliis Aponna. In Græc. & Jul. Pornas, vel Apooroa. Ita ut lectio incerta sit.

PORNOPION, onis. m. Pornopioni Apollini sacra facere dicuntur Bœotii, ne muribus provincia obnoxia reddatur. Alexandrinus Alexander, lib. 1. cap. 13. [Immo Παρνόπιος dictus est. V. Pausan. Attic. p. 22. extr. Wach.

POROCELA, V. INTEROCELA.

POROSELANE, [Ποροσελήνη] Insula, cum ejusdem nominis oppido, non longe ab Epheso. Plin. lib. 5. cap. 31. V. PORDOSELENA.

PORPHŸRA, æ. f. Latine dicitur Purpura. πορφύρα. Diosc. 2. 4. Porphyras Romani purpuras dicunt.

PORPHYRIO, ōnis. f. [πορφυρίων] Avis quæ sola morsu bibit, cujus crura prælonga rubent & rostrum. Hæc a nonnullis Pelicanus dicitur. V. Plin. lib. 10. cap. 46. &

PORPHYRION, ōnis. m. Unus ex gigantibus. Martial. lib. 13. 78.
Nomen habet magni volucris tam parva gigantis,
Et nomen Prasini Porphyrionis habet. & Hor. 3. Carm. 4. 54.

PORPHŸRIS, idis. f. [Πορφυρὶς] Insula in sinu Lacooico sita, quinque millibus passuum a Maleæ promontorio distans: postea Cythera dicta, ob memorabile templum, quod in hac Insula est Veneri factum. Plin. lib. 4. cap. 12.
Est & altera ejusdem nominis insula, duodecim non amplius passuum millibus distans a Cnido, alio nomine Nisyros appellata. Plin. lib. 5. cap. 3.

PORPHYRITE, es. f. [Πορφυρίτη] Oppidum est in ea parte Arabiæ, quæ Ægypto contermina est. Stephan.

PORPHYRĪTES, æ. m. [πορφυρίτης] Lapis in Ægypto rubens, candidis intervenientibus punctis, ut ait Plin. lib. 36. cap. 7. Propterea leucostictos appellatus, quod λευκὸς, album dicimus, στίζειν pungere.

PORPHYRĒTICUS, a, um. Adj. Suetoo. in Neron. cap. 50. extr. In eo monumento solum porphyretici marmoris, superstante Lunensi ara, circumseptum est lapide Thasio.

PORPHYRIUS, i. m. [Πορφύριος] Philosophus, Tyrius genere, clara ortus prosapia, puer usus est præceptore Longino, viro doctissimo. Prius Malchus vocabatur: deinde, ob vestem regiam purpuream, qua ob nobilitatem utebatur, Porphyrius appellari cœptus est. Romam postea profectus, Plotinum audivit, una cum Origene & Amelio condiscipulis. Inde in Siciliam navigans, apud Lilybæum morbo correptus, Plotini magistri, qui eo se contulerat, & præsentia, & Philosophica oratione adeo recreatus est, ut statim convaluerit: moxque Romam simul repetens, ibidem diem obiit, relictis operibus, in quibus contraria & pugnantia inter se videtur afferere. Causa putanda est, quod quæ prius probaverat, ea postea retractavit. Floruit Aureliani Cæsaris temporibus, usque ad Tacitum & Probum principes. Hæc ex Suida, apud quem plura.

PORPHYRUS, i. m. [πορφυροῦς] Serpens est in calidissimis Indiæ locis nascens, capite quovis lacte candidiore, reliquo corpore purpureo, dentibus carens: ideoque morsu innocuus, vomitum tamen eructans, quicquid contigerit extabefacientem. Ælian. lib. 9. cap. 56. Hist. Anim.

PORRACEUS, V. PORRUM.

PORRICIÆ, arum. f. Exta quæ in aræ foco ponuntur, quod diis porriguntur, a Solino vocata reperio cap. 11. Ligna vitea, inquit, super aras struunt, nec ignis apponitur. In hanc congeriem quum porricias intulerint, si adest Deus, (sic sacrum probatur) sarmenta, licet viridia, ignem sponte concipiunt. i. e. Quum intulerint exta aræ. Sic legit Turneb. 24. 13. Emendatis in codd. Proficias legitur. q. V.

PORRĬCIO, [προτείνω, ῥίπτω] ĕre. Porro jacere, ait Paulus. I. e. Valde porrigere. Quod verbum solenne sacrificantibus erat. Nam exta porrici dicuntur, quando porriguntur diis. Unde apud Macrobium, Hostia porrecta: quasi Sacrificata. Plaut. Pseud. 1. 3. 32.
Respiciam istoc pretio: nam si sacruficem summo Jovi,
Atque in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci
Si lucri quid detur, protinus rem divinam deseram. Virg. 5. Æn. 238.
— extaque salsos
Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam. Ubi quidam Projiciam leguot, sed male, ut pluribus contendit Macrobius lib. 3. Saturnalium, cap. 2. pr. V. Voss. Etymolog.

PORRECTUS, a, um. Partic. ut, Exta porrecta. V. in PORRICIO.
Inter Cæsa & Porrecta, V. CÆDO.

PORRIGO, rexi, rectum, [ὀρέγω, ἐκτείνω, ἐπιτείνω, παρατείνω] ĕre. Tendere, Extendere, Producere. Hor. 2. Serm. 8. 30.
Ingustata mibi porrexerit ilia rhombi. Plin. lib. 11. cap. 45. Dextra in fide porrigitur. Plura exempla infra V.
Porrigere, Extendere, ut
Famam porrigere, V. Majestatem imperii.
Frontem scopulus porrigit in apertum æquor. Ovid. 4. Met. 526.
Radices, Extendere. Plinius, [Nisi error est] Facilius quippe radices porrigunt solo subacto. conf. infra.
In ordinem se porrigere. Plin. lib. 17. cap. 11.
In rectum porrigere. Plin. lib. 11. cap. 52.
Aciem latius porrigere. Ovid. 2. Epist. 128.
In longitudinem porrecta acies. Liv. 25. 21.
Bellum porrigere in Lucanos. Liv. 9. 20. Gronov. edidit, Apulia perdomita, &c. in Lucanos perrectum.
Bona porrigere & Dare. Cic. 3. de Nat. Deor. 84. Esse stultitiam, a quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus & dantibus nolle sumere.
Brachia porrexit cælo. Ovid. 1. Met. 767.
Dextram porrigere alicui. Cic. pro Dejot. 8.
Digitum ne quidem porrigere in rem aliquam. Cic. 3. de Fin. 57. Chrysippus quidem & Diogenes, detracta utilitate, ne digitum quidem porrigendum in eam esse dicebant. De bona fama loquitur.
Fidem supplici porrigere, Fidei symbolum dextram. Cic. Post red. in Senat. 22. Cui civi supplici non illa dextra invicta, & fidem porrexit, & spem salutis ostendit?
Flores ad candida porrigit ora. Ovid. 2. Met. 861.
Gladius nobis ad occidendum hominem aliquando ab ipsis porrigitur legibus. Cic. pro Milon. 9.
Herbam porrigere, Victum se fateri. Plin. lib 22. cap. 4. Summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos. h. e. Terra & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere.
Lacertos æquales porrigit. Ovid. 15. Met. 731.
Lucem ingenii & consilii sui porrigere atque tendere cunctis prope civibus. Cic. 1. de Orat. 84.
Manum porrigere, Opem ferre. Cic. pro Flacco 15. Sic sunt expressa ista præclara quæ recitantur psephismata, non sententiis, neque auctoritatibus declarata, nec jurejurando constricta: sed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatæ.
Manus porrigere adversus aliquem dicuntur judices, quum suam sententiam adversus eum exsequuntur. Ulpianus in l. a Divo Pio. §. si emptor. D. de re judic. Sed si emptor, cui pignora sunt addicta, exsequente judice pretium non solvat: utrum adversus emptorem porrigere manus debeant iidem judices, qui sententiam exsequuntur, videndum est: & non puto eos ultra procedere.
Manum porrigere ad aliquid faciendum. Cic. pro Cœl 63. Licinium autem, quum jam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse.
Manus porrigere aliquo. Ovid. 4. Trist. 9. 10.
Manum in mensam. Cic. 5. Tusc. 62.
Membrum. Auctor ad Heren. lib. 4. 69. Membra quo vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit animal.
Membra in spatium. Ovid. 2. Met. 197.
Munera porrexit dextra. Ovid. 8. Met. 95.
Oscula alicui. Ovid. 3. Met. 451.
Pedem sinistrum ad osculandum. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 10.
Pocula. Ovid. 2. de Arte Am. 335.
Porrigi, Extensum esse, Differri. Plin. 5. Epist. 6. Sub his per latus omne vineæ porriguntur, unamque faciem longe lateque contexunt.
In tempus aliquod porrigi. Cels. 2. 5. pr. Ut impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigaturque in id tempus, quod curationi locum præstet.
Collum longe porrigitur a pectore, Extenditur. Ovid. 2. Met. 375. De Cycno Ligurum rege in avem mutato.
Corpus porrigitur per novem jugera. Virg. 6. Æn. 597.
Horas sol porrigit. I. e. Producit. Ovid. 4. Met. 199.
Judicium hoc Prætor latius porrexit, Ulpianus in l. si mensor. D. si mens. fals. mod. dixer.
Majestatem imperii. Hor. 4. Carm. 15. 15.
Crevere vires, famaque, & imperi
Porrecta majestas ad ortus
Solis, ab Hesperio cubili.
Radices porrexit arbor in fundum vicini. Cajus in l. si plures. D. arborum furt. cæsar. conf. supra ex Plin.
Umbras porrigit campus murorum. Stat. 12. Theb. 251.
Porgo pro Porrigo legitur apud Virg. 8. Æn. 274.
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.

PORRECTUS, a, um. Partic. [ἐκτεταμένος] Extensus. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundines faucibus porrectis in angustum.
Ante fores porrectus. Hor. 3. Carm. 10. 3.
Tityus porrectus per novem jugera terræ. Tibul. lib. 1. 3. 75.
Arena porrectus. Propert. lib. 2. 8. 34.
Hostis porrectus somno sub frondibus. Stat. 2. Achil. 75.
Jugulum porrectum. Hor. 1. Serm. 3. 89.
Litora porrecta. Ovid. 10. Epist. 93.
Loca porrecta, Neque montibus intersepta, neque silvis impedita. Cæs. 2. de Bell. Gall. 19. Quum se illi identidem in silvas ad suos reciperent, ac rursus e silva in nostros impetus facerent, neque nostri longius, quam quem ad finem porrecta atque aperta loca pertinebant, &c. Monuit Lambinus.
Manu porrecta statua est in Ceramico Chrysippi sedentis. Cic. 1. de Fin. 39.
Mora porrecta, Longa. Ovid 4. de Pont. 12. 14.
Series longe porrecta viarum. Stat. 3. Silv. 3. 102.
Stabula porrecta in latitudinem. Columel. lib. 7. cap. 3.
Tellus. Hor. Epod. 5. 80.
Compar. ut, Porrectiore fronte loqui. h. e. Hilare. Plaut. Casin. 2. 4. 3.
Acies porrectior. V. ACIES.

PORRECTUM, i. n. Plin. 4. 9. Thessaliæ in porrectum longitudo &c.
Camporum

Camporum porrecta. Minot. Felix cap. 17. 11.

PORRECTE, Adv. Compar. Ammian. 29. 32. Sago Punico porrectius panso.

PORRECTIO, ōnis. f. [ἔκτασις, προτείνειν] Cic. 2. de Nat. Deor. 150. Digitorum enim contractio facilis, facilisque porrectio, propter molles commissuras & artus, nullo in motu laborat.
Brachii porrectio. Auctor Ad Heren. lib. 3. 27.

PORRĪGO, īnis. f. [λιπὶς] Genus morbi, ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt: eæque a cote resolvuntur, & interdum madent, multo sæpius siccæ sunt. Sæpius fit in capillo, rarius in barba, aliquando etiam in supercilio, ut ait Celsus lib. 6. cap. 2. Juven. 2. Sat. 80.
—sicut grex totus in agris
Unius scabie cadit, & porrigine porci.
Quibusdam in libris melius Prurigine legitur: ut & in Justino 36. 2. de Judæis, Quum scabiem & pruriginem paterentur. Porrigo autem habere potius hoc nomen a porro olere, quam a porrigendo, syllaba originem ostendente, videtur. Turnebus 15. 17. [Sed quum Prurigo, non morbus ipse, verum morbi sub cute latentis symptoma, seu effectus sit, haud injuria Grævius apud Justinum cum codice Juntino Porriginem expressit. Intelligit autem Lepram sine dubio, pessimum Impetiginis genus, quod ut squamosum, quod porriginis proprium est, descripsit Celsus 5. 28. 17. Nec aliter apud Juvenalem legendum, ut & apud Columel. R. R. 7. 5. 6. Solere hæc confundi docet ad Scribonii Comp. 243. Rhodius. Gloss. Lat. Gr. Porrigo, πιτυρίασις, & rursus Porrigo, πίτυρα, τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ. Sunt autem πίτυρα Furfures. Gloss. Gr. Lat. Πίτυρον, ἡ ἐν τῇ κεφαλῇ ἰονθεία, Porrigium. Fuit quidem peculiari nomine sic dictum capitis vitium, sed nihil vetat, ob similitudinem, etiam totius corporis tribui squamosæ impetigini, in hominibus & bestiis.
Impexa porrigine fœdum caput. Hor. 2. Serm. 3. 126.

PORRĪGĬNŌSUS, a, um. Adj. Quod porrigine infestatur. Plin. Valer. 1. 4. Porriginosum caput.

PORRĪMA, æ. f. [Πορρίμα] Soror sive comes Carmentæ, matris Evandri. Ovid. 1. Fast. 633.
Porrima placatur, &c.

PORRINA. In PORRUM.

PORRO, Adv. [δὴ, γὲ, γέμην] Græcum est, πόῤῥω, significatque Certe. Cic. pro Planc. 81. Nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere, ut beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare.
Porro, Hortantis. Virg. 9. Æn. 190.
—percipe porro,
Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat. Servius.
Perge porro: nam de isto magna dissensio est. Cic. 4. de Fin. 75.
Porro. Adv. temp. Virg. 5. Æn. 600.
—hinc maxima porro
Accepit Roma, & patrium servavit honorem. Serv. Porro, per longum intervallum: & est adverbium temporis. Sic dicimus, Lycurgus non porro ab Homeri temporibus fuit.
Si porro ire pergas, ut sit adverbium loci. Liv. lib. 8. Porro, i. e. Ultra.
Porro, Longe remotum. Virg. 6. Æn. 74.
—quæ sint ea flumina porro. Servius.
Porro, [ἑξῆς] Adv. ordinis. Ter. And. 4. 4. 10.
Move ocyus te, ut quid agam, porro intelligas.
Porro, [ἔπειτα] Postea, deinde, in futurum. Cic. 4. Fam. 9. Non est porro tuum, uno sensu solum oculorum moveri. Ter. Hec. 3. 1. 20.
Quod quum ita esse invenero, quid restat, nisi porro ut fiam miser?
Porro hoc loco, i. e. Postea, vel in postremum, auctor Donat.
Porro, Conjunctio [δὲ] pro Autem ponitur, locaturque in principio orationis. Quintil. in Apibus pauperis §. 7. p. 280. Burm. Porro, qui confessum defendit, non absolutionem sceleris petit, sed licentiam. Cic. pro Milon. 25. Occurrebat mancam, ac debilem præturam suam futuram Consule Milone, cum porro summo consensu Pop. Rom. Consulem fieri videbat.
Porro, pro Conjunctione expletiva aliquando ponitur, auctore Donat. Ter. Andr. 1. 5. 45.
—adeon' me ignavum putas,
Adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum, &c.
Age porro tu, qui te tam religiosum existimari voluisti interpretem fœderum, cur Tauromenitanis, &c. Cic. 7. Verr. 55.
Jam porro videte cetera, Judices. Cic. pro Rosc. Amer. 116.
Mihi porro, ut ego non dicam, quis omnium mortalium non intelligit, quam longe progredi sit necesse? Cic. 7. Verr.
Porro autem, pro Et vero, & porro. Ter. Phorm. 1. 1. 12.
—porro autem Geta
Ferietur alio munere, ubi hera pepererit:
Porro alio autem, ubi erit puero natalis dies. Budæus.
Porro autem, pro Sed. Sallust. in Catil. cap. 46. pr. At illum ingens cura atque lætitia simul occupavere. Nam lætabatur, intelligens, conjuratione patefacta, civitatem periculis ereptam esse. Porro autem anxius erat, in maximo scelere tantis civibus deprehensis, quid facto opus esset.
Catoni porro assensus est Favonius. Cic. 7. Att. 1.
Sequitur porro nihil deos ignorare. Cic. 2. de Divin. 105.
Neque porro, pro Neque etiam. Cic. 3. Verr. 121. Neque enim perfacete dicta, neque porro hac severitate digna sunt. Budæus.
Porro minima, pro Et etiam, vel Longe minima potius. Cic. 5. de Finib. 78. Ea nos mala dicimus, sed exigua & porro minima. Bud.
Porro, pro Valde. Cic. de Senect. 43. Sæpe a majoribus natu audivi, qui se porro pueros a senibus audivisse dicebant.
Porro Quirites. Ignoto nobis hactenus sermone, vox erat quiritantium, & auxilium populi implorantium. Tertull. lib. 1. in Valentinianos, Ut etiam inclamaverit in eam ἰὼ ἰὼ, quasi, porro Quirites, aut fidem Cæsaris. Auctor obscænorum versuum Carm. 25. pr.
Porro (nam quis erit modus?) Quirites. Annotavit Turnebus. [V. Sciopp. Comment. in Priap. Apul. Met. 8. p. 215. Elmenh.

PORRUM, i. n. vel PORRUS, i. m. [πράσον] Genus oleris noti. Martial. lib. 13. 19.
Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros,
In medio virides stipite cerne comas. Plin. lib. 19. cap. 6. Porrum seritur semine, ab æquinoctio Autumno, si sectivum facere libuerit, densius. In eadem area secatur donec deficiat, stercoraturque semper, si nutritur in capita ante quam secetur. Quum increvit, in aliam aream transfertur, summis foliis leviter recisis ante medullam, & capitibus retractis, tunicisve extremis. Et paulo post, Sectivi duo genera, Herbaceum, folio incisuris ejus evidentibus, quo utuntur medicamentarii. Alterum genus suavioris folii, rotundiorisque, incisuris levioribus.
Catinus porri & ciceris. Hor. 1. Serm. 6. 115.
Ad porri & ciceris refero laganique catinum. De parabili cibo intelligendum, frugique mensa, arbitror. Nam porrum pro oleribus posuit, quæ vilissima sunt cibaria; & cicer legumen est, quo pauperiores vescebantur. Turnebus.
Sectile porrum. Juven. 3. Sat. 293.
Sectivi porri fila. Juven. 14. Sat. 133.
De porris capitatis est epigramma Martial. lib. 13. 19.
Porrum, allium, & cepas, velut sanctissima numina venerati sunt, quæ fallere, aut illorum perjurio adstringi, sine gravi piaculo non licebat. Alexander lib. 5. cap. 10. [Ægyptii nempe. V. Juven. Sat. 15. 9.

PORRĀCĔUS, a, um. Adj. [πράσινος] Quod est porri. Plin. lib. 21. cap. 18. Folia ima porraceis exiliora.
Porraceus color, Porri colorem referens. Plin. lib. 37. cap. 10.

PORRĪNA, æ. f. Locus porris consitus, vel porrorum uno in loco consitorum multitudo. Scævola in l. Defuncta. D. de usufruct. Sempronio do lego ex reditu fructum oleris & porrinæ. V. Cato de R. R. cap. 47.

PORSĒNA, æ. f. [Πορσίνας] rex Tusciæ, qui urbem Romam obsedit. Martial. lib. 1. 106.
Urere quam potuit, contempto Mucius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit. Additur etiam nonnunquam N, Porsenna, ut producatur. Virg. 8. Æn. 646.
Necnon Tarquinium ejectum Porsenna jubebat, &c. Quam geminationem plerique libri MSS. sequuntur, etiam solutæ orationis & sine metro. V. Gronov. ad Liv. 2. 9.
Minax Porsena. Hor. Epod. 16. 4.

PORTA, æ. f. [πύλη] Omnis exitus, quo potest importari vel exportari aliquid, unde etiam a portando dicta est, vel ab aratri portatione, inquit Donatus in Adelph. 4. 2. quia in designatione urbium, subjunctis vacca & tauro, qui urbem designabat, aratrum manu suspendebat, ne sulcum, quem primogenitum dicunt, faceret, ubi aditus civitatis erant relinquendi. Cæs. 6. Bell. Gall. 37. Capit arma a proximis, atque in porta consistit.
Porta. Varro de L. L. lib. 4. 32. pr. Qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum portarent, portas.
Claustra ingentia portarum. Virg. 7. Æn. 185.
Fornice adverso portæ. Virg. 6. Æn. 574.
Moræ portarum. Stat. 11. Theb. 244.
Vigiles portarum. Virg. 2. Æn. 335.
Porta tenus. Tacit. 3. Ann. 5.
Æratæ. Ovid. 8. Met. 785.
Ahena. Stat. 10. Theb. 257.
Bipatens. Virg. 2. Æn. 330.
Cornea. Stat. 5. Silv. 3. 289.
Decumana. V. Decumanus, in DECEM.
Eburna. Virg. 6. Æn. 899.
Ferrata. Stat. 10. Theb. 504.
Laxata. Claud. 2. in 1. Cons. Stilich. 193.
Reclusa. Stat. 11. Theb. 421.
Rudis. Ovid. 7. Epist. 122.
Stabiles. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 143.
Urbanæ. Ovid. de Nuce 137.
Arietare in portam. V. ARIETO.
Astant sublimibus portis. Virg. 12. Æn. 133.
Clausæ portæ. Hor. 3. Carm. 5. 23.
Diffindere portas urbium. Hor. 3. Carm. 16. 14.
Data. Virg. 1. Æn. 83.
Qua data porta, ruunt, & terras turbine perflant.
Efferre sese portis. Virg. 12. Æn. 441.
Efferre pedem porta. Cic. 8. Att. 2.
Erumpunt portis, concurritur. Virg. 4. Georg. 78.
Exierat portis equitatus apertis. Virg. 8. Æn. 585.
Explorare portas. Virg. 9. Æn. 169.
Exspectare comites ad portam. Cic. 15. Fam. 17.
Imponere portam in aliquam regionem. V. IMPONO.
Instare portis. Virg. 10. Æn. 118.
Interea Rutuli, portis circum omnibus, instant Sternere cæde viros.
Introire porta. Cic. in Pison. 55.
Irrumpere portas patentes. Virg. 11. Æn. 879.
Moliri portas. Tacit. 2. Hist. 22.
Objicere portas. Virg. 9. Æn. 45.
Obsidere portas. Stat. 10. Theb. 264.
Obstrepere portis. V. OBSTREPO.
Obstructas portas præbere re aliqua. Sil. lib. 11. 198.
Occupare portas urbis. Cic. 14. Philip. 15.
Panduntur portæ sacræ. Virg. 6. Æn. 27.
Pandere portas alicui. Virg. 12. Æn 584.
Patet porta aliquibus. Cic. in Pison. 55.
Perfringere. Ovid. 6. Met. 597.
Perfringere portas vi. Lucan. lib. 3. 343.
Recludere. Ovid. 8. Met. 41.
Reserare portas alicui. Ovid. 3. de Arte Am. 577.
Ruere portis. Virg. 4. Georg. 185.
Substare in ipso limine portæ. Virg. 2. Æn. 242.
Esse ad portam præsto lictores. Cic. in Pison. 55.
Tenere limina portarum obsessa. Virg. 2. Æn. 803.
Porta cæli, pro Hemisphærio, id est semiglobo cæli. Virg. 3. Georg. 261.
—quem super ingens
Porta tonat cæli, & scopulis illisa reclamant
Æquora. Turnebus.
Portæ jecoris. Cic. 2. de Nat. Deor. 137. Per vias quasdam a medio intestino usque ad portas jecoris. *Venam a porta* vulgus vocat, vel *Venas portas*. [V. Cels. 5. 26. 2. Cic. 2. de Nat. Deor. 37.
Porta, pro Femineis genitalibus. Propert. 4. 9. 20.
Cantabant surdo, nudabant pectora cæco.
Lanuvii ad portas, hei mihi, solus eram. Eodem sensu accipiendum

piendum est, quod a veteribus sapientibus traditum est, Portam ingredi nefas, qua exieris, V. plura apud Cæl. lib. 4. cap. 7. [Quam expositionem tam falsam esse, quam spurca est, docet Broeckhusius, cui est Eleg. 8. v. 48. quem omnino V.

PORTA Augusta, [Πόρτα Αὐγούστα] Hispaniæ urbs Ptolemæo lib. 2. cap. 6. *Torquemada* vulgo.

PORTA Caucasiæ, [Πύλαι Καυκάσιαι] locus in Albania, quo se Caucasus mons findens, ad amnis diri odoris transitum, portarum speciem refert. Caspias quidam eas portas nuncupant, sed errore inducti. Plin. lib. 6. cap. 11. & 12.

PORTŬLA, æ. f. dimin. [πυλίς] Liv. 25. 9. Convenerat autem, ut Philomenes, portula assueta, venationem inferens, armatos induceret, parte alia portam Temenitida adiret Annibal.
Aperitur portula. Liv. 25. 9.
Magna vi portula refringi cœpta. Liv. 23. 24. pr. [Ridicule in Thes. Lips. ex hoc Livii loco Magna portula proponebatur.

PORTELLA, æ. f. aliud dimin. Gloss. Lat. Gr. Portella, πυλίδιον.

PORTĀRIUS, i. m. [θυρωρός] Janitor. Vulg. Interpr. 2. Reg. cap. 7. 11.

PORTENDO, di, tum, [προσημαίνω, ἐπισημαίνω, προφαίνω] ĕre. Porro, hoc est ante tendere, prædicere, præmonstrare. Cic. 2. de Nat. Deor. 7. Prædictiones vero & præsensiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ sint ostendi, monstrari, portendi, prædici, ex quo illa ostenta, monstra, prodigia dicuntur? [Notandum autem Veteres hoc verbum nusquam nisi de Ostentis, Monstris, Prodigiis, Auguriis, Ominibus, ceterisque generis ejusdem futurorum eventuum signis, non de Oraculis, Vatumque responsis usurpare. V. Non. 5. 31. Gloss. Lat. Gr. Portendit, Σημαίνει διὰ τέρας.
Cladem portendere alicui. Sil. lib. 4. 133.
Commutationem rerum populo portendere. Cic. 1. de Divin. 45.
Gener alicui portenditur. Virg. 7. Æn. 256.
Læta omnia prosperaque portendere. Liv. 1.
Metuam nox portendit. Stat. 9. Theb. 583.
Metus ex ostentis magnorum periculorum portenditur. Cic. 6. Verr. 108.
Nova superi portendunt. Claud. 1. in Eutrop. 24.
Periculum principibus dii portendunt. Cic. de Arusp. Resp. 53.
Regnum portendere. Liv. 1. 8.
Significationes rerum futurarum vigilantibus & dormientibus portenduntur. Cic. 2. de Nat. Deor. 166.
Spem portendere alicui. Liv. 29. 11.
Portentum est malum, in significatione passiva etsus est Plaut. Curc. 2. 2. 22.
Hoc animum advorte: pacem ab Æsculapio
Petas: ne forte tibi eveniat magnum malum,
Quod in quiete tibi portentum est. i. e. Præmonstratum est.

PORTENTUM, i. n. [τέρας, τερατολογία] Signum, quod portendit & præmonstrat aliquid futurum, vel Quod apportat etiam aliquid ex his, quæ visa sunt, ut placet Nonio 5. 31. Varro, In cælo, inquit, memorabile exstitit portentum. Portenta autem ex auguriis & auspiciis significationem accipiebant. V. ex verbis Cic. 2. de Nat. Deor. 7. & 14. in ipso verbo allatis.
Portenta, ostenta, monstra, prodigia dicuntur, quia portendunt, ostendunt, monstrant, prædicunt. Cic. 1. de Divin. 93. ubi plura V.
Portenta existimarunt quidam gravia esse, Ostenta bona, alii Portenta quædam bona, Ostenta quædam tristia appellari. Portenta, quæ quid porro tendatur, indicent: Ostenta, quæ tantummodo ostendant monstra, præcipiant quoque remedia. Festus. [Ubi distinguendum supplendumque puto, Ostendant: Monstra, quæ monstrent, ac præc. Porro hæc vocabula distinguere laborat etiam Nonius 5. 31. & 54. Sed optimi quique scriptores passim promiscue ponunt, nisi quod fere Portentum & Monstrum, de tristibus solum.
Portenta porro fieri dicuntur, quum solita corpora rare se ostendunt, ut cometæ, turbines, barathra, sereno cælo facta tonitrus. Paulus. Al. Soinda. [Forte Insolita. Prior syllaba hæsit in littera præmissa. Tum pro Ut, puto Aut legendum, ut per Insolita corpora Monstra intelligantur nata.
Explanationes portentorum, Hetruscorum disciplina continentur. Cic. de Arusp. Resp. 18.
Hominum pecudumque portenta præter naturam. Cic. 2. de Nat Deor. 14.
Interpres portentorum. Cic. 2. de Divin. 61.
Magica portenta. V. MAGUS.
Ferunt casum aliquem portenta. Virg. 8. Æn. 533.
Loqui monstra ac portenta. Lucret. lib. 4. 594.
Obstant sed variis portenta deûm terroribus. Virg. 7. Æn. 58.
Portentum, pro Bono omine posuit Virg. 8. Æn. 533.
— ne quære profecto
Quem casum portenta ferant. i. e. Bona omina, quæ victoriam portendunt. [Soli tamen Æneæ bona, ob Veneris promissa, quum velut tristia metueret Evander.
Portentum etiam Homo dici potest, ut Monstrum, in malum. Sic Fatale portentum, prodigiumque Reip. P. Clodium vocat Cic. in Pison. 9.
Reipub duo portenta & funera. Cic. de Provinc. Conf. 45. Quod si ille, & paulo ante, & quotiescunque ei locus dicendi ac potestas fuit, Gabinium & Pisonem, duo Reipub. portenta, ac pæne funera, cum propter alias causas, tum maxime propter illud insigne scelus eorum, &c.
Portentum, Inane quidpiam & irridendum ut vult Non. 4. 383. Cic. 1. Tusc. 11. At quid negotii est hæc poetarum & pictorum portenta convincere?

PORTENTŌSUS, a, um. Adj. [τερατώδης] Quod portentum facit. Cic. 2. de Divin. 60. An vero illa nos terrent, si quando aliqua portentosa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur?
Caput portentosum. Suet. Domit. cap. 4. Ante pedes ejus stabat puerulus coccinatus, portentoso parvoque capite.
Mendacia Græciæ portentosa. Plin. lib. 5. cap. 1.
Compar. Plin. lib. 24. cap. 17. Portentosiora tradit.
Superl. ut, Opus portentosissimum. Plin. lib. 36. cap. 13.

PORTENTĬFĬCUS, a, um. Adj. [τερατοποιός] ut, Venena portentifica, Portenta ac monstra facientia. Ovid. 14. Met. 53. Heinsius legit Portentifera.
Figuræ portentificæ. Lactant. 2. 13.

PORTENTĬLŎQUIUM, i. n. Sermo portentosus. Vulg. Interpr. Irenæi 3. 4.

PORTHMOS, i. m. [Πορθμός] Fretum, Maris inter duas continentes angustiæ. Budæus in l. Lucius, De servit. rustic præd. in Pand. conf. FRETUM. Porthmos a Græcis, a nobis Gaditanum fretum dicitur. Plin. lib. 3. cap. 5.
Est & Oppidi in Eubœa nomen. Plin. lib. 4. cap. 12.

PORTHMEUS, ĕi. m. [πορθμεύς] Latine dicitur Transfretator, qui navigio vehit, & qui exigit portorium; πορθμὸς enim, Latine dicitur Fretum. V. præced. dict. Juven. 3. Sat. 266.
Jam sedet in ripa, tætrumque novitius horret
Porthmea.

PORTĬCUS, ûs. f. [στοὰ, παστάς, περίστυλος] Ædificium longum ac spatiosum, in plano exstructum, ac tectum, qualia propter repentinos imbres, & umbrarum, ac deambulationis gratia, veteres plurima ædificarunt. Solebant autem aliis plerumque, publicis, privatisque ædificiis adjungi. Ovid. 1. de Arte Am. 67. de Portico Pompeja,
Tu modo Pompeja lentus spatiare sub umbra,
Quum Sol Herculei terga Leonis adit. Cic. pro Domo, 116.
Vix pars ædium mearum decima ad Catuli porticum accessit. Causa fuit ambulatio, & monimentum, & ista Tanagræa, oppressa libertate, Libertas. In palatio, pulcherrimo prospectu, porticum, cum conclavibus, pavimentatam trecentûm pedum concupierat.
Amplæ porticus. Virg. 3. Æn. 353.
Circumacta porticus in O literæ similitudinem. Plin. 2. Epist. 17. ad Gallum.
Excelsa porticus. Cic. 4. Att. 15. In campo Martio septa tributis comitiis marmorea sumus & tecta facturi, eaque cingemus excelsa porticu.
Longæ porticus. Virg. 2. Æn. 528.
Perfusa luto. Juven. 14. Sat. 66.
Spatiosa. Ovid. 1. de Arte Am. 491.
Vacuæ. Virg. 2. Æn. 761.
Coire in porticum. V. COEO.
Deambulantes in porticibus disputabant philosophi, Cic. 2. de Orat. 20. Idem 4. Acad. 75. Sed quid eos colligam, quum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum?
Integebantur porticus lignis conjunctis inter se. V. INTEGO.
Spatiari porticibus. Ovid. 21. Epist. 97.
Chrysippi porticus, i. e. Stoica schola; στοὰ enim porticus est, unde secta hæc nomen traxit. Hor. 2. Serm. 3. 44.
Octavii porticus. Sueton. de Clar. Grammat. cap. 21. V. Ordino in ORDO.
Pompeji porticus, juxta theatrum ejus erat Romæ amplissimum, cujus meminit Plin. lib. 36. cap. 15. Cavea ipsa cœpit hominum LXXX millia: quum Pompejani theatri, toties multiplicata Urbe, tantoque majore populo, sufficiat large XL millibus. Meminit hujus & Plutarchus in vita Bruti. Plin. interdum Theatrum, interdum Ædem Pompeji nominat.
Porticus, nonnunquam significat Tabernaculum, sive tentorium. Cic. 2. Tusc 38.
Namque Æsculapii liberorum saucii opplent porticus. Loquitur de Podalirio & Machaone, qui ad Trojam tendebant, & tabernacula habebant. Turnebus.
De porticuum nominibus, earundemque in urbe Roma numero V. plenius in Lex. Pitisc.

PORTĬCĀTIO, ōnis. f. Macer in l. funeris sumptus. D. de religiosis, & sumpt. fun. Itaque si amplum quid ædificari testator jusserit (veluti in circuitu porticationes) eos sumptus funeris causa non esse.

PORTĬCŬLA, æ. f. dimin. a Porticu, [στοΐδιον] Varro dixit, teste Budæo, & Cic. 7. Fam. 24. In porticula Tusculani. Est igitur Porticula, Parva porticus.

PORTIO, ōnis. f. [συμμερία] quasi Partio, significat Partem.
Brevissima vitæ portio. Juven. 9. Sat. 128.
Portionem servare, Proportionem. Curt. lib. 7. 11. 12. Præmium erit ei, qui primus occuparit verticem, talenta X: uno minus accipiet, qui proximus ei venerit: eademque ad decem homines servabitur portio.
Ad portionem. V. AD præpositionem.
Portio ex re aliqua. Plin. lib. 12. cap. 18.
Portio, pro Parte. Plin. lib. 8. cap. 28. Siquidem & pericula præmonent, non fibris modo extisque, circa quod magna mortalium portio hæret, sed, &c.
Portione, Ablativus, Vulgo Proportione. Plin. lib. 11. cap. 37. Cerebrum omnia habent animalia quæ sanguinem. Sed homo portione maximum.
Pro portione, Servata portione. Cic 2. de Orat. 320. Sed oportet, ut in ædibus ac templis vestibula & aditus, sic causis principia pro portione rerum proponere. Budæus. Cic. 7. Verr. 54. Nunquam in Sicilia frumentum publice est emptum, quin Mamertinis pro portione imperaretur.
Pro rata portione aliquid distinguere. Cic. in Somn. Scip. 11. V. PRO.
Pro virili portione, Parte. Tacit. in vita Agric. 45.
Supra portionem respondere. Columel. lib. 7. cap. 1. de asinis loquens, Hujus animalis, tam exiguæ tutelæ, plurima & necessaria opera supra portionem respondent. i. e. Majorem utilitatem præbent, quam pro cura & tutela sui. Budæus. [An Respondet? ut sit Opera, rectus s.

PORTIUNCŬLA, æ. f. dimin. [συμμερίδιον] Apulejus, Qui quum a me portiunculam posceret.

PORTIONALIS, e. Adj. Idem quod Particularis. Tertull. de Virg. Veland. cap. 4. Subjectum est portionale universali.

PORTISCŬLUS, i. m. Proprie (inquit Nonius 2. 637.) Hortator remigum, qui eam perticam tenet, quæ portisculus dicitur, qua excursum & exhortamenta moderatur. Plaut. Asin. 3. 1. 15.
Et meam partem loquendi, & tuam trado tibi:
Ad loquendum atque tacendum tute habeas portisculum.
Portisculus est, ut scribit Ælius Stilo, Qui in portu modum dat classi, id autem est Malleus, cujus meminit Cato in dissuasione de rege Attalo & vectigalibus Asiæ. C. Licinio prætore (ait) remiges scripti cives Romani sub portisculum, sub flagrum conscripti veniere passim. Festus. V. J. F. Gronov. Obs. 4. 26. & quos laudat Drakenb. ad Sil. 6. 361. [Gloss. Lat. Gr. Porticulus, Κελευστής. Scribe Portisculus.

PORTITOR, V. PORTUS.

PORTO, [φέρω, βαστάζω, κομίζω, ὀχλίζω, αἴρομαι] āre. est Bajulare corpore jumenti, aut suo, vel etiam interdum Animo ferre & pati, ut in sequentibus exemplis patet. Plaut. Aul. 2. 2. 53.
Ubi onus nequeam portare pariter jaceam ego asinus in luto. al. Farre.

Portare

Portare ad. Cic. pro Domo 62. Columnæ marmoreæ ex ædibus meis inspectante Pop. Rom. ad socerum Consulis portabantur.
Portare ad & in. Plin. lib. 12. cap. 17. Mihi & ad Persas etiam prius ista portasse, quam in Syriam aut Ægyptum videntur.
Portare ex toto. Plin. lib. 11. cap. 17.
Fasciculum librorum portare sub ala. Hor. 1. Epist. 13. 13.
Frumentum domum ad aliquem portare. Cic. 14. Att. 5.
Fustes portare. Hor. 3. Carm. 6. 41.
Humeris portare aliquid. Hor. 1. Serm. 5. 90.
In triumpho Massiliam portari, ad exemplum amissi Imperii vidimus. Cic. 2. Off. 28.
Collo portare aliquid. Colomel. lib. 9. cap. 8.
Lectica aperta Cytheridem secum portat. Cic. 10. Att. 10.
Venti portant nubila per cælum. Lucret. lib. 4. 445.
Auxilium portare sociis atque amicis, Adjuvare. Salluft. in Catil. cap. 6.
Bonum portare, Afferre. Ter. And. 2. 2. 1. Dii boni, boni quid porto.
Dolorem portare secum. Stat. 11. Theb. 508.
Fallaciam portare alicui. Ter. And. 2. 6. 2.
Insidias portare. Ovid. 2. Trist. 272.
Insomnia quum fatis una tuis portet ocellis. Propert. lib. 2. 25. 47.
Jurgium portare ad aliquem. Ter. Hec. 3. 5. 63.
Nuntium portare. Plin. lib. 9. cap. 25.
Omnia mea mecum porto, inquit Bias. Cic. in Parad. 1.
Onus molestum. Hor. 1. Serm. 6. 99.
Peccatum portare. Ter. Heaut. 4. 1. 12.
Preces ad aliquem. Valer. 2. Argon. 326.
Rugas in vertice frontis. Ovid. 1. Amor. 8. 45.
Timores ne qua tibi insolitos portarent visa. Propert. lib. 1. 3. 29.
Verba jussa, Deferre. Ovid. 2. Met. 744.
Vis portatur incita. Lucret. lib. 6 586.
Versabundaque portatur post incita quom vis,
Exagitata foras erumpitur, &c.
Portare dicimur, quum jumentis aliquid nobiscum ducimus. Hinc Verrem legimus Amicam e provincia portasse, & Pompejum Deportasse triumphum. [Nisi de transmarinis provinciis proprie dictum est, quo navibus erat commeandum. conf. seqq. & DEPORTO.
Exercitum portare, Subaudi Navibus. Salluft. in Jugurth. cap. 39. Cos. impeditus a Tribb. pl. ne quas paraverat copias secum portaret. Sic Frumenta portare. Hor. 1. Epist. 16. 72.
Legatos captos Romam portabant naves. Liv. 23. 38. pr.
Pelago portantur opes. Virg. 1. Æn. 367.
Bellum, o terra hospita, portas. i. e. Portendis. Virg. 3. Æn. 539.
Portatum, portatu; Supina. Plin. lib. 23. cap. 7. Mala piraque portatu jumentis mite gravia sunt, vel pauca.

PORTANS, antis. Partic. [κομίζων] ut, Verba portantia salutem. Ovid. 3. de Pont. 4. 1.
Ferrum & arma portantes. Justin. 1. 3. 3.
Munera portantes. Virg. 11. Æn. 333.

PORTANDUS, a, um. Partic. [κομιστέος] ut, Cadavera portanda in arca vili. Hor. 1. Serm. 8. 8.
Mandata portanda alicui dare. Virg. 9. Æn. 312.

PORTĀTUS, a, um. Partic. Vulg. Interpr. Jerem. 10. 4. Portata tollentur. conf. dict. seq.

PORTATUS, ûs. m. Sil. Ital. lib. 12. 441.
Inclusas igitur, quibus haud enare dabatur
Arce superposita, claustris maris extulit æstu,
Perque aversa tulit portatus in arva carinas. De navibus loquitur, quæ vehiculis impositæ, per campum in mare rursum vehebantur, Sed Nic. Heins. & Cellar. & Drakenb. legunt Portatas arva carinas, omissa præpositione.

PORTATIO, ōnis. f. Idem. Vitruv. 10. 1. Portationes eorum non essent, &c. Armorum atque telorum portationibus. Salluft. Catil. cap. 42.

PORTITOR, pro PORTATOR, V. in PORTUS.

PORTĀBĬLIS. e. Adj. Quod portari potest. Sidon. 8. Epist. 11. Portandus quidem, sed portabilis.
Compar. August. Epist. 34. Onus tolerabilius & portabilius.

PORTĀTŌRIUS, a, um. Adj. ut, Sella portatoria. Cæl. Aurel. Tard. 1. 1. 15. quæ Gestatoria Suet. V. August. Serm. 7.

PORTĪTO, [πυκνῶς κομίζω] āre. frequent. Gell. lib. 20. cap. 1. Crumenam plenam assiom portitas.

PORTUENSIS porta, una e Romanis portis, de qua ac similibus Alexander lib. 4. cap. 16. & Lex. Pitisc. V.

PORTULA. V. PORTA.

PORTŬLĀCA, æ. f. [ἀνδράχνη] est (inquit Plin. lib. 20. cap. 20.) quam Peplion vocant, non multum sativa efficacior. Cujus memorabiles usus traduntur. Sagittarum venena & serpentium hæmorrhoidum & præsterum restingui, pro cibo sumpta: & plagis imposita extrahi. Hard. legit ex MSS. Porcilaca & Peplin. q. V. & Cels. 2. 28. & 33. Columel. 12. 13. Apul. de Herb. cap. 103. [Gloss. Lat. Gr. Portulaca, Ἀνδράχνη, Ιππομανία, & Gr. Lat. Ἀνδράχνη Portacia. Forte in priore scribendom Ἀνδρὸς ἀκαία.

PORTUNALIA, PORTUNUS, in PORTUS.

PORTUS, ûs. m. Ablativo Portubus & Portibus; [λιμήν] dicitur Locus conclusus, quo (navibus) importantur merces, & inde exportantur, ut ait Ulp. in l. Portus. D. de verb. & rer. signficat. & ubi naves hiemant. Cic. 7. Verr. 95. Quem posteaquam inanem locum offenderunt, & Prætorem commovisse ex eo loco castra senserunt, statim sine ullo metu in portum ipsum penetrare cœperunt. Quum in portum dico, Judices, (explanandum est enim diligentius, eorum caosa, qui locum ignorant) in urbem dico, atque in urbis intimam partem venisse piratas. Non enim portu illud oppidum clauditur, sed urbe portus ipse cingitur & concluditur: non ut alluantur a mari mœnia extrema, sed influat in urbis sinum portus.
Carthaginienses fraudulenti & mendaces, non genere, sed natura loci, quod propter portus suos, multis & variis mercatorum & advenatum sermonibus ad studium fallendi vocabantur. Cic. 2. de Lege Agrar. 95.
Aditus portus. V. ADEO, adis.
Ostium & aditus portus. Cic. 6. Verr. 118.
Os & aditus portus. Cic. 7. Verr. 30 In ipso aditu atque ore portus, ubi primum ex alto sinus ad urbem ab litore inflectitur, tabernacula carbaseis intenta velis, collocabat.
Altus. Virg. 5. Æn. 243.
Amœnus. Stat. 4. Silv. 7. 18.
Celeberrimus & plenissimus navium. Cic. pro Lege Manil. 33. V. CELEBRIS.
Fluminei. Claud. 6. Conf. Hon. 495.
Immotus portus ab accessu ventorum. Virg. 3. Æn. 570.
Infidi. Ovid. 13. Met. 710.
Manufacti. Cic. 2. Off. 14.
Rudis undarum. Stat. 3. Theb. 24.
Tranquillus & tutus. Cic. pro Planc. 94.
Totus & clausus. Cic. de Provinc. Consul. 31.
Vacui sine remige. Virg. 4. Æn. 588.
Accipere aliquos portu tuto. Virg. 3. Æn. 78.
Capere portum. V. CAPIO.
Cincta portubus duobus insula. Cic. 6. Verr. 118.
Coëgit in portum navim vis ventorum. Cic. 2. de Invent. 98. & paulo post, Necessario sumus in portum coacti.
Committere portibus. V. COMMITTO.
Compellere naves in portum. Cæs. 1. de Bell. Civil. cap. 58. extr.
Condita inerti portu ratis. Lucan. ad Pison. 214.
Conjecta est navis vi tempestatis in portum. Cic. 2. de Invent. 98.
Deferri in portus. Virg. 7. Æn. 22. V. DEFERO.
Distincta portubus regio. Cic. pro Flacco, 27.
Efficit insula portum objectu laterum. Virg. 1. Æn. 163.
Effodere portus. Virg. 1. Æn. 431.
Facere portum. Quintil. lib. 2. cap. 21.
Intrare portus. Virg. 3. Æn. 254. Idem 5. Æn. 57.
Adsumus, & portus delati intramus amicos.
Invehi ex alto in portum. V. INVEHO.
Invectus portum. V. ibid.
Linquere tum portus jubeo, & considere transtris. Vir. 3. Æn. 298.
Patescit portus propior. Virg. 3. Æn. 530.
Penetrare in portum. V. PENETRO.
Pervenire ad portum. Cic.
Petere portum. Virg. 1. Æn. 198.
Præcludere portus classi. Lucan. lib. 9. 39.
Premit classis portus. Ovid. 2. Epist. 93.
Progredi portu. Virg. 3. Æn. 300.
Receperunt se in portum navigia. Cæs. 2. de Bell. Civil. 22.
Relinquere portus. Virg. 3. Æn. 10.
Solvere e portu. Cic. pro Muren. 4.
Tangere portus. Virg. 4. Æn. 612. & 1. Georg. 303.
Ceu pressæ quum jam portum tetigēre carinæ.
Tenere portum si nequeas, navigando, tempestati obsequi artis est. Cic. 1. Fam. 9.
Venire aliquando in portum ex longa navigatione. Cic. de Senect. 71.
Portus & Perfugium. Cic. 5. Fam. 15. Sed nescio quo modo ipsæ illæ excludere me a portu & perfugio videntur.
Portus & aura fugæ, metaphoricôs. Ovid. 2. de Pont. 8. 68.
Fugæ portus. Cic. ad Brut. 5. Quamquam tum & fugæ portus erat in tuis castris, & subsidium salutis in tuo exercitu.
Nationum portus & refugium Senatus. Cic. 2. Off. 26.
Otii portus. Cic. 4. Att. Quid si cessare libet, & in otii portum confugere ?
Philosophiæ portus. Cic. 7. Fam. 31. Sunt innumerabilia generis ejusdem, quæ quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiæ portum contulissem.
Supplicii perfugium portusque exsilium. Cic. pro Cæcin. 100.
Placidus portus æterna quiete, Mors. Senec. Agamemn. 7.
Exspectare tanquam portum solitudinem. Cic. 1. de Orat. 255.
Paratum nobis portum & perfugium mortem putemus, quo utinam velis passis provehi liceat. Cic. 1. Tusc. 118.
In portu impingere, Proverbium est apud Quintilianum Inst. lib. 4. cap. 1. pro eo quod est, Statim in ipso operis ingressu peccare.
Res est in portu, In tuto; proverbialis item locutio. Plaut. Merc. 4. 7. 49.
Navigare in portu, est A periculo abesse; proverbialis locutio: propterea, quod qui mediis adhuc in fluctibus navigant, hi ventorum & æstus arbitrio navigant: contra, qui jam intra portum sunt, nihil habent negotii cum undis ac ventis. Ter. Andr. 3. 1. 22. Virg. 7. Æn. 598.
Nam mihi parta quies, omnisque in limine portus.
Portum veteres pro Domo posuisse Festus & Paulus asserunt: & Sic in 12. Tab. positum esse: Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.

PORTUŌSUS, a, um. Adj. [λιμενώδης] ut, Portuosus locus, cui contrarium est Importuosus, ut Mare Importuosum, Portus non habens. Salluft. in Jugurtha 17. Cic. 3. de Orat. 69. Ut philosophi, tanquam in superum mare Ionium defluerent, Græcum quiddam & portuosum: Oratores autem &c.
Navigatio minime portuosa. Cic. 6. Fam. 20.
Compar. Salluft. Jugurth. cap. 16. Pars Numidiæ portuosior.
Superl. Plin. 4. 12. Insularum portuosissima.

PORTĪTOR, ōris. m. [πορθμεύς, πορθμευτής] Ille dicitur, qui traducit homines, ac vehit navigio, vel ad navem de litore, vel de navi ad litus, vel ad ulteriorem fluminis, lacus, stagnive, seu ripam, seu litus. Potest etiam accipi pro Eo qui portorium conduxit, i. e. Qui fructus pecuniarios ex portu conduxit: & a venientibus illos exigit. Hæc Vall. lib. 1. Cic. 1. Offic. 150. Primum improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum. [Et hæc est propria vocis significatio. Gloss. Lat. Gr. Portitor, Τελώνης. A Portu enim, non a Portando arcessitur. V. omnino Brœckh. ad. Propert. 4. 11. 7. Non. 1. 95. & Ascon. in Divinat. 33. conf. in PORTORIUM.
Portitor, a munere suo, quasi proprio nomine dicitur Charon. Virg. 6. Æn. 298.
Portitor has horrendus aquas, & flumina servat,
Terribili squalore Charon. V. Brœkh. d. l.
Lethæi amnis portitor. Stat. 12. Theb. 559.
Orci portitor. Virg. 4. Georg. 502.
Avarus. Ovid. ad Liv. 358.
Niger. Valer. 1. Argon. 784.
Portitor, Qui aliquid portat. Stat. 1. Theb. 693.
— sed jam temone supino
Languet Hyperboreæ glacialis portitor Ursæ. Servius in Virg. 6. Æn.

Æn. 298. Portitor proprie qui portat: abusive etiam qui portatur, portitor dicitur, sicut vector.

Apicum portitor. Apollinar. 6. Epist. 3.

PORTŌRIUM, i. n. [τελώνιον, πορθμεῖον, λιμένιον] Merces quæ portitoribus datur. Item, Vectigal quod solvitur portitori, ut ait Nonius 1. 169. Lucilius lib. 27. Facit idem quod illi, qui inscriptum ex portu exportant clanculum ne portorium dent. [Gloss. Lat. Gr. Portorium, τέλος. Accuratius in Gr. Lat. τέλος ἐν λιμένι, Portorium. conf. infra ad fin.

Circumvectionis portorium. Cic. 2. Att. 16. Illud tamen, quod scribit, animadvertas velim, de portorio circumvectionis: ait se de consilii sententia rem ad Senatum rejecisse.

De portorio & nonnullis injuriis portitorum conqueri. Cic. 1. Q. frat. 1.

Dare portorium de re aliqua. Cic. 4. Verr. 176. His pro rebus quod portorium non esset datum, litteras ad socios misisse L. Canulejum.

Exigere nomine portorii in singulas amphoras vini quatuor denarios. Cic. pro Font. 9.

Exportare aliquid sine portorio. Cic. 4. Verr. 183.

Imponere portorium singulis rebus, quæcunque venirent. Cic. in Pison 87.

Instituere portorium vini. Cic. pro Font. 9.

Ire magnis portoriis illo mercatores consueverunt. Cæs. 3. Bell. Gall. 1.

Locare fruendum portorium. Liv. 32. 7. pr. Et portoria venalium Capuæ, Puteolisque, item Castrorum portorium, quo in loco nunc oppidum est, fruendum locarunt. de Scipione & Ælio censoribus.

Locare & conducere portorium. Cic. 1. de Invent. 47.

Sublata portoria Italiæ. Cic. 2. Att. 16.

Tollere portoria Italiæ. Cic. 1. Q. frat. 1.

Vectigal, & Portorium, pro eodem dixit Plin. de macello loquens, & rebus hortensibus, lib. 19. cap. 4.

Vectigal ac portorium Dyrrhachinorum. Cic. de Prov. Conf. 5.

Portorium, apud Romanos Vectigal erat e mercatura, si quid vel importaretur vel exportaretur. Vectigalia enim populus capiebat ex agricultura, vocabatque Decumas: e pecore, & dicebatur Scriptura. & mercatura, quod appellabant Portorium. Horum trium meminit Cicero, quum ait, pro Pomp. 15. Tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conservari potest. Ex Turnebo. [Unde liquet a Portu dici. V. & Ascon. in Divin. 33.

PORTŪNUS, i. m. [Παλαίμων] Deus marinus, vide in dictione PALÆMON.

Portunus a portu, sicut Neptunus a nando, paulum primis litteris immutatis, dicitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 66.

Pater Portunus. Virg. 5. Æn. 241. Deus marinus, qui portubus præest. Servius.

PORTUNĀLIA, um. n. pl. [Παλαιμόνια] inter quatuor Græciæ celeberrima certamina numerantur, in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum vocant, instituta. V. Varro de L. L. 5. 3. Eadem & Isthmia dicebantur, ab Isthmo Peloponnesiaco, ubi solebant celebrari.

PORTUS Magnus, proprium nomen oppidi civium Romanorum, in Tingitana provincia, nunc puto *Guinean* Hispanus vocat, e regione sui loci, est quippe Maurorum patria. Plin. lib. 5. cap. 2.

PORTUS Veneris, est in sinu salso, inter Pyrenei promontoria. Mela lib. 2. cap. 5. Olivarius dicit hodie vulgo vocari *Cap de creus* id est promontorium crucis.

PŌRUS, i. m. [Πῶρος] Rex Indiæ fuit, non tam corporis, quam animi magnitudine præditus, quem Alexander devicit. V. Curtium lib. 8. circa finem.

Eous Porus. Claud. 4. Conf. Hon. 374.

Nigri Pori regia. Claud. Conf. Mall. Theod. 32.

PŌRUS, i. m. Lapis arenarius, facile friabilis. V. Plin. 34. 17.

PŌRUS alius, [Πόρος] Metidis filius, de quo in PENIA. [Significat autem Quæstum Græcis, itemque Meatum, unde Pori, Cutis spiracula.

P O S

PŌS, videtur potius significare Pontem, quam Potentem, inquit Varro lib. 4. de L. L. pr. [Videtur ex Potis contractum, licet corripiatur, præter naturam syncopen passorum. conf. COMPOS, IMPOS.

POSCA, æ. f. [ὀξύκρατον] Vinum in torculari aquatum, ut quidam putant, quod apud Plinium, Varronemque, & alios Lora dicitur. Valla in Raud. Plaut. Truc. 2. 7. 48.

Tun' tantilli doni causa, holerum atque escarum, & poscarum, &c. Alii rectius potionis genus esse dicunt, quam Græci oxycraton vocant, quæ ex aquæ acetique mistura fit. Plin. lib. 30. cap. 7. Tormina sanat palumbus ferus ex posca decoctus. Celsus 2. 30. Alvum astringunt merulæ, palumbus, magisque si in posca decoctus est. Pusca per quintam vocalem ubique legitur apud Celsum. Ante Lindenii correctiones scil. Suet. in Vitellio, cap. 12. [Gloss. Lat. Gr. Posca, Ὀξύκρατον, & Gr. Lat. Ὀξύκρατον, Posca. V. Græv. ad dict. Suet. loc. & Rhod. ad Scrib. Larg. comp. 46. Daumius pro quavis potione veteres Gloss. posuisse statuit. Gr. Lat. Πόσις, Posca, potus, pocio. conf. Poculentus in POTO.

POSCO, pŏposci, [αἰτέω] ĕre. Rem debitam & honestam petere. Varro apud Serv. in 9. Æn. 193. Poscere est, quoties aliquid pro merito nostro deposcimus: Petere vero est, cum aliquid humiliter & cum precibus postulamus. Donat. in Andr. 2. 5. Petimus precario, Poscimus imperiose, Postulamus jure. Hæc tamen differentia sæpe confunditur; nam pro Petere etiam Posco accipitur. Cic. 6. Verr. 44. Nemo tam audax, qui posceret: nemo tam impudens, qui postularet ut venderet. [Scil. Gratis.

Poscere & Flagitare. Cic. 7. Verr. 70. Reliquos non desideraret solum, sed etiam posceret & flagitaret.

Ne poposcisses, ego me tibi non offerebam. Cic. 2. Att. 1.

Peposci, in præterito, non Poposci, antiquum. Valerius Antias lib. Annal. 45. Denique Licinius Trib. pleb. perduellionem ei diem dixit, & comitiis diem a Q. Marcio Prætore peposcit. Meminit Gell. lib. 7. cap. 9. quem vide.

Poscere verbo: Cic. 2. Verr. 44. Quam quum poscebat, verbo illam poscere videbatur, re vera judicia poscebat. De Tribonicia potestate.

Poscere inspiciendum. Cic. 6. Verr. 46. Qui pro testimonio dixit, te, quum inspiciendum poposcisses, avulso emblemate remisisse.

Poscere ad ravim. Plaut. Aul. 2. 5. 10.

Causas veniendi poscere. Virg. 1. Æn. 418.

Honorem deûm sibi poscere. Virg. 6. Æn. 589. De Salmoneo qui honorem Jovi debitum sibi volebat tribui.

Membranam poscere. Hor. 2. Serm. 3. 1.

Sic raro scribis, ut toto non quater anno
Membranam poscas scriptorum quæque retexens.

Quo loco Turnebus, Poscere membranam ille videtur, qui ea scripsit, quæ in membranam efferenda sint, nec retinenda in adversariis, aut palimpsesto, nec delenda sint, sed edenda, & hominum lectioni committenda. Reprehendit igitur Damasippus Horatium, quod quæ scribebat, retexebat omnia, aut delebat: neque quicquam eorum dignum membrana putabat, & hominum lectione.

Muneris quid poscere ab aliquo. Cic. 4. Verr. 117. Si hoc a me muneris, non universa provincia poposcisset.

Numina tua posco supplex & ad te confugio. Virg. 1. Æn. 670.

Opem poscere. Hor. in Arte Poet. 411.

Oracula precibus. Virg. 3. Æn. 456.

Partes audaciæ. Cic. pro Rosc. Amer.

Pœnas cum sanguine. Virg. 2. Æn. 72.

Potum poscere. Varr. de L. L. lib. 4. 26. Pocula a potione &c. quod hæc poscunt potum.

Pretium pro sepultura aliquorum. Cic. 3. Verr. 7.

Pugnam. Liv. 2. 45. Frequentes in prætorium conveniunt, poscunt pugnam, postulant ut signum detur.

Quæstionem. Cic. 2. de Fin. 1. Quorum e numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu poscere quæstionem: id est jubere dicere, qua de re quis vellet audire.

Rationem cujuscunque tribus poposceris, me redditurum contendo. Cic. pro Planc. 48.

Reum poscere aliquem, Accusare. Liv. 9. 26. Et privatis dictatorem poscere reum verecundiæ non fuit.

Sumptum jamne poscet ad id Scaptius? Alia exemplaria legunt, Sumptu jam nepos evadit Scaptius? Cic. 6. Att. 2.

Veniam peccatis poscere. Hor. 1. Serm. 3. 75.

Vitam poscere. Ovid. 9. Met. 605.

Poscere, duobus Accusativis junctum. Cic. 3. Verr. 7. Rapiunt eum ad supplicium dii patrii, quod iste inventus est, qui e complexu parentum abreptos filios ad necem duceret, & parentes pretium pro sepultura liberûm posceret.

Deos poscere aliquem, A diis reposcere ereptum. Hor. 1. Carm. 24. 12.

Puerum poscere aliquid, A puero. Ovid. 1. Amor. 4. 30.

Munus amantem poscere. Ovid. 3. de Arte Am. 805.

Nummos magistratum Sicyonium poposcit. Cic. 3. Verr. 44.

Veniam deos poscere. Virg. 4. Æn. 50.

Poscere in prælia, Provocare. Virg. 8. Æn. 614.

Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum. Idem 11. Æn. 221.
— solum posci in certamina Turnum.

Clamore aliquem poscere. Plaut. Curc. 5. 3. 5.

Poculis majoribus poscere. V. POCULUM.

Olympo poscor. Virg. 8. Æn. 533. h. e. Aut de Olympo poscor, aut certe in Olympum poscor. Servius. [Dativus est Olympo.

Poscere palmam, Accipere. Varro Parmenone, In argumentis Cæcilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus. Nonius 4. 377.

Poscere, Requirere, aut Exigere. Plin. lib. 18. cap. 28. Aratione per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit.

Ubicunque causæ, locusque poscebant. Plin. lib. 30. cap. 1.

Poscit usus. Cæs. 4. Bell. Gall. cap. 2.

Poscendi, Ger. Propert. lib. 3. 11. 13.

Nulla est poscendi, nulla est reverentia dandi.

POSCENS, entis. Partic. [αἰτῶν] ut, Negare aliquid poscenti. Ovid. 1. Amor. 10. 64. Adde 4. Met. 334. & Hor. 2. Epist. 2. 62.

POSCĬNUMMIUS, a, um. Adj. Apul. 10. Met. p. 248. Poscinummia meretricum basia.

PŎSĪDEON, i. m. [Ποσειδεών] Mensis apud Athenienses, q. d. Neptunium, qui Romanis Januarius erat. Plutarch. in Cæs. Alii Decembrem faciunt.

PŎSĪDĒUM, i. n. vel POSIDĪUM, [Ποσίδειον] Promontorium & oppidum, oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymæi Apollinis, a litore stadiorum viginti: regione Ionia. Plin. lib. 5. cap. 29.

Posidium aliud Oppidum in finibus Macedoniæ, non procul a Strymone amne, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

Est ejusdem nominis Oppidum in Syria Libano monti subjectum, cujus meminit idem Plin. lib. 5. cap. 20. Sunt qui id Posideum appellent. Ptolemæus lib. 5. cap. 2. Vulgo *Pualo*.

POSIDIANÆ, arum. f. in Bajano sinu sunt Aquæ calidissimæ, de quibus, quoniam incredibiles naturæ vires alioqui manifestant effectibus variis, V. Plin. lib. 31. cap. 2.

PŎSĪDIPPUS, i. m. [Ποσείδιππος] Comicus fuit Cassandreus, Cyniscı filius, qui fabulas triginta docuit, teste Suida.

POSIDĪUM, V. POSIDEUM.

PŎSĪDŌNIA, æ. f. [Ποσειδωνία] Oppidum in litore Lucaniæ, postea Pæstum appellatum. Hinc Posidonias, ătis, & Posidonius, a, um. Adj. Plin. lib. 3. cap. 5.

Trœzen quoque Peloponnesi orbs eo nomine appellata est, quod τῷ Ποσειδῶνι, id est Neptuno sacra esset. Strab. lib. 8.

PŎSĪDŌNIUS, i. m. [Ποσειδώνιος] Philosophus Apamiensis ex Syria (ut Strab. lib. 14. auctor est) sed Rhodius existimatus, quia Rhodi vixit, ac philosophatus est. Fuit admodum familiaris Ciceroni, a quo se etiam institutum fuisse testatur 1. de Nat. Deor. 6. Philosophus Stoicus, discipulus & successor Panætii. Venit etiam Romam M. Marcelli tempore, scripsitque multa. Auctor Plutarchus in Cic.

POSSESSIO, **POSSESSOR**. V. POSSIDEO.

POSSIBILIS. V. POSSUM.

POSSĪDEO, sēdi, sessum, [κέκτημαι, κρατέω, κατέχω, ἔχω, τῶ, ...] ĕre. In posse, id est in potestate sua habere. Ter. And. 4. 6. 15. Quæ illius fuerunt, possidet. [Ut Possum ex Pos sum, vel Potis sum, sic Possideo ex Pos sedeo, vel Potis sedeo factum, plenamque Potestatem habere significat. V. Paul. l. 1. Possessio. D. de Acquir. vel amitt. poss.

Tenere & Possidere. Cic. pro Quint. 89. Omnia autem bona possessa non esse constitui, quod bonorum possessio spectetur, non in aliqua parte, sed in universis, quæ teneri ac possideri possint.

Sua

Sua esse omnia, atque a se possideri, sicut propria, volunt philosophi. Cic. 1. de Orat. 217.
Ab aliquo possidere. V. Uti via ab aliquo, in UTOR.
Agros possidere. Cic. 1. de Lege Agrar. 10.
Bona ex edicto, Vulgo Per decretum & adjudicationem. Cic. pro Quint. 25. Antequam doceo id factum non esse: libet mihi, C. Aquili, ex officii ratione, atque ex omnium consuetudine, rem ipsam & factum simul Sexti Nævii considerare. Ad vadimonium non venerat, ut ais, is, quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ & necessitudines veteres intercedebant. illicone ad Prætorem ire convenit? continuone verum fuit postulare, Ut ex edicto bona possidere liceret? ad hæc extrema & inimicissima jura tam cupide decurrebas, ut tibi nihil in posterum, quod gravius atque crudelius facere posses, reservares? nam quid homini potest turpius, quid vero miserius, aut acerbius usu venire? quod tantum evenire dedecus? quæ tanta calamitas inveniri potest? Pecuniam si cuipiam fortuna ademit: aut si alicujus eripuit injuria: tamen dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem. At non nemo, aut ignominia affectus, aut judicio turpi convictus, bonis quidem suis utitur: alterius opes, id quod miserrimum est, non exspectat: hoc tamen in miseriis adjumento & solatio sublevatur.
Bona publice possidere, id est quod *In manum regiam ponere* dicimus. Cic. 11. Philipp. 15. Itaque non assentior solum, sed etiam gratias ago Q. Fufio; dixit enim severam, gravem, Republica dignam sententiam: judicavit hostem Dolabellam, bona ejus censuit publice possidenda. Budæus.
Bona filii pater sine diminutione possideat, nec socium hæreditatis accipiat, qui non habet fructus. Plin. in Paneg. cap. 38.
Communiter aliquid possidere cum aliquo. Cic. pro Rosc. Amer. 108. Cur quæ reliqua sunt, iste Roscius omnia cum Chrysogono communiter possidet?
Domum alterius. Cic. pro Domo 110.
Ferias possidere. V. FERIÆ, arum.
Fiduciam sibi commissam tenere ac possidere. Cic. pro Flacc. 51.
Forum armatis caterva hominum perditorum. Cic. pro Domo 110.
Hominem totum, In potestate habere. Cic. 5. Verr. 158. Quibus rebus non sensim, atque moderate ad istius amicitiam adrepseres, sed brevi tempore totum hominem, totamque ejus Præturam possederat.
Imaginem vel nomen alterius. Plaut. Amphit. 1. 1. 303.
Ingenium inverecundum animi. Cic. 1. de Invent. 73.
Me triclinia possident. Plin. 2. Epist. 3. Quid balineum illud, quod plurimus sol implet, & circumit? quid triclinia illa popularia? illa paucorum? quid popinæ? quid cubicula diurna, nocturnaque? possident ne te, & per vices partiuntur?
Multa. Hor. 4. Carm. 9. 45.
Opes. Ovid. 3. Amor. 8. 54.
Palmam. Plaut. Mostel. 1. 1. 31.
Regnum. Ovid. 3. Fast. 631.
Veritatem. Cic. pro Rosc. Com. 17.
Vim magnam, magnam necessitatem, magnam religionem possidet paternus maternusque sanguis. Cic. pro Rosc. Amer. 66.
Mores in se possidere. Plaut. Truc. prol. 13.
Hæc hujus seculi mores in se possidet.
Plus fidei quam artis, plus veritatis quam disciplinæ possidet in se. Cic. pro Rosc. Com. 17.
Æquor sub pectore possidere. Ovid. 4. Met. 689. De bellua, cui Andromeda fuit exposita, estque emphasis, qua belluæ magnitudo monstratur.
Possideri, Passivum. Cic. 2. Att. 18. Habet etiam Campana lex exsecrationem in concione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur.
Omnis possidenter. Lucret. lib. 1. 391.
Utenda ac possidenda bona alicui tradere. Cic. 4. Verr. 46. Quæ bona, is qui testamentum fecit, huic Heraclio, antequam est mortuus omnia utenda ac possidenda tradiderat.
Possessum publice in bona alicujus mittere. Liv. 38. extr. In bona deinde L. Scipionis possessum publice Quæstores Prætor misit. V. Bona ex edicto, item Publice possidere supra.
POSSIDO, possidis, tertiæ conjugationis, quo usi sunt veteres, ut Possidam, futurum. Lucret. lib. 1. 388.
— nempe aer omne necesse est
Inter corpora quod fiat, possidat inane. i. e. Possideat, occupet. Lambinus.
POSSIDENS, entis. Partic. Hor. 4. Carm. 9. 45.
Non possidentem multa vocaveris
Recte beatum.
Italiam possidentes. Justin. 20. 1. 4.
POSSESSUS, a, um. Partic. [κτηθείς] Lucan. lib. 2. 610.
Urbs est Dictæis olim possessa colonis. Ovid. 2. Amor. 2. 8.
Et possessa ferus pectore versat amor.
Usu possessum, Vide in Refert ex Verrio. H. St.
POSSESSIO, ōnis. f. [[illegible]] Cic. in Parad. 6. Etenim si isti callidi rerum æstimatores prata & areas quasdam magno æstimant, quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest.
Possessio est, ut definit Gallus Ælius, usus quidam agri, aut ædificii, non ipse fundus, aut ager. Non enim possessio est, (nisi in iis) rebus, quæ tangi possunt. (Auctore Prætore,) qui dicit se possidere, is vere potest dicere. Itaque in legitimis actionibus, nemo ex his, qui (litigant) possessionem suam vocare audet, sed ad interdictum venit, ut Prætor his verbis utatur, Uti nunc possidetis eum fundum, Q. D. A. (i. e. quo de agitur.) quod nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis, ita possideatis, adversus ea vim fieri veto. Hæc Festus, uti quidem locum ejus restituit Ant. Augustinus.
Caduca & vacua possessio. Cic. 3. de Orat. 120. Nostra est, inquam, omnia ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quam homines, quasi caducam, & quasi vacuam, abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt.
Fiduciaria possessio, quam *Sub manu regia possidere* vocant, quasi fide data acceptam. Livius lib. 32. 38. pr. Optimum ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno, velut fiduciariam dare, ut victori sibi restitueret: si quid adversi accidisset, ipse haberet. De Corintho loquens, quam Philippus Nabidi ea lege dederat, ut si victor ex bello redisset, Nabis ei restitueret. Budæus. V. Fiduciarius in FIDUCIA.
Incerta possessio. V. INCERTUS.
Paternæ possessiones. Cic. 2. de Lege Agr. 83.
Relictæ. Cic. 1. de Lege Agr. 3. Utrum tandem hanc silvam in relictis possessionibus, an in Censorum pascuis invenisti?
Vacua. Cæsar. 3. Bell. Civil. cap. 112.
Voluptariæ. Cic. 12. Att. 25. Voluptarias enim possessiones nolet Silius.
Cedere possessione. V. CEDO.
Consistere in possessione judicii & defensionis. Cic. 2. de Orat. 200.
Decedere de possessione. Cic. 2. de Lege Agr. 67.
Depelli possessione sua. Cic. 3. de Orat. 106.
Detrahere aliquid de possessione, ac fidem acquirere. Cic. 2. Catil. 28.
Deturbari non solum spe, sed certa re & possessione. Cic. 12. Fam. 25.
Dimovere & dejicere aliquem de possessione. Cic. 2. de Lege Agr. 80.
Dare possessionem secundum tabulas. Cic. in Topic. 50. Si statuissemus ex edicto Prætoris secundum eas tabulas possessionem dari, quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset.
Dare ex edicto possessionem bonorum alicujus. Cic. 7. Fam. 22.
Datæ hæreditatum possessiones. Cic. 1. Philip. 62.
Exturbare e possessione aliquem. Cic. pro Sulla, 71.
Irruere temere in alienas possessiones. Cic. 1. de Orat. 41.
Mittere in possessionem. V. MITTO.
Mittere in bonorum alicujus possessionem. Cic. 1. Verr. 56.
Movere possessione. V. MOVEO.
Notare urbanas & rusticas possessiones, & aliorum pecunias æstimare. Cic. 5. Philip. 20.
Occupare possessionem laudis. Cic. 10. Fam. 7.
Pellere aliquem possessione. Cic. pro Milon. 75.
Permanebit in possessione victoriæ Respublica. Cic. 10. Fam. 21.
Permanet certa & stabilis sua cuique possessio amicitiarum. Cic. de Amicit. 55.
Ponere in libertatis possessionem pedem. Cic. 3. Philip. 28.
Proficisci in possessionem. Cic. pro Quint. 85.
Recuperare possessionem amissam. Cic. 3. de Orat. 108.
Retinuerunt in possessione sua juris Civilis cognitionem atque interpretationem principes. Cic. 2. Off. 65.
Retinere aliquem in sua possessione. Cic. 1. Att. 16.
Spectatur bonorum possessio, non in aliqua parte, sed in universis quæ teneri & possideri possunt. Cic. pro Quint. 89.
Sum, ut, Esse in possessione bonorum. Cic. pro Cæcin. 16.
Tenere possessiones paternas. Cic. 7. Fam. 21.
Tueri latitudinem possessionum. Cic. 2. de Lege Agrar. 67.
Venire in suam possessionem. Cic. 1. Off. 134. Nec vero, tanquam in possessionem suam venerit, excludat alios, sed cum reliquis in rebus, &c.
Usurpare possessionem. Cic. 3. de Orat. 108.
Possessiones appellantur agri late patentes, publici, privatique, quia non mancipatione, sed usu tenebantur: & ut quisque occupaverat, colidebat. Hæc quoque Festus. Aut. Aug. Colebat. Al. Possidebat. V. Vet. Auct. de Limit. p. 298. Edit. Goes.
Possessio, pro ipsis Bonis immobilibus aliquando sumitur, sive pro Fundo. Cic. 13. Fam. 5. Is habet in Volaterrano possessionem.
Cui tanta possessio est, ut liberaliter possit vivere, dives est. Cic. in Parad. 6. Plura supra exempla V.
Possessio, per translationem. Cic. 4. Acad. 132. Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio.
POSSESSIUNCULA, æ. f. diminut. [κτημάτιον] Cic. 13. Att. 23. Omni enim asseveratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi majori offensioni esse, quam delectationi possessiunculas meas.
POSSESSUS, ûs. m. Apul. Apol. p. 282. Elmenh. Plurimis rebus possessu careo, usu fruor.
POSSESSOR, ōris. m. [κτήτωρ] Qui rem quamcunque possidet. Cic. 2. Off. 78. Aut agrariam rem tentant, ut possessores pellantur suis sedibus.
Agelli possessor. Virg. 9. Ecl. 3.
Bonorum acerrimus possessor, expulsor, ereptor. Cic. pro Quint. 30.
Habebat tantum quisque possessor, quantum divisor reliquerat Antonius. Cic. 5. Philipp. 20.
POSSESSTRIX, īcis. f. a Possidendo. Afran. Liberto. Tius monilis possestricem. Ita Tonstrix, ita Impostrix, &c. Nonius, 2. 631.
POSSESSŌRIUS, a, um. Adj. Tryphoninus in l. pen § Sed nunquid. D. de bon. libert. Sed nunquid Prætor ei denegare possessorias actiones debeat. Libro quinto Pandectarum titulus est, De possessoria hæreditatis petitione.
POSSESSĪVUS, a, um. Adj. [κτητικός] Quod possidetur, quo utuntur Grammatici. Quintil. lib. 1. cap. 5. de virtut. & vit. oration. In quibus patrium pro possessivo dicitur.
POSSUM, pŏtes, pŏtui, [δύναμαι, [illegible]] posse, notæ significationis. Ter. in prol. Heaut. 27.
Ne plus iniquùm possit, quam æquùm, oratio. De origine infra V.
Assequi nullis litteris possum, ut exprimam. Cic. ad Brut. 15.
Posse ad. Cic. 1. de Divin. 16. Quid scammoniæ radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentium possit.
Ad obtinendas causas posse plurimum. Cic. in Orat. 69. Is qui in foro causisque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat; probare necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriæ: nam id unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum.
Posse apud aliquem plurimum. Cic. 5. Verr. 130. Loquebantur decumani palam, & præter ceteros is, qui apud istum plurimum poterat, maximosque agros populabatur, Apronius.
Apud aliquem amicitia, beneficiis, dignitate plurimum posse. Cic. pro Rosc. Amer. 4.
Corradi potest. Plaut. Pœn. 5. 6. 26.
Trecentos Philippos, credo, corradi potest.
Sed tamen quod fieri poterit, non negligam. Cic. 3. Q. frat. 5.
Fieri nihil potest, nihil accidere, nihil evenire, nisi, &c. Cic. 2. de Divin. 19.
Fieri potest, ut. Ter. And. 4. 2. 16.
Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ, volo: sed id non poterit.
Potest fieri ut fallar. Cic. 13. Fam. 73.
Potest, pro Potest fieri. Plaut. Pseud. 2. 2. 38.

Potest ut alii ita arbitrentur, & ego ut ne credam tibi.
Poterat utrumque præclare, pro Utrumque fieri poterat. Cic. 1. Fam. 7. Poterat utrumque præclare, si esset fides, si gravitas in hominibus Consularibus. Budæus.
Nominare possum ex agro Sabino rusticos, vicinos & familiares meos, quibus absentibus nunquam fere ulla in agro majora opera fiunt, non ferendis, &c. Cic. de Senect. 24.
Nescire non possum diutius, quomodo jam se habeat tota res Brundusina. Cic. 9. Att. 3.
Non possum, quin exclamem. Cic. 2. de Orat. 39.
Non poterit, quin. Cic. 2. de Orat. 66. De musicis rebus non poterit, quin dicat, hoc onere suscepto recusare.
Non potuit, quin suo sermone aliquem familiarium participaverit. Subaudi, Continere se. Plaut. Milit. 2. 2. 107.
Non potest, pro Non est possibile, ut vult Budæus. Ter. Phorm. 2. 1. 72.
— non, non sic futurum est: non potest. [Subauditur Fieri.
Non omnia possumus omnes. Virg. 8. Ecl. 63.
Potest per se. Cic. de Amicit. 26. Quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet. V. Minor, in PARVUS.
Per vim posse. Cic. pro Quint. 69. Qui tum & poterant, per vim & scelus, plurimum. [Hic est Pollere, Potentem esse. conf. infra.
Quam maxime potero, dabo operam ut breve id faciam. Cic. in Sallust.
Quam possum maxima voce dico. Cic. pro Domo 95.
Quam possunt mollissime substernunt nidos aves. Cic. 2. de Nat. Deor. 129.
Quoad possem & mihi liceret, a senis latere nunquam discederem. Cic. de Amicit. 1.
Quoad potest, Quoad possibile est. Cic. 2. Att. 7. Incende hominem, amabo te, quoad potes. Sic
Quantum potest. Ter. Eun. 5. 1. 20. Comprehendi jube quantum potest. Budæus.
Quantum potui per ætatem, avidissime contuli. Plin. 2. Epist. 16.
Si potes juva me consilio, & tamen ista quantum potes provide. Cic. 7. Att.
Possum scire, quo profectus, cujus sis, aut quid veneris? Plaut. Amphit. 1. 1. 190.
Huc face ad me venias, siquid poteris. Ter. Andr. 4. 2. 29.
Dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia, retinebimus. Cic. 1. Fam. 2. [Subaudi Fieri.
Sic tueor, ut possum, concordiam. Cic. 1. Att. 14.
Sic ei te commendavi & tradidi, ut gravissime diligentissimeque potui. Cic. 7. Fam. 17.
Potest, cum Ablativo. Cæsar 1. Bell. Gall. 8. Gratia & largitione apud Sequanos plurimum poterat. Nonnunquam cum præpositione: ut Ter. in prol. Heaut. 13.

Sed hic actor tantum potuit a facundia,
Quantum ille potuit cogitare commode.

Qui neque uso satis, & ingenio parum possum. Cic. pro Quint. 1.
Possum, geminatum. Quintil. lib. 10. cap. 5. Nobiscum contendere possumus, cum aliis non possumus.
Tantum potest in dicendo hæc res, ut ad vincendum nulla plus possit. Cic. 2. de Orat. 180.
Minimum nunc quidem potest, sed possit necesse est, Respublica. Cic. 4. Fam. 13.
Potest, pro Debet. Cic. 2. Att. 9. Festive, mihi crede, & minore sonitu quam putaram, orbis hic in Repub. est conversus: citius omnino quam potuit: id culpa Catonis. Quam potuit, subaudi, Per publicas rationes. Potuit, i. e. Licuit, debuit, æquum fuit. Rursus epist. 16. Potuerit intercedi necne, nihil ad se pertinere. h. e. Debuerit. Et in orat. pro Domo, 11. Nam quum ingravesceret annona, ut jam plane inopia ac fames, non caritas timeretur, concursus est ad templum Concordiæ factus, Senatum illuc vocante Metello Consule; qui si verus fuit, ex dolore hominum & fame, certe Consules causam suscipere, certe Senatus aliquid consilii capere potuit.
Posse, pro Valere & bene habere. Cic. 2. Tusc. 44. Nihil enim dolet nisi pes: possunt oculi, potest caput, latera, pulmones: possunt omnia.

POTIN' & POTIN' ES, [μῶν δύνασαι] pro Potesne. Ter. And. 2. 6. 6.
Potin' es mihi verum dicere? D. nihil facilius. Idem Adelph. 4. 1. 23. Potin' es ut desinas? Plaut. Amph. 3. 2. 22. Potin' es ut abstineas manum? Idem Epid. 1. 60. Potin' uti molestus ne sies. [Non est a Possum, sed a Potis sum antiquorum arcessendum, Potin' es, pro Potis ne es, vel antique Potine es. Inde Potin, ut Vin, pro Visne, Satin pro Satisne &c.

PŎTESSUM [δύναμαι] pro Possum. Ter. Eun. 4. 3. 23.

At pol ego amatores audieram mulierum eos esse maximos,
Sed nihil potesse.

Quædam exemplaria legunt hoc loco, Posse. Plaut. Aulul. 2. 4. 30.

Censen' talentum magnum exorari potesse
Ab isto sene?

Potessem, potesses, potesset; optativus antiquus. Lucil. lib. 5.

Nam si, quod satis est homini, id satis esse potesset,
Hoc sat erat: nunc quum hoc non est, qui credimus porro
Divitias ullas animum mi explere potesse?

Potestur, [δύναται] pro Potest, frequens apud antiquos, teste Nonio. 10. 34. Pacuvius, Siqua potestur investigari via. Lucret. lib. 3. 1023.

Quod tamen expleri nulla ratione potestur. conf. Fest.

PŎTENS, entis. [δυνάμενος] Partic. Tempus significat: sed Accusativo jungitur nominum, vel Infinito, nec comparationem accipit. ut, Potens pugnare, vel bella facere. Ulpian. in l. Si ambo. D. de compensation. Si quis igitur compensare potens solverit: condicere poterit, quasi indebito soluto.
Potens [δυνατὸς, δυνάστης, ἔφθιμος, καρτερὸς, ἰσχύων] Genitivo jungitur: ut, Potens maris, & comparationem accipit. Ter. Adelph. 3. 4. 56.

Quam vos facillime agitis, quam estis maxime
Potentes, dites, fortunati, nobiles.

Cic. pro Quint. 70. Si propter partium studium potens erat Alfenus, potentissimus Nævius.
Corporis potens, Virium suarum. Curt. lib. 9. 5. 23. Sed ne sic quidem potens corporis, rursus in genua procumbit.
Deorum potens. Plin. in Paneg. cap. 78. extr. Annuas, Cæsar, optantibus, quibusque apud deos esse consuesti, quorum potens es, votorum compotes facias. Sed emendati libri præferunt, Quorum potes ipse.
Cypri potens Venus, i. e. Domina. Hor. 1. Carm. 3. 1. A Græcis sumptum, qui ita loquuntur, κρατέουσα Κύπρου.
Frugum potens Ceres. Ovid. 3. Amor. 10. 35.
Imperii potens, Qui imperium obtinet. Tacit. 11. Ann. 31. Budæus. Liv. 22. 42. extr.
Mentis nec potens truculentus Atreus. Senec. Thyest. 7.
Nemorum potens virgo. Stat. 9. Theb. 608. Epitheton Dianæ.
Pugnæ & fugæ potens. Liv. 8. 39. pr. Neque pugnæ, neque fugæ, satis potentes cæduntur.
Regni potens, Regno maturus. Livius 24. 4. extr. Juvenem jam esse dictitans Hieronymum, ac regni potentem. Budæus.
Scelerum potens. Stat. 11. Theb. 57.
Sui potens. Liv. 26. 13. Dum liber, dum mei potens sum.
Tempestatum potens. Virg. 1. Georg. 27. Idem 1. Æn. 84.

Nimborumque facis tempestatumque potentem.

Voti aliquem potentem facere. Ovid. 8. Met. 80.
Uteri potens diva, Juno. Ovid. 9. Met. 315.
Potens, ablativo junctum: ut, Armis potens. Virg. 1. Æn. 535.
Classe virisque potens. Ovid. 13. Epist. 59.
Ferro potentes. Propert. lib. 3. 22. 21.
Muneribus Veneris potens. Hor. 4. Carm. 10. 1.
Nobilitate. Ovid. 13. Met. 22.
Opibus potens Roma. Ovid. 4. Fast. 255.
Oppidis centum potens Crete. Hor. 3. Carm. 27. 33.
Pietate potentes. Propert. lib. 3. 22. 21.
Proditione potens. Ovid. 8. Met. 56.
Venere turpi potens libido. Senec. Octav. 7.
In Compositis, Armi potens, Belli potens, Omnipotens, Viripotens. H. St. At hic nec Genitivus, nec Ablativus est, verum compositionis modus & in aliis usitatus, ut Armiger, Armisonus &c.
Civis potens. Hor. Epod. 2. 8.
Civitas ampla & potens. Cic. 2. de Invent. 169.
Dextra. Virg. 7. Æn. 234.
Dominator. Senec. Herc. fur. 13.
Dominus. Virg. 6. Æn. 621.
Factum. Claud. 4. Cons. Hon. 220.
Herbæ. Virg. 7. Æn. 19.
Ignis sacer, nimiumque potens. Senec. Hippol. 3. De igne amoris.
Justitia. Hor. 2. Carm. 17. 15. Fatum intelligit.
Manus potentes terra marique. Hor. in Carm. sæcul. 53.
Matrona potens. Hor. de Arte Poet. 116.
Nomen potens maris. Senec. Hippol. 5.
Populus. Ovid. 5. Fast. 729.
Regna. Ovid. 2. Amor. 1. 13.
Tactus. Ovid. 11. Met. 308.
Potens, pro Potiens. Hor. 1. Carm. 5. 15. — potenti

Vestimenta maris deo.

i. e. Neptuno maris potienti. Quanquam non me fugit etiam Neptuno posse dici permissam maris potestatem, eoque Potentem maris appellari: sed priorem sequitur Turnebus. [Quod nollem factum. Nulli poëtæ æque familiaris est, ac Horatio, hic hellenismus.
Compar. Tanto potentior. Ovid. 14. Met. 657.
Armis potentior. Ovid. 6. Met. 678.
Potentiora ad. Quintil. lib. 6. cap. 1. Tanto sunt quadam portione ad efficiendum potentiora, quum velut ipsorum ore dicuntur.
Auro nihil potentius. Ovid. 3. Amor. 8. 29.
Superl. In affectibus potentissimus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Argumenta potentissima. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Potentissimus odor. Plin. lib. 13. cap. 2.
Potentissima in toto orbe terrarum Græcia. Plin. lib. 18. cap. 7.
Contumaciam potentissimorum virorum nunquam tuli. Cic. 6. Att. 3.
Potens, entis. substant. Lucan. lib 1. 271.

— libertatemque tueri
Ausus, & armatos plebi miscere potentes.

Ex humili potens. Hor. 3. Carm. 30. 12.
Florens & potens. Cic. pro Domo 49. Itaque quum tu, florens & potens, per medium forum popularis volitares, &c.
Inops vir, Fortunatus & potens, contraria. Cic. 2. Off. 69. Sed quis est tandem, qui inopis & optimi viri causæ non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis?
Potens & factiosus. Auctor ad Herenn. lib. 2. 40. Ut si quis potens ac factiosus in concione dixerit, satius est uti regibus, quam malis legibus.
Potens, gratiosus, disertus homo. Cic. pro Cœl. 22.
Contra potentes ne quid stulte, ne quid temere, dicam aut faciam reliquum est. Cic. 9. Fam. 16.
Tribuere infinita potentibus. Cic. ad Brut. 4.
Maxime potens. V. MAGIS.
Fortuna potentem me fecit. Ovid. 10. Met. 603.

POTENTER, Adv. [κατὰ δύναμιν] ut, Res potenter lecta, h. e. Juxta vires electa. Hor. de Arte Poet. 40.
Compar. Quintil. lib. 6. cap. 4. Quod in altercatione fit potentius.
Superl. Quintil. Decl. 274. Potentissime dicere.

POTENTIA, æ. f. [δύναμις, ἰσχὺς, ἐπικράτεια, κράτος, ῥώμη, ἀλκή] contrarium habet Impotentia. Virg. 1. Georg. 92.

Ne tenues pluviæ, rapidive potentia Solis
Acrior.

Ovid. 7. Met. 537.

Inque feris subiti deprensa potentia morbi est.

Ventosa potentia Neptuni. Ovid. 2. Amor. 16. 27.
Potentia oculi. V. OCULUS.
Potentia, pro Auctoritate & opibus civilibus. Cic. 2. de Invent. 169. Potentia est ad sua conservanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas.
Cupido potentiæ. Tacit. 2. Hist. 38.
Prompta potentia. Tacit. 12. Ann. 44.
Subjecta invidiæ. Juven. 10. Sat. 56.
Sempiterna. Tacit. 3. Ann. 30.
Vasta. Ovid. 2. Met. 520.
Potentia in vi posita est & armis. Cic. ad Brut. 10.
Opum potentiæ. Cic. 3. Off. 36. Hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ.

Consequi potentiam. Idem 3. Off. 82. Qui omnia recta & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur.
Concupiscere opes violentas, & minime ferendam potentiam. Cic. 1. Philip. 29.
Criminari invidiose potentiam alicujus. Cic. pro Milon. 12.
Dimicant de sua potentia homines. Cic. 7. Att. 3.
Dominatur potentia. Cic. pro Cæcin. 71. Nimia ista, quæ dominatur in civitate, potentia.
Esse in magna potentia. Cic. pro Muren. 25. Erant in magna potentia qui consulebantur: a quibus etiam dies, tanquam a Chaldæis, petebantur. i. e. In auctoritate magna in Repub.
Esse sine potentia. Plin. 3. Epist. 7.
Vis, potentia, potestas. Cic. pro Domo, 80. Quæ nec vis temporum, nec potentia magistratuum, nec res tum judicata, nec denique universi Populi Rom. potestas, quæ ceteris in rebus est maxima, labefactare possit.

POTENTIALIS, e. Adj. Vox a Grammaticis ficta, ut Potentialis modus, ut apud Hor. Invideas, pro Invidere possis, quidam dicunt sumi potentialiter. Cruq. in Hor. 179. col. priore in fine. H. St.

POTENTIALITER, Adv. Sidon. 7. Epist. 14. Cui me animus potentialiter notum facit. V. dict. præced.

POTENTATUS, ûs. m. [δυναστεία] Idem quod Principatus. Cæsar 1. Bell. Gall. 31. Hic quum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse, &c. ubi Cellar. V.
Æmulo potentatûs inimicus. Liv. 26. 38.

POTENTATOR, ôris. m. Tertull. de Resurr. carn. cap. 23. Solus potentator & rex regnantium.

POTESTAS, âtis. f. pro Vi accipitur, [δύναμις, ἐξουσία, αὐθεντία] Potestas, inquit Perottus ex Paulo, De Verb. signific. l. Potestatis, plura significat. In persona magistratuum, imperium: in persona liberorum, patriam auctoritatem: in persona servorum, dominium. At quum agimus de noxæ deditione cum eo, qui servum non defendit, præsentis corporis copiam & facultatem.
Potestas & Facultas. Cic. 2. de Invent. 24. Sin fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur, aut potestas aliis defuisse demonstranda est, aut facultas, aut voluntas.
Potestas adipiscendi, &c. Plaut. Epid. 1. 1. 13.
Quocunque tempore mihi potestas præsentis tui fuerit, tu eris, &c. Cic. 1. Fam. 9.
Quidlibet audendi æqua poetis & pictoribus potestas. Hor. de Arte Poet. 10.
Nutus atque Potestas deorum. Cic. 3. in Catil. 18. Hanc urbem deorum immortalium nutu atque potestate administrari.
Optio & Potestas. Cic. in Vatin. 41. An erit hæc optio & potestas tua, ut, &c.
Vis omnis ac potestas deorum. Cic. 3. de Nat. Deor. 88.
Potestas omnium rerum, & Dominatus. Cic. 2. de Nat. Deor. 29. Itaque necesse est illud etiam, in quo sit totius naturæ principatus, esse omnium optimum, omniumque rerum potestate dominatuque dignissimum. Cic. 2. de Lege Agr. 37. Hoc parvum argumentum vobis erit, a certis hominibus dominationem potestatemque omnium rerum quæri, quum videatis eum, &c.
Firma rerum. Valer. 4. Argon. 12.
Fracta & pene translata. Claud. 2. Cons. Stil. 125. Urbis scil.
Immensa deûm. Lucret. lib. 5. 1208.
Invidiosa. Claud. 2. in Eutrop. 554.
Justa potestas est illi in ambos. Hor. 2. Serm. 7. 62.
Justa & legitima. V. LEX.
Lenis. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 167.
Summa. Senec. Thyeste 1.
Tranquilla. Claud. Cons. Mall. Theod. 239.
Violenta. Claud. Cons. Mall. Theod. 240.
Vivata corporis atque animi. Lucret. lib. 3. 557. Alii legunt, Animal innata potestas.
Accipere. V. ACCIPIO.
Adimere. V. ADIMO.
Cadere in potestatem. V. CADO.
Concedere peccandi potestatem alicui. Cic. 11. Philip. 16.
Continere in sua potestate aliquos. Cic. 2. in Catil. 26.
Deducere alicujus potestatem. V. DEDUCO.
Deferre potestatem alicui tribuendorum beneficiorum. Cic. pro Corn. Balb. 37. Potest esse ulla denique majestas, si impedimur, quo minus per Pop. Rom. beneficiorum virtutis causa tribuendorum potestatem imperatoribus nostris deferamus?
Divisa spatio potestas. Lucret. lib. 3. 264.
Dari potestatem rei faciendæ. Cic. 10. Fam. 13. Ut primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi, &c.
Dare respirandi potestatem. Cic. pro Quint. 87.
Dare eligendi potestatem. Cic. 2. de Invent. 2.
Eripere potestatem. Cic. in Vatin.
Facere potestatem. Cic. 2. in Catil. 11. Si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem.
Facere conveniendi sui potestatem omnibus. Cic. 8. Philip. 31.
Facio interpellandi tibi potestatem. Cic. pro Rosc. Amer. 73.
Facta est libera mihi potestas loquendi. Cic. Anteq. iret in exsil. 27.
Facere potestatem sui. Cic. 1. Q. frat. 2. Quod quum Gabinium de ambitu vellet postulare, neque Prætores diebus aliquot adiri possent, vel potestatem sui facerent, in concionem ascendit.
Gliscit potestas. Tacit. 3. Ann. 60.
Habere potestatem. Cic. pro Corn. Balb. 37. Si præmii tribuendi potestatem nullam haberemus.
Habere summam potestatem in aliquo loco. Cic. 1. Q. frat. 1.
Habere summam potestatem alicujus. Cic. in Sallust. 13. Qui eo tempore summam tui potestatem habuit.
Habere aliquem in sua potestate. Cic. ad Brut. 4. Et 4. Verr. 135. Quadruplatorum quicquid erat, habebat in potestate.
Habere vitæ necisque potestatem in aliquem. Cic. pro Domo 77.
Habeo ducendi liberum spiritum nullam potestatem. Cic. Anteq. iret in exsil. 27.
Habere jus potestatemque imperandi. Cic. 11. Philip. 30.
Ostendere suam potestatem in aliquem. V. OSTENDO.

Patet late potestas ejus. Cic. 4. Fam. 7.
Permittam decernendi potestatem aliquibus. Cic. Post red. in Senat. 3.
Permissa potestas. Valer. 8. Argon. 404.
Pervenire in potestatem alicujus. Cic. pro Lege Manil. 32. Quum duodecim secures in prædonum potestatem pervenerint.
Poni in potestate alicujus. Cic. 2. de Fin. 86. Si modo sit aliquid esse beatum, id oportere totum poni in potestate sapientis.
Privare aliquem potestate faciendi aliquid. Cic. 5. Fam. 2.
Prorogata fortunæ potestas in nos. Cic. 1. Q. frat. 1.
Recisa orandi potestas. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Reddere potestatem certaminis victo. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Redigere aliquos in suam potestatem. Cic. 5. Philip. 46. Equites, sagittarios, elephantos in suam Populique Rom. potestatem redegerit.
Redigere aliquem in suam ditionem ac potestatem. Cic. 2. de Lege Agr. 73.
Retinere in potestate. Cic. Fam 12.
Sum, ut, Esse in potestate alicujus. Plaut. Mostel. 1. 2. 54.
Esse in ditione ac potestate alicujus. Cic. pro Quint. 6. Omnes quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant, quid possit is, in cujus ditione ac potestate sunt, facere, quam, &c.
Esse in potestate alicujus, Ex ejus consilio pendere, et obtemperare. Cic. 2. Q. frat. 9. Totum ei negotium permisi, meque in ejus potestate dixi fore. [Sic sæpe Liv. In senatus, Patrum, Consulum &c. potestate.
Est in potestate tua. Cic. 4. Verr. Petis a me, quod in tua potestate est, ut id tibi facere ne liceat?
Esse in potestatem. V. IN.
Esse sub potestate alicujus. Liv. 24.
Est malefaciendi mihi potestas. Plaut. Stich. 1. 2. 60.
Est potestas tibi servandi illum. Ter. Andr. 3. 3. 10.
Fuit potestas liberius vivendi. Ter. Andr. 1. 1. 25.
Fuit potestas tibi quotidie hominis admonendi. Cic. pro Quint. 46.
Potestas non fuit mittendi. Cic. 11. Att.
Est potestas certorum hominum, h. e. Habeo certos homines ad manum. Cic. 1. Fam. 7. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem, non prætermittam, &c.
Est integra nobis judicandi potestas. Cic. 4. Acad. 8.
Est sita in eorum potestate nostra salus. Cic. Anteq. iret in exsil. 12.
Est potestas ea tua, pro Potes. Ter. Heaut. 4. 3. 40.
Metuo, quid agam. S. metuis? quasi non ea potestas sit tua,
Quo velis in tempore ut te exsolvas, rem facias palam. Cic. 16.
Att. 19. Præsertim quum tota potestas hujus rei tua sit.
Erat quæ tum potestas: i. e. Quod tum fieri poterat. Cic. pro Cluent. 75. Consurgitur in consilium, quum sententias Oppianicus, quæ tum erat potestas, palam ferri velle dixisset, ut Stalenus scire posset, quid cuique deberetur.
Est summa omnium rerum potestas Populi Romani. Cic. de Arusp. Respon. 11.
Subjicere se sub potestatem. Cic. ad Heren. 2. 50.
Suscipere in potestatem, & Dimittere ex potestate. Cic. pro Cæcin. 98. Si pater vendidit eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit.
Tenere aliquem in sua potestate & ditione. Cic. 3. Verr. 97. Et 1. Q. frat. 1. Tenere motum animi in sua potestate.
Tradere potestatem alicui. Cic. 1. de Orat. 226. Cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas, tradidit.
Venire in arbitrium ac potestatem alicujus. Cic. 3. Verr. 150.
Exisse de potestate proprie iratos dicimus, id est de consilio, de ratione, de mente. Cic. 4. Tusc. 77. [An De potestate mentis? H. St.
Redire in suam potestatem dicitur, Qui e potestate exierat: apud Gellium lib. 7. cap. 3. ex Catonis oratione ita legitur, Quo majore opere dico suadeoque, uti hæc res dies aliquot proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus.
Potestas, sine adjuncto, pro Magistratu, vel, ut vocant, Officio, quod quis sub principe gerit. Plin. in Paneg. cap. 67. pr. Civile hoc erat, & hoc parenti publico convenientissimum, nihil cogere: semperque meminisse, nullam tantam potestatem cuiquam dari posse, ut non sit gratior potestate libertas. Et Suet. Cæs. cap. 17. Eodem Novium Quæstorem, quod compellari apud se majorem potestatem passus esset. Et Claud. cap. 23. Jurisdictionem de fideicommissis, quotannis, & tantum in Urbe, delegari magistratibus solitam, in perpetuum, atque etiam per provincias potestatibus demandavit.
Mansuetus & misericors in potestatibus fuit. Auctor ad Heren. lib. 3. 25.
Imperium & Potestas. Cic. 2. de Lege Agr. 36. Si hoc fieri potest, ut in hac civitate, quæ longe jure libertatis ceteris civitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium, aut potestatem assequi possit: quid, &c.
Præditus summa potestate homo. Cic. pro Domo 110. De P. Clodio Trib. pl.
Decemviralis. Tacit. 1. Ann. 1.
Extraordinariæ. Cic. pro Domo 28.
Regia. Cic. 3. de Legib. 4. Idem 1. Philip. 3. Dictaturam, quæ vim jam regiæ potestatis obsederat, funditus ex Repub. sustulit.
Abrogare potestatem. V. ABROGO.
Palam per potestatem, uno imperio totum oppidum compilarit. Cic. 6. Verr. 53.
Gerere potestates. Auctor ad Heren. lib. 3. 14. In divitiis qualis, aut paupertate cujusmodi fuerit, quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum. conf. Cic. 4. Verr. 138.
Habuit regalem potestatem. Cic. de Aruspic. Resp. 54. De Sulla.
Nacti summam potestatem. V. NANCISCOR.
Permittere potestatem. Cic. 1. Q. frat. 1. Ut ea potestate, quam tu ad dignitatem permisisses, ad quæstum uteretur.
Proficisci cum potestate in provinciam. Cic. 6. Verr. 9. Neminem qui cum potestate, aut legatione, in provinciam esset profectus, tam amentem fore putaverunt.
Esse cum potestate. V. CUM.
Versari cum imperio & potestate in Repub. Cic. 1. Philip. 18.
Potestates, ipsi Principes potentes dicuntur, quos Græci Dynastas vocant, & ii qui magistratus gerunt, & judiciis præsunt. Plin. lib. 29. cap. 4. Mites præstare dominos potestatesque exorabiles. Apul. Sed jussit potestas officialem suum magna severitudine coerceri.
Magistratus & Potestas legitima. Cic. 1. Tusc. 74. Sed tanquam a magi-

ſtratu, aut ab aliqua poteſtate legitima, ſic a Deo evocatus atque emiſſus exierit. De Catone.

Plumbi poteſtas, pro Plumbo. Lucret. lib. 5. 1241.

Et ſimul argenti pondus, plumbique poteſtas. Sic Virg. 4. Æn. 132. Odora canum vis, pro Canibus poſuit. Turnebus.

Compacta poteſtas Centaurorum ex membris alienigenis. Lucret. lib. 5. 878.

Naturalis poteſtas, pro Natura. Vitruv. lib. 9. Namque in his locis ita naturalis poteſtas architectata eſt. Quo genere circuitionis Lucretius utitur: & Ferri poteſtatem, pro Ferro dicit. Turnebus.

Potestātīvus, a, um. Adj. Tertull. adverſ. Hermog. cap. 19. Ἀρχὴ non tantum ordinativum, ſed & poteſtativum capit principatum.

Possĭbĭlis, e. Adj. [δυνατὸς] Quod fieri poteſt. Plaut. Stich. 5. 6. 4.

Poſſibile eſt tandem, ſtantem ſtanti ſavium dare, amicum amicæ? Turnebus citra interrogationem pronuntiative legit, Proſtibile: alii, Proſtibuli. Quintil. lib. 3. cap. 8. Melius ergo qui tertiam partem fecerunt δυνατὸν, noſtri Poſſibile nominant, quæ ut dura videatur appellatio, ſola tamen eſt.

Conditio poſſibilis, cui opponitur Impoſſibilis. Pomponius in l. Quum in ſecundo. D. injuſto, &c.

Possibilitas, âtis. f. Idem quod Potentia. Arnob. lib. 1. adverſ. Gentes, p. 25. Atqui conſtitit Chriſtum ſine ullis adminiculis rerum, omnia illa, quæ fecit, nominis ſui poſſibilitate feciſſe. Et Ammian. 19. 2. Medebatur quiſque vulneribus pro poſſibilitate, vel curantium copia. [Vulgo Paſſive uſurpant, pro eo Quod fieri poteſt. V. Pallad. 3. 24.

Post, [μετὰ, ἀπὸ, κατόπιν, ὕστερον] Præpoſitio, Accuſativo caſui jungitur. Virg. 1. Ecl. 70.

Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor, ariſtas. [Niſi hic Adv. eſt. V. in Arista & Metalepsis.

Annum poſt quintumdecimum creati Conſules: i. e. Cum intervallo XV annorum fuiſſent Tribuni militum Conſulari poteſtate. Liv. 5. 29. pr. Budæus.

Diem poſt hunc. Plaut. Rud. 5. 3. 60.

Diem poſt tertium ejus diei. Cic. 3. Att. 7. Eo die pueri tui mihi a te litteras reddiderunt: & alii pueri poſt diem tertium ejus diei litteras alias attulerunt. h. e. Tertio die poſtquam priores acceperam; antiqua figura, ut Pridie ejus diei, Poſtridie ejus diei, Poſt diem tertium, & Poſt diem quartum ejus diei.

Diem poſt quartum, quam. Cic. 9. Att. 10. Hoc ſcribis poſt diem quartum, quam ab Urbe diſceſſimus.

Dies poſt paucos caſtra habuimus. Cic. 5. Att. 20. Quædam exemplaria hoc loco omittunt Poſt.

Poſt genus humanum natum pauci reperti ſunt, qui nullis præmiis propoſitis vitam ſuam hoſtium telis pro patria objecerint. Cic. pro Corn. Balb. 26.

Poſt id locorum, pro Poſtea. Plaut. Trucul. 3. 1. 15.

Poſt hæc conſtituta judicia, quibus nunc utimur. i. e. Ex quo judicia conſtituta ſunt. Cic. 2. Verr. 49. Ex Budæo.

Prætereo, atque aliis, poſt me, memoranda relinquo. Virg. 4. Georg. 148.

Poſt hominum memoriam, Ab hominum recordatione. Cic. in Piſon. 65. Inſtant poſt hominum memoriam paratiſſimi, magnificentiſſimique ludi.

Poſt homines natos, Idem. Cic. de Opt. gen. Orat. 6. Optimus longe poſt homines natos.

Aliquot poſt menſes, & homo occiſus eſt, &c. Cic. pro Roſc. Amer. 128.

Poſtque brevem reſcribe moram. Ovid. 3. de Arte Am. 473.

Poſt omnia orationem concludere. Cic. in Orat. 122.

Poſt tempus venis. Plaut. Capt. 4. 2. 90. Cic. pro P. Quint. 19. Ego pro te nunc hoc conſulo, poſt tempus. in aliena re, quod tu in tua re, quum tempus erat, conſulere oblitus es.

Poſt terga. Virg. 11. Æn. 81.

Poſt tergum, A tergo. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 88. Repente poſt tergum equitatus cernitur.

Poſt, pro Pone. Galli dicunt *Derriere*. Virg. 3. Ecl. 20.

— tu poſt carecta latebas.

Poſt, ſuo caſui non ſerviens, Adverbium eſt. Ter. Hec. 4. 4. 78.

— puerum accipies: nam is quidem
In culpa non eſt: poſt de matre videro. Virg. 1. Æn. 140.
Poſt mihi, non ſimili pœna, commiſſa luetis.

Poſt ubi confecti curſus, & dona peregit. Virg. 5. Æn. 362.

Reſpexit tamen, & longo poſt tempore venit. Virg. 1. Eclog. 30. Sed Servius præpoſitionem agnoſcit; antiqui enim, inquit, Poſt, Ante, Circum, etiam ablativo jungebant.

De Capitone poſt viderimus, ſi, &c. Cic. pro Roſc. Amer. 84.

Conſequens eſt, & poſt oritur. Cic. 3. de Fin. 22. Non ineſt in primis naturæ conciliationibus honeſta actio, conſequens enim eſt, & poſt oritur.

Initio & Poſt. Cic. 7. Fam. 5. Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, ut initio mea ſponte, poſt autem invitatu tuo mittendum duxerim.

Primo & Poſt. Cic. 2. Verr. 17. Quæ res primo, Judices, pertenui nobis argumento, indicioque patefacta eſt: poſt aperto ſuſpicionis introitu, &c.

Aliquanto poſt. Cic. in Orat. 107. Quæ nequaquam ſatis deferbuiſſe poſt aliquanto ſentire cœpimus.

Anno poſt, & deinceps. Cic. de Clar. Orat. 218. Reprehendit eas res, quas idem Cæſar anno poſt, & deinceps ſingulis annis, adminiſtraviſſet in Gallia.

Annis poſt multis pecunia recuperata eſt. Cic. pro Flacc. 56.

Diebus poſt paucis Tarenti emortuus eſt. Plaut. Men. prol. 36.

Diebus poſt paucis, quam Luca diſceſſerat. Cic. 1. Fam. 9.

Hora poſt, Antiochum Gabinium, neſcio quem, &c. lege Papia condemnarunt. Cic. 4. Att. 16.

Poſt deinde. Ter. And. 3. 2. 3.

Nunc primum fac iſtæc ut lavet: poſt deinde
Quod juſſi ei date bibere, &c. Virg. 5. Æn. 321.
— ſpatio poſt deinde relicto
Tertius Euryalus.

Demum poſt. Plaut. Aſin. 5. 2. 65.

Poſt eum demum huc cras adducam ad lenam, ut viginti minas Ei det.

Haud adeo multo poſt. Plaut. Merc. 2. 1. 10.

Ea ſimia adeo poſt haud multo ad me venit.

Non multo poſt. Cic. 2. in Catil. 15. Ac jam illa omitto: neque enim ſunt aut obſcura, aut non multo poſt commiſſa.

Non ita multo poſt. V. Multus, & Non adverbium.

Poſt paulo. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 20. Poſt paulo tamen internuntiis ultro citroque miſſis, quæ, &c. Hor. 3. Carm. 20. 3.

Dura poſt paulo fugies inaudax
Prælia raptor.

Principio poſt denique. Plaut. Perſ. 4. 1. 4. Sic Acidal. Al. Poſt principia.

Tanto poſt & Continuo, contraria. Cic. pro Cœl. 19. Cur tanto poſt potius, quam continuo, queri maluerit?

Postea, [εἶτα, ἔπειτα, μετέπειτα, μετὰ ταῦτα] compoſitum ex Poſt, & Ea. Adverbium eſt idem ſignificans quod Exinde. V. Postilla. Salluſt. Catil. cap. 19. pr. Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam, Quæſtor pro Prætore, miſſus eſt.

Quid tum poſtea. Ter. Hec. 4. 1. 37.

Audiſti ex aliquo fortaſſe, qui vidiſſe eum diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad amicam: quid tum poſtea,
Si modeſte ac raro hoc fecit? Item Adelph. 4. 5. 26.
Ebo nonne hæc juſta tibi videntur poſtea? Hoc loco abondat Poſtea, auctore Donato.

Quid poſtea? & quid tum inde? Cic. pro Muren. 26. Cedo, quid poſtea? Eum ego ex jure meum eſſe ajo. Quid tum inde? Inde ego te ex jure manu conſertum voco.

Primum, & Poſtea deinceps. Cic. de Clar. Orat. 12. Poſt Cannenſem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolam prælio Populus ſe Romanus erexit, poſteaque proſperæ res deinceps multæ conſecutæ ſunt.

Posteăquam, [ἐπεὶ, ἐπὴν, ἐπειδὰν, ἐπειδὴ] una dictio eſt, quam nonnulli dividunt, idem ſignificans quod Poſtquam. Cic. 10. Fam. 1. Et abfui proficiſcens in Græciam: & poſteaquam de meo curſu Reipub. ſum voce revocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui.

Poſteaquam ego inquirendi cauſa in Siciliam veni, repente Letilii adventu, iſtius non modo amicus, verumetiam cognatus factus eſt. Cic. 4. Verr. 138.

Poſteaquam mihi renotiatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ, ſane quam, pro eo ac debui, graviter ac moleſte tuli. Sulpic. ad Cic. 4. Fam. 5.

Aliquando inter Poſtea & Quam, interponitur Vero, & ſignificat Sed poſteaquam. Cic. 3. Fam. 7. Poſtea vero quam ita & cœpi, &c.

Poſtea vero, quam profectus es, velim recordere, quæ ego de te in Senatu egerim. Cic. 5. Fam. 2.

Posthac, Adv. [ἐντεῦθεν, τὸ λοιπὸν, μετὰ ταῦτα] Deinceps, in futurum, poſt hoc tempus, ut ait Valla lib. 2. Ter. Hec. 3. 3. 45.

Lacrimo, quæ poſthac futura eſt vita quum in mentem venit. Idem Eun. 5. 2. 59. Hunc to in ædes cogitas recipere poſthac?

Poſthac & Antea, contraria. Cic. 7. Att. 3. Sed in hoc genere, ſi modo per Rempublicam licebit, non accuſabitur poſthac: neque hercle antea negligentes fuimus, ſed amicorum multitudine occupati.

Efficiam, poſthac ne quenquam voce laceſſas. Virg. 3. Ecl. 51.

Scribam poſthac ad te planius. Cic. 9. Att. 19.

Posthinc, Adv. [εἶτα] Deinceps. Virg. 8. Æn. 546.

Poſthinc ad naves graditur, ſociosque reviſit. Ubi Serv. Unum vacat, aut Poſt, aut Hinc: ut,
Poſthinc digreſſus jubeo frondentia capris. i. e. Quum hoc feceris. Virg. 3. Georg. 300.

Post-illa, [μετὰ ταῦτα] duæ dictiones in unam conjunctæ per ſubunionem, Adverbium eſt ſignificans Poſtea, auctore Donato. Plaut. Pœn. 3. 5. 5.

Iis explicavi meam rem poſt-illa lucro. Ter. And. 5. 4. 34.
Tum illam hic relinquere, eſt veritus; poſt-illa nunc primum audio
Quid illo ſit factum. [Sed plane nugas agit, ut aſſolet, magiſtellus, ſiquidem Poſt illa diviſe dicitur, ut Poſt id, Poſt hæc, Poſt quæ, & apud Græcos μετὰ ταῦτα, neque dubitandum eſt, quin veteres primum & Poſt ea, Poſt hac, Poſt hinc, Poſt id ea, Poſt quam, diviſe ſcripſerint.

Postidea, [ἔπειτα] pro Poſt id, ſive deinde, ſeu poſtea: legitur apud Plaut. in Stich. 1. 2. 40.

Quem æquius eſt nos potiorem habere quam te, poſtidea, pater,
Viros noſtros, quibus voluiſti nos eſſe matres familiâs?

Postmŏdum, Adv. [μετέπειτα] ex Poſt & Modum; ſignificat Poſtea, ſive poſtremo, quaſi Poſt modum rei datum. Ter. Hec. 2. 1. 11.

Meque abs te immerito eſſe accuſatam poſtmodum reſciſces. Liv. 1. 9. extr. Sæpe ex injuria poſtmodum gratiam ortam.

Postmŏdo, [μετὰ ταῦτα] Idem. Liv. 4. 7. Si Ardeates ſua tempora exſpectare velint, arbitriumque Senatui levandæ injuriæ ſuæ permittant, fore ut poſtmodo gaudeant ſe iræ moderatos. Gronov. Poſtmodum. Ovid. 3. de Arte Am. 593.

Poſtmodo rivalem, partitaque fœdera lecti Sentiat. Sic Propemodum & Propemodo.

Postquam, Adv. [ἐπεὶ, ἐπεὶ ἄν, ἐπειδὴ, ἐπὰν, ἐπειδὰν, ἐπάνειν] connexiva particula eſt. Ter. And. 3. 1. 16.

Hui tam cito! ridiculum: poſtquam ante oſtium
Me audivit ſtare, approperat. Cic. de Prov. Conſ. 5. Quo ille, poſtquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla vi a miſeris extorquere potuit, cohortes in hiberna miſit.

Multo poſtquam. V. Multus.

Poſtquam, pro eo quod barbari dicunt *Depoſtquam*. Ter. Adelph. 5. 1. 3.

Abi, ſed poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur,
Prodeambulare huc libitum eſt. Cic. 7. Fam. 3. Me voluiſſe etiam reliquis omnibus, poſtquam non potuerim, mihi ipſe finem feciſſe belli.

Biennio poſtquam. Cic. 12. Att. 1. Undecimo die poſtquam a te diſceſſeram, hoc litterularum exaravi egrediens e villa.

Biennium jam factum eſt, poſtquam abii domo. Plaut. Merc. prol. 12.

Hic annus ſextus eſt, poſtquam rei huic operam damus. Plaut. Men. 2. 1. 9.

Tum poſtquam ad te venit, menſis hic agitur jam ſeptimus. Ter. Hec. 3. 3. 34.

Poſtquam, pro Quoniam apud Ter. interprete Donato in prol. Adel. 1.

Poſtquam poeta ſenſit ſcripturam ſuam
Ab iniquis obſervari, &c.

Inter Poſt & Quam, dictiones aliquando interponuntur. Cic. 6. Att. 3. Nil ſane habebam novi, quod poſt accidiſſet, quam dediſſem ad te Philogeni liberto tuo litteras. conf. Nepos 10. 10. 4. [Unde apparet diviſe quoque recte ſcribi hanc dictionem, ſicut a principio vett. ſine dubio ſcripſerunt. Solet & comma interponi in Multo poſt, quam, Aliquanto poſt, quam &c.

Postĕrus, a, um. [ὕστερος, ὕστατος, ἐπιὼν] Adj. Quod aliquid ſequitur.

tur. Cic. lib. 3. de Fin. 32. Sed in ceteris artibus quam dicitur artificiose, posterum quodammodo & consequens putandum est, quod illi ἐπιγεννηματικὸν appellant. Sic
Posterum & consequens tempus. Cic. 1. de Fin. 72. Quibus non solum præsentibus fruuntur, sed etiam spe eriguntur consequentis ac posteri temporis.
Annus posterus. Cic. 4. Verr. 139. Postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat.
Postera dies. Cic. 4. Verr. 41. Id ei postera die venit in mentem, e lege Rupilia sortiri dicas oportere. Plin. lib. 7. cap. 24. Postera die, quam advenerat. Virg. 3. Æn. 588.
Postera jamque dies primo surgebat Eoo.
Die Iduum postero, Postridie Idus. Tacit. 1. Hist. 26.
Diem posterum commorari alicubi. Cic. pro Cluent. 37.
Laude postera crescere, i. e. In posteritatem propagata. Hor. 3. Carm. 30. 7.
Secla postera. Lucret. lib. 3. 980.
Temporis posteri provisio. Cic. in Partit. 69.
Tempus in posterum. V. IN.
Differre in posterum diem. Cic. pro Dejot. 21. In posterum, inquit, diem distulit.
Ad posterum, In posterum, In futurum. Cic. 9. Att. 12. Ego, si Pompejus manet in Italia, nec res ad pactionem venit, longius bellum puto fore: sin Italiam relinquit, ad posterum bellum [illegible] strui existimo.
Differre aliquid in posterum. Idem 10. Att. 16. Distulimus omnino sermonem in posterum. Contrarium est illi In præsens.
Extracta pugna in posterum. Tacit. 4. Ann. 73.
Prospicere longe in posterum; subaudi Tempus. Cic. 2. Fam. 7. Ego nec præterita, nec præsentia abste, sed ut ab homine longe in posterum prospiciente, futura exspecto.
Valescit labor in posterum. Tacit. 4. Ann. 61.
Postero, absolute, pro Postero die. Tacit. 4. Ann. 43. Idemque quum postero ad quæstionem traheretur.

POSTERI, orum. m. pl. [ἐπίγονοι, μεταγενεῖς] qui etiam Minores appellantur, sunt Quicunque ex nobis & post nos nati sunt: ut filios, nepos, pronepos, abnepos, trinepos, & ceteri, qui nomine carent, posteriores seu minores vocantur, vulgo Descendentes. V. Paul. JCt. l. 10. §. Parentes. 7. D. de gradibus. Cic. 3. de Nat. Deor. 90. Ut etiam si quis morte pœnas sceleris effugerit, expetantur hæ pœnæ a liberis, a nepotibus ac posteris.
Degenerarunt horum posteri. Cic. 5. de Fin. 13.
Apud posteros nostros, non ut exstinctor conjurationis & sceleris, sed auctor & dux fuisse videar. Cic. pro Domo 101.
Indicare posteris aliquid. Cic. de Claris Orat. 324.

POSTERIOR, us. Comparativum, cujus Superlativum est Postremus, [[illegible], ἐπίγονος, μεταγενέστερος] Cic. 4. Acad. 47. Itaque quæ contra sensus, contraque perspicuitatem dicantur, ea pertinere ad superiorem divisionem, contra posteriorem nihil dici oportere.
Non posteriores feram. Ter. Adelph. 5. 4. 26. Ubi Donatus, Non posteriores feram: subauditur Partes; sive, Non parvifaciam, i. e. Non vincar a Micione. Et translatio est a partibus histrionum in fabula. V. PARS.
Posteriori Prius & superius contraria. Cic. 4. Acad. 44. Ita priori posterius, posteriori superius conjungitur.
Ætate posterior. Cic. de Clar. Orat. 43. Quem Thucydides, qui & Atheniensis erat, & summo loco natus, summusque vir, & paulo ætate posterior, tantum mortuum scripsit.
Cogitationes posteriores, ut ajunt, sapientiores solent esse. Cic. 12. Philip. 5.
Ducere posterius aliquid. Cic. pro Rabir. perd. 3. Suam salutem posteriorem salute communi ducere. i. e. Posthabere saluti c. Cic. 13. Philip. 6. Tu vero ita vitam, corpusque servato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut hæc posteriora libertate ducas.
Posterius ponere. Plaut. Milit. 4. 1. 7.
Immo omnes res posteriores pono, atque operam do tibi.
Salus patriæ posterior ei suis commodis fuit. Cic. 10. Att. 4. Quorum utrique semper patriæ salus & dignitas posterior sua dominatione, & domesticis commodis fuit. h. e. Sua commoda præposuit saluti Reipublicæ.
Posteriora, absolute. Ovid. 4. Fast. 718.
Pars prior apparet, posteriora latent.
Non convenit posterius priori. V. CONVENIO.
Facere posterius quod prius est ordine. Hor. 1. Serm. 4. 59.
Posterius & nequius isto nihil est. Cic. in Pison. 66.

POSTREMUS, a, um. Adj. [ὕστατος, ἔσχατος] Superlativum a Posterior. Ter. in Phorm. 4. 3. 44.
Hæc denique ejus fuit postrema oratio, &c. Cic. 6. Att. 2. Respondebo primum postremæ tuæ paginæ.
Primus & postremus. Cic. in Orat. 50. De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leviora.
Non in postremis esse. Cic. 1. Fam. 9. Ego autem cum illa sequor quæ paulo ante proposui, tum hoc non in postremis, de quo cœperam exponere.
Homines postremi, pro Nequissimis. Cic. ad Brut. 16. Quod si Romanos nos esse meminissemus, non audacius dominari cuperent postremi homines, quam id nos prohiberemus.
Munus postremum mortis. Catul. 98. 3.
Ad postremum. V. AD.
Postremus in. Cic. 7. Verr. 90. Tum ut quisque in fuga postremus, ita periculo princeps erat. Postremam enim quamque navem piratæ primam adoriebantur.

POSTREMIOR, us. Compar. Apul. de Deo Socratis p. 43. Elmenh. Ut possit videri nullum animal in terris homine postremius.
Superl. Tertull. in principio libri de Cultu feminarum, Quo jure deputor vobiscum, postremissimus omnium, i. e. Ultimus, & infimus. Usus est & Gracchus in oratione quadam, cujus meminit, Gell. lib. 15. cap. 12.

POSTERIUS, Adv. compar. [ὕστερον] Ter. And. 3. 2. 19.
Id ego jam nunc tibi renuntio, here, futurum ut sis sciens,
Ne tu hoc mihi posterius dicas, Davi factum consilio aut dolis.
Cic. 6. Verr. 66. Tum mittit rex ad istum: si sibi videatur, ut reddat: jubet iste posterius ad se reverti. Lucret. lib. 2. 182.
Quæ tibi posterius, Memmi, faciemus aperta.
Esse posterius. Cic. de Clar. Orat. 287. Ipse Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset & mitior.
Posterius, pro Minus, interprete Nonio 4. 381. Plaut. Asin. 1. 1. 48.
Posterius istuc dicis, quam credo tibi. [Jocus est Plautinus. q. d. Sero dicis, jam novi te, ne credam tibi.

POSTREMUM, [ὕστατον] Adv. Superl. ut Ultimum. Ter. And. 2. 3. 24.
Si id facis, hodie postremum me vides. Dicitur pro eodem & Postremo. Utitur & hoc Cic. in Verr. & pro Cluent. Et 3. de Orat. 6. Ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur.

POSTRĒMO, Adv. [ὕστατον, ἐπὶ τέλει, τὸ λοιπὸν, τὸ ἔσχατον] Ter. Eun. 2. 2. 21.
Negat quis, nego; ait, ajo: postremo imperavi egomet mihi
Omnia assentari. Sallust. in Jugurth. cap. 22. extr. ad finem orationis Jugurthæ, Postremo, de omnibus rebus legatos Romam brevi se esse missurum. [Subauditur, Loco.

POSTREMITAS, ātis. f. Macrob. Saturn. 1. 21. Tam ima quam summa postremitas.

POSTERITAS, ātis. f. [ἀπογονία, ἐπιγονία] Posterum seculum, sive homines qui post nos nascentur. Cic. de Amicit. 15. Quo in genere sperare videor Scipionis amicitiam & Lælii, notam posteritati fore. Sic 1. Tusc. 35. Quum optimus quisque maxime posteritati serviat.
Omnium seculorum posteritas hujus rei immemor non erit. Cic. 2. Philipp. 54.
Memoria posteritatis. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Infinita. Cic. 12. Att. 19. pr. Sed ineunda nobis ratio est, quemadmodum, in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate, (si modo hæc stabunt) illud, quasi consecratum, remanere possit.
Memor. Ovid. 6. Fast. 78.
Sera. Ovid. 1. de Pont. 4. 24.
Crescere posteritate. Propert. 3. 1. 34.
Duci spe & fructu posteritatis. Cic. pro Rabir. perd. 1. 29.
Posteritatem Cic. nonnunquam & pro Postero vitæ tempore posuit, ut 2. Fam. 18. extr. Sed, si me audies, vitabis inimicitias, & posteritatis otio consules. [Quem locum ideo adscripsi, quia non necessario, ut putaram antehac, emendare tentabam. V. in CONSULO. Sic
In posteritatem, Cic. 1. Catil. 22. V. IN præpositionem.

POSTERULA, æ. f. Postica, porta posterior. Cassianus 5. 12. Posterulæ nonnullæ, quamvis parvissimæ, proditione vastabitur.
Est etiam Semita occulta. Ammian. 30. 1. Cum bivium armato milite vidisset oppletum, per posterulam, tramitem medium, squalentem fruticetis & sentibus, vitabundus excedens, &c.

POSTĔRO, [ὑστερέω] āre. Palladius Novemb. tit. 4. Oliva quum varia cœpit esse, colligitur; nam quum tota nigrescet, quod specie merito posteravit, fundendi ubertate compensat.

POSTAUTUMNALIS; V. AUTUMNALIS.

POSTERGĀNEUS, a, um. Adj. A tergo vel in tergo existens. Arnob. lib. 4. p. 130. In quem si ora traduxero, erit mihi sinister occasus, qui ab sole posterganeus habebitur. [Scrib. Postterganeus.

POSTFĔRO, fers, tuli, latum, [ὕστερον τίθημι] ferre. Postponere. Plin. lib. 4. cap. 4. Haud ulli terræ nobilitate postferenda. Liv. 3. 64. Qui libertati plebis suas opes postferrent.
Fidem postferre. Sil. 2. 701.
Nec regnis postferre fidem. H. St. V. in seq. dict. ibidemque Dausq. & Drakenb.

POSTFUIT, [ὕστερον ἐτέθη] Posthabitum est. Sallust. in Catil. cap. 23. extr. Sed ubi periculum advenit, invidia atque superbia postfuere. Budæus. [Potest & divise scribi ut apud Ter. Adel. 2. 3. 9.
Omnia sibi qui post putaris esse præ meo commodo. Quod & de similiter compositis verbis intelligi velim.

POSTGENITI, orum. m. [ἐπίγονοι] Posteri.
Clarus postgenitis. Hor. 3. Carm. 24. 30. Alii divise scribunt.

PŎSTHĂBEO, ui, itum, [ὕστερον τίθεμαι] ēre. Postponere, Posterius ducere. seq. Dativo. Ter. Phorm. 5. 8. 15.
Nam omnes posthabui mihi res, uti par fuit,
Postquam tantopere id vos velle animum adverteram. Virg. 7. Ecl. 17.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.

POSTHABITUS, a, um. Partic. Cic. 5. Tusc. 2. Ut, omnibus rebus posthabitis, totus se in optimo vitæ statu exquirendo collocarent. Stat. 4. Silv. 4. 58.
Quem tibi posthabito studium est coluisse tonante. Virg. 1. Æn. 20.
Quam Juno fertur, terris magis omnibus, unam
Posthabita coluisse Samo.

POSTHOMIA, POSTHUMIUS, POSTHUMUS, V. POSTUMIUS, & POSTUMUS, infra.

POSTLĪMĬNIUM, i. n. [[illegible]] ex Post & Limen componitur. Paulus, De captivis, & De postliminio, l. Postliminium. Postliminium est jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos populos, regesque, legibus ac moribus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam citra bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere: idque naturali æquitate introductum est, ut qui per injuriam ab extraneis detinebatur, is ubi in fines suos redisset, pristinum jus suum reciperet. Cic. in Topic. 36. Sed quum ipsius postliminii vis quæritur, & verbum ipsum notatur, in quo Servius noster, ut opinor, nihil putat esse notandum, nisi Post. & Liminium illud productionem esse verbi volt, ut in Finitimo, Legitimo, Æditimo, non plus inesse Timum, quam in Meditullio Tullium. Scævola autem P. F. junctum putat esse verbum, ut sit in eo & Post, & Limen: ut quæ a nobis alienata sunt, quum ad hostem pervenerint, & ex suo tanquam limine exierint, hæc quum redierint post ad idem limen, postliminio videantur rediisse. [Productionem verbi, ut dicitur [illegible]. H. St. In Gloss. Gr. L. etiam Postlimen, [illegible]. Unde liquet junctum esse verbum.
Quod si civi Romano licet esse Gaditanum, sive exsilio, sive postliminio, sive rejectione hujus civitatis. Cic. pro Corn. Balb. 28.
Redeunt postliminio hæc, homo, navis, mulus clitellarius, equus, equa, quæ frena recipere solet. Cic. in Topic. 36.

POSTMŒRIĀNUS, V. POMŒRIANUS.

POSTMITTO, ĕre. Posthabeo, negligo, parvi aut nihili habeo. Cic. pro Cæl. 54. Quod in alicujus agrestis periculo non postmitteret, id homo eruditus

eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret? Sed optime quoque libro legitur Prætermitteret.

POSTPARTŌRES, um. m. dicuntur Successores nostri & hæredes, qui post nos nostra adepti bona possidant. Plaut. in Truc. 1. 2. 42.

Unde anteparta demus postpartoribus. Videtur deductum a Post, & Paro, quod est acquiro. Turneb. Advers. 10. 25. V. Gronov. not.

POSTPŌNO, pŏsui, pŏsitum, [ὕστερον τίθημι] ĕre. Retro, vel posterius ponere, posthabere.

Aliquos natis suis postponere. Ovid. 6. Met. 212.

Officium honestum postponere scorto. Hor. 1. Epist. 19. 34.

Postponere, Omittere. Cic. 16. Fam. 21. Omnia postposui, dummodo præceptis patris parerem.

POSTPŎSITUS, a, um. Partic. Ovid. 3. Amor. 1. 22.

Dum tua postposito facta pudore refers. Sed Heinsius & alii legunt Prærerito.

POSTPRINCIPIUM, i. n. [μετὰ τὴν ἀρχήν] verbum quo Varro apud Gell. utitur lib. 16. cap. 18. extr. pro Progressu vel absolutione rei, quod Principio opponitur: ipse tamen in plurali utitur, quum ait, Voluptas autem, vel utilitas talium disciplinarum in postprincipiis exstitit, quum perfectæ absolutæque sunt: in principiis vero ipsæ ineptæ & insuaves videntur. [Nec patitur Latini sermonis ratio, ut in singulari numero dicatur, quum sit ex Castrensi sermone ducta locutio, ut ipsemet Varro in 1. de R. R. 4. pr. docet. In castris autem & in acie Principia, Ante principia & Post principia passim memorant historici, vocibus licet plerumque male divisis. V. omnino Scalig. & Popm. ad eum Varr. locum.

POSTPŬTO, āre. Postponere. Ter. Hec. 3. 5. 33.

Cum te postputasse omnes res, præ parente, intelligo. Adde Adelph. 2. 3. 9. V. POSTFUIT.

POSTSCÆNIUM, vel POSTSCĒNIUM, i. n. Locus erat post scenam, ubi multa fiebant, quæ a spectatoribus audiebantur tantum, non autem cernebantur. Hinc per translationem, Vitæ postscænia, dixit Lucret. lib. 4. 1180. absconditam illam & intimam puellarum, seu meretricum consuetudinem vivendi, & omnia quæ domi faciunt, quum solæ sunt, quæ suis amantibus occulta esse volunt. Monuit Lambin.

POSTSCRĪBO, ĕre. Tacit. 3. Ann. 64. Tiberii nomen suo postscripserat.

POSTRĪDIE, Adv. [τῇ ὑστεραίᾳ] Idem quod Postero vel Sequente die significat. Valla, Postridie, quasi cras, non præsentis diei, sed cujusdam alterius, aut præteriti, aut futuri. Cato de R. R. cap. 65. Oleum viride sic facito: oleam quamprimum ex terra tollito: si inquinata erit, lavito: a foliis, & stercore purgato: postridie, aut post diem tertium, quam lecta erit, facito.

Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset postridie vomere. Cic. 2. Philipp. 63.

Postridie, aliquando Genitivo jungitur. Cato R. R. cap. 2. Postridie ejus diei villicum vocet. Cic. 4. Fam. 12. Postridie ejus diei, quum ab Athenis proficisci in animo haberem.

Postridie ejus absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introiit. Cic. 8. Fam. 2.

Nonnunquam Accusativo. Cic. 16. Att. 4. Itaque sese scripturum ajebat, ut venationem etiam, quæ postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent. Sueton. Octav. Cæs. cap. 92. Postridie nundinas.

Dies postridie Calendas, Nonas, Eidus appellati Atri, quod per eos dies novi inciperent. Varr. de L. L. lib. 5. 4. conf. Macrob. Sat. 1. 16.

Postridie, quam. Cic. 14. Fam. 7. Quid causæ autem fuerit, postridie intellexi, quam a vobis discessi.

POSTRĪDUO, [τῇ ὑστεραίᾳ] dixit Plautus, pro Postridie, in Mil. 4. 2. 90.

Postriduo natus sum ego, mulier, quam Juppiter ex Ope natus est. [Sed Triduo post, non est idem, quod Postridie. Itaque dispiciendum puto, annon sit Tertio die post.

POSTRIDUANUS, a, um. Adj. Macrob. Saturn. 1. 16. Dies postriduanos ad omnia majores nostri cavendos putarunt. In emendatis libris est Postridianus.

POSTSIGNANUS, i. m. Ammian. 18. 20. Postsignani nostri, qui tenebant editiore collis, clamabant. V. Salmas. de Milit. Rom. p. 127.

POSTVĔNIO, vēni, ventum, [ὑστερίζω] īre. contrarium habet Antevenire. Plin. lib. 18. cap. 25. Accedit confessa rerum obscuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus, tempestatum significatione, quod prochemasin Græci vocant: nunc postveniente, quod epichemasin.

POSTVERTA, vel Antique POSTVORTA, æ. f. Dea apud Romanos, una ex Carmentibus, quæ partui fœminarum præsidebat, ut & Prosa altera: a recti perversique partus & potestate & nomine. V. Gell. lib. 16. cap. 16. sub finem. [Macrob. 1. Sat. 7. videtur inde arcessere, quod Postversa præterita videat.

POSTŬMUS, a, um. Adj. pro Futuro, sequenti, & postero, & Eo qui post factum testamentum natus est, etiam vivo patrefamilias. Turneb. Apulejus 4. Met. p. 145. Elmenh. Postumam spem dixit. Virg. 6. Æn. 763.

— tua postuma proles.

Filius postumus. Cic. pro Cæcin. 53.

Rationes postumæ sunt, Quæ post mortem redduntur in ratiocinio divino. Budæus. V. ad dict. seq.

POSTŬMUS, vel, ut quidam volunt, POSTHUMUS, quasi sit ex Post & Humus compositum: Qui post mortem parentis natus est, quasi post humatum patrem. Plaut. Aul. 2. 1. 30. 31. Cic. 2. de Orat. 140. Nisi forte existimatis, a M. Curio causam didicisse L. Crassum, & ea re multum attulisse, quamobrem postumo non nato Curium tamen hæredem Coponii esse oporteret. [Rectius sine aspirata scribi docet Cellarius in Orthogr. Neque enim ab Humo recte deducitur, quum eadem & in Citimus, Infimus, Intimus, terminatio sit. V. Voss. Etymol. & Cellar. l. c. Apud Suidam quoque Ποστοῦμος scribitur, proprium nomen, & in Gloss. Lat. Gr. Postumus, ὁ ζῶντος μὲν τοῦ πατρὸς συλλαμβανόμενος, ἀποθανόντος δὲ γεννώμενος. Et rursus Postumus, Ἀπὸ τοῦ μετὰ θάνατον πατρὸς γεννηθείς. conf. Gell. 2. 16.

Postumus Cornelianus, qui post captivitatem patris, quæ morti comparatur, nascitur. lex enim Cornelia mortis & captivitatis tempora conjungit. l. Lege Cornelia D. Qui testam. fac. poss.

POSTŬMUS, i. m. [Ποστοῦμος] qui & Silvius, Filius fuit Æneæ ex Lavinia, quæ, ut ait Servius, Ænea mortuo Ascanii timens insidias, gravida confugit ad silvas, & illic enixa est Silvium, qui Postumus, quod patre mortuo natus esset, dictus est. Sed quum Ascanius flagraret invidia, evocavit novercam, & ei concessit Laurolavinium: sibi vero Albam constituit: qui quoniam sine liberis periit, Silvio, qui & ipse Ascanius dictus est, suum reliquit imperium. Unde apud Livium est error, quia Ascanium Albam condidit. Hactenus ex Servio. Livius quoque hunc Silvium non Æneæ, sed Ascanii filium asserit, lib. 1. Meminit etiam hujus Ovid. 4. Fast. 41.

Postumus hinc, qui quod silvis fuit ortus in altis,
Silvius in Latia gente vocatus erat. V. in dictione SILVIUS.

Postumus, prænomen C. Rabirius, natura C. Curtii (Curtius enim in Cicerone non Curius legendum) filius, adoptione Rabirii, repetundarum accusatus est, adventitio quodam judicio & subsidiario, quod dicebatur, Quo ea pecunia pervenisset. Hoc genus judicii proditum erat in alios, quum de alicujus rei repetundarum bonis summa litium æstimatarum non poterat redigi, ad quos ea pervenisse videbatur, ut ex Orat. Ciceronis pro Rabir. & Epistolis ad Atticum apparet. Majestatis tamen crimen objectum Rabirio dicit Tranquillus (in Claud. cap. 16.) quod Ptolemæum secutus esset. Annotavit Turneb. [Est & alter Rabirius, perduellionis postulatus, Pro utroque exstat Cic. orat.

POSTĪCUS, a, um. Adj. [ὀπισθεν] Posticam, inquit Festus, Viciorum habitantem ad posteriorem partem ædium appellarunt. Denique & quæ ante nos sunt, antica, & post nos sunt, postica dicuntur. Et dextram, anticam: sinistram, posticam dicimus. Sic etiam ea cœli pars, quæ sole illustratur ad Meridiem, antica nominatur: quæ ad Septentrionem est, postica. Rursumque dividuntur in duas partes, Orientem, atque Occidentem. Hactenus Festus. Varr. de L. L. lib. 6. 2. Ejus templi partes quatuor: sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. Liv. 23. 8. Hortus erat posticis ædium partibus. Sic Plin. Postica pars mundi. [Nisi error est.

Linea postica. Posticam lineam Servius Sulpicius in agris dividendis appellavit, Quæ ab oriente ad occasum spectat. Paul. ex Fest.

Sanna postica. Pers. 1. Sat. 62. Posticam sannam proverbialiter appellat Clancularium irrisionem, a gestu ridentium aliquem a tergo,

— posticæ occurrite sannæ. Erasmus.

POSTĪCUM, i. n. [ὀπισθοθύριον] a Post, & Stando; Ostium in posteriori parte ædium. Plaut. Most. 3. 3. 27.

Nunc ego me illinc per posticum ad congerrones conferam. [Posticum dicitur mera terminatione, ut Anticum. Unde forsan Antiquum fluxit. Subauditur autem Ostium. Gloss. Lat. Gr. Posticum, ὀπισθεν, Posticium, παράθυρον, παραθύριον. Rectius in Gr. Lat. Παράθυρον, Hoc posticum. Sic & in pr. Posticus scribendum. Estque Adj.

Postico recedere dicitur, Qui furtim abit, aliis inscius sese subducens. Sic Hor. 1. Epist. 5. 31. — postico falle clientem.

Posticum etiam Cava loca amphitheatri, quibus bestiæ emittebantur. Ammian. 28. 1. Ut sæpe faciunt amphitheatrales feræ, diffractis tandem solutæ posticis. conf. Vopisc. in Probo cap. 19. & ibi Salmas.

POSTĪCŬLUM, i. n. [θυρίδιον] dimin. Plaut. Trin. 4. 3. 78.

Ubi nunc filius meus habitat? a. hic in hoc posticulo.

POSTĪCA, æ. f. [ὀπισθοθύρα] Idem, & subauditur Janua. Varro. Porrexit interiores partes domus posticæ (ut ait Plaut.) penitissime. Nonius 3. 158. [Videtur Adjective positum. V. loc.

POSTĪCŬLA, æ. f. Apul. 2. de Asino Aur. p. 124. Elmenh. Per quandam brevem posticulam intro vocat me.

POSTĪLĒNA, æ. f. [οὐραῖον] Ut quidam volunt, a Post & Stando: quod stat a parte posteriori. Est enim Incurvum lignum, sive Crassius lorum, quod sub jumenti cauda ponitur. Plaut. Cas. 1. 37.

Ita te aggerunda curvum aqua faciam probe,
Ut ea ta postilena possiet fieri. Hinc per contrarium, Antilena, qua pectus cingitur; Gallice, *Un poitral*. Postilena, *Une croupiere*. [Gloss. Philox. Postilena, [illegible]. Scribe [illegible]. Ibid. Postilena, [illegible]. Gloss. Gr. Lat. [illegible], Postellena. Scribe Postilena.

POSTIO., POSTILLA, V. POST.

POSTIS, is. m. [παραστάς] a Post & Stando deducitur: & significat Valvam ostii, sive latus portæ. Dictus quod post fores stet. Cic. 3. Att. 15. Ast tute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in curiæ poste fixisse, ne referri, neve dici liceret.

Aurati postes. Ovid. 15. Met. 621. al. Ærati.

Crassi. V. CRASSUS.

Ferrati. Hor. 1. Serm. 4. 61.

Fumosi. Sil. lib. 7. 175.

Humiles. Ovid. 8. Met. 638.

Improbi. V. IMPROBUS.

Invidendi. i. e. Nimis ornati. Hor. 3. Carm. 1. 45.

Laureati. V. LAUREA.

Nigri fuligine. Virg. 7. Ecl. 50.

Resupinati. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 147.

Saligni. Claud. 4. Cons. Hon. 416.

Superbi. Virg. 8. Æn. 227.

Disjecit altos postes. Sil. lib. 7. 568.

Excutere seram poste. Ovid. 1. Amor. 6. 24.

Frangere postes. Tibul. lib. 1. 1. 73.

Intulisti parietibus, tectis, & postibus meis bellum. Cic. pro Domo, 60.

Procumbunt emoti cardine postes. Virg. 2. Æn. 493.

Pulsare postes. Ovid. 2. Met. 467.

Recepit clauso poste se. Stat. 4. Silv. 1. 44.

Requiescunt postes. Propert. lib. 1. 16. 15.

Rumpere postes. Senec. Herc. fur. 61.

Tenere postem. Cic. pro Domo, 121. Verbone, Pontifices, putatis, si is postem tenuerit, & aliquid dixerit, domum uniuscujusque consecrare posse? [Erat is ritus solennis in Dedicatione ædium sacrarum, ut passim apud Livium cognoscere licet. V. 2. 8. extr.

Vellere postes a cardine. Virg. 2. Æn. 480.

Postes, pereleganter pro Foribus posuit Lucret. 3. 370. quia postibus utrinque fulciuntur. Sic enim scribit,

Cernere res animus sublatis postibus ipsis. i. e. Sublatis oculis, qui sunt animi fores. Eodem sensu etiam respondent apud Varronem (de L. L. 4. 12.) Aruspices, Deûm Manium posti leonem postulari: id est, civem fortissimum eo demitti. Nam Deûm manium postis appellatur, terræ hiatus, qui censebatur orci janua. Scio Postulionem semper apud Varronem edi, & grammaticos Postulionem mordicus retinere: sed ea non idoneam non interpretatur sententiam, & leonem Varro per inversionem civem fortissimum adumbrare vult. In postulione autem nullum figuræ involucrum hujus significationis reperias. Ex Turneb.

POST-

POSTLIMINIUM, V. POST.
POSTMESSIDIANUS, V. POMERIDIANUS.
POSTMITTO, POSTMODUM, POSTMODO, POSTPARTOR, POSTPONO, POSTPRINCIPIUM, POSTPUTO, POSTQUAM, POSTRIORA, POSTRIDIANUS, POSTRIDUO, POSTSCENIUM, POSTSCRIBO, POSTTERGO, POSTREMUS, POSTSIGNANUS, POSTVENIO, POSTVERTA, V. POST.

POSTŬLO, [illegible] āre. Requirere: quemadmodum dicimus, Rem, locum, personam, tempus, causam postulare. Ter. Eun. 1. 2. 16.
— incerta hæc, si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas, &c.
A Posco, Poscito, Poscitulo, Postulo. H. St.
Postulare minus est, quam Flagitare. Cic. pro P. Quint. 13. Verum his de rebus non necesse habeo dicere ea, quæ me P. Quintius cupit commemorare, tametsi causa postulat: tamen quia postulat, non flagitat, prætereo. V. Vallam lib. 5. cap. 58. [Vide FLAGITO. H. St.
Ubicunque vis ingenii & copia dicendi postulatur, ibi partes oratoris esse præcipuas. Quintil. in procem. lib. 1. p. 8. Burm.
Postulare, Cupere, velle, exspectare. Ter. Adel. 2. 2. 30.
Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet? i. e. Velit, aut Speret, inquit Donatus.
Exspectare & postulare omnia ab aliquo. Cic. 3. Fam. 10. Omnia volo a me & postules & exspectes.
Petere & Postulare. Cic. Anteq. iret in exsil. 23. Illud ab universis postulo petoque, si dum in civitate manere licitum est. &c.
Posco & Postulo. Cic. 6. Verr. 44. Nemo tam audax, qui posceret: nemo tam impudens, qui postularet ut venderet. [Qui posceret, Gratis scil.
Efflagitare, postulare, poscere. Cic. 1. Verr. 8. Judiciorum desiderio Tribunitia potestas efflagitata est: judiciorum levitate ordo quoque alius ad res judicandas postulatur, judicum culpa atque dedecore etiam Censorium nomen, quod asperius antea videri solebat, id nunc poscitur.
Petere, Poscere & Postulare Donatus in Andr. Ter. 2. 5. ita distinguit: ut Petere sit precario, (hoc est humiliter & precibus) aliquid petere; Poscere imperiose; Postulare jure. Sed id non est perpetuum.
Familiariter postulare. Quintil. in procem. lib. 1.
Postulo abs te, Peto abs te vehementer. Ter. And. 5. 1. 4.
Immo enim quammaxime abs te postulo, atque oro, Chreme,
Ut beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.
Postulare de. Cæs. 1. Bell. Gall. 42. Ariovistus legatos ad Cæsarem mittit, quod antea de colloquio postulasset, id per se fieri licere.
Cum solo Accusativo. Cic. pro Ligar. extr. Longiorem orationem causa fortasse postulat, tua certe natura breviorem. Cæs. 1. Bell. Gall. 34.
Postulare judicium in aliquem. Cic. 5. Verr. 30. Ut quisque contra ejus voluntatem dixerat, ita in eum judicium de professione jugerum postulabatur.
Animam postulare. Ovid. 3. Fast. 342.
Fidem publicam postulare, Implorare. Cic. 1. Att. 24. Statim fidem publicam postulavit; reclamatum est.
Amicitia & fides postulat. Cic. 2. Fam. 16. extr. Te tamen oramus, quibuscunque erimus in terris, ut nos, liberosque nostros ita tueare, ut amicitia nostra, & tua fides postulabit.
Ut causæ natura & temporis ratio postulabit, aliquid facere. Cic. in Or. 125.
Ratio atque ordo &c. postulat. Cæs. 2. Bell. Gall. 22. Instructo exercitu, magis ut loci natura, dejectusque collis, & necessitas temporis, quam ut rei militaris ratio atque ordo postulabat.
Ratio & opinio hominum postulat. Cic. 6. Att. 3. Quem relinquam qui provinciæ præsit? ratio quidem & opinio hominum postulat fratrem: primum quod, &c.
Res postulat. Cic. 1. de Invent. 91. Longius, quam res postulat, repetita est.
Tempus postulat & necessitas. Cic. 1. Off. 81. Sed quum tempus, necessitasque postulat, decertandum manu est, & mors servituti, turpitudinique anteponenda.
Postulare disputantes dicuntur, Cum aliquid sibi concedi petunt, cujus formæ multa exempla Cicero suppeditat: v. g. 1. de Legib. 7. M. Dasne igitur hoc nobis, Pomponi, deorum immortalium vi, natura, ratione, &c. naturam eam regi? A. Do sane, si postulas. Hinc, Postulata sunt apud Philosophos, Quæ sibi concedi petunt.
Postulare, est etiam arenæ verbum, quo populus certos gladiatores petit. Suet. Calig. cap. 30. Cumque Tetrinius Latro postularetur. V. Lips. 2. Saturn. 14.
Postulare cum aliquo, est Expostulare. Plaut. Mil. 2. 6. 35.
Postulare, Accusare, seu querelam dicere de Altero apud alterum, ut ait Donatus ad Andr. 4. 1. & modo Genitivo, modo Ablativo cum præpositione jungitur. Suet. Cæs. cap. 4. Ceterum Cornelium Dolabellam Consularem & triumphalem virum repetundarum postulavit. [Subauditur Crimine, vel Lege. Dicitur enim Lex de repetundis pecuniis. Cic. 2. Verr. 65. V. Partic. POSTULATUS.
Lege aliquem postulare. Cic. 8. Fam. 12. Insolentissimi homines summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scantinia curant.
Repetundis aliquem postulare. Tacit. 3. Ann. 38 pr. [Nisi excidit Præpositio, ut apud Cic. 8. Fam. 8. V. quæ mox notamus.
Postulare de. Cic. 2. Q. frat. 3. Ad IIII Idus Feb. Sestius ab judice Cn. Nerio Pupinia de ambitu est postulatus: & eodem die a quodam M. Tullio de vi. Pupinia scil. Tribu. Idem 3. Q. Frat. 1. §. 5. Gabinium tres adhuc factiones postulant. L. Lentulus, flam. fil. qui jam de majestate postulavit. Ti. Nero &c. [Hic quoque & Lege subauditur, ut supra diximus.
Reum postulare, Reum facere, Accusare. Plin. lib. 33. cap. 2. Ut apud C. Cæsarem in Censura ejus unus ex Equitibus Flavius Proculus CCCC ex ea causa reos postularet. Plin. lib. 7. Epist. ult. Impietatis reum postulat. conf. Pedian. Pr. in 1. Verr.
Postulare quæstionem, ejus est, qui injuriam sibi factam queritur, aut alteri, quam vindicare ad eum pertineat. Liv. 2. 29. Senatus tumultuose vocatus, tumultuosius consulitur, quæstionem postulantibus iis qui pulsati fuerant, decernente ferocissimo quoque, non sententiis magis, quam clamore & strepitu. Budæus.
Postulare servos in quæstionem. Cic. pro Milon. 59. Sed quæstiones urgent Milonem, quæ sunt habitæ nunc in atrio Libertatis. Quibusnam de servis, rogas? de P. Clodii. Quis eos postulavit? Appius. Quis produxit? Appius. V. Bernegg. ad Suet. Aug. cap. 16.

Delationem nominis in aliquem postulare, Petere ut Accusator constituatur. Cic. 1. Verr. 64. Nuper, quum in P. Gabinium vir fortissimus & innocentissimus L. Piso delationem nominis postularet.
Judicem postulare. Cic. 5. Verr. 135. Cœpit Scandilius recuperatores aut judicem postulare.
Judicium postulare. Cic. 2. Att. Et quum esset damnatus, erat judicium postulaturus.
Postulari, Passiv. Ulpian. in l. 1. D. de suspectis tutoribus vel curatoribus, Primum igitur tractemus unde descendat suspecti crimen, & apud quos postulari quis possit suspectus tutor, vel curator.
Postulare, inquit Ulpian. in l. prima. D. de postulando, est Desiderium suum, vel amici sui, in jure apud eum, qui jurisdictioni præest, exponere: vel alterius desiderio contradicere. conf. Sigon. de Judic. 1. 20. Sic Gell. lib. 1. cap. 22. Memini ego Prætoris, docti hominis, tribunali me forte assistere, atque ibi advocatum non incelebrem sic postulare, ut extra causam diceret, remque quæ agebatur non attingeret. H. St.
Postulo pro te. Gell. lib. 7. cap. 19. P. Scipio Africanus postulavit pro L. Scipione Asiatico, fratre, quum contra leges, contraque morem majorum Trib. pleb. hominibus accitis, per vim, inauspicato, sententiam de eo tulerit. Ubi, Postulavit pro fratre, i. e. Pro fratre in judicio intercessit. Nam paulo ante legitur, Scipio Africanus fratris nomine ad collegium Tribunorum provocabat.
De fœdere ab aliquo postulare. Cic. pro Corn. Balb. 34. Quod quum magis fide illius populi, justitia vestra, vetustate denique ipsa, quam aliquo publico vinculo religionis teneretur, sapientes homines & publici juris periti Gaditani M. Lepido, Q. Catulo COSS. a Senatu de fœdere postulaverunt.
Postulatum est ut Bibuli sententia divideretur. Cic. 1. Fam. 3. Subaudi In senatu.

POSTULANS, antis. Partic. Petron. cap. 25. Plaudentibus universis & postulantibus nuptias fecerunt. Phædr. 2. 2. 2.
Prædator intervenit, partem postulans.

POSTULĀTUS, a, um. Partic. [illegible] Cic. 2. Q. Frat. 3. Apul. Met. 3. p. 132. Elmenh. Ne tantillo quidem unquam crimine postulatus.

POSTULĀTUM, i. n. [illegible] Ipsa postulatio. Cic. 7. Att. 15. Plerique negant Cæsarem in conditione mansurum, postulataque hæc ab eo interposita esse, quo minus, quod opus esset ad bellum, a nobis pararetur.
Impotens postulatum. Liv. 7. extr. Æque impotens postulatum fuit, ut de stipendio equitum (merebant autem triplex ea tempestate) æra demerentur, quod adversati conjurationi fuissent.
Lenissimis suis postulatis exspectabat responsa. Cæs. 1. Bell. Civil. 5.
Accipere & remittere postulata. Cic. 12. Philip. 28.
Facere postulata noluit. Nepos 7 8 4. Alias Imperata.
Interponere postulata. V. INTERPONO.
Postulatum, Accusatio. Cic. 4. Verr. 10. Hoc animo toties apud patronos de suis miseriis deplorarunt, hoc commoti dolore, postulata Consulibus, quæ non postulata, sed in istum crimina viderentur esse, ediderunt. [Quibus verbis ab Accusatione distinguit Postulata. conf. 147.
Intolerabilia postulata referre. Cic. 12. Fam. 4. Quum essent missi ut Antonio ex Senatus sententia certas res nuntiarent, quum ille earum rerum nulli paruisset, ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt.

POSTULATIO, ōnis. f. Idem. [illegible] Cæs. 8. Bell. Gall. 48. Quam postulationem Antonius quum judicaret ab justo nasci timore, veniam petenti dedit, obsides accepit. [Postulatis synonymum jungit Postulationes Cic. 4. Verr. 147.
Æqua postulatio. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Æqua & honesta. Cic. pro Rosc. Amer. 7.
Impudens. V. IMPUDENS.
Abjicere postulationem triumphi. V. ABJICIO.
Concessit postulationi tuæ Senatus. Cic. pro Muren. 47.
Resistere postulationi alicujus. Cic. 2. Q. frat. 10.
Postulationes, advocatorum sunt & patronorum in foro. Suet. Neron. cap. 7. Celeberrimis patronis non translatitias & breves, ut assolet, sed maximas, plurimasque postulationes certatim ingerentibus.
Respondere postulationibus. Suet. in Neron. cap. 15. Alia exemplaria habent Postulatoribus. q. V.
Vacare postulationibus, Expedire eas. Plin. 7. Epist. ult. ad Tacitum. Budæus.
Postulatio. Donatus in 2. Hec. 102. Proprie Expostulatio est apud illum ipsum qui peccaverit: Postulatio, de illo apud alterum. Item Postulatio, querela & quasi justa interpositio querelarum. Plaut. Bacch 3. 3. 45.
Acris postulatio hæc est, quum hujus dicta intelligo. Ter. Hec. 2. 2. 102.
Neque lites ullæ inter eas, postulatio
Nunquam.
Postulatio, pro Supplicatione, vel Obsecratione. Cic. de Arusp. Resp. 20. De ea rescriptum est, postulationes decretas esse Jovi, Saturno, Neptuno, Telluri diis cælestibus.
Postulationes, absolute, vocantur quum ob monstrum, ostentum, prodigium, errorem in cerimonia, sacrificium vel expiationem postulare dii videntur. Hoc verbo utitur M. Tullius: sed & Arnobius ita scribens, In cerimoniis vestris rebusque divinis postulationibus locus est, & piaculi dicitur esse contracta commissio. Turneb. Advers. 11. 20. conf. Rhodig. Ant. Lect. 10. 19. & paulo ante.

POSTULĀTOR, ōris m. [illegible] Suet. Neron. cap. 15. pr. In jurisdictione postulatoribus nisi sequenti die, ac per libellos non temere respondit. Legitur & Postulationibus.
Item Patronum qui causas agit. V. Torrent. ad Suet. l. c. Procuratorem vocant JCti.

POSTULĀTRIX, īcis. f. Tertull. de Cor. Mil. cap. 13. Solennitates postulatrices.

POSTULĀRIA, [illegible] fulgura, inquit Festus, Quæ votorum aut sacrificiorum spretam religionem designant. Apud Senec. 2. Nat. Quæst. cap. 49. vocantur Postulatoria, quibus sacrificia intermissa, aut non rite facta repetuntur. [Quomodo forte & apud Fest. legendum.

POSTULĀTĪTIUS, a, um. Adj. [illegible] Qui postulatur. Senec Epist. 7. Hæc plerique ordinariis paribus & postulatitiis præferunt. Paria gladiatorum intelligit Seneca. Erant autem Ordinarii gladiatores, gladiatoriæ

dituræ in primis periti, qui ex consuetudine exhiberi soliti erant. Postulatitii, qui postulante populo, præter ordinarios & consuetos, exhiberi principis benignitate consueverant. V. Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 10. Et Lips. Saturn. 2. 15.

Postulatusine, a, um. Adj. Quo aliquid postulatur. V. supra in postularia.

Postulio, ōnis. Vox sacrorum. Erat distincta a Postulatione; quia Postulatio fiebat diis superis, Postulio inferis. Varro de L. L. 4. 32. Ad Haruspices relatum, esse responsum, deum Manium postulionem postulare, id est, civem fortissimum eodem mitti. conf. Liv. 7. 6. Arnob. lib. 4. In cerimoniis vestris rebusque divinis postulionibus locus. V. ibi Herald. p. 177. vel Struv. Ant. Rom. cap. 4. Et Laurent. Var. Sacr. Gent. cap. 17. seu Polymath. 3. 6.

Postŭmius, [Ποστόμιος] Nomen gentile Ro. Postumia gens patricia fuit, ex qua P. Postumius Q. F. Tubertus, cos. cum. M. Valerio Ann. U.C. ccxlix. Cassiodorus. Dionysius lib. 5. & 6. Meminit Cic. de Legib. 2. 58. Valer. lib. 2. cap 8. Plutarch. in Poplicola. cos. iterum cum Agrippa Menenio Ann. ccl. primus urbem ovans est ingressus. Idem auctus, & Plin. lib. 16 cap. 29. Scribi autem sine littera aspirata debet. V. Cellar. Othogr. & Fulv. Ursin. in denariis ejus gentis.

Postumius prænomine Aulus, P. F. Q. N. Albus, cos cum T. Virginio, Ann. cclvii. Cassiodorus. Dict. a. u. c. cum T. Æbutio Mag Eq. eodem anno. Latinos ad lacum Regillum acerrimo prælio vicit, de iis triumphum nobilissimum egit, primusque coronam auream ei, qui castra Latinorum expugnasset, dedit. V. Liv. lib. 2. 19. sq. Dionysius 6. Plin. lib. 33. cap. 3.

L. Postumius, cognomine Tympanus, post Cannensem pugnam Quæstor in Galliam profectus, Bojorum fraude occubuit. Liv. lib. 34. 47.

Sp. Postumius, cum T. Veturio Romæ Consul iterum fuit eo tempore, quo Romani adversus Samnites bellum gerebant, ab iisdemque sub jugum missus est. V. Liv. lib 9 pr.

Sp. Postumius Albinus Consul adversus Jugurtham missus, pecuniaque ab eo corruptus, insignem ex provincia ignominiam reportavit. Sallust. in Jugurth. cap. 35. sq. Livii Epit. 64.

Postumia, æ. f. [Ποστυμία] Mulier bibacissima, cujus meminit Catull. 25. 3.

Ut lex Postumiæ jubet magistræ,
Ebriosa acino ebriosioris. V. acinos.

Postumia, virgo Vestalis, de incestu causam dixit, crimini obnoxia, ob suspicionem cultus elegantioris, ingeniumque liberius quam virginem deceret, parum abhorrens famam. Tandem sententia Pontificis Max. absoluta, qui eam abstinere jocis colique sancte potius, quam scite jussit. Liv. lib. 4. 44.

Postumia item Servii Sulpicii uxor, cujus sæpe meminit Cic. 4. Fam. 2.

Postumius, a. um. Adj. ut

Postumia lex. Plin. lib. 14. cap. 12. Numæ Regis Postumia lex est, Vino rogum ne respergito.

P O T

Potamautis, idis. f. [ποταμαντὶς] alio nomine Thalassæglen, herba, qua pota homines fieri lymphaticos narrat Plin. lib. 24. cap. 17. Nascitur circa Indum.

Pŏtămo, ōnis. m. [Ποτάμων] Philosophus Alexandrinus auctor sectæ illius, quam ἐκλεκτικὴν vocabant. Laert. Diog. in Proœm. extr. & Suid. qui & alterius meminit Rhetoris Mitylenæi.

Pŏtămŏgĕtŏn, ŏnis. m. [ποταμογείτων] Herbæ nomen, apud Galen. lib. 8. de Simplic. medicam. facultat. cap. 63. Dioscor. lib. 4. cap. 96. conf. Plin. 26. 8. & 32. 4.

Potatio, Potator. V. poto.

Pote, V. potis.

Potens, Potenter, Potentatus, Potentia. V. possum.

Pŏtentia, æ. f. [Ποτεντία] Urbs in agro Piceno. Cic. de Arusp. Respon 62. Eodem fere tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræ motus horribilis cum quibusdam multis metuendisque rebus. Plin. lib. 3. cap. 1. Vulgo *S. Maria de Loret.* Aliis *Loretto* dicitur.

Potentini, Populi Lucanorum. Plin. lib. 3. cap 11.

Pŏtērium, vel Poterium, i. n. [ποτήριον] dicitur a Græcis, quod nos Poculum dicimus. Gallica *un gobet.* Plaut. Stich. 5. 4. 12.

— quibus divitiæ domi sunt, scaphio, cantharis,
Batiolis bibunt: at nos nostro Samiolo poterio. Idem Trin. 4. 3. 10.
Quid, homo nihili, non pudet te? tribusne te poteriis
Memoria esse oblitum? conf. Potorium in poto.

Poterion, [ποτήριον] Antiqua herba, quæ alio nomine Phrynion, vel Neuras appellatur. Plin. 25. cap. 10. Sunt & ranis venena, rubetis maxime: vidimusque psyllos in certamine patinis candefactas admittentes, ocyore etiam quam aspidum pernicie. Auxiliatur eis phrynion in vino pota: aliqui neurada appellant, alii poterion, floribus parvis, radicibus multis, nervosis, bene olentibus. Idem lib. 27. cap. 12.

Potessum, Potestas, Potestur, &c. V. possum.

Pothŏs, i. m. [πόθος] Herba, cujus vim & species enumerat explicatque Plin. lib. 21. cap. 11.

Pŏtīdæa, æ. f. [Ποτίδαια] Macedoniæ urbs, ante Cassandria dicta, ut scribit Plinius lib. 2. cap. 58 & lib. 4. cap. 10. Cassandria etiam nunc vocatur, ut scribit Olivarius in Melam.

Pŏtīdōnia, æ. f. [Ποτιδωνία] Urbs Ætoliæ apud Stephanum, cujus incolæ dicti sunt Potidoniates.

Pōtina, teste Varrone apud Non 2. 310. Deæ nomen apud Romanos, quæ puerorum potui præsidere putabatur, sicut Edusa eorundem alimentis. Arnob. 3. al. Potua. V. Lex. Pitisc. in Edulia.

Potio, ōnis. f. V. poto.

Potior, us. compar. V. potis.

Pŏtior, itus sum, [τυγχάνω, ἐπιτυγχάνω] Tri. a Potis deducitur, ut ait Valla lib. 3. est Tenere, & quasi in potestate habere. Item Obtinere, & in potestatem vendicare. Apud Poetas in quibusdam personis interdum invenitur tertiæ conjugationis. Virg. 3. Æn. 56.

— fas omne abrumpit, & auro
Vi potitur. Ovid. 13. Met 130.
Tuque tuis armis, nos te potiremur, Achille. Al. Poteremur. V. plura exempla infra.

Genetivo sæpius jungitur: ut, Potiri hostium; quod significat, Redigere hostes in potestatem. Aliquando tamen, Venire in hostium potestatem, ut Plaut. Capt. 2. 1. 24.

Nam postquam meus rex est potitus hostium. h. e. Captus est ab hostibus, sive hostium præda factus est. De Philopolemo enim captivo loquitur. Ibid. 1. 2. 41.
Tum denique homines nostra intelligimus bona,
Quum quæ in potestate habuimus, ea amisimus.
Ego, postquam gnatus tuus potitus est hostium,
Expertus quanti fuerit, nunc desidero. Verba sunt Ergasili parasiti ad Ægionem, Philopolemi captivi patrem. V. Turneb. Advers. 30. 34. & Salmas. not. Sic

Mortis potitus, letique, pro eo quod est, In potestatem mortis redactus. Lucret. lib. 4. 770.

Nec dissentit eum mortis, letique potitum. Sed talia exempla rara sunt.

Voluptatum potiri. Cic. 1. de Finib. 60. Nullas consequuntur voluptates, quarum potiendi spe inflammati, multos labores magnosque susceperant.

Voti potitus. i. e. Voti compos factus. Sil. lib. 15. 331.
— votique potitus
Evicto Fabius Pœno, &c.

Atheniensium potiti sunt Spartiatæ. Auctor ad Heren. lib. 4. 34.

Imperii potitus. Nepos 17. 2. 1.

Regni potiri. Cic. 1. Fam. 5. Si exploratum tibi sit, posse illius regni potiri. Paterc. 2. 1. 3.

Rerum potiri, Imperium tenere, inquit Valla. Cic. 4. Acad. 126. Cleanthes, qui quasi majorum est gentium Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari, & rerum potiri putat. Ubi subaudienda aliqua vox est, v. g. Potestate, vel Summa, quæ & aliquando adjicitur. V. Sanct. Minerv. p. 589. Et Voss. de Construct. cap. 31. [Hellenismum esse statuit Vechner. Hellenol. lib. 1. cap. 24. 6.

In aliis nominibus, inquit Valla, quam in hoc Rerum, significatio magis exponitur per Obtinuerunt, quam per Tenuerunt: ut, Potitus sum victoria, Sum potitus amica; i. e. Pugnando vel laborando obtinui victoriam, vel amicam.

Accusativo: Potiri bonum, laborem, legiones, &c. Plaut. Asin. 2. 2. 58. Idem Rud. 1. 3. 7. Idem Asin. 3. 2. 8. Cic. 13. Philip. 7. Itaque si receptis illis, possumus esse liberi, vincamus odium, pacemque potiamur. Legitur & Pace, in ablativo. Ter. Adelph. 5. 4. 17.
— ille alter sine labore patria potitur commoda.

Sceptra potitus. Lucret. lib. 3. 105. Ita Tacit. 11. Ann. 10 8. Justin. 6. 4. 8: 9. 7. 12. &c. Nepos 18. 3. 4. conf. Priscian. lib. 18. vel Voss. de Construct. cap. 22.

Ablativo. Virg. 1. Æn. 176.
Egressi optata potiuntur Troes arena. Lucret. lib. 1.
Deficit ægra Ceres, nec plebes pane potitur. i. e. Nec habet panem. [Si modo Lucretii hic versus est.

Amore potiri. Ovid. 10. Met. 428.

Auro vi potitur. Virg. 3. Æn. 55.

Ausu potiri. Idem 6. Æn. 624.

Corpore & armis. Virg. 12. Æn. 642.

Domo. Ovid. 3. Fast. 552.
Et potitur capta Maurus Iarba domo.

Gaza omni Macedonum, quæ fuit maxima, potitus est Paulus. Cic. 2. Off. 76.

Opt... potiri. Val. Flacc. 6. 460.

Victoria potiri. Cæs. 3. Bell. Gall. 24.

Voto potiri. Ovid. 9. Met. 312.
— potiturque puerpera voto.

Morte potiri. Ausonius in Eclog. de Vita humana,
Optima Grajorum sententia: quippe homini ajunt
Non nasci esse bonum, natum aut cito morte potiri. h. e. In mortis venire potestatem. Sic enim exponit Alciat. Parerg. 2. 15. [Immo, mortem, ut bonum considerans, recte dixit Potiri. Expressit Ciceronis sententiam, quæ est apud Lactant. 2. 19 Sic Stat. 11. Theb. 270.
— funeribus patriæ lacrimisque potitum

Absolute posuit Cic. 7. Att. 12. At cuncter, & tergiverser, & iis me dem, qui tenent, qui potiuntur. Subaudi, Rerum. Lucret. 4. 1069.
— etenim potiundi tempore in ipso
Fluctuat incertis erroribus ardor amantum.

Potior, in præsenti tempore, plerumque pro Fruor. Cic. de Senect. 61. Quod si istis ipsis voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primum parvulis fruitur rebus, ut diximus: deinde iis, quibus senectus, etiamsi non abunde potitur, non omnino caret. Pro eodem posuit Fruitur & Potitur. Hæc Valla lib. 3.

Potitus sum vel fui, Præteritum. Lucret. lib. 6. 765.
Usque adeo, certe ut videamus cernere eum, quem
Reddita vitaï jam mors, & terra potita'st. Quem terra potita est, i. e. Quem terra humatum tenet. Lambin.

In potiundo. V. in.

Ad potiundum incitantur avidæ voluptatis libidines. Cic. de Senect. 39. Nullam capitaliorem pestem, quam voluptatem corporis, dicebat a natura datam, cujus voluptatis avidæ libidines temere & effrenate ad potiundum incitarentur.

Potio, ire. active usus est Plaut. Amph. 1. 1. 23.
Qui fuerim liber, eum nunc potivit pater Servitutis.

Potiens. entis. Partic. [ἐπιτυγχάνων] Cic. 3. Tusc. 41. Natura iis potiens.

Pŏtītus, a, um. Partic. V. supra in ipso verbo.

Potitor, ōris. m. Plaut. Cas. 1. 1. 23.
Tuo' illam ducas? hercle me suspendio,
Quam tu ejus potitor fias, satius est mortuum. al. Potior.

Pŏtis, e. Adj. [οἷός τε, οἷόν τε] potior, potissimus. Integrum est, auctore Donato, pro Bonus, melior, optimus; & quasi Potens, potentior, potentissimus. Plaut. Amphit. 2. 1. 79.
Qui, malum, intelligere quisquam potis est? ita nugas blatis. i.e. Potest, ut ait Donat. Ter. Heaut 2. 3. 80.
Enimvero reticere nequeo, multis modis injurius,
Clitipho, es, neque ferri potis es. conf. poe, & poseum, & possum hinc deducenda.

Nulla

Nulla res neque cicurare, neque mederi potis est, neque reficere. Varro ex Pacuvio, lib. 6. de L. L. 5. Catul. 112. 3.
Cur non divitiis Crœsum superare potis sit. Idem 63. 3.
Nec potis est dulces Musarum expromere fetus.
Potis es, pro Potes. Lucret. lib. 3. 555.
Sive aliud quidvis potis es conjunctius eji
Fingere, &c. Idem 2. 849.
— cum primis quærere par est,
Quoad licet, ac potis es reperire, inolentis olivi
Naturam, &c.
In neutro genere Pote usurpatur. Ter. Adelph. 2. 3. 11. Nil pote supra. Idem Phorm 3. 3. 2. Si hic pote fuisset exorari. Cic. 13. Att. 38. Hoc quicquam pote impurius? Catull. 77. 16.
Hoc facies sive id non pote, sive pote. V. plura exempla in Sanctii Minerva 4. 17. conf. UTPOTE.
In plurali Potis sunt, idem ac Possunt. Plaut. Pœn. 1. 2. 16.
Apagesis, negotii quantum in muliere una est?
Sed vero duæ, sat scio, maximo uni
Populo cuilubet, plus satis dare potis sunt. Varr. de R. R. 2. 2. pr. Videamus quid pastores a Pergamide Maledove potis sunt.
PŏTIOR, us, ōris. Compar. [κρείττων] Melior, præstantior. Ter. Phorm. 3. 2. 48.
Mea lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est. Cic. de Amicit. 19. Itaque cives potiores sunt, quam peregrini: & propinqui quam alieni.
Potiorem nominare is videtur, qui causam qua sit potior exprimit. l. 2. de fidejussor. & nominat. tutor. in P. Paul lib. 2. Sententiarum. titulo 28.
Plus pollere & Potiorem esse. Cic. 4. Tusc. 69. Atque ea tamen, apud alium poëtam, patri dicere audet, se conjugem habuisse
Illum, amor quem dederat, qui plus pollet potiorque est patre. de Medea.
Potior, Quem pluris facimus. Hor. 3. Carm. 9. 2.
Donec gratus eram tibi,
Nec quisquam potior brachia candidæ
Cervici juvenis dabat, &c. Lambinus.
Mors civibus Romanis semper fuit servitute potior. Cic. 10. Philip. 19.
Mors honesta turpi vita potior. Tacit. in Vita Agric. 33.
Pars potior. Quintil. in prœm. lib. 1.
Prudentia potior acri dextra. Valer. 4. Argon. 622.
Res oratione potior. Cic. 11. Fam. 24. Quare majorem in modum te rogo, ut rem potiorem oratione ducas: mihique si fenris expedire, recte fieri, credas nullam communionem cum improbis esse posse.
Sententia potior. Hor. 1. Epist. 18. 17. Virg. 4. Æn. 287.
Hæc alternanti potior sententia visa est.
Potiora ad legendum. Cic. 1. de Finib. 11. Tamen qui diligenter hæc, quæ de philosophia litteris mandamus, legere assueverit, judicabit nulla ad legendum his esse potiora.
Æra potiora auro. Stat. 2. Silv. 2. 68.
Merum potius cœnis Pontificum. Hor. 2. Carm. 14. 28.
Munus potius centum signis. Hor. 4. Carm. 2. 20.
Nihil mihi potius, quam ut, Nihil exoptatius, carius. Cic. in Somn. Scip. 1. Quum in Africam venissem, &c. nihil mihi potius fuit, quam ut Masinissam convenirem.
Ducere potiora, quæ ad sapientiam spectarent. Cic. 3. de Orat. 79.
POTISSIMUS, Superl. Stat. 4. Silv. 4. 20. & Sen. de Benef. 6. 16. Plaut. Men. 2. 3. 9. Meret potissimus nostræ domi ut sit.
Nobilitas potissima. Plin. lib. 14. cap. 2.
Oratio potissima. Cic. 2. Att. 9. Ut sciat hic noster Ierosolymitarius traductor ad plebem, quam bonam meis potissimis orationibus gratiam retulerit. Vetusta exemplaria legunt Putissimis.
Opus potissimum, Præcipuum, exquisitum. Plin. 4. Epist. 34.
Quod est potissimum. Quintil. lib. 10. cap. 3. Denique, ut semel quod est potissimum dicam.
POTIUS, [μᾶλλον, ἐπὶ μᾶλλον] Adv. Plaut. Amphit. 1. 1. 299.
Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.
a. Abeo potius. h. e. Abire satius duco. Ter. Eun. 2. 3. 94.
An potius hæc pati æquum est fieri, ut a me ludatur dolis? Virg. 2. Ecl. 71.
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus.
Depugna potius, quam servias. Cic. 7. Att. 7.
Perpessus est omnia potius Zeno Eleates, quam conscios delendæ tyrannidis indicaret. Cic. 2. Tusc. 52.
Utrum potius, aut quid potissimum sit, in comparatione quæritur. Cic. 1. de Invent. 17.
PŏTISSIMUM, [μάλιστα] Adv. pro eo quod vulgo dicitur *Principaliter*. Ter. And. 5. 5. 6.
Sed quem ego potissimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari? Cic. 4. Acad. 17. Næ ille longe aberit, ut argumentis credat philosophorum: aut si est crediturus, quorum potissimum?
Ordienda est nobis potissimum causa a deo. Cic. 1. de Legib. 21.
POTISSIME, aliud Adv. Cic. lib. 2. de Orat. 6 Non potissime confirmo. Sic apud eundem sæpius invenies: tametsi sint qui mendum putent esse, legendumque dicant Potissimum. Idem pro Murena 4. Is potissime honore affecto defensor daretur, qui, &c. [Sic & in novissime editis codd. legitur. Sed in priore loco rectius, Non potuisse.
PŏTĪTIUS, i. m. [Ποτίτιος] a Potando cognominatus est, qui Herculi sacra faciebat. A quo Potitia familia, quam antiquiorem origine urbis nominat Livius 1. 7. a Potitio illo sene, qui ad tempus affuit epulis. conf. Aurel. Vict. Vir. illustr. cap. 34. Et Valer. Max. 1. 1. 17. Plaut. Bacch. 1. 2. 15. Stultior es barbaro Potitio.
POTITO, V. POTO.
POTĪTUS, i. m. in Valeria Romanorum gente Prænomen & Cognomen. V. Spanh. de Usu & pr. Num. diss. 10. p. 36.
POTNIÆ, arum. f. pl. [Ποτνίαι] Urbs in Bœotia, non longe a Thebis, ubi Glaucus Sisyphi filius & Meropes habuit equas, quas consueverat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent. Ipsum autem, quum alimenta defecissent, devoraverunt. Item
POTNIADES, [Ποτνιάδες] Quadrigæ, quibus utebatur, Virg. 3. Georg. 268.
Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.
Equæ Potniades. Ovid. In Ibin, 555.
Potniadum morsus subeas, ut Glaucus, equarum.
Potniades deæ dictæ fuerunt furorem facientes, hoc est μανικαί. Non procul a Potniis Bœotiæ civitate puteum fuisse legimus, ex quo si aqua hausta fuisset, ab equis indigenis, furore agitabantur, unde dearum nomen. Sed Hesychius Bacchas & Mænadas hoc vocari nomine scribit, quem vide, & Lilium Gregor. Giraldum primo suo Syntagmate, de historia deorum.
PŌTO, potavi, potatum; vel potus sum, potum, [πίνω] potare. Bibere. Virg. 3. Georg. 463.
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
Acetum acre potare. Hor. 2. Serm. 3. 117.
Aquam potare galea. Tibul. lib. 2. 6. 8. al. Portare.
Flumina limosa potat. Ovid. 1. Met. 634.
Merum potare. Martial. lib. 1. 12.
De medio potare die. Hor. 2. Serm. 8. 3.
Arbores vina potare docuimus, inquit Plin. lib. 12. cap. 1.
Lanæ potant. Plin. lib. 9. cap. 38.
Potus sum, præteritum perfectum a Poto. Aul. Gell. Noct. Attic. 2. 25. ex Varronis 8. lib. de L. L. Quumque, inquit, a Cœno, & Prandeo, & Poto, & Cœnatus sum, & Pransus sum, & Potus sum dicamus. &c. [Rectius ab antiquo πίω arcessit in Etymol. Vossius, q. V. Itaque frequentativum statuit. Forte veteres verbum hoc etiam in tertia conjugatione, ut alia multa posuerunt, Poto, ĕre, indeque verbalia, quæ a abjiciunt deduxerunt. Quin, nisi me plane fallit, different & significatione inter se. Nam Potus & Potio est, vel ipse bibendi actus, vel id quod bibitur, Potare vero & Potatio non nisi de copiosa ingurgitatione potionis proprie dicitur, unde illud Juvenalis 8. Sat. 9.
Sed potanda ferens infantibus ubera magnis.
Potor, Passivum. Plin. lib. 11. cap. 37. Guttur homini tantum & suibus intumescit, aquarum, quæ potantur, plerumque vitio.
Potatur, Impers. Cic. 2. Philip. 67. Totos dies potabatur.
Potum venire. Virg. 7. Ecl. 11.
Huc ipsi potum venient per prata juvenci.
Potatum dare. Columel. lib. 12. cap 51. Medicamentum dabitur potatum imbecillis bubus, & cetero pecori. Al. Potandum.
Voluptate potandi fruatur aliquis pariter cum aliis; aut ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante discedat Cic. 5. Tusc. 118.
PŌTANS, antis. Partic. [πίνων] Virg. 4. Georg. 46.
Jamque ministrantem platanum potantibus umbras. Cic. 2. de Fin. 65. M. Regulum beatiorem esse, quam potantem in rosa Thorium.
Petron. cap. 34. Potantes & lautitias mirantes.
Vellera potantia fuccum Aquinatem. Hor. 1. Epist. 10. 27. Intelligit de Aquinatibus purpuris, quæ similes sunt Tyriis.
POTANDUS, a, um. aliud Partic. [ποτέος] Ovid. 2. Fast. 317.
Dumque parant epulas potandaque vina ministri.
Nectar potandum. Ovid. 16. Epist. 198.
Potanda ferens infantibus ubera. Juven. 6. Sat. 9.
POTĀTUS, a, um. aliud Partic. [ποθείς] ut, Potata aqua. Plin. lib. 2. cap. 103. conf. Cic. 5. Tusc. 5.
PŌTUS, a, um. Partic. [πεπωκώς] Active & Passive accipitur.
Active, pro eo Qui bibit. Ter. Hec. 1. 2. 64.
Quid ais? cum virgine una adolescens cubuerit
Plus potus, sese illa abstinere ut potuerit?
Bene potus. Varr. lib. 6. de L. L. 4. extr. Apud Plaut. in Parasito pigro: Inde hic bene potus primo crepusculo.
Potus, sine adjecto, idem quod Bene potus, & qui vino incaluit. Hor. 1. Serm. 4. 88. —post hunc quoque potus.
Passive. [πεπομένος] Ovid. 1. Fast. 216.
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.
Cadus potus. Hor. 3. Carm. 15. 16.
Flumina pota Getis. Ovid. 3. de Pont. 4. 92.
Sanguine tauri poto mortuus concidit Themistocles. Cic. de Clar. Orat. 43.
Unda pota Valer. 6. Argon. 67.
POTĀTŪRUS, a, um. Partic. Ter. Phorm. 5. 5. 9. Apud me potaturus est.
POTŪRUS, a, um. aliud Partic. [πιόμενος] ut,
Oves poturæ. Propert. lib. 4. 4. 6.
Terra potura cruores. Stat. 12. Theb. 719.
POTĀTIO, ōnis. f. [πότος] Plaut. Stich. 1. 3. 58.
Potationes plurimæ demortuæ. Idem Bacch. 1. 1. 46.
Quid si apud te veniat de subito prandium, aut potatio
Forte, aut cœna, ut solet in istis fieri conciliabulis? Sen. Epist. 12.
Deditos vino potatio extrema delectat. Cic. 1. de Divin. 115. Si modo temperatis escis, modicisque potationibus ita est affectus, vel sopito corpore ipse vigilet. Correctiora exemplaria legunt Potionibus.
PŌTIO, ōnis. f. [πόσις, πόμα, ποτόν] pro Potu & Potatione. Cic. de Senect. 36. Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Sic 1. de Finib. 37. Quum cibo, potioneque, fames, sitisque depulsa est. Idem 5. Tusc. Quid, quod ne mente quidem recte uti possumus, multo cibo & potione completi?
Sumere magnam potionem. Cels. lib. 1. cap. 8. Al. Bibere.
Poculum & Potio. Cic. pro Cluent. 17. Quam novum, in pane datum venenum? facilius ne potuit, quam in poculo? latentius potuit abditum aliqua in parte panis, quam si totum colliquefactum in potione esset?
Non usitatæ potiones, Hor. Epod. 5. 73. pro Poculis venenatis.
Dulciculæ potionis scutelam dare. Cic. 3. Tusc. 45. Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus scutelam dulciculæ potionis, aliquid videamus & cibi.
Potio medicorum, Sorbitiuncula est quæ ægrotis datur, Græci Pharmacum vocant. Plaut. Men. 5. 5. 22.
Efficaces potiones ad id. Cels. lib. 4. cap. 8.
Mortifera potio. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Accipere potionem. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Adjicere potioni. V. ADJICIO.
Bibere potionem. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Circumfertur potio. Varr. de L. L. lib. 4. 26.
Dare potionem. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Sustulit mulierem prima potione medicus. Cic. pro Cluent. 40.
Potio vincea. Plaut. Stich. 4. 2. 56.

Nam mihi jam intus potione vincea onerabo gulam. Lepide Laqueum, Potionem vocat vinceam, ac Potionem quidem, quod quum potum guttur soleat transmittere ipsi inditum, Inditur & induitur ei laqueus, quasi transmissuro: Vinceam autem a vinciendo venuste deflexit, & ad potionem vineam vel vinaceam interim eleganter allusit, quod laqueo collum vinciatur. Turnebus.

Pŏtiuncŭla, æ. f. Suet. Domit. cap. 21. Ut modicam in ampulla potiunculam sumeret.

Pōtātus, ûs. m. Apul. Met. 7. p. 192. Elmenh. Vinum potatui affatim, vel sufficiens.

Potus, ûs. m. [πόμα, πότημα, ἀρδμὸς, πῖδαν] Idem quod Potio. Plin. lib. 10. cap. 72. Serpentes exiguo indigent potu.
Potus lactis herbidus. Plin. lib. 24. cap. 6.
Immoderatus potus. V. IMMODERATUS.
Inexplebilis potu. V. INEXPLEBILIS.
Obstupefieri potu & pastu. Cic. 1. de Divin. 60. Dicit enim quum dormientibus ea pars animi, quæ mentis & rationis sit particeps, sopita langueat, illa autem in qua feritas quædam atque agrestis immanitas, quum sit immoderato obstupefacta potu atque pastu, exsultare eam in somno, immoderateque jactari.
In medio potu. V. MEDIUS.
Potui dare medicamentum. Cels. lib. 2. cap. 13. conf. Borrich. Cogit. p. 200.
De Potu calido, Frigido, Militari, & Nautico. V. Lex. Pitisc.

Pōtātor, ōris. m. [φιλοπότης] Qui potationibus indulget. Plaut. Men. 2. 1. 34.
Volupterii, atque potatores maximi. Plin. lib. 20. cap. 23. Radix cujusque ex aqua decocta, potatoribus sitim facere narratur. Legitur & Potoribus.

Pōtor, ōris. m. [πότης] Idem quod Potator. Lemma est apud Martial. Ad Sextilianum potorem, lib. 1. 27. Plin. lib. 23. cap. 8. Ajunt quinis fere præsumptis, ebrietatem non sentire potores.
Aquæ potores. Hor. 1. Epist. 20. 3.
Acer potor. V. ACER adj.
Marcens potor. Hor. 1. Serm. 4. 59.

Pōtrix, īcis. f. [πότις] Phædr. 4. 4. 25.
Potrici plenam antiquis apothecam cadis. Subaudi Seponit.

Pōtātōrius, a, um. Adj. ut, Vas potatorium. Plin. Valer. 3. 54.

Pōtōrius, a, um. Adj. [ποτικός] Quod ad potandum pertinet. ut, Ampulla potoria, apud Martial. lib. 14. 110.
Argentum potorium. Pompon. in l. In argento. D. de aur. & arg. legato.
Cantharus potorius. Arnob. 6.
Vas potorium. Plin. 37. 2.
Vitrea escaria & potoria in suppellectile sunt, sicut fictilia. Paulus in l. 3. D. de supellectile legata.

Pōtōrium, i. n. ut, Aureum potorium. Plin. lib. 33. cap. 10. Ptolemæum Varro tradit, Pompejo res gerente circa Judæam, octona millia equitum sua pecunia toleravisse: mille convivas, totidem aureis potoriis, mutantem vasa cum ferculis, saginasse. [Sic & alibi Plin. Alioqui suspicer ex Plauto Poteriis legendum.

Pōtūra, æ. f. Varr. de L. L. lib. 4. 5. Sic potura a potu, non ut nunc a πίνω. V. Scalig. Conject. p. 19.

Pōtābilis, e. Adj. [πότιμος] Ammian. 18. 9. Fons potabilis. conf. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. Et Apic. 1. 1.

Pōtĭlis, e. Adj. Idem. Cæl. Aurel. Tard. 3. 8. Potili haustu aerem haurire. Idem 5. 8.

Pōtax, ācis. Gloss. Gr. Lat. Πότης, bibax, potax.

Pōtācŭlum, i. n. Tertull. Apol. cap. 39. Et de Resur. Carn. cap. 4.

Pōtŭlentus, a, um. Adj. [ποτὸς] Suet. Othon. cap. 2. Fertur & noctibus vagari solitus: atque invalidum quemque obviorum, aut potulentum, corripere. conf. Apul. Met. 3. V. Poculentus, in POCULUM. infra.

Pōtĭto, [πίνομαι] āre. frequent. Plaut. Asin. 4. 1. 26.
Tecum una postea æque pocula potitet. conf. Amph. 1. 1. 105. & Mil. 2. 2. 23.

Pōtiōno, āre. [ποτίζω, ἐμποτίζω] Dare potionem & quidem medicatam. Vet. Interp. Iren. Potionare patrem vino.
Potionor, āri. Passivum. Suet. Calig. cap. 50. Creditur potionatus a Cæsonia uxore, amatorio quidem medicamento: sed quod in furorem verterit. i. e. Veneno affectus.

Pōcŭlum, i. n. [πόμα, ἔκπωμα, ποτήριον] Vas in quo bibitur. Cic. 6. Verr. 32. In his pocula duo quædam, quæ Heraclia nominantur, Mentoris manu, summo artificio, facta. Idem pro Cluent. 167. Quæ deinde interceptio poculi? Lucret. lib. 4. 848.
Et sedare sitim prius est, quam pocula, natum.
Pocula, a Potione: unde Potatio, & etiam Poma, quod hæc poscunt potum. ἀπὸ τοῦ πότου, Græca origo Potionis. Varr. lib. 4. Ling. Lat. 26.
Mensæ plenæ pocula. Virg. 11. Æn. 738.
Aurea pocula. Hor. 1. Serm. 2. 114. Sil. lib. 13. 355.
Poculaque Eoa luxum irritantia gemma.
Fagina. Virg. 3. Ecl. 36.
Fictilia. Tibul. lib. 1. 1. 40.
Immania. Cic. 2. Philip. 63.
Lævia. Virg. 5. Æn. 91.
Plena. Virg. 4. Georg. 379.
Plena meri. Ovid. 9. Met. 238.
Administrare pocula. V. ADMINISTRO.
Bibere eodem poculo, i. e. In eandem calamitatem incidere. Plaut. Cas. 5. 2. 52. V. Boxhorn. ad Rud. 3. 6. 46.
Collucent pocula mensæ. Catui. Argon. 62. 45.
Componere pocola de luto. Tibul. lib. 1. 1. 40.
Contingere oras circum pocula liquore aliquo, Imbuere. Lucret. lib. 1. 936.
Dare poculum alicui. Cic. pro Cluent. 30.
Demissa serta in pocula. Propert. lib. 2. 33. 37.
Fabricata fago pocula. Ovid. 8. Met. 670.
Finguntur pocula de humo. Ovid. 2. Trist. 488.
Invitare aliquem poculis. V. INVITO.
Ministrare pocula. V. MINISTRO.
Miscere pocula, Ministrare. Ovid. 10. Met. 160.
Negare porrecta pocula. Hor. 1. Epist. 19. 92.
Perfecta argento, atque aspera signis pocula. Virg. 9. Æn. 264.
Ponere pocula. Virg. 1. Æn. 706.
Poscunt majoribus poculis. Cic. 3. Verr. 66. Discumbitur: fit sermo inter eos, & invitatio, ut Græco more biberetur: hospes hortatur: poscunt majoribus poculis: celebratur omnium sermone lætitiaque convivium. Sunt, inquit Asconius, qui producta scilicet o littera Poscunt legunt, quasi Sæpe potant. sed Poscunt, Provocant intelligendum est. ut sit sensus, Provocant se invicem. Majoribus autem poculis poscunt, i. e. Petunt; ut subaudiatur Bibere. Hæc Ascon. [Cic. pro Flacc. 92. Nam iste unus totam Asiam magnitudine poculorum, bibendoque superavit. Ubi jocus est in sensu ambiguo τοῦ Superavit. conf. Luciani Tim. p. 159. Græv.
Reponere pocula mensis. Virg. 4. Georg. 379.
Spumantia lacte pocula. Virg. 5. Ecl. 67.
Sumere pocula. Ovid. 1. Amor. 4. 31.
Sustinet pocula lapis. Hor. 1. Serm. 6. 116.
— & lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet. Veteres, inquit Turnebus, solebant delphicam mensam multis onerare poculis, numeroque semper pari: duobus contentus est Horatius, & cyatho, quo modum potionis metiebantur, & certis cyathis vini certos aquæ cyathos miscebant, quod qui faciebat Ad cyathum stare dicebatur. Nam cyatho hauriebant vinum & aquam e vasis, & in pocula fundebant, quod κυαθίζειν Græci appellant. Unde Marcellus, cujus naves machinis Archimedis levatæ in puppim, aut proram, deinde illisæ mari, aquam quum plurimam haurirent, aut gravibus libramentis depressæ acciperent aquam, ludens dixit, Archimedem suis navibus pro cyathis uti. Solitos autem esse veteres paria pocula in delphica ponere, declarat Agretius, sic scribens, Cicero, Jubeo promi utrosque binos ut habeam: quia in delphica comparia vasa semper sunt. unde ipse Cicero dicebat, Scyphorum paris complura. Hæc ideo tam multis, ne quid antiquitatis te lateat. [V. locum utrumque Cic. 6. Verr. 32. & 38. verbis paulo aliis.
Tangere labellis pocula. Ovid. 1. de Arte Am. 575.
Tollere pocula adorandæ rubiginis. Juven. 13. Sat. 148.
Torquere pocula, Projicere in aliquem. Juven. 5. Sat. 26.
Poculum, quandoque sumitur pro Eo quod bibimus. Virg. 2. Georg. 383. & 128.
Pocula si quando sævæ infecere novercæ. Cic. 7. Verr. Illis diligenter legibus, quæ in poculis ponebantur, obtemperabat.
Amoris poculum, Philtron. Hor. Epod. 5. 38.
Desiderii poculum, Philtron. Hor. Epod. 17. 80.
Blanda. Valer. 2. Argon. 417.
Ducentis somnos. Hor. Epod. 14. 3.
Insidiosa Circes. Ovid. 14. Met. 295.
Lactea pocula, Repleta lacte. Stat. 1. Achil. 307.
Marcentia. Stat. 4. Silv. 6. 57.
Medicata. V. MEDICOR.
Sobria pocula supposita aqua. Tibul. lib. 1. 6. 28.
Vitea, Vini. Virg. 3. Georg. 379.
Ducere pocula, Exhaurire. Hor. 1. Carm. 17. 21.
Hic innocentis pocula Lesbii
Duces sub umbra.
Exhaurire poculum mortis. Cic. pro Cluent. 31.
Inficere pocula veneno. V. INFICIO.
Infundere poculum. Hor. Epod. 5. 78.
Majus parabo, majus infundam tibi
Fastidienti poculum.
Libabant aulai in medio pocula Bacchi. Virg. 3. Æn. 354.
Mista lactis pocula mero. Tibul. lib. 3. 5. 34.
Restinguere pocula ardentis Falerni lympha. Hor. 2. Carm. 11. 20.
Temperare pocula. Hor. 1. Carm. 20. 12.
Tinguere aliquem poculis, Irrigare mero. Hor. 4. Carm. 12. 23.
Trahere pocula arenti fauce. Hor. Epod. 14. 4.
De bestiis eleganter Virg. 8. Ecl. 28.
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.

Pŏcillum, i. n. dimin. [κυλίκιον] Parvum Poculum. Cato R. R. cap. 156. Per linteum exugeto succum, quasi heminam, in pocillum fictile. Liv. 10. 42 extr. Voverat Jovi Victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi, &c.

Pŏcillātor, ōris. m. [οἰνοχόος] alias dicitur A cyathis, qui pocula mensæ ingerit. Apul. lib. 6 p. 179 Elmenh. Adfuit rapax aquila: memorque veteris obsequii, quo ductu Cupidinis, Jovi pocillatorem Phrygium sustulerat, &c. Rursus eodem libro p. 183. Tunc poculum nectaris, quod vinum deorum est, Jovi quidem suus pocillator ille rusticus puer, ceteris vero Liber ministrabat. Utrobique Ganymedem intelligit, qui (ait Beroaldus) elegantissimo vocabulo Pocillator dicitur, quasi Poculorum ministrator.

Pŏcŭlentus, a, um. Adj. & Poculentum, i. n. Cic. 2. de Nat Deor. 141. Habitat in ea parte oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. Legitur & Potulentis. De gustatu. Gell. lib. 4. cap. 1. Penus est, inquit, quod esculentum aut poculentum est. Sunt qui Potulentum scribant, ut apud Ulpianum in l. 3. §. potulenta. D. de penu legata.

P P

PP. Papiris, Præpositus, Perpetuus, Primipilus, &c. V. omnino Sertor. Ursat. Propositum item significat in Codicis constitutionibus: Leges enim & Edicta & Constitutiones palam, publico in loco promulgabantur, ut eas legere quisque posset. PP. AVG. Perpetuo Augusto; ut in fine procemii Institutionum Civilium.

P R

PR. Pater, Præfectus, Præses, Præter, Prætor, Pridie, Primipilus, Princeps, Proconsul. PR. A. Prætoria Antonii. PR. PER. Prætor peregrinus. PR. PR. Proprætor. PRR. Prætores. PR. S. Prætoria sententia. PR. VR. Prætor Urbanus. PRAE. PRES. Præfectus præsidii. PRAEF. Præfectus. PRAEF. VR. Præfectus Urbis. PRAE. VIGIL. Præfectus vigilum. PRS. P. Præses provinciæ. PRSS. Præsides.

P R A

Practicus, Adj. V. PRAXIS.

Præactores, [[illegible]] in Novellis Justiniani sunt Exactores tributorum. Suidas, [illegible]

Præ, Præpositio, Ablativo casui servit, & significat Ante. [[illegible]] Liv. 1. 7. Prope Tiberim fluvium, qua, præ se armentum agens, nando trajecerat.
Aliquando absolute ponitur. Ter. And. 1. 1. 141. I præ, sequar.
Præ se ferre, est Dictu, factove, & ipsa statim fronte, qualem opinionem de aliqua re aut homine habeas, confiteri. Quintil. lib. 5. cap. 13. Fiduciam igitur præ se ferat orator, semperque ita dicat, tanquam de causa optime sentiat. I. e. Ex ipso aspectu oratoris, ex ipsa voce, ex ipsa tota oratione eluceat fiducia: quemadmodum qui pugnaturi sunt, in vultu & gestu indicant tacitam, vel formidinem, vel fiduciam, hoc est Præ se ferunt fiduciam vel formidinem. Hæc Valla lib. 5. Cic. pro Rabir. perd. reo 37. Quamobrem fateor, atque etiam, T. Labiene, profiteor, & præ me fero, te ex illa crudeli, importuna, non Tribunitia actione, sed regia, meo consilio, virtute, auctoritate, esse depulsum.
Præ se gerere, Idem quod Præ se ferre. Cic. 2. de Invent. 7. Nam affectionis quidem ratio perspicuam solet præ se gerere conjecturam: ut amor, iracundia, molestia. Ibid. Præ se gerit quandam utilitatem, quo magis expetatur.
Præ se propellere. Lucret. lib. 4. 287.
Præ manu, vel Præ manibus. V. MANUS.
Præ [[illegible]] comparationem aliquando inducit. Cic. 4. Fam. 4. Non tu quidem vacuus molestiis, sed præ nobis beatus. Ter. Adelph. 2. 3. 9.
Omnia sibi qui post putarit esse præ meo commodo. i. e. Mei commodi comparatione, inquit Donat. h. e. Nihil pluris illi esse curandum putat, quam meum commodum.
Doctus præ illo. ζετ. exempla. H. St.
Præ quod. Plaut. Stich. 2. 2. 38.
Immo res omnes relictas habeo præ quod tu velis.
Præquam. Plaut. Amph. 2. 2. pr.
Satin' parva res est voluptatum in vita,
Atque in ætate agunda,
Præ quam quod molestum est. Gell. lib. 16. cap. 8.
Præ ut. Plaut. Mil. 1. 1. 20. — nihil hercle quidem hoc,
Præ ut alia dicam, tu quæ nunquam feceris. Idem Amph. 1. 1. 218.
— parum etiam præut futurum est prædicas. Idem Men. 5. 5. 33.
Immo modestior nunc quidem est de verbis, præut dudum fuit. Ter. Eun. 2. 3. 8.
Hic vero est, qui si occeperit, ludum jocumque dices
Fuisse illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit.
Præ [[illegible], [illegible]] nonnunquam abundantiam notat: ut, Præ multitudine. Cic. 2. Att. 21. Quidam dicunt significare Propter, in hujusmodi exemplis; ut paulo post videbis.
Præ ira. Liv. 31. 24. extr.
Præ lacrimis. Cic 9. Att. 14. Non medius fidius præ lacrimis possem reliqua, nec cogitare, nec scribere.
Præ, Propter. ut, Præ formidine. Ter. Eun 1. 2. 18.
Credo, ut fit, misera præ amore exclusisti hunc foras. Idem Heaut. 2. 2. 67.
Præ gaudio (ita me di ament) ubi sim, nescio.
Præ, cum nominibus composita significationem ubique fere auget & intendit. [V. quæ in ipsis compositis adnotabimus. Ubi auxetica est convenit cum Per, cum qua sæpe, ut & cum Pro confunditur.
In compositione item sæpe notat Præter. V. Burm. & Weitz. ad Petron. cap. 99.

Præacutus, a, um. Partic. ut videtur a Præacuo verbo, Ex una parte acuminatum denotat quidpiam. Cæs. 2. Bell. Gall. 29. Tum magni ponderis saxa, & præacutas trabes in muro collocarant. Idem 4. Bell. Gall. 17. Tigna bina sesquipedalia, paulum ab imo præacuta. [Hoc Partic. ab Adj. distinguendum putavi. Sic Præpilatus apud eundem scriptorem, non Valde, sed Priore parte in pilam rotundatum significat. V. f. l.
Præacutus, a, um. Adj. [[illegible]] Valde acutum significat. ut
Asperitas præacuta. Plin. lib. 11. cap. 26.
Bipennis præacuta. Plin. lib. 8. cap. 8.
Cuspis præacuta. Ovid. 7. Met. 131.
Scopulus præacutus. Plin. lib. 9. cap. 10.

Præacute, Adv. Apul. Apol. p. 296. Elmenh. Et fortasse, an præacute repetisse vobis videbamini?

Præaltus, a, um. Adj. [[illegible]] Valde altus. Liv. 10. 2. Ostium fluminis prælti, quo circumagi naves in stationem tutam possint.
Alveus præaltus. Liv. 5. 37. extr.
Arbor præalta. Curt. 6. 4. 3.
Mare præaltum. Curt. 4. 2. 9.
Rupes præalta. Liv. 40. 58.
Superl. Præaltissimus. Apul. Met. 8. p. 211. Elmenh. Seque in præaltissimum puteum præcipitat.

Præalte, Adv. Veget. de Re Mil. 4. 21. Tolleno dicitur, quoties una trabes in terram præalte defigitur, &c.

Præauditus, a, um. Partic. Ante auditus. Ulpian. in l. Solet. in princ. D. de offic. Proconf. Solet etiam custodiarum cognitionem mandare legatis: scilicet ut præauditas custodias ad se remittant.

Præbeo, ui, itum, [[illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible]] ere. ex Præ & Habeo compositum, abjectis A & H; significat Dare, exhibere. Quin & Præhibeo apud vetustiores occurrit. V. f. l. Cic. 6. Verr. 9. Neminem, qui cum potestate, aut legatione in provinciam esset profectus, tam amentem fore putaverunt, ut emeret argentum; dabatur enim de publico: ut vestem; præbebatur enim legibus: mancipium putaverunt; quo & omnes utimur, & non præbetur a populo.
Præbere, Dare, Porrigere, ut
Præbere de manu cibos, Manu ipsa cibum in os ingerere. Columel. lib. 9. cap. 1.
Aquam præbere. Hor. 1. Serm. 4. 88.
E quibus unus amet quavis aspergere cunctos,
Præter eum qui præbet aquam: post hunc quoque potus. Grammatici hunc locum vix concoquere possunt, mirumque eis videtur convivatorem aquæ præbitorem appellari. Primus Dionysius Lambinus vidit convivatorem solitum balneum præbere convivis: quam interpretationem nemo jure reprehendat. Turnebus aliter, cujus hæc sunt verba, Quid, si dicat hominem tam esse procacem & petulantem in jocando, ut nec convivis, nec ministris abstineat ullis, quin eos perstringat, præter eum, qui ipsi pocula miscet, ministratque aquam? ait enim Martial. 1. 12.
Jam defecisset portantes calda ministros,
Si non potares, Tongiliane, merum. Sed omnino præstiterit locum per allegoriam interpretari, inflexione verborum & inversione ducta a lusu, quo aliquo in situla aut urceo nobis aquam ministrante, alios ea aspergimus, aut perfundimus per lasciviam, quod quum facimus, eo qui aquam nobis præbet, interim abstinemus. Aquæ igitur præbitori similem esse voluit Flaccus convivatorem. Huic inversioni, Aspergere, & Aqua, favere videntur. Hæc ille: utram vis sequere. Sunt qui volunt hoc loco legi, Præbet, aqua; ut Præbet per se & separatim legatur, & subaudiatur Cœnam, sed hæc lectio a doctis rejicitur.
Cibum alicui. Lucret. lib. 3. 1004.
Præbere, Præstare; Tribuere, Ad manum dare, ut
Accessum præbere. Liv. 30. 10. pr. Al. Ascensus.
Honorem. Plin. lib. 35. cap. 10. Alexander ei honorem clarissimo præbuit exemplo.
Iter. Columel. lib. 3. cap. 16.
Latebras præbet creta serpentibus. Virg. 2. Georg. 216.
Locum peccandi. Columel. lib. 11. cap. 1.
Monimenta. Cæs. 2. Bell. Gall. 17.
Se facilem præbere dicitur res aliqua. Plin. lib. 13. cap. 4.
Speciem triumpho. Liv. 34. 52. extr. Præbuerunt speciem triumpho capitibus rasis secuti, qui servitute exempti fuerant. i. e. Reddiderunt speciosiorem.
Spiritum vitalem & salutarem præbet animantibus aer temperatus. Cic. 2. de Nat. Deor. 117.
Suspendia præbuit illa arbor misero collo. Ovid. 1. Amor. 12. 17.
Viam. Ovid. 11. Met. 515.
Rima patet, præbetque viam letalibus undis.
Præbere, Adhibere, Suppeditare, subministrare, ut
Alimenta furori. Ovid. 3. Met. 479.
Auxilium. Plin. lib. 21. cap. 32.
Brachium sceleri. Ovid. 7. Epist. 126.
Præbuerem sceleri brachia nostra tuo.
Causam. Liv. 30. 14. Quæ peropportune, cupienti tollere inducias, Scipioni causam præbuere. i. e. Prætextum.
Causam necis. Ovid. 2. Epist. 148.
Domum alicui. Hor. 3. Carm. 19. 7.
Materiam alic. Liv. 3. 26. pr. Quum Appius non Virginiam defendi ab Icilio, sed inquietum hominem, & Tribunatum etiam nunc spirantem, locum seditionis quærere diceret: non præbiturum se illi eo die materiam.
Materiam præbere suo damno. Ovid. 2. Met. 213.
Materiam igni. Liv. 21.
Nomen. Tacit. 13. Ann. 13.
Operam præbere, Juvare. Plaut. Mil. 2. 6. 108.
Operam Reip. suo sumptu. Liv. 5. 4.
Perfugium & solatium adversis rebus præbent studia. Cic. pro Arch. 16.
Se ministros præbent oratoribus infimi homines apud Græcos mercedula adducti. Cic. 1. de Orat. 198.
Sumptus præbetur mihi ea re avita. Hor. 1. Serm. 6. 80.
Tempora prima mollia præbuerunt mihi Fata. Ovid. 4. Trist. 8. 32.
Usum. Plin. lib. 13. cap. 22.
Præbere, Exhibere, Monstrare, Ostendere, ut
Animum ad perniciem alicujus moderatum, & ad rerum eventum lenissimum præbere Cic. 3. Q. frat. 3.
Appetitum rationi obedientem præbeamus. Cic. 1. Offic. 132.
Copiam verborum populo, cum multa concursatione, magnoque clamore præbebat Cic. de Clar. Orat. 242.
Imaginem antiquitatis Senatui præbebat. Tacit. 3. Ann. 60.
Jusjurandum alteri. Plin. in Paneg. cap. 64. Quin etiam sedens præbuit jusjurandum. [Sed Lips. legit Præiit, idque loci sententia postulare videtur.
Orationem. Plaut. Pœn. 5. 4. 52.
Ut modeste orationem præbuit.
Se præbere aliquo modo, est Se ostendere. Ter. Phorm. 3. 1. 12.
Tum Phormio itidem hac re, ut in aliis, strenuum hominem præbuit.
Se æquum alicui. Cic. 2. Fam. 1. Sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis.
Se æquabilem. Cic. 2. Tusc. 65. Atque in primis meditemur illud, ut hæc patientia dolorum, quam sæpe jam intentione dixi esse firmandam, in omni genere se æquabilem præbeat.
Se attentum auditorem. Cic. 3. de Nat. Deor. 1.
Se auctorem alicui rei. Tacit. 3. Hist. 12. i. e. Ducem.
Se credulum. Cic. 15. Att. 16. Vel verba dari mihi facile patior in hoc, meque libenter præbeo credulum.
Se dignum suis majoribus. Cic. 2. Fam. 18.
Se docilem. Cic. 2. Tusc. 15.
Se duriorem alicujus afflictæ fortunæ. Cic. 14. Att. 13. Quod si duriorem te miseræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego adversus te.
Se nimium exorabilem. Cic. 1. Q. frat. 2.
Se facilem præbere in hominibus audiendis, admittendisque. Cic. 1. Q. frat. 1. Idem 14. Att. 13. Ego autem Antonio facillimum me præbui.
Se gratum de bene meritis. Cic. pro Planc. 91.
Se judicem acrem. Cic. 1. Off. 114. Suum quisque noscat ingenium, acremque se & bonorum & vitiorum suorum judicem præbeat.
Se lenissimum. Cæsar Oppio, 9. Att. 8.
Se misericordem in re, in testimonio religiosum præbere. Cic. pro Cæcin. 26.
Se moderatum in aliqua re. Cic. 7. Verr. 27.
Se obsequentem. Senec. Hippol. 132.
Se patientem & impigrum. Cic. 7. Verr. 27.
Se placabilem alicui. Cic. 14. Att. 13.
Se quoquomodo in re aliqua. Cic 4. Verr. 70. Atqui eo etiam magis, quod iste, quoquo modo se in quæstione præbebat, tamen in consilio habebat homines honestos e conventu Syracusano.

Se spectatores otiosos alicujus calamitatis. Cic. 2. Off. 26.
Se superbum in fortuna. Cic. 8. Att. 4. Superbum se præbuit in fortuna. quam putavit nostram fore.
Tyrannum, aut alium quemvis se. Cic. 3. Verr. 82. Quum te in oppidis & civitatibus amicorum, non legatum Populi Rom. sed tyrannum libidinosum, crudelemque præbueris. i. e. Gesseris te non tanquam legatus, sed potius ut soleat se gerere tyranni libidinosi. Idem 7. Fam. 16. Deinde quod in Britannia non minus quam Philotheoron te præbuisti.
Se vegetum acremque ad aliquid agendum præbere. Cic. 1. de Divin. 61.
Se virum in re aliqua. Cic. 5. Fam. 18. Pro amore nostro rogo atque oro, te colligas, virumque præbeas.
Præbere & Impertire se alicui. Cic. pro Rosc. Amer. 11. Te quoque magnopere, M. Fanni, quæso: ut qualem te jam antea Populo Rom. præbuisti, quom huic quæstioni judex præesses, talem te & nobis & Pop. Romano hoc tempore impertias.
Speciem. Plin. lib. 24. cap. 15. Nascitur in petrosis, orbiculato florum ambitu, speciem lecti pedum præbens.
Speciem extinctæ animæ. Plin. lib. 20. cap. 9.
Speciem terroris. Liv. 24. 30.
Spectaculum lætum. Liv. 30. 12. pr. Lætum ante omnes Masinissæ præbiturus spectaculum.
Vicem. Plin. lib. 16. cap. 36.
Præbere, Porrigere, Commodare in bonum, ut
Aurem, Auscultare.. Plin. 2. Epist. 14. pr. Nihil quod præbeas aurem.
Aures ambagibus. Ovid. 3. Met. 692.
Aures conviciis. Liv. 38. 52.
Aures non obtusas criminatione, sed vacuas præbere. Cic. Anteq. iret in exsil. 13.
Se dictis præbere, i. e. Attentum esse iis quæ dicuntur. Lucret. lib. 2. 65.
Præbere, Porrigere, Offerre, Objicere in malum, ut
Cervices. Cic. Anteq. iret in exsil. 21. Crimen diluere non licere: ore oppresso cervices esse præbendas.
Collum cultris. Juven. 10. Sat. 269.
Corpora præbemus plagis, ut sæpe sagittis. Ovid. de Nuce 171.
Corpus Reguli crudelitati Pœnorum præbitum est. Cic. 3. de Nat. Deor. 80. conf. Liv. 25. 15.
Crura præbemus sagittis. Pers. 4. Sat. 42.
Manus verberibus. Ovid. 1. de Arte Am. 16.
Nudum præberi alicui. Ovid. 2. Amor. 9. 35.
Os. Ter. Adel. 2. 2. 7.

Qui potui melius, qui hodie usque os præbui? Cic. 5. Verr. 41.

Qui testes interrogari priore actione nolueris, & iis tacitum os tuum præbere malueris, quam vis & te & patronos tuos ingeniosos esse dicito.
Os præbere ad contumeliam. Liv. 4. 35. extr.
Os ad male audiendum. Cic. 1. Att. 15. Quam dignus, qui Palicano, sicut facit, os ad male audiendum quotidie præbeat.
Pectora præbent ferro. Stat. 9. Theb. 674.
Pigneranda pœnæ præbere bona. Liv. 29. 36. extr.
Poppysma præbere. Juven. 6. Sat. 383.

— frontemque manumque
Præbebit vati crebrum poppysma roganti. Sed V. POPPYSMA.

Quam se præbuerant ferro parienter & igni. Ovid. 1. Amor. 14. 25.
Terga, Dare. Tacit. 14. Ann. 37.
Præbere, pro Caussam præbere, Efficere, ut
Casum pugnæ. Tacit. 12. Ann. 28.
Curam præbere, pro Sollicitum habere. Liv. 43. 14. Macedonia maxime curam præbebat.
Errorem. Liv. 4. extr.
Indignationem. Liv. 26. 37. extr.
Infamiam. Ulpian. in l. Item apud Labeonem. §. Aliud est. D. de injur. & famos. libell.
Ludos. Ter. Eun. 5. 7. 9.
Lumen præbet fenestra. Varro 3. de R. R. cap. 9. Ovid. 18. Epist. 59.

Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti.

Metum. Liv. 25. 19. Utrique parti parem metum præbuit, ne hostes novi adventarent.
Metus. Ovid. 1. de Arte Am. 754.
Miraculum. Plin. lib. 28. cap. 3.
Notitiam. Lucret. lib. 5. 125.
Somnum silentia præbent. Ovid. 5. Fast. 429.
Sonitum. Liv. 7. 36. pr.
Spem. Liv. 24. 24. pr.
Suspicionem. Tacit. 1. Hist. 28.
Terrorem. Liv. 3. 8. Urbi quoque Romæ ingens præbitus terror. conf. 26. 5.
Vim. Plin. lib. 13. cap. 12.
Vires fluvio hiems præbebat. Lucan. lib. 1. 217.
Justa. Cic. 1. Off. 41. Est infima conditio & fortuna servorum: quibus non male præcipiunt, qui ita jubent, uti ut mercenariis, operam exigendam, justa præbenda.
Pabula. Lucret. lib. 2. 597.
Prandium alicui. Cic. 3. Att. 1. Quod antecesserat Statius, ut prandium nobis præberet. Quædam exemplaria legunt Videret.
Sponsalia alicui præbere, pro Celebrare sponsalia, & despondere filiam. Cic. 2. Q. frat. 5. Ad VIII Idus Apriles sponsalia Crassipedi præbui. i. e. Celebravi convivium sponsaliorum.

PRÆBENS, entis. Partic. ut, Præbens Phœbo terga. Ovid. 4. Met. 715. Justin. 1. 4. 10. Femina parvulo ubera præbens. V. plura supra.

PRÆBĬTUS, a, um. Partic. [ἐκπορισθεὶς] ut
Frumentum & alia affatim præbita. Sallust. Jugurth. cap. 54.
Prærepta, non præbita, scriptoribus facultas videtur. Hirt. Bell. Gall. 8. præf.
Præcordia præbita. Ovid. 3. Met. 746.
Præbiti in acie Vitellianis cibi. Tacit. 3. Hist. 32. 4.
Præbita, Absolute. Suet. Tiber. cap. 50. Sed & peculio concesso a patre præbitisque annuis privavit. Columella lib. 1. cap. 8. Tantoque curiosior inquisitio patrisfamilias debet esse pro tali genere servorum, ne aut in vestiariis, aut in ceteris præbitis injuriose tractentur.

PRÆBENDA, æ. f. PRÆBENDARIUS, i. m. Voces frequentes apud sequioris ævi Ecclesiasticos. V. seq. dict.

PRÆBENDUS, a, um. Partic. [παρεκτέος] & Præbenda n. pl. Substantive, Gell. lib. 15. cap. 4. Comparandis mulis, & vehiculis magistratibus, qui sortiti provincias forent, præbenda publice condoxisse. Ubi interpres, Præbenda publice conduxisse: i. e. Ea quæ a parochis præbenda erant, de quibus Hor. 1. Serm. 5. 46.

Præbuit; & parochi, quæ debent, ligna salemque.

Erant autem in exercitu copiarii, quibus erat præceptum, ut præbenda, id est salem & ligna publice missis exhiberent. Ut vero annotavit Bebelius, in plurali tantum legimus, idque in neutro genere.

PRÆBĬTOR, ōris. m. [πορισής] Cic. 2. Off. 53. An tu id agis, ut Macedones, non te regem suum, sed ministrum & præbitorem putent? conf. PAROCHUS.

PRÆBĬTIO, ōnis. f. [πορισμός] Varro apud Non. 2. 647. Quod ea die mea erat præbitio. Ulpian. D. de offic. præfect. urb. l. omnia. §. Cora carnis. Cura carnis omnis, ut justo pretio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinet. Ideo & forum suarium sub ipsius cura est: sed & ceterorum, sive pecorum, sive armentorum, quod ad hujusmodi præbitionem spectat, ad ipsius curam pertinent.
Gravari copiarum præbitione. Justin. 38. 10. 8.
Olei frumentique præbitiones, quibus angebantur. Aurel. Vict. de Cæs. cap. 41.

PRÆBIUM, i. n. Præbia, Remedia. Paulus. Ea vero præcipue præbia appellarunt, quæ amoleti vim habebant, cujusmodi erant lora, quæ de puerorum collo suspendebantur. Varr. lib. 6. de L. L. 6. Nævios in Stigmatia: Præbia a præbendo ut sit tutum. quod sint remedia in collo pueris. V. Lex. Martinii. Al. Prœbia, vel Prœbra. V. Fest. in Præbia & Prædis. & Dacer. not.

PRÆBĬBO, ĕre. [προπίνω] Apul. lib. 10. p. 246. Elmenh. Offer parasito meo, simul quod ei præbiberim, commoneto. [Gloss. Gr. Lat. Προπίνω, Propino, Probibo. lego Præbibo. Ibidemque Πρόποσις, Propotacio, lego Præpotatio.

PRÆBĬTO, ĕre. Prævenire.
Præbitere, [ἀπαμείβω] pro Perimere, usurpavit Plaut. Pseud. 3. 1. 10.

Interminatus est a minimo ad maximum,
Si quis non hodie munus misisset sibi,
Eum cras cruciatu maximo se præbitere.

Præbitere item dixit Plautus pro Præterire. In Pœn. 5. 3. 44.

Quid si eamus illis obviam? P. at ne inter vias
Præbiteramus eas metuo. al. Præterbitamus.

PRÆBLANDUS, a, um. Adj. Valde blandus. Strab. Gall. Hort. præf.

— teneusque fovet præblanda vicissim
Luna comas.

PRÆCĂLĬDUS, a, um. Adj. Percalidus. Tacit. 13. Ann. 16. 3. Præcalida potio. Prudent. contra Symmah. 2. 320. & præf. lib. 1. in Symmach. 47.

PRÆCĂLĔFACTUS, a, um. Partic. Antecalefactus. Cæl. Aurel. Acut. 1. 17. Scrib. larg. Compos. 156. & 238. Marc. Emp. cap. 25.

PRÆCALVUS, a, um. Adj. [προφάλακρος] Calvus in anteriore capitis parte. Suet. de Galba, cap. 21. Statura fuit justa, capite præcalvo.

PRÆCANO, PRÆCANTATIO, PRÆCANTATOR, PRÆCANTATRIX, PRÆCANTATUS, PRÆCANTO, PRÆCANTRIX, V. PRÆCINO.

PRÆCĀNUS, a, um. Adj. [προπολιὸς] Qui ante annos justos canus esse incipit. Hor. 1. Epist. 20. 24.

Corporis exigui, præcanum, solibus aptum.

PRÆCĀRUS, a, um. Adj. Nimis, sive multum carus. Ter. Phorm. 3. 3. 25.

Quantum opus est tibi argenti? eloquere. P. solæ triginta minæ.
Triginta? hui, præcara est, Phædria, P. istæc vero vilis est.

Quædam exemplaria Percara legunt.

PRÆCĂVEO, cāvi, cautum, [προφυλάττομαι] ēre. Ante cavere. Ter. Andr. 3. 5. 18.

Namque hocce tempus præcavere mihi me, haud te ulcisci sinit.

Præcavere ab insidiis. Liv. 9. 17.
Præcavere peccata. Cic. pro Rosc. Amer. 116. Atqui ea sunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcaventur.
Præcautum est a me. Cic. 2. Att. 1. Quod a me ita præcautum atque ita provisum est, non ut ego de optima illa mea ratione decederem.
Astutia intelligendi ad præcavendum quibus abest, sibi injecto terrore mortis, horrescunt. Cic. 5. de Fin. 31. Ex Pacuvio.

PRÆCĂVENS, entis. Partic. [προφυλάττων] Cic. pro Planc. 53. Qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimovere potuerunt, providentem ante & præcaventem nunquam certe movebunt.

PRÆCAUTUS, a, um. Partic. [προφυλαχθεὶς] ut, Provisa & præcauta res. Cic. 6. Verr. 90. Verumtamen ita res mihi tota provisa atque præcauta est, uti si maxime esset inventus, qui, &c.
Præcauto opus est. Plaut. Merc. 2. 2. 62.

PRÆCAUTOR, ōris. m. [προφυλακτὴς] Plaut. Pseud. 2. 2. 12.

Nam ego præcautor, & patronus foribus processi foras.

In omnibus, quos vidi codd. excusum est Precator.

PRÆCĒDO, ssi, ssum, [προάγω, προβαίνω, προηγέομαι] ĕre. Antecedere. Plin. lib. 11. cap. 37. Nulla præcedente injuria.
Præcessi, præteritum. Varr. de Ling. Lat. lib. 5. 5. Ut enim Cessit atque Recessit, sic Successit, & Decessit, & Concessit, & Præcessit.
Agmen præcedere. Virg. 9. Æn. 48.
Præcedere, per translationem, pro Præcellere, Superare. Plaut. Asin. 3. 3. 39.

Ut vestræ fortunæ meis præcedunt, Libane, longe.

Præcedere auctoritate, sapore, suavitate, & similibus. Plin. lib. 29. cap. 1. Idem lib. 4. cap. 6. Vinum aliud alterum germanitate præcedit. Columel. lib. 3. cap. 2.
Armorum decus præcedere actis forensibus. Lucan. ad Pison. 34.
Famæ priscæ titulos præcedere. Stat. 2. Silv. 2. 146.
Præcedere in re aliqua. Plin. lib. 18. cap. 3.
Longe præcedere. V. LONGUS.

PRÆCEDENS, entis. Partic. [προηγούμενος] ut, Instare præcedentibus. Hor. 1. Epist. 2. 71.

PRÆCESSOR, ōris. m. Tertull. adv. Prax. cap. 1. Hieron. adv. Rufin. 3. 6. Præcessor. Quæ a præcessore tuo gesta sunt immutes. Cæl. Calcagn. in Or. pro Alphonso duce Ferr. p. 535. H. St. Desiderabatur hæc vox in Lugd. Vulgo *Prædecessorem* dicunt barbare.

PRÆCĔLER, celĕris, & celĕre. Adj. [πολυωκὴς] Valde celerem significat. Plin. lib. 9. cap. 46. Ut prope carinam ventum est, nisi præceleri vi repente rapiant, absumi spectant.
Viri præceleres cursu. Stat. 6. Theb. 550.

PRÆCĔLĔRO, [προτρέχω] āre. Præcurrere. Stat. 4. Theb. 799.
— pars arcta plebe sequuntur,
Præcelerantque ducem, medium subit illa per agmen.
Neutraliter. Idem 2. Theb. 497.
Fert via per dumos propior; qua calle latenti
Præcelerant.

PRÆCELLEO, ēre. Antique. Plaut. Pseud. 2. 3. 14.
— proinde ut quisque fortuna utitur,
Ita præcellet. [Sic olim Celleo dicebant, unde Celsus Partic. Potest tamen hic futurum esse a Præcello.

PRÆCELLO, cellui, celsum, [πρέχω, διαφέρω] ĕre. Præcedere & superare. Plin. lib. 12. cap. 3. Malus Assyria odore præcellit foliorum.
Mobilitate præcellere. Lucret. lib. 2. 160.
Robore mentis. Sil. lib. 3. 603.
Præcellere alicui, pro Imperare, & dominari. Tacit. 12. Ann. 15.

PRÆCELLENS, entis. Adj. ex Partic. [ὑπερέχων] ut, Juvenis præcellens robore mentis. Sil. 3. 603.
Compar. Plin. lib. 12. cap. 6. Major alia, pomo & suavitate præcellentior, quo sapientes Indorum vivont. [Idem quod Præcellens.
Superl. Omnibus rebus præcellentissimus vir. Cic. 6. Verr. 97.

PRÆCELLENTIA, æ. f. Tertull. Apol. cap. 23.

PRÆCELSUS, a, um. Adj. [ὑπερυψηλός] ab Ex & Celsus. Valde excelsum significat. Cic. 6. Verr. 107. Enna autem, ubi ea, quæ dico, gesta esse memorantur, est loco præcelso atque edito.
Moles præcelsæ. Stat. 1. Silv. 5. 27.
Rupes. Virg. 3. Æn. 245.
Fortuna. Stat. 3. Silv. 3. 85.
Compar. Salvian. 6. Omnes ferme præcelsiores viros calamitatibus suis factos esse pejores.

PRÆCENTIO, PRÆCENTOR. V. PRÆCINO.

PRÆCEPS, -cipitis. Adj. [προπετής, λόγμητος, κρημνώδης, πασίκρημνος, ἀπόκομος] a Præ & Capio, vel, ut alii volunt, Caput, componitur; significatque proprie Eum, qui sine consideratione aliqua, aut modo, quid agit, & quasi rem & tempus præoccupat. ut apud Martialem, quum de urso loquitur, lib. 1. 11.
Præceps sanguinea dum se rotat ursus arena. Virg. 3. Æn. 598.
— mox sese ad litora præceps
Cum fletu, precibusque tulit. h. e. Sine respectu salutis, inquit Servius. [Præceps, pro Præcipitem positum est, ut
— media sese tulit obvia silva. V. OBVIUS.
In Thes. patris affertur Plauti exemplum de Præceps quod hic omittitur. H. St. Nempe quod ex Rud. infra sequitur ad fin.
Præceps in avaritiam & crudelitatem animus. Liv. 26. h. e. Promptus & proclivis.
Præceps ingenio in iram. Liv. 23. 7.
Amentia præceps aliquis. Cic. pro Milon. 86. Albanorum obrutæ aræ, sacrorum populi Rom. sociæ & æquales: quas ille præceps amentia, cæsis prostratisque sanctissimis lucis, substructionum insanis molibus oppresserat, &c.
Consiliis omnibus præceps & devius homo. Cic. 5. Philip. 37.
Præceps animi, Figurate. Virg. 9. Æn. 685.
Præceps, Nimis festinus. Virg. 2. Æn. 516.
Præcipites atra ceu tempestate columbæ. Ter. And. 1. 3. 9.
Quo jure, quaque injuria, præcipitem me in pistrinum dabit.
Ad pœnam exitiumque præceps. Cic. de Arusp. Resp. 51. An ille demens, & jam pridem ad pœnam, exitiumque præceps, fœdior atque inquinatior in Cn. Pompejo accusando, quam in universo Senatu vituperando fuit?
Sed omnia in eo præcipitia ad exitium fuerunt. Livius decad. 3. lib. 4. p. 83. Frob. H. St. Exstant lib. 24. cap. 7. pr.
Urbium quasdam fœderatas, sed ad exitium licentia præcipites, libertate privavit. H. St. Auctoris mentio cultro resecta est, sunt autem verba Tranquilli in Augusto cap. 47.
In omnia præceps. Lucan. lib. 2. 656. V. loc.
Præceps. n. Locus altus, unde quis se præcipitem dare facile possit, quod & Præcipitium dicitur. Virg. 2. Æn. 460.
Turrim in præcipiti stantem. Servius.
Omne in præcipiti vitium stetit, Translate. Juven. 1. Sat. 147. Ubi substantive accipitur, ut apud Stat. 1. Silv. 4. 51. Præceps juvenile.
In præcipiti est ægrotus: i. e. In summo discrimine. Cels. lib. 2. cap. 6. de indiciis mortis, quæ ex alvo sumuntur.
In præceps pervenire. Paterc. 2. 3. extr. Ubi semel recto deerratum est, in præceps pervenitur.
Decidere in præceps. Ovid. 12. Met. 339.
Jacere aliquem in præceps, Ex superiore loco præcipitare. Tacit. 4. Ann. 22.
Patet in præceps Tartarus. Virg. 6. Æn. 578.
Volvi in præceps. Ovid. 2. Met. 320.
Volvitur in præceps, &c.
Præceps, In præceps ruens, ut
Amentia. Stat. 12. Theb. 765.
Audacia. Claud. 1. in Ruff. 34.
Celeritate quædam dicendi præcipiti volubilis homo. Cic. pro Flacc. 48.
Certamen. Virg. 3. Georg. 103. Subaudi Cursus.
Currus. Virg. 3. Georg. 358.
Cursus. Lucan. lib. 3. 391.
Fragor Oceani. Valer. 3. Argon. 404.
Furor. Cic. pro Domo 91. Nullo labore, tuo præcipiti furori atque impio sceleri restitissem.
Gloria. Stat. 10. Theb. 828.
Gradu præcipiti secreta mentis exserere. Sen. Herc. OEth. 4.
Ira. Senec. Hippol. 4.
Letum. Senec. Hippol. 2.
Nimbus. Valer. 1. Argon. 83.
Nox fuit præceps, Brevis. Ovid. 9. Met. 485.
Palmites præcipites (inquit Columel. lib. 5. cap. 6.) dicuntur, Qui de hornotinis virgis enati, in duro alligantur.
Procellæ. Stat. 5. Theb. 419.
Profectio præceps & subitus discessus. Cic. 9. Att. 12.
Sententiæ præcipites, vel obscuræ. Quintil. lib. 7. cap. 2. [i. e. Perbreves.
Sol præceps in Occasum. Liv. 10. 42. pr.
Via. Quintil. in proœm. lib. 6.
Via præceps & lubrica, Plana & stabilis, contraria. Cic. pro Flacc. 105. Quem posthac fore tam amentem putatis, qui non illam viam vitæ, quam ante præcipitem & lubricam esse ducebat, huic planæ & stabili præponendam esse arbitretur?
Unda. Stat. 6. Theb. 774.
Præceps, Præruptus, Abruptus, ut,
In præceps rapere, pro Deorsum. Virg. 1. Georg. 203.
Ex præcipiti levari, E magno periculo, translate. Hor. 2. Serm. 3. 293. Ovid. 13. Met. 378.
Si quid adhuc audax, ex præcipitique petendum.
Fossæ præcipites, In quas quis potest præcipitari, Profundæ. Virg. 11. Æn. 888. Ovid. 1. Met. 97.
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ.
Locus. Cels. lib. 3. cap. 23. Loci præcipitis conspectum fugere.
Locus declivis & præceps. Cæs. 4. Bell. Gall. 33.
Locos præcipites vitare. Lucret. lib. 4. 512.
Murus præceps in salum pedestre interceperat iter. Curt. lib. 4. 2. 9.
Saxum. Ovid. in Ibin, 495.
Præceps, Jamjam exiens, ad finem vergens, ut
Annus. Senec. Herc. fur. 3.
Dies præceps. Liv. 4. 9. extr. Præcipitique jam die curare corpora milites jubet.
Diei præceps in noctem tempus caussatus est. Curtius lib. 4. extr.
Senectus præceps, i. e. Decrepita. Cic. ad Octav. O meam calamitosam & præcipitem senectutem!
Præceps, Periculosus, permetaphoram, ut
Alea præceps. Hor. 1. Epist. 18. 21. h. e. Subita. [Immo Periculosa.
Iter. Ovid. 4. Trist. 3. 74.
Ardua per præceps gloria vadit iter.
Locus præceps, Periculosus. Liv. 26. 2. Multos imperatores temeritate atque inscientia exercitum in locum præcipitem perduxisse.
In præcipitem locum se committere. Cic. 4. Acad. 68. Ut tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens committere.
Periculum, pro Ancipiti. Cels. lib. 2. cap. 11.
Tempus. Ovid. 2. Fast. 400.
In tam præcipiti tempore ferret opem.
Abire præcipitem aliquo. Sallust. in Catil. cap. 25. Luxuria atque inopia præceps abierat. de Sempronia.
Adigere præcipitem. Virg. 6. Æn. 594.
Agere præcipitem, Urgere vehementer. Cic. 3. Verr. 7. Agunt enim præcipitem pœnæ civium Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vinculis necavit. V. AGO. Virg. 5. Æn. 456.
Præcipitemque Daren ardens agit æquore toto.
Agere aliquem de fundo præcipitem, Deturbare. Cic. pro Cæcin. 60.
Cadunt apes præcipites. Virg. 4. Georg. 80.
Capessere se præcipitem ad malos viros. V. Capesso, in CAPIO.
Currimus præcipites. Juven. 10. Sat. 85.
Deferor præceps. Virg. 8. Eclog. 59.
Deturbat ab alta puppi præcipitem in mare. Virg. 5. Æn. 175.
Dare præcipitem, pro Ejicere & excludere. Ter. Phorm. 4. 3. 20.
Nam ceteri quidem hercle amici omnes modo,
Uno ore auctores fuere, ut præcipitem hanc daret.
Dari præcipitem ad terram. Liv. 31. 37. Al. In terram.
Dare præcipitem e turre. Sen. Troad. 621.
Dedit se præcipitem tecto. Hor. 1. Serm. 2. 41.
Dejicere præcipitem. Cic. 6. Verr. 86. Quum iste imperat lictoribus, ut Sopatrum de porticu, in qua ipse sedebat, præcipitem in forum dejiciant, nudumque constituant.
Ire præcipitem de ponte. Catul. ad Coloniam, 18. 9.
Quendam municipem meum de tuo volo ponte
Ire præcipitem in lutum per caputque, pedesque.
Imus præcipites. Pers. 3. Sat. 42.
Exturbatus e provincia præceps. Cic. 6. Verr. 67.
Ferri præcipitem. Cic. de Amicit. 91. Obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.
Fertur præceps in hostem. Virg. 3. Georg. 236.
Cæcum & præcipitem me ferri confitear in causa. Cic. pro Planc. 6.
Ferri præcipitem amentia. Cic. 7. Verr. 20. Errabas, Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare: præceps amentia ferebare, qui te existimares avaritiæ vulnera crudelitatis remediis posse sanare.
Fugit præceps in exsilium. Juven. 10. Sat. 160.
Labuntur stellæ præcipites cælo. Virg. 1. Georg. 366.
Mittere præcipitem de muro. V. MITTO.
Mittere se toto corpore præcipitem ad undas. Virg. 4. Æn. 253.
Perturbare aliquem præcipitem ex civitate. Auctor. ad Heren. lib. 4. 13.
Projicere præcipitem in undas. Virg. 5. Æn. 860.
Rapere aliquem præcipitem. Ovid. 3. Met. 694.
Ruunt præcipites pariterque. Virg. 11. Æn. 673.
Trahere præcipitem. Virg. 2. Æn. 307.
Præcipitesque trahit silvas. i. e. Secum deorsum rapit arbores.
Urgere populum præcipitem. Lucan. lib. 1. 486.
Præcipes, pro Præceps; & pro Anceps, Ancipes, olim dicebatur. Plaut. Rud. 3. 3. 8.
Quin scelestus sacerdotem anom præcipes Reppulit, &c. Sic legit Turnebus ex veteri codice. Al. Præcipem. V. Priscian. lib. 6. p. 725.

PRÆCIPITES, Milites a Mario constituti, qui illius custodiam studiose faciebant. Mos enim regom hic fuit, & est, ut ad sui corporis custodiam fideliores quosdam homines deputarent, de quo vide Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 22. [Quo auctore?

PRÆCIPITO, [κρημνίζω, κατακρημνίζω, κατακρημνίζω] āre. In præceps dejicere.
Imbres præcipitat in gremium matris terræ Æther. Lucret. lib. 1. 251.
Cedentem juvenem retro præcipitat. Stat. 6. Theb. 789.
Ad terram se præcipitare de montibus. Lucret. lib. 4. 1015.
Præcipitare sese de turri. Liv. 23. 37.
Præcipitare se ex aliqua rupe. Plin. lib. 8. cap. 36.
Præcipitare se in flumen. Cæs. 4. Bell. Gall. cap. 15.

Præci-

P R Æ

Præcipitare ad, Præcipitem agere. Cels. lib. 6. cap. 7. non procul ab initio, Aurium inflammationes doloresque interdum etiam ad dementiam, mortemque præcipitant. Budæus.
Curæ præcipitant. Virg. 11. Æn. 3. i. e. Urgent ipsum.
Cursum præcipitare. Juven. 15. Sat. 78.
Fata sua. Lucan. lib. 7. 51.
Furor iraque mentem præcipitant. Virg. 2. Æn. 316.
Moras præcipitate. Virg. 8. Æn. 443. Præcipitanter, id est festinanter abjicite. Servius.
Spem. Ovid. 3. de Pont. 1. 140.
Præcipito, pro Præcipitor passivo, vel subaudito, Me, te, se, &c. Lucret. lib. 2. 247.

Pondera quantum in se est, non posse obliqua meare,
Ex supero cum se præcipitant. h. e. Præcipitanter ruunt. Idem Lucret lib. 4. 632.

Quum vero deorsum per fauces præcipitavit. De cibo.

Præcipitans ad exitium. Cic. 3. Att. 15. Quod si fuisset, fidem eandem, curam majorem adhibuisses: me certe ad exitium præcipitantem retinuisses.
Præcipitare, vel Præcipitare se aliqua, Descendere. Ter. Adelph. 4 2. 37.

Præterito hac recta platea sursum, ubi eo veneris,
Clivos deorsum vorsum est, hac te præcipitato. Al. Te non habent. V. not. Faern. & Bentl.

Hiems præcipitat. Cæs. 3. Bell. Civil. 25. h. e. Ad finem vergit.
Nilus præcipitat, Præceps ruit, & ex alto delabitur. Cic. in Somn. Scip. 13. Nec est ullus hebetior sensus in vobis, sicut ubi Nilus, ad illa quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus, ea gens quæ illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi caret. h. e. Præcipitanter & festinanter cadit: ut est apud Virg. 2. Æn. 9.

— & jam nox humida cælo
Præcipitat, suadentque cadentia sidera somnos.

Præcipitare, Inconsiderate agere. Plaut. Trin. 2. 1. 30.

— nam qui in amore
Præcipitavit, pejus perit, quam si saxo saliat. Al. In amorem.

Præcipitare, cum Infinitivo. Sil. lib. 3. 165.

— priscosque referre labores
Præcipitat. h. e. Festinat.

Vivus in occultas præcipitêris aquas. Ovid. in Ibin 328.
Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari. Cic. pro Domo 38.
Præcipitari in insidias. Liv. 25. 16.
Lux præcipitatur aquis. Ovid. 4. Met. 92.
Præcipitare palmitem, flagellum, & hujusmodi, pro Deorsum reflectere. Columel. lib. 4. cap. 24. Cato R. R. cap. 32. Vites bene nodentur per omnes ramos, diligenterque caveto, ne vitem præcipites, & ne nimium perstringas. conf. Palmes præceps in PRÆCEPS.

PRÆCIPĪTANS, antis. [κρημνίζων] Partic. ut, Gubernaculum præcipitans traxi mecum. Virg. 6. Æn. 351. [i. e. Dum præcipitor.
Discrimine nullo se præcipitans. Valer. 4. Argon. 297.
Impellere præcipitantes, aut urgere jacentes, certe est inhumanum. Cic. pro Rabir. Post. 2. h. e. Ruentes in præceps.
Amnis præcipitans. Cic. 3. de Orat. 184. Quem in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus, in amni præcipitante non possumus. De Numero.
Republic. præcipitante. Cic. pro P. Sulla, 1. Improbi ac perditi cives, re domiti ac victi, præcipitante Republica vehementem me fuisse atque fortem: conservata mitem ac misericordem faterentur. i. e. Corruente.
Tribunatus præcipitans jam, & debilitatus. Cic. pro Domo 40. Tu tuo præcipitante jam, & debilitato Tribunatu, auspiciorum patronus subito exstitisti.

PRÆCIPITANDUS, a, um. Partic. [κατακρημνιστέος] ut, Dare pectora præcipitanda saxis. Ovid. 15. Epist. 192.

PRÆCIPITANTER, Adv. [κρημνωδῶς] Temere, inconsiderate, vel Raptim. Lucret. lib. 3. 1075.

Currit agens mannos ad villam præcipitanter.

PRÆCIPITANTIA, æ. f. [κατακρήμνισις] Gell. lib. 6. cap. 2. Sicut lapidem cylindrum, si per spatia terræ prona atque derupta jacias, causam quidem ei & initium præcipitantiæ feceris, mox tamen ille præceps volvitur.

PRÆCIPITĀTUS, a, um. Partic. [κατακεκρημνισμένος] ut, Præcipitata ætas, Ad senium inclinata. Cic. 11. Fam. 28. An quod adolescens præstiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipse retexam?
Morte præcipitata fungi. Paterc. 2. 49. 1.
Jamque moræ spatium nox præcipitata negabat. Ovid. 1. Trist. 3. 47.

PRÆCIPITATIO, ōnis. f. [κατακρήμνισις] Senec. lib. 1. de Ira, 12. Sed consilium omne & pœnitentiam irrevocabilis præcipitatio abscondit.

PRÆCIPĪTIUM, i. n. [κρημνός] Locus præruptus, unde præcipitari quis potest. Lactant. 2. 3. 16. Dum aliorum præcipitium vident.
Deferri per præcipitia. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Pervenire in præcipitia. Paterc. 2. 10. 1. conf. Idem 2. 112. 7.
In præcipitia cursus iste deducit. Sen. Epist. 8.

PRÆCEPTIO, PRÆCEPTOR, PRÆCEPTUM. V. PRÆCIPIO.

PRÆCERPO, psi, ptum, [προδρέπω] ĕre. Ante carpere. Plin. lib. 18. cap. 19. Ne germinum tenera præcerpant. Valer. lib. 2. cap. 3. Nimirum non plura præcerpens quam acciderant. [Loci falsa est notatio.
Præcerpunt jubas leoni. Stat. 9. Theb. 193.
Præcerpere fructum. Cic. 6. Verr. 80. Non præcerpo fructum officii tui, non alienam mihi laudem appeto.
Reperitur etiam Præcarpo, apud Macrob. 2. Saturn. 15. Mala citrea alia præcarpuntur, alia interim maturescunt.

PRÆCERPTUS, a, um. Partic. Liv. 45. 1. pr. Victoriæ nuncii, &c. celeriter Romam quom venissent, præceptam tamen ejus rei lætitiam invenerunt.

PRÆCERTĀTIO, ōnis. f. [κερτομία] a Præcerto. Auctor ad Herenn. lib. 4. 30. Mihi tecum præcertatio non est, &c.

PRÆCIA, æ. m. a Præ & Cieo; Præclamator. Apul. Met. 11. p. 261. Elmenh. Et præciæ, qui facilem sacris viam dari prædicarent. conf. Fest. Rosin. Ant. Rom. 3. 31. & Stuck. de Sacrif. p. 120. & dict. seq.

PRÆCIĀMĬTĀTŌRES, dicuntur, Qui flaminibus, Diali, Quirinali, Martiali antecedentes, exclamant feriis publicis, ut homines abstineant se opere, quia his opus facientem videre irreligiosum est. Festus. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 12. Præcimitatores vocat. q. V. Quidam Præclamitatores legunt. V. infra, & conf. Scalig. & Dacer. not. & dict. super.

PRÆCĪDO, cīdi, cīsum, [ὑποτέμνω, ἀποτέμνω, ἀποκόπτω] ĕre. Ante cædere, ante immolare, inquit Festus. Amputare, obtruncare. Plin. lib. 16. cap. 30. Et si infra, quam rami fuere, præcidatur, quod superest, vivit. Cic. pro Rabir. perd. r. 31. Etsi C. Marius, quod fistulas, quibus aqua suppeditabatur Jovis Opt. Max. templis ac sedibus, præcidi imperarat, &c.
Ancoras præcidi imperat Cleomenes. Cic. 7. Verr. 87.
Aures præcidere. Justin. 1. 9. 17.
Cotem novacula præcidere. Cic. 1. de Divin. 32.
Manum alicujus gladio præcidere. Cic. 2. de Invent. 59.
Medium aliquem præcidere. Lucret. lib. 3. 336.
Amicitias præcidere, per translationem. Cic. 1. Off. 120. Ut amicitias, quæ minus delectent & minus probentur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quam repente præcidere.
Causam belli. Hor. 1. Epist. 2. 9.
Defensionem alicui. Cic. 5. Verr. 51. Postremo illa quidem certe tibi præcisa defensio est, in qua tu semper omnia tua furta atque flagitia latere posse arbitratus es.
Dubitationem. Cic. 2. de Orat. 28. Et simul præcisa, inquis, mihi quidem dubitatio est, quoniam neque domi imperaram, &c.
Libertatem securi. Cic. 2. Q. frat. 10. Tenediorum igitur libertas securi Tenedia præcisa est, quum eos præter me & Bibulum, & Callidium, & Favonium nemo defenderet.
Licentiam libertatemque vivendi sibi. Cic. 5. Verr. 3.
Partem maximam defensionis alicui. Cic. 4. Verr. 161. Da mihi hoc, jam tibi maximam partem defensionis præcideris.
Spem alicujus rei præcidere, Auferre. Cic. 3. Verr. 20.
Reditum. Idem in Pison. 51. De reditu Gabinii omittamus: quem, etsi sibi præcidit, ego tamen os ut videam hominis exspecto.
Præcidere, id significat quod vulgus *Quottare* appellat, id est Designare quotum quemque articulum, quotum quodque caput oppugnare velit litigator, ne in universum admissus licenter tergiversari, & identidem variare possit. Cic. 4. Acad. 33. Placet Stoicis omnia peccata esse paria: at hoc Antiocho vehementissime displicet. Liceat tandem mihi considerare utram sententiam sequar. Præcide, inquit, statue aliquando quid libet. i. e. Signanter & præcise desume utrum magis probes. Translatio sumpta a fabrili more: nam fabri quod desecare serra volunt, prius linea ducta signant & præcidunt. Vel a more vestem lineam sericamve venditantium. Quod enim emptori addixerunt & admensi sunt, prius leviter incidunt, quatenus mensura procedit, deinde abrumpunt. Præcidere igitur non est simpliciter & universum aliquid dicere, sed designate & præcise: quod Græci ἀφορίζειν, dicunt. Budæus. [Immo Præcidere etiam hic est ἀποτέμνειν, & ἀποτέμνειν eloqui, quid statuas.
Præcidere sua auctoritate aliquid ex oratione alterius. Cic. 4. Verr. 151. Velim quærere nunc ex ipso Metello, quidnam sua vi & auctoritate mihi ex hac oratione præciderit.
Præcidere, Negare. Cic. 10. Att. 18. Quod quia plane quum in Formianum venisset præciderat, asperius ad te de eo scribere solebam. V. paulo post, PRÆCISE, Dure.
Præcido, in obscæno sensu. V. Præcisus Partic. infra.

PRÆCISUS, a, um. Partic. [ἀποτετμημένος, ἀπότομος] ut, Præcisum caput. Plin. lib. 11. cap. 37.
Canis media præcisa. Liv. 40. 6.
Cornu præcisum. Claud. de Bell. Get. 595.
Digiti ferro præcisi. Obsequ. cap. 10.
Itinere præciso commeantes. Plin. 8. 22.
Præcisa opitulandi potestas. Cic. ad Brut. 15. Oppressa ab impiis civitas, opitulandi potestate præcisa.
Præcisum, Abruptum, & abscissum. Quintil. lib. 10. De imitatione, cap. 2. Qui præcisis conclusionibus obscuri, Salustium atque Thucydidem superant. Et lib. 7. 3. p. 617. Burm. Præcisam verborum comprehensionem appellant diffinitionem dialecticam, quæ difficilior est tractatu oratoria finitione. Metaphora inde tracta, quod quæ præcisa sunt, ea sunt justo concisiora & breviora, indeque obscuriora. Vel a saxis præruptis, quæ ἀπόκρημνα dicuntur, unde descensus durior est. Budæus.
Narratio præcisa, Concisa, & quod vulgus dicit *abbreviata*. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Verba præcisa, interruptaque. Gell. lib. 7. cap. 2. ad finem.
Præcisus etiam dicitur Muliebria patiens. Seneca de Providentia c. 5. Quid porro, non est iniquum, fortes arma sumere, & in castris pernoctare, & pro vallo obligatis stare vulneribus: interim in urbe securos esse præcisos, & professos impudicitiam? In quo sensu & verbum Præcido frequenter usurpatur Martiali, ut lib. 7. 62.

Reclusis foribus grandes præcidis, Amille;
Et te deprendi, quum facis ista, cupis. Al. Percisos, & Percidis.

PRÆCISUM, i. n. dicitur Pars carnis viscerum, hoc est, circa quod viscera involuta sunt, quod oras circumcisas habeat. Lucilius lib. 20.

Illi præciso atque epulis capiuntur opimis. Nam Omasum dicitur intestinum pingue. Perottus ex Nonio, 2. 633.

PRÆCĪSE, [ἀποτόμως] Adv. Abrupte & abscisse. Gell. lib. 3. cap. 16. Obscure hoc & præcise dictum.
Præcise alicui negare, dure. Cic. 8. Att. 4. Quibus litteris ita respondit, ut ego memini, cujus causam non reciperem, nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcise negavi, quam hic mihi: plane sine ulla exceptione præcidit, nihil cognovi ingratius. Budæus.
Præcise dicere. i. e. Compendio sermonis & per defectum, & aliquid subintelligendo, inquit Budæus. Cic. 2. de Nat. Deor. 74. Sed id præcise dicitur, ut si quis dicat Atheniensium Remp. consilio regi, desit illud Areopagi.
Minime toleranda ea notio est, quæ hodie huic adverbio affingitur, quasi idem sit quod Accurate, diserte, quo sensu nunquam apud Classicos occurrit.

PRÆCĪSIO, ōnis. f. [ἀποτομή, ὑποτομή] Vitruv. 4. 2. Præcisiones tignorum. Idem 5. 7. Præcisio inferiorum sedium.
De oratione. Cic. 3. de Orat. 202. Et huic contraria sæpe præcisio est, & plus ad intelligendum, quam dixeris, significatio, & distincte concisa brevitas.

Præcisio

Præcisio est, quum dictis quibusdam, reliquum, quod cœptum est dici, relinquitur inchoatum, sic: Mihi tecum præcertatio non est, ideo quod Pop. Rom. me: nolo dicere, ne cui forte arrogans videar: te autem semper ignominia dignum putavit. Auctor ad Heren. lib. 4. 42.

PRÆCISOR, ōris. m. Isidor. 11. 1. Dentes præcisores.

PRÆCISŪRA, æ. f. Apic. 4. 2. Asparagorum præcisura. Frontin. de Colon. p. 102. &c. Ager in præcisuras assignatus.

PRÆCĪDĀNEUS, a, um. Adj. Est Præcidendum, inquit Nonius 2.724. Varro de vita Pop. Rom. lib. 3. Quod humatus non sit, hæredi porca præcidanea suscipienda Telluri, & Cereri, aliter familia pura non est. Est autem Porca præcidanea appellata, Quam piaculi gratia ante fruges novas fieri cœptas, immolari Cereri mos fuit, si qui familiam funestam aut non purgaverant, aut aliter eam rem, quam oportuerat, procuraverant. Ex Gell. lib. 4. cap. 6. Festus, Præcidanea agna vocabatur, Quæ ante alias cædebatur: item Porca, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo justa non fecisset, id est glebam non objecisset: quod mos erat eis facere prius, quam novas fruges gustarent. conf. Paul.

Feriæ præcidaneæ. Gell. lib. 4. cap. 6. extr. Ferias præcidaneas dici, id (opinor) a vulgo remotum est: propterea verba Ateji Capitonis ex quinto librorum, quos de Pontificio jure composuit, scripsi. Ibi Coruncanio Pont. Max. Feriæ præcidaneæ in atrum diem inauguratæ sunt. Collegium decrevit, non habendum religioni, quin eo die feriæ præcidaneæ essent. Hæc ille.

PRÆCIMITATOR, V. PRÆCLAMATOR.

PRÆCINGO, cinxi, cinctum, [ὑποζωννύω, περιζωννύω] ĕre. Cingere, vel anteriora cingere.

Ense præcingi. Ovid. 2. Trist. 271.

Auro præcingitur cervix, Pico. Ovid. 14. Met. 395.

Castris præcingere fluvium. Claud. de Bell. Get. 298.

Litora muro. Sil. lib. 3. 243.

Præcingere, Præparare. Plaut. Mil. 4. 4. 45.

Id connexum in humero, lævo expapillato brachio,
Præcinctus aliqui, assimulato quasi gubernator sies. conf. Senec. Epist. 12. & Fest. in Cingulum.

Qui solerent præcingi apud antiquos explicavit Gonsalius ad Petron. cap. 19. p. 83. Ed. Burm.

PRÆCINCTUS, a, um. Partic. [περιζωσμένος] Hor. 1. Serm. 5. 5.

Capilli præcincti flore. Ovid. 4. Epist. 71. Idem 1. de Arte Am. 223.

Hic est Euphrates, præcinctus arundine frontem.

Præcincti parietes opere testaceo, Obducti. Plin. 10. Epist. 39.

Pueri præcincti. Hor. 2. Serm. 8. 70. Suet. Cæs. cap. 45. extr. Usum enim lato clavo, ad manus fimbriato, nec ut unquam aliter, quam super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. Unde emanasse Sullæ dictum constat, optimates sæpius admonentis, ut male præcinctum puerum caverent. Idem Macrob. 2. Saturn. 3. & pæne iisdem verbis narrat.

Silva præcinctus opaca lacus. Ovid. 3. Fast. 263.

Præcincta dixit Plin. 11. 1. Insectorum membra, i. e. Divisa & tenui tantum canaliculo cohærentia.

PRÆCINTIO, ōnis. f. Vitruv. 5. 3. Divisio graduum in theatro, in orbem facta, sive altior latiorque reliquis gradus, ut exponit Lips. de Amphitheatro cap. 13. extr. Vitruv. 2. 8. Per mediam præcinctionem collis platea facta est. conf. Lex. Pitisc.

PRÆCINCTUS, ûs. m. Varro apud Non. 16. 5. Castula est palliolum præcinctui, quo nudæ infra papillas præcinguntur.

PRÆCINCTŪRA, æ. f. Idem. Macrob. 2. Saturn. 3. Præcinctura me decepit. Dictum Ciceronis de Cæsare.

PRÆCINCTŌRIUM, i. n. Gloss. Cyrill. Ὑποζώνιον, Præcinctorium. Vitruv. 10. 21. Funes præcinctoriis transversis erant religati.

PRÆCĬNO, cinui, centum, [προᾴδω] ĕre. Ante canere, prædicere, prædivinare. Cic. 4. Tusc. 4. Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum est, quod & deorum pulvinaribus, & epulis magistratuum fides præcinunt. [conf. Solin. cap. 11. §. 233.

De magico carmine. Tibul. lib. 1. 5. 12.

Carmine cum magico præcinuisset anus.

Gemitum præcinere. Stat. 5. Silv. 3. 59.

Præmonstrare & Præcinere. Cic. de Arusp. Resp. 20. Quis est ex gigantibus illis, quos poetæ ferunt bellum diis immortalibus intulisse, tam impius, qui hoc tam novo tantoque motu non magnum aliquid deos Populo Romano præmonstrare & præcinere fateatur?

PRÆCANTIO, ōnis. f. [προοίμιον] Modulatio illa vocum, quæ ante initium cantus fieri solet, quasi præludium. Cic. de Arusp. Resp. 21. Tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum. Gell. lib. 1. cap. 11. Tibicines inter exercitum positi canere incœptabant. Ea ibi præcentione tranquilla & delectabili, atque adeo venerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam vis & impetus militum, ne sparsi dispalatique proruerent, cohibebatur. Hæc Gell. Quapropter & exordium, sive initium, sive principium, sive proloquium, sive antiloquium, quidam præludium, alii Præcentionem, ad similitudinem Græcorum, qui id Procemium nominant: propterea quod οἴμη cantus est. V. suo loco.

PRÆCENTOR, ōris. m. [χορηγὸς] Apul. de Mundo p. 74. Elmenh. Quod est in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, lex in urbe, dux in exercitu; hoc est in mundo Deus.

PRÆCENTŌRIUS, a, um. Adj. ut, Præcentoria tibia. Solin. de Sicilia cap. 11.

PRÆCĂNO, ĕre. Antique. Tertull. adv. Marc. 4. 40. & adv. Jud. cap. 10.

PRÆCANTRIX, īcis. f. [ἐπαοιδός] Varro de Liberis educandis, Ut faciunt pleræque, ut adhibeant præcantrices, nec medico ostendunt. V. Non. 8. 92. Plaut. Milit. 3. 1. 99.

Præcantrici, collectrici, ariolæ, atque haruspicæ. Sunt tamen qui legant, Præcantatrici, conjectrici, &c

PRÆCANTO, [ἐπᾴδω] āre. frequent. a Præcino. Lucil. apud Non. 2. 260.

PRÆCANTĀTUS, a, um. Partic. Præcantati lapilli. Petron. cap. 134.

PRÆCANTATIO, ōnis. f. [ἐπαοιδή] a Præcantando. Quintil. Decl. 14. Diris utique carminibs, & feralium præcantationum terrore permistum.

PRÆCANTĀTOR, ōris. m. Qui suis incantamentis mala ab hominibus amoliri posse creditur. V. Gronov. Observ. 2. 1. p. 213.

PRÆCANTĀTRIX, (quod verbum apud Plautum reperitur in Truculento) Mulier ea dicitur, quæ cantionibus utitur, id est carminibus & incantamentis, quibus plurimum superstitiosi veteres tribuebant. Turneb.

[Non videtur alium Plauti locum intelligere, ac qui in PRÆCANTRIX supra exstat.

PRÆCĬPIO, cēpi, ceptum, [προλαμβάνω] ĕre. Ante capere, prævenire, præoccupare. Virg. 3. Ecl. 98.

Cogite oves, pueri: si lac præceperit æstus,
Ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis.

Præcipere ante. Lucret. lib. 6. 803.

Carbonumque gravis vis, atque odor insinuatur
Quam facile in cerebrum, nisi aquam præcepimus ante? i. e. Ante hausimus & bibimus.

Debitum, vel dotem, & similia præcipere. Ulpian. in l. Si filia D. Famil. hercifcund Si filius jussu patris obligatus sit, debebit hoc debitum præcipere. Sed & si in rem patris vertit, idem placet. Et si de peculio: peculium præcipiet. Hoc amplius filius familias hæres institutus, dotem uxoris suæ præcipit, nec immerito: quia ipse onera matrimonii sustinet: integram igitur dotem præcipiet.

Fata præcipere, i. e. Mortem. Florus lib. 3. cap. 9. Et ille quidem ad rei famam veneno fata præcepit.

Fructum. Columel. de Arboribus, cap. 6. pr. Quamobrem, neque fructum uberem præcipies, & nihilo minus celeriter consenescet. Sed emendati codd. præferunt Percipies.

Iter præcipere. Liv. lib. 3. 46. Icilius sedulo tempus terens, dum præciperent iter nuntii missi in castra, &c. Lucan. lib. 6. 15.

Mortem præcipere. Florus lib. 4. cap. ult. de Cantabris loquens, Postquam extrema Barbari vident, certatim igne, ferro inter epulas, venenoque, quod ibi vulgo ex arboribus taxis exprimitur, præcepere mortem: seque pars major a captivitate, quæ videbatur, vindicavere.

Pœnas de sanguine hostili. Sil. lib. 6. 300.

Victoriam Antonius præcepit prælio festinato. Tacit. 3. Hist. 15.

Animo præcipere, vel Animis. Liv. 38. 20. pr. Consul, quia non cominus pugnam, sed procul, locis oppugnandis, futuram præceperat animo. Idem 7. 26. Adeo duorum militum eventum, inter quos pugnatum erat, utraque acies animis præceperat. Gronov. Perceperat legendum contendit. [Sed quid est Animo eventum percipere? Itaque nolim mutari quicquam. Nam Præcipere hic non est, ut in superiori loco, Prævidere, præsumere, sed hinc spe erectis, illinc desperatione fractis animis ante capere, seu occupare.

Cogitatione præcipere futura. Cic. 1. Off. 81. Quanquam hoc animi, illud etiam ingenii magni est, præcipere cogitatione futura, & aliquanto ante constituere, quid accidere possit in utramque partem.

Opinione aliquid. Cæs. 7. Bell. Gall. 9. Quod hæc de Vercingetorige usu ventura opinione præceperat.

Spe. Virgil. 11. Æn. 491.

Exsultatque animis, & spe jam præcipit hostem.... Ubi Servius; Præcipit, Mente præoccupat hostis adventum.

Præcipere, Subaudito Animo: Ante videre. Virg. 6. Æn. 105.

Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi. al. Percepi.

Gaudia suppliciorum inimicorum præcipere. Cic. 13. Philip. 45.

Spem universæ victoriæ, tentato paulatim eventu certaminum, præcipere. Liv. 4. 27.

Præcipere, [ἐντέλλεσθαι, παραγγέλλειν] est tum magistrorum, quod est Præcepta tradere: tum magistratuum, & superiorum personarum, & est Præmonere, Injungere. Sallust. in Jugurth. 14. pr. Micipsa pater meus moriens mihi præcepit. Ter. Adelph. 3. 3. 70.

Conservis ad eundem istunc præcipio modum.

Præcipere atque Interdicere. Cæsar 5. Bell. Gall. cap. 56. extr. Quæque fieri velit præcipit. Nepos in Themist. cap. 6. extr. Reliqui legati ut tum exirent, cum satis altitudo muri exstructa videretur, præcepit. Cic. 3. Catil. 5. Orare ut item illi facerent, quæ sibi legati præcepissent.

Hortari & præcipere. Cic. 5. Fam. 13. Nos erimus etiam in omni desperatione fortes, ut tu tamen idem & hortaris & præcipis.

Præcipere ne. Cic. de Amicit. 77. Recte etiam præcipi potest in amicitiis, ne quis intemperata quadam benevolentia (quod persæpe fit) impediat magnas utilitates amicorum.

Præcipere ut. Cic. de Amicit. 91. Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis, &c.

Præcipere, [προδιδάσκειν] Præmonstrare, instruere, docere. Plin. lib. 18. cap. 24. Hesiodus, qui princeps omnium de agricultura præcepit.

Facile de aliqua re præcipere. Cic. 2. de Orat. 132.

Præcipere aliquid operose. V. Operosus, in OPUS.

Præcipere artem oratoriam. Quintil. lib. 3. cap. 1. Ovid. 2. Trist. 486.

Hic artem nandi præcipit, ille trochi. i. e. Docet.

Præcipe lugubres cantus, Melpomene. Hor. 1. Carm. 24. 2. i. e. Præmonstra, & duce, non ut vulgus putat, Jube & impera. Lambinus. Idem 2. Sat. 2. pr. Quæ præcepit Ofellus. Idem Arte Poet. 335.

Præcipere alicui, Præceptorem esse. Suet. Ner. 7.

Præcepsi, antiquum præteritum pro Præcepi. Cato de R. R. 142. Villici officia quæ sunt? quæ dominus præcepsit. Quod quidem valet, quæ dominus præceperit, ut Capsit pro Ceperit a veteribus est sæpe usurpatum. Turnebus. Al. Præcepit.

Præcipitur, Impers. Plin. lib. 15. cap. 16. In universum de pomis servandis præcipitur.

PRÆCIPIENS, entis. Partic. Ante capiens. Curt. 9. 6. 2. Aliquantum intervalli a cetera classe præcipiens.

PRÆCEPTUS, a, um. Partic. [προληφθείς] Ante captum, præventum. Livius lib. 1. 7. Tempore illi præcepto, at hic numero avium regnum trahebant.

Præcepta beneficia. Nepos 25. 11. 5.

Gaudia præcepta. Ovid. 17. Epist. 107.

Ante præceptus. Cic. lib. 3. Tusc. 38. Hæc cogitantem fore beatum, præsertim si & ante præceptis bonis contentus esset, nec mortem, nec deos extimesceret. Al. Perceptis.

Usu præcepta verba, Usu capta. Cic. 3. de Fin. 5.

PRÆCEPTUM, i. n. [παράγγελμα, ἐντολή, ἐφημοσύνη, ὑποθήκη] Monitum, admonitio, institutum, via, ratio.

Monita & præcepta. Cic. 5. Fam. 13. Tuis monitis præceptisque omnis est abjiciendus dolor.

Præceptum, Mandatum, jussum, imperium. Nep. 18. 9. 5. Quibus imperatum erat, diligenter præcepta curant. Tacit. Agric. 37. 2. Transvectæque præcepto ducis.

Accelerare præcepta. Claud. de Rapt. Prof. 1. 228.
    Accelerat præcepta Venus.
Amplecti præcepta. Claud. de Bell. Gild. 322.
Curare præcepta. V. CURO.
Dare præcepta. Virg. 4. Georg. 398.
Edocere præcepta. Virg. 5. Æn. 747. Subaudi, Quæ sint.
Exsequi præcepta alicujus. Virg. 6. Æn. 236.
Facessere præcepta alicujus, Facere. Virg. 4. Georg. 548.
Horrere præcepta alicujus. Catul. Argon. 62. 159.
Respuere præcepta alicujus. Claud. 6. Conf. Hon. 108.
Sequi præcepta deûm. Virg. 4. Georg. 448.
Uti præceptis alicujus. Ovid. 3. de Arte Am. 440.
Præcepta artium. Cic. de Fato, 11. Etenim si est divinatio, qualibus nam a præceptis artis proficiscitur? Præcepta appello, quæ dicuntur Græce θεωρήματα. Et p.p. Sunt igitur astrologorum præcepta hujusmodi: si quis, verbi causa, oriente Canicula natus est, is in mari non morietur. Aliæ exemplaria legunt Percepta.
Officii præcepta. Cic. 1. Off. 6. Neque ulla officii præcepta firma, stabilia, conjuncta naturæ, tradi possunt, nisi aut ab iis, &c. i. e. De officio. conf. Tenere præceptum infra.
Præcepta & Instituta philosophiæ. Cic. 1. Off. 1. Abundare oportet præceptis institutisque philosophiæ. & de Nat. Deor. 7.
Ratio & Præcepta dicendi. Cic. de Claris Orat. 263. Hermagoræ disciplina ea dat rationes certas & præcepta dicendi, quæ si minorem habent apparatum (sunt enim exilia) tamen habent ordinem, & quasdam errare in dicendo non patientes vias.
Arcana præcepta. V. ARCANUS.
Mira. Hor. 2. Serm. 3. 34.
Patria. Lucret. lib. 3. 10. i. e. Paterna. Sic vocat Epicuri præcepta, quem & Patrem sæpe vocat. V. in PATER.
Periculosissimum præceptum. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Universalia vel perpetualia. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Contrita præcepta. V. CONTERO.
Abundare præceptis, V. Præcepta & instituta philosophiæ.
Accipere præcepta. Cic. 2. de Or. 85. V. ACCIPIO.
Adjuvare nequitiam præceptis. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Alligare præceptis. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Contrahere præcepta in unum. Ovid. Remed. Amor. 428.
Demonstrare aliquid præceptis. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Discere contrita & communia præcepta. Cic. 1. de Orat. 137.
Dare præcepta alicujus rei. Quintil. lib. 3. cap. 3.
Dare præcepta de aliqua re. Cic. 2. Tusc. 58.
Dare vivendi præcepta. Cic pro Flac. 106.
Formare pectus alicujus amicis præceptis. Hor. 2. Epist. 1. 128.
Instillare præceptum auriculis. Hor. 1. Epist. 8. 16.
Nihil opus est præceptis. Varr. de L. L. lib. 7. 17.
Ponere signa novis præceptis. Hor. 2. Serm. 4. 2.
Referre veterum præcepta. Virg. 1. Georg. 176.
Sancire præcepta. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Suppeditare præcepta. Lucret. lib. 3. 10.
Tenendum est hoc officii præceptum, ne quem unquam innocentem judicio capitis arcessas. Cic. 2. Off. 51.
Tradere præcepta disserendi. Cic. in Orat. 114. Aristoteles tradidit præcepta plurima disserendi.
Præcepta, & quasi vias, quæ ad eloquentiam ferrent, tradere. Cic. in Orat. 141.
Tradere præcepta volandi. Ovid. 8. Met. 208.

PRÆCEPTIO, ōnis. f. [πρόληψις] Ipse Præcipiendi actus. Cic. 3. Off. 6. Itaque propria est ea præceptio Stoicorum, &c.
Præceptio, pro (ut ita dicam) Antecaptione. Plin. 5. Epist. 7. ad Calvisium, Saturninus, qui nos reliquit heredes, quadrantem Reipublicæ nostræ: deinde pro quadrante præceptionem quadringentorum millium dedit. h. e. Ut in primis, & (quod ajunt) ante omnia daretur Reipublicæ summa quadringentorum millium. Papinian. in l. 2. D. de fundo instruct. & Ulpian. in l. Item Labeo. D. Fam. ercifcund. conf. PRÆCIPUUM.

PRÆCEPTOR, ōris. m. [ὑφηγητής, διδάσκαλος] Qui præcipit. Cic. 2. Philip. 14. Hunc tu cum doctorem & præceptorem omnium consiliorum, totiusque vitæ debuisses habere, vitrici te similem, quam avunculi, esse maluisti.
Doctor, & Præceptor. Cic. 3. de Orat. 54. Neque disjuncti doctores, sed iidem erant vivendi præceptores atque dicendi.
Amoris. Ovid. 1. de Arte Am. 17.
    Æacidæ Chiron, ego sum præceptor Amoris.
Arandi præceptor. Ovid. 6. Fast. 13.
Artium magistros liberalium & vivendi præceptores habere. Cic. 1. de Invent. 35.
Eloquentiæ præceptor. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Acer & subtilis. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Assiduus potius, quam immodicus. Quintil. lib. 2. cap. 24.
Domesticus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Effusus. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Latini dicendi præceptores. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Malignus. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Peridoneus. V. PERIDONEUS.
Publici. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Sanctissimus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Turpis præceptor, h. e. Flagitiosus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Abducere discipulum a præceptore. V. ABDUCO.
Conducere præceptores. Plin. 4. Epist. 13. ad Tacit. Quantulum est ergo collata pecunia conducere præceptores? Paulo post, Præceptores publice conducuntur: id est publico stipendio merces & salarium constituitur.

PRÆCEPTRIX, īcis. f. [ὑφηγήτρια] Cic. 1. de Finib. 43. Sapientia enim est una, quæ mæstitiam pellat ex animis, quæ nos exhorrescere metu non sinat, qua præceptrice in tranquillitate vivi potest.
Præceptrice & magistra mundi versatione omnis machinatio instituta est. Vitruv. 10. 1.

PRÆCEPTŌRIUS, a, um. Adj. ut, Præceptoria epistola. Plin. 4. Epist. 13. pr. ad Tacitum, Interim ne quid festinationi meæ pereat, quod sum præsens petiturus, hac quasi præceptoria epistola rogo. Emendatis in libris exstat Præcursoris.

PRÆCEPTĪVUS, a, um. Adj. [παραινετικός] Senec. Epist. 95. pr.

PRÆCEPTIVE, Adv. Tertull. adv. Marc. 5. 10.

PRÆCEPTO, [ἐντέλλομαι] āre. frequent. Sæpe præcipere. Festus, Præceptat in Saliari carmine.

PRÆCIPUUS, a, um. Adj. [ἐξαίρετος, ἀκρόθινος, ἐξαίρετος] Quod ante captum est, inquit Festus.
Sumitur etiam pro Magno & singulari, & non communi cum aliis. Ter. Adelph. 2. 3. 5.
    Itaque unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,
    Fratrem homini nemini esse primarum artium magis principem.
Vir in eloquentia præcipuus. Quintil. lib. 6. cap. 3. De Cicerone.
Circumveniendi præcipuus. Tacit. 6. Ann. 4.
Amorem quendam præcipuum in eos qui procreati sunt ingenerat natura. Cic. 1. Off. 12.
Artis præcipuæ opus. Ovid. 1. de Arte Am. 266.
Bonitas præcipua, Singularis. Plin. lib. 12. cap. 19.
Cœnationum præcipua, i. e. Præcipue cœnatio. Suet. in Neron. cap. 31.
Decus præcipuum. Ovid. 14. Met. 813.
Dolor in hoc casu præcipuus est. Celsus lib. 8. cap. 20.
Laborem præcipuum impendere. Virg. 3. Georg. 74.
Obses præcipuus animi. Cic. Anteq. iret in exsil. 17. Neque vero M. Tullius suum animum a vestra abalienavit potestate, quum præcipuum vobis obsidem animi sui vestram reliquerit libertatem.
Opera singularis & præcipua. Cic. 10. Fam. 9.
Remedia præcipua, Omnium longe utilissima. Plin. lib. 18. cap. 49. Ossa sunt lupis, vulpibus, mustelis, viverris, unde etiam calculo humano remedia præcipua De genitalibus.
Præcipuum ad serpentis ictus, Optimum. Plin. lib. 8. cap. 27.
Præcipuum contra morsus remedium, Saluberrimum. Plin. lib. 8. cap. 28.
Rerum præcipua. Tacit. 4. Ann. 40.
Una præcipua cura patres populumque incessit 312. ubi puto legendum Præcipue. H. St. Livii verba sunt lib. 27. cap. 33. ad fin. nec dubito, quin pulcre conjectaverit noster.
Præcipuus sæpe idem ac Peculiaris, Proprius, ut
Commune & Præcipuum, contraria. Cic. 5. Verr. Quum ab omnibus, non solum, id quod commune est, propter imperium, sed etiam, id quod istius præcipuum est, propter crudelitatem metueretur.
Præter cæteros præcipuum quod mihi Consuli fuit, privato cum cæteris commune est. Cic. pro Sulla, 9.
Par aliquid cum alio esse, & Præcipuum, contraria. Cic. pro Ligar. 27. Ut cetera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honos, nobilitas, splendor, ingenium, (quæ nequaquam fuerunt) hoc certe præcipuum Tuberonis fuit, quod justo cum imperio, ex S. C. in provinciam suam venerat.
Dolore quodam præcipuo angi. Cic. 4. Fam. 3.
Incommodum præcipuum. Cic. 11. Att. 14. Quod negas præcipuum mihi ullum incommodum impendere, etsi ista res nihil habet consolationis, tamen etiam præcipua multa sunt, quæ tu profecto vides & gravissima esse.
Jus idem cum ceteris, & Præcipuum, contraria. Cic. 6. Att. 6. Decrevit Senatus, ut jus diceretur ista syngrapha, nunc ista habet juris idem quod ceteræ, nihil præcipui. Ovid. 3. de Pont. 4. 16.
    Præcipuum veniæ jus habet ille liber.
Partes meæ in ea causa præcipuæ fuerunt. Cic. pro Domo, 10.
Sensus præcipuus & proprius. Cic. de Provinc. Consul. 2. Præcipuum illum & proprium sensum doloris mei, &c. ad ulciscendi tempora reservabo.

PRÆCIPUUM, i. e. Absolute, Jurisconsultis nominatur, quod alias Legatum per præceptionem dicunt. Scævol. in princ. l. ult. D. de legat. 2. Testamento filium, &c. & adjecit, se præcipua, suique juris, & post mortem suam habere velle. Sidon. Apoll. lib. 6. Epist. ult. Illud autem deberi tibi quodam, et Jurisconsulti dicunt, præcipui titulo. Suet. Galb. cap. 5. n. 3. Namque quingenties H S. cum præcipuum inter legatarios habuisset, quia notata, non perscripta, erat summa, &c. conf. PRÆCEPTIO. Turneb. Advers. 5. 2. & Barth. Advers. 29. 5. vel Lex. Pitisc.
Præpositum, vel Præcipuum. [προηγμένον] Cic. 3. de Fin. 53. Quoniam autem omne quod est bonum, primum locum tenere dicimus, necesse est nec bonum esse, nec malum, hoc quod præpositum vel præcipuum nominamus. conf. ibid. præmissa.

PRÆCIPUE, Adv. [ἐξαιρέτως, προηγουμένως] Ante alios, vel alia, Potissimum. Cic. 2. Fam. 5. Non enim mihi tam mea salus cara fuit, in qua præcipue sum ab illo adjutus, quam pietas erit in referenda gratia jucunda.
Decorus præcipue est deo color albus. Cic. 2. de Legib. 45.
Infelix præcipue. Virg. 1. Æn. 712. [Nisi rectius post hoc Adv. distinctio interponitur, ut ad seqq. Expleri mentem &c. & Infelix vero ad Phœnissa, referatur: vel potius pro Interjectione, omissa o dolentis particula, positum est, & parenthesi includi debet. Cujus locutionis exempla apud eundem poetam obvia sunt, ut 1. Æn. 479. & 2. 345. Exempla plurima suppeditabit Index Erythræi, ut & Burmannianus in Ovid. Talis σχηματισμὸς & in dictione Miser, a, um. aliisque observatur. V. O, Interj. ubi exempla sunt ellipseos hujus cum Accus.
Colenda est nobis diligentia præcipue. Cic. 2. de Orat. 148.
Commendare præcipue quosdam alicui. Cic. 13. Fam. 33.
Datum nihil præcipue esse homini a natura dicemus. Cic. 2. de Finib. 109.
Debere præcipue isti generi hominum videmur. Cic. 1. Q. frat. 1.
Observare præcipue aliquem. Cic. 11. Fam. 19.
Rogo unum illud te præcipue Cic. 3. Fam. 8.
Præcipue aliquid appetere, & in communi jure vivere, contraria. Cic. 2. Agrar. 61. Idem pro Rabir. perd. r. 4. Labor in hoc defendendo præcipue meus est, studium vero conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debebit.
Præcipue quid sibi timere. Cic. 4. Fam. 14. De tuis velim ut eo sis animo, quo debes esse, id est, ut ne quid tibi præcipue timendum putes.

PRÆCIPITATIO, PRÆCIPITAS, PRÆCIPITIUM, PRÆCIPITO, V. PRÆCEPS.

PRÆCISUS, V. PRÆCIDO.

PRÆCLĀMO, āre. Ante clamare. Paul JCt. l. 7. Dig. Si putator ex arbore, cum ramum dejecerit, non præclamaverit, & prætereuntem occiderit. conf. Jul. Firmic. de Errore prof. Rel. p. 37.

PRÆCLEMITĀTOR, ōris. m. Præclemitatores dicebantur, Qui flaminem Dialem, hoc est, sacerdotem Jovis antecedebant, clamantes, ut homines ab operibus abstinerent: quia ei opus facientem videre irreligio-
fum

fum videbatur. Hæc Perottus ex Festo, apud quem legitur Præciamitatores; de quo fupra V. coof. Lex. Pitifc.

PRÆCLĀRUS, a, um. Adj. [εὐϕανής, πολυτίμητος] Valde clarom fignificat. ut

Facies Deorum. Lucret. lib. 5. 1173.
Lux. Lucret. lib. 2. 1031.
Sol. Lucret. lib. 5. 121.
Præclarus, Pulcher, ut
Præclarus ad afpectum. Cic. 6. Verr. 117. Et fitu eft, cum munito, tum ex omni aditu, vel terra, vel mari, præclaro ad afpectum.
Vultus, Pulcher. Lucret. lib. 4. 1027.
Clarus & Præclarus, translate accipiuntur pro Eo, qui tanquam fulgore quodam famæ & gloriæ refplendet; unde Clariffima & Præclariffima gefta dicimus.
Commemorandus & Præclarus, Ironice. Cic. 2. Verr. 42. O commemoranda judicia, præclaramque exiftimationem noftri ordinis!
Præclarus & Luculentus. Cic. 4. Philipp. 5. Præclara & luculenta reclamatione veftra factum pulcherrimum Martialium comprobaviftis.
Præclari & nobiles in philofophia. Cic. 1. de Orat. 46.
Armis præclari. Stat. 3. Theb. 284.
Eloquentiæ, ac fidei præclarus. Tacit. 4. Ann. 34. 4.
Eximia plerifque & præclara, parva ducere, eaque ratione ftabili firmaque contemnere, fortis animi magnique ducendum eft. Cic. 1. Off. 67.
Fama. Claud. de Nupt. Honor. 120.
Funus. Ovid. 3. Trift. 5. 40.
Genus dicendi magnificum & præclarum, Splendidum. Cic. 2. de Orat. 89.
Nomen. Lucret. lib. 6. 2.
Operibus fuis præclaris lætari. Cic. 1. Fam. 7. [i. e. Optimis.
Proles. Valer. 2. Argon. 149.
Stirps. Virg. 4. Georg. 322.
— præclara ftirpe Deorum.
Triumphus. Claud. 3. de Rapt. Proferp. 329.
Urbem præclaram ftatuere. Virg. 4. Æn. 655.
Præclarus nonnunquam pro Bono reperitur apud Ciceronem, ficut 3. Philipp. 27. O præclarum cuftodem ovium (ut ajunt) lupum? Non enim claritas in cuftode defideratur, fed probitas. Ergo Præclarum pro Bono pofuit. Idem de Amicit. 15. Cum illo vero quis neget actum effe præclare? Et paulo poft, Cum illo quidem (ut fupra dixi) actum eft optime, mecum incommodius. Nam non fupra dixerat, Actum cum illo optime, fed Præclare. Verum ideo fic dixit, quia Præclare & Optime idem roboris & virium in fignificatione obtinent. Hæc Valla lib. 4. [Sic igitur & Præclarus eft Optimus, i. e. non, ut ajebas, Laurenti, Bonus ἁπλῶς, verum Infigniter, feu Excellenter bonus. Adv. vero Præclare fere in hac fola fignificatione ponitur, ut ex fubjectis exemplis apparet.
Confcientia præclara. Cic. 10. Att. 4. Præclara confcientia fuftentor, quum cogito me de Repub. aut meruiffe optime, quum potuerim, &c.
Defenfio. Cic. 6. Verr. O dii immortales præclaram defenfionem! &c.
Fama præclara de Afranio, Valde bona. Cic. 7. Att. 25.
Indoles egregia quædam & præclara. Cic. 1. de Orat. 131.
Indole præclara juvenis, admirabilique conftantia. Cic. ad Brut. 10.
Laudatio. Cic. 4. Verr. 13.
Præda opima & præclara. Cic. pro Rofc. Amer. 6.
Prædium præclarum & propinquum. Cic. pro Rofc. Amer. 133. Plura præterea prædia, neque tamen ullum nifi præclarum & propinquum.
Res ad difcendum juventuti præclara. Cic. pro Sext. 96.
Senator. Hor. 1. Serm. 6. 8.
Pecunia plena & præclara. I. e. Magna. Cic. pro Rofc. Amer. 6. Is a vobis, judices, hoc poftulat, ut quoniam in alienam pecuniam, tam plenam atque præclaram, nullo jure invaferit, &c.
Res, Lauta. Hor. 1. Serm. 2. 8.
Præclarior, [εὐϕανέστερος] compar. ut, Præclarior laus. Plin. in Panegyr. cap. 88. extr. Ideoque ille parens hominum, deorumque Optimi prius, deinde Maximi nomine colitur: quo præclarior laus tua, quem non minus conftat optimum effe, quam maximum.
Vira præclarior. Salluft. Jugurth. cap. 85.
Id quod multo præclarius eft. Idem ibid.
Nil præclarius. Lucret. lib. 1. 730.
Nil tamen hoc habuiffe viro præclarius in fe. De Empedocle.
Superl. Hirt. Bell. Alex. cap. 24. Patria præclariffima. Vopifc. in Prob. cap. 22. Duces præclariffimi. conf. Cic. 1. de Orat. 5.

PRÆCLĀRE, Adv. [εὐϕανῶς] Cic. 6. Verr. 96. In eo Chryfæ eft fimulacrum, præclare factum e marmore.
Actum præclare nobifcum. Cic. 3. Verr 9. Quis hoc non perfpicit, præclare nobifcum actum iri, fi Populus Rom. iftius unius fupplicio contentus erit?
Dicitur præclare a fapientibus, Vultu fæpe læditur pietas. Cic. pro Rofc. Amer. 37.
Datur præclare, Præclare medetur. h. e. Commode, optime. Plin. lib. 26. cap. 15.
Explicare præclare. Cic. 2. Acad. 33.
Facere præclare. Cic. 3. de Fin. Præclare, inquit, facis, quum & eorum memoriam tenes, quorum uterque tibi teftamento liberos fuos commendavit.
Geffit præclare fuum negotium. Cic. pro Rofc. Com. 34.
Habere fe præclare. Cic. 4. Verr. 149. Omnino præclare te habes, quum is ordo, atque id genus hominum, quod optimum & honeftiffimum eft, & quo uno & fumma Reip. &c.
Intelligere aliquid præclare. Cic. 13. Fam. 8. Etfi non fum nefcius & quæ temporum ratio, & quæ tua poteftas fit, tibique negotium datum effe a Cæfare, non judicium præclare intelligo.
Meminiffe præclare. Cic. 4. Fam. 7. Ego eum te effe, qui horum malorum initia multo ante videris, Confulatum magnificentiffime atque optime gefferis, præclare memini.
Præclare; approbantis vocabulum, & annuentis. Cic. 13. Philipp. 9. Pacem vult M. Lepidus. Præclare, fi talem poteft efficere, qualem nuper effecit. Ibid. 8. 21.
Superl. Re præclariffime gefta. Hirt. Bell. Alex. cap. 30. & 47.

PRÆCLARITER, Quadrigar. An. 4. apud Non. 11. 56. Rebus præclariter geftis. conf. Enn. apud Prifcian. 15.

PRÆCLARITAS, ātis. f. [ἄνθηλα] Vulg. Interpr. Sapient. 8. 18.

PRÆCLAVUM, i. n. [ἐπικλαστήριον] Pars veftis, quæ ante clavum texebatur. Afran. apud Non. 2. 326. Totum diem præclavum unum texere. al. Præclavium. V. Salmaf. ad Hift. Aug. p. 406. vel Lex. Pitifc.

PRÆCLŪDO, fi, fum, [ἀποκλείω] ĕre. Ante cludere. Cic. pro Planc. 96. Nam maritimos curfus præcludebat hiemis magnitudo.
Aditum cuftodi patriæ. Cic. Antequam iret in exfil.
Animus ad exponendam rei indignitatem præcluditur. Cic. Anteq. iret in exfil. 9.
Curiam præcludere fibi. Cic. in Pifon. 40. Quod fi non tuis nefariis in hunc ordinem contumeliis, in perpetuum tibi curiam præclufiffes, &c.
Effugium alicui. Lucret. lib. 1. 974. i. e. Effugiendi viam intercludere. Lambin.
Iter. Ovid. 14. Met. 790.
Negotiatores omnes præclufit. i. e. Clauftris coercuit. Suet. Neron. cap. 32. [Immo Tabernas omnibus claufit. En verba, Et cum interdixiffet ufum amethyftini ac Tyrii coloris, fubmififfetque, qui nundinarum die pauculas uncias venderet: præclufit omnes negotiatores.
Omnia præcludere effugio. Ovid. 2. de Arte Am. 21.
Orbem omnem terrarum præcludere alicui. Cic. 7. Verr. 167. Jam omnem orbem terrarum, qui femper noftris hominibus maxime patuit, civibus Romanis ifta defenfione præclufferis.
Portus præcludere claffi. Lucan. lib. 9. 39.
Speciem vivendi. Lucret. lib. 1. 322.
· Invida præclufit fpeciem natura vivendi. Alii minus recte Præcludit legunt.
Tranfitum præcludere. Columel. lib. 6. cap. 18.
Ufus vocis præcluditur. Ovid. 2. Met. 658.

PRÆCLŪSUS, a, um. Partic. [ἀποκλεισθείς] ut, Fores præclufæ. Propert. lib. 2. 5. 22.
Aditus mifericordiæ judicum præclufos effe alicui: per translationem. Cic. 7. Verr. 21. Facile oftendam tua crudelitate in alios, omnes tibi aditus mifericordiæ judicum jampridem effe præclufos.
Exfpectatio incolumitatis præclufa civibus. Cic. Antequam iret in exfil. 9.
Foramina præclufa. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Fores præclufæ. Propert. 2. 5. 22.
Janua. Ovid. 1. Met. 662.
Vox. Claud. 6. conf. Hon. 265.

PRÆCLŪSIO, ōnis. f. Vitruv. 9. 9. Præclufiones aquarum.

PRÆCLŪSOR, ōris. m. Tertull. adverf. Marc. 4. 27. Præclufores legis.

PRÆCO, ōnis. m. [κῆρυξ] Præcones a præcinendo dicti funt, quafi Præcanes, quod ante canant & annuntient quod eft faciendum. Vel, ut ait Prifcian. a Præ, id eft valde canendo. Sunt enim qui juffu magiftratus publice aliquid ore denuntiant, qui auctionem faciebant, & qui audientiam in theatris indicebant. Aliter Voff. in Etymol. q. V. Plaut. Pœn. prol. 11.
Exfurge præco, fac populo audientiam. Cic. 3. Verr. 75. Tum repente, ifte teftes citari jubet; dicit unus & alter breviter; nihil interrogantur; præco Dixiffe pronuntiat.
Præconis Romæ munus erat in comitiis tribus citare: qui magiftratus effent creati renuntiare: leges, quæ fuadebantur, pronuntiare: in judiciis judices, teftes, reos citare: in auctionibus rerum pretia declarare. Exempla paffim occurrunt. Ex Lambin. in Horat. Præconum item ufus erat in Ludis & Funeribus celebrandis, in rebus amiffis inveftigandis, in fuppliciis exigendis, V. Lex. Pitifc. [Minime prætermittendum fuit, eofdem etiam Confulibus apparere folitos, fenatumque ipforum edicto convocare. Liv. de Xviris, qui confulari erant poteftate, 3. 38. Suet. Claud. 36. Apul. 10. Met. p. 241. Elmenh. Illico juffus præco pronuntiat, Patres in curiam convenirent.
Citat præco maxima voce legatos Æmonenfes. Cic. pro Flacc. 34.
Declarare victorem voce præconis. Virg. 5. Æn. 245.
Prædicat præco. Cic. pro Quint. 50. De quo homine præconis vox prædicat, & pretium conficit.
Subjici præconi. Cic. pro Sext. 57. Præconi publico fubjiceretur.
Subjicere voci præconis bona civium, & haftam in foro ponere. Cic. 2. Off. 83.
Subjicere fub præcone non folum fortunas, fed etiam victum veftitumque neceffarium alicujus. Cic. pro Quint. 49. [An Sub præconem?
Vendere aliquid per præconem. Cic. 3. de Nat. Deor. 84.
Ludorum Gymnicorum præcones. Cic. 5. Fam. 12. Multi denique reprehendant, & dicant, verecundiores effe præcones ludorum gymnicorum, qui, quum ceteris coronas impofuerint victoribus, &c.
Actionum præco Jurifconfultus. Cic. 1. de Orat. 136.
Præco virtutum alicujus. Cic. pro Arch. 24. O fortunate, inquit, adolefcens, qui tuæ virtutis præconem Homerum inveneris!

PRÆCŌNIUM, i. n. [κήρυγμα, ἀνακήρυξις] Præconis ars. Suet. Neron. 24. Et præconio ubique contendit. Cic. 6. Fam. 18. Refcripfit eos, qui facerent præconium, vetari effe in Decurionibus: qui feciffent, non vetari.
Furtum præconio quæfitum. Petron. cap. 97.
Acerbum præconium. Cic. pro Rabir. Poft. 46.
Pro Laudatione. ut, Deferre alicui præconium. Cic. 13. Att. 12. pr. Ligarianam præclare vendidifti, pofthac quicquid fcripfero, tibi præconium deferam. V. Vendere, pro Laudare, in VENDO. [Alludit ad Præcones auctionarios, qui res venales verborum lenocinio commendare folebant, quo & Suet. in Calig. cap. 39. refpexit. conf. Lucian. in Vit. auct.
Præconium laborum. Cic. pro Arch. 20. Qui non mandari verfibus æternum fuorum laborum facile præconium patiatur.
Domeftico præconio ftultitiæ fuæ quamplurimos teftes colligere. Cic. 2. de Orat. 86.
Humeri præconio Achillis hafta nobilitata. Plin. lib. 16. cap. 13. Ovid. 16. Epift. 139.
Magna quidem de te rumor præconia fecit. Idem 4. de Pont. 8. 45.
Carmina veftrarum peragunt præconia laudum.
Tribuere præconium. Cic. 5. Fam. 12. Ut mihi, non folum præconium, quod, quum in Sigæum veniffet Alexander, ab Homero Achilli tributum effe dixit: fed etiam grave teftimonium impertitum clari hominis magnique videatur.

Præconium, Merces præconis, qui auctionem vendit. Usus est Cato de R. R. cap. 147. De oleæ pendentis lege, ut admonet Turnebus.

PRÆCŌNĪNUS L. Ælius Stilo ob id cognominatus, quod Præco purpura latiore tunicæ usus fuerit. Plin. lib. 33. cap. 1. Suet. de Illust. Gram. cap. 3. L. Ælius stilo cognomine duplici fuit. Nam & Præconinus, quod pater ejus præconium fecerat, vocabatur, &c.

Conf. Beroald. in Ner. 24. H. St. Adscripsitque locum Suet. qui defuit in Lugd.

PRÆCONOR, āri. Interpr. Iren. lib. 5.

PRÆCONIO, āre. Idem 2. 58.

PRÆCONIĀTIO, ōnis. f. Idem 3. 3.

PRÆCŌGĪTO, āre. Quintil. lib. 12. 9. Præcogitare plura & animum ad omnes casus componere.

PRÆCOGITĀTUS, a, um. Partic. Liv. 40. 2. Præcogitatum facinus.

PRÆCOGITATIO, ōnis. f. Tertull. adverf. Marc. 4. 39.

PRÆCOGNOSCO, ōvi, itum, [προγινώσκω] ĕre. Ante cognoscere. Rarum est. A quo

PRÆCOGNĪTUS, a, um. Partic. Cic. 10. Fam. 15. Quod si latro, præcognito nostro adventu, rursus in Italiam se recipere cœperit, Bruti erit officium occurrere ei.

PRÆCOGNOSCENTIA, æ. f. Mar. Victorin. lib. 4. adverf. Arium. p. 201. & 231.

PRÆCŎLO, colui, coltum, [προγεωργίζω] ĕre. Ante colere, præparare. Nova & ancipitia præcolere. Tacit. 14. Ann. 22. 5. conf. Quintil. lib. 11. cap. 1.

PRÆCULTUS, a, um. Partic. Stat. 2. Theb. 298.

— sacro præculta supervenit auro. Cic. in Partit. 80.

Sunt autem alii quidam perfecti animi habitus ad virtutem, quasi præculti & præparati rectis studiis & artibus.

PRÆCOMPŌSĪTUS, a, um. [προσυγκείμενος] Partic. a Præcompono, verbo decomposito. Præparatus. ut, Præcompositum os. Ovid. 6. Fast. 674.

Cum præcomposito nuntius ore venit.

PRÆCONCEPTUS, a, um. [προσυλληφθείς] Partic. a Præconcipio, Decomp. Ante conceptus. Plin. lib. 2. cap. 82. de specubus, Præconceptum enim spiritum exhalant.

PRÆCONCINNATUS, a, um. Partic. a Præconcinno. Apul. 5. Met. p. 618. Stew. Præconcinnato mendacio fallens maritum. conf. Elmenh. p. 170.

PRÆCONSŪMO, psi, ptum, [προαναλίσκω] ĕre. Ante consumere. Ovid. pro Consumere posuit, lib. 7. Met. 489.

— utilius bellum putat esse minari,
Quam gerere, atque suas ibi præconsumere vires.

PRÆCONSUMPTUS, a, um. Partic. [προαναλωθείς] Ovid. 4. Trist. 5. 29.
Est quoque non minimum vires afferre recentes,
Nec præconsumptum temporis esse malis.

PRÆCONTRECTO, [προψηλαφάω] āre. Ante contrectare. Ovid. 6. Met. 478.

Spectat eam Tereus: præcontrectatque videndo. V. Heumann. Parerg. Crit. p. 147.

PRÆCOQUUS, V. PRÆCOX, in PRÆCOQUO.

PRÆCŎQUO, coxi, coctum, [προέψω] ĕre. Ante coquere, seu maturare. Plin. lib. 18. cap. 29. Acinique præcoquuntur in callum.

PRÆCOCTUS, a, um. Partic. Plin. lib. 14. cap. 9. Quidam e quacunque dulci, dum præcocta alba faciunt siccantes sole.

PRÆCŎQUUS, V. seq. PRÆCOX.

PRÆCOX, præcocis, & ut in quibusdam legitur exemplaribus, præcŏquis. Adj. [πρώιμος] Præcox ficus, Præcocia poma; Quæ ante solitum tempus maturescunt. Valla, Præcox fructus, præter morem ceterorum coctus, sive ante ceteros. Plin. lib. 15. cap. 12. post Autumnum maturescunt persica, æstate præcocia, intra triginta annos reperta, & primo denariis singula venundata. Columel. lib. 3. cap. 2. Præcoques vites.

Præcocis genitivus quantam habeat penultimam, variant scriptores. Gell. lib. 10. cap. 11. Afranius in Togata, cui titulos νόμος est,

Adpetis dominatum demens præmature præcocem. In quo versu animadvertendum est quod Præcocem inquit, non Præcoquem; est enim casus ejus rectus, non Præcoquis, sed Præcox. Hæc Ille. In quem locum hæc annotat Ascensius: Præcox præcocis secundam prodocit, præcoquis corripit: & ita pro quantitate varia, scribetur varie. Maserius tamen contendit secundum in obliquis nominis Præcocis etiam corripi, quia sic scriptum comperit: quod mirum non est, quum c & q sæpe confundantur, ut Coquus & Cocus, Loquotus & Locutus, servata eadem quantitate: itaque Præcocibus, pro Præcoquibus, scriptum secunda correpta legitur: nec admirandum, quum derivativa ad primogenita reducantur: ut Aquilex ad verbum Lego, Exlex ad nomen Lex: sic Præcox, utcunque scribatur, ad verbum Coquo respiciens, co corripiat. Verba Maserii sunt. Calphurnius, ait Eclog. 2. 42.

Insita præcocibus subrepere persica prunis. Ergo corripitur; & apud Afranium quem Gellius citat, si recte inspicitur, secunda corripitur. Nam clauditur Iambicus versus hic Iambo; post enim creticum & anapæstum sequuntur quatuor spondei, inde Iambus. Item Baptista Mantuanus in morte Alexandri Cortesii;

— mors ingeniis est invida semper
Præcocibus: sic Lucanum, sic dura Tibullum,
Sic alios fudit innumeros. Hæc in Gellium Ascensius. Nebrissensis libro suæ grammatices quinto;

Cappadocis brevias: & præcox jungitur illi. In commentario citat carmen Calphurnii pro testimonio. Quintianus Epographia secunda sub finem: Si nomina in o a aut o x terminabunt, producimus: ut Custodis, Velocis. Demito Cappadocis, Bovis, Præcocis. Despauterius corripiendam censet mediam, hoc insuper addens, Male quidam,

Quum referata fuit præcocis janua lethi. Micyllus lib. 2. O ante c, producitur: ut Vox vocis &c. Excipiuntur Præcox præcocis, a Præcoquo, quod originis suæ naturam sequitur. Calphurnius Ecl. 2.

— & modo cogit
Insita præcocibus subrepere persica prunis. Et Afranius citante Gellio,

Appetis dominatum demens præmature præcocem. Trochaicus est tetrameter catalecticus. Hæc Micyllus. Ante hos etiam Nestor lib. 8. diserte tradit in Præcocis mediam syllabam corripi, testem adducens Calphurniom. Nequid tamen lectores celem, meus Calphurnius Bononiæ excusus habet Præcoquibus. Sic & in novissimis editt. conf. Voss. Etym. p. 405.

Fatum præcox. Senec. Theb. 1.

Ingenium præcox, Quod nimis cito maturitatem consecutum est, nimisque cito videtur adolevisse. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Maturitatem præcoquem contrahere. Columel. lib. 5. cap. 6.

Modestia præcox. Stat. 2. Silv. 1. 39.

Risus præcop. Plin. lib. 7. in præf.

Præcox, Immaturus. Enn. Annal. lib. 8. Præcox pugna est.

PRÆCŎQUUS, a, um. Adj. Idem. Martial. lib. 13. 46.
Vilia maternis fueramus præcoqua ramis, &c.

Præcoqua mala, *Avant pesches*. Columel. lib. 12. cap. 37. Uvas præcoquas quam maturissimas legito.

Κοκκύμηλα, οἶον ἀπρίων, τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα βερίκοκκα. Vide an Præcoqoa. H. St. Verba sont Suidæ. Gloss. Gr. Lat. Βερίκοκκα, Pruna.

PRÆCOQUIS pro Præcoquus. Næv. apud Non. 2. 627. Huic puellæ præcoquis libido inest. V. PRÆCOX.

PRÆCORDIA, ōrum. n. [διάφραγμα] Plin. lib. 11. cap. 37. Exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membranis; quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur, qood Græci appellaverunt Phrenas. Omnia quidem principalia viscera membranis propriis, ac velut vaginis inclusit providens natura. Cic. 5. de Fin. 92. Felix rursus, quum is ipse annulus in præcordiis piscis inventus est. De Polycrate.

Præcordia (inquit Plin. lib. 30. cap. 5.) vocamus uno nomine Exta in homine, quorum in dolore cujuscunque partis si catulus lactens admoveatur, apprimaturque his partibus, transire in eum morbus dicitur.

Subter præcordia cupiditatem locavit Plato. Cic. 1. Tusc. 20.

Mollia. Ovid. 1. Met. 549.

Premere genibus præcordia alicujus. Ovid. 12. Met. 140.

Transit præcordis ligno fisso. Virg. 9. Æn. 413.

Præcordia sæpe poetæ pro Animo ponont, quia Cordis receptaculum sunt. [Gloss. Lat. Gr. Præcordia, ὑποχόνδρια, & Καρδίαι.

Ferrea. Ovid. 10. Epist. 107.

Flagrantia. Juven. 13. Sat. 181. i. e. Commota, & irata.

Inquieta. Hor. Epod. 5. 95.

Aperit præcordia Liber. Hor. 1. Serm. 4. 89.

Dare excutienda alicui sua præcordia. Pers. 5. Sat. 22.

Movere intima. Ovid. 4. Met. 506.

Mutare præcordia, Mutare animum. Propert. lib. 2. 4. 21.

Redit in præcordia virtus. Virg. 2. Æn. 367.

Stertere totis præcordiis. Quintil. lib 4. cap. 2.

Vincta præcordia duro ferro. Tibul. lib. 1. 1. 77.

PRÆCORDIALITER, Adv. Cujus compar. apud Sarisb. Epist. 125. Præcordialius studere promereri.

PRÆCORRUMPO, [προφθείρω] ĕre. Ante corrumpere. Ovid. 4. Met. 134.
Dum tamen haoc sperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit, &c.

PRÆCORRUPTUS, a, um. Partic. [προφθαρτος] Ovid. 9. Met. 296.
Illa quidem venit: sed præcorrupta, meumque
Quæ donare caput Junoni vellet iniquæ.

PRÆCOX, V. PRÆCOQUO.

PRÆCRASSUS, a, um. Adj. [παλιμπαχής] Valde crassum significat. Plin. lib. 16. cap. 8. Cortex præcrassus ac renascens.

PRÆCULCO, āre. Tertull. de Monog. cap. 10. pr.

PRÆCULTUS, V. PRÆCOLO.

PRÆCŪPĪDUS, a, um. Adj. Suet. Aug. cap. 70. Pretiosæ supellectilis præcupidus.

PRÆCURRO, curri, cursum, [προτρέχω, προθέω] ĕre. Ante currere, sive Cito ante ire. Ter. Eun. 3. 2. 46. Abi præcurre, ut sint domi parata omnia. Al. Abi præ: cura ot &c. Cæs. 6. Bell. Gall. 38. Præcurrunt equites: quanto res sit in periculo cognoscunt.

Appetitus ne præcurrant rationem. Cic. 1. Off. 101. Efficiendum est, ut appetitus rationi obediant, eamque, neque præcurrant, propter temeritatem, nec propter pigritiam, aut ignaviam, deserant.

Neque hoc quicquam esset turpius, quam cognitioni & perceptioni assertionem, approbationemque præcurrere. Cic. 1. Acad. 44.

Præcurrere alicui, pro Antevertere, occupare. Cic. 3. de Orat. 228.

Vobis vero illum, tanto minorem, præcurrere vix honestum est. Budæus.

Amor votis suis plerumque præcurrit, i. e. Vota sua spe & festinatione prævenit. Plin. 4. Epist. 15. ad Fundanum. Budæus.

Judicium præcurrit amicitia, tollitque experiendi potestatem. Cic. de Amicit. 63.

Præcurrere adventum alicujus in aliquem locum. Plin. lib. 6. Epist. 28. h. e. Præcedere.

Præcurrere, Præcedere, antegredi. Cic. 1. de Divin. 118. Sed ita a principio inchoatum esse mundum, ut certis rebus certa signa præcurrerent. Budæus.

Præcurrit hiemem maturitas ejus. Colomel. lib. 3. cap. 1.

Ætate aliquem præcurrere. Cic. in Orat. 176. Horum uterque Isocratem ætate præcurrit, ut eos moderatione, non inventione vicerit. i. e. Præcessit.

Albis equis aliquem. Hor. 1. Serm. 7. 8.

Vita præcurrere reges & regum amicos, Vitam, meliorem & feliciorem agere. Hor. 1. Epist. 10. 33.

Hominem, plurimorum studio, atque omnium bona existimatione munitum, ut homo iners, sine officio, sine ingenio, cum infamia, nullis amicis septus, præcurrat, sine magna culpa negligentiæ fieri non potest. Q. Cic. de Petit. Conf. 22.

Præcurrere, pro Præoccurrere, ac præoccupare, quod Græci προκαταλῆψ dicunt. Lucret. 1. 327.
Illud in his rebus ne te deducere vero
Possit, quod quidam dicunt præcurrere cogor. Torneb. Adverf. 5. 24.

PRÆCURRENS, entis. [προτρέχων] Præcursio, quam Boetius Præcursoriam causam vocat. Cic. in Partit. 7. Ut primordia rerum & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti. conf. 2. de Orat. 39. & 40.

PRÆCURRENTIA, æ. f. Zeno Veron. Præcurrentiæ studio convenire.

PRÆCURSIO, ōnis. f. [πρόδρομος] Præcurrendi actus. Cic. de Fato, 44. Itemque illi, qui ab hoc dissentiunt, confiteantur non fieri assensiones sine præcursione visorum.

Quasi

Quasi prælusio atque præcursio. Plin. 6. Epist. 13.

Præcursio, pro Præcursoria causa, seu præcurrente. Cic. in Topic. 59. Alia autem præcursionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per se adjuvantia, &c. Vulgo vocant, *An preallable.* Bud.

PRÆCURSOR, ōris. m. [πρόδρομος] Antecursor. Cic. 7. Verr. 107. Quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorem habere solebat & emissarium. V. Liv. 26. 17. extr. conf. Salmas. de Re Mil. Rom. cap. 13.

PRÆCURSŌRIUS, a, um. Adj. Plin. 4. Epist. 13. ad Corn. Tacit. Interim quod sum præsens petiturus, hac quasi præcursoria epistola rogo. i. e. Adventum ad te meum præcorrente.

Præcursorius index. Ammian. 15. 1.

PRÆCURVUS, a, um. Adj. Plaut. [Nisi temere adscriptum.

PRÆDA, æ. f. [λεία, ληΐς, λαφυραγωγία, βοσκήματα, σκῦλα, προνομεία] dicitur a Pariendo, ut ait Varro lib. 5. de L. L. 36. Præda, inquit, est ab hostibus capta, quod manu parta, ut Parida Præda. Aliter paulo lib. 7. 7. ubi a prædando Prædam deduci scribit. Alii a Pretio deducunt, vel a Præ & Dari. [An a Prehendo, Prehenda, contr. Prenda, & Préda. per *e*?

Præda & Manubiæ differunt: Nam Præda dicuntur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt: Manubiæ vero appellatæ sunt, pecunia per Quæst. Pop. Rom. ex præda vendita contracta. Est tamen, inquit Gellius non nusquam invenire ita scripsisse quosdam non ignobiles scriptores, ut aut temere, aut incuriose prædam pro manubiis, & manubias pro præda posuerint, aut tropica quadam figura mutationem vocabuli fecerint, quod facere concessum est, scite id periteque facientibus. Sed enim qui proprie atque signate loquuti sunt, manubias pecuniam dixerunt. Hæc Gell. lib. 13. cap. 24. extr. conf. Non. 5. 39. & Lex. Pitisc. Ovid 2. de Arte Am. 406.

Victor eras prædæ præda pudenda tuæ.

Cervus præda est canum. Ovid. 11. Met. 27.

Præda & Rapinæ. Cic. 12. Fam. 12. Quas ob res milites tuere, si eos mirifice de Repub. meritos esse animadvertis: & effice, ne quem pœniteat, Remp. quam spem prædæ & rapinarum, sequi maluisse.

Pro Lucri cupiditate. Tibull. 2. 6. 17.

Ferrea non Venerem, sed prædam, sæcula laudant.

Copia prædæ. Ovid. 1. Fast. 686.

Cupido cæca prædæ. Ovid. 3. Met. 620.

Captiva. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 336.

Facilis. Claud. 2. in Eutrop. 565.

Fera. Ovid. 7. Met. 31.

Feralis. Claud. de Bell. Get. 614.

Genialis. Ovid. 1. de Arte Am. 125.

Humiles. Claud. 2. in 1. Conf. Stilich. 22.

Ingens. Stat. 10. Theb. 258.

Nefanda. Ovid. 8. Met. 86.

Opima. Hor. Epod. 10. 21.

Onerosa. V. Onerosus, in ONUS.

Perpetua. V. PERPETUUS.

Recens. Ovid. 1. Amor. 2. 29.

Sordida. Martial. lib. 10. 37.

Tenera. Hor. 3. Carm. 27. 55.

Accingere se prædæ, i. e. Ad prædam. Virg. 1. Æn. 214.

Illi se prædæ accingunt, dapibusque futuris. i. e. Studiose parant. Servius. [Subaudi Dividundæ.

Adduci spe prædæ. Cæs. 4. Bell. Gall. 37.

Adservare prædam. Stat. 10. Theb. 34.

Agere. V. AGO, & seq.

Agitare. Sallust. in Jugurth. [Forte locus est cap. 20. extr. ubi tamen constanter legitur, Prædas agere.

Amittere. V. AMITTO.

Ardere amore prædæ & spoliorum. Virg. 11. Æn. 782.

Avertere. V. AVERTO.

Auctus præda. V. AUGEO.

Capta crudelissime ex fortunis alicujus præda. Cic. pro Domo, 146.

Cohibere a præda. Cæs. de Bell. Afric. 3.

Convectare prædas. V. Convecto, in CONVEHO.

Corrumpere. V. CORRUMPO.

Ditescere præda. Lucret. lib. 5. 1248.

Divisa præda est. Senec. Agamemn. 6.

Dare. Virg. 9. Æn. 426. de Euryalo,

Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis,
Alitibusque, jaces.

Ducere sortem prædæ. Virg 9. Æn. 268.

Facere prædas. Cic. 5. Verr. 119. Maximos quæstus, prædasque fecisse.

Frui præda. Valer. 4. Argon. 498.

Habere prædam cum cura. Tacit. 15. Ann. 8.

Largiri prædam munifice. V. MUNUS.

Nancisci prædam. Ovid. 3. Met. 606. V. NANCISCOR.

Parta præda. Cic. 1. de Finib. 51. Quas nulla præda unquam improbe parta minuit, sed auget potius atque inflammat.

Potiri præda. Virg. 9. Æn. 363. Idem 9. Æn. 450.

Victores præda, Rutuli, spoliisque potiti.

Proponere ad prædam urbem, bona, & fortunas civium. Cic. 4. Philipp. 9.

Quærunt prædam sanguine. Ovid. 4. Trist. 4. 59.

Rapiæ prædæ. Virg. 1. Æn. 214.

Sum prædæ. Cic. 7. Verr. 80. Quum ea res, non solum provinciæ saluti, verum etiam ipsi prædæ esse posset.

PRÆDACEUS, a, um. Adj. [λῄσιος] ut, Pecunia prædacea. Gell. lib. 4. 18. Rectius Prædatitia. V. infra f. l.

PRÆDOR, [λεΐζομαι, λεηλατέω, λωποδυτέω, προνομεύω, κουρσεύω, συλάω] āri. a Præda, ut ait Varro, Diripere, & vi auferre, quemadmodum prædæ in bello solent. Cic. 3. Off. 72. Ex quo intelligitur, quoniam juris Natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscitia. Ovid. 3. de Arte Am. 419.

Ad multas lupa tendit oves, prædetur ut unam.

Arces prædari. Valer. 5. Argon. 646.

Dapes prædantur ab ure. Valer. 4. Argon. 429.

Pisces calamo prædabor. Propert. lib. 4. 2. 37.

Puella est me prædata. Ovid. 1. Amor. 3. 1.

PRÆDO, āre. veteres protulisse testatur Priscian. p. 799. Ita Vulg. Interp. passim.

PRÆDANS, antis. Plin. 9. 30. pr. Escam ex prædante capere.

PRÆDĀBUNDUS, a, um. Adj. Qui prædatur. Sallust. Jugurth. cap. 90. Ubi stipendium & commeatum locaverat, ire jubet: dicitque se prædabundum post paucos dies eodem venturum.

Exercitus prædabundus. Liv. 2. 26.

Sic apud Tacit. lib. 3. Ann. p. 66. edit. Germ. Qui prædabundi, aut assumendis auxiliis, vagabantur. H. St. Exstant cap. 39. pr.

PRÆDATUS, a, um. Partic. &

PRÆDATUM, i. n. Vopisc. Prob. cap. 8. Quum de prædato repertus esset equus non decorus.

PRÆDATIO, ōnis. f. Paterc. 2. 73. Latrociniis ac prædationibus infestato mari. Lactant. 5. 9. Aperta prædatione grassantur.

PRÆDATUS, ûs. m. Prædatibus abstinere. Liv. 38. 23.

PRÆDĀTOR, ōris. m. [λῃστής] Cic. 2. in Catil. 20. Quos ego utrosque, Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumque pono. [Proprie de eo Qui prædas agit dicitur. Liv. 2. 11. extr. Ita cæsi in medio prædatores.

Jovi Prædatori templum fuisse legimus, non quod prædæ præest, sed quod ei aliquid ex præda debebatur. Nam mos Romanorum fuit, ut bella gesturi de parte prædæ aliquid numinibus pollicerentur. Ex Serv. in 3. Æn. 223. conf Lil. Syntag. 1. p. 86.

Aprorum prædator. Ovid. 12. Met. 306.

Equus prædator. Stat. 4. Theb. 316.

PRÆDĀTRIX, īcis. f. [λῄστρια] ut, Herculei alumni prædatrix. Stat. 1. Silv. 5. 22. conf. Solin. cap. 42.

Bestia prædatrix. Ammian. 26. 15.

PRÆDATŌRIUS, a, um. Adj. [λῃστρικός] ut, Naves prædatoriæ. Liv. 29. 28. Annis prope quinquaginta nullum Romanum exercitum viderant, præter prædatorias classes. Idem 34. 36.

PRÆDĀTĪTIUS, Adj. Idem. [λῄσιος] Gell. lib. 13 cap 23. Ex manubiis non res corporaque ipsa prædæ demonstrat. (nihil enim captum est horum a Trajano ex hostibus) sed facta esse hæc comparataque ex manubiis, id est pecunia prædatitia, declarat.

PRÆDO, ōnis. m. [λῃστής] Qui prædatur. Proprie tamen tribuitur his, qui in mari prædantur, Græcisque Piratæ dicuntur. Gloss Gr. Lat. Πειρατής, Prédo. Plin. lib. 16. cap. 40. Germaniæ prædones singulis arboribus cavatis navigant.

Maritimi prædones. Nepos 2. 2. 3.

Liber a prædonibus. V. LIBER, Adj.

Prædo de Quovis latrocinante, vel Injusto invasore, ut

Templorum omnium, atque tectorum, totiusque urbis prædo. Cic. pro Domo 140.

Acerbus prædo. Claud. 4. Conf. Hon. 359. de Arbogaste.

Decidere prædonum in turbam. Hor. 1. Serm 2. 43.

Nefarius. Cic. 3. de Orat. 3. Tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis.

Prædo, Qui hæreditatem injuste invadit. Ulpian. in l. sed etsi D. De petitione hæreditatis, Quod autem ait Senatus, eos qui bona invasissent: loquitur de prædonibus, id est de iis, qui quum scirent ad se non pertinere hæreditatem, invaserunt bona scilicet, quum nullam causam haberent possidendi. Et paulo post, De eo autem loquitur Senatus, qui ab initio mente prædonis res hæreditarias apprehendit. Budæus.

PRÆDŌNŬLUS, i. m. [λῃστίδιον] dimin. Festus, Prædonulos [illegible], Cato dixit in Epistolis: Quia sæpe utiles videntur prædonuli.

PRÆDŌNIUS, a, um. Adj. Ulp. l. 8. §. 5. Dig. de Hæred. pet. Prædonio more versari cœpit.

PRÆDŌCĬNIUM, i. n. ut Latrocinium, apud Pontanum in Antonio, ubi Macrobium Virgilium accusantem ridet. Vide locum in libro de Criticis. H. St. En verba Pontani fol. 79. b. Aldi, Nam nec Latini per id tempus mercaturam navibus exercebant, nec Æneas piraticam, ut per causam prædocinii excitari bellum potuisset.

PRÆDAMNO, [προκαταγινώσκω] āre. Prius damnare, sive Præjudicio condemnare. Suet. August. cap. 56. Sin deesset, destituere ac prædamnare amicum existimaretur. Lactant. 5. 4. Non licet prædamnari quenquam incognita causa.

PRÆDAMNĀTUS, a, um. Partic. ut, Prædamnata spe dimicandi. Liv. 27. 15. i. e. Præcisa. Idem 4. 41. extr.

PRÆDAMNATIO, ōnis. f. Tertull. Apol. cap. 26. & de Habit. Mulier. cap. 4.

PRÆDĔLASSO, [προκαταπονέω] āre. Ante delassare. Ovid. 11. Met. 730.

— quæ primas æquoris undas
Frangit, & incursus quæ prædelassat aquarum.

PRÆDENSUS, a, um. Adj. [πολύδασυς] Valde densus. Plin. lib. 18. cap. 18. Culter vocatur, prædensam, prius quam proscindatur, terram secans.

PRÆDES, V. PRÆS.

PRÆDESTĪNO, āre. Præordinare. Nepos in Eumene cap. 2. extr. Primus Leonnatus Macedoniam præoccupare prædestinaverat. In emendatis codd. Destinaverat. Prudent. Cath. 11. 67.

PRÆDESTINANS, antis. Partic. Liv. 45. 40. extr. Quos prætextatos curru vehi cum patre, sibi ipsos similes prædestinantes triumphos, oportuerat. De Pauli Æmilii filiis, qui præmatura morte patris triumphum funestaverant.

PRÆDESTINĀTUS, a, um. [ὁρισθείς] Partic. Novatian. de Trin. cap. 24. Vulg. Interp. Rom. 1. 4.

PRÆDESTINATIO, ōnis. f. Definitur ut sacræ Scripturæ docent, liberum esse Dei consilium, quo & humanum genus, & singulas mundi partes pro immensa sua sapientia & justitia incomprehensibili moderatur. V. Augustinum lib. de Prædest. sanct. Vox frequens apud Ecclesiasticos.

PRÆDĪCO, [κηρύττω, ἀναγγέλλω, ἐγκωμιάζω] āre. Aperte, seu publice dicere, celebrare, vulgare, palam commemorare, laudare. Ter. And. 3. 1. 7.

Quid ego audio? actum est, siquidem hæc vera prædicat. Idem Eun. 4. 4. 54. Utrum taceamne, an prædicem. Cic. pro Lege Manil. 22. Quam prædicant in fuga fratris sui membra in his locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse. De Medea.

Repulsam alicujus alteri. Cic. pro Planc. 5.

Monere & Prædicare. Liv. 2. [An Prædicere? Locum non repeti.

Dicere & Prædicare. Cic. pro Cæcin. 25. In Æbutium hoc dicit, armatos homines

homines fuisse: de se autem hoc prædicat, Antiocho Æbutii servo imperasse, ut, &c.

Prædicare palam. Cic. 9. Att. 11. Prædicat palam, & militibus ostendit, se largitione ipsa superiorem, quam hunc fore.

Prædicat præco, Dum aliquid palam promulgat & pronontiat. Plaut. Bacch. 4. 7. 16.

Atque in eo ipso astas lapide, ubi præco prædicat. V. PRÆCO.

Victorem se sua voce prædicare. Cic. 5. Fam. 12.

Prædicare ex Tribonali. Cæs. 2. Bell. Civil. 18.

Prædicare, tantundem sæpe ac Celebrare, Laodare, Gloriari.

Ferre & Prædicare. Cic. pro Arch. 21. Nostra semper feretur & prædicabitur L. Lucullo dimicante cum interfectis docibus depressa hostium classis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis.

Prædicare de aliquo. Cic. pro Arch. 26. Et in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt.

Prædicare de se ipso, Gloriari. Cic. 1. Off. 137. Deforme etiam est, de seipso prædicare, falsa præsertim, &, cum irrisione audientium, imitari militem gloriosum.

Gloriosius de se ipso prædicare. Cic. pro Domo, 93.

De se vera cum gloria aliqoid prædicare. Cic. in Pison. 2.

Honorate, & hoonrifice, & graviter multa de aliquo. Cic. 11. Philipp. 33.

Virtutem alicujus optime prædicare. Cic pro Arch. 20.

Prædicare miris laudibus. Plin. lib. 25. cap. 5.

Glorianda, prædicanda, & præ se ferenda beata vita. Cic. 5. Tusc. 50.

PRÆDICANS, antis. Partic. Sallust. Catil. cap. 48. Crassum ego prædicantem audivi. Cic. 5. Fam. 13. Ignosces mihi aliquid de me ipso prædicanti.

PRÆDICĀTUS, a, um. Partic. [κατηγορηθεὶς] ut, Arbor historiis alicojus prædicata. Plin. lib. 12. cap. 17.

PRÆDICATIO, ōnis. f. Plin. lib. 35. cap. 3. Affirmant vana prædicatione, ut palam est. Idem lib. 20. cap. 10. Radix quoque plurimorum prædicatione trita, &c.

Factum est tua prædicatione, ut tantum ei debere viderere. Cic. 9. Att. 13.

Prædicatio, Palam commemoratio facta. Cic. 2. Verr. 2. Homo vita atque factis, omoium jam hominum opinione damnatus, pecuniæ magnitudine, sua spe ac prædicatione absolutus. Budæus.

Beneficiorum alicujus prædicatio, non grata potius, quam arrogans. Cic. de Arusp. Resp. 16.

Societatis nefariæ prædicatio. Cic. 5. Verr. 140. Cogit Scandilium Apronio, ob singularem improbitatem atque audaciam, prædicationemque nefariæ societatis, HS V millia mercedis nomine, ac præmii dare.

In statu mediocri sermonis ac prædicationis res alicujus esse. Cic. 1. Q. frat. 33. Quod si in mediocri statu sermonis ac prædicationis nostræ res essent, nihil abs te eximium, nihil præter aliorum consuetudinem postularetur.

Acerba prædicatio præconi futura est. Cic. 2. de Lege Agrar. 47.

Despicere prædicationem, nobilitatemque. V. Prædicare de aliquo, in ipso verbo.

PRÆDICĀTOR, ōris. m. [ἐπαινέτης] Cic. pro Corn. Balb. 40. Qui sui facti, sui judicii, sui beneficii voluit me esse, ut apud eosdem vos, judices, nuper in alia causa fuerim, & prædicatorem, & auctorem.

Te prædicatore & teste. Cic. 1. Fam. 9. Quanquam, & Pompejo plurimum, te quidem ipso prædicatore ac teste, debebam.

Prædicator, apod Ecclesiasticos, Qui concionatur; sicut Prædicatio est Concio. Tertull. adv. Marc. 4. 8. Christus præmiserat otique digniores prædicatores.

PRÆDICĀTRIX, īcis. f. Tertull. de Anima, cap. 46. Hæc species summarum prædicatrix potestatum.

PRÆDICĀBILIS, e. Adj. [ἐπαινετὸς] Palam dicendum & gloriandum. Cic. 5. Tusc. 49. Nec in misera vita quicquam est prædicabile, aut gloriandum, nec in ea quæ nec misera sit, nec beata.

PRÆDICĀMENTUM, i. n. [κατηγορία] Prædicamenta vulgo vocantur, quæ Quintilianus Elementa decem appellat, circa quæ versari videtur omnis quæstio; lib. 3. cap. 7.

PRÆDICĀTŌRIUS, a, um. Adj. Salvian. lib. 3. contr. Avarit. Verba prædicatoria.

PRÆDICĀTĪVUS, a, um. [κατηγορικὸς] Vox Philosophica. Apul. de Syllogismo pr. Propositio prædicativa, quæ etiam Simplex est, ut si dicamus, Qui regnat beatus est. Coi opponit ibidem Substitutivam, sive Conditionalem.

PRÆDĪCO, xi, ctum, [προλέγω, προλέγω, πρόφημι, προείπω] ĕre. Ante, sive prius dicere. Ter. And. 1. 1. 19.

— hoc primum in hacre prædico tibi,

Quas credis esse has, non sunt veræ noptiæ. Cic. 2. Verr. 36.

Moneo, prædico, ante denootio, &c.

Id temporis illos ad me venturos aliquibus prædixeram. Cic. 1. in Catil. 10.

Prædicere aliquid præ omnibus. Virg. 3. Æn. 436.

Prædicere & Respondere. Cic. de Arusp. Resp. 29. Quis est, qui id non totum in istius ludos prædictum & responsum esse fateatur?

Monere, prædicere, portendere. Cic. de Arusp. Resp. 53. Quum dii immortales monent de optimatium discordia, de clarissimorum & optime meritorum civium dissensione prædicunt: quum principibus periculum cædemque portendunt, in tuto locant, &c.

Bellum non obscure nobis paulo ante prædixerunt aruspices. Cic. de Arusp. resp. 18.

Defectiones Solis in multos annos prædicuntur. Cic. 2. de Divin. 17.

Futura prædicere & intelligere. Cic. 1. de Divin. 2. Nepos 25. 16. 4.

Hos mihi prædixit luctus. Virg. 3. Æn. 713.

Necem prædico tibi. Tibol. lib. 2. 5. 48.

Genus prædicendi Chaldaicum repudiavit Scylax. Cic. 2. de Divin. 88.

Prædicere, pro Denuntiare, & protestari. Pomponius in l. si tamen. §. penult. D. de ædil. edict. Quum redhibitoria actione de sanitate agitur, permittendum est de uno vitio agere, & prædicere, ut si quid aliud postea de eo apparuisset, de eo iterum ageretur. Nepos 2. 7. 3. Collegas suos jussit proficisci, eisque prædixit, ut ne, &c.

PRÆDĪCENS, entis. Partic. [προλέγων] Cic. 6. Fam. 6. Quo in bello nihil adversi accidit, non prædicente me.

PRÆDICTUS, a, um. Partic. [προρρηθεὶς] ut, Defectiones Solis & Lunæ in omne posterum tempus cognitæ prædictæque sunt. Cic. 2. de Nat. Deor. 153.

Prædictus, pro Supra dicto. Quintil. lib. 10. cap. 1. p. 900. Burm. Theopompus his proximus, ut in historia prædictis minor, ita oratori magis similis.

Prædicta hora, Præstituta. Suet. Claud. cap. 8. pr. Si paulo serius ad prædictam cœnæ horam occurrisset.

Prædicto, Absolute. Tacit. 16. Ann. 33. 3. Montanus patri concessus est, prædicto, ne in Republ. haberetur. h. c. Quum prædictum esset.

PRÆDICTUM, i. n. [πρόρρησις] pro Prædictione. Cic. 2. de Legib. 33. Augurum prædicta multa incredibiliter vera cecidisse.

Natalitia prædicta. Cic. 2. de Divin. 88. Sic isti disputant, qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. V. Tetartemorion, in TETTARA.

Vatum prædicta. Cic. 2. de Legib. 30. Ad interpretanda alii prædicta vatum. Subaudi Constituti. Virg. 4. Æn. 464.

Multaque præterea vatum prædicta priorum

Terribili monito horrificant.

PRÆDICTIO, ōnis. f. [πρόρρησις, προαγγελία] Quod prædicitur, sive prænuntiatur, vel prædivinatur. Cic. 2. de Nat. Deor. 7. Prædictiones vero & præsensiones rerum futurarum. Idem 1. de Divin. 14. Ex quo genere sæpe hariolorum etiam & vatum furibundas prædictiones.

Prædictio & notatio cujusque vitæ ex natali die. Cic. 2. de Divin. 87.

Mali prædictio rum probatur, quum ad prædictionem cautio adjungitur. Cic. 2. de Divin. 54.

Fatorum veteres prædictiones. Cic. de Arusp. Resp. 18.

Divina prædictio. Cic. 1. de Divin. 95. Quis rex unquam fuit, quis populus, qui non uteretur prædictione divina? Plin. lib. 7. cap. 37. Astrologia Berosus, cui ob divinas prædictiones Athenienses publice &c.

Habet fidem nostra prædictio. Cic. 6. Fam. 6.

PRÆDICTĪVUS, a, om. Adj. [προρρητικὸς] Cæl. Aurel. Acut. 1. 12. Libro prædictivo.

PRÆDISCO, didici, [προμανθάνω] ĕre. Ante discere. Plin. lib. 18 cap. 24. Et confitendum est cælo maxime constare ea, quippe Virgilio jubente prædisci ventos ante omnia. Virg. 1. Georg. 51.

Ventos & varium cæli prædiscere morem,

Cura sit. Hos versus citat & Columel. lib. 1. cap. 4.

Prædiscere & meditari aliqua. Cic. 1. de Orat. 147.

PRÆDĪTUS, a, um. Adj. de quo sic Valla, Præditus sum (inquit) bono dicitur, & præditus sum malo: sicut Affectus sum malo, & affectus sum bono. i. e. (ut breviter magis, quam optime dicam) Habeo bonum, & habeo malum. ut, Præditus sum humanitate, virtute, divitiis, dignitate, viribus: qui sermo est usitatissimus. Nunquam tamen cum Ablativo & præpositione A vel Ab, ut fit in Affectus, veluti, Ego sum a rege magnis honoribus affectus: non autem, Sum præditus a deo magnis viribus. De malo rarius. Cic. pro Sull. 7. Nisi vero me unum vis ferum præter ceteros, me asperum, me inhumanum existimari, me singulari immanitate, & crudelitate præditum. Idem pro Rabir. perd. r. 21. Confectus senectute, præditus morbo. Correctiora autem exemplaria habent Præpeditus, vel Perditus. Hactenus Valla lib. 5. 15. [Verum ex subjectis exemplis apparet, non minus frequenter pæne de malo, ac de bono, veteres usurpasse.

Ætate præditus. Cic. 5. Verr. 62. Homo quid ageret, taceret, responderet, quid faceret denique, illa auctoritate, & ætate præditus, nesciebat.

Amentia & audacia. Cic. 4. Verr. 104.

Animo & sensibus præditus mundus. Cic. 1. de Nat. Deor. 18.

Arte nulla, aut homili aliqua præditus, & mediocris homo. Cic. pro Arch. 10.

Audacia. Cic. pro Rosc. Com. 4.

Auctoritate & miseria. Cic. 7. Verr. 108. Al. Perditum.

Auctoritate præditus & potestate. Cic. pro Rosc. Amer. 154.

Beneficiis summis maximisque rebus gestis, summo ingenio & prudentia præditus C. Curio. Cic. pro Lege Manil. 68.

Bonitate singulari & modestia. Cic. pro Domo 110.

Cupiditate singulari, audacia, scelere præditus homo. Cic. 1. Verr. 6.

Dignitate magna præditus puer. Cic. 2. de Invent. 2.

Divinitate præditæ imagines. Cic. 1. de Nat. Deor. 121.

Gloria ingenii summa. Cic. pro Arch. 10.

Judicio minus firmo. Cic. in Orat. 24.

Levitate præditus, egestate, perfidia. Cic. pro Flacc. 18.

Luctu præditus miser. Cic. pro Rosc. Amer. 23.

Magistratu summo præditus vir. Cic. 6. Verr. 86.

Medicamentis præditum cornu. Plin. lib. 8. cap. 32. De cornu cervi.

Mente præditus. Cic. 4. Acad. 126.

Mente divina & consilio præditi homines. Cic. 2. de Lege Agrar. 89.

Sapiens & alta mente præditus homo. Cic. pro Milon. 21.

Metu parvo præditus. Cic. 5. Tusc. 41.

Multitudine infinita, varietate admirabili præditi siderum errores. Cic. de Univers. 29.

Natura immortali. Lucret. lib. 1. 237.

Opibus parvis ac facultatibus. Cic. 1. Verr. 69.

Ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus vir. Cic. pro Lege Manil. 51.

Potestate summa præditus vir. Cic. pro Domo 110.

Prudentia & exercitatione præditus vir. Cic. pro Cluent. 84.

Religione summa & auctoritate præditus homo. Cic. pro Cluent. 53.

Sacerdotio amplissimo. Cic. 8 Att. 3.

Sapientia præditus prope singulari. Cic. 4. Fam. 3.

Scelere præditus homo. Cic. 1. Verr. 6.

Sensu divino. Lucret. lib. 5. 145.

Spe optima. Cic. pro Flacc. 2. Unum illud intelligo, quod Prætor in rejectione judicum judicavit, ea spe istum fuisse præditum, ut omnem rationem salutis in pecunia poneret.

Spe summa & animi & ingenii præditus adolescens. Cic. 2. Philipp. 46.

Studio optimo, judicio minus firmo præditus docere, non alienum est. Cic. in Orat. 24.

Studiis rectissimis atque optimis artibus præditus adolescens. Cic. pro Cœl. 24.

Studio venandi, vel pilæ præditus. Cic. de Amicit. 76.

Studiis litterarum doctrinaque. Cic. 13. Fam. 31.

Tumore præditum, deformatum & decoloratum corpore mortuum constat esse. Auctor ad Heren. lib 2. 44.

Virtute singulari, constantia, gravitate præditus vir. Cic. pro Domo, 29.

Vitio

Vitio perſpicuo & grandi præditum poſuimus exemplum. Cic. 1. de Invent. 88.

Prædīves, ĭtis. Adj. [πολυπλούσιος] Valde dives. Plin. lib. 34. cap. 3. Receptus in thorum, mox in teſtamentum, prædives.
Aula prædives. Claud. 2. in Ruff. 142.
Cornu prædives. Ovid. 9. Met. 91.

Prædīvīno, [προμαντεύομαι] āre. Divinare. Plin. lib. 11. cap. 10. Prædivinant enim apes ventos, imbreſque. Plaut. Truc. 2. 3. 17.
—vident jam quaſi volturii, triduo
Prius prædivinant, quo die eſuri ſient.
Prædivinando, Gerund. Varro de L. L. lib. 5. 7. Qui futura prædivinando ſolent fari, fatidici dicti.

Prædivinātio, ōnis. f. [προμαντεία] Plin. lib. 8. cap. 25. de Crocodilo. Parit ova quanta anſeres, eaque extra eum locum transferens ſemper incubat prædivinatione quadam, ad quem ſummo auctu eo anno egreſſurus eſt Nilus.

Prædīvīnus, a, um. Adj. [ζάθεος] Valde divinum ſignificat. Plin. lib. 37. cap. 10. Promittitur prædivina ſomnia repræſentare.

Præduator, **Prædiatorius**, **Prædiatus**, **Prædiolum**, **Prædium**, V. **Præs**.

Prædo, onis. m. V. **Præda**.

Prædŏceo, ocui, ēre. Prudent. Cathem. 12. 72.
— & myrrheus
Pulvis ſepulchrum prædocet.

Prædoctus, a, um. Partic. Salluſt. Jugurth. cap. 94. Prædocti a duce. Plin. lib. 18. cap. 34. Prædoctus eſto.

Prædŏmo, ui, [προδαμάζω] āre. Ante domare, ſedare, comprimere. Senec. Epiſt. 114. Et omnes caſus antequam exciperet, prædomuit meditando.

Prædor, āri. V. **Præda**.

Prædūco, xi, ctum, [ἡγεῖσθαι πρὸ] ĕre. Ante ducere. Plin. lib. 35. cap. 16. Probatur mollitie, & quod ſi æra præducantur, violaceum reddit colorem.
Foſſam prædocere. Tacit. 14. Ann. 32. Sil. 10. 411.
Præducere foſſam homini obſeſſo, pro Foſſa circumvallare. Senec. lib. 2. de Ira, 8.
Vallum præducere. Tacit. 14. Ann. 32.

Præductal, vel **Præductāle**, vel etiam **Præductile**, is. n. in Gloſſ. Lat. Gr. Præductal. παραγωγεὺς, erat Stilus vel plumbum, quo lineæ præducebantur in membrana ad ſcripturam dirigendam. V. Salmaſ. ad Solin. 643.

Præductōrius, a, um. Adj. ut, Lora præductoria. Cato de R. R. cap. 135.

Prædulcis, e. Adj. [πολύγλυκυς] Valde dulcis. Plin. lib. 12. cap. 5. Fructus per folia ſolibus coctus prædulci ſapore.
Luxuries prædulce malum. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 132.
Eſſe aliis quidpiam prædulce. Lucret. lib. 4. 639.
Tyrrhenæ volucres nautis prædulce minantur. Stat. 5. Silv. 3. 82.

Prædūro, [ἐπισκληρύνω] āre. Valde durum facere. Columel. lib. 3. cap. 11. extr. de rubrica, Verum, eſt in opere difficilior, quod neque humentem fodere poſſis, quod ſit glutinoſiſſima: nec nimium ſiccam, quia ultra modum prædaratur. Vetus exemplar habet Prædura. Apic. 2. 1. extr. Adipes phaſiani prædurato. Idem 7. 8. Lumbuli prædurentur.

Prædūratus, a, um. Partic. Plin. lib. 23. cap. 7. Aliqui myrrha adjecta & cupreſſo præduratum vas ſole torrebant.

Prædūrus, a, um. Adj. [ἐπίσκληρος] Valde durus. ut,
Ætas prædura, cui opponitur Tenera. Columel. lib. 6. cap. 2. [V. Suet. Galb. 22.
Corpora. Virg. 2. Georg. 531.
Gemma prædura. Plin. lib. 37. cap. 10.
Labor. Valer. 1. Argon. 235.
Os prædurum. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Tempora prædura fregit nodoſo robore. Ovid. 12. Met. 349.
Viribus prædurus. Virg. 10. Æn. 749.

Præēmĭneo, ēre. Tacit. 12. Ann. 12. pr. Caſſius ceteros præeminebat peritia legum. al. Præminentes. Auguſt. Confeſſ. 6. 9. Ad cancellos plumbeos qui vico argentario deſuper præeminent. al. Præminent.

Præeminentia, æ. f. Claud. Mamert. 1. præf. Ad negotii præeminentiam ſpectare.

Præeo, ivi, itum, [ἡγέομαι, προέρχομαι, ὑφηγέομαι] īre. Ante ire. Liv. 2. 6. Præierat Aruns Tarquinius filius regis, rex ipſe cum legionibus ſequebatur. Sed emendati codd. exhibent Præerat, ut ſententia poſtulat.
Jure præire. Varr. de L. L. lib. 4. 14. Prætor dictus, qui præiret jure & exercitu, a quo Lucilius, Ergo Prætorum eſt ante præire. Idem rurſus §. 16. In re militari Prætor dictus, qui præiret exercitui. [Nec in jure tamen, nec in exercitu præibat, ſed præerat Prætor. Jure præire alioqui eſt, vel Legitime præcedere, vel Jure potiore eſſe.
Præire verba dicebant veteres, Quum ſolenne carmen aliquod, canendum antequam, aut fœdus feriretur, aut exſecratio piaculi gratia per Pontificem vel ſacrificulum, aut alium magiſtratum fieret, magiſtratus primo pronuntiabat. Budæus. Præire, eſt Verba præfari, ut alter ſubſequatur, & dictata verba pronuntiet. Liv. 8. 9. Agedum, Pontifex publicus Populi Rom. præi verba, quibus me pro legionibus devoveam. Idem 31. 17. Præeuntibus exſecrabile carmen ſacerdotibus.
Carmen præire alic. Valer. Max. lib. 4. cap. 1. exemp. 10. de Africano poſteriore, Qui Cenſor, quum luſtrum conderet, inque ſolito fieri ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſolenne ei præcationis carmen præiret, quo dii immortales, ut Populi Rom. res meliores ampliorefque facerent, rogabantur: Satis (inquit) bonæ ac magnæ ſunt: itaque precor ut eas perpetuo incolumes ſervent. Præiret, i. e. Recitaret, & quaſi prælegeret.
Obſecrationem præire, pro Dictare. Suet. Claud. cap. 22.
Præi verbis quod vis. Al. Quid vis. i. e. Dic verba, in quæ vis me jurare. Plaut. Rud. 5. 2. 48. De jurejurando enim agitur.
Præire de ſcripto. Budæus, Præire hodie verba damnationis actuarii, aut eorum vicarii carnifici ſolent, quum damnati facinoroſi ad ſupplicia trahuntur, ſed de ſcripto id faciunt. Id enim De ſcripto præire dicitur. Plin. lib. 28. cap. 2. Vidimus certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus, & ne quid verborum prætereatur, aut præpoſterum dicatur, de ſcripto præire aliquem. Budæus. conf. **Præfari**.
Voce præire alicui quid judicet, Præcipere. Cic. pro Milon. 3. Qui heſterna etiam concione incitati ſunt, ut vobis voce præirent, quid judicaretis.
Mihi præire digneris, quid me putes obſervare debere. Plin. 10. Epiſt. 56. Al. 48. extr. In emendatis tamen libris Præcipere legitur.
Præire alicui de re aliqua, Docere ipſum rem, Erudire. Gell. lib. 14. cap. 2. Sed ſi de omni quoque officio judicis præire tibi me vis, nequaquam eſt vel loci hujus, vel temporis.
Præeunt diſcipulis præceptores. Quintil. lib. 2. cap. 5. Non videntur ſuffectura tempora, ſi legentibus ſingulis præire ſemper ipſi velint. h. e. Ante pronuntiare, & prædictare & prælegere. Nam ſtatim ſequitur, Et hercle prælectio.

Præiens, euntis. Partic. [προηγούμενος, προηγεμών] Ovid. ad Liv. 408. correpta, ob ſeq. vocalem, diphthongo, exemplo Græcor.
Et venit, ſtella non præeunte, dies.
Præeunte natura deduci ad cognitionem aliquam. Cic. 2. de Fin. 58.

Præfăcilis, e. Adj. [πάνυ ῥᾴδιος] Valde facile. Plaut. Epid. 5. 2. 28.
— te profecto, Apœcides,
Nihil moror mihi. v. de præfacili axoras, Epidice. Ita Mſſ. V. Taubm. not. p. 532. Al. Facile exoras.

Præfamen, **Præfamino**, V. **Præfaris**.

Præfāris, vel præfare, præfatus ſum, [προλέγω, φροιμιάζω, προοιμιάζω] præfari. Ante fari, proloqui. Columel. in præf. Quas ordine ſuo tunc demum perſequar, quum præfatus fuero, quæ reor ad univerſam diſciplinam maxime pertinere. Cic. de Univerſ. 33. Sed hæc ſatis ſunt dicta nobis, quæ de deorum, qui cernuntur, quique ſunt orti, natura præfati ſumus, habeant hunc terminum. Hic pro ſimplici videtur poſitum, i. e. Fati & locuti.
Africam præfari. Plin. lib. 28. cap. 2. Attalus affirmat, ſcorpione viſo, ſiquis dicat duo, cohiberi nec vibrare ictus. Et quoniam ſcorpio admonuit, in Africa nemo deſtinat aliquid, niſi præfatus Africam. In ceteris vero gentibus deos ante obteſtatur ut velint. His poſtremis verbis declarat ſe ipſum Plinius.
Carmen præfari, Præire. Liv. 5. 41.
Divos præfatus ſolio rex infit ab alto. Virg. 11. Æn. 305. More antiquo, nam majores nullam orationem niſi invocatis numinibus, inchoabant. Nec hoc de antiquis illis exordiis interpretandum cenſeo, quibus orationes auſpicari ſolebant veteres oratores, ut, Deos immortales, judices, precor, deaſque omnes, &c. Sed de precatione, quam facere, antequam concionarentur, aut in ſenatu loquerentur, ſolebant. Id ex ea concione intelligi poteſt, in qua Gracchus occiſus eſt, de qua ſic Cornificius (ad Herenn. 68.) ſcribit, Quum Gracchus deos inciperet precari, curſim iſti impetum faciunt. i. e. Quum, antequam populum alloqueretur, precaretur deos. Turneb. 14. 13.
Honorem præfari; eſt quum quid turpe dicturi, ſolemus duobus aut tribus verbis præfari, hoc pacto, Si commemorare fas eſt, Honore dicto, Honor ſit auribus, & hujuſmodi. Cic. 9. Fam. 22. Nos autem, ridicule, ſi dicimus, Ille patrem ſtrangulavit, honorem non præfamur: ſin de Aurelia, aliquid, aut Lollia, honos præfandus eſt. conf. Plin. lib. 7. cap. 51. & Borrich. Vind. p. 187.
Pacem præfari. Stat. 2. Achil. 53.
Præfari aliquem in ſcribendo opere. Plin. lib. 8. cap. 16.

Præfāmino, pro Præfator. Cato de R. R. cap. 141. Janum Jovemque vino præfamino. Quod autem ſequitur, Sic dicito, delendum eſt. Huc enim ab illis ſummiſſum eſt, qui Præfaminum vinum adjectionis more dici cenſuere, aut interpretationem adſcripſere. Turneb. 15. 14. [Sed vellem etiam docuiſſet nos, quid ſit Vino præfari. Suſpicor Varronem, ſicut & codd. nonnulli habent, Vivo præfamine reliquiſſe. Quod tantundem eſt ac ſi Viva voce præfando dixiſſet.

Præfans, antis. Partic. [προλέγων] Catul. Argon. 62. 382.
Talia præfantes quondam felicia Pelei
Carmina; divino cecinerunt pectore Parcæ.

Præfandus, a, um. Partic. Præfandi humoris effluvium. Plin. lib. 7. cap. 51. pr.

Præfātus, a, um. Partic. paſſ. Quintil. lib. 8. cap. 3. In præfata videmur incidere. conf. Vopiſc. Aurel. 1. Apic. 4. 5. Cucurbitæ jam præfatæ.

Præfatum, i. n. Symmach. 6. Epiſt. 3. Præfato opus eſt, ſi ardua poſtulentur.

Præfatio, ōnis. f. [πρόλογος, προοίμιον] Id quod præloquimur ante quam ad rem veniamus. Cic. 5. Verr. 187. Quæ porro præfatio tuæ donationis fuit?
Adhibere præfationem. Suet. in Claud. cap. 25.
Dare præfationem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Præfationes. Cajus in l. D. de origin. juris.
Præfatio, alia ſignificatione. Varr. 6. de L. L. 3. extr. Utrumque oſtendit a præfatione præficam dictam. Al. A præfectione. [Quod eo probabilius mihi videtur, quod ea, quæ a Fando deducantur, ſigillatim alio loco, nempe 5. 7. propoſuit. Unde & ſec. corr.
Præfatio ultionis, i. e. Titulus ſupplicii. Val. Max. 6. 3. 1. Cujus juſtæ ultionis nimirum hæc præfatio fuit, &c.

Præfatiuncula, æ. f. Hieronym. Epiſt. 89. 6.

Præfatus, ûs. m. Symmach. 10. Epiſt. 29. Comperit meo præfatu. i. e. Prædictione mea.

Præfāmen, inis. n. Symmach. 2. Epiſt. 34. Recordaris hoc te præfamine epiſtolam texuiſſe. conf. **Præfamino**.

Præfectus, V. **Præficio**.

Præfēcundus, a, um. Adj. [πολύγονος] Valde fecundum ſignificat. Plin. lib. 16. cap. 27. Omnia autem celerius ſeneſcunt præfecunda. [Videtur intelligere Nimis cito fecunda, præcocia.

Præfĕro, fers, tŭli, lātum, [προφέρω] ferre. Ante ferre. Ovid. 2. Faſt. 336.
Et præfert cautas, ſubſequiturque manus. i. e. Ante ſe manus fert, ut ſolent ii, qui in tenebris ambulant.
Facem manu præferre. Cic. 6. Verr. 74. Siniſtra manu retinebat aureum, dextra ardentem facem præferebat.
Facem præferre ad libidinem, alicui, Translate. Cic. 1. in Catil. 13. Cui tu

tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem prætulisti?
Lumen præferre. Cic. Anteq. iret in exsil. 9. Vos vos obtestor, dii immortales, qui meæ menti lumina prætulistis, quum consensum exstinxi conjurationis.
Opem præferre. Stat. 6. Theb. 476. Præ, hoc loco nihil significare videtur, sed augere tantum. [Nisi Nec prætulit ullam frater opem, pro Nec ostendit, Obtulit dictum est.
Opinio præfertur, pro Jactatur. Cæs. 1. Bell. Civil. 47. pr. Sed hæc ejus diei præfertur opinio, ut se utrique superiores discessisse existimarent. [Hic videtur dictum, pro Potior, seu Verior habetur.
Tædas præferre. Cic. 6. Verr. 106.
Præferro. [προφαίνεσθαι] pro Præ se ferre, Ostendere. Plin. 1. Epist. 22. In summa, non facile quis quenquam ex istis, qui sapientiæ studium habitu corporis præferunt, huic viro comparavit.
Avaritiam præfers, qui societatem coieris de municipiis, cognatique fortunis cum alienissimo. Al. Præte fers. Cic pro Rosc. Am. 87.
Sensus aperte præferre. Cic. 10. Fam. 8. Muniendi vero nosmet ipsi fuimus aucto exercitu auxiliisque multiplicatis: ut, quum præferremus sensus aperte, tum etiam, invitis quibusdam, sciri quid defensuri essemus non esset periculosum.
Vultus tuus nescio quod ingens malum præfert. Curt. 4. 10. 26.
Præferre, [προτιμᾶν, προκρίνειν] Præponere. Liv. 1. 2. pr. Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lavinia ante adventum Æneæ fuerat, prælatum sibi advenam ægre patiens, simul Æneæ, Latinoque bellum intulerat. Ovid. 4. Met. 56.

Altera, quas Oriens habuit, prælata puellis.

Se aliis præferre. Cic. 2. de Orat. 342.
Jus imperii amori patrio præferre. Cic. 1. de Finib. 24.
Salutem Reipublicæ suis commodis præferre. Cic. pro Lege Manil. 71.
Hominem a se ortum hominibus nobilissimis, omnibus honoribus præferre, Cic. 6. Philipp. 17.
Bonitate præfertur. Plin. lib. 18. cap. 11.
Præferre, cum Infinitivo. Columel. lib. 1. cap. 3. Ut multi prætulerint carere poematibus.
Præferre est etiam Anticipare. Liv. 39. 5. Triumphare mense Januario statuerat, sed quum audisset cos. Æmilium, &c. ipsum ad impediendum triumphum Romam venientem, ægrum in via substitisse: ne plus in triumpho certaminum, quam in bello haberet, prætulit triumphi diem. conf. Turneb. Advers. 30. 25.

PRÆLATUS, a, um. Partic. ut, Prælatus honor. Virg. 5. Æn. 541. V. supra.
Prælatus apud Suet. in Vitellio cap. 2. Prælatus alioqui. Hinc Gall. *Prélat*, qui in electione aliis est prælatus, & quidem Prælatus hac vel illa re, i. e. Ob hanc vel illam rem. H. St. Exempla hujus constr. in ipso verbo habes. Apud Suet. vero in emendatis libris Prælautus legitur.
PRÆLATIO, ōnis. f. Val. Max. 7. 8. 4. Prælatio contumeliosa videri posset. Charis. lib. 2. cap. de gradibus. Prælatio omnium.
PRÆLĀTOR, ōris. m. Tertull. de Pudic. cap. 2.
PRÆFĒRĬCŬLUM, i. n. Vas æneum sine ansa patens, veluti pelvis, quod præferre in sacrificiis solebant veteres. Festus. conf. omnino Lex. Pitisc.
PRÆFĔROX, ōcis. Adj. [πολυάγριος] Valde ferocem significat. Liv. 5. 36. pr. Mitis legatio, ni præferoces legatos, Gallisque magis quam Romanis similes, habuisset. Ibid. lib. 3. Præferocis animi. conf. Suet. Cæs. cap. 35.
PRÆFERRĀTUS, a, um. Adj. [ἀκροσιδήρωτος] Quod ferrum habet in cacumine. Plin. lib. 18 cap. 10. Quippe & Hetruria spicam farris tosti, pinsente pilo præferrato, fistula ferrata, & stella intus denticulata, ut nisi intenti pinsant, concidantur grana, ferroque frangantur.
Præferratus, Ferro vinctus. Plaut. Pers. 2. 1. 22.

— plusculum annum
Fui præferratus apud molas Tribunus vapularis.

PRÆFERTILIS, e. Adj. Valde fertilis. Prudent. adv. Symmach. 1025.

— quoniam præfertile germen
Luxuriet. Alcim. Avit. 5. 119.
— præfertilis ubere terra.

PRÆFERVĬDUS, a, um. Adj. [πολύζεστος] Valde fervidum significat. Columel. lib. 3. cap. 1. Et omni declinatione mundi, nisi tamen glaciali, vel præfervida, curæ mortalium respondet.
Ira præfervida. Liv. 9. 18.
PRÆFESTĪNO, [προσπεύδω] āre. Ante tempus festinare. Gallice, *surhaster*. Plaut. Rud. 2. 2. 31.

Qui præfestinet, ubi herus adsit, præloqui.

Liv. 23. 14. Concedendo plebi Senatum, ubi velint defecturos se, ne deficere præfestinarent effecisse.
Præfestinare, Tacito 5 Ann. 10. 4. est Festinando præcurrere, Igitur quo vera seu falsa præteriret, Toronæum Thermæumque sinum præfestinans, mox Eubœam, &c. evedit.
PRÆFESTĪNĀTUS, a, um. Partic. [προκατεσπευσμένος] Ovid. de Nuce 98.

Et tamen invenias, qui me jaculetur, & ictu
Præfestinato munus inane petat.

Opus præfestinatum. Columel lib. 11. cap. 2.
PRÆFESTĪNE, Adv. [προκατεσπευσμένως] Celeriter. Plaut. Rud. 2. 5. 4.

Ut sine labore extraxi hanc, præfestine!

Sed Præfiscine in emendatis codd. V. Turneb.
PRÆFESTĪNĀTIM, Adv. [προκατεσπευσμένως] Perceleriter. Sisenna Hist. 4. Iidemque perseveraverunt, uti lex perveniret ad Quæstorem, ac judices quos vellent instituerent præfestinatim & cupide. V. Non. 2. 708.
PRÆFĪCA, æ. f. [ἡ θρηνοῦσα τὸν νεκρόν] Nonius 1. 340. Præficæ dicebantur apud veteres, quæ adhiberi solebant funeri, mercede conductæ ut flerent, & fortia facta laudarent. Plaut Truc. 2. 6. 14.

Sine virtute argutum civem mihi habeam pro præfica,
Quæ alios collaudare, eapse se vero non potest. Lucil. lib. 22.
Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ,
Multo, & capillos scindunt, & clamant magis.

Varro lib. 6. de L. L. 3. Præfica, ut Aurelius scribit, mulier ab luctu, quæ conduceretur, quæ ante domum mortui laudes ejus caneret. Et paulo post, Claudius scribit, quæ præficeretur ancillis, quemadmodum lamentarentur, præfica est dicta. Utrumque ostendit a Præfatione, Præficam dictam. Al. Præfectione. V. PRÆFATIO.

De his plura vide in Lex. Pitisc.
PRÆFĬCIO, fēci, fectum, [ἐφίστημι, προΐστημι] ĕre. ex Præ & Facio; est quod vulgo dicitur *Committere aliquem & ordinare*. Columel. lib. 1. cap. 7. Ne talis præficiatur negotio. Ovid. 1. de Arte Am. 7.

Me Venus artificem tenero præfecit Amori.

Curatorem præficere, qui præsit. Cic. 4. Verr. 144. An aliquem curatorem præficere, qui statuis faciundis præesset?
Custodem prærogativæ aliquem comitiis præficere. Cic. Post red. in Senat. 16.
Custos præficitur lateri. Claud. Cons. Mall. Theod. 43.
Deum præfecit mundo Aristoteles. Cic. 1. de Nat. Deor. 33.
Ducem populo. Cic. pro Domo 89.
Exercitui præficere. Nepos 11. 2. 4.
Elephantis quem Indicis præfecerat. Ter. Eun. 3. 1. 23.
Imperio pari præficitur. Nepos 7. 5. 4.
Imperatorem alicui bello. Cic. pro Lege Manil. 49.
Legatos præficere legionibus. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 24.
Magistratum præficere procurationi. Cic. 2. de Legib. 66. Et huic procurationi certum magistratum præfecerat.
Pecori aliquem. Cic. pro Planc. 62.
Regioni alicui, aut negotio præficere aliquem. Cic. 10. Att. 3.
Reipublicæ seditiosos homines. Cic. pro Flacc. 16.
Stationibus viarum aliquem præficere. Stat. 4. Silv. 9. 19.
PRÆFECTUS, i. m. [προεστώς, ἐπιστάτης] Qui alicui rei gerendæ præpositus est.
Præfectus moribus, Qui ad mores componendos, & quod vulgo dicitur *reformandos*, ordinatus est. Cic. 9. Fam. 15. Quamdiu hic erit noster hic præfectus moribus, parebo auctoritati tuæ. [V. Suet. Cæs. 76.
Morum. Nepos 22. 3. Apud Carthaginienses.
Sacris præfecta maritis Juno. Ovid. 12. Epist. 87.
Præfectus Prætorio, vel Prætorii, ut Suet. Calig. cap. 56. qui & Præfectus Prætorianorum dicitur apud Suet. Claud. cap. 21. [Præcipue sub Cæsaribus memorantur, ex quo Prætorianus miles perpetuus esse cœpit. Qua de re V. Suet. Aug. 49. & Tib. 37. ac plenius in Lex. Pitisc.
Ut clarius intelligatur quis olim Præfectus Prætorio diceretur, & quod esset ejus officium, sciendum est, olim regnante Romulo eum qui præerat Prætorio, id est militibus cohortibusque Prætorianis circa palatium principis, solitum fuisse etiam in bella prodire, & dictum Magistrum equitum. Sed ubi Romanorum opes creverunt, distincta fuere officia: ut hic excubias ageret ad tuendam principis salutem: ille vero contra hostes imperium tueretur. Meminit Justinianus, C. De Præfecto Præt. l. 1. Neque tacendum est, a paulo recentioribus Cæsaribus, præfectos Prætorio missos quandoque ad regendas provincias. Cujus testimonium effert l. pen. & l. ult. C. De offic. Præf. Præt. ubi legitur, Præfectus Prætorio Africæ, & Præfectus Prætorio Orientis. Quanta autem sit hujus magistratus dignitas, ostendit Cassiodorus Epist. 3. lib. 6. Potestati præfecti Prætorio nulla dignitas est æqualis. Vice sacra ubique judicat. Nullus ei miles de foro sui auctoritate præscribit, excepto Officiali Magistri militum. Curiales etiam verberat. In officio suo jus retinet singulare. Secundum post imperatorem locum obtinebat. Ab eo ex Cæsarum privilegio provocare non licebat. Alciatus.
Præfectus Urbi Gell lib. 13. cap. 17. Urbis Tacit. Ann. 4. 36. pr. [Eorum origo a Romuli temporibus, testibus Tacito. 6. Ann. 11. & Dionys. Halic. 2. 12. conf. Liv. 1. 59. extr. Præfectus Latinarum in LATINUS Adj. Sub Augusto demum Potestas ordinaria esse cœpit. Tac. l. c. Suet. Aug. 37. Eorum Catalogum exhibuit ad calcem Fastor. consular. Almeloveenius. conf. Lex. Pitisc.
Ærarii præfectus. V. Ærarius præfectus, in æ 2. & Lex. Pitisc.
Annonæ præfectus. Liv. 4. 12. conf. Lex. Pitisc.
Classis præfectus. Plin. lib. 6. cap. 17. & cap. 29. Dux præfectusque classis Cic. 7. Verr. 88.
Πρωτεπίσκοπος, Ναύαρχος. Sold. Puto tamen vix ullum Lat. scriptorem usum sine adjectione genitivi Navis aut Classis. Sed fortassis, quum præcederet ille genitivus cum hoc nomine, eum postea non repetiit scriptor, unde hæc ille petiit. H. St. conf. NAUARCHUS & Lex. Pitisc.
Gymnasii præfecto haud mediocres pœnas penderes. Plaut. Bacch. 3. 3. 21.
Libidinum præfectus. Cic. Post. redit. in Senat. 14. His utitur quasi præfectis libidinum suarum.
Oræ Ponticæ præfectus. Plin. 10 Epist. 18. & 38.
Provinciarum præfecti, inquit Budæus, sunt quos *ballivos & senescales* vulgo dicimus.
Regii præfecti. Liv. 36. 11.
Vigilum præfectus. Paulus, D. De offic. præfect. vigil. conf. Lex. Pitisc.
De Præfectis præterea alarum, aurariarum, cohortis, dendrophororum, fabrûm, familiæ, feriarum Latinarum, remigum, turmæ, vectigalium, vehiculorum, V. omnino Lex. Pitisc.
PRÆFECTIANI, orum. Apparitores præfecti prætorio, l. 2. & 3. C. De apparit. præfecti prætor. Ammianus Marcellinus lib. 17. 3. Ut nec præfectianus, nec præsidialis apparitor ad solvendum quenquam urgeret. V. Lex. Pitisc.
PRÆFECTŪRA, æ. f. [ἐπιστασία, προστασία] Munus præfecti.
Dare præfecturas alicui. Cic 6. Att. 1.
Præfecturæ dabantur honoris gratia. Cic. 5. Att. 21. Præfecturam petivit: negavi me cuiquam negotianti dare: quod idem tibi ostenderam.
Promittere præfecturam alicui. Cic. 6. Att. 1.
Præfectura, Ditio, vel provincia Præfecti. Plin. lib. 5. cap. 9. de Ægypto, Dividitur in præfecturas oppidorum, quas nomos vocant.
Præfecturæ eæ appellabantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur: & erat quædam earum Respub. neque tamen magistratus suos habebant, in quas legibus Præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent. Quarum genera fuerunt duo: Alterum, in quas solebant ire Præfecti quatuor sex virûm pro populi suffragio creati erant in hæc oppida, Capuam, Cumas, Casilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Atellam, Calatiam. Alterum, in quas ibant quos Prætor urbanus quotannis in quæque loca miserat legibus, ut Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Allifas, Privernum, Anagniam, Frusinonem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum, aliaque complura. Hactenus Festus. ubi V. not. Cic. pro Sext. 32. Nullum erat Italiæ municipium,
nulla

nulla colonia, nulla præfectura, nulla Romæ societas vectigalium, &c. Sunt etiam præfecturæ, quum coloniæ territorio, quod colonis non sufficiat, ager, aut agri pars, attribuitur: ut campus Mentuanus Cremonensi coloniæ attributus est. Proinde scribit in Bucolicis Virg. 9. 28.

Mantua, væ miseræ! nimium vicina Cremonæ. Ex Turneb. Advers. 1. 11.

De vario Præfecturarum genere. V. plura in Lex. Pitisc.

PRÆFECTIO, ōnis. f. Actus præficiendi. ut, Mundana præfectio. Mart. Capell. lib. 6. p. 219. conf. Præfatio in PRÆFARI.

PRÆFECTOR, ōris. m. Idem quod Præfectus apud Justin. de Confirm. Digest. §. 9. & Ferret. Mus. Lapid. p. 276.

PRÆFECTORIUS, a, um. Adj. [ἐπαρχικός] Præfectura functus. ut, Præfectorius vir. Ulpian. D. de Senatoribus. l. 1. Consulari feminæ utique Consularem virum præferendum esse nemo ambigit. Sed vir præfectorius an feminæ Consulari præferatur videndum est. [i. e. Qui Præf. prætorio fuit.

PRÆFĪDO, di, sum, [μεγάλως πείθομαι] ĕre. Valde fidere. Cic. 1. Off. 90. Sic homines secundis rebus effrenatos, sibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere.

PRÆFIDENTIA, æ. f. Scriban. de Pass. Christ. cap. 5. Præfidentiam fugere.

PRÆFĪGO, xi, xum, [προπήγνυμι] ĕre. Ante figere. Plin. lib. 33. cap. 4. Lineas itineri præfigunt.

Arma præfigere puppibus. Virg. 10. Æn. 80.

Capita in hastis præfigere. Virg. 9. Æn. 466.

Præfigere, Præcludere. Virg. 3. Georg. 399.

Multi jam excretos prohibent a matribus hœdos,

Primaque ferratis præfigunt ora capistris.

PRÆFIXUS, a, um. Partic. [προπεπηγμένος] Ante fixus. Plin. lib. 16. cap. 4. Antea rostra navium Tribunali præfixa foro decus erant.

Hastilia præfixa ferro. Virg. 5. Æn. 557.

Robur præfixum ferro. Idem 10. Æn. 479.

Præfixa ferro jacula, Quibus affixum est ferrum acutum. Liv. 26. 4.

Præfixæ fenestræ, Præclusæ. Cajus, l. 16. D. Hæc autem. l. 2. de Servitut. urban. prædiorum. Si ego per statutum tempus fenestras meas præfixas habuero, vel obstruxero.

Veru præfixa latus. Tibul. lib. 1. 7. 55.

Statque latus præfixa veru, stat saucia pectus. i. e. Cute summa lateris tenui mucrone trajecta.

PRÆFĪNIO, ivi, itum, [προορίζω] īre. Præscribere, præstituere. Cic. 7. Fam. 2. Sed eo vidisti multum, quod præfinisti quo ne pluris emerem.

Præfinire aliquid de aliquo. Cic. 7. Verr. 173. Neque de illo quicquam tibi præfinio, quo minus ingenio mecum atque omni dicendi facultate contendas.

Præfinire diem. Cic. de Provinc. Consul. 37. Legem, quam non putat, eam quoque servat; præfinit enim successori diem.

Præfinire restricte. Cic. 2. de Legib. 45. Sed ego cetera non tam restricte præfinio, vel hominum vitiis, vel subsidiis temporum victus.

Præfinire sumptum funerum ex censibus. Cic. 2. de Legib. 68.

Præfinitum & Infinitum, contraria. Cic. 1. de Lege Agrar. 10. Quod superiore parte legis præfinitum fuit, Sulla & Pompejo Consulibus, id rursus liberum infinitumque fecerunt.

PRÆFĪNĪTUS, a, um. Partic. Scævola l. 47. Dig. de Pactis. Intra præfinitum tempus. conf. dict. super.

PRÆFĪNĪTO, Adv. [προωρισμένως] ut, Præfinito loqui. Donatus dicit deesse Tempore: ut dicamus Præfinito tempore. Ter. Hec. 1. 2. 19.

Nam illis haud licebat nisi præfinito loqui.

PRÆFĪNĪTIO, ōnis. f. Julianus in l. Quum fine. D. Quand. dies leg. vel fideicom. ced. Quum sine præfinitione temporis legatum ita datum fuerit, Uxori meæ penum hæres dato. Marcellus in l. proxima. Si cum præfinitione annorum legatum fuerit, velut Titio dena ad annos decem, &c.

PRÆFISCĪNE, vel PRÆFISCĪNI, Adv. a Fascino est, quasi dicas Præter fascinum, ἀβασκάντως. V. Muret. Var. Lect. 9. 3. Plaut. Asin. 2. 4. 84.

Præfiscine hoc nunc dixerim, nemo etiam me accusavit

Merito meo.

Præfiscine, Veteres ad fascinum depellendum dicere solebant. Afranius, Paula mea, amabo, pol tu ad laudem addito præfiscine, ne puella fascinetur. Ex Turneb. Advers. 23. 10. conf. Lex. Pitisc.

PRÆFLĒTUS, a, um. Partic. ut, Diutine viso prafleto. Apul. Milef. 2. Elmenh. Perfleto, p. 125.

PRÆFLŌREO, ui, [προανθέω] ēre. Ante florere. Plin. lib. 16. cap. 29. Ideoque & præflorent talia, & prægerminant.

PRÆFLŌRO, [προανθίζω] āre. quasi Prælibare, ut ait Budæus. Gell. 14. 1. extr. Et futuri gaudii fructum spes tibi jam præfloraverit.

PRÆFLŌRĀTUS, a, um. Partic. Idem quod Defloratus. ut,

Præflorata virgo. Apul. Apol. p. 332. Elmenh.

Præcerptum præfloratumque purpuræ decus. Plin. Paneg. cap. 58. extr.

Gloria præflorata. Liv. 37. 58. V. Gronov. ad loc.

PRÆFLUO, xi, xum, [παραρρέω] ĕre. Ante fluere vel Præterfluere. Plin. lib. 4. cap. 5. Præfluente Alpheo amne. Idem lib. 5. cap. 30. Pergamum quod intermeat Selinus, præfluit Cetius profusus Pindaso monte. Hor. 4. Carm. 3. 10.

Sed quæ Tibur aquæ fertile præfluunt.

PRÆFLUUS, a, um. Adj. Idem quod Præfluens Partic. Plin. lib. 19. cap. 4. Hortos esse riguos habendos præfluo amne.

PRÆFŌCO, [ἄγχω] āre. Spiritum faucibus claudere. Ovid. in Ibin. 558.

Præfocent animæ Gnosia mella viam.

PRÆFŌCĀTUS, a, um. Partic. Calphurn. Ecl. 4. 115.

— præfocata malignum

Messis habet lolium.

PRÆFŌCĀBĬLIS, e. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 2. 29. Præfocabilis difficultas. Præfocabilis sensus. Idem 3. 2.

PRÆFŌCĀTIO, ōnis. f. Scribonius Largus, Comp. 100. Facit hoc medicamentum ad subitas præfocationes. V. INCOBO, onis.

PRÆFŎDIO, fōdi, fossum, [προορύσσω] ĕre. Idem quod Fodere significat, sive Ante fodere. Plin. lib. 17. cap. 11. Præfodere scrobes ante.

Præfodiunt portas. Virg. 11. Æn. 473. i. e. Ante portas fossas faciunt, quæ res nimiam indicat desperationem.

Præfodisse, Ante defodisse. Ovid. 13. Met. 60.

— fictumque probavit

Crimen, & ostendit quod jam præfoderat, aurum. i. e. Quod jam antea absconderat, seu defoderat.

PRÆFŒCUNDUS, V. PRÆFECUNDUS.

PRÆFOR, non dicimus, V. PRÆFARIS.

PRÆFORMĪDO, [προφοβέομαι] āre. Valde formidare. Quintil. lib. 4. cap. 5. Quam judex, si providet, non aliter præformidat, quam qui ferrum medici ante quam auretur, aspexit.

PRÆFORMO, [προμορφόω] āre. Ante vel prius formare. Sil. 7. 385.

Atque his præformat dictis, fingitque monendo.

PRÆFORMĀTUS, a, um. Partic. Quintil. lib. 2. cap. 2. Namque incipientibus danda erit velut præformata materia secundum cujusque vires. i. e. Declamationis formam dare debet præceptor, dividendo, & dictionem incipiendo.

PRÆFORMĀTOR, ōris. m. Tertull. de Præscr. Hær. cap. 30. Marcion institutor & præformator Apellis.

PRÆFORTIS, e. Adj. Valde fortis. Tertull. de Resur. carn. cap. 5. Hinc infirmum, inde præfortem.

PRÆFRĪGĬDUS, a, um. Adj. [παμψυχρός] Valde frigidus. Plin. lib. 17. cap. 20. Septentrionali & præfrigido situ.

Auster præfrigidus. Ovid. 4. de Ponto, 12. 35.

PRÆFRINGO, frēgi, fractum, [προαγνύω] ĕre. Prius frangere. Columel. c. 2. extr. Et præfractas stirpes, summasque radices, quibus ager arbusto consitus implicatur, omnes refodiat ac persequatur.

Præfringere, Frangere, vel Diffringere. Liv. 8. 10. Et hastas aut præfregissent, aut hebetassent.

PRÆFRACTUS, a, um. Partic. [ἐπικατεαγνυμένος] Cels. lib. 5. cap. 26. §. 35. Surculum vero, si fieri potest, oportet vel manu, vel etiam ferramento educere. Si vel præfractus est, vel altius descendit, quam ut ita fieri possit, medicamento evocandus est.

Ligna præfracta. i. e. In prima fronte, & in summo quasi cortice fracta. Lucret. lib. 1. 891.

Postremo in lignis cinerem, fumumque videri

Quum præfracta forent. Lambinus.

Pinus præfracta. Ovid. 12. Met. 358.

Præfractus, ad mores transl. Adj. Durus & inflexibilis, cui Synon. Abscissus. Val. Max. 6. 5. ext. 4. Sed aliquanto Charondæ Thurii præfractior atque abscissior justitia.

Scriptor præfractus. Cic. in Orat. 40. Thucydides autem præfractior, nec satis, ut ita dicam, rotundus. Præfractior, i. e. Asperior & durior. Præfractus enim est, Qui flecti non potest, sed potius frangitur: unde pro Obstinato ponitur. Hinc etiam factum est, ut Homo durus & inexorabilis dicatur, Rubo arefacto præfractior: quoniam rubus quum exaruit, flecti non potest, sed potius frangitur, rumpiturque. In hoc autem Ciceronis loco forsan Brevis & concisus potius denotatur.

PRÆFRACTE, Adv. [αὐθαδῶς] Obstinate. Cic. 3. Off. 88. Nimis mihi præfracte videbatur ærarium vectigaliaque defendere.

Compar. Val. Max. 9. 7. ext. 3. Disciplinam præfractius & rigidius adstringere.

PRÆFŪGIO, ĕre. Tertull. de Anima, cap. 33.

PRÆFULCIO, si, tum, [προερείδω] īre. Præmunire, fortificare, sustentare. Plaut. Pseud. 3. 1. 6.

Velut hæc mihi evenit servitus, ubi ego omnibus

Parvis, magnisque miseriis præfulcior.

Præfulcire & Præmunire, per translationem. Cic. 5. Att. 13. Per fortunas (quoniam Romæ manes) primum illud præfulci atque præmuni, quæso, ut simus annui, ne intercaletur quidem.

PRÆFULGEO, si, [περιαστράπτω] ēre. Præter modum fulgere. Auctor ad Herenn. lib. 3. 33. Tum nec nimis illustres, nec vehementer obscuros locos haberi oportet, ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeant. Sen. de Benef. 1. 6. Auro præfulgent.

PRÆFULGENS, entis. Partic. [ἀποστιλβάζων] ut, Murice aurato præfulgens. Sil. lib. 4. 326.

Pellis præfulgens unguibus aureis. Virg. 8. Æn. 553.

Memoria Poppæi Sabini, consulari & triumphali decore præfulgentis. Tacit. 13. Ann. 45. 2.

PRÆFULGĬDUS, a, um. Adj. apud Firmic. Et Juvenc. lib. 3. 330. Præfulgida nubes.

PRÆFULGŬRO, [προαστράπτω] āre. Ante fulgurare. Valer. 3. Argon. 119.

— strictoque vias præfulgurat ense. h. e. Coruscare facit. Stat. 7. Theb. 502.

— multoque latus præfulgurat ense. al. Perfulgurat.

PRÆFURNĬUM, i. n. [προκαμίνιον] Os patens fornacis, quo ligna in fornacem inducuntur, & deinde obstruitur, ut ait Budæus. Cato R. R. cap. 38. Ventus ad præfurnium caveto ne accedat. Sic cap. 38. & Vitruvius lib. 5. cap. 10.

PRÆFŬRO, ĕre. Ante vel valde furere. Stat. 4. Theb. 821.

— agmina bello

Decertare putes, justumque in gurgite Martem

Præfurere.

Torvus præfuris. Idem 2. Theb. 436.

PRÆFUSCUS, a, um. Adj. ut, Terræ præfuscæ. Manil. 4. 725.

PRÆGĔLĬDUS, a, um. Adj. [ὑπέρψυχρος] Qui multum aut nimis frigidus est. Columel. lib. 2. 9. 7. Ea locis prægelidis ac nivosis, ubi æstas humida & non vaporibus, recte committitur. Idem lib. 11. cap. 2. Prægelidum & pluvium cælum.

Rivi prægelidi. Sil. lib. 4. 626.

In locis prægelidis. Liv. 21. 54.

PRÆGĔNĔRO, āre. Prosper. Aquitan.

Nestoriana lues successit Pelagianæ;

Quæ tamen est utero prægenerata meo.

PRÆGERMĬNO, [προβλαστάνω] āre. Ante germinare. Plin. lib. 16. cap. 29. Ideoque & præflorent talia, & prægerminant.

PRÆGĔRO, ĕre. Apul. 4. Met. extr. Alius sub oculis dominæ speculum prægerit.

PRÆGESTUS, a, um. Partic. Cæl. Aurel. Tard. 1. 5. 150. Oblivione prægestorum affici.

PRÆGESTIO, [ὑπερεπιθυμέω] īre. Valde gestire. Cic. pro Cœl. 67. Prægestit animus jam videre, primum lautos juvenes mulieris beatæ ac notos familiares.

Animus prægestit apisci aliquid. Catul. Argon. 60. 145.

PRÆGESTIENS, entis. Partic. [ὑπεραγαλλόμενος] Hor. 3. Carm. 5. 9.

— nunc in udo
Ludere cum vitulis salicto
Prægestientis.

De puella innubili, quam juvencæ comparat. Porphyrio Prægestientis, interpretatur Properantis, crescentis. Priscianus, Magnopere cupientis.

Cruquius, Priscianus hunc locum adducens lib. 15. dicit Prægestire esse Valde gestire. Mihi certe videtur τὸ præ, non tam ad augmentum pertinere, quam ad gestum puellæ præcedentem, suæque libidinis indicem: quasi dicat, Gestientis præludere &c. At ego contra, non puto esse hic Gestire aliud, quam Cupere & Præ vim illi addere, licet hæc Valde cupere significatio sit ab ipso Gestiendi more ficta. H. St.

PRÆGIGNO, gĕnui, genitum, [προγεννάω] ĕre. Ante gignere. Plaut. Pseud. 1. 5. 77.

Quia nolebam ex me morem prægigni malum. i. e. Nolebam esse auctor mali moris.

PRÆGNANS, antis. [ἔγκυος, ἐγκύμων, κυῶν] quasi Prægenans, ab antiquo Geno: Gravida, Quæ jam occupata est in generando quod concepit. Cic. 1. de Divin. 39. Quum prægnans hunc ipsum Dionysium alvo contineret, somniavit se peperisse satyriscum.

Bos prægnans. Varr. de L. L. lib. 5. 3.

Canis. Hor. 3. Carm. 27. 9.

Ovis prægnans. Varro de R. R. 2. 2.

Sus. Varro 2. de R. R. cap. 4.

Uxor. Cic pro Cluent. 33.

Arbos prægnans, quæ etiam Feta dicitur, tunc scilicet, quum humorem & succum sibi familiarem exsuxit, necdum in folia aut flores propagavit. Plin. lib. 12. cap. 14.

Folia. Plin. lib. 25. cap. 13.

Nitrariæ prægnantes, sed nondum parientes. Plin. lib. 31. cap. 10.

Metaphorice, Plaut. Asin. 2. 2. 10. Prægnantes plagas. Juven. 2. Sat. 55.

— prægnantem stamine fusum.

PRÆGNAS, ātis. pro Prægnans dixere veteres. ut, Plaut. Truc. 1. 2. 95.

Quid ais tu? quæ nunquam fuit prægnas, qui parere potuit?

Idem Truc. 4. 3. 37. Vir illam prægnatem fecit. V. Taubm. ad Plaut. Amph. 2. 2. 91. Item Cic. 1. Att. 10. Soror prægnas est. conf. dict. seq. Prægnas. Probum, Roxane prægnans erat, seu Prægnas. H. St. Hujus observationis principium culter emptæ abstulit. Videtur Lambini verba ex comment. ad Æmil. Probum, vel potius Corn. Nep. adscripsisse. de Roxane prægnante Justin. lib. 13. extr. & Curt. 10. 6. 9. Ceterum hæc vox sæpius occurrit in D. tit. de Agnoscendis vel alendis liberis.

PRÆGNATIO, ōnis. f. denom. [κύησις] Varro de R. R. lib. 2 cap. 1. Hi enim primi prægnationis, & extremi fines. Idem 2. 44. Plin. 8. Epist. 10. ad Fabatum, Dum se prægnantem esse puellariter nescit, ac per hoc quædam custodienda prægnationibus omittit, facit omittenda. Castigatiora exemplaria habent Prægnantibus.

PRÆGNATUS, ūs. m. Idem. Tertull. adv. Jud. cap. 8. Et de Carne Christi, cap. 1. Conceptus & prægnatus, & partus Virginis.

PRÆGNAX, ācis. Fulgent. Mythol. 2. Quod divitiæ semper prægnaces sint.

PRÆGRANDO, āre. Pacuv. apud Non. 1. 328. conf. Turneb. Advers. 29. 19. V. PRÆGRANDIS.

PRÆGRANDIS, e. Adj. [ὑπερμεγέθης] Valde grandis. Cic. 6. Verr. 6. Erat etiam vas vinarium ex una gemma prægrandi, trulla excavata cum manubrio aureo. Legitur & Pergrandi.

Aures prægrandes. Plin. 4. 13.

Lucerna prægrandis. Apul. 2. Met. p. 125. Elmenh.

PRÆGRAVIS, e. Adj. [πολυβαρής] Valde gravis. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdix procurrit ad pedes aucupis feta, prægravem aut delumbem sese simulans.

Caput prægrave. Plin. lib. 8. cap. 21.

Imperium prægrave. Curt. 4. 11. 8.

Servitium prægrave. Plin. lib. 7. cap. 8.

PRÆGRAVO, [καταβαρύνω] āre. Gravem admodum facere, valde gravare, & molestum esse. Plin. lib. 17. cap. 22. Ne prægravet fructus parte aliqua. Liv. 5. Prægravante turba, &c. Ibid. lib. 7. 23. Oneratique telis Galli, quibus, aut corpora transfixa, aut prægravata inhærentibus gerebant scuta.

Artes prægravare. Hor. 2. Epist. 1. 13.

Urit enim, fulgore suo qui prægravat artes
Infra se positas: exstinctus amabitur idem.

h. e. Gravis est inferioribus, & infra positis nocet, qui bonis artibus ceteros vincit. Ei siquidem invident inferiores. Porphyr. [Nisi post Prægravat distinguendum. Qui fulgore suo prægravat, (i. e. Præponderat, præcellit) urit artes &c. i. e. Invidia incendit.

Animam corpus prægravat vitiis. Hor. 2. Serm. 2. 77.

Caput prægravatum. Columel. lib. 6. cap. 7. Idem lib. 7. cap. 6. Flaccidis & prægravantibus auribus.

Prægravare, [ὑπερβάλλειν] i. e. Præponderare. Senec. 1. de Clement. Cito apparebit pars deterior civitatis quanto prægravet.

Prægravari alium non oportet ex sententia pro alio habita. Paulus in l. Lucius. D. de iis qui notant. infam. [i. e. Præjudicio onerari.

PRÆGRAVIDUS, a, um. Adj. Idem quod Prægravis. Stat. 6. Theb. 700.

Mulis prægravidæ castigat pulvere lapsus.

PRÆGRĔDIOR, ĕris, gressus sum, [προπορεύομαι] grĕdi. Ante venire, inquit Nonius 1. 328. dictum a Gradu. Pacovius, Extremum intra camterem ipsum prægrediar Parthenopeum. al. Prægradat. V. supra. Liv. 10. 25. Qui ut lictores prægredi viderunt, &c.

Sequi & Prægredi, contraria. Cic. 13. Philip. 4. Ora vobis eorum ponite, P. C. ante oculos, & maxime Antoniorum, incessum, aspectum, vultum, spiritum, latera tegentes alios, sequentes alios, alios prægredientes amicos.

Prægredi ad urbem. Liv. 35.

Prægredi gregi. Varro 2. de R. R. cap. 7.

Prægredi, Prætergredi. Plin. lib. 28. cap. 8. Quam fugiant venantem declinare ad dextram, ut prægressi hominis vestigia occupent. De pantheris.

Prægredi nuntios & famam adventus sui in aliquem locum, h. e. Antevertere Liv. 28. 21.

Prægredi alios, Antecellere. Sallust. in Orat. ad Cæsarem de Rep. ordinand.

PRÆGREDIENS, entis. Partic. [προπορευόμενος] Præcedens. Suet. Tiber. cap. 7. Drusum in Germania amisit, cujus corpus, pedibus toto itinere prægrediens, Romam usque pervexit. Sallust. Jugurth. cap. 94. Igitur prægrediens Ligus, &c.

PRÆGRESSUS, a, um. aliud Partic. [προπορευθείς] ut, Fama prægressa diem. Stat. 5. Silv. 1. 105.

Hominis prægressi vestigia occupare. Plin. 28. 8.

PRÆGRESSIO, ōnis. f. [πρόοδος] Cic. de Fato, 44. Dicent, si omnia fato fierent ejusmodi, ut nihil fieret nisi prægressione causæ, confitendum esse fato fieri omnia.

PRÆGRESSUS, ūs. m. Ammian. 21. 10. Expertus quid in rebus tumultuosis anteversio valeat & prægressus.

PRÆGUSTO, [προγεύομαι] āre. Ante gustare. Plin. lib. 21. cap. 3. Gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, &c.

Cibos prægustavit ipse. Ovid. 1. Amor. 4. 33.

Timidus prægustet pocula papas. Juven. 6. Sat. 633. Ibid. 661.

— si prægustabit Atrides
Pontica ter victi cautus medicamina regis.

PRÆGUSTĀTOR, ōris. m. [προγεύστης] Qui cibos principis prægustat. Suet. Claud. Cæs. cap. 44. V. ibi Torrent. & Pitisc. vel Pignor. de Serv. p. 65. conf. Lex. Pitisc. vel Meurs. Exerc. Crit. 2. 3.

Prægustator libidinum. Cic. pro Domo, 25. Scilicet tu helluoni spurcissimo, prægustatori libidinum tuarum, homini egentissimo & facinorosissimo Sext. Clodio, &c.

PRÆGŪTII, [Πραιγούτιοι] Italiæ populi, qui Marsis magis Orientales sunt, Ptolemæo auctore lib. 3. cap. 1. hodie Præcutini, *Abruzzi* vulgo.

PRÆHENDO, V. PREHENDO.

PRÆHIBEO, ēre. vox antiqua, pro Præbeo. Plaut. Pseud. 1. 2. 49. Petron. cap. 117. V. Burm. ad Quintil. t. 1. p. 17. & PRÆBEO.

PRÆJĂCEO, ui, [προκεῖμαι] ēre. Ante jacere. Plin. lib. 3. cap. 4. Oppida de cetero rara, præjacentibus stagnis.

Castra præjacere. Tacit. 12. Ann. 36. V. CASTRA.

PRÆJĂCIO, vel PRÆJĬCIO, ĕre. Columel. 8. 17. Mox præjaciuntur in gyrum moles.

PRÆJŪDICO, [προδιαγινώσκω] āre. Ante tempus judicare, inquit Budæus. Cic. ad Brut. 4. Quod enim nondum Senatus censuit, nec Populus Rom. jussit, id arroganter non præjudico, nec revoco ad arbitrium meum.

Præjudicare, Præjudicium facere. Cic. 3. de Legib. 47. Apud eosdem, qui magistratu abierint, edant & exponant, quid in magistratu gesserint, deque iis Censores præjudicent. Budæus.

Præjudicari de re aliqua. Cic. pro Cluent. 171. Cur non Habiti exemplo usus est, ut per illum, qui attulisset venenum, de hoc præjudicaretur? i. e. Præjudicium fieret: hoc est, Ut si indicatum esset venenum esse huic Habito allatum, præjudicium esset factum in accusationem veneficii secuturam. Budæus.

De aliquo maleficio præjudicare. Cic. 2. de Invent. 60. Quare dum de ea judicetur, de aliquo majore maleficio, de quo judicium comparatum sit, præjudicatur.

Præjudicare alicui, pro Nocere. Ulpian. in l. 1. §. Si inter. D. de magistr. convent. & eorum, &c. Si inter magistratus hoc convenerit, ut alterius tantum periculo tutores darentur: conventiones pupillo non præjudicare Divus Hadrianus rescripsit. [In jura nimirum, facti antegressi quasi præjudicio non obesse, Non in præjudicium trahi posse exemplum. Præjudicare, pro Nocere ἀκύρως Latinitatis infimæ est.

PRÆJUDICĀTUS, a, um. Partic. [προδιαγνωσθείς] ut, Præjudicatum eventum belli habetis. Liv. lib. 42. 61. Idem 26. 2.

Semel atque iterum præjudicata res. Cic. pro Cluent. 49. Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, ut re semel atque iterum præjudicata, condemnatus in judicium venerit.

Opinio præjudicata. Cic. 1. de Nat. Deor. 10. Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas. De Pythagoreis. Superl. Sidon. Postscript. Carm. 22. Vir ille præjudicatissimus.

PRÆJUDICATIO, ōnis. f. [προδιάγνωσις] ut,

Damnati præjudicatione Senatus. Quintil. lib. 4. cap. 2.

PRÆJUDICIUM, i. n. [πρόκριμα] Quod judicibus exemplum postea præbet ad judicandum in eadem causa, vel paribus causis: uti clare in oratione Ciceronis pro Cluentio 58. colligitur: qui duobus præjudiciis, uno in Scamandrum, altero in Fabricium eadem veneficii causa factis, Oppianicum damnatum esse demonstrat. Ejus hæc sunt verba, Quum Oppianicum jam perditum, & duobus jugulatum præjudiciis videret. Curtius lib. 7. 1. 20. Sine præjudicio dicimus causam: liberis corporibus animisque: habitum etiam, in quo te comitari solemus, reddidisti. Verba sunt Amyntæ, inquit Budæus, causam dicentis, ac si diceret, Si ex vinculis causam diceremus, præjudicatum quodammodo videretur nos esse compertos & convictos sceleris. Quum vero vinculis exemptos nos voluisti, significasti te liberum judicium integrumque suspendere voluisse, quoad defensionem nostram audieris.

Præjudicium dicitur etiam quasi Sententia quædam ante judicium, ac sententiæ lationem, sive pro me, sive contra me. Ut si essent duo de officio aliquo contendentes, quia lis in longum procedit, magistratus jubet interea dum sententiam ferat, alterum officio fungi: quasi judicans jam nunc se pro ea parte sentire, penes quam vult esse rem de qua litigatur. Et hoc Præjudicium dicitur quod possidentem adjuvat, & obest excluso. Hæc ex Valla in Raudensem. Plin. lib. 5. Epist. 1. pr. Curianus orabat, ut sibi donarem portionem meam, seque præjudicio juvarem; eandem tacita conventione salvam mihi pollicebatur.

Hinc pro Exemplo & auctoritate sumitur; ut Cæs. 2. Bell. Civil. 32. Pompejus, nullo prælio pulsus, vestri facti præjudicio demotus Italia excessit.

Apud Tacitum denotat Futuræ rei judicium, sive Quod de eventu judicandum est; Germ. cap. 10. extr. Victoria hujus vel illius pro præjudicio accipitur. [i. e. Pro belli auspicio futuri, vel Præjudicato belli eventu, ut Livius loquitur. V. paulo supra in Partic. PRÆJUDICATUS.

Facere præjudicia. Quintil. lib. 4. cap. 5.

Præjudicia, sunt Animadversiones Censorum, & primæ assertiones: item prioris Centumviralium judicum partis sententia, posterioris vero judicium.

Præjudicium dicitur Pronuntiatum secundum Claudium Cantiunculam in locis legalibus. Quid autem sit Pronuntiatum, habes apud Rodolphum Agric. de Invent. Dial. lib. 1. cap. 4.

Præju-

Præjudicium, pro Damno & jactura. Ulpian. In l. 1. §. 11. Quemadmodum. D. de agnoscendis vel alendis lib. Quemadmodum per contrarium, si maritus, uxore denuntiante, custodes miserit, nullum præjudicium sibi facit. Licebit igitur ei partum editum ex se negare, nec ei nocebit, quod ventrem custodierit. conf. §. præced. [Nec est tamen pro Damno ἁπλῶς, verum, pro Juris imminutione ex facto antecedente.

Præjudiciālis, e. Adj. ut, Præjudicialis mulcta. l. 50. & 65. C. Theod. de Appell.

Præjūro, [προόμνυμι] āre. Ante alios jurare.
A Despaut. ponitur sine exemplo. H. St.

Præjurātio, ōnis. f. [προόμνυσις] Præjurationes, inquit Festus, facere dicuntur ii, qui ante alios conceptis verbis jurant, post quos alii, in eadem verba jurantes, tantummodo dicunt, Idem in me. Huic igitur præjurationi, quæ species est jurisjurandi conceptis verbis, addebatur, ut apparet, Exsecratio; eam enim verbum, Idem in me, continet. Annotavit Turnebus. conf. Lex. Pitisc. & Liv. 2. 45.

Præjŭvo, jūvi, [προσωφελέω] āre. Ante juvare. Tacit. 3. Hist. 65. 2. Et credebatur affectam ejus fidem præjuvisse, domo, agrisque pignori acceptis.

Prælābor, ĕris, [προολισθάνω] lābi. Ante labi. Columel. lib. 11. cap. 1. Prælabentis vero temporis fuga, quam sit irreparabilis, quis dubitet? Cic. 2. de Nat. Deor. 111.

Pisces, quorum alter paulum prælabitur ante. Ex poeta.

Tibris prælapsus mœnia Romæ. Lucan. lib. 6. 76.

Prælambo, [προλείχω] ĕre. Idem quod Ante lambere. Hor. 2. Serm. 6. 109.

Continuatque dapes, nec non vernaliter ipsis
Fungitur officiis, prælambens omne quod affert.

Prælargus, a. um. Adj. ut, Pulmo animæ prælargus. Pers. 1. Sat. 14. Juvenc. in Math. 22. 8.

Prælargis dapibus quæcunque instruximus.

Prælatio, Prælatus, &c. V. Præfero.

Prælăvo, ĕre. Apul. Apol. p. 278. Elmenh. Ejus merito os, ut bono potui poculum, prælavitur. i. e. Proluitur.

Prælavātus, a, um. Partic. Oct. Hor. 1. 27. Vino tepido prælavatus.

Prælautus, a, um. Adj. ex Partic. Valde lautus. Suet. Vitell. cap. 2. Prælautus alioqui, famosusque cœnarum magnificentia.

Prælēgo, āre. Ante legare. Paulus in l. Titia Sejo. D. de legat. 2.

Prælĕgo, lēgi, lectum, [προαναγινώσκω] ĕre. Ante legere: ut solent præceptores pueris suis. Quintil. lib. 1. cap. 14. (Burm. 8. p. 95.) Sed pueris quæ maxime ingenium alant, atque animum augeant, prælegenda. Prælegere Campaniam, Præterire navibus. Tacit. 6. Ann. 1. 1.

Prælectus, a, um. Partic. Apul. Met. 7. p. 192. Elmenh. Unum, prælectum, grandem hircum, annosum, & horricomem, Marti Secutori, Comitique victimant.

Prælectio, ōnis. f. [προανάγνωσις] Quintil. lib. 1. cap. 3. Attamen emendationi, prælectionique numerus obstat.

Prælector, ōris. m. [προαναγνώστης] Gell. lib. 18. cap. 5. Si magistrum, prælectoremque habuisset alicujus æris.

Prælĭgāneus, a, um. Adj. ut Vinum præliganeum, a prælegendo dictum: estque illud, quod vel prœmaturum est, vel præ omnibus legitur: quod & Precium Virgilio 2. Georg. 95. dicitur. Cato de R. R. cap. 23. Uvas miscellas ad vinum præliganeum, quod operarii bibant, ubi tempus erit, legito: succum pariter omnium dierum pariter in dolia dividito. [Malim Prælegaueum per e. Ceterum hic locus suspectus habetur.

Prælībo, [προγεύομαι] āre. Ante libare & degustare. Stat. 3. Silv. 4. 60.

Care puer, superis qui prælibare verendum
Nectar, & ingentem toties contingere dextram, &c.

Vultus ac pectora alicujus prælibare visu. Stat. 2. Achil. 88.

Prælibātio, ōnis. f. Tertull. de Anima cap. ult. Sine ulla prælibatione.

Prælĭcenter, Adv. [πλεονεκτῶς] Nimis licenter. Gell lib. 14. cap. 7. Oppido quam verba finxit prælicenter. Ammian. 10. 5. & 17. 8.

Prælūdo, ĕre. Manil. 5. 81. al. Præcludere. [In emendatis codd. exstat,

Obstantemque mora totum perludere Circum.

Præliganeus, V. Prælego.

Prælĭgo, [προσδέω] āre. Ante vel ab anteriori parte ligare. Liv. 22. 16. Fascesque virgarum, atque arida sarmenta præligantur cornibus boum. Cic. 2. de Invent. 149. Os autem obvolutum est folliculo, & præligatum. Plin. 17. 11. extr.

Prælĭgāmen, ĭnis. n. Amuletum. Marc. Empir. cap. 8.

Prælĭno, ĕre. Gell. 7. 14. extr. Cum caste, pudiceque ornatur, fit illustrius; cum fucatur atque prælinitur, fit præstigiosum.

Prælĭtus, a, um. Partic. Gell. 13. 23. Villæ inexcultæ & rudes, ne tectorio quidem prælitæ.

Prælium, ii. n. [μάχη, ἀλκή, συμβολή] Conflictus in bello Plaut. Men. 4. 2. 23. Præliis factis plurimis. Descriptionem prælii vide apud Plautum Amph. 1. 1. 70.

Prælium, bellum, excursus, & pugna. Tacit. de German. 30.

Prælium a Prelo quidam deducunt: quia sicut in prelo humor uvarum, ita in prælio sanguis hominis fluit.

Apud Lamb. in Cic. & quosdam alios Prœlium cum œ. Prelium, tanquam a Prelo, vide col. seq. l. c. quasi Premulum a Premendo. Hinc Impressionem facere primo. Prelium avec un e seul in edit. Romana Interpr. Polybii, an a Premo quasi Premulum? H. St. V. Voss. Etym. & Cellar. Orthogr. Forte Prælium dicitur, quasi Præduellum, i. e. Præludium, seu Prælusio certaminis, unde Virg. Tentare prælia dixit. Conf. Gloss. vet.

Prælium & Bellum, quid inter se differant, Liv. 30. 19. Fassus in curia est, non prælio modo se esse, sed bello victum. Bellum totum tempus militiæ significat: Prælia vero sunt in bello congressiones. V. Non. 5. 61.

Bellum & Prælium. Cic. in Orat. 30. Thucydides res gestas & bella narrat & prælia, graviter & probe. conf. Voss. l. c.

Certamen & Prælium. Cic. 2. in Catil. 23. In hujusmodi certamine ac prælio nonne, etiam si hominum studia deficiant, dii ipsi immortales cogent ab iis præclarissimis virtutibus tot & tanta vitia superari?

Exitus præliorum sunt incerti. Cic. 6. Fam. 4.

Audax præliis Liber. Hor. 1. Carm. 12. 21.

Adversum prælium. V. Adversus.

Cruda prælia. Stat. 12. Theb. 762.

Dubium. Liv. lib. 35. 29. pr. Aliquamdiu dubium prælium fuit. Martem incertum vocat Tacit. 4. Hist. 35. V. Mars.

Fatale. Cic. 15. Fam. 15.

Fervida. Claud. in Gigant. 12.

Fortunatissimo prælio decertare. Paterculus lib. 2. 12. 5.

Impia. Hor. 2. Carm. 1. 30.

Justum. V. Justus.

Maritimum. V. Mare.

Modicum. V. Modus.

Navalia. Quintil. lib. 2. cap. 17. Nepos 23. 10. 5.

Scelerata. Lucan. lib. 4. 207.

Secundum. Tacit. 4. Hist. 79.

Singulare prælium conferere. Ausonius in Periocha, lib. 7. Iliados, Fortissimus Græcorum ab Hectore provocatur. Ab Ajace Telamonio prælium singulare conferitur.

Ululata. Stat. 9. Theb. 724.

Abstinere prælio, vel pugna. V. Abstineo.

Audere prælium. Tacit. 4. Ann. 49.

Audere in prælia. Virg. 2. Æn. 347.

Cessare a præliis. V. Cesso.

Ciere prælium. V. Cieo.

Committere prælium. V. Committo.

Concurrunt prælia ventorum. Virg. 1. Georg. 318.

Conficere prælium. Cæsar 8. Bell. Gall. 28.

Confligere prælio. Cæs. 5. Bell. Gall. 15.

Conferere prælia. Virg. 2. Æn. 397. conf. Singulare prælium, paulo supra.

Contendere. Cæs. 1. Bell. Gall. 50.

Decertare prælio. V. Decerto.

Defungi prælio. Liv. lib. 1.

Detrectare prælia. Sil. lib. 7. 647.

Differre. Sil. lib. 7. 330.

Dimicare prælio cum aliquo. Cic. 2. de Nat. Deor. 6.

Dirimere. Virg. 5. Æn. 467.

Dare. Idem 3. Georg. 265.

Edere prælia & pugnas æterno certamine. Lucret. lib. 2. 118.

Elabi ex prælio. Cæs. 5. Bell. Gall. 36.

Elicere ad prælium. Liv. lib. 2.

Excedere ex prælio. Cæs. 3. Bell. Gall. 25. V. Excedo.

Facere manibus prælium. V. Manus.

Facere præclara prælia. Cic. 2. de Orat 273. Quum Tarento amisso arcem tamen Livius retinuisset, multaque ex ea prælia præclara fecisset, quum aliquot post annos, &c.

Facere secundum prælium. Liv. 38. 12. In agro eorum pluribus præliis secundis factis.

Frangere præliis aliquos. Cic. de Provinc. Consul. 32.

Incessitque itineri & prælio. Tacit. 1. Ann. 51. h. e. Ad iter, & prælium.

Incipere prælium. Sallust. in Jugurtha.

Inducere in prælium cohortes. V. Induco.

Inire prælium. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Inire & finire. V. Ineo.

Inire prælium cum aliquo. Liv. 25. 39. Cum his tam securis solutisque Romani, calentes adhuc ab recenti pugna, ferocesque victoria, prælium ineunt.

Ineunt ursi hispida prælia. Stat. 6. Theb. 865.

Inferre prælium in castra. V. Infero.

Instaurare prælia. Lucan. lib. 3. 615.

Instaurata. Virg. 2. Æn. 669.

Intermittere. V. Intermitto.

Invadere. V. Invado.

Lacessere prælio. Cæs. Bell. Gall. 5. 17. pr.

Ludere prælia. Stat. 9. Theb. 786.

Miscere horrida. Virg. 2. Georg. 282.

Miscere prælia multa vi. Virg. 3. Georg. 220.

Moliri. Sil. lib. 13. 198.

Obire. Lucret. lib. 4. 964.

Oritur atrox prælium. Liv. 25. 39.

Pati dura prælia. Virg. 7. Æn. 806.

Profligare prælia. Tacit. 14. Ann. 36.

Pronuntiare prælium. Liv. de Bell. Pun. V. Pronuntio.

Pugnare mutuis præliis inter se. V. Mutuum.

Redintegrare. Cæs. 1. Bell. Gall. 25.

Renovare. Cæs. 2. Bell. Gall. 14.

Restituere. Cæs. 1. Bell. Gall. 53.

Scrutari. Sil. lib. 7. 273.

Serere. Tacit. 5. Hist. 11. Et sequentibus diebus crebra portis prælia serebant.

Serere prælia cum aliquo. Sil. lib. 8. 35. Hinc Conferere prœlium. V. supra.

Sumere prælium, Inire. Tacit. 4. Hist. 34. Suet. Cæs. cap. 9.

Supersedere prælio. Cæs. 2. Bell. Gall. 8.

Sustinere alicujus causa prælia. Cic. 9. Fam. 11.

Tentare. Virg. 2. Æn. 334.

Ergo & Pugnam tentare dici potest, vide Tento. H. St.

Texunt fugas & prælia ludo. Virg. 5. Æn. 593.

Tollit caput altum in prælia. Virg. 5. Æn. 375.

Tractare prælia. Sil. lib. 15. 466.

Ventum est ad prælia. Virg. 3. Georg. 98.

Uti secundis præliis. Cic. pro Lege Manil. 23.

Præliāris, e. Adj. [μαχικός] Ad prælium pertinens: ut, Præliares pugnæ, apud Plaut. in Curc. 4. 4. 17.

Præliares dies appellantur, Quibus fas est hostem bello lacessere. Erant enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas fuit id facere. Festus. conf. Macrob. 1. Saturn. 16.

Acies præliaris. Apul. Met. 3. p. 131. Elmenh. Dirigitur præliaris acies. conf. 8. p. 208.

Dea præliaris, Minerva. Apul. Met. 10. p. 254. Elmenh.

Prælior, [μάχομαι, ἀγωνίζομαι] āri. Dimicare. Cæs. lib. 2. Bell. Gall. cap. 23. Ex loco superiore in ipsis fluminis ripis præliabantur.

Pedi-

Pedibus præliantur. Idem 4. 2.
Præliari cum equitibus. Cæf. 1. Bell. Civil. 78.
Præliari, per translationem, pro Dimicare, & contendere verbis. Cic. 1. Att. 13. Ego enim, quamdiu Senatus auctoritas mihi defendenda fuit, fic acriter & vehementer præliatus fum, &c.
Prælio, antique pro Prælior, apud Prifcian. p. 799. Ennius apud Non. 7. 38. Ita mortales inter fe pugnant, præliant. Hinc &
Imperfonaliter Paffive, Juftin. 19. 1. 9. Et dio & varia victoria præliatum fuit. Item Feftus in Arma, Quibus prope præliatur. conf. Eumen. de Reft. Schol. cap. 2.
Prælians, antis. Partic. [μαχόμενος] ut, Eudemus prælians ad Syracufas occidit. Cic. 1. de Divin. 53.
Præliātus, a, um. Partic. Plin. lib. 7. cap. 28. Juftin. 12. 9. 12.
Præliātor, ōris. m. Tacit. 2. Ann. 73. 3. de Germanico, fatis Alexandri adæquato, Neque minus præliatorem, &c. Auct. Dial. de caufis Corr. Eloq. cap. 37. Plures bonos præliatores bella quam pax ferunt. Dux belli & præliator infignis. Juftin. 15. 4. 19.
Prælongus, a, um. Adj. [ὑπμήκης] Valde longum fignificat.
Cornos prælonga. Lucret. lib. 3. 614.
Gladii prælongi. Tacit. 1. Hift. 79. 5. Liv. 22. 46. Difpares ac diffimiles gladii: Gallis prælongi, ac fine mucronibus.
Haftæ prælongæ. Liv. 31. 39.
Homo. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Prælongo, [ἐκμηκύνω] āre. Longum facere; nam Longo non dicitur. Plin. lib. 11. cap. 2. Qua fubtilitate pedum crura prælongavit?
Prælŏquor, ēris, ūtus fum, [προοιμιάζομαι] lŏqui. Præfari. Plin. 8. Epift. 21. Forte accidit ut eo die mane in advocationem fubitam rogarer: quod mihi caufam præloquendi dedit. Cic. 8. Fam. 12. Vix hoc erat preloquutus, quum ego Appium Cenforem eadem lege poftulavi. V. not. Var.
Prælocūtio, ōnis. f. Frontin. præf. lib. 3. Strat. Nec morabor ulla prælocutione. Senec. Controv. lib. 3. præf. Silo habebetur difertus, fi a prælocutione dimitteret.
Prælūceo, luxi, [ἐκλάμπω] ēre. Valde lucere. Martial. lib. 12. 38.
Præluxere facea, velarunt flammea vultus.
Alicui prælucere, Præferre facem. Suet. in Octav. cap. 29. Auctor de Viris illuftr. cap. 38. extr. Duillio conceffum eft, ut prælucente funali, & præcinente tibicinæ, a cœna publice rediret.
Majoribus fuis prælucere virtute fua. Cic. in Salluft. 5. Ego meis majoribus virtute mea præluxi: ut fi prius noti non fuerint, a me initium accipiant memoriæ fuæ.
Bona fpe prælucere in pofterum. Cic. de de Amicit. 23. Quum plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præftat omnibus, quod bona fpe prælucet in pofterum.
Pectora prælucent filo Sidonio. Lucan. lib. 10. 141. Ubi legendum eft, Perlucent.
Nullus in orbe finus Bajis prælucet amœnis. Hor. 1. Epift. 1. 83. h. e. Præpollet, five amœnior eft.
Prælūcĭdus, a, um. Adj. [πολυφεγής] Plin. lib. 37. cap. 6. Arabicæ excellunt, candore circuli prælucido, atque non gracili.
Prælūdo, fi, fum, [προοιμιάζω, ἀκροβολίζω] ēre. Ante ludere. Virg. 3. Georg. 234.
— & fparfa ad pugnam præludit arena. Legitur & Proludit. [Ut fere confufa hæc reperies.
Præludere, cum Dativo. Sen. Epift. 103. Illi meliori vitæ longiorique præluditur.
Præludere dicebantur Gladiatores, ante congreffum, quod eft Luforie pugnare, ventilare. V. Lipf. 2. Saturn. 19. vel Lex. Pitifc. Ovid. 3. de Arte Am. 515.
Sic ubi prælufit, rudibus puer ille relictis,
Spicula de pharetra promit acuta fua.
Prælūdium, i. n. [προοίμιον] dicitur illa Modulatio vocum, quæ ante initium cantus fieri folet, quæ & Præcentio dicitur.
Præludium & portentum, metaphorice, & in malam partem. Cic. 14. Philipp. 8. Quæque effet facturus in hac urbe, nifi cum hinc ipfe Juppiter, ab hoc templo atque his mœnibus repuliffet, declaravit in Parmenfium calamitate: quos, optimos viros, honeftiffimofque homines, maxime cum auctoritate hujus ordinis, populique Rom. dignitate conjunctos, crudeliffimis exemplis interemit, præludium illud & portentum L. Antonius, infigne odium omnium hominum, vel fi etiam dii oderint quos oportet, omnium deorum. al. Proludium, vel Proluvium, vel Propudium. vel Prodigium. [Quod poftremum, quod in uno Mf. codice Urfini exftat, amplector. Sic in Pifon. 9. A P. Clodio, fatali portento, prodigioque reip. Propudium alibi apud Cic. non legitur, nec cum Portento, ut fynonymum, recte jungitur.
Prælūsio, ōnis. f. [ἀκροβολισμός] Idem. Plin. 6. Epift. 13. extr. Tu tamen exiftima, quantum nos in ipfa pugna prælii & certaminis maneat, cujus quafi prælufio, atque præcurfio, has contentiones excitavit. Cic. 2. de Orat. 325. Prolufio.
Prælum, V. prelum.
Prælumbo, āre. Lumbos præfringere. Nævius, Cœpit unumquemque prælumbare fuftibus. Non. 2. 673.
Prælūmĭno, āre. Prælucere. Tertull. de Refur. Carn. cap. 33.
Prælustris, e. Adj. [πολύλαμπρος] Ovid. 3. Trift. 4. 5.
Vive tibi: quantumque potes, prælustria vita:
Sævum prælustri fulmen ab arce venit.
Prælūtus, a, um. Partic. ut, Præluta habitacula. Sidon. 4. Epift. 25.
Præmăcĕro, āre. Scrib. Larg. comp. 193. Præmacerentur autem mala cydonia, &c.
Præmălĕdīco, ēre. Tertull. adverf. Marc. 5. 3.
Præmando, [προεντέλλω] āre. Ante, five prima mandare, & mittere. Cic. 5. Fam. 9. Dicitur mihi tuus fervus anagnoftes fugitivus in Vardæis effe, de quo tu mihi nihil mandafti: ego tamen terra marique ut conquireretur, præmandavi. Plaut. Truc. 2. 4. 49.
Aliam aliorfum ire, præmandare & quærere
Puerum, aut puellam, qui fupponantur mihi.
Præmando, ēre. Gell. 4. 1. Si idem me tibi præmandere, quod ajunt, poftules. Hinc
Præmansus, a, um. Partic. ut, Præmanfum in os inferere. Adagium quod laudat Erafmus Chil. 2. Cent. 10. n. 33. Sed apud Cic. 2. de Orat. 162. exftat, Manfa.

Præmātūrus, a, um. Adj. [πρώϊμος] Nondum maturus; ut, Segetes prœmaturæ, Frumenta præmatura. Valla lib. 4.
Præmaturus fructus, Ante alios maturus. Columel lib. 11. cap. 3.
Præmaturus, per translationem, dicitur pro Immaturo, & quod ante tempus venit, aut accidit: ut, Præmatura mors. Plin. lib. 7. cap. 51.
Hiems præmatura. Tacit. lib. 1. Ann. 30.
Præmaturum & Serum, contraria. Plin. lib. 8. cap. 45. Domitura boum in trimatu, poftea fera, ante præmatura.
Præmatura denuntiatio. Cic. 10. Fam 8. Nunquam diffitebor multa me, ut ad effectum horum confiliorum pervenirem, & fimulaffe invitum, & diffimulaffe cum dolore: quod præmatura denuntiatio boni civis imparati, quam periculofa effet, ex cafu Collegæ videbam.
Labor præmaturus. Sil. lib. 15. 356.
Præmatūre, Adv. [πρώϊμως] Immature. Plaut. Moftel. 2. 2. 69.
Nam me Acheruntem recipere Orcus noluit,
Quia præmature vita careo. h. e. Quia mortuus fum ante tempus. Gell. lib. 10. cap. 11.
Compar. Præmaturius, eft apud Papin. Dig. l. 45. tit. 1. leg. 118.
Præmĕdĭcātus, a, um. Partic. [προφαρμακευθείς] Ovid. 12. Epift. 15.
Iffet anhelatos non præmedicatus in ignes,
Immemor Æfonides, oraque adunca boum. i. e. Non iffet Iafon ad domandos tauros, qui naribus ignem efflabant, ante a me, Medea fcilicet, inftructus medicamentis, quibus hi poffent vinci.
Antidoto præmedicatus. Tertull. de Jejun. cap. 12.
Præmĕdĭtor, [προμελετάω] āri. Ante meditari, præcogitare. Cic. 6. Att. 3. Ex qua me fingere poffim, & præmeditari quo animo accedam ad urbem.
Quid fibi ufu venturum fit præmeditari. Auctor ad Heren. lib. 2. 5.
Præmeditator vitare errorem. Lucret. lib. 4. 822.
— & illum,
Effugere errorem, vitareque præmeditator. Sic hunc locum, non minus docte, quam feliciter reftituit Lambinus, quum ante mirum quam corruptus effet. Sed Gronov. mavult Præmetuenter. V. in h v.
Præmĕdĭtātus, a, um. Partic. ut, Mala præmeditata leviora an fiant. Cic. 3. Tufc. 14.
Præmĕdĭtātio, ōnis. f. [προμελέτημα] Cic. 3. Tufc. 26. Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum, lenit eorum adventum, quæ venientia longe ante videris.
Præmĕdĭtātōrium, i. n. Locus ubi meditatio fit & præparatio Tertull. de Jejun. cap. 6. Totum illud domicilium interioris hominis, efcis ftipatum, vinis inundatum, decoquendis jam ftercoribus æftuans præmeditatorium efficitur latrinarum. V. ibi Pamelium.
Præmensus, V. præmetior.
Præmercor, [προεμπορεύομαι] āri. Prima mercari, five, ut ait Budæus, In emptione prævenire, & licitaturo præripere. Plaut. Epid. 3. 3. 26.
Edepol næ iftam tempore gnato tuo
Sumus præmercati. Plin. lib. 32. cap. 2. Ni qui ad polluctum emerent, pretio minus parcerent, eaque præmercarentur.
Præmessum, i. n. [πρόθεμα] Sacrificii genus, quod de fpicis, quas primum meffuiffent, facrificabant Cereri. Hæc Feftus. Quidam legunt Præmeffium. conf. Scalig. In Varr. 5. de L. L. p. 75. ed. ult. Steph.
Præmētior, [προμετρέω] īri. Ante metiri. ut, Præmetiri pericula. Sarisb. Epift. 59. Unde
Præmensus, a, um. Partic. ut, Lucis præmenfæ tempora. Tibul. lib. 3. 3. 9.
Tunc, quum præmenfæ defunctus tempora lucis,
Nudus Lethea cogerer ire rate. Alii legunt Permenfæ. V. Broeckh. Portionem vitæ appellat Juven. 9. Sat. 127.
— miferæque breviffima vitæ Portio.
Præmenfi foli fpatium. Frontin. de Re Agr. n. ult.
Præmētor, āri. Solin. cap. 40. Dinocratem Alexandri juffu Alexandriam in Ægypto præmetatum, fupra expofuimus.
Præmĕtātus, a, um. Partic. Mart. Capell. 8. Præmetata divûm itinera.
Præmĕtuo, [προφοβοῦμαι] ēre. Ante metuere. Prudent. adverf. Symmach. 2. 581.
— præmetuit cultus inolefcere Chrifti.
Præmetuens, entis. Partic. Cæf 7. Bell. Gall. 49. Cæfar præmetuens fuis. Phædr. 1. Fab. 17. Dolum præmetuens. Lucret. lib. 3. 1032.
— at mens fibi confcia facti,
Præmetuens, adhibet ftimulos, torretque flagellis.
Præmetuenter, Adv. Gronov. Obferv. 3. 5. reftituit Lucret. lib. 4. 822.
Effugere errorem vitareque præmetuenter. Lamb. Præmeditator.
Præmĭco, āre. Apul. Met. 11. pr. Præmicantis lunæ candore nimio completus orbis. Prudent. Calagurit. 84.
Quæ viam patere cæli præmicando oftenderent.
Præmĭgro, [προμετοικίζω] āre. Ante migrate. Plin. lib. 8. cap. 28. Ruinis imminentibus mufculi præmigrant.
Præmĭneo, ēre. Præ aliis eminere. Senec. Med. 93. Unius facies præminet omnibus. Tacitus cum quarto cafu junxit, 15. Ann. 34. 3. Eo ufque valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi etiam, malos præmineret. Adde 12. Ann. 12. pr. V. præemineo.
Præminens, Partic. pro Præeminens. Solent enim Latini non raro vocales conjungere, & in unum confundere: ut Prærogare, pro Præerogare. & fic in ceteris. Prudent. Cathem. 11. v. 108.
Infignis Ipfe & præminens. Turnebus. conf. prorogo, ad fin.
Præmĭnister, tri. m. Macrob. 3. Saturn. 8. Mercurii vocabulo fignificant præminiftrum. Tertull. de Orat. cap. 1. Opus præminiftri.
Præministra, æ. f. Macrob. 3. Saturn. 8. Camilla Dianæ præminiftra. Apul. Apol. Lingua mendaciorum & amaritudinum præminiftra.
Præministro, āre. Apul. Milef. 2. p. 119. Elmenh. Affidue refpiciens præminiftrantem Fotidem. Tertull. Apol. cap. 23. Fabulas ad deftructionem veritatis iftius æmulas præminiftraverunt.
Præmĭnor, āri. Valde minari. Apul. 5. Milef. p. 167. Elmenh. Malum grande de vultus curiofitate præminatur. conf. Tertull. Apol. cap. 21. & adverf. Marc. 5. 19.
Præmĭtis, e. Adj. Venant. Fortun. 3. Carm. 12. 37.
Horrea præmitia melius tua condita fervans.
Præmitto, mifi, miffum, [προπέμπω] ēre. Ante mittere. Conftruitur fere cum Ad vel In præpofitionibus. Cic. 2. Off. 25. Præmittebatque de ftipatoribus fuis, qui fcrutarentur arculas muliebres. [Hæc potius erat conftructio

constructio notanda, Verbum scil. hoc, non ut conj. sed pronomen relativum cum Subjunctivo modo postulare, ut & simplex Mitto. ubi V.
Literas odiosas præmittere. Cic. 10. Att. 7.
Cum equitatu in aliquem locum præmittere aliquem. Cic. ad Brut. 13.
Præmiserat in Hispaniam legiones. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 39.
Præmittitur in Siciliam cum imperio. Cic. 7. Att. 13.
Præmittere edictum. Cæs. 8. Bell. Civil. cap. 19.
Præmissus, a, um. Partic. [προπεμφθείς] ut, Præmissus Achates. Virg. 6. Æn. 34.
Equites præmissi ibant. Virg. 9. Æn. 367.
Præmissa, orum. n. pl. Plin. lib. 12. cap. 1. Produnt, Alpibus coercitas, & tum inexsuperabili munimento, Gallias, hanc primum habuisse causam superfundendi sese Italiæ, quod Helico ex Helvetiis civis earum, fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum siccam, & uvam, oleique ac vini præmissa, remeans secum tulisset. Quem locum emendans Hermolaus, Promissa reposuit, publica lectione expuncta. Cælius tamen lib. 6. cap. 6. mavult Præmissa, interpretaturque primitias quasdam, sicuti Præmissa sacrorum dicuntur. Contendit etiam Ciceronem hoc vocabulo fuisse usum 10. Fam. 12. Et tuarum litterarum ad me missarum præmissa meminissem: ubi alias legitur Promissa. V. ad Cic. not. Victor. & Gebhard. & ad Plin. Hard.
Præmium, ii. n. [γέρας, τίμιον, ἐπίχειρον, ἆθλον, ἀγώνισμα, χαρίσιμον] Munus, quod in ludis, certaminibus, aliisve industriæ, aut virtutis speciminibus proponitur iis, qui rem bene gesserint. Ter. Eun. 5. 9. 27.
Quodvis donum & præmium a me optato, id optatum feres. Virg. 5. Æn. 485.
Invitat qui forte velint, & præmia ponit.
Præmium, inquit Varro de L. L. lib. 5. 36. a Præda, quod ob recte quid factum concessum. Proprie idem fere significat; ut Virg. 11. Æn. 78. Plaut. Men. 1. 2. 26. conf. Tacit. 1. Hist. 51. 1. & Tibull. 1. 2. 25.
Pro eversæ Reipub. præmiis provincias aliquas occuparunt. Cic. de Provinc. Consul. 3.
Præmium, pro Mercede ob laborem. Plin. 3. Epist. 17. Ego viaticum, ego etiam præmium dabo. i. e. Mercedem præter viaticum.
Ampla præmia. Stat. 6. Theb. 550.
Amplissimum præmium, ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, gloria est. Cic. pro Milon. 97.
Exitialia. Stat. 2. Achill. 354.
Frondentia præmia vatum, Laurus vel hedera. Stat. 3. Silv. 3. 56.
Opimum præmium. Plin. lib. 14. cap. 1.
Accipere præmia. Virg. 5. Æn. 309.
Affici præmio. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Auferre præmium. V. aufero.
Capere præmia. Virg. 5. Æn. 232.
Commoveri amplis præmiis ad perdiscendum. Cic. 1. de Orat. 13.
Contemnere periculorum præmia & laborum fructum. Cic. in Pison. 63.
Contineri præmio & pœna Rempublicam Solon dixit. Cic. ad Brut. 15.
Decoratur honoribus, præmiis, atque splendore, verus, justus, & honestus labor. Cic. 1. de Orat. 194.
Deferre alicui dignitatis præmium, alteri denegare. Cic. pro Flacc. 1.
Dare alicui amplissima præmia. Cic. 4. in Catil. 3.
Data sunt mihi pro hac industria præmia tanta, quanta antea nemini. Cic. pro Muren. 8.
Donare aliquem præmiis. Cic. pro Arch. 5.
Donari præmio studii sui. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Elicere aliquem præmiis ad faciendum aliquid. Cic. pro Corn. Balb. 37.
Evocari præmiis. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Exspectare præmia meritæ palmæ. Virg. 5. Æn. 70.
Exstant recte factis præmia, peccatis supplicia. Cic. 3. de Nat. Deor. 83.
Ferre præmia multa laborum. Hor. 2. Serm. 1. 11.
Ferre grandis præmia meritorum. Hor. 2. Epist. 2. 38.
Ferre digna præmia, Rependere. Virg. 1. Æn. 609.
Fert improba præmia dira libido. Senec. Octav. 6.
Tulit perversa præmia tristia virtus. Senec. Hippol. 9.
Invitare aliquem præmiis ad aliquid agendum. Cic. pro Ligar. 12.
Licet legis præmio, i. e. Beneficio legis. Cic. 4. Acad. 1. Absens factus Ædilis, continuo Prætor, (licebat enim celerius legis præmio) post in Africam, &c.
Linquere alicui quæsita præmia. Lucret. lib. 5. 5.
Maculas vitæ præmia metus pœnarum. Lucret. lib. 5. 1150.
Merere præmia. V. mereo.
Oppugnare aliquem suis præmiis. Cic. Anteq. iret. in exsil. 12. Non satis est, ne cui injuriam facias, providere: si tamen sunt voluntarii inimici, qui tuis præmiis te oppugnent.
Pensare præmia. Stat. 1. Achil. 69.
Persolvere præmium alicui. Cic. pro Cœl. 68.
Persolvit præmia murum. Stat. 1. Silv. 4. 38.
Poscere. Ovid. 16. Epist. 19.
Præmia magna quidem, sed non indebita posco.
Postulare præmium. Cic. pro Rabir. 31. Et 3. in Catil. 26. Virtutis præmium, insigne honoris, monimentum laudis, pro tantis rebus nullum postulo.
Proposuit præmium Xerxes, qui invenisset novam voluptatem. Cic. 5. Tuscul. 20.
Proposita virtutibus sunt præmia, & supplicia vitiis. Cic. 1. de Orat. 247.
Reddere præmia. Catul. Argon. 62. 157.
Referens præmia servati civis. Lucan. lib. 1. 358.
Rependere digna præmia. Stat. 9. Theb. 30.
Repetere præmium & fructum officii. Cic. Anteq. iret in exsil. 4.
Solvere præmia digna. Virg. 9. Æn. 253.
Trahunt invidiosa victores præmia Graji. Ovid. 13. Met. 414.
Tribuere alicui præmium sub aliqua conditione. Cic. pro Arch. 23.
Vendere præmio provinciæ totam Remp. Cic. in Pison. 13.
Venire frustra ad præmia. Virg. 5. Æn. 346.
Venire ad præmia legis. Cic. pro Cluent. 98. Sed quod judicibus probatum, quod in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent, se ad præmia legis venire oportere.
Præmium, pro Pecunia posuit Nævius, Sine præmio sum, marsupium reliqui domum. Nonius.
Pro Quibusvis vitæ commodis & bonis. Lucret. 3. 969.

Omnia perfunctus vitaï præmia, marces? Idem lib. 3. 4.
—qui talia nobis
Pectore parta suo quæsitaque præmia liquit. De Epicuro. conf. Idem 3. 913.
Pro Pœna. Ovid. 8. Met. 503. —cape præmia facti.
Præmiōsus, a, um. Adj. [χρηματώδης] Pecuniosus; interpretibus Paulo & Festo. Accius, Divitem ac præmiosum avum.
Præmior, [χρηματίζω] āri. Suet. in Tit. Vesp. cap. 7. Suspecta & rapacitas, quod constabat in cognitionibus patris nundinari, præmiarique solitum. Præmiari, inquit Budæus, hoc loco Lucrari significat. conf. ibi Pitisc.
Præmiātor, ōris. m. [γερατής] Qui præmia solvit.
Præmiatorem, pro Prædone dixit Nævius, auctore Nonio, 2. 620. Nam in scæna nos nocturnos cœpit præmiatores tollere. V. Lips. in Tacit. 1. Ann. 40.
Præmiātrix, īcis. f. Ammian. 14. 39. Ultrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix Adrastia.
Præmixtus, a, um. Partic. Apic. 43. Olam præmixta compones.
Præmŏdĕror, [προάρμοζω] āri. Ante moderari. Gell. lib. 1. cap. 11. Cretenses quoque prælia ingredi solitos memoriæ datum est, præcinente ac præmoderante cithara gressibus.
Præmŏdŭlātus, a, um. Partic. a Præmodulor. Quintil. 11. 3. p. 1022. Burm. Gestu præmodulati cogitationem.
Præmodulatio, ōnis. f. Quintil. ibid. [Nisi error est.
Præmŏdum, Adv. [ὑπερμέτρως] Gell. lib. 7. cap. 7. Livius in Odyssea, Præmodum dicit quasi Admodum; Parentes, inquit, præmodum. Quod significat Supra modum: dictumque est quasi præter modum, in quo scilicet prima syllaba acui debet.
Præmœnio, īre. i. 2. Præmunire. Gell. 13. 27. & 14. 2.
Præmŏlestia, æ. f. [προδυσχέρεια] Cic. 4. Tusc. 64. Alii metum Præmolestiam appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiæ.
Præmōlior, itus sum. [προμηχανάομαι] īri. Ante moliri, præparare, inquit Budæus. Liv. 28. 17. Itaque præmoliendas ibi ratus jam res, conciliandosque regum, gentiumque animos, Syphacem primum regem statuit tentare. Gronov. Præmoliendam sibi r. i. rem. [An Præmoliendam?
Præmollis, e. Adj. [πάνυ μαλακός] Valde mollis. Plin. lib. 11. cap. 37. Cor palpitat certe, & quasi alterum movetur animal, intra præmolli firmoque opertum membranæ involucro. Idem 9. 51.
Præmollio, [προμαλάττω] īre. Ante mollire. Quintil. 4. 3. Si quid erit asperum, præmolliemus, quo facilius aures judicum, quæ post dicturi erimus, admittant. Unde
Præmollītus, a, um. Partic. [προμαλαχθείς] Quintil. lib. 2. cap. 9. Et frustra sparseris semina, nisi illa præmollitus foverit sulcus.
Mentes præmollitæ. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Præmŏneo, ui, itum, [προπαραγγέλλω, προπαραινέω] ēre. Ante monere, Prius quam aliquid fiat, & ante periculum, monere. Colum. R.R. 1. 8. pr. Igitur præmoneo, ne vilicum ex eo genere servorum, qui corpore placuerunt, instituamus: ne ex eo quidem ordine, qui urbanas ac delicatas artes exercuerit.
Animo sane benevolo, ut magnopere caverem, præmonebat. Cic. 2. Verr. 23.
Ab impendentibus periculis maximis voce alicujus præmoneri. Cic. de Arusp. resp. 10.
Nefas præmonere. Ovid. 15. Met. 785.
Pericula præmonent. Plin. lib. 8. cap. 28.
Præmonitus, a, um. Partic. [προπαραγγελθείς] ut, Urbs præmonita oraculo. Plin. lib. 16. 39.
Præmonitum, i. n. Gell. 14. 2. Generalia quædam præmonita & præcepta.
Præmonitio, ōnis. f. Tertull. advers. Marc. 2. 4. Agnosco bonitatem Dei ex legibus & præmonitionibus bonis & benignis
Præmonitus, ūs. m. [προπαραγγελία] pro Prædictione. Valer. Max. lib. 1. c. 6. Sic deorum spreti præmonitus excandescunt. Ovid. 13. Met. 804.
Nec tamen insidias venturaque vincere fata
Præmonitus potuere deûm.
Præmonĭtor, ōris. m. Apul. de Deo Socr. p. 31. Elmenh. Incertis prospector, dubiis præmonitor, periculosis tutator.
Præmonĭtōrius, a, um. Adj. Tertull. de Anima cap. 3. Præmonitorium edictum.
Præmonstro, [ὑποδεικνύω] āre. Ante monstrare, Docere, ostendere. Plaut. Pers. 1. 3. 68.
Præmonstra docte: præcipe astu filiæ,
Quid fabuletur, ubi se natam prædicet. Cic. 1. de Divin. 13.
Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros
Inflatum mare. Ex poeta.
Præmonstrans, antis. Partic. [ὑποδεικνύων] Stat. 1. Theb. 69.
—si Sphingos iniquæ
Callidus ambages te præmonstrante resolvi.
Præmonstrātio, ōnis. f. Lactant. 7. 14. 12. Sæpe diximus minora & exigua magnorum figuras & præmonstrationes esse.
Præmonstrātor, ōris. m. [ὑποδεικτής] Qui præmonstrat, & docet quid faciendum sit ante periculum. Ter. Heaut. 5. 1. 2.
Sed hic adjutor meus, & monitor, & præmonstrator Chremes.
Præmordeo, di, sum, [προδάκνω] ēre. Gell. lib. 7. cap. 9. Plautus in Trigeminis, non Præmordisset, neque Præmomordisset dixit, sed Præmorsisset; Si fugissem, inquit, medium credo præmorsisset.
Præmŏrior, ĕris vel ēris, [προαποθνήσκω] mŏri. quasi Ante tempus mori. Ovid. 8. Epist. 121.
Aut ego præmoriar, primoque exstinguar in ævo,
Aut ego Tantalidæ Tantalis uxor ero. Plin. lib. 29. cap. 2.
Traduntque quod extra nodum sit, e cauda præmori.
Præmortuus, a, um. Partic. ut,
Membra præmortua. Ovid. 3. Amor. 7. 65.
Pudor præmortuus. Liv. 3. 72. Scaptium ipsum id quidem, etsi præmortui jam sit pudoris, non facturum. Sic autem forte vocat, ut notet in sene decrepito paulo ante vitam exstinctum esse pudorem.
Præmŏveo, ēre. Ante moveo. Cæl. Aurel. Tard. 1. 5. 168. Quoties partes longe remotæ præmoventur.
Præmōtus, a, um. Partic. Idem 2. Tard. 1. 46. Præmotis vel exercitia consilium dabimus.

Præmulceo, ēre. unde,

Præmulsus, a, um. Partic. Apul. 1. Florid. p. 342. Elmenh. Crines ejus præmulsis caproneis anteventuli & propenduli.

Præmundo, āre. Octav. Hor. 1. 10. Præmundare oculos molli penicillo.

Præmūnio, [προοχυρόω, προτειχίζω] īre. Prius munire. Cæs. 3. Bell. Civil. 55. Isthmum præmunire instituit, ut Achaia Fusium prohiberet. Idem ibid. 58. Aditus duos, quos esse angustos demonstravimus, magnis operibus præmunivit. [Quibus locis non est Prius, sed In fronte munimento objecto claudere, estque eadem vis particulæ ac in Præcludo, Præfigo, Præsæpio.

Præmunire, per translationem. Cic. pro Cœl. 19. Quamobrem illa, quæ ex accusatorum oratione præmuniri jam & fingi intelligebam, fretus vestra prudentia, Judices, non pertimesco.

Ante præmunire. Cic. in Orat. 137. Ut dividat in partes, ut aliquid relinquat ac negligat, ut ante præmuniat, ut in eo ipso, in quo reprehendatur, culpam in adversarium transferat.

Præfulcire & præmunire. Cic. 5. Att. 13. Primum illud præfulci atque præmuni, quæso, ut simus annui, ne intercaletur quidem.

Præmunītio, ōnis. f. [προοχύρωσις] Cic. 2. de Orat. 304. Quid? si in homines caros, judicibusque jucundos, sine ulla præmunitione orationis acerbius, & contumeliosius invehare, nunne abs te judices abalienes?

Prænarro, [προδιηγέομαι] āre. Ante narrare. Ter. Eun. 5. 5. 12. Recte sane interrogasti, oportuit rem prænarrasse me.

Prænascor, ēris, nasci. Commodian. Instruct. 6. Illum non aliquis prophetavit prænasci.

Prænăto, [προνήχομαι] āre. Ante natare. Plin. lib. 9. cap. 45. Prænatante pisciculo frondem suam spargit.

Prænatat amnis domos. Virg. 6. Æn. 705. Servius; Prænatat, præterfluit. Et contrarie dictum est: nam non natant aquæ, sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur sequutus est, qui ait,

— fluctusque natantes. V. Nato.

Prænāvĭgo, [προπλέω] āre. Præternavigare, vel ultra navigare. Plin. lib. 6. cap. 23. Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, ut xx dierum spatio prænavigaverint. Mela 2. 3. Ad Sunium tendentibus illa prænaviganda.

Prænavigātio, ōnis. f. Plin. lib. 6. cap. 31. A Gorgonum Insulis prænavigatione Atlantis dierum quadraginta, &c.

Præneste, is. n. & **Prænestis**, is. f. [Πραίνεστον Ptol.] Nomen urbis in Latio, non longe ab urbe Roma, quod is locus, in quo condita est, montibus præstet, dicta. Auctor Festus, vel potius Cato, ut ex Serv. in 7. Æn. 682. apparet. Et sic cum diphthongo scribitur. Servius tamen ipse v. 278 ἀπὸ τῶν πρίνων, hoc est ab Ilice, quæ ibi abundat, deducit. Solinus cap. 8. ex Zenodoto, a Præneste Ulyssis nepote, & Latini regis filio, cui Steph. subscribit. Olim Polystephanos dicta: id est, multarum coronarum, ut vult Strabo. Lege Plutarchum in Parall. Gr. Rom. extr. Quidam a Cæculo Vulcani filio conditam ferunt super Aretino monte; quod sequitur Virg. V. Cæculus. In hac fuit Fortunæ templum illustre: unde certa edebantur oracula. Hujus meminit Cic. 2. de Divin. 87. Quod Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum nusquam se fortunatiorem, quam Præneste, vidisse Fortunam. conf. Lex. Pitisc. [Serv. ad loc. seq. Virg. Dicimus autem, inquit, & hoc Preneste, & hæc Prænestis, unde est Preneste sub ipsa. Locus est 8. Æn. 561. quomodo & Juven Sat. 3. v. 190. tametsi posset, & apud illum Ipso, pro Ipsa; & apud hunc Gelido pro Gelida legi. Feminino tamen etiam Festus ponit, quin & Straboni ac Stephano & Suid. ἡ Πραίνεστος, Latinis alioqui scriptoribus semper neutrum est. Ceterum quod Servius rectum f. g. Prænestis facit, non videtur id exemplo allato Virgilii satis astruere, quum videatur per ellipsin dictum, subaudito Urbs, vel Civitas. V. Voss. de Analog. 1. 12. extr. & de Ablativo ejusd. voc. 2. 11.

Altum Præneste. Virg. 7. Æn. 682.

Frigidum. Hor. 3. Carm. 4. 22.

Sacrum. Stat. 4. Silv. 4. 15.

Prænestīni, orum. m. pl. [Πραινεστῖνοι] Habitatores Præneste. Cic. 2. de Divin. 85. Numerium Suffucium Prænestinorum monumenta declarant, honestum hominem & nobilem somniis crebris, &c.

Prænestinos, refert Gell. 16. 13. maximo opere a Tiberio imperatore petisse orasseque, ut ex Colonia in municipii statum redigerentur: idque illis Tiberium pro referenda gratia tribuisse, quod in eorum finibus sub ipso oppido, ex capitali morbo revaluisset. Hæc ille.

Prænestīnus, a, um. [Πραινεστῖνος] Adj. possessiv. ut,

Bracteæ Prænestinæ. Plin. lib. 33. cap. 3.

Dea Prænestina. Ovid. 6. Fast. 62.

Fortuna. Lucan. lib. 2. 193.

Montes. Liv. 3. 8.

Nucum Prænestinarum meminit Cato sæpius. cap. 143. & cap. 8. Eæ sunt quæ & Ponticæ vocantur, & Avellanæ. Auctor Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 18.

Sorores. Stat. 1. Silv. 3. 80.

Sortes. Cic. 2. de Divin. 87. Fani pulchritudo & vetustas Prænestinarum etiamnum retinet sortium nomen, atque id in vulgus.

Urbs. Virg. 7. Æn. 678.

Prænĭmis, [μέγα λίαν] quasi dicas Valde nimis. Gell. lib. 19. cap. 10. Hoc prænimis plebejum est.

Prænĭteo, ui, [ἐκλάμπω] ēre. Valde nitere & resplendere. Paterc. 2. 39. 2. Devictarum gentium titulis forum Augusti prænitet.

Prænĭtens, entis. Partic. Paterc. 2. 35. 1. Virtus Catonis multis in rebus conspicua atque prænitens.

Prænitens luna. Plin. lib. 2. cap. 9.

Prænōbilis, e. Adj. Compar. Apul. 3. Florid. Prænobilior proprio ingenio, quam patrio consulatu.

Prænōmen, inis. n. [πρῶτον ὄνομα] Quod honoris causa præponitur nomini, ut Marcus, Publius, Titus, Quintus, Quod raro plene scribitur, ut infra ex Sigon. videbis.

In epistolarum epigraphe omissum prænomen familiaritatis nota fuit. Cic. 7. Fam. 33. Quod sine prænomine familiariter, ut debebas, epistolam misisti ad me, primum, addubitavi, num a, &c.

In prænominibus non servari analogiam, ut in nominibus Romanis, scribit Varro de L. L. 8. 38. Ac dicitur Terentius vir, Terentia femina, Terentium genus: in Prænominibus ideo non fit item, quod hæc instituta ad usum singularia, quibus discernerentur nomina gentilitia; ut a numero (in feminis) Prima, Secunda, Tertia, Quarta. In viris, ut Quintus, Sextus, Decimus. Sic ab aliis rebus, quum essent duo Terentii, aut plures, discernendi causa, ut aliquid singulare haberent, notabant. V. reliqua infra.

Prænomina Romana ad triginta fuisse, ex Varronis sententia tradit Valerius. (in fragm. de nominib.) hæc autem fuisse videntur, Agrippa, Appius, Aulus, Cæso, Cajus, Cneus, Decimus, Hostus, Lucius, Mamercus, Manius, Marcus, Numerius, Opiter, Postumus, Proculus, Publius, Quintus vel Quinctus, Servius, Sextus, Spurius, Tiberius, Titus, Tullus, Vibus, (vel potius Vibius) Volero, Vopiscus. Peregrina vero prænomina fuere, Ancus, Aruns, Lar, Lucumo, Metius, (vel Mettus) Numa, Petro, Pompo, Sertor, Tallus, Turnus, Volusus. De quorum prænominum origine, ac significatione, quoniam qui de nominibus modo scripsere, nihil dixerunt, nos ea scribemus, quæ a veteribus tradita, a nobis, quanta maxima fieri potuit diligentia, sunt collecta. Agrippa, Festo auctore, vocatus, qui cum labore matris sit natus, exempli caussa in pedes contra naturam, & non in caput, id est ab ægro partu. item Nonius Marcellus (19. 2.) & Quintilianus lib. 9. (V. lib. 1. cap. 4. p. 49. Burm.) Appius ex Sabinorum prænomine Actio venit, ut ait Valerius: idque Romæ Claudiorum fuit; quorum princeps Appius Clausus (post Claudius) dictus est. de quo Livius lib. 2. 16. Auli dicti, qui diis alentibus nascerentur, ut ait Valerius. Cæso, qui ex utero matris exsectus est: quod tradunt Festus, Valerius, Plinius lib. 7. cap. 9. Cajus a gaudio patrum appellatus, ut ait Valerius. Cneos, vel ab insigni aliqua re, quasi γνώριμος, vel a γένεσις, id est generatione futura dictos tradit Valerius, & Festus. Quintus, Sextus, Decimus, a numero dicti sunt, teste Varrone; (cujus verba supra & infra V.) ut, qui quinto, sexto, & decimo quoque loco esset natus, is demum primis temporibus Quintus, Sextus, & Decimus diceretur. Hostus, inquit Valerius, fuit prænomen in eo, qui peregre apud hospitem natus est; fuitque prænomen Lucretii Tricipitini, collegæ L. Sergii consulis. Macrob. lib. 1. Saturn. (cap. 6.) qui in hostico procreatus esset, eum Hostum fuisse vocatum scribit. Est autem mendum apud Valerium: Hospes enim legitur, non Hostus. Quod autem legendum sit Hostus, ex eo intelligi potest, quod Livius (4. 30.) Lucretium Tricipitinum, cujus meminit Valerius, Hostum vocat; & in Consulibus Capitolinis scriptum est, P. Lucretius Hosti F. Macrobius etiam lib. 1. (l. c.) Hosti Hostilii mentionem facit. Lucii duplex origo traditur a Valerio: aut enim a Lucumonibus Etruscis dictus est, ut Lucumo Tarquiniensis, qui se L. Tarquinium appellavit; aut is demum Lucius appellatus est, qui lucis initio natus est; quod scribit etiam Festus, & Varro. (l. c.) Mamercus prænomen gentis Æmiliæ fuit, de quo Plutarchus in Numa, & Æmilio sic, Mamercus fuit Pythagoræ filius, a quo Numa Pompilius rex filium Mamercum nominavit, qui auctor, & princeps gentis Æmiliæ fuit. Festus autem prænomen Oscum esse putat, quod Osci Martem Mamercum appellaverint. Manius dictus est qui mane est ortus: aut ominis causa, quasi bonus: Manum enim antiqui bonum dicebant. quæ tradit Varro lib. 2. de analogia, (Immo 5. 2.) Valerius, Festus, Macrob. lib. 1. Sat. (cap. 3.) Zosimus autem, Græcus historiarum auctor, lib. 1. (cap. 3.) tradit, Manium in gentem Valeriam profectum esse a quodam Valerio, qui primus sacra diis Manibus fecit. Marcus dictus est, qui mense Martio natus est, ut ait Valerius. De Numerio sic Festus: Numerius prænomen nunquam antea fuisse in patricia familia dicitur, quam Q. Fabius, qui unus post sex & trecentos ab Etruscis interfectus superfuit, inductus magnitudine divitiarum, uxorem duxit Otacilii Maleventani, ut tum dicebantur, filiam, ea conditione, ut qui primus natus esset, prænomine avi materni Numerius appellaretur. Valerius ita: Numerio sola patricia familia usa est Fabia: idcirco quod CCCVI apud Cremeram flumen cæsis, qui unus ex ea stirpe exstiterat, ducta in matrimonium uxore filia Numerii Otacilii Maleventani, sub eo pacto, ut, quem primum filium sustulisset, ei Numerii prænomen imponeret, obtemperarit. Hinc menduse apud Cicer. lib. 1. de Divin. (43.) legitur ita: His adjungatur etiam somnium Æneæ, quod innumerum Fabii Pictoris Græcis annalibus scriptum est: quum sit legendum, Quod in Numerii Fabii Pictoris. Fuit enim alter Fabius Pictor prænomine Quinctus, qui de rebus Romanis Latine scripsit, Gellio, & Nonio testibus, qui ejus sæpe verba Latina proferunt, itemque Cicerone de Legibus lib. 1. (6.) qui eum inter historicos Latinos numerat: at qui Græce iisdem de rebus scripsit, is videtur fuisse Numerius nominatus, quem tamen lib. 1. Dionysius Quintum nominat. Hac ratione in oratione pro Cluentio (21.) M. & Numerium Aurios legimus, & lib. 3. de Oratore (87.) Numerium Furium, & lib. 2. de Divin. (85.) Numerium Suffucium, & apud Pedianum (in Orat. in L. Pison. 35.) Numerium Quintium. (Al. Q. Numerium.) Opiter dictus, cujus pater avo vivo mortuus est: quasi qui post obitum patris genitus sit, aut qui ob patrem avum habeat. Quod prænomen Virginio Tricosto (A. V. 253.) consuli fuit. Valerius, & Festus, (Adde Quintil. l. c.) Postumus, qui post humatum patrem est natus. Varro lib. 2. de analogia, (Immo 8. 38. Qui post patris mortem, V. infra, & in ipsa voce, & Quintil. l. c.) & Plutarchus in Coriolano, ut Postumus Cominius, & Postumus Æbutius: de quibus Valerius. Proculus, qui natus sit patre peregrinante patria procul, ut ait Plutarchus in Coriolano. Valerius autem, qui patre sene natus sit, quasi procul ætate progresso, eum Proculum esse vocatum dicit. Publii, ait Valerius, qui prius pupilli facti erant, quam prænomina haberent. Alii, ominis causa a pube. Servius is primum dictus est, quem serviens mulier peperisset, ut de Ser. Tullio rege scribit Dionysius. At Valerius, qui mortua matre in utero servatus est. Spurius dictus, qui sine patre esset: antiqui enim iisdem litteris S. P. Spurius, & Sine Patre scripserunt, quod a Plutarcho in quæstionibus Ro. (Q. 100.) & Valerio traditum est. Tiberii, ait Valerius, dicti, qui ad Tiberim nascerentur. De Tito controversia est. Valerius a Sabino quodam, nomine Tito, manasse ait: Festus a Titulo: titulos autem milites fuisse, quod patriam tuerentur, quasi tutulos. Tullius ominis causa dictus est, quasi tollendus, o littera in u versa: quod a Valerio proditum. Volero, inquit Valerius, in prænomen abiit, quia volentibus nasci liberis parentibus indebatur. Quo usus est Publilius Philo, qui nominatur in anno CCCLIII Capitolino. Vibus (vel potius Vibius) prænomen esse, indicat annus CCC Capitolinus, ubi est ita: P. Sestius Q. F. Vibi N. Capitolinus; itemque Liv. lib. 26.

(cap.

(cap. 13. sq. ubi de Vibio Virio Campano.) Vopiscus dictus, qui ex duobus conceptis, uno abortu excluso, ad partum legitimum deduceretur: quo prænomine præcipue Julia gens usa est. Valerius, Festus, Plutarchus in Coriolano, Plin. lib. 6. cap. 9. (Adde Quintil. l. c.)

Hactenus de Romanorum prænominum vi, ac significatione: nunc de peregrinis, quorum est ratio, & significatio. Ancum scribit Varro a Sabinis ortum. Valerius autem tradit eum Ancum esse appellatum, qui vitiosum habuit cubitum, qui ἄγκων Græce dicitur, cui etiam Festus assentitur. Ancus enim, inquit, ille vocatur, qui aduncum habet brachium, ita ut regi non possit: hinc Ancus Marcius Rex, & Ancus Poblicius Imperator Lanuvinus contra Hostilium regem, Dionysio auctore. Aruntem, & Lucumonem Etrusca prænomina fuisse, scribit Dionysius: itaque Aruntem Tarquinium, Superbi regis filium, & Aruntem Tolumnium, Porsenæ filium, legimus. Volusus (vel Volesus) Sabinum fuit, eoque usus est pater P. Valerii Poplicolæ, Livio (1. 58.) & Capitolinis lapidibus auctoribus. quanquam Græci Οὐόλεσον vocant. Lartis prænomen, ut tradit Valerius, a Laribus sumptum est. Tuscum autem ante creditum est esse, fuitque consulis Herminii. Idem fere Charisius, & Priscianus lib. 5. Lar, si familiaris est, facit Laris; si Tolumnii Porsenæ, Lartis. & Servius in 6. Æn. (v. 841.) Lar Tolumnius, a Cosso occisus, a loco dictus est, flectitur autem, Lar, Lartis. & Liv. lib. 4. Daturos, quod Lar Tolumnius dedisset. (Hæc verba non reperi, sed meminit sæpius eodem lib. Livius, ut cap. 17, 19, 32. conf. 2. 9. pr.) & Cic. Philipp. 9. (4.) Lar Tolumnius, Vejentium Rex. De Larte Porsena ita Dionysius lib. 5. Βασιλέα ἐν Κλουσίνοις Λάρτα ὄνομα, Πορσίναν ἱκετεύσων. Quod autem hoc prænomen Herminii consulis fuerit, ut ait Valerius, id etiam ex Dionysii lib. 9. cognoscitur: a quo ita anno CCCIIII consul scribitur Λάρτος Ἑρμίνιος; & a Diodoro Λαρκίνιος Ἑρμίνιος. Ex his autem intelligi potest, quam vere scripserint quidam in libro De nominibus, ita: Postea quam in urbem migrarunt Sabini, duplicari nomina cœperunt, ut Numa Pompilius, Ser. Tullius, Lartes Porsena. Quamvis hoc nomen Etruscum fuerit. In quo prænomine Lartes sciendum eo veluti prænomine usos veteres. Servius interpres Virgilianus ab oppido dictum putat. Itidem Plutarchus in Publicola existimat, qui tamen Λάρτην scribit, sed male. Hæc illi. Quam autem vere, ipsi viderint. Neque enim Lar Porsena duobus tantum nominibus usus est, quum ex Tolumnia gente fuerit, Servio, quem ante nominavi, auctore: nec Lartes in recto casu dicitur, sed Lar: quod superioribus testimoniis comprobatum est: nec Servius (l. c.) Lartem ab oppido dictum ait, sed a loco: nec item Plutarchus ullo in libro, nedum in Publicola, ab oppido dictum scripsit; neque item est apud Plutarchum Λάρτην, sed Λάρος, quanquam mendose: inquit enim, ἱκετεύων Κλάρου Πορσίναν: quum sit legendum ex Dionysio, τὸν Λάρτα Πορσίναν. Cur igitur hoc illi dixerunt? quia interpretem legerunt, qui ita vertit: Supplex ad Lartem Porsenam confugit. Illi vero in Græcis libris versati, quid in Græco codice esse deberet, intelligentes, illud, quod non erat, esse affirmarunt. (Lars tamen & Lartes in recto video etiam in emendatis Livii codd. legi.) Metius Albanorum prænomen fuit, ut in Metio Fufetio: & Sabinorum, ut in Metio Curtio; & Latinorum, ut in Metio Geminio, & Metio Octavio, de quibus Livius, 1. 12. 13. 10. 41. (Al. Mettus. V. Serv. & Pier. in 8. Æn. v. 642. & ipsius Sigon. Scholior. in Liv. defens. p. 48. edit. Gronov.) Numa Sabinorum fuit, ut in Numa Pompilio rege, & in Numa Marcio pontifice maximo. Pomponis prænomine usus est Pompo Pompilius, Numæ regis pater: quod scripsit Dionysius in Numa, & Livius lib. 41. (Immo 40. 29.) itaque Numa filium etiam habuit nomine Pomponem, qui ex se gentem Pomponiam propagavit, auctore Plutarcho: quanquam quidam imperite Pompilii filium Numam esse scripserunt. Tallus Sabinorum prænomen fuit: de quo Festus. Dionysius etiam cum Tatio rege Sabinorum Romam commigrasse ait Tallum cognomine Tyrannum. Turnus Latinorum nomen fuit, ut in Turno Herdonio Aricino. Sertor, auctore Valerio, dictus est, qui per sationem natus esset: eoque prænomine Sertor Resius usus est, is, qui primus jus feciale instituit. Festus autem, Sertorem a prendendo dictum a quibusdam, ait; quia, quum cuipiam afferat manum, educendi ejus gratia ex servitute in libertatem, vocetur Adsertor: quum verisimilius sit, dictum, quod sereret quid; ac potius Adsertorem a serendo accepisse nomen, cum aliquem serat, petendo in libertatem eandem, qua ipse sit. id est jungat, quia fruges, quum feruntur, terræ jungit. Statium prænomen a stabilitate dictum, tradit Festus: servile autem nomen fuisse, Gellius. (4. 20.)

Nunc ostendamus, qua ratione hæc ipsa prænomina scriberentur. Romanorum prænominum alia singulis, alia binis, alia ternis litteris scribi solita, cum a veteribus traditum, tum ab antiquissimo quoque lapide, nummoque ita retentum est, ut nihil ea re possit esse illustrius. Auctores sunt Plutarchus in quæstionibus Ro. (100.) Sosipater, Donatus, & Priscianus. Singulis litteris scribebantur, Aulus, Cæso, (vel Kæso) Cajus, Quintus, Decimus, Lucius, Marcus, Manius, Numerius, Publius, Titus, ut A. Postumius, C. Julius, K. Fabius, Q. Cæcilius, D. Junius, L. Licinius, M. Valerius, M'. Curius, N. Fabius, P. Cornelius, T. Manlius: binis litteris, Appius, Cneus, Spurius, Tiberius, Opiter, ut Ap. Claudius, Cn. Pompejus, Sp. Veturius, Ti. Æmilius, Op. Virginius: ternis, Mamercus, Sextus, Servius, Tullus; ut Mam. Æmilius, Sex. Julius, Ser. Cornelius, Tul. Hostilius.

Fuisse præterea aliquot prænomina, quæ longo post tempore pro cognominibus usurpari cœpta sint, ex vetustis non solum Grammaticis, sed etiam annalibus intelligitur. quod ipsum in Agrippa, Voluso, Mamerco, Proculo, & Tullo facile perspici potest: quæ in L. Vipsanio Agrippa, L. Valerio Voluso, M. Æmilio Mamerco, C. Plautio Proculo, L. Volcatio Tullo, viris consularibus, cognomina esse perspicuum est. Quod etiam tradit Valerius his verbis: Quæ olim prænomina fuerunt, nunc cognomina sunt, ut Postumus, Agrippa, Proculus. Itemque Priscianus lib 2. fin: Inveniuntur multa, quæ in aliis personis sunt prænomina, loco cognominum accipi.

Mulieres quoque prænominibus usæ sunt: de quo Valerius ita. Antiquarum mulierum frequenti in usu prænomina fuerunt, Rutilla, Cesella, Rodocilla, Murcula, Burra. ista prænomina a viris tracta sunt, Caja, Lucia, Publia, Mania. Festus vero sic, Prænominibus feminas usas esse, testimonio sunt Cæcilia, & Terentia, quæ ambæ Cajæ solitæ sunt appellari: pari modo Lucia, & Tita. Varro autem lib. 8. de Analogia (Immo 8. 38.) sic: In nostris nominibus, qui sumus in Latio, & liberi, Analogia necessaria. Itaque ibi apparet Analogia: ac dicitur, Terentius vir, Terentia femina, Terentium genus. In prænominibus ideo non fit item, quod hæc instituta ad usum singularia, quibus discernerentur nomina gentilitia, ut a numero, Secunda, Tertia, Quarta: in viris, ut, Quintus, Sextus, Decimus. Sic ab aliis rebus, quum essent duo Terentii, aut plures, discernendi causa, ut aliquid singulare haberent, notabant forsitan ab eo, qui mane natus diceretur, ut is Manius esset: qui luci, Lucius: qui post patris mortem, Postumus. E quibus quædam item cecidisse in feminis, declarant prænomina antiqua mulierum, Mania, Lucia, Postuma: videmus enim, Maniam matrem Larum dici, Luciam Volumniam Saliorum carminibus appellari, Postumam a multis post patris mortem etiam nunc appellari. Postremo Plutarchus in Mario (pr.) Posidonium reprehendit, qui, quum primum nomen proprium Romanorum esse diceret, nulli tamen mulieri primum nomen esse dicebat: ex quo efficiebatur, mulieres proprio nomine caruisse. Itaque idem in Quæstionibus Ro. (l. c.) aperte scribit, mulieres duobus, viros tribus nominibus esse usos. Sunt etiam lapides, in quibus hæc prænomina leguntur, Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta, & Quintula, (Quintilla) Lucia, Mania, Tita, quibus ipsis in lapidibus animadvertitur, prænomina quandoque postponi consuevisse: nominantur enim Salvia Prima, Livia Quarta, Nonia Quintula. Quod idem in viris Livius etiam fecit; qui, Accius Tullus, (2. 35. sq. Al. Attius.) Accius Nævus, (Al. Navius. 1. 36.) Manlius Cnæus, (7. 22.) Octavius Metius; (Al. Mettus, 10. 41.) & Cicero, Maloginensis M. Scipio; (2. de Or. 260.) & Suetonius, Claudius Appius Regillanus, (Tib. 2.) & alia ejusmodi dixerunt. Caja præterea, quod commune omnibus mulieribus prænomen fuit, Ɔ inversa notatum fuisse, contraque Cajum in viris, satis est ex Probo, aliisque veteribus Grammaticis, atque lapidibus perspicuum. Ex libro Caroli Sigonii de nominibus Romanorum, in quo plura, quæ eodem pertinent V. conf. de singulis s. l.

Eximere prænomen alicujus a familia. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Gaudere prænomine. Hor. 2. Sarm. 5. 32.

Mutare prænomen. Tacit. 3. Ann. 17.

Prænōmĭno, āre. Epit. de Nom. rat. vulgo Val. Max. ascripta. Tullus prænominatus est, ominis gratia, quasi tollendus.

Prænosco, nōvi, nōtum, [προγινώσκω] ĕre. Ante cognoscere. Plin. lib. 19. cap. 12. Vera autem cujusque natura nonnisi medico effectu prænosci potest. Idem lib. 18. cap. 24. Quæ totam prænosci non possunt. Vetera exemplaria in his duobus Plinii exemplis Pernosci habent.

Laborem venturum prænosse. Stat. 3. Theb. 490.

Signum hoc veniens poterunt prænoscere nautæ. Cic. in Arat. 75.

Omnia prænoscens mater. Sil. lib. 16. 124.

Prænoscentia, æ. f. Sarisb. Metalog. 4. 27. Prænoscentia futurorum.

Prænōtio, ōnis. f. [πρόληψις] Cic. 1. de Nat. Deor. 43. Fateamur constare illud etiam, hanc nos habere, sive anticipationem, (ut ante dixi) sive prænotionem deorum.

Prænūbĭlus, a, um. Adj. [συννεφής] significat idem quod Valde nubilus & obscurus. Ovid. 3. Amor. 13. 7.

Stat vetus, & densa prænubilus arbore lucus.

Prænuncŭpo, āre. Prudent. Hymn. Jejun. 179.

Prænuncupatus ore qui prophetico,
Emanuel est.

Prænuntio, [προαγγέλλω] āre. Ante nuntiare. Ter. Phorm. 5. 2. 12. Geta, abi, prænuntia hanc venturam. Cic. 1. de Divin. 18. Inflatuque divino futura prænuntiat.

Prænuntiatio, ōnis. f. Augustin. Retract. 1. 22. Tertull. de Anima, cap. 46.

Prænuntiator, ōris. m. Augustin. Confess. 9. 5. & de Genes. 8. 4. extr.

Prænuntiatrix, īcis. f. Prudent. pass. B. Laurent. 29.

Prænuntiātīvus, a, um. Adj. ut, Ignes prænuntiativi. Plin lib. 2. cap. 71. de ignibus loquitur, qui accenduntur in turribus, sive speculis ad maris litus exstructis.

Prænuntius, a, um. Adj. [προαγγελτικός] Cic. 2. de Nat. Deor. 14. Quæ nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ. De cometis. Plin. lib. 2. cap. 27. Quippe ingentium malorum fuere prænuntia.

Ales lucis prænuntius, Gallus. Ovid. 2. Fast. 767.

Auroræ solis prænuntia. Cic. in Arat. 66.

Clamor prænuntius. Plin. in Paneg.

Hirundo Veris prænuntia. Ovid. 2. Fast. 853.

Solis prænuntius Lucifer. Ovid. 3. Trist. 5. 55.

Veneris, & Veris prænuntius Zephyrus. Lucret. lib. 5. 736.

Verba prænuntia cladis futuræ. Ovid. 3. Met. 191.

Præobtūro, āre. Partic. usus est Vitruv. 10. 12. Præobturantes foramina.

Præoccīdo, cīdi, cāsum, [προκαταδύνω] ĕre. Ante occidere. Plin. lib. 18. cap. 29. Cui præoccidere Caniculam necesse fit.

Præoccŭpo, [προφθάνω, προκαταλαμβάνω] āre. Prævenire, Occupare. Cæs. 2. Bell. Civil. 17. Præoccupatum sese legatione ab Cn. Pompejo, teneri obstrictum fide. Est autem in hoc Cæsaris exemplo, Hominem beneficio irretire. Loquitur de Varrone, quem Pompejus sibi per eam legationem obligaverat, antequam bellum foret. Liv. 4. 48. Ubi videant collegas, principes agendæ rei, gratiam omnem ad plebem præoccupavisse, nec locum in ea relictum sibi.

Ne cum inter se timerent, alter alterutrum præoccuparet. Nepos 10. 4. 1.

Saltum Datames præoccupare studet. Idem 14. 7. 2.

Præoccupavit animos timor. Cæs. 6. Bell. Gall. 41.

Præoccupare partes alterius. Cic. 10. Philipp. 2. Quas partes mihi sumpseram, eas præoccupavit oratio tua.

Præoccupaverunt ferre legem. Liv. 4. 30. pr.

Præoccupari ulceribus. Columel. lib. 7. cap. 12.

Præoccupātus, a, um. Partic. [προληφθείς] cum Infinitivo. Senec. Epist. 52. Omnes præoccupati sumus virtutes discere, vitia dediscere. Liv. 21. 20.

Præoccupatio, ōnis. f. [πρόληψις] Nepos 18. 3. 6. Locorum præoccupatio.

Est etiam apud Rhetores Schema quoddam, Quum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Quod fit, vel quum rem notam esse putamus auditoribus, vel quum suspicionem excitare majorem reticendo volumus: a Græcis dicitur Aposiopesis. Beda Presb. de Schem. & Trop. pr. [Videtur Præteritionem, quæ παράλειψις Græcis dicitur, cum Obticentia,

ticentia, quæ [Greek], confuoderit. V. Voff. Inft. Orat. 5. 6. §. 5. & 6. de his fchematibus, & de Occupatione, feu Prolepfi.

PRÆOPĪMUS, a, um. Adj. Tertull. de Pœnit. cap. 8. Immolat vitulum præopimum.

PRÆOPTO, [μᾶλλον αἱρέομαι] āre. Potius optare, vel valde optare. Ter. Hec. 4. 1. 17.

Adeon' pervicaci effe animo, ut puerum præoptares perire? Liv. 23. 43. Punicam Romanæ focietatem atque amicitiam præoptandam effe. Præoptare, quam. Liv. 28. 21. extr. Mortem in certamine, quam ut alter alterius fobigeretur imperio, præoptantes.

Præoptaret equitis Romani filiam generofarum nuptiis. Nepos 25. 12. 1.

PRÆORDĬNĀTUS, a, um. Partic. [προτεταγμένος] Vulg. Interp. Act. 13. 48. Præordinati ad vitam æternam.

PRÆPANDO, pandi, paffum, [προπετάννυμι] ĕre. Prætendere. Plin. lib. 11. cap. 24. Majores aranei in terra cavernarum exigua veftibula præpandunt. Budæus.

Præpandere, Præaperire. Lucret. lib. 1. 144.

— quo carmine demum

Clara tuæ poffim præpandere lumina menti, &c. Lambin. Præferendo faces lumen aperire.

PRÆPARCUS, a, um. Adj. [λίαν φειδωλός] Valde parcus. Plin. lib. 11. cap. 19. Aliquando & ipfæ contrahunt mortis fibi caufas, quum fenfere eximi mella, avide vorantes: Cetero præparcæ, & quæ alioquin prodigas atque edaces, non fecus ac pigras, & ignavas proturbent.

Animi effe humilis & præparci. Plin. 22. 24.

PRÆPĂRO, [προπαρασκευάζω, προετοιμάζω, παρασκευάζω, ἑτοιμάζω, προκατασκευάζω, προετοιμάζω] āre. Ante parare, tametfi plerumque a fimplici fignificatione nil diftat. Cic. 1. Off. 12. Facile totius vitæ curfum videt, ad eamque degendam præparat res neceffarias.

Caufa aliorum alia præparare. Cic. 2. de Legib. 28. Sunt hæc majora, quæ aliorum caufa fortaffe complecteris, quam illa ipfa, quorum hæc caufa præparantur.

Amicitias præparare. Cic. de Amicit.

Animos ad aliquid. Cic. 2. Tufc. 13. Cultura animi Philofophia eft, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad fatus accipiendos.

Arma. Claud. 4. Conf. Hon. 290.

Hiemi cibos. Plin. lib. 8. cap. 37.

Horros certo loco diligenter. Cic. pro Cœl. 36.

Puppes. Lucan. lib. 3. 16.

Se præparare adverfarium alicui. Paul. in l. 3. §. fi fervus. D. de acquir. poffeff.

Præparo te huic. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Ulmos. Hor. 1. Epift. 7. 84.

Victu atque culto præparati. Cic. 2. de Divin. 119. Pythagoras & Plato locupletiffimi auctores, quo in fomnis certiora videamus, præparatos quodam cultu atque victu proficifci ad dormiendum jubent.

PRÆPARĀTUS, a, um. Partic. [προπαρασκευασθείς, προετοιμασμένος] ot, Pectus bene præparatum. Hor. 2. Carm. 10. 13.

Animo, cum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis præparato, qui fe ita quieti tradet, certa & vera cernit in fomniis. Cic. 1. de Divin. 121.

Auribus non præparatis qui inflammare rem cœpit, furere videtur. Cic. in Orat. 99.

Otio nifi præparato inftitui hiftoria nec poteft, nec exiguo tempore abfolvi. Cic. 1. de Legib. 9.

Pœnæ apud inferos funt impiis præparatæ. Cic. 1. de Invent. 46.

Præparato, Ablativus abfol. ut, Præparato facere. Quintil. lib. 4. cap. 42. i. e. Ex præparatione.

PRÆPARĀTIO, ōnis. f. [προπαρασκευή] Quintil. lib. 4. cap. 2. Narrabimus cum præparatione quadam.

Diligens præparatio in omnibus negotiis, priufquam aggrediare, adhibenda eft. Cic. 1. Off. 73.

Provifio animi & præparatio multum poteft ad minuendum dolorem. Cic. 3. Tufc. 30.

Præparatio bibendi. Pomponius in l. In argento. D. de aur. & arg. leg. In argento potorio utrum id duntaxat fit, in quo bibi poffit: an etiam id, quod ad præparationem bibendi comparatum eft, veluti colum nivarium, & urceoli: dubitari poteft.

PRÆPARĀTUS, ûs. m. [παρασκευή] Gell. lib. 10. cap. 11. Namque in præparato rei rufticæ, per tempeftates pluviafque, quum otium eft, maturari poteft. Paterc. 2. 76. 3. Adventus in Italiam Antonii, præparatufque contra eum Cæfaris, habuit belli metum.

PRÆPARATŪRA, æ. f. Tertull. adv. Marc. 4. 13. Spiritus S. in Joanne egerat præparaturam viarum Domini.

PRÆPARĀTOR, ōris. m. Idem adv. Marc. 4. 33.

PRÆPARATŌRIUS, a, um. Adj. Ulpian. in l. deinde. D. de liber. exhib. Itaque prius interdictum, quod eft De liberis exhibendis, præparatorium eft hujus interdicti.

PRÆPĔDIO, īvi, ītum, [πεδάω, ἐμποδίζω] īre. ex Præ & Pedio compofitum; fignificat Prius pedibus devincire. Per translationem vero, quafi Pedibus vehementer obligare, Impedire. Ter. Heaut. 3. 1. 101.

— an eo fit, quia in re noftra aut gaudio

Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?

Præpeditus latera forti ferro, apud Plaut. in Pœn. 4. 2. 6. Liv. 8. 38. extr. Sine modo, inquit, fefe præda præpediant. Idem 9. 6. Et quis pudor præpediebat. Hunc locum in Lugd. defideratum H. St. adfcripfit.

Crura præpediuntur vacillanti. Lucret. lib. 3. 477.

Lumina luminibus præpediuntur. Lucret. lib. 3. 365.

Tremor fubitus præpedit offa. Ovid. 14. Epift. 18.

Morbo præpeditus. Cic. pro Rabir. 21. Confectus fenectute, præpeditus morbo, &c.

Mentes prædire timore. apud Hirt. Bell. Hifp. cap. 31.

PRÆPEDĪMENTUM, i. n. [ἐμπόδισμα] Impedimentum. Plaut. Pœn. 3. 2. 28. Neo fallaciæ præpedimentum objiciatur. Sidon. 7. Epift. 6. Præpedimento alicui effe.

PRÆPENDEO, di, fum, [προκρέμαμαι] ēre. Ante pendere. Martial. lib. 9. 50.

Præpendet mento nec tibi barba minor. Cæf. 2. Bell. Civil. cap. 9. Circum turrem præpendentes.

PRÆPES, ĕtis. Adj. [ὠκυπέτης] Velox. Cic. 1. de Divin. 106.

— præpetibus pennis, lapfuque volantem. Ex poeta.

Alæ præpetis plaufus. Stat. 2. Theb. 39.

Avis præpes. Cic. 1. de Divin. 106.

Præpes, Poetis eft fæpenumero fubft. qui a Græcis vocatur οἰωνός, id eft avis rapax, ut aquila & accipiter, quod volatu valeant. Virg. 5. Æn. 254.

— quem præpes ab Ida

Sublimem rapuit pedibus Jovis armiger uncis. i. e. Avis armigera: fed & in Marone accipi & exponi poteft Armiger volans. Ac multo clarius ita a Valerio ufurpator lib. 8. Argon. 32.

Ecce autem pavidæ virgo de more columbæ,

Quæ fuper ingenti circumdata præpetis umbra

In quemcunque tremens hominem cadit, &c. Nomen habere videntur Præpetes a προπέτεσθαι, quod eft Prævolare. Hæ aves a Latinis Magnæ vocantur. Plaut. Rud. 3. 4. 65.

Teque ambuftulatum objiciam magnis avibus pabulum. Ex Turnebo. conf. Lex. Pitifc.

Adunca præpes Jovis, Aquila. Ovid. 6. Faft. 196.

Subitæ præpetes. Ovid. 13. Met. 617.

Præpetes aves, inquit Feftus, quidam dici ajunt, quia fecundum aufpicium faciunt prætervolantes: Alii, quod antea, quam petamus, iudicent: aut quod prætervolent: Aut ex Græco tractum putant, quod ante confpectum volent noftrum: ineptefcilicet, ex præpofitione Latina componentes, & Græco vocabulo. Ceterum poetæ promifcue omnes aves ita appellant. Hæc ille.

Curfus præpes. Claud. 1. in Ruffin. 262.

Loci præpetes metaphorice dicuntur ab Auguribus, quod velut aves, quæ profperius prævolant, præpetes vocantur, fic loci, quos capiunt, quod idonei felicefque funt. Ennius,

Præpetibus hilares fefe, pulchrifque locis dant. V. Gell. lib. 6. cap. 6.

Pennæ præpetes. Virg. 3. Æn. 361.

— & præpetis omina pennæ. Quem locum Servius exponens fic ait: Aves aut Ofcines funt, aut Præpetes. Ofcines ore futura prædicunt, ab os & cano: Præpetes, volatu fignificant. Sed præpetes aut fuperiora tenent, & Præpetes vocantur, aut inferiora, & dicuntur Inferæ. Præpetes autem ideo, quia omnes aves fuperiora petunt volantes. In illud vero lib. 6. Æn. 15. fic, Præpetibus pennis, h. e. Felicibus. Præpetes enim funt aves boni augurii: quod huic dat, quia pervenit. De Dædalo loquitur.

Portus præpes. Ennius in Annalibus apud Gell. l. c.

Brundufium pulchro præcinctum præpete portu?

Victoria præpes, i. e. Volucris. Mattius apud Gellium ibid. in feptimo Iliados,

Dum dat vincenti præpes victoria palmam.

PRÆPĔTO, īvi, ītum, [προαιτέω] ĕre. Ante, vel prius petere, id eft ire. Feftus; Præpetere dicebant veteres pro Anteire.

PRÆPIGNĔRO, āre. Partic. ufus eft Ammian. 29. 12. Colloquiis præpignoratus abftrufis.

PRÆPĪLO, āre. In modum pilæ rotundare ab anteriori parte. Ammian. 16. 29. Præpilabantur miffilia. [Sic enim legendum, non Propilabantur.

PRÆPĪLĀTUS, a, um. Partic. Plin. lib. 8. cap. 6. Ab operariis haftas præpilatas habentibus per circum totum actos. Plin. lib. 9. cap. 30. de locuftis, Si nullos ingruat metus, recto meatu corniibus, quæ funt propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis, &c. V. Lipf. Poliorc. 4. Dial. 4.

Miffilia præpilata. Liv. 26. 51.

Pila præpilata. Hirt. Bell. Afric. 72. extr. ub V. Cellar.

Metaphorice, Quintil. lib. 5. cap. 12. Declamationibus ad pugnam forenfem, velut præpilatis, exerceri folebamus. Ubi Burman. p. 455. laudat Salmaf de Cruce, qui p. 301. oftendit effe tela, quæ pilas, i. e. σφαίρας in extremo haberent, ne læderent.

PRÆPINGUIS, e. Adj. [πολύπιων] Valde pinguis. Columel. lib. 3. 2. Itaque non eft vineis apta: vix etiam arbufto, nifi præpingui & uvida terra.

Solum præpingue. Virg. 3. Æn. 698.

PRÆPOLLEO, ui, [πολὺ δύναμαι] ēre. Ante alios vel plurimum pollere. Liv. 1. 57. Ardeam Rutuli habebant, gens ut in ea regione, atque in ea ætate, divitiis præpollens. Idem 5. 34. Virtute & fortuna præpollens.

Compar. Auguftin. de Civ. Dei, 22. 29. Præpollentior vis oculorum.

PRÆPONDĔRO, [προσταθμίζομαι] āre. Prius ponderare, feu examinare. Stat. 8. Theb. 615.

Quem viciffe velint: tacite præponderat exful.

Præponderare, per translationem, Pluris effe, five pluris æftimari debere. Gell. lib. 1. cap. 3. Nam quum in rebus aut paribus, aut non longe fecus, utilitas amici, aut honeftas noftra confiftit, honeftas proculdubio præponderat. Cic. 3. Off. 18. Qui autem omnia metiuntur emolumentis & commodis, neque ea volunt præponderari honeftate.

Accipitur & pro Anteferre. Quintil. Decl 8 Inter duos filios pari defperatione langoentes da bonum patrem: non præponderabit alterutrum, non eliget. Alia conftructione apud Senec. 1. de Elementis, Quicquid plus æquo futurum eft, in partem humaniorem præponderet. [Videntur ex primo de Clementia.

PRÆPONDERĀTUS, a, um. Partic. Solin. cap. 11. Præponderatis finubus alveos vertont.

PRÆPONDERATIO, ōnis. f. Gloff. Lat. Gr. Præponderatio, ῥοπή.

PRÆPŌNO, pōfui, pŏsĭtum, [προτίθημι] ĕre. Ponere ante. Salluft. in Jugorth. Ubicunque res poftulabat, præfidium eft præpofitum. [Nifi error eft, & Impofitum legendum.

Præpofivi, pro Præpofui. Plaut. Rud. 4. 1. 11. Lucrum præpofivi fopori & quieti.

Aditus ædibus præponere. V. Aditus, in ADEO, īre.

Ultima primis præponere. Hor. 1. Serm. 4. 59.

Via præpofita. Ovid. 1. Trift. 3. 54. al. Propofita rectius.

Præponere, [προκρίνω, προτιμάω] Anteponere, præferre. V. PRÆPOSITUM, i. n. Ter. And. 1. 1. 38. Nunquam præponens fe aliis. Idem Eun. 1. 2. 59.

Ait: fi fidem habeat, fe iri præpofitum tibi

Apud me, &c.

Amicitiam patriæ præponere. Cic. pro Rabir. perduel. reo, 23.

Multos fibi. Ovid. 4. Trift. 10. 127.

Hominem Jovi, Ovid. 2. Faft. 676. Hor. 2. Serm. 6. 92.

Vis

Vis tu homines, urbemque feris præponere silvis?

Salutem Pop. Rom. vitæ suæ præposuit. Cic. 9. Philipp. 15.

Præponere Præficere, [προΐστασθαι] Cic. 15. Fam. 4. Quintum fratrem negotio præposui, ut in vicis, aut captis, aut male pacatis exercitus collocaretur.

Bello præpositus imperator. Cic. pro Lege Manil. 28.

Exactioni præpositi equites. Tacit. 1. Hist 20. 4.

Exercitui præponere imperatorem sapientem & callidum. Cic. 1. de Invent. 68.

Muneri alicui quendam. Cic. 2. de Orat. 41.

Navibus aliquem. Ci. 7. Verr. 99.

Negotio publico præponi. Cic. 8. Fam. 5.

Oraculo præposita sacerdos. Cic. 1. de Divin. 76.

Quæstioni præpositus qui hæc juste sapienterque disceptet. Cic. pro Milon. 23.

Scenæ. Cic. de Arusp. Resp. 25. Quid magis deformatum, inquinatum, perversum, conturbatum dici potest, quam omne servitium, permissu magistratus, liberatum, in alteram scænam immissum, alteri præpositum, &c. Paulo supra dixerat, Hos ludos servi fecerunt, servi spectaverunt.

Supplicio præpositus centurio. Sen. de Ira, 1. 16.

Præposta, per synæresin, pro Præposita, & ut vulgus loquitur, Præmissa. Lucret. lib. 6. 996.

> Quapropter bene ubi hæc confirmata, atque locata
> Omnia constiterint nobis, præposta, parata, &c.

PRÆPŎSĬTUS, a, um. Partic. V. in ipso verbo.

PRÆPOSITUS, i, m. Genus Ministri in aula Cæsarea. Suid. Πραιπόσιτος, ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος. Conf. eundem in Σελλάριος. Gloss. Lat. Gr. Præpositus, ἐφεστώς, προεστώς.

De Præposito argenti, auri, bastagæ, barbaricariorum, crystallinorum, cubiculi, cursorum, laborum, largitionum, limitum, provinciarum, thesaurorum, &c. In officiis domus Augustæ. V. Lex. Pitisc.

PRÆPOSITUM, i. n. Cic. 4. de Fin. 26. Bona non dico, sed dicam Græce προηγμένα, Latine autem Producta; sed Præposita aut Præcipua malo. Idem 3. 16. & 17. & 4. 73. Bonum ea quo appellatum sit nescio; Præpositum ex eo, credo, quod præponatur aliis.

Præposita Zenonis. Idem 1. Acad. 10.

PRÆPOSĬTIO, ōnis. f. [πρόθεσις] Actus ipse præponendi. Ulpian. in l. 1. §. Igitur. D. de exercit. actio. Igitur præpositio certam legem dat contrahentibus. quare si eum præposuit navi ad hoc solum, ut vecturas exigat, &c. Cic. 3. de Fin. 54. Qui ita talos erit jactus ut cadat rectus, præpositum quiddam habebit ad finem, qui aliter contra. Neque tamen illa præpositio tali ad eum, quem dixi, finem pertinebit.

Præpositio, Pars orationis apud Grammaticos, de qua vide apud Priscianum & alios. Cic. in Topic. 48. Præpositio enim in, privat verbum ea vi, quam haberet, si in præpositum non fuisset.

Abs præpositio una est, eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutata est. Cic. in Orat. 158.

Corrumpere præpositiones. Quintil. lib. 1. cap. 5.

PRÆPOSĬTŪRA, æ. f. Officium & dignitas Præpositi. Lamprid. Heliog. cap. 8. Militaribus etiam præposituris & tribunatibus & legationibus & ducatibus venditis. Idem Alex. cap. 46. Dabat præposituras locorum civilium, non militum. V. Salmas. conf. PRÆPOSITUS, i, m.

PRÆPOSĬTĪVUS, a, um. Adj. Quod præponi potest; ut, Vocales præpositivæ. Priscian. 1.

Conjunctio præpositiva. Diomed. 1. p. 409. ed. Putsch.

PRÆPORTO, [προφέρω] āre. Ante se ferre, vel portare. Cic. in Arato, 434.

> E quibus ingenti existit cum corpore, præ se
> Scorpius infestus præportans flebile acumen. Lucret. lib. 2. 621.
> Telaque præportant violenti signa furoris. Catull. 65. 194.
> Frons exspirantis præportat pectoris iras.

PRÆPOSSUM, pŏtes, pŏtui, [προϊσχύω] posse. Præpollere, prævalere. Tacit. 5. Hist. 8. Postquam Macedones præpotuere, rex Antiochus demere superstitionem & mores Græcorum dare adnixus.

PRÆPŎTENS, entis. Adj. [πολὺ δυνάμενος] Valde potens. ut, Præpotens Deus. Cic. 2. de Nat. Deor. 77.

Præpotens & gloriosa philosophia. Cic. 1. de Orat. 193.

Præpotens, Dives. Cic. 2. de Fin. 57. Præpotentem, ut M. Crassus fuit.

Domus præpotens. Seneca Octav. 2.

Imperia præpotentia. Valer. Max. lib. 7. cap. 2. de Appio Claudio.

Opibus præpotens. Plin. lib. 36 cap. 5.

Terra præpotens, marique Carthago. Cic. pro Corn. Balb. 34.

Compar. Salvian. de Gubern. Dei lib. 4. p. 76. edit. Brem. Cum victus cujusdam pauperis prece, præpotentiori cuidam supplicarem.

PRÆPOTENTIA, æ. f. Tertull. adv. Marc. 2. 7. Deus per præscientiam & præpotentiam suam intercessisse potuisset.

PRÆPOSTĔRUS, a, um. Adj. [ὑστερόπρωτος Gl. L. G.] quasi Perversus & inversus. Cic. 15. Fam. 17. Præposteros habes tabellarios, etsi me quidem non offendunt, sed tamen, quum a me discedunt, flagitant litteras, &c.

Præposterus, confusus, perturbatus. Cic. 3. de Orat. 48. Non discerptis sententiis, non præposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine.

Præposterus atque perversus. Cic. pro Cluent. 71. Ut erat semper præposterus & perversus, initium facit a Bulbo.

Perversum & præposterum. Cic. pro Rabir. Post. 37. Quid tam insolens, tam perversum præposterumve dici, aut excogitari potest?

Omnia perversa præpostera sunt ratione. Lucret. lib. 4. 831.

Perturbatum ac discrepans, aut præposterum ne quid sit conservemus. Cic. 3. de Orat. 37. De ordine orationis.

Ambitio præpostera. Tacit. 16. Ann. 17.

Consilia præpostera, Quæ ad tempus non dantur. Cic. de Amicit. 85. Cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis & deligendis & colendis: præposteris enim utimur consiliis, & acta agimus, quod vetamur vetere proverbio.

Gratulatio præpostera. Cic pro Sulla, 91. O præposteram gratulationem: quam cito illa omnia ex lætitia & voluptate ad luctum & lacrimas reciderunt!

Imperator præposterus. Cic. in Pison. 92. Quæ bellicæ laudis victoriæque omnes gentes insignia & monimenta esse voluerunt, noster hic præposterus imperator, amissorum oppidorum, cæsarum legionum, pro-

vinciæ præsidio & reliquis militibus orbatæ, ad sempiternum dedecus sui generis & nominis, indicia constituit.

Obsequio præpostero crimen meruit. i. e. Importuno & exitioso. Budæus. Tacit. 3. Hist. 78.

Ordo præposterus. Lucret. lib. 3. 802.

Verbis præposteris quædam pronuntiare. Cic. pro Domo 40.

Præposterus, Contrarius, vel adversus. Ovid. 1. Trist. 7. 5.

> Omnia naturæ præpostera legibus ibunt.

PRÆPOSTĔRE, Adv. [ὕστερον πρότερον] Ordine contrario. Cic. 4. Acad. 67. Quod quoniam a te probatur, ut præpostere tecum agam: jam enim referam me ad ordinem.

Præpostere & Ordine, contraria inter se. Cic. 7. Att. 16. Omnes arbitror mihi tuas litteras redditas esse, sed primas præpostere, reliquas ordine, quo sunt missæ per Terentiam.

Præpostere, incondite, monstrose. Cic. 2. de Divin. 146. Nihil tam præpostere, tam incondite, tam monstrose cogitari potest, quod non possimus somniare.

Præpostere inducere calcem. Plin. lib. 2. cap. 7.

PRÆPOSTERĬTAS, ātis. f. Arnob. 3. Græci nominis præposteritas.

PRÆPOSTĔRO, āre. Pervertere. Quintil. Trib. Mar. cap. 9. Ordinem judiciorum militis præposteravit impietas.

PRÆPOTENS, V. in PRÆPOSSUM.

PRÆPRŎPĔRUS, a, um. Adj. [λίαν ἐπισπερχής] Valde celer. Cic 7. Fam 8. Sed ex tuis litteris cognovi præproperam quandam festinationem tuam.

Amor præproperus. Val. Max. 6. 3. 6.

Celeritas præpropera. Liv. 31. 42.

Hastam præpropero nisu jacit. Sil. lib. 15. 757.

Ingenium præproperum. Liv. 22.

Ingenia præpropera ac fervida imperatorum. Liv. 27. 33. extr.

PRÆPRŎPĔRE, Adv. [λίαν ἐπισπερχῶς] Nimium celeriter. Liv. 22. 3. Itaque satis apparebat, nec deos nec homines consulentem, ferociter omnia, ac præpropere acturum. Idem 2. 45.

PRÆPROPERANTER, aliud Adv. idem significans. Lucret. lib. 3. 781.

> Innumero numero, certareque præproperanter, &c.

PRÆPŪTIUM, i. n. [ἀκροβυστία Gl. L. G. & G. L.] Pellis, quæ glandem, h. e. summam colis partem, tegit. Dictum quod membris pudendis præemineat. Vel a præputando: nam illam Judæi præputant: quam quia retinebant Gentiles, præputium dicebantur, quasi præputiati. Juven. 14. Sat. 99. de Judæis loquens,

> — mox & præputia ponunt. Idem 6. Sat. 237.
> Impatiensque moræ pavet, & præputia ducit.

Quem versiculum in quibusdam deesse codicibus docet Scholiastes. q. V. Melius derivatur a Græco [illegible], ita enim & a πόσθη Putea est; & Puta, [illegible], mentula. V. Scalig. Catalect. & Voss. Etymol. p. 406.

PRÆPUTIĀTUS, a, um. Partic. Tertull. adv. Marc. 5. 9. Præputiati sacerdotii Pontifex.

PRÆPUTIATIO, ōnis. f. Idem ibid. & cap. 4. & 13. & de Resur. Carn. cap. 23. & de Monog. cap. 6.

PRÆQUAM, V. Præ quam, in PRÆ.

PRÆQUESTUS, a, um. Partic. Ante questus. Ovid. 4. Met. 251.

> Multaque præquestus, tanges tamen æthera dixit.

Alii legunt, Conquestus.

PRÆRĂBĬDUS, a, um. Adj. Sen. de Ira, 1. 12. Ira prærabida & amens. al. Prærapida.

PRÆRĂDIO, [προκαταλάμπω] āre. Ovid. 6. Epist. 115.

> Præradiant stellis signa minora suis.

I. e. Prælucent. Budæus. Conf. Claudian. Nupt. Honor. &c. 287.

PRÆRĀDO, si, sum, [ἀποξύω] ĕre. Idem quod Radere significat: nisi quid addat præpositio. Cato R. R. cap 41. Si vitis vitem contingat, vitis utriusque latus alterum præradito oblique, & inter sese medullam cum medulla libro colligato.

PRÆRĀSUS, a, um. Partic. Paulin. Nolan. Epist. 22. n. 2. Inequaliter semitonsi & destituta fronte prærasi. Scil. Capilli.

PRÆRANCĬDUS, a, um. Adj. [παλαιότατος] Valde rancidum significat: ut, Prærancida caro.

Prærancidus, per translationem, pro Exoleto & jam ingrato. Gell. lib. 13. cap. 29. Non finitiones illas prærancidas, neque fæcutinas grammaticas spectaveris. Budæus.

PRÆRĂPĬDUS, a, um. Adj. [πάνυ θοός] Valde celer: ut, Fuga prærapida. Sil. lib. 16. 363.

PRÆRĬPIO, ripui, reptum, [προαρπάζω, προλαμβάνω] ĕre. Ante rapere, Præoccupare. Plaut. Cas. 1. 14.

> Huc venisti sponsam præreptum meam?

Præripere alicui ne sit primus. Valla, Qui aliquid alteri eripit, potest non in suos usus eripere: ut, Eripuit illi vitam. Qui vero præripit, in suos proprios usus rapit: neque præpositio illa antecessionem temporis declarat. Cic. pro Gall. Demosthenes tibi præripuit, ne esses primus orator: tu illi, ne solus. Non hoc intelligit Cicero, quod Demosthenes huic, aut aliquid eripuit, (ut qui auferre nihil posset nondum nato) aut priorem se fecerit. Non enim Demosthenes primus oratorum antiquitate temporis dicitur, sed facultate: neque hunc solus Demosthenes ætate antecessit, eo quidem magis, quod hic ipse æqualis Ciceroni non potuisset invicem antiquissimo illi aliquid auferre. Ergo ille præripuit tibi, id est rapuit sibi istam dignitatem, ut summus orator esse videatur: futurus etiam solus, nisi tu partem in te illius laudis transtulisses, essesque tu dignus nomine oratoris, quamvis non æquandus Demostheni: quo nomine adhuc post illum præter te dignum vidimus neminem. Hactenus Valla lib. 5 cap 83. [Errat Valla, hæc Tullii verba esse putans, quum sint Hieronymi in Epist. ad Nepotian. de vita clericor. M. Tullius, inquit, in quem illud pulcherrimum elogium est, Demosthenes &c. Deinde subjicit verba Cic. ex oratione pro Q. Gallio.

Conjugem præripere. Virg. 9. Æn. 138.

Consilia hostium præripere. Cic 1. Off. 108. Facile celare, tacere, dissimulare, insidiari, præripere hostium consilia. i. e. Præoccupare, sive prænoscere, aut prævenire.

Gratiam popularem alicui præripere. Cic. 3. Off. 81. Ut Mario præripere Collegis & Trib. pleb. popularem gratiam, non ita turpe.

Iter præripere, Præoccupare. Liv. 3. 9.

Laudem alteri. Cic. de Arusp. Resp. 9. Cui me præripere desponsam jam,

& destinatam laudem, quum ipse ejus opera & dignitatem & salutem recuperarim, valde est iniquum.
Oscula. Lucret. lib. 3. 909.
Viaticum alicui. Cic. 4. Att. 5. Viaticum Crassipes præripit, tu de via recta in hortos.

PRÆREPTUS, a, um. Partic. [προαρπασθεὶς] ut, Præreptus immatura morte Auctor de Viris illust. cap. 5. extr.
Virtus prærepta. Sil. lib. 4. 840.

PRÆRIPIA, orum. n. pl. Loca vicina ripis. ut, Præripia fluminis. Apul. Apul. p. 278. Elmenh. item Serv. ad Virg. 6. Æn. 704. ut ex MSS. restituit Gronov. Observat. 1, 20.

PRÆRIGIDUS, a, um. Adj. Quintil. Decl. 17. Vos ignotos prærigidæ mentis adfectus vocabulo molliore lenitis.

PRÆRODO, si, sum, [περιτρώγειν] ĕre. Vehementer rodere, aut etiam rodere tantum. [Immo Ante, vel Summa ex parte rodere] Columel. lib. de Arborib. cap. 18. pr. Nam si sæpius cacumina manu præfracta, aut a pecore prærosa fuerint, in perpetuum corrumpuntur. conf. de R. R. 5. 10. pr. Idem de Arboribus, cap. 15. Genus est animalis, volucra appellatur, id fere prærodit teneros adhuc pampinos & uvas. Idem lib. 5. cap. 6. Ne prodeuntia cacumina seminum ab avibus prærodantur.
Caudam prærodere. Plin. lib. 9. cap. 62.
Digitos prærodere. Plaut. Pseud. 3. 2. 94.
Hamum prærodere. Plin. lib. 9. cap. 43.

PRÆRŌSUS, a, um. Partic. [περιτρωχθεὶς] ut, Hamus prærosus. Hor. 2. Serm. 5. 25.

PRÆRŎGO, [προαιτεῖν] āre. Ante rogo. Suet. Aug. cap. 35. extr. Sententias de majore negotio, non more atque ordine, sed prout libuisset, prærogabat. Sed rectius legitur Perrogabat.
Prærogare, pro Repræsentare aliquando accipitur, & Ante tempus solvere. Ulpianus, Locati & conducti. l. Sed addes, D. Nam inter eum, qui per errorem solvit, & eum qui pensionem integram prærogavit, multum interest. Budæus. i. e. Præerogavit. Turnebus. V. PROROGO.

PRÆROGĀTUS, a, um. Partic. ut, Comitia comitiis prærogata. Cic. pro Planc. 40. MSS. Urs. & Græv. Prærogativa. V. dict. seq.

PRÆROGĀTĪVUS, a, um. Adj. ut, Prærogativæ tribus dicebantur, Quæ primæ ferebant suffragium rogatæ, & Prærogativæ centuriæ, itidem. Liv. 26. 22. Fulvius Romam comitiorum causa arcessitus, quum comitia consulibus rogandis haberet, prærogativa Veturia juniorum declaravit T. Manlium Torquatum, & T. Octacilium. Cic. pro Planc. 49. An tandem una centuria prærogativa tantum habet auctoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit?
Dicuntur & comitia comitiis prærogativa. Cic. pro Planc. 49. Cujus in honore non unius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerunt prærogativa? Et Dativo junxit, h. e. Præjudicatam opinionem auctoritatemque afferentia: quod ideo dixit, quia populus aliis comitiis suam voluntatem erga Plancium declaraverat. Budæus. Al. Prærogata, minus emendate.
Omen prærogativum. Cic. pro Muren. 38. Si tanta in illis comitiis religio est, ut adhuc semper omen valuerit prærogativum: quid mirum est in hoc felicitatis famam, sermonemque valuisse?
Suffragium prærogativum dicitur, ut Prærogativa tribus. In Comitiis enim Romanis prærogativa tribus dicebatur, cui sorte obvenerat, ut prima rogaretur, hoc est suffragium ferret. Sic Budæus, Prærogativum eorum hominum sententia dicitur, qui primi censere jubentur a principe, de unoquoque persiciendo conf. Lex. Pitisc.

PRÆROGATĪVA, æ. f. substantive, subaudito τῷ Tribus, vel Classis, &c. ut Sortitio prærogativæ. Cic. 2. Philipp. 82.
Comitiorum omen prærogativa. Cic. 1. de Divin. 103. Prærogativam etiam majores omen justorum comitiorum esse voluerunt.
Custos prærogativæ. Cic. Post redit. in Senat. 17. Quem comitiis prærogativæ primum custodem præfeceras.
Referre prærogativam. Cic. 2. de Divin. 74. At aruspices divini, quos quum Ti. Gracchus, propter mortem repentinam ejus, qui in prærogativa referenda subito concidisset, in Senatum introduxisset, non justum rogatorem fuisse dixerunt.
Prærogativa pro Auctoritate & præjudicio quodam: quia plerumque reliquæ centuriæ & tribus auctoritatem sequebantur prærogativæ. Cicero utrumque sensum eleganter conjunxit 2. Verr. 26. Qui quam isti sit amicus, attendite. Dedit enim prærogativam suæ voluntatis ejusmodi, ut isti pro prærogativis eam reddidisse videatur.. i. e. Aperte favere se ostendit Verri, ut hoc beneficium rependere videatur pro pecunia a Verre accepta, ex qua tribus corrupit, ut Consul crearetur ambitu. Jocus autem est Ciceronis a dilogis ductus, id est ab ambigua significatione Prærogativæ. Prærogativa in superiore loco, pro Præjudicio suffragiario ponitur: at in posteriore, est nomen adjectivum: subintelligitur enim Centuria. Budæus. V. omnino Ascon.
Prærogativa triumphi, Translate. Cic. 15. Fam. 5. Quod si triumphi prærogativam putas supplicationem, & idcirco casum potius, quam te laudari mavis: neque supplicationem sequitur semper triumphus, & triumpho multo clarius est, Senatum judicare potius mansuetudine & innocentia imperatoris provinciam, quam vi militum, aut benignitate deorum, retentam atque conservatam esse, quod ego mea sententia censebam.
Militaris prærogativa, Militum favor antecedens. Liv. 21. 3. pr.
Prærogativa vetus domus Imperatoriæ. Eumen. Paneg. Const. cap. 2. §. 4.
Prærogativa, pro Eminentia ponitur, inquit Budæus, sive Excellentia & antelatione, ut ait Perottus. Ulpian. in l. Observare D. de Offic. Procons. Magni enim faciunt provinciales servari sibi consuetudinem istam, & hujusmodi prærogativas.

PRÆROGATIVĀRIUS, a, um. Adj. Prærogativarii dicuntur Cassiod. Var. 11. 27. Veterani, quod iis prærogativa debetur, ut Protectorum dignitas iis, tanquam pretium longi laboris, accedat. Symm. Epist. 3. 67. V. Guther. de Off. Dom. Aug. 2. 15.

PRÆRUMPO, rūpi, ruptum, [περιῤῥήγνυμι] ĕre. Abrumpere, disrumpere. Ovid. 14. Met. 547.
> Stuppea prærupit Phrygiæ retinacula puppis.

PRÆRUPTUS, a, um. Adj. ex Part. [κρημνώδης, ἀπόκρημνος] Idem fere quod Præceps. Columel. lib. 3. 13. 8. Præruptior vero collis vel in quatuor pedes vertendus.
Cæli prærupti vertex. Valer. 2. Argon. 88.
Imber præruptus. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 462. [Forte Proruptus.
Moles. Ovid. 2. Epist. 132.
Montes. Catul. Argon. 62. 126.
Mons aquæ præruptus. Virg. 1. Æn. 105.
Oppidum undique præruptum. Cæsar 8. Bell. Gall. cap. 40.
Rupes. Ovid. 1. Met. 719. al. Cautes.
Saxum. Cic. 7. Verr. 144. Sinus quosdam obsedisse maritimos, aut aliqua promontoria, aut prærupta saxa tenuisse dicuntur. Præruptum hoc loco Arduum significat, non sensim acclive, quod ἀπότομον Græce dicitur. Budæus. Liv. 5. 46.
Scopuli prærupti, vide SCOPULUS. H. St.
Vertices prærupti. Catul. Argon. 62. 297.
Superl. Præruptissima saxa. Cæsar 8. Bell. Gall. 33. pr.

PRÆRUPTA, orum. n. pl. pro Locis præruptis. Plin. lib. 8. cap. 32. Ad prærupta ducunt, saltumque demonstrant.

PRÆRUPTE, Adv. [κρημνωδῶς] Abrupte, & sine clivo. Plin. 34. 14. Mons prærupte altus, incredibile dictu; totus ex ea materie est.

PRÆS, prædis. m. [ἐγγυητὴς] est, inquit Festus, Qui populo se obligat, interrogatus a magistratu. Idem alibi Mancipem etiam Prædem dici ait, quia tam debet, inquit, populo præstare, quod promisit, quam is qui pro eo præs factus est. Gell. lib. 7. 19. Si Lucius Cornelius Scipio Asiaticus Collegæ arbitratu prædes dabit, Collega ne eum in vincula ducat, intercedemus. V. tot. cap. Varr. de L. L. lib. 5. 7. Sponsor, inquit, & præs, & vas, neque iidem, neque res, a quibus ii, sed dissimiles. Itaque Præs est, qui a magistratu interrogatur in publicum ut præstet, a quo &, quum respondet, dicitur Præs. Vas appellatus est, qui pro altero vadimonium promittebat. Hæc Budæus.
Prædes hodie sunt, Qui sponsores Reipub. vel principi facti sunt pro iis, qui pecuniam publicam dispensant. Eorumque bona prædia dici possunt: id est, ut Græci dicunt, ὑπέγγυα. Ii etiam qui publicanos in locationibus vectigalium, aut eorum fidejussores locupletes affirmant (quod idoneos & sufficientes testificari vocant) Prædes dici propterea possunt, quod locupletes eos esse ipsi præstare debent. Budæus. conf. omnino Ascon. de Prætur. Urb. 142. & 143. p. 100.
Inter Prædem & Vadem, differentiam ostendit Auson. Eidyll. 12. 100.
> Quis subit in pœnam capitali judicio? Vas.
> Quis cum lis fuerit nummaria, quis dabitur? Præs. V. Plura in Lex. Pitisc.

Prædes, a Præstando. Varr. L. L. 4. 4.
Pecuniæ publicæ præs. Cic. 2. Fam. 16. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, ut, & mihi, & populo cautum sit sine vecturæ periculo.
Cautum est populo prædibus & prædiis. V. CAVEO.
Accipere prædes. Cic. 3. Verr. 150. conf. Pecuniæ pub. præs supra.
Dare per prædem aliquid. Cic. 9. Att. 11. Egi, per prædem ille daret.
Factus aliquando præs in quibusdam tabulis ille est. Cic. 13. Att. 3.
Prædes etiam interdum pro Bonis prædiis accipiuntur. Cic. 2. Philipp. 78. Et domi quidem causam amoris habuit, foris etiam turpiorem ne L. Plancus prædes tuos venderet. i. e. Bona tua sponsioni obnoxia. Possumus etiam hic Prædes pro Sponsoribus intelligere: ut sit Sponsorum bona prædia auctioni addicere. Bud.
Obstringere se prædibus. Idem 6. Att. 1. μεταφορικῶς usus est: Itaque, inquit, irascatur qui volet, patiar. τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, præsertim quum sex libris, tanquam prædibus, meipsum obstrinxerim, quos tibi tam valde probari gaudeo. Budæus.

PRÆDIUS, a, um. Adj. ut Bona prædia, Quæ sunt satisdationibus obnoxia, teste Pediano in 3. Verr. 142. Eadem Prædia absolute dicuntur.

PRÆDIUM, ii. n. [χωρίον, κλῆρος] a Præda: eo quod capti ab hostibus agri militibus distribuebantur. Varro lib. 4 de L. L. 4. extr. Prædia dicta, item ut Prædes, a Præstando, quod ea pignori data publice mancupes fidem præstent. Hæc Varro. Alii a Prius, seu valde dando. Vetus auctor de Limitibus apud Rigalt. p. 299. Prædium, quod ex omnibus patris familias maxime providetur, id est apparet, quasi prævidium, vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, prædæ nomine habebant. V. Voss. Etym.
Prædia, inquit Asconius in 3. Verr. 143. sunt res ipsæ, prædes homines. id est fidejussores, quorum res Bona prædia uno nomine dicuntur. Idem ibid. 142. Bona prædia dicuntur, Bona satisdationibus obnoxia, sive sint in mancipiis, sive in pecunia numerata: Prædia vero domus, agri.
Prædium est Rustica & urbana possessio. Cic. 3. Off. 51. Ac de jure quidem prædiorum sanctum est apud nos jure Civili, ut in his vendendis vitia dicerentur, quæ nota essent venditori. [Gloss. Lat. Gr. Prædia, Ἔγγαια κτήματα, & Gr. Lat. Κλῆρος, Prædium, Fundus, Possessio.
Prædium & Fundum idem esse, V. FUNDUS.
Continentia prædia fundo. V. CONTINEO.
Culta. Claud. 1. in Ruff. 188.
Dotalia. Cic. 15. Att. 20.
Libera. V. LIBER, Adj.
Paterna. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Rustica. Cic. pro Rosc. Amer. 42.
Triquetra. Hor. 2. Serm. 6. 55. Triquetra (inquit Acron) Græce Trinacria dicitur. Porphyrio vero dicit Triquetra prædia, Sicula dici, quod in tres partes, id est promontoria diducta sit, vel quadras.
Urbana prædia. Ulpian. l. 198. D. de verbor. signific. Urbana prædia omnia ædificia accipimus: non solum ea, quæ sunt in oppidis, sed & si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & vicis, vel si prætoria voluptati tantum deservientia, quia urbanum prædium non locus facit, sed materia. Proinde hortos quoque, si qui sunt in ædificiis constituti, dicendum in urbanorum appellatione contineri. Plane si plurium horti in reditu sunt (vinearii forte, vel etiam olitorii) magis hæc non sunt urbana. Quo in loco Stabula dicuntur, diversoria, & quas tabernas vocamus. Prætoria sunt, Ornatiores domus, in quibus patres familias ruri habitant.
Accipere prædia in æstimationem ab aliquo. V. ACCIPIO.
Abeunt fructus prædiorum in sumptus. Cic. 11. Att. 2.
Ædificare prædia. V. ÆDIFICO.
Colenda fructuosa prædia ac tuenda pater filio tradiderat. Cic. pro Rosc. Amer. 41.
Dividere prædia. Hor. 2. Serm. 3. 168.
Emere ab aliquo. Cic. 13. Fam. 9.
Mancipare paterna prædia. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Vendere. Cic. 3. Verr. 142.

Prædiŏlum, i. n. dimin. [κτητίδιον] Cic. 2. Fam. 15. Sed mea prædiola tibi nota sunt.
Ædificata belle prædiola nostra, & satis amœna. Cic. 16. Att. 3.

Prædiātus, a, um. Adj. Prædiis munitus. Apul. lib. 2. Flor. p. 349. Elmenh. Ipse bene vestitus, bene prædiatus.
De alia signif. vocis, V. post præs. & in dict. seq.

Prædiator, is. m. [κτηματώνης] Cic. 12. Att. 17. Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis xxv spopondisse dicit Flavius, etsi reus locupies est, & Apulejus prædiator liberalis: tamen velim des operam, ut investiges ex consponsorum tabulis, sitne ita. conf. Ep. 14. & ad utrumque locum Commentt.
Prædiator, Qui rerum prædialium periti erant, prædiatores vocabantur, inquit Bud. Sed refellit eum Salmas. de mod. usur. c. 16. V. Lex. Pitisc. [In Gloss. Gr. Lat. gemina hujus vocis interpretatio exstat. Prædiator, ὠνητὴς ὑποθηκῶν. Rursus, Prædiator, ὑπὲρ φέρν δίκην ἐνδεδημένος. Ubi Salmas. l. c. Prædiatus legit, & δίκην ἐνδεδημένος. De ceteris non repugno, cur vero ἐνδεδημένος potius, quam ἐνδεδεμένος maluerit, fateor me mirari, cum id verbum in ea re proprium esse vel ex iisdem Gloss. discere liceat, siquidem Obligatus, Ἐνδεδεμένος, in iis interpretatur, & in Gr. Lat. Ἐνδεδεμένος, Innodatus, Innexus, Inligatus. V. & ad seq. dict.

Prædiatōrius, a, um. Adj. [κτηματικός] Quod ad prædia pertinet. ut, Prædiatorium jus. Cic. pro Corn. Balb. 45. Etenim si Q. Scævola ille Augur, quum de jure prædiatorio consuleretur, homo Jurisperitissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium & Casellium prædiatores rejiciebat. Sic & Val. Max. lib. 8. cap. 12. 1. De Q. Scævola. [Nisi quod pro Prædiatores, dicit Consultores. Salmas. expungit hanc vocem. Legebam olim Prædiatos. Sed jam video nil esse mutandum, verum Prædiatores intelligi Usuperitos emptores bonorum prædiorum. V. ad dict. super. Lex prædiatoria. Suet. Claud. cap. 9. Torrentio, Quæ de prædibus cavebat: Salmasio, Quæ agebat de prædiatis, id est obligatis publico, de Usur. cap. 16.

Præsāgio, [προαισθάνομαι, ἐπιθεάζω] Ire. ex Præ & Sagio; Prænuntio, portendo. Plin. lib. 10. cap. 21. Habent ostenta & præposteri eorum vespertinique cantus. Namque totis noctibus canendo, Bœotiis nobilem illam adversus Lacedæmonios præsagivere victoriam, ita conjecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret. De gallis gallinaceis. Apul. 9. Met. p. 235. Elmenh. Quæ prodigiosa præsagiverant ostenta. Ter. Heaut. 2. 2. 7. —nescio quid profecto mihi animus præsagit mali.
Præsagibat mihi animus. Plaut. Aul. 2. 2. 1.
Præsagibunt. Plin. lib. 18. cap. ult.
Præsagient. Idem ibid.
Præsagire quid significet, & ejus etymologiam dat Cic. 1. de Divin. 65. Sagire enim, inquit, sentire acute est, ex quo Sagæ anus, quia multa scire volunt; & Sagaces dicti canes. Is igitur qui ante sagit quam oblata res est, dicitur Præsagire, id est futura ante sentire. Idem ibid.
Præsagibat animus, frustra me ire, quum exirem domo. Ex poeta.
Dicimus, Præsagit animus, ut ex superioribus exemplis ostenditur: & Præsagio animo. Liv. 30. 20. Jam hoc ipsum præsagiens animo, præparaverat ante naves.
Animus præsagit magna mala. Senec. Theb. v. 278.
Corpus præsagit gaudia. Lucret. lib. 4. 1100.
Cupido multa voluptatem præsagit. Lucret. lib. 4. 1051.
Exiguitas copiarum, recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Cic. 8. Fam. 10.
Venturam melius præsagit navita noctem. Propert. lib. 3. 11 (al. 9.) 5.
Præsagire, Præsignificare. Lucret. lib. 3. 511.
Et quoniam mentem sanari, corpus ut ægrum,
Cernimus, &c.
Id quoque præsagit mortalem vivere mentem.

Præsagior, [ἐπιμαντεύομαι] Iri. dep. legitur apud Plaut. Bacch. 4. 4. 28. Occidi; ch. animus jam istoc dicto plus præsagitur mali. conf. Non. 7. 73.

Præsagĭtio, ōnis. f. [προμαντεία] Cic. 1. de Divin. 66. Inest igitur animis præsagitio intrinsecus injecta, atque inclusa divinitus.
Præsagitio dicta, quod Præsagire est acute sentire: unde Sagæ dictæ anus, quæ multa sciunt, & Sagaces canes, qui ferarum cubilia præsentiunt. Festus. [Ex Cic. l. c. Quod Sagire legendum.
Divina præsagitio. Cic. 1. de Divin. 123. Non paulisti mihi revocanti, quum uterer, qua soleo, præsagitione divina.

Præsagium, i. n. [προαίσθησις] Præsensio, divinatio. Columel. lib. 11. cap. 1. Quantumvis utile continget villico tempestatis futuræ præsagium. conf. Paterc. 2. 57. 2. Poetæ plerumque Pluraliter usurpant.
Mentis præsagia. Ovid. 2. de Pont. 8. 57.
Somni. Stat. 1. Achill. 22.
Irrita. Ovid. 3. de Pont. 4. 89.
Canunt præsagia noctes. Claud. de Bell. Gildon. 355.
Capere præsagium. V. capio.
Docta spirant præsagia rupes. Claud. 6. Conf. Hon. 34.

Præsāgus, a, um. Adj. [προμαντικός] Qui præsagire novit. Claud. Rapt. Proserp. 2. 190.
—heu mens præsaga futuri.
Malorum præsagus. Lucan. lib. 7. 186.
Ars. Valer. 5. Argon. 433.
Fulmina. Valer. 3. Argon. 354.
Mens mali. Virg. 10. Æn. 843.
Nares. V. naris.
Pectora præsaga mærent. Ovid. 10. Met. 444.
Quies præsaga, Somnium. Stat. 10. Theb. 318.
Suspiria præsaga luctus. Ovid. 2. Met. 124.

Præsaltor, V. præsilio.

Præsānasco, [προϋγιαίνομαι] ĕre. Ante sanum fieri. Plin. lib. 24. cap. 10. Cortex ejus interior cicatrices, quæ præsanavere, aperit. Budæus.

Præsanātus, a, um. Partic. [προϊαθείς] Plin. lib. 26. cap. 14. Vulneribus præsanatis asphodeli radix decocta efficacissima est. Ita legit Hermolaus; licet vulgo Personatis legatur, & ita in antiquo legimus, inquit Budæus. V. not. Hard.

Præscātro, [ἀκέομαι] ĕre. Gell. lib. 14. cap. 6. Et simul dat mihi librum grandi volumine, doctrinis omnigenis, ut ipse dicebat, præscatentem.

Præscio, scivi, scitum, [προγινώσκω] Ire. Ante scire. Ter. And. 1. 5. 4.
Uxorem decrerat dare sese mihi hodie: nonne oportuit
Præscisse me ante? nonne prius communicatum oportuit? Tertull. adv. Marc. 2. 5. Universa disponendo præscit, & præsciendo disposuit.

Præscientia, æ. f. Tertull. ibid. & Mart. Capella 2.

Præscītum, i. n. Præscita, Plinius identidem vocat, quæ Græci σημεῖα, inquit Budæus. Plin. lib. 10. cap. 18. Unum eorum præscitum transire non queo. i. e. Augurium & ostentum. Ibid. cap. 75. Utrumne sint aliqua præscita animi quiescentis.

Præscītio, ōnis. f. ut, Præscitionum auctor. Ammian. 29. 1.

Præscius, a, um. Adj. [προγνωστικός, προειδώς] ut, Præscia venturi vates. Virg. 6. Æn. 66.
Cæli venturi præscius. Valer. 5. Argon. 53.
Lingua præscia. Ovid. 1. Fast. 538.
Mens. Sil. lib. 16. 89.
Vox. Valer. 5. Argon 528.

Præscisco, [προγινώσκω] ĕre. Idem, quod Præcognoscere. Liv. 27. 35. Quamprimum eos sortiri provincias, & præsciscere quam quisque eorum provinciam, quem hostem haberet, volebant.
Longe præsciscere. Virg. 4. Georg. 70.

Præsciscendus, a, um. Partic. Ammian. 20. 7. Ad præsciscendos adversos subitosque motus munimentum locare.

Præscrībo, psi, ptum, [προγράφω] ĕre. Ante, sive prius scribere. Cic. 13. Fam. 28. Sic enim præscripsimus iis, quibus ea negotia mandavimus.
Præscribere, Inscribere. Virg. 6. Ecl. 12.
—nec Phœbo gratior ulla est,
Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen. Gell. lib. 11. cap. 16.
Præscribere, [ὑπαγορεύειν] Præcipere, Præfinire, legem ponere.
Præscribere quæ sunt gerenda. Cic. de Senect. 18. At Senatui quæ sunt gerenda præscribo: & quomodo Carthagini, male jamdiu cogitanti, bellum inferatur, multo ante denuntio.
Quid faciam? præscribe. Hor. 2. Serm. 1. 5.
Quemadmodum jus suum persequatur, alicui præscribere. Cic. pro Cæcin. 8.
Qualis debeat esse civis, alicui præscribere. Cic pro Flac 23.
Constituere & Præscribere aliquid. Cic. pro Cæcin. 76. Vestra auctoritate hoc constituetur, hoc præscribetur.
Judicare & Præscribere. Cic. pro Lege Manil. 1. Facile intellexi, Quirites, & quid de me judicaretis, & quid aliis præscriberetis.
Præscribere & Imperare. Cic. 4. Acad. 8. Nec ut omnis, quæ præscripta & quasi imperata sunt, defendamus, necessitate ulla cogimur.
Curationem valetudinis per somnium præscribere an potest Æsculapius? Cic. 2. de Divin. 123.
Finem præscribere rei alicui. Ter. And. 1. 1. 124.
Gyros præscriptos evecta est pagina. Propert. lib. 3. 2. 21.
Jura civitatibus præscribere. Cic de Senect. 27.
Leges & instituta præscribere. Cic. 4. de Fin. 61. Omnium rerum publicarum rectiones, genera, status, mutationes, leges etiam & instituta ac mores civitatum præscripsimus. Al. Rationes, & Perscripsimus.
Modum præscribere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Munia præscripta. Hor. 2. Serm. 2. 81.
Verbis præscriptis actio, V. apud JCtos.
Jura moresque majorum præscribunt. Cic. pro Font. 36. Denique ut oportet bello Gallico, ut majorum jura moresque præscribunt, nemo est civis Rom. qui sibi ulla excusatione utendum putet.
Natura præscripsit homini, ut nihil pulchrius quam hominem putaret. Cic. 1. de Nat. Deor. 78. Idem 3. Off. 27. Atque si etiam hoc natura præscribit, ut homo homini quicunque sit; ob eam causam, quod is homo sit, consultum valit.
Ratio & doctrina præscribit. Cic. 1. de Nat. Deor. 7. Arbitramur nos & publicis & privatis in rebus ea præstitisse, quæ ratio & doctrina præscripserit.
Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas præscribit. Cic. 6. Fam. 1.
Necessitudine præscriptum est. Auct. ad Herenn. lib. 2. 24. Eadem omnia videntur consideranda, quæ necessitudine præscripta sunt.
Lege præscribitur. Cic. 2. de Legib. 58. Dummodo ea moderata sint, ut lege præscribitur.
Lege & officio præscriptum est, testibus credere. Cic. pro Font. 12.
Præscribere, Prænuntiare, sive prædicere. Cic. in Vatin. 11. At ibi idem præscribo, ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas.
Præscribere, pro Excipere, exceptionem summotoriam objicere agenti: cum Dativo jungitur. Quintil. lib. 7. cap. 5. pr. Ignominioso patri filius præscribit: de eo solo judicatio est, an liceat. Marcellus l. 3. D. de prævaricatoribus, Nam si reus accusatori ideo præscribit, quod dicat se ab alio accusatum & absolutum. Budæus.

Præscriptum, i. n. [ὑπόγραμμα] Certa regula quam sequi deceat. Cic. 2. de Orat. 178. Plura enim multo homines judicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis: quam veritate, aut præscripto, aut juris norma aliqua, aut judicii formula, aut legibus. Idem pro Cluent. 147. Omnia legum imperio & præscripto fieri videbitis. Quintil. lib. 2. cap. 14. Erat enim rhetorice, res prorsus facilis ac parva, si uno brevi præscripto contineretur.
Præscriptum & formula. Cic. in Orat. 36. Quid est quo præscriptum aliquod, aut formulam exprimas, quum in suo quodque genere præstet, & genera plura sint? Hanc metaphoram ajunt a ludimagistris sumptam esse, qui pueris dictant, & præscribunt quod ediscant. Unde Seneca, Pueri, inquit, ad præscriptum discunt.
Certum præscriptum. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Ad præscriptum agere. V. in Præpositione ad.
Ex præscripto aliquid agere. V. ex.
Communi ex præscripto civitatis unamquamque rem administrare. Cic. 2. de Invent. 132.
Præscripta ad candida currere. Lucret. 6. 91.
Tu mihi supremæ præscripta ad candida callis
Currenti, spatium præmonstra callida Musa. Quo loco Turnebus, Putem potius, inquit, Calcis legi debere, ut a Cicerone 1. Tusc. 15. scriptum est, Nunc video calcem, ad quem quum sit decursum, &c. Ex eo autem sic curriculi finis vocatus est, quod creta, aut etiam calce nota-

notaretur: quod & Lucretius indicavit, quum Præscripta candida dixit, intelligens Præscriptum, velut Creatum finem.

Dare certum quoddam præscriptum alicujus rei in perpetuum. Cic. 2. de Invent. 174.

Servare præscripta. Cic. 1. Off. 92.

Non ita Romuli præscriptum & intonsi Catonis. Hor. 2. Carm. 15. 10.

Præscriptum etiam de eo dicitur qui tantum auctoritatem suadendi habet. Liv. 10. 22. extr. Ad præscriptum Cos. & Consularia & Prætoria comitia habita.

PRÆSCRIPTIO, ōnis. f. [ἐπιγραφή] Cic. 1. Off. 21. Ex quo fit, ut ager Arpinas, Arpinatum dicatur: Tusculanus, Tusculanorum, similisque privatarum possessionum præscriptio. Quædam exemplaria hic legunt Descriptio.

Præscriptio, [ὑπογραφή, σύνταγμα] Præceptum, ordo, lex, forma, regula. Cic. 4. Tusc. 22. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est a tota mente, ac recta ratione defectio: sic aversa a præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant.

Norma, regula, præscriptio, Naturæ. Cic. 4. Acad. 140. Hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse Naturæ. Hoc loco, inquit Budæus, Præscriptio, non quidem significat, quod Græci παραγραφὴν, hoc est Translationem: sed quod illi ὑπογραφὴν, hoc est Formam, sive informationem vocant.

Præscriptio & moderatio. Cic. pro Cœl. 41. Dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioque teneatur.

Legis præscriptio. Cic. 2. de Lege Agrar. 22.

Præscriptio, [παραγραφή] Cic. 4. Att. 18. Hæc pactio non verbis, sed nominibus, & præscriptionibus, multorum tabulis, quum esse facta diceretur, &c. Præscriptio, Exceptio, & Translatio, inquit Budæus, unum & idem in re forensi significant. Præscribere etiam, Perscribere, Subscribere, verba sunt propria fori & judiciaria, unde hoc verbum utraque lingua tractum est. Cic. 2. de Invent. 58. Ut in quodam judicio, quum venefici cujusdam nomen esset delatum, & quia parricidii causa subscripta esset, extra ordinem esset acceptum, &c. Quintil. lib. 7. cap. 6. De quæstione actionis loquens, Quum ex præscriptione lis pendet, de ipsa re quæri non est necesse. Ignominioso patri filius præscribit: de eo solo judicatio est, an liceat. Actionis quæstionem eo loco & Præscriptionis litem Quintilianus vocat, quam lib. 3. cap. 6. Translationem vocaverat. Jurisconsulti in Pandectis promiscue Excipiendi verbo & Præscribendi usi sunt: licet Præscriptionis vocabulum apud recentiores legum interpretes, & apud Juris pontificii conditores, ad præscriptionis exceptionisque temporis significationem coarctatum sit & præfinitum. Hactenus Budæus. Græv. in pr. Cic. loco Perscriptionibus edidit, q. V.

Indocere præscriptionem. Cic. 1. de Invent. 32. Hæc ideo diligentius inducitur præscriptio, ut aperte intellecta generali partitione, paucitas generum in partitione servari possit.

Præscriptionem a Translatione differre ait Fortunatianus: quod illa excludat actionem, hæc differat. Quibus verbis ostenditur latius patere Exceptionis quam Præscriptionis nomen. Nam Præscriptio ad peremptorias tantum, Exceptio vero etiam ad dilatorias refertur. Et ita sumi debet in Rub. D. de Exceptionibus & Præscriptionibus, ut sit differentia inter hæc duo, licet vulgo doctores aliter sentiant.

Præscriptio, Exceptio quæ ab agendo removet accusatorem. ut, Præscriptio longi temporis, apud JCtos. V. Brisson. de V. S. Sen. Epist. 48. Quantum potes ergo, mi Lucili, reduc te ab istis exceptionibus & præscriptionibus Philosophorum. V. Lips. & Gronov. de Censef. n. 68. p. 644.

Præscriptio in SCtis erat, cum nomina eorum, qui scribendo adfuissent, præscriberentur. V. Manut ad Cic. 5. Fam. 2. p. 219. Græv. Al. Perscriptio.

Præscriptio, Prætextus, Color. Cæs. 3. Bell. Civil. 32. Ut honesta præscriptione rem turpissimam tegerent.

PRÆSCRIPTUS, ūs. m. Tertull. de Exhort. ad Cast. cap. 3. Indulgentiam nuptiarum non de divino præscripto induxisse.

PRÆSCRIPTĪVE, Adv. Tertull. adversf. Marc. 4. 1. Præscriptive occurrere.

PRÆSĔCO, secui, sectum, [ὑποτέμνω, ἀποτέμνω] āre. Præcidere. Columel. de Arborib. cap. 29. Radicem arundinis, acuta falce præsectam, impendenti pluvia disponito. Varr. 3. de R. R. cap. 16. Favorum qui eximuntur, si qua pars mellis nihil habet, aut habet inquinatum, cultello præsecatur.

Manu celeri aliquid præsecare. Ovid. de Rem. Amor. 112.

Qua læsus fuerat, partem Pæantius heros

Debuerat celeri præsecuisse manu. i. e. Ante resecuisse, quam facer ignis partem illam invaderet.

Præsecare. accommodatur aliquando immolationi. Liv. lib. 5. 21. Infe-ritur huic loco fabula, immolante rege Vejentium, vocem aruspicis dicentis, Qui ejus hostiæ exta præsecuisset, ei victoriam dari, exauditam. Al. Prosecuisset, V. PROSECO.

PRÆSECTUS. a, um. Partic.

Præsectus unguis. Hor. de Arte Poet. 294. —atque

Præsectum decies non castigavit ad unguem. i. e. Non perfectissime, accuratissimeque polivit. A marmorariis opificibus ducta tralatio est. Præsectum autem legendum, non Perfectum ut vulgo: Præsecare enim ungues proprie dicimus, ex quo Præsegmina. Lambinus. V. AD Præpos.

Aoribus præsectis. Epit. Liv. 88.

PRÆSECĀTUS, a, um. aliud Partic. Apul. 1. Met. p. 108. Elmenh. Impetu teli præsecata gula.

PRÆSĔCUS, a, um. Adj. Varr. lib. 4. de L. L. 30. Brassica, ut Præseca, quod ex hujus scapo minutatim præsecatur.

PRÆSEGMEN, inis. n. [ἀποτέχισμα] Pars corporis incisa, amputatio rerum superfluarum. Unde, Quæ ex unguibus scinduntur, Præsegmina dicuntur. Plaut. Aulul. 2. 4. 34.

Quin ipsi pridem tonsor ungues dempserat,

Collegit, omnia abstulit præsegmina. Non. 2. 639.

PRÆSICIÆ, V. PROSICIÆ.

PRÆSENS, PRÆSENTO. V. PRÆSUM.

PRÆSĒMINO, āre. Ammian. 30. 2. Sapor majora sibi præseminans.

PRÆSEMINĀTUS, a, um. Partic. Lactant. 6. 10. 19. Ex draconis alicujus dentibus præseminati. Al. Proseminati. Augustin. de Genes. 3. 14. Præseminata materia.

PRÆSEMINĀTIO, ōnis. f. Vitruv. 2. 9. In corpore præseminatio crescens detrahit alimentum in se.

PRÆSENTIO, si, sum, [προαισθάνομαι] ire. Ante, vel prius sentire. Plaut. Trin. 1. 2. 135.

Fecisset edepol, ni hæc præsensisset canes. Canes antique, pro Canis.

Præsentire, per translationem. Ter. And. 5. 1. 20.

Vero voltu: quum ibi me adesse neuter dum præsenserat. Al. Persenserat, rectius. Ovid. 11. Epist. 33.

Prima malum nutrix animo præsensit anili.

Animo providere, & præsentire. Cæs. 7. Bell. Gall. 29.

Certa notione animi præsentire deum esse. Cic. 2. de Nat. Deor. 45.

Dolos. Virg. 4. Æn. 297.

Futura. Cic. 2. de Divin. 100. Censent esse in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura præsentiant.

Sermones præsentire de se aurium tinnitu. Plin. lib. 28. cap. 2.

Utilitatem præsentire. Lucret. lib. 4. 25.

Præsentire in posterum. Cic. pro Rabir. perduel. 29. Optimi & sapientissimi cujusque animus ita præsentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur.

Impers. Pass. Præsensum tamen est, quia Luna pernox erat. Liv. 21. 49.

PRÆSENSUS, a, um. [προαισθανθείς] Partic. Cic. 1. de Divin. 124. Satis est, non modo plura, sed etiam pauciora divine præsensa & prædicta reperiri.

PRÆSENSIO, ōnis. f. [προαίσθησις] Cic. 2. de Nat. Deor. 7. Prædictiones vero & præsensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi, &c. Idem 1. de Divin. pr.

PRÆSENTISCO, [προαισθάνομαι] ĕre. Idem, quod Præsentio. Ter. Heaut. 4. 5. 21.

— & ea gratia

Secum adduxisse, ne tu id præsentisceres. al. Persentisceres.

PRÆSEPS, V. PRÆSEPIO.

PRÆSĔPĔLIO, sepelivi, sepultum. [προθάπτω] ire. Partic. Quintil. Decl. 9. 23. Video senem meliore sui parte præsepultum.

PRÆSĒPIO, ivi, itum, [προφράττω] ire. Præmunire septis, vel obsepire. Cæs. 1. Bell. Civil. 27. Aditus autem, atque itinera duo, quæ extra murum ad portum ferebant, maximis defixis trabibus, atque eis præacutis, præsepit.

PRÆSĒPE, is. n. [φάτνη] Locus dicitur, ubi pabulum apponitur in stabulo equorum, mularum, & ceterorum animalium. Virg. 4. Georg. 168.

Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent. V. infra.

Alta præsepia. Virg. 7. Æn. 275.

Olida. Juven. 8. Sat. 157.

Plena præsepia. Virg. 3. Georg. 495.

Satura. Virg. 3. Georg. 214. ab Effectu.

Vipera delituit sub præsepibus. Virg. 3. Georg. 416.

Ferre herbas præsepibus. Virg. 3. Georg. 395.

Quom primum pasti repetent præsepia tauri. Virg. 7. Ecl. 39.

Sæviunt ursi in præsepibus. Virg. 7. Æn. 17.

Stant ad præsepia boves. Tibull. lib. 2. 1. 7.

Genit. sing. Juvenc. de Christo 1. 176.

— puerumque jacentem

Præsepis gremio cernunt. Prudent. de Natal. Dom. 77.

O sancta præsepis tui,

Æterne Rex, cunabula!

Præsepe, metaphorice pro Mensa accipitur. Hor. 1. Epist. 15. 28.

Mænius, ut rebus, maternis atque paternis,

Fortiter absumptis, urbanus cœpit haberi;

Scurra vagus, non qui certum præsepe teneret,

Impransus non qui civem dignosceret hoste. Porphyr. Satirice, pro Mensa dixit Præsepe. Mænium Scurram voracissimum notat, ut qui non unam sectaretur mensam. Sic Plaut. in Curc. 2. 1. 13. de parasito quodam,

Tormento non retineri potuit ferreo,

Quin reciperet se huc esum ad persepe suom. Al. Præsepim suam. Quasi diceret. *A son auge*, *A son rattelier*, *A sa mangeoire*. Quibus verbis exprimitur voracitas hominis cibum more brutorum animalium devorantis. [Sic apum præsepia Virg. pro Melle.

Præsepe, Lupanar. Cic. in Pison. 42. Verum audis in præsepibus, audis in stupris, audis in cibo & vino. V. ibi Hotom. [Forte tamen & Equorum inane studium objiciebat Tullius Pisoni. V. Juvenal. Sat. 1. 59.

PRÆSĒPES, is. f. Idem. Varr. 1. de R. R. cap. 13. Illic laudabatur villa, si habebat culinam rusticam bonam, præsepes laxas. Ex antiquo codice legitur Præsepias. Cato R. R. cap. 14. Præsepes bubus hibernas & æstivas falisicas, & equile, &c. Præsepes in Catone Turneb. interpretatur, Ubi pabulum bobus ponitur quod minutum est, ut hordeum, lupinum, ervum, vicia, frons, quæ in canali objicere solemus jumentis: Falisicas autem, in quibus ponitur pabulum gramineum & herbaceum, ut fœnum, farrago, reliqua; quod quidem præsepis genus *rastellatum* vulgo vocamos. Plaut. Rud. 4. 3. 99. Intra præsepes meas. i. e. Ædes. V. Plaut. Curc. 2. 1. 13. supra, & Non. 3. 160.

PRÆSEPIUM, i. n. [φάτνη, κάπη] Idem. Apul. lib. 7. Met. p. 194. Elmenh. Præsepium meum hordeo passim repleri jubet, fœnumque, camelo Bactriano sufficiens, apponi. Columel. In stabulo sint ampla præsepia. [Gloss. Lat. Gr. Præsepia, item Præsepium, Φάτνη, & Gr. Lat. Φάτνη, Presepe, Presepium. conf. Non. 1. 247. & 3. 160. Plur. tamen potest esse a Præsepe, is, n. eoque utuntur frequentius poetæ.

PRÆSEPIŎLA, orum. n. [φάτνια] sunt Alveoli, sive cavitates ossium, in quibus dentes firmantur. Galen. in Finition. medic. & de Ossib. cap. 4. extr.

PRÆSĔRO, sevi, satum, [προσπείρω] ĕre. Prius serere. Columel. lib. 7. cap. 9. At ubi penuria est arborum, terrenum pabulum confectabimur, & sicco limosum præseremus, ut paludem rimentur. Castigata exemplaria habent Præferemus. h. e. Pluris faciemus.

PRÆSERTIM, [τὸ πάνυ, ἐξαιρέτως, μάλιστα] Adv. significat Præcipue, Ante alia. Cic. 1. Fam. 8. Sed te non præterit quam sit difficile sensum in Rep. præsertim rectum & confirmatum, deponere.

Tantam

Tantam fuisse oblivionem, in scripto præsertim, admirari. Cic. de Clar. Orat. 219.
Hac præsertim imbecillitate magistratuum; præstare nihil possum. Cic. 1. Fam. 4.
Præsertim quum, l. e. Hac de causa potissimum. Ter. Eun. 5. 2. 24.
— debeam,
Credo, isti quicquam furcifero, si id fecerim:
Præsertim quum se servum fateatur tuum? Nepos 7. 5. 2. Erat enim ea sagacitate, ut decipi non posset, præsertim cum animum attendisset ad cavendum.
Præsertim quod. Cic. pro Flac. 41. Facis injuste, Læli, si putas periculo nostro vivere tuos contubernales, præsertim quod tua negligentia factum arbitremur.
Præsertim si, cum Indicativo. Cic. 2. Fam. 7. pr. Sera gratulatio reprehendi non solet: præsertim si nulla negligentia prætermissa est.
Præsertim ut. Ter. Phorm. 1. 2. 5.
Præsertim ut nunc sunt mores, adeo res redit;
Siquis quid reddit, magna habenda est gratia.
PRÆSERVIO, ivi, itum, [ὑπηρετεῖν] ire. Inservire. Plaut. Amph. prol. 126.
Ut præservire amanti meo possem patri. conf. Gell. 1. 7.
PRÆSERVO, [προφυλάττειν] are. Hujus nullum exemplum apud idoneos auctores, etsi medicis junioribus perquam familiare est. V. Cellar. Antibarb. p. 81.
Præservare pro Observare apud Cæl. Aurel. Acut. 3. 8. n. 90.
PRÆSSA, V. PRÆSIDEO.
PRÆSICCĀTUS, a, um. Partic. a Præsicco. ut, Succus sole præsiccatus. Apul. de Herb. cap. 124.
PRÆSICCUS, a, um. Adj. ut, Præsicca rursus vulnera diruere. Prudent. Peristeph. 5. 141.
PRÆSIDEO, sēdi, sessum, [[illegible], [illegible], [illegible], [illegible]] ēre. Ad opem præstandam præesse, quam præstant proprie, vel dii precantibus hominibus, vel homines ipsi aliis hominibus injuriam patientibus, vel in discrimen adductis, ut ait Vall. lib. 5. Cic. 7. Verr. 187. Vos etiam atque etiam imploro, & appello, sanctissimæ deæ, quæ illos Ennenses lacus lucosque colitis: cunctæque Siciliæ, quæ mihi defendenda tradita est, præsidetis. Idem 13. Philipp. 20. Testor & vos & Populum Romanum & omnes deos, qui huic urbi præsident.
Magistratus præsidere dicitur, cum publice munere suo fungitur solenni loco. Suet. Aug. cap. 26. Cum mane pro æde Jovis Capitolini paululum curuli sella præsedisset, magistratu abiit. Idem cap. 35. Quo tempore existimatur lorica sub veste munitus ferroque cinctus præsedisse.
Præsidere, proprie de Ludis, Præesse. Sueton. in Tiber. cap. 6. Præsedit & Actiacis ludis. Al. Asticis. conf. Modest. in l. Annuam. D. de ann. legat.
Arvis præsidet Juppiter. Virg. 7. Æn. 800.
Foribus cœli Janus. Ovid. 1. Fast. 125.
Imperio huic & libertati communi præsidet, atque præsedit, Gallia. Cic. 5. Philipp. 37.
Itineri præsidebat. Curt. 4. 12. 15.
Judicio alicui. Cic. pro Milon. 101.
Lætitiæ publicæ. Plin. in Paneg. cap. 79.
Ludis, V. supra.
Orbi terrarum. Cic. 2. Philipp. 15.
Rebus urbanis præsidere. Cæs. 1. Bell. Civil. 85.
Templo præsident dii. Cic. pro Lege Manil. 5.
Præsideo, cum Accusativo. Tacit. 4. Ann. 72. Et haud spernenda illic civium, sociorumque manus litora Oceani præsidebat. Idem. 12. Ann. 29. 4. Præsidere Pannoniam. conf. 3. 39. 1. &c.
PRÆSIDENS, entis. Idem ac Præses. Tacit. 3. Ann. 40. 4. Sævitia ac superbia præsidentium. conf. Tertull. de Corona, cap. 3. & Borrich. Cogit. p. 204.
PRÆSES, idis. c. [[illegible], [illegible], [illegible], [illegible]] Tam dii, quam homines, præsides dicti sunt: illi, in suo quisque numine, suaque vi: hi vero, in sua quisque provincia, aut ab rege, aut a populo sibi commissa, ut ait Valla. Quintil. lib. 3. cap. 9. Quod omnia sic egerit, ut genitum præside bellorum deo incredibile non sit. Ulpian. in l. 4. D. de Officio præsidis, Præses provinciæ majus imperium in ea provincia habet omnibus post principem. Hæc ex Vall. lib. 5. De præsidibus provinciarum, V. plura in Lex. Pitisc.
Consilii publici. Liv. 6. 6.
Rerum præses Cæsar. Ovid. 15. Met. 758.
Senatus reipublicæ custos, præses & propugnator. Cic. pro Sext. 137.
Custos & præses juventutis Mercurius. Cic. 7. Verr. 184.
Dea præses terræ. Senec. Hippol. 2.
Libertatis præses & custos Tribunus plebis. Cic. 2. de Lege Agrar. 152.
Urbi & Reipublicæ præsides sunt penates patrii. Cic. pro Domo, 144.
Caruerunt præside Delphi, Apolline. Ovid. 10. Met. 168.
Præses, pro Auxiliatore. Liv. 6. 16. Dii, deæque, qui Capitolium arcemque incolitis, siccine vestrum militem, ac præsidem, sinitis vexari ab inimicis?
Præses locus, pro Toto. Plaut. Casin. 5. 1. 11.
Præsides, qui vulgo Provinciarum gubernatores dicuntur: inter eos etiam sunt Legati regis, qui & Vicarii dici possunt. Ex Budæo.
PRÆSIDĀLIS, e. Adj. Quod præsidis est. ut, Provincia præsidalis. Sext. Ruf. cap. 4. & 5.
Jussio præsidalis. l. 11. Cod. de Pignorat. Act.
Judicium præsidale. l. 18. Cod. conf. Salmas. ad Spartian. Hadr. cap. 13. & Spanh. de Numm. diss. 13. & Præsidialis in PRÆSIDIUM.
PRÆSIDĀTUS, ûs m. Munus Præsidis. Auson. 15. Profess. Burdig. 18. Aur. Vict. de Cæs. cap. 29. & Modest. l. 6. §. 14. D. de Excusat. tut. V. PRÆSIDIATUS.
PRÆSIDIUM, ii. n. [[illegible], [illegible], [illegible]] dicitur Principale auxilium: ut milites, qui in tutela alicujus oppidi collocati sunt, præsidium esse dicuntur, ut ait Valla lib. 5. Cæs. 1. Bell. Gall. 10. Eo opere facto præsidia disponit, castella communit, quo facilius, si se invito transire conarentur, prohibere possit.
Præsidium est dictum, quia extra castra præsidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. Varr. de L. L. lib. 4. 16. [Extra castra, i. e. Præ, vel Pro castris, vel Ante castra. Dicitur autem de copiis, non stativis modo, sed & de comitatu. V. Nepot. 15. 4. quid a Subsidio distet V. Fest.
Propugnaculum & Præsidium provinciæ classis. Cic. 5. Verr. 185. Classis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, præsidiumque provinciæ, piratarum manibus incensa est.

Nocturnum præsidium Palatii. Cic. 1. in Catil. 1.
Regale præsidium, Regium. Hor. 2. Epist. 2. 30.
Stativum præsidium. Cic. 12. Philipp. 24. Hæc mea sedes est, hæc vigilia, hoc præsidium stativum. V. Stativus in STO.
Agitare præsidium. Tacit. 1. Ann. 38.
Cingere aliquem præsidiis. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 280.
Collocare præsidium. V. COLLOCO.
Comparare, vel quærere præsidium. Cic. pro Sext. 90.
Confirmare præsidiis aliquam provinciam. Cic. 1. de Lege Agraria 16.
Contrahere præsidia. Cn. Magnus Domitio, Cic. 8. Att. 12.
Constituere præsidia in arce. V. CONSTITUO.
Decedere de præsidio & statione vitæ injussu imperatoris, hoc est Dei, vetat Pythagoras. Cic. de Senect. 73. conf. Liv. 4. 29.
Deducere præsidia in aliquem locum. Cn. Mag. Domit. Cic. 8. Att. 12.
Deducere præsidia de locis. V. DEDUCO.
Defendere vitam præsidio & copiis. Cic. pro Sext. 86.
Dejicere præsidium. Cic. 8. Philipp. 6. & Cæs. 3. Bell. Civil. 23.
Dejici de præsidio urbis, & de custodia civitatis deturbari, translate. Cic. pro Muren. 79.
Dimittere præsidia. Cic. 2. Fam. 7.
Disponere præsidia. Cæs. 2. de Bell. Gall. 10. & 4. 4.
Ferri inutile præsidium. i. e. Armatorum satellitium. Claud. 2. Cons. Stil. 222.
Firmare præsidiis aliquem locum. Cic. 1. Fam. 7.
Habet firmum præsidium locus ille. Cic. pro Lege Manil. 31.
Imponere præsidium civitati. V. IMPONO.
Introducere præsidium in oppidum. V. INTRODUCO.
Locatus in præsidio. V. Locatus, in LOCUS.
Mittere in præsidium. Liv.
Munire se præsidio. Cic. pro Sext. 78.
Munire frumentaria subsidia Reipublicæ firmissimis præsidiis classibusque. Cic. pro Lege Manil. 34.
Nudata urbs præsidio. V. NUDUS.
Obsidere & occupare Italiam præsidiis. Cic. 2. de Lege Agrar. 74.
Opponere præsidium. V. OPPONO.
Parare præsidia, & Dimittere, contraria. Cic. 2. Fam. 16. Omnia præsidia, quæ magna & firma paraveram, commotus hominum non dubio sermone, dimisi.
Ponere præsidia. Cæs. 2. de Bell. Gall. 5.
Præponere præsidium alicui urbi, & Opponere. Cic. de Lege Agr. 1. 20. Si præsidium non præponitur huic urbi ista colonia, sed opponitur?
Relinquere præsidium castris. Cæs. 1. de Bell. Gall. 51. pr.
Tegi firmo præsidio amicorum. Cic. pro Sull. 51.
Tenere Italiam interclusam præsidiis. Cic. 2. de Lege Agr. 74.
Tenetur armis præsidiisque tota Italia. Cic. 9. Att. 3. conf. Cæs. 3. Bell. Civil. 15. & Liv. 24. 7.
Tutari aliquem præsidio caput, cervices, & jugulum. Cic. pro Sext. 90.
Venire ad judicium cum præsidio. Cic. pro Rosc. Amer. 13.
Versaris in præsidiis meis. Cic. pro Cæcin. 83. In meis castris, præsidiisque versaris, mea est ista defensio.
Præsidium, interdum est Locus ipse, ubi præsidiarii milites collocati sunt. Lucret. lib. 5. 1108.
Condere cœperunt urbes, arcemque locare
Præsidium reges ipsi sibi, perfugiumque. Et apud Cic. 9. Tusc. 16. Nec, qui propter metum præsidium reliquit, quod est ignaviæ. Cæs. 3. Bell. Civil. 45. In his (præliis) cum legio Cæsaris ix præsidium aliquod occupavisset & munire cœpisset.
Præsidia, pro Castris. Cic. pro Ligar. 28. Tantummodo in præsidiis eratis, animi vero a causa abhorrebant.
Collocare armatos in præsidiis. Cic. 1. Philipp. 25.
Castra & Præsidia. Cic. 2. de Orat. 303. Quid? illud, quod supra dixi, solere me cedere, ut planius dicam, fugere ea, quæ etiam valde causam meam premerent? quum id non faciunt alii, versanturque in hostium castris, ac sua præsidia dimittunt, mediocriterne causis nocent, quum adversariorum adjumenta confirmant?
Præsidium, per translationem, Omne auxilium dicimus, & salutis propugnaculum, vel Adjumentum. Ter. And. 5. 2. 2. Præsidio meo atque hospitis. Hor. 1. Carm. 1. 2.
O & præsidium & dulce decus meum!
Naturæ vel doctrinæ præsidiis omnibus ad dicendum parati viri. Cic. 1. de Orat. 38.
Perfugium & Præsidium salutis. Cic. pro Rabir. perd. r. 8. Agitur nihil aliud in hac causa, Quirites, nisi ut nullum sit posthac in Repub. publicum consilium, &c. nullum extremis Reipub. temporibus perfugium & præsidium salutis.
Tutela & Præsidium bellicæ virtutis. Cic. pro Muren. 22. Omnes urbanæ res, omnia hæc nostra præclara studia, & hæc forensis laus & industria, latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis.
Innocentiæ leve est præsidium, ubi lubido dominatur. Cic. in Orat. 217.
Præsidium contra feras. Cic. 1. Tusc. 62. Omnes magni etiam superiores, qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præsidia contra feras invenerunt.
Cassa præsidia. Senec. Troad. 8.
Fida præsidia amici. Senec. Agamem. 11.
Fortissimum præsidium pudoris. Cic. pro Sull. 77.
Grande. Ovid. 1. de Pont. 5. 14.
Insigne mæstis reis. Hor. 2. Carm. 1. 13.
Magnum in pecunia. Cic. 2. Verr. 8. Ut hoc palam dictitet, non sine causa se cupidum pecuniæ fuisse, quoniam tantum in pecunia præsidium experiatur esse.
Munitum pudoris & pudicitiæ. Cic. 7. Verr. 34. Quot præsidia, quam munita, pudoris & pudicitiæ, vi & audacia ceperit, quid me attinet dicere, aut conjungere cum istius flagitio cujusquam præterea dedecus?
Salutare præsidium. Firmic. lib. 6. in præf.
Afferre ultima præsidia discriminis. Juven. 12. Sat. 55.
Comparat magnum is sibi præsidium ad beatam vitam, qui mortem non timet. Cic. 2. Tusc. 2.
Defendere firmo præsidio aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 13.
Ferre præsidium labenti & inclinatæ pæne Reipublicæ. Cic. ad Brut. 18.
Gerere præsidium, Ferre. Plin. lib. 22. cap. 12. [Nisi error est.

Munite præsidia Reipub. Cic. pro Rabir. perduel. 3.
Occupare præsidia. Senec. Troad. v. 497.
Miser occupet præsidia, securus legat.
Oppugnat omnium commune præsidium, qui fidem lædit. Cic. pro Rosc. Amer. 111.
Petere sibi præsidium ex aliqua honesta re, quam ne inimici quidem criminati possint. Auctor ad Herenn. lib. 4. 34.
Quærere sibi præsidia periculis, aut adjumenta honoribus ex cujusquam amplitudine. Cic. pro Lege Manil. 70.
Redundare præsidiis. Cic. 3. Fam. 10. Præsertim quum tu omnibus, vel ornamentis, vel præsidiis redundares.
Esse præsidium alicui. Terent. Heaut. 5. 2. 14.
Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium, Clitipho.
Esse præsidio. Cic. 7. Verr. 167. Sed quocunque venerint, hanc sibi rem præsidio sperant esse futuram.
Esse parentibus præsidio & decori. Lucret. lib. 2. 642.
Esse præsidio solitudini atque inopiæ contra vim & gratiam. Cic. pro Quint. 5.
Præsidium pro Præsidatu, vel Præsidiatu, barbarum est.

PRÆSĬDIĀLIS, e. Adj. Ammian. 17. 3. Præsidialis apparitor. Idem 28. 1. Tabularius præsidialis officii.

PRÆSIDIĀRIUS, a, um. Adj. [φρουρὸς] Quod in præsidio, vel paratum est ut præsidio sit. ut, Præsidiarii milites, apud Liv. 29. 8.
Præsidiarii malleoli, in vitibus, qui & Custodes. Colum. lib. 4. cap. 15. Et præsidiarii malleoli propagandi sunt. Absol. Ibid. c. 21. Sed novellis palmis semper vitis renovetur: quæ si satis excreverint, jugo superponantur: sin aliqua earum, vel præfracta, vel parum procera fuerit, locumque idoneum obtinebit, unde vitis anno sequenti renovari debeat, in pollicem tondetur, quem quidam custodem, alii resecem, nonnulli præsidiarium appellant, id est sarmentum gemmarum duarum vel trium. V. CUSTOS.

PRÆSIDIOR, āri. Esse in Præsidio. Gloss. Lat. Gr. Præsidior, φρουρῶ.

PRÆSIDIĀTUS, ûs. m. Officium præsidis. Spon. Miscel. p. 36.

PRÆSĪDĔRO, āre. [προχειμάζω] Præsiderare dicitur, quum maturius hiberna tempestas movetur, quasi ante sideris tempus. Paulus.

PRÆSIGNĬFĬCO, [προσημαίνω] āre. Prædicere, præostendere. Cic. 2. de Divin. 101. Aut non censent esse suæ majestatis præsignificare hominibus quæ sunt futura.

PRÆSIGNĬFĬCĀTIO, ōnis. f. Lactant. 7. 15. Præsignificatio & figura.

PRÆSIGNIS, e. Adj. [ἐπίσημος] ut, Insignis. Stat. 4. Silv. 8. 12.
Gaudeat & Lybica præsignis avunculus hasta.
Facie præsignis mulier. Ovid. 6. Fast. 628. — Ocresia mater
Præsignis facie, Corniculana fuit. i.e. Præstans, vel præ aliis insignis. Budæus.
Vertice celso præsignis. Stat. 4. Silv. 4. 9.
Draco præsignis tribus linguis. Ovid. 7. Met. 150.

PRÆSIGNO, [προσημειοῦμαι] āre. Prius signare. Cato R. R. cap. 154. Et ad summum, qua fini culeum capiet, præsignato. Plin. lib. 28. cap. 4. Incipientes furunculos ter præsignare jejuna saliva.

PRÆSIGNĀTOR, ōris. m. Inscript. Vet. apud Fabret. p. 38. D. M. PRIMO AVG. SER. PRAESIGNATOR. HAEREDITAS FILIO PIISSIMO.

PRÆSĬLIO, silui, sultum, [προπηδάω] ire. Ante salire. Plaut. Stich. 3. 2. 13.
Ut præ lætitia lacrumæ præsiliunt mihi! Al. Prosiliunt.

PRÆSALTOR, ōris. m. vocabatur Magister & moderator, quem habebant Salii. Vet. Gloss. Præsaltor, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος. Argol. in Panvin. de Lud. Circ. 11. 2. In edit. Gloss. Steph. legitur Præsultor. conf. PRÆSULTOR & PRÆSULTATOR.

PRÆSULTOR, ōris. m. [illegible] Idem, qui & Præsultator. Cic. 1. de Divin. 55. Exin quidam rustico Romano dormienti visus est venire, qui diceret, Præsultorem sibi non placuisse ludis, &c. Lactant. 2. 7. Val. Max. 1. 7. 4. al. Præsaltor, vel Præsultator.

PRÆSULTO, [προπηδάω] āre. Ante saltare. Liv. 7. 10. Si tu permittis, volo ego illi belluæ ostendere, quando adeo ferox præsultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeja dejecit.

PRÆSULTĀTOR, ōris. m. Liv. lib. 2. 36. Visus Juppiter dicere, sibi ludis præsultatorem displicuisse. Præsultatorem vocat eum, Qui quasi ludorum prima pars fuerit: qui antequam ludi committerentur, saltaverit. conf. PRÆSALTOR supra.

PRÆSPARGO, ĕre. Ante spargere. Lucret. lib. 5. 738.
Flora quibus mater præspargens ante viai
Cuncta coloribus egregiis, & odoribus opplet.

PRÆSPĔCŬLOR, āri. Ammian. 25. 25. Genuina utilitate præspeculata.

PRÆSPĒRO, āre. Tertull. adv. Marc. 5. 17.

PRÆSTABILIS, PRÆSTANS, PRÆSTANTIA, &c. V. PRÆSTO.

PRÆSTAURO, āre. Idem quod Præstruere. Diomed. Materiam præstaurare dicenti. V. Voss. de vit. serm. 4. 21. p. 739. Elzev.

PRÆSTĔGA, æ. f. [προστέγιον] Locus ubi otii causa sumus sub tecto tantum, patula reliqua parte tanquam sub porticu. Plaut. Pseud. 1. 2. 31.
Hæc cum ego a foro revortar, facite ut offendam parata,
Vorsa præstega, strata, lautaque, coctaque omnia uti sint. V. Taubm. p. 965. Al. Præsterga.

PRÆSTER, V. PRESTER.

PRÆSTERNO, strāvi, strātum, [προστρώννυμι] ĕre. Ante sternere. Stat. 3. Silv. 2. 114.
Quæ sibi præsternat vivax altaria phœnix.
Præsternere, Præparare. Plin. 5. Epist. 8. ad Capitonem extr. Illud peto præsternas ad quod hortaris, eligasque materiam, &c. Emendatis in libris exstat, Præstruas. Plaut. Pœn. 2. 1. 32. Eo præsternebant folia farferi. al. Prosternebant.

PRÆSTES, ĭtis. m. [προστάτης] a Præstando. Idem quod Præses, antistes: Nam antiqui sic præstites dixerunt, nunc antistites, inquit Festus.
Idem Jovis erat cognomen. Gruter. Inscript. p. 22. n. 1. PRAESTITIS IOVIS. & p. 1065. n. 2. IOVI PRAESTITI.
Præstes Minerva, quod præiret, & se velut ducem homini exhiberet: ducit enim hominem sapientia, eumque per universum terrarum orbem tutissime comitatur. Itaque non solum Præstes, sed & Astes Minerva dicebatur: astat enim viro bono, laterique ejus hæret fidus comes. Macrobius, Martianus, & Festus.
Præstites Lares, dicti fuerunt, inquit Ovid. 5. Fast. 129.
Quod præstent oculis omnia tuta suis. i. e. Quod res omnes conservent, & tueantur in ædibus. His ara constituta fuit Calendis Maji. V. Lares in Lex. Pitisc.

PRÆSTIGIATOR, PRÆSTIGIATRIX, V. PRÆSTIGIÆ.

PRÆSTĬGIÆ, arum. [γοητεία, γοήτευμα, θαυματουργία] Incantationes, delusiones: quæ quadam manuum dexteritate aliæ apparent, quam re vera sint; a prætegendo, quod fallant & quasi tegant oculos; vel a præstringendo, quasi Præstrigiæ. Cic. 6. Verr. 53. Qui præteriens, lectica paulisper deposita, non per præstigias, sed palam per potestatem, uno imperio ostiatim totum oppidum compilarit. Quædam exemplaria hic legunt Præstigia, neutro genere.
Præstigiorum, Fic. libro decimo de Republ. Platonis. H. St. Præstrigiæ & Præstrigiator olim scribebant. Vide despaut. ut Increbuit & Increbruit. H. St. Gloss. Lat. Gr. Præstigiis, σοφολογίαις, μαγγανείαις.
Præstigiæ & Fallaciæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 73. Quid ergo isti doli, quid machinæ, quid fallaciæ, præstigiæque, num sine ratione esse potuerunt?
Præstigiæ & Captiones. Cic. 4. Acad. 45. Ne ab iis quæ clara sint ipsa per sese, quasi præstigiis quibusdam & captionibus depellamur.
Præstigiæ verborum. Cic. 4. de Fin. 74.
Præstigia numero singulari allatum ex Fabio a Gulielmo Lilio. H. St. Est seq. locus, qui in Lugd quoque exstat.
Petere plausum præstigiæ. Quintil. lib. 4. cap. 1.

PRÆSTIGIŌSUS, a, um. Adj. Magicus, aut ad fallendum compositus. Arnob. 1. Nihil magicum, nihil humanum, præstigiosum, aut subdolum, nihil fraudis, delituit in Christo.
Grammaticus præstigiosus. Gell. 10. 8.

PRÆSTIGIĀTOR, ōris. m. [θαυματοποιὸς] Qui circumstantibus ita oculorum aciem præstringit, ut non advertant dolum. Plaut. Pœn. 5. 3. 6.
Præstigiator hic quidem Pœnus probus est,
Perduxit omnes ad suam sententiam.
Præstigiator, a scientia dictus. Varr. de L. L. lib. 4. 18. Similis causa quæ ab scientia vocantur aliqua, ut præstigiator, monitor, nomenclator. [Intell. de terminatione. H. St.] Sen. Epist. 45. Sic ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula, & calculi, in quibus fallacia ipsa delectat. V. Lex. Pitisc. Gloss. L. Gr. Præstigiator, ψηφοπαίκτης.

PRÆSTIGIĀTRIX, īcis. f. [γοήτρια] Plaut. Amph. 2. 2. 150.
Aut pol hæc præstigiatrix mulier multo maxima est, &c.

PRÆSTINGO, vel PRÆSTINGUO, ĕre. compositum a Præ & Stinguo, (quo verbo utitur Lucret. lib. 2. 827.) Obtenebro, obscuro. ut, Præstinguere oculos, Cic. in Vatin. 25. Hoc verbum tamen in omnibus libris impressis corruptum est. Nam ubicunque legitur Perstringere, seu Præstrinxit oculos, seu aciem oculorum apud M. Tull. & ceteros; legendum Præstinguere, ut rectissime Lambinus adnotavit.
Præstinxi, Præteritum. Lucret. lib. 3. 1056.
— & omnes
Præstinxit stellas, exortus uti ætherius sol. De Epicuro. Paterc. 2. 118. 4. Fata omnem animi ejus aciem præstinxerant. V. ibi Burm. & conf. Plaut. Mil. 1. 1. 4. [Sed quid est Præstinguere aciem ferri? quod in Præstringo V. Ut non negem duo verba significatione parum distantia esse, ita non ubique hoc illi substituendum puto.

PRÆSTĬNO, [προωνοῦμαι] āre. a Præ & Stino; Emere est, inquit Fest. Id est emendo tenere. Plaut. Pseud. 1. 2. 36.
—ego eo in macellum, ut piscium quicquid est, pretio præstinem. Idem Capt. 4. 2. 68. Alium pisces præstinatum abire? Idem Epid. 2. 2. 92. Ut præstines argento. Apul. 8 Met. p. 212. Elmenh. de Emptore loquens, Is, nimio præstinandi studio, præconem rogat cujatis essem.
Agellum præstinare. Apul. Apolog. p. 338. Elmenh. Quantulo pretio mulier locuples agellum suum præstinarit.
Baxeas de sutrina. Idem Florid. p. 346. Elmenh. Fateor me sellularias quidem artes minus callere, vestem de textrina emere, baxeas istas de sutrina præstinare.
Puellam magnis talentis. Idem 7. Met. p. 192. Elmenh. conf. PRÆSTINO.

PRÆSTINĀTUS, a, um. Partic. Apul. Met. 4. p. 149. Elmenh. Caveæ modico præstinatæ pretio.

PRÆSTĬTOR, V. PRÆSTO.

PRÆSTĬTUO, ui, ūtum, [προορίζω] ĕre. Prius statuere, præscribere. Nec nisi de tempore. Ter. Phorm. 3. 2. 38.
Certe hercle si satis commemini, tibi quidem olim est dies,
Quam ad dares huic, præstituta.
Tempus quamdiu dicat, alicui præstituere. Cic. pro Quint. 35.
Diem præstituere. Cic. 1. Tusc. 93. Quod tempus? naturæne? at ea quidem dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die.
Diem certum Chabriæ præstituerunt. Nepos 12. 3. 1.

PRÆSTO, stiti, stĭtum & stātum, [[illegible], ἐπιτελέω] āre. proprie Ante stare. Lucan. 4. 28.
— prono tum Cæsar Olympo
In noctem, subita circumdedit agmina fossa,
Dum primæ præstant acies, &c. conf. Cæs. 1. Bell. Civil. 41.
Item, significat Exhibere, vel dare, & Dativum cum Accusativo regit. Plin. Plura hic mihi præstitit, quam parentes. i. e. Fecit.
Præstavit & Præstaverat Seneca in Epist. 170. 171. H. St. pagina scil. 170. seq. edit. qua usus est.
Præstavi. Ulp. in l. Et in contraria. D. de usur.
Præstatum, in Instit. Justin. & apud Ammian. & Veget. aliosque inveniri testatur Voss. de Analog. 3. 30.
Præstaturus, futurum legitur apud Vitruv. 1. 1. extr. Polliceor me sine dubio præstaturum. Cic. 6. Fam. 8. Se præstaturos. Idem 10. 11. Id me præstaturum spero. conf. Ibid. 12. 16. & Liv. 30. 15. conf. mox Benevolentiam.
Actiones suas alteri præstare adversus debitorem. Africanus in l. Si servus legatus. §. Qui margarita. D. de legat. 1.
Alimoniam parenti relegato præstare. Paul. in l. Mutus. D. de jure dotium.
Aliquid per se ipsum præstare. Cic. 4. in Catil. 23. Habetis consulem, qui & parere vestris decretis non dubitet: & ea quæ statueritis, quoad vivet, defendere, & per se ipsum præstare possit.

Ad

Ad quendam modum aliquid præstare. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Amorem præstare, Re ipsa ostendere. Ovid. 3. Trist. 4. 61.
Animum debitum præstare. Cic. 1. Fam. 9.
Benevolentiam suam. Balb. ad Cic. 9. Att. 8. extr. Nam non mediocriter laboro, ut utrique, ut vis, tuam benevolentiam præstare possis, quam mehercule te præstaturum confido.
Benevolentiam memoriamque, quam debet, tibi præstat Pomtinius. Cic. 3. Fam. 10.
Consilium suum fidemque in Senatu, & apud populum, & in caussis amicorum, & domi & militiæ præstare. Cic. 3. de Orat. 132.
Diligentiam alicui. Cic. 14. Fam. 5. Pudet me, uxori meæ optimæ, suavissimis liberis, virtutem & diligentiam non præstitisse.
Favorem præstare & voce & mente. Ovid. 15. Met. 632.
Fidem. Ovid. 5. Fast. 497.
Fidem suam negotiis alicujus. Cic. 9. Att. 9. Nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro, sustineo, meumque officium, fidem, pietatem iis præsto.
Gaudium præstare. Plin. Paneg. Præstabitque gaudium, quantum ipse percipiet, &c.
Honorem alicui. Ovid. 6. Fast. 57.
Honorem debitum patri. Cic. 9. Philipp. 12.
Intellectum evidentiorem præstare. Cajus in l. 1. in fine. D. De orig. jur. i. e. Rem evidentius explicare.
Jusjurandum. Plin. Epist. 269.
Munus suum. Cic. 2. de Orat. 38.
Obsequium alicujus præstare. Plin. 10. Epist. 2. 1. pr. Et civis, & senatoris boni partibus functus es, obsequium amplissimi ordinis, quod justissime exigebat, præstando [i. e. Præstando quod n. a o. j. e. Buchner.
Officium præstare. Cic. 14. Fam. 4. Neque legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospitii & amicitiæ jus, officiumque præstaret.
Operam in re militari. Cæs. 3. Bell. Civil. 83. Qui Romæ remansissent, neque inter præsidia Pompeji fuissent, neque operam in re militari præstitissent.
Pecuniam præstare. i. e. Solvere. Suet. Domit. cap. 9.
Pietatem non tam fratri quam patriæ. Cic. de Clar. Orat. 126.
Reverentiam marito præstare, Revereri maritum. Plin. Epist. 158.
Sapientiam & gravitatem. Cic. 5. Fam. 16. In qua non est jam gravitatis & sapientiæ tuæ, quam tu a puero præstitisti, ferre immoderatius casum incommodorum tuorum.
Sedulitatem præstare materiæ alicui, Sedulo audire. Plin. 3. Epist. 18.
Sententiam Senatui. Cic. in Pison. 80. Varie exp. V. Græv.
Silentium. Liv. 20. 25. Ovid. 2 de Arte Am. 603.

Eximia est virtus præstare silentia rebus.

Sollicitudinem præstare. Plin. 1. Epist. 29.
Spem suam præstare deis. Lucan. lib. 5. 42.
Vicem alicujus rei præstare, pro Esse vice alicujus rei. Plin. lib. 20. cap. 27.
Vim omnem cui resisti non potest, dominus colono præstare debet. Ulpian. in l. Ex conducto. §. 1. D Locat.
Vires præstare. Ovid. 2. de Pont. 7. 57.
Vitam præstare. Hor. 1. Epist. 11. 14.
Voluntatem suam alicui rei præstare. Cic. 1. Fam. 9.
Voluptatem illam quia potest præstare sapienti? Cic. 2. de Fin. 89.
Præstare. Præbere, Objicere, Exponere, ut
Caput fulminibus & ruinæ præstare. i. e. Vitam exponere, &c. Lucan. lib. 5. 771.
Præstare, Exhibere, Conciliare, ut
Mors omnia præstat. Lucret. lib. 3. 215. i. e. Mors omnia relinquit integra, nihil demit, nihil detrahit.
Otia. Ovid. 2. Trist. 255.
Pacem. Ovid. 2. de Pont. 7. 67.
Quæstum præstare dicitur res aliqua. Cic. pro Quint. 95. Funestum est a forti atque honesto viro jugulari: funestius ab eo, cujus vox in præconio quæstum præstitit. Al. rectius, Quæstu prostitit.
Robur præstare alicui. Claud. Cons. Mall. Theod. 151.
Salutem præstare. Lucret. lib. 4. 154.
Quæ ratio & doctrina præscripserit, arbitramur ea nos præstitisse. Cic. 1. de Nat. Deor. 7.
Quod petebat præstiti. Plin Epist. 205.
Quod promisi, vix videor præstare posse. Cic. ad Brut. 18.
Quod factum est impensæ in bellum præstare. Liv. 2. 18. extr.
Quod potes præstare satis id magnum est. Cic. 2. de Orat. 44.
Principem præstare, Facere quæ sunt principis, exhibere se principem. Suet. Tiber. cap. 55.
Se præstare. V. In latenti, in præpositione 1 N.
Se dignum pro. Hor. 1. Epist. 7. 24.

Dignum præstabo me etiam, pro laude merentis.

Se incolumem præstare. Cic. 16. Fam. 9. In hoc omnem diligentiam si adhibueris, teque nobis incolumem præstiteris, omnia a te habebo.
Se præstare propugnatorem acerrimum. Cic. ad Brut. 11. Veteris Antistii talis animus est in Rempub. ut non dubitem, quin & in Cæsare & Antonio se præstaturus fuerit acerrimum propugnatorem communis libertatis.
Te præsta eum, qui mihi a teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus. Cic. 1. Fam. 6.
Indemnem aliquem. African. in l. Tutor. in princ. D. ad Senatusc. Vellejan. & in l. Si a pluribus. D de legat. 2.
Iter tutum alicui. Cic pro Planc. 97.
Mare tutum. Cic. pro Flacc. 31. Qui quum prædonem nullum cepissent, mare tamen tutum præstiterunt.
Salutem integram in periculo alterius communem præstare. Cic. Anteq. iret in exsil. 16.
Salvos socios suos auctoritate nominis sui præstabant Romani. Cic. pro Lege Manil. 55.
Ultima præstare jucunda, i. e. Efficere. Cic. 7. Fam. 17. Perfecto, & ultima exspectato, quæ ego tibi & jucunda & honesta præstabo.
Præstare plus significat, quam Dare. Senec. 1. de Clement. cap. 10. Hoc est non dare tantum salutem, sed præstare.
An Præstare est Præsto dare? H. St. Præstare h. l. est Datum perpetuare.
Præstare aliquem ante ædeis. Plaut. Mostel. 5. 2. 18. Ante ostium adducere. Sistere. Al leg Præstolari.
Præstare aliquem alicui negotio, Præficere. Cic. 1. Q. frat. 1. 9. Quanta fit in quoque fides, tantum cuique committere. Atque inter hos eos, quos tibi comites & adjutores negotiorum publicorum dedit ipsa Respub. duntaxat finibus his præstabis, quos ante præscripsi. [i. e. Hactenus pro iis spondebis. conf. infra Præstare aliquem.
Præstare, [ἀναδέχεσθαι, ἐγγυᾶσθαι] Interdum accipitur a Jurisperitis pro Exitum rei in se recipere, vel alienæ culpæ dispendium luere: ut, Præstare eventum, Præstare promissum alienum. Valla lib. 6 cap. 16. Præstare, est Prohibere ne alicui fiat aliquid incommodi: & si non prohibuerint, satisfacere: ut, Venditor debet præstare vitium rei, quam vendit, id est Prohibere atque efficere ne emptor damni quid faciat, alioqui satisfacere. Cic. 1. de Orat. 171. Defendebamus quicquid fuisset incommodi in mancipio, id si venditor scisset, neque declarasset, præstare debere.
Casum communem & incertum, neque vitare quisquam nostrûm, neque præstare ullo pacto potest. Cic. 5. Fam. 17.
Culpam præstare. Cic. 1. de Orat. 215. Perge vero, Crasse, inquit Mucius. Istam enim culpam, quam veretis, ego præstabo.
Damnum præstare. Cic. 3. Off. 66.
Præstare periculum, quod volgus dicit Respondere de periculo. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 7. Neque periculum præstare eorum, sed totam rem ad Pompejum rejicere.
Periculum judicii præstare debet, qui se nexo obligavit. Cic. pro Muren. 3.
Felicitatem de se præstare nemo potest. Cic. pro Lege Manil 47.
Fidem præstare. Cic 2. de Divin. 78 Virtutis auspiciis video esse usum Dejotarum, quæ vetat spectare fortunam, dum præstetur fides.
Fidem promissi. Liv. 30. 12.
Fidem datam. Cic. 5. Fam. 11. De Dionysio, si me amas, confice: quamcunque ei fidem dederis, præstabo.
Fidem præstare publicam. Liv. 2. 28.
Promissum præstare. Liv. 35. & 7. 16.
Usuram præstare. Juven 9. Sat. 6.
Non possum præstare quid quisque &c. Cic. 9. Fam. 16. Cetera vero quid quisque me dixisse dicat, aut quomodo ille accipiat, aut qua fide mecum vivant ii, qui me assidue colunt & observant, præstare non possum.
An pro In me recipere? H. St. Non possum spondere pro certo, quid &c.
Semotum nusquam melius posse poni præstabo. Cic. 3 Q. frat. 1.
Prædones nullos fore quis præstare poterat? Cic pro Flacc 31.
Me non ingratum esse præstabo. Cic. de Provinc Consul 47.
Quod de te sperare, de me præstare possum. Cic 5. Fam 15.
Præstare nihil debeo, i. e. Culpa non est mea. Cic 3 Q frat 1. Ego Trebatium ad Cæsarem misi, qui mihi jam satisfecit: si ipsi minus, præstare nihil debeo.
Præstare aliquem dicimus, quum efficimus ne quid is committat, secus quam volumus. Cic. 1. Q. frat. 1. Jam te usus ipse erudivit nequaquam satis esse, ipsum hasce habere virtutes, sed esse circumspiciendum diligenter, ut in hac custodia provinciæ, non te unum, sed omnes ministros imperii tui sociis & civibus, & Reipub. præstare videare. Idem 6. Att. 3. Quem tamen ego præstare non poteram conf. e pr. pag.
Quum recipimus in nos, quod fecit alius, pro eo dependimus H St.
Ego Messalam Cæsari præstabo, quasi Fide jubebo Cæsari pro Messala. Cic. 3. Q. frat. 8.
Præstare alios, simili loquendi forma usus est Plin. in Paneg. cap 81 pr. ubi inquit, Quanto enim magis arduum est alios præstare, quam se: tanto laudabilius, quod, quum ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti.
Præstare Rempub. i. e. Incolumem ab omni incommodo conservare. Cic. 10. Att. 4. Hac igitur conscientia comite proficiscar, magno quidem cum dolore, nec tam id propter me, aut propter fratrem meum, quorum jam acta ætas, quam propter pueros, quibus interdum videmur præstare etiam Rempublicam debuisse.
Præstare, [διαφέρειν, ὑπερέχειν, κρατεῖν, κρατιστεύειν, ὑπεράγειν] cum solo Dativo, Melius esse, vel antecellere significat. Ter. Eun 2. 2. pr.

Di immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens
Quid interest? [an Homine? H. St. Sane Præ comparativa cum

Latino casu construitur. An item in verbis? De constr. cum Accus. infra V.
Virtus præstat ceteris rebus. Cic. 4. de Fin. 51.
Culta incultis præstant. Lucret. lib. 1. 209
Intelligens præstat imperito. Cic. de Clar. Orat. 199.
Imperatoribus minimis præstat orator. Cic. de Clar Orat. 255.
Contemplatio rerum cogitatioque longe omnibus studiis in vita præstat. Cic. 5. Tusc. 9.
Doctus auditor indocto præstat. Cic. de Clar. Orat. 199.
Dativum aliquando regit rei, quæ superatur, & Ablativum rei, in qua quis excellit: ut Præsto tibi scientia. Cic. pro Dejot. 5. Tanto ille superiores gloria vicerat, quanto tu omnibus præstitisti. Quintil. lib. 2. Eloquentia ceteris præstet.
Ætate alteri præstare. Cic. de Clar. Orat. 161. Hæc Crassi quum edita oratio est, quam te sæpe legisse certo scio, quatuor & triginta tum habebat annos, totidemque annis mihi ætate præstabat.
Lepore & humanitate omnibus præstitit Socrates. Cic. 2. de Orat. 270.
Prudentia ceteris præstare. Cic. 1. de Orat. 197.
Res præstant rebus pondere. Lucret. lib 1. 359.
Suavitate & brevitate dicendi aliis præstitit Aristoteles. Cic. 2. de Invent. 6.
Ablativus aliquando omittitur. Cic. 1. Off 64. Difficile autem est, quum præstare omnibus concupieris, servare æquitatem, quæ est justitiæ maxime propria. Hoc loco, pro Præesse vel præsidere nonnulli interpretantur. Plaut. Bacch. 4. 9. 49.

Sed Priamus hic multo illi præstat. Plura paulo ante V.

Dativus nonnunquam tacetur. Cic. 1. Off. 116. Quorum vero patres aut majores aliqua gloria præstiterunt, ii student plerumque eodem in genere laudis excellere.
Arte bellandi præstabat Claudius. Sil. lib. 13. 149.
Caritate patriæ præstat. Cic. 2. de Legib. 5.
Facie præstare. Hor. 2. Serm. 4. 72.
Fortunis præstare, absolute, pro Longe fortunatissimum, & beatissimum esse. Lucret. lib. 5. 1178.
Honore & ætate præstare. Cic. 1. Q. frat. 7.
Ingenio præstare. Lucret. lib. 5. 1106.
Juris Civilis intelligentia, atque omni prudentiæ genere Mucius præstitit. Cic. de Clar. Orat. 102.

Litteris

Litteris doctrinaque præstare. Cic. 3. de Orat. 135.
Nobilitate. Lucret. lib. 3. 430.
Numero militum præstabant. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 44.
Accusativum cum Ablativo aliquando regit. Liv. 5. 36. Ut nuntiare domum possint, quantum Galli virtute ceteros mortales præstarent.
Ablativum subjicuit Virg. 11. Æn. 438. dicens,
Ibo animis contra, vel magnum præstet Achillem. I. e. Antecellat: vel, ut quidam volunt, Repræsentet, exhibeat, vel æqualis sit. Mart. Crusius in altera parte Grammaticæ suæ. Virgil.
Ibo animis contra, vel magnum præstet Achillem. i. e. Repræsentet, aut etiam Excellat. Quia Quintilianus, Præstat, inquit, ingenio alius alium. Hic & Vel, pro Licet, aut Etiamsi. H. St. Locus Virg. est 11. Æn. 438. Fabii. 1. Inst. 1. pr.
Cum præpositione item construitur. ut,
In arte aliqua præstare. Lucret. lib. 5. 1355.
Præstat inter. Cæs. 2. Bell. Gall. cap. 15. Quod civitas magna, & inter Belgas auctoritate, ac hominum multitudine præstabat.
Inter suos æquales longe præstare. Cic. de Clar. Orat. 230.
Præstat, [κρεῖττον] Impersonaliter, pro Melius est, & cum Dativo & Inf. construitur. Cic. pro Sext. 146. Si hoc non est satis, quod hæc omnia deleta videntur reditu meo, multo mihi, multo inquam, Judices, præstat, in eandem illam recidere fortunam, quam tantam impertare meis defensoribus & conservatoribus calamitatem. Dativus raro exprimitur. Virg. 1. Æn. 139. —sed motos præstat componere fluctus.
Emori potius, quam servire præstat. Cic. in Pison. 15.
Mori millies præstitit, quam hæc pati. Cic. 14. Att. 9.
Tacere præstat philosophis, quam loqui. Cic. 3. de Nat. Deor. 77.
Longe multumque præstat. V. LONGUS.
Multo præstat. V. MULTUS.
Vires præstandi habere. Ovid. 1. de Pont. 7. 38.
PRÆSTANDUS, a, um. Partic. ut, Amor præstandus. Ovid. 4. de Pont. 10. 81.
Invidia capitis periculo præstanda. Cic. pro Sext. 62. Designatus Tribunus plebis obtulit in discrimen vitam suam: dixit eam sententiam cujus invidiam capitis periculo sibi præstandam videbat.
PRÆSTANS, antis. Partic. [ὑπερέχων] Frequentius a Præsto, διαφέρω, ut, Præstans virtute homo. Virg. 8. Æn. 548.
Corpore & armis præstans. Sil. lib. 5. 175.
Gravitate & prudentia præstans homo. Cic. pro Corn. Balb. 50.
Longe præstans omnibus ingenio & doctrina. Cic. 2. Tusc. 22.
Ingenio, justitia, integritate omnibus præstans vir. Cic. pro Planc. 33.
Litteris doctrinaque præstans vir. Cic. 3. de Orat. 135.
Præstans valetudine, viribus, forma. Cic. 5. Tusc. 26. An dubitas, quin præstans valetudine, viribus, forma, acerrimis, &c.
In oculis præstans. V. OCULUS.
Præstans, Nomen, [ἔξοχος, ὑπέροχος] ut, Præstans animi, Cui est animi præstantia. Virg. 12. Æn. 19. Idem 6. Æn. 164.
—quo non præstantior alter
Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.
Præstans animi & animo, Fidens animi & animo, vide apud Despaut. 236. Sed non probo ejus distinct. H. St.
Præstantia debent ea dici, quæ habent aliquam comparationem. Cic. 5. Tusc. 38.
Victoria & fida præstans alicujus manus. Cic. 7. Fam. 5.
Consilio & virtute præstanti extiterunt. Cic. pro Sext. 86.
Corpore præstanti Nymphæ. Virg. 1. Æn. 75.
Labor præstans. Lucret. lib. 2. 12.
Munere præstanti donare aliquem. Virg. 5. Æn. 361.
Natura excellens & præstans. Cic. 1. de Nat. Deor. 55.
Nomina præstantia. Ovid. 2. Trist. 467.
Odium præstans. Ovid. 13. Met. 756. al. Præsens.
Viri præstantes. Stat. 6. Theb. 495.
Numero præstantior omni. Stat. 1. Achil. 512.
Virginibus præstantior omnibus Herse. Ovid. 2. Met. 724.
Hoc certe præstantioribus, quo nihil novere nisi commune. Plin. lib. 11. c. 5.
Nihil præstantius. Cic. 3. de Fin. 2.
Aliis aliud præstantius. Lucret. lib. 2. 506.
Solidæ laudis ac veræ dignitatis præstantius quid mihi potuit accidere? Cic. in Vatin. 8.
Amor præstantior. Ovid. 13. Met. 756. al. Præsentior.
Ordo præstantior. Stat. 5. Silv. 1. 97.
Sapientiæ præstantissimus. Tacit. 6. Ann. 6.
Præstantissimus ingenio, industria. Cic. de Amicit. 1. Quo mortuo, me ad Pontificem Scævolam contuli, quem unum nostræ civitatis & ingenio & industria præstantissimum audeo dicere.
Studio ac doctrina præstantissimi Xenocrates & Aristoteles. Cic. 1. Acad. 17.
Præstantissima feminarum. Cic. 5. Fam. 8. Itaque & præstantissima omnium feminarum uxor tua, & eximia pietate, &c.
Victima labe carens, & præstantissima forma. Ovid. 15. Met. 130.
Præstantissimi epitheton, honoris ergo, Imperatoribus tributum. Tertull. de Coron. Mil. pr. Nazar. Paneg. Constantin. cap. 26. extr.
PRÆSTANTER. Adv. Priores gradus nondum habemus repertos. Superlativo usus Plin. lib. 28. cap. 12. Præstantissime vincit.
PRÆSTANTIA, æ. f. [ἐξοχή, ὑπεροχή] Excellentia; a Præstans, διαφέρον, fit. Cic. de Amicit. 70. Fructus enim ingenii & virtutis omnisque præstantiæ, tum maximus accipitur, tum in proximum quemque confertur.
Excellentia & Præstantia. Cic. 1. Off. 97. Nobis personam imposuit ipsa Natura, magna cum excellentia præstantiaque animantium reliquorum.
Excellens in animorum laude præstantia. Cic. 5. de Fin. 36.
Animi præstantia. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Dignitatis aut fortunæ suæ præstantia, æquabilitatem communis juris transeunt quidam, & intolerantius se jactant. Cic. 2. de Orat. 209.
Ingenii præstantia. Cic. 4. de Fin. 3. Quum summum bonum posuisset in ingenii præstantia, quam virtutem vocamus.
Mentis præstantiam habet homo, cui tota illius natura pareat. Cic. 5. de Fin. 34.
Partium præstantia. Cic. 1. Acad. 10. Valetudinem, vires, pulchritudinem in toto: in partibus autem, sensus integros & præstantiam aliquam partium singularum, ut in pedibus celeritatem, &c.

Remedii præstantia. Plin. lib. 12. cap. 3.
Rerum omnium præstantia excellentes dii immortales. Cic. 2. de Divin. 129.
Virtutis, ingenii, fortunæ præstantiam consequi. Cic. de Amicit. 72.
PRÆSTĀTIO, ōnis f. [παροχή] Paulus l. Si plur. de legat. & fideic. 3. D. Si plures gradus sint hæredum, & scriptum sit, Hæres meus dato: ad omnes gradus hic sermo pertinet: sicuti hæc verba, Quisquis mihi hæres erit. Itaque si quis velit, non omnes hæredes onerare legatorum præstatione, sed aliquot ex his, nominatim damnare debet.
Fiscalium præstationum exactores. Firmic. lib. 4. cap. 3. Et lib. 6. cap. 3.
Familiæ erciscundæ judicium ex duobus constat, id est, rebus, atque præstationibus: quæ sunt personales actiones. Ulp. in l. Item Labeo. §. Famil. ercisc. D. Famil. ercisc.
Ut ad præstationem scribant. Seneca de Brevit. Vitæ, cap. 14. V. ibi Lips.
PRÆSTATOR, ōris. m. Frontin. de Colon. p. 151. Qui advocantur ut præstatores.
PRÆSTĬTOR, ōris. m. Apul. in Asclep. p. 92. Elmenh. Mundus præstitor est & tributor omnium.
PRÆSTĀBĬLIS, e. Adj. [ἔξοχος] a Præsto, διαφέρω, Excellens. Gell. 1. 3. Chilo præstabilis homo sapientiæ.
Lingua atque facundia nimium quantum præstabilis. Gell. lib. 18. cap. 3. Non autem Quanto. H. St.
Dignitas præstabilis. Cic. de Provinc. Consul. 38.
Præstabiles, primæ, & singulares res, quibus Parvæ, usitatæ & vulgares opponuntur. Cic. 2. de Orat. 347. Sumendæ res erunt, aut magnitudine præstabiles, aut novitate primæ, aut genere ipso singulares; neque enim parvæ, neque usitatæ, neque vulgares admiratione, aut omnino laude dignæ videri solent.
Præstabilis & insignis alicujus virtus. Cic. de Arusp. Resp. 41.
Compar. Cic. 1. de Fin. 30. Quem tandem hoc statu præstabiliorem, aut magis expetendum possumus dicere? Idem de Senect. 40. Nihil mente præstabilius Natura homini dedit.
Nil melius mundo, nihil præstabilius, nihil pulchrius. Cic. 2. de Nat. Deor. 18.
Præstabilis, a Præsto, παρέχω, Quod præstari potest, aliquando significare dicit Perottus.
PRÆSTANA, æ. f. Dea, de qua Arnob. 4. Præstana est dicta, quod Quirinus in jaculi missione cunctorum præstiterit viribus.
PRÆSTO, Adv. ut vult Perottus: alii Nomen indeclinabile omnis generis esse volunt: verbo Sum, es, est, jungitur, & significat Præsens sum. [παρειμι] Plaut. Epid. 5. 1. 46.
Tibi quidem quod ames, domi præsto est, fidicina, opera mea.
Cic. 3. Fam. 5. Trallis veni ad VI. Calend. Sextiles: ibi mihi præsto fuit L. Lucilius cum litteris, mandatisque tuis. i. e. Mihi occurrit.
Adire præsto. V. ADEO, Ire.
Præsto adesse. Ter. Eun. 5. 9. 20. Sed ohe est frater? c. præsto adest. Poetice, pro Præsto est. Quomodo & legunt quidam.
Præsto domi. Ter. Heaut. 1. 1. 120.
Nihil opus fuit monitore, jamdudum domi
Præsto apud me esse ajunt: egomet convivas moror.
Præsto esse alicui, Præsidio esse, favere, juvare. Cic. pro Muren. 19. Jus Civile didicit, multum vigilavit, laboravit, præsto multis fuit.
Præsto esse, Advenire, comparere. Auctor ad Herenn. lib. 4. 62. Hirundines æstivo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt.
Præsto esse ad horam certam. Cic. 4. Verr. 92. Iste homo certus & diligens, ad horam octavam præsto est.
Præsto est ad nutum, & paret. Cic. 3. Verr. 78. Tune quod videris, quod audieris, quod concupieris, quod cogitaris, nisi id ad nutum tuum præsto fuerit; nisi libidini tuæ, cupiditatique paruerit.
Locus est præsto. Lucret. lib. 2. 1067.
Præsto est ut ancillula. Cic. 2. de Fin. 69. Præsto esse Virtutes, ut ancillulas, quæ nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi ut Voluptati ministrarent.
PRÆSTUS, a, um. Adj. i. e. Præsens. Vet. Inscript. OFFICIO PRAESTVS FVI.
PRÆSTŎLOR, [ὑπομένω, προσμένω] āri. Manere, exspectare. Festus, Præstolari is dicitur, qui ante stando ibi, quo venturum excipere vult, moratur. Non. 2. 709. Occulte taciteque adventum hostium præstolari. Penultimam corripit Turpil. Ter. Buchan. Becmanus, producit Valla, Taubman. Ter. Eun. 5. 6. 5.
Quem præstolare, Parmeno, hic ante ostium? Cæs. 2. Bell. Civil. 23. Hujus adventum L. Cæsar filius cum decem longis navibus præstolans, &c.
Vulgo pronuntiatur Præstōlor. H. St. Recte. V. Ricciol. & Borrich.
Præstolor, Dativo junxit Cic. 1. in Catil. 24. Qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati.
Servuli adolescentibus præstolantur, in Indice Terentii, qui est edit. in folio. In meo indice registrali remittit ad pag. 94. a. H. St.
Præstolari (inquit Donatus ad l. c. Ter.) est Præsto esse, & apparere, hoc est obsequi.
PRÆSTOLO, Idem apud Non. 7. 67. ubi Turpilius, Ego præstolabo illi. & Livius Andr. Nimis imprudenter servis præstolaras.
PRÆSTOLĀTUS, a, um. Partic. Apul. Met. 5. p. 160. Elmenh. Voces, cubiculo præstolatæ, novam nuptam interfectæ virginitatis curant.
PRÆSTRINGO, strinxi, strictum, [ἀμβλύνω, ἀμαυρόω] ĕre. Valde stringere: & aliquando Leviter lædere, attingere. Plin. lib. 18. cap. 34. Præstringit enim atque percellit hic radices arborum. De Borea vento loquitur.
Tempora præstrinxit sertis. Stat. 5. Silv. 3. 112.
Fauce præstricta laqueo. Ovid. in Ibin, 551.
Præstringere, [ἀμαυρόω] Obtenebrare. Unde Præstigiæ, & Præstigiatores. Budæus. Liv. 40. 58. Cum ingenti fragore cæli, tonitribusque & fulguribus, præstringentibus aciem oculorum. Cic. in Vatin. 25. Cujus dignitas & splendor præstringebat, credo, oculos Vatinii. V. PRÆSTRINGO, & PRÆSTINGO, & paulo infra not.
Lux ahena præstringit oculos. Claud. 3. Cons. Hon. 134.
Præstringere præstigias. Cic. 3. de Nat. Deor. 73.
—ita omnes meos dolos, fallacias,
Præstigias, præstrinxit commoditas patris. Ex poeta.
Aciem oculorum vel ingenii, V. ACIES.

Aciem ingenii præstringere, per translationem, pro Imponere. Cic. 1. Verr. 46. Mihi videtur periculum fore, ne ille, non modo verbis te obruat, sed gestu ipso ac motu corporis præstringat aciem ingenii tui, teque ab institutis tuis cogitationibusque abducat.

Aciem mentis præstringere, Hebetare. Cic. 1. de Divin. 61.

Præstringitur acies ferri, eborisque nitor. Plin. lib. 7. cap. 15. De menstruis. i. e. Obtunditur & hebetatur. Idem lib. 15. cap. 14. de pomis acerbis, Vis, inquit, tanta, ut aciem gladii præstringat. V. omnino de hac voce Drakenb. ad Sil. 1. v. 358 ubi eam contra Lambinum quamplurimis auctorum locis astruit. [Stringo inter alia significat etiam, Rado, Leviter attingo. Gloss. Lat. Gr. Stringimus, περιψαύομεν, & ibid. Stringentia, Attingentia, Græcis omissis. Sed videtur simoi verbum hoc Tactus ejusmodi celeritatem indicare, unde & fulguribus ae fulminibus proprie tribuitur. Suet. Aug. cap. 29. Cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgur præstrinxisset, servumque prælucentem exanimasset. Ita MSS. teste Gronov. Sic Fulgor, vel Splendor Oculorum aciem præstringere dicitur, quum celeri ictu, seu transcursu ita ferit, ut hebetet, aciemque retundat.

Præstringam M.... in. in fine, ubi videtur legi posse & Perstringam. Sed utitur & alibi verbo Præstringere, ut videbis in Indice, & quidem ibi in Perstringere dicitur hoc esse vice illius in uno loco. H. St. Puto Marcellini loca innuere, quæ cuiter empectæ nobis invidit. Satis porro constat hæc duo verba frequenter confundi. V. Drakenb. d. l.

PRÆSTRINGENS, entis. Partic. Liv. 40. 58. Tonitribus & fulguribus præstringentibus aciem oculorum. V. in ipso verbo. Ammian. 31. 3. Adusque Danubium terras præstringens.

PRÆSTRICTUS, a, um. Partic. ut, Fauce laqueo præstricta. Ovid. in Ibin, 549.

Nimio splendore præstrictus. Sen. Epist. 71.

Janais palatii præstrictis. Ammian. 14. 7.

PRÆSTRICTIO, ōnis. f. ut, Sensus præstrictio. Tertull. Res. Carn. cap. 49. Al. Præstructio.

PRÆSTRUO, xi, ctum, [προοικοδομῶ, προπαρασκευάζω] ĕre. Prius ordinare, ædificareve. Columel. lib. 1. cap. 5. Quippe ab imo præstructa, valenter resistent contra ea quæ postmodum superposita iocumbent. Plin. 5. Epist. 8. extr. Illud quæso præstruas, ad quod hortatis.

Præstruere sibi fidem. Liv. lib 28. 42.

Præstruo, pro Obstruo. ut, Aditum montis præstruere objice. Ovid. 1. Fast. 563. De Caco.

PRÆSTRUENS, entis Partic. Ammian. 31. 7. Id scilicet præstruentes.

PRÆSTRUCTUS, a, um. Partic. [προπαρασκευασθείς] ut, Hostis præstructus bellis civilibus. Claud. de Bello Get. 286. i. e. Præ instructus, ut vult Barth.

Præstructum, Ante præparatum, & Ex composito, sive de industria factum. Suet. Tiber. cap. 53. Quondam vero inter cœnam porrecta a se poma gustare non ausam, etiam vocare desiit, simulans se veneni crimine arcessitum: quum præstructum utrumque consulto esset, ut & ipse tentandi gratia offerret, & illa, quasi certissimum exitium, caveret.

Cunctis præstructis stabant omnes armati. Ammian. 20. 6.

Ab imo præstructa valenter resistunt. Columel. 1. 5.

PRÆSTRUCTIM, Adv. Tertull. de Pall. cap. 3. Ut ad hominem præstructim perveniretur.

PRÆSTRUCTIO, ōnis. f. Tertull. adversf. Marc. 4. 14. Augustin. Epist. 112. cap. 1.

PRÆSTRUCTŪRA, æ. f. Tertull. adversf. Marc. 4. 2.

PRÆSŪDO, [προϊδρόω] āre. Ante sudare, ante exercere se. Stat. 6. Theb. 4. —ludumque super, quo Martis bellis

Præsudare paret, seseque accendere virtus. Claudian. 2. de Rapt. Proserp. 120.

PRÆSŪL, ŭlis. m. [προεξάρχων] teste Phoca, a Præsilio, Ire, fit, quod est Ante salio: is appellabatur apud antiquos, qui primus erat inter Salios Martis sacerdotes, a saliendo dictos, in portandis ancilibus. Valla lib. 5. conf. Turneb. Adversf. 19. 10.

Item generaliter Qui aliis præest. Capitol. Anton. Philos. cap. 4. Fuit in eo sacerdotio & præsul & vates, & magister. V. Casaub. & Salmas. Usus & Cic. 1. de Divin. 26. & 2. 66. V. Gruter.

Præsul fori Sidon. 4. Epist. 14.

Præsulem agri ponere. Pallad. 1. tit. 6.

Femin. apud Avien. Descript. Orbis, 519.

Et Junone calent hic aræ præsule semper.

PRÆSULSUS, a, um. Adj. [πάναλμος] Valde salsus, vel ante salsus. Columel. lib. 6. cap. 2. Libralasque offas in præsulsæ adipis liqoamine tinctas.

PRÆSULTATOR, PRÆSULTO, PRÆSULTOR, V. PRÆSILIO.

PRÆSUM, præes, fui, [προίσταμαι, ἐφίσταμαι] esse. Præfectum esse. Cic. 4. de Finib. 76. Omnibus enim artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes qui cuique artificio præsunt, debent habere.

Apud Strab. libro 15. p. 503. Ubi de Persarum moribus, μάγοι πάντων δὲ ὁ μάγος τὰ κρέα, ὁ ὑφηγούμενος τὴν ἱερουργίαν. Convertitur Magus, qui sacrificio præest. H. St. Sed recte Casaub. Qui sacrificium enarrat.

Præesse agro colendo. Cic. pro Rosc. Amer. 50. Qui præesse agro colendo flagitium putes.

Faciendæ alicui rei publice præesse. Cic. 7. Verr. 46.

Interesse & Præesse. Cic. 1. Fam. 8. pr. Qui non solum interfuit his rebus, sed etiam præfuit.

Exercitui præesse. Cic. 10. Fam. 8. Nepos 7. 6. 2.

Ignibus æternis Vestæ. Ovid. 3. Fast. 421.

Imperio Prætorio. Cic. 1. de Divin. 68.

Magistratibus leges, populo magistratus præsunt. Cic. 3. de Legib. 2.

Navibus & classi. Cic. 7. Verr. 81. Nepos 10. 6. 3.

Officio alicujus. Ovid. 4. Fast. 382.

Provinciæ. Cic. 1. Fam. 9.

Quæstioni præesse dicitur Judex. Cic. pro Rosc. Amer. 11. Quum huic idem quæstioni judex præesses.

Reipublicæ. Cic. 1. Off. 79.

Sacerdotiis. Cic. pro Domo 10.

Sacris. Cic. de Arusp. Resp. 14.

Studio alicui. Cic. 1. de Orat. 235.

Summæ imperii. Nepos 2. 4. 2.

Temeritati alicujus. Cic. de Amicit. 37. Non paruit ille T. Gracchi temeritati, sed præfuit.

Templo. Ovid. 3. de Pont. 2. 65.

PRÆSSE veteres dixisse pro Præsentem esse Vossius in Etym. p. 406 probat ex illo Ausonii in dictis Sapient. 19.

Spondere qui nos, noxa quod præsest, vetat. Hinc remansit

PRÆSANS, entis. Partic. [παρών, ὑπάρχων] Qoi adest. Plaut. Stich. 1. 3. 67.

Adeste sultis, præda erit præsentium. i. e. Eorum qui hic adsunt.

Præsens & Absens, contraria. Ter. Eun. 1. 2. 112.

Cum milite isto præsens absens ut sies. Idem Adelph. 1. 1. 49.

Præsens, absensque idem erit. i. e. Te præsente absente. Idem Eun. 5. 9. 29.

—hoc si efficio, postulo ut mihi tua domus,

Te præsente absente, pateat, invocato ut sit locus

Semper.

Præsens præsenti adsum. Plaut. Mostel. 5. 1. 27. Ter. Adelph. 4. 5. 34.

Quum hanc sibi videbit præsens præsenti eripi.

Facultas optabilis tui præsentis si mihi esset, nunquam a tuis consiliis discreparem. Cic. 10. Fam. 4.

Cognoscent omnes amorem tui absentis præsentisque. Cic. 1. Fam. 1. extr. [Sed varia lectio est. Forte, Nostram fidem omnes, & amorem absentis, præsentisque tui, cognoscent. vel Amoremque &c Gronov. Absentis præsentes. Sed plus est si Omnes, quam si Præsentes duntaxat cognoscant, & Amor absentis, præsentis, periphrasis est Nullo locorum intervallo interrupti amoris. conf. tamen Ep. 5. ejusd. lib.

Præsentem atque audientem, vita privandum esse dixit. Cic. 4. in Catil. 13.

Vivi & Præsentes. Cic. 2. Off. 156. Neque solum vivi atque præsentes studiosos discendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis litterarum assequuntur. Idem 2. de Orat. 9. Ut duos summos viros, iis, qui neutrum illorum viderint, eorum, quibus ambo illi oratores cogniti sint, vivorum & præsentium memoria teste, commendemus.

Id ego, præsente hoc, tibi nolebam dicere. Ter. Hec. 4. 4. 90.

Dicerem de ejus virtute eo præsente timidius. Cic. pro Cæcin. 77.

Agere gestum præsente Roscio. Proverbialis locutio, in eos qui doctiores se præsentes docere volunt. Cic. 2. de Orat. 233. Quanquam soleo, inquit, sæpe mirati eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum spectante Roscio. Quod pro Quint. 77. tangeos, Præsente eo, dicit.

Hic est unus homo ex omnibus, quo præsente minime ineptus esse vellem. Cic. 1. de Orat. 112.

Præsente nobis, pro Præsentibus dixerunt veteres. Plaut. Amph. 2. 2. 194.

Nec nobis præsente aliquis, nisi servos Sosia, affuit.

Pomponius, Qui apud forum præsente testibus mihi vendidit. Idem, Sive ergo istuc præsente amicis inter cœnam. Varro in Marcellum, Id præsente legatis omnibus, exercitu, pronuntiat. Ex Donato ad Ter. Eun. 4. 3. 7. V. Non. 2. 66. & 660.

Adesse, & Præsentem esse. Cic. 1. Off. 11. Ad id solum, quod adest, quodque præsens est, se accommodat. De bestia.

Adest præsens. V. ADSUM.

Præsens non ades. Plaut. Amphit. 3. 3. 22.

Egi tecum præsens, idemque petivi sæpe per litteras. Cic. 2. Fam. 6.

Exponere commodius aliquid præsenti. Cic. 1. Att. 14.

Hortatur præsens. Hor. 1. Epist. 2. 69.

Interfuit, & præsens vidit. Cic. 1. de Invent. 104.

Invisit præsens. Liv. 1. 57. Quin si vigor juventæ inest, conscendimus equos, invisimusque præsentes nostrarum ingenia?

Præsens tanquam in manum aliquid dare. Cic. 2. Off. 60. Quanquam quod præsens, tanquam in manum, datur, jucundius est: tamen hæc in posterum gratiora.

Præsens ingenio. Plin. lib. 17. cap. 2.

Ætas præsens. Hor. 2. Epist. 1. 42.

Animus præsens. [παράτολμος] Ter. Phorm. 5. 8. 64.

Animo virili præsentique ut sis, para. Virg. 5. Æn. 363.

Nunc si cui virtus, animusque in pectore præsens. Ubi Servius, Præsens, fortis: ac si diceret, si adsit quis plenus animi. Cic. 2. de Orat. 84. Sed animus acer & præsens, & acutus idem atque versutus, invictos viros efficit.

Animo præsentiore aliquid facere. Liv. 31. 46.

Animo præsenti uti. Cic. 1. Off. 80. Fortis animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu dejici ut dicitur, sed præsenti animo uti & consilio, &c.

Animo præsenti dicere. Ter. Eun. 4. 6. 31. h. e. Confidenti.

Argento vel pecunia præsenti, mercari vel vendere, Numerato. Plaut. Pœnul. Prol. 89. Idem Men. 5. 9. 97.

Casus præsentis immemor. Ovid. 4. Trist. 1. 40.

Dolor præsens. Lucret. lib. 6. 1275.

Forma dei præsens. Stat. 1. Silv. 1. 62.

Gratiam præsentem refero. Cic. pro Planc. 132.

Hora præsens. Hor. 3. Carm. 8. 27.

Malum præsens, Instans. Ter. Phorm. 5. 2. 16. —vorsura solves,

Geta, præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ crescunt.

Mors præsens. Virg. 1. Æn. 91.

Pastum ad præsentem mendicitatis suæ agros populari. Cic. 11. Philipp. 4.

Pecuniam præsentem solvere. Cic. 2. Att. 4. Pro eo tibi præsentem pecuniam solvi imperavi, ne tu expensum muneribus ferres. conf. Argento.

Pecuniam præsentem, non debitam, solvit mulieri. Cic pro Cluent. 34.

Pestis. Cic. 3. Philipp. 25. Nimirum recte veneficum appellas, a quo tibi præsentem pestem vides comparatam.

Pignore præsenti firmat animum. Virg. 3. Æn. 611.

Pœna, Instans. Cic. 2. de Divin. 122. Atqui, ne si navigare quidem velim, ita gubernarem ut somniaverim: præsens enim pœna sit. Tacit. de Germ. 19. 2.

Re præsenti. Liv. 40.

Esse in re præsenti. Plaut. Amph. 1. 1. 93. & Plin. 10. Epist. 85.

In rem præsentem venire. Cic. 1. de Orat. 250. An vero si de re ipsa, si de finibus, quum in rem præsentem non venimus, si de tabulis & præscriptionibus controversia est, &c. Cic. 1. Off 32. Si constitueris, te cuipiam advocatum in rem præsentem esse venturum.

Tempus ad præsens dissimulato dolore, odium regis in vindictæ occasionem distulit. Justinus lib. 1. cap. 5. de Harpago.
Tempus in præsens, & In posteritatem, contraria. Cic. 1. in Catil. 22.
Quanta tempestas iovidiæ nobis, si minus in præsens tempus, recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. V. POSTERITAS.
Testibus præsentibus liberam cretionem cognoscere. Cic. 13. Att. 44.
Vires ad nocendum præsentes habere, Paratas. Cic. 15. Att. 6.
Præsens & Futurus, [ἐνεστὼς, καὶ μέλλων] contraria. Cic. pro Domo 12.
Erat igitur & præsens caritas, & futura fames.
Præteritorum meminit, præsentia cernit, futura prævidet animus. Cic. 1. de Divin. 63.
In præsens, In præsenti, Ad præsens. V. IN & AD, & paulo supra Tempus.
Præsens, non in præteritum modo accipitur, verumetiam in futurum, ut Hor. in Arte Poet. 44.
Pleraque differat, & præsens in tempus omittat. In præsens, i. e. In suum tempus, & quando tempus dicendæ rei aderit: nisi accipiatur pro Impræsentiarum. ut idem 2. Carm. 16. 26.
Lætus in præsens animus, quod ultra est
Oderit curare. Valla lib. 4. 112. conf. Tacit. 2. Hist. 70.
Præsens quandoque dicitur, non Quod nunc fit, sed quod alias fiebat: id est tempore tunc præsenti. Cic. Ego incolumitati civium primum, & postea dignitati: ille præsenti potius, quam futuræ dignitati consulebat. De mortuo loquitur. Hæc Perott. ex Valla lib. 4. cap. 112. Cic. 2. Q. frat. 8. Sed cetera, ut tu scribis, præsenti sermoni reservantur: hoc tamen non queo differre. i. e. Coram quo erimus.
Præsens Iracundia, Subita. Cic. 1. Fam. 1. Exarsi, non solum præsenti, credo, iracundia. h. e. Quæ mihi tunc ex re præsenti obvenerat. V. Vall. l. c.
Præsens, Potens. Hor. 1. Carm. 35. 1. de Fortunæ potentia,
O diva, gratum quæ colis Antium,
Præsens, vel imo tollere de gradu
Mortale corpus: vel superbos
Vetere funeribus triumphos. Præsens, Potens mutare status hominum. Acron. Idcirco autem Præsens pro Potente positum est, vel quod is, qui præsto est, majorem vim habet, quam qui abest: vel quod usitato loquendi more Deos Præsentes appellamus, qui in nostris dubiis, ac difficilibus temporibus statim nobis auxilium ferunt. Jam hoc genus loquendi, Præsens tollere, tale est, qualia sunt illa, Pertinax ludere, Durus componere, Nobilis superare, de quibus vide in NOBILIS. Lambinus. Idem 4. Carm. 14. 43.
— tutela præsens Italiæ. V. Infra not.
Præsens, Propitius: quoniam is qui præsens est nobis, propitiatur facile, si invocetur, & citius quàm is, qui præsens non est. Virg. 1. Georg. 10.
Et vos, agrestum præsentia numina, Fauni. Servius. Terent Phorm. 2. 2. 31.
Ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præsentem deum? Donatus, Præsentes dii sunt, vel qui statim præstant: vel qui coluntur, & videntur, ut Sol & Luna. V. paulo post.
Succurre præsens. Virg. 9. Æn. 404.
Tu dea, tu præsens nostro succurre labori. Ubi Servius, Non dicit, Quæ præsens es, sed Præsens succurre: id est Illico, statim.
Deus præsens ac præpotens. Cic. 2. de Nat. Deor. 77.
Deos præsentes videre. Cic. 3. de Nat. Deor. 11. [Gloss. Lat. Gr. Præsens, Ἐπιφανὴς, καὶ Παρών, καὶ Ἐυχερὴς. Forte scribendum ἐναργής, Deos autem opiferos Præsentes vocabant, quia revera apparere, vel potius adesse coram putabant, quum opem ferrent, ut apud Homerum & Virgilium videre licet, unde & illud 1. Eclog. 42.
Nec tam præsentes alibi cognoscere divos. Quin etiam, ut cælo descenderent rogabant, ut passim Horatius ostendit. conf. PRÆSENTIA infra.
Numen præsentius. Quintil. in proœm. lib. 4.
Præsentior. Ovid. 2. Amor. 8. 17.
At quanto, si forte refert, præsentior ipse
Per Veneris feci numina magna fidem? conf. 13. Met. 757.
Virg. 12. Æn. 245.
Dat signum cœlo, quo non præsentius ullum
Turbavit mentes Italas. i. e. Efficacius. Unde Præsentissimum periculum, Præsentissima medicina, Præsentissimum venenum, i. e. Potens, & in primis efficax. [Videtur Adv. Præsentius.
Auxilium præsens, Efficax. Cic. 6. Verr. 107. Multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxilium ejus oblatum est. De Cerere Ennensi.
Auxilium præsentius, Remedium. Virg. 2. Georg. 127.
Præsens medicina: h. e. Quæ præsens & festinum remedium adfert. Columel. lib. 2. cap. 14.
Præsentissimum remedium, sanguis de aure emissus. Columel. lib. 6. cap. 14. Plin. 28. 4.
Compar. & Superl. exempla plura supra V.
Præsentia, pl. n. Tacit. 3. Hist. 69. 4. Sabinus re trepida, quod tutissimum ex præsentibus, arcem Capitolii insedit. Idem 4. Hist. 59. 6. Veniam ostentantes, si præsentia sequerentur. Gl. Lat. Gr. Præsentia, παρόντα.
PRÆSENTIA, æ. f. [παρουσία] Ter. Heaut. 3. 3. 12.
Multa fert libido: ea prohibet facere tua præsentia.
In præsentia, & in præsentiarum, V. IN præp. & IMPRÆSENTIARUM.
In præsentia: seq. Post. V. IN.
In præsentia & ante oculos proponere periculum. Cic. pro Domo 11.
Desiderium præsentiæ tuæ meo labore minuam. Cic. 5. Fam. 8.
Deorum præsentiæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 166. conf. Apul. 11. Met. p. 260. Elmenh.
Declarant præsentiam suam sæpe divi. Cic. 2. de Nat. Deor. 6.
Formæ aberat præsentia. Ovid. 2. Fast. 777.
Præsentiam sui facere, Copiam. Paulus in l. de unoquoque. D. de re judicat. Si sæpe conventi, præsentiam sui facere noluerint. Hermogenianus in l. contumacia. eod. tit. Præsentiam sui facere contemnit.
Præsentia animi, [παρουσία] Græci παρουσίαν vocant: Latini Præsidentiam, & robur animi. Cic. pro Milon. 63. Neque vero sine ratione certa causa Milonis semper a Senatu probata est: videbant enim sapientissimi homines, facti rationem, præsentiam animi, defensionis constantiam. Idem 5. de Fin. 8. conf. Quintil. Decl. 6. 14. & Vall. 4. 112.

PRÆSENTO, [παρίστημι, ἐμφανίζω] āre. quasi Præsens facere. Quintil. lib. 11. cap. 2. pr. Frustra docemur, si quicquid audivimus, præterfluat: & exemplorum, legum, responsorum, dictorum, beneque factorum velut quasdam copias, quibus abundare, quasque in promptu semper habere debet Orator, eadem illa vis non præsentat. Alii legunt Repræsentat: nec adhibent negationem. Auctor de Viris illustr. cap. 77. extr. Caput ab Achilla, Ptolemæi satellite, Ægyptio velamine involutum, cum annulo Cæsari præsentatum est.
Præsentare, Referre, speciem præbere, & quod vulgo *Repræsentare* dicitur. Plin. lib. 30. cap. 10. Sarcites bubulas carnes præsentat. conf. Apul. 6. Met. p. 175. Elmenh. & 10. 11. & Fontin. Strateg. 1. 11. 2.
PRÆSENTANS, antis. Partic. Plin. 20. 19. Folia speciem passerum præsentantia.
PRÆSENTĀNEUS, a, um. Adj. [παραχρημάτικος] Quod in præsens subito fit: seu potius Quod præsentem habet efficaciam. ut, Præsentanei boleti, apud Senec. Epist. 95. Qui cito enecant.
Remedium præsentaneum ad dentium mobiles firmandos. Plin. lib. 21. cap. 31.
Venenum præsentaneum. Gell. lib. 6. cap. 4. Id quoque addidisse, venenum sibi Carthaginenses dedisse, non præsentaneum, sed ejusmodi, quod mortem in diem proferret, &c. De Regulo loquitur.
Virus præsentaneum paro. Quintil. Decl. 17. V. Cellar. Cur. post. p. 121.
PRÆSENTANEE, Adv. Oct. Hor. lib. 1. præf. Præsentanee conficere libellos.
PRÆSENTĀRIUS, a, um. aliud Adj. ut, Præsentarium argentum. Plaut. Pœn. 3. 3. 92.
Quid ita? L. quia aurum poscunt præsentarium. Idem Most. 2. 1. 14. & Trin. 4. 3. 74.
Venenum præsentarium. Apul. 10. Met. p. 240. Elmenh.
PRÆSENTĀLIS, e. Adj. ut, Milites præsentales. l. ult. C. §. 1. de re mil.
Præsentales domestici. l. ult. Cod. de Domest. i. e. Præsentes.
PRÆSENTIALITER, Adv. Sarisb. 5. 8. Præsentialiter examinare.
PRÆSŪMO, sumpsi, ptum, [προλαμβάνω] ĕre. Prius sumere. Plin. lib. 36. cap. 11. Theophrastus auctor est, potores in certamine bibendi præsumere farinam ejus. Scil. Lapidis.
Cogitare futura ac præsumere. Sen. Epist. 107.
Dapes præsumere. Ovid. 3. de Arte Am. 757.
Præsumere aliquid animo. Valer. Max. lib. 1. 5. 3. extr. Spem certam clarissimi triumphi animo præsumsit.
Æternitatem famæ spe præsumere. Tacit. 11. Ann. 7. 1.
Bellum spe præsumere. Virg. 11. Æn. 18.
Arma parate animis, & spe præsumite bellum. Ubi Servius, Aut hypallage est, pro Armis parate animos; aut certe est mutanda distinctio; ut sit,
—animis & spe præsumite bellum: Mente præoccupate. conf. Præsumere animo.
Fortunam præsumere. Tacit. 1. Hist. 62.
Gaudium præsumere. Plin. 2. Epist. 10. Ut tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te non temere præsumo. i. e. Quibusdam signis intelligo ante tempus.
Ingenium judicio præsumi. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Lætitiam præsumere. Plin. in Paneg. cap. 79. Equidem incognitam quandam, proximaque majorem, præsumo lætitiam.
Mollitiem. Hor. 2. Serm. 2. 87.
Officia hæredum præsumere, pro Agere, dum superstites sumus, quod hæredum esset. Plin. Epist. 6. 10.
Partes judicis præsumere. Quintil. 11. 1.
Remedia præsumere. Tacit. 14. Ann. 3.
Supplicium in aliquem. Tacit. 1. Ann. 48. h. e. Ante sumere.
Præsumere, pro Audere. Sulp. Sever. Hist. Sacr. 1. 47. Elatus secundis rebus, illicita præsumens. V. Jo. Vorst. ibid. Sext. Ruf. cap. 7. Epirotæ ad Italiam transire præsumpserant. V. Cellar. Cur. post. p. 250.
PRÆSUMPTUS, a, um. Partic. [προληφθείς] ut, Diadema præsumptum. Claud. 4. Cons. Honor. 168.
Desperatio præsumpta. Quintil. proœm. lib. 1.
Opinio præsumpta. Quintil. lib. 2. cap. 17. Nihil invidia valeat, nihil gratia, nihil opinio præsumpta. Apud. Tacit. 2. Ann. 73. Præsumpta suspicio, pro eodem dicitur, teste Budæo.
Piacula præsumpta. Sil. lib. 5. 213.
Quies præsumpta. Tacit. in vita Agric. 18.
Spes præsumpta. Tacit. lib. 3. Ann. 46. Ammian. 22. 6. [Hic subauditur Animo, quod Valerius expressit. V. in ipso verbo.
Suspicio, V. Opinio.
Præsumptum est enim ea mancipia, quæ rudia sunt, simpliciora esse, Ulpian. in l. præcipiunt. D. de ædil. edict. Sic passim JCti.
Præsumptum habere. Tacit. 14. Ann. 64. 5.
PRÆSUMPTE, Adv. Vopisc. in Caro, cap. 4. Ut præsumpte veritatem dicere nequeam.
PRÆSUMPTIO, ōnis. f. [πρόληψις] Ante sumptio, vel anticipatio. Plin. 9. Epist. 3. ad Paulinum, Alius alium: ego beatissimum existimo, qui bonæ, mansuræque famæ præsumptione perfruitur, certusque posteritatis cum futura gloria vivit.
Præsumptio, apud Rhetores, [πρόληψις] dicitur, quum id quod in adversarii causa, vel in judicis opinione contrarium nobis esse, aut fore, arbitramur, præoccupamus dicere, & cum ratione dissolvere. Quintil. lib. 9. 2. Mire vero in causis valet Præsumptio, quæ πρόληψις dicitur, quum id quod objici potest occupamus, quæ præcipue proœmio convenit.
Apud sequioris ævi scriptores Nimiam spem & fiduciam denotat. Spartian. Hadr. cap. 2. Habuit autem præsumptionem imperii mox futuri. V. Salmas. ibid. Ammian. 26. 10. Cognita levi præsumptione Marcelli. Sulp. Sever. Hist. Sacr. 1. 33. Illicita præsumptione rex ad vicem sacerdotis holocaustum obtulit. [Apud Spartian. videtur intelligi Spes certa, præsumpta animo. pro Audacia Apul. 10. Met. p. 243. Elmenh.
Præsumptio, πρόληψις, Anticipata opinio. Vide meam Proudup. in Senecam. H. St. conf. Cic. 2. de Divin. 53.
Præsumptio vulgo, pro eo quod Gall. *Présomption*. Præsumptio, inquit Hemmingius in libro de Lege naturæ, τόλμημα, est quum quis ob facta sua, quæ aliquam admirationem merentur, gloriam venatur immodesto studio. H. St. Hinc Præsumptiosus, quod tamen Præsumptuosus scribunt. q. V. infra.

PRÆ-

PRÆSUMPTOR, ōris. m. Ammian. 26. 8. Tertull. de Pœnit. cap. 6. Hieronym. Epist. 89. Sedul. lib. 2. 4. pr. Paulin. Natal. Fel. 225.

PRÆSUMPTORIE, Adv. Tertull. contr. Marc. 4. 41.

PRÆSUMPTUOSUS, a, um. Adj. Arrogans. Sidon. 2. Epist. 2. & 11. & 7. Epist. 4. Salvian lib. 7. [Si a Præsumptione, Præsumptiosus dicendum.

PRÆSUMPTUOSE, Sidon. 7. Epist. 7. Hoc ipsum præsumptuose arroganterque loquor.

PRÆSUO, ui, ūtum, [[illegible]] ĕre. Ante suere. Plin. lib. 12. cap. 19. Consecant surculos longitudine binûm cubitorum. Mox præsuunt recentibus coriis quadrupedum ob id interemptarum, &c.
Hasta præsuta foliis. Ovid. 11. Met. 4.

PRÆTEGO, xi, ctum, [[illegible]] ĕre. Idem quod Tegere. Plin. Paneg. cap. 15. Veniet ergo tempus, quo posteri visere, visendumque tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit campus; quæ refectiones tuas arbores, quæ somnum saxa prætexerint, quod denique tectum magnus hospes impleveris. [Protexerint lego. Somnum cepisse vult in specubus. Passim hæc confundi notum est.

PRÆTECTUS, a, um. Partic. Ante tectus. Cæl. Aurel. Acut. 2. 9. Ligationibus utimur, sed prætectis lana aut veste locis. conf. Reines. Var. Lect. 3. 18. p. 658.

PRÆTECTIO, ōnis. f. Oculorum prætectio. Cæl. Aurel. 3. Tard. 8. 131.

PRÆTENDO, di, tum & sum, [[illegible], [illegible]] ĕre. Ante tendere, opponere. Virg. 9. Æn. 599.
— & morti prætendere muros.
Vestem prætendere. Ovid. 3. Amor. 6. 79.
Prætendere auribus. Plin. 7. Epist. 27. ad Suram, Initio, quale ubique, silentium noctis, deinde concuti ferrum, vincula moveri: illum non tollere oculos, non remittere stilum, sed obfirmare animum, auribusque prætendere, tum crebescere fragor, adventare, & jam, &c. Alii codices habent, Auribusque manum prætendere. i. e. Opponere, ne spectri adventantis tumultum audiret. [Sed rectius Animum prætendere. V. not.
Prætendere retia. Plin. lib. 9. cap. 8. Qua de causa prætendi non queunt retia, quæ molem ponderis ullo modo tolerent.
Prætendere sepem segeti. Virg. 2. Georg. 370. Servius, Circumdare, & opponere.
Prætendo, pro Obtendo, Prætexo: Dativo aliquando jungitur, nonnunquam Accusativo cum præpositione Adversus. Plin. 4. Epist. 16. ad Valerium extr. Studeamus ergo: nec desidiæ nostræ prætendamus alienam. Quintil. in præf. lib. 1. de falsis philosophis, Sed vultum, & tristitiam, & dissentientem a ceteris habitum, pessimis moribus prætendebant. conf. Virg. 4. Æn. 339.
Ignorantia prætendi non potest. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Nomen alicujus prætendere. Cic. in Vatin. 14. Volo ut mihi respondeas tu, qui te Pythagoricum soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis immanibus & barbaris moribus prætendere, quæ te tanta, &c.
Speciem lætam prætendere fraudi. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 474.
Verba culpæ prætendere. Ovid. Rem. Amor. 240.
Prætendere, Præ se ferre. Quintil. lib. 8. cap. 3. Qui quum loricatus in foro ambularet, prætendebat se id metu facere.
Amicitiam, ac studium alicujus prætendere. Tacit. 4. Hist. 13.
Prætendunt duo unum debitum, h. e. Contendunt uterque suum esse. Paul. in l. si plures. D. de pact. Unus tutor plurium pupillorum nomine, unum debitum prætendentium.
Prætendere manu, Præferre. Virg. 4. Georg. 230.
— fumosque manu prætende sequaces. Servius Æneid. 8. 116.
Paciferæque manu ramum prætendit olivæ.
Est & militare verbum & ponitur pro Custodire limites. Tacit. 2. Hist. 6. 5. Quicquid castrorum Armeniis prætenditur. conf. Salmas. in Solin. p. 295.

PRÆTENTUS, a, um. Partic. [[illegible]] ut, Cuspis prætenta. Ovid. 3. Met. 83.
Veste prætenta lacrimas coortas obtegis. Seneca Hippol. 885.
Locus prætentus aquis. Claud. 1. in Ruffin. 124.
Prætenta sinu jacet insula contra Plemmyrium. Virg. 3. Æn. 692.
Prætentaque Syrtibus arva. Ibid. 6. 60. Adde Drakenb. ad Sil. 16. 253.
Et militari usu Tacit. 2. Ann 56. pr. Gens nostris provinciis late prætenta.
Legio prætenta Britannis. Claud. de Bell. Get. 416.

PRÆTENTURA, æ. f. Prætenturæ, arum. f. pl. a Prætendendo, id est, ante tendendo & præsidendo dictæ, sunt tanquam quædam Castra ante tendentia, vel Stationes ante castra tendentes. Ammian. Marcell. lib. 2. Ibique densis inter obsidentium itinera prætenturis, provincialium & viatorum opibus pascebantur. Iterum 14. 3. Et quia Mesopotamiæ tractus omnes, crebro inquietari sueti, prætenturis & stationibus servabantur agrariis. Rursus 25. 4. Salubriter & caute castra metata, prætenturæ stationesque agrariæ tutis rationibus ordinatæ. Meminit Hyginus de Limit. Verbum militare est. Vide plura apud Turnebum Advers. 4. 7. vel Lex. Pitisc.

PRÆTĔNER, ĕra, ĕrum. Adj. [[illegible]] Valde tenerum. Plin. lib. 25. cap. 13. Similis & nomine & effectu, sed alia est capnos, fruticosa, prætenera, foliis coriandri. Idem 14. 2.

PRÆTENTO, [[illegible]] āre. Prius tentare. Ovid. 5. Met. 339.
Calliope querulas prætentat pollice chordas.
Cornua sunt cochleis, ad prætentandum iter. Plin. lib. 11. cap. 37.
Vires prætentare. Ovid. 8. Met. 7.
Misericordiam judicis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Loca castris ipse capere, æstuaria ac silvas ipse prætentare. Tacit. Agric. 20. 2. conf. 1. Ann. 29. 3. Et 2. Hist. 49. 3.

PRÆTENTĀTUS, a, um. Partic. Tacit. 1. Ann. 73. 2. Prætentata crimina. Suet. Aug. cap. 35. Cordus Cremutius scribit, ne admissum quidem tunc quemquam Senatorum, nisi solum, & prætentato sinu.
Prætentata & perspecta causa. Cic. 2. de Orat. 318. Idcirco tota causa prætentata atque perspecta, locis omnibus inventis atque instructis, considerandum est quo principio sit utendum.

PRÆTENTĀTOR, ōr. m. [[illegible]] Plin. lib. 11. cap. 37. Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu adimplent.

PRÆTĔNUIS, e. Adj. [[illegible]] Valde tenue significat. Plin. lib. 11. cap. 15. Mel thymosum non coit, & tactu prætenuia fila mittit. Idem lib. 8. cap. 52. Solertiam ejus animalis Mucianus visam sibi prodidit in ponte prætenui. De capris.

PRÆTĔPEO, ui, [[illegible]] ēre. Ante tepere. Ovid. 2. Amor. 3. 6.
Mollis in obsequium, facilisque rogantibus esses,
Si tuus in quavis prætepuisset amor. [A Prætepesco videtur.

PRÆTER, Præpositio, [[illegible], [illegible], [illegible], [illegible]] Accusativo semper jungitur, & excipiendi vim habet. Cic. 7. Att. 3. Qui omnes, præter eum, de quo per te egimus, secum me facere rentur.
Præter, ex [illegible], unde & Per. [illegible]. Dio. 181. H. St.
Ante & Præter, contraria. Auctor ad Heren. lib. 4. 1. In superioribus libris nihil, neque ante rem, neque præter rem locuti sumus.
Præter, Ultra, vel Supra. Quintil. Multa erant, præter hæc, quæ objici merito potuissent.
Præter cetera, Plus quam cetera. Ter. And. 1. 1. 31.
Horum ille nihil egregie præter cætera
Studebat. Cic. 2. Off. 26. Testis est Phalaris: cujus est, præter ceteros, crudelitas nobilitata. Pro eo quod est, Præter ceterorum crudelitatem. Cic. pro Sulla 9.
Hoc mihi præcipuum est præter ceteros. Idem 1. Att. 15. Ter. Adelph. 2. 3. 5.
Itaque unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror.
Fidem præter communem, quæ omnibus debetur, præterea nos isti hominum generi præcipue debemus. Cic. 1. Q. frat. 1.
Præter hac, i. e. Ultra, amplius. Plaut. Stich. 2. 2. 21.
Præter hac, apud Plautum sæpius legitur, pro Posthac. In Rud. 4. 4. 74.
— si præter hac
Tu verbum faxis hodie, ego tibi comminuam caput.
Præter modum, Supra modum. Cic. pro Planc. 82. Quem qui reprehenderit, in eo reprehendit, quod gratum præter modum dicat esse.
Præter modum justus. Cic. 5. Tusc. 105. Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria, quod præter modum justus esset?
Præter modum crevit lacus Albanus. Cic. 1. de Divin. 100.
Præter modum exterreri. Cic. 2. Off. 36. Voluptates blandissimæ dominæ, majores partes animi a virtute detorquent: & dolorum quum admoventur faces, præter modum plerique exterrentur.
Præter æquum, Contra quam æquum est. Ter. Hec. 2. 1. 29.
Meo labori haud parcens præter æquum atque ætatem meam.
Præter æquum & bonum nimium durus. Ter. Adelph. 1. 1. 39.
Præter ætatem, i. e. Contra, ut ait Donatus ad l. c. Ter. Plaut. Epid. 1. 2. 3.
Præter ætatem & virtutem stultus es, Stratippocles. h. e. Dedecet ætatem tuam te stultum esse, Non convenis ætati tuæ, Contra ætatem facis. conf. Ter. Heaut. 1. 1. 7.
Præter consuetudinem, Contra. Cic. 3. Att. 23. In altera epistola, præter consuetudinem tuam, diem non adscribis, sed satis significas tempus.
Præter consuetudinem si acciderit aliquid, præter naturam tamen non possit exsistere. Cic. 2. de Divin. 60.
Præter exspectationem. ut, Nihil magis ridetur, quam quod est præter exspectationem. Cic. 2. de Orat. 287.
Præter fatum. V. paulo post, Præter naturam.
Præter libidinem. Ter. Heaut. 1. 2. 27.
Fortasse aliquanto iniquior erat præter ejus libidinem.
Præter morem atque legem civium, Contra consuetudinem, inquit Donatus. Ter. And. 5. 3. 8.
Præter naturam. Cic. 1. Philip. 10. Multa autem impendere videbantur, præter naturam etiam, præterque fatum. i. e. Violenta morte & inopinata. V. Gell. in hæc verba, lib. 13. cap. 1.
Præter opinionem, Contra, inquit Donatus. Ter. Hec. 5. 1. 37.
Nunc, quum ego te esse præter nostram opinionem comperi. i. e. Aliam, quam credebamus.
Præter opinionem aliquid accidere. Cic. pro Planc. 15.
Præter optatum illud accidit. Cic. in Pison. 46. Ut amitteretis exercitum nunquam mehercule optavi: illud & jam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate.
Præter sententiam omnia eveniunt. Plaut. Merc. 4. 7. 20.
Præter solitum lætus. Virg. 1. Georg. 412.
Præter spem. Ter. And. 2. 6. 5.
Præter spem evenit, sentio: hoc mala habet virum. V. P. Faber Semestr. 2. 18.
Præter spem si quid erit, facies ut sciam. Cic. 15. Att. 13.
Præter spem aliquid dicere. Cic. 4. Fam. 4.
Præter, Ante, de loco, & cum motu: ut
Præter ripam euntibus. Liv. 38. 18. V. PRÆTEREO.
Præter mœnia ipsa fluere, Ante. Liv. Idem 38. 25. pr. Præter Caralitin paludem agmen ductum. Idem 29. 25. Præter Thebas Demetriadem cursum dirigerent. Idem 40. 41. Præter oram Hetrusci maris Neapolim transmisit.
Præter, pro Ulterius. Lucret. lib. 4. 389.
Quæ manet in statione, ea præter creditur ire. De navi.
Præter oculos, Ante. Cic. 5. Verr. 61. Servi autem ejus, qui & moribus iisdem essent, quibus dominus, & eodem genere ac loco nati, præter oculos Lollii hæc omnia ferebant.
Nec furtiva jam scelera sunt: Præter oculos eunt. Sen. de Ira 2. 8.
Præter suorum ora demissum machinamentum. Tacit. 4. Hist. 30.
Præter pedes mustela mihi murem abstulit. Plaut. Stich. 2. 3. 7. Suet. Calig. cap. 36. Quas plerumque, cum maritis, præterque pedes suos transeuntes, considerabat.
Præter solem. Lucret. lib. 4. 142.
Montibus surgere, & solem succedere præter. i. e. Ante solem, vel a regione solis. Lambinus.
Præter, Adverbium, pro Præterquam. Columel. lib. 3. cap. 2. Omnis incommodi patientes præter caloris. Cic. 1. Q. frat. 1. Atqui etiam e Græcis ipsis diligenter cavendæ sunt quædam familiaritates, præter hominum perpaucorum, si qui sunt vetere Græcia digni. Hæc Budæus. Suet. Neron. cap. 56. Religionum usquequaque contemptor, præter unius Deæ Syriæ. Adde Sallust. Catil. cap. 36.
Præter si. Varr. 1. R. R. 41. Grana de fico expedit obruere, præter si aliter nequeas.
Præter propter. Gell. ex Ennii Iphigenia, lib. 19. cap. 10.
Otio qui nescit uti, plus negotii habet,
Quam quum est negotium in negotio.
Nam cui quod agat institutum est, nullo negotio
Id agit, studet: ibi mentem atque animum delectat suum.
Hoc idem est, neque domi nunc nos, nec militiæ sumus,
Imus huc, hinc illuc: quum illuc ventum est, ire illinc lubet,

incerta errat animus, præter propter vitam vivitur. Est autem Præter propter vitam vivere, Non soli inservire vitæ, sed multa conquirere, quæ non desideret vita, sed supervacanea sint & voluptuaria, minimeque necessaria: quibus tamen occupati impeditique tenemur, quum eis plus temporis & studii, quam rebus seriis & necessariis impendamus. Turnebus. conf. Salmas. in Solin. cap. 42.

Præter, quam V. infra PRÆTERQUAM.

Præterque, Insuper. Plin. lib 8. cap. 42. ad finem, Equo fere qui homini morbi, præterque vesicæ conversio. Idem lib. 11. cap. 4. extr. Habent autem oculos, præterque e sensibus tactum atque gustatum.

PRÆTERAGERE, [περιάγειν] ut Circumagere. Hor. 1. Epist. 15. 10.

Mutandus locus est, & diversoria nota
Præterageudus equus. i. e. inquit interpres, Agendus est equus præter diversoria nota, id est ultra: quod equi invitissimi solent facere.

PRÆTERBITO, ĕre. V. PRÆTEREO.

PRÆTERCAPUTEXTI, ex tribus verbis unum nomen, quo iter ad Garamantes apud Plinium appellatur, lib. 5. cap. 5.

PRÆTERCURRO, ĕre. Veget. de Re Mil. 3.24. Equis prætercurrentibus.

PRÆTERCURSUS, ûs. m. Ammian. 22. 12. Prætercursa Chalcedonia & Libyssa.

PRÆTERDŪCO, xi, ctum, [παράγω] ĕre. Ducere, vel Anteducere. Plaut. Milit. 2. 1. 67.

Ut te hodie quasi pompam illac præterducerem.

PRÆTĔREĀ, Adv. [πρὸς τούτοις] i. e. Præter ea quæ dicta sunt. Ter. Adelph. 2. 2. 16.

Age, novi tuum animum, quasi jam quidquam tibi sint viginti minæ,
Dum huic obsequare, præterea autem te ajunt proficisci Cyprum.

Ubi Donat. Præterea autem, [illegible] figura; nam veteres libenter conjunctiones multiplicabant. Virg. 1. Æn. 657.

— & quisquam numen Junonis adoret
Præterea? aut supplex aris imponat honorem? h. e. Postea, ait Servius. conf. Præter hac, in PRÆTER.

Addebant præterea, (fit enim plerumque, ut ii, qui boni quid volunt afferre, affingant aliquid, quo faciant id, quod nunciant, lætius) rem conventuram. Cic 1. Philipp. 8

Prudentiam tuam mihi exposuit, & præterea, mihi non ignotam, In consuetudine & familiaritate suavitatem tuam: adjunxit, præterea summam erga se liberalitatem. Cic. 10. Fam. 3.

Lysiadem Atheniensem plerique novimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festivus. Cic. 5. Philip. 13.

Præterea, interdum habet pronomen, tam singularis, quam pluralis numeri inclusum.

De singulari. Virg. 11. Æn. 285.

Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros. i. e. Præter eum Æneam. Cic. 4. Fam. 3. A me vero sic diligitur, ut tibi uni concedam, præterea nemini. i. e. Præter te.

Sic Populus Rom. deligit magistratus quasi Reip. villicos, in quibus si qua præterea est ars, facile patitur. Cic. pro Planc. 62.

Non possumus hujus civitatis & cujusvis præterea esse cives. Cic. pro Corn. Balb. 29.

Expedito homine nobis opus est, & eo qui Imperium legitimum habeat, qui præterea auctoritatem, nomen, exercitum, &c. Cic. 1. Philip 25.

Nihilne vobis in mentem venit, quod præterea a Crasso requiratis? Cic. 1. de Orat. 160.

De plurali. Cic. 1. Fam. 9. Præterea quidem de Consularibus nemini possum, aut studii erga te, aut officii, aut amici animi esse testis. i. e. Præter eos.

Duo præterea testes nihil dixerent. Cic pro Cæcin. 27.

Præterea, pro Præterito tempore & anteacto, non consueta sane significatione. Agrœtius p.2272. Præterea, inquit, præteriti temporis: Salustius in Catilina cap. 19. extr. Nunquam Hispanos præterea tale facinus fecisse. Ex Turneb. Sed anastrophe est. V. Cort.

PRÆTĔREO, ivi vel ii, itum, [παρέρχομαι, μετέρχομαι, παραβαίνω, παραλείπω, παρέρχομαι, παρίημι] ire. Ultra ire. Ter. Eun. 4. 2. 5.

— dum hæc puto,
Præterii imprudens villam: longe jam abieram,
Cum sensi. redeo rursum &c. Idem Adelph. 4. 2. 35. Præterito hac recte platea sursum.

Præterire per vias. Plaut. Merc. 5. 4. 46.

In platea, huc illuc. Catull. 16. 8.

— nihil veremur
Istos, qui in platea, modo huc, modo illuc,
In re prætereunt sua occupati.

Æstas præterit. Virg. 2. Georg. 322.

Ætas præteriit ad ducendum. Ter. Phorm. 2. 3. 76.

Dies præteriit. Ter. Phorm. 3. 2. 40.

Tempus non legis, sed libidinis tuæ præteriit. Cic. 7. Att. 9.

Unda quæ præteriit, Præterfluxit Ovid. 3. de Arte Am. 65.

Aratro prætereunte flos fractus. Catull. ad Fur. & Aurel. extr. i. e. Præterducto.

Præterire malum, Effugere, vitare. Ter. Hec. 3. 4. 5.

Præterire aliquid, Negligere, & quasi oblivisci. Ter. in prol. Adelph. 14.

Furtumne factum existimas, eu locum
Reprehensum, qui præteritus negligentia est.

Præterire, Prætermittere, Nullam de re aliqua facere mentionem, ut Omittere, Relinquere, Præterire. Cic. de Provinc. Cons. 6. Omitto jurisdictionem in libera civitate contra leges, Senatusque consulta, cædes relinquo, libidines prætereo, &c.

Et, quod pæne præterii, Bruti tui causa feci omnia. Cic. 6. Att. 3.

Non prætereundum est, ne id quidem. Cic. 3. Verr. 155. Ovid. 6. Fast. 418.

Non tamen idcirco prætereunda mihi.

De aliquo multa præterire. Cic. pro Cæcin. 101. V. mox Non te præterit.

Præterire silentio aliquid. Cic. ad Brut. 15. pr. Tantam omnium laudum excellentiam non queo silentio præterire. [Hic plena locutio.

Præterire non potui, quin. Cæsar Cic 9. Att. 6. Præterire tamen non potui, quin & scriberem ad te, & illum mitterem.

Præteriit me hæc res, Fugit. Ter. Hec. 5. 4. 57. — an
Temere quicquam Parmenonem prætereat, quod facto usus sit?

Non te præterit, h. e. Scis. Cic. 8. Att. 20 (Al. 12.) extr Et si convenirent, quantum iis committendum sit, quod inter se ne noti quidem sunt, contra veteranas legiones, non te præterit. Idem 13. Fam. 66. Non me præterit, nos eam rem Ephesi expertos esse. Et pro Cæcin. 101. Non me præterit, recuperatores, tametsi de hoc jure multa prætereo, tamen me longius prolapsum esse, quam ratio vestri judicii postularit.

Animo præterire suos annos, Animum annis majorem habere. Ovid. 2. de Pont. 2. 75.

Præterire, pro Antecellere, Vincere. Varro 1. de R R. cap. 1. Hos nobilitate Mago Carthaginiensis præteriit Punica lingua. Cic. in Salust. 2. Neque ab alio vinci potest, neque ipse se omnino reliqua ætate præterire. Martial. 12. 36.

Vis cursu pedibusque gloriari?
Tigrim vince, levemque Passerinum.
Nulla est gloria præterire asellos.

Præterire verbum est antiquum. Et Præteriti Senatores dicebantur, quorum nomina tacebantur, in recensendo Senatu. Et Præteriti Candidati, in Comitiis apud Ciceronem & Plin. leguntur, quorum ratio in Comitiis non habebatur, & qui repulsam tulerant. Budæus pro iis accipit, quorum fama supprimitur ab iis, qui eorum merita cognoverunt & virtutem. V. Infra Partic. PRÆTERITUS.

Suffragiis præteriri, & repulsam ferre. i. e. Negligi. Cic. 5. Tusc. 54. Sic quum sapiens, & bonus vir, qualis fuit ille, suffragiis præteritur, non populus a bono Consule potius, quam ille a bono populo repulsam fert, suffragiis præteritur.

Dignos præterire nonnunquam populus solet. Cic. pro Planc. 8.

Filium fratris præterire, pro Nihil ei in testamento relinquere. Cic. 2. Philipp. 41. Vide quam te amarit is, qui albus aterve fuerit ignorans, fratris filium præteriit, Q. Furii, honestissimi Equitis Romani, suique amicissimi: quem palam hæredem semper factitarat, ne nomen quidem præscripsit: quem nunquam viderat, ac nunquam salutaverat, facit hæredem.

Prætereor, Passivum. Cic. 2. de Legib. 60. Ne sumptuosa respersio, ne longæ coronæ, nec acerræ prætereantur. conf. paulo ante.

Præterit, pro Præteriit, vel præterivit, syncopa poetica. Ovid. 1. Fast. 45.

At Numa, nec Janum, nec avitas præterit umbras. i. e. Prætermisit.

Per tmesin posuit Liv. V. in PRÆTER.

PRÆTERIENS, euntis. [παρερχόμενος] Partic. Cic. 1. Verr. 50. Quasi prætariens satisfaciam universis.

Uno aspectu, & præteriens de aliquo judicat. Cic. de Clar. Orat. 200.

Populus præteriens. Ovid. 5. Amor. 1. 54.

Currus præteriens. Tibull. lib. 2. 6. 124.

PRÆTERĬTUS, a, um. [παρεληλυθώς] aliud Partic.

Ætas præterita quamvis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. Cic. de Senect. 5.

Præterita & Futura, contraria. Cic. 1. de Divin. 65. Tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prævidet.

Memoria præteritorum, futurorum prudentia. Cic. de Senect. 78.

Converti præterita in falsum e vero non possunt. Cic. de Fato, 24.

Mutare præterita non possumus. Cic. in Pison. 5.

In præteritum. V. IN.

Anni. Virg. 8. Æn. 560.

O mihi præteritos referat si Juppiter annos!

Labores præteritos meminisse. Sil. lib 5. 477.

Opus præteritum retexere. Ovid. de Rem. Amor. 12.

Pudor præteritus. Ovid. 1. Trist. 409.

Spatium temporis præteritum. Lucret. lib. 5. 868.

Tempus præteritum nunquam revertitur. Cic. de Senect. 69.

Nihil relinquere in præteritis. Cic 4. Acad. 45. Quæ ab his dicuntur sic persequamur, ut nihil in præteritis relinquamus.

Præteriti dicuntur etiam Extincti. Propert. lib. 2. 14. 52.

Fas est præteritos semper amare viros.

Præteriti, [ἀποδοκιμασθέντες, ἀψηφισθέντες] Qui in petitione magistratuum repulsam tulerunt, ut sæpe apud Ciceronem invenies. Festus, Præteriti Senatores quondam in opprobrio non erant, quod ut Reges sibi legebant, sublegebantque, quos in consilio publico haberent: ita post exactos eos, Consules quoque, & Tribuni militum Consulari potestate conjunctissimos sibi quosque patriciorum, & deinde plebejorum legebant, donec potestas Tribunitia intervenit, qua sanctum est, ut Censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in Senatum legerent: quo factum est, ut qui præteriti essent, & loco moti, haberentur ignominiosi. Conf. in ipso verbo.

Ædilitate prætaritos scimus Consules esse factos. Cic. pro Planc. 52.

Præteritus dolus est ante litem contra commissus, Præsens vero est post litem commissus. Ulpian. in l. apud Cels. §. quæsitum est an. D. de doli mali & metus except.

Præteritus venter. V. VENTER.

PRÆTERITŪRUS, a, um. Partic. [παρελευσόμενος] Ovid 3. de Arte Am. 612.

Quaque vigil custos præteriturus erit.

PRÆTERĬTIO, ōnis. f. Cod. 6. tit. 29. l. 4. Pœnam pati præteritionis. Est etiam apud Rhetores figura, quæ Paralipsis [παράλειψις] dicitur.

PRÆTERBĪTO, [παραμείβομαι] ĕre. frequent. Frequenter Præterire. Interponitur b, quasi Præterito. Plaut. Epid. 5. 4. 1.

Cave præterbites ullas ædes, quin roges,
Senex hic ubi habitat Periphanes Platenius? Al. Præterbites. V. PERBITO.

PRÆTĔREQUITO, [παριππάζομαι] āre. Equitando prætergredi, vel currere. Liv. 5. 91. Prætarequitantesque absterrent.

PRÆTERFERO, fere, tŭli, lātum, ferre, Præterporto, &

PRÆTERFĔROR, ferris, lātus sum, [παραφέρομαι] ferri. Prætergredi. Liv. 21. 55. Sed Baleares, pulso equite, jaculabantur in latera, & elephanti jam in mediam peditum aciem sese tulerant: & Mago Numidæque, simul latebras eorum improvida prætarlata acies est, exorti a tergo, ingentem tumultum ac terrorem fecere.

PRÆTERLĀTUS, a, um Partic [παραφερόμενος] Lucret. lib. 4. 573.

At quæ pars vocum non aures accidit ipsas,
Præterlata perit, frustra diffusa per auras.

PRÆTERFLUO, xi, xum, [παραρρέω, παραρρέω] ĕre. Ultra, vel juxta fluere. Varro 3. de R. R. cap 16. Cibi pars quod potio, & ea iis aqua liquida, unde bibant, esse oportet: eamque propinquam, quæ præterfluat, aut in aliquem locum influat.

Præterfluere, per metaphoram, pro Elabi, pertransire. Cic. 5. Tusc. 69. Quocirca corpus gaudere tamdiu, dum præsentem sentiret voluptatem: animum, & præsentem percipere pariter cum corpore, & prospicere venientem, nec præteritam præterfluere sinere. i. e. Non negligere præteritam.

PRÆTERFLUENS, entis. Partic. Liv. 41. 11. Amnem præterfluentem mœnia, novo alveo avertit.

PRÆTERGERO, si, sum, ĕre. Lucret. lib. 4. 250. De aëre.

Isque ita per nostras acies perlabitur omneis,
Et quasi præterget pupillas, atque ita transit. Ibid. 253.
Et nostros oculos præterget longior aura. h. e. Præstringit, prælambit, & sensum titillando sensim pertransit.

PRÆTERGRĔDIOR, ĕris, gressus sum, [παρεκβαίνω] grĕdi. Ultra transire. Cic. 3. Fam. 3. Currens Lepta venit, mihique nuntiavit, te jam castra prætergressum esse.

PRÆTERGRADIENS, entis. Tacit. 14. Ann. 4. Illum fines suos prætergredientem, incusavere Mardi.

PRÆTERIENS, PRÆTERITUS. V. PRÆTEREO.

PRÆTERINQUĪRO, ĕre. Ammian. 15. 10. Statuit in negotium præterinquiri.

PRÆTERLĀBOR, ĕris, lapsus sum, [παραλισθαίνω] lābi. Juxta labi. Cic. 2. de Orat. 109. Tum & in sensum & in mentem judicis intrare non potest: ante enim præterlabitur, quam percepta est.
Tumulum præterlabi. Virg. 6. Æn. 874.
Terram pelago præterlabi. Idem 3. Æn. 478.

PRÆTERMEO, [παραπορεύομαι] āre. Juxta meare. Lucret. 1. 319.
Sæpe salutantum tactu, præterque meantum. Pro Prætermeantium, causa metri. Ammian. 31. 23. Quos Ister prætermeat.

PRÆTERMITTO, misi, missum, [παραλιμπάνω, παραλείπω] ĕre. Intactum relinquere, omittere, præterire. Ter. Adelph. 3. 3. 60. —fit sedulo:
Nihil prætermitto: consuefacio denique, &c. Cic. de Arusp. Resp. 21. Vos Pontifices, ad quos Epulones Jovis O. M. siquid est prætermissum, aut commissum, afferunt: quorum de sententia &c.
Prætermitti dicitur, quod aut ignorantia, aut oblivione, aut negligentia præteritur. Relinqui vero, quod de industria omittitur. Cic. 3. Offic. 9. Minime vero assentior iis, qui negant eum locum a Panætio prætermissum, sed consulto relictum.
Prætermittere & Relinquere. Cic. 2. de Orat. 126. Quare, Crasse, neque tu tua suavitate nos privabis, ut si quid ab Antonio, aut prætermissum, aut relictum sit, non explices.
Prætermittere silentio, quod & Præterire dicitur. Cic. 13. Fam. 13. Ac ne illud quidem silentio, P. C. prætermittendum puto, quod, &c.
Sine nefario scelere quædam prætermitti non possunt. Cic. 1. Fam. 9. De studiis erga amicum.
Nihil, quod ad rem pertinet, prætermittere. Cic. 1. Fam. 5. Ne hoc quidem prætermittendum duxi, te ut hortarer, ut, &c. Cic. 5. Fam. 17.
Prætermittere defensionem. Cic. 1. Off. 18. Prætermittendæ defensionis deserendique officii plures solent esse causæ. conf. mox Officium.
Ne illud quidem prætermittam, Hortensius filius fuit, &c. Cic. 6. Att. 3.
Quod facere nullum diem prætermittebat. Nepos 5. 4. 3.
Hæreditatem prætermittere. Neratius in l. qui patri. D. de acquir. vel omit. hæred. Qui patri hæres extitit, si idem filio impuberi substitutus est, non potest hæreditatem ejus prætermittere.
Locum nullum laudandi tui prætermitto. Cic. 12. Fam. 24.
Neminem prætermittere, cui, &c. Cic. 11. Fam. 21. Quid? tu illum tecum solum, aut cum Cæsare, qui neminem prætermiserit, quicum loqui potuerit, cui non eadem ista dixerit?
Nihil prætermisi in te ornando. Cic. 10. Fam. 13. Ut primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando, quod positum est, aut in præmio virtutis, aut honore verborum.
Nihil prætermisi, quantum eniti potui, quin Pompejum a Cæsaris conjunctione avocarem. Cic. 2. Philip. 23.
Occasionem prætermittere. Liv. 25. 28. extr.
Officium. Neque ullum officium erga te hominis amantissimi prætermisit. Cic. 1. Fam. 8. conf. Defensionem.
Pœnam prætermittere. Cic. ad Brut. 15. Sed sceleris pœnam prætermittere (id enim est quod vocatur ignoscere) etiam si in ceteris rebus tolerabile est, in hoc bello perniciosum puto.
Scelus nullum prætermittere. Cic. 9. Att. 11. Quid tu illuc Scipionem, quid Faustum, quid Libonem prætermissurum sceleris putas? quorum creditores convenire dicuntur.
Vitia animi prætermittere. Lucret. lib. 4. 1145.
Voluptates. Cic 3. de Nat. Deor. 38. Temperantia autem constat ex prætermittendis voluptatibus corporis.

PRÆTERMISSIO, ōnis. f. [παράλειψις] Cic. in Topic. 31. Formæ igitur sunt hæ, in quas genus, sine ullius prætermissione dividitur.

PRÆTERNĀVIGO, [παραπλέω] āre. Juxta, vel ultra navigare. Vet. Gloss. Gr. Lat. Παραπλέω, Præterveho, Præternavigo.
Scyllam præternavigavit. Apul. de Deo Socr. extr.

PRÆTERNAVIGĀTIO, ōnis. f. [παράπλους] Plin. lib. 4. cap. 12. Ab hac Ægina liberæ conditionis XVII M. P. cujus XX M. P. præternavigatio est.

PRÆTĔRO, trīvi, trītum, ĕre. Valde terere. Plin. lib. 11. cap. 37. Timarchus Nicoclis filius Paphii, duos ordines habuit maxillarum. Frater ejus non mutavit primores, ideoque prætrivit. [Lego Maxillarium.

PRÆTERPROPTER, V. PRÆTER ad fin.

PRÆTERQUAM, [πλὴν, πλὴν ἀλλὰ, ἀλλ' ἢ] unica dictio est, quæ requirit semper præcedentem casum, quia idem verbum subintelligitur: ut, Nemo id dixit, præterquam Cicero. Nullius id interest, præterquam patris. Nulli id placuit, præterquam Cæsari. Neminem, præterquam Prætorem, timeo. O vos omnes, præterquam Plato, legite. A nemine, præterquam a Socrate didici. Ter. And. 4. 5. 14.
—verbum si mihi
Unum, præterquam quod te rogo, faxis: cave.
Nullas iis, præterquam ad te, dedi litteras. Cic. 3. Fam. 7.
Pro tantis rebus nullum a vobis præmium postulo, præterquam hujus diei memoriam sempiternam. Cic. 3. in Catil. 26.
Præterquam, Aliter quam. Liv. lib. 1. 8. pr. Vocata ad concilium multitudine, quæ coalescere in populi unius corpus nulla re, præterquam legibus, poterat, jura dedit.
Præter quam disjunxit Plautus, interposita dictione, in Persa 3. 1. 38.
Virgo atque mulier nulla erit, quin sit mala,
Quæ præter sapiet, quam placet parentibus. [Hic non Exceptiva particula est, sed videntur duæ dictiones, Præter quam, pro Contra, vel Ultra, vel Supra, quam.
Præterquam quod, nonnulli etiam unam dictionem existimant esse, significatque Nisi quod. Ter. Heaut. 2. 4. 19.
Nam, dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leves:
Præterquam tui carendum quod erat. [Vel hæc tmesis docet, non esse unam dictionem.
Præterquam quod Reip. consulere debemus, tamen tuæ dignitati ita favemus, ut omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. Cic. 10. Fam. 1.
Præterquam quod, & Præterea. Cic. 5. de Fin. 61. Hoc autem loco tantum explicemus: hæc honesta, quæ dico, præterquam quod nosmet ipsos diligamus, præterea suapte natura per se esse expetenda. Indicant pueri, in quibus, ut in speculis, Natura cernitur.
Præterquam qui, vel quæ. Ter. Eun. 1. 1. 32.
Neque, præterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas: & illas, quas habet, recte feras.
Præterquam si. Plin. lib. 8. cap. 25. Tergoris ad scuta, galeasque impenetrabilis, præterquam si humore madeat.
Præterquam semper, pro Quum semper. Gell. lib. 15. cap. 1. pr. Declamaverat Antonius Julianus rhetor, præterquam semper alias, tum vero nimium quantum delectabiliter & feliciter.
Præterquam, sequente Etiam. Cels. lib. 1. cap. 9. Aqua vero frigida infusa, præterquam capiti, etiam stomacho prodest. i. e. Non tantum capiti, sed etiam &c. vel Præterquam quod capiti prodest.
Interdum significat Insuper. ut Liv. 4. 17. Cum Vejentibus Fidenatibusque, præterquam populis finitimis, ab causa etiam tam nefaria bellum exorsis, atrox dimicatio instabat.

PRÆTERRĀDO, rāsi, [παραξέω] ĕre. Idem quod Radere simplex. Lucret. lib. 4. 531.
Præterradit enim vox fauces sæpe. Legitur & Præterea radit vox, &c. V. Ludov. Cresoll. Vacat. Antumn. 3. 8.

PRÆTERSUM, esse. Absum. Tertull. Apolog. cap. 38. Ipsis rebus, de quibus transiguntur spectacula, prætersumus.

PRÆTERVĔHO, vexi, vectum, [παρελαύνω] ĕre. frequentius forma Depon. Prætervehor, vectus sum, vehi. Trans, vel ultra vehi, & fere de navibus. Cic. 7. Verr. 87. Tamdiu in imperio suo classem iste Prætor diligens vidit, quamdiu convivium ejus flagitiosissimum prætervecta est. Idem 5. de Finib. 49. Neque enim vocum suavitate videntur, aut novitate quadam & varietate cantandi revocare eos solitæ, qui prætervehebantur: sed quia multa se scire profitebantur. De Sirenibus.
Litora prætervectus aquis. Stat. 5. Theb. 473.
Ostia prætervehi. Virg. 4. Æn. 688.
Prætervehere, pro Prætervehi. Sueton. Aug. cap. 93. Cajum, nepotem, quod Judæam prætervehens, apud Hierosolymam non supplicasset, collaudavit. Idem Cæs. cap. 37. Triumphi die Velabrum prætervehens. & cap. 78. Subsellia tribunitia prætervehens. Liv. 22. 49. Prætervehens equo.
Prætervecta scopulos oratio, per translationem, pro Difficiliora explicavit, & percurrit. Cic. pro Cœl. 51. Sed quoniam emersisse jam e vadis, & scopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur.
Prætervecta est oratio mea aures vestras. Cic. pro Corn. Balb. 4. Etenim ei succedo orationi, quæ non prætervecta sit aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit.
Prætervehi aliquid silentio; idem quod Præterire silentio. Cic. 7. Philip. 8. Magna spe ingredior in reliquam orationem, P. C. quoniam periculosissimum locum silentio sum prætervectus.

PRÆTERVECTIO, ōnis. f. [παράπλους] Cic. 7. Verr. 170. Monumentum sceleris audaciæque suæ, voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ, prætervectione omnium, qui ultro citroque navigarent.

PRÆTERVERTO, ti, sum, ĕre. Antevertere, & per translationem, Prius dicere. Cic. 1. de Divin. 10. De quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam: ita tamen, si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni prævertendum putes. Quidam hic legunt Prævertendum.
Obvium contrario prætervertebat cursu. Plin. 2. 71. al. & hic Prævertebat.

PRÆTERVŎLO, [παρίπταμαι] āre. Cic. in Arat. 412.
Hic se jam totum cæcas Equus abdit in umbras,
Quem rutila fulgens pluma prætervolat Ales.
Celeriter præterire, & quasi ultra volando effugere. Cic. 3. de Orat. 221. Sententiæque sæpe acutæ, non acutorum hominum sensus prætervolant. Idem 4. Acad. 24. Hæc duo proposita non prætervolant, sed ita dilatant, ut non mediocrem curam adhibeant & diligentiam.
Parva puppe lacum prætervolat. Claud. de Bell. Get. 321.
Hasta prætervolat auras. Sil. lib. 10. 214.
Occasionis opportunitas prætervolat, Translate. Liv. 25. 38. Si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paulum fueris, nequicquam mox amissam quæras.

PRÆTEXO, texui, textum, [περιυφαίνομαι, ὑφαίνω] ĕre. Ausonius in Gratiarum actione ad Gratianum Imperatorem pro Consulatu, Tu Auguste venerabilis, districtus maximo bello, assultantibus tot millibus Barbarorum, quibus Danubii ora prætexitur. i. e. Cooperta est. Ovid. 1. de Arte Am. 255.
Quid referam Bajas, prætextaque litora velis? Plinius quoque Prætexta tuguriorum posuit lib. 16. cap. 9. Cortex e fago, tilia, abiete, picea in magno usu agrestium. Vasa corbesque, ac patentiora quædam, messibus convehendis, vindemiisque faciunt, atque prætexta tuguriorum. h. e. *borda* tecti ipsorum tuguriorum. Bayfius.
Litora prætexunt puppes. Virg. 6. Æn. 5. i. e. Cingunt.
Prætexere retia. Plin. lib. 16. cap. 1.
Prætexere, Cooperire. Plin. lib. 6. cap. 25. Semper fuit Parthia in radicibus montium sæpius dictorum, qui omnes eas gentes prætexunt.
Arundine prætexit ripas Mincius. Virg. 7. Ecl. 12.
Ea Germaniæ velut frons est, quatenus Danubio prætexitur. Tacit. Germ. 42. 2.
Rheno prætexuntur nationes. Idem 34. 2.

Prætexere, [προϋφαίνειν] Prius ordinare & componere. Cic. 2. de Orat. 317. Sic omnia, quæ fiunt, quæque aguntur acerrime, lenioribus principiis Natura ipsa prætexuit.

Prætexere auctores, quos sequamur, pro Nominatim & ordine nominare. Plin. lib. 18 cap. 3.

Prætexere, [προφασίζειν] Obtendere, colorem quærere, inquit Budæus. Virg. 4. Æn. 500.

Non tamen Anna novis prætexere funera sacris
Germanam credit. Ubi Servius; Prætexere, Prævelare, abscondere. Ibid. 172.

Conjugium vocat: hoc prætexit nomine culpam. Cic. in Pison. 56. Neque enim quisquam potest exercitum cupere, aperteque petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi.

PRÆTEXENS, entis. Partic. [περιπλεκόμενος] Tibul. lib. 2. 4. 43.

Quamvis prætexens picta ferrugine cælum. Paterc. 2. 62. 3. Ubicunque ipsi essent prætexentes esse rempublicam.

PRÆTEXTUS, a, um. aliud Partic. [περιπλεχθείς] ut, Templum prætextum Augusto nomine: I. e. Inscriptum nomine Augusti Cæsaris, sive Augusto dicatum. Ovid. 5. Fast. 567.

Calumnia prætexta. Cic. 2. in Cæcil. 4. Tongilium mihi eduxit, quem amare in prætexta calumnia cœperat. [In prætexta, subaudi Toga, & lege Armare. i e Instruere. Locus obscurus alioqui.

Prætexta toga. Cic. 3. Verr. 151. Neque te tam commovebat, quod ille cum toga prætexta, quam quod sine bulla venerat.

Togam prætextam texi Oppio, puto te audisse. Idem 2. Fam. 16. i. 2. Magistratum majorem paravi. V. TOGA, & infra PRÆTEXTA.

Quem prætexta purpure veste decoraverant. Xyl apud Dionem 429. edit. Par. H. St. In Græco est, ἐν τῇ περιπορφύρῳ ἐσθῆτι ἐνηγλαϊσμένον, H. St. V. & Gloss. vett.

PRÆTEXTUS, ûs. m. [πρόφασις] pro Obtentu ponitur, quod Cicero Per causam, & Per simulationem dicere solet. Suet. in Tiber. cap. 28. Omnium inimicitiæ hoc prætextu ad vos deferentur. Al. Prætexto. Tacit. 1. Hist. 77. 2. Prætextu veteris amicitiæ. conf. Ibid. 1. 76. 4.

Agitatum secreto num & Piso proficisceretur, majore prætextu. i.e. Splendidior dignitate. Tacit. 1. Hist. 19. 4.

PRÆTEXTUM, i. etiam neutro genere dicitur. Suet. Cæs. cap. 33. Et prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinantur. V. Casaub. p. 25. Senec. Epist. 72. Sed illud pulcherrimum, capi prætextum optimates, &c. conf. Tacit. 2. Hist. 110. 4. conf. Gloss.

Prætextum triumphi, pro Insignibus triumphi dixit Val Max. 7. 1. 1. Consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphi prætextum largita est. Sic videtur Salmasio ad Vopisc. p. 405. conf. Rupert. Diss. ad Val. Max. 7. 1. p. 442. [Forte tamen legendum Speciosissimique triumphi prætextam. Ut dicitur Laurea triumphi &c. V. seq. dict.

Prætexta tuguriorum. Plin. 16. 9. V. in ipso umbo.

PRÆTEXTA, æ f. [περιπόρφυρος] Substantivum est, sed subauditur Toga, Genus vestimenti oblongum ac talare, quo pueri utebantur usque ad annum circiter decimum septimum: quo tempore togam virilem sumebant. V. Ovid. 4. de Pont. 9. 22. Sic dicta est quod in ea purpure prætexeretur. Græcis dicta περιπόρφυρος. V. Rosin. Ant. Rom. 5. 32. Ferrar. & Ruben. de Re Vest. & Lex. Pitisc.

Prætexta, insigne Romanum, quod supre tunicas honorati quique sumunt. Non. 14. 29. V. omnino Macrob. 1. Sat. 6.

Apud Etruscos originem invenit. Plin. 8. 48. Lucil. Sat. 1. Flor. 1. 5. 6.

Prætexta quatuor hominum genera utebantur, Pueri, ad usque tirocinii diem, hoc est ad ineuntem annum ætatis 17. Magistratus omnes urbani: quod utrumque nemo, ut opinor, paulo humanior ignorat: præterea, quod observatum non ita vulgo credimus, Magistri vicorum, dum ludos Compitalitios faciebant; & Senatores omnes, quum deorum festos celebrabant dies. De Magistris collegiorum docuit me locus in oratione in Pisonem (8.) quo in loco sunt hæc: Q. Metellus designatus Consul, quum quidam Tribunus pl. suo auxilio Magistros ludorum ludos contra S. C. facere jussisset, privatus fieri vetuit, &c. tu, quum 111. Calendas Januar. Compitalitiorum dies incidissent, Sex. Clodium, qui nunquam antes prætextatus fuisset, ludos facere, & prætextatum volitare passus es. Quibus verbis Pedianus hæc subjungit, Solebant autem Magistri collegiorum ludos facere, sicut Magistri vicorum faciebant Compitalitios prætextati. Erat autem satis turpe mendum in iis verbis, Magistros vicorum ludos facere. Nam est in omnibus, qui ad hanc diem impressi leguntur, libris, Magnos ludos facere. quum loquatur Cicero non de Magnis ludis, sed de Compitalitiis; ut omittam duo argumenta, unum, quod illud, Facere jussisset. aliquid omnino desiderabat. Quem enim tribunus ille ludos facere jussisset? alterum, quod Pedianus ita loquatur, ut significet Magistrorum in oratione fieri mentionem. Quam facile autem ex Magistros, fieri potuerit, Magnos, litterarum declarat similitudo, præsertim si, Magistros, paucioribus litteris, apice superimposito, scribatur. De Senatoribus autem ex iis verbis, quæ sunt oratione 2. in Anton. 110 conjeci: Nescis, heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? te ipsum autem ad populum tulisse, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati? cur honorem Cæsaris tua lege datum, deseri patimur? Hæc fere ex commentario Pauli Manutii in orationem pro Sextio, cap 69. V. quæ mox ex Bud.

Prætexta pulla, nulli alii licebat uti, quam ei, qui funus faciebat. Paulus, ex Festo. conf. Fest. & Lex. Martinii.

Facibus cessit prætexta maritis. Propert. lib. 4. 11. 33. h. e. Prætexta, qua in ætate induebar puellari, cessit nuptiis, in quibus faces adhibebantur. V. paulo infra ex Cic. & Fest.

Demissa prætexta ad talos. Quintil. lib. 5. cap. 13. Habitus recte incusari solet: Ut adversus Quintium Cicero. non hæc solum, sed ipsam etiam prætextam, demissam ad talos, insectatus est.

Mutare prætextam paludamento V. MUTO.

Prætextam nobilium fuisse, tam mulierum, quam virorum, auctor est Pedianus in hæc verba Cic. 3. Verr. 113. Eripies igitur pupillæ togam prætextam? detrahes ornamenta, non solum fortunæ, sed etiam ingenuitatis? Prætextam Cicero pupillæ tribuit, quam nubentes deponere consuesse docet Festus, in Prætextum. Rursus Cic. 3. Verr. 151. de pupillo quodam, Neque te tam commovebat, quod ille cum toga prætexta, quam quod sine bulla venerat. Ex Budæo

De magistratuum prætexta. Tacit. 3. Hist. 31. Sed ubi Cæcina prætexta & lictoribus insignis, dimota turba, Consul incessit, exarsere victores. Sic apud Cic. pro Domo, 98. Videre prætextatos inimicos. I. e. In magistratu positos. Ad ea quæ dicta sunt pertinet illud Plin lib. 9. cap. 36. de purpura loquentis, Huic fasces securesque Romanæ viam faciunt: idemque pro majestate in pueritia est: distinguit ab equite curiam: diis advocatur placandis. omnemque vestem illuminat: in triumphali miscetur auro. Allusit enim his verbis Plinius ad Purpuram magistratuum: & ad eam qua pudor Ingenuitatis significatur, ut inquit Macrob. lib 5. Saturnal. cap 6. & ad sacerdotalem prætextam, qua sacris operantes utebantur: & ad triumphalem, & ad latumclavum, quod insigne est Senatoriæ dignitatis, discriminans Senatum ab equestri ordine: eratque non toga, sed tunica. De triumphali Suet. Tiber. cap. 17. Triumphum, inquit, ipse distulit, mæsta civitate clade Variana: nihilominus Urbem prætextatus & laurea coronatus intravit. L. Valerius apud Liv. lib. 34. (7.) In oratione quam habuit pro feminis jus auri ac purpuræ postulantibus a Senatu, M. Catone reclamante, Purpura, inquit, viri utemur, prætextati in magistratibus, in sacerdotiis: liberi nostri prætextis purpura togis utantur: magistratibus in coloniis, municipiisque, hic Romæ infimo generi Magistris vicorum, togæ prætextæ habendæ jus permittemus: nec id ut vivi solum habeant tantum insigne, sed etiam ut cum eo crementur mortui: feminis duntaxat purpuræ usum interdicemus? Quibus verbis omnem Prætextæ usum complexus Livius, eo etiam amplius docuit, eos, qui in magistratu moriebantur, prætextatos in rogum ferri, cum prætextaque cremari solitos esse Romæ. Ex Valerio item intelligere datur hunc morem fuisse, ut Prætor, qui Judex quæstionis, & Quæsitor reorum capitalium dicebatur, non ante sententiam in reum noxæ capitalis pronuntiaret, quam prætexta exuta. Sic enim inquit lib. 9. cap. 12. (7.) Consimili impetu mortis C. Licinius Macer, vir Prætorius, Calvi pater, Repetundarum reus; dum sententiæ dicerentur, In Menianum conscendit. Siquidem quum M. Ciceronem, qui id judicium cogebat, prætextam ponentem vidisset: misit ad eum qui diceret, non damnatum se, sed reum periisse, nec sua bona hastæ posse subjici: ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore & faucibus suis coarctatis, incluso spiritu, pœnam morte præcurrit. Ex Budæo. [Lege Intercluso.

Prætexta, etiam pro Honore & dignitate fastigioque ponitur. Val. Max lib. 7. cap. 5. 6. Sed ut comitiorum maximum crimen referam, M. Porcius Cato, plus moribus suis Præturæ decoris adjecturus, quam prætexta ejus splendoris ipse laturus, consequi illam a populo aliquando non potuit. Proxima dementiæ suffragia, quæ quidem satis graves pœnas erroris sui pependerunt. quoniam quem honorem Catoni negaverant, Vatinio dare coacti sunt. Ergo, si verum æstimare volumus, non Catoni tunc Prætura; sed Præturæ Cato negatus est.

Abjecta honoris prætexta. Val. Max. 7. 3. 8.

Consularis prætexta. Paterc. 2. 65. 3.

Prætextæ fabulæ, seu comœdiæ, dictæ a Prætexta, quod in his fere regum aut magistratuum acta comprehenduntur, qui principio prætexta toga utebantur.

Prætextæ appellantur, Quæ res gestas Romanorum continent scriptas, inquit Paulus. [Rectius Prætextatæ, ut Palliatæ quoque, & Togatæ. Sic tamen & apud Donat. in Prolog. Adelph. & apud Horat. Art. poet. 288. & Cic. 10. Fam. 32. alioque passim legitur.

Docere prætextas. Hor. in Arte Poet. 288.

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas: I. e. Inquit Acron, Et qui prætextatas fabulas fecerunt, vel togatas, meruerunt minimum decus. Prætextatam dicunt Tragœdiam, Comœdiam Togatam. Alii autem dicunt, Prætextatam & Togatam Comœdias esse, sed togatas in quibus Græca argumenta sunt, in quibus Latina, prætextatas. Hactenus Acron. V. Cic. 10 Fam. 32. axit

PRÆTEXTATUS, a, um. Adj. [περιπορφυρωτός] Prætextati pueri dicebantur, Qui prætexta adhuc & bulla utebantur, quod fiebat usque ad annum circiter decimum septimum: quo tempore togam virilem sumebant, deposita prætexta puerili, ut meminit Cic. de Amicit. pr. Ego autem, inquit, a patre ita eram deductus ad Scævolam, sumpta virili toga. Budæus. Hinc

Prætextati ponuntur ab auctoribus pro Pueris V. Lips ad Tacit. p. 86. & Guther. de Jure Pontif. 1. 28. V. etiam infra, & superiore in dict.

Amicitia prætextata dicta, Jam inde a puero cœpta, apud Martialem. 10 20. 4 Bayf.

Filii triumphantium prætextati. Cic. pro Muren. 11. Paterc. 2. 59. 2.

Prætextati & Prætextatæ, Pueri & puellæ, ingenui & ingenuæ Qua dictione usus est auctor Institutionum juris. in tractatu De injuriis, Sive quis matrem familias, aut prætextatum, prætextatamve assectatus fuerit. V. infra. Juven. 10. Sat. 308

Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, vel
Strumosum. Budæus.

Puellæ prætextatæ dicebantur a prætextis, quas nubentes deponebant. Budæus, ex Festo. Catul. 59. 182.

Pupillus prætextatus. Cic. 3. Verr. 15.

Anni prætextati a Plinio dicuntur lib 33. cap. 1. pro Annis pueritiæ. Et Ætas prætextata, Gellio lib 1. cap. 23. Noct. Attic dicitur. Budæus.

Mores prætextati, etiam Festo dicuntur, in integris codicibus, & Macrobio; & Juven. 2. Sat. 170. Budæus. [Ubi intelliguntur Puerorum Rom. ingenuorum mores qualescunque.

Sermo prætextatus. Festus in integris codicibus, Prætextatum sermonem quidam putant dici, quod prætextatis nefas sit obscœno verbo uti. Alii, quod nubentibus, depositis prætextis, a multitudine puerorum obscœna clamentur Al Prætextum Ideoque Prætextatum sermonem appellabant, qui nihil obscœnitatis haberet. Contra hanc tamen Festi opinionem Suetonius, Gellius, Macrobius, Prætextatum sermonem acceperunt, pro eo, Qui aperte rem obscœnam significat. Suet. in Vesp. 22. Erat enim dicacitatis plurimæ, & sic scurrilis ac sordidæ, ut ne prætextatis quidem verbis abstineret. Macrob lib 2. Saturn. 1. Hæc nobis sit litterata lætitia, & docta cavillatio vice planipedis & sabulonis impudici, & prætextata verba jacientis. Ex Budæo. conf. Scalig. ad Fest.

Assectari prætextatum aut prætextatam a Justiniano dictum est, lib. 4. Inst. tit. 4. de Injur. §. 1. pro eo quod est, Pudorem pueri ingenui, aut puellæ suggillare: & coram infamiæ; tanquam scorto masculo, feminineve inurere. Ex Budæo. V. Assector in ASSEQUOR.

PRÆTEXTATUS, cognomen Papirii fuit, quod in ætate prætextata summam

mam prudentiam ostenderit. Macrob. 1. Saturn. 6. conf. Gell. 1. 23. & Sigon. Nom. Rom. cap. 5.

Prætimeo, ui, [προδειδω] ēre. Valde. vel Ante timere. Plaut Amph. prol. 29.

> Mirari non est æquum, si sibi prætimet? Tibull. 3. 3. 14.
> Et frustra immeritum prætimuisse velit. Sen. Epist. 98. Nil est nec miserius nec stultius, quam prætimere.

Prætimidus, a, um. Adj. Tertull. Carm. de Jona, 65.

Prætor, ōris. m. [στρατηγὸς, στρατηγός] Omnis magistratus appellabatur, cui pareret exercitus. Victorinus, Notare debemus, omnes magistratus Prætores appellatos: sed Patres, quo tempore L. Sextius primus ex plebe Consul creatus, Furium Camillum primum Prætorem Urbanum, qui jus in Urbe diceret, creaverunt. Mox, unico Prætore non sufficiente, quod multi peregrini in civitatem venirent, alius creatus est Peregrinus: eo quod plerumque inter peregrinos jus dicebat. Capta deinde Sardinia, aliisque provinciis, totidem Prætores, quot provinciæ in ditionem venerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præessent. Hactenus Victorinus. Quæ omnia desumpsisse videtur ex Pomponio Jureconsᷓ D. De origine juris. l. Necessarium. Et paulo post. § 32. Capta deinde Sardinia. Liv. lib. 6. cap. 42. & 7. 1. scribit primum Prætorem ex Patribus, qui jus in urbe diceret, creatum fuisse: penes quem magistratum omnis publici privatique juris potestas, ut & novum jus condere, & vetera abrogare facultas esset. Idque ob magistratus honorem, Jus Honorarium appellatum est: quum etiam regia illi essent insignia, ut apparatu Consulibus pæne par videretur. Creatus, quum Consules avocarentur bellis finitimis, nec esset qui in civitate jus diceret. De duobus primum additis A. U. C. 536. V. Liv. 22. 35. Cic. 9. Att. 14. Prætores jus dicunt? Ædiles ludos parant? Idem pro Muren. 41. Sapiens Prætor, qualis hic fuit, offensionem vitat æqualitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi.

Prætor dicitur, ut vult Fenest. quod præesset: ut Varro de L. L. 4. 14. a præeundo, quasi Præitor, quod præiret jure & exercitu. V. in praeeo. Idem sentit Cic. 3. de Legib. 7. ex l. xii. Tab. Nonius cap. 1. 91. Consulum & Prætorum proprietas, quod consulant, & præeant populis, auctoritate Varronis ostenditur de vita Pop. Rom. lib. 2.

Honoratus Prætor. Ovid. 1. Fast. 52.

Justissimus. Cic. pro Flacc. 8.

Magnus, vel Maximus. V. magnus.

Mercenarii Prætoris decretum. V. messis.

Palæstricus Prætor. V. Palæstricus, in palaestra.

Urbani Prætores jurati debent optimum quemque in selectos judices referre. Cic. pro Cluent. 121.

Prætor de capitalibus criminibus quærebat, non omnibus tamen, sed tantum de majestate, de vi, de repetundis, de crimine inter sicarios, de ambitu, de veneficio: de incestu vero, & perduellione populus. Prætores autem, quæ cujusque futura esset Quæstio, ante sortiebantur: ut deinde singulis de criminibus singuli, prout sors tulisset, cum consilio quærerent. Etsi de crimine inter sicarios, quum in judicium quandoque ita multi vocarentur, ut Prætor unus minime sufficeret, non unus, sed duo Prætores cognoscebant: quod in oratione pro Cluentio (126) animadvertimus. Idemque, eandem ob causam, in aliis criminibus interdum esse factum, licet existimare. Nonnunquam etiam, diem dicente aliquo tribuno pl. qui cogendi ad judicium populi jus haberet, non Prætor, sed populus ipse de majestate quæstionem exercebat. Itaque Cn. Domitius tribunus pl. is, qui cum C. Cassio postea consul fuit, accusavit M. Silanum, quod injussu populi bellum cum Cimbris consul gessisset, quum in eo bello graves ob eam causam calamitates acceptas esse diceret, qua de re suffragium tribus tulerunt. Quod autem dixi, Prætores de criminibus (publicis) quæsisse: unum excipio Prætorem urb. qui nullo de crimine publico quærebat: itaque nec Quæsitor dicebatur: tantum, civilibus controversiis ad eum delatis, jus dicebat; hoc est judices, & judicii formulam, quam sequerentur, dabat. Nec enim Prætor ipse judicare solitus erat, sed quum judices, ab ipso dati, de controversia cognovissent, ac judicassent, assequebatur. Ideo in omnibus ferme edictis Prætorum legitur, Judicium dabo, in quo posteriores lapsi sunt. Est igitur aliud, Jus dicere; aliud, Judicare: contra quam, qui veterum Jurisconsultorum libros ignorant, opinantur: &, quemadmodum civilibus in rebus Prætor non cognoscit, neque judicat, sed jus dicit: sic, qui ab ipso Judices dati sunt, non jus dicunt, sed cognoscunt, ac judicant. Hinc Recuperatores, hinc Centum viri, hinc Arbitri, quos Prætor dabat ut judicarent. Atque hoc & Cicero sensit in Epist. ad Q. fr. (1. 2 3) Prætor, inquit, solet judicare, Deberi? Quædam tamen erant, in quibus non modo non judicabat, verum nec jus dicebat Prætor urb. sed, omissa jurisdictione, imperio prætorio exsequebatur; ut, quum bonorum possessionem secundum tabulas, aut contra tabulas dabat; item, quum restituebat in integrum, & hujus generis nonnulla. Porro, cujus Prætoris erat Jurisdictio, ejus non erat Quæstio publica: neque, cujus quæstio publica, ejus jurisdictio. Unus tamen de toto Prætorum collegio, qui erant omnes octo, & juris dicendi, & quærendi potestatem habebat is, qui Prætor inter peregrinos vocabatur. Nam & jus inter peregrinos ab eo dictum, satis constat: & quæsitum, Sociorum, hoc est peregrinorum causa, de repetundis. Pedianus demonstrat in orationis commentario adversus competitores. (e pt.) Hæc de jurisdictione Prætorum.

Nunc de origine primum, deinde de numero eorum subjungemus: etsi videri potest ὕστερον πρότερον, sed hic doctrinam quærimus, de ordine non ita laboramus. Scriptum est igitur in Digest Justin. lib. 1. (l 2. Necessarium §. 27. Quemque & seq.) sic, ex Pomp deOr. Jur. Quumque consules avocarentur bellis finitimis, neque esset, qui in civitate jus reddere posset, factum est, ut Prætor quoque crearetur; qui Urbanus appellatus est, quod in Urbe jus redderet. Post aliquot deinde annos, non sufficiente eo Prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in civitatem veniret, creatus est & alter Prætor; qui Peregrinus appellatus est ab eo, quod plerumque inter peregrinos jus dicebat. (§. 32.) Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi provincia, totidem Prætores, quot Provinciæ in ditionem venerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præessent. Deinde Cornelius Sulla Quæstiones publicas constituit; veluti de falso, de parricidio, de sicariis; & Prætores quatuor adjecit. Deinde C. Julius Cæsar duos prætores, & duos Ædiles, qui frumento præessent, & a Cerere Cereales, constituit. Itaque duodecim Prætores, sex Ædiles sunt creati Divus deinde Augustus sedecim Prætores constituit. Post deinde Divus Claudius duos adjecit, qui de fideicommisso jus dicerent: ex quibus unum Divus Titus detraxit: & adjecit unum Divus Nerva: qui inter fiscum & privatos jus dicerent; ita decem & octo Prætores in civitate jus dicunt. Sic in digestis Pomponius. Nos autem, quod sentimus de numero Prætorum, quod quidem legendis veterum libris observare licuerit, exponemus, de numero, inquam, eorum Prætorum, qui fuerunt extremis Reip. temporibus. Nam, aversa Rep. tota ratio magistratuum arbitrio Imperatorum perturbata. Octo igitur Prætores, nunquam plures, ut nos opinamur, stante Rep fuerunt. Argumenta, quibus adducor, ut ita esse credam, hæc sunt. Prætores, gesto magistratu, exibant in Provincias. Hoc in dubium vocari non potest: plena exemplorum omnia. Videtur igitur esse rationi consentaneum, ut earum Provinciarum numerus cum Prætorum numero congruerit. Has porro in S. C quod M. Cœlius ad Ciceronem misit, (lib. 8. ad Famil. Ep 8.) octo video nominari. Itemque, inquit, senatui placere, in Ciliciam Provinciam, inque octo reliquas Provincias, quas Prætorii pro Prætore obtinerent: & quæ sequuntur. Et in oratione pro Milone, (39.) Erat, inquit, id temporis consul P. Lentulus, septem Prætores, octo Tribuni pl. defensores mei. Septem nominat, uno Appio de omnibus excepto: quod aperte indicat in oratione in Pisonem, (35.) his verbis: De me quum omnes Magistratus promulgassent, Præter unum prætorem, a quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, præterque duos de lapide emptos Tribunos pl. legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul, de collegæ Q. Metelli sententia. Et pro Sextio (87) sic, Collegas Milo adjutores habebat, Consulis alterius summum studium, alterius animus pæne placatus, de Prætoribus unus alienus. Quod si quis putet, unum quidem Appium ex universo prætorum collegio a collegis in Cicerone revocando dissensisse, collegas tamen ipsius non plane septem fuisse, locumque, jam a nobis ex oratione pro Milone recitatum, fortasse mendo non vacare; quod in notis numerorum facile solet evenire: huic, opinor, hanc suspicionem eripiam, ipsius Ciceronis testimonio. Nam in oratione post reditum in senatu, (19. ad 24.) ubi commemorat eos magistratus, quorum ope redierat ab exsilio, nomina ponit octo Tribunorum pl. & septem Prætorum; eorum scilicet omnium, quos in ea pro Milone significaverat. Scriptum est etiam apud Dionem lib. 42. de Prætoribus a C. Cæsare, post Cn. Pompejum in Pharsalia devictum, decem creatis, ut gratiam bene de se meritis referret [illegible], inquit, [illegible]. Quod si, plures ut remunerari posset, decem Prætores, & plures, quam antea fuerant, Sacerdotes creavit: nimirum constat, Prætores non antea decem fuisse. Nam quod in Pomponio de Origine Juris (l. c.) legitur. Cornelius Sulla quæstiones publicas constituit, veluti de falso, de parricidio, de sicariis, de injuriis; & Prætores quatuor adjecit: deinde C. Julius Cæsar duos Prætores, & duos Ædiles, qui frumento præessent, a Cerere Cereales constituit: id me minime conturbat. Non enim dixit, adjecit quatuor Prætorm ad numerum veterum Prætorum; sed, adjecit quatuor de iis, qui Prætores erant, ad publicas quæstiones; ut quatuor ab ipso quæstionibus institutis, quatuor item Prætores præessent. Quos autem duos ait Prætores a C. Cæsare adjunctos, eos, opinor, intelligit, de quibus meminit Dio, qui denarium numerum absolverunt. Patet igitur de Prætoribus octo usque ad tertium C. Cæsaris consulatum Quid enim dubias conjecturas colligere opus est, in ea re, quæ satis manifeste probatur, & ex eo S. C. cujus verba recitavimus, & ex quatuor Ciceronis orationibus, & ex Dionis historia? Sed arguit nescio quis, ut decem Prætores ostendat, hoc modo. Prætores publicis quæstionibus præerant: urbicæ quæstiones erant septem, inter sicarios, de repetundis, peculatus, de ambitu, de majestate, de vi, de falso; quæ crimen veneficii, & alia quædam complectebatur. Ergo, quum septem essent quæstiones, & quæstioni inter sicarios duo prætores præessent, quod patet ex oratione pro Cluentio, (l. c.) reliquis autem singuli Prætores: fuisse Prætores octo, qui quæstionibus præessent, & duos præterea, quorum alter inter cives, alter inter peregrinos jus diceret, necessarium videtur. Dixi jam, non esse agendum conjecturis, aut argumentis, ubi veterum testimonia perspicua sunt Nec vero illa, quæ jam attuli, obscura videri possunt. Quod vero ad numerum quæstionum attinet, diversa ratio est Nam si numerum Prætorum ad numerum quæstionum accommodabimus; non modo plures quam octo, sed plures etiam quam decem creari Prætores necesse erit. Est enim quæstio de falso, est de parricidio, inter sicarios, de injuriis, de veneficio, de vi, de ambitu, de majestate, de repetundis, de peculatu, de incestu, aliæ. Ego autem ad argumentum illud, ne quis eo in aliquam dubitationem vocetur, ita respondeo: primum, præesse potuisse unum Prætorem quæstionibus pluribus, sicuti, non unus Prætor, sed duo, quæstioni inter sicarios quandoque præfuerunt. Possunt, exempli gratia, sex Prætores ita distineri crebritate judiciorum, ut novis exorientibus quæstionibus vacare non liceat. Potest eo tempore septimus Prætor (reliquus erat nunc Urbanus, qui non quærebat, sed jus dicebat) in ea quæstione minime occupatus esse, quæ forte illi contigerat. Hic, non dubito, quin ad eas quæstiones exercendas decreto senatus traduceretur, quibus vacare sex reliquos Prætores non potuisse jam dixi. Non enim committendum, ut impunita crimina differantur, nec sit locus, quo nocentes rei adducantur. Age vero, concedetur quæstiones ab uno Prætore plures exerceri non licuisse; sequiturne necessario, ut ideo plures, quam octo, fuerint? non sane mihi quidem ut videtur: nisi si mihi illud ante rationibus probetur, quæstiones non potuisse ab aliis, quam a Prætoribus, exerceri. Quod si quis aggrediatur probare, fortasse hærebit. At nostra ratio quomodo procedit? optime videlicet: nititur enim testimonio veterum: a quo ego, quantum in me est, do operam ut ne discedam. Quid igitur veteres testantur? præfuisse & publicis quæstionibus, & capitalibus, qui Prætores non essent: qui Judices quæstionis dicebantur. Nam quæstionem de veneficio, quam exercuit Prætor Q. Voconius Naso, apud quem Cicero Cluentii causam egit, (147 & 148.) exercuerat ante C. Junius, non ut prætor, sed ut Judex quæstionis, qui & Quæsitor vocabatur. Patet ex oratione pro Cluentio: (51. & 74. & 79.) patet etiam ex Asconii commentariis (a 2. Verr. 29.) Judicum autem quæstionis duo fuisse genera, alios Prætores

tores ut Q. Voconium Nasonem in caussa Cluentii, alios non Prætores, ut C. Junium in caussa Oppianici, multis verbis demonstratum est a nobis in libro de Legibus. Atque hac ratione tueor locum illum in oratione pro Cluentio, (147.) in quo sex Prætores quum nominasset Cicero, Q. Voconium Nasonem, M. Plætorium, C. Flaminium, se ipsum, C. Aquilium, subjunxit, Quid reliquæ quæstiones? Quibus ex verbis reliquos Prætores intelligi, falso conjecit is, quem supra significatione tantum, ne cui videamur voluisse detrahere, appellavimus. Vel enim, ut dixi, de iisdem Prætoribus ibi nominatis, qui reliquas illas quæstiones exercere possent, licet intelligere; vel, quod jam probavi, de illis Quæstionum judicibus, qui quum Prætores non essent, quæstionibus tamen, non modo publicis, verum etiam capitalibus (nec enim publicæ capitales omnes erant) interdum præerant. Reliqui duo Prætores, Ciceronis collegæ, P. Cassius, & C. Antonius fuere. Cassius de majestate quæsivit: Antonium, quum reliqui septem, quos nominavimus, omnes quæsierint, Prætorem urbanum fuisse, jusque dixisse, necesse prorsus est. Hic teneris, inquit, octo Prætores nominasti, & Peregrinum omisisti: quem adjungi necesse est: &, si adjungitur, plures erunt, quam octo. Explico me Pediani ope: cujus elegantem, plenumque antiquitatis, ac vere aureum libellum non me pœnitebit unquam legendo contrivisse. Is igitur in commentario orationis adversus Antonium, & Catilinam, (a pr.) Prætorem eum, qui de repetundis quæreret, eundem jus inter peregrinos dixisse demonstrat. Quod nec a ratione videtur discrepare. Non enim Civium, sed Sociorum, hoc est peregrinorum, caussa judicia repetundarum sunt instituta. Jure igitur idem Prætor & jus dicebat inter peregrinos, & iis petentibus, de repetundis quærebat. Quod quum ita sit: jus inter peregrinos Prætorem Ciceronem dixisse, qui de repetundis quæsivit, pro certo putandum est. Verum Pediani verba, (l. c.) ut ejus testimonio res pateat, subscribamus. Antonius, inquit, multos in Achaja spoliaverat, nactus de exercitu Sullano equitum turmas. Deinde Græci, quos spoliaverat, eduxerunt Antonium in jus ad M. Lucullum Prætorem, qui jus inter peregrinos dicebat: & quum Lucullus id, quod Græci postulabant, decrevisset, appellavit Tribunos Antonius, juravitque se ideo appellare, quod æquo jure uti non posset. Quem locum & Plutarchus attigit in vita Cæsaris, sed ita mendose, ut mirer eum in rebus Romanis tam turpiter esse lapsum. Primum P. Antonium nominat, qui Cajus fuit; deinde Macedoniæ Prætorem appellat M. Lucullum, qui Prætor Romæ fuit: tertio, de corruptis judiciis accusatum ait Antonium, qui accusatus est de repetundis: postremo, tradit eum ideo tribunos pl. appellasse, quod sibi non licere cum Græcis diceret æquo jure in Græcia contendere: quum appellare in provincia ad Tribunos pl. qui Romæ erant, nemo soleret. Quæstum potius ad senatum socii veniebant, nec de corruptis judiciis, sed de pecuniis ereptis, aut de nece injusta, aut hujusmodi flagitiis: de quibus, aut ad Prætorem, aut etiam ad populum quandoque agebat accusator. Quare Plutarchum hoc in loco non puto posse ab inscientiæ culpa vindicari. Hæc paulo fusius tractavimus, non ambitione adducti, sed studio veritatis; ne confirmaretur opinio illa de Decem Prætoribus ante bellum civile Cæsaris & Pompeji. Ex P. Manutii commentariis in Epist. ad Q. frat. Cui tamen contradicunt alii. V. Lex. Pitisc. in Prætor peregrinus.

De origine, progressu & augmento Prætorum plura videantur apud Lipf. 1. Ann. Tacit. p. 14. Car. Sigon. de Rep. Athen. 4. 5, vel Sam. Petit. ad Leg. Att. p. 25. &c.

De Prætore Cereali, falso ex verbis Pomponii non intellectis conficto, Constantiniano, Fideicommissario, Fiscali, Flavio Maximo, Peregrino, Primo, Provinciali, Triumphali, Tutelari, & Urbano, V. Lex. Pitisc. [Prætor fuit nomen summæ potestatis apud omnes fere Italiæ populos, ut apparet ex Liv. 25. 16. conf. 25. 29. pr. & 8. 11. In Campanis tamen, ut præcipuam notat arrogantiam, quod Duumviros suo. Prætores appellarint Tullius 2. Agrar. 93. De Prætore Achæorum, aliarumque Græciæ civitatum passim Livius.

PRÆTŪRA, æ. f. [στρατηγία] Ipsa Prætoris dignitas. Plin. lib. 14. cap. 22. Ad Proconsulatum usque e Prætura honoribus gestis.

Calamitosa Prætura. V. CALAMITAS.

Continua. V. CONTINUUS.

Manca & debilis. V. MANCUS.

Probata in jure, grata in munere, ornata in provincia Prætura Murenæ. Cic. pro Muren. 15.

Abdicare se Prætura. V. ABDICO.

Consequi aliquem in Prætura. V. CONSEQUOR.

Egredi Præturam. Tacit. 3. Ann.

PRÆTŌRIUS, a, um. Adj. [στρατηγικός] Quod est Prætoris, seu quod ad Prætorem pertinet: ut, Prætorium jus, Prætoria cohors.

Auctor Prætorius. Hor. 2. Serm. 2. 50.

Donec vos auctor docuit Prætorius. Rufus Prætorius, inquit Porphyrio, instituisse creditur, ut ciconiarum pulli manducarentur: isque quum in Prætura repulsam retulisset, tale epigramma meruit,

Ciconiarum Rufus iste conditor,
Hic est duobus elegantior Plancis.
Suffragiorum puncta non tulit septem.
Ciconiarum populus ultus est mortem. Acron Asellium vocat, dicitque alios Sempronium velle, qui post multa etiam ex ciconiis docuit.

Candidatus Prætorius, Præturæ. V. In CANDEO.

Classica prætoria. Quæ in Prætorio canunt. Propert. lib. 3. 3. 41.

Cognitio, Jurisdictio. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Cohors. Prætoria cohors, inquit Festus, est dicta, quod a Prætore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quemque delegit, qui ab eo in bello non discederent, & cetero munere militiæ vacarent, & sesquiplex stipendium acciperent. V. Cic. 2. in Catil. 24. Tacit. 1. Ann. 7. 5. conf. Spanh. de U. & P. Numm. diss. 10.

Collegium Prætorium. Cic. 3. Off 80. Legunt hic alii Prætorum.

Comitia prætoria, Prætorib. creandis. Liv. 22. 35. Inde Prætoria comitia habita. Creati M'. Pomponius Matho, & P. Furius Philus.

Domus. Cic. 7. Verr. 144. i. e. Prætoris, vel potius Proprætoris. Sic

Imperium. Cic. 7. Verr. 27. Ut quum penes te Prætorium imperium ac nomen esset, ad illam parvam manum exstinguendam ducem te, principemque præberes.

Jus. Cic. 1. Off. 32. quod & Honorarium. V. supra Prætor, & in HONOS & JUS.

Jus prætorium ad legem, censorium judicium ad æquum æstimabatur. Varr. de L. L. lib. 5. 7.

Navis Prætoria, Qua dux belli sive imperator vehebatur. Liv. 29. 25.

Porta Prætoria in castris appellatur, Qua exercitus in prælium educitur: quia initio Prætores erant, qui nunc Consules, & ii bella administrabant: quorum tabernaculum quoque dicebatur Prætorium. Festus.

Vir Prætorius, Qui Præturam gessit. Sic & Familia prætoria, Locus prætorius &c. Cic. pro Planc. 15. Cedat Consulari generi Prætorium, nec contendat cum Prætorio Equester locus.

Viri Consulares & Prætorii. Cic. 16. Att. 7.

PRÆTŌRIUM, i. n [στρατηγεῖον, στρατόπεδον] Domus ubi degebat, vel Tabernaculum, in quo rendebat Prætor, sive dux: quia, ut dictum est, omnis magistratus, cui pareret exercitus, Prætor dictus est. Liv. lib. 3. Quercus, ingens arbor, Prætorio imminebat: cujus umbra opaca sedes erat. Hoc alio nomine a Quintiliano dicitur Augustale. V. suo loco.

Deferre aliquid in Prætorium. Cic. 6. Verr. 65.

Prætorium, Locus in quo Prætor jus dicit; vel potius Conventus. Unde dicimus Dimitti Prætorium, sicut Dimitti Senatum. Liv. 26. 15. Fulvius, ne id ipsum impedimento incepto foret, dimittens Prætorium, Tribunis militum ac Præfectis sociorum imperavit, &c. Ponitur enim continens pro contento, ut sæpe fieri solet. conf. Idem 30. 5. & Lipf. de Mil. Rom. lib. 5. Dial. 2. Cic. 7. Verr. 91. Curritur ad Prætorium. Ibid. Procedit iste repente e Prætorio. [Apud Liv. est Consilium, in Prætorium convocatum. V. CONSILIUM, ad fin.

Prætorium, Locus in castris, circa Prætorium ducis, ante Principia. Liv. 7. 12. extr. Nec in circulis modo fremere, sed jam in Principiis ac Prætorio in unum sermones confundi. V. Lipf. l. c. Dial. 4.

Prætorium etiam dicebantur Prætoriæ cohortes, quas habebat Imperator custodiam corporis, & adversus subita auxilium, Quibus qui præerat Præfectus Prætorio appellabatur. V. Onuphr. 1. de Rep. Rom. p. 22. Suet. Neron. cap. 9. Antium coloniam deduxit, adscriptis veteranis e Prætorio. Tacit. 4. Hist. 46. 9. In prætorium accepti. i. e. Prætoriania adscripti. conf. PRÆFECTUS. [Gloss. Lat. Gr. Prætorium, ἀδ-ἄεμυτῷ. Scribe, Petoritum.

De prætorio ejusque præfectis plura V. apud Pet. Fab. Semestr. 1. 1. Guther. de Offic. Dom. Aug. 2. 1. & Jac. Perizon. Disquif. pecul.

Prætorium, Magnifica & ampla domus in agro & ruri exstructa: in quæ ædificia, pecunias ingentes effundebant. Suet. Calig. cap. 37. In exstructionibus Prætoriorum atque villarum, omni posthabita ratione, nihil tam efficere concupiscebat, quam quod effici posse negaretur. Idem in August. cap. 72. Ampla & operosa Prætoria gravabatur. Stat. 1. Silv. 3. 25. —alternas servant prætoria ripas. conf. Auson. Mosell. 286. & Lex. Pitisc. [V. Ulp. l. 198. D. de Verb. signif.

PRÆTŌRIĀNUS, a, um. Adj. Qui apud Prætorem, seu in Prætorio versatur.

Prætoriani, milites honoratiores erant, qui primum nihil a Prætoriis cohortibus, quas circa se habere, ex toto exercitu delectorum militum olim Prætores, vel Duces singuli, consueverant. Dein ad trium cohortium numerum ab Augusto assumpti, sine castris tamen, teste Suet. Aug. cap. 49. Inde a Tiberii principatu, teste eodem in Tib. 37. castra Romæ habuerunt, quæ Castra Prætoria dicebantur. A Prætorianis Otho factus est Imperator. Plin. lib. 6. cap. 29. Nuper renuntiavere principi Neroni, missi ab eo milites Prætoriani cum Tribuno ad explorandum, inter reliqua bella & Æthiopicum cogitanti. conf. Tacit. 2. Hist. 44. 5.

PRÆTŌRĪTIUS, a, um. aliud Adj. Martial. lib. 8. 34. Prætoritia corona.

PRÆTORQUEO, ēre. ut, Prætorquere collum. Plaut. Rud. 3. 2. 12.

PRÆTORTUS, a, um. Adj. ex Partic. [πολυστρεβλής] Valde tortum significat. Columel. lib. 3. cap. 18. Julius Atticus prætorto capite & recurvato.

PRÆTORRIDUS, a, um. Adj. Calphurn. Sicul. Ecl. 2. 80.

—quos etiam prætorrida munerat æstas.

PRÆTRĔPĬDANS, antis. Partic. a Prætrepido. [πολυτρέμων] Catul. 47. v. 7.

Jam mens prætrepidans avet vagari.

Ignis prætrepidans. Paulin. Petroc. 6. 192.

PRÆTREPĬDUS, a, um. Adj. ut, Lætari prætrepidum cor. Perf. 2. Sat. 54. Suet. Tiber. cap. 63. Non modo invisus ac detestabilis, sed prætrepidus quoque atque etiam obnoxius vixit.

PRÆTRICOSUS, V. PETRICOSUS.

PRÆTRUNCO, [κατακόπτω] āre. Idem quod simplex Trunco. Plaut. Capt. 4. 4. 7.

Arripuit gladium, prætruncavit tribus tergoribus glandia. Idem Mil. 2. 3. 47. Nonne tibi istam prætruncari linguam largiloquam jubes? [Loci notatio falsa est.

PRÆTŬMĬDUS, a, um. Adj. [πολυογκώδης] ut,

Furor prætumidus. Claud. 1. in Ruff. 225.

Jactantia prætumida. Juvenc. 1. 583.

PRÆTUTIUM, Ptolemæo, Oppidum est in Piceno. Plin. 14. 7. Hinc

PRÆTŪTIUS, a, um. Adj. Sil. lib. 15. 570.

Tum qua vitiferos domitat Prætutia pubes
Læta laboris agros.

PRÆTUTIĀNUS, a, um. Aliud Adj. ut Prætutiana regio. Plin. lib. 3. cap. 13.

Ager Prætutianus. Liv. 22. 9. & 27. 45.

PRÆVĂLEO, ui, [ὑπερισχύω] ēre. Antecellere, & quasi in majori pretio esse, vel meliorem esse. Plin. Utræque in pretio sunt, sed tamen prævalent margaritæ. Idem lib. 10. cap. 6. Vulturum prævalent nigri.

Oppida prævalent. Idem 6. 10.

Arcu prævalere. Stat. 2. Achill. 122. conf. Catull. 6. 12.

Quisquis equo, jaculoque potens, qui prævalet arcu.

Fata prævalebant consiliis. Paterc. 2. 118. 4.

Sapientia semper virtute prævalet. Phædr. 1. 14. 14.

Sententia Servii prævaluit. Ulpian. in l. Etsi forte. §. Etiam. D. Si servit. vindicet.

Sexus prævalet. Ulpian. in l. Quæritur. D. de statu hominum. Quæritur, hermaphroditum cui comparamus? Et magis puto ejus sexus existimandum, qui in eo prævalet.

Prævalet, imperf. Catul. 6. 12.

Nam mi prævalet ista nil tacere. Hic versus multo diverse legitur: quidam,

Nam mi istapte, valet nihil tacere. alii aliter.

Prævalet,

Prævalet, cum Infinitivo. Paulus in l. Eum qui. §. Si injuria. D. de injuriis. Si injuria mihi fiat ab eo, cui sim ignotus: aut si quis putet me Lucium Titium esse, quum sim Cajus Sejus: prævalet (quod principale est) injuriam eum mihi facere velle.

PRÆVALENS, entis. Partic. Liv. præf. Prævalentis populi vires.
Corpore prævalens. Paterc. 2. 108. 2.
Flamma prævalente. Plin. 7. 52. pr.

PRÆVALENTIA, æ. f. Paulus in l. In rem actio. D. de rei vindicatione.

PRÆVALESCO, ĕre. pro Invalescere. Columel. lib. 5. cap. 6. Vitem quoque antequam ex toto prævalescat arbor, conserere convenit. Paulin. Epist. 49. n. 1.

PRÆVALĬDUS, a, um. Adj. ut, Prævalida urbs, quæ & Præpotens dicitur. Liv. 26. 16.
Juvenis prævalidus. Idem lib. 27. 43.
Legiones prævalidæ. Paterc. 2. 69. 2.
Manus prævalidæ. Ovid. 9. Epist. 80.
Tellus. Virg. 2. Georg. 253.
Vires prævalidæ. Manil. 5. 75.
Vites. Virg. 2. Georg. 190.
Vitia prævalida & adulta. Tacit. 3. Ann. 53. 2.
Prævalidi provincialium, pro Prævalidi provinciales. Tacit. 15. Ann. 20.

PRÆVALĬDE, Adv. [illegible] Plin. lib. 17. cap. 14. Hoc maxime præcavendum ut prævalide accipientis trunco in media fissura relinquatur.

PRÆVALLO, āre. Vallo præmunire. Hirt. Bell. Alex. cap. 19. Cæsar imperat pontem adversus hostem prævallari.

PRÆVĀRĬCOR, [illegible] āri. ex Præ & Varicor; est A recto discedere. Plin. lib. 18. cap. 19. Arator, nisi incurvus prævaricatur. Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caveatur, ubi inventum est. Hactenus Plin. Prævaricari, inquit Erasm. in proverb. est A recto sulco divertere. Unde & in causis Prævaricari dicuntur, qui causam diversam adjuvant. Videlicet hoc est quod ait Plinius, Inde translatum, &c. [V. Marcian. D. lib. 48. tit. 16. l. 1. Accusatorum. Ad S. C. Turpil. & infra not.
Prævaricari, Quocunque modo a præscripto officii sui deflectere, ut ait Valla lib. 6. 50. Et in litibus forensibus est Colludere. Ulpianus. De iis qui notantur infamia. l. Athletas, Qui prævaricatur, ex utraque parte consistit, quinimmo ex adversa. Cic. de Arusp. resp 42. A Catilina pecuniam accepit, ut turpissime prævaricaretur. Et 4. Att. 16. Omnino accusatorum incredibilis infantia, id est L. Lentuli, L. F. quem fremunt omnes prævaricatum.
Prævaricari accusatori. Cic. pro Cluent. 58. Hoc quanquam sedulo faciebat, tamen interdum, non defendere, sed prævaricari accusatori videbatur. i. e. Prævaricando subservire. Budæus. Sic & Lambin. q. V. MSS. alii Accusationi, alii Defensioni. [Forte Accusator, vel potius Accusatione Tullius reliquit. q. d. Non defensor esse, sed prævaricans accusatur.
Prævaricari alicui, est Prodere causam ipsius. Gloss. Lat. Gr. Prævaricat, [illegible], Prævaricor reo, [illegible], Prævaricor tibi, [illegible], Prævaricor, [illegible], Prævaricatio, [illegible].

PRÆVARICO, āre. Augustin. Tract 99. in Joh. Adam quod audivit prævaricavit. In una eademque significatione protulisse antiquos Prævarico & Prævaricor testatur item Priscianus p. 799.

PRÆVARICĀTUS, a, um. Partic. Isidor. lib. 10. Prævaricatus malæ fidei advocatus, & qui vel in accusando nocitura, aut in defendendo profutura prætereat, &c. [An Prævaricator reliquit?

PRÆVARICĀTOR, ōris. m. [illegible] Qui ab officii sui præscripto deflexit atque aberrat. Martianus, D. Ad S. C. Turpilianum, l. 1. Prævaricatorem esse eum ostendimus, inquit, qui colludit cum reo, & translatitie munere accusandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero rei excusationes admitteret. Ulpianus in l. Athletas. D. de his qui notantur infamia, sic definit, Prævaricator autem est quasi Varicator, qui diversam partem adjuvat, prodita causa sua: allegatque Labeonem, qui hoc nomen a varia certatione tractum sensit.
Perfidiosus & Prævaricator. Cic. 1. Verr. 58. Utrum te perfidiosum, an prævaricatorem existimari mavis?
Prævaricator publicæ causæ. Cic. 8. Fam. 11. Ne, quod furore Paulli adeptus esset boni, sua culpa videretur amisisse, & prævaricator causæ publicæ existimaretur.
Apponere sibi prævaricatorem dicebant antiqui, pro eo quod dicimus, *Curavit se per tertium adjornandum*, ut colluderet scilicet. Cic. 2 Philip. 25. Jam vereor, Patres Conscripti, ne (quod turpissimum est) prævaricatorem mihi apposuisse videar. Budæus conf. Plin. Epist. 3. 9. 30.

PRÆVARICĀTRIX, īcis. f. Hieron. Procem. Dial. extr. Ambros. Epist. 33. Prævaricatricis conscientiæ reus.

PRÆVARICĀTIO, ōnis. f. [illegible] Plin. 1. Epist. 20. Alioqui prævaricatio est transire dicenda: prævaricatio etiam cursim & breviter attingere, quæ sint inculcanda, infigenda, repetenda. Conf. in ipso verbo.
Prævaricatio, in jure. Cic. in Partit. 24. Ut si in reo pecunia absoluto, rursusque revocato, prævaricationem accusator esse definiat, omnem judicii corruptelam ab reo: defensor autem, non omnem, sed tantummodo accusatoris corruptelam ab reo. V. & sq. Idem 2. Qu. frat. 16. Quo die hæc scripsi, Drusus erat de prævaricatione a Trib. ærarii absolutus.
Prævaricationis nomen, significat eum, qui in contrariis causis, quasi varie esse positus videatur. Cic. in Partit. 126 [An Vare? conf. PRÆVARUS.
Crimina prævaricationum. Quintil. lib. 7. cap. 1. p. 587. Burm.
Absolvere de prævaricatione. V. ABSOLVO.
Concedere quadam prævaricatione aliquid quibusdam. Cic. 2. de Divin. 41. At ego idipsum, quod vir optimus Diogenes Chaldæis, quasi quadam prævaricatione, concedit, nego posse intelligi.
Damnare aliquem prævaricationis. V. DAMNO.
Dicere causam prævaricationis. Cic 8. Fam. 8.
Liberari prævaricatione. Cic. pro Cœl. 24. At prævaricatione est Ascitius liberatus. i. e. Crimine prævaricationis.

PRÆVĀRUS, a, um. Adj. Valide Varus, ut vult Isid. Apul. 4. Florid. p. 362. Elmenh. Ut qui diligentissime animadverteret venarum pulsus inconditos vel prævaros. Cic. apud Isidor cap. 10 Quidenim tam prævarum?

PRÆVĔHO, xi, ctum, [illegible] ĕre. Prius ducere. Liv. 9. 35. Sed equites Romani, prævecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent. Idem 24. 44.
Equo prævectus. Sil. lib. 7. 117.
Impetu quodam & flumine prævehi dicitur oratio, translate. Plin. 1. Epist. 16. Omnia hæc mire placent, cum impetu quodam, & flumine prævehuntur, placent si retractentur. Tacit. 4. Hist. 71. 9.

PRÆVELLO, velli, vulsum, ĕre. Laber. apud Diomed. p. 369. Aliqua parte prævulserat. Tertull. adv. Gnost. cap. 13. extr.

PRÆVĒLO, [illegible] āre. Prius operire. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 325.
Flammea sollicitum prævelatura pudorem.

PRÆVĒLOX, ōcis. Adj. Valde velocem significat. Plin. lib. 11. cap. 31. Formicæ odore sollicitatæ provolant, crebroque lacerant, quamvis prævelocibus camelis fugientes.

PRÆVĔNIO, vēni, ventum, [illegible] īre. Ante venire. Liv 24. 21. Ceterum prævenerat, non fama solum, qua nihil in talibus rebus est celerius, sed nuntius etiam ex regiis servis.
Prævenire desiderium alicujus. Liv. 8. 16.
Prævenit germinatione arbor. Plin. lib. 16. cap. 26.
Præveniri nota malitiæ. Plin. lib. 11. cap. 52. Oculi quibuscunque sunt longi, maleficos esse indicant. Qui carnosos a naribus angulos habent, malitiæ nota præventi. Candidi pars extenta notam impudentiæ habet. Prioribus & posterioribus verbis declarat Plinius, quid sit præveniri nota malitiæ. Correctiora tamen exemplaria habent, Malitiæ notam præbent.

PRÆVENIENS, entis. Partic. Ovid. 5. Fast. 548.
Candida Lucifero præveniente dies.
Interposita dictione. Virg. 8. Ecl. 17.
Nascere, præque diem veniens age Lucifer almum.

PRÆVENTUS, a, um. Partic. Tacit. 1. Hist. 5. Præventamque gratiam intelligit. Ovid. 5. Trist. 4. 32.
Quod non præventum morte fuisse dolet.
Rumore prævento. Claud. 4. Conf Honor.
Præventis pauca dicenda sunt. i. e. Nobis, qui præventi sumus. Paterc. 2. 59. 1.

PRÆVENTUS, ûs. m. Martis prævento. Tertull. adv. Marc. 5. 12.

PRÆVENTOR, ōris. m. Ammian. 18. 9. Præventores & superventores. Ordines scil. militares.

PRÆVERBIA, ōrum. sunt quas vulgo Præpositiones vocamus. Varro lib 5. de L. L. 8. Spectare, dictum ab antiquo Specio. &c. Consuetudo autem communis, quæ cum præverbiis conjuncta sunt, etiam nunc servant: ut Aspicio, Conspicio, Respicio, Suspicio, Despicio. Sic alibi frequenter. conf. Charis. p. 175.

PRÆVERNO, āre. Plin. 18. 26. Sive ante, quando prævernat; sive post, quando hiemat, innumera rusticos cura distringit.

PRÆVERTO, ti, sum, ĕre. Activ. & PRÆVERTOR. ĕris, verti. Depon. Præterire, præcedere, antevertere. Virg 1. Æn 321.
— volucremque fuga prævertitur Hebrum. Pro Prævertit, Id est Transit, ut ait Servius. Tacit. 4. Ann. 32. Aut siquando ad itinera præverterent.
Præverti foras. Plaut. Amph. 4. 3. 24.
Aliquem prævertere. Cic. pro Sulla, 46. Nemo unquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præverterim.
Cursu pedum prævertere ventos. Virg. 7. Æn. 806.
Ipse pedes prævertit volantem equum. Sil. lib. 8. 559.
Fata prævertunt me. Ovid. 2. Met 657.
Prævertere alicui poculum. Plaut. Mil. 3. 1. 58.
Prævertere animos amore, Præoccupare. Virg. 1. Æn. 725.
Prævertere metum supplicii fuga. Liv. 24. 5.
Luctum metus prævertit. Ovid. ad Liv. 397.
Nefas prævertere morte. Senec. Hippol 254.
Præverti aliquid rebus omnibus. Plaut. Merc. 2. 3. 40.
Ergo edepol palles, si sapias, eas, ac decumbas domi.
c. Otium non est: mandatis rebus præverti volo. i. e. Transigere volo prius quæ mihi mandata sunt, quam ut meum curem corpus. Familiare est Plauto verbum. Significat autem Prævertere, Aliquid ceteris rebus anteponere, vel magis alicui rei operam dare. Hadrianus Cardinalis, Prævertere & Præverti, non id significat quod Præcedere, sed id quod Præponere, prævenire, sed non suo, immo potius præpostero ac perverso ordine: id est, ut, quod erat in animo, ut postea fieret, fiat antea: & contra, quod ante erat faciendum, postea fiat. Sed id quoque præcipue notandum est, Dativum post se plerumque trahere, ac Deponens idem verbum etiam fieri. Liv. 2. 24. Nec posse, quum hostes prope ad portas essent, bello prævertisse quicquam. Ibid. Ægre impetratum a Tribunis, ut bellum præverti sinerent. Idem 9. 17. ubi V. Gronov.
Prævertere uxorem præ Repub. Plaut. Amph. 1. 3. 30. i. e. Præferre Reipublicæ uxoris consuetudinem.
Prævertere serio, quod dictum est joco. Plaut Amph. 3. 2. 39. i. e. Existimare dictum esse serio.
Prævorti pigritie. Al. Pigritiæ. Plaut. Merc. 1. 2. 3. Idem Pseud. 1. 3. 59.
Sed quoniam pietatem amori video tuo prævertere. i. e. Prævalere. conf. Non. 4. 347.
Prævertere aliquid alicui, Præponere. Gell. lib. 4. cap. 3. Jurisjurandi religionem animo atque amori prævertisse, quod jurare a Censoribus coactus esset, uxorem se librorum quærendorum gratia habiturum.
Sermoni aliquid prævertere. Cic. 1. de Divin. 10. De quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam; ita tamen si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni prævertendum putes.
Illuc prævertamur, dixit Hor. 1. Serm. 3. 38. quum vellet notare, vitia amicarum corrumpere amatores. Ac si dixisset, Prius erat notandum amatores decipere amicas: sed præpostere dicam de vitiis amicarum. Lambinus sic: Illuc prævertamur, id est ad illud prius veniamus; illud priore loco explicemus de amatoribus, qui amicarum suarum vitiis ita blandiuntur, & ignoscunt, ut etiam interdum iis delectentur, aut certe ea non animadvertant, quam de amicorum officio dicamus. Columel. lib. 3. cap. 7. Non intempestivum est nos ad ea præverti, quæ videntur hunc publicum errorem corrigere posse.

PRÆVERSUS, a, um. Partic. Præversum fulgur, inquit Festus, quod ignoratur, noctu, an interdiu sit factum.

PRÆVĔTO, vetui, vetitum, āre. Ante vetare. Sil. lib. 13. 155.
Prævetitum capitis pœna committere Martem,
Sponte viris. Vetitum enim ante fuerat, ne quis injussu ducis pugnaret sub pœna capitis.

PRÆVEXĀTUS, a, um. Partic. a Prævexo. Prævexatæ vires. Cæl. Aurel. Acut. 2. 32. Passione prævexatus. Idem Tard. 1. 1.

PRÆVĪDEO, vīdi, vīsum, [προορᾷν] ēre. Ante videre. Ter. And. 1. 2. 9. Herus est, neque prævideram. Cic. 1. de Divin. 63. Tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prævidet.
Ictum venientem prævidit. Virg. 5. Æn. 445.
Eloquentia futura in infante prævisa. Cic. 2. de Divin. 77. Ita futura eloquentia prævisa in infante est. In quibusdam exemplaribus legitur Provisa. Ovid. 1. de Ponto, 8. 34.
Cunctaque mens oculis prævidet illa suis. al. Pervidet. [Pervideo, Prævideo, Provideo sæpe confunduntur in MSS.

PRÆVĪSUS, a, um. Partic. [προορώμενος] ut, Cultros prævisos timet hostia. Ovid. 1. Fast. 327.

PRÆVINCIO, vinxi, vinctum, [προδέω] īre. Gell. lib. 15. cap. 10. Cum eodem laqueo, qui essent prævincti, efferrentur.

PRÆVĪRIDIS, e. Adj. Frontin. de Aquæduct. lib. 1. Stagnino colore præviridi.

PRÆVIRIDANS, antis. Laber. apud Macrob. 2. Saturn. 7.
Cur, cum vigebam membris præviridantibus, &c.

PRÆVĪTIO, [προκαταμιαίνω] āre. Ante vitiare. Ovid. 14. Met. 55.
Hunc dea prævitiat, portentificisque venenis
Inquinat. h. e. Circe gurgitem venenis inficit, ante quam Scylla in eum, sese lotura, descendat.

PRÆVIUS, a, um. Adj. [πρόοδος] Quod antecedit. Cic. apud Non. 1. 330.
Alcyon genuit, claris delapsus ab astris,
Prævius Auroræ, Solis, Noctisque satelles. Ex poeta. Ovid. 11. Met. 65.
Nunc præcedentem sequitur, nunc prævius anteit.
Agmina prævia. Stat. 2. Silv. 1. 175.
Turba prævia. Ovid. 1. de Arte Am. 542.

PRÆUMBRO, [προσκιάζω] āre. Tegere, caligine offundere, & involvere, inquit Budæus. Tacit. 14. Ann. 47. 1. Fama, in quantum præumbrante imperatoris fastigio datur, clarus. Hic præumbrare dicitur imperatoris fastigium: quia primatium magnitudine superius, splendorem ejus obfuscat: quemadmodum præcelsæ arbores, fulgore in se recepto, alias obscurant inferiores.

PRÆUNGO, [προαλείφω] ĕre. Octav. Horat.

PRÆVŎLO, [προπέτομαι] āre. Ante volare. Plaut. Mil. 1. 1. 41.
Curamque adhibere, ut prævolet mihi quo tu velis. Cic. 2. de Nat. Deor. 125. Basis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea tanquam a puppi ventis adjuvatur, eæque in tergo prævolantium colla & capita reponunt.

PRÆŪRO, ussi, ustum, [προκατακαίω] ĕre. Ante, vel prius urere. Plin. lib. 3. cap. 20. Ceteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Græci nominis credunt, præustis intra sinus Alpium nive membris. h. e. Valde vel admodum ustis: vel quorum primores partes erant ustæ.

PRÆUSTUS, a, um. Partic. [προκεκαυμένος] Ante ustus. Liv. 1. 32. Ut Fæcialis hastam ferratam, aut sanguineam præustam, ad fines eorum ferret. h. e. Cujus extremitas erat ustulata. Virg. 7. Æn. 524.
Stipitibus duris agitur, sudibusve præustis.

PRÆUT, V. Præ ut, in PRÆ.

PRAGMA, ătis. n. [πρᾶγμα] Latine dicitur Actio, Res, sive negotiatio. Plaut. Cas. 3. 6. 9. Significat inter alia & Litem, ut apud Latinos Negotium. Hinc

PRAGMĂTĬCUS, a, um. Adj. [πραγματικός] Negotialis dicitur. Pragmatici, erant homines quidam forensis professionis, qui causarum actores, interdum juris ignaros monebant, juris responsa, formulasque actionum subministrantes, quasi admonitores postici, dicendorumque suggestores, quum ad juris disceptationem ventum erat. V. Quintil. lib. 12 cap. 3. p. 1066. Burm. Cic. 1. de Orat. 198. Itaque, ut apud Græcos infimi homines, mercedula adducti, ministros se præbent in judiciis oratoribus, ii qui apud illos πραγματικοὶ vocantur: sic in nostra civitate contra &c. Et rursus 1. de Orat. 253. Itaque illi disertissimi homines ministros habent in causis Jurisperitos, quum ipsi sint peritissimi, qui, ut abs te paulo ante dictum est, pragmatici vocantur. Inde illud Juven. 7. Sat. 123.
— si contigit aureus unus:
Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum. Olim igitur pragmaticis forum Romanum non utebatur: postea uti cœpit: ut ex Satirici dicto ostenditur. Hactenus Budæus. Martial. lib. 12. 73.
Frumentum, milium, ptisanamque, fabamque solebas
Vendere pragmaticus, nunc emis agricola. [Gloss. Gr. Lat. Πραγματικός, Negotiosus, forensis, rerum peritus. conf. Suid.
Pragmatici homines. h. e. Rebus gerendis exercitati. Cic. 2. Att. 20. pr. Pompejus amat nos, carosque habet. Credis? inquies. Credo: prorsus mihi persuadet. Sed quia, ut video, pragmatici homines omnibus historiis, præceptis, versibus denique cavere jubent, & vetant credere: alterum facio, ut caveam: alterum, ut non credam, facere non possum. [Al. Historicis præc. Sed quid illa? & quò τὸ Denique, tam paucis colis?
Pragmaticus ad verbum Negotialis dicitur a Quintil. lib. 3. cap. 6. Apud Dionysium Halicarnass. differt a Theoretico. conf. in PRAXIS.
Pragmatica sanctio, est Quæ a principe conceditur, adhibita causæ cognitione, in modum sententiæ, vel ad alicujus universitatis preces. l. ultim. De divers. rescript. lib. 1. C. Dicta autem est Pragmatica sanctio, quod per eam a supremo atque ordinario judice discedatur, & omnia pragmaticorum arbitrio terminentur. Perottus. conf. Cæl. Rhodig. 25. 22.
Pragmaticum quid. Cic. 14. Att. 3. Tu si quid pragmaticon habes, scribe. h. e. Quod in Repub. gestum sit, inquit Budæus.

PRAGMATICĀRIUS, i. m. Pragmaticarii a Pragmaticis, de quibus in dict. præced. satis dictum est, multum differunt. Erant enim sacris scriniis Principis adhibiti, & Pragmaticis sanctionibus &c. V. l. 7. C. de divers. rescript. & l. 12. C. de vectig. & commiss. & l. 8. de prox. sacr. scrin. Guther. de Off. Dom. Aug. Rhodig. Ant. Lect. 25. 22. vel Lex. Pitisc.

PRAMNION, i. n. Gemma, & morion dicta. Plin. 37. 10.

PRAMNIUM Vinum, [πράμνιος ὁ ἀράμνειος οἶνος] Generosi vini genus, quod in Smyrnæorum agro nascebatur juxta delubrum matris deûm, etiam Homeri carmine celebratum. Auctor Plin. lib. 14. cap. 4.

PRANDIUM, i. n. [ἄριστον] ab edendo dicitur, quasi Peredium: Cibus qui ante meridiem sumitur. Hinc a πρὸ & ἔδειν, ut vult. Plutarch. in Sympos. 8. Problem. 6. Vel dicitur quasi Parandium, quia debemus accipere quod paratum est. Isidor. 20. 2. vel Quia pransi iterum ad opus sunt parati. V. Jul. C. Scal. Poet. 1. 5. conf. Voss. Etymol. [Puto vocabale esse a Prandeo. Quod forsan ex πρὰν & ἔδειν.
Prandium ex Græco dictum est. Nam meridianum cibum cœnam vocabant. Festus, si recte apud eum legitur. H. St. Pauli verba sunt, sed Mutilata.
De prandii tempore Suet. in Vitell. cap. 13. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula, & prandia, & cœnas, comessationesque.
Apparatus prandiorum. Cic. 2. Philipp. 101.
Abstemium prandium, In quo nihil vini potatur. Gell. lib. 13. cap. 29.
Caninum. V. CANIS.
Passerinum. V. Turneb. Advers. 29. 23.
Plebeja. Pers. 5. Sat. 18.
Accurare prandium. V. ACCURO.
Adducere ad prandium. V. ADDUCO.
Commemorare prandia & cœnas alicujus. Cic. 3. Verr. 49.
Conficere. V. CONFICIO.
Curare. V. CURO.
Finire prandia nigris moris. Hor. 2. Serm. 4. 22.
Opsonare. V. OPSONO.
Ornare. V. ORNO.
Prandere calidum prandium. V. CALIDUS.
Videre alicui. Cic. 5. Att. 1. Quod antecesserat Statius, ut prandium nobis videret.
Vocare vulgo ad prandium aliquos. Cic. pro Muren. 72.
Oresti nuper prandia in semitis magno honori fuerunt. Cic. 2. Off. 58. [Populo data sc. conf. Suet. Cæs. 38. Tiber. 20.
Prandium, non fuisse solitum cibum antiquis, ex sequentibus apparet. Cels. in præf. extr. lib. 1. Famem facilius fert adolescens, quam puer, &c. facilius uno cibo, quam prandio quoque assuetus. Eodem pertinet id quod dicit lib. 1. cap. 3. de hieme loquens, Si prandet aliquis, utilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum, sine carne, sine potione sumere.
De prandiis eorumque hora, V. Marcil. ad Hor. 1. Epist. 2. 30. conf. item Lex. Pitisc.

PRANDIŎLUM, i. n. dimin. [ἀρίστιον]

PRANDICULUM, i. n. [ἀριστίδιον] Festus, Prandicula antiqui dicebant, quæ nunc jentacula. conf. Voss. Etym.

PRANDEO, prandi, & pransus sum, [ἀριστάω] ēre. Prandium sumere. Plaut. Rud. 4. 2. 33.
Sed hic rex cum aceto pransurus est & sale, sine bono pulmento.
Cic. 5. Att. 1. Sed prandimus in Arcano. Hor. 2. Serm. 3. 245.
Luscinias soliti impenso prandere coemptas.
Olus prandere. Hor. 1. Epist. 17. 13.
Tesseram vesperi per castra dedit, ut ante lucem viri equique curati & pransi essent. Liv. 28. 14. conf. Gell. 2. 25. & Borrich. Cogit. p. 279.

PRANSUS, a, um. Partic. [ἠριστηκώς] Hor. 1. Serm. 6. 127.
Pransus non avide.
Ducis pransi, poti, oscitantis inscitia. Cic. pro Milon. 57.
Pransi, inquit Nonius 6. 59. non solum, Qui pranderent, dicuntur, sed etiam Quibus nihil desit. Varro, Quare, ô Marce, pransum ac paratum esset, hoc minime oportet.

PRANSOR, ōris. m. [ἀριστητής] Qui prandet, aut qui invitatus est ad prandium. Plaut. Menæch. 2. 2. 2.
Bonum anteponam prandium pransoribus. Macrob. 3. Saturn. 6.
Cum jam manus pransores lavarent.

PRANSŌRIUS, a, um. Adj. [ἀριστητήριος] unde Pransorium candelabrum, apud Quintil. lib. 6. cap. 3.

PRANSĪTO, [ἀριστάομαι] āre. frequentat. Plaut. Asin. 1. 1. 18.
Ubi flent nequam homines, qui polentam pransitant. Eruditi fere omnes contra fidem exemplarium, Pinsitant esse scribendum contendunt: quum præsertim sequatur, Ubi fit polenta te fortasse dicere. Turnebus contra, Pransitant retinet: hac ratione, quod putet molitores servos, non pane, sed polenta nutritos fuisse in pistrino: vel potius miseros illos pistores, inter agendas molas, quum famelici essent, furtim solitos esse de polenta, id est de hordei farina esitare. Quæ causa frequentationis Plauto fuit, ut Pransitare potius, quam Prandere diceret: etsi desiderandi potius videri possit, ut sit Pransitare, Prandere cupere. Hæc ille, & pluribus, ut videre poteris. Vitruv. 8. 3. Accumbentes viatores pransitare solent. conf. Macrob. 3. Saturn. 15.

PRANSITANS, antis. Lamprid. Heliog. cap. 27. Pransitans & cœnitans.

PRAPEDION, & PRAPEDILON, i. n. Flammula Veneris. Apul. de Herb. cap. 7. [An Prapidion, πραπίδιον;

PRASIÆ, [Πρασιαί] Oppidum maritimum fuit in ora Laconica, non procul ab ostio Inachi fluminis. Thucydides lib. 2. Belli Peloponnesiaci. V. Steph. Suidæ est oxytonum Πρασιαί.

PRASIĀNUS, a, um. Adj. ut, Prasiana gens. Plin. lib. 6. cap. 22.

PRĂSĬNUS, a, um. Adj. [πράσινος] ut, Prasinus color, [πράσινον χρῶμα] viridis ad similitudinem porri. Nam πράσον, Latine Porrum dicitur. Hinc Vestes e viridi lana, Prasinæ dicuntur. Martial. lib. 10. 29.
De nostra prasina est synthesis empta toga. Plaut. Prasina, coccina, tyria, focale, soccos, monilis amisit.
Prasina viriditas. Cassiodor. 12. Epist. 12.
Prasina fascia involvere. Petron. cap. 64.
Prasina agitatorum factio, qui & ipsi Prasini. Suet. Calig. cap. 55. & Neron. cap. 22. V. Factio, in FACIO.

PRASINUS, i. m. equus Commodi, cui mortuo, sepulcrum in Vaticano sumptuosissimum fecit princeps: sicut olim Bucephalo suo fecerat Alexander. Alex. Alexandrinus lib. 6. cap. 14. [Sed potius Volucri nomen ei equo, cursori Prasinæ, fuit. V. Capitol. Vero cap. 6.

PRASINUS, Gemma. Tertull. S. Cypr. de Judic. cap. 8.
Inde nitet prasinus, illinc carbunculus ardet. [Zmaragdum forsan intelligit. An Prasius legendum?

PRASINĀTUS, a, um. Adj. Prasina indutus. Petron. cap. 28. In aditu ipso stabat ostiarius prasinatus, cerasino succinctus cingulo.

PRASIANUS, a, um. Adj. [πρασιανός] Qui prasinæ factioni favet. Erant enim Aurigæ, qui in certamen curule descendebant, per factiones divisi, quas suo quamque nomine a colore vocabant. Antoninus Imperator in vita sua lib. 1. §. 5. παρὰ τοῦ τροφέως, τὸ μήτε πρασιανὸς, μήτε βενετιανὸς, μήτε παλμουλάριος, ἢ σκουτάριος γενέσθαι. Ex Turneb. Meminit etiam Plinius Secundus lib. 9. Ep. 6. spectatorum, qui in Circensibus panno & coloribus favent his verbis, Nunc favent panno, pannum

pannum amant, & in ipso cursu, medioque certamine, hic color illuc, ille huc transfertur. V. & Petron. cap. 70. Gataker. ad Antonin. & Factio supra in FACIO.

PRASINIĀNUS, a, um. Adj. Idem. Jul. Capitol. in Vero, cap. 6. Populus Prasinianorum. [Formatur a Prasina, Prasianus Græcum est.

PRĀSIUM, ii. n. [Πράσιον] Herbæ nomen Galeno lib 8 de Simplicium medicam. facult. cap. 65. Marrubii speciem Dioscorides statuit lib. 3. 119.

PRĀSIUS, ii. m. [πράσιος] Gemmæ quædam e viridantium genere. Plin. lib. 37. cap. 8. conf. PRASINUS.

PRASOĪDES, [πρασοειδὴς] Gemma est ex genere Topaziorum, a porri colore nomen habens. Nam πρασοειδὴς Græcis idem est quod Porraceus. Plin. lib. 37. cap 8.

PRASON, i. n. [πράσον] aliis nominibus Phycos & Zoster, frutex est marinus, foliis latis, colore viridi, de quo Plin. lib. 13. cap. ultimo.

PRASEPIUS, Pagus, quem præterlabitur Phlius fluvius, non procul ab Heraclea Trachinia. Strabo lib. 8. [Immo Pārāsōpii, Παρασώπιοι, ab Asopo.

PRĀTUM, i. n. [λειμών] dicitur, auctore Ulpiano, De verbor. signific. in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est: ex eo quod paratum sit ad fructum capiendum. Columel. lib. 2. cap. 17. Et ideo necessarius ei cultus est agri, cui veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes: nomen quoque indiderunt ab eo, quod protinus esset paratum, nec magnum laborem desideraret.

Prata dicta ab eo, quod sine opere parata. Varro de L. L. 4. 4. Sed V. Voss. Etymol.

Prata etiam dicuntur quæ nunc Viridia, ut plurimum buxo & lauro frequentata.

Viriditas pratorum. Cic. de Senect. 57.

Instar triginta jugera prati. Catul. 112. 1.

Arida. V. ARIDUS.

Assa. Virg. 2. Georg. 384. V. ASSUS.

Crocea, Florida. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 273.

Florida & gemmea. Plin. lib. 5. Epist. 6. ad Apollinarem.

Floridior prato, Galatea. Ovid. 13. Met. 790.

Mollia. Virg. 2. Georg. 384. Idem 10. Ecl. 42.

Novella. Ovid. 2. de Arte Am. 698.

Viride pratum. Ovid. 1. Met. 297.

Cædere prata. Plin. lib. 18. cap. 28. pr.

Carpere prata fuga. V. CARPO.

Cratire pratum. Plin. lib. 18. cap. 28. pr. V. CRATIO.

Irrigare jugera prati. Cic. 3. Q. frat. 1.

Ludere aperto prato. Senec. Herc. fur. 2.

Pescit ovis pratum. Ovid. 1. Fest. 204. Plin. l. c.

Renovare vel restituere pratum. Columel. lib. 2. cap. 18. & Plin. lib. 18. cap. 28. Ibid. Rigare, Secare, Senescere, Serere, &c.

Sicilire pratum. Varr. 1. de R. R. 49. extr.

Soberat area gramineo viridissima prato. Ovid. 3. Amor. 5. 5.

Subsecare prata tenerrima. Ovid. 2. de Arte Am. 299.

Verrere pratum pectine. Ovid. 4. Fast. 695.

Hæc modo verrebat cum raro pectine pratum. Emendata exemplaria legunt.

Hæc modo verrebat stantem tibicine villam.

Albicant canis pruinis prata. Hor. 1. Carm. 4. 4.

Convestiuntur herbis prata. V. CONVESTIO.

Germinant prata læta viridi facie. Senec. Herc. fur. 9.

Obducta situ vetustatis prata. V. OBDUCO.

Rigent prata. Hor. 4. Carm. 12. 3.

Rubeant ante novis quam prata coloribus. Virg. 4. Georg. 306.

PRATŬLUM, i. n. [λειμώνιον] dimin. apud Plin. 5. Epist. 6. ad Apollinarem. Cic. 12. Att. 6. Pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo.

PRATENSIS, e. Adj. [λειμώνιος] Quod est ex prato. Columel. lib. 6. cap. 3. Pratense fœnum. Plin. lib. 21. cap. 8. Pratenses flores.

Fungi pratenses. Hor. 2. Serm. 4. 20.

PRĀVUS, a, um. Adj. [σκολιὸς, στρεβλὸς] Quod non est rectum.

Rectum & Pravum, contraria. Cic. 2. Acad. 19. Quid rectum in oratione, pravumve.

Artus in pravum elapsi. V. ARTUS.

Distortum & Pravum. Cic. 4. Tusc. 29. Non omne vitium partes habet dissentientes: ut eorum qui non longe a sapientia absunt, affectio est illa quidem discrepans sibi ipsa, dum est insipiens, sed non distorta, nec prava.

Recta prava faciunt. Ter. Phorm. 5. 2. 6.

Talis pravis fultus. Hor. 1. Serm. 3. 48.

Pravo naso vivere. Hor. in Arte Poet. 36.

Regula prava. Lucret. lib. 4. 516.

Pravus sæpissime ad animum refertur; ut, Pravi mores. Ter. Adel. 5. 8. 21.

Etsi hoc mihi pravum, ineptum, absurdum, atque alienum a vita mea
Videtur, si vos tantopere istuc vultis, fiat.

Malum, pravumque ingenium hominis. Plin. 3. Epist. 9.

Pravus & Perversus. Cic. pro Rosc. Com. 30. Nihil ab hoc pravum & perversum produci posse arbitrabantur.

Ambitio prava. Hor. 1. Serm. 6. 52.

Stultitia. Hor. 2. Serm. 3. 220.

Pravus, dicitur Senecæ non improbus, nec malus; sed Præfractus; lib. 1. de Ira 16. Cn. Piso vir fuit memoria nostra integer, sed pravus, & cui placebat pro constantia rigor.

Pravus majus est, quam Depravatus. Cic. 2. de Fin. 33. Bestiarum vero nullum judicium puto; quamvis enim depravatæ non sint, pravæ tamen esse possunt. Depravatus enim est tantum animi, quo bestiæ carent; Pravus autem & corporis & animi.

Tenax pravi. Virg. 4. Æn. 188.

Prava jubentium ardor civium. Hor. 3. Carm. 3. 2.

Obnoxius pravis. Hor. 2. Serm. 7. 8.

Compar. Quo pravius nihil esse possit. Cic. 3. Tusc. 38.

Superl. Tacit. 15. Ann. 19. Prævaluerat ea tempestate pravissimus mos.

PRAVE, Adv. [σκολιῶς, στρεβλῶς] cui Recte opponitur. Cic. 2. de Fin. 25. Quia quod bene, id recte, frugaliter, honeste: ille porro male, prave, nequiter, turpiter cœnabat.

Prave colere religiones. Liv. 1. 32.

Prave facta, Peccata. Cic. [illegible] Acad. 26. Recte facta sola in bonis actionibus ponens: prave, id est peccata, in malis.

Superl. Pravissime adhuc tutus fuit. Sallust. Fragm. 1. cap 3.

Pravissime religiones suscipere. Lactant. lib 2. pr.

PRAVĬTAS, ātis. f. [σκολιότης, στρεβλότης] Obliquitas, mala & perversa alicujus rei constitutio & compositio. Columel. lib. 4. cap. 20. Pravitas staminum. Cic. 4. Tusc. 29. Vitium, quum partes corporis inter se dissident: ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas.

Corporis pravitates si erunt perinsignes, an habebunt aliquid offensionis: animi deformitas non habebit? Cic. 1. de Legib. 51.

Pravitas & imminutio corporis. Cic. 5. de Finib. 47. Si pravitatem imminutionemque corporis propter se fugiendam putamus, cur non etiam ac fortasse magis propter se formæ dignitatem sequamur?

Deformitas & pravitas. Cic. 1. de Orat. 156. Intuendi nobis sunt, non solum oratores, sed etiam actores: ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem pravitatemque veniamus.

Pravitatem oris alicujus imitari. Cic. 2. de Orat. 91. Fusius nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non assequitur: oris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur. [An Si quos?

Inemendabilis pravitas. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Pravitas, [κακία] pro Malitia. Cic. 4. Acad. 26. Tamenne in ista pravitate perstabitis?

Pravitatis patroni. Varr. de L. L. lib. 8. 17. Inductis non tam irascendum, quam hujusce pravitatis patronis. Al. Indoctis. De iis qui veterem loquendi usum contaminant.

Animi pravitas. Q. Cic. de Petit. Consul. 32. Dans operam, ut de illa animi pravitate deducas.

Animi pravitates recte vitia dicuntur. Cic. in Parad. 3.

Afferre pravitati interitum. Cic. 2. de Fin. 27. Qualis ista philosophia est, quæ non interitum afferat pravitati, sed sit contenta mediocritate vitiorum?

Erroribus pravitatis mentes Ægyptiorum imbutæ. Cic. 5. Tusc. 78.

Perstare in pravitate sua. V. PERSTO.

PRAXASPES, is. m. [Πρηξάσπης] nobilis Persa, qui Smerdim Cambysæ fratrem jussu regis occidit, cujus facinoris conscientia adductus, postea in maximo Persarum conventu, ex editissima turre se præcipitem dedit. Herodot. lib. 3.

PRAXIBŪLUS, i. m. [Πραξίβουλος] Atheniensium magistratus, seu Archon, cujus meminit Plin. lib. 33. cap. 7.

PRAXIDĬCE, es. f. [Πραξιδίκη] Deæ nomen, cujus, non statuam integram, sed caput tantum in templis dedicabant. Hanc Mnaseas Soteris uxorem facit, eandemque sororem, Concordiæ & Virtutis matrem. Suidas q. V. Stephanus in Κραγὸς, Praxidicen Nympham fuisse tradit, quæ ex Tremilete Cragum peperit, a quo Lyciæ mons nomen accepit.

PRAXINICUM, i. n. Liber vel Tragœdia Accii, cujus meminit Plin. 33. 7.

PRAXILLA, æ. f. [Πράξιλλα] Sycionia poetria, quæ Adonidem induxit ab inferis interrogatum, quid pulcherrimum apud superos reliquisset; respondentemque, Solem, cucumeres, mala. Hinc Proverbium, Stupidior Praxillæ Adonide, quia nullius judicii Adonis cucumeres & mala cum sole composuit. V. Chiliad.

PRAXIS, eos. f. [πρᾶξις] a πράσσω, Ago, Actionem significat. Cic. 14. Att. 19. Facere magnam praxin Dolabellæ. & mox, Tibi assentior, majorem praxin ejus fore, &c. adde Petron. cap. 39. & Quintil. 3. 6. Hinc

PRACTĬCUS, a, um. Adj. [πρακτικὸς] quasi Activus, & qui actu ipso aliquid perficit. Hinc, Artes dictæ sunt quædam Practicæ, quæ in exercitatione & ipsa actione consistunt: diversæ ab illis, quæ Theoreticæ, id est Speculativæ dicuntur. De utrisque Quintil. lib. 2. cap 18. V.

PRAXITĔLES, is. m. [Πραξιτέλης] Statuarius, marmore nobilitatus duplici Venere, Gnidia & Coa: Natus est in Græcia Italiæ ora, civitate Romana donatus. Scripsit, teste Varrone, quinque volumina nobilium operum in toto orbe. V. Plin. lib. 7. cap. 38: 34. 8: & 36. 5. Propert. lib. 3. 9. 16.

Praxitelem Parius vindicat arte lapis.

Laborifer Praxiteles. Stat. 4. Silv. 6. 27.

PRAXITĔLIUS, a, um. Adj. [Πραξιτέλειος] Cic. 2. de Divin. 48. Quasi non potuerit id evenire casu, & non in omni marmore necesse sit inesse vel Praxitelia capita. Illa enim ipsa efficiuntur detractione, neque quicquam illuc affertur a Praxitele, &c.

P R E

PRECARIUS, PRECATOR, &c. V. mox in PRECOR, post PRECIS.

PRĔCIÆ [αἱ πρῴιμοι σταφυλαί] Uvæ, apud Virgilium leguntur. 2. Georg 95.

Purpureæ, preciæque, & quo te carmine dicam,
Rhætica? Ubi Servius; Preciæque: hæ cito maturescunt: unde & preciæ dictæ sunt, quasi præcoquæ, quod ante alias coquantur.

PRĒCIAE, dicebant, qui a Flaminibus præmittebantur, ut denuntiarent opificibus, manus abstinerent ab opere, ne si vidisset sacerdos facientem opus, sacra pollueretur. Festus. Al. Præciæ. q. V.

PRĔCIS, i, em, e. f. [δέησις, ἱκεσία] pluraliter Preces, um, ibus ab antiquo Prex. Quintil. lib. 3. cap. 10. Hac illi opus est occasione, ne eum talium precum pudeat.

Nullus locus preci. Ter. Andr. 3. 4. 28.

Nihil est preci loci relictum: jam perturbavi omnia. Idem Phorm. 3. 3. 14.

Tempus aptum precibus. Ovid. 2. de Pont. 2. 69.

Preces & Vota. Cic. pro Planc. 97. Eorum preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrhachium, quod erat in fide mea, petere contendi.

Preces & Gratulationes. Cic. 6. Verr. 94. In precibus & gratulationibus, non solum id venerari, verum etiam id osculari solent. De simulacro Herculis.

Blandæ juvenum preces. Hor. 4. Carm. 1. 8.

Docta prece blandus. Hor. 2. Epist. 1. 135.

Exiguæ preces. Ovid. 1. de Arte Am. 440.

Graves. Propert. lib. 1. 6. 6.

Humiles. Claud. 3. de Rapt. Proferp. 295.
Infructuofæ. V. INFRUCTUOSUS.
Irritæ. V. IRRITUS.
Longæ. Cic. ad Brut. 13. Noli exfpectare longas preces, intuere me ipfum, qui, &c.
Omnibus precibus aliquid petere. V. OMNIS.
Pudicæ. Ovid. 1. Epift. 25.
Sacrificæ. Senec. Med. 2.
Accipere preces. V. ACCIPIO.
Accipere fuperbius alicujus preces. Tacit. 2. Ann. 37.
Addere precibus lacrimas. Ovid. 4. Epift. 175.
Addere minas precibus. Ovid. 2. Met. 397.
Adduci precibus. V. ADDUCO.
Adire templa caftis precibus. Senec. Hippol. 2.
Adhibere preces. V. ADHIBEO.
Admittere preces. V. ADMITTO.
Admovere. V. ADMOVEO.
Agitare alicujus animum precibus. Quintil. lib. 4. cap. 2. Cujus animus fpe, metu, admonitione, precibus, vanitate denique, fi id profuturum credimus, agitandus eft. De judice.
Ambire aliquem follicita prece. Hor. 1. Carm. 35. 5.
Annuere precibus. Ovid. 8. Met. 352.
Affentire juftis precibus. Ovid. 3. Met. 406.
Audire preces. Cic. in Pifon. 43.
Averfari preces. V. AVERSOR.
Blandiri alicui precibus. Ovid. 2. de Arte Am. 527. Al. Poftibus.
Carent fine vanæ preces. Ovid. 3. de Pont. 7. 2.
Cedere precibus alicujus. V. CEDO.
Cogere aliquem prece. Hor. 1. Epift. 9. 2.
Complecti preces. Ovid. 10. Met. 481.
Atque inter mortifque metus, & tædia vitæ,
Eft tales complexa preces: O fi qua favetis, &c. i. e. Tales preces concepit, fic oravit.
Concipere preces per nova vota. Ovid. 3. Amor. 7. 44. Idem 14. Met. 365.
Concipit illa preces, & verba precantia dicit.
Concipere caducas preces. Ovid. 1. Faft. 182.
Vide in CONCIPIO ex Seneca. H. St.
Confumptis precibus violentam tranfit in iram. Ovid. 8. Met. 106.
Decurrere ad miferas preces. Hor. 3. Carm. 29. 59.
Deduci oportere oftendimus, nec prece, nec pretio, nec gratia, nec fimultate a via recta. Auctor ad Heren. lib. 3. 4.
Demittere fe in preces humiles. Claud. de Rapt. Proferp. 3. 295.
Defcendere ad preces. Senec. Hippol. 5.
Defcendere in preces. Virg. 5. Æn. 782.
Defpuere preces alicujus, Contemnere. Catul. ad Licinium, 48. 18.
Dare preces. Valer. 2. Argon. 336.
— date vina precefque.
Dare preces alicui. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Dare manus precibus. Ovid. 3. Faft. 688.
Erubefcere preces, dicitur is, quem pudet precari. Claud. 1. de Rapt. Proferp. 67.
Excipere preces blandas molliter. Ovid. 1. de Arte Am. 710.
Expofcere pacem precibus. Virg. 1. Æn. 261.
Extendere preces. V. EXTENDO.
Fatigare aliquem prece. Hor. 1. Carm. 2. 26. Precibus Liv. 1. 11. pr.
Ferre preces alicui, Precari aliquem. Virg. 8. Æn. 60.
Flectere fupplici prece. Senec. Herc. furen. 7.
Flecti precibus. Virg. 2. Æn. 689.
Frangi precibus. Ovid. 1. Epift. 85.
Fundere preces. Virg. 5. Æn. 234.
Immifcere preces. Virg. 10. Æn. 153.
Impetrare precibus falutem alicui. Cic. ad Brut. 16.
Implorata prece Pollucis. Catull. ad Mallium, 66. 65.
Indulgere precibus. V. INDULGEO.
Movere preces folennes fatis eft voce. Ovid. 6. Faft. 622.
Moveri prece. Ovid. 7. Epift. 3.
Obliquare preces, eft Per ambages aliquid rogare, ut folent qui rem vel inhoneftam, vel factu difficilem impetrare volunt. Stat. 3. Theb. 182.
Occurrere in precibus. Cic. 1. de Nat. Deor. 36. Nihil fentiens deus, qui nunquam nobis occurrit, neque in precibus, neque in optatis, neque in votis.
Orare per precem. Plaut. Capt. 2. 1. 47.
Peragere preces. Ovid. 5. Faft. 680.
Et peragit folita fallere voce preces. h. e. Eadem voce preces peragit & precatur mercator Deum, qua & fallere confuevit emptorem.
Petere precibus ut aliquid fiat. Cic. pro Soll. 55. Litteræ funt Faufti, per quas ille precibus a Solla petit, ut emat gladiatores.
Petere aliquid infimis precibus. Liv. 8. 2. V. INFIMUS.
Petere aliquid tacita prece. Hor. 1. Epift. 14. 14.
Placare prece cælites. Senec. Agamemn. 7.
Placare precibus divinum numen fcelere violatum. Cic. pro Domo 140.
Pofcere aliquid emaci prece. Perf. 2. Sat. 3.
Precari preces bonas, V. PRECOR.
Profequi aliquem prece. Hor. 4. Carm. 5. 33.
Repugnare precibus. Ovid. 11. Met. 239.
Refiftere precibus. Senec. Hippol. 8.
Retentare preces, Iterum precari. Ovid. 14. Met. 382.
Scribere cum magna prece. Cic. 11. Att. 15. Quintus, non modo non cum magna prece ad me, fed acerbiffime fcripfit.
Spretæ. Ovid. 1. Met. 701.
Succumbere precibus. Ovid. 3. Epift. 91.
Sum totus, vel Eft in prece. Ovid. 6. Faft. 252.
Tentare precibus. Ovid. 2. Amor. 3. 17.
Tollere preces, Definere precari. Ovid. 3. Faft. 198.
Vinci precibus. Senec. Hippol. 2.
Vocare aliquem precibus. Virg. 7. Æn. 133.
Uti prece. Cic. 1. de Invent. 22. Si prece & obfecratione humili ac fupplici utemur.
Preces, pro Exfecrationibus diris. Cæf. 6. Bell. Gall. cap. 30. Cativulcus rex dimidiæ partis Eburonum omnibus precibus deteftatus Ambiorigem, qui ejus confilii auctor fuiffet, taxo fe exanimavit.
Deteftari aliquem hoftili prece. Ovid. 15. Met. 505.
Hoftilique caput prece deteftatur euntis.
Iratis precibus urgere. Hor. 2. Serm. 6. 30.

PRECULÆ, arum. f. pl. dimin. Symmach. Auctar. Epift. 14.

PRECARIUS, a, um. Adj. [ἱκετικός] eft, ut ait Ulpianus De verbor. fignific. l. Pratom; Quod precibus petenti utendum conceditur tam diu, quamdiu is qui conceffit, patitur. V. eundem Ulpian. D. de precario. Hinc
Precarium, Quod non noftri juris eft, fed alieni. Sen. de Tranqu. anim. cap. 11. pr. Non mancipia tantum poffeffionefque & dignitatem, fed corpus quoque fuum & oculos & manum & quicquid eft cariorem vitam facturum, feque ipfum inter precaria numerat (fapiens) vivitque ut commodatus fibi, ut repofcentibus fine triftitia, redditurus.
Anima precaria. Tacit. 1. Ann. 42. Neque precariam animam inter infenfos trahere.
Auxilium precarium, non juftum, ferre. Liv. 8. 35. i. e. Precari pro aliquo, non patrocinari. Sic exponit Budæus.
Caftitas precaria. Senec. 10 2. Declamat.
Forma. Ovid. 9. Met. 76. De Acheloo, fub anguis forma certante cum Hercule,
— quem forma precaria celat. i. e. Aliena. Precarium enim dicitur, quod precibus alicui utendum conceditur tantifper, dum is, qui conceffit, repetat. *Forme empruntée.*
Honor precarius eft, Qui ad arbitrium ejus amittitur, qui donavit. Budæus.
Imperium. Tacit. 1. Hift.
Jus non precarium parendi. Tacit. de Suionibus. Germ. 44.
Libertas. Liv. lib. 39. 37.
Opem non orare precariam, fed pro debita petere. Liv. 3. 47.
Quæftus. Cic. ad Octav. extr. Cujus avus fuerit argentarius, aftipulator pater, uterque vero precarium fecerit quæftum.
Regnum precarium. Curt. 5. 8. 12.
Salus. Cic. ad Brut. 16. Nempe quia poftulabat hæc, falutem abs fe peti precariam, nos, &c.
Spiritus precarii dicitur effe homo a Seneca, lib. De confol. ad Marciam, cap. 11. quafi Commodati, & quem ea lege accepimus, ut reddamus quum primum repofcet qui commodavit. conf. Anima. Sic &
Vita. Tacit. 4. Hift. 76.
Ufuram fi precariam vocis fumeres. Apul. lib. 7. extr. verba funt ad afinum. h. e. Si ufus vocis tibi ad tempus concederetur, ut loqui poffes?

PRECARIO, [τῇ δεήσει] nomen, ipfa terminatione ablativi, pro Adverbio accipitur. Ulpian. l. 2. Ait prat. §. 3. Habere. lib. 43. D. t. 26. de Precario. Precario habere videtur, qui poffeffionem corporis vel juris adeptus, ex hac folummodo caufa, quod adhibuit preces, & impetravit, quod fibi poffidere aut uti liceat. Veluti, inquit Gajus in l. feq. fi me precario rogaveris per fundum meum ire, vel agere liceat: vel ut in tectum meum ftillicidium, vel tignum in parietem immiffum habeas. V. tot. tit. Auctor de Vir. Illuft. cap. 7. Servius Tullius quafi precario regnare cœpit: fed recte imperium adminiftravit. Cic. pro Cæcin. 92. Ne id quidem fatis eft, nifi docet ita fe poffediffe, ut nec vi, nec clam, nec precario poffederit.
Precario mox præfuit. Tacit. Agric. 16. 5.
Mori præftat, quam precario imperatorem effe. Curt. 9. 2. extr.
Seu vi, feu clam, feu præcario. Ter. Eun. 2. 3. 27.
Petere precario. Plaut. Amph. prol. 24.
Precario rogare. Cic. 7. Verr. 59. Quo tempore, in tanta inopia navium, tantaque calamitate provinciæ, etiamfi precario effent rogandi, tamen ab his impetraretur.

PRECARIUM, i. n. pro Sacrario feu templo domeftico apud Petron. cap. 30. V. Barth. in Claud. de Conful. Honorii 4. 3. Sed lectio dubia.

PRECOR, [δέομαι, εὔχομαι, ἱκετεύω, προσκυνέω] ari. Accufativo junctum, fignificat Orare. Plin. in Paneg. Atque hoc magis incenfi fumus ut precaremur, ne quando tibi non eadem caufa lacrimarum.
Colere, precari, venerarique deos folemus. Cic. 1. de Nat. Deor. 120.
Deos precari, atque ab eis auxilium petere. Cic. 6. Verr. 71.
Precari, implorare, & venerari deos, ut urbem defendant. Cic. 2. in Catil. 29.
Numen cælefte precari. Ovid. 1. Met. 367.
Numina Palladis. Virg. 3. Æn. 543.
Precari bonas preces. Cato R. R. cap. 134.
Precor, quæfo, & obteftor vos. Cic. pro Domo 144. Deos alloquens.
Parce precor, precor. Hor. 4. Carm. 1. 2. Venerem alloquens.
Pro aliquo precari. Ovid. 3. Met. 614.
Precari ad deos. Liv. 38. 43. Quos adorent, ad quos precentur & fupplicent, Ambracienfibus non fupereffe.
Animo & voce precari aliquid. Ovid. lib. 2. de Pont. 6. 17. Subaudi A diis.
Scientia peregrina & externa, mente domeftica & civili deos precari. Cic. pro Corn. Balb. 55. Sacra pro civibus civem facere voluerunt, ut deos immortales, fcientia peregrina & externa, mente domeftica & civili precaretur. De facris Cereris.
Sonis blandis. Ovid. Rem. Amor. 332.
Voce grata. Senec. Agamem. 6.
Voce timida. Ovid. 19. Epift. 51.
Vultu pro verbis precari. i. e. Signis & indiciis. Ovid. 2. Faft. 613.
Expetere de aliquo, optare, precari aliquo. Cic. in Pifon. 46. Hæc ego femper de vobis expetivi, hæc optavi, hæc precatus fum.
Bona a quibus precamur, ab iis dantibus nolle fumere, ftultitia eft. Cic. 3. de Nat. Deor. 84.
Precari ab aliquo. Cic. de Amicit. 57. Quam multa enim, quæ noftra caufa nunquam faceremus, facimus caufa amicorum? precari ab indigno, fupplicare: tum acerbius in aliquem invehi, infectarique vehementius. [Ἐν. an ita in aliis. H. St.
Ut res aliqua faufte, feliciter, profpereque eveniret, precari. Cic. pro Muren. 1.
Veniam precari. Virg. 3. Æn. 144.
Mortem precari, Optare. Ovid. 1. de Pont. 2. 59.
Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem, &c.
Salutem, incolumitatem, & reditum. Cic. in Pifon. 33. Utrum tandem bono

bono viro & sapienti optabilius putas, sic exire a patria, ut omnes sui cives salutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit.
Precari alicui bene, i. e. Bonam fortunam. Quintil. in Epistola ad Tryphonem, Et oram solventibus bene precemur.
Dira precari alicui. Tibull. lib. 2. 6. 53.
Vide an non sit Diras,
Tunc tibi, lena, precor diras. H. St. Exstant quidem hæc verba lib. 2. Eleg. 7. 35. ed. Broeckh. At Eleg. 5. ejusd. v. 115.
— tu me mihi dira precari Cogis.
Mala precari alicui. Cic. in Pison. 43.
Male precari alicui. V. MALUS.
Exsecrari & male precari. Cic. in Pison. 33. An quod tibi proficiscenti evenit, ut omnes exsecrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam & perpetuam esse vellent?
Pergin' precari pessimo. Plaut. Asin. 2. 4. 71.
Preco, activa forma, apud Priscian. p. 799.
Iterum tentare precando. Virg. 4. Æn. 413.
PRECANS, antis. Partic. [δεόμενος] ut,
Miris precanti. Stat. 1. Theb. 189.
Dextra precans. Virg. 12. Æn. 930.
Olivæ precantis ramus. Stat. 2. Theb. 478.
Verba precantia. Ovid. 7. Met. 590.
PRECANDUS, a, um. aliud Partic. [δεητέος] ut,
Modestia precanda. Tacit. lib. 4. Ann. 7.
PRECĀTUS, a, um. Partic. ut, Precati Deos viam ingredimur. Petron. cap. 117.
Supplex per vota precatus. Virg. 3. Æn. 624.
Passive legitur apud Juvenc. 3. 85.
Suspiciensque dehinc cælum, genitore precato.
PRECĀTŪRUS, a, um. [δεησόμενος] similiter Partic. Ovid. ad Liviam, 193.
Larga precaturi sumite vina manu. Ovid. 2. Fast. 636.
PRECĀTIO, ōnis. f. [δέησις, εὐχή] Cic. pro Muren. 1. Quod si illa solennis comitiorum precatio Consularibus auspiciis consecrata, &c. Idem 3. de Nat. Deor. 67. Itaque in ea dea, quod est rerum custos intimarum, omnis & precatio & sacrificatio externa est.
Uti nova precatione. Quintil. proœm. lib. 4.
Precatione rem transigere. Liv. 9. 5. Idem 30. 5.
Faustis precationibus. Tacit. 4. Ann. 9. 1.
De precatione maxima, V. Lex. Pitisc.
PRECATIUNCULA, æ. f. Gloss. Gr. Lat. Δεησίδιον. Petitiuncula, precatiuncula.
PRECATUS, ûs. m. Sidon. 4. Epist. 2. Precatu Deum placare. Idem 8. Epist. 15. & 9. 3. Ammian. 24. 22. Cum concordi precatu prohibere tentarent. Stat. 11. Theb. 103. Blanda precatu Antigone. conf. Idem 5. Silv. 2. 81.
PRECĀTOR, ōris. m. [δεητής, ἱκέτης] Qui pro altero intercedit, vel postulat. Ter. Heaut. 5. 2. 22.
Ne te admisce, nemo accusat, Syre, te, nec tu aram tibi,
Neque precatorem pararis. Idem Phorm. 1. 2. 90.
— ad precatorem adeam credo, qui mihi
Sic oret: nunc omitte quæso hunc; ceterum
Posthac si quicquam, nihil precor. V. Scalig. ad Tibull. lib. 4. extr.
PRECĀTRIX, īcis. f. Asconius in 3. Verr. 14. Post de nominibus Sabinarum plures (tribus) factæ, quibus precatricibus parentum bellum maritorumque finitum est. Al. Deprecatricibus.
PRECĀBUNDUS, a, um. Adj. Pacat. Paneg. Theodos. cap. 36. Manus illa submissis precabunda vexillis petiit veniam necessitatis.
PRECĀBĪLIS, e. Adj. Gloss. Lat. Gr. Precabile, δεητικόν, ἱκετικόν.
PRECĀTĪVUS, a, um. Adj. Ulpian. titulo vigesimoquarto ejus libri, qui Inscribitur, Tituli ex corpore Ulpiani, Legatum est, quod legis modo, id est, imperative, testamento relinquitur. Nam ea, quæ precativo modo relinquuntur, fideicommissa vocantur.
Pax precativa. Ammian. 16. 9. & 17. 10.
PRECATĪVE, Adv. Ulpian. titulo vigesimoquinto ejus libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Ulpiani, Fideicommissum est, quod, non civilibus verbis, sed precative relinquitur: nec ex rigore juris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis.
PRECIUS Lacus, V. PRELIUS.
PRĔHENDO, vel PRENDO, di, sum, [λαμβάνομαι, πιάω] ĕre. Capere. Prendo per syncopam. Camerario placuit Præhendo, quod ex Præ & antiquo inusitato Hendo, sive Fendo compositum esset. [An potius Prohendo, ex Pro & eodem verbo?
Pæne prehendere. Cic. 1. de Legib. 61. Quid divinum æternumque sit viderit, ipsumque ea moderantem & regentem pæne præhenderit.
Digitis tribus prehendere. Plin. lib. 20. cap. 17. Et orthopnoicis, quod ternis digitis prehenderit seminis, tantundem hyoscyami cum lacte asinino.
Dextram prehendere. Cic. 1. de Divin. 59. Quumque te tua patria vi pulsum esse dixisses, prehendisse eum dextram tuam, & bono animo te jussisse esse.
Manu prehendere aliquem. Cic. 1. de Orat. 240. Aliquid. Idem 1. Acad. 40. Sed quum acceptum jam & approbatum esset, comprehensionem appellabat, similem iis rebus, quæ manu prenderentur: ex quo etiam nomen hoc duxerat.
Poma prehendere fugientia. Ovid. 18. Epist. 181.
Stirpes tellus amplexa prehendit. Cic. in Arat. 116.
Oras prendimus fugientis Italiæ. Virg. 6. Æn. 61.
Stilum prehendere. Cic. de Clar. Orat. 93. Dein quum otiosus stilum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio.
Prendo amicos, supplico, ambio, domos stationesque circumeo: quantumque vel auctoritate, vel gratia valeam, precibus experior. Plin. 2. Epist. 9. ad Apollinarem. Al. Prenso. Sic Ter. Phorm. 4. 3. 15.
Visum est mihi, ut ejus tentarem sententiam,
Prehendo hominem solum, cur non, inquam, Phormio, &c.
Hic Prehendo, significat Hominem arripio, colloquii causa. conf. mox ex Heaut. in sq. dict.
Prendere auriculis. Plaut. Asin. 3. 3. 77. & Pœn. 1. 2. 163.
Prendidi, præteritum trisyll. Sil. lib. 15. 632.

— hinc lancea turbine nigro
Fert letum cuicunque viro, quem prendidit ictus. [Sed pridem Prenderit docti emendarunt.
PREHENDENDUS, vel PRENDENDUS, a, um. Partic. [ληφθησόμενος] Ovid. 2. de Pont. 6. 13.
Brachia da lasso potius prendenda natanti. Ter. Heaut. 3. 1. 89.
Syrus est prehendendus atque adhortandus mihi.
PREHENSUS, sive PRENSUS, a, um. aliud Partic. [ληφθείς] Seneca Troade v. 1097.
Sic ille dextera prensus hostili puer.
Prehensus manifesto furto. Gell. lib. 11. cap. 18.
Prehensus furti manifesti. Gell. lib. 11. cap. 18.
Corpora prensa manu. Virg. 3. Æn. 624.
Dextraque prehensum continuit. Virg. 2. Æn. 592.
Otium divos rogat in patenti Prensus Ægeo. Hor. 2. Carm. 16. 1.
PRENSŪRUS, a, um. [ληψόμενος] similiter Partic. Ovid. 10. Epist. 10.
Incertum vigilans, an somno languida, movi
Thesea prensurus semisopita manus. al. Prensuras semisupina.
PREHENSIO, ōnis. f. Jus quoddam erat magistratibus concessum. Varro apud Gellium lib. 13. cap. 12. In magistratu, inquit, habent alii vocationem, alii prehensionem, alii neutrum: vocationem, ut COSS. & ceteri, qui habent imperium: prehensionem, ut trib. pleb. & alii, qui habent viatorem: neque vocationem, neque prehensionem, ut Quæstores, & ceteri, qui neque lictorem habent, neque viatorem. Qui vocationem habent, iidem prehendere, tenere, abducere possunt: & hæc omnia, sive adsunt quos vocant, sive acciri jusserunt: Trib. Pleb. vocationem habent nullam. Neque minus multi imperiti, perinde atque haberent, ea sunt usi. Hæc Varro. Cur autem Tribuni, qui habebant summam coercendi potestatem, jus vocandi non habuerint, V. apud Gell. l. c. sub finem. Genus machinæ apud Cæs. 2. Bell. Civil. cap. 9. V. Hotoman. & Pressio in PREMO.
PREHENSO, sive, per syncopam, multo sæpius
PRENSO, āre. frequent. ut
Brachia manu prensare. Hor. 1. Serm. 9. 64.
Consilium prensare. Liv. 22. 51. Ad consilium prensandum tempus opus esse. Gronov. habet, Pensandum, & Temporis. q. V.
Fastigia prensant dextris. Virg. 2. Æn. 444.
Genua circumstantium. Tacit. 1. Ann. 21.
Pectora commanipularium prensare. Tacit. 4. Hist. 46. 7.
Prensare significat etiam id quod nos Corpore prehendere dicimus, teste Budæo.
Prensare aliquem, Manu prehensa enixe rogare, quod vulgo Sollicitare dicunt. Liv. 1. 47. His muliebribus instinctus furiis Tarquinius, circumire, & prehensare, minorum maxime gentium patres, admonere paterni beneficii. Idem 3. 47. pr. Circumire ibi & prensare homines cœpit. conf. Plin. jun. in PREHENDO.
Præhensare, Ambitiose petere: quia præ studio manus cujusque suffragatoris prehendebatur a candidatis. Cic. 1. Attic. 1. Prensat unus P. Galba, sine fuco ac fallaciis, more majorum.
Initium prensandi. Cic. 1. Att. 1.
Arma, genua, vestigia prehensando flexere militum animos. Tacit. 1. Hist. 66. 1.
PRENSANS, antis. Partic. Virg. 4. Georg. 501.
Prensantem nequicquam umbras. Ovid. 5. Fast. 476.
Lubrica prensantes effugit umbra manus.
Tumulos prensans. Ovid. 13. Met. 424.
Prehensantes manum gratantesque. Tacit. 4. Annn. 10. 2.
PRENSĀTIO, ōnis. f. Cic. 1. Att. 1. Fuit illius hæc præpropera prensatio.
PRENSŌRIUM, i. n. Gloss. Lat. Gr. Prensorium, ἰπός. [Sic excusum. Est autem ἰπὸς, seu ἴψ, seu ἶπος, nam tot modis scribitur, Muscipulæ genus, quo mares ruina ponderis oppressi pereunt.
PRENSITO, āre. Sidon. 2. Epist. 8. Cum Libitinam ipsam flentes omnes externi quoque prensitarent.
PRĒLIUS, qui & PRILIS, Tusciæ lacus, cujus meminit Cic. pro Mil. 74. Al. Precius.
PRĒLUM, i. n. [πιεστήρ, πιεστήριον, πιεστής] Trabs est qua uva vel oliva premitur, auctore Servio, a premendo dictum. Alii a præluendo formant, & ideo scribunt Prælum. Virg. 2. Georg. 242.
— tu spisso vimine qualos,
Colaque prelorum fumosis deripe tectis. Nostri hodie in torcularibus cochleis utuntur, per quarum capreolatos anfractus tollitur, demittiturque prelum, aut suculæ, aut rotæ versatione. Hæc Budæus. Quasi Premulum. Quidam Prælum & a Præluendo, inquit Perottus. H. St. Sed rectius Per e Prelum. V. Cellar. Orthogr.
Vina prelis elisa Falernis. Propert. 4. 6. 73. Martial. lib. 1. 27.
Non hæc Pelignis agitur vindemia prelis. conf. Stat. 2. Silv. 2. 5.
Prela, etiam dicuntur Instrumenta pressoria quibus pannarii, chartarii, & librorum impressores utuntur. Plin. lib. 13. cap. 12. de chartis loquens, Premitur deinde prelis, & siccantur sole plagulæ, atque inter se junguntur. Hæc Budæus. De vestibus vide post.
Prela temperata, Cato de R. R. cap. 12. In torcularium quæ opus sunt vasis quinis? Prela temperata quinque, supervacanea tria. Prela temperata vocat, Quæ apta sunt & accommodata ad torquendum & premendum; Supervacanea vero, Nihil agentia & cassantia: quæ si superiora illa deficiant, operosa esse possint, & in vicem succedere. Ex Turneb. Advers. 8. 6.
Prelum vestibus adhibebatur ne nitorem amitterent. Martial. 2. 46. 3.
Sic tua suppositis pellucent prela lacernis:
Sic micat innumeris arcula synthesibus. Claud. Epithal. Pallad. 100. — ornatum formæ, prelisque solutæ
Mira Dioneæ sumit velamina telæ.
PREMA, Dea mater, culta, ut subacta virgo non se commoveret, quum premitur. Lilius primo syntagmate Historiæ deorum. Augustin. de Civ. Dei, 6. 9. conf. Lex. Pitisc.
PRĔMO, pressi, pressum, [πιέζω, θλίβω] ĕre. Calcare, & alicui rei inniti cum pondere, ut ait Nonius 4. 353. Virg. 10. Æn. 495.
— & lævo pressit pede, talia fatus,
Exanimum, rapiens immania pondera baltei.
Arcte premere. Lucret. lib. 4. 1171.
Premere omnia deorsum. Lucret. lib. 1. 363.

Premere & Urgere. Cic. 1. de Lege Agrar. 16. Ne urbem hanc urbe alia premere, atque urgere possitis?
Premere, Adversari. Virg. 10. Æn. 375.
Numina nulla premunt, mortali urgemur ab hoste
Mortales. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 46. Pompejani hoc insolentius atque audacius nostros premere & instare cœperunt. Nepos 1.3. 2. Male rem gerere Darium premique a Scythis. Senec. Epist. 22. Premeris, accelera & evade.
Premere, Cincius in libro de Verbis priscis, ait significare idem quod Prohibere. At Cato lib. qui est de Re militari, pro Vitiare usus est, quum ait, Quom magistratus nihil audeat imperare, ne quid Consul auspicii premat. Festus.
Premere; pro Instare, & dicendo immorari. Plin. 3. Epist. 9. Quum Castam accusarem, nihil magis pressi, quam quod accusator ejus prævaricationis crimine corruisset.
Argumentum hoc etiam atque etiam est premendum. Cic. 1. Tusc. 88.
Confessionem. Quintil. lib. 7. cap. 2. p. 587. Burm.
Crimen elevare & Premere, contraria. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Propositum premere, Non desistere ab incœpto. Ovid. 2. Met. 104. al. Tenere.
Verbo premere aliquem. Cic. 1. Tusc. 13. Quoniam me verbo premis, posthac non ita dicam miseros esse, sed tantum miseros ob id ipsum, quia non sunt.
Premere, Insequi, fugare. Virg. 1. Æn. 471.
Hac fugerent Graji, premeret Trojana juventus.
Hasta aliquem, Pæne attingere. Virg. 2. Æn. 530.
Vestigia premere, Proxime sequi. Tacit. 2. Ann. 14.
Premere, est Superare, antecellere. Stat. 1. Silv. 2. 115.
— quantum Latonia Nymphas
Virgo premit, quantumque egomet Nereidas exsto. V. Barth. ad Stat. Silv. p. 68.
Annos facta premunt. i. e. Superant. Ovid. 7. Met. 449. Idem 2. de Pont. 3. 2.
Nec finis ingenium nobilitate premi.
Sonus remorum premitur clamore, i. e. Præ clamore remorum sonus non auditur. Lucan. lib. 3. 541.
Cursum ingenii premit hæc importuna clades civitatis. Cic. de Clar. Orat. 332.
Famam alicujus Carminum premere. Tacit. lib. 15. Ann. 49.
Premere, pro Reprehendere, maledicere. Quintil. lib. 12. cap. 10. p. 1088. Burm. de Cicerone, Præcipue vero presserunt eum qui videri Atticorum imitatores concupiebant. Budæus.
Premi & Defendi contraria. Quintil. Ex adverso unum est quo defendimur, reliquum est quo premimur.
Premere; verbum Venatorium, ut & Agitare & Excitare. Virg. 1. Æn. 328.
Aut spumantis apri cursum clamore prementem. Et 4. Georg 413.
Ingentem clamore premes ad retia cervum. Adde Drakenb. ad Sil. 5. 281. & Isidor. lib. 10. lit. V. Significat autem Supprimere, Sistere feras. conf. infra PRESSOR.
Est & Venereum verbum. Caligula apud Suet. 4. 25. Noli uxorem meam premere.
Premere habenas, & adducere, est Equos a liberiore retinere coercereque impetu & cursu. Dare habenas, & immittere, est Equis liberum campum cursumque permittere. Turnebus in illud Virgil. 1. Æn. 600.
— curruque volans dat lora secundo.
Gradum pressere attoniti. Valer. 2. Argon. 454. h. e. Represserunt.
Pedem premere, Figere. Liv. 8.
Silentia pressere. Sil. lib. 12. 646.
Vestigia premere, pro Consistere, sive pedem figere. Virg. 6. Æn. 197.
— sic effatus vestigia pressit. Poeticum est.
Vocem premere, Tacere. Virg. 9. Æn. 324.
Significat etiam Occultare, tegere. Virg. 9. Æn. 612.
Canitiem galea premimus. Idem 1. Æn. 213.
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Hor. 3. Carm. 4. 18.
— ut premerer sacra
Lauroque, collataque Myrto,
Non sine Diis animosus infans.
Pressa est insignis gloria facti. i. e. Auctor ignoratur, ut ait Budæus. Virg. 12. Æn. 322.
Iras premere. Tacit. 4. Hist. 72. Cerialis a metu infamiæ, si licentia, sævitiaque imbuere militem crederetur, pressit iras.
Iras graves. Lucan. lib. 2. 521.
Odium premere. Plin. in Paneg. cap. 62.
In nonum annum premere aliquid, Ineditum servare. Hor. de Arte Poet. 388.
Premere, Urgere, Impellere Nepos 17. 6. 1. Cum a plerisque ad exeundum premeretur.
Ab ædibus aliquem premere. Varro, Invitumque pressit ab ædibus.
Alas premunt cantu plausuque galli. Cic. 2. de Divin. 57.
Pollices, Deprimere. Plin. lib. 28. cap. 2. Pollices, quum faveamus, premere etiam proverbio jubemur.
Arva aliena jugo premere. Virg. 10. Æn. 78.
Arva premere dicitur pelagus. Virg. 1. Æn. 250. i. e. Aquarum abundantia populari & vastare. Servius.
Caseus pinguis premitur urbi ingratæ. Virg. 1. Ecl. 35.
Collum laqueo. Hor. 1. Epist. 16. 37.
Corticem premere, Contundere, & succum ex cortice exprimere. Plin. lib. 12. cap. 21.
Crinem fronde premere, Coronare. Virg. 4. Æn. 148.
Dentes in vite, Imprimere. Ovid. 1. Fast. 355.
Fauces obsessas lingua aspera premit, Urget. Virg. 3. Geor. 508.
Fauces defensionis alicujus premere, per translationem, pro Corrumpere, & quasi jugulare ac infirmare. Cic. 5. Verr. 145. Timarchides, columen familiæ vestræ, premis fauces defensionis tuæ.
Faucibus premi. Ita premi, ut elabendi locus nullus sit. Cic. pro Cluent. 84 Illam conciliationem gratiæ Stalenus tum recenti re, quum faucibus premeretur, excogitavit.
Grana presserat ore, Gustaverat. Ovid. 5. Met. 538
Mammam Plin. lib. 11 cap. 40. conf. PRESSUS Partic.
Manu premere. Lucret. lib. 4. 623.
Oculos premere, Claudere. Virg. 9. Æn. 487.
— pressive oculos, aut vulnera lavi
Veste tegens. Nonius 4. 353.
Oculos quies pressit. Virg. 12. Æn 908.
Sedilia premere, Sedere. Ovid. 5. Met. 317.
Sulcum premere dicitur carina. Virg. 10. Æn. 296.
— sulcumque sibi premat ipsa carina.
Ære alieno premi, Oppressum esse. Cic. 7. Att. 3. Omnes qui ære alieno premantur.
Angustiis premi. Cæsar 3. Bell. Gall. 18.
Arte sua premi. Ovid. 2. Trist. 450.
Bello premi. Cic. pro Lege Manil. 30. Testis est iterum, & sæpius Italia, quæ quum servili bello, tætro periculosoque, premeretur, ab hoc auxilium absente expetivit.
Causam ipsa facie premi. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Causa premitur testibus. Cic. pro Cluent. 53. Denique hoc loco causa testibus honestissimis hominibus premebatur.
Desiderio rerum omnium & luctu premi. Cic. 3. Att. 22.
Doloribus premi. Cic. 2. Tusc. 17. Quis autem non miser, non modo tunc, quum premetur summis doloribus, si in his est summum malum: sed etiam quum sciet id sibi posse evenire?
Fame premi & tempestate. Plin. lib. 37. cap. 8.
Fortuna infesta premi. Varro ex Pompilio lib. 6. de L. L. 5.
Heu qua me causa, Fortuna, infesta premis?
Frigore quum premitur porro omnis terra, coitque, &c. Lucret. lib. 6. 8.
Frigoribus premimur. Ovid. 2. de Arte Am. 317.
Imperio ventos. Virg. 1. Æn. 57.
Impetu hostium premi. Liv. 22.
Inopia premi. Columel. lib. 5. cap. 12.
Invidia & odio premi. Cic. 1. de Orat. 228. Quum & invidia & odio populi tum Galba premeretur, his quoque eum tragœdiis liberatum ferebat.
Jussa parentis te premunt. Virg. 7. Æn. 368.
Necessitas te tanta premebat. Cic. pro Rosc. Amer. 97.
Nocte premi. Virg. 6. Æn. 827.
Obsidione premi. Ovid. 6. Fast. 368.
Obsidione urbem premebat. Virg. 8. Æn. 647.
Oppugnationibus premere. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 9.
Odio premi. Cic. Antequam iret in exsil. 6. Non odio bonorum, sed invidia premor malorum. Idem 3. Q. frat. 4. Quo quidem in judicio odio premitur omnium generum.
Onere premi. V. ONUS.
Servitio premere orbem. Virg. 1. Æn. 289.
Servitute premi. Cic. 4. Philip. 3. Qui quum servitute premeremur, & indies malum cresceret, præsidii nihil haberemus.
Vi premi. Lucret. lib. 6. 517.
Vitio premi. Cic. 4. de Finib. 78. Hoc uno vitio maxime mihi premi videntur tui Stoici, quod se posse putant duas contrarias sententias obtinere.
Tumentia premere, humilia extollere, luxuriantia astringere, inordinata digerere, soluta componere, exsultantia coercere, &c. Quintil. lib. 10. cap. 4.
Virgulta per agros premere. Virg. 2. Georg. 346.
Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros. Alii hoc loco exponunt Demergere, infodere.
Luxuriem falce, Resecare. Ovid. 14. Met. 629.
Vitem premere falce. Hor. 1. Carm. 31. 9.
Umbras premere falce, Comprimere, i. e. Resecare frondes, vel herbas, aut frutices umbram facientes. Virg. 1. Georg. 157.
PRESSUS, a, um. [θλιμμένος, πιεσμένος] Partic. ut, Caseus pressus manu Columel. lib. 7. cap. 8. extr. V. infra Lactis pressi copia.
Humi pressus utroque genu. Stat. 6. Theb. 899.
Bello iniquo. Valer. 5. Argon. 554.
Formidine mentem. Virg. 3. Æn. 47.
Gravitate soporis. Ovid. 15. Met. 21.
Boves pressi detrectant juga. Ovid. 1. Amor. 2. 14.
Clamor pressus subsistit. Ovid. 1. Met. 207.
Coma pressa sustinere galeam. Ovid. 3. Epist. 120.
Cubito pressu remanere. Hor. 1. Carm. 27. 8.
Dolor pressus sub corde. Stat. 9. Theb. 824.
Gradu presso incedere, h. e. Firmo, nec tamen celeri: sed quo cautos incedere videmus. Liv. 28. 14.
Lactis pressi copia. Virg. 1. Ecl. 82. Circumloquutione poetica a Virgilio significatur Caseus, qui & coagulo cogitur & premitur: sed & ipse interdum manu premitur, formatur, atque figuratur. Tranquill. in Aug. cap. 76. Et caseum bubulum manu pressum. Premitur autem, auctore Columella lib. 7. cap. 8. ne sit fistulosus, quod ei accidit, qui laxius remissiusque in formis suis habetur, nec satis cogitur. Hæc Turneb. [Potest tamen & Lac emulsum intelligi. Sic
Mammis pressis manabunt flumina. Virg. 3. Georg. 310.
Ore presso obmutuit. Virg. 6. Æn. 155.
Oscula pressa jungere. Ovid. 2. Epist 94.
Signis in pressis alicujus ponere vestigia. Lucret. lib. 3. 4. i. e. Vestigia ejus premere.
Solo presso tenuit vestigia. Virg 5. Æn. 331.
Vina pressa Torquato Consule. Hor. Epod. 13. 9.
Pressum nota vocat Ovidius, Quod est quasi impressa nota signatum, lib. 6. Fast. 610.
(Certa fides facti est) dictos sceleratus ab illa
Vicus, & æterna res ea pressa nota est.
Pressos orator & Redundans, contraria. Cic. de Clar. Orat. 202. Asiatici oratores, non contemnendi quidem, nec celeritate, nec copia; sed parum pressi, & nimis redundantes.
Pressus ac Lætus. Quintil. lib. 10. cap. 1. de Homero, Lætus ac pressus, jucundus & gravis, tum copia, tum brevitate mirabilis. [Ubi Lætus est idem, ac Luxurians, Redundans.
Eloquentiæ genus Plenum, & Pressum, contraria. Quintil. lib. 12. cap. 1.
Pressa & tenuia. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Cogitationibus pressioribus instructæ; h. e. Certis & ad propositum directis. Apol. Met 5. p. 163. Elmenh.
Cultus orationis pressus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Homo pressus in explicanda re aliqua. Cic. in Hortens. Quis te autem est

est, aut fuit unquam in partiundis rebus, in definiendis & explicandis sententiis pressior?
Narratio pressa. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Narrationis gracilitas pressa. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Oratio pressa, & in qua inest luxuries quædam, contraria. Cic. 2. de Orat. 96.
Ornatus pressus & severus. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Sermo pressus purusque ex epistolis petitur. Plin. 7. Epist. 9.
Stilus pressus demissusque. Plin. 1. Epist. 8.
Verba pressa. Plin. Epist. 19. lib. 2.
Verbis aptus & pressus Thucydides. Cic. 2. de Orat. 59.
Sonus pressus. Cic. 2. de Nat. Deor. 146. Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus, & ea vocem immoderate profusam fingit & terminat, quæ sonos vocis distinctos & pressos efficit.
Modis pressis & flebilibus concinere. Cic. 1. Tusc. 106. Hæc quum pressis & flebilibus modis, qui totis theatris mæstitiam inferant, concinuntur, difficile est non eos, qui inhumati sunt, miseros judicare.
Compar. ut, Vis pressior. Plin. 1. Epist. 16. Nam in concionibus eadem vis, quæ in orationibus est: pressior tamen, & circumscriptior & adductior. Plura V. supra.
PRESSE, Adv. [...] contrarium habet Abundanter. Quintil. lib. 8. cap. 3. Primum est, ut liqueat, augere quid velimus, an minuere: concitate dicere, an moderate: late, an severe: abundanter, an presse: aspere, an leniter.
Presse & anguste definire aliquid. Cic. in Orat. 117.
Presse & æquabiliter loqui. Cic. 3. de Orat. 12. Ex quo sic locutum esse ejus patrem judico, sic majores, non aspere, ut ille, quem dixi: non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse, & æquabiliter, & leniter.
Presse & leniter loqui. Cic. 1. Off. 133. In voce duo sequamur, ut clara sit, ut suavis: utrumque omnino a natura petendum est: verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentium & leniter.
Pressius agere, i. e. Subtilius. Cic. 4. de Fin. 24. Sed ut propius ad ea, Cato, accedam, quæ a te dicta sunt, pressius agamus: eaque, quæ modo dixisti, cum his conferamus, quæ tuis antepono.
Pressius causas audire. Paterc. lib. 2. 129. 2. Cum quanta gravitate, ut Senator & judex, non ut princeps, & causas pressius audit?
Pressius definire perturbationes: i. e. Subtilius. Cic. Tusc. 4. 14.
Pressius intueri. Macrob. 7. Saturn. cap. ult. Sed illud pressius intuendum est, &c.
Quæ pressius & adstrictius scripsi. Plin. 3. Epist. 18. 10.
PRESSIM, Adv. Apul. Met. 2. p. 121. Elmenh. Me pressim deosculato.
PRESSŬLUS, a, um. dimin. Apul. 2. Florid. p. 346. Elmenh. Tereti ambitu, pressula rotunditate. de Ampulla.
PRESSULE, Adv. Idem. Apul. 10. Met. p. 248. Elmenh. Exosculata pressule. Idem ibid. Adhærens pressule.
PRESSIO, ōnis. f. Gloss. Cyrill. [...], Pressio.
Pressio lignum vel saxum vecti subjectum oneris tollendi causa. Cæs. 2. Bell. Civil. 9. Tectum tollere pressionibus. al. Prehensionibus. V. in PREHENDO. Vitruv. 10. 8. Supposita cito porrecta pressione. Idem ibid. Propius centrum pressiones habuerit. Et paulo post, Pressionibus artis.
PRESSUS, ûs. m. [... Gl.G.L.] Ipse premendi actus. Cic. 3. de Orat. 43. Nemo est, quin litteratissimum togatorum omnium Q. Valerium Soranum, lenitate vocis, atque ipso oris pressu & sono, facile vincat. Idem 2. Tusc. 23. Depellit pressum omnem ponderum. Idem 2. de Nat. Deor. 42. ex Arato,
Hic pressu duplici palmarum continet Anguem.
PRESSŪRA, æ. f. [...] Plin. lib. 18. cap. 31. Pressura una culeos XX implere debet. Columel. lib. 12. cap. 36. conf. Frontin. de Aquæduct. 1. p. 233.
Pressura, pro Depressione. Ulpian. in l. Si arborem. D. de servit urban. prædior. Interdum dici potest, eum quoque, qui tollit ædificium, vel deprimit, luminibus officere: si forte [...], vel pressura quadam lumen in eas ædes devolvatur.
Pressura croci, Succus est croco expressus, unguentumque e croco. Lucan. 9. 812.
Utque solet pariter totis effundere signis
Corycii pressura croci: sic omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virus. Turnab.
Metaphorice, apud Ecclesiasticos est Afflictio. Lactant. 5. 22. Deus pressuræ verberibus diffluentem corrigit disciplinam. H. St. conf. Tertull. advers. Gnost. cap. 12. & Cyprian. 1. Epist. 1. Desiderabantur hæc in Lugd.
PRESSOR, ōris. m. Isidor. lib. 10. extr. Quatuor sunt venatorum officia: vestigatores, indagatores, alatores, pressores. [An Allatores? V. in ipso verbo.
PRESSŌRIUS, a, um. Adj. [...] ut, Pressorium vas, in quo quid premitur. Columel. lib. 12. cap. 18.
PRESSORIUM, i. n. Vet. Gloss. Lat. Gr. Pressorium, [...], & Gr. Lat. [...], Pressorium. Pro Prelo vestiario usus Ammianus 28. 22. Solutis pressoriis vestes luce nitentes diligenter explorare.
Exprimere in pressorio. Plin. Valer. 2. 17. V. Reines. Var. Lect. 2. 8.
PRESSO, [...] åre. frequent. Virg. 3. Ecl. 99.
—frustra pressabimus ubera palmis. conf. Ovid. 15. Met. 472. Propert. lib. 3. 17. 18.
Et nova pressantes inquinet uva pedes.
Parce pressare, i. e. Vide ne premas. Plaut. Pers. 2. 5. 11.
PRESSANS, antis. [...] Partic. Lucret. lib. 4. 1103.
—& inspirant pressantes dentibus ora.
PRESSĀTUS, a, um. Partic. [...] Plaut. Asin. 3. 3. 71.
Quid nunc? quid est? quin tradis huc cruminam pressatum herum?
Sed varia lectio est. V. not. Var.
PRENDO, V. PREHENDO.
PRENESTE, V. PRÆNESTE.
PRENSO, V. PREHENSO, in PREHENDO.
PRĒNUSSUM, i. n. [...] alio nomine Athenæum, id est Minervium, Promontorium non procul a Vesuvio monte. Strab. lib. 5.
PRESBYTER, ĕri. m. [...] Latine dicitur Senior, ætate major. Apud Judæos quondam, deinde & apud Christianos dignitatis nomen ecclesiasticæ. Ammian. 31. 33. Christiani ritus presbyter, ut ipsi vocant. Tertull. de Præscript. Hæret. cap. 4. Hodie presbyter, qui cras laicus.
conf. Prudent. Peristeph. 4. 20. & Sidon. 6. Epist. 2.
PRESTER, ēris. m. [...] Serpentis venenati genus, qui alio nomine dicitur Dipsas. Plin. lib. 20. cap. 20. Sagittarum venena & serpentium hæmorrhoidum & presterum restingui. Lucan. lib. 9. 725.
Oraque distendens avidus spumantia prester. Nomen habet a sitis ardore, a verbo [...], Incendo, ardeo. V. DIPSAS, & Solin. cap. 30.
Prester, Genus vorticis, quem typhon, id est vibratam ecnephian vocant. Idem ardentior accensusque dum furit, prester vocatur, amburens contacta pariter & proterens, ut auctor est Plin. lib. 2. cap. 48. Sequenti autem capite tradit eum a fulmine differre, ut ignem a flamma. Meminit hujus Lucret. lib. 6. 423.
[...], Graji, quos ab re nominitarunt:
In mare qua missi veniant ratione superne. Et 444.
Et quasi demissum cælo prestera imitetur, &c.
PRÆTIDES, V. PROETIDES.
PRĔTIUM, i. n. [...] Quod datur pro re empta. Ter. Heaut. 1. 1. 12.
—agrum in his regionibus
Meliorem, neque pretii majoris nemo habet. [Ita vulgo omnes distinguunt. Ego vero non dubito, quin verba hæc Neque pretii majoris, ad id quod altero versu sequitur, Servos complures, referendum sit, sublata in fine versus distinctionis minoris nota. Hoc multo satius est, quam cum Bentlejo textum refingere. Nemo ignorat veteres multo magis pretium in servis, quam numerum spectasse. Plin. 10. 29. extr. Ergo servorum illis pretia sunt. conf. Nep. 25. 13. Suet. Cæs. 47.
Pretium, est Valor rei a venditore in ejus compensationem petitus, conventusque: videturque ab antiquo verbo Procite dictum, quod Petere significat: licet recentiores grammatici quasi Præitium dici sentiant: quibus ratio syllabæ, itemque scripturæ adversatur. per c enim scribendum videtur. Hæc Alciatus lib. 3. Parerg. cap. 21. Al. quasi [...], quod [...], Id est vendenti, datur. Conf. Voss. Etym.
Pretium, inquit Varr. lib. 5. de L. L. 36. Quod æstimationis, emptionisve causa constituitur, dictum a peritis, quod hi solum possunt facere recte id.
Pretium in libras sex. subaud. Denariorum. Plin. lib. 12. cap. 7. Idem lib. 12. cap. 24. Quod genitivus Denariorum subintelligendus sit, manifestum est ex lib. 12. cap. 12. & 13. Emitur X. LX. Id est denariis LX. Et Pretium uvæ in libras X. LX. Ubi notabis per X litteram, Denarios significari.
Pretia ei a XXXV. ad X. CCC. Plin. lib. 13. cap. 1.
Pretium & Merces. Cic. 7. Verr. 49. Pretio atque mercede minuisti majestatem Reipub.
Pretium, Merces, præmium. Ter. And. 1. 1. 12.
Quod habui summum pretium, persolvi tibi.
Conscientiæ bonæ pretio duci. Tacit. in Vit. Agric. 1. 2.
Curæ pretium. Plin. 8. Epist. 6. ad Montanum, Postea mihi visum est pretium curæ, ipsum Senatusconsultum quærere.
Exitus pretium. Tacit. 4. Hist. 58.
Moræ deforme pretium. Stat. 11. Theb. 661.
Operæ pretium. Juven. 6. Sat. 473. Petron. cap. 27. V. OPERA.
Pietatis iniquum pretium. Ovid. 14. Epist. 129.
Pugnæ pretium, conjux. Ovid. 9. Met. 47.
Sententiæ pretium. Plin. in Paneg. cap. 80. pr. Non locupletando fisco sedes, nec aliud tibi sententiæ tuæ pretium, quam bene judicasse.
Grande. Ovid. 2. Amor. 5. 62.
Immensum. V. IMMENSUS.
Levius. Ovid. 3. de Arte Am. 171.
Pretiosum pretium, V. paulo post in PRETIOSUS.
Magni pretii homo, vel Pretii parvi. Ter. Adelph. 5. 6. 3. Cic. 2. Q. fr. 2. 4.
Noli spectare, quanti homo sit; parvi enim pretii est, qui jam nihil sit.
Maximo pretio. V. MAGNUS.
Minimi pretii. V. Minor, in PARVUS.
Par pretium. Senec. Thyest. 6. V. PAR.
Parvi pretii opera. Ter. Hec. 5. 3. pr.
Pretium non vile. Martial. lib. 1. 72.
Abiit retro pretium. V. ABEO.
Accendere pretium rei alicujus. V. ACCENDO.
Addicere pretio. V. ADDICO.
Adduci pretio. Cic. pro Cæcin. 29.
Æquare pretium. V. ÆQUO.
Æstimare pretium. V. ÆSTIMO.
Amplificare pretium. V. AMPLIFICO.
Antecedere pretio. V. ANTECEDO.
Arridet pretium, i. e. Placet. Plin. 1. Epist. ult.
Arrogare pretium alicui rei. Hor. 2. Epist. 1. 35.
Avellere pretium ante, quam mercem ostendere. Hor. 1. Serm. 2. 104.
Augere nefandum pretium. Claud. 1. in Eutrop. 50.
Capi pretio. Tibul. lib. 3. 1. 7.
Coemere pretio. Cic. 2. de Lege Agrar. 70. Hic ager omnis, quoque pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.
Componere pretio. V. COMPONO.
Concedere partem pretii. V. CONCEDO.
Consistit pretium. Varr. de L. L. lib. 4. 2. Præco dicitur Locare, quod usque id emitur, quoad in aliquo consistit pretium.
Constituere certum pretium. Cic. 14. Att. 32.
Corrumpere pretio. V. CORRUMPO.
Deduci a recta via, nec prece, nec pretio, nec gratia, nec simultate oportet. Auctor ad Heren. lib. 3. 4. V. PRECIS, is. f.
Dicere pretium muneris. Hor. 4. Carm. 8. 12. i. e. Ostendere quam pretiosum sit munus. Porphyr.
Dare pretium. Cic. pro Font. 77. Falsum est, & ob vacationem pretium datum, quum immunis nemo fuerit.
Duci pretio & mercede ad aliquid faciendum. Cic. 2. Off. 21.
Emere aliquid pretio. Propert. lib. 3. 16. 22.
Emptus meo pretio. V. MEUS.
Facere pretium alicui rei, pro Imponere & statuere. Plin. lib. 9. cap. 35.
Facere finem pretio difficile est, nisi libidini feceris. Cic. 6. Verr. 14.
Ferre pretium. Ter. & Juven. supra.
Flagitare pretium. Tibul. lib. 2. 4. 14.
Habere. ut, Annona pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet. Cic. 5. Verr. 227.
Jacent pretia prædiorum. Cic. pro Rosc. Com. 33.
Impendere pretium. V. Impensus, in IMPENDO.

Imponere

Imponere pretium. V. IMPONO.
Inficiari pretium. Ovid. 11. Met. 205.
Largiri pretium alicui. Lucan. ad Pison. 112.
Mercari pretio. Cic. 4. Verr. 122. Ab isto & præco, qui voluit, istum ordinem pretio mercatus est. Gell. 3. 17.
Mercari aliquid tanto pretio. Cic. pro Sext. Rosc. 13.
Mercari minori pretio. V. MERCOR.
Metiri pretio, Æstimare pretio. Juven. 9. Sat. 71.
Pactum pretium. Cic. 3. Off. 107.
Parcere pretio. V. PARCO.
Pendere pretium. Cic. 14. Att. 12.
Persolvere pretium. Cic. pro Domo 23.
Pertimescere pretium alicujus rei. Cic. 12. Att. 24. Nec tamen ista pretia hortorum pertimueris: nec mihi jam argento, nec veste opus est.
Posci pretium. Ovid. 1. Amor. 10. 63.
Posuit urbem exiguam pretio. Virg. 4. Æn. 212.
Prostare pretio. Ovid. 1. Amor. 10. 21.
Redemptus pretio. Virg. 9. Æn. 213.
Reddere pretium pro beneficiis. Plaut. Pers. 4. 4. 30.
Sarcire pretium. Claud. 2. in Eutrop. 588.
Statuere pretium arti suæ. Ter. in prol. Hec. 49.
Stare magno pretio. Hor. 1. Serm. 2. 122. Stare, Constare.
Esse in pretio, V. IN præpositionem.
In pretio pretium nunc est. Ovid. 1. Fast. 217.
Pretium est. Plin. lib. 12. cap. 25. Corticis ad medicamenta pretium est. i. e. Valet cortex ad medicamenta, & est in pretio.
Vendere aliquid parvo pretio. Cic. 6. Verr. 134.
Pretium, pro Operæ pretium. Tacit. 1. Ann. 57. Germanico pretium fuit convertere agmen.
Pretium, pro Periculo, nonnulli interpretantur, teste Donato. Ter. in prol. Hec. extr.

— ut libeat scribere aliis, mihique ut discere
Novas expediat posthac, pretio emptas meo. V. MENS.

Pretium, pro Pœna. Virg. 10. Æn. 350.

Illum Tydides alio pro talibus ausis
Affecit pretio. i. e. Pœna, inquit Servius: nam pretium est τ' μίσθον. Ter. And. 3. 5. 4.
Ego pretium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam a me auferet.

Unde & Græci τιμωρίαν, pœnam vocant, ἀπὸ τῆς τιμῆς, quod est pretium. Hæc ille. Hor. 3. Carm. 24. 24.

Et peccare nefas, aut pretium est mori.

Potius dicendum pro Mercede. Merces autem debita est pœna. Sic μισθὸς & ἐπιτίχειον. H. St.
Mors pretium tardis. Ovid. 10. Met. 572. i. e. Pœna.
Sceleris pretium, crux. Juven. 13. Sat. 105.

Pretiosus, a, um. Adj. [τίμιος, τιμήεις, ἔντιμος.] Quod est multi pretii. Plaut. Bacch. 1. 1. 41.

Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimium pretiosa operaria es.

Pretiosum & Vile, contraria. Cic. 3. Off. 89. Quærit, si in mari jactura facienda sit, equine pretiosi potius jacturam faciat, an servi vilis.
Pretiosa sonent æra Corinthi. Senec. Med. v. 796.
Dona pretiosa. Senec. Med. v. 844.
Horti pretiosi. Declam. in Sallust.
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro. Ovid. 3. Amor. 8. 3.
Linteo pretiosæ vestes. Plin. lib. 12. cap. 10.
Loca pretiosa metallo. Ovid. 3. de Pont. 8. 5.
Nox pretiosa, Quæ emitur pretio. Propert. lib. 3. 13. e.
Sapor pretiosus. Columel. lib. 3. cap. 7. De Vinis agens.
Texta pretiosa. Ovid. 17. Epist. 223.
Vestis. Lucan. lib. 2. 385.
Vestimenta. Hor. 1. Epist. 19. 38.
Vinitor pretiosus, Magni æstimatus. Columel. lib. 3. cap. 3.
Pretiosus, Active, ut Emptor pretiosus, Sumptuosus, qui magno pretio aliquid emit. Hor. 3. Carm. 6. 32.

Seu navis Hispanæ magister,
Dedecorum pretiosus emptor.

Compar. Ovid. 1. Met. 115.

— subiitque argentea proles,
Auro deterior, fulvo pretiosior ære.

Non potest esse pretiosior homo. Petron. cap. 70.
Superl. Cic. 2. de Fin. 91. Non minor voluptas percipitur ex rebus vilissimis, quam ex pretiosissimis.

Pretiose, Adv. [τιμίως] Magno pretio, Delicate, eleganter. ut Vasa magnifica, & pretiose cælata. Cic. 2. de Invent. 116.
Pretiosius sepeliri. Curt. 10. 1. 32.
Pretiositas, ātis. f. apud Macrob. 7. Saturn. 13. Annuli pretiositas.
Pretio, āre. Habere in pretio. Cassiod. Var. 5. Epist. 40. Gemmarum divites venæ auri fulgore pretiantur.

P R I

PRI. KL. Pridie Kalendas. PRID. NON. APR. Pridie nonas Aprilis. PRINC. IVVENT. Princeps juventutis.
Pri, pro Præ, dixerunt antiqui. Festus. unde Prior.
Priămus, [Πρίαμος] fuit Laomedontis Trojani regis filius, sic ἀπὸ τοῦ πρίασθαι emo, dictus, auctore Servio. Nam post ab Hercule captus cum Hesiona sorore solus pecunia redimi potuit; antea Podarces dictus teste Lycophrone. Eum a Jove originem traxisse ferunt. Priamus, patre ab Hercule interfecto, est auro redemptus: Ilion reformavit & exornavit. Habuitque teste Cic. 1. Tusc. 85. filios quinquaginta: quorum decem & septem ex justa uxore sunt nati. At vero ex altero latere Assaracus Capyn genuit, ex quo Anchises, & ex illo Æneas. Quam genealogiam, Ovid. in principio lib. 4. Fast. pulcherrime expressit.
Priamum, tota progenie orbatum, quum in aram confugisset, hostilis manus interemit. Cic. 1. Tusc. 85.
Regna Priami. Virg. 2. Æn. 22.
Dives Priamus. Hor. 1. Carm. 10. 14.
Priamēius, a, um. Adj. [Πριαμήϊος] Virg. 7. Æn. 252. Sceptra Priameia.
Conjux Priameia, Hecuba. Ovid. 13. Met. 404.

Priamĭdes, [Πριαμίδης] patronym. m. Virg. 6. Æn. 494.

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit. conf. Petron. cap. 89. pr. prod. imitatione Gr.

Priamēis, idis. patronym. f. Ovid. 1. Amor. 9. 37.

Summa ducum Atrides, visa Priameide, fertur &c. i. e. Filia Priami, Cassandra.

Priāpus, i. m. [Πρίαπος] inquit Servius, Dionysi ac Veneris filius, deus Lampsaci in Hellesponto præcipua religione cultus, cui hortos tuendos veterum superstitio attribuit. De parentibus ejus V. Broeckh. ad Tibul. 1. 4. 7. Is ob membri virilis magnitudinem immoderatam, ex Hellesponto primum ejectus, deinde pro deo habitus est. Unde Virg. lib. 4. Georg. 110.

Et custos furum atque avium, cum falce saligna
Hellespontiaci servet tutela Priapi. conf. Catull. Carm. 18. 19. & 20. & Hor. lib. 1. Serm. 8. & carmina Priapeja.

Alii eundem esse Priapum volunt & Bacchum: quod ex vocabuli ratione ac veritate probari potest. Πρίαπος enim esse videtur quasi βρίαπος, id est clamosus, propter eos qui in poculis immoderatis, & bacchationibus eduntur, clamores: aut Πρίαπος dictus est, quasi προϊάλλων τὸ σπέρμα, id est semen profundens. V. Voss. Etym. Afferunt etiam nonnulli priscos illos, quum vellent hominum pudenda occultius nominare, Priapum dixisse. Auctor Diodorus lib. 5.
Veteres minio inducebant ejus imaginem. Unde Ovid. 1. Fast. 415.

At ruber hortorum deus & tutela Priapus.

Fabulam de Priapo in Vestam dormientem accenso rejectoque a Dea rugitu asini excitata, quam ob causam Lampsaceni asinum Priapo in ultionem & pœnam immolare cœperint, narrat Lactant. 1. 21. Ovid. 6. Fast. 321. conf. 1. Fast. 415.
Eum etiam Portubus præfectum fuisse patet ex veteri Epigrammate, ubi appellatur ὁ Πρίαπος ὁ λιμενίτας.
Priapi templum Romæ erat in Esquiliis ubi nunc Pasquini statua. Camerar. Cent. 1. Hor. Subcis. cap. 66. V. Jo. Bapt. Cas. de Profan. Rom. Rit. cap. 22. & 23.
Accipitur pro ipso Pene, itemque tali formæ Poculo, ex quo lascivi bibebant, hinc dicti Drilinpotæ. V. Lambin. ad Juven. 2. Sat. 14.

— vitreo bibit ille Priapo. conf. Lex. Pitisc.

Est & Priapus, Hellesponti urbs, teste Plin. lib. 5. cap. 32. pr. a Priapo superiore, Liberi & Veneris filio condita: cœptus est enim ibi coli ob vineta uberrima, quæ juxta in Pariana & Lampsacena regione sunt, auctore Strabone. lib. 13. conf. Steph.
Vide Steph. in Λάμψακος, dicit id creditum διὰ τὸ [illegible]. H. St.

Priapēius, a, um. [Πριαπεῖος] ut, Priapeium carmen, obscœnos in Priapum lusus continens: quod nonnulli Virgilio, alii Ovidio ascribunt: quanquam verisimilius est multorum id opus esse ob argumenti similitudinem, unum in volumen conjectum.
Priapīnus, a, um. Adj. Petron. Satyric. [Nisi error est.
Priapiscus, i. m. [πριαπίσκος] Diminut. a Priapus. Lignum, in modum penis.
Item herba, quæ & Satyrion. Apul. de Herb. cap. 15.
Æncolos priapiscos legunt pro Æncolos piscatores apud Petron. cap. 73. Burm. p. 362.
Priapismus, i. m. [πριαπισμός] Morbus est quum genitale membrum in longitudinem protenditur, nonnunquam & in circulum intumescit, sine veneris appetitu. Galen. lib. 6. de Locis affect. V. Cæl. Aur. Acut. 3. 18.
Pridem, Adv. [πάλαι] quasi Prius die: vel Præ idem. De longiori tempore dicitur, decem aut viginti dierum, aut mensis, mensiumve, & nonnunquam annorum, pro conditione materiæ, inquit Valla. Plaut. Pseud. 1. 3. 108.

Non edepol habeo profecto: nam eam pridem vendidi. Al. Jam pridem. Cic. 5. Fam. 6. Quod ad me pridem scripseras.

Quam pridem hoc nomen, Fanni, in adversaria retulisti? Cic. pro Rosc. Com. 5.
Non pridem. Ter. Heaut. 2. 1. 17.

Hoc ego mali non pridem inveni: neque etiamdum scit pater.

Non ita pridem. Cic. in Brut. 41. de Themistocle loquens, Fuit enim regnante jam Græcia, nostra autem civitate non ita pridem dominatu regio liberata. i. e. Non multo ante id tempus, inquit Budæus.
Haud ita pridem. Hor. 2. Serm. 2. 46.
Pridie, Adv. [τῇ προτεραίᾳ, subaud. ἡμέρᾳ] Præ die, i. e. Priori sive præcedenti die. Cato de R. R. cap. 157. sub fin. Si quem purgare voles, pridie ne cœnet. Cic. 12. Att. 14. De Terentia autem scripsi ad te iis litteris, quas dederam pridie.
Pridie & Postridie, contraria. Cic. 7. Philip. 13. Cui quum pridie frequentes essetis assensi, postridie ad spem estis inanem pacis devolati.
Pridie, cum Genitivo. Cic. 1. Fam. 4. Quod jam illam sententiam Bibuli, de tribus legatis, pridie ejus diei fregeramus.
Pridie ejus diei venit. Cic. 11. Att. 20.
Accusativo etiam jungitur. Cic. 3. Fam. 4. Pridie Nonas Junias quum essem Brundisii.
Pridie idus. Suet. Cæs. cap. 81.
Usque ad pridie Calendas. Cic. 3. Att. 27. Ibi esse usque ad pridie Calend. Majas volo.
A pridie Idus Septembres gignitur. Plin. lib. 11. cap. 16.
Pridie quam. Cic. de Amicit. 12. Pridie quam excessit e vita. Idem 7. Fam. 2. De his rebus pridie quam hæc scripsi, Senatus auctoritas gravissima intercesserat.
Pridiānus, a, um. [προτεραῖος] Adj. pro Hesterno. Suet. Calig. cap. 58. Marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Hæc Budæus. V. Vallam lib. 2.
Pridianæ pluviæ recens conceptaculum. Apul. lib. 7. Milef. p. 196. Elmenh.
Reliquiæ pridianæ. Idem ibid.
Priēne, es. f. [Πριήνη] Ioniæ urbs, Biante alumno nobilis. Meminit Cic. in Parad. 1. Priscian. in Periegesi,

Per quas Mæander pinguis descendit in æquor,
Inter Miletum currens, lætamque Prienem. Auson. de 7. Sapient. 8.
Plures esse Bias pravos, quem clara Priene.

Prienensis, e. Adj. [Πριηνεύς] Prienensis justitia, proverbio celebrata; ob insignem Biantis in causis judicandis integritatem, qui damnaturus quempiam ad mortem lacrimatus est miseram hominis fortunam, dicens,

tens, necessarium quidem esse indolescere, sed a lege & justitiæ regula discedere magis perniciosum fore. V. Stobæus Serm. 44. Strabo lib. 9. & Laertius in ejus vita.

PRIENEUS, a, um. Adj. diss. [Πριηνεύς] Sidon. 2. Paneg.

Prienee Bia, quod plus tibi turba malorum est. Idem Carm. 15.48. ubi quadrisyllabum facit, pr. producta Diog. Laër. & Auson. corrip.

PRIMÆVUS, PRIMANUS, PRIMARIUS, PRIMATES, PRIMITIÆ, PRIMIPARA, PRIMIVILUS, V. PRIMUS.

PRIMNESIUS, Palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii Tonsillam dicunt. Paulus. [Sed rectius Prymnesius, πρυμνήσιος per y scribitur, ἀπὸ τῆς πρύμνης.

PRIMOGENITUS, PRIMOPILARIUS, PRIMORDIUM, &c. V. PRIMUS.

PRIMUS, a, um. Adj. [πρῶτος] Formam habet Superlativi, cujus Compar. est PRIOR, or. de quo V. §. i. quandoque ad numerum, seu ordinem refertur. Ter. Phorm. 2. 3. 47.

At si talentûm rem reliquisset decem.
D. Di tibi malefaciant. P. primus esses memoriter
Progeniem vestram usque ab avo atque atavo proferens. Idem Adelph. 5. 9. 18. — optimam
Mulierem quidem. S. & quidem nepoti tuo hujus filio
Hodie primam mammam dedit hæc. h. e. Ipsa prima dedit mammam. Idem Adelph. 4. 2. 7.
Primus sentio mala nostra, primus rescisco omnia.

Extremi primorum. Hor. 2. Epist. 2. 203.

Primus ante omnes. Virg. 2. Æn. 40.

Primus ad extremum similis sibi. Hor. in Arte Poet. 254. De versu Iambico trimetro.

Prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. Cic. 3. Fam. 8.

Primæ & Posteriores sententiæ. Cic. 10. Fam. 11. Primæ tuæ sententiæ infinitæ cum muneribus, posteriores ad tempus arbitriumque amicorum meorum compositæ.

Primus sententiam dicere. Cic. 6. Philip. 8. Primus in hoc ordine, quoad magistratum iniret, sententiam dicere. Solebant enim Consules designati primi omnium in Senatu sententiam rogari, ut & apud Salustium in Catil. cap. 50. & multis aliis in locis videre est. Ex Turnebo. conf. Cort. ad Sall. & Lex. Pitisc. in Sententia.

Primus do. Cic. 2. Q. frat. 5. Postea Racilius de privatis me primum sententiam rogavit.

Primus ex omnibus philosophis. Cic. 4. de Fin. 17. Primi ex omnibus philosophis natura tributum esse docuerunt, ut hi qui procreati essent, a procreatoribus amarentur.

Primus, de duobus. Cic. 2. de Invent. 11. Quo pacto tractari conveniret argumentationes, in libro primo non indiligenter expositum est.

Primus & Alter libellus. Cic. 4. Verr. 183. Recita mihi, quæso, hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canuleji.

Annus primus ab honorum perfunctione. Cic. 3. de Orat. 7. Qui ei annus primus ab honorum perfunctione aditum omnium concessu ad summam auctoritatem dabat.

Barba prima. Senec. Hippol. 5.

Chorda prima. Varr. de L. L. lib. 9. 4.

Corpora prima, & semina rerum vocat Lucret. Elementa, lib. 1. 56.

Labes prima mali. Virg. 2. Æn. 97.

Luna prima. Varr. de L. L. lib. 5. 2. Ea die potest videri extrema & prima luna.

Tellus prima. Hor. 2. Serm. 2. 93.

— tellus me prima tulisset. Quem locum exponens Turnebus, Cuipiam, inquit, fortasse videatur significari tellus illa, quæ antiquorum ætate erat, non tellus sæculi Horatiani: nec culpari forte is sensus possit. Veruntamen Tellus prima videtur esse, quæ e chao prima, ante elementa omnia, etiam ante cælum (si Hesiodo in Theogonia credimus) extitit. Sic Virg. 4. Æn. 166.

— prima & tellus & pronuba Juno
Dant signum. Et 1. Georg. 13.
— tuque ô, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti. Etsi enim in Attica hoc factum fuisse legimus, quam antiquissimam terram indigenarum altricem audivimus: tamen absolute de terra accipiendum existimamus, cui primatus originis tribuitur. At lib. 3. 95.
Quæ vos prima tulit tellus; aliter exponitur, & recte: posset tamen etiam eodem sensu commode conservari.

Uva prima addita. Varr. de L. L. lib. 4. 36.

Primus adventu. Plin. lib. 15. cap. 14. ad finem, de variis malorum generibus, Dacis ferme vilissimis nomen, quanquam primis adventu, decerpique properantibus.

Primus quisque, Ut quisque primus, &c. V. QUISQUE.

Primo quoque die. Columel. lib. 8. cap. 5. Pompejus ad L. Domitium, in Ep. Cic. ad Att. 8. 12. Ut primo quoque die Luceriam advenires.

Occasione prima quaque. Plin. jun. Ep. Proinde prima quaque occasione mitte.

Particulam primam quamque venti sentire. Lucret. lib. 4. 260.

Tempore primo quoque, i. e. Statim, sive Quum dabitur occasio. Cic. 6. Verr. 58. Primo quoque tempore afferretur. Idem 8. Att. 6. Omnes copias primo quoque tempore in unum locum convenire.

Primus, Optimus. Virg. 9. Æn. 785.

— juvenum primos tot miserit Orco. Ter. Adelph. 5. 4. 4.
Et, quæ tibi putaris prima, in experiundo ut repudies. Ubi Donat. Prima, ante alia eligenda, quæ & primo loco ponenda, ac per hoc optima.

Prima & summa, habentur utilia. Cic. 3. Off. 101.

Primus apud te est. Ter. Eun. 1. 2. 10. h. e. Supra alios amas illum. Ibid. 2. 2. 17.

Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt.

Primam dices, scio, si videris: h. e. Pulchriorem ceteris omnibus. Ter. Eun. 2. 5. 19.

Laus prima, Summa. Plin. lib. 12. cap. 23. Laus prima candidissimis sphagnis atque altissimis, secunda rutilis, nulla nigris. i. e. Plurimi æstimantur.

Honos primus virtutis. Hor. 1. Serm. 6. 83.

Primus, Princeps, Summus, Primus dignitate, vel loco.

Decem primi. Cic. pro Rosc. Amer. 25. Itaque Decurionum decretum statim fit, ut Decem primi proficiscantur ad L. Sullam. V. DECEM.

Dyrrachinus, primus civitatis. Cic. 5. Verr. 129.

Genere & nobilitate sui municipii facile primus. Cic. pro Rosc. Amer. 15.

Homo primus. Cic. 6. Verr. 37. A Lysone vero Lilybætano, primo homine, apud quem diversatus es, &c.

Lictor primus. Cic. ad Q. frat. Apud quem primus lictor quievit, tacuit accensus. V. infra, Proximus lictor.

Mammæ prima. V. MAMMA, & a pr. dict. supra.

Primum, i, n. absol. unde varii loquendi modi, ut

A primo, pro Ab initio. Cic. 8. Att. 11. Hoc a primo cogitavit, omnes terras, omnia maria movere. Ter. Phorm. 4. 3. 87. A primo homo insaniebat. Idem ibid. 4. 2. 14.

A primo, deinde, post. Cic. in Orat. 26. In illa pro Ctesiphonte oratione longe optima, summissus a primo: deinde dum de legibus disputat, pressius: post sensim incedens, judices ut vidit ardentes, in reliquis exsultavit audacius.

A primo lucis. V. A.

In primum, pro In primam aciem. Liv. 2. 46. extr. Sic in primum infestis hastis provolant duo Fabii, totamque moverant secum aciem. Et lib. 3. 62. extr. Equites duarum legionum sexcenti fere equis desiliunt: cedentibusque jam suis provolant in primum: simulque & hosti se opponunt, &c. [Conf. 2. 20. An & alii scriptores utuntur?

In primo viget, jacet in extremo. Cic. in Orat. 215.

Prima, plur. pro Principiis. Liv. lib. 8. 3. Quod bellum, si prima satis prospera fuissent, haud dubie pervenisset ad Romanos. Curt. lib. 4. Virg. 6. Ecl. 34. — ut his exordia primis
Omnia & ipse tener mundi concreverit orbis. Ubi per Prima, Atomos Epicuri intelligit. Sic Lucret. lib. 4. 187.
Propterea quia sunt a primis facta minutis.

Prima viai, pro Primæ viæ. Usitatum est loquendi genus Lucretio: Sic enim alibi, Ultima naturaï, Abdita templi, Acuta belli, & cetera id genus. Est autem versus hic lib. 1. de Rer. natur. 1068.
Amplexi quod habent naturæ prima viai. i. e. Quia tenent perverse prima elementa, & primas vias naturæ investigandæ. Lambinus.

Prima consiliorum, h. e. Prima consilia. Tacit. 2. Hist. 11.

Aliquando per Prima notantur Præclariora; per Secunda & Tertia, Deteriora. Cic. in Orat. 4. Prima enim sequentem, honestum est in secundis tertiisque consistere. Sallust. Catil. cap. 36. Domi otium atque divitiæ, quæ prima mortales putant. conf. Idem Jugurth. 61. & 76.

Cum primis. V. CUM præpositionem.

Cum primis domi suæ locuples & honestus homo Sopater. Cic. 4. Verr. 68.

Sapiens cum primis nostræ civitatis homo. Cic. 2. de Orat. 224.

In primis. V. IN præpositionem.

Clarum & ornatum in primis Siciliæ oppidum Himera. Cic. 4. Verr. 86.

Homo in primis improbissimus. Cic. 5. Verr. 68.

In primis splendidus Minucius Eques Rom. Cic. 4. Verr. 86.

Primas dare alicui, Secundi Partes. Item Primas ferre, aut tenere. Cic. de Clar. Orat. 183. Ex his Cotta & Sulpicius, cum meo judicio, tum omnium, facile primas tulerunt. i. e. Sapientissimi & doctissimi habiti sunt. Ibid. Erat excellens judicio vulgi, & facile primas tenebat adolescens.

Agere primas. V. AGO.

Agebat primas in causis Hortensius. Cic. de Clar. Orat. 308.

Concedere alicui primas. V. CONCEDO.

Concedere ingenio primas. Cic. 2. de Orat. 147.

Deferre primas alicui, Palmam & primum locum tribuere. Cic. 1. Att. 14. Amoris erga me, quum a fraterno amore domesticoque discessi, tibi primas defero. i. e. Post eos is es, quem maxime amem.

Primarum partium esse. V. PARS.

Primus, Prior, Tempore primus. Virg. 1. Æn. 24.
Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis. Idem 1. Æn. pr.
— Trojæ qui primus ab oris &c. V. paulo post.

Primus, pro Eo ante quem nullus est. Virg. 1. Ecl. 45.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. Sall. in Jugurth.

A Poetis hoc Adjectivum construitur cum Substantivis, & Adverbii vim habet. Virg. 5. Æn. 857.
Vix primos inopina quies laxaverat artus. i. e. Vix primum. Sic, Primam urbem invadere. Sil. 2. 235. V. Drakenb. & Gronov. Observ. 1. 7. Serv. ad 1. Æn. 24.

Interdum notat Partem alicujus rei. ut Ter. Adelph. 8. Lenoni eripit meretricem in prima fabula. i. e. In prima parte fabulæ. Virg. 9. Æn. 245.
Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem. Idem in Ciri, 212.
Tum suspensa levans digitis vestigia primis. Sic Catullus 2. 3. dicit Primum digitum, pro Summa digiti parte.

Primæ ceræ dicuntur, quos Jureconsulti Primos gradus institutionum vocant. Erant enim ceratæ tabulæ testamentorum. Budæus. V. CERA.

Labris primis aliquid gustare. Cic. 1. de Nat. Deor. 20. Hanc censes primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam, id est naturæ rationem, qui quicquam quod ortum sit, putet æternum esse posse? Est, inquit Erasmus, Breviter quippiam attingere. Ductum ab iis, qui cibum aut potum tenuiter prægustant, nihil inde in stomachum transmittentes.

Accessu primo. Liv. 28. 43. M. Atilium captum in Africa commemorat, tanquam M. Atilius primo accessu ad Africam offenderit.

Aditus primi difficiles. Hor. 1. Serm. 9. 56.

Adventu primo statim. Liv. 4. 53. Impigre, primo statim adventu, dejectis qui in præsidio erant, arcem recepit.

Aspectu primo. Liv. 35. 11. Nihil primo aspectu contemptius. equi hominesque paululi & graciles.

Aspectu primo obstupuit. Virg. 1. Æn. 617.

Facie prima. Cajus in l. Aliquando. D. ad Senat. Conf. Vellejanum.

Fronte prima. V. FRONS, frontis.

Introitu primo. Plin. lib. 12. cap. 8.

Progressu primo. Cic. 4. Acad. 92. Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videte ne contra vos tota nata sit, quæ primo progressu festive tradit elementa dicendi.

Specie prima. Cic. 4. de Fin. 61. Nominibus uterentur his, quæ prima specie admirationem, re explicata risum moverent.

Adolescentia prima. V. ADOLESCO.

Æstas prima inceperat. Virg. 3. Æn. 8.
Ætas. Virg. 2. Georg. 362.
Anni. Virg. 2. Æn. 87.
Diluculo primo, apud Suet. Vitell. cap. 15.
Fax prima noctis. Aul. Gell. lib. 18. cap. 1. in fine. V. FAX.
Ab infantia prima. Tacit. 1. Ann. 4.
Juventa prima. Plin. lib. 10. cap. 55.
Lux prima, pro Summo diluculo. Cic. 4. Fam. 12. Eo sum profectus prima luce. Sic Cic. 4. Att. 3. Cæsar 1. Bell. Gall. 22. Liv. 9. & Tacit. 3. Hist. 70.
A prima luce. V. A Præpositionem.
Mane primo cum familia prodeundum est. Columel. lib. 12. cap. 1. dicitur & Summo mane.
Tenebris primis movit. h. e. Cœpta nocte. Liv. 31. 23.
Vespera prima. Liv. 34. 61. Tabellas conscriptas celeberrimo loco supra sedem quotidianam magistratuum prima vespera suspendit.
Vespere primo. Tacit. 5. Ann. Primo vespere, ut lumina in castris hostium conspexere, &c.

PRIMUM, Adv. temporis. [πρῶτον, πρῶτα] fereque sequitur Præterea, vel Deinde. Ter. Adelph. 4. 2. 1.

> Næ ego homo sum infelix! primum fratrem nusquam invenio gentium;
> Præterea autem, dum illum quæro, a villa mercenarium
> Vidi: is filium negat esse ruri. Idem in prol. Heaut. 3.
> Id primum dicam: deinde quod veni eloquar.

Nunc primum. V. NUNC.
Primum, deinde, postremo. Cic. 5. Verr. 169. Primum eam, quum posita esset apud eas societates, unde erat attributa, binis centesimis fœneratus est; deinde permultis civitatibus pro frumento nihil solvit omnino; postremo sicui civitati solvit, tantum detraxit, quantum commodum fuit.
Primum, deinde, deinde. Cic. 4. Verr. 144. Primum averti pecuniam domum non placere: deinde ipsarum statuarum modum quendam esse oportere: deinde illud certe, ab invitis exigi non oportere.
Primum aliter, nulla sequente particula. Plaut. Capt. 2. 3. 100.

> Sequere, te ut amittam: ei rei primum prævorti volo.

Primum omnium. Ter. Heaut. 2. 3. 33.

> Mane, hoc quod cœpi, primum enarrem, Clitipho:
> Post istuc veniam. CLIT. propera. S. jam primum omnium
> Ubi ventum ad ædes est, Dromo pultat fores: &c.

Ut primum illam vidi, nunquam vidi postea. h. e. Nunquam nisi semel vidi. Plaut. Epid. 4. 2. 30.
Ut primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando, quod positum est in præmio virtutis, aut in honore verborum. Cic. 10. Fam. 13.
Ut primum forum attigi, spectavi semper ut tibi possem quammaxime esse conjunctus. Cic. 5. Fam. 8.
Primum, pro Præcipue. Plin. lib. 15. cap. 18. Quod primum in eo miremur? curam ingenii, an occasionem fortuitam? celeritatemque cursus, an vehementiam viri?
Primum dum. Plaut. Trin. 1. 2. 61. Primum dum omnium. conf. Idem Bacch. 2. 3. 25. Most. 1. 2. 39. & 2. 1. 53. Mil. 2. 3. 26. Rud. prol. 32. & Truc. 1. 1. 10.

PRIMŌ, Adv. [πρώτῳ] ex Ablativ. pro Primo loco.
Primum tempus, Primo locum denotat. Quam etiam differentiam inter Quartum & Quarto tradit Varro apud Gell. 10. 1.
Primo, pro Prima fronte, prima specie, primo aditu. Ter. Eun. 5. 7. 10.

> At etiam primo callidum & disertum credidi hominem. Ovid. 2. Met. 444.
> Et timuit primo, ne Juppiter esset in illa.

Primo & Mox. Plin. lib. 19. cap. 3. Vesci pecora solita, primoque purgare, mox pinguescere.
Sequuntur particulæ Iterum, Postea, Postremo, &c. V. Liv. 2. 51: 31. 29: 26. 39. & 23 40.

PRIMŌDUM, pro Primo. Plaut. Capt. 1: 2. 57. Primodum opus est pistoriensibus, ut legit Meurs. Al. Primum dum.

PRIMĒ, Adv. apud antiquos, unde Apprime.
Fabula prime proba. Næv. apud Sosipatr. p. 188. & Priscian. p. 603.

PRIMĬTER, Adv. [πρώτως] i. e. Primo. Pomponius Maccis geminis, Quin bono animo es video, eripis primiter dapes. Non. 2. 661.

PRIMĬTUS, aliud Adv. [πρωτίστως] Idem. Lucil. lib. 5.

> Sic uti quum primus ficos propola recentis,
> Protulit & pretio ingenti dat primitus paucos. Ita Non. 2. 661.

Mercer. Varr. 2. de R. R. cap. 2. Primitus oritur herba imbribus primoribus evocata. Petron. cap. 62. Ego primitus nesciebam ubi essem. conf. Gell. 1. 18. & Catull. 19. 11. qui habet Primitu.
Insinuari primitus. Lucret. lib. 4. 1024. Idem 5. 1092.
Primitus ingredienti cum fascibus forum. Suet. Claud. cap. 7.
Primitus instituti dies. Censorin. cap. 20.

PRĪMŬLUS, a, um. Adj. dimin. a Primus. Plaut. Amph. 2. 2. 105.

> Primulo diluculo abiisti ad legiones.

PRIMŬLUM, Adv. dimin. a Primum. Adv. Ter. Adelph. 5. 6. 10.

> Paulatim plebem primulum facio meam. Ibid. 3. 1. 2.
> — modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.

Ubi Donatus, Initium & ipsa origo dolorum diminutive demonstrata est. Non enim Primum, sed Primulum dicit.

PRIMĀNUS, a, um. Adj. [πρωτανός] Qui est ex prima classe, vel Legione. Paulus, Primanus tribunus erat, qui primæ legioni tributum scribebat. V. Fest. fragm. & not. Ant. August.
Primanus Tribunus, apud Catonem, in ea quæ est contra Thermum de suis virtutibus. Hæc Festus, reliqua desiderantur.

PRIMĀNUS, i. m. Tacit. 2. Hist. 43. 2. Primani, stratis Unaetvicesimanorum principibus, aquilam abstulere.

PRIMĀRIUS, a, um. Adj. [πρωτεῖος, ἀρχικὸς, πρόβουλος, ἀρχοειδὴς] Quod aliunde originem non habet. Primarius lapis, Qui primus in aliquo ædificii fundamento ponitur. Primarius vir, Primus in civitate. Cic. de Senect. 61. In quem illud elogium unicum: Plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. h. e. Primum inter cives & veluti eminentissimum. Et 2. de Fin. 116. Idem. 7. Verr. 120. Vir primarius, homo nobilissimus, dicit.
Adolescens primarius. V. ADOLESC.
Bellator primarius. Plin. lib. 7. cap. 43.
Conditio primaria. Plaut. Stich. 1. 2. 82.
Femina primaria. Ter. Phorm. 5. 8. 78. Cic. 3. Verr. 153. Scilicet magno præsidio fuit Anniæ pupillæ mater femina primaria.
Senator, vir primarius. Cic. pro Flacc. 50.
Primario loco esse, & Secundum locum obtinere, contraria. Cic. 3. de Fin. 52. Sic in vita, non ea quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundum locum obtinent, προηγμένα, id est producta nominentur.

PRIMAS, ātis. m. [ἄριστος] Primates dicti sunt Primi in civitate, vel populo, qui & Summates.
Primatis civitatis filii cadaver. Apul. 2. Met. p. 124. Elmenh.
Feminam primatem, Adjective dixit Idem ibidem p. 123. Elmenh.

PRIMĀTUS, ûs. m. [πρωτεῖον, πρωτεῖα] Ipsa auctoritas primas ferentium. Plin. lib. 13. cap. 12. Primatum mutavit Claudius Cæsar. Subaudi Chartæ.
Primatum dare alicui rei. Varr. 1. de R. R. cap. 7.

PRIMĬTIUS, a, um. Adj. Quod in aliqua re primum & principale est. Ovid. 12. Met. 271.

> Ecce rapit mediis flagrantem Rhœtus ab aris
> Primitium torrem. Alii legunt Prunitium, a Pruna scilicet.

PRIMĬTIÆ, arum. f. pl. [ἀρχαὶ, ἀπαρχαὶ, πρωτογεννήματα] Primi fructus ex agro suscepti, qui Deo offeruntur. Plin. lib. 4. cap. 12. Frugum primitias solitos Delon mittere Apollini.
Frugum primitiæ. Ovid. 10. Met. 433.
Operum primitiæ. Stat. 2. Theb. 742.
Primitias vitis resecare consuerunt, i. e. Prima flagella. Columel. lib. 4. cap. 10.
Armorum primitiæ. Stat. 11. Theb. 285.
Lacrimarum primitiæ. Stat. 6. Theb. 146.
Metallorum. Tacit. 4. Hist. 53. 5.

PRIMĬTĪVUS, a, um. Adj. [πρωτότυπος] Quod aliunde non habet originem, sive quod per se inventum est. Unde & Primitiva verba, Quæ per se inventa sunt, nec aliunde derivantur: ut Amo. [Formatur a Primitus, ut cetera id genus a Partic. in Tus.
Primitivi anni. Columel. de Arborib. cap. 23. Ea res & fertilem arborem reddet, & primitivos annos, fructum vinosum, postea vero etiam dulcem, & apyrenum. Fortasse legendum, Primitivis annis, sive Primis: ut idem lib. 5. cap. 10. Ea res & fertilem arborem reddit, & primis annis fructum vinosum, & post quinquennium dulcem & apyrenum facit. [Ursin, Primis v annis. An Et per primitivos annos. vel Per primos v annos?

PRIMŌRIS, [ἄκρος] genitivus, cujus nominativus non reperitur. plur. Primores. um, &c. [Forte a Primior, quod a Primus, ut Proximior &c.
Primores, dicuntur Summæ quæque res, inquit Nonius 5. 24. Lucilius,

> Quum gallus digitos, primoresque erigit ungues.

Cato R. R. cap. 5. Pullos in terram deprimito, extollitoque primorem partem.
Nasi primoris acumen. Lucret. lib. 6. 1191.
In primore fronte animum gestare. Apul. Apol. p. 300. Elmenh.
Primores digiti. Cato de R. R. cap. 40. Surculum aridum præacutum inter librum & stirpem artito primores digitos duos. Hic Primores digiti, Tenues intelliguntur, quod digiti primore sui parte minus crassi sint. Itaque Cato his Crassos opponit, ita scribens, Stirpem oblinito digitos crassos tres.
Primoribus labris gustare, est Leviter quidpiam attingere. Proverbium ductum ab iis qui cibum aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes. Cic. pro Cœl. 28. Equidem multos, & vidi in hac civitate, & audivi, non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis, ut dicitur, digitis attigissent. Idem 1. de Orat. 87. Hæc autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent.
In labiis primoribus versatur, vide VERSOR. H.St. conf. Primis labris C.L.
Primores, pro Primis accipitur: ut, Primores imbres. Varr. 2. de R.R. 2.
Anni primores. Sil. lib. 16. 650.
Dentes primores, Qui primi patent. Plin. lib. 11. cap. 37.
Domus partem primorem esse atrium. Gell. lib. 16. cap. 5.
Primori in acie versabantur. Tacit. 3. Hist. 21. extr.
Feminæ primores. Tacit 2. Ann. 29. 1.
Ministri primores. Idem 4. Ann. 10. 2.
Primore juventute conscripta. Liv. 24. 20. V. Gronov. Auson. Parent. 15. 7.

> Te primore vigens, te deficiente relabens.

Primores, pl. m. [ἄκροι] pro Primatibus, Proceribus. Virg. 9. Æn. 309.

> Protinus armati incedunt: quos omnis euntes
> Primorum manus ad portas, juvenumque senumque
> Prosequitur votis.

Ubi Serv. Primorum, genitivus hic venit ab eo quod est, hi Primores, sicut hi Proceres: quorum nominum nominativus singularis non invenitur, licet dicamus hujus Primoris.
Populi primores. Hor. 2. Serm. 1. 69.
Sociûm primores. Sil. lib. 13. 7.

PRIMŌTĬCUS, a, um. Adj. Primo natus, præcoquus. ut, Duracina primotica. Apic. 4. 5.

PRIMÆVUS, a, um. Adj. [πρωτῆλιξ] Quod est primæ ætatis: ut Grandævus, grandioris ætatis, Æquævus, &c. Virg. 9. Æn. 546.

> — vix unus Helenor
> Et Lycus elapsi: quorum primævus Helenor, &c. Idem lib. 10. 345.
> — fidens primævo corpore Lausus.

Conjux primævus. Stat. 5. Silv. 3. 66.
Natus primævus. Catul. Argon. 62. 401.
Primævo flore juventus. Virg. 7. Æn. 162.
Juvenes primævi. Sil. 5. 424.
Juventa primæva. Auct. Phœnicis, 115.

PRIMICEPS, V. PRINCEPS, infra.

PRIMĬCĒRIUS, i. m. [πρωτοκήριος] Is qui primus notabatur in tabula cerata, hoc est albo, sive catalogo, munere aliquo fungentium. Ita Secundicerius & Tertiocerius dicuntur in Notitia utriusque imperii. V. Lex. Pitisc.
Primicerium, existimat Accursius dictum, quod primus ferat cereum. Quæ etymologia plane ridicula est. Nam Primicerius notarius principis dicitur, & honore inter notarios primus: sicut sequens dicitur Secundicerius: κηρὸς enim ceram significat: κήρωμα tabulam ceratam, in qua antiqui scribebant. Ab hujusmodi igitur tabulis dicti sunt primicerii.

Primice-

Primicerius, inquit Veget lib. 2. de R. R. cap. 21. in officio præfectorum Prætorio, ad honestum quæstuosumque militiæ pervenit finem.

Dicitur autem Primicerius non solum Notariorum, ut apud Renatum Frigiridum in historia Honorii & Theodosii: Rusticus Agretinus ex Primicerio Notariorum Jovini, multique nobiles apud Arvernos capti: sed etiam primus aliarum dignitatum. Ammian. Marcell. lib. 18. 3. Inter quos etiam Valentinus ex Primicerio Protectorum, Tribunus.

Quæ autem hujus officii sit dignitas, ostendit Cassiod. Variar. 6. 7. In forma Comitivæ sacrarum & Primiceriatus, ubi, Ad publicæ, inquit, felicitatis indicium, locum quoque Primiceriatus adjungimus. & p. p. Parum est autem, quod provincialium judices suæ subjaceant dignitati: ipsis quoque proceribus chartarum confirmas officium: dum perfectum non creditur, nisi a te fuerit pro solennitate completum, &c. Ex Alciato. [Suid. Πριμικήριος, ὁ πρῶτος τάξεως τῆς τυχούσης.

De Primicerio porro Cubiculi, Fabricæ, Lampadariorum, Notariorum, Præfectorum Prætorio, Protectorum, atque Scrinii, V. omnino Lex. Pitisc.

PRIMICERIATUS, ûs. m. Dignitas & munus Primiceriorum. l. 1. Cod. de Decanis. Biennii spatio Primiceriatus gerant officium. conf. Cassiodor. Var. 6. Epist. 7. in dict. præced. & 16. Et 10. Epist. 11.

PRIMIGENIUS, a, um. Adj. [ἀρχέγονος, πρωτογενής, ἀρχηγενής, πρωτόπλαστος, πρωτότοκος] Idem quod Primitivus, Quod aliunde non habet originem. Et proprie Primigenia semina, Quæ dedit natura; quæ Cic. Prima naturæ: & Græci τὰ πρῶτα φύσεως appellant. In his numerant incolumitatem, conservationemque omnium partium, valetudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem, ceteraque hujusmodi.

Vide Herald. in Sueton. Calig. cap. 3. H. St.

Semina primigenii fontes. Ammian. 14. 6.

Primigenia Fortuna a gignendo. Cic. 2. de Legib. 28. Fortunaque sit vel hujusce diei, nam valet in omnes dies; vel Respiciens, ad opem ferendam: vel Fors, in quo incerti casus significantur magis: vel Primigenia a gignendo. Liv. 34. 53. Et ædem Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicavit Q. Marcius Ralla, Duumvir ad id ipsum creatus.

Legio primigenia. Spartian. in Julian. cap. 2.

Primigenia noxa, Peccatum est & lapsus primi parentis. Budæus.

Pecuaria primigenia, Omnium prima. Varr. R. R. 2. 2. pr. Dicam de primigenia pecuaria. i. e. De ovibus, quales sint ad feturam utiles.

Semina primigenia. Varr. 1. de R. R. cap. 40. pr.

Primigenius sulcus, inquit Festus, dicitur, Qui in condenda nova urbe, tauro & vacca, designationis causa imprimitur.

Verba primigenia, ut Lego, Scribo, quæ non sunt ab alio verbo, sed suas habent radices. Varr. L. L. 5. 5.

PRIMIGENUS, a, um. Adj. [πρωτογενής] Idem. Lucret. lib. 2. 1104.

> Multaque post mundi tempus genitale, diemque
> Primigenum maris & terræ, solisque coortum, &c.

Avien. Phænom. Arat. 13. — primigenæ penetralia mentis.

PRIMIPARA, æ. f. [πρωτοτόκος] Primiparæ dicuntur Matres, quæ primo genuerunt. Plin. lib. 8. cap. 40. Et ab ea quæ femina sit ex primipara genita citius cerni.

PRIMIPILUS, i. m. [πρωτόπιλος] Centurio primæ cohortis, ut Livius scribit lib. 7. 41. Id propter P. Salonium postulatum est a conjuratis, qui alternis prope annis & Tribunus militum & primus Centurio erat: quem nunc Primipilum appellant. Al. Primi pili. V. ANTEPILANI. Suet Calig. c. 44. At in exercitu recensendo, plerisque Centurionum, maturis jam, & nonnullis ante paucissimos, quam consummaturi essent, dies, primos pilos ademit, causatus senium cujusque & imbecillitatem. Cic. 5 Att. 1. At ille cohortem illam primam totam perdidit, Centurionemque primipili nobilem sui generis. [Dicitur idem & Primi pili Centurio, & Primum pilum ducere. Suid. Ἐν δὲ πίλος ἡ τιμὴ, πρῶτος πίλος [illegible]. Latini tamen n. g. efferunt. V. in PILUM supra. & Gujet. ad Suet.

De primipilo V. Alex. Alexand. lib. 1. cap. 3.

Aquila primipili. Cic. 12. Philip. 20.

Primipilum ducere. Cæs. 5. Bell. Gall. 34. 6. Sed rectius legitur Primum pilum, divise.

Primipilus legionis. Gruter. p. 347. conf. Lex. Pitisc.

Innominatus Græce legum interpres, Primipilum tradit Militarem annonam esse. Id quod non omnino absurdum putat Alciatus. Nam quum Primipilus in legione primus esset, consequebatur omnia legionis commoda, ut docet Vegetius R. M. lib. 2. cap. 8. Proinde annona quoque militaris illi concedebatur dividenda per capita militum.

Primopilus, etiam legitur apud Gruter. Inscript. p. 369. n. 4. &c. V. Ald. Manut. Epist. 3. 3. V. Suid. in PRIMIPILARIUS infra.

PRIMIPILARIS, is. m. [πρωτοπιλάριος] dicitur Ipse Centurio, qui olim præditus fuerat hac dignitate, ea forma, qua Consularis. Quintil. lib. 6. cap. 3. An primipilaris ei testamento suaderet ordinem suprema judicia. Sidon. 6. Epist. 8. Te primipilarem spiritualis castra venerantur.

Legitur & Primopilaris. Gruter. Inscr. p. 50. n. 6. & dict. seq.

PRIMIPILARIUS, i. m. Idem. Sen. de Const. cap. 18. Nec impune cessit primipilario. conf. Spartian. Julian. cap. 5 & Nigr. cap. 2. [Suid. Πριμοπιλάριος, ὁ τὸ μεῖζον ἀξίωμα τῆς στρατείας ἔχων παρὰ Ῥωμαίοις. Gloss. Gr. Lat. Πρῶτος ἐν λόχῳ Primipilarius.

PRIMIPILATUS, ûs. m. Saresb. 6. 16. Primipilatum affectare.

PRIMIPOTENS, entis. Apol. Asclep. p. 92. Elmenh. Deus primipotens & unus gubernator mundi.

PRIMISCRINIUS, i. m. Scriniariorum supremus. Symmach. 5. Epist. 33. Magister scriniorum. V. Voss. Lex. Etym.

De Primiscrinio Canonum, Numerorum & Securitatum, V. Lex. Pitisc.

PRIMIVIRGIUS, i. m. Primus virgam gestantium ante regem. Gloss. Gr. Lat. Πρωτοραβδοῦχος, Primivirgius. Gloss. Isidor. Primivirgius, caballarius, quod primus est militiæ in virgis. V. Voss. de Vit. L. L. 3. 18.

PRIMOGENITUS, a, um. Adj. [πρωτότοκος] Qui primo genitus est, etiam si alii post non sint geniti. Plin. lib. 11. cap. 40. Primogeniti in quacunque parte sues primam premunt. Vetus codex habet, Primis genitis in quoque partu sues primas præbent. Subaudi, Mammas. V. Cellar. Cur. post. p. 878. Lactant. Inst. Div. 1. 11. Filium suum primogenitum delabi jussit e cælo. conf. Pallad. 1. 39. Sulpic. Sever. Hist. 1. 18. Primogenita omnia Domino offerenda. [Potest & divise scribi Primo genitus, sec. longâ, quomodo forsan vett. scripserunt. At. Gloss. Lat. Gr. Primogenitus, Πρωτογενητος, ἢ πρωτότοκος conjuncte.

PRIMOGENITALIS, e. Adj. Tertull. adversus Valent. cap. 20.

PRIMOPILARIUS, V. PRIMIPILUS & PRIMIPILARIUS.

PRIMOPLASTUS, i. m. Vox hybrida. Prudent. Hymn. omn. hor. 17.

> — ne gens periret primoplasti ex germine.

Sed emendatius legitur Protoplasti. q. V.

PRIMORDIUM, i. n. [ἀρχηγονία, [illegible]] Principium, inquit Festus, quod primo ordimur. Frequentior usus in plur. Cic. 2. de Legib. 7. Ordire igitur: nam hunc tibi totum dicamus diem. M.

> A Jove Musarum primordia, sicut in Aratio carmine orsi sumus. Q. Quorsum istuc? M. Quia nunc itidem ab eodem, & a ceteris diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.

A primordio fui. V. A præpositionem.

Operum primordium. Curt. lib. 9. 2. 11.

Belli primordia. Stat. 2. Achil. 333. Curt. 9. 6. 17.

Dicendi primordia. Quintil. lib. 1. cap. 9.

Gentis primordia. Ovid. 5. Met. 190.

Mundi primordia. Ovid. 15. Met. 67.

Principiorum primordia. Lucret. lib. 3. 263.

Rerum. Cic. Partit. 7. Ut primordia rerum, & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti.

Rerum prima primordia. Lucret. lib. 2. 50.

Romæ primordia. Ovid. 3. de Arte Am. 337.

Capere primordia. V. CAPIO, & paulo supra.

Ducere primordia generis ex aliis. Ovid. 15. Met. 391.

Primordia, Sacra, quæ propter primordia, sive originem gentis, celebrantur. Tacit. Germ. 39. pr. Stato tempore in silvam, auguriis patrum & prisca formidine sacram, omnes ejusdem sanguinis populi legationibus coeunt, cæsoque publice homine, celebrant barbari ritus horrenda primordia. [Γενέθλια, seu Natalitia sacra intelligit Tacitus. Gloss. Lat. Gr. Primordium, Ἀπαρχὴ γένους. & Gr. Lat. Ἀρχὴ γένους Primordium.

PRIMORDIALIS, e. Adj. ut,

Causa primordialis. Ammian. lib. 30. pr.

Lex primordialis. Tertull. advers. Jud. cap. 2.

Verbum primordiale, ὁ λόγος. Idem Apol. cap. 21.

PRIMORDIALITER, Adv. Claud. Mamert. 2. 5. Unde corpora primordialiter existunt. conf. Augustin. de Trin. 3. 9.

PRINCEPS, ipis. Adj. o. g. [ἀρχὸς, ἀρχηγὸς, ἀρχηγέτης, ἡγεμὼν, πρωτεύων] Qui vel quæ principatum tenet. quasi Primum caput. [Immo, quasi Primiceps, qui primus capit, vel cœpit, ut Incaps, Auceps, &c.

Princeps, Primus. Cic. 2. de Orat. 55. Namque & Herodotum illum, qui princeps genus hoc ornavit. Liv. 21. 4. Princeps prælium inibat. De Hannibale.

Postremus & Princeps, contraria. Cic. 7. Verr. 90. Ut quisque in fuga postremus, ita periculo princeps erat.

Ad pericula princeps. Cic. 10. Fam. 27. Ad omnia pericula princeps esse non recusabat.

Exordium princeps omnium debet esse. Cic. 1. de Invent. 19.

Princeps & solus initio bellum his indixit. Nepos 8. 1. 5.

Princeps delicti, Auctor. Paulus in l. in hoc. D. de servo corrupto. Justius est eum teneri, qui princeps fuerit delicti.

Belli inferendi princeps. Cæs. 3. Bell. Civil. 54.

Princeps omnium flagitiorum & vitiorum. Cic. in Verrem. vide Indicem edit. Lamb. H. St. Exstant 7. Verr. 4.

Te ducem principemque præberes. Cic. Act. ult. in Verrem p. 194. Lamb. edit. H. St. Priora hujus observationis verba infecta sunt.

Legis Agrariæ princeps P. Rullus, i. e. Auctor. Cic. 2. de Lege Agrar. 13.

Sceleris princeps atque architectus. Cic. pro Cluent. 60.

Sceleris princeps & concitator belli. Cæsar 8. Bell. Gall. cap. 38. conf. Sallust. apud Lactant. 1. 21.

Sermonis ordiendi princeps fuit. i. e. Auctor. Cic. 1. de Orat. 98. Et quoniam princeps Crassus ejus sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniam, ut ea quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini.

Qui princeps vitæ rationem invenit eam, quæ nunc appellatur Sapientia. Lucret. lib. 5. 9.

Princeps, Adj. Primum significat, aliquando Præcipuum. Ter. Adelph. 2. 3. 6.

> Itaque unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,
> Fratrem homini neminem esse primarum artium magis principem.

Amor princeps ad benevolentiam conjungendam. Cic. de Amicit. 26.

Dies imperii princeps, vitæ supremus. Tacit. 1. Ann. 9.

Locum principem auctoritatemque in salute mea tenuistis. Cic. pro Domo 147.

Mensis princeps, Januarius. Columel. lib. 11. cap. 2.

Natam princeps hujus boni. Cic. 2. de Orat. 356. De his qui memoria vigent.

Qualitatum aliæ sunt principes, aliæ ex iis ortæ. Cic. 2. Acad. 26.

Princeps, Primus & eminentissimus, quacunque in re.

Princeps in patria. Cic. 7. Verr. 128. Totum enim tua libidine & scelere, ex sua patria, in qua multis virtutibus & beneficiis floruit princeps, sustulisti.

In astrologia facile princeps Eudoxus. Cic. 2. de Divin. 87. De quibus Eudoxus, Platonis auditor, in astrologia judicio doctissimorum hominum facile princeps, sic opinatur, &c.

In jure Civili longe omnium princeps Servius. Cic. de Clar. Orat. 151.

Longe princeps. V. LONGUS.

Consilii publici princeps plurimos annos fuit Pericles. Cic. 3. de Orat. 216.

Auctor consilii publici, dux regendæ civitatis, sententiæ atque eloquentiæ princeps in Senatu. Cic. 3. de Orat. 60. V. PUBLICUS.

Cothurni tragici princeps. Plin. lib. 7. cap. 29.

Dearum princeps Juno. Ovid. 6. Fast. 37.

Ingenii & doctrinæ princeps Plato. Cic. 1. Q. frat. 1.

Juvenum, qui & Princeps juventutis. Ovid. 1. de Arte Am. 194.

> Nunc juvenum princeps, deinde futurus senum. V. infra.

Philosophorum princeps Socrates. Cic. 2. de Nat. Deor. 167.

Philosophorum princeps & auctoritate & antiquitate Socraticus Aristippus. Cic. 2. Tusc. 28.

Salutis mentisque publicæ princeps, Senatus. Cic. de Arusp. Resp. 58.

Stoicorum princeps Zeno. Cic. 2. Acad. 131.

Terrarum princeps Populus Romanus, In tertis. Plin. lib. 22. cap. 3.

Conſilio & lingua princeps aliquis. Cic. 1. de Orat. 98.
Longe omnium quicunque fuerunt gravitate dicendi princeps Plato. Cic. in Orat. 62.
Studiis doctrinæ, & regenda civitate princeps Demetrius. Cic. 3. de Legib. 14.
Princeps, Subſt. m. Vir primarius. Plin. 3. Epiſt. 7. Fuit inter principes civitatis ſine potentia, ſine invidia.
Quales in Republica principes eſſent, tales reliqoos ſolere eſſe cives. Cic. 1. Fam. 9.
In principibus. V. IN præpoſitionem.
Principes, οἱ μάλιστα δυναστεύοντες. Vide apud Cicer. aliquot locis pro Domo ſua. Cn. Pompejum, quem omnium judicio longe principem eſſe civitatis videbat. Vide pag. 414. Lamb. Dio vocat δυναστείας & ἐν πολιτείᾳ τινὰ εἶναι. Οἱ πρῶτοι καὶ μάλιστα παρὰ πᾶσιν δυνάμενοι. Vide Annot. in paginam Dionis 67. Sic etiam col. 106. dicit, φοβηθεὶς, αὐτός τε τὸ συνέχεσθαι, καὶ αὐτὸς τὸ Πομπηίου, τῶν τε ἄλλων τῶν πρώτων. H. St. Exſtant Ciceroniana pro Domo 66. Gloſſ. Lat. Gr. Princeps, πρωτεύων, πρωτεύς. Princeps, Πρωτοπολίτης, ἔξαρχος. Prioris interpretationis exempla præmiſſa ſunt, poſterioris infra ſequuntur.
Nominis latini longe princeps. Liv. 1. 49. extr.
Sententiarum principes conſulares. Livius 144. edit. Feyrab. H. St. Exſtant lib. 8. cap. 21. extr. V. infra Senatus princeps.
Civem principem ſe putat. Cic. 2. de Nat. Deot. 168.
Femina princeps. Plin. lib. 8. cap. 32. Quaſdam nos principes feminas ſcimus omnibus diebus matutinis carnem eam deguſtare ſulitas, & longo ævo caruiſſe ſebribus.
Femina princeps. Ovid. in qoadam Epiſtola ad Uxorem in lib. de Triſtib. H. St. Exſtat 1. Triſt. 6. 25.
 Femina ſeu princeps omnes tibi colta per annos. Sed & alibi ſæpius.
Patroni principes. Cic. de Clar. Orat. 319. Qoum igitur eſſem in plurimis cauſis, & in principibus patronis, quinquennium fete, verſatus, tum, &c.
Roma princeps urbium. Hor. 4. Carm. 13. 3.
Vox princeps in Republ. Cic. 4. in Catil. 19. Sed ut mea vox, quæ debet eſſe in Republica princeps, officio functa Conſulari videretor.
Principem habere aliquem. Cic. 6. Fam. 12. Principem tamen habuimua Panſam, tui ſtudioſiſſimum, mei cupidum, qui valeret apud illum non minus auctoritate quam graria. i. e. Præcipuum adjutorem. Budæus.
Orbis terræ princeps. Cic. pro Domo 110.
Principum princeps. Cic. pro Flacco, 54. Uſque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum eſſet Mæandrius.
Honoratus homo & princeps. Cic. 1. Off. 138. Hor. 1. Epiſt. 17. 35.
 Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt.
Profiteri ſe principem in Senatu, Cic 12. Fam. 24.
PRINCEPS, Subſt. m. Sub quo nomine Summam & abſolotam poteſtatem in Ro. rep. primus ſibi vindicavit Auguſtus.
Altiſſimus princeps. Claud. de muneribus Honorio imperatori a Stilicone miſſis, 11.
Egregius princeps. Claud. 2. Conſ. Stil. 113.
Immenſus. Claud. 4. Conſ. Hon. 23.
Juſtus. Ovid. 4. Triſt. 4. 12.
Nefandus. Senec. Octav. 5.
Venerandus. Claud. 6. Conſ. Hon. 53.
Colere principem donis. V. COLO.
Exſerere principem, & præſtare. Suet. Tiber. cap. 33.
Perſonam principis in Republ. tueri, magnum eſt. Cic. 8. Philip. 29. O dii immortales, quam magnum eſt perſonam in Republica tueri principis: quæ non animis ſolum debet, ſed oculis ſervire civium.
Servire principi. Cic. 9. Fam. 17.
Senatus princeps, Qui primus in Senatu ſententiam rogabatur. Nam, ut Gellius lib. 4. cap. 10. ſcribit, Primus rogabatur, qui a Cenſoribus princeps in Senatum lectus erat. Val. Maxim. lib. 4. cap. 4. in fine, M. Scaurum vocat Senatus principem. Cicero quoque in Bruto 112. de eodem Scauro ſic ait, Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum videbatur: ad Senatoriam vero ſententiam, cujus erat ille princeps, vel maxime. conſ. Liv. 34. 44.
Principes juventutis dicebantur Principum ſeo imperatorum liberi, futuri imperii omine tituloque: Quod Auguſtus in Cajo & Lucio Cæſaribus inſtituit. V. Tacit. 1. Ann. 3. & Lipſ. Elect. 2. 1. vel Bernegg. ad Juſtin. 42. 2. 11. vel Spanh. de Uſu & Præſt. Num. diſſ. 12.
De eodem, atque Principe Officii, Peregrinorum, Præfectorum Prætorio, Primo, & Senatus principe, V. plura in Lex. Pitiſc.
Princeps, pro Ordine inter principes, id eſt qoi ſunt in principiis aciei. Cic. ad Brut. 8. Cretenſi bello, Metello imperatore, octavum principem duxit. i. e. Octavum ordinem inter principes. Budæus. Sic dicebatur genus militis apud Romanos. Primi haſtati, deinde principes, denique pilani pugnabant, qoi & triarii appellati quod tertio ordine conſiſtebant in acie. V. Varr. de L. L. 4. 16. Et Liv. 8. 8. Ovid. 3. Faſt. 129. de Romulo,
 — haſtatos inſtituitque decem.
 Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat
 Corpora, legitimo qnique merebat equo. conſ. Veget. R. M. 2. 8. Lipſ. de Mil. Ro. lib. 2. Dial. 1. & Lex. Pitiſc.
PRINCIPĀRI, pro Principatum obtinere, ut Cicero loqoitur, vel Fungi principatu. Brugnolus apud Diog. Laërtium in Platone. Vide Annotation. H. St. Hunc locum non reperi. Neque vero dictio Principatus a verbo hoc derivatur, verom ab ipſo nomine Princeps, ut Conſulatus, Magiſtratus & reliqua ejuſmodi. Sed exſtat
PRINCIPANS, antis. Partic. Lactant. 4. 13. 19. Et erit illa die radix Jeſſe, & qui exſurget principans. Sidon. Carm. 9. 48.
 Regnis principibuſque principantem. Idem Carm. 23. 90.
 Natos cum genitore principantes. V. Savar. in loc.
PRINCIPĀTUS, ûs. m. Imperium. [ἀρχή, πρωτεῖον, ἡγεμονία] Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 3. In ea civitate duo de principatu inter ſe contendebant.
Principatus eſt apibus. Plin. lib. 11. cap. 15.
Regius principatus. Cic. 3. de Fin. 52. Quorum ordo proxime accedit, ut ſecundus ſit, ad regium principatum.
Appetitio quædam principatus cupiditati veri videndi adjuncta eſt. Cic. 1. Off. 13.
Deferre principatum alicui. Cic. 2. Philip. 5.
Delere principatum. Cic 1. Fam. 9.
Dare principatum homini. Cic. 11. Philip. 36. Caſſio vero ſententia mea dominatum & principatum dari.
Dare principatum alicui rei, pro Eam præferre aliis. Plin. lib. 9. cap. 17. Nunc ſcaro datur principatus.
Eſt penes ipſum principatus. Cic. 13. Att. 9. Quæ autem his temporibus ſcripſi, Ἀριστοτέλειον morem habent, in quo ſermo ita inducitur ceterorum, ut penes ipſum ſit principatus.
Ferre principatum alicujus belli, Moderari, adminiſtrare. Cic. 13. Philip. 44. Qui hujus belli feret principatum.
Innaſcitur pertinacia & nimia cupiditas principatus facillime in elatione animi. Cic. 1. Off. 64.
Tenere principatum ſententiæ alicujus. Cic. 12. Philip. 9. Illa enim hujus belli propulſandi, adminiſtrandi, ſuſtinendi principatum tenet.
Eloquentiæ. Nepos 25. 5. 4.
Tribuit divinum principatum menti Theophraſtus. Cic. 1. de Nat. Deor. 35.
In Gloſſ. Lat. Gr. Principatus, Προεδρία, προεδρεία. Πρωτεῖον, προσηγορικόν, καὶ ἀρχή. Principium, Ἀρχή. [Puto poſt προεδρεία excidiſſe dictionem Principium, cujus ſubjecta interpretatio eſt.
PRINCIPĀLIS, e. Adj. [ἀρχικός, ἡγεμονικός] Quod primum & præcipuum eſt.
Cauſæ principales & perfectæ, adjovantes & proximæ. Cic. de Fato, 9. Si omnia fato fiant, ſequi illud quidem, ot omnia cauſis fiant antepoſitis: verum non principalibus cauſis & perfectis, ſed adjuvantibus & proximis.
Quæſtio principalis. Quintil. lib. 3. cap. 13. Al. 11. Hanc quæſtionem veluti principalem vocant ζήτημα.
Studio principali Juris diſciplinam exercere. Gell. 13. 10.
Tabulæ principales Teſtamenti, quibus Secundæ opponuntur. Paulus in l. penult. D. quemadmodum teſtamenta aperiantur, Sicut codicilli para intelligunrur teſtamenti, ita ſecundæ tabulæ principalium tabularum partem obtinere videntut.
Verba principalia. Gell. 11. 15.
Viri principales, pro Primis & præcipuis. L. 2. de orig. jur. Et Symmach. 9. 10.
Principale, Quod principis eſt, vel ſolitum ipſi.
Arrogantia principalis, Qua fere principes abundant. Plin. in Paneg. cap. 76. extr. Nullus appararus arrogantiæ principalis.
Bonum. Plin. in 13. Ac ne principale videatur hoc bonom. Ubi de Cajo Calig. qui unguentis lavabatur. H. St. Exſtant lib. cit. cap. 3. extr.
Conſtitutiones principales, i. e. Principis. Cajus in l. 1. in princ. D. Quod cujuſque univerſitatis nomine.
Copiæ principales. Plin. in Paneg. cap. 82. Nec vero laudaverim per ſe duritiem corporis, ac lacertorum: ſed ſi his validior toto corpore animus imperitet, quem non fortunæ indulgentiæ molliant, non copiæ principales ad ſegnitiem, luxumque detorqueant.
Domus. Sen. ad Polyb. cap. 21.
Faſtigium. Paterc. 1. 11. 6.
Fortuna. Tacit. 2. Hiſt. 81. 6.
Majeſtas principalis, i. e. Principis. Modeſtinus in l. famoſi. D. ad legem Juliam majeſtatis, Ob principalis majeſtatis venerationem.
 Sic & apud Sueton. in Claudio cap. 17. Leviorem majeſtati principali titulum arbitraretur. H. St.
Opera. Paterc. 2. 124. 3.
Opes principales. Plin. Epiſt. 159.
Paratus principalis. Tacit. 2. Hiſt. 59.
Res principales. Plin. in Paneg. cap. 78. Tanta benignitas principis, tanta ſecuritas temporum eſt, ut ille nos principalibus rebus exiſtimet dignos.
Res. Suet. Calig. cap. 39. Quod principaliom rerum privatis copiam faceret. H. St.
Scortum principale. Tacit. 1. Hiſt. 13. 5.
Porta principalis, inquit Feſtus, Caſtrorum nominatur, quod in eo loco eſt, in quo principes ordines tendunt. Principales portæ in caſtris Romanis duæ erant: dextræ mentio fit apud Liv. 4. 19. extr. Intentos deinde hoſtes in vallum, egreſſus dextra principali cum triariis, repente invadit.
PRINCIPALĬTAS, ātis. f. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 3. Tria illa quæ, ſola probabilia ſunt, genera principalitatis amplectitur. Tertull. de anima cap. 13.
PRINCIPALĬTER, Adv. [ἡγεμονικῶς, προηγουμένως] Ut decet principem. Plin. in Paneg. cap. 47. Quid vitam, quid mores juventutis, quam principaliter formas?
Principaliter dolere & gaudere. Seneca Conſol. ad Polyb. cap. 36. Is homo, qui non magis dolere, quam gaudere principaliter poſſet. H. St. i. e. Ut principe dignum eſt. de Cajo Calig. loquitur.
Principaliter, pro Præcipue. Ulpianus in l. athletas. §. 1. D. de iis qui notantur infamia. Sive principaliter hoc negotium gerat, ſive alterius negotiationis acceſſione utatur.
PRINCĬPIUM, i. n. [ἀρχή] Initium alicujus rei: & modo ad numerum, modo ad tempus, modo ad fundamentum refertur. Ter. Phorm. 1. 3. 6.
 Neu me cupidum eo compuliſſet, quod mihi principium eſt mali.
Ibid. 2. 3. 82. Bene habent tibi principia.
Origo principii nulla eſt: nam ex principio oriuntur omnia; ipſum autem nulla ex re alia naſci poteſt. Cic. 1. Tuſc. 53.
Principium & Extremum, contraria. Cic. 1. de Nat. Deor. 2. & pro Cluent. 11. & pro Cæcin. 44.
Principium & Exitus, contraria. Cic. pro Cœl. 56. Reliquum eſt igitur crimen de veneno, cujus ego neque principium invenire, neque evolvere exitum poſſum.
Principium & Finis, contraria. Cic. de Senect 78. Quum animus ſemper agitetur, nec principium motus habeat, quia ipſe ſe moveat, ne finem quidem habiturum eſſe motus, qui nunquam ſe ipſe ſit relicturus.
Dare a natura principia. Cic. 4. de Finib. 18.
Ex albis principiis alba eſſe. Lucret. lib. 2. 789. i. e. Elementis.
Corporea principia. Lucret. lib. 4. 538.
Bellorum & imperiorum principium. Cic. pro Corn. Balb. 9.
Juris principia. Cic. 1. de Legib. 18.
Lucis principium Lucina habet. Ovid. 2. Triſt. 450.

Movendi fons & principium. Cic. in Somn. Scip. 20.
Naturæ principiis parere debemus. Cic. 3. Off. 2.
Philosophiæ principium est scientia. Cic. 1. de Nat. Deor. 1.
Pugnæ principium. Virg. 9. Æn. 53.
Rerum omnium principia parva, sed suis progressionibus usa augentur. Cic. 5. de Finib. 58.
Principium dicendi. Amm. Marc. lib 30. pag.496. In fine. Suave quoddam principium dicendi exseritur, vel potius Exeritur. H. St. Exstant cap. 4. Vales. Hic est προοίμιον, V. in PRINCIPATUS ad fin.
Abrupta principia. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Acutum principium. V. ACUO.
Exalbescere in principiis dicendi. Cic. 1. de Orat. 121.
Capessere principium. Tacit. 15. Ann. 49.
Constant ex principiis rerum omnia. Cic. 4. Acad. 117.
Cognitis principiis multo facilius extrema intelliguntur Cic. pro Cluent. 11.
Ducenda sunt omnium rerum principia a diis immortalibus. Cic. in Vatin. 14.
Ducere principium a sanguine Teucri. Ovid. 13. Met. 706.
Flebile principium melior fortuna secuta est. Ovid. 7. Met. 518.
Fœdum anni principium incessit. Tacit. lib. 4. Ann. 68.
Ferri a principio ad hunc exitum verborum illa comprehensio debet, & tota a capite ita fluere ut ad extremum veniens ipsa consistat. Cic. in Orat. 199. Ante dixerat, In primis partibus, atque in extremis.
Habere principium. Cic. pro Corn. Balb. 9. Qui pueritiæ tempus extremum, principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum.
Negare principia. Cic. pro Cæcin. 44. Potestis igitur principia negare, quum extrema conceditis?
Obstare principiis. Ovid. Rem. Amor. 91.
Ponere provisa & diligenter explorata principia. Cic. 1. de Legib. 37.
Tarda principia in omni genere dicendi sunt, exitus spissi & producti esse debent. Cic. 2. de Orat. 213.
A principio. Ter. Andr. 1. 1. 21. Rem omnem a principio audies.
Audire a principio admonentem. Cic. 7. Att. 1.
In principio. V. IN.
Principio, pro In principio. Cic. 1. Off. 11. Principio generi animantium omni est a Natura tributum. Subauditur præpositio IN. [Nisi hic Adv est. V. PRINCIPIO, Adv. post hanc dict.
Principio lucis. Tacit. 3. Hist. 6.
Interdum idem significat ac Principatus. Plin. 9. 34. Principium culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent.
Principium, Prærogativa. Liv. 9. 38. extr. Ei legem curiatam de imperio ferenti, triste omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit principium, duabus insignis cladibus, captæ Urbis, & Caudinæ pacis: quod utroque anno ejusdem curiæ fuerat principium.

PRINCIPIA, pl. Locus in acie, a Principibus militibus sic appellatus. Inde, Post Principia esse, i. e. In tuto, citraque periculum. Sumptum a præliis, in quibus tutissimus locus est post principia: siquidem in prima acie stabant Hastati, in secunda Principes, robustior ætas: hos sequebantur Scutati omnes, maxime insignes armis. Post hos Triarii & Rorarii, & Accensi, quemadmodum indicat Liv. lib. 8. 8. Itaque nullus in acie locus tutior quam post principia. Ter. Eun. 4. 7. 11.

Tu hosce instrue, hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo. Erat autem hic locus timido nebuloni conveniens.

Donatus admonet eum usum Verbo militari. Veget. lib. de Re militari 2. cap. 7. pr. testatur, principales in acie milites, proprie dici Principia: sic enim ait, Antiqua ordinatione legionis exposita, Principalium militum, & ut proprio verbo utar, Principiorum nomina, ac dignitates, secundum præsentes matriculas indicabo. Al. Principum. Liv. 2. 65. pr. Quia ab tergo erant clivi, in quos post principia, integris ordinibus tutus receptus fuit. conf. Sisenn. apud Non. 2. 516. V. Lips. de Mil. Rom. 5. 4.
Principia, locus in castris, ubi Duces & Tribuni tendebant, & jus reddebatur. Liv. 28. 24. Forma tamen Romanorum castrorum constabat, una ea spe, quod Tribunos, ex contagione furoris, haud expertes seditionis defectionisque rati fore, & jura reddere in Principiis sinebant, & signum ab eis petebant, & in stationes ac vigilias ordine ibant, &c. Erupit deinde seditio, &c. Fugatis itaque ex principiis, ac paulo post e castris Tribunis, ad principes seditionis gregarios milites C. Albium Calenum & C. Atrium Umbrum, delatum omnium consensu imperium est. Budæus. Justinus lib. 11. Ordines quoque nemo in exercitu Alexandri nisi sexagenarius duxit; ut si Principia castrorum cerneres, Senatum te alicujus priscæ Reipublicæ videre diceres. Turnebus 3. 9. ex Taciti lib. 4. 2. extr. Principia, ea castrorum loca sunt, ubi tendebant Magistratus, erantque signa legionum. Ἀρχεῖα vocat Plutarchus in Galba, Καὶ διέτριβεν ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἃ πραιτώρια καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Varro de R. R. 3. 4. pr. Ego vero, ut ajunt, post principia in castris, id est, ab his potius temporibus, quam superioribus. Nam in castris metandis principia primum designabantur, ut Prætorium & tabernacula Tribunorum militum & Legatorum, postea reliqua castra, ubi milites & equites tenderent: Principiaque quod latus occupabant, primum muniebatur parabaturque. Hæc Turneb. 2. 9. Cic. ad Brut. 10. Spes libertatis nusquam nisi in nostrorum castrorum principiis est. Alii legunt, In vestrorum castrorum præsidiis. De castris Bruti & Cassii loquitur.
Principia, pro Principibus legionum, ut vult Turneb. l. c. Marcellinus, Præsentibus Jovianorum & Herculianorum principiis & tribunis, causas vehementius æquo bonoque spectaverunt. Idem 15. 5. Al. 21. Cum principiorum verticibus secretius collocutus. Alii Principia hic exponunt Principales milites, vel Ipsos Tribunos, Centuriones &c. V. Lex. Pitisc.

PRINCIPIO, Adv. ex Ablativo, i. e. Primum. Virg. 4. Georg. 8.

Principio sedes apibus statioque petenda est. Ter. Eun. 5. 9. 39.
Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim, &c.

Idem Andr. 2. 1. 28. Te obsecro, principio, ut ne ducas.
Principio & Postea. Cic. 2. de Divin. 75. Existimoque jus Augurum, etsi divinationis principio opinione constitutum sit, tamen postea Reipublicæ causa conservatum ac retentum.
Principio & Primum Cic. 1. de Finib. 17. Principio, inquam, in physicis, quibus maxime gloriatur, primum totus est alienus. De Epicuro.
Principio atque animus ephebis ætate exiit. Plaut. Merc. 1. 1. 40. i. e. Quum primum, vel Statim postquam.

PRINCIPIALIS, e. Adj. [ἀρχικὸς] Quod primum est. Lucret. lib. 2. 423.

Aut sine principiali aliquo lævore creata est.

Principiale tempus. Lucret. lib. 5. 246.

PRIOR, & hoc PRIUS, [πρότερος] Comparativum, non solum ad duos, sed etiam ad plures referri potest. Ter. Phorm. 3. 2. extr.

Sed utut hæc sunt, tamen hoc faciam, cras mane argentum mihi
Miles dare se dixit: si mihi prior tu attuleris, Phædria,
Mea lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est. Hor. 2. Serm. 6. 24.
Ne prior officio quisquam respondeat, urge.

Æstate priore, Superiore. Cic. 1. Fam. 9.
Libro priore Columel. lib. 4. cap 22. i. e. Præcedenti.
Loco priore causam dicere. Cic. pro Quint. 7.
Pueritia prior, pro Ineunte ætate. Utitur Taurus philosophus apud Gell. lib. 10. cap. 19.
Tempora priora. Plin. in Paneg.
Tyrannus prior Siciliæ Dionysius, Superior. Plin. lib. 12. cap. 1.
Priores nostri. i. e. Majores. Plin. 2. Epist. 4.
Priora & Terga, contraria. Plin. lib 11. cap. 37.
Primas etsi utrique, priores tamen libenter deferunt Lælio. Cic. de Clar. Orat. 84. Subaudi Partes.
Prior, pro Superior, major, præstantior. ut Bellante prior. Hor. Carm. Sæcul. 51.

— Venerisque sanguis
Imperet bellante prior, jacentem
Lenis in hostem. Apul. lib. 2. Florid. p. 346. Elmenh.

Is Hippias e numero sophistarum est, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus. Ovid. 2. Amor. 10. 6.

Artibus in dubio est, hæc sit, an illa, prior. Hor. 4. Carm. 10. 4.
Nunc & qui color est puniceæ flore prior rosæ.

Causa quia prior. Hor. 2. Serm. 5. 30.
Prius, [πρότερον] Compar. n. Ter. Eun. 2. 1. 5.

Siquidem hercle possis, nihil prius, neque fortius. h. e. Nihil

excellentius. Paterc. 2. 52. 3. Neque prius, neque antiquius quidquam habuit.
Ævi prioris exempla. Ovid. in Ibin, 253.
Prius & Posterius, contraria. Hor. 1. Serm. 4. 58.
Priori posterius, posteriori superius conjungere. Cic. 4. Acad. 44.
Nil prius fide. Propert. lib. 4. 1. 80.

PRIUS, [πρότερον, πρόσθε, πρόσθεν, πρὶν, πάρος] Adv. temporis. Ter. Heaut. 5. 2. 18.

Emori cupio. CH. prius quæso disce quid sit vivere:
Ubi scies, si displicebit vita, tum istoc utitor.

Nihil prius mihi faciendum putavi, quam ut tibi gratularer. Cic. 4. Att. 14.
An pro Potius? H. St. [Immo pro Antiquius. Nihil antevertendum.
Ut prius, sic prius. Cic. de Amicit. 15. Quem fuerat æquius, ut prius introieram, sic prius exire de vita.
Prius orto Sole. i. e. Ante Solis ortum. Hor. 2. Epist. 1. 102.

PRIUSQUAM, Subcontinuativa conjunctio, quam nonnulli disjungunt, Prius, quam. Aliquando Indicativo, aliquando Subjunctivo jungitur. Indicativo. Ter. Hec. 3. 1. 14.

Prius quam hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum.

Cic. 1. Philipp. 11. Prius quam de Rep. dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Antonii injuria.
Cui priusquam de ceteris rebus respondeo, &c. Cic. 2. Philipp. 3.
Conjunctivo. Virg. 3. Georg. 468.

Continuo ferro culpam compesce, priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Ac priusquam aggrediar ad causam. Cic. pro Corn. Balb. 18.
Tamen, quid potius faciam, priusquam me dormitum conferam, non reperio. Cic. 9. Fam. 26.
Præclare enim vixero, si quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro. Cic. pro Milon. 100.

PRIORATUS, ûs. m. Idem quod Primatus. Tertull. advers. Valent. cap. 4. Ut solent animi pro prioratu exciti.

PRIORSUM, Adv. Macrob. 7. Saturn. 13. Sed libris anatomicorum postea consultis, verum reperi, nervum quendam de corde natum priorsum pergere usque ad digitum manus sinistræ minimo proximum. Et cap. 9. Septem corporei motus sunt. Aut enim accedit priorsum, aut retrorsum recedit, &c. i. e. *En devant.*

PRIORSUS, Adv. Claud. Mamert. 1. 18. Movetur corpus priorsus & retrorsus. conf. PROSSUM & PRORSUS.

PRISCIANUS, i. m. [Πρισκιανὸς] Cæsariensis, claruit Athenis tempore Justiniani principis. Scripsit de Arte Grammatica ad Julianum Consulem: ad Cosroen vero Persarum regem librum de Naturalibus quæstionibus. Convertit in Latinum sermonem Dionysii de Situ orbis carmina. Sunt qui scribant hunc ab initio Christianum, deinde fidei desertorem fuisse. Volaterranus.
Theodorus Priscianus, medicus tempore Arcadii Imp. cujus tres libros aliqui Octavio Horatiano tribuunt. V. Reines. Varr. Lect. 3. 11. & 17. & Barth. in Claud. p. 1270.

PRISCUS, a, um. Adj. [παλαιὸς, ἀρχαῖος, ἀρχαϊκὸς] Qui superiore ætate fuit, Antiquus, Vetus.
Credendum nimirum est veteribus, & priscis, ut ajunt, viris, qui se progeniem deorum esse dicebant, itaque eorum vocabula nobis prodiderunt. Cic. de Univers. 34.
Itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos Cascos appellat Ennius, esse in morte sensum. Cic. 1. Tusc 27.
Agricolæ prisci. Hor. 2. Epist. 1. 139.
Annales. Ovid. 1. Fast. 7.
Arti priscæ addere motum & luxuriam. Hor. in Arte Poet. 214.
Aurum, Aureum sæculum. Hor. 4. Carm. 2. 40.
Fides. Virg. 9. Æn. 79.

— prisca fides facto, sed fama perennis.

Gens prisca mortalium. Hor. Epod 2. 2.
Litteræ priscæ Græcorum. Cic. 3. de Nat. Deor. 42. Joves quoque plures in priscis Græcorum litteris invenimus.
Moneta prisca concessit novæ. Ovid 1. Fast. 222.
More prisco. Ovid. 2. Fast. 282.

Flamen ad hæc, prisco more, Dialis erat.

Numen priscum mutare. Ovid. 14. Met. 850.
Progenies. Claud 1. in Ruffin. 206.
Religio Ovid. 10. Met. 693.
Res. Ovid. 1. Fast. 103.
Me chaos antiqui, (nam sum res prisca) vocabant.
Ritus. Plin. lib. 12. cap. 1.
Sæcula. Martial lib. 1. 27.
Senes Ovid. 10. Met. 645.
Severitas. Cic. de Arusp. Resp. 27. Cujus priscam illam severitatem sacrificii mirifica tua furor existimatur imitata.
Tempus. Ovid. 1. Fast. 197.
Verborum priscorum affectator, apud Suetonium in libello de Clar. Gramm. cap. 10.
Vetustas. Ovid. 3. de Pont. 1. 115.
Verborum prisca vetustas. Cic. 1. de Orat. 193.
Verbis priscis, & pæne solennibus, bona alicujus consecrare. Cic. pro Domo 123.
Vocabula. Cic. 3. de Orat. 39. Et illud, quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum.
Priscæ Latinæ Coloniæ appellatæ sunt, ut distinguerentur a Novis, quæ postea a populo dabantur. Festus.
Prisci Latini proprie appellati sunt ii, qui prius, quam conderetur Roma, fuerunt. Festus.

PRISCE, Adv. [ἀρχαίως] ut, Prisce agere; i. e. Prisco & antiquo more. Cic. pro M Cœl 33. Sed tamen ex ipsa quæram prius, utrum me secum severe, & graviter, & prisce, agere malit, an remisse ac leniter & urbane.

PRISCUS, [Πρίσκος] Cognomen Ro. multis gentibus commune. ut Helvidius Priscus, qui sub Nerone Quæstor Achajam administravit, Quæsturiusque adhuc a Pæto Thrasea gener adscitus, e moribus soceri nihil æque ac libertatem hausit, opum contemptor, recti pervicax, constans adversus metus. V. Tacitus. 4. Hist. 5. V. & Probum Grammaticum de eodem.
Priscus alter, Panites genere, sophista, Theodosii junioris epistolarum magister fuit. V. Suidam de hoc Prisco atque ejus monumentis, & aliis.

PRISMA, ătis. n. [πρίσμα] Sectio. a πρίω, seco. Figura est solida, quæ planis continetur, quorum adversa duo sunt, & æqualia & similia & parallela, alia vero parallelogramma. Euclid. 2. Elem.

PRISTĬNUS, a, um. Adj. [ὁ πάλαι] Quod superioribus annis, mensibus, diebus, & nostra memoria fuit. ut, Pristina nostra benevolentia. Venit autem ab eo quod est Prius, auctore Festo. Cic. 2. de Divin. 7. Quod quum accidisset nostræ Reipubl. tum pristinis orbati muneribus, hæc studia renovare cœpimus.
Ego ponerem post PRIOR, siquidem est pro Priustinus. H. St. ut Crastinus a Cras. V. Fest.
Ætas pristina. Claud 2. Cons. Stil. 124.
Animum pristinum erga aliquem conservare. Liv. 31. 2.
Bonitas pristina & misericordia. Cic. pro Rosc. Amer. 150.
Conjux pristinus. Virg. 6. Æn. 473.
Dignitas. Cic. 2. Fam. 5. extr.
Gloria. Virg. 10. Æn. 143.
Labor pristinus. Cic. pro Sulla, 26. Si ille labor meus pristinus, si sollicitudo, si officia, si operæ, si vigiliæ deserviunt amicis, præsto sunt omnibus.
Mos pristinus judiciorum, & vetus consuetudo fori. Cic. pro Milon. 1. Plaut. Truc. prol. 7.
Odio pristino incensa mulier. Cic. pro Cluent. 18.
Severitatem ad pristinam revocare Senatum. Cic. 1. Att. 16.
Statum ad pristinum recidere. Cic. Anteq. iret in exsil. 13. Quamobrem nolo, me duce, supplicii vos ad fraudem deduci, ut ego ad pristinum statum recidam casus.
Absolute. In pristinum restituere. Nepos 20. 1. 1.

PRISTINĀLIS, e. Adj. Columel. lib. 7. cap. 9. Si temperata atque aprica, glabrum pecus, vel etiam pristinale album pasci potest. Quo in loco melius alii legunt Pistrinale.

PRISTIS, vel PRESTIS, is. f. [πρίστις] Genus piscis marini longissimi, atque angusti corporis. Plin. lib. 9. cap. 3. Plurima autem & maxima in Indico mari animalia, e quibus balænæ quaternum jugerum: pristes ducenûm cubitorum.
Pristis, Scylla, maris monstrum dicitur. Virg 3. Æn. 427.
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus, postrema immani corpore pistris. Non tamen ita legendum putat Servius: sic enim ait, Si navem intelligas, hæc Pistris, hujus pistris facit: si de bellua, hæc Pistrix, pistricis. V. PISTRIX.
Ab hujus similitudine, Navis oblonga dicta est Pristis. [Sic enim docti scribunt, nec aliter scripsisse Servius videtur] Virg. 5. Æn. 116.
Velocem Mnestheus agit acri remige pristim. Pristis autem a sectione undarum dicta est, ut ait Servius: scindit enim mirum in modum fluctus propter tenuitatem. Græcis autem a πρίω, seco, πρίστις, sector dicitur. [Unde πρίστις Sectrix.] conf. Liv. 35. 26. pr. & 44. 28 & Non 13. 13.

PRISTĬGER, ĕra, ĕrum, Adj. ut, Pristiger Triton. Sidon. 4. Epist. 8.
PRITANEUM, V. PRYTANEUM.
PRIVATUS, &c. V. PRIVUS.
PRIVERNUM, [Πρίβερνον] Urbs Volscorum in Latio. Virg. 11. Æn. 535. Unde
PRIVERNAS, ātis. Incola. V. Serv. apud Virg. 7. Æn. 803. explicans illud,
Hos super advenit Volsca de gente Camilla.
Privernates Populi. Plin. 3. 5.
Fundus Privernas. Cic. 2. de Orat. 224. Brute, testificatur pater se tibi Privernatem fundum reliquisse.
PRIVERNAS, Subst. n. Cic. ibid. Forte evenit, ut in Privernati essemus.
PRIVERNUS, a, um. Adj. ut, Privernus ager. Cic. in Rullum, 2. 25. Sed rectius Privernas.
PRIVERNUS, i. m. Nomen Itali. Virg 9. Æn. 576.
PRIVĪSUS, a, um. Adj Idem ac Privatus; ut, Privisæ mulieres. Fest.
PRIVIGNA, V. PRIVIGNUS.

PRIVIGNUS, i. m. quasi Privigenus, vel privi generis. [πρόγονος Gl. L. Gr.] Filius mariti uxorisve, cujus prior conjux discessit. Cic. ad Brut. 16. Quanto autem magis illa callere videtur Philippus, qui privigno minus tribueris, quam Cicero, qui alieno tribuas? Propert. lib. 2. 1. 52.
Pocula privigno non nocitura suo.
Privignus dictus, quod prius quam mater secundo nuberet, est genitus. Pri enim antiqui pro Præ dixerunt. Festus.
Carentes matre privigni. Hor. 3. Carm. 24. 18.
Nubere in familiæ luctum, atque in privignorum funus. Cic. pro Cluent. 188.

PRIVIGNA, æ. f. [προγόνη Gl. L. Gr.] Cic. 13. Att. 20. De uxore Tuberonis & privigna, neque possum jam addere (est enim res pervulgata) neque Tuberonem volo defendere.
Privigna proles, Adj. Columel. lib. 10. 163.
PRIVILEGIUM, & PRIVO. V. PRIVUS.
PRIUS, PRIUSQUAM, V. PRIOR.

PRĪVUS, a, um. Adj. [ἴδιος] Privi, æ, a. pl. i. e. Singuli Non. 1. 158. Privum est proprium unius cujusque. Idem 2. 694. Priva, significat Singula. Festus; Privos, privasque antiqui dicebant pro singulis. Ob quam causam & Privata dicuntur, quæ unius cujusque sint. Hinc & Privilegium. Cato R. R. cap. 26. Privasque scopulas in dolia facito habeas illi rei, queis labra doliorum circumfrices. Idem cap 3. Trapetos bonos, privos, impares esse oportet. Et cap. 10. Labra aquaria quinque, opercula doliis & seriis priva plura. Hor. 2 Serm. 5. 10.
Sive aliud privum dabitur tibi.
Abdomina priva, Singula. Lucil. lib. 1. Sat.
Abdomina Thynnia venientibus priva
Dabo, cephalæaque carnem. Refert Gell. lib. 10. cap. 20.
Aures privæ, Lucret lib. 4. 570.
In multas igitur voces vox una repente
Diffugit, in privas quoniam se dividit aures.
Cogitatio sua cuique animi, colorque privus. Phædr. prol. lib. 5. ut vult Faber. Al. Proprius.
Triremis priva. Hor. 1. Epist. 1. 93. — quem ducit priva triremis.
Tunicæ privæ. Liv. 7. 37. In præsentia singulis bobus, binisque privis tunicis donati.
Verbenæ privæ. Liv. lib. 30. 43. Senatusconsultum in hæc verba factum est, ut privos lapides silices, privasque verbenas secum ferrent.
Vestigia priva pedum. Lucret. lib. 3. 390. conf. 5. 275.
Voces privæ Gell. 11. 16.
Turba imperitorum, vana sanctitudinis, priva veræ rationis, inops religionis, impos veritatis. Apul. de Deo Socr. p. 43. Elmenh. Hic significat Privatam vera ratione.

PRIVĀTUS, a, um. Adj. [ἴδιος, ἰδιωτικός] Quod uniuscujusque proprium est. Cic. de Amicit. 15. Quia cum Scipione vixerim: quocum mihi conjuncta cura de re publica, & de privata fuit. Idem de Senect. 22. Manent ingenia senibus, modo permaneat studium & industria: nec ea solum in claris & honoratis viris, sed in vita etiam privata & quieta. Idem 3 de Finib. 4. Verbis tamen in dicendo quasi privatis utuntur ac suis.
Privatum & Commune, contraria. Cic. 1. Off. 21. Deinde ut communibus utatur pro communibus, privatis ut suis. Sunt autem privata natura nulla, sed aut vetere occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt, &c.
Census privatus. Hor. 2. Carm. 15. 13.
Consensus privatus, & Publicum consilium. Cic. pro Sext 27. Quid quisquam potest ex omni memoria sumere illustrius, quam pro uno cive, & bonos omnes privato consensu, & universum Senatum publico consilio, mutasse vestem?
Consilium privatum. Auctor de Viris illustr. cap. 72. Tantumque auctoritate potuit, ut Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauciam & Saturninum privato consilio armaret. conf. Q. Cic. 16. Fam. 27.
Disputationes privatæ. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Dolor. Sil. lib. 5. 157.
Domus. Cic. pro Quint. 83.
Fortuna. Livius lib. 34. princ. Crescente in dies privata omnium fortuna. Pro Privatorum. H. St.
Gratia. Livius 528. edit. Francf. Qui privatæ gratiæ ad itum apud regem quærebat. Verum puto scribendum esse Privatim. Sic & apud Suetonium quodam loco nomen pro adverbio in hac ipsa voce. H. St. Locus Livii est lib. 41. cap. 28. ubi nihil mutaverim. De Suetonio memoria lapsum Stephanum puto.
Loco privato liceat delituisse. Ovid. 3. Trist. 1. 80.
Odium. Cic. ad Brut. 16. Quod autem tibi cum Antonio privatum odium?
Opes privatæ, Sibi propriæ. Hor. 1. Epist. 3. 16.
Pecunia. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Senectus. Lucan. lib 1. 324.
Vita. Lucan. lib 7. 266. Cic de Senect. 22. & Justin. 38 9. 4.
Vita privata. Capitolin. in Opilio, pr. Idcirco, quod neque de privata eorum vita digna sunt quæ dicantur, &c. H. St. Opponit hic Vitam privatam Imperio, ut ex seqq. apparet.
Privatæ feriæ. vocabantur sacrorum propriorum, velut dies natales, operationes, denecales, inquit Festus. Adde Fulgurum procurationes, & hujusmodi privata, quæ fiebant pro familiis singulis & hominibus. V. Macrob. 1. Sat. 16.
Privatus, Qui non est constitutus in aliqua dignitate. Cic. 1. Off. 124. Privatum autem oportet æquo & pari cum civibus jure vivere.
Privatus, cui opponitur Cum potestate. Cic. 1. de Invent. 35. In fortuna quæritur, servus sit an liber, pecuniosus an tenuis, privatus an cum potestate.
Vetant a 12 Tabulæ, leges privatis hominibus irrogari. Cic. pro Domo 43.
Privati judices sunt, quos vocant *subalternos*. Tacit. 14. Ann. 28. Qui a privatis judicibus ad Senatum provocavissent, ejusdem pecuniæ periculum facerent, cujus ii, qui Imperatorem appellavere. [Immo hic Privati, quatenus Principi opponuntur, dicuntur Judices, V. quæ hic sequuntur.
Privati omnes dicti extra Principem, licet summis magistratibus admoti, cum Romana res ad unum esset delata. Tacit 2 Ann. 81. 3. Ut identidem interrogaret, an ipse imperii potens, an Silius privatus esset. Suet. Aug. cap. 28 n. 2. Reputans, se privatum non sine periculo fore. conf. Tacit. 1. Hist 49. 4. Plin. Paneg cap. 9. & 10 & Lex. Pitisc.
Sequentibus temporibus Privati etiam dicti, Qui milites non essent, Pagani alias appellati. Lactant de Mort. persec. cap 18. A militibus amaretur, a privatis & optaretur. Gloss Cyrill. ἰδιώτης, ὁ πολίτης, Privatus, Paganus, Plebejus. Lamprid. Alex Sev. cap. 58. Sola, quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus & militibus donavit,

ita ut eorum ita essent, si hæredes illorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent. conf. Lex. Pitisc.

In privato & In publico, contraria. V. IN præpositionem.

PRIVĀTIM, Adv. Quod est privato consilio, vel loco, factum. Plaut. Bacch. 2. 3. 80.

Privatim & Publice, contraria. Cic. 1. de Invent. 5. Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ studendum est, etsi ea quidam & privatim & publice perverse abutuntur.

Si quæ beneficia singulis civibus, privatimque dantur, ea solent iis esse fructuosa, a quibus sunt profecta. Cic. Anteq. iret in exsil. 1.

Privatim aliquid gerere, Non fungi munere publico. Cic. 5. de Fin. 57. Aut privatim aliquid gerere malunt: aut qui altiore animo sunt, capessunt Rempub. honoribus, Imperiisque adipiscendis.

Privatim, [ἰδίᾳ, ἰδίως] pro eo quod vulgo dicitur *Particulariter*, vel *In particulari*, vel *specialiter*. Cic. pro Quint. 15. Neque interea verbum ullum interposuit Nævius, aut societatem sibi quippiam debere, aut privatim Quintium debuisse. Plin. lib. 24. cap. 17. Piscis natura excalfacit, explet, adversatur privatim cerastæ morsibus cum polenta. Peculiariter pro eodem, ibidem dixit, Peculiariter renibus utilis est. Idem 32. 1.

Nulla enim meipsum privatim pepulit insignis injuria. Cic. 4. Fam. 13.

Mandare alicui rem privatim. Cic. pro Rosc. Amer. 114.

Appellatione sibi privatim assignata caret. Quintil. 8. 2.

Vasa cælata privatim ac publice rapere. Sallust. Catil. cap. 11. V. Wasse.

PRIVĀTE, aliud Adv. Idem. Cic. 7. Att. 7. Illud private non ascribis, & tibi gratias egit. Ex vetusto codice legendum, Illud puto non, &c.

PRIVATO, Adv. Idem. Liv. Andron. Privato nos tenuissemus. V. Priscian. p. 1009.

PRIVATUS, ūs. m. Proprietas. Tertul. de Pœnit. cap. 2. Pœnitentia delinquentium privatus. V. loc.

PRĪVO, [στερῶ, στερέω, ἀποστερέω, στερίσκω, ἀπαυράω, δέω, δεύω, ἀμέρδω] āre. Adimere & spoliare significat. Plaut. Truc. 2. 7. 20.

Velut meretrix meum herum miserum sua blanditia intulit in
Pauperiem, privavit bonis, luce, honore, atque amicis.

Spoliare & Privare. Cic. 4. Acad. 61. Spoliat nos judicio, privat approbatione omni, orbat sensibus.

Præpositio enim In privat verbum ea vi, quam haberet, si In præpositum non fuisset, ut Dignitas, Indignitas. Cic. in Topic. 48.

Aspectu suo patriam privare. Cic. 4. Fam. 9.

Fide privavere eum fata. Stat. 2. Theb. 695.

— sed fata monentem
Privavere fide. i. e. Fidem derogavere monenti.

Fructu liberalitatis aliquem privare. Cic. 5. Fam. 20.

Luce communi privare, Occidere. Cic. pro Quint. 74. Ut per se afflictum atque eversum propinquum suum, non modo honeste partis bonis, verum etiam communi luce privaret. [Intelligit lucem patriæ. V. LUX.

Oculis privare. Cic. 5. de Finib. 87. Cur hæc eadem Democritus, qui, &c. dicitur oculis se privasse?

Somno me privat ægritudo. Cic. 9. Att. 12.

Teste. Cic. 2. Fam. 2. Gravi teste privatus sum amoris summi erga me tui.

Testimonio privare. Cic. 4. Acad. 33. Itaque privabo potius illum debito testimonio, quam id cum mea laude communicem.

Vita privare patrem. Cic. in Parad. 3. Patrem vita privare, si per se scelus est, &c.

Nonnunquam & de Malis, ubi idem est, quod Liberare.

Dolore privari. Cic. 1. de Finib. 37.

Injuria. ut, Non enim hac exceptione unus afficitur beneficio, sed privatur injuria. Cic. 1. de Lege Agrar. 11.

Privandum. Lucret. lib. 1. 382. Motu privandum est corpora quæque.

PRIVANS, antis. Partic. [στερῶν] Cic. in Topic. 48. Sunt enim alia contraria, quæ Privantia licet appellemus Latine, Græce appellantur στερητικά.

PRIVĀTUS, a, um. Partic. [στερηθείς] Cui quid est ademptum, inquit Festus. Auctor de Viris illustr. cap. 20. Privatus stipendio.

Lumine privatus. I. e. Oculis. Ovid. 1. de Pont. 1. 53.

Aer privatus lumine. Lucret. lib. 4. 372.

Natura libera dominis privata. Idem 2. 1069.

Privati parte vitili. Idem 6. 1207.

PRIVATIO, ōnis. f. [στέρησις] Cic. 2. de Fin. 29. Quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris privatio.

Omni privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem. Cic. 1. de Fin. 38.

PRIVĀTĪTIUS, a, um. Adj. Gloss. Lat. Gr. Privatitius, στερητικός.

PRIVATĪVUS, a, um. Idem. Gell. 5. 12. Pars privativa. Et 13. 22. Nu particula privativa est.

PRĪVĪLĒGIUM, i. n. [[illegible] Gl. L. Gr.] Lex ad privatos homines, singulosque pertinens. Quod de reditu M. Ciceronis, & de imperio Pompeji statutum est, non lex, sed privilegium dicitur. Privilegium enim hoc differt a Lege; quod Lex ad omnes, Privilegium ad unum, vel paucos pertinet. Cic. in Parad. 4. Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exsul? Familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut si in opertum Bonæ deæ accessisses, exsulares. Idem pro Domo 43. Quo jure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite civis indemnati tulisti: vetant leges sacratæ, vetant duodecim Tabularum leges privatis hominibus irrogari: id est enim privilegium. Scal. Privis.

Privilegia, sunt Jussa non generalia, neque de universis civibus, sed de singulis concepta: inde dicta, quia veteres Priva dixerunt, quæ nos Singula dicimus. Aul. Gell. Noct. Attic. lib. 10. cap. 20.

Quum & sacratis legibus, & XII Tabulis sanctum esset, ut neque privilegium irrogari liceret, neque de capite, &c. Cic. pro Sext. 65.

Vim & crudelitatem privilegii, auctoritate honestissimorum hominum & publicis litteris consignavit. Cic. Post red. in Senat. 28.

Ferre de aliquo privilegium. Cic. Paradox. 4. extr. V. paulo supra. conf. Sen. de Benef. 3. 11.

Privilegio subnixus. Aurel. Arcadius in l. 1. in fine. D. de offic. præfect. prætor.

Privilegium, pro Prærogativa, Translate. Senec. lib. 2. de Tranquil. vitæ, Nam si dicis illum æquo animo laturum, nullum habet privilegium. V. & Lex. Pitisc.

PRIVILEGIĀRIUS, a, um. Adj. Ulpian. in l. Rescriptum. D. de pactis, Rescriptum autem Divi Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant convenire. Qui ergo si quidam eorum absentes sint? nunquid exemplum præsentium absentes sequi debeant? Sed an & privilegiariis absentibus hæc pactio noceat, eleganter tractatur: si modo valet pactio & contra absentes.

Privilegiarius dicitur, Cui aliquod privilegium concessum est. Vulgo ab indoctis *privilegiatus* nuncupatur. Unde Milites privilegiarii dicti, Qui vacabant officio. Ulpianus lib. 14. Digest. titul. Quod cum eo qui in aliena potestate. l. Sed an hic, Recte, inquit, dicetur occupantis meliorem esse conditionem, nisi si quis privilegiarius veniat.

P R O

PROC. vel PROCOS Proconsul. PROCOSS. vel PROCC. Proconsules. PRON. Pronepos, vel Proneptis. PROPRAET. Proprætor. PROV. Provincia.

PRO, vel ut alii PROH! [ὦ] Interjectio Indignantis, Nominativo aliquando, seu Vocativo potius, aliquando Accusativo jungitur. Ter. Adelph. 3. 3. 12. Prô Juppiter, hominis stultitiam! Sic Virgil. 4 Æn. 590.

Aliquando admirantis. Cic. 1. Tusc. 99. Prô dii immortales! quam illud, &c. Et Liv. 22. 14. Tantum, prô dolor! degeneramus a parentibus nostris, ut, &c.

Quæ res, prô sancte Juppiter! in terris est gesta major? Cic. 2. Philipp. 32.

Prô curia, inversique mores! Hor. 3. Carm. 5. 7.

Accusativo. Ter. Heaut. 1. 1. 9.

Nam, prô deûm atque hominum fidem! quid vis tibi? Cic. de Amicit. 52. Nam quis est, prô deûm fidem atque hominum! qui velit ut neque diligat quenquam, nec ipse ab ullo diligatur? [In subjectis exemplis potest esse Nominativus, vel Vocativus.

Prô facinus! Ovid. 10. Epist. 6. Al. Per.

Prô scelus. Virg. 5. Æn. 793.

Prô, circumflectitur, aut gravatur. Sunt qui Proh scribunt, ut dixi, adscripta aspiratione.

PRO, [πρό] Præp. ablativo casui serviens. Ter. Eun. 1. 2. 89.

Heri minas viginti pro ambobus dedi. Idem Aud. 5. 3. 17.
Pro hujus ego ut peccatis supplicium sufferam?

Pro, præpositio notanda in genere loquendi, quale est hoc, Ivit emptum pro me panem: quod usitatius dicitur, Ivit emptum mihi panem. Plaut. Rud. 2. 1. 6.

Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum
Pro exercitu gymnastico & palæstrico, hoc habemus. i. e. Eis qui in gymnasiis corpora exercent. [Sed rectius sublata post Palæstrico distinctio, post Pabulatum locatur, ut sit, Habemus hoc pro exercitu &c. i. e. Instar exercitationis.

Pro omnibus, & Contra omnia disputare. Cic. 3. de Orat. 143. Profecto nunquam conquiescam, neque defatigabor, antequam illorum ancipites vias rationesque, & pro omnibus, & contra omnia disputandi, percepero.

Hoc non modo, non pro me, sed contra me est potius. Cic. 3. de Orat. 76.

Partim nihil contra Habitum valere, partim pro hoc esse. Cic. pro Cluent. 88.

Pro agricola, I. e. E re agricolæ, atque utile agricolæ. Columel. lib. 3. cap. 5. Quod minime reor esse pro agricola.

Pro me est. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Pro aliquo stare, Defendere aliquem, & partes alicujus tueri. Ter. Phorm. 2. 1. 37.

Decernere pro sodali, & pro fama, fortunisque. Cic. 2. de Orat. 200.

Deprecari aliquid pro amicis, & non pro se. Cic. 2. de Orat. 201.

Pro universa analogia dicam. Varro de L. L. lib. 8. 2.

Pro, Causa, vel Propter. Ter. Eun. 5. 4. 19.

Ego pol te, pro istis dictis & factis, scelus,
Ulciscar; ut ne impune in nos illuseris.

Pro, De. Ter. Hec. 3. 1. 30.

Pueri inter sese quam pro levibus noxis iras gerunt? conf. Andr. 5. 4. 15.

Pro frugibus facere. i. e. Sacrificare. Macrob. 3. Saturn. 2. Virg. 3. Ecl. 77. conf. Fest. & Brisson. de Form. p. 18.

Pro, [ἀντί] h. e. Loco, vel in locum, Seq. fere Subst. ut Pro illo, & pro imbre. Ter. Eun. 2. 3. 79.

Pro illo te ducam. C. audio. P. te esse illum dicam. C. intelligo. Plaut. Most. 1. 2. 62.

Continuo pro imbre amor advenit in cor meum.

Hostis pro hospite. Livius decade 1. lib. 1. de Tarquinio. H. St. Exstant cap. 58.

Pro sua edoxit eam mater. Ter. Eun. 1. 2. 76.

Pro absoluto habere aliquem. Cic. 8. Fam. 8.

Pro alienigenis. Tacit. 11. Ann. 24. 6.

Pro ancilla habere. Plaut. Pers. 3. 1. 13.

Pro argumento. Liv. lib. 25. 9. In cetera, adeo nihil ob id intenta cura est, ut contra pro argumento fuerit illa procursatio Numidarum, Annibalem exercitumque castris non movisse.

Pro argumento ponere aliquid. Cic. de Clar. Orat. 276. Hoc ipsum etiam posuisse pro argumento, quod ille quum, &c. tam solute egisset.

Pro ærario. Cic. 4. Verr. 5. Siciliam nobis, non pro penaria cella, sed pro ærario illo majorum vetere ac referto fuisse.

Pro beneficio an hoc est habendum? Cic. ad Brut. 16.

Pro beneficio aliquid alicui dare. Cic. 8 Fam. 8. Totum Sempronium usque eo perago, ut Vestorium quoque interponam, & illam fabulam narrem, quemadmodum tibi pro beneficio dederit, si quod injuriis suis esset, quod Vestorius teneret. Ita MSS. Victor. Sed admodum obscura & vexata lectio est.

Pro cive gerere se. Cic. pro Arch. 11.

Pro cive nam esse, qui civis non sit, rectum est non licere. Cic. 3. Off. 47.

Pro mercedis cumulo. Cic. 1. Att. 13. Etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones, nonnullis judicibus pro mercedis cumulo fuerunt.

Pro centum millibus unus Cato mihi est. Cic. 2. Att. 5.

Pro decreto putare. Cic. 11. Philipp. 27. Itaque si nihil ad nos referretur de Dolabella persequendo, tamen ego pro decreto putarem.

Pro derelicto aliquid habere. Cic. 8 Att. 1. V. Jurisconsultos.

Pro desertore aliquem. Tacit. 1. Ann. 38. 3.

Pro die noctem, cauponam pro oppido, alicui esse. Cic. in Pison. 55.

Pro diis habent obscæna. Plin. lib. 2. cap. 7.

Pro

Pro deliciis crudelitas illi fuit. Cic. 11. Philipp. 9.
Pro eunucho deduci. Ter. Eun. 3. 5. 25.
Pro filio paſtoris hic educatur, ille pro nepote regis exponitur. Juſtin. 1. 4. extr.
Pro frugibus Cererem, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curiam pro Senatu, campum pro comitiis, &c. Cic. 3. de Orat. 165.
Pro hærede, patre non mortuo, omnia gerere. Cic. in Saluſt. 14.
Pro hoſte habere. Liv. 2. 20.
Pro monſtro eam vocem accepit. i. e. Tanquam monſtrum deteſtatus eſt. Valerius lib. 4. cap. 3. de Abſtin. & Contin. §. 6.
Pro occiſo relictus eſt Sextius. Cic. pro Sext. 81.
Pro parente colere mulierem. Liv. 26. 49. extr.
Pro perfuga profectus. Nepos 14. 6. 4.
Pro pignore tradere aliquid. Cic. de Prov. Conſ. 2.
Pro latis habere rationes in provincia relictas. Cic. 5. Fam. 20. Al. Pro collatis.
Pro ſale data eſt anima ſui, ne putreſcat. Cic. 2. de Nat. Deor. 160.
Pro ſocio damnatus eſt. Cic. pro Flacc. 43.
Pro ſpoliis abuti ornamentis alicujus. Cic. pro Quint. 99.
Pro ſtercore aliquid habere, Nihili facere. Plaut. Truc. 2. 7. 5.
Pro verbo verbum reddere. Cic. de Opt. gen. Orat. 24.
Pro verbo aliud ſubjicere. Cic. in Orat. 93. In quibus pro verbo proprio ſubjicitur aliud.
Pro virgine nuptum dari non poteſt. Ter. Adelph. 3. 2. 48.
Pro uxore habere. Ter. Andr. 1. 1. 119.
Pro meliore fuit, effugere hoſtes, &c. Tacit. 12. Ann. 39.
Pro nihilo ducere. Cic. 4. Verr. 40. Tu auſus es pro nihilo præ tua præda tot res ſanctiſſimas ducere?
Pro nihilo putare. Cic. 1. Verr. 24.
Pro nihilo videri. Cic. 2. de Finib. 43. Quæ quum Ariſtoni & Pyrrhoni omnia viſa ſunt pro nihilo, ut inter optime valere, & graviſſime ægrotare nihil prorſus dicerent intereſſe.
Ego tamen, quoniam condemnatum eſſe pro nihilo vis, ſi ita eſſet ignoſcerem. Cic. 2. Philip. 56.
Pro ridiculo ac delectamento putare aliquem. Ter. Heaut. 5. 1. 79.
Pro rudi atque indocto deſpicitur. Gell. lib. 10. cap. 24.
Pro, Tanquam, ſive Perinde acſi. ſeq. Adj. Ter. Adelph. 1. 1. 23.
—inde ego hunc majorem adoptavi mihi,
Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo.
Pro certo. Ulpian. in l. 3. §. Is qui neſcit. D. de libero homine exhib. Etenim recte placuit, tunc demum hoc interdictum locum habere, quoties quis pro certo liber eſt.
Pro certo eſt. Quintil. lib. 5. cap. 12. Prius de adulterio convincendum eſt, ut quum id cœperit eſſe pro certo, fiat incerti argumentum.
Pro certo ponere. Cæſ. 7. Bell. Gall. 5.
Pro certo affirmare. Liv. 1. 3. pr. Quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?
Pro certo ambiguum concedere. Cic. 1. de Invent. 88.
Pro certo negare. Cic. 5. Att. 21. Sed poſthac omnia, quæ certa non erunt, pro certis negato.
Pro certo dicere. Ter. Adelph. 3. 4. 32.
Pro certo habere. Cic. ad Brut. 5. Neque nuntiabatur quicquam, quod pro certo haberemus.
Pro certis perſcribere ad aliquem ea quæ certa ſunt. Cic. 6. Fam. 12. extr.
Pro comperto. Liv. 25. 29. Unum de auxiliaribus ſpecie transfugæ mittit ad eum: qui pro comperto afferret, Achæos ſtatuiſſe poſtero die, &c.
Pro conceſſo & probato ſumere. Cic. 5. Tuſc. 18. Geometræ, quum aliquid docere volunt, ſiquid ad eam rem pertinet eorum, quæ ante docuerunt, id ſumunt pro conceſſo & probato.
Pro certis & conceſſis dubia ſumuntur. Cic. 2. de Divin. 106.
Pro damnato eſſe. Cic. 6. Verr. 33. Quum jam pro damnato mortuoque eſſet.
Pro explorato eſſe. Cic. 11. Att. 16. De omnibus rebus velim ad me ſcribas, & maxime quid ſcribas de ea: in quo tuo conſilio egeo, etiamſi nihil excogitas: id enim mihi erit pro explorato. Aliqua exemplaria habent, Pro deſperato.
Pro emptore ſacrificare. Varro de L. L. lib. 5. 3.
Pro facto habere. Cic. 13. Att. 1. Itaque iſtud jam pro facto habeo.
Pro firmato ſtare. Liv. 4. 7. Non tamen pro firmato jam ſtetit magiſtratus ejus jus, quia tertio menſe, quam inierunt, &c.
Pro indiviſo. Cato R. R. cap. 137.
Seneca Conſol. ad Helv. cap. ult. principio. Illud fideliſſimum pectus tibi, in quod omnes curæ tuæ pro indiviſo transferuntur. H. St.
Pro infecto id quod judicatum non ſit, haberi oportere. Cic. 2. de Invent. 80.
Pro inſano ſit reprehendendus. Varr. lib. de L. L. 7. 17. extr.
Pro ſano loqueris, qui me meo appellas nomine? Plaut. Men. 2. 2. 24.
Pro magiſtro. Cic. 4. Verr. 169. In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L. Carpinatius. Idem 11. Att. 10. P. Terentius meus neceſſarius operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit. [Hic non eſt Tanquam ἁπλῶς, ſed Locum tenens magiſtri, vel Ipſius magiſtri vicarius, qui & Magiſter ſæpe dicitur, & forſan omnino fuit. Quanquam eum a Magiſtro ſocietatis diſtinguunt viri docti, ut qui in Operis ejuſdem numeretur. V. Hotoman. ad priorem, & Græv. ad alterum Cic. loc. P. Manut. ad 5. Att. 15. extr. Burm. de Vectig. 9. p. 163. Quod ſi dicitur ut Proconſule, Proprætore, Proquæſtore, ſane parem ac Magiſter exercuit poteſtatem, neque alterius negotia procurabat, ſed ſua curabat, ut vel ex iis ſatis apparet, quæ de Carpinatio illo in quarta Verrina, vel de Apronio in quinta Cic. exponit, quem & Principem decumanorum vocat. conf. PROMAGISTER ſuo loco, & PROCONSUL. Hic Pro ſignificat In qualitate, ut vulgo loquuntur.
Pro rupto fœdus habere. Liv. 2.
Pro victo abire. Liv. 2. 7. pr. Ita certe inde abiere Romani, ut victores, Etruſci pro victis.
Pro, Secundum. Ter. Phorm. 2. 2. 23.
Immo enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert. Salluſt. in Catil. cap. 30. Hiſque permiſſum eſt, uti pro tempore atque periculo exercitum compararent.
Pro caritate Reip. Cic. 3. Philipp. 36. Sunt impii cives, pro caritate Reip. nimium multi: pro multitudine bene ſentientium, admodum pauci. h. e. Si Reip. caritatem ſpectes.

Pro conditione cauſæ. Quintil. lib. 3. cap. 6. Et accidit pro conditione cauſarum.
Pro conſuetudine mea. Cic. 1. Att. 4. Pro noſtra conſuetudine tu exiſtimare potes.
Pro dignitate tribuere cuique. Cic. 1. Offic 42.
Pro eo ac, vel Pro eo atque, legitur pro Ita ut, vel Perinde ut. Cic. 4. Fam. 5. Sane quam pro eo ac debui, graviter, moleſteque tuli.
Pro eo atque. Ulpian. in l. Ad teſtium. §. Si quis. D. Qui teſtamenta facere poſſint, Si quis ex teſtibus nomen ſuum non adſcripſerit, verumtamen ſignaverit: pro eo eſt, atque ſi adhibitus non eſſet.
Pro eo eſt, quaſi. Pompon. in l. Legatarius. D. de leg. 1. Si legatum nobis relictum conſtituerimus nolle ad nos pertinere, pro eo erit, quaſi ne legatum quidem ſit.
Pro facultate noſtra. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Pro facultatibus. Columel. lib. 9. cap. 1. Modus ſilvæ pro cujuſque facultatibus occupatur.
Pro tuo ingenio hæc conſidera. Cic. 16. Fam. 3.
Pro injuriis tuis in me nunquam te mihi ſatis eſſe facturum putabas. Cic. 2. Philipp. 49.
Pro imperio, & Pro jure ſuo, V. poſtea.
Pro laude merentis præſtare ſe dignum. i. e. Juxta laudem merentis. Hor. 1. Epiſt. 7. 24.
Pro loco, V. infra Pro tempore.
Pro malis. Cic. 12. Att. 14. Solitudo aliquid adjuvat: ſed multo plus proficeret, ſi tu tamen intereſſes: quæ mihi una cauſa eſt hinc diſcedendi: nam pro malis, recte habebat. Idem 6. Fam. 2. Quod majore in varietate verſata eſt adhuc tua cauſa, quam homines aut volebant, aut opinabantur: mihi crede, non eſt pro malis temporum, quod moleſte feras.
Pro modo craſſitudinis. Columel. lib. 12. cap. 46.
Pro modo virium & exigendum & corrigendum opus. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Pro numero militum civitatibus pecuniarum ſummas deſcribere. Cic. 7. Verr. 61.
Major quam pro numero hominum editur pugna. Liv. 25. 29. pr.
Pro meis officiis Cæſar nequaquam ſatis, pro ipſius in alios effuſione, in me liberalis fuit. Cic. 7. Att. 3.
Pro ſuis opibus nemo fuit, qui non me in illa tempeſtate defenderit. Cic. pro Domo 108.
Pro opinione vulgi hæc nequaquam extimeſcenda ſunt. Cic. 3. Tuſc. 58.
Pro parte, Ex parte. Paulus in l. Uſus. D. de uſu & hab. Nam frui quidem pro parte poſſumus, uti pro parte non poſſumus. Pomponius in l. Si pœnæ. §. Si falſo. D. de condict. indeb. Si falſo exiſtimans debere, tibi nummos ſolvero, qui pro parte alieni, pro parte mei fuerunt, &c.
Pro mea parte, Quantum in me eſt. Cic. 5. Fam. 2. Fieri non moleſte tuli, atque etiam, ut ita fieret, pro mea parte adjuvi. V. PARS.
Pro ſua parte loqui. Plaut. Rud. 4. 4. 81. —ſi iſtic tacet
Ego tacebo: ſi iſte loquitur, ſine me mea pro parte loqui. i. e. Sine ut me ipſum defendam. Al. Sine mea pro re me parte loqui. Alii aliter. V. Gronov.
Pro parte virili. Cic. 13. Philipp. 8. Tum me ejus beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto. Ovid. 2. de Ponto 1. 17.
Pro parte rata. Cic. 1. Tuſcul. 94. Omnia iſta, perinde ut cuique data ſunt, pro rata parte, a vita aut longa aut brevia dicuntur.
Pro rata. Ulpian. in l. in his vero. D. De ſolution. & liberation. Si vero ſumma uſurarum debitarum & non debitarum non eadem ſit: ad utramque cauſam æqualiter proficit, quod ſolutum eſt, non pro rata, ut verba reſcripti oſtendunt. Subauditur Parte.
Pro perturbatione horum temporum, i. e. Ut eſt temporum perturbatio. Cic. 13. Fam. 29. Itaque ſic velim exiſtimes, me omnes Achajæ civitates arbitrari pro horum temporum perturbatione felices, quod his tu præſis.
Pro portione. Varro 2. de R. R. cap. 3. pr. Ut & lac multum, & pingue habeant pro portione.
Pro rata portione. Cic. in Somn. Scip. 11. Hic eſt, inquit ille, qui intervallis conjunctus imparibus, ſe tamen pro rata portione diſtinctis, impulſu & motu ipſorum orbium efficitur. conf. PORTIO, & PROPORTIO.
Pro quæſtu herili. Plaut. Pœn. 1. 2. 63.
Nam pro herili & noſtro quæſtu ſatis bene ornatæ ſumus. h. e. Si reputes quam exiguum lucrum faciat herus.
Pro re. V. paulo infra Pro tempore.
Pro re nata. Cic. 7. Att. 8. Diem tuum ego quoque ex epiſtola quadam tua, quam incipiente febricula ſcripſeras, mihi notaveram, & animadverteram poſſe pro re nata, te non incommode ad me in Albanum venire III Non. Jan.
Pro re noſtra. Ter. Heaut. 5. 1. 67.
Duo talenta pro re noſtra ego eſſe decrevi ſatis.
Pro reverentia, V. Infra, Pro cetera reverentia.
Pro ſe, ſive altero rationem dari. Varr. lib. de L. L. 5. 9.
Pro ſcapulis, quum dixit Cato, ſignificavit Pro injuria verberum. Paulus.
Pro ſpe nihil contigit. Liv 28.
Pro tempore, Pro re, Pro loco, ſignificat quod vulgo dicitur, *Pro qualitate temporis, rei, loci.* Cæſ. de Bell. Gall. 5. 8. Conſilium pro tempore & pro re caperet. Liv. 30. 10. His raptim pro tempore inſtructis. Salluſt. Jug. 50. Ipſe pro re atque loco, ſicuti monte deſcenderat, paulatim procedere.
Pro cetera reverentia. Plin. 3. Epiſt. 8. Facis pro cetera reverentia, quam mihi præſtas, quod tam ſollicite petis, ut Tribunatum, &c. i. e. Præter reverentiam, quam mihi præſtas in ceteris rebus, hoc quoque facis. Sic
Pro cetera diligentia. Plin. 2. Epiſt. 16.
Pro ſe quiſque. i. e. Quiſque pro virili. Ter. Heaut. 1. 1. 74.
Video alios feſtinare, lectos ſternere,
Cœnam apparare, pro ſe quiſque ſedulo faciebat. Plaut. Amph. 1. 1. 76. Virg. 12. Æn. 552.
Pro ſe quiſque quod ceperat, afferebat. Cic. 3. Offic. 58.
Pro ſe quiſque aurum, argentum, & æs in publicum conferunt. Liv. 26. 36. extr.
Pro ſe quiſque omnes. Liv. 25. 14. Itaque pro ſe quiſque omnes, per

æqua

æque atque iniqua loca, quum undique tela conjicerentur, armaque & corpora hostes objicerent, pervadunt, irrumpuntque.
Pro sua quisque facultate. Cic. 1. Tusc. 108.
Pro, repetitum. Cic. pro Muren. 86. Ego vos pro mea summa & vobis cognita in Rempub. diligentia moneo, pro auctoritate Consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, ut, &c.
Pro, Aliter, q. d. Prout postulat &c.
Pro auctoritate mea videor posse. Cic. pro Font. 32. Quare si etiam monendi estis a me, quod non estis, Judices, videor hoc leniter pro mea auctoritate vobis præcipere posse.
Pro humanitate ejus singulari. Balbus Cic. 9. Att. 8.
Pro prudentia tua singulari. Cic. 11. Fam. 12. Non dubito autem, pro tua singulari prudentia, quin perspicias.
Pro sapientia. Quorum vobis pro vestra sapientia, Quirites, habenda est ratio diligenter. Cic. pro Lege Manil. 17.
Pro suo jure esse in aliquo loco. Cic. 3. Att. 2. Itineris nostri causa fuit, quod non habebam locum, ubi pro meo jure diutius esse possem, quam fundum Sicæ, præsertim nondum rogatione correcta.
Pro meo jure dico. Cic. pro Flacc. 95. Oppressus est C. Antonius; esto: habuit quandam ille infamiam suam; neque tamen ille ipse, pro meo jure dico, vobis judicibus damnatus esset.
Pro jure meo imperitabam. Plaut. Capt. 2. 1. 47.
Pro suo jure orat. Plaut. Rud. 5. 3. 36.
Pro suo jure agere omnia. Terent. Adelph. 1. 1. 27.

Do, prætermitto; non necesse habeo omnia
Pro meo jure agere. Ubi Donat. Hic est sensus, Non necesse est, etiam si liceat, sævum esse patrem.

Satis pro imperio. Ter. Phorm. 1. 4. 19. i. e. Imperiose. Budæus.
Pro veritate causæ conficere negotium, & pro sua dignitate. Cic. 13 Fam. 57.
Pro, significat In: ut Pro rostris. Pro æde, Pro tribunali. Alias aliud pro alio, ut Pro pecunia, Pro prædio, Pro Consule. Alias pro admiratione, ut Pro Juppiter! Alias pro Ante, ut Pro ostio. ex Paulo & Festo. [V. in seq. exemplis not. Quas omnes fere hujus Particulæ significationes exhibent Glossæ quoque Lat. Gr. Pro, Ἀντὶ, καὶ Ὑπὲρ; Πρὸ, Ἔμπροσθεν, &c.
Pro, In etiam significat in hoc exemplo & aliquot sequentibus. Sallust. Jugurth. cap. 94. Ac Numidæ sæpe antea vineis Romanorum subversis, item incensis, non castelli mœnibus se tutabantur: sed pro muro dies noctesque agitare, maledicere Romanis [Immo hic Pro muro, est Ante, vel Extra murum. V. Gell. 11. 3. & Cort. ad Sall. Jug. 59. pr.
Pro sententia, In sententia. Festus. Subaud. Dicere.
Pro testimonio dicere. Cic. 6. Verr. 44. Posteaquam Cordius pro testimonio dixit te sibi reddidisse, finem reddendi fecisti.
Mentiri pro testimonio. Cic. in Vatin. 3.
Pro concione aliquid agere. Quintil. lib. 4. cap. 4.
Pro suggestu. Cæs. 6. Bell. Gall. 3.
Pro tribunali cognoscit judex. Ulpian. in l. 2. D. de re judic.
Pro, Ante. Sallust. Catil. cap. 18. extr. Qui ei maturasset, pro curia sociis signum dare. Cic. 2. Philipp. 64 Hasta posita pro æde Jovis Statoris.
Illa præsidia, quæ pro templis omnibus cernitis. Cic. pro Milon. 2.
Locare equites pro cornibus. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Pro gradibus Palatii. Sueton. Neron. cap. 8.
Pro oppido collocare copias. Cæs. 7. Bell. Gall. 70.
Pro pedibus aliquid abjicere. Apul. Apol. conf. 4. Milef. p. 155. Elmenh.
Pro portis. Tacit. 5. Hist. 11. 2.
Pro, In verborum compositione, ponitur etiam amplificando, ac palam faciendo, ut Prodi, Provoca, Protraho, Propello. Alias pro privandi facultate, ut in Propudio, Prohibendo: quia utrumque abnuit in his esse pudorem potestatemque. Alias pro In, ut Promittere barbam, capillum. Paulus & Festus.
In compositionibus sæpe idem significat ac Procul & corripitur. ut Prŏfundus, Prŏfanus. alias producitur ut Prōsum, &c. Interdum in compositione Palam significat, ut Festus l. c. docet. Hor. 1. Epist. 1. 54.

— hæc Janus summus ad imum
Prodocet. Vulgo Perdocet

De natura atque genio hujus præpositionis plura V. apud Gell. 2. 3.
PROÆDIFICATUS, a, um. Partic. Proædificatum, dicitur Quod ex privato loco in publicum solum processit. Festus.
PROÆRESIUS, [Προαιρέσιος] Insignis sophista fuit ex Cæsarea Cappadociæ, Ulpiani discipulus, & Libanii sophistæ contemporaneus. Suid.
PROÆRESIS, is f. [προαίρεσις] Propositum animi firmum & constans. V. Micræl. Lex. Phil. p. 1136.
PROÆRETICUS, a, um. Adj. [προαιρετικός] Quod fit e scientia & voluntate. apud Philoss. & Theologg.
PROAGOGIUM, i. n. [προαγώγιον] Stuprum, perductio, e Græco verbo προαγωγεύω, quod nos perducere dicimus, id est lenocinari, lenocinium facere. Suet. Neron. cap. 28. Super ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus, Vestali virgini Rubriæ vim intulit.
Immo dicitur παιδαγωγίων. Vide & al. lectionem. H. St. Nempe in PÆDAGOGIUM supra. conf. PERDUCO.
Proagogia, [προαγωγία] sunt Aquarum deductiones, pori, meatusque. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 6.
PROAGORUS, i. m. [προάγορος] Dorica ratione, quam Latini æmulantur, & Siculorum lingua (nam ab aliis Græcis προήγορος dicitur) significat Eum qui princeps est, & ante alios verba facit. Usus est Cic. 6. Verr. 50. Annotavit Turneb. Advers. 8. 11. Gloss. Cyrill. Πρήγορος, Prædicator.
PROĀMITA, æ f. Proavi mei soror. Cajus in l. 1. D. de Gradibus.
PROARIES, ĕtis. m. Instrumentum quo vice arietis utimur ad adigendam materiam. Cæs. 4. Bell. Gall. 17. Ac nihilo secius sublicæ, & ad inferiorem partem fluminis, obliquæ adigebantur, quæ proariete subactæ, & cum omni opere conjunctæ, vim fluminis exciperent. V. Bayfium in lib. de Vasculis. Alii legunt, Pro ariete, vel, Pro pariete subjectæ. [Posteriorem lectionem sequitur Davies. Quod miror Cui bono enim paries ponti e parte inferiori? Recte itaque Pro ariete Vetus metaphrastes, οἱ δίκην κριοῦ τὸν χάρακα ἐρείδοντες. Ac defendit hanc lectionem Turneb. 24. 30. Nimirum Aries hoc loco, non illam bellicam machinam denotat, sed sublicas, quæ geminis fulcris obliquæ suspensæ, arietis nomen a similitudine obtinent.
PROASMA, ătis. n. [προᾶσμα] in epode est tanquam Cantilenæ procemium. Cæl. lib. 9. cap. 10. Proasma, & Epimelodema, item Epode esse videtur tanquam cantilenæ proœmium, &c.

PROASTIA, orum. n. pl. [προάστεια] Suburbana, quæ pulcherrime consita a domino, non tam utilitatis quam voluptatis causa habentur. Alciatus lib. 2. Paregŏn cap. 4.
PROAUCTOR, ōris. m. [προπάτωρ] Sueton. Claud. cap. 24. Appium Cæcum generis sui proauctorem. i. e. Auctorem & principem. Ex Budæo. Qua forma Proavum dicimus, eadem Proauctorem, quasi Procul & longa origine auctorem dixit. [Sed Proavus est Prior avo, seu Ante avum, ergo item Proauctor, ante Auctorem.
PROĀVUNCULUS, i. m. & PROMĀTERTĔRA, æ. f. i. e. Proavi frater & soror. l. Jurisconsultus. & l. 1. de Gradib. & affinib. Imper. in tit. de gradib. lib. 2. instit. Civil.
PROĀVUS, i. m. [πρόπαππος, πρόπατρος] Avi paterni vel materni pater. Hujus relativum est Pronepos. A quo femininum est Proneptis. Cic. de Clar. Orat. 212. Nam & de duobus avis jam diximus, Scipione & Crasso, & de tribus proavis.
Atavi proavorum. Juven. 3. Sat. 312.

Felices proavorum atavos.

Genus a proavis ingens. Virg. 10. Æn. 225.

Cui genus a proavis ingens, clarumque paternæ
Nomen erat virtutis. i. e. Cujus auctoritatem commendabat & origo majorum, & paterna virtus. Servius.

Petere proavos, Ad proavos visendos ire. Virg. 3. Æn. 129.
PROAVIA, æ. f. Avi vel aviæ mater. Suet. Calig. cap. 10. In Liviæ Augustæ, proaviæ suæ, contubernio mansit.
PROAVĪTUS, a, um. Adj. [προπατορικός] Quod est proavi: ut, Rura proavita. Stat. 4. Silv. 4. 83.
Facta proavita. Sil. lib. 11. 88.
Regna proavita. Ovid. 13. Met. 416.
Pugnæ proavitæ insignia ostentare. Sil. lib. 5. 79. Idem 16. 257.
PROBA, PROBABILIS, PROBAMENTUM, PROBATIO, PROBATORIA, V. PROBO, in PROBOR.
PROBE, PROBITAS, PROBITAS, V. PROBUS.
PROBLĒMA, ătis. n. pr. c. [πρόβλημα] est Propositio interrogationem annexam habens, seu Quæstio. V. Gell. præf. & 10. 4. Cic. 12. Att. 2. Jam explicandum est πρόβλημα, si quid acterus es. Suet. de Gram. cap. 4. Institutionum ad eloquentiam parandam quædam genera, ut problemata, periphrases, elocutiones. &c.
PROBLEMĀTICUS, a, um. Adj. [προβληματικός] Disputabilis. Inter philosophos frequenter occurrit, pro Controverso, ac Dubio.
PROBO, V. PROBUS.
PRŎBŎLIUM, i. n. [προβόλιον] Venabulum aut Contus. V. Lex. Pitisc.
PRŎBOSCIS, idis. f. [προβοσκίς, προνομαία] Græcum nomen est, dictum quod ante depascat: & est porrecta corporis pars inhærens naribus: quæ, excepto homine, in aliis animalibus invenitur. Varro Sexages. Invenisse se, quum dormire cœpisset tam glaber quam Socrates, calvum esse factum ericium e pilis albis, cum proboscide. Hæc Non. 1. 241. In elephanto dicitur Manus: quod ea tanquam manu utatur. Plin. lib. 8. cap. 10. Resolvunt elephanti manu draconum nodos. Idem Proboscidem vocat, lib. 8. cap. 7. conf. Flor. 1. 18. 9.
PROBRUM, i. n. pr. c. [αἰσχος, ὄνειδος] Velle dicit significare crimen, ut est Adulterium, Stuprum, & hujusmodi. Sueton. Cæs. cap. 43. Diremit nuptias Prætorii viri, qui digressam a marito post biduum statim duxerat, quamvis sine probri suspicione. Unde Probrum virginis Vestalis, pro Stupro. Plaut. Amph. 1. 2. 13.

Nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet,
Atque insimulabit eam probri. i. e. Adulterii. conf. Cic. 2. Philip. 69. infra.

Probrum virginis Vestalis, ut capite puniretur, vir qui eam incestavisset, verberibus necaretur, lex fixa in atrio Libertatis, cum multis aliis legibus incendio consumpta est. Festus.
Nefanda probra. Senec. Hippol. 2.
Cum probro. V. CUM.
Accusare probri. V. ACCUSO.
Arguere probri. V. ARGUO.
Effusi sumptus cum probro atque dedecore. Cic. pro Rosc. Amer. 68.
Emergere ex paternis probris ac vitiis. Cic. 5. Verr. 162.
Excitare in aliquem probrum. Tac. 3. Ann. 36. pr. i. e. Crimen probri.
Implere terras probris. Ovid. 17. Epist. 208.
Incusabo te probri. V. INCUSO.
Inferre probrum alicui. Cic. pro Cæl. 42.
Insimulare probri mulierem, Accusare. Cic. 2. Philipp. 69. Non est satis: probri insimulasti pudicissimam feminam. Accipitur autem hic pro Adulterio, ut supra dictum est.
Intendere probra & minas alicui. Tacit. 3. Ann. 36. extr.
Luere sanguine probra. Ovid in Ibin, 567.
Objectare probrum. Cic. pro Domo 76. In isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum objectas, sed etiam laudem illustras meam.
Objicere ut probrum. Cic. 1. Tusc. 3. Honorem tamen huic generi non defuisse declarat oratio Catonis, in qua objecit, ut probrum, M. Nobiliori, quod is in provinciam poetas duxisset.
Sum. ut, Tuum scelus, meum probrum putas esse oportere. Cic. pro Domo 87.
Esse in probro. V. IN præpositionem.
Esse probro & crimini. Cic. pro Rosc. Amer. 48. Vitam hanc rusticam, quam tu probro & crimini putas esse oportere, & honestissimam & suavissimam esse arbitrantur.
Vetito probro sacraria temerare. Ovid. 10. Met. 695.
Vacare probro. Senec. Herc. fur. v. 87. Ne qua pars probro vacet.
Videre. Ovid. 3. Amor. 14. 44.

Et fuerint oculis probra videnda meis.

Probrum, Maledictum, contumelia, infamia, dedecus, quod ex scelere consequi solet; ut, Datum est probro, i. e. Ignominiæ adscriptum. Cic. 11. Att. 9. epistolas plenas probrorum appellat, i. e. Contumeliarum.
Canere probra. Ovid. 3. Fast. 676.
Dicere multa probra alicui. Ovid. Rem. Amor. 697.
Jacere probra in infontem. V. JACIO.
Jactare probra in aliquem. V. Jacto, in JACIO.
Increpare probris. V. INCREPO.
Ingerere probra alicui. Liv. lib. 2.
Vexare probris. Cic. pro Flacco. 48.

Animal probrum. Gell. lib. 9. cap. 2. dicit pro Summe probroſo, quemadmodum apud Terentium, Scelus, pro Homine perquam ſceleſto.

PROBRŌSUS, a, um. Adj. [ἐπονείδιστος] Ignominioſus. Cic. pro Font. 27. De quo vos homine, Judices, ne ab inimicis quidem ullum fictum probroſum, non modo crimen, ſed ne maledictum quidem audiſtis.
Ruinæ probroſæ, Dedecus afferentes. Hor. 3. Carm. 5. 39.
Carmina probroſa. Tacit. 14. Ann. 48.
Vita probroſus. Tacit. 3. Ann. 68. 4.
Feminæ probroſæ. Suet. Domit. cap. 8.
Compar. Plin. 22. 6. Quo nihil probroſius duco. Aurel. Vict. cap. 9. Veſpaſ. Senatu motus probroſior quiſque.
Superl. Mulier probroſiſſima. Lamprid. Heliog. cap. 18.

PROBROSE, Adv. Gell. 17. 21. Cum Demoſtheni quod fugerat probroſe objiceretur. Sen. Controv. 1. 2. Probroſe leno illam proſtituit.

PROBROSĬTAS, ātis. f. Salvian. 3. de Gub. Dei, p. 92. & 94.

PRŎBUS, [Πρίβος] M. Valerius Probus, Berytius, Grammaticus, Romæ docuit, non tamen ut magiſtri perſonam ſuſtineret, unum aut alterum, vel cum plurimum tres aut quatuor admittere ſolebat, horis pomeridianis, cubanſque inter longos & vulgares ſermones legere quædam, idque perraro. Nimis parva & exigua de quibuſdam minutis quæſtiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem ſilvam obſervationum ſermonis antiqui. Non ab initio enim ad ſtudia ſe contulit, ſed poſtquam in militia diu centuriatum fruſtra petiſſet. Suet. Gramm. 24.

PRŎBUS, a, um. Adj. [δόκιμος, ἐνδόκιμος, καλοκἀγαθός] Bonus, quaſi Prohibus, quod ſe a delinquendo prohibeat; inquit Feſtus.
Sanctus & probus. Cic. pro Cluent. 133. Neque enim hoc homine ſanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior eſſe quiſquam poteſt.
Non probus. V. NON.
Probus ad iſtas res. Plaut. Pœn. 3. 3. 67.
Argentum probum. Liv. 32. 2.
Artifex. Ter. Phorm. 2. 1. 29. O artificem probum!
Clava proba. Plaut. Rud. 3. 5. 20.
Color. Columel. lib. 8. cap. 2.
Conger probus hic frigidus. Plaut. Mil. 3. 1. 162.
Faber probus. Plaut. Pœn. 4. 2. 93.
Facinus. Plaut. Men 1. 2. 23.
Ingenium. Cic. 1. Off. 103. In ipſo joco aliquod probi ingenii lumen eluceat.
Materia. Plaut. Pœn. 4. 2. 93.
Merx. Plaut. Pœn. 1. 2. 129.
Mores. Hor. in Carm. ſæcul. 45.
Moribus probus. Plin. Epiſt. 171.
Nummi. Plaut. Perſ. 3. 3. 33.
Occaſio. Plaut. Caſin. 5. 4. 2.
Pauperies. Hor. 3. Carm. 29. 55.
Sapor. Columel. de Arboribus, cap. 3. Sed firmum, probumque ſaporem vini præbent.
Compar. Plaut. Moſt. 2. 1. 60.
Pluma haud intereſt, patronus an cliens probior ſiet
Homini, cui nulla in pectore eſt audacia. Idem Stich. 1. 2. 87.
Probiores, credo, arbitrabunt, ſi probis narraveris. Cic. 7. Fam. 5. De quo tibi ſpondeo probiorem hominem eſſe neminem.
Superl. Plin. 2. Epiſt. 9. Adjutum cuperem juvenum probiſſimum. V. Inſcr. apud Gruter. p. 647. n. 2. MEMORIAE AETERNAE HOMINIS PROBISSIMI.

PROBE, Adv. [δοκίμως] Bene, recte. Eleganter vel abſolute, vel in reſponſione ponitur. Ter. And. 2. 5. 7.
Quaſi de improviſo reſpice ad eum. P. hem pater
D. Probe. h. e. Recte, & ut volebam. Idem Eun. 4. 6. 30.
Si vim faciet, in jus ducito hominem, intellextin'? C. probe.
Hoc adverbium, ut ex ſequentibus exemplis apertiſſime liquet, omnibus fere verbis jungitur; ut
Oculus conturbatus non probe affectus ad munus ſuum fungendum. Cic. 3. Tuſc. 15.
Appotus probe. Plaut. Amphit. 1. 1. 126.
Curaſti probe. Ter. And. 5. 2. 6.
Decipere probe. Plaut. Amphit. 1. 1. 268.
Diſcere probe. Plin. 2. Epiſt. 18. Niſi ſperare te vellem, poſſe fratris tui liberos probe diſcere.
Errant probe. Plaut. Amphit. 3. 3. 20.
Judicas probe. Cic. 7. Att. 3.
Moneam probe. Ter. And. 5. 4. 15.
Ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probe.
Noſſe, & Commeminiſſe probe. Cic. 1. de Orat. 228. Hominem probe noſſe, & commeminiſſe ſe ajebat.
Ornatus probe aliqua re. Cic. 2. Fam. 9. Ad Amanum exercitum adduxi ſatis probe ornatum auxiliis.
Percutere probe. h. e. Fortiter. Plaut. Amphit. 1. 1. 162.
Scire probe. Cic. 2. Fam. 12.
Sentire probe. Cic. 1. de Legib. 54. Probe quidem ſentis, ſi re ac non verbis diſſiderent.
Stabilire probe. Cic. 1. Tuſcul. 88. Hoc igitur probe ſtabilito & fixo, illud excutiendum eſt, ut ſciatur quid ſit carere.
Tenere aliquid probe, Scire. Cic. 1. de Invent. 77.
Vivere probe. Plaut.
De aquæductu probe feciſti. Cic. 13. Att. 6.
De Servio probe dicis. Cic. de Clar. Orat. 161.
Probiſſime. Ter. Adelph. 3. 3. 65.

PROBITER, [ἐνδοκίμως] pro Probe, apud antiquos. Varro Octogeſ. Poſtquam avida libido rapere ac concidere cœpit, ſeque opifice, non probiter ſtrepere. Non. 11. 13.

PROBĬTAS, ātis. f. [καλοκἀγαθία] Bonitas. Cic. de Amicit. 29. Quod ſi tanta vis probitatis eſt, ut eam, vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod majus eſt, in hoſte etiam diligamus: quid mirum eſt, ſi animi hominum moveantur? &c.
Virtus, probitas, integritas, in candidato, non linguæ volubilitas, non ars, non ſcientia requiri ſolet. Cic. pro Planc. 61.
Diſſimilis eſt tibi probitate. Ovid. 2. de Pont. 11. 17.
Dulcis probitas. Stat. 1. Silv. 2. 12.
Exercita probitas rebus adverſis. Ovid. 5. Triſt. 5. 49.
Ævo tenero maturior probitas. Stat. 2. Silv. 1. 40.
Inops jacet probitas. Claud. 2. in 1. conſ. Stil. 110.
Probitas cum paupertate jacebit. i. e. Negligetur ac contemnetur. Lucan. ad Piſon. 109.
Probitas laudatur & alget. Juven. 1. Sat. 74.
Commendatione probitatis boni viri ſpeciem tueri. Cic. 2. de Orat. 211.
Perdurat probitas in longum ævum. Ovid. de Medicam. faciei, 49.

PRŎBO, [δοκιμάζω, ἐπαινέω, βασανίζω] āre. Efficere ut probum, rectumque judicetur id, quod quis facit vel dicit; unde & pro Laudare accipitur, inquit Budæus.
Dicimus autem Probare aliquid alicui. Cic. 6. Verr. 82. Non vereor ne hoc officium meum P. Servilio judici non probem. i. e. Scio eum omnino hanc meam accuſationem Verris non improbaturum. Idem de Senect. 42. Mihi vero & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitioſa & tam perdita libido. i. e. Nullo modo perſuaderi mihi potuit, ut bonam dicerem & laudarem tantam libidinem.
Eſt enim mihi utendum quibuſdam rebus ex iis libris, ad eos quos in manibus habeo: quos, ut ſpero, tibi valde probabo. Cic. 4. Att. 13.
Cauſam ſuam probare alteri. Cic. pro Quint. 92. Si cauſam cum cauſa contenderet, nos noſtram perfacile cuivis probaturos ſtatuebamus.
Diligentiam ſuam alicui probare. Papinian. in l. Labeo. D. de ſtatu liberis.
Diligentiam ſuam probare in re aliqua. Cic. 1. Verr. 72. Ut ſi in hac cauſa noſtrum officium, ac diligentiam probaverimus, hæc quæ dixi, retinere per Pop. Rom. incolumia, ac ſalva poſſimus.
Scripta probare auribus puris. Propert. lib. 2. 13. 12.
Se probare alicui. Cic. pro Ligar. 2. Qua in legatione & civibus, & ſociis ita ſe probavit, ut decedens, &c. i. e. Probitate & integritate vitæ ſe talem præſtitit ac demonſtravit.
Laudare & Probare. Cic. 7. Fam. 1. Teque & iſtam rationem otii tui & laudo vehementer, & probo.
Non probare aliquid in aliquo. Cic. 2. de Fin. 1. Quod ne in ipſis quidem philoſophis magnopere unquam probavi.
In vulgus non probari. Cic. in Parad. præf. Ea ſentit, quæ non ſane probantur in vulgus. i. e. Quæ nec ipſum quidem vulgus probat, neque laudat.
Oculis hominum probari. Ovid. 17. Epiſt. 125.
Conſilium probatur omnibus. Cæſ. 8. Bell. Gall. 21. pr. Hoc omnibus probato conſilio.
Video meliora, proboque. Ovid. 7. Met. 20. Idem Pont. 3. 2. 28.
Sententiam probare. Cic. 4. Acad. 70.
Probare & Improbare, opponuntur. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Plus juſto probare aliquid. Ovid 3. de Pont. 9. 8.
Dicta alicujus voce probare. Ovid. 1. Met. 244.
Judices probare atque deligere. Cic. 7. Verr. 171. Nolo eos judices, quos ego probarim atque delegerim, ſic in hac urbe notatos, iſto abſoluto, ambulare, ut non cera, ſed cæno obliti eſſe videantur.
Pactum dea probavit. Ovid. 6. Faſt. 453. al. Factum.
Nemini probatur, i. e. Nemo approbat, ſive laudat, aut nemini placet. Cic. 3. Verr. 17. Tametſi probatur nemini.
Non nimium probare. V. NIMIS.
Lente & faſtidioſe probare aliquem. V. LENTUS.
Vulgus amicitias utilitate probat. Ovid. 2. de Pont. 3. 8.
Probare, Demonſtrare, & argumentando planum facere. Quod ea laude digna videantur, quæ probari rationibus poſſunt. Plaut. Bacch. 4. 4. 51.
Quid mihi refert Chryſalo eſſe nomen, niſi factis probo?
Indolem generoſam factis probare. Senec. Theb. 2.
Lacrimis probare. Plaut. Pſeud. 1. 1. 99.
Quod tu iſtis lacrimis te probare poſtulas, &c.
Dialectice probare. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Huic ſatis illud erat planum facere atque probare. Lucret. lib. 2. 932.
Exitus acta probat. Ovid. 2. Epiſt. 85.
Culpa non probatur ex facili. Ovid. 2. Amor. 2. 55.
Quibus de meo celeri reditu non probabam. Cic. 16. Att. 7. i. e. Non perſuadebam.
Probare alicui, ſe, quominus, &c. Cic. 12. Fam. 29. A magiſtris quum contenderem de proferendo die, probarunt mihi, ſeſe, quominus id facerent, & compromiſſo, & jurejurando impediri.
Se probare pro eunucho, i. e. Perſuadere, interprete Donato, aut fingere. Ter. Eun. 2. 3. 83.
Probare ingenium unius ex aliorum ingenio. Plaut. Trin. 4. 3. 42.
Probare, Rem experiri & tentare: ut, Amicos probato. Et apud Columell. Probare boves: pro eo quod Gallice dicimus *Eſſayer*, *eſprouver*.
Animos probare. Ovid. 3. de Pont. 2. 38. V. Goclen. Obſerv. L. L. p. 181. [Pallad. Novemb. 7. 22. Caſtanea inſeritur, ſicut probavi ipſe, ſub cortice &c. i. e. Experimento comperi.
Supinum hujus verbi exſtat apud Cic. 5. Tuſc. 1. Hoc difficile eſt probatu.

PROBANS, antis. Partic. ut, Jove non probante. Hor. 1. Carm. 2. 19. Idem 1. Epiſt. 1. 82.
Iidem eadem poſſunt horam durare probantes?

PROBANDUS, a, um. Partic. [δοκιμαστέος] Cæſ. 5. Bell. Gall. 44. Quem locum probandæ virtutis tuæ exſpectas?
Cauſa probanda. Ovid. 6. Faſt. 266.
Forma probanda operis. Ovid. 3. Triſt. 11. 44.

PROBĀTUS, a, um. [δεδοκιμασμένος] aliud Partic. Cic. in Topic. 73. Nam & ingenioſos & opulentos, & ætatis ſpatio probatos, dignos quibus credatur, putant.
Minus probatus parentibus. Nepos 2. 1. 2.
Adoleſcentia probata & ſpectata maxime. Lucil. apud Non. 5. 60.
Fides probata. Claud. 2. Conſ. Hon. 145.
Opera probata homo. Cic. 3. Verr. 101. Homo ſcilicet aut induſtria, aut opera probata, aut frugalitatis exiſtimatione præclara.
Res probata. Nepos 14. 6. 5. pr. Hac re probata. i. e. Hoc conſilio.
Crimen patens ſine teſte probatum. Ovid. 15. Met. 37.
Probatior. Liv. 27. 8. Ita repente exuit antiquos mores, ut nemo tota juventute haberetur prior: nec probatior primoribus patrum, ſuis pariter alieniſque eſſet.
Superl. ut Femina probatiſſima. Cic. pro Cæcin. 4.
Gratulatio tua eſt mihi probatiſſima. Cic. 4. Fam. 11.
Homo probatiſſimus. Cic. 4. Verr. 23.

PROBĀTIO, ōnis. f. [κατασκευὴ, δοκιμασία, δοκιμή] Plin. 2. Epiſt. 11.

Hujus

Hujus actionem vespera inclusit, non tamen sic ut abrumperet. Itaque in tertium diem probationes exierunt. Cic. 3. Verr. 142. Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur: ego me refecturum esse dico. Probatio futura est tua, qui locas: prædibus & prædiis populo cautum est i. e. Tuum est Prætoris, qui locasti, exigere ut opus tradatur approbatum: & mihi acceptum ferre, quum probatum fuerit. Bud. [Hic est Operis inspectio.

Athletarum probatio. Cic. 2. Off. 40.

Equitum probatio, Transvectio. Val. Max. 2. 2. 9.

Fontium probationes & expertiones. Vitruv. 8. 3.

Artificialis, Demonstratio, Convictio. Quintil. lib. 3. cap. 9.

Firma Quintil lib. 5. cap. 10.

Inexpugnabiles probationes. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Lineares. Quintil. lib. 1. cap. 10. De Geometria.

Potentissimæ Quintil. lib. 1. cap. 10.

Implere probationem, est, Quod quis intendit, seu agendo, sive excipiendo plene probare. Ulpian. in l. In exceptionibus, in fine. D. de probationibus & præsumpt. Si judicatæ rei vel jurisjurandi conditio delata dicatur de eo quod tunc petitur, sive in alea gestum esse contendatur, eum implere probationes oportet.

Probationem non habere. Senec. lib. 3. cap. 10.

Probātor, ōris m. [δοκιμαστής] Cic. pro Cæcin. 85. Deinde hujus rationis, non modo non inventorem, sed ne probatorem quidem esse me.

Malorum improbator, bonorum probator. Apul. de Deo Socr p. 51. Elmenh.

Ingenii probator. Ovid. 2. de Pont. 2. 105. i. e. Approbator & laudator.

Rationis alicujus. Cic. pro Cæcin. 85. V. paulo ante.

Probābilis, e. Adj. [πιθανός] dicitur Quod licet non sit verum, videtur tamen rationibus probari posse. Cic. 1. de Invent. 46. Probabile autem est id, quod fere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hoc quandam similitudinem, sive id falsum est, sive verum.

Probabile & improbabile, contraria. Cic. 4. Acad. 33. Quamobrem sive tu probabilem visionem, sive improbabilem, & quæ non impediatur, ut Carneades volebat, &c.

Non est probabile. Cic. 4. Verr. 154.

Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. Cic. in Parad. 1.

Copia ubi probabilis, ubi modus. Quintil. lib. 2. cap. 8. p. 97. Borm. De verbis.

Nonnunquam honesto ac probabili nomine, bono viro judici error objici solet. Cic. pro Cæcin. 71.

Sumptus probabilis. Ulpian. in l. Apud Celsum. §. Si minor. D. de doli mali exceptione.

Justa & probabilis causa. Ulpian. in l. 3. §. Si mecum. D. ad exhibend.

Specie & odore probabilis. Plin. lib 21. cap. 4.

Orator probabilis. Cic. de Clar. Orat 263. i. e. Cujus oratio facile fidem invenit. [Immo Qui probari possit. Nam subjungit, Jam vero etiam probatus.

Probabilis re aliqua. Cic. de Clar. Orat. 241. Erat ejus æqualis P. Antronius voce peracuta atque magna, nec alia re ulla probabilis.

Compar. Probabilius edictum Gell. 20. 1. Val. Max. 6. 2 pr. Libertas vulgi auribus gratior, quam sapientissimi cujusque animo probabilior est.

Probābiliter, Adv. [πιθανῶς] Cic 2 de Orat. 337. Ad consilium autem de Repub dandum caput est, nosse Remp. ad dicendum vero probabiliter, nosse mores civitatis.

Probabiliter acti ratio reddi potest. Cic. 3. de Finib. 58.

Probabiliter quid posse defendi. Cic. 4. Acad 69.

Multa in eam partem probabiliter argumentatus. Liv. 33. 28.

Probabiliter defensum. Idem 42. 48.

Consulatus neque petitus honeste, neque probabiliter gestus. Paterc. 2. 46. 1. i. e. Sic ut probari posset.

Compar. Probabilius apud Val. Max. 2. 8. 2. & Cic. 2. de Invent. 46.

Probābilĭtas, ātis. f. [πιθανότης] Cic. 4. Acad. 75. Certe tam multa non collegisset, quæ nos fallerent probabilitate magna, nisi videret his resisti non facile posse.

Captiosa probabilitas. V. Captiosus, in CAVEO.

Probātīvus, a, um. Adj. ut, Probativæ duæ quæstiones. Quintil. Decl. 299.

Probāmentum, i. n. Idem, quod Probatio. Mart. Capell. lib. 7. Indubitabile probamentum. Cod. Theod. l. ult.

Proba, æ. f. Specimen. Ammian 21. cap. ult. extr. Annonæ militaris indicia, ut ipsi nominant Probam. ubi V. Vales. Impp. Valent. & Valens l. unic. C. de Stratot. Ut stratoribus unus tantum solidus probæ nomine posceretur. V. Lex. Pitisc.

Probatoria, æ. f. l. 3. Cod. de agent. in reb. Nemo sine divali probatoria, quam codices in sacro nostro scrinio memoriæ positi debeant inferendam accipere, militaribus ejusdem devotissimæ scholæ stipendiis vel privilegiis potiatur. conf. Lex. Pitisc.

Prŏcā, V. PROCAS.

Procacia, **Procacitas**, V. PROCO.

Procălo, āre. Provocare, ex Græco καλεῖν, id est vocare; unde Calendæ, calumnia, calones, & calatores. Procalato, provocato Festus.

Procapis, Progenies quæ ab uno capite procedit. Paulus. V. not Scal.

Prŏcas, æ. m. [Πρόκας] Rex Albanorum fuit, pater Amulii & Numitoris, avus Romuli & Remi, cujus meminit Liv. 1. 3. Virg 6. Æn. 767.

Proximus ille Procas Trojanæ gloria gentis.

Scribitur & Proca, ult. br. Ovid. 14. Met. 622.

Jamque Palatinæ summam Proca gentis habebat. conf. Idem 4. Fast. 52. Et 6. 143.

Procastria, V. PROCESTRIA.

Procax, acis. V. PROCO, are.

Prōcēdo, ssi, ssum, [προβαίνω, ἀποπρόειμι, ὁδεύω, πρόειμι, προχωρέω, προσιέναι, προέρχομαι] ĕre. Ultra ire & progredi. Virg. 3. Ecl. 94.

Parcite, oves, nimium procedere.

Procedere dicebant interdum pro Succedere: interdum pro Porro cedere. Festus

Huc procede, vel illoc. Ter. Eun. 3. 2. 17.

Lente & paulatim. Cæs. 1. Bell. Civil 80.

Leniter placideque. V. LENIS.

Longius Cic de Arusp. Resp. 42.

Oblique. V. OBLIQUUS.

Ultra. Propert. lib. 1. 20. 23.

Ultra procedere, quam comes possit. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Aliquantum viæ procedere. Cic. 6. Att. 5 Velim, etsi (ut spero) te hæc legente, aliquantum tamen viæ processero, tamen obvias mihi litteras quam argutissimas de omnibus rebus crebro mittas.

Trecenta circiter stadia processeram. Cic. 16. Att. 7. pr. Subaudi, Navi.

Foras procedere. Plaut. Pseud. 2. 2. 12.

Obviam procedere. Cic. pro Sext. 68. Huic ad urbem venienti tota obviam civitas cum lacrimis gemituque processerat.

Obviam morti procedere. Cic. 3. Tusc. 56 Cum accipere, quam facere præstat injuriam, tum morti jam ipsi adventanti paulum procedere obviam, &c.

Procedere a, vel ex. Cæs. 4. Bell. Gall. 32. Quum paulo longius a castris processisset. Ibid 8. 19. Paulatim ex silva instructa multitudo procedit militum. Cic. 7. Verr. 106. Procedit iste repente a Prætorio.

Ad forum procedere. Plaut. Cas. 3. 3. 2.

Extra mœnia processit. Lucret. lib. 1. 74.

In aliquem locum procedere. Cic. pro Cæl. 67.

In latera oblique procedere Plin lib. 9. cap. 30.

Castris procedere. Virg. 12. Æn. 169.

Tectis procedere. Valer. 7. Argon. 306.

Passu tacito. Valer. 5. Argon. 351.

Pedibus æquis. Ovid. 4. de Pont. 3. 3.

Cultus procedit adulter. Ovid 2. Trist. 499.

Subducto vultu gravior volo procedere. Propert. lib. 2. 20. 9.

Testis pusillus processit. Cic. 2. de Orat. 245. Cic. pro Flacc. 22. Græcus testis cum ea voluntate processit, ut lædat.

Procedit funus. Ter. And. 1. 1. 100.

Classis procedit velis æquatis. Virg. 4. Æn. 58.

Menses incipient magni procedere. Virg 4. Ecl. 12.

Ad aliquid agendum procedere. Cajus de Verb. signific.

Ad opus procedere. Plin. lib. 11. cap. 10.

Ad pabula noctibus procedunt. Plin. lib. 8. cap. 32.

Ad pugnam procedere, ad Pugnandum. Liv. 7. 9. extr.

In aciem procedere. V. ACIES.

In infinitum. Columel. lib. 5. cap. 3.

In medium. Cic. 4. Verr. 100. Procedite in medium, explicate descriptionem, imaginemque tabularum.

In multum vini processerat. Liv 37. 7. h. 2. Probe appotus erat.

In pedes procedere, & Pedibus gigni, significant fetum ita nasci, ut pedes ex utero priores emergant. Plin. lib. 7. cap. 8.

In publicum. Liv. 34. 1.

In solem ex umbraculis. Cic. de Clar. Orat. 37.

In sublime vites procedunt. Columel. de Arbor cap. 4.

Cubitum nullum processit. Cic. 13. Att. 12. Biennium præteriit, quum ille [illegible] assiduo cursu cubitum nullum processerit.

Temere procedere, Assensio dicitur. Cic. 4 Acad 68. Sustinenda est potius omnis assensio, ne præcipitet, si temere processerit.

Stationes procedunt, i. e. Usque continuantur, Liv 3. 48 V. Gronov.

Procedunt stipendia militibus. Liv. 25. 5. Tribuni plebis, si iis videretur, ad populum ferrent, ut qui minores septem & decem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si septem & viginti annorum, aut majores, milites facti essent.

Processit aliquantum, vel Nihil, ad virtutis aditum. Cic. 3. de Fin. 48. Qui processit aliquantum ad virtutis aditum, nihilominus in miseria est, quam ille qui nihil processit.

Longe ad virtutem procedere. Cic. 4. de Fin. 21. Eos qui natura doctrinaque longe ad virtutem processissent, nisi eam plane consecuti essent, summe esse miseros.

In virtute procedere & progredi. Cic. 4. de Fin. 64.

In multum honorem formæ procedere. Propert. lib. 3. 11. 17.

In philosophia procedere, Proficere. Cic. 3. de Fin. 6. Qui tum in philosophia, tum in optimo genere philosophiæ tantum processeris.

Ætate processit. Cic. de Senect 50. Num igitur censetis eum, quum ætate processisset, qui Aristides esset, Lysimachum salutare solitum? i. e. Senex factus esset. Idem 5. Philipp. 20. An hoc vidit puer? si ætate processerit, non videbit?

Processit eo insolentiæ, ut. Plin. in Paneg. cap. 16. extr. i. e. Tanta fuit insolentia. [Immo ad eum gradum insolentiæ maquit.

Processit eo ira, ut &c. Liv. 9. 26. pr. Virgil. 5. Æn. 461.

Tum pater Æneas, procedere longius iras,
Et sævire animis Entellum haud passus acerbis: &c.

Consuetudine capta eo processerat. Liv. 39.

Opere quantum processerant. Cæs. 1. Bell Civil 81.

Ratione & via procedat oratio Cic. 1. de Fin. 29.

Aliquid procedit novi. Plaut. Most. 4. 3. 7. i. e. Accidit.

Dies alter & alter processit. Virg 3. Æn. 356.

Nox processit jam. Nepos 16. 3. 3.

Sed ubi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine milites Jugurthini signo dato castra hostium invadunt. Sallust. Jugurth. cap. 21. pr.

Pars major anni jam processerat. Liv. 3. 37.

Tempus processit. Cæs. 3. Bell. Civil 25.

Tempore tarde procedunt. Ovid 5. Trist. 10. 5.

Ecce Dionei processit Cæsaris astrum. Virg. 9. Ecl. 47. Quum Augustus Cæsar ludos funebres patri celebraret, die medio stella apparuit: quam ille animam esse confirmavit parentis. Servius.

Hoc procedit. i. e. Locum habet. Pomponius in l. Si mulier. § Item si mulier. D. ad Senatuscon. Vellejan. Et hoc procedit, sive ipse creditor emerit, sive, &c.

Dies procedunt emptori. Cato R. R. cap. 148. Quot dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum degustet, totidem dies procedent emptori. conf. mox Tempus.

Tempus procedit domino. Ulpian. in l. In accessione. D. de diversis temporal. præscription. In accessione temporis & id tempus, quo in fuga sit servus, domino ejus procedere, verum est.

Si cui (ovi) vetustate dentes absunt, binæ pro singulis ut procedant. i. e. Annumerentur. Varro de R. R. 2. 2.

Quippe benefacta mea reipublicæ procedunt. Sallust Jugurth. cap. 87. h. e. Utilia sunt, vel prospere cedunt. V. Cl. Wasse.

Ad magnas opes per flagitia procedere, Divitem fieri. Plin. 2. Epist. ult. extr.

Honoribus longius procedere. Cic. de Clar. Orat. 180. Is processisset honoribus longius, nisi semper infirma atque etiam ægra valetudine fuisset.
Studiis procedere, pro Ad honores emergere adminiculo litterarum. Plin. 4 Epist. 24.
Procedere, vel Absolute, vel addito Bene vel male, Cadere, sive accidere, sive cedere. Ter. Adel. 5. 6. 8. Meditor esse affabilis, & bene procedit.
Omnia, ut spero, prospere procedent. Cic. 12. Fam. 9.
Hæc minus prospere procedebant. Nepos 14. 6. 1.
Consilia procedunt. Liv. 24. 26.
Parum processit. Liv. 1. 57. Ubi id parum processit. Ter. And. 4. 1. 47.
Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non posse jam ad salutem converti hoc malum.
Quibus quum parum procederet, ut ulla lege mihi poneret accusatorem, &c. Cic. 8 Fam. 12.
Nihil procedit. Liv. 24. 13. Deinde, ut nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum, magis ira, quam potiundæ urbis spe processit.
Sequitur cædes Annæi Senecæ, ut ferro grassaretur, quoniam venenum non processerat. Tacit. 15. Ann. 60. 3.
Pass. impers. Liv. 25. 21. Qua temeritate processum in aciem est.
De quodam verbi Procedere usu, qui est apud recentiores scriptores historicos vitarum Cæsarum, vide in PROCESSIO H. St.
Procedere proprie dicitur, qui pompa quapiam procedit in publicum: veluti si sponsus procedat, aut sponsa; quod Virg. 4. Æn. 136. dicit,
Tandem progreditur. Hæc Erasm. Speciatim Consul dicebatur Procedere cum primo initi consulatus die in Capitolium comitante amicorum caterva deducebatur. V. Drakenb. ad Sil. 6. 44. conf. Spanhem. de U. & P. Numm. diss. 12. p. 457. Cic. 1. de. Divin. 119. In sella aurea sedit, & cum purpurea veste processit.

PROCĒDENS, entis. [προβαίνων] Partic.
Dies procedens. Cic. 3. Tusc. 53. Quod ita esse dies declarat: quæ procedens ita mitigat, ut iisdem malis manentibus, non modo leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. [Dies. i. e. Spatium temporis.
Procedente jam die, &c. Liv. 28. 15. pr.
Nox procedens. Sil. lib. 13. 416.
Tempore procedente, pro eo quod dicimus Successu temporis. Plin. 3. Epist. 20. Sed vereor ne procedente tempore ex ipso remedio vitia nascantur.

PROCESSUS, a, um. Partic. Hirt. Bell. Afric. cap. 75. pr. Cæsar processus a suis castris millia pass. v. Scrib. Larg. Comp. 100. In processa ætate. [Apud Cæs. Processu millium lego.

PROCESSIO, ōnis. f. Cic. pro Lege Manil. 24. A militibus reditus magis maturus, quam processio longior quærebatur. al. Processus. Veget. de Re Mil. 2. 22. Cornicines canunt, quod in omnibus exercitiis & processionibus custoditur.
Processio apud scriptores recentiores Vitarum Cæsarum de principibus dicebatur e suis palatiis in publicum procedentibus. Sic Jul. Capitol. in Pertinace in fine pag. penult. 174. Frob. dicitur Pertinax eo die processionem, quam ad Athenæum paraverat, ut audiret poëtam, ob sacrificii præsagium distulisse. H. St. Exstant cap. 11.

PROCESSUS, ūs. m. [[illegible], [illegible]] Progressus.
Processus ætatis. Firmic. lib. 3. cap. ult. Sed tamen ipsis processu ætatis, & felicitas & patrimonii augmenta conferuntur. Paulo post, Sed processu ætatis, post graves jacturas largitur substantiæ facultatem.
Processus temporis. Firmic. lib. 3. cap. 4. Si vero per noctem sic fuerit inventus, mediocres in substantia faciet homines, & processu temporis etiam feliciores reddet. Et cap. 6. sub finem, Processu temporis, augmenta felicitatis & dignitatis accipient. Sic alibi frequenter.
Tardi processus. Firmic. lib. 5. cap. 1. Sed quibus felicitas, tardis processibus confertur.
Efficere processus. Cic. de Clar. Orat. 272. Itaque tantos processus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur.
Officiorumque per officia processus. Senec. Epist. 101.
Processus. Successus & eventus. Senec. Epist. 116. Queruntur & de consiliis, & de processibus suis: maluntque semper, quæ reliquerunt.
Felix processus Augustorum. V. Spanh. de U & P. Numm. diss. 12. p. 457.
Processibus suis inimicus homo dicitur, Qui eas artes negligit, quibus homines locupletantur & crescunt. Budæus.
Habere processum in litteris, pro Facere progressum. Suet. de Clar. Gramm. cap. 10.
Processus, Auctus, pl. Cic. de Clar. Orat. 232. Gradus tuos, & quasi processus dicendi studeo cognoscere. Flor. præf. Si quis Pop. Rom. quasi hominem consideret, totamque ejus ætatem percenseat, &c. quatuor gradus processusque ejus inveniet.
Ita, quas Promotiones vulgo dicimus, Processus vocavit Quintil. Decl. 3. 9. V. Burm. p. 67.

PRŎCĔLEUSMĂTICUS, i. m. [προκελευσματικός] Pes est constans e duobus pyrrhichiis, id est e quatuor syllabis brevibus, temporum quatuor: ut, Philosophus. Dictus a προκέλευσμα, quod est cohortatio & jussus nauticus: cui ob celeritatem est aptissimus. V. Mart. Capel. 9. p. 332. conf. CELEUSMA.

PRŎCELLO, cŭli, culsum, [πλήσσω] ĕre. Percutere, evertere. Plin. in Paneg. cap. 65. Erant sub oculis naufragia multorum, quos insidiosa tranquillitate provectos, improvisus turbo proculerat. Alii legunt Perculerat.
Procellere fati fines. Lucret. lib. 5. 310.
Nec sanctum numen fati procellere fines
Posse? Sic legit Lambinus; quum alii partim Protollere, partim Protelere. Primam Grammatici communem volunt.
Procellunt, Procumbunt. Festus. quod omnino desumptum ex Plaut. Mil. 3. 1. 164. ut Dacerius monuit.

PRŎCELLA, æ. f. [ἄελλα, ἄητης, ζάλη, ἐμπρηστὴρ, λαῖλαψ, χειμών] Vehementior quidam venti impetus, nec ita durans, auctore Valla in Raudensem: in mari potius, quam in terra. Dicta ab eo quod omnia procellat, id est moveat & percutiat. Virg. 1. Æn. 89.
Una Eurusque, Notusque ruunt, creberque procellis
Africus. Plin. lib. 2. cap. 48. Flatus vagi & ruentes torrentium modo, tonitrua & fulgura edunt; majore vero illati pondere, incursuque, si late siccam ruperint nubem, procellam gignunt, quæ vocatur a Græcis ἐκνεφίας.
Tumidus procellæ. Hor. in Arte Poet. 28.
Adversa. Ovid. 11. Met. 484.
Immanis. Sil. lib. 3. 525.
Insana. Senec. Hippol. 6.
Nigrans. Sil. lib. 12. 620.
Præcipites. Stat. 5. Theb. 419.
Subitæ. Ovid. de Nuce 163.
Tristis. Senec. Troad. 9.
Turbida rapacior procella. Catul. 23. 4.
Undans. Sil. lib. 5. 518.
Volucres. Ovid. 2. Amor. 11. 33.
Abruptæ. V. ABRUMPO.
Credere se veloci procellæ. Hor. 3. Carm. 27. 63.
Impendentis procellæ signa. Claud. de Bell. Gildon. 486.
Incessit procella V. Incesso, in INCEDO.
Intorquet se nubibus venti collecta, procella. Lucret. lib. 6. 124.
Saliunt subitæ in vela procellæ. Stat 10. Theb. 585.
Stridens Aquilone procella. Virg. 1. Æn. 102.
Tolerare sævas procellas. Sil. lib. 3.
Vexant mare inæquales procellæ. Hor. 2. Carm. 9. 2.
Procella equestris, per translationem. Liv. 30. 18. Equestrem procellam excitemus oportet, si turbare, ac statu movere volumus. Tacit. 3. Hist. 53. 3.
Circumspicite omnes procellas, quæ impendent, nisi providetis. Cic. 4. in Catil. 4.
Civilis procella, Bellum civile. Nepos 25. 10. 6.
Eloquentiæ procella. Quintil. 11. 3.
Fortunæ impotens procella, i. e. Superba, & se cohibere nequiens. Sen. Agam. 589.
Invidiarum procellæ. Cic. pro Cluent. 153. Vitam illam tranquillam & quietam, remotam a procellis invidiarum, & hujuscemodi judiciorum anfractu sequi maluisse.
Irarum procellæ. Sil. lib. 11. 224.
Patriæ procella, turbo ac tempestas pacis. Cic. pro Domo, 137.
Temporis devitare procellam. Cic. 2. Verr. 8. Quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis devitaret.

PRŎCELLŌSUS, a, um. Adj. [ἀελλώδης, ἀργέστης] Plenum procellis. Columel. lib. 7. cap. 6. Hanc pecudem mutilam parabimus quieto cæli statu: nam procelloso atque imbrifero cornuta semper.
Æquor procellosum. Valer. 3. Argon. 621.
Mare. Senec. Med. 411.
Noti. Ovid. 2. Epist. 11.
Pelagus. August. de Civ. Dei, 5. 22. extr.
Venti. Liv. 28 6.
Ver. Liv. 40. 2. Ver procellosum eo anno fuit.

PROCELLOSE, Adv. Augustin. Confess. 13. 20. Genus humanum profunde curiosum & procellose tumidum.

PRŎCĔRASTIS, is. f. [Προκεραστίς] Oppidum Bithyniæ ad Bosphorum Thracium e regione Byzantii quod notiore nomine Chalcedon appellatur. Plin. lib. 5. cap. ult.

PRŎCĔRES, um. m. [ἀκροβολαί. δυνάσται] Capita trabium, hoc est mutuli quidam exstantes, ut ait Servius in Virg. 1. Æn. 740. Al. Muruli. Per translationem autem accipitur pro Majoribus civitatis: quod ii ita in civitate emineant, sicut illi in ædificiis. Livius 1. 45. Quum consensum, deosque consociatos laudaret mire Servius inter proceres Latinorum. Virg 10. Æn. 213.
Tot lecti proceres ter denis navibus ibant
Subsidio Trojæ.
Referre aliquid ad delectos populi proceres. Virg. 3. Æn. 58.
Castrorum proceres. Lucan. lib. 7. 69.
Pullati proceres. Juven. 3. Sat. 213.
Rerum proceres Paulus & Flaminius. Sil. lib. 11. 142.
Proceres gulæ. Plin. lib. 9. cap. 17.
Procerem, Accus. sing. protulit Juven 8. Sat. 26.
Agnosco procerem. A Procer, ĕris. conf. Capitol. Maximin. c. 1.

PRŎCERRĪTUS, a, um. Adj. [κακόφιλος?] Malo spiritu afflatus.
Procerriti lapides. Plaut. Pœn. 3. 1. 25. [Sed rectius divise scribitur,
Neque nos populus pro cerritis insectabit lapidibus. V. CERRITUS.

PRŌCĒRUS, a, um. Adj. [ἐπιμήκης, περιμήκης] Prolixum, & in longitudinem productum: quasi ex cera, ob ejus facilitatem, inquit Festus. conf. Voss. Etym. p. 411. Hor. 2. Serm. 2. 36. — quo pertinet ergo
Proceros odisse lupos? Varr. 2. de R. R. cap. 4. Sues procero corpore, capitibus ut sint parvis.
Alni proceræ. Virg. 6. Ecl. 63.
Arundo. Ovid. 13. Met. 891.
Cacumina procera nemoris celsi. Sil. lib. 7. 674.
Cohors Rhodani, Galli. Claud. 1. in pr. Cons. Stil. 158.
Corpus. Lucret. lib. 3. 658.
Fraxini. Hor. 3 Carm. 25. 16.
Proceras manibus vertere fraxinos.
Membra. Stat. 1. Theb. 414.
Palmæ. Catul Argon. 62. 289. al. Lauri.
Passus viæ proferre proceros. Lucret. lib. 4. 825.
Silvæ. Ovid. 16. Epist. 107.
Compar. Cic. 3. de Orat. 183. Post anapæstum procerior quidam numerus effloruit.
Longa procerior aloo. Ovid. 13. Met. 791.
Pinus vastior & procerior. Pallad. Novemb. 7. 9.
Superl. Sueton. Calig. cap. 47. pr. Galliarum quoque procerissimum quemque, &, ut ipse dicebat, ἀξιοθριάμβευτον, ac non nullos ex principibus, legit ac seposuit ad pompam.
Alæ procerissimæ. Columel lib. 8. cap. 2.
Procerissimus homo. Plin. lib. 7. cap. 16.
Procerissima populus. Cic 1. de Legib. 15.

PRŌCĒRIUS, Adv. [[illegible]] Compar. Cic. 3. de Orat. 228. Brachium procerius projectum quasi quoddam telum orationis.

PRŌCĒRĬTAS, ātis. f. [μῆκος] Prolixitas, Altitudo. Cic. de Senect 59. Quum autem miraretur Lysander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines. Plin. lib. 6. cap 32. Arborum ibi proceritatem ad centum quadraginta quatuor pedes adolescere.

Corporum

Brevitas & Proceritas pedum in oratione. Cic. in Orat. 212. Fluit omnino numerus a primo, tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius.
Corporum proceritas. Plin. 2. 78.
Spatii proceritas. Apul. 5. Milef. p. 169. Elmenh. De longitudine viæ.

PROCERITUDO, ĭnis. f. Solin. cap. 5. Sobolem nostri temporis per nascentium detrimenta, decus veteris proceritudinis perdidisse.

PROCERŬLUS, a, um. Adj. Dimin. Apul. 2. Florid. p. 351. Elmenh. Manus ejus teneræ, procerula læva distantibus digitis nervos molitur.

PROCERUM, PROCERUS. V. PROCERO.

PROCESTRIUM, i. n. Locus apertus ac patulus in ædificio vel domo, per quem proceditur in cubiculum, cœnacula, & reliquas partes superiores. Plin. 2. Epist. 17. Post hanc, cubiculum cum procestrio, altitudine æstivum, munimentis hibernum. Sunt qui legunt Procœtone. q. V.
Procestria, inquit Paulus, dicuntur, quo proceditur in muro. Ælius Procestria ædificia dixit esse extra portam: Artorius Procestria, quæ sunt ante castra, quam qui non habent castra, propugnacula, quibus pro Castris utuntur ædificant. MSS. Procastria.
Procestria, a castro, sive castris, dicta sunt Munimenta quædam, quæ fiunt ante mœnia castrorum, sive ante castra. Quidam etiam Procestria, Aditum, & veluti portam castrorum appellarunt. Gloss. Lat. Gr. Procastria, οἰκήματα πρὸ τῆς παρεμβολῆς. V. omnino Lex. Pitisc.

PROCHEIMASIA, æ. f. [προχείμασις] Præcedens tempestatum significatio. Plin. lib. 18. cap. 26. Accedit confessa rerum obscuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus tempestatum significatione, quod προχειμάσεις Græci vocant, &c. Sunt qui scribant Prochimasis.

PROCHIRUS, i. m. [πρόχειρος] Scriba expedite notans. Meloprochirus, Exercitio & cura promptus. Alciatus ad legem peculiari. De proxim. facr. scrinii libro 12. C.

PROCHOMAGIRIOS, i. m. [πρόχος ἄγριος] Herba, Saxifraga. Apul. de Herb. cap. 97.

PRŎCHȲTA, æ. & PROCHYTE, es. f. [Προχύτη] Insula in Puteolano sinu; Dicta, quasi Profusa. Emersit enim provolutis in mare montibus, quum prius non foret. Nam προχέω significat effundo. Inarimes enim mons, terræ motum passus, hanc insulam fudit. At Dionysius lib. 1. scribit Prochytam dictam esse a Nutrice Æneæ ejusdem nominis. De hac Virg. 9. Æn. 715.
Tum sonitu Prochyta alta tremit. V. ibi Serv. & Plin. 3. 6. & 2. 88.

PROCĪDO, cĭdi, cāsum, [προπίπτω, προσπίπτω, ὑποπίπτω] ĕre. ex Pro & Cado compositum; significat Pronum cadere, procumbere. Gellius, Nam quum multis annis postea scæna, quæ ciderat, refecta esset.
Compressus late Procidit. Hor. 4. Carm. 6. 11.
Ad pedes alicujus procidere. Hor. Epod. 17. 13. conf. 4. Carm. 6. 21.
Procidere ante. Liv. 26. 39. Illa atque præceps cum armis procidit ante proram, &c.

PROCIDENS, entis. Partic. [προπίπτων] Plin. lib. 16. cap. 5. Cautum est praeterea lege duodecim Tabularum, ut glandem in alienum fundum procidentem, liceret colligere.

PROCIDENTIA, um. n. pl. Procidentia fedis. Plin. lib. 24. cap. 11. Radix vulnera sanat viridis imposita, & fedis procidentia, condylomata, & hæmorrhoidas. [Nisi forte Procidentiam reliquit.

PROCIDENTIA, æ. f. [πρόπτωσις] Plin. lib. 34. cap. 18. Usus enim ex eodem & in oculorum medicamentis, & maxime contra procidentiam eorum, & inanitatem, & ulcerum increscentiam, &c. Idem 23. 9. Utilis & Cœliacis, & procidentiæ vulvarum.

PROCIDUUS, a, um. Adj. [προπετής] Quod procidit. Plin. lib. 20. cap. 20. Infantium cerebro imponitur, umbilicoque prociduo. Idem lib. 21. cap. 20. Testes vero, & sedem prociduam, quæque illi sunt vitia, &c.

PRŎCIEO, cīvi, cītum, [μεταπέμπω] ēre. Petere. Liv. Andron. Matrem procitum plurimi venerunt. i. n. Petitum, ut Paulus ex Festo exponit.

PROCINCTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἐν προβολῇ γενόμενος] Paratus, expeditus. Paulus, Procincta classis dicebatur, quum exercitus cinctus erat Gabino cinctu, confestim pugnaturus. Vetustius enim fuit multitudinem hominum, quam navium, Classem appellari. Festus, Procincta classis dicebatur, exercitus ad prælium instructus, & paratus, quem Diali flamini videre non licet. Antiqui enim Procinctum militem dixerunt, ut nunc quoque cum exercitus instructus est. Procincta autem ideo, quod togis incincti ad pugnam ire soliti fuerint. Unde & testamenta in procinctu fieri dicta, quod faciunt ad pugnam ituri. Hactenus Festus. Ubi quidem olim verba ejus interpolata leguntur. Nam Scalig. aliter legit. q. V. Gell. lib. 1. cap. 11. Quum procinctæ igitur classes erant, & instructa acies.

PROCINCTUS, ûs. m. [προβολὴ, παρασκευὴ] Apparatus bellicus, & expeditio dicitur. Plin. lib. 23. cap. 1. Curas, vigoremque animi impedit ad procinctum tendentibus. Cic. 2. de Nat. Deor. 9. Ex quo in procinctu testamenta perierunt.
In procinctu facere, Expedite, & celeriter. Ovid. 1. de Ponto, 8. 10.
Hæc in procinctu carmina facta leges. Sed facete abutitur, venusta licentia utens. H. St.
Testamentum in procinctu facere, sive libra atque tabulis. Cic. 1. de Orat. 228.
In procinctu stare, est Accinctum esse. Quintil. lib. 12. cap. 9.
In procinctu habere. Quintil. lib. 10. cap. 1.
In procinctu versari. Ulpian. in l. non dubium est. D. de bon. possess. ex test. milit. Quanquam enim distet conditio militum ab his personis, quas constitutiones principales separant: tamen qui in procinctu versantur, quum eadem pericula experiantur, jura quoque eadem merito sibi vendicant.

PROCINCTUALIS, e. Adj. Ad procinctum pertinens. ut, Procinctualis ornatus. Cassiodor. 6. Epist. 22.

PROCIO, īvi, ītum, īre. a Cio; Rumpere atque irritum facere. Hinc Procitum testamentum dicebatur, auctore Festo, velut Procatum, Provocatum, id est Irritum ac ruptum.

PROCĪTO, āre. Idem quod Vocito. [προσκαλοῦμαι] Paulus, Procitant pro vocitant: citare enim vocitare est, unde procet & prociet. Gloss. vet. Lat. Gr. Procitat, προσκαλεῖται.

PROCLĀMO, [προβοάω] āre. Palam & valde clamare, vociferari. Liv. 3. 56. Moti homines sunt in eo judicio, maxime P. Horatio patre proclamante, se filiam jure cæsam judicare: ni ita esset, patrio jure in filium animadversurum fuisse. Cic. 7. Verr. 107. Adsunt, defendunt, proclamant: fidem tuam, quæ nusquam erat, nec unquam fuit implorant.
Proclamare in libertatem. Paulus in l. 3. §. quod si servus D. de acquir. possess. Alioquin si ex possessione servitutis in libertatem proclamaverit, & liberale judicium imploraverit, nihilominus in possessione mea est, Pandect. Florentinæ & Haloander habent, Reclamaverit.

PROCLAMATIO, ōnis. f. Proclamatio ad libertatem. l. 25. §. 1. tit. de liberali causa. Quintil. Decl. 18. Instantem truci proclamatione discutere. conf. Idem Decl. 7. & 8.

PROCLAMĀTOR, ōris. m. [φωνασκός] Cic. 1. de Orat. 202. Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus, sed eum virum, qui primum sit ejus artis antistes, &c.

PROCLĪNO, [προκλίνω] āre. Idem quod Inclinare significat. Columel. lib. 7. cap. 10. Earum notanda sunt capita, quam in partem proclinentur. Ovid. 2. Amor. 11. 39.
Tum mare in hæc magnus proclinet litora Nereus.

PROCLINĀTUS, a, um. Partic. [προκεκλιμένος] ut,
Partes proclinatæ. Ovid. 2. Trist. 84.
Curvatura montis proclinata ad mare. Vitruv. lib. 2. cap. ult.
Proclinatum latus. Idem 5. 21.
Res proclinata, Titubante. Cic. 14. Att. 8. Neque progredereris proclinata jam re. Al. Inclinata.
Adjuvare rem proclinatam. Cæs. 7. Bell. Gall. 42.

PROCLINĀTIO, ōnis. f. Vitruv. lib. 6. cap. 11. Non minus etiam observandum est uti omnes structuræ perpendiculo respondeant, neque habeant in ulla parte proclinationes.

PRŌCLĪVIS, e. Adj. [ἐπίφορος, κατωφερής, εὐπετής, κατάντης] Porro inclinatus, vel pronus, inclinatusque, ut ait Donatus in 1. And. 1. 50. Columel. lib. 9. cap. 5. Cum onere per proclivia non ægre devolent. De apibus.
Sceleri proclivis egestas. Sil. lib. 13. 585.
Ingenium proclive ad libidinem. Ter. And. 1. 1. 50. Et Cic. in Partit. 14. Ut adolescentiam procliviorem esse ad libidinem.
Procliviores alii ad alios morbos. Cic. 4. Tusc. 81.
Circa aliquid proclivior. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Labi in proclive. Cic. 4. Tusc. 41. Vitia semel incitata in proclive labuntur, sustinerique nullo modo possunt. Al. Proclive, omissâ præp.
Proclive, Quod facile factu est. Plaut. Asin. 3. 3. 71.
Nam istud proclive est, quod jubes plane collocare.
Dictu proclive. Cic. 2. Off. 69. Quum in hominibus juvandis aut mores spectari, aut fortuna soleat, dictu quidem est proclive; itaque vulgo loquuntur, se in beneficiis collocandis, mores hominum, non fortunam sequi.
In proclivi esse, In promptu, promptum, & facile. Ter. Andr. 4. 2. 18.
Id faciam, in proclivi quod est, per me stetisse ut credat.
Comparativi exempla supra occurrunt.

PROCLĪVUS, a, um. Adj. Idem. Varro 1. de R. R. cap. 2. Solum oportet esse eruderatum, & proclivum, ut everri facile possit, ac fieri purum.
Proclivus impetus. Lucret. lib. 6. 728.
Quo fit uti pacto liber minus exitus amni,
Et proclivus item fiat minus impetus undis. Sic enim ex manuscriptis legit Lambinus. Sen. de Morte Claud. Omnia procliva sunt, facile descenditur. Idem Epist. 86. Junius mensis est jam proclivus in Julium. conf. Plaut. Mil. 4. 2. 27.

PROCLĪVE, Adv. Lucret. lib. 2. 454.
Et procursus item proclive volubilis exstat. Neque est quod quemquam moveat syllaba ultima; nam brevem esse licet, cujusmodi est, Sublime volantes, &c. Alii legunt, In proclive, ut sit nomen. Cic. 4. Tusc. 41. Sunt in lubrico, incitataque semel proclive labuntur. V. ibi Gronov. qui Proclivi legit. Al. In proclive, ut paulo supra videbis.
Compar. V. in seq. dict.

PROCLĪVĬTER, ius, issime. Adv. [εὐπετῶς] Gell. 1. 6. Facile & procliviter persuasit.
Compar. Idem 10. 21. Proclivius peccare. Cic. Anteq. iret in exsil. 13. Qui sunt assecuti summum gradum honoris, non despoliabuntur honore: qui sperant, facilius & proclivius ad laudem nobilitatis pervenient.
Multo proclivius. Lucret. lib. 2. 791.
Decurrere ad iras proclivius. Lucret. lib. 3. 312.
Verba proclivius labuntur brevitate & celeritate syllabarum. Cic. in Orat. 191.

PROCLĪVĬTAS, ātis. f. [καταφορά] Cic. 4. Tusc. 28. Hæc igitur proclivitas ad suum quodque genus e similitudine corporis ægrotatio dicitur, dum ea intelligatur ad ægrotandum proclivitas. Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis proclivitas, ut significet lapsionem. Hirt. Bell. Afr. cap. 37. Inde parvulam proclivitatem digressus, sinistra parte campi propter mare legiones ducit. [V. in MIORADIEN, ad fin. not.

PROCLĪVIUM, i. n. Frontin. Strat. 2. 2. 2. Adjuvante proclivio. Claud. de Laud. Stil. 1. 113. — lassant proclivia currus. [Nisi hic n. pl. a Proclive, & ille Proclivo reliquit, ut exstat in MSS. V. not. Tenui.

PROCLUS, i. m. [Πρόκλος] Lycius, discipulus Syriani, philosophus Platonicus, præfuit scholæ Atheniensi, cujus discipulus & successor fuit Marinus Neapolitanus. Scripsit plura in Grammatica & Philosophia. Auctor Suidas. Ejus adhuc commentarios in Platonis Timæum habemus.
Eutychius Proclus, seu Proculus, Grammaticus, Afer Siccensis, Præceptor item M. Antonini Philosophi, qui eum ad Proconsulatum usque provexit, ut scribit Capitolinus cap. 2. vitæ ejus.
Proclus alter, Cilix Mallotes patria, qui scripsit in Sophismata Diogenis, & contra Epicurum, teste Suida.
Proclus item, Sive Proculejus [Προκλήϊος] a Laodicea Syriæ, qui scripsit theologicum in Pandoræ fabulam Hesiodi, in Aurea carmina, Isagogem in Arithmeticam Nicomachi, & alia quædam Geometrica, teste Suida.
Proclum Naucratitam his Philostratus addit, qui dicit nulli suisse ex suis præceptoribus, ac docuisse Athenis, filiumque habuisse luxui deditum, in quem non modo non severus fuit, sed usque adeo indulgens, ut in alendis canibus avibusque adesset, dictitans, hunc nugas cum citius cum senibus dimissurum, quam cum æqualibus. In docando hunc omnino servasse morem, ut ab initio a discipulis centum drachmas pro totius temporis mercede acciperet, bibliotheca domi publicata, ut illi solum

lectioni

lectioni intenti, dum cogerentur, minime per otium, uti moris est in ludo, inter se sibilent aut jurgentur, pueris cum pædagogis, ac adolescentibus in medio constitutis. Hæc ex Philostrato, apud Volaterranum. conf. PROCULUS.

PRŏCO, [illegible] āre. & PROCOR, āri. Poscere, inquit Festus. Livius Ægistho, Quin quod parere vos majestas mea procat, toleratis, templo hanc deducitis? Unde Procaces meretrices ab assidue poscendo, & Proci, uxorem poscentes in matrimonium. Non. 1. 92. Cic. apud Non. 1. 89 A petendo petulantia, a procando procacitas nominata est. conf Varr de L. L 6. 5. Sen. præf. Nat. Quæst. lib. 4. Plancus ajebat, non esse occulte, nec ex dissimulato, blandiendum. Perit, inquit, procari, si latet.

PROCĀTIO, ōnis. f. Apul. Apol. p. 320. Elmenh. Cum in hoc statu res esset inter procationem matris & metum filii.

PROCAX, ācis. [ὑβριστικὸς] i. e. Petax. Hinc, Meretrix procax, Petulans, impudens, inverecunda. V. in dict. præced. Ter. Hec. 1. 2. 84.

> Sed, ut fit, postquam hunc alienum ab sese videt,
> Maligna multo & magis procax facta illico est. Idem Heaut. 2. 1. 15.
> Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. Cic.

pro Cœl. 49. Ut non solum meretrix, sed etiam procax videatur. De Clodia.

Protervus, petulans. Suet. Othon. cap. 2. A prima adolescentia prodigus, ac procax adeo, ut sæpe flagris objurgaretur a patre.

Amatus a procacioribus feminis. Capitol. de Maximin. Jun. pr. vitæ.

Odii procax. Tacit. 13. Ann. 46. al. Otil.

Procax & superbus fastus. Plin. lib. 9. cap. 35.

Procax, de inanimantibus etiam dici potest Virg. 1. Æn. 540.

> — penitusque procacibus Austris. i. e. Sævientibus procellis.

Dicta procacia. Claud. 6. Cons. Hon. 246.

Epistola procax. Plin. in præfat.

Lingua. Sil. lib. 8. 250.

Locutio. Catul. in Epithal. Juliæ, 59. 126.

Manus. Plin. lib. 22 cap. 6.

Manum procacem armare. i. e. Exercitum improbe aliquid repetentem. Senec. Agam. 3.

Musa. Hor. 2. Carm. 1. 37.

Vernæ. Hor. 2. Serm. 6. 66.

Procacior, [ὑβριστικώτερος] compar. Ovid. 2. Trist. 435.

> Cinna quoque his comes est, Cinnaque procacior Anser.

In feminas procacior. Columel. lib. 7. cap. 3.

Nequitiæ procaciores. Martial. 5. 2.

Superl. Procacissima ingenia. Tacit. 2. Hist. 87. 2.

PROCACIA, æ. f. Audacia in poscendo. Auson. Epist. 22. pr. Quod nihil poscente me abnuis, magis acuis procaciam quam retundis.

PROCACITAS, ātis. f. [ὕβρις] Licentia turpium conviciorum, qua meretrices & scurræ utuntur. Cic. lib. 4. de Repub. A procando, id est poscendo, procacitas nominata est. Idem in Sallust. 1. Aut si hujus facta, mores, omnem ætatem nudavero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic objicio.

Procacitas videtur idem esse, quod jocularis lascivia ex Plinii loco in MENTAGRA. H. St.

Lepida procacitas. Martial. lib. 2. 41. in Maximinam, cui tres tantum erant dentes, iidemque rubiginosi;

> Mimos ridiculi Philistionis,
> Et convivia nequiora vita,
> Et quicquid lepida procitate
> Laxat perspicuo labella risu. i. e. Risu sic aperto ut perspiciantur dentes.

Stolida procacitate ludere. Martial. lib. 1. 125. in Cæcilium, h. e. Impudenter & stolide jocari.

Procacitas linguæ, Mordacitas. Cic. in Sallust. 3. Non enim procacitate linguæ, vitæ sordes eluuntur.

PROCACĬTER, ius, issime. [ὑβριστικῶς] Liv. 28. 24. Flagitatum quoque stipendium procacius, quam ex more & modestia militari erat, & a custodibus probra in circumeuntes vigilias Tribunos jacta.

Sermo procaciter ortus. Curt. 8. 1. 32.

Procacissime illudere. Idem ibid.

Exercentibus plerisque per occultum, atque eo procacius, libidinem ingeniorum. Tacit. 5. Annal. 4. 4.

PROCUS, i. m. [μνηστὴρ, μνηστὴς] Matrimonii appetitor, a Procando. V. Festum. In PROCO. Virg. 4. Æn. 534.

> — rursusve procos, irrisa, priores
> Experiar? Ovid. 1. Epist. 88.
> Turba ruunt in me luxuriosa proci.

Divites proci. Ovid. 2. Met. 571.

Spes procorum invidiosa. Ovid. 4. Met. 794.

Ignoti & impudentes proci. Cic. de Clar. Orat. 330.

Procus, & pl. Proci, dicebantur Proceres in classibus, jam inde a Servio Tullio. De his intelligendus est locus ille apud Ciceronem in Oratore 156. ubi inquit, Jam, ut Censoriæ tabulæ loquuntur, Fabrûm & procûm audeo dicere, non Fabrorum & procorum. Festus, Procum patricium in descriptione classium, quam fecit Servius Tullius, significat Procerum: ii enim sunt principes.

PROCŒTON, ōnis. m. vel PROCŒTIUM, i. n. [προκοιτὼν, ἢ προκοιτώνιον] Antecubiculum & quasi excubitorium. Plin. 2. Epist. 17. Post hanc, cubiculum cum procœtone, altitudine æstivum, munimentis hibernum. Alii tamen Procestrium legunt, quod vide.

PROCŌMION, i. n. [προκόμιον] i. e. ut interpretatur Theodorus, Coma appostitia. Hoc autem inter ornamenta muliebria posuit Pollux lib. 7. cap. 22.

PROCONNĒSUS, i. f. [Προκόννησος] Insula est in Propontide. Plin. lib. 5. cap. ult. Insulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus, unde Cyzicenum marmor. Eadem Neuris & Proconnesus dicta. conf. Val. Flacc. 3. 34. al. Proconesus. [conf. HECATONNESUS, & PELOPONNESUS, & de utroque Strab. lib. 13. Nam cur Cherronesum, non geminato n dicerent ratio apparet, ut cacophonon scil. vitarent, ex gemina literæ repetitione in eadem voce. Stephanus tamen Προκόννησος scribit.

PROCONNĒSIUS, a, um. [Προκοννήσιος] Adj. possessiv. Vitruv. 2. 8. Halicarnassei regis Mausoli domus Proconnesio marmore omnia habebat ornata.

Aristeas Proconnesius, Scriptor laudatus a Plin. 7. 2.

Proconnesiæ ancillæ cujusdam, quæ ex ejusdem diei coitu, alterum domino similem partum, alterum procuratori ejus enixa fuerit, meminit Plin. lib. 7. cap. 11.

PROCONSUL, ŭlis. m. [ἀνθύπατος] non Qui pro alio Consule præest Provinciæ, sed Qui cum potestate consulari extraordinaria, ad aliquam Provinciam administrandam mittitur. Hujus dictionis crebra est mentio apud historicos. V. Manut. ad Cic. 1. Fam. 1. & Sigon. de Ant. Jur. Prov. vel Lips. ad 1. Ann. Tacit. 76.

Proconsule, V. a XCONSULA. Divus Augustinus in eo libello, quem de Grammatica scripsit, Ab a littera vocali, inquit, nullum Latinum, nisi juncta præpositione, masculinum invenitur: ut Proconsule, Proprætore. Ergo juncta præpositione fiunt Latina, ut dixi, Proprætore & Proquæstore. Nam veteres nominativo casu Proconsul dicebant, attendentes nullum nomen virilis generis apud Latinos in a exire. Hæc Augustinus. Cic. 5. Verr. 212. C. Marcelle, te appello, Siciliæ provinciæ, quum esses Proconsule, præfuisti. Asconius in 2. Verr. 45. Pompeius autem Proconsule de Hispania, Sertorio victo, nuper venerat. Plin. 2. Epist. 11. Marius Priscus accusantibus Afris, quibus Proconsule præfuit, omissa defensione, judices petiit.

Sic Ragazonius in Epist. Ciceronis Pro Consule passim scribit, ut Galliam pro Consule administravit p. 7. meæ edit. Ibidem, Macedoniam pro Consule regebat. Sic pag. 14. Cyprum pro Quæstore rexit. H. St. Sic Sall. Catil. c. 19. In quatuor denariis gentis Pompejæ tab. 1. apud Fulv. Ursin. p. 217. PRO. COS. & PRO. Q. puncto interjecto. Recte tamen Cellarius in Orthogr. Lat. ex derivatis hinc vocabulis colligit veteres etiam conjuncte scripsisse, quod & ex imitatione Græcorum colligitur. Gloss. Græco Lat. Ἀνθύπατος, Proconsul, ἀνθυπατεία, Proconsulatus, ἀνθυπατικὸς, Proconsularis: & Ἀντιστράτηγος, Proprætor: & Ἀντιταμίας, Proquæstor. Eadem ratio compositionis est in Promagister, Pronomen, &c. Nisi potius Proconsules, &c. dicti primum antiquis temporibus fuerunt, qui postea Consulares &c. & sequiore ævo Exconsules &c. Sic enim & Proavus, Prosocer, &c. dicitur, qui Avum &c. antecessit. Vulgus Antiquum consulem &c. diceret. Nam certum est hæc nomina ab exacto demum Urbano honore in Provincia cœpisse, deque consule intellecta superioris anni. Sed dubium hoc tollit Livius lib. 22. c. 8. ubi de Prodictatore creato agit. Diserte enim docet Prodictatorem dictum, qui locum Dictatoris, donec legitime alius dici posset, obtineret, quem more nostro loquendi Vicedictatorem diceres. V. Infra de singulis suo loco. De Proconsule nominatim Liv. 10. 16. pr.

Sunt qui aliud esse Proconsulem, aliud pro Consule putant. Budæus in Pandect. Dicebant, inquit, veteres Proconsulem aliquem esse, & Pro Consule esse, licet frequentius Pro Consule dicerent; id est Consulari potestate. Cic. pro Lege Manil. 62. Quid tam inusitatum, quam quum duo Consules clarissimi fortissimique essent, ut eques Romanus ad bellum maximum formidolosissimumque pro Consule mitteretur? missus est. Quo quidem tempore, quum esset non nemo in Senatu, qui diceret, Non oportere mitti hominem privatum pro Consule, L. Philippus dixisse dicitur, Non se illum sua sententia pro Consule, sed pro Consulibus mittere. Tanta in eo Reip. bene gerendæ spes constituebatur, ut duorum Consulum munus unius adolescentis virtuti committeretur. conf. Liv. 4. 41. extr.

De discrimine inter Proconsules & Legatos, V. Lex. Pitisc.

PROCONSULĀTUS, ûs. m. [ἀνθυπατεία] Proconsulis dignitas. Plin. 2. Epist. 12. Summotum a Proconsulatu, quia se in legatione turpiter gesserat, de Proconsulibus judicare?

PROCONSULĀRIS, e. Adj. [ἀνθυπατικὸς] Quod ad Proconsulem pertinet. Gell. lib. 5. cap. 14. Quum provinciam Africam Proconsulari imperio meus dominus obtineret. V. Capitolin. in Pio, cap. 4. & Anton. Philos. 6.

Proconsularem imaginem vocat Liv. 5. 2. Tribunatum militum consulari potestate.

Proconsularis provincia. Ammian. 22. 9. Achaja proconsularis.

PRŌCŌPIUS, i. m. [Προκόπιος] e Cæsarea Palæstinæ orator & sophista, scripsit res Justiniani, quas in Oriente, aut Occidente, aut Africa per Belisarium patricium gesserat, cujus scriba & comes in cunctis expeditionibus fuit. Composuit item alterum librum, quem inscripsit ἀνέκδοτα, id est Non edenda, sive non edita: ubi Comœdia quædam Justiniani, & ejus uxoris Theodoræ vituperationem continens. Suidas. conf. Voss. Hist. Græc. 2. 22.

Procopius alius fuit Tyrannus Constantinopolitanus, qui insurgens contra Valentem principem apud Natoliam Phrygiæ civitatem, in ejus potestatem cum exercitu venit, proditus a duobus militibus: alligatusque; deinde duabus per vim reflexis arboribus, discerptus est. De proditoribus etiam sumptum supplicium. Ex tripartita Historia. conf. Ammian. 26. 9.

PROCRAXO, procraxi, [κράζω] procraxisse, & per syncopen procraxe. Palam aperuisse atque indicasse, & quasi in publico garriisse. Verbum est e Græco detortum κράζω, quod valet clamo, & vociferor. Lucret. lib. 5. 1158.

> Quippe ubi se multi per somnis sæpe loquentes
> Aut morbo delirantes procraxe ferantur:
> Et celata diu in medium peccata dedisse. Quidam malunt legi,

Protraxe, ut habent plerique libri vulgati: sed Lambinus cum Hermolao hoc aptius & significantius esse contendunt. Adde quod in aliquot manuscriptis ita reperitur scriptum.

PROCRASTĪNO, pr. c. [ἀναβάλλομαι] āre. Diem de die trahere, differre. Cic. pro Rosc. Amer. 26. Ac primo rem differre quotidie, ac procrastinare isti cœperunt: deinde aliquanto lentius nihil agere, atque deludere. Idem 6. Verr. 100. Res non procrastinatur.

PROCRASTINĀTUS, a, um. Partic. Gell. 17. 10. Quæ procrastinata sunt ab eo.

PROCRASTINATIO, ōnis. f. [ἀναβολὴ] Dilatio. Cic. 6. Philip. 7. Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis.

PROCREO, pr. c. [παιδοποιέω] āre. Gignere, Progignere. Liv. 1. 3. extr. Proca deinde regnat: is Numitorem atque Amulium procreat. Cic. pro Rosc. Amer. 41. Pater igitur amens, qui odisset eum sine causa, quem procrearat.

Procreati

Procreati ea gaudio lenones. Plaut. Rud. 5. 1. 4.
Sic enim ab initio fui animatus, at non magis me mea causa putarem esse natum, quam Reipub. procreatum. Cic. Anteq. iret in exsil. 20.
Mente dura aliquem procreare. Catul. 58. 3.
Procreare alicui periculum. Cic. 2. Att. 22. Quum diceret in summa se perfidiæ & sceleris infamia fore, si mihi periculum procrearetur ab eo, quem ipse armasset, quem plebejum fieri passus esset. Vetus codex habet Crearetur.
Usum procreare. Lucret. lib. 4. 833.
PROCREOR, ari Passivum. Varro lib. 8. de L. L. 21. extr. Non in volucribus generatim servatur analogia? non ea aquilis, aquilæ, atque ex turdis, qui procreantur, turdi, &c. Macrob. 2. Saturn. 13. Leges bonæ ex malis moribus procreantur. Plura supra V.
PROCREĀTIO, ōnis. f. [παιδοποιΐα, παιδογονία] Cic. 1. Tusc. 31. Quid procreatio liberorum? quid propagatio nominis?
Dissimilitudo locorum, nonne dissimiles hominum procreationes habet? Cic. 2. de Divinat. 96.
PROCREĀTOR, ōris. m. [παιδοποιός] Cic. 4. de Finib. 17. Ut ii qui procreati essent, a procreatoribus amarentur.
Procreator Mundi Deus. Cic. de Univers. 23. Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex sua mente & voluntate genuisset.
PROCREĀTRIX, īcis. f. [παιδοποιήτρια] Cic. 1. de Orat. 9. Neque enim te fugit laudandarum artium omnium procreatricem quandam, & quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Græci vocant.
PRŎCRESCO, [ἐπιδίδωμι] ĕre. Progigni. Lucret. lib. 2. 566.
Et res progigni, & genitas procrescere posse. Ibid. 546.
Ex quatuor rebus omnia procrescere. Lucret. lib. 1. 715.
Unde queat vis immensi procrescere morbi. Lucret. lib. 6. 664.
PRŎCRIS, is. & idis. f. [Πρόκρις] inquit Servius, filia Iphidi, uxor Cephali, quum audisset a rustico quodam amare eum Auroram, quam invocare consueverat, ad silvas profecta est, & in fruteris latuit ad deprehendendum maritum cum pellice. Qui quum more solito Auroram vocaret, Procris egredi cupiens, fruteta commovit. Sperans Cephalus feram, hastam inevitabilem jecit, & ignarus interemit uxorem. Hæc ex pluribus Servius enarrans illud Virg. 6. Æn. 445.
His Phædram, Procrinque locis, mæstamque Eriphylen. [Apud quem Iphiti, vel Iphidis legendum videtur.
Ovid. lib. 7. Met. Fabulis 27, 28, & 29. Procrin facit Erechthei filiam, & Orithyiæ sororem, unde & Erechthis vocatur, & pro Aurora, Auram substituit. Hujus quoque amore captus fuerat Minos, postquam illa laborantem sanaverat. V. Ovid. Rem. Amor. 453. Adde Hygin. Fab. 189. & Astron. 2. 35.
PRŎCRUSTES, æ. m. [Προκρούστης] Celebris latro habitans in ea parte Atticæ, quæ Corydalus dicitur. Viatores ad lectum, quem ascendere cogebat, emensus, longioribus partem supereminentem amputabat, & breviorum pedes distendebat, a Theseo eodem supplicio interfectus. De quo Plutarch. in Theseo p. 5. edit. Francf. & Diodor. 4. 5. Immitem vocat Ovid. 7. Met. 438. Torvum, 2. Epist. 69. conf. Sidon. Carm. 5. 477. & Meurs. Thes. cap. 7. Al. Procustes.
PRŎCŬBO, ui, itum, [προκοιτάζω] āre. Vigilare: quasi porro, hoc est longe esse a cubando. Perottus. Virg. 3. Georg. 145.
— muscus ubi, & viridissima gramine ripa,
Speluncæque tegant, & saxea procubet umbra. h. e. Cubet, vel, ut Philarg. Protendatur. Sabinus legit Protegat, exponitque Defendat. [Procubet. i. e. Projiciatur. Saxea, A saxis.
PROCUBĬTOR, ōris. m. [πρόκοιτος] Qui noctu, custodiæ causa, ante castra excubat, auctore Festo. Gloss. vet. Procubitor, φρουρός. De Procubitoribus, V. Plura apud Stewech. in Veget. de Re Mil. 3. 8. vel Lex. Pitisc.
PRŌCŪDO, di, sum, [ἐκτείνω, ἐκσφυρηλατέω] ĕre. Prolatare, cudendo extenuare, inquit Servius, seu probe cudere, exacuereve. Virg. 1. Georg. 261. — durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem.
Est & Producere, aut Efficere aliquid. ut,
Ira procudit enses. Hor. 4. Carm. 15. 19.
Ignes procudunt ignem. Lucret. lib. 2. 1112. Alii legunt, Producunt.
Dolos procudere. Plaut. Pseud. 2. 2. 20.
Linguam procudere. Cic. 3. de Orat. 121. Non enim solum acuenda nobis, neque procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum, & plurimarum suavitate, copia, varietate.
Prolem propagando procudere. i. e. Procreare, producere. Lucret. lib. 4. 854. Et 848. Sæcla propagando procudere.
Vitam procudito legendo aut scribendo; i. e. Producito. Non. 2. 677.
Voluptas proceditur vivendo. Lucret. lib. 3. 1094.
Procudendo, [ἐν τῷ ἐκσφυρηλατεῖσθαι] Lucret. lib. 5. 1263.
— quamvis in acuta & tenuia posse
Mucronum duci fastigia procudendo.
PRŎCUL, Adv. [ἄποθεν, πόῤῥω, ἐκ μακρόθεν, πόῤῥωθεν, ἐκποδών, ἀπὸ λόγου] Videtur componi ex Porro & Longe; quasi Longe ab oculis. a Procellere duci vult Voss. Etym. p. 415.
Procul, quasi Porro ab oculis, apud Perottum, ex Porro & Oculus. H. St.
Frequentius de longius remotis dicitur Plaut. Curc. 1. 2. 58. Amabo, cuja vox sonat procul? Cæs. 5. Bell. Gall. 46. Tum fumi incendiorem procul videbantur. Ter. Adel. 3. 3. 84.
Sed quis illic est, quem procul video? Estne Hegio?
Procul hinc. Ter. Eun. 4. 7. 17.
Ut tu illos procul hinc ex occulto cæderes, facerent fugam. Idem Hec. 4. 3. 1.
Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi, uxor. Ovid. 2. Met. 464.
I procul hinc dixit, nec sacros pollue fontes. conf. Juven. 14. Sat. 45.
Procul hinc este. Formula solennis ante sacra, qua profanos clare voce appellebant. V. Brisson. lib. 1. de Form. Barth ad Script. Venat. p. 148.
Non procul, sed hic Cic. 2 in Catil. 29. Qui jam non procul, ut quondam solebant, ab externo hoste atque longinquo, sed hic præsentes suo numine, atque auxilio, sua templa atque urbis tecta defendunt.
Abscedere procul V. ABSCEDO.
Errare procul. Sallust. Jugurth. cap. 85. §. 38. Ceterum homines superbissimi procul errant. h. e. Vehementer falluntur, & longe a vero judicio aberrant.
Esse procul. Ovid. 2. Met. 458.
His quoque laudatis, procul est, ait, arbiter omnis.
Procul, ô procul este profani. Virg. 6. Æn. 258.
Procul habeo iræ & studii causas. Tacit. 1. Ann. 1. 6.
Quærere procul alicunde. Cic. 4. Verr. 48. Quia non posset negare ab illis pecuniam datam, non quæsivit procul alicunde.
Procul a. Ter. Adelph. 3. 2. 50.
Postremo, quando ego conscia mihi sum, a me culpam esse hanc procul. Ovid. 4. Epist. 75.
Sint procul a nobis juvenes, ut femina compti.
Procul a conspectu imperii. Cic. 2. de Lege Agr. 87. Hæc quæ procul erant a conspectu imperii, non solum afflixerunt, sed etiam, &c.
Procul a judicio remota. Cic. pro Cluent. 2. Alterum autem, quia procul a judicio remota est, quæ concionibus seditiose concitatis accommodatior est, quam tranquillis moderatisque judiciis. Subauditur aliquando hæc ipsa Præpositio. V. infra paulo.
Procul a litteris. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Cælestia procul esse a naturæ cognitione. Cic. 1. Acad. 15.
Procul a patria. Virg. 10. Ecl. 46.
Procul longe a. Plaut. Curc. 2. 2. 11.
Hac nocte in somnis visus sum viderier,
Procul sedere longe a me Æsculapium.
Procul ab ostentatione posita res. Quintil. in procem. lib. 1.
De procul. V. DE.
Procul interdum E regione tantum significat, spatio exiguo interjecto. ut Virg. 6. Ecl. 16.
Serta procul tantum capiti delapsa jacebant. Idem 3. Æn. 13.
Terra procul vastis colitur Mavortia campis. conf. Idem 5. Æn. 124. & Serv. in loc. qui Procul ibi vult significare Prope. Sed refutavit Perizon. ad Sanct. Minerv. 1. 16. 7.
Procul, aliquando præpositio est, & interdum Ablativo, nonnunquam Accusativo jungitur: si Grammaticis credimus.
Accusativo. Curt 5. 5. 5. Procul urbem. Liv. 21. 7. de obsidione Sagunti, Locus procul muros satis æquus agendis vineis fuit. Nunc passim legitur, Procul muro. De hoc casu V. Giphan. Observ. Latin. 290. Sallust. incert. 3. 8. Sciopp. ad Sanct. Minerv. 1. 16. & Voss. de Analog. 4. 22. qui suspectum reddunt.
Ablativo. Tacit. 2. Hist. 54. Nec procul cæde aberant. i. e. Prope interficiebantur.
Procul mari incolebant. Liv. 38. 16. extr.
Non procul Oceano habet. Plin. lib. 5. cap. 9.
Procul patria. Cic. 7. Fam. 6. Multi suam rem bene gessere, & publicam, patria procul.
Haud procul Neapoli. Plin. lib. 9. cap. 53.
Ambitione procul. Hor. 1. Serm. 6. 52.
Procul discordibus armis. Virg. 2. Georg. 459.
Procul dubio, i. e. Certe. Suet. Claud. cap. 3.
Procul vero, sic dicitur ut Procul dubio. Columel. in præf. lib. 1. Nam illud procul vero est, quod plerique crediderunt, &c.
Sed in his exemplis videtur ellipsis præpositionis A, quæ sæpius apposita reperitur.
PROCULA, V. PROCULUS.
PRŌCULCO, [καταπατέω] āre. Progrediendo, vel aliud agendo conculcare. Columel lib. 2. cap. 20. Nam dum a pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam atteruntur ungulis, &c. Idem lib. 2. cap. 15. Tum pedibus lotis in modum farinæ proculcant.
Segetes crescentes proculcat aper. Ovid. 8. Met. 290.
Ungula equorum proculcat eum crebro pulsu. Virg. 12. Æn. 534.
Fata proculcans, Mortem non curare, spernere. Senec. Theb. 1.
PROCULCĀTIO, ōnis. f. Plin. 8. 18. Obturbata proculcatione aqua. Sen. de Tranquil. Anim. cap. 11. Quod regnum, cui non parata ruina & proculcatio?
PROCULCĀTOR, ōris. m. In militia idem qui Procursator. Ammian. 27. 23. Inveniri posse aliam viam, præter eam, quam inspexere proculcatores.
PROCULEJA, V. seq. dict.
PRŌCŬLĒJUS, i. m. [Προκλήϊος] ut scribit Acron, Eques fuit Romanus, Augusti amicissimus, qui pius sic erga fratres suos Scipionem & Murenam fuit, ut spoliatis bello civili patrimonium suum ex integro divideret, quod cum eis jam ante diviserat. Hæc Acron apud Hor. 2. Carm. 2. 5. Hujus meminit & Plutarchus in vita Antonii. conf. Harduin. ad Plin. 7. 45. & Burm. ad Quintil. 6. 3.
Cognomen fuisse Corniniorum tradit Spanheim. de U. & P. Num. diss. 6.
PROCULEIA & PROCULINA, æ. f. Mulierum nomina apud Martial. 10. 41. Et 6. 22.
PROCULIO, īre. & PROCULĪNO, āre. Proculio, Promitto: proculiunt, promittunt: proculinant, promittunt: Antistius de jure Pontificali lib. 9. Festus.
PRŌCŬLUS, i. m. [Πρόκλος] Cognomen ejus qui natus sit patre peregrinante a patria procul, auctore Festo. q. V. conf. Fabric. Bibl. Græc. vol. 8. p. 462. Plaut. Men. 2. 2. 38. Jubeas Proculam afferri tibi. al. Poculum. Hinc contracte Proclus. V. supra. Gl. L. Gr. Proculus, τηλέγονος.
Proculus, cum prisco tempore Virginiorum & Geganiorum prænomen fuisset, postea cognomen fuit Plautiorum. Valer. 10. Quæ olim prænomina fuerunt, nunc cognomina sunt, ut Proculus. conf. Lex. Pitisc. & Fastos consulares, & quæ ex Sigon. in PRÆNOMINE.
Proculus, Imperator libidinosus, de quo Vopiscus.
Proculus Grammaticus, vir suis temporibus doctissimus fuit, qui in Itinerario commemorat apud Memphim, in aurea columna Ægyptiis litteris scriptum fuisse, Tunc demum Ægyptum liberam fore, quum in eam venissent Romani fasces. Treb. Poll. in Æmiliano extr. conf. PROCLUS.
De aliis hujus nominis Philosophis ac Grammaticis, V. PROCLUS.
PRŌCŬLA, æ. f. Muliebre nomen. Juven. 2. Sat. 68. & 3. 23.
PRŌCUMBO, cŭbui, cubĭtum, [προκατακλίνω Gloss. Lat. Gr.] ĕre. Prosterni, proclivem esse. Liv. 8. 7. Ipsum fessum via procubuisse. Columel. lib. 1. 6. 6. Lata bubilia esse oportebit pedes x, vel ut minimum ix. Quæ mensura & ad procumbendum pecori, & jugario ad circumeundum laxa ministeria præbeat.
Soluti vino procubuere. Virg. 9. Æn. 190.
Lassus studio venandi procubuit. Ovid. 3. Met. 413.

In terram toto procumbere vultu. Ovid. 14. Met. 281.
Terræ procumbere, h. e. In terram. Ovid. 2. Met. 347.
Pede offenso. Ovid. 2. Fast. 720.
Genu succiduo. Ovid. 13. Epist. 24.
Genu posito suppliciter. Ovid. 2. Fast. 438.
Genibus alicujus procumbere; h. e. Ad genua. Ovid. 13. Met. 585.
Procumbere ad genua, vel ad pedes alicujus. Liv. 23. 7. pr.
Ante pedes alicujus. Ovid. 12. Epist. 186.
Procumbere ad arborem. Plin. lib. 8. cap. 16.
Procumbere in armos. Martial. 1. 61. De leone.
Quod ruet in tergum, vel quos procumbet in armos?
In genua procumbere. Curt. 9. 5. 13.
Procubuit lupa. Virg. 8. Æn. 630.
Poplites procumbunt. Lucret. lib. 4. 950.
Procumbunt milites, pro Cadunt. Cæs. 2. Bell. Civil. cap. 42.
Procumbit humi bos. Virg. 5. Æn. 481.
Metu procubuere feræ. Stat. 4. Theb. 142.
Bello & armis procubuisse. Valer. 4. Argon. 753.
Certamina summo procumbunt. Virg. 5. Æn. 198.
Feris procubuere pares. Stat. 2. Theb. 642.
Ictu saxi procumbit. Sil. lib. 8. 669.
Manu nostra procubuere. Ovid 13. Met. 262.
Strage hac me vellem procubuisse. Valer. 3. Argon. 271.
Procumbere, Demitti. Plin. lib. 16. cap. 36. de arundinibus, Omnibus vero folia e nodo orsa, complexu tenues per ambitum inducunt tunicas, atque a medio internodio, cum plurimum, desinunt vestire, procumbuntque. h. e. In terram inclinantur.
Culmus procumbit gravidis aristis. Virg. 1. Georg. 111.
Nemora omnia late procumbunt. Lucan. lib. 3. 395.
Segetes procubuere imbribus. Cæs. 6. Bell. Gall. cap. 42.
Taxi procumbentes. Lucan. lib. 3. 419.
Procumbere, Inclinari. Alfenus in l. si quando. D. si servit. vendicet. Si quando inter ædes binas paries esset, qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum semipedem aut amplius procumberet: agi oportet, &c.
Nonnunquam est Corruere, subsidere, collabi. ut
Domus lapsa in domini procubuit caput. Ovid. 1. de Pont. 9. 14.
Tectum thalami procumbit. Ovid. 4. Fast. 233.
Tecta super habitantes procubuere. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Turris procubuit pondere. Virg. 9. Æn. 541.

PRŌCŪRO, [ἐπιτροπεύω, ἐπιμελέομαι] āre. Administrationem alienarum rerum gerere, unde & Procuratores dicti sunt. Cic. 12. Fam. 24. Is procurat rationes negotiaque Dionysii nostri.
Nonnunquam idem quod Curare, Administrare, Gubernare. Idem 1. Acad. 29. Quasi prudentiam quandam, procurantem cælestia maxime, deinde in terris ea, quæ pertinent ad homines.
Pro Præesse, sive esse cum potestate juris exercendi, videtur usus JCtus l. 86. Dig. de acquir. & amitt. hæred. Pannonius Avitus cum in Cilicia procuraret. [I. e. Cæsaris Procurator esset, de quo plenius V. in lex Pitisc. & infra. Sic
Procurare rationes provinciæ alicujus. Plin. lib. 7. cap. 16.
Procurare, Simpliciter curare. Plaut. Pœn. prol. 29.
Nutrices, pueros, infantes minutulos,
Domi ut procurent. Apul. Hunc enim equulum suum curiose nimis procurantem inveni. Catul. Epig. 45. 15.
Et me procuravi ocimoque, & urtica. [An Expiavi, malum ut averterem?
Ædes procurare. Varro de L. L. lib. 4. 14. Ædilis, qui ædes sacras & privatas procuraret. conf. PROCURATIO.
Corpus procurare. Virg. 9. Æn. 158. —bene gestis corpora rebus
Procurate, viri.
Stabulis procurans otia pastor. Sil. lib. 6. 330.
Procurare arbores, Adhibita diligentia excolere, & providere ut crescant. Cato de R. R. cap. 43. Eodem modo ceteras arbores procurato.
Sacra procurare, Administrare. Nepos 2. 2. extr.
Procurare sacrificia publica atque privata. Cæs. 6. Bell. Gall. cap. 12.
Procurare, [ἀφοσιοῦσθαι] Expiare. Gell. lib. 4. cap. 6. Ut terram movisse nunciari solet, eaque res procuratur. Et paulo post. De ea re ita censuerunt, ut M. Antonius Consul hostiis majoribus Jovi & Marti consecraret.
Procurare & Expiare. Cic. 2. de Divin. 130. Officium autem esse ejus, prænoscere dei erga homines mente qua sint, quidque significent, quemadmodumque ea procurentur, atque expientur.
Fulgur procurare. Suet. Galb. cap. 4. V. Brœckh. ad Tibul. 1. 5. 13. Petron cap. 10. Et Drakenb. ad Sil. 8. 125. vel Lex. Pitisc.
Minas cælestium procurare hostiis. Apul. Met. 9. p. 233. Elmenh.
Magna vis est in monstris interpretandis ac procurandis, in Aruspicum disciplina. Cic. 1. de Divin. 3.
Vide autem Procurare & in malam partem, ut Procurare alicui malum aliquod, Procurare necem. H. St. Ut vulgo usurpant.
Prima syllaba anceps est. Producitur apud Virg. & Sil. supra. corripitur apud Tibull. 1. 5. 13.
Ipse procuravi ne possent sæva nocere
Somnia, ter sancta deveneranda mola. i. e. Expiavi.

PRŌCŪRĀTIO, ōnis. f. [ἐπιτροπή] Administratio. ut
Negotii publici procuratio. Cic. pro Sext. 66.
Adferere sibi procurationem. Ulpian. in l. quæ omnia. D. de procurat. Nec ferendus est procurator, qui sibi adferit procurationem. Nam hoc ipso suspectus est, quod operam suam ingerit invito: nisi forte purgare mage convicium, quam procurationem exsequi maluerit.
Procuratio & Auctoritas. Cic. pro Rosc. Amer. 28. Qui posteaquam magistratus creavit, legesque constituit, sua cuique procuratio auctoritasque est restituta.
Suscipere procurationem rei alicujus. Ulpian. in l. si vero. §. si filiofamilias. D. mandati, vel contra.
Procurationem committere. Cic. 7. Verr. 36. Mihi sacrarum ædium procurationem, mihi totam urbem tuendam esse commissam.
Cura & Procuratio reip. Cic. 1. Acad. 11. Dum me ambitio, dum honores, dum causæ, dum Reipublicæ non solum cura, sed quædam etiam procuratio multis officiis implicatum & constrictum tenebat, &c.
Procuratio, Præsidium. Varr. 1. de R. R. cap. 1. Adveneror Minervam & Venerem, quarum unius procuratio oleti, alterius hortorum.
Habere procurationem alicujus rei. Cic. 1. de Nat. Deor 3. Sunt philosophi & fuerunt, qui omnino nullam habere censerent rerum humanarum procurationem deos. i. e. Curam.
Procuratio, Expiatio. Cic. 1. de Divin. 101. Atque etiam scriptum a multis est, quum terræ motus factus esset, ut sue plena procuratio fieret.
Procuratio & Expiatio. Cic. 2. de Legib. 34. Jam de aruspicum religione, de expiationibus & procurationibus, satis superque in ipsa lege dictum puto.

PRŌCŪRĀTIUNCULA, æ. f. dimin. Sen. Epist. 31. Omnia transisti procuratiunculæ pretio.

PRŌCŪRĀTOR, ōris. m. [ἐπίτροπος, ἐπιμελητής, διοικητής, κηδεμών] Ulpianus, De procuratoribus & defensoribus, l. 1. Procurator est, qui aliena negotia mandato domini administrat.
Procurator, Ciceroni dicitur pro Cæcin. 56. legitime esse, Qui nostri negotii aliquid gerit, alieno præpositus negotio, pæne dominus, & alieni juris vicarius, præsertim bonorum illius, qui Reipub. causa abest. Hos hodie *Factores* appellamus. Cic. pro Quint. 27. Libellos Sex. Alfenus procurator P. Quintii, familiaris & propinquus Sex. Nævii, dejicit. conf. Ascon. in 1. Verr. 11. V. & in PATRONUS.
Procurator e rationibus. Petron. cap. 30.
Mandare aliquid procuratori de agricultura. Cic. de Orat. 249.
Agere per procuratores. Cic. 4. Att. 15. Mihi mehercule nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres, an per te ipsum.
Voluntarius procurator. Cic. de Clar. Orat. 17. Ego e te hujus voluntarius procurator petam.
Apum procurator. Columel. 9. 9.
Aviarii procurator. Varr. R. R. 3. 6.
Procurator regni Cæs. 3. Bell. Civil. extr.
Procurator dromi, in ministerio quod ad Factiones Circi, & Ludos Circenses pertinebat, dicebatur olim, Qui ejus loci procurationem gerebat, ubi equos suos Veneti, aut alia factio, exercere solebant. Dromus enim hic Locum significat, estque plane Hippodromus. Hoc ex priscis titulis eruit Turnebus, ut in illa epigrapha, PROCVRATORI DROMI FACTIONIS VENETAE, &c.
Post oppressam remp. Procuratores erant Principum in singulis Provinciis, qui rationes fisci curabant, pæne ipsis Præsidibus pares potestate, de quibus prolixius agere non licet. Distinguit eos ab Actoribus eorundem Plin. in Paneg. cap. 36. Postea dicti sunt Fisci Advocati.
Procurator ducenarius, apud Suet. Claud. c. 24. est Qui ducenariæ, id est ducentesimæ colligendæ præerat, quam διακοσιοστὴν appellat Dio. Fortasse quis a numero vocari censeat: alius a salario ducenario, quæ videtur sententia esse Dionis lib. 1. [V. DUCENARIUS, in DUCENTI.
De Procuratore Ærarii, Africæ, aurariarum, baphiorum, bibliothecæ, Cæsaris, canonum, dromi, ducenario, ab ephemeride, linificiorum, ludorum, metallorum, monetæ, rei privatæ, tibiciorum, vicesimæ hæreditatum, & voluntario, V. plura in Lex. Pitisc.

PRŌCŪRĀTRIX, īcis. f. [ἐπιτρόπος] Cic. 4. de Fin. 17. Sed quum sapientiam totius hominis custodem & procuratricem esse vellent, quæ esset naturæ comes, &c.

PRŌCŪRĀTŌRIUS, a, um. Adj. Ulpian. in l. siquis quum procuratorio nomine condemnatus esset, hæres extiterit domino litis. &c. D. de procuratoribus. Cajus in l. si quis in rem suam procuratorio nomine agat. eod. tit.
Exceptio procuratoria. Pomponius in l. ad legatum. D. de procuratoribus.

PRŌCURRO, curri, cursum, [προτρέχω, προθέω] ĕre. Ultra, sive longe currere. Columel. lib. 6. 2. 9. Ex domitis bubus, valentissimum, eundemque placidissimum cum indomito jungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat.
De militibus pugnam capessentibus, proprie. Cæs. 5. Bell. Gall. 34. Quoties quæque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat. Idem 1. 93. Sic apud Virg 9. Æn. 690.
Et conferre manum, & procurrere longius audent.
Procurrere ad oras extremas. Lucret. lib. 1. 968.
Procurrere in vias. Liv. 4. 40.
Procurrere in publicum. Liv. 34. 2.
In pugnam. Columel. lib. 7. cap. 3.
In aciem. V. ACIES.
Vitæ spatium pede inoffenso. Ovid. 3. Trist. 4. 33. al. Percurrere, vel Decurrere rectius.
Procurritur ad mortem impetu quodam & instinctu. Plin. 1. Epist. 22.
Procurrit mons in Occidentem, Protenditur. Columel. lib. 6. cap. 27.
Procurrere in æquor. Ovid. 4. Fast. 419.
Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor
Trinacris, &c.
In mare procurrit Apenninus. Hor. Epod. 16. 29.

PRŌCURRENS, entis. Partic. [προτρέχων] ut, Unus ex multitudine procurrens. Cæs. 5. Bell. Gall. 43.
Procurrens sinus inter duo maria. Plin. lib. 4. cap. 11.
Saxa procurrentia. Virg. 5. Æn. 204.
Infelix saxis in procurrentibus hæsit. i. e. Prominentibus, & veluti obviam venientibus. Servius.
Procurrens gurgite pontus. Virg. 11. Æn. 624.
Procurrens in longitudinem radix. Plin. lib. 18. cap. 13.

PRŌCURSUS, ūs. m. [προδρομή] Liv. 22. 41. pr. Tumultuario prælio, ac procursu magis militum, quam ex præparato, aut jussu imperatorum orto, haudquaquam par Pœnis dimicatio fuit.
Rapidus procursus. Virg. 12. Æn. 711.
Magno procursu agebat equos. Stat 9. Theb. 25.
Faciles sternit procursibus herbas. Stat. 4. Theb. 787.
Procursus. Lucret. lib. 2. 454. Cursus productos, & porro tenus continuatus,
Et procursus item in proclive volubilis exstat. Quidam habent Percursus.
Procursus chlamydis angulosus. Plin. lib. 5. cap. 10.
Æquoris infesti procursibus. Avien. Perieg 555.
Tralate. Val. Max. 3. 2. pr. Initia procursusque virtutis patefecimus.

PRŌCURSIO, ōnis. f. [προδρομή] Actus procurrendi.
Procursio, Aliquantus progressus. Quintil. lib. 11. cap. ult ubi de pedum gestibus

gestibus loquitur: Varicare pedes supra modum, & in stando deforme est, & accedente motu prope obscœnum. Procursio opportuna, brevis, moderata, rara: convenit etiam & ambulatio quædam, propter immodicas laudationum moras: quamquam Cicero rarum incessum, neque ita longum probat. Discursare vero ineptissimum, &c.

Procursio, Excursio, vel digressio e causa. Quintil lib. 4. cap. 3. Non semper est necessaria post narrationem illa procursio. V. Egredi, pro Digredi, in eo egredior.

PROCURSORIUS, a, um. Adj. ut, Procursorius index. Ammian. 31.9.

PROCURSO, [ἐκτρέχω] are. frequent. Liv. 27. 2. Ibi per dies aliquot quum ab stationibus procursaretur. Plin. lib. 8. cap. 3. Procursantibus inter eos qui lacesserent, non potuisse effici, &c.

PROCURSATIO, ōnis. f. [ἐκδρομή] Liv. 28. 33. pr. A quibus ubi per procursationem commissa pugna esset, &c. Idem 5. 19. Procursationes multæ temere inter murum & vallum fiebant. Idem 22. 44. Hannibal dirigit aciem, lacessitque Numidarum procursatione hostes.

PROCURSĀTOR, ōris. m. Liv. 42. 64. Breve certamen, levis armaturæ maxime, cum procursatoribus fuit.

PRŌCURVUS, a, um. Adj. [ὑπερκαμπύλος] Valde curvum significat. Virg. 2. Georg. 421.

> Contra non ulla est oleis cultura, neque illæ
> Procurvam exspectant falcem.

Litora procurva. Virg. 5. Æn. 765.

PROCURVO, āre. Tertull. seu Cypr. Genes. 1. 24.

> Pomiferique simul procurvant brachia rami.

PROCUS, V. PROCO, as.

PROCUSTES, V. PROCRUSTES.

PRŌCYMIA, æ. f. [προκυμία] Moles opposita fluctibus. Rufin. Lat. Joseph. Bell. Jud. 1. 16. Expleto spatio, quod unda celabat, in ducentos pedes murum dilatavit, ex quibus centum repellendis erant fluctibus ante constructi, unde procymia dicebantur.

PRŌCYON, ōnis. m. [Προκύων] teste Plin. lib. 18. cap. 28. Stella est, quæ alio nomine Canicula dicitur, quoniam ante majorem Canem exoritur. V. in CANIS & SIRIUS. Columel. lib. 11. 2. Idib. Julii Procyon exoritur mane, & tempestatem significat. Postea inquit, VII Cal. Augusti, Canicula apparet, caligo æstuosa. Hor. 3. Carm. 29. 18.

> — jam Procyon furit,
> Et stella vesani Leonis.

Latinis autem Anticanis, Græcis Procyon dicitur & Sirius. Cic. 2. de Nat. Deor. 114.

> Anticanis, Procyon Grajo qui nomine fertur.　　Ex poeta.

PRŌDEAMBŬLO, [προπεριπατέω] are. quasi Foris deambulare. Ter. Adel. 5. 1. 4. Prodeambulare huc libitum est.

PRŌDEO, ivi vel ii, itum, [προέρχομαι. πρόειμι] ire. Ultra ire, sive Foras ire, quasi porro ire. Ex Pro, & Eo, is, d interposita. Ter. Eun. 5. 7. 4. Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem. i. e. Ob id exeo, ut, &c.

Prodit, non solum In apertum exit, significat: sed etiam Porro it. Item ex interiore loco procedit. Festus.

Prodire ad aliquem. Plaut. Casin. 2. 7. 10. Atque illi ad me prodeunt.

Prodire ad colloquium. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 26.

E limine. Tibul. lib. 3. 3. 3.

In aciem. V. ACIES.

In conspectum alterius. Ter. Phorm. 2. 4. 3.

In funus. Varr. 1. de R. R. cap. 69. Ter. Andr. 1. 1. 88.

In hostem. Lucan. lib. 7. 231.

In pascua pecudes prodeunt. Columel. lib. 7. cap. 10.

In prælium. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 86.

In publicum. Cic. 3. Verr. 98. Prodeundi tibi in publicum potestatem factam negas.

In scenam. Cic. 1. Off. 129. In scenam sine subligaculo prodeat nemo. Nepos præf. 5.

Intus prodire. V. INTUS.

Obviam alicui. Cic. 4. Verr. 65. Ejusmodi litteras ad eos misit, ut huic frequentes obviam prodirent.

Obvium prodire reduci. Ovid. 8. Epist. 97.

Ex portu naves. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 7.

Infans prodit utero matris. Ovid. 1. Fast. 33.

Prodire, Procedere. Virg. 6. Æn. 199.

> — illæ tantum prodire volando,
> Quantum acie possent oculi servare sequentum. Hor. 1. Epist. 1. 32.
> Est quodam prodire tenus, si non datur ultra.

Extra modum sumptu &c. Cic. 1. Off. 140. Cavendum est, præsertim si ipse ædificas, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas.

Prodire, Pompæ muliebris verbum esse observat Broeckh. ad Tibul. 1. 10. 70.

Prodinunt, pro Prodeunt, V. infra.

Proditur, Impers. Cic. 1. de Invent. 28. Ne ab ultimo repetatur: ne ad extremum prodeatur.

PRŌDĪCO, ēre. Ante dicere. Varr. lib. 5. de L. L. 7. Hinc ille, Indicit bellum, indixit funus, prodixit diem, &c. Liv. 3. 57. Tribunus ei diem prodixit. Alii Prædixit legunt. [Perperam. Est autem Diem prodicere, non Ante dicere, ut vult Steph. Nam id ipsum est Diem dicere [illegible]. Verum, quod vulgo dicunt *Prolongare*, quod & Longiorem diem prodicere dicebant. V. Liv. de accusatione P. Africani lib. 38. cap. 50. & seqq. & Ap. Claudii 3. 56. & 57. & Cic. pro Domo 45. Sic & Prodere diem dicebant. V. in PRODO. Diem scil. judicii ad populum.

PRODICTUS, a, um. Partic. Cic. pro Domo, 45. Ne, nisi prodicta die quis accusetur. Liv. 3. 58. Priusquam prodicta dies adesset, Appius sibi mortem conscivit. V. in ipso verbo.

PRODICTIO, ōnis. f. apud Festum explicatur per Proditionem, quæ in præsens valeat. [Sic in Thes. Lips. Sed locum non reperi.

PRODICTĀTOR, ōris. m. [ἀντιδικτάτωρ] Qui extraordinariam Dictaturam gerit. Liv. 22. 8. Et quia Consul aberat, a quo uno dici posse videbatur, &c. nec Dictatorem populus creare poterat, quod nunquam ante eum diem factum erat: Prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum, & Magistrum Equitum M. Minucium Rufum. V. Hotoman. de Magistr. 1. [In hoc Livii loco vix licet Pro Dictatore substituere, nec de varia lectione quicquam Sigon. & Gronov. monuerunt. At variant codd. lib. ejusd. cap. 31. extr. Eo decursum esse, ut a populo crearetur qui pro Dictatore esset: res inde gestas, gloriamque insignem ducis, & augentes titulum imaginis posteros, ut Dictator Prodictatore diceretur, facile obtinuisse. Al. Dictator, pro Prodictatore. MS. Ut qui pro Dictatore crederetur, vel Diceretur. unde Gronov. Ut Prodictatore Dictator crederetur. Laudo quod & Diceretur ejecit, quod propter ambiguitatem omnino respuit Liviana simplicitas, ceterum malim, Ut Dictator, qui pro Dictatore fuit, crederetur. Sic enim paulo ante dixerat, Qui pro Dictatore esset. conf. sepm in PROCONSUL. not. Pro Dictatore gerere aliquid tantundem est, ac In Dictatore Livio, 6. 38.

PRŌDĬCUS, i. m. [Πρόδικος] Philosophus Ceus, cujus quanta fuerit auctoritas, ex Xenophonte deprehendere licet, qui in Bœotia captus, vadem pro reditu dedit. In concilio Atheniensium magnam est laudem adeptus, quamquam voce graviore atque absona. Concitosque est in ea civitate primatica ex quaque nobili familia adolescentes sibi devinxisse, quorum hospitium usui sibi & voluptati foret. Hæc e Philostrato. Suidas autem dicit eum Ceum fuisse, nimirum e Ceo Insula, & Democriti ac Gorgiæ temporibus, librumque edidisse, qui inscribitur ὧραι, in quo finxit Herculem, Virtuti pariter ac Voluptati congressum, & utraque adhortante, tandem a Virtute persuasum alteram sprevisse. V. etiam Schol. Aristoph. in Neb. 360. V. Erasmum in Adagio. Prodico doctior.

Prodicus dici potest & verti Præjudicator, qui ante de lite pronuntiet quam ad Judices delata sit. [V. Suid. & Hesych. At in Gloss. Gr. Lat. Πρόδικος, Præjudex.

Prodici, [πρόδικοι] Qui alterius tutelam curamve suscipiunt apud Lacedæmonios appellantur. Alexand. ab Alex. lib. 6. cap. 10.

PRODIGALIS, PRODIGALITAS. V. post PRODIGO.

PRODIGIALIS, &c. V. post dict. seq.

PRŌDĬGIUM, ii. n. [τέρας, προσημεῖον, σημεῖον] quasi Porrodicium, quod porro dicat, porro significat, & aliquid futurum esse portendat. Festus, Prodigia, quod prædicunt futura, permutatione g litteræ: nam quæ nunc c appellatur, ab antiquis g vocabatur. Scaliger e Prodigendo, sive porro agendo, id est everruncando, dictum censet. Nonius 5. 34.

Prodigia, deorum minæ, vel iræ. Virg. 3. Æn. 365.

> Sola, novum dictuque nefas, Harpyia Celæno
> Prodigium canit.

Cic. 6. Verr. 107. Etenim multa sæpe prodigia, vim ejus numenque declarant Cereris.

Prodigia, quia prædicunt aliquid. Cic. 1. de Divin. 93. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur.

Prodigio simile. Plin. lib. 12. cap. 26.

Heu prodigia ventris! Plin. lib. 19. cap. 4.

P. Clodius, fatale portentum, prodigiumque Reip. Cic. in Pison. 9.

Locus notus prodigio. Ovid. 8. Met. 321.

Lætum. V. LÆTUS.

Miserabile divûm. Stat. 11. Theb. 454.

Prodigiis acti cælestibus ossa piabunt. Virg. 6. Æn. 379.

Factum divinitus prodigium. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Implere prodigium. Plin. lib. 10. cap. 18. de Pico Martio, Respondere vates, exitium imperio portendi si dimitteretur: at si exanimaretur, Prætori. Et ille avem protinus concerpsit, nec multo post implevit prodigium. i. e. Mortuus est.

PRODIGIĀLIS, e. Adj. [τερατώδης] Quod prodigium procurat. Plaut. Amph. 2. 2. 107.

> Sed mulier, postquam experrecta es, prodigiali Jovi
> Aut mola salsa hodie, aut ture comprecatum oportuit.

Caput prodigiale. Claud. Rufin. 2. 434.

Rerum prodigialium gnari. Ammian. 25. 32.

Signa prodigialia. Prudent. Hamart. 467.

Rubens prodigiale cometes. h. e. Prodigialiter; nomen pro Adverbio. Claud. 1. de Rapt. Pros. 232.

PRODIGIALITER, Adv. [τερατωδῶς] Idem quod Prodigiose. Columel. lib. 3. cap. 3. Nam illa videntur prodigialiter in nostris Germanis accidisse. Variare rem unam prodigialiter. Hor. in Arte Poet. 29.

PRODIGIŌSUS, a, um. Adj. [τερατώδης, τερατικός] Quod prodigium facit, vel Quod præter naturam est & consuetudinem.

Astra prodigiosa. Stat. 3. Theb. 523.

Corpora. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Defectus solis prodigiosi & longiores. Plin. lib. 2. cap. 30.

Honor. Claud. in præfat. lib. 2. in Eutrop. 12.

Mendacia veterum vatum. Ovid. 3. Amor. 6. 87.

Partus aliquando singuli, quod prodigiosum putant. De canibus. Plin. lib. 10. cap. 63. Hard. Prodigium.

Compar. Treb. Poll. Tyran. cap. 31. Studiose in medio feminam posui ad ludibrium Gallieni, quo nihil prodigiosius passa est Respublica Romana.

PRODIGIŌSE, Adv. [τερατωδῶς] Præter naturam vel morem. Plin. lib. 11. cap. 37. Lien cum jecinore locum aliquando permutat, sed prodigiose.

Prodigiose vitam ludificari. Plin. lib. 30. cap. 11. Bubonis oculorum cinerem inter ea, quibus prodigiose vitam ludificantur, acceperim.

PRODIGIĀTOR, ōris. m. [τερατοσκόπος] Qui ex prodigio futura prænuntiat. Festus, Prodigiatores, aruspices, prodigiorum interpretes. V. Buleng. de Sortibus, cap. 5.

PRŌDĬGO, ēgi, [ἀναλίσκω, ἀσωτεύομαι] ēre. Consumere, ultra modum erogare: compositum ex Pro, & Ago. Plaut. Aul. 2. 8. 10.

> — festo die si quid prodegeris,
> Profesto egere liceat, nisi peperceris.

Sallust. Fragm. 1. 5. Nisi aliena bene parta prodegerint.

In meliorem partem utitur Claud. Mamert. in Sidon. Epist. 4. 2. Tum opes in usus inopum prodigis.

Passive, Lactant. 6. 11. Levissimorum hominum patrimonia in res supervacuas prodiguntur. Modestinus in l. plebiscito. D. de offic. Præsid. Plebiscito continetur, ut ne quis præsidum munus donumve caperet, nisi esculentum potulentumve, quod intra dies proximos prodigatur. i. e. Consumatur.

Prodigere, Procul adigere. Varr. 2. de R. R. cap. 4. Admissurae quum faciunt, prodigunt in lutosa limites. De suibus. Idem lib. 3. cap. 9. 14. Prodigendi in solem & sterquilinium, ut se volutare possint, quod ita alibiliores fiunt.

PRODIGENS, entis. Partic. Aur. Vict. de Cæs. cap. 40. Pecuniam conferre prodigenti.

PRODIGENTIA, æ. f. [ἀσωτία] Idem ac Prodigalitas. Tacit. 13. Ann. 1. Cujus abditis adhuc vitiis per avaritiam ac prodigentiam mira congruebat. conf. Idem 15. Ann. 37. 1. & 6. 14. 2.

PRODACTUS, a, um. Partic. Tertull. de Anima, cap. 48. Idem de Pudicit. cap. 8.

PRODIGUS, a, um. Adj. [ἄσωτος, ἀφειδής, χύδην] Præter modum liberalis vel sumptuosus, & profusus. Cic. 2. Off. 55. Omnino duo genera sunt largorum: quorum alteri prodigi dicuntur, alteri liberales. Prodigi, qui epulis, & visceraticnibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu, pecuniam profundunt, in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam omnino sunt relicturi.

Prodigus, ex eo appellatus est, quod sua foras agat, propellat, & protrudat: nam Prodigere est id proprie: atque in hac significatione usurpatum reperimus, quæ ejus vis primigenia est: inde enim factum ut Prodigere sit Consumere. Turnebus.

Prodigus sui peculii. Plaut. Mostel. 4. 1. 19.

Suæ alienæque & fortunæ & pudicitiæ prodigus. Paterc. 2. 48. 3.

Alieni prodigi, contemptores sui. Tacit. Germ. cap. 30.

Æris prodigus. Hor. in Arte Poet. 164.

Auri prodigus. Claud. n. in 1. Cons. Stil. 152.

Lucri neglecti. Claud. de Bell. Get. 608.

Nocendi. Stat. 6. Theb. 767.

Rerum prodiga luxuries. Lucan. 4. 473.

Homo largitor & prodigus. Cic. 4. in Catil. 10.

Prodigus re aliqua. Plin. lib. 9. cap. 17.

Nimius, & tanquam Prodigus in. Cic. ad Brut. 15. Quod in honoribus decernendis essem nimius, & tanquam prodigus.

Prodigus, pro Liberali aliquando ponitur. Hor. 1. Carm. 12. 38.

Regulum & Scauros, animæque magnæ
Prodigum Paulum, superante Pœno,
Gratus insigni referam Camena,
Fabriciumque. Acron tamen hoc loco interpretatur pro Contemptore vitæ, idemque sentit Porphyrio. [Et quid ni recte? Prodigus autem animæ Paulus dicitur, quia cum saluti fuga consulere posset, oblatam facultatem ultro sprevit. V. Liv. 22. 49.

Animæ prodiga gens. Sil. lib. 1. 225.

Sanguinis atque animæ. Ovid 3. Amor. 9. 64.

Pectora prodiga vitæ. Stat. 3. Theb. 69.

Fides prodiga arcani. Hor. 1. Carm. 18. 16.

Locus prodigus multæ herbæ, Herbosus. Hor. 1. Epist. 7. 42.

Mons prodigus. Plin. lib. 36. cap. 15.

Odor. Plin. lib. 13. cap. 3.

Tellus prodiga divitias & alimenta suggerit. Ovid. 15. Met. 81.

PRODIGE, Adv. [ἀσώτως] Effuse. Cic. 11. Philipp. 13. Sed non possunt non prodige vivere, qui nostra bona sperant, quum effundunt sua. Sen. Epist. 88. Homini homine non est prodige utendum.

PRODIGITAS, ātis. f. antiquum. [ἀσωτία] Profusio. Lucil. lib. 6. Sat.

Nequitia occupat, hoc petulantia, prodigitasque. Ex Non. 2. 695.

PRODIGUUS, a, um. Adj. Unde & Prodiguæ hostiæ vocantur, ut ait Veranius, quæ consumuntur: unde homines quoque luxuriosi, prodigi. Festus.

PRODIGIBILIS, e. Adj. pro Prodigus; ἄσωτος.

PRODIGALITAS, ātis. f. Porc. Latro Decl. in Catil. Summum pecuniæ desiderium, summa simul prodigalitas.

PRODINUNT, Prodeunt, ut Ennius Annal. lib. 3. Apud Festum

Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent.

PRODITIO, PRODITOR, V. PRODO.

PRODIUS, [ἐσώτερον] dictum est interius, longius, inquit Non. 1. 231. A prodeundo, quasi porro eundo. Varro Virgula divina, Primum venit in urbem, atque intra muros, deinde accedit prodius, atque introiit domum. i. e. Intra privatos muros. Hæc Nonius.

PRODO, didi, ditum, [προδίδωμι, ἐκδίδωμι, παραγγέλλω] ĕre. Ex Pro & Dare. Longe projicere, porro dare, ait Servius, excludere, propellere. Virg. 1. Æn. 257.

Navibus, infandum! amissis, unius ob iram
Prodimur, atque Italis longe disjungimur oris. Seipsum interpretatur Virgilius, quum ait, Longe disjungimur oris. Donat. in Ter. Decipimur, vel deserimur, exponit. V. paulo infra.

Proditur extra. i. e. Foras editur. Lucret. lib. 2. 918.

— sed nobilitate
Ante aliqua tangi partum, quam proditur extra. Alii aliter legunt. Lambinus.

Conamen alarum proditur, Lucret. lib. 6. 835.

Et conamen utrinque alarum proditur omne.

Prodere, Deferre, ostendere, patefacere. Virg. 2. Æn. 127.

Prodere voce sua quenquam, aut opponere morti. Ter. Heaut. 4. 3. 29. Tu quidem illum plane prodis. [Hic est potius Tradere adversario, vel Præcipitare in periculum. V. infra.

Conscios prodere. Cic. 2. Tusc. 32. An cuiquam justitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commissa, prodente conscios, multa officia relinquente?

Furor proditur vultu. Senec. Hippol. 363.

Indicio suo proditur. Ovid. 11. Epist. 72.

Insidias prodere. Ovid. 13. Met. 106.

Artes suas prodere. Ovid. Rem. Amor. 11.

Otio prodimur. Plin. in Paneg. cap. 82. extr.

Licentiam mentiendi prodere. Quintil. lib. 4. cap. 2. p. 348. Burm.

Dogma prodere. [δογματίζειν] Cic. 4. Acad. 133. Scelus enim dicebas esse, Luculle, dogma prodere.

Prodere interregem, pro Nominare, renuntiare, ut ait Budæus. Liv. 6. 41. Sic, Prodere flaminem, apud Cic. pro Milon. 46. Pompon. in l. 2. D. de orig. juris. itaque Dictatores proditi sunt.

Prodere, Decipere, deserere, auctore Donato. Ter. Adelph. 4. 5. 58.

Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit. Idem Hec. 4. 4. 50.

— eho, an non alemus, Pamphile?
Prodemus quæso potius? Donatus, Deseremus, projiciemus, porro dabimus.

Prodit, Memoriæ porro dat, & Fallit. Item Perdit, ut Ennius, in lib. 16.

Non in sperando, cupide rem prodere summam. Fest.

Conjugium prodere, Decipere. Virg. 4. Æn. 431. Servius.

Amici partim me deseruerunt, partim prodiderunt. Cic. 1. Q. frat. 3.

Prodere, Dare. Sallust. Antequam arcem proderent hostibus.

Caput & salutem alicujus mercede prodere. Cic. in Pison. 56.

Causam, Prævaricari. Quintil. Inst. 4. 2. p. 338. Burm.

Classem prodere prædonibus. Cic. 7 Verr. 105. Tunc iste hoc causæ dicit, quod classem prædonibus prodidissent.

Fidem prodere, Jurejurando non stare. Sallust. in Catil. 25. Budæus. V. Heinf. ad Ovid. 2. Fast. 454.

Legem prodere, Destituere. Ulpian. ad legem Juliam, De adulteriis. l. legem. D.

Officium prodere, Contra officium facere. Cic. 4. Acad. 23. Qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius, quam aut officium prodat, aut fidem.

Parentes. Lucret. lib. 3. 86.

Patriam, quasi Ante dare, inquit Servius. Cic. 3. de Fin. 32. In eum pœnam, qui prodere hostibus patriam cogitaret.

Salutem viri Eriphyla prodidit. Cic. 6. Verr. 39.

Vitam prodere, Exponere vitæ periculo, Ter. Heaut. 3. 1. 69.

Prodere, Proferre, prolatare, differre, interprete Donato. Ter. Andr. 2. 1. 15. Credo, impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis prodat dies. Lucil. lib. 5. Sat.

Possis e elabi, an prodenda dies. Sic Nonius 4. 350. etiam interpretatur, & legit hunc Terentii locum: licet vulgata exemplaria legant Protrahat. [Nec aliter Eugraphius legisse videtur, cujus hæc verba sunt, Ut nuptiis, aliquot proferat dies, id est Protrahat. Quis enim enim non videt Prodat ipsum reliquisse; ubi sciolus Proferat posuit? Prodat etiam Lindenbrog. & Bentlej. conf. infra.

Prodidisse, non solum dicitur in illis, qui patriam hostibus prodiderunt, sed etiam Tempus longius fecisse. Cato, Te, C. Cæcili, diem prodidisse militibus legionis tertiæ, quum proditionem non haberent. Festus. Sic & in Fragm. Festi, nisi quod Prodisse scribitur. Scalig. Non haberes legit. q. V.

Prodere, Propagare. Virg. 4. Æn. 230.

Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri
Proderet. Cic. 7. Verr. 36. Jus imaginis ad memoriam, posteritatemque prodendæ. Al. Prodendam. V. not. Græv.

Exemplum prodere. Liv. 1. 11. extr. Tacit. 1. Hist. 3. Non tamen adeo sterile virtutum sæculum, ut non & bona exempla prodiderit. h. e. Ediderit.

Imitationem prodere exempli. Cic. pro Flacc. 24. Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis.

Prodere posteris, & Accipere a majoribus, contraria. Cic. de Senect. 25. Non accipere modo hæc e majoribus voluerunt, sed etiam posteris prodere.

Prodere gloriam & laudem posteris. Cic. in Somn. Scip. 16. Si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes uniuscujusque nostrûm a patribus acceptas posteris prodere, tamen, &c.

Litteris prodere. Cic. pro Arch. 15. Quæres quispiam, Quid illi ipsi summi viri, quorum virtutes litteris proditæ sunt, istane doctrina, quam tu effers laudibus, eruditi fuerunt?

Memoriæ prodere, idem. Cic. pro Milon. 84. Itaque hoc, Judices, non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt.

Sermonem memoriæ. Cic. 3. de Orat. 14.

Prodere memoriam alicujus facti dicitur loci nomen. Cæs. 1. Bell. Gall. 17. Ne committeret ut is locus, ubi constitissent, ex calamitate Pop. Romani, & internecione exercitus nomen caperet, aut memoriam proderet. i. e. Ad posteros transmitteret, ut perpetua esset memoria.

Prodere memoriam posteris. Cic. 2. Off 63. Danda opera est, ut his beneficiis quam plurimos afficiamus, quorum memoria liberis posterisque prodatur.

Monumentis prodere. Cic. 2. de Legib. 68. Factaque & consulta fortium & sapientum cum improborum ignominia sempiternis monumentis prodere.

Prodere, Absolute, pro Scribere & componere, quod posteri legant, quasi Dare posteris. Plin. lib. 6. cap. 23. Regnabat ibi, quum hæc proderem, Celebotas. Fest. Prodit, Memoriæ porro dat. [Nisi post Memoriæ distinguendum, quod non puto. V. supra locum.

Prodiderunt poetæ. Cic. 3. Off. 97. Utile videbatur Ulyssi, ut quidem poetæ Tragici prodiderunt.

Produnt vix quinto anno reverti negotiatores. subaud. Auctores. Plin. lib. 12. cap. 19.

Prodit memoria. Colum. lib. 1. c. 4. Multos enim deerrasse memoria prodidit.

Prodit fama, Refert. Cels. lib. 2. cap. 6. Quosdamque fama prodiderit in ipsis funeribus revixisse.

Proditur, imperf. Plin. lib. 8. cap. ult. Jam quædam animalia indigenis innoxia, advenas interimunt: sicut serpentes parvi in Tyrinthe, quos terra nasci proditur.

Proditum est memoriæ, ac litteris. Cic. 3. Verr. 47. Quum in ea ipsa loca venisti, potuisti accipere id quod est proditum memoriæ ac litteris.

Proditum memoria. Cæs. 5. Bell. Gall. 12. pr. Quos natos in insulis ipsi memoria proditum dicunt. Al. Ipsa.

PRODITUS, a, um. Partic. [προδεδομένος, ἔκδοτος] Deceptus, circumventus. Cic. 3. Att. 55. Quandoquidem ego proditus, inductus, conjectus in fraudem, omnia mea præsidia neglexi.

A socio proditus. Ovid. 13. Met. 66.

Proditus & Projectus. Cæs. 1. Bell. Civil. 30.

Causa prodita. Martial. 8. 17.

Consul proditus ac nudatus. Cic. 2. Verr. 11.

Proditio nobis prodita est, & prodita a duce, quærimus proditorem. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Regna hosti prodita. Valer. 5. Argon. 523.

Ira prodita torvo vultu, Manifestata. Lucan. lib. 3. 356.

Dies prodita, Qua quid agatur. Cic. pro Domo, 45. Quarta sit accusatio trinum nundinum, prodita die, qua die judicium sit futurum. h. e. Edita, declarata. [Nisi rectius legitur Prodicta. V. supra, & in PRODICO.

Vox prodita. Valer. 5. Argon. 233.

Proditus, Foras editus, & prolatus. Lucret. lib. 3. 603.

Quid dubitas tandem quin extra prodita corpus,
Imbecilla foras, &c. De anima.

PRODI-

PRODITOR, ōris. m. [προδότης] Cic. 3. de Finib. 64. Nec magis vituperandus est proditor patriæ, quam communis utilitatis aut salutis desertor.
Conservator patriæ, & Proditor, contraria. Cic. 12. Fam. 5. Sed tamen ea dixit de conservatoribus patriæ, quæ dici deberent de proditoribus.
Proditor aut desertor salutis meæ. Cic. Post redit. ad Quir. 13.
Initio proditor, deinde perfuga. Cic pro Rosc. Amer. 17.
Occultus proditor, Ignotus. Claud. 2. in Cons. Stil. 113.
Induere palam proditorem & hostem. Tacit. 16. Ann. 28.
Culpæ suæ proditor. Ovid. 2. Amor. 8. 26.
Risus proditor puellæ latentis ab angulo. Hor. 1. Carm. 9. extr.
PRODITIO, ōnis. f. [προδοσία] Liv. 4. 30 pr. Legem de mulctarum æstimatione, pergratam populo, quum ab Tribunis parari coss. unius ex collegio proditione excepissent, ipsi præoccupaverunt ferre. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Arcanorum proditio. Plin. lib. 7. cap. 45.
Proditiones amicitiarum & Rerumpubl. Cic. 4. Acad. 27.
Infida proditio. Ovid. 5. de Arte Am. 578.
Potens proditione. Ovid. 8. Met. 56.
Merces proditionis. Lucan. lib. 4. 221.
Falsa sub proditione aliquem neci demittere. Virg. 2. Æn. 83. Gallice, *Traistreusement, par, ou en trahison.* [Immo Sub falso proditionis crimine, seu Falso insimulatum proditionis.
Multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis. Cic. 5. Fam. 12.
PRODITRIX, īcis. f. Lactant. 1. 10. Bacchus patris proditricem, fratris interemptricem in conjugium sibi vindicavit.
Parma proditrix. Prudent. Perist. 1. 11.
PRODOCEO, ui, ēre. Foris, palam, & publice docere. Pro enim in compositione sæpe idem valet, quod Foris, seu foras & palam. Hor. 1. Epist. 1. 55.
O cives, cives; quærenda pecunia primum est,
Virtus post nummos: hæc Janus summus ab imo
Prodocet: hæc recinunt juvenes dictata senesque, &c. Sic enim legit Lambinus & recte meo quidem judicio: Al. Perdocet.
PRODROMUS, i. m. [πρόδρομος] Latine Præcursor dicitur. Cic. 1. Att. 9. Nam mihi Pompejani prodromi nuntiant aperte Pompejum acturum. Eidem, lib. 16. 6. pr. Ego adhuc (perveni enim Vibonem ad Sicam) magis commode, quam strenue navigavi: remis enim magnam partem, prodromi nulli. Manutius hunc locum de prodromis Aquilonibus putat intelligendum.
Picus & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant. Plin. lib. 16. 8.
Prodromi, Aquilones venti, qui octo ferme diebus exortum Caniculæ antecedunt: ideo prodromi dicti, a præcurrendo. Columel. lib. 11. cap. 2. Sexto [illegible] Julias prodromi flare incipiunt. V. Plin. lib. 2. cap. 47. & 18. 28.
PRODUCO, xi, ctum, [illegible] ĕre. In longum ducere, prolongare. Et tam de tempore, quam de corporeis rebus dicitur. ut Pelles dentibus producere, Extendere. Martial. lib. 9. 77.
Animam producere. I. e. Longius vivere. Lucan. 4. 796.
Cœnam producere. Hor. 2. Serm. 5. 70.
Convivium. Cic. de Senect. 46. Conviviumque vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimus.
Ignem longius produxit subita vis venti. Paulus in l. Qui occidit in fine, D. ad leg. Aquil.
Moram alicui malo producere, Differre, protendere, prolatare, inquit Donatus. Ter. And. 3. 5. 9.
Rem producere, Differre. Cæs. 1. Bell. Civil. 83.
Sermonem longius. Cic. de Clar. Orat. 251. Tamen incurro in memoriam communium miseriarum, quarum oblivionem quærens, hunc ipsum sermonem produxi longius.
Sermonem in multam noctem. Cic. in Somn. Scip. 1.
Spem vitæ. Tacit. 12. Ann. 8.
Vitam. Cic. de Senect. 60. Marcum quidem Valerium Corvinum accepimus ad centesimum annum vitam produxisse.
Diem, Transigere. Ter. Adelph. 4. 2. 52.
Noctem vino. Martial. lib. 2. 89.
Producere aliquem conditionibus, pro Detinere, & verbis remorari. Cic. pro Quint. 30. Annum & sex menses nihil petit: quiescit: conditionibus hunc, quoad potest, producit. Dicitur & Trahere. V. TRAHO.
Producere aliquem falsa spe, Deludere & detinere. Ter. And. 4. 1. 24.
Memoriam alicujus scriptorum monumento producere, i. e. Propagare. Senec. in Consolat. ad Polybium.
Producere, Promovere, Porro ducere.
Lectum nimium aut parum producere. Varr. de L. L. lib. 8. 4.
Sed ut productus studio & viribus ultra facile procurras. Auctor ad Heren. lib. 4.
Multa cum sata producuntur ad segetem. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 11. [Nisi Perducuntur scribendum.
Producere, Extra ducere. Cic. 10. Fam. 30. Repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit, & sine mora concurrit.
Exercitum in aciem producere. Plaut. Amph. 1. 1. 65.
Producere aliquem rus, pro Ablegare. Ter. Adelph. 4. 2. 23.
Producere cunctantem bovem indomitum. Columel. lib. 6. cap. 2.
Producere longius. Columel. lib. 6. cap. 2. Post ejusmodi experimenta vacuo plaustro subjungendi, & paulatim longius cum oneribus producendi sunt.
Ad solem producere. Columel. lib. 11. cap. 5.
Ad necem. Cic. 7. Verr. 155. Capitibus involutis cives Romanos ad necem producere instituit.
E carcere. Cic. 7. Verr. 120. Producuntur e carcere, & deliguntur ad palum.
In aciem. V. supra & ACIES.
In concionem producere aliquem. Cic. in Pison. 14.
In prospectum populi. Cic. 5. Ver. 122. Quum eum, quem virgis iste ceciderat in prospectum populi Romani produxit. Al. Aspectum.
Coram productus. Cic. pro Flacc. 55.
Auctorem vel testem. Cic. 3. Verr. 13. Producam testes, & producam plures eodem tempore. Idem 7. Verr. 130. Harum rerum omnium auctores testesque produco.
In judicium producere, Vocare, vel cogere. Cic. 7. Ver. 112. Graviorem apud sapientes judices se fore ab inferis testem, quam si vivus in judicium produceretur.
Aliquem producere, absolute, pro In jus producere. Cic. 6. Verr. 29. Producam ceteros, reticebunt quæ poterunt, libenter, dicent quæ necesse erit, gratis.
Producere aliquem sponsione ad aliquid, pro Inducere. Plin. lib. 9. cap. 55. [Nisi forte Perducto scribendum. V. infra.
Amator me duce productus. Ovid. 3. Amor. 12. 11. Sed rectius al. Perductus.
Nubila menti producere, Obducere. Stat. 5. Silv. 3. 13. [Forte Prææduxit.
Producere aliquem, Promovere hominem, & in medium honorifice proferre; cui opponitur Subducere. Cic. pro Domo 21. de Catone in Cyprum ablegato, Quem tu in eo, non pro illius dignitate produceras, sed pro tuo scelere subduxeras. Budæus. Aliquando cum adjectione. Liv. 40. 56. Ab hoc sermone omni genere honoris producere eum non destitit.
Produci proprie venales dicuntur, auctore Donato. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 44. Hanc resciscens pater produxit, venalem præbuit. Ter. Eun. 1. 2. 53.
Is ubi hanc forma vidit honesta virginem,
Et fidibus scire, pretium sperans, illico
Producit, vendit. Idem Heaut. 1. 1. 92. Omnes produxi ac vendidi.
Producere filiam, Prostituere. Plaut. Asin. 3. 1. 40. Juven. 6. Sat. 240.
— Utile porro
Filiolam turpi vetulæ producere turpem. [Subaudi cum Schol. vet. Meretricem. i. e. Gignere, vel potius Genuisse.
Producere filios, Gignere. Plaut. Capt. 3. 5. 105.
Partus producere. Sil. lib. 1. 112.
Scelus, Scelestum filium. Ter. Adelph. 3. 2. 16.
Sobolem. Hor. in Carm. secul. 17.
Exemplum, Proferre. Juven. 15. Sat. 32.
Nomen producere. Hor. de Arte Poet. 59.
Signatum præsente nota producere nomen. Periphrasis est, significatque Vocabulum innovare, ea tanquam forma monetæ percussum, quæ in usu est: ut, quum Armatura diceretur ab Armo, Vectura a Veho, Terentius Curaturam eadem forma dixit a Curo. Plautus Cursuram, a Curro. Atque hoc est Signare & cudere; velut nummum usitata & recepta forma. Turnebus. Al. Procudere. [Quod non probo, quia jam dixit Signatum præsente nota.
Producere, Prosequi. Virg. 9. Æn. 487.
— nec te tua funera mater Produxi.
Funus producere ad tumulum. Lucan. lib. 2. 298.
Produci, Impelli & adduci. Auct. ad Heren. 1. 4. Producti sumus ut de orationis partibus loqueremur. i. e. Impulsi & adducti sumus. Id quidem Græcorum consuetudine factum arbitror, apud quos sic [illegible] etiam usurpatur, ut sciunt, qui mediocriter in eorum litteris versati sunt. Turnebus Advers. 20. 21. Gloss. Lat. Gr. Productus sum, [illegible], [illegible].
PRODUCTUS, a, um. [illegible] Partic. & Adj. Cic. 5. de Orat. 213. Et principia tarda sunt, & exitus tamen spissi & producti esse debent.
Commoditates temporibus productæ. Cic. 4. de Finib. 29. Non sunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamque productæ temporibus, tamque multæ.
Dolores longinquitate producti, vehementius torquent. Cic. 5. Tusc. 117.
Nomen productum. Cic. 2. de Nat. Deor. 66. Datum est igitur Neptuno alterum, Jovis ut volunt fratri, maritimum omne regnum: nomenque productum, ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando, paulum primis litteris immutatis. conf. PRODUCTIO.
Syllaba producta [illegible] atque Longa. Cic. 3. de Orat. 181. conf. PRODUCTE & PRODUCTIO.
Productus idem ac Illectus. Cæs. 3. Bell. Civil. 100. Ex navibus longius productam unam cepit. Nepos 15. 5. 3. Dolo productum in prælium fugavit.
Compar. Productior, Longior. Hor. de Arte Poet. 189.
Neve minor, neu sit quinto productior actu,
Fabula, &c.
Nox productior. Sen. Epist. 12.
Status longior & productior. Columel. lib. 7. cap. 12.
Superl. Flagellum vitis productissimum. Columel. lib. 3. cap. 10. h. e. Longissimum.
PRODUCTE, Adv. [illegible] cui Breviter opponitur. Cic. in Orat. 159. Inclitus dicimus brevi prima littera, Insanus producta: Inhumanus brevi, Infelix longa; & ne multis, quibus in verbis eæ primæ litteræ sunt, quæ in Sapiente atque Felice, producte dicitur: in ceteris omnibus breviter. [Qui vero in Sapiens?
Correpte & Producte sibi opponuntur. Gell. 2. 17. V. Correpte, in CORRIPIO.
Compar. Gell. 4. 17. Syllaba productius latiusque pronunciata.
PRODUCTIO, ōnis. f. [illegible] Prolongatio.
Productio temporis. Cic. 3. de Finib. 45. Quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus [illegible]) non fit major productione temporis: habent enim suum modum quæcumque opportuna dicuntur.
Stoicorum [illegible], vertit Productiones, Gell. 12. 5. Sic
Productio syllabæ. [illegible] Idem 2. 17.
Productio, cui opponitur Contractio. Cic. 5. de Orat. 194. In his si paulum modo offensum est, ut aut contractione brevius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant.
Vocis productio. [illegible] Cic. in Topic. 36. Nihil putat esse notandum nisi Post, & Liminium illud, productionem esse verbi vult.
PRODUCTOR, ōris. m. Vet. Gloss. Productor, [illegible]. V. Casaub. ad Cic. 16 Att. 1. Gloss. Gr. Lat. [illegible], Productor, & [illegible], [illegible], Lenocinator.
PRODUCTILIS, e. Adj. Quod extendi potest. Gloss. Gr. Lat. [illegible], Productile. Al. Ductile, Productum.
PRODUX, ūcis. Idem quod Productus. Tertull. de Carne Christi cap. 20.
Produx mutui coitus. Vetus auctor, — amorem
Firmat ut accepto produce totus eat. V. Barth. T. 2. in Stat. p. 545.
PROEBIUM, i. n. quasi Prohibium; Remedium servatorium, quod a cul[...]o suspen-

suspendebatur adversus fascinum. Varro 6. L. L. 6. deducit a Præbeo, nisi locus sit corruptus. al. Præbium. V. Fest. & Gloss. Cyrill. in φυλακτήριον.

PROEDRI, [Πρόεδροι] apud Athenienses dicebantur, quasi Præsides, magistratus quidam primi subsellii, quibus ceteri omnes sedendi loco cedebant. Suidas, & Budæus in notis ad Pandect.

PROEGMENON, i. n. [προηγμένον] vox Stoicorum. i. e. Productum, promotum, præcipuum. V. Cic. 3. de Fin. 4. 15. & 16.

PROEMINEO, ēre. [προέχω] Gloss. Gr. Lat. V. PRÆMINEO.

PRŒTUS, i. m. [Προῖτος] fuit Abantis Argivorum regis filius, cui successit in regno. Hic, teste Homer. lib. 11. Odysseæ, Antiam habuit uxorem, ex qua filias quatuor habuit, quæ, teste Pherecyde, quum in forma seu pulchritudine se Junoni prætulissent, offensa dea eis furorem talem immisit, ut vaccas se esse arbitrarentur, & aratra timentes, silvas peterent; dicente Virg. 6 Ecl. 48.

Prœtides implerunt falsis mugitibus agros. Postea autem helleboro sanatæ a Melampode perhibentur, e cujus nomine unum hellebori genus appellatur Melampodion.

PRŒTIDES, um. Patronym. f. pl. [Προιτίδες] V. dict. præced.

PROFANUS, a, um. Adj. [βέβηλος] Irreligiosum significat, non sanctum: quasi sit Porro a fano: Impium, scelestum, adversum omni religioni. Festus, Profanum, quod fani religione non tenetur. Plaut. Fragm. 2. 21.

Sacrum, an profanum habeas, parvipenditur.

Profanum Varro interpretatur, Quod est ante fanum, fano conjunctum. V. lib. de L. L. 5. 7.

Profanum id, quod, quum sanctum fuisset, postea in usu hominum factum, hoc est extra fanum, extra sanctuarium dictum est. Ex Aggeno de Limitibus agrorum. p. 62. extr. Goes.

Profanum, simpliciter, Usu vulgatum significat. Tacit. 13. Ann. 57. Tegmina corpori direpta injiciunt, quantum magis profana & usu polluta, tanto magis oppressura ignes.

Profanum facere, cui Colere opponitur. Cic. 6. Verr. 122. Has tabulas M. Marcellus, quum omnia illa victoria sua profana fecisset, tamen religione impeditus non attigit. Virg. 12. Æn. 779.

—colui vestros si semper honores,
Quos contra Æneadæ bello fecere profanos.

Profanus, Sacris non initiatus, inquit Servius, qui fanum intrare non poterat. Virg. 6. Æn. 258.

—procul, ô procul! este profani,
Conclamat vates. Nunc Laicum vocamus quasi Popularem, teste Budæo.

Error profanus. Claud. 1. in Ruff. 75.

Flamma, opponitur Piæ. Ovid. 6. Fast. 440.

Mistaque erat flammæ flamma profana piæ.

Locus profanus, & Consecratus, contraria. Cic. in Partit. 36.

Loca sacra & religiosa profana habere. Cic. de Arusp. resp. 9.

Manus. Claud. 2. in Ruff. 116.

Mens. Ovid. 2. Met. 831.

Oculi Ovid. 3. Met. 710.

Pagina. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 301.

Testis. Ovid. 5. Met. 543.

Verba profana, Ominosa, infausta. Tacit. 4. Ann. 70.

Verba profane lapsa nimio mero. Ovid. 3. Trist. 5. 48.

Usus profanus, Communis & vulgaris, non sanctus. Plin. lib. 15. cap. 30.

Vulgus profanum, Non initiatum Musarum sacris. Hor. 3. Carm. 1. 1.

Neutrum substantive poni videtur. ut, Profanum bellorum civilium. Plin. lib. 16. cap. 4. Hinc civicæ coronæ, militum virtutis insigne clarissimum: jampridem vero & clementiæ imperatorum, postquam civilium bellorum profano meritum cœpit videri civem non occidere.

PROFANE, Adv. ut, Profane ac petulanter illudere. Lactant. 6. 23.

PROFANITAS, ātis. f. Tertull. de Pall. cap. 2. Ut autumat superiorum profanitas.

PROFANO, [βεβηλόω] āre. Ex sacro humanis usibus promiscuum facere. Liv. 31. 44. Dies festi, sacra, sacerdotes, quæ ipsius majorumve ejus honoris causa instituti essent, omnia profanarentur.

Mors profanat omne sacrum. Ovid. 3. Amor. 9. 19.

PROFANATUS, a, um. Partic. [βεβηλωθείς] Varr. 5. L. L. 7. Profanatum quod in sacrario pollutum.

Chaos profanatum. Stat. 8. Theb. 52.

Funus profanatum acerbo vulnere. Stat. 9. Theb. 8.

Manus. Ovid. 2. Met. 755.

Sacris profanatis. Petron. cap. 89.

Terræ. Stat. 3. Silv. 3. 2.

PROFANATIO, ōnis. f. [βεβήλωσις] Plin. lib. 16. cap. 4. Postquam civilium bellorum profanatione meritum cœpit videri, civem non occidere. Alia exemplaria habent Profano. Tertull. de Idol. cap. 18. Habent profanationis suæ maculam.

PROFANATOR, ōris. m. Prudent. Apoth. 178.

Cede, profanator Christi, jam cede Sabelli.

PROFARI, vel profare, profatur, [προφάναι, ἐκφάναι, ἐξειπεῖν] āri. Idem quod Proloqui, Eloqui. Vetus est, ac solis poetis in usu, ut Actius apud Varron. lib. 6. de L. L. 3. pr.

Veteres Casmenas cascas res volo profari.

Breviter profari. Virg. 1. Æn. 561.

Clamore magno profatur. Sil. lib. 12. 611.

Voce sacra profari. Ovid. 2. Met. 278. al. Voce sicca loqui.

Mente læta profatur. Sil. lib. 3. 673.

Dido demissa vultum profatur. Virg. 1. Æn. 565.

Pythia profatur. Lucret. lib. 1. 739. Idem 5. 113.

Vera profari impune. Petron. cap. 121.

Profari etiam Latine dicitur, quod Græci Prophetare dicunt, Id est Futura prædicere. Ulp. de Ædil. edict. l. prima. §. exempli, Apud Vivianum quæritur, si servus inter fanaticos non semper caput jactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur?

PROFANS, antis. Petron. cap. 89. Delia profante.

PROFATUS, a, um. Partic. Lucret. 6. 80.

— sunt a me multa profata. al. Profecta.

PROFATUM, i. n. [ἀξίωμα] Enuntiatum, Effatum. Gell. 16. 8. Axiomata Varro, alias profata, alias Proloquia appellat.

PROFATUS, ūs. m. [πρόφασις] Gell. lib. 18. cap. 11. Quæ voces mihi quidem neque abhorrere a poetica facultate visæ sunt, neque dictu, profatuque ipso tetræ aut insuaves esse.

Effreno profatu nimbos æquore. Stat. 5. Silv. 3. 103.

PROFECTIO, &c. V. PROFICISCOR.

PROFECTO, [ὄντως, ἦ μήν] Adv. confirmantis, dictum quasi Pro facto, & significat Nimirum, sane, certe. Et plerumque ad responsionem adhibetur. Ter. Adelph. 1. 1. 3. Profecto hoc vere dicunt, si absis uspiam, &c. Cic. Quis hæc renuntiat? is profecto qui interfuit. Idem de Senect. 12. Quorsum igitur hæc tam multa de Maximo? Quia profecto videtis, nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem.

Profecto enim negare non potes, te ex lege Rupilia sortiri judicium debuisse. Cic. 4. Verr. 42.

Profecto non crederem, nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscum simul, Judices, audissem. Cic. pro Font. 23.

Non est ita, Judices, non est profecto. Cic. pro Flacc. 15.

Profecto, Certe. Cic. 1. de Nat. Deor. 5. Alterum profecto fieri non potest, ut earum nulla; alterum certe non potest, ut plus una vera sit. Idem 2. Fam. 5.

PROFECTUS, V. PROFICIO, & PROFICISCOR.

PROFISA, æ. f. Dea; de qua Mart. Capell. lib. 8. pr. Ne prioris Proferre admiratio laberetur.

PROFERO, fers, tŭli, lātum, pr. c. [προφέρω, ἐκφέρω] ferre. Extra ferre, Exserere. Plaut. Asin. 4. 1. 49.

Forte, si tussire occepsit, ne sic tussiat,
Ut cuiquam linguam in tussiendo proferat.

Caput proferre. Ovid. 6. Met. 372.

Digitum proferre. Cic. pro Cæcin. 71. Quid agat, quomodo aggrediatur judicem, qua denique digitum proferat, non habet.

Gradum proferre. Stat. 12. Theb. 9.

Vix primo proferre gradum, & munimina valli
Solvere.

Gradum proferre, Festinare. Plaut. Men. 5. 2. 2.

Passus viæ proferre. Lucret. lib. 4. 824.

Pedem proferre. Hor. in Arte Poet. 135.

Imaginem. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Libellos. Tacit. 2. Ann. 30.

Libros proferrem, si negares. Cic. 1. de Nat. Deor. 114.

Pecuniam ex arca. Cic. pro Rosc. Com. 39.

Verba proferre. Ovid. 4. de Pont. 4. 49.

Proferre, Extra portare. Cæs. 2. Bell. Civil. 22. Arma tormentaque ex oppido, ut est imperatum, proferant.

Proferre corporis robur in maria. Plin. in Paneg. cap. 84. extr.

In solem proferre. Plin. lib. 21. cap. 17.

Audaciam proferre, Ostendere. Cic. pro Quint. 88.

Dolum proferre. Plaut. Cas. 3. 5. 47.

Gaudium oculis. Plin. in Paneg. cap 75. extr. Ut hæreat animo tuo gaudium, quod tunc oculis protulisti. Al. Prætulisti.

Beneficium in aliquem proferre, pro Conferre. Cic. pro Muren. 70. Homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficii locum: hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem.

Custodire & Proferre, contraria. Cic. 15. Att. 13. Orationem tibi misi: ejus custodiendæ & proferendæ arbitrium tuum.

In aspectum, lucemque proferre. Cic. pro Arch. 12. Ceteros pudeat, si qui ita se litteris abdiderunt, ut nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum, lucemque proferre.

In auras ætheris proferri, Creari. Lucret. lib. 1. 208.

In conspectum proferre. Cæs. 7. Bell. Gall. 48.

In lucem proferre, Edere in publicum. Hor. 2. Epist. 2. 116.

Illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. Cic. 1. de Orat. 157.

In medium proferre litteras palamque recitare. Cic. 2. Philip. 7.

Proferre, [ἐξαγγέλλειν] Palam facere, Non. 4. 378. Prodere, vulgare, pronuntiare. Ter. Hec. 1. 2. 78.

Hoc ego proferre, incommodum esse mihi arbitror.

Proferre palam. Ter. Adelph. 3. 2. 39.

Nominatim proferre. V. NOMEN.

Patefacere & Proferre aliquid. Cic. pro Flacc. 40.

Indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, exstinxi. Cic. pro Milon. 104.

Aliquid foras proferre. Cic. pro Cœl. 57. In ejusmodi domo, in qua materfamilias meretricio more vivat, in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit.

Aperire & in lucem proferre res occultissimas. Cic. 4. Acad. 62. An tu quum res occultissimas aperueris, in lucemque protuleris, juratusque dixeris ea te comperisse, &c.

In medium rem proferre. Cic. 7. Verr. 179. Non agitanda res erit? non in medium proferenda?

Commemorare, & Proferre in medium. Cic. 6. Verr. 115. Unius etiam urbis omnium pulcherrimæ atque ornatissimæ Syracusarum direptionem commemorabo, & in medium proferam, Judices.

Profiteri, & in medium proferre. Cic. 2. de Finib. 76. Eamne rationem sequare, qua tecum ipse & cum tuis utare, profiteri autem & in medium proferre non audeas?

In medium proferre scelus. Cic. 2. Verr. 29.

Eo profero, quo &c. Cic. pro Rosc. Amer. 51. Neque ego hæc eo profero, quo conferenda sint cum hisce de quibus nunc quærimus.

Vis enim aliquid iisdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri. Cic. 1. de Orat. 5.

Dolores occultos proferre. Propert. lib. 1. 18. 3.

Proferre, pro Objicere. Cic. pro Muren. 14. Sic a me Consul designatus defenditur, ut ejus nulla fraus, nulla avaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vita proferatur. Budæus.

Proferre, pro eo quod Plin. Jun. Allegare dixit, ponit Cic. 2. de Invent. 106 Oportebit igitur eum, qui sibi ut ignoscatur postulabit, commemorare si qua sua poterit beneficia, & deinde majorum suorum beneficia, si qua exstabunt, proferre. Item Allegare, citareque leges, est Ciceroni Proferre: ut in eodem libro, 82. Deinde postulabit ut legem, qua lege fecerit, proferat. Plin. ad Trajanum utroque eodem in loco usus est, de Archippo philosopho loquens lib. 10. Epist. 58. Ille nihil proferebat,

quo

quo reſtitutum ſe doceret: allegabat tamen pro reſtitutione libellum a ſe Domitiano datum. Budæus.
Fabricios auctores proferre. Cic. 2. de Orat. 290.
Teſtes & legatos. Cic. pro Corn. Balb. 41.
Proferre exempla. Cic. 1. de Divinat. 103. Ego exempla omnium nota proferam.
Probationem apud judicem. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Proferre, apud Jureconſ. eſt quod nos *Producere* dicimus, id eſt Apud acta deponere. Cic. 5. Verr. 16. Scio te edicta ſuperiorum omnium correxiſſe: & poſſeſſiones hæreditatum, non ſecundum eos, qui proferrent, ſed ſecundum eos, qui dicerent teſtamentum factum, dediſſe. Budæus.
Proferre ſe. Budæus, Qui ſine deductore innoteſcunt, & ipſi ſe producunt, Proferre ſe dicuntur. Plin. 9. Epiſt. 13. pr. Statui mecum atque deliberavi, eſſe magnam pulchramque materiam, inſectandi nocentes, miſeros vindicandi, ſe proferendi. Sen. Epiſt. 52. Hos maxime laudat, quibus ex ſe impetus fuit, qui ſe ipſos protulerunt. Sic
Artem proferre. Suet. Neron. cap. 25. &
Ingenium. Tacit. 16. Ann. 29. extr.
Studia ſua proferre, In medium producere. Plin. Epiſt. 145.
Dicerem fortaſſe, & facile & libenter dicerem, ſi paulo etiam longius, quam finis quotidiani officii poſtulat, pietas & fraternus amor L. Cæcilium protuliſſent. Cic. pro Sull. 64. conſ. PROLATUS, Partic.
Proferre, Protendere, ut ait Nonius 4. 378. Cic. lib. 3. de Repub. Sapientia jubet proferre opes, amplificare divitias.
Munitiones proferre. Cæſ. 1. Bell. Civil. 81.
Fines officiorum Stoici videntur longius protuliſſe, quam natura vellet. Cic. pro Muren. 65.
Imperium proferre. Tacit. 12. Ann. 23. Ovid. ad Liviam 20.
Protulit in terras imperiumque novas. Virg. 6. Æn. 793.
— ſuper & Garamantas & Indos
Proferet imperium.
Diem proferre. Cic. 13. Att. 14. Quod ſi laxius volent proferre diem, poterunt biduum, vel triduum, vel ut videbitur: nihil enim intereſt.
Honorem proferre. Tacit. 3. Ann.
Vitam beatam proferre uſque ad rogum. Cic. 3. de Fin. 76. Si beatus unquam fuiſſet, beatam vitam uſque ad illum a Cyro extructum rogum protuliſſet.
Proferre auctionem. Cic. 13. Att. 12. Dices igitur vel amico tuo, vel Othoni cohæredi meo, vel Labeoni noſtro, paulum proferant auctionem: me circiter Nonas in Tuſculano fore cum Piſone.
Proferro, Differre. Ter. And. 2. 1. 28.
—ſaltem aliquot dies
Profer, dum proficiſcor aliquo. Subaudi Nuptias.
PRŌLĀTUS, a, um. Partic. Lucan. lib. 2. 493.
— ut conſpicit amne ſoluto
Rumpi Cæſar iter, calida prolatus ab ira, &c. i. e. Multum commotus propter iram ferventem. conſ. in ipſo verbo aliud ex Cic. pro Sull. 64. exemplum.
Auro prolato non deeſt venditor. i. e. Oſtenſo ab emptore. Lucan. lib. 4. 97.
Non eſt opus prolato hoc. Ter. Hec. 1. 2. 29.
Res prolatæ. V. Res prolatæ, in RES.
Prolatus rumor de. Auſonius. Cic. 10. Att. 8. Niſi te valde amarem, & multo quidem plus quam tu putas, non extimuiſſem rumorem, qui de te prolatus eſt, quum præſertim falſum exiſtimarem.
Somnia multa ex hiſtoriis prolata. Cic. 2. de Divin. 136.
PROLATIO, ōnis. f. [προφορά] Actus proferendi, Allegatio. ut Commemoratio antiquitatis exemplorumque prolatio. Cic. in Orat. 120.
Prolatio, Protenſio. Liv. 31. 5. Lætaque exta fuiſſe: & prolationem finium, victoriamque, & triumphum portendi.
Judicii prolatio. Cic. pro Rabir. reo, 8. Quum alteri ad prolationem judicii biduum quæreretur.
Rerum prolatio. V. Res prolatæ, in RES.
Plur. Tacit. 4. Ann. 3. 7. Sed magnitudo facinoris metum, prolationes, diverſa interdum conſilia, auferebat. Plaut. Milit. 2. 2. 98.
Quantum vis prolationum, dummodo nunc prima via &c.
PROLĀTUS, ûs. m. Tertull. adverſ. Valent. cap. 33. Facillimo prolatu.
PROLĀTĪVUS, a, um. Adj. [προφορικός] Enuntiativus. Vet. interp. Iren. 2. 18. Prolativum hominum verbum.
PROFESSIO, PROFESSOR. V. PROFITEOR.
PROFESTUS, a, um. Adj. pr. c. [ἀνέορτος] Profeſti dies, qui hominibus ad rem, vel privatam, vel publicam, adminiſtrandam conceſſi erant. Nonius 5. 45. Profeſti dies, ſunt a feſtivitate vacui. Afranius, Quæ feſti nos facere ſolemus die, quotidiano opere promiſcit omnia, atque profeſto concelebras locum. Plaut. Aul. 2. 8. 10.
— feſto die ſi quid prodegeris,
Profeſto egere liceat, niſi peperceris. Plin. lib. 18. cap. 6. Pejorem qui profeſtis diebus ageret, quod feriatis deberet. Auſon. Idyll. 12. 11.
Læta niſi auſteris varientur, feſta profeſtis. Conſ. Liv. 5. 25.
Diebus feſtis profeſtiſque. Liv. 34. 3.
Dies profeſti. Horat. 2. Serm. 3. 144.
In luce profeſta. Hor. 2. Serm. 2. 116.
Lucibus profeſtis deos adprecari. Hor. 4. Carm. 15. 116.
Profeſtum facere, inquit Feſtus, dicebatur, qui ferias vitiabat, & profanabat, inauſpicataſque reddebat & profanas.
PRŎFĬCIO, fēci, fectum, [προκόπτω, προβαίνω, προάγω, ἐπιδίδωμι] ĕre. ex Pro & Facio compoſitum: Procedere, & perficere ſignificat. Cic. 6. Verr. 91. Uti ſi maxime eſſet inventus, qui in ſe ſuſcipere iſtius culpam crimenque cuperet: tamen is proficere nihil poſſet.
Auctoritate proficere. Cic. pro Lege Manil. 45. Et quiſquam dubitabit quid virtute profecturus ſit, qui tantum auctoritate profecerit?
Celeritate proficere. Cæſ. 6. Bell. Gall. 28. Si quid celeritate itineris, atque opportunitate temporis proficere poſſit, monet.
Conſilio. Cic. 6. Fam. 21. Nunc vero everſis omnibus rebus, quum conſilio profici nihil poſſit, una ratio videtur, quicquid evenerit, ferre moderate.
Minis. Cic. pro Font. 23. Quod ſi in turpi reo patiendum non eſſet, ut quicquam iſti ſe minis profeciſſe arbitrarentur, quid faciendum vobis in M. Fontejo arbitramini?
Querelis quotidianis nihil. Cic. 5. Fam. 14.
Nil teſtibus illis profeci. Virg. 8. Ecl. 20. Subaudi Divis.
Gazæ non proficiunt in noſtro corpore. Lucret. lib. 2. 37.
In aliquo nihil proficere. Cic. pro Planc 75. Nihil in Criſpio profeciſti? Abſolutæ jam ſunt preces tuæ.
Proficere ad. Cic. 2. de Fin. 19. Multumque ad ea, quæ quærimus, explicatio tua iſta profecerit.
Magnificentia & virtus in qua gravitas & auctoritas eſt, plus proficit ad miſericordiam commovendam, quam humilitas & obſecratio. Cic. 1. de Invent 22.
Ad bonitatem proficere. V. in præpoſitione AD.
Uſque ad mores proficere. Quintil. lib. 1. cap. 1.
In ſummam. Quintil. lib. 1. cap. 1. Huc per ſingulos annos prorogatum, in ſummam proficit. h. e. Summæ ac fini & perfectioni confert. Summa enim dicitur cumulus ac finis uniuſcujuſque rei.
In ſummam ſpei proficere. Liv. 3. 61. extr.
Proficere alicui, Prodeſſe. Ulpian. in l. ait Prætor. D. De jurejurando, Matris igitur jusjurandum partui non proficiet, nec nocebit, etſi mater detulerit.
Prodeſſe, ait Valla in Raudenſem, ad alios quoque ſpectat: Proficere vero ad ſe tantum. Nos contra ut Proficere credamus ad alios quoque ſpectare, facit Plin. lib. 28. cap. 17. Adeps, inquit, e lupis illitus, in his, quæ rumpere opus eſt, plurimum proficit. Et cap. 18 Similiter proficit ad cacoethe hœdi feminum cinis e lacte mulieris. Quam ſignificationem reperias in ſexcentis apud eundem ſcriptorem locis.
Proficitur, Imperſ. Cic. 16. Att. 3. Aut proderimus aliquid Ciceroni, aut quantum profici poſſit, judicabimus. Plin. lib. 17. cap. 23. Adeo excelſitate proficitur. Idem 23. 7. Ad idem potu proficitur. i. e. Potus prodeſt. conſ. PROFECTUS, Partic.
PROFICIENS, entis. Partic. [προκόπτων] ut Ovid. 1. Triſt. 4. 13.
Utque parum validus non proficientia rector
Cervicis rigidæ frena remittit equo. Hor. 2. Epiſt. 2. 150.
— ſugeres radice vel herba
Proficiente nihil curarier. Ovid. 1. Triſt. 2. 13.
Verba, miſer, fruſtra non proficientia perdo.
PROFICIENTER, Adv. Auguſtin. Epiſt. 80. Cum ſe in hac delectatione cor noſtrum proficienter extendit.
PROFECTUS, a, um. Partic. Cæſ. 4. Bell. Gall. 19. Satis & ad laudem & ad utilitatem profectum arbitratus. Subauditur Eſſe, & eſt Imperſ. conſ. in verbo ad fin.
PROFECTŪRUS, a, um. [προκόψων] aliud Partic. Ovid. 3. de Pont. 1. 138.
Profectura aliquid tunc tua verba putes. Idem 5. Epiſt. 116.
Non profecturis litora bobus aras. Idem de Nuce, 158.
Non profectura dextra lavatur aqua.
PROFECTUS, ûs. m. [προκοπή, ἐπίδοσις] Utilitas, quæ ex alicujus rei ſtudio, vel tractatione nobis provenit. Plin. jun. Nec minorem ſub eo præceptore profectum fecit. Quintil. lib. 10. cap. 2. Ut terra altius effoſſa generandis alendiſque ſeminibus fecundior fit: ſic profectus, non a ſummo petitus, ſtudiorum fructus effundit uberius, & fidelius continet.
Experimentum tui profectus capias. Sen. Epiſt. 20. pr.
In eo quantum eſſet ingenii, quantum jam etiam profectus, ſermo oſtendit. Sen. Epiſt. 11.
Puer magni profectus in ea arte obiit. Plin. lib. 35. cap. 4.
Teneri profectus. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Stat profectus, admiratio decreſcit. Quintil. lib. 1. cap. 3.
PROFICUUS, a, um. Adj. Caſſiod. 1. Epiſt. 39. Quibus mora poteſt eſſe proficua. V. Cellar. Cur. poſt. p. 316.
PRŎFĬCISCOR, ĕris, fectus ſum, [πορεύομαι, ἄπειμι, ἥκω] ciſci. quaſi Porro iter facio. Eundi, & redeundi, vel veniendi ſignificationem habet, ſecundum eos caſus cum quibus jungitur: ut ſi Accuſativo jungetur, Proficiſcor Romam, hoc eſt, Eo: ſi vero Ablativo, ut Proficiſcor Roma, ſignificat Venio, vel Redeo. Interdum autem cum ſuis caſibus varias adjunctas habet ſibi præpoſitiones, quemadmodum ſequentia exempla docebunt. Ter. Adelph. 2. 2. 16. Præterea autem te ajunt proficiſci Cyprum.
Proficiſcor quæſitum. Plaut. Merc. 5. 2. 98.
Profectus venatum. Nepos 14. 4. 4.
Quo profectus ſum, ibo. Plaut. Aul. 1. 2. 40. i. e. Quo cœperam. Simile eſt illud. Ter. Eun. 2. 2. 49.
Detineo te: fortaſſe tu profectus alio fueras. Quo in loco ſunt qui legant Profecturus. Profectus alio fueras. h. e. Domo fueras profectus, eraſque in itinere, ut alio quam huc pervenires.
Quo cum eſſent profecti. Nepos 4. 5. 1.
Copioſe aliquo proficiſci. V. COPIA.
Ad Athenas doctas proficiſci. Propert. lib. 3. 21. 1.
Ad bella populus profectus. Ovid. 1. Faſt. 279.
Ad Capuam profectus. Cic. de Senect. 10. Adoleſcentulus miles profectus ſum ad Capuam. [I. e. In caſtra ad Capuam. V. AD.
Ad Catonem proficiſcitur. Cic. de Senect. 85. Proficiſcar, non ad eos ſolum viros, de quibus ante dixi, verum etiam ad Catonem meum.
Ad eam domum, in qua iſte diverſabatur, profecti ſunt. Cic. 3. Verr. 60.
Ad ſomnum proficiſci, Se conferre. Cic. 1. de Divin. 62. Jubet Plato ſic ad ſomnum proficiſci corporibus affectis, ut nihil ſit quod errorem animis, perturbationemque afferat.
In exſilium proficiſci. Cic. 2. de Fin. 54. Profectus in exſilium Tubulus ſtatim, nec reſpondere auſus: erat enim res aperta.
In animorum concilium cœtumque proficiſci. Cic. de Senect. 85.
In urbem proficiſci. Plaut. Amph. 1. 2. 7.
Civitates proficiſci. Cæſ. 8. Bell. Gall. 31. C. Fabius cum reliquo exercitu Carnutes, reliquaſque proficiſcitur civitates. Correcta exemplaria habent In Carnutes.
Profecta eſt illinc grandiuſcula. Ter. And. 4. 6. 19.
Etſi poteram remanere, tamen ut ſcripſi tibi, proficiſcar hinc, ne relictus videar. Cic. 13. Att. 26.
Proficiſci de. Cic. 2. Att. 8. Calend. Majis de Formiano proficiſcemur.
Proficiſci ex. Cic. 4. Acad. 100. Si jam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta, probo navigio, &c.
Ex Aſia Romam verſus profectus. Cic. 5 Fam. 5.
Navi proficiſci. Cic. 3. Q. frat. 2. Ad VI Idus Octobris, Salvius Oſtiam veſperi navi profectus erat cum his rebus, quas tibi dono miſiſti volueras.
Obviam proficiſci. Cæſar 7. Bell. Gall. 12.

Proficisci ad reliqua, pro Pergere. Cic. 5. Verr. 10. Nunc proficiscemur ad reliqua, si pauca ante erimus a vobis, Judices, deprecati.
Proficisci, pro Originem habere. Cic. 1. Off. 24. Atque illæ quidem injuriæ, quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe a metu proficiscuntur.
A falsis initiis proficisci. Cic. 1. de Fin. 72.
Amor profectus ab his initiis. Cic. 13. Fam. 10. Ab his initiis noster in te amor profectus, auxit paternam necessitudinem, & eo magis, quod intellexi, ut primum per ætatem judicium facere potueris, &c.
Si quæ beneficia singulis civibus, privatimque dantur, ea solent iis esse fructuosa, a quibus sunt profecta. Cic. Anteq. iret in exsil. 2.
Causa a natura profecta. Cic. de Amicit. 20. An esset hoc quidem proprium amicitiæ, sed antiquior & pulchrior, & magis a natura ipsa profecta alia causa.
Laus tua proficiscitur a meis consiliis. Cic. Dolabellæ, 14. Att. 17. Neque plane assentior, ne imminuam tuam laudem, si omnis a meis consiliis profecta videatur, neque valde nego. h. e. Meo consilio eam tibi laudem pararis.
Omnia enim a me in te profecta sunt, quæ ad tuum commodum, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent. Cic. 5. Fam. 6. i. e. Collata in te.
Quæcunque a me ornamenta ad te proficiscuntur. Cic. 2. Fam. 18.
Nervi, sicut venæ & arteriæ, a corde tractæ & profectæ, in corpus omne ducuntur. Cic. 2. de Nat. Deor. 139.
Proficiscitur inde oratio. Cic. pro Lege Manil. 2. Atque ut inde oratio mea proficiscatur, unde hæc omnis causa ducitur, &c.
Xenophon Socraticus profectus a philosophia. Cic. 2. de Orat. 58.
Proficiscitur jus cinnamomi a, Adfertur, habetur, venit. Plin. lib. 12. cap. 19.
Proficisceret, pro Proficisceretur. Turpil. apud Non. 7. 21.
PROFICISCENS, entis. Partic. [πορευόμενος] Hor. 1. Epist. 13. 1.
Ut proficiscentem docui te sæpe, &c.
Domo navibus proficiscens. Nepos 1. 1. 15.
PROFECTIO, ōnis. f. [πορεία] Cic. 3. Q. frat. 8. Recordere consilium nostrum, quod fuerit profectionis nostræ.
Profectio & Reversio, contraria. Cic. 1. Philip. 1. Exponam vobis breviter consilium & profectionis & reversionis meæ.
Ducere lentum profectionis ordinem. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Intermittere profectionem. V. INTERMITTO.
Parare profectionem. V. PARO, āre.
PROFECTOR. ōris. m. Gloss. Gr. Lat. [illegible], Profector.
PROFECTITIUS, a, um. Adj. [ἐπιδόσιμος] unde, Dos profectitia. V. DOS.
PRŌFINDO, fīdi, fissum, [διασχίζω] ĕre. Proscindere. Stat. 10. Theb. 506.
— quanta pariter cervice gementes
Profindunt inarata diu Pangæa juvenci. *Pourfendre.* al. Prefringunt.
PROFITEOR, pr. c. ēris, fessus sum, [ὁμολογέω, ἐπαγγέλλομαι, ἀπογράφομαι] ēri. Late, seu palam polliceri. Cic. 1. Acad. 18. Qui philosophiam jam professus sim populo nostro exhibiturum? Liv. Palam professi, nusquam inde nisi in patriam, vestigium esse moturos. i. e. Voluntarie & libere.
Impudentia est, profiteri quod non possis implere. Cic. pro Cluent. 51.
Profiteri, & non posse satisfacere. Cic. pro Planc. 62.
Operam suam profiteri, Polliceri. Cic. pro Rosc. Amer. 153. Quod si id vos suscipitis, & eadem in re operam vestram profitemini.
Patrocinium alicujus profiteri. Paterc. 2. 75. 1.
Potentiam aut impudentiam suam ad aliquid profiteri. Cic. 2. Verr. 36. Qui sequestres aut interpretes corrumpendi judicii solent esse: quique ad hanc rem, aut potentiam aut impudentiam suam professi sunt. i. e. Ultro obtulerunt.
Studium suum profiteri ad defendendum aliquem. Cic. 1. de Lege Agrar. 27. Quod si vos vestrum mihi studium P. C. ad communem dignitatem defendendam profitemini, perficiam profecto id, quod maxime Respub. desiderat.
Suum studium in omni genere officii alicui profiteri atque polliceri. Cic. 5. Fam. 8.
Studia sua profiteri. Curt. lib. 7. 2. 7. Tum vero, neque lacrimis, neque acclamationibus, quibus studia sua multitudo profitetur, temperaverunt.
Nostræ tamen causæ non videntur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. Cic. 1. Q. frat. 2.
Ducem profitetur primis in annis. Ovid. 1. de Arte Am. 181. al. Armis. i. e. Promittit se fore.
Me principem Senatui, Populoque Rom. professus sum. Cic. 2. Fam. 24.
Profiteri, Aperte ac voluntarie confiteri & affirmare. Cic. de Amicit. 35. Illos autem qui quidvis ab amico auderent postulare: postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos. Idem pro Rabir. 17. Quamobrem fateor, atque etiam, T. Labiene, profiteor, & præ me fero, te, &c. auctoritate esse depulsum.
Confiteri, Fateri, & Profiteri, Cic. pro Cæcin. 24. Quid confitetur, atque ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur, Recuperatores? [i. e. Ultro declarare.
Profiteri & Affirmare. Cic. 2. Acad. 44. Quibus de causis nihil oportere, neque profiteri, neque affirmare quemquam, neque assertione approbare, cohibereque semper, & ab omni lapsu continere temeritatem.
Eamne rationem sequare, qua tecum ipse, & cum tuis utare, profiteri autem & in medium proferre non audeas? Cic. 2. de Fin. 76.
Verum profiteri. Ovid. 9. Met. 737.
Profiteri, Loqui. Plaut. Capt. 3. 1. 20.
Quis agit hoc, aut quis profitetur inquam? quasi muti silent. i. e. Quis hic respondet? Sequitur autem, Silent. Cic. 4. Acad. 73. Qui ita sit ausus ordiri, Hæc loquor de universis: Nihil excipit, de quo non profiteatur.
Profiteri æs alienum, pro Sua debita testari. Senec. de Benefic. lib. 6. Siquis patriæ meæ pecuniam credat, non dicam me illius esse debitorem, nec ex hoc æs alienum profitebor.
Amores furtivos timide profiteri. Ovid. 6. Fast. 573.
Profiteri, apud antiquos id significat, quod vulgo dicunt *Assignare* vel *insinuare* quantum numerum vini, olei, frumenti, jugerum, pecuniæ, vel aliarum rerum quilibet habeat. Cic. 2. de Lege Agrar. 58. In posterum vero lex hæc Imperatoribus vestris constituitur, ut quicunque de provincia decesserit, apud eosdem Decemviros, quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarii, profiteatur. Idem 5. Verr. 38. Edixerat, ut aratores jugera sationum suarum profiterentur. Varro lib. 2. de R. R. cap. 1. Itaque greges ovium longe abiguntur ex Apulia in Samnium, æstivatum: atque ad publicanum profitentur.
Profiteri, ait Budæus, est Publice & apud acta aliquid ultro denuntiare: quod vulgo *Insinuare* vocant. Curt. lib. 10. 2. 9. Alexander priusquam secerneret quos erat retenturus, edixit ut omnes milites æs alienum profiterentur. Grave esse plerisque compererat. Et quanquam ipsorum luxu contractum erat, dissolvere tamen ipse decreverat. illi tentari ipsos rati, quo facilius ab integris sumptuosos discerneret, prolatando aliquantum extraxerant temporis. Et rex satis gnarus professioni æris pudorem, non contumaciam obstare, mensas totis castris poni jussit: & decem millia talentorum proferri: tum demum fide facta professio est.
Fiebat etiam professio in Censu peragendo. Ulpian. in l. 2. D. de censibus, Vitia priorum censuum editis novis professionibus evanescunt.
Profiteri etiam merces dicimus: hoc est Vectigales facere, & publicanis non subducere. Unde merces improfessæ a Martiano dicuntur in l. Interdum. D. De publicanis, quarum nomine negotiatores vectigal non pependerunt.
Antiqui porro liberos natos sibi profitebantur apud acta. Juven. 9. Sat. 85.
Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes
Argumenta viri: foribus suspende coronas:
Jam pater es. Capitolinus in Marco Antonino Philosopho cap. 9. Inter hæc liberales causas ita munivit, ut primus juberet apud Præfectos ærarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri, intra tricesimum diem nomine imposito. Per provincias Tabulariorum publicorum usum instituit: apud quos idem de originibus fieret, quod Romæ apud Præfectos ærarii: ut si forte aliquis in provincia natus, causam liberalem diceret, testationes inde ferret. Fiebat autem professio addito die & Consule; propterea professione ætas facile probari poterat. Ut in l. 1. C. Si minor se majorem dixerit. quod mirum est Accursio excidisse.
Profiteri apud Prætorem, pro Censum profiteri. Cic. pro Arch. 7.
Nomen profiteri. Liv. 26. 18. Primo exspectaverant ut qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Ter. Eun. prol. 3.
In his Poeta hic nomen profitetur suum.
Profiteri indicium, Sponte indicare rem aliquam, vel Ultro sese, consortesque criminis deferre. Plin. Epist. 60. conf. Tacit. 6. Ann. 3. 6.
Profiteri, Publice docere. Cic. de Amicit. 17. Quamobrem quæ disputari de amicitia possunt, ab eis censeo petatis, qui ista profitentur.
Quum tantas res Græci susciperent, profiterentur, agerent: seseque, & videndi res obscurissimas, & bene vivendi, & copiose dicendi rationem hominibus daturos pollicerentur, non admovere aurem &c. Cic. 2. de Orat. 153.
Disciplinam profiteri. Liv. 39. 8. Qui aperta religione, propalam & quæstum & disciplinam profitendo, animos horrore imbueret.
Jus. Ovid. 3. de Arte Am. 530.
Partes teneri profitemur Amoris. Ovid. 2. Amor. 18. 19. al. Artes.
Philosophiam qui profitetur, gravissimam sustinet personam. Cic. in Pison. 71. [Hic videtur Studium Philosophiæ.
Se profiteri Jurisconsultum, h. e. Jurisconsulti nomen, & juris prudentiam sibi vendicare. Cic. pro Muren. 28. Triduo me Jurisconsultum esse profitebor.
Se profiteri grammaticum. Cic. 2. Tusc. 12.
Suscipere atque profiteri onus. Cic. 1. de Orat. 116.
PROFITENS, entis. Partic. [ἐπαγγελλόμενος] Cic. ad Brut. 15. Italiæ sua vobis studia profitenti remisistis.
PROFITENDUS, a, um. [ἐπαγγελτέος] aliud Partic. Cic. 1. de Nat. Deor. 63. Ea quo equidem existimo tardiores ad hanc sententiam profitendam multos esse factos.
PROFESSUS, a, um. [ἐπαγγειλάμενος] similiter Partic. Ovid 2. Fast. 198.
Solvunt Gentiles arma professa manus.
Culpa professa. Ovid. 3. Amor. 14. 6.
Vota aperta & professa, pro Manifesta. Seneca Epist. 68.
Dux professus. Justin. 8. 4. 4. Bœotii orant ut professum adversus Phocenses ducem Græciæ exhibeat.
Mors professa, Certa. Phædr. 4. 6. 8.
Utinam nec unquam Pelii nemoris jugo &c.
Nec ad professæ mortis audacem viam
Fabricasset Argus opere Palladio ratem.
Professus, Active, Qui profitetur. ut, Professus amicum. Hor. 2. Epist. 18. 2.
Incœpta gravis, & magna professa. Hor. de Arte Poet. 14.
Inceptis gravibus plerumque, & magna professis. Ovid. 5. Fast. 351.
Non est de tetricis, non est de magna professis.
Professus grandia turget. Horat. de Arte Poet. 27.
PROFESSUM, i. n. unde, Ex professo aliquid agere. V. Ex professo, in EX.
PROFESSIO, ōnis. f. [ἐπαγγελία] Confessio, vel Declaratio palam facta. Cic. 5. Verr. 39. Professio est agri Leontini ad jugera XXX.
Jugerum subscriptio ac professio. Cic. 5. Verr. 113.
Conficere professionem. Cic. 16. Fam. 23. Tu confice professionem, si potes: etsi hæc pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat. [Professionem, subaudi Pecuniæ.
Professio, collegiumque Prætorum. Cic. pro Arch. 9. At non est professus. Immo vero his tabulis professus, quæ solæ ex illa professione, collegioque Prætorum obtinent publicarum auctoritatem.
Vices professionum dividere. Quintil. in procem. lib. 1. [i. e. Rerum, quas quisque profitetur.
Bene dicendi professio. Cic. 1. de Orat. 21. Quanquam vis oratoris, professioque ipsa bene dicendi. conf. Sen. Epist. 5.
Quoniam & magnam sibi gloriam ex artis oratoriæ professione quæsiverat. Lactant. de Justitia lib. 5. p. 261. H. St. Eastant cap. 1. §. 24. conf. 1. 1. 8.
PROFESSOR, ōris. m. [ἐπαγγελτής] Qui liberales artes publice docet, qui artes illas se scire, & posse publice tradere fateatur, inquit Valla in Raudensem. Suet. de Clar. Gramm. cap. 9. extr. Reliquit filium Orbilium, & ipsum grammaticum professorem. Plin. Epist. 4. 11. pr. Quos tibi Fortuna ludos facis? facis enim ex professoribus Senatores, ex Senatoribus professores. Intelligit autem Rhetoricam professum.

Sapientiæ professor, Philosophos. Suet. Tiber. cap. 14.
Sapientiæ professores. Quintil. in proœm. lib. 12.
Magni nominis professores, Rhetores. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Consummati professores. Quintil. lib. 1. cap. 9.

PROFESSŌRIUS, a, um. Adj. [ἐπαγγελτικός] ut, Lingua professoria, Quæ meritoriam exercet eloquentiam. Tacit. 13. Ann. 14. 5.

PROFLICTUS, a, um Partic. a PROFLIGO, ĕre. Gell. 15. 5. Res proflictæ & perditæ.

PROFLĪGO, [illegible] āre Dejicere, depellere, deperdere, & ad perniciem deducere. Cic. pro Rabir. Post. 42. Castris locum capere, exercitum instruere, expugnare urbes, aciem hostium profligare.
Profligo, ab Affligendo & ad perniciem interitumque deducendo inclinatum tractumque est: quo verbo, qui diligenter loquuti sunt, ita sunt usi, ut Profligare dicerent Prodigere, & deperdere: profligatasque res, quasi proflictas & perditas appellarent. Nunc vero significatio ejus versa & corrupta est. Nam & ædificia & templa, & alia fere multa, quæ prope absoluta affectaque sunt, in profligato esse, & ipsa jam profligata dici cœperunt. Quapropter urbanissime respondisse Prætorem non indoctum cuidam ex advocatorum turba, Sulpicius Apollinaris scriptum reliquit. Nam quum ille, inquit, rabula ita postulasset, verbaque ita fecisset, Omnia, vir clarissime, negotia, de quibus te cogniturum esse hodie dixisti, diligentia & velocitate tua profligata sunt; unum id solum relictum est, de quo, rogo, audias. Tum Prætor satis ridicule: An illa negotia, de quibus jam cognovisse me dicis, profligata sint, equidem nescio: hoc autem negotium, quod in te incidit, proculdubio, sive id audiam, sive non audiam, profligatum est. V. hæc & plura de verbi hujus proprietate & etymo apud Gellium lib. 15. cap. 5. Sed conf. Cic. in PROFLIGATUS.
Hostium copias profligare, Occidere. Cic. 14. Philipp. 37.
Profligare Remp. Cic. 3. de Orat. 3. Quum ipse consiliis suis Remp. profligasset. Nepos 12. 2. Inimici nostri, atque uti nunc sunt erunt, potius quam Respub. profligetur & pereat.
Profligare, Absolvere, & vincendo perficere. Tacit. 2. Hist. 4. 5. Profligaverat bellum Judaicum Vespasianus. V. in Partic. PROFLIGATUS.
Committere cum aliquo ac profligare bellum. Liv. 21. 40. extr. Cum fœderum ruptore duce ac populo deos ipsos, sine ulla humana ope, committere ac profligare bellum: nos autem, qui secundum deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere.

PROFLIGANDUS, a, um. Partic. [illegible] ut, Acies profliganda. Sil. lib. 11. 400.

PROFLIGĀTUS, a, um. [illegible] aliud Partic. Prostratus, dejectus, afflictus, perditus. Cic. pro Rosc. Amer. 38. Et denique omnia ad perniciem profligata atque perdita?
Quanto tandem illum mærore afflictum esse & profligatum putatis? Cic. 2. in Catil. 2.
Homines profligati, Perditi, & in quibus nihil est salubre, nihil integrum. Cic. 5. Verr. 65. Profligatissimus omnium mortalium, ac perditissimus. Idem pro Rabir. 23. Nemo est, inquam, inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honestate, &c.
Tu omnium profligatissime & perditissime. Cic. 5. Verr. 65.
Judicia perdita & profligata. Cic. 2. Vert. 78.
Profligata, dicuntur etiam Quæ prope absoluta sunt. Cic. 5. Tusc. 15. Atqui si ita est, profligata jam hæc, & pæne ad exitum adducta quæstio est. Idem 12. Fam. 29. Sic vehementius nos laboramus, qui profligato bello, ac pæne sublato, renovatum bellum gerere conamur. Flor. 2. 15. 2. Si quis trium temporum momenta consideret, primo commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est. V. Parei Lex. Crit. p. 995. & paulo supra in ipso verbo.
Quæstio profligata, Dissoluta. Sen. de Benefic. 7. & Cic. in præced.

PROFLIGĀTIO, ōnis. f. Cic. in Consol. Profligatio exercitus aut clades.

PROFLIGĀTOR, ōris. m. [illegible] Tacit. 16. Ann. 18. 1. Habebaturque, non ganeo & profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu.

PRŌFLO, [illegible] āre. Idem quod Flare, & flando resolvere. Plin. lib. 34. cap. 9. Massa proflatur in primis: mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei, &c.
Taurus immani proflavit turbine flammas. Valer. 7. Argon. 571.
Rivos sanguineos proflans pectore. Stat. 11. Theb. 266.
Proflare pectore somnum. h. e. Flatu quodam pectus somno implere; per translationem. Virg. 9. Æn. 326.
Noctem tartaream proflantes pectore tauri. Valer. 6. Argon. 435. h. e. Ignem & fumum ingentem tenebris & flammis tartareis non absimilem.
Proflare iras, Concitare & vehementer commovere. Plin. lib. 8. cap. 1.

PROFLĀTUS, a, um. Partic. V. Plin. supra. Apul. Met. 7. p. 193. Elmenh. Proflatis naribus, rudivi fortiter.

PROFLĀTUS, ûs. m. [illegible] Ipse proflandi actus. Columel. lib. 5. cap. 9. Æstivo proflatu castigerentur. [An Perflatu?

PRŌFLUO, xi, xum, pr. c. [ἀπορρέω, προρρέω] ĕre. Deorsum, sive a longe fluere: & proprie de aqua dicitur. Plaut. Asin. 4. 1. 51.
Quod illa autem simulet quasi gravedo profluat.
Si lacus emissus lapsu & cursu ad mare profluxisset. Cic. 1. de Divin. 100.
Humor profluit. Virg. 4. Georg. 25.
Profluere ab fonte. Varro de L. L. lib. 7. Ab hoc quoque fonte quæ profluant animadvertere est facile.
Profluunt lacrimæ ab oculis. Columel. lib. 6. cap. 7. 33. extr.
Profluit sanguis ex vulnere. Plin. lib 8 cap. 16.
Græcia profluit ore Romano, Græca eloquentia. Lucan. ad Pison. 78.
Cujus ore sermo melle dulcior profluebat. Auctor ad Herenn. lib. 4. 44.
Profluere ad hominum famam, per translationem, pro Delabi & devenire. Cic. pro Cœl. 6. Equidem ut ad me revertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam: & meus hic forensis labor vitæque ratio dimanavit ad existimationem hominum paulo latius commendatione ac judicio meorum.

PRŌFLUENS, entis. [ἀπορρέων] Partic. Cic. 3. Q. frat. 1. Ego locum æstate umbrosiorem vidi nunquam: permultis locis aquam profluentem, & eam uberem.
Genus orationis liquidum, fusum ac profluens: cui opponitur, Exile, aridum, concisum ac minutum. Cic. 2. de Orat. 159.
Loquacitas perennis & profluens. Cic. 3. de Orat. 183.
Expedita ac profluens celeritas. Cic. de Clar. Orat. 220.
Profluens, subst. pro Flumine. Auctor ad Herenn. lib. 1. 23. Qui parentem necasse judicatus erit, is obvolutus & ligatus culeo, devehatur in profluentem. Cic. 2. de Invent. 149. Deinde est in carcerem deductus, ut ibi esset tantisper, dum culeus, in quem conjectus in profluentem deferretur, compararetur.
Livius tamen adponit Aquam, 1. 4. Pueros in profluentem aquam mitti jubet. [Quod fortassis alias subauditur verbum, estque f.

PROFLUENTUM, i. n. Idem. Jul. Obsequ. de Prodig. cap. 6. Ad Tiberis profluenta descendere.

PROFLUENTER, Adv. [illegible] Abundanter. Cic. 5. Tusc. 53. Ergo omnia profluenter, absolute, prospere: igitur beate.
Compar. Gellius lib. 14. cap. 1. At Phavorinus, &c. latius ea & amœnius, & splendidius, & profluentius exsequebatur.

PROFLUENTIA, æ. f. [illegible] Cic. in Partit. 81. Et hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi. Subaud. Imitatur.

PROFLUUS, a, um. Adj. [illegible] Quod profluit: ut, Profluus amnis, Qui perpetuo fluit. Plin. lib. 19. cap. 4. Columel. lib 8. cap. 17. Humilis in duos pedes piscina deprimitur in ea parte litoris, quæ profluo recessu nunquam destituitur.
Flumina proflua in altas silvas. Ovid. 2. de Pont. 1. 39. al. Pascua.

PROFLŪVIUM, i. n. [illegible] Fluxus: ut, Profluvium alvi. Columel. lib. 9. cap. 12.
Profluvium sanguinis. Columel. lib 6. cap. 26.
Acre profluvium tætri sanguinis. Lucret. lib. 6. 1203.
Profluvium genitale. Plin. lib. 7. cap. 14.
Profluvium mulierum, sive feminarum. Plin. lib. 7. cap. 15. De menstruis. Et lib. 34. cap. 12. Feminarum profluvium sistit.
Profluvium geniture. Plin. lib. 22. cap. 22.
Profluvium narium. Plin. lib. 32. cap. 10.
Inhibere profluvium sanguinis. V. INHIBEO.
Reprimere profluvium sanguinis. Columel. lib. 6. cap. 33.

PROFLUVIUS, a, um. Adj. ut, Profluvia fides. Cæcil. apud Priscian. p. 699.

PRŌFŎREM, fŏres, fŏret, [ὠφελεῖν] fŏre. Profuturum esse. Conjugatur ut Forem. Hor. 1. Epist. 8. 11.
Quæ nocuere sequar, fugiam quæ profore credam. conf. PRODSUM. quo refertur.

PROFRINGO. ĕre. ut, Inarata profringere. Stat. 10. Theb. 507. V. Gronov. Gust. ad Thebaid. p. 408. Al. Profindunt, vel Perfringunt

PROFŬGIO, fūgi, fŭgĭtum, pr. c. [ἀποφεύγω, καταφεύγω] ĕre. Procul fugere, aut quantum quis possit fugere. Cic. de Senect. 37. Hac itaque amentia quæstione nova perterritus, in Asiam profugit.
Anima profugit. Lucret. lib. 3. 717.
Sin ita sinceris membris ablata profugit.
Profugerunt metu perterriti. Cic. 4 Fam. 12.
Hinc centum triginta septem patresfamilias extorres profugerunt Cic. 5. Verr. 120.
Ex Ponto Medea quondam profugisse dicitur. Cic. pro Leg. Manil 22.
Inanem ex aliquo loco profugere. Cic. 3. Verr. 37. Quod si illinc inanis profugisses, tamen, &c. V. INANIS.
Profugere a domino. Cic. de Senect. 47. Libenter vero istinc, tanquam a domino agresti, ac furioso profugi.
Profugere domo. Cic. de Clar. Orat. 306. Eodem tempore, quum princeps Academiæ Philo, cum Atheniensium optimatibus, Mithridatico bello domo profugisset, &c.
Pedibus profugere. Cæs. 2. Bell. Civil. 23.
Ex tempestatum periculis. Cic. 7. Verr. 75. Qui ex prædonum insidiis, qui ex tempestatum periculis profugissent, in Sicilia securi ferirentur, quum se jam domum venisse arbitrarentur?
Ad aliquem profugere. Cic. 15. Att. 21.
Ad otium. Cic. 1. Off. 69. Multi autem & sunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, a negotiis publicis se removerint, ad otiumque profugerint.
Profugere in exsilium. Cic. pro Domo 86.
Profugio, cum Accusativo. Curt. lib. 10. 2. 20. Nec servi quidem uno grege profugiunt dominos. conf. Græv. ad Cic. 10. Att. 8.

PROFŬGUS, a, um. Adj. [φυγάς] Qui longe aliquo fugit, procul a finibus suis vagus, quasi porro fugatus. Sallust in Bell. Catil. cap. 6. Trojani, qui Ænea duce profugi, sedibus incertis vagabantur.
Castra profuga, Profugorum. Claud. de Bell. Get. 298.
Classis profuga. Ovid. 13. Met. 627.
Currus. Ovid. 15. Met. 506.
Pedem profugum referre. Ovid. 15. Epist. 186.
Pudor. Ovid. 4. Epist. 155.
Puppis. Ovid. 5. Trist. 2. 62.
Stirps. Ovid. 2. Fast. 843.
Profugus, cum Genitivo. Plin. lib. 7. cap. 28. Bis ab Annibale captus, bis vinculorum ejus profugus.
Profugus, Qui diversa petit loca, etiam si non fugatus. Unde Hor. 1. Carm. 35. 42. Profugos Scythas appellat, Quod crebro domicilia mutent.

PROFUGIUM, i. n. dicitur quum longe aliquo fugitur, ubi se quis tutum putat. Cic. 1. Tusc. extr. Portum potius paratum nobis & profugium putemus, quo utinam velis passis provehi liceat. De morte.
Exsilium, non supplicium est, sed profugium, portusque supplicii. Cic. pro Cæcin. 100. conf. Idem 5. Fam. 15. & 7. 20. al. Perfugium.

PROFUNDE, PROFUNDITAS. V. post PROFUNDUS.

PRŌFUNDO, fūdi, fūsum, [προχέω, καταχέω, ἐκχέω, [illegible]] ĕre. Effundere, Large fundere.
Profudit. Virgil. H. St. 12. Æn. 154.
Vix ea, quum lacrimas oculis Juturna profudit.
Clamorem. Cic. pro Flacc. 15. Sic sunt expressa ista præclara, quæ recitantur, psephismata, non sententiis, neque auctoritatibus declarata, nec jurejurando constricta, sed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatæ.
Ignes. Lucret. lib. 6. 209. i. e. Emittere.
Lacrimarum vim profundere. Cic. in Somn. Scip. 5. Quem ut vidi, equidem vim lacrimarum profudi.
Lacrimas oculis profundere. Virg 12. Æn. 154.
Quum somnus membra profudit. Lucret. lib. 4. 761.

Odium

Odium profundere in aliquem. Cic. in Pison. 26. Omne odium, inclusum nefariis sensibus impiorum, in me profudistis.
Palmites profundere dicitur vinea, Quum fruticat. Columel. lib. 5. cap. 5.
Res universas. Cic. 4. Acad. 87. Sed ut ad ea quæ clariora sunt veniam, res jam universas profundam.
Sanguinem profundere. Cic. pro Cluent. 8. Sanguinem suum profundere omnem cupit, dummodo profusum hujus ante videat.
Se in aliquem. Cic. 7. Att. 3. Quæ si secus essent, totumque se ille in me profudisset, tamen, &c.
Sonitus profundere. Lucret. lib. 6. 400.
Universum. ut, Nihil est in natura rerum omnium, quod se universum profundat, & quod totum repente evolet. Cic. 2. de Orat. 137.
Vires animi & ingenii profundere, pro Omnes nervos intendere, & omnem ingenii vim applicare. Cic. 1. Att. 15. In qua ego nactus (ut mihi videbar) locum resecandæ libidinis, & coercendæ juventutis, vehemens fui: & omnes profudi vires animi atque ingenii mei.
Vocem. Cic. 2. Tusc. 56. Sed quia in profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior.
Voces profudit pectore. Catul. Argon. 62. 202.
Voluptates, quum inclusæ diutius, & prima ætate compressæ & constrictæ fuerunt, subito sese nonnunquam profundunt atque ejiciunt universæ. Cic. pro Cœl. 75.
Profundere, Absolute. [[illegible]] Supra modum insumere. Ter. Adelph. 1. 2. 54.
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. Cic. 5. Verr. 155. Ait, omnia pecunia effici posse: dare, profundere, opponere, si velis vincere.
Profundere, Prodigere. Perdere, cum casu. Cic. in Catil. 2. 10. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt.
Animam profundere. Cic. pro Marcell. 30.
Aquam. Plaut Aul. 2. 4. 29.
Aquam hercle plorat, quum lavat, profundere. i. e. Prodigere, Perdere se dolet.
Laborem profundere & perdere. Cic. 5. Fam. 5.
Sanguinem pro patria. Cic. 2. de Fin. 60.
Spiritum in acie profundere. Val. Max. 6. 3. 3.
Verba profundere ventis. Lucret. lib. 4. 929.
Vitam. Cic. 1. Off. 84. Inventi autem multi sunt, qui non modo pecuniam, sed etiam vitam profundere pro patria parati essent.
PROFŪSUS, a, um. Partic [[illegible]] Plin. lib. 11. cap. 41. Mulieri ante septimum mensem profusum lac, inutile.
Fletus super ora profusus. Ovid. 11. Met. 657. al. Refusus.
Lacrimis vultum lavere profusis. Ovid. 9. Met. 679.
Profusus Nilus, Exundans. Plin. lib. 5. cap. 9.
Claustris profusi Caspiadæ. Valer. 6. Argon. 106.
Profusus usque ad. Varro 2. de R. R. cap. 5. Bonis clunibus, coda profusa usque ad calces, &c. i. e. Protensa. conf. Compar.
Profusus, Perditus, ut Lucret. lib. 3. 953.
Sin ea, quæ fructus cunque es, periere profusa.
Profusus, [[illegible]] Supra modum sumptuosus, inquit Festus. Cic. pro Muren. 76. Odit Populus Rom. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas, sordes & inhumanitatem multo minus.
Profusa luxuries. Cic. pro Cœl. 57.
Sumptibus profusis vivere. Cic. pro Quint. 93.
Profusus homo. Cic. 3. Verr. 20. Pecuniosus, profusus, perditus.
Perditus ac profusus nepos. Cic. pro Quint. 40.
Profusus sui. Sallust. in Bell. Catil. cap. 5. Alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus. Sic Prodigus cum Genitivo.
Profusa hilaritas, Ingens. Cic. 4. Tuscul. 35. Ut ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus recessum quendam animi, & fugam, lætitia profusam hilaritatem.
Mens profusa, Largitoris. Stat. 3. Silv. 1. 91.
Genus jocandi, non profusum, neque immoderatum, sed ingenuum & facetum. Cic. 1. Off. 103.
Profusus, Abjectus, jacens. Pacuvius, Profusus gemitu murmuro. Festus.
Compar. Cauda profusior. Pallad. 4. 13. conf. Profusus usque ad.
Superl. Suet. Vesp. cap. 7. Comessationes cum profusissimo quoque extendebat.
PROFŪSE, Adv. [[illegible]] Liv. 10. 36. Hæc ipse minitans, obsistit profuse tendentibus suis in castra.
Compar. Sall. Catil. c. 13. extr. Eò profusius quæstui atque sumptui deditus.
Superl. Suet. Aug cap 75. Profusissime celebrare festos dies.
PROFUSIO, ōnis. f. Vitruv. præf lib. 10. Infinitæ sumptuum profusiones.
Clementiæ profusio. Tertull. de Pœnit. cap. 8. pr.
Profusio alvi, Profluvium. Cels 2. 7.
PROFŪSOR, ōris. m. Tertull. advers. Marcion. 1. 24. Dispensator, non profusor.
PROFUNDUS, a, um. Adj. [[illegible]] dictum est quod Porro, id est longe, habeat fundum.
Fornax. Ovid. 2. Met. 229.
Fretum. Senec. Hippol. 12.
Inane. Lucret. lib. 1. 1101.
Mare profundum & immensum. Cic. pro Planc. 15.
Penetrale. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 444.
Pontus. Virg 5 Æn. 614.
Sinus. Senec Troade, 6.
Valles. Stat. 10 Theb. 85. de Somni regia loquens.
Profundus, Infernus. ut, Profunda Juno, Proserpina. Claud. de Rapt. Prof 1. 2.
Acheron profundus. V. ACHERON.
Stagna, Inferna. Ovid. ad Liviam, 242.
Tartara. Senec. Hippol. 8.
Profundus, Altus. Virg 1. Æn 62.
— cœlumque profundum. Idem 4. Ecl. 51. Sic,
Altitudo profunda apud Liv. 38. 23. & Tacit. 2. Ann. 61. pr.
Cœli profundi latus. Valer 7. Argon. 478.
Silvæ. Lucret lib. 5 42. [Etiam in his exemplis pro Ingenti, Immensoque, exponi potest. ut in seqq.
Profundus, sæpe per translationem pro Magno capitur. ut,
Avaritia profunda, Immensa & magna. Sallust. Jugurth. 81. pr. [i. e. Inexplebilis, insatiabilis. Sic mox Cupido, Gula, Libido, Venter.
Cædes. Stat. 10. Theb. 831.
Cupido profunda imperii & divitiarum. Sallust. Hist. lib. 4. Ep. Mithrid. §. 5.
Gula. Suet. Vitell. cap. 7. & 13.
Libido. Sallust. de Rep. ordinanda. Epist. 1. cap. 4. extr.
Mero profundo caluere nubigenæ. Stat. 5. Theb. 260.
Nox. Virg. 4. Æn. 26.
Os profundum, Exuberans. Hor. 4. Carm. 2. 7.
Tempestas. Stat. 1. Achil. 45.
Venter. Curt. lib. 10. 2. 26. Profundo ventre devictarum gentium spolia circumferentes.
Compar. Solin. c. 26. Numidici ursi villis profundioribus. i. e. Longiorib.
Superl. Cic. pro Sext. 93. Divitias in profundissimum libidinum gurgitem profundere.
Cura deorum profundissima. Tertull. 2. [Sic in Thes. Lips. Sed loci allegatio hæc & seq. mendosa est. Dispiciat lector. Nobis enim omnia loca investigare qui licuit?
Pace profundissima florentes. Mamertin. Paneg. Maximian. cap. 14.
PRŎFUNDUM, i. n. [[illegible]] Subst.
Summum & Profundum, contraria. Cic. 3. de Finib. 48. Ut qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt a summo, ut jam jamque possint emergere, quam si etiam tum essent in profundo.
Abstrusit Natura veritatem in profundo. Cic. 4. Acad. 32.
Hic non est de mari, [illegible] H. St.
Putei profundum. Val. Max. 9. 6 2. ext.
Profundum, Mare. ut, Pater profundi, Neptunus. Valer. 2. Argon. 606.
Gelidum. Ovid. 18. Epist. 89.
Ionium profundum, pro Mari. Sil. 11. 22.
Latum. Senec. Herc. fur. 11.
Rubrum profundum, Mare Erythræum. Lucan. lib. 8. 853.
Sævum. Sil. lib. 13. 480.
Summum. Ovid. 2. Met. 267.
Corpora Phocarum summo resupina profundo.
Vasto profundo. Sil. 4. 246.
Abjicere in profundum. Cic. 6. Verr. 26.
Jacere se in profundum. V. JACIO.
Jactari indomito profundo. Ovid. 1. Trist. 10. 39.
Mergere multos profundo. Senec. Octav. 6.
Profundum, Plautus Parasitum eleganter, ad Fundum alludens, vocat quasi mare quoddam sit, quo omnia sorbeantur & hauriantur. Sic enim scribit, Capt. 1. 2. 79.
Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi. Vide locum integrum.
Profundum, absolute, apud Caprum grammaticum significat Ventrem, nec injuria, quum eodem sensu Gurges usurpetur. Exemplum autem ut ex antiquo sermone profert; In profundum, inquit, nummi vel in arcam conduntur. h. e. Vel in ventrem mittuntur, vel in arcam. Ex Turnebo.
Profundum pro Crumena dictum veteribus notat Cujac. Observ. 10. 26.
Plur. Profunda montium & silvarum. Tacit. Agric. 25. 2.
PROFUNDE, Adv. Compar. Plin. 8. 42. Quo quis acrior in bibendo profundius nares mergit. conf. Prudent. Vincent. 119.
PROFUNDĬTAS, ātis. f. Macrob. de Somn. Scip. 1. 6. Corporum tres sunt dimensiones, longitudo, latitudo, profunditas. Idem Saturn. 7. 14. Oculus videt cœli profunditatem. V. Celler. Cur. post. p. 153. & 227.
PROFUNDĀTUS, a, um Partic. Plaut. Mil. 3. 3. 44. Carina satis profundata & bene statuta. Sic Taubm. p. 85. al. Probe fundata.
PRŌGEMMO, [[illegible]] āre. Gemmas trudere. De vinea dicitur. Columel lib. 4. cap. 27. Si palmis incipientibus, progemmantibusque, fossorem immiseris, magnam partem vindemiæ decusseris.
PRŌGĔNER, ĕri. m. [[illegible]] Progenerum dicit avus, neptis suæ virum. Paul. ex Festo. Modestinus in l. 4. §. 6. D. de gradibus & affinibus. Socer magnus dicitur Uxoris meæ avus, ego illius sum Progener. Et p. p. Item Prosocrus mihi uxoris meæ avia est, ego illius sum Progener. conf. Tacit. 5. Hist. 9. extr. Senec. Epist. 21.
Progener, Generi pater. Suet. August. cap. 19. Luciique Pauli progeneri sui. [Immo L. iste Paullus Juliam minorem, ex Julia majore & M Agrippa Augusti neptem, in matrimonio habuit, proindeque generi gener fuit.
PRŌGĔNĔRO, [[illegible]] āre. Generationem ex se producere, Procreare. Plin. lib. 11. cap. 16. Fetus quonam modo progenerarent, magna inter eruditos & subtilis fuit quæstio.
Aquilæ non progenerant columbam. Hor. 4. Carm. 4. 31.
Progeneror. Varro de L. L. lib 8. 22. Non bos ad bovem conlata est similis? & qui ex his progenerantur inter se vituli? &c.
PROGENERĀTIO, ōnis. f [[illegible]] Plin lib. 8. cap. 43. Opera sine dubio gerali mirifica, arando quoque, sed mularum maxime progeneratione. De asinis.
PRŌGĔNIES, ēi. f. [[illegible]] Genus atque familia. Cic. 9. Philip. 5. Reddita est ei tum a majoribus statua pro vita: quæ multos per annos progeniem ejus honestaret.
Herculis progenies. Nepos 17. 1. 2.
Certa progenies. Seneca Troade, 6.
Dignissima cæli. Stat. 2. Achil. 373.
Egregia progenies virtute. Virg. 7. Æn. 257.
Ferrea. Virg. 2 Georg. 341.
Impia progenies Tantali. Senec. Thyest. 2.
Haud inficianda parenti progenies Phaethon. Ovid. 2. Met. 34.
Magna Jovis. Catul in Carm sæcul epigr. 32. 6.
Parva. Virg 1. Georg 413. De corvis.
Prisca. Claud. 1. in Ruff 106.
Regia. Ovid. 11. Met 754.
Vesana Claud. de Bell Gild. 332.
Viva. Lucret lib. 2. 617.
Propius abesse ab ortu & divina progenie. Cic. 1. Tusc. 26.
Dare progeniem vitiosiorem. Hor. 3. Carm. 6. 46.
Duci progeniem Virg 1. Æn 23.
Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci.

Orbatus

Orbatus progenie. Cic. 1. Tusc. 85.
Terræ progenies. V. TERRA.
Vitis progenies. Columel. lib. 3. cap. 9.
PROGENITOR, V. PROGIGNO.
PRŌGERMĬNO, [προβλαστάνω] āre. Germen ex se producere. Columel. lib. 4. cap. 10. Putandi autem duo sunt tempora, melius autem (ut ait Mago) vernum, ante quam surculus progerminet. Idem cap. 15. Ne ex propinquo progerminet.
PRŌGĔRO, gessi, gestum, [ἐκκομίζω, συγκομίζω] ĕre. Extra gerere, efferre. Plin. lib. 11. cap. 18. Quum defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exsequias. Colum. lib. 12. cap. 50. Urcei quibus oleum progeritur.
PROGREDIENS, entis. Partic. Plin. lib. 18. cap. ult. extr. Formicæ vel concursantes, aut ova progerentes.
PROGESTO, āre. Apul. Milef. 6. extr. Sinu serico progestans nucleos.
PROGIGNERON, V. PSOPNIGRON.
PRŌGIGNO, gĕnui, genitum, [γεννάω] ĕre. Idem quod Gigno. simpl. Procreo. Ovid. 7. Epist. 38.

Te lapis & montes, innataque rupibus altis
Robora, te sævæ progenuere feræ. Cic. 3. Off. 66. Ut enim ceteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. Idem 1. de Divin. 128. Atque ut in seminibus vis inest earum rerum, quæ ex his progignuntur, sic in caussis conditæ sunt res futuræ.
Progignere novos rerum motus. Lucret. lib. 2. 80.
Terra parens illam progenuit. Virg. 4. Æn. 180.
Progigni, Infinit. passivæ significationis. Lucret. lib. 2. 545.
Unde ea progigni possit concepta, &c.
Hinc prima elementa esse progenita. Apul. de Dogm. Plat. p. 4. Elmenh.
PROGĔNĬTUS, a, um. Partic. Pallad. Januar. 15. Arbores ex pomis sponte progenitæ.
PROGENĬTOR, ōris. m. [πρόγονος] Avus. Ovid. 11. Met. 319.
Quid peperisse duos, & dis placuisse duobus,
Et forti genitore, & progenitore Tonanti
Esse satam prodest?
PRŌGNĀRE, Adv. [γνωρίμως] i. e. Aperte, auctore Festo in v. Gnarus.
PROGNĀRĬTER, aliud Adv. Audacter, strenue. Plaut. Perf. 4. 4. 39.
Ego scio hercle utrumque velle. D. age, indica prognariter. Lamb. Prognaviter. V. Non. 2. 625. & 662.
PRŌGNĀTUS, a, um. Adj. [ἔκγονος] a Pronascor, Natus. Ter. Phorm. 1. 2. 65. Bonam, bonis prognatam. Cic. 3. Tusc. 26. Qualis enim tibi ille videtur, Tantalo prognatus, Pelope natus? Plaut. Epid. 1. 1. 33. Tum ille prognatus Theti. Liv. 1. 40. Ut in eadem civitate post centesimum fere annum, quam Romulus, deo prognatus, deus ipse, tenuerit regnum, &c.
A me prognatus, Periphrasis filii. Hor. 1. Serm. 6. 77.
Artes, quas doceat quivis Eques atque Senator
A se prognatos. h. e. Liberos suos.
Ovo prognatus eodem. Hor. 2. Serm. 1. 26.
Pinus prognatæ vertice Pellaco. Carul. Argonaut. 62. 1.
Prognati, Absol. Liberi. Plaut. Amph. 2. 2. 20.
Libertas, salus, vita, res, parentes,
Patria & prognati, tutantur, servantur.
PROGNATIO, ōnis. f. Mart. Capell. 6. Oppidum Diomedis Tydeique prognatione notissimum.
PROGNE, vel PROCNE, es. f. pr. comm. [Πρόκνη] Pandionis Atheniensium regis filia fuit, quæ Tereo Thracum regi matrimonio juncta, ex eo filium Ityn suscepit, quem patri postea comedendum dedit, propter Philomelam sororem ab eo violatam. Ovid. 6. Met. fab. 7. dicit eam fuisse versam in hirundinem, Ityn vero in phasianum: quo in loco tota fabula describitur. V. etiam in dictione TEREUS. Hinc
Hirundinem notat apud Virg. 4. Georg. 15.
Et manibus Progne pectus signata cruentis. conf. Auct. Philomel. 44. Petron. cap. 131. qui priorem corripit;
— testis silvester aedon,
Atque urbana Progne, quæ circum gramina fusæ, &c. Sidon. 2. Epist. 2. Progne inter asseres minurieos.
PROGNŌSIA, æ. f. Idem ac Prognosis seq. Isidor. 12. 7. Nautæ sibi hanc bonam prognosiam facere dicunt.
PROGNŌSIS, is. f. pr. comm. [πρόγνωσις] Prænotio, præscientia, providentia dicitur.
PROGNOSTĬCUS, a, um. Adj. pr. comm. [προγνωστικός] ut, Prognostica prævisio ægritudinum. Isidor. 4. 10. Hinc
PROGNOSTĬCON, i. n. [προγνωστικόν] Rei futuræ signum. A Græco verbo προγινώσκω, quod Præscio, sive præcognosco significat. Unde Hippocratis Prognostica, sive Prænotiones, quibus facile ægrotorum salus morsve a medicis prædici solet. Cic. 2. de Divin. 47. Ex eo quidem loco & prognostica nostra pronuntiabas & genera herbarum. Et 1. de Divin. 13. Atque his rerum præsensionibus prognostica tua referta sunt.
Si prognostica nostra vera sunt. Cic. 15. Att. 16. Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt; ranæ enim ῥητορεύουσι.
PROGRAMMA, ătis. n. pr. comm. [Πρόγραμμα] Scriptura in frontispicio. Inscriptio alicujus rei venalis. Tabula pendula publice suspensa ac proposita, in qua edicta scribi consueverunt, unde pro Edicto aliquando ponitur. Vulcat. in Avidio Caff. cap 6. Edici jussit, & programma in parietibus fixit. Caffiod. Var. Epist. 7. 42. Edictale programma. V. Lex. Pitisc.
Apud Dionem & Πρόγραμμα dicitur pro Programmate, ἐκθεῖναι δὲ πρόγραμμα πᾶσι ἐνθυμηθῆναι, in Augusto vide. H. St. i. e. Edicto. Alioqui προγραφή est Proscriptio, ut Sullæ fuit & Triumvirorum. Gloss. Gr. Lat. Πρόγραμμα, Proscriptum; Προγραφή, Proscriptio.
PROGRAXE, pro Prograxisse, i. e. Indicasse; a κράζω, ἔκραξα. Clamo. V. Lucret. 5. 1158.
PRŌGRĔDIO, ĕre. ut Progredior veteres dixisse notat Priscian. p. 799.
PRŌGRĔDIOR, ĕris, gressus sum, [προβαδίζω, προβαίνω, πρόειμι] grĕdi. Ultra ire, procedere. Plaut. Caf. 4. 2. 17.
Sed eccum progreditur cum corona & lampade. Cæf. 4. Bell. Gall. cap. 24. Quum illi aut ex arido, aut paululum in aquam progressi, omnibus membris expediti, &c.
Regredi, & Progredi, opposita. Cic. 1. Off. 33. Atque regredi, quam progredi mallent.
Nihil progredi, Domi se continere. Cic. pro Sext. 75.

Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu. Cic. 11. Fam. 4.
Pedetentim progredi. Lucret. lib. 5. 534.
Incessu tacito progredi. Virg. 12. Æn. 219.
Progredi magnis itineribus. Cæf. 2. Bell. Civil. 19.
Duos duntaxat pedes progredi. Cic. 3. de Orat. 183.
Tridui viam progressi, rursus reverterunt. Cæsar 4. Bell. Gall. cap. 4.
Viam multorum dierum progressus. Cic. 1. de Divin. 26. Itaque, ut ex ipso audiebam, persæpe revertit ex itinere, quum jam progressus esset multorum dierum viam.
Progredi obviam alicui. Liv. 7. 10. extr.
Progredi longius, per translationem, pro Sermonem extendere. Cic. 5. Verr. 144. Non dubito, quin vobis satisfecerim, Judices, verumtamen progrediar longius.
Ultra progredi. Cic. 1. Tusc. 17. Ultra quo progrediar, quam ut verisimilia videam, non habeo. Ovid. 1. Fast. 196. De amore.
Vix ultra quo jam progrediatur habet. Cic. 1. de Divin. 25. Divinatio conjectura nititur, ultra quam progredi non potest.
Progredi aliquid. Liv. 31. pr. Jam provideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur: quicquid progredior, in vastiorem me altitudinem ac velut profundum invehi.
Ultra primas litteras paulum aliquid progredi. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Ne digitum quidem progredi; Proverbialis formula, pro Ne minimum quidem. Cic. 4. Acad. 16. Non quæro ex his illa initia mathematicorum, quibus non concessis, digitum progredi non possunt.
Ad omnia progredi. Cic. de Arusp. Resp. 56. Repulsi sunt ii, quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes, quos apertissime largientes, non solum alieni; sed etiam sui vicini, tribules, urbani, rustici repulerunt.
De aliquo progredi aliquo. Cic. 6. Verr. 27. Videret quid ageret, de Diodoro quo progrederetur.
In adulationem progredi. Tacit. 3. Ann. 47.
In eum locum progredi, ut, &c. Cic. 3. Verr. 81. Ut perspicuum sit omnibus, nisi tanta acerbitas injuriæ, tanta vis sceleris fuisset, ut Lampsaceni moriendum sibi potius, quam perpetiendum putarent: nunquam illos in eum locum progressuros fuisse, ut vehementius odio libidinis tuæ, quam metu legationis moverentur.
Progressus eo, h. e. Eo pervenit, vel decidit. Cic. 10. Att. 4. Indulgentia videlicet nostra depravatus, eo progressus est, quo non audeo dicere.
Neque eo deducam, aut progredi patiar, ut opera mea manus inter vos conferatis. Cic. Anteq. iret in exil. 20.
Pervenit quoad feri hominis amentia progredi potest. Cic. 11. Philip. 6.
Quatenus progredi liceat. Cic. de Amicit. 36. Quamobrem id primum videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat.
Calamitas serpere longius atque progredi dicitur. Cic. Anteq. iret in exil. 14.
Via progredi. Cic. 2. de Nat. Deor. 81. Alii autem vim participem rationis atque ordinis, tanquam via progredientem. De natura.
Philosophia progreditur rationibus. Cic. 4. Acad. 27. Ipsa philosophia, quæ rationibus progredi debet, quem habebit exitum?
Progredi, [προκόπτειν] Proficere. Quod & Progressus facere dicitur, ut Suis viribus sine adminiculo progredi. Quintil lib. 2. cap. 6.
In virtute procedere & progredi. Cic. 4. de Finib. 64.
PRŌGRĔDIENS, entis. [προϊών] Partic. Cic. 3. Tusc. 54. Sensim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor. Idem de Senect. 45.
Ætate progrediente, h. e. In ipso ætatis cursu. Cic. 5. de Finib. 41. Natura corpus quidem hominis sic genuit & formavit, ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente ætate fingeret.
Usus progrediens. Cic. 1. de Finib. 69. Quum autem usus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere tantum.
PROGRESSUS, a, um. aliud Partic. [προελθών] Cic. de Senect. 33. Nisi forte adolescentes pueritiam, paulolum ætate progressi adolescentiam debeant requirere.
Ex hac domo progressa ista mulier de veneni celeritate dicere audebit? Cic. pro Cœl. 60.
Intra jactum teli progressus. Virg. 11. Æn. 603.
Compar. Tertull. de Anima cap. 31. Ut anima progressior reverteretur mille post annos.
PROGRESSIO, ōnis. f. [προκοπή] Cic. 3. Off. 14. Quæ & ingenii bonitate multi assequuntur, & progressione discendi.
Progressio ad virtutem. Cic. 1. Acad. 20. In qua quod inchoatum est, neque perfectum, progressio quædam ad virtutem appellatur.
Origo & progressio virtutum. Cic. 4. de Finib. 17. Atque ab iis initiis profecti, omnium virtutum & originem & progressionem persecuti sunt.
PROGRESSUS, ūs. m. [προκοπή, πρόοδος] Processus, progressio.
Audivi Cæsarem firmo progressu in castrum Truentinum venisse. Cic. 8. Att. 18.
Progressus & regressus quinque errantium stellarum constantes & rati. Cic. 2. de Nat. Deor. 51.
Arcere a progressu, & a reditu refrenare. Cic. 11. Philip. 4.
Antecessio & progressus. Cic. 1. Off. 11. Homo autem quoniam rationis est particeps, consequentia cernit, caussas rerum videt, earumque progressus & quasi antecessiones non ignorat. i. e. Futuros exitus, & quo res progrediatur & tendat.
Progressus temporis & ætatis, ut dicitur Processus ætatis & temporis. H. St.
Ætatis progressus. Cic. 5. Philip. 47. C. Cæsar ineunte ætate docuit ab excellenti eximiaque virtute, progressum ætatis exspectari non oportere.
Facere progressum in studiis, quod Plin. Jun. Profectum facere dicit. Cic. 4. Tusc. 43. Philosophiæ ipsius principes nunquam in suis studiis tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent.
Habere progressum in Stoicis, Idem. Cic. 1. de Nat. Deor. 15. Lucilius Balbus, qui tantos progressus habebat in Stoicis. Gallice, *Qui avoit tant profité.*
PROGYMNASIUS, i. m. vel potius PROGYMNASTES, æ. m. [προγυμναστής] Præexercitor. Qui docet, vel qui una cum aliquo exercetur. Senec. Epist. 83. Minimum exercitationi corporis datum. & hoc nomine ago gratias senectuti, non magno mihi constat: quum me movi, lassus sum. Hic autem est exercitationis, etiam fortissimis, finis. Progymnastes meos quæris: unus mihi sufficit, Earinus, puer, ut scis, amabilis, sed mutabitur: jam aliquem teneriorem quæro: jam vix illum assequor currentem, & intra paucissimos dies non potero.

PROGYMNASMA, ătis. n. [προγύμνασμα] pl. Progymnasmata Latine dici possunt Præexercitamenta, vel præexercitationes. V. Aphthonii opusculum, quod hoc nomine inscripsit.

PROH, [ὦ] Interjectio. V. PRO.

PRŎHĬBEO, ui, ĭtum, [κωλύω, ἀπείργω, διείργω, ἀπορέω, διορίζω, ἄγχω, κωλύειν, ἐπέχω, χέω] ēre. ex Pro & Habeo compositum; Vetare, seu impedire, ne quid fiat aut incipiatur. Virg. 1. Æn. 544.

Quod genus boc hominum: quæve hunc tam barbara morem
Permitiit patria? hospitio prohibemur arenæ. Ter. Andr. 3.3.36.
Si eveniat, quod di prohibeant, discessio.

Prohibere minaciter. V. MINACIÆ.

Prohiberi & Impediri. Cic. 4. Verr. 156. Qui quum a Prætore prohiberentor, a quatuor Quæstoribus impedirentur, omnium minas, atque omnia pericula præ salute sua levia duxerunt.

Coram aliquid facere prohiberi. Cic. ad Octav. Ter. Heaut. 3. 3. 12.
Multa fert libido, ea prohibet facere tua præsentia.

Prohibentur adire ad filios suos. Cic. 7. Verr. 117.

Lacrimæ dolorque prohibent loqui. Ovid. 9. Met. 328.

Prohibere peregrinos uti urbe. Cic. 3. Off. 4. Male etiam qui peregrinos urbibus uti probibent, eosque exterminant.

Prohibere ne. Cic. 1. Verr. 33. Daturus es huic crimini, quod & potuisti prohibere ne fieret, & debuisti?

Prohibet nihil, quo mious. Columel. lib. 2. cap. 4. Nihil prohibet, quo minus mense Julio vervacta subigantur.

Prohibere & vetare quin. Plaut. Corc. 1. 1. 33.

Accessum prohibere. Ovid. 14. Met. 636. —pomaria claudit
Intus & accessus prohibet refugitque viriles. V. ACCEDO.

Aditum prohibere. V. ADEO, īre.

Dolorem dentium prohibet, Occurrit dentium dolori, impedit ne oriatur, arcet. Plin. lib. 20. cap. 7.

Morus & conatus alicujus prohibere. Cic. 2. in Catil. 26.

Nefas. Virg. 5. Æn. 197. Et prohibete nefas.

Accusativo & Ablativo cum præpositione jungitur. Cæsar 1. Bell. Gall. cap. 11. Cæsarem certiorem faciunt, sese, depopulatis agris, non facile ab oppidis vim hostium prohibere. Virg. 1. Æn. 529.
— prohibe infandos a navibus ignes.

A conviciis alicujus aliquem prohibere. Cæsar 1. Bell. Civil. 23.

Ab injuria aliquem. Sallust. Jugorth. cap. 107. pr. Ab injuria Maurum prohibet. [i. e. Protegit, tuetur.

Ab insula procul prædones prohibere, & Intra insulam recipere, contraria. Cic. 6. Verr. 144.

A periculo Rempub. Cic. pro Lege Manil. 19.

Vim prohibere a se. Plaut. Capt. 4. 2. 24.

A pugna prohibent hostem tempestates. Cæs. 4. Bell. Gall. 34.

Periculo non prohiberi. Cic. 4. Verr. 14. Quum videretis nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi posse, &c.

Calamitate prohibere, Cum ellipsi Præp. V. infra, Rixis Bacchum.

Detrimento aliquem prohibere. Auctor ad Herenn. lib. 2. 17.

Rixis Bacchum. Hor. 1. Carm. 27. 4. Hypallage, quasi diceret, Prohibete rixas a Baccho: vel proprie & usitato more loquutus est. Sic enim Cic. pro Lege Manil. 18. Erit igitur humanitatis vestræ, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere. Lambin.

Servitio. Liv. 1. 39. extr. Ob unicam nobilitatem ab regina Ro. prohibitam ferunt servitio.

Prohiberi commeatu, aqua, &c. h. e. Detineri, quo minus aquam, commeatum, & alia necessaria habere possimus. Cic. 12. Fam. 15.

Aditu prohibere. Cic. 4. Att. 3. Qui erant mecum, facile operas aditu prohibueruot. Ovid. 12. Met. 66.
— prohibent aditu, litusque tuentur Troes.

Agricultura prohiberi. Cæsar 4. Bell. Gall. cap. 1.

Cibo prohiberi & tecto. Cic. 5. Verr. 60.

Domo prohibere. Ter. Phorm. 2. 3. 78.

Exitu prohibere. Cic. 9. Att. 14.

Fuga. Cic. 9. Att. 12. Populi Romani exercitus Cn. Pompejum circumsidet, fossa & vallo septum tenet, fuga prohibet.

Itinere. Cæs. 1. Bell. Gall. cap. 7.

Ludo inani prohibere animos instabiles. Virg. 4. Georg. 105. De apibus.

Potione prohibere per triduum. Columel. lib. 6. cap. 7.

Provincia aliquem. Cic. 10. Fam. 15.

Sepultura aliquem. Aoctor ad Heren. lib. 4. 34.

Voce prohibere aliquem. Impedire ne quis loquatur. Cic. pro Ligar. 13. Id ne impetremus, pugnabis, & in nostrum fletum irrumpes, & nos jacentes ad pedes supplicum voce prohibebis?

Urbe prohibere aliquem. Ovid. 15. Met. 600.

Prohibere, Dativo & Accusativo junctum. Plaut. Curc. 5. 2. 7.
— obsecro parentesne meos mihi prohibeas? Idem Mil. 3. 1. 105.

PROHIBESSO, is, it, antique pro Prohibeam, as, at. Plaut. Pseud. 1. 1. 11. Id te Juppiter prohibessit. Cato R. R. cap. 141. Uti in morbo visos, Invisosque, viduertatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiasque prohibessis, defendas, averruncesque.

PROHĬBENS, entis. Partic. [ἀπείργων] ut, Lex naturæ recta imperans, prohibensque contraria. Cic. 1. de Nat. Deor. 36.

Egredi deo prohibente. Tibul. lib. 1. 3. 22.

Populo prohibente. Ovid. 15. Met. 610.

Vento prohibente reverti. Ovid. 13. Epist. 127.

PROHIBENDUS, a, um. Partic. Columel. 6. 7. Sed prohibendus erit bos potione. Cic. 1. Off. 25. Prohibenda maxime est ira in puniendo.

PROHIBĬTUS, a, um. Partic. Cic. 5. Verr. 6. Eqoitem Romanom scitote biduum cibo tectoque prohibitum.

PROHIBITIO, ōnis. f. Quintil. 9. 2. Prohibitio sceleris. conf. Tertull. de Monog. cap. 9. Arnob. 2. Et Ulpian. l. 8. ff. de Pœnis.

PROHIBĬTOR, ōris. m. Apul. de Deo Socr. p. 52. Elmenh. Socrates nullo adhortatore unqoam indigebat, at vero prohibitore nonnunquam. conf. Ammian. 24. 15. Et Arnob. 7.

PROHIBĬTRIX, īcis. f. Marcian. lib. 2. ff. de leg. Lex est prohibitrix non faciendorum.

PROHIBITŌRIUS, a, um. Adj. ut, Avis prohibitoria, apud Plin. lib. 10. c. 14. Edictum prohibitorium. Paulus in l. Mutus & surdus. D. de procur. Quia hoc edictum prohibitorium est.

Interdictum prohibitorium. Ulpian. in l. Ait prætor. D. de arbor. cædend. & in l. certum. D. de confess.

PROHINC, Proinde, Igitur. Apul. Met. 3. p. 133. Elmenh. Prohinc tormentis veritas eruenda. Idem lib. 5. pr. Prohinc cubiculo te refer.

PRŌJĬCIO, jēci, jectum, [ἀπορρίπτω, ἀφίημι, προρρίπτω, προβάλλω] ĕre. Porro jacere. Virg. 6. Æn. 835.
Projice tela manu. Ovid. 21. Epist. 165.
Projicit ipse suas dedocta fronte coronas.

Ante pedes projicere aliquid. Virg. 5. Æn. 673.

In altum projicere. Cato apud Gellium lib. 4. cap. 17.

In exsilium projici. Cic. Anteq. iret. in exsil. 30.

Foras projicere. Cic. 2. in Catil. 2. Quæ quidem lætari mihi videtur, quod raotam pestem evomuerit, forasque projecerit.

Diogenes projici se jussit inhumatum. Cic. 1. Tusc. 104. [h. e. Abjici vulgo, seu temere, & insepultum relioqui.

Ampullas projicere & sesquipedalia verba. Hor. in Arte Poet. 97. i. e. Irata verba, inflata, grandia: emittere orationem tumidam. Adhuc enim ampullas vocamus qoasi inflata vasa.
Abjicere, Vide in meis Schediasmatis. H. St. Est lib. 1. 19. p. 80. edit. auctor. V. AMPULLA.

Arma projicere. Cæs. 3. Bell. Civil. 98. Hirt. Bell. Gall. 8. 29.

Aurum projicere. Hor. 2. Serm. 3. 100.

Animas projicere. Virg. 6. Æn. 436. Quasi rem vilem, inquit Servius.

Diem projicere, Oppetere mortem. Stat. 1. Theb. 237.
Ille tamen superis æterna piacula solvit,
Projecitque diem, nec jam amplius æthere nostro
Vescitur.

Fructus amoris projicere, A se rejicere. Catul. in Camerium, epigr. 53. 19.

Libertatem suam. Cic. pro Rabir. Post. 33.

Se projicere. Cic. 9. Att. 6. Tuas nunc epistolas a primo lego. Hæ me paulum recreant, primæ mooent & rogant, ne me projiciam. h. e. Despondeam animum. [Immo Periculo me ultro objiciam.

Virtutem patriam projicere. Cæs. 2. Bell. Gall. 15.

Vitam. Lucan. 4. 516.
Vitam projeci, comites, tutusque futuræ
Mortis agor stimulis.

Amor lucis projectus. Sil. lib. 10. 42.
Per medios agitur, projecto lucis amore,
Annibalem lustrans Paulus.

Pudore projecto loqoar tua facta. Ovid. 6. Met. 545.

Artus strato projecerat. Valer. 7. Argon. 171.

Se ad pedes alicujus projicere, Humilitatis signum. Cic. pro Sext. 26. Vos, ioquam, pro meo capite ad pedes lenonis impurissimi projecistis.

Sese super amicum exanimem. Virg. 9. Æn. 44.

Se ex navi. Cæs. 4. Bell. Gall. 25.

Se ex urbe, Subtrahere. Cic. 4. Philip.

Se in forum, Proripere. Liv. 2. 23.

Se in judicium. Cic. pro Cœl. 21. Hoc ex genere si qui se in hoc judicium forte projecerint, excluditote eorum cupiditatem, judices, sapientia vestra. [i. e. In periculum hujus judicii se dederit.

Se in muliebres fletus. Liv. 25. 37.

Se projicit libido ac proripit. Cic. 2. de Finib. 73. Quod stuprum, quæ libido se non proripiet ac projiciet, aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia?

Lacrimas projicere, pro Effundere. Cæs. Bell. Alex. 24.

Rem projicere viliore pretio, i. e. Vendere tam vili pretio, ut eam projicere & abjicere videamur. Ulpian. in. l. Si pignora. D. de eviction. V. ABJICERE.

Tectum projicitur, pro Extenditur. Cic. in Topic. 24. Quoniam P. Scævola id solum esse ambitus ædium dixerit, quantum parietis communis tegendi causa tectum projiceretur. conf. in Partic. PROJECTUS.

Projicere, inquit Nonius 2. 711. Effundere, honeste positum. Sisen. Hist. lib. 4. Tum postquam apud Æginos, ac Perusinos ejus facti mentionem projecit.

Puer projectus, dicitur Expositus. Plaut. Cist. 1. 2. 5.
Nam illam ego olim, quæ hinc flens abiit, parvulam
Puellam projectam ex angiportu sustuli. conf. 1. 3. 19.

Proicere apud Poetas sæpe legitur. V. Drakenb. ad Sil. 9. 538.

PRŌJECTUS, a, um. [ἀπερριμμένος, προβλής] Partic. Columel. lib. 12. cap. 2. Quia ignoretur ubi projectum jaceat quod desideratur.

Cibum projectum odorari. Hor. Epod. 6. 10.

Simonides, ignotum quendam projectum mortuum quum vidisset, humavit. Cic. 1. de Divin. 56.

Ex naufragio ad saxa projectus. Cic. 12. Philip. 19. Qui ex naufragio luculenti patrimonii ad hæc Antoniana saxa projectus est.

In pulvere projectus. Valer. 4. Argon. 268.

Sternitur & toto projectus corpore terræ. Virg. 11. Æn. 87.

Cadavera projecta. Varr. de L. L. lib. 4. 5.

Corpus projectum. Lucret. lib. 3. 895.

Enses projectos reddidit. Lucan. lib. 9. 26.

In antro viridi projectus, Extensus jacens. Virg. 1. Ecl. 76.

Exin projectæ claro cum lumine Chelæ. Cic. in Arat. 323.

In æquor projectus, In periculum navigationis conjectus. Ovid. 2. de Pont. 7. 57.

Vineæ projectæ humi. Columel. lib. de Arborib. cap. 4.

Projectus, [προτεταμένος] Extensus. Cic. 1. de Orat. 128. Brachium procerius projectum, quasi quoddam telum orationis.

Insula projecta. Cic. 6. Verr. 119. Quarum una est ea, quam dixi, insula, quæ duobus portubus cincta, in utriusque portus ostium aditumque projecta est.

Urbs projecta in altum. Cic. 6. Verr. 21.

Projecta, Partes sunt domus prominentes, qualia sunt meniana, & podia pensilia: unde aspectus est nobis in vicos & plateas. Bodæus.

Audacia projecta atque eminens. Cic. pro Cluent. 183. Quod aut hi, qui ad fraudem callidi suot, non tantum audent, quantum excogitant: aut illi, quorum eminet audacia atque projecta est, a consiliis malitiæ deferuntur. Sic, Projecta cupiditas, apud eundem pro Domo 115.

Projectus ad audendum. Cic. 3. Verr. 2. Est idem Verres, qui fuit semper; ut ad audendum projectus, sic paratus ad audiendum præsto est.

Gens ad libidinem projectissima. Tacit. 5. Hist. 5. 3. de Judæis.

Projectam ac proditas ad inconsultam atque improvidam pugnam legiones, dixit Livius.

Projectum, pro Contempto & vili. Tacit. 1. Ann. 42. An cives, quibus jam projecta Senatus auctoritas?

PROJECTE, Adv. Tertull. de Pudic. cap. 13. Apostolus vero eam sceleratam libidinem tam projecte ignovisset.

PROJECTIO, ōnis. f. [illegible] Cic. in Orat. 59. Brachii projectio in contentionibus, contractio in remissis. [illegible] Contentioribus.

PROJECTUS, ûs. m. [illegible] Ipsa projectio. Plin. lib. 17. cap. 12. Omnium, quæ projectu frondis ita defenduntur, ut per ipsum non defluant imbres, stilla sæva est. Subaud. Arborum.

Corporis projectus immanis. Lucret. lib. 3. 1000.

PROJECTŪRA, æ. f. [illegible] Projecturæ Vitruvio sunt Prominentiæ, & velut supercilia quædam parietum arcendis stillicidiis inventa: fabri *larmiers* appellant & *entablements*. Quanquam etiam proprio nomine Coronæ vocentur: sive structura, sive intestino opere constent. Vitruv. lib. 2. c. 8. extr. Summis parietibus structura testacea sub tegula subjiciatur altitudine circiter sesquipedali: habeatque projecturas coronarum. Ita vitari poterunt quæ solent in iis fieri vitia. Budæus. conf. Hotoman. Respons. Amic. 2. 30.

PROJECTĪTIUS, a, um. Adj. Qui projectus nutritur. Plaut. Cist. 1. 3. 43. Ibid. arg. 6.

> Lemnique natam despondit adolescentulo
> Amore capto illius projectitiæ.

Ammian. 28. 37. Salutat te Palladius projectitius.

PROJECTĪBILIS, e. Adj. Vet. Interp. Iren. 1. 34. Serpens projectibilis.

PROJECTŌRIUS, a, um. Adj. Macer. 4. 1.

> Herbæ totius est projectoria virtus.

Theod. Priscian. de Diæt. cap. 15. Vim projectoriam participare.

PROJECTO, [illegible] āre. Frequentativ. Frequenter projicere.

Projectare aliquem probris, Injuria afficere. Plaut. Bacch. 3. 6. 38. Tuis me projectas probris. al. Prolectas, i. e. Provocas.

PRŌIN, Adj. [illegible] Propterea, ideo, propter hoc. Ter. Eun. 2. 2. 12.

> Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita.

Idem And. 2. 4. 5.

> Orationem sperat invenisse se,
> Qua differat te: proin face, apud te ut sies.

PRŌINDE, aliud Adv [illegible] Idem significans. Ter. And. 4. 2. 24.

> Proinde hinc vos amolimini: nam mi impedimento estis.

Liv. lib. 1. 9. Satis scire, origini Romanæ & deos affuisse, & non defuturam virtutem: proinde ne gravarentur, homines cum hominibus sanguinem & & genus miscere. Plaut. Amph. 1. 1. 59.

Proinde isti licet faciant quos volent Consules. Cic. 2. Att. 9.

Proinde bono animo sis. Cic. 1. Att. 8.

Proinde fac magnum animum habeas. Cic. 12. Fam. 6.

Proinde, si sapis vide. Cic. 4. Verr. 70.

Proinde si qui sunt, qui, &c. Cic. 7. Verr. 182.

Proinde, [illegible] pro Adverbio similitudinis aliquando ponitur, eandemque significationem habere videtur cum Perinde. Columel. lib. 12. cap. 58. Itaque nonnulli gustu explorare maturitatem tentaverunt, ut sive dulcis esset sapor uvæ, sive acidus, proinde æstimarent [illegible] L. G.

Et proinde diligenter ab utroque conservata sunt. Cic. 11. Fam. Epist. ult.

Proinde ac. Lucret. lib. 3. 1048.

> Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror
> Ossa dedit terræ, proinde ac famul improbus esset.

i. e. Tanquam, proinde ac si. Est autem duarum syllabarum. h. l.

Proinde ac debeat. Varr. de L. L. lib. 9. ad fin.

Proinde ac si. Nepos 6. 2. 2. Tacit. 12. Ann. 60. Decretaque eorum proinde haberi jusserat, ac si magistratus Romani constituissent. De Augusto loquitur.

Proinde quasi. Ter. Phorm. 2. 3. 35.

> Proinde expiscare, quasi non nosses.

Cic. pro Domo 31. Proinde, quasi isti aut de Cn. Pompejo aliter, atque ego existimo, sentiant, &c.

Proinde ut. Varr. de L. L. 5. 7. Plaut. Amph. 3. 3. 18.

> Recte loquere, & proinde, diligentem ut uxorem decet.

Ibid. 27.

> — hæc curata sint
> Fac sis, proinde adeo ut me velle intelligis.

PRŌLĀBOR, ĕris, lapsus sum, [illegible] lābi. Ultra labi. Cic. 2. de Nat. Deor. 113.

> At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo.

Ex Poeta.

Prolapsus cecidit. Liv. 5. 21. extr.

Prolabi in caput. Liv 27. 32. Equus pilo trajectus, quum prolapsum in caput regem effodisset. Vetus codex habet Per caput. [An Prolapsus?

Prolabi ex arbore. Plin. lib. 27. 8. Et apud Liv. lib. 27. 27. Prolabi ex equo.

Matris prolapsus ab alvo. Ovid. in Ibin. 223.

Prolabi cupiditate. Cic. 1. Att. 14. Aliani, qui de Censoribus conduxerunt, questi sunt in senatu, se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse.

Prolabi timore. Cic. pro Quint. 77. Fore uti permultis in rebus timore prolaberer.

Prolabi in misericordiam. Liv. 30. 12.

Prolabi longius, Digredi ab instituto. Cic. pro Cæcin. extr. Non me præterit, Recuperatores, tametsi de hoc jure multa prætereo, tamen me longius prolapsum esse, quam ratio vestri judicii postulavit.

PRŌLAPSUS, a, um. Partic. [illegible] ut,

Equus prolapsus. Propert. lib. 4. 1. 94.

Pergama prolapsa. Virg. 2. Æn. 555.

Juventus prolapsa, In malos mores devoluta. Cic. 2. de Divin. 5. His præsertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda atque coercenda sit.

Libido prolapsa huc, ut. Cic. pro Cœl. 47. Hac unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea, non modo solitudinem ac tenebras, atque hæc flagitiorum tegumenta, non quærat.

Verbum prolapsum ab aliqua cupiditate. Cic. pro Font. 18.

PRŌLAPSIO, ōnis. f. [illegible] Cic. pro Cœl. 41. Et interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset.

PROLATIO, **PROLATIVUS**, V. PROFERO.

PRŌLĀTO, [illegible] āre. ex Pro, & Latus adjectivo compositum; Idem quod Dilatare.

Agros prolatare. Tacit. 2. Hist. 78. 5.

Rem rusticam prolatare. Columel. in præfat. lib. 1. Largius tamen condidere quam nos, quibus, diuturna permittente pace, prolatare licuit rem rusticam. i. e. Ampliorem facere.

Vitam prolatare. Tacit. 11. Ann. 37. Interim Messalina Lucullianis in hortis prolatare vitam. i. e. Producere, prorogare.

Prolatare, Porrotenus latius facere, & amplificare. Lucret. lib. 1. 982.

> Effugiumque fugæ prolatet copia semper.

i. e. Fiet ut spatii infinitas perpetuam telo effugiendi atque evolandi locum præbeat. Lambin.

Prolatare ad tempus relatum, Proferre, Differre, Protrahere. Cic. 4. in Catil. 6. Id opprimi sustentando ac prolatando nullo pacto potest. Sic Liv. 31. 5. Prolatandum ratus. [Et hac in significatione videtur, non a Pro & Latus Adj. Verum a Prolatus Partic. a Profero arcessendum.

Diem prolatare. Sil. 3. 142. Sallust. in Catil. 43. Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum: illos, dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere. Ubi V. Cort.

Diem ex die prolatare. Tacit. 6. Ann. 42. 6.

PRŌLĀTĀTUS, a, um. Partic. [illegible] ut,

Bellum prolatatum. Tacit. 10. Ann. 32. Prolatarem inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter sumitur.

PROLATATIO, ōnis. f. [illegible] Tacit. 3. Hist. 82. 3. Sed omnem prolatationem ut inimicam victoriæ suspectabant.

PROLĀTUS, &c. V. PROFERO.

PROLECTABILIS, **PROLECTATUS**, **PROLECTIBILIS**, **PROLECTO**, V. PROLICIO.

PRŌLEPSIS, is. f. [illegible] dici potest Latine Præsumptio: [illegible], hoc est a Præsumo. Schema est Rhetoricum, fitque in oratione, quum id quod in adversarii aut judicis opinione esse aut fore arbitramur contrarium nobis, præoccupamus dicere, & ratione dissolvere. V. PRÆSUMPTIO, & Voss. Inst. Or 5. 12. 6.

Diomedi p. 438. Est cum id quod posterius accidit, ante tempus adscribitur. ut Virg. 1. Æn. pr.

> Italiam fato profugus Lavinaque venit
> Litora.

Cum enim in Italiam veniret Æneas Lavinium non erat conditum. V. Gell. 10. 16.

Item, Præcepta mente opinio. Cic. 1. de Nat. Deor. 43. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat [illegible] Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem.

De Prolepsi Grammatica, V. Grammaticos, & Voss. ibid.

PRŌLES, is. f. [illegible] Progenies; a Pro & Oleo, id est cresco. Colum. lib. 7. cap 6. 7. de caprino pecore, Parit autem, si est generosa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Quintil lib 8. cap 3. Proles ducenda, tragicum. Cic. 2. de Nat. Deor. 159. de Sæculo ferreo.

> Ferrea tum vero proles exorta repente est.

Proles & Soboles, verba a Cicerone non evitata, ut ipse testatus lib. 3. de Orat. 151. Neque illud fugerim dicere, ut Cœlius, Qua tempestate Pœnus in Italiam venit, nec Prolem aut Sobolem, aut Effari, aut Nuncupari.

Tuta diu volucrum proles, tum denique cæsa est. Ovid. 1. Fast. 439.

Olivæ proles. Virg. 2. Georg 2.

Hominum futurorum. Cic. in Somn. Scip. 16.

Virûm prole felix urbs. Virg 6. Æn 784.

Achilles Thetidis proles. V. ACHILLES.

Degener. Senec. Agamemn. 6.

Duellica equorum. Lucret. lib. 2. 660. Alii legunt Bellica.

Effera. Lucret. lib 2 604.

Felix. Claud. 2 de Rapt. Proserp. 370.

Fœda. Senec. Med. 7.

Generosa. Sen. Œdip. 110.

Ignara parentis. Ovid. 2. Met. 496.

Incerta. Senec. Thyest. 4.

Inclita. Senec. Medea, 7.

Mascula rusticorum militum. Hor. 3. Carm. 6. 38.

Nova. Lucret. lib. 1. 260.

Postuma. Virg. 6. Æn. 763.

Præclara. Valer. 2. Argon. 149.

Pulcherrima. Virg. 6 Æn. 648.

Scelerata. Ovid. 1. Met. 127.

Virilis Virg 7. Æn. 50.

Agnoscere ambiguam prolem. Virg. 3. Æn. 180.

Creata proles sine matre. Ovid. 2. Met. 553.

Describunto equitum, peditumque prolem. Cic. 3. de Legib. 7.

Dare geminam. Virg. 1. Æn. 278.

Eniti gemellam. Ovid. 9. Met. 452.

Procudere prolem propagando. Lucret. lib. 5. 854.

Parentem facere pulchra prole. Virg. 1. Æn. 79. i. e. Parere marito.

Producere prolem teneram a nido in aera. Ovid. 8. Met. 214.

Propagare prolem. Lucret. lib. 2. 996.

Privignasque rogat proles. Columel. in. 163.

De Testiculis Arnob. lib. 5. Circumjectæ prolibus membranulæ. Idem lib. 7. Polimina sunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus.

PRŌLĒTĀRIUS, a, um. Adj. [illegible] a Prole dictum est. Proletarii dicti sunt Qui in plebe Romana pauperrimi erant, & non amplius quam mille & quingentos æris in censum deferebant, ut ait Nonius 2. 666. Ennius Annalibus, Proletarii, ut publicitus, scutaque ferrique ornatus. Rursus Nonius 1. 342. Proletarii dicti sunt plebeji, qui nihil Reip. exhibeant, sed tantum prolem sufficiant. V. Gell. lib. 16. cap. 10. Festus, Proletarium, capite censum dictum ait, quod his civitas constat, quasi proles progenie: iidem & proletanei. Alex. ab Alex. lib. 6 cap. 2. Etiam proletarios & capite censos quandoque munera fecisse, & Reip. operam navasse comperimus.

Proletarius sermo. Plaut. Mil. 3. 1. 175. i. e. Vilis & plebejus.

Proletarii dicebantur homines inopes, & nullo censu in classes redacti. Hoc verbum eleganter usurpavit Bud. pro iis qui nulla animi dote, nulla ingenii ac civilis prudentiæ facultate censentur, & commandabiles sunt. conf. Lex Pirisc.

PRŌLĪBO, [illegible] āre. Ante libare. Plin. lib. 35. cap. 12. In sacris quidem etiam inter has opes non myrrhinis crystallinisve, sed fictilibus prolibarer simpulis. Idem lib 28 cap. 4. Alii e tribus puteis pari mensura aquas miscent, & prolibant novo fictili.

PROLICIO, lexi, lectum, [illegible] ĕre. Ex Pro & Lacio. Inducere. Antiquum. Plaut. Curc. 1. 2. 2.

Ejus amor cupidam huc me per tenebras prolicit.

PROLECTO, [illegible] āre. Frequent. Illectare significat. Cic. pro Flacc. 18. Egentes, & leves spe largitionis, & viatico publico, privata etiam benignitate prolectet. Vitruv. procem. lib. 5. Versuum distincta pronunciatio prolectando sensus legentium, perducit sine offensa ad summam scriptorum terminationem. Apul. Apol. p. 331. Elmenh. Nullam mihi causam fuisse Pudentillam veneficiis ad nuptias prolectandi.

PROLECTANS, antis. Partic. Apul. lib. 5. Met. pr. Prolectante studio pulcherrimæ visionis. Ibid. p. 162. Elmenh. Sedatæ lacrimæ postliminio redeunt, prolectante gaudio.

PROLECTĀTUS, a, um. Partic. Mart. Capell. 8. Nuptialis gratiæ nomine prolectatus.

PROLECTĬBĬLIS, e. Adj. Quod proliciendi incitandique vim habet. Sidon. ad Vectionem, Nemo ita naturæ firmæ est, ut prolectibilibus careat occultis. al. Prolectabilibus rectius. Tribuitur & Festo.

PRŌLĬQUEO, vel PROLICEO, ĕre. Gloss. Isidor. Emanare. Ubi laudatur Varro. Demum ubi prolicuit dulcis unda.

PRŌLĬQUO, āre. Virdung. Carm. Melleas voces ore proliquare.

PROLĬQUĀTUS, a, um. Partic. Apul. Apol. 1. p. 283. Elmenh. Radii nostri, seu mediis oculis proliquati.

PROLIXUS, a, um. Adj. [illegible] a Laxum fit, quasi Porro laxum; Quod longum, laxumque est. Ter. Heaut. 2. 3. 49.

Capillus passus, prolixus, circum caput

Rejectus negligenter. Al. Promissus. Varro 1. de R. R. cap. 9. Licet videre fructuosas segetes ac restibiles, & arbores prolixas.

Arator prolixior, Statura longior. Columel. 1. 9 pr.

Barba prolixa, Virg. 8. Ecl. 34.

Apud Æmil. Probum pro Prolixa barba alii Promissa. H. St. V. Nepot. 14. 3 pr. Solent hæc confundi.

Comæ prolixæ. Ovid. 4. Trist. 2. 34.

Corpus prolixum, Exili opponit Suet. Claud. cap. 30.

Ictu prolixo provolat. Lucret. lib. 4. 1219. h. e. Velocitate maxima.

Pollices prolixiores. Columel. 5. 6.

Per prolixum tempus, plus est quam Diu, eique opponitur l. 3. §. 3. Dig. de remil.

Animus prolixus, Optimus: quod quæ prolixa sunt, ea meliora: vel Prolixus animus, Liberalis. Cic. 16. Att. 16. Quod quum ita sit, tamen interest nostra, Plancum hoc animo libenti prolixoque facere. Ubi interpres, Prolixus, In causam propensus.

Natura prolixa & Benefica. Cic. 3. Fam. 8. Liberalitas tua, ut hominis nobilissimi, latius in provincia patuit. Nostra si angustior (etsi de tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam temporum) non debent mirari homines, quum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior, &c.

Ariobarzanes non in Pompejum prolixior per ipsum, quam per me in Brutum. i. e. Propensior, facilior, liberalior. Cic. 6. Att. 3.

Prolixus, Promptus, facilis. Cic. 1. Att. 1. Quum perspexero voluntates nobilium, scribam ad te. Cetera spero prolixa esse his duntaxat urbanis competitoribus. conf. Gell. 7. 3.

Prolixus, Superfluus aliquando dicitur. Unde Prolixa oratio, Prolixum iter, Prolixa verba dicimus. Perott. conf. Borrich. Vind. p. 190.

PROLIXĒ, Adv. Longe, lateque. ut, Arbores prolixe foliatæ. Apul. 4. Milef. pr. Ter. Adelph. 5. 8. 21. Vis est hæc quidem. D. age, age prolixe Micio. Ubi Donat. Aut age prolixe, id est age benigne, ut sit Prolixe, benigna, secundum veteres, aut, &c.

Prolixa aliquem accipere, i. e. Large & laute. Ter. Eun. 5. 9. 52.

Accipit hominum nemo melius prorsus, neque prolixius.

Fovere quem prolixius. Suet. Tib. cap. 7.

Prolixe promittere, Large, copiose, liberaliter. Cic. 7. Fam. 5. Neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri.

Prolixe & cumulate. Cic pro L. Flacc. 89. Adductus hujus pudore, & non amplissimis patrimonii copiis, id non solum fecit, sed etiam prolixe, cumulateque fecit.

Libenter, prolixe, & celeriter facere. Cic. 16. Att. 16. Id autem est, ut hoc, quod te tua sponte facturum esse certo scio, honoris nostri causa libenter, prolixe, celeriter facias.

Parum prolixe respondere. Cic. 7. Att. 14. Ma Pompejus Capuam venire voluit, & adjuvare delectum: in quo parum prolixe respondent Campani coloni. i. e. Inviti nomina dant. Nec mirum est lege Julia in agrum Campanum deductos, propensiores in Cæsarem fuisse.

PROLIXĬTAS, ātis. f. Ulp. in l. 2. § otrom. D. Quemad. testam. aper. secundum locorum angustias seu prolixitates. Adde Arnob. 7. Et Symmach. 2 Epist. 8.

PROLIXĬTŪDO, inis. f. [illegible] Pacuvius Dulorestе, Oro mi ne flectas fandi mi prolixitudinem. Non. 2. 697.

PROLIXO, āre. Prolixum facere. Columel lib. 4. cap. 24. ad finem, Magnopere monendus putator est, ut prolixet aciem ferramenti, & quantum possit, novaculæ similem reddat.

PRŎLŎGUS, i. m. [illegible] Proloquium, sive præfatio, ubi aut poeta excusatur, aut fabula commendatur. Prologus etiam narranda proponit. Ter. prol. Phorm. 15.

Nullum invenire prologum potuisset, novus

Quem diceret, nisi haberet cui malediceret. Idem Andr. prol. 5. Spartian. Æl. Ver. cap. 1. Non debet esse prologus enormior, quam fabula.

Prologus, aliquando ipsum Hominem, prologum referentem, significat. Ter. prol. Heaut. 11.

Oratorem voluit esse me, non prologum. Nonnunquam per licentiam pr. producitur.

PRŎLŎGIUM, i. n. [illegible] Principium, proloquium. Pacuvius, Quid est? nam exanimalli me prologio tuo Festus.

PRŎLONGO, [illegible] āre. Longum facere. Plin. lib. 13. cap. 3. Vestes prolongant tempus. Ex vetusto exemplari legitur Prorogant. i. e. in longum tempus durant. Senec. lib. 5. de Benefic cap. 17. Ut prolongetur tibi dies mortis, nihil proficiet ad felicitatem. Al. Prorogetur. V. Cur. postet Cellar. p. 416.

PRŎLŎQUOR, ĕris, loquutus sum, [illegible] lŏqui. est, Quum quod in animo habemus, loquendo efferimus. Varr. lib. 5. de L. L. 7. Prolocutum dicimus, quum animo quod habuit, extulit loquendo. Ter. And. 1. 5. 21.

Obstupui; censen' ullum me verbum potuisse proloqui? Idem Phorm. 2. 1. 5. —postquam ad judices

Ventum est, non potuit cogitata proloqui. Cic. in Orat. 147. Me autem, sive pervagatissimus ille versus, qui vetat

Artem pudere proloqui, quam factites, dissimulare non sinit, quin delecter.

Proloqui, Multum, sive plus loqui quam par est. Plaut. Epid. 3. 4. 68. Nam quid ego apud te proloqui parem? &c. [In emendatis libris exstat, Parcam proloqui. q. d. Nam quid ni proloquar, aperiamque tibi?

PRŎLŎQUIUM, i. n. [illegible] Sententia, in qua nihil desideratur. Varr. de L. L. lib. 24. Exemplum, ut Annibal Pœnus fuit, Scipio Numantiam delevit. Et omnino quicquid ita dicitur, plena atque perfecta verborum sententia, ut id necesse sit aut verum aut falsum esse, id a Dialecticis appellatum est [illegible]: a M. Varrone alias Profatum, alias Proloquium: a Cicerone Pronuntiatum. Hæc ex Gell. lib. 16. cap. 8.

Proloquium disjunctivum, pro Disjuncto genere argumenti, vel potius Propositione disjunctiva, ut vulgo loquuntur. Gell. lib. 5. cap. 11. Non ratum id, neque justum, disjunctum esse ait, quoniam non necessum est alterum ex duobus, quæ disjunguntur, verum esse: quod in proloquio disjunctivo necessarium est.

Necessaria communis causæ proloquia. Quintil. Decl. 3. [Hic videtur pro Exordio positum, ut vulgo usurpant.

PROLOCŪTOR, ōris. m. Quintil. Decl. 3.

PRŎLŪBĪDO, inis. f. Varro de L. L. 5. apud Non. 1. 324.

PROLUBIES, ēi. f. Ibid.

PROLUBĬUM, i. n. [illegible] Cupiditas & voluptas. Gell. lib. 16. cap. 19. Feros & immanes navitas prolubium tamen audiendi subit. Navitas, i. e. Nautas. conf. Non. 1. 324. & in PROLUVIUM.

Prolubium, quod Græcis [illegible], id est Promptus animus ad largiendum. Ter. Adelph. 5. 9. 28.

Quod prolubium? quæ istæc subita est largitas?

PRŎLŪCEO, xi, ēre. Senec. de Vita beata, cap. 32. Sene per diem, sena per noctem signa prolucent.

PRŎLŪDO, si, sum, [illegible] ĕre. Est Futurum certamen meditari, & exercendarum virium causa, confirmandique animi, veluti simulacrum quoddam certaminis inire. Varr. de L. L. lib. 5. 7. Pro, idem valet quod ante, ut in hoc Proludit. Virg. 3. Georg. 234.

Et tentat sese, atque irasci in cornua discit,

Arboris obnixus trunco: ventosque lacessit

Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.

Vide Pontanum ibid. H. St.

Jurgia proludunt. Juven. 5. Sat. 26.

Jurgia proludunt, sed mox & pocula torques

Saucius, & rubra deterges vulnera mappa.

Proludere, inquit Budæus, est Aliquid agere, quod ad justum certamen pertineat: quasique exordium legitimi, plenique certaminis auspicari. Cic. 2. de Orat. 325. Sed et ipsis sententiis, quibus proluserunt, vel pugnare possint.

Levibus proludit in armis. Lucan. ad Pison. 75.

Dolor proludit per scelera. Senec. Med. 12.

PROLŪDITUR, lūsum est. Pass. Impers. Sen. 3. Nat. Quæst. 28. Cum per ista prolusum est.

PROLŪSIO, ōnis. f. [illegible] Cic. 2. de Orat. 325. Atque ejusmodi illa prolusio debet esse, non ut, &c.

Prolusionis vocabulum ad causas translatum est. Sic Cicero Divinationem suam, Prolusionem Verrinæ accusationis vocat, 1. Verr. 47. Sin mecum in hac prolusione nihil fueris: quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus? [Ubique Metaphora ab Armorum prolusione sumpta.

PROLŪDIUM, i. n. [illegible] i. e. Præludium & initium orandi causæ, sed per eandem translationem. Gell. lib. 5. cap. 10. Sed majus mihi in ista victoria proludium est, quum te, non in causa tantum, sed in argumento quoque isto vinco. conf. Cic. 14. Philipp. 3.

PROLŪSŌRIUS, a, um. Adj. ut, Prolusorium judicium, id est Præjudicialis causa. Ulpian. in l. Si prolusorio judicio. D. de appellation. Al. Perlusorio, vel Perfusorio. q. V.

PRŌLŪGEO, luxi, luctum, [illegible] ēre. Festus, Prolugere dicuntur, qui solito diutius lugent. V. Lex. Pitisc.

PRŌLUO, ui, ūtum, [illegible] ĕre. ex Pro & Lavo compositum; Multum, sive multo tempore lavare. Pers. Sat. prol. pr.

Nec fonte labra prolui Caballino. Non enim omnino negat, sed negat multum labra lavisse, modestiæ causa. Virg. 1. Æn. 741.

—& pleno se proluit auro. Hor. 2. Serm. 4. 26.

Prolueris melius leni præcordia mulso.

Cruor saucia proluit pectora. Stat. 8. Theb. 715.

Proluit flumen terram. Columel. lib. 2. cap 18. Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatisque radicibus, germina non patitur coalescere. Virg. 1. Georg 481.

Proluit, insano contorquens vortice, silvas

Fluviorum rex Eridanus.

Tralate. Gell. 2. 24. Pecuniam suam prandiorum gurgitibus proluisse.

PROLŪTUS, a, um Partic. [illegible] Hor. 1. Serm. 5. 16.

Multa prolutus vappa nauta, atque viator. Apul de Mundo p. 73. Elmenh. Audivimus abruptis imbribus prolutas esse totas regiones.

PROLŪVIES, ei. f. [illegible] Immunditiеs cujuscunque rei sordidæ. Virg. 3. Æn. 216. —fœdissime ventris

Proluvies. i. e. Sordis effusio, inquit Servius. Columel. lib. 12. cap. 38. Et ad alvi proluviem. [Hic idem est, quod Profusio, vel Profluvium alvi. Absolute Gloss. Philox. Proluvies, [illegible], & [illegible].

Proluvies, Inundatio. Cic. 1. Q. frat. 7. Romæ, & maxime Appia, ad Martis, mira proluvies. Nonnulla exemplaria habent Alluvies.

Larga proluvie lavere saxa. Lucret. lib. 5. 648.

PROLŪVIO, ōnis. f. Idem. Apul. de Mundo p. 73. Elmenh. In Occidentis plagis scaturigines quædam ac proluviones easdem strages dederunt.

PROLŪVIUM, i. n. [illegible] Profusio & prodigalitas, quum quis more equæ opes profundit. Ter. Adelph. 5. 9. 28.

Quod

Quod proluvium? quæ istæc subita est largitas? Prolubium legit Donatus, interpretaturque Promptum ad largiendum animum, & προθυμίαν.

Proluviōsus, a, um. Adj. ut, Proluviosa pestis. Q. Fab. Lucull. apud Fulgent. de Sermone prisco.

Prolȳta, æ. m. [προλύτης]
Prolytæ, a Triboniano appellantur, Qui in quintum jam annum juri Civili operam dederunt, sicut Lytæ, qui quatuor. Justinian in prooemio Pandectarum juris Civilis. Turneb. Advers. 8. 19. ut Lytas interpretatur Solutores, quasi qui jam tantos progressus habent in jure, ut de eo respondere prope possint & quæstiones solvere: sic Prolytæ illi sunt, quos tanquam Præsolutores dixeris, quod etiam solutoribus qui lytæ dicuntur, antecellant. Vulgus interpretum juris Lytas Solutos vocat, magno sane flagitio.

Prŏmăchus, i. m. [πρόμαχος] Macedo, raræ gloriæ inter bibacissimos fuit. Is enim, quod quatuor ingurgitasset cantharos uno actu, ab Alexandro corona donatus est. Quem triduo post vini furor enecavit. Alexand. Alex. lib. 5. cap. 22. 12. Ex Æliani Var. Hist. 2. 41. Athen. lib. 10. & Plut. in Alexandro.

Prōmăgister, tri. m. Qui pro magistro substituitur. Vet. Inscript. Gruter. 454. n. 8. PROMAGISTER HAEREDITATIVM. conf. Rhod. in Scrib. Larg. p. 237. ap. Cic. 13. Fam. 65. divise scribitur, Qui operas in Scriptura pro magistro dat. V. etiam Cic. 5. Att. 15. in fine. *Le commis ou substitut du*, &c. V. Scriptura, pro Vectigali, &c. in SCRIBO. conf. in PRO Præp. & PROCONSUL, PRODICTATOR, &c.
De Promagistro Scriniorum & Societatis, V. Lex. Pitisc.

Prōmāno, āre. quod vulgatum est hodie, apud antiquos desideratur. V. Cellar. Cur. post. p. 364. Henr. Stephanus, nullo exemplo addito, adscripserat.

Prōmātertĕra, æ. f. Proaviæ meæ soror. Cajus in l. 1. D. de gradib. V. PROAVUNCULUS.

Promello, ĕre. Verbum antiquum, quod Litem promovere interpretatur Festus.

Prōmercālis, e. Adj. [ὤνιος] dicitur Quod paterfamilias venale habet extra ea, quæ usui suo servat, ut ait Budæus. Columel. lib. 1. cap. 8. Neve negotietur sibi, pecuniamque domini, aut animalibus, aut rebus aliis promercalibus, occupet. Suet. de Illust. Gramm. 23. Quum & officinas promercalium vestium exerceret. Gell. lib. 4. cap. 1. Ex iis autem, quæ promercalia & usuaria in locis hisdem essent, ea sola esse penoris putet, quæ sint usu annuo.
Promercale, in venalium ratione dicitur, quod extra domesticum usum redundans venum proponitur. Cæl. Rhodig. lib. 28 cap. 10. extr.
Aurum promercale, Suetonius vocat id, quod Cæsar vendidit superans sibi, reservata tanta auri copia, quanta suo usui satis esset. V. in Cæs. cap. 54. & Lex. Pitisc.

Prōmercium, i. n. Paulus in l. cetera. D. de legat. 1. Sed & si quis ad opus Reip. faciendum legavit, puto valere legatum. Nam & Papinianus lib. 11. Responsorum refert, Imperatorem nostrum & Divum Severum constituisse, eos qui Reipublicæ ad opus promiserunt, posse quid detrahere ex ædibus suis urbanis atque rusticis, eoque ad id opus uti: quia hi quoque non promercii causa id haberent. Promercium, inquit Turnebus, a Paulo dicitur ea ratione, qua Commercium. Illo autem verbo continentur ea, quæ paterfamilias promercalia habet & venalia. id est quæ non suæ usioni & penori, ut consumet, servat, sed ut pecunia mutet.

Prōmĕreo, es, ui, ĭtum, [προσκτάομαι] ēre. & **Promereor**, ĕris, itus sum, ēri. Dep. Idem quod Mereri. Ter. Phorm. 3. 2. 31.
Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit. Idem Adelph. 2. 1. 47.
Verum enim quando bene promeruit, fiat: suum jus postulat. Cic. 1. Q. frat. 1. Etenim si in promerendo ut tibi tanti honores haberentur, quanti haud scio an nemini, fuisti omnium diligentissimus.
Vota tua promeruere deos dextros marito. Stat. 5. Silv. 1. 72.
Officium promerere. Cic. Anteq. iret in exsil. 6. Non convenire, quum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores.
Curæ testimonium promeruisse contentus. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Pœnam promerui. Ovid. 1. Trist. 2. 63.
Promereri malum. Plaut. Amph. 2. 1. 20.
Reus levius punitus quam sit promeritus. Cic. 2. de Invent. 83.
Haud promeruit, quamobrem vitio verteres. Plaut. Amph. 3. 2. 12.
Promereri principem, pro Principatum. Plin. in Paneg. cap. 62. ad fin. Quisquis probatos Senatui viros suscipit, hic maxime principem promeretur. [i. e. Principis gratiam meretur, vel Principem quasi beneficio demeretur, vel obligat sibi. Pertinet igitur ad subjecta exempla.
Promereri, [εὐποιεῖν] Beneficium præstare, adjuvare, prodesse, Donato Interp. Virg. 4. Æn. 334.
— nunquam, regina, negabo
Promeritam. Ter. And. 2. 1. 33.
Ego, Charine, neutiquam officium esse liberi puto,
Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi. Nihil meretur, inquit Donatus: vel, ut idem ait, Cum nihil præstet.
Promereri de aliquo, Conferre beneficium in aliquem. Plaut. Capt. 5. 1. 13. & Men. 5. 9. 8.
Bene promereri de multis. Cic. 2. Off. 53. Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erunt, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum.
Optime de Repub. promereri. Cic. 3. Philipp. 37.
Occasionem promerendi non amittere. Q. Cic. de Petit. Consul. 21.
Diligentissimum esse in promerendo. Cic. 1. Q. frat. 1. V. supra.

Prōmĕrens, entis. Partic. [εὐποιῶν] Qui bene de aliquo meretur. Plaut. Asin. 1. 2. 2.
Promerenti optime hoccine pretii redditur?

Promerĭtum, i. n [εὐποιΐα] Cic. Post. redit. ad Quir. 8. Quare hoc majus est in nos vestrum promeritum, quod non multitudini propinquorum, sed nobismet ipsis reddidistis. Lucret. lib. 1. 61.
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira. De deorum natura loquitur. Idem 2. 650. & Ovid. 4 Fast. 394.
Sponte Deæ munus promeritumque patent.

Prŏmētheus, ei. m. trium syllabarum, [Προμηθεύς] teste Ovid. 1. Met. 82. Iapeti filius ex Asia Nympha conjuge. Post factos a se homines, dicitur auxilio Minervæ cælum ascendisse, & adhibita facula ad rotam Solis, ignem furatus: quem hominibus indicavit. Ob quam causam irati dii, duo mala immiserunt terris, febres & morbos, sicut & Sappho & Hesiodus memorant. Quod tangit & Hor. lib. 1. Carm. 3. 27. Ipsum etiam Prometheum in monte Caucaso per Mercurium religaverunt ad saxum: & adhibita aquila est, quæ ejus cor exederet. Hæc autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus, vir prudentissimus fuit, dictus ἀπὸ τῆς προμηθείας, id est a providentia. Hic primus astrologiam Assyriis indicavit: quam residens in monte altissimo Caucaso, nimia cura & sollicitudine deprehenderat. Dicitur autem aquila cor ejus exedere, quod ἄχος est sollicitudo, qua ille affectus, siderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis deus est, ad saxum dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicavit: unde cælestem ignem dicitur esse furatus. Nam quadam arte ab eodem monstrata, supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo bene usi sunt. Nam postea malo hominum usu in perniciem eorum versus est: sicut in Livio (1. 31. extr.) lectum de Tullo Hostilio, qui eo igne exustus est cum omnibus suis. Numa vero Pompilius impune eo usus est tantum in sacris deorum. Hinc est quod igne rapto, ab iratis numinibus morbi hominibus dicuntur immissi. V. Servium in illud Virg 6. Ecl. 42.
Caucaseasque refert volucres, furtumque Promethei.
Prometheus quum homines limo fingeret, jussus est ex omnibus animalibus particulam, prout erat eorum natura, homini apponere. Unde leonis vim stomacho apposuit: Ideo iracundia magis accendimur. Timorem a lepore posuit, a vulpe astutiam; ceteraque a reliquis. Hæc Acron in illud Hor. lib. 1. Carm. 16. 13.
Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam undique
Desectam, & insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.
Scribit Eusebius ad annum mundi CCCCXXXI. Argis regnante Argo, His temporibus, secundum quorundam opinionem, Prometheus fuit, a quo homines factos commemorant. Et revera, quum sapiens esset, feritatem eorum & nimiam imperitiam ad humanitatem & scientiam transfigurabat. Lactant. lib. 2. Divinar. instit. cap. 11 tradit primum omnium Prometheum simulacrum hominis formasse de pingui & molli luto, ab eoque natam primo artem statuas & simulacra fingendi.
Scopuli Promethei. Sen. Hercule fur. 13.
Callidus Prometheus. Hor. 2. Carm. 18. 35.
Diri Prometheos artes. Stat. 11. Theb. 468. Genitivo Græco.
Pro Figulo translate ponitur apud Juven. 4. Sat. 133.
Debetur magnus patinæ subitusque Prometheus.

Promethēus, a, um. Tetrasyll. [Προμήθειος] Adj. ut, Promethea juga. Propert. 1. 12. 10.
— an quæ
Lecta Prometheis dividit herba jugis? Promethea autem juga vocat Caucasum, ubi nascebatur e cruore Promethei aconitum. Etsi enim e vomitu Cerberi prope Heracleam plerique natum ferunt, alii tamen e tabo & sanie Promethei, cujus jecur tundebat aquila, exortum fabulantur. Herbam igitur lectam in Prometheis jugis quum dicit, Veneficia intelligit. Auson. Idyll. 12. v. 78.
Unde Prometheo de corpore sanguineus ros
Aspergit cautes, & dira aconita creat cos. Turneb.
Prometheum lutum, Quo is usus est. Martial lib. 10. 39. in Lesbiam anum.
Sic quoque mentiris, nanque, ut tua sæcula narrant,
Ficta Prometheo diceris esse luto. Idem 14. Epig. 80.
Clara Prometheo munere ligna sumus. De ferulis.

Promethĭdes, æ. m. patronym. [Προμηθείδης] Ovid. 1. Met. 390.
Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet. De Deucalione.

Prōmĭco, [προτείνω] āre. Extendere, & Porro jacere, inquit Nonius, 1. 329. Nævius, Siquidem loqui vis, non perdocere, multa longe promicanda oratio est.
Promicant molles plumulæ. Apul. 3. Milef. p. 138. Elmenh.

Promĭcans, antis. Partic. ut, Lacrimisque rursum promicantibus. Apul. 3. Met. p. 133. Elmenh.

Promilita, V. EXCONSULA.

Prōmĭneo, es, ui, [ὑπερβάλλω] ēre. Ultra aliquid eminere, inquit Perottus. Plin. lib. 11. cap. 37. Simiæ dentes ut homini. Elephanto, intus ad mandendum quatuor, præterquam eos qui prominent.
Vulgus prominet excelsis tectis, Prospicit. Stat. 11. Theb. 416.
Prominere ante. Plin. lib. 8. cap. 32. Aut enim paucos aut nullos habent, nec in cornibus imis ramos, alioquin ante frontem prominere solitos junioribus.
Prominens a cetera acie cuneus, pro Eminens ultra reliquam aciem. Liv. 22. 47.
Collis prominet in Pontum. Ovid. 13. Met. 778.
Prominere in memoriam ac posteritatem, pro Extendi. Liv. 28. 43.

Promĭnens, entis. [προέχων] Partic. Liv. 27. 48. Gallos prominens collis regebat.
Venis prominentibus. Martial. 5. 4.
Compar. Prominentiore cauda. Plin. 10. 3.
Prominens, subst. [προέχον] Tacit. 1. Ann. 53. Milites, ad cædem missi, invenere in prominenti litoris, nihil lætum opperientem.

Prominenter, Adv. Cæl. Aurel. Acut. 1. 11. Paulo prominentius a lecto producendus æger.

Prominentia, æ. f. Vitruv. 6. 11. Habere summam prominentiam. Solin. cap. 27. pr. Africa extensa in duas prominentias. i. e. Promontoria. Idem cap. 2.

Promĭnŭlus, a, um. Adj. Solin. cap. 27. extr. Mammis prominulis. Idem cap. 30. Ora prominula. Capitolin. Pertin. cap. 12. Habitudine corporis pinguiore, ventre prominulo.

Promĭno, āre. a Minare. q. V. Apul. Milef. 9. p. 219. Elmenh. Senex claudus, cui nostra tutela permissa fuerat, universa nos jumenta ad lacum proximum, bibendi gratia, gregatim prominabat.

Promiscam, **Promiscamus**, **Promiscua**, V PROMISCUUS.

Prōmiscuus, a, um. Adj. [[illegible], [illegible]] Mistum, confusum, incertum. Sallust. Catil. cap. 12. Divina atque humana promiscua, nihil pensi neque moderati habere.

Cædes promiscua. Liv. 2. 30. extr. Plusque ibi sanguinis promiscua omnium generum cæde, quam in ipsa dimicatione factum.
Connubia promiscua. Liv. 4. 2. Quam enim aliam vim connubia promiscua habere, nisi ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis, patrumque?
Operam promiscuam dare, Mutuam operam tradere. Plaut. Rud. 4. 4. 118.
Victus promiscuus. Plin. lib. 1. cap. 1.
In usum promiscuum venire. Plin. lib. 9. cap. 35.
In promiscuo aliquid habere. Plin. lib. 33. cap. 1.
Promiscuum genus apud Grammaticos, Genus epicœnum, & quasi incertam sive confusum. Quintil. lib. 1. cap. 4.

PROMISCUS, a, um. Adj. veteres dicebant. Gell. 16. 13. De hujus opinionis tam promiscæ erroribus. conf. Parei Lex. Crit. p. 1000.

PROMISCUE, Adv. Miste, confuse, incerte. Plin. lib. 11. cap. 37. In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, jam quidem promiscue maribus ac feminis. Liv. 3. 47. Placet pecudum, ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere?
Magis promiscue quam diligenter his consuetudo est usa. Varr. lib. 5. de L. L. 8 pr. [i. e. Temere.
Promiscue & Proprie, contraria. Cic. 2. de Lege Agrar. 8. Tamen promiscue toto, quam proprie parva frui parte malletis. i. e. Communiter.
Promiscue & Communiter, Synon. Cic. pro Font. 12. Unum est enim & simplex aurium judicium, & promiscue & communiter, stultis ac sapientibus, ab Natura datum.
Indistincte & Promiscue. Gell. 20. cap. alt. nunc Præf. Cujus generis cunque erant, indistincte atque promiscue adnotabam.
Datum promiscue suffragium eodem jure omnibus. Liv. 1. 43. in pr.
Fungi advocatione promiscue. Plin. 10. Epist. 20. pr. Ut primum me, domine, indulgentia vestra promovit ad præfecturam ærarii Saturni, omnibus advocationibus, quibus alioqui nunquam eram promiscue functus, renuntiavi, ut toto animo delegato mihi officio vacarem.
Haurire promiscua ex aliquo loco. Cic. 3. de Orat. 67.
Uti promiscue cum altero aliqua re. Ulpian in l. vestis. ff. de Aur. & Arg. Legat. Communia sunt vestimenta, quibus promiscue utitur mulier cum viro.

PROMISCAM, dicebant veteres pro Promiscue. Festus. V. Plaut. Pseud. 4. 5. 11.

PROMISCARUS, a, um. Adj. Idem ac Promiscuus. Varro apud Nonium 2. 112. Dum vixi promiscaris meis in cortibus pavit. Al. Promiscam.

PROMITTO, misi, missum, [ὑπισχνέομαι, ὑφίσταμαι, ἐπαγγέλλομαι, ἐγγυάω, ἐγγυάομαι, ὁμολογέω] ĕre. Polliceri. Ter. Adelph. 5. 8. 18. Fac: promisi ego illis. Cic. Jam enim totum quod tibi promiseram, præstiti.
Dii faxint ut faciat ea, quæ promittit. Cic. 16. Att. 1.
Vix videbar, quod promiseram, præstare posse. Cic. ad Brut. 18.
Promittere ad cœnam. h. e. Promittere se venturum ad cœnam. Plaut. Menæch. 5. 24.
Promittere foras ad cœnam. Plaut. Stich. 4. 2. 26. Idem Most. 4. 3. 12.
Promittere ad fratrem. h. e. Se iturum ad fratrem. Cic. 2. de Orat. 27.
De re aliqua. Quintil. lib. 3. cap. 9. Nec esse utilis potest, nisi constiterit, quid debeat de probatione promittere.
Promittere & polliceri prolixe de re aliqua. Cic. 7. Fam. 5. Nec mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri.
Bene promittere. Cic. 2. de Divin. 38. Quæ autem inconstantia deorum, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? Ovid. 3. de Arte Am. 461.

Si bene promittant, totidem promittite verbis.

Difficulter promittere. Senec. Epist. 1. Aut timide negavit, aut promisit, sed difficulter.
Timide promittere. Ovid. 1. de Arte Am. 631.
Vere promittere. Catul. ad Lesbiam, 163. 3.
Promittere & Affirmare. Cic. 12. Fam. 14. Præterea mihi promiserunt Pansa & Hirtius coram, & absenti mihi scripserunt; Vettioque nostro Pansa affirmavit, se daturum operam &c.
Promittere & Confirmare. Cic. 13. Fam. 28. Quod ita esse tibi promitto, atque confirmo. Idem 3. Fam. 10. De me tibi sic, contestans omnes deos, promitto atque confirmo, me, &c.
Promittere & Spondere. Cic. pro Cœl. 77. Promitto hoc vobis, & Reipub. spondeo.
Promitto, recipio, spondeo, P. C. C. Cæsarem talem semper fore civem, &c. Cic. 5. Philipp. 51.
Promittere, & In se recipere. Cic. 13. Fam. 10. Sed tamen separatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi & voluptati & usui.
Promisi mea fide. Plaut. Menæch. 5. 4. 6.
Promittere se facturum aliquid. Plaut. Asin. 5. 2. 80.
Promitto fore. Plaut. Aul. 2. 2. 42.
Auxilium promittere alicui. Ovid. 13. Met. 325.
Bellum promittere avidi. Stat. 3. Theb. 390.
Magna promittere. Sil. lib. 8. 240.
Opem promittere. Ovid. 5. Fast. 247.
Torum promisit illi. Ovid. 7. Met. 91.
Vadimonium. Cic. 5. Verr. 38. Ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur.
Vana. Ovid. 16. Epist. 296.
Promittere cum Genitivo, ut Damni infecti. Cic. Topic. 22. At si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debebit præstare quod fornix vitii fecerit.
Interdum est simpliciter Prædicere. Cic. 7. Att. 9. Promitto tibi Pompejum, si valebit, tegulam in Italia nullam relicturum. Idem 6. Fam. 1. Si mihi alterutrum, de exitu rerum promittendum esset.
Promittere, Profiteri. Qui enim sunt professores artium, promittere dicuntur. Petron. cap. 10. Et ego, ne quæstibus tuis obstem, aliquid aliud promittam. i. e. Aliquam aliam artem pollicebor, & profitebor. Turneb. 19. 6. Hor. 2. Epist. 1. 115.

— quod medicorum est
Promittunt medici.

Quintil. lib. 1. procem. Facere quam promittere optima maluerat. [Conf. Cels. Procem. lib. 1. pr.
Promittere, Minari. Plaut. Asin. 5. 2. 86. Surrepturum pallam promisit tibi. conf. Ter. Heaut. 4. 4. 6. [Sic Virgil. 2. Æn. 96.

Promisi ultorem, & verbis odia aspera movi. Ut Minari in bonum.

Promittit se arbor. Plin. lib. 16. cap. 26. In maxima tamen admiratione pinus est. Habet fructum maturascentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Nec ulla arborum avidius se promittit. Id est (ut ego quidem interpretor) porro mittit, profert se, & in fructum effert. Nisi forte quis putet idem esse ac si diceret, Fructum de se pollicetur: quippe in annum tertium promittit.
Telum longius promittere. Cæs. 8. Bell. Gall. 9. Quo tutius altitudine esset, hoc audacius longiusque tela promitteret.
Promittere, Porrigere, extendere. Mela 1. 3. Gallia est longe & a nostris litoribus huc usque promissa.
Promittere barbam, capillum &c. Tacit. 2. Ann. 39. Donec crinem barbamque promitteret. Liv. 6. 16. Multos mortales capillum ac barbam promisisse. V. Heins. ad Sil. 3. 534. & Non. 4. 348. & in PROMISSUS Partic.

PROMISSUS, a, um. Partic. [ἐπαγγελθείς, ἐγγυηθείς] Cic. pro Rosc. Com. 16. Quæ ex liberalitate hujus promissa sit & ostentata.
Carmen promissum. Hor. Epod. 14. 6.
Corpus mihi promissum. Ovid. 20. Epist. 146.
Dies promissa aderat. Virg. 9. Æn. 107.
Dona promissa reddere. Ovid. 4. Trist. 2. 7.
Donum Jovi dicatum atque promissum. Cic. 7. Verr. 183.
Fides promissa. Virg. 6. Æn. 346. Idem 4. 552.
Fœdera. Ovid. 2. Fast. 159.
Munus. Ovid. 3. Fast. 365.
Nox. Tibul. lib. 1. 6. 49.
Præmia solvere promissa alicui. Ovid. 14. Met. 810.
Salus promissa tibi est. Lucan. lib. 4. 235.
Promissa barba, Prolixa & dependens, sive longa. Virg. 8. Æn. 34. al. Prolixa. Plin. Epist. 27. lib. 7. ad Suram, Mox apparebat idolum, senex macie & squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo. Festus, Promissum capillum dicunt longum. Item, Barba promissa, velut porro missa. conf. in ipso verbo.
Capillus promissus. Liv. 44.
Comæ promissæ. Liv. 38. 17. Procera corpora, promissæ & rutilatæ comæ, vasta scuta, prælongi gladii. De Gallis.
Promisso ventre arietes. Columel. lib. 7. cap. 3.

PROMISSUM, i. n. [ἐπάγγελμα] Quod promisimus. Plin. lib. 12. cap. 1. Elico ex Helvetiis Romæ commoratus, olei ac vini promissa remeans secum tulit. Vetus codex habet Præmissa. q. V.
Promissum & Receptum. Cic. 2. Philipp. 79. Ille induxit ut peteret, promissum ac receptum intervertit, ad seque transtulit. conf. infra Satisfacere promisso.
Constantia promissi & Fides. Cic. 4. Att. 16. O constantiam promissi & fidem miram!
Sponsor promissorum alicujus. Cic. 15. Att. 15.
Dextra, non tam in bellis & in præliis, quam in promissis & fide firmior. Cic. pro Dejot. 8.
Largus promissis. Tacit. 5. Hist. 24. 4.
Ditibus promissis commoveri. Sil. lib. 3. 512.
Infida promissa. Valer. 2. Argon. 578.
Superba. Valer. 4. Argon. 649.
Uberius. Cic. 5. Tusc. 19. Ullumve esse philosophiæ promissum uberius aut majus. Ovid. 3. Amor. 6. 66. Munera promissis uberiora feres.
Absolvere promissum. V. ABSOLVO.
Admovere promissis spem recursus. Ovid. 11. Met. 454.
Complere promissum. V. COMPLEO.
Conficere munus promissi. Cic. in Partit. 132. Eo exposito munus promissi omne confecero.
Consequi promissa. Cic. 1. Tusc. 95. Si ante mors adventet, quam Chaldæorum promissa consecuti sumus.
Dignum promissis dicere aliquid. Hor. 2. Serm. 3. 6.
Dare blanda promissa. Catul. Argon. 62. 139.
Efficere promissum & conventum cuipiam. Cic. 1. Off. 32.
Exigere promissa. Cic. 3. Off. 94. Theseus exegit promissum a Neptuno.
Expetere promissa. Cic. 6. Fam. 17.
Exuere promissa, Negligere. Tacit. 13. Ann. 44. pr.
Facere promissum alicui. Cic. 1. Philip. 17. Multis multa promissa non fecerit. De Cæsare.
Firmare promissa. Ovid. 10. Met. 430.
Flagitare promissum. Cic. 3. Fam. 11. Quum tua promissa per litteras flagitabam.
Implere promissum. V. IMPLEO.
Inducere aliquem promissis. V. INDUCO.
Intervertere promissum, V. supra Promissum & Receptum.
Ludere aliquem inani promisso. Ovid. 3. Fast. 685.
Manere promissis, & servare fidem. Virg. 2. Æn. 160.
Mutari aliquem plura in promissis. Lucret. lib. 5. 92.
Onerare pectora alicujus largis promissis. Sil. lib. 17. 576.
Parere promissis, Facere quod promisisti. Ovid. 5. Fast. 504.
Patrare promissa. V. PATRO.
Pendere promissis. Cic. 3. Q. frat. 5. Cæsaris amore, quem ad me perscripsit, unice delector: promissis iis, quæ ostendit, non valde pendeo.
Perficere. V. PERFICIO.
Reddere. Virg. 5. Æn. 386.
Referre. Ovid. 14. Met. 18.
Repetere alicujus. Cic. pro Planc. 101. Quid me aspectas? quid mea promissa repetis?
Satisfacere promisso. Cic. 7. Verr. 138. Satis est factum Siculis, satis officio ac necessitudini, Judices, satis promisso nostro ac recepto.
Servare. Cic. 1. Off. 32. Nec promissa servanda sunt ea, quæ sint iis, quibus promiseris, inutilia.
Solvere alicui. Cic. 12. Fam. Epist. ult. Ut optime meritis militibus promissa solvantur.
Stare promisso. Cic. 1. Off. 32. Jam illis promissis standum non esse quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiserit?
Teneri voto & promisso. Cic. 12. Att. 19. Jam quasi voto quodam & promisso me teneri puto.
Trahunt promissa puellas. Ovid. 1. de Arte Am. 631.

PROMISSIO, ōnis. f. [ὑπόσχεσις, ἐπαγγελία, ὑπισχνεῖσθαι] Idem, sive Pollicitatio. Cic.

Cic. 3. de Orat. 203. Promissio, deprecatio, obsecratio. Idem 8. Att. 9. Cum litteris, cum mandatis, cum promissione provinciæ.
Auxilii promissio. Idem 4. Fam. 13.
Scelerum promissio. Cic. 8. Philip. 10. Scelerum promissio, & iis qui exspectant perniciosa est, & iis qui promittunt.

PROMISSUS, ûs. m. Idem. ut, Promissu vitæ recreat. Manil. lib. 5. 578.

PROMISSOR, ōris. m. Hor. Arte Poet. 138.

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?

PROMISSĪVUS, a, um. Adj. ut, Promissivus modus. P. Consent. inter Grammat. Putschii, p. 2061.

PROMNESTRIA, æ. f. [προμνήστρια] Proxenetria, seu Nuptiarum conciliatrix. Id enim munus per feminas jam olim expediri solebat. Alciat. lib. 1. dispunction. cap. 22. Latine Pronuba. Gloss. Gr. Lat. Προμνήστρια, Pronuba.

PRŌMO, prompsi, promptum, [ἐκφέρω, προβάλλω, προχειρίζομαι] ĕre. contractum ex Pro & Emo; Proferre, exponere, educere. Virg. 2. Æn. 260.

— illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætique cavo se robore promunt.

[Forsan Promo contractum ex Prosumo, & cetera id genus similiter a Sumo, quæ ab Emo Grammatici arcessunt, ut Demo, Eximo, Interimo, Perimo. unde & in Præteritis s ascifcunt nonnulla, ut Demsi. Significatio certe convenit: neque obstat quod etiam Desumo, Prosumo &c. dicitur, vel quod iidem Grammatici Sumo a Sub & Emo arcessunt.

Proferre & Promere. Cic. pro Rosc. Com. 29. Nisi idcirco moleste pateris, quod HS. IↃↃↃ tu ex arca proferebas, HS. CCCIↃↃↃ ex disciplina & artificio Roscius promebat.
Vina horna promere dolio. Hor. Epod. 2. 47.
Ex armario aurum promere. Cic. pro Cœl. 52.
Pecuniam ex ærario. Cic. 5. Verr. 195.
Promere e sacrario. Plin. lib. 33. cap. 1.
Libros e bibliotheca. Cic. 3. de Fin. 7.
Medicamenta promere de narthecio. Cic. 2. de Fin. 22.
Spicula promit de pharetra. Ovid. 3. de Arte Am. 516.
Promere in usus. Columel. lib. 2. cap. 10.
Æstus promit Titan. Senec. Herc. OEth. 12.
Diem promit & celat sol. Hor. in Carm. sæcul. 9.
Gemitus de pectore. Martial. lib. 10. 85.
Voces. Cic. 1. de Divin. 20.
Promere in medium, Eloqui. Plin. in Paneg. cap. 66. Jubes quæ sentimus promere in medium.
In publicum aliquid. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Promere a se, V. A vel AB.
Animus eruditus, qui semper aliquid promat, quod alios delectet. Cic. 5. Fam. 14.
Justitiam promere & exercere, Vacare caussis cognoscendis, & litibus dijudicandis. Plin. 1. Epist. 10.
Aliquid ex scientia obscuriore promere & assumere. Cic. 1. de Orat. 59.
Loci sunt quasi sedes, e quibus argumenta promuntur. Cic. in Topic. 7.
Promere consilia, Aperire, palam facere. Cic. 9. Att. 10.
Obscura promere. Hor. 1. Carm. 34. 14.
Orationem de se. Tacit. 2. Hist. 90.
Ordo rerum justis voluminibus promitur. Paterc. 2. 48. 5.

PROMPTUS, a, um. [προχειρισμένος] Partic. & Adj. ut,
Clausum & Promptum, contraria. Sallust. in Bell. Catil. cap. 10. Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere.
Promptus, per translationem, dicitur Manifestus, & apertus, quum res a secretiore loco educitur, ut parata nobis & ad manus sit.
Prompta & Aperta, quibus Occulta & recondita opponuntur. Cic. 2. de Fin. 30. Altera occulta quædam & quasi involuta aperiri, altera prompta & aperta judicari.
Promptissimum & apertissimum, quibus item Clausum & reconditum opponuntur. Cic. 6. Verr. 37. Statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimumque esset.
Eminentia & prompta. Cic. 3. de Orat. 213.
Aditus ad honores capessendos prompti. Tacit. 3. Ann. 30.
Loca prompta, Publica, & in propatulo. Lucret. lib. 6. 1265.
Prompta & exposita fides. Cic. pro Cæcin. 78.
Quod omnibus patet, & æque promptum est mihi & aliis. Cic. pro Muren. 28.
Promptum hoc, & in expedito positum, exercitatione sola continetur. Quintil. lib. 10. cap. 7.
Promptum est facere. Quintil. lib. 9. cap. 1. Neque enim me movent nomina illa, quæ fingere utique Græcis promptissimum est. I. e. Facillimum.
Non est promptum cognoscere unde, &c. Ovid. 3. Met. 96.
Haud promptum, Non facile inventu. Plin. lib. 9. cap. 35.
Promptus, [πρόχειρος, πρόχειρος, πρόθυμος, ἕτοιμος] Qui jam paratus est ad agendum, & in quo nulla mora est, quasi jam productus: expeditus, alacer, ardens. Sallust. Catil. cap. 43. extr. Natura ferox, vehemens, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat.
Paratus & promptus. Cic. 1. Verr. 41.
Promptus ingenio, Qui ingenium ad omnia paratum habet. Liv. 5. 3. Is tum jam, non promptus ingenio tantum, sed usu etiam exercitatus, talem orationem habuit.
Promptus lingua. Liv. 2. 45.
Promptior manu. Liv. 2. 56.
Sceleribus faciendis promptus. Tacit. 15. Ann. 67. 3.
Seditioni promptus. Tacit. 1. Ann. 48. 3.
Ultioni. Idem. 11. Ann. 32. 1.
Promptus servitio, pro Ad servitium. Tacit. 1. Ann. 2.
Promptus ad. Liv. 31. 34. pr. Quod promptiores ad subeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metum, pigritamque incussit.
Ad arma promptior. Ovid. 1. Met. 126.
Ad bella Quirites prompti. Ovid. 3. Fast. 277.
Ad dicendum promptus & non inexercitatus. Cic. de Clar. Orat. 136.
Ad discendum promptus Quintil. lib. 1. cap. 1.
Ad pericula promptior. Cic. 1. Off. 83.
Ad pugnam promptus. Cic. pro Milon. 55.
Ad vim promptus. Cic. 2. de Lege Agrar. 81.
Animo te esse hilari & prompto ad jocandum valde me juvat. Cic. 2. Q. frat. 13.
Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendam Rempub. Cic. 3. Fam. 11.
Celeritas prompta & parata in respondendo. Cic. de Clar. Orat. 154.
Homo promptissimus & experiens. Cic. 6. Verr. 37.
Ingenium promptum ad asperiora Druso erat. Tacit. 1. Ann. 23.
Ingenium promptum in adulationes. Tacit. 15. Ann. 61.
Lingua prompta. Sallust. de Rep. ord. ad Cæsarem, Vix satis apertum os, aut lingua prompta videtur, quæ dicta pectore evolvat.
Lingua prompta ad sonos rigidos. Ovid. 4. Fast. 310.
Manus promptas in fata alicujus continere. Ovid. 1. de Pont. 9. 22.
Ore alacri & prompto ac vultu, huc atque illuc intueri. Cic. 1. de Orat. 183.
Pectus promptum ad vulnera. Lucan. lib. 5. 320.
Rabies in ferrum promptissima. Lucan. lib. 7. 245.
Responsio facilis & prompta. Cic. 1. de Orat. 237.
Studium alicujus promptum alicui. Tacit. 2. Ann. 36. Prompta illi legionum studia.
Promptus in arma. Tacit. 4. Hist. 76. 3.
In adulationes. Idem 15. Ann. 61. 2.
In latrocinia promptissimi. Flor. 4. 12. 10.
Promptus, cum Genitivo. Gell. lib. 10. cap. 22. Plato veritatis homo amicissimus, ejusque omnibus exhibendæ promptissimus.
Animi promptus. Tacit. 2. Hist. 23. 4.
In promptu, V. PROMPTUS, us, m.

PROMPTUM, i. n. [πρόχειρον] Lucret. lib. 6. 817.

Exspiretque foras in aperta, promptaque cæli.

PROMPTE, Adv. Cic. de Petit. Cons. 34. Homines, non modo prompte sibi, sed etiam large & honorifice promitti volunt. al. Promitti sibi. Val. Max. 4. 3. 9. Prompte distribuere.
Compar. Morbi promptius finiuntur. Cels. 2. 1.
Promptius facere. Nazar. Paneg. Constant. cap. 29.
Superl. Promptissime, [προθυμότατα] Confestim. Plin. 4. Epist. 17. extr. Quare ego vero Corelliæ adero promptissime: nec subire offensas recusabo. Val. Max. 6. 5. 1. Victoria promptissime licentiam subministrat.

PROMPTIM, aliud Adv. Tertull. in Genes. cap. 3.

— dum dicit lumina proptim Affulsisse sibi.

PROMPTUS, ûs. m. Subst. Defectiv. extra Ablativum non occurrit. ut,
In promptu esse, habere &c.
Patere & in promptu esse omnibus. Cic. 1. de Orat. 23.
In promptu esse dicimus, Manifesta, Non recondita. Cic. 4. Acad. 4. A me enim ea, quæ in promptu erant, dicta sunt: a Lucullo autem reconditiora desidero.
Sed hæc quoque in promptu fuerunt, nunc interiora videamus. Cic. 2. de Divin. 123.
Hoc decorum non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu. Cic. 1. Off. 95.
In promptu aliquid ponere, cui opponitur Contegere & abdere. Cic. 1. Off. 126. Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu: quæ partes autem corporis, ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ atque turpem, eas contexit, atque abdidit.
In promptu mihi est. Ovid. 13. Met. 161.
In promptu habere. Cic. 3. Tusc. 76. & Ovid. 1. Pont. 1. 24.
Insipientia est iram in promptu gerere. Plaut. Pseud. 1. 5. 33.
Cognita in promptu. Lucret. lib. 2. 867.

PROMPTĬTŪDO, inis. f. sequioris ævi vox. V. Cellar. Cur. post. p. 365.

PROMPTUĀRIUS, a, um. Adj. [ταμιεῖος] ut, Promptuaria cella, Ex qua aliquid depromitur. Plaut. Amph. 1. 1. 4.

Inde cras e promptuaria cella depromar ad flagrum?

Hic, pro Carcere posuit. conf. Capt. 4. 4. 10.

PROMPTUARIUM, i. n. [ταμεῖον] Locus in quo res ad usum necessariæ ita repositæ sunt, ut statim promi ac proferri possint: ut ait Perottus. Cato R. R. cap. 11. Armarium, promptuarium unum, scamma longa sex. Paulus in l. Nam quod. §. 1. D. de penu legata, Si cui, quæ in promptuario sunt, legata fuerint: non omnis penus legata est. Symmach. 9. Epist. 72. Linguæ tuæ ornatissimo promptuario nunquam desit materia. Lactant. de Aureo sæculo, Divin. Instit. lib. 5. cap. 5. p. 269. In fine, Cum promptuaria justorum benigne paterent omnibus. H. St.

PROMPTĀRIUM, i. n. Idem. Auson. Epist. 21. extr.

Aliquid reportans interim munusculi,
De largitate musici promptarii.

PROMPTO, [προχειρίζω] āre. frequent. Plaut. Bacch. 3. 3. 61.

Nam illum meum malum promptare malim, quam pecullium.
PH. Qui dum? LY. quia malum si promptet, in dies faciat minus.

Idem Pseud. 2. 2. 33. Thesauros promptare.

PRŌMĬTOR, ōris. m. Serv. 1. Georg. Virg. ex Fabio Pictore tradit, flaminem Cerealem, dum sacrum Cereale faceret, inter alios deos Promitorem invocasse. [Ex Thes. Lips. Sed forte error est.

PROMUS, a, um. Adj. Tertull. de Res. Carn. 27. Sepulchra erunt cellæ promæ. Ibid. In cellis promis caro salita & usui reposita servatur, depromenda illinc suo tempore.
Inconditum fructum, velut promum, vendere. Columel. 3. 2. Al. Pomum.

PROMUS, i. m. Cellarius. Plaut. Pœn. 3. 4. 6.

Edepol fecisti prodigum promum tibi.

Columel. lib. 12. cap. 3. Promis quoque, & cellariis, aliquid attendentibus aut metuentibus intervenire.
Per translationem dixit Plautus in Trin. 1. 2. 44.

Ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori.

Idem Pseud. 2. 2. 14. Condus promus sum, procurator peni. Apul. Apol. p. 308. Elmenh. Promus librorum, qui illic erant conditi.

PROMŬLUS, a, um. Adj. dimin. Mart. Capell. 3. de form. litt. U, ore constricto, labrisque promulis exhibetur. al. Prominulis.

PROMUM, i. n. Idem ac Promptuarium. Tertull. ad Uxor. 2. 4. Si cui largiendum erit, horreum, proma, præclusa sunt.

PROMONSTRA, Prodigia, inquit Festus.

PRŎMONTŌRIUM, i. n. [ἄκρα, ἀκρωτήριον] quasi Præeminens mons dictum; significat Montem in mari prominentem, aut aliquid simile. Plin. lib. 36. pr. Promontoria aperiuntur mari, & rerum natura agitur in planum.

planom. Cic. 6. Verr. 103. Ab eo oppido non longe, in promontorio, fanum est Junonis antiquum.
Promontorium vulgo vocatur *Cap*, vel *Cabo*, quasi Caput.
Oppida in extremis promontoriis posita. Cæs. 3. Bell. Gall. 12.
Sicilia tribus promontoriis in diversa procurrens. Mela 2. 7.
Est & Promontorium alibi quam ad mare. ut, Liv. 21. 35. Hannibal, in promontorio quodam, consistere jussis, militibus Italiam ostentat. Quod de summis Alpibus dicitur.
Multa passim sunt promuntoria ubi tamen nulli sunt montes, nedum qui mari incumbant. Is. Voss. ad Melæ 1.13.p.70.conf. G. Voss. Etym.p.412.
PROMONTORIUM Minervæ, [Κιρκαῖον ἄκρον] est juxta Surrentum, in quo olim Sirenes habitasse feruntur. In illius autem extremo est Athenæum, hoc est Minervæ sacellum, quod Ulyxes ædificasse narratur. Hujus meminit Ovid. 15. Met. 709.
Inde legit Capreas, Promontoriumque Minervæ. Ubi per synæresin quadrisyllabum est.
PRŌMŎVEO, mōvi, mōtum, [προκόπτω, προΐημι, ἱδρυνιάω, ὀρνύω, προάγω, παροτρύνω] ēre. Ultra movere, provehere. Ter. Eunuch. 5. 2. 3.
— move vero ocyus
Te, nutrix. s. moveo. c. video, at nihil promoves. Cic. 3. Q. frat. 1. In balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi.
Castra promovere. Cæsar 1. Bell. Gall. cap. 48. pr. Eodem die castra promovit, & millibus passuum sex a Cæsaris castris, sub monte, consedit. [Quod & Movere ἁπλῶς dicitur. Interp. Græc. Προκινῆσαι τὸ στρατόπεδον.
Gradum promovere ab aliquo loco. Stat. 12. Theb. 541.
Mœnia. Suet. Neron. cap. 16.
Onera promovere & portare. Columel. lib. 11. cap. 1.
Scalas, & machinamenta promovere. Tacit. 15. Ann. 4.
Promovere arcana loco dicitur Bacchus, quum facit ut revelentur. Hor. Epod. 11. 13.
Simul calentis inverecundus deus
Fervidiore mero arcana promorat loco.
Promovere aliquem. Cic. 4. Att. 11. Inde domum, cœnatus, ut sim præsto Miloni: ibi igitur te videbo & promovebo.
Promovere aliquem, [προβιβάζειν] Plin in Paneg. c. 90. extr. Habuerat hunc honorem periculis nostris divus Nerva, ut nos, etsi minus ut bonos, tamen promovere vellet. Plin. 10. Epist. 20. pr. Ubi primum me, Domine, indulgentia vestra promovit ad præfecturam ærarii. Suet. Oth. cap. 1. Promotos in ampliorem gradum.
Promovere, [ἐκτείνειν] Extendere. Plin. Epist. 20. lib. 8. Rursus omnes in eundem locum depulsæ, qua steterunt, promovent terram: & modo hac, modo illac lacum reddunt, auferuntque. De Vadimonis lacus insulis natantibus.
Aciem promovere. V. ACIES.
Cornua aciei utrinque promovere. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Imperium. Ovid. 2. de Pont. 2. 72.
Promôsse, pro Promovisse. Ovid. 2. Amor. 9. 17.
Roma, nisi immensum vires promôsset in orbem, &c.
Promovere, Prolongare, producere tempus. Ter. Andr. 4. 2. 28.
Eho tu impudens, non satis habes quod tibi dieculam addo,
Quantum huic promoveo nuptias? h. e. Differo. Donatus.
Promovere, Proficere. Ter. Hec. 4. 4. 81.
Abibo hinc, præsens quando promoveo parum. Ulpianus in l. Si quis mihi. in princip. D. de acquir. hæred. Si quis mihi bona fide serviat servus alienus: jussu meo hæreditatem adeundo nihil promovebit.
PROMŌTUS, a, um. Partic. [προηγμένος] Ultra motus.
Classis promota attollit fluctus. Stat. 1. Achil. 444.
Promota, & Remota, contraria. Cic. 3. de Finib. 52. Sic in vita non ea quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundum locum obtinent, προηγμένα, id est producta, nominentur. Quæ vel ita appellemus (id erit verbum e verbo) vel promota & remota, vel, ut dudum diximus, præposita vel præcipua, & illa rejecta.
Promotus ad. Plin. 7. Epist. 31. Promotus ad amplissimas procurationes.
PROMOTIO, ōnis. f. Firmicus lib. 3. cap. 7. In palatiis regum, vel potentum virorum domibus, perseverant, & promotionibus aliquibus adornantur.
PROMŌTUS, ûs. m. Tertull. de Coron. Mil. cap. 3. Ad omnem progressum atque promotum.
PROMŌTOR, ōris. m. Patronus. Ammian. 21. 1. pr. Nullo arbitrio ejus promotorum suscepto, præter Nebridium. [Immo hic est eorum, qui ejus arbitrio promoti fuerant.
PRŌMULSUS, a, um. Partic. a PROMULGEO. Apul. 1. Florid. p. 342. Elmenh. Crines ejus præmulsis antiis, & promulsis caproneis anteventuli & propenduli.
PROMULCUS, i. m. Promulco agi navis dicitur, Quum scaphæ ducitur fune. Paulus. V. REMULCUS.
PRŌMULGO, āre. Publicare, palam pronuntiare: quasi Provulgare. Festus, Leges promulgari dicuntur, quum primum in vulgus eduntur. Alii sic; Promulgatur lex quum propalam constituitur, seu proponitur, ut intercedat qui velit: nemine intercedente, lex feratur. Etiam ob eam causam, ut quivis e populo, rogatione inspecta, per otium examinare posset, antiquanda mox esset, an sciscenda. Antiquat autem populus latam rogationem, quum perferri non sinit: abrogat vero jam perlatam. conf. Voss. Etym. p. 414. Cic. 2. Q. frat. 3. Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abrogando.
De meo reditu octo Tribuni promulgarunt. Cic. pro Sext. 69.
Tribuni, qui promulgarent de salute mea, & ad vos sæpe referrent. Cic. Post. red. in Sen. 4.
Qui de Cæsare monstra promulgarunt, quibus intercederet nemo. Cic. 2. Q. frat. 5.
Quæstionem de aliquo promulgare. Cic. in Vatin. 26. i. e. Ad populum ferre rogationem. Budæus. [Rogationem de quæstione scil. decernenda. V. QUÆSTIO.
Rogationem promulgare. Quintil. lib. 2. cap. 4.
PROMULGATUS, a, um. [προσθεσπισθείς] Partic. ut, Prælia promulgata. Cic. pro Muren. 30. ex Ennio. [Videtur autem de industria verbo non usus poeta, ut ceteris item. V. Gell. 20. 10.
Re multos dies promulgata & cognita. Cic. pro Flacc. 15.
Promulgata, proposita, in ærario cognita, agunto. Cic. 3. de Legib. 11.
PROMULGĀTIO, ōnis. f. Actus ipse promulgandi. Cic. 1. Fam. 5. Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio.

Illæ enim leges nulla promulgatione latæ sunt, antequam scriptæ. Cic. 2. Philip. 25.
Promulgatio trinundinum. Cic. 5. Philip. 8.
PRŌMULSIS, ĭdis. f. [ὑδρόμελι] Potio ex mulso condita. Cic. 9. Fam. 16. Neque est quod in promulside spei ponas aliquid, quam totam sustuli. Idem 9. Fam. 20. Habuisses enim, non hospitem, sed contubernalem. At quem virum? non eum, quem tu es solitus promulside conficere. Integram famem ad ovum affero, itaque usque ad assum vitulinum opera perducitur. Promulsidem Turnebus eos cibos vocari scribit, quibus ante primum haustum vescebantur, quem e mulso ducebant, quod vacuis & inanibus venis initio dulcem esse potionem putarent infundendam. Itaque ex austero vino mulsum conditum reprehenditur. Hor. 2. Serm. 4. 24.
Aufidius forti miscebat mella falerno,
Mendose. Alii Promulsidem interpretantur, Quod vice mulsi convivis ad appetentiam provocandam dabatur. Alii Antecœnam interpretantur, quod daretur ante mulsum. V. Lips. Ant. Lect. lib. 3. p. 147. Plaut. & Interp. Petron. cap. 31. & 34. Salmas. ad Tert. de Pallio, p. 437. vel Lex. Pitisc.
Translate. Petron. cap. 24. Cras in promulside libidinis nostræ militabit.
PROMULSĬDĀRIUM, i. n. pro Repositorio promulsidis. Petron. Satir. cap. 31. Ceterum in promulsidario asellus erat, &c. al. Promulsidari. V. Wower. in loc. & plenius in Lex. Pitisc.
Promulsidaria, Vasa dicuntur, quibus promulsis continetur. Pomponius. Legatis vasis, scutellas, & promulsidaria contineri. in titul. de auro & argento legat. in P.
PROMUNTORIA, orum. n. pl. Prominentes sunt in mari rupes, unde per u scribi hæc vox debet, ut veriloquium demonstrat. Non enim a Munte, sed a Prominendo deducitur: in Livio tamen eminens & editissimum in Alpibus jugum promuntorium appellatur. V. PROMONTORIUM. s. l.
PROMUS, V. PROMO.
PRŌMUSCIS, ĭdis. f. [προβοσκίς] Manus, sive proboscis, elephantorum alias dicitur. Plin. lib. 8. cap. 7. Promuscidem elephantorum facillime amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit. Vetus exemplar Proboscidem legit.
PRŌMŪTUUM, i. n. Mutuum, mutua pecunia. Scævola l. 40. §. 3. de Statu lib. in P. Quod neque a conductoribus prædiorum, neque a villicis pensiones exegerit, & insuper etiam promutuum eis dederit.
PRONĂUS, i. m. [πρόναος] verti potest Protemplum, quasi ante templum, vel Templi vestibulum. Vitruv. lib. 3. cap. 1. Dipteros autem octastichos, & pronao & postico. i. e. *Tant en son principal rencontre, qu' en son fons.* Rursus cap. 3. Spiris perfectis & collocatis, columnæ sunt medianæ in pronao & postico ad perpendiculum medii centri collocandæ. i. e. *Tant au front, comme au derriere.* Budæus etiam Pronaum vocat, quod vulgus *Le parvis, Comme le parvis de nostre dame de Paris.* conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 93.
PRŌNECTO, nexi & nexui, nexum, [προσπλέκω] ĕre. Stat. 4. Silv. 3. 145. Phalæc.
Vidi quam seriem morantis ævi
Pronectant tibi candidæ sorores. h. e. In longum tempus nectant.
PRŌNĔPOS, ōtis. m. [προέγγονος] Nepotis filius. Ovid. 13. Met. 142.
— quia retulit Ajax
Esse Jovis pronepos; nostri quoque sanguinis auctor
Juppiter est. Cic. 13. Philip. 15. Hæc si cogitas, M. Lepide, M. Lepidi Pontificis Maximi fueris pronepos. Idem 16. Att. 14. Quintus, avi tui pronepos, scribit ad patris mei nepotem.
PRŌNEPTIS, is. f. [προέγγονη] Neptis filia. Cajus in l. 1. D. de grad. & affin. Pers. 6. Sat. 53. — si mihi nulla
Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
Nulla manet.
PRONITAS, &c. V. PRONUS.
PRŌNŒA, æ. f. [πρόνοια] Providentia. Budæus in notis ad Pand. Mentem enim mundi Stoici πρόνοιαν, id est Providentiam appellaverunt, quem deum esse putabant, ut docet Cic. lib. 2. de Nat. Deor. 58. Unde Quintil. de Deo loquens, Providentiam fere dicit: ut primo libro Oratione (inquit) nihil præstantius homini dedit Providentia. Et alibi de Cicerone loquens, (lib. 10. cap. 1. p. 916. Burm.) Dono quodam providentiæ genitus, in quo omnes suas vires eloquentia experiretur. Ex ea autem mente divina, quæ & providentia dicitur, animos humanos defluxisse ajebant, qualique destillasse. Cic. 2. de Nat. Deor. 64. Ex piscibus tanta percipitur voluptas, ut interdum Pronœa nostra Epicurea fuisse videatur. conf. Gell. 6. 1. & Providentia in PROVIDEO.
PRŌNŌMEN, ĭnis. n. [ἀντωνυμία] Pars est orationis Grammaticis, dicta quod vice nominis ponatur. Ut enim quum nomen ponimus, explicamus personam: sic ponendo pronomen, tacito nomine; ut quum dicimus, Hic legit, ille scribit. De hoc consule Priscianum & alios grammaticos. Pronomina quadruplicia sunt, Infinita, Ut infinita, Ut finita, Finita. Varr. 7. de L. L. 23. conf. Quintil. lib. 9. cap. 3.
PRONOMĬNĀLIS, e. Adj. ut, Pronominalis constructio. Priscian. lib. 17.
PRONŌMĬNĀTIO, ōnis. f. Græce ἀντονομασία; Figura rhetorica, quæ cognomine extraneo demonstrat id quod suo nomine appellari non potest. Ut si quis, cum loquatur de Gracchis, At non Africani nepotes, inquiet. Auct. ad Heren. 4. 42.
PRŌNŪBA, æ. f. vel potius PRONUBUS, a, um. Adj. [προμνήστρια, νυμφεύτρια] Pronubæ dicuntur, Quæ sunt in obsequio nubentis, inquit Donatus in 7. Æn. 319.
Pronuba dicitur, quæ nubentes domum mariti deducit, ac comitatur, ex parte uxoria: sicut Auspex ex parte viri. Inde Pronuba Juno dicitur, Quæ nubentibus præest, inquit Serv. in Virg 4. Æn. 166. conf. Ovid. 6. Epist. 43.
Bellona pronuba. Virg. 7. Æn. 319.
Flamma pronuba. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 131.
— tenerum jam pronuba flamma pudorem
Sollicitat. h. e. Ingenitus ardor quidam qui ætate matura virgines ad nuptias provocat: aut certe Connubii tempus, quippe novam nuptam faces præibant.
Nox pronuba. Claud. 4. Cons. Honor. 642.
Annulus pronubus. l. 38. ff. pt. de Rit. Nupt. & l. 3. Cod. de Sponsal. conf. Lex. Pitisc.
PRONŪBO, ĕre. Nuptiis præsum. Festus. [Ubi?

PRONUBANS, antis. Partic. Hieron. vita Malchi p. 99. Pronubante nobis mæstitia.

PRŌNUNTIO, [ἐκφωνεῖν, ἐκφέρειν] āre. est id quod vulgo Memoriter recitare dicitur. Plin. lib. 7. cap. 48. Lucceja mima centum annis in scæna pronuntiavit.

Ad comicum morem pronuntiare aliquid. Quintil. lib. 1. cap. 8. & 12.

Acriter, apte, decenter. Plin. 5. Epist. 19. pr.

Intente, instanterque pronuntiare. Plin. 5. Epist. 19. Nam ante aliquot annos, dum intente, instanterque pronuntiat, sanguinem rejecit.

Perperam. V. PERPERAM.

Memoriter pronuntiare. Cic. 2. de Divin. 14. In quo nostra quædam Aratea memoriter a te pronuntiata sunt.

Epistolas pronuntiare versiculis facetis. Cic. 13. Att. 6.

Uno spiritu multos versus pronuntiare. Cic. 1. de Orat. 261.

Pronuntiare, Dicere. Plin. 5. Epist. 18. ad Macrum extr. Nec tamen adhuc possum pronuntiare, utrum sit difficilius, capere aliquid, an scribere.

Seorsum de re aliqua. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Pronuntiare, Judicare. Quintil. lib. 2. Sed ii qui sint, non cujusvis est pronuntiare. Hæc Budæus.

Pronuntiare sententiam. Cic. 2. de Fin. 37. Quam igitur pronuntiabit sententiam ratio?

Pronuntiare de. Plin. 3. Epist. 15. extr. Non temere jam nunc de universitate pronuntio: de partibus experiar legendo.

Ex animi sensu ac dolore pronuntiare. Cic. pro Rosc. Amer. 129. Quæ enim mihi ipsi indigna & intolerabilia videntur, quæque ad omnes, nisi providemus, arbitror pertinere, ea pro me ipso, ex animi mei sensu ac dolore pronuntio.

Pronuntiat adversus utrumque usus. Plin. lib. 17. cap. 9.

Pronuntiare, Palam promittere. Cic. pro Cluent. 78. Suppressam esse ab eo pecuniam quam pro reo pronuntiasset: qui erant in concione non intelligebant. Hæc Budæus. Curt. 3. 5. 15. Quippe Darius mille talenta interfectori Alexandri daturum se pronuntiari jusserat. Suet. Cæs. cap. 19. Nummos de suo communi nomine per centurias pronuntiavit.

Pronuntiare, Nominare. Liv. 24. 27. Postremo victi consensu, & seditionem metuentes, pronuntiant eos Prætores.

Pronuntiare per præconem. Auctor de Viris illust. cap. 51. extr. Liberos etiam Græcos Nemeæ per præconem pronuntiavit.

Pronuntiare, Palam nuntiare, Edicere. Curt. lib. 4. 8. 16. Imminensque Dario, iter ad Euphratem pronuntiavit.

Pronuntiare prælium in posterum diem, Indicere. Liv. 24. 14. extr.

Nomina victorum magna voce pronuntiant ludorum Gymnicorum præcones. Cic. 5. Fam. 12. ad fin.

Pronuntiare, inquit Budæus, verbum est juris in alio significatu, pro eo quod est Expresse & nominatim prædicere, præfarique ex bona fide in rebus contrahendis. Ulpian. in l. prima, D. De Ædilitio edicto, sæpe in ea significatione usus est: & in l. Quod si nolit, Qui mancipia vendunt, nationem cujusque in venditione pronuntiare debent. Hoc Græci ἐκφωνεῖν, dicunt. Cic. 3. Off. 66. Is igitur Cato judex ita pronuntiavit, quum in vendendo rem eam scisset, & non pronuntiasset, emptori damnum præstari oportere. Hoc etiam Nuncupari dicitur.

Pronuntiatum & statutum, inquit Ulpian. in l. Pronuntiatum. D. de Verb. signif. idem dici potest: promiscue enim & pronuntiasse, & statuisse solemus eos dicere, qui jus habent cognoscendi.

Pronuntiare de calumnia. Plin. 6. Epist. 31. ubi V. Buchner. Hinc

Pronuntiari ad bestias, est Damnari, l. 6. Dig. ad l. Julian. peculatus.

De se sententiam ferre, & judicium pronuntiare. Cic. in Pison. 97. [In emendatis codd. exstat, Tum tu ipse de te, Fecisse videri pronuntiavisti. Quæ est ipsa formula Judicis, sententiam pronuntiantis in quæstione facti.

Amplius pronuntiare, Ampliare litem. Cic. 3. Verr. 26.

De tribunali Prætor pronuntiat, si quis, &c. Cic. 4. Verr. 94.

Pronuntiatur, Impers. Plin. lib. 16. cap. 4. Patriam ab eo coronari pronuntiatur.

PRONUNTIĀTUS, a, um. Partic. [ἐκφωνηθεὶς] ut, Pronuntiata sententia. Versus pronuntiatus syllaba una brevior aut longior. Cic. in Parad. 3. extr.

Pronuntiatus, Promissus. Curt. 10. 6. 24. Ipsum ad pronuntiatam prædam sequebantur.

Item Damnatus. Ammian. 15. 3. extr. Protectores pronuntiati vertere solum, veniam meruere.

PRONUNTIĀTUM, i. n. [ἀξίωμα] Cic. 1. Tusc. 14. Omne pronuntiatum (sic enim mihi in præsentia occurrit ut appellarem ἀξίωμα, utar post alio, si invenero melius) Id ergo est pronuntiatum quod est verum aut falsum. De hoc V. Gell. lib. 16. cap. 8.

PRONUNTIĀTIO, ōnis. f. [ἐκφώνησις, ἐκφορά] Actus ipse pronuntiandi.

Pronuntiatio, Pronuntiatum, Effatum. Cic. de Fato 26. Quod quum ita sit, quid est quod non omnis pronuntiatio aut vera aut falsa sit?

Pronuntiatio apud Rhetores, est, Vocis, & vultus, & gestus moderatio cum venustate, inquit auctor ad Heren. lib. 1. 2.

Indecora vel voce, vel gestu pronuntiatio. Quintil. lib. 3. cap. 3.

Quis enim cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inveniri potest? Cic. 1. de Orat. 34.

Pronuntiatio, Judicialis sententiæ Prolatio, Declaratio, Denuntiatio. ut, Lex & Pronuntiatio. Cic. pro Cluent. 67. Lege & pronuntiatione nondum condemnato, tantum Avitus Oppianicum reum statim non fecit.

Qua pronuntiatione facta. Cæs. 2. Bell. Civil. 25. 7. ubi de Comminatione Curionis. Petron. cap. 80. Fulminatus hac pronuntiatione. Dixerat prius, Commisi judici litem.

Græca pronuntiatione strategemata dicuntur. i. e. Græca voce. Valer. Max. 7. 4. pr.

PRONUNTIĀTUS, ûs. m. [ἐκφώνησις] pro ipsa Pronuntiatione. Gell. lib. 4. cap. 17. Ratio in pronuntiatu manet. Idem 15. 3.

PRONUNTIĀTOR, ōris. m. [ἐκφωνητὴς] Cic. de Clar. Orat. 286. Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator sincerus & grandis etiam fuit.

PRONUNTIĀBILIS, e. Adj. Apul. Doctr. Plat. 3. pr. Oratio pronuntiabilis. Gloss. Lat. Gr. Pronuntiabile ῥητόν.

PRONUNTIATĪVUS, a, um. Adj. Idem. ut, Modus pronuntiativus, quo pronuntiamus. Diomed. lib. 1. [Quia per hunc Pronuntiata efferimus. Alias Indicativus.

PRŌNŬPER, Adv. [νεωστὶ] quasi dicas Valde nuper. Plaut. Trin. 2. 4. 26.

Qua sponsione pronuper tu exactus es
Pro illo adolescente. Al. Quas sponsiones.

PRŌNŬRUS, ûs. f. [ἐγγόνη] Nepotis uxor. Ovid. 17. Epist. 206.

Pronurus & magni Laomedontis ero. Modestinus in l. Nuros. D. de gradib. & affinib.

PRŌNUS, a, um. Adj. [πρηνὴς, κατωφερὴς, προσκεκυφὼς] In anteriorem partem flexus. Ovid. 1. Met. 84.

Pronaque quum spectent animalia cetera terram,
Os homini sublime dedit, &c.

Supinus & Pronus, contraria. Plin. lib. 7. cap. 17. Virorum cadavera supina fluitare, feminarum prona: velut pudori defunctarum parcente natura.

Pronus & Superos, contraria. Cic. 1. Tusc. 42.

Pronus & Demissus. Plin. 5. Epist. 6. Demissos inde pronusque pulvinus, cui bestiarum effigies invicem adversas buxus inscripsit.

Proni decurrere monte parabant. Sil. lib. 7. 216.

Pronus ad Meridiem locus. Varr. 3. de R. R. cap. 16.

Pronus soli, & ad solem. Columel. lib. 2. cap. 9.

Solum orienti pronum. Columel lib. 1. cap. 3. Quantoque fuerit ædificii solum pronius orienti, tanto & æstate liberius capere perflatus, &c.

Pronus in ventrem. Varr. 2. de R. R. cap. 7.

Pronus bibit aquam. Martial. lib. 1. 93.

Aurigæ pendent proni in verbera. Virg. 5. Æn. 147.

Mittere aliquem pronum. Catul. ad Coloniam, 18. 23. i.e. Præcipitem dare.

In pronum jaculari. V. JACULOR.

Pronus, Facilis. Plin. 8. Epist. 10. Quibus video a meo, tuoque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus. Tacit. Agric. 33. 7. Omnia prona victoribus.

Pronus, pro Vicino. Virg. 5. Æn. 212. — ventisque vocatis
Prona petit maria. i. e. Litori vicina. Servius. Prona maria, inquit, quasi non ipsa essent per quæ transierant: aut possit fieri, ut sint maria devexa. Non hoc sensit, sed facilitatem reditus voluit demonstrare. Pronum enim dicimus, quicquid difficultatem non habet: & Arduum, quicquid difficulter superatur, Donatus.

Pronus, per translationem, Inclinatus ad virtutes, vel ad vitia. Plin. in Paneg. cap. 84. Nihil est tam pronum ad simultates, quam æmulatio, in feminis præsertim.

Pronior huic rei, pro In hanc rem, apud Suet. Neron. cap. 40. Cui spei pronior, Britannia Armeniaque amissa, ac rursus recepta, defunctum se fatalibus malis existimabat.

Honori alicujus pronior. Stat. 3. Silv. 3. 153.

Proniores paci. Valer. lib. 8. cap. 3. extr.

Pronus ad hæc, apud Suet. Vitell. cap. 7. & in superioribus exemplis.

Ad omne nefas pronus. Lucan. lib. 6. 147.

Proniores ad iracundiam. Plin. lib. 22. cap. 24.

Pronius ad fidem, Credibilius. Liv. 21. 28. Id ut tutius consilium ante rem foret, ita acta re, ad fidem pronius est.

In aliquid pronior. Quintil. lib. 2. cap. 8.

In bellum pronus. Lucan. lib. 1. 292.

In obsequium plus æquo pronus. Hor. 1. Epist. 18. 16.

Juventus Satyrorum prona in venerem. Ovid. 1. Fast. 397.

Proni in aliquem dicuntur Qui ei favent. ut Tacit. 1. Hist. 13. 6. Prona in eum aula Neronis. Idem 2. Hist. 74. 2. Muciani animus nec Vespasiano alienus, & in Titum pronior. Suet. Galb. cap. 12. Remisit in patriam quasi Cn. Dolabellæ proniorem.

Aër pronus. Ovid. 14. Met. 821.
— pronumque per aëra lapsus, &c. i. e. Cedentem & transitu facilem.

Ætas ad vitia maxime prona. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Agnus. Ovid. 5. Fast. 598.
Et pronus saturæ lac bibit agnus ovis.

Amnis. Virg. 1. Georg. 203.
Atque illum in præceps prono rapit alveus amne.

Anni proni, Volubiles & declivi, instabiles & cito labentes. Acron. Hor. in Arte Poet. 60.

Aqua. Virg. 8. Æn. 548.

Aures pronas accommodare. Claud. de Bell. Gildon. 426.

Auribus pronis aliquid accipere. Tacit. 1. Hist. 1. 4.

Aures superbæ, & offensioni proniores. Tacit. 4. Ann. 29.

Crateres, Eversi. Stat. 5. Theb. 255.

Currus. Stat. 10. Theb. 364.

Decursu prono agitur malum. Catul. ad Ortalum, 63. 23.

Dies. Stat. 2. Theb. 41.

Fides prona venit. Ovid. 3. de Arte Am. 674.

Lapsus. Claud. 1. in Ruff. 159.

Lapsus fidei. Plin. lib. 5. cap. 1.

Largitor. Claud. 4. Cons. Hon. 117.

Manu prona fundere Falerna. Tibul. lib. 3. 6. 6.

Mens prona in ferrum. Lucan. lib. 1. 154.

Menses pronos volvere. Hor. 4. Carm. 6. 39.

Motus corporis pronus, obliquus, supinus. Cic. 1. de Divin. 120.

Sententia prona. Valer. 8. Argon. 340.

Via prona. Ovid. 2. Met. 67.

Compar. Paterc. 2. 69. 6. Quem pronior fortuna comitatur.

Superl. Pronissimus ad indulgentias. Capitol. in Pio, cap. 10.

PRONE, Adv. Compar. Ammian. 30. 29. Ad sugillandum pronius inclinat.

PRONĬTAS, ātis. f. [τὸ πρηνὲς] Seneca in præfat. Declam. Nescio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia se retrotulerit.

PRONO, āre. Sidon. 8. Epist. 11. Ipsi latrones ad pavimentum conversa defunctorum ora pronaverunt.

PRONĀTUS, a, um. Partic. Sidon. 8. Epist. 17. Nunc per catastrophen sæpe pronatus.

PRŎŒCŌNŎMIA, æ. f. [προοικονομία] Figura: de qua sic Servius in illum versum Virg. 1. Æn. 230.
— & Libyæ defixit lumina regnis. Pulchra prooeconomia, id est dispositio carminis. Vituperabile enim fuerat si ex abrupto transitum faceret. Rursus Virg. 2. Æn. 298.
Diverso interea miscentur mœnia luctu. Ubi Servius, Hæc est prooeco-

proœconomia. ait enim Æneam non fuisse proditorem: sed propter longinquitatem domus, & tarde bella cognovisse, & facilius evitasse discrimen.

PROŒMIUM, i. n. [προοίμιον, πρόοιμιον] Latine dicitur Initium vel exordium, sive præfatio. Dictum Proœmium, quod οἴμη Cantus dicitur: componiturque ex πρὸ, i. e. ante; & οἴμη, cantus, quasi Ante cantum. Nam sicut citharœdi pauca illa, quæ antequam legitimum carmen inchoent, emerendi favoris gratia, canunt, Proœmium cognominavere: sic oratores ea, quæ, priusquam causam exordiantur, ad conciliandos judicum animos, præloquuntur, eadem appellatione signarunt. Sunt tamen qui Proœmium appellatum velint, quod Græci οἶμον viam nominant; quod proœmium ante rei ingressum ponatur. Hæc fere Quintil. 4. 1. V. Voss. Etym. Cic. 16. Att. 6. De gloria librum ad te misi, & in eo proœmium idem est, quod in Academico tertio. Id evenit ob eam rem, quod habeo volumen proœmiorum: ex eo eligere soleo, quum aliquod σύγγραμμα institui.
Libera proœmia. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Longe & alte petito proœmio respondere. Cic. pro Cluent. 58.
Vitiosum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Dicere proœmium. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Scribere. Quintil. lib. 3. cap. 9.
In singulis libris utor proœmiis. Cic. 4. Att. 16.
Proœmia philosophiæ. Cic. 1. Acad. 8. In iis ipsis antiquitatum proœmiis philosophiæ scribere voluimus. Al. Philosophiam, vel Philosophice.
Habes legis proœmium: Sic enim hoc appellat Plato. Cic. 2. de Legib. 17. Idem 3. Verr. 111. Itaque eum a te caput illud, tam multis verbis mercenario proœmio esset ornatum, &c.
Affictum proœmium citharœdi. Cic. 2 de Orat. 323.
Ritæ proœmia, Principium. Juven. 3. Sat. 288.

PROŒMIOR, [προοιμιάζομαι] āri. Exordiri. Plin. 2. Epist. 3. Proœmiatur apte, narrat aperte, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelse. Postremo docet, delectat, afficit. Adde Sidon. 4. Epist. 3.

PROPÆDEUMATA, um. [προπαιδεύματα] sunt ea Documenta, quæ præsciscere nos oportet prius, quam accedamus ad rerum grandiorum arcanarumque cognitionem. Bud. lib. 5. de Asse.

PROPĀGO, inis. f. [ἀναγωγή, μόσχευμα, παραφυάς, ἀποῤῥώξ, ὄρπηξ] Vitis vetula, & suppressa, ut ex una plures fiant: dicta quod porro pangatur, id est, longe figatur. Festus. Virg. 2. Georg. 26.
— pressos propaginis arcus. Et prima producitur. Cic. de Senect. 52. Malleoli, sarmenta, vites, traduces, propagines.
Vitis vitium deprimitur in propagines. Plin. lib. 14. cap. 1.
Vites melius respondent propagine. Virg. 2. Georg. 63.
Vitium propago adulta. Hor. Epod. 2. 9.
Prŏpago, pr. corr. Genus. Lucret. 3. 1026. Virg. 12. Æn. 827.
Sit Romana potens Itala virtute propago.
Auctor propaginis. Ovid. 3. Fast. 157.
Avidissima cardis. Ovid. 1. Met. 160.
Blanda catulorum. Lucret. lib. 4. 995.
Clara. Lucret. lib. 1. 45.
Versuta propago, Autolycus. Ovid. 11. Met. 312.
Disciplinæ propagines. Varr. de L. L. lib. 7. 9. extr.
Propago librorum. Plin. lib. 7. cap. 14. Qua de causa aliorum ejus librorum propago, Liciniani sunt cognominati.
Propago, priore nunc corr. nunc prod. In utraque enim significatione credendum est nunc produci, nunc corripi: nam in posteriore primam produxit Lucret. lib. 5. 848.
Ut propagando possit producere secla. Quamvis in priore significatu neminem sciam ex antiquis qui contraxerit. Sunt autem qui putant, Probi auctoritatem secuti, in Nominativo primam corripi, in Ablativo produci.

PROPĀGES, is. f. pr. c. (inquit Nonius 1. 327.) est Series & affixio continua, vel longe ducta. Pages enim compactio; unde Compages, & Propagare genus, id est Longe mittere. Pacuvius, Salvete gemini, mea propages sanguinis. Ennius,
Nobis unde forent fructus, vitæque propages. al. Propagmen.

PROPĀGO, pr. c. [φυτεύω] āre. Vitem vetulam supprimere, ut ex ea una plures fiant. Cato R. R. cap. 32. Vites propages in sulcos. Hujus verbi primam syllabam Lucretius modo producit, modo corripit, præpositionem Pro in plerisque compositis faciens ancipitem.
Propagare, per translationem, ponitur pro Extendere, & dilatare. Cic. 7. Verr. 179. Quum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni & propagari vellet, hominum potentissimorum suscepit inimicitias.
Propagare aliquid posteritati. Cic. pro Sext. 102. Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur.
Laudem propagare ad sempiternam memoriam. Cic. pro Domo 87. Hujus viri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagavit.
Ex quibus bona plura propagentur. Cic. in Topic. 69.
Genus animantum propagare. Lucret. lib. 1. 196.
Vera gloria radices agit atque etiam propagatur. Cic. 2. Off. 43.
Prolem. Lucret. lib. 2. 996.
Religionem propagare. Cic. 2. de Divin. 149.
Sæcla propagare. Lucret. lib. 1. 22.
Stirpem propagare in prope quingentesimum annum. Cic. 1. Philip. 13.
Tempore. Cic. 2. in Catil. 21.
Vitam sibi propagare. Cic. 1. de Juvent. 2. Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant.
Arbitria propagare Paulus l. 32. Non disting. §. 16. Quæsitum. D. de Receptis, qui arbitr. vocat, Quando arbiter pronuntiat ad alium arbitrum rem rejiciendam. Budæus.
Commeatum propagare, Producere, proferre. Sueton. Calig. cap. 29.
Imperium in annum. Liv. 25. 25. extr. Suet. Cæs. cap. 24.
Fines imperii propagare. Nepos 25. 18. 2.
Terminos urbis. Tacit. 12. Ann. 23.

PROPAGANDUS, a, um. Partic. ut, Soboles propaganda. Cic. pro Marcel. 24.
Religio propaganda, quæ est juncta cum cognatione naturæ. Cic. 2. de Divin. 149.

PROPAGĀTUS, a, um. aliud Partic. ut, Memoria Consulatus mei propagata. Cic. 4. in Catil. 26.
Verissime memoriam propagata, fabulæ similia existimare. Cic ad Octav.

PROPAGĀTIO, ōnis. f. [φυτεία] Columel. de Arboribus, cap. 7. Propagationum genera tria sunt in usu maxime.
Vitium propagatio. Cic. de Senect. 53.
Propagatio & soboles. Cic. 1. de Off 54. Quæ propagatio & soboles, origo est Rerumpub.
Vita in qua nihil insit nisi propagatio miserrimi temporis. Cic. 5. Fam. 15.
Finium imperii propagatio. Cic. de Provinc. Conf. 67.
Propagatio nominis. Cic. 1. Tusc. 31.

PROPAGĀTOR, ōris. m. Cic. 8. Att. 3. Ille restituendi mei quam retinendi studiosior, ille provinciæ propagator, ille absentis in omnibus adjutor. De Pompejo.

PRŎPĀGMEN, inis. n. Enn. apud Non. 1. 327. & 3. 183.
Nobis unde forent fructus, vitæque propagmen. [Ita legit Mercer. Nam in Gothofr. cod. corrupta sunt. Quasi esset Propāgĭmen a Propago, āre, forma simplicis Pago, āre.

PROPĀGĬNO, āre. Idem quod Propagare. Gloss. Gr. Lat. Καταμοσχεύω, Propagino.

PROPAGINĀTUS, a, um. Partic. Tertull. de Pallio, cap. 2. Quot populi propaginati.

PRŎPŎLA, æ. m. est Qui merces propalam velut ante palum, aut de palo pendentes habet, & vendit: quam vocem in propolam depravaverunt, quum apud Græcos, quorum vocabulum videri volunt, hæc vox Proxenetam significet, venditionisque conciliatorem, ut scribit Pollux. Cic. in Pison. 67. Panis & vinum a propola & de cupa. Sic enim legit Turneb. 1. 1. Quin & ea vox integra hodieque apud Varr. R. R. 3. 14. remanet, sic scribentem, Denique ipsæ exruminantes ad propalam vitam diu producunt. Id est apud propalam, Quo sane Varronis in loco non dubitem Ruminantes emendare refragantibus libris omnibus, in quibus Exgrumantes legitur. Cochleas enim dicit apud propalam ruminando suo sibi succo, & exiguo cibo vitam diu producere. Apud Nonium denique in Primiter, 2. 661. Lucilius ipso syllabæ modulo satis indicat vocabulum Latinum esse, cujus verba sunt,
Ut cum primitiis ficos propola recentes
Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos. Ex Turnebo 1. 1. al. Propola. [V. not. ad loc. Omnino verbum confictum a Turnebo est, cujus merito a Scalig. exploditur sententia.

PROPĂLAM, Adv. [ἀναφανδόν] i. e. Clare, aperte, & in propatulo. Cic. 1. de Orat. 161. Non explicata veste, neque proposito argento, neque tabulis, & signis propalam collocatis.
Ponere libellos propalam. Tacit. 4. Ann. 27.
Respondere propalam. Tacit. 12. Ann. 46.
Hæc propalam dicebat; illa tacita suberat cura. Liv. 34. 33. extr.

PROPĂLO, āre. probat Calepinus ex Columella lib. 13. cap. 7. Per quos uti quæque virga postulaverit, propaletur. Ubi rectius Propagetur legitur.
Pagina propalatur. Mamert. de Anima, 2. 2.
Quæ propalare dissimulat, excolere detrectat. Sidon. 9. Epist. 12.

PROPALĀTUS, a, um. Partic. Oros. lib. 6. cap. 5. Contra edictum propalatæ & publicæ veritatis. Augustin. Epist. 157. Divinitus propalatum.

PRŎPANSUS, a, um. Partic. a Propando. Apul. Miles. 6. p. 279. Elmenh. Aquila propansis utrinque pinnis.

PRŎPATRUUS, i. m. sec. c. Maximus patruus, frater proavi. Cajus in l. 1. D. de gradib.

PRŎPĂTŬLUS, a, um. Adj. [περιφανής] Late patens, atque apertum, quasi porro patulum. Cic. 6. Verr. 110. Ac tamen eo contentus non fuit, ante ædem Cereris, in aperto ac propatulo loco, signa duo sunt, Cereris unum, alterum Triptolemi, & pulcherrima, & perampla.
Statuas in propatulo domi abjicit. Nepos 23. 9. 3.
In propatulo, Adverbialis formula, pro Palam. Columel. lib. 12. in proœm. Quum victus & cultus humanus, non uti feris in propatulo, ac silvestribus locis, sed domi sub tecto accurandus erat.
Pudicitiam in propatulo habere. Sallust. Catil. 13. Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere. conf. Plin. 1. Epist. 8.
Propatulo, sine præpositione, quasi Adverb. Mela 1. 19. Propatulo vescuntur ita Voss. & Gronov.

PRŎPE, Præpositio [ἄγχι, ἀγχοῦ, ἀγχίθι, ἐγγύς, σύνεγγυς] Accusativo casui serviens, significat Juxta. Curt. Quum prope id oppidum copias constituissent. [Revera semper Adverbium esse, & subaudiri præp. Ad in ejusmodi constructione docet Sanctius in Minerv. 2. 16. p. 150. ed. 3.
Ubi non modo prope me, sed plane mecum habitares. Cic. 7. Fam. 24.
Cubat is prope Cæsaris hortos. Hor. 1. Serm 9. 18.
Prope templa adgreditur. Varr. ex poeta in Periboea, lib. 6. de. L. L. 2.
Scrupea saxa Bacchi templa prope adgreditur.
Prope ripam quum plebe Anienis ad III milliarium consedisset. Cic. de Clar. Orat. 45.
Prope a. Plin. lib. 15. cap. 18. Tam prope a muris habemus hostem. h. e. Muris nostris tam propinquum. Cic. in Pison. 30. Prope a meis ædibus, &c. sedebas.
Bellum prope a Sicilia. Cic. 7. Verr. 6. At quum in Italia bellum tam prope a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit?
Prope ab. Plin. lib. 4. cap. 4. Nec sunt vetustiora de illa re Latinæ linguæ præcepta: tam prope ab origine rerum sumus. h. e. Tam sumus propinqui post rerum originem.
Prope ab domo detineri. Cic. 4. Verr. 10. Quod commodum non mediocre Pop. Romano est, tantum civium Rom. numerum, tam prope ab domo, tam bonis fructuosisque rebus detineri.
Prope metum, translate. Liv. 1. 25. Horatium accipiunt, eo majore cum gaudio, quo prope metum res fuerat. [Ita Gronov. subaudito Magis. Sigonius mavult Propius metum An Propiore metu? i. e. Magis instante, urgenteque. Non enim metum αὐτὸν indicare vult, sed Magnum metum.
Prope dolum. Ulpian. in l. Si fidejussor. in princ. D. Mandat. Dissoluta negligentia prope dolum est.
Prope seditionem ventum. Tacit. 3. Hist. 21.
Ab exsule prope esse. V. A vel AB.
Prope ab incesto. Quintil. in Infami in matrem, 1. Decl.
Prope, [πλησίον, πλησίαι, πέλας] sine casu, est Adverbium idem significans. Ter. Adelph. 4. 1. 8.
Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia prope est.
Te adventare ac prope adesse jam debes. Cic. 4. Att. 16.
Prope adventat. Plaut. Truc. 2. 4. 48.

Prope

Prope appositum alterius gladium e vagina eduxit. Cic. 2. de Invent. 14.
Prope intueri, & Procul spectare, contraria. Cic. de Senect. 43.
Volebam prope alicubi esses, In propinquo loco. Cic. 9. Fam. 7.
Prope est, quando. Plaut. Men. 5. 6. 25. h. e. Appropinquat tempus.
Prope adest, quum. Ter. And. 1. 1. 125.
Prope adest, quum alieno more vivendum est mihi. subaud. Tempus.
Prope adest, ut. Plaut. Aul. 2. 3. 9.
Prope est, ut omnes sint. Sen. Epist. 121. I. e. Parum abest quin omnes sint.
Jam prope erat, ut sinistrum cornu pelleretur Romanis, ni septima legio successisset. Liv. 40. 32.
Prope est factum, ut injussu Prætoris, signis convulsis, in aciem exirent. Liv. 25. 21. pr. conf. seq dict.
Prope, Quasi, fere. Ter. Heaut. 1. 1. 46.
Ejus filiam ille amare cœpit perdite,
Prope jam ut pro uxore haberet. [Quod & Prope modum dicitur.
Annos prope quinquaginta continuos. Cic. 2. Verr. 40.
Jam tu potes discedere liberatus molestia, prope, dicam, non minore, quam Quintius. Cic. pro Quint. 44.
Prope desperatis rebus. Cic. 7. Fam. 29.
Prope divinitus. Cic. 2. Verr. 1. Id non humano consilio, sed prope divinitus, datum atque oblatum vobis summo Reipublicæ tempore videtur.
Prope novum genus dicendi. Cic. pro Arch. 3.
Prope singularis Aristoteles in philosophia. Cic. 4. Acad. 132.
Sapientia præditus prope singulari. Cic. 4. Fam. 3.
Prope solus. Cic. 4. Verr. 142.
Funeratus prope ictu arboris. Hor. 3. Carm. 8. 7.
PROPIOR, us. compar. [ἐγγύτερος] Ter. Heaut. 5. 2. 34.
Dum istis fuissi solus, dum nulla alia delectatio,
Quæ propior esset te, indulgebant, &c. Cic. 1. Tusc. 116.
Veniunt inde ad propiora.
Propior, cum Genitivo: ut, Aer propior caliginis. Lucret. lib. 4. 339.
—quia quum propior caliginis aer
Ater init oculos prior, & possedit apertos:
Insequitur, &c. [Imitatio Græcorum est. ἐγγύτερος ζόφου.
Propior cum Dativo, ut
Funeri propior. Hor. 3. Carm. 15. 4.
Quibus propior P. Quintio nemo est. Cic. pro Quint. 97. I. e. Gradu propiore junctus.
Propior vero. Liv. 23. 12. pr. Fama tenuit, quæ propior vero est, haud plus fuisse modio.
Quod propius vero est, per parenthesin. Liv. 4. 37. Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) a Campestri agro appellatam. i. e. Magis ad veritatem accedens.
Pericula omnia sua sibi propiora esse, quam aliena. Cic pro Sext. 40.
Nos autem alium portum propiorem huic ætati habebamus. Cic. 14. Att. 21.
Res virtuti propiores. Cic. 2. Off. 22.
Propior cum Accusativo, more Præpositionis Prope. ubi V.
Propius fidem est. Liv. 2. 41. extr. i. e. Magis credendum.
Alter, quo propior hostem collocatus esset. Hist. de Bell. Gall. 8. 9.
Ipse propius montem cum omni equitatu pedites delectos collocat. Sallust. Jugurth. cap. 49.
Vitium hoc propius virtutem erat. Sallust. Catil. cap. 11.
Propior, cum Ablativo causæ vel Rei, ut
Gradu sanguinis propior. Ovid. 3. Epist. 28.
Et dicendi ardore eram propior, & ætate conjunctior. Cic. de Clar. Orat. 317.
Propius nihil factum, quam ut occideretur. Cic. 1. Q. frat. 2. h. e. Parum abfuit. Cic. 7. Verr. 94. Neque quicquam propius est factum, quam ut illud Uticense exemplum de Hadriano transferretur Syracusas. [Nisi Adv. est, ut Prope factum. V. supra.
Vocari ad propiora. Ovid. 6. Fast. 83.
Cura propior deam angit. Ovid. 13. Met. 578.
Exemplo tangi non propiore potes. Ovid. 16. Epist. 326.
Fides ad fallendum propior. Tacit. 2. Hist. 8.
Intervallum multo tanto propius nobis, quam &c. Varr. de L. L. lib. 6. pr. [Multo tanto, ut dicitur Altero tanto.
Mors propior venit. Tibul. lib. 2. 3. 42.
Spatiis propioribus ætas aliquem insequitur. Virg. 9. Æn. 275.
Tunica propior pallio est. Proverbium, quo nihil usitatius. Plaut. Trin. 5. 2. 30. Hunc priorem æquom'st me habere; tunica propior pallio est.
PROPIOR SOBRINO, PROPIOR SOBRINA, Sunt Patrui magni, Amitæ magnæ, Avunculi magni, Materteræ magnæ filius, filia. Cujus l. 1. D. de grad. & adfin. conf. Paul. l. 10. §. 9. D. ejusd. t. Apud Festum exstat Propius sobrino, &c.
PROPIUS, Adv. compar. [ἐγγύτερον, ἐγγύτερω, πλησιαίτερον, ἐγγὺς ῥ] Quod barbaris dicitur *Magis juxta*, vel *De prope*. Ter. Adelph. 3. 2. 11. Propius obsecro accedamus.
Propius aliquid esse dicimus, ait Budæus, pro Verisimilius esse. Callistratus l. Semper. D. de jure immunit. §. Conductores, Quod propius est defendere, nisi paria cum fisco fecisse dicantur.
Propius urbem. Cic. 6. Philip. 5. Dum ne propius urbem Romam c c. mil. admoveret.
Propius amicus, vide AMICUS. H. St.
Abesse propius ab ortu & divina progenie. Cic. 1. Tusc. 26.
Abesse propius mortem. V. ABSUM.
Accedere propius. Ovid. 2. Met. 41. Cic. 14. Fam. 19.
Itineribus nocturnis propius aliquem accedere. Cic. 11. Att. 11.
Ut propius accedam Form. transeundi. Cic 4. de Finib. 24. Sed ut propius ad ea, Cato, accedam, quæ a te dicta sunt
Accedere propius ad sensum alicujus. Cic. in Partit. 61.
Ad similitudinem enim Deo propius accedebat humana virtus, quam figura Cic. 1. de Nat. Deor. 96. Al. Dei.
Aspicere res alicujus propius. Virg. 1. Æn. 530.
Conficere spatium propius. Cic 2. de Nat. Deor. 87. Stellæ aliæ propius a terris, aliæ remotius, ab eisdem principiis, disparibus temporibus eadem spatia conficiunt.
Consistere propius. Ovid. 3. de Arte Am. 467. Liv. 2. 27. Hic in acie prope flumen, tenuere dextrum cornu, in sinistro Fidenates propius montes consistunt.
Ire propius. Ter. Adelph. 4. 2. 41. Sane hac multo propius ibis.
Cur castra longius adversariorum castris, & propius urbem moventur? Cic. ad Octavium.
Petas propius licebit, quod petis. Martial. lib. 1. 118.
Stare propius ab aliquo loco. Senec. Epist. 121.
Sum. Ovid. 18. Epist. 177.
Quo propius nunc es, flamma proplore calesco.
Subsequi propius aliquem. Plaut. Bacch. 4. 4. 72.
Cedo manum, ac subsequere propius me ad fores, intro inspice.
Ut ventum propius est. Ovid. 4. de Pont. 7. 43.
PROXIMUS, a, um. superl. [ἐγγύτατος] Proxima, inquit Donatus in Ter. Eun. 2. 3. 40. nobis, aut præterita, aut futura sunt. [Quò ad Tempus scil. non Spatium.
Ædis proximæ fundo. Ter. Heaut. 4. 4. 10.
Mare dissimile proximo ei continenti. Cic. 4. Acad. 160.
Vicinus proximus. Cic. 2. Att. 14. C. Arrius proximus est vicinus, immo ille quidem jam contubernalis.
In annum proximum transferre. Cic. pro Milon. 24.
Die primo & proximo. Cic. 4. Tusc. 64.
Diebus proximis superioribus. Cic. 1. Fam. 9.
Mensibus proximis illum non vidi. Ter. Eun. 2. 3. 40. I. e. Præteritis, inquit Donatus.
Nocte quid proxima, quid superiore egeris. Cic. 1. in Catil. 1. [Antecedenti.
Sæculo hunc proximo Themistocles insecutus est. Cic. de Clar. Orat. 41.
Sehatum in proximum differre. V. IN.
Cura proxima, Proxime sequens. Ovid. 2. de Arte Am. 746. Idem 1. de Arte Am. 37.
Proximus huic labor est, placidam exorare puellam.
Proximi, veteres dixere pro Proximo Cato contra Furium, Die proximi hoc dicit, i. e. Proximo. Nonius 2. 650. V. etiam Gell. 10. 24.
Proximus, Simillimus. Cic. 2. Att. 6. Quin etiam dubitem, an hic Antii considam, & hoc tempus omne consumem: ubi quidem ego mallem diu nimirum, quam Romæ fuisse. Tu vero sapientior Buthroti domum parasti; sed mihi crede, proxima est illi municipio hæc Antiatum civitas. Proxima, i. e. Simillima, quod ad solitudinem & amœnitatem attinet. Iterat enim idem lib. 4. 8. his verbis; Hoc scito, Antium Buthrotum esse Romæ, ut Corcyræ illud tuum. Nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius.
Proximum, aliquando Obvium & facile significat. Apul. Apol. p. 278. Elmenh. Quis unquam fando audivit tam similem suspicionem? tam aptam conjecturam? tam proximum argumentum? Idem ibid p. 287. Elmenh. Nimia patiens vir es & oppido proxima humanitate. Sen. Epist. 12. Proximam occasionem arripere. V. Burm. & Schulting. ad Quintil. 13. 10.
Proximus, Superior, Primus: In his tribus est observatio digna scitu, de rebus ordine relatis ad tria tempora præterita, retro tamen numerando. Cic. pro Arch. 11. Est enim obscurum, proximis Censoribus, hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse: superioribus, cum eodem Quæstore fuisse in Asia: primis, Julio & Crasso, nullam populi partem esse censam.
Optimus, Proximus, Tertius. Plin. lib. 12. cap. 13. Asarum optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico.
Summus, Proximus, Tertius. Cic. 2. de Invent. 173. Summa necessitudo honestatis, huic proxima incolumitatis, tertia & levissima commoditatis.
Proximus, sed longo intervallo proximus. Cic. de Clar. Orat. 173. Duobus igitur summis Crasso & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, sed longo intervallo, tamen proximus. Virg. 5. Æn. 320.
Proximus huic, longo sed proximus intervallo.
Ad aliquem sedere proximum. Ovid. 1. de Arte Am. 139. Sed V. Burm. not.
Proximus ante aliquem. Cic. de Senect. 42.
Proximus a postremo. Cic. in Orat. 217.
Proximus ab eo. Quintil. lib. 3. cap. 10. circa finem.
Ab aliquo proximus. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Proxima ab Ægypto Campania est copia rosæ. Plin. lib. 13. cap. 3. In veteri codice non legitur Proxima.
Proximus a vino somnus. Plin. lib. 10. cap. 75.
Proximus post. Cic. 2. Off. 109. Qui præfectus classis proximus post Lysandrum fuit.
Proximus cum Accusativo. Claud. 2. in Eutrop. 238.
Pars Phrygiam, Scythicis quæcunque Trionibus alget;
Proxima Bythinos; solem quæ condit, Ionas. Adde Drakenb. ad Sil. 1. 13. & Burm. ad Quintil. 8. 6. p. 733. & ad Ovid. 1. de Arte Am. 139. [Apud Claudian. aliter distinguunt. Et recte.
Proximus te sum, apud Plautum in Pœn. 5. 3. 1. Cic. 1. Att. 11. Proximus Pompejum sedebam.
Proximus, Brevissimus. Cic. 2. Off. 43. Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, siquis, &c.
Proximus cum Ablativo rei, ut
Amore tibi proximus. Cic. 1. Att. 16.
Eques dignitate Senatori proximus. Cic. pro Cluent. 152.
Genere mihi proximus. Ter. Adelph. 4. 5. 17.
Proximum vino gustu semen. Plin. lib. 12. cap. 25.
Titulis proximus. Ovid. 4. Fast. 43.
Proximus optimis. Plaut. Trin. 2. 4. 86.
Optimis proximum numerari. Cic. de Clar. Orat. 220.
Carmina proxima Phœbi versibus. Virg. 7. Ecl. 22.
Honores proximos illi Pallas occupavit. Hor. 1. Carm. 12. 17.
Laudem Planco proximam consecutus es. Cic. 10. Fam. 25.
Usu longo alicui proximus, Familiarissimus. Ovid. 3. de Pont. 6. 53.
Lictor proximus. In officio magistratuum lictores quidam dicebantur proximi, qui quam alii cariores magistratui, eique semper præsto erant, & apparebant ante alios sui ordinis: ut in inscriptione pervetusta, L. VALERIVS ACHILLEVS LICTOR PROXIMVS. Forte quispiam interpretabitur primo adjunctum, & secundum, quod verum non putem. Sallustius quoque eodem locutus modo est in bello Jugurthino, (cap. 12.) Sed Hiempsal in oppido Thirmida forte ejus domo utebatur, qui proximus lictor Jugurthæ, carus acceptusque ei semper fuerat. Turnebus.
Proximus sum egomet mihi. Ter Andr. 4. 1. 12.

Intimus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit. Cic. 1. Q. frat. 4.
Sic proximi sunt Cognati. Val. Max. 4. 4. 1. Tutela cara proximis, accepta alienis.
Vero proximum. Hor. in Arte Poet. 338.
Veritati proximum. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Habere aliquem proximum. Cic. 1. Att. 1. Dies nullus fere est, quin hic Satyrus domum meam ventitet: observat L. Domitium maxime, me habet proximum.
Id habendum est Deo proximum, quod est optimum. Cic. 2. de Legib. 40.
Inferioris ætatis proximus. Cic. de Claris Orat.
Servorum proximi, Proxime stantes. Tacit. lib. 15. Ann. 64.

PROXIMUM, i. n. subst. Ter. Eun. 3. 5. 63.
Eamus ad me: ibi proximum est ubi mutes. h. e. Nullus est propior locus, ubi possis mutare vestem.
Qua cuique proximum erat. Liv. 30. 6. pr.
De proximo. V. DE.
E proximo, i. e. ex Vicinia. Plaut. Asin. 1. 1. 38.
Istanc meretricem e proximo Philenium. Nepos 16. 2. 1. Quemque ex proximo locum fors obtulisset.
In proximo, Non procul hinc. Cic. 16. Fam. 22.

PROXIMUS, i. m. Vicinus. Quintil. Decl. 3. Optimum fuerat non habuisse talem proximum, aut libenter perdidisse. Idem Decl. 259. In illa omnium trepidatione, in qua pro sua quisque salute sollicitus, nihil de Proximo cogitabat.
Proximus, [ὁ πλησίον] apud Vulg. Interp. S. S. & Ecclesiasticos significat Quemvis hominem, jure communis societatis nobis conjunctum. conf. PROXIMATUS infra, & Lex. Pitisc.

PROXIMIOR, us, Compar. usurpat Senec. Epist. 109. Ita tamen ut modum servem, & quidem continentiæ proximiorem. Innocent. de Cas. 228.
Fines proximiores. conf. Borrich. Cogit. p. 307.
Ut si a Supremus dicas Supremior. H. St. Qualia multa Plauti.

PROXIME, [ἐγγυτάτω, ἀγχίστα] Adv. superl. Plin. lib. 4. Epist. 13. ad Cornel. Tacit. Proxime quum in patria mea fui, venit ad me, &c.
Litteræ, quas a te proxime accepi. Cic. 5. Fam. 15.
Is quem proxime nominavi. Cic. 1. de Nat. Deor. 37.
Eique proxime adjunctus Drusus fuit. Cic. de Clar. Orat. 109.
Proxime januam, Romam, &c. Varro de R. R. lib. 1. cap. 13. Villici proxime januam cellam esse oportet. Cic. 5. Fam. 2. Idem 6. Att. 5. Tamen esse officium meum putavi, exercitum habere quam proxime hostem.
Quam proxime Italiam. Cic. 3. Att. 14.
Proxime Hispaniam Mauri sunt. Salluſt. Jugurth. cap. 19.
Ego huic tuæ virtuti proxime accedo. Cic. 11. Fam. 21.
Fides ac jusjurandum proxime legum ac pœnarum metum. Liv. 1. 21.
Proxime morem Romanum. Liv. 24. 48.
Proxime periculum. Quintil. lib. 8. cap. 6. quo loco de tropis agit, Præcipueque ex his oritur mira sublimitas, quæ audaci, & proxime periculum, translatione tolluntur, quum rebus sensu carentibus actum quendam & animos damus, qualis est, Virg. 8. Æn. 728.
— pontem indignatus Araxes.
Fictor ex ære vel marmore, proxime Polycletos & Euphranoras. Victor. Vulg. in Adriano.
Proxime a. Cic. 4. Acad. 16. Proxime a Lacyde solo retenta est: post autem, &c. [Proxime, est temporis Adv. h. l. nec cum præp. jungi debet.
Proxime alter ab altero. Columel. lib. 1. cap. 6. Omnes tamen quam proxime alter ab altero debent habitare, ne villici diversas partes circumeuntis sedulitas distendatur, & ut inter se diligentiæ & negligentiæ cujusque testes sint.
Proxime atque. Cic. 9. Fam. 18. Non possum ego non, aut proxime atque ille, aut etiam æque laborare.
Proxime autem, & secundum deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. Cic. 2. Off. 11.
Proxime accedere ad verum. Cic. 4. Acad. 36.
Proxime, Mox, Tertio loco. Plin. lib. 12. cap. 12. In nostro orbe proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum.
Proxime, aliter. Quintil. lib. 6. 2. Et ut proxime utriusque differentiam signem: i. e. Ut quantum prope fieri potest, accedam ad utriusque differentiam.

PROXIMIUS, Compar. Min. Felix cap. 19. Quid Mantuanus Maro? Nonne apertius, proximius, verius?
Proximius sequi. Manil. 3. 538.

PROXIMO, Adv. Idem quod Proxime. Cic. 4. Att. 17. Ab Q. Fratre accepi litteras, datas a litoribus Britanniæ, proximo. i. e. Proximis diebus. Sic Arcano & arcane, Commodo & commode, indifferenter veteres dixere. conf. Charis. p. 191.

PROXIMITAS, ātis. f. [ἀγχιστεία] Primus propinquitatis, vel cognationis gradus, ut nonnulli volunt. Ovid. 2. de Arte Am. 662.
Et lateat vitium proximitate boni. Ovid. de Nuce 56.
Meque ream nimiæ proximitatis agi.
Damno est ista proximitas. Ovid. 10. Met. 339.
Proximitate niti. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Requirere proximitatem, aut primum hæredem. Ovid. 13. Met. 154.

PROXIMO, [ἀγχιστεύω] āre. Proximum esse. Cic. 2. de Nat. Deor. 112. Capiti autem equi proximat Aquarii dextra, totusque deinceps Aquarius. Al. Proxima. Solinus cap. 70. non procul a fine, Tertia huic proximat eodem nomine. Idem cap. 65. Indo flumini proximantes, versa ad Meridiem plaga, ultra alios torrentur calore. Apul. Met. 2. p. 128. Elmenh. In vicum proximamus. Idem 6. Met. p. 174. Sacratis foribus proximat.

PROXIMANS, antis. Partic. Apul. 2. Met. p. 122. Prælio jam proximante. Idem 3. p. 140. Ut me præsepio videre proximantem. Idem 5. p. 161. Luce proximante. V. Barth. Adverſ. 1. 3. Solin. cap. 11. Ei proximans lacus.

PROXIMATUS, ūs. m. Dignitas aulica sub Imperatoribus. Leg. 1. & 21. Cod. de Proximis Scriniorum. Splendor indepti proximatus. V. Valeſ. in Ammian. 20. 9. & Salmaſ. Hist. Aug p. 207.

PRŎPINQUUS, a, um. Adj. [πλησίος, πλησιόχωρος, γείτων] Qui prope est. Ter. Heaut. 1. 1. 5.
Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto.
Prædium. Cic. pro Rosc. Amer. 133.
Provinciæ propinquæ & finitimæ. Cic. 11. Philipp. 34.
Regio. Ovid. 3. Trist. 12. 35.
Rus propinquum. Ter. Eun. 5. 6. 1.
Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.
Clamor propinquus. Sil. lib. 13. 148.
Exſilium propinquius. Ovid. 4. Trist. 4. 51.
Signa propinqua micant. Ovid. 2. Fast. 189.
Propinquus, de tempore, ut
Mors. Cic. 1. de Divin. 36.
Spes propinqui reditus. Cic. 9. Att. 18. Liv. 28. 25. Missi circa stipendiarias civitates exactores, stipendii spem propinquam fecere.
Vespera. Tacit. 15. Ann. 60.
Propinquus, ad Similitudinem relatum, ut,
Motus, qui finitimi sunt & propinqui his. Cic. 2. de Orat. 185.
Verbis propinquis abuti. Cic. in Orat. 94.
In propinquo sunt castra. Liv. 24. 38. extr.
In propinquo certamen erat. V. IN præpositionem.
Propinquus, [ἀγχιστεύς] Conjunctus, Cognatus, Affinis. Cic. de Amicit. 19. Itaque cives potiores sunt quam peregrini, & propinqui quam alieni.
Consanguinitate propinquus. Virg. 2. Æn. 86.
Propinqua & Necessaria. Cic. pro Muren. 73. Virgo Vestalis, hujus propinqua & necessaria.
Longinqui & Propinqui, contraria. Cic. pro Milo. 7. Etsi æquabiliter in rempublicam, in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos irruebat.
Arctior vero colligatio est societas propinquorum. Cic. 1. Off. 53.
Cari propinqui. Hor. 1. Serm. 11. 83.
Propinqui, cognatique, optime convenientes. Cic. pro Rosc. Amer. 96.
Tutela abeat ad fanus propinquos. Hor. 2. Serm. 3. 218.
Compar. Varro L. L. 7. 38. Casus propinquiores. Idem 9. 2. Propinquiora genere inter se verba. conf. Ovid. 4. Trist. 4. 51.

PROPINQUA, Adv. [πλησίον] Plaut. Truc. 2. 7. 21.
Atat eccam, adest propinque: credo audivisse hæc me loqui.

PROPINQUITAS, ātis. f. [ἐγγύτης] Conjunctio, vicinitas. Cic. 3. Off. 46. Nimis enim imminebat, propter propinquitatem, Ægina Piræeo. Liv. 38. 27. extr. Ipse, jam enim medium Autumni, locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properans, &c.
Propinquitas loci, & Longinquitas, contraria. Cic. 1. de Invent. 38.
Municipium propinquitate pæne finitimum. Cic. 3. Philip. 15.
Propinquitas, [ἀγχιστεία, συγγένεια. Gl. L. Gr.] Affinitas. Cic. de Amicit. 50. Ut bonos boni diligant, adsciscantque sibi, quasi propinquitate conjunctos atque natura.
Propinquitas, & affinitas. Cæs. 2. Bell. Gall. 4.
Idem C. Calvisium, contubernalem meum, amicum tuum, arcta propinquitate complectitur. Plin. Sec. Epist. 4. libri 4. H. St.
Si pietate propinquitas colitur: qui affinem prodit, impius sit necesse est. Cic. pro Quint. 29.
Qui est cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis conjunctus. Cic. pro Planc. 27.
Propinquitate conjuncti. Suet. Neron. cap. 36. Interemit ceteros, aut affinitate aliqua sibi, aut propinquitate conjunctos.
Propinquitate proximus. Nepos 17. 1. 3.

PROPINQUO, [πελάζω, πλησιάζω] āre. Vicinum & proximum fieri, aut prope accedere. Virg. 2. Æn. 733.
Prospiciens, nate, exclamat, fuge nate, propinquant.
Acies legionum propinquat. V. ACIES.
Supplicium propinquat. Stat. 5. Theb. 493.
Scopulo. Virg. 5. Æn. 185.
Frequenter Dativo jungitur, nonnunquam & Ablativo rei. Virg. 6. Æn. 634.
Corripiunt spatium medium foribusque propinquant. Idem 2. Æn. 730.
Jamque propinquabam portis.
Animis propinquare alicui. Stat. 10. Theb. 379.
Cum Accusativo etiam jungitur. Virg. in. Æn. 254.
— tu rite propinques
Augurium, Phrygibusque adsis pede, diva, secundo. Sil. 2. 281.
Haud tamen abstiterim, mortem licet arma propinquent.

PROPINQUANS, antis. Partic. Salluſt. Fragm. cap. 29. Bithyni propinquantes jam amnem Tartanium.

PRŎPĔDIEM, Adv. temporis, [ἐν βραχεῖ, ὀλίγου χρόνου] Brevi: quasi Prope sit dies quando aliquid futurum sit. Ter. Heaut. 1. 1. 108.
Menedeme, at porro recte spero illum tibi
Salvum affuturum esse hic confido propediem. Cic. 3. Off. 121.
Tum & præsens tecum propediem, ut spero, & dum aberis, præsens loquar. Idem 1. de Divin. 47. Ter. Heaut. 4. 8. 28.
— næ tu propediem
(Ut istam rem video) istius obsaturabere.
Dicitur quasi Prope hunc diem. H. St.
Propediem te videbo. Cic. 6. Att. 2.

PRŎPĔMŎDUM, Adv. [ὀλίγου δεῖν, σχεδόν] Pæne, quasi prope mensuram. Ter. Adelph. 1. 2. 51.
Curemus, æquam uterque partem, tu alterum,
Ego item alterum: nam ambos curare, propemodum
Reposcere illum est, quem dedisti. Idem Aud. 3. 4. 7.
Nam propemodum habeo tibi jam fidem.
Verba componere, & syllabas propemodum dinumerare. Cic. in Orat. 147.
Alteros propemodum jam sumus experti. Cic. 6. Fam. 4.
Ut propemodum justioribus utamur illis, qui omnino avocent a philosophia, quam iis, &c. Cic. 1. de Finib. 2.

PROPEMODO, Idem. Liv. 24. 20. Quum propemodo muris accessisset. [Ut Postmodum, & Postmodo.

PRŎPECTO, pexui, vel pexi, vel pectivi, pexum, [κατακτενίζω] ĕre. In longum pectere.

PROPEXUS, a, um. [κατάκομος] ut, Propexa barba. Ovid. 1. Fast. 259. conf. Sil. 13. 310.
Barba propexa in pectore. Virg. 10. Æn. 838.
Canities mento propexa. Stat. 2. Theb. 97.
Crinis propexus ac rutilatus. Tacit. 4. Hist. 61.

PROPADIAM, V. PROPA.

PROPADIUS, i. m. Marsorum dux fuit ac princeps, illo Marsico bello, quod cum Romanis gesserunt, sic dicto, quod Marsi populi defectionis illius

illius fuerint auctores. V. Strab. lib. 5. [Immo Q. Pompædius Silo. In Gr. eſt Ποπαιδίῳ. Al. Popedius.

PROPELLO, propŭli, propulſum, pr. c. [ἀπωθέω, ὠθέω, λιπαρέω, λιπαρῶ] ĕre. Longe pellere, procul amovere. Plin. lib. 9. cap. 6. Dum ſaginam perſequitur, in litus fructibus propulſa, &c.
Navem remis propellere. Cic. 4. Tuſc. 5.
Propellere a caſtris. Liv. 7. 24.
Agmina voce. Sil. lib. 7. 530.
Amnem cædibus. Stat. 1. Theb. 43.
Claſſem. Lucan. lib. 3. 1.
Haſtam vicinam metæ. Sil. lib. 16. 571.
Impetum inimicorum. Cic. Anteq. iret in exſil. 1.
Inimicos. Cæſar 5. Bell. Gall. cap. 33.
Injurias hominum. Columel. lib. 7. cap. 12.
Membra propellit anima. Lucret. lib. 3. 163.
Orationem alicujus propellere remis. Translatione ſumpta a navigantibus, qui remis undas propellunt. Cic. 4. Tuſc. 9.
Pactione. Salluſt. in Catil. cap. 26. Collegam ſuum Antonium pactione provinciæ propulerat, ne contra Rempublicam diſſentiret. Emendati codd. legunt, Perpulerat n. c. r. ſentiret.
Pecus paſtum. Liv. 25. 8. Pecora Carthaginienſium, quæ paſtum propulſa eſſent.
Periculum Populi Rom. propellere. Cic. pro Font. h. e. A Rom. Populo fugare.
Periculum vitæ propellere ab. Liv. 40. 11. extr. Periculum vitæ propellere a me potes, puniendo eos, qui ad me interficiendum ferrum ſumpſerunt.
Propellere, Ultra ducere. Columel. lib. 2. cap. 2. Quum ventum erit ad verſuram, in priorem partem jugum propellat.

PROPELLANS, entis. [ἀπωθῶν] Partic. Lucret. lib. 4. 286.
Atque alium præ ſe propellens aera volvit.

PROPULSUS, a, um. Partic. [ἀπωσθείς] ut, Flumina propulſa cruore. Lucan. lib. 7. 789. Cæſ. 8. Bell. Gall. 19. Victi propulſique. Hirt. Bell. Hiſp cap 26. Adverſarios adhuc propulſos habemus.

PROPULSUS, ûs. m. [ὦσις] Senec. 5. Nat. Quæſt. 14. Ventum propulſu ſuo concitare.

PROPULSOR, ōris. m. ut, Cornigeri pecoris propulſor. i. e. Bubulcus. Venant Fortunat. 3. de Vita Martin. 301.

PROPULSO, pr. c. [ἀμύνω] āre. frequent. Cic. 5. de Finib. 24. Cœptatque, & ea, quæ naturæ ſentit apta, appetere: & propulſare contraria.
Bellum mœnibus propulſare. Liv. 3. 69.
Frigus, famem, & ſimilia. Cic. 4. de Finib. 69.
Hoſtem. Cæſ. 1. Bell. Gall. 49.
Impetum inimicorum propulſare ac propellere. Cic. Anteq. iret in exſil. pr. [ἀπωθεῖν] Repellere.
Injurias. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 14.
Morbi exquiſitis remediis propulſandi. Columel. lib. 6. cap. 5.
Periculum a capite. Cic. pro Cluent. 144.
Periculum quod in omnes intenditur. Cic pro Roſc. Amer. 7.
Populum ſic ab ingreſſione furi propulſari videres. Cic. 5. Philip. 9.
Suſpicionem. Cic 5. Verr. 140.
Vindicationem. Cic. 2. de Invent. 161.

PROPULSANS, antis. Partic. Curt. 9. 4. 31. Clypeo incidentia tela propulſans. Idem 9. 2. 6. Vix diurno quæſtu propulſans famem.

PROPULSĀTIO, ōnis. f. [ἄμυνα] Cic. pro Sulla, 2. Cum hujus periculi propulſatione conjungam defenſionem officii mei.

PROPULSĀTOR, ōris. m. [ἀμυντήρ] Valer lib. 7. cap. 9. Auctorem harum rerum benevolentia, propulſatorem odio inſecutus.
Valetudinum peſſimarum propulſator. Arnob. 7.

PROPEMPTĬCUS, a, um. [προπεμπτικός] Adj. unde, Propempticum carmen, quo proſequimur abeuntem & diſcedentem. προπέμπω, Comitor, cum Pompa aſſequor, honoris gratia deduco. *Convoyer*. Stat. 3. Silv. 2.

PRŌPENDEO, di, ſum, [ῥέπω, ἐπιῤῥέπω] ēre. In anteriorem partem pendere: ſicut Dependere, Retroverſum, ſive in poſteriorem partem. Cic. 5. Tuſc. 51. Quam vim habeat libra illa Critolai. Qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & externa: tantum propendere illam boni lancem, putet, ut terram & maria deprimat.
Si multo majore & graviore ex parte bona propendent. Cic. 5. Tuſc. 86.
[In his duobus locis eſt Præponderare, καθέλκειν, καθελκύειν. Ac ſane hæret ſuſpicio, an non ἀντὶ τοῦ Præpendeo irrepſerit in codd. Tullianos. conf. tamen Propenſus Partic. Dependeo in contraria ſignificatione poſitum me legere non memini.
Propendere in aliquem inclinatione voluntatis. Cic. 2. de Orat. 129. Hoc neceſſe eſt, ut is qui nobis cauſam adjudicaturus ſit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defenſionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur.

PROPENDENS, entis. Partic. [ῥέπων] Demiſſus. Columel. lib. 7. cap. 12. Probatur quadratus potius, quam longus aut brevis, capite tam magno, ut corporis videatur pars maxima, dejectis, aut propendentibus auribus. De cane villatico.

PROPENDŬLUS, a, um. Adj. ut, Propenduli crines, apud Apul. lib. 1. Florid. p. 342. Elmenh.

PROPENSUS, a, um. [κατεῤῥεπής, ἐπιῤῥεπής] Partic. Vehementer Inclinatus. Plaut. Bacch. 3. 4. 23.
Sed ante quam illa unquam meis opulentiis
Ramenta fiat gravior aut propenſior,
Mori me malim excruciatum inopia.
Propenſa munera, i. e. Multa & magna. Plaut. Truc. 1. prol. 8.
Hortandus, cui Sua ſponte propenſus opponitur. Cic. 5. de Finib. 6. Sed utrum hortandus nobis es, Luci, inquit, an etiam tua ſponte propenſus es?
Ad cauſam turpem propenſior. Cic. 7. Att. 25.
Ad diſcendum. Cic 3. de Finib. 65.
Ad ignoſcendum. Cic. 2. de Invent. 107.
Ad lenitatem. Cic. pro Muren. 41.
Ad ſimilitudinem veritatis. Cic. 3. de Nat. Deor 96.
Ad voluptatem. Cic. 1. Off. 105. Quin etiam, ſi quis eſt paulo ad voluptates propenſior.
In aliquid propenſior. Quintil. lib. 4. cap. 1.
In alteram partem. Cic. 8. Att. 3. Multitudo & infimus quiſque propenſus in alteram partem.
Animus propenſus ad ſalutem alicujus. Cic. 4. Fam. 13.
Ut natura ad aliquem morbum proclivior, ſic animus alius ad alia vitia propenſior. Cic. 5. Tuſc. 81.
Propenſo animo aliquid facere. Liv. 37. 54. pr.
Propenſior benignitas eſſe debebit in calamitoſos. Cic. 2. Off. 62.
Dei propenſi ad vota. Ovid. 1 Faſt. 722.
Diſputatio ad veritatem. Cic. 1. de Divin. 9.
Favor. Ovid. 3. de Pont. 4. 15.
Favorem propenſum petiit voce ſollicita. Ovid. 14. Met. 706.
Naturæ propenſioris homo, id eſt Pronior in Venerem. Vide in Indice Hiſtoricor. Francf. editor. H. St. V. Capitol. Gord. Jun. cap. 19.
Voluntas propenſior in aliquem. Cic. 2. Off. 68. A quo enim expeditior & celerior remuneratio fore videtur, in eum fere eſt voluntas noſtra propenſior.
Voluntas propenſiſſima. Hirt Bell. Alex. cap. 26.

PROPENSE, Adv. [ἐπιῤῥεπῶς] Propenſo animo. Cic. 12. Fam. 15. Ut hanc concordiam & conſpirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem, propenſe non crederent eſſe factam.

PROPENSIO, ōnis. f. [ἐπιῤῥοπή] Animi inclinatio. Cic. 4. de Finib 47. Qui nulla in re, niſi in virtute aut vitio, propenſionem, ne minimi quidem momenti, ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret.

PRŎPĔRO, [θέω, ἐπείγομαι, κατεπείγομαι] āre. a Prope fit; & ſignificat Feſtinare, celeriter ire. Nam qui in aliquem properat, id agit ut illi propinquior fit. Ter. Andr. 1. 5. 65. Obſtetricem arceſſo. P. propera.
Feſtinare & Properare, quid differant, V. FESTINO, & Gell. 16. 14. Non. 5. 81.
Maturate properare. V. MATURUS.
Pergere & properare Romam. Cic. 1. Q. frat. 3.
In campum. Cic. 1. de Orat. 166.
In Cyprum. Ter. Adelph. 2. 4. 14.
Atque inde ventis, remiſque, in patriam omni feſtinatione properavi Cic. 10. Fam. 25.
Properare ad exitum. Cic. 16. Att. 7.
Ad metam unam. Ovid. ad Liv. 359.
Sedem properamus ad unam. Ovid. 10. Met. 133.
Dudum properare. Plaut. Amph. 2. 2. 29.
— nam quid ille revertitur,
Qui dudum properare ſe ajebat: an illa me tentat ſciens?
Ocius propera. Plaut. Ciſtel. 3. 8.
Quo properas? Plaut. Aſin. 3. 3. 16.
Retractare & Properare, contraria. Cic. 1. Tuſc. 76.
Properare, cum Infinitivo Virg. 7. Æn. 57. — quem regia conjux
Adjungi generum miro properabat amore.
Properabat adire. Ovid. 4 Met. 317.
Sed odio ductus rem properavit deducere in judicium. Cic. 1. Att. 13.
Propera ire in urbem. Plaut. Rud. 4. 6. 19.
Properare hominem invenire. Ter. Phorm. 5. 6. 5.
Properare proficiſci. Cæſ. 2. Bell. Civil. cap. 43.
Properare propero domum. Plaut. Aul. 2. 2. 4.
Properare venire ad aliquem. Cic. in Somn. Scip. 6.
Properare aliquid, pro Properanter agere, vel facere. Frequens enim eſt hujus verbi uſus in voce agente. Virg. 1. Georg. 259.
Multa forent, quæ mox, cælo properanda ſereno,
Maturare datur. V. ibi Serv & Gell. 10. 11 Plaut. Pœn. 3. 1. 2.
Præſertim homini amanti, qui quidquid agit properat omnia. i. e. Omnia properanter agit. Hor. 1. Epiſt. 3 28.
Hoc opus, hoc ſtudium parvi properemus, & ampli.
Deditionem properare. Tacit 2. Ann. 22. 2.
Fugam. Virg. 1. Æn. 141. Maturate fugam. conf. Partic. MATURANDUS.
Iter. Tacit. 3. Hiſt. 40. 2.
Laborem. Propert. lib. 3. 21. 21.
Mortem. Tacit. 2. Ann. 31. 4.
Pecuniam indigno heredi properare, pro Rapaciter colligere. Hor. 3. Carm. 24. 62.

PROPEROR, ari. Paſſive. Plin. in Paneg. 51. At quam magnificus in publicum es! hinc porticus, inde delubra occulta celeritate properantur.
Lanæ cui properabantur? i. e. Cito parabantur. Hor. Epod 12. 21.
Amores teneri properentur. Ovid. 3. Amor. 1. 69. conf. Ovid 5. Met. 396.

PROPERANS, antis. Partic. [ἐπειγόμενος] Ter. Eun. 2. 2. 60. Non temere eſt, & properans venit.
At ille properans feſtinanſque. Cic. 9. Philip. 6.
Ad alia properans. Cic pro Cluent. 36. Longum eſt mihi dicere, præſertim ad alia properanti.
Properantes hæc ſcripſimus. Cic. 4. Att. 4.
Aquæ properantes, Rapide & concitate fluentes. Plin. lib. 5. cap. 9. Hor. in Arte Poet. 17.
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros.
Bellum. Lucan. lib. 1. 466. Properantis nuncia belli.
Dextra. Lucan. lib. 3. 18.
Vix operi cunctæ dextra properante ſorores Sufficiunt.
Falce properanti dolatus acernus ſtipes. Propert. lib. 4. 2. 59.
Gradum properantem ſiſte. Senec. Herc. fur. 9.
Lingua properante legere aliquid. Ovid. 3. de Pont. 5. 9.
Oculus properans. Ovid. 3. Triſt. 3. 71.
Pede properante adire locum aliquem. Catul. de Berecynth. 61. 30.
Remis properantibus æquora impellere. Ovid. 3. Met. 657.
Compar. Auſon. 1. Epiſt. 27.
— properantior hæres. Claud. Rufin. 2. 337.
Feſtinamque rotam ſolito properantior urget.

PROPERANDUS, a, um. Partic. [σπευστέος] Virg. 1. Georg. 260. V. in ipſo verbo, Properare aliquid.
Fuga properanda. Valer. 4. Argon. 575.
Veneris non eſt properanda voluptas. Ovid. 2. de Arte Am. 717.

PROPERĀTUS, a, um. [ἐπειγόμενος] aliud Partic. Ovid. 5. Met. 396.
Uſque adeo eſt properatus amor.
Accuſatio properata. Tacit. 4. Hiſt. 69.
Carmina. Ovid. 3. de Pont. 4. 59.
Fata retexere. Ovid. 10. Met. 31. al. Fila.
Gloria rerum. Ovid. 15. Met. 748.

Gressu properato mœnia repetere. Sil. lib. 3. 159.
Mors. Ovid. 3. Trist. 3. 34.
Opus properatum brevi tempore. Ovid. 2. de Pont. 11. 1.
Osculum Ovid 18. Epist. 113.
Oscula congerimus properata sine ordine raptim.
Stilus. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Tela agrestia ad subitum usum, Properanter facta. Tacit. 2. Ann. 80. extr.
Voluptas. Ovid. 1. Amor. 4. 47.
Vox Ovid. 3. Met. 296.
Properato opus est, pro Properare. Cic. pro Milon. 50. Primum erat nihil, cur properato opus esset. conf. Plaut. Trin. 3. 3. 78. Et Mil. 3. 1. 209.
Compar. Solin. cap. 39. Lucinæ illis properatius tempus est. [An Properantius ?

Properāto, Adv. [ἐπειγομένως] Tacit. 13. Ann. 1. 4. Neque minus properato Narcissus Claudii libertus &c. ad mortem agitur.

Properanter, [κατεπειγομένως] Idem. Accius, Remisque nixi properantes navim in fugam vertunt.
Usque adeo properanter. Lucret. lib. 5. 301.
Compar. Sallust. Jugurth. cap. 8. Si properantius pergeret. Tacit. 2. Ann. 55. 1. Quo properantius destinata inciperet. Sil. 7. 747.
Cespite de viridi surgunt properantius aræ. Ovid. 4. Fast. 673.
Hanc quondam Cytherea diem properantius ire
Jussit.
Superl. Leg 8. Cod. Theod. de appellat. & Pœn. Intra vicesimum diem, quæcunque ad instructionem pertinent causæ, ad comitatum nostrum properantissime volumus adferri.

Properātim, [κατεσπευσμένως] aliud Adv. Celeriter. Cæcil. Properatim in tenebris istuc confectum est opus. Non. 2. 663. Meminit & Gell. lib. 12. cap. 15.

Properantia, æ. f. [κατέπειξις] Festinatio. Sallust. Jugurth. cap. 36. Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum, socordia magis quam dolo crederent. Tacit. 12. Ann. 20. 3. Pericula ex properantia.

Properātio, ōnis. f. [σπουδή] Cic. 16. Fam. 27. Nam quæ parcius frater perscripserat, verecundia videlicet & properatione.

Properatus, ûs. m. Gell. 10. 11. In properatu rei rusticæ &c. Sed Gronov. ex MSS. Præparatu. Cujus V. not.

Properus, a, um Adj. [ταχὺς] Idem quod Celer, festinus. Festus, Properus antiquos dixisse pro Celer, testimonio est qualitatis adverbium, quod est Propere.
Properam, pro celeri ac strenua dixisse antiquos testimonio est Cato, quum ait in libro de re Militari : Tertia e castris eductio celeris, properaque est. Festus.
Iræ properus. Tacit. 11. Ann. 26.
Oblatæ occasionis propera. Tacit. 12. Ann. 66. De Agrippina.
Jam jamque a tore obtestans vindictæ properam. Tacit. de Agripp. p. 257. edit. Plantini. H. St. Exstant Ann. 14. 7. pr.
Pergit properus. Tacit. 6. Ann. 44.
Cursus properus. Ovid. 16. Epist.
Gressus properi. Valer. 4. Argon. 176.
Pede propero sequuntur ducem. Catul. de Berecynth. 61. 34.
Properam video ancillam venientem. Plaut.
Venit properus. Ovid. 7. Met. 647.

Propĕre, [ταχέως] Adv. Ter. Heaut. 2. 3. 9.
—abi domum tu, Dromo, illis obviam
Propere : quid stas ? Al. Propera.
Subito, propere. Plaut. Amph. 5. 1. 10.
Strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus : ut subito, ut propere, ut valide tonuit !
Propere celeriter. Plaut. Rud. 5. 2. 36. Eloquere propere, celeriter.
Currere propere. Ter. Hec. 5. 3. 10.
Da lunæ propere novæ. Horat. 3. Carm. Ode 19. H. St. Subaudi Poculum mihi. V. Schol. vet.
Exsequi propere præcepta alicujus. Virg. 6. Æn. 236.
Impertire propere aliquem malo. Ter. Adelph. 3. 2. 22.
Instruit mensasque torosque propere. Stat. 5. Silv. 1. 125.
Missi speculatores propere. Liv. 24.
In Thes. patria affertur & ex Cæsare, item ex Sallustio. H. St.
Recepit se propere Cumas. Liv. 23. 36. pr.
Sequere propere me ad macellum strenue. Plaut. Aul. 2. 2. 86.

Properĭter, [σπουδῇ] Idem quod Properanter. Catull. apud Nonium 11. 63. Animula miserula properiter abit. conf. Idem 2. 663. & Auson. Parental. 27. 1.

Propertius, i. m. [Προπέρτιος] S. Aurelius Propertius, elegiarum poeta, ex Mevania oppido oriundus : quod in Umbria est, ut ipse auctor copiose testatur. Sunt qui scribant ejus patrem Equestri dignitate ornatum, ac Triumvirali potestate fuisse. Illud omnino constat, Aurelium hunc Propertium magna ex parte amissis bonis Romam se recepisse, quum patrem suum in tenera adhuc ætate amisisset : quod illis versibus apparet, 4. 1. 5. 55.
Aspice me, cui parva domus fortuna relicta est :
Nullus & antiquo Marte triumphus avi. Ex Crinito. Amerinum fuisse contendit Jos. Scaliger. Sub Augusto floruit. Elegias omnium nitidissime & eruditissime scripsit. Unde vulgatum de eo, Propertium plures amare, quam intelligere. V. J. Lips. Ant. Lect. 2. 10. & Var. Lect. 3. 23. J. C. Scalig. Hypercrit. cap. 7. [De patria Propertii exstat erudite scripta diatriba Thaddæi Donnolæ, quam typis iteratam dedit Henr. Leonh. Schurzfleischius, 8. Vitemb. 1713.
Blandus. Ovid. 2. Trist. 465.
Tener. Ovid. 3. de Arte Am. 333.

Prŏpes, ĕdis. Funis est, ut ait Isidorus 19. 4. quo pes, id est imum veli tenditur : Profertque hoc Turpilii testimonium, Quasi quum ventus fert navem in mare secundus, si quis propedem misit in veli sinistrum. V. pes.

Prŏpetro, āre. sec. c. Mandare quod perficiatur : nam Impetrare est exorare : & Perpetrare, perficere. Paulus, ex Festo.

Prophetes, V. propheta.

Prophanus, V. profanus.

Prŏphēta, vel **Prophētes**, æ. m. [προφήτης] Qui futura prædicit. a προφημι, prædico. Veteres, ut ait Paulus, antistites fanorum, oraculorumque interpretes, prophetas dicebant. conf. Fest.
Propheta in sacris litteris appellatur Videns. Estque Vates a Deo inspiratus. Tertull. Carm. adv. Marc. 3. 120. — magnus vir atque propheta.
Ægyptii sacerdotes suos Prophetas vocabant. Apul. de Dogm. Plat. 1. p. 2. Elmenh. Astrologiam ad usque Ægyptum ivit petitum, ut inde prophetarum etiam ritus addisceret. conf. Idem de Mundo, & 2. Met. p. 127.

Prophētis, idis : & **Prophētissa**, æ. f. [προφῆτις] Femina, quæ futura prædicit. Tertull. de Præscript. cap. 51. conf. Voss. de L. L. 1. 12.

Prophētīa, æ. f. [προφητεία] Inspiratio vel revelatio divina, rerum eventus immutabili veritate denuntians. Tertull. de Anima cap. 35.

Prophēto, [προφητεύω] āre Prædicere. Tertull. de Ref. Carn. cap. 28. Hieron. Epist. 103. cap. 7. Prudent. Peristeph. 13. 101. V. Barth. ad Claud. Mamert. p. 288. & Cellar. Cur. post. p. 280.

Prophetīzo, āre. Idem. Vulg. interp. Matt. 26. 68.

Prophetiālis, e. Adj. Tertull. adv. Valent. cap. 28.

Prophetālis, e. Adj. Hieron. Epist. 7. Chrysol. Serm. 84. V. Fortunat. Carm. 4. 58.

Prophetĭcus, a, um. Adj. [προφητικὸς] Tertull. Exhort. Cast. cap. 10. &c. Prudent. Cathem. 7. 179.
Prænuncupatus ore qui prophetico
Emanuel est. conf. Idem Peristeph. 14. 631.

Prophetĭce, Adv. [προφητικῶς] Tertull. de Monog. cap. 4. Augustin. Epist. 19. cap. 3. &c.

Prophthasia, Oppidum in Drape Indiæ regione, non procul e Persis. Strabo lib. 11.

Prŏpilo, āre. Acuere. Unde, Propilatum, Acuminatum, & quasi ad pilæ formam factum.
Propilabantur missilia, &c. Ammian. 16. 29. [Immo Præpilabantur. V. in præpilo.

Prŏpinguo, ĕre. Lucret. lib. 4. 674.
Quæ penetrata queunt sensum progignere acerbum. i. e. Impellere, urgere, versare, impingere. Al. emendatius Progignere.

Prŏpīno, [προπίνω] āre. proprie est, Prægustato leviter vino poculum alteri offerre. Quæ consuetudo inde initium habuit : quod principes Græciæ solenni die, quem Philotesiam vocant, miscere aureis atque argenteis poculis vina solebant, quæ e manu gestantium sumentes, ori parumper admovebant, deinde alteri quem vellent, offerebant, ingens hoc argumentum benevolentiæ existimantes. Hoc vero, προπίνειν sive Propinare, quod Præbibere significat, dicebatur. Hinc ergo factum est, ut προπίνειν, sive Propinare, sit cibum potumque extraordinarium voluptatis gratia cum amicis sumere, & quod vulgo dicitur *Comporare* : quod etiam coronati facere solebant, prægustantes, ut diximus, & sibi invicem pocula præbentes. Quin etiam in absentium memoriam idem factitantes : Socrates apud Platonem, Hoc poculum Critiæ propino. Martialis, lib. 5. 78.
Si tristi domicœnio laboras,
Turani, potes esurire mecum.
Non deerunt tibi, si soles προπίνειν,
Viles Cappadocæ, &c. Hæc Perott. conf. Interpp. ad loc. & Drakenb. ad Sil. 11. 301. Cic. 1. Tusc. 96. Quo sonitu reddito, arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. Græci enim in conviviis solent nominare, cui poculum tradituri sint. Martial. lib. 6. 79.
Nemo propinabit, Calliodore, tibi. Idem lib. 2. 69.
Cœnat, propinat, poscit, negat, innuit.
Multa propinare. Ovid. 1. de Arte Am. 587. al. Procurare. conf. Plaut. Pseud. 5. 1. 18.
Propinare, Porrigere simpliciter aliquando significat. Ter. Eun. 5. 9. 57.
Hunc comedendum & deridendum vobis propino. h. e. Hunc vobis do. Ab antiquorum consuetudine regum, qui phialas interdum compotoribus propinabant, quas illi auferebant. Suidas, [illegible] Quiddam etiam apud Demosthenem & Athenæum reperire licet. Apud Ter. quidam legunt Præbeo.
Demosthenes eos qui patriam produnt, προπίνειν τοῖς ἐχθροῖς, hoc est Propinare eam hostibus dicebat. [V. Suid in Προπίνειν, & Henr. St. Thes. Græc.
Salutem propinare. Plaut. Stich. 3. 2. 16.
Mortalibus versus propinas. Ennius apud Non. 1. 140. conf. præbibo.

Propinātor, ōris. m. [προπίνων] Ovid. 1. de Arte Am. 587.
Inde propinator nimirum quoque multa propinet. Heins. Procurator & Procuret.

Propinātio, ōnis. f. [πρόποσις, πρόπομα] Senec. Epist. 94. Quum penes te palma fuerit, & propinationes tuas strati & vacuitates recusaverint, tamen a dolio vinceris. Idem de Ira 2. 33. extr. Gell. lib. 15. cap. 17. Est enim persona, quæ hoc apud Laberium dicit, divitias avari & parci, sumptum plurimum, ἀσωτείαν, & propinationem adolescentis filii deplorantis. Hic comessationem significare videtur. Apud Senec. vero lib. 2. de Beneficiis, cap. 21. pro ipso actu porrigendi poculum accipitur, Ego ab eo beneficium accipiam, a quo propinationem accepturus non sim ? conf. Petron. cap. 113. [Prior Sen. locus male notatus.

Propinqua, **Propinquitas**, **Propinquo**, **Propinquus**, **Propior**, V. prope.

Propitius, a, um. Adj. pr. & sec. c. [ἵλεως, ἵλεος] Placidum, favens ; a Prope, & Ito, as, ut quidam ajunt : nam qui favent, prope nos ire consueverunt, ut ait Perottus. Vel dicitur Propitius, Prorsus pius : aut Proprie pius ; auctore Nonio 1. 292. Al. Porro. i. e. Valde pius. conf. Voss. Etym. Scribitur & Propicius.
Proprium Propitium, i. e. Valde proprium, ut Novum Novitium dicimus, augere atque intendere volentes Novi & Proprii significationem. Alfenus apud Gell. lib. 6. cap. 5.
Propitii proprie Dii dicuntur. Cic. 1. de Nat. Deor. extr. Quid enim dicam, propitius sit ? esse enim propitius potest nemini, quoniam, ut dicitis, omnis in imbecillitate est & gratia & caritas. de Deo. Plaut. Curc. 4. 1. 45.
Cui homini Dii sunt propitii, lucrum ei profecto objiciunt.
Iratus & Propitius, contraria. Cic. pro Cœl. 42. Heic homini ego fortasse, & pauci deos propitios, plerique autem iratos putabunt.
Dei propitii, sed lenti. Senec. Agam. v. 403.
Et si propitios, attamen lentos deos.
Fortuna propitia, cui opponitur Infesta. Cic. ad Octav.
Propitios & Placatos homines dici vetustas voluit, inquit Non. 6. 85. Ter. Adelph. 1. 1. 6.

Aut

Aut ubi ſi ceſſes, evenire ea ſatius eſt,
Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, quam illa quæ parentes propitii. Plaut. Merc. 5. 2. 115.
Tam propitiam reddam, quam quum propitia eſt Juno Jovi.

Voluntate propitia eſſe. Nepos 10. 9. extr.

PROPITIO, [ἱλάσκω, ἱλεῶ] āre: & **PROPITIOR**, āri. Propitium reddere, placare. Plaut. Pœn. 1. 2. 120.
Quo te agis? AD. egone? in Veneris. AG. quid eo tu? AD. ut Venerem propitiem.

Propitiare aliquid, pro Conciliare, ſeu dare. Curt. 4. 7. 24.
Manes propitiare. Suet. Oth. cap. 7.
Propitiare ſollicitudinem animi. Plin. lib. 28. cap. 2.
Propitiari dicitur Deus apud Eccleſiaſticos, ut, Propitiare nobis, quæſumus, domine, ſamulis tuis &c. in quadam Oratione. H. St. Hic foret Paſſiv. Propitius eſto, vel fias.

PROPITIANS, antis. Curt. 4. 13. 15. Ariſtander præibat preces regi, Jovem, Minervam, Victoriamque propitianti.

PROPITIĀTUS, a, um. Partic. Prudent. Periſt. 3. 215.
Proſpicit hæc populoſque ſuos
Carmine propitiata ſovet.

PROPITIATUS, ûs. m. [ἐξιλασμός] Vulg. Interp. Sirac. cap. 5. 5.

PROPITIATIO, ōnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1. 7. pr. Quod apportant minæ, litatio propitiationis avertit. Sen. Nat Quæſt. 2. 38. Expiationes propitiationeſque prodigiorum. al. Procurationeſque. conf. Non. 4. 366.

PROPITIĀTOR, ōris. m. Hieronym. Epiſt. 146.

PROPITIĀTRIX, Icis. f. Ambroſ. ad Virg. Lapſ. cap. 4.

PROPITIĀBĬLIS, e. Adj. [ἱλαστὸς] Quod eſt ad propitiandum aptum. Ennius apud Nonium, 2. 669. Huic eſt animus propitiabilis.

PROPITIATŌRIUM, i. n. [ἱλαστήριον] Locus in quo placari ſolet Deus. Eſt & Tabula quædam in Exodo, poſita ſuper arcam. V. Iſidor. 15. 4.

PROPIOR, us. V. PROPE.

PROPLASMA, ătis. n. pr. c. [πρόπλασμα] V. ſeq. dict.

PROPLASTĬCE, es. f. [προπλαστικὴ] Ars faciendi typos, id eſt formas, quibus, formandis figulinis operibus, figuli utuntur.
Proplaſtice, Ipſa forma, quam ad formanda alia opera adhibent. Plin. lib. 35. cap. 12. Archeſilai proplaſticen pluris venire ſolitam conſtat artificibus ipſis, quam aliorum opera. Caſtigata exemplaria habent Proplaſmata, & Solita, utique a dictione præced.

PRŎPNIGĒON, i. n. ſec. c. [προπνιγεῖον] Os patens furni, Præfurnium. Plin. Epiſt. 17. lib. 2. ad Gallum, Adjacet unctorium hypocauſton, adjacet propnigeon balinei: mox duæ cellæ, magis elegantes quam ſumptuoſæ. Alii legunt Prognigeon. πνιγεὺς Caminum ſignificat, & furnum ſive fornacem. conf. Vitruv. 5. 11.

PRŎPŒTĬDES, um. pl. [Προποιτίδες] Filiæ Amathunthis, aſpernatæ Venerem, triviis vulgavere corpora, ob ejuſdem deæ iram: quia vero pudore induruerant, noviſſime in lapidem ſunt transfiguratæ, ut inquit Lactantius. Ovid. quoque lib. 10. Met. 221. fabulam pulchre deſcribit,
Sunt tamen obſcænæ Venerem Propœtides auſæ, &c.

PRŎPŌLA, æ. m. [προπώλης, μεταβόλος] Negotiator, qui merces præemit minoris, ut poſtea pluris vendat. πρὸ enim Ante, πωλῶ Vendo. Plaut. Aul. 3. 5. 38. Propolæ, linteones, calceolarii. Cic. in Piſon. 67. Piſtor domi nullus, nulla cella, panis & vinum a propola, atque de cupa. V. ſupra PROPALA. [Gloſſ. Lat. Gr. Propula, πωλὶς. An προπώλης m. vel f. προπωλίς;

PRŎPŎLIS, is. f. [πρόπολις] quaſi Suburbanum; dicitur Quod apes ante alveum faciunt, maxime æſtate. Varro 3. de R. R. cap. 16. Plin. lib. 11. cap. 7. Ceræ initium plerumque e mitiore gummi. Propolis craſſioris jam materiæ additis floribus, nondum tamen cera, ſed favorum ſtabilimentum, quo omnes frigoris aut injuriæ aditus obſtruuntur, odore & ipſa etiamnum gravi, ut qua pleriique pro galbano utantur.

PRŎPŌMA, ătis. n. [πρόπομα] Propinatio. Apud medicos veteres Potio eſt mellita, ex vino & melle deſpumato, ita ut in vini ſextarios quatuor, unus mellis adderetur, atque ſic miſtura fiebat citra cocturam, quæ tamen ſufficienti tempore inſolabatur. Hujuſmodi fere eſt, qui vulgo Syrupus nominatur. Palladius in Februario, cap. 32. Ut propomata ſponte naſcantur. Cæl. lib. 7. cap. 26. Sunt & propomata, velut antecedentia pocula, ut ſint bibendi prooemia. Eſt apud Palladium caput libro tertio, quo pacto ſponte naſcantur propomata, id eſt Vina condita, cujus eſt modi roſatum & violatum. Idem lib. 21. cap. 7. Prooemium cœnæ legimus apud Athenæum: quo nomine intelligi videntur, quæ inferuntur primum. Ipſum id indicat fere propoma quoque.

PRŎPŌNO, pŏſui, pŏſĭtum, [προτίθημι, προβάλλω, ἐκτίθημι, ἐπιπροϊάλλω, ὑποτίθημι, προτείνω] ĕre. Extra ponere, ſive Palam oſtendere. Plin. lib. 35. cap. 10. Idem perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus.
Argentum, i. e. Explicare & proferre. Cic. 1. de Orat. 161. Et tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veſte, neque propoſito argento, neque tabulis & ſignis propalam collocatis, &c.
Venale aliquid. Cic. 4. Verr. 78.
Tametſi hoc minime latet, quod ita promptum & propoſitum eſt, ut, &c. Cic. pro Roſc. Amer. 118. Tranſlate.
Transfertur ſæpe ad orationem, ut
Quod dicturus ſis, proponere. Cic. in Orat. 137.
Digredi ab eo, quod propoſueris. Cic. 2. de Orat. 311.
Proponi oportet quid afferas, & id quare ita ſit, oſtendere. Cic. 2. de Orat. 177.
Judices ex negotiatoribus, Denominare. Cic. 4. Verr. 34.
Legum leges voce proponam. Idem 2. de Legib. 18.
Merita propoſuit ſua in illos. Cæſ. 7. Bell. Gall. 54.
Minas proponere, Minari. Cic. 2. Att. 19.
Rem in medio. Cic. 3. Verr 29.
Sententiam alicujus. Plin. lib. 18. cap. 10.
Voluntatem alicujus alteri. Cæſ. 1. Bell. Civil. 3.
Aliquid ſibi proponere, & Ante oculos conſtituere. Cic. pro Cœl. 79. Et quum hujus vobis adoleſcentiam propoſueritis, conſtituitote vobis ante oculos hujus etiam miſeri ſenectutem.
Animo proponere. Liv. 30. 30. Quum tuas vires, tum vim fortunæ Martemque belli communem propone animo.
Προτίθεσθαι & πρόθεσις omnino reſpondent. V. PROPOSITUM. H. St.
Animo ſuo multa ferenda. Ovid. 2. de Arte Am. 516.

Apud animum. Cic. 4. Fam. 5. Quæ aliis tute præcipere ſoles, ea tute tibi ſubjice, atque apud animum tuum propone.
Animis proponere. Liv. 31.
Exemplar ſibi. Cic. de Univerſ. 3. Quocirca ſi is, qui aliquod munus efficere molitur, eam ſpeciem, quæ ſemper eadem eſt, intuebitur, atque eam ſibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat neceſſe eſt.
Exemplum propoſitum. Quintil. lib. 10. cap. 1.
In exemplum aliquid. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, & quaſi quandam exaggerationem quam altiſſimam animi, quæ maxime eminet in contemnendis & deſpiciendis doloribus, unam eſſe omnium rem pulcherrimam. Cic. 2. Tuſc. 64.
Ad imitandum aliquem ſibi. Cic. 2. de Orat. 93.
Memoriam atque imaginem alicujus ſibi. Cic. de Amicit. 102.
Ante oculos. Cic. 1. de Nat. Deor. 115.
Ora alicujus oculis. Cic. pro Sext. 17.
Orationem Gracchi ſibi proponere. Cic. 1. de Orat. 154.
Periculum ante oculos. Cic. pro Cluent. 11.
Ratio. Cic. pro Planc. 5. Sed mihi, in cauſa facili atque explicata, perdifficilis, Judices, & lubrica defenſionis ratio proponitur.
Reges duos propone tibi, idque animo contemplare, quod oculis non potes. Cic. pro Dejot. 40.
Bona civium ſibi ad prædam. Cic. 4. Philip. 9.
Cauſam belli gerendi ſibi. Cic. 13. Philip. 23.
Conditionem alicui. Cæſ. 8. Bell. Gall. 2.
Exercitationem aliquam ſibi. Cic. 1. de Orat. 154.
Extremum illud mihi propoſueram. Cic. pro Lege Manil. 175.
Finem ſibi. Cic. 2. Tuſc. 3.
Fortuna quæcunque mihi proponetur, ſubeatur. Cic. 4. in Catil. 2.
Impunitatem. Cic. 2. de Finib. 73.
Magna ſibi. Cic. 1. Off. 116.
Mercedem alicui. Cic. 3. Q. frat. 3.
Mortem. Cic. pro Planc. 97.
Mortem omnibus natura propoſuit. Cic. 4. Philipp. 13.
Mortem acerbam. Cic. 7. Verr. 152.
Pœnam. Cic. 2. de Finib. 57.
Pœnam amori. Catull ad Juventium, 96. 25.
Præmium. Cæſ 1. Bell. Civil. 17.
Spem proponere. Cæſ. 3. Bell. Civil. 49. Quibus quotidie melius ſuccedere tempus, majoremque ſpem maturitate frumentorum proponi videbant. Cic. 4. Verr. 118.
Ad timorem aliquid alicui. Cic. 2. Fam. 15.
Utilitatem Reipub. ſibi proponere debent, qui leges ſcribunt. Cic. 1. de Invent 68.
Propoſitum eſt mihi. Cic. de Clar. Orat. 25. Laudare igitur eloquentiam, & quanta vis ſit ejus expromere, quantamque iis, qui ſint eam conſecuti, dignitatem afferat, neque propoſitum nobis eſt hoc loco, neque neceſſarium.
Nobis propoſitum eſt, naturas rerum manifeſtas indicare, non cauſas judicare dubias. Plin. lib. 11. cap. 3.
Omni huic ſermoni propoſitum eſt, ut laborem meum perſpicias. Cic. de Clar. Orat. 318.
Proponere, Affigere publice. ut Auctionem. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Edicta proponuntur. Cic. 2. Att. 21.
Ediſcendos faſtos populo. Cic. pro Muren. 25.
Fraudem edicto proponere alicujus rei, aut periculum. Cic. 3. Verr. 106.
Legem in publicum. Cic. 2. de Lege Agr. 13.
Libellos de aliquo in celeberrimis locis. Cic. pro Quint. 50.
In publico epiſtolam. Cic. 8. Att. 9.
Signum pugnæ. Liv. 27. 41. extr.
Vexillum proponere. Cæſ. 2. de Bell. Gall. 20. Cæſari omnia uno tempore erant agenda, vexillum proponendum, quod erat inſigne quum ad arma curri oporteret, ſignum tuba dandum. Vexillum imperatores habebant penes ſe in tabernaculo: itaque quum prælium erat committendum, proponebatur tollebaturque vexillum.
Proponere, Promulgare. Suet. Calig. cap. 41. Tandem flagitante Pop. Rom. propoſuit quidem legem, ſed & minutiſſimis litteris, & anguſtiſſimo loco, ut ne cui deſcribere liceret.
Congiarium, vel Donativum proponere, eſt Publice promittere, idque libello propoſito. Suet. Neron. cap. 7.
Honorem geminum pugnæ. Virg. 5. Æn. 365.
Pretium ſe daturum propoſuit. i. e. Promulgavit. Paterc. 2. 6. 5.

PROPŎSĬTUS, a, um. Partic. [ὑποτεθειμένος, ὑποκείμενος] Expoſitus. Cic. 5. Fam. 16. In animo habere debemus, homines nos ut eſſe meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ propoſita ſit vita noſtra.
Propoſitus, Expoſitus, explicatus & prolatus. Cic. 5. Verr. 98. Sed eſt hic ordo quaſi propoſitus & editus in altum, ut ab omnibus ventis invidiæ circumflari poſſe videatur. Budæus.
Cauſa alicujus perditis civibus propoſita ad invidiam. Cic. pro Domo, 44.
Exemplum propoſitum ad imitandum. Cic. pro Muren. 66.
Ad exitum pervenire ſibi propoſitum. Cic. 12. Philipp. 22.
Finibus bonorum & malorum propoſitis, officium omne pervertunt. Cic. 1. Off. 5.
Fuga aut turpis, aut glorioſa mors propoſita. Cic. 2. de Finib. 97.
Gloria Scipioni propoſita. Cic. 2. de Finib. 56.
Gratia, gratulatio propoſita eſt omnia in impudenti mendacio. Cic. pro Flacc. 12.
Injuriis ab aliquo propoſitis reſiſtere. Cic. 1. Fam. 5.
Iter propoſitum peragere. Hor. 2. Serm. 6. 99.
Ex itinere propoſito & jam conſtituto reverti. Cic. 1. de Divin. 26.
Laqueos legum & conditionum ſibi propoſitos eſſe oportere putandum. Cic. pro Cluent. 150.
Munere gladiatorio propoſito, Pronuntiato. Suet. Tito, cap. 8.
Officium propoſitum. Propert lib. 1. 20. 4.
Opus propoſitum perficere. Ovid. de Rem. Amor. 40.
Operis propoſiti regula. Paterc. 2. 38. 1.
Neque mihi in omni vita res tam erit ulla propoſita, quam ut quotidie vehementius te de me optime meritum eſſe, lætere. Cic. 1. Fam. 9.
Sententia. ut, Quem de ſuſcepta cauſa propoſitaque ſententia, nulla vis, nullum periculum poſſet depellere. Cic. pro Ligar. 26.

Servi, qui libertatis spem propositam non habent. Cic. pro Rabir. 15.
Vita maximis præmiis proposita & pœna addicta. Cic. pro Milon. 57.

PROPOSITUM, i. n. [προαίρεσις, πρόθεσις, ὑπόθεσις, βούλησις, πρόταξις] Quod mente statutum est, & quæ intentio hominis dicitur. Plin. Hoc ei propositum erat, vel superare vel cedere.
Πρόθεσις Polyb. sæpe, quod omnino respondet. H. St. Sæpius προκείμενον Græcis. Gloss. Lat. Gr. Propositum, Προαίρεσις, πρόθεσις, τὸ προκείμενον. Scribe Προκείμενον.
Tenax propositi. Ovid. 10. Met. 405.
Reditus ad propositum. Cic. 3. de Orat. 201.
Grave propositum. Juven. 10. Sat. 125.
Aberro proposito, & a proposito. i. e. Longius digredior, & deflecto ab eo, quo ire contendo. Cic. 1. Tusc. 33. extr.
Assequi propositum. V. ASSEQUOR.
Averti a proposito. Liv. 2. 8.
Conducit hoc proposito. Hor. in Arte Poet. 195.
Declinare a proposito. Cic. in Orat. 138.
Deerrare. V. DERRARO.
Destituere. Ovid. 3. Amor. 7. 14.
Deterreri nulla re a proposito potest. Cic. ad Brut. 11.
Egredi s. Cic. de Clar. Orat. 82.
Lumina propositi facta ministra tui. Ovid. 21. Epist. 114.
Facere aliquid proposito rapinæ. Plin. lib. 11. cap. 17. Quod si defecerit alicujus alvei cibus, impetum in proximas faciunt, rapinæ proposito.
Fugare a. Quintil. lib. 9. cap. 2. p. 131. Burm.
Fui hoc proposito, ut venderem. i. e. Hac voluntate. Ulpian. in l. Rogasti. D. Si cert. petat.
Habere propositum. Labeo in l. Quum in plures. §. locator. D. Locat. Locator borrei propositum habuit, se aurum, argentum, margaritam, non recipere suo periculo.
Propositum habet ostendere. Varr. de L. L. lib. 8. pr.
Nihil habet propositi maledictio, præter contumeliam. Cic. pro Cœl. 6.
Manere in proposito. V. MANEO.
Mutandum tibi propositum est, & vitæ genus. Phædr. præf. 3. 15.
Permanere in. Cic. 1. Off. 112. Catoni quum incredibilem tribuisset natura gravitatem, eamque ipse perpetua constantia roboravisset, semperque in proposito permansisset: moriendum potius, quam tyranni vultus aspiciendus erat.
Pertinet ad. Quintil. lib. 9. cap. 2.
Premere propositum suum. Ovid. 2. Met. 104. Al. Tenere.
Redire ad. Cic. 1. Tusc. 23.
Reverti ad. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 14.
Sanctissimus proposito. Paterc. 2. 2. 2.
Superare aliquem proposito. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Tenere propositum. Cæs. Bell. Civil. 1. 83. & Nepos 18. 3. 6.
In proposito. Africanus in l. Stichus habet. D. de peculio leg. At in proposito, quia Stichus nil debeat.
Nonnunquam Propositum est, τὸ ἀντιλεγόμενον, Quæstio, quæ ad disputandum proponitur in medium, ut
Academiæ consuetudo contra propositum disputandi. Cic. de Fato, 4.

PROPOSITIO, ōnis. f. [πρόθεσις, πρότασις] dicitur, inquit auctor ad Herenn. lib. 2. 28. per quam ostendimus summatim quid sit quod probare volumus. Cic. 3. de Orat. 202. Propositioque quid sis dicturus, & ab eo quod est dictum, sejunctio, & reditus ad propositum. [Hic est Pars orationis. & in priori loco Argumentationis.
Dura. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Nuda. Quintil. lib. 4. cap. 4.
Cum animi ampla quadam & splendida propositione. Cic. 2. de Invent. 163. [Hic est Propositum, seu Consilium rei susceptæ.
Confessa propositio. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Vitæ propositio & cogitatio. Cic. 3. Tusc. 39.

PRŎPONTIS, idis. f. [Προποντίς] Æquor patens & diffusum. Dicitur Propontis, quasi ante Pontum. Hæc angustiis Bosphori Thracii cum Euxino Ponto conjungitur. Nam Geographi primas angustias maris se coarctantis, Hellespontum vocant. Inde exspatiatur æquor: quæ laxitas, Propontis appellatur. Ubi iterum in arctum coit, & stringitur, illæ angustiæ Bosphorus Thracius nuncupantur. Ubi iterum effunditur, Pontus Euxinus est. qui curvatus in figuram Scythici arcus, committitur ostio Mæotidis paludis: idque ostium, Cimmerius Bosphorus appellatur. Vulgo *Le canal de Constantinople.*
Undæ Propontidis. Ovid. 3. Trist. 12. 41.
Læva Propontidos. i. e. Sinistra pars. Ovid. 5. Fast. 257.
Longa Propontis. Ovid. 4. de Pont. 9. 118.

PROPONTIĂCUS, a, um. Adj. [Προποντικός] Ovid. 1. Trist. 9. 29.
Hincque Propontiacis hærentem Cyzicon oris.
Aqua Propontiaca. Propert. lib. 3. 22. pr.

PRŎPORRO, [πόῤῥω] Ulterius, præterea. Lucret. lib. 2. 978.
Et sibi proporro quæ sint primordia quærunt.
Proporro lacessere. Idem 4. 888.
Ipsaque proporro paulo majora lacessunt. Turnebus, Proporro usurpatur a Latinis, ut Græci solent congeminare προπροκυλινδόμενος.

PRŎPORTIO, ōnis. f. [ἀναλογία] est, Duarum rerum, quatenus ad quantitatem pertinet, invicem facta comparatio. Cic. pro Flacc. 32. Qui quum omnes Asiæ civitates proportione in provinciam descripsisset. Al. Pro port. Idem 6. Verr. 46. Ut hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræque proportione cetera. Al. Peræque pro port. Cic. de Univers. 12. Id optime assequitur, quæ Græce ἀναλογία, Latine (audendum est enim, quoniam hæc primum a nobis novantur) comparatio, proportiove dici potest. [Ex quo ipso loco, apparet, ceteris in locis divise Pro portione legendum, quum hoc primum loco se voce composita uti confessus sit. V. in PRO, & PORTIO.
Proportionem non reddunt ex his vocabula. Varr. de L. L. lib. 7. 32.

PROPORTIONĀLIS, e. Adj. ut, Termini proportionales. Frontin. de Colon. p. 330. &c.

PROPORTIONĀTUS, a, um. Adj. Firmic. Matern. 4. 13. Corpus satis proportionatum.

PRŎPOSITIO, PROPOSITUM, V. PROPONO.

PRŎPRÆTOR, ōris. m. [ἀντιστράτηγος] Qui cum auctoritate Prætoris aliquo mittitur: non autem qui pro Prætore provinciam tenet. Cic. de Provinc. Cons. 15. Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a Proprætore una cohorte auxiliaria gesta. Sed
Proprætor etiam, ille interdum vocatur qui gesto consulatu in provinciam abit. V. Manut. ad Cic. Fam. p. 6. Græv. conf. PROCONSUL, & similia.

PROPRIUS, Adv. H. St. Monuit dici in PROPE. Sed cultro reliqua ablata sunt.

PROPRIUS, a, um. pr. c. Adj. [ἴδιος, κύριος] Quod peculiare est uniuscujusque. A Prope fit: hoc enim maxime prope est, quod proprium est. Virg. 7. Æn. 331.
Hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, laborem. Ter. Phorm. 5. 5. 8. Curavi propria ea ut potiretur.
Verba propria nostra. Varro apud Gell. lib. 1. cap. 18. H. St. Ubi Aliunde ascitis opponit.
Certum & Proprium: ut, Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. Cic. pro Cæcin. 51. & 3. de Orat. 147. Ergo utemur verbis quæ propria sunt, & certa quasi vocabula rerum, pæne una nata cum rebus ipsis.
Proprium & Suum. Cic. 5. Tusc. 19. Propriis & suis argumentis & admonitionibus tractanda quæque res est.
Proprium & Commune, contraria. Cic. de Senect. 35. At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. Idem pro Rosc. Amer. 150. Ut quum ademerit nobis omnia, quæ nostra erant propria, ne lucem quoque hanc, quæ communis est, eripere cupiat. Idem 2. Fam. 17. Ad senatum quas Bibulus literas misit, in iis, quod mihi cum illo erat commune, sibi soli attribuit: &c. quod autem meum erat proprium, ut alariis Transpadanis uti negarem, id etiam populo se remisisse scribit.
Proprium & Peculiare. Plin. lib. 7. cap. 25.
Præcipuum & Proprium. Cic. de Provinc. Cons. 2.
Proprium & Alienum contraria. Horat. 2. Serm. 3. 19.
Excussus propriis, aliena negotia curat.
Amor proprius. Lucret. lib. 4. 1135.
Bono aliunde assumpto uti, non proprio, nec suo. Cic. 2. de Orat. 39.
Consilium proprium auferre alicui. Hor. 1. Serm. 4. 133.
Consuetudo communis, vel tua solius & propria. Cic. 5. Fam. 14.
Crimen proprium. Cic. 3. Verr. 43.
Culpa mea propria. Cic. 14. Fam. 3.
Naturæ atque vis animæ propria est, moveri motu interiore & suo. Cic. de Somn. Scip. 27.
Negotia propria. Hor. 2. Serm. 3. 19.
Nota certa & propria. Cic. 4. Acad. 33.
Proprium quid habere. Varr. de L. L. lib. 9. 2. ad fin.
Pelle in propria non quiescere. Hor. 1. Serm. 6. 22. Parœmia.
Periculum proprium. Cic. 6. Fam. 1.
Prædia propria tradere alicui, In proprietatem alicujus. Cic. pro Rosc. Amer. 150.
Ritus proprius. Plin. lib. 10. cap. 58.
Tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam ceteris. Cic. pro Sull. 9.
Verba translata & aliena, quibus opponuntur Propria & sua. Cic. 3. de Orat. 147.
Vi propria nituntur. Virg. 2. Georg. 428.
Viribus propriis bella gerere. Liv. 2. 53.
Ungues proprii. Hor. 1. Epist. 7. 51.
Proprius suus, tuus, meus. Paul. in l. Si servo. D. de hæredibus instituendis. Idem & in eo, qui propria sua data pecunia emptus est ab aliquo. Idem Paul. in l. Ut tantum. §. j. D. de servo corrupto, Si servus communis meus & tuus proprium meum servum corruperit: Sabinus ait, non posse agi cum socio: perinde ac si proprius meus servus corrupisset conservum.
Suam propriam calamitatem. Cæs. 3. Bell. Civil. 20.
Suo proprio prælio. Liv. 3. 70.
Suo proprio magistratu. Idem 4. 8.
Proprius, cum Genitivo. Cic. 3. Philipp. 29. Aut libertatem propriam Romani generis, & nominis recuperemus, aut mortem servituti anteponamus. Idem 7. Fam. 30.
Proprium est ejus, per translationem. h. e. Illi adscribitur. Cic. pro Rosc. Amer. 81.
Aper, aut cervus proprius domini. Tryphoninus in l. usufructuarium venari. D. de usufruct. Pompon. in l. Vel inutilium. D. eodem titulo.
Propria est ea præceptio Stoicorum. Cic. 1. Off. 8.
Varietas est propria Fortunæ. Cic. 2. de Divin. 109.
Proprium Oratorum, Proprium epistolæ. h. e. Quod maxime convenit, & observari debet ab Oratore, & in epistola. Cic. 1. Q. frat. 1. 29. Illud quod epistolæ proprium, ut is ad quem scribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat. Idem 3. de Orat. 212.
Animum judicis impellere quocunque res postulat, hoc est unum Oratoris maxime proprium. Cic. de Clar. Orat. 322.
Artis maxime proprium est creare & gignere. Cic. 2. de Nat. Deor. 57.
Postremo quum hoc proprium sit animantium, ut aliquid appetant quod sit naturæ accommodatum. Cic. 1. de Nat. Deor. 105.
Cum Dativo. Quintil. lib. 1. 1. Propria est nobis mentis agitatio, atque solertia, unde origo animi cælestis creditur.
Proprium, Perpetuum. Ter. And. 4. 3. 1.
Nihilne esse proprium cuiquam? dii vestram fidem! Ubi Donat. Omne quod habemus, aut Mutuum est, aut Proprium. Ergo Proprium, perpetuum. Virg. 6. Æn. 871.
— propria hæc si dona fuissent. Ter. And. 5. 5. 3.
Ego vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror,
Quod voluptates eorum propriæ sunt.
Propriam dicare. i. e. Perpetuam. Virg. 1. Æn. 77.
Connubio jungam stabili, propriamque dicabo. Servius.
Proprium aliquid evenire cuipiam. Plaut. Merc. 2. 3. pr.
Homo me miserior nullus est æque, opinor,
Neque adversa cui plura sint sempiterna;
Satin' est ut quicquid egere occœpi,
Proprium nequit mihi evenire quod cupio?
Perenne & Proprium. Cic. Post. red. in Senat. 8. Si illud de duobus Consulibus, quod ante in Republica non fuerat, perenne ac proprium manere potuisset.
Munera. Hor. 2. Serm. 6. 4.

— nihil

—nihil amplius oro,
Maja nate, nisi ut propria hæc mihi munera faxis. Nepos, 8.4.2.
Parva munera diutina: locupletia non propria esse consueverunt.
Munitiones enim &c. propriam & expeditam Cæsaris victoriam interpellaverunt. Cæs. 3. Bell. Civil. 70. conf. Nonius 4. 346.

Proprium, i. n. [τὸ ἴδιον] Subst. apud Logicos. Quintil. 5. 10. Sunt ejusdem rei plura propria, ut ipsius ignis lucere, calere, &c. conf. 7.3. & Micræl. Lex. Philos. p. 1152. Porphyr. Isag. cap. 4.

Proprie, Adv. [ἰδίᾳ, ἰδίως, κυρίως] Cic. 9. Fam. 15. Quod me amas, &c. est id quidem magnum, atque haud scio an maximum: tibi commune cum multis: quod tu ipse tam amandus es, &c. id est, proprie tuum.
Communiter & Proprie opposita, Vide communiter. H. St.
Promiscue & Proprie, contraria. Cic. 2. de Lege Agrar. 84.
Proprie & Publice, contraria. Cic. pro Sext. 37. Neque Senatus publice, neque ullos ordo proprie, neque suis decretis Italia tota susceperat.
Proprie & Universe, contraria. Cic. 5. Att. 2.
Communis persona, & Proprie singulis attributa, contraria. Cic. 1. Off. 107.
Proprie & vere honestum. Cic. 3. de Off. 13.
Dicere proprie. Cic. 2. de Orat. 59. Quam proprie de unoquoque dixit. Idem 2. Philip. 77. O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere.
Et proprie, pro Et maxime. Cic. 1. Off. 37. A peregrino enim recessit, & proprie in eo, qui arma contra ferret, remansit. [Proprie κυρίως, ἰδίως, Significatione propria.

Propriatim, Adv. ut, Res exigit propriatim Deos scire. Arnob. 3.

Propritim, Adv. [ἰδίως] Lucret. lib. 2. 973.
Quid? genus humanum propritim de quibus factum'st. i. e. Proprie. Nonius, 11. 18. Restituit Lambin. Al. Propriatim.

Proprietas, ãtis. f. [ἰδιότης, ἰδίωμα] Quod alicujus rei proprium est. Plin. lib. 13. cap. 1. Hujus proprietas, ut ventiletur in coquendo donec delinat olere. Cic. 1. Acad. 56. Singularum rerum singulas proprietates esse.
Proprietas terræ & cæli, pro Ingenio. Liv. 38. 17.
Habere proprietatem. Plin. lib. 13. cap. 22. Proprietatem habet fructum emittendi lanugine, (pappum vocant) quod nulli alii arbori evenit.
Proprietas, In Definitione. Cic. in Topic. 83. Proprietas sic, in hominem ne solum cadat, an etiam in belluas ægritudo.
Proprietas verborum. Quintil. 8. 2.
In jure dicendo, cum de proprietate jumenti quæreretur. Suet. in Galba cap. 7. i. e. Ad quem proprietas & possessio pertineret. H. St.

Proprietarius, i. m. Is ad quem proprietas pertinet. Pomponius in l. Divus Hadrianus. D. de usu & habitat. Licet tam angustus est legatarius, cui domus usus legatus est, ut non possit occupare totius domus usum: tamen eis, quæ vacabunt, proprietarius non utetur, quia licebit usuario & aliis temporibus tota domo uti.

Propriascit, Proprium fecerit. Festus. Al. Propriassit, rectius.

Proprio, āre. Cæl. Aurel. Acut. 1. 15. Per tenues vias propriari. Idem Tard. 5. 12. Solidiora digestione propriantur.

Propter, [διὰ, ἕνεκα, ἕνεκεν] Præpositio, Accusativo casui servit, & significat Alicujus causa. Etymon infra V. Ter. Phorm. 2. 1. 46.
Qui sæpe, propter invidiam, adimunt diviti,
Aut, propter misericordiam, addunt pauperi. [Quod & Ex misericordia, vel Per misericordiam recte diceres.
Qui, propter acumen, occultissima perspicis. Cic. 5. Fam. 14.
Propter tuum in me amorem. Cic. 1. Fam. 3.
Indicere ventri bellum, propter aquam. Hor. 1. Serm. 5. 7.
Eaque suspicio propter eam causam fuit, quod, &c. Cic de Clar Orat. 100.
Habemus hæc omnia: bonorum studium, propter nostram causam: vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam munerum. Cic. 2. Fam. 5.
Ti onem propter humanitatem & modestiam malo salvum, quam propter usum meum. Cic. 7. Att. 5.
Propter reliquæ ætatis infamiam pœnas lege & jure persolvere. Cic. Anteq. iret in exsil. 28.
Legibus non propter metum parere. Cic. in Parad. 5.
Ex se & Propter se expeti. Cic. 2. de Finib. 82.
Unum illud dico, si propter partium studium potens erat Alphenus, potentissimus Nævius. Cic. pro Quint. 70.
Nam nec castra, propter anni tempus, facere possum. Cic. 8. Att. 19.
Propter quod. Paulus in l. Qui in. D. de adopt. Uxor mea illi matris loco non est, nec enim agnoscitur ei: propter quod nec ei cognatus fit.
Propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia, Herculi, aut Sanco, qui scilicet idem est deus. Festus. conf. Macrob. 2. Saturn. 2. pr. Plaut. Rud. 1. 2. 62.
Propter viam illi sunt vocati ad prandium. V. ibi Scalig. & conf. Couturii Diss. de Vita priv. Romanorum 3. Legitur & conjunctim Propterviús, a, um. V. Lex. Pitisc. [Nisi error est scribarum. In codd. ex Mss. emendatis est Propter viam divise. conf. propterviam.
Propter, pro Prope, juxta; aliquando Adverbium est sine casu. Ter. Adelph. 4. 2. 37.
Est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est. Idem Eun. 2. 3. 77.
Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. & Plaut. Amph. 4. 1. 7.
Quis fuerit, quem propter corpus suum stupri compleverit.
Propter moribundus, Prope. Lucret. lib. 3. 653.
Inde alius conatur adempto surgere crure,
Quum digitos agitat propter moribundus humi pes.
Jungitur & Accusativo sæpissime in eadem significatione. Ter. Adelph. 2. 1. 15.
Nimium istoc abisti, hic propter hunc adsiste. hem, sic volo. Cic. de Clar. Orat. 24. Propter Platonis statuam consedimus.
Propter ædem Saturni. Tacit. 2. Ann. 41 h e. Prope.
Statuæ propter ædem Vulcani. Cic. 4. Verr. 150.
Propter aquam. Ovid 8. Met. 258. Virg. 7. Ecl. 37.
Fluvius Eurotas, qui propter Lacedæmonem fluit. Cic. 2. de Invent. 96.
Duo filii propter patrem cubantes. Cic. pro Rosc. Amer. 64.
In pratulo propter Platonis statuam consedimus. Cic de Clar. Orat. 24.
Stat propter virum fortem. Plaut. Milit. 1. 1. 9. Hic est, stat prope virum fortem.

Propter viam Appiam oppida. Liv. 28. 8. [Propter videtur per syncopen ex Propiter factum, quod veteres ἀπὸ & Prope usurparunt, quocum etiam constructione & significatione originaria, quæ hic posterior est, convenit.

Propterea, Adv. [διὰ τοῦτο, τούτου ἕνεκα, ὅτι ὅτι] Ob eam causam. Ter. Hec. 4. 4. 88.
Amaræ mulieres sunt, non facile hæc ferunt:
Propterea hæc ira est.
Propterea quod. Ter. And. 1. 1. 11.
Scis, feci e servo ut esses libertus mihi,
Propterea quod serviebas liberaliter. Cic. 9. Fam. 18. Quum essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos obviam miseram, ut, &c. Cic. 4. Acad. 33. Si notionem veri & falsi, propterea quod ea non possunt internosci, nullam habemus.
Propterea quia. Cic. 4. Fam. 5. Etsi genus hoc consolationis acerbum est, propterea quia per quos, &c. Lucret. lib. 1. 625.
Propterea, quia quæ multis sunt partibus aucta, &c.
Propterea ut. Cic. pro Ligar. 8. Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, quum de se eadem dicerem, ignosceret.

Propterviús, a, um. Adj V. Propter viam, in propter.

Proptōsis, is. f. [πρόπτωσις] Procidentia oculorum, ubi cum inflammatione, moti sede sua, procidunt. Galen in Medic. Cels. 6. 6. 8. extr.

Propŭdium, i. n. [ἀναίσχυντος] A quo pudor & pudicitia procul sint, inquit Festus. Plaut. Curc. 1. 3. 34.
Jam huic voluptati hoc adinventum odium est. pa. quid ais propudium? Budæus, Propudium, rem pudendam significat.
Plin. lib. 28. cap. 8. Hoc cinere poto propudia virorum: ejusdem aspersu feminarum libidines inhiberi. Propudium pro Obscænitate posuit pudenda. conf. Plaut. Pœn. 1. 2. 60.
An ab illa exclamatione Proh pudor? H. St.

Propudiānus Porcus dictus est, ut ait Capito Atejus, Qui in sacrificio gentis Claudiæ, velut piamentum & exsolutio omnis contractæ religionis est. Festus. V. Dacer.

Propudiōsus, a, um. Adj. [ἀναισχυντώδης] Propudii plenum. Plaut. Truc. 2. 2. 16.
Quia tibi infusso infecisti, propudiosa, pallulam. Idem Stich. 2 2. 10. Gell. lib. 2. cap. 7. Sed enim si imperet uxorem ducere infamem, propudiosam, criminosam.
Ipse propudiosus, uxor Iopa. Apul. Apol. p. 322. Elmenh.
Meretrices propudiosæ. Min. Felix. cap. 25. 9
Superl. Sidon. 9. Epist. 6. Ancilla propudiosissima.

Prŏpugno, [ὑπερμαχίζω] āre. Adversus pugnantes pugnare, sive pugnando resistere. Plin. lib. 12. cap. 19. Casia circa paludes, propugnante unguibus diro vespertilionum genere, aligerisque serpentibus, his commentis augentes rerum pretia.
Propugnare absentiam alicujus. Sueton. Cæs. cap. 23. Qui sibi pepigissent propugnaturos absentiam suam.
Propugnare commoda patriæ, pro Tueri & defendere adversus hostium impetum. Cic. 1. de Invent. 1. Qui vero ita se armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patriæ, verum propugnare possit; is mihi vir & suis & publicis rationibus utilissimus. Vetus codex legit, Verum pro his pugnare.
Propugnare pro. Cic. pro Rabir. 30. Testor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non secus ac pro patriis fanis, atque delubris propugnandum putare. Cic. 1. Offic 62. Propugnare pro æquitate.
Pro innocentibus propugnare, & Nocentes oppugnare, opposita. Cic. Antequam iret in exsil. 2.
Propugnare pro suo partu Cic 5. Tusc 79. Non pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant, nullos impetus, nullos ictus reformident?
Acerrime propugnare pro salute alicujus. Cic. 11. Fam. 16.
Armatus nugis propugnat. Hor. 1. Epist. 19. 16.

Propugnatio, ōnis. f. [ὑπερμαχία] Cic 1. Fam. 7. Nam nostra propugnatio, ac defensio dignitatis tuæ, propter magnitudinem beneficii tui, fortasse plerisque officii majorem auctoritatem habere videatur. Et 5. Fam. 8. Suscepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. Idem pro Sext 3. Tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur.

Propugnātor, ōris. m. [ὑπερμαχητής] Cæs. 7. Bell. Gall. 25. Nec ille prius est a propognatoribus vacuus relictus locus. conf Nep. 18. 13. 3. Classis infirma, propter dimissionem propugnatorum & remigum. Cic. 7. Verr. 85.
Propugnator & Defensor. Cic. 6. Verr. 80. Non est pudoris mei, P. Scipione, florentissimo adolescente, vivo & incolumi, me propugnatorem monimentorum P. Scipionis, defensoremque profiteri.
Propugnator fortunarum, & defensor assiduus. Cic. Post red. In Senat. 37.
Senatus propugnator. Cic. pro Milon. 6.
Defensor & quasi propugnator patrimonii sui. Cic. 1. de Orat. 244.
Acerrimus propugnator communis libertatis. Cic. ad Brut. 11.
Propugnator studiosissimus. Cic. 4. Verr.

Propugnātrix, īcis. f. Fabret. Inscript. p. 169.

Propugnācŭlum, i. n. [προβολή, ἐπιτείχισμα, ἔρυμα, προμαχών, ἔπαλξις] Locus munitus, unde vehementer certari possit, & defendi procul. Virg. 4. Æn. 87. — & propugnacula bello
Tuta parant. Cic. pro Font. 31. Est in eadem provincia Narbo Martius, colonia nostrorum civium, specula Populi Rom. ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & objectum.
Pontesque & propugnacula jungunt. Virg. 9. Æn. 170.
Æquoris propugnacula. Stat. 3. Silv. 3. 101.
Murorum propugnacula. Virg. 9 Æn. 664.
Navium propugnacula. Hor. Epod. 1. 2.
Ibis Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula.
Classis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, præsidium provinciæ. Cic. 5. Verr. 186.
Propugnaculum contra hostium impetus. Cic. 5. Verr. 40.
Propugnaculum & Præsidium. Cic. 14. Fam. 18.
Lex Ælia & Fusia propugnacula, murique tranquillitatis. Cic. in Pison. 9.
Propugnacula imperii, sociorum fortunas, non sua tecta defendere. Cic. pro Lege Manil. 52.
Propugnacula tyrannidis demoliri. Nepos 20. 3. 3.
Propugnaculo esse alicui. Cic. 7. Verr. 88.

Propugnaculum oppositum barbaris. Nepos 2. 6. 5.
Propugnaculo firmissimo uti, quod &c. Liv. 34. 61.

PROPULSO, &c. V. PROPELLO.

PRŎPȲLÆUM, i. n. [προπύλαιον] Latine Vestibulum vel Porticus ante domum. Cic. lib. 2. Offic. 60 Phalereus Demetrius, qui Periclem principem Græciæ vituperat. quod tantam pecuniam in præclara illa propylæa conjecerit. Plin. lib. 55. cap. 10. Protogenes, quom Athenis, celeberrimo loco, Minervæ delubro propylæon pingeret. Gloss. Gr. Lat. Προπύλαιον, Vestibulum.

PRŌQUÆSTOR, ōris. m. [ἀντιταμίας] Qoi Qoæstoria auctoritate accepta mittitur in aliquam provinciam. Cic. 4. Acad. 84. Nec vero ineunte ætate solum, sed & Proquæstor aliquot annos. Alius codex hic Quæstor legit: alius, Pro Quæstore.
Quum Alexandriæ Proquæstor essem. Cic. 4. Acad. 11. V. Lex. Pitisc. V. & EXCONSULE, & supra PROCONSUL, PRODICTATOR, ceteraque ejusmodi.

PRŌQUAM, Adv. Pro eo quod. Lucret. lib. 2. 1136.
Nec satis est proquam largos exæstuat æstus.
Corpora proquam lævissima sunt. conf. Idem 3. 200.

PRŌQUĪRĪTO, āre. Idem quod Quiritare. Apul. Apol. p. 326. Elmenh. Epistolam sæpe aperiens proquiritabat, &c. V. QUIRITO.

PROQUIRITĀTUS, a, um. Partic. Promulgatus. Verbum ll. 12. tab. Sidon. Apollinar lib. 8. epistola ad Nammatium: Per ipsum fere tempus, ut decemviraliter loquar, lex de præscriptione tricennii fuerat proquiritata.

PRŌRA, æ. f. [πρῷρα] Anterior pars navis. Liv. 24. 34. Ferrea manus firmæ catenæ illigata, quum injecta proræ esset, gravique libramento plumbi recelleret ad solum: suspensa prora, navim in puppim statuebat. De Archimedis Machinis.
In navigio, latera, carinæ, prora, puppis. Cic. 3. de Orat. 178.
Ærata prora. Stat. 5. Theb. 335.
Erectæ proræ. Cæs. 3. Bell. Gall. cap. 13. Proræ admodum erectæ.
Rostrata. Plin. lib. 9. cap. 30.
Advertere terris proram. Virg. 4. Georg. 117. Idem 7. Æn. 35.
Attitie proræ. Plaut. Merc. 1. 2. 75.
Avertit prora. Virg. 1. Æn. 108.
Contorsit lævas proram Palinurus ad undas. Virg. 3. Æn. 562.
Detorquet proram ad undas. Virg. 5. Æn. 165.
Obtorquet proram in undas dextras. Stat. 5. Theb. 415.
Obvertunt pelago proras. Virg. 6. Æn. 3.
Pependit illisa prora. Virg. 5. Æn. 206.
Perfringere proras. Liv. lib. 22. 20. pr. Quæ non aot perfregerant proras litore illisas, aut carinas fixerant vadis.
Steterant ad litora proræ. Virg. 9. Æn. 122.
Torquent proras ad litora. Virg. 3. Æn. 532.
Vertere proras a litore. Locan. lib. 9. 1082.
Prora & puppis, Adagium est, quo Totum significatur. Cic. 16. Fam. 24. Scribens ad Tironem suum, parœmiam hanc refert his verbis, Mihi prora & puppis (ut Græcorom proverbium est) fuit a me tui dimittendi, ut rationes meas explicares. Prora itaque & puppi, Summam consilii nostri significamus, propterea quod a prora & puppi, tanquam a capite & calce pendeat tota navis. Erasm.

PRŌRĒTA æ. m. [πρωρεύς, πρωρεύς] Custos & gubernator in prora navis. Plaut. Rud. 4. 3. 75.
Si tu proreta isti navi es, ego gubernator ero. V. Turneb. Adverf. 28. 43. vel Lex. Pitisc.

PRŌREUS, ei. m. [πρωρεύς] Duarom syllabarum vox, proprium nautæ apud Ovid. 3. Met. 634. Dicitur autem πρωρεὺς Græcis qui & Proreta, id est proræ gubernator, ut dictum est.

PRŌRĒPO, psi, ptum, [ἐξέρπω] ĕre. Extra, vel Ultra repere. Hor. 1. Serm. 3. 99.
Quum prorepserunt primis animalia terris. Columel. lib. 3. cap. 5. Ut mota æqualiter humus, novelli seminis radicibus, quamcunque in partem prorepserint, molliter cedat.
Prorepere e cavis. Plin. lib. 8. cap. 39.
Prorepere e tenero. Columel. cap. 10. lib. 3. Illæ fertiles ac firmæ, quia e tenero prorepont, &c.
Prorepere in luxuriem dicuntur radices vitium, Prorependo luxuriari & divagari. Columel. lib. 5. cap. 5.

PROREPENS, entis. Partic. Avien. Descript. Orbis 540.
Tunc prorepentis qua sunt vada turgida Nerei.
Prorepentes oculi vitium, Pullulantes. Columel. lib. 11. cap. 2.

PRORETA, & PROREUS, disyllabum. V. PRORA.

PRŌRĪGA, æ. m. Qui equas admittit. Plin. 8. 42. Equæ eadem ex causa in Reatino agro laceratum prorigam invenimus. Prurigam, a Prurigine dictum putat Scaliger. Harduin. ad Plin. l. c. deducit ab antiquo Rigo, ĕre, pro regere; ut Arrigere, Erigere & Prorigere. V. PARORIGA.

PRŌRĬPIO, ripui, reptum, [ἐκθέω, ἐξορμάω, ἀναθρώσκω] ĕre. Latenter & furtim, vel Celeriter erumpere. Virg. 3. Ecl. 19.
Et quum clamarem, quo nunc se proripit ille?
Tityre, coge pecus: tu post carecta latebas.
Usquam proripere. Hor. 1. Serm. 1. 37.
Ex ædibus proripere se. Plaut. Capt. 3. 4. 1.
Quo illum nunc hominem foras proripuisse se dicam ex ædibus!
Domum se ex. Sallust. Catil. cap. 32. pr. Dein se ex curia domum proripuit.
Domo se proripere. Liv. 29. 9. Accensos ira domo sese proripuit.
E manibus alicujus proripere sese. Liv. 22.
Repente proripere se, vel subito. Cic. de Arusp. Resp. 2. Attamen ignarus ille qui Consules esset, exsanguis atque exæstuans, se ex curia repente proripuit, cum quibusdam fractis jam atque inanibus minis. Cæs. 1 Bell. Civil. cap. 80. Sese subito proripiunt.
Sese porta foras universi proripiunt. Cæs. 2. Bell. Civil. 12.
Solio se proripit alto. Valer. 5. Argon. 268.
Ab vestibulo templi se. Liv. 8. 6. pr. Quum commotus ira se ab vestibulo templi citato grado proriperet.
Ex curia se proripere. Liv. 3. 17. pr.
Ex consilio se Liv. 22. 3.
In publicum se proripere. Liv. 8. 28.
In cœtus se protipere. Plin. lib. 8. cap. 46.

Proripere aliquem, Rapere. Cic. 7. Verr. 161. Deinde jubet undique hominem proripi, vehementissimeque verberari.
Catervas proripere in cædem. Hor. 1. Carm. 8. 16.
Proripiet se libido ac projiciet occultatione proposita. Cic. 2. de Fin. 71.

PRŌRĪTO, [παροξύνω] āre. Provocare. Columel. lib. 10. 117.
Ut Pelusiaci proritet pocula zythi. Plin lib. 26. cap. 8. ad finem, Anagallis cærulea procideotia sedis retro agit: e diverso rubens proritat. i. e. Exstimulat & acuit.
Proritare, Allicere, invitare. Columel. lib. 2. cap. 10. Lini semen, nisi magnus est ejus in ea regione, quam colis, proventus, & pretium proritat, serendum non est. Sen. Epist. 23. Qoem spes proritat.

PRŌRŎGO, [παρατείνω, ἀναβάλλομαι] āre. Protrahere, Rogatione ad populom lata, vel alioqui publice prolongare. Cic. 3. Fam. 10. Illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur.
Imperium prorogare, Nova rogatione in longiora tempora proferre. Cic. 1. Q. frat. 1. Quod si tibi bellum aliquod magnum & periculosum administranti prorogatum imperium viderem, tremerem animo: quod eodem tempore esse intelligerem etiam fortunæ potestatem in nos prorogatam.
Numerum annorum provinciis prorogavit. Cic. 2. Philip. 109.
Provincias prorogare. Cic. 5. Att. 11. Ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis provincias.
Rogo atque uro ne patiare quicquam mihi ad hanc provincialem molestiam temporis prorogari. Cic. 2 Fam. 6.
Prorogare, cujuscunque rei tempus proferre, elongare.
Per singulos annos aliquid. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Ætatem. Plin. lib. 15. cap. 13.
Ævum. Hor. in Carm. Sæcul. 68.
Bellum. Cic. 12. Philip. 53.
Dies paucos, propter inopiam, ad solvendum alicui prorogare. Cic. 2. Philip. 84.
Impetrant a Senatu, ut dies sibi prorogaretur. Cic. 1. Verr. 98.
Famam nominis prorogare. Plin. Epist. 190. Victurique nominis famam, supremis etiam titulis prorogare nituntur. Claud. 4. Cons. Hon. 418.
Prorogat æternam feritas tibi Punica famam.
Horam recte vivendi. Hor. 1. Epist. 2. 41.
Moras. Plin. lib. 16. cap. 22.
Spes prorogatur militi in alium diem. Plaut. Aulol. 3. 5. 57.
Tempus prorogare. Plin. lib. 13. cap. 3. Margaritæ gemmæque ad hæredem tamen transeunt: vestes prorogant tempus: unguenta illico exspirant, ac suis moriuntur boris. Prorogant tempus, i. e. In longiua tempus durant.
Vitam prorogare. Columel. lib. 1. Quis enim dubitet eam maxime probatam haberi, sine qua nemo nostrûm vel prosperæ vel adversæ valetudinis vitam prorogat?
Nummos prorogare, Erogare, De suo solvere. Ulp. l. 4. D. de manumissionibus, Proinde etsi ei nummos prorogavit emptor, quum ei pariaverit: poterit ad libertatem pervenire. Dixerat autem Ulp. paolo ante, Proinde si ex adventitio lucro, sive etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogante eo, vel repromittente, vel se delegante, vel in se recipiente debitum, redemptus sit: credendom est, suis nummis eum redemptum. [Videtur ex Proĕrogo contractum. An Prærogante? V. in PRÆMINANS Partic. & PRÆROGO. conf. mox PROROGATOR.

PRORŎGĀTUS, a, um. Partic. ut, Prorogata potestas. Cic. 1. Q. frat. 1. Diebus paocis ad solvendom prorogatis. Idem 2. Philip. 29.

PROROGĀTIO, ōnis. f. [ἀναβολή, ὑπερημερία] Cic. 13. Att. 41. Ego vero utar prorogatione diei. Liv. 34. 5. pr. Tum L. Valerius prorogatione ab se promulgata, ita disseruit, &c. Sed divise legitur in codd. emendatis Pro rogatione.
Prorogatio imperii. Liv. 8. 26. Duo singularia hæc ei viro primum contigere: prorogatio imperii, non ante in ullo facta: & acto honore triumphus.
Prorogatio legis, Dilatio promulgandæ legis. Cic. pro Muren. 47. V. Perizon. Animadv. Hist. cap. 6. p. 229.

PROROGĀTOR, ōris. m. Dispensator. Sic, Arcarii prorogatores tritici, vini & casei leguntur apud Cassiodor. 10. Epist. 28. conf. Chrysol. Serm. 23. & 26. Pignor. de Serv. p. 308. vel Veget. R. M. 4. 7.

PROROGĀTĪVUS, a, um. Adj. ut, Prorogativa fulmina, quorum minæ differri possunt, averti non possunt. Sen. 2. Nat. Quæst. 47.

PRORSI Limites, V. PRORSUS, a, um. post seq. dict.

PRORSUS, vel PRORSUM, Adv. [εὐθὺ] Prorsus. Porro versus, inquit Festus, confirmatque loco Catonis. Addit tamen, Nisi forte ex Græco πρόσω. [Alii ex Proversus contractum statuunt, ut Rursus ex Revorsus. Forte dicitur pro Proorsus, & Rursus pro Reorsus, ex Pro & Orsus ab Ordior. Sursum tamen pro Subvorsum, Deorsum, pro Devorsum, Quorsum, pro Quoversum, &c.
Itaque standum priore potius sententia, quam & significatio confirmat. V. PROVERSUS.
Prorsum, Recta ad locum aliquem. Plaut. Mil. 4. 4. 56.
Ille jubebit me ire cum illa ad portum. ego adeo, ut tu scias,
Prorsum Athenas protinus abibo tecum. Idem Pers. 4. 5. 5.
Simulato, quasi eas prorsum in navem.
Prorsus ibat res. i. e. Bene succedebat. Cic. 14. Att. 20. extr.
Rursum prorsum. Ter Hec. 3. 1. 35.
Trepidari sentio, cursari rursum prorsum: agedum ad fores, &c. Ubi Donatus, Rursum proprie Retro: Prorsum Ante significat: & est proverbiale, ut dicimus Sursum deorsum, intro foras, hac illac, & similia.
Prorsus, [πάντῃ, πάνυ μὲν οὖν, τὸ πάνυ] Omnino, Penitus. Ter. Eun. 2. 3. 14.
Unde is? c. ego ne? nescio hercule neque unde eam, neque quorsum eam,
Ita prorsum oblitus sum mei.
Prorsus perii. Plaut. Aul. 2. 8. 27.
Sed cesso, prius qoam prorsus perii, currere?
Prorsus hæc divina mihi videtur vis, &c Cic. 1. Tusc. 64.
Prorsus omnino omnia obsequor. Ter. Adelph. 5. 9. 33. Pleonasmus.
De summa agi prorsus vehementer & severe volo. Cic. 16. Att. 14.
Satis affatim prorsus. Cic. 16. Att. 1.
Prorsus jucunde. Hor. 1. Serm. 5. 70.
Nam penitus prorsum latet hæc natura, subestque. Lucret lib. 3. 274.
Hoc mihi prorsus valde placet. Cic. 6. Fam. 20. Idem ibid. 4. 10.
Prorsus, pro eo quod *Generaliter* vulgo dicitur. Cic. 4. Fam. 10. Venies enim,

enim, mihi crede, exspectatus: neque solum nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus.

Prorsum, Certe, recte, ac vere, significat, inquit Donatus. Ter. Adelph. 5. 3. 58.

Eo pacto prorsum illic alligaris filium.

Prorsus, cum negatione, pro Nullo modo. Ter. Hec. 4. 4. 51.

Enimvero prorsus jam tacere non queo. Idem Andr. 2. 6. 4.

Nihilne? hem. D. nihil prorsus. Item Adelph. 4. 1. 4.

Verbum prorsus nullum intelligo. Cic. 2. de Orat. 61.

Nullo modo prorsus assentior. Cic. 3. de Nat. Deor. 21.

Nullo modo potest fieri prorsus. Plaut. Trin. 3. 3. 2.

Prorsum non. Ter. Eun. 2. 3. 40.

Illum liquet mihi dejerare his mensibus
Sex, septem, prorsum non vidisse proximis. Cic. 13. Attic. 43.

Prorsus ex his libris non videtur esse dubium, quin, &c.

PRORSUS, a, um. Adj. Porro versus. Rectum significat. Inde Prorsi limites dicuntur in agrorum mensuris, Qui ad Orientem directi sunt: ut ait Festus.

Prorsi limites dicti, qui spectabant ad Orientem: Transversi, qui ad Meridianum. Ex Hygino de Limit. p. 151. Goes. Ubi subjungit, Postea & Prorsos & Transversos limites appellaverunt, a liminibus, &c.

Prorsa oratio, Soluta, quam non inflexit cantilena. Donat. in Ter. Eun. 2. 3. 14. Apul. Flor. 4. p. 361. Elm. Prorsa & vorsa facondia. Ita antique pro Prosa, ut frequentius scribitur. V. Parei Lex. Crit. p. 1006.

Prorsa & Vorsa oratio. Cæl. Calcagn. in Epistol. Quæst. in ea, cujus principium est Omnia &c. Omnia ista nomina, quæ ad me scripsisti, r. i. e. Caninam litteram habent quarto ordine. Nam a Verto originem trahunt, primogeniam. Quare posthac Prorsam, non prosam, orationem dicito, sicut & Vorsam dicimus. Prorsa enim ea est, quæ quantum lubet in rectum limitem extendi potest: quam Solutam & Pedestrem appellant nonnulli. At Vorsa, quum verti & ad caput reduci necesse est, quam Equestrem, vel Carminalem, vel Camenalem quidam, nunc antiquitatis, nunc cacozeliæ sectatores vocant. Ipsi etiam Veteres Prorsam deam coluerunt, quæ recto partui præsidebat: Sicut Postvertam, quæ præposterum, præproperumve avertebat, & ne Agrippæ nascerentur providebat. H. St.

PRŌSA, [πεζὸς, λόγος] dicitur Oratio soluta, quasi prorsa. Gell. lib. 10. cap. 18. Exstat nunc quoque Theodori tragœdia, quæ inscribitur Mausolus: in qua eum magis, quam in prosa placuisse Hyginus refert. Quintil. lib. 1. cap. 10. Sed in prosa quoque quædam jam recepta immutatio.

PROSUS, a, um. Adj. Ennius, Rufus prosus reciprocat fluctus feram. Auson Profess. Burdigal. 21. 14.

Prosa solebat & vorsa loqui Idem ibid. 3. 4.
— seu prosis solveres ora modis. V. Casaub. ad Lamprid. Alex. Sever. cap. 59. & Scalig. Auson Lect. 1. 14.

Prosa eloquentia. Paterc. lib. 1. 17. 3. Oratio ac vis forensis, perfectumque prosæ eloquentiæ decus.

Prosa oratione prioribus subnectentur exordiis. Columel. lib. 10. in præf. conf. Plin. 5. 29.

Prosæ dicuntur Pexæ vestes, teste Glossario Lat. Gr. Prosa, Pexa tunica, Πεζὸς ἱμάτιον.

PROSE, Adv. Plaut. Amph. 2. 2. 207. Confidenter prose & proterve loqui. Sed al. Pro se. Idem Rud. 4. 4. 69. Prose fabulari.

PROSĀĬCUS, a, um. Adj. [πεζικὸς] Plin. lib. 7. cap. 56. Prosaicam orationem condere Pherecydes Syrius instituit. Idem lib 5. cap. 29. Cadmus primus prosaicam orationem condere instituit. Alii codices habent Prosam. Fortunat. 7. Carm. 11.

Prosaico quoties direxi scripta relatu. Idem 2. Vit. Martin. extr.
Cujus prosaicus cecinit prius acta severus.

PROSĀRIUS, a, um. Adj. Sidon. 3. Epist. ult. Comperi quod meas nugas confectas opere prosario lectione digneris. Idem 9. Epist. 13. Prosario loquendi genere districtus. Idem 16. Epist. extr.

Ars prosaria etiam est quæ tunicas pexas curat. V. Salmas. de Usur. p. 342.

Prosariæ artis negotiator, qui vestes pexas vendit in Inscript. ad Gruter.

PRORSA, vel PROSA, æ. f. Dea de qua Gell. lib. 16. cap. 16. ex Varrone, Quando, inquit, contra naturam, forte conversi in pedes pueri, brachiis plerumque diductis retineri solent, ægrius tunc mulieres enituntur. Hujus periculi deprecandi gratia, aræ statutæ sunt Romæ duabus Carmentibus: quarum altera Postverta nominata est, Prosa altera, a recti perversique partus & potestate & nomine. conf. Lex. Pitisc.

PRŌRUMPO, rūpi, ruptum, [ἐκρήγνυμι] ĕre. Valde, vel Ante se rumpere, vel Cum impetu ferri. Virg. 1. Georg. 98.

Rursus in obliquum verso prorumpit aratro. Cæs. 5. Bell. Gall. 15. Novo genere pugnæ perterritis nostris per medios audacissime proruperunt. Virg. 10. Æn. 379.

Hæc ait, & medius densos prorumpit in hostes.

In aciem prorumpere. V. ACIES.

Pestis illa prorumpet, qua poterit. Cic. pro Muren. 85.

Vox prorumpit in auras. Sil. lib. 3. 699.

Eo prorumpere hominum cupiditas, & scelus, & audacia, ut non modo clam, verum etiam hic in foro, &c. cædes futuræ sint. Cic. pro Rosc. Amer. 12.

Prorumpit fons ab una parte. h. e. Magno impetu profluit & oritur. Cæs. 8. Bell. Gall. 41. Sub ipsius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat ab ea parte, quæ fere pedum CCC intervallo fluminis circuitu vacabat.

Prorumpere, Activum, Ultra emittere, evomere; unde Proruptum mare, 1. Æn. 250. Effusum fluensque, inquit Servius. Virg. 3. Æn. 572.

— horrificis juxta tonat Ætna ruinis,
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem. Servius accipit pro Evomit, asserens novam hanc esse loquutionem. Non enim dicimus, Ego prorumpo hanc rem. Hoc modo τὸ Erumpo usus est Ter. in Eun. 3. 5. 2. Jamne erumpere licet hoc mihi gaudium? conf. Drakenb. ad Sil. 12. 418. [In priore Virgilii loco Supinum est prius,

It mare proruptum, & pelago premit arva sonante.

Munitiones prorumpere. Cæs. 3. Bell. Gall. extr. Celeriter ad eas munitiones pervenerunt, atque proruptis his, prius in hostium castris constiterunt, quam plane ab his videri, aut quid rei gereretur cognosci posset. Alii legunt Prorutis, a verbo Proruo.

Prorumpor, forma Passiva. Lucret. lib. 6. 435.

Quam cum discidit, hinc prorumpitur in mare venti
Vis, & fervorem mirum concinnat in undis.

PRORUPTUS, a, um. [προῤῥηχθεὶς] Partic. ut, Proruptus murus: Prorupta audacia, Temeraria. Cic. pro Rosc. Amer. 68. Nisi prorupta audacia, nisi tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania.

Aditus proruptus. V. ADEO, īre.

Mare proruptum. Virg. 1. Æn. 250. V. in ipso verbo.

Sudor proruptus. Virg. 7. Æn. 459. i. e. Profusus.

PRORUPTIO, ōnis. f. Mart. Capell. 6. Undarum proruptio.

Impetulantis proruptionis sonitus. Idem 7.

Simulata proruptio hostium. i. e. Eruptio. Aur. Vict. de Cæs. cap. 33.

PRORUPTOR, ōris. m. Ammian. 24. 5. Proruptores alii jumenta intercipiunt. i. e. Eruptores.

PRORUPTIA, Ἀπόῤῥηγμα. Gloss. Lat. Gr. [An Proruptitia, vel Prorupta? vel potius Prærupta?

PRŌRUO, rui, rŭtum, [προῤῥίπτω, προῤῥίπτω] ĕre. Projicere, facere ut aliquid cadat. Liv. Mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti proruit. Liv. 26. 13. Albam, unde ipsi oriundi erant, a fundamentis proruerunt: ne stirpis, ne memoria originum suarum exstaret. Columel. lib. 12. cap. 43. Tum vinaceorum pes bene prelo expressus, proruitur.

In caput proruit. Valer. 7. Argon. 600.

In hostem. Curt. 4. 16. 6.

In trituram proruere. Varr. 1. de R. R. cap. 13.

Proruere se foras, Prorumpere. Ter. Eun. 3. 5. 51.

Aciem hostilem proruere. V. ACIES.

Vallum proruere in fossas. Liv. 9. 14. Quum pars fossas explerent, pars vellerent vallum, atque in fossas proruerent.

In faciem cæli proruunt seniores. Chrysol. Serm. 6.

Proruere, pro Longe lateque percellere, & pervertere. Lucret. lib. 3. 824.

Ex infinito quæ possint forte coorta
Proruere hanc mentis violento turbine molem. Hor. 1. Carm. 35. 13.

Injurioso ne pede proruas
Stantem columnam. Lucret. lib. 5. 369.

Proruere hanc rerum violento turbine summam.

PRORŬTUS, a, um. Partic. [προῤῥιφθεὶς] Liv. 4. 29. Dictator proruto vallo, jam in castra prælium intulerat. Quidam legunt Prorupto. Sed mendose. conf. Curt. 2. 63. 1.

Proruti lapidum cumuli. Curt. 2. 3. 7. conf. Drakenb. ad Sil. 1. 373.

Gramina proruta. Stat. 4. Theb. 819.

PROSA, PROSAICUS, PROSARIUS, PROSE, PROSUS, V. PRORSUS.

PRŌSĀPIA, æ. vel PROSAPIES, ēi. f. [γενεά, διαδοχή] Generis longitudo, sive progenies antiqua. Dicta a Prosupero, are; quod est Superabundo, quod prosuperent, hoc est supersint & superabundent liberi. Al. a Prosipando, id est disseminando. Festus, Prosapia, progenies: id est porro sparsis, & quasi jactis liberis: quia Sipare, significat jacere & disjicere. Non. 1. 343. Prosapies, generis longitudo, dicta a Prosupando, i. e. proferendo. Cato. Veteres prosapiæ. Plaut. Curc. 5. 2. 3.

De Coclitum prosapia te esse arbitror. Cic. de Univers. 35. Deinceps Jovem atque Junonem reliquos fratres inter se, agnatosque usurpare atque appellare solemus, & eorum, ut utamur veteri verbo, prosapiam. Quintil. lib. 1. cap. 11. testatur Prosapia esse verbum inusitatum. Et lib. 8. cap. 3. Prudent. Psych. præf. 36.

Ne quam fidelis sanguinis prosapiam. Idem Rom. 180. Prosapiem.

Magna & vetere prosapia, Sueton. Galba cap. 2.

Veteris prosapiæ & multarum imaginum homo. Sallust. in Jugurth. in oratione Marii cap. 85.

PRŌSĀPŎDŎSIS, is. f. [προσαπόδοσις] Quintil. lib. 9. cap. 3. Figura, cum pluribus sententiis sua cuique ratio subjungitur.

PROSCÆNIUM, vel PROSCĒNIUM, i. n. [προσκήνιον] Locus ante scenam porrectus, ubi pulpitum excitatum erat, quo actores fabularum prodirent, ita ut scena altior esset pulpito: pulpitum autem altius orchestra, quæ ipsa locus erat saltantium. Hæc Budæus. Plaut. Ampb. prol. 91.

Etiam histriones anno cum in proscenio hic
Jovem invocarunt; venit, auxilio eis fuit. Liv. 40. 51. pr. Theatrum & proscenium ad Apollinis, ædem Jovis in Capitolio, &c.

Ut hoc est proscenium. Plaut. Truc. prol. 10.

Athenæ istæ sunto, ita ut hoc est proscenium,
Tantisper, dum transigimus hanc comœdiam.

Ineunt proscenia ludi. Virg. 2. Georg. 381. Sueton. Neron. cap. 12. Ludos spectavit e proscenii fastigio. Inscript. apud Reines. p. 298. THEATRVM ET PROSCENIVM REFECERE. conf. Vitruv. 5. 6. & Lex. Pitisc.

PROSCHĒMATISMUS, i. m. [προσχηματισμός] Figura, cum aliquid in fine dictionis additur; ut ἦεν pro ἦν, λέγησι, pro λέγῃ. V. Martinii Lex.

PROSCHOLUS, i. m. Promagister, subdoctor. Auson. Profess. Burdigal. 22. tit. V. Scalig. Lect. Auson. 1. 15. vel Faber Agonist. 26. Augustin. de Verbis Apost. Serm. 19. cap. 7. Tam pauper, ut proscholus esset Grammatici.

PRŌSCĬNDO, scĭdi, scissum, [σχίζω. Gl. Gr. L.] ĕre. Valde, seu Ultra, vel Subtus scindere. Unde dicimus, Proscindere terram, quum primum eam aramus. Varro de R. R. lib. 1. cap. 29. Columel. lib. 2. cap. 2. Antiquissimi fere omnes formam hujus operis conscripsere, quam velut scita legemque in proscindendis agris sequantur agricolæ.

Æquor rostro carina proscindit. Catul. Argon. 62. 12.

Campum ferro proscindere. Ovid. 7. Met. 119.

Glebas. Varro de L. L. lib. 6. 4. Glebarii, qui facile proscindunt glebas.

Litus aratro. Ovid. 17. Epist. 139.

Quercum ferro. Lucan. lib. 3. 434.

Solum terræ. Lucret. lib. 5. 1294.

Terram aratris. Lucret. lib. 5. 210.

Terram juvencis validis. Virg. 2. Georg. 237.

Proscindere aliquem, [διασύρειν] per translationem, pro Infamare, contumeliis lacessere & lacerare. Suet. Aug. cap. 13. Hunc fœdissimo convicio coram prosciderunt. Ovid. 4. de Pont. 16. 47.

Ergo summotum patris proscindere, Livor, Desine, &c.

Aurum proscissum conviciis. Plin. lib. 33. cap. 1. Utinamque posset e vita in totum abdicari aurum, sacra fames, ut celeberrimi auctores dixere, proscissum conviciis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitæ repertum.

PROSCISSUS, a, um. Partic. ut, Proscissa terra.
Æquor proscissum. Virg. 1. Georg. 97. i. e. Terra quam jam araverat. Servius.
Armi proscissi natant palearibus. Stat. 3. Theb. 332.
Pectus proscissum vulnere. Stat. 10. Theb. 639.

PROSCISSUM, i. n. pro Terra proscissa. Columel. lib. 2. cap. 2. Bubulcum autem per proscissum ingredi oportet.

PROSCISSIO, ōnis. f. Columel. lib. 6. cap. 26. Neve adhuc tenera colla dura proscissione terræ contundant.
A proscissione. Columel. lib. 2. cap. 13. Sesami sextarii sex tribus jugis a proscissione coluntur.

PROSCRĪBO, psi, ptum, [προγράφω, ἀπογράφομαι] ĕre. Aliquid per scripturam publica proponere, seu Publicare. Sic Proscribi ædes dicuntur, quando, apposita inscriptione, venales, vel locandæ significantur. Cic. 3. Offic. 66 Itaque Calpurnius, quum demolitus esset, cognossetque Claudium ædes postea proscripsisse, &c. Idem 3. Offic. 55. Ille quod non placebat, proscripsit; tu quod placebat, emisti.
Racilius tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. Cic. 2. Q. frat. 6.
Agros proscribere. Plin. 7. Epist. 11. pr. Miraris quod Hermes libertus meus, hæreditarios agros, quos ego jusserem proscribi, non exspectata auctione, pro meo quincunce ex septingentis millibus, Corelliæ addixerit.
Bona proscribere. Cic. pro Quint. 51.
Proscribere se auctionem facturum. Cic. pro Quint. 15. Quum æris alieni aliquantum esset relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret, auctionem in Gallia P. hic Quintius Narbone se facturum esse proscribit earum rerum, quæ ipsius erant privatæ.
Proscribere venale. Cic. 7. Fam. 30. Ergo fructus est tuus, mancipium est illius: quod quidem si inter senes coemptionales venale proscripserit, egerit non multum. Locus est perdifficilis, quem Turnebus explicat his verbis: Videtur, inquit, hic proscribere venale inter senes coemptionales, esse in tabula auctionis proponere se rem hac conditione venditurum, ut proprietas tantum penes emptorem sit, nec res tota proscribatur, aut alienetur; quod si Atticus, (inquit Curius) faceret, non multum suis rebus adderet, quod magni pretii mancipium non sit. Senes autem coemptionales dicit, qui ad coemptiones libenter accedunt, & libenter emunt. Plaut. Bacch. Coemptionalem senem vendam ego. Jurisconsulti etiam, ut ad interimenda sacra ratiunes quasdam excogitaverant, & ad liberandas tutela mulieres: sic ad perimendum in servitiis usumfructum, coemptionem quandam senum fortassis invenerant. Cur autem senes adhibebantur? an quod ob eorum ætatem, res plus auctoritatis habiture esset? an ob privilegium & vacationem ætatis? an quod a senibus emptiones & coemptiones potius moribus Romanis tractarentur, quam a junioribus, quod plus usu rerum sapeæent, minusque deciperentur: & si quid in mancipiu contra jus fierat, callidi veteratoresque ita ubtegerent, ne in fraude deprehendi possent? An denique ob aliam causam? parum, ut ne quid dissimulem mihi compertum est, & aliis quærendum relinquo. Hæc ille. V. Coemptionalis in COEMO.
Itaque sese scripturum ajebat, ut venationem etiam, quæ postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent. Cic. 16. Attic. 4.
Proscribere palam, sic accipimus, claris litteris, ut de plano recte legi possint, ante tabernam scilicet, vel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, sed in evidenti. Ulpian. in L. Sed etsi pupillus. D. de institoria actione.
Proscribere aliquem, Damnare, relegare. Cic. pro Domo 44. Hanc vos igitur, Pontifices, judicio atque auctoritate vestra Tribuno plebis potestatem dabitis: ut proscribere possit quos velit? Quæro enim, quid sit aliud proscribere, Velitis jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit, bonaque ejus ut mea sint: ita enim fecit, etsi aliis verbis tulit. Suet. Cæs. cap. 49. Missa etiam facio edicta Bibuli, quibus proscripsit Collegam suum. conf. Paterc. 2. 66. 2. [Proscribebantur capita damnatorum, bonis eorum publicatis a Sulla. Alias bona tantum.
Quum proscriberentur homines, atque ex omni regione caperentur ii, qui adversarii fuisse putabantur. Cic. pro Rosc. Amer. 16.

PROSCRIPTUS, a, um. Partic. [προγεγραμμένος] ut, Ager proscriptus. Cic. 16. Att. 16.
Iste locare incipit, non proscripta, neque edicta die. Cic. 3. Verr. 141.
Horti quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas. Cic. 12. Att. 48.
Possessiones venales ac proscriptas hac lege video. Cic. 3. de Lege Agrar. 13.
Proscriptus, Relegatus. Cic. 8. Att. 2. Quinta de proscriptorum filiis.
Lex Cornelia proscriptum juvare vetat. Cic. 3. Verr. 123.
Rex proscriptus. Hor. 1. Serm. 7. 1.
Cujus pudoris dignitas proscripta. Petron. cap. 106.
In proscriptorum numero esse. Sallust. Catil. cap. 51. conf. Nepos 25. 11. 1. & 25. 12. 4. vel Lex. Pitisc.

PROSCRIPTIO, ōnis. f. [προγραφή, Gl. L. Gr.] Damnatio. Cic. pro Cluent. 118. Ne subscriptio Censoria, non minus calamitatis civibus, quam illa acerbissima proscriptio possit afferre. Paterc. 2. 28. Primus Sulla exemplum proscriptionis invenit.
Proscriptionis miserrimum nomen. Cic. pro Domo 43.
Proscriptiones locupletum. Cic. in Parad. 6.
Capitis proscriptio. Cic. de Provinc. Consul. 45.
Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata. Cic. 11. Att. 6.
Quum de capite civis & de bonis proscriptio fertur. Cic. pro Sest. 65.
Cavete, per deos immortales, ne nova, & multo crudelior, per vos proscriptio instaurata esse videatur. Cic. pro Rosc. Amer. 153. conf. 7. Verr. 153.
Quum caput meæ proscriptionis recitaretur. Cic. Post redit. in Senat. 4.
Facere proscriptiones prædiorum, Venalia proscribere. Cic. pro Flacc. 74. Emptiones falsas, prædiorum proscriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti.

PROSCRIPTOR, ōris. m. [προγραφεύς] Plin. lib. 7. cap. 12. Adeoque tempestivam admirationem intulit, ut ille proscriptor animus, mero & contumelia furens, non aliud in censu majus, & in fortuna sua duceret.

PROSCRIPTŬRIO, is, īre. Desiderativum verbum. Cic. 9. Att. 12. Sed mediusfidius turpe nobis puto esse de fuga cogitare. Hoc turpe Co. noster biennio ante cogitavit: ita Sullaturit animus ejus, & proscripturit jamdiu. Sullaturire, est cupere Sullam, imitari. Proscripturire, proscriptiones civium meditari ac moliri: qualem fecerat L. Sulla. Quintil. lib. 8. cap. 3. Nec a verbis modo, sed a nominibus quoque derivata sunt quædam, ut a Cicerone Sullaturit; & ab Asinio, Fimbriatum, & Fibulatum. conf. Idem 8. 6.

PRŌSĔCO, secui, sectum, āre. Secare. Plaut. Pœn. 2. 7. Vetuique exta prosecarier. Liv. 5. 21. Qui ejus hostiæ exta prosecuisset.
Exta cocta solebant prosecare veteres. ac partem adolebant, partem consecrabant, sacerdotibusque dabant: partem sibi apponebant: sic Lustralibus extis vescuntur apud Maronem. Turnebus. V. EXTA. Tertull. Apol. cap. 46. Æsculapio gallinacium prosecari. Sueton. August. cap. 1. Semicruda exta, rapta foco prosecuit. Adde Casaub. & Torrent. Lactant. 4. 27. 5. Instigantibus dæmonibus, quibus prosecant. al. Prosecrant perperam.

PROSECTUM, i. n. Varro de L. L. 4. 22. conf. Brisson. lib. 1. Formul. Solenn. & Lex. Pitisc. & infra in PROSICIUM.
Prosecta, orum. dicta sunt ab antiquis Viscera, quæ in sacrificiis prosecuissent. Lucan. lib. 6. 709. —si pectora plena
Sæpe dedi, & lavi calido prosecta cerebro. Nonius 3. 179. Prosecta, Exta, quæ aris dantur ex fibris pecudum dissecta: sunt generis neutri. Licinius Macer Ornithogonia, —vulgari tosta vapore
Cum virgis prosecta ferunt.
Imponere prosecta aris calentibus. Ovid. 12. Met. 152. Idem 6. Fast. 163.
Sic, ubi libavit, prosecta sub æthere ponit.
Ubi averso dederat prosecta Tonanti. Stat. 5. Theb. 641.

PROSECTA, æ. f. Idem. Lucil. lib. 14. Cœnam, inquit, nullam, neque divo prosectam ullam. Non. 3. 179. [Nisi Prosiciam legendum, ut in subjecto ex Varr. exemplo.

PROSECTIO, ōnis. f. Salvian. de Gub. Dei, lib. 6. Adhibent duram ferri prosectionem.

PROSECTUS, ūs. m. Apul. Met. lib. 8. p. 214. Elmenh. Prosectu gladiorum, ictuque flagrorum.

PROSECTOR, ōris. m. Tertull. de Anima, cap. 25. Majorum quoque prosector Herophilus.

PROSICIÆ, arum. f. Idem quod Prosecta. V. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12. Vet. Gloss. Lat. Gr. Prosiciæ, αἱ τῶν θυμάτων ἀπαρχαί. [& Proscle, ἀκρόθινα. Scribendum enim Prosiciæ. At in Gl. Lat. ἀκρόθινα, Ruticrlia. Quod quid sit nescio

PROSICIUM, i. n. Quod prosecatum projicitur, inquit Paulus ex Festo. Turnebus ex Varrone Prosicies declinat, hujus Prosiciei, atque Prosiciem usurpasse antiquos pro Prosectis, id est pro extis sectis, quæ aris inferuntur. Varro, Prosiciem extorum, vel in mensam projicere. Sed & Prosicias dicebant. Arnobius, Quod si omnes has partes, quas prosicias dicimus, accipere dii amant, &c. Præsicias enim quod in eo scribitur, vitiosum est. conf. PROSECO.

PROSECAN, V. in PROSSCU extr.

PROSSCOTUE, PARSSCOTIO, &c. V. post PROSEQUOR.

PROSĔDA, æ. f. [πόρνη] Meretrix dicitur, auctore Festo, quod ante stabula sedeat. Plaut. Pœn. 1. 2. 54.
—ante ibi vis inter istas versarier
Prosedas, pistorum amicas, reliquias alicarias? V. Barth. Advers. 40. 7.

PROSEDĀMUM, vel PROSENAMUM, i. n. Vitium est arietibus & hircis circa coitum proveniens ex nimio labore. Huic morbo rustici medentur genere satyrii, quod crategonon appellant, quum in cibum porrigitur. Plin. lib. 26. cap. 10. Et e Sarmatis equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu, quod vitium prosedamum vocant.

PROSĔLĒNUS, a, um. Adj. [προσέληνος] Arcadum epitheton est, qui se πρὸ τῆς σελήνης, id est ante Lunam, fuisse gloriabantur. Stat. 4. Theb. 275.
Arcades huic veteres, astris Lunaque priores,
Agmina fida datis.

PROSĔLȲTUS, i. m. [προσήλυτος] Advena, novus, peregrinus, a verbo Græco προσελεύσομαι, quod est advenio. Proselyti Hebræis, qui ex Ethnicis, legibus Mosis & cærimoniis initiati, Judaismum profitebantur, non illi quidem gente, sed adoptione Judæi. Lucas in rebus gestis Apostolorum 2. 10. Judæi quoque & Proselyti. Isidor. 7. 14. Proselytus est advena, qui miscebatur populo Dei. conf. Tertull. advers. Jud. cap. 1. & adv. Marc. 3. 21.

PROSELȲTA, æ. f. Femina, quæ ad Judæos transiit. V. Sponii Misc. sect. 178.

PRŌSĒMĬNO, [προσπείρω] āre. Disseminare. Cic. in Hortens. apud Non. 3. 152. Vel in tegulis proseminare ostreas.

PROSEMINĀTUS, a, um. Partic. Lactant. 6. 10. Non per omnem terram nati sunt homines, tanquam ex Draconis alicujus dentibus proseminati, ut poetæ ferunt. al. Præseminati. Cic. 3. de Orat. 58. Nam quum essent plures orti fere a Socrate, quod ex illius variis, & diversis, & in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud apprehenderit, proseminatæ sunt quasi familiæ, dissentientes inter se, & multum disjunctæ & dispares.

PRŌSĔQUOR, ĕris, secūtus sum, [προπέμπομαι, διώκομαι] sequi. Ultra, sive post sequi. Cæs. Bell. Gall. lib. 5. 50. Longius prosequi veritus, quod silvæ paludesque intercedebant.
Prosequi usque ad locum aliquem. Cic. 6. Verr. 77. Ture, odoribusque incensis usque ad agri fines prosecutas esse.
Decedentem domum cum favore ac laudibus prosecuti sunt. Liv. 2. 31. extr.
Rus prosequi aliquem. Plaut. Casin. 4. 2. 4.
Nam novum maritum hinc, & novam nuptam volo
Rus prosequi.
Prosequi, & domum reducere. Martial. lib. 11. 25.
Cum equis aliquem prosequi. Cic. 2. Q. frat. 12.
Oculis abeuntia vela prosequi. Ovid. 5. Epist. 55.
Odore prosequitur. Plin. lib. 11. cap. 17. Alii legunt Persequitur.
Visu prosequitur illos. Stat. 5. Theb. 483.
Exsequias alicujus prosequi. Ovid. 1. Trist. 7. 14.
Funus prosequi, vel exsequias funeris alicujus. Cic. pro Cluent. 101. Postremo etiam fortassis mater exsequias illius funeris prosecuta, mortem se filii lugere simulasset.
Laudes alicujus ad caelum prosequi. Cic. 2. de Legib. 61.
Reliquum prosequare avi. Cic. de Senect. 19. Emendata exemplaria habent Persequare.
Prosequi atque imitari antiquitatem. V. IMITOR.
Prosequi aliquem, est etiam Cum affectu certo animi sequi: ut Prosequor te amore, i. e. Amo. Prosequor te odio, Odio habeo; Prosequor te laude, honore, contumeliis, & hujuscemodi. V. paulo supra. Estque ellipsis præpositionis Cum.

Alloquiis

Alloquiis blandioribus medici prosequuntur cibos voluptate carentes. Plin. 1. Epist. 8.
Amore prosequi profectionem alicujus. Cic. 13. Fam. 21.
Beneficiis prosequi aliquem. Cic. 5. Verr. 94. Quemcunque equitem Romanum in provincia viderant, beneficiis ac liberalitate prosequebantur.
Benevolentia vero opportunitatem mortis illius potius, quam misericordia prosequamur. Cic. de Clar. Orat. 4.
A primo usque ad extremum cultura prosequi. Senec. de Benef. lib. 2. cap 11.
Dicto improbum factum prosequi. Columel. lib. 8. cap. 16. pr. i. e. Improbo facto dictum, non minus improbum, adjicere.
Dictis prosequi aliquem, Abeuntem alloqui. Virg. 6. Æn. 898.
Donis prosequi. Liv. 39. 55. Al. Cum donis.
Fletibus natos, lætitia defunctos prosequuntur. Quintil. lib. 5. cap. 11. De quibusdam nationibus.
Impudentia prosequi. Cic. 13. Fam. 62. Itaque primum tibi ago gratias, quod me omni molestia liberas; deinde impudentia prosequor. Sed idem farciam.
Invidia aliquid prosequi. Paterc. lib. 2. 92. extr. Præsentia invidia, præterita veneratione prosequimur.
Lacrimis justoque comploratu prosequi mortuos. Liv. 25. 26. Cic. pro Planc. 73. Is me in discessu meo, non lacrimis solum suis, sed animo, corpore, copiis, prosecutus est.
Lacrimis votisque prosequi linquentem terram. Cic. pro Planc. 26.
Lamentis prosequi, lacrimisque aliquos, tanquam extinctos. Liv. 25. 38.
Laudibus prosequi. Columel. lib. 12 cap. 3. Horum erat officium, eos qui legibus parerent, laudibus prosequi.
Laureatis gesta prosequi. Tacit. in vita Agric. 18. Subaudi Litteris.
Libello prosequi memoriam alicujus. Plin. Epist. 10. lib. 3. i. e. Honestis scriptis memorare.
Memoria prosequi aliquid. Quintil. lib. 10. cap. 7.
Memoria grata alicujus virtutem prosequi. Cic. 14. Philip. 30.
Nomen alicujus prosequi animis clarissimis. Cic. 3. Philip. 10.
Officiis omnibus aliquem. Cic. 15. Fam. 10.
Qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis prosecuti sunt. Cic. 6. Fam. 16.
Officio suo facta alicujus prosequi. Ovid 4. Fast 724.
Oratione aliquem liberaliter. Cæs 2. Bell. Gall. 5.
Plausu & clamore Memoriam alicujus. Cic. 10. Philip 8.
Præmio prosequuntur eos, qui strenue atque industrie se gesserunt. Columel. lib 8. cap. 14.
Veneratione aliquid prosequi. V. paulo ante, Invidia prosequi.
Verbis honorificis. Cic 2. Tusc. 61.
Verbis aliquem prosequi egredientem. Cic. 2. In Catil. pr.
Verbis vehementioribus aliquem. Cic. 4. Verr. 73.
Voto & suffragio prosequi aliquem. Plin Epist. 107.
Mentionem alicujus cum honore summo. Plin. Epist. 159.
Prosequitur, surgens a puppi ventus euntes. Virg. 3. Æn. 130.
Mirabilis eum omnium benevolentia prosecuta est Cic. 15. Fam. 15.
Existimatio bona ut eum usque ad rogum prosequatur. Cic. pro Quint. 99.
Honos amicorum prosequitur eos. Cic. de Amicit. 23. Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilli valent, & (quod difficilius dictu est) mortui vivunt: tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum.
Memoria immortalitatis prosequi aliquorum gloriam dicuntur litteræ. h. e. Scriptores eorum laudes scriptis complent. Cic. 2. Philip. 33.
Spes prosequitur nos, quasi Comitator. Cic. 3. Att. 7. Quid enim est quod me retineat, præsertim si spes ea non est, quæ nos proficiscentes prosequebatur? i. e. Quam habebamus.
Prosequi sæpe ad orationem transfertur, ut
Ab ultimo repetere, & longe prosequi. Auctor ad Herenn. 1. 15.
Altius prosequi. V. ALTUS.
Latius, quæ cujusque affectus natura sit, prosequamur. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Et id non prosequar longius quam mea fides postulabit. Cic. pro Rosc. Amer. 83.
Ne hæc difficiliora esse ad prosequendum videantur. Cic. 3. de Orat. 186.
Ne plures prosequar. Cic. 1. Tusc. 28. Quid, totum prope cælum, ne plures prosequar, nonne humano genere completum est? i. e. Ut alios taceam.
Ordinem rerum. Cic. in Partit. 14.
Stilo prosequi rationem munificentiæ. Plin. 1. Epist. 8.
Versu prosequi pascua. Virg 3. Georg. 340. h. e. Describere carmine.
Prosequium a prosequendo; obsequium ab obsequendo dicuntur. Festus.
PROSEQUENS, entis. Partic. Hirt. Bell Alex. cap. 16. Suum quisque contubernalem, amicum, notum prosequens. Cæs 2. Bell. Civil. 44. In oppidum vectus, prosequentibus compluribus senatoribus.
Superl. Porc Latro in Catil. Homo inimicitiarum prosequentissimus.
PROSECUTUS, a, um. Partic. Hirt. Bell. Alex. cap. 25. Illum laudibus prosecutus. V. supra plura in verbo.
PROSECUTIO, ōnis. f. Symmach. 7. Epist. 59. Largitas jocundior erit, si ei commendationem prosecutio opportuna præstiterit.
PROSECUTOR, ōris. m. l. 12 Cod. Theod & Cod. l. 9.
PROSECUTORIUS, a, um. Trep. 2. Cod. 7. t. 14. Scitoti nec prosecutorias quidem sacras posthac sibimet postulandas. Subaudi Litteras.
PROSERPO, psi, ptum, [προέρπω] ĕre. proprie draconum, sive serpentium est, dum nullis pedibus innixi per terram devolvuntur. Plaut. Asin. 3. 3. 105.

Fac proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam linguam.

Serpere & Proserpere idem dicebant: ut Plautus qui scribit, Quasi proserpens bestia. Varro de L. L. lib. 4. 20. [Pro substantivo Serpens posuisse indicat.
Proserpit herba. Plin. Hæc herba, nisi sata sit, mire proserpit.
PROSERPENS, entis. Partic. Ammian. 15. 30. Malum ultro proserpens. V. dict. superior.
PROSERPINA, æ. f. pr. c. [Περσεφόνη, Δεσποίνη, Περσέφασσα, Περσεφόνεια, Φερσεφόνη] Luna, Jovis ex Cerere filia. Ovid. 4. Fast. 423.

At neque Persephone digna est prædone marito.

A proserpendo dictam Proserpinam Augustinus lib. 7. de Civ. Dei, significareque Fecunditatem scribit: quæ quum aliquando non esset, dicta fuit rapta ad inferos, & tunc cessarunt instrumenta ruralia. Qua redeunte, instituta sunt solennia apud Athenas. Serpere enim videtur, veluti serpens, dum modo in dextram, modo in sinistram movetur: propter quod & Omnivaga dicitur. Dicta est Libera, Diana, Lucina, Trivia, Hecate, & Noctiluca. Hujus raptum describit Cic 6. Verr. 106. Cujus fabulam sic scribit Servius, Ceres, inquit, quum raptam a Plutone Proserpinam filiam diu quæsisset: tandem aliquando eam esse apud inferos comperit: pro qua re quum Jovis implorasset auxilium, ille respondit posse eam reverti, si nihil apud inferos gustavisset Illa autem jam punici mali in Elysio grana gustaverat: quam rem Ascalaphus Stygis filius prodidit. Unde Proserpina ad superos remeare non potuit. Hinc ait Lucan. lib. 6. 739.

Eloquar immenso terræ sub pondere quæ te
Detineant, Ennæa, dapes.

Sane Ceres a Jove postea meruisse dicitur, ut Proserpina sex esset cum matre mensibus, sex cum marito: quod ideo fingitur, quia Proserpina ipsa est, quæ & Luna, quæ toto anno sex mensibus crescit, sex deficit, scilicet per singulos menses quindenis diebus: ut crescens apud superos, deficiens apud inferos esse videatur. Hæc Servius apud Virg. 1. Georg 38.

Quamvis Elysios miretur Græcia campos:
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.

conf. Stat. 12. Theb. 269.
Regna Proserpinæ, Inferi. Hor. Epod. 17. 2.
Casta Proserpina. Hor 2. Carm. 13. 21. al. Furva.
Imperiosa. Hor. 2. Serm. 5. 110.
Pulchra. Virg. 6. Æn. 251.
Sæva. Hor. 1. Carm. 28 20.
Siculæ regna Proserpinæ Sen. Herc. fur. 7. conf Lex. Pitisc.
PROSERPINACA, æ. f Herba est notissima & vulgaris, eximii adversus scorpiones remedii Plin. lib. 27 cap. 12 & lib. 26. cap. 4.
PROSERPINALIS, is. f. Herba. al. Dracontion. Marcell. Empir. cap. 9.
PRŌSĔRO, erui, ĕre. Proferre, producere. Lucan. lib. 4. 411.

— non proserit ullam
Flava Ceres segetem.

PRŌSEUCHA, æ. vel PROSEUCHE, es. f. [προσευχή] Obsecratio vel oratio, quæ ad Deum funditur, dicta quod attentione opus habeat, προσέχω, Attendo, vel intendo, vel adhibeo. [Immo a προσεύχομαι. Proseucham Latina declinatione videtur posuisse Juven. 3. Sat 296. pro eo Loco, ubi precibus & obsecrationibus mendici a transeuntibus stipem mendicabant, vel victitabant; ait enim,

Ede, ubi consistas, in qua te quæro proseucha?

Nam in ingressibus pontium mendici tuguria habebant, unde a prætereuntibus mendicarent stipem. Turnebus multo aliter, & rectius Ait enim, Proseuchæ, fana erant Judæorum, ut Alexandriæ, Romæ, & in aliis urbibus: sic nomen adepta, quod oracula quædam essent, vel ut Christiani loquuntur, oratoria. Philo de proseuchis, quas Romæ Judæi habebant, [illegible]. De Alexandrinis, [illegible]. Quum autem ad eleemosynam Judæi dandam essent propensissimi, eo ceu mendicorum conventus coibat: sed & Judæi, & ipsi mendici, invisi erant omnibus: & mendici ea loca, quod domicilia non haberent, diversores interdum occupabant, in eisque cubabant, ideoque proseuchæ nomen in contemptum abierat. Cleomedes, Epicuri ineptias in philosophia illudens, dicit, [illegible]. Hæc ille ad eundem Juvenalis locum. Advers. 1. 19. conf. Voss. 4. Inst Orat. p. 91. vel S. Petit lib 9. Var. Lect.
PROSPERARI, Impetrari, Nonius 3. 687. Verbum antiquum Lucil. lib. 26. Nec minimo & prosperatur pax, quod Cassandram signo deripuit.
PROSICIÆ. PROSICIUM. V. PROSECO.
PRŌSĬLIO, ui, ivi & ii, sultum, [ἐκπηδάω, προθορέω] ire. Ultra, seu, foras, vel ante salire, prorumpere. Ter. Eun. 5. 8. 6.

Hunc ego nunquam viderem etiam hic: quidnam properans prosilit?

Repente prosilire. Cic. pro Cœl. 62.
Temere. Cic pro Cœl. 63.
Prosilire a. Liv. 2. 12. Attonitus miraculo rex, quum ab sede sua prosiluisset.
Prosilire e lecto, Convivio. Curt. 8. 1. 48. Rex e lecto repente prosiluit. Idem 7. 4. 20. Bessos e convivio prosiluit.
Prosilire ex tabernaculo. Liv. 28. 14.
Stratis prosiluit. Valer. 1. Argon. 310.
Toris altis prosilit. Valer. 6. Argon. 456.
Prosilire ad certamen, Festinare. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 15.
Ad accusationem ultro prosilire. Ulpian. in l. 3. § utrum. D. de Senatusc. conf. Silaniano, & in l. Si cui. in princ. D. de accusat.
In campos apertos hostes prosiliunt. Ovid. 2. Fast. 228. conf. Stat. 10. Theb. 470.
In freta prosilit attonito pede. Valer. 8. Argon. 21.
In concionem prosilire. Liv. 5. 2.
In altitudinem prosilire dicuntur frutices, pro Exsurgere & erumpere auctu celeri. Columel. lib. 7 cap. 6.
Acies prosiliunt. Lucan. lib. 7. 78.

— ipsæ tua signa revellent,
Prosilientque acies.

Lacrimæ prosiliunt, Erumpunt. Martial. lib. 1. 34.

Amissum non flet, quum sola est Gellia, patrem:
Si quis adest, jussæ prosiliunt lacrimæ.

Natura vaga prosiliet, frenis remotis. Hor. 2. Serm. 7. 74.
Scintilla. Ovid 4 Fast. 796

Scintillam subito prosiluisse ferunt.

PROSALTOR, ōris. m. Salmas. in Capitolini Marcum, cap. 6. sic ait in antiquis Glossis reperiri, & perperam id in Præsultor mutatum. V. PRÆSULTOR. [Quod non mutem.
PROSIMURIUM, i. n. Pontificale pomœrium, ubi Pontifices auspicabantur: dictum autem Pomœrium, quasi promurum, id est proximum muro. Paulus apud Festum. Nardin Rom vet. 1. 5. [Conf. Fest. Cujus schedæ valde corruptæ sunt. Forte Proximurium legendum. de Pomœrio V. suo loco.
PROSITA, Proposita. Paulus apud Festum.
PROSLAMBANOMENOS, i. m. [προσλαμβανόμενος] Phthongus ita dictus a Vitruv. 5. 4.
PRŎSŎCER, ĕri. m. [προπενθερός] Uxoris vel Mariti avus, ut Absocer &c. Plin.

Plin. lib. 5. Epist. 120. Eram cum prosocero meo, eram cum amica uxoris, eram cum amicis diu desideratis, circuibam agellos. Ovid. 3. Epist. 74.

Curque senex Nereus prosocer esse velit. V. l. 4. Dig. de Grad.

PROSŎCRUS, ûs. f. Modest. l. 4. §. 6. D. de gradibus, Prosocrus mihi uxoris meæ avia est: ego illius sum Progener.

PRŎSŎDĬA, æ. f. [προσῳδία] Latine Accentus dicitur: estque Lex, sive regula ad elevandam deprimendamve syllabam uniuscujusque particulæ orationis accommodata: Alio nomine apud Græcos τόνος dicta. Fit autem Prosodia e πρὸς Græca præpositione, quæ significat Ad: & ᾠδὴ Cantus. Gell. lib. 13. cap. 6. Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti, tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant. Idem ibid. 24. & 18. 12.

PRŎSŎNŎMASIA, æ. f. [προσονομασία] Annominatio. Figura Rhetorica, quæ fit aliqua vocum similitudine, & verborum quadam affinitate; ut Quis locus, aut lacus: Ex aratore orator: Deligere oportet, quem velis diligere: Amantium aut amentium: Amor amaror. Quintiliano 9. 3. Paronomasia dicitur, ut & aliis Rhetoribus, παρονομασία. q. V.

PRŎSŌPIS, Idis. f. [προσωπὶς] & PROSOPEUM. [προσωπεῖον] Apud Aristophanem in Danaidibus idem est quod Larva, seu larvula, adscripta instrumentis muliebribus e Polluce lib. 10. cap. 28.

Item herba, quæ alias Personacia. Apul. de Herb. cap. 36. conf. PROSOPITIS.

PROSŌPITES, [Προσωπίτης] Ægypti præfectura. Plin. lib. 5. cap. 9.

PROSOPITIS, Idis. f. [Προσωπῖτις] Insula est in Delta Nili, novem schœnorum ambitu, urbem habens Atarbechim, ex qua naves proficiscuntur ad tollenda tota Ægypto boum, aliorumve pecorum ossa, quæ religiose apud Ægyptios sepeliuntur. Herodot lib. 2. Alii Prosupis legunt. Apud Steph. est Προσωπὶς urbs, & gentile m. Προσωπίτης & Προσωπῖτις f.

PRŎSŌPUM, [Πρόσωπον] Insula non longe a Carthagine: cujus incolæ Prosopii dicuntur, vel Prosopitæ. Stephanus.

Proprie Græce Facies. Item Persona comica. Sic apud Martial. 6. 6.

Item Papaver silvaticum. Apul. de Herb. cap. 53.

PRŎSŌPŎPŒIA, æ. f. [Προσωποποιΐα] ad verbum, dicitur Personæ fictio: Est figura Rhetorica, personam inducens. Componitur ex πρόσωπον, quod Personam significat: & ποιῶ, facio vel fingo. Figura est, quum persona aliqua fingitur, ut quum inanimatum loquitur ad animatum, vel e converso. Hor. Epod. 17. 30.

Quid amplius vis? ô mare & terra, ardeo. Quintil. 6. 1. His præcipue locis utiles sunt prosopopœiæ, id est fictæ alienarum personarum orationes. Idem lib. 6. cap. 2. Illa adhuc audaciora, & majorum, ut Cicero existimat, laterum, fictiones personarum, quæ prosopopœiæ dicuntur: mire namque, tum variant orationem, tum excitant. His etiam adversariorum cogitationes, velut secum loquentium, protrahimus: quæ tamen ita demum a fide non abhorrent, si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos non sit absurdum. Et nostros cum aliis sermones, & aliorum inter se credibiliter indecimus: & suadendo, objurgando, querendo, laudando, miserando, personas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, concessum est. Urbes etiam, populique, voces accipiunt. Ac sunt quidam, qui has demum Prosopopœias dicant, in quibus & corpora & verba fingimus: sermones hominum assimulatos, dicere dialogus malunt. Idem 9. 2. & 1. 8.

PROSOPOPŒICUS, a, um. Adj. [προσωποποιϊκὸς] ut, Prosopopœicus sermo, Firmic. de Error. prof. Relig. p. 21.

PROSOPUTTA, æ. f. Cæl. 27. 9. Vas æneum.

PROSPECTO, are. & PROSPECTOR. V. PROSPICIO.

PRŌSPĔCŬLOR, ari. Procul speculari. Liv. 3. 43. pr. L. Siccium prospeculatum ad locum castris capiendum mittunt. Idem 31. 1. Multitudo e muris adventum Imperatoris Romani & regis prospeculabatur.

PROSPER, ĕra, ĕrum. Adj. [ἐπίφορος, αἴσιος] Qui dat successum, & spem nostram implet. Unde Prosperos deos dicimus, Prospera sidera, loca, fines, actiones, successus.

V. PROSPERE. H. St. De etymo scil.

Acies prospera. Tacit. 4. Hist. 71.

Exitus. Cic. 9. Att. 7. pr. Ego non jam id ago, mihi crede, ut prosperos exitus consequar.

Fama prospera. Tacit. 14. Ann. 58.

Fatum. Ovid. 3. Fast. 614.

Flatu prospero fortunæ uti. Cic. 2. Off. 19.

Fortuna prospera. Hor. 4. Carm. 14. 37. Ovid. 3. Trist. 4. 77.

Prospere sic maneat vobis fortuna, nec unquam, &c.

Fortuna prospera & Adversa. Cic. 3. de Nat. Deor. 89. Ad prosperam adversamve fortunam, qualis sis, aut quemadmodum vixeris, nihil intersit.

Fortuna prospera, æquabilis, perpetuaque. Cic. Post redit. ad Quirit. 2.

Ino prospere populo adest. Ovid. 6. Fast. 202.

Luna frugum prospera. Hor. 4. Carm. 6. 39. i. e. Inquit Acron, Rore nocturno nutriens.

Lux prospera. Ovid. 1. Fast. 71.

Sors. Catul. Argon. 62. 237. al. Ætas.

Successus prosperos dare, h. e. Felicem exitum. Liv. præf.

Tempora. Claud. 4. Cons. Hon. 618.

Terra prosperiore frui. Ovid. 3. de Pont. 7. 30.

Verba prospera. Ovid. 4. de Pont. 4. 38.

Prosper, sæpe etiam pro Eo qui prosperitatem recipit, hoc est, qui spe sua potitus est, accipitur. Hinc Suet. Claud. cap. 45. Cæsarem scribit fuisse prospera valetudine. i. e. Felici.

In prosperis nimia humanæ fragilitatis oblivio. Curt. 4. 14. 20.

Prosperus, nominativo, m. Cic. Somn. Scip. 4. Deinde est hominum generi prosperus & salutaris ille fulgor, qui dicitur Jovis. Val. Max. 3. 7. 1. Nec minus animosus minusve prosperus illius in Asiam transitus. Sil. 10. 202.

Occidit immoriens magnis non prosperus ausis. V. Drakenb. [Gloss. Cyrill. Αἴσιος, Prosper, vel Prosperus, Secundus.

Compar. Prosperius fatum. Ovid. 3. Fast. 614.

Æquora prosperiora. Claud. ad Seren. 60.

Superl. Acre & prosperrimum bellum. Paterc. 2. 69. 6.

PROSPĔRE, Adv. [ἐπιφόρως] quasi Pro spe, inquit Nonius 2. 788. Cic. 2. de Nat. Deor. 167. Magna dii curant, parva negligunt, magnis autem viris prospere semper omnes res. Subaud. Eveniunt.

Prospere, quasi Pro spere, i. e. Spe, Vide in SPERES, pro Spes. H. St. Sed obstat huic rationi quantitas ultimæ & penult. syllabæ. Nam in Spere ult. br. & prior longa esset Porro Prosper Voss. ex Gr. πρόσφορος arcessit. Ego non dubito, quin sit a πρόσφορος, quo veteres in eadem significatione ac ἐπίφορος, pro Facili, Prompto, Opportuno, usi fuerunt. Quod & ex verbo inde formato προσφορίζω apparet.

Evenire prospere. Cic. 3. Fam. 12. Ego vero velim mihi, Tulliæque meæ, prospere evenire ea, quæ me insciente facta sunt a meis.

Fortuna prospere functus. Cic. de Clar. Orat. 243.

Compar. Columel. 4. 32. Arundo prosperius loco resoluto quam denso deponitur. Aur. Vict. in Carino, Bello prosperius cedente. Adde Gell. 1. 13. & 6. 6.

Superl. Paterc. 2. 97. 1. Omnia geruntur prosperrime. Suet. Cæs. cap. 36. Prosperrime dimicare.

PROSPERĬTER, Adv. Ennius apud Priscian. 15. p. 1010.

PROSPĔRĬTAS, âtis. f. [εὐημερία] Felicitas, & ad votum successus. Cic. 2. de Fin. 19. Ut Aristoteles, qui virtutis usum cum vitæ perfectæ prosperitate conjunxit.

Improborum igitur prosperitates, secundæque res, redarguunt, ut Diogenes dicebat, vim omnem deorum ac potestatem. Cic. 3. de Nat. Deor. 88.

Commoditatem, prosperitatemque vitæ a diis habemus, virtutem deo acceptam nemo refert. Cic. 3. de Nat. Deor. 86.

Prosperitate valetudinis uti. Nepos 25. 21. 1.

Prosperitas rerum. Suet. Calig. cap. 31.

PROSPĔRO, [ἐπίφορον ποιῶ] âre. Prosperum facere. Plaut. Pers. 2. 3. 18.

Nunc & amico meo prosperabo, & genio meo multa bona faciam.

Liv. 8. 9. Dii Manes, vos precor, veneror, veniam peto, feroque, uti Pop. Rom. Quiritium vim victoriamque prosperetis.

Consilia Reipub. prosperare. Tacit. 3. Ann. 56.

Passive. August. de Civ. Dei, 5. 25. Constantinus in Tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est. Gloss. Cyrill. Αἰσιωθήσεται, Prosperabitur.

PROSPERANS, antis. Partic. Val. Max. 7. 2. 5. Non prosperantibus avibus.

PROSPERĀTUS, a, um. Partic. ut, Prosperata felicitas. Tertull. Apol. cap. 6.

Deus prosperatus. Prudent. Perist. 10. 365.

Prosperata signis salutaribus passio. Cæl. Aurel. Acut. 2. 27. 145.

PROSPERATIO, ônis. f. Gloss. Cyrill. Κατόρθωσις, Prosperatio.

PROSPER, ĕri. m. Tiro Prosper Aquitanicus, Augustini discipulus, Pelagianorum malleus, Episcopus Rhegiensis. De operibus ejus V. Voss. Hist. Lat. 2. 17. & de Hæret. Pelag. 1. 18.

PRŌSPERGO, spersi, spersum, [ἐπιρραίνω] ĕre. A Pro & spargere. Tacit. 15. Ann. 44. Unde hausta aqua, templum & simulacrum deæ prospersum est.

PROSPERSUS, a, um. Partic. Apul. Met. 2. Flore prospersus. At. Elmenh. p. 121. Me pressim deosculatu, & corollis revincto, ac flore perspersi.

PROSPĬCIO, spexi, spectum, [ἀφορᾶν, ἀφορίζειν, ἀφοράω, ἀποσκοπεῖν, ἀποβλέπειν] ĕre. Longe videre, quasi Porro specere. Pro Videre, aliquando accipitur. ut Plaut. Stich. 4. 2. 55.

Nunquam edepol me vivum quisquam prospiciet in crastinum diem. i. e. Videbit. Ter. Phorm. 5. 1. 8. — certe edepol, (nisi me animus fallit, Aut parum oculi prospiciunt) meæ nutricem gnatæ video.

Prospicit a tergo. Ovid. 6. Fast. 205. al. Templo.

Ad agentem ex turba prospexit. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Prospicere per umbram. Virg. 2. Æn. 730.

Prospicere oculis. Plaut. Amph. 5. 1. 7.

Prospicio parum. Plaut. Curc. 2. 3. 38. — perii, prospicio parum, Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame.

Prospicere, Ante, sive e longe videre. ut

Ab rupe prospicere. Virg. 3. Æn. 647.

Ex specula. Cic. 4. Fam. 3. Multo ante, tanquam ex specula, prospexi tempestatem futuram.

Prospicere ex superioribus locis in urbem. Cæs. 2. Bell. Civil. cap. 5.

In dextrum prospicere. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Prospicere, Providere & Præcavere. Ter. Adel. 3. 3. 32.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est,
Videre: sed etiam illa, quæ futura sunt,
Prospicere. Subauditur animo.

Prospiciens in annum fructus. Varro 1. de R. R. cap. 23.

Prospicere multum in posterum. Cic. pro Muren. 59. Semper in hac civitate nimis magnis accusatorum opibus, & populus universus, & sapientes, ac multum in posterum prospicientes, judices, restiterunt.

Longe in posterum futura prospicere. Cic. 2. Fam. 7.

Prospicere jam ante animo, Considerare. Cic. pro Quint. 35. Et tu, C. Aquili, jam ante animo prospicere possis, quibus de rebus auditurus sis.

Longe animo prospicere. Cic. pro Cluent. 34. Quid Oppianicus fecerit cognoscite, ut illum Megium intelligatis longe animo prospexisse morientem.

Prospicere mente & cogitatione. Cic. 1. Verr. 42. Jam nunc mente & cogitatione prospicio, quæ tum studia hominum, qui concursus futuri sint.

Conjectura aliquid prospicere. Cic. pro Domo 11.

Prospicere multo ante. Cic. ad Brut. 10.

Longe prospicere futuros casus. Cic. de Amicit. 40.

Insidias. Cic. 2. Verr. 32.

Prope infinitum mihi laborem prospicio. Quintil. in proœm. lib. 4.

Prospicere senectutem, pro Esse propiorem senectuti. Senec. Epist. 33.

Prospicere sibi, alicui, saluti suæ: h. e. Sibi cavere. Ter. Adel. 4. 2. 50.

Ctesipho autem in amore est totus: ego jam prospiciam mihi. Idem Eun. 4. 6. 24.

Malo ego nos prospicere, quam hunc ulcisci accepta injuria. Subaud. Nobis. Cic. 3. Verr. 158. Hoc modo iste sibi, & saluti suæ prospicere didicit.

Multum prospexeris si, &c. Cic. 7. Fam. 20. Nec Papirianam domum deseres, quanquam illa quidem habet lotum, a quo etiam advenæ teneri solent: quem tamen si exciderit, multum prospexeris. Sic explicat Victor. Sed Locum legit Manut. & de oculorum prospectu, exponit. V. utriusque not.

Prospicere immortalitati alicujus. Plin. 1. Epist. 17.

Alicui malo. Cic. de Arusp. resp. 56.

Consulere filiis ac prospicere. Cic. 3. Verr. 153.

Patria.

Patriæ. Cic. 4. in Catil. 1.
Rationibus alicujus quibuscunque rebus prospicere & consulere. Cic. 3. Fam. 2.
Ferramenta. Cic. pro Sull. 55. Sed tamen munere servili obtulit se ad Ferramenta prospicienda.
Prospicere bonum alicui. Liv. 5.
Petis, ut fratris tuæ filiæ prospiciam maritum: i. e. Deligam. Plin. 1. Epist. 14. ad Mauricum.
Prospectum est. Impers. Ter. Heaut. 2. 4. 11.
Nisi si prospectum est aliquid interea, desertæ vivimus.
PROSPICIENS, entis. Partic. Vitruv. 9. 1. Mentes aeris altiora prospicientes. Virg. 1. Æn. 131. Alto prospiciens. conf. v. 159 & 12. Æn. 136.
PROSPECTURUS, a, um. Partic. [illegible] Claud. 4. Conf. Hon. 635.
Mandaturicem operum, prospecturamque labori.
PROSPECTE, Adv. Tertull. Apol. cap. 6. Prospecte decreverant patres vestri.
PROSPECTUS, ûs. m. [illegible] Plaut. Mil 3. 1. 15.
Sterilis hinc prospectus usque ad ultimam plateam est probe.
Adimere prospectum Liv. 10 32 Non prospectu modo extra vallum adempto, sed propinquo etiam congredientium inter se conspectu.
Capere. Liv. 1. 18. Prospectu in urbem agrumque capto.
Corrumpere prospectum alicui Sil. lib. 5. 36.
Eripere prospectum oculis. Virg. 8. Æn. 254.
Impedire prospectum. Cæs. 2. Bell. Gall. 22. Quod vulgo dicitur *Visum auferre.*
Petebat prospectum ea summa arce. Catul. Argon. 62. 241.
Petere prospectum pelago. Virg. 1. Æn. 185.
Producere in prospectum populi. Cic. 3. Verr. 122. Al. Aspectum.
Maris prospectus. Cic. 12. Att. 10.
Arborum. Plin. lib. 12. cap. 6 ad finem.
O præclarum prospectum! Puteolos videmus, at familiarem nostrum Avianum, fortasse in porticu Neptuni ambulantem, non videmus. Cic. 4. Acad. 80.
Porticus in Palatio pulcherrimo prospectu. Cic. pro Domo 116.
PROSPECTOR, ōris m. Apul. de Deo Socr. p. 51. Elmenh. Deus in rebus incertis prospector, dubiis præmonitor conf. Tertull. de Corona, cap. 8.
PROSPEX, icis. ut Auspex. Idem. Tertull de Anima, cap 5. Recogita in præsagiis vatem, in ominibus augurem, in eventibus prospicem. V. Barth. Advers. 42 8
PROSPECTIVUS, a, um. ut, Prospectivæ fenestræ. Zeno in Cod. 8. 1. 10. l. 12. §. 2 & 3.
PROSPICES, Prospice. Festus. Al. Prospica. q. Infra V.
PROSPICIENTER, Adv. [illegible] Circumspecte. Gell. lib 2. cap. 29. Res salubriter ac prospicienter animadversas in mentes, animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induxit.
PROSPICIENTIA, æ. f. Cura, providentia. Cic. 7 Philip. 19. Ut vacuum metu Populum Rom. nostra vigilia & prospicientia redderemus. Plur Tertull. adv. Valent. cap. 26.
PROSPICUUS, a, um. Adj. [illegible] pro Conspicuo aut visendo. Seneca Epist. 121. Hinc prospicuos puerorum cultu atque forma greges. Apul. Met. 6. Turris illa prospicua. Stat. 12. Theb. 15.
— prospicuæ scandentem limina turris.
PROSPICUE, Adv. Apul. Met 1. p. 112. Elmenh. Benigne, inquam, & prospicue Demeas meus in me consuluit.
PROSPICA, & despica, Intenta & contempla. Nævius, Ac sibi prospica et despica. Potest ergo prospicus ac despicus dici. Nonius, 2. 667. V. Despica, in DESPICIO.
PROSPECTO, [illegible] āre frequent Liv 24. 21. Pars in ædium vestibulis stat, pars e tectis fenestrisque prospectant. Virg. 7. Æn. 813.
Turbaque miratur matrum, & prospectat euntem. conf. Idem 9. 168 & 10. 741.
Navis omnibus, qui eam aspexerant, prospectare jam exsilium, atque explorare fugam domini videbatur. Cic. 7. Verr 41.
PROSPECTANS, antis. Partic. [illegible] Catul. Argon. 62. 52.
Quæ tum prospectans cedentem mœsta carinam.
Astra prospectantia, i. e. Noctu lucentia. Stat 5. Silv. 1. 124.
Diem de dia prospectans. Liv 5. 48
PROSPHERÓMENA, [illegible] Quæ esu potuque intra corpus admittuntur. Cæl Aurel. 9. 15.
PROSPICA, PROSPICES, PROSPICIENTIA, PROSPICIENTER, PROSPICUUS, PROSPICUUS, V. PROSPICIO
PROSPIRO āre Spiritum longe lateque diffundo. Cato R. R. cap. 157. Nam venæ omnes, ubi suffiatæ sunt ex cibo, non possunt prospirare in toto corpore. Al. Perspirare. Apol Apol. p 306. Elmenh Ea namque tabes fisores corporis prospiravit, majore dedecore quam noxa, diffunditus,
PROSTAS, ădis. f [illegible] Vestibulum. Vitruv. 6 10. Spatium datur introrsus: hic locus apud nonnullos prostas nominatur.
PROSTASIS, is. sive PROSTASIA, æ. f. [illegible] Præfectura vel præsidentia Latine dicitur.
Est item Prostasia, quum quis pro altero liti se opponit, & ejus defensionem suscipit, eventumque præstat. Budæus in Commentar. Gloss. Cyrill. [illegible], Patrocinium.
PROSTATES, æ. m. [illegible] modo Præsidem, adjutoremve in bello, aut vicarium, aut defensorem significat. in lib posterioribus C. de muneribus patrimon. V. Suid. Gloss. Cyrill. [illegible]. Patronus. Præpositus.
PROSTERNO, strāvi, stratum, [illegible] ĕre. Ante sternere, vincere, profligare: quod fit quum hostes in acie sternuntur. Ter. Adel. 3. 2. 21.
Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, prosternerem.
Humi aliquem prosternere. Ovid 5. Met. 197.
Telo prostravit virum Valer 3. Argon. 185.
Aciem prosternere. Liv. 8 11. Ibi in conciliis Numisius Imperator eorum, affirmando communem vero Martem, utramque aciem pari cæde prostravisse. Plinius de Elephantis lib. 8. cap. 9. Prosternunt acies, proterunt armatos.
Hostes prosternere, fundere, occidere. Cic. 14 Philipp. 27.
Hostem ferro. Sil. lib 7. 197.
Legio prosternitur latis arvis. Valer. 6. Argon. 508.
Milites prosternere. Salust. Prostratisque militibus fugæ se dedit.
Oppida prosternere fragore. Sil. lib. 3. 613.
Silvas. Sil. lib 8. 630.
Nutantique ruens prostravit vertice silvas
Garganus. Ovid 8 Met. 776.
Corruit & multam prostravit pondere silvam.
Viribus suis prosterni. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Perfregit ac prostravit omnia cupiditate ac furore. Cic pro Cluent. 15.
Præcipitantem igitur impellamus, & perditum prosternamus. Cic. pro Cluent. 70.
Opes regni prosternere. Sil lib. 17. 147.
Prosternere atque obterere dicimur, Quæ nihili pendimus. Cic 5. Fam. 9. An vereat, ne qui potentissimorum hominum conspirationem neglexerit pro mea salute is pro honore meo pusillorum ac malevolorum obtrectationes & invidias non prosternat atque obterat?
Vineas prosternere in terram, Deprimere. Columel. lib. 11. cap. 3.
Corpus, Recumbere Sil lib 17. 424.
Corpora prosternere humi Liv. 9 6.
Ille se ad meos pedes prostravit lacrimans. Cic. 2. Philipp. 45.
Abjicere se atque prosternere, pro Parvi æstimare & sese demittere. Cic. in Parad. 1. Sic te ipse abjicies atque prosternes, ut nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes interesse?
Psaltriæ venalia prosternunt corpora. I. e Prostituunt. Arnob. lib. 2.
Prosternere. in hac significatione Dativum habet cum Accusativo. Suet. Jul cap. 2. Non sine suspicione prostratæ regi pudicitiæ conf. Calig 24.
Prosterni materiem, campumque laudibus, virtutibusque alicujus. pro Explicari & complanari. Plin. in Paneg. cap. 31. pr. Al. Præsterni rectius.
Flores. Stat. 5. Silv. 1. 257.
Sertaque & Elysiis animæ prosternere flores. [Legendum hic quoque Præsternere. Præ & pro quoties confusa occurrant dicere nihil attinet.
PROSTERNENS, entis Partic Catull 65. 149.
— densas prosternens messor aristas
PROSTRATUS, a, um. Partic. [illegible] ut, Humi prostratus. Lucret lib 3. 1109.
Prostratus in gramine. Lucret lib 2. 29.
Jacere prostratum Cic. 2. in Catil 2.
Ense adacto prostratus Sil. 17. 483.
Mole. Ovid 1. Trist. 7. 17.
Morte. Lucret. lib. 6. 1194.
Siti. Lucret. lib. 6. 1262.
Sopore prostrata urget membra quies. Petron. cap. 104.
Respub afflicta & prostrata Cic ad Octav.
Ao Afflicta, ut mox Virtus. H. St. Sic & Religiones. Nil certius hac conjectura, unde apparet has voces facile confundi V. f. l.
Religiones prostratæ, Dirutæ, eversæ. Cic 2. de Legib. 42. Quorum scelere religiones tum prostratæ afflictæque sunt; partim ex illis distracti ac dissipati jacent, qui vero &c.
Virtus afflicta & prostrata. Cic. 2 de Orat. 111.
PROSTRATIO, ōnis. f. Tertull. adv. Hæret. cap. 41. Simplicitatem volunt esse prostrationem disciplinæ.
PROSTRATOR, ōris. m Firmic. de Error. Prof. Rel p. 28. Oisel. Cujus favore eminentiores prostratores estis omnium hostium vestrorum.
PROSTHESIS, is. f. [illegible] Appositio litteræ, vel syllabæ, ad principium dictionis, ut [illegible], pro [illegible] Gramm.
PROSTIBULA, PROSTIBULUM, PROSTITUO, &c. V. infra in PROSTO.
PROSTO, stiti, stitum, [illegible] āre. Extare. ut
Anguli prostantes. Lucret. lib. 2. 428. h. e. Prominentes, exstantes.
Prostare, [illegible] pro Pretio stare, sive Prostitui. Juven. 1. Sat 46.
Quum populum gregibus comitum premat hic spoliator
Pupilli prostantis? Plaut. Curc. 4. 2. 21.
Hæ saltem in occultis locis prostant, vos in foro ipso. Quintil. in Milite Mariano, Juberet prostare gladio cinctum. h. e. Prostitui ad stuprum patiendum.
Pretio prostare Ovid. 1. Amor. 10. 17.
Ingenio alicujus prostare. Ovid. 3. Amor. 12. 8.
Fallimur? an nostris innotuit illa libellis?
Sic est, Ingenio prostitit illa meo. i. e. Meis carminibus eam invulgavi, & famam ei conciliavi. [Ut plures scil. rivales invenirem.
Quo non prostat femina templo? Juvenal 9. Sat. 24 Ovid. 2. de Pont. 3. 19.
Illud amicitiæ quondam venerabile nomen
Prostat, & in quæstu, pro meretrice, sedet.
PROSTIBULUM, i. n. [illegible] Ipsum scortum utriusque sexus dicitur. Plaut. Aul. 2. 4. 6.
Bellum, & pudicum vero prostibulum popli.
Prostibilum. Idem. Plaut. Stich. 5. 6. 4.
Prostibili est autem, stantem stanti suavium
Dare amicum amicæ. i. e. Meretriculæ vilissimæ & prostanti. Nisi forte Prostibuli legendum sit, ut aliis in locis, tu videris. Turnebus. [Potest esse a Prostibilis, e, Adj. V. seq. dict.
PROSTIBULA, æ. f. [illegible] Meretrix. Festus, Alicariæ meretrices appellabantur in campis solitæ ante pistrina alicariorum versari, quæstus gratia: sicut hæ, quæ ante stabula sedebant, dicebantur prostibulæ. Plaut. Pers. 5. 2. 56.
— nam hercle absque me
Foret, & meo præsidio, hic faceret te prostibulam propediem. Al Prostibilem. Tertull. Apol cap. 6. Inter matronas & prostibulas nullum discrimen relictum. V. Non. 5. 8.
PROSTIBILIS, e. Adj. V. in PROSTIBULA, & PROSTIBULUM.
PROSTITUO, ui, ūtum, [illegible] ĕre. Ante, sive publice statuere, Meretriciæ vitæ exponere. Unde Prostituere pudicitiam dicimus, Sui corporis potestatem ad libidinem facere. Suet. Neron. cap. 29. Suam pudicitiam usque adeo prostituit, ut, &c.
Toto corpore sese prostituere. Catul. 107. 8.
Faciem suam lucro prostituere. Ovid 1. Amor. 10. 42.
Vocem prostituere ingrato foro, Causidicum esse. Ovid. 1. Amor. 15. 6.
PROSTITUTUS, a, um. Partic. [illegible] Plin. lib 30 cap. 2. Utinamque inferos potius, & quoscunque de suspicionibus suis deos consuluisset Nero, quam lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones eas.
Sermones prostituti & theatrales. Sidon. 3. Epist 13.
Superl. Tertull. Apol. cap. 25. Prostitutissima lupa Laurentina.

Prostitutio, ōnis. f. Arnob. 2. In libidinem publica venalium corporum prostitutione damnari.

Prostitutor, ōris. m. Tertull. de Cult. Fem. 2. 9. Lenonis & prostitutoris vestitus & cultus.
Prostitutor Christiani sacramenti. Idem de Pudic. cap. 10.

Prostomia, V. PASTOMIS.

Prostratio, **Prostrator**, **Prostratus**, V. In PROSTERNO.

Prostȳlos, i. c. [πρόστυλος] In fronte colomnatus. Vitruv. 3. 1. & Bald. Lex. p. 94.

Prōsŭbigo, ĕgi, actum, [ὑπορύττω] ĕre. Vehementer suffodere. Virg. 3. Georg. 25.
Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus:
Et pede prosubigit terram: fricat arbore costas:
Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat. Ubi Servius, Prosubigit, fodit, & pedibus impellit altarois: quod pugnaturi sues facere consueverunt ad acquirendum robur. Hæc ille. Videtur tamen potius poeta significare, Apros lutum facere, in quo quum sæpe se volutarint, deindeque exaruerint, ita durius ac crassius tergum, cutemque impenetrabiliorem reddant, sic se armantes & quasi loricam induentes. Proinde eleganter usus est verbo Subigere: intelligere enim debemus terram eam fuisse madidam, in paludibus namque, stagnantibusque locis fere degunt apri. Quam aprorum naturam his verbis tradit Aristoteles lib. 6. historiæ animalium, cap. 18. Sues quoque feri acerrime sæviunt. Dimicant inter se mirum in modum armantes sese, & cutem quam crassissimam præparantes, indurantesque attritu arborum Sæpe etiam luto obducto, ac reficcato, tergus invictum contra ictus efficiunt.
Fulmina Cyclops prosubigit. Valer. 4. Argon. 288.

Prōsum, prodĕs, profui, [ὠφελέω, λυσιτελέω, συμφέρω, συντελέω, χρησιμεύω] prodesse. Utilitati esse, quasi pro aliquo esse. Ter. Eun. 5. 5.23. Ne neque illi prosis, & tu pereas. Idem Hec. 3. 5. 13. Quicquid est id, quod reliquit, profuit. Ubi Donatus; Profuit, pro nobis fuit, ac per hoc nostrum est: potest enim ipse profuisse, potest res ejus. Hor. 1. Ep. 1. 25.
Æque pauperibus prodest, locupletibus æque. Idem de Arte Poet. 333.
Aut prodesse volunt, aut delectare Poetæ. Cic. 7. Verr. 166.
Si tibi ignoto apud ignotos, &c. nobile & illustre apud omnes nomen tuæ civitatis profuisset.
Sin a me est alienior, nihil tibi litteræ meæ proderunt. Cic. 2. Fam. 16.
Metuo, ne artificium tuum tibi parum prosit. Cic. 7. Fam. 13.
Ære multum profuit ei Bithynia. Catul. de Varo. 10. 8. Al. E re. Voss. Ab re.
Prodesse plurimis. Cic. 4. Acad. 6. Quis reprehendet otium nostrum, qui in eo, non modo nosmet ipsos hebescere & languere nolumus, sed etiam ut plurimis prosimus enitimur.
Constantia multum prodest in amore. Propert. lib. 2. 26. 27.
In commune prodesse. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Prodesse ad. Liv. 2. 1. extr. Id mirum quantum profuit ad concordiam civitatis.
Non placent mihi illæ litteræ, quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt. Sallust. Bell. Jugurth. cap. 85.
Prodest contra. Plin. lib. 37. cap. 10. Putant eam contra araneorum & scorpionum ictus prodesse.

Profūtūrus, a, um. Partic. Sen. Epist 6. Passim profuturum sectaris.

Profuturus, i, m. Ducis nomen apud Ammian. 31. 7.

Prōsūmia, æ. f. Genus navigii, speculatorium parvum. Plaut. Amph. De nocte ad portum sum provectus prosumia. Cæcilius Meretrice, Qui pro gubernatore se gerens, prope evertis prosumiam. Festus. Meminit Gell. lib. 10. cap. 25. conf. Non. 13. 17.

Prōsūmo, psi, ptum. ĕre. Porro vel prorsum sumere, consumere. Plaut. Trin. 5. 2. 6.
Nam beneficium, homini proprium quod datur, prosumpserit. Al. Proprium sumserit. V. Parei Lex. Crit. p. 1008. conf. PROMO.

Prosumnus, i. m. [Πρόσυμνος] Index inferorum, de quo sic scribit Arnobius lib. 5. adversus gentes, Quum, inquit, inter homines esset adhuc Nysius & Semeleius Liber, nosse inferos expetivit, & sub Tartari sedibus quidnam rerum ageretur inquirere. Sed cupiditas hæc ejus nonnullis difficultatibus impediebatur, quod qua iret, ac pergeret, inscitia itineris, nesciebat. Prosumnus quidam exoritur, ignominiosus amator dei, atque in nefarias libidines satis pronus, qui se januam Ditis, atque Acherosios aditus pollicetur indicaturum, si sibi gereret morem deus, atque uxorias voluptates pateretur ex se carpi. Deus facilis, jurat potestatis futurum, ac voluntatis se ejus: sed quum primum ab inferis compos voti, atque expeditionis redisset. Viam comiter Prosumnus edisserit, atque in limina ipsa prostituit inferorum. Hæc & plura, quæ referre pudet, ex Arnobio Lilius Syntagmate 8. Histor. deor. p. 260. edit. Basil. conf. Elmenhorst. not. p. 171. Scribitur rectius Prosymnus.

Prōsŭpĕrābundo, Superabundare, apud Perottum.

Prosymna, æ. f. [Πρόσυμνα] Civitatis nomen est, in qua Juno colitur: cujus situm vide apud Strabonem lib. 8. Argorum partem facit Stephanus. Celsa Prosymna. Stat. 1. Theb. 383. & 4. 44.

Prosymnæus, a, um. [Προσυμναῖος] Adj. teste Steph.

Prosymnus, V. PROSUMNUS.

Protadion, i. n. Vini genus, quod Italicis proximum fecerant Asclepiadis scholæ, ut indicat Plin. 14. 7.

Prōtăgŏras, æ. m. [Πρωταγόρας] Abderites, domi Democriti auditor fuit, natus Menandro patre, Thracum locupletissimo, qui & Xerxem, adversus Græcos proficiscentem, domo, muneribusque excepit: ob quam liberalitatem, Magi, qui cum eo erant, facta a rege potestate, ejus filium Protagoram tunc adolescentem sua disciplina erudierunt. Nam injussu regis eam communicare non licet: quod de diis haud bene sentiant, dubitareque se dicant eos esse. Illis quoque clam sacrificant, ne clara religionis professione illis servire, aut per illos aliquid posse videantur. Ex hac igitur consuetudine & ritu Protagoras ab Atheniensibus condemnatus: vel ut placet nonnullis, tantum accusatus, sponte exsulavit. Quumque sparsas toto orbe triremes Atheniensium videret, parvo se navigio credens, insulam lustravit, ubi tunc mercede dicitur primus omnium profiteri cœpisse. Igitur Plato quum videret eum arte rhetorica intumescentem, verbaque ex poetica plus justo ostentantem, ejus ideam longo sermone expressit. Hæc ex Philostrato. De eodem secus scribit Gell. lib. 5. cap. 3. Idem 5. 10.
Protagoras alius fuit Astrologus, in quem Euphorion Epicedium scripsit. Alius item Stoicus, Diogeni Laertio. q. V.

Protagoreus, vel **Protagorius**, [Πρωταγόρειος] & **Protagoræicus**, a, um. [Πρωταγορικός] Adj. possess. ut, Protagorium responsum. Gellius lib. 5. cap. 11.

Prōtarchus, i. m. [Πρώταρχος] Epicureus philosophus, Demetrii præceptor, qui Lacon appellatus est. Hic Bargyllanus patria fuit, ut refert Strabo lib. 14.

Prŏtăsis, is. f. [πρότασις] dicitur Propositio. Donatus in prol. Ter. Protasis, Primus actus est, initiumque dramatis. V. Gell. 5. 11.

Protaticus, a, um. Adj. [προτατικός] ad Protasin pertinens. ut, Persona protatica, quæ tantum loquitur in Protasi, ut refert Donatus ibid.

Prōteas, æ. m. [Πρωτέας] bibendi certamine clarus: hunc in convivio Alexander poculo bicongio provocavit. Quumque Alexander bibisset: Proteas, rege multum laudato, qui egregie tantum calicem exsorbuerat, & ipse quoque ex fide atque integritate bibit, ut ab omnibus plausu exciperetur. Mox Proteas eodem poculo, quum regem provocasset, bibissetque, Alexander generose conatus iterum calicem eundem ducere, quum partem jam traxisset, resupinata in lecti pulvinar cervice, poculum manibus emisit, quo ex certamine in valetudinem incidit, qua tandem extinctus est. Ephippus apud Athen. 8. 9. Budæus 5. de Asse non Proteam, sed Medum dixit. V. Plutarchus in libello de Tuenda bona valetudine, & Ælian. V. H. 12. 26. ibique Periz.

Prōtĕgo, texi, tectum, [ἀμπίσχω, ἀμφιέννυμι, σκεπάζω, ὑπερασπίζω] ĕre. Tegendo tueri. Ovid. 1. Amor. 2. 52.
Qua vicit, victos protegit ille manu. Plin. lib. 12. cap. 1. Arbor se vastis protegens ramis. De platano arbore.
Protegere ab. Plin. lib. 10. cap. 33. Cameraque ab imbri aut fronde protegere densa.
Qui me ramorum protegat umbra. Virg. 2. Æn. 489.
Ego jacentem & spoliatum defendo & protego. Cic. pro Sull. 50.
Armis protegere aliquem. Ovid. 8. Met. 394.
Ora equi saucia protegere. Propert lib. 4. 1. 93.
Protegere, per translationem, Tegere. Quintil. Decl. 8. Captet licet crudelissimus senex parricidii immanitatem metu majore protegere, &c.
Insidias risu protectis. Justin. 38. 1. 10.

Protectus, a, um. [σκεπασθείς] Partic. Ovid. 12. Met. 273.
— dextraque a parte Charaxi
Tempora perfregit fulvo protecta capillo. h. e. Tecta.
Protectus humeros capillis. Ovid. 2. Met. 635. h. e. Humeros habens tectos capillis. Idem 12. 273.
Porticibus protectis. Columel. præf. lib. 9.
Compar. Sapientia protectior omni ratione. Cic. 13. Philipp. 6. Quid sapientia? cautioribus utitur consiliis, in posterum providet, est omni ratione protectior.

Protectum, i. n. Subst. ex Pro & Tectum. Ulpianus in l. Quemadmodum. D. Ad legem Aquiliam, Si protectum meum, quod supra domum tuam & nullo jure habebam, recidisses, posse me tecum damni injuria agere, Proculus scribit. Varro R. R. 3. 16. Faciunt ad foramen introitus protectum in alvum.
Protecta & Projecta, Partes sunt domus prominentes; qualia sunt Meniana & podia pensilia: unde aspectus est nobis in vicos & plateas. Protecta a protegendo dicta sunt. Est enim Protegere, Tectum projicere. Cic. in Topic. 24. Quoniam P. Scævola id solum esse ambitus ædium dixerit, quod parietis communis tegendi causa tectum projiceretur: ex quo in tectum ejus, ædes qui protexisset, aqua deflueret; id tibi jus videri. Budæus.

Protectio, ōnis. f. Quintil. Trib. Mar. cap. 8. p. 81. Burm. A numinibus protectionem inveniat. Tertull. de Fuga persec. cap. 2. Ambros. Serm. 88. extr.

Protectus, ûs. m. Tignorum protectus. Scævola JCt. Dig. 8. t. 2. Leg. 41. §. 1. [An Projectus?

Protector, ōris. m. Qui protegit. Protector fidei. Cyprian Epist. 9. cap. 2. Protectores, [σωματοφύλακες] electi ad custodiam corporis, vox Spartiano, Lampridio, Ammiano aliisque ejus ætatis historicis usurpata. Protectorum dignitas. Symmach. 3. 67. V. Cellar. Cur. post. p. 217. & Borrich. Cogit. p. 206.
De Protectoribus cursus, domesticis, & ducenariis, V. Lex. Pitisc.

Protectōrius, a, um. Adj. ut, Protectoria dignitate cumulatus. Constant. Imp. Cod. 12. t. 47. l. 2.

Prōtēlo, [ἀναβάλλομαι, ἀπελαύνω] āre. Protrahere, prævenire, exagitare, inquit Donatus. A πρὸ, & ἐλῶ dictum est, quod est Ante & Trahere. Alii ab assiduo telorum jactu existimant dici. Hæc Donatus ad hoc Ter. Phorm. 1. 4. 37.
Ne suis te iratus sævis dictis protelet. Alii legunt, Sævidicis dictis. Plaut. Merc. 2. Perioch. 12.
Vicini scortum insimulat, protelat virum.
Festus, Protelare longe propellere, ex Græco videlicet τηλόθι, quod significat Longe. Apul. Met. lib. 8. p. 209. Elmenh. Non vestrorum spoliorum cupidine latrocinamur, sed hanc ipsam cladem de vestris protelamus manibus. i. e. Propulsamus & longe propellimus, ne scilicet vos de nobis spolia auferatis. Sic & sæpius idem.
Protelare, (inquit Nonius, 4. 349) est Percutere, perturbare; adducitque locum Ter. Phor. super. & Sisennæ Histor. lib. 3. Romanos impetu suo protelant, prolectos persequuntur.
Protelare, (inquit idem dicto loco) est Excludere. Turpilius Lemniis,
Propter peccatum pauxillulum, indignissime
Patria protelatum esse, sævitia patris. Sisenna Histor. lib. 4.
Duæ cohortes de subsidio procedunt, atque equites protelant.
Protelare rursus Adjugare. Non. l. c. Sed affert loca, quæ in PROTELUM infra sequuntur, nec sunt a verbo.
Protelare, Differre, prorogare. Ulpian. l. 4. §. 7. D. de damno infect. Dies cautioni præstitutus si finietur, Prætoris vel Præsidis officii erit, ex causa vel renovare, vel protelare eam.
Passiv. Hieron. Epist. 23. pr. Ezechias vicina morte terretur, & fusus in lacrimas, quindecim annorum spatio protelatus ad vitam.

Protelātus, a, um. Partic. apud Nonium supra citat.

Protēlum, i. n. Tenor pugnandi, continua certatio. Lucret. lib. 2. 531.
Undique protelo plagarum continuato. Donatus, i. e. Tenore & impulsu vicissitudinario. Lucil. Sat. lib. 6. apud Non. 4. 349.
Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri
Ducere protelo validis cervicibus possent. Idem lib. 12.

Hanc juga mulorum protelo ducere centum
Non possunt. Cato Orig. lib. 5. Sed protelo trini boves unum aratrum ducent. Plin. lib. 9. cap. 15. In Mœno, Germaniæ amne, protalis boum, & in Danubio marris extrahitur, porculo marino simillimus. Paulo ante de ingenti alio pisce dixerat, Catenato captus hamo, nec nisi boum jugis extractus. Neque vero me latet quid legerit Hermolaus, quid Beatus Rhenanus, quid alii. Sequendum tamen mihi putavi Pliolum meum membranaceum manu scriptum. Lucret. lib. 4. 190.
Et quasi protelo stimulatur fulgure fulgur. i. e. Impulsu producto, perpetuo & continuo. Lambin. Catull. 57. 6.
— hunc ego, si placet Dionæ,
Protelo rigida mea cecidi. V. If. Voss. in loc. p. 123. conf. Sciopp. de Stilo Hist. p. 198. cum Turneb. Adversf. 24. 42. Plenissime Voss. Etym. p. 414. Salmas. in Solin. p. 943. Hard. ad d. l. Plin. vel Lex. Pitisc. Gloss. Lat. Gr. Protelum Ἐκλαμπτρ. Al. Ἐξαμπτρ.

PRŌTENDO, di, sum & tum, [προτείνω, ἐκτείνω] ĕre. Ultra tendere, porrigere. Plin. lib. 11. cap. 43. Inter digitos medius longissime protenditur. Idem lib. 9. cap. 32. In eodem genere cochleæ, aquatiles terrestresque, exserentes se domicilio, binaque ceu cornua protendentes contrahentesque, &c.
Aciem oculorum. Catul. Argon. 62. 127.
Unde aciem in pelagi vastos protenderet æstus.
Brachia alterna. Virg. 5. Æn. 377.
Dextram precantem. Virg. 12. Æn. 931.
Lacrimas. Claud. 2. in Eutrop. 592. — pro froode Minervæ
Has tibi protendo lacrimas: succurre ruenti.
Manum nanti protendere. Lucan. ad Pison. 241.
Joga protendit Cithæron. Senec. Theb. 1.
Famam alicujus, Extendere. Claud. 1. Conf. Stil. 36.
Protendere, Proferre, differre. Cic. 10. Fam. 26. Comitia tamen, quum ex his pendes, quantum facere possumus, quod multis de causis Reipublicæ arbitramur conducere, in Januarium mensem protendimus. Vetus codex habet Protrudimus.

PROTENDENS, entis. Partic. [προτείνων] ut, Brachia protendens. Catul. 64. 10. Ovid. 14. Met. 191.

PROTENTUS, a, um. aliud Partic. [προτεταμένος] Sil. lib. 16. 387.
— usque ad colla repente
Cornipedum protentus.
Temo protentus in octo pedes. Virg. 1. Georg. 171.
Hastæ protentæ. Tacit. 14. Ann. 37.
Tela protenta. Ovid. 8. Met. 341.
Compar. Avien. Periegef. 128. Protentior gurges. Idem 598. Locis in exortum protentior. Sic Solin. cap. 43.

PRŌTĔNUS, [πρόσω] quasi Porro tenus, & longe a finibus, interprete Servio. Virg. 1. Ecl. 3.
— en ipse capellas
Protenus æger ago. Per e scribi debere testatur Caper grammaticus. Perott. hoc loco per i, pro Valde interpretatur. V. PROTINUS.
Protenus ut. Hor. 2. Epist. 18. 67.
Protenus ut moneam (si quid monitoris eges tu.) i. e. Deinceps, consequenter. Alii legunt Protinus. V. Lambinum in Horat.

PRŌTĬNUS, Adv. [εὐθέως] Idem ac Protenus. i. e. Statim, quasi Pro tenus. V. Taubm. ad Virg. Ecl. p. 8. Virg. 4. Æn. 196.
Protinus ad regem cursum detorquet Hiarbam. Cic. 1. de Divin. 49. Præcepisseque ut pergeret protinus: quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret.
Protinus deprimi funum .... pag. 206. Senecæ Frob. H. St. Reliqua paucula diffuso atramento legi nequeunt.
Rogo te ut Romam protinus pergas. Cic. 1. Q. frat. 3.
Neque libelli protinus lecti erant. Paterc. 2. 57. 2.
Protinus, Simul, sive etiam. Virg. 6. Æn. 34.
— quin protinus omnem
Perlegerent oculis. Quintil. in Ægro redempto, Traxerat ex firmitate mentis magnam protinus & in membra constantiam. Etenim quod statim fit quasi simul fit. Sic Valla.
Protinus, Deinceps, exinde, ut ait Servius. Virg. 4. Georg. pr.
Protinus aerii mellis cælestia dona
Exsequar.
Protinus etiam id significat, quod vulgo *Directe & immediate* dicunt. [ἀμέσως] Ulpianus, Etenim parvi refert protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpositam fidejussoris vel rei personam. Budæus.
Protinus, Statim a principio. Ulpianus in l. Sed etsi. D. Ad Senat. Macedon. Videri pecuniam a donatore profectam protinus ad creditorem, & fieri nummos accipientis. Budæus.
Protinus subsistere. Quintil. in procemio lib. 1. Altius tamen ibunt, qui ad summa nitentur, quam qui, præsumpta desperatione quo velint evadendi, protinus circa ima substiterint.
Principium est oratio perspicue & protinus perficiens auditorem benevolum, aut docilem, aut attentum. Cic. 1. de Invent. 20.
Protinus, Jugiter, continue. Virg. 10. Æn. 340.
— trajecto missa lacerto
Protinus hasta fugit, servatque cruenta tenorem. Plin. lib. 5. cap. 9. Originem in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem.
Protinus, Longe porro. Virg. 7. Æn. 601.
— cornuque recurvo
Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
Contremuit nemus. [i.e. Continuo. Ubique fere temporis Adv. est. Quando autem huic adverbio additur negatio, significat Non ideo: quemadmodum fit in Continuo & Statim. Quintil. lib. 10. cap. 1. Non autem ut quicque præcipue necessarium est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti.
Protinus, Uno, eodemque tempore. Virg. 8. Æn. 159.
Protinus Arcadiæ gelidos invisere fines. Servius.
Protinus interdum Præ se, & ante se, & prorsum significat. Virg. 1. Ecl. 12.
— en ipse capellas
Protinus æger ago. i. e. Præ me, & ante me ago, & prorsum ago. Cic. 1. de Divin. 49. Præcepisseque ut pergeret protinus: quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret. i. e. Iret prorsum. Turneb. Alii leguntProtenus. q. V. supra. [Sed prorsus utriusque vocis distantia nulla est.

Protinus, cum Accusativo. Suet. in Octav. cap. 38. Liberis Senatorum, quo celerius Reipub. assuescerent, protinus virilem togam, latum clavum induere, & curiæ interesse permisit. i. e. Continuo post sumptam virilem togam. Nisi quis forte referri putet ad Infinitivum Induere. Plura V. apud Nonium 4. 384. [MSS. Protinus virili toga. Al. Togæ, vel A virili. Casaub. Virilem togam ac latum &c. ex MSS. ut sit Protinus, Uno eodemque tempore. Forte Tranquillus reliquit, Protinus ac virilem togam, latum &c. Protinus ac tantundem est, ac Protinus quam, diciturque ut Simul ac. Id quia non assecuti sunt librarii, turbavere.
Protinus quam. Plin. lib. 15. cap. 17. Io cinere lixivio tingunt protinus quam detraxere vitibus. I. e. Protinus postquam.
Protinus continuo. Plaut. Pseud. 2. 1. 13.
Post ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum protinus abducam.

PRŌTĬNAM, Adv. [εὐθὺς] Idem apud veteres significabat. Varr. de L. L. lib. 6. 6. Protinam a Protinus continuitatem significans. Plaut. Cas. 5. 1. 16.
Etsi malum merui, hac dabo protinam, & fugiam. Et apud Ter. Phorm. 1. 4. 13.
Aliquid convalassem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes. Ubi Donatus, Protinam fuit: & sic Nigidius legit. V. Nonium l. c. Plaut. Pers. 4. 5. 8.
At ne cum argento protinam permutes domum. Idem Curc. 2. 3. 84.

PRŌTERMĬNO, [παρατείνω] āre. A termino promovendo ductum verbum. Fines Propagare, promovere. Apul. Met. lib. 9. p. 235. Elmenh. Fines usque & usque proterminaveris. Sidon. 3. Epist. 1.

PRŌTĔRO, trivi, tritum, [συντρίβω, καταπατέω] ĕre. Vehementer terere, & quasi pedibus conculcare. Plin. lib. 8. cap. 9. Prosternunt acies, proterunt armatos. De elephantis. Cæs. 8. Bell. Gall. 48. Partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur. Idem Bell. Civil. 2. 41. Equitatus hostium aversos proterere incipit.
Agmina curru proterere. Virg. 12. Æn. 330.
Pedibus proterere. Plaut. Truc. 2. 2. 13.
Jam, hercle, ego hic te, mulier, quasi sus catulos, pedibus proteram.
Arva pedibus proterit juvenca. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 128.
Ulmus labans proterit uvas. Stat. 8. Theb. 547.
Ver proterit æstas. Hor. 4. Carm. 7. 9.
Copias proterere hostium. Plaut. Amph. 1. 1. 91.
Leonem proterere. Plaut. Men. 5. 2. 111.
Ut ego hunc proteram leonem Gætulum, olentem, edentulum.
Umbram inanem. Ovid. 3. Trist. 11. 25.
Proterere aliquem & conculcare. Cic. pro Flacc. 53. Sin illi ipsi domi proterendum esse & conculcandum putaverunt, desinant putare auctoritatem esse in eo testimonio, cujus auctor inventus est nemo.
Proteri & conculcari. Auctor. ad Heren. lib. 4. 67.

PROTRITUS, a, um. Partic. [κατατριβείς] ut, Acies protrita. V. ACIES.
Arbores protritæ. Tacit. 2. Hist. 70. 2.
Frumentum protritum & corruptum. Liv. 34. 26.

PROTRĪMENTUM, i. n. Apul. lib. 8. Met. extr. Accuratius in protrimentis sapidissime percoctum appone domino. Protrimenta, inquit Beroaldus, dicuntur Edulia minutim trita concisaque, qualia hodieque in pulmentariis plurima concinnantur ex carnibus frustillatim sectis. A Tritura dicta Protrimenta, quasi a proterendo.

PRŌTERRĔO, ui, itum, [καταπλήσσω] ēre. A longe terrere. Plaut. Trin. 3. 2. 77.
Mea opera hinc proterritum te, meaque avaritia autument. Ter. Heaut. 3. 1. 37. Proterruisti hinc me. Virg. 12. Æn. 291.
Tyrrhenum Aulesten, avidus confundere fœdus,
Adverso proterret equo. Stat. 2. Theb. 645.
Protinus idem ultro jaculo parmaque Menœtem
Proterrebat agens.

PRŌTERVUS, a, um. Adj. [ὑβριστής, ἀσελγής] Qui dum alius obvius est, proterit: quod faciunt tauri in appetitu coitus feminarum, in quas calent. Superbus. Plaut. Bacch. 4. 3. 1.
Petulans, protervo, iracundo animo, indomito, incogitato,
Sine modo atque modestia sum, sine bono jure atque honore. Ter. Heaut. 3. 3. 16. Ne ineptus, ne protervus videar. Cic. 1. de Finib. 6. Alii audaces, protervi, iidem intemperantes & ignavi.
Si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret: adulterum ego putarem, siquis hanc paulo liberius salutasset? Cic. pro Cœl. 38.
Dictum protervum aut factum. Cic. 2. de Finib. 47.
Facta proterva pater damnaret nati. Ovid. 8. Epist. 84.
Frons proterva, Impudens. Hor. 2. Carm. 5. 15.
Homines protervi, aut molles. Cic. 5. de Fin. 35. Et flexi fractique motus, quales protervorum hominum aut mollium esse solent, contra naturam sunt.
Juvenes protervi. Hor. 1. Carm. 25. 2.
Lingua. Ovid. in Ibin. 522.
Manus. Ovid. 12. Met. 234.
Noctis lusus. Stat. 9. Theb. 612.
Oculi. Ovid. 17. Epist. 77.
Ora canum. Ovid. 14. Met. 63.
Rixa. Hor. 3. Carm. 14. 26.
Sales. Stat. 1. Silv. 6. 6.
Stella Canis Icarii. Ovid. 2. Amor. 16. 14.
Turba. Ovid. 5. Epist. 136.
Venti. Hor. 1. Carm. 26. 2. Idem Epod. 16. 22.
Verba proterva dicere in aliquem. Ovid. 5. Trist. 6. 25.
Compar. Meretricem proterviorem quotidiana regis stupra faciebant. Justin. 30. 2. 2.

PROTERVE, Adv. [ὑβριστικῶς] Immoderate, & superbe. Ter. Heaut. 4. 4. 1.
Satis pol proterve me Syri promissa huc induxerunt. Idem Hec. 3. 5. 53.
Ecce autem tu quoque proterve iracundus es. Ovid. 1. Amor. 4. 45.
Multa miser timeo, quia feci multa proterve.
Facere alicui proterve injuriam. Plaut. Rud. 2. 4. 1.
Proterve loqui. Plaut. Amph. 2. 2. 207.

Mulier es, audacter juras. AL. quæ non deliquit, decet
Audacem esse, confidenter pro se & proterve loqui.

Compar. Ovid. 1. de Arte Am. 599.

Ut, quicquid facies, dicesve, protervius æquo.

Superl. In nostram Religionem protervissime insiliunt. August. de Civ. Dei, 5. 22.

PROTERVITER, Aliud Adv. Ennius apud Nonium 11. 28. Quis est, qui nostris furibus tam proterviter.

PROTERVITAS, ātis. f. [ἀφροσύνη] Superbia, petulantia. Ter. Heaut. 4. 6. 10.

Quam pæne tua me perdidit protervitas. Cic. pro Cœl. 29. De corruptelis, de adulteriis, de protervitate, de sumptibus, immensa oratio est.

Grata protervitas. Hor. 1. Carm. 19. 7.

PROTERVIA, æ f. Idem. [ἀσέλγεια] Auson. Edyll. 3. 172.

Capripedes agitat quum læta protervia Panas.

Protervíam facere. Erat hoc religiosum in nonnullis hostiis apud veteres, ne quid ex sacris epulis relinqueretur, aut si quid reliquum esset, id igni absumeretur, quemadmodum Moyses tradit de agno paschali. Porro id genus sacrificii, Romani Protervíam appellant. Unde celebratur illud Catonis festiviter dictum in Albidium quendam, qui patrimonium universum luxu absumpserat, unis exceptis ædibus, quæ incendio conflagrarunt. Protervíam, inquit, fecit: propterea quod ea quæ comesse non potuerit, quasi combussisset. Auctor Macrob. 2. Saturn. 2 pr. Erasm. Sed in emendatis codd. exstat Propter viam. V. in PROPTER.

PROTERVIO, [ἀσελγαίνω] īre. Petulanter agere. Tertull. de Patient. cap. 12. Dilectio non inflatur, non protervit. conf. Guil. Brito. 6. 328.

PRŌTĔSĬLĀUS, i. m. [Πρωτεσίλαος] unus e Græcorum ducibus, qui ad Trojam profecti sunt: quum primus ex navibus in litus prosiliret, ab Hectore est interfectus. Fuit ex Phylace Thessaliæ oppido. Inde Phylacides dictus. Ejus uxor Laodamia, quum interitum rescisset, in solatium mœroris optavit ut mortui umbram videret. Quod quum impetrasset, in illius amplexibus exspiravit. Propert. lib. 1. Eleg. 19. 7.

Illic Phylacides, &c. V. Ovid. 12. Met. 68. & Epist. 13.

PROTESILĀĒUS, a, um. Adj. [Πρωτεσιλάειος] ut, Protesilaea domus. Catul. 66. 73.

PROTESILAEUM, i. n. [Πρωτεσιλάειον] Delubrum, in quo Protesilai ossa consecrata sunt, non procul e Cherroneso. Strab. lib. 13. & Pomponius lib. 2. cap. 2. In Thraciæ rebus. [In Gr. est Πρωτεσίλεων, vitiose.

PROTESTOR, āri. Palam testari. Imp. Justin. Instit. pr. Bellicos sudores nostros, tam Africa, quam aliæ innumeræ provinciæ, iterum ditioni Romanæ nostroque additæ imperio, protestantur. conf. l. fin. D. de Institor. act. Quintil. Decl. 4. extr. Prædico, protestor, non ego parricidium faciam. Macrob. 1. Saturn. 17. extr. Floris species florem rerum protestatur, quas &c.

PROTESTO, āre. non minus, quam Protestor, veteres dixisse docet Priscian. p. 799.

PROTESTĀTUS, a, um. Partic. Apul. Met. 10. p. 252. Elmenh. Magnoque fidem ejus protestata clamore.

PROTESTATIO, ōnis. f. Symmach. 1. Epist. 56. Alia est protestatio amoris, alia linguæ ostentatio.

PRŌTEUS, i. m. dissyllabum, [Πρωτεύς] Filius Oceani & Tethyos, marinus deus, pastor phocarum: & vates, sed nisi coactus, nulla dans responsa. Virg. 4. Georg. 382. Fuit autem rex Ægypti temporibus Priami regis Trojani. Quum Ægyptus rege careret, ait Diodorus lib. 2. ex dignioribus quidam in regem assumptus est, quem Ægyptii Cetea, Græci Proteum appellant, qui Iliaci belli tempore exstitit. Hunc artium peritum fuisse tradunt, & in varias se formas vertere solitum, ut nunc animal, quandoque arbor, aut ignis, aut quid aliud videretur. V. Virg. 4. Georg. extr. vel Polyæn. præf. ad Strateg. & Drakenb. ad Sil. 7. 423. Consuetudo autem regum Ægypti, causam hujusmodi transmutationes fingendi præbuit. Nam Ægyptiis mos erat regibus, aut leonis, aut tauri, aut draconis, priorem partem in capite ferre, insignis principatus, quandoque vero arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput unguenta. Hæc tum ad decorem spectant, atque ornatum: tum stuporem, ac superstitionem quandam aspicientibus injiciebant, &c. Proteum aliquando in Carpatho insula regnasse, Pallene urbe Thessaliæ relicta, ad quam tamen reversus est postea, Servius auctor est enarrans carmen illud Virg. 4. Georg. 387.

Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
Cæruleus Proteus, &c.

Protei columnæ. Virg. 11. Æn. 262.

Atrides Protei Menelaus adusque columnas
Exulat. i. e. Ad fines Ægypti pervenit: ex eo, quod in confiniis, columnæ, quæ dirimerent terras, ponerentur, ut Pollux & Strabo plerisque locis scribunt. Annotavit Turnebus.

Senex Proteus. Ovid. 11. Met. 221.

Mutabilior Proteo. In vafrum & versipellem competit: aut in eos qui facile vertunt sententiam. Hor. 1. Epist. 1. 90.

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo? Idem 2. Serm. 3. 71.
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus. Protea vocat Tergiversantem, & quem Græci vocant δυσθήρατον, id est deprehensu difficilem.

Proteus, Philosophi cujusdam cognomentum fuit, qui de nomine Peregrinus dicebatur. Hic fuit vir gravis atque constans, semperque dicere solitus, Virum sapientem non peccaturum esse, etiamsi peccasse eum dii atque homines ignoraturi forent. V. plura apud Gell. lib. 12. cap. 11. conf. Ammian. 29. 41. Tertull. ad Martyres & Euseb. in Chronic.

PROTEA, æ. f. Herba palustris. Apul. de Herb. cap. 67.

PRŌTHEŌRĒMA, ătis. n. [προθεώρημα] Prævia consideratio. Mart. Capell. 2. Protheorematum vel elementorum diversitas.

PRŌTHĔSIS, is. f. [πρόθεσις] Latine dicitur Præpositum, sive præpositio. Figura est Grammaticis propria, quoties littera quædam vel syllaba apponitur ad principium dictionis: ut Gnata, pro nata: Tetulit, pro tulit. Ex Donato. Al. Prosthesis, q. conf.

PRŌTHŎŌS, i. m. [Πρόθοος] Tanthredonis filius, dux eorum qui ex Magnesia ad Trojam venerunt. Homer. lib. 2. Iliad.

PRŌTHYMATA, [προθύματα] sunt Quæ ante sacrificium fieri consuevere. ut est vaporatio turis; aut id genus primitiæ quæcunque, ut siligo, vel etiam placentulæ, quæ ante sacrificium offerebantur.

PRŌTHȲME, Adv. ex Græco προθύμως. Plaut. Pseud. 5. 1. 23. Diem prothyme sumere.

PRŌTHȲMIA, æ. f. [προθυμία] Promptitudo, alacritas Latine dicitur. Plaut. Stich. 4. 2. 53.

Vides benignitates hominum perire, & prothymias. Ibid. 5. 2. 11.
Proh dii immortales! quot ego voluptates fero?
Quot risiones, quot jocos, quot suavia,
Saltationes, blanditias, prothymias.

PRŌTHȲRIS, idis. f. [προθυρίς] Ancon. Vitruv. 4. 6. V. Bald. Lex. p. 7.

PRŌTHȲRUM, i. n. [πρόθυρον] Vestibulum in januis domus, ita de privatis ædibus dictum, ut Propylæum de vestibulo urbis, vel templi, vel regiæ. Auctor Vitruv. lib. 6. cap. 10. Item Prothyra, inquit, Græce dicuntur, quæ sunt ante in januis vestibula. Nos autem appellamus Prothyra, quæ Græce dicuntur Diathyra. Prothyrum, *Un avant portail*, Diathyrum, *Une barriere de charpenterie devant la porte*. Dixi autem penult. corr. quia Dithyrambus, quod ab eadem est origine, secundam corripit apud Hor. 4. Carm. 2. 10. conf. Dig. l. 50. t. 16. de V. S. leg. 245.

PRŌTŎCOLLUM, i. n. [πρωτόκολλον] quasi Prima concinnatio. Est enim proprie Protocollum, Quod breviter & succincte notatur e tabellione, ut exteudi deinde, atque absolvi possit. Κόλλα Græce gluten, sive colla dicitur. Ex Hermolao. V. Salmas. Hist. Aug. p. 703. & Voss. de Arte Gramm. 1. 37. & Cangii utrumque Gloss.

PRŌTŎCŌMIUM, i. n. [πρωτοκόμιον] Prima coma. Veget. de Re vet. 2. 11.

PRŌTŎGĔNES, is. m. [Πρωτογένης] Pictor nobilissimus, cui patria fuit Caunus, gens Rhodiis subjecta. Palmam habet tabularum ejus Ialysus, qui est Romæ, dicatus in templo Pacis: quem quum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustineret, & sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorem induxit subsidio injuriæ & vetustatis, ut decedente superiore, inferior succederet. Hæc Plin. & alia multa de Protogene, lib. 35. cap. 10. Fabius lib. 12. cap. 10. & Gell. 5. 3. V. IALYSUS.

Protogenes, [πρωτογένης] significat Aliquem primi generis, sive e quo genus incipit: ut ostendit Dionysius in principio Historiarum: & a poetis sumitur pro Eo, qui se talem confingit. Juven. 3. Sat. 120.

Non est Romano cuiquam locus hic, ubi regnat
Protogenes aliquis, vel Diphilus, aut Hermarchus. [Videtur potius nomen Græcum de medio arreptum, et reliqua.

PROTOGENIA, æ. f. [Πρωτογένεια] Nomen filiæ Deucalionis & Pyrrhæ. Aristarch. In 10. lib. Odysseæ.

Fuit præterea hoc nomine Una ex filiabus Erechthei Atheniensium regis, quæ se pro patriæ salute jugulandas præbuerunt.

PROTOGONOS, i. m. [πρωτόγονος] Primogenitus, quo nomine ab Orpheo dictus est Deus, quod ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta creata. Gloss. Cyrill. Πρωτόγονος, Primitivus.

PRŌTOLLO, [προτείνω] ĕre. Ultra tollere, Proferre. Plaut. Pseud. 3. 2. 71.

Manum si protollet, & pariter proferto manum. Avien. Arat. Phænom. 5. 6. 8.

Pleiades femoris pariter sub fine sinistri
Perseus protollit.

Protollere, [ἀναβάλλεσθαι] Differre, prolongare. Plaut. Casin. 3. 5. 48.

Neque viri vitam sinet in crastinum protolli. Gell. lib. 3. cap. 16.
Neque ultra decimum mensem fœturæ mulierum protolli potest.

Protollere mortem alicui. Plaut. Cas. 2. 8. 11. Protollo mortem mihi.

PRŌTŎLŎGIA, æ. f. [πρωτολογία] Prima locutio, antiloquium.

PRŌTŎMARTYR, yris. c. [πρωτομάρτυς] Martyrum primus. i. e. Abel vel Stephanus.

PRŌTŎMA, es. f. [πρωτομή] Scalig. Prima æqui portio. [Hoc unde, aut quid sit nescio. An Protonome, πρωτονομή;

PRŌTŎMYSTES, æ. m. [πρωτομύστης] Mystarum princeps. Mystæ autem sacerdotes appellantur, qui mysteria sive initiorum secreta regunt, & administrant. Sidon. 2. Epist. 9.

PRŌTŌNO, [προβροντάω] āre. Ante tonare. Valer. 4. Argon. 205.

Devolat inde furens, nec qua via, curve profecti,
Nec genus ante rogat: sed tali protonat ira,
Incipite ô juvenes, &c.

PRŌTŎNŎTĀRIUS, i. m. [πρωτοχαρτουλάριος] Primus notariorum.

PRŌTŎPLASTES, æ. m. [πρωτοπλάστης] Qui primo fingit. Et

PRŌTŎPLASTUS, [πρωτόπλαστος] Primo formatus. Unde & Adam protoplastus dictus est. Tertull. Exhort. Cast. cap. 2. Alcim. Avit. lib. 2. 35. Corripit primam Orient. Commou. 2.

Per pomum, protoplaste, cadis: &c.

PRŌTŎPRAXIA, æ. f. [πρωτοπραξία] i. e. Prima exactio, vel privilegium et quis cæteris creditoribus anteponatur. Plin. 10. Epist. 109. Inveni a plerisque proconsulibus concessam eis protopraxian. conf. Epist. seq.

PRŌTŎSĔDEO, ēre. Præsidere. Tertull. de Coron. Mil. cap. 15. Protosedent & presbyteri coronati.

PRŌTŎSPATHĀRIUS, i. m. [Πρωτοσπαθάριος] Primus Spathariorum. Protospatarii, Officiarii, ac justitiæ reddendæ præfecti, apud Constantinopolim. Hermenopul. lib. 1. Epit. Luitprandus lib. 3. de Reb. per Europam gest. cap. 7. V. Cang. Gloss. Lat. & Græc.

PRŌTŎSTĂSIA, æ. f. [Πρωτοστασία] ut, Protostasiæ munus, in l. 8. C. de munerib. patr. l. 3. de filiisfam. & quemad. pro his par. tenean. lib. 10. C. l. j. & toto tit. de Protostasia in C. Theod. Gloss. Cyrill. Πρωτοστάτης, Princeps, Πρωτοστασία, Principatus.

PRŌTŎTŎCOS, i. f. [πρωτοτόκος] Quæ primum peperit: quod nomen ipsi Hevæ proprium est. At Πρωτότοκος proparox. Primigenus, Primigena, & Primitivus, in Gloss. Cyrill. conf. Suid.

PRŌTŎTŎMUS, i. m. [πρωτότομος] Primæ sectionis.

Primus caulis qui succiditur, vel cyma brassicæ, a prima sectione, prototomus appellatus est, quæ Vere fit: estque ipsorum caulium delicatior, tenuiorque cauliculus. Columel. lib. 10. 369.

Sed jam prototomus tempus decidere caules. Martial. lib. 10. 48.
Et faba fabrorum, prototomique rudes. Idem lib. 14. 101.
Prototomis, pudet heu, servio coliculis.

PRŌTŎTȲPUS, i. m. [πρωτότυπος] Primum exemplar: Archetypus alias dicitur. In Gloss. Cyrill. Primitivus, Principalis.

PRŌTRAHO, xi, ctum, [προέλκω] ĕre. Palam trahere. Liv. 28. 29. Nudi in medium protrahebantur, & simul omnis apparatus supplicii expromeba-

promebatur. conf. Lucret. 5. 1387. Cic. 6. Verr. 24. Hinc in convivium Sextium Cominium protrahi jussit.

Omnia protrahere in lucem. Lucret. lib. 4. 1183.

Caput alicunde protrahere. Propert. lib. 3. 18. 26.

Latitantes protrahere indicio. Ovid. 3. Trist. 4. 72.

In medios aliquem protrahere, Statuere coram omnibus. Virg. 2. Æn. 123.

Ad operas mercenarias protrahi. Cic. 1. Philipp. 22. Quis reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur?

Protrahere ad indicium. Liv. 33. 28.

Verum protrahere alicunde, Elicere. Lucret. lib. 1. 410.

Protrahere, Augere. Valer. lib. 1. cap. 5. 8. de C. Cassio, Ut rapacissimi victoris insolentiam dicti tumore protraheret. [i.e. Eliceret. Subaudi Fortuna.

Protrahere, [ἀναβάλλεσθαι] Differre, prolongare. Ter. And. 2. 1. 15.

Credo impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis protrahat dies. Hoc loco Donatus legit Prodat.

Protrahere & differre. Suet. Neron. cap. 32. pr.

Mors lenta protrahatur longa fame. Senec. Herc. fur. 6.

PROTRACTUS, a, um. Partic. [ἐφελκυσθείς] ut, Ad arma protractus. Sil. lib. 16. 84.

PROTRACTE, Adv. Saresb. 2. 26. Protractius deriderl.

PROTRACTIO, ōnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1. 12. Quæ est prima protractio. De lineis.

PROTRACTUS, ûs. m. Apul. Met. lib. 11. Sacerdos in ipso protractu pompæ roseam manu dextra, sistro cohærentem, gestabit coronam. Elmenh. Procinctu. p. 259.

PRŌTRĀDO, ĕre. Apul. Apol.

PROTREPTĬCUS, a, um. pr. c. Adj. [προτρεπτικός] Instructivus & exhortativus. Symmach. 1. Epist 25. Indulge stilo, ut sæpe prodaris. Certe aliquod didascalicum, seu protrepticum nostro quoque nomini carmen adjudica. conf. Ep. seq.

PROTREPTICUM, vel PROTREPTICON, i. n. [προτρεπτικόν] Absolute exstat loco tituli in Stat. 5. Silv. 2. Et in Auson. Edyll. 4. Idem Epist. ad Edyll. idem, Libellum instar protreptici luseram. Capitolinus in Gallien. cap. 2. pr. Quæ dixit M. Tullius in Hortensio, quem ad exemplum protreptici scripsit.

PROTRIMENTUM, PROTRITUS. V. PROTERO.

PROTROPI populi, alio nomine Abellinates, in Apulia non procul a Benevento. Plin. lib. 3. cap. 10.

PRŎTRŎPUM, i. n. [πρότροπον] Genus potus. Plin. lib. 14. cap. 9. Sed inter hæc genera potuum ponere debeo & protropum. Ita appellatur a quibusdam mustum sponte defluens, ante quam calcentur uvæ.

Protropum vinum, dicitur a Columel. lib. 12. cap. 41. Mustum lixivium Latine. Mustum, inquit, lixivium de lacu statim tollito: hoc autem erit, quod destillaverit ante quam nimium calcetur uva.

Protropi appellatio Græcis ab eo deducta apparet, quod calcaturam & prelum sponte effluendo prævertat: ἀπὸ τοῦ προτρέπειν τὸ ἐκπιέζεσθαι, quod ipsum ex Plinii verbis clarum est.

PRŌTRŪDO, si, sum, [προωθέω] ĕre. Porro, sive ultra trudere. Cic. de Fato, 43. Ut igitur, inquit, qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem non dedit: sic, &c.

Protrudere aëra. Lucret. lib. 4. 247.

Paulatim moles protruditur atque movetur. Lucret. lib. 4. 889.

Protrudere opus, apud Vitruvium, 2. 8. V. ORTHOSTRATA.

PRŌTRŸGĒTOS, i. m. [προτρυγητής] Stella ad dextram Virginis, quam nostri Provindemiam vocitant. Vitruv. 9. 6. Scribitur & προτρύγητος, pænult. prod.

PRŌTŪBĔRO, āre. Solin. cap. 45. de Bucephalo, De fronte ejus quædam exstantium corniculorum minæ protuberabant. Et cap. 46. Poma protuberant.

PRŌTŪMĬDUS, a, um. Adj. Apul. de Deo Socrat. pr. de Luna. Seu corniculata, seu dividua, seu protumida, seu plena fit. V. AMPHICYRTOS.

PRŌTURBO, [ἀπωθέομαι] āre. Porro, sive ultra, & a se, aut Extra turbare, Repellere. Liv. 5. 47. Jamque & alii congregati, telis, missilibusque, saxis proturbare hostes, ruinaque tota prolapsa acies in præceps deferri. Plin. lib. 11. cap. 19. Apes pigras & ignavas proturbant.

Calcibus proturbare. Columel. lib. 6. cap. 37. Nisi ea prius marem cognovit, adsilientem admissarium calcibus proturbat.

Proturbare aliquem. Tacit. 11. Ann. 8.

Hostem eminus missilibus proturbare. Virg. 10. Æn. 801. & 9. Æn. 441.

Quem circum glomerati hostes hinc cominus atque hinc Proturbant.

Ab alio solio proturbat hunc. Valer. 1. Argon. 597.

Proturbare extra tecta. Columel. lib. 9. cap. 15.

Itaque anhelatum proturbat pectore murmur. Sil. 5. 605.

PRŌTUS, i. m. [Πρῶτος] Illustris cujusdam Phocensis nomen, qui a Gallis benigne acceptus, Massiliam non procul a Rhodani ostio condidit. Plutarch. in Solone. pr. [Sed Primum denotat, nec est proprium nomen.

PRŌTŪTOR, ōris. m. nisi distincte malis legere, est Qui aut se ingerit in tutelam, aut pro ipsomet tutore occupato, tuetur. l. 1. §. 1. de eo qui pro tutor. l. ult. de tutel. & rat. distrahen. l. 3. § pen. de contrah. judic. tutel. & multis aliis locis, in P. Hinc

PROTUTELÆ actio, Quæ in Protutorem datur, l. 4. de testam. tutel. l. penult. de tut. & rat. distr. in P. Ulpian. l. 1. D. §. 8.

PRŌTȲPUM, i. n. [πρότυπον] Quod in typi vicem formatum est. Plin. lib. 35. cap. 12. Primusque personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocavit: postea idem ectypa fecit. V. not. Harduin.

PROTȲRUM, i. n. Vinum apud insulam Lesbon. Vitruv. 8. 3. Edit. Juntina habet Protropum q. V.

PRŌVĔHO, xi, ctum, [προάγω, ἀναβιβάζω] ĕre. Producere. Plaut. Rud. 3. 6. 25.

Quia pol provexi, avehere non quivi miser. Liv. lib. 22. 20 pr. Itaque ad Honoscam classe provecti, exscensu e navibus in terram facto, quum urbem vi cepissent, &c. Cic. 7. Verr. 47. Posteaquam paulum provecta classis est, & Pachynum quinto die denique appulsa est.

Ultra provehi. Virg. 1. Æn. 481.

Ulterius provehere. Propert. lib. 2. 15. 19.

Ratem provehere per freta, Immissis Euris. Valer. 4. Argon. 421.

Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta. Virg. 3. Æn. 506.

Atque etiam homines agrestes inani spe ad aquas usque Puteolanas provehuntur. Cic. 8. Philip. 9.

Provectusque ante stationes equo. Liv. 23. 47. pr.

Provehere mulis. Plin. lib. 21. cap. 13.

Provehi amore, per translationem. Cic. ad Brut. 15. Sed provehor amore: non enim id propositum est, huic epistolæ, Messalam ut laudem. i. e. Rapior.

Longius in amicitia provecti. V. LONGUS.

Eo usque corruptionis provectus est. Tacit. 2. Ann. 55.

Unde, & quousque jam provecta sit orandi facultas. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Provehi longius in scribendo, vel orando, Procedere. Cic. 3. de Fin. 74. Sed jam sentio me esse longius provectum, quam proposita ratio postularet, verum admirabilis compositio disciplinæ, incredibilisque rerum traxit ordo.

Paulo longius oratio mea provecta est. Cic. pro Rosc. Com. 31.

Parvula causa, est satis, a tergo quæ provehat, &c. Lucret. lib. 4. 195.

Vitam in altum provehere. Lucret. lib. 5. 1433.

In majus provehere. Hor. 3. Carm. 4. 66.

Provehi in maledicta. Liv. 35. 48. extr. V. COMMUNITER.

Provehere vitam suam in periculum. Cic. pro Milon. 57.

Provehi ad optatos exitus. Cic. 2. Off. 15.

Paulatim per altercationem ad continuas & infestas orationes provecti. sunt. Tacit. 4. Hist. 7.

Provecta prudentia usque ad extremum. Cic. de Senect. 27.

Provexit orationem meam vestra benignitas. Cic. pro Domo, 32. Sed quum me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra, in me attente audiendo, benignitas, provexit orationem meam: sed hoc compensabo brevitate, &c.

Hæc spes, provexit ut &c. Liv. 2. 50.

Sulpicium ab optima causa profectum, &c. longius quam voluit, popularis aura provexit. Cic. de Arusp. Resp. 43.

Ne ultra, quam homini datum est, nostra provehantur. Quintil. in procem. lib. 6. Successu scil. Sic

Ecquo te tua virtus provexisset? Cic. 13. Philip. 24.

Provehere aliquem ad dignitatem. Plin. 10. Epist. 8.

Ab eo in consulare provectus fastigium. Paterc. 2. 69. 1.

Provehere studiosos. Plin. 8. Epist. 12. pr. Vir est optimus, & inter præcipua sæculi ornamenta numerandus: colit studia, studiosos amat, fovet, provehit.

PRŌVĔHENS, entis. Partic. [προϊών] Liv. 40. 14. pr. Illo etiam (pravo forsitan) gaudio provehente, quod, &c.

PROVECTUS, a, um. aliud Partic. [προκεχωρηκώς] Cic. de Senect. 55. Ignoscetis autem: nam studio rusticarum rerum provectus sum, & senectus est natura loquacior.

Provectus & delapsus in flumen. Cic. 1. de Divin. 58.

Provectus ætate, vel Provecta ætate homo. Cic. de Senect. 10. Quanquam eum colere cœpi, non admodum grandem natu, sed tamen jam ætate provectum.

Ætate provecta mortua est. Cic. 1. Tusc. 94.

Longius provectus ætate. Cic. de Clar. Orat. 129.

Nox erat provecta. Tacit. 13. Ann. 20.

Senectus provecta. Tacit. 1. Ann. 4.

Compar. Provectior senectute. Arnob. 6.

Nestore provectior. Auson. Epigr. 19.

PROVECTIO, ōnis. f. Lactant. 5. 11. Provectio dignitatis.

PROVECTUS, ûs. m. Sidon 4. Epist. 4. Provectu ætatis. conf. Cassiodor. 1. Epist. 24. Dictys Cret. de Bell. Troj. 6. 11. Insulamque provectu frugum redundaturam. Sed al. Proventu rectius.

PROVECTĬBĬLIS, e. Adj. Fulgent. de Cont. Virg. Ingenio natum est provectibile.

PRŌVĔNIO, vēni, ventum, [προέρχομαι] īre. Porro venire. Plaut. Pseud. 1. 5. 155. —nam qui in scenam provenit

Novo modo, novum aliquid inventum afferre addecet.

Provenire, [φύομαι] Produci, nasci. Plin. lib. 9. cap. 105. Neque aliud ibi animal provenit.

Proveniebant oratores novi, stulti, &c. Cic. de Senect. 20. Ex Nævio. Alii aliter legunt. conf. PROVENTUS.

Provenire, [ἐπιδίδωμι] Crescere, fructificare. Plaut. Truc. 2. 6. 35.

Quum tu recte provenisti, quumque es aucta liberis. Gratulor.

Ut ex studiis gaudium, sic studia hilaritate proveniunt. Plin. 8. Epist. 19. i. e. Contingunt. Ovid. 1. Trist. 1. 39.

Carmina proveniunt animo deducta sereno.

Provenire, Contingere. Plaut. Men. 5. 5. 61. Nimis proventum est nequiter. i. e. Pessime res cadit. Cic. 1. de Fin. 47. Nec quid proventurum sit provident.

Annus fecundior provenit. Ovid. 4. Fast. 672. Idem 1. Amor. 5. 26.

Proveniant medii sic mihi sæpe dies.

Absolute, pro Succedere usurpatur. Tacit. 2. Hist. 16. 2. Inani auxilio, etiamsi provenisset. conf. 3. 41. extr.

Ipsi etiam homines Bene aut nequiter provenire dicebantur, quibus res, vel pulchre, vel secus succederent. Cujus formulæ plurima exempla apud Plautum. V. Truc. 2. 4. 33. Rud. 3. 5. 57. & Stich. 2. 3. 72. conf. item Columel. lib. 4. cap. 29. V. paulo supra.

PROVENIENS, entis. Partic. Ovid. in Nuce, 10. Fructus proveniens.

PROVENTUS, a, um. Partic. Macrob. 7. Saturn. cap. 12. extr. Ideo ex asperatione oris proventa suavitas excluditur. [Al. Præventa rectius. Malim & Exasperatione, ἐφ' ᾧ.

PROVENTUS, ûs. m. [πρόσοδος, πρόοδος] Ortus, vel Reditus non tantum bonarum, sed etiam malarum rerum. V. Non. 12. 12. Plautus. Calamitatum & miseriarum tot proventus.

Cuniculorum proventus, Fecunditas. Plin. lib. 8. cap. 55. Certum est Balearicos, adversus proventum eorum, auxilium militare a Divo Augusto petisse. De cuniculis loquitur.

Lactis proventus. Plin. lib. 20. cap. 12. conf. Virg. 2. Georg. 518.

Poetarum proventus. Plin. Epist. 13. lib. 1.

Scelerum novorum proventus. Lucan. 2. 61.

Proventus dapsilis. V. DAPS.

Triferus proventus. Plin. lib. 15. cap. 18.

Onerare sulcos proventu. Virg. 2. Georg. 518.

Proventus, pro Successu. Cæs. 2. Bell. Civil. 38. Multum ad hanc rem adjuvat adolescentia, magnitudo animi, superioris temporis proventus, fiducia rei bene gerendæ.

Proventus felicitatis, Valer. Max. lib. 5. cap. 10. de Æmilio Paulo, Quum in

in maximo proventu felicitatis vestræ, Quirites, timerem, nequid mali fortuna moliretur, &c.
Favet enim Ruffino Æmilianus, & proventum copit. Apul. Apol. p. 335. Elmenh. [i. e. Bene provenire ei. Hic enim non est substantivum, sed neutrum Partic. ut Conventum cupere &c. V. CUPIO.

PROVENTO, āre. frequentat. Næv. apud Cic. de Senect. 20.
Proventabant oratores novi, stulti, adolescentuli. Al. Proveniebant.

PRŎVERBIUM, i. n. [παροιμία] dicitur quasi Commune omnium verbum: est enim sententia quæ in ore omnium versatur.
Dictum quasi, Quod est pro verbo, i. e. loco verbi, intelligendo Verbum, quod in ore est omnibus. H. St. Gloss. Lat. Gr. Proverbium, Παροιμία, & Proverbium, Ἐπίῤῥημα, παροιμία. Miror nisi pr. loco παροιμία scribendum. Gloss. Cyrill. Παροιμία, Proverbium, Adagio. Porro ἐπίῤῥημα potius Adverbium est. Eædem Gloss. Ἐπίῤῥημα, Adverbium. Sed fortassis etiam pro Adagione usurparunt.
Proverbii loco. Cic. 13. Philipp. 27. Illud tamen verum, quod in hoc Planco proverbii loco dici solet, perire eum non posse, nisi ei crura fracta essent.
Opportune aptata proverbia. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Cedit in proverbium. V. CEDO.
Contritum vetustate proverbium. V. CONTERO.
Est in proverbio. Cic. 4. Acad. 57. Videsne ut in proverbio sit, ovorum inter se similitudo?
Quod est Græcis hominibus in proverbio. Cic. 3. Verr. 53.
Tangunt eum proverbia. Ovid. 5. Fast. 489.
Tritum sermone proverbium. Cic. 1. Offic. 31.
Venit in proverbium. Liv. 40. 46.
Venit in consuetudinem proverbii. Cic. 2. de Offic. 55.
Versari in communi proverbio. Cic. 3. Verr. 121.
Vertere in ludicrum proverbii. V. LUDICRUS.
Veteri proverbio. [κατὰ τὴν παροιμίαν] Cic. de Senect. 32. Pares enim cum paribus, veteri proverbio, facillime congregantur.

PROVERBIĀLIS, e. Adj. [παροιμιακός] ut, Versus proverbialis. Gell. 2. 22.

PROVERBIALĬTER, Adv. [παροιμιακῶς Gl. Gr. L.] Ammian. 29. 17. Proverbialiter dici solet.

PRŌVERSUS, a, um. Adj. Varro 6. de L. L. 5. Apud Plautum,
Ut transversus, non proversus cedit, quasi cancer solet. Dicitur ab eo, qui in id quod est versus; & ideo qui exit in vestibulum, quod est ante domum, Prodire & Procedere dicitur. Quod quum leno non faceret, sed secundum parietem transversus iret, dixit: Ut transversus cedit, quasi cancer; non proversus, ut homo. Hæc Varro. Sic Proversum fulgur apud Festum. unde & Prorsus. q. V.

PRŌVĬDEO, vidi, visum, [προορῶ, προβλέπομαι] ēre. Ante vel a longe, & futurum aliquid videre, antequam sit factum. Cic. 2. de Divin. 15. Medicus morbum ingravescentem ratione providet, insidias imperator, tempestates gubernator: & tamen ipsi sæpe falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur. Idem 1. Tusc. 66. Quod & præterita teneat, & futura provideat.
Video & Provideo. Cic. pro Muren. 4. Est boni Consulis, non solum videre quid agatur, verum etiam providere quid futurum sit.
Providere in posterum. Cic. 3. de Legib. 44.
In posterum quam longissime providere. Cic. 7. Philip. 19.
Providere exitus. Cic. 6. Fam. 4.
Providere aliquem. Plaut. Asin. 2. 4. 43.
— ehem, optime: quemadmodum tu advenisti?
Non hercle te provideram, quæso ne vitio vortas. i. e. Animadverteram. Sic Hor. 1. Epist. 7. 69.
Quod non mane domum venisset; denique quod non
Providisset eum.
Providere tempus. Plin. Epist. Quod quidem semper, quasi provideret hoc tempus, sedulo faciebat.
Animo providere. Cæs. 7. Bell. Gall. 30. Plusque animo providere & præsentire existimabatur, quod, &c.
Conjectura aliquid providere. Cic. 1. Att. 1.
Celeritas in conficiendo, consilium in providendo. Cic. pro Lege Manil. 29.
Providere, [προφυλάττω] Cavere. Ter. And. 1. 3. 4.
Quæ si non astu providentur, me, aut herum pessumdabunt. Idem Heaut. 1. 1. 63.
Ætate me putavit & benevolentia
Plus scire & providere, quam se ipsum sibi.
Verr. 126.
Ante occupatur animos ab iracundia, quam providere ratio potuit, ne occuparetur. Cic. 1. Q. frat. 1. 31.
Fortuitos casus nullum humanum consilium providere potest. Ulpian. in l. 2. §. si eo. D. de administr. rer. ad Remp. pertinent.
Nisi providisses, tibi ipsi tum pereundum fuisset. Cic. 3. Verr. 157.
Providere & Præcavere. Cic. pro Planc. 53.
Quum videtur præcaveri potuisse, si provisum esset. Cic. 3. Tusc. 52.
Actum est de te, nisi provides. Cic. 9. Fam. 18.
Providere ne. Cic. 1. Tusc. 78. Sed, ne accidat, providebo. Plin. 4. Ep. 26. extr.
Quicquid provideri potest provide, ne, &c. Cic. 5. Att. 11.
Omnibus rebus cura & provide, ne, &c. Cic. 11. Att. 3.
Jam socii ne spoliarentur, fide ac officiis providerunt. Cic. 7.
Quid in quaque parte provideri opus esset, &c. Cæs. 3. Bell. Gall. 22.
Providere animo saluti alicujus. Cic. 3. in Catil. 4.
Providere sibi ex injuria alterius. Cic. 3. Verr. 85.
Providere consilio. Cic. 10. Fam. 4. Quantum viribus eniti, consilio providere, auctoritate movere potuero.
Cetera, quæ consilio provideri poterunt, cavebuntur. Cic. 10. Att. 18.
Consulere omnibus, mederi incommodis hominum, providere saluti. Cic. 1. Q. frat. 1.
Ex aliorum eventibus, rationibus suis providere. Auctor ad Heren. lib. 4. 14.
Providere alicui contra aliquem. Cic. pro Cœl. 22.
Hoc loco, per deos immortales, Judices, consulite & providete. Cic. 2. Verr. 43.
Publice providere. Cic. Anteq. iret in exsil. 9. i. e. Communi saluti consulere. [vel Communi consilio.
Magnopere providendum. V. MAGNUS.
Sane multum in eo Reip. provisum est. Cic. 7. Att. 14.
A me ita præcautum & provisum est. Cic. 2. Att. 1.
Providere rebus necessariis, Res necessarias comparare. Cic. Satis jam omnibus, quæ necessaria erant, provisum putabant.
Providere rei frumentariæ. Cæs. 5. Bell. Gall. 8.
Providere rem frumentariam. Cæs. 6. Bell. Gall. 9. Quod vulgo dicunt Provisionem facere.
Providere auxilium, id est Remedium. Celsus in præfat. Quod auxilium medicus opportune providit. H. St.
Providere in hiemes pabulum. Plin. lib. 8. cap. 38.
Providere auctorem industrium. Columel. lib. 6. cap. 27.
Provisum hoc legibus. i. e. Cautum. Plin. 3. Epist. 9.
Provisum a diis immortalibus. Cic. 2. de Nat. Deor. 133.
Provisum est rationibus multis ne noceri possit Verri. Cic. 2. Verr. 27. Ter. Phorm. 5. 2. 14.
Provisum est ne in præsentia hæc hinc abeat.
Apud Terentium Provideo dicitur etiam pro Prævideo, προορῶ. Livius, Jam provideo animo, quicquid progredior, in vastiorem me altitudinem mergi. i. e. Prænosco. H. St.
Providere, Movere, ferre. Pacuvius Teucro, aut me occide, illa hinc sine usquam provideam gradum. Non. 2. 656.

PROVĬDENS, [προμηθὴς] ior, issimus. Adj. ex Partic. Prudens, qui prævidet futura & cavet. Cic. 6. Fam. 6. Homo valde est acutus & multum providens.
Compar. Providentius ad. Cic. 3. Fam. 1. Id enim mihi, & ad brevitatem est aptius, & ad reliquas res providentius.
Superl. Plin. 4. Epist. 17. Quod dum recordor, intelligo mihi laborandum, ne qua parte videar hanc de me fiduciam providentissimi viri destituisse.
Providentissimus Imperator. Plin. 8. Epist. 17. pr. Inscript. apud Gruter. p. 258. n. 6. PROVIDENTISSIMO IMP. CAES. MARC. ANTONIN. VERO INVIC. AVG.
Providentissimus quisque. Tacit. 1. Hist. 85. 6.

PROVĪSUS, a, um. Partic. [προνοηθείς] Hor. In Arte Poet. 311.
Verbaque provisam rem non invita sequentur. Columel. lib. 9. cap. 8.
Paratus, & provisus. Plin. 1. Epist. 14.
Frugis provisæ copia in annum. Hor. 1. Epist. 19. 109.
Frumentum provisum. Cæs. 1. de Bell. Civil. 49. pr. Multum erat frumentum, provisum, & convectum superioribus temporibus.
Ratio explorata & provisa. Cic 3. Verr. 15.
Cui vivendi via considerata atque provisa est. Cic. in Parad. 5.
Provisa fiunt leviora. Cic. 3. Tusc. 31. conf. PRÆVISUS.

PROVĪSIO, ōnis. f. [πρόνοια] Cic. 3. Tusc. 30. Tamen quoniam multum potest provisio animi & præparatio ad minuendum dolorem, sint semper omnia homini humana meditata. Idem in Orat. 189. Vitiosum genus, & longa animi provisione fugiendum.
Cautio & provisio. Cic. de Amicit. 80.
Posteri temporis provisio. Cic. In Partit. 69.
Plural. Eumen. Rhet. de Restaur. Schol. cap. 5. Summis gubernandæ reipublicæ provisionibus.

PROVĪSUS, us. m. [πρόνοια] Tacit. 2. Hist. 5. Disposito provisuque civilium rerum peritus.
Provisu periculi. Tacit. 1. Ann. 27. 3.
Nullo rei frumentariæ provisu. Tacit. 15. Ann. 8. 1.
Provisu Deûm. i. e. Providentia. Tacit. 12. Ann. 6. 3.

PROVĪSOR, ōris. m. [προνοητής] Hor. In Arte Poet. 164.
Utilium tardus provisor, prodigus æris. De juvene. Inscript. Vet. apud Gruter. p. 459. n. 1. ORDINIS PROVISORI.

PROVĬDENTER, Adv. [προνοητικῶς] ius, issime. Sallust. Jugurth. cap. 90. Cibum satis providenter exornare. conf. Plin. Paneg. 1. 2. & Lactant. 3. 17.
Providenter efficere. Ulpian. l. 1. D. de tign. junct. Quod providenter lex effecit, ne vel ædificia, &c.
Superl. Cic. 3. de Nat. Deor. 95. Quæ de providentia deorum ab illis sanctissime & providentissime constituta est.

PROVĬDENTIA, æ. f. [πρόνοια, προμήθεια, πρόγνωσις, προνοητικόν] Prudentia providendi futura. Cic. in Hortens. Id enim sapientis est, providere: ex quo sapientia appellata est providentia. Idem 2. de Invent. 160. Providentia, est per quam futurum aliquid videtur, ante quam factum sit.
Segnis providentia. Paterc. lib. 2. 120. Nec temerario consilio, nec segni providentia usi, speculatique opportunitatem, ferro sibi ad suos peperere reditum.
Neque feriendi neque declinandi providentia est. Tacit. 4. Hist. 29. 3. conf. Idem 13. Ann. 3. 2.
Providentia, qua cogitationes in longinqua præmittimus, maximum bonum conditionis humanæ. Sen. Epist. 5.
Providentia, pro Deo. Quintil. de Cicerone, lib. 10. cap. 1. Dono quodam providentiæ genitus, in quo totas vires suas eloquentia experiretur. conf. PRONŒA.
Materiæ rerum ex qua & in qua omnia sint, fictrix & moderatrix divina providentia. Cic. 3. de Nat. Deor. 91.
Mundus divina providentia constitutus. Cic. de Univers. 8.
Nullam terras despicere providentiam tester. Quintil. in proœm. lib. 6.
Providentia, quæ πρόνοια Græce dicitur, hæc potissimum providet, & in his maxime est occupata, primum, ut, &c. Cic. 2. de Nat. Deor. 58.
Deorum providentia mundum administrari. Cic. 1. de Divin. 117.
Regaturne providentia mundus. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Providentia, Passive. Pomponius in l. Quintus Mucius. in fine. D. de annuis leg. & fideic. Et magis enim est, ut providentia filiorum suorum hoc fecisse videatur. [i. e. Ut filiis provideret.

PROVĬDUS, a, um. Adj. [προνοητικός] Providens, Diligens, solers. Plin. Jun. Sed dispice, ne sit parum providum, sperare ex aliis, quod tu ipse non præstes.
Cautus & Providus. Cic. pro Rosc. Amer. 117. Itaque nunc illi homines honestissimi propter illius insidias parum putantur cauti providique fuisse.

Providus

Providus & Solers. Cic. 2. de Nat. Deor. 128. Atque ut intelligamus nihil horum esse fortuitum, & hæc omnia esse opera providæ solertisque naturæ: quæ multiplices fetus procreant, ut sues, ut canes; iis mammarum data est multitudo.
Astu providus. Stat. 6. Theb. 766.
Rerum vestrarum providus. Tacit. 4. Ann. 38.
Multorum providus. Hor. 1. Epist. 2. 19. de Ulysse.
Actor providus. Stat. 10. Theb. 323.
Augur. Ovid. 12. Met. 18.
Auspex. Hor. 3. Carm. 27. 8.
Cura. Ovid. 2. Fast. 60.
Homo animal providum, sagax, &c. Cic. 1. de Legib. 22.
Labor. Sil. lib. 7. 65.
Mens. Hor. 3. Carm. 5. 13.
Mens provida rerum futurarum. Cic. 2. de Divin. 117.
Natura consultrix & provida. Cic. 2. de Nat. Deor. 58.
Orator prudens & providus. Cic. in Partit. 15.
Virtus provida. Claud. in Eutrop. 402.

PROVĪDE, Adv. [προνοητικῶς] Diligenter. Plin. lib. 10. cap. 33. Jam publicum quidem omnium est, tabulata ramorum, sustinendo nido, provide eligere.

PRŌVĪSO, si, sum, [πρὸς τὸ ὁρᾶν ἔρχομαι] ĕre. Ex Pro & Viso. duo significat, inquit Donatus: Procedere, & Videre. Ter. Eun. 3. 1. 4. Huc proviso, ut, ubi tempus siet, deducam. Idem Adelph. 5. 6. 1. conf. Plaut. Men. 5. 1. 4.
Provisi, Præteritum. Hor. 1. Epist. 7. 69.
— denique quod non
Provisisset eum. Mendose in nonnullis libris legitur Prævidisset, ut docet Lambinus, & vere.
Provisere aliquem. *i. e.* Spectare num veniat. Plaut. Stich. 5. 1. pr.
More hoc n͠r; atque stulte, mea sententia:
Si quem hominem exspectant, eum solent provisere,
Qui hercle illa causa nihil ocius venit:
Idem ego nunc facio, qui proviso Sagarinum;
Qui nihil ocius venit tamen hac gratia.

PRŌVINCIA, æ. f. [ἐπαρχία] dici videtur quod procul vincatur. Proprie enim Provinciæ dictæ sunt Regiones longe ab Italia bello acquisitæ, quod eas Romanus populus provicerit, id est ante vicerit, inquit Festus. Prima omnium provincia Sicilia est appellata, sicut docet Cicero 4. Verr. 2. Primum quod omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidemque Pop. Rom. applicuit, id quod ornamentum imperii est, provincia est appellata. Et provinciarum aliæ erant Consulares, aliæ Prætoriæ. Redigere autem regionem in provinciæ formam, nihil aliud est quam Regionem subjicere imperio Romano, & ad eam gubernandam mittere præsidem.
Provincia. Exponemus quot omnino in ditione populi Rom. Provinciæ fuerint, & a quibus, quove anno, captæ: tum, quæ Consulares, quæque Prætoriæ. Quo anno M. Cicero Ciliciam pro consule administravit, qui fuit ab urbe condita DCCII. M. Marcello, Ser. Sulpicio COSS. provinciæ XV fuerunt in ditione populi Rom. Sardinia, Corsica, Sicilia, duæ Hispaniæ, citerior, ulterior; Asia, Ætolia, Macedonia, Illyricum, Dalmatia, Africa, Achaja, Galliæ duæ, cisalpina, transalpina; Cilicia, Bithynia, Pontus, Creta, Syria, Cyprus. Quibus ex omnibus provinciis vectigal capiebat annuum resp. ut a Plutarcho traditum est, octogies quinquies decies centena millia.
Sardiniam cepit, inter primum & secundum Punicum bellum, consul T. Manlius Torquatus: de qua triumphavit: eaque prima, anno urbis DXVIII, provincia populi Rom. facta est, missis ad eam componendam X legatis: quod in faciendis Provinciis servatum est. Corsicam vicit, ac provinciam fecit C. Papirius Maso consul, &, a senatu triumpho non impetrato, ipse de sua sententia in monte Albano primus triumphavit, anno DXXII. & hanc una cum Sardinia semper unus rexit magistratus Romanus. Siciliam primus vicit, magnaque ex parte provinciam fecit Q. Catulus primo Punico bello. Post aliquot annos, captis Syracusis, universam in provinciæ formam redegit M. Marcellus bello Punico secundo, aut certe, qui ei (in Provincia) successit, M. Lævinus; nam de Marcello Vellejus (2. 38.) tradit. Debellatum vero in Sicilia a Lævino potius Prætore, quam a Marcello consule, & Cic. in Verrem, & Liv. (26. 40. & 27. 5. ubi tamen COS. recte dicitur) significant. Marcellus quidem, secutus exemplum Papirii Masonis, in Albano monte triumphum egit, Urbemque ovans est ingressus. Hispaniæ tum a Scipione Africano majore, secundo Punico bello, tum, aliquot post annis, (U. C. 557.) M. Catonis Censorii virtute, multis victoriis domitæ: (Liv. 34. 21.) & in eas magistratus Romani modo pro Consulibus, modo pro Prætoribus ierunt; varie tamen possessæ, &, ut ait Vellejus, (2. 38.) sæpe partibus amissæ, certa ac stabilis esse populi Rom. possessio, stipendiumque pendere, non prius quam Augusto principe, cœperunt. Asiam cis Taurum montem bello Antiochino L. Scipio, Majoris Africani frater, profectus in eam Consul, ad imperium adjunxit, annoque post consulatum proximo triumphavit, ab urbe condita DLXIIII. Post eam possedere beneficio senatus populique Rom. reges Attali, donec M. Perpenna consul Aristonicum, qui eam, Attalo rege mortuo, occupaverat, devicit, ac cepit. Eam tamen in provinciæ formam non Perpenna, sed, qui ei successit, M'. Aquilius consul redegit: qui etiam de Aristonico triumphavit, anno DCXXIIII. Ætoliam M. Fulvius Nobilior subegit; bellum gerere cœpit Consul, Proconsul confecit, & triumphavit biennio post, anno urbis DLXVI. Macedoniam XL diebus devicit consul iterum L. Æmilius Paulus, anno DXXXVI, neque tamen provinciam fecit, sed de sententia X legatorum, quos ad componendam Macedoniam atque Illyricum Senatus de more misit, Macedonas omnes liberos esse jussit; &, ut suis legibus viverent, suas urbes, & agros haberent, magistratus annuos crearent, permisit; veteris etiam stipendii, quod regibus pependerant, dimidia parte relevavit: anno proximo, Perse rege inter captivos Romam ducto, triumphavit; provinciam vero Macedoniam fecit anno urbis DCVII. Q. Metellus, is, qui ex ea Pro prætore triumphavit, & Macedonici cognomen est adeptus. Hanc provinciam postea cum Achaja conjunxit, eque duabus unam fecit, rogatione perlata, P. Clodius tribunus pl. & utramque L. Pisoni, quasi præmium, quod in Cicerone ejiciendo consensisset, dedit administrandam. Illyricum, & Dalmatiam eodem anno, quo Macedoniam Paulus, L. Anicius Prætor debellavit, & unam provinciam fecit, triumphavitque, post Paulum aliquot diebus, rege Illyriorum Gentio cum fratre, conjuge, & liberis ante currum ducto. Carthaginem, & Numantiam (*vel potius* Corinthum, *ut legit Græv. Antiq. tom.* 2.) illam Africæ, hanc Achajæ caput, exciderunt eodem anno, & triumpharunt, Scipio Æmilianus, & L. Mummius; tulitque inde Scipio cognomen Africani, Mummius Achaici; factæ sunt provinciæ duæ Africa, & Achaja. Africam autem intelligo regionem universam, quam Carthaginienses possederant. Nam Numidia, & ipsa pars Africæ, Masinissæ regnum fuit, Syphace superato; paruitque regibus, & a C. Cæsare demum, post Scipionem, & Jubam Mauritaniæ regem, devictos, in formam provinciæ redacta. Mauritaniam vero, & ipsam in Africa, multis post annis Caligula Imperator in duas provincias divisit. Galliam cisalpinam puto provinciam esse factam eo tempore, quum M. Marcellus, is, qui Consul quinquies fuit, primusque Annibalem acie vicit, Viridomarum Gallorum regem singulari certamine occidit, deque Gallis Insubribus triumphavit, anno DXXXI. Patet enim provinciam esse factam, quia coloniæ plures annis sequentibus eo deductæ. Transalpinam vero Galliam, quæ Narbonensis quoque dicta est, Q. Fabius, L. Pauli nepos, devictis Allobrogibus, unde cognomen (Allobrogici) sumpsit, in provinciæ formam redegit, anno DCXXXII. Ciliciam perdomuit P. Servilius Pro consule; qui, quod Isauron, Ciliciæ arcem, evertit, Isauricus est dictus; triumphavitque anno DCLXXIX. ex eo tempore Cilicia provincia fuit. Bithyniam populo Rom. Rex Nicomedes, ut antea Rex Attalus Asiam, testamento reliquit: eaque simul cum Ponto, in quo Mithridates regnavit, una provincia fuit, Bithyniæque nomine appellata. Utramque vero provinciam fecit, Mithridate victo, Pompejus Magnus Pro consule, triumphavitque anno DCXCII. Ejusdem Pompeji lex a Plin. in epistolis (lib. 10. 113. seq.) memoratur, Bithynis, & Ponticis data: Ne quis annis XXX minor Magistratum caperet, neve in Senatu esset; qui vero Magistratum cepisset, ei liceret in Senatu esse: ne Decuriones, in curiam a Censoribus lecti, pecuniam pro introitu darent: item, ut Senatores certis de causis a Censoribus ordine moverentur: ut Bithynicis civitatibus adscribere sibi, quos vellent, cives liceret, dum ne civitatis essent alienæ, sed harum quinque civitatum, quæ essent in Bithynia; atque hæc a Pompejo sunt ad exemplum Romanæ civitatis instituta. Cretam debellavit Q. Metellus Pro consule, & triumphavit anno DCXCI. Creticusque postea nominatus. Syria, Pompeji Magni singulari virtute, ultimo bello Mithridatico victa, leges accepit, provinciarumque populi Rom. numerum auxit. Triumphavit, ex ea Pompejus pro consule, item ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Scythis, Judæis, Albanis, Iberia, Creta, Basternis, præterea de regibus Mithridate, & Tigrane, anno DCXCII. Cyprus ultima, stante Repub. in provinciæ formam redacta, misso in eam M. Catone Quæstore cum jure Prætorio, lege P. Clodii Tribuni pleb. Pisone & Gabinio COSS. anno DCXCV. sed primum ea simul cum Cilicia, tanquam una provincia, S. C. tradita est P. Lentulo Pro consule. Quod illa verba Ciceronis in epistola ad Lentulum (1. Fam. 7. 9.) significant: Te posse perspicere, qui Ciliciam, Cyprumque teneas, quid efficere, & quid consequi possis. Postea Quæstores in eam missi, quod ab eodem Cicerone didicimus; qui ad C. Sextilium Rufum in quadam epistola (13. 48.) ita scribit: Tuæ laudi conducere arbitror, quum primus in eam insulam Quæstor veneris, ea instituere, quæ sequantur alii.
Tertia pars superest, quæ Provinciæ Consulares, quæve Prætoriæ dicerentur. Ne quis erret, neutrum perpetuum fuit. Non enim hæc, vel illa provincia semper aut Consularis, aut Prætoria, sed ita nomen mutabat, ut varie, modo a Consularibus, modo a Prætoriis administraretur. Quam potestatem Senatus habebat, ut, quos vellet, in quas vellet mitteret, administratione annua: quod lege Sempronia C. Gracchi Tribuni pleb. sancitum erat. Cæsari tamen Galliæ in quinquennium contra legem Gracchi, & lege Vatinia tribunicia, & S. C. mandatæ sunt, posteaque in alterum quinquennium lege Trebonia, item tribunicia, Pompejo Magno & Crasso II COSS. confirmatæ. Qua de re sic ad Lentulum Cic. 1. Fam. 7. Stipendium Cæsari decretum; &, ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. Decerni autem solitas lege Gracchi, non a populo, sed a Senatu provincias, idem in oratione pro Domo, 24. in P. Clodium invehens, plane demonstrat. Itane vero? inquit, tu Provincias Consulares, quas C. Gracchus, qui unus maxime popularis fuit, non modo non abstulit ab Senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis constitui per Senatum, lege sanxit, eas lege Sempronia per Senatum decretas, rescidisti? extra ordinem, sine sorte, nominatim, dedisti, non Consulibus, sed Reip. pestibus? Erat igitur eadem provincia, ex voluntate Senatus, modo Consularis, modo Prætoria. Itaque Macedoniam (ut hæc exempli caussa nominetur) Cn. Dolabella, C. Curio, M. Lucullus, L. Torquatus, C. Antonius, omnes Consulares administrarunt: tum C. Octavius Prætorius, pater Augusti naturalis: rursus consularis L. Piso, &, Pisone revocato, Q. Ancharius Prætorius, idemque patet in ceteris. Quo autem anno S. C. illud Cœlius in epistola sua ad Ciceronem (8. Fam. 8.) misit; in quo S. C. hæc sunt; Senatui placere, in Ciliciam provinciam, inque octo reliquas Prætorios mitti: regebantur octo provinciæ, quæ in eo S. C. Prætoriæ vocantur, a magistratibus octo Prætoriis, Cypro excepta, quam Quæstor, ut proxime ostendi, cum jure, ut opinor Prætorio, administrabat: quia, lege Clodia missum esse in eam M. Catonem cum jure Prætorio, adjecto etiam Quæstore, Vellejus (2. 45.) prodidit. Propterea, Cyprum inter Prætorias esse memoratam, facile credo. Reliquæ septem fuere, Sicilia, Sardinia, Asia, Macedonia, Bithynia, Creta, Africa, & cum Sardinia Corsicam simul fuisse, cum Bithynia Pontum, paulo ante dictum est. Sed quæratur fortasse, quot fuerint, & quæ fuerint, & a quibus administratæ eo anno provinciæ Consulares. Septem fuerunt hæ: duæ Galliæ, Illyricum & Dalmatia, quas unus C. Cæsar tres regebat; duæ Hispaniæ, quas Cn. Pompejus per legatos absens administrabat; Syria, cui M. Bibulus, Cilicia, cui M. Cicero præerat. Ita fuerunt hoc anno XV Provinciæ, Consulares VII, Prætoriæ VIII. & in unam Consularem Ciliciam, in Prætorias autem omnes eo S. C. successores mitti placere, decretum est. Neque vero miretur quisquam, si Ætoliam, Græciam, Achajam, Thessaliam, Bœotiam, Pamphyliam, Phrygiam, Lycaoniam, Lydiam, Ioniam, Cariam, Mysiam, Gallogræciam sive Galatiam, Pisidiam, Lyciam, Cappadociam, Armeniam non nominaverim. Nam Ætolia Græciæ pars fuit;

fuit: Græcia vero cum Achaja, Thessalia, Bœotia ad Jurisdictionem Macedoniæ pertinuit; omnesque simul ab uno regebantur. Id servatum est post consulatum Pisonis & Gabinii: nam eo anno legem tulit P. Clodius, ut omnes illæ provinciæ ab eo, qui Macedoniæ præesset, regerentur. Non enim tolit, ut a Pisone nominatim regerentur, (nam fuisset privilegium, non lex) sed, ut ab eo, cui Macedonia daretur. Is autem fuit eo anno L. Piso. cujus caussa lata lex est. Pamphyliam vero, Phrygiam, Lycaoniam, qui Ciliciam, idem administrabat. At Lydiæ, Ioniæ, Cariæ, Mysiæ, etiam Phrygiæ parti, præerat idem, qui Asiæ. Nec mirum est, Phrygiam in duas Jurisdictiones dispertitam fuisse, ut una pars Ciliciæ, altera tribueretur Asiæ. Nam etiam ipsius Asiæ tres diœceses ad Ciliciam attinuisse, Cicero ipse (13. Fam. 67. conf. 3. 8. & 5. Att. 21.) aliique prodiderunt. Galatiam regebat Dejotarus Rex, socius fidelissimus populi Rom. Pisidæ, & Lycii inter socios erant, suisque legibus, sine magistratu Romano, utebantur. Itaque Cicero eas gentes appellat auxilia, quod nomen de sociis usurpari solitum est, In epistola ad Atticum 6. 5. Exercitum, inquit, infirmum habebam, auxilia sane bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum: hæc enim sunt nostra robora. Cappadociæ Rex erat Ariubarzanes, ipse quoque socius populi Rom. Nam Pompejus reges multos, a Mithridate pulsos, in regnum restituit, & fœdere ac societate Reip. obstrinxit: Armeniam Tigrani regi, qui Mithridatem armis juverat, venia data, concessit: nationes quasdam provincias fecit populi Rom. aliis, ut sui juris essent, suisque legibus viverent, permisit. Hæc est Romanæ ditionis ab Hispania ulteriore, extrema ad Occidentem Provincia, ad Euphratem, qui terminus ad Orientem imperii fuit, descriptio quædam, breviter a nobis informata. Nec enim vagari longius licuit in ea tractatione, quæ nostri argumenti propria non est: quia tamen disjuncta non videtur, & afferre potest legentibus utilitatem cum jucunditate, hæc attigimus.

In Provincias ibant vel Consulares cum duodecim fascibus, vel Prætorii cum sex, totidem utrique, quot in Urbe habebant. Interdum etiam Prætorios cum jure Consulari, & duodecim fascibus, Senatus in provincias mittebat, ut Q. Ciceronem in Asiam, de quo Suet. in Octav. Cæs. cap. 3. Exstant, inquit, Ciceronis epistolæ, quibus Quintum fratrem, parum secunda fama Proconsulatum Asiæ administrantem, hortatur, & monet, imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octavium. Proconsulatum vocat hominis Prætorii administrationem. Eadem ratione titulus est, Q. Metello Celeri Procos. in duabus epistolis, quæ lib. 5. Fam. primæ leguntur: qui tamen Consulatum non gesserat, sed ex Prætura in Galliam cisalpinam profectus erat. Et in oratione pro Flacco notavimus hæc. Quum provinciam Asiam Proconsulari imperio obtineres: quum tamen Prætorio de homine loquatur. Primis temporibus, quum provinciæ tuendæ armis essent, & in discrimine versarentur, exibant in eas, inito statim magistratu, Consules, & Prætores; vel ut quæque cuique sorte obtigerat, vel etiam quandoque Consulibus inter ipsos comparantibus. Sic enim loquebantur, quum inter eos de duabus Consularibus provinciis convenisset. Nam comparandi consuetudinem apud Prætores non video fuisse. Quod si bellum produceretur; imperium in iisdem provinciis Proconsulibus, aut Proprætoribus a Senatu prorogabatur. Postea L. Sulla lege cavit, Ne quis plus anno provinciæ præesset; qui viderat, opinor, in Rep. diuturnis imperiis assuescere, tutum non esse. Itaque Galliarum illa per decennium Cæsaris administratio libertatis exitium fuit. Hac de lege Cicero in epistola ad Appiom 3. Fam. 6. his verbis: Eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege, ut opinor, Cornelia constituti essent. Et in eadem: Ut habere rationem possis, quo loco me, salva lege Cornelia, convenias; in provinciam veni pridie Cal. Sext. Tolerat jam ante Sullam C. Gracchus tribunus pleb. Tiberii frater, ut Consulares provinciæ quotannis per Senatum decernerentur. Post Sullam vero C. Cæsar, qui Dictator fuit, legem tulit, Ne Prætoriæ provinciæ plus, quam annum, neu plus, quam biennium, Consulares obtinerentur. Tolit autem hanc legem victo Pompeio; quum ipse jam per novem annos Galliam contra C. Gracchi, & L. Sullæ leges obtinuisset, consecutus id, quod nemo antea, & S. C. & lege. Leges vero, quæ rectoribus provinciarum imperium dabant, duæ fuerunt. Curiata dabat imperium populus, ut Livius indicat lib. 9. (38. extr.) Cornelia Senatus. Nam, quum S. C. esset factum, ut provincias magistratus sortirentur; aut compararent inter se, tum, si il, vel sine lege Curiata in Provincias proficiscerentur, imperium habere dicebantur, donec in Urbem revertissent. Ideo, quod in epistola Ciceronis ad Lentulum scriptum est, 1. Fam. 9. Ap. Clodii, cupidus provinciæ dictitabat, sese, si licitum esset legem Curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam, si Curiata lex non esset, comparaturum cum collega, Lentuloque Spintheri, Ciliciam Pro consule administranti, successurum: legem Curiatam Consuli ferre opus esse, (sibi) necesse non esse: se, quoniam ex S. C. provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in Urbem introiisset. Quod autem in Agraria 2. 30. scriptum est, Rem militarem sine Curiata lege attingere non licere; propterea dictum, quia sumptu publico ibant in provincias, quorum de imperio lata Curiata lex esset. Poterant igitur publica pecunia milites alere, & bellum gerere. At sine Curiata lege poterat quidem aliquis privato sumptu in provinciam ire, exercitum vero habere, bellumque de suo gerere cui tantæ opes erant, ut liceret? Non igitur sine Curiata lege, quæ pecuniam dabat, rem militarem attingere cuiquam licebat. Nam, quum ad Atticum Cicero ita scribit; Appius sine lege, suo sumptu, in Ciliciam cogitat; non intelligit de pecunia in stipendia militum eroganda (nec enim sustinere sumptum potuisset) sed, opinor, de suo cohortisque viatico. Ipse enim Cicero, viaticum dari solitum comitibus eorum, qui irent in provincias, significat in epistola 12. Fam 3. his verbis: Cetera cujusmodi sint, ex hoc judica, quod Legato tuo viaticum eripuerunt. Hæc ex P. Manut. de Legib. Romanis. cap. 10. potissimum ex Vellej. 2. 38. petita. Plura si quis velit, adeat Lex. Pitisc. vel Spanh. de U & P. Numm. diss. 13.

Mari cincta provincia. V. CINGO.

Animorum provinciæ prudens. Tacit. in vita Agric. 19. pr. i. e. Provincialium hominum.

Annuæ provinciæ. Cic. de Provinc. Consul. 17.

Aquaria provincia. V. AQUA.

Illustris. V. ILLUSTRIS.

Infesta. V. INFESTUS.

Legataria. V. LEGO.

Libera a prædonibus. V. LIBER, a, um. Adj.

Locuples ac referta provincia, V. Locuples, in LOCUS.

Pacatissima provincia. V. PACATUS.

Accedere in provinciam. V. ACCEDO.

Accedere aliquid ex provincia. Cic. 1. Fam. 7. Quum aliquantum ex provincia, atque ex imperio laudis accesserit.

Accipere provinciam. V. ACCIPIO.

Adjungere provincias ad imperium. V. ADJUNGO.

Administrare provinciam. V. ADMINISTRO.

Capere provinciam. V. CAPIO.

Communicare provinciam. V. COMMUNICO.

Decernere provinciam, est Dicere sententiam ut quis mittatur in provinciam administrandam. Cic. Orat. de Provinc. Conf. pr.

Deponere provinciam. Cic. in Pison. 5. Ego provinciam Galliam Senatus auctoritate, &c. in concione deposui. Idem 5. Fam. 2.

Describere civitates in provincias. Cic. pro Flac. 32. Qui quum omnes Asiæ civitates pro portione in provincias descripsisset. De L. Sulla.

Ducere provincias. Tacit. 3. Ann. 58. Subaudi Sorte.

Habere provinciam auctoritate Senatus, & sorte. Cic. in Pison. 50.

Obtinere imperio provinciam. Cic. pro Flacc. 85. Quum provinciam Asiam Consulari imperio obtineres.

Perdomare provinciam aliquam. V. PERDOMO.

Petere ambitiosissime provinciam. Quintil. lib. 6. cap. 3. p. 551. Burm.

Præesse alicui provinciæ. Cic. pro Font. 21.

Referebant de provinciis Quæstorum, & de ornandis Prætoribus. Cic. 2. Q. frat. 5.

Reddidit populo provincias Augustus. Ovid. 1. Fast. 589.
Redditaque est omnis populo provincia nostro.

Sum. Claudian. de 4. Conf. Honor. 316.
Nostra triumphati fuerint provincia Parthi.

Provincia, pro Onere vel Munere quovis, seu partibus. Quoniam enim Præfecti ad provincias gubernandas cum officio mitti solebant, factum est ut etiam ipsi magistratus, & omne onus nobis impositum, Provincia appelletur. Ter. Phorm. 1. 2. 22. O Geta! provinciam cepisti duram. Id. Heaut. 3. 2. 5.
Est Cliniæ ille servus tardiusculus:
Idcirco huic nostro tradita est provincia. Plaut. Capt. 1. 2. 53.
Quid credis? fugitant omnes hanc provinciam,
Posteaquam captus est Philopolemus tuus. i. e. Onus pascendi parasitum.

Deposcere sibi provinciam. Cic. pro Sull. 52. Illam sibi officiosam provinciam depoposcit, ut prima luce Consulem salutatum veniret.

Dare provinciam vel negotium alicui. Cic. 6. Verr. 51. Ferebat graviter, illam sibi ab isto provinciam datam.

Suscipere provinciam. Cic. pro Cœl. 63. Deinde eam provinciam susceperint, ut in balneas contruderentur.

PROVINCIATIM, Adv. [κατ' ἐπαρχίας] Per provincias. Suet. Aug. cap. 49. Ex militaribus copiis legiones & auxilia provinciatim distribuit. conf. Ammian. 31. 10.

PROVINCIALIS, e. Adj. [ἐπαρχικός] Quod ex Provincia est, vel ad Provinciam pertinet. ut Auxilia provincialia. Liv. 40. 32.

Hospitia provincialia. Cic. 4. in Catil. 22.

Molestia. Cic. 2. Fam. 6. Rogo te ne patiaris mihi quicquam ad hanc provincialem molestiam temporis prorogari.

Negotia. Cic. 2. Att. 1. extr. Neque enim ista tua negotia provincialia esse putabam, neque te in tocullionibus habebam: sed scripsi, ut debui, diligenter. Tocullionibus, id est, pusillis seu minutis fœneratoribus.

Ornamenta provincialia. Cic. Post red. in Senat. 34.

Parsimonia provincialis. Tacit. Agric. 4. 4.

Scientia provincialis, Quæ de provinciarum administratione est. Cic. 1. Q. frat. 1. In qua scientiæ præsertim provincialis ratio ipsa expedita est.

Solitudo provincialis. Martial. lib. 12. 1.

Vineæ. Colum. 5. 4. V. seq. dict.

Viri provinciales. Cic. 2. Q. frat. 11.

PROVINCIALIS, i. m. [ἐπαρχιώτης Gl. L G. & G. L.] Subst. Provinciales dicti sunt Qui ex provinciis sunt, sive ut ait Ulp. de Verb. signific. Qui in provinciis domicilium habent.

Provincialium nomine omnes præter Italos appellabantur. Unde Colu. mel. lib. 5. cap. 4. tradit vinearum Provincialium culturam, quum alibi de Italicarum cultura scribat. Plin. lib. 8. Epist. Italicus es, an Provincialis? Suet. Vesp. cap. 9. Ordines exhaustos supplevit, honestissimo quoque Italicorum ac Provincialium allecto.

Provincialis locuples. Suet. Calig. cap. 39.

PROVINDEMIA, æ. f. [Προτρυγητής] Vitruv. 9. 6. Virginis supra humerum dextrum lucidissima stella, quam nostri provindemiam majorem, Græci προτρυγητὴν vocitant. V. PROTRYGETUS.

PROVISIO, PROVISO, PROVISUS, V. PROVIDEO.

PRŌVĪVO, vixi, victum, [ἐπιζάω] ĕre. Ultra & amplius vivere. Tacit. 6. Ann. 25. Nondum is dolor exoleverat, quum de Agrippina auditum: quam, interfecto Sejano, spe sustentatam provixisse reor.

PRŌVŎCĂBŬLUM, i. n. Pronomen. Varro lib. 7. de L. L. 23. Appellandi partes sunt quatuor: e queis dicta a quibusdam Provocabula, quæ sunt, ut Quisque: Vocabula, ut scutum, &c.

PRŌVŎCO, [προκαλέω, ἐρεθίζω, προκαλέομαι] āre. proprie significat A longe vocare. Plaut. Pseud. 2. 2. 43.
Verba multa facimus, herus si domi est tuus, quin provocas? Idem Bacch. 3. 3. 40.
Provocatur pædagogus, Eho senex minimi pretii, &c. [In his exemplis, non est A longe, verum Porro, vel Extra vocare, ut in Progredi, Prodire & ceteris, ubi Stephanus istoc A longe repetit perperam. Pamphilam cantatum provocemus. Ter. Eun. 3. 1. 52.

Provocare, In certamen aliquod vocare, sive ludendi, sive lædendi gratia. Ter. Adelph. 5. 4. 24. Quando eò provocat. Cicero, Tuis litteris amantissimis sum provocatus.

Hostem clamore provocat. Sil. lib. 17. 522.

Provocare ad certamen. Liv. 24. 8.

Provocare ad pugnam. Cic. 4. Tusc. 48.

Provocare in aleam. Plaut. Curc. 2. 3. 76.

Provocare minimo. Subaudi, Digito. Hor. 1. Serm. 4. 14. Solemus enim dicere nos tantum digito valere, quantum alius brachio. Bud.

Auras cursibus. Virg. 3. Georg. 193.

Provocare aliquem per interpretem. Liv. 7. 26. Gallus processit magnitudine

tudine atque armis insignis: quatiensque scutum hasta, quum silentium fecisset, provocat per interpretem unum ex Romanis, qui secum ferro decernat.

Provocare virtute. Plin. 2. Epist 7.

Respondere in amore iis, a quibus provocere. Cic. ad Brut. 1. Idem 12. Fam. 20. Ego respondere facilius possem, quam provocare.

Provocare, Irritare: ut Provocare injuriis, hoc est Lacessere. Cic. 2. Philip 91. Hæc tu quum per me acta meminisses, nisi illis, quos videmus, gladiis confideres, maledictis me provocare ausus esses?

Bellum provocare Plin. Paneg. cap. 16. Non times bella, nec provocas.

Provocare, Vincere. Quintil. lib. 10. Elegia quoque Græcos provocamus. Plin lib 33. in procem. Accessit ars picturæ, & aurum argentumque cælando carius fecimus. Didicit homo naturam provocare. Quo modo intelligi potest illud Lucan lib. 9. 883.

—qui nuda fusus arena.

Excubat, atque omni fortunam provocat hora. [Non est Vincere, sed Victoriam dubiam facere, De palma contendere, ut solent, qui alios in certamen provocant.

Naturam picturæ provocare. Plin. lib. 35. cap. 10. Pinxit & heroa nudum, eaque pictura naturam ipsam provocavit.

Omnes tamen bas ejus dotes ilex solo provocat cocco. I. e. Vincit. Plin. lib. 16. cap 8.

Provocare, Confugere ad, & ferme idem est quod Appellare dicitur: nisi quod Provocare majus est. Et proprie ad majores, potentioresque, quorum ope atque gratia indigemus, pertinet Provocatio.

Provocare ad. Cic. Quum alter ad Senatum provocasset, alter vero appellasset Tribunos. Idem 3. de Legib. 27. Judicia, ut esset populi potestas, ad quam provocaretur.

Ad populum provocare. Cic. 2. Philip. 21.

Appellare & Provocare, Liv. 8. 33. Tribunos plebis appello, & provoco ad populum.

Adversus sententiam provocare. Papinian. in l. Tutores §. Tutor. D. de administ. tutor.

Provocare judicium ad populum Valer. lib. 8. cap. 1. pr. Horatius interfectæ sororis crimine a Tullo rege damnatus, ad populum provocato judicio absolutus est.

Provocare a Duumviris. Liv. 1. 26. Si a Duumviris provocarit, provocatione certato.

Provocare in integrum. Cic. ad Brut. 16. De Cæsare vero quod fieri potuit ac debuit, translatum est: neque jam provocari in integrum potest. h. e. Integrum jam non est illi os provocare posse jure.

Provocare adversus cognitionem. Papinianus in l. Tutores qui. §. Tutor. D. de administrat. & peric. tut.

PROVOCANS, antis. Partic. Paterc. 2. 118. 1. Provocantes alter alterum injuria. Curt. 9. 5. 13. Manu provocans hostes.

PROVOCĀTUS, a, um. Partic. [illegible] Cic. 1. de Finib. 8. Quanquam a te ipso id quidem facio provocatus gratissimo mihi libro, &c.

Qui mecum sæpissime, non solum a me provocatus, sed etiam sua sponte de re communicare solet. Cic. 1. Fam. 7.

Provocatus cum Gallo pugnavit. Cic. 2. de Finib. 73.

Provocatus beneficio. Cic. 1. Off. 48.

Studio & beneficio provocatus. Cic. 14. Att. 13. Nam quum semper te amavi, primum tuo studio, post etiam beneficio provocatus. conf. Cæs. Bell. Civil. 1. 74.

PROVOCĀTIO, onis. f. [illegible] ut, Provocatione certare. Liv. 1. 26 Idem 3. 20. extr.

Ex provocatione interfecit eum. Plin. lib. 37. cap. 1.

Sponte & Ex provocatione opposita. Pontanus de Serm. lib. 4. p. 429. Nec enim ad maledicentiam descendendum ullo modo est, aut sponte, aut ex provocatione, nisi cum honestas ratioque id permiserit. H. St. Exstant fol. 229. b. Aldi.

Provocatio, Appellatio. Cic. 4. Acad. 72. Commemorant reliquos, qui leges populares de provocationibus tulerunt.

Quid turpius quam Senator sine provocatione? Cic 3. de Legib. 18.

Dare alicui provocationem. Cic. 1. Philip. 23. Quibus quum provocatio datur, nonne acta Cæsaris rescinduntur.

Provocatio, patrona illa civitatis, ac vindex libertatis Pop. Rom. dari sine nobilium dissensione non potuit. Cic. 2 de Orat. 199.

Dare pœnam sine provocatione. Cic. 2. de Lege Agrar. 33. I. e. Jus puniendi.

PROVOCĀTOR, ōris. m. [illegible] Qui alterum provocat. Auctor de Vir. Ill. cap. 28. Tribunus militum Gallum provocatorem occidit.

Procedens adversus provocatorem. Idem auctor de Viris Illustr. cap. 29. pr.

Insolens provocator. Gell. 9. 13.

Provocator, Gladiator, qui cum Samnite componi solebat. Cic. pro Sext. 134. Quum vero ne de venalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis emptos, nominibus gladiatoriis ornarit, & sortito alios Samnites, alios Provocatores fecerit, &c. V. Lips. Sat 2. 11.

PROVOCĀTRIX, īcis. f. Lactant 6. 18. Provocatrix improbitas.

PROVOCĀBILIS, e. Adj. Cæl Aurel. Acut. 3. 21.

PROVOCĀTĪVUS, a, um. Adj. Tertull. in Marc. 2. 3.

PROVOCĀTŌRIUS, a, um. Adj. [illegible] ut, Provocatoria dona militaria, i. e. Quæ meruit provocatus: quod humanius est quam provocasse. Gell. lib. 2 cap. 11.

PRŌVŎLO, [illegible] āre. Porro volare, Avolare, Evolare. Plin. lib. 11. cap. 10. Tunc universæ provolant, si dies mitis futurus est. De apibus.

Provolare, per translationem posuit Liv. 2. 46. Sic in primum infensis hastis provolant duo Fabii, totamque moverunt secum aciem. i. e. Procurrunt. conf 3. 62. Ovid 6. Fast. 443.

Provolat in medium, & magna, succurrite, voce, &c.

Provolare ad. Liv. 1. 12. Ipse ad primores Romulus provolat.

Provolare ante. Liv. 7. 7. Relictis equis, clamore ingenti provolant ante signa.

Provolare in locum & vicem alterius. Liv. 3. 18.

Sonitus provolat. Lucret. lib. 6. 293. Al. Pervolat. de Tonitru.

Prolixo provolat ictu. Lucret lib. 4. 1239. De semine virili.

PRŌVOLVO, volvi, vŏlūtum, [illegible] ěre. Porro volvere. Ter. Andr. 4. 5. 18.

Ni puerum tollis, jamjam ego hunc mediam in viam
Provolvam, teque ibidem pervolvam in luto.

Lucret. lib. 2 469.

Provolvi simul ut possint, & lædere sensus.

Subter juga & loca provolvere aliquem. Virg. 10. Æn. 533.

Gleba provolvitur. Lucret. lib. 6. 552.

Provolvere se ad genua, ad pedes alicujus. Liv. 34. 11. Idem 6. 3. Genibusque ejus provolutus Mithridates, &c. Tacit. 12. Ann. 18.

PROVOLVENS, entis. Partic. Curt. 8. 11. 13. Ingentia saxa in subeuntes provolventibus barbaris.

Truncum provolvens. Virg. 10. Æn. 555.

PROVŎLŪTUS, a, um. Partic. Curt. 3. 12. 11. Mater & conjux provolutæ ad pedes. Tacit. 14. Ann. 2. 4 extr. Agrippina usque ad libita Pallantis provoluta. Idem 14. Ann. 61. 3. Provoluta genibus ejus.

PRŌVŎMO, [illegible] ěre. ex Pro & Vomo; Evomo. Lucret. lib. 6. 446.

Hic, ubi se in terras demisit, dissolvitque:
Turbinis immanem vim provomit, atque procellæ. De prestere.

PRŌVORSUS, a, um. Adj. Provorsum Fulgur appellatur, quod ignoratur, noctu, an interdiu, sit factum. Itaque Jovi fulguri & Summano fit, quod diurna Jovis, nocturna Summani fulgura habentur. Fest. Al. Jovi Fulguratori. conf PRORSUM.

PRŌUT, Adv. [illegible] i. e. Sicut, Velut: aut quod vulgo dicunt. *Secundum quod.* Plaut. Bacch. 4. 9. 5.

Non Pelides tormento fuit, prout ego herum expugnabo meum.

Subaudi Sic, In priore membro: ut sit sensus, Non sic Pelides tormento fuit, prout (id est Ut) ego expugnabo herum meum. Al. Præut. Hor. 2. Serm. 6. 67.

—vernasque procaces
Pasco libatis dapibus, prout cuique libido est.

h. e. Ut cuique libido est. Ex quo apparet eum, metri causa, Prout una syllaba dixisse, pro Ut. Quintil. lib. 4. cap. 1. Prout asperi, læves, jucundi, &c. Cic. 11. Att. 6. Tuas litteras, prout res postulet, exspecto.

Prout Thermitani hominis facultates ferebant. Cic. 4. Verr. 83.

Prout haberi liceret, si anno superiore Quæstor fuisset. Cic. 1. Philip. 46.

Prout tempus patiebatur. Liv. 9. 41. Raptim collatæ sarcinæ in medium, & prout tempus patiebatur, instructa acies.

Perinde, prout. Quintil. lib. 9. cap. 4. Perinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili aut diverso pronuntiabuntur.

Prout, Ita. Plin. lib. 28. cap. 2. Ac prout quæque accepta sunt, ita valere.

PROX, Exclamandi particula, quasi Proba vox: Prox, inquit Festus, Bona vox, velut quidam putant, significare videtur, ut ait Labeo de jure Pontificio libro undecimo. Plaut. Pseud. 5. 1. 33. Prox! jam pæne inquinavi pallium. al. Pax.

PROXĒNĒTA, æ. m. [illegible] Proxenetæ, inquit Budæus, sunt Conciliatores & interventores, qualiquas conglutinatores hominum inter se stipulantium & spondentium, aut quemvis contractum, conventumque ineuntium. Martial. lib 10. 3.

Quæ sulphurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxeneta fractorum.

conf. Sen. Epist. 119. Ejus officium sanctum Romanis Regibus, teste Barth ad 1. Theb. Stat. p. 187. V. Ulp. l. 2. ff. de proxenet. vel Lex. Pitisc. Gloss. Cyrill [illegible], Conciliator, Proxeneta. [illegible], Conciliatio. conf. Suid. Hesych.

PROXĒNĒTRIA, æ. f. [illegible] Pronuba, nuptiarum conciliatrix. Alciat. lib. 1. Dispunct. cap. 22.

PROXĒNĒTĬCUM, i. n. [illegible] Merces, quæ pro opera proxenetis datur, quæ & licito jure peti possit Ulpian l. 1. & l. 3. D. De proxenet.

PROXĔNIA, æ. f. [illegible] Munus erat in oppidis Græciæ quoddam recipiendorum hospitio senatorum, legatorum, magistratuum: & qui eos recipiebant, qui hospitio publico cum civitate erant conjuncti, [illegible] dicebantur. Hoc munus significat Cicero, quum scribit, 3. Verr 64. Ostendit munus illud suum non esse: se, quum suæ partes essent hospitum recipiendorum, tum ipsos tantum Prætores & Consules, non Legatorum asseclas recipere solere. Turneb. [Sed perspicuum est, Cic. non de certo, vel ordine, vel munere loqui. Sed potius de onere excipiendi hospitio Romanos magistratus, quod velut in orbem inter locupletiores cives uniuscujusque oppidi circuibat. V. Ascon. Pollux 3. 59. & quos supra dixi.

PROXĔNUS, i. m. [illegible] Idem, quod Proxeneta. V. dict. præced.

PROXIMATUS, PROXIMUS, &c. V. PROPE.

PROXIMI, sacrorum scriniorum sunt, qui servant scrinia, & libellos principis. Bud.

De proximo Admissionum, Epistolarum & Scriniorum, V. Lex. Pitisc.

P R U

PRŪDENS, entis. Adj. [illegible] quasi Providens: Interdum Sapiens, aut Sciens dicitur. Unde Juris prudentes vocantur, Qui jus sciunt. V. infra Prudens & Sciens.

Prudens declinatum ab animo. Dicitur enim a Prudentia, Prudens: ut ab Ingenio, Ingeniosus. Varr. de L. L. lib. 7. 5. [Quin potius a Prudens Prudentia, ut a Sciens Scientia, ab Ignorans Ignorantia. Nam & Prudens ex Participio Providens contractum, ut dictum est.

Prudens & Insciens contraria. Plaut. Capt. prol. 45.

Plus insciens quis fecit, quam prudens boni.

Gnarus & prudens impendentium malorum. Cic. pro Sext. 16. Vetus codex habet, Ignarus & imprudens.

Omitto prudens, i. e. Sciens, & de industria. Plin. lib. 10. cap. 29.

Prudens, pro Sciens, cum Infinitivo. Plin lib. 8. cap. 31. de vitulo marino, Evomit fel suum, ad multa medicamenta utile; item coagulum ad comitialem morbos, ob ea se peti prudens.

Prudens & Sciens. Ter. Eun. 1. 1. 27.

— & prudens, sciens,
Vivus, vidensque pereo: nec quid agam scio.

Prudens, inquit Donat. est, Qui intelligentia sua aliquid sentit: Sciens, Qui alicujus indicio rem cognoscit. Ergo Prudens per sese: Sciens per alios. Cic. 6. Fam. 6. Ut in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens & sciens ad pestem, ante oculos positam, sum profectus. Idem pro Marcel. 14. Prudens & sciens, tanquam ad interitum ruerem voluntarium.

Ad consilia prudens Cic pro Font. 33.

Prudens ingenio. Cic pro Cluent. 107. Quis P. Octavio Balbo ingenio prudentior? jure peritior?

Prudens

Prudens in Jure. Cic. de Amicit. 50. L. Acilius quia prudens esse in jure Civili putabatur.
Admodum prudens. Cic. de Clar. Orat. 239.
Agricolationis prudens vir. Columel. lib. 2. cap. 2.
Artis. Ovid. 5. Epist. 150.
 Destituor prudens artis ab arte mea. de Medicina OEnone loquitur.
Doli. Tacit. 2. Hist. 25. 1.
Locorum prudens. Liv. 34. 12.
Provinciæ animorum. Tacit. Agric. 19. 1.
Rerum animus prudens. Hor. 4. Carm. 9. 35.
Rei militaris prudens. Nepos 9. 1. 2.
Administrandi prudens. Cic. 5. de Fin. 58. Deinde Rerump. administratio, aut administrandi, sciendique prudens, temperata, fortis, & justa ratio V. not Grut.
Adulandi gens prudentissima. Juven. 3. Sat. 86.
Juris movendi prudens Claud. 2. in Eutrop. 347. Al. Novandi. V. Heins. not.
Moderandi prudens. Tacit. 1. Ann. 69.
Sententia prudens animi. Ovid. 21. Epist. 137.
Civium Atheniensium prudentissime. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Prudentissimus quisque negotiosus maxime erat. Sallust. Catil. cap. 8.

PRUDENTER, Adv. [φρονίμως, φρονίμως, συνετῶς] Sapienter, provide. Cic. 5. de Fin. 15. Facit igitur L. noster prudenter, qui audire de summo bono potissimum velit.
Aliquid in causa prudenter intexere. Cic. 2. de Orat. 68.
Multa prudenter provisa. Cic. de Amicit. 6.
Compar. Suet. Tiber. cap. 21. Non potuisse quemquam prudentius gerere se, quam tu gesseris, existimo. Cic. 2. de Divin. 5. Belli administrationem prudentius conjectura assequi.
Superl. Cic. 2. de Divin. 150. Acutissime sententias suas prudentissimeque defendere. conf. Idem 13. Att. 1. & 5. Fam 17. Val Max 8. 3 ext. 4. Anaxarchus totius mundi naturam prudentissime & fecundissime expromsit.

PRUDENTIA, æ. f. [φρόνησις, ἐπιφροσύνη, εὐβουλία, σωφροσύνη] quasi Providentia, a Providendo. V. Non. 1. 198. Cic. 1. de Legib. 60. Quæ virtus ea providendo est appellata prudentia.
Prudentia, quam Græci φρόνησιν dicunt, est rerum expetendarum fugiendarumque scientia. Cic. 1. Off. 135. Idem 2. de Invent. 160. Prudentia est rerum bonarum & malarum & utrarumque scientia. Idem 5. de Finib. 67. Prudentia in delectu bonorum & malorum. Subaudi, Cernitur. Idem 3. de Nat. Deor. 67. Prudentiam Deo tribuemus, quæ constat ex scientia rerum bonarum & malarum, & nec bonarum nec malarum, cui mali nihil est, nec esse potest?
Ut medicina valetudinis, sic vivendi ars est prudentia. Cic. 5. de Fin. 16.
Temeritas est florentis ætatis, prudentia senectutis. Cic. de Senect. 78.
Imitatur malitia prudentiam. Cic. in Partit. 18.
Prudentia in judicando. Cic. 10. Philipp. 12.
Prudentia juris Civilis. Cic. 1. de Orat. 256. conf. Habere prud. infra.
Adeon' ego non perspexeram prudentiam litterarum tuarum? Cic. 6. Att. 9.
Altissima. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Civilis. V. Domestica.
Communis. Cic. 5. de Finib. 76. Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia. Quam omnes, qui cuique artificio præsunt, debent habere.
Domestica & Civilis. Cic. in Partit. 76. Prudentia, in suis rebus, domestica: in publicis, civilis appellatur.
Major rerum fato prudentia. Virg. 1. Georg. 416. Ovid. 2. de Arte Am. 675.
 Adde quod est illis operum prudentia major.
Velox. Pers. 4. Sat. 4.
Vulgaris. Cic. 2. de Orat. 132. Perspicua sunt hæc quidem, & in vulgari prudentia sita.
Acuere prudentiam. V. ACUO.
Adhibere prudentiam. V. ADHIBEO.
Habere magnam alicujus rei. Nepos 5. 2. 1. Habebat enim magnam prudentiam, cum juris civilis, tum rei militaris.
Impertire prudentiam suam ad salutem alicujus. V. IMPERTIO.
Hoc sentire, prudentiæ est: facere, fortitudinis. Cic. pro Sext. 86.
Pro tua prudentia. Cic. 8. Att. 19. Non, pro tua prudentia, debes illud solum animadvertere, quod in præsentia, &c.

PRUDENTIUS, i. m. Poeta Christianus. Floruit Theodosii M. & filiorum ejus temporibus, ac nemo divinius de rebus Christianis unquam scripsit, uti censet Barthius. Vita ejus operibus præmittitur.

PRUINA, æ. f. [πάχνη] Ex rore gelido nascitur. A perurendo dicta, quod fruges & virgulta perurat, inquit Paulus. Budæus, Pruina est, quæ lapsa persidet & gelat, nec fit nisi immoto aere & sereno. Auctor Plin. lib. 17 cap. 24. Hoc genere alternis prope annis in Gallia vites, arbores, & frumenta interdum præcocia vitiantur. Etenim pruina a perurendo dicta est, quasi Peruriua; urit enim germina, quum sole liquefacta est, ut sæpe vidimus. Vulgo *Gelée*, vocamus. V. Aristoteles in libro de Mundo cap. 4. & 1. Meteor. cap. 10. & seq. Columel. lib 11. cap ult. extr. Locis frigidis, ubi timor est, ne autumnalis satio hiemis gelicidiis peruratur, arundinibus humiles cantherii fiunt, iisque virgæ transversæ imponuntur, & virgis stramenta superjaciuntur, & sic a pruinis semina defenduntur. Cic. 1. de Nat. Deor. 26. Quod pars earum appulsu solis exarserit, pars obriguerit nive, pruinave, longinquo solis abscessu. Plin. lib. 2. cap. 60. Grandinem conglaciato imbre gigni, & nivem eodem humore mollius concreto, pruinam autem ex rore gelido. Vertit Apuleius libellum Aristotelis de Mundo, in ea versione p 61. Elmenh sic ait: Glaciem dicimus humorem sereno frigore concretum Huic est pruina consimilis, si mollities roris matutinis frigoribus incanuit.
Acris pruina Lucret lib. 3. 20.
Algentes. Stat. 3. Theb. 469.
Cana. Virg. 2 Georg 376 Hor. 1. Carm. 4. 4.
 Nec prata canis albicant pruinis.
Canens. Sil. lib 3. 533.
Candentes, Candidæ. Claud. de Nupt. Honor. 52.
Gelidæ Virg 2. Georg. 263.
Matutina. Propert lib 2. 9. 419
Rorata. Ovid. 3. Fast 357.
Tristes. Valer. 2. Argon. 177.
Vitrea. Ovid. 10. Epist. 7.
Circumfusa pruinis corpora. Virg. 3. Georg. 368. De bobus.
Obrigescere pruina. Cic. in Somn. Scip. 15.
Perferre pruinas ac nives. Cic. 2. in Catil. 23.
Rigens glacie hiemisque pruinis. Petron cap. 122.

PRUINŌSUS, Adj [παχνώδης] Pruinæ obnoxius. Columel. lib. 3. cap. 20. Seu frigidus & pruinosus, quod non est patiens uredinis.
Fruteta pruinosa. Auson. Idyll. 14. 13.
Herbæ. Ovid. 4. Met. 82.
Nox. Ovid. 2. Amor. 19. 22.
 Longa pruinosæ frigora nocte pati.
Pannus. Petron. cap. 83.
 Sola pruinosis horret facundia pannis.
Regio pruinosa. Columel. lib. 7. cap. 9. Si regio frigida & pruinosa est, quam durissimæ & nigræ setæ grex eligendus est.
Status cæli frigidus & pruinosus. Columel. 4. 23.
Tenebræ. Ovid. 5. Met. 443.

PRUNA, æ. f. [ἄνθραξ, ἀνθρακιά] a Carbone ita distinguitur, quod illa quamdiu ardet, Pruna dicitur: Carbo, quum exstincta fuerit. Virg. in Moreto, 9.
 Et cinis obductæ celabat lumina prunæ. Pruna dicta a perurendo.
Prunæ batillus. Hor. 1. Serm. 5. 36.
 Prætextam, & latum clavum, prunæque batillum. Venusle ridet Aufidium, qui quum Fundis in oppido exiguo Præturam gereret, insana arrogantia insignibus magistratus Consules superabat, quum tamen Romæ tantum scriba esset. Itaque non prætextam solum & latum clavum, ut Prætor aut Consul Romanus gerebat, sed etiam ignis ei præferebatur, (id enim est quod scribit, Prunæque batillum) quod supra humanam prope conditionem erat, & divinum religiosumque habebatur. Sic imperatoribus, eorumque uxoribus & interdum sororibus, ignis præferri solebat, quod ab Herodiano 1. 8. & passim est adnotatum. Ex Turnebo.
Subjiciunt verubus prunas, & viscera torrent. Virg. 5. Æn. 103.

PRUNETUM, PRUNUM, V. PRUNUS.

PRŪNUS, i. f. [κοκκυμηλέα] Arbor pruna producens. Columel. lib. 2. cap. 2. Multa sunt, quæ & dulcem terram, & frumentis habilem significent, ut juncus, ut calamus, ut gramen & trifolium, ebulum, rubi, pruni silvestres.

PRŪNUM, i. n. [κοκκύμηλον Gl. L. G. & G.L.] pl. Pruna, Fructus pruni.
Globus prunorum. Stat. 4. Silv. 9. 28.
Spinos jam ferentes pruna. Virg. 4. Georg. 145.
Corna lapidosa rubescunt prunis, Insita scilicet. Virg. 2. Georg. 34.
Asinina. V. ASINUS.
Autumnalia. Propert. lib. 4. 2. 15.
Cerea. V. CERA.
De prunis Damascenis, est epigramma Martial. lib. 13. 29.
 Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ
 Sume: solent duri solvere ventris onus.
Onychina pruna. V. Onychinus in ONYX.

PRUNĒTUM, i. n. Locus prunis consitus. Calepin.

PRŪRIGA, æ. m. V. PRURIGO, & PRUORIGA.

PRŪRIO, ivi, itum, [κνήθομαι, κνησιάω] Ire. Libidine scalpendi ardere. Plaut. Bacch. 5 2. 75. Te amabo, & te amplexabor. N. caput prurit. Idem Poen. 5. 5. 36. An dentes pruriunt?
In pugnam pruris vitulos. Martial. lib. 3. 58.
Versus pruriunt, Pruritum venereum excitant. Martial. lib. 1. 36.
 Lex hæc carminibus data est jocosis,
 Ne possint, nisi pruriunt, juvare.

PRURĪTUS, ûs. m. [κνησμός] est Scalpendi libido, ab Excursu humoris spicabilis inclusi contra naturam. Plin. lib. 9. cap. 45. Contactos pisces, attrituque petræ scalpentes pruritum, invadit. Q. Seren. 87.
 Pruritus autem salsos levat humor aceti.

PRURĪGO, inis. f. Idem. [κνησμός] Columel. lib. 7. cap. 5. Nam subest aspera cutis, & velut quædam prurigo. Plin. lib. 20. cap. 8 Nigræ radices ita in aqua coctæ pruriginem tollunt. Vetus codex habet Porriginem. Pro Cupiditate veneris, Juven. 6. Sat. 326.
 Tunc prurigo moræ impatiens, tunc femina simplex.

PRURIGINŌSUS, a. um. Adj. Prurigine affectus. Paul. in l. 3. D. de ædilit. edict. In Priapeis n. 63.
 Quæ ut tot figuras, quot Philænis enarrat,
 Non invenit, pruriginosa discedit.

PRURIŌSUS, a, um. aliud Adj. Cæl. Aurel. Tard. 2. 1. 33. Squilla, quam vulgo bulbum pruriosum vocant. V. Reines. Var. Lect. 3. 18.

PRŪSA, æ. f. [Προῦσα] Oppidum est Bithyniæ, Phrygibus & Mysia finitimum, a Prusia rege, qui contra Crœsum bellum gessit, ad radices Olympi montis conditum. Strab. lib. 12. Plin. lib. 5. cap. 32. ab Annibale id conditum esse putat, cum Prusiade confundens. V. mox. Hodie *Bursa*. Hinc

PRUSENSIS, e, Adj. [Προυσαεύς] Populi Prusam inhabitantes. V. Steph. de hac & seq. in Προῦσα.

PRŪSIAS, ădis. f. [Προυσιάς] Urbs Bithyniæ, olim Cius dicta, a Prusia rege condita, cognomento Zela, ad Arganthonium montem Strabo lib. 12. Plin. lib. 5. cap. 32. Prusam vocat, collocatque sub monte Hypio. [Immo alia Prusa est. V. Steph. ibid. & Cellarii Geogr. Ant. vol. 2. p 242.

PRŪSIAS, æ. m. [Προυσίας] de quo multa Livius lib. 45. extr. Bithyniæ rex, qui Annibalem hoc concedentem suscepit, post Antiochum superatum, & Phrygiæ Hellesponticæ ditione, Attalicis ex composito cessit. V. Strab. lib. 12. & Nep. 23 12. 3.

PRUSIĂCUS, a, um Adj. [Προυσιακός] Sil. 13. 888.
 Donec Prusiacas detatus segniter oras.

PRUSSIA, æ. f. Regio in Europæ Septentrionalibus amplissima, quæ ex una parte Poloniæ regi, ex altera vero Electoribus Brandaburgicis, regalem quibus addit titulum, subjecta est. V. BORUSSIA.

P R Y

PRYMNĒSIUM, i. n. [πρυμνήσιον] Funis nauticus, Paulus. Primnasius, palus, ad quem, funis nauticus religatur, quem alii Tonsillam dicunt. [Etiam Pollux 1. 9. f. 93. Retinaculis navis jungit. Gloss. Cyrill. Πρύμνα, Puppis, & Πρυμνήσια, Retinacula, V. Scheff. de Mil. Nav. 2 5. p. 151. Suidas tamen Πρυμνήσιον τὸ δεσμὸν λέγει, conf. Hesych. & Phavorin.

Prytanēum, i. n. [Πρυτανεῖον] Locus erat Athenis in arce dignissimus, ubi judices & magistratus habere consilium solebant. In Prytaneo item alebantur publice qui bene meriti erant de Rep. qui honos habebatur maximus. Sic dictum quasi πυρὸς ταμιεῖον. Tritici promptuarium, velut horreum publicum. Dionysius Prytanea vocat Curias. in quibus sacra fiebant ab iis, qui maximam in urbe habebant potestatem. Cic. 1. de Orat. 232. Et ut ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur. Liv. 41. 25. Cyzici in Prytaneum: id est penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur, vasa aurea mensæ unius posuit. V. Meurs. in Areopago cap. 11.
Aliis Prytaneum proprie est, ubicunque Vesta colebatur, dictumque ita putant quasi πυρὸς ταμιεῖον quod in omnibus Græciæ civitatibus Vesta culta; unde & legimus Prytaneum Tarentinorum, Corinthiorum, Rhodiorum, Eleorum, aliorumque multorum; ut ostendit Casaub. Animadv. in Athenæum, 15. 19. conf. Suid.

Prytănis, is. [πρύτανις] Magistratus, præfectus, administrator, ut Consul: quem publici consilii principem appellabant. A verbo πρυτανεύω quod est Administro. guberno, & magistratum exerceo. Sen. de Tranquil. cap. 3. Non vis nisi Consul, aut Prytanis, aut Ceryx, aut Sufes administrare rempublicam. conf. Spanh. de U. & P. Num. diss. 9. V. & Suid.

P S

PS. Præceps, Possunt, Pedem semis cum triente, Passus. P. S. Pecunia sua, Per senilem, Posteris suis, Proprio sumptu, Posuit sibi, Publico sumptu, Provincia Sicilia, Proserpinæ sacrum.

P S A

Psălis, idis. f. [ψαλίς] & Dimin. **Psălĭdion**, i. n. [ψαλίδιον] Forfex, quam Pollux lib. 7. cap. 22. & iterum lib. 10. cap. 28. ponit inter instrumenta muliebria.

Psallium, i. n. [ψάλιον] Circulus, qui freno additur. Item Frenum ipsum. Suid. ψάλιον, χαλινός. Hinc
Psallium injicere, est Moderamine quodam ferocientem coercere. V. Chiliad.

Psallo, [ψάλλω] ĕre. Canere, cantare. Gell. lib. 19. cap. 9. Qui canerent voce, & qui psallerent. i. e. Citharam pulsarent, inquit Budæus. Hor. 2. Epist. 1. 34.

— pingimus, atque
Psallimus, & luctamur Achivis doctius unctis.

Doctus psallere. Hor. 4. Carm. 13. 7. Aur. Vict. Cæs. cap. 5. Psallere per cœtus. Apul. Flurid 2. & Met. 5. &c. Gloss. Cyrill. ψάλλω, Nablizo, Psalmizo. conf. Suid.

Psalma, ătis. n. [ψάλμα] Quod psallitur. Diapsalma, [διάψαλμα] Silentium & quies quædam inter psallendum interposita. Nam ut Sympsalma dicitur vocum copulatio in cantando, ita Diapsalma disjunctio, ubi quædam requies distinctæ continuationis ostenditur.

Psalmus, i. m. [ψαλμός] Canticum; a ψάλλω, canto, quod ad psalterium cantaretur. Tertull. adv. Jud. cap. 14. & ad Uxor. 2. 9. &c.

Psalmizo, V. psallo.

Psalmista, æ. m. Hieron. adv. Pelag. 1. 1. & 3. 1. &c.
Psalmista vulgo dicitur. Utitur & Vives. H. St. defuit hæc vox in Lugd.

Psalta, vel **Psaltes**, æ. m. [ψάλτης] Latine Cantor dicitur. Quintil. 1. 10. Psaltis se & Geometris multa dicit dedisse. Sidon. 8. Epist. 9.

Chorda, voce, metro, stupende psaltes. V. Suid. Gloss. Cyrill.

ψάλτης, Nablio, Psalta.

Psaltrius, i. m. Idem. Cic. de Arusp. Resp. 44. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, a strophio, a psaltrio, a flagitio, a stupro, est factus repente popularis. Al. Psalterio, al. Psaltria. [Non est certe a Psaltrius, i. m. sed a n. Psaltrium, quod pro Psalterio dictum videtur.

Psaltria, æ. f. [ψάλτρια] Cantatrix. Ter. Adelph. 3. 3. 34. Isthæc jam penes vos psaltria est? Cic. pro Sext. 116. Qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur. Gloss. Cyrill. ψάλτρια, ἡ αὐλητρίς, Fidicina.

Psaltērium, i. n. [ψαλτήριον] Græca dictio, Hebraice *Nablum* dicitur: Genus organi musici, dulcius & amœnius sonans quam cithara, cujus similitudinem quidem habet, ipsa tamen non est. Varro apud Nonium 3. 149. Scientia doceat, quemadmodum in psalterio extendamus nervias. V. Scalig. Fragm. p. 129. vel. Lev. Pitisc. Gloss. Cyrill. ψαλτήριον, Sambucum. conf. Suid.
Psalterium, non solum Organum musicum significat: sed ipsum quoque Canticum aut Psalmum denotat. Paul. lib. 5. Sententiarum tit. 4. Psalterium, quod vulgo dicitur Canticum, in alterius infamiam compositum, & publice cantatum, tam in eos qui hoc cantaverint, quam in eos qui composuerint, extra ordinem vindicatur, eo acrius, si personæ dignitas ab hac injuria defendenda sit. V. Voss. Lex. Etym.
Psalteria, n. pl. Quintil. lib. 1. cap. 10. p. 109. Burm. Nec psalteria & spadicas, etiam virginibus probis recusanda. De Musica. conf. Scalig. in lib. 5. Manil. p. 367.
Arguta psalteria. Virg. in Cyri, 177.

Non arguta sonant tenui psalteria chorda.

Psalmĭcānus, a, um. Adj. Theodulf. 2. Carm. 19. pro Davide.

Psalmĭcen, inis. m. ut, Clerici psalmicines. Sidon. 5. Epist. 17.

Psalmŏgrăphus, i. m. [ψαλμογράφος] Sidon. 7. Epist. 9. Tertull. adv. Marc. 3. 120. & Fortunat. 9. 2. &c.

Psalmōdia, æ. f. [ψαλμῳδία] Cantus mistus; quum aliquis canit ad musicum instrumentum.

Psallŏcĭthărĭstæ, [ψαλλοκιθαρισταί] Suet. Domit. cap. 4. Certabant etiam & prosa oratione Græce Latineque, ac præter citharœdos, chorocitharistæ quoque & psallocitharistæ. al. Psilocitharistæ emendatius. q. V.

Psămăte, es. f. [Ψαμάτη] Fons apud Thebas. Valer. 1. Argon. 364.

Qui tenet undisonam Psamaten.

Ponitur etiam pro Urbe & Monte.
Fuit & Psamate, Crotopi Argivorum regis filia, ex qua compressa Apollo Linum filium sustulit, quem inter sentes a matre occultatum canes dilacerarunt, ut late prosequitur Stat. 1. Theb. 750. &c.
Alia Psamate Nympha fuit, Nerei filia & Phorci mater, de qua Ovid. 11. Met. 399.

Cæruleam Peleus Psamaten, ut finiat iram
Orat, &c.

Psămathūs, vel **Psammăthus**, untis. f. [Ψαμαθοῦς, ἡ Ψαμμαθοῦς] Oppidum Laconicum. Hinc

Psamathuntius, [Ψαμαθούντιος] sive **Psamathusius**, [Ψαμαθούσιος] gentile. Steph.

Psammenitus, i. m. [Ψαμμήνιτος] Herodoto lib. 3. Amasis filius, Ægyptiorum rex, qui a Cambyse victus, epoto sanguine taurino exspiravit.

Psammētĭchus, i. m. [Ψαμμήτιχος] Rex Ægypti, cujus tempore, teste Herodoto lib. 2. ducenta & octo millia Ægyptiorum ad Æthiopes transiere. conf. Plin. 6. 30. & 36. 13.

Psaphis, is. f. [Ψαφίς] Oropiorum civitas, in confinio Atticæ & Bœotiæ. Hic situm erat Amphiarai oraculum quoddam venerabile, ubi Amphiaraum fugitantem, ut Sophocles ait, scissa Thebana tellus hausit ipsum cum armis curruque quadrijugo. Strab. lib. 9.

Psaphon, ōnis. m. Libycorum deus. Is Psaphon quum despectissimus esset, & ultimæ notæ, vocales aves edocuit hæc verba eloqui: Magnus deus Psaphon: Quibus dimissis in lucos, audita voce, apud rudes populos est pro deo habitus. Alex. Alex. lib. 6. cap. 4. De Hannone Carthaginiensi idem, sed frustra, consto. V. Ælian. Var. Hist. 14. 30.

Psaronius, i. m. Lapidis genus, quem Thebaicum & Pyrrhopœcilon appellari dicit Plin. lib. 36. cap. 22.

P S E

Psĕbŏa, æ. f. [Ψεβώα] Lacus ingens in Ægypto supra Meroen, qui insulam, ut Strabo lib. 17. scribit, habet satis amplam & habitatam. Steph. est Psebo, Ψεβώ.

Psĕcăs, ădis. f. [ψεκάς] Gutta, sive stilla dici potest. Apul. lib. de Mundo p. 61. Elmenh. ex Aristotele cap. 4. Psecadas interpretatur Stillicidia.
Micæ quoque auri inter arenas lucentes Psecades dicuntur.
Quinetiam Ancillæ, quæ delicatarum matronarum capillos medicato fuco conspergebant, a Græcis hoc nomine appellatæ sunt. Juven. 6. Sat. 489.

Componit crinem laceratis ipsa capillis
Nuda humero Psecas, infelix, nudisque mamillis.

Apud Cic. 8. Fam. 15. Dea nato opponitur Psecade seu ancilla natus. Ita Dianæ ornatricem nominat Ovid. 3. Met. 170.

Excipiunt laticem Nymphæque, Hyaleque, Rhanisque,
Et Psecas, & Phyale, funduntque capacibus urnis.

Dicitur a ψεκάζειν, irrorare, stillare, inspergere. V. Schol. vet. Juvenal. Reines. Inscript. 1. 89. & Lex. Pitisc. [Apud Juvenal. Nuda humeros legendum videtur.

Psēgma, ătis. n. [ψῆγμα] Idem fere quod Flos æris. Agricola. Plin. lib. 34. cap. 13. In ærariis officinis & psegma fit, jam liquato ære atque percocto, additis etiamnum carbonibus, paulatimque accensis, ac repente vehementiori flatu exponitur æris palea quædam. Ex veteri codice legendum Smegma. [Hard. Spegma ex MSS unde Psegma conjicit.
Psegma quoque pro Ramento auri usurpatur, ut apud Herodotum in Thalia, Indi, inquit, ut sunt multitudine multo numerosissima omnium quos novimus hominum, ita tributum conferebant aliorum comparatione maximum: trecenta scilicet & sexaginta psegmatis talenta, id est aurei ramenti. Ramentum auri, arena est aurea, ob id alio nomine ab eodem auctore Chrysitis dicta. Chrysammos etiam ad verbum aurea arena dicitur lib. 11. codicis Justiniani. Aurum autem ramentitium, inquit ille, invenitur esse talentûm Euboicorum quatuor millium sexcentorum & octoginta, si ita ratio ineatur ut psegma terdecies tanto argenti rependatur. Strabo lib. 3, Ac ne aurum quidem solum effoditur, sed etiam trahitur. Deferunt enim aurum amnes, & torrentes auream arenam: quæ etiam multis in locis aquarum indigis reperitur: sed in his non apparet: in iis autem locis, quæ fluminibus alluuntur, auri psegma, id est scobs aurea, resplendescit. Budæus.

Psellion, i. n. [ψέλλιον] Armilla, ornamentum manuum, apud Xenophontem lib. 1. ἀναβάσεως, & apud Plutarchum in Cimone, recensentem spolia Persica. Traditque Athenæus hæc ex margaritis quandoque fieri solita. Porro nota est historia Brenni Gallorum regis, qui quum depopulatus Asiam Ephesum adventasset, plebejam puellam adamavit, quæ ei & concubitum, & Ephesi proditionem pollicita est, si mundum sibi muliebrem & psellia traderet: quod annuit Brennus, & orsvit milites, ut in avarissimæ puellæ gremium, aurum quod gestabant, immitterent: quo ea obruta periit, ut scripsit Clitophon lib. 1. rerum Gallicarum, & ex ejus auctoritate Plutarch. in Parallelis, cap. 30. Psellion autem inter ornamenta carpi, hoc est juncturæ manuum, ponit Pollux lib. 5. cap. 16. Hinc

Pselliophori, [ψελλιοφόροι] i. e. Armillati, Herodoto dicuntur lib. 2.

Psēphisma, ătis. n. [ψήφισμα] dictio Græca, quæ Decretum populi significat Cic. pro Flacc. 15. Sic sunt expressa ista præclara, quæ recitantur, psephismata, non sententiis, nec auctoritatibus declarata. Ibid 75. Possem recitare psephismata Smyrnæorum, quæ fecerunt in Castricium mortuum. conf. Plin. 10. Epist. 52.

Pseudos, vel per Græcam litteram **Psydos**, [ψεῦδος] Latine dicitur Falsum, seu Mendacium. Unde composita, quæ sequuntur.

Pseudăcŏrus, i. m. [ψευδάκορος] Acorum mentiens Iris lutea, Junioribus Botanicis.

Pseudanchūsa, æ. f. [ψευδάγχουσα] Planta, quasi Falso anchusa dicta, de qua Plin. 22. 2.

Pseudăpŏstŏlus, i. m. [ψευδαπόστολος] Tertull. de Præscript. cap. 4. & de Resurr. cap. 24. & contra Marcion. 4. 3.

Pseudĕnĕdrus, i. m. [ψευδένεδρος] Jul. Firmic. lib. 3. cap. 8. Mercurius pseudenedros sæpius fecit. Cæl. lib. 11. cap. 7. Insidiatores fictos Firmicus pseudenedros nuncupat. Nam & apud Xenophontem, ψευδενέδρας legimus pro fictis insidiis.

Pseudĕsiŏdīon, i. n. [ψευδησιόδειον] i. e. Quod falso Hesiodo ascribitur. Cic. 7. Att. 13.

Pseudĭsŏdŏmon, i. n. [ψευδισόδομον] i. e. Inæqualiter structum. Plin. 36. 22. extr.

Pseudŏălēthīnus, a, um. Adj. [ψευδαλήθινος] i. e. Purpuram imitans. ut, Pseudoalethinæ vestes, apud Cyprian. V. Salmas. Hist. Aug. p. 342.

Pseudŏbūnion, i. n. [ψευδοβούνιον] Herba, quæ ut Plin. lib. 24. cap. 16. ait, napi folia habet, fruticans palmi altitudine. Laudatissima in Creta. Βουνιάς Napus.

PSEUDOCALIDUS, a, um. Adj. Vox hybrida. Calorem mentiens. Marc. Emp. cap. 8.

PSEUDŎCĂTO, ŏnis. m. [ψευδοκάτων] Cic. 1. Att. 11.

PSEUDŎCHRISTUS, i. m. [ψευδόχριστος] Tertull. adv. Marc. 3. 3. Fides apud Pseudochristos facillima.

PSEUDŎCŎRĂSIUM, i. n. [ψευδοκοράσιον] Litus magnum inter Corycum & Seleuciam Isauricam tria stadia longum, & in Lunæ similitudinem curvatum. Stephan.

PSEUDŎDĂMĂSIPPUS, i. m. [ψευδοδαμάσιππος] Cic. 7. Fam. 24. Si enim Damasippus in sententia non manebit, aliquem Pseudodamasippum vel cum jactura reperiemus.

PSEUDŎDĔCIMIĀNUS, i. m. [ψευδοδεκιμιανός] Piri genus, quasi Falsus Decimianus. Plin. lib. 15. cap. 15.

PSEUDŎDIA, æ. f. [ψευδῳδία] Falsa cantio. Hieron. Epist. 79.

PSEUDODIACONUS, i. m. [ψευδοδιάκονος] Hieron. Epist. 79. ad Alipium & August.

PSEUDODICTAMNUM, i. n. [ψευδοδίκταμνον] Falsum dictamnum. Genus herbæ, quæ in Creta similis pulegio nascitur. Plin. lib. 26. cap. 9.

PSEUDŎDIPTĔRUS, a, um. Adj. [ψευδοδίπτερος] Vitruv. 7. præf. & 3. 1. & 2. conf. Baldi Lex. p. 82. & DIPTERON, PTERON, &c.

PSEUDŎEPISCŎPUS, i. m. [ψευδεπίσκοπος] Cyprian. lib. 55. 11.

PSEUDOFLĀVUS, a, um. Adj. Vox hybrida. ut, Color pseudoflavus. Marc. Empir. cap. 8.

PSEUDOGRAPHUS, a, um. Adj. [ψευδόγραφος] Falso inscriptus. Sarisb. Epist. 172. Librum sapientiæ scripsit Philo, diciturque pseudographus.

PSEUDŎGRĂPHE, Adv. [ψευδογράφως] Donatus in vita Virg. Multa pseudographe sub alieno nomine sunt prolata.

PSEUDOGRAPHIÆ, arum. f. pl. [ψευδογραφίαι] Quintil. lib. 1. cap. 10. Fit hoc & in numeris per quasdam, quas pseudographias vocant, quibus pueri ludere solebamus.

PSEUDOGRATIA, æ. f. Vox Græco Lat. i. e. Gratia ficta. Sarisb. 2. olt. Pseudogratiam vendere.

PSEUDOLĬQUĬDUS, a, um. Adj. similiter fictom. Marcell. Emp. cap. 16.

PSEUDOLŎGUS, i. m. [ψευδολόγος] Falsa loquens, mendax.

PSEUDŎLUS, i. m. [ψευδόλος] Servus veterator & fraudulentus. a quo nomen Plautinæ comœdiæ impositum est. Cic. de Senect. cap. 14.

PSEUDŎMĔLANTHIUM, i. n. [ψευδομελάνθιον] quasi Falsum melanthium, apud Dioscor. in Matthiolo lib. 3. cap. 78. herba est, quæ sponte sua nascitur inter segetes: flores habet cæruleos: erigitur ad spicarum sititudinem culmis hirsute nodatis.

PSEUDŎMĔNOS, i. m. [ψευδόμενος] Genus ratiocinationis captiosæ. Cic. 2. de Divin. 11. Quomodo autem mentientem, quem ψευδόμενον vocant, dissolvas? Sic 4. Acad. 147. Seu. Epist. 45. Quid me detines in eo, quem tu ipse Pseudomenon appellas. Plura vide apud Gell. 5. 17. & 9. 16.

PSEUDONARDOS, i. f. [ψευδόναρδος] Herba nardum referens. Plin. lib. 12. cap. 12.

PSEUDŌNY̆MOS, i. c. [ψευδώνυμος] Falsum nomen gerens, nomen mentiens.

PSEUDŎPĔNIAS, æ. f. [ψευδοπενιάς] Promontoriom est Cyrenaicæ, in quo est sita Berenice, juxta lacum Tritoniadem, in quo insula est, quæ Veneris templum habuit. Strab. lib. 17.

PSEUDŎPĔRIPTĔRUS, a, um. Adj. [ψευδοπερίπτερος] Falsos ordines habens. Vitruv. 4. 7. conf. PSEUDODIPTERUS, &c.

PSEUDŎPHĬLIPPUS, i. m. [ψευδοφίλιππος] Cic. 2. de Lege Agrar. 89. Paterc. 1. 11. 1. Fictus rex Macedoniæ Philippus.

PSEUDOPHILOSOPHIA, æ. f. [ψευδοφιλοσοφία] Falsa sapientia, quæ non veritate nititur, sed vana & fallaci ratione, qualis fuit Sophistarum veterum & juniorum.

PSEUDOPORTICUS, ûs. f. Vox Ex Græca & Latina conficta. Falsa porticus. Nam in ædificiis, partes quæ fiunt ad imitationem, nec integrum nec principalem; sed precarium, aut temporarium usum præbent, quasi alienum opus mentientia, hoc nomine insigniri solent: ut Pseudothyrum, & Pseudoancæ, similiaque his complora apud Vitruvium, conf. Plin. 6. 57.

PSEUDŎPRŎPHĒTA, æ. m. [ψευδοπροφήτης] Falsus propheta. Tertull. de Resurr. cap. 24. de Anima, cap. 2. & de Præscript. cap. 4.

PSEUDOPROPHETIS, idis. f. [ψευδοπροφῆτις] Idem de Anima, cap. 57.

PSEUDOPROPHETĪA, æ. f. [ψευδοπροφητεία] Idem de Jejun. cap. 2.

PSEUDŎPYLÆ, arum. f. pl. [ψευδόπυλαι] Insulæ juxta portum Isidis apud Troglodytas. Plin. lib. 6. cap. 29.

PSEUDŎSĔLĪNUM, i. n. [ψευδοσέλινον] Apiastrum. Apul. de Herb. cap. 2.

PSEUDŎSMĂRAGDUS, i. m. [ψευδοσμάραγδος] Ex dimidia parte smaragdus, ex dimidia iaspis. Plin. 37. 5.

PSEUDŎTHY̆RUM, i. n. [ψευδόθυρον] Falsum ostium: unde pro Postico somitor. Cic. 4. in Verr. 50. Ea quemadmodum ad istum postea per pseudothyrum revertantur, tabulis vobis, & testibus, Judices, planum faciam. Idem Post red. in Senat. 14. Non janua receptis, sed pseudothyro intromissis voloptatibus.

PSEUDŎURBĀNUS, a, um. Adj. Vox Græco-Lat. Columel. lib. 1. cap. 6. Pseodourbana ædificia, dicuntur a Vitruvio 6. 8. Ædificia rustica, urbana elegantia exstructa. Budæus.

P S I

PSIALGICUS, V. PSOALGICUS.

PSILÆ, arum. f. pl. [ψιλαί] a ψιλός nudus; sunt Vestes villis carentes: uti contra, Amphitapæ, Tapetes utrinque habentes villos. V. Lucil. apud Non. 14. 24. & Turneb. Adverf. 28. 20. [Gloff. Cyrill. ψιλός, tenue Babylonicum, n. g.

PSILE, [ψιλή] Insula circa Ephesum. Plin. lib 5. cap. 31.

PSĪLOCĪTHĂRISTA, æ. m. [ψιλοκιθαριστής] Qui sola cithara, non juncta voce canit. V. PSALLOCITHARISTA.

PSĪLŌTHRUM, i. n. [ψίλωθρον] Plin. lib 23. cap. 1. Vitis alba est, quam Græci ampeloleucen, alii ophiostaphylon, alii melothron, alii psilothrum. Hujus farmenta longis & exilibus internodiis geniculata scandunt. Folia pampinosa, ad magnitudinem hederæ dividontur, ut vitium. Radix alba, grandis, raphano similis initio: ex ea caoles asparagi similitudine exeunt. Et paulo post, Semen in uva raris acinis dependet, succo rubenti, postea croci. Et paulo post, Vitia cutis in facie, varosque, & lentigines, & sugillata emendat, & cicatrices. conf. Pallad. 1. 35.

Psilothrum, Unguentum depilatorium, quo molieres utebantur: a ψιλός nudo. Martial lib. 6. 93.

Psilothro nitet, aut acida latet oblita creta. Al. Viret. conf. Lamprid. In Heliog. cap. 31. V. dict. seq.

PSILOTHRO, āre. Pilos exstirpare per psilothri medicamentum. Plin. Valer. 3. 52. V. Barth. Adverf. 28. 20.

PSIMMYTHIUM, vel PSIMYTHIUM, i. n. [ψιμμύθιον] Plin. lib. 34. c. 18. Psimmythium quoque, hoc est Cerussam, plumbariæ dant officinæ. Laudatissimum in Rhodo. Fit autem ramentis plombi tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis, atque ita destillantibus, &c. [Hanc opinor Martialem Acidam cretam intelligere. V. paulo ante in PSILOTHRUM. Gloff. Cyrill. Ψιμύθιον, Cimussa, Ψιμυθιστής, Cimussator. An Cerussa, & Cerussator?

PSĪMYTHUS, i. m. [ψίμυθος] Idem. De hac vide Vitruv. lib. 7. cap. 12. & Dioscor. lib. 5. cap. 94. Al. 103. qui ψιμμύθιον per ι scribit.

PSITTA, æ. f. [ψίττα] Piscis plani generis, quem nos Passerem vocamus, ut vertit Theodorus ex Aristotele de Natura animalium. Plin. lib. 9. cap. 16.

PSITTĂCUS, i. m. [ψιττάκος, ἀνθρωπόγλωσσον] Avis Indica, vocem humanam miro naturæ artificio effingens. Martial. lib. 14. 73.

Psittacus a vobis aliorum nomina discam:
Hoc didici per me dicere, Cæsar ave. Plin. lib. 10. cap. 42.

Soper omnia humanas voces reddunt, psittaci quidem etiam sermocinantes. India autem hanc mittit, Sittacen vocant, viridem toto corpore, torque tantum miniato in cervice distinctam. Imperatores salutat, & quæ accipit verba pronuntiat. In vino præcipue lascivа. Capiti ejus duritia eadem, quæ rostro, &c. Pers. Sat. prolog. 8.

Quis expedivit psittaco suom χαῖρε,
Picasque docuit nostra verba conari? Stat. 2 Silv. 4. pr.
Psittace, dux volucrum, domini facunda voluptas,
Humanæ solers imitator, psittace, linguæ. Idem v. 25.
Occidit aëriæ celeberrima gloria gentis
Psittacus, ille plagæ viridis regnator Eoæ.

In Gloff. Cyrill. scribitur unico τ ψίττακος, Psittacus.

PSITTACĪNUS, a, um. Adj. [ψιττακινός] Scribon. Largus Comp. 27. Collyrium psittacinum a colore viridi ita dictum.

P S O

PSOADĪCUS, a, um. [ψοαδικός] Qui clunium dolore afficitur. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1. Nam ψόας Lumbos inrerpretantur. V. seq. dict.

PSŎALGĬCUS, a, um. [ψοαλγικός] Laborans lumbis, a ψόα lumbus, & ἄλγος dolor. Theod. Prisc. 2. 34. Male scribitur Psialgicus. [Psyalgicus non spreverim. Nam ψύα & ψόα eadem dictio. V. Henr. Steph. Thef. Gr. To. 4. col. 700. Gloff. Cyrill. ψύα, Lumbus. ἰξύπτιος. conf. LUMBAGO.

PSŌLEOS, i. m. [ψωλεός] Verpus. Priap. Carm. 68.

Psoleon ille vocat, quod nos psoloenta vocamus. Ψολόεις, Fuliginosus.

PSŌPHIS, ĭdis. f. [Ψωφίς] Arcadiæ civitas, a Psophide Lycaonis filio, aut, ut alii malunt, a Psophide Erycis Sicani filia condita. Ovid. lib. 5. Met. 607.

Usque sub Orchomenon, & Psophida, Cyllenenque. conf. Stat. 4. Theb. 296. In Insula quoque Venetorum Zazyntho arx Ipsa vocabatur Psophis: & aliæ moltis locis. Hermol. in Plin.

Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Arcadia.

Irem tertium in Achaja. Steph.

PSŌRA, æ. f. [ψώρα] Lepra. Plin. lib. 20. cap. 1. scabiem psoram appellat; quam tusis cæpis sanari posse codem libro cap. 5. ait. Idem Plin. eodem ipso libro, cap. 9. lepram a psora separat. Lepras, inquit, & psoras cum alumine rotundo ex aceto. Et paulo post, Item, inquit, psoras & lepras veteres, ipsius tribus partibus, cum duabus aluminis in aceto acri illitis. Loquitur de brassicæ crispatæ viribus: multis quoque ejusdem libri insequentibus capitulis psoram a lepra distinguit, ut verear ne non auctor Lexici Græci aberraverit in expositione ejusdem dictionis. V. Cælium lib. 6. cap. 6. Gloff. Cyrill. Ψώρα, Scabia, Scabies; Ψωριῶ, Scabio; Ψωρός, Ψωραλέος, Scabiosus, Scaber. Gloff. Philox. Scaber, Ψωρός, Scavia, Ψώρα, Scabies, Ψωρᾷ, Scavet, κνήθει, Scabiosus, ψωρός, λεπρός.

Psora fit a ψῶ scalpo. Nam qui psora laborant, ulcera sive pustulas supra modum contingere, palpare, & scalpere cupiunt.

PSORĪCUS, a, um. Adj. [ψωρικός] &

PSORICUM, i. n. [ψωρικόν] medicamentum ad oculos scabros commendatum. Cels. lib. 6. cap. 6. 31. ubi indicat ad oculos scabros collyria. V. & Plin. lib. 34. cap. 12.

PSŌRANTHĔMIS, ĭdis. f. [ψωρανθεμίς] Infructuosa herba rosmarini. Apul. de Herb. cap. 779.

P S Y

PSȲCHE, es. f. [ψυχή] Anima. Psychen ut formosissimam puellam Cupidini nuptam, & ab eodem desertam, sistit Apul. Met. 4. Cujus fabulam allegorice ad animam retulit Fulgent. V. Beroald. Not. p. m. 522.

PSYCHE, [Ψυχή] Marphadatis in Cappadocia reguli uxor, quam Catonis Uticensis filius corrupit. Unde jocus, Cato βασιλικὴν ψυχὴν ἔχει. V. Cæl. Rhod. Ant. Lect. 24. 9.

PSȲCHĬCUS, a, um. Adj. [ψυχικός] Animalis, Gloff. Gr. Lat. qui & Carnalis dicitur. V. Suid. & Suic. Thef. Eccles. Tertull. scripsit librum contra Psychicos. conf. Idem adverf. Marc. 4. cap. 22.

PSȲCHŎMĂCHIA, æ. f. [ψυχομαχία] Compugnantia animi; sic carmen suum vocat Prudentius, in quo pugna virtutum & vitiorum, quæ in anima sunt, describitur. Gloff. Cyrill. Ψυχομαχία, Jurgium.

PSYCHOMANTIA, æ. f. [ψυχομαντεία] Genus divinationis permanium evocationem. V. NECROMANTIA.

PSȲCHŎMANTĪUM, i. n. [ψυχομαντεῖον] Locus vaticinii, ubi fiebat manium evocatio. Cic. 1. Tusc. 115. Ait enim Termaneum quendam Elysium, quum graviter filii mortem mæreret, venisse in psychomantium, quærentem quæ fuisset tantæ calamitatis causa, &c. Idem 1. de Divin. 132. Neque eos, qui quæstus causa ariolentur, nec psychomantia quidem, quibus Appius amicus tuus uti solebat, agnoscere.

PSȲCHŎTRŎPHUM, i. n. [ψυχοτρόφον] Herba duorum cubitorum altitudine angulosum habens caulem, a radice spargens folia fere lapathi, serrata, semine purpureo: in Italia Serratula dicitur, in Gallia vero Vetto-

Vettonica. Plin. lib. 25. cap. 8. Psychotrophon inde dictum, quod locis potissimum gaudeat alsiosis, seu frigidis. Nam ψῦχος Frigus.

Psychotrophi item Pisces quidam appellantur, quod umbrosos sectentur recessus, ac humido frigidoque delectentur elemento.

PSȲCHRŎLŎGUS, i. m. [ψυχρόλογος] Qui frigida loquitur & absurda, nec plausu excipienda, Qui boni nihil profert: Cujusmodi sermo inde

PSYCHROLOGIA, æ. f. [ψυχρολογία] vocatur.

PSȲCHRŎLŪSIA, æ. f. [ψυχρολουσία] Frigidum lavacrum. V. Cæl. Aurel. Acut. 1. 14. 112. & Tard. 1. 1. 47. &c.

PSȲCHRŎLŪTA, vel PSYCHROLŪTES, æ. m. [ψυχρολούτης] Qui frigida lavatur. Veteres enim frigida tantum utebantur: calida vero balnea valetudinariis deserviebant. Senec. Epist. 53. pr. Memor artificii mei veteris, mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet, gausapatus. Idem Epist. 83. Ille tantus psychrolutes, qui Calendis Januariis in Euripum saltabam, qui anno novo, quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem desilire, &c.

PSYDRĂCION, i. n. [ψυδράκιον] Genus pustularum durarum & subalbidarum acutarumque, caput præcipue infestantium. Paul. Ægineta. Cels. 5. 28. Gloss. Cyrill. Ψυδράκιον, Papula. Est autem Dimin. a

PSYDRAX, ăcis. f. [ψύδραξ] Morbus, seu Ulcus in capite, de quo Galen. lib. 2. de Composit. pharm. cap. 9. Idem ac Psydracium.

PSYGNUM, i. n. Portus ingens est ad radices Elephantis montis, apud Cynocephalus. Strab. lib. 16.

PSYLLI, orum. m. [Ψύλλοι] Populi sunt Libyæ in Africa, a Psyllo rege dicti, quibus, ut scribit Plin. lib. 7. cap. 2. virus exitiale serpentibus ingenitum fuit, & cujus odore sopirent eas. Mos vero illis fuit liberos genitos protinus objiciendi sævissimis earum: eoque genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hactenus Plin. Meminit & Herodotus lib. 4. Silius item de Athyro Psyllo lib. 1. 412. Lucan. lib. 9. 895. Gellius etiam lib. 16. cap. 11. Crinitus lib. 1. cap. 3. de Hon. disc. & Solinus cap. 40. de Africa, f. 591. Plutarchus in Catone scribit, Catonem per deserta Libyæ iter facientem secum Psyllos duxisse, qui morsibus serpentum mederentur, ore trahentes venenum, & ipsos serpentes cantibus mitigantes. V. Cels. lib. 5. cap. 27. 3. De curationibus communibus adversus omnes morsus serpentium.

Marmaridæ Psylli. Lucan. lib. 9 895.

Plura de Psyllis, V. apud Plin. 8. 25: 25. 10. & 28. 3. conf. MARMARIDÆ, & Lex. Pitisc.

PSYLLION, i. n. [ψύλλιον] Herbæ genus, radice tenui, supervacua; sarmentosum, fabæ granis in cacuminibus, foliis canino capiti non dissimilibus, semine autem duplici, unde & nomen: hoc in baccis; &c. Plin. lib. 25. cap. 11. ad fin. Vulgus nostrum Herbam pulicarem vocat. Diminutivum est a Ψύλλος seu Ψύλλα, Pulex.

PSYLLIS, is. m. Fluvius in Bosphoro ponti Euxini. Plin. lib. 6. cap. 1.

PSYLLIUM, i. n. [Ψύλλιον] Ptolemæo lib. 5. cap. 1. urbs Bithyniæ: vulgo *Pitello*.

PSYTHIUS, a, um. Adj. [ψύθιος] ut, Psythia vitis. Virg. 4. Georg. 269.

Psythium passum. Plin. lib. 14. cap. 9. Psythium & Melampsythium passi genera sunt, suum saporem, non vini, referentia.

PSYTHIA, æ. f. [ψυθία] Vitis, vel Uva. Virg. 2. Georg. 93.

Et passo psythia utilior. Stat. 4. Silv. 9. 38.

Vel passum psythiis suis recoctum. Columel. lib. 3 cap. 2. Nam quæ Græculæ vites sunt, ut mareoticæ, thasiæ, psythiæ, sophortiæ, sicut habent probabilem gustum, ita nostris regionibus, & raritate uvarum, & acinorum exiguitate minus fluunt. Macrobio quoque lib. 2. Sat. 16. in enumeratione generum uvarum memoratur, Numentana, precia, prannia, psythia, pilleolata, &c. Al. Plithia.

P T

P. T. Pecunia Trevirensis, Percussa Treviris. PT. Pater, Prætor.

P T A

PTARMICA, æ. f. [πταρμική] Exiguus frutex est, surculos habens parvos, multos & rotundos, abrotono non dissimiles, & circa eos folia oleæ similia, longa multa, & in cacumine capitulum, uti Anthemidis, parvum, rotundum, quod acri suo odore sternutationem excitat, unde & nomen accepit. Dioscorides lib. 2. cap. 156. Plin. 21. 16. [Gloss. Cyrill. Πταρμός, Sternumentum, Sternumen, Sternotum. Scribe, Sternumentum, & Sternutum. Est autem a Πτάρνυμαι Sternuto. ibid.

P T E

PTE, [πτὲ] syllabica adjectio Ablativis aliquando jungi solita; ut Meapte, tuapte, suapte, nostrapte, vestrapte. Ut, Meapte culpa. Cum Nostrapte culpa. Ter. Phorm. 5. 2. 1. Tacit. 2. Hist. 63. 5. Sabinus suopte ingenio mitis. conf. Priscian. p. 947. Cic. 5. de Fin. 61.

PTĔLEON, i. n. [Πτελεὸν] Ioniæ oppidum juxta Erythras, & Mimantem montem. Plin. lib. 5. cap. 29.

Est & aliud ejusdem nominis Oppidum in ora Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7.

PTĔRĔLAS, æ. m. Taphiorum rex, de quo Ovid. in Ibin, 362.

De alio Pterela, V. Stat. 6. Theb. 648. & 7. 632.

Meminit & cujusdam hujus nominis Plaut. Amph. 1. 1. 105. &c.

De Cane hujus nominis, Ovid. 3. Met. 212.

Et pedibus Pterelas, & naribus utilis Agre.

PTĔRIS, ĭdis. f. [πτερὶς] Herba, prima species est Filicis, herbæ nobilis, quam Plin. describit, ejusdemque vires monstrat, lib. 27. cap. 9. conf. Apul. de Herb. cap. 76. Dioscor 4. 186. [& Suid. qui πτέρις ἄρρην. scribit. sed in Gloss. Cyrill. Πτερὶς, βοτάνη, Filix. Est autem Diminutivum a πτερὸν.

PTERNA, æ. f. [πτέρνα] Pars inferior navalis mali: circa mediam fere trachelos: summa pars carchesium nominatur. Gloss. Gr. Lat. Πτέρνα, Calx, Planta.

PTERNICA, Caulis est herbæ, quæ vocatur Cactos; de qua Plin. lib. 21. cap. 16. al. Pternix rectius, πτέρνιξ.

PTĔRŌMA, ătis. n. [πτέρωμα] Murus in altitudinem ad latus ædificii assurgens; sic dictus, quod instar alæ protegat. Strab. lib. 17. Vitruv. 3. 2. & 4. 4. & 7. conf. PTERON. & Bald. Lex. Vitruv.

PTĔRON, i. n. [πτερὸν] Ædificii moles, majori alii adjecta. Plin. lib. 36 cap. 13. Majore autem in parte transitus est per tenebras: aliæque rursus extra murum labyrinthi ædificiorum moles, pteron appellant. Et lib. eodem cap. 5. Namque supra pteron pyramis, &c.

Ptera, n. pl. [πτερὰ] sive ut Vitruvius lib. 3. cap. 2. appellat, Pteromata, in templis Muri duo sunt, ut ait Strabo lib. 17. de templo Heliopolitano, ad altitudinem ipsorum templorum, utrinque surgentes: ita dicti, quod alarum specie quasi protegant. Ex Hermol. Gloss. Cyrill. Πτερὸν, Pinna, Pluma, Ala.

PTĔRŎPHŎROS, i. m. [Πτεροφόρος] est Regio apud Ripheos montes: sic dicta ab assidua nive, quæ ibi pennarum similitudine continuo decidit. Plin. lib. 4. cap. 13.

Pterophori, item dicti sunt Pegasarii cursores: quod peregre proficiscentes, surrectas in capite pinnas gestare solebant. Dionysius. V. Cæl Rhod. Ant. Lect. 20. 22. Gl. Lat. Gr. Aliger, Πτεροφόρος, Ἔρως. & Gr. Lat. Πτεροφόρος, Aliger.

PTĔRŌTUS, a, um. Adj. [πτερωτὸς] in Gloss. Cyrill. Alatus.

Pteroti, duo Neronis calices ex vitro, Ansati. Plin. lib. 36. cap. 26. Sed quid refert, Neronis principatu reperta vitri arte, quæ modicos calices duos, quos appellabant pterotos, HS sex millibus venderet.

PTĔRȲGIUM, i. n. [πτερύγιον] in oculis vocatur Membranula quædam nervosa, quæ oriens ab angulo, vel a narium vel temporum parte ad coronam usque, interim & pupillam operit. Plin. lib. 34. cap. 10. Cadmiæ effectus, siccare, sanare, sistere fluxiones, pterygia, sordes oculorum purgare, scabritiem extenuare. Ex Hermol.

Pterygium in digitis apud Paulum Æginetam est, quum caro excrescit, partem illam contegens, quæ in ungue, pterygion, inquit, appellatur, quod vitium ex paronychia fere nascitur. At Celsus lib. 6. cap. 19. pr. dicit esse Pterygium, quum recedit ab ungue caruncula non sine magno dolore. Hæc Hermol. Videtur enim diminutivum esse a πτερὸν, id est ab Ala, quam tunc videtur efficere caro ab ungulis discedens. Plin. lib. 23. cap. 1. Illinitur eadem cum fico & pterygiis digitorum. conf. PARONYCHIA.

PTĔRȲGŌMA, ătis. n. [πτερύγωμα] est Pegma ædificii instar alæ. Vitruv. 10. 17. V. Bald. Lex. p. 95. [l. c. Vitruv. non exstat hæc vox. V. PTEROMA. Apud medicos Græcos est Auris, item Pudendi muliebris pars.

PTERYGŎPHŎRUM, i. n. [πτερυγοφόρον] Succinum, dictum quia stramina, floccosque attrahat. V. Cæl. Rhod. 20. 12. Apud ipsum Diosc. 1. 113. est χρυσοφόρον.

P T I

PTĪSĂNA, æ. f. [πτισάνη, ἡ πτισάνη] Pultis genus est ex farina hordeacea: verum tamen fit & ex aliis frugibus. Plin. lib. 18. cap. 7. Ptisanæ ex hordeo usus validissimus, saluberrimusque tantopere probatur. Unum laudibus ejus volumen dicavit Hippocrates, clarissimus medicinæ scientia. Ptisanæ bonitas præcipua Uticensi. In Ægypto vero ea est, quæ fit ex hordeo cui sunt bini anguli. In Bætica & Africa genus, ex quo fiat, hordei, glabrum appellat Turanius. Idem lib. 22. cap. 25. Ptisanæ, quæ ex hordeo fit, laudes uno volumine condidit Hippocrates, quæ nunc omnes in alicam transeunt. Contra quanto innocentior est alica? Hippocrates tantum sorbitionis gratia laudavit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam sitim arceret, quoniam in alvo non intumesceret, quoniam facile redderetur, & assuetis hic solus cibus in febri, bis die posset dari, tantum remotus ab illis, qui medicinam fame exercent.

Ptisanam medici hodie quum absolute proferunt, Hordeaceam intelligunt: fit enim & triticea ptisana ex tritico vel farina triticea aqua elota, de qua Galen. lib. 1. alimentorum.

PTISANĀRIUM, i. n. [πτισανάριον] Ptisanarium oryzæ vocavit Hor. 2. Serm. 3. 155. Oryzam coctam, vel ptisanam, aut Sorbitionem ex oryza,

Quid cessas? agedum, sume hoc ptisanarium oryzæ. Accipiendum est, inquit Lambinus, Ptisanæ nomen hoc loco, non pro oryzæ succo, qui in potionem præbeatur, cujusmodi hodie fieri consuevit ex hordeo, in qua nihil inest præter aquam, & hordei cremorem, sed pro Pulte, in qua solidæ partes ipsius oryzæ maneant, quæ detur in cibum. [Videtur Caliculum intelligere, ptisanæ sorbitione plenum. Dicitur ut Pultarium, &c. Hic autem per Metonymiam, continens pro contento.

P T O

PTŌCHĪON, i. n. [πτωχεῖον] Domus alendis pauperibus destinata, idem quod Ptochodochium. l. ult. C. de Sacrosanct. Eccles. V. Cang. Gloss. Gr.

PTŌCHŌTRŌPHĪON, i. n. [πτωχοτροφεῖον] Diversorium, sive domus in qua mendici nutriuntur: πτωχὸν enim Græci Pauperem, seu mendicum dicunt, & τρέφω nutrio. Justinian. lib. 1. C. multis in legib. maxime sub tit. de Episcopis & clericis, & de sacrosanct. Eccles. conf. Cang. l. c.

PTOCHŌTRŎPHUS, i. m. [πτωχοτρόφος] Qui pauperes alit. V. l. 1. Cod. tit. 3. & ibid. leg. 42. & Cang. ibid.

PTOEMBARI, orum. pl. Africæ populi, qui canem pro rege habent, motu ejus imperia augurantes. Plin. lib. 6. cap. 30. & ex eo Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 2.

PTOEMPHANÆ, arum. m. pl. Populi in Africa, iidem qui Ptoembari. Plin. l. c.

PTOLEMÆUM, V. PTOLEMÆUS.

PTOLEMÆUS, i. m. [Πτολεμαῖος] Nomen proprium Lagi, gregarii militis, filii, qui maxima auctoritate fuit apud Alexandrum Macedonem. Post cujus mortem, Ægypto & Africa & magna Arabiæ parte potitus, regnavit annis quadraginta. A quo deinceps Ægyptii reges, Ptolemæi & Lagidæ appellati sunt. V. Joseph. 12. 1. & Justin. 13. 4. Græci quippe πτολεμίζειν, & πτολεμίζειν pugnare dicunt. Sic igitur a πτολεμῶ Ptolemæus dicitur: sicut ab τιμῶ, quod est honoro, Timæus. [Immo a πτόλεμος. H.St. Videtur ex Macedonum Dialecto esse. Alioqui πτολέμαιος, Ion. πτολεμαῖος. Tum reliqua ejusmodi a nominibus in ος, ut Τιμαῖος a τιμὴ, Ἐρασμαῖος ab Ἐράσμιος. V. tamen Priscian. lib. 2. fol. 20. b. Aldi.

Ptolemæus Lagi duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum. Philadelphus in regno patri successit, vir doctissimus, Stratonis discipulus, qui bibliothecam illam celeberrimam instruxit, quæ usque ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum duravit. V. Gell. lib. 6. cap ult. Regnavit annis triginta octo: cui successit Ptolemæus cognomento Euergetes, quod Latine dici Beneficus potest. Hic viginti sex annis regno potitus, moritur: cui successit Ptolemæus Philopator, decem & septem annis regnans. Post eum Ptolemæus Epiphanes, qui annis viginti quatuor regnavit. Tum Ptolemæus Philometor,

metor. ejus filius, qui triginta quinque. Deinde Ptolemæus Euergetes, ejus frater, viginti novem, qui etiam Physcon dictus est. Huic successit fil. Ptolemæus, Philometor item dictus, & cum matre decem annis regnavit. Huic pulso substituit mater Ptol. Alexandrum, qui eam postea interemit. Regnavit ann. XVIII. Ei successit Ptol. Lathyrus dictus, ex Cypro oriundus. Post hunc Ptolemæus Dionysius, qui & Auletes dictus est, quem a civibus ejectum A. Gabinius restituit. Postremo filius ejus puer, Cleopatræ frater, qui Magnum Pompejum supplicem interfecit, periitque in obsidione Alexandriæ.

Ptolemæorum stemma habes apud Paul. Manut. Quæst. per Epist. 1. Epist. 10. & Accursius apud Vaillant. in Hist. Ptol.

Vocantur interdum, non ex cognomine, sed ex ordine, quo regnarunt. Ut apud Appianum pag. 63. in fine, Πτολεμαῖος ὄγδοος Αἰγύπτου βασιλεύων. Sic col. 131. meæ edit. ἐπὶ ἕκτου Πτολεμαίου. Tamen apud eum legimus etiam pag. 90. Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Φιλαδέλφου. H. St.

Manes Ptolemæorum. Lucan. lib. 8. 696.

Fuerunt & alii hoc nomine, ut Pyrrhi regis filius, & alter Cypriorum rex, qui suis divitiis Romanum locupletavit ærarium. Item

Astrologus, natione Ægyptius, quem paulo post Trajani & Hadriani tempora floruisse constat. Scripsit Geographiæ lib. 7. Libros magnæ constructionis mathematicæ, vulgo vocant Almagestum, & alia. V. Fabric. Biblioth. Gr. lib. 4. cap. 14.

Ptolemæus, [Πτολεμαῖος] Fluvius in Troglodytico sinu. Plin. lib. 6. cap. 29. Ex viæ omnes Arsinoën ducunt, conditam sororis nomine in sinu Charandra a Ptolemæo Philadelpho: qui primus Troglodyticen excussit, & amnem, qui Arsinoen præfluit Ptolemæum appellavit.

PTOLEMÆUS, a, um. [Πτολεμαϊκός] Adj. quinque syllabarum. Propert. lib. 2. 1. 30.

Et Ptolemæææ litora capta Phari.

PTOLEMÆUM, i. n. [Πτολεμαῖον] vel, ut quidam scribunt, Ptolemæëum [Πτολεμαιεῖον] Nomen est gymnasii apud Athenas. Cic. 5. de Fin. pr. Quum audissem Antiochum, Brute, ut solebam, cum M. Pisone in eo gymnasio, quod Ptolemæum vocatur, &c. Pausan. in Att. p. 15. Wech. In gymnasio, quod a foro non procul abest, & a conditore Ptolemæum appellatur, statuæ Mercuriales lapideæ visuntur, spectatu dignæ. Adest & Ptolemæi ænea statua. conf. Suet. Aug. cap. 18.

PTOLEMAIS, idis. f. patronym. [Πτολεμαΐς] Lucan. lib. 10. 69.

Miscuit incestam ducibus Ptolemaida nostris. De Cleopatra.

Adjective Sidon. Carm. 5. 461. Ptolemaide gaza.

PTOLEMAIS, idis. f. [Πτολεμαΐς] Oppidum in margine Rubri maris, ad primos elephantorum venatus, a Ptolemæo Philadelpho conditum & ob id Epitheras cognominatum, est in regione Troglodytarum. Plin. lib. 2. cap. 73. Strab. 2. extr. & 16.

Ptolemais, Nomen quinque urbium, quarum una est in Ægypto, in Aphroditopolite nomo. de qua Hieronymus ad Eustochium, Per arenas Syriæ pervenit ad Coum, quæ nunc Ptolemais dicitur. Altera est in Æthiopia, de qua supra. Tertia in Phœnicia, quondam Ace, de qua Steph. Quarta Nili fluminis. Quinta in Cyrenaica provincia Africæ. [Nisi quarta & prima eadem civitas.

PTŌŌN, i. n. [Πτῶον] Mons trivertex in Græcia. Erat autem ibi Thebanorum oraculum. Meminit Homerus in Catalogo navium. Strab. lib. 9. Ptoum autem mons campo Tenarico lacuique Copaidi ad Acræphium incumbit.

PTYAS, ădis. f. [πτυάς] a πτύειν Spuere; Aspidis genus quoddam, quod sputum homini letale in oculos exspuit. Plin. lib. 28. cap. 6. Verum ex his, quæ referre fas sit, impubium puerorum contra salivas aspidum, quas ptyadas vocant, quoniam venena in oculos hominum exspuant. De urina loquitur.

PTYNGX, gis. m. [πτύγξ] Avis rapax, quæ Chalcis aliquibus dicitur, Aristot. de historia anim. lib. 9. cap. 12.

PTYSIS, is. f. [πτύσις] Sputum. Unde & Ptysici, Qui nimio humore repleti semper sputum mittunt.

P U

P. V. Pedes quinque, Post quintum, Perfectissimus vir, Pia victrix, Præfectus vigilum, Præfectus urbi, Præstantissimus vir, Primarius vir, Populo videtur. PV. Privatus, Provincia, Publilia, Pugna, Pupilla.

PVB. Publicus, Publilia.

PUBES, ĕris. Adj. com. V. Infra in dict. seq.

PŪBES, is. f. [ἥβη] proprie Lanugo, quæ maribus decimoquarto anno, feminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. Quod quia maturitatis est signum, factum est, ut mas Pubes, sive Puber, vocetur, quamprimum ad generandum aptus est, & femina similiter ad concipiendum. Virg. 3. Æn. 427.

Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo

Pube tenus. Inde, Os pubis medici vocant illud, Super quo pubes crescit circa pudenda. Apul. Met. 1. p. 105. Elm. Ita ut ab umbilico pubetenus cetera corporis renudaret. Ibid. 9. p. 222. Nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem injecti. [Quibus locis potest & pro ipsa Pudenda parte accipi.

Pubes, Juvenum multitudo. Virg. 1. Æn. 403.

Haud aliter puppesque tuæ, pubesque tuorum. Cic. pro Milon. 62. Cui Senatus totam Remp. omnem Italiæ pubem, cuncta Pop. Rom. arma commiserat.

Pube præsente, est Populo præsente συνεκδοχικῶς, ab iis qui puberes sunt, omnem populum significans. Paul.

Ægre id Romana pubes passa. Liv. 1. 9. V. Borrich. Vind. p. 194.

Omnis pubes. Virg. 9. Æn. 74. V. Fest.

Agrestis. Virg. 1. Georg. 343.

Armata. Valer. 7. Argon. 77.

Captiva. Hor. 3. Carm. 5. 18.

Delecta. Stat. 4. Theb. 112.

Effrena. Stat. 5. Silv. 2. 68.

Electa. Claud. de Bell. Gild. 426.

Fortissima. Lucan. lib. 2. 473.

Generosa. Stat. 5. Silv. 3. 146.

Indomita. Virg. 3. Georg. 174.

Nautica. Sil. lib. 6. 351.

Numerosa. Valer. 5. Argon. 40.

Rustica. Tibul. lib. 1. 1. 23.

Sobria. Sil. lib. 11. 106.

Pubes etiam Adjective fumitur. [ἀκμαῖος, ἔφηβος, ἐνήβαιος] ut. Nepos 10. 4. 4. Priusquam puer pubes esset. Cic. pro Rabir. 31. Neminem esse dico, ex iis omnibus, qui illo die Romæ fuerint, (quem tu diem in judicium vocas) pubesque tum fuerit, quin arma ceperit. Gloss. Lat. Gr. Pubes, ἥβη, καὶ ἔφηβος, ἡ ἡλικία.

PŪBER, ĕris, Adj. o. g. [ἔφηβος, Gl. Gr. L.] Cui pubis silvula succrevit. Pater filium puberem habens. Cic. 2. de Orat. 224.

Puber ætas. Liv. 1. 3. pr. Imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit.

Puberes. pl. m. [ἔφηβοι, καὶ ἡβῶντες, ἥβην. Gl. L. G.] Sallustius Jugurth. 26. extr. Omnes puberes, Numidas, negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius, interfecit. Cic. 1. Offic. 129. Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur.

Pubera folia, i. e. Adulta. Virg. 12. Æn. 413. Servius. Sic in 4. 514. Pubentes herbæ. Et est reciproca inter herbas & homines translatio, nam & Pubertatem herbarum, & Florem juventutis vocamus. V. post.

PUBĔRUS, a, um. Adj. Idem. Gloss. Cyrill. Ἔφηβος, Pubertus, Puberus, Pubis, Pubescens. Lego Puber, vel Puberus, Pubera, Pubes. Nisi etiam Pubis, Adj. dictum fuit.

PUBERĀLE, is. n. Pubes, vel In pube pili. Gloss. Gr. Lat. [illegible], Puberale. [An Vestis pubi injecta? ut Humerale, & similia.

PUBERTAS, ātis. f. [ἥβη, ἀκμαιότης] Ætas in maribus, qui est annus XIIII, in feminis XII. Gloss. Gr. Lat. Ἐφηβεία. Pubertas.

Pubertas plena, XVIII annos est. Modestin. De adoptionibus, l. Arrogato. conf. Lex. Pitisc.

Pubertas, est Emissio ipsa pubis; a qua anni Pubertatis dicti sunt. Columel. lib. 4. At citra naturæ quandam pubertatem. Cic. 2. de Nat. Deor. 86. Ut si quis dentes & pubertatem natura dicat exsistere. Plin. lib. 25. cap. 11. Exstinguit venerem testibus circa pubertatem illita. [i. e. Puberi ætate.

Pubertas, Generandi vis. Tacit. de Germ. 20. 4. Sera juvenum Venus, eoque inexhausta pubertas. [An pro Pube. juvenum sobole?

Improprie. ut, Uvæ pubertas. Plin. lib. 23. pr.

PUBEO, pubēre. Ulpianus in l. 3. § 8. Carbonianum. Plane si mater. D. de Carbon. edicto, Si duo impuberes patiantur status controversiam & alter eorum pubuerit, exspectari alterius quoque pubertas debet. [Potest esse a seq. Pubesco.

PUBENS, entis. Partic. [ἐφηβῶν, ἡβάσκων] ut, Claud. Cons. Prob. & Olyb. 142.

Sunt mihi pubentes alto de semine fratres.

Genæ pubentes. Virg. 12. Æn. 221. al. Tabentes.

Herbæ, Translate. Virg. 3. Georg. 126.

Pubentesque secant herbas. Ubi Servius, Pubentes, adultas, maturiores, quibus robur acquiritur. Quidam legunt Florentes.

Rosæ. Stat. 3. Silv. 3. 129.

PUBESCO, ĕre. [ἐφηβᾶν, ἡβᾶν, ἡβάσκειν, γενειάν, χνοάζειν] Lanuginem pudendorum emittere. Cic. 1. Off. 118. Namque Herculem Prodicium dicunt, ut est apud Xenophontem, quum primum pubesceret. Virg. 3. Æn. 491.

Et nunc æquali tecum pubesceret ævo.

Juventus pubescens. Sil. lib. 16. 679.

Ætas pubescit. Sil. lib. 3. 84.

Malæ pubescunt. Valer. 7. Argon. 140.

Pubescere, de stirpibus dictum, pro Adolescere, & maturitatem assequi. Virg. 2. Georg. 390.

Hinc omnis largo pubescit vinea fetu. i. e. Exuberat. Cic. 2. de Nat. Deor. 41. Quum is efficiat ut omnia floreant, & in suo quæque genere pubescant. De sole.

Vites pampinis pubescunt. Cic. 1. Tusc. 69. Hic autem, ubi habitamus, non intermittit suo tempore

Cælum mitescere, arbores frondescere,

Vites lætificere, pampinis pubescere. Ex Poeta.

Virgulta pubescunt fetu. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 79.

Prata pubescunt flore. Ovid. 3. Trist. 12. 7.

PUBESCENS, entis. Partic. Idem quod Pubens. Sil. 16. 678.

Sidoniusne puer vix pubescente juventa. Sic

Ora pubescentia. Stat. 3. Silv. 3. 11.

Pubescente vere. Ammian. 27. 10.

Pubescente jam fide gestorum. Idem 31. 4.

PUBĒDA, vel PUBETA, æ. m. Adolescens. Gloss. Isidor. Glossæ aliæ, Pubeda, Juvenis sine pube. al. Pubeda adultus. Mart. Capell. 1. Pubeda vixdum. conf. lib. 9. [Forte corrupte, pro Bupæda. V. f. l.

PUBLĬCIUS, a, um. Adj. [πουβλίκιος] Idem ac Publicus. ut, Ædiles publicii, Qui publica procurabant. Ovid. 5. Fast. 288. [Immo ex gente Publicia. V. paulo infra.

Publicius clivus appellatur, quem duo fratres, L. & M. Publicii Malleoli Ædiles Curules. (Scal. Plebei) pecuariis condemnatis, ex pecunia quam ceperant, munierunt, ut in Aventinum vehiculo Velia, veniri possit. Fest. Sic enim emendandum Festum puto. conf. Varr. L. L. 4. 32.

Publicium iter. Ovid. 5. Fast. 294. [Immo Publicius Clivus. V. loc.

Publicius, unde & Publiciana actio, Vide in ACTIO. Est titulus in Pandectis de Publiciana in rem act. Fuit Prætor apud Romanos, qui ad instar domini, non dominum agere actione sua voluit. Ulpian. in l. Sed & si. D. de Publician. [Re vera Publicius, vel antique Poblicius, nomen est gentis Plebejæ, cognomentis Malleoli, & Bibuli notæ satis in Romana historia. V. Liv. 22. 53. & 27. 20. Ejus etiam denarios exhibet Fulv. Ursin. p. 215. edit. Patin. conf. Cic. 1. de Divin. 115. & 2. 113. de Publicio vate.

PUBLĬCUS, a, um. Adj. [δημόσιος, ἴδιος] quasi Populicus, a populo; unde & Poblicus pro Publicus apud Plautum: Quod non est privatum alicujus, sed populo commune. Hinc Respublica, res populi.

Publicum, commune, singulare. Cic. 1. de Invent. 46.

Publicum & Privatum, opponuntur. Cic. pro Muren. 76. Odit populus Rom. privatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit.

Jam publicum quidem omnium est, tabulata, &c. &c. h. e. Omnibus commune. Plin. lib. 10. cap. 33.

Adulter publicus fiet. i. e. Palam fient ejus adulteria. Juven. 10. Sat. 311.

Æs publicum. Tacit. 12. Ann. 53.

Assertor. Ovid. Rem. Amor. 73.

Bonum. Plaut. Trin. 1. 2. 183.

Hoc ita si fiat, publico fiet bona.

Causam

Causam antea publicam nullam dixi. Cic. pro Rosc. Amer. 59. V. CAUSA.
Commoda. Hor. 2. Epist. 1. 3.
Consilium publicum, dictus est Senatus. Cic. 1. de Orat. 216. Quare non etsi eloquentissimus Athenis Pericles, idemque in ea civitate plurimos annos princeps consilii publici fuit. [Quasi vero Periclem Senatorem intelligi velit, ac non potius Demagogum, qui in concionibus populi dominaretur eloquentia sua. Consilium publicum est, Cujusvis civitatis concilium. Vide T. Quintii cum Nabide altercationem apud Liv. 34. 32. Senatum Romanum publicum urbis terræ consilium vocat Cic. 3. Epist. 8. quod orbem terrarum auctoritate sua regeret. conf. Pro Sext. 27.
Cum publica juvenum, Barine puella. Hor. 2. Carm. 8. 8.
Custodia. Tacit. 3. Ann. 36.
Favor. Ovid. 4. de Pont. 14. 56.
Fides. Sallust. V. FIDES.
Forma. Quintil. 1. 6. Utendum plane sermone ut nummo, cui publica forma est.
Furor. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 305.
Jus publicum. Ter. Phorm. 2. 2. 65. V. JUS.
Litora omnia publica esse. Cic. in Topic. 32.
Locus. Ulpian. De tabulis exhibendis, L. Prætor ait, Publici loci appellatio quemadmodum accipiatur, Labeo definit, ut & ad areas, & ad insulas, & ad agros, & ad vias publicas, itineraque publica pertineat.
Loca urbis. Cic. 2. de Lege Agrar. 36.
Luctus. Ovid. ad Liviam, 66.
Ludus urbis. Hor. 4. Carm. 2. 42.
Lux publica immensi mundi. Ovid. 2. Met. 35.
Mala. V. Via infra.
Munera, Omnibus concessa bona. Ovid. 6. Met. 358.
Majestas, Imperii. Claud. 1. in Eutrop. 424.
Pecunia. Cic. 6. Verr. 139. Neque illam statuam esse ex pecunia publica, neque publice datam.
Religio publica. Publica religione consecratus is dicitur, quem vulgus *Canonizatum* vocat. i. e. Inter deos relatum. Budæus.
Res privatæ & publicæ. Plaut. Trin. 1. 1. 16.
Sacra publica. Festus, Publica sacra, Quæ publico sumptu pro populo fiunt, quæque pro montibus, pagis, curiis, sacellis. At Privata, Quæ pro singulis hominibus, familiis, gentibus fiunt.
Sidera. Ovid. 18. Epist. 130.
Spes. Ovid. ad Liviam, 365.
Sumptus. Hor. 2. Carm. 15. 18.
Vectigalia publica, Ea quibus vectigal fiscus capit, quale est vectigal portus, vel venalium rerum, item salinarum, & metallorum, piscariarum. Ulpianus de Verb. sign. Inter publica.
Verba publica, Quibus utuntur omnes, tam vulgus, quam etiam docti. Ovid. 1. de Arte Am. 144. V. infra.
Via publica, Quæ in solo populi est, cujus solum publicum est, sive qua iter populo est. Javolen. lib. 43. D. t. 11. l. 2. Viam publicam populus non utendo amittere non potest.
Vias publicas, partim Prætorias, partim Consulares Romani appellaverunt. Ovid. 4. Trist. 3. 76.
Publica Virtuti per mala facta via est. [Sed rectius junges Publica per mala. V. loc.
Via publica nemo quenquam ire prohibet. Erasmus, Proverbii speciem habet illud Plautinum ex Curc. 1. 1. 35. Quo significans rerum communium æqualem omnibus usum esse, neque cuiquam vertendum vitio, quod jus publicum concedit.
Usus publicus. Hor. 2. Epist. 1. 92.
Utilitates publicæ. Tacit. 1. Ann. 10.
Publicum & Commune, differunt. Publicum dictum est, quasi Populicum, nimirum quod est totius populi, ut campus Martius, ager Campanus, qui lege agraria lata publicatus est: Prætor, Consul, & ceteri magistratus, & leges sunt Publicæ personæ. Nam totius populi personam sustinent. Commune duobus modis accipitur: uno modo commune appellamus, quod est duorum aut plurium, ut Paries communis, Communis domus, &c. atque harum rerum communium causa competit Actio communi dividundo: a quarum similitudine dicimus Martem communem, Vitam communem, Mortem communem: & ita accipe illud Cic. pro Rosc. Amer. 72. Quid tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis? Altero modo Communia dicimus, quæ a nemine sunt occupata, neque possessa, & possunt fieri occupantis, ut aqua profluens, aer, litus maris, lapilli, & gemmæ in litore maris: quarum rerum causa non datur Actio communi dividundo apud Jurisconsultos. Ex Lambino.
Opponitur etiam Commune Proprio. ut Cic. pro Sull. 9. Tempus agendi fuit mihi magis proprium quam ceteris: doloris vero & periculi fuit illa causa communis. Ex eodem. Sic Publico Privatum.
Publica privatis secernere. Hor. de Arte Poet. 397.
Publicus, interdum Vulgaris, & ab Egregio distinguitur. Ita apud Petron. cap. 3. Sermonem habes non publici saporis. V. interpr.
Publicum etiam dicitur, Quod dicis causa tantum, vel ex communi solummodo more quodam ac usu fit. Ita
Verba publica dicuntur, Quæ per blanditiem fiunt. Senec. Epist. 3. Priore illo verbo quasi publico usus es, & sic illum Amicum vocasti, quomodo omnes candidatos Bonos viros dicimus: quomodo obvios, si nomen non succurrit, Dominos salutamus. Ovid. 3. Amor. 7. 11.
Et mihi blanditias dixit, Dominumque vocavit,
Et quæ præterea publica verba sonant. Similiter, Publica officia dixit Plin. 9. Epist. 77. conf. Burm. ad Petron. cap. 39. p. 169. &c.
Publicum omnium est, Omnibus est commune. Plin. lib. 20. cap. 33. Plaut. Rud. 2. 7. 17.
Istic, ubi vis, condormisce: nemo prohibet, publicum est.
Publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat. Cic. 1. de Invent. 40.
Publicum, Absolute, aliquando significat Vectigal: unde & Publicani dicti sunt. Suet. Calig. cap. 40. Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico, & quæ meretricium & qui lenocinium fecissent. Ulpianus etiam alicubi usus est. Budæus.
Publica, n. pl. eodem modo. Hor. 1. Epist. 1. 77.
Pars hominum gestit conducere publica. Cic. 1. Q. frat. 1. 25. Hic te ita versari, ut & publicanis satisfacias, præsertim publicis male

redemptis, & socios perire non sinas, divinæ cujusdam virtutis esse videtur, id est tuæ. V. Donat. ad Tacit. 13. Ann. 51. & Lips. ad Senec. de Const. Sap. cap. 14.
Aliquando Ærarium etiam significat. V. Gronov. ad Liv. 2. 9.
Convivari de publico. V. CONVIVOR.
Redigere bona in publicum. V. IN præpositionem.
Consulere in publicum, In commune. Plin. 9. Epist. 13. V. CONSULO.
Publicum, pro Conspectu publico. Liv. 9. 7. de Caudina pace loquens, Ut postero atque insequentibus diebus nemo eorum forum, aut publicum aspicere vellet. Budæus.
In publico. V. IN.
Abstinere publico. V. ABSTINEO.
Carere publico, Non prodire in publicum. Liv. 22. 61. Ceterum proximis Censoribus adeo omnibus notis ignominiisque confectos esse, ut quidam eorum mortem sibi ipsi extemplo consciverint: ceteri, non foro solum omni deinde vita, sed prope luce ac publico caruerint.
Edicere in publicum. Suet. Galba, cap. 19.
Egredi in publicum. Tacit. 4. Hist. 49. 7.
Prodire in publicum. Suet. Neron. cap. 51.
Proponere litteras in publico. Cic. 7. Att. 17.
Rapi de publico. Suet. Othone cap. 7.
Sum in publico. Cic. 7. Verr. 91. Cleomenes, quanquam nox erat, tamen in publico esse non audet: includit se domi.
Vehi per publicum. Suet. Neron. cap. 9. Ejusdem sæpe lectica per publicum simul vectus est. De Nerone & ejus matre.
Versari in publico. Tacit. 15. Ann. 59.
PUBLICE, Adv. [δημοσίᾳ, πανδήμως] Vulgo, palam. Ter. Adelph. 3. 1. 89.
Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice. i. e. Nunquam obfuturus Reipub.
Ab publico? H. St. Hic est pro In publicum.
Custos publice, Publico nomine. Ter. Eun. 2. 2. 159. Cic. 6. Verr. 47. Eique (navi) faciendæ senatorem Mamertinum publice præfuisse.
Adjuvare publice. Tacit. Agric. 21. 1.
Dicere publice. Cic. 5. Verr. 30. Itaque quum Philinus Herbitensis, homo disertus & prudens, & domi nobilis, de calamitate aratorum, & de fuga, & de reliquorum paucitate publice diceret.
Dare causam publice. Cic. 5. Verr. 170. Cui Senatus dederat publice causam, ut mihi fratrique meo gratias ageret. [An Curam?
Gratulari sibi publice. Plin. 5. Epist. 15. His ex causis ut illi, sic mihi gratulor, nec privatim magis, quam publice, quod tandem &c.
Possidere bona publice. V. POSSIDEO.
Venire publice, Palam. Cic. 1. Verr. 2. Cuncti ad me publice sæpe venerunt, ut suarum fortunarum omnium causam defensionemque susciperem. [i. e. Civitatum suarum nomine.
Venire publice, & Privatim, contraria. Cic. 4. Verr. 11. Primique, publice privatimque, venerunt.
Socii publice, Cum Rep. quacunque. Cic. 5. de Finib. 42. Serpit sensim foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus cum civibus & iis, qui publice socii atque amici sunt, deinde totius complexu gentis humanæ.
Itur illac publice. Ulpian. in l. 1. D. Nequid in loco publico fiat.
Maximam publice putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros. Cæs. 4. Bell. Gall. 3. i. e. Civitati cuique.
Publice providere, pro Saluti publicæ. Vide in PROVIDEO. H. St.
Scribere publice. Cic. 16. Att. 11. Publice tamen scripsi, si uti vellet iis Valerius, aut mihi nomina mitteret. Idem 15. Fam. 9. i. e. Ad Senatum populumque Ro.
Sum, ut, Publice & privatim oneri esse. Cic. 3. Verr. 16. Neque meus adventus labori aut sumptui, neque publice, neque privatim fuit. i. e. Neque meis amicis, neque provinciæ, aut urbi.
Valere publice. Tacit. 12. Ann. 60. Publice valebant.
Ali publice, Ex publico. Nepos 3. 3. 3.
Dari ei sumptus publice. Auctor de Viris illust. cap. 40. i. e. Ex ærario.
Locantur publice cibaria anseribus. Cic. pro Rosc. Amer. 56. h. e. Ex publico aluntur. Suet. August. cap. 36.
Pararet locum publice, ubi diverteretur. Liv. 42. 1.
Præbere epulum publice. Suet. Vitel. cap. 10. i. e. Populo.
Redimere publice. Cic. 7. Verr. 89. Quem ab illis prædonibus Locrenses postea publice redemerunt. i. e. Sumptibus publicis.
Restituere Capitolium publice. Tacit. 4. Hist. 9. 4. i. e. Sumptu publico.
PUBLICITUS, adv. [δημοσίως] Idem quod Publice. Ter. Phorm. 5. 8. 85.
Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras? Ubi Donatus, Publicitus, publico cum & consilio. Plaut. Amph. 4. 2. 7.
An foris censebas nobis publicitus præberier? Idem Bacch. 2. 3. 79. Ibidem publicitus servant. & Pers. 4. 3. 40. Ut fiat auctio publicitus. V. Non. 11. 27. & Charis. 2.
Nulla ubi privatim, sed omni publicitus gratia obstrictus. Apul. 2. Florid. p. 347. Elmenh.
Peccata prohiberi publicitus interest. Gell. 6. 14.
PUBLICĀNUS, i. m. [τελώνης] Publicanos a Publicis appellarunt majores nostri, Eos qui Publica, i. e. vectigalia, & alios Pop. Rom. reditus exigendos certo constitutoque pretio e Censoribus singulis lustris exactis redimebant. Horum ordinem & numero amplissimum, & personarum dignitate potentissimum fuisse constat. Cic. pro Planc. 23. Flos enim Equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reip. Publicanorum ordine continetur. Ulpianus De Publicanis & vectigalibus, l. 1. D. Publicani sunt, qui publico fruuntur; nam inde nomen habent: sive fisco vectigal pendant, vel tributum consequantur: & omnes qui aliquid a fisco conducunt, recte vocantur Publicani. conf. Lex. Pitisc.
Familiæ maximæ publicanorum. Cic. pro Lege Manil. 16. V. FAMILIA.
Aspernari nomen publicani. Cic. 1. Q. frat. 1. Nomen autem Publicani aspernari non possunt, qui pendere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt.
Caro Publicanos tertium jam mensem vexat. Cic. 1. Att. 15.
Mulier Publicana. Adjective Cic. 5. Verr. 78. Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare.
PUBLICIUS, Adj. V. supra suo loco.
PUBLICO, [δημεύω, δημοσιεύω, διαγγέλλω, ἐκδίδωμι] āre. Omnibus palam facere, manifestare. Justin. 1. 7. 15. Non contentus voluptatum suarum

tacita conscientia, nisi etiam matrimonii reticenda publicaret. Plin. lib. 33. cap. 3.

Librum publicare, Edere in publicum. Plin. 4. Epist. 27. Ad hunc gustum totum librum repromitto: quem tibi, ut primum publicaverit, exhibebo.
Oratiunculam publicare. Plin. 5. Epist. 108.
Fortunam suam publicare, pro Passim communicare. Senec. 1. de Clement.
Se publicare. Suet. Neron. cap. 21. i. e. Copiam sui publico facere, & publice cantare.
Publicat vulgo corpus suum meretrix. Plaut Bacch. 4. 8. 22.
Publicari mulier dicitur, Quæ ad quæstum meretricium damnatur. V. Burm. ad Quintil. 7. 9.
Publicare crimen, interdum non pro Divolgare, aut palam facere: sed pro Derivare in totam civitatem, vel Totam civitatem ejus insimulare. Liv. 34. 61. Scriptum erat, Aristonem privatim ad neminem, publice ad Seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuisse. Publicato crimine minus intenta de paucis quæstio erat.
Publicare, Præconi publico subjicere, Publicum facere. Cic. 2. de Invent. 98. Lex est apud Rhodios, ut si qua rostrata in portu navis deprehensa sit, publicetur. Quum magna in alto tempestas esset, vis ventorum, invitis nautis, Rhodiorum in portum navim coegit. Quæstor navim populi vocat: navis dominus negat publicari oportere. Idem 2. de Finib. Secutus est, qui in causa impia, victoria etiam fœdiore, non singulorum civium bona publicaret, sed universas provincias, regionesque, uno calamitatis genere comprehenderet.
Publicare hominem, Populo communem facere: cui opponitur Revocare in servitutem. Suet. Claud. cap. 25. Libertinos, qui se pro equitibus Romanis agerent, publicavit. [i. e. Hastæ publicæ subjectos venire in servitutem jussit. conf. Aug. cap. 24.
Agros publicare. Cic. 1. de Lege Agr. 10.
Bona. Cic. 4. in Catil. 8.
Privata publicare, publica liberare. Cic. 2. de Lege Agr. 57.
Publicari, Fisco acquiri. Paulus in l. Via. D. de servit. rustic. præd. Si fundus serviens, vel is, cui servitus debetur, publicetur: utroque casu durant servitutes: quia cum sua quisque conditione fundus publicatur.

PUBLICANS, antis. Partic. Conditio publicantium, scil. Opus. i. e. Edentium. Plin. Nat. Hist. præf.

PUBLICĀTUS, a, um. Partic. Bona publicata. Nepos 7. 4. 5. & 8. 1. 5.
Publicata pudicitia, V. Pudicitia, in PUDEO.
Sermones publicati. Petron. cap. 39.

PUBLICATIO, ōnis. f. [δήμευσις] Cic. 4. in Catil. 10. Adjungit etiam publicationem bonorum.
Proponere publicationem bonorum. Cic. pro Planc. 97.

PUBLICĀTOR, ōris. m. Publicator occulti. Sidon. 3. Epist. 13. Onomast. Vet. Publicator, τελώνης. Hic pro Publicano.

PUBLICĀTRIX, īcis. f. Sic, Publicatrix intestini decoris, Venus ab Arnobio sic dicta, lib. 1.

PUBLICŎLA, quasi Cultor & observator populi, [δημοκηδής, δημοτικός. Gl. L. G.] hoc cognomine dictus est Publius Valerius, qui in locum Tarquinii Collatini consul a populo suffectus est. Plutarch. conf. Liv. 2. 8. al. Poplicola; ut Græci communiter, & Marmora apud Sigon. ad Liv. 2. 8. [Suid. Ποπλικόλας, ὅπερ δύναται πρὸς Ῥωμαίους. Sic & Πόπλιος, cum π. etsi Latini Publius constanter per b. V. Sigon. l. c.
Appellative usus est Sidon. Carm. 23. 80.

> Inter publicolas manu feroces
> Trunco Mucius eminet lacerto.

PUBLĬPOR, ŭris. m. [Ποπλίου παῖς] Publii puer sive servus. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 4. Cumque mancipiis & servis, inquit, nullum cognomen, aut prænomen veteres impertirent, soloque appellarent nomine: si quando tamen manu emissi libertatem meruissent, ut inter servilem personam & liberam discrimen nominis foret, quum illis ordo, honos & locus accesserit, prænomina patronorum, ac si disciplina & cultu Romano essent educati, sæpissime sibi arrogarunt Marcipores, Lucipores, Publipores, a Marco, Lucio, & Publio, multi servitute exempti, nuncupati sunt. V. MARCIPOR, & QUINTIPOR.

PUBLIUS [Πόπλιος] Poeta mimorum, suppar Laberio judicatus. Julii Cæsaris familiares ambo, sed Publius acceptior. Nam Laberii maledicentia, simul & arrogantia, Cæsar magnopere offendebatur. Publius genere Syrus fuit, conditione servus: puer enim & forma & ingenio a domino manumitti & erudiri meruit. Romam venit ad ludos Cæsaris, ubi mimos suos egit, magno ipsius & populi applausu. Ex Gell. 17. 14. & Macrob. 2. Saturn. 7. Plin. lib. 8. cap. 51.
Publius item. prænomen Ro. ejus: Qui populo gratus fuit: quasi Populius. Scribitur ut reliqua prænomina, prima tantum littera: ut, P. Virg. Maro, &c. V. Quæ ex Sigon. in PRÆNOMEN afferuntur.
Publii, qui prius pupilli facti erant, quam prænomina haberent: alii ominis causa, ex pube. Probus in Epitome, de Nominib. Valer. Max. adscripta.

PUBLILIUS, i. m. nomen gentile Ro. a Publio forsan descendens. V. Sigon. de Nom. Rom. p. 1425. edit. Gothofr.

P U C

PŪCĪNUM, i. n. [Πούκινον] Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Oppidum est Histriæ in mediterraneis. [Idem forte cum seq.
Pucinum, Castellum in Venetia decima regione Italiæ, in Carnorum agro, nobilitatum ob vina elegantia quæ ibidem nascuntur. Plin. lib. 3. cap. 18.

PUCĪNUS, a, um. Adj. [Πούκινος] ut, Pucinum vinum, ab oppido Pucino, in quo nascitur. Plin. lib. 14. cap. 6. de vinis generosis, Julia, inquit, Augusta LXXXII annos vitæ Pucino retulit acceptos, non alio usa. Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul a Timavo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis judicatur. Hoc esse crediderim, quod Græci celebrantes miris laudibus Pyctanon appellaverunt ex Adriatico sinu. [Immo Præcianum, V. Hard. not.

P U D

PŬDEO, ui, ĭtum, [αἰδέομαι, αἰσχύνομαι, ἐρυθριάω] ēre. Fere semper in tertiis tantum personis legitur. Plaut. Cas. 5. 2. 3.

> Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo, atque ita in ridiculo sumus ambo.

Cum Accusativo. Lucan. lib. 8. 495.

> — semper metuet, quem sæva pudebunt.

Ter. Adelph. 4. 7. 36. Non te hæc pudent?
Impersonale sæpius legitur, ut dictum est: aliquando cum Infinitivo, & vel subauditur, vel additur accusativus Me vel Te; Ter. Heaut. 5. 4. 18.

> — pudet
> Dicere hac præsente verbum turpe: at te id nullo modo
> Facere puduit.

Non me hoc jam dicere pudebit. Cic. 1. Q. frat. 1.
Cum Accusativo. Ter. Adelph. 1. 2. 4.

> Quid fecit? D. quem neque pudet
> Quicquam, neque metuit quemquam.

Me autem quid pudeat? qui, &c. Cic. pro Arch. 12.
Quem non pudet, hunc pœna dignum puto. Cic. 1. de Orat. 121.
Me pudet quod, vel quia. Plaut. Capt. 1. 2. 9.
Cum Genitivo. Ter. Heaut. 2. 3. 19.

> Cujus nunc pudet me & miseret, qui harum mores cantabat mihi.

Cic. 2. Verr. 35. Quos libidinis infamiæque suæ, neque pudeat, neque tædeat.
Crasse, pudet me tui. Cic. in Pison. 58.
Cujus eos non pudere miror. Cic. 10. Philip. 22.
Ita tui hujuscemodi criminis maxime eum pudet? Cic. 7. Verr. 136.
Pudet incœpti. Stat. 3. Theb. 609.
Pudet tanti mali. Hor. Epod. 11. 10.
Patris mei meum factum pudet, pro Meorum factorum. Cic. in Orat. 155.
Sceleris pudet. Hor. 1. Carm. 35. 33.
Pudet & Piget hoc distant: Pudet verecondiæ est, Piget pœnitentiæ. Non. 5. 10. Donatus in Adelph. 3. 3. 39. Pudere, est in his quæ turpiter fiunt: Pigere, in his quæ cum malo, damnoque.
Piget, minus quam Pudet. Cic. pro Domo 29. Me non solum piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet.
Pudebat. Cic. 2. Philip. 61. Si te municipiorum non pudebat, ne veterani quidem exercitus.
Puditum est, pro Puduit. Plaut. Cas. 5. 2. 4.

> Sed ego insipiens nova nunc facio, pudet, quod prius non puditum unquam est.

Idem Bacch. 3. 1. 12. & Apul. Apol. & Florid. p. 342. Elmenh. Apollinem tam humilis victoriæ puditum est.
Puditum esset. Cic. pro Flacc. 52. Nonne esset puditum, si hanc causam agerent severe, &c.
Puditurum esset. Plin. lib. 36. cap. 15. Quum puderet vivos, tanquam pudituram esset exstinctos.
Non enim pudendo, sed non faciendo id, quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. Cic. 1. de Orat. 120.
Induci ad pudendum, Cic. de Clar. Orat. 188. Plaut. Epid. 2. 1. 1.

> Plerique homines, quos, cum nihil refert, pudet; ubi pudendum est,
> Ibi eos deserit pudor, cum usus est ut pudeat.

PUDENS, entis. [αἰδήμων] Partic. Cic. 5. Verr. 161. Metelli est filius in provincia: non puer, sed adolescens bonus ac pudens.
Petulans, & Pudens, contraria. Ovid. 1. de Arte Am. 767.
Pudens animus. Ter. Heaut. 1. 1. 68.
Hominem pudentem & officiosum cognosces, & dignum qui a te diligatur. Cic. 13. Fam. 22.
Risus pudens & liberalis. Auctor ad Herenn. lib. 3. 13.
Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. Cic. 3. Philip. 28.
Pudentissimus. Cic. pro Cluent. 77. Homines totius ignari negotii, qui Oppianicum nunquam vidissent, virum optimum, & hominem pudentissimum pecunia oppressum arbitrarentur? Vetus codex habet Prudentissimum.
Pudentissimus atque optimus vir. Cic. pro Flacc. 48.
Pudentissima lectissimaque femina. Cic. 3. Verr. 84.

PUDENTER, Adv. [αἰδημόνως] Cum pudore, vel Verecunde: cui contrarium Impudenter.
Appellare aliquem pudenter. Cic. pro Quint. 38. Quem nunc interficere nefarie cupis, eum tum pudenter appellare nolebas?
Rogare aliquem parum pudenter. Cic. 7. Fam. 28.
Sumere pudenter aliquid. Hor. 1. Epist. 17. 44.
Licentia sumpta pudenter. Hor. de Arte Poet. 51.
Vivere pudenter. Cic. in Vatin. 6.
Compar. Cic. 7. Att. 2. Bene eveniat, inquit Carneades, spurce, sed tamen pudentius quam Lucius noster & Patron. Al. Prudentius. Gell. 12. 11. Pudentius peccare.
Superl. Cic. 16. Att. 15. Pudentissime hoc petierat.

PUDENDUS, a, um. Adj. ex Partic. [αἰδοῖος, αἰσχυντός] Plin. lib. 17. cap. 12. Illam inscitiam pudendam esse conveniet.
Amor pudendus. Ovid. 5. Epist. 44.
Causa pudenda tua est. Ovid. 5. Epist. 98.
Lucra. Ovid. 3. de Arte Am. 442.
Luxus. Tacit 3. Ann. 53. 1.
Strages. Claud. de Bell. Getico 158.
Vita. Ovid. 2. de Pont. 2. 108.
Vulnera. Virg. 11. Æn. 55.
Ut jam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta, quam Senatus. Cic. 5. Philip. 4. [Hic est Gerundium.
Dictu pudenda. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Multa pudenda pati. Ovid. 2. Trist. 504.

PUDENDA, orum. n. pl. Eæ partes corporis, quibus mares feminæque discernuntur. Augustin. Civ. Dei, 14. 17. Qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant. Idem infra.
Pudenda, ut Græce τὰ αἰδοῖα, sed & Pars pudenda dici potest, ut ab Ovidio Pars pudibunda nostri, sicut Græce τὸ αἰδοῖον. subaudiendo μέρος, vel μέλος. Suidas, Μήδεα, τὸ αἰδοῖον μέρος τοῦ σώματος. H. St.
De podice. Min. Fel. 28. 10. Strepitus per pudenda corporis expressi.

PUDĪBUNDUS, a, um. [αἰσχυντηρός] aliud Adj. Idem quod Pudens. Plin. lib. 10. cap. 20. Idem cauda annuis vicibus amissa cum foliis arborum, donec renascatur iterum cum flore, pudibundus ac mœrens quærit latebram. De pavonibus. conf. Columel. 10. 360.

Amplexus

Amplexus pudibundi. Claud. 5. de Rapt. Proserp. 275.
Dies pudibunda exoritur, Purpurea. Stat. 5. Theb. 296. Descriptio Auroræ.
Matrona. Hor. de Arte Poet. 232.
Ora. Ovid. 2. Fast. 819.
Solea pudibundi. Auctor ad Calpurn. Pison. 114.
Pars pudibunda nostri, Genitalia membra. Ovid. 3. Amor. 6. 69.
Pudibunda, quæ vulgo Pudenda. Vide in BRACCÆ ex Ambrosio. H.St.

PUDIBILIS, e. Adj. Idem. Lamprid. Heliogab. cap. 12. Pudibilia membra.

PUDIMENTUM, i. n. Gloss. Gr. Lat. αἰδοῖον, Pudimentum, pudendum.

PUDESCIT, pro Pudet. Prudent. Cathem. 2. 26.
Piget, pudescit, pœnitet.

PUDESCENDUS, a, um. Adj. ut Perpudescendi morbi. Pontanus de Sermone 423. Quippe qui palam propudii notaretur, morbique perpudescendi. H. St. Extant fol. 226. b. Aldi.

PUDEFIO, [αἰσχύνομαι] Fieri. a Pudefacio fit. Gell. lib. 15. cap. 17. Traditas sibi tibias quum ad os adhibuisset, inflassetque, pudefactus oris deformitate, abjecit, infregitque. De Alcibiade.

PUDICUS, a, um. Adj. [σώφρων, σεμνός, αἰσχυντηλός] notæ significationis: ut, Pudicum ingenium Pamphili, apud Ter. Hec. 1. 2. 77.
Pudicus a. V. a præpos. & Plaut. Curc. 1. 1. 50.
Amicitia pudica. Stat. 2. Silv. 2. 144.
Animus. Ovid. 7. Epist. 5.
Aures. Senec. Hippol. 8.
Crines. Ovid. 3. de Pont. 3. 51.
Fidem pudicam sollicitare donis. Ovid. 7. Met. 220.
Fraus. Ovid. 3. de Pont. 1. 107.
Frons. Claud. Conf. Mall. Theod. 118.
Mores. Ovid. 5. Trist. 7. 13.
Preces. Ovid. 1. Epist. 85.
Thalamos violare pudicos. Ovid. 1. Amor. 8. 19.
Vota Ovid. 9. Epist. 55.
Pudicus, Qui alienam libidinem non est perpessus, qui muliebria non est passus: Impudicus contra, Qui alienæ libidini obtemperavit, sive mas sit, sive femina. Notum est maledictum illud in nescio quem, Aversus & adversus impudicus es. Quo arguebatur ille τῷ ὄπισθεν, καὶ τῷ ἔμπροσθεν; id est parte postica, & ea, quæ totius corporis dignissima est, alterius libidinem pertulisse. Esse autem hanc Pudici & Impudici apud Latinos significationem, testimonio mihi erit Plaut. Amph. 2. 2. 192.

Ego tibi istam hodie, scelesta, comprimam linguam. A. haud potes;
Bene pudiceque custoditur. Hor. 1. Serm. 6. 82.
— quid multa? pudicum,
Qui primus virtutis honos, servavit ab omni
Non solum facto, verum opprobrio quoque turpi. V. plura apud Lambinum in Horatium.

Miles. Cic. ad Octav. Audiet C. Marius impudico domino parere nos, qui ne militem habere voluit nisi pudicum?
Pudicus, nonnunquam pro Eo qui alterius pudicitiam non violat: & qui alterum non efficit impudicum. Hoc sensu accipiendum est quod ab Horatio de Hippolyto dicitur, quum ait 4. Carm. 7. 25.

Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum.

Pudicus, Castus, ut, Conjuges. Hor. 4. Carm. 9. 41.
Juvenis. Senec. Hippol. 12.
Mulier. Hor. Epod. 2. 59.
Nupta. Ovid. 2. Fast. 794.
Compar. Ovid. in Ibin, 349.
Nec tibi contingat matrona pudicior illa, &c.
Superl. Pudicissima femina. Plin. 7. 35.

PUDICE, Adv. [σωφρόνως] ut,
Actum pudice omne ævum. Ovid. ad Liviam, 41. Ter. Andr. 1. 5. 39.
Bene ac pudice ejus doctum atque eductum sinam
Coactum egestate ingenium immutarier?
Compar. Pudicius. [σωφρονέστερον] Plin. 4. Epist. 13. Ubi enim jucundius morarentur, quam in patria: aut pudicius continerentur, quam sub oculis parentum, &c. Plaut. Merc. 4. 5. 15. Pudicius faciunt illi.

PUDICITER, Idem. Apul. Apol. 1. p. 312. ed Colv. Versus tanto pudicitius compositi. [quasi a Pudiciter.

PUDICITIA, æ. f. [τὸ σῶφρον, σωφροσύνη] Animus pudicus. Plin. lib. 17. cap. 25. A quo tempore pudicitiam subversam Piso gravis auctor tradidit. Ovid. 16. Epist. 282.
Lis est cum forma magna pudicitiæ. Juven. 10. Sat. 297.
Amissa pudicitia. Liv. 1. 58.
Delibata. Suet. Aug. cap. 68. Quasi pudicitiam, delibatam a Cæsare, A. etiam Hirtio in Hispania CCC Millibus nummûm substraverit.
Impenetrabilis Agrippinæ pudicitia. Tacit. 4. Ann. 12.
Inviolata. Ovid. Epist. 5. 105.
— nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est: deperit illa semel.
Obstinata. V. OBSTINO.
Prostrata. Suet. Tiber. cap. 35. Idem Cæs. cap. 2.
Publicata pudicitia. I. e. Prostituta. Tacit. lib. de Morib. Germ. 19. ubi de animadversione in adulteros loquitur.
Attentata pudicitia. V. ATTENTO.
Colere pudicitiam. V. COLO.
Eripere pudicitiam alicui. Cic. pro Milon. 9.
Habere pudicitiam in propatulo. Salust. Catil. cap. 13.
Imminuere pudicitiam virginis. V. IMMINUO.
Non parcere suæ nec alienæ pudicitiæ. Cic. pro Rabir. 8.
Parcat juventus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam. Cic. pro Cœl. 42.
Pudicitia, Religiosa munditia, ac puritas. Virg. 2. Georg. 524.
Casta pudicitiam servat domus.
Quæstio pudicitiæ, Qua scil. de stupro masculi quæritur. Val. Max. 6. 1. 7. conf. Justinian. Inst. l. 4. tit. 17. §. 4.
Pudicitiam, pro Dea coluerunt Romani. Festus, Plebejæ Pudicitiæ sacellum in vico longo est. V. Liv. lib. 10. 23.

PUDOR, ōris m. [αἰδώς, αἰσχύνη] dicitur Ob aliquam rem sordidam timor, ut ait Perottus. Cic. pro Cluent. 12. Deinde ita flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor, non pudicitia, non pietas revocaret.
Claustra pudoris & reverentiæ refracta. Plin. 2. Epist. 14. ad Maximum.
Insigne pudoris. Ovid. 1. de Arte Am. 30.
Naufragium pudoris. Firmic. lib. 6. cap. 12.
Significatio pudoris. Cic. 2. de Orat. 182.
Plena pudoris libertas. Lucan. ad Pison. 94.
Moderator cupiditatis pudor. Cic 2. de Finib. 113.
Paupertatis pudor & fuga. Hor. 1. Epist. 18. 24.
Famæ pudor. Cic. de Provinc. Consul. 14.
Pudor patris, Reverentia. Ter. And. 1. 5. 28. conf. Idem Hec. 1. 2. 47. & Liv. 5. 46.
Pudor etiam, pro Scelere, & probro, vel dedecore sumitur, quia sunt pudoris causa. Ovid. 11. Epist. 79.
Irruit, & nostrum vulgat clamore pudorem. Idem Rem. Amor. 359. Pudor est mihi dicere. Liv. 54. 58. Amicitiam Romanorum expetere Antiochum: sed quæ impetrata, gloriæ sibi, non pudori sit. Gloriam hic Pudori opponit. V. Berneg. ad Suet. Cæs. cap. 2. 0. 1.
Pudor pro Fama, & existimatione. Plin. 2. Epist. 4. Magnum habes facilitatis meæ pignus, cujus fiducia debes famam, pudoremque defuncti suscipere. Idem 5. Epist. 1. Neque aderat alius, qui defunctæ pudorem tueretur. Cic. 5. Fam. 1. Quem si parum ipsius pudor defendebat.
Æger pudor. Valer. 7. Argon. 514.
Afflictus. Stat. 11. Theb. 164.
Castus. Ovid. 1. de Arte Am. 100.
Dirus. Senec. Herc. OEth. 9.
Famosus. Ovid. 3. Amor. 6. 78.
Fœdus. Ovid. 3. de Arte Am. 247.
Infans. Hor. 1. Serm. 6. 56.
Ingenuus. Juven. 11. Sat. 154.
Malus pudor. i. e. Vitiosus, δυσωπίαν Græci vocant, de quo scripsit Plutarchus libellum utilissimum. Hor. 2. Serm. 3. 39.
— pudor te malus urget,
Insanos qui inter vereare insanus haberi. Annotavit Lambinus.
Idem 1. Epist. 16. 24.
Miser. Ovid. 9. Epist. 19.
Profugus. Ovid. 4. Epist. 155.
Projectus. Ovid. 6. Met. 544.
Pulcher. Claud. Conf. Prob. & Olyb. 22.
Rigidus. Claud. Conf. Mall. Theod. 246.
Sanctus. Tibul. lib. 1. 3. 83.
Tener. Ovid. 2. Epist. 143.
Timidus. Ovid. 1. Amor. 5. 8.
Turpis. Ovid. 11. Met. 180.
Verecundus. Ovid. 2. de Arte Am. 572.
Virginei pudoris flos intemeratus. Ovid. 14. Met. 658.
Absit in arctis rebus pudor. Val. Flacc. 4. Argon. 324.
Adest nominibus pudor. I. e. Nomina suos turpia. Ovid. 2. Trist. 434.
Æstuat ingens pudor in imo corde. Virg. 10. Æn. 870.
Afferre pudorem. Ovid. 3. Trist. 6. 31.
Affici pudore. V. AFFICIO.
Atterere pudorem alicujus. V. ATTERO.
Auferre pudorem virgini. Ovid. 6. Met. 616.
Celat ulcera malus pudor. Hor. 1. Epist. 16. 24.
Cessit pudor. Ovid. 10. Met. 241. Valer. 7. Argon. 456.
— non revocabilis unquam
Cessit ab ore pudor.
Coactus pudore. V. COGO.
Colere pudorem. V. COLO.
Confusa pudore. Ovid. 21. Epist. 111.
Consequitur rubor pudorem. Cic. 4. Tusc. 19.
Consulere pudori. V. CONSULO.
Custodire pudorem. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Decet ora pudor. Ovid. 1. Amor. 8. 35.
Defendere pudorem pudicitiamque. Cic. de Arusp. Resp. 9.
Dejecta oculos tristi pudore. Valer. 2. Argon. 470.
Dejecti vultus pudore. Senec. Troad. 12.
Depositus. Hor. 1. Epist. 9. 12.
Explicare pudorem. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Extinctus. Virg. 4. Æn. 322.
Ferre cum. ut, Ovid. 3. Amor. 7. 72.
Tristia cum magno damna pudore tuli.
Formare pudorem. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Fugit ab ore pudor. Ovid. 2. Trist. 30.
Fugiens ex orbe. Juven. 11. Sat. 52.
Habere pudorem. Stat. 10. Theb. 564.
Imponere plagiario pudorem. V. IMPONO.
Incendit tum pudor vires, & conscia virtus. Virg. 5. Æn. 455.
Incutere pudorem alicui. Hor. 1. Epist. 18. 77.
Intrat pudor aliquem. Tacit. 1. Ann. 43.
Miscet pudorem temperies justa. Claud. de Nupt. Honor. 268.
Miscendus est amori pudor. Ovid. 4. Epist. 9.
Mordet pudor. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Notat ora pudor. Ovid. 3. Amor. 6. 78.
Nundinatus. Firmic. lib. 6. cap. 31. Ibid. extr. Quæstus & libidinis causa, pudorem suum etiam duobus fratribus nundinabit. [Hic pro Pudicitia Pudor ponitur. Sic in duobus ejusdem auctoris seq. locis.
Objicere alicui digna pudore. Ovid. 13. Met. 307.
Obsequi pudori. V. OBSEQUOR.
Ornat ætatem pudor. Cic. pro Rosc. Amer. 149.
Pati. ut, Quantum illius ætatis patiebatur pudor. Cic. 2. de Orat. 3.
Prostituti pudoris scelerata commercia. Firmic. lib. 6. cap. 12. & 17.
Prostituti pudoris meretrix. Firmic. lib. 6. cap. 31.
Pulsus. Ovid. 6. Met. 375.
Pensare pudorem nece. Ovid. 2. Epist. 143.
Periit pudor. PEREO.
Ponere pudorem. Stat. 10. Theb. 62.
Postposito pudore referre aliquid. Ovid. 3. Amor. 1. 23. al. Præterito.
Rapere pudorem puellæ. Ovid. 1. Met. 600.
Refugere pudore a dicendo. Cic. 2. de Orat. 10.
Relictus. Stat. 3. Theb. 273.

Reprime-

Reprimere cupiditatem pudore. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 7.
Sollicitare tenerum pudorem. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 131.
Solvere pudorem. Virg. 4. Æn. 55.
Suggillare pudorem alicujus. Ulpian. in l. Sed si hac lege. §. Prætor ait. D. de in jus vocan.
Sum. ut, Pudori esse res dicitur, Quæ verecundari nos cogit, quia dedecus aliquod afferat. Liv. 34. 58. V. supra Pudor, pro Probro.
Pudor est mihi dicere. Ovid. Rem. Amor. 359.
Pudor est ulteriora loqui. Ovid. 5. Fast. 532.
Pudor est referre promissa precesque, &c. Ovid. 14. Met. 18.
Suscipere pudorem alicujus. V. Suscipere famam, in FAMA.
Tegere pudorem. Lucan. lib. 2. 360.
Tenet ora pudor. Ovid. 9. Met. 514.
Transire fines pudoris. Ovid. 17. Epist. 67.
Vexare pudorem. Lucret. lib. 3. 83.
Victus amore pudor. Ovid. 3. Amor. 10. 29.

PUDORĀTUS, a, um. Adj. Vulg. Interp. Sirac. 26. 19. Mulier sancta & pudorata. Saresb. 8. 11. Pudoratissima virgo.

PUDORŌSUS, a, um. Adj. Idem Gloss. Gr. Lat. Αἰδήμων modestus, pudorosus.

PUDŌRICŎLOR, ōris. i. e. Rubicundus. Næv. apud Gell. 19. 7. Auroram pudoricolorem. Ex Perotto adscripserat Henr. Stephanus, quum in Lugd. deesset.

P U E

PUELLA, &c. V. post PUER.

PUER, puĕri. m. [παῖς] Puer, quasi Purus, id est Impubes: Censorin. de Die Nat. cap. 14. & Isidor. 11. 2. Apud Fest. in Opuviat, Puer dicitur a Paviendo, quia ætas puerilis est obpuviando, id est ferienda, puuienda. Scalig. in Conject. Varr. p 41. ab antiquo Por deducit, qui postea Puer. Sic Marcipor, Publipor, Quintipor, id est Marci puer, &c. Por autem ex Græco πὸϊς, quod Dorice dicebatur pro παῖς.
Pueri appellatio tres significationes habet: Unam quum omnes servos, pueros appellaremus: alteram, quum puerum contrario nomine puellæ diceremus: tertiam, quum ætatem puerilem demonstraremus. Paulus de Verb. signific l. Puer. Virg. 1. Æn. 271.
At puer Ascanius.
Improvida ætas puerorum. Lucret. lib. 1. 938.
Centum artium. Hor. 4. Carm, 1. 15. h. e. Multarum artium. Acron.
Puer duri oris & audax. Ovid. 5. Met. 451.
Adulti. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Æternus. Ovid. 4. Met. 18. De Baccho.
Cæsar. Cic. ad Brut. 3. Cæsaris pueri mirifica indoles.
Casti. Hor. in Carm. sæcul. 6.
Consuetus. V. CONSUESCO.
Dulcis. Catull. de Acme, 43. 11.
Egregius. Stat. 3. Silv. 4. 99.
Ferox. Claud. de Nupt. Honor. 110.
Fervidus puer, Amor. Hor. 1. Carm. 30. 5.
Formosus. Virg. 2. Ecl. 17.
Gracilis puer. Hor. 1. Carm. 5. 1.
Immaturus. Justin. lib. 1. 2. de Nino juniore. i. e. Nondum idoneus regno gubernando.
Improbus. Virg. 8. Ecl. 50.
Infantium puerorum incunabula. Cic. pro Rosc. Amer. 153.
Ingenuus. Hor. 3. Carm. 24. 55.
Integri pueri, Incorrupti, casti. Catul. in Carm. sæcul. 2.
Lascivi. Hor. 1. Serm. 3. 134.
Magnanimus. Pers. 6. Sat. 22.
Magni pueri, Divites, ex magna familia nati. Hor. 1. Serm. 6. 72.
Majores & minores pueri. Suet. Tiber. cap. 6. & Aug. cap. 53.
Meritorius. V. MERREO.
Molles. Hor. Epod. 11. 5.
Nescii fari. Hor. 4. Carm. 6. 18.
Orti pueri magnis e Centurionibus. Hor. 1. Serm. 6. 73.
Parvi. Hor. 1. Epist. 7. 17.
Præstantes. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 133.
Pulcher. Hor. 1. Epist. 18. 74.
Robustus, Adultus. Hor. 3. Carm. 2. 2. V. ROBUSTUS.
Teneri. Cels. lib. 2. cap. 1.
Teres. Hor. Epod. 11. 41.
Trux puer, Achilles. Senec. Troad. 9.
Creandis pueris beata uxor. Hor. 2. Epist. 2. 44.
Deerrat a patre puer. V. DEERRO.
Florent urbes pueris. Lucret. lib. 1. 256.
Inclamatus a puero. V. INCLAMO.
Periclitari pueros & experiri. V. PERICLITOR.
Vagit puer. Ovid. 10. Met. 513.
A puero, & A pueris, A puero parvulo, & A puero pusillo. V. A præpositionem.
Ut primum ex pueris excessit Archias. Cic. pro Arch. 4.
Puer, Græcorum more pro Filio. nam παῖς significat filium & puerum. Hor. de Arte Poet. 185.
Nec pueros coram populo Medea trucidet. Sic 1. Carm. 12. 25.
Dicam & Alciden, puerosque Ledæ. & aliis pluribus in locis. Lambinus. V. 4. Carm. 6. 37. conf. Juven. 14. Sat. 3. & Plaut. Amph. 5. 1. 72.
Regii pueri, apud Macedonas vocabantur principum liberi ad ministerium regis electi. Liv. 45. 6.
Puer, Servus. Ter. And. 2. 2. 31.
Certa res est, etiam puerum inde abiens conveni Chremis. Hor. 1. Carm. 38. 1.
Persicos odi, puer, apparatus. conf. Plaut. Curc. 1. 1. 9. & Most. 1. 3. 149.
Eo die pueri tui mihi a te litteras reddiderunt, & alii pueri post diem tertium ejus diei, litteras alias attulerunt. Cic. 3. Att 7.
Puer & Ancilla. Varr. Eudæmonib. Vix vulgus confluit, non furiarum, sed puerorum atque ancillarum. Nonius, 2 648.
Puer, solum, Blandientis vox. Virg. 6. Æn. 832.
Ne pueri, ne tanta animis adsuescite bella. Idem Culice, 36. de Augusto, Sancte puer. Ita ille sæpius, atque Catullus, Statius, aliique.
Pueri per convicium Ignavi atque imbelles appellantur. V. Rigalt. ad Onosandri Strateg. p. 7.
Vetustissimos Hic & Hæc Puer dixisse ostendit Priscian. 6. exemplo Livii in Odyssea, Sancta puer, Saturni filia, regina. & Nævii, Prima incedit Cereris Proserpina puer. item Cic. 16. Att. 11. extr. Atticæ, quoniam, quod optimum in pueris est, hilarula est, meis verbis des suavium.

PUĔRUS, i. m. etiam declinatur antique. Plaut. Merc. 5. 2. 89. Tu puere, abi hinc intro ocius. Idem Asin. 2. 3. 2. & 5. 2. 42. & Most. 4. 2. 32. &c. Vet. Gloss. Gr. Lat. Παῖς, puer, puerus. conf. Priscian. lib. 6.

PUĔRA, æ. f. [παιδίσκη, κοράσιον] i. e. Puella. Varro, Properate vivere, pueræ, quas sinit ætatula ludere, esse, amare, & Veneris tenere bigas. Nonius, 2. 674. conf. Priscian. ibid. Suet. Calig. cap. 8. Qualiscunque partus sine ullo sexus discrimine puerperium vocatur; quod antiqui etiam puellas pueras, sicut & pueros puellos dictitarent. Vet. Gloss. Gr. Lat. Παιδίσκη, puera.

PUERŬLUS, i. m. [παιδίον] dimin. a Puerus. Cic. in Topic. 18. Adjungitur enim, ut secundum servorum, secundum exsulum, secundum puerulorum tabulas possessio videatur ex edicto dari.

PUERCŬLUS, i. m. [παιδάριον] aliud dimin. Arnob. 2. & 7.

PUELLUS, i. m. dimin. a Puer. [παιδισκάριον] Lucilius,
Cumque hic tam formosus tibi ac te dignus puellus. Ennius, Pœni soliti suos sacrificare puellus. Paul. Non. 2. 688. Lucret. 4. 1245. Puellos suscipere. Apul Met. 7. Tener puellus. conf. Suet. Calig. 8. modo in PUERA, & Priscian. 6.

PUELLA, V. infra, post derivata a PUER.

PUĔRŌSUS, a, um. Adj. Gloss. Gr. Lat. Παιδικὸς, Puerosus.

PUERASCO, ĕre. Suet. Calig. cap. 7. Novem liberos tulit, quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerascens, insigni festivitate. Auson. Edyll. 4. 55.
Obductosque seni facies puerascere sensus. Claud. Mamert. 1. 1.
In senectute puerascere.

PUERĀRIUS, i. m. Puerorum amator. Gloss. Gr. Lat. Φιλόπαις, Puerarius. [Adjectivum est, ut Infantarius, Corinthiarius, & cetera ejusmodi. Gloss. Lat. Gr. Puerarius, Παιδεραστής.

PUERASTER, tri. m. Gloss. Gr. Lat. [illegible], Pueraster.

PUERĪLIS, e. Adj. [παιδικὸς, παιδαριώδης] Quod est pueri, vel quod puerorum proprium esse solet.
Acta puerilia. Stat. 5. Theb. 513.
Ætas. Cic. pro Arch. 4. Quibus artibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet.
Agmen puerile, Puerorum. Virg. 5. Æn. 548.
Animus puerilis. Sen. Epist. 4.
Anni. Ovid. 2. Met. 55.
Blanditiæ. Ovid. 6. Met. 626.
Carmina Fauni. Stat. 1. Achil. 240.
Decus, Puerorum. Claud. 4. Cons. Hon. 161.
Facies. Ovid. 8. Met. 323.
Flos, Pulchritudo. Claud. 1. in Eutrop. 344.
Imago. Propert. lib. 2. 12. 13.
Infirmitas. Quintil. lib. 2. cap. 3. p. 135. Burm.
Regnum, Pueri. Liv. 1. 3.
Specie puerili dicitur visus. Cic. 2. de Divin. 59.
Puerile est, Inconsultum & vanum. Cic. 3. de Finib. 19. Istiusmodi autem res dicere ornate velle, puerile est: plane autem & perspicue expedire posse, docti & intelligentis viri. Ter. Andr. 2. 6. 18. Idem Phorm. 5. 7. 55.
Quid vos, malum, ergo me sic ludificamini,
Inepti, vestra puerili sententia?
Consilium, cui Virile contrarium. Cic. 14. Att. 23. Acta illa res est animo virili, consilio puerili.
Delectatio. Cic. 1. de Finib. 72. In quibus nulla solida utilitas, omnisque puerilis est delectatio.
Compar. Puerilius. Hor. 2. Serm. 3. 250.

PUERĪLĬTER, Adv. [παιδικῶς] More puerorum. Liv. 21. 1. Annibalem, annorum ferme novem, pueriliter blandientem patri Amilcari, ut &c.
Pueriliter, Inepte. Cic. 1. de Finib. 19. Quæ quum res tota ficta sit pueriliter, tum ne efficit quod vult.
Pueriliter facere. Cic. 4. Acad. 33.
Pueriliter consectari aliquid. Cic. 4. Acad. 54.

PUERĪLĬTAS, ātis. f. [τὸ παιδαριῶδες] Actus puerilis. Senec. Epist. 4. Adhuc, non pueritia in nobis, sed quod gravius est, puerilitas remanet: & hoc quidem pejus est, quod auctoritatem habemus senum, vitia puerorum: nec puerorum tantum, sed infantium.
Puerilitas, Pueritia. Varro de Liberis educandis, Velim me hercules, inquit, ipse usu magno puerilitatis formulam audire. V. Nonius, 8. 90. Val. Max. 5. 4. 2. Vixdum annos puerilitatis egressus.

PUERĪTĬA, æ. f. [παιδικὴ ἡλικία] Ætas puerilis. Cic. 3. Verr. 47. Si in pueritia non his artibus & disciplinis institutus eras.
A pueritia legimus & discimus. Cic. 2. Tusc. 27.
Qui me a pueritia sua semper observavit. Cic. 5. Fam. 8.
Ornamentum pueritiæ. Cic. 3. Verr. 152.
Extrema pueritia. Cic. pro Lege Manil. 28. Qui extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris.
Adolescit pueritia. Tacit. 12. Ann. 8.
Pueritia, Puritas. Varro apud Non. 2. 672. Ea erat matronæ simplicitas & pueritia & honestas. Idem, ut ait Perott. pro Pueritate. [Sed arbitror Varronem pro Animo puellari ac simplici posuisse. Et apud Non. forsan pro Puritas, Puerilitas scribendum.
Puertia, per syncopen. Hor. 1. Carm. 36. 8.

PUERĪTĬES, ēi. f. Auson. Profess. Burdigal. 10. 17.

PUELLA, æ. f. [κοράσιον] dimin. a Puera. Cic. 1. Att. 3. De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usucapi potest.
Idoneus puellis. Hor. 3. Carm. 26. 1.
Turba puellarum si mea verba colit. Propert. lib. 3. 2. 10.
Verba puellarum foliis leviora caducis. Ovid. 2. Amor. 16. 45.
Bella. Ovid. 1. Amor. 9. 6.

Blanda.

Blanda Ovid. 2. Amor. 2. 34.
Candida. Hor. Epod. 11. 40.
Caſta. Ovid. 2. Met. 711.
Compta longas comas. Ovid. 1. Amor. 1. 20.
Delicatior hœdo. Catul. ad Coloniam, 18. 15.
Dives. Hor. 4. Carm. 11. 23.
Ducta. Ovid. 2. de Arte Am. 271.
Sunt tamen & doctæ, rariſſima turba, puellæ.
Flava. Juven. 6. Sat. 353. & Ovid. 2. Amor. 4. 39.
Candida me capiet, capiet me flava puella.
Formoſa. Ovid. 3. Amor. 7. 1.
Aut non formoſa eſt, aut non bene culta puella. Idem 1. Amor. 6. 63.
Infans. Hor. 2. Epiſt. 1. 99.
Ingenua. Ovid. 2. Amor. 4. 33.
Innupta. Virg. 2. Æn. 238.
Lacteola. Catul. in Camerium, 53. 17.
Laſciva. Virg. 3. Ecl. 64.
Sapiens. Ovid. 10. Met. 622.
Scelerata. Ovid. Rem. Amor. 299.
Tenera. Ovid. 14. Epiſt. 87.
Vaga. Propert. lib. 1. 5. 7.
Verecunda. Ovid. 1. Amor. 5. 7.
Viridiſſimo flore. Catul. ad Coloniam 18. 14.
Blandiri duræ puellæ precibus Ovid. 2. de Arte Am. 527.
Data verba puellæ hoc aditu vidi tetricæ. Ovid. 1. de Arte Am. 721.
Exorare placidam. Ovid. 1. de Arte Am. 37.
Inclamaſſe puellæ nonne ſatis fuerat timidæ? Ovid. 1. Amor. 7. 45.
Misereri dignæ puellæ. Ovid. 5. Epiſt. 155.
Nata puella magno patre. Hor. 1. Serm. 2. 72.
Puella etiam dicitur, Quæ matrimonio juncta eſt. Scævola in l. Uxorem. §. teſtamento. D. de legat. 3. Poſtea marito defuncto puella, dote recepta, nupſit alii. Rurſus ibidem paulo poſt. Ovid. 1. Epiſt. 115.
Certe ego quæ fueram te diſcedente puella,
Protinus ut redeas, facta videbor anus. Idem 2. Faſt. 557.
Dum tamen hæc fiunt, viduæ ceſſate puellæ. i. e. Dum fiunt feralia, vos nuptæ ceſſate a concubitu, quaſi viduæ, & illis diebus a viris diviſæ. V. Barth. ad Stat. Silv. p. 76. & Adverſ. 38. 6. [Semper tamen ætatem indicat florentem. Unde illud Catulli
Nec dives, neque bella, nec puella.
Experta virum. Hor. 3. Carm. 14. 10.
Laborantes utero puellæ, Prægnantes. Hor. 3. Carm. 22. 2. [Immo Puerperæ.
Tribuitur & Deabus. Virg. 1. Georg. 11.
Ferte ſimul, Faunique pedem, Dryadeſque puellæ. Sic ſæpe de Muſis. V. Juvenal. Sat. 4. 34. Brœkh. ad Propert. 1. 1. 5.

PUELLŬLA, æ. f. [κόριον, κοράσιον] alterum dimin. Catull. in Epithal. Jul. 59. 57.
Floridam ipſe puellulam
Matris e gremio ſuæ Dedis.
Socii puellularum. Catul. in Mamurram, 55. 9.

PUELLĀRIS, e. Adj. [κορασιώδης, κορώδης] Quod puellarum proprium vel moris puellarum eſt. Plin. lib. 10. cap. 55. Puellare augurium.
Ætas puellaris. Quintil. in prœm. lib. 6. de uxore defuncta, Tum ætate ea puellari, præſertim meæ comparata.
Animi. Ovid. 4. Faſt. 433.
Anni. Claud. de laud. Seren. 140.
Furor. Seneca Medea, 12.
Pedes puellares. Ovid. 10. Epiſt. 20.
Penſa puellaria. Mela 3. 5.
Plantæ puellaris veſtigia. Ovid. 4. Faſt. 463.

PUELLARĬTER, Adv. [κορικῶς] Plin. lib. 8. Epiſt. 10. Dum ſe prægnantem puellariter neſcit.

PUELLĀRIUS, a, um. Adj. Puellarum amator. Petron. cap. 43. extr. Immo etiam puellarius erat. Al. Pullarius. conf. PUERARIUS, ſupra, & infra in PULLUS.

PUELLASCO, [θηλύνομαι] ĕre. Effeminari. Pacuvius, Puellaſcunt laſcivia adoleſcentes.
Puellaſcere, Refloreſcere, & quaſi ad puellarem ætatem redire. Varro Lais, Quod non ſolum innubæ fiunt communes, ſed etiam veteres puellaſcunt. V. Non. 2. 657.

PUELLATŌRIUS, a, um. Adj. Quod eſt Puellarum, aut ſimile huic rei, quam faciunt puellæ. Tibiæ puellatoriæ, Quibus a ſono clariore vocamen datur, inquit Solin. cap. 11. conf. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 2.

PUELLĪTOR, ări. Puellitari verbum, ut multa alia, Laberius finxit, de iis agens, qui cum vetulis rem habent, quarum naturam Eugium canum vocavit. Quænam mens, inquit, quæ deliritas vos ſuppoſitores facit cum canu eugio puellitari? Nonius 8. 36. al. Velitari. conf. Voſſ. Etym. p. 418.

PUĔRĬGER, ĕra, ĕrum. Adj. Fulgent. Mythol. 1. Semina puerigera viſceribus infundere.

PUERPĔRA, æ. f. [λεχώ] [quaſi Puerīpăra] Mulier quæ recens peperit. Ter. Adelph. 5. 7. 21.
— multo rectius eſt,
Quam illam puerperam nunc duci huc per viam
Ægrotam. Plin. lib. 7. cap. 4. Hor. Epod. 17. 52.

PUERPĔRUS, a, um. Adj. [λεχώϊος] Ad puerperium pertinens. ut, Verba puerpera dicit. Ovid. 10. Met. 511. De Lucina.

PUERPĔRIUM, i. n. [λοχεία] Tempus, quo puerpera ex dolore partus decubat, vel etiam tempus ipſum quo parit mulier. Plin. lib. 28. cap. 8. Lingua adalligata, pericula puerperii tolli. Sic Columel. lib. 3. cap. 21.
Cubare puerperio. V. CUBO.
Puerperium, Proles ipſa. Gell. lib. 10. cap. 2. Divo Auguſto imperante, ancillam Cæſaris Auguſti in agro Laurente peperiſſe quinque pueros dicunt, eoſque pauculos dies vixiſſe: matrem quoque eorum, non multo poſt, quam peperit, mortuam: monumentumque ei factum juſſu Auguſti in via Laurentina, inque eo ſcriptum eſſe conſtat numerum puerperii ejus. Idem 12. 1. Plin. lib. 18. cap. 29. Ut in lacte puerperium necat. Idem lib. 7. cap. 11. Uno abortu duodecim puerperia egeſta.
Cruda puerperia. Stat. 4. Theb. 280.

PŬGIL, ĭlis c. [πύκτης, πύγμαχος, ἀγωνιστής] dicitur, Qui, vel quæ, pugnis certandi artem novit. Donatus, in Ter. Hec. Prolog. Pugil, inquit, dictus eſt a Pugna, & pugna a Pugno: Veteres namque, ante uſum ferri & armorum, pugnis & calcibus, & morſibus, corporumque luctatione certabant. Ter. Eun. 2. 3. 23.
Si qua habitior paulo, pugilem eſſe ajunt, deducunt cibum. Cic. de Clar. Orat. 243. Pugiles inexercitati, etiamſi pugnos & plagas, Olympiorum cupidi, ferre poſſunt, ſolem tamen ſæpe ferre non poſſunt. Hor. 2. Epiſt. 1. 186.
Aut urſum, aut pugiles; his nam plebecula gaudet. Ovid. 3. Amor. 2. 54. Pollucem pugiles, Caſtora placet eques.
Pugnabant autem pugnis cæſtibus armatis. Cic. 2. Tuſc. 56. Pugiles etiam, quum feriunt adverſarium, in jactandis cæſtibus ingemiſcunt. V. CÆSTUS.
Inexercitati. Cic. de Clar. Orat. 243.
De Catervariis, Legitimis ac Ordinariis pugilibus, V. Suet. Aug. cap. 45. & Calig. cap. 18.

PUGILĬCE, Adv. [πυκτικῶς] Firmiter, valenter, quemadmodum pugiles ſolent. Plaut. Epid. 1. 1. 18.
Quid, herilis noſter filius valet? T. pugilice, atque athletice.

PUGĬLO, āre. & PUGILLOR, āri. verbum antiquum. Gloſſ. Cyrill. Pugilo Πυκτεύω. Apul. de Deo Socr. p. 53. Elmenh. Si pugillari valide velis, brachia vegetanda ſunt, quibus pugillatur. Idem Met. 7. p. 195. Primoribus in me pugillatur ungulis. [Rectius unico l. Pugilo ſcribitur, quia non a Pugillus, ſed a Pugil derivatur.

PUGILANS, antis. Partic. Treb. Poll. Gallien. cap. 8. Pugiles ſacculis, non veritate pugilantes.

PUGILĀTIO, ōnis. f. denomin. [πυγμαχία] Pugilum exercitatio. Cic. 2. de Legib. 38. Jam ludi publici quoniam ſunt cavea circoque diviſi, ſint corporum certationes curſu, & pugilatione, luctatione, curriculiſque equorum.

PUGILĀTUS, ûs. m. [πυγμή] Pugilum ars, ſeu certamen. Plaut. Capt 4. 2. 13. Hic homo pugilatum incipit. Idem Bacch 3. 3. 24.
Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugilatu, pila,
Saliendo ſe exercebant magis, quam ſcorto, aut ſaviis.

PUGILĀTOR, ōris. m. Arnob. 1. Tyndaridæ Caſtores, equos unus domitare conſuetus, alter pugilator bonus. conf. Sidon. 9. Epiſt. 14. Gloſſ. Gr. Lat. Παγκρατιαστής, Pugil, Pugilator.

PUGILATŌRIUS, a, um. Adj. Plaut. Rud. 3. 4. 16. V. poſt PUGNA.

PUGILLARIS, PUGILLUS. V. PUGNUS.

PŪGIO, ōnis. m. [ἐγχειρίδιον] Genus teli, a pugno dictum, quod facile prehenditur, vel quod eo præſentius pugnetur. Feſtus, Pugio dictus eſt, quod eo punctim pugnatur.
Pugio, eſt gladius brevis, inquit Non. 18. 9. Salluſt. Hiſt. lib. 3. At Oppius, poſtquam orans nihil proficiebat, & timide veſte tectum pugionem expedire conatus, a Cotta, Vulſciuque impeditur. Martial lib. 14. 33.
Pugio, quem curvis ſignat brevis orbita venis. V. Gell. 16. 25. Paterc. 2. 43. 2. Tacit. 1. Hiſt. 43. 2. Cerda Adverſ. cap. 225. 36. vel Lex. Pitiſc.
A pugione. V. A vel AB præpoſitiones.
Stillans pugio. Cic. 2. Philip. 30. Qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit. Subaudi Sanguine ex cæde.
Pugio inſigne Principatus & Imperatoriæ poteſtatis fuit. Tacit. 3. Hiſt. 68. 4. Aſtiſtenti conſuli (Cæcilius Simplex erat) exſolutum a latere pugionem, velut jus necis vitæque civium, reddebat. De Vitellio. conf. Suet. Vitell. cap. 15. & Lex. Pitiſc.
Pugionem plumbeum vocat Cicero Invalidum argumentum, lib. 4. de Finib. 48. O plumbeum pugionem.

PUGIUNCŬLUS, i. m. [ἐγχειρίδιον] dimin. Cic. Fragm. Hiſpanienſem pugiunculum. Cn. Piſonem appellat. Idem in Orat. 224. In iis, quibus ut pugiunculis uti oportet, brevitas facit ipſa liberiores pedes.

PUGNA, æ. f. [μάχη, μῶλος, δῆρις, δηϊοτὴς, ὑσμίνη, χάρμη, φύλοπις] Armorum certamen, Lucta vel prælium. A pugno dicta eſt, ut vult Donatus, V. in PUGIL. pr.
Pugnus a Pugna contra. Don. Vide in PUGNUS. H. St.
Arena ſparſa ad pugnam. Virg. 3. Georg. 234.
Amor pugnæ. Hor. 4. Carm. 4. 12.
Certamen. Ovid. 12. Met. 180.
Eventus. Virg. 8. Æn. 16.
Exitus incerti pugnarum, Marſque communis. Cic. pro Milon. 97.
Facies pugnæ. Tacit. 2. Hiſt. 42.
Fortuna pugnæ anceps. Virg. 4. Æn. 603.
Adverſa. Tacit. 1. Ann. 64. 3.
Ardens. Virg. 3. Georg. 46.
Avida. Sil. lib. 12. 715.
Cæca. Valer. 5. Argon. 663.
Clara. V. CLARUS.
Decertatoria. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Dura. Valer. 6. Argon. 298.
Equeſtris. Sil. lib. 13. 230.
Forenſis, Tranſlate. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Fortuita. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Impeditior. V. IMPEDIO.
Inermis. Stat. 6. Theb. 249.
Ingens. Virg. 2. Æn. 438.
Iniqua. V. INIQUUS.
Lenta. V. LENTUS.
Magna pugna bis victi. Virg. 12. Æn. 34.
Mala Lacedæmoniorum in Leuctris. Cic. 2. de Divin. 54. Tacit. 15. Ann. 28. 3.
Nobilis. Senec. Herc. fur. 9.
Obnixa. Valer. 6. Argon. 355.
Optata. Sil. lib. 16. 81.
Pedeſtris. Virg. 11. Æn. 709.
Pedeſtres navaleſque pugnæ. V. Pedeſtris in PES.
Sæva. Valer. 4. Argon. 147.
Simplicior contra tabulas. Quintil. lib. 5. cap. 7. pr [Tranſlate, pro Contentione forenſi.
Singularis pugna Æneæ & Turni, Achillis & Hectoris. Macrob. lib. 5. Saturnal. 2.

Triftis. Virg. 11. Æn. 589.
Abrumpere miferas. Valer. 3. Argon. 250.
Abfiftere pugna. V. ABSISTO.
Accingere fe pugnæ. Virg. 11. Æn. 707.
Æquare pugnas. Virg. 5. Æn. 419.
Æquatæ. Sil. lib. 4. 395.
Et tandem æquatæ geminato funere pugnæ.
Ardefcit pugna. Tacit. 5. Hift. 18. 1.
Capere viriles. Stat. 1. Silv. 6. 54.
Capeffere pugnam manu. Tacit. 12. Ann. 30.
Ciere pugnam. Tacit. 3. Ann. 41. 4. Suis quifque locis pugnam ciebant.
Committere. Cic. 3. in Catil. 6. Tum interventu Pontinii atque Flacci pugna, quæ erat commiffa, fedatur.
Committere pugnas fanguine. Stat. 6. Theb. 149.
Committere cæftu. Virg. 5. Æn. 69.
Congredi iniqua pugna. Virg. 10. Æn. 889.
Conferere. V. CONSERO.
Conferitur pugna. Valer. 6. Argon. 353.
Confpirare. V. CONSPIRO.
Conftituere pugnæ diem. Cæf. 3. de Bell. Gall. cap. 23.
Continere a pugna. Cæf. 4. de Bell. Gall.
Cooriri in pugnam. V. COORIOR.
Crudefcit pugna. V. CRUDUS.
Decernere forti pugna. Valer. 4. Argon. 193.
Decertare pugna. Cæf. 3. de Bell. Gall. cap. 23.
Depofcere infanas. Stat. 10. Theb 913.
Depofcite pugnam votis. Lucan. lib. 2. 533.
Defcendere ad pugnam, ex Valerio Flacco, vide in DESCENDO. H. St.
Diremit imber. Liv. 6. 32.
Dare pugnam. Terent. Eun. 5. 2. 59.
Edere pugnas. Lucret. lib. 2. 118.
Elicere ad pugnam. Liv. 29. 34.
Ereptos pugnæ Annibal. Sil. lib. 17. 378.
Evocare ad pugnam. Cæf. 5. de Bell Gall. cap. 56.
Excedere cunctos pugna. Virg. 5. Æn. 380. al. Palma. V. AXEDO.
Exire ad pugnam. Virg. 4. Georg. 67.
Expediam, & primæ revocabo exordia pugnæ. Virg. 7. Æn. 40.
Extendere pugnam. Liv. 27. 2.
Extracta in pofterum pugna. Tacit. 4. Ann. 73.
Facere pugnam. Tacit. 3. Ann. 21. Nepos 9. 5. 2.
Facere pugnæ poteftatem vel copiam. Liv. de Bell. Pun. Idem 4. 18.
Gerere pugnas innumeras. Claud. 2. Conf. Stil. 141.
Imponere finem pugnæ. Virg. 5. Æn. 463.
Inclinavit pugna. Liv. 6. 32.
Indipifci pugnam. V. INDIPISCOR.
Inducere in pugnam equites. V. INDUCO.
Indulgere pugnæ. Stat. 11. Theb. 447.
Inire pugnam & prælium. V. INEO, Ire.
Inire pugnam forenfium certaminum. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Inftaurare pugnam. V. INSTAURO.
Iterare pugnam. Liv. 6. 32.
Laceffere pugnam. Lucan. lib. 3. 548. al. Capeffere.
Laceffere ad pugnam. V. LACESSO.
Laxare pugnam. Liv. 21. 59.
Movent arma pugnam. Ovid. 3. Faft. 395.
Obire pugnas lituo & hafta. Virg. 6. Æn. 167.
Parare membra pugnæ. Ovid. 9. Met. 34.
Pavere pugnam. Lucan. lib. 7. 102.
Perpetrare. Liv. 44.
Præbere pectora pugnæ. Ovid. 10. Met. 706.
Procedere ad pugnam. Liv. 7. 9.
Procurrere in pugnam. Liv. de Bell. Pun.
Prohibere a pugna. Cæf. 4. de Bell. Gall. cap. 34. & 11. 2.
Pugnare pugnam, V. Partic. PUGNATUS.
Quærere pugnæ locum. Salluft. Jugurth.
Remittere pugnam. Salluft. Jugurth. 60.
Reftituere. Liv. 4. 38.
Ruere in pugnam magno fervore. Sil. lib. 15. 463.
Subducere aliquem pugnæ. Virg. 10. Æn. 50.
Sum. ut, Pugna eft de paupere regno. Stat. 1. Theb. 151.
Quanta pugna eft doctiffimorum hominum. Cic. 2. de Divin. 105.
Sumere pugnam. Sil. lib. 8. 308.
Surgit afpera pugna. Virg. 11. Æn. 635.
Tentare pugnam dicere licet, ut Tentare prœlium. H. St.
Venire ad pugnam. Hor. 1. Serm. 5. 56.
Venit res ad pugnam. Cic. 7. Verr. 28. Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat. V. MANUS.
Venire in pugnas. Sil. lib. 15. 647.
Vocet pugna. Virg. 12. Æn. 125.
Verfare pugnam in pectore. Lucan. lib. 7. 765.
Punctatoriolis, leveis pugnas appellat Cato, in ea quam dixit de re Hiftriæ militari. Feftus. [Lege ex MSS. Punctoriolas.
PUGNICULA, æ. f. pro Levi pugna Catonem ufurpaffe, docet Perottus p. 595. [Nifi fuperior Fefti locus eft.
PUGNO, [μάχομαι, μάρναμαι, πολεμίζω, δηϊόω, στρατεύω, ἀγωνίζομαι] āre. Pugna contendere. De quacunque re dicitur, de qua controverfia eft; proprie tamen de armorum congreffu. Plaut. Amph. 1. 1. 44.
Nam quom pugnabant illi maxime, ego fugiebam maxime.
Pugnare amori. Virg. 4. Æn. 38.
— placitone etiam pugnabis amori? Ac fi diceret: Contempfifti eos, qui difplicebant: nunquid etiam placito amori repugnabis? Et eft Græcum, Pugno tibi. Nam nos, Pugno tecum dicimus. Servius. Alii legunt Placido.
Noli pugnare duobus. Catull. 60. 64.
Adverfus latrones canem pro domino pugnare accepimus. Plin. lib. 8. cap. 40.
Contra aliquem. Plin. lib. 8. cap. 7.
Contra naturam. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Pugnare cum. Cic. 7. Att. 6. Nifi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc eum bene parato pugnaremus. conf. Serv. paulo fupra.

Cum fenectute, i. e. Adverfus fenectutem. Plin 3. Epift. 1.
In aliquem pugnare, Contra aliquem. Ovid. 3. Amor. 1. 34.
In hoftem Liv. 8. 6. extr. V. Gell 7. 2.
Acriter pugnare. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Bene pugnare. Ovid 2 de Pont. 3. 53.
Et bene uti pugnes, bene pugnans efficit hoftis.
Caute pugnare. Ovid. 13. Epift. 146.
Pugnare bella. Hor. 1. Epift. 16. 25.
Pugnare pugnam. Plaut. Pfeud. 1. 5. 110. conf. Partic. PUGNATUS.
Pugnare prælia. Hor. 4. Carm 9. 19.
Acie directa. Quintil. lib. 2. cap. 13.
In frontem, in latera pugnare. Liv. 8. 7.
In frontem & latera. Tacit. in vita Agric. 35.
Inter fe cornibus pugnant. V. INTER.
Manu. Ovid. 13. Met. 10.
Odiis. Stat. 3. Theb. 240.
Pugnis pugnare. Hor. 1. Serm. 3. 102.
Viribus cum aliquo, Contendere. Cic. 5. Fam. 21. Quavis tuta conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare.
De poffeffione hominis. Gell. lib. 12. cap. 15. Ter. in Prol. Hecyr. 33.
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.
Ex caufa pari pugnat uterque. Ovid. 5. Faft. 704.
Ex equo. Cic. 2. de Nat. Deor. 6. In noftra acie Caftor & Pollux ex equis pugnare vifi funt.
E muris. Plin. lib. 32. cap. 1.
Pro aliquo pugnare. Cic. pro Quint. 88. Omnefque pro P. Quintio pugnent. i. e. Defendant P. Quintium.
Pro caufa iniqua. Ovid. 20. Epift. 171.
Pro commodo patriæ pugnare, cui opponitur, Patriæ commoda oppugnare. Cic. 1. de Invent. 5.
Pro falute. Salluft. Jugurth. extr. Cum Gallis pro falute, non pro Gloria pugnare. [Immo Certare.
Cum eorum vita mirabiliter pugnat oratio. Cic. 2. Tufc. 12. i. e. Contraria eft oratio vitæ illorum.
Contra pugnare. Lucret. lib. 2. 280. — tamen eft in pectore noftro Quiddam, quod contra pugnare, obftareque poffit.
Pugnare inter fe, Contraria effe. Quintil. lib. 3. cap. 10. Varro de R. R. 2. 3.
Sententia mea pugnat fecum. Hor. 1. Epift. 1. 97.
Pugnare aliquid, pro Contendere de re aliqua. Cic. 1. de Nat. Deor. 75. Illud video pugnare te, fpecies ut quædam fit deorum, quæ nihil concreti habeat, &c.
Hic pugnes licet, non repugnabo. Cic. 4. Acad. 57.
Pugnant Stoici cum Peripateticis. Cic. 2. de Fin. 68.
Non magnopere pugnare, pro Non valde laborare. Cic. 3. de Nat. Deor. 2.
Pugnare per tranflationem de rebus inanimatis. ut, Pondera pugnant decidere deorfum, i. e. Contendunt. Lucret. lib. 2. 205.
— quanquam
Pondera, quantum in fe eft, deorfum deducere pugnent. Lambin.
Pugnare, pro Conari. Ovid. Rem. Amor. 122.
Pugnat in adverfas ire natator aquas.
Illud pugna, & enitere. Cic. 3. Fam. 10.
Cum infin. verbi Paffivi,
Pugnabat tunica fe tamen illa tegi. H. St. Videtur verfus Ovidii fpurius. An Propertii, male relatus lapfu memoriæ, ex 1. 12. 4.?
Pugnaveris, i. e. Magnam rem feceris, inquit Donatus. Ter. Adelph. 5. 3. 57. — & iftam pfaltriam
Una illuc mecum hinc abftraham. M. pugnaveris.
Pugnatur, impersonale. Cæf. 3. Bell. Gall. cap. 15. Quum ab hora fere quarta ufque ad folis occafum pugnaretur.
Quotidie utrimque eminus fundis, fagittis, reliquifque telis pugnabatur. Idem 1. Bell. Civil. cap. 26.
Pugnatur cominus armis. Virg. 7. Æn. 553.
Gladiis pugnatur acutis. Ovid. 3. de Arte Am. 589.
Quum male pugnatum apud Caudium effet. Cic. 3. Off. 109.
Hoc pugnatur, pro Hoc contenditur. Cic. pro Rofc. Amer. 8. Hoc folum hoc tempore pugnatur, ut ad illam opimam præclaramque prædam, damnatio Sexti Rofcii, velut cumulus accedat.
Libido prava pugnandi. Sil. lib. 7. 215.
Superare pugnando. Ovid. 9. Met. 30.
Vinci pugnando. Ovid. 1. de Arte Am. 666.
Arte pugnandum eft. Quintil. lib. 2. cap. 17.
PUGNANS, antis. [μαχόμενος] Partic. ut, Domare pugnantem. Ovid. 13. Met. 172.
Vincetur femina pugnans. Ovid. 2. Faft. 801.
Cum frigore pugnans. Ovid. 1. de Pont. 2. 27.
Anima pugnans. Stat. 1. Silv. 4. 107.
Lingua. Tibull. lib. 1. 8. 38.
Et dare anhelanti pugnantibus uvida linguis Ofcula.
Sententiæ pugnantes, h. e. Inter fe contrariæ. Plin. Epift. 167. lib. 8. ad Ariftonem.
Studia pugnantia & contraria. Cic. 1. de Fin. 71. Atqui pugnantibus & contrariis ftudiis confiliifque femper utens, nihil quieti videre, nihil tranquilli poteft.
Venti pugnantes contra. Lucret. lib. 6. 97.
Loqui pugnantia. Cic. 1. Tufc. 13.
Pugnantia fecum frontibus adverfis componere. Hor. 1. Serm. 1. 102.
PUGNĀTUS, a, um. [μεμαχημένος] Partic. Salluftius Jug cap. 54. Quæ negotia multo magis, quam prælium male pugnatum a fuis, regem terrebant.
Bella pugnata. Hor. 3. Carm. 10. 4. Et 1. Epift. 16. 25.
Si quis bella tibi, terra pugnata marique, Dicat.
Bella pugnata in ordine. Virg 8. Æn. 629.
Pugna pugnata fumma contentione. Cic. pro Muren. 34. Cujus ex omnibus pugnis, quæ funt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commiffa eft & fumma contentione pugnata. Nepos 23. 5. 1. Hac pugna pugnata, Romam profectus eft. Plaut. Amph. 1. 1. 97.
Hæc illi eft pugnata pugna ab ufque mane ad vefperam. V. Voff. de Conftruct. cap. 22.

Pugnator, ōris. m. [πύκτης] Liv. 24. 15. Deinde occupata dextra tenendo caput, fortissimus quisque pugnator esse desierat. Frontin. 4. 7. 37.
Pugnator gallus gallinaceus. Plin. lib. 30 cap. 15.

Pugnax, ācis. Adj. [μάχιμος] Pugnandi studiosus, Bellicosus.
Centurio pugnax & lacertosus. Cic. 8. Philip. 26.
Hostes. Propert. lib. 3. 9. 25.
In vitiis pugnax. Cic. 8 Fam. 13.
Pugnax contra. Cic. in Pison. 70. Græcus facilis & valde venustus, nimis pugnax contra Senatorem Pop. Rom. esse noluit.
Arma pugnacia. Ovid. 2. Fast. 547.
Fera. Ovid. 5. Fast. 374.
Ignis aquæ. Ovid. 1. Met. 432. Aquæ repugnans.
Musta pugnacia opponit Lenibus. Plin. lib. 14. cap. 20.
Perdices & gallinaceos pugnaciores fieri putant, in cibum eorum additis. Plin. lib. 22. cap. 21.
Exordium dicendi vehemens & pugnax. Cic. 3. de Orat. 317. Neque est dubium, quin exordium dicendi vehemens & pugnax non sæpe esse debeat.
Oratio pugnax & contentiosa dicitur a Plin. lib. 6. Epist. 19. i. e. Quæ est in genere judiciali, & in qua opus est contra adversarium vocem intendere.
Oratio pugnacior. Cic. de Clar. Orat. 121. Sed & hujus oratio in philosophiam translata pugnacior, ut ita dicam, videtur, & illorum in judicia pacatior.
Quid ferri duritia pugnacius? Plin. lib. 36. cap. 16.
Hac legione noli acrius aut pugnacius quicquam putare. Cic. 10. Fam. 32.
Pugnacissimus quisque. Tacit. 4. Hist. 60. 4.
Gentes pugnacissimæ. Curt. 3. 9. 3.
Galli pugnacissimi. Petron. cap. 45.

Pugnācĭter, Adv. [μαχίμως] Pertinaciter, Instanter. Cic. 4. Acad. 9. Sed nescio quomodo plerique errare malunt, eamque sententiam, quam adamaverunt, pugnacissime defendere, quam sine pertinacia quid constantissime dicatur, exquirere. Quintil. lib. 9. cap. 4. Ubicunque acriter erit & instanter, pugnaciterque dicendum, membratim cæsimque dicemus.
Compar. Idem ibid. Quis dubitat alia lenius, alia pugnacius esse dicenda. Sen. Nat. Quæst. 3. 36. In illa disputatione pugnacius locatus es.

Pugnacĭtas, ātis. f. [τὸ μάχιμον] Pugnandi vis. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdices capiuntur quoque pugnacitate ejusdem libidinis.
Argumentorum pugnacitas. Quintil. 4. 3.

Pugnācŭlum, i. n. [ἀντιμαχεῖον] Locus unde pugnatur. Plaut. Mil. 2. 3. 63. Meus illic homo est: deturbabo jam ego illum de pugnaculis. Ammian. 21. 12. Susceptus ad pugnaculum salus.

Pugnus, i. m. Manus contracta, [πυγμή, δράξ, κόνδυλος] a Punctione, id est percussione dicitur, auctore Festo. Donatus in Adelph. 2. 1. 17. Pugnus a Pugna dictus, aut ab illo Pugna.
Pugnus quid sit clarissime docet Cicero in Orat. 113. Nam quum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam ajebat ejusmodi esse.
Pleni pugni sanguine. Juven. 15. Sat. 58.
Cædere pugnis. V. CÆDO.
Cæsus pugnis. Hor. 1. Serm. 2. 66.
Conscissus pugnis & calcibus. Cic. 5. Verr. 56. [Nisi Concisus legendum.
Contendere, verbis, non pugnis. Cic. in Parad. 3. Quoniam verbis contendimus inter nos, non pugnis.
Contundere aliquem pugnis. V. CONTUNDO.
Facere pugnum, & pugnum arcte vehementerque comprimere. Cic. 4. Acad. 145. conf. in Orat. 113. paulo supra.
Ferre pugnos & plagas. Cic. de Clar. Or. 243. Ut pugiles inexercitati, etiamsi pugnos & plagas, Olympiorum cupidi, ferre possunt, solem tamen &c.
Fœdans pectora pugnis. Virg. 11. Æn. 86.
Impingere pugnum. V. IMPINGO.
Incursare aliquem pugnis. V. Incurso, in INCURRO.
Ingerere pugnos in ventrem alicujus. V. INGERO.
Obserere pugnos. V. OBSERO.
Obtusus pugnis. V. OBTUNDO.
Onerare pugnis. V. Onero, in ONUS.
Rumpere pugno. Ovid. 3. Met. 626.
　　Is mihi, dum resto, juvenili guttura pugno　　Rupit.
Victus pugno, Pugilatu. Hor. 3. Carm. 12. 8.
Pugnus, pro mensura, qui & Pugillus. Gloss. Gr. Lat. Δράξ, ὁ τῆς χειρός, Pugnus. [Hanc dictionem Petronio restitutam. V. in IMPROBITAS. Junge auctorem ad Herenn. lib. 4. 9. Ut acervos se dicant tritici habere, & eorum exemplum pugno non habeant, quod ostendant.

Pugneus, a, um. Adj. Quod ex pugnis. Plaut. Amph. 1. 1. 140.
　　Certe advenientem me hic hospitio pugneo accepturus est.　　Al. Pugnæ. Idem Rud. 3. 4. 58.
　　Jam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugneis.

Pugnĭtus, Adv. Cæcil. apud Nonium 11. 38. Quidam qui se malit pugnitus pessumdari. i. e. Pugnis.

Pŭgillus, i. m. [δράκιον] dimin. a Pugnus.
Minimæ mensura pugilli. Prudent. Cathem. 10. 152.
Cujus clauduntur cuncta pugillo. Fortun. 3. 69.
Item illud ipsum quod pugillo continetur. Plin. 20. 22. Semen cum farre pugillo decoctum. Onomast. Vet. Pugillus, δράκιον.

Pugillum, i. n. Idem. Gloss. Lat. Gr. Pugillum, Δράξ χειρός.

Pugillāris, e. Adj. [δρακιαῖος] Quod pugillum sive pugnum implere potest, Quantum pugnus potest continere. Juven. 11. Sat. 156.
　　Nec pugillares defert in balnea raucus
　　Testiculos, nec vellendas jam præbuit alas.

Pugillāris, is. m. [πινακίδιον] frequentius pl. Pugillares, Tabellæ ceræ, vel alterius materiæ, in quibus stilo scribimus: dictæ quod pugno comprehendantur. Vel a pungendo, quod stilo in his pungendo scribatur. Plin. Epist. 129. Quin ergo pugillares sumis, & aliquid ex his, vel illud ipsum quod cœperas, scribis? Apul. lib. 6. Met. p. 183. Elmenh. Dolebam mehercle, quod pugillares & stilum non habebam, qui tam bellam fabellam pernotarem. Plin. lib. 13. cap. 11. Pugillarium enim usum fuisse etiam ante Trojana tempore invenimus apud Homerum. V. Gell. 17. 9.

Pugillar, sive **Pugillare**, is. n. Idem. Catull. de Acme, 40. 5.
　　Et negat mihi vestra redditurum
　　Pugillaria, si pati potestis.　　Auson. Epigr. 146. 3.

　　Bipatens pugillar expedi.　　conf. DIPTYCHA.

Pugillātōrius, a, um. Adj. [δρακιαῖος] Quod pugno percutitur. Plaut. Rud. 3. 4. 16.
　　— extemplo hercle ego te follem pugillatorium
　　Faciam, & pendentem incursabo pugnis, perjurissime.
Follis pugillatorius, Pilæ genus, quod ex pelle fit, spirituque inflatur, grossius ceteris: pugno redditur, non palma. Perottus.

P U L

Pulcher, chra, chrum. Adj. [καλός, ὡραῖος, εὐμορφος, ἀγλαός, εὐπρεπής] Antiqui Pulcer, cra, um, dixere. Quod non est deforme, sed formosum & decorum. Et proprie ad aspectum refertur. Cic. 1. Off. 144. O puerum pulchrum! Idem pro Muren. 26. Ne pulchrum se, ac beatum putaret.
Pulcher a Pollendo dicitur, quod Polleat forma. Nam igitur aspiratione scribenda dictio erat, nisi usus vicisset, qui vix expugnari potest. Vel quasi πολύχειρ, id est fortis, quia Romani, cum ponerent omnia in fortitudine, eum tantum pulchrum putabant qui fortis esset. V. Scalig. de L. L. cap. 02. & Voss. Etym.
Vide Pontanum de Aspiratione p. 63. H. St. lib. 2. litt. C. fol. 34. b. Alii.
Pulcer a nonnullis scribitur. Sic Varro, de quo Charisius 1. Pulcrum aspirari debere Varro negat, ne duabus consonantibus intercedat aspiratio, quod minime rectum antiquis videbatur. Sic Pulcerrima terrarum Campania. Flor. 1. 16. 3. Pulcerrimus exitus. Idem 2. 2. 14. V. Cellar. Orthogr. p. 5. & 138.
Nimis pulcher. V. NIMIS.
Visu pulcher. Stat. 5. Silv. 2. 22.
Compar. Virg. 9. Æn. 179.
　　— quo pulchrior alter
　　Non fuit Æneadûm.
Uva quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulchrius? Cic. de Senect. 53.
Superl. Juvenum pulcherrimus. Ovid. 4. Met. 35.
Rerum facta est pulcherrima Roma. Virg. 2. Georg. 534.
Urbs pulcherrima. Liv. 26. 32.
Pulcher bos appellatur, ad eximiam pinguitudinem perductus. Festus.
Cohors pulchra. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 63.
Color. Lucret. lib. 4. 1027.
Corpus pulchrum. Virg. 5. Æn. 344.
Dies. Hor. 1. Carm. 36. 39. Idem 4. 4. 39.
Divitiæ. Hor. 2. Serm. 3. 95.
Dos. Plaut. Epid. 2. 1. 10.
Genæ. Hor. 4. Carm. 13. 8.
Gens pulcherrima. Sil. lib. 13. 466.
Ignis pulchrior. Hor. Epod. 14. 13.
　　Ureris ipse miser: quod si non pulchrior ignis
　　　Accendit obsessam Ilion,　　Gaude sorte tua. i. e. Inquit Porphyrio, Si non fuit Helena speciosior Terentia scilicet amica tua, jucunda hæc miseria est. Amor, ignis solet dici.
Nympha pulcherrima forma. Virg. 1. Æn. 76.
Panis. Hor. 1. Serm. 5. 89.
Pectore pulchro virgo. Virg. 3. Æn. 426.
Populus pulcher. Flor. 2. 19. 1.
Postes. Plaut. Mostel. 3. 2. 133.
Prædia pulchra & fructuosa. Cic. pro Rosc. Amer. 43. Tot prædia, tam pulchra, tam fructuosa.
Proles. Virg. 1. Æn. 79.
Puer. Hor. 1. Epist. 18. 74.
Pulchritudo pulchra. Plaut. Mil. 4. 1. 13.
Sol. Hor. 4. Carm. 2. 47.
Tecta. Hor. 3. Carm. 10. 6.
Tunicæ. Hor. 1. Epist. 18. 33.
Virgo pulcherrima Deianira. Ovid. 9. Met. 9.
Urbs. Virg. 4. Æn. 266.
Pulcher, translate pro Honesto, Præclaro, Luculento, Præstanti.
Consilia pulcherrima. Virg. 5. Æn. 728.
Cura pulcherrima dolori meo nata. Propert. lib. 2. 25. 1.
Facinus. Plaut. Men. 1. 2. 23.
Liber pulcher. Plin. Epist. 151.
Libertas. Virg. 6. Æn. 821.
Materia. Plin. 9 Epist. 13. Occiso Domitiano, statui mecum ac deliberavi esse magnam pulchramque materiam insectandi nocentes, &c.
Mors. Virg. 4. Georg. 218. i. e. Gloriosa. Servius.
Origo. Virg. 1. Æn. 290.
Poemata. Hor. in Arte Poet. 99. Idem 1. Serm. 10. 6.
Poetarum pulcherrimus. Gell. lib. 19. cap. 8. i. e. Optimus & præstantissimus.
Pulcher, Fortis. Virg. 7. Æn. 656.
　　— satus Hercule pulchro
　　Pulcher Aventinus.　　Flor. 4. 4. extr. Tum etiam manu pulcher apparuit.

Pulchellus, a, um. Adj. dimin. Cic. 1. Att. 13. Redeo ad altercationem: surgit pulchellus puer. Idem 7. Fam. 24. At pulchellæ sunt, novi optime: & sæpe vidi.
Servus pulcellus. Apul. Met. 8. p. 213. Elmenh.

Pulchre, Adv. [εὐπρεπῶς] Decore. ut, Pulchre ædificare. Plaut. Merc. 5. 2. 61.
　　Si re vera dicis, & pulchre ædificatas arbitror.
Pulchre, Sapienter, interprete Donato. Ter. Eun. 2. 3. 84.
　　Dixti pulchre: nunquam vidi melius consilium dari.　　Ibid. 3. 1. 06.
　　Pulchre mehercle dictum, & sapienter, papæ.　　Cic. 2. de Finib. 63. At quum pulchre dicere videbare, quam ex altera parte ponebas, &c. [i. e. Scite.
Pulchre, Valde, fortiter, nimis, inquit Donatus. Ter. Eun. 4. 5. 2.
　　Ac dum accubabam, quam videbar mihi esse pulchre sobrius!　　Cato R. R. cap. 74. Aquæ paulatim addito, subigitoque pulchre.
Approbationis formula. Ter. Eun. 4. 7. 4. Male mulcabo ipsum. OM. pulchre! Idem Heaut. 2. 3. 91. Assimulabimus tuam amicam hujus esse. C. pulchre!

Aliquando in deteriorem partem sumitur. Ter. Heaut. 3. 2. 40.

Quam ea nunc instructa pulchra ad perniciem siet. [Non tamen Ironia videtur, sed pro eo ac dicitur De industria, Accurate.

Pulchre locare operam, Bene. Plaut. Amphit. 1. 2. 121.

Optume optumo optumam operam das, datam pulchre locas. Idem Trin. 1. 2. 101.

Edepol mandatum pulchre, & curatum probe.

Pulchre notus. Plin. lib. 21. cap. 26.

Pulchre possum. Cic. 13. Att. 21. Sed tamen quæ tum acta sunt, non possum non probare, & tamen non curare pulchre possum, sicuti facio.

Pulchre est. Cic. 1. de Natur. Deor. 114. Propone ante oculos deum nihil aliud in omni æternitate, nisi Mihi pulchre est, & Ego beatus sum, cogitantem.

Tibi pulchre est. Hor. 2. Serm. 8. 19.

Est pulchre tibi cum tuo parente. Catul. 21. 5.

Pulchre valet Charinus, & tamen pallet. Martial. lib. 1. 78.

Ut dicitur Belle valere. H. St.

Degere ævum pulchre. Lucret. lib. 5. 173.

Pulcherrime factus, Artificiosissime. Cic. 3. Verr. 40. Hunc ipsum, inquam, Tenem, pulcherrime factum, quem quondam in Comitio vidistis, abstulit magno cum gemitu civitatis.

Pulchrālis, e. Adj. ut, Pulchralibus, atque cupidiis. Pulchralibus, pro Pulchris. Festus, & Paulus.

Pulchritūdo, inis. f. [κάλλος, ευμορφία, ὥρα, κομψότης, ἀγλαΐα] Species, venustas, decor, elegantia. Cic. 1. Off. 98. Pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos & delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes quodam lepore consentiunt.

Pulchritudinis duo genera sunt: quorum in altero venustas est, in altero dignitas: venustatem muliebrem dicere debemus: dignitatem virilem. Cic. 1. Off. 130.

Oris pulchritudo. Cic. 3. Off. 10.

Excellens muliebris formæ pulchritudo. Cic. 2. de Invent. 1.

Eximia pulchritudine femina. Cic. 1. de Divin. 52.

Ingenua totius corporis pulchritudo. Plin. 2. Epist. 14. ad Mauricum, Est illi facies liberalis, est ingenua totius corporis pulchritudo.

Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest a valetudine. Cic. 1. Off. 95.

Splendor & pulchritudo virtutis. Cic. 2. Off. 37. Quis non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis?

Species & pulchritudo eximia. Cic. 3. de Orat. 68. Si illam præclaram & eximiam speciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamastis. Idem in Pison. 81. Habet hoc virtus, ut viros fortes species ejus & pulchritudo etiam in hoste posita delectet.

Pulchritudo rei nos trahit, vel ea consectandi, quæ propter infirmitatem, &c. Columel. lib. 3. cap. 20.

Illuminare pulchritudinem rerum. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Prosequi honore verborum pulchritudinem. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Pulchritudo, cum Gerundio. Plin. 3. Epist. 19. ad Calvisium, Sollicitat primum ipsa pulchritudo jungendi. i. e. Decorus aspectus agrorum perpetuorum. Jungendi agrum agro.

Pulchritas, ātis. f. Pulchritudo. Nonius 2. 665. Cæcilius, Dii boni quid illud est pulchritatis.

Pulchresco, ĕre. Cassiod. Var. Epist. 5. 40. Unius rei facies de addita venustate pulchrescit. Ser. Samon. cap. 45. ult.

—succis hederæ pulchrescit fœda cicatrix.

Pūlĕgium, i. n. [γλήχων, βλήχων] Herba hortensis vulgo nota. Plin. lib. 20. cap. 14. Magna societas cum menta ad recreandos defectos animo pulegio, cum surculis suis in ampullas vitreas aceti utrisque dejectis. Qua de causa dignior e pulegio corona vertigini, quam e rosis, cubiculis nostris pronuntiata est.

Pulegium, pro Suavitate sermonis. Cic. 16. Fam. 23. Cras exspecto Leptam: etenim ad cujus rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est.

Pulējum, i. n. sine G, pro eodem dicitur. [βληχώνιον] Columel. lib. 12. cap. 7. Silentem florem vitis albæ & asparagi, &c. & puleji, & nepetæ, &c. Idem 35. & 37. Martial. lib. 12. 32.

Quadrima nigri nec corona pulei. Subducta ob metrum syllaba. Cic. 2. de Divin 33 Nam & musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri, & puleium aridum florescere brumali ipso die.

Pulejātum, i. n. pro Vino pulejo seu pulegio condito, dixit Lamprid. Heliog. cap. 19.

Pūlex, icis. m. [ψύλλα] Animal notum: sic dictum quod ex pulvere generetur. Isidor. 12. 5. Plin. lib. 30 cap. 10. Aliud est cuculo miraculum, quo quis loco primo audiat alitem illam, si dexter pes circumscribatur, ac vestigium id effodiatur, non gigni pulices ubicunque spargatur.

Pulex apud Columellam Vermiculus est hortensia infestans: sic enim ait in horto, 10 321.

Tum quoque proscisso riguoque inspersa novali
Ocima comprimito, & gravibus densate cylindris,
Exurat sata ne resoluti pulveris æstus,
Parvulus aut pulex irrepens dente lacessat,
Neu formica rapax populari semina possit. Forte est vermiculus

ille, qui vulgo dicitur *Puceron.*

Pulice si quid sordidius. Martial. 14. 83.

Pulice sordidius, Pediculus. in Scalptorium

Defendet manus hæc scapulas, mordente molesto

Pulice, vel si quid pulice sordidius. H. St. al. Pullex.

Pulĭcōsus, a, um. Adj. [ψυλλώδης] Pulicibus plenum. Columel. lib 7. cap. 13. Pulicosæ cani remedio sunt: some cuminum tritum pari pondere cum veratro, aquaque mistum & illitum, seu cucumeris anguinei succum. Vel si hæc non sunt, vetus amurca per totum corpus infusa.

Pulĭco, āre. Pulices progignere. Gloss. Gr. Lat. ψυλλίζω, Pulico.

Pulĭcāria, æ. f. Herba Psyllium. Octav. Hor. 1. 10. V. psyllium.

Pullariæ, arum. f. pl. Insulæ in Illyrico. Plin. lib. 3. cap. ult. Claræ ante ostia Timavi calidorum fontium, cum æstu maris crescentium: juxta Istrorum agrum, Cissa, Pullariæ, & Absyrtides.

Pullarius, **Pullaster**, V. pullus, i. subst.

Pullatus, V. pullus, a, um. adj.

Pullasco, **Pullicenus**, **Pullities**, **Pullulasco**, **Pullulo**. V. pullus subst.

Pullus, i. m. [παιδίσκος] quidam per syncopam a Puellus dici volunt: significat Novellum, id est parvum puerum & parvum filium. aut etiam Fetum, pro quo Pullejaceum Augustus dicere solebat, ut ait Suet. cap. 87. Antiqui (inquit Festus) puerum, quem quis amabat, pullum ejus dicebant. Inde pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat, propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat.

Pullos [πῶλος] dicimus parvos fetus quorumcunque animalium: ut Pullos hirundinis, Pullus asini, Pulli ranarum. Quin etiam arborum atque plantarum pullos dicimus.

Pullus, Νεοσσός, Et rursus Pullus, Νεοσσός, καὶ ὄρνις. Item, Pullus, Ὀρνίθιον. Gloss. Lat. Gr.

Pulli apum. Columel. lib. 9 cap. 3.

Aquilæ pullos vocat Plin. lib. 10. cap. 3. & cap. 7. Coccygis, lib. 10. cap. 9. Cornicis, ibid. cap. 12. Hirundinis, ibid. cap. 33. & 60. Columbæ, ibid. cap. 34. & 58. Anseris, ibid. cap. 59.

Equæ pullus. Lucret. lib. 3. 763.

Generosi pecoris. Virg. 3. Georg. 75.

Pullus onagri. Plin. lib. 8. cap. 44.

Ranæ. Hor. 2. Serm. 3. 314.

Absentis ranæ pullis vituli pede pressis.

Asininus. V. asinus.

Columbinus. Cic. 9. Fam. 18.

Equinus. Quintil. lib. 8. cap. 2.

Gallinaceus. Liv. 32. 2. De pullis gallinaceis est epigramma apud Martial. lib. 13. 45.

Milvinus. V. milvus.

Animales pulli. Lucret. lib. 2. 926.

Infantes avium pulli. Plin. lib. 10. cap. 33.

Nothi. V. nothus.

Viles. Juven. 13. Sat. 142.

Cavea liberati. Cic. 2. de Nat. Deor. 8.

Pulli arborum. [παραφυάδες. Gl. L. G.] Plin. lib. 17. cap. 10. Nullis vero tales pulli proveniunt, nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Cato R. R. cap. 52. Ab arbore abs terra pulli, qui nascentur, eos in terram deprimito.

Pullus inter blandiendi vocabula hominibus parvis tribuitur. Hor. 1. Serm. 3 44. —Strabonem

Appellat pætum pater; & pullum, male parvus
Si cui filius est. V. Casaub. ad Suet. Calig. cap. 13.

Pullus item Scortum masculum. Festus, Qui (obscæne) ab aliquo amabatur, ejus, a quo amatus esset, pullus vocabatur. Unde Q. Fabius Jovis pullus, &c. conf. seq. dict.

Pullŭlus, i, m. Dimin. Gloss. Cyrill. Βλαστός, Pullulus, Germen. & rursus, Παραφυάς, Pullulus, Propago.

Pulluli arborum. Plin. 17. 10.

Pro Catamito, Apul. Met. 8. p. 213. Elmenh. Cave ne solus exedas tam bellum scilicet pullulum. [Potest tamen & ad Asinum referri blandimentum.

Pullīnus, a, um. Adj. [πωλικός] Quod est pulli. Unde, Pullini dentes, quos primum equi jaciunt. Plin. lib. 8. 44. Quæ non prius quam dentes, quos pullinos appellant, jaciat, conceperit, sterilis intelligitur. De mulis. Veget. Mulom. 3. 17.

Pullārius, a, um. Adj. Ad pullos spectans. ut, Pullaria collectio, Veget. Mulom. 2. 25.

Feles pullaria, Puerorum fur, corruptor, qui sicut felis aves ita ipse pullos captat. Auson. Epigr. 70. 5. V. palpa. Quo sensu & Plautus apud Festum, Pullariam dextram dixit V. Turneb. Advers. 3. 21.

Pullarius, i. m. [παλλονομος] Qui pullorum curam habet. Onomast. Vet. Pullarius, πωλοτρόφος.

Pullarius, Qui pascit pullos sacros captandis auspiciis. Cic. 10. Fam. 12. Recitatis litteris oblata religio Cornuto est, pullariorum admonitu, non satis diligenter cum auspiciis operam dedisse. Idem 2. de Divin. 72. Attulit in cavea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius. V. Lex. Philol.

Pædico, Gloss. Gr. Lat. Παιδεραστής, pullarius. V. Scalig. Auson. Lect. 1. 27. pr. conf. Puellarius & Puerarius in pusa.

Pullĭties, ēi. f. [νεοσσιά] Ipsa pullatio, vel Pulli ipsi. Columel. lib. 9. cap. 11. Itaque quum primo Vere in eo vase nata est pullities, novus rex editur. De apibus. Et lib. 8. cap. 14. Et eapropter etiam tenerrima pullities sæpe quadraginta diebus redditur opima. De anseribus.

Pullo, āre. Germinare. Calpurn. Ecl. 5. 20. Gramine silva pullat. Gloss. Lat. Gr. Pullat, Παραφυάδας βάλλει, Βλαστάνει. Addit & banc notam, In Georgia (Pullare) arbores dicuntur, quoties ramos ex se generant.

Pullātio, ōnis. f. [νεοσσεία] Fetura pullorum. Columel. lib 8. cap. 5. Pleriqua tamen etiam ab æstivo solstitio non putant bonam pullationem.

Pullŭlo, [παραφύω] āre. quasi Pullulos emittere. Nam Pullare, & Pullulare dicimus arbores, quum a radice novæ plantæ surgunt. Plin. lib. 17. cap. 10. Natura & plantaria demonstravit, multarum radicibus pullulante sobole densa, & pariente matre quos enecet. Vet. Gloss. Gr. Lat. Βλαστάνω, Germino, Pullulo. At in Lat. Gr. Pullo. q. V.

Tralate. Virg. 7. Æn. 329. de Alecto,

Tam sævæ facies, tot pullulat atra colubris. Nepos 24. 2. 2. Pullulare incipiebat luxuria, i. e. Crescere.

Silva pullulat ab radice. Virg. 2. Georg. 17.

Active pro Generare. Apul. 4. Met. p. 155. Elmenh. Non maria, sed terras Venerem aliam, virginali flore prædítam, pullulasse.

Pullŭlasco, [βλαστάνω] ĕre. Pullulantem fieri. Columel. lib. 4. cap. 21. Et ita ex novello palmite vitis pullulascit. Legitur & Pullescit. Prudent. Romano 882.

Libet experiri, Lerna sicut traditur,
Utrum renatis pullulascat artubus.

Pullesco, [βλαστάνω] ĕre. Idem quod Pullulescere. Columel. lib. 4. cap. 21. Quicquid est supra vetusti brachii, amputatur, & ita ex novello palmite vitis pullescit. Legitur & Pullulascit, ut modo dictum est.

Pullaster, tri. m. vel **Pullastra**, æ f [ὀρνίθιον] significat Gallum sive Gallinam adolescentes. Sic a M. Varrone lib. 3. de R. R. cap. 9. Pullastræ dicuntur Juvencæ gallinæ. V. Scalig. p. 243. al. Pulletra. Onomast. vet. Pullaster, πῶλος,

Pullĭcēnus, i. m. [νεοσσός, νεοττός] dimin. a Pullus. Lamprid. de Alex. Severo cap. 41. Et ne eorum pastus gravaret annonam, servos habuit

habuit vectigales, qui eos ex ovis, & pullicenis, & pipionibus alerent. V. ibi Salmaf. [Forte tamen Pulliceis feribendum.

Pullējăceus, i. m pro Pullo gallinaceo, dixit Auguftus, tefte Suet. cap. 87.

Pullĭger, a, um. Adj. Fulgent. 1. Mythol. Ova pulligera ingerere.

Pullĭprĕmo, ōnis. m. Puerorum plagiarius, vel Pædico. Aufon. Epigr. 69. 8.

Pullus, a, um. Adj. [Φαιὸς] Quod eft nativi coloris, id eft non plene obfcurum, Leucopphæo contrarium: quod pulli ovium fere eo colore nafcuntur. Virg. 3. Georg. 389.

— ne maculis infufcet vellera pullis. i. e. Nigris, inquit Servius. Tibul. lib. 1. 2. 64.

Concidit ad magicos hoftia pulla deos. Sunt qui dicunt hunc colorem, Hifpanicum, five Bæticum dici. A quo Pullati, etiam Bæticati dicuntur. Martial. lib. 1. 97.

Et Bæticatus atque leucophæatus. Cujus rei rationem adferunt, quod nativus velleris color in Hifpania fubnigrior eft, deoque minus vilis. Perottus.

Agna pulla. Hor. 1. Serm. 8. 27.

Aqua. Tibul. lib. 2. 5. 34. Sed Pulfa Broekh. q. V.

Ficus. Hor. Epod. 16. 46.

Myrtus. Hor. 1. Carm. 25. 18.

Paupertas pulla. Calpurnius Eclog. 7. extr.

— fed mihi fordes

Pullaque paupertas, & adunco fibula morfu

Obfuerant. Pullam paupertatem dixit, quia lautiffimos quifque apud antiquos albatus erat, præfertim diebus feftis, pauperes potius pullati. V. infra PULLATUS.

Radix pulli oleris. h. e. Oleris atri, five Olufatri. Columel. lib. 10. 124.

Solum putre & pullum. Columel. lib. 2. cap. 10.

Terra pulla. Columel. in præfat. lib. 1. In aliis regionibus nigra terra, quam terram pullam vocant. Sic lib. 2. cap. 2. Plin. lib. 17. cap. 4. Nec pulla, qualem habet Campania, obique optima vitibus Cato R. R. cap. 34. Ager rubricofus, & terra pulla. Plin. lib. 17. cap. 5. Pulla terra vocatur tenera.

Toga pulla. Cic. in Vatin. 31. Quis in funere familiari cœnavit cum toga pulla? conf. 30.

Tunica. Idem 4. Verr. 24. extr. Idem 6. Verr. 55. In hac officina majorem partem diei cum tunica pulla federe folebat & pallio.

Veftis pulla, Fufca, atra, qua quis in luctu induitur. V. Toga, & Tunica pulla fupra.

Turba pullà vefte fordida. Calp. Eclog. 7. 25. de Popularibus in Spectaculo:

Venimus ad fedes, ubi pulla fordida vefte

Inter femineas fpectabat turba cathedras.

Pullulus, a, um. Adj. dimin. ut, Pullula terra. Columel. 2. 2. [Nifi Pulla legendum.

Pullātus, a, um. Adj. [μελανείμων] Pulla vefte indutus, hoc eft Lugubrem habitum ferens. Idem & Atratus dicitur: qui mos a Lydis cœptus, eft. Cic. in Vatin. 30. Quis unquam cœnavit atratus? Et paulo poft, Quum ipfe epuli dominus Q. Arrius albatus effet. V. Lex. Pitifc.

Pullata turba. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Circulus pullatus, pro Imperitorum turba. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Pullatus, pro Vili perfona, five Rudi & imperita. Suet. Aug. cap. 44. Militem fecrevit a populo, multis ex plebe proprios ordines affignavit, prætextatis cuneum fuum, & proximum pædagogis: fanxitque nequis pullatorum media cavea federet. conf. PULLUS. Adj.

Pullĭgo, ĭnis. f. [φαιότης] Idem quod Pullus color. Plin. lib. 8. cap. 48. de lanarum generibus, Hifpania nigri velleris præcipuas habet: Polentia juxta Alpes cani: Afia rutili, quas Ærythræas vocant: item Bætica: Canufium fulvi: Tarentum & fuæ pulliginis.

Pulmentaris, **Pulmentarius**, **Pulmentum**, V. PULS.

Pulmo, ōnis. m. [πνεύμων] notæ fignificationis. Plin. lib. 11. cap. 37. Sub corde pulmo eft, fpirandique officina, attrahens ac reddens animam, idcirco fpongiofus, ac fiftulis inanibus cavus.

Pulmo dividitur in fimilitudinem ungulæ bovis: atque ejus quidem partes, fibræ vocantur: ficut in omnibus vifceribus, unde etiam Pulmones plurali numero pro Tota pulmonis fubftantia. Plaut. Curc. 2. 1. 22.

— lien necat, renes dolent,

Pulmones diftrahuntur, cruciatur jecur. Cic. 2. Tufc. 20.

Quæ lateri inhærens morfu lacerat vifcera,

Urgenfque graviter pulmonum haurit fpiritus. Ex Poeta.

In pulmonibus ineft raritas quædam & affimilis fpongiæ mollitudo, ad hauriendum fpiritum aptiffima, qui tum fe contrahunt afpirantes, tum fpirito dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes. Cic. 2. de Nat. Deor. 136.

Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri, nec fine lingua, nec fine palato, nec fine faucium, laterumve & pulmonum vi & figura poteft. Cic. 1. Tufc. 37.

Anheli pulmonis fibra. Lucan. lib. 1. 617.

Mollis. Ovid. 1. de Pont. 3. 19.

Sanguineus. Senec. OEdip. 4.

Tumidi jecur pulmonis arentes fibras diftendit. Senec. Herc. OEth. 9.

Ignis edax errat imis pulmonibus. Ovid. 9. Met. 201.

Rumpere pulmonem ventis. Perf. 3. Sat. 27.

Pulmo prius veniffet, quam tu mihi advenifti. Antiquom proverbium in tardos. V. PULMONEUS.

Ex pulmone nafcitur tabes, quam Græci Phthifin vocant: tunc enim pulmo tabefcit, atque adeo totum corpus. Ovid. 1. de Pont. 3. 19.

Cernis ut e molli fanguis pulmone remiffus

Ad Stygias certo limite ducat aquas. [De hæmoptoë.

De morbo pulmonis, Veget. Mulom 3. 56.

Pulmo marinus, Pifcis, ad inftar pulmonis. Plin. lib. 18. cap. 35. Pulmones marini in pelago, plurium dierum hiemem portendunt. Et lib. 32. cap. 10. Pulmonis marini cinis adalligatus, egregie profluvia purgat.

Pulmuncŭlus, i. m. dimin. Parvus pulmo, vel aliquid parvo pulmoni fimile. Solinus cap. 62. Sunt enim illis reciprocis quibufdam polmunculis veftigia carnulenta. De camelis.

Pulmōnăceus, a, um. Adj. Pulmonis fpeciem habens. ut, Pulmonacea radix. Veget. Mulom. 1. 12.

Pulmōnārius, a, um. Adj. [πνευμονικός] Quod laborat pulmonia morbo. ut, Ovis pulmonaria, apud Columel. lib. 7. cap. 5.

Pulmōneus, a, um. Adj. Tumens & mollis inftar pulmonis. Plaut. Epid. 5. 1. 21. — pedibus pulmoneis

Qui perhibetur, prius veniffet, quam tu advenifti mihi. Idem Rud. 2. 6. 27. Pulmoneum vomitum vomere.

Pulmonea, Poma quædam pulmonis inftar tumentia. Plin. lib. 15. cap. 14. Stolide tument pulmonea. Perottus ea effe exiftimat, quæ Itali fua lingua *Centum folida* appellant.

Pulpa, æ. f. Pars in arboribus, & fruticibus, carne, nervo, venis & filamentis conftans, qui mufculus in humanis, atque adeo aliorum animalium corporibus dicitur. Plin. lib. 16. cap. 38. In quarundam arborum carnibus pulpæ venæque funt. Difcrimen earum facile. Venæ latiores (vel ut quidam legunt lætiores, vel potius altiores) candidiorefque, pulpæ fiffilibus infunt. Ideo fit, ut aure ad caput trabis, quamlibet prælongæ, admota, ictus ab altero capite vel graphii fentiatur, penetrante rectis meatibus fono. De fuccis arborum loquitur, & natura materiarum.

In pulpam, & In orbem arboris fecari, differunt. Plin. 16. 38. Cetera menfarum genera fiffis arboribus circinantur in pulpam: alioqui fragilis effet vena in orbem arboris cæfa. Budæus.

Pulpa, inquit Donatus ad Hecyr. 3. 4. Caro ea, quæ manducatur, eo quod pulfetur & confcindatur. Al. A palpitando. Perf. 2. Sat. 63.

Quid juvat hoc, templis noftros immittere mores,

Et bona diis ex hac fcelerata ducere pulpa? Martial lib. 3. 77.

Et pulpam dubio de petafone voras. Gloff. Lat. Gr. Pulpæ, Σάρκες.

Pulpāmen, ĭnis. n. Idem quod Pulpamentum. Epit. Liv. 48. extr. Mafaniffa fine pulpamine mandere, & guftare panem tantummodo folitus.

Pulpāmentum, i. n. a Pulpa dictum eft, & accipitur pro Cibo lautiore. Ter. Eun. 3. 1. 36.

Lepus tute es, & pulpamentum quæris. Cic. 5. Tufc. 90. Mihi amictui eft Scythicum tegmen, calceamentum folorum callum, cubile terra, pulpamentum fames: lacte, cafeo, carne vefcor. conf. Plaut. Curc. 1. 1. 90. &c.

Pulpōsus, a, um. Adj. Pulpa plenus. Apul. 7. Met. p. 195. Elmenh. Ille terga pulpofis torulis obefa convertens.

Pulpo, āre. Pulpam feu carnem pofcere. Auctor Philomel. 27.

— vultur pulpare probatur.

Pulpus, i. m. Genus pifcis. Theod Prifc. de Diæt. cap. 1.

Pulpĭtum, i. n. [ὀκρίβας, λογεῖον, θυμέλη, ...] Locus ante fcænam editior, in quo omnis comœdia recitabatur. Plin. 4. Epift. 25. extr. Inde ifta ludibria, fcæna & pulpito digna. Juven. 6. Sat. 78.

Longa per anguftos figamus pulpita vicos. Ovid. 2. Trift. 517.

An genus hoc fcripti faciunt fua pulpita tutum? Propert. lib. 4. 1. 16.

Pulpita folennes non oluere crocos.

Devexunt pulpitum. Suet. Neron cap. 13.

Rubra pulpita. Ovid. 1. de Arte Am. 104.

Pulpitum, pro Suggefto, id eft pro quocunque loco edito, unde fermo habeatur ad populum. Suet. de Claris Gramm. cap. 4 Remoto pulpito declamare folitum. [Pulpito, quo ante fe pofito, fedens differebat prius.

Pulpĭto, āre. i. e. Pulpiti in modum afferibus fulcire. Sidon. 8 Epift. 12. Pandi carinarum ventres abiegnarum trabium textu pulpitabuntur.

Puls, pultis. f. [πόλτος] Victus antiquiffimus ex farina, aqua, melle feu cafeo, ovo decocto factus. Plin. lib. 18. cap. 8. Pulte autem, non pane, longo tempore vixiffe Romanos manifeftum: quoniam inde & Pulmentaria hodieque dicuntur. Et hodie facra prifca atque natalium pulte fritillis conficiuntur: videturque tam puls ignota Græciæ fuiffe, quam Italiæ polenta. conf. Varr. L. L. 4. 22. Val. Max. 2. 5. 5. & Ammian. 25. 2.

De pulte fritilla, & Punica, V. Lex. Pitifc. & in FRITILLA.

Puls potiffimum dabatur pullis (facris) in aufpiciis, quia ex ea neceffe erat aliquid decidere, quod tripudium faceret, id eft terripavium. Pavire enim, ferire eft. Bonum enim augurium effe putabant, fi pulli, per quos aufpicabantur, comediffent, præfertim fi eis edentibus aliquid ab ore decidiffet. Sin autem omnino non ediffent, arbitrabantur periculum imminere. Hæc Feftus. Cic. 2. de Divin. 73. Nunc vero inclufa in cavea, & fame enecta, fi in offam pultis invadit, & fi aliquid ex ore cecidit, hoc tu aufpicium, aut hoc modo Romulum aufpicari folitum putas?

Fœnifecæ pultes. Perf. 6. Sat. 40.

Pultĭcŭla, æ. f. dimin. [πολτάριον] Plin. lib. 26. cap. 8. Columel. lib. 8. cap. 11. Nec minus quolibet frumento cocta pulticula.

Pultārium, i. n. Vafculum ex quo pultem calidam, feu decoctam hibebant. V. P. Scriver. Animadv. ad Martial. 1. 100. Sic, Mulfi pultarium in Petron. Fragm. Trag. p. 16. Scheffer. [Immo hic a Recto Pultarius, Cum mulfi pultarium obduxi. i. e. Ebibi. Quin plane mihi vocis terminatio n. g. fufpecta eft.

Pultārius, i. m. [...] Vas in quo puls decoquebatur. Corn. Celf. lib. 2. cap. 11. Si cetera defecerint, caliculus quoque, aut pultarius oris compreffioris, ei rei commode aptatur. Plin. lib. 7. cap. 53. Edita cœna calidam potionem in pultario popofcit. Columel. 12. 43. Uvæ dependentes a matre fic in pultarios condi debebunt. [Nihil hic de ufu Pultarii ad coquendum. Quin prorfus apparet in vafculis potoriis fuiffe, calidis forbitionibus, & pulti maxime forbillando deftinatos pultarios.

Pultĭfĭcus, a, um. Adj. Aufon. in Monofyllabis, v. 61.

Mox ador, atque adoris de polline pultificum far.

Pultĭphăgus, i. m. [πολτοφάγος] Opifex qui pultem vorat, apud Plautum legitur in Moft. 3. 2. 141. Nomen joco fictum: per poeticam licentiam ex Latino & Græco deductum. Sic

Pultiphagōnĭdes, is. m. Plaut. Pœn. prol. 53. Latine Plautus patruus multiphagonides. i. e. Romanus, ut Turnebus explicat. Nam olim non pane, fed pulte vivebant Itali: atque ut ait Plinius, videtur olim tam puls ignota Græciæ, quam polenta Italiæ.

Pulmentum, i. n. [ὄψον] Ipfa puls, vel aliud cibarium ad modum pultis factum. Apul. Jus porcorum, pullorum, pifcium, & jus pulmentorum largiffimas epulas. [Quærat loc. lector.] Plaut. Aul. 2. 4. 37.

Pulmentum pridem ei eripuit milvius. Idem Pfeud. 1. 2. 84. Hor. 1. Epift. 18. 48.

Cœnes ut pariter pulmenta laboribus empta. Idem 2. Serm. 2. 34.

— laudas, infane, trilibrem

Mullum, in fingula quem minuas pulmenta neceffe eft.

PULMENTĀRIS, e. Adj. [ὀψωνικὸς] Quod pertinet ad pulmentum. Plin. lib. 18. cap. 12. Prævalens pulmentari cibo.

PULMENTARIUM, i. n. [προσφάγιον, ὄψον] dicitur Quod inter cibos sumitur in similitudinem pultis factum, hoc est quod pulmenti vicem præbet. Juven. 7. Sat. 185.

— veniet qui pulmentaria condit. Plin. lib. 18. cap. 8.

Pulte autem, non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum: quoniam inde & pulmentaria hodieque dicuntur. conf. Hor. 2. Serm. 2. 20. Cato R. R. cap. 58. Columel. 8. 11: 11. 3. & 12. 4. Senec. Epist. 87. & Phædr. 3. Fab. 8. 22.

Uncta pulmentaria. Perf. 3. Sat. 102.

PULSO, PULSULA, PULSUS, PULTO. V. PELLO.

PULVES, PULVEREUS, PULVERO, &c. V. PULVIS.

PULVĪNAR, āris. n. [προσκεφάλαιον] est Quod capiti dormituri supponimus. Pulvinar, inquit Varro 4. L. L. 35. vel a plumeis, vel a pelluleis declinarunt. Ubi Turnebus, Vel a pluribus, vel a pollulis. Scaliger legit, A polis vel polulis, antique pro pellibus. V. Voss. Etymol.

Geniale pulvinar. Catul. Argon. 65. 57.

Pulvinar, Lectus qui in templis sterni consuevit, numini dicatus. Cic. pro Domo 136. Aram, & ædiculam, & pulvinar, sub saxo sacro dedicavit. Idem 4. Tusc. 4. Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum est, quod & deorum pulvinaribus, & epulis magistratuum, fides præcinunt. Gloss. Lat. Gr. Pulvinar, καθίδρυμα, στρωμνὴ θεῶν.

Pulvinar, simulacrum, fastigium, flamen. Cic. 2. Philipp. 10.

Alta pulvinaria. Ovid. 14. Met. 827.

Pulvinar, abusive pro Templo ponitur. Inde apud Liv. 22. 1. legitur, Ad omnia pulvinaria sacrificatum fuisse. Cic. 3. in Catil. 23. Quoniam ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est. Pulvinaria dicebantur aut lecticæ divorum, aut tabularia in quibus stabant numina, ut eminentiora viderentur. Acron. ad loc. seq. Hor.

Ornare pulvinar deorum. Hor. 1. Carm. 37. 2. Solebant Romani vel devictis hostibus, vel quovis alio modo Republica bene gesta, & periculo communi propulsato, ad omnia pulvinaria deorum sacrificia decernere, atque aliquot dies festos lætitia publica celebrandos indicere. Hinc Horatius sodales suos ad lætitiam exhortatur ob victoriam Actiacam. Lambinus. V. Casaub. ad Suet. Cæs. cap. 76. Eidem locus in Spectaculis Aug. 45.

Pulvinar, per adulationem de lecto Principis. Juven. 6. Sat. 131.

Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem. Ovid. 2. de Pont. 2. 71.

Incolumis conjux sua pulvinaria servat. V. & Suet. Domit. cap. 13.

PULVINĀRIS, e. Adj. Sedens in pulvinis, ut, Pica pulvinaris. Petron. in Fragm. Trag. p. 9. V. Reinef. Schol. p. 57.

PULVINĀRIUM, i. n. Idem quod Pulvinar, id est lectus, qui in templis sterni consueverat. Liv. 21. 62. Et corvum in ædem Junonis devolasse, atque in ipso pulvinario consedisse. [Nisi erratum est.

PULVĪNUS, i. m. a Pluma, quasi pluminus, quod plumis pullorum fiat. Est autem quasi Lectulus quidam exiguus, lana, vel tomento, vel pluma, aut alio genere hujusmodi plenus, quo utimur in sedendo. Plaut. Truc. 5. 13.

Fasciis opus est, pulvinis, cunis, incunabulis. Cic. 1. de Orat. 29. Tum Crassum, Immo vero commodius etiam, pulvinosque poposcisse, & omnes in iis sedibus, quæ erant sub platano, consedisse dicebat.

In pulvinum subjicere. Nep. 16. 3. 2.

Equestris pulvinus. Juven. 3. Sat. 114.

Pulvinus, pro Lectulo quandoque accipitur. Cic. 7. Verr. 27. Nam, ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus, Melitensi rosa farctus.

Lectulus capiti suppositus. Cels. 3. 18. Mandragoræ mala pulvino subjiciunt. Idem 8. 12. Subjecto inter parietem & caput ejus scorteo pulvino duro.

Pulvini, Areolæ terra elata inter duos sulcos in hortis, quæ Porcæ a porrigendo, in agris appellantur. Habet enim veluti pulvinorum, in quibus sedemus, similitudinem: propter quod & Torus a quibusdam dicitur. Plin. lib. 19. cap. 4. Areis distingui, easque resupinis pulvinorum toris, ambire singulas tramitum sulcis, qua detur accessus homini, scatebrisque decursus.

Pulvinum, pro Loco, ubi homines sub dio in hortis, deliciarum causa jacent, usurpare videtur Plin. 5. Epist. 6. Ante porticum, xystus concisus in plurimas species, distinctusque buxo: demissus inde, pronusque pulvinus, cui bestiarum effigies invicem adversas buxus inscripsit.

Pulvinus, Arena durior, quæ in modum saxi lapidescit. Vitruv. lib. 5. cap. 12. Tunc ab ipsa terra sine crepidine pulvinus firmissime struatur. conf. Serv. ad Virg. 10. Æn. 303.

Pulvini testacei. V. Fibulo, are. in FIBULA.

Pulvinus, Machina, qua naves in portum subducuntur.

PULVINĀTUS, a, um. Adj. Quod est ad similitudinem pulvini, molle ac convexum. Plin. 13. 4. Lanuginoso ac pulvinato calice. Et lib. 17. cap. 22. Clivosa loca altiores poscunt scrobes, præterea pulvinatis a devexitate labris. Idem 1. 2. & Vitruv. 1. 4. & 33.

PULVINŬLUS, i. m. Dimin. Columel. de Arbor. cap. 10. Sed quæcunque in clivis erunt positæ, ita ablaqueandæ sunt, ut a superiore parte secundum codicem lacusculi fiant, ab inferiore autem pulvinuli altiores excitentur.

PULVILLUS, i. m. aliud dimin. ut, Serici pulvilli, Serico panno obducti. Hor. Epod. 8. 15.

Plumeis pulvillis usos Romanos ostendit Barth. ad Stat. Silv. p. 57.

De lectulis, Apul. 10. Met. p. 248. Elmenh. Quatuor eunuchi confestim pulvilliscompluribus, ventose tumentibus pluma delicata, terrestrem nobis cubitum perstruunt. Al. Pulvinis.

De pulvillis pauperum, V. Lex. Pitisc.

PULVIS, ĕris. c. [κονιορτὸς, κονίσαλος] notæ significationis. Propert. lib. 1. 22. 6.

Sit mihi præcipue pulvis Hetrusca dolor. Idem lib. 2. 13. 35.

Et duo sint versus, qui nunc jacet arida pulvis, &c. Plin. lib. 35. cap. 13. Quia enim satis miretur pessimam ejus partem, Ideoque pulverem appellatum in Puteolanis collibus, opponi maris fluctibus, &c.

Nebula pulveris. Lucret. lib. 5. 254.

Æstivus. Claud. 6. Conf. Hon. 215.

Altus. Virg. 4. Georg. 96.

Alter Hor. 2. Serm 8. 55.

Cæcus. Virg. 12. Æn. 444.

Canus. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 185.

Coctus pulvis, Calx. Stat. 4. Silv. 3. 53.

Crassus. Stat. 6. Theb. 816.

Crudus. Pers 2. Sat. 67.

Exiguus. Virg. 4. Georg. 87.

Feralis. Stat. 6. Theb. 32.

Fractus. Stat. 6. Theb. 640.

Hiberno lætissima pulvere farra. Virg. 1. Georg. 101.

Immundus. Virg. 10. Æn. 844.

Inanis. Ovid. 5. Fast. 656.

Indecoro pulvere sordidus. Hor. 2. Carm. 1. 22.

Levis. Catul. de Coma Berenices. 64. 85.

Litoreus. Stat. 6. Theb. 304.

Niger. Virg. 9. Æn. 33.

Obscurus. Stat. 2. Silv. 2. 32.

Siccus. Ovid. 1. Trist. 5. 48.

Sordidus. Ovid. 3. Amor. 2. 42.

Turbidus. Virg. 11. Æn. 877.

Commoto pulvere nubes. Sil. lib. 4. 94.

Collectus turbine. Hor. 1. Serm. 4. 31.

Collinere crines pulvere. Hor. 1. Carm. 15. 20.

Excitare pulverem. Columel. lib. de Arborib. cap. 12.

Excutere pulverem. Ovid. 1. de Arte Am. 149.

Fœdans canitiem terra, atque infuso pulvere. Catul. Argon. 62. 224.

Glomerato pulvere undans nubes. Sil. lib. 13. 158.

Haustus pulvis. Ovid. 14. Met. 136.

Movere pulverem. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Obruere lumina haustu pulveris. Stat. 5. Silv. 3. 223.

Respersus pulvere campi. Stat. 8. Theb. 8.

Pulvis, Cinis. Hor. 4. Carm. 7. 16.

Pulvis & umbra sumus.

Pulvis, pro Loco certaminis. Cic. 3. de Legib. 14. Doctrinam ex umbraculis eruditorum, otioque, non modo in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit. Idem. 1. de Orat. 157. Educenda inde dictio est, ex hac domestica exercitatione & umbratili, medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra, atque aciem forensem. Virg. 7. Æn. 163.

Exercentur equis, domitantque in pulvere currus.

Eruditus. Cic. 2. de Nat. Deor. 48. Sed si hæc non videtis, quia nunquam eruditum illum pulverem attigistis. Ubi per Eruditum pulverem, Mathematicas disciplinas intelligit. Habebant enim arithmetici & geometræ abacos, sive tabulas, quas tenuissimo pulvere æquabant. In eo inscribebant numeros & figuras suas, ut si quid errassent, confundere & de novo inscribere deleta possent. Pers. 1. Sat. 131.

Nec qui abaco numeros, & secto in pulvere metas

Scit risisse vafer. Q. Rhemn. Fann. de ponderibus, 13.

Ut docuit tenui scribens in pulvere Musa.

In suo pulvere currere, i. e. In sua materia scribere. Ovid. 2. Fast. 360.

In que suo noster pulvere currat equus. MSS. Tuo.

Citra pulverem Græci dicunt contingere, Quo quia facile, citraque negotium potitur: translatum vel ab haphe, id est a pulveris contactu, quo se spargebant, in palæstrico certamine congressuri. V. Suet. Neron. cap. 45. vel certe a pulvere, quo non indecore sordidari scripsit Horatius Carm. 2. 1. 22. eos, qui certant Olympia, quive bellum gerunt. Plin. lib. 35. cap. 11. Alcimachus Dioxippum, qui pancratio Olympiæ citra pulveris jactum, (quod vocant ἀκονιτὶ) vicit. Gell. lib. 5. cap. 6. Ovandi, inquit, causa est, quum deditione repente facta, impulverea, ut dici solet, incruentaque victoria obvenit. Hor. 1. Epist. 1. 51.

Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmæ? Martial. 8. 65.

Hic stetit Arctoi formosus pulvere belli. V. J. Casp. Gevart. Papin. Lect. cap. 6. Ammian. 21. 16. Non nisi pulvere bellico indurati præficiebantur armatis. [Duplex hic Pulvis intelligitur, alter Arenæ, seu Certaminis Gymnici, de quo V. in HAPHE. Unde sine dubio Proverbium sumptum est; Alter Campi, ejusdemque, vel ad exercitationem equi & armorum, vel ad prælium delecti. Atque ad hunc referendus est pulverem prior locus Horatii, ut & Martialis, Ammianique loca.

Pulver, apud antiquos dicebatur: unde Genitivus Pulveris. Verum in usu tantum est Pulvis in recto, Pulveris in obliquis. Vet. Gloss. Lat. Gr. Pulver, κονιορτὸς. & Gr. Lat. κονιορτὸς, Pulver, Pulvis. Plurale non habet. [Utuntur tamen Pluraliter juniores medici, nec, opinor, vitiose. Quum jam in genera dividi cœperint pulveres. V. Varr. L. L. 8. 40. Ceterum eandem terminationem in Ciner agnoscit idem Glossarium.

Herbæ pulver vino exhibitus. Apul. de Herb. cap. 35. Habet etiam Priscian. Med. 1. 30. & 2. 32. teste Reinesio. conf. Barth. Adverf. 37. 23.

Pulvis, in Genit. apud Catul. in Epithal. Jul. 59. 206.

Ille pulvis Erythræi

Siderumque micantium

Subducat numerum prius. V. Is. Voss. not.

PULVISCŬLUS, i. m. [κονιορτίδιον] vel PULVISCULUM, i. n. dimin. generaliter de omni pulvere dicuntur: & præcipue quo mulieres utuntur ad munditiem dentium. Apul. Apol de Magia p. 277. Elmenh.

Misi, ut petisti, mundicinas dentium,

Nitelas oris, ex Arabicis frugibus: &c.

Tenuem, candificum, nobilem pulvisculum,

Complanatorem tumidulæ gingivulæ,

Converritorem pridianæ relliquiæ,

Ne qua visatur tætra labes sordium,

Restrictis forte si labellia riseris.

Cum pulvisculo, dicimus quoties omnia sic tolluntur, ut nihil sit reliqui, ne pulvisculus quidem. Plaut. Truc. prol. 19.

Quo citius rem ab eo auferat cum pulvisculo.

Auratilis pulvisculus. Solin. cap. 25.

Pulvisculum nescio quod, n. g. Hieron. adverf. Vigilant. cap. 2.

PULVĔREUS, a, um. Adj. [κονιώδης] Plenum pulvere. Plin. lib. 18. cap. 11. Terra ejus pulverea summa, inferior bibula.

Æquor pulvereum, pro Circo ubi pugnatur. Stat. 11. Theb. 403.

Circus. Stat. 6. Theb. 493.

Crinis. Stat. 6. Theb. 7.

Farina. Ovid. de Medic. faciei 61.

Nubes. Virg. 8 Æn. 593.

Palla.

Palla. Ovid. 7. Met. 705.
Solum. Ovid. 7. Met. 813.
Turbo. Claud. de Bell. Getic. 458.

PULVERULENTUS, a, um. Adj. [illegible Gl. G. L.] Idem. Martial. lib. 7. 31.
Non harpasta vagus pulverulenta rapis. Varro 3. de R. R. cap. 16. Minus valentium signa, si sunt pilosæ & horridæ, ut pulverulentæ, nisi opificii eas urgeat tempus. De Apibus.
Æstas pulverulenta. Virg. 1. Georg. 66.
Agmina pulverulenta cervi glomerant fuga. Virg. 4. Æn. 154.
Ceres pulverulenta. Lucret. lib. 5. 741.
Iter pulverulentum. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Præmia, Quæ in pulvere quæruntur. Ovid. 1. Amor. 15. 4.
Præmia militiæ pulverulenta sequi.
Terga. Virg. 12. Æn. 463.
Via pulverulenta & æstuosa. Ovid. de Nuce 90. Cic. 5. Att. 14.

PULVERO, [illegible] āre. Resolvere in pulverem. Columel. lib. 11. cap. 2. Hoc eodem tempore, prius quam vineæ pulverentur, &c. Calpurn. Ecl. 5. 87.
— fragiles nimius Sol pulverat herbas. [V. paulo infra. Eodem enim modo hic exponendum est, licet dissentire Servius videtur. Pulverare secus accepit Plin. lib. 17. cap. 9. pr. Sunt, ait, qui pulvere quoque uvas ali judicent, pubescentesque pulverent, & vitium arborumque radicibus aspergant. Quod certum est Narbonensi provinciæ, & vindemias certius sic ibi coqui, quia plus pulvis ibi, quam sol, confert. Est igitur Pulverare Plinio, Pulverem ex glebis super uvas excitare, ut inde maturescant. Nam & Pulverem excitare dixit Columel. lib. de Arborib. cap. 12. Vites, inquit, post meridiem fodito, pulveremque excitato, ea res & a sole & nebula maxime uvam defendit. Virg. quoque lib. 2. Georg. 418.
Sollicitanda tamen tellus, pulvisque movendus. Pulverationis meminit & Palladius in Martio, tit. 7. V. Theophrast. lib. 2. de Historia plantar. cap. 8. & lib. 3. cap. 22. de Causis plantarum.
Pulvere plenum esse, vel facere. Plaut. Apud Gell. 18. 12.
— exi, tu Dave,
Age, sparge: mundum esse hoc vestibulum volo.
Venus ventura est nostra, nolo hoc pulveret. [Ipsam scil.
Pulverare se, In pulvere se volutare, ut gallinæ faciunt. Plin. lib. 28. cap. 33. de morbo pediculari. Phasianas vero interimit, nisi pulverantes sese.

PULVERĀTIO, ōnis. f. [illegible] Genus culturæ, ut ait Servius in 2. Georg. 418. quo imminutæ glebæ vitibus applicantur. Columel. lib. 11. cap. 2. Sed frigidioribus regionibus pulverationem faciunt, quam vocant rustici occationem, quum omnis gleba in vineis refringitur, & resolvitur in pulverem. Idem 4. 28. V. in ipso verbo.

PULVERĀTICUM, i. n. sive PULVERATICA, æ. f. Honorarium est quod quasi pro labore & pulvere agrimensoribus datur. Frontinus. Cassiod. lib. 12. Variar. 15. Pulveratica quoque Judices fundicus amputantes, trium tantum etiam dierum Præsulibus annonas præberi secundum vetera constituta decernimus. L. 26. Cod. Theod. de Tiron. Pulveratici nomine binos solidos accepturi. Constit. Theod. & Valent. Tres aureos accipiat absque sua pulveratica. conf. Meurs. in Auctar. Philol. p. 149. [Absque hic est Præter, & Pulveratica n. pl. q. d. Absque eo, ut & sua pulveratica accipiat.

PULVERIZĀTUS, a, um. Partic. a Pulverizo. ut, Tus pulverizatum. Veget. Mulom. 1. 54.

P U M

PŪMEX, icis. m. [illegible] Lapis cavernosus, levis, terique facilis, ad corpora lævigandà laudatissimus, in mari crescens. Plin. lib. 36. cap. 21. Sed & ii pumices, qui sunt in usu corporum lævigandorum feminis, jam quidem & viris, atque ut ait Catullus, libris, laudatissimi sunt in Melo, Scyro, Æoliis insulis. Probantur in candore, & in minimo pondere, & ut quam maxime spongiosi, aridique sint, ac teri faciles; nec arenosi in fricando. Vis eorum in medicina, extenuare, siccare. Plaut. Aul. 2. 4. 18.
Pumex non æque est aridus, atque hic est senex.
Cavus pumex. Virg. 4. Georg. 44.
Exesus. Ovid. 4. Fast. 495.
Latebrosus. Virg. 5. Æn. 214.
Mordax. Ovid. 1. de Arte Am. 506.
Multicavus. Ovid. 8. Met. 561.
Niveus de pumice fontes. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 103.
Vivus. Ovid. 3. Met. 159.
Æquata pumice omnia. Catul. ad Varum, 20. 8. Ovid. 2. Trist. 1. 11.
Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes. De libro suo. Idem 3. Trist. 1. 13.
Quod neque sim cedro flavus, nec pumice lævis.
Lævis pumice homo. pro Molli & effeminato. Juven. 9. Sat. 95.
A pumice aquam quærere. Plaut. Pers. 1. 1. 42. Erasmus, Pro eo quod est, Frustra ab alio petere, cujus ipse a quo petas, maxime sit indigus. Nihil enim pumice lapide siccius, nihil siticulosius. Perinde ac si quis ab indoctissimo doceri postulet, ab inconsultissimo consilium exspectet, ab egeno munus, ab inope præsidium: denique ab avaro ac tenaci pecuniam.
Pumex, feminino genere etiam reperitur. Catull. ad Cornel. 1. 2.
Cui dono lepidum novum libellum
Arida modo pumice expolitum? [Arido modo, cacophonon erat.

PUMĪCEUS, a, um. Adj. [κισσήρινος] Plaut. Pseud. 1. 1. 73.
Quid fles? P. pumiceos oculos habeo, non queo
Lacrimam exorare ut exspuant unam modo. Martial. lib. 4. 57.
Et quæ pumiceis fontibus antra calent.
Antra pumicea. Stat. lib. 3. Silv. 1. 144.
Sedes pumiceæ. Sil. lib. 4. 419.

PUMĬCŌSUS, a, um. aliud Adj. [illegible] Quod pumicis naturam, vel similitudinem habet. h. e. Rarum & cavernosum. Plin. lib. 17. cap. 5. Pumicosa terra.
Compar. Idem lib. 32. cap. 8. Quartum pumicosius, spongiæque putri simile, pæne purpureum.

PUMĬCO, [κισσηρίζω] āre. Pumice polire, lævigare. Tibul. lib. 3. 1. 10.
Pumicet, & canas tondeat ante comas. Apul. Apol. non procul ab init. Quem multo æquius erat, spurcissimo ritu Iberorum, ut ait Catullus, (37. 19.)
— sua sibi urina
Dentem, atque russam pumicare gingivam. Lucil. apud Non. 2. 201.
Scabor, suhvellor, desquamor, pumicor, ornor. V. Lex. Pitisc.

PUMICĀTUS, a, um. Partic. Pumice politus. Plin. 2. Epist. 11. Qui titulus a vita hominis, compti semper & pumicati, non abhorrebat. conf. Sidon. 8. 3.

PUMICATIO, ōnis. f. Papin. JCtus.

PUMICĀTOR, ōris. m. Gloss. Cyrill. [illegible], Pumicator.

PŪMĬLIO, seu, ut quidam volunt PŌMILIO, ōnis. m. [illegible] Homo parvæ staturæ, qui Nanus alias, ex Gr. dicitur.
Pumiliones habent quandoque capita enormia, qualem describit Martial. lib. 14. 213. hoc disticho, sub lemmate Pumilio,
Si tantum spectes hominis caput, Hectora credas:
Si stantem videas, Astyanacta putes. conf. Gell. 19. 13. Et Sen. Epist. 76.
Pumilio, de Femina. Lucret. lib. 4. 1155.
Parvula pumilio, [illegible], tota merum sal. i. e. Nana, & humilis staturæ. Lambin.
Pumilionum genus in omnibus animalibus est, atque etiam inter volucres, inquit Plin. lib. 11. cap. 49. Columel. lib. 8. cap. 2. Pumiliones aves, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fecunditatem, nec propter alium reditum nimium probo. Plin. lib. 10. cap. 56. de gallinis, Est & pumilionum genus non sterile in his, quod non in alio genere alitum, sed quibus certa fecunditas rara, & incubatio ovis noxia.

PUMILO, ōnis. m. [illegible] legitur apud Statium pro Pumilione, lib. 1. Silv. 6. 57.
Hic audax subit ordo pumilonum, &c. Producit hic primam, quum alibi contrahat. [Nisi Pumilorum legendum.

PUMILUS, i. m. [illegible] ab eodem Statio, pro Pumilione usurpatus, lib. 2. Silv. 6. 64.
Casuræque vagis grues rapinis,
Mirantur pumilos ferociores. Contrahitque primam, quum alibi producat, ut reliqui poëtæ.
Compar. Pumilior. Ber. in Suet. Tiber. cap. 61. V. infra PUMILIS.

PUMILIUS, i. m. Idem. [illegible] Sueton. August. cap. 83. extr. Nam pumilios, & distortos, & omnes generis ejusdem, ut ludibria naturæ, malique ominis, abhorrebat. Al. rectius Pumilos. V. Torrent. Affertur & Lemma 197. Martial. lib. 14. Pumilius mulæ. quasi a Pumilius, a, um. Adj. ubi tamen Al. Pumilæ, Scriver. Paullæ.

PUMĬLIS, is. m. Onomast. Vet. Pumilis, [illegible].
Adjective sumitur, atque hinc Compar. formatur apud Apul. Met. 5. p. 163. Elmenh. Maritum sortita sum quovis puero pumiliorem. [Vel a Pumilus. Pumiles aves apud Beroald. in Suet. Aug. p. 200. nisi forte scripsit Pumilas. H. St. vel Pumiliones.

PŪMILA, vel PUMŬLA, æ. f. Vitis genus. Plin. 14. 3.

P U N

PUNCTA, PUNCTIM, PUNCTUM, PUNCTUS, V. PUNGO.

PUNGO, pŭpŭgi, punctum, [στίζω, illegible, νύττω] ĕre. non solum de ferro, sed etiam de quacunque alia re dicitur. Varro, Admota aspis quum pupugerit, si non occidat, sciat ex psyllorum esse stirpe. V. Priscian. 10. Cic. 3. Tusc. 82. Si ignominia pupugit, si quid tenebrarum offudit exsilium. Idem pro Rosc. Amer. 6. Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulat ac pungit, ut evellatis, postulat.
Pĕpugi, pro Pupugi, Præteritum, quo usi sunt veteres. Accius in Ædilicia, Sed si pepugero, metuunt. V. Gell. lib. 7. cap. 9.
Pungunt apes. Petron. cap. 82.
Gladius qui per se pungere non potest. Cic. pro Sext. 24.
Leviter pungit eos animi dolor. V. LEVIS.
Suspiria pungere. Propert. lib. 3. 8. 27.
Primum epistola illa ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit. Cic. 2. Att. 16. pr.

PUNGENS, entis. Partic. [νύττων] Plin. lib. 26. cap. 24. Pungentia folia pino, &c. Idem lib. 8. cap. 57.

PUNCTUS, a, um. aliud Partic. [στικτός] ut, Vulnus punctum acu. Cic. pro Milon. 66.
Puncti stigmate. Petron. cap. 103.

PUNCTUM, i. n. [στίγμα] Idem, quod Punctio. Plin. lib. 8. cap. 30. Oculos suffusos capra junci puncto sanguine exonerat, caper rubi.
Punctum, [στιγμή, illegible] Tradunt Geometræ Punctum esse Corpus individuum, in quo neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo deprehenditur, & ob incomprehensibilem brevitatem sui, in partes dividi non posse: quod protractum lineam efficit, id est corpus unius dimensionis.
Punctum est, cujus pars nulla est. Euclid. 1. Elem.
Punctum temporis. Cic. 3. Verr. 103. Quum iste punctum temporis nullum vacuum peccato præterire passus sit. Idem pro Sext. 53. Illo inquam ipso die: die dico? Immo hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi, Reique pub. pernicies, Gabinio & Pisoni provincia rogata est. Ter. Phorm. 1. 4. 6. Tum temporis punctum mihi ad hanc rem est. Donatus, Punctum, angustissimum spatium. Lucret. lib. 4. 216.
Temporis in puncto, rerum simulacra feruntur.
Omnibus minimis temporum punctis. Cic. 1. de Nat. Deor. 67.
Eodem puncto temporis quo, &c. Cic. pro Domo 115.
Hunc diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende si potes. Cic. 2. Philip. 110.
Uno puncto temporis. Cic. pro Flacc. 60. Ad illam universorum civium Romanorum per tot urbes, uno puncto temporis, miseram crudelemque cædem.
Attende enim paullisper, cogitationemque sobrii hominis ad punctum temporis suscipe. Cic. 2. Philipp. 31.
Leges uno versiculo Senatus puncto temporis sublatæ. Cic. 2. de Legib. 14.
Diei punctum. Lucret. lib. 4. 201.
— hæc puncto cernuntur lapsa diei
Per totum cæli spatium diffundere sese.
Horæ puncto. Hor. 2. Epist. 2. 172.

In

In punctum. V. IN.
Tempore puncto, pro Puncto temporis. Lucret. lib. 2. 229.
Nonne vides etiam patefactis tempore puncto
Carceribus, non posse tamen, &c. i. e. Brevissimo tempore.
Poncto participium est. Lambin.
Punctum, Suffragium, & favor: quoniam veteres suffragia non scribebant, sed puncto notabant. Unde Expuncti dicebantur Viles, ejecti, sive favore privati. Hor. in Arte Poet. 343.
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. i. e. Solus suffragia judicum tulit, qui & utile & dulce scripsit. Nam qui jucunda modo scribunt, iis duntaxat placent, qui voluptatem appetunt; contra qui utilia, ab iis tantum probantur quibus utilitas quæritur. At qui voluptatem cum utilitate conjunxit, is omnium suffragio laudabitur. Idem in epigrammate Choliambico, quod refertur a Porphyrione,
Ciconiarum Rufus iste conditor,
Hic est duobus elegantior Plancis.
Suffragiorum puncta non tulit septem. Cic. 2. Tusc. 62. Quæ flamma est, per quam non cucurrerint hi, qui hæc olim punctis singulis colligebant? Agit autem de magistratibus qui singulorum civium suffragiis mandabantur. Hæc ex Erasm. Cic. pro Muren. 72. Tamen admonitus re ipsa, recordor quantum hæ quæstiones in Senatu habitæ punctorum nobis detraxerint. i. e. Suffragiorum in comitiis. V. & Lex. Pitisc.
Puncta, in talis & tesseris numerorum vicem obtinebant Martial. 14. 17.
Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto. conf. Suet. Neron. cap. 30. & eundem Pitisc. [Ut nunc quoque punctis notantur.
Punctum lapidis, Parvus lapillus. Manil. 4 extr. & Lex. Pitisc.
Puncta etiam Notæ quibus milites solebant signari. Veget. R. M. 2. 5. Nam puncturis in cute punctis milites scripti. Al. Victuris. [Forte Puncti, pro Punctis, scribendum, & delendum & Scripti, ut ex Glossa natum. V. tamen Stewech. Comment. & eundem Pitisc.
Puncta denique vocabantur Exigui aquæ ducendæ moduli, quales olim punctis distribuebantur ex publico. V. Frontin. de Aquæduct. 2. vel eundem Pitisc. [Apud Frontin. est Puncta, æ. f.
Argumentorum puncta occulere. Cic. 2. de Orat. 177.
PUNCTŬLUM, i. n. dimin. a Punctum. Apul. 6. Met. p. 182. Elmenh. Psychen innoxio punctulo suæ sagittæ suscitat. & lib. 5.
PUNCTILLUM, i. n. Aliud Dimin. ut, Punctilla interlucentia. Solin. cap. 25.
PUNCTA, æ. f. Ictus qui punctim infertur. Veget. Rei Mil. 1. 12. Puncta duas uncias adacta mortalis est. Huc aliqui referunt Cic. Parad. pr. Stoica hæresis minutis interrogatiunculis, & quasi punctis, quod proposuit, efficit. [Argumentorum punctis. conf. PUNCTUM ad fin.
PUNCTIM, Adv. Per punctiones, inflictionesque gladii, sive pungendo. Liv. 22. 46. Hispano punctim magis, quam cæsim, assueto petere hostem.
PUNCTIO, ōnis. f. [νύξις] Plin. lib. 25. cap. 13. Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones punctionesque, ne sentiantur. Cels. 8. 9. 2. Cæl. Aurel. Acut. 2. 6.
PUNCTIUNCŬLA, æ. f. dimin. [νυξίδιον] Senec. 3. de Ira, Magis ignosco ei qui vulnus inimici, quam qui punctiunculam concupiscit. Idem Epist. 53. Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt. Idem de Vita beata, cap. 15.
PUNCTUS, ûs. m. [νύξις] Plin. lib. 29. cap. 6. Mustelæ etiam oculis puncto erutis, ajunt visum reverti. Gloss. Cyrill. Hic punctus, κέντημα. conf. Apul. Met. 7.
Punctus, στιγμή. Onomast. Vet. Isidor. 11. 1. Pupilla est medius punctus oculi.
Non aliud est terra in universo, quam mundi punctus. Plin. lib 2. cap. 68.
PUNCTŪRA, æ. f. Firmic. lib. 8. cap. 21. Duodecima pars Geminorum si in horoscopo fuerit inventa, Marte præsente, viri punctura teli morientur, mulieres vero in partu deficient. Cels. 10. 9. Assiduæ puncturæ sentiuntur. conf. Veget. in PUNCTA.
PUNCTO, āre, Frequent. non occurrit, sed derivata ab eodem
PUNCTĀTIM, Adv. Signate, quasi per punctum: aut Breviter, ut punctis solemus scribere. Claud. Mamert. de Stat. Anim. 3. 14. Collectim strictimque, & veluti punctatim, sub mentis oculum redegi.
PUNCTATORIOLA, æ. f. Levis pugna. Cato apud Festum. V. PUGNA.
PUNICANUS, PUNICE, PUNICEUS, PUNICO, PUNICUS, V. PŒNUS.
PUNIGENUS, PUNIO, PUNITOR, PUNITIO, PUNITUS, PUNITUS, V. PŒNA.

P U P.

PŪPA, æ. f. [κοράσιον] Puella. Martial. lib. 4. 20.
Pupam se dicit Gellia, quum sit anus. Auson. Idyll. 7.
Barbara, sed quæ Latias vincis alumna pupas.
Pupa, a similitudine, Parvula puellaris imago dicitur. Varr. in Orig. apud Non. 2. 675. Itaque brevi tempore magna pars in desiderium puparum & sigillorum veniabat. Moris autem fuit veterum puellarum, parvula quædam puellaria simulacra ex linteo insuere, deinde tomento infarcire, tum vestibus amicire. Hæc virgines, pueritiam ingressæ, Veneri, tanquam virginitatis suæ insignia, condonabant, ut faustum futurum matrimonium cederet. Pers. 2. Sat. 70.
Dicite Pontifices in sacris quid facit aurum?
Nempe hoc quod Veneri donatæ a virgine pupæ. Lactant. 2. 4. Imagines & statuas Deorum nil aliud esse quam grandes pupas. V. Lex. Pitisc.
PUPŬLA, æ. f. [κόρη] Foramen unius ex tunicis quæ in oculis sunt, quam rhagoidem Græci vocant, per quod transeunt radii visorii. Lucret. lib. 3. 409.
Ut lacerato oculo circum si pupula mansit
Incolumis, stat cernendi vivata potestas. Cic. 2. de Nat. Deor. 142. Palpebræ, quæ sunt tegmenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem, aptissime factæ, & ad claudendas pupulas, ne quid incideret, & ad aperiendas. Hor. Epod. 5. 40.
Interminato cum semel fixæ cibo
Intabuissent pupulæ. Manil. lib. 4.
Parvula sic totum pervisit pupula cælum. Lucret. lib. 2. 810.
Et quoniam plagæ quoddam genus excipit in se
Pupula, quum sentire colorem dicitur album.

Est & Blandimentum. Appulej. 6 Met Mea pupula
PUPILLA, æ. f. [κόρη, γλήνη] Idem quod Pupula oculi Plin lib. 28 c 6 Augurium ex homine ipso est, non timendi mortem in ægritudine, quamdiu oculorum pupillæ imaginem reddant. Idem lib. 7. cap. 2. Notabilius esse quod pupillas binas in oculis singulis habeant. Cic. 2 de Nat. Deor. 142. Acies ipsa qua cernimus, quæ pupilla, &c Vetus exemplar habet Popula.
PUPILLA, æ, f. dimin. aliud a Pupa, & significant Parvam puellam. Hor. 2. Serm. 1. 216.
Pupam, aut pupillam appellet, fortique marito
Destinet uxorem. Sic restituit hunc locum Lambinus, quum antea legeretur, Rufam aut pusillam, contra legem carminis. Prima enim syllaba nominis Pusillam brevis est. V. plura apud eundem, & nos in PUPILLUS.
Pupilla, de femina, quæ in patris potestate est, ut Pupillus de mare. [ὀρφανή Gl L. G.] Plin. Epist. 176. Modo designatus ædilis, recens maritus, recens pater, intactum honorem, orbam matrem, viduam uxorem, filiam pupillam, ignaram avi, ignaramque patris reliquit.
Infans pupilla. Cic. 3. Verr. 153. Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit.
Formosa pupilla. Apul. Apol.
Pupilla, Tribus Romana. Alex. Alex. lib. 1. cap. 17. Papiria quoque, Pupinia & Pupilla ex suis progenitoribus vocantur. [Nugæ.
PUPUS, i. m. Varro, teste Nonio 2. 675.
Ac mammam lactis sugentem pascere pupum.
Inter blandæ appellationis nomina fuisse, ostendit locus Suet. Calig. cap. 13. extr. Pullum & pupum, & alumnum appellantium. Vet. Gloss. Lat. Gr. Pupus, ζῳδάριον, Item Gr. Lat. Παιδάριον, Hic Puellus, hic Pupus.
PUPŬLUS, i. m. dimin. [βρεφύλλιον] Catul. ad Catonem, 54. 6.
Deprehendi modo pupulum puellæ
Trusantem. Sen. Epist. 12. Pupulus deliciolum meum factus est. conf. Arnob. 7. & quæ in PARVULUS, notavi.
PUPILLUS, i. m. [ὀρφανός] a Pupus derivatur, pro Impube, qui desiit esse in patris potestate, vel morte, vel emancipatione, ut ait Pomponius, de verb. signific. l. Pupillus. Cic. in Topic. 46. Nam quemadmodum quod mulieri debeas, recte ipsi mulieri sine tutore solvas, ita quod, aut pupillæ, aut pupillo debeas, recte possis eodem modo solvere. Hor. 1. Epist. 1. 122.
Pupillus ad Tutorem refertur. Columel. lib. 8 cap. 16. Maxime laudabatur severitas Catonis, qui nihilominus & ipse tutor Luculli grandi ære piscinas pupilli sui venditabat.
Pupillum fraudare qui in tutelam pervenit. Cic. pro Rosc. Com. 16.
De Pompeji capite pupillus & spado tulere sententiam. Sen. Epist. 4.
Non fraudem socio puerove incogitat ullam Pupillo. Hor. 2. Epist. 1. 122.
PUPILLĀRIS, e. Adj. [ὀρφανικός] Quod ad pupillum pertinet. Liv. 24. 18. Pecuniæ quoque pupillares primo, deinde viduarum cœptæ conferri. Plin. lib. 7. cap. 18. Suet. Aug. cap. 66.
PUPILLĀRIUS, a, um. Adj. Idem, apud Scholiast. Pers. 2. Sat. 19.
PUPILLARITER, Adv. Justin. Cod. 6. t. 30. l. 20. Pupillariter aliquem substituere. conf. Calvin. Lex. Jur. p. 769.
PUPILLO, āre. verbum fictitium a voce pavonis. Auctor Philomelæ, 26.
Puppillat pavo, trinsat hirundo vaga. [An Pipillat.
PUPINIA, Festus lib. 14. Pupinia tribus, ab agro Pupinio propa Tibur. V. TRIBUS. Tradunt autem rerum scriptores, Tibur civitatem esse sextodecimo lapide ab urbe Roma distantem, vocarique hodie Tivoli. Liv. 26. 9 extr. Infra Tusculum dextrorsus Gabios descendit. Inde in Pupiniam exercitu demisso, octo millia passuum a Roma posuit castra. De Annibale ad urbem ducente exercitum loquitur. Columel. lib. 1. cap. 4. In universum tamen quasi testificandum, atque sæpius prædicandum habeo, quod primo jam Punico bello dux inclitissimus M. Atilius Regulus dixisse memoratur, fundum, sicuti ne fecundissimi quidem soli, quum sit insalubris, ita nec effeti, si vel saluberrimus sit, parandum. Quod Attilius ætatis suæ agricolis, majore cum auctoritate suadebat peritus usu. Nam Pupiniæ, pestilentis simul & exilis agri, cultorem fuisse eum loquuntur historiæ. Valerius Maximus lib. 4. cap. 4. 6. Atilius Regulus, primi belli Punici gloria, cladesque maxima, quum in Africa insolentissimæ Carthaginis opes crebris victoriis contunderet, ac prorogatum sibi ob bene gestas res in proximum annum imperium cognovisset: Consulibus scripsit, villicum in agello quem, septem jugerum in Pupinia habebat, mortuum esse: occasionemque nactum mercenarium, amoto inde rustico instrumento discessisse: ideoque petere ut sibi successor mitteretur, ne, deserto agro, non esset unde uxor ac liberi sui alerentur. Varro de R. R. lib. 1. cap. 9. Itaque in iis, ut in Pupinia, neque arbores prolixas, neque vites feraces, neque stramenta videre crassa possis. Cicero quoque 2. in Rull. 96. ducet Pupiniam esse agrum ad Urbem, eundemque macrum & sterilem. Agros vero, inquit, Vaticanum & Pupiniam, cum suis opimis atque uberibus campis conferendos scilicet non putabunt. De Campania loquitur.
PUPPIS, V. PUPPIS.
PUPPIS, is. f. [πρύμνα, ἀφλαστον] Posterior pars navis. Liv. 22. 20. Naves omnes, quæ non aut perfregerant proras litore illisas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere.
Sedere in puppi, Ad clavum reip. Cic. de Senect. 17.
A puppi religatus. i. e. Ad puppim. V. A præpositionem.
Puppis, pro Tota navi, apud poetas. Ovid. 4. de Ponto, 3. 5.
Dum mea puppis erat valida fundata carina. Idem 2. Epist. 16. Virg. 10. Æn. 80.
Interea Æneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit. Id prosa oratio non recipit, teste Quintil. lib. 8. cap. 6.
Adunca puppis. Ovid. 3. Met. 658.
Ærata. Ovid. 8. Met. 101.
Ærea. Virg. 5. Æn. 198.
Alta. Virg. 5. Æn. 175.
Cærulea. Virg. 6. Æn. 410.
Celeris. Ovid. 19. Epist. 176.
Celsa. Virg. 1. Æn. 187.
Cita. Hor. Epod. 9. 20.
Concava. Ovid. 1. de Arte Am. 402.
Curva. Virg. 6. Æn. 4.
Emerita. Stat. 3. Silv. 2. 142. — nec unquam
Emeritam in nostras puppem demitte procellas.

Fractæ.

Fractæ. Valer. 6. Argon. 412.
Incesta. Stat. 11. Achill. 364.
Inflexa. V. INFLECTO.
Laboratæ arte. Ovid. 19. Epist. 183.
Laertia. Stat. 2. Achil. 5.
Naufraga. Ovid. 1. Epist. 16.
Patulæ. Virg. 3. Georg. 362.
Pictæ. Hor. 1. Carm. 14. 14.
Prunæ. Claud. 6. Conf. Hon. 497.
Recurva. Ovid. 8. Met. 141.
Trunca. Juven. 12. Sat. 79.
Turritæ. Virg. 8. Æn. 693.
Advertere puppim jussus inexpertam Colchos. Ovid. 12. Epist. 23.
Applicare puppim litori. Senec. Herc. fur. 9.
Auferor ut rapida concita puppis aqua. Ovid. 2. Amor. 4. 8.
Confertis puppibus coit agmen. Lucan. lib. 5. 708.
Dirigit huc puppim fluctus. Lucan. lib. 3. 587.
Evertit puppim fluctus. Lucan. lib. 5. 647.
Exire puppibus fessis in litora. Ovid. 6. Met. 519.
Facere iter ignava puppe. Ovid. 21. Epist. 78.
Feruntur puppe per immensas aquas. Ovid. 3. de Ponto, 2. 94.
Ibat per Ægaos fluctus Laertia puppis. Stat. 2. Achill. 1.
Latent puppes. Hor. Epod. 9. 20
Hostiliumque navium portu latent
Puppes sinistrorsum citæ.
Obrue puppes summersas. Virg. 1. Æn. 73.
Refeci laceras puppes. Ovid. 11. Epist. 46.
Scindere fretum puppe. Ovid. 5. Trist. 2. 63.
Et Scythicum profuga scindere puppe fretum.
Nun puppis umbras furva transvexit meas. Senec. Herc. OEth. 16.
Intelligit nigram cymbam Charontis.
Puppis, metaphoricôs usus est Plaut. in Epid. 1. 1. 69.
— hæccine ubi scibit senex, puppis
Pereunda est probe?
Puppis, pro Loco honoratissimo in Repub. Cic. 9. Fam. 15. Sedebamus enim in puppi, & clavum tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus. i. e. Rempub. civitatis principes tenebamus.
PUPPIUS, vel PUPIUS, [Πούππιος] Nomen gentis Ro. Puppius, Poeta Tragœdiographus (inquit Acron apud Horatium) ita affectus spectantium movit, ut eos flere compelleret. Inde hujus poemata, Lacrimosa vocavit Hor. 1. Epist. 1. 66.
Ut propius spectes lacrimosa poemata Puppi.
PUPULA, V. PUPA.
PUPULUM, i. n. [Πούπουλον] Urbs est in latere Meridionalis Sardiniæ. Ptolemæus lib. 3. cap. 3.
PUPULUS, PUPUS, V. supra PUPA.

P U R

PURGO, [καθαίρω, καθαρίζω, ἁγνίζω] are. Mundare, quasi Purum agere. Columel. de Arborib. cap. 8. Itaque cavatum foramen quum purgavimus, undique adrasos circulos infarimus. Ovid. 1. de Pont. 8. 59.
Nec dubitem longis purgare ligonibus arva.
Locum immissi cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt. Cic. 5. Tusc. 65.
Purgare a. Cato R. R. cap. 65. Si inquinata erit, lavito, a foliis & stercore purgato.
Pisces purgare. Ter. Adel. 3. 3. 22.
Ungues cultello. Hor. 1. Epist. 7. 51.
Purgare se apud aliquem, vel alicui, de re aliqua, Se excusare. Ter. Eun. 3. 1. 44.
Sed heus tu, purgon' ego me de istac, Thaidi,
Quod eam me amare suspicatur? Cic. 13. Att. 24. De altero ei me purgavi. Cic. 10. Fam. 25. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. [V. Donat. ad Hecyr. 2. n. 12.
Si quis tibi se purgare volet, quod suspectum esse arbitretur. Q. Cic. de Petit. Conf. 28.
Ab aliquo, cui te purges, veniam petere. Cic. in Orat. 230.
Arguere & Purgare, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 120. Servos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo.
Crimen purgare, Eluere, vel diluere. Cic. pro Cluent. 39. Ut non existimetis plus vos ad salutem reo largiri oportere, quam quantum defensor purgandis criminibus consequi, & dicendo probare potuerit. Liv. 39. 39.
Fidem purgare leto. Claud. de Bello Get. 592.
Nefas purgare ferro. Sil. lib. 11. 199.
Pectora purgavit dictis. Lucret. lib. 6. 23.
Probra purgare. i. e. Diluere. Tacit. 4. Ann. 42. 3.
Vomitione canes, purgare alvos ibes Ægyptiæ curant. Cic. 2. de Nat. Deor. 126. [Varia lectio est. An, Vomitione canes, purgata autem alvo se ibes &c? vel, ut MSS. Purgantes autem alios ibes se &c.
Bilem purgare. Hor. de Arte Poet. 302. Sic reposuit Lambinus, quum ante legeretur Purgor bilem, nec Græcis, nec Latinis loquendi genere usitato. [Immo Antiptosis est familiaris Horatio. Itaque retinuerunt Bentl. & Cuning.
Corpus purgare aqua projecta. Ovid. in Ibin, 452.
Omnia purgat edax ignis. Ovid. 4. Fast. 785.
Fastidium purgare, Curare. Plin. lib. 8. cap. 27. Lauri folio annuum fastidium purgant.
Agros & agrestes purgare, Expiare. Tibul. lib. 2. 1. 17.
Purgare cum Genitivo. Hor. 2. Serm. 3. 27. — novi,
Et morbi miror purgatum te illius. Sic translate
Purgare civitatem alicujus facti. Liv. lib. 37. cap. 28 pr. Quibus purgantibus civitatem omnis facti, dictique hostilis adversus Roman. &c.
PURGANS, antis. Partic. [καθαίρων] Ovid. 4. de Ponto, 3. 53.
I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos.
Purgante nefas crimine. Ovid. 13. Met. 952.
PURGĀTUS, a, um. aliud Partic. [καθαρθείς] ut, Sil. lib. 12. 635.
Purgatusque nitet, discussis nubibus, æther. Hor. 1. Epist. 1. 7.
Est mihi, purgatam crebro qui personet aurem.
Si parum vobis essem sine defensione, purgatus. Cic. 14. Philipp. 27.

Compar. Sallust. apud Nonium, 4. 201. & Donat. in Hecy. 4. 1. 13. Ita fiducia, quam argumentis, purgatiores dimittuntur.
Superl. Pers. 2. Sat. 57. Somnia purgatissima, scil. Quæ vera sunt. conf. Augustin. Confess. 6. 1. Idem de Vera Relig. cap. 1. & de Doctr. Christ. 2. 16.
PURGATE, Adv. apud Nonium, 1. 296. Enucleata dicitur, Purgate, exquisite.
PURGĀTIO, ōnis. f. [καθαρμός, καθαρισμός, καθαρμα] Pro Expiatione. Plin. 15. 30. Suffimentum cædis hostium & purgatio.
Purgationes, pro Curationibus quæ medicamentis fiunt. Cic. 16. Fam. 12. Ego vero cupio te ad me venire, sed viam timeo, gravissime ægrotasti: inedia, & purgationibus, & vi ipsius morbi consumptus es.
Æsculapius primus alvi purgationem invenit. Cic. 3. de Nat. Deor. 57.
Purgationes feminarum, pro Menstruis. Plin. lib. 20. cap. 4.
Purgatio, [ἀπολογία] Excusatio. Ter. Heaut. 4. 1. 12.
— nescio quid peccati portat hæc purgatio.
Purgatio est quum factum conceditur, culpa removetur. Cic. 1. de Invent. 15.
PURGĀTOR, ōris. m. Firmic. lib. 8. cap. 20. Secunda pars Tauri si in horoscopo fuerit inventa, stercorum faciet bajulos, latrinarum cloacarumque purgatores. Apul. Apol. p. 288. Elmenh. Hercules lustrator orbis, purgator ferarum, gentium domitor.
PURGĀTRIX, îcis. f. Tertull. de Baptismo cap. 5. Purgatrice aqua se expiare.
PURGĀTŌRIUS, a, um. Adj. [καθαρτικός] ut, Purgatorio medicamento alvum vacuare. Symmach. 6. Epist. 64.
Purgatoriæ virtutes. Macrob. Somn. Scip. 1. 8.
PURGĀTĪVUS, a, um. Adj. Idem. ut, Purgativa medicamenta. Cal. Aurel. Tard. 1. 1.
PURGĀMEN, ĭnis. n. Sordes. Prudent. Hymn. Jejun. 79.
Micat metalli sive lux argentei,
Sudum polito prænitens purgamine.
Ea quæ Græcis λύματα vel καθάρματα dicebantur, id est Piamenta, post sacrificium lustrationis peractum, in mare vel fluvium abjici solita; ut folia, sulphur, &c. Ovid. 2. Fast. 35.
Omne nefas, omnemque mali purgamina causam
Credebant nostri tollere posse senes. Idem 6. Fast. 713.
Hæc est illa dies qua tu purgamina Vestæ,
Tibri, per Etruscas in mare mittis aquas. Adde 11. Met. 49. & Prudent. Perist. 6. 30.
PURGĀMENTUM, i. n. [λύματα] Sordes, quæ ex re aliqua immunda, quum tergitur & repurgatur, abjiciuntur. Columel. lib. 1. cap. 6. Sterquilinia quoque duo sint: unum, quod nova purgamenta recipiat, & in annum conservet. Liv. 1. 56. Cloacamque maximam, receptaculum omnium purgamentorum urbis, sub terram agendam. Hortorum purgamenta. Tacit. 11. Ann. 32. 5. conf. Petron. cap. 54. & 134.
Oris purgamenta, Sputum. Senec. de Constant. Sap. cap. 11. Aliquem purgamentis oris aspergere.
Latius etiam patet significatio. Senec. Ep. 73. extr. Non aliter quam humus sterilis ac palustris bona semina necat, ac deinde creat purgamenta pro frugibus. i. e. Herbas inutiles & quæ sint projiciendæ, vel res nihili.
Urbium purgamenta, pro Hominibus nihili. Curt. lib. 8. 5. 8. Agis quidam Argivus, pessimorum carminum post Chœrilum conditor, & ex Sicilia Cleo: hic quidem, non ingenii solum, sed etiam nationis vitio adulator, & cetera urbium suarum purgamenta. Idem lib. 10. 2. 7. Igitur exsules finibus ejiciunt, omnia potius toleraturi, quam purgamenta quondam urbis suæ, tunc etiam exsuli, admitterent. conf. Petron cap. 74. Burm. p. 367.
PURGĀBĬLIS, e. Adj. [εὐκάθαρτος] Quod facile purgatur. Plin. lib. 15. cap. 23. Rotundior quæ balanitis vocatur, purgabilis maxime, & sponte prosiliens.
PURGĬTO, are. frequentat. Plaut. Aul. 4. 10. 23.
Non mihi homines placent, qui quando malefecerunt purgitant. i. e. Excusant se.
PURIFICO, PURITAS. V. PURUS.
PURPŪRA, æ. f. [πορφύρα] Piscis ex concharum genere, annos septenos vivens. Congregatur verno tempore, mutuoque attritu lentorem quendam veluti ceræ emittit. Sed nobilem illum succum ad tingendas vestes in mediis faucibus habet: reliquo corpore fere sterilis. Cum vita succum emittit, & ideo vivas capere oportet. Hinc Purpureus color dicitur, qui nigricantis rosæ splendore sublucet, ceterorum omnium gratissimus, & & tigendis vestibus maxime expetitus. Hæc fere ex Plin. lib. 9. cap. 36. ubi plura leges.
Purpura, ut Vitruvius ait, lib. 7. cap. 13. pro solis propinquitate colorem habet. Et puniceum quidem procreat Africa, id est quasi violaceum colorem: Tyros autem, rubeum.
Purpura, pro Colore purpureo, vel ex purpura, frequentissime ponitur.
Ardens. Juven. 11. Sat. 155.
Coæ purpuræ. Hor. 4. Carm. 13. 13.
Ignea. Valer. 1. Argon. 428.
Laconicæ. Hor. 2. Carm. 18. 8.
Meliboea. Lucret. lib. 2. 499.
OEbalis. Stat. 1. Silv. 2. 150.
Picta. Virg. 7. Æn. 251.
Tyria purpura. Cic. pro Flacc. 70.
Violacea. Plin. 9. 39. Nepos Cornelius, qui divi Augusti principatu obiit, Me (inquit) juvene, violacea purpura vigebat, cujus libra denariis centum venibat. i. e. Decem aureis solatis. Hæc Bayfius, apud quem plura legito de purpuræ pretio & usu.
Quos autem numeros, cum quibus, tanquam purpuram, misceri oporteat. Cic. in Orat. 196.
Rugura purpura. Virg. 2. Georg. 495.
Purpura antiquitus erat Insigne Romanorum magistratuum, quod Martialis affirmat, quum ait, 10. 10.
Divisit nostras purpura vestra togas. Bayfius. V. Plin. 9. 39.
Hinc locutiones, Attingere purpuram, Sumere purpuram; ut late docet Salmas. in Treb. Poll. p. 193. & 197.
Septima purpura, pro Septimo consulatu, apud Florum 3. 21. 17. & Claud. 4. Conf. Honor. 4.
Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis. V. plura mox.
Usque ad talos demissa. Cic. pro Cluent. 111.
Fulgere purpura. Cic. 2. in Catil. 5. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura.

Purpura, pro Magistratu, cui jus gestandæ ejus. Martial. lib. 8. 8.
Purpura te felix, te colit omnis honos. Plin. lib. 10. cap. 21.
Romana purpura. i. e. Romani magistratus. Ovid. 1. Fast. 81.
Jamque novi præeunt fasces, nova purpura fulget.
Per hoc inane purpuræ decus precor. Hor. Epod. 5. 7. de Prætexta puerili.
Pro Vestis purpureæ splendore. Juven. 7. Sat. 135.
— purpura vendit
Causidicum, vendunt amethystina, &c.
Purpura, Color oris. Stat. 1. Achil. 297.
Illius e roseo flammatur purpura vultu.
Poetæ Flores purpureos eleganter Purpuras dicunt. Stat. 3. Silv. 3. 130.
Aut ubi verna novis exspirat purpura pratis.
Purpuram potabilem de Vino dixit Cassiodor. Var. Epist. 12. 4.
De Purpura Alexandrina, Dibapha, Girbitana, Laconica, Plebeja, Probiana, Sciataria, atque Tyria. V. Lex. Pitisc.
Purpŭreus, a, um. Adj. [πορφύρεος, πορφυροῦς, ἁλουργής] Quod purpuræ colorem refert. Plin. lib. 10. cap. 32. Tantum purpureis & candidis admistis pennis. Purpureum autem colorem ab Hercule primum inventum, pulchre docet Bayfius in libello de Re vestiaria, ex Julio Polluce lib. 1. cap. 4.
Aer purpureus. Ovid 6. Met. 48.
Amictus. Virg. 3. Æn. 405.
Anima, Sanguini mistus spiritus vitalis. Virg. 9. Æn. 349.
Aurora. Ovid. 3. Met. 184.
Color purpureus, est Niger rubore quodam admisto. Quandoque dicitur Cæruleus, quando de mari vel flumine dicitur. Virg. 4. Georg. 373.
In mare purpureum violentior influit amnis.
Color purpureus quondam ossa reliquit. Virg. 11. Æn. 819.
Colore purpureo casia. Plin. lib. 12. cap. 19.
Coma Nisi. Tibul. lib. 1. 4. 57.
Cultus. Stat. 6. Theb. 81.
Dies. Ovid 3. Fast. 518.
Purpureum rapido qui vehit axe diem.
Ensis. Pers. 3. Sat. 40. — ensis
Purpureus subter cervices terruit. Al. Purpureas, ut cum Cervices conveniat.
Flores. Virg. 4. Georg. 54.
Flore purpureo asarum. Plin. lib. 12. cap. 13.
Genæ. Ovid. 1. Amor. 4. 22.
Ignis. Stat. 1. Achill. 162.
— niveo natat ignis in ore
Purpureus, fulvoque nitet coma gratior auro.
Labella. Ovid. 3. Amor. 14. 23.
Lux. Ovid. 6. Fast. 252.
Lætaque purpurea luce refulsit humus.
Lumen juventæ. Virg. 1. Æn 595.
Merum. Ovid. 2. de Arte Am. 316.
Plenaque purpureo subrubet uva mero.
Ortus. Ovid. 1. Trist. 2. 27.
Nam modo purpureo vires capit Eurus ab Ortu.
Os. Hor. 3. Carm. 3. 12.
Pallium. Cic. 7. Verr. 31.
Panis. Plaut. Men. 5. 5. 19. per jocum, de re incredibili.
Pira purpurea recenset inter generosissima Columel. lib. 5. cap. 10.
Pruna purpurea. Colum. lib. 12. cap. 10.
Pudor. Ovid. 1. Amor. 3. 14.
Rubor. Senec. Hippol. 4.
Sanguis purpureus Homero cur dictus. Plin. lib. 9. cap. 38.
Torus. Purpura instratus. Ovid. 5. Epist. 88.
Ver. Virg 9. Ecl. 40.
Vestes Virg. 6. Æn. 221.
Vestes purpureæ dictæ sunt Tyriæ, a loco ubi purpura fit. Plin. lib. 11. cap. 37.
Vestitus. Cic. 2. de Divin. 37.
Uvæ. Ovid. 13. Met. 814.
Vultus lunæ. Ovid. 1. Amor. 8. 12.
Purpureus Lunæ sanguine vultus erat.
Purpureus, Pulcher. Virg. 1. Georg. 405. Hinc Hor. 4. Carm. 1. 10. Olores Veneris vocat Purpureos. Quem locum exponens Porphyrio sic ait: Quomodo purpurei dicuntur, quum albi sint potius? Sed purpureum pro pulchro poetæ dicere assueverunt. ut Virg. 1. Georg. 405.
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. Albinovan. Eleg. ad Liviam, Nivem purpuream. V. Voss. 4. Inst. Orat. p. 245. [Ego vero Purpureos olores, Limbo, seu divino splendore purpureo circumdatos ac refulgentes intelligi puto. Fere enim Purpurea in luce Deos & divina omnia repræsentant poetæ.
Purpureus, pro Purpurato. Hor. 1. Carm. 35. 12.
Purpurei metuunt tyranni.
Reges purpurei. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 300.
Purpurārius, a, um. aliud Adj. [ἁλουργικός] Quod ad purpuram pertinet: ut, Officina purpuraria, In qua purpura fit. Plin. lib. 35. cap. 6. Taberna purpuraria. Paulus in l. Prædiis. §. Pater. D. de legat. 3.
Purpurarius fucus. Solin cap. 26.
Purpurarius, i. m. Qui purpuram tractat, vel tingendo, vel vendendo. Vet. Gloss. Gr. Lat. Πορφυροβάφος, πορφυροπώλης, Purpurarius. Gruter. Inscr. p. 649. A SEMPRONIO GALLAECI L. LAETO PVRPVRARIO.
Purpurarii, Purpuræ divenditores, l. negotiantes. de excusat. munerum. lib. 10. Cod.
Purpuraria, æ. f. [πορφυρόπωλις] Vulg. Interp. Act. 16. 14.
Purpurariæ Insulæ in mari Æthiopico. Plin. 6. 30.
Purpurasco, [πορφυρίζομαι] ĕre. Purpureum fieri. Cic. In Acad. apud Non. 2. 717. Quid mare, nonne cæruleum: aut ejus unda, quum est pulsa remis, purpurascit? conf. Vopisc. in Flor. cap. 4.
Purpŭro, [πορφυρίζω] āre. Purpuræ colorem habere, sive reddere. Columel. lib. 10. 101.
Tum quæ pallet humi, quæ frondens purpurat auro,
Ponatur viola, & nimium rosa plena pudoris.
Purpurare, Purpureum facere. Furius Antias apud Gell. lib. 18. cap. 11.
Spiritus Eurorum virides quum purpurat undas. V. Drakenb. ad Sil. 17. 258. Apul. Met. 6. p. 183. Elmenh. Horæ rosis & ceteris floribus purpurabunt omnia.
Purpurans, antis. Partic. Prudent. Pass. S. Laur. 275. Purpurantes stolas. Idem Vinc. Pass. 339. Purpurantem corporis cruorem.
Purpurātus, a, um. Adj. ex Partic. [πορφυρίδωτος] Quod est purpura ornatum. Unde Purpurati dicuntur ii, qui apud principes dignitate antecellunt. Cic. 1. Tusc. 102. Istis quaeso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. Liv. 30. 42. Sopatrum ex purpuratis & propinquis regis esse. conf. Idem 37. 23. Curt. 3. 6. 4. Parmenio fidissimus purpuratorum. Flor. 1. 10. 5. Ubi frustrato circa purpuratum ejus ictu tenetur.
Purpuratōrius, a, um. Adj. Sidon. 1. Epist. 7. Qui non affectasset habitum purpuratorium. al. Purpuratorum.
Purpurificium, i. n. [πορφυροβαφεῖον] apud Strabonis interpretem, ex Græco verbo confictum, est Locus in quo purpura conficitur, vel paratur. Strabo lib. 17. Post Syrtim est lacus, nomine Zuchis, CCCC fere stadiorum, habens ingressum arctum, ad quem urbs est eodem nomine: ea Purpurificium & varias piscium conditures habet.
Purpurissum, i. n. [ἀνδρείκελον] Genus coloris factitii, quo utuntur pictores, fitque e creta argentaria, & cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius quam lanæ. Plin. lib. 35. cap. 6. conf. Non. 3. 166. Plaut. Mostel. 1. 3. 104.
Tum tu igitur cedo purpurissum. s. non do: scita es tu quidem,
Nova pictura interpolare vis opus lepidissimum.
Purpurissum, quo buccas inficiebant suas meretriculæ, [φῦκος, Gl. L.G.] Rubricam dixit Plautus Latine. Nam quum scripsisset, Truc. 2. 2. 35.
Quiaque istas buccas tam belle purpurissatas habes. Subjecit non multo post,
Buccas rubrica, cera omne corpus intinxit tibi. Turnebus.
Purpurisso, [ἀνδρικελόω] āre. Purpurisso inficere. Unde
Purpurissātus, a, um. Partic. ut, Genæ purpurissatæ. Apul. Apol. p. 323. Elmenh. Plaut. Truc. 2. 2. 35.
Quiaque istas buccas tam belle purpurissatas habes. Purpurisso enim utebantur mulieres ad labra & genas tingendas, quemadmodum hodie plerumque apud Italos fieri videmus.
Fasti purpurissati, pro Consulares. Sidon. 1. Epist. 8.
Purpŭrĭtĭcus, a, um. Adj. Idem quod Porphyreticus. Vet. Inscr. apud Gruter. p. 128. VETVSTATE CORRVPTAM AMPLIAVIT COLVMNIS PVRPVRITICIS.
Purrhĭchării, qui dicuntur in l. Aut damnum, D. De pœnis. V. in dictione Pyrrhicha.
Purulentus, &c. V. Pus.
Pūrus, a, um. Adj. [καθαρός, καθάριος] Mundus, sine sordibus.
Ad cibum purus. V. In præpositione Ad.
Purus & Liquidus. Cic. pro Cæcin. 78. Quicquid inde haurias, purum, liquidumque te haurire sentias.
Aër purus. Lucret. lib. 4. 328.
Aër purus ac tenuis, cui opponitur Crassus & concretus. Cic. 2. de Nat. Deor. 42.
Amnis. Hor. 2. Epist. 2. 120.
Amnis electro purior. Virg. 3. Georg. 522.
Animus omni admistione corporis liberatus, purus & integer esse cœpit. Cic. de Senect. 80.
Aqua. Hor. 3. Carm. 16. 29.
Aurum purum, inquit Festus, in sacris dicitur Quod in usu spurco non fuerit, alias Purum aurum, Quod expurgatum, excoctumque est.
Dies. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 2.
Genæ. Senec. Hippol. 5.
Hebrus purior. Hor. 1. Epist. 16. 13.
Humus subacta atque pura. Cic. de Senect. 59.
Libertas loquendi, Integra. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 164.
Luna, Sine macula. Hor. 2. Carm. 5. 20.
Lux. Virg. 2. Æn. 590.
Mella purissima. Virg. 4. Georg. 163.
Nox, Serena. Virg 9. Ecl. 44.
Oratio. Ter. prol. Heaut. 46. i. e. Tersa, Nitida.
Orbis. Ovid. 1. Amor. 8. 10.
Quum voluit, puro fulget in orbe dies.
Sermones purissimi. Gell. 19. 8.
Sol. Hor. 3. Carm. 29. 45.
Sinceritas. Plin. lib. 15. cap. 6.
Tus. Plin. lib. 12. cap. 14.
Verba. Hor. 1. Serm. 4. 54.
Non satis est puris versum perscribere verbis.
Vesper. Hor. 3. Carm. 19. 26.
Vestimenta pura, a veteribus dicebantur, Quæ sacerdotes ad sacrificia sumebant, id est non obsita, non fulgurita, non funesta, non maculam habentia. Festus. Liv. 1. 24 Virg. 12. Æn. 169.
— puraque in veste sacerdos. conf. Aurum purum.
Vinum. Ovid. 7. Met. 594.
— fundit purum inter cornua vinum.
Unda. Virg. 6. Æn. 229.
Purus & Insons. Hor. 1. Serm. 6. 69.
Purus & religiosus. Cic. de Arusp. Resp. 53.
Sceleris purus. Hor. 1. Carm. 22. 1. Sceleris purum, inquit hic Lambinus, accipio eum, qui castas & puras a sanguine manus habet: quales Hippolyti dicit esse Phedræ nutrix apud Euripidem. Notanda est & constructio, Græcanicæ prorsus respondens. Dicunt enim καθαρὸς ἀδικίας.
Animus castus & purus. Cic. 1. de Divin. 121.
Cor vitio purum. Hor. 2. Serm. 3. 213.
Et purum est vitio tibi, quum tumidum est cor?
Domus hac nec purior ulla est. Hor. 1. Serm. 9. 49.
Duellum purum & pium. Liv. 1. 32.
Fides. Ovid. 1. Amor. 3. 6.
Herbæ puræ, Ex loco sancto decerptæ, apud Festum in Sagmina.
Hostia. Plin. lib. 8. cap. 51.
Manus purissimæ. Sen. Epist. 67. a Scelere scil.
Mens pura atque integra. Cic. pro Milon. 62.
Pectus. Hor. 1. Epist. 2. 68.

Salis

Salis puri conche. Hor. 1. Serm. 3. 14.
Vir purus, pudens. Cic. pro Rosc. Com. 18.
Puri menstrio esse dicuntur, Qui sacrorum causa toto mense in cærimoniis sunt id est puri sint, certis rebus carendo. Festus. Al. Menstruo.
Argentum purum, Non cælatum, vel Sine emblematibus. Cic. 6. Verr. 49.
Argenti vascula puri. Juven. 9. Sat. 141. & 10. 19.
Campus purus ac patens. Liv. 24. 14. i. e. Non impeditus silvis, Vacuus.
Charta pura, Ulpiano, In qua nihil scriptum est. Budæus.
Hasta pura, i. e. Sine ferro: præmium fuit apud antiquos eorum, qui prælio vicissent: auctor Servius. Virg. 6. Æn. 760.
Ille, vides, pura juvenis qui nititur hasta.
Historia pura & illustris. Cic. de Clar. Orat. 168.
Locum purum, Ulpianus esse definit, Qui nec sanctus, nec sacer, nec religiosus est. De religiosis & sumptibus funerum. l. Locum.
Plateæ puræ, i. e. Non impeditæ, sed patentes, & late explicatæ, & vacuæ. Hor. 2. Epist. 2. 71. — verum
Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstet. Hanc scripturam quidam corruperant, & Plures supposuerant, quam restituit feliciter Lambinus.
Toga, Sine purpura. Plin. lib. 8. cap. 48. quæ & Virilis. V. TOGA.
Vasa pura, Sine emblemate, cælatura, aut incrustatione. Paulus in l. Si in rem. De rei vendicatione, Quamvis & in vasis occurrat difficultas, pura, an cælata sint, dici oporteat.
Purus ab. Liv. 1. 44. extr. Et extrinsecus puri aliquid ab humano pateret cultu, i. e. Vacui. de Pomœriis.
Nulla in hac urbe domus ab hac religionis suspicione tam vacua atque pura est. Cic. de Arusp. Resp. 12.
Purus, Simplex, sine conditione, aut ulla exceptione. Paul. in l. 4. D. de annuis legat. & fideicom. Si in singulos annos alicui legatum sit, Sabinus plura legata esse ait: & primi anni purum, sequentium conditionale. Videri enim hanc inesse conditionem, Si vivat.
Judicium purum postulare, Simplex. Cic. 2. de Invent 60. Agit is, cui manus præcisa est, injuriarum: postulat is, quicum agitur, a Prætore exceptionem, extra quam in reum capitis præjudicium fiat. Hic is, qui agit, judicium purum postulat: ille, quicum agitur, exceptionem addi ait oportere.
PURE, Adv. [καθαρῶς] Plaut. Aulul. 2. 3. 2. Vascula intus pure, propera, atque elue.
Quiete, pure, & eleganter acta ætas. Cic. de Senect. 13.
Apparet tibi pure res. Sine obstaculo. Hor. 1. Serm. 6. 100.
Loqui pure & emendate. Cic. de Opt. gen. Orat. 4.
Loqui Latine & pure. Cic. 1. de Orat. 144.
Pure lautum, Aqua pura lavatum. Paulus. Lis. 5. 82. Pure lotis corporibus.
Lavari pie, pureque. Tibul. 1. 3. 25.
Venerari deos pure & caste. Cic. 1. de Nat. Deor. 3.
Pure, Simpliciter & absolute, sine conditione aut exceptione. Ulpian. l. 4. D. de In diem addict. Quum igitur tunc recedatur ab emptione, ubi pure contrahitur: vel tunc non impleatur, ubi sub conditione fit, &c.
Pure & Conditionaliter, contraria. Ulpian. In l. Etsi conditionalis contractus cum pupillo fiat, tutor debet pure auctor fieri. Nam auctoritas non conditionaliter, sed pure interponenda est, ut conditionalis contractus confirmetur.
Compar. Sidon. 4. Epist. 1. Purius, fortius, meracius emare. Hor. 1. Carm. 19. 6.
Splendentis Pario marmore purius. Sen. Benef. 2. 12. Partem in corpore purius osculari.
Superl. Cato R. R. cap. 66. Quam mundissime purissimeque fiat.
Purissime atque illustrissime describere. Gell. 9. 13.
Purime, antique pro Purissimo, apud Festum.
PURITER, [καθαρῶς] aliud Adv. Idem. Cato R. R. cap. 83. Succum puriter omnium dierum pariter in dolia dividito. V. PARITER. Idem cap. 90. Puriter facito. conf. Pompon. & Nav. apud Nonium 11. 58. Item Ennius apud Priscian. 15. p. 1010.
Puriter lavare dentes. Catull. 40. 18.
Vitam puriter agere. Idem Carm. 77. 19.
PURITAS, ātis. f. [καθαρότης] Munditia. Pallad. 11. 14. de vino, Mox sumere puritatem, coloremque debere. Capitol. in Vero, cap. 3. Amavit puritatem vivendi. conf. Macrob. Somn. Scip. 1. 12. & 13. V. plura in Borrich. Cogit. p. 208. Et Cellar. Cur. Poster. p. 154.
PURITIES, ēi. f. Varro Sat. Menip. Vocatur a cælatura cælum, Græce ab ornatu κόσμος, Latine a puritie mundus. V. Fragm. Scal. p. 96.
PŪRO, āre. pro Purgare. Plaut. Aul. 2. 3. 3. conf. Varro & Jul. Cæs. in Adrasto.
PURIFACIO, ĕre. Idem apud Nonium 2. 355.
PURIFICUS, a, um. Adj. Lactant. 4. 15. pr. Baptismus purifici roris perfusio. Claudian. Cons. Honor. 6. 328.
— purificumque Jovem, Triviamque precatus.
PURIFICO, [ἐκκαθαίρω] āre. Purum facere. Suet. Aug. cap. 94. Pauloque post egressum, illamque expergefactam, quasi a concubitu mariti purificasse se, & statim in corpore ejus extitisse maculam depicti draconis. Plin. lib. 10. cap. 41. Villaribus gallinis & religio inest. Inhorrescunt edito ovo, excutiuntque sese, & circumactæ purificant, ac festuca aliqua sese & ova lustrant. Idem lib. 8. cap. 1. Se purificantes solenniter.
PURIFICATUS, a, um. Partic. [ἁγνισθείς] Justin. 10. 3. 2. Purificato regno. Vulg. Interp. Act. 21. 26.
PURIFICATIO, ōnis. f. [[illegible]] Plin. lib. 15. cap. 30. De lauro; Eadem purificationibus adhibetur. Sic Martial. lib. 8. præf. extr. Religionis purificatione lustramus. V. LUSTRUM.
PURIMENSTRIO, apud Festum, V. in PURUS ad fin.

P U S

PŪS, pūris. n. [πύον] Sanies est, & quicunque humor in putredinem versus. Plin. 29. 3. Ad puris & sanguinis exscreationes ovum crudum &c. Idem lib. 23. cap. 4. Utilius etiam auribus instillatur cum melle, vel si pus effluat.
Pus a Sanie distinguit Celsus his verbis, lib. 5. cap. 26. 20. Sanguis omnibus notus est: sanies tenuior hoc. varie crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassissimum, albidissimumque, glutinosius & sanguine & sanie.

Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut jam sanescente. Sanies est inter utrumque tempus. Pus ex ulcere jam ad sanitatem spectante.
Maturum pus. Cels. lib. 5. cap. 18.
Effunditur pus. Cels. lib. 2. cap. 8.
Exit pus ex jecinore. Cels. lib. 2. cap. 8.
Exempto pure, si levis plaga est. Cels. lib. 6. cap. 12.
Exprimere pus. Cels. lib. 5. cap. 28. De furunculo.
Extussire pus. Cels. lib. 2. cap. 8.
Fertur pus ex vomica. Cels. lib. 2. cap. 8.
Maturare pus. Cels. lib. 5. cap. 18. 7.
Movere pus dicitur emplastrum. Cels. 5. 19. 11. Aliud emplastrum eodem nomine, quod puri quoque movendo est. h. e. Valet ad excitandum & extrahendum pus. Idem lib. 5. cap. 3. Concoquunt & movent pus.
Movendo puri accommodatum. V. ACCOMMODO.
Ortum pus. Cels. lib. 5. cap. 19.
Tralate. Hor. de Homine improbo, 1. Serm. 7. pr.
Proscripti regis Rupili pus atque venenum
Hybrida quo pacto sit Persius ultus, &c.
Pura, n. pl. Plin. lib. 35. cap. 6. Explet vulnera si coquatur, ad siccanda præcipua utilis, & capitis doloribus. & ad deprehendenda pura. Subesse enim illa intelligitur si ex aqua illita non arescat. Sic sæpe alias.
PŪRŪLENTUS, a, um. Adj. [πυώδης] Pure plenum. Plin. lib. 20. cap. 13. Multi vero & contra purulentas exscreationes siccæ drachmas duas, sulphuris unam & dimidiam sumi censent.
PURULENTE, Adv. [[illegible]] Plin. lib. 23. in procem. Cicatricibus marcidis, ulcibus purulente limosis plurimum confert. De omphacio.
PURULENTIA, æ. f. est ipsa Puris tumiditas aut plenitudo, vel Vulnus pure plenum. Tertull. de Pallio extr. Haud facile has purulentias civitatis quis eliciet & exsuppurabit. Sic legit Salmas. p. 57.
PURULENTĀTIO, ōnis. f. Cæl. Aurel. Tard. 5. 2.
PUSA, V. PUSUS.
PUSCA, V. POSCA.
PUSILLANIMIS, PUSILLANIMITAS, PUSILLITAS, PUSILLO, PUSILLUM, PUSILLUS, PUSIO, PUSIOLA, V. POSOS.
PUSTŬLA, æ. f. [[illegible] Gl. L. G.] Tuberculum in summitate cutis nascens. Dicitur & Pusula, & Papula. Martial. lib. 4. 167.
Fervida ne trito tibi pollice pustula surgat. Quidam legunt Pusula, male. Al. Pusula. Plin. lib. 26. cap. 8. Est enim tam ferventis naturæ, ut per se extra corpori impositum, pustulas ignium modo faciat, & pro caustico in usu sit. Al. Pusulas.
Pustulas emittere. Vitruv. 7. 2.
Pustulæ sunt apud Celsum lib. 5. 28. 15. id genus morbi, quod Variolas & Rubeolas vocant, morbus in ætate puerili maxime eveniens, ut inquit ille, raro in medio corpore, sæpe in eminentibus partibus sudans. Plin. 20. 13. & 21. 7. [Sed merito dubitant juniores medici, an morbum hunc noverit Celsus, aut quisquam antiquiorum. Quum ejus descriptio parum ei conveniat.
Rupta pustula. Tibul. lib. 2. 3. 10.
Nec quererer quod sol graciles exureret artus,
Læderet & teneras pustula rupta manus.
Pustulæ liventes. Plin. lib. 30. cap. 6.
Lucentes pustulæ. Martial. lib. 11. 99.
PUSTULŌSUS, a, um. Adj. Cels. 5. 26. 31. Ulcus in locum pustulosum serpit.
PUSTULASCO, ĕre. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1. Quo superficies cutis pustulescat.
PUSTULO, āre. Tertull. de Cult. Fem. 1. 6. Si concha aliquid intrinsecus pustulat, vitium ejus magis debet esse quam gloria.
PUSTULĀTUS, a, um. Adj. vel Partic. [[illegible]] Pustulis plenus. Pustulatum argentum, pro Purgatissimo & excoctissimo posuit Tranquillus, cujusmodi aurum obryzum a Græcis appellatur τὸ ὀβρυζόν [illegible], hoc est multipliciter excoctum. Suet. Neron. cap. 44. Exegitque ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrussam, ut plerique omnem collationem palam recusarent. Martial. lib. 7. 85.
Sed causam scio, nulla venit a me
Argenti tibi libra pustulati. Sic dictum est a pustulis, quæ in argento cælato in asperdinem quandam excisæ visuntur. V. Salmas. in Solin. p. 738. & Turneb. Advers.
PUSTULATIO, ōnis. f. Cæl. Aurel. Acut. 3. 16. Pustulatio partium. Idem 5. 1. Pustulationem facere.
PUSŬLA, æ. f. [φλυκτίς] est Tumefactio illa levis, quæ vi ignis solet assurgere. [Pustula & Pusula legitur promiscue in MSS. adeo ut vix distinguenda videantur hæc duo vocabula, ab iisdemque derivata.
Pusula, Morbi genus, qui alio nomine dicitur Sacer ignis. Columel. lib. 7. cap. 5. Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pusulam vocant pastores. Ea nisi compescitur inter primam pecudem quæ tali malo correpta est, universum gregem contagione prosternit.
Inimici pusula. Sen. de Ira, 3. 43.
PUSULĀTUS, a, um. Adj. ut, Pusulatum argentum, idem quod Pustulatum, id est pusula probatum, quam & copellam barbari dicunt. Alfenus l. 31. Locati, in P. Veluti quum argentum pusulatum fabro daretur, ut vasa fierent, aut aurum, ut annuli.
PUSULŌSUS, a, um. Adj. [[illegible]] Qui pusulæ morbo laborat: ut Pecus pusulosa. Columel. lib. 7. cap. 5.
PUSUS, a, um. Adj. forte in usu fuit antiquis, pro Parvulus, ut Dimin. Pusillus, a, um.
PŪSUS, i. m. Puer a veteribus dicebatur, sicut & Pusio, & Pupus, ut etiam docet Isidorus in voce Pupus. Quin & ex epigrammate quodam Pomponii, quod exstat apud Varr. lib. 6. de L. L. 3. Pusum pro Puero accipi facile est intelligere,
Nam vere pusus tu, tua amica senex est. Lucret. lib. 4. 1020.
Pusi sæpe lacum propter, se, ac dolia curta
Somno devincti credunt extollere vestem, &c.
PŪSA, pro Puella, apud antiquos accipiebatur. Festus. conf. Varr. L. L. 6. 3. Hor. 2. Serm. 3. 216.
PŪSIO, ōnis. m. [[illegible]] Parvus puer. Veteres enim Pusum & Pusam, pro Puero & Puella usurpabant. Cic. pro Cæl. 36. Qui propter nescio quam, credo, timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus, tecum semper, pusio cum majore lusore, cubitavit. Sic 2. Tusc. 57. Juven. 2. Sat. 14.

Nonne putas melius qood tecum puſio dormit?
Puſio, qoi noctu non litigat.

Pusio & Secundilla, prodigioſi corporis homines, apud Plin. lib. 7. cap. 16.

Pusiŏla, æ. f. Parva puella. Prudent. Paſſ. Eul. 19.
Ipſa crepundia reppulerat
Neſcia ludere puſiola.

Pusillus, a, um. Adj. [νηπιος, μικρὸς] dimin. a Puſio, ōois. antiquo vocabulo, id eſt Parvulus. [vel a Puſus, q. V.] ut, Puſillus homo. Martial. lib. 1. 10.
Bellus homo, & magnus vis idem, Cotta, videri:
Sed qui bellus homo eſt, Cotta, puſillus homo eſt.
Animus puſillus. Hor. 2. Serm. 4. 17.
Animi illud eſt puſilli. Cic. 2. Fam. 16.
Qood compoſite Puſillanimis. H. St.
Caput oppido puſillum. Catul. 52. 1.
Cauſa firmis puſilla nocet. Ovid. Rem. Amor. 730.
Cera puſilla. Juven. 14. Sat. 29.
Epiſtola puſilla. Cic. ad Brut. 14. Videlicet quum illam puſillam epiſtolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum.
Homines puſilli. Juven. 15. Sat. 70.
Libelli puſilli & contempti. Cic. 4. Verr. 185. Pauculis igitur menſibus, ut hi puſilli & contempti libelli indicant, furta Prætoris, &c.
Mœchi puſilli & ſemitarii. Catul. ad Contubernales, 35. 16.
Romam quaſi puſillam habuimus in Tuſculano: tanta erat in his locis multitudo. Cic. 5. Att. 2.
Teſtis puſillus proceſſit. Cic. 2. de Orat. 245.
Villula valde puſilla. Cic. 12. Att. 26.
Uxor puſilla. Hor. 2. Serm. 3. 216.
Puſillum laxamenti, Paululum relaxationis. Cic. 12. Fam. 16. Ego tamen nactus in navigatione noſtra puſillum laxamenti.
Puſillom intelligere. Plin. Epiſt. 278.
Putillus pro Puſillus. Plaut. Aſin. 3. 3. 194. V. Taubm. & infra in putus.

Pusillo, Adv. Plin. 27. 5. Puſillo altior lenticula eſt.

Pusillum, Adv. Cato R. R. cap. 90. Far primum puſillum, poſtea magis depſes.

Pusillĭtas, ātis. f. Lactant. de Opificio Dei, cap. 1. Tentabo tamen utriuſque rationem, quantum puſillitas intelligentiæ meæ pervidet, explicare. Hieron. Epiſt. 152. extr. Tertull. adv. Hermog. cap. 14. Idem de Reſ. Chriſti, cap. 6.
Animi puſillitas. Lactant. de Ira Dei cap. 5. p. 448. edit. Plantini. H. St. Exſtant d. cap. pr. Sed Cellarius ex MſT. exhibet, Animi puſillanimitatem. conſ. tamen 6. Inſt. 17. 17. & pusillanimitas.

Pusillănĭmis, e. Adj. [μικρόψυχος] Quod eſt puſilli animi: cui contrariom Magnanimus. Tertull. de Fuga in perſec. cap. 9. Puſillanimes conſolari. conſ. Sidon. 7. Epiſt. 17. & Claud. Mamert. de Stat. Anim. 1. 20.

Pusillanimĭtas, ātis. f. Gloſſ. Gr. Lat. Ὀλιγωρία, Puſillanimitas, Segnicia. Et Ὀλιγοψυχία, Puſillanimitas, & μικροψυχία, Puſillanimitas, Puſillitas. conſ. Lactant. de Ira Dei, cap. 5. pr.

P U T

Puta, Putamen, Putatio, Putator. V. puto.

Putagŏnon, i. n. Idem quod Heliotropium. Apul. de Herb. 49.

Pŭtĕal, ālis. n. Quid ſit Puteal, non una eſt ſcribentium opinio. Hor. 2. Serm. 6. 35.
Roſcius orabat, ſibi adeſſes ad Puteal cras.
Puteal, ait Acron, Romæ locus, ad quem conveniebant fœneratores. Alii dicunt; in quo tribunal ſolebat eſſe Prætoris. hæc Acron. Rurſum Hor. 1. Epiſt. 19. 8.
— forum, putealque Libonis
Mandabo ſiccis.
Per Forum, inquit Porphyrio, Cauſidicos & juriſconſultos ſignificat. Puteal aotem Libonis, Sedes Prætoris fuit prope arcum Fabianum, dictum qnod a Libone illic primum tribunal & ſubſellia collocata ſunt. Hactenus ille. Perſ. 4. Sat. 49.
Si puteal multa cautus vibice flagellas.
Quem locum ſic interpretantur: Si debitoribus gravis es fœnerator. Puteal, i. e. Debitores; nam locum pro perſonis poſuit. Puteal enim locus erat Romæ, ubi fœneratores uſuras exercebant. Flagellas, Torques. Multa vibice, Multo & gravi fœnore, multis moleſtiis & exactionibus uſuras multiplices extorqoendo. Ovid. de Rem. Amor. 561.
Qui puteal, Janumque timet, celereſque calendas:
Torqoeat hunc æris motua ſumma ſui.
Puteal; Fœneratores. Janum; vel menſem Januarium, quo in jus trahebantur debitores a creditoribus; vel forum jodiciale, quod erat propinquum templo Jani. Celereſqoe calendas; quod debitori tempus ſolvendi videtur celerius adveniſſe quam vellet. Menſium vero calendis pecuniæ fœnori datæ exigebantur, cogebanturque debitores calendis pecuniam creditoribus ſolvere. Unde & Calendarium, liber rationum fœneratitiarum. Et, Triſtes calendæ, apud Hor. 1. Serm. 3. 87.
Odiſti, & fugis, ut Druſonem debitor æris:
Qui, niſi quum triſtes miſero venere calendæ,
Mercedem aut nummos unde unde extricat, &c.
Triſtes calendæ, Quæ debitorem triſtem reddont, quod debitam pecuniam tunc ſolvere fœneratori debeat. Druſonem, vel (ut alii legunt) Ruſonem, hujus nominis fœneratorem. Torqueat hunc æris, &c. h. e. Anxius ſit & ſollicitus de ære, quod ab aliis mutuo accepit. Eſt qui interpretetur dici Puteal, quod ibi creditor debitori dans bona, tanquam in puteum mittit. Dionyſius Halicarn. lib. 3. extr. de Tarquinio Priſco Romanorum rege & Actio Navio augure verba faciens, cujus aogurio fretus cotem ipſe novacula diſciderat, Tarquinius, inquit, ut Navio debitum honorem referret, præter magnam comitatem exhibitam, etiam ærea ſtatua hominem dignatus eſt, quæ memoriam ejus ſempiternam prorogaret ad poſteros: ſpectataque eſt in foro oſque ad noſtra tempora, ante curiam, prope Ruminalem ficum poſita mediocri ſtatura, & operto capite. Cotem quoque ac novaculam non longe inde ſub ara quadam ſitas fuiſſe memorant: qui locus Romanis Puteal dicitur. Sic habet Gelenii verſio. Cælius legit Puteus. Cic. 1. de Divin. 32. rem totam multis verbis exſecutus, tandem ſic concludit: Ita cotem in Comitium allatam, inſpectante & rege & populo novacola eſſe diſciſſam. Ex eo evenit, ut & Tarquinios augure Actio Navio uteretur, & populus de ſuis rebus ad eum referret. Cotem autem illam & novaculam defoſſam in Comitio, ſupraque impoſitum Puteal accepimus. Plinius quoque lib. 34. cap. 5. Actii Navii ſtatua fuit ante Curiam, cujus baſis conſla gravit, Curia incenſa P. Clodii funere. Liv. 1. 36. Statoa Accii capite velato, quo in loco res acta eſt, in Comitio in gradibus ipſis ad lævam Curiæ fuit. Cotem quoque eodem loco ſitam fuiſſe memorant, ut eſſet ad poſteros miraculi ejus monimentum. Eſt vero Puteal, inquit Cælius Rhodig. lib. 10. cap. 17. ſicuti apud Juriſconſultum obſervavimus Pomponium, l. 13. §. ult. D. actionibus empt. & vendit. Quo putei operiuntur: hoc eſt, veluti umbella quædam aut petaſus, qualem pyramidibus impoſitum Plinios ſcribit: qualiſque in Patavino viſitur foro concinne faſtigatus, præterque plumbeis inductus tabellis. Inibi vero judicia exerceri ſolita, neminem puto latere, quum locus is in Comitio foret, qood inde appellatum Varro (de L. L. 4. 32.) ſcribit, quia illuc coirent Comitiis curiatis & litium cauſa. P. Victor in regione Urbis octava Puteal conſtituit Libonis & Janos duos, qui (ioquit) locus erat mercatoribus frequens. Invenio in Græcorum theſauris, fuiſſe in Attica juri dicendo ſtatiooem, ſive judiciale forum: quod diceretur ἐν Φρέατι, id eſt in puteo. In eo cauſæ reorum agitabantur, qoi cædis involuntariæ ſemel accuſati, rurſum ſponte admiſſi facinoris judiciom ſubirent. Erat vero in mari locus is & forma judicii inuſitata. Navi illuc vectabatur reus, ex qua etiam cauſam dicebat ita, ut nuſquam terram attingeret. Immo nec ollis ancoris navigium licebat infrenare, nec pontem mittere. Hæc Cælius. Horom meminit Pauſanias in Attica, inter Athenienſium judicia. (Paulom diſcrepat. V. p. 27. Wech. extr.) Porro Pomponii jureconſulti locus a Cælio citatos ſic habet. D. de actionibus empti & venditi. l. 13. Julianus. in fine, Ædibus diſtractis vel legatis, ea eſſe ædium ſolemus dicere, quæ quaſi pars ædium, vel propter ædes habentur: utputa Puteal. Deinde ſequitur l. 14. Pomponius lib. 31. ad Q. Mucium. Id eſt, quo puteum operitur. Scio tamen in Haloandri editione aliter legi. Nec intempeſtivum fuerit hic adjicere, quæ de Puteali Marlianus tradit in urbis Romæ topographia lib. 2. cap. 4. Arcum Fabianum, inquit, a Fabio Cenſore, qui devicit Allobroges, excitatum eſſe, ait Aſconius, (in 2. Verr. 19.) In quo fuerant ſcuta, & ſigna ejos victoriæ. Ad hunc ſitum erat tribunal Libonis Prætoris, Puteal dictum, de quo mentionem faciunt Horatius & Ovidius. Fœneratores enim ſtabant ad Janom: & apud fornicem Fabianum jus dicebatur. De hoc arcu Cic. pro Planc. 17. ſic inqoit: Equidem ſi quando, ot ſit, jactor in turba, non illom accuſo, qui eſt in ſumma ſacra via, quum ego ad Fabianum fornicem impellor. Eſt apud nos numiſma argenteum, in cujus altera parte Libonis imago eſt cælata, cum hac inſcriptione, LIBO. BON. EVEN. In altera vero tribunal, ſupra quod eſt, PVTEAL: infra vero, SCRIBONI. Hactenus Marlianus. Dicebatur autem hic Prætor, Scribonius Libo. conſ. omnino Lex. Pitiſc. Car. Sigon. de Judiciis 1. 28. docet locum fuiſſe in Comitio Romæ in quo Puteal, ſuper quod Puteal ara fuerit, quam tangere moris fuit jurantibus. Ita etiam Spanh. de Num. diſſ. 10. p. 189. ſtatuit Aram potius, quam Tribunal fuiſſe Puteal Libonis.
Quid ſit, Flagitare Puteal, exponit Caſaub. ad Perſ. 4. Sat. 49.
Putealia ſigillata. Cic. 1. Att. 10. Præterea typos tibi maodo, quos in tectorio atrioli poſſim includere, & putealia ſigillata duo. h. e. ut Manotius interpretator, Poteorum opercula, parvis ſignis exornata: qualia & hodie videmos, in quibus inciſæ delectant imagunculæ. Corradus vero ſic: Putealia ſigillata, Tegumenta, vel tympana quædam puteorum, ſigillis ornata. Alii, Plutealia ſigilla, quod in ædibus plutei eſſent marmorei. [V. Juvenal. 2. 7. Gloſſ. Lat. Gr. Puteal, Περιστόμιον. & Gr. Lat. Περιστόμιον φρέατος, Puteale.

Putealis, Puteanus, Putearius, V. puteus.

Pŭteo, ui, [κακοσμεῖν, βρωμέομαι] ēre. Fœtere, & mali odoris eſſe. Hor. 2. Serm. 2. 42.
Putet aper, rhombuſque recens.
Quintil. lib. 6. cap. 4. Aliqoando deſinet putere.
Diurno mero potere. Hor. 1. Epiſt. 19. 11. conf. putrro.

Putens, entis. Partic. ut, Illoti piſces, aut etiam putentes. Srib. Larg. Compoſ. 186.

Pŭtĭdus, a, um. Adj. [δυσώδης] Quod eſt mali odoris. Plaut. Bacch. 4. 7. 23.
Terræ odium ambulat: jam nihil ſapit,
Nec ſentit: tanti eſt, quanti eſt fungus putidus.
Cic. in Piſon. 19. Ego iſtius pecudis, ac putidæ carnis, conſilio ſcilicet, aut præſidio niti volebam? [An Uti?
Palus putida. Catul. ad Coloniam, 18. 10.
Cerebrum putidius. Hor. 2. Serm. 3. 75.
Putidum (inquit Nonius 6. 68.) non ſolum ab odore fœtido & gravi, quod naribus præbetur, ſed & quod auribus triſte, inſuave, auſterum, rancidum eſt, Putidum dici poſſe auctoritas vetuſtatis admiſit. Cic. Putidas ac pæminoſas aures. V. pæminosus.
Putidam orationem dicimus per metaphoram, quæ auribus auſtera, inſuavis, & (ut ita dicam) rancida. Cic. in Orat. 27. Quonam igitur modo audiretur Myſus aut Phryx Athenis, quum etiam Demoſthenes exagitetur ut putidus? Putidus dicitur, qui orationis ornatum affectat: qua re nihil eſt odioſius. Ita oratio putida dicitur affectata, quæ ita aures offendit, ſicuti quæ putida ſunt nares. V. Gronov. ad Script. Eccl. Obſerv. cap. 19. p. 206. Hor. 2. Serm. 7. 21.
Non dices hodie quorſum hæc tam putida tendunt,
Furcifer?
Mœcha putida. Catul. de Acme, 40. 11.
Putidum Ciceroni, In quo nimia diligentia reprehendi poſſit: 1. Off. 133. Litteræ neqoe expreſſæ, neque oppreſſæ, ne aut obſcurum eſſet, aut putidum. conf. putide Adv.
Putidum, Putre. Varr. Ταφῇ Μενίππου, Inde putidas uvas acinis electis & comeſtis extendit in lectis quondam. Cæcil. Andria, Conducit navem potidam. Nonius 2. 645. conf. 706.
Compar. Sidon. 3. Epiſt. 13. Facit ambigi, potidior, temulentior, an facinoroſior exiſtimetur.
Superl. Petron. Fragm. Trag. cap. 13. p. 67. Ac ne ſic quidem putiſſimam ei actionem licuit effugere.

Pŭtĭde, Adv. [σαπρῶς] Inſoaviter, auſtere, rancide.
Putide loqui. Sen. Epiſt. 75.
Compar. Cic. 3. de Orat. 41. Nolo exprimi litteras putidius, nolo obſcurari negligentius.

Pŭtĭdŭlus, a, um. [ὑπόσαπρος] Adj. dimin. Martial. lib. 4. 20.
Ferre nec hanc poſſis, poſſis, Coline, nec illam:
Altera ridicula eſt, altera putidula.

Pŭtĭdiuscŭlus, a, um. aliud Adj. dimin. Cic. 7. Fam. 5. extr. Sumus enim putidiuſculi, quam per te vix licet: verum, ut video, licebit. Nonnulli hoc loco legunt Pudentiuſculi, & fortaſſe rectius. Putidiuſculi, i. e.

i. e. Paulo, quam satis est diligentiores. Vitus Amerpachius hunc locum enarrans, sic ait: Observandum est, Putidiosculi, retinere constructionem comparativam, ut in Terent. Eun. 3. 3. 21. est hoc: Thais, quam ego, majuscula est. Nec est scribendum Pudentiusculi. Extenuat enim se Cicero, & significat propemodum indignum esse, cui tantus honor habeatur: & in quem conferatur hoc beneficium a tanto viro. Et est causa non proximorum verborum præcedentium, sed primorum ejus extenuationis: ita ut desint verba. Petere tribunatum, aut præfecturam, &c. Ac est horum sensus, ut puto: Sumus enim putidiosculi, h. e. Humiliusculi, aut abjectiusculi, quam ut per te vix liceat, subaudi, Petere: hoc est, Aliter quam feci, commendare Trebatium. aut certe, Quam per te, id est prout excellentia tua requirit, vix liceat, subaudi, esse nos tales, putidiusculos inquam, ad petendam a te rem tantam. Sensus tamen eodem redit. Hæc Amerpachius. [Respicit Cicero verba ipsa, quæ antecedunt, Hominem tibi &c. quæ sane putidiuscule sunt dicta. Cæsarem autem, emunctæ naris criticum, tam putidum quid veretur, ut ferre possit.

PŪTIS, a. Adj. antique. Lucret. 3. 585. Puta corpus. al. Putre.

PŪTRESCO, sive PUTISCO, ĕre. Cic. 5. Fin. 38. Non inscite illud dictum videtur in sue, animam illi pecudi datam pro sale, ne putisceret. Cato R. R. cap. 3. Olea putescet. Idem cap. 98. Ligneam supellectilem si ungues non putescit. conf. Arnob. 7. [Apud Cic. lego In suem.

PUTOR, ōris. m. [δυσωδία] a Puteo, ēre; Fœtor. Cato R. R. cap. 157. Postea bis in die coctritam imponito, ea omnem putorem adimet.
Cœpit putor ob imbres intempestivos. Lucret. lib. 2. 874. & 927. al. Putror.
Detergere putorem. Stat. 4. Silv. 3. 86.
Putor nidoris fœtidi. Apul. Met. 4. p. 144. Elmenh.
Putor, amaritudines. August. adv. Jul. Pelag. 4. 14.
Putores, plur. Arnob. 7. Sintne Diis in voluptate putores, quos neque ipsi sacrificantes ferre, nec ingenuæ sustinere tractos valeant per spiritum nares?

PUTEŎLI, orum. m. pl. pr. u. [Ποτίολοι] Stephano, Vulgo *Puzzuoli*. Oppidum maritimum Campaniæ, octavo lapide a Neapoli distans, non procul ab Averno lacu, a Samiis conditum, teste Eusebio: sub idem fere tempus quo Tarquinii Romæ sunt exacti. Dicti Puteoli, sive a copia puteorum aquis calidis scatentium, sive a putore, hoc est graveolentia aquæ sulphuratæ. Olim etiam, quod justissime regeretur, Dicæarchia dicebatur. Paulus apud Festum. Varro L. L. 4. 5. utrumque etymon admittit, unde apparet priorem ancipitem habere.

PUTEOLĀNUS, a, um. [Ποτιολανός] Adj. possessivum. Cic 13. Fam. 57. Cluvius Puteolanus valde me observat.
Aquæ Puteolanæ. Cic. 2. Philip. 9.
Puteolanus pulvis. Senec. Quæst. Natur. lib. 3. cap. 20. Puteolanus pulvis, si aquam attigit, saxum est. De hoc Vitruvius fusissime lib. 2. cap. 6. Vulgo appellatur *Poudre de Pouzzol*.

PŬTEUS, i. m. [Φρέαρ] notæ significationis. Plin. lib. 2. cap. 97. Æstus idem triduo in mense consistit, septima, octava, nonaque luna. Gadibus, qui est delubro Herculis proximus, fons inclusus ad putei modum: alias simul cum Oceano augetur, minuiturque: alias vero utrumque contrariis temporibus. Virg. 3. Georg. 329.
Ad puteos, aut alta greges ad stagna jubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam.
Capaces putei. Ovid. 7. Met. 568.
Jugis. V. Jugis in JUGUM.
Patens. Hor. 2. Epist. 2. 135.
Perennis puteus jugis aquæ. Hor. 1. Epist. 15. 15.
Abjicere se in puteos. Cic. de Provinc. Cons. 6.
Aperire puteum, Excavare. Ulpian. in l. Fluminum. §. finali. D. de damn. infect. In domo mea puteum aperio: quo aperto, venæ putei præcisæ sunt; an teneor?
Fodere puteum ubi sitis fauces tenet. Plaut. Most. 2. 1. 32.
Haurire aquam de puteo. Cic. 2. de Divin. 31.
Puteus, unde dicatur, parum explicuit Varro lib. 4. de L. L. 5. V. Voss. Etym.

PUTEUM, i. n. dixit Varro Gallo de miris, Secundo de stativis aquis, ut sunt lacus, & stagna, & putea, & maria. Nonius, 3. 155. Ulpian. in l. Julian. ad hoem. D. de action. empt. & vend. Ædibus distractis vel legatis, ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur: ut puta putea. Pompon. in l. mox sequente: Item quo puteum cooperitur. Alii priore loco legunt Puteal, posteriore Puteus.

PUTEĀNUS, a, um. Adj. [Φρεατιαῖος] Quod ex puteo est. Unde Aquam puteanam dicimus. Plin lib. 14. cap. 9.

PUTEĀLIS, e. Adj. [Φρεάτιος] Ejusdem significationis. Ovid. in Ibin, 389.
Ut quos dux Pœnus mersit putealibus undis. Columel. lib. 9. cap. 5.
Præterfluens unda, vel putealis.
Sinus putealis. Ammian. 22. 16.
Lymphæ puteales. Lucret. lib. 6. 1172.

PUTEAL, vel PUTEĀLE, is. n. V. PUTEAL supra.

PUTEĀRIUS, i. m. [Φρεατωρύχος] Qui puteos fodit. Plin. lib. 31. cap 3. Depressis puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia, putearios necant.

PŪTĬCŬLI, orum. m. pl. sunt appellati a puteis, quod ibi cadavera in puteis obruerentur: vel ab eo quod in his corpora putrescerent. Romæ ultra Exquilias fuit locus publicus dictus Puticuli, quoniam illic erat commune sepulcrum miseræ plebi. Auctor Varro de L. L. lib. 4. 5. Puticuli, inquit Paulus, sunt appellati, quod vetustissimum genus sepulturæ in puteis fuerit: vel dicti Puticuli, quia ibi cadavera putescerent. al. Puticulæ. V. Fest. & complures auctores in Lex. Philol.

PUTIDUS, V. PUTEO, ēre.

PUTITIUS, pro Stolto dixit Plaut. Paulus apud Festum. V. PITITIO.

PŬTO, [κλαδεύω] āre. Falsa & superflua & infructuosa ex quacunque re a veris & fertilibus resecare, & purgare. hinc Putari arbores & vites dicuntur, ut vult Non. 1. 112. Columel. lib 2. 8. pr. Neque arent, neque vitem aut arborem putent. Idem lib. 6. Quinetiam compluribus annis interpositis olivetum putandum est.
Putare (inquit Varro lib. 5. de L. L. 7.) est Purum facere. Paulus ex Festo, Putum antiqui dicebant pro Puro, unde Putatæ vites & arbores, quod decisis impedimentis remanerent puræ.
Vitem putando fingit. Virg. 2. Georg. 407.
Olea quo tempore putatur. Cato de R. R. cap. 44. Idem de Vitibus cap. 32.

Putare, [νομίζω, δοκέω, οἴομαι, ἡγέομαι] Cogitare, considerare. Ter. Eun. 4. 3. 4. Dum hæc puto, præterii imprudens villam.
Multa putans, fortemque animo miseratus iniquum. Virg. 6. Æn. 331.
Multaque dum sua tristi cum corde putabant. Virg. 8. Æn. 522.
Putare, Æstimare, Judicare. Ter. Eun. 4. 7. 43.
Nolunt ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro. THR. bene putas.
Virg. 6. Æn. 719.
O pater, anne aliquas ad cælum hinc ire putandum est
Sublimes animas?
In quo primum illud debes putare, comitiis studium esse populi, non judicium. Cic. pro Planc. 30.
Præterea quamvis solidæ res esse putentur. Lucret. lib. 1. 347.
Noli putare me, &c. Cic. 6. Att. 1.
Nunquam putassem. Cic. 4. Acad. 48. An non videmus hoc usu venire, ut quos nunquam putassemus a nobis internosci posse, eos consuetudine adhibita tam facile internosceremus.
Non putaram; excusatio vulgaris. Cic. 1. Off. 81. Non committendum est ut aliquando dicendum sit, Non putaram. Senec. de Ira. 2. 31. Turpissimam ajebat Fabius Imperatori excusationem esse, Non putavi: ego turpissimam homini puto. Omnia puta, omnia exspecta.
Putare pro certo. Cic. 9. Att. 18. Hæc pro certo putavimus.
Putare aliquo in numero, Aliquo in pretio vel numero habere. Cic. pro Lege Manil. 47. Quem enim possumus Imperatorem aliquo in numero putare, cujus in exercitu veneant centuriatus, atque venierint? Simile est Ter. Heaut. 1. 1. 5. Putare vicinitatem in propinqua parte amicitiæ, pro Æstimanda ponere.
Neminem præ se hominem putare. Cic. pro Rosc. Amer. 33. Etiam videtis, Judices, ut omnes despiciat, ut hominem præ se neminem putet, ut se solum beatum, solum potentem putet.
Putare pro nihilo, Nihili æstimare aut facere. Cic. 13. Philip. 21. Neque eos solum præsentes, sed multo magis nos, a quibus illi erant missi, sprevit, & pro nihilo putavit.
Magni putare. Quintil. lib. 6. cap. 2. Alius imaginem mariti pro rea proferre magni putavit.
Magni putare honores. Cic. pro Planc. 11.
Parvi. Catul. 21. 25.
Noli spernere, nec putare parvi.
Tanti putare. Plin. lib. 8. cap. 1. Circumventique a venantibus primos constituunt quibus sunt minimi, ne tanti prælium putetur. Ovid. 10. Met. 618.
Quid, quod amat, tantique putat connubia nostra,
Ut pereat?
Bestia damnationem pro Prætura putat. Cic. 11. Philip. 11. l. 2. Damnationem putat esse Præturam.
Putemus rem ipsam. Ter. Adelph. 5. 3. 10. Mitto maledicta omnia, rem ipsam putemus. Ubi Donatus; Putemus, Tractemus, purgemus. Idem Phorm. 4. 5. 6.
Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos rejiciat. o.
Rem ipsam putasti. Ubi Donatus; Putasti, pro Disputasti modo.
Putare rationem cum aliquo: pro Subducere rationem. Plaut. Aul 3. 5. 52.
Iter, putatur ratio cum argentario. Cato R. R. cap. 5. Rationem cum domino crebro putet.
Putare cum aliquo argumentis. Plaut. Amph 2. 1. 45.
Rationem secum putare, pro Cogitare, considerare. Plaut. Cas. 3. 2. 25.
Eleganter verbum Puto, nunc absolutum, nunc cum particula Ut, interitur, vel modestiæ causa, vel per ironiam. Varro R. R. 2. 2. Sole exorto, puto, propellunt. Pers. 4. Sat. 9.
Hoc, puto, non justum est. Ovid. 5. Trist. 5. 5.
Lingua favens adsit nostrorum oblita malorum,
Quæ, puto, dedidicit jam bona verba loqui. Ovid. de Nuce, 57.
Sed, puto, magna mei est operoso cura colono,
Invenies qui det nil mihi præter humum. Catull. 15. 13.
Hunc unum excipio, ut puto, pudenter. Apul. Apol. Satis, ut puto, crinium crimen refutatum est. V. Paul. Leopard. Emend. 3. 6.
Puto, ut. Cic. 8. Fam. 2. Puto, ut suum gaudium gauderemus.
Putatur prudens, Reputatur & æstimatur. Cic. de Amicit. 6. Sed uterque alio quodam modo: Atilius, quia prudens esse in jure Civili putabatur. Legitur & Putabatur.
Putentur. Lucret. 5. 1044.
Tempore eodem alii facere id non quisse putentur?
Puta, Imperativum, loco Adverbii ponitur quandoque pro Scilicet, vel Verbi gratia. Pomponius in l. Si quis. §. Item si. D. de hæred. instit. Si ille, puta, Consul factus fuerit. tunc, &c. De hoc ita Priscianus lib. 15. de Adverbiis, A igitur terminantia vel primitiva sunt, ut Ita, quod solum A correptum habuit, quamvis quidam Puta quoque Adverbium esse accipiant, ideoque Persium (4. Sat. 9.) id corripuisse: ut,
Hoc, puta, non justum est, illud male, rectius illud.
Ut puta, eodem modo dicitur. Ulpian. in l. Julianus §. ult. D. de Act. empt. & vendi. Ædibus distractis vel legatis, ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur, ut puta putea. Usus & Seneca Nat. Quæst. 2. 2. & Cels. 5. 26. V. Goclenii Problem. Gramm. 1. 28.

PUTANS, antis. Partic. Ovid. 5. Met. 228. Nomen esse putans nymphæ. V. supra.

PUTĀTUS, a, um. Partic. Idem ac Purus apud antiquos. V. Paulum apud Festum supra. [Immo Putus.

PUTĀTIO, ōnis. f. [κλάδευσις] quæ vulgo in arboribus Emondatio, in vitibus Refectio dicitur. Cic. 1. de Orat. 249. Ut quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino nesciat. Columel. lib. 1. in præfat. Idem 4. 17. Plur. Arnob. 4. Putationes arborum.
Putatio, pro Æstimatione. Paulus in l. Eam qui. § ult. D. de injur. & famos. libel. Nec transferri personæ putatio ex persona filiorum ad eas potest.
Putatio, Computatio. Macrob. 1. Saturn. 13. Unus mensis universam putationem imparem fecit.

PUTĀTOR, ōris. m. [κλαδευτής] Arborum purgator, inquit Donatus. Plin. lib. 27. cap. 8. Curatum ea scio, omnibus fere ossibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem, circumdata universo corpori. Martial. lib. 3. 58.

Seras putator horridus refert uvas.
Vitis putator. Ovid. 1. Met. 649. Pallad. 1. 6. Virg. 2. Georg. 28.
Pendulus putator, V. PENDEO.

PUTĀTŌRIUS, a, um. Adj. ut, Falces putatoriæ. Ulpianus in l. Instrumenta. D. de instr. leg. Pallad. 1. 35.

PUTĀTĪVUS, a, um. Adj. Tertull. de Carn. Christ. cap. 1. Qui carnem Christi putativam introduxit.
Putativus habitus, putativus actus, imaginarius operator. Idem advers. Marc. 3. 8.
Putativus magister. Vet. Interp. Iren.

PUTATĪVE. Adv. Idem. Interp. Iren. & Hieron. Epist. 61.

PUTĀMEN, ĭnis. n. [ἔλυτρον, κέλυφος] Nonius 2. 681. Putamina, inquit, non solum arborum sunt, verum omnium rerum purgamenta: nam quicquid ex aliqua re projicitur, id putamen appellatur. Plaut. Capt. 3. 4. 122. [Gloss. Lat. Gr. Putamina, κλαδεύματα. Quæ videtur propria esse vocis significatio, ut sit Putamen, quasi Amputamen, id quod Putatum, i. e. Amputatum projicitur, a Puto scil. κλαδεύω.
Nucleum amisi, reliqui pignori putamina. V. NUCLEUS.
Putamen juglandis. Cic. 5. Tusc. 58. Instituitque, ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent.
Putamina ovorum. Plin. lib. 7. cap. 2.
Testudinum putamina secare in laminas. Plin. lib. 9. cap. 11.

PUTOR, ōris. m. V. PUTROR.

PUTREO, PUTRESCO, PUTREFACTUS, PUTRICAVUS, PUTRIDUS. V. post PUTRIS.

PUTRIS, e. pr. c. [σαπρός] Quod est corruptum ac resolutum. Virg. 8. Æn. 596.
Quadrupedante pŭtrem sonitu quatit ungula campum. Idem 1. Georg. 44.
— & Zephyro pūtris se gleba resolvit. Quo tempore, inquit Servius, Favonii flatu arva laxantur, quæ fuerant præclusa frigoribus. Putris gleba, Solubilis. Hæc ille.
Bos, Putrefactus. Ovid. 1. Fast. 379.
Chartæ, Vetustæ. Stat. 4. Silv. 3. 141.
Corpus. Lucret. lib. 3. 585.
Liber rosus tineis, & situ putris. Stat. 4. Silv. 9. 10.
Navis. Propert. lib. 2. 43. 19. Putris & in vacua requiescit navis arena.
Putris, Sordidus, fœdus aspectu, ut
Aranea. Propert. lib. 3. 6. 33. Putris & in vacuo texetur aranea lecto.
Coma. Martial. lib. 4. 53.
Fanum. Hor. 1. Epist. 10. 49.
Hæc tibi dictabam post fanum putre Vacunæ.
Mammæ. Hor. Epod. 8. 7.
Sanies. Stat. 12. Theb. 568.
Tabo putri liquentia corpora. Sil. lib. 13. 487.
Putris, Mollis, resolutus, friabilis, ut sunt putria. Gloss. Lat. Gr. Putre, ψαφαρόν, ἐκλελυμένον.
Arenæ putres. Stat. 4. Silv. 3. 126.
Campus. V. supra.
Cineres. Stat. 6. Theb. 234.
Fungi. Virg. 1. Georg. 392.
Gleba. V. supra.
Lapis putris. Plin. Epist. 256. Sive lapis ipse gracilis & putris.
Saxa. Senec. Epist. 12. Claud. 2. in Eutrop. 277.
— putribus jam propugnacula saxis.
Solum. Virg. 2. Georg. 204.
Spinis putribus atque deciduis. Plin. lib. 8. cap. 37.
Sulci. Virg. 1. Georg 215.
Tellus. Stat. 6. Theb. 507.
Putris in venerem. V. Oculi putres, seq.
Oculi putres. Hor. 1. Carm. 36. 17.
Omnes in Damalim putres
Deponent oculos. i. e. Nimio potu marcentes, & libidine resolutos. Acron. Huc facit illud Persii, 5. Sat. 58. — ille
In venerem est putris. h. e. Ita rei venereæ intentus, ut enervetur, exhauriatur, & assidua libidine resolvatur. Sic, Terram solutam vocamus Putrem.

PUTER, pro Putris antique, Varr. R. R. 1. 8. Palus puter evertitur. V. not.

PUTRĒDO, ĭnis. f. [σαπρότης, σηπεδών] Corruptio, resolutio. Plin. 20. 20. & 22. 24. Ovid. 1. de Pont. 1. 69.
Eltur, ut occulta vitiata putredine navis.

PUTRĀMEN, ĭnis. n. Cyprian. de Lapf. cap. 12.

PUTRĪLĀGO, ĭnis. f. Idem quod Caries, apud Non. 1. 79.

PUTROR, ōris. m. [σηπεδών] Idem quod Putredo. Lucret. lib. 2. 871.
Quippe videre licet vivos existere vermes
Stercore de tætro, putrorem quum sibi nacta est
Intempestivis ex imbribus humida tellus. Sic enim legendum est, non ut in vulgatis Putorem. Lambinus. V. PUTOR.

PUTRĬDUS, a, um. Adj. [σαπρώδης] Corruptus. Cic. in Pison. 1. Non enim nos color iste servilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt.
Antra putrida. Claud. 1. de Raptu Proserp. 174. al. Putria.
Membra. Lucan. lib. 2. 148.
Pectora. Catul. Argon. 62. 351.

PUTRĔDŬLUS, a, um. Adj. dimin. pro Putridolus. ut, Voces putredulæ. Ammian. 22. 42.

PUTRUŌSUS, a, um. ut, Putruosum ulcus. Cæl. Aurel. Tard. 2. 14.

PUTREO, ui, [σαπρίζω, σήπομαι] ēre. Marcere, & in pus resolutum, vel putridum esse. Pacuvius Teucro, quanquam annis & ætate hoc corpus putret. Ex Nonio, 2. 692. Hor. 2. Serm. 4. 66.
Non alia, quam qua Byzantia putruit orca. [Sed emendatius Putuit legitur. Non enim Orca putrescit, sed Putet a gravi odore muriæ.

PUTRESCO, [σήπομαι, κατασήπομαι] ēre. Potridum fieri. Columel. lib. 2. Ut herbarum culmis ceterisque rebus immista putrescant. Cic. 5. de Finib. 38. Animum illi pecudi datum pro sale ne putresceret. Al. Putisceret.
Cur Ajax, heros ab Achille secundus, Putrescit? Hor. 2. Serm. 3. 193.
Vestis putrescit in arca. Hor. 2. Serm. 3. 119.
Putrescere, pro In pulverem resolvi. V. Fermentare terram, in FERMENTUM.

PUTRESCENS, entis. Partic. Prudent. Perist. 4. 131.

Dum putrescentes tenuat medullas Tabidus humor.

PUTRĬBĬLIS, e. Adj. Paul. Nolan. Epist. 30. ad Sever. n. 6. Imagines nostras, non in tabulis putribilibus, neque ceris liquentibus pinxit.

PUTRĬCĂVUS, a, um. Adj. Carie exesus & excavatus. Lucret. lib. 2. 859.
— quæ quum ita sunt tandem, ut mortalia constent,
Mollia, lenta, fragosa, putricava, corpore raro. Al. Putri cava corpore raro. Quia alioqui antepen. certe Latina consuetudine corripienda foret. [Sequor, modo Rara legeris,
— putri cava corpore, rara. Utraque voce sæpius utitur Lucretius in eadem significatione. Nam & Nubes e. g. Cavas, & Raras vocat similiter.

PUTREFĂCIO, fēci, factum, pr. & sec. c. [σήπω, κατασήπω] ĕre. Putre aliquid facere, Corrumpere, resolvere. Plaut. Most. 1. 2. 30.
Venit imber, lavit parietes, perpluunt
Tigna, putrefacit aer operam fabri. Columel. lib. 3. cap. 12. pr.
Quum se promunt vites, modico tepore evocant humorem terræ justo majorem, qui putrefacit deposita semina.

PUTREFĪO, ĕri. Pallad. 1. tit. 33. Humor abundans hoc præstabit ut putrefiant. Idem Febr. tit. 10. & Sept. tit. 9.

PUTREFACTUS, a, um. Partic. [σαπείς] Lucret. lib. 2. 897.
Et tamen hæc quum sint quasi putrĕfacta per imbres. Ovid. 15. Met. 389.
Sunt qui, quum clauso putrĕfacta est spina sepulcro, &c.
Mutari credant humanas angue medullas.

PUTREFACTIO, ōnis. f. Augustin. Epist. 147. Vulnerum putrefactione dolorem perdidimus.

PUTRĬFLUUS, a, um. Adj. Eugen. Toletan. Carm. 12.
Anhela tussis exspuit putriflua.

PUTUS, a, um. Adj. [καθαρός] Purus: unde Putum argentum, i. e. Purgatum. Juven. 10. Sat. 19.
Pauca licet portes argenti vascula puti. Sic 9. Sat. 141. Alii legunt Puri. q. V. s. l.
Putum antiqui pro Puro dicebant: unde Purum aurum, potatum dici solet, id est expurgatum. Meminit Festus, & Paulus. Budæus. Scalig. in Catalect. a ποθεῖν deducit, quoniam prima a Juvenale producitur.
Purus putus. Invenitur apud Gellium lib. 6. cap. 5. Alphenum Jurisconsultum, Servii Sulpicii discipulum, digestorum lib. 30. scriptum reliquisse in fœdere, quod inter Romanum populum & Carthaginienses factum est, cautum fuisse, ut Carthaginienses quotannis populo Romano darent certum pondus argenti puri puti. Ubi Purum putum Gellius intelligi voluit Expuratum, excoctumque, atque aliena omni materia carens, omnibusque ex eo vitiis detractis emaculatum & candefactum: quo verbo antiquos uti solitos esse ait. Propterea Plautus in Pseud. 4. 2. 31. ridicule ita inquit,
— oho, Polymachæroplacides,
Purus putus est ipsus; novi. Quasi diceret, Ipse est omnino, & nullus alius prorsus: verus, non adulterinus est: translatione ab argento tracta, quum merum prorsus & omni parte verum est. Verba sunt lenonis in epistola symbolon militis agnoscentis. Idem in eadem 4. 7. 103.
Purus putus hic sycophanta est. h. e. Merus sycophanta, in quo nihil probitatis inest, ex omni vitio concretus, qualis delator & calumniator esse debet. [conf. Non. 1. 112. Hinc & in Gloss. Lat. Gr. Putus, αὐτός. Apud Fest. Putum, pro Putatum scribendum.
Putus etiam, Parvum, vel Puerum denotat, pro quo sæpius Pusus. Gloss. Puti, μικροί. Putus, μικρός. Legitur & pro eo Potus. ut Virg. Catalect. 118.
Dispeream, nisi me perdidit iste potus. Hor. 2. Serm. 3. 216.
Putam aut Putillam, secundum Scalig. al. Pusam.
Orationes putissimæ. Cic. 2. Att. 9. Ut sciat hic Hierosolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit. i. e. Luculentis & Splendidis, ut vult Manut. & Corrad.

PUTILLUS, a, um. Adj. dimin. Vox in blanditiis adhibita, dum pueros putillos, & puellas putillas dixere. Sic apud Plaut. Asin. 3. 3. 104.
Dic igitur me anaticulam, columbam, vel catellum,
Hirundinem, monedulam, passerculum putillum. De putilla apud Hor. 2. Serm. 3. 216. V. supra in PUSUS. conf. Voss. Etym. p. 421.

P Y A

PYĂMOS, i. m. Faba. Cæl. 9. 16. πύαμος pro κύαμος. Poll.

PYANEPSIŌN, ōnis. m. [Πυανεψιών] Mensis nomen apud Athenienses, nostro Octobri respondens, si Theodoro credimus: quo celebrabantur Pyanepsia festa Apollini sacra: coquebantur autem fabæ aliaque legumina quæ mensi nomen fecerunt. V. Poll. & Eustath.

P Y C

PYCNĪTIS, ĭdis. f. [πυκνῖτις] Verbascum. Apul. de Herb. cap. 71.

PYCNŎCŌMON, i. n. [πυκνόκομον] q. d. Densicomum. Nomen herbæ, quam Plinius lib. 26. cap. 8. describit. Sed hodie incognita est. V. Dioscoridem lib. 4. cap. 169.

PYCNOSTYLUM, i. n. pen. c. [πυκνόστυλον] Ædificium deambulationi aptum, cinctum columnis densioribus, modicoque intervallo a se invicem distantibus. Nam πυκνός, densus, στῦλος, columna. Vitrov. 3. 2. & 3.

PYCNŌTĬCUS, a, um. Adj. [πυκνωτικός] Pycnotica pharmaca a medicis appellantur, quæ vim habent condensandi: quibus opponuntur Manotica, Quæ rarefaciendi, habent potestatem. Πυκνὸς, Densus.

PYCTĂCIUM, V. PITTACIUM.

PYCTĀNON, i. n. Genus vini. Plin. 14. 6. al. Præcianum.

PYCTA, sive PYCTES, æ. m. [πύκτης] Græce Pugil dicitur. Lamprid. in Heliog. cap. 25. Gladiatores ante convivium pugnantes sibi, & pyctas frequenter exhibuit. Hinc Columel. lib. 8. cap. 2. Gallinaceum in certaminibus gallorum pugnacem, Pycten vocat. Plin. lib. 7. cap. 47. Euthymus pycta, semper Olympiæ victor. Senec. Controv. 1. 3. extr. Aut athleta aut pictes est. Sic Apollonius pycta, Idem Nat. Quæst. lib. 4. præf. Martial. 11. 85.
Hæc quæcunque meo numerasti stigmata mento,
In veteli pyctæ qualia fronte sedent.
Pyctas a Pammachis distingui ostendit P. Faber, Agonist. cap. 9.

PYCTĀLIS, e. Adj. i. e. Pugilaris. Serv. in Virg. 5. Æn. 373. Victus est pyctali certamine.

PYCTŎMĂCHĀRIUS, i. m. Idem quod Pyctes, vel pugil. Firmic. lib. 8. cap 8. Hunc locum si Mars respexerit, stadiodromos facit: si Luna cum Marte, pyctomacharios.

P Y D

PYDARAS fluvius. V. ATYRAS.

PYDNA, æ. f. [Πύδνα] Urbs Macedoniæ in Pieria juxta sinum Thermaicum. V. Geogr. conf. Nepos 2. 8. 5. & Justin. 14. 6. &c.

P Y G

PȲGA, æ. f. [πυγή] Cauda virilis, membrum virile. Hor. 1. Serm. 2. extr.

Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama. De iis loquitur, qui in adulterio deprehendebantur. [Qui solebant raphanis in podicem vi intrusis plecti. Schol. de Stupro a marito patiendo exponit. Certe posticæ partis, non anticæ id vocabuli est. Gloss. Gr. Lat. Πυγή, Natica, & Lat. Gr. Nates, πυγαί. Res nota est.

PYGIĂCUS, vel PYGICIACUS, a, um. Adj. Petron. cap. 140. Puellam invitare ad Pygiaca sacra. Sed vexatissima lectio est.

PȲGARGUS, i. m. [πύγαργος] Caprea quædam silvestris, non dissimilis damis. Plin. lib. 8. cap. 53. Sunt & damæ & pygargi, & strepsicerotes, multaque alia haud dissimilia. Juven. 11. Sat. 138.

—apud quem
Sumine cum magno lepus, atque aper, atque pygargus,
Et Scythicæ volucres.

Pygargos pro quodam Aquilarum genere accipit Plin. lib. 10. cap. 3. Secundi generis (inquit) pygargus, in oppidis mansitat, & in campis, albicante cauda.

PȲGĔLA, æ. f. [Πύγελα] Oppidum Joniæ, in Epheso, quod Dianæ Munychiæ templum habet: Agamemnonis opus, a parte quadam gentium illius habitatum: nam quidam Pygalii nominati jam calamitatibus defatigati, ibi remanserunt, unde locus nomen ab illis accepit. Postea portus est nomine Panormus. Strabo lib. 14. Al. Phygela. q. V. [n. pl. puto.

PYGMÆUS, i. m. [Πυγμαῖος] Pygmæi, Populi sunt ad extremos fines Indiæ. De quibus, Plin. lib. 7. cap. 2. sic scribit, Super Astomos extrema in parte montium Spithamæi Pygmæi narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes, non excedentes, salubri cælo, semperque vernante, montibus ab Aquilone oppositis: quos a gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Fama est, insidentes arietum caprarumque dorsis, armatos sagittis, Veris tempore, universo agmine ad mare descendere, & ova pullosque earum alitum consumere: ternis eam expeditionem mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto pennisque, & ovorum putaminibus construi. Aristoteles in cavernis vivere Pygmæos tradit. Cetera de his ut reliqui. Hactenus Plin. In Thracia quoque Pygmæorum gentem fuisse, idem Plinius scribit lib. 4. cap. 11. quod secutus videtur Juven. 13. Sat. 167.

Ad subitas Thracum volucres, nubemque sonoram
Pygmæus parvis currit bellator in armis:
Mox impar hosti, raptusque per aera curvis
Unguibus a sæva fertur grue. si videas hoc
Gentibus in nostris, risu quatiere: sed illic
Quanquam eadem assidue spectentur prælia, ridet
Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno. conf Gell. 9. 4.

Albertus, Simiarum genus, Pygmæos, non homines esse tradit.

PYGMÆUS, a, um. Adj. [Πυγμαῖος] ut,
Mater pygmæa. i. e. Gerana matrona, a Pygmæis olim culta, sed a Junone in gruem conversa. Ovid. 6. Met. 90.
Sanguis Pygmæus. Ovid. 6. Fast. 176.
Nec quæ Pygmæo sanguine gaudet avis. i. e. Grus.
Virgo Pygmæa. Juven. 6. Sat. 505.

PYGMALION, V. PIGMALION.

PYGMĀRIS, e. Adj. Suet. Calig. 26. 9. Gladiatores pygmares. ex πυγμή, pugnus. Al. Pegmares. q. V. & Pitisc. Lex.

P Y L

PYLA, æ. f. pr. c. [πύλη] Latine dicitur Porta. Unde Thermopylæ in angustiis Thessaliæ dictæ sunt. Cic. 5. Att. 20. Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas. V. Græv. in loc. conf Curt. 3. 4. 2. & 11. mox PYLÆ.

PȲLĂDES, is. m. [Πυλάδης] Strophii filius, Agamemnonis amicissimi: nec ipse ejus filii Orestis minor amicus, quem nunquam deseruit. Ovid. 2. de Pont. 6. 25.

Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati. De Pyladis & Orestis amicitia, scripsit Cic. lib. 2. de Finib. 84. Ovid. 3. de Pont. 2. & Martial. 6. 11.

Ut præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Orestem. conf. Stat. 2. Silv. 6. 54. & Juven. 16. Sat. 26.

Est & Pylades, Pantomimi nomen, de quo Scalig. ad Euseb. p. 255. Hunc in comœdia, ut Bathyllum in tragœdia, excelluisse tradit Seneca lib. 3. Controv. præf.

PYLÆ, ārum, f. pl. [Πύλαι] Locus Arcadiæ, qui & Pylæa, Steph.
Item Pylæ, quæ & Thermopylæ, Transitus, qua se Oetæ montis jugum dividit, perangustus ex Locride, juxta Maliacum sinum, in Thessaliam, quem pulchre describit Livius lib. 36. cap. 15. conf. 32. 4. PYLA. Hinc

PYLÆUS, a, um. Adj. [Πυλαῖος] ut,
Pylæa synodus [Πυλαία σύνοδος] Amphictyonum juxta Thermopylas, ad quam quotannis e singulis civitatibus singuli mittebantur, quos vocabant Pylagoras. V. Strabonem lib. 9. & in dictione AMPHICTYONES.

PYLAICUS, a, um. Adj. [Πυλαϊκὸς] ut, Pylaicus conventus. Liv. 33. 3. Idem 31. 32. Quum legibus cautum esset, ne de pace, bellove, nisi in Panætolico, & Pylaico concilio ageretur. V. supra AMPHICTYONES.

PYLAGORAS, æ m. [Πυλαγόρας] Nomen ejus qui legatione ad Pylaicum conventum fungebatur pro Græcorum civitatibus. V. Suid.

PȲLÆMĔNĒS, is. m. [Πυλαιμένης] Dux Paphlagonum, qui in bello Trojano Priamo suppetias ferens, a Menelao est interfectus. Ab eo & sequentes Paphlagonum reges idem sibi cognomen asciverunt. Male Philomenes legitur apud Alexand. ab Alex. 1. 2.

PYLÆUS, i. m. [Πυλαῖος] fuit incluti nominis dux apud Græcos, quem & Pylæo monti nomen communicasse Strabo lib. 13. refert.

PYLÆUS, a, um. PYLAGORAS, PYLAICUS, V. PYLÆ.

PYLENA, æ. vel PYLENE, es. f. [Πυλήνη] Urbs est in Ætolia, quam posterioribus sæculis Proschium vocavere: sita est in superioribus Ætoliæ locis, auctore Strabone lib. 10. conf. Stat. 8. Theb. 482.

PYLŌRUS, i. m. [πυλωρὸς] Intestinum. de quo Galen. lib. 6. de Anatom. administrat. Musculus est, quasi Janitor ventriculi, qui ad dextram prope jecor situm habet. Galen. de Venar. arteriarumque dissect. Per pylorum primæ concoctionis excrementa in alvum emittuntur, mox in secessum. V. Cels. 4. 1. & Reines. Varr. Lect. 3. 18. Gloss. Gr. Lat. Πυλωρὸς, Janitor, & Lat. Gr. Janitor, Πυλωρός.

PȲLŌS, vel PYLUS, i. m. [Πύλος] Achajæ juxta Thessaliam vetusta civitas in agro Messenio, quem Coryphasium Græci nominaverunt: a Sparta, stadia circiter quadraginta sita, ut Thucydides lib. 4. scribit: Nestore alumno, qui Pylius inde cognominatus est, celebris. Ovid. lib. 1. de Ponto 4. 10.

Crede mihi, Pylio Nestore major ero. De Pylo multa Strabo lib. 8. Ovid. 1. Epist. 63.

Nos Pylon, antiqui Neleïa Nestoris arva
Misimus; incerta est fama remissa Pylo.

Nestorea Pylos. Senec. Herc. furen. 7.

Tres constat fuisse ejusdem nominis urbes in Peloponneso, quæ de Nestore tanquam alumno certabant. Unde Proverb.

Est Pylus ante Pylum, siquidem est Pylus altera sane. V. Chiliad. & Plutarch. in Nicia p. 527. ed. Francof.

PYLIUS, a, um. Adj. [Πύλιος] ut,
Agri Pylii. Ovid. 2. Met. 684.
Pylius, idem quod Nestorius. ut,
Ævum Pylium. Martial. 4. 1.
Senecta Pylia. Sil. lib. 15. 459.

Ille foro auditus quum dulcia solveret ora,
Æquabat Pyliæ Neleia verba senectæ. Ovid. 5. Trist. 5. 62.
Æquarint Pylios quum tua fata dies. V. Strabonem lib. 8. & Melam, lib. 2. cap. 3.

P Y R

PȲR, pȳros. [πῦρ] Latine dicitur Ignis: a quo multa per compositionem fiunt, quæ infra sequuntur.

PȲRA, æ. f. [πυρά] Lignorum congeries. Virg. 11. Æn. 204.

Innumeras struxere pyras. In his cremare corpora antiqui consueverunt.

Accensa pyra. Ovid. in Ibin, 38.
Atra pyra. Sil. lib. 8. 52.
Erigere pyram. Virg. 4. Æn. 494.
Exstructæ. Ovid. 2. Fast. 534.

Parvaque in exstructas munera ferre pyras. al. Exstinctas.

Struere ingentem pyram. Virg. 6. Æn. 215. Idem 11. Æn. 204.

PȲRACMON, ŏnis. m. sec. c. [Πυράκμων] inter Cyclopes numeratur. Virg. 8. Æn. 424.

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

Securifer Pyracmon. Ovid. 12. Met. 460. conf. Claud. Cons. Honor. 3. 195. & de Rapt. Proserp. 1. 241.

PȲRĂCANTHA, æ. f. [πυράκανθα] Frutex est, quem Dioscorides lib. 1. cap. 122. Oxyacantham vocat, piri folio, myrti baccis, spinis asperrimus. Hujus baccas scribit. Plin. lib. 24. cap. 13. contra serpentium ictus bibi; Nicander etiam in Theriac. p. 60. commendat in primis adversus serpentes & scorpiones,

Λάζεο καὶ πυρακάνθαο ἰδὲ φλόμου αἴθοπος ἄνθη.

PYRÆTHI, orum. m. pl. [Πύραιθοι] sunt quidam Magi in Cappadocia, qui non cultro, sed stipite mactant, ab his Pyrætheia, quæ sunt septa quædam ingentia in quorum medio ara est: in ea Pyræthi & cinerem multum & ignem inexstinguibilem servant. Strab. lib. 15. Vulgo Pyrethi per e perperam.

PȲRĂLIS, is. f. [πυραλὶς] Pennata bestiola, magnitudine muscæ, igne proveniens: unde & nomen ei a quibusdam Pyraustæ datum est. Quamdiu est in igne, vivit: cum evasit longiore paulum volatu, tunc emoritur. Ex Plin. lib. 11. cap. 36. Idem 10. 74.

PYRAMA, vitiose Perottus, pro PHYRAMA. q. V.

PȲRĂMIS, ĭdis. f. [πυραμὶς] Moles maxima quadrata, ita constructa, ut e lato in acutum tendat in formam flammæ, quæ latior surgens, in acutum desinit: quales Romæ adhuc exstant duæ, jam vetustate fatiscentes. Dicta pyramis, quod flammæ similitudinem habeat. Vel a lapide pyropœcilo, qui & Thebaicus, ex quo ædificabantur.

Pyramidem nostri Metam vocant, quod termini eorum qui a metiendo, id est mensurando metæ dicuntur, forma pyramidum ædificari solent: atque ea figura, pyramidalis vocatur. V. Euclid. 2. Element.

Pyramides erant in Ægypto, Structuræ ex quadratis lapidibus admirandæ, fastigiatæ ultra omnem excelsitatem, quæ manu fieri possit, ut scribit Solinus cap. 45. extr. sub quibus sepulti reges. V. Plin. lib 36. cap. 5. & 12. Plures in Ægypto passim exstiterunt, nullæ tamen clariores tribus illis, quarum Pomponius Mela 1. 9. meminit, quæ orbem implevere fama, conspicuæ undique adnavigantibus, sitæ in parte Africæ, monte saxeo sterilique inter Memphim oppidum & Delta. V. Tacit. 2. Ann. 61. Ammian. 22. 15. & Lex. Pitisc. Lucan. lib. 9. 155.

Non mihi pyramidum tumulis evulsus Amasis. Propert. lib. 3. 1. 57.

Nam neque pyramidum sumptus ad sidera ducti.

Forma pyramidis. Cic. 1. de Nat. Deor. 24.
Saxa pyramidum. Stat. 5. Silv. 3. 50.

PYRAMĪDĀTUS, a, um. Adj. [πυραμιδωτὸς, πυραμιδώδης] In formam pyramidis factum. Cic 1. de Nat. Deor. 68. Esse corpuscula quædam levia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, & quædam pyramidata, curvata quædam & quasi adunca. Vetustiora exemplaria omittunt hæc verba, Et quædam pyramidata.

PȲRĂMUS, i. m. [Πύραμος] fuit Adolescens Memphiticus, qui amore Thisbes amatæ se ipsum interemit, ut narrat Ovid 4. Met. 55.

Est & Pȳramus, Ciliciæ fluvius, teste Pomponio Mela lib. 1. 13. de quo & Cydno digna sunt lectu in Curtio 3. 4. 7. & 7. 5. Meminit Arrian. lib. 2. De hoc quoque exstat illud oraculum apud Strab. lib. 12.

Tunc

Tunc erit undisonus late quum Pyramus olim
Litora perfundens, Cyprum labetur in almam. Sed py. corr.
Dionyf. conf. Cic. 3. Fam. 11.

PYRAMEUS, a, um. Adj. [Πυράμεος] ut, Arbor pyramea. i. e. Morus. Q. Seren. Sammonic. cap. 29. 550.

PYRANDRA, dri. m. [Πύρανδρος] Quæstor fuit Athenienfis, qui quum tempore belli frumentum parce fuppeditaret, a populo faxis eft obrutus.

PYRANTHUS, i. m. [Πύρανθος] Oppidulum five vicus Cretæ non procul a Gortyna. Stephan.

PYRASTRA, V. PIRUS.

PYRĂSUS, i. m. [Πύρασος] Viri Trojani nomen, ab Ajace in bello Trojano interfecti, ut refert Homerus lib. 11. Iliad.
Pyrafus item Stephano Urbs eft Phthiotidis, ita dicta a fertilitate tritici, quod πυρὸν Græci appellant.

PYRATUM, V. PIRUS.

PȲRAUSTA, æ. f. [πυραύστης] Animal in igne vivens. V. PYRALIS.
Pyraufta, apud Ariftotelem, lib. 8. de Hift. animal. cap. 27. Vermiculus eft, quem & Cleron vocat, aranei fpecie, nocens favis.
Alia de pyraufta vel pyralide tradit Plin. 11. 36. Adde Cafp. Schotti Phyfic. Curiof. 7. 8. 1. & Chil. Erafm.

PYREICUS, i. m. Egregius fculptor in parvis imagunculis fuit. Unde fic cecinit Propert. lib. 3. 9. 16.
Pyreicus parva vindicat arte locum. Alii aliter legunt. V. not. Broeckh. & de Pyreico. Plin. lib. 35. cap. 10.

PYRĒN, ēnis. m. [πυρὴν] Gemma ab olivæ nucleo fic dicta: huic aliquando ineffe pifcium fpinæ videntur. Plin. lib. 37. cap. 11.
Pyrenes, funt Cerafórum offa, feu baccarum, ut apud Ariftot. lib. 2. Meteor. extr.

PYRENE, V. PIRANE.

PȲRĒNĒ, es, f. [Πυρήνη] Nomen puellæ, Bebrycis filiæ, in Pyrenæo monte ab Hercule compreffæ, atque a feris laniatæ, & ibi fepultæ.

PYRENE & PYRENÆUS, i. m. pr. c. [Πυρήνη & Πυρηναῖος] dicitur, & numero multitudinis Pyrenæi montes, qui Gallias Hifpaniafque difterminant, promontoriis in duo diverfa maria projectis. Liv. 21. 60. Plin. lib. 3. cap. 3. Strabo lib. 3. Pyrenes (inquit) latus in Hifpaniam vergens confitum eft variis arboribus, materiæ multitudine, & quæ femper virens germinet: alterum autem Galliam fpectans, nudum omnino. Nomen accepit a fulminum ictu. Silius a Pyrene Bebrycis filia dici fabulofe tradit lib. 3. 425. &c. V. Drakenb. Diodorus lib. 6. ubi de Pyrene, Ferunt (inquit) prifcis temporibus igne a paftoribus injecto, montanas omnes regiones fuiffe combuftas, qua ex re montes ajunt cognominatos Pyrenæos. Tibull. 1. 8. 9. — Tarbella Pyrene
Teftis, & Oceani litora Santonici. Sil. 3. 417.
Pyrene celfa nimbofi verticis arce. Aufon. Epift. 24. 69.
— bimaris juga ninguida Pyrenæi.
Pyrenæi multa habent nomina. Nam ea parte, quæ Lipufquæ & Fonti Rabiæ adjacet, *Sanctus Adrianus* dicitur: progrediendo verfus Meridiem, ftatim eft *Roncevalles*: deinde montes *de Jaqua*: tum *Deleopurda*: poftremo promontorium dictum Templum Veneris, hodie *Cap de creus*, id eft Caput crucis. Hæc Olivar. in Melam.
Populi Pyrenes. Sil. lib. 1. 190.
Montis Pyrenæi frondofa cacumina. Sil. lib. 3. 415.

PYRENÆUS, i. m. Germaniæ mons. V. Bernegg. ad Suet. Cæf. cap. 25.

PYRENĀICUS, a, um. Adj. Aufon. de Clar. Urb. in Narbon. 6.
Qua Pyrenaicis nivibus dirimuntur Iberi.

PȲRĒNEUS, i. m. trifyll. [Πυρηνεὺς] rex Thraciæ, qui Daulida Phocidis urbem occupavit: ubi quum quodam die pluviofo Mufas ad Parnafum euntes vidiffet, ut domum fuam fubirent, donec pluvia ceffaret, invitavit. Quum vero jam Imber ceffaret, Mufæque difcedere vellent, Pyreneus claufis foribus, illis vim inferre parabat. At Mufæ in aves converfæ evolaverunt: quas quum perfequi vellet, ex arce fe dans præcipitem, caput terræ illifit, ficque exfpiravit. Auctor Ovid. 5. Met. 274. &c.

PYRETHI, V. PYRÆTHI.

PȲRETHRUM, i. n. fec. c. [πύρεθρον] Herba medicinalis, quam vulgo nunc *draconem* vocant, linguam adurens & mordicans. Ejus folia in acetariis probantur, radice utuntur pigmentarii. Plin. lib. 28. cap. 9.
Flava pyrethra. Ovid. 2. de Arte Am. 418.
Pyrethri radicem, quæ tantum hodie nobis in ufu eft, pharmacopolæ vulgo vocant *Pedem Alexandri*, tefte Ruellio. conf. Apic. 4. 5. & 7. 5. & Q. Seren. 99.

PȲRĔTUS, i. m. [πυρετὸς] Febris. Ita Gr. ab incendio appellata: quemadmodum apud nos Febris a fervore.

PȲRĔTUS, i. m. [Πύρετος] Monftrum humanæ & equinæ figuræ. Ovid. 12. Met. 449.
Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti.

PYRGI, orum. m. pl. [Πύργοι] Oppidum eft Hetruriæ, auctore Plin. lib. 3. cap. 5.
Veteres Pyrgi. Virg. 10. Æn. 184. Ubi Servius, Hoc caftellum nobiliffimum fuit ex eo tempore, quo Tufci piraticam exercuerunt, nam illic metropolis fuit.
Litoreos Pyrgos vocat Martial. 12. 2. Rutil. Itiner. 223.
Alfia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt.

PYRGIA, is. f. Herba, quæ & Cynogloffa. Apul. de Herb. cap. 96.

PYRGO, ûs. f. Nutrix filiorum Priami. Virg. 5. Æn 645.

PYRGOTĔLES, is m. [Πυργοτέλης] Gemmarum fculptor artificiofiffimus, a quo tantum Alexander Magnus fe in gemmis fculpi paffus eft, edictoque alios vetuit. V. Plin. lib. 37. cap. 1. Rurfum lib. 7. cap. 37.

PYRGUS, i. m. [πύργος] Turris Latine dicitur, a πῦρ, quod fulgureis ignibus feriri turres confueverunt. Liv. 27. 32. Poftero ad caftellum, Pyrgum vocant, copias eduxit. [Gloff. Gr. Lat. Πύργος. Turris, Bugus. Scribe, Burgus. Pyrgus, non eft Tabula luforia, feu alveus, ut quidam putant: fed Vafculum in turriculæ figuram conformatum, ex quo tali in alveum conjiciebantur, ne fi manu jacerentur, fraus a luforibus admitteretur. Itaque Turriculam appellat Martial. 14. 16. Latino nomine, quod Græco πύργος fere æqualiter refpondet,
Quæ fit compofitos manus improba mittere talos:
Si per me mifit, nil nifi vota facit. Hor. 2. Serm. 7. 17.
— qui pro fe tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos. Alias dicitur, & Orca, & Fritillus.
Fritillum tamen a Pyrgo diftinguit Pitifc. V. Lex. Antiq. Al. In phimum.

Pyrgos, Militare agmen quadratum, tefte Hefych. Suid. V. Henr. Steph. Thef. Gr.

PYRIĀTIS, is. f. [πυριάτις] Lapis pretiofus. Plin. [Immo Pyritis, [πυρίτης] 37. 11.

PYRIASTER, [πυριάτης] Lac coactum, fine coagulo tamen, quale eft quod edito partu mulgeri poteft. Galen. de Alimentorum facultatibus lib. 3. cap. 16. Vocatur & Protogala. Gloff. Lat. Gr. Coluftra, Πυριάφη, & Gr. Lat. Πυριάφη.

PYRĪNA, æ f. [πυρίνη] Spina alba, vel oxyacantha. Diofcor. 1. 122.

PYRIO, āre. a πυριᾶν, Calefacere. Petron. Fragm. cap. 73.

PȲRIPHLĔGĔTHON, ontis. m. [Πυριφλεγέθων] Fluvius igne ardens apud inferos. Mart. Capell. 2. 40.

PYRITES, æ. m. [πυρίτης] Lapis, fic dictus quod plurimus illi ignis fit: unde hunc nos Ignarium vocamus. Quidam etiam Vivum vocant, qui clavo, vel altero percuffus lapide, fcintillas edit.
Pyrites, Lapis molaris, quod in eo quoque ignis confpiciatur. Plin. 36. 19. pr.
Pyrites, alius eft lapis, æris fimilitudine, in Cypro reperiri folitus, & circa Acarnaniam, cujus ufus in medicina non parvus eft. Plin. lib. 36. cap. 19. Pyritarum etiamnum aliqui genus unum faciunt, plurimum habens ignis, quos vivos appellamus, & ponderofiffimi funt. Hi exploratoribus caftrorum maxime neceffarii, qui clavo vel altero lapide percuffi, fcintillas edunt: quæ exceptæ fulphuratis aut fungis aridis vel foliis, dicto celerius ignem trahunt. Idem ibid. V. Turneb. Adverf. 6. 9. & Barth. ad Script. Venat. p. 136.

PȲRŎBŎLUS, [πυροβόλος] Telum ardens, quod cum flamma emittitur. Plutarch. in Dione. [Rectius in Gloff Gr. Lat. n. pl. Πυροβόλα, Malleoli.

PYROBOLĀRIUS, i. m. Jaculator pyrobolorum. Ita Beroald. ad Apul. 4. Met. 459. legendum cenfet apud Firmicum in Mathef. lib. 8. Nati fub fidere Caniculæ, erunt venatores, arenarii, pyrobolarii. al. Parabolarii.

PYRŎCŎRAX, ăcis. f. [πυρροκόραξ] Avis luteo roftro, nigra, præcipuo fapore. Nomen habet a colore roftri igneo. Latine Ignitus corvus dicitur. Plin. lib. 10. cap. 48. Hard. Pyrrhocorax. q. V.

PYRŌDES, æ. m. [πυρώδης] Lapis, qui & Pyrites dicitur.
Fuit & Cilicis filius hoc nomine, qui primus ex filice excuffiffe ignem dicitur, quemadmodum affervaffe in ferula Prometheus. Plin. lib. 7. cap. 56.

PYROIS, V. PYROUS.

PYRŎLA, æ. f. Herba. Tabernæm. p. 1139.

PYRŎMANTĪA, æ. f. [πυρομαντεία] Genus divinationis, quæ fit per ignem. V. in dictione MAGIA.

PYROPŒCILUS, V. PYRRHOPŒCILUS.

PȲRŌPUS, i. m. [πυρωπὸς] Genus carbunculi, ut nonnullis placet. Ovid. 2. Met. 2. Clara micante auro, flammafque imitante pyropo.
Inducto pyropo fulgebat parma. Propert. lib. 4. 11. 21.
Pluma rubro clara pyropo. Lucret. lib. 2. 802.
Pyropus, Genus eft æris. Plin. lib. 34. cap. 8. Idemque (fc. æs) in uncias additis auri fcrupulis fenis, prætenui pyropi bractea ignefcit, h. e. ut Ifidorus lib. 16. cap. 19. explicat, Prætenui bractea ignefcit, & imitatur flammas, unde & pyropum dicitur.

PYROSACHNA, es. f. [πυρὸς ἄχνη] Thymelæa frutex, de qua abunde Plin. lib. 13. cap. 21. Et in quo, inquit, nafcitur granum Gnidium, quod aliqui linum vocant. Fruticem vero Thymelæam, alii Chamelæam, alii Pyros Achnen, alii Cneftron, alii Cneoron. Eft fimilis oleaftro, foliis anguftioribus, gummofis, fi mordeantur, myrti magnitudine, femine, colore, & fpecie farris, ad medicinæ tantum ufum. conf. Diofc. 4. 166.

PYROSAGRIOS, i. m. [πυρὸς ἄγριος] q. d. Triticum filveftre, al. Chelidonia. Apul. de Herb. cap. 73.

PYRŌTICUS, a, um. [πυρωτικὸς] ut, Pyroticum medicamentum, Urens.

PȲRŎUS, i. vel PYROIS, ŏentis. m. [Πυρόεις] Nomen unius ex equis Solis, quafi Ardens, nam quatuor effe perhibentur: Pyrous fcilicet, Æthon, Phlegon, Eous. Ovid. 2. Met. 153.
Interea volucres Pyroīs, Æous, & Æthon, &c. Columel. lib. 10. 290.
— nec Syrius ardor
Sic micat, aut rutilus Pyrous, aut ore corufco, &c. Sed putarim legendum Pyrois, ut apparet ex productione ultimæ fyllabæ: intelligendumque hunc locum, non de Solis equo, fed de Martis ftella.
Pyroenta. Accufativo. Val. Flacc. 5. Argon. 432.
Pyrois etiam, Martis ftella, ab igneo colore. Cic. 2. de Nat. Deor. 54. Stellæ Jovis proximum inferiorem orbem tenet Πυρόεις, quæ Stella Martis appellatur. Porro igneum effe Martem teftatur his verbis Plin. lib. 2. 8. Tertium fidus Martis, quod quidam Herculis vocant, ignei, ardentis a Solis vicinitate. Et cap. 18. Suus quidem cuique color eft, Saturno candidus, Jovi clarus, Marti igneus.

PYRPĪLA, es. f. [Πυρπίλη] Infula maris Ægei, Cycladum omnium clariffima, quæ notiore nomine Delos appellatur. Pyrpile dicta eo quod ibi primum ignis repertus exiftimetur. Plin. lib. 4. cap. 12.

PYRRHA, æ. f. [Πύῤῥα] quæ cum Deucalione marito poetis dicitur humanum genus reparaffe, ut latiffime fcribit Ovid. 1. Met. 350. &c. Juven. 15. Sat. 30. V. THESSALIA.
Sæculum grave Pyrrhæ. Hor. 1. Carm. 2. 6.
Pyrrha, Cariæ civitas, juxta Myrtoum pelagus: & Infula circa Mæotim, quam Pontus abftulit. Auctor Plin. lib. 2. cap. 92. qui ejufdem nominis plures civitates enumerat, ut & Steph.

PYRRHÆUS, a, um. Adj. [Πυῤῥαῖος] ut
Pyrrhæum nemus. Plin. lib. 16. cap. 10.

PYRRHANDER, dri. m. [Πύῤῥανδρος] Sycophanta aftutus apud Ariftophanem V. Schol. in Equitib. p. 240. ed. Græc. Bafil. Hinc
Pyrrhandri commentum, pro Callido invento. V. Erafm. Adag.

PYRRHIA, æ. f. Anus vinofæ nomen apud Hor. 1. Epift. 13. 14.

PYRRHĪCHA, æ. five PYRRHĬCHE, es. f. [Πυῤῥίχη] Saltatio Græcanica, armato choro, quam primus in Creta Pyrrhus inftituit. Strabo lib. 10. docet pyrrhicham repertam fuiffe a Pyrrhichio, pro juvenibus ad difciplinam militarem exercendis. Suet Cæf. cap. 39. Pyrrhicham faltaverunt Afiæ, Bithyniæque principum liberi. idem Neron. cap. 12. Exhibuit & pyrrhichas quafdam e numero epheborum. Plato 7. de Legib. ad fin. Pyrrhicha eft, quæ motiones corporis imitatur, ictus jactufque declinantis & vitabundi, omnifariamque cedentis, in altum etiam fubfilientis, & fefe fucciduo poplite demittentis: rurfufque contrarios his motus pyrrhicha imitatur, eos fcilicet, qui in habitus corporis actuofos feruntur: quales ejus funt, qui fagittarum miffiliumque jaculationes effingere motu corporis, plagarumque & petitionum multiplicium imitamenta affequi implereque contendit.

contendit. Plin. tamen lib. 7. cap. 56. videtur Pyrrhichen ab Enoplia distinguere, his verbis: Saltationem armatam Curetes docuere: pyrrhychen Pyrrhus. Budæus. De hac re V. complures auctores in Lex. Pitisc.

PYRRHICHĂRIUS, i. m. [πυῤῥιχιστής] Saltator pyrrhichæ. Legitur & more antiquo Purrhicherii. V. Ulpian. l. 8. §. 11. D. de pœnis. Et Rhodig. Ant. Lect. 4. 5. Et Postell. de Magistr. Athen. cap. 22.

PYRRHĬCHIUS, i. m. [πυῤῥίχιος] Genus pedis constans e duabus brevibus, ut Deus. Sic dictus ἀπὸ τῆς πυῤῥίχης, saltationis genere: vel ἀπὸ τοῦ Πυῤῥίχου, Curetum deo, de quo meminit Pausanias in Lacon. p. 108. Wech. V. Quintil. lib. 9. cap. 4. Et Sidon. 4. Epist. 3.

PYRRHIDÆ, ārum. m. pl. [Πυῤῥίδαι] Molossorum reges a Pyrrho dicti. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 6. Quin etiam a Neoptolemo Achillis filio, qui Pyrrhus dictus est, Reges Molossorum Pyrrhidæ, quum ea loca tenuissent, & Ponti Mithridatie nomen sumpsere.

PYRRHO, ōnis. m. [Πύῤῥων] Nomen proprium philosophi, a quo sectatores Pyrrhonii dicti, quos Græco cognomento σκεπτικοὺς, id est Consideratores appellant. Nihil enim decernunt, sed in quærendo semper considerandoque sunt. Ac ne videre quidem plane quicquam neque audire se putant. Ajuntque veritatem incomprehensibilem videri. Iidem ἀπορητικοὶ, id est Ambigentes dicuntur, quoniam nihil affirmant, & de omnibus ambigunt. Hic patria Eliensis fuit, primo pictor, deinde Anaxarchi discipulus. Vixit annis ferme nonaginta. V. Diog. Laert. Gell. 11. 5. & Cic. de 3. Orat. 17.

PYRRHŎCŎRAX, ācis. m. [Πυῤῥοκόραξ] Avis rostrum habens luteum, in Alpibus frequens. Plin. lib. 10. cap. 48. al. Pyrocorax q. V.

PYRRHOPŒCILUS, [πυῤῥοποίκιλος] Marmoris genus ex rubro varii, quod & a Syene Thebaidis urbe, circa quam effodiebatur, Syeniticum dicebatur, sive lapis Syenites. Plin. lib. 36. cap. 8. al. Pyropœcilus a πῦρ Ignis, & ποικίλος Varius. V. PYRAMIS.

PYRRHUS, i. m. [Πύῤῥος] inquit Servius, a capillorum qualitate vocitatus est, ante Neoptolemus dictus, Achillis & Deidamiæ filius, Pelei & Thetidis nepos ex patre: ex matre vero Lycomedis regis Syri insulæ. Hactenus Servius. conf. Justin. 17. extr.
Achilleidus Pyrrhus. Ovid. 8. Epist. 3.
Pyrrhus alius Rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus, Justino auctore lib. 17. cap. 3. Quum propter odium patris Æacidæ, qui ab Epirotis fuerat interfectus, ad necem & ipse pusceretur, furtim subtractus, in Illyrios defertur, traditusque Beroæ Glauci regis uxori nutriendus fuit. Quumque natus annos undecim esset, revocatus a suis, tanta virtute crevit, ut quum, sicut Cæcilius scribit, imperium orbis agitaret, & Romanos potentes videret, Apollinem de bello consuluerit: Ille ambigue respondit.
Ajo te Æacida Romanos vincere posse. Hoc ad se dictum trahens, auxilio Tarentinis contra Romanos venit, ictuque lapidis interiit. V. Nep. in Reg. 2. & Plutarchum in Pyrrho. Pyrrhi res gestas in Italia, conscripsit Zeno historicus ille, qui etiam Epitomen Romanorum & Carthaginiensium rerum composuit, teste Diogene. Hor. 3. Carm. 6. 34.
Ferox. Lucan. lib. 1. 30.
Immanis. Juven. 14. Sat. 162.

P Y S

PYSIANACTIA Pugna. Alex. Alex. lib. 3. cap. 23. Athenis vero Porticus Pœcile, & altaria varia, ubi Mercurius æneus erat, celebratissimæ picturæ varietate, miris laudibus feruntur, ubi pugna Marathonia depicta, & aliæ Pysianactia, & Pœcile in Elide, quam Echom vocabant. [Fœde hæc confusa sunt. Pisianactia, non pugna, sed porticus eadem est ac Pœcile alias dicta. Suid Πεισιανάκτειος στοά. ἀπὸ Πολυγνώτου ζωγραφηθεῖσα ποικίλη ἐκλήθη.

P Y T

PYTHĂGŎRAS, æ. m. [Πυθαγόρας] Samius philosophus, patre Demarato locuplete negotiatore, in Ægyptum primo, mox Babylonem, discendi cursus siderum gratia profectus est. Inde regressus, in Cretam ac Lacedæmonem pervenit, ut Lycurgi & Minois inclytas ea tempestate leges agnosceret. Deinde in Italiam transmittens, Crotone consedit, ubi populos assuetos luxuriæ, auctoritate ac doctrina sua ad frugalem cultum revocavit, ac quum multos annos Crotone egisset, Metapontum migravit, ibique decessit. Cujus tanta fuit admiratio, ut ejus ex domo templum facerent, eumque pro deo colerent. Hæc ex Justini lib. 20. cap. 4.
Dictus est autem Pythagoras, quod non minus vera Pythio Apolline loqueretur. Ovid. 15. Met. 63.
Mente deos adiit, & quæ natura negavit
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Hic in Italia in ea parte, quæ Magna Græcia dicta est, maximam juvenum multitudinem philosophiam docuit, ubi vice numinis cultus est. Ex quibus Archyta Tarentinus, Alcmæon Crotoniata, Hippasus Metapontinus, Philolaus Crotoniata maxime floruerunt, qui dicti sunt Pythagorei, & Italici Philosophi. Unde & ipsa disciplina Philosophia Italica dicta est. Venit autem in Italiam Tarquinio Superbo regnum obtinente. V. Cic. 4. Tusc. 1.
Pythagoras quum in Geometria novi quiddam invenisset, Musis bovem immolasse dicitur. Cic. 3. de Nat. Deor. 8. Idem ibid. 1. 5.
Renati Pythagoræ arcana. Hor. Epod. 15. 21. Pythagoras enim dicebat animus post mortem transire in aliena corpora: seque in bello Trojano fuisse Euphorbum Panthoi filium, qui interfectus a Menelao, iterum revixit factus Pythagoras. Hic ante & in Homerum dicitur renatus, postea in pavonem, postremo in Ennium poetam. Acron. in Hor. 1. Carm. 28. 10. Vita ejus exstat apud Diog. Laertium.
Faba Pythagoræ cognata. Hor. 2. Serm. 6. 63. Pythagoras enim, non solum ab omnibus animalibus, sed etiam a faba abstinuit, quod viridis in pyxide ærea servata vertitur in sanguinem. Unde fertur maluisse in latrones incidere, quam per fabæ segetem transire, quum alinnde refugium non haberet. Fabam quoque animal esse dicebat, quod cocta sanguinis humorem ex se emitteret. Hæc Acron. Alii tamen alias afferunt rationes, cur Pythagoras ab esu fabarum abstineret. Morhof. in Polyhist. Litter. 1. 9. observat esse in antiqua historia 28. Pythagoras, uti 20. Hippocrates, totidemque Socrates, 16. Platones, 50. Dionysios. V. Fabricii Bibl. Græc. lib. 2. cap. 12. ubi de Pythagora & ejus secta ac discipulis utriusque sexus plenissime.

PYTHAGŎREUS, a, um. Adj. [Πυθαγόρειος] Hor. 2. Epist. 1. 52. Pythagorea somnia. Cic. de Senect. 78. Audiebam Pythagoram, Pythagoreosque, incolas pæne nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, &c.

PYTHAGORĒI, ōrum. m. pl. [Πυθαγόρειοι] Qui sectam Pythagoræ sequuntur. Quintil. lib. 1. cap. 10. Non contentus disciplinis, quas præstare poterant Athenæ, non Pythagoreorum, ad quos in Italiam navigaverat, Ægypti quoque sacerdotes adiit. De Platone.
Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit. Cic. 2. de Orat. 154.

PYTHAGORĬCUS, a, um. Adj. ut, Pythagorica prudentia. Val. Max. 4. 7. 10.
Philosophia Pythagorica. Plin. 13. 13.

PYTHAGORĬCI, ōrum. m. [Πυθαγορικοί] Cic. 1. de Divin. 62. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur ne fabis vescerentur.

PYTHAGORISSO, āre. [Πυθαγορίζω] Apul. lib. 2. Florid. extr. p. 352. Elmenh. Porro noster Plato, nihil ab hac secta, vel paululum devius, Pythagorissat.

PYTHAGORISTÆ, ārum. m. pl. [Πυθαγορισταί] quomodo a Pythagoricis differant disputat scholiastes Theocriti in Idyll. 14. 5. V. Wolff. ad Origen. Philosophumena p. 45.

PYTHANGELI Portus, [Πυθαγγέλου λιμήν] in Ægypto, quem illi Elephantorum venationem appellant. Strab. lib. 16.

PYTHAULA, & PYTHAULES, æ. m. [πυθαύλης] Tibicen, qui in urbe Pytho pæanes in honorem Apollinis Pythii canebat. Hinc translata vox ad illos tibicines, qui in comœdiis tragœdiisque canebant. Varro apud Non. 2. 743. Priusquam in orchestra pythaules inflet tibias. Hygin. Fab. 2. 273. His quoque ludis pythaulæ, qui Pythio cantaverunt. conf. Diomed. 489. & Voss. 2. Inst. Poet. vel Lex. Pitisc. [Cælius Πυθαύλης habet. Sed vera lectio Pithaules, πιθαύλης, ex Gr. πίθος, Dolium, a Tibiarum genere Dolioli forma. V. Bartholin. de Tib. vett. p. 412. & s. l. PITHAULES.

PYTHĔAS, æ. m. [Πυθέας] Rhethor Atheniensis, Demosthenis æqualis, supra modum arrogans: qui quum alieni æris causa in carcerem conjectus esset, fractis vinculis ad Macedonas transfugit. Scripsit conciones aliquot & orationes in genere judiciali. Male audivit nomine furti, quare quum in Demosthenem cavillans ei objecisset, orationes lucernam olere: novi, inquit ille, tibi invisus esse, qui noctu lucernam habent.
Alius Pytheas, Cælator. Plin. lib. 33. cap. 12.

PYTHERMUS, i. m. [Πύθερμος] Princeps fuit ejus legationis, quam Iones Æolesque ad petendum auxilium adversus Cyrum ac Lacedæmonios miserunt: qui quum Spartam appulisset, purpurea veste indutus in Spartiatarum conventum processit, hortatusque est Lacedæmonios ad auxilium Ionibus ferendum. Herodot.

PYTHEUS, V. PITHEUS.

PYTHIA, V. PYTHON.

PYTHIAS, æ. m. Damonis amicus, qui tamen Plutarcho & Iamblycho dicitur Φιντίας. V. DAMON, & PHINTIAS.

PYTHIAS, ădis. f. Aristotelis filia. V. Sext. Empir. advers. Mathemat. p. 51.

PYTHICUS, PYTHIONICES, V. PYTHON.

PYTHION, i. n. Bulbi genus. Plin. 19. 5.

PYTHIS, is. m. Eximius quidam sculptor & pictor, quem tamen a Timagora Chalcidense, apud Delphos in picturæ certamine, superatum narrat Plin. lib. 35. cap. 9. Idem Plin. lib. 36. cap. 5. In summo, inquit, est quadriga marmorea, quam fecit Pythis.

PYTHIUS, V. PYTHON.

PYTHON, vel PYTHO, ōnis. m. [Πύθων] Orator Byzantius eloquentissimus, apud Philippum Macedoniæ regem, cujus meminerunt Æschines & Demosthenes in orationibus.

PYTHON, ōnis. c. [Πύθων] Draco ingens, qui ante Apollinem in Parnasso responsa dabat, gravidamque Latonam persecutus est, donec a Neptuno in insulam Ortygiam, quæ Delos post dicta, translata est. Ubi quum Dianam & Apollinem peperisset, quarto a partu die Apollo, matris injurias ultus, Pythonem sagittis interfecit, & ludos in memoriam victoriæ instituit, ipseque Pythii cognomen assumsit. V. Hygin Fab. 140. Dictus est a πύθω, quod putredinem significat, quoniam ex putredine terræ post diluvium Deucalionis natus sit, vel quod putredo nunquam sine vi caloris efficitur. V. Macrob. 1. Saturn. 17. Claud. 4. Cons. Hon. 516.
Cæruleus tali prostratus Apolline Python.
Maximus Python. Ovid. 1. Met. 438. conf. Lucan. 5. 134.
Python, ipsa orbe Delphi. Tibul. lib. 2. 3. 27.
Delos ubi nunc, Phœbe, tua est? ubi Delphica Python?

PYTHIUS, i. m. [Πύθιος] Cognomen Apollinis a pythone dracone, quem ipse in prima infantia sagittis interfecit, Junonis nutu immissum, ut fingunt poetæ. Alii ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, quod est interrogare & consultare. Cic. pro Font. 30. Galli Delphos usque ad Apollinem Pythium profecti sunt. Absolute Hor. 1. Carm. 16. 6. — non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius. Propert. 2. 23. 16.
Pythius in longa carmina veste sonat. conf. Macrob. Saturn. c. 17.
Inde &

PYTHIA, æ. f. [Πυθία] Sacerdos Pythii Apollinis. Vaticinantes Phœbades Pythiæ cognominantur, ut scribit Strabo lib. 9. Cic. 1. de Divin. 79. Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam. Lucret. lib. 1. 740.
— fundere fata
Sanctius, & multo certa ratione magis, quam
Pythia, quæ tripode a Phœbi, lauroque profatur.

PYTHIUS, a, um. Adj. [Πύθιος] ut, Regna Pythia dei intonsi. Propert. lib. 3. 13. 50. i. e. Apollinis.
Voces Pythiæ. Juvenal. 13. Sat. 199.

PYTHIA, ōrum. n. pl. [Πύθια] Ludi Apollinares, qui in Apollinis honorem sunt instituti, ob cædem Pythonis serpentis: aut, ut Strabo lib. 9. scripsit, hominis sceleratissimi cognomento Draconis. Ovid. 1. Met. 446.
Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.
Cantare Pythia. Hor. de Arte Poet. 414. De his V. plura in Lex. Pitisc.

PYTHĬCUS, a, um. Adj. Val. Max. 1. 8. 10. Veredica Pythicæ divinationis præcurrit.
Versus Pythici, vel ex oraculis editi. Ammian. 29. 1.

PYTHIŎNICES, æ. m. [Πυθιονίκης] Victor in ludis Pythiis. V. PYTHIA. conf. PYTHIONICES.

PYTHŌNISSA, æ. f. [Πυθώνισσα] Mulier spiritu Pythonico correpta, quam

 Uuuu

quam etiam Tibullus Pythona appellat. Vulg. Interp. 1. Paral. 10. 13. in Gr. est ἐγγαστρίμυθος. V. interpp. Actor. 16. 16. de Tibulli loco V. in PYTHON.

PYTHONION, i. n. Herba. Apul. de Herb. cap. 4. & 14.

PYTHONOSCŌMA, es. f. [Πύθωνος κώμη] Locus est in Asia, quo primo adventus sui tempore conveniunt ciconiæ, & eam, quæ ultima advenit, laniant universæ. Plin lib. 10. cap. 23.

PYTHŎPŎLIS, [Πυθόπολις] Civitas est in Mysia. Plin. lib. 5, cap. 32. Est & Civitas Cariæ, a Pythe illo divite Pythopolis dicta, qui & Xerxem convivio excepit, & militibus ejus senos Daricos aureos in singula capita distribuit. Stephan.

PŸTISMA, ătis. n. [πύτισμα] Lenis sputi irroratio: a πυτίζω, quod est sputu leni & crebro irroro. Juven. 11. Sat. 173.

Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem. i. e. Qui lubricat annulum sputo. Alii legunt Pedemate, non Pytismate. Pedema autem genus saltationis esse dicunt Laconicæ, in qua pedes in orbem ad nates torquebantur: de qua Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως. Quidam scribunt Pitysmate, per y psilun in secunda, a πτύειν, spuere. Quam varia sit hujus carminis & lectio & expositio, palam erit ex his quæ subjicimus. Politianus Miscellaneorum cap. 38. Domitius pytisma dicit esse irrorationem e levi sputo. Lacedæmonium vero orbem pro annulo accipit, quoniam, inquit, a Lacedæmoniis annulorum usus manavit: ut Senatores, & Equites, per annuli mentionem significentur. Porro alter eruditissimus homo, quem tamen nominare parcimus, saltationem putat esse Lacedæmoniam. sed ingenue tamen fatetur, nihil adhuc de eo se legisse, nisi tantum apud Pollucem, mentionem factam Lacedæmoniæ saltationis. Tertius denique vir ipse quoque doctissimus trochum intelligit, de arbore pinu fabricatum, quod pitys dicatur pinus, unde sit pitysma. Nos e tribus his opinionibus nullam plane probamus. Principioque negamus orbem Lacedæmonium significare annulum posse, quoniam nusquam legatur annuli originem manasse a Lacedæmoniis. Plinius autem, quem Domitius adducit, tantum ferreo etiam tum annulo Lacedæmonios uti refert. Nihil ergo commentitia illa irroratio valebit. Qui vero saltationem putat esse Lacedæmoniam pitysma, quum de eo nihil inveniat, facile (ut est ingenuus consuevit) potiori sententiæ cesserit. Quod item facturum credo, qui trochum putat e pinu factum pitysma esse: quum nec usquam lectum, nec ad rem faciat, & syllabæ ratio pugnet, quoniam habeat priorem correptam syllabam, ut ex primo liquet Theocriti versiculo. Nos igitur pitylisma legendum credimus. Pitylisma vero intelligimus exercitationem, de de qua Galenus in secundo ὑγιεινῶν libro: quamvis apud eum sit verbum potius πιτυλίζειν, quam nomen pitylisma. Ceterum recta pitylisma fit inde. Est, inquit Galenus, πιτυλίζειν, vel (si mavis) pitylissare, quum quispiam summis pedibus ingrediens, manus protendit, ocissimeque movet: alteram retrorsum scilicet, alteram prorsum. quo potissimum gymnasii genere ad parietes exercentur, ut sicubi lapsentur, apprehenso mox pariete facile resurgant: atque ita exercentium lapsus fallunt, & ipsa fit exercitatio imbecillior. Porro Lacedæmonium orbem, Laconicum ipsum acceperim, ut in quo solerent ad eum modum exerceri. Dion historiarum tertio quinquagesimoque libro, Laconicum in Urbe vaporarium, aut sudatorium (sic enim interpretamur quod est apud eum πυριατήριον) ab Agrippa ædificatum tradit. Dein Laconicum dicit appellatum, quoniam Lacedæmonii per ea tempora nudi unctique præ cunctis exercebantur. Columel. in lib. de Agricult. primo, Ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exusto sudore sitim quærimus. Ex quibus Columellæ verbis constare cuivis potest, quos jam potissimum poeta significet, nempe eos qui diem totum in Laconicis istis, gymnasiisque contererent uncti nudique. Quare etiam lubricat, inquit, propter oleum & unguen quo defricti exercebantur. Laconica autem fuisse in orbem constructa, patet ex lib. 5. Architecturæ Vitruvii. Hæc ibi Politianus. Sed hanc sententiam postea in quadam epistola ad Georgium Merulam retractavit his verbis: Nec tamen si quid usquam peccasse ostenderis, defendam: sed agnoscam protinus, agamque tibi merito gratias. Nam & ipse posterioribus scriptis non dubitem quædam interdum ex prioribus, exemplo doctissimorum virorum, retractare: sicuti Pitylisma illud apud Juvenalem. Quanquam pytisma quoque pulchre videor posse tueri: quo poeta illos innuat, qui conceptos ore aquarum haustus per Laconicum spargant. Hæc ille. Crinitus in epistola ad Alexandrum Sartium, de Politiano: Jam & illud alias ad te scripsi, quod apud Juvenalem de pytismate sententiam commutaverat, affirmans in pytismate ludum magis quendam in Laconicis frequentem subinnui, quum quis alter alteri aquulam inspuens colluderet. Britannicus enarrator Juvenalis legit pedemate, sic inquiens, Qui lubricat, i. e. Qui pedum celeri mobilitate exercet, urbem Lacedæmonium, id est gyros & ambages Lacedæmonias circum tibicinem in medio sedentem, & canentem. Nam circum auletem saltantes agebantur. Pedemate, id est saltu. nam πήδημα saltum significat. Non ignoro ab commentatoribus hunc locum diversis modis expositum: ego autem ex sententia Luciani contendo intelligi saltationem Lacedæmoniam, legendumque esse Pedemate, id est saltu, & non pytismate, neque pitylismate. Alciatus lib. 3. Parerg. cap. 3. Est alia quoque Laconum exercitatio, quum nudi, oleoque uncti in sudatorio exercebantur, quod Laconicum πυριατήριον. seu quod idem est, πυριατήριον dicitur, ab Agrippa fabricatum, ut Dion lib. 5. auctor est. Unde & ego arbitror scripsisse Juvenalem,

Qui Lacedæmonium pyrensmate lubricat orbem. licet alii Pitylismate, alii Pytismate legant. [V. in PEDAMA, & PITYLISMA.

P Y U

PYULCOS, i, m. & f. [πυουλκός] Chirurgicum instrumentum puri eximendo accommodum: ita dictum quasi τὸ πύον ἕλκον. Galen. lib. 5. Methodic.

P Y X

PYXĂCANTHUS, [πυξάκανθος] Frutex est spinosus, cubitalibus ramis, foliis buxi, unde & quasi Buxea acanthus dicitur. Plin. lib. 12. cap. 7. Spinam ipsam in Græcia quidam pyxacanthum Chironium vocant. Idem lib. 24. cap. 14. Lycium præstantius e spina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironiam vocant. V. Harduin.

PYXIRATAS, vel PIXURATAS, Euphrates fluvius versus scaturigines suas, dictus est. Plin. lib. 5. cap. 34.

PYXIS, idis. f. [πυξίς] Græcum nomen, ἀπὸ τ̃ πύξου, quod Latine Buxum significat: Vasculum est exiguum quod vulgus Italorum non inepte a buxo, *buxulum* nuncupat, quoniam primo ex eo ligno fieri cœpit. Nam ut docet Quintilianus lib. 8. cap. 6. de Abusione figura, Pyxides cujuscunque materiæ, quarum usus variis rebus est accommodatus. Plin. lib. 18. cap. 11. Primori inest pyxis ferrea. Apulejus de Asino, lib. 3. p. 138. Elmenh. Arcula quadam reclusa, pyxides plusculas inde depromit. Cic. pro Cœl. 61. Eodem Licinium esse venturum, atque iis veneni pyxidem traditurum. Martial. lib. 9. 38.

Et lateas centum condita pyxidibus.

Cornea pyxis, V. CORNUS.

PYXIDICŬLA, æ. f. [πυξίδιον] dimin. In Corn. Cels. lib. 6. cap. 6. 5. de Cleonis collyrio. Quod cum miscueris in pyxidicula servetur. Alia exemplaria habent Pyxidula.

PYXIDĀTUS, a, um. Adj [πυξιδωτὸς] Quod ad effigiem pyxidis in commissura formatum est. Plin. lib. 31. cap. 6. Ceterum a fonte duci fictilibus tubis utilissimum est, crassitudine binûm digitorum; commissuris pyxidatis: ita ut superior intret, calce viva ex oleo lævigatis.

PYXĪNUS, a, um. Adj. [πύξινος] Buxeus. Cels. 6. 6. 25. Euelpidis Pyxinum. Subaudi Collyrium. Sic a colore buxi dictum est.

PYXAGATHUS, i. m. Nomen viri apud Martial. 7. 57. [Immo Πὺξ ἀγαθὸς, Pugilatu bonus. Allusio est ad Iliad. γ. 237. V. Interpp.

PYXITAS, Fluvius in Themiscyrena ad Trapezunta. Plin. lib. 6. cap. 4.

PYXŪS, untis. f. [Πυξοῦς] Oppidum Lucaniæ, a Latinis Buxentum appellatum. Plin. lib. 3. cap. 5.